Digitized by Google



Digitized by Google

RDF

TOTIUS LATINITATIS

LEXICON

OPERA ET STUDIO

AEGIDII FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNI

LUCUBRATUM

ET IN HAC EDITIONE NOVO ORDINE DIGESTUM

AMPLISSIME AUCTUM ATQUE EMENDATUM

ADIECTO INSUPER ALTERA QUASI PARTE

ONOMASTICO

TOTIUS LATINITATIS

CURA ET STUDIO

DOCT. VINCENTII DE-VIT

OLIM ALUMNI AC PROFESSORIS EIUSDEM SEMINARII

TOMUS TERTIUS

Digitized by Google

Digitized by Google

TOTIUS LATINITATIS

LEXICON

OPERA ET STUDIO

AEGIDII FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNI

LUCUBRATUM

ET IN HAC EDITIONE POST TERTIAM AUCTAM ET EMENDATAM

A

IOSEPHO FURLANETTO

EIUSDEM SEMINARII ALUMNO

NOVO ORDINE DIGESTUM

AMPLISSIME AUCTUM ATQUE EMENDATUM

CURA ET STUDIO

DOCT. VINCENTII DE-VIT

EIUSDEM SEMINARII OLIM ALUMNI AC PROFESSORIS

TOMUS TERTIUS

PRATI
TYPIS ALDINIANIS
ANN. MDCCCLXV

PROPRIETATIS IURE SERVATO

Digitized by Google

3243-

ASTOR
AUG
8
1888
NEW-YORK.

Haec editio posita est sub tutela legum,
quae de proprietate litteraria latae sunt.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Digitized by Google

F

F. Sexta alphabeti Latini littera, quae a *Prisciano 1. p. 542.* et *560.* et *569. Putsch.* inter mutas numeratur, quod vim mutae habeat, tametsi, quia in proferendo a vocali incipit, prolationem habeat semivocalis: a *Diomede 2. p. 417.* et *419.* et aliis inter semivocales. Apud quosdam vero etiam inter semivocales duplices, teste *Mar. Victorin. 1. 3. 30.* — **b)** Pronuncianda est non tam fixis labris, ut *ph*, ut *Priscian.* docet *ibid. p. 543.*, hoc enim inter illas differt, quod nostra *f* minore spiritu exprimitur, quam Graeca *ph*. Habet autem vim v consonantis vocalibus praepositae, sed aliquanto pleniorem: qua de re *Quintil. 12. 10. ante med.* Illa, quae est sexta nostrarum, paene non humana voce, vel omino non voce potius, inter discrimina dentium effanda est: quae, etiam cum vocalem proxima accipit, quassa quodam modo, utique quoties aliquam consonantium frangit, multo fit horridior. V. FRANGO et Cf. *Terentian. Maur. de litt. 227.* et *seqq.* et *Capell. 3. §. 261.* — **c)** Figuram habet Graeci digammatis: et aliquando pro illo adhibita fuit, ut in DIGAMMA dictum est, quibus adde *Inscr.* apud *Cardinali, Iscriz. Velitern p. 9.* M. AVDIVS. SERAILIAE AXIOLAE LIB. AMERIMNVS. EX ASSV. — **d)** Figuram autem huius litterae minusculam, quae nostro est in usu, Romanis quoque vulgo non ignotam fuisse argui potest ex *Inscr.* edita in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1859. p. 78.* CLODIA FADIANA COIVGI *(sic)* B. M. *f. (sic)*. Cf. *Garrucci, Graffiti di Pompei, p. 39.* — **e)** Appingi quoque mos erat loco aspirationis, *fordeum, trafo, vefo*, pro *hordeum, traho, veho*. *Priscian. ibid. p. 560.* et *Fest.* in *Fedus*. His adde *fostia, fostis, folus, Formias, fircus:* quae v. suis loc. — Huc spectat *Vel. Long. de Orthogr. p. 2250. Putsch.* « Ut testis est Varro, a Latinis *fasena* (h. e. arena) dicitur; et sicut *S* familiariter in *R* transit, ita *F* in vicinam aspirationem mutatur. Similiter ergo et *hoedos* dicimus cum aspiratione, quoniam *foedi* dicebantur apud Antiquos. Item *hircos*, quoniam eosdem aeque *fircos* vocabant. Nam et e contrario, quam Antiqui *habam* dicebant, nos *fabam* dicimus. » Cf. *Varr. 5. LL. 19.* et *Quintil. 1. 4. 14.* — **f)** Ad genus quod attinet, eadem repetenda sunt, quae diximus de aliis, nempe neutrius generis esse, et, addito vel subaudito *littera*, etiam feminini. V. A §. c. et B. §. d., etc. — **g)** De usu huius litterae in sermone Latino sequentia sunt adnotanda.

F littera aliquando et pro *b* usurpata est, ut in *sifilare* pro *sibilare*, teste *Non. 12. 49.* V. si lubet *Lips. de recta rat. pronunc. Lat. ling. c. 12.* — Huc spectat *af* praepositio pro *ab* apud Veteres aliquoties in usu. V. AV et AB §. c. — Hinc aliqua Graeca vocabula, in quibus est *b* littera, si quando transeunt ad Latinos, hac littera scribuntur, ut *fremo* a *βρέμω* et *fascino* a *βασκαίνω*. Cf. RUBER et RUFUS, et litt. V. — **h)** Sono, ut diximus, respondet Graecorum Φ; quare sic etiam exprimitur in Graecis vocabulis in Latinam linguam invectis, ut *fama, fero, fuga, fur* a Graecis *φήμη, φέρω, φυγή, φώρ*. — Introducta autem aspiratione, apud Latinos quoque usus invaluit scribendi *ph* pro Φ Graecorum. V. PH. — Plura tamen vocabula apud sequioris aevi Scriptores, quae a Graeco fonte deducta, scribenda essent cum *ph*, Latina consuetudine per *f* scripta reperiuntur. V. DELPHICA, DELPHINUS, ELEPHAS, etc. Cf. *Capell. 3. §. 311.* et *Priscian. 1. p. 542. Putsch.* — **i)** In compositione vocabulorum, si vox altera a littera *f* incipiat, consona vocis praecedentis mutatur in eam, ut ex *ob-fero, offero*; ex *ad-fero, affero*; ex *ex-fero, effero*, etc. — Vox *officina* contracta est ex *opificina*. — **k)** Praeponitur duabus liquidis *l* et *r*, ut *fleo, frigus*. Hinc *Capell. 3. §. 240.* « *F* littera, quae est semivocalium prima, duas tantummodo consonantes praelata complectitur, *L* et *R*, ut dicimus *flavus* et *frugi*. Vocales vero complectitur ita, ut *I* et *V* vocales sibi praeferri prohibeat; nullum autem claudit finitiva sermonem. » Aliter tamen sentit *Priscian. 1. p. 543. Putsch.* V. integr. loc. — Porro quod attinet ad huius litterae valorem

F numeris designandis inservit, et significat quadraginta, unde versus: *Sexta quater denos gerit F, quae distat ab alpha*. Sed, linea superius addita, ($\overline{F}$), quadraginta millia, teste *Auctore de Notis numerorum*. V. C §. 1. — **2)** Apud Scriptores rei agrariae per hanc litteram casae designantur. Hinc *Innocent. Cas. litter. p. 312. Lachm.* Casa per F nomen habens fines ante se habet grandes. — Item termini. *Auct. Incert. de finib. p. 363. ibid.* F si in termino inveneris, finalis causa exponit et in longinquo terminum ostendit. — **3)** In notis Romanorum saepe *filium* significat. In illo tamen *Cic. Brut. 48.* Festivitate et facetiis C. Iulius L. F. et superioribus, etc. illud F fratrem significare quidam putant. Nam C. et L. Iulios Caesares fratres fuisse, tum ex *Ascon. in orat. pro Scauro*, tum ex ipso *Cic.* constat *3. Orat. 3.* — **4)** In inscriptionibus praesertim sepulcralibus valet *facere*, ut V. F. *Vivus Fecit*; F. I. *Fieri Iussit*; F. C. *Faciendum Curavit*, etc. — Cetera V. in *Siglario*.

FA

FA, indecl. Nota musica in usu quoque apud Veteres, ut videre est in tetrachordi et orthochordi descriptione apud *Boeth. 1. Music. 20.*

FAATUM. V. FATUM.

FĂBA, ae, f. Vox parum certae originis. *Isid. 17. Orig. 4. 3.* Faba, Graeca etymologia, a vescendo vocabulum sumpsit, quasi fuga: *φαγεῖν* enim Graece comedere dicitur; primum enim homines hoc legumine usi sunt. Ita *Isid.* Sunt vero qui putant, sic esse appellatam a *φάω*; findo, inserto digammate Aeolico, quasi effissa, ex folliculis nempe, quibus innascitur; seu quia grana habet bifariam divisa. — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, refert *Vel. Long. Orthogr. p. 2230.* Antiquos *habam* pro *fabam* dixisse. V. P §. e. — **c)** In veteri Calendario apud *Grut. 139.* legitur in mense Decembr. Vineas stere. faba serentes, materias deicientes, ut sint *faba, orum*, neutr. gen. Sed illud incertae auctoritatis est. V. tamen FABATUS §. 2., ubi in *Gloss. Philox.* habetur *φάβατος κύκος*, ex quibus verbis patet, sequiori tempore usitatum fuisse etiam apud Graecos τὸ *φάβα*, τοῦ *φάβατος*. V. *Ducangium* in *Glossar. Graecitatis* in v. Φάβα. — **d)** Derivata, *fabaceus, fabaginus, fabalis, fabarius, fabatarium, fabatus, fabula* (v. §. 17.), *fabulis, fabulum*.

FABA genus est leguminis *(Vicia faba, Linn.)*, Italice *fava*, quod Graeci κύαμον vocarunt; quamquam, qui accurate de plantis scripsere, putant, fabam Veterum, Graece κύαμον, non esse eam, quae a nobis *fava* dicitur, sed aliud legumen fructu rotundo, et multo minore, quam nostra est. Hanc autem nostram *phaselum* fuisse dictam. Viderint alii. *Plin. 18. 30. 1.* inter legumina maximus honos fabae, quippe ex qua tentatus sit etiam panis. *Id. 19. 13. 1.*, et *27. 23. 1.* Faba fracta, *aut* fresa; *faverella, favetta*. *Cic. 1. Divin. 30.* Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quaerenti vera, contrariam. *Plin. 18. 30. 2.* Faba hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere: ob haec Pythagorica sententia damnata, ut alii tradidere, quoniam mortuorum animae sint in ea. *Gell. 4. 11.* Aristoxenus nullo saepius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quoniam is cibus et subduceret sensim alvum, et levigaret. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 66. Lind.* et *Plin. loc. cit.*, et *Fab. Pictor* apud. *Gell. 10. 15.* Fabam neque tangere Diali mos est, neque nominare: quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam et lemuralibus iacitur larvis, et parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore eius luctus litterae apparere videntur. *Ovid. 5. Fast. 456.* nigras accipit ante fabas, Aversusque iacit: sed dum iacit, haec ego mitto, His, inquit, redimo meque meosque fabis. *Varr.* apud *Non. 2. 515.* Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, et dicunt, se lemures domo extra ianuam elicere. *Philargyr.* ad *Virg. 1. G. 166.* Fabam vannare. *Ediet. Diocletc. circ. fin.* Fabae fressae X. centum. — Fabae non fressae X. sexaginta. V. FRESSUS. Adde *Macrob. 7. Sat. 3. 13.* — **2)** Inde pro-

Digitized by Google

verbia plura sunt ducta. Sic *Plaut. Aul. act. 5. v. 10.* Quid reperisti? *Stro.* non quod pueri clamitant in faba se reperisse; *h. e.* non rem nihili, puta hilum, aut curculionem, aliumve similem vermiculum, sed rem pretiosam. — **3)** *Istaec in me cudetur faba; h. e.* hoc malum in me recidet: proverb. apud *Ter. Eun. 2. 3. 89.* vel inde ductum, quod quidam olim male coctam fabam supra caput coqui saxo comminuerit: vel quia, cum faba cuditur, solum laborat, in quo cuditur. *Donat.* Alii ducunt ex eo, quod Antiqui fabam peccantibus in manum cudebant: unde usus inoleverit, fabam pro culpa, aut poena dici. Alii scuticam servilem significari aiunt, cuius extremum nodos haberet in modum fabae. Sed postremum hoc non placet. — **4)** *Tam perit, quam extrema faba; h. e.* omnino, certoque perit, quod faba, quae est in extremo agro plerumque aut proteritur, aut decerpitur a praetereuntibus. *Fest.* in *Tam. p. 275. Lind.* — **5)** Transfertur et ad alius generis grana. *Plin. 18. 21. 1.* Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod centigranium vocant. Inventus est iam et scapus unus centum fabis onustus; *h. e.* spicis. *Id. 19. 60. 2.* In fabis caprini fimi singulis cavatis si porri, erucae, lactucae, nasturtii semina inclusa serantur, mire provenire; *h. e.* globulis fimi fabae magnitudine. — **6)** Speciatim et improprie

II. *Faba Aegyptia* fuisse videtur eadem ac colocasia, quaeque a *Theophr. Hist. plant. l. 4. c. 9.* itidem κύαμος Αἰγυπτία dicitur. Huius meminit *Cels. 6. 7. n. 1.* Vel id, quod amarum in Aegyptia faba est, conteritur, rosa adiecta. *Id. ibid. n. 2.* Est Menophili validum admodum medicamentum, quod constat ex Aegyptia faba partis interioris, nucum amararum, etc. V. COLOCASIUM. — **7)** *Faba Graeca* est fructus pomi figura, carne pellucida, rufa et pulposa, Italice *guaiaco*, a *Colum. 7. 9.* et *5. 9. siliqua Graeca* dicitur. *Plin. 16. 33. 2.* Alia arbor in cacumine ramosa, ut pinus, lotos, sive faba Graeca, quam Romae a suavitate fructus silvestris quidem, sed cerasorum paene natura, loton appellant. — **8)** *Faba Syriaca* est arbor lotos apud *Mythogr. I. fab. 126.* ed. *Mai*. Lotos Nympha quaedam fuit; quam cum amatam Priapus insequeretur, illa deorum miseratione in arborem versa est, quae vulgo *faba Syriaca* dicitur. Adde *Mythogr. II. fab. 179.* describit *Isid. 17. Orig. 7. 9.* Mella, quam Graeci *loton* appellant, quae vulgo propter formam et colorem *faba Syriaca* dicitur. Arbor est enim magna, fructum ferens comestibilem, maiorem pipere, gustu suavem, unde et *mella* vocata est. — **9)** *Faba lupina*, herba est hyoscyamos, ita a Thuscis appellata, teste *Apul. Herb. 4.*, ubi tamen alii leg. *fabulonia* vel *fabulonga*. — **10)** *Faba* inter mensurae quoque genera enumerata est, ita tamen ut *faba Aegyptia* contineret scrupulos duos, *faba Graeca* scrupulum unum; *faba Latina* dimidium tantum, teste *Soran. Isag. cap. extr.*

FĂBĂCĔUS et

FĂBĂCĬUS, a, um. Adiect. a *faba;* ad fabam pertinens, fabalis; *di fava. Pallad. 12. 1.* Ager, qui calamos fabaceae messis eduxit. *Macrob. 1. Saturn. 12. a med.* Carnae Deae pulte fabacia et larido sacrificatur. — **2)** *Fabaceus mucus*, apud *Veget. 2. Veterin. 36.* est humor candidus et viscosus effluens e naribus equorum. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FABACIA, ae, f. Est fabacia puls. *Plin. 18. 30. 1.* Quin et prisco ritu fabacia suae religionis Diis in sacro est. — **4)** *Fabaciae virides*, apud *Apic. 5. 6.* sunt caules, et siliquae virides fabarum.

FĂBĂGĬNUS, a, um. Adiect. a *faba;* fabalis, fabaceus. *Cato, RR. 54.* Paleas triticeas, acus fabaginum, viciam dato.

FĂBĀLIS (et Fabulis) le. Adiect. a *faba;* ad fabam pertinens, fabaceus; *di fava. Ovid. 4. Fast. 725.* de vitulo cinerem, stipulasque fabales Saepe tuli. *Varr. 1. RR. 31.* Seges fabalis. *Alii leg.* fabulis. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FABALIA, ium, m. Sunt culmi fabales, ex quibus siliquae pendent; *gambi di fava. Cato, RR. 37.* Stercus unde facias, stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus. *Schneiderus melius leg.* fabalium acus. *Plin. 22. 69. 1.* fabalium, siliquarumque cinis. Adde *Colum. 2. 10.* et *Varr. 1. RR. 23., ubi tamen alii leg.* fabulia. — **3)** Item locus fabis consitus, fabarium. *Tertull. Anim. 31.* Pythagoras vero ne per fabalia quidem transeundum discipulis suis tradidit.

FĂBĀRĬĂ, ae, f. V. FABARIUS §. 4.

FĂBĀRĬCUS, a, um. V. FABARIUS §. 3.

FĂBĀRĬUM, ii, n. V. voc. seq. §. 5.

FĂBĀRĬUS, a, um. Adiect. a *faba;* ad fabam pertinens, fabalis; *di fava. Inscr.* apud *Murat. 132. 3.* Fabaria negotiatio. — **2)** *Fabarium pilum*, scilicet fabis tundendis, et farrearium inter agrestia instrumenta enumerat *Cato, RR. 10. extr.* — **3)** *Fabarias kalendas* dicebantur Iuniae, quod in iis fabae recentes rebus divinis adhibebantur. *Macrob. 1. Saturn. 12.* apud quem alii leg. *fabaciae.* — Hinc *fabarici* (scil. *ludi*) memorantur Kalendis Iunii *Kalend. Philocali*, qui in honorem Deae Carnae habebantur (V. CARNA in ONOM.), qui fortasse iidem sunt, qui circenses fabricii *(nisi legas* fabacii) recensentur in *Kalend. Polemii Sylvii* eodem die. Cf. FABACEUS §. 1. — **4)** Absolute, substantivorum more, in unoquoque genere

FABARIA, ae, f. Est mulier negotiatrix fabaria. *Inscr.* apud *Donat. 405. 9.* Antistia Victorina fabaria. — **5)** Item

FABARIUM, ii, n. Est locus fabis consitus, ut pomarium pomis. *Not. Tir. p. 111.* Faba, fabarium. Cf. FABALIS §. 3. — **6)** Item

FABARIUS, ii, m. Est appellatus cantor, qui emolliendae vocis causa fabis vescebatur. *Isid. 2. de eccles. offic. 12.* Antiqui pridie, quam cantandum erat, cibis abstinebant, psallentes tamen, legumine causa vocis assidue utebantur: unde et cantores apud Gentiles fabarii dicti sunt.

FĂBĀTĀRĬUM, ii, n. Nomen a *faba*, quo significatur vas amplum, in quo făbătă; *h. e.* fabarum grana reponuntur. V. FABATUS §. 2. et FABA §. c. *Lamprid. Elagab. 20.* Barbas mullorum iubebat exhiberi plenis fabatariis, et discis.

FĂBĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *faba;* fabaceus. *Fabata puls* ex faba. *Festus* in *Refriva, p. 229. Lind.* In sacrificiis publicis, cum puls fabata Diis datur, nominatur refriva. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FABATUM, i, n. Est granum fabae in *Gloss. Philox.* Fabatum; ῥάβδος κόκκος. Mendose in editionibus legitur *fabatrum*. V. FABA §. c.

FĂBĔĂ. V. FAVEA.

FĂBELLĂ, ae, f. Diminut. a *fabula;* parva fabula; narratiuncula commenticia, anilis, et longe a vero remota; *favoletta, novelluzza. Horat. 2. Sat. 6. 77.* aniles fabellas garrire. *Cic. 2. Divin. 58.* Nihil debet esse in philosophia commenticiis fabellis loci. *Phaedr. 4. 6. extr.* Quid ergo possum facere tibi, lector Cato, Si nec fabellae te iuvant, nec fabulae? *h. e.* nec Aesopiae breves humilesque fabulae, nec longiores grandioresque narrationes, cuiusmodi in tragicis argumentis tractantur. *Tibull. 1. 3. 85.* Assideat custos sedula semper anus. Haec tibi fabellas referat, etc. — **2)** Hinc proverbium est apud *Horat. 2. Ep. 1. 199.* surdo asello narrare fabellam. — **3)** Dicitur etiam de narratione vera; *istorietta. Senec. ep. 77. circa med.* In fabellam excessi non ingratam tibi: exitum enim amici tui cognosces non difficilem, nec miserum. *Phaedr. 2. 5.* Hanc emendare, si tamen possum, volo Vera fabella. — **4)** Item de fabulis theatralibus. *Cic. 2. Q. Fr. 16.* Συνδείπνους Σοφοκλέους, quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi. *Id. Cael. 27.* Haec tota fabella veteris et plurimarum fabularum poetriae, quam est sine argumento! quam nullum invenire exitum potest!

FĂBELLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fabellor*, idem fere quod fabulatio. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Fabellatio; μυθολογία.

FABELLO (et Favello) as, āre, et

FĀBELLOR, āris, āri. Verbum intransitiv. a *fabella* idem fere quod fabulor. Legitur in *Gloss. Lat. p. 137. n. 10. Hild.* fabulor, fabellor. — *Gloss. Gr. Lat.* Ὁμιλεῖν; favellare, sermocinari. Hinc italicum nostrum *favella* et *favellare*.

FĂBER, bri, m. Nomen a *faciendo ferro*, factum, ut ait *Isid. 19. Orig. 6. 1.* — **b)** In genitivo plurali usitatius est *fabrum*, quam *fabrorum*. *Cic. Orat. 46.* Fabrum, et procum audeo dicere, non fabrorum, et procorum. *Cass. ad Oppium post ep. 8. l. 9. ad Att.* Iam duo praefecti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt. *Liv. 1. 43.* Duae fabrum centuriae. *Plin. 34. 1. 1.* Aerariorum fabrum collegium. — Reperitur tamen etiam *fabrorum*. *Cic. 3. Verr. 56.* Quantum paucae operae fabrorum tulerunt. *Plin. 35. 51. 5.* Ferrariae fabrorum officinae. *Inscript.* apud *Don. cl. 9. n. 9.* Collegio fabrorum D. D. *Plaut. Most. 1. 2. 54.* Frugi usque, et probus fui, in fabrorum potestate dum fui. Adde *Vitruv. 10. 1. in fin.* — **c)** Derivata, *fabre, fabrica, fabricabilis, fabricarius, fabricatio, fabricator, fabricatrix, fabricatus, us, fabricenses, fabrico, fabricula, fabricus, fabrilis, fabriliter, fabrio.* — **d)** Composita, *affaber, affabricatus, confabricor, fabrefacio, fabrificatio, infabre, infabricatus, malefaber, perfabrico, refabrico.*

FABER proprie ac universim est omnis artifex, qui e quavis duriore materia facit aliquid; *fabbro, artefice*. Nam qui ex gypso, argilla, aut cera aliquid conficit, *plastes* vocatur. Habet amplam significationem, quae tamen limitatur ex significatione adiectivi adiuncti, ut *faber ferrarius*, qui aliquid ex ferro conficit, *tignarius*, qui tigna ad aedificia concinnat, *aurarius*, qui ex auro aliquid excudit, *navalis*, qui naves fabricatur, et sic de ceteris. *Cic. Brut. 75.* Ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. *Inscript.* apud *Grut. 640. 1.* P. Longidienus P. f. Cam. faber navalis se vivo constituit. *Alia* apud *Nibbyum, Viagg. antiq. T. 2. p. 295.* L. Lepidio Eutycho quinquennali perpetuo corporis fabrum navalium Ostiensium. — *Cic. 2. Rep. 22.* Faber tignarius. *Cai. Dig. 50. 16. 235.* Fabros tignarios dicimus non eos dumtaxat, qui tigna dolant, sed omnes, qui aedificant. *Plaut. Rud. 2. 6. 47.* Ut fortunati sunt fabri ferrarii, Qui apud carbones assident! *Plin. 34. 1. 1.* Fabri aerarii. *Horat. 2. Ep. 1. 96.* Marmoris aut eboris fabros, aut aeris amavit. *Inscr.* apud *Spon. Misc. p. 225.* Faber eburarius. *Alia* apud *Orelli, n. 4182.* Faber intestinarius. Et *n. 4181.* Faber a Corinthiis. Et *n. 4185.* Faber ocularius. — *Vulg.*

Digitized by Google

Interpr. Gen. 4. 22. Et faber in cuncta opera aeris et ferri. *Id. 1. Reg. 13. 19.* Faber ferrarius. *Id. Isai. 54. 16.* Ecce ego creavi fabrum sufflantem in ignem. *Inscr.* apud *Grut. 642. 6.* Faber materiarius. — **2)** Absolute. *Cic. Plane. 23.* Ut nos in mancipiis parandis quamvis frugi hominem si pro fabro aut pro tectore emimus, ferre moleste solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus, forte nesciverit, etc. *Id. 9. Fam. 2.* Non deesse, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros ad aedificandam rempublicam. *Id. 7. Verr. 19.* Vel Capitolium publice coactis fabris operisque imperatis gratis ex aedificari potuit. *Vulg. Interpr. Marc. 6. 3.* Nonne hic est faber, filius Mariae? *Id. Ierem. 29. 2.* Faber et inclusor de Ierusalem. *Id. Eccli. 38. 28.* Faber et architectus. *Id. Baruch. 6. 45.* Fabri et aurifices. — **3)** Alii porro fuerunt fabri, quorum collegia in omnibus fere municipiis, et coloniis olim fuisse constat ex plurimis vetustis inscriptionibus, quae eorum mentionem faciunt: haec instituta praecipue fuerunt arcendorum in urbibus incendiorum causa, quique iis praeerat, *praefectus fabrum* dicebatur: alia praeterea fuerunt collegia fabrum tignariorum, ferrariorum etc., iis similia, quae apud nos (Venetos) *fraglie de' falegnami, fabbri* etc. *Plin. 10. ep. 42.* Dispice, an instituendum putes collegium fabrorum, dumtaxat hominum CL; ego attendam, ne quis nisi faber recipiatur. Hinc *Symmach. 10. ep. 27.* (al. *54.*) Sunt qui fabriles manus augustis operibus accommodant, per alios fortuita arcentur incendia. *Inscript.* apud *Grut. 261. 4.* Magistri quinquennales collegii corporum fabrum ferrariorum, tignariorum, dendrophororum, et centonariorum. Adde *Plin. Paneg. 54.* — **4)** Fabri fuerunt etiam in legionibus, qui apud nos essent *il treno dell' armata*. Horum munera ita describit *Veget. 2. Milit. 11.* Habet praeterea legio fabros tignarios, structores, carpentarios, ferrarios, pictores, reliquosque artifices ad hibernorum aedificia fabricanda, ad machinas, turres ligneas, ceteraque, quibus vel expugnantur adversariorum civitates, vel defenduntur propriae, praeparatos, qui arma, qui vehicula, . . . horum iudex proprius praefectus fabrorum. *Caes. 5. B. G. 11.* Ex legionibus fabros delegit et ex continenti alios arcessiri iubet. *Id. 1. B. C. 24.* Praefectus fabrum. V. PRAEFECTUS. — **5)** Translate. *Sallust. ad Caes. de rep. ordin. orat. 1.* Res docuit, id verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse quemque fortunae suae. *Plaut. Most. 1. 2. 39.* Parentes fabri liberum sunt. — **6)** *Fabrum caedere, cum ferias fullonem*, proverb. apud *Arnob. 6. p. 195.* de iis dictum, qui dum quippiam quaeritant, in aliud deterius incidunt. Al. leg. *cudere*. — **7)** Improprie

II. *Faber*, est etiam piscis genus, alio nomine zeus, proprium Atlantici et Gaditani maris. *Plin. 9. 32. 1.* et *32. 53. 5.* et *Colum. 8. 16.* ad *fin.* V. ZEUS. — **8)** Adiectivorum more, unde et superlat. *faberrimus*,

FĂBRA, brae, brum. Est fabrilis; ad fabrum pertinens; *fabbrile, ingegnoso. Ovid. 8. Met. 159.* Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis. *Apul. Florid. n. 8.* Annulus aureus faberrimo signaculo. *Id. Apol.* Tantum praestat artibus ad imaginis similitudinem referendam laevitas illa speculi fabra, et splendor opifex. *Prudent. Apoth. 1054.* Solus homo emeruit Domini formabile dextra Os capere, et fabro Deitatis flumine nasci. — *Vulg. Interpr. Sap. 13. 11.* Si quis artifex faber de silva signum rectum secuerit.

FĂBEUS. V. FAVEA.

FĂBILLĂ. V. FACELA.

FĂBŎLĂ. V. FABULA.

FABONĬUS. V. FAVONIUS.

FĂBOR. V. FAVOR.

FĂBRĒ. Adverb. a *faber*. — Superlat. *faberrime*, infra. — Est artificiose; *artificiosamente, ingegnosamente. Plaut. Men. 1. 2. 25.* Hoc factum est fabre. *Sil. 14. 320.* Trabs fabre teres, atque erasis undique nodis. *Alii leg.* Trabs trabe iuncta teres, derasis undique nodis. *Apul. 11. Met.* Navis faberrime facta. — *Fulgent. de prisco serm. vers. fin.* Fabre compactus homo. Adde *Diomed. 3. 5. 17.* et *Apul. 2. Met. 19.*

FĂBRĒFĂCĬO et Fabre facio, făcis, fēci, factum, făcĕre. Verbum transitiv. ab *fabre* et *facio*. — Particip. *fabrefactendus* §. *1. fabrefactus*, V. suo loco. — Est aedifico, artificiose compono; *edificare, fabbricare con artifizio. Aurel. Vict. Vir. illustr. 58.* Classem magis validam, quam decoram fabrefecit. *Claudian. Mamert. de Stat. an. 1. 18. n. 2.* Ecce ad aliquid scribendum vel fabrefaciendum ut manus movetur, animae nutus intenditur. — **2)** Passive

FABREFIO et Fabre fio, fis, factus sum, fieri. Est affabre fio. *Vulgat. Interpr. Exod. 31. 4.* Quidquid fabrefieri potest ex auro, et argento, et aere, marmore, et gemmis, et diversitate lignorum. *Chalcid. Comment. in Tim. Plat. p. 60.* Silva est eorum, quae ex iisdem fabrefiunt, non tamen essentia. V. voc. seq.

FĂBRĒFACTUS et Fabre factus, a, um. Particip. verbi *fabrefacio; fabre* et artificiose factus; *fatto artifiziosamente. Apul. Florid. n. 22.* Navis bona, fabrefacta. *Al. scrib. divisim. Ammian. 29. 1.* Laux ex diversis metallicis materiis fabrefacta. — **2)** Translate. *Plaut. Cas. 5. 1. 7.* nec fallaciam Astutiorem ullus fecit poeta, atque Ut haec est fabrefacta a nobis.

FĂBRĒFIO. V. FABREFACIO §. 2.

FĂBRĪCĂ, ae, f. Nomen a *faber*, quo proprie significatur fabri officina; *bottega. Ter. Adelph. 4. 2. 45.* Apud ipsum lacum Est pistrilla, et ex adverso fabrica: ibi est. *De.* Quid ibi facit? *Sy.* Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit. *Lucret. 4. 516.* Denique ut in fabrica, si prava est regula prima, Normaque si fallax rectis regionibus exit, Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum, etc. *Cic. 3. Nat. D. 22.* Vulcanus, qui Lemni fabricae traditur praefuisse. — **2)** *Fabricas armorum*, quas *Caes. 1. B. C. 34. officinas armorum* dixit, *Veget. 2. Milit. 11.* eas vocat, quas publicas per singulas provincias Romani sequiori tempore habebant; *manifatture d'armi:* privatim enim exercere vetitum erat, ut ex *Novell. 85.* constat. *Notit. Imper. Occid. 32.* Fabricae infrascriptae Italiae: Concordiensis sagittaria; Veronensis scutorum et armorum; Mantuana coriaria; Cremonensis scutaria; Ticinensis arcuaria; Lucensis spatharia. Porro *fabricenses* dicebantur, qui huiusmodi fabricas exercebant ad arma publica cudenda; quique iis praeerat, *praefectus fabrorum* apud *Veget. loc. cit.* et *praepositus fabricae* apud *Ammian. 29. 3.* et in *Inscript.* apud *Grut. 285. 4.* appellabatur. *Alia* apud *Orelli, n. 4127.* Comes fabricarum totius civitatis *Beneventanae*. — **3)** Est etiam *fabrica* ipsa ars fabrilis; *arte, mestiere. Vitruv. 1. 1.* Fabrica est continuata ac trita usus meditatio, quae manibus perficitur e materia, cuiuscumque generis opus est, ad propositum deformationis. — Hinc *fabrica materiaria, aeraria, ferrea*, etc. apud *Plin. 7. 57. 7.*; *h. e.* ars ducendi ferrum, etc. *Cic. 2. Nat. D. 15.* Pictura, et fabrica, ceteraeque artes habent quendam absoluti operis effectum. *Id. 1. ibid. 20.* Natura effectum esse mundum: nihil opus fuisse fabrica. *Id. 2. ibid. 60.* Omnis fabrica aeris et ferri. *Iustin. 36. 4.* Tradere se fabricae aerariae artis. — **4)** Item fabricatio. *Vulg. Interpr. 2. Mac. 4. 20.* Datae sunt *(didrachmae)* in fabricam navium triremium. — **5)** Item opus ipsum fabricatum; *fabbrica. Pallad. 1. 9.* In fabricis planis observandum est, ut aequalis et solida contignatio fiat, ne gradus ambulantium tremor fabricae titubantis excutiat. — **6)** Item universim quaevis constructio sive dispositio; *struttura, disposizione. Cic. 2. Nat. D. 47.* Admirabilis fabrica membrorum animantium. *Id. 1. Offic. 35.* Hanc naturae tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. *Ennod. Paneg. 7.* Fabrica corporis. — **7)** Translate pro dolo, seu machinatione accipitur; *inganno, frode. Ter. Heaut. 3. 2. 54.* Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? *Plaut. Cist. 2. 2. 5.* Quot admoenivi quid illi promisi boni! Quot fabricas, quot fallacias! Adde *Mil. 2. 1. 69.* — **8)** Adiectivorum more,

FABRICUS, a, um. Est fabrilis. *Paul. Dig. 33. 7. 19. extr.* Servus arte fabrica peritus.

FĂBRĪCĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *fabrico;* qui fabricari potest. *Gloss. Philox.* Fabricabilis; *ἐργάσιμος*.

FĂBRĪCĂRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fabrico;* qui fabricando idoneus est. *Gloss. Philox.* Ξύλα *ἐργάσιμα*; ligna fabricaria.

FĂBRĪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fabrico;* actus fabricandi, item ipsa fabrica; *fabbrica, composizione. Cic. 2. Nat. D. 53.* Si erit tota hominis fabricatio perspecta. *Vitruv. 2. 1.* Fabricationes aedificiorum. *Id. 9. 2.* Pythagoras normam sine artificis fabricationibus inventam ostendit. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 3. 1.* et *2. ibid. 2. 3.* et *Firmic. 3. Mathes. 6.* — *Coel. Aurel. 3. Chron. 8. n. 111.* Secundum generationem, sive fabricationem passionis. — **2)** Translate. *Cic. 3. Orat. 42.* Ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam fabricationem habet, sed in oratione; *h. e.* artificium, artem; *artifizio*.

FĂBRĪCATOR, ōris, m. Verbale a *fabrico;* qui fabricat; *fabbricatore, artefice. Cic. Univ. 2.* Utrum ille fabricator tanti operis sit imitatus exemplar. *Virg. 2. Aen. 264.* Doli fabricator Epeus; *h. e.* equi lignei. *Firmic. 3. Mathes. 6. n. 9.* Fabricatores Deorum; *h. e.* qui Deorum signa faciunt. *Capell. 7. §. 733.* Nam monadem fabricatori Deo . . . aptamus. — **2)** Est etiam qui aliquid fabricandum curat. *Inscript.* apud *Fabretti, p. 100. n. 227.* Fabricatori ex maxima parte etiam civitatis nostrae, multa et usui et ornatui addenti Umbronio *(Guarinius, Ricerche di Eclano, p. 104.* ex ipso lapide corrigit *Umbonio)* Mannachio V. C. patrono dignissimo ordo civitatis Aeclanensium statuam ponendam censuit. — **3)** Translate. *Lucret. 3. 473.* Nam dolor et morbus leti fabricator uterque est. *Vulg. Interpr. Job, 13. 4.* Fabricator mendacii. Adde *Isai. 45. 16.*

FĂBRĪCĀTRIX, trīcis, f. Verbale a *fabrico;* quae fabricat; *fabbricatrice. Claudian. Mamert. epist. 2. de apicula.* Filiorum fabricatrix virginitatis suae feturam alit atque imbuit ubere favorum. *Lactant. 6. 22.* Mortis fabricatrix voluptas. Adde *7. 12.* et *Epitom. 9. ad fin.*

FĂBRĪCĀTUS, a, um. Particip. verbi *fabrico;* fabrili arte factus; *fabbricato, fatto con artifizio. Virg. 2. Aen. 46.* in nostros fabricata est machina muros. *Id. 9. ibid. 144.* moenia Troiae Neptuni fabricata

Digitized by Google

manu. *Ovid. 8. Met. 669.* Pocula fabricata fago. *Vellei. 2. 27.* Cuniculi miro opere fabricati. *Cic. Univ. 6.* Mundus globosus est fabricatus. — **β)** *Fabricatus*, deponentium more, qui fabricavit. *Apul. Florid. n. 9.* Fabricatum semet sibi ampullam olearian. V. alia exempla in FABRICO §. 1.

FĂBRĪCĀTUS, us, m. Verbale a *fabrico*, idem quod fabricatio. In sexto casu singulari *Sidon. 5. ep. 15. ad fin.* Hoc fabricatu amicitiarum culmen aedificat.

FABRICENSIS et Fabriciensis, se. Adiect. a *fabrica*, fere absolute adhibitum de iis, qui in publicis fabricis ad arma cudenda exercentur. V. FABRICA §. 2. *Cod. Iustin. 11. tit. 9.* — *Inscr.* apud *Noël des Vergers, Essai sur M. Aurel. p. 110.* Iulius Vitalis Fabriciesis *(sic)* leg. XII. V. V. stipendiorum IX. annor. XXIX. natione Belga ex collegio Fabricensium elatus H. S. E. Adde *alias* apud *Orelli, n. 4079.* et *4186.*

FĂBRĪCĪĒSIS; h. e. Fabriciensis. V. voc. praeced.

FĂBRĪCĬUS et Fabritius, a, um. Adiect. a *faber;* ad fabrum pertinens. V. FABARIUS §. 3. *fin.* — Absolute. *Incert. Auct. rei agr. p. 401. Lachm.* Lacus et legonatos et fabritiis constructos calaviones. *Alii leg.* fabricis.

FĂBRĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fabrica*. — Frequentius usurpatur deponentium more, *fabricor, aris, ātus sum, āri.* Cf. *Macrob. de differ. Verb. p. 636.* et *Hildebr.* ad *Apul. Mund. 4.* — **b)** Hinc *fabricarier* paragoge pro *fabricari* in *vet. Posta* apud *Cic. 2. Nat. D. 65.* — **c)** Particip. *fabricans* §. *1., fabricandus* §. *1., fabricatus* §. *1.* et suo loco. — **d)** Derivata, V. in FABER.

FABRICO vel Fabricor, proprie est fabrili arte quidpiam facio; *fare, lavorare, fabbricare. Cic. 1. Offic. 41.* Pictores, et ii, qui signa fabricantur, suum quisque opus a vulgo considerari vult. *Id. 3. Orat. 46.* Capitolii fastigium illud non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. *Id. Rabir. Post. 3.* Qui fabricatus gladium est. *Id. 2. Divin. 19.* Iovi fulmen fabricati Cyclopes. *Tacit. 4. Ann. 51.* Pontes et scalas fabricati. *Id. 14. ibid. 29.* Naves fabricatur plano alveo. *Suet. Claud. 19.* Naves mercaturae causa fabricantibus magna commoda constituit. — Fabrico, forma activa. *Ovid. 15. Met. 685.* cratera fabricaverat Alcon. *Suet. Cal. 37.* Fabricavit et de cedris liburnicas, gemmatis puppibus. *Phaedr. 4. 6.* Fabricasset Argus opere Palladio ratem. *Horat. 1. Sat. 3. 102.* Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus. — Passive. *Vellei. 2. 79.* Speciosissima fabricata classe. *Sil. 15. 197.* Ad tela fabricanda. — *Quintil. 2. 16. 6.* Non fabricetur militi gladius. V. FABRICATUS, a, um. — **β)** Est etiam instruo, apparo. *Apul. 7. Met.* Prandium fabricatur opipare; h. e. instruit, apparat. — **γ)** Translate. *Senec. ep. 16.* Philosophia animum format et fabricat. *Manil. 1. 772.* Aetheriusque Plato, et qui fabricaverat illum, Damnatusque suas melius damnavit Athenas; h. e. instituerat, docuerat. *Cic. 4. Acad. 6.* Nihil est clarius ἐνάργεια, ut Graeci: perspicuitatem, aut evidentiam nos, si placet, nominemus, fabricemurque, si opus erit, verba; *inventiamo, formiamo nuove parole.* Adde *ibid. 10.* et *27. Sil. 16. 671.* Ne fabricate moras. — *Vulg. Interpr. Ps. 128. 3.* Super dorsum meum fabricaverunt peccatores; h. e. flagellaverunt me impii. Cf. *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — *Fabricor* passive. *Quintil. 10. 7. 2.* Dum illa verba fabricentur, et vox praeparetur. — **δ)** Pro machinari, excogitare fallaciam, *Plaut. Asin. 1. 1. 89.* Fabricare quidvis, quidvis comminiscere, Perficito, argentum hodie ut habeat filius. *Id. Bacch. 4. 4. 42.* Compara, fabricare, finge quod iubet.

FĂBRĪCOR, āris. V. voc. praeced.

FĂBRĪCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *fabrica;* parva fabrica; *fabbrichetta.* Ita appellatur agellus apud *Cassiod. 8. Variar. 28.*, quia fortasse eidem parva fuerat fabrica imposita.

FĂBRĪCUS, a, um. V. FABRICA §. 8.

FĂBRĪFĪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab inusit. *fabrifico*, quod est a *faber* et *facio*, quod alterum corruptum est vi compositionis. — Est idem fere ac fabricatio. *Tertull. Apolog. 12.* Non sentiunt iniurias et contumelias suae fabrificationis Dii vestri.

FĂBRĪLIS, le. Adject. a *faber;* ad fabrum pertinens; *fabbrile. Cic. 6. Att. 1. a med.* Erratum fabrile putavi. *Liv. 27. 49.* Fabrile scalprum. *Ovid. 4. Met. 175.* et quod opus fabrilis dextra tenebat, Excidit. *Id. 1. Amor. 9. 39.* Mars quoque deprensus fabrilia vincula sensit. *Plin. 14. 5. 6.* Vinis gratiam affert fumus fabrilis. *Id. 28. 42. 4.* Fabrile glutinum. *Cels. 8. 7.* Fabrile gluten. *Senec. 6. Benef. 38.* Nullo igne laedantur tecta; lacebit opera fabrilis. Adde *Capell. 9. §. 889.* — **β)** *Fabrilem* uvam dici ait *Cael. Aurel. 4. Chron. 5. post med.* quae fumi vapore siccata est. Adde *2. ibid. 7.* et *3. ibid. 2. Edict. Diocl. p. 20.* Uvae passae fabriles. — **γ)** *Fabriles bulbi.* V. BULBUS §. 4. — **δ)** Absolute, substantivorum more,

FABRILES, ium, m. Sunt vascularii fictiliarii, qui amphoras aliaque vasa ex argilla fingebant. *Inscript.* in quadam amphora apud *Don. praef. p. LXXXVI.* Fabriles Marcellae N. felicitatem. Artifices scilicet e familia Marcellae Saturnalibus dono eidem dederunt hanc amphoram cum laeta acclamatione. — **ε)** Item

FABRILIA, ium, n. Sunt res fabrorum. *Horat. 2. Ep. 1. 116.* tractant fabrilia fabri; *ognun parla volentieri del suo mestiere.*

FĂBRĪLĬTER. Adiect. a *fabrilis;* artificiose, more fabri. *Prudent. Apotheos. 583.* Opifex fabriliter aptans Composuit.

* FĂBRĬO, is, īvi, īre. Verbum transitiv. a *faber*, idem fere ac fabrico. *Venant. 2. carm. 13. 23.* Quod nullus veniens Romana gente fabrivit, Hoc vir barbarica prole peregit opus.

FĂBRĪTĬUS. V. FABRICIUS.

FĂBŬLĂ (et Fabola, in *Glass. Lat. Gr.*), ae, f. Verbale a *for, faris, fatum*, quasi *fatibula*, per syncopen factum; nam ut ait *Diomed. 3. p. 488. Putsch.*, Latine *fabulae* appellantur, sive *fatibulae.* — **b)** Distinguendum ab hoc est *fābula*, diminut. a *faba*, de quo infra §. 17. — **c)** Derivata, *fabella, fabellatio, fabularis, fabulatio, fabulator, fabulo* et *fabulor*, et *fabulo, ōnis, fabulose, fabulositas, fabulosus.* Cf. FATIBULA. — **d)** Composita, *affabulatio, confabulor, mimofabula.*

FABULA proprie est id, quod in ore omnium versatur, rumor populi, sermo pervagatus, res passim divulgata, sive sit vera, sive falsa; *discorso, racconto, favola. Ovid. 3. Pont. 2. 97.* Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo, Laudarunt omnes facta, plenique fidem. *Petron. Satyr. 92.* Utcumque tamen, tanquam non agnoscerem fabulam, tacui; *quasi ch' io non sapessi, come la cosa stava. Id. ibid. 111.* Una igitur in tota civitate fabula erat; *non si parlava d' altri, che di costei.* Et *Plin. 8. ep. 18. sub fin.* Sunt omnes fabulae Tullius; *tutti i discorsi sono di Tullo.* Et *Gell. 19. 12.* Ne id accidat, quod cuipiam Thraco venisse usu, fabula est; *si dice, si racconta. Horat. 1. Ep. 15. 8.* Asinaeque paternum Cognomen vertas in risum, et fabula fias; *diventi la favola del volgo. Id. Epod. 11. 8.* Heu me, per urbem . . . Fabula quanta fui! *quanto ho dato a dire di me! Ovid. 3. Amor. 1. 21.* Fabula (nec sentis) tota iactaris in urbe; *si dice di te per tutta la città. Suet. Aug. 70.* Coena eius secretior fuit in fabulis; *si fecero molti discorsi d' una sua cena*, etc. *Martial. 1. 91.* tibi moechum fabula nulla dabat; *niuno sparlava di te, come se avessi degli adulteri.* Adde *Propert. 2. 10. 14., Martial. 12. 52., Lucan. 8. 605., Quintil. 9. 2. ad fin.* et *Auctor. Dial. de orator. 5., Vulg. Interpr. Deut. 28. 37.* et *Tob. 3. 4.* — *Liv. 1. 11.* Additur fabulae, quod vulgo Sabini aureas armillas brachio laevo habuerint, etc. Adde *Praef. 6. Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 26.* Additur tamen ad fabulam metatae urbis, etc. — **β)** Item confabulatio, sermo, qui privatim inter aliquos fit. *Auct. Dial. de orator. 2.* Quos ego in iudiciis non utrosque modo studiose audiebam, sed domi quoque, et in publico assectabar, ut fabulas quoque eorum, et disputationes, et arcana semotae dictionis penitus exciperem; *privati discorsi. Lamprid. Elagab. 25.* Cum inter fabulas privatas sermo esset ortus, quanti heriosi esse possent in urbe Roma. Adde *Lucan. 4. 200.* — **γ)** Metonymice *fabula* dicitur ipse locus, in quo multi fabulantur otiandi causa. *Martial. 5. 20.* Sed gestatio, fabulae, libelli, Campus, porticus, umbra, virgo, thermae; Haec essent loca semper, hi labores. — **δ)** Translate dicitur de re, cuius principium et ratio non intelligitur. *Ter. Andr. 4. 4. 8.* Quae haec est fabula? Eho, Mysis, puer hic unde est? *che negozio è questo? Plaut. Pers. 5. 2. 11.* Sed quid ego aspicio? quae haec est fabula? — **ε)** Deinde

II. *Fabula* saepissime de narratione rei fictae; *favola, novella. Ter. Andr. 5. 4. 22.* Fabulam inceptat. *Cic. 2. Divin. 53.* Num igitur me cogis etiam fabulis credere? *Ovid. 10. Met. 561.* non fabula rumor ille fuit; h. e. non fuit fictus. *Horat. 2. Sat. 5. 61.* Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede. *Vulg. Interpr. 2. Tim. 44.* Ad fabulas conversi. *Id. Tit. 1. 14.* Fabulae Iudaicae. *Id. 2. Petr. 1. 16.* Doctae fabulae. V. *Interpretes* ad haec loca. Adde *Cic. Mil. 5.* et *2. Rep. 2.* et *10.* — **β)** Absolute adhibetur eleganter in responsionibus, ubi quis narranti non credit. *Ter. Heaut. 2. 3. 95.* Quamobrem id faciam vera causa est. *Cl.* Fabulae! *Id. Andr. 1. 3. 19.* Ibi tum hanc electam Chrysidis Patrem recepisse orbam, parvam. Fabulae! Mihi quidem hercle non fit verisimile, atqui ipsis commentum placet. — **γ)** Appositio est in illo *Horat. 1. Od. 4. 16.* Iam te premet nox fabulaeque manes; h. e. Manes, de quibus fabulae narrant, vel Manes fabulosi; id est, inanes: quam alteram explicationem probat *Orelli*, ad h. l., qui affert etiam illud *Iulii Agathémeri* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 473. Burm.* Angar haud miserae pavore mortis, Quae ad domus trahit invidas Averni, Fabulas Manes ubi rex coercet (Cf. MANES). — Et, soluta appositione, *Pers. 5. 152.* cinis et manes et fabula sies. Cf. et illud *Senec. Troad. 405. de Orco.* Rumores vacui verbaque inania, Et par sollicito fabula somnio. Et *Petron. Sat. 85.* Apollo pueri umbram revocavit in florem, et omnes fabulae quoque habuerunt sine aemulo complexus. — **δ)** Speciatim

III. *Fabulae* sunt narrationes rerum confictarum ad delectationem et utilitatem inventae: cuiusmodi sunt Aesopi et Phaedri, de quibus *Phaedr. prol. l. 3.* Nunc, fabularum cur sit inventum genus, Brevi docebo, etc. *Cic. 1. Invent. 17.* Sin res dabit, non inutile est, ab aliqua re nova aut ridicula incipere, aut ex tempore quae nata sit, aut iam parata, quae vel apologum, vel fabulam, vel aliquam contineat irrisio-

Digitized by Google

lum. *Quintil. 5. 11. 17.* Nota illa de membris humanis adversus ventrem discordantibus fabula. — **19)** Quomodo ab apologo differat, v. APOLOGUS §. 1. — **20)** *Lupus in fabula* proverb. est, quo utimur, cum is ipse, de quo adhuc collocuti sumus, repente adest. *Cic. 15. Att. 13., Ter. Adelph. 4. 1. 21.* V. LUPUS. — **21)** Huius generis sunt IV. *Fabulae*, quae in tragoediis et comoediis exhibentur. *Cic. Brut. 18.* Atque hic Livius, qui primus fabulam C. Clodio Caeci f. et M. Tuditano Coss. docuit. *Id. Senect. 19.* Neque histrioni, ut placeat, pergenda est fabula; modo in quocumque fuerit actu, probetur. *Horat. 2. Ep. 1. 176.* Securus, cadat an recto stet fabula talo. *Id. Art. P. 189.* Neve minor neu sit quinto productior actu Fabula. *Cic. Amic. 7.* Qui clamores tota cavea nuper in M. Pacuvii nova fabula! *Id. ibid. 26.* Haec etiam in fabulis stultissima persona est improvidorum et credulorum senum. Adde *Horat. 1. Sat. 2. 21.* et *2. Ep. 1. 80.* — **22)** Huiusmodi autem fabulae diversa sortiuntur nomina pro habitu et qualitate personarum, quae in eis introducuntur. Aliae enim *Togatae* dicebantur, quarum personae togis, et Romanorum cultu erant ornatae. Aliae *Palliatae*, cum personae Graeco more palliis indutae in scenam prodibant: erat enim pallium Graecis peculiare, ut Romanis toga. — Deinde tot earum genera quatuor erant, *Praetextatae*, *Tabernariae*, *Atellanae*, *Planipediae*. *Praetextatae* erant, in quibus regum, vel magistratuum, qui praetexta induti erant, acta comprehendebantur. *Tabernariae* illae erant, quibus humiles et privatae personae inducebantur, quales fere sunt mercatores, et institores, qui in tabernis merces suas vendere consueverunt. *Atellanae* erant, in quibus ridiculae personae inducebantur iocis et salibus vellicantes: dictae ab Atella Campaniae oppido. *Planipedias* dictae sunt a Planis histrionum pedibus, qui ob humilitatem argumenti, et vilitatem personarum neque cothurnis utebantur, neque soccis. — Alia, quae huc spectare possunt, v. in vocc. PALLIATUS, TOGATUS, etc. et in CREPIDATUS §. 2., PERSONATUS et TRABEATUS. — *De fabula togata Romanorum* optime egit *Joh. Henr. Neukirch* in opere ita inscripto ac Lipsiae a. 1833 edito. — **23)** *Docere fabulam* dicuntur, qui fabulas seu comoedias componunt, et agendas dant histrionibus. V. supra §. 8. et DOCEO §. 5. — **24)** *Dare fabulam* eodem fere sensu dicitur. *Cic. 1. Tusc. 1.* Annis fere DX. post Romam conditam Livius fabulam dedit. *Ter. prol. Hecyr. 1.* Hecyra est huic nomen fabulae; haec cum data est nova, etc. ubi *Donatus:* Ita dicitur, data est fabula, ut data est coena, datum est prandium. Et dari dicitur fabula, cum agitur: stare, cum placet. — **25)** *Facere fabulam* idem est, quod docere: *agere* ad histrionem pertinet. *Varr. 6. LL. 8.* Poeta facit fabulam, et non agit: contra actor agit, et non facit. — **26)** Translate. *Cic. 2. Phil. 14.* Si meus stilus ille fuisset, ut dicitur, mihi crede, non solum unum actum, sed totam fabulam confecissem. — **27)** Denique

V. FĂBŬLĂ est etiam diminut. a *faba*; parva faba. *Plaut. Stich. 5. 4. 8.* Hoc convivium est, nucibus, fabulis, ficulis.

FĂBŬLĀRIS, re. Adiect. a *fabula*, idem fere ac fabulosus, ut Historia fabularis, in qua multa falsa; *favoloso*. *Suet. Tib. 70.* Maxime tamen curavit historiae fabularis notitiam. *Priscian. Praexercit. 2. p. 1331. Putsch.* Fabularis narratio. V. loc. in FICTILIS §. 4.

FĂBŬLĀRĬUS, ii, V. FABULO, onis.

FĂBŬLĀTĬO, ōnis. f. Verbale a *fabulor;* facetа narratio, vel collocutio; *novella*. *Capell. 6. p. 189.* Cura districtior tibi forensis fabulationis partibus alligata aciem industriae melioris obtudit. — **2)** Pro re ficta, vel falsa. *Vulg. Interpr. Ps. 118. 85.* Narraverunt mihi iniqui fabulationes. Cf. FABELLATIO.

FĂBŬLĀTOR, ōris, m. Verbale a *fabulor;* facetus collocutor, sive vera, sive falsa narret; *novellatore*. *Senec. ep. 122. a med.* Pedonem Albinovanum narrantem audieramus (erat autem fabulator elegantissimus) habitasse se, etc. *Suet. Aug. 78.* Lectoribus, aut fabulatoribus arcessitis, somnum resumebat. *Gell. 2. 29.* Aesopus ille e Phrygia fabulator. Adde *Vulg. Interpr. Baruch, 3. 25.*

FĂBŬLĀTUS, a, um. Particip. V. FABULOR.

FĂBŬLIS, le. Adiect. a *faba*. V. FABALIS §. 1. et 2.

FĂBŬLO, as. V. FABULOR §. 3.

FĂBŬLO, ōnis, m. Verbale a *fabulor;* congerro, qui nugas loquitur: idem fabularum inventor, ut legitur in *Gloss. Isid. Macrob. 2. Saturn. 1.* Planipes, et fabulo impudica verba faciens. *Al. aliter leg.* V. SABELLO. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 560.* Fabulones vel fabulari, fabularum inventores.

FĂBŬLŌNĬĂ, m, f. V. FABA §. 9.

FĂBŬLOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam aliquando adhibitum, a *fabula*, forma deponens, pro qua et activa quandoque usurpatum est, *fabulo, as, āvi, ātum, āre*, quare et passive est adhibitum. — **b)** Hinc *fabularier* paragoge pro *fabulari* apud *Plaut. in suppositi. Amph. sc. Dii vostr. fid. v. 3.* Verum est, quod olim est auditum fabularier. — **c)** Particip. *fabulans* §. 1., *fabulatus* §. 2. *fin.* — Derivata et composita, V. in FABULA.

FABULOR proprie est idem fere quod loquor, for, dico; *dire, favellare, ragionare*. *Plaut. Pon. 3. 4. 8.* Age, ambula; ibi reliqua alia fabulabimur. *Id. Amph. 1. 1. 144.* Clare adversum fabulabor: hic auscultet quae loquar. *Id. Cist. a. 3. v. 1.* Quid hoc negotii est, quod homines fabulantur per vias, Mihi esse filiam inventam? *Ter. Phorm. 4. 3. 49.* Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler, Aliquantulum quae afferret, etc. *per dirtela ora schietta*. *Gell. 19. 13.* Stabant forte una in vestibulo palatii Fronto et Festus fabulantes. *Id. 15. 1.* Vir lecta inter fabulandum venustate; *grazioso ne' discorsi*. *Plaut. Epid. 2. 33.* Fabulari inter se. *Suet. Cal. 22.* Fabulari cum aliquo. Adde *Vulg. Interpr. Luc. 24. 15.* — *Apul. 11. Met. 16.* Omnes in me populi fabulabantur; A. e. in mea persona. Sic *in multis dicere* usurpavit *Cic. 1. Offic. 59.* V. *Hildebr. ad Apul. loc. cit.* — **2)** Item rem falsam fictamque narrare, inepte garrire; *fingere, favoleggiare*. *Plaut. Capt. 3. 4. 2.* Quid loquar? Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? *Id. True. 1. 2. 79.* et *80.* Non didici fabulari. *Liv. 45. 39. ad fin.* Tu miles, quid de imperatore Paulo senatus decrevit potius, quam quid Servius Galba fabuletur, audi. *Plin. 29. 1. 2.* Ars medendi, ictum fulmine Aesculapium, fabulata. — **3)** Forma activa,

II. *Fabulo, as, āvi, āre*. *Plaut. Mil. 2. 4. 18.* Quae cum hoc insano fabulem. Et *ibid. 2. 5. 35.* Stulta, quae vobiscum fabulem. *Alii tamen his locis legunt* fabulor. *Afran.* apud *Non. 4. 1.* De vita ac morte domini fabulavere adversum fratrem illius, ac dominum suum. V. supra §. b.

FĂBŬLŌSĒ. Adverb. a *fabula*. — Comparat. *fabulosius*, et superlat. *fabulosissime*, infra. — Est ficte, cum fabula; *favolosamente*. *Plin. 32. 33. 2.* Accedat his Taprobane, insulaeque aliae oceani fabulose narratae. *Id. 5. 1. 5.* Colonia a Claudio Caesare facta Lixos vel fabulosissime ab antiquis narrata. *Ammian. 23. 6.* Ut Homerus fabulosius canit. *Plin. 7. 49. 1.* Hesiodus fabulose multa de hominum aevo referens; et reliqua fabulosius in phoenice.

FĂBŬLŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fabulosus;* fabulantium vanitas; *ciance, favole*. *Plin. 7. 33. 2.* Corvi effigie, magna quidem fabulositate. Et *ibid. 29. 1.* Si recipiatur poetica fabulositas. *Diomed. 3. p. 474. Putsch.* Sed nativitatis eorum *(Idaeorum Dactylorum)* causam vetusta fabulositas docet hanc fuisse.

FĂBŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *fabula*. — Comparat. *fabulosior*, et superlat. *fabulosissimus*, infra. — Est qui fabulis et figmentis celebratur, de quo multa finguntur, commenticius; *favoloso*. *Horat. 1. Od. 22. 7.* quae loca fabulosus Lambit Hydaspes. *Curt. 5. 1.* Marsyas amnis, fabulosis Graecorum carminibus inclytus. *Suet. Cas. 81.* Res fabulosa aut commenticia. *Plin. 11. 35. 2.* Fabulosum arbitror de strigibus, ubera eas infantium immulgere. *Id. 5. 1. 5.* Mons Atlas fabulosissimus. *Id. 33. 4. 1.* Fabulosior anulus. *Apul. 1. Met.* Nihil hac fabula fabulosius. Adde *Macrob. 5. Saturn. 13. 41.* et *in Somn. Scip. 1. 2. 4.* et *12.*

* FĂBŬLUM, i, n. V. voc. seq. in *Nota*.

FĂBŬLUS, i, m. Deminut. a *faba;* parva faba, sive fabae granum; *fava*. *Cato, RR. 70.* Rutae folia tria, vitis albae caules tres, fabulos albos tres. *Colum. 6. 4.*, ubi haec fere verba repetit, habet *valvulos arvi*. Dubia igitur est lectio apud *Catonem*. *Gell. 4. 11.* Pythagoram abstinuisse fabulo, quem κύαμον Graeci appellant.

Nota. *Forcellinus* noster etiam *fabulum, i*, neutro genere protulit, nullo tamen allato Scriptoris exemplo.

FĀBUS, i, m. V. FAVUS.

FĂCĒLĂ, ae, f. Nomen parum certae originis, immo et scriptionis, quo significatur olusculum, quod aceto maceratum mensae apponitur, unde sequens *facelare*. *Auct. incert. epigr.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 569. Burm.* Augustum penitus torret Phaetontius ardor, Quem recreat fessum gillo, facela, melo. *Burmannus* hic recte legendum putat *tabella*, quae flabellum significat, quo utebantur Veteres ad aestivos calores refrigerandos. — At nuper *Saumaise* vult *fabilla*, ut sit diminut. a *faba*.

FĂCĒLĀRĔ, is, n. Nomen a *facela*, si recte ita scribatur, quo significatur acetarium; *insalata*. *Lamprid. Elagab. 20.* Barbus mullorum tantas iubebat exhiberi, ut pro nasturtiis, apiastris, et facelaribus exhiberet plenis fabatariis, et discis. *Alii melius leg.* faselaribus; *h. e.* siliquis faselorum seu phaseolorum conditis; nam faseli una cum siliquis ex aceto apponebantur ad orexim initio coenae excitandam.

FĂCĒLĪNUS. V. PHACELINUS.

FĂCELLĂ, ae, f. Deminut. a *fax;* facula; *facella*. — Translate est nummus aureus, qui instar facis splendet. *Coripp. 3. Johann. 369.* magnis cumulata est area facellis.

FĂCESSĪTUS, a, um. V. voc. seq. §. 2.

FACESSO, is, i, Itum, ĕre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more saepe etiam adhibitum, specie frequentativum (παρατατικὸν vocant *Diomed. 1. p. 373.* et *Charis. 3. p. 227. Putsch.*, desiderativum *alii*) a *facio*, ut *capesso* a *capio*. Cf. FACETUS §. a. — **b)** Sunt qui e supino *facessitum* etiam praeteritum *facessivi* loco *facessii* agnoscunt; quare in illo *Tacit. 4. Hist. 43.* Nulli unquam pe-

Digitized by Google

riculum facessisset: volunt quidam Grammatici *facessisset* esse pro *facessivisset* a praeterito *facessivi*, quod simile est in *capesso* et *lacesso*. Quod si verum est, etiam illud *facesseris*, quod ex *Cic. Divin. Verr.* §. 2. afferemus, pro *facessiveris* dictum erit. — **c)** *Facesso* et *capesso* aliquando inter se confusa fuisse a librariis, monet *Hildebr.* ad *Apul. 1. Met.* 22. — **d)** Particip. *facessens* §. 1., *facessitus* §. 2.

FACESSO proprie lubens facio, praesto, exsequor; *far con ardore, eseguire:* et hoc sensu fere a Poetis adhibetur. *Ovid. 3. Art. am. 367.* Mille facesse iocos: turpe est, nescire puellam Ludere. *Al. leg.* fac esse, vel face esse. *Virg. 4. Æn. 295.* Imperio laeti parent, ac iussa facessunt. *Id. 4. G. 548.* matris praecepta facessit. *Enn.* et *Afran.* apud *Non. 4. 196.* Facessere dicta. *Plaut. Rud. 4. 4. 17.* Ego, opinor, qui rem facesso; h. e. qui litem facio, actionem intendo. Est qui legit rauum *facesso*. — Absolute. *Iul. Val. 3. Gest. Alex. M. 14.* Quid hoc rei est, quod incassum discrimina vestra profunditis, Pori Iam testimonio facesceute? — **2)** Speciatim in malam partem est exhibeo, creo, affero; *recare, apportare. Cic. Divin. Verr. 14.* Ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. *Id. 5. Fam. 10.* De temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent. *Plaut. Rud. 4. 4. 17.* Rem facesso. Adde *Tacit.* loc. cit. supra §. b. — Passive. *Cic. Cluent. 37. ad fin.* Si cui forte hoc lege negotium facessetur. *Id. 6. Verr. 64.* Cum audissent ei negotium facessitum. — **3)** Item est removeo. *Plaut. Men. 2. 1. 24.* Dictum facessas doctum, et discaveas malo; *va via con coteste tua sentenze* — **4)** Intransitivorum more,

II. *Facesso* est abscedere, abire, discedere, recedere; *ritirarsi, andar via, torsi via. Ter. Phorm. 4. 3. 30.* Haec hinc facessat: tu molestus ne sies. Ubi *Donatus:* pro *hinc se faciat*, id est abeat: *huc se faciat*, huc accedat, significat. Cf. *Cledon. Art. p. 1918. Putsch. Liv. 4. 58.* Ni facesserent propere urbe finibusque. *Id. 6. 17. extr.* Facesserent propere ex Urbe, ab ore atque oculis populi R. Et *1. 47.* Facesse hinc Tarquinios, aut Corinthum. *Cic. 1. Leg. 13. sub fin.* Ab omni societate reipubl. paulisper facessant, rogamus. *Enn.* apud *Non. 4. 196.* Vos ab hoc facessite. *Titin. ibid.* Facessere aedibus. *Apul. 2. Met.* cubiculo. *Id. 6. ibid.* cubitum; *andar a dormire*. Et *10. ibid.* e conspectu. *Iustin. 34. 4.* Facessere interim privatam amicitiam iubet, cum mandata patriae intercedant. *Apul. 3. Met.* Ignavia omnis facessat e pectore.

FĂCĒTĒ. Adverb. a *facetus*. — Comparat. *facetius* §. 1., superlat. *facetissime* §. 1. — Est salse, venuste, urbane, eleganter; *facetamente. Cic. 6. Verr. 43. extr.* Numquam tantum mali est Siculis quin aliquid facete et commode dicant. Et *Rosc. Amer. 44.* Nosque ab isto nebulone facetius eludimur. *Id. 2. Orat. 55.* Facetissime tres libellos tribus legendos dedit. Et *1. ibid. 57.* Non modo acute, sed etiam ridicule ac facete. *Id. 1. Fin. 11.* Facete et urbane irridere Stoicos. *Plaut. Men. 1. 2. 22.* Facete verba dare. *Gell. 2. 23.* Praeclare, et apposite, et facete scripsit. *Plin. 14. 5. 2.* Facete ludere in aliqua re; *scherzare sopra qual cosa. Plaut. Capt. 1. 2. 75.* et *Ter. Eun. 2. 57.* Facete dictum! — **2)** Significat etiam apte, commode. *Plaut. Mil. 1. 1. 59.* Facete advertis animum tuum ad animum meum. *Id. Pers. 4. 1. 7.* Hanc ego rem exorsus sum facete et callide: Igitur proventuram bene confido mihi. *Id. Stich. 1. 3. 114.* Hoc vide, Satin' ut facete, atque ex pictura hic adstitit! *con che grazia e brio!* Et *Capt. 1. 2. 72.* Propterea te vocari ad coenam volo. *Parasitus*. Facete dictum; *ben detto*. — Huc pertinet cum adhibetur in acclamationibus. *Ter. Eun. 3. 1. 37.* Facete lepide, laute, nihil supra. Cf. FACETUS in *Nota*.

FĂCĒTĬĂ, ae, sed frequentius,

FĂCĒTĬAE, ārum, f. Nomen a *facetus* eadem ratione effictum, qua ab *argutus argutiae*. — Sunt autem *facetiae* dicta arguta et salsa ad delectandum, et risum movendum, deliciae quaedam sermonis, urbana dicta sine scurrilitate, ioci, sales, lepores, urbanitates, argutiae; *facezie, scherzi, burle, detti piacevoli, galanterie, gentilezze. Cic. Brut. 54.* P. Scipio omnes sale facetiisque superabat. Et *58.* Festivitate et facetiis praestare omnibus. *Id. 1. Orat. 34.* Libandus ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. *Id. ibid. 5.* Accedat oportet lepos quidam, facetiaeque. Et *57.* Sale, et lepore, et politissimis facetiis pellicere. *Id. 4. Att. 13.* Facie magis, quam facetiis ridiculus. *Vellei. 1. 17.* Dulces Latini sermonis facetiae. *Tacit. 14. Ann. 1.* Per facetias incusare aliquem. *Id. 13. ibid. 68.* Asperis facetiis illudere aliquem. Et *25. extr.* Facetiis insectari quempiam. *Id. 5. ibid. 2.* Acerbis facetiis irridere. *Plaut. Stich. 5. 2. 7.* Facetias facere. *Plaut. Mil. 3. 1. 187.* Mulier, Cui facetiarum cor corpusque sit plenum et doli. *Cic. 9. Fam. 15.* Ego mirifice capior facetiis, maximo nostralibus. — In sing. numero. *Plaut. Stich. 5. 4. 47.* Haec facetia est, amare inter se rivales duos (Hoc loco *facetia* non pro dicto, sed pro re singulari, admirabili ponitur). *Gell. 3. 3.* Facetia sermonis. *Apul. Apol.* Nonnullos facetiae sibi habere, res divinas deridere; *hanno per una facezia*. — **2)** Duo sunt genera facetiarum, alterum aequabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve: illa a Veteribus superior, cavillatio: haec altera dicacitas nominata est. *Cic. 2. Orat. 54.* — **3)** Aliquando *facetiae* dicuntur de solo illo priori genere. *Id. Orat. 20.* Salium duo genera sunt: unum facetiarum, alterum dicacitatis, etc. — *Tacit. 15. Ann. 68.* Asperis facetiis illusus. *Id. 5. ibid. 2.* Facetiae acerbae. *Id. 14. ibid. 1.* Quae aliquando per facetias incusaret principem.

FĂCĒTĬOR, āris, āri. Verbum intransitiv. a *facetus*, forma deponens. — Est facetiis utor. *Sidon. 3. ep. 13.* Qui, quod verbis inverecundis aurium publicarum reverentiam incestant, granditer sibi videntur facetiari.

* FĂCĒTO, as, āre. Verbum transitiv., a *facio* fortasse ductum; exorno, elegantem aliquem reddo. *Venant. 2. Vit. S. Martin. 433.* Hunc praetexta nitens, illum diadema facetat.

FĂCĒTŌSUS, a, um. Adiect. a *facetus;* facetiarum plenus. *Cic. 2. Fin. 31.* Et in quantam hominum facetosam urbanitatem incurratis. Ita quidam leg., sed *facetorum* omnino reponendum est cum optimis quibusque libris.

FĂCĒTUS, a, um. Adiect. verbale a *faciendo* ductum, teste *Isid. 10. Orig. 96.*, qua ratione apud *Voss. Etym.* leges; sive potius a *facesso*. — **b)** Comparat. *facetior* §. 1., superlat. *facetissimus* §. 1. — **c)** Derivata, *facete, facetiae, facetior, facetosus*. — **d)** Composita, *infacete, infacetiae, infacetus, perfacete, perfacetus*.

FACETUS proprie est qui salibus, et sermonis urbanitate, citra scurrilitatem tamen, abundat, festivus, salsus, urbanus, scitus in dictis, venustus; *faceto, scherzevole, burliero, piacevole*. Dicitur tum de personis, tum de rebus. *Cic. 2. Phil. 8.* At etiam quodam loco facetus esse voluisti. Quam id, Dii boni, non decebat! *Id. 1. Offic. 30.* Dulcem et facetum festivique sermonis, atque in omni sermone simulatorem Socratem accepimus. Et *29.* Duplex iocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. *Id. Brut. 46.* Homo acutus, elegans, facetus. Et *85.* Ironia facta et elegans. *Iustin. 39. 2.* Faceti loci. *Plin. 35. 37. 5.* Argutiae facetissimi salis. *Cic. 1. Orat. 8.* Facetus sermo. *Id. 2. ibid. 54.* narrator. Et *56.* Facetus et urbanus. Et *ibid.* Facetus et salsus. *Id. Brut. 47.* Facetus cum aculeo et maledicto. Et *2. Leg. 13.* Aristophanes, facetissimus poeta veteris comoediae. *Lucil.* apud *Fest.* in *Redarguisse p. 273. Mull.* Quo facetior videare, et scire plus quam ceteri. *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 5.* Lysias quidam risui excitando quam facetissimus. *Capell. 4. §. 331.* Bromius, qui facetior est deorum. — **2)** *Quintil. 6. 3. 20. Facetus* non tantum circa ridicula opinor consistere. Neque enim diceret Horatius *(1. Sat. 10. 44.)* facetum carminis genus natura concessum esse Virgilio. Decoris hanc magis, et excultae elegantiae appellationem puto. Ideoque in epistolis Cicero *(in fragm.)* haec Bruti refert verba: Nae illi sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti molles. Quod convenit cum illo Horatiano: molle atque facetum Virgilio. Hactenus *Quintil.* Advertendum autem, facetum carmen *Virgilio* tribui ab *Horatio* praesertim in Bucolicis, et Georgicis. Ait enim: molle atque facetum Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenae. Significat ergo amoenum, elegans, iucundum, eruditum, floribus poetici leporis respersum. Quo pertinet illud *Colum. 1. 1. a med.* Duo volumina similium praeceptorum de vineis Iulius Graecinus composita facetius et eruditius, posteritati commendavit. — **3)** *Facetus victus* est elegans et lautus. *Plaut. Most. 1. 1. 41.* Non omnes possunt olere unguenta exotica, Si tu oles: . . . Neque tam facetis, quam tu vivis, victibus. — **4)** Praeterea *facetus* est etiam qui blande loquitur, et ad voluntatem alterius. *Horat. 1. Ep. 6. 54.* frater, pater, adde, Ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta. — **5)** Item scurra, quique per turpia aut indecora risum captat. *Id. 1. Sat. 2. 25.* Malchinus tunicis demissis ambulat: est, qui Inguen ad obscenum subductis usque facetus.

Nota. Inter *facetum, lepidum* et *lautum* hoc discrimen statuit *Donat.* ad *Ter. Eun. 3. 1. 37.* (V. loc. in FACETE §. 2.) « *Facetus* est, qui facit verbis, quod vult. *Lepidus*, qui politus est, ut λεπτός; id est lamina: *lautus*, qui mundus et splendidus est. »

FĂCĬĀLIS, le. Adiect. a *facies*, absolute adhibitum de linteo, quo facies extergitur. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Da facialem; δὸς προσωπίδιον. V. FACITERGIUM.

FĂCĬENS, entis. Particip. verbi *facio*, adiectivorum more, atque hinc etiam absolute aliquando usurpatum de eo, qui aliquid operatur; *facitore. Boeth. 3. Cons. Phil. pr. 6. circ. fin.* Hoc de rerum necessitate descendit, illud vero de potestatem facientium. — **2)** *Di facientes adiuvant*, proverb. apud *Varr. 1. RR. 1.* Et quoniam (ut aiunt) Dei facientes adiuvant, prius invocabo eos; h. e. qui rite sacris operantur (V. FACIO §. 21.), ut quidam interpretatur, nisi mavis latiore significatione dictum de iis, quibus Dii praesto sunt, si quando et ipsi faciunt, quidquid possunt. — **2)** *Faciens* a Grammaticis dicitur verbum, qui significationem habet communem. *Claud. Sacerd. 1. Gramm. 20.* Inter communem ergo speciem et deponentem et passivam hoc est, quod communis habet imaginem (h. e. formam) facien-

Digitized by Google

tis et patientis, nec tamen subest personae, quae faciat vel patiatur. Cf. AGENS §. 6. — Has verborum species *Varr. 16. LL.* §. 33. vocat *faciendi et patiendi*, ut *uro, ungo; uror, ungor*.

FĂCIES, ēi, f. Verbale a *facio*, eadem ratione effictum, qua a *fingo* est *figura*, a *specio* est *species*. V. loc. *Gell.* infra §. 6. — *Isid.* tamen *11. Orig. 1. 33.* « Facies dicta ab *effigie*. Ibi est enim tota figura hominis, et uniuscuiusque personae cognitio. » Cf. FACIO §. 2. — **b)** Olim declinabant *facies*, huius *facies* et huius *facii*, et in dativo huic *facie*: cuius rei testis est *Gell. 9. 14.* Sic *dies dii*, *fames famii*, etc. V. DIES §. b. — **c)** In secundo et tertio seu sexto casu plurali, *facierum*, *faciebus* vix est in usu. *Cato* apud *Priscian. 7. in fin.* Exempla earum facierum. — **d)** Non est confundenda *facies* cum *faces*, quod est a *fax*, licet in compositis *fax* quoque pro *facies* contracte usurpetur. V. FAX. — **e)** *Facies* et *acies* aliquando inter se confusa fuisse a librariis, docet *Zumpt.* ad *Curt. 3. 3. 26.* — **f)** Derivatum, *facialis*. Cf. FACETO. — **g)** Composita, *bifax*, *bonifacies*, *difax*, *facitergium*, *superficies*, *trifax*.

FACIES proprie est pars anterior capitis humani, constans fronte, oculis, naso, malis, ore, mento; *faccia*, *viso*. *Plin. 11. 51. 1.* Facies homini tantum: ceteris os, aut rostra. *Id. 7. 1. 8.* Iam in facie vultuque nostro cum sint decem, aut paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies exsistere. *Cic. 2. Phil. 16.* Velim, mihi dicas, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura. *Id. Pis. 32. extr.* De facie nosse aliquem; *di vista*. *Ter. Eun. 3. 2. 20.* Homo facie liberali; *che ha viso da galantuomo*. *Id. Pherm. 1. 2. 50.* Virgo facie egregia; *di rara bellezza*. *Iuvenal. 3. 280.* Cubare in faciem; *dormire boccone*. *Id. 9. 116.* Multas facies fingere; *molte teste o ritratti*. *Plaut. Pseud. 4. 2. 9.* Peregrina facies videtur hominis atque ignobilis. *Tibull. 1. 9. 18.* Uretur facies, urentur sole capilli. *Cic. Flacc. 29.* Longo intervallo Romam venis, affers faciem novam, nomen vetus, purpuram Tyriam, etc. *Horat. 4. Od. 105.* Facies hispida. *Quintil. 4. 1. 61.* citricosa. *Id. 2. 13. 7.* adversa. *Horat. 4. Od. 5. 14.* Curro nec faciem litore demovet. *Fest.* s. v. *Scita. p. 256. Lind.* Scita facie pro bona facie. — **2)** Absolute pro pulchritudine. *Ovid. 3. Art. am. 103.* Cura dabit faciem, facies neglecta peribit. — **3)** *Perfricare faciem*, ut perfricare os, frontem, est pudorem abiicere. *Plin. praefat. Hist. nat. 1. 4.* Perfricui faciem; nec tamen profeci. — *Quintil. 11. 3. 160.* Vitiosa sunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem et quasi improbam facere, tendere confidentia vultum, etc. — **4)** *Vertere se in omnes facies*, est facere, experiri omnia, ad Proteum respiciendo. *Virg. 12. Aen. 891.* Verte omnes te in facies, et contrahe quidquid Sive animis, sive arte vales. — **5)** *Dare faciem alicui*, V. in DO §. 52. — **6)** Latiore significatione

II. *Facies* aliquando accipitur pro universa forma, et modo, et factura corporis totius; *aspetto*, *figura*, *apparisceuza*, *sembianza*. Sic enim *Gell. 13. 29.* « Quidam *faciem* esse hominis putant os tantum et oculos et genas, quod Graeci πρόσωπον dicunt: quando *facies* sit forma omnis et modus et factura quaedam corporis totius, a *faciendo* dicta, ut ab *aspectu species*, et a *fingendo figura*. Itaque Pacuvius in tragoedia, quae *Niptra* inscribitur, *faciem* dixit *hominis* pro corporis longitudine: *Aetate*, inquit, *integra*, *furori ingenio*, *facie procera virum*. Non solum autem in hominum corporibus, sed etiam in rerum cuiusquemodi aliarum, *facies* dicitur. Nam *montis* et *caeli* et *maris facies*, si tempestive dicatur, probe dicitur. Sallustii verba sunt ex Historia secunda. *Sardinia* in *Africo mari facie vestigii humani in orientem quam in occidentem latior prominet.* Ecce autem id quoque in mentem venit, quod etiam Plautus in Paenulo *(5. 2. 151. et seqq.)* *faciem* pro totius corporis colorisque habitu dixit. Verba Plauti haec sunt:

Ha. Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi.
Mi. Statura non magna, corpore aquilo. *Ha.* ipsa ea 'st
Mi. Specie venusta, ore parvo, atque oculis pernigris.
Ha. Formam quidem hercle verbis depinxti probe.

Praeterea memini, Quadrigarium in undecimo *faciem* pro statura totiusque corporis figura dixisse. » Cf. *Non. 1. 262. Lucret. 5. 1169.* Quippe etiam iam tum divum mortalia saecla Egregias animo facies vigilante videbant, etc. *Id. ibid. 1111.* Et pecudes et agros divisere atque dedere, Pro facie cuiusque et viribus ingenioque. Nam facies multum valuit, etc. — **7)** De animalibus. *Horat. 1. Sat. 2. 87.* Ubi equos mercantur, opertos inspiciunt, ne, si facies, ut saepe, decora, Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem. — **8)** Discrimen inter *faciem* et cultum V. infra in *Nota*. — **9)** Hinc latissime

III. *Facies* dicitur pro aspectu, figura, specie cuiuscumque rei. *Plaut. Rud. 4. 4. 105.* et *111.* Crepundia qua facie sunt? responde ex ordine. Pa. Ensiculus est aureolus primum litteratus: post est securicula anceps, etc. *come son fatte?* Eodem modo, adnotante *Gell. loc. cit.* §. 8., probe dicitur *montis*, et *caeli*, et *maris facies*. *Sallust. fragm. ibid.* Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani; *di figura d' una pianta d'uomo*. *Virg. 4. G. 360.* Unda curvata in faciem montis; *a guisa di monte*. *Plin. 2. ep. 17. ad fin.* Intermissa tecta villarum, quae praestant multarum urbium faciem; *fanno una vista*. *Ovid. 1. Trist. 3. 26.* Haec facies Troiae, cum caperetur, erat. *Gell. 15. 30.* Faciem vehiculi mendacitus est longe alienam falsamque; *ha desertito falsamente la figura*. *Plin. 12. 51. 1.* Nec, arboris ipsius quae sit facies, constat; *la forma*, *la figura*. *Id. 6. 21. 5.* Alia illius caeli facies, alii siderum ortus; *aspetto*, *vista*. *Id. 35. 10. 1.* Tabulae, quae pictam belli faciem habent. *Id. 25. 4. 1.* Herbae quadripartitis varietatibus anni faciem mutant. *Id. 31. 8. 1.* Faciem qui haberet signi marmorei. — **10)** Translate. *Quintil. 1. 5. a med.* Quaedam faciem soloecismi habent, et dici vitiosa non possunt; *hanno sembianza*. *Id. 8. 3. a med.* Inventiunculis gaudent, quae excussae risum habent, inventae facie ingenii blandiuntur; *avendo apparenza d'ingegnose*. *Tacit. 13. Ann. 38.* Dum positis loricis et galeis, in faciem pacis veniretur; *come se fosse pace*. — **11)** Illa quoque translata sunt, et formam, conditionem, speciemque rei significant. *Cic. Flacc. 22.* Fateantur, in Macandrii persona esse expressam faciem civitatis. *Id. 8. Phil. 8.* Senatus faciem legatus secum attulerat, auctoritatem reipubl. *Sall. Cat. 52.* Quibus rebus permota civitas, atque immutata facies urbis erat; *la città avea mutata faccia*. *Quintil. 8. 2. a med.* Interim ex pluribus efficitur illa, quam conamur exprimere, facies; h. e. imago, species alicuius rei descripta verbis per hypotyposin. — **12)** *Prima facie*, Italice *a prima vista*. *Caius*, *Dig. 16. 1. 13.* Cum prima facie quidem alienam, re vera autem suam obligationem suscipit. *Id. 4. Instit. 1.* (edente iterum *Goeschenio*) §. 126. Exceptio, quae prima facie iusta videatur, etc. — **13)** *Facie alicuius rei* est specie, praetextu. *Tacit. 2. Hist. 54.* Quod publici consilii facie discessum Mutina, desertaeque partes forent. — **14)** Dicitur et in quibusdam rebus, qua parte melius apparent, et conspiciuntur. *Plin. 9. 54. 4. de margaritis*. Quibus una tantum est facies, et ab ea rotunditas, aversis planities, ob id tympania nominantur; *una sola faccia*. — **15)** Ponitur et pro ratione, modo; *modo*. *Plaut. Cist. 1. 1. 75.* Ad istam faciem est morbus, qui me macerat. Adde *Merc. 2. 3. 90.* — Sic *Gell. 10. 15.* Ossa contusa in faciem pulveris. — **16)** Denique

IV. *Facies* apud *Vulg. Interpr.* atque hinc Scriptores Ecclesiasticos, varie, et quidem sensu, ut plurimum, translato, adhibetur, quibusdam etiam dicendi generibus speciali ratione usurpatis; ex quibus praecipuum est illud, quo *facies* pro persona accipitur, etiam divina, sive pro ipso Deo. *Vulg. Interpr. Iob, 13. 8. de Deo*. Numquid faciem eius accipitis et pro Deo iudicare nitimini? . . . Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. *Id. Ps. 79. 4.* Deus converte nos et ostende faciem tuam; h. e. da nobis cognitionem tuam, ut *Isid.* interpretatur *7. Orig. 1. 37.* — *Ostendere* Deus *faciem* vel *absconders*, quomodo etiam dicatur, V. *Bucher. Formul. 1. circ. med.* Sic et *Verecund.* in *Cantic. Azar. 20.* Tribus modis facies Domini quaeritur, fide, confessione, conversatione. Hoc alibi dicebat propheta *(Ps. 94. 2.)*: Praeoccupemus faciem eius in confessione. — *Vulg. Interpr. Prov. 28. 21.* Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit; h. e. qui personam intuetur, non causam. *Id. Ps. 81. 2.* Usquequo iudicatis iniquitatem et facies peccatorum sumitis? h. e. facies impiorum accipietis? — **17)** Cum addito *facies mea*, *facies tua*, *facies vestra* etc. est *ego*, *tu*, *vos*, etc. *Id. Exod. 33. 14.* dixitque Dominus *(ad Moysen)*: Facies mea praecedet te; h. e. ego ipse praecedam. *Id. Gen. 46. 30.* Laetus moriar, quia vidi faciem tuam. Adde *ibid. 43. 3.* etc. *Id. Eccli. 4. 26.* Ne accipias faciem adversus faciem tuam; h. e. contra te ipsum. — Sic *Angelus faciei alicuius* est angelus illius. *Id. Isai. 63. 9.* Angelus faciei eius salvabit eos; h. e. Angelus Dei, scilicet Messias, ut habent Interpretes. — **18)** *Faciem ponere* vel *firmare* est firmiter constituere, consilium firmum capere. *Id. Luc. 9. 51.* Et ipse *(Christus)* faciem suam firmavit, ut iret in Ierusalem. Adde *ibid. 53. Id. Ierem. 42. 15.* Si posueritis faciem vestram, ut ingrediamini Aegyptum. Adde *ibid. 21. 10.* et *Ezech. 6. 2.* — **19)** *A facie* est coram. *Id. Genes. 6. 1. 3.* Repleta est terra iniquitate a facie eorum. *Id. Dan. 7. 10.* Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius; h. e. coram eo, ut Chaldaicus interpretatur, non ex eius ore manabat. *Id. Ps. 60. 4.* Turris fortitudinis a facie inimici. Adde *Ios. 10. 10.* et *2. Thess. 1. 9.* — **20)** Interdum *a facie* est propter. *Id. Isai. 57. 6.* Ne timeas a facie verborum, quae audisti. *Id. Ierem. 13. 17.* Plorabit anima mea a facie superbiae. *Id. ibid. 48. 44.* Qui fugerit a facie pavoris, cadet in foveam. *Id. ibid. 13. 17.* A facie manus tuae; h. e. propter vaticinium a te mihi inspiratum. *Id. Eccli. 19. 11.* A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis; h. e. si quid arcani audiit stultus, propter verbum hoc auditum quiescere non potest, donec illud effuderit. — *Id. ibid. 29. 34.* Exi a facie honoris amicorum meorum; h. e. da locum amicis meis. — **21)** *Super faciem* est idem fere ac super. *Id. Gen. 1. 2.* Tenebrae erant super faciem abyssi; h. e. super abyssum. Sic *ibid. 8. 8. super faciem terrae* est super terram. Adde *Luc. 21. 35.* — **22)** *In facie* et *secundum faciem* est secundum id, quod vi-

Digitized by Google

detur. *Id. Iudith, 16. 24.* Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum. *Id. 2. Cor. 10. 1.* In facie quidem humilis sum inter vos. Et *ibid. 7.* Quae secundum faciem sunt, videte. — **23)** *Facies ad faciem* est solus cum solo. *Id. Ezech. 20. 35.* Adducam vos in desertum populorum et iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. *Id. Deuter. 5. 4.* Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. *Id. Exod. 33. 11.* Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Adde *Deuter. 34. 10.*

Nota. *Facies*, qua formam sive habitum totius corporis significat, differt a *vultu*, qui de ore tantummodo dicitur. *Cic. 1. Orat. 28.* Non quaeruntur ea, quae nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus. *Sall. Cat. 15.* Prorsus in facie vultuque vecordia inerat. — **3)** Aliud discrimen *vultus* et *facies* dabit *Isid. 1. Differ. n. 589.* V. VULTUS in *Nota*.

FĂCĬLĔ. Adverb. a *facilis*. — Comparat. *facilius* §. *1. 2.*, superlat. *facillime* §. *1.* et *3.* V. voc. seq. §. c. — Est nullo negotio, sine labore; *facilmente, agevolmente*. *Cic. 1. Fam. 2. sub fin.* Iniuriis, quae propositae sunt a Catone, facile resistemus. *Id. 2. Orat. 57.* Facile ediscere aliquid. *Id. Cael. 9.* Facillime fingere quidpiam. *Caes. 3. B. G. 24.* Facillime mederi inopiae frumentariae. Et *1. ibid. 11.* Non facile ab oppidis hostium vim prohibere. Et *2.* Minus facile finitimis bellum inferre. *Gell. 1. 6. sub fin.* Facile et procliviter persuasit. *Nep. Themist. 1.* Facile explicare oratione aliquid. *Id. Alcib. 9.* Sperabat se facile consecuturum. *Id. Con. 4.* Facile induci ad credendum. *Id. Milt. 6.* Quo facilius intelligi possit. *Plin. 2. 5. 1.* et *Curt. 6. 7. extr.* Non facile dixerim. — *Sall. Iug. 63.* Facile notus. V. quae de hoc loco disputat *Dietsch.* — **2)** Pro libenter, aequo animo. *Cic. 1. Tusc. 33. extr.* Te aberrare a proposito facile patiebar. *Ter. Andr. 1. 1. 35.* Facile omnes perferre ac pati. *Cic. Top. 18.* et *Nep. Phoc. 1.* Facile carere aliqua re. *Id. Epamin. 5.* Paupertatem adeo facile perpessus est, ut etc. *Cic. 13. Att. 26.* Locum habeo nullum, ubi facilius esse possim, quam Asturae; *più volentieri, con minor incomodo*. *Id. 5. Verr. 36.* Vina ceteraque, quae in Asia facillime comparantur; *se ne trova in abbondanza, a buon mercato*. *Sall. Cat. 15.* Animus imbutus malis artibus haud facile lubidinibus carebat; h. e. aegre, aut fere nunquam. Adde *Iug. 17.* — **3)** Pro longe, certo, aut multo; *di gran lunga, assai, senza dubbio*. *Cic. 1. Tusc. 33.* Facile deterrimus. *Id. 3. Orat. 11.* Eruditissimos Asiaticos quivis Atheniensis indoctus facile vincit. *Id. 8. Fam. 10.* Tui ordinis facile princeps. *Plaut. Trin. 3. 2. 80.* Facile palmam habes: hic victus. *Ter. Andr. 4. 3. 5.* Facile hic plus mali est, quam illic boni. Ubi *Donatus:* adverbium confirmantis est, id est liquido, manifesto. Veteres dicebant *facile* pro certo. — **4)** Pro valde, vel optime. *Plaut. Epid. 3. 4. 66.* Novistin' fidicinam? *Fi.* tam facile, quam me. — **5)** Pro bene, laute, beate, ex sententia. *Ter. Adelph. 3. 3. 56.* Quam vos facillime agitis, quam estis maxume Potentes, dites, fortunati nobiles, Tam maxume vos . . . Oportet, etc. *Plaut. Curc. 3. 2. 6.* Nugas garris. *Curc.* soleo: nam propter eas vivo facilius. *Petron. Fragm. Tragur. 45. Burm.* Facile est, ubi omnia quadrata currunt.

Nota. Aliae formae huius adverbii sunt *faciliter, facul* et *faculter*, quae v. suo loco, coll. voc. seq. §. b. — **2)** Qui plura desiderat de hac particula adeat *Hand, Turtell. T. 2. p. 685-687.*

FĂCĬLIS, le. Adiect. verbale a *facio* sive a *faciendo, Isid. 10. Orig. 99.* — **b)** Antiqua forma est *facul*, quod verti potest facilis et faciliter, in usu tantum apud Veteres. *Pacuv.* apud *Non. 2. 351.* Haud facul femina invenietur bona. Et *Varr. ibid.* Utrum sit magnum, an parvum, facul, an difficul. Adde *Lucil., Afran.* et *Acc. ibid.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 65. Lind.* V. FACILITAS in *Nota*. — **c)** *Facillume* pro *facillime* scribitur in *SCto de Bacchanal. lin. 27.* — *Facillumis* in Cod. palimps. *Cic. 3. Rep. 3.*, vetustiori ortographia. — **d)** Comparat. *facilior* §. *1.* et *2.*, superlat. *facillimus* §. *1.*, coll. §. praeced. — *Facillissimus* omnino improbatur a *Prob. Art. min. n. 131. p. 254. Endl.* — **e)** Derivata; *facile, facilitas, faciliter, facultas, facultatecula, facultatula, faculter*. — **f)** Composita, *difficilis, perfacile, perfacilis, perfacul, praefacilis*

FACILIS proprie et universim est qui fieri potest, qui est sine labore, expeditus, explicatus, proclivis; *facile, agevole*. *Ter. Heat. 4. 6. 1.* Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet, Quam invitus facias. Et *4. 3. 26.* Bonam rem imperas, et factu facilem. *Id. Hecyr. 3. 1. 15.* Cuivis facile scitu est, quam fuerim miser. *Nep. Dion. 9.* Cuivis facile intellectu fuit. *Virg. 3. Aen. 621.* Nec visu facilis, nec dictu effabilis. *Tacit. 4. Hist. 39.* Facilis corrumpi. *Lucan. 2. 636.* Roma capi facilis. *Ter. Adelph. 5. 4. 8.* Id esse verum, cuivis facile est noscere. *Caes. 1. B. G. 6.* Iter multo facilius, atque expeditius. *Cic. Partit. 27.* Res facilis et proclivis. *Id. Plane. 5.* Causa facilis et explicata. *Id. Cascin. 3.* Facilius et commodius iudicium. *Id. 2. Orat. 45.* Materies facilis ad exardescendum. *Id. 2. Phil. 17.* Materia facilis, in te dicta dicere. *Id. Manil. 14.* Aditus faciles ad eum privatorum. *Virg. 1. G. 79.* Facilis labor. *Id. 11. Aen. 771.* quae sit fortuna facillima, tentat. *Id. 1. G. 40.* Da facilem cursum; *prospero*. Et *122.* colendi haud facilis via; *non facile maniera*. *Id. 2. ibid. 460.* Facilis victus; h. e. copiosus. Et *1. Aen. 449.* Facilis victu gens; h. e. abundans, dives. *Petron. Satyr. 93.* Atque Afrae volucres placent palato, Quod non sunt faciles; h. e. non facile inveniuntur. Sic *Horat. 1. Sat. 2. 119.* Facilis et parabilis. *Lucan. 1. 173.* Irae faciles; h. e. quae facile accenduntur. *Virg. 2. Aen. 646.* facilis iactura sepulcri; h. e. quae aequo animo ferri potest. *Iuvenal. 4. 65.* facilis cardo; h. e. qui facile movetur et vertitur. *Horat. 2. Od. 11. 8.* et *3. ibid. 21. 4.* facilis somnus; h. e. qui facile capitur. *Val. Flacc. 1. 109.* faciles arcus; h. e. qui facile gestantur, vel flectuntur. *Curt. 4. 6.* Facilis humus; h. e. quae facile effoditur. *Plin. 43. 84. 1.* Fagus facilis; *buono da lavorare*. Et *13. 7. 2.* Palmae faciles ad scandendum. *Propert. 4. 10. 4.* Iugum facile; *di facile salita*. *Nemesian. Cyneg. 80.* facilis canis; h. e. agilis, celer; vel qui facile impellitur ad venandum, paratus, promptus. *Plin. 8. 50. 2.* Feminae faciliore utentes utero; h. e. facilius edente partum. Adde *Cic. 2. Rep. 41., 1. Tusc. 32.* et *Quintil. 1. 2. 4.* Mens ad pelora facilis. *Id. 2. 3. 8.* Faciliora ad intelligendum. — **3)** Facile est; *è cosa facile:* sequente infinito, vel *ut* particula, et coniunctivo. *Curt. 6. 10.* Verba innocenti reperire facile est. *Plin. 3. 6. 8.* Nec situs, originesque persequi, facile est. *Plin. alter, Paneg. 44.* et *87.* Facilius est, ut esse aliquis successor tuus possit, quam ut velit. — **3)** Speciatim

II. *Facilis*, cum refertur ad personam, significat eum, qui facile quidpiam facit. *Cic. Brut. 48.* Facilis et expeditus ad dicendum T. Iunius. *Sust. Tit. 3.* Latine Graeceque vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus et facilis, ad extemporalitatem usque. — **4)** Item de eo, qui facile cedit, non repugnat, se dat alteri, et submittit. *Cic. 2. Divin. 52.* Etiamsi faciles nos ad concedendum habuerit. *Id. 7. Fam. 1. a med.* Facilem populum habere. *Val. Flacc. 1. 151.* Haecine nos animae faciles rata nobila contra Mittimur? *Stat. 8. Theb. 571.* faciles grassatus cuspide turmas. *Lucan. 2. 544.* ad iuga faciles populi. *Horat. 2. Od. 13. 26.* Saevitia facilis; h. e. quae facile placatur. — **5)** Item de eo, qui mitis, lenis est, et humanus, affabilis, comis, communis; *affabile, umano, trattabile*. *Cic. 3. Nat. D. 29.* et *Ter. Heaut. 2. 1. 5.* Facilis et liberalis pater; *condiscendente, indulgente*. *Id. Adelph. 5. 9. 29.* Facilem et festivum esse alicui. *Id. Hecyr. 5. 1. 55.* Facilem benevolumque lingua tua tibi me reddidit. *Cic. Balb. 16.* Comes, benigni, faciles, suaves homines. *Id. 1. Q. Fr. 1. 11.* Facilem se in rebus cognoscendis, in hominibus audiendis admittendisque praebere. *Ovid. 16. Heroid. 280.* Sic habeas faciles in tua vota Deos. *Virg. 3. Ecl. 9.* Nymphae faciles. Ubi *Serv.* mites, exorabiles. *Virg. 4. G. 333.* Faciles Napaeae; h. e. placabiles. — **6)** *Facilis* pro agili, celeri, et facile se movente. *Virg. 8. Aen. 340.* et *Manil. 1. 647.* faciles oculos fert omnia circum. — **7)** Item pro navo, solerti, industrio. *Tibull. 1. 1. 7.* Ipse seram teneras maturo tempore vites Rusticus, et facili grandia poma manu. — **8)** Item est promptus, paratus, expeditus: et construitur modo cum infinito. *Propert. 2. 21. 13.* edit. *Kuinoelii.* Ah nimium faciles aurem praebere puellae! *Val. Flacc. 4. 723.* Pontus et exorta facilis concrescere bruma. *Stat. 1. Theb. 606.* lecti iuvenum, qui robore primi, Famam posthabita faciles extendere vita. *Lucan. 2. 460.* Terror facilis vertere mentes. Et *10. 340.* Facilis cedere. *Sil. 12. 163.* Planities facilis adiri. — Modo cum genitivo. *Liv. 26. 15.* Facilis impetrandae veniae Claudius. *Val. Flacc. 5. 407.* Rex alloquii facilis. *Claudian. laud. Serenae, 34.* Hispania dives equis, frugum facilis; h. e. copiosa, fertilis. — Modo etiam cum ablativo. *Sall. Iug. 100.* Facundus, callidus, amicitia facilis; h. e. facile sibi amicos parans. Cf. *Dietsch.* ad h. l. — **9)** Cum dativo, *facilis alicui rei*, est aptus, idoneus. *Sil. 13. 721.* Milites Nec soli faciles, longique laboris anhelos; *non assuefatti a tollerare i calori del sole*. *Id. 12. 464.* audendi pravus, facilisque periclis. *Lucan. 4. 506.* Morti faciles animi; h. e. parati ad mortem subeundam. *Tacit. 2. Ann. 27.* Iuvenis improvidus, et facilis inanibus. *Virg. 2. G. 223.* Terra facilis pecori; h. e. quae facile et abunde suppeditat alendo pecori. — Passive. *Quintil. Declam. 16.* Caecus contumeliae opportunus, iniuriae facilis; h. e. cui facile inferri iniuria potest. — **10)** Si de bonis fortunae agatur, *facilis* est prosper, favorabilis, propitius. *Cic. 6. Fam. 5.* Res et fortunae tuae maxime mihi curae sunt: quae quidem quotidie faciliores mihi, et meliores videntur. Adde *Liv. 25. 11. 70.*, ubi al. leg. *felicliores*. — **11)** *Facilis* a Grammaticis appellatur *s* littera semivocalis, quando plurimis consonantium iuncta in syllabarum sono miscetur, ut ait *Mar. Victorin. 1. 3. 22.* et *30.* — **12)** Absolute, substantivorum more,

FACILE, is, n. Est res facilis, ut supra diximus §. 2. — Hinc adverbiorum more *ex facili* est facile; *facilmente*. *Plin. 30. 8. 2.* Cinis coniectus exesis dentibus, ex facili cadere eos cogit. *Cels. 7. 9. circa med.* Ita adducendum, ut ex facili subsequatur. *Colum. 6. 1.* Quae in emendis bubus sequenda, non ex facili dixerim. *Ovid. 1. Art. am.*

Digitized by Google

336. Quod petis, e facili, si volet illa, feres. Adde *Auct. Itiner. Alex. M. 6.* — **12)** *In facili* idem significat. *Liv. 3. 8.* Cum exitus haud in facili essent. *Al. aliter leg. Tryphonin. Dig. 26. 3. 8.* Quod in facili est. — **13)** *De facili* idem est, sed rarius. *Firmic. 3. Mathes. 6.* De facili ab eis superabuntur.

Nota. *Facilis* differt a *levi*. Nam *facilia* sunt, quae fieri, *levia*, quae perferri atque sublevari possunt, inquit *Dietsch* ad *Sall. Iug. 87.*, allatis pluribus ex eodem Sallustio exemplis. Cf. *Doederl. Synon. T. 2. p. 176.* et V. LEVIS. — **2)** Discrimen inter *expeditum* et *facile*, V. sub V. EXPEDITUS in *Nota*.

FĂCĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *facilis;* habitus, quo quis facile quidpiam facit, promptitudo, facultas; *facilità, agevolezza. Cic. 4. Tusc. 12. extr.* Haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas. *Quintil. 1. 12. 11.* Facilitas puerilis aetatis; *h. e.* qua facile omnia discunt. *Senec. ep. 11.* corporis; *h. e.* proclivitas ad erubescendum. *Plin. 18. 49. 3.* Proscindi iuxerum uno die, si sit facilitas soli. *Id. 21. 95. 1.* Facilitas pariendi. *Id. 16. 18. 1.* Picea tonsili facilitate. *Id. 37. 16. 2.* Smaragdi sensim radiantes, et visum admittentes, ad crassitudinem sui facilitate translucida; *h. e.* facile penetrante lumine usque ad interna crassitudinis. — Etiam in plurali num. usurpari posse, colligi videtur ex *Quintil. 9. 4.* a med., ubi pro exemplo duplicis pedis uno verbo comprehensi ponit *facilitates, temeritates*. — **2)** Aliquando refertur ad sermonem. *Senec. ep. 40.* Fabianus disputabat expedite magis quam concitate, ut possis dicere, facilitatem esse illam, non celeritatem. *Quintil. 10. 2. 12.* Quae in oratore maxima sunt, ingenium, inventio, vis, facilitas. *Suet. Gramm. 23.* Capiebat homines facilitate sermonis. *Quintil. 10. 7. a med.* oris; *h. e.* pronunciandi; *speditezza di lingua*. — **3)** Translate est humanitas, lenitas, qua nos faciles praebemus, mites, exorabiles, benignos; *piacevolezza, condiscendenza, trattabilità, dolcezza. Cic. Mur. 31. extr.* Si illius comitatem et facilitatem tuae gravitati severitatique asperseris. *Nep. Attic. 15.* Eius comitas non sine severitate erat; neque gravitas sine facilitate. *Suet. Caes. 72.* Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut etc. *Cic. Manil. 14.* Ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. *Id. 12. Fam. 1. extr.* Immoderate et ingrate facilitate nostra abutuntur. Et *13. ibid. 24.* Pro tua facilitate et humanitate. *Id. 1. Q. Fr. 1. 7.* Facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. *Id. 12. Att. 40.* Quis congressum meum, aut facilitatem sermonis desideravit? Adde *Cic. 1. Offic. 28.* et *Amic. 18.* — **4)** In malam partem; *leggerezza, facilità eccessiva, debolezza. Suet. Claud. 29.* Io XXXV. senatores, et CCC. amplius equites R. tanta facilitate animadvertit, ut etc. *Vulg. Interpr. Ierem. 3. 9.* et facilitate fornicationis suae contaminavit terram. — **5)** *Facilitas agri* apud *Hygin. de limit. p. 178. Lachm.* videtur accipienda pro planitie.

Nota. Inter *facilitatem* et *facultatem* hoc discrimen agnoscit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 65. Lind.* « *Faeul* Antiqui dicebant et *faeulter* pro facile, unde *faeultas* et *difficultas* videntur dicta. Sed postea *facilitas* morum facta est, *facultas* rerum. » — Item *Front. de differ. p. 2196.* « *Facultas* locupletis, *facilitas* artificis est. Itaque dives facultatem habet multam vel emendi vel redimendi; artifex opera perficiendi facilitatem. » — Item *Plinius* ita distinguit *facultatem* a *facilitate*, illam vocans gratiam ac virtutem faciendi, hanc promptitudinem duntaxat. Sic enim inquit *6. ep. 29.* Quia nimia assiduitate facilitas magis, quam facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur.

FĂCĬLĬTER. Adverb. a *facilis*, idem fere quod facile; *facilmente. Vitruv. 1. 4.* Ferrum percalefactum faciliter fabricatur. Et *2. 1.* Manibus et articulis, quam vellent rem, faciliter tractarent. Adde *3.* et *alibi*.

Nota. Hoc tamen adverbium reprobat *Quintil. 1. 6. 17.* Inhaerent quidam molestissima diligentiae perversitate, ut *audaciter* potius dicant, quam *audacter*, licet omnes oratores aliud sequantur. His permittamus et *audivisse*, et *scivisse*, et *tribunale*, et *facilius* dicere. — Huc spectat *Inscrit Grammat. art. fragm. p. 111. Endl.* « Observavimus in declinatione comparationum adverbium hoc quod venit ab eo, quod est *facilis* et *difficilis*, dicimus enim non *facilitur* nec *difficiliter*, tametsi Veteres dixerunt; sed *facile, facilius, facillime; difficile, difficilius, difficillime*. » Sed V. et *Capell. 3.* §. *325.* et Cf. DIFFICILITER et FACULTER.

FĂCĬNĔRŌSUS. V. voc. seq. et FACINUS §. b.

FĂCĬNŌRŌSUS (et Facinerosus. V. voc. seq. §. b.), a, um. Adiect. a *facinus*. — Comparat. *facinorosior* et superlat. *facinorosissimus*, infra. — Est qui mala facinora perpetrat, flagitiosus, scelestus; *facinoroso, malfattore, malvagio. Cic. 2. Catil. 10.* Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum. *Id. Sext. 38.* Respublica a facinorosissimis sicariis oppressa. *Id. 1. Leg. 14.* Deterrere aliquem ab iniuriosa facinorosaque vita. *Iustin. 2. 1.* Impius et facinorosus animus. *Id. 16. 4.* Clearchus exsilio facinorosior redditus. Adde *Vulg. Interpr. 2. Mac. 4. 19.* et *8. 34.* — *Augustin. Serm. 15. n. 1. ed. Mai.* Domine, libera me de manu peccatoris et de manu facinerosi et iniuriosi. *Commodian. Carm. Apolog. 155.* Et facinerosum Caio in gehenna reservat. V. *Pitra* ad *h. l.* in *Spicil. Solesm. T. 1. p. 25.*, coll. *p. 339. Gloss. Lat. Gr.* Facinerosi; *δραματουργοί*.

FĂCĬNUS, ŏris, n. Verbale a *facio*, quo proprie factum aliquod insigne designatur. — **b)** In genitivo aliisque obliquis casibus *facineris* loco *facinoris*, etc. olim usurpatum fuisse, testatur *Vel. Long. Orthogr. p. 2253. Putsch.* « Quaeritur *foenoris* an *foeneris* dicant; quoniam nomen inde tractum, dicimus *foeneratorem*. Item *facineris* non *facinoris*, quoniam *facinerosum* vocamus. » — **c)** Derivatum, *facinorosus*.

FACINUS vox est mediae significationis, et in utramque partem sumitur tum de honesto ac laudabili, tum de malo pravoque. Primo significatione; *azione, impresa, fatto*. *Antonius* apud *Cic. 13. Phil. 17.* Qui iudicaverint hostem Dolabellam ob rectissimum facinus. *Cic. Rabir. perduell. 6.* Id facinus pulcherrimum esse arbitrarer. *Auct. ad Herenn. 4. 53.* Quasi facinus praeclarissimum fecisset. *Tacit. 3. Ann. 21.* Rarum ea tempestate facinus. *Ter. Heaut. 2. 3. 75.* Non fit sine periculo facinus magnum et memorabile. *Cat.* apud *Gell. 13. 24.* Tuum nefarium facinus, peiore facinore operire postulas. *Ovid. 8. Met. 90.* Suasit amor facinus. *Posta* apud *Cic. 2. Fam. 9.* Non edepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris. Adde *Plaut. Bacch. 4. 9. 1.* et *4. 4. 2.* — In plur. num. *Sall. Iug. 2.* Ingenii egregia facinora. *Ter. Heaut. 2. 1. 8.* Is mihi, ubi adhibit plus paulo, sua quae narrat facinora! — **2)** Translate de quacumque re sive facto. *Plaut. Mil. 2. 4. 24.* et *38.* Nimis mirum est facinus, quomodo haec hinc potuerit transire! *è ben cosa maravigliosa! Id. Rud. 1. 2. 75.* Quod facinus video! *Das.* quid vides? *Sc.* mulierculas Video sedentes in scapha solas duas; *che veggo io mai!* — **3)** Deinde II. *Facinus*, altera notione, quae frequentior est; *misfatto, scelleraggine. Ovid. 1. Fast. 249.* nondum Iustitiam facinus mortale fugarat, *le umane scelleraggini. Cic. 7. Verr. 66.* Facinus est, vinciri civem R.; scelus, verberari; prope parricidium, necari: quid dicam in crucem tollere? *Id. Mil. 27.* Cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. *Id. 2. Agr. 28.* Homines ad vim, facinus, caedemque delecti. *Id. 7. Verr. 72.* Inaudita et singularia facinora sceleris, audaciae, perfidiae, libidinis, avaritiae, crudelitatis. *Id. 3. Nat. D. 18.* Furiae vindices facinorum et sceleris. *Id. 2. Fin. 29.* Vide, ne facinus facias, cum mori suadeas. *Id. 1. Catil. 10.* Obire facinus. *Id. 3. Fam. 10.* committere. *Sall. Iug. 34.* suscipere. *Id. Catil. 18.* patrare. *Caes. 3. B. G. 9.* in se admittere. *Ovid. 2. Trist. 207.* Nec tamen est facinus molles evolvere libros. Et *4. ibid. 4. 43.* abfuit omne Peccato facinus consiliumque meo. Et *1. ibid. 2. 98.* A culpa facinus scitis abesse mea. *Id. 16. Heroid. 213.* heu facinus! *o vergogna!* Sic *Ter. Eun. 1. 1. 25.* et *Cic. 6. Verr. 66.* O indignum facinus! *Ovid. 10. Heroid. 6.* per facinus; *h. e.* per scelus. V. *Nota* infra. — **4)** Sensu, ut aiunt, concreto est ipsum sceleris instrumentum, ut poculum, quod continet venenum. *Ovid. 7. Met. 423.* Sumpserat ignara Theseus data pocula dextra . . . facinusque excussit ab ore.

Nota. Inter *flagitium* et *facinus* hoc differt, quod *flagitium* est quidquid agit cupiditas indomita ad corrumpendum animum et corpus suum: *facinus*, quod agit, ut alteri nocest. Ita *Augustin. 3. de doctrin. Christ. 10.* — Praeterea flagitium infamiam semper habet, facinus non semper. *Liv. 39. 15.* Nihil facinoris, nihil flagitii praetermittere. *Sall. Cat. 24.* Homo flagitiis atque facinoribus coopertus. Adde *Cic. 1. Catil. 6. Scelus* vero utrumque complectitur: et praeterea significat ipsam turpitudinem, aut malitiam flagitii et facinoris. — Ad haec *facinus* etiam in bonam partem accipitur, *flagitium* et *scelus* semper in malam. *Cic. 9. Fam. 3.* Cum omnes in omni genere et scelerum et flagitiorum volutentur. *Id. Mil. 16.* Scelus, et facinus prae se ferens, et confitens. V. loc. *Augustin.* plenius sub v. FLAGITIUM in *Nota*.

FACIO, facis, fēci, factum, facĕre. Verbum transitiv. intransitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum (V. infra §. 60.), incertae originis. Videtur nihilominus posse componi cum *agere*, pro quo etiam *acere* aliquando est usurpatum (V. AGO §. b.), unde, praeposita aspiratione, fit *facere* (V. *r* §. e.). — Huc spectat *Varr. 5. LL. 8.* §. *78.* « Proprio nomine dicitur *facere* a *facie*, qui rei, quam facit, imponit faciem. Ut fictor quum dicit *fingo*, figuram imponit, . . . sic quum dicit *facio*, faciem imponit; a qua facie discernitur ut dici possit, aliud esse vestimentum, aliud vas. » (Cf. FACIES §. a. — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, haec notamus: *Facesundum* pro *faciundum* sive *faciendum* legitur in *Inscr.* apud *Grut. 317. 8.* « Laurentius faceundum cur. — *Faciu(ndum)* item pro *faciundum* in *alia* apud *Momms. n. 1710.* MONVMENTVM. FACIV. CVRAVIT. Cf. FACTEON. — *Feest* pro *fecit* est in *Inscr.* apud *Le Blant, Inscr. Chrét. T. 1. p. 342.* Auspicius fecet annos XXII. et mesis III. — Alia exempla collegit ex antiquis Inscriptionibus *Fabretti*, in *Gloss. Ital. 456.* et *segq.* et *476.* et *seq.*,

Digitized by Google

apud quem videre est *faient*, *face*, *feci*, *fecru*, *fecerum*, *feceruns*, *facid*, *fecise*, *fieri*, *ficerat*, *ficerunt*, etc. — **c)** *Face* in imperativo pro *fac*, praeter *Plaut.* habet et *Cato* saepissime, et *Ovid.* non semel; ut *Medicam. fac. 60.* in haec solidi sexta face assis est. Et *Val. Flacc. 7. 179.* Tu face, luciferae citus ad delubra Dianae Deveniat. *Nep. Pausan. 2.* Certum hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur. Adde *Ter. Phorm. 2. 3. 30.*, *Ovid. 20. Heroid. 150.*, *2. Amor. 2. 40.*, *2. Art. am. 240.*, *Rem. am. 537.*, *1. Fast. 287.* et *2. Pont. 2. 64.* — Huc spectat *Palaem. Art. p. 1382. Putsch.* « Sed quaestio de *dic*, *duc* et *fac*; numquam enim addita re integre sonuerit infinitivus, sed hoc usu plurimum valuit. Nam Virgilius dicit *dice* et Terentius *face*, quibus si adiicias re, faciunt integre sonare infinitivum modum *dicere*, *facere*, *ducere*. » Cf. *Capell. 3. §. 320.* — **d)** *Faciem* pro *faciam* olim dictum fuit a *Catone*; teste *Quintil. 1. 7. 25.*, et legitur a quibusdam apud *Plaut. Asin. 3. 3. 156.* Cf. nico §. c. — **e)** *Faxim* et *Faxo*, *is*, *it*, pro *faciam*, *facerim* et *fecero*, in aliquot personis usitata sunt, quae in subiectis exemplis enumerantur. *Plaut. Amph. 1. 3. 13.* Ego faxim, te Amphitruonem esse malis, quam Iovem. *Id. Trin. a. 1. sc. 2. extr.* Pauci sint, faxim, qui sciant quod nesciunt. *Ter. Andr. 4. 4. 14.* Unum praeterquam quod te rogo, faxis, cave. *Cic. 2. Leg. 8.* Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. *Plaut. Truc. 1. 1. 40.* Quos cum celamus, si faximus conscios, etc. *Liv.* in solemni precatione Scipionis solventis in Africam, *29. 27.* Hostium uiciscendorum copiam faxitis. *Ter. Heaut. 1. 1. 109.* Utinam ita Dii faxint, *Cic. 5. Verr. 35.* Dii immortales faxint, ne sit alter. *Id. 11. Fam. 5.* Dii faxint, ut tali genero mihi frui liceat. *Plaut. Poen. 1. 1. 45.* At ego iam faxo scies. *Ter. Phorm. 5. 8. 66.* et *2. 1. 78.* Iam faxo hic aderit. *Id. Heaut. 2. 3. 100.* Ademptum tibi iam faxo omnem metum. *Plaut. Cure. 4. 4. 31.* Faxo reperias. *Virg. 12. Aen. 318.* ego foedera faxo Firma manu. Adde *Enn.* apud *Non. 10. 24.* — *Gloss. Lat. Gr.* Faxo; ποιήσω. — FAXIS legitur in *Tab. 4.* apud *Marini*, *Arv.* et FAXIT in *Lege Thoria cap. 10.* — **f)** *Faxo* et *faxim* interdum est minitantis. *Virg. 9. Aen. 134.* Haud sibi cum Danais iam faxo, et pube Pelasga Esse putent. *Liv. 6. 35.* Faxo, ne iuvet vox ista, veto. *Ovid. 3. Met. 271.* mater De Iove vult fieri: tanta est fiducia formae. Pallat eam, faxo. Et *12. ibid. 594.* Det mihi se: faxo, triplici quid cuspide possim, Sentiat; *farò ben io che* etc. *Plaut. Merc. 4. 6. 10.* Ecastor faxim, si itidem plectantur viri, Plures viri sint vidui, quam nunc mulieres. *Sil. 17. 256.* Faxo, ut vallata revocetur Scipio Roma. *Al. omittunt* ut. *Faxim* habet etiam *Enn.* apud *Non 10. 22.* — **g)** Reperitur etiam *faxem* pro *facerem*, aut *facissem*. *Plaut. Pseud. 1. 3. 84.* Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi. — **h)** Coniugatione est anomalon in forma passiva, quae est *fio*, *fis*, *factus sum*, *fieri*; quod verbum, a *facio* diversum, nonnulli a Graeco φύω, nascor, ducunt; quare etiam passive apud Veteres *fior* usurpatum fuit. *Cato* apud *Priscian. 8. p. 789. Putsch.* Postquam diutius fitur. *Id. ibid.* Graeco ritu fiebantur Saturnalia. *Liv.* in *Odyss.* apud *Non. 7. 62.* fium est. — His adde *Augustin. Serm. 166. n. 1. ed. Mai.* Illa enim in figura fiebantur, haec verius reperiuntur. V. infra §. 40 et seqq. — Huc spectat *Incert. Grammat. de Verbo n. 29. p. 162. Endl.* Omne infinitum activum praesentis temporis in re desinit . . . unde etiam a *fio* *fiere* esse deberet, sed licet usus aliter obtinuerit (*fieri* enim nunc dicitur) *Ennius* tamen in X. Annalium *fiere* dixit, non *fieri*. Sic et *Laevius* apud *Gell. 19. 7. fiere* dixit, Gellio ipso improbante. — **i)** Sed et *facio* aliquando apud eosdem passive adhibitum reperitur. *Nigid.* apud *Non. 10. 19.* fiunt; facit, ποιεῖται; facitur. *Titin. ibid.* et apud *Priscian. 8. p. 801. Putsch.* Ut parvi faciatur. *Petron. fragm. Tragur. 71. Burm.* Faciatur, si tibi videtur, et triclinia. *Al. leg.* faciantur. — **k)** Particip. *faciens* §. 35. sub v. *Iter* et suo loco, *faciendus*, vel *faciundus*, §. 1. et 35. sub v. *Promissum*. Cf. supra §. b., *factus*, V. suo loco, *facturus* §. 24. — **l)** Particip. *fiens* a *fio* ponitur a *Diomed. 1. p. 352.* et *377. Putsch.* et *Claud. Sacerd. 1. Gramm. 22.*, rarum tamen esse dicitur. Certe caret, quod sciam, exemplis, inquit *Forcellinus*. Habet autem *Vulg. Interpr. Ital.* in *Act. Apostol. 24. 2.* Et correctionum fientium genti huic per tuam providentiam. *Vulgata* nostra habet: *et multa corrigantur per* etc. — Item *fiendus* pro *faciendus* apud *Commodian. 76. 14.* Sacerdos Domini cum *sursum corda* praecepit in prece fienda, ut fiant silentia vestra. *Routh. in lib. Aristot. de Interpr. edit. prim. 1. p. 337. Migne.* In aliis fiendis. — **m)** Ad quantitatem syllabarum quod attinet, animadvertendum est, quod prima in *fio* longa est quoties *r* non sequitur, ut *fio*, *fieri*, etc. — *Fit* longa est. *Plaut. Capt. prol. 28.* Ut fit in bello, capitur alter filius. — *Faxis* et *feceris* ultima producta usurpat *Id. Mil. 3. 24.* Quid si id non faxis? ut etc. Cf. *Ritschl.* in *Proleg. ad Plaut. p. 181.* et *226.* — Primam syllabam in *fiant* licenter corripit *Prudent. 1. Symmach. 223.* Vera ratus, quaecumque fiant, auctore Senatu. — **n)** Praeterea *facio* in compositione saepissime corrumpitur in *ficio*, vel *fico*, ut in *afficio*, *conficio*, *deficio*, etc., *fructifico*, *glorifico*, *vivifico*, etc. et hac forma passive etiam declinatur *afficior*, *conficior*, *deficior*; etc., *glorificor*, *vivificor*, etc. tametsi in quibusdam etiam a *fio* passivum mutuatur. Sic *conficio* habet *conficior* et *confio* et *deficio*, *deficior* et *defio*, ut de singulis suo loco dicetur. — Incorruptum tamen manet, si prior pars sit vox declinabilis, ut in *calefacio*, *commonefacio*, *lucrifacio*, etc. — Quaedam tamen utraque ratione componuntur, ut *candefacio* et *candifico*, *expergefacio* et *expergifico*, etc. Cf. ad rem *Incert. Gramm. fragm. p. 148. Endl.* — **o)** Aliquando in compositis huius secundi generis divisim quoque scribitur, quemadmodum observatum est in *benedico*, *benefacio*, *parvifacio*, etc. — Aliquando etiam per tmesin dividitur, et quidem nonnumquam inverso ordine, ut *facit are* pro *arefacit*. V. AREFACIO §. c. — **p)** Derivata. *facesso*, *facetus*, *factes*, *facilis*, *facinus*, *factson*, *factitiosus*, *factitius*, *factimenta*, *factio*, *factionarius*, *factiosa*, *factiosus*, *factitatio*, *factitator*, *factio*, *facto*, *factor*, *factorimen*, *factura*, *facturio*, *factus*, *us*, *fetialis*. — **q)** Composita, *aedifico*, *aerifico*, *aerificium*, *afficio*, *algificus*, *almificus*, *amorificus*, *amplifico*, *antefactus*, *arefacio*, *argentifex*, *armifactor*, *artifex*, *astrifico*, *astrificus*, *auctifico*, *auctificus*, *augifico*, *aurifex*, *beatifico*, *beatificus*, *benefacio*, *benefacus*, *blandificus*, *calefacio*, *calorificus*, *calvefio*, *candefacio*, *candifico*, *candificus*, *canifico*, *carnifex*, *carnificina*, *carnificium*, *carnifico*, *castificatio*, *castifico*, *castificus*, *caudifico*, *cavefacio*, *causificor*, *cerifico*, *certifico*, *cinefactus*, *clarificatio*, *clarifico*, *colorificus*, *confacio*, *cornificus*, *cotifico*, *crassificatio*, *crassificus*, *crucifictio*, *crucifico* (V.), *damnifico*, *dapifex*, *deficio*, *deifico*, *densifico*, *difficilis*, *dignifico*, *ditifico*, *ditificus*, *diversificatus*, *doctificus*, *dolorificus*, *domefactus*, *donifico*, *dulcificus*, *efficio*, *elucifico*, *excalfacio*, *excandefacio*, *excarnifico*, *exefficio*, *expergefacio*, *expergefactio*, *expergifico*, *expergificus*, *expavefacio*, *fabrefacio*, *fabrifico*, *fervefacio*, *fetifico*, *fetificus*, *flexifico* (V.), *fortificatio*, *fortifico*, *frigefacio*, *frigidefacio*, *frigorificus*, *fructificatio*, *fructifico*, *fumifico*, *fumicus*, *furtificus*, *gaudifico*, *gelefactus*, *glorificatio*, *glorifico*, *glorificus*, *grandificus*, *gratificatio*, *gratificor*, *gratificus*, *honorifico*, *honorificentia*, *honorifico*, *honorificus*, *horrificalis*, *horrifico*, *horrifico*, *horrificus*, *hostifico*, *hostificus*, *humefacio*, *humifico*, *humificus*, *humilifico*, *hymnifico*, *ignefactus*, *illabefactus*, *illiquefactus*, *imbrifico*, *immunificus*, *imperfecto*, *imperfectio*, *imperfectus*, *inaedificatio*, *inaedifico*, *incendefacio*, *incestificus*, *inficiens*, *inficio*, *infit*, *interfacio*, *interficio*, *interfio*, *iustificatio*, *iustificatrix*, *iustifico*, *iustificus*, *labefacio*, *lactifico*, *lactificus*, *languefacio*, *languificus*, *lanificium*, *lanificus*, *largificus*, *latifico*, *laudifico*, *levifacio*, *linificium*, *liquefacio*, *lucificus*, *lucrifacio*, *luctificabilis*, *luctificus*, *ludifacio* et *ludifico*, *lustrificus*, *madefacio*, *madifico*, *magnifacio* et *magnifico*, *malefacio*, *mansuefacio*, *manufactus*, *maturefacio*, *mellificium*, *mellifico*, *mellificus*, *mirifico*, *mirifico*, *mirificus*, *mitificatus*, *mitifico*, *mitificus*, *modifico*, *monstificus*, *mollificus*, *monstrificabilis*, *monstrifico*, *monstrificus*, *mortificatio*, *mortifico*, *mortificus*, *multifacio*, *mundifico*, *munifex* (V.), *naturificatus*, *nidificium*, *nidifico*, *nidificus*, *nigrefacio* et *nigrifico*, *nitefacio*, *notifico*, *nubificus*, *nullificamen*, *nullificatio*, *nullifico*, *obdurefacio*, *obstupefacio*, *officio*, *olefacio* et *olfacio*, *opifex*, *orbefacio* et *orbifico*, *orificium*, *pacifico*, *panifex*, *panifica*, *panificium*, *parifico*, *parvifacio*, *patefacio*, *pavefacio*, *perficio*, *pinguefacio*, *pontifex*, *portentificus*, *praeficio*, *proficio*, *profiteor* (V.), *pudefactus*, *pultificus*, *purefacio* et *purifico*, *putefactus*, *putrefacio*, *putrefactio*, *quatefacio*, *rarefacio*, *rarificus*, *refacio* et *reficio*, *regifico*, *regificus*, *rigefacio*, *rubefacio*, *rumifico*, *sacrifico*, *salvificator*, *salvifico*, *salvificus*, *salutificator*, *sanctifico*, *satisfacio*, *saxificus*, *scarifico*, *scenofactorius*, *scientificus*, *semifactus*, *sensificator*, *sensifico*, *sensificus*, *sentifico*, *serenificus*, *siccificus*, *significatio* et *significo*, *sobrefactus*, *somnificus*, *specificatus*, *specifico*, *specificus*, *splendifico*, *splendifico*, *splendificus*, *sterilefio*, *stupefacio*, *subfacio*, *sudificus*, *suffervefacio*, *sufficio*, *sumptifacio*, *superbificus*, *superficiens*, *superfio*, *tabefactus*, *tabifico*, *tepefacio*, *terrificatio*, *terrifico*, *terrificus*, *testificatio*, *testificor*, *timefactus*, *torpefacio*, *torrefacio*, *tremefacio*, *tristificus*, *tumefacio*, *turificator*, *turifico*, *turpificatus*, *vacefio*, *vacuefacio*, *valefacio*, *vallefactus*, *vastificus*, *velifico*, *venificus*, *verbificatio*, *verifico*, *versifico*, *vestifex*, *vestifica*, *vestificina*, *vestificus*, *vilefacio* et *vilifico*, *vilificus*, *vivifico*, *vocifico*, *voluptificus*, *vomifico*, *usufacio*, *vulnificus*.

FACIO proprie ac universim est efficio, ut aliquid sit, ago, conficio; *fare*, *operare*. Verbum est latissimae significationis, atque usus; accommodaturque omnibus fere actionibus. Hinc *Papinian. Dig. 50. 16. 218.* Verbum facere omnem omnino faciendi causam complectitur, donandi, solvendi, iudicandi, ambulandi, numerandi. *Cic. Nat. D. fragm.* apud *Lactant. 2. 8.* Ut faber, quum quid aedificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea utitur, quae sit parata, fictorque item cera: sic iste providentiae divinae materiam praesto esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. Quod si non est a Deo

Digitized by Google

materia facta ne terra quidem et aqua et aer et ignis a Deo factus est. *Id. 1. Rep. 14.* Quam *(sphaeram)* ab eodem Archimede factam posuerat in templo Virtutis. *Id. 2. ibid. 17.* Fecitque idem et sepsit de manubiis comitium et curiam. *Caes. 1. B. G. 13.* Pontem in Arari faciundum curat. *Plaut. Bacch. fin.* Neque adeo haec faceremus, ni antehac vidissemus fieri; h. e. non scriberemus, si facta non fuissent. *Quintil. 7. 10. 9.* Faber vasculum fecit. *Cic. 2. Divin. 7.* Omnia quae fiunt, quaeque futura sunt. Et *mox.* Nihil fieri potest, nihil accidere, nihil evenire. — **2)** Cum casibus pretii est aestimare; *stimare. Id. 3. Fam. 10.* In quo perspicere posses, quanti te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem. Et *4.* Te quotidie pluris feci. *Id. 2. Fin. 15.* Voluptatem virtus minimi facit. Et *27.* Dolorem nihili facere. *Plaut. Pers. 2. 2. 42.* Nihil facio scire. *Al. leg.* nihili. *Sall. Iug. 89.* Non sunt composita verba mea: parum id facio. *Plaut. Stich. 1. 1. 42.* Et si illi improbi sint, atque aliter Nos faciant, quam aequum est. — Passive, eadem significatione *Nep. Datam. 3.* Illum unum pluris, quam se omnes, fieri videbant. *Cic. Amic. 16.* Ut quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. — Aliquem non hettae facere. V. HETTA. — **3)** Interdum est instituere, creare. *Id. 3. Verr. 43.* Testamento fecit heredem filiam. *Id. Senect. 5.* Anno undevicesimo post eius mortem hi consules facti sunt. *Id. Mur. 21. sub fin.* Alium faciam, quoniam sibi hic ipse desperat. *Iustin. 9. 6.* Aliquem regem facere. *Nep. Alcib. 5.* Ab exercitu recipitur praetorque fit. — **4)** Item pro componere, lucubrare. *Cic. Pis. 29.* Facere poema. *Id. Arch. 10.* epigramma in aliquem. *Id. 3. Q. Fr. 5. a med.* versus. *Id. 1. Orat. 14.* orationem. — **5)** Item pro edere. *Id. 15. Att. 10.* Ludos vero non facere quid foedius? *Plaut. Most. 3. 1. 66.* Exempla edepol faciam ego in te. — **6)** Item pro emittere. *Colum. Arbor. 54.* Rapa, et napi antequam caulem, aut cymam faciant. *Id. 2. 15.* Maxime columbinum stercus probamus: secundum deinde, quod homines faciunt. *Id. 6. 19.* Facere urinam. — **7)** Item pro exercere; *exercitare. Cic. in Senat. 5.* Egestate et improbitate coactus piraticam fecit. *Id. 7. Verr. 28.* Facere mercaturas. Et *59.* argentariam. *Id. 3. Q. Fr. 1. 2.* topiariam. *Id. 6. Fam. 8.* haruspicinam, et praeconium. *Front. 2. ad amic.* (edente iterum *A. Mai) ep. 6.* Facere scribam, facere decurionem. — **8)** Item pro cogere, colligere, conflare. *Cic. 4. Verr. 6.* Maximam pecuniam facere. *Id. Caecin. 11.* Manum facere, copias parare. *Sallust. fragm.* apud *Senec. ep. 114.* et *Vellei. 2. 109.* exercitum. *Tacit. 6. Ann. 33.* auxilia mercede. *Varr. 1. RR. 7.* Ex arvo male consito minus multum, et minus bonum faciebant vinum. — **9)** Item pro afferre. *Cic. 14. Fam. 7.* Statim ita sum levatus, ut mihi Deus aliquis medicinam fecisse videatur. *Plin. 30. 17. 1.* Facere remedium lieni. *Colum. 2. 2.* Ager pestilens mortem facit; *cagiona. Tacit. 2. Hist. 70.* Perniciem alicui facere. — **10)** Et pro dare, concedere. *Ovid. 2. Amor. 19. 6.* Et faciat voto rara repulsa locum. *Vellei. 2. 105.* Ubi negotia fecissent otio locum. *Virg. 1. Ecl. 6.* Deus nobis haec otia fecit. *Cic. 3. Catil. 5.* Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. — **11)** Item pro comparare, acquirere. *Id. Flacc. 37.* Facere lucrum. *Id. 3. Verr. 59.* Qui manubias sibi tantas ex Metelli manubiis fecerit. *Plaut. Pers. 4. 4. 100.* Divitias facere ex re aliqua. — **12)** Et pro reddere, efficere, in causa esse, ut aliquid fiat. *Cic. 6. Phil. sub fin.* Senatum bene firmum, firmiorem vestra auctoritate fecistis. *Id. 4. Verr. 26.* Omnes istius iniurias rescindere, et irritas facere. *Id. Manil. 10.* Quae res est, quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? *Id. 2. Phil. 39.* Facere aliquem sanum, disertum. *Id. 1. Orat. 51.* Iratum adversario iudicem facere. *Id. Deiot. 10.* Quos concursus facere solebat! *quanta gente si tirava attorno! Sall. Iug. 10.* Tua virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti. *Vellei. 2. 120.* difficultates, quas inopia rerum intolerabiles, vis hostium faciebat inexsuperabiles. — Cum infinito. *Liv. 22. 13.* Casilinum pro Casino ducem accipere fecit. *Al. leg.* dux ut acciperet. *Varr. 3. RR. 5.* Aspectus et desiderium arborum macrescere facit volucres inclusas. *Colum. 12. 38.* Mel ter infervere facito. *Virg. 2. Aen. 558.* qui nati coram me cernere letum Fecisti. *Ovid. 17. Heroid. 174.* illum Securum probitas, forma timere facit. *Sallust. fragm.* apud *Senec. ep. 114. a med.* Quae nudita Panormitanos dedere Romanis fecere; *costrinsero, indussero. Hieronym. 3. Comment. in ep. ad Ephes. 6. 4.* Qui faciunt comoedias legere. — **13)** Ponitur et pro parere, translate. *Cic. Orat. 34.* Controversiam aut res facit, aut verba. — **14)** Et pro excitare. *Id. Brut. 95.* Hortensius utroque genere florens, clamores faciebat adolescens. — **15)** Et pro fingere, inducere. *Id. Plane. 27.* Me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent; *mi finsi. Id. 9. Fam. 8.* Feci sermonem inter nos habitum in Cumano; *introdussi. Id. Brut. 60.* In eo libro, ubi se exeuntem e senatu, et cum Pansa colloquentem facit. — Et cum infinito. *Id. 1. Nat. D. 8.* Plato construi a Deo, atque aedificari mundum facit. *Plin. 25. 19. 2.* Hanc etiam *(herbam)* praecisos nervos glutinare faciunt; h. e. putant, docent, volunt. *Cic. 15. Fam. 18.* Facio, me alias res agere; *fingo di non badare. Id. 3. Nat. D. 16. a med.* Herculem Homerus conveniri apud inferos facit ab Ulysse. *Ter. Heaut. prol. 31.* Qui nuper fecit, servo currenti in via Decesse populum. — **16)** Et pro addere, adiungere, conciliare. *Cic. Divin. Verr. 13.* Facere audientiam orationi. *Id. Manil. 13.* auctoritatem. *Id. 7. Att. 8.* fidem. *Quintil. 4. 1. ante med.* favorem. — **17)** Ponitur et pro inferre, afferre. *Plaut. Mere. 2. 1. 11.* et *Cic. 10. Fam. 16.* Convicium alicui facere. *Ter. Phorm. 5. 7. 9.* contumelias. *Cic. Orat. 68.* gravem plagam. *Id. 9. Phil. 4.* iniuriam. *Id. 11. Att. 8.* dolorem alicui. — **18)** Et pro exsequi; *eseguire. Id. Flacc. 20. extr.* Cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus est. — **19)** Et pro gignere, procreare. *Varr. 3. RR. 5. ante med.* et *9. ad fin.* Volucres ova et pullos faciunt. *Plin. 11. 19. 3.* Apes faciunt sobolem. — Passive. *Varr. 3. RR. 12. a med.* Lepores in Gallia fiunt permagni, in Hispania mediocres. *Plaut. Trin. 4. 2. 90.* Arabia, ubi absinthium fit, atque cunila gallinacea. — **20)** Habet etiam vim patiendi, et subeundi. *Cic. 6. Verr. 9.* Facere detrimentum. *Id. Brut. 33.* damnum. *Id. 2. Fin. 24.* iacturam. *Id. 16. Fam. 9.* naufragium. — **21)** Specialim

II. *Facere aliquem suum*, sibi conciliare; *cattivarselo. Ter. Adelph. 5. 6. 10.* Paulatim plebem facio meam. *Ovid. 2. Art. am. 259.* Fac plebem (mihi crede) tuam. *Stat. 2. Achill. 387.* Paulatim fecere suam. — **22)** *Facere aliquid in aliquem*, vel *alicui*, est statuere. *Ter. Heaut. 1. 1. 55.* Si id non facias, Ego quod me in te sit facere dignum, invenero. Et *1. 2. 24.* Vereor, ne quid in illum iratus faxit pater. *Id. Eun. 5. 5. 31.* aliquam causam quaerebat senex, Quamobrem insigne aliquid faceret iis. — **23)** Ponitur aliquando pro agere, degere, vivere. *Senec. ep. 66.* Quamvis paucissimos una fecerimus dies. Est qui legit *egerimus*, invito *Gronovio. Ulp. Dig. 40. 7. 14.* Is servus fugerat, et annum in fuga fecerat. *Papinian. ibid. 48. 5. 11. §. 5.* Postulabat ne sibi computarentur dies, quos in custodia fecissent. *Inscript.* apud *Grut. 838. 12.* et *842. 7.* Coiugi Karissimae, cum qua fecit ann. IX. men. VI. dieb. XXV. Adde *aliam 447. 3.* et quatuor apud *Reines. cl. 14. n. 119.* et *cl. 20. n. 216. 311.* et *443.* — In *alia* apud *Renier. 4. 3701.* Reparatus *Episcopus*, qui fecit in sacerdotium annos VIIII., mens. XI. etc. Adde *aliam* supra §. b. — Huc spectat et illud in *Inscr.* edita in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1864. p. 151.* Qui me coronatis vel flores iactatis, multis annis faciatis; h. e. per multos annos; scilicet precor, ut diu vivatis. Cf. *Vulg. Interpr. Iacob. 4. 13.* — **24)** Pertinet saepe ad rem divinam; ut *facere sacrum*, item *facere* absolute; *far sacrifizio. Cic. 6. Verr. 8.* Res illum divinas apud eos Deos in suo sacrario quotidie facere vidisti. *Sulpicia* apud *Tibull. 4. 6. 14.* Ter tibi fit libo, ter, Dea casta, mero. *Cic. Balb. 24.* Sacra pro civibus facere. *Id. Brut. 14.* Sacrificium publicum cum laena facere. *Id. 1. ad Brut. 13.* Larentiae vos pontifices ad aram in Velabro facere soletis. *Colum. 2. 22.* Facere catulo. *Virg. 3. Ecl. 77.* Cum faciam vitula pro frugibus. — Hinc *facere ture et vino* saepe legitur in *fragmm. Arvall. Tab. 41.* apud *Marini, Arv. p. CLXI. Ovid. 3. Met. 26.* Sacra Iovi facturus erat. — *Augustin. Quaest. in Heptat. 7. 52.* Nam facere haedum caprarum non solet dici, nisi cum fit sacrificium, V. integr. loc. — Passive impersonaliter. *Cic. 1. Att. 12.* Cum pro populo fieret. Adde *Liv. 37. 3.* — **25)** Aliquando ad rem obscenam. *Catull. 8. 6.* Ibi illa multa tam iocosa fiebant. *Iuvenal. 7. 240.* ne turpia ludant, Ne faciant vicibus. Adde *Paul. Dig. 2. 14. 27. a med., Petron. Satyr. 87., Ovid., Martial.* etc. — Hinc eodem sensu *facere iter* apud *Propert. 2. 24. 22.* Noctibus his vacui ter faciamus iter. Ita *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon*. Ego locum non inveni. — **26)** Apud Grammaticos refertur etiam ad positionem nominum, et verborum. *Quintil. 1. 6. 18.* Cur *aper apri*, et *pater patris* faciat. Adde *1. 4. 13.* et *ibid. 5. 65.* et *ibid. 6. 26.* — *Verba faciendi* quaenam sint apud Grammaticos V. in FACIENS §. 3. — **27)** Eleganter circumlocutioni servit, et quodam pleonasmo pro curare, et efficere usurpatur. *Cic. Senect. 12.* Invitus quidem feci, ut L. Flamininum e senatu eiicerem; h. e. invitus quidem eieci. *Id. 6. Fam. 12.* Hoc Pansa, Hirtius, Balbus plane ita faciunt, ut me unice diligant. *Id. 11. Att. 25.* Acusius tardius iter faciebat: eo feci, ut celeriter eunti darem. In *vet. Edicto censorio* apud *Suet. Rhetor. 1.* his, qui eos ludos habent, videtur faciendum, ut osteudamus nostram sententiam, nobis non placere. — **28)** In veteribus inscriptionibus, praesertim sepulcralibus, passim legitur *fecit*, aut *faciendum curavit*, etc. sola F. litteca adscripta, aut F. C. hoc est tumulum, sepulcrum construxit. Hinc ludit in ambiguo *Martial. 9. 46.* Inscripsit tumulo septem celebrata virorum, Se fecisse Chloe: quid pote simplicius? h. e. se tumulum fecisse, aut se fuisse, quae veneno viros sustulerit. — *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1864. p. 263.* Facere curaverunt. — **29)** *Fieri facit*, iussit, curavit. *Inscript.* apud *Rader.* ad *Martial. 1. 93.* Q. Titio Pastorali filio naturali L. Axilius Museius pater amantissimo fil. fieri f. — **30)** *Facere a se* videtur esse, quod Itali dicunt; *fare a sue spese*, scilicet de suo. *Inscript.* apud *Donat. 303. 2.* D. M. M. Statii M. f. Qui. Adintoris fecit a se M. Statius Secundus frater et commanipularis. — **31)** Item

facere de proprio; h. e. suis impensis. *Inscr. in Bullet. dell'Istit. Archeol. 4. 1860. p. 11.* Fl. Lupus V. C. Cons. Camp. *(h. e.* Vir Clarissimus Consularis Campaniae), faciente de proprio Insontio Secundino. — **32)** Apud ICtos *facere oportere* et hanc significationem habet, inquit *Paul. Dig. 50. 16. 189.*, ut abstineat quis ab eo facto, quod contra conventionem fieret, et curaret, ne fiat. — **33)** Item *Id. ibid. 50. 17. 121.* Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea, quia non facit: et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere iussus est. — **34)** Apud Mathematicos sumitur pro in unum colligere vel multiplicare. *Nipsi podism. p. 298. Lachm.* Facies hypotenusae numerum *(p. XXV.)* in se, fit p. DCXXV. — *Capell. 7. §. 738.* Nam ex tribus et quatuor septem fiunt. Et *mox.* Unum, duo, tria, quatuor, quinque, sex, septem viginti octo faciunt. Adde *Boeth. 2. Arithm. 54.* — **35)** Praeterea

III. *Facio* cum variis accusativis, vel absolute cum quibusdam adverbiis, innumeros prope usus habet, quorum hic aliquot subteximus secundum litterarum ordinem, ut facilius requiri possint:

Aditum sibi facere ad aliquem; *farsi strada, insinuarsi. Quintil. 4. 1. circa med.*

Admirationem alicuius rei facere alicui; *h. e.* ingerere; *mettere in pregio, far ammirare. Liv. 23. 11. ad fin.* et *Senec. ep. 115.*

Aes alienum facere; *indebitarsi. Cic. 1. Att. 16.*

Alienationem disiunctionemque; *romperla con un amico. Cic. Amic. 21.*

Aliquem in pace. V. PAX. — Aliquem in gentem magnam; *h. e.* in patrem gentis magnae. *Vulg. Interpr. Gen. 12. 2.*

Aliquid in studiis; *far qualche profitto. Plin. 6. ep. 17.*

—— sui iuris. V. IUS.

Animas. *Vulg. Interpr. Gen. 12. 5.* Tulit . . . animas, quas fecerant in Haran; *h. e.* quas acquisiverant; *scil.* personas,

Animum alicui; *far animo, incoraggiare. Liv. 23. 11.* Sic *1. 5.* divitiae animos faciunt.

Arbitrium de aliquo; *dar la sentenza. Horat. 4. Od. 7. 21.* — Alio sensu *Liv. 43. 13.* Alicui in re quapiam arbitrium facere; *dar l'elezione.*

Audaciam hosti; *dare, accrescere l'ardire. Liv. 29. 34.*

Auspicium alicui; *dare, mostrare. Horat. 1. ep. 1. 86.*

Auxilia mercede; *h. e.* milites comparare. *Tacit. 6. Ann. 35.*

Barbam. V. BARBA §. 2.

Bene *vel* male aliquid alicui; *h. e.* prodesse vel nocere; *fargli del bene o del male. Ter. Adelph. 5. 8. 25.* et *5. 7. 19.* et *Plaut. Most. 5. 2. 22.* et *Capt. 5. 2. 25.* — Huc spectat *Ter. Heaut. 4. 5. 15.* cuipiam aliquid boni. Et *Plaut. Poen. 5. 4. 46.* multa bona alicui. — Item huc spectat formula in *Inscr.* in *Bullett. dell'Istit. Archeol. a. 1864. p. 154.* Di, vos bene faciant, amici. Cf. BENEFACIO §. 2.

Calorem facere; *scaldar calore, riscaldare. Plin. 11. 16. 2.*

Castra; *piantare, porre il campo. Cic. 15. Fam. 4.*

Censionem. V. CENSIO §. 5.

Coenam; *h. e.* apparare et praebere, quod est heri coena alios excipientis; *far un convito. Cic. 9. Att. 15. ad fin.*

Cognomen alicui; *dare. Liv. 1. 5.*

Cohortes. *Caes. 3. B. C. 87.* Cf. infra *Exercitum.*

Commercium sermonis; *abboccarsi, aver comunicazione. Liv. 5. 15.*

Conceptum; *concepire, ingravidarsi. Colum. 7. 6.*

Coniurationem; *congiurare. Caes. 4. B. G. 30.*

Concitationes; *far tumulti. Caes. 3. B. C. 106.*

Consuetudinem alicui cum altero; *stringer amicizia. Cic. 13. Fam. 21.*

Consilium alicui; *suggerire un partito. Liv. 35. 42.*

Constitutum cum aliquo; *metter accordo. Cic. Cael. 25.*

Contentionem cum aliquo; *contendere, contrastare. Cic. 1. Offic. 38.*

Convicium magnum alicui; *ingiuriarlo grandemente. Cic. 10. Fam. 16.*

Copiam pugnandi militibus; *dar licenza. Liv. 7. 13.*

Corpus; *far corpo, ingrassarsi. Phaedr. 3. 7.*

Cursu quingenta stadia; *h. e.* conficere, explere. *Iustin. 11. 8.*

Damnum; *danneggiare. Cic. Brut. 35.*

Desiderium rei cuiuspiam alicui; *far venir voglia. Liv. 3. 54.*

Dicta; *mantener la parola. Ovid. 2. Fast. 575.* et *3. ibid. 515.*

Difficultatem; *fare, recare. Quintil. 10. 3. 11.* et *16.*

Discrimen; *far differenza. Quintil. 7. 2. 14.* et *11. 1. 43.*

Disiunctionem. V. supra *Alienationem.*

Dividuum; *dividere. Ter. Adelph. 2. 2. 35.*

Dubium; *far dubbio, render dubbioso. Quintil. 1. 10. 30.*

Dulcedinem; *recar dolezza, piacere. Senec. ep. 111.*

Eruptiones ex oppido; *fare delle sortite. Caes. 2. B. C. 2.*

Errorem; *far fallare, cagionare. Senec. ep. 67.*

Exemplum; *dare un esempio. Quintil. 5. 2. 2.*

Exercitum; *metter in piedi. Senec. ep. 114. a med.* ex *Sallust.* et *Vellei. 2. 109.* Cf. supra *Cohortes* et infra *Manum.*

Exitum; *far fine, aver fine. Senec. ep. 113. a med.* et *Quintil. Declam. 8. 5.*

Exspectationem; *mettere aspettazione. Quintil. 9. 2. 23.*

Facinus; *commettere un delitto. Plaut. Bacch. 4. 9. 1., Cic. 2. Fin. 29.*

Facultatem alicui recte iudicandi; *dar facoltà, comodo, occasione. Cic. 4. Verr. 75.*

Fallaciam. *Ter. Andr. 1. 5. 7.*

Famam ingenii alicui; *far concetto, fama. Quintil. 11. 2. ad fin.* et *12. 5. 5.*

Fastidium; *recar noia. Liv. 5. 1.*

Favorem alicui; *recare. Liv. 42. 14. extr.*

Fetus; *partorire. Plin. 10. 46. 1.*

Fidem alicui; *provare, far credere. Cic. 5. Catil. 2.*

Finem; *finire, far fine. Cic. ad Planc. in fine 1. 10. ad Att.*

Flammas. *Ovid. 5. Trist. 5. 11.*

Fletum alicui; *far piangere. Colum. 10. 123.* — *Cic. Rosc. Am. 9.* Ut urbe tota fletus gemitusque fieret.

Formidinem; *far paura. Tacit. 3. Hist. 10.*

Fortiter; *portarsi da valoroso; far qualche bella impresa. Quintil. 7. 1. 42.* et *9. 2. 35.* et *Senec. 1. Controv. 8.*

Fortunam magnam facere et parare; *far grandi fortune. Liv. 24. 22.*

Fraudem legi, senatusconsulto; *contravvenire, fare un contrabbando. Plaut. Mil. 2. 2. 9.* et *Cic. 4. Att. 12.*

Frigus; *produrre. Ovid. 1. Met. 56.*

Fugam; *far fuggire. Cic. dom. 25.* — Alio sensu, *Liv. 8. 9. sub fin.* et *Ter. Enn. 4. 7. 17.; fuggire.*

Furtum; *rubare. Plaut. Rud. 4. 3. 16.* dominus, cui furtum fiebat.

Genus equarum; *far razza. Iustin. 9. 2. extr.*

Gestum vultu; *dar un segno col guardo. Quintil. 11. 3. 71.*

Gloriam alicui; *recare, render glorioso. Plin. 14. 5. 6.*

Gradum; *far un passo, camminare.* — *Cic. 2. Orat. 61.* — Alio sensu *Id. 4. Verr. 1. ad fin.; avanzarsi, passare.*

Gratiam alicuius rei; *rimettere, condonare. Liv. 3. 56. ante med.* et *8. 34.* — Alio sensu *Auson. Periech. Odyss. 17.; ringraziare.*

Gratulationem alicui; *congratularsi. Cic. 11. Fam. 18.* et *Senec. ep. 6.*

Gratum; *far cosa grata, far piacere o servigio. Ter. Eun. 4. 4. 33.* et *Cic. 1. Rep. 21.* — *Id. 7. Fam. 21. sub fin.* Facere gratissimum alicui.

Homicidium. *Quintil. 5. 9. 9.*

Hospitium cum aliquo; *far unione, o alleanza di ospitalità. Cic. Balb. 18.*

Hostiam; *h. e.* mactare; *sacrificare. Censorin. de die. nat. 2.*

Iactum; *gettare, lanciare. Auct. B. Hisp. 9.*

Iacturam; *fare una perdita. Cic. 3. Offic. 22.*, et *2. Fin. 24.* et *Caes. 7. B. G. 77.*

Ignem ex lignis viridibus; *far fuoco, accendere. Cic. 3. Verr. 47.*

Imperata facere. V. infra *Iussa.*

Impetum in hostes; *assalire, dare addosso. Cic. 1. Fin. 10.* et *Liv. 25. 11.*

Impolitias. V. IMPOLITIA.

Incursionem; *fare una scorreria. Liv. 5. 38.*

Indicium; *palesare, manifestare. Cic. 3. Verr. 57.*

Inducias; *far tregua. Cic. 8. Phil. 7.*

Infamem aliquem; *diffamare. Ter. Heaut. 5. 4. 14.* Non patiar fingitiis tuis me infamem fieri.

Initium; *cominciare, dar principio. Cic. 2. Agr. 29.*

Iniuriam; *far un torto. Cic. 3. Rep. 14.*

Insidias; *tendere. Cic. Mil. 9.*

Iram; *movere. Quintil. 6. 1. 14.*

Iter; *far viaggio. Cic. 5. Att. 1.* et *4. ibid. 1.* — *Id. 2. Div. 53.* Per agrum Leontinum iter faciens.

Iudicium; *formare, giudicare. Cic. 7. Att. 23.*

Iuramentum; *giurare. Senec. 2. Elem. 1.*, ubi tamen alii aliter leg.

Ius alicui; *dar facoltà, o licenza. Liv. 32. 15.*

Iussa, imperata; *eseguire i comandi. Ovid. 1. Fast. 579.* et *Caes. 2. B. G. 5.*

Laetitiam; *recare, cagionare. Cic. 1. Fin. 7.*

Largitionem; *donare. Cic. 3. Tusc. 20.*

Litteram; *fare, scrivere. Cic. 4. Acad. 2. ad fin.* et *Plaut. Asin. 4. 1. 22.* — *Iustin. 27. 2.* litteras ad aliquem; *scrivere una lettera.*

Locum. V. LOCUS.

Longum; *allungare. Novatian. de Trinit. 2.* Et quid per singula quaeque percurreus longum facio? Semel totum explicabo.

Lucem facere. V. LUX.

Maculas; *macchiare. Plin. 12. 54. 8.*

Digitized by Google

Magnum valde; *fare un gran che*; ironia. *Cic. 1. Q. Fr. 2. 2.*
Male facere. V. supra *Bene*.
Manum; h. e. parare copias. *Cic. Caecin. 12.* Cf. supra *Exercitum*.
Martyrium alicui; *martirizzare. Dracont. Carm. 2. 572. de Paulo.* Martyrium Stephano qui fecerat, inde recepit, etc.
Medicinam; *fare, dare, applicare. Phaedr. 1. 3.* et *Plaut. Men. 1. 1. 23.* — Alio sensu *Phaedr. 1. 14.*; *esercitare, fare il mestiere di medico*.
Memoriam; *far buona memoria. Quintil. 11. 2. 4.*
Mentionem; *far mensione. Cic. 2. Q. Fr. 11.*
Messem; *mietere. Colum. 2. 11.*
Metum; *far paura. Tacit. 6. Ann. 36.*
Ministerium alicui; *servire. Iustin. 22. 5. extr.*
Missum facere aliquem; *licenziare, mandar via. Cic. 5. Verr. 58.*
Modum irae; *moderare. Liv. 4. 50.*
Moram; *indugiare. Cic. 16. Att. 2.* — Alio sensu *Plaut. Most. 1. 1. 72.* moram alicui; *ritardarlo, farlo indugiare*.
Morem sibi alicuius rei; *avvezzarsi, farsi costume di qualche cosa. Liv. 35. 35.*
Motus; *cagionare sollevazioni. Liv. 28. 46.*
Multa alicui, quae voluit; *far molti servigi. Cic. 3. Q. Fr. 1. 3.*
Multam alicui; *imporre. Cat.* apud *Gell. 11. 1.* V. MULTA.
Munditias; *far netto. Cat. RR. 2.*
Mutationem; *mutare. Cic. Sext. 12.* et *1. Offic. 33.*
Negotium innocenti; h. e. facessere, exhibere; *travagliare un innocente. Iustin. 21. 4.* et *Quintil. 5. 12. 13.*
Noctem de die; *far di giorno notte. Titin.* apud *Non. 4. 112.*
Nomen alicui; *dargli il nome, nominarlo. Liv. 8. 15.*
Nomina; *far un debito. Cic. 3. Offic. 14.* — Alio sensu *Senec. Vita beat. 24.*; *far un credito*: pecuniam occupare, unde fenus lucreris.
Odium vitae; *far venire in odio la vita. Plin. 20. 76. 5.*
Officium suum; *far il suo dovere. Ter. Pharm. 4. 3. 12.*
Omnia amici causa; *far di tutto per l'amico. Cic. Amic. 10.* — *Id. 7. Att. 3. circa med.* omnia, ne armis decernatur; *usar tutti i mezzi, fare ogni sforzo, affinchè* etc.
Optionem alicui; *dar l'arbitrio di scegliere. Cic. 1. Verr. 14.*
Pacem inter aliquos; h. e. conciliare; *fare, metter pace. Nep. Thrasyb. 3.* — Alio sensu *Id. Dion. 5. extr.* et *Cic. 3. Offic. 30.*; *far pace, pacificarsi col nemico*.
Palam; *pubblicare, manifestare. Nep. Annib. 11.*
Partes; *far le parti. Cic. 2. Orat. 9.*
Pecuniam; *far denari. Cic. 7. Verr. 53.*
Periculum; *far prova, esperienza, tentare. Ter. Eun. 3. 2. 25.* — *Tacit. 16. Ann. 191.* pericula.
Planum; *far vedere chiaramente. Cic. Rosc. Am. 19.*
Potestatem; *dar permissione, comodo. Cic. 3. Catil. 5.*
Praedam; *far preda. Caes. 4. B. G. 34.* — *Nep. Chabr. 2.* praedas ab aliquo; *asportare*.
Profestum vel profanum facere. V. PROFESTUS.
Promissum; *mantenere. Cic. 3. Offic. 25.* Promissum potius non faciendum fuit.
Provinciam Siciliam; *ridurre in provincia. Vellei. 2. 38.*
Pudorem; *far vergognare. Liv. 3. 51.*
Ratum; *ratificare. Liv. 28. 39.*
Reliquum aliquid facere; h. e. relinquere; *lasciare. Cic. 1. Nat. D. 22.* — *Caes. 2. B. G. 26. extr.* Nihil reliqui sibi facere; *non tralasciar cosa alcuna*.
Rem; *far roba. Ter. Adelph. 2. 2. 12.* et *Horat. 1. Ep. 1. 65.* — Alio sensu. *Hieronym. ep. 22. n. 34.* Revera solent certare ieiuniis et rem secreti, victorine faciunt; h. e. rem, quae secrete tegenda est, palam faciunt gloriabundi; *fanno argomenti di vittoria*. Cf. *Vulg. Interpr. Matth. 6. 17–18.*
Reum aliquem rei capitalis; *accusare, far reo. Cic. 4. Verr. 58.*
Risum; *far da ridere. Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 9.* et *Quintil. 6. 1. 40.*
Robur; *far forza, rinvigorirsi. Quintil. 10. 3. 10.*
Salutationem; *salutare. Hirt. B. Afric. 85.*
Sanguinem; h. e. per caedes effundere; *spargere, far sangue. Liv. 2. 50. extr.* et *35. 51.*
Satis alicui; *soddisfare, contentare. Cic. Balb. 1.* et *5. Att. 18. extr.* et *1. Orat. 37.* et *Brut. 5.*
Se intra limen; *farsi innanzi, entrare. Apul. 3. Met. sub init.* — Alio sensu *facere se* est se gerere, praestare; *farsi, mostrarsi, comportarsi. Plaut. Mil. 2. 4. 35.* Dum te fidelem facere hero voluisti, absumpt'es paene: *Id. Pseud. 2. 3. 3.* Atque ego nunc, me ut gloriosum faciam, etc. *Id. Asin. 2. 2. 84.* Extemplo facio facetum me atque magnificum virum.
Securitatem alicui; *assicurarlo. Liv. 36. 41.*
Semitam per fundum; *fare strada, camminare. Plaut. Cure. 1. 1. 56.*
Sermonem; *discorrere. Cic. 5. Verr. 26.*
Significationem; *dar segno. Caes. 2. B. G. 32.*
Silentium; *usar silenzio. Liv. 24. 7. extr.* V. SILENTIUM.
Somnum; *far dormire. Plin. 20. 26. 3.*
Speciem; *far mostra, rappresentare. Liv. 39. 51. ad fin.*
Spem; *dare speranza. Cic. 5. Att. 16.* et *Liv. 39. 51.*
Spiritus; *dare spirito, far coraggio. Liv. 30. 11.*
Stipendia; *militare. Liv. 5. 7.*
Stomachum; *fare sdegno. Cic. 1. Fam. 9. ante med.*
Strepitum; *far rumore. Nep. Dion. 9.* Pit strepitus.
Suavium cuipiam; *dare un bacio. Plaut. Asin. 4. 1. 53.*
Suspicionem; *dar sospetto. Cic. Flacc. 33.*
Taedium alicuius rei; *recar tedio, fastidio. Liv. 4. 37. sub fin.*
Testem aliquem; *chiamare in testimonio. Liv. 34. 11. extr.* Sic *Ter. Adelph. 2. 1. 48.* Testes facirt illico, vendidisse me.
Totum; *far tutto. Ulp. Dig. 28. 5. 35. a med.* Facit quidem totum voluntas defuncti; non quid senserit, spectandum est; *fa tutto; tutto sta nella volontà del defunto*.
Transitum alicui; *dare il passo. Liv. 26. 25.* — *Colum. 11. 2. plus semel*. Facere transitum in aliquem locum; *far passaggio a qualche luogo*.
Turbam; *far susurri, turbolenze. Ter. Eun. 4. 1. 2.*
Vadimonium; *promettere di comparire in giudizio. Cic. Quint. 18.*
Vela; *spiegar le vele, far vela. Cic. 4. Tusc. 4. extr.*
Ventrem; *far pancia. Alfen. Dig. 8. 5. 17.* Paries ventrem facit; h. e. intumescit media sui parte ac ruinam minatur.
Ventulum alicui; *far vento. Plaut. Cas. 3. 5. 15.* et *Ter. Eun. 3. 5. 47.*
Verbum vel verba; *dir parola, parlare, far un discorso. Cic. 6. Verr. 63. extr.* et *66.* — Alio sensu *Id. Orat. 20., 24.* et *32.* et *3. Orat. 38.* novare; *inventare, far nuove parole*: quod fit vel coniungendis verbis, ut *expectoral, versutiloquus*; vel sine coniunctione, ut *genitalis, incurvesco*.
Versuram facere. V. VERSURA.
Vestigium; *camminare. Cic. Rabir. Post. in fin.*
Viam sibi; *farsi strada. Liv. 3. 5.*
Vim alicui *et* in aliquem; *usar la forza. Liv. 38. 24.* et *3. 5.*
Vires; *fare, acquistar forza. Quintil. 10. 3. 3.*
Vitam beatam cuipiam; *dar del piacere, trattar bene, far buona vita. Plaut. Pers. 4. 3. 4.*
Vitium; ut Parietes vitium faciunt; *fanno pelo. Cic. Top. 3.*
Umbram; *far ombra. Plin. 19. 1. 6.*
Usum; *far uso, avvezzarsi. Quintil. 10. 3. 3.* et *12. 11. 17.*
Vulnus; *far piaga. Ovid. 21. Heroid. 210.*
Uxorem aliquam; *stringersela in matrimonio. Cod. Theod. 3. 12. 1.* — **36)** Saepe, latiore item significatione,

IV. *Facio* absolute quoque adhibetur, accusativo, ut plurimum, subaudito. *Cic. 11. Fam. 14.* Ego plus, quam feci, facere non possum. *Id. Senect. 3.* Faciam, ut potero, Laeli. *Id. 16. Att. 15.* Noli putare, pigritia me facere, quod non mea manu scribam. *Id. 1. ad Brut. 2.* Quod scribis, statuisse te ducere exercitum in Cherronesum, facis ex tua dignitate, et e repub. *Id. 1. Q. Fr. 2. 3.* Orabat, ut ad te scriberem: quod facio, et vehementer rogo, ut etc. *Id. 2. Rep. 28.* Ut iam Romulum patribus lectis fecisse diximus. *Quintil. 6. 1. 34.* Ut in Verrem Cicero fecit. *Id. 2. 3. 11.* Qui dicere ac facere doceat. *Cic. Quint. 8.* Recte aut perperam aliquid facere. *Id. Rosc. Com.* Facere per malitiam; *con malizia*. *Id. 7. Att. 7.* Bene hoc fecit, quod mihi sui cognoscendi facultatem dedit; *ha fatto questo di buono, che mi ha dato* etc. — *Vulg. Interpr. Matth. 20. 12.* Hi novissimi una hora fecerunt. — Sequente coniunctivo et particula *ut, quin, ne. Cic. 12. Att. 27.* Facere non possum, quin ad te mittam; *non posso a meno di non mandare*. Et eodem sensu *11. ibid. 21.* et *8. ibid. 14.* Non potuisti ullo modo facere, ut mihi illam epistolam non mitteres. *Id. 2. ibid. 4.* et *5. Fam. 19. extr.* Quidquid indagaris, facito, ut sciam. *Id. 1. Acad. 2.* Ea, quantum potui, feci, ut essent nota nostris. *Id. Cluent. 60. extr.* Fecisti, ut ne cui innocenti moeror tuus calamitatem afferret? Et omisso *ut*. *Id. 5. Fam. extr.* Fac, cupidus mei videndi sis. Et *11. ibid. 3.* Fac, cogites. *Ter. Eun. 3. 2. 55.* Domi adsitis, facite. — **37)** Aliquando usurpatur pro fingere, simulare; *fingere, far mostra*. *Cic. 15. Fam. 18.* Facio me alias res agere. *Id. Plane. 27.* Desitti stomachari, et me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. — **38)** Item aliquando sensu hypothetico in imperativo *fac* pro concedere, ponere, admittere; *supporre, ammettere*: sequente infinito. *Cic. 2. Phil. 3.* Fac, potuisse; *concediamo, che tu abbia potuto; diasi, che* etc. *Id. 1. Tusc. 29.* Quae est animo natura? propria puto, et sua: sed fac igneam, spirabilem: nihil ad id, de quo agimus; *facciamo, che sia di fuoco*. Et *34.* Fac, quod isti volunt, animos non remanere post mortem. *Virg. 4. Aen. 340.* Quis me autem (fac velle) sinet? *Cic. 7. Fam. 23.* Fac, quaeso, qui ego sum, esse te; *mettiti*

Digitized by Google

nel mio piede. — Cum coniunctivo. *Stat. 2. Achill. 241.* Fac, velit: ipsam illic matrem sprevisset Achilles; *metti, che voglia*. — **39)** Usurpatur aliquando pro pati aut habere; *soffrire, sentire. Plaut. Poen. 5. 1. 35.* Hic mihi ante hac hospes Antidamas fuit. Eum fecisse aiunt, sibi quod faciundum fuit; *egli ha provato ciò che dovea provare, cioè la morte. Cic. 4. Tusc. 14.* Quorum *(animorum)* omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt. Itaque in hominibus solum exsistunt; nam bestiae simile quiddam faciunt, sed in perturbationes non incidunt. *Horat. 1. Sat. 1. 64.* Iubeas miserum esse, libenter Quatenus id facit. *Id. ibid. 94.* Ne facias quod Ummidius quidam; *che non ti avvenga come a un certo Ummidio*. Cf. infra §. 42. — **40)** Passive, praeter hucusque recensita,

V. *Fio* speciatim usurpatur pro evado, efficior; *divenire, farsi. Plaut. Amph. 5. 1. 4.* Interdum fio Iuppiter, quando lubet. *Horat. 2. Ep. 2. 211.* Melior fis accedente senecta. *Plaut. Aul. 2. 4. 31.* Ut det, qui fiamus liberi. *Id. Andr. 1. 5. 20.* Mihi non fit verisimile; *non si rende*. — *Fimus* legunt quidam apud *Ter. Heaut. 5. 1. 74.* Deteriores omnes fimus licentia. *Al.* sumus. Sed *Arnob. 2. p. 53.* Causae, quibus mali fimus, et pessimi. — *Fi, fite* et *fitote*, voces sunt imperativi modi. *Plaut. Pers. 1. 1. 39.* Age, fi benignus, subveni. *Horat. 2. Sat. 5. 38.* fi cognitor. *Plaut. Cure. 1. 2. 63.* fite causa mea Lydi barbari. *Id. Poen. prol. 8.* saturi fite fabulis. *Id. in suppos. Amph. scena quae incipit*, Quis tam, *sub fin.* Id si fuat, Amphitruones fitote gemini. Adde *Caton., Crassum, Liv. Andron.* in *Odyss.* apud *Non. 7. 62.* — **41)** Quandoque ponitur pro esse; *essere. Cic. 5. Fam. 7.* Scilicet contemsi te: nec fieri potest me quidquam superbius. *Plaut. Merc. 4. 5. 1.* Miserior mulier me nec fiet, nec fuit. — **42)** Item pro evenire, accidere in tertiis personis; *accadere, avvenire. Cic. 16. Att. 2.* Fit saepe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. *Id. Amic. 21.* Si morum commutatio quaedam (ut fieri solet) facta erit. Et *20.* Ne intemperata quaedam benevolentia (quod persaepe fit) impediat magnas utilitates amicorum. *Id. 7. Att. 12. ad fin.* Si ita factum esset, ut ille senatum offenderet. — **43)** Est etiam sequi, nasci; *venir in conseguenza. Ter. Andr. 2. 5. 11.* Ex ea re quid fiat, vide. *Plin. 2. 77. 1.* Sic fit, ut longissimus dies duodecim horas colligat. *Nep. Dion. 2.* Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret. *Id. Alcib. 7.* Ex quo fiebat, ut etc. — **44)** Exinde tam ex

VI. *Facio*, quam ex *fio* quaedam specialia dicendi genera componuntur, quae praesertim ex contexta orationis serie commode explicantur. Sic *quid facerem? quid faciat?* formula est excusantis. *Virg. 1. Ecl. 41.* Quid facerem? neque servitio me exire licebat, etc.; *che poteva io fare?* et *Ovid. 6. Met. 372.* Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit. — **45)** *Faciebat*, mos fuit pingendi, fingendique conditoribus subscribere operibus suis: raro admodum *fecit. Plin. praefat. Hist. nat. ad fin.* — Id autem ex usu Graecorum, qui *ἐποίει*, et antiquitus *ἐγέα* scribebant. V. *Marini, Iscriz. Alb. p. 175.* — **46)** *Si quid me factum sit*, ominis mali, et tristioris verbi vitandi causa dicitur, ea ratione, qua *si quid mihi acciderit; h. e.* si moriar. *Cic. Manil. 20.* Si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri? Simile est illud *Plaut. Poen. 5. 1. 23.* V. loc. supra §. 39. — **47)** Similia sunt et illa, in quibus accidere, evenire significatur sequente ablativo. *Plaut. Capt. 5. 1. 32.* Volo erogitare, meo minore quid sit factum filio; *che sia di mio figliuolo*. Et *Most. 5. 1. 101.* Quid eo est argento factum? *che s'è fatto di que' danari?* Adde *Plin. 8. 6. 2. Cic. 14. Fam. 4.* Quid Tulliola mea fiet? *Id. 4. Acad. 35.* Quid fiet artibus? *Id. 6. Att. 1. circa med.* Quid illo fiet, quem reliquero? quid me autem, si non tam cito decedo? *Sext. 43.* et *5. Verr. 16.* Quid hoc homine faciatis? *che dovete mai far di costui? Plaut. Bacch. 2. 3. 100.* Nescit, quid faciat auro; *non sa che fare: tanto è ricco*. Et *Cas. 3. 4. 6.* Quid fecisti scipione? *che hai fatto del bastone?* modus interrogandi, re amissa. Sic *9.* Quin responde, tuo quid factum est pallio? — Cum praepositione *de. Ter. Adelph. in fin.* De fratre quid fiet? *Plaut. Epid. 1. 2. 48.* Quid de illa fiet fidicina? — **48)** Sequente dativo *Cic. Caecin. 11.* et *7. Att. 5.* Quid tu huic homini facias? *che vuoi tu fargli?* et *4. Acad. 30.* Quid enim faceret huic conclusioni? si lucet, lucet, . . . cederet scilicet; *che risponderebbe? che direbbe di* etc.? — Passive. *Id. 1. Tusc. 35.* Pompeio nostro familiari, cum graviter aegrotaret Neapoli, melius est factum; *s'è riavuto*. — Huc spectare potest illud *Vulg. Interpr. Ps. 118. 26.* Haec facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisivi; *h. e.* hoc ideo mihi contigit — **49)** *Fac, si facis*, eodem fere sensu, quo *age quod agis*, formula est hortantis, instantisque cum querela, ut quod quis incepit, celeriter conficiat. *Senec. 2. Benef. 5.* Inde illae voces, quas ingenuus dolor exprimit: Fac, si quid facis, etc.; *ma via finiscila. Martial. 1. 47.* Fac, si facis. Sic *Plaut. Pers. 1. 3. 66.* Hoc si facturus, face. — **50)** *Haec mihi faciat dominus* et *haec addat*, formula est iurantis obvia in *SS.* Litteris, ut *Vulg. Interpr. Ruth, 1. 17.* et *alibi*. — **51)** *Faciens faciet; h. e.* certissime faciet, formula asseverantis. *Vulg. Interpr. Ezech. 31. 11.* Tradidi eum *(Assyrium)* in manu fortissimi gentium; faciens faciet ei; *h. e.* faciet, ut meretur. — **52)** *Factum est* ad tempus refertur. *Plaut. Merc. prol. 12.* Biennium iam factum, postquam abii domo; *sono passati due anni*. Et *Trin. 4. 3. 3.* Iamdudum factum est, cum abiisti domo; *è un pezzo, che* etc. — **53)** *Fieri potest, fieri non potest* est quod minus Latine dicitur possibile, impossibile est; *può essere, si può dare. Crassus* apud *Cic. 2. Orat. 70.* Potest fieri, ut iratus dixerit. *Cic. Amic. 21.* Neque fieri potest, ut etc. *Id. 1. Tusc. 5.* Fieri potest, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit. *Curt. 10. 2. 19.* Non hercule potest fieri, ut adducar. Cf. *Zumpt. ad h. l.* — **54)** *Fiet aliquid; qualche cosa sarà. Ter. Andr. 2. 1. 15.* Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis prodat dies: interea fiet aliquid, spero. *Plaut. Merc. 2. 4. 25.* Invenietur, exquiretur, aliquid fiet; *si farà qualcosa*. — **55)** *Fit nihil* dicitur, cum vanus est conatus, et opera luditur, nihil conficitur. *Plaut. Curc. 5. 5. 5.* Postquam nihil fit, clamore hominem posco; *h. e.* argentum non redditur. *Cic. 7. Fam. 18.* An hoc significas, nihil fieri, frigere te? *Gell. 2. 29.* Sol fervit, et fit nihil. — **56)** *Ut fit, ita ut fit*; ut fieri solet; *come accade, come s'usa. Cic. Orat. 55.* Praesertim cum, ut fit, fortuito saepe aliquid concluse apteque diceremus. *Id. 4. Verr. 23.* Queri cum multis, ita ut fit, incipiunt. *Liv. 5. 1.* Fecit statim, ut fit, fastidium copia. — **57)** *Fiat* est concedentis, permittentis, annuentis. *Plaut. Pseud. 1. 5. 146.* Fiat: geratur mos tibi. *Id. Most. 1. 5. 44.* I mecum hac, obsecro, una simul. *Si.* fiat. Adde *Senec. in fin. prooem. 5. Controvers.* — **58)** *Fieri foras, fieri de medio*, est removere. *Vulg. Interpr. 2. Thess. 2. 7.* Donec de medio fiat; *h. e.* donec tollatur. *Id. Act. 5. 34.* Iussit foras ad breve homines fieri. — **59)** *Facere de necessitate virtutem* proverbialis locutio obvia apud Scriptores Ecclesiasticos, cui respondet illa Horatiana *1. Od. 24. 19. levius fit patientia, Quidquid corrigere est nefas*. Italice *far di necessità virtù; rassegnarsi. Hieronym. ep. 10. ad Furiam*. Arripe, quaeso, occasionem, et fac de necessitate virtutem. Adde *Apolog. 3. adv. Rufin.* et *Evagr. Vit. Antonii, 15.* — **60)** De formulis *do, ut facias: facio, ut des: facio, ut facias* in usu apud ICtos, V. *Dig. 19. 5. 5.* — **61)** Intransitivorum more,

VII. *Facio* absolute est universim agere aliquo modo, qui ex adiunctis tantum deprehenditur; *agire, fare in tale o tal'altra maniera. Plaut. Capt. 5. 2. 7.* tanta et recta loquere; sed neque vere neque recte adhuc Fecisti unquam. *Cic. Amic. 2.* Amice facere; *trattar da amico. Ter. Eun. 4. 1. 10.* Facere alicui aegre; *far un dispiacere. Cic. 2. Q. Fr. 1.* Fecit humaniter Licinius, quod ad me venit. *Id. 12. ibid. 24.* Bene fecit Silius, qui transegerit; *ha fatto bene a conchiudere. Id. 1. Leg. 1.* Faciunt imperite, qui a poeta veritatem exigunt; *mostrano poca cognizione esigendo* etc. *Quintil. 5. 10. 68.* Tutius Cicero facit. Cf. BENEFACIO §. 4. — **62)** *Facere cum aliquo*, et *ab aliquo* est convenire, favere, stare ab aliquo: cui contrarium est *facere adversus* vel *contra aliquem. Cic. Sull. 13.* Si respondisset, idem sentire, et secum facere Sullam; *che è dalla sua, fa per sè. Id. Quint. 5.* Veritas cum illo facit; *sta per lui*. Et *Caecin. in fin.* Auctoritas sapientissimorum hominum nobiscum facit. *Hor. 2. Ep. 1. 68.* Et sapit et mecum facit et Iove iudicat aequo. *Ovid. 3. Art. am. 762.* Cum Veneris puero non male, Bacche, facis; *non disconvieni. Cic. 1. Invent. 48.* Commune est, quod nihilo magis ab adversariis, quam a nobis facit. — *Id. Quint. 1.* Facere contra aliquem. *Id. 7. Att. 5. circa med.* Omnes damnatos, omnes ignominia affectos illae facere; *h. e.* a Caesare. *Al. leg.* illic, *al.* illuc. *Nep. Eumen. 8.* Neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint. — **63)** *Facere ad aliquid*, et *facere* absolute, in re medica est conferre, prodesse; *giovare. Colum. 7. 5. ante med.* Facit autem commode ea compositio, quam etc. Et *8. 17. a med.* Facit etiam ex pomis viridibus adaperta ficus. *Scribon. Compos. 108.* et *176.* Medicamentum, quod adversus solutionem stomachi facit. Et *122.* Ad coli dolorem faciunt. *Plin. 22. 21. 2.* Chamaeleon facit ad difficultatem urinae. — **64)** Et translate. *Quintil. 6. 4. 8.* Plurimum facit, totas diligenter nosse causas. *Ovid. 1. Amor. 2. 16.* Frena minus sentit, quisquis ad arma facit; *è buono per la guerra*. — **65)** *Facere alicui* eod. sensu. *Plin. 22. 22. 1.* Radix coronopi coeliacis praeclare facit, in cinere tosta. *Plin. Valer. 2. 1.* Mirifice pulmoni facit. — Absolute. *Ovid. 3. Trist. 8. 25.* Nec caelum, nec aquae faciunt, nec terra, nec aurae; *non mi confericono*. — **66)** *Facere alicui*, et *ad aliquem* est etiam convenire, aptum esse. *Propert. 3. 1. 19.* Mollia, Pegasides, vestro date serta poetae: Non faciet capiti dura corona meo; *non istarà bene sul mio capo. Ovid. 16. Heroid. 189.* Parca sed est Sparte: tu cultu divite digna es: Ad talem formam non facit iste locus. — **67)** Denique

VIII. *Facere*, infinitivus absolute tanquam nomen adhibetur, estque unum de praedicamentis sive categoriis Aristotelis. *Boeth. in Porphyr. 5. p. 146. Migne*. Nam cum accidens in novem praedicamenta dividatur, qualitatem, quantitatem, ad aliquid, ubi, situm, habitum, quando, facere, pati, cetera quidem omnia in quomodo se habent interrogatione ponuntur. *Id. in Categ. Aristot. 5. p. 261. ibid.* Et de facere

Digitized by Google

quidem et pati nihil in hoc libro, nisi quod etc. *Capell.* 4. §. 380. Facere et pati possunt habere contrarium, etc. Adde *ibid.* §. 263.

Nota I. Ad verbi constructionem quod attinet, ea varia admodum est, et colligi potest praesertim ex §§. 21-34. et 36. seqq. — **Nota II.** Discrimen inter *agere*, *facere* et *gerere* hoc statuit *Varr. de LL.* 8. « Tertium gradum agendi esse dicunt, ubi quid faciant; in eo propter similitudinem agendi et faciendi et gerundi quidam error his, qui putant esse unum. Potest enim aliquid *facere* et non *agere*, ut poeta facit fabulam, et non agit; contra actor agit et non facit, et sic a poeta fabula fit, non agitur; ab actore agitur, non fit. Contra imperator quod dicitur *res gerere*, in eo neque facit, neque agit; sed gerit, idest sustinet, translatum ab his, qui onera gerunt, quod hi sustinent. » — *Idem*, *mox*. « Qui quid administrat, quoius opus non exstat quod sub sensum veniat, ab *agitatu*, ut dixi, magis *agere*, quam *facere* putatur; sed quod his magis promiscue, quam diligenter consuetudo est usa, translaticiis utimur verbis; nam et qui dicit, *facere verbum* dicimus, et qui aliquid agit, non esse inficientem. » Cf. AGO in *Not.* I. et GERO. — **2)** Huc spectat *Cai. Dig.* 50. 16. 58. Licet inter *gesta* et *facta* videtur quaedam esse subtilis differentia, attamen καταχρηστικῶς nihil inter *Factum* et *gestum* interest. » Cf. FACTUS, a, um. — **3)** Discrimen inter *Feci?* et *Numquid feci?* exhibet *Isid.* 1. *Differ.* 233.

FĂCĬTERGĬUM, ii, n. Nomen a *facies* et *tergeo*, quo significatur linteum ad faciem tergendam inserviens, ut exponit *Isid.* 19. *Orig.* 26. 7. Hinc *Cassar. Arelat. Reg. ad Virg.* 43. Acupictura numquam nisi in mappulis et facitergiis, in quibus abbatissa iusserit, fiant. Cf. FACIALIS.

FACOLETAS. V. FACULTAS *init.*

FACTĔON, vocabulum conflctum a *Cicerone* ex analogia Graecorum, quibus haec terminatio in usu est, pro *faciendum*. Ita enim scribit *I. Att.* 16. Quare, ut opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis, et istos consulatus non flocci facteon; h. e. flocci faciendum. Alii coniunctim legunt *flocci facteon* unica voce. Cf. *Orelli*, *in not. crit.* ad h. l.

FACTĬCĬŌSUS, a, um. Adiect. a *factitius*; qui multum, vel recte factitat; *industrioso*. *Gloss. Philox.* Facticiosus; πολυμήχανος.

FACTĬCĬUS et Factilius a, um. Adiect. verbale a *facio*; manu et arte factus: cui opponitur naturalis, nativus; *fattizio*, *artifiziale*. *Plin.* 31. 39. 6. Facticium sal. *Id.* 37. 26. 1. Facticiae gemmae. *Id.* 33. 24. 1. Factilii colores. *Id.* 12. 37. 3. Terrenum ladanum friabile, facticium, lentum. — **2)** *Facticium nomen* dicitur a *Prisciano* 2. p. 581. *Putsch.* quod a proprietate sonorum per imitationem factum est, ut *tintinnabulum*, *turtur*. — Sed *Martyr.* apud *Cassiod. Orthogr.* 6. facticia dicuntur vocabula, quae ex aliis facta sunt, ut *novus*, *novalis*, etc.

FACTĬO, ōnis, f. Verbale a *facio*; actus, seu facultas faciendi, confectio; *il fare*, *facimento*. *Cic. Top.* 11. Tabulae, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset. *Id.* 7. *Fam.* 21. Factionem testamenti non habere. *Iustinian.* 2. *Instit.* 14. §. 2. Servus alienus post domini mortem recte heres instituitur, quia et cum hereditariis servis est testamenti factio. Adde *ibid.* §. 3. — *Plaut. Rud.* 3. 3. 15. Quae haec factio est? *che modo d'agire è questo? che prepotenza è questa?* Adde *Bacch.* 4. 8. 2. — **2)** Item ordo, societas, sodalitas, conspiratio plurium in idem consentientium, honestum initio vocabulum, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac.* p. 86. *Müll.*, unde adhuc factiones histrionum, quadrigariorum, medicorum, divitum et nobiliorum, quibus sua quisque partes, sectatorum, clientium, fautorum copia tuentur, et se mutuo iuvant; *fazione*, *partito*, *setta*. *Plaut. Cist.* 2. 1. 17. Neque nos factione tanta, quanta tu, sumus; Neque opes nostrae tam sint validae, quam tuae. Adde *Trin.* 2. 4. 51. et *Aul.* 2. 1. 43. *Plin.* 29. 4. 1. Alia factio (ab experimentis cognominant empiricen) coepit in Sicilia. *Id.* 30. 2. 6. Est et alia factio magices, a Mose, etc. *Cato* apud *Charis.* 2. p. 198. *Putsch.* Utrinde iram, utrinde factiones tibi pares; *dalle aderenze*, *de' fautori*. — **3)** De factione forensi, et eius origine v. *Liv.* 4. 9. 46. — **4)** Speciatim, si de ludis circensibus sit sermo,

II. *Factio* dicta est ea aurigarum pars, quae de victoria in ludis certabat cum aliis. Quatuor autem Romae fuere nobiles aurigarum factiones, Albata, Prasina, Russata, et Veneta, ab albo, prasino seu viridi, russeo seu rubeo, veneto seu caerulco colore tunicarum, quibus in certamine utebantur, cognominatae; quas quidam quatuor anni temporibus, alii quatuor mundi elementis assimilarunt, Albatam scilicet nivosae hiemi, vel aeri; Prasinam viridanti veri, vel terrae; Russatam aestati flammeae, vel igni; Venetam nubilo autumno, vel aquae. Verum antiquitus duae tantum fuisse videntur: etenim Oenomaum Pisarum regem in Elide omnium primum Circensium ludorum colores viridem, et caeruleum invenisse, ut terrae, ac maris quasi certamen repraesentaret: ita ut si color viridis vicisset, terrae fertilitatem agricolae; si caeruleus, maris tranquillitatem nautae sperarent. Hinc duae principes erant factiones, Veneta et Prasina. Romae vero Romulum (imitatum Etruscos a Graecis oriundos, ut constat ex *Tacit.* 4. *Ann.* 55. et *Tertull. Spectac.* 5.) quatuor pro duabus factionibus, totidem anni tempora, vel mundi elementa referentibus, usum fuisse, affirmat *Auct. Chronici Paschal.* seu *Alexandr.* p. 110. Iis alias duas a Domitiano additas fuisse narrat *Suet. Dom.* 7.; quo mortuo, ad quatuor iterum redierunt Romani. At cum apud Latinos Scriptores passim *Prasinae* tantum, et *Venetae*, et apud *Capitolin. Ver.* 6. *Prasinianorum*, et *Venetianorum* factionis mentio sit, verosimile videtur, quatuor quidem fuisse factiones, in duas tamen partes ita divisas, ut Albata Prasinae, Russata Venetae adiuncta fuerit: hinc apud *Sidon. carm.* 23. albati aurigae collegae dicuntur Prasinorum, et russati Venetorum. *Tertull. Spectac.* 9. Quadrigas Soli, bigas Lunae sanxerunt. Romae Romulus quadrigas primus ostendit. Initio duo soli fuerunt colores, albus et russeus. Albus Hiemi ob nives candidas, russeus Aestati ob solis ruborem voti erant. Sed postea tam voluptate, quam superstitione provecta, russeum alii Marti; alii album Zephyris consecraverunt; prasinum vero Terrae matri, vel Verno; venetum Caelo, et Mari, vel Autumno. *Suet. loc. cit.* Duas Circensibus (ludis) gregum factiones aurati, purpureique panni ad quatuor pristinas addidit. Hinc *Sidon. loc. cit.* 320. Uno e quatuor axe forte lecto, Curvas ingrederis premens habenas. Id collega tuus, simulque vobis Pars adversa facit; micant colores, albus, vel venetus, virens, rubensque. Et 362. Pit collega tuus prior duobus, Qui te transierant; ita ipse quartus Gyri conditione tum fuisti. Et *Martial.* 10. 48. De prasino conviva meus, veneloque loquatur. Adde *Cassiod.* 3. *Variar.* 51. V. AURIGA §. 2., coll. *Cavedoni* in *Museo del Cataio*, p. 46. et *seqq.* — **3)** Sumitur et pro caterva; *compagnia*. *Suet. Ner.* 20. Quinque millia e plebe robustissimae iuventutis undique elegit, qui divisi in factiones, plausuum genera condiscerent, operamque navarent cantanti sibi. *Petron. fragm. Tragur.* 39. *Burm.* Intravit factio statim, hastisque scuta concrepuit. *Festus* in *Factio* p. 65. *Lind.* Factiones quadrigariorum et histrionum. — **4)** Saepe vero

III. *Factio* in malam partem accipitur pro consensu multorum in re mala. *Vulg. Interpr. Amos*, 6. 7. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium, et auferetur factio lascivientium. — **2)** Item pro conspiratione eorum, qui omnia posse volunt in republica, etiam contra leges: item pro nimia potentia, et plus quam civili. *Sall. Iug.* 34. *extr.* Haec inter bonos amicitia, inter malos factio est. Cf. *Dietsch.* ad h. l. *Caes.* 6. *B. G.* 10. In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque pagis, sed paene etiam in singulis domibus factiones sunt: earumque factionum sunt principes, qui etc. *Id.* 1. *B. C.* 22. Ut se, et populum R. paucorum factione oppressum in libertatem vindicaret. *Cic.* 7. *Att.* 9. *a med.* Tenuisti provinciam per decem annos, non tibi a senatu, sed a te ipse per vim et factionem datos. *Nep. Attic.* 8. Officia amicis sine factione praestanda sunt. *Tacit.* 1. *Hist.* 15. Circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. — **3)** Si vero de forma reipublicae sermo sit, factio eam significat, quam Itali *oligarchia* Graece vocabulo vocant. *Cic.* 1. *de Rep.* (edente *A. Maio*) 45. Illa in contraria vitia convertuntur, ut existat ex rege dominus, ex optimatibus factio, ex populo turba et confusio. *Id.* 3. *ibid.* 14. Sunt enim omnes, qui in populum vitae necisque potestatem habent, tyranni; sed se levis optimi nomine malunt reges vocari. Cum autem certi propter divitias, aut genus, aut aliquas opes rem publicam teneant, est factio; sed vocantur illi optimates. Si vero populus plurimum potest, omniaque eius arbitrio reguntur, dicitur illa libertas; est vero licentia.

FACTĬŌNĀRĬUS, ii, m. Nomen a *factio*, quo significatur is, qui praecst factionibus aurigarum. *Imppp. Valentin., Valens et Gratian. Cod. Theod.* 15. 10. 1. Equos vendendi solitam factionariis copiam non negamus. *Inscript.* apud *Grut.* 338. 3. Cl. Aurelio Polyphemo domino et agitatori factionis Russatae sui temporis primo et solo factionario.

FACTĬOSĒ. Adverb. a *factiosus*; per factionem; *fazionamente*. *Sidon.* 4. *ep.* 24. Dixit sacerdotio fungi, quo recusantem factiose ligasset civicus amor.

FACTĬŌSUS, a, um. Adiect. a *factio*. — Comparat. *factiosior* et superlat. *factiosissimus* §. 1. — Proprie est qui factionem habet; qui homines sibi adiungit factionis comparandae causa, qui princeps est factionis, qui factionibus se libenter adiungit: et plerumque in malam partem; *fazioso*, *che ha partigiani amici*. *Plin.* 1. *ep.* 5. Est enim locuples factiosus: curatur a multis, timetur a pluribus. *Plaut. Aul.* 2. 2. 49. Venit hoc mihi in mentem . . . te esse hominem divitem, Factiosum: me item esse hominem pauperum pauperrimum. *Nep. Lysand.* 1. Cum antea semper factiosus audaxque fuisset. *Id. Agesil.* 1. Homo factiosus et potens. *Sall. Cat.* 37. Non divitiis cum divite, neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore certabat. Et 51. Scelesti et factiosi homines. *Plin.* 4. *ep.* 9. Factiosissimum quemque offendere. *Aurel. Vict. Caesar.* 31. Mulier factiosior; h. e. magis studiosa potentiae sibi adsciscendae. Cf. *Fest.* apud *Paul. Diac.* p. 65. *Lind.* et *Isid.* 10. *Orig.* 107. — **2)** In illo *Plaut. Bacch.* 3. 6. 11. quos cum censeas Esse amicos, reperiuntur falsi falsimoniis, lingua factiosi, inertes opera, etc. *factiosi* sunt, qui verbo multa pollicentur se facturos, re nihil praestant: quae primaria videtur vocis huius significatio. Hinc *Tacit. I. Hist.* 55. Ignavissimus

Digitized by Google

quisque, et, ut res docuit, in periculo non ausurus, nimii verbis, linguae feroces.

FACTĬTĀMENTUM, i, n. Verbale a *factito*, syllabica adiectione productum; quod factitatum est, factum. *Tertull. Anim. 18. sub fin.* ex *D. Paulo ad Rom. 1. 20.*

FACTĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *factito;* actus factitandi, ut Factitatio corporum, apud *Tertull. advers. Hermog. 31.* et *32.*

FACTĬTĀTOR, ōris, m. Verbale a *factito;* qui factitat. *Tertull. advers. Prax. 18.* Idolorum factitatores atque cultores. Adde *Apolog. 24.*

FACTĬTĀTUS, a, um. Particip. verbi *factito;* saepe factus; *fatto spesso, praticato. Cic. 2. Offic. 24.* Haec apud maiores nostros factitata. *Id. Orat. 42.* Alterum factitatum est, alterum novum.

FACTĬTĬUS. V. FACTICIUS.

FACTĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *facio.* — Particip. *factitatus*, V. suo loco. — Proprie est saepe facio; *fare spesso, soler fare, praticare. Ter. Eun. 4. 7. 12.* Ut hosce instruxit, ipsus sibi cavit loco. *Thr.* Idem hoc tam Pyrrhus factitavit. *Plaut. Epid. 3. 3. 30.* stultitia est, me illi vitio vortere, Egomet quod factitavi in adolescentia. *Gell. 19. 8. in fin.* Factitare inducias cum aliquo. *Plin. 37. 23. 2.* Gemmae tantae magnitudinis, ut inde capulos factitarent. *Id. 13. 17. 1.* Simulacra ex ea arbore factitavere. *Horat. Art. P. 470.* Factitare versus. — **2)** Aliquando est instituo, declaro. *Cic. 2. Phil. 16.* Quem palam heredem semper factitarat. — **3)** Item profiteor, exerceo. *Id. Brut. 17.* Verba compone, et quasi coagmenta, quod ne Graeci quidem veteres factitaverunt. Et *54.* iisdem temporibus M. Brutus accusationem factitavit. *Vel. Posta* apud *Cic. Orat. 45.* Artem pudere proloqui, quam factites; *che tu eserciti, professi.* Sic *Quintil. 7. 2. 26.* Factitare medicinam. Et *Gell. 5. 5.* vecturas onerum corpore suo. *Suet. Vesp. 1.* coactiones argentarias *Tacit. 2. Hist. 10.* delationes.

FACTO, as, āre. Verbum transitiv. frequentativ. sive intensiv. a *facio*, quod tamen pro ipso *facio* usurpatum est a *Plaut. Merc. prol. 93.* Omnes (merces), ut volui, vendidi ex sententia, Lucrum ingens facto. Et *True. 2. 5. v. 25.* Neque ruri, neque hic operis quicquam facto. *Cf. Mar. Victorin. 1. 5. 21.*

FACTOR, ōris, m. Verbale a *facio;* qui efficit; *facitore. Pallad. 1. 6.* Cuparum doliorumque factores. — *Coripp. 1. Laud. Iustin. 340.* Factor solis; *h. e.* creator, *scil.* Deus: quo sensu etiam a *Tertull. Apolog. 11.*, et a *Lactant. 2. 8. ante med.* usurpatur. Cf. *Vulg. Interpr. Iob, 4. 7.* et *alibi.* — *Arrius Menand. Dig. 49. 16. 6. extr.* Qui praepositum suum non protexit, cum posset, in pari causa factori habendus est; *h. e.* illi, qui fecit iniuriam. *Macer ibid. 48. 3. 7.* Solent praesides scribere ad collegas suos, ubi factores agere dicuntur; *h. e.* rei, qui scelus fecerunt. *Ulp. ibid. 29. 5. 1. circa med.* Conscii, vel factores sceleris. — Huc etiam spectare potest *Vulg. Interpr. Iacob, 1. 22.* Estote autem factores verbi et non auditores. Adde *4. 11.* et *Rom. 2. 13.* — **2)** Speciatim *factores* dicuntur, qui oleas premunt, oleumque conficiunt. *Cato, RR. 64.* Factores volunt, ut olea in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius efficiant. Adde *Eund. 13.* et *66.* — **3)** *Factor* etiam dicebatur, qui in pilae ludo pilam ab alio datam excipiebat. *Plaut. Cure. 2. 3. 18.* Tum isti, qui ludunt datatim, servi scurrarum in via, Et datores, et factores omnes subdam sub solum. V. DATOR §. 2.

Nota. « *Factor*, est etiam, addit *Furlanetto*, officium militare, non absimile fortasse actori, et procuratori, cuius partes erant pecunias et res ducum, vel commilitonum curare, et administrare: Itali quoque etiamnum *fattore* vocant. *Inscript.* apud *Grut. 542. 9.* Pulvio Atratino frumentario, in Leg. VII. G. P. F., factore Cos. Legendum videtur *factori Consulis. Alia* in *Mus. Vatic.*, quam vidit *Barpi. Borghesius.* Vexillarius L. Loter L. f. Sab. Constitutus Volaterra, Optio C. Iulius C. f. Cam. Primitivus Ravenna, Fac. 7 *(h. e.* factores centuriae) scholam vetustate corruptam pecunia publica reficiundam curarunt. » Sed idem *Furlanetto* in *Append.* ad *h. v.* in priore *Inscriptione* admonet, quod *Orelli, n. 3513.* putat legendum *facto B. F. Cos. h. e. facto beneficiario Consulis:* in *alia* vero, quod *Kellerm. Vigil. Rom. latere. p. 54. n. 121.* interpretatur *facti centuriones*, quemadmodum in *alia, ibid. p. 29. n. 12. M. F.* est interpretatus *miles factus.* Itaque hoc sensu vox non est usurpanda.

FACTŌRĬUM, ii, n. Verbale a *facio;* instrumentum, quo fit oleum, quod qui conficiunt, *factores* dicuntur. *Pallad. 11. 10.* Olivam quam recentissimam colligis, et expandis, ne calefiat. Ubi compleveris modum factorii, etc.

FACTUM, i, n. V. FACTUS, a, um, §. 15. et seqq.

FACTŪRĂ, ae, f. Verbale a *facio;* compositio rei, quam facimus; *fattura, composizione. Plin. 34. 41. 4.* Aliubi vena bonitatem ferri praestat, aliubi factura. *Gell. 15. 29.* Facies est forma omnis, et modus, et factura quaedam corporis totius. — *Vulg. Interpr. Num. 8. 4.* Factura candelabri. — **2)** Item opus ipsum factum. *Prudent. Apotheos. 792.* Anima factura Dei est. Adde *856. Alcim. 1. 47.* placet ipsa tuenti Artifici factura suo. Adde *Vulg. Interpr. Ephes. 2. 10., Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 9. 1.* et *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 13.* — **3)** Item ratio, modus, figura. *Incert. Auct. de terminis p. 359. Lachm.* Omnes limites maritimi aut Gallici una factura current; *fattezza.* Et *p. 362. ibid. (Termini)* alia factura breviores.

FACTŪRĬO, is, īre. Verbum transitiv. specie desiderativ., a *facio;* facere volo. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Facturio; *ἐργάσιμω.*

FACTUS, a, um. Particip. verbi *facio*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Hinc comparat. *factior* est apud *Plaut. Trin. 2. 3. 6.* Miser ex animo fit; factius nihilo facit. *Alii leg.* factius nihil facit; *h. e.* nihil magis curatum et explicatum reddit. — Est autem

I. *Factus*, effectus, confectus; *fatto, lavorato:* tam late significatione, quam ipsum *facio. Cic. 6. Verr. 18.* Pocula Mentoris manu, summo artificio facta. Et *42.* Phalerae pulcherrime factae. Et *43.* Argentum optime factum. *Horat. 1. Sat. 3. 95.* iter factum corruptius imbri. *Val. Flacc. 4. 624.* Factus finis. Et *1. 210.* facta silentia vati. *Virg. 3. Aen. 763.* Factus honos aris. *Quintil. 1. 10. 47.* Prodigium divinitus factum. *Ulp. Dig. 32. 1. 68. a med.* Linum factum; *lavorato, purgato.* — **2)** Translate. *Nep. Attic. 13.* Artifices domi nati, domique facti; *educati, ammaestrati. Horat. 1. Sat. 10. 38.* Versiculi magis facti, et cunctis mollius; *più lavorati e artifiziosi. Cic. 2. Att. 24. circa med.* Qui illuc factus institutusque venisset; *apparecchiato e instruito. Liv. 1. 56.* Ex industria factus ad imitationem stultitiae; *h. e.* compositus. *Cic. 3. Orat. 48.* Orationem, quae quidem sit polita atque facta, non adstricte, sed remissius numerosam esse oportere. *Id. ibid. 52.* et *3. Fin. 15.* et *Partit. 21.* Verba facta; *h. e.* de novo ficta, et inventa. V. *Facere verba* in FACIO §. 35. *ad fin. Id. Orat. 42.* Verbum factum; *parola composta. Horat. 1. Sat. 5. 33.* ad unguem factus; *h. e.* perfectus, V. UNGUIS. — **3)** Tabulae publicae rationum aliae erant pecuniae acceptae et expensae, aliae *pecuniae factae.* Hae memorantur in *vet. Tabula aenea* apud *Murat. 582. tab. 1. lin. 40.*, et ex *Mazochii* sententia in *Comment. Tab. Heracl. p. 344.* sunt pecuniae paratae et quaesitae, nondum tamen numeratae et acceptae. At *Marezollius* in *Comment. Tab. eiusd. p. 99.* putat, ut privatorum tabulae expensi et accepti dicuntur, ita publicas pecuniae factae dictas fuisse: nisi forte levi mutatione *pecuniae pactae* pro *pecuniae factae* legendum sit, quod magis vero simile videtur; plura enim sunt in ea tabula sculptoris menda. — **4)** *Argentum factum*, V. ARGENTUM §. 3. et 7. — Item *aurum factum*, V. AURUM §. 12. — **5)** *Factus ad aliquid* est natus, aptus, idoneus. *Cic. Mil. 4.* Est haec non scripta, sed nata lex; ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus. *Id. 1. Offic. 29.* Neque ita generati a natura sumus, ut ad ludum et iocum facti esse videamur. *Id. 14. Att. 18.* Ego Erotem, ad ista expedienda factum, mihi videbar reliquisse; *ottimo, fatto a posta. Id. Brut. 80.* Sive quod non esset ita factus, sive quod non consuesset, sive quod non posset; *non era naturalmente portato a questo.* — **6)** *Factus*, creatus. In *Fast. Capitol.* apud *Grut. 292.* Ceus. T. Manlius Torquatus, T. Pulvius Flacc. vitio facti abdicaverunt — **7)** Speciatim usurpatur in formulis quibusdam, et quidem neutro genere. Sic

II. *Factum velle* est affirmantis et confirmantis. *Plaut. Bacch. 3. 3. 91.* Serva tibi sodalem, et mihi filium. *Mnesil.* factum volo. — **8)** *Factum velle alicui* est eius causa cupere, favere, bona precari. *Ter. Adelph. 3. 7. 20.* Dii tibi, Demea, Bene faciant, cum te video nostrae familiae Tam ex animo factum velle. *Gell. 7. 3. ante med.* Cum et utiles essent, et vellent regi esse factum, nihil tamen adiuvandi eius gratia fecerunt. — **9)** *Facto est opus*, aut *usus*, faciendum est. *Ter. Andr. 3. 2. 10.* Non imperabat coram, quid opus facto esset puerperae. Et *4. 2. 32.* Ita facto est opus. *Id. Phorm. 5. 1. 35.* Quid opus facto sit, vide. *Id. Hecyr. 3. 1. 47.* Non usus facto est mihi nunc intro sequi. *Tacit. 1. Hist. 62.* Facto magis, quam consulto opus est. — **10)** *Dictum factum* celeritatem rei significat. *Ter. Heaut. 5. 1. 31.* Dictum factum, huc abit Chtipho. V. DICTUS, a, um §. 8. — **11)** *Factum bene, optime* sunt exclamantis ex laetitia, et gratulantis apud *Ter. Andr. 1. 1. 78.* et *3. 4. 14.* et *Plaut. Pseud. 4. 6. 57.* Et *factum* omisso, *Martial. 7. 15.* O bene, quod silva colitur Tiryntbius ista! — **12)** *Factum male* est damnantis et improbantis. *Cic. 15. Att. 1.*, *Plaut. Most. 2. 2. 27.* et *Ter. Phorm. 5. 1. 24.* — **13)** *Factum;* h. e. Factum est, in responsionibus affirmat. *Ter. Eun. 4. 4. 40. Phaed.* Chaerea tuam vestem detraxit tibi? *Do.* Factum. *Phaed.* et ea est indutus? *Do.* factum. — **14)** Hinc *dare factum* est efficere. *Plaut. Casin. 2. 8. 1.* et *seqq.* Ego remittam ad te Virum . . . *St.* Ita fieri oportet. *Ol.* Factum et curatum dabo. Cf. *Cist. 2. 3. 31.* — **15)** Absolute, substantivorum more,

FACTUM, i, n. Est actio, facinus, res gesta; *fatto, azione, impresa:* in utramque partem. *Cic. Sull. 26.* Ecquod huius factum, aut commissum, etc.? *Liv. 6. 40.* Neque ullum factum, dictumve nostrum contra utilitatem vestram vere referri posse. *Ovid. 14. Met. 56.* unoque duos ulciscere facto; *con un solo atto. Horat. 1. Ep. 2.*

Digitized by Google

40. Dimidium facti, qui coepit, habet; *la metà dell'opera*. *Virg. 1. Aen. 568.* dux femina facti. *Liv. 45. 24.* Distinguere voluntatem a facto. *Cic. Dom. 36.* Factum laudabile. *Id. 2. Phil. 44.* praeclarum atque divinum. *Id. 10. Fam. 16.* egregium. *Nep. Arist. 2.* illustre. *Id. Thrasyb. 1.* magnificentissimum. *Cic. 1. Fin. 11.* Facta illustria et gloriosa. *Curt. 7. 1.* fortia. *Horat. 2. Ep. 1. 237.* splendida. *Cic. 8. Att. 14.* Quod unquam eorum in republ. forte factum exstitit? Contra; *Catull. 25. 10.* Facta impia. *Ovid. 3. Met. 248.* fera. *Id. 14. Heroid. 16.* nefanda. *Id. 6. Met. 533.* dira. *Quintil. 1. 2. 2.* turpia. *Iuvenal. 13. 126.* Factum detestabile. *Senec. Thyest. 636.* trux. — **18)** Absolute sine addito. *Virg. 10. Aen. 468.* famam extendere factis, Hoc virtutis opus. *Val. Flacc. 3. 455.* nostrive iuant ea facta minores. *Ovid. 10. Heroid. 60.* vacat insula cultu: Non hominum video, non ego facta bonm; *opere, lavori*. — **17)** Hinc *dare se ad factum; h. e.* ad opus, vel operi. V. COMPUTO §. 2. — **18)** *Bonum factum est*, Itali dicunt *è cosa ben fatta, sta bene*. *Plaut. Pseud. 1. 2. 52.* Nunc adeo factum est optumum, ut nomine quamque appellem suo. — **19)** In edictis *bonum factum* praefari mos fuit, omiuis causa: ut apud Graecos: Ἀγαθῇ τύχῃ. Quem morem significat *Tertull. Pudic. 1.* O edictum, cui adscribi non poterit, Bonum factum. Hinc *Suet. Caes. 80.* Peregrinis in senatum allectis, libellus propositus est: Bonum factum: ne quis senatori novo curiam monstrare velit. *Id. Vitell. 14.* Exacerbatus, quod post edictum suum, quo iubebat, . . . statim libellus est propositus: et Chaldaeos edicere, Bonum factum, ne Vitellius, etc. Quo pertinent illa *Plauti Poen. prol. 16.* Bonum factum est, edicta ut servetis mea. Et *44.* Haec, imperata quae sunt pro imperio histrico, Bonum hercle factum, pro se quisque ut meminerit. Et *Aurelii Victor. vir. illustr. 49.* Hac die Carthaginem vici: bonum factum: in Capitolium eamus, et Diis supplicemus. — **20)** Alia significatione V. in voc. seq. §. 2.

Nota. Alia huc quoque spectantia V. in FACIO §. 47. et 53. — **2)** Discrimen inter *gesta* et *facta*, V. ibid. in *Nota* II. §. 2.

FACTUS, us, m. Verbale a *facio;* actus faciendi, atque hinc ipsa rei factae structura. *Varr. 3. RR. 1. extr.* Quo ornatior villa esse possit fructu, quam facta. — **2)** Specialim *factus*, sicut etiam *factum*, i, sumitur pro eo, quod provenit ex alio facto, quod praemittitur; atque hinc est tanta olearum quantitas, quanta uno tempore et opere commolitur; *una macinata*. *Varr. 1. RR. 24.* Hostum dicunt, quod ex uno facto olei reficitur *(lege* efficitur): factum dictum, quod uno tempore conficiunt, quem alii CLX. aiunt esse modiorum, alii ita minus magnum, ut ad CXX. descendat, et exinde, ut vasa olearia quot et quanta habeant, quibus conficiunt illud. *Plin. 15. 6. 5.* Premi plus quam centenos modios, non probant: factus vocatur. *Cato, RR. 67.* Factoribus det in singulos factus, olei sextarios. *Colum. 12. 50. ad fin.* Cum facti unius mensuram rusticus sub tecto reposuerit. Et *mox.* Cum fisci expresserint facta, statim ferventissima debent aqua bis aut ter elui. — **3)** Translate pro exitu; *h. e.* morte. *Inscr.* apud *Garrucci, dei segni volgarmente accenti*, etc. *p. 11.* Noli dolere, mater, factui meo: hoc tempus voluit, hoc fuit fatus meus.

FĂCUL. V. FACILIS §. b.

FĂCŬLĂ, ae, f. Deminutiv. a *fax;* parva fax, seu frustum ligni aptum facibus; *faccila*. *Varr. 5. LL. 31.* Utuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas. *Cato, RR. 37.* Palos siccos dolato, faculas facito; *sehegge da accender fuoco*. *Propert. 2. 29. 5.* Quorum alii faculas, alii retinere sagittas. Adde *Vulg. Interpr. Eccli. 48. 1.* et *Apoc. 8. 10.* — **2)** Translate. *Plaut. Pers. 4. 3. 46.* Nequicquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult; *h. e.* occasionem, viamque lucrandi praebere.

FĂCŬLĂRĬUS, ii, m. Nomen a *facula*, proprie adiectivum, absolute adhibitum de eo, qui faculam fert. *Gloss. Philox.* Facularii; ἐχδοίχοι.

FĂCULTAS (et Facoletas in *Inscr.* apud *Grut. 1056. 2.), ātis*, f. Abstractum a *facul* pro *facilis* (V. FACILIS §. b). — *Facultatium* in genit. plur. dixit *Paul. Dig. 32. 1. 78.* (al. *76.)* ut *Torrentin.* edidit. — Proprie est facilitas agendi; *potenza, forza, potestà, facoltà, possa*. Hinc omnis ars facultas appellatur, quia dat regulas et rationem faciendi aliquid. *Ter. Andr. 1. 4. 5.* Dii, date facultatem huic parendi. *Cic. 1. Invent. 27. extr.* Facultates sunt, aut quibus facilius fit, aut sine quibus aliquid confici non potest. — Quomodo tamen distinguenda sit *facultas* a *facilitate*, V. FACILITAS in *Nota*. — **2)** Ceteram universim significat commoditatem, potestatem, vim, occasionem faciendi aliquid, sive a natura sit, sive a fortuna, ab arte, ab ingenio, industria, etc. *Cic. Quint. 2.* Hortensius, cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est. *Id. Flacc. 8.* Libenter arripere facultatem laedendi, quaecumque detur. *Id. Rosc. Am. 33.* Videamus, *ecqua* facultas suscipiendi maleficii fuerit. *Id. 3. Q. Fr. 9.* Cave, quidquam, quod ad meum commodum attinest, nisi maximo tuo commodo, et maxima tua facultate, cogitaris. *Id. Mil. 17.* Miloni manendi nulla facultas, exeundi etiam necessitas fuit. *Id. Font. 6.* Dare alicui facultatem ad dicendum. *Id. 2. Orat. 84.* Ut opes et copiae non superbiae videantur aut libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiam dedisse. *Id. Caecin. 25.* et *Rabir. perduell. 6.* Dare alicui facultatem, ut etc. *Id. Orat. 32.* et *Brut.* et *Cass. ad Anton. 11. Fam. 2.* Habere facultatem alicuius rei faciendae. *Id. 2. Offic. 6.* Assequi hanc facultatem, ut hominum studia complectamur. *Id. 2. Orat. 12.* Comparare facultatem. *Caes. 3. B. G. 6.* Facultatem sui colligendi relinquere hostibus. *Cic. 4. Verr. 73* Facere facultatem alicui honeste iudicandi. *Id. 1. Fam. 7. ante med.* Si res facultatem habitura videatur, ut etc.; *se l'affare porterà, permetterà, che* etc. *Id. 2. Phil. 17.* Quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum largitur. *Id. 3. Catil. 2.* Facultatem mihi oblatam putavi, ut etc. *Id. 1. Orat. 14.* Neque Asclepiades in eo ipso, quod ornate dicebat, medicinae facultate utebatur, non eloquentiae; *arte*. Et *51.* Omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa est. Et *2. 7.* Artificium dicendi res mihi videtur esse facultate praeclara, arte mediocris; *per la forza, virtù, e possanza*. *Auct. Dial. de Orat. 33.* Neque enim arte et scientia, sed longe magis facultate eloquentiam contineri; *consistere nella copia e facilità di dire*. *Cic. 2. Orat. 84. ad fin.* Virtutes, quae positae sunt in aliqua ingenii facultate; *pregio, dote* (Adde *Nepot. Epam. 1.)*. Et *53.* Omnium rerum in contrarias partes facultatem ex iisdem suppeditari locis; *h. e.* ut in utramque partem tractari possint. *Plane. ad Cic. 10. Fam. 4. ad fin.* Si facultas tui praesentis esset; *s'io potessi averti presente*. *Colum. 4. 29.* Si sit sarmentis alendis facultas; *se abbian le viti forza e virtù di* etc. *Caes. 7. B. G. 30.* Hinc abite, dum est facultas; *finchè poste farlo*. *Cic. 2. Invent. 3.* Quoad facultas tulit; *per quanto ci fu possibile*. — Cum infinito. *Val. Flacc. 3. 16.* tibi enim superum data, virgo, facultas Nosse animos rerumque vias. Adde *Stat. 1. Theb. 315.* et *12. ibid. 36.* — In plurali numero. — *Cic. Partit. 35.* Facultatem infirmatione utetur, si aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum, etc. *Id. Rosc. Am. 33.* Age, nunc ceteras facultates quoque consideremus; *le altre facilità e comodità*. *Id. 3. Att. 10.* Ecquis unquam tam ex amplo statu, tam in bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiae, tantis praesidiis bonorum omnium concidit? — **3)** Speciatim

II. *Facultas* sumitur saepe pro copia et abundantia; *abbondanza*, vel *facilità di provvisione*. *Cic. Quint. 4.* Romae ubi nummorum facultatem esse, quam, si saperet, communem existimaret. *Caes. 1. B. G. 38.* Omnium rerum, quae ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas. Et *3, ibid. 9.* Habere facultatem navium. *Colum. 8. 17. a med.* Ut ex his aliqua, quorum erit facultas, praebeamus; *che si potranno avere*. *Id. 12. 38. in fin.* Si facultas eius succi sit copiosior. — **4)** *Facultates* sunt bona, patrimonium; *le facoltà, gli averi*. *Cic. 2. Offic. 4.* Effectumque, ut dando et accipiendo, mutandisque facultatibus et commodis, nulla re egeremus. *Id. 1. Q. Fr. 3. a med.* Quasi vero nunc me non tuae facultates sustineant. *Quintil. in fin. procem. l. 6.* Facultates patrimonii nostri aliis relinquemus. *Suet. Galb. 3.* Attritis facultatibus, urbe cessit. *Petron. Satyr. 112.* Quidquid boni per facultates poterat, coemebat. — **5)** Interdum *facultas* est quantum quisque potest re sua familiari. *Cic. 2. Offic. 16.* Facultas sumptuum; *possibilità di spendere*. Et *1. ibid. 14.* Videndum, ne maior beniguitas sit, quam facultas. *Al. leg.* facultates. *Caes. 1. B. G. 18.* Et suam rem familiarem auxisse, et facultates ad largiendum magnas comparasse. *Paul. Dig. 26. 7. 11.* Mercedes praeceptoribus pro facultate patrimonii constituet. — **6)** A *Celso 5. in praef.* et *ibid. 17.* dicitur *facultas* virtus, quae inest in medicamentis, herbis, aliisque rebus ad sanandum; *virtù*.

Nota. Differt, si proprie loquaris, *facultas* a *potestate*. *Cic. 2. Invent. 7.* Aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas: potestas, si aut nescisse, aut non adfuisse dicetur: facultas, si ratio, adiutores, adiumenta defuisse demonstrabuntur. — **2)** Discrimen inter *facultatem* et *facilitatem*, V. sub V. FACILITAS in *Nota*.

FĂCULTĀTĬCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *facultatula*, eiusdemque significationis. — Legitur in *Not. Tir. p. 51.* Facultas, facultaticula.

FĂCULTĀTŬLĂ, ae, f. Deminut. a *facultas;* parva facultas. *Hieronym. ep. 108. n. 10.* Pro facultatula sua, pecunia pauperibus distributa. Adde *Augustin. ep. 43. circa med.* et *Ennod. 2. ep. 23.*

FĂCULTER. Adverb. a *facul*. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 63. Lind.* Faculter Antiqui dicebant pro facile. Cf. *Charis. 2. p. 165. Putsch.*

FĂCUNDĔ. Adverb. a *facundus*. — Compar. *facundius* et superlat. *facundissime*, infra. — Est diserte; *eloquentemente, facondamente*. *Liv. 28. 18.* Ut hostem etiam infestissimum facunde alloquendo sibi conciliaret. *Plaut. Mil. 4. 4. 5.* Nimis facete nimisque facunde mala est. *Tacit. 1. Ann. 59.* Quantum dedecoris adierit legio, facunde miseratur. Et *12. ibid. 58.* Facunde exsequi aliquid. *Front. B. Parth.* (edente iterum *A. Maio) p. 204.* Nemo unquam neque Romane, neque Graecorum lingua facundius laudatus, quam Cn. Pompeius in ista

ed by Google

oratione. *Gell. 15. 8.* Vitia facundissime accusare. *Senec. Suasor. 2. a med.* Locum facundissime describere.

FĂCUNDĬĂ, æ, f. Abstractum a *facundus;* facultas disserendi; *facondia*. *Sall. Cat. 37.* Facundia Graecos ante Romanos fuisse. *Horat. 4. Od. 7. 21.* Cum semel occideris, non te facundia, non te Restituet pietas. *Plin. 7. 31. 9.* Facundiae Latiarumque litterarum parens Cicero. *Quintil. 1. procem. sub fin.* Alere facundiam, vires augere eloquentiae. *Sall. Iug. 32.* Memmii facundia clara pollensque. *Gell. 19. 14.* Facundia praestanti vir. Et *18. 5.* Vir facundiae florentis. Et *19. 9.* Clamator tantum, et facundia rabida turgiosaque. *Sall. Iug. 67.* Graeca facundia se exercere. *Id. fragm.* apud *Lactant. 6. 18.* Canimam facundiam exercere. *Gell. 11. 15. ad fin.* Ne vos facile praestringeret modulatus aliquis currentis facundiae sonitus; *torrente di parole*. *Id. 4. 15.* Facundia verborum Sallustii; *h. e.* vis significandi, verba valde exprimentia, et veluti gravida sententiae. — In plur. num. *Gell. 3. 17.* Pacinus Graecarum facundiarum magniloquentia condignum.

Nota. Differt quidem ab *eloquentia*, ut ex allato *Quintiliani* loco colligitur. Est enim *facundia* facilitas dicendi et copia: *eloquentia* addit insuper, ut bene apteque facilitas illa et copia adhibeatur. Facundi enim, docente *Varr. 6. LL. 7.*, sunt qui facile fantur: eloquentes, qui facile et bene. Saepe tamen pro eloquentia ponitur, ut apud *Sall. Iug. 67., Tacit. 11. Ann. 6., Petron. Satyr. 83., Ovid. 2. Pont. 3. 55.* etc. Cf. FACUNDUS in *Nota*.

FĂCUNDĬŌSUS, a, um. Adiect. priscum et obsoletum a *facundia;* facundia plenus. *Sempron. Asell.* apud *Gell. 4. 9. 12.* Facta sua spectari oportere, non dicta, si minus facundiosa essent.

FĂCUNDĬTAS, ātis, f. Idem origine et significatione quod facundia, sed minus usitatum. *Plaut. Truc. 2. 6. 13.* Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit. Adde *Hygin. Astron. Poet. 1. praef.*

FĂCUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *for, faris*, teste *Varr. 6. LL. §. 65.* « Qui facile fantur, facundi dicti. » — **b)** Comparat. *facundior §. 1.*, superlat. *facundissimus §. 1.* et *2.* — **c)** Derivata, *facunde, facundia, facundiosus, facunditas*. — **d)** Composita, *infacundia, infacundus, perfacundus*.

FACUNDUS proprie est is, qui facile loquitur, cuique verba non desunt, verbis copiosus, disertus, eloquens: *facondo, verboso, eloquente:* in quo differt ab *eloquente*, ut sub v. FACUNDIA in *Nota* dictum est: tametsi aliquando cum eo confunditur. *Sall. Iug. 100.* Sulla facundus, callidus, et amicitia facilis. *Id. fragm.* apud *Quintil. 4. 2. 45.* et *Gell. 1. 15.* M. Atilius loquax magis, quam facundus. *Suet. Cal. 55.* Minimum eruditioni, eloquentiae quamplurimum attendit, quantumvis facundus et promptus. *Ovid. 13. Met. 92.* facundus Ulyxes. *Horat. 1. Od. 10. 1.* Mercuri, facunde nepos Atlantis. *Tacit. 1. Hist. 8.* Rufus, vir facundus. *Quintil. 12. 2. a med.* In exemplum bene dicendi, facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum. Et *ibid. 10. 44.* In omnibus gentibus alius alio facundior habetur. *Ovid. 6. Met. 469.* Facundum faciebat amor. Adde *Plaut. Capt. 3. 2. 12.* et *Enn. 7. Ann. 106.* — **b)** Dicitur et de rebus. *Ovid. 4. Fast. 245.* Facunda vox. Et *5. ibid. 698.* Facundum os. Et *15. Heroid. 195.* Facunda pectora. Et *13. Met. 127.* dicta. *Horat. 4. Od. 1. 33.* Facunda lingua. *Sall. Iug. 89.* Facunda et composita oratio. *Martial. 12. 43.* Facundi versus. *Quintil. 10. 1. 65.* Antiqua comoedia facundissimae libertatis.

Nota. Discrimen inter *peritum, prudentem, callidum* et *facundum*, v. sub v. CALLIDUS in *Nota* II. §. 2. — Inter *facundum* et *eloquentem*, v. sub v. FACUNDIA in *Nota*, coll. supra §. 1.

FAECĂCĔUS, a, um. Adiect. a *faex, faecosus. Pelagon. Veterin. 5. a med.* Mucus, faecaceus, spissus a glandulis.

FAECĂRĬUS, a, um. Adiect. a *faex;* ad faecem pertinens, ut Faecariae sportae apud *Caton. RR. 11.*, quibus inclusa faex musti praelo supponitur, ut vinum faecatum exprimatur: quod explicat *Id. ibid. 153.* V. vocem sequent.

FAECATUS (et Fecatus), a, um. Adiect. participiorum more effictum, a *faex;* e faecibus expressus; *quel che si trae dalla fondata, o feccia*. *Cato, RR. 153.* Vinum faecatum sic facito: Piscinas olearias Campanicas duas illae rei habeto: eas faecis impleto, sub praelum subdito, exprimitoque. *Plin. 14. 12. 1.* Tertium est faecibus vini expressum, quod faecatum Cato appellat. Hoc idem *Colum. 12. 40. loram* vocat. — **b)** Videtur etiam significare id quod per secessum egeritur, excrementum. *Act. S. Theodoritii Presbyt. n. 4.* Sacrificium quod acceperat, particulatim discrumpebat eius fecatum et eiiciebat per os foras. Et *mox.* Infelix Iulianus diversas accipiens escas suo tantum passus est fecato; *h. e.* excrementis, ut refert *Theodorit. l. 3. Hist. Eccl. c. 15.* Alii tamen pro *fecatum*, quod illis pro *faecatum*, positum videtur, legunt *ficotum*, quo nomine *Mabillon.* apud *Ruinart.* ad *Act. l. c.* iecur intelligit. V. FIGATUM.

FAECĬNĬUS et Faecĭnus, a, um. Adiect. a *faex;* qui multum faecis habet, ut Faeciniae uvae apud *Colum. 3. 2. ante med.*, quae plus quam ceterae, faecis afferunt; eaedem ab *Eod. ibid.* a colore *rubellianae*, et a loco *Nomentanae* vocantur. *Plin. 14. 4. 7.* easdem *fecenias* appellat, quod in *fascinias* mutandum videtur. Hinc apud *Colum. 12. 45. sub fin.* Faecinum vinum.

FAECĬNUS, a, um. V. voc. praeced.

FAECLĂ, ae, f. V. FARCULA *init.*

FAECOR, ōris, m. Abstractum a *faex;* odor faecis. Legitur apud *Incert. Grammat. p. 103. Endl.* Fecor (*lege* faecor), τρυγίας τοῦ οἴνου ὀδμή.

FAECŌSUS, a, um. Adiect. a *faex;* faeculentus, faece abundans: *feccioso*. *Martial. 13. 102.* Accipe faecosum, munera cara, garum. *Garum* enim faex quaedam est liquore denso: quare quo magis faece abundat, eo est pretiosius. *Alii leg.* fastosum; *h. e.* dite homine dignum.

FAECŬLĂ (et Faecla per syncop. apud *Cael. Aurel. 2. Chron. 1.*), ae, f. Deminut. a *faex;* parva faex. Sumitur autem ut genus liquaminis, et condimenti (quod et *alec* dicitur), de quo v. in FAEX §. 7. *Lucret. 2. 450.* et quae Titillare magis sensus, quam laedere possunt, Faecula iam quo de genere est, inulaeque sapores. — **b)** Distincta ab hac, quamvis et ipsa liquamen et condimentum, est quae *Coa* appellatur ab *Horat. 2. Sat. 8. 9.*, sive quod in Co insula optima fiebat, sive quod ex Coi vini faece constaret. Hanc *Horat.* hoc loco ab alece distinguit, *sister, alec, faecula Coa;* illam autem priorem cum eo coniungit *2. Sat. 4. 73. ego faecem primus et alec*, etc. (ea ratione qua *Virg.* dixit *pateris libamus et auro*), item *Plin.*, ut in FAEX dicemus §. 7. Quare *faecula Coa* erit liquamen faecula, seu faece multo pretiosius, et sumptuosis cenis aptum, qualis est, quae ab *Horat.* in illa *Sat. 8.* describitur, ut aper (animal propter convivia natum, ut ait *Iuvenal. 1. 141.*) et nobilia vina illata satis ostendunt.

FAECŬLENTĬĂ, ae, f. Abstractum a *faex;* faecis abundantia. *Sidon. 5. ep. 15.* Faeculentia par cloacali, quae quo plus commota, plus foetida est. Adde *Claud. Mamert. Stat. an. 1. 7. n. 1.* — **b)** Translate. *Fulgent. Contin. Virgil. p. 756. Staver.* Dum quis in temporales gurgitis coenositates, morumque faeculentias transit. Adde *Primas. 4.* in *Apocal. 16.*

FAECŬLENTUS, a, um. Adiect. a *faecula*, syllabica adiectione productum. — Comparat. *faeculentior §. 1.*, superlat. *faeculentissimus §. 1.* — Proprie est faecibus plenus; *pien di feccia*. *Cels. 5. 26. n. 19.* Faeculentum pus. *Colum. 2. 2. a med.* vinum. *Solin. 53.* Faeculentior superficies. *Augustin. de vera relig. 40.* Quorum aliud faeculentissimum redditur terrae; *h. e.* excrementa. — **b)** Sardoniches faeculentae, apud *Plin. 37. 23. 4.* sunt colore veluti faece conspurcato. — **c)** Translate. *Arnob. 3. p. 119.* Semeleius Liber faeculentae hilaritatis dator.

* FAECŬTĪNUS, a, um. Adiect. a *faex*, idem fere quod faecatus. *Val. Prob.* apud *Gell. 13. 20., ubi tamen alii rectius leg.* faetutinas. V. FOETUTINA.

FAEFAE. V. FAFAE.

FAELES, is. V. FELES.

FAENUM cum derivatis et compositis, V. FOENUM.

FAEX, cis, f. Vox parum certae originis, atque hinc etiam scriptionis. De utraque haec *Forcellinus* et *Furlanetto* protulerunt. « Sunt qui scribunt *fax*, sed contra *Priscian. 2. p. 572. Putsch., Manut., Dausqu., Cellar.*, qui diphthongum tuentur: non tamen ob eam rationem, quod ita distinguatur in dativo a praeterito *feci*, quae levis admodum est, et nugatoria. Etymon est a πάξις; coagulum, quod a πήγνυμι, sive πάγω; cogo, mutata tamen littera *p* in affinem *f*. Latine vero diphthongum recipit, ut etiam *scaena*, licet haec sit a σκηνή. » — **b)** Quod attinet ad scribendi rationem, idem de derivatis quoque dicendum est. — **c)** In genitivo plur. *faecum* habet, teste *Charis. 1. p. 114. Putsch.*, non *faecium*. — **d)** Derivata, *faecaceus, faecarius, faecatus, faecinius, faecor, faecosus, faecula, faeculentia, faeculentus, faeculinus*. — **e)** Composita, *confaecatus, defaeco, effaecatus, infaeco*.

FAEX proprie est multarum rerum excrementum, praesertim liquidarum, purgamentum subsidens, aut supernatans; *feccia*. *Lucret. 5. 498.* Omnis mundi quasi limus in imum Confluxit gravis et subsedit funditus ut faex. *Horat. 3. Od. 15. 16.* Poti faece tenus cadi. *Id. Art. P. 277.* peruncti faecibus ora. *Id. 2. Sat. 4. 85.* Falerna faex. *Ovid. 1. Met. 68.* Aether nihil terrenae faecis habens. *Plin. 28. 62. 1.* Faex aceti. Adde *23. 32. 1.*, ubi et medicinae ex faece aceti indicantur. — **b)** Latiore significatione dicitur de reliquiis cuiuscumque rei, quae in fundo subsidunt sive remanent; *sedimento, residuo*. *Plin. 23. 58. 1.* Faex sapae. Et *31. 42. 2.* salis. Et *33. 34. 3.* plumbosissima stibii. Et *34. 37. 1.* aeris. — Hinc poetice *Martial. 14. 13.* Si quid adhuc superest de nostri faece locelli; *h. e.* de reliquiis pecuniae. — **c)** Translate sensu morali de vitiis et peccatis. *Vulg. Interpr. Ps. 39. 3.* Eduxit de lacu miseriae et de luto faecis. *Id. Sophon. 1. 12.* Visitabo super viros defixos in faecibus suis. — **d)** Huc etiam spectat *Isai. 51. 17.* Potare calicem usque ad faecem. Adde *Ezechiel. 23. 34.* et *Ps. 74. 9.* et V. CALIX §. 12. — **e)** Item dicitur de vilioribus

Digitized by Google

hominibus et abiectis. *Cic. 2. Q. Fr. 6. a med.* Apud illam perditissimam atque infimam faecem populi. *Id. 1. Att. 16. a med.* Apud sordem urbis et faecem. Et *2. ibid. 1. ad fin.* Dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli faece sententiam. *Id. 3. Verr. 39.* Ex ea faece legationis, quaestoriaeque tuae procurationis illa sunt nomina. *Lucret. 5. 1140.* Res itaque ad summam faecem turbasque redibat: h. e. ad regimen infimae plebis. Adde *Vulg. Interpr. Isai. 49. 6.* — **B)** *De faece haurire* proverbium est de eo, qui viliora quaeque et abiectiora persequitur. *Cic. Brut. 69.* Tu quidem de faece hauris, idque iamdudum; h. e. infimos quosque oratores enumeras. — **7)** *Dies sine faece* est lux pura. *Martial. 8. 14.* Hibernis obiecta notis specularia puros Admittunt soles, et sine faece diem; h. e. sine pluvia, aut nive, quae diei lucem quodammodo foedant. — **8)** Specialim

II. *Faex* est etiam genus condimenti (idem quod *alec*) ex piscibus quibusdam sale maceratis, et putrefactis, faeculento liquore inspatente; *salamoia*: vitium gari a *Plin. 31. 44. 1.* appellatur, quia est gari imperfecta nec colata faex: sed primo a pauperioribus adhiberi coeptum, transiit paulatim in luxuriam, creverunt que eius genera in infinitum. *Horat. 2. Sat. 4. 73.* ego faecem primus et alec, etc. V. dicta in ALEC §. 1. *Ovid. 8. Met. 685.* Conditaque in liquida cornua autumnalia faece. — **9)** Item fuci, quo faciem pingunt mulieres, qui ab *Ovid. Medic. fac.* pluribus describitur; *bolletto*. *Id. 3. Art. am. 211.* Quem non offendat toto faex illita vultu, Cum fluit in tepidos pondere lapsa sinus?

Nota. Quodnam sit discrimen inter *faecem olei* et *amurcam*, V. in §. 1. huius vocis, coll. ibid. §. 2.

FAFAE. Interiectio per onomatopoeiam, ut videtur, efficta; *ff ff*. Adhibetur cum putoris aliquid perhorrescimus et aversamur. *Charis. 2. p. 245. Putsch.*, si sanus est ille locus; *alii enim leg.* Faefae, *alii* fufae, *eodem tamen sensu*.

FĀGĔUS, a, um. Adiect. a *fagus*; qui est ex fago arbore; *di faggio*. *Plin. 16. 15. 1.* Fageus lucus. *Id. ibid. 6. 1.* Fagea glans. *Id. ibid. 91. 1.* Fageum nemus.

FĀGĪNĔUS, a, um. Adiect. origine et significatione idem ac fageus; *di faggio*. *Cato, RR. 21.* Faginea materia. *Colum. 12. 48.* Arcula faginea. *Ovid. 4. Fast. 658.* Bis sua faginea tempora fronde premis.

FĀGĪNUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedentia, fageus et fagineus; *di faggio*. *Virg. 3. G. 172.* faginus axis. Et *3. Ecl. 37.* fagina pocula. — **2)** Substantivorum more, absolute,

FAGINUS, i, f. Est idem quod *fagus*. *Calpurn. 2. Ecl. 39.* Inter pampineas ponetur faginus ulmos. Sic *humani* pro *homines* apud *Lucr. 5. 79.*

FAGUS, i, f. Nomen arboris glandiferae ita dictae a voce Graeca, φηγός, cuius etymon dicitur a φάγω pro φάγω; comedo, quia glandes primis mortalibus cibus fuisse dicuntur. — **b)** Reperitur etiam *fagus, us*, in quarta declin. *Virg. Cul. 139.* Umbrosaeque manent fagus, bederaeque ligantes Brachia. — **c)** Derivata, *fageus, fagineus, faginus, fagutal, fagutalis*.

FAGUS, arbor glandifera, quales praeter eam sunt tres aliae, robur, quercus, aesculus; *(Fagus silvatica, Linn.)*, Italice quoque *faggio*. *Virg. 1. Ecl. 1.* patulae recubans sub tegmine fagi. *Caes. 5. B. G. 12.* Materia cuiusque generis in Britannia est, praeter fagum et abietem. *Plin. 16. 6. 9* Dulcissima omnium fagi glans, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio, tradat Cornelius Alexander. *Id. ibid. 7. 1.* eam accurate describit. *Id.* vero *24. 9. 1.* eius et foliorum usus in medicina exsequitur.

FĀGŪTAL, alis, n. V. voc. seq.

FĀGŪTĀLIS (et Facutalis), le. Adiect. a *fagus*; locus fagis consitus. *Varr. 5. L.L. 8. §. 49.* Lucus facutalis *(sic ex Codd. MSS. Müll.)* — *Id. ibid. §. 152.* Ut *Esculetum* ab *aesculo* dictum, et *Fagutal* a *fago*, unde etiam *locis Fagutalis*, quod ibi sacellum. Adde *Plin. 16. 15. 1.* et V. FAGUTALIS in ONOM.

FĀLA (et Phala), ae, f. Vox Hetrusca, qua significatur turris lignea militaris, ex qua missilia iaciebantur: unde *falarica*. Dicta est enim, inquit *Fest.*, ab altitudine, scil. a *falando*, seu *falanto*, quod apud Etruscos caelum significat. Possis etiam ducere a Graeco φαλαι, quae sunt ὄρη, *montes*, ut *Hesych.* docet; h. e. montes, arces, speculae. Quare aliis placet, *phala* scribi, et *phalarica*. Quamquam apud *Hesych.* alii aliter legunt. — Haec *Forcellinus* et *Furlanetto*. Cf. FALANDUM. — **b)** Derivata, *falerica* et *falare*.

FALA proprie est machina militaris in modum turris lignis exstructa, in obsidionibus praecipue adhibita. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll. Falae* dictae ab altitudine, a *falando*, quod apud Hetruscos significat caelum. *Enn.* apud *Non. 2. 551.* Malos defindunt, fiunt tabulata, falaeque. — **2)** Hinc proverbium ductum apud *Plaut. Most. 2. 1. 10.* Isti, qui hastis trium nummorum causa subeunt sub falas; h. e. gravissima subeunt pericula, ut qui sub hostium turres ligneas accedunt. — **3)** Praeterea falae sunt etiam appellatae septem illae ligneae turriculae, in ovi, seu coni similitudinem formatae, quae ad singulos bigarum, vel quadrigarum circuitus designandos in Circo supra columnas, quemadmodum et supra alias totidem delphinorum simulacra, erigebantur; quod fuit inventum M. Agrippae, teste *Dione, l. 49. c. 43.* Has memorant *Non. loc. cit.* et *Serv.* ad *Virg. 9. Aen. 705.* qui tamen locus corruptus videtur. *Iuvenal. 6. 589.* Consulit ante falas, delphinorumque columnas. V. OVUM. — **4)** Alio sensu, V. in FALLA etiam in *Nota*.

FĂLĂCER, cris, m. Unus ex quindecim flaminibus, quos Romani, aucta civitate, atque adeo et sacerdotiis, constituerunt. Nomen habet a Deo Falacre, quem *Turnebus* putat praefuisse falis Circi. Illius mentionem facit tantummodo *Varr. 5. LL. 15.* Flamen Falacer a divo patre Falacre. *Id. 6. ibid. 3.* Flamines Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis: obscura est eorum origo: Volturnus, Palatua, Furina, Flora, Falacer, Pomona. — *Falacer* fortasse significat flaminem; φαλακρός enim (ex φαλός; crista, et ἄκρον; apex) illum denotat, cuius caput acuto tegmine, seu pileo tegitur, quod erat proprium flaminis. *Inscript.* apud *Murat. 100. 6.* T. Flavio Primigenio Falacri Deae Pomonae T. Flavius T. f. Nigrinus ornamentarius. — *Momms.* tamen *die unterit. dial. p. 351.* et *359.* putat *Falacer* dictum pro *alacer*.

FALANCARIUS, FALANX et derivata. } V. PHALANX, etc.

FĂLĀRĪCĂ (et Phalarica), ae, f. Nomen a *fala*, quo significatur genus quoddam teli ad modum hastae, valido ferro praefixum: a *falis*, unde iaciebatur. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* et *Non. 18. 20.* alii derivant a φαλός; splendidus: et *phalarica* scribunt. *Gloss. Lat. Gr.* Falarica; χειροβαλίστρα. — Eius figuram habes in lapide sepulcrali C. Firmidii Rufi, militis cohortis VI. praetoriae apud *Bartoli, AA. di Aquileia, p. 133.* — Falaricam Saguntinorum in obsidione Annibalis his verbi describit *Liv. 21. 9.* Erat missile telum hastili abiegno, et cetera tereti, praeterquam ad extremum, unde ferrum exstabat: id, sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice, ferrum autem tres longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime etiam si haesisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod, cum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multo maiorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus praebebat. Haec *Liv.*, cui addendus *Sil. 1. 330.* Armavit clausos, ac portis arcuit hostem Librari multa consueta falarica dextra. Horrendum visu robur, celsisque nivosae Pyrenes trabs lecta iugis, cui plurima cuspis, Vix muris toleranda lues: sed cetera pingui Uncta pice, atque atro circumlita sulphure fumant. Fulminis haec ritu, summis e moenibus arcis Incita, sulcatum tremula secat aera flamma. Et *mox*. Haec ictu rapido pugnantum saepe per auras, Attonito ductore, tulit fumantia membra. Haec vastae lateri turris ceu turbine fixa, Dum penitus plutcis Vulcanum exercet adesis, Arma virosque simul pressit flagrante ruina. Adde *Veget. 4. Milit. 18.* et *Serv.* ad *Virg. 9. Aen. 705.* et *Lucan. 6. 198.* — **2)** Duplex fuit; una maior, quae catapulta; altera minor, quae manu mittebatur. De hac *Virg. loc. cit.* tum Bitian sternit, Non iaculo: neque enim iaculo vitam ipse dedisset: Sed magnum stridens contorta falarica venit, Fulminis acta modo. Et *Grat. Cyneg. 342.* Terribilemque manu vibrata falarica dextra Det sonitum. Et *Liv. 34. 14.* Ut emissis soliferreis falaricisque, gladios strinxerunt. Adde *Enn.* apud *Non. 18. 20.*

FALANDUM, *seu potius* Falantum, i, n. Est caeli nomen apud Hetruscos, ab altitudine dictum, teste *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll. Döderlein* vero apud *Fabretti, Gloss. Ital. p. 456.* et *seq.* putat, *falantum* esse Graecorum φάλανθον; h. e. flavum, quam adiectivi formam, inquit, Graeci quidem usurpabant nonnisi de calvis, non aliam tamen ob causam, quam quod calvorum cranium renidet. V. *Fabretti loc. cit.*

FALANTUM. V. voc. praeced.

FALBUS, a, um. Adiect. quod idem videtur, quod *fulvus*, unde et *fulvus* pro *falbus* scriberet *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 138. n. 37.*, ubi *falbus, fulvus, helvus*. Italice quoque *falbo* dicitur color subniger equorum. Cf. FULVUS.

FALCĀRĬUS, ii, m. Nomen a *falx*, quo significatur is, qui falces conficit. Hinc factum nomen vico cuidam Romae, quod ibi falcarii habitarent. *Cic. 1. Cat. 4.* Dico te priori nocte venisse inter falcarios. Adde *Sall. 18.* V. LIGNARIUS. — *Gloss. Lat. Gr.* Falcarius; δρεπανοποιός. — **2)** In *Gloss. Isid.* Falcarius, gladiator falcem gerens.

FALCASTRUM, i, n. *Isid. 20. Orig. 14. 5.* Falcastrum a similitudine falcis vocatum. Est autem ferramentum curvum cum manubrio longo ad densitatem veprium succidendam. Hi et runcones dicti, quibus vepres secantur, a runcando dicti.

FALCĀTŌRĬUS. V. SCULTATORIUS.

FALCĀTUS, a, um. Adiect. a *falx*, participiorum more effictum; formam falcis habens; *simile a falce, falcato*. *Plin. 10. 24. 2.* In

Digitized by Google

sublime caudam quoque falcatam erigens. *Id. 17. 11. 3.* Serendas *(amygdalas)* quam maxime falcatas, et e novella; *h. e.* quae maxime altera sui parte in modum falcis curvatae sint. Sic *Id. 15. 28. 1.* Digitorum omnis longitudo illis (praeduicibus siliquis; *alis carobe)* et interim falcata. *Sil. 3. 578.* Falcatus ensis. *Ovid. 11. Met. 224.* Est sinus Haemoniae curvos falcatus in arcus. Et *5. ibid. 681. de delphinis,* falcata novissima cauda est. — **B)** Item falcibus instructus, armatus, ut falcati currus, quadrigae, axes, apud *Liv. 37. 41., Curt. 4. 9., Hirt. B. Alex. 75.* et *Val. Flacc. 6. 103.* et *387.* Horum curruum usus fuit in praeliis, concitatis equis in medias acies permittendo, ut prominentibus a temone hastis, ad axes falcibus et ad rotarum radios, quidquid incurrerent, abscinderent, lacerarentque. Pluribus eos describunt *Liv.* et *Curt. locc. citt.* — Antiquitatem curruum falcatorum testatur quoque *Vulg. Interpr. Iudic. 1. 19., 4. 3.* et *13.* — **3)** Translate. *Fulgent. 1. Mythol. 24.* Falcata cautela; *h. e.* dolosa, quia falx curva est, et curva linea insidiosa dicitur.

FALCĬCŬLĂ, ae, f. Diminut. a *falx;* parva falx. *Pallad. 1. 43.* Falciculas brevissimas tribulatas, quibus filicem solemus abscindere. Adde *Arnob. 6. p. 209.*

FALCĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *falx* et *fero;* falcem ferens. *Sil. 17. 418.* Agmina falcifero circumvenit arcta covino; *h. e.* falcato. Adde *Ovid. 15. Met. 930.* — **B)** Speciatim est cognomen Saturni, quod primus in Italia agriculturae usum credatur indicasse: vel quod tempus omnia metat, exsecet et incidat, ut *Macrob. 1. Saturn. 7.* et *8.* docet. Hinc *Ovid. ib. 218.* falciferum senem vocat. Sic *Martial. 5. 16.* Falciferi defendere templa Tonantis.

FALCĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *falx* et *gero;* idem ac falcifer et eodem usu. *Auson. Eclogar. de Fer. Rom. 56.* Falcigerum placant sanguine Caeligenam.

FALCĬPĔDĬUS, a, um. Adiect. a *falx* et *pes;* qui pedes habet in modum falcis curvatos, vel crura, simulant quae cornua Lunae, ut *Martial. 2. 53.* locatur. *Petron. fragm. Tragur. 75. Burm., ubi tamen alii leg.* fulgipedius. V. FULGIPEDIA.

FALCĬTO, as, āre. Verbum transitiv. a *falx;* falce seco. Legitur in *Gloss. Isid.* Falcitat, putat, secat.

FALCO, ōnis, m. Nomen avis, Graece quoque φάλκων apud *Suidam,* ex accipitrum genere, quod ungues more falcis habeat introrsum flexos; *falcone. Serv.* ad *10. Aen. 145. Firmic. 5. Mathes. 8. n. 2.* Equorum nutritores, accipitrum, falconum, ceterarumque avium, quae ad aucupium pertinent. *Sidon. 5. ep. 5.* Anaside hilario *(al.* harilao, *al.* harilio) vetere novus falco prorumpas. — **B)** *Falcones* etiam illi homines dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati, a similitudine falcis. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* et *Serv. ibid.*

FALCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *falx;* parva falx; *falcetto. Cato, RR. 11.* Falculae vinaticae, ruscariae. *Colum. 12. 18.* Falculae et ungues parandi et exacuendi sunt. — **B)** A similitudine falculae, appellantur corvae acutaeque ungues quorundam animalium, ut felium, pardorum, etc. *Plin. 8. 17. 1.* Pardos, pantheras, leones et similia, condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne refringatur, hebeteturve, ingredi; aversisque falculis currere, nec nisi appetendo protendere.

FĂLĔRĔ, is, n. Verbum est architecturae. *Varr. 3. RR. 5. ad fin.* Subter columnarum stylobatem est lapis, a falere pedem et dodrantem altus: ipsum falere ad duos pedes altum a stagno, latum ad quinque. — Ad quem loc. *Scalig.* Falere vocat id, quod magis proprie esset pila: χηλὸν vocat Thucydides, *Virgil.* saxeam pilam. Sustinet autem falere omne peristylii onus et stagno oppositum et oppilatum est. Itaque pilae litoribus immolitae a Veteribus *faleria* dicuntur, quia ante *haleria* dicerentur παρὰ τὴν ἅλα, sal. Argumento, quod Falerii populi ita dicti sunt, quia apud eos sal fieret; antea Halerii dicti, auctore *Festo* apud *Paul. Diac. p. 91. Müll.* Nisi sit, quod omnia alta φάλερα vocabant Graeci. Hactenus *Scalig.* At *Turnebus* interpretatur crepidinem lapideam stagnum ambientem, nomine scilicet a candore lapidis imposito; Graece enim φαληρὸς significat candidum; unde etiam Athenis portus Phalereus a candido lapide dictus. — Haec *Forcellinus;* quae tamen minus probare videtur *Müller* ad *Fest. loc. cit.,* qui *falere* a *fala* duceret.

FĂLĔRĪNUS, a, um. V. voc. seq. §. 1. *sub fin.*

FĂLERNUS, a, um. Adiect. a *Falernum,* quod est nomen oppidi Italiae in Campania (de quo V. in ONOM.); ad Falernum pertinens, ut *Falernum, i,* n., absolute, vel *Falernum vinum,* quod in eius agro generosissimum et Latinis celeberrimum fiebat, secundae nobilitatis a Caecubo, maxime quod in campis Faustianis (nunc *Falciano,* incolis *vino rarissimo,* inquit *Harduin.)* colligebatur. Trium generum fuit, austerum, dulce, tenue. Sed austerum praecipue, ac vetus laudant *Horat.* qui *ardens* appellat *2. Od. 11. 19.* et *severum, 1. ibid. 27. 9.* et *forte, 2. Sat. 4. 24.* et *Martial. 9. 94. 1.* qui *immortale;* maxime enim omnium ferebat aetatem, et *Tibull. 2. 27.* qui *fumosos Falernos; h. e.* Falerni cados, et *Pers. 5. 3.* ac *Lucan. 10. 165.* qui *indomitum* et *Iuvenal. 13. 216.* qui *acre.* Eius enim tanta vis fuisse dicitur, ut solum vinorum flammam accenderet, teste *Plin. 14. 8. 5.,* ut hodieque facit quae dicitur *acquavite.* Ideo ditiores et delicatiores Chio, quod dulce erat, solebant miscere, ut est apud *Horat. 1. Sat. 10. 24.* et *Tibull. loc. cit.* — *Falerinum* etiam absolute dicitur in *Edict. Diocles. ad fin.* Falerini Italicum f *(lege* sextarium) unum, *h. (h. e.* denariis) triginta. — **B)** Hinc Falernae vites, *Horat. 1. Od. 20. 10.* uvae, *Id. 2. ibid. 6. 19.* cellae, *Virg. 2. G. 96.* prela Falerna, *Propert. 4. 6. 75.* musta, *Martial. 13. 120.* etc. Apud *Flor. 2. 6.* Falerni saltus. Et *1. 16.* Falernus mons; *h. e.* Massicus, qui Falerno agro est iunctus. *Cic. 13. Phil. 5.* memorat *Falernum; h. e.* praedium, quod Pompeii fuerat. — **B)** De origine huius vini fabellam texit *Sil. 7. 162.* et *seqq.,* forte in eam regionem venisse Bacchum in Hispaniam profficiscentem, hospitioque a Falerno sene exceptum, cum vina in coena nulla essent, fecisse, ut subito pocula vino plena apparerent, tam dedisse agro vicinoque monti Massico eam vim, ut sequenti luce vites racemis onustae exsisterent, quarum bonitas paulatim experta omnibus, in eam auctoritatem transiit, ut palmam facile inter vina consecuta sit. — **4)** *Falerna pira* genus pirorum sunt, succi magna vi abundans, qui *lacte* vocatur. *Harduin.* ad *Plin. 15. 16. 1.* dici ait Gallice *poire sucre.* Lexicographi Etrusci vertunt *pere bergamotte. Plin. loc. cit.* Cunctis Crustumia gratissima: proxima iis Falerna, a potu, quoniam tanta vis succi abundat: lacte hoc vocatur, etc.

FĂLISCUS, a, um. Adiect. a *Falisci,* qui populi Hetruriae sunt (de quibus V. in ONOM.); ad Faliscos pertinens. Hinc Faliscam barbam laudat *Ovid. 3. Amor. 13. 14., 1. Fast. 84., 4. Pont. 4. 32.* et *ibid. 8. 44.,* laudat, inquam, ob id maxime, quod candida armenta gignebat et propterea apta victimis: quod *Plin. 3. 8. 2.* virtuti aquarum eius regionis adsignat. — **B)** Quas *Cato, RR. 4.* memorat *bonas praesepes, faliscas clathratas,* et *14. praesepes bubus hibernas, aestivas faliscas,* putat *Turneb. Adversar. 1. 14. c. 2.,* intelligendas esse praesepes lignis in clathri modum intervallo distinctis confectas, in quibus pabulum gramineum et herbaceum bubus apponitur: ideoque easdem dici *aestivas,* quia aestate foenum herbaeque dantur; cum hibernas perpetuo ligno in modum canalis constare oporteat, quia hieme pabulum minutum iis datur, hordeum, lupinum, ervum et huiusmodi, quae clathratis lignis contineri non possent. Porro *faliscas* vel dictas esse a *falis,* vel potius a Falincis populis, qui huiusmodi praesepibus usi sint. Alii putant dici, quasi *paliscas,* a palis, seu lignis, quibus clathri constant. — **3)** *Faliscus venter* et *faliscus* absolute est venter suillus, aut alterius animalis, farcimine plenus, conditusque more a Faliscis usurpato. *Varr. 3. LL. 22., Stat. 4. Silv. 3. 35.* et *Martial. 4. 46.* — **4)** *Faliscum metrum* constat tribus dactylis, et pyrrhichio, ut est hoc, Docta Falisca, Pheronyme, paras. *Serv.* in *Centimetr. p. 1824. Putsch.*

FALLĂ, ae, f. Verbale a *fallo;* fallacia, fraus. *Nov.* apud *Non. 2. 316.* Me non vocavit; ob eam rem hanc feci fallam. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 462.* Falla, fallacia, artificii subtilitas.

Nota. *Forcellinus* recensuit *Nonii* exemplum sub v. FALA, cuius esse translatam significationem duxit.

FALLĀCĬĂ, ae, f. Abstractum a *fallax,* cuius etymon sic exponit *Varr. 6. LL. 7.* A fando falli, falsum, fallacia, quae propterea quod fando quem decipit, ac contra quam dixit, facit. Itaque si quis re fallit, in hoc non proprio nomine fallacia, sed translatione, ut a pede nostro pes lecti, ac pes betae. — **b)** Alia forma est *fallacies, ei,* apud *Apul. 5. Met.* Fallacie germanitatis inducta. — **c)** Item *fallacitas,* de qua V. suo loco, coll. voc. praeced.

FALLACIA proprie est quidquid ad fallendum fit, aut dicitur, praecipue vero cum aliud promittitur, aliud praestatur; *inganno, fallacia, furberia. Cic. 3. Nat. D. 29. extr.* Doli, machinae, fallaciae, praestigiae num sine ratione esse potuerunt? *Id. Rosc. Com. 7.* Ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur. *Id. 2. Orat. 46.* Nihil est opus simulatione et fallaciis. *Id. 1. Att. 1.* Praesare sine fuco et fallaciis. *Hirt. B. Alex. 24.* Fallaciis aliquem eludere. *Plaut. Pseud. 2. 4. 15.* Per malitiam et per dolum et fallaciam. *Id. ibid. 4. 7. 97.* Fallaciis ab aliquo mulierem abducere. *Id. Asin. 2. 1. 2.* et *4.* Fingere fallaciam. *Id. Cas. 3. 1. 6.* et *Ter. Andr. 1. 3. 7.* Astutam fallaciam facere. *Plaut. Poen. 3. 3. 29.* componere. *Ter. Heaut. 3. 2. 2.* intendere in aliquem. Et *3. 3. 36.* invenire. *Plaut. Poen. 1. 1. 67.* et *Pseud. 2. 4. 75.* Fallaciam ferre; *h. e.* inferre, adhibere. Sic *Ter. Andr. 2. 6. 1.* portare alicui. *Plaut. Cist. 2. 2. 5.* Admoenire fabricas et fallacias. *Phaedr. 3. 16.* Fallacia aggredi aliquem. Et *1. 31.* Consilium vertere ad fallaciam. *Petron. Satyr. 128.* Fallaciam proditione detegere, *aut* detexere; *scoprire.* — *Plin. 14. 28. 6.* Diligenti scito legum contra bibendi fallacias; *artifizi per mostrar di bere.* — **B)** Tribuitur et rebus inanimis. *Colum. 11. 2. circa med.* Nonnulli gustu explorare uvae maturitatem tentaverunt: sed haec ipsa res ha-

Digitized by Google

bet aliquam fallaciam. — **B)** De fascinatione et praestigiis magicis, *Propert. 1. 1. 19.* At vos, deductae quibus est fallacia lunae, Et labor in magicis sacra piare focis.

FALLĀCĬES, ei, f. V. voc. praeced. §. b.

FALLĀCĬLŎQUENTĬA, ae, f. Abstractum a *fallax* et *loquentia*; sermo fallax: *parlare ingannevole. Accius* apud *Cic. 4. Fin. 25. malitias fallaciloquentias*, ut quidem legit *Non. 2. 348.* vel *fallacis loquelas:* alii vero melius *fallaciloquas*. Cf. voc. seq.

FALLĀCĬLŎQUUS, a, um. Adiect. a *fallax* et *loquor;* qui fallaciter loquitur. *Cic. 4. Fin. 25.* Ex ea difficultate illae fallaciloquae, ut ait Accius, malitiae natae sunt.

FALLĀCĬŌSUS, a, um. Adiect. a *fallacia;* fallaciis plenus; *ingannevole. Gell. 14. 1. ad fin.* Quibus huiusmodi ambages fallaciosae confutantur. *Id. 7. 5. a med.* Argumenta vafra et fallaciosa. *Apul. 8. Met.* Fallaciosa promissio. Et *9. ibid.* Fallaciosa mulier.

FALLĀCĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fallax*, idem fere quod fallacia. — Legitur in *Gloss. Cyrill.* Ἀπάτη; fraus, seductio, fallacitas.

FALLĀCĬTER. Adverb. a *fallax*. — Superlat. *fallacissime*, infra. — Est per fallaciam, dolose; *fallacemente, con inganno. Cic. Dom. 29.* Qui non ficte et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt. *Id. 3. Offic. 17.* Ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter. *Id. 1. Divin. 18.* Fallaciter portenta interpretari. *Id. Partit. 25.* Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. *Id. Har. resp. 23.* Fallacissime se venditare alicui. *Plin. 12. 35. 4.* Myrrha fallacissime adulteratur.

FALLAX, ācis, omn. gen. Adiect. verbale a *fallo*, quod est a *for.* Hinc *Isid. 10. Orig. 105.* « Fallax, quod *fundo*, idest, loquendo decipiat. » Cf. FALLACIA §. a. — **b)** *Fallacem* in genit. plur. pro *fallacium*, habet *Catull. 30. 4.* Nec facta impia fallacum hominum caelicolis placent. — **c)** Comparat. *fallacior* §. *1.*, superlat. *fallacissimus* §. *1.*

FALLAX proprie est qui fallit; *h. e.* promittit et non praestat, vel aliud promittit, aliud praestat, dolosus, mendax; *fallace, ingannevole, fradolente*. Dicitur tum de personis, tum de rebus. *Cic. 1. Divin. 19.* Astrologi vani atque fallaces. *Id. Dom. 9.* Homo terterrimus, crudelissimus, fallacissimus. *Id. 12. Phil. 2. extr.* Spes falsa atque fallax. *Id. 4. Acad. 15.* Fallaces et captiosae interrogationes. *Id. 3. Nat. D. 30.* Malitia est versuta et fallax nocendi ratio: *Id. 4. Acad. 46.* Fallax imitatio simulatioque virtutis. *Id. Rabir. Post. 14.* Merces fallaces et fucosae. *Val. Flacc. 3. 186.* tenebris fallacibus acti. *Ovid. Rem. am. 687.* At tu nec voces (quid enim fallacius illis?) Crede, nec aeternos pondus habere Deos. *Cic. 2. Divin. 43.* Oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quae ratione atque animo videre debebant. *Id. Amic. 19.* Ut tanquam in herbis non fallacibus, fructus appareat. *Ovid. 1. Art. am. 401.* Non semper credenda Ceres fallacibus arvis. *Virg. 1. G. 195.* Siliquae fallaces. *Id. 5. Aen. 850.* Credere fallacibus Austris. *Plin. 8. 8. 1.* Convallis manu facta et longo tractu fallax; *h. e.* quae exitum habere videtur, sed re vera non habet. *Id. 5. 34. 1.* Fallacia vada. *Id. 3. 12. 1.* Planaria insula a specie dicta, aequalis freto, ideoque navigiis fallax. *Virg. 3. Ecl. 24* fallax herba veneni; *h. e.* quae non videtur et est venenata. — Cum genitivo. *Tacit. 16. Ann. 32.* Homines specie bonarum artium falsi et amicitiae fallaces. — **B)** Absolute *Plin. 36. 62. 1.* Subdialia pavimenta Graeci invenere, tubibus domos contegentes tractu tepente: sed fallax, ubicumque imbres gelant.

Nota. Iuter *fallacem* et *mendacem* hoc discrimen statuit *Isid. 1. Differ. n. 210.* « Omnis homo fallax id agit, unde quisque fallatur; non autem omnis vult fallere, qui mentitur. Sicut mimi et comoediae et multa poemata, ubi mendacium delectandi potius studio quam fallendi voluntate scribitur. Nam et omnes fere qui locantur, mentiuntur. » Cf. FALLO in *Nota* II. — **B)** Item inter *pellacem* et *fallacem* hoc interest, inquit *Id. ibid.* in *App. n. 180.*, quod fallax infidelis dicitur, *pellax* in verbis, ab appellendo, id est, per se loquendo. » Cf. PELLAX.

FALLĪBĬLIS, le. Adiect. verbale a *fallo;* proprie qui falli potest. — Active qui fallit seu decipit. — Legitur hoc sensu in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 561.* Fallibilis, subdolus, malitiosus, mendax, insidiosus.

FALLO, fallis, fefelli, falsum, fallere. Verbum transitiv., quod *Varro, 6. LL. 7.* ducit a *fando*. V. FALLACIA §. a., coll. FALLAX §. a. Alii melius a σφάλλω; supplanto, everto. — **b)** *Fallier* pro *falli* est apud *Pers. 3. 30.* — **c)** Praeteritum passivum *falsus sum*, V. FALSUS §. 1., pro quo *fefellitus sum* habetur apud *Petron. fragm. Tragur. 61. Burm.* — **d)** Particip. *fallens* §. *1.* et *5.*, *fallendus* §. *1.*, *falsus*, V. suo loco. — **e)** Derivata, *falla, fallacia, fallaciosus, fallacitas, fallaciter, fallax, fallibilis, falcarius, falsatio, falsa, falsimonia, falsitas, falso, falsosus*. — **f)** Composita, *fallaciloquentia, fallaciloquus, falsidicentia, falsidicus, falsifico, falsiturius, falsiloquium, falsiloquus, falsiparens, falsitestis, infalso, perfalsus.*

FALLO proprie videtur esse eius, qui verbis decipit: latius vero eius, qui quacumque ratione; decipio, in errorem induco; *ingannare, trarre in errore*. Refertur tum ad res, tum ad personas. *Cic. Rosc. Am. 40.* Induxit, decepit, destituit, omni fraude et perfidia fefellit. *Ter. Eun. 2. 3. 93.* Referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. *Id. Andr. 3. 2. 13.* Fallere aliquem dolis. *Id. Heaut. 3. 1. 61.* Falli te sinas technis per servulum. *Virg. 1. G. 139.* Tum laqueis captare feras et fallere visco Inventum. *Curt. 4. 9.* Cum lubrica saxa vestigium fallerent. *Horat. 1. Ep. 5. 31.* Atria servantem postico falle clientem. *Plaut. Bacch. 4. 4. 43.* Ut senem hodie doctum docte fallas aurumque auferas. *Ovid. 15. Met. 474.* Nec volucrem viscata fallite virga. *Id. 3. Amor. 11. 45.* per omnes, Qui dent fallendos se tibi saepe, Deos. *Gell. 20. 1.* Nisi me fallit memoria. *Cic. 1. Fam. 6.* et *Caes. 3. B. C. 86.* Opinionem alicuius fallere. *Auct. declam. 13. Sallust. 1.* Longe opinione falli. *Nep. Agesil. 3.* In quo eum opinio fefellit. *Id. Alcib. 8.* Neque ea res illum fefellit. *Cic. Sull. 4.* Nam id me multum fefellit. *Plin. 35. 6. 2.* Fallit plerosque, quod arbitrantur, etc. *Ter. Hecyr. 3. 1. 2.* Nec pol me multum fallit, quin quod suspicor, sit quod velit; *nè m'inganna di molto. Ovid. 1. Art. am. 450.* dominum sterilis saepe fefellit ager. *Phaedr. 3. 8.* spes fefellit impudentem audaciam. *Cic. 12. Phil. 8. extr.* Is enim sum, nisi forte me fallo, qui vigiliis, curis, periculis perfecerim, ut etc. *Id. Rosc. Am. 47.* Permultos et ego novi, et (nisi me fallit animus) unusquisque vestrum. *Id. 8. Att. 7.* Nisi me omnia fallunt, deseret. *Senec. ep. 93. a med.* Omnia me fallunt, nisi etc. *Cic. 3. Fam. 20. a med.* Nisi quid me fallit. — locose. *Ter. Phorm. 1. 4. 44.* Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit. — Cum infinito. *Lucan. 7. 288.* caelumque tremens cum lancea transit, Dicere non fallar, quo sit vibrata lacerto; *non fallerò dicendo*. — Impersonaliter. *Cic. 14. Att. 12.* Qui quidem semper erunt clari; conscientia vero facti sui etiam beati. Sed nos, nisi me fallit, iacebimus. *Id. 1. ad Brut. 18. sub fin.* Maximus autem (nisi me forte fallit) in republ. nodus est, inopia rei pecuniariae. *Id. 2. Offic. 7.* Nec eum fefellit. *Varr. 2. RR. 1.* Vide, ne te fallat. Adde *Cic. Coel. 19.* — Absolute. *Liv. 29. 38.* Veriti, ne falleret bis relata eadem res. *Caes. 4. B. G. 13.* Simul, ut, si quid possent, de inducliis fallendo impetrarent. *Horat. Epod. 16. 45.* Germinat et nunquam fallentis termes olivae. *Caecil.* apud *Cic. 3. Nat. D. 29.* Neque quo pacto fallam, neque quid inde auferam . . . Scio quicquam. *Cic. 1. Offic. 13.* Totius iniustitiae nulla capitalior quam eorum, qui, quum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. Adde *1. Divin. 14.* — **B)** Hinc *fallere pro aliquo* est, *facilmente passare per un altro:* videri esse aliquem. *Gell. 7. 14.* Plerumque inflati atque tumidi *(in dicendo)* fallunt pro uberibus. — **B)** Passive, sensu medio. *Virg. 5. Aen. 49.* Iamque dies, ni fallor, adest. *Val. Flacc. 4. 674.* sequor o, quicumque Deorum, Aesonides, vel faller, ait. Et *8. 331.* Fallor? an hos nobis magico nunc carmine ventos Ipsa movet? *Horat. Art. P. 42.* Ordinis haec virtus erit et Venus, aut ego fallor. *Nep. Epam. 5.* Quod me Agamemnonem aemulari putas, falleris. *Plin. 10. 59. 1.* Falli memoria; *dimenticarsi. Stat. 4. Silv. 3. 117.* visu; *travedere*. — **4)** Deinde

II. *Fallo* eleganter dicitur de iis, quae latent et scientiam visumve nostrum effugiunt. *Curt. 4. 10.* Nulla adeo avia lacuna erat, quae vestigantium sitim falleret. *Ovid. 4. Met. 85.* Fallere custodes nocte silenti. Et *15. ibid. 462.* Mors tantum vellem matrem mea fallere posset. *Id. 1. Trist. 2. 98.* acta Deos nunquam mortalia fallunt. *Horat. 1. Ep. 6. 45.* Exilis domus est, ubi non et multa supersunt, Et dominum fallunt. *Quintil. 8. 2. 13.* Fallunt etiam verba vel quibusdam regionibus familiaria, vel artium propria; *h. e.* ignorantur. *Horat. 3. Od. 14. 19.* Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa; *h. e.* latere. Sic *Liv. 22. 33.* Speculator Carthaginiensium, qui per biennium fefellerat, Romae deprehensus. *Ovid. 4. Trist. 2. 17.* Nos procul expulsos communia gaudia fallunt. *Id. 3. Art. am. 627.* Littera fallit oculos. *Cic. 3. Att. 23.* In lege nulla esse eiusmodi capita, te non fallit; *tu sai benissimo, che* etc. *Id. 1. Orat. 60.* Neque enim hoc te, Crasse, fallit, quam multa sint genera dicendi. *Plin. 2. 106. 13.* Quem fallit? *chi nol sa? Id. 9. 74. 1.* Tanta celeritate, ut visum fallant; *non si veggono, non si può accorgersene*. — Passive sensu medio cum genitivo. *Plaut. Epid. 2. 2. 55.* Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen; *sapea però qual che discorreano*. — Impersonaliter. *Ter. Heaut. 3. 2. 5.* Num me fefellit, hosce id struere? *non lo diss' io? Plaut. Bacch. 2. 3. 64.* Non me fefellit: sensi: eo exanimatus fui. Adde *Caes. 3. B. C. 94.* — Cum genitivo. *Lucret. 5. 98.* Nec me animi fallit, quam res nova, miraque menti Accidat. Adde *1. 137.* et *921.* — **5)** Translate. *Horat. 2. Sat. 7. 114.* Vino et somno fallere curam; *divertire. Ovid. 14. Met. 121.* sermone laborem. Et *8. ibid. 651.* sermonibus horas; *passare senza sentirne il tedio. Id. 1. Heroid. 9.* spatiosam fallere noctem. *Id. 3. Trist. 2. 16.* Fallebat curas aegreque corde labor. Et *3. ibid. 7. 39.* Detineo studiis animum, falloque dolores. *Val. Flacc. 5. 319.* tenui luctum solamine fallens. *Plin. 27. 28. 4.* Absinthium pueris dedere in fico

sicca, ut amaritudinem fallerent; *aceto occultè non sentiissero.* — **G)** Speciatim

III. *Fallo* interdum ponitur pro violare; scil. non praestando, quod exspectabatur. *Cic. 1. Offic. 13.* Fidem alicui datam fallere; *mancar di parola. Curt. 7. 10.* promissum. *Tacit. 1. Ann. 73.* Iovem periurio. *Horat. 2. Od. 8. 9.* matris cineres opertos et toto signa cum caelo. *Ovid. 16. Heroid. 284.* legitimi fallere iura tori. *Plin. 7. 58. 1.* Fefellit imperium militaris imprudentia; h. e. non exsecuta est. *Ovid. 9. Met. 696.* mandata alicuius. *Id. 2. Fast. 557.* Brutus adest, tandemque animo sua nomina fallit; h. e. contra agit, ac suum nomen Bruti significabat. — **7)** *Si sciens fallo, tum me Iuppiter*, etc. formula est iurantis et sibi mala precantis, si fidem fefellerit. *Cic. 7. Fam. 1., Plin. Paneg. 64.* et *Fest.* in *Lapidem.* Sic *Propert. 2. 16. 15.* Ossa tibi iuro per matris et ossa parentis: Si fallo, cinis heu sit mihi uterque gravis. Adde *4. 7. 55.* et *Liv. 21. 45.* — **8)** *Fallere* pro fraudare. *Ovid. 8. Met. 480.* arvaque iussit Fallere depositum, vitiataque semina fecit. *Accius* apud *Cic. 3. Nat. D. 29.* Aut tu illum fructu fallas, aut etc. — **9)** Et pro evitare, effugere; *schivare, sfuggire. Ovid. 20. Heroid. 190.* Fallere casses. Et *45.* retia. — **10)** Et pro fingere, simulare decipiendi causa. *Virg. 1. Aen. 687.* Tu faciem illius noctem non amplius unam Falle dolo et notos puerì puer indue vultus. — **11)** Et pro abscondere, tegere. *Ovid. 3. Fast. 22.* Et sua divina furta fefellit ope. *Propert. 4. 5. 14.* Et sua nocturno fallere terga lupo; h. e. formam suam sub forma lupi tegere.

Nota I. Constructio verbi colligi potest praesertim ex §. 1. et 2. — **Nota II.** Inter *fallentem* et *mentientem* hoc discrimen statuit *Isid. 1. Differ. n. 381.* « Considerandum est, quod ille mentitur, qui vult videri quod non est: qui autem non volens aliud putat quam est, non mentitur, sed fallitur. Inest ergo omni mentienti voluntas fallendi: res autem fallendi, voluntas non est mentiendi. Nam et lapis fallit et multa corpora specie fallunt, ut remi tracti in unda, dum sint integri: sed et turres, quasi currentes, oculos navigantium fallunt. Et tamen hoc naturae agunt specie, non mentiendi voluntate. » Cf. FALLAX, FALSARIUS et FALSUS in *Nota*.

FALSĀRĬUS, ii, m. Verbale a *fallo;* qui decipiendi gratia scripta publica corrumpit, ut testamenta, etc.; *falsario, falsificatore. Suet. Ner. 17.* Adversus falsarios tum primum repertum, ne tabulae, nisi pertusae, ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur. *Id. Tit. 3.* Imitari chirographa, quaecumque vidisset, ac profiteri, se maximum falsarium esse potuisse. *Tertull. Idol. 8.* Credo falsarios utique non pedibus, sed manibus operari malas litteras.

Nota. Inter *falsarium* et *mendacem* ita distinguit *Cato* apud *Isid. 1. Differ. 220.* « Negare quod verum est, falsitas est, fingere quod verum non est, mendacium est. Unde et Cato: *Tu*, inquam, *si verum supprimis* (al. *vera nobis supprimis*), *falsarius agnoseris; si falsa confingis, mendax esse videris* (al. *iudicaberis*). »

FALSĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *falso;* actus falsandi; *falsificamento. Hieronym. 2. in Rufin. 5.* Falsatio Apostolorum ab haereticis. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 20. 1.* et *4. ibid. 35. 8.*

FALSĀTUS, a, um. Particip. verbi *falso;* corruptus, adulteratus; *falsificato, falso. Hieronym. 2. in Rufin. 5. a med.* Liber Hilarii falsatus ab haereticis. V. FALSO, as.

FALSĔ. Adverb. a *falsus.* — Superlat. *falsissime*, infra. — Est falsaliter, inaniter; *falsamente. Cic. 4. Acad. 46.* Assentiri falso alicui rei. *Augustin. 10. Confess. 13.* Quae adversus haec falsissime disputantur. *Sisenn.* apud *Charis. 2. p. 179. Putsch.* Iudicium false factum. Cf. FALSUS, a, um. §. 9. et in *Nota*.

FALSĬDĬCENTĬA, ae, f. Abstractum a *falsidicus;* falsiloquium. *Iul. Val. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *2. 2.* Increpare vatem falsidicentiae coeperat.

FALSĬDĬCUS, a, um. Adiect. a *falsus* et *dico;* qui falsa consuevit dicere. *Plaut. Capt. 3. 5. 13.* Quia me meamque rem . . . Tuis scelestis falsidicis fallaciis Dilaceravisti. Adde *Trin. 3. 3. 40.* et *Acc.* apud *Priscian. 6. p. 709. Putsch. Auson. epigr. 118. 17.* Falsidici vates, temerant qui carmine verum. *Bonifac. pap. ep. 1. n. 3.* Falsidica relatione deceptus.

FALSĬFĬCĀTUS, a, um. Particip. verbi *falsifico;* corruptus, adulteratus. *Prudent. Hamartig. 551.* Nil de pestiferis opibus, aut falsificatis Terrarum spoliis stulto oblectamine libans. Cf. voc. seq.

FALSĬFĬCO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *falsus* et *facio;* corrumpo, adultero; *falsificare.* Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Falsifico; παραφθειρω. Cf. voc. praeced. et seq.

FALSĬFĬCUS, a, um. Adiect. verbale a *falsifico;* qui facit fallacias; *falsario. Plaut. Mil. 2. 2. 56.* Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsiiurium.

FALSĬIŪRĬUS, a, um. Adiect. a *falsus* et *iuro;* qui falsa iurat; *spergiuro.* — Utitur *Plaut.* loc. cit. in voc. praeced.

FALSĬLŎQUAX, ācis, omn. gen. Adiect. a *falsus* et *loquax*, idem fere ac falsiloquus. *Venant. 1. Vit. S. Martin. 101.* Mentitas speciem humanae sub imagine formae, Falsiloquax perenne fide, male doctus in arte, Quod peteretur iter, quaerit. *Gloss. Lat. p. 158. n. 46. Hild.* Falsiloquax, mendax.

FALSĬLŎQUĬUM, ii, n. Nomen a *falsus* et *loquor;* falsa loquutio, mendacium. *Augustin. procem. Retractat. ad fin.* Ex multiloquio incidunt in falsiloquium. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 9. 5.* et *Hilar. 10. de Trinit. 2.*

FALSĬLŎQUUS, a, um. Adiect. a *falsus* et *loquor*, qui falsa loqui consuevit. *Plaut. Mil. 2. 2. 56.* Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsiiurium, etc. Adde *Prudent. Apotheos. 107.* et *Vulg. Interpr. Iob, 16. 9.*

FALSĬMŌNĬA, ae, f. Abstractum a *falsus*, syllabica adiectione productum; fraus, fallacia; *frode, fallacia. Plaut. Bacch. 3. 6. 12.* Quos cum censeas tibi amicos, reperiuntur falsi falsimoniis.

FALSĬPĂRENS, entis, omn. gen. Adiect. a *falsus* et *parens;* qui falsum habet parentem, id est cuius pater is esse creditur, qui minime est. *Catull. 68. 111.* Quod quondam caesis montis fodisse medullis Audit falsiparens Amphitryoniades.

FALSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *falsus;* vitium, quo id asserimus esse, quod non est: item ipsa res falsa; *falsità. Cic. Cluent. 2.* Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti, et parum virium falsitas habet, etc. *Alii leg.* veritas habet. *Arnob. 1. p. 33.* Inditae scriptis falsitates.

Nota. Discrimen inter *falsitatem* et *mendacium*, V. supra sub V. FALSARIUS in *Nota*.

FALSĬTESTIS, is, m. Nomen a *falsus* et *testis;* qui testatur falsum; *falso testimonio. Gloss. Philox.* Falsitestis; ψευδομάρτυς.

FALSŌ, adverb. V. FALSUS, a, um.

FALSO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie intensiv. a *fallo*. — Particip. *falsans*, infra, *falsatus*, V. suo loco. — Est falsum facio; *falsificare. Modestin. Dig. 48. 10. 32.* Qui ponderа, aut mensuras falsassent. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. Praef. 1.* Falsantes verbo Domini. — *Gloss. Isid.* Falsatus sum; deceptus sum. Cf. FALSATIO.

FALSŌSUS, a, um. Adiect. a *falsus;* qui fallaciis plenus est, et saepe fallit, seu decipit. Legitur in *Gloss. Isid.* Falsosus, circumventosus, deceptosus. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 524.* Falsosus, deceptosus.

FALSUM, i, n. V. voc. seq. §. 6.

FALSUS, a, um. Particip. verbi *fallo*, adiectivorum more saepe adhibitum. — Hinc comparat. *falsior*, de quo *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 92. Müll.* Falsius et falsior cum rationabiliter dici possint, non tamen sunt in consuetudine. *Petron.* tamen *Satyr. 132. extr.* Nihil est hominum inepta persuasione falsius, nec ficta severitate ineptius. — Superlat. *falsissimus* §. 4.

FALSUS proprie est qui fallitur, seu deceptus est, participiorum more; *chi si è ingannato. Ter. Andr. 4. 1. 25.* Me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo! *Pam.* Falsus es; *ti se' ingannato. Plaut. Men. 5. 2. 5.* Id quam facile sit mihi, haud sum falsus. *Id. Aul. 2. 1. 4.* Haud falsa sum, nos odiosas haberi. *Ter. Eun. 2. 2. 43.* Ut falsus animi est! *Sil. 13. 886. de Annibale.* Assyrio famulus regi, falsusque cupiti Ausoniae motus; h. e. frustratus spe excitandi in Romanos belli. *Auson. epist. 22. 13.* Hic saepe falsus messibus vegrandibus, Nomen perosus villici; h. e. deceptus a messe minus copiosa. — **2)** Hinc *falsum habere* est fallere, decipere. *Sall. Iug. 10.* Neque ea res falsum me habuit. — **3)** Saepe tamen adiectivorum more dicitur de eo, qui fallit, decipit; *ingannatore, infedele, mendace. Cic. 2. Divin. 11.* Testes aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. *Catull. 30. 1.* Alfene immemor, atque unanimis false sodalibus. *Sall. Cat. 10.* Ambitio multos mortales falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere. *Ovid. 7. Heroid. 67.* falsae periuria linguae. *Claudian. IV. Cons. Honor. 278.* Falsus amicis. — **4)** Saepissime est fictus, simulatus, vanus, inanis, mendax; *falso. Sall. Cat. 51. extr.* Falsum aliquid pro vero credere. *Plaut. Rud. prol. 13.* Qui falsas lites falsis testimoniis petunt. *Horat. 1. Ep. 16. 39.* Falsus honor iuvat, et mendax infamia terret. *Cic. Rosc. Am. 38.* Pro re certa spem falsam domum retulerunt. *Id. 2. Divin. 62.* Falsa et mendacia visa. Et *ibid.* Visa falsa et inania. *Id. 2. Nat. D. 21.* Omnis ordo, veritas, ratio, constantia: quaeque his vacant, ementita et falsa, plenaque erroris sunt, etc. *Id. 2. Orat. 45.* Nihil nisi falsum, et imitatione simulatum. *Id. Fiace. 17.* Falsae et corruptae litterae. *Id. 12. Phil. 2. extr.* Spe falsa atque fallaci errare. Et *11. ibid. 2.* Summae benevolentiae falsi indices. *Plin. 16. 54. 1.* Falsa definitio. *Quintil. 12. 10. circa med.* ratio. *Plin. 9. 46. 2.* Falsa opinio. *Horat. 3. Od. 7. 14.* Falsa crimina. *Ter. Hecyr. 5. 4. 2.* Falsum gaudium. *Id. Eun. 1. 1. 22.* Falsa lacrimula. *Colum. 1. 6. circa med.* Id autem falsissimum est. *Plin. 33. 46. 2.* Falsa moneta, falsus denarius. *Cic. 3. Orat. 25.* Molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsae vo-

Digitized by Google

rulae, quam certae et severae; *falsetto, voci contraffatte, canto in quilio*. — Cum genitivo. *Plin. 12. 41. 1.* Felix appellatur Arabia, falsa et ingrata cognominis. — **5)** Item de eo, qui videri vult, aut qui putatur is esse, qui re vera non est; *finto, creduto. Virg. 3. Aen. 303.* in luco, falsi Simoentis ad undam, Libabat cineri Andromache. *Val. Flacc. 8. 265.* neque enim fugit aequore raptor Iuppiter, aut falsi sequimur vestigia tauri. *Stat. 7. Theb. 739.* Lernaeum falso simulans Aliagmona vultu. — **6)** Absolute, substantivorum more,

FALSUM, i, n. Est res falsa, falsitas; *il falso. Cic. 7. Att. 14.* De quibus ante ad te falsum scripseram. *Ovid. 3. Amor. 3. 11.* Iurare falsum. — In plur. num. *Id. 9. Met. 138.* falsa addere veris. *Horat. 2. Sat. 2. 6.* Acellinis falsis animus. — **7)** Hinc *crimen falsi* est, si quis chirographum alienum imitetur, aut libellum, aut rationes intercidat, vel describat, si falsam monetam cudat, testamentum supponat, pro advocatione, testibusve pecuniam accipiat, etc.; de quibus ICti *Dig. 48. tit. 10.*, qui *Ad leg. Cornel. De falsis* inscribitur. — Hinc falsum facere, et committere *Martian. ibid. leg. 1.* accusare aliquem falsi, *ibid.* subiici poenae falsi, *ibid.* falsi reus, *Papinian. ibid. leg. 12.* et sexcenta huiusmodi. — Absolute. *Quintil. 7. 2. sub fin.* In falso quoque ratio similis: aut enim plures in culpam vocantur, aut unus. — **8)** Adverbiorum more *in falsum* est sine fructu, inaniter et in vanum. Sic *Tacit. 4. Ann. 50. extr.* Tela in falsum facere; *h. e.* sine ictu. — **9)** Hinc pariter absolute, in ablativo singulari.

FALSO, adverbiorum more, est non vere; *falsamente. Cic. Manil. 14.* Hoc incredibile omnibus, et falso memoriae proditum videbatur. *Nep. Alcib. 9.* Alcibiades in Thraciam se abdidit, sperans ibi facillime fortunam suam occuli posse. Falso: nam Thraces insidias ei fecerunt, etc. *Cic. 3. Offic. 18.* Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum videri solet. Falso: nam etc. *Id. 3. Fam. 8.* Ne forte id ipsum verbum ponam, quod alii te aiunt falso in me solere conferri. *Plaut. Amph. 2. 2. 181.* Vir ego tuus sim? ne me appella falsò falso nomine. *Caes. 1. B. C. 14.* Falso nunciare. *Curt. 8. 8.* Quod falso creditum est. *Plaut. Amph. 3. 2. 7.* Falso insimulatus probri. Et *21.* Falso aliquid dicere. *Id. Bacch. 3. 6. 43.* Habere aliquem falso suspectum. *Id. Most. 1. 3. 21.* et 22. Falso laudari, aut vituperari. *Tibull. 3. 3. 20.* falso plurima vulgus amat; *senza ragione, a torto:* immerito. Sic *Sall. Iug. 1.* Falso queritur de natura sua genus humanum. Et *Curt. 3. 2.* Vero ne an falso honos cuique haberetur, ignorari non poterat; *immeritamente*.

Nota I. Discrimen inter *falsum* et *fictum* ita statuit *Isid. 1. Differ. 221.* « *Falsum* ad Oratores pertinet, ubi veritas saepe ita luditur, ut quae facta sunt, negentur; *fictum* vero ad Poetas, ubi quae facta non sunt, facta dicuntur. Falsum est ergo, quod verum non est; fictum quod tantum verisimile est. » Cf. FALSARIUS in *Nota*. — **Nota II.** De adverbiis *falso* et *falso* V. *Hand. Turscll. T. 2. p. 687-689.*

FALVUS. V. FALBUS.

FALX, falcis, f. Nomen parum certae originis. *Furlanetto* videtur, *falx* esse pro *falex* ex πέλεκυς; securis, quod ab Hebr. פַּלָּה, *palàch;* secuit. Minus recte *Varr. 5. LL. 31.* Falces a farre, littera communuta: hae in Campania seculae, a secando: a quadam similitudine harum aliae, ut, quod apertum unde, falces foenariae, et arboreae; et, quod non apertum unde, falces lumariae, et sirpiculae. — *Isid.* autem *Orig. 14. 4.* « Dictae autem sunt *falces*, quod his primum herbam *vel filicem* solebant abscindere. » — **b)** In genitivo multitudinis *falcium* habet, non *falcum. Charis. 1. p. 114. Putsch.* — **c)** Derivata, *falcarius, falcastrum, falcatus, falciculo, falcitto, falco, falcula.* — **d)** Composita, *falcifer, falciger, falcipedius.*

FALX est ferramentum incurvum, seu aduncum, ad varios usus in re rustica: aliud est, quo segetes metuntur; *falce da mietere, falciuola:* aliud quo foenum secatur; *falce:* aliud quo putantur arbores; *falcetto, pennato, segolo:* aliud quo vepres, rubi abscinduntur; *ronca, falcione, roncone*, etc. *Cic. 5. Tusc. 25.* Immissi cum falcibus multi purgarunt, et aperuerunt locum. *Varr. 1. RR. 22. ad fin.* Falces silvaticae, arboratiae, rustariae. *Cato, RR. 10.* foenariae, stramentariae. Et *11.* vineaticae. *Pallad. 1. 43.* putatoriae, messoriae. — **2)** Vinitoriae, seu putatoriae falcis figuram, partes, usum accurate describit *Colum. 4. 25.* Ad hanc pertinent illa *Plin. 17. 24. 1.* Falce levigare truncum. Et *ibid. 35. 18.* Supina falce oculos vitis auferre. Et *ibid.* Vitem falce curare. *Horat. 1. Od. 31. 9.* Falce vitem premere. *Colum. loc. cit.* Ductu falcis putationem confícere. *Quintil. 2. 4. 11.* Frondibus adhibere falcem. *Virg. 3. Ecl. 11.* Vites falce incidere. — **3)** Ad messoriam pertinent illa *Virg. 1. G. 318.* maturis falcem supponere aristis. *Ovid. 3. Amor. 10. 12.* Falce subsecare. *Id. 4 Fast. 914.* Sata falcibus apta; *h. e.* matura. *Id. 2. Art. am. 522.* Nova falce metere. — **4)** De falcibus foenariis *Plin. 18. 67. 9.* Falcium ipsarum duo genera; Italicum brevius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris compendii; quippe medias caedunt herbas, brevioresque praetereunt. Italus foeniscs dextra una manu secat. *Varr. 1. RR. 49.* Sicilienda prata, idest falcibus consectanda, quae foeniseces praeterierunt. — Figuram harum falcium ex antiquo monumento adhuc superstite exhibet *Cavedoni* in *Antichi Marmi Modenesi, Tab. II. fig. 1.*, coll. *pag. 157.* et *seq.* — **5)** Translate. *Sedul. 3. 136.* Heu falx torva patrum segetem caesura nepotum! — Huc spectare potest *Vulg. Interpr. Apoc. 14. 15.* Mitte falcem tuam et mete, quia venit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terrae. V. Integr. loc. — **6)** Praeterea est etiam

II. *Falx bellica*, bellica falx, similis, opinor, iis quas hastili oblongo, ferroque partim curvo et falcato, partim acuto rectoque *alabarde* vocamus. *Cic. Mil. 33. ad fin.* Cum facibus ad Curiam cucurrerunt, cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt. *Id. Sull. 8. sub fin.* Ille arma misit, cornua, tubas, falces, signa, legiones. *Curt. 9. 3.* Elephantos securibus falcibusque mutilare. *Caes. 3. B. G. 14.* Falces praeacutae, insertae affixaeque longuriis: non absimili forma muralium falcium. Et *7. ibid. 86.* Falcibus vallum et loricam rescindunt; *co' ronconi. Stat. 2. Achill. 416.* didici, quo Paeones arma rotatu, Quo Macetae sua gaesa citent, quo turbine caestum Sauromates, falcemque Getes, arcumque Gelonus, etc. Adde *Tacit. 3. Hist. 27.* et *Sisen.* apud *Non. 18. 29.* — **7)** Falces murales, quas *Caes.* memorat, erant maiora ferramenta aduncа, cuspide curvata et solida, ad perfodiendum aggerem, evellendos lapides, murumque subruendum. Graeci δορυδρέπανα appellant. *Id. 7. B. G. 22.* Laqueis falces avertebant; quas cum destinaverant, tormentis introrsus reducebant. — De usu istarum falcium, V. *Liv. 38. 5.* — Inter arma navalia eas numerat *Veget. 3. Milit. 14.*

FĀMA, ae, f. Vox Graeca, φάμη, Dorice φάμα, a φημί, quod est a φάω; loquor, dico; unde etiam *for, faris*, eiusdem significationis. Cf. *r* §. h. — **b)** Derivata, *famatus, famella, famosus, famositas, famosus*. — **c)** Composita, *defamator, defamis, defamo, diffamatio, diffamia, diffamo, famiger, famigerabilis, famigeratio, famigerator, famigero, famigerulus, infamis*.

FAMA proprie est quidquid de aliquo divulgatur, sive in bonum, sive in malum, rumor; *fama. Cic. 7. Att. 26.* Bona de Domitio, praeclara de Afranio fama est. *Id. 1. Q. Fr. 1. 8.* Constante fama, atque omnium sermone celebratum est. *Id. 14. Phil. 6.* Cum tristis a Mutina fama manavit. *Id. Flacc. 6.* Si quid audistis communi fama atque sermone. *Id. 9. Att. 5.* A Brundisio nulla adhuc fama venerat; *niuna nuova. Id. 6. Verr. 50.* Fama percrebuit. *Id. Mil. 33.* fines imperii peragravit. *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 8.* magna illico surrexit. *Caes. 3. B. G. 31.* Ad Labienum de victoria Caesaris fama perfertur. Et *6. ibid. 19.* Si quis quid de republ. a finitimis rumore aut fama acceperit. *(Rumor* est res sine teste, sine indice, ut ait *Quintil. Declam. 18. 6.*, vel sine capite, sine auctore, ut *Cic. 12. Fam. 10.*: at *fama* est communis et consentiens opinio: tametsi hoc discrimen non est perpetuum). *Id. ibid. 20.* Reliquos ne fama quidem acceperunt; *non gli hanno nè men sentiti a dire. Id. 2. Nat. D. 37.* Cum accepissent fama et auditione, esse etc. *avendo inteso per fama. Nep. Agesil. 2.* Fama exierat, Artaxerxem comparare classem. *Vellei. 2. 95.* Ut fama loquitur. *Iustin. 18. 4.* Fama hanc rem loquebatur. *Id. 2. 13.* Fama in maius omnia extollens. *Plin. 35. 36. 25.* Famam dispersit, se emere; *divulgò. Cic. 12. Fam. 4.* Fama nunciabat, te isse in Syriam. *Id. Sull. 4.* Vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit. *Nep. Themist. 10.* Fama fuit venenum sua sponte sumpsisse. *Caes. 1. B. C. 82.* Contra opinionem famamque omnium. *Tacit. 2. Hist. 73.* Esse in ore et fama; *parlarsene da tutti*. — In plurali num. *Sallust. fragm.* apud *Senec. ep. 114. a med.* Inter arma civilia aequi boni famas petit. *Arruntius ibid.* Ingentes esse famas de Regulo. *Senec.* hoc in Arruntio reprehendit, ut nimis affectatum. *Plaut. Trin. 1. 2. 149.* Maledictas famas ferunt. *Al. aliter leg. Arnob. 7. p. 219.* Inhonestas famas adiungere Diis. Adde *Sallust. fragm* apud *Prob.* ad *Virg. 4. Aen. 178.* — **2)** Deinde *fama* est etiam inveterata res, et firmata in opinione hominum; *opinione, credenza. Virg. 6. Aen. 14.* Daedalus (ut fama est) fugiens Minoia regna, etc. *Cic. Har. resp. 16.* Mitto illam veterem ab ipsis Diis immortalibus, ut hominum fama est, Etruriae datam disciplinam. *Virg. 4. Aen. 218.* nos munera templis Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem. *Non. 4. 195.* interpretatur spem profuturi nummis. *Sall. Iug. 17.* Quamquam ab ea fama, quae plerosque obtinet, diversum est, tamen etc. Cf. *Dietsch* ad *h. l. Plaut. Most. 1. 3. 70.* Ut fama est homini, exin solet pecuniam invenire. Adde *Catull. 61. 62., Propert. 2. 32. 21.*, et *Liv. 22. 39.* — Huc spectare etiam possunt aliquot loca supra §. 1. allata. — **3)** Speciatim vero

II. *Fama* saepe dicitur de nominis celebritate et existimatione; *fama, concetto. Liv. 10. 24.* Ad famam P. R. pertinere; *h. e.* ad gloriam. *Cic. Quint. 15.* Cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama et existimatio cum bonis simul possidetur. *Id. Sext. 66.* Bonam famam bonorum, quae sola vere gloria nominatur, expetere. *Id. 2. Offic. 20. extr.* Perpetua commendatio et fama. *Id. 1. Fam. 9. ante*

Digitized by Google

med. Famam inconstantiae pertimescere. *Id. 9. ibid. 16. ante med.* Abiicere famam ingenii. *Id. 1. ad Brut. 18.* Subire famam temeritatis. *Id. 5. Att. 10.* et *Nep. Themist. 1.* Servire famae. *Vellei. 2. 115.* et *Sall. Cat. 50.* consulere. *Quintil. 3. 6. a med.* studere. *Sall. Cat. 26.* et *56.* parcere; *aver riguardo all'onore. Nep. Lysand. 1.* Magnam sui famam relinquere, magis felicitate, quam virtute partam. *Cic. Divin. Verr. 22.* Ante collectam famam conservare. *Quintil. 7. 1. a med.* Affectare famam eloquentiae. Et *2. 12. 9.* quaerere. *Plin. praef. Hist. nat. sub fin.* aucupare. *Horat. 1. Sat. 4. 85.* captare. *Plin. 36. 4. 29.* consequi. *Cic. Brut. 74.* conficere alicui. *Id. 3. Fam. 8.* Detrahere de fama alicuius. *Plin. 37. 11. 12.* et *Quintil. 12. 5. 5.* Alicui famam facere. *Tacit. 16. Ann. 18.* Proferre quempiam ad famam; *furto famoso. Sall. Iug. 101.* et *Plin. 3. ep. 7.* Famam lacdere. *Id. 4. ep. 9. ad fin.* ferre iustitiae et constantiae; *riportare. Plin. alter, 36. 59. 1.* magnam habere. — **4)** Hinc et pro infamia; *infamia. Virg. 4. Aen. 170.* neque enim specie, famave movetur, Nec iam furtivum Dido meditatur amorem. *Ter. Adelph. 2. 3. 10.* Maledicta, famam, meum amorem, et peccatum in se transtulit. *Turpil.* apud *Non. 4. 193.* Oppiere aliquem fama et flagitiis. — **5)** Apud Poetas praesertim

III. *Fama* in fabulis est Terrae filia, Coei et Enceladi soror, in Gigantum ultionem a matre edita: nam per ipsam Deorum crimina vulgata sunt, ut ait *Serv.* ad *4. Aen. 179.*, ubi *Virg.* eam describit pedibus celerem, et pernicibus alis, Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumae, Tot vigiles oculi subter, ... Tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit aures, etc. Adde *Virg. 9. Aen. 473.* Eius domum describit *Ovid. 12. Met. 39.* V. etiam *Val. Flacc. 1. 116., Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 34.* et *2. Laud. Stil. 468.* et *Capell. 1. §. 11., 65.* et *98.*

Nota. Discrimen inter *famam* et *rumorem* dedimus supra §. 1. — Inter *famam, opinionem* et *rumorem* habet *Front. de Differ. Serm. p. 2194. Putsch.* « *Opinio* hominem suspectum facit: *fama* vel commendat vel destruit. — *Opinio* ostendit, *Fama* indicat, *Rumor* tumultuatur. » — **2)** *Serv.* ad illud *4. Aen. 170. specie sanare movetur* distinguit etiam inter *famam* et *speciem.* « Species, inquit, rerum praesentium est, quod quasi aspicitur: *fama* autem rerum absentium. » — **3)** Item inter *famam* et *gloriam* discrimen exhibet *Isid. 1. Differ. 218.* « Gloria virtutum est, fama vero vitiorum. *Ennius* in *Achille: Summam tu tibi pro mala vita famam exstolles et pro bona paratam gloriam;* malevolentes enim famam tollunt, benevolentes gloriam. »

FĂMĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *famo*, idem ac pervulgatus, vel diffamatus. *Cic. fragm. pro Scaur.* (edente iterum *A. Maio*) *p. 22.* Quibus criminibus haec tota apud ignaros, aut invidos famata causa est. *Cramerus* barbaricum et insiticium; *Heinrichius* vero, et *Peyronius* antiquum et genuinum verbum putant, atque ita interpretantur: Quorum criminum gratia, haec causa famam obtinuit apud ignaros facti, vel invidos Scauro. — Confirmat superlat. *famatissimus* apud *Chalcid. Tim. Plat. p. 4.* Maximus et famatissimus titulus eximiae virtutis.

FĂMEL. V. FAMULUS §. 2.

FĂMĔLĬCĔ. Adverb. a *famelicus;* esurienter. *Gloss. Philox.* Famelice; λιμοξήρως.

FĂMĔLĬCŌSUS, a, um. Adiect. a *famelicus;* valde fame laborans. *Gloss. Philox.* Famelicosus, βουλιμώδης. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 87. Müll.* Famelicosam terram, terram palustrem vocabant; h. e. plenam famelicorum. Alii tamen rectius leg. *famicosam*, quae nempe alibi *scaturiginosa* dicitur. V. FAMEX.

FĂMĔLĬCUS, a, um. Adiect. a *fames;* fame laborans, esuriens; *famelico, affamato. Ter. Eun. 2. 2. 29.* Ad coenam vocant, adventum gratulantur. Ubi ille miser famelicus videt, etc. *Plaut. Rud. 2. 2. 6.* Salvete fures maritimi, famelica hominum natio. *Plin. 10. 12. 1.* Milvus, rapacissima et famelica semper ales. *Phaedr. 1. 20.* canes famelici. *Iuvenal. 14. 146.* Nocte boves macri, lassoque famelica collo Armenta ad virides huius mittuntur aristas. — **2)** Translate. *Apul. 1. Met. in fin.* Famelicum convivium; h. e. nimis parcum, et famelicos dimittens convivas.

FĂMELLĂ, ae, f. Deminut. a *fama;* parva fama. Probat *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 87. Müll.*

FĂMEN, ĭnis, n. Verbale a *for, faris;* verbum, sermo, *Capell. 9. p. 356.* Habes senilem, Marciane, fabulam, Miscella lusit quam lucernis famine Satura Pelasgo, dum docere nititur Artes creagris vix amicas Atticis. *Alii leg.* flamine. *Id. mox.* Felicis, inquit, sed Capellae famine. Ita recte legendum putat *Grotius*, at Codd. et editiones passim habent *flamine*, et ita exhibet *Kopp*, quem videsis §. *997.* Nihilominus *famen* habet *Gloss. Lat. Gr.* Famen, φάτις, βάξις. Item *Inscr.* apud *Grut. p. 1168.* Triste medelifero recreabat famine pectus.

FAMENOD, indecl. V. FAMINOD.

FĂMĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. a *fames;* esurio. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Fameo, λιμώττω.

FĀMES, is, f. Nomen parum certae originis. Videtur tamen esse a πίπραμαι praet. pass. verbi πάω; aperio, nam qui fame laborat, ore hiante perstat. — **b)** In recto reperitur etiam *famis. Varr. 2. RR. 5. a med.* Algor eas, et famis macrescere cogit. *Prudent. Psychom. 479.* spoliatque suos famis impia natos. — Adde *Vulg. Interpr. Ital. Ruth, 4. 1.* et *Paulin. Petrocor. 2. 114.* — **c)** Olim habuit in genitivo *famii*, et *fami*. Unde *Cato* apud *Gell. 9. 14.* Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa'. *Lucil.* apud *Eund. ibid.* Rugosum atque fami plenum. — **d)** In sexto casu singulari e productum habet more quintae declinationis: nisi velis ad coesurae iura recurrere. *Virg. 6. Aen. 421.* Obiicit: ille fame rabida tria guttura pandens. Adde *Lucan. 10. 158., Iuvenal. 15. 102., Martial. 1. 100., Ovid., Tibull.*, etc. — **e)** Derivata, *famelice, famelicosus, famelicus, fameo, famisco, famicosus*.

FAMES proprie est edendi cupiditas; *fame. Cic. Cluent. 25.* Bestiae fame dominante, plerumque ad eum locum, ubi pastae aliquando sunt, revertuntur. *Id. 2. Divin. 33.* Fame enectus. *Id. 7. Verr. 31.* confectus. *Plin. 37. 32. 1.* pressus. *Id. 9. 7. 1.* conditus. *Caes. 7. B. G. 20. extr.* consumptus. *Cic. 1. Fin. 11.* Cibo et potione famem sitimque depellere. *Id. Dom. 23.* Famem explere. *Ovid. 6. Fast. 550.* et *4. Met. 98.* deponere. *Id. 14. Heroid. 96.* levare. *Val. Flacc. 2. 347.* vincere sacris extis. *Tibull. 2. 1. 38.* Querna pellere glande. *Tacit. 14. Ann. 24.* et *Colum. 2. 10.* propulsare. *Propert. 4. 5. 22.* pascere. *Caes. 7. B. G. 17.* extremam sustentare. *Senec. Thyest. 64.* solvere ad mensam. Et *163.* accendere. *Ovid. 1. Pont. 2. 37.* tolerare. *Tibull. 1. 6. 17.* Fames stimulat. *Val. Flacc. 4. 499.* saevit. *Quintil. Declam. 12. 9.* urit. *Curt. 9. 10.* urget. *Horat. 1. Sat. 2. 6.* dura. *Stil. 7. 280.* arcta. *Ovid. 8. Met. 791.* ieiuna. Et *845.* dira. *Quintil. Declam. 12. 8.* ignea; h. e. vehementissima. *Horat. 1. Od. 21. 13.* misera. *Virg. 6. Aen. 421.* rabida. Et *9. ibid. 340.* vesana. *Lucan. 7. 413.* insana. *Plin. 30. 24. 1.* In fame diutius vivere; *senza mangiare.* Et *11. 20. 1.* mori; *morir di fame.* Et *17. 37. 3.* laborare. *Cic. 2. Q. Fr. 5.* Plebem fame necare; *far morir di fame. Caes. 7. B. G. 20.* excruciare. — Famis poeticam descriptionem habes apud *Ovid. 8. Met. 788.* et *seqq.*, et famelici hominis *ibid. 823.* et *seqq.* — **2)** Metonymice ponitur pro annonae caritate; *carestia, fame. Cic. 5. Att. 21. ante med.* Fames, quae tum erat in hac mea Asia: messis enim nulla fuerat. *Curt. 10. 8.* Fames esse coepit. — *Vulg. Interpr. Ps. 104. 16.* Et vocavit famem super terram. Adde *Ierem. 14. 13.* et *seqq.* — **3)** Et pro inopia, et paupertate; *povertà, miseria. Ter. Phorm. prol. 18.* Ille ad famem hunc ab studio studuit reiicere. — **4)** Et pro abstinentia victus, quae imperari a Medicis solet; *dieta, inedia. Cels. 3. 10. n. 7.* Primis diebus fames: deinde liberalius alimentum. Et *ibid.* In principio fame utendum. — **5)** Metaphorice dicitur de quacumque vehementiori cupiditate. *Virg. 3. Aen. 57.* Auri sacra fames. *Horat. 3. Od. 16. 17.* Crescentem sequitur cura pecuniam, Maiorumque fames. *Id. 1. Ep. 18. 23.* Quem tenet argenti sitis importuna, famesque. *Plin. 33. 21. 6.* Inter omnia auri fames durissima est. *Flor. 3. 21.* Inexplebilis bonorum Marii fames. — *Vulg. Interpr. Amos, 8. 11.* Et mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquae, sed audiendi verbum. *Symmach. 1. ep. 25.* Famem frangere. — **6)** De verborum inopia. *Cic. 2. Tusc. 1.* Quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem et famem se malle quam ubertatem et copiam dicerent.

FĂMESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *fameo;* esurire incipio. *Alcim. Carm. ad soror. 758.* Ora famescentum satiet qui dira ferarum. *Id. Carm. 2. 18.* Nulla famescentem fulcirent pabula vitam. *Alii al. leg.*

FĂMEX (*male* Famix), ĭcis, m. Vox parum certae originis, quam tamen quidam ducunt a φῦμα; tumor, ut a κνίζ; calix, quam vocem vide §. 1., hinc *famicosus*, V. FAMELICOSUS. — Est abscessus; *tumore. Colum. 6. 12.* Hic idem sanguis, nisi emissus fuerit, famicem (*vulgo male* saniem) creabit, qui, si suppuraverit, tarde percurabitur. Ita *Pontedera, Antiq. Gr. et Lat. p. 331.* ex *Politiano* legendum putat; *Schneiderus* vero ex *Codd.* in textum recepit. *Veget. 4. Veterin. 19.* Refrigerato ad famicem, et cicatrices reducendas uteris. *Gargil. fragm. de cura boum, ad fin.* Famicem si boves habuerint, sale et aceto diligenter eluito. In quibus tamen omnibus locis *Morgagnius* in *Epist.* legit *ramicem;* sed *famicem* legendum demonstrat vox *Famicalis*, quam V. suo loco, et Cf. RAMIX. — *Gloss. Gr. Lat.* Θλάσμα; hic famex, palearis contusio (Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 158. n. 50.*). — *Gloss. Lat. Gr.* Famex; θλάσμα. — Perperam in *Gloss. Isid.* aliisque *famis* vel *famix* in recto casu.

FĂMĬCĀLIS, le. Adject. a *famex;* ad famicem pertinens. *Pelagon. Veterin. 16. a med.* Si nihil profecerit cura, tunc, necessitate cogente, subter molliter raditur scalpello famicali; h. e. quo utuntur veterinarii ad famices curandos.

Digitized by Google

FĀMĪCŌSUS. V. FAMELICOSUS.

FĀMĪGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fama* et *gero;* qui fert famam, nuncius. *Gloss. Philox.* Famiger; ἀγγελιαφόρος. *Varr. 6. LL. 7.* Hinc etiam famiger, affabile, et sic composita alia item, ut declinata multa. *Alii rectius leg.* famigerabile *pro* famiger; *affabile:* illic enim de fama sermo est, eiusque derivatis tantum.

FĀMĪGĔRĀBĪLIS, le. Adiect. verbale a *famigero;* celebris, clarus, fama notus; *conosciuto per fama. Apul. 1. Met.* Satis famigerabile spectaculum. Et 2. Provincia famigerabilis. *Onom. Lat. Gr.* Famigerabilis; διαβόητος. V. voc. praeced.

FĀMĪGĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *famigero;* famae dissemination. *Plaut. Trin. 5. 2. 66.* Haec famigeratio te honestet, me conlutulet.

FĀMĪGĔRATOR, ōris, m. Verbale a *famigero;* qui fert famam, qui rei alicuius famam spargit. *Plaut. Trin. 1. 2. 178.* Ego de verbis eorum famigeratorum inscius prosilui. *Onom. Lat. Gr.* Famigerator; διαφημιστής.

FĀMĪGĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *famigero;* divulgatus, celebris. *Apul. Florid. n. 15.* Famigeratum antiquitus fanum. *Mela, 2. 7. ante med.* Creta multis famigerata fabulis, adventu Europae, Pasiphaes et Ariannae amoribus.

FĀMĪGĔRO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fama* et *gero;* evulgo. *Gloss. Philox.* Famigero; διαφημίζω. V. voc. praeced.

FĀMĪGĔRŬLUS, i, m. idem origine et significatione ac famiger. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 561.* Famigerulus, rumigerulus.

FĂMĬLĬA, ae, f. Nomen ab Osco *famel* servus (uti docet *Fest.* in *Famuli* apud *Paul. Diac. p. 87. Müll.* pro quo *famul* dixit *Enn.* apud *Non. 2. 322.* Cf. infra §. 2. — **b)** Genitivus *familias*, ut *Monetas, Latonas, fortunas*, etc. antiquus est: haeretque adhuc tribus his vocibus *pater, mater, filius*, aut *filia*. V. suis loc. Cf. ad rem *Charis. 1. p. 7., 82.* et *96. Putsch.* — **c)** Derivata, *familiaresco, familiarious, familiaris, familiaritas, familiariter, familiola.* — **d)** Composita, *filiafamilias, filiusfamilias, materfamilias, paterfamilias, perfamiliaris.*

FAMILIA, si originem spectas, primo et proprie significat servorum coetum in aliqua domo; *la servitù*. Hinc *Apul. Apol.* Quindecim liberi homines, populus est: totidem servi, familia: totidem vincti, ergastulum. *Varr. 1. RR. 18.* Familiam Cato dirigit ad duas metas: ad certum modum agri, et genus sationis. *Cato, RR. 5.* Villicus familiam exerceat: consideret, quae dominus imperaverit, fiant. *Colum. 11. 1. a med.* Cultam vestitamque familiam utiliter magis habeat, quam delicate. *Phaedr. 3. 19.* Aesopus domino solus cum esset familia; *tutta la servitù consisteva in Esopo solo: Cic. 2. Q. Fr. 6.* Tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. *Id. Brut. 22.* Cum insimularetur familia, partim etiam liberi, societatis eius. *Liv. 8. 18.* Minucia Vestalis iussa sacris abstinere, familiamque in potestate habere. V. POTESTAS. *Nep. Attic. 13.* Usus est familia, si utilitate iudicandum est, optima; si forma, vix mediocri. *Inscr.* apud *Momms. n. 734.* Familiam suam manumisit. Et *n. 999.* Familia urbana. Et *n. 5521.* Familia rustica. Adde *Cic. 1. Rep. 59.* et *2. Nat. D. 63., Caes. 1. B. C. 75., Quintil. 7. 2. 26.* et *Macrob. 1. Saturn. 11. 11.* — Cum verbo plurali. *Phaedr. 3. 10.* Dum quaerunt lumen, dum concursant familia. — **3)** Deinde

II. *Familia* extenditur ad liberos homines unius domus, partemque gentis significat: et ab aliis eiusdem gentis familiis cognomine distinguitur: v. gr. in Aemilia gente familiae fuere Mamercorum, Barbularum, Scaurorum, Lepidorum, etc. Sunt, qui hanc esse primam huius vocis notionem putant: confugiuntque ad Graecam originem ὁμιλία, et Aeolice ϝομιλία; conversatio, consuetudo. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 86. Müll.* quoque, licet primum etymon probet, docet tamen, primo in liberis hominibus dici, postea in servis. Ut ut sit, complectitur hac ratione parentes, filios, nepotes, affines, etc. una in domo simul viventes; *famiglia:* quorum princeps et caput *paterfamilias, materfamilias* appellatur. *Nep. Attic. 18.* Sic familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere. *Cic. 9. Phil. 2.* Qui primus in eam familiam, quae postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum. *Id. Mur. 8.* Ex familia vetere et illustri. Et *7.* Amplae et honestae familiae plebeiae. *Caes. 7. B. G. 32.* Antiquissima familia natus. Et *37.* amplissima. *Hirt. B. Afr. 57.* Homo familia, dignitate, honoribusque praestans. — *Isid. 9. Orig. 5. 10.* Familia oritur a patre, terminatur in tritavo. — **3)** Aliquando ita accipitur, ut omnes tum liberos, tum servos, qui unam aliquam domum constituunt, et sub uno patrefamilias sunt, complectatur. *Caes. 1. B. G. 4.* Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum millia decem, undique coegit. — **4)** Item dicitur de iis omnibus, qui templo alicui addicti sunt, ei servientes ministri. *Cic. Cluent. 15.* Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis atque ei deo consecrati, quorum quum satis magnus numerus esset, quumque item ut in Sicilia permulti Veneris sunt, sic illi Larini in Martis familia numerarentur. — **5)** Huc spectat et *Frontin. Aquaed. 98. de Agrippa.* Habuit et familiam propriam, aquarum quae tueretur ductus atque castella et lacus. Hanc Augustus hereditate ab eo sibi relictam publicavit. *Id. ibid. 116.* Familiae sunt duae, altera publica, altera Caesaris. V. integr. loc. et *n. 117.* et *seqq.* — **6)** Aliquando dicitur de ipsa gente. Nam *Liv. 2. 48.* et *49.* narraus de Fabiis Veiens bellum suscipientibus, quam primo *gentem Fabiam* appellaverat, postmodum *familiam* dicit. *Tacit. 3. Ann. in fin.* Vigioti clarissimarum familiarum imagines antelatae *(in funere). Gell. 13. 19. extr.* Cum librum commentariorum de familia Porcia legeremus. *Nep. Attic. 18.* Iuniam familiam a stirpe ad hanc aetatem ordine enumeravit. — **7)** Aliquando de tota re, et possessione familiae. *Cic. 1. Orat. 56.* et *Caecin. 7.* Familiae erciscundae causam agere. *Ulp. Dig. 50. 16. 195.* Familiae appellatio varie accepta est: nam et in res, et in personas deducitur: in res, ut puta in lege XII. Tab. his verbis: Agnatus proximus familiam habeto. Adde *Dig. 10. tit. 2.*, qui inscribitur *Familiae erciscundae*, ubi de dividenda universa hereditate agitur, tum quae in servis, tum quae in pecunia, celerisque bonis continetur. Adde *Isid. 5. Orig. 15. 9.* — **8)** Translate. *Ter. Heaut. 5. 1. 36.* Decem dierum vix mihi est familia; *h. e.* vix habeo, quo familiam nutriam in decem dies; *appena ho da vivere per dieci giorni*. — **9)** Latiore significatione, improprie,

III. *Familia* dicitur de quocumque hominum coetu sive corpore, aut secta, puta Philosophorum; *setta, scuola. Cic. 1. Orat. 10.* Et cum universi *(Philosophi)* in te impetum fecissent, tum singulae familiae litem tibi intenderent. Instaret Academia, etc. *Id. 2. Divin. 1.* Tota Peripateticorum familia. *Id. 4. Fin. 18.* Aristoteles, Xenocrates, tota illa familia non dabit. — **10)** *Gladiatorum familia*, manus gladiatorum sub uno lanista, aut domino. *Suet. Aug. 42.* et *Cic. Sull. 19. Inscr.* apud *Momms n. 736.* Familia gladiatoria. — **11)** *Familiam ducere* dicitur, qui princeps est in familia: ductum a familia venalium servorum, in cuius capite pulcriora et vendibiliora ponebantur. Hinc translate. *Cic. 5. Phil. 11.* L. quidem frater eius, utpote qui peregre depugnarit, familiam ducit. *Id. 4. Fin. 18.* Sed primum illud vide, gravissimam illam vestram sententiam, quae familiam ducit, honestum quod sit, id esse solum bonum, etc. *Id. 7. Fam. 5. ad fin.* Accedit etiam, quod familiam ducit in iure civili, singularis memoria, summa scientia; *h. e.* quod caput est. Alii ita distinguunt: Accedit etiam, quod familiam ducit in iure civili: singularis memoria, etc. — **12)** Translatum est et illud *Quintil. 1. 4. 2.* Grammatici versus censoria virgula notare, et libros, qui falso viderentur inscripti, tanquam subditicios, submovere familia, permiserunt sibi. — **13)** Denique *familia* in militia videntur appellari *tirones*, qui ad militiam educabantur, aut instruebantur, nondum in numeros aut signa relati, quibus annonae perinde ac militibus de publico praebebantur. *Cod. Theod. 7. 4. 17.* et *10. 1. 17. Cf. Gothofred. ad h. l.*

FĂMĬLĬĀRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *familiaris;* familiaris fio; *divenir famigliare. Sidon. 7. ep. 1.* Summatibus agnosci, innotescere, familiarescere. *Cave usurpes*, inquit *Forcellinus* noster.

FĂMĬLĬĀRĬCUS, a, um. Adiect. a *familiaris;* ad familiam pertinens. *Vitruv. 6. 10.* Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam, et cellae familiaricae constituuntur; *h. e.* in quibus familia; *h. e.* servi habitant. *Cato, RR. 14.* cellas familiae vocat. *Varr. 1. RR. 13.* In eoque *(sterquilinio)* quidam sellas familiaricas ponunt; *h. e.* loca ventri exonerando; *i cessi, la cameretta*. Sunt qui *sellas* reponunt etiam in allatis *Vitruvii*, et *Catonis* locis: sed ibi hae locum non habent: apud *Varron.* recte habent. *Ulp. Dig. 34. 2. 23.* apud *Torrentin. (24.* apud *Haloandr.)* Vestimenta familiarica sunt, quae ad familiam vestiendam parata sunt. *Haloand.* habet *familiaria*.

FĂMĬLĬĀRIS, re. Adiect. a *familia*. — **b)** In ablativo fere in *i* desinit. *Brutus* apud *Charis. 1. p. 105. Putsch.* A Sceptio familiari meo. *Cic. 1. Divin. 37.* In Aesopo familiari tuo. Cf. §. seq. — **c)** Aliquando et in *e*. *Varr.* apud *Charis. ibid.* A Lare familiare. *P. Rutil. ibid.* Pro L. familiare veniebam. — *Charis.* tamen *l. c. familiare*, si de homine; *familiari*, si de re, usurpari tradit. — **d)** Comparat. *familiarior* §. 6., superlat. *familiarissimus* §. 5. et 6. — **e)** Derivata et composita V. in FAMILIA §. c. et d.

FAMILIARIS proprie est ad familiam pertinens: et refertur ad servos. Itaque *familiaris* dicitur, qui cum aliis eiusdem familiae servus est; *di famiglia, famigliare. Plaut. Epid. 1. 1. 2.* (ubi duo conservi colloquuntur) *Ep.* Heus, adolescens. *Th.* quis properantem me prehendit pallio? *Ep.* Familiaris. *Id. Amph. 1. 1. 205. Sosia:* me esse huius familiae familiarem praedico. *Senec. ep. 47. a med.* Maiores nostri . . . dominum, patrem familiae appellaverunt; servos (quod etiam in mimis adhuc durat) familiares. Adde *Macrob. 1. Saturn. 11. 11.* — **2)** Deinde

II. *Familiaris* extenditur ad liberos. *Plaut. Asin. 2. 2. 1.* Ubi nunc requiram familiarem filium? — **3)** Universim vero ad rem familiae. *Auct. ad Herenn. 1. init.* Negotiis familiaribus impediti. *Colum. 11.*

Digitized by Google

1. a med. Circa focum familiarem epulari. *Plaut. Stich. 1. 2. 88.* Rem familiarem curare; *h. e.* facultates, bona. Sic *Liv. 2. 16.* Copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumptus deesset. *Tacit. 4. Ann. 15.* Pecuniae familiares. Et *11. ibid. 7.* curae. Et *6. ibid. 16.* rationes. *Cic. 1. Tusc. 1.* Res domesticas et familiares tueri. *Id. Vatin. 15.* Familiare funus. *Accius* apud *Cic. 3. Nat. D. 26.* Familiare parricidium; *h. e.* quo interficitur aliquis sanguine coniunctus. *Plin. 31. 23. 3.* Familiare exemplum; *h. e.* quod domi capitur. *Plaut. Cist. 4. 2. 6.* Familiaris moeror; *di quei di casa. Id. Asin. 3. 2. 24.* Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit. — *Cod. Dig. 11. 7. 5.* Familiaria sepulcra dicuntur, quae quis sibi familiaeque suae constituit; hereditaria autem quae quis sibi heredibusque suis constituit. — **4)** Hinc, ut domesticus, opponitur peregrino, externo; *domestico, indigeno. Liv. 8. 9.* Decio caput iecinoris a familiari parte caesum haruspex dicitur ostendisse; *h. e.* ab ea parte, quae *familiaris* ideo vocabatur, quia ex ea petebantur auguria rerum domesticarum, amicorum, et suae reipublicae; cum altera *hostilis* esset, ex qua quid hostibus portenderetur, consulebant. Ita enim videbant haruspices vel iecur, vel omnia exta, vel totam victimam: tametsi de iecore praecipue haec dici videntur. *Lucan. 1. 621.* Cernit tabe iecur madidum, venasque minaces Hostili de parte videt. *Senec. Oedip. 363.* Hostile valido robore insurgit latus. *Cic. 2. Divin. 15.* Fissum familiare, et vitale tractant: caput iecoris ex omni parte diligentissime considerant. — **5)** Latiore significatione,

II. *Familiaris* saepissime dicitur, qui notus est, amicus, necessarius, intimus, cum quo saepe et libenter vivimus; *intrinseco, famigliare, confidente, amico. Nep. Eumen. 2.* Alexandro mortuo, cum regna singulis familiaribus dispartirentur. *Suet. Tib. 53.* Veteres amici ac familiares. *Cic. fil. 16. Fam. 21.* Utor familiaribus et quotidianis convictoribus, quos Cratippus adduxit, hominibus probatissimis. *Cic. pater. 3. Fam. 1.* Biduo factus est mihi familiaris. Et *ibid.* Valde hominem diligo: est ex meis domesticis atque intimis familiaribus. *Id. 15. ibid. 27.* Unus est ex meis familiarissimis atque intimis. *Id. 1. Q. Fr. 4.* Intimus, proximus, familiarissimus quisque pertimuit. *Id. ad Capiton. in fin. l. 16. Att.* Homo familiarissimus, et mihi omnibus rebus coniunctissimus. *Hirt. B. Afr. 68.* C. Mutius, Scipioni familiarissimus. — **6)** Translate. *Liv. 24. 5.* Quibus solis aditus in domum familiarior erat; *h. e.* frequentior et liberior tanquam familiaribus. Et *ibid.* Iam inde a puero in omnia familiaria iura assuetus; *tutti i privilegi della confidenza. Cic. 2. Offic. 11.* Familiares sermones conferre. *Suet. Caes. 78.* Minus familiari vultu aliquem respicere; *con occhio severo, con viso mezzo sdegnato. Id. Aug. 61.* et *Plaut. Pers. 1. 3. 46.* Interior ac familiaris vita; *domestica, privata, menata in casa. Cic. 5. Orat. 19.* Hic, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est, Demosthenes. *Colum. 6. 2. ante med.* Quo boves familiariores bubulco fiant. *Id. 8. 15.* Viridia aquae familiaria; *h. e.* herbae, quae aquas amant. *Plin. 34. 13. 1.* Ars statuaria familiaris Italiae atque vetusta. *Id. 35. 19. 1.* Color argenti militaribus signis familiarior. *Id. 16. 30. 3.* Facibus familiarissimae carpinus et corylus. *Id. ibid. 57. 1.* Prostratas arbores restitui, vulgare est: et familiarissimum hoc platanis. *Id. 2. 6. 12.* Luna terris familiarissimum sidus. *Plin. alter, 4. ep. 24. extr.* Mihi familiare est, omnes cogitationes meas tecum communicare. *Petron. Satyr. 100.* Vox auribus meis familiaris; *h. e.* nota, alias saepe audita. — Sic *syllaba* aut *littera familiaris* apud *Mar. Victorin. l. 4. 55.* et *71.* Item et *Vel. Long. Orthogr. p. 2228. Putsch.* A littera *E* in *I* familiaris transitus est.

Nota. *Fronto, de differ. nom. p. 2201. Putsch.* haec habet: « *Familiare* ad dominum non refertur, cum amici familiares sint. *Familiarium*, quod servo competit, ut sagum, gladius. » — Exinde fortasse erui potest, vocem quoque *familiarius, a, um*, usurpatam aliquando fuisse.

FĂMĬLĬĂRĬTAS, ātis, f. Abstractum a *familiaris;* consuetudo inter familiares, et amicos; *famigliarità, domestichezza, confidenza. Cic. 13. Fam. 75.* Cum Antipatro Derbete mihi non solum officium, verum etiam summa familiaritas intercedit. *Id. 2. Offic. 8.* Familiaritates fidas habere amantium nos amicorum. *Id. 15. Fam. 65.* Summa familiaritas consuetudoque. *Id. Deiot. 14.* Familiaritatem consuetudo affert. *Id. 7. Fam. 15.* Venire in familiaritatem alicuius. *Id. 1. Q. Fr. 1. 5.* intrare penitus. *Id. Caecin. 5.* se insinuare. *Id. 4. Verr. 70.* sese dare. *Id. 2. Phil. 32.* Recipere quempiam in familiaritatem. *Id. Cluent. 16.* Applicare se in familiaritatem alicuius. *Id. Balb. 26.* Versari in alicuius intima familiaritate. *Id. 1. Q. Fr. 2. 2.* Familiaritate devincire. *Plin. 3. ep. 11.* Aliquem arcta familiaritate complecti. *Nep. Attic. 19.* Familiaritatem alicuius consequi. Et *9.* Uti intima familiaritate alicuius. Et *12.* Intima cuipiam familiaritate coniunctus. *Ter. Phorm. 4. 1. 17.* Familiaritas intercedit. *Id. Heaut. 1. 2. 10.* magna mihi cum eo fuit semper, iam inde usque a pueritia. *Id. Eun. 5. 2. 35.* magna conflata est. — In plur. num. *Cic. Amic. 10.* Eorum querela inveteratas non solum familiaritates extingui solere, sed odia etiam gigni sempiterna. Adde *1. Offic. 17.* — **2)** Sensu concreto, *familiaritates* pro ipsis familiaribus. *Suet. Tib. 51.* Omnes amicitias et familiaritates, etiam quibus ea funeris cura moriens demandaverat, intra breve tempus affixit.

FĂMĬLĬĂRĬTER. Adverb. a *familiaris*. — Comparat. *familiarius* §. 1., superlat. *familiarissime* §. 2. — Est per familias. *Frontin. de Colon. p. 119. Goes.* Agros in montibus Romani acceperunt familiariter. — **2)** Saepius vero amice et libere more familiarium; *famigliarmente, con confidenza, domesticamente. Cic. Divin. Verr. 12.* Iam hoc, extra hanc contentionem, familiariter tecum loquar. *Ter. Heaut. 1. 1. 6.* Audacter et familiariter monere aliquem. *Id. Andr. 1. 1. 103.* Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres, Reiecit se in eum flens quam familiariter. *Cic. 9. Att. 4.* Quae soluto animo familiariter scribi solent. *Id. Divin. Verr. 9.* Cum aliquo familiarissime atque amicissime vivere. *Id. Coel. 23.* Licentius, liberius, familiarius vivere cum aliquo. *Nep. Phoc. in fin.* et *Eumen. 4. extr.* Familiariter aliquo uti. *Plin. 9. ep. 19.* Familiariter aliquem diligere. *Quintil. 1. 2. 15.* Fieri alicui familiariter amicum. *Ter. Andr. 1. 1. 84.* Familiariter ferre alicuius mortem; *h. e.* aegre, graviter, ut nostrorum domesticorumque amissionem magis dolemus, quam alienorum. *Plaut. Epid. 1. 1. 2.* Odio es nimium familiariter; *mi ti rendi odioso con troppa confidenza e libertà. Quintil. 6. 4. 8.* Totas causas non diligenter modo, sed etiam familiariter nosse; *con gran pratica di tutte le particolarità:* eo modo, quo noscuntur res nostrae familiares. Adde *5. 7. 7.* — **3)** Metaphorice. *Colum. Arbor. 1. circa med. de vitib.* Quod ex longinquo petitur, parum familiariter nostro solo venit.

FĂMĬLĬĂRĬUS, a, um. V. FAMILIARIS in *Nota*.

FĂMĬLĬŎLĂ, ae, f. Deminut. a *familia;* parva familia; *famigliuola. Hieronym. ep. 109. n. 2.* Familiola, quam de servis et ancillis in fratres sororesque mutaverat. Adde *ep. 123.* (al. *11.*) *n. 28.*

FĂMĬNO, dicito. V. FOR, faris.

FAMINOD, indecl. Vox Aegyptiaca, qua apud *Polem. Silv.* in *Kalend.* vocari traditur ab Aegyptiis mensis Martius. *Alii leg.* Famenod.

FĂMIS, is, f. V. FAMES §. b.

FĂMIX. V. FAMEX.

FĂMŎLĂ. V. FAMULA §. b.

FĂMŌSĒ. Adverb. a *famosus*. — Comparat. *famosius*, infra. — Est cum fama. *Tertull. 1. advers. Marcion. 22.* Quid de tali medico iudicabis, qui nutriat morbum, quo pretiosius, aut famosius curet? — *Aurel. Viet. de Caesarib. 20.* et *de Septimio Severo.* Uxorem adeo famose amplexus est, uti, cognita libidine, ac ream coniurationis, retentarit.

FĂMŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *famosus;* mala fama, ignominia; *infamia, ignominia. Tertull. Spectac. 23.* Damnandi in quendam scopulum famositatis.

FĂMŌSUS, a, um. Adiect. a *fama*. — Superlat. *famosissimus* §. 1. — Est celebris, qui famam habet; *famoso, di cui si discorre assai. Tacit. 5. Hist. 2.* Sed quia famosae urbis supremam diem traditurі sumus; *h. e.* Hierosolymorum. *Id. 5. ibid. 38.* Nota per eos dies lunii Bleesi mors, et famosa fuit. *Gell. 7. 3.* Cum superbia illa Rhodiensium famosissima multorum odio flagraret. *Flor. 3. 7. extr.* Nec quicquam amplius de tam famosa victoria, quam cognomen Creticum reportavit. *Apul. 11. Met.* Vir gravis, et sobriae religionis observatione famosus. — **2)** Saepius in malam partem accipitur pro infami; *infame, di mala fama. Plaut. fragm.* apud *Non. 4. 193.* Qui etiam me miserum famosum facit flagitiis suis. *Horat. 1. Sat. 5. 4.* Quod moechus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus. *Sall. Iug. 15.* Largitionem famosam impudentemque. *Cic. 2. Orat. 68.* Nam me ad famosas vetuit mater accedere; *nempe* ad meretrices. *Ovid. 9. Heroid. 78.* Famosa hera. Et *134.* Famosus Hymen. Adde *3. Amor. 6. 78., Iustin. 22. 1.* et *Martial. 2. 39.* et *47.* — *Vulg. Interpr. Gen. 6. 4.* Isti sunt potentes a saeculo viri famosi. *Id. Ezech. 25. 10.* Factae sunt famosae mulieres. — **3)** Interdum in activa significatione sumitur pro eo, quod vulgo dicimus *diffamatorio.* Hinc *famosi libelli*, qui alicuius famam laedunt. *Suet. Aug. 55.* Sparsos de se famosos libellos nec expavit, etc. *Id. Caes. 75.* Famosa epigrammata. *Horat. 1. Ep. 19. 34.* Famosum carmen. *Titulus 10. lib. 46. Digest.* inscribitur *De iniuriis, et libellis famosis*, ubi praetor iudicium se daturum profitetur in huius criminis reos. *Impp. Valentinian. et Valens Cod. Iustin. 9. 36. 1.* et *Cod. 9. 34. 7.* capitali sententia eos puniunt.

Nota. Discrimen inter *famosum* et *infamem* tradit *Isid. 1. Differ. 208.* « *Famosus* est, de quo fama loquitur seu bene seu male; *infamis* vero tantum malae famae est. »

FĂMUL. V. FAMULUS §. b.

FĂMŬLĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. absolute adhibitum a *famulus*. — **b)** *Famola* pro *famula* legitur in *Inscr.* apud *De Rossi, Bullett. Cristian. a. 1864. p. 78.* — **c)** *Famulum* pro *famularum* habet *Val. Flacc. 3. 282.* — **d)** In dat. et ablat. plur. est *famulabus*

Digitized by Google

pro *famulis* apud *Vulg. Interpr. Exod. 2. 5.* Misit unam e famulabus suis. Cf. ASINA §. 3. — **c)** Caetera V. in FAMULUS.

FAMULA proprie est serva, ancilla; *serva, fantesca. Virg. 4. Aen. 391.* suscipiunt famulae, collapsaque membra Marmoreo referunt thalamo. Et *1. ibid. 703.* Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo Cura penum struere. *Iuvenal. 14. 81.* Sed leporem aut capream famulae Iovis, et generosae in saltu venantur aves; h. e. aquilae. *Lucret. 4. 1170.* Quam famulae longo fugitant furtimque cachinnant. — *Vulg. Interpr. 25. 42. de Abigail.* Ecce famula tua sit in ancillam. *Id. Ierem. 34. 11.* Subiugare in famulos et famulas. — **2)** Translate. *Cic. 5. Tusc. 1.* Si virtus famula fortunae est. Et *1. ibid. 51.* Res familiaris est ministra et famula corporis.

Nota. Differt a serva, ut a servo famulus. V. FAMULUS in *Nota*.

FĂMŬLĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *famulor;* famulatorius. *Tertull. 5. adcers. Marcion. 7.* ex *Daniel. c. 7.* Omnis gloria famulabunda.

FĂMŬLANS. V. in FAMULOR §. 1. et 2.

FĂMŬLANTER. Adverb. a *famulans;* suppliciter, in modum famuli; *servilmente. Accius* apud *Non. 2. 332.* Famulanter pete.

FĂMŬLĀRIS, re. Adiect. a *famulus;* pertinens ad famulum, sive famulam; *servile. Cic. 1. Tusc. 18.* Qui se in medios immisit hostes famulari veste. *Senec. Troad. 747.* Famulare iugum collo subire. *Stat. 2. Achill. 67.* Turba famularis mensas instruit. — **2)** *Iura famularia dare*, est imperare populo regia potestate. *Ovid. 13. Met. 397.* Si Romam intrarit, famularia iura daturum. — **3)** *Famulares hederae* apud *Val. Flacc. 2. 268.* sunt, quas Bacchae Bacchi ministrae in eius sacris capiti circumdabant. Porro *famulus* de ministro Deorum saepe dicitur. — **4)** Absolute,

FAMULARE, adverbii more, servilem in modum. *Stat. 5. Silv. 1. 40.* Nec famulare timens.

FĂMŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *famulor;* actus famulandi. *Gloss. Gr. Lat.* Δουλεία; famulatus, famulatio. — **2)** Saepius sensu concreto est famulorum famularumque multitudo; *famiglia. Apul. 2. Met.* Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione. Et *6. ibid.* Proximanti occurrit una de famulatione Veneris. Cf. *Hildebr.* ad *2. Met. 2.*

FĂMŬLĀTŌRĬĒ. Adverb. a *famulatorius;* more famuli. *Pseudo-Cassiod. de Amicit. 7.* Qui famulatorie amat, in prosperis erit amicus, adversarius in adversis.

FĂMŬLĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *famulor;* servilis; *servile. Tertull. Anim. 33.* Famulatoria animalia; h. e. quae ad famulatum comparantur. — **2)** Translate. *Tertull. 2. ad Nation. 14.* Famulatoria mendicitas.

FĂMŬLĀTRIX, īcis, f. Verbale a *famulor;* quae famulatur, serva. *Donat.* ad *Ter. Andr. 1. 1. 3.* Coquina medicinae famulatrix est. *Sidon. carm. 2. 128.* Lusit venturas famulatrix penna coronas.

FĂMŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *famulor;* in famulatum redactus. *Tertull. Resurr. carn. 47.* ex *D. Paulo ad Rom. 6.* Nunc vero liberi facti a delinquentia, famulati autem Deo, habetis fructum, etc.

FĂMŬLĀTUS, us, m. Verbale a *famulor;* actus famulandi, servitus; *servitù. Cic. Amic. 19. sub fin.* Qui aliquandiu propter ignominiam stirpis et generis in famulatu fuerint. *Id. 3. Offic. 33.* Quam amer virtutis famulatus servientis voluptati! *Senec. Hippol. 991.* Famulatus gravis. *Arnob. 1. p. 26.* In famulatum subeunte natura. *Cod. Theod. 4. 8. 7.* Famulatus nexibus liberare. Adde *Vulg. Interpr. Exod. 1. 14.*

FĂMŬLĔTĬUM. V. FAMULITIUM.

FĂMŬLĪTAS, ātis, f. Abstractum a *famulus;* servitus. *Accius* apud *Non. 2. 319.* Postquam parvos vos oppressit famulitas. Adde *Pacuv. ibid.*

FĂMŬLĪTĬUM et Famuletium, ii, n. Abstractum a *famulus;* servitus. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 87. Müll.* Famuletium dicebatur, quod nunc servitium. *Alii leg.* Famulitium. — Afferunt praeterea Lexicographi haec verba *Varronis:* apud ignavum dominum duro famulitio astrictus. — **2)** Sensu concreto est servorum copia. *Macrob. 1. Saturn. 7.* Unus e famulitio, cui provincia erat admittere volentes domum convenire. *Capell. 3. p. 227.* Si propere Venus cum deliciis, famulitioque tam comi appulsa est lascivire. *Spartian. Sever. 6.* Occurrente omni famulitio aulico. Adde *Apul. Apol.* et *8. Met.*

FĂMŬLO, as. V. voc. seq. §. 3.

FĂMŬLOR, āris, atus sum, āri. Verbum intransitiv., transitive aliquando adhibitum forma activa (V. infra §. 3.), a *famulus.* — **b)** Particip. *famulans* §. *1.* et *2.*, *famulandus* §. *3.*, *famulatus*, V. suo loco. — **c)** Derivata et composita, V. in FAMULUS.

FAMULOR proprie est famuli officio fungor, servio; *servire. Cic. 3. de Rep.* apud *Non. 2. 313.* Est genus iniustae servitutis, cum hi sunt alterius, qui sui possunt esse; cum autem hi famulantur (ita suppleudum putat *A. Maius* ad *Cic. de Rep. 3. 23.*), *qui sibi moderari nequeunt, nulla iniuria est. Catull. 64. 161.* tibi iucundo famularer serva labore. *Plin. 2. 5. 6.* Externis famulantur sacris ac digitis deos gestant. *Stat. 5. Silv. 5. 58.* famulantis fistula Phoebi. *Claudian. B. Get. 515.* semper iniquos, Fortuna famulante, premit. — *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 51.* Egressus est habitu famulantis. — **2)** Translate. *Plin. 2. 63. 3.* Terra omnibus cruciatur horis, multoque plus ut deliciis, quam ut alimentis nostris famuletur. — *Boeth. de Interpret. ed. prim. 1. p. 514. Migne.* Nos enim ad faciliorem intellectum Latinae orationi famulantes hoc apposuimus. — **3)** Transitivorum more,

FAMULO, as, āvi, atum, are. Est famulos constituo, pro famulis utor. *Tertull. Apolog. 21.* Cum elementa ipsa Christus famularet. *Id. ibid. 39.* Penes vos affectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento ventris. — Agnoscit hanc formam et *Diomed. 1. p. 360. Putsch.* Aro, aravi; famulo, famulavi, etc.

Nota. Discrimen inter *famulor* et *obsequor* statuit *Isid. 1. Differ. 229.* « *Famulari* est debiti; *obsequi* voluntatis proprie. »

FĂMŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *famulus.* Quidam tribuunt *Catoni* apud *Gell. 9. 12.*, sed ibi meliores editiones habent *fabulosus*, qua voce is denotatur, qui fabulis locum praebet, seu qui ludibrii causa multus est in ore hominum. — Habet autem *Gloss. Isid.* famulosus, serviens.

FĂMŬLUS, a, um. Adiect. V. voc. seq. §. 4.

FĂMŬLUS, i, m. Nomen, cuius originem habet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 87. Müll.* « Famuli origo ab Oscis dependet, apud quos servus *famel* nominabatur, unde et *familia* vocata. » Sunt etiam, qui utrumque *famel* et *famulus* a χαμαλὸς deducunt, sive χαμηλὸς; humilis, vilis. Cf. *Doederlein* apud *Fabretti, Gloss. Ital. p. 458.* sub v. FAMEL. — **b)** Olim et per syncopen *famul* in recto casu usurpabatur, teste *Enn.* apud *Non. 2. 322.* mortalem fortuna repente Reddidit, ut summo e regno famul infimus esset. Adde *Lucret. 3. 1049.* eadem fere verba repetentem. Simile autem est illis, *volup, facul, capital*, etc. Cf. *Mar. Victorin. 1. p. 2499. Putsch.* — **c)** *Famulum* pro *famulorum* in genitivo plurali est apud *Val. Flacc. 1. 782.* et *3. 20.* et *Stat. 5. Silv. 4. 57.* — **d)** Derivata, *familia* (quod V. pro suis), *famula, famulabundus, famulanter, famularis, famulatio, famulatorie, famulatorius, famulatrix, famulatus, us, famulitas, famulitium, famulor.* Cf. FAMULOSUS. — **e)** Composita, *confamulans, confamulus.*

FAMULUS proprie est humilis conditionis vir, servus, pedisequus, minister; *famiglio, servente, servo:* et est vox Poetis familiarior usitatiorque prae *servo.* Cf. infra *Nota. Cic. 2. Offic. 7.* Iis, qui vi oppressos imperio coercent, sit sane adhibenda saevitia, ut heris in famulos. *Id. Amic. 15.* Parare pecuniam, equos, famulos. *Id. 2. Tusc. 21.* Hos, ut famulos, vinclis prope ac custodia arceamus. *Id. 2. Leg. 9.* Idaeae matris famuli. Adde *2. Rep. 21. Vulg. Interpr. Levit. 25. 39.* Non eum opprimes servitute famulorum. *Virg. 1. Aen. 701.* Dant famuli manibus lymphas. *Horat. 3. Od. 17. 13.* eras genium mero Curabis, et porco bimestri, Cum famulis operum solutis. *Ovid. 20. Heroid. 77.* Utique solent famuli, cum verbera saeva verentur, Tendere submissas ad tua crura manus. — **2)** Praeterea

II. *Famulus* dicitur etiam de ingenuo homine alteri inserviente ac ministrante. Hinc *Ulp. Dig. 21. 1. 25.* docet, *familiae* nomine contineri omnes, qui in servitio sunt, etiam liberos homines, qui bona fide serviunt. Hinc etiam *famulus* saepe dicitur de ministris Deorum. *Val. Flacc. 3. 20.* Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis. *Id. 6. 612.* Hinc puero cognomen erat, famulumque ferebant Phasidis, intonso nequicquam crine, parentes. *Ovid. 3. Met. 574.* comes famulusque sacrorum. Adde *Senec. Agam. 255.* et *Herc. fur. 100.*, ubi Furias, famulas Ditis vocat. Sic *famulus Dei* vel *Domini* apud *Vulg. Interpr. Iosue, 1. 13.*, *2. Par. 1. 3.* et *alibi.* — **3)** Item de heroibus, et locorum geniis. Singula enim numina habent inferiores potestates ministras, ut Venus Adonim, Diana Virbium, Bacchus Silenum, ut docet *Serv.* ad *3. Aen. 95.* Porro genios locorum credebant sub variis animalium formis apparere, anguium praecipue. *Horat. Art. P. 239.* custos famulusque Dei Silenus alumni. (Multa *Heinsius* hac de re ad illud *Sil. 13. 124.* Numen erat iam cerva loci, famulamque Dianae Credebant, ac tura Deum de more dabantur. Plura vero *Heynius* ad *Virg. 3. Aen. 84.* et *95.*, ac praesertim *Rupertius* ad *Sil. 2. 584.*). *Sil. 6. 288. de angue*, famulumque sororum Naiadum violare manu. *Virg.* itidem *de angue loc. cit. 95.* Incertus, geniumne loci, famulumne parentis Esse putet. *Val. Flacc. 3. 457.* Libavitque dapes: placidi quas protinus angues, Umbrarum famuli, linguis rapuere coruscis. *Ovid. 8. Met. 272.* Sus erat, infestae famulus vindexque Dianae. — Hi porro omnes vocantur *Famuli Divi* in *Inscript.* apud *Marini, Frat. Arv. n. 52.* Famulis Divis immolavit verveces duos. — **4)** Adiectivorum more,

FAMULUS, a, um. Est famularis, servilis; *servile:* et fere a Poetis usurpatur. *Ovid. 1. Fast. 286.* Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas. *Id. 2. Pont. 2. 79.* Nec dedignata est abiectis Illyris armis Coe-

Digitized by Google

sareum famulo vertice ferre pedem. *Sil. 13. 360.* Famulae turbae. *Lucan. 4. 207.* Famulae dextrae. *Claudian. 2. in Rufin. 386.* Catenas famulas alicui imponere. *Id. III. Cons. Honor. 202.* iam Bactra tenueri Legibus, et famulis Gangen pallescere ripis. *Val. Flacc. 1. 749.* Quin rapis hanc animam, et famulos citus effugis artus? Adde *Sil. 10. 647.* et *Martial. 9. 2.*

Nota. Discrimen inter *famulum* et *servum* tradit *Isid. 1. Differ. 525.* « *Servi* sunt in bello capti, quasi servati: sicut mancipium ab hostibus, quasi manu captum. *Famuli* autem ex propriis familiis orti. » — Aliter *Forcellinus* noster, quod nempe *famulus* sit vox Poetis magis familiaris, quam *servus*, et quod *famulus* etiam de homine ingenuo dicatur. Cf. SERVUS.

FĀNĀTĪCĒ. Adverb. a *fanaticus;* furiose; *da fanatico. Apul. 8. Met.* Absonis ululatibus constrepentes, fanatice pervolant.

FĀNĀTĪCUS, a, um. Adiect. a *fanum;* ad fanum pertinens. Hinc *pecunia fanatica* dicta est, quae aut ad fanum aliquod pertinet, aut quae alicuius fani tuitioni assignata et sacra est. *Inscr.* in agro Veronensi eo loci, quo mons est *Marano* appellatus, in *Val-Policella* reperta a. 1835., edita autem in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1836. p. 141.* P. Fannius M. f., C. Masurius C. f. Sabinus, P. Certius P. f. Bibulus, L. Aemilius C. f. Malo, fanorum curatores ex pecunia fanatica faciundum curarunt, iidemque probarunt. — **2)** Speciatim vero, ut sit verbale a *fanor*,

II. *Fanaticus* dicebatur proprie de sacerdotibus Isidis, Bellonae, et Cybeles, item de iis, qui circa fana bacchari, et vaticinari solerent. *Inscript.* apud *Grut. 313. 1.* Q. Caecilio Apollinari, fanatico de aede Bellonae Pulvinensis. *Alia* apud *Eund. 312. 7.* L. Cornelio Ianuario, fanatico ab Isis, Serapis, ab eadem (*lege* ab aede) Bellonae Rufiliae. *Juvenal. 4. 123.* sed ut fanaticus, aestro Percussus, Bellona, tuo: (nam, ut ait *Lactant. 1. 21.* sacerdotes Bellonae non alieno, sed suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris, et utraque manu districtos gladios exserentes currunt, efferuntur, insaniunt). *Iuvenal. 2. 112. de ministris Cybeles.* Et crine senex fanaticus albo Sacrorum antistes. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 1061.* Cultrum in lacertos exserit fanaticus, Sectisque matrem brachiis placat Deam. *Gloss. Lat. Gr.* Fanaticus; ἱερατικός, ἱερόδουλος. Adde *Liv. 37. 9.* V. BALLATOR §. 2. — **3)** De fanaticis non sacerdotibus *Ulp. Dig. 21. 1. 1. §. 9.* Si servus inter fanaticos non semper caput iactaret, etc. Et *mox §. 10.* Quamvis aliquando circa fana bacchatus, responsa reddiderit, etc. — **4)** Quia vero hi oraculum edituri, divino furore corripi putabantur, eamque opinionem crebra capitis quassatione, ac aliis insanientium indiciis adiuvabant, inde est, quod *fanaticus* etiam sumitur pro furioso, atque insano; *fanatico, furioso. Cic. Dom. 40.* Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, quod alienae domi fieret, invisere? *Liv. 39. 15.* Viros velut mente captos, cum iactatione fanatica corporis vaticinari. *Quintil. 11. 3. ante med.* Iactare caput, et comas excutientem rotare, fanaticum est. *Cic. 2. Divin. 57.* Philosophi superstitiosi, et paene fanatici. *Horat. Art. P. 453.* Ut mala quem scabies, aut morbus regius urget, Aut fanaticus error. *Liv. 4. 33.* Multitudo velut fanatico instincta cursu. *Flor. 3. 19.* Fanaticus furor. *Tacit. 14. Ann. 30.* Fanaticum agmen. — **5)** *Fanaticum carmen* est, quo quippiam vaticinando praedicitur. *Liv. 38. 18. a med.* Galli Matris Magnae occurrere, vaticinantes fanatico carmine, Deam Romanis viam belli et victoriam dare. — **6)** *Fanatica* etiam dicitur arbor fulmine icta, quasi numine afflata. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 92. Mull.*

FANCŬLUM, i, n. Exponitur in *Gloss. Isid.* feniculum. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 139. n. 36.*

FANDO et FANDUS. } V. FOR, faris.

FĀNĪTĀLIS, le. Adiectiv. a *fanum;* ad fanum pertinens. *Inscript.* paucis abhinc annis Boviani in Samnio reperta, edita vero a *Raym. Guarinio* in *Comment. XII. p. 28.* P. Arruntio P. f. Vol. Iusto, Q., Aed., Pat. Col., Pat. Mun. Saepin., Pat. Mun. Vicentini, Pat. et Cur. R. P. Terevent., Sac. Tuscul. fanitali, ob insignem fidem, industriam erga se in civilib. officiis et splendor. muneris gladiatorii. *Cur. Ag.* Rogato Bisc. Stat. hereditatium. Ea verba *Sac. Tuscul. fanitali* interpretanda videntur *Sacerdoti Tusculano fanitali;* hoc est, qui Tusculi praerat fano alicui, quod numini cuipiam ibidem sacrum erat; nam, quemadmodum ex *Inscript.* apud *Grut. 265., 7.* innotescit *sacerdos Tusculanus*, ita *sacerdos Tusculanus fanitalis* praecipuum quoddam templum Tusculi exstans denotat, quod a fano aliquo ibidem celeberrimo, nobisque hactenus ignoto nomen habuit, ut in *Inscript.* apud *Eund. 347. 1.* est *flamen lucularis Laurentium Lavinatium*, et apud *Varr. 5. LL. 8.* est *lucus fagutalis.* Hinc huiusmodi *sacerdos fanitalis* comparandus erit cum *magistro fani* in *Inscript.* apud *Grut. 313. 1.*, et cum *curatore fani* in *alia* apud *Eund. 424. 8.*, et cum *sacerdote templi* in *alia* apud *Eund. 317. 3.* et *595. 10.*, et cum *sacerdote ad templum* in *alia* apud *Murat. 1958. 7.* Haec *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon. Inscriptionem* dedit postea *Momms. n. 4990.* ex ipso lapide, qui initio leg. *Q. Arruntio Q. f.* et lin. ult. loco *Cur. Ag.* ROGATO BISC. leg. *l. d.* ROGATO . FISC; cui *rogato fisco est permissu fisci.* Porro voc. *fanitali* unica linea inter duo puncta exhibet sic . FANITALI .

FANNĪĀNUS, a, um. Adiect. a *Fannius*, quod est nomen viri gentilitium, de quo V. in ONOM. — Hinc *Fanniana charta* dicta est, quae in officina Q. Rhemnii Fannii Palaemonis grammatici Vicetini Romae fiebat, ut constat ex *Plin. 13. 23. 1. Id. ibid. 24. 1.* Panniana charta denos digitos latitudinis habet.

FĀNO, as, āre. Verbum transitiv. a *fanum; consacrare, dedicare. Varr. 6. LL. 7.* Atque inde Herculi decuma data ab eo est, quod sacrificio quodam fanatur, idest, ut fani lege sit, id dicitur. — **2)** Et deponentium more,

* FANOR, āris, āri. Est furo, insanio: unde *fanaticus*. Tribuitur *Maecenati* a *Lips.* in *not.* ad *Senec. ep. 114. §. 5.* Sed alii pro *fanantur* vel *fanatur* leg. *feratur*. V. *Lion* in *Maecenat. p. 50.* et *seq.*

FANOR. V. voc. praeced. §. 2.

FANS, antis. V. FOR.

FĂNŬLUM, i, n. Deminuit a *fanum;* parvum fanum. *Fest.* in *Hanula* apud *Paul. Diac. p. 103. Mull.* Hanula parva delubra, quasi fanula.

FĀNUM, i, n. Nomen a *for, faris*, teste *Varr. 6. LL. 7.* Fana nominata, quod pontifices in sacrando fati sunt finem. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 93. Mull.* Fana, quod fando consecrantur. *Id. ibid. p. 88.* Fanum a Fano (*al.* Fauno) sive a fando, quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur. *Ascon.* in *3. Verr. 20.* Fanum, religiosissimum templum, unde fata petuntur. *Voss.* tamen ducit a Graeco accusat. φάνος, a quo per metathesin sit ἄφνω, et spiritu in *f* abeunte *fanum*. Sunt etiam qui a Fauno, vel quod is primus fana instituerit; vel quia ei primum instituta sint; vel quia (ut *Cinc.* et *Cass.* tradunt apud *Serv.* ad *1. G. 10.*) cum *Faunus* nomen sit, quo Euander Deos appellavit, inde templa Diis facta *fana* sint dicta. — **b)** Etiam *fanus*, i, m. Latine dici contendit *Voss.* ad *Melam 2. 3. p. 455.*, quod in antiquissimo suo codice legatur apud *Cic. 3. Nat. D. 18.* Eumenidum, quarum et Athenis fanus est. *Alii tamen omnes leg.* fanum. Cf. *Hartz* ad *Prisc. an. T. 2. p. 39.* in *not. crit.* — **c)** Derivata, *fanatice, fanaticus, fanitalis, fano* et *fanor, fanulum*. — **d)** Composita, *confanensis, defanatus, profanus*.

FANUM proprie videtur significare quemvis locum Diis sacrum, sive aedes sit aliqua, sive nihil adhuc exstructum sit; *luogo sacro. Senec. 7. Benef. 7.* A sacris profana discerni, et non omnia licere in angulo, cui numen fani impositum est, quae sub caelo et conspectum siderum licent. *Cic. Rabir. perduell. 10.* Pro patriis fanis atque delubris propugnare. *Id. 4. Catil. in fin.* De aris ac focis, de fanis ac templis. *Suet. Caes. 54.* Fana templaque Deum expilavit. *Liv. 10. 37. fin.* In ea pugna Iovis Statoris aedem votam, ut Romulus ante voverat; sed fanum tantum, id est locus templo effatus, sacratus fuerat. — **2)** Latiore tamen significatione passim pro templo aut aede sumitur; *tempio.* Sic *Cic. 2. Invent. initio.* Templum Iunonis egregiis picturis locupletare. Et *mox de eodem templo loquens* fanum *appellat:* propter fani religionem. *Nep. Lysand. 3.* Sacerdotes fani Iovis Hammonis. *Caes. 3. B. C. 32.* Fanum Dianae Ephesi. *Sall. Cat. 30.* Fana exspoliare. *Cic. 3. Nat. D. 34.* expilare. *Claud. Quadrig.* apud *Gell. 17. 2. a med.* violare. *Nep. Timol. 3.* Fana deleta reficere. *Cic. 5. Fam. 20.* Pecuniam in fano deponere. *Id. 3. Rep. 9.* Graeciae, sicut apud nos, delubra magnifica humanis consecrata simulacris, quae Persae nefaria putaverunt; eamque unam ob causam Xerxes inflammari Atheniensium fana iussisse dicitur, quod deos . . . inclusos parietibus contineri nefas esse duceret. Adde *3. Verr. 20.*, *Lucret. 6. 849.* et *Caes. 2. B. C. 18.* — **3)** Speciatim apud Scriptores Ecclesiasticos *fana* dicuntur templa Ethnicorum. Sic *Ambros. ep. 29.* Quid est enim nisi fanum, in quo est conventus Gentilium? *Commodian. Instruct. 24.* Exis inde foris, iterum tua fana requiris; *h. e.* fana Idolorum.

Nota. Certe aliquid differt *fanum* a *templo* et *delubro*, ut locis allatis supra §. 1. et 2. patet, sed in quo sit discrimen obscurum est. Cf. TEMPLUM.

FĀNUS, i, m. V. voc. praeced. §. b.

FAOFI, indecl. Nomen mensis Octobris apud Aegyptios, teste *Polem. Silv.* in *Kalend.*

FĂOR. V. FAVOR in ONOM.

FAR, farris, n. Vox parum certae originis. *Isid. 17. Orig. 3. 3.* « *Far* dicitur, inquit, eo quod initio *frangeretur.* » Sunt qui putant ductum a πυρός; frumentum. — **b)** In genit. plur. *farrum*, non *farrium*, et in ablat. sing. *farre*, non *farri* usurpandum esse, testatur *Incert. Gramm.* in *fragm. de nom. et pron. p. 131. n. 17. Endl.* — **c)** Derivata; *farina* (quod V. pro suis), *farraceus, farraginaria, farrago, farrarius, farratus, farreacius, farrearius, farratio, farreatus, farreus, farriculum*. Cf. FARREDO. — **d)** Composita, *confarreo, diffarreatio, suffarraneus*.

FAR, Italice quoque *farro*, alio nomine ador, adoreum, et semen adoreum, genus est frumenti omnium durissimum, et contra hiemes firmissimum, patiens frigidissimos locos, et minus subactos, vel asperos sitientesque *(Triticum Spelta, Linn.)*. Difficulter excutitur: ideoque convenit, cum palea sua condi, stipula tantum et aristis liberatum. *Plin. 18. 19. 2.* et *ibid. 72. 2.* et *Varr. 1. RR. 65.* Eius quatuor genera recenset *Colum. 2. 6.* Sed *Pontedera, Oper. post. T. 1. p. 21-27.*, ubi accurate de farris generibus disputat, triplex esse statuit, far nempe Clusinum, τίφη Graecorum, Italorum *farro;* alterum zeaeculum, Graecorum ὀλύρα, Italorum *speltone;* tertium trimestre, seu halicastrum, Graecorum ζέα, Italorum *spelta*. Putat autem *Cavedoni, di due antichi Cimit. Crist. p. 6. far Ausinum* idem esse ac *semen Thuscum*, memoratum *Ovid. Medic. fac. 65.* — Fuit per trecentos annos Romanorum cibus, qui pultibus ex farre plurimum primis illis temporibus usi sunt. Praecipue vero vescebantur eo igni tosto, quoniam esset salubrius: et in sacris quoque et nuptiis adhibebant: unde mola salsa. *Plin. 18. 2. 2.* et *ibid. 19. 2.* — In plur. num. *Virg. 1. G. 73.* Farra flava. Et *101.* laetissima. Et *219.* robusta. *Ovid. 6. Fast. 180.* dura. Et *2. ibid. 519.* Farra tamen veteres iaciebant, farta metebant; Primitias Cereri farra resecta dabant. *Val. Flacc. 2. 448.* tracto pars fraugit adorea saxo Farra. *Ovid. 1. Fast. 693.* passuraque farra bis ignem; h. e. semel cum torrentur, iterum cum facto pane coquuntur. — **2)** Speciatim

II. *Far* pro farina adhiberi videtur a *Colum.* (fortasse quia olim solam ex farre farinam noscebant) illis verbis *8. 4.* Possunt etiam obiici gallinis furfures modice a farina excreti: qui si nihil habeant farris, non sunt idonei, nec tantum appetuntur. *Id. ibid. 11. ad fin.* memorat *far hordeaceum vino respersum*, et *5. ad fin. far triticeum:* ubique autem farinam intelligit. Agit enim de alendis pullis pavoninis recens natis. Hoc idem *Pallad. 1. 29.* vocat *far hordei, cui vini imber aspergitur*, agens de cibo phasianis dando, primis, quibus nati sunt, diebus. Similiter *Varro, 3. RR.* farinam significat, cum ait *14. extr.* Ollam cum foraminibus incrustent sapa et farre. — Apud *Caton.* discrimen est inter *farinam* et *far*. Ubi enim agit de villica, ait *RR. 143. extr.* Farinam bonam et far subtile sciat facere.

FARCĪMEN, ĭnis, n. Verbale a *farcio;* intestinum varie ac minutim concisa carne refertum; *salsiccia, lucanica. Isid. 20. Orig. 2.* Farcimen caro concisa et minuta, quod eo intestinum farciatur, hoc est, impleatur, cum aliarum rerum commixtione. *Varr. 5. LL. 22.* A farcta in extis farcimina appellata. *Laber.* apud *Gell. 16. 7.* botulum pro farcimine appellat. *Arnob. 7. p. 229.* Quae sunt nomina, et farciminum genera, hirquino alia sanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus.

FARCĪMĬNŌSUS, a, um. Adiect. a *farciminum;* ad farciminum pertinens. *Veget. 1. Veterin. 14.* Farciminosus autem morbus, a similitudine farciminis appellatus est; quia velut per fistulas quasdam inter cutem, et carnem corruptus humor emanat, et per totum corpus collectiones plurimas facit, et aliis velut minuentibus aliae rursum nascuntur. Adde *ibid. 7.*

FARCĪMĬNUM, i, n. Verbale a *farcio;* genus morbi in iumentis, de quo vide in voce praeced.; *mais del verme muro. Veget. 1. Veterin. 7.* Sed contraria ista curatio est: nam affectis farcimino, quidquid superest virium, tollit.

FARCĪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *farcino;* repletus; *infarcito.* — Translate *Cassiod. 9. Hist. Eccl. 3.* divinis dogmatibus farcinatus. *Id. ibid. 13.* Is erat etiam Apollinaris vesanus farcinatus. Adde *Auct. Histor. Dalian. 14.*

FARCĪNO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *farcio.* — Particip. *farcinatus*, V. suo loco. — Est farcio, confercio. — Translate. *Capell. 9. sub fin.* Fandis tacenda farcinat; h. e. miscet, coniungit.

FARCĬO, cis, si, ctum *et* cītum, *vel* tum *et* sum, cire. Verbum transitiv., quod videtur esse a πίφαρκα, praet. perf. verbi φάρω; seco, divido: unde factum primo *farco*, mox *farcio*. Alii ducunt a ῥαπτός pro ῥραπτός, quod a ῥάπτω; obstruo, obturo. — **b)** Praeteritum *farcivi* pro *farsi* non est in usu; inde tamen apud Seriores participium *farcītus*, a quo per syncop. *farctus*, ut etiam scribitur pro *fartus* vel *farsus*, de quibus V. suo loco. — Hinc est duplex scribendi ratio in quibusdam derivatis, ut *farsilis* et *fartilis*, *farsura* et *fartura*, *farsum* et *fartum*, de quibus pariter V. suo loco. — Farsus autem legitur a quibusdam in *Epitom. Livii 50.*, apud *Hygin. fab. 126.*, *Petron. fragm. Tragur. 69. Burm.* et *Apic. 4. 2.* et *8. 8.* et apud *Hieronym. ep. 22.* in Cod. Atest., adnotante *Cavedoni* in *Opuscoli di Modena, T. 4. p. 173.* — De forma autem *fartus* vel *farctus*, V. FERTUS. — **c)** Particip. farciens, V. §. 2. et 3. — **d)** Derivata, *farciman, farciminosus, farciminum, farcino, farsilis*, et *fartilis, farticulum, fartim, fartor, fartrix, fartura*. Cf. FERTUS §. 1. et 2. — **e)** Composita, *confercio, differtus, effarcio, effarcinatus, infarcio, refercio, suffarcino, suffertus*.

FARCIO proprie est sine delectu, ac acervatim congerendo et inculcando impleo; *riempire alla rinfusa*. *Vitruv. 2. 8. ante med.* Nostri celeritati studentes, erecta coria locantes, frontibus serviunt, et in medio farciunt, fractis separatim cum materia caementis. *Plin. 36. 51. 1.* Medios parietes farcire caementis; *murare a cassa. Apic. 2. 5.* Botellum sic facies: ex ovis vitellis coctis, nucleis pineis, . . . et sic intestinum farcies; *farai una salsiccia*. — **2)** Item ingero, infercio, congero, inculco; *cacciar dentro*. *Plin. 25. 45. 1.* Iachaemon *(herba)* farcitur in nares. *Senec. ep. 108.* Edaces, et se ultra, quam capiunt, farcientes. *Id. 5. Ira, 19.* Cum spongiae non invenirentur, scindi vestimenta miserorum, et in os farciri pannos imperavit. *Id. ep. 70. a med.* Lignum id, quod ad emundanda obscena, adhaerente spongia, positum est, totum in gulam farsit. — **3)** Sumitur et pro saginare, quod fit congesto affatim cibo; *ingrassare*. *Cato, RR. 89.* Gallinas et anseres sic farcito. Et mox. Bis in die farciat; h. e. cibum praebeat farciendi causa. *Varr. 3. RR. 9. sub fin.* Gallinas ex triticeo pane intrito in aquam, mixto bono vino, farcire. Et *2. ibid. 5.* Boves farcire ad victimas. *Colum. 8. 7.* Haec fere communis est cura farcientium. — **4)** Allegorice. *Plaut. Epid. 5. 4. 19.* Hic non est locus: Proin tu alium quaeras, cui centones farcias; h. e. quem gloriosis mendaciis, et consarcinatis fabulis impleas, obtundas, obruasque.

FARCĪTUS, a, um. Particip. verbi *farcio;* repletus. — Translate. *Cassiod. Instit. Divin. litt. 22.* Cuius *(Augustini)* operta suavia sunt, obscura vero magnis utilitatibus farcita pinguescunt. Cf. FARTUS.

FARCTUS. V. FARCIO §. b. et FARTUS.

FARĒDO, ĭnis, f. Ignotum aliquid ulceris genus, quod fortasse *farredo* scribendum est, quia farri similitudinem habet. *Plin. Valerian. 5. 22. ante med.* Semen raphani ex aqua tutum et impositum sistit ulcera, quae faredines appellant.

FARFĂRUS, i, m. Genus quoddam herbae, quae et farfugium, et chamaeleuce dicitur, nascens secus fluvios, folio populi, sed ampliore. *Plin. 24. 85. 1.* — Fortasse eadem est cum illa, de qua *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* Farfenum virgulti genus. *Ubi al. leg.* Farferum. *Plaut. Poen. a. 2. v. 32.* Prosternebant folia farferi. Quidam putant esse *ungulam caballinam*, seu *populaginem*.

FARFENUM, FARFĔRUS et FARFŬGĬUM. } V. voc. praeced.

FĀRI. V. FOR.

FARIA; multa. *Gloss. Isid. n. 697.* et *Gloss. Arab. Lat.* Faris; verba multa. *Fortasse delenda est vox verba.*

* FARIAM, unde plura sunt composita, V. in FOR.

FĂRĪNA, ae, f. Nomen a *far*, ut videtur. Hinc *Isid. 20. Orig. 2. 19.* « *Farina* et *furfures* a *farre* dictae, cuius sunt purgamenta. » Cf. *Plin.* loc. mox cit. — **b)** Derivata, *farinaceus, farinarius, farinosus, farinula, farinulentus*. — **c)** Compositum, *defarinatus*.

FARINA proprie est far tostum, pinsitum, molitumve, et in pulverem redactum. Ut enim far primus fuit Romanorum cibus; ita eo molito, farinae nomen est factum; *farina. Plin. 18. 20. 3.* Farinam a farre dictam, nomine ipso apparet. — *Vulg. Interpr. Isai. 47. 2.* Tolle molam, et mole farinam. *Id. Osee, 8. 7.* Germen non faciet farinam. — **2)** Dicitur tamen de omnibus frumentis, quibus vescimur. *Plin. 18. 20. 3.* Siliginea farina. *Id. 20. 31. 7.* hordeacea. Et *22. 58. 2.* triticea. *Id. 30. 12. 4.* avenacea, etc. *Martial. 8. 16. de pistore.* Et panem facis, et facis farinam; h. e. rem tuam familiarem teris, et consumis. *Plin. 18. 20. 3.* Quae sicca moluntur, plus farinae reddunt. *Pers. 3. 112.* cribro decussa farina. *Plin. 16. 6. 1.* Farinam molere. *Id. 18. 14. 2.* Hordeum in subtilem farinam molere. — **3)** Item de omnibus, quae in pulverem teri possunt. *Plin. 23. 31. 3.* Folia myrti siccantur in farinam. *Id. 36. 59. 2.* Gypsum resolvitur in farinam. Et *33. 40. 2.* Minium tunditur in farinam. Et *34. 50. 4.* Plumbum ustum terere in farinam. *Id. 28. 37. 3.* Farina testae salsamentariae. Et *ibid. 23. 7.* caminorum; *filiggine*. Et *ibid. 49. 1.* cornua cervini. Et *17. 34. 1.* tofi. Et *32. 26. 1.* marmoris. Et *22. 60. 1.* qua chartae glutinantur; *colla. Ovid. Medic. fac. 61.* Iamque ubi pulvereae fuerint confusa farinae, Protinus in cribris omnia cerne cavis; *quando saranno ridotte in polvere, e mescolate insieme*. — **4)** Translate. *Pers. 3. 115.* cum fueris nostrae paulo ante farinae; h. e. naturae et morum: cum fueris nobis omnino similis. *Suet. Aug. 4.* Cassius Parmensis, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum: Materna tibi farina.

FĂRĪNĀCĔUS, a, um. Adiect. a *farina;* qui farinae formam habet; *farinaceo. Gloss. Philox.* Farinaceus; ἀλευρώδες. — Addunt etiam *Pseud. Augustin. de vit. erem. ad soror. 19.*, ubi et absolute adhibetur.

FĂRĪNĀRĬUM. V. voc. seq. §. 2.

FĂRĪNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *farina;* ad farinam pertinens; *da farina, Cato, RR. 76.* et *Plin. 18. 29. 6.* Farinario cribro secernunt. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FARINARIUM, ii, n. Est locus in quo farina asservatur; *farinaio. Gloss. Philox.* Farinarium; ἀλευρών.

Digitized by Google

FĂRĪNŌSUS, a, um. Adiect. a *farina;* farinarius. *Veget. 2. Veterin. 30.* Farinosa congeries.

FĂRĪNŬLĂ, æ, f. Deminut. a *farina;* parva seu pauca farina. *Fest.* in *Insipere* apud *Paul. Diac. p. 108. Müll.* Farinulam iacere pultis. Aliter tamen legit *Müll.*, quem videsis. — Vocem tamen confirmat *Vulg. Interpr. 3. Reg. 17. 13.* Fac de ipsa farinula subcinericium panem parvulum.

FĂRĪNŬLENTUS, a, um. Adiect. a *farina,* syllabica adiectione productum; farinosus. *Apul. 9. Met.* Farinulento cinere sordide candidati.

FĂRĪO, ōnis, m. Piscis in Mosella degens, qui media aetate sic appellatur, sequente salmo, praecedente solar. Quidam vocant *trotas:* dissimilem tamen puto esse nostratibus. *Auson. Mosel. 128.* Teque inter species geminas, neutrumque, et utrumque, Qui nec dum salmo, nec iam solar ambiguusque Amborum, medio fario intercepte sub aevo. *Isid. 12. Orig. 6. varios* vocat a varietate, quos vulgo *truetas* dicunt.

FARIOLUS. V. HARIOLUS.

FĂRĪOR, āris, āri. Verbum transitiv., quod olim dictum fuisse videtur pro *for,* loquor. *Lex XII. Tab.* apud *Gell. 15. 13. extr.* Ni testimonium fariatur. *Al. leg.* fari iatur.

FARMOTIN, indecl. Nomen mensis Aprilis apud Aegyptios, teste *Polem. Sylv.* in *Kalend.*

FARNĔUS, a, um. Adiect. a *farnus;* ad farnum pertinens, ut Farnei fungi, apud *Apic. 7. 13., ubi alii leg.* faginei.

FARNUS, i, f. Nomen parum certae originis (fortasse pro *fraxus,* contractum a *fraxinus),* quo significatur arbor de genere quercuum, quae describitur ab *Aldrovando,* habens folia cerro similia, longiora tamen, angustiora, duriora, et ad atrum inclinantia, quibus incisurae sunt minus latae, cum asperitate aliqua in parte superna; *farnia.* Meminit huius arboris *Vitruv. 7. 1.* Adde *Pallad. 1. 9.*, ubi tamen al. leg. *fraxinus:* dubitant etiam de loco *Vitruvii.*

FARRĀCĔUS et Farracius, a, um. Adiect. a *far;* ad far pertinens, farreus. *Plin. 24. 23. 2.* Bruttia pix cum polline farraceo. *Varr. 1. RR. 31. ad fin.* Farracia seges.

FARRĀCĬUS. V. voc. praeced.

* FARRĀGĪNĀRĬĂ, ōrum, n. Nomen a *farrago,* quo significatur varia frumentorum genera simul commixta ad pecora per hiemem pascenda. *Colum. 11. 2. post. med.* Farraginaria quoque, pecori futura per hiemem praesidio. Ita leg. *Gesnerus,* sed *Pontedera, Antiq. Gr. et Lat. p. 583.* monuit, hoc esse monstrum verbi, et multis argumentis probavit pro *farraginaria* legendum *farrago hordearia,* quam quidem lectionem in textum recepit *Schneiderus;* hinc supra allatam vocem toto Latio exsulare iubemus.

FARRĀGO, ĭnis, f. Est far, hordeum, vicia, et legumina viridia, caesa, antequam spicam siliquamve gignant, admixtaque pabuli causa, ut *Varr. 1. RR. 31. ad fin.* docet. His enim equi et iumenta cetera per hiemem aluntur, purgantur, saginantur; *farragine, pastura, mistura.* Dicta est *farrago,* quia praecipue ex farre constat. Similis est quae a Venetis rusticis dicitur *sorgale. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 91. Müll.* Farrago appellatur id, quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis. *Plin. 18. 41. 1.* Farrago ex recrementis farris praedensa seritur, admixta aliquando et vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. V. *Colum. 2. 11.*, ubi eius serendae rationem docet. *Virg. 3. G. 205.* Tum demum crassa magnum farragine corpus Crescere iam domitis sinito. *Nemesian. Cynog. 283.* Pasce igitur sub vere novo farragine molli Cornipedes. — 2) Translate. *Iuvenal. 1. 85.* Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli; h. e. commixtio et compositio, materia, argumentum. — *Pers. 5. 77.* et in tenui farragine mendax; h. e. in re levi, et parvi pretii, ut est farrago.

FARRĀRĬUM. V. voc. seq. §. 2.

FARRĀRĬUS, a, um. Adiect. a *far;* ad far pertinens. *Scaevola, Dig. 7. 1. 58.* Sempronio do, lego ex reductu fructuum, oleris, et porrinae, quae habeo in agro Ferrariorum. Alii leg. *farrariorum,* sed prius praestat, et videtur locum denotare, in quo ager sit. *Cato, RR. 10.* Farraria fistula. — 2) Absolute, substantivorum more,

FARRARIUM, ii, n. Est locus, ubi farrago, et similia iumentorum pabula, praeter foenum, conduntur. *Vitruv. 6. 9. ad fin.* Horrea, foenilia, farraria, pistrina, extra villam facienda videntur.

FARRĀTUS, a, um. Adiect. a *far;* ad far pertinens, ut Farrata olla, in qua puls e farre cocta est. *Pers. 4. 50.* tunicatum cum sale mordens Cape, et farratam, pueris plaudentibus, ollam. — *Iuvenal. 11. 109.* Ponebant igitur Tusco farrata catino Omnia tunc; h. e. omnes cibi, quos mensae inferebant, erant e farre, ut in FAR §. 1. dictum est.

FARRĔĀCĬUS, a, um. Adiect. a *farreum;* ad farreationem pertinens. *Apul. 5. Met. 26.* Ego vero sororem tuam . . . iam mihi farreacis nuptiis coniugabo. *Alii aliter leg.* V. *Hildebr.* ad h. l.

FARRĔĀRĬUS, a, um. Adiect. a *far;* farrarius, ut Farrearium pilum, quo far pinsitur. *Cato, RR. 10.*

FARRĔĀTĬO, ōnis, f. Abstractum a *far,* verbalium more effictum, ab inusit. *farreo,* unde *farreatus,* quod V. — Est usus farrei in nuptiis. *Serv.* ad *Virg. 4. Aen. 374.* Sane etiam hic mentio caeremoniarum inducitur. Mos enim apud Veteres fuit flamini et flaminicae, ut per farreationem in nuptias convenirent, sellas duas lugatas ovili pelle superiecta poni, eius ovis quae hostia fuisset, et ibi nubentes velatis capitibus in confarreationem flamen ac flaminica residerent, quod Dido meminit, cum queritur, se ab Aenea contra ius nexus maritalis deseri, his verbis: *regni demens in parte locavi.* Locata enim uxor dicitur, quod simul cum eo sedet, dum confarreatur. Adde *Boeth. 1. Top. Cic. p. 1071. Migne.*

FARRĔĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *farreo;* iunctus coniugio per farreationem. *Serv.* ad *Virg. 4. Aen. 104.* Quid est enim aliud: *Dotalesque tuas Tyrios permittere dextrae,* quam in manum convenire? quae conventio eo ritu perficitur, ut, aqua et igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur, quae res ad farreatas nuptias pertinet, quibus flaminem et flaminicam iure pontificio in matrimonium necesse est convenire.

FARRĔUM. V. voc. seq. §. 3. et 4.

FARRĔUS, a, um. Adiect. a *far;* ex farre confectus; *di farreo. Colum. 7. 12. a med.* Canes farreo, vel triticeo pane saliandi sunt. — 2) Farreum spicum *Fest.* in *Restibilis, p. 280. Müll.* vocat semen quodlibet spicam ferens. — 3) Absolute, substantivorum more,

FARREUM, i, n. Est libi genus ex farre, ut *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* docet. *Plin. 18. 5. 2.* In sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: novaeque nuptae farreum praeferebant. Adde *Ulp. lib. regular. tit. 9.* Cf. voc. seq. — *Gloss. Lat. Gr.* Farreum; χονδρίτις; h. e. farina crassior. — 4) Item horreum, teste *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 102. Müll.* Horreum Antiqui dicebant farreum a farre.

FARRĬCŬLUM, i, n. Deminut. a *farreum,* quod significat libum ex farre factum. *Pallad. 9. 21.* Ex novo tritico purgato farriculum facies, et ex musto curabis infundere, ita ut modio farris lagenam musti adicias: deinde sole siccabis; et item similiter infundis ac siccas. Hoc cum tertio feceris, panes ex eo brevissimos ad modum facies musteorum; et in sole siccatos vasculis novis fictilibus recondis et gypsas. Pro fermento, quo tempore anni musteos facere volueris, hoc uteris.

FARSĬLIS, le. Adiect. verbale a *farcio;* idem ac fartilis, ut Farsilis porcellus, apud *Apic. 8. 7.;* h. e. variis condimentis fartus, coctusque cibi causa.

FARSŪRĂ. V. FARTURA.

FARSUS, a, um. V. FARTUS.

FARTĬCŬLUM, i, n. Deminut. a *fartum;* parvum fartum. *Titin.* apud *Non. 4. 270.* Farticula, cerebellum, lactes agninas.

FARTĪLIS, le. Adiect. verbale a *farcio;* qui farciri, h. e. saginari potest; *atto ad ingrassarsi. Fartilia* enim sunt animalia, quae cibi causa saginari solent, ut anseres, gallinae, et huiusmodi. *Plin. 10. 27. 1.* Fartilibus (*anseribus*) iecur in magnam amplitudinem crescit. *Apul. 3. Met. sub fin.* Insuticius, et fartilis asinus; h. e. exenteratus, et vivae puellae corpore, mediae alvo insuto, fartus. — 2) Translate. *Tertull. advers. Valentin. 27.* Fartilia nescio quae commenti et hominum, et Deorum suorum; h. e. animale quiddam et corporeum spiritali ac divinae naturae veluti infarcientes.

FARTIM. Adverb. a *fartus;* farciendo, implendo. *Apul. 2. Met.* Suis dominis parabat viscum fartim concisum, et pulpam frustatim consectam; h. e. minutatim: nam quae farciendo parantur, minutatim conciduntur, ut in botellis et lucanicis. *Id. 3. ibid. sub init.* Aditus etiam, et tectum omne fartim stipaverant; h. e. cumulatim, acervatim. Adde *Auson. Mosell. 115.* — Est etiam vox *Plautina,* ut adnotat *Priscian.* in additamento *lib. 14.* ed. *Hertz. T. 2. p. 58.*

FARTOR, ōris, m. Verbale a *farcio;* qui farcit, qui isicia et farcimina facit; *salsicciaio, pasticciere:* ut *Donat.* docet ad illud *Ter. Eun. 2. 2. 26.* Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, aucupes. Quae verba *Cic.* quoque refert *1. Offic. 42.*, ubi fartorum artem inter eas recenset, quae sunt ministrae voluptatum. Horum artificio fingebantur interdum ex farina animalia, avesque variae nucibus, uvis passis, aliisque condimentis fartae, qualis fuit epidipnis illa apud *Petron. fragm. Tragur. 69. Burm. Plautus, Truc. 1. 2. 11.* De nostro saepe edunt, quod fartores faciunt, *scil.* quia de iis, quae ad eos deferimus, ut farcimina nobis conficiant, partem detrahunt sibi, et vescuntur. Adde *Horat. 2. Sat. 3. 229.* — 2) Item qui aves saginat, quae fartiles dicuntur; *gallinaio. Colum. 8. 7.* Pinguem quoque facere gallinam, quamvis fartoris, non rustici sit officium, etc. *Inscript.* apud *Grut. 580. 15.* Antigonus Drusi Caesaris avium fartor. Adde *alium* apud *Reines. cl. 9. n. 12.* V. ALTILIARIUS et AVIARIUS, ii. — 3) Translate *fartores* dicti sunt nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina salutatorum in aurem candidati. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.*

FARTRIX, ĭcis, f. Verbale a *farcio;* quae farcit. Agnoscitur a *Prisc. Partit. XII. vers. Aeneid. 10. p. 1272. Putsch.* Fartor, fartrix.

FARTUM. V. FARTUS, a, um, §. 4. et seqq.

Digitized by Google

FARTŪRĂ, Farctura et Farsura, ae, f. Verbale a *farcio;* quidquid ad farciendum impleudumque congeritur, immittitur, et inculcatur; *riempimento. Vitruv. 2. 8. ante med.* Tres suscitantur in structura (*parietum*) crustae, duae frontium, et una media farturae. Et *paulo ante.* Monumenta facta e marmore, intrinsecusque medio calcata farturis. Adde *Varr. 5. LL. 23.*, ubi de intestinis farciendis in usum cibi verba fiunt. — **2)** Item saginatio; *ingrassamento:* eo modo, quo in FARCIO §. 3. dictum est. *Varr. 3. RR. 8. de turturib.* Tunc pulli plurimi gignuntur, qui ad farturam meliores. *Colum. 8. 9.* Turtures farturae destinantur. Adde *ibid. 7. extr.* Adde *Tertull. advers. Valentin. 27.*, quo loco *farsura* legitur: ut et apud *Varr. 3. RR. 9.*, dubia tamen lectione.

FARTUS, Farctus et Farsus, a, um. Particip. verbi *farcio* (quod V. §. b.); farcendo impletus; *riempito. Cic. 7. Verr. 11.* Pulvinus perlucidus, Melitensi rosa fartus. *Plin. 10. ep. 48.* Parietes caemento medii farti. *Plin. alter, 29. 16. 1.* Mustelae ventriculus coriandro fartus. *Cic.* versus versus *Aeschyli, 2. Tusc. 10.* Iecore opimo farta et satiata affatim. *Apul. Florid. n. 16.* Fartum totum theatrum. *Vitruv. 8. circa med.* Neque is rex ab inopia hoc fecit: infinitis enim vectigalibus erat fartus; h. e. dives, abundans. — **2)** Item accumulatus, congestus; *ammucchiato. Martial. 3. 58.* Hinc farta premitur angulo Ceres omni. — **3)** Translate. *Catull. 28. 12.* nihilo minore verpa Farti estis; h. e. ab aeque turpi homine male multati estis, sumpta obscena metaphora ab irrumatione, quam qui patitur, contumeliam ferre putabatur. — **4)** Absolute, substantivorum more,

FARTUM, i, n. Est quidquid farcit, ac implet; *il pieno. Plin. 28. 29. 5. de chamaeleone.* Intestina et fartum eorum, cum id animal nullo cibo vivat, etc.; *e ciò che v'è dentro. Colum. Arbor. 21.* Ea res efficit uberiorem fructum, et fartum speciosius ac plenius. — **5)** *Fartum vestis* ioculariter dicitur corpus ipsum vestitum. *Plaut. Most. 1. 3. 15.* Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum. — **6)** *Fartum facere*, est farcire. *Id. Mil. 1. 1. 8.* Macharra gestit fartum facere et hostibus; h. e. ita minutatim concidere, ut solent coqui carnes dissecare farciminibus faciendis. Al. minus recte leg. *fratrem facere.*

Nota. Hic spectare potest, quod *Isid.* tradit discrimen inter *fartum* et *partum* in *1. Differ. 240.* « *Farctum* dicimus, qui non est editus, et intra ventrem iacet; *partum*, qui editus est. »

FARTUS, us, m. Verbale a *farcio*, idem quod *fartum* absolute adhibitum (V. voc. praeced. §. 4.). *Colum. 5. 10.* Ea res efficit uberiorem fructum, et fartum fici pleniorem et meliorem. Quod hic *fartum fici* vocat, *Pallad. 4. 10. sub fin.* pulpam fici appellat. *Arnob. 7. p. 251.* Quid cum pultibus Deo sit, quid cum libis, quid diversis cum fartibus confectionis iure multiplici, atque impensarum varietate conditis?

FARUS. V. PHARUS.

FAS, n. indecl. Vox parum certae originis, quam tamen plerique derivant a *fando*, quasi fatum; h. e. dictum sit a Diis, aut sacerdotibus. (V. loc. *Fest.* sub v. FASCINUM §. a.). Nam *fas* ad Deos ac religionem refertur; sicut *ius* ad homines, ut *Serv.* docet ad illud *Virg. 1. G. 268.* festis quaedam exercere diebus, *Fas* et iura sinunt: rivos deducere nulla Religio vetuit, etc. — Mihi potius deducenda videtur ex eadem radice, a qua est *facio* vel *fio*, ita ut *fas* sit proprie quod fieri potest (V. infra §. 1.). — **b)** Adhibita reperitur in recto, quarto et quinto casu. — **c)** Derivata et composita V. in FASTUS, a, um, et FASTIDIUM. Cf. et FATUM.

FAS proprie quod fieri potest, atque hinc quod conveniens est, licitum aut iustum; *il giusto, il lecito, il permesso. Cic. Har. resp. 16.* Oratores contra ius fasque interfectos. *Id. 1. Att. 16. ante med.* Delere omne ius fasque. *Liv. 7. 31.* Legatos, sicut fas iusque est, ad socios precatum mittemus. *Cic. 7. Verr. 13. extr.* Contra fas, contra auspicia, contra omnes divinas atque humanas religiones. *Virg. 9. Aen. 93.* Mortali ne manu factae, immortale carinae Fas habeant? *il privilegio dell'immortalità.* — **2)** Hinc dicitur aliquando de ipsis Numinibus. *Senec. Here. fur. 638.* Fas omne mundi, teque dominantem precor Regno capaci; h. e. omnes Deos superos. Apud *Auson.* est ipsa Themis *Technopaegn. Edyll. 12. de Diis.* prima Deum fas, quae Themis est Graiis. — In veteri formula publice repetentium res, apud *Liv. 1. 32.* Audi Iuppiter, audite fines, audiat fas. — **3)** Refertur et ad dies fastos, ut nefas ad nefastos. *Varr. 6. LL. 4.* Dies, qui vocatur sic. Quando res comitiavit, fas. Et *mox.* Ad quod tempus est nefas, ab eo fas. Et *mox.* Dies vocatur, Quando stercus delatum, fas. — **4)** Deinde, latiore significatione,

II. *Fas* frequentissime sumitur pro omni eo, quod licet, et iustum est per quascumque leges, mores, voluntatemve hominum. *Cic. 2. Agr. 7.* Domitius, quod per caerimonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes deret. *Id. Mil. 16.* Ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret. *Id. Dom. 13. extr.* Factus es eius filius, contra fas, cuius per aetatem pater esse potuisti. *Id. Cluent. 5.* Generi sui, contra quam fas erat, amore capta. *Horat. 3. Od. 29. 31.* Irepidare ultra fas. *Cic. Mur. 37.* Cives, si eos hoc nomine appellari fas est. *Id. Dom. 38.* Cum mihi uni opera mea hanc urbem esse salvam, iurato dicere fas fuisset. *Virg. 5. Aen. 800.* Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis; *tu hai tutto il diritto, ogni ragion vuole, che* etc. *Cic. 3. Tusc. 13.* Humanus animus cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. *Ovid. 4. Pont. 8. 55.* Dii quoque carminibus, si fas est dicere, flunt. *Plaut. Asin. 3. 1. 11.* Neque te accuso, neque me id facere, fas existimo. *Tacit. 14. Ann. 50.* et *Germ. 9.* et *Quintil. 3. 8. 3.* fas habere; *stimar lecito.* Sic *Plaut. Trin. 2. 2. 10.* Quod manu non queunt Tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant; h. e. solum putant, fas esse abstinere manus ab iis, quae tangere et rapere non possunt. *Ovid. 2. Trist. 295.* Fas prohibet, Latio quemquam de sanguine natum, Caesaribus salvis barbara vincla pati. — **5)** Fas gentium, apud *Tacit. 1. Ann. 42.* est *il gius delle genti.* Et *4. Hist. 58.* Fas armorum; *il gius delle armi.* Et *2. Ann. 10.* Fas patriae; *il gius della patria*, quod patria a bonis civibus postulat, exigitque. Sic *1. ibid. 19.* Fas disciplinae; h. e. quod disciplinae ratio postulat. — **6)** Saepe iungitur cum *nefas. Horat. 1. Od. 18. 10.* Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum discernunt. *Virg. 1. G. 505.* Fas versum atque nefas. *Ovid. 6. Met. 585.* Fas nefasque confundere. Adde *1. Art. am. 739.* et *Tacit. 2. Hist. 56.* Significatur autem hac ratione loquendi, nullam rationem, discrimenque haberi aequi et iniqui, honesti et inhonesti. — **7)** Ad *fas* in universum et illa pertinent *Virg. 3. Aen. 55.* Fas omne abrumpere. *Tacit. 3. Hist. 5.* exuere. *Id. 15. Ann. 5.* Neque fas, neque fidem pensi habere. *Id. 4. Hist. 67.* Fas et foedera respicere. — **8)** *Fas est* aliquando significat *è possibile;* fieri potest. *Ovid. 3. Art. am. 151.* Nec mihi tot positus numero comprendere fas est. *Virg. 7. Aen. 692.* Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro. *Ovid. 3. Trist. 12. 41.* Fas quoque, ab ore freti, longaeque Propontidos undis Huc aliquem certo vela dedisse Noto; *si può dare, può essere, che* etc. Fortasse ita quoque verti potest, quotiescumque cum *licet* iungitur. *Id. 1. Fast. 25.* Si licet, et fas est, vates rege vatis habenas. *Stat. 8. Theb. 90.* Si licet, et sanctis hic ora resolvere fas est Manibus. *Lucan. 1. 359.* Si licet, et fas est veras expromere voces. — *Quintil. 3. 14. 18.* Et a ratione fas est incipere, deinde concludere. — **9)** Aliquando adiectivi vim habet. *Ovid. 4. Heroid. 134.* Iuppiter esse pium statuit, quodcumque iuvaret: Et fas omne facit fratre marita soror; *rende ogni cosa lecita e permessa.*

FASCĀLIS, le. Adiect. a *fascis;* ad fascem pertinens. *Inscript.* apud *Fabretti, p. 274. n. 154.* Maximo fascali Aug. N. Victoria coiugi incomparabili. Idem *Fabrettus* hic adnotat, fasces hinc inde cum securibus in lapide repraesentari, unde intelligimus, hunc Maximum fuisse Augusti cuiusdam lictorem, cuius professio hac voce cadentis Latinitatis propria significatur.

FASCĔĂ et FASCĔĀTIM. } V. FASCIA §. b. et FASCIATIM.

* FASCEMINA, clausibilis Vallatio circa claustra. *Gloss. Isid. n. 699.* — Fortasse leg. est *fascemina*, ut sit a *fascio* vel *fasceo* unde *fascamen.*

FASCĬA et Fasces, ae, f. Nomen parum certae originis. *Isid. 29. Orig. 33. 6.* « Dicta, inquit, *fascia*, quod in modum *fasciculi* corpus alligat; » ex quo patet, secundum eum, *fasciam* a *fasci* dictam, cuius deminutivum est *fasciculus.* Cf. FASCIS §. a. — **b)** Olim et *fascea* scriptum fuit, quod dicendum est etiam de derivatis. Haec tamen scribendi ratio minus probanda videtur. — **c)** Derivata, *fasciarium, fasciatim, fascio, fasciola.*

FASCIA proprie est pannus lineus, vel laneus, oblongus et angustus, ad obligandum, vestiendumve, quales sunt, quibus infantes, aut vulnera obvolvuntur; *fascia. Plaut. True. a. 3. v. 15.* Puero fasciis opus est, pulvinis, cunis. *Cic. Brut. 60.* Devinctus erat fasciis, et multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus. *Suet. Domit. 17.* Brachium laneis fasciisque obvolvere. *Id. Galb. 21.* Latus fascia substringere. *Gell. 16. 3.* Fasciis ventrem strictissime colligare. — **2)** Fuit fasciarum usus etiam vestiendi, et sustentandi, et obtegendi causa: ut quas adhibebant viri cruribus fovendis, amiciendo pedi, ne in calceo aut laederetur, aut nataret: et quas iidem herniis sustinendis: et quas mulieres tegendo pectori et papillis. De prioribus *Cic. fragm.* apud *Non. 14. 2.* Cum vincirentur pedes fasciis, cum calvatica capiti accommodaretur; *scarpette, peduli.* V. CALVATICA. *Quintil. 11. 3. a med.* Fasciae, quibus crura vestiuntur, et focalia, et aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo. *Cic. 2. Att. 3.* Epicratem suspicor lascivum fuisse: etenim mihi caligae eius, ut fasciae cretatae, non placebant. De Pompeio loquitur, de quo et *Val. Max. 6. 2. n. 7.* Candida fascia crus alligatum habenti, Favonius: Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema. *Plin. 8. 82. 1.* Fasciae, quibus in calceatu utebatur. *Lamprid. Alex. Sever. 40.* Fascils semper usus est; h. e. pedulibus: de quibus multa ibi *Salmas.* disserit. *Ulp. Dig. 34. 2. 25.* Fasciae crurales pedulesque loco vestium sunt. *Grat. Cynog. 358.*

Digitized by Google

tegat imas fascia suras. Adde *Iustin. 38. 1. ad fin.* et V. CRURALIS §. 1. — De alteris V. VINCTURA. — De tertiis *Ovid. S. Art. am. 274.* Inflatum circa fascia pectus est. *Propert. 4. 9. 49. de Hercule.* Mollis et birsutum cepit mihi fascia pectus. *Martial. 14. 154.* cuius lemma est *fascia pectoralis.* Fascia crescentes dominae compesce papillas. V. PECTORALIS et STROPHIUM. — **3)** Hinc locutio: *Non es nostrae fasciae; h. e.* nostrae sortis, conditionis, ordinis: proverb. apud *Petron. fragm. Tragur. 46. Burm.*, in quo alii respectum volunt ad fascias infantium, alii a mercatorum consuetudine, unius generis merces eadem fascia involvendi: alii a fasciis cruralibus, quas ditiores ex pretioso panno, ex sordido pauperes gestare solent. — **4)** Latiore significatione et a similitudine,

II. *Fascia* coronae addita regium erat insigne, nempe diadema. *Suet. Caes. 79.* Cum quidam statuae eius coronam lauream candida fascia praeligatam imposuisset, et tribuni pleb. coronae fasciam detrahi, hominemque duci in vincula iussissent, etc. *Senec. ep. 80. extr.* Vides illum Scythim regem, insigni capitis decorum? Si vis illum aestimare, fasciam solve: multum mali sub illa latet. — **5)** *Fascia iunci* apud *Plin.* est involucrum e iunco, *13. 18. 6.* Uvas sole siccas iunci fasciis involvit, cadisque conditas gypso luciudit. — **6)** Quas in publico epulo Caligulam pueris et feminis fascias purpurae ac conchylii distribuisse, narrat *Suet. 17.*, fuisse videntur institae praetextae in ima toga, et fasciae pectorales. — **7)** *Fasciae* lecti cubicularis memorant *Cic. 2. Divin. 65.*, et sunt, quibus culcita ipsa sustinebatur. *Martial. 5. 62.* Nulla tegit fractos nec inanis culcita lectos: Putris et abrupta fascia reste iacet. Et *14. 159.* cui titulus *Tomentum Lingonicum.* Oppressae nimium vicina est fascia plumae. — **8)** Aliquando corticem significat, inquit *Non. 6. 18.* afferens illud *Varronis:* Libyssa citrus fasciis cingit fores. Quae verba affert etiam *Id. 2. 132.*, et intelligenda sunt de opere vermiculato, Itali dicunt *tarsia, intarsiatura*, in quo Veteres utebantur citreis laminis ad fores, mensas, subsellia, lectos, et reliquam domorum supellectilem ornandam. V. CITRUS §. 1. — **9)** In architectura *fasciae* per similitudinem dicuntur membra quaedam oblonga, et angustiora in epistyliis longe eodem tenore procurrentia, et fasciae instar extensa. Referunt enim speciem adpactarum regularum; *liste, listelli. Vitruv. 3. 3. post med.* Corona cum suo cymatio praeter simam, quantum media fascia epistylii. — **10)** Etiam zonae in caelo *fasciae* dicuntur. *Capell. 6. p. 196.* Orbis terrae in quinque zonas, sive melius fascias dico, discernitur. — **11)** Nubes quoque in modum fasciarum longo per caelum tractu protensae, et tempestatis nunciae. *Iuvenal. 14. 294.* Nil color hic caeli, nil fascia nigra minatur.

FASCĬĀRĬUM, ii, n. idem videtur, quod fascia, in epigrammate incerti *Auct.* in *Anthol. Lat. n. 1132. Meyer.* Fasciarii pondus, longi pars summa telonis. Cf. *Burmann.* in *Anth. Lat. 3. 203.*

FASCĬĀTIM et Fasceatim. Adverb. a *fascia*, ut vult *Charis. 2. p. 165. Putsch.*, vel a *fasce*, ut alii apud *Eund. ibid.* A femininis quoque hominibus a littera terminatis nascuntur adverbia *im* litteris finita, ut *fascia, fasciatim . . . fasciatim* quoque non a *fascia* putant tractum, sed a *fasce*, siquidem fasciatim, non per fascias, sed per fasces *(subaudi* significat). — Hoc tamen adverbium improbat *Quintil. 1. 4. 20.* V. loc. in ATTRECTATIO §. 3.

FASCĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *fascio* fascia cinctus; *fasciato. Martial. 12. 57.* Nec fasciato naufragus loquax trunco.

FASCĬCŬLĀRĬĂ, ium, n. Nomen proprie adiect. *fasciculāris, re*, a *fasciculus*, absolute in plur. num. adhibitum ad ea significanda, quae in fasciculum colligantur, et fascis modo portantur. *Vegt. 2. Milit. 19. extr.* Fascicularia tamen, id est lignum, foenum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castra portabant.

FASCĬCŬLUS, i, m. Deminut. a *fascis;* parvus fascis; *fascetto. Cic. 5. Tusc. 18. extr.* Fasciculum *(florum)* ad nares admovere; *mazzo, mazzetto. Id. 2. Q. Fr. 12.* Fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat et mea, et Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse; *plico. Plin. 19. 5. 1.* Linum in fasciculos manuales colligatum siccatur in sole. *Horat. 1. Ep. 13. 12.* ne forte sub ala Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum. Adde *Vulg. Interpr. Cant. 1. 12.* — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. 1. Reg. 25. 29.* Erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo viventium apud Dominum tuum; *h. e.* in numero electorum suorum. *Id. Amos, 9. 6. de Deo.* Aedificat in caelo ascensionem suam et fasciculum suum super terram fundavit.

FASCĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fascis* et *gero;* fascem, vel fasces gerens. *Paulin. Nolan. 321.* Te duce fascigerum gessi primaevus honorem; *h. e.* consulatum.

FASCĪNĂ, ae, f. Deminut. a *fascis;* fascis sarmentorum, et virgarum; *fascina. Cato, RR. 37.* De vinea, et arboribus putatis sarmenta degere, et fascinam face. *Schneiderus* omnium primus in textum pro *fascinam* recepit ex *Pontedarae* coniectura, qui in *Antiquit. Gr.* et *Lat. p. 31.*, Codicis *Politiani* auctoritate fultus, Lexicis hanc vocem addendam censuit, cum et Itali, et Galli eandem admiserint a vetustissimis Latinis vulgo eam usurpantibus mutuati.

FASCĪNĀBELLUM et Fascinabulum, i, n. Deminut. a *fascinum;* parvum fascinum. Legantur in *Not. Tir. p. 132.* Fascinum, fascinabulum et fascinabellum.

FASCĪNĀBŬLUM. V. voc. praeced.

FASCĪNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fascino;* actus fascinandi; *malia. Plin. 28. 5. 1.* Cur et fascinationibus adorationi peculiari occurrimus? Et *ibid. 7. 1.* Fascinationes repercutere. Et *ibid. 27. 8.* Fascinationibus resistere. — *Vulg. Interpr. Sap. 4. 12.* Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona.

FASCĪNĀTOR, ōris, f. Verbale a *fascino;* qui fascinat; *stregone, ammaliatore. Primas.* in *epist. ad Galat. 3.* Qui apud nos invidus, in Graeco significantius ponitur *βάσκανος;* fascinator. Dicitur fascinus proprie infantibus nocere et aetati parvulae; et iis qui necdum firmo vestigio figunt gradum. Unde est illud: *Quis teneros oculus mihi fascinat agnos?* Quomodo ergo tenera aetas nocere dicitur fascino, sic etiam Galatae in Christi fide nuper nati et nutriti, quodam fascinante sunt necati, et stomacho fidei nauseati, Spiritus Sancti cibum evomuerant. Cf. FASCINO. *Gloss. Lat. Gr.* Fascinator; *βάσκανος.*

FASCĪNĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fascino;* ad fascinandum pertinens. Est *Servii* ad *Virg. 7. Ecl. 28.* Lingua fascinatoria. V. *Catulli* loc. in voce sequenti.

FASCĪNO, as, avi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fascinum.* — Particip. *fascinans*, infra. — Est fascino ligo, sive maleficio aspectu, aut alio quovis veneficio alicui noceo; *ammaliare. Virg. 3. Ecl. 103.* Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. *Plin. 28. 2. 2.* Contra fascinantes. — *Catull. 7. 11.* Quae *(basia)* nec pernumerare curiosi Possint, nec mala fascinare lingua. — *Vulg. Interpr. Galat. 3. 1.* Quis vos fascinavit non obedire veritati? V. FASCINATOR.

FASCĪNŌSUS, a, um. Adiect. a *fascinum;* bene peculiatus, magno pene praeditus. *Auct. Priap. 80. 4. 79.* Non es poeta fascinosior nostro. Al. leg. *sarcinosior* eod. sensu, sed prior lectio verior est. V. vocem sequent. §. 2.

FASCĬNUM, i, n. Nomen a *βάσκανος*, mutato *β* Graeco in *f* Latinum (V. *v* §. 5.), ut *Cloatius Verus* apud *Gell. 16. 12.* habet. — Contra *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 66. Müll.* « Fascinum et fas a fando nominantur. » — **1b)** Alia forma est *fascinus, i*, m. apud *Virg. Catal. 5. 19.* Non me vocabis pulcra per Cotyttia Ad feriatos fascinos. Adde *Primas.* loc. cit. in V. FASCINATOR. Cf. et FASCINUS. — **c)** Derivata, *fascinabellum, fascinabulum, fascinatio, fascinator, fascinatorius, fascino, fascinosus.* Cf. VERSIPELLIS et VERSIPELLINUS §. 1. — **d)** Composita, *affascinatio, effascino, infascinabilis, infascinatus, praefascino, praefiscino.*

FASCINUM proprie est quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non sint, nec mentis compotes, et saepe ad extremam corporis maciem deveniant; *malia, incantesimo, stregheria. Symmach. 1. ep. 7.* (al. *15.*) Nullo fascino felicitas publica mordeatur. — *Plin. 7. 2. 10.* scribit ex *Cic.*, mulieres omnes, quae duplices habent pupillas, oculis fascinum circumferre. *Ita Forcellinus, sed Plin. h. l. rem habet, verbum non habet. Scribit enim:* Feminas quidem omnes ubique visu nocere, quae duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos auctor est. — **2)** Saepissime vero

II. *Fascinum* usurpatur etiam pro veretro, quia Veteres adversus fascinationem veretro utebantur. Nam omnia turpia malos invidorum oculos ab instituto avertunt atque avocant. Ut igitur aves inauspicatae foribus affixae amoliri infortunium credebantur, sic veretra, quorum in fascinando usus erat, fascinum etiam depellere censebantur. Hinc, teste *Varr. 7. LL. 3.*, pueris figura veretri pro amuleto de collo suspendebatur; quod etiamnum apud nostrates obtinet, etsi propter huiusce rei ignorationem alia de causa id fieri plerique putent. Et *Plin. 19. 19. 2.* Hortoque, et foco tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus in remedio satyrica signa; *h. e.* tenta veretra. *Coel.* vero *Rhodiginus Antiqu. lect. l. 4. c. 6.* ex *Varr.* narrat, in sacris Bacchi veretrum magna celebritate plaustris per agros, et per urbes circumferri solitum fuisse, ut fascinatio a plantis et segetibus, ab agnis et aliis bestiis, ab hominibus etiam averteretur. Hinc est, quod paucis abhinc annis Pompeiis supra furni os repertum fuerit lapideum veretrum, cum hac inscriptione: *Hic habitat Felicitas.* V. *Mich. Arditi, Dissert. Il fascino presso gli antichi. Napoli, 1825.*; ex quo sane invento magna lux effunditur *Symmachi* loco supra §. 1. allato. *Horat. Epod. 8. 18.* Minuove languet fascinum. *Plin. 26. 69. 2.* Radix *(orchitis herbae)* fascinis *utilis.* V. *integr. loc.* — **3)** Metonymice pro signo fascini. *Petron. Satyr. 138.* Profert Enothea scorteum fascinum; *h. e.* veretrum e corio. *Arnob. 5. p. 176.* Simulacra virilium fascinorum. V. voc. seq. et PHALLUS.

FASCĪNUS, i, m. Idem quod fascinum, ut diximus in voc. praeced. §. b. — **2)** Hem Dei nomen apud Veteres, qui nihil aliud fuit, quam veretrum, de quo sic *Plin. 28. 7. 4.* Religione mutatur et Fascinus, imperatorum quoque, non solum infantium, custos, qui Deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur, et currus triumphantium sub

Digitized by Google

his pendens defendit, medicus invidiae, etc. V. vocem praeced. §. 1. et 2.

FASCĬO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fascia*. — Particip. *fasciatus*, V. suo loco. — Est fascia ligare; *fasciare*. *Capitolin. Antonin. 13.* Tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectus incederet. Adde *Vulg. Interpr. Ezech. 30. 21.*

FASCĬŎLĂ, ae, f. Deminut. a *fascia;* parva fascia; *picciola fascia, fasciella*. *Cic. Har. resp. 21.* A muliebribus soleis, purpureisque fasciolis. *Varr. 5. LL. 29.* Fasciola, qua capillum in capite colligarent. *Horat. 2. Sat. 3. 233.* ponas insignia morbi, Fasciolas, cubital, focalia. *Vopisc. Aurel. 4.* Vinctum fasciola Aurelianum aquila innoxie de cunis levavit. *Isid. 19. Orig. 33. 6.* Fasciolae, quibus vulnera colliguntur. Adde *Apul. 2. Met. 7.* et V. *Hildebr.* ad *h. l.*

FASCIS, is, m. Vox parum certae originis, sed eiusdem, ut videtur, ac *fascia*, tametsi haec ab ista a quibusdam deducitur, ut ibi diximus §. a. Nihilominus conferri potest cum Graeco φάκελος vel φάκελος, eiusdem significationis. — **b**) Derivata, *fascalis, fasciculatia, fasciculus, fascina*. — **c**) Composita, *fascigor, quinquefascalis, sexfascalis*.

FASCIS proprie est lignorum, alterumve rei congeries simul colligata: *fascio, fastello. Virg. 3. Ecl. 65.* ego hoc te fasce levabo. *Hirt. 8. B. G. 15.* Fasces stramentorum ac virgultorum, per manus inter se transditos, ante aciem collocaverunt. *Plaut. Epid. 1. 1. 26.* Viminei fasces virgarum. *Tacit. 15. Ann. 55.* Fascem lignorum portare. *Virg. 3. G. 347.* iniusto sub fasce viam carpere; *h. e.* sub gravi pondere earumve militaris: (quod illustrat *Cic. 2. Tusc. 16.*) *Id. 4. ibid. 205. de opib.* Saepe etiam duris errando in cotibus alas Attrivere, ultroque animam sub fasce dedere; *h. e.* sub onere florum. — *Ediet. Diocletl. p. 12. Haubold.* Fasiolorum fascis. — Asparagi hortulani fascis, etc. — **B**) Translate. *Plin. 3. ep. 9.* Tot crimina, tot reos uno velut fasce complecti; *far come un fascio di tanto assieme*. — *Dracont. 3. Carm. 681.* Et grates exceptus agam de fasce malorum; *h. e.* separatus a malis, *scil.* in die iudicii. Cf. *Vulg. Interpr. Matth. 13. 30.*, coll. *Iesi. 24. 22.* — **B**) Speciatim apud Romanos

II. *Fasces* erant virgarum, seu bacillorum fasciculi, plerumque ex betulla arbore, quibus simul colligata erat securis, ferro eius exstante. Illi a lictoribus praeferebantur magistratibus, tanquam eorum insignes, atque animadversionum instrumenta: bini quidem praetoribus urbanis, duodeni consulibus, quot olim reges habebant, viginti quatuor dictatori. — Quod autem colligata haec potestatis instrumenta instituta sint, eo pertinuit, ut intelligerent magistratus, eorum iram non debere esse in puniendo praecipitem: et ut, dum solvuntur fasces, expediuntque secures, mora afferretur aliqua iratis animis, et cunctando res maturius deliberaretur, ut est apud *Plutarch. Quaest. Rom.* — Vetuloniam Etruriae urbem fasces cum securibus invenisse tradit *Sil. 8. 485.* Maeoniaeque decus quondam Vetuloniа gentis: Bissenos haec prima dedit praecedere fasces. Et iunxit totidem tacito terrore secures. — Si castigatione opus erat, virgis; si graviori supplicio, securi utebantur: quamquam interdum virgis quoque ad necem usque caesos quosdam legimus. *Cic. 2. Rep. 17.* Ut sibi *(Tullo Hostilio)* duodecim lictores cum fascibus anteire liceret, etc. *Id. 2. Agr. 34.* Anteibant lictores, non cum baculis, *sed*, ut hic praetoribus urbanis antecunt, cum fascibus duobus. *Id. 7. Verr. 9.* Quaeret, quam ob rem fasces praetoribus praeferantur, cur secures datae, etc. Adde *Impp. Arcad. et Honor. Cod. 10. 31. 33.* — **4**) Praeferebantur a lictoribus sublati in humerum sinistrum: quod si forte maiori magistratui in via minor occurreret, demittebantur ex humero, honoris habendi causa. Hoc dicebatur *fasces submittere:* quod primum fecisse Valer. Poplicolam Cos., qui submissis fascibus (et securi vacuefactis, ut est apud *Val. Max. 4. 1. n. 1.*) in concionem ascendit, narrat *Liv. 2. 7.* gratum multitudini spectaculum, veluti confessionem, populi, quam consulis, maiestatem vimque esse maiorem. Simile quiddam de Pompeio narrat *Plin. 7. 31. 3.* — **5**) Hinc *submittere fasces* translate est cedere, sequeque minorem fateri. *Cic. Brut. 6.* Cum tibi aetas nostra iam cederet, fascesque submitteret. — **6**) Inter consules ita comparatum aliquando fuit, ut non ambo, sed alter fasces imperiumque haberet, si ambo adessent, alternis aliquando diebus (ut constat ex loco *Livii* mox citando, minime vero ex auctoritate *Diarii consularis* apud *Murat. Inscript. T. 2. p. 610.*, quod spurium esse et ficticium multis probat argumentis *Io. Labusius* in *adnot. ad Morcelli Dissert. dei littori de' magistr. R. p. 50.*; fusius vero *Viet. le Clerc, des Journaux chez les Romains, p. 261-341.*, contra eum nihilominus disputante *Lieberkühnio* in *Vindiciis Librorum iniuria suspectorum*. Lipsiae, 1844, in 8.°), plerumque mensibus; altero vel securim tantummodo, vel fasces ipsos omnino domi attinente. Cui vero ius esset primi mensis fasces sumere, pluribus docet *Gell. 2. 15.* ex lege Iulia. *Sust. Caes. 20.* Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, eo consul ante eum iret, lictores pone sequerentur. *Liv. 8. 12.* Aemilius, cuius tum fasces erant, collegam dictatorem dixit. *Val. Max. loc. cit.* Ad quem, quia maior natu erat, priores fasces transferri iussit. — **7**) A Poplicola iam laudato mos institutus, ut in Urbe consules fascibus sine securi uterentur: cuius rei exemplum habes apud *Liv. 24. 9.*; non item dictatores, et decemviri, quis sine provocatione erant: qua de re V. *Eund. 3. 36.*, coll. 2. 7. V. DICTATOR §. 5. — *Cic. 2. Rep. 31.* Publicola statim, secures de fascibus demi iussit. V. *integr. loc.* et Cf. *1. ibid. 40.* — **8**) *Fasces coronati* erant, quibus laurea corona praefixa erat, quosque in Nummis videre est, a *Spanhem. de usu et praest. num. T. 2. p. 88.* et *seqq.* illustratis. *Laureati* vero, qui lauri tantum folia praeferebant, insignia nempe imperatorum post reportatam victoriam, quemadmodum et litterae, quas publico de hoste victo mittebant Romam, iisdem foliis exornabantur; quae videre est apud *Maff. Mus. Ver. p 117.* et apud *Winckelmann, Monum. Ined. T. 2. tab. 178.* et *alibi. Caes. 3. B. C. 71.* Neque in litteris, quas Pompeius scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureae praetulit. *Cic. 1. Divin. 28.* Visus C. Marius cum fascibus laureatis. Adde *8. Att. 3. a med.* et *Tacit. 13. Ann. 9.* — **9**) Etiam praefectis Urbis fasces tribuebantur, ut compertum est ex *Cassiod. 1. Variar. 42.* Te ad praefecturam Urbis erigimus, tribuentes tibi in ea civitate fasces, ubi sunt perpetui honores. Adde *ibid. 43.* — **10**) Extra Urbem, tempore Imperii,

III. *Fasces* tribuebantur pluribus magistratibus, qui provinciis praesidebant; nimirum proconsules Asiae et Africae duodecim lictores habebant, alii proconsules vero sex, unde et *sexfascales* dicebantur; legati autem consulares et praetorii quinque, quare et *quinquefascales* appellabantur, ut probavit cl. *Momms.* in *Bullet. dell' Istit. Archeol. a. 1852. p. 172.* et *seqq.* Quae constitutio permansit fere usque ad extrema Imperii occidentalis tempora; nam tempore Iustiniani omnes proconsules sex tantum fasces adhibebant *(Dig. 1. 16. 14.)*. — Porro fascibus omnino carebant procuratores, et praesides alii in provinciis non proconsularibus vel consularibus loco fascium *vexilla* habebant. Hinc lex a. post Chr. 416. in *Cod. Theod. 9. 26. 4. consularitatis fasces aut vexilla praesidialia iterare* vetat. *Inscr.* apud *Orelli, n. 5170.* Claudio Iulio Pacato V. C. Cons. Camp. ob aequitatem iudicis et patrocinia iam privati ordo Beneventanorum patrono post fasces depositos consulto conlocandam, *scil.* statuam. — Quaestores vero, qui in Urbe nec fasces, nec vietorem habebant *(Gell. 13. 12.)*, in provinciis fasces cum securibus adhibebant *(Cic. 4. Verr. 4.)*, saltem non praesente propraetore *(Id. Planc. 41.)*, ut patet ex Numis Canidii Crassi pro quaestore M. Catonis in Cypro, adnotante *Cavedoni* in *Opuscoli di Modena T. 9. p. 339.* V. LICTOR. — **11**) Praeterea *fascibus* decorabantur etiam duumviri et quatuorviri in coloniis et municipiis. *Apul. 10. Met. p. 711. Oud.* Gradatim permensis honoribus, quinquennali magistratui fuerat destinatus, et, ut splendori capessendorum responderet fascium, munus gladiatorium triduanis spectaculis pollicitus, latius munificentiam suam porrigebat. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. 10. 31. 33.* et *Cod. Theod. 12. 1. 174.* Duumvirum impune non licet extollere potestatem fascium extra metas propriae civitatis. — **12**) Hinc est, quod in antiquis monumentis saepe videre est insculptos fasces, sine securibus tamen, qui ostendunt, eos, quorum nomina ibidem leguntur, fuisse duumviros, aut quatuorviros, vel saltem *duumviralibus* aut quatuorviralibus ornamentis decoratos, vel denique, licet Augustales tantum fuerint, iisdem fascibus honoratos esse. V. *Labus adnot.* ad *Rosmini, Stor. di Milano, T. 4. p. 438.* — Ad duumviros iuridicundo spectat et *Martial. 8. 72. de Artano:* Quem pulcherrima iam redire Narbo . . . Ad leges iubet annuosque fasces; *h. e.* ad ius dicendum et ad fasces; idest magistratum gerendum. — **13**) Denique et Aediles et Seviros Augustales fasces habuisse patet ex *Apul. 1. Met. 24. de Pythia.* Sed quid istud? voti gaudeo. Nam et lixas et virgas et habitum prorsus magistratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait, et Aedilem gerimus. *Petron. Satyr. 30.* Et quod praecipue miratus sum, in postibus triclinii fasces erant cum securibus fixi, quorum imam partem quasi embolum navis aeneum finiebat, in quo erat scriptum: G. POMPEIO TRIMALCHIONI VI. VIRO AVGVSTALI. Adde *ibid. 65.* et Cf. *Labus* apud *Cavedoni, Marmi Modenesi, p. 302.* et *seqq.* — **14**) Hinc metonymice *fasces* ponuntur pro magistratu, praesertim vero pro consulatu, *Virg. 2. G. 495.* Illum non populi fasces, non purpura regum Flexit. *Horat. 1. Sat. 6. 26.* Parentes honesti fascibus et sellis. *Id. 1. Ep. 16. 34.* Deferre, et detrahere fasces indigno. *Ovid. 4. Pont. 9. 61.* alterna feretis Gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis. *Iuvenal. 5. 110.* et titulis, et fascibus olim Maior habebatur donandi gloria. Adde *Sil. 11. 152.*

FASCŬLUM; discum. *Gloss. Isid. n. 701.* Adde alia in *Gloss. Lat. p. 139. n. 64.* apud *Hildebr.* ad *h. l.* Cf. PHIASCA.

FĂSĒLĂRĬĂ. V. PHASELARIA.

FĂSĒLUS. V. PHASELUS.

FĂSĒNĂ. V. ARENA §. b. et litt. F §. d.

FĂSĒŎLUS. V. PHASEOLUS.

FĂSĬĀNUS. V. PHASIANUS.

* FASSITUS, solutus aut consumptus vel exhaustus, a fatiscendo. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 462.*

Digitized by Google

FASSUS, a, um. Particip. verbi *fateor*, active; confessus: *chi ha confessato. Ovid. 2. Art. am. 689.* Me voces audire iuvat sua gaudia fassas. — Absolute. *Id. 4. Pont. 2. 25.* Da veniam fasso. — **B)** Passive, manifestatus, proditus. *Id. 2. Art. am. 556.* Fassus ab ore pudor.

FASTĀLĬA. V. FESTALIS.

FASTI, ōrum. V. FASTUS, a, um §. 3. et seq.

FASTĬDĬBĬLIS, le. Adiect. verbale a *fastidio;* fastidium afferens, ut Fastidibilia iudicia, *Tertull. Anim. 33. ad fin.*

FASTĬDĬENTER. Adverb. a *fastidiens;* fastidiose. *Apul. 5. Met.* Parentibus fastidienter appellatis.

FASTĬDĬLĬTER. Adverb. a *fastidio;* fastidiose. *Varr.* apud *Non. 2. 356.* Quibus instabilis animus, ardens mutabiliter avet habere, et non habere, fastidiliter, inconstanti pectore.

FASTĪDĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more saepe etiam adhibitum, a *fastidium*, quod V. — Sunt tamen qui a *fastus* derivant, ut sit proprie cum fastu despicio, reiicio; sed haec videtur potius translata notio, quae alioquin et ad priorem reduci potest. — **b)** Particip. *fastidiens* §. 1., *fastidiendus* §. 3., *fastiditus*, V. suo loco. — **c)** Derivata et Composita V. in FASTIDIUM.

FASTIDIO proprie est fastidio afficior, abhorreo, taedet me alicuius rei; *essere nauseato, infastidirsi, annoiarsi:* et dicitur de rebus, quae ad gustum aut nares referuntur. *Plaut. Stich. 5. 4. 35.* Bibendum hercle hoc est: quid hic fastidis? *cos'è che non ti piace? Senec. ep. 2.* Fastidientis stomachi est multa degustare. Adde *Horat. Epod. 5. 78.* — *Plaut. Men. 1. 2. 58.* Olfacta igitur hinc, ut fastidis! — **B)** Translate. *Id. Cure. 5. 2. 54.* Ut fastidit gloriosus! *Id. Most. 4. 2. 4.* Vide, ut fastidit simia! *Cic. Mil. 16.* Non modo improbitati saepe irascuntur candidatorum, sed etiam in recte factis saepe fastidiunt. *Al. dolent* in. — Cum genit. *Plaut. Aul. 2. 2. 67.* Abiit, neque me certiorem fecit; fastidit mei. *Titin.* apud *Non. 9. 5.* Quo te avortisti? mei fastidis? *Lucil. ibid.* Tristes, difficiles sumu', fastidimu' bonorum. *Horat. 1. Sat. 3. 45.* At pater ut gnati, sic nos debemus, amici Si quod sit vitium, non fastidire. — **B)** Deinde, transitivorum more,

II. *Fastidio* est proprie stomachi cibos respuentis, hinc respuo, recuso, averser; *avere in fastidio, sdegnare, rigettare. Horat. 1. Sat. 2. 115.* num esuriens fastidis omnia, praeter Pavonem rhombumque? *Id. 1. Ep. 17. 15.* olus. *Phaedr. 5. 7.* pulmentarium. *Vet. epigr.* apud *Suet. Tib. 59.* vinum. *Plin. 21. 57. 1.* Cactos non fastidiunt in cibis, inveteratos quoque. *Colum. 8. 16.* Docta palata fastidiunt fluvialem lupum. *Plin. 25. 58. 1.* Euphorbiae succus fastidiendum odorem habet. — **A)** Translate. *Horat. 2. Ep. 1. 21.* et nisi quae terris semota, suisque Temporibus defuncta videt, fastidit et odit. *Justin. 14. 2.* Argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidiebant. *Curt. 6. 10.* Fastidire mores alicuius. *Quintil. 1. 4. 6.* tanquam parva, grammatices elementa. *Martial. 3. 51.* minores. *Liv. 34. 5. extr.* preces alicuius. *Quintil. 9. 4. a med.* Aures et plena sentiunt, et parum expleta desiderant, clauda deprehendunt, redundantia et nimia fastidiunt. *Martial. 5. 44.* te Cum fastidierit popina dives, Antiquae venies ad ossa coenae. *Horat. 3. Od. 1. 21.* somnus agrestium Lenis virorum non humiles domos Fastidit, umbrosamque ripam. *Claudian. Epithal. Pallad. et Celer. 6.* Aestus fastidit amictum. *Plin. 16. 39. 1.* Fastidit balsamum ubi nasci. *Virg. 2. Ecl. 75.* Invenies alium, si te hic fastidit, Alexim. *Liv. 34. 5.* Fastidire preces alicuius. *Quintil. 1. 1. 18.* hoc lucrum. — Cum infinito. *Id. 2. 5. 4.* Fastidiunt praestare hanc inferioribus curam. *Petron. Satyr. 127.* Ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere. *Liv. 10. 8.* Ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. *Curt. 4. 14. a med.* An creditis, aequo animo iis servire, quorum reges esse fastidiant? *Phaedr. 4. 6.* iocorum legere fastidis genus. *Ovid. Rem. am. 305.* Diligit ipsa alios: a me fastidit amari. *Quintil. 5. 11. 39.* Repetere auctoritatem a plurimis versibus non fastidierunt.

Nota. Constructio verbi in transitivorum more est absolute vel cum genitivo, transitivorum autem est cum accusativo, vel cum infinito.

FASTĬDĬŌSĒ. Adverb. a *fastidiosus*. — Comparat. *fastidiosius*, infra. — Est cum fastidio; *fastidiosamente, con avversione, con disdegno. Cic. Plane. 27.* Huic ego iam stomachanti fastidiose, immo ex Sicilia, inquam. *Id. 2. Orat. 89.* Quem ego paulo sciebam vel pudentius, vel invitius (nolo enim dicere de tam suavi homine, fastidiosius) ad hoc genus sermonis accedere. Et *1. ibid. 26.* Diligenter et prope fastidiose iudicare; *difficilmente contentandosi. Id. 2. Att. 1.* Lente ac fastidiose probare. *Phaedr. 3. prol. 23.* Fastidiose in coetum recipi. *Petron. Satyr. 15.* Tanquam mendici spolium, etiam fastidiose venditabat; *con isprezzo, senza stima o cura di ciò che vendea.*

FASTĬDĬŌSUS, a, um. Adiect. a *fastidium*. — Comparat. *fastidiosior* §. 1., superlat. *fastidiosissimus* §. 1. — Est qui fastidit, abhorrens, difficilis; *fastidioso, disdegnoso, difficile da contentare:* et fere sensu translato usurpatur. Cf. §. 2. *Cic. Brut. 70.* Fastidiosus litterarum Latinarum. *Id. ibid. 87.* Antonius facilis in causis recipiendis erat, fastidiosior Crassus. *Auct. ad Herenn. 4. 40.* In aequos et pares fastidiosus. *Id. ibid. 23.* Aurium sensus fastidiosissimus. *Senec. 1. Benef. 11.* Fastidiosus aestimator; *h. e.* qui pluris aestimat, quam res postulat. *Plin. 8. ep. 6. a med.* Fastidiosissimum mancipium; *h. e.* superbissimum. *Id. 6. ep. 17. ad fin.* Res difficilis, ardua, fastidiosa, et quae eos, a quibus contemnitur, dedignatur. *Cic. 1. Rep. 45. fin.* Fastidiosae mollesque mentes civium. Adde *Plaut. Mil. 4. 6. 18.* et *Rud. 2. 3. 42.* — Cum genit. *Horat. 3. Od. 1. 36.* Dominus terrae fastidiosus; *h. e.* fastidiens aedes, quas in terra habet, in mari aedificare parat. — **B)** Est etiam qui fastidium affert; *noioso. Horat. 3. Od. 29. 9.* Fastidiosam desere copiam. *Id. Epod. 17. 73.* Frustra vincla gutturi nectes tuo, Fastidiosa tristis aegrimonia. Respicit *Horat.* ad fastidium ciborum: de quo *Varr. 2. RR. 5. ad fin.* Vaccae cum parere coeperunt, secundum stabula pabulum servari oportet integrum, quod egredientes degustare possint: fastidiosae enim fiunt. — **B)** Absolute

FASTIDIOSUM, adverbiorum more, pro *fastidiose. Incert. Auct. fragm.* in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 465. Fastidiosum renidens.* — *Fastidiosum* vero pro *fastidiose* dixit, nomen pro adverbio.

FASTĪDĬTAS, ātis, f. Verbale a *fastidio;* idem fere ac fastidium, aversatio. *Cassiod. 7. Variar. 1. ad fin.* Nec tamen spes vestra velut fastiditate deseritur; nam, si bene provinciarum administrationibus praesidetis, honores vos amplissimos sperare leges merito censuerunt.

FASTĪDĪTUS, a, um. Particip. verbi *fastidio*, adiectivorum more etiam adhibitum. Est autem passive, fastidio habitus, reiectus, aspernatus, contemptus; *venuto in fastidio, a noia. Ovid. 1. Trist. 6. 31.* laudatus abunde, Non fastiditus si tibi, lector, ero. Et *2. ibid. 119.* Turbaque doctorum Nasonem novit, et audet Non fastiditis enumerare viris. *Id. 4. Pont. 1. 19.* ore, ne fastidita repellas Verba. *Lucan. 7. 814.* Latiae pars maxima turbae Fastidita iacet. — Absolute. *Plin. praefat. 1. Hist. nat. 11.* Res ardua vetustis novitatem dare, obsoletis nitorem, fastiditis gratiam. — **B)** Active, qui fastidio habuit aliquid; *chi ha in fastidio. Petron. Sat. 48.* Ne me putes studia fastiditum.

FASTĬDĬUM, ii, n. Nomen a *fas* et *taedium*, cuius alterius mutata est diphthongus *ae* in *i* longam, euphoniae gratia. V. FAS §. 2. et infra §. 1. *init.* — **b)** Derivata, *fastidibilis, fastidienter, fastidiliter, fastidio, fastidiose, fastidiosus, fastiditas.* — **c)** Composita, *infastidibilis, infastiditus.*

FASTIDIUM proprie est aversatio seu taedium rei convenientis, dein offensio, contemptus; *inappetenza, svogliatezza, nausea, fastidio, avversione, noia.* Fere autem dicitur de offensione stomachi, cibum respuentis, aut non retinentis: quae et nausea appellatur. *Cic. 1. Invent. 17. extr.* Cibi satietas et fastidium aut subamara aliqua re relevatur, aut dulci mitigatur. *Horat. 2. Sat. 4. 78.* Magna movet animo fastidia, seu puer unctis Tractavit calicem manibus, sive etc. *Ovid. 1. Pont. 10. 7.* Os hebes est, positaeque movent fastidia mensae: Et queror, invisi cum venit hora cibi. *Senec. 3. Quaest. nat. 18.* Tantum in illis esse fastidium, ut nollent attingere, nisi eodem die captum piscem. *Iuvenal. 14. 133.* gratae post munus aristae Contingunt homines veteris fastidia quercus. *Plin. 22. 50. 4.* Mel stomachum inflat, fastidium creat. *Id. 14. 18. 1.* Fastidium alicui gignere uvas appetendi. *Colum. 6. 8.* afferre cibo, *Plin. 29. 32. 3.* Sentire fastidium. *Id. 23. 81. 2.* abigere. Et *26. 25. 1.* abstergere. Et *19. 58. 3.* auferre. Et *22. 74. 2.* detrahere. Et *23. 27. 1.* discutere. Et *23. 31. 1.* Fastidium deducunt caues herba canaria; *sett.* vomitum excitando. Sic *8. 41. 6.* purgare. — **B)** Ad visum retulit *Cic. 2. Fam. 16.* Nosti non modo stomachi mei, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium. — **B)** Translate, ratione habita modo unius, modo alterius notionis alterutrius vocabuli, quibus componitur. *Id. 3. Orat. 25.* Ea quae specie prima acerrime commovent, ab iis celerrime fastidio quodam et satietate abalienamur. *Id. 1. Fin. 3.* Insolens domesticarum rerum fastidium. *Id. 4. Tusc. 10.* Habere ad certas res vitiosam offensionem atque fastidium. *Id. 1. Orat. 61.* Non tam ea, quae recta sunt, probari, quam quae prava sunt, fastidiis adhaerescere. Et *3. ibid. 50.* Horum vicissitudines efficient, ut neque ii satientur, qui audient, fastidio similitudinis, nec etc. *Plin. 12. 40. 2.* Nulla voluptas est, quae non assiduitate fastidium pariat. *Cic. opt. gen. Orat. 4.* Intelligentiam ponunt in audiendi fastidio; *h. e.* quo vix quidquam audiunt, quod placeat, velut qui vix cibum inveniunt, quod non fastidiant; *difficoltà di contentarsi.* Sic *Suet. Ner. 44.* Exegit pari fastidio et acerbitate nummum asperum, etc. Et *Horat. 2. Ep. 1. 214.* qui se lectori credere malunt, Quam spectatoris fastidia ferre superbi. *Cic. 1. Fin. 2.* Rudem esse omnino in nostris poetis, aut inertissimae segnitiae est, aut fastidii delicatissimi. *Id. 12. Phil. 10.* Non possum animo aequo videre tot, tam importunos, tam sceleratos hostes: nec id fit fastidio mei, sed caritate reipublicae; *h. e.* superbia, aversatione, odio, contemptu. *Id. 10. ibid. 9.* Quorum, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium.

Digitized by Google

Virg. 4. Ecl. 44. tristes Amaryllidis iras, Atque superba pati fastidia. *Suet. Aug. 44.* Cacozelos et antiquarios pari fastidio sprevit. *Cic. 1. Offic. 26.* Superbiam, fastidium, arrogantiamque magnopere fugere. *Horat. Epod. 2. 13.* Agitare verbis fastidia alicuius; h. e. movere, excitare, augere. *Plin. prafat. 1. Hist. nat. 11.* Adducere quidpiam in fastidium. *Senec. ep. 9. extr.* Omnis stultitia laborat fastidio sui. *Plin. 11. 1. 4.* Fastidio damnare aliquid. *Id. 7. 1. 8.* Ne sit fastidio Graecos sequi. *Curt. 4. 10.* Patriam fastidio esse, abdicari Philippum patrem. *Plin. 12. 42. 8.* Esse in fastidio; h. e. relici, contemni. *Id. 18. 41. 4.* Parcere fastidio; *aver riguardo di non recar noia.* Et *Macrob. 3. Saturn. in fin.* Si fastidium facere non timerem, ingentia poteram volumina de his implere; *fare, o dar fastidio.* — **4)** In arboribus *fastidium* est apud *Plin. 16. 38. 1.* cum in aliam terram translata non proveniunt, difficultate comprehendendi. Adde *Tibull. 1. 8. 69., Cic. 1. Rep. 52.* et *1. Agr. 7.* et *Plin. Paneg. 55.*

FASTĪGĀTĬO et Fastigiatio, ōnis, f. Verbale a *fastigo;* actus fastigandi. *Plin. 17. 24. 3.* Ut fastigatio laevi descendat cuneo. *Apul. Florid. n. 9.* Strigilecula, recta fastigatione clausulae, flexa tubulatione ligulae. *Al. leg.* fastigintione. V. vocem sequent.

FASTĪGĀTUS et Fastigiatus, a, um. Particip. verbi *fastigo,* adiectivorum more aliquando adhibitum. — Hinc superlat. *fastigatissimus* §. 3. — Proprie est in fastigii morem declivis, devexus, ut sunt tecta domorum, inclinata ad deferendam pluviam; *declive, piegato a guisa di tetto. Liv. 44. 9.* Scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis, et quartis, postremis etiam genu nixis, fastigatam, sicut tecta aedificiorum sunt, testudinem faciebant. V. TESTUDO. *Caes. 4. B. G. 17.* Tigna prona ac fastigiata, ut secundum naturam fluminis procumberent. *Plin. 2. 22. 2.* Fastigiatus in mucronem. *Id. 9. 58. 2.* Margaritas procceriores, elenchos appellant, fastigata longitudine; *che va a poco a poco assottigliandosi. Vitruv. 8. 7.* Solum rivi libramenta habeat fastigiata, ne minus in centenos pedes semipede; *declivi, pendenti.* Et *7. 4. sub fin.* Pavimentum fastigatum. — **3)** Item erectus. *Liv. 37. 27. ad fin.* Collis in modum metae in acutum cacumen a fundo satis lato fastigiatus; *elevato, innalzato.* Et *Solin. 32. extr.* Pyramides turres sunt in Aegypto, fastigatae ultra excelsitatem omnem, quae fieri manu possit; *innalzate.* — **3)** Translate. *Sidon. carm. 2. 5.* quamquam diademate crinem Fastigatus eas; h. e. diademate in modum coni erecto ornatus. *Id. 2. ep. 4.* Ita sibi videbitur ad arcem fastigatissimae felicitatis evectus. Et *1. ep. 9.* Duo fastigatissimi consulares; h. e. dignitate sublimes. — **4)** *Fastigata fossa,* V. FOSSA.

FASTĪGĬĀTĬO. } V. FASTIGATIO et FASTIGATUS, coll. FASTIGO §. b.
FASTĪGĬĀTUS. }

FASTĪGĬUM, ii, n. Verbale a *fastigo;* summitas, cacumen a latitudine surgens, et paullatim in acumen desinens; *frontespizio del tetto.* Dicitur primo de tectis sacrarum aedium, quae olim ex una tantum parte inclinata erant, et in unum locum pluviam demittebant; postea inventum est, ut medio sui assurgerent altius, atque ex utraque parte pluviam deliceront. *Cic. 3. Orat. 46.* Capitolii fastigium illud, et ceterarum aedium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est: nam cum esset habita ratio, quemadmodum ex utraque tecti parte aqua deliberetur, utilitatem templi fastigii dignitas consecuta est: ut etiam si in caelo statueretur, ubi imber esse non posset, nullam sine fastigio dignitatem habiturum fuisse videatur. *Liv. 40. 2.* Atrox tempestas fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta, foede dissipavit. — **2)** A sacris aedibus transiit ad Caesarum domos, postquam divinos honores Romani illis tribuere coeperunt. *Cic. 2. Phil. 43. de Iul. Caes.* Quem is maiorem honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? *Flor. 4. 2. ad fin. de Eod.* Omnes unum in principem congesti honores: circa templa imagines, in theatro distincta radiis corona, suggestus in curia, fastigium in domo, mensis in caelo. V. AETOMA. — **3)** Huiusmodi fastigia ornabantur signis fictilibus, aereis, lapideis, ut colligitur ex *Vitruv. 3. 2., Liv. 26. 23.* et *Plin. 35. 43. 2., ibid. 45. 4.* et *56. 23. 4.* — **4)** Neque vero putes, in privatis aedium tectis nulla fuisse fastigia. Nam contra habes apud *Cic. 3. Q. Fr. 1. 4.* ubi de aedibus Q. Fratris Romae positis verba facit. Verum quod in sacris aedibus alia, peculiarique ratione formata erant, et exquisitiore ornatu, et altiore ad dignitatem cacumine, et acroteriis impositis, quae fere constabant fictilibus, vel aeris signis Deorum, *fastigia* veluti per antonomasiam appellata sunt. Certe *Plin. 35. 45. 2.* ab ectypis signis fictilibus fastigia templorum orta fuisse, tradit: et *36. 2. 2. fictilia Deorum fastigia* appellat. — **5)** Huc spectare videtur *Inscr.* apud *Don. cl. 5. n. 120.* Q. Verio Q. F. Pal. Flacco seviro Augustali, curatori muneris publici decreto statuam et fas. (h. e. fastigium) ordo decurionum et Augustalium et plebs universa S. P. P. P. D. D. Hic tamen *Domus* putat, non domus fastigium, sed aedificium columnis suffultum significari, cui imposita fuerit statua. At fortasse huiusmodi fastigium fuit arcus quidam, qui statuam ipsam quodammodo tegeret, et a temporis iniuria defenderet; quo quidem cumulatior honor viro illi praestitus fuisse videtur. — **6)** Per synecdochen dicitur de tecto ipso. *Virg. 8. Aen. 491.* et *9. ibid. 368.* igeum ad fastigia iactant. — **7)** Latiore significatione

II. *Fastigium* sumitur pro quacumque summitate paulatim in angustum desinente. *Plin. 10. 74. 1.* Aquatilium ova rotunda: reliqua fere fastigio acuminata. *Id. 11. 45. 2.* Cornua in leve fastigium exacuta. Et *16. 60. 2.* Cupressus meta in fastigium convoluta. Et *ibid. 64. 2. de arundine.* Gracilitas nodis distincta, leni fastigio tenuatur in cacumina; *assottigliandosi a poco a poco. Caes. 7. B. G. 69.* Colles pari altitudinis fastigio oppidum cingebant. Et *75.* Scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim angustiore ad summum fastigio; h. e. summis earum parietibus angustioribus, quam imis. *Lucret. 4. 825.* Fastigia surarum, ac feminum pedibus fundata. *Val. Flacc. 2. 553.* fastigia muri. *Curt. 4. 2.* Opus nondum aquae fastigium aequabat; *l'altezza. Liv. 1. 38. sub fin.* Cloacis e fastigio in Tiberim ductis. *Al. dolent* e; *dall'alto al basso. Plin. 16. 76. 3.* Trabs e larice, longa pedes CXX., bipedali crassitudine aequali: quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad mucronem aestimantibus; *facendo il conto da dove principiava ad assottigliarsi sino alla cima.* — **8)** Dicitur aliquando de ipsa declivitate fastigii; *il declive. Caes. 2. B. C. 10.* Columellas inter se capreolis molli fastigio coniungunt. Et *1. ibid. 43.* Declivis locus tenui fastigio vergebat, etc. *Curt. 6. 6. circa med.* Rupes leniore submissa fastigio. *Virg. 9. Ecl. 8.* hoc idem significaturus, *mollem clivum* dixit. *Varr. 1. RR. 14.* Possa ita idonea, si totam aquam, quae e caelo venit, recipere potest, aut fastigium habet, ut exeat e fundo. — **9)** Et de superficie. *Id. ibid. 20.* Spectandum, quo fastigio sit fundus: in confragoso enim ac difficili haec valentiora parandum. Adde *Eiusd.* locum infra §. 14. — **10)** Item de profunditate. *Virg. 2. G. 288.* Forsitan et scrobibus quae sint fastigia, quaeras. Sic *altus* non sublimem solum, sed etiam profundum significat. — **11)** Et de prominentia, exstantia, V. locum *Vitruvii* in EXSTRUCTIO §. 1. — **12)** Translate dicitur de dignitate, altoque fortunae statu. *Nep. Attic. 10.* Tanta varietas fuit fortunae, ut modo hi, modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo. *Vellei. 2. 69.* In consulare fastigium provectus. *Val. Max. 1. 6. n. 1.* Ad regium fastigium evehere aliquem. *Vellei. 2. 131.* Quidquid numinum hanc h. imperii molem in amplissimum terrarum orbis fastigium extulit. *Plin. Paneg. 52.* Sic fit, ut Dei summum inter homines fastigium servent; *il posto sommo. Curt. 3. 12. ad fin.* Et praeteritae fortunae fastigium capio, et praesentis iugum pati possum. *Nep. Attic. 14.* Pari fastigio stetit in utraque fortuna; h. e. modo et cultu vitae. *Curt. 9. 10. a med.* Animus super humanum fastigium elatus. *Iuvenal. 3. 59.* Quales ex humili magna ad fastigia rerum Extollit, quoties voluit Fortuna iocari. *Plin. 1. ep 7.* Vide, in quo me fastigio collocaris, cum etc. *Quintil. 12. 1. 20.* Stetisse Ciceronem in fastigio eloquentiae, fateor. *Plin. 30. 1. 2.* Magice in tantum fastigii adolevit, ut hodieque in magna parte gentium praevaleat; *crebbe in tanta altezza di stima.* — **13)** Item de fine ac termino cuiusque rei. *Cic. 3. Offic. 7.* Quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus. — **14)** *Fastigia summa rerum* sunt summa capita; *i capi principali, la somma delle cose. Virg. 1. Aen. 345.* longa est iniuria, longae Ambages, sed summa sequar fastigia rerum (*Serv.* exponit primordia). Similiter apud *Varron.* ponuntur *fastigia* pro generibus. Ait enim *1. RR. 7. post init.* E quibus tribus fastigiis simplicibus; h. e. tribus generibus agrorum, campestri, collino, et montano. Et *a med.* Propter haec tria fastigia formae, discrimina quaedam fiunt sationum. Et *in fin.* Haec, atque huiuscemodi tria fastigia agri, etc. — **15)** Denique *fastigia* quidam Grammatici vocant accentus, qui verborum syllabis appinguntur, quod sint veluti quaedam fastigia, vel fastigatae lineolae ipsis impositae. *Capell. 3. p. 60.* et *63.* et *Diomed. 2. p. 428. Putsch.* V. vocem sequent. §. 3.

FASTĪGO, ās, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. parum certae originis, quod tamen nonnulli a *fastus* et *ago* ducunt. — **b)** In editis quibusdam libris et MSS. Codd. reperitur etiam *fastigio, as,* unde et particip. *fastigatus* et *fastigiatus;* ex quo lis fuit inter Criticos utra ex duabus his vocibus retinenda sit; sed *fastigo* et *fastigatus* frequentius legitur. Cf. infra §. 3. *fin.* et quos laudat *Hildebr.* ad *Apul. 9. Met. 24.* — **c)** Particip. *fastigans* §. 1., *fastigatus,* V. suo loco — **d)** Derivata, *fastigatio, fastigium.* — **e)** Compositum, *semifastigium.*

FASTIGO proprie est acumino, in fastigium erigo; *aguzzare, tirare in punta. Plin. 18. 10. 3.* Frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam. *Id. 24. 118. 1.* Folia in exilitatem fastigantur. *Sil. 3. 48.* Ore levem patulo texens de vimine nassam, Cautus interiora ligat, mediamque per alvum Sensim fastigans, compressa cacumina nectit; *restringendo a poco a poco. Mel. 2. 1.* Terra . . . spatiosa modice paullatim se ipsa fastigat et quasi in mucronem longa colligens latera facie positi ensis collecta est. Adde *1. 4.* et *3. 10.* — **2)** Speciatim apud Grammaticos est vocalibus fastigium appingere, sic A, ut longas esse omnibus innotescat. *Capell. 3. §. 262.* Ut fasti-

Digitized by Google

getur longa, brevisque *(lege* brevisve) fuat. — **3)** Translate. *Sidon. 5. ep. 6.* Qui statum celsitudinis tuae titulorum paritilate fastigat; *h. e.* extollit. *Capell. 5. §. 468.* Vel contra, qui vituperatione caruerit, laudibus fastigetur. — *Id. 9. §. 944.* Tetrachordum ... in singulis modulationibus fastigiatur. Sic edidit *Kopp.*

FASTŌSUS (et Fastuosus in *Not. Tir. p. 93.* et fortasse *Capell. 6. p. 190.)*, a, um. Adiect. a *fastus;* superbus, fastu plenus; *fastoso, arrogante. Petron. Satyr. 131.* Quid est, fastose? ecquid bonam mentem habere coepisti? *Martial. 10. 13.* Ad nocturna isces fastosae limina moechae. *Auct. Paneg. ad Pison. 107.* Domus fastosa. — **2)** Translate de rebus. *Martial. 13. 102.* Fastosum garum.

FASTŪŌSUS. V. voc. praeced. *init.*

FASTUS, us, m. V. voc. seq. §. 6. et 7.

FASTUS, a, um. Adiect., participiorum more efflctum, a *for, faris*, ut vulgo traditur, seu potius a *fas*, unde *nefas* et *nefastus*, syllabica adiectione productum. V. FAS et NEFAS. — **b)** Derivata, *fastosus, fastus, us*, quod V. infra §. 6. et 7. — **c)** Composita, *nefastus.* Cf. FASTIGO §. a. et FASTIDIUM §. a.

FASTUS cum voce *dies* solum coniungitur, et dicitur de iis diebus, quibus lege agi licet, et forensem iurisdictionem exercere. *Ovid. 1. Fast. 47.* Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi. *Plin. 33. 6. 1.* Cn. Flavius ... publicatis diebus Fastis, quos populus a paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus est, ut Aedilis curulis crearetur. Adde *Cic. Mur. 11.* et *Liv. 9. 46.* et V. CN. FLAVIUS in ONOM. — **2)** *Dies* autem *fasti* illi erant, quibus praetoribus licebat lege agere, idest iurisdictionem exercere, et absolvere, ac condemnare: a *fando*, quod illis diebus permissum erat praetoribus fari tria illa verba solemnia in iurisdictione exercenda: *Do, Dico, Addico.* Alii erant festi, alii profesti; alii senatorii, alii non senatorii; alii comitiales, alii non comitiales. Sed divisio celebrior est, qua in tres species dividuntur. Prima erat eorum, qui erant *fasti propris, et toti: propris*, quia praetor semper ei poterat, et solebat lege agere, nisi cum casus aliquis extra ordinem interveniebat: *toti*, quia horis omnibus lege agere licebat. Hi simpliciter *fasti* dicebantur, et in calendario littera F. signabantur. Erant in toto anno XXXVIII.: quia annus antiquus Hetruscorum erat dierum CCCIV., qui in nundinas XXXVIII. resolvebatur. — Secunda eorum erat, qui *propris, sed non toti fasti* erant, siquidem praetor omnibus his diebus quidem, sed non omnibus horis poterat lege agere. Notabantur his litteris Fp., Np., En., Q. Rex C. F., Q. St. Df. idest *Fastus primo, Nefastus primo, Endoitercisus, Quando Rex Comitio Fugit, Quando Stercus Defertur.* Erant LXV. — Tertia eorum, qui *non propris, sed casu fasti* erant, cuius generis erant comitiales. Interdum enim comitia non habebantur, et tunc lege agere licebat. Hi interdum erant fasti toti, idest cum nulla comitia habebantur; interdum ex parte, idest, cum comitia fiebant, sed non toto die. Erant CLXXXIV. Ex *Manut.* De veterum dierum ratione. *Macrob. 1. Saturn. 16. a med.* tradit, lege Hortensia nundinas quoque *fastas* fuisse, quo nempe rustici possent, qui nundinandi causa in urbem veniebant, suas lites peragere. — **3)** Hinc absolute, substantivorum more,

Fasti, ōrum, m. Dicti sunt libri, in quibus perscribebatur Romae a pontifice maximo, itemque in aliis civitatibus, quid quoque anno, ac die accideret in republica, res gestae tum belli, tum pacis, victoriae, triumphi, honores ac praemia, templorum dedicationes, consulum ceterorumque magistratuum nomina, ratio et ordo dierum festorum fastorumque, et forensis administrationis, sacra, epulae, ludi, feriae, etc., qua ratione differunt ab annalibus nihil; *fasti, annali, calendario. Cic. 1. ad Brut. 15. circa med.* Ego D. Bruto liberato, cum laetissimus ille civitati dies illuxisset, decrevi, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur. *Id. 6. Verr. extr.* Illud in Syracusanis merito reprehenderetur, si cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent, etc. *Ovid. 1. Fast. 7.* Sacra recognosces annalibus eruta priscis. *Horat. 4. Od. 13. 14.* tempora, quae semel Notis condita fastis Inclusit volucris dies. *Id. ibid. 14. 4.* et *5. ibid. 17. 4.* memores fasti. *Id. 1. Sat. 3. 112.* Tempora si fastosque velis evolvere mundi. — **4)** Porro cum in iis dierum quoque fastorum praecipue ratio singulis annis diligenter describeretur, et suis deinde temporibus populo ediceretur, hac ratione ab *annalibus* differunt, qui latius plura complectuntur. V. ACTA, orum. Hinc *Fastos* opus suum *Ovid.* inscripsit, in quo singulorum totius anni dierum festos dies, et sacra enumerat describitque, originem et causas exponit. Quod cum facit, illud simul efficit, ut sciatur, qui fasti dies sint, quive nefasti, quibus diebus lege agi in foro liceat, quibus non liceat. Quae ratio cum primis temporibus de industria in penetralibus pontificum celaretur, postea a Cn. Flavio, scriba Appii Caeci, publicata est, ut diximus supra §. 1. ex *Plinio.* — **5)** Saepe *Fasti* ea ratione usurpantur, qua magistratuum nomina continent: unde et *consulares* dicuntur, et *Capitolini* ab Eruditis vocantur. *Cic. 5. Fam. 12.* Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum. At viri saepe excellentis ancipites casus habent admirationem, etc. *Liv. 9. 18. a med.* Paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet, consulum, dictatorumque, quorum etc. *Cic. Sest. 14.* Si appellandi sunt consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendos putet. *Stat. 4. Sil. 1. 20.* da gaudia fastis Continua: hos humeros multo sinus ambiat ostro, etc. Adde *Plin. Paneg. 58.* — *Auson. Gratiar. act. p. 290. Bip. de Domitiano, qui XVII. consul fuit.* Quos ille *(consulatus)*, invidis alteros provehendi, continuando conseruit ... ut haec cum pagina Fastorum suorum, immo fastidiorum, fecerit insolentem, nec potuerit praestare felicem. — **6)** Eadem significatione etiam

FASTUS, uum, pariter plur. uum., sed 4. declinationis, usurpatur. *Varr.* apud *Prisclan. 6. p. 711. Putsch.* Honoris causa Iulii Caesaris, qui fastus correxit. *Lucan. 10. 187.* Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus. *Inscript.* apud *Marini, Iser. Alb. p. 20.* Ostia, et fastus de sua pecunia fecerunt. *Colum. 9. 14. a med.* In hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi, et Metonis, antiquorumque fastus astrologorum; *i calendari, gli almanacchi.* Adde *Sil. 2. 10.* et *Claudian. epist. ad Probin. 15. ubi alii aliter leg.* — **7)** Sed in singulari numero

FASTUS, us, m., sensu translato est superbia, et elatio quaedam animi, nimia sui existimatio cum contemptu aliorum; *fasto, superbia, sprezzo. Plin. 11. 51. 1.* Supercilia maxime indicant fastum. *Id. 9. 58. 3.* Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix. *Ovid. 1. Fast. 419.* Fastus inest pulcris, sequiturque superbia formam. *Horat. 2. Ep. 2. 92.* aspice primum, Quanto cum fastu, quanto molimine circum Spectemus. *Propert. 2. 19. 61.* assumere fastus. Et *3. 11. 10.* terere; *h. e.* procudere. Et *ibid. 15. 3.* compescere. Et *ibid. 17. 11.* et *ibid. 23. 55.* pati alicuius; *h. e.* superbiam et repulsas amicae: quo sensu *Id. 4. 5. 42. de Medea.* Nempe tulit fastus, amas rogare prior. Et *Virg. 4. Ecl. 14.* superba pati fastidia. Et *Ovid. 14. Met. 764.* o mea lentos Pone, precor, fastus, et amanti iungere, Nymphe. *Id. 2. Art. am. 241.* fastus exuere. *Tacit. 2. Ann. 2.* Fastus erga patrias epulas. *Petron. Satyr. 96.* Fastum facere alicui; *h. e.* eum despicere, et a se repellere. Phrasis minus imitanda. *Virg. 3. Aen. 324.* Nos ... Stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum ... tulimus. Adde *Tibull. 1. 8. 75.*

FATAE, ārum, f. Sunt Parcae, a *fatum* dictae, unde et *fatales Deae* quoque appellantur. — In dat. et ablat. plur. tam *fatis* quam *fatabus* habet. *Inscr.* apud *Labus, Marmi Bresciani, p. 102.* Fatabus Deico Diei f. V. S. L. M. Adde *aliam* allatam sub v. COLLUSTRIUM. In Numo Diocletiani apud *Eckhel, D. N. V. T. 8. p. 6.* Fatis victricibus; *scil.* tribus Parcis, quae omnia vincunt; ibi enim videre est tres mulieres cum cornu copiae, et gubernaculo. — Reliqua V. in ONOM. sub v. FATAE et FATUM.

FĀTĀLIS, le. Adiect. a *fatum;* ex fato impendens, fato destinatus; *fatale:* et tam de iis dicitur, quae exitium afferunt, quam de iis, quae salutem. *Cic. 4. Catil. 1.* Meus consulatus ad salutem reipubl. prope fatalis fuit. *Id. 3. ibid. 4.* Hic annus fatalis est ad interitum huius Urbis. *Id. in Senat. 2.* Ille annus, quem ego mihi, quam patriae, malueram esse fatalem. *Id. 6. Phil. in fin.* Fuit aliquis fatalis casus, nunc si quis erit, erit voluntarius. *Id. Partit. 21.* Si quae accidisse videbuntur divina atque fatalia. *Id. 1. Acad. 7. extr.* Fatalis et immutabilis continuatio ordinis sempiterni. *Id. Marcell. 10.* Miserum fataleque bellum. *Id. 1. Nat. D. 20.* Illa fatalis necessitas, quam εἱμαρμένην dicitis. *Id. Fat. 15.* Tam fatale est, medicum adhibere, quam convalescere. *Horat. 2. Ep. 1. 11. de Hercule.* Notaque fatali portenta labore subegit. *Ovid. 4. Fast. 257.* Fatalia verba; *h. e.* fatum continentia. *Id. 1. Pont. 8. 64.* Fatales Deae; *h. e.* Parcae, quae fatum suum cuique statuunt. *Tibull. 1. 7. 1.* Fatalia stamina. *Capell. 8. §. 810.* Divi fatales. — *Inscr.* apud *Orelli, n. 3025.* et *4758.* Fatalis dies. *Cod. 3. 24. 3.* Absque ulla consideratione dierum fatalium. — **2)** *Fatalis mors* apud *Vellei. 2. 6.* et *49.* est quae fato, et secundum naturam venit: et opponitur violentae; *morte naturale.* Sic *fato* et *fataliter mori* dicitur. V. FATALITER §. 2. et FATUM §. 7. — Huc spectat et *Spartian. Hadr. 4.* Si quid mihi fatale contigerit. — **3)** *Fatales libri* sunt, quibus vaticinia et fata continentur, cuiusmodi erant Sibyllini. *Liv. 5. 14.* et *15., 22. 9.* et *42. 2.* — **4)** Speciatim in malam partem sumitur pro funesto, pernicioso, lethifero; *funesto, pernicioso, mortifero. Virg. 12. Aen. 949.* Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat. *Ovid. 3. Met. 182.* Fatale iaculum. *Id. 8. ibid. 479.* lignum. *Id. 3. ibid. 411.* aurum. *Horat. 1. Od. 37. 21.* monstrum. *Sil. 2. 400.* Fatalis hasta. *Suet. Ner. 49.* hora. *Horat. 3. Od. 3. 19.* Fatalis iudex.

FĀTĀLĪTAS, ātis, f. Abstractum a *fatalis;* fati necessitas; *fatalità. Imp. Zeno, Cod. 4. 66. 1.* Quod fatalitate ingruebat.

FĀTĀLĪTER. Adverb. a *fatalis;* secundum fata, vel ex fatis; *fatalmente, per fatalità. Cic. 2. Divin. 7.* Ex omni aeternitate dicis definita esse fataliter. *Ovid. 12. Met. 67.* Hectorea primus fataliter hasta, Protesilae, cadis. Adde *Lactant.* ad *Stat. 7. Theb. 197.* — **2)** *Fatali-*

Digitized by Google

fer mori, apud *Eutrop. 1. 11.* est fato mori; *morir di morte naturale.* Cf. FATALIS §. 2.

FĀTĀTUS, a, um. Adiect., participiorum more effictum, a *fatum;* fato constitutus; *stabilito dal fato. Mythogr. 1. fab. 152.* ed. *Mai.* Fatatum erat, quod, si Amphiaraus sacerdos in bello, terra eum glutiente, periret, Polynices victor esset. *Bode tamen rectius leg.* fatum erat. — *Gloss. Lat. Gr.* Fatatus; εἱμαρμένος.

FĂTĔOR, fatēris, fassus sum, fatēri. Verbum transitiv., a *for, faris,* sive a Graeca φάω; dico, unde et φατὸς; dicendus, forma deponens, sed significatione aliquoties commune. — **b)** *Fateror* pro *fateri,* paragoge, apud *Horat. 2. Ep. 2. 148.* — **c)** Particip. *fatens* §. 1., *fatendus* §. 1., *fassus,* v. suo loco, *fassurus* §. 1. — **d)** Composita, *confiteor, diffiteor, imperfossus, infitior, inficior, profiteor.*

FATEOR proprie fere dicitur de iis, qui in culpa sunt, vel qui aut coacti, aut impulsi ea dicunt, quae alioquin tacerent, confiteor; *confessare, riconoscere, non negare. Plaut. Aul. 4. 4. 16.* Facisne iniuriam mihi, an non? *Eu.* fateor, quia non pendes, maximam: Atque id quoque iam fiet, nisi fatere. *Stro.* quid fatear tibi? *Ter. Adelph. 2. 1. 34.* Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium. *Cic. Caecin. 9.* Ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur (v. CONFITEOR in *Not.* II.). *Id. Rabir. perduell. 5. sub fin.* Fateor, atque etiam profiteor, et prae me fero, te ex illa crudeli actione esse depulsum. *Caes. 3. B. C. 20.* Qui se debere fateantur. *Ter. Adelph. 1. 1. 32.* Hoc qui nequit, fateatur nescire imperare liberis. *Plaut. True. 4. 3. 10.* Si verum mihi eritis fassae, vinclis exsolvemini. *Liv. 24. 5.* et *Curt. 6. 9.* De se fateri, celare alios. *Cic. 2. Invent. 26.* De facto turpi aliquo, aut inutili, aut utroque fateri. *Id. 2. Nat. D. 65.* Hominum igitur causa eas rerum copias comparatas, fatendum est. *Id. Partit. 14.* Multi in tormentis mori maluerunt falsum fatendo, quam inficiando dolere. *Ovid. 8. Met. 633.* paupertatemque fatendo Effecere levem. *Id. 21. Heroid. 204.* Fateri sensus suos. *Horat. 2. Ep. 2. 147.* quod quanto plura parasti, Tanto plura cupis, nulli ne faterier audes? *paraphr. Curt. 6. 3.* et *Plin. 27. 1. 1.* Si verum fateri volumus. *Eumen. Gratiar. act. 1.* Ut verius fatear. *Horat. 2. Ep. 1. 17.* Nil oriturum alias, nil ortum tale, fatentes. *Ovid. 3. Amor. 10. 24.* Fassuram Ceresem crimina nota puto. *Id. 1. Trist. 9. 16.* Sunt tamen eventu vera fatenda meo. — **2)** Latiore significatione universim est prodo, indico, manifesto; *manifestare, mostrare. Id. 2. ibid. 525.* Vultu iram fateri. *Plin. 36. 65. 1.* Belus amnis non nisi refuso mari, arenas fatetur. *Id. 9. 85. 3.* Patinarum calore pisces vitalem motum fateri. *Plane. ad Cic. 10. Fam. 23. circa med.* Lateranensis nostri et fidem, et animum singularem in rempubl. semper fatebor; h. e. testabor, praedicabo. *Iuvenal. 10. 172.* mors sola fatetur, Quantula sint hominum corpuscula. Adde *Quintil. 1. 6. 23.* et *7. 1. 36.* — **3)** Hinc *fatendi* modus in verbis est indicativus, apud Grammaticos. *Varr. 9. LL. 38.* et *Quintil. 1. 6. 7.* — **4)** Deinde

II. *Fateor* usurpatur etiam significatione passiva. *Cic. 2. Agr. 21. ad fin.* Quae est ista aequitas, ceteros agros, etiam si privati sint, permittere, ut publici iudicentur; hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur? Alii leg. *publicum esse fateatur:* tametsi etiam *confessus* passive usurpatur, quam vocem vide §. 2., et *fassus,* quod v. §. 2. — **b)** Item impersonaliter. *Paul. Dig. 50. 1. 39. ad fin.* Vulgo fatebatur, utique minorem eum legasse.

Nota I. Constructio verbi est cum accusat. rei et dat. personae, addito aliquando ablat. instrumenti vel modi, vel ablat. cum praepos. de. — Adhibetur et absolute sequente aliquando infinito. — **Nota II.** Inter *confiteor* et *fateor* hoc discrimen statuit *Isid. 1. Differ. 212.* « Confiteri proprii arbitrii est; nam *fateri* coacti est animi, non voluntatis. » Cf. CONFITEOR in *Nota* II.

FĀTESCO, v. FATISCO.

FATH, indecl. Vox aliquo loco adhibita, ut videtur, apud *Vulg. Interpr. Hal.,* quam sic exponit *Eucher. 2. Instruct. 3.* Fath, clima, id est plaga meridiana vel occidentalis.

FĀTĬBŬLA, ae, f. Idem quod *fabula* apud Veteres, teste *Diomed. 3. p. 488. Putsch.* Dramata Latine fabulae appellantur, sive fatibulae.

FĀTĬCĂNUS, a, um. Adiect. a *fatum* et *cano;* qui fata canit, idest, futura praedicit; *indovino. Ovid. 9. Met. 417.* Haec ubi faticano venturi praescia dixit Ore Themis. *Al. leg.* faticino, *al.* fatidico, *al.* vaticino.

FĀTĬCĬNUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac faticanus. *Ovid. 15. Met. 450.* sic dicere vates, Paticinasque ferunt sortes. *Al. aliter leg.,* ut in voce praeced.

FĀTĬDĬCUS, a, um. Adiect. a *fatum* et *dico,* idem fere ac faticanus; qui futura praedicit; *fatidico, indovino. Varr. 6. LL. 7.* Qui futura praedivinando solent fari, fatidici dicti. *Virg. 8. Aen. 340.* Vatis fatidicae, cecinit quae prima, futuros Aeneadas magnos. *Cic. 1. Nat. D. 3.* Anus fatidica Stoicorum. *Plin. 18. 56. 2.* Fatidicum et memorabile augurium. *Id. 2. 43. 3.* Fatidica fulmina. Et *ibid. 95. 3.* Fatidici specus. *Ovid. 2. Met. 640.* fatidicos concepit mente furores. *Id. 2. Fast. 262.* Fatidicus Deus; h. e. Phoebus. *Val. Flacc. 1. 304.* Fatidicae silvae. — **2)** Absolute. *Cic. 2. Leg. 8.* Interpretari fatidicorum et vatum effata incognita.

FĀTĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fatum* et *fero;* mortifer, fatum, idest mortem afferens; *mortifero. Virg. 8. Aen. 621.* Fatiferumque ensem. *Id. 9. ibid. 631.* Fatifer arcus. *Al. leg.* letifer. *Ovid. 3. Amor. 3. 27.* fatifero Mavors accingitur ense. Adde *6. Met. 251.*

FĀTĪGĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *fatigo;* qui fatigari potest; *stancabile. Tertull. Anim. 52.* Ascensu scalarum fatigabilis. Adde *Not. Tir. p. 118.*

FĂTĪGĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fatigo;* labor, lassitudo, imo plus quam lassitudo; *stanchezza, spossatezza. Cels. 1. 2. a med.* Exercitationis finis esse debet lassitudo, quae citra fatigationem sit. *Liv. 32. 15.* Fatigatio equorum atque hominum. *Curt. 6. 8.* illum fatigatione resolutum somnus oppresserat. *Id. 7. 11.* Affectus fatigatione. *Colum. 4. 18.* Minuere fatigationem. *Quintil. 11. 3. ad fin.* Fatigatione deficere. Adde *Tacit. 2. Hist. 60.* et *Senec. 3. Ira, 9.* — **2)** Item dictum iocosum, facetiae, cavillatio, qua risus causa quempiam fatigamus, et, ut Veneti vulgo dicunt, *facetamo vogare. Sidon. 1. ep. 8.* Morari me Romae gratularis: id tamen quasi facete, et fatigationum salibus admixtis. *Sulpic. Sever. 1. dial. 4. a med.* Aliquantum erubescens, dum fatigationem meam accepit. V. FATIGO §. 7.

FĀTĪGĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fatigo;* ad fatigandum inserviens. *Sidon. 5. ep. 17.* Verba erant dulcia, iocosa, fatigatoria; h. e. facета. V. vocem praeced. §. 2.

FĂTĪGĀTUS, a, um. Particip. verbi *fatigo;* labore confectus; delassatus; *stancato, fiaccato. Cic. Top. 20.* Verberibus, tormentis, igni fatigati, quae dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere. *Horat. 3. Od. 6. 42.* Iuga demere bobus fatigatis. *Ovid. 18. Heroid. 85.* fatigatis humero sub utroque lacertis. *Caes. 3. B. C. 95.* Milites magno aestu fatigati. *Nep. Eumen. 12.* Triduo fame fatigatus. *Horat. 3. Od. 4. 11.* Ludo et somno fatigatus; *stanco dal giuocare e vinto, oppresso dal sonno:* nam somnus, etiam adventans, vires capit. — **2)** Translate. *Ovid. 3. Amor. 11. 2.* Cede fatigato pectore, turpis Amor. *Id. 13. Heroid. 97.* Inter mille rates tua sit millesima puppis: Iamque fatigatas ultima verset aquas. *Id. 2. Art. am. 227. de Hercule.* Ille fatigatae perdendo monstra novercae. *Sall. Iug. 70.* fatigati supplicio. Et *ibid. 11.* Fatigatus a fratre; h. e. precibus exoratus. V. et vocem sequent. §. 3.

Nota. Inter *fatigatum* et *fessum* discrimen hoc statuit *Serv.* ad *8. Aen. 232.* Fatigatus proprie refertur ad corpus, ut *fessus* ad animum: quemquam haec saepius confunduntur. — Huc spectat et *Diomed. 1. p. 372. Putsch.* « Differt autem *fatigatus* a *fesso,* ut Verrius ait, quod *fatigatus,* quum quis per alium laborare compellitur, ut lassatos: *fessus* vero, quum quis labore deficitur, ut lassus. » Cf. voc. seq. §. b. et *Isid. 1. Differ. 241.* v. FESSUS.

FĂTĪGO, as, avi, ātum, are. Verbum transitiv. a *fatim* (non *fatis,* ut vult *Isid. 10. Orig. 102.,* nam prior in fātum longa est) et *ago,* hoc est, ultra modum ago, aut valde ago, v. FATIM. — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, *Val. Probus* haec adnotat *de Nom. 38. p. 221. Endl.* « *Fetigati* an *fatigati;* melius *fetigati,* quod *fetigo* dicatur, et *fetsi,* non *fassi; fassi* autem praeterito tempore *confessos* non *fatigatos* significat. » Cf. FATIGATUS in *Nota* et FATISCO §. b. — **c)** *Fatigo* et *flagito* in antiquis MSS. et editis libris aliquando inter se confusa fuisse, tradit *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 2.* — **d)** Particip. *fatigandus* §. 1., *fatigatus,* v. suo loco, *fatigaturus* §. 1. — **e)** Derivata, *fatigabilis, fatigatio, fatigatorius.* — **f)** Composita, *defatigo, diffatigabilis, diffatigo, infatigabilis, infatigabiliter, infatigo.*

FATIGO proprie est vires urgendo, instandoque cuipiam adimo, lasso, ad lassitudinem deduco, domo, agito, vexo; *stancare, fiaccare, domare. Nep. Lysandr. 2.* Ne de eodem plura enumerando, fatigemus lectores. *Cic. 3. Offic. 18.* Sicarii, venefici, fures non verbis sunt, et disputatione philosophorum, sed vinculis et carcere fatigandi. *Sall. Cat. 28.* Neque insomniis, neque labore fatigari. *Liv. 8. 10.* Aliquamdiu pugna atroci cum semet ipsi fatigassent. *Ovid. 8. Met. 824.* petit ille dapes sub imagine somni, Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat. *Virg. 3. G. 132.* cursu quatiunt, et sole fatigant. *Id. 11. Aen. 306.* quos nulla fatigant Proelia, nec victi possunt absistere ferro. *Liv. 38. 19.* Taedio se fatigaturos hostem censebant. — **2)** Translate. *Virg. 6. Aen. 78.* Bacchatur vates, magnum si pectore possit Excussisse Deum: tanto magis ille fatigat Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo. *Sall. Cat. 11.* Secundae res sapientium animos fatigant; h. e. eorum virtutem et constantiam vincunt. *Id. Iug. 60.* Fatigare aliquem dolis. *Id. orat. 2. ad Caes. de rep. ordin. a med.* Curis fatigatur animus. *Stat. 9. Theb. 280.* Mille modis leti miseros mors una fatigat. *Horat. 4. Od. 14. 18.* Devota morti pectora liberae Quantis fatigaret ruinis; h. e. urgeret, obrueret. *Val. Flacc. 7. 348.* Te ducente sequor: tua me grandaeva fatigant Consilia, et monitis cedo minor; h. e. meam animi firmitatem vincunt. *Horat. 2. Od. 11. 11.* quid aeternis minorem Consiliis animum fatigas? *Tacit. 15. Ann. 71.* Fatigare dextram oculis; *cavicare di baci:* vel dexteram oculis la-

Digitized by Google

ciendis lassare. *Val. Flacc. 1. 633.* miscent suprema parentes Verba alii, iunguntque manus, atque ora fatigant. Et *2. 120.* Fama terras fatigat; *h. e.* implet rumoribus suis, turbat, vexat. Sic *Virg. 1. Aen. 280.* aspera luno, Quae mare nunc, terrasque metu, caelumque fatigat; *h. e.* miscet, sollicitat, exercet. *Val. Flacc. 5. 142.* arma fatigant Ruricolae, Gradive, tui; *h. e.* ferramenta in usum belli fabricando, ictibus malleorum quasi fatigant. *Ovid. 3. Met. 135.* lolium tribulique fatigant Triticeas messes; *h. e.* obruunt, nec crescere sinunt. Et *1. ibid. 573.* fluvius sonitu plus quam vicina fatigat; *h. e.* molestia afficit; *assorda col mormorio delle acque. Sil. 12. 496.* et *1. 675.* curasque ita corde fatigat: Quo mens aegra vocas? etc.; *h. e.* agitat, versat. *Stat. 5. Silv. 1. 8.* Fatigare curas artificum; *stancare dando loro molto da lavorare. Virg. 9. Aen. 605.* Fatigare silvas; *h. e.* silvis veluti molestum esse venatu, clamoribus, agitatione ferarum: quod et *Val. Flacc. 5. 21.* imitatus est. — **3)** Speciatim

II. *Fatigo* est etiam impellere, stimulare, agitare; *cacciare, pungere, spingere:* quia impulsi, et ad cursum incitati fatigantur. *Virg. 1. Aen. 320.* qualis equos Threissa fatigat Harpalice, volucremque fuga praevertitur Hebrum. *Id. 11. ibid. 714.* Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat. *Id. 9. ibid. 609.* versaque iuvencum Terga fatigamus hasta. Et *5. ibid. 253.* iaculo cervos cursuque fatigat. — **4)** Translate. *Id. 4. ibid. 572.* Corripit e somno corpus, sociosque fatigat: Praecipites vigilate viri, etc. *Id. 6. ibid. 533.* quae te fortuna fatigat, ut etc.? Et *9. ibid. 65.* collecta fatigat edendi Ex longo rabies. — **5)** *Fatigare aliquem precibus* est adeo instare, obtundere, molestum esse, enecare precando, donec victus se exorari sinat. *Liv. 9. 20.* et *27. 48., Justin. 18. 1., Horat. 1. Od. 2. 26.* et *Val. Flacc. 8. 586.* Sic fatigare questu, *Id. 7. 311.* gemitu moestaque voce, *Stat. 2. Theb. 244.* Deos in vota. *Val. Flacc. 4. 69.* votis lovem, *Martial. 7. 60.* lacrimis, *Tacit. 5. Hist. 51.* Sic *Virg. 7. Aen. 582.* Undique collecti coeunt, Martemque fatigant; *h. e.* flagitant, instanter rogant Martem, ut adsit: quod est, bellum deposcunt. *Val. Flacc. 8. 86.* atque omnem linguaque manuque fatigat Vim Stygiam; *h. e.* magicis verbis ac signis petit, arcessit, invocat. Nam dicimus etiam *fatigare* absolute pro fatigare precibus. *Sall. Iug. 17.* Quos ego audio maxuma ope niti, ambire, fatigare vos singulos, ne quid statuatis. *Tacit. 1. Hist. 29.* Fatigare Deos. — **6)** *Fatigare diem* est totum in opere occupando veluti lassare. *Virg. 8. Aen. 94.* Olli remigio noctemque diemque fatigant. *Val. Flacc. 5. 602.* Marte diem noctemque fatigat. — **7)** Apud *Sidon. 6. ep. 2.* fatigari argutiis, est per argutias molestia affici, vexari. Sic *Sulpic. Sever. 1. dial. 4.* Nullam occasionem omittis, quin nos edacitatis fatiges. Et *ibid. 5.* Sed supersedendum est, ne Gallus se aestimet fatigari. V. FATIGATIO §. 2.

Nota. Discrimen inter *fatigari* et *iactari* hoc statuit *Isid. 1. Differ. 303.* « Iactamur in maris fluctibus, fatigamur in terris. » Cf. alia sub V. FATIGATUS in *Nota*.

FĀTĬLĔGUS, a, um. Adiect. a *fatum* et *lego;* fatum, seu mortem colligens. *Lucan. 9. 821.* Toxica fatilegi carpunt matura Sabaei.

FĀTĬLŎQUĬUM, ii, m. Verbale a *fatiloquus;* praedictio; *profezia. Apul. de Deo Socrat.* Vel Sibyllae fatiloquia versificet.

FĀTĬLŎQUUS, a, um. Adiect a *fatum* et *loquor*, idem fere ac fatidicus. *Liv. 1. 7.* Carmenta mater, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam adventum miratae hae gentes fuerant. *Auson. Profess. 6. 51.* Quam fatiloquo Dicte profatu Versus Horati! *Incert. Auct.* in *Anthol. Lat. 4. 635. Meyer.* Fatiloqua ratis. *Klotz* tamen putat totum hoc carmen recentius aevum redolere. Adde *Apul. Florid. p. 325.*

FĂTIM. Adverb. a *fatus*, ut *statim* a *status*, *raptim* a *raptus;* origine enim nomen fuisse videtur a *fato*, quod idem fere quod *hisco* significabat, ut scribit *Hand, Turnell. T. 1. p. 200.*, ita ut *fatim* accusativus sit antiquus, adverbiorum more adhibitus; unde et *adfatim* vel *affatim* seu *ad fatim*, *fatigo* et *fatisco* qum V. suo loco. — Est autem *fatim*, abundanter, cum satietate, teste *Serv.* ad *1. Aen. 127. Fulgent. 2. Mythol. 8.* Conceptionem fatim subministrat. *Al. leg.* conceptionale fatum. *Gloss. Lat. Gr.* Fatim; ἀρδόνως.

FĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *for, faris;* loquutio, dictum. Agnoscit *Priscian. Partit. XII. vers. Aen. 6. p. 1250. Putsch.*, nullo tamen addito Latini Scriptoris exemplo.

FĂTISCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *fatim* et *hisco*, ut *Serv.* docet ad *Virg. 1. Aen. 127.*, unde et *fathisco* legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Fathiscere; χαίνειν. (Cf. FATIM), quod deponentium more etiam usurpatur *fatiscor, fatisceris, fessus sum, fatisci*. Cf. infra §. 3. — **b)** Sunt qui velint scribere *fetisco*, vel *fetiscor*, ut in composito *defetiscor*, unde *fessus* et *defessus*. Cf. DEFETISCOR §. b. et c. — Item *fatesco* pro *fatisco* scribitur in *Not. Tir. p. 149.* et apud *Maxim. Taurin. Homil. 34.* Mox defatiscente fide, fatescit semita. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 139. n. 70.* — **c)** Particip. *fatiscens* §. 2., *fessus*, V. suo loco. — **d)** Derivatum, *fessulus*. V. FESSONIA in ONOM. — **e)** Composita, *defatiscor, diffatisco*.

FATISCO proprie est findor, aperior, hisco; viribus fractis deficio, ita ut solvar, dissolutus prorsum; *aprirsi, fendersi. Virg. 1. Aen. 117.* Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. *Id. 9. ibid. 809.* saxis solida aera fatiscunt. *Id. 1. G. 180.* Area pulvere victa, fatiscit. Et *2. ibid. 249.* Pinguis tellus haud unquam manibus iactata fatiscit, Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo; *non si scioglie in polvere. Solin. 55. a med.* Pomum fatiscit in pulverem. *Tibull. 1. 6. 31.* Heu canimus frustra, nec verbis victa fatiscit lanus: sed plena est percutienda manu. *Al. leg.* patescit. *Plin. 11. 103. 2.* Camelo ungues in longiore itinere sine calceatu fatiscunt. *Ovid. 7. Met. 554.* Viscera torrentur primo flammisque fatiscunt. — **2)** Translate ponitur pro deficere; *mancare, venir meno. Colum. 2. 14.* Omni solo, quod praedictorum leguminum segetibus fatiscit, una medicina est, ut stercore adiuves. *Val. Flacc. 7. 598.* ille fatiscens, In caput, inque humeros ipsa vi molis, et irae Proruit. *Stat. 5. Silv. 3. 21.* Fatiscere clamore. *Colum. 7. 3. ante med.* Ovis fatiscit post annum septimum, Et *9. sub fin.* Scrofa celerrime fatiscit, quae plures educat. *Val. Flacc. 3. 595.* viri resides in lacrimas, humilesque metus, aegramque fatiscunt Segnitiem. *Tacit. 3. Hist. 10.* Donec fatisceret seditio. *Id. 14. Ann. 24.* Ipse exercitusque per inopiam et labores fatiscebant. Et *6. ibid. 7.* Scriptores copia fatiscunt. Et *16. ibid. 5.* Manibus nesciis fatiscere; *mancare, fallare per l' inesperienza delle mani. Ennod. Paneg. Theodor. 2.* Pluvius etiam torrentis fatiscat ingenii. — Cum infinito. *Stat. 3. Silv. 1. 35.* exsiccata fatiscet Mater Achilleis hiemes affrangere bustis. — **3)** Deinde

II. *Fatiscor*, deponentium more, proprie. *Lucret. 5. 309.* Denique non lapides quoque vinci cernis ab aevo? . . . Non delubra deum, simulacraque fessa fatisci. — **4)** Translate. *Varr.* apud *Non. 4. 197.* et *7. 91.* Altera ira, altera vulneribus fatiscuntur. *Pacuv. ibid.* Si unquam fatiscar facere quod quibe boni. *Accius ibid.* Haud fatiscar, quin tuam implorem fidem. *Front. Princip. Hist.* (edente iterum *A. Maio*) *p. 318.* Primus ipse in agmine haud saepius equo vehi, quam pedibus fatisci. Adde *Lucret. 5. 459.*

FĀTOR, ōris, ōri. Verbum transitiv. specie frequentativ; a *for, faris.* — Est multum loquor *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* Fatantur, multa fantur. *Gloss. Lat. Gr.* Fator; πολυλογέω. Cf. FATATUS.

FĀTOR, ōris, m. Verbale a *for, faris;* qui loquitur. Agnoscitur a *Priscian. Partit. XII. vers. Aen. 6. p. 1250. Putsch.*, nullo tamen Latini Scriptoris addito exemplo.

FĂTŬĂ. V. FATUUS, a, um.

FĂTŬĔ. Adverb. a *fatuus;* more eorum qui fari nesciunt, stulte, insipienter; *scioccamente. Quintil. 6. 4. 8.* (si sanus est locus) Alioquin et tacendum est saepe, et aliis subiicientibus, plerumque studio loquendi fatue modo accedendum. *Alii leg.* fatuae modo. V. FATUUS §. 2. *Varro* quoque hanc vocem agnoscit *6. LL. 7.*, et a *fari* derivat. Adde *Interpr. epist. Ignatii ad Ephes. 17.*

FATŬĬNUS, a, um. Adiect. a *fatuus* per deminutionem factum, idem fere ac fatuus. *Apul. Herb. 64.* Itali paeoniam, alii rosam fatuinam vocant; *rosa fatua*.

FĂTŬĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fatuus;* insipientia, stultitia, stoliditas; *sciocchezza. Cic. 1. Att. 25.* Ego huius miserrima fatuitate conflictor. *Al. pleriq. leg.* facultate. *Id. 2. Invent. 52.* Non hanc imprudentiam, aut casum, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

FĂTŬĬTO. Adverb. a *fatum*, idem fere ac fataliter. *Priscian. 15. p. 1016. Putsch.* Similiter a fato fatuito; μοιρᾴδην, fato, et fataliter; μοιρικῶς.

FATUM, i, n. Verbale a *for, faris*, sive proprie adiect. a *fatus, a, um*, absolute adhibitum, teste *Priscian. Partit. XII. vers. Aen. 6. p. 1249. Putsch.* Antiqui tamen etiam passive proferebant *fatus* pro dictus dicentes, unde *fatum* dictum et iussum Dei." — Sed fortasse radix huius vocis eadem est, quae vocum *fas* et *facio*, ut *fatum* proprie sit, quidquid certo constitutum est ac fieri debet. V. FOR. — **b)** Alia forma est *fatus, i*, m. Legitur in *fragm. Tragur. Petron. 42. Burm.* malus fatus. Et *77.* fatus meus. Et *Inscript.* apud *Grut. 661. 6., 665. 5.* Fatus malus. Et apud *Fabretti, p. 123. n. 28.* Fatus infelix. Et apud *Murat. 660. 4.* Fatus suus. Adde *aliam* in VACTUS, us, §. 3. — **c)** Scribitur *faatum* in *Inscr.* apud *Fabretti, p. 421. n. 588.* — **d)** Derivata, *fata, fatalis, fatalitas, fataliter, fatuito.* — **e)** Composita, *faticanus, fatidicus, fatifer, fatilogus, fatiloquium, fatiloquus, trifatidicus*.

FATUM proprie et universim dicitur dictum, effatum, quo quippiam futurum monstratur, ut sunt oracula et responsa vatum; *vaticinio, oracolo, predizione.* Hinc *Front. de nep. am.* (edente iterum *A. Maio*) 2. Fata a fando appellata siunt. *Minuc. Octav. 30.* Quid enim aliud est fatum, quam quod de unoquoque nostrum Deus fatus est? *Cic. 3. Catil. 4.* Lentulum sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis, haruspicumque responsis, se esse illum, etc. *Id. 1. Divin. 44.* Ex fatis, quae Veientes scripta haberent. Et *mox.* In iisdem fatis scriptum Veientes habere. *Virg. 3. Aen. 705.* Oblitus fatorum. *Liv. 3. 18.* Interpres fatis obla-

Digitized by Google

tus, *Rutil. 2. Itiner. 52.* Sibyllinae fata cremavit opis. — **3)** Item (ut *Cic.* definit *1. Divin. 55.*) ordo seriesque causarum, cum causa causae nexa rem ex se gignit, Graece εἱμαρμένη: ea est ex omni aeternitate fluens veritas sempiterna; *fato, fatalità, destino*. Hoc fatum *physicum* nonnulli appellant. Sed est et *astrologicum, seu mathematicum*, ex astrorum praecipue vana observatione pendens; *h. e.* necessitas quaedam ante Deos, qua quippiam ex liberis causis fieri aliquando statutum est: idque necessario futurum est, ne ipso quidem love immutare (bene tamen differre ad decem annos, inquit *Serv.* ad *8. Aen. 398.* ex *haruspicinae libris, et sacris Acherontiis)* valente, ut Stoici docuere, qui scelera quoque necessitate patrari putabant (v. *Gell. 6. 2.* et *Cic. 4. in fin. de Fato.*). Quae omnia tum aliorum philosophorum sanior doctrina, tum certissima omnium Christiana veritas, falsa et insana esse demonstrat. Porro haec ideo fata dicuntur, quia illa lovem *fari*, et tradere Parcis fabulantur, quae suo quaeque tempore exsequenda curent. Quare ipsae quoque *Fata* dictae sunt, ut Graece μοῖραι, teste *Apul. de Mundo in fin.* et dominas Fati, *Ovid. 5. Trist. 5. 17.* appellat. *Cic. Fat. 3.* Si Daphitae fatum fuit, de equo cadere. Et *12.* Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere. Et *15.* Stoici omnia fato fieri dicunt. *Id. 2. Divin. 7.* Omnia, quae fiunt, fato contineri. Et *1. ibid. 1.* Praedicere, quo quisque fato natus sit. *Id. Balb. 26.* Fuit hoc sive meum, sive reipubl. fatum, ut etc. *Id. 2. Phil. 1.* Quonam meo fato fieri dicam, ut etc. *Id. Font. 16.* Ea conditione atque eo fato se in his terris collocatam esse, ne etc. Et *Marcell. 5.* Ad illa arma fato nescio quo misero funestoque compulsi. *Caecin.* ad *Cic. 6. Fam. 7.* Qua quidem in re singulari sum fato; *ho un destino particolare*. *Horat. Epod. 7. 17.* Acerbo fata Romanos agunt. *Virg. 5. Aen. 709.* quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur. *Id. 1. G. 199.* omnia fatis in pejus ruere; *per disposizione de' fati*. *Id. 1. Aen. 45.* vetari fatis. Et *56.* agi fatis. *Ovid. 1. Pont. 7. 56.* fuit in fatis hoc quoque, credo, meis. *Id. 1. Fast. 481.* Sic erat in fatis. *Id. 5. Trist. 2. 1.* Ergo erat in fatis, Scythiam quoque visere, nostris? *Inscr.* apud *Orelli, n. 1579.* Male iudicantibus fatis. — **3)** Speciatim

II. *Fatum* aliquando dicitur voluntas, et placitum Deorum, ut *Non. 6. 42.* docet. *Virg. 7. Aen. 293.* Heu stirpem invisam et fatis contraria nostris Fata Phrygum! Adde *50. Horat. 4. Od. 2. 38. de Caesare.* Quo nihil maius meliusve terris Fata donavere bonique divi. — Huc spectat illud *Cic. de Fato fragm.* apud *Al. Chrysost. Ferrucci.* Fatum esse nutum Iovis O. M. placitumque Deorum immortalium, fides est philosophorum et vulgi communis. *Hoc tamen respuunt plerique.* v. *Ritschel* in *Mus. Rhen. Vet. 3. p. 469.* et *seqq. Priscian. Partit. XII. vers. Aen. 6. p. 1249. Putsch.* Id enim esse dicit Plato fatum, voluntatem et iussionem Dei. — **4)** Item res ipsa, qua fatum alicuius continetur. Plaut. *Bacch. 4. 9. 29.* Illo tria fuisse audivi fata, quae illi exitio forent: Signum ex arce si periisset: alterum etiam est Troili mors: Tertium, cum portae Scaeae limen superum scinderetur. *Iustin. 20. 1. extr.* Herculis sagittae, quae fatum Troiae fuere. — **5)** Interdum casus, calamitas, infortunium; *disgrazia*. *Cic. 2. Catil. 5.* Quibus ego confido impendere fatum aliquod, et poenas iamdiu improbitatis debitas instare. — Contra *Horat. Carm. saecul. 27.* bona fata; *h. e.* prosperas res dixit. Sic *Lucan. 7. 252.* Nil opus est votis: iam fatum arcessite ferro; *h. e.* bonam fortunam, victoriam. *Iuvenal. 7. 189.* exempla novorum Fatorum transi. — **6)** Saepe interitus, pernicies, mors; *rovina, morte*. *Cic. Dom. 58.* Si in illo paene fato reipubl. obieci meum caput civium furori. *Caes. 1. B. C. 39.* Suum fatum queri, et commune periculum miserari. *Quintil. 5. 7. 10.* Fato fungi. *Plin. Paneg. 11.* concedere. *Liv. 26. 15.* cedere. *Modestin. Dig. 34. 3. 20.* Concedere in fatum. — **7)** Cum mortem significat, de illa intelligitur, quae naturae lege cuique obvenit, et violentae atque inopinatae opponitur, quod et *Gell. 15. 1.* observat. Huic tamen sententiae videtur adversari locus ille *Ovid. 19. Heroid. 118. Iamdudum peccas, si mea fata petis.* Hic enim loquitur Hero, quae ait, se morituram ex dolore, si Leander diutius moratus fuerit ad illam venire. *Cic. 1. Phil. 4.* Multa autem impendere videbantur praeter naturam, praeterque fatum. *Id. Coel. 32.* Nolite hunc maturius exstingui vulnere vestro, quam fato suo. *Virg. 4. Aen. 696.* quia nec fato, merita nec morte peribat. *Tacit. 6. Ann. 10.* L. Piso pontifex, rerum in tanta claritudine, fato obiit; *morì di sua buona morte*. v. FATALIS §. 2. — Hinc in plur. num. *post fata* et absolute est post mortem apud *Quintil. 12. 11. 7. Id. 6. praef. 1.* Si me fata intercepissent. — **8)** Sequiori Latinitatis tempore *fatum facere* est fato fungi. *Inscript.* apud *Murat. 1999. 2.* D. N. Magno Maximo Aug. II. Coss. III. Id. Maias fatum fecit Leo, et depositus pridie Id. Maias. — **9)** Metonymice de eo dicitur, qui perniciem, interitum affert. *Cic. Sext. 45.* Duo illa reipublicae paene fata, Gabinium et Pisonem. — **10)** Eadem ratione *fata* reliquias funeris, ossa, cineres significant (quamquam alii aliter explicant) in illo *Propert. 1. 17. 11.* An poteris siccis mea fata reponere ocellis? — **11)** *Fato inscribere* apud *Tertull. Anim. 37.* dicebantur Veteres eo die, quo filiis nomina imponebant, et *fata scribundo advocare, ibid. 39.*, quia eo die quodcumque bonum omen arripere poterant, id ad filii futuram vitae prosperitatem arripiebant. v. *Scalig. l. 2. lection. Auson. c. 22.* — **12)** Denique in fabulis fata pro Diis habita sunt; quo sensu v. FATUM in ONOM.

Nota. « Inter *fatum* et *fortunam*, inquit *Isid. 1. Differ. 219.*, Pagani ita separabant: quod enim fortuitu venit, nulla patam causa, fortunam vocabant, fatum vero quidquid appositum singulis, et statutum erat, ut puta, fati esse dicebant quod nascimur, quod occidimus; fortunae quidquid in vita varietatis accidit. » — *Boeth.* item *Consol. Philos. 4. prol. 6. ante med.* disputat, in quo differat *fatum* a *providentia*.

FĂTŬOR, āris, āri. Verbum intransitiv. a *fatuus;* fatuus esse, ineptire. *Senec. Apocolocyn. ante med.* Audi me, et desine fatuari. — **2)** Item debilitor, enervor. *Cassiod. 1. Var. 39.* Natura siquidem humana sicut duris laboribus instruitur, ita per otia torpentia fatuatur. — **3)** Praeterea

II. *Fatuor* est etiam a *Fatua*, uxore Fauni (de qua v. in ONOM.), et significat divino furore corripi. *Iustin. 43. 1.* Fauno fuit uxor nomine Fatua, quae assidue divino spiritu impleta velut per furorem futura praemonebat: unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Cf. FATUUS §. 2.

FĀTUS, a, um. Particip. verbi *for, faris;* dictus. Agnoscit *Priscian.* loc. cit. in FATUM §. 2. v. FON.

FĀTUS, i, m. v. FATUM §. b.

FATUS, us, m. Verbale a *for, faris;* dictum, verbum; *detto*. *Prudent. Apotheos. 599.* Promite secretos fatus. *Alii leg.* fastus. *Capell. 7. p. 269. ad fin.* Me spatium admonuit iam claudere fatibus orsa; *h. e.* finem dicendi facere. *Id. 1. p. 10.* deliaco fatu.

FĂTŬUS, a, um. Adiect., de cuius origine haec tradit *Isid. 10. Orig. 104.* « *Fatuus* ideo existimator dictus, quia neque quod *fatur* ipse, neque quod alii dicunt, intelligit. *Fatuus* originem ducere quidam putant a miratoribus *Fatuae* Fauni uxoris fatidicae, eosque primum *fatuos* appellatos, quod praeter modum obstupefacti sunt vaticiniis illius usque ad amentiam. » — **b)** Derivata, *fatue, fatuinus, fatuitas, fatuor*. — **c)** Composita, *infatuo, perfatuus*.

FATUUS est insipiens, stultus, insulsus; *sciocco, pazzo, balordo*. *Ter. Eun. 5. 9. 49.* Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesque et dies. *Plaut. Bacch. 3. 1. 2.* Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. *Cic. Deiot. 7.* Non modo nequam et improbus, sed fatuus et amens es. *Plaut. Trin. 2. 2. 18.* Fatui mores et turbidi. *Cic. 2. Orat. 24.* Hoc praeceptum est magis monitoris non fatui, quam eruditi magistri. Adde *3. Fin. 24., 6. Att. 6.* et *Post.* apud *Eund. 2. Orat. 67.* — **2)** Translate de cibis dicitur, qui insipidi sunt; *insipido*. *Martial. 13. 13.* Ut sapiant fatuae, fabrorum prandia, betae. — **3)** Fortasse huc pertinet illud *Varronis* apud *Non. 4. 291.* Quod Cal. Ian. et publice, et privatim fatuam pultem Diis mactat; *h. e.* sine sale: et fortasse intelligit libum ex farre et faba, quod eo ipso die Carnae Deae offerri solitum tradit *Ovid. 6. Fast. 170.* At *Aloïs. Lanzius, Saggio di ling. Etr. T. 2. p. 674.* putat, *pultem* esse interpretationem vocis *fatuam*, nam in *Tab. Eugub.* puls appellatur *fatua*. — **4)** Absolute, substantivorum more,

FATUA, ae, f. et

FATUUS, i, m. Dicitur qui fatuus est, et risus causa in ditiorum domibus ali solet; *pazzo, buffone*. *Senec. ep. 50.* Harpasten, uxoris meae fatuam, scis, hereditarium onus in domo mea remansisse. Ipse enim aversissimus ab istis prodigiis sum: si quando fatuo delectari volo, me rideo. Haec fatua subito desiit videre. Incredibilem tibi narrem rem, sed veram: nescit esse se caecam. v. *ibid.* reliqua, et STUPIDUS. Cf. FATUA in ONOM.

Nota. *Fatuus* et *stultus* differunt, quia stultus est obtusis sensibus, fatuus nullis. *Afran.* (ut quidam putant) apud *Isid. 10. Orig.* in *Stultus*. Ego meipsum stultum esse existimo, fatuum esse non opinor. Cf. *Neukirch. Fab. tog. p. 278.*

FAUCES, ium, f. Nomen parum certae originis, de qua tamen *Isid. 11. Orig. 1. 56.* « *Fauces* a *fundendis* vocibus nominatae, vel quod per eas *famur* voces. » — **b)** In recto singulari *faux* dici posse, negant *Charis. 1. p. 72. Putsch.* et *Varr. 10. LL. 4. extr.* Sane omisit *Auson.* in *Technopaegn.*, ubi studiose conquisita membrorum nomina monosyllaba collegit. — Reperitur tamen apud *Coel. Aurel. 2. Chron. 11.* Loci, ex quibus sanguis fluit, sunt plurimi, summitas faucium, arteria asperior, quae etiam faux nuncupatur, pulmo, thorax et membrana, quae interius latera cingit, etc. — **c)** Hinc insuper usurpatur et in sexto casu singulari. *Ovid. 9. Heroid. 98.* Praegrave, compressa fauce, pependit onus. *Id. 14. Met. 738.* Atque onus infelix, elisa fauce, pependit. *Horat. Epod. 14. 3.* Pocula arente fauce trahere. *Phaedr. 1. 8.* Os devoratum fauce cum haereret lupi. Et *1.* Lupus fauce improba incitatus; *h. e.* fame. Adde *Martial. 7. 37.* — **d)** In plur. num. *foces* quoque pro *fauces* usurpatum vulgo fuisse colligi potest ex derivatis et compositis, quae v., et ex *Isid. 11. Orig. 8. 26.*

Digitized by Google

V. loc. infra §. 4. — **c)** Derivata, *focale, focanеus.* — **f)** Composita, *effoco, offoco, perfoco, praefocabilis, praefocatio, praefoco, suffoco, trifaux.*

FAUCES proprie dicuntur superior, interiorque gulae pars ad linguae radices, ubi os contrahitur, et cibus incipit descendere in stomachum; *fauces, gula.* Duae sunt: altera, qua cibus in stomachum, quae φάρυγξ: altera, qua spiritus ad pulmones fertur, quae λάρυγξ dicitur. Praecipue tamen de priori a Latinis usurpantur. *Plin. 11. 68. 1.* Summum gulae fauces vocantur, extremum stomachus: quibus fauces non sunt, ne stomachus quidem est. *Cels. 4. 1.* Exigua in arteria sub ipsis faucibus, lingula est, quae cum spiramus, attollitur. *Plaut. Curc. 2. 3. 59.* Lippiunt fauces fame. *Horat. 1. Sat. 2. 114.* Sitis fauces urit. *Plaut. Asin. 1. 1. 27.* Excreare ex penitis faucibus. *Id. Curc. 1. 2. 25.* Ingurgitare se in merum faucibus plenis. *Plin. 27. 3. 1.* Mederi faucibus scabris. *Id. 23. 74. 1.* Nuces videntur fauces exasperare. *Id. 23. 33. 5.* Lac gargarizatur faucibus exulceratis utilissime. *Cels. 5. 25. n. 11.* Fauces tussientes. — **β)** Accipiuntur et pro ipsa gula. *Id. 7. 44.* Intortae fauces, et expressus per aures sanguis. *Plaut. Most. 1. 3. 62.* Fauces alicui prehendere, atque enecare. *Ovid. 10. Met. 378.* Laqueo fauces innectere; *strangolare. Lucan. 2. 154.* Hic laqueo fauces, elisaque guttura fregit. — **γ)** Translate. *Plaut. Cas. 3. 3. 4.* Omnibus modis occidi miser: manifesto faucibus teneor. *Cic. Cluent. 31.* Istam conciliationem gratiae Stalenus tum, recenti re, cum faucibus premeretur, excogitavit. *Id. 3. Verr. 76.* Timarchides premit fauces defensionis tuae. *Id. 1. Q. Fr. 1. 6. extr.* Cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti. *Crass.* apud *Cic. 1. Orat. 52.* Eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. *Cic. Arch. 9.* Urbem Cyzicenorum ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse. *Apul. 7. Met.* E mediis Orci faucibus ad hunc evasi modum. *Cic. 1. Rep. 43.* Quum inexplebiles populi fauces exaruerunt libertatis siti. — **δ)** Deinde a similitudine,

II. *Fauces* saepe dicitur de loco quovis angusto, unde in patentiorem exitus est. *Plin. 5. 10. 3.* Nilus multis faucibus in Aegyptium mare se evomit; *per molte bocche. Id. 5. 1. 5.* Fauces Bosphori; *lo stretto di Constantinopoli. Cic. 2. Agr. 52.* Corinthus posita in angustiis, atque in faucibus Graeciae; *sulla bocca, sull'entrata. Id. 5. Verr. 62.* Aemilius sedens in faucibus macelli. *Liv. 29. 32.* Masinissam persecutus in valle arcta, faucibus utrinque obsessis, inclusit; *le uscite. Curt. 7. 4.* In Ciliciae angustissimis faucibus; *ne' passi stretti. Caes. 1. B. C. 25.* Fauces portus angustissimae: *la bocca del porto.* Fauces pictas *Enn.* apud *Cic. 1. Divin. 48.* vocat carceres, unde emittuntur quadrigae in ludis circensibus. *Cato, RR. 38.* Cum fornacem facies, fauces, praecipites deorsum facito. *Sall. Cat. 32.* Catilina cum exercitu faucibus urguet: alii intra moenia atque in sinu urbis sunt hostes: etc. Cf. *Dietsch.* ad *h. l.* — *Isid. 14. Orig. 8. 26. Fauces* sunt angustiorum locorum aditus inter duos montes, loca angusta et pervia, dicta a faucium similitudine, quasi *foces.* Hinc *Lucret. 6. 640.* Per fauces montis, ut Aetnae Exspirent ignes interdum turbine tanto. Adde *6. 698.* et *Cic. Quint. 6.* — **ε)** De situ faucis sive faucium in Romanorum aedibus, allato *Vitruv. 6. 3.* « Fauces minoribus atriis e tablini latitudine dempta tertia, maioribus dimidia constituantur, » fuse loquitur cl. *Ivanoff* in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1839. p. 82.* et *seqq.* — **ζ)** Pro abysso. *Cic. 2. Nat. D. 37.* Patefactis terrae faucibus ex illis abditis sedibus evadere in haec loca. Cf. etiam loc. *Apul.* allatum supra §. 3.

FAUCĬA, Curia. V. SAUCIUS.

FĂVĔA, ae, f. Verbale a *faveo*, quo nomine vocabantur apud Latinos ancillae, quia dominis suis favebant, seu serviebant. *Plaut. Mil. 3. 1. 202.* Quasique hunc anulum favese suae dederit. Hinc in *Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerman.* apud *Ducang. Gloss. Lat.* Fabea; παιδίσκη; puella: Fabeus; παῖς; puer. — *Iuvenal. 6. 353.* Et faveam, cui dos mandata, puellam Conducit. *Alii leg.* flavam.

FAVELLO, V. FABELLO.

FĂVENTĬA, ae, f. Verbale a *faveo;* idem fere quod favor; *favore. Festus* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* Faventia bonam ominationem significat. Nam praecones clamantes, populum sacrificiis favere iubebant. *Accius* apud *Non. 3. 93.* et *4. 330.* Edicite per urbem, ut omnes ominibus faustis augustam adhibeant faventiam, ore obscena dicta segregent; *h. e.* faveant linguis. V. FAVEO. — *Cyprian. ep. 13. n. 1.* Faventiam plenam a Domino postulamus.

FĂVĔO, faves, fāvi, fautum, fāvēre. Verbum intransitiv. incertae originis. Fortasse tamen *faveo* et *foveo* eiusdem sunt originis, nempe ab *aveo*, praemissa *f* loco aspirationis. V. AVEO §. b. — **b)** Etiam transitivorum more aliquando est adhibitum. Nam *Charis. 3. p. 268. Putsch.* aeque Latine dici ait, *faveo tibi*, et *faveo te:* sed nulla auctoritate fulcit. — **c)** Particip. praeteritum proprie esset *fautus* a supino *fautum*, sed in usu vix reperitur, pro quo etiam *favitus* usurpatum fuisse videtur (V. FAVITUS in ONOM.), unde *favitor* (V.) et *faustus*, quod V. — **d)** Particip. *favens* §. 1. et seqq., *fauturus* §. 1. — **e)** Derivata, *favea, favilla, favillaceus, favillaticus, favillesco, favillo, favillor, favitor, favontalis, favonianus, favonius, favor, favorabilis, favorabiliter, favoralis, fauste, faustitas, faustuarius, faustulus, faustuosus, faustus, fautor, fautrix.* — **f)** Composita, *affavens, infavorabilis, infavorabiliter, infaustus, offavco.*

FAVEO proprie est favore complector, prodesse cupio, studeo, amo; *favorire, favoreggiare. Cic. 12. Fam. 7.* Favebam et reipubl., cui semper favi, et dignitati ac gloriae tuae. *Id. 1. ibid. 7.* Favere laudi alicuius. *Id. 15. ibid. 4. a med.* voluntati. Et *Planc. 8.* honoribus alicuius. *Id. 1. Tusc. 25.* sententiae. *Nep. Attic. 2.* et *Liv. 45. 22.* Dissociatis animis civium, cum alii Sullanis, alii Cinnanis partibus favērent. *Caes. 6. B. G. 6.* rebus Gallicis. Et *1. ibid. 18.* Favere, et cupere alicui. *Ter. Andr. prol. 24.* Favete, adeste aequo animo. *Cic. Planc. 1.* Invidos huic accusationi esse fauturos. — Passive impersonaliter. *Id. 2. Offic. 15.* Non modo non invidetur illi aetati, verum etiam favetur (Adde *2. Orat. 51.*). *Spartian. Pescenn. 2.* Huic Romae ita fautum est, ut etc. Adde *Quintil. 6. 7. 51.* — Absolute. *Virg. 1. G. 18.* Adsis, o Tegeaee, favens. *Tibull. 2. 5. 1.* Phoebe, fave. *Id. 1. 10. 50.* Favente Marte. *Sust. Galb. 10.* diis faventibus. *Ovid. 5. Met. 615.* Quisquis es, o faveas. *Quintil. 4. 1. 75.* Iudices, ut faveant, rogamus. — **β)** Frequentius

II. *Faveo* locum habet in lingua religiosa. Hinc *favere linguis* praeco iubebat in sacris publicis boni ominis causa. *Cic. 1. Divin. 45.* Omina maiores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, *quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset*, praefabantur: rebusque divinis, quae publice fierent, *ut favērent linguis*, imperabatur: inque feriis imperandis, *ut litibus et turpitis se abstinērent.* — Porro haec loquendi ratio duo significat. *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Faventia p. 88. Müll.* Faventia bonam ominationem significat. Nam praecones clamantes, populum sacrificiis favere iubebant: *favere* enim est bona fari. At veteres Poetae pro silere usi sunt *favere.* Haec *Festus. Enn.* apud *Philargyr.* ad *4. G. 250.* Hic insidiantes vigilant, partim requiescunt, protecti gladiis sub scutis, ore faventes. Itaque *favere linguis, ore, animis*, etc. est εὐφημεῖν; bona verba dicere, votis, faustis ominibus, precibus sacrum ipsum, et sacerdotem preces et vota concipientem comitari, aut sequi. *Ovid. 1. Fast. 71.* Prospera lux oritur: linguis animisque favete: Nunc dicenda bono sunt bona verba die. *Tibull. 2. 2. 1.* Dicamus bona verba, venit Natalis, ad aras. Quisquis ades, lingua vir mulierque fave. *Al. leg.* venit Natalis, ad aras Quisquis ades, etc. *Ovid. 15. Met. 677.* Et, Deus en, Deus en: linguis animisque favete Quisquis adest, dixit: sis, o pulcherrime, visus Utiliter, populosque iuves tua sacra colentes. Quisquis adest iussum venerantur numen, et omnes Verba sacerdotis referunt geminata, piumque Aeneadae praestant et mente et voce favorem. Adde *3. Trist. 13. 18.* et *5. ibid. 5. 6.* — **γ)** Et in malam partem. *Id. Ib. 97.* peragam rata vota sacerdos: Quisquis ades sacris, ore favete, meis. Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba, etc. Hinc *Lactant. 1. 21.* docet sacra Herculis non εὐφημίᾳ, bonis verbis, sed exsecratione et maledictis celebrari solita, et pro violatis haberi, si inter faciendum cuipiam vel imprudenti bonum verbum excidisset. — **δ)** Deinde significat etiam tacere, silentium sacris praestare, non quidem absolute, sed eatenus, quateuus abstinebatur profanis vocibus, et mali ominis, ne sacri religio violaretur, et publice precantibus obstreperetur. Aliquando enim favetur sacris bona verba dicendo, aliquando tacendo: quod et in Christianis sacris usuvenit. Hoc sensu videtur locutus *Plin. 28. 3. 2.* Vidimus, certis precationibus obsecrasse Magistratus, et ne quid verborum praetereatur, aut praeposterum dicatur, de scripto praeire aliquem: rursusque alium custodem dari, qui attendat: alium vero praeponi, qui faveri linguis iubeat: tibicinem canere, ne quid aliud exaudiatur. *Sil. 16. 295.* Mente favete pari, atque aures advertite vestras. *Senec. Vit. beat. 26. extr.* Quoties mentio sacra litterarum intervenerit, favete linguis. Hoc verbum, non, ut plerique existimant, a favore trahitur: sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla mala voce obstrepente. Haec *Senec.*, ubi illa *hoc verbum*, et deinceps, nonnullos Criticos adsciticia putare, et addita a nescio quo interpretandi causa, iam adnotavit *Lipsius. Aristoph. in Thesmoph. v. 39.* Εὔφημος πᾶς ἔστω λεὼς στόμα συγκλείσας. — **ε)** In alterutram partem trahi possunt illa *Propert. 4. 6. 1.* Sacra facit vates: sint ora faventia sacris. *Horat. 3. Od. 1. 2.* Favete linguis: carmina non prius Audita Musarum sacerdos Virginibus, puerisque canto. *Virg. 5. Aen. 71.* Ore favete omnes, et cingite tempora ramis. — **ζ)** Speciatim item

III. *Faveo* interdum ad circum, et theatrum pertinet, et significat non solum studiosum esse, sed etiam plaudere, fausta ἐκλαμαre; *applaudire, fare acclamazioni. Cic. Planc. 8.* Quorum honoribus agri prope dicam ipsi montesque faverunt. *Ovid. 3. Amor. 2. 45.* Aurea pompa venit: linguis animisque favete: Tempus adest plausus. *Id. 1. Art. am. 148.* Tu Veneri dominae plaude favente manu. *Sil. 16. 515.*

Digitized by Google

fluctuat aequoreo fremitu rabieque faventum, Carceribus nondum reseratis, mobile vulgus. *Lamprid. Commod. 13.* Cum illi saepe pugnanti, ut Deo, populus favisset. Adde *Plin. 9. ep. 6.* et *Martial. 14. 151.* — **7)** Interdum cupere, velle. *Ovid. 6. Heroid. 99.* adscribi facilis procerumque, tuisque Se favet. *Enn.* apud *Serv.* ad *1. G. 18.* Matronae moeros complent, spectare faventes. — **8)** *Venti faventes*, secundi, prosperi. *Ovid. 15. Met. 49.* ventisque faventibus aequor Navigat Ionium. **9)** *Claudian. Cons. Mall. Theodos. 179.* Gleba, quae favet frugibus; h. e. quae fertilis est.

FAVICORA proverbium in eos, qui domesticis alimentis usi, aliis laborarent; dictum ab eo quod Capitolium aedificanti Tarquinio fabros et structores corvi cum suo victu miserunt. Haec *Placid.* in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 462.*

FĂVILLĂ, ae, f. Nomen quod vulgo a φάω; luceo derivant, dum proprie a *faveo* ducendum esse videtur, vel a *foveo*, quasi ignem fovens. — Proprie enim *favilla* dicitur illa tenuior ac levior, quae, extincto igne, remanet, fuligo; *cinere*, *fuliggine*. *Ovid. 7. Met. 79.* Ut solet a ventis alimenta resumere, quaeque Parva sub inducta latuit scintilla favilla, Crescere, et in veteres agitata resurgere vires. *Ter. Adelph. 3. 3. 60.* Atque ibi favillae plena, fumi ac pollinis Coquendo sit faxo et molendo. *Vitruv. 8. 7.* Coagmenta fistularum favilla oblinere. *Plin. 18. 84. 1.* Cum contectus ignis ex se favillam discutit, scintillamve emittit. *Id. 36. 65. 1.* Sabulo, calce, ac favilla mixtis. *Id. 26. 72. 1.* E carbone exstincto favilla digito sublata. Adde *3. 14. 3.* et *19. 4. 1.* — **2)** Saepe dicitur de rogi cineribus. *Virg. 6. Aen. 227.* Reliquias vino et bibulam lavere favillam. *Tibull. 3. 2. 10.* Condidaque ossa super nigra favilla tegat. *Horat. 2. Od. 6. 22.* ibi tu calentem Debita sparges lacrima favillam Vatis amici. *Propert. 1. 19. 19.* Quae tu, vita, mea possis sentire favilla. Adde *Lucan. 6. 557.* — **3)** Est etiam ignis favilla tectus, cinis igne mixtus, scintilla; *favilla, scintilla, fuoco*. *Suet. Tib. 74.* Cinis e favilla, et carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus. *Stat. 2. Silv. 1. 2.* ante reges, et adhuc vivente favilla. *Sil. 17. 105.* Ardenti volitant per nubila summa favilla. *Ovid. 8. Met. 670.* Ovaque non acri leviter versata favilla. Sic *Martial. 11. 52.* ova tenui versata favilla. *Claudian. B. Get. 21.* Et iuga taurorum rapidis ambusta favillis. — **4)** Translate. *Propert. 1. 9. 17.* Nec dum etiam pallos, vero nec tangeris igni: Haec tui venturi prima favilla mali; h. e. principium, indicium. — **5)** *Favilla salis* apud *Plin. 31. 42. 1.* est pars eius levissima, et candidissima.

FĂVILLĂCĔUS, a, um. Adiect. a *favilla;* ad favillam pertinens. *Solin. 35.* Favillacea fuligo.

FĂVILLĂTĪCUS, a, um. Adiect. a *favilla;* favillaceus. *Solin. 27. a med.* Favillatica humus.

FĂVILLESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *favilla; in favillas redigor. Fulgent. Contin. Virg. ante med.* Amor sepultus in oblivionis cinere favillescit.

FĂVILLO, as, āre. Verbum transitiv. a *favilla;* fuligine seu favilla inanimo. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Ἀσβολᾶ; favillo.

FĂVISSAE, ārum, f. Vox parum certae originis. Ita videntur appellatae a φάω, vel φαύω; fundo, cognatum verbo inusit. φόω, unde *fovea:* vel a *favis* apum, quia eosdem figura sua imitantur. Locum porro sic appellabant, inquit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 88. Mall.*, in quo erat aqua inclusa circa templa. Sunt autem qui putant, favissas esse in Capitolio cellis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quae in templo vetustate erant facta inutilia. Haec *Festus*. In nostris quoque templis etiamnum huiusmodi locus eidem usui est destinatus, et *sacrario* dicitur. In *Giorn.* vero *Arcad. T. 3. p. 119.* ubi Paesulani veteris aedificii, nunc *Chiesa di S. Alessandro*, reliquiae describuntur; sermo est de tribus subterraneis cellis ibidem repertis, in quibus cornuum, ferreorum utensilium, idolorum etiam aeneorum, et fictilium ollarum, lucernarumque, et vitreorum phallorum fragmenta constipata fuerant, unde, quinam fuerit illarum cellarum usus, satis apparet. Etiam *Varro* apud *Gell. 2. 10.* et *Non. 2. 344.* interrogatus, quid essent *favissae Capitolinae*, eadem fere tradit, quae *Festus*. Addit etiam ex *Val. Sorano*, Graeco nomine thesauros appellari: priscos Latinos *flavissas* dixisse, quod eo *flata*, signataque pecunia conderetur. Coniectare igitur se, detractam esse ex eo verbo secundam litteram, et *favissas* dictas esse cellas quasdam, et specus, quibus aeditui Capitolini uterentur ad custodiendum res veteres religiosas. Hinc porro legitur in *Gloss. Philox.* Favissae; Θησαυροί; *ripostigli*.

FĂVISSOR et Favisor, ōris, m. Verbale a *faveo*, idem fere ac favitor; *fautore*. *Apul. Apol.* Ego quietis, et concordiae, et pietatis auctor, conciliator, favissor. *Alii plerique leg.* favitor. *Not. Tir. p. 134.* Favor, fauctor, favissor. — Unica etiam littera *s* scribitur. *Symmach. Laud. in patres* (edente iterum *A. Maio*) *3.* Vetustas tribus evocet libertina ac plebeia facce pollutas, nos patricios favisores. Adde *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 38.* Cf. voc. seq.

FĂVĪTOR, ōris, m. Verbale a *faveo*, cuius supinum obsoletum est *favitum* pro *fautum*, unde *favitor;* fautor; *fautore*. *Charis. 1. p. 66. Putsch.* *Fautor* Antiqui dixerunt: at *favitor* nec auctoritate, nec ratione dicitur. Ceterum negatorem hic, non grammaticum agere videtur *Charisius:* etenim haec habet apud *Non. 2. 326.* Favitor, fautor: *Lucil. lib. XXIX.* Favitorem me tibi, amicum, amatorem putes. *Plaut.* vero *Amph. prol. 78.* Virtute ambire oportet, non favitoribus: Sat habet favitorum semper, qui recte facit. Adde *Serv.* ad *6. Aen. 817.* et *Act. 55. Perpetuae et Felicit. n. 10.* Cf. FAUTOR.

FĂVŌNĬĂLIS, le. Adiect. a *Favonius;* ad Favonium pertinens. *Gloss. Philox.* Favonialis; Ζεφύριος.

FĂVŌNĬĀNUS, a, um. Adiect. a *Favonius;* ad Favonium pertinens. Hinc *Favoniana pira*, genus pirorum rubrorum apud *Plin. 15. 16. 3.* et *Colum. 5. 10. a med.*, quae *Dalechampius* affirmat, aliquos putasse, ita fuisse appellata, quod Favonio flante formentur. — Sunt tamen qui de *Favonio* quodam insitore cogitant. V. FAVONIUS in ONOM.

FĂVŌNĬUS (et Fabonius in *Gloss. Lat. Gr.*), ii, m. Est ventus, alio nomine Zephyrus, qui spirat ab occasu aequinoctiali, contra Subsolanum; *Zefiro, Ponente:* a *favendo*, quia favet genituraе, siquidem est spiritus genitalis mundi, quo plantae hiberno frigore enectae reviviscunt, et quo hausto, quaedam animalia concipere existimantur. Aliqui derivant a *fovendo*, quasi Fovonium, quia foveat sata. *Plin. 2. 46. 2.* et *18. 77. 3.*, *Senec. 5. Quaest. nat. 16.*, *Gell. 2. 22.* et *Vitruv. 1. 6.* et *Isid. 13. Orig. 11. 8.* — Huius ortum Latini rustici assignabant circa Id. Februar., teste *Varr. 1. RR. 28.*, quod eo primum tempore tellus moveri, et plantarum non paucae virere incipiant. Hinc *Id. ibid. 29.* In primo intervallo inter Favonium, et aequinoctium vernum haec fieri oportet: Seminaria ut serantur, etc. *Cic. 7. Verr. 10.* Veris initium iste non a Favonio notabat; sed cum rosam viderat, etc. *Horat. 1. Od. 4. 1.* Solvitur acris hiems grata vice veris, et Favoni. *Catull. 64. 282.* Aura parit flores tepidi fecunda Favoni. *Lucret. 1. 11.* Genitalis aura Favoni. *Ovid. 9. Met. 660.* Lene spirans Favonius. Adde *Cic. Arat. 450.* — **2)** *Vegel. 4. Milit. 38.* Favonium eundem facit ac Iapyga, et ad dexteram Zephyri spirare ait. Hic autem ventus Corus, et Argestes dicitur; *Ponente Maestro*, ab occidente solstitiali. — **3)** Adiectivorum more,

FAVONIUS, a, um. Est ad Favonium pertinens. *Isid. 9. Orig. 3. 25.* Eosdem *(Spurios)* et *Favonios* appellabant, quia quaedam animalia, favonio spiritu hausto, concipere existimantur. Unde et ii, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potius, quam patrem sequuntur. — Huc spectat et *Gloss. Placid.* apud *Mai., Class. Auct. T. 3. p. 465.* Favonium odium, leve et sine causa, velut a vento, collectum.

FĂVOR (et Fabor in *Inscr.* apud *Fabretti p. 106. n. 226.*), oris, m. Verbale a *faveo;* voluntas, studium; *favore, propensione, amore, parzialità, genio*. Vox haec hac significatione nova erat Ciceronis aetate. Ita enim legitur in *fragm. epist. ad Brut.* apud *Quintil. 8. 3. 34.* Eum amorem, et eum, ut hoc verbo utar, favorem in consilium advocabis. *Id. Sext. 54.* Et vero, qui pendet a rebus levissimis, qui rumore, et, ut ipsi loquuntur, favore populi tenetur et ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est (V. §. 2., ubi ex locis ibidem allatis apparet, vocem fuisse propriam populi in ludis theatralibus, et gladiatoriis, et in concionibus). *Sall. Iug. 76.* Imperatori nobilitas, quae antea decori, invidiae esse; at illi alteri generis humilitas favorem addiderat. Et *15.* Ex maxuma invidia in gratiam et favorem nobilitatis lugurtha venit. *Liv. 7. 25.* Triumphus a Popillio de Gallis actus, magno favore plebis. *Vellei. 2. 54.* Ingens partium Pompeii favor bellum excitaverat Africum. *Horat. 2. Ep. 1. 9.* Floruere, suis non respondere favorem Speratum meritis. *Quintil. 4. 1. 9.* Est enim naturalis favor pro laborantibus. *Tacit. 1. Hist. 55. extr.* et *15. Ann. 48.* Favor militum in aliquem. *Flor. 1. 9.* Vellicari favori civium. Et *3. 12.* Plebis favorem conciliare. Et *15.* Studium ac favorem populi aucupari. *Quintil. 4. 1. 51.* emereri. Et *ibid.* facere; h. e. parere, conciliare. Et *6. 1. 25.* captare ex aliqua re. *Tacit. 15. Ann. 55.* elicere. Et *1. ibid. 52.* quaerere. *Liv. 2. 56.* Amplecti favore aliquem. *Iustin. 37. 1.* Favorem afferre alicui. Et *15. 6.* Sollicitare quempiam in favorem sui. Et *55. 1.* In favorem sui trahere. Et *17. 2.* Cum in gratiam memoriae Ptolemaei, et in favorem ultionis Lysimachi ambitiosus apud populares esset. Et *3. 1. extr.* Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat. — **2)** Deinde

II. *Favor* saepissime ac proprie dicitur de studio et plausu spectantium in theatro, vel circo, ἐπιβοήσεις, κρότοις: ideoque nova vox visa est Ciceroni in priori usu. Nam in his et ipse, sine ulla veniae petitione, usurpat *Rosc. Com. 10.* Quod studium, et quem favorem secum in scenam attulit Panurgus? *Id. 2. Leg. 5.* Quae sunt autem varie, et ad tempus descripta populis, favore magis, quam re, legum nomen tenet. *Phaedr. 3. 5.* Iam favor mentes tenet, Et derisuri, non spectaturi sedent. — **3)** Hinc ponitur et pro plausu et acclamationibus; *acclamazione, applauso*. *Suet. Claud. 21.* Cum essedario, magno omnium favore, indulsisset rudem. *Ovid. 2. Trist. 506.* Plauditur, et magno palma favore datur. *Val. Flacc. 4. 228.* Nec sonat Oebalius ca-

Digitized by Google

vesc favor. *Virg. 5. Aen. 343.* Tutatur favor Euryalum. *Stat. 1. Silv. 6. 81.* Tollunt innumeras ad astra voces, Et dulci dominum favore clamant. *Vopisc. Aurelian. 48. extr.* Ipsum primum donasse oraria populo R., quibus uteretur populus ad favorem. *Macrob. 7. Saturn. 13. de plausu convivali.* His dictis favor ab omnibus exortus est. — **4)** In fabulis *Favor* Deus est minorum gentium, teste *Capell. 1. p. 16.* eadem sorte, qua Invidia, Fortuna, etc. Cf. FAVOR in ONOM.

FĂVŌRĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *faveo*, unde et *favor*. — Comparat. *favorabilior*, §. *1.* et *2.* — Active dicitur de eo, qui favorem affert; *favorevole*. *Liv. 22. 26.* Auram favorabilis populi ex dictatoria invidia petiit. *Al. leg.* favoris popularis. *Plin. 3. ep 14.* Ut deprecari magis (id enim favorabilius et tutius), quam defendi videretur. *Quintil. 11. 10. ad fin.* Iucundior ac favorabilis eloquentia. Adde *Dig. 30. 17. 125.* — **2)** Passive de eo, qui favorem habet; *favorito, gradito*. *Quintil. 11. 1. circa med.* Ut quisque honestus, humilis, invidiosus, favorabilis erit. *Id. 12. 11. ad fin.* Facilis et favorabilis causa. *Senec. 3. Ira, 2.* Modo eloquio favorabilis habitus, iram suae concionis excepit. *Plin. 20. 30. 1.* Succo cichorii cum oleo perunctos, favorabiliores fieri, et quae velint, facilius impetrare. *Plin. alter, 4. ep. 9. sub fin.* Pecerat eum favorabilem renovata discriminum vetus fama. *Flor. 4. 4.* Octavius Caesar aetate et iniuria favorabilis.

FĂVŌRĂBĬLĬTER. Adverb. a *favorabilis*. — Comparat. *favorabilius*, infra. — Est cum favore; *favorevolmente*. *Quintil. 4. 3. 1.* In aliquem laetum atque plausibilem locum, quam maxime possint, favorabiliter excurrere. *Suet. Ner. 7.* Troiam favorabiliter lusit. *Paul. Dig. 40. 4. 10.* Tunc favorabilius respondetur, liberum fore.

FĂVŌRĀLIS, le. Adiect. verbale a *faveo*, idem fere ac favorabilis. *Not. Tir. p. 154.* Favor, favoralis, favorabilis.

FAUSTĒ. Adverb. a *faustus;* feliciter, fortunate; *felicemente*. *Cic. Mur. 1.* Ut his hominibus ea res fauste, feliciter, prospereque eveniret.

FAUSTĪĀNUM, i, n. V. voc. seq.

FAUSTĪĀNUS, a, um. Adiect. a *Faustus;* ad Faustum (quod est cognomen Romanum, de quo V. in ONOM.) aliquem pertinens. Hinc *Faustianum vinum* et absolute *Faustianum, i*, n., de quo *Plin. 14. 8. 3.* Secunda nobilitas Falerno agro erat, et ex eo maxime Faustiano. Faustianus autem circiter quatuor milliaria vico prope Caedias. Tria eius vini genera, austerum, dulce, tenue. Quidam ita distinguunt: summis collibus Gauranum gigni, mediis Faustianum, imis Falernum. *Front. fer. Alsiens.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 3.* Ut homo ego multum facundus, et Senecae Annaei sectator, Faustiana vina, de Sullae Fausti cognomento, felicia appello: neque enim me decet, qui sim iam homo doctus, vulgi verbis Falernum vinum appellare. — Ex quibus patet, agrum et vinum Faustianum fuisse appellatum a L. Cornelio Sulla dictatore, cui Felix seu Faustus cognomen fuit, quique in eundem agrum Falernum Urbanam coloniam deduxit, quam Capuae contributam ideo *Plin. loc. cit.* Sullanam dixit. Vicus autem *Faustianus*, nunc *Falciano*, vinum vero *Faustianum*, nunc *vino Razzese* cognominatur.

FAUSTĪTAS, ātis, f. Abstractum a *faustus;* felicitas; *felicità*. *Horat. 4. Od. 5. 18.* Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas. Videtur *Horat.* significare Deam feturis armentorum praesidem. Nihil enim rusticis hominibus faustius, quam si fetura gregem suppleret: et faustulum porcellum *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.* (V. FAUSTULUS) interpretatur feturam porcorum.

FAUSTŬĀRĬUS, a, um. Adiect. a *faustus;* qui faustitate gaudet. *Not. Tir. p. 132.* Faustus, faustuarius, faustuosus.

FAUSTŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *faustus;* aliquantulum faustus. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.* Faustulum porcellum, feturam porcorum. *Müller* ad h. l. adnotat: Puto *faustulum porcellum* eum esse, quem rustici non vendebant, sed ad feturam porcorum adolescere sinebant.

FAUSTŬŌSUS, a, um. Adiect. eiusdem originis ac faustuarius. *Not. Tir. p. 132.* V. FAUSTUARIUS.

FAUSTUS, a, um. Particip. a *faveo*, a quo est *favitus*, unde *faustus*, *s* littera inserta, pro *fautus*. — Est prosper, felix, cui fortuna favet; *fausto, prospero, felice*. *Cic. 1. Divin. 45.* Idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, praefabantur. *In formula censoria* apud *Varr. 6. LL. 9.* Quod bonum, fortunatum, felixque, salutareque siet populo Romano Quiritium, etc. *Plaut. Trin. 1. 2. 2.* Ut nobis haec habitatio Bona, fausta, felix, fortunataque eveniat. *Ovid. 3. Fast. 27.* Utile sit, faustumque, precor, quod imagine somni Vidimus. Et *1. ibid. 65.* Faustus annus. *Id. 21. Heroid. 182.* Faustum carmen. Et *19. ibid. 153.* Fausti ignes. *Liv. 7. 25. a med.* Faustum omen. *Ter. Andr. a. 3. sc. 4. extr.* O faustum et felicem hunc diem! *Horat. 2. Ep. 2. 37.* i pede fausto, Grandia laturus meritorum praemia. *Lucret. 1. 804.* nisi tempestas indulget tempore fausto Imbribus; h. e. idoneo, opportuno. *Cic. Flacc. 41.* O nox illa fausta huic urbi! Adde *Eund. 1. Tusc. 49.* et *Plaut. Pers. 4. 4. 81.*

FAUTOR, ōris, m. Verbale a *faveo*, syncope a *favitor* (quod V.); qui favet; *fautore*. *Lucil.* apud *Gell. 9. 14.* Qui te diligat, aetati (al. aetatis), facieque tuae se Fautorem ostendat, fore amicum pollicestur. *Cic. Planc. 1.* Cum multos et bonos viros eius honori viderem esse fautores. *Id. 12. Fam. 25.* Ego tuorum consiliorum auctor, dignitatisque fautor. Et *1. ibid. 9. ante med.* Cuius ego dignitatis ab adolescentia fautor, in consulatu adiutor etiam exstitissem. Et *10. ibid. 12. sub fin.* Tuae dignitatis non modo fautor, sed etiam amplificator. Et *1. Att. 16. circa med.* Studiosi et fautores illius victoriae. *Id. Planc. 25.* Multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuae. *Liv. 1. 48.* Clamor ab utriusque fautoribus oritur; *dat parzialé*. Sic *Id. 9. 46.* Populus fautor et cultor bonorum. Et *Sall. Iug. 27.* Fautores regis. Et *Varr. 3. RR. 5. extr.* Fautores competitorum, et *Horat. 1. Sat. 10. 2.* Quis tam Lucili fautor inepte est, ut ei.? — **2)** In malam partem *Cic. 1. Att. 16. a med.* Fautores illius flagitii. *Horat. 1. Ep. 15. 35.* Nequitiae fautores. — **3)** De iis, qui in circo et theatro favent ac plaudunt. *Id. 1. ibid. 18. 68.* Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum. *Plaut. Amph. prol. 67.* Si cui fautores delegatos viderint, Ut his in caves pignus capiantur togae. Adde *Tacit. 1. Ann. 25.* et *28.* et loca allata supra in FAVITOR.

FAUTRIX, īcis, f. Verbale a *faveo;* quae favet; *fautrice*. *Ter. Eun. 5. 9. 22.* Thais mostrae omni est fautrix familiae. *Nep. Agesil. 8.* Ut naturam fautricem habuit in tribuendis animi virtutibus; sic maleficam nactus est in corpore. *Cic. 1. Fin. 20.* Amicitiae non modo fautrices fidelissimae, sed etiam effectrices sunt voluptatum, tam amicis, quam sibi. *Id. Planc. 9.* Tota illa nostra fidelis et simplex et fautrix suorum regio. *Ter. Hecyr. 2. prol. 40.* Facite, ut vestra auctoritas Meae auctoritati fautrix adiutrixque sit.

FĂVUS (et Fabus apud *Macrob. 3. Sat. 18. 8.*), i, m. Nomen, ut vulgo traditur, a φάω; fundo, separo, quo significatur loculus ille, quem apes fingunt multicavatum e cera, cum singula cava sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. Ita *Varr. 3. RR. 16. a med.* describit; *fala, faco*. *Cic. 1. Offic. 44.* Apum examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed cum congregabilia natura sint, fingunt favos. *Varr. loc. cit.* Eximendorum favorum primum putant esse tempus vergiliarum exortu. *Colum. 11. 2. a med.* Nonnullis locis favi demetuntur; h. e. eximuntur et mellatio fit. *Tibull. 2. 1. 30.* apis complet dulci sedula melle favos. *Ovid. 4. Fast. 182.* expressis mella liquata favis. *Virg. 1. G. 344.* Cui tu lacte favos et miti dilue Baccho; h. e. mel, *metonymia*. — **2)** Translate. *Crescere tanquam favum*, proverbio dicuntur ea, quae feliciter, parvo impendio et occulte augentur, ita ut prius crevisse intelligas, quam incrementi initia deprehenderis. *Petron. fragm. Trugur. 45. et 76. Burm.* — **3)** Hinc a similitudine. *Vitruv. 7. 1. de pavimentis.* Ita fricentur, uti, si sectilia sint, nulli gradus in scutulis, aut trigonis, aut quadratis, seu favis exstent; *pietrucce di sei angoli:* — **4)** Latiore significatione

II. *Favus* dicitur etiam quoddam genus dulciorum. *Not. Tir. p. 176.* V. loc. in NEPHELA. — **5)** Hinc translate universim de quacumque re, quae animum mulcet. *Vulg. Interpr. Prov. 5. 3.* Favus distillans, labia meretricis. Et *27. 7.* Anima saturata calcabit favum. Adde *Cantic. 4. 11.* et *alibi*.

FAUX, faucis. V. FAUCES §. 2.

FAX, fācis, f. Nomen, quod vulgo a φάω; splendeo, ducunt, unde φάος; lumen, cui consonare videtur *Isid. 20. Orig. 10. 6.* qui ita dictam tradit facem, quod *focus* faciat. Sed fortasse rectius a *facio* duxeris per contractionem, quasi sit ea, quae faciem videre faciat, sive illustret. Confirmant hoc etymon composita a *facio*, quae in recto casu proferuntur *bifax, difax, trifax*. — **b)** Item, quod olim in recto singulari *faces* dictum fuit, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 87. Müll.* — **c)** In genitivo plurali est *facum*, ut *Charis.* docet *1. p. 113. Putsch.* Sic *dux* habet *ducum*, et *vox vocum*. Neque tamen, si quis *facium* dixerit, damnare ausim, inquit *Forcellinus* noster.

FAX proprie est frustum ligni, ut pinus, taedae, laricis, etc. cera, aut oleo inunctum, aut etiam per se solum; vel alterius materiae igni concipiendo aptae, ad lumen faciendum, ignemque circumferendum, frequenti usu praesertim apud Rusticos; *faces, facella*. *Plin. 16. 30. 3.* Facibus carpinus et corylus familiarissimae. *Id. 19. 7. 1.* Faces e sparto. *Id. 18. 65. 1.* Reliqua opera nocturna maxime vigilia constant: qualos texere, faces incidere, ridicas praeparare. *Virg. 1. G. 291.* seros hiberni ad luminis ignes Pervigilat, ferroque faces inspicat acuto. *Varr.* apud *Non. 2. 340.* Cum a nova nupta ignis in face afferretur. *Horat. 1. Sat. 4. 32.* Ebrius et (magnum quod dedecus) ambulet ante Noctem cum facibus. *Ovid. 8. Met. 644.* Faces multifidae. *Caes. 7. B. G. 24.* Alii faces atque aridam materiem de muro in aggerem eminus iaciebant. Adde *Liv. 22. 16.* — **2)** Quod facum usum attinet, speciatim

II. *Faces* adhibebantur in nuptiis, nam mos fuit, novae nuptae ad sponsum transeunti facem e foco eius accensam praeferri, ob ingenuo puero patrimo et matrimo, vel in honorem Cereris, quae facibus filiam Proserpinam, a Plutone raptam, diu conquisivit; vel ut nova nupta,

Digitized by Google

ignem, quod maxime necessarium est vitae elementum, cum marito communicare videretur; vel quia (quod verius est) olim non nisi noctu nubentes ducebantur ab sponsis, ut *Varro* docet apud *Serv.* ad *Virg. E. Ecl. 29.* Haec autem fax auspicatissima erat ex spina alba, quoniam inde fecerant pastores, qui rapuerunt Sabinas, ut ex *Masurio* tradit *Plin. 16. 30. 5.* et *Fest.* in *Patrimi p. 245. Mall.*, itemque *Varr.* apud *Non. 2. 340.*, ubi quod quidam leg. *fax e pinu ablata esset*, corrigendum *e spina alba esset*. Ideo autem haec arbor praelata ceteris, quia noxis pellendis aptissima habita est, ut ex *Ovid. 6. Fast. 129.* colligitur. Quamquam et alia materia nonnunquam adhibita est. *Virg. Cir. 459.* Pronuba nec castos accendet pinus odores. *Festus* in *Rapi p. 289. ibid.* tradit, morem fuisse, ut raperetur fax, qua praelucente, nova nupta deducta erat, ab utrisque amicis, ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in sepulcro comburendam curaret: quo utroque mors propinqua alteriusutrius captari putabatur. — Quidam tradunt, non unam, sed quinque faces praeferri solitas, in honorem Iovis, Iunonis, Veneris, Suadelae et Lucinae. (V. *Plutarch.* in *Quaest. Rom. 2.*). *Virg. 8. Ecl. 29.* Mopse, novas incide faces: tibi ducitur uxor. *Plaut. Cas. a. 1. v. 50.* huic lucebis novae nuptae facem. *Catull. 61. 96.* viden? faces Aureas quatiunt comas: Prodeas nova nupta. *Cic. Cluent. 6.* Faces nuptiales. *Ovid. 11. Heroid. 101.* maritae. *Lucan. 2. 356.* legitimae. — *Inscr.* in *Miscellan. di Lucca T. 2. p. 25.*, ubi sponsa facibus IIII. in domum ducta refertur, spuria, aut saltem admodum suspecta videtur. V. *De-Vit. Antiche Lapidi del Polestine p. 152.* — **3)** Hinc translate ponitur pro nuptiis ipsis vel hymenaeo. *Ovid. 7. Met. 49.* Te face solemni iunget sibi. *Horat. 3. Od. 11. 35.* Una de multis, face nuptiali Digna, perinram fuit in parentem Splendide mendax. — *Val. Max. 7. 3. 10.* Amantissimus quidam filii, cum eum inconcessis et periculosis facibus accensum ab insana cupiditate inhibere vellet, salubri consilio petiit, ut prius quam ad eam, quam diligebat, iret, vulgari ac permissa venere uteretur. — **4)** Celebris est etiam fax funerea, qua defuncto coniunctior sanguine aversa facie rogum accendebat. *Ovid. 2. Fast. 561.* Conde tuas, Hymenaee, faces et ab ignibus atris Aufer: habent alias moesta sepulcra faces. *Propert. 4. 11. 46.* Viximus insignes inter utramque facem. — **5)** Funereae quoque iliae erant, quae adhibebantur in exsequiis eorum praesertim, qui immatura morte efferrentur: quia noctu efferri solebant, ut *Tacit. 15. Ann. 17.* et *Serv.* ad *11. Aen. 143.* docent, ne funere immaturo sobolis domus funestaretur: quod praecipue servabatur in filiis eorum, qui erant in magistratu. *Senec. Tranquill. 11.* Totiens in vicinia mea conclamatum est; totiens praeter limen immaturas exsequias fax cereusque praecessit. *id. Brevit. vit. in fin.* Mehercule istorum funera, tanquam minimum vixerint, ad faces et cereos ducenda sunt. *id. ep. 122.* Quantulum enim a funere absunt et quidem acerbo, qui ad faces et cereos vivunt? *Virg. 11. Aen. 142. de funere Pallantis.* Arcades ad portas ruere et de more vetusto Funestas rapuere faces: lucet via longo Ordine flammarum, etc. — **6)** Praeterea

III. *Facum* usus plurimus est in inferendis incendiis. *Cic. 4. Catil. 15.* Malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare. *Sust. Galb. 3.* Illitis galbano facibus oppidum succendit. *Curt. 5. 7.* Subdere faces urbi. Et *ibid.* Adgerere faces. *Tacit. 4. Hist. 60.* Direptis castris faces iniicere. *Cic. Har. resp. 18.* Ardentes faces in vicinorum tecta iactare. *id. Pis. 2. extr.* Ego faces iam accensas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, exstinxi. — **7)** Translate. *id. Dom. 3. extr.* Ne in hanc tantam materiem seditionis ita funesta fax adhaeresceret. *id. 2. Phil. 19.* Antonius omnium Clodii incendiorum fax. *Plin. 7. 6. 2.* Caius et Nero totidem faces generis humani; h. e. exitium, pernicies. *Plin. alter, Paneg. 8.* Irritamentum irarum et fax tumultus. *id. 4. ep. 9.* Princeps et fax accusationis et origo; h. e. qui primus accusationem, quasi incendium aliquod, quo reus conflagraret, accendit et instituit. *Vellei. 2. 25.* Sertorius belli fax; h. e. auctor. Et *48.* Subiicere facem bellis civilibus. *Tacit. 1. Hist. 24.* Flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Maevius Pudens. *Cic. Mil. 35.* Subiicere faces invidiae alicuius. *Lucret. 3. 304.* Fax irae; h. e. ardor ac vis. *Cic. 2. Offic. 10.* Dolorum cum admoventur faces, praeter modum plerique exterrentur. *id. 1. Catil. 6.* Praeferre alicui facem ad libidinem; h. e. incitare, ducem esse, viam ostendere. Sic *Tacit. 2. Hist. 86.* Acerrimam bello facem praeferre. *Cic. 2. Orat. 31.* Neque parvis in rebus adhibendae sunt hae dicendi faces; h. e. ardens vis orationis, qua auditorum animi inflammantur. *id. 1. Tusc. 19.* Cum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes fere cupiditates; h. e. irritamentis ac stimulis, quibus animus aliqua cupiditate accenditur. *Sil. 6. 332.* traxitque virum fax mentis honestae Gloria; h. e. stimulus, incitamentum. *Ovid. 1. Pont. 7. 38.* Hortator studii, causaque faxque mei; *guida e maestro. Prudent. 10. περι στεφ. 67.* incitator et fax omnium. — **8)** Apud Poetas

IV. *Faces* soli ac sideribus tribuuntur. *Senec. Hippol. 579.* Phoebea fax. *id. Thyest. 635.* Aeternae facis exortus. *Lucret. 5. 974.* Rosea fax solis. — **9)** Item Cupidini. *Tibull. 2. 1. 82.* et *ibid. 3. 114.*, *Propert. 3. 14. 16.*, *Ovid. Rem. am. 140.* et *3. Amor. 9. 8.* etc. De amore ipso. *Stat. 1. Achill. 304.* et *637.* — **10)** Item Furiis. *Virg. 7. Aen. 337.*, *Val. Flacc. 4. 593.* et *Senec. Herc. Oet. 1014.* et *Quintil. 9. 3. 47.* — Cf. ad rem *Kopp.* ad *Capell. 1.* §. *77.* et quos ibi laudat. — **11)** Improprie

V. *Faces* dicuntur poetice de pulcris oculis. *Propert. 2. 2. 24.* oculi, geminae, sidera nostra, faces. *Val. Flacc. 3. 58.* Has ego credo faces, haec virginis ora Dianae. *Stat. 1. Achill. 164.* Tranquillaeque faces oculis. — **12)** Item *faces* dicuntur etiam igues in aere apparentes et brevi evanescentes. *Plin. 2. 25. 2.* Emicant et faces, non nisi cum decidunt, visae. Duo genera earum: lampades vocant planae faces: alterum bolidas. Distant, quod faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem. *Virg. 2. Aen. 694.* de caelo lapsa per umbras Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit. *Lucan. 1. 528.* caeloque volantes Obliquas per inane faces. *Lucret. 5. 1190.* Per caelum volvi quia nox et luna videtur . . . Noctivagaeque faces caeli flammaeque volantes. *id. 2. 206.* Nocturnasque faces caeli sublime volantes. *Cic. 1. Nat. D. 5.* Tum facibus visis caelestibus, tum stellis iis, quas Graeci cometas, nostri crinitas vocant. Adde *1 Catil. 5.*, *Liv. 41. 21.*, *Ovid. 15. Met. 787.* et *Lucan. 1. 528.* — **13)** Item *fax prima noctis* est primum noctis tempus, cum faces accendi incipiunt. *Macrob. 1. Saturn. 3. sub fin.* Tempus diei occiduum, mox suprema tempestas, hoc est diei novissimum tempus: deinde vespera: ab hoc tempore prima fax dicitur, deinde concubia, etc. *Gell. 3. 2.* Post mediam noctem proficiscuntur et post primam facem, ante mediam sequentem, revertuntur. Adde *12. 1.* et *Apul. 3. Met.*

FAXEM.
FAXIM.
FAXO.
FAXSIS. } V. FACIO § e. et seqq.

FE

FĔBRĀRĬUS. V. FEBRUARIUS.

FĔBRESCO, is, ĕre. Verbum transitiv., specie inchoativ. a *febrio*; febri laboro. *Solin. 19. a med.* Patuit, nunquam eos febrescere.

FĔBRĬBĬLIS, le. Adiect. verbale a *febrio*; qui febrem excitat. *Cael. Aurel. 4. Chron. 8. ante med.* Diocles lumbricos vivos, vel plenos ac sanguinolentos febribiles dixit.

FĔBRĪCĬTAS, ātis, f. Verbale a *febricito*; febris. *Tertull. 1. adv. Marcion. 24.* Et febricitates et ceteros tribulos dolor carnis tuae tibi edit.

FĔBRĪCĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. a *febrio*. — Particip. *febricitans*, infra. — Est febri laboro, febri corripior; *aver la febbre*. *Senec. 4. Benef. 39.* Surgam ad sponsalia, quia promisi, quamvis non concoxerim: sed non, si febricitavero. *Colum. 6. 9.* Febricitanti bovi convenit abstinere cibo uno die. *Cels. 3. 6.* Scire oportet, non febricitare eum, cuius venae naturaliter ordinatae sunt. *id. 2. 7. ad fin.* Ab eo die, quo primum febricitavit aliquis. *Martial. 11. 98.* Febricitantem basiabit et flentem.

FĔBRĪCĬUS. V. FEBRITIUS.

FĔBRĪCŌSUS, a, um. Adiect. a *febris*; qui febri laborat; *febbricitante. Veget. 1. Veterin. 38.* Ex qua re fiunt hydropici, febricosi.

FĔBRĪCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *febris*; parva febris; *febbretta. Planc. ad Cic. 10. Fam. 21. ad fin.* Qui ex labore in febriculam incidit, assiduam et satis molestam. *Cic. 6. Att. 3.* Febriculam habere. *Cels. 2. 17.* Lentis febriculis diu detineri. *Cael. Aurel. 1. Acut. 6. n. 51.* Febricula aspera.

FĔBRĪCŬLENTUS, a, um. Adiect. verbale a *febrio*, syllabica adiectione productum; febriculosus. — Absolute *Marcell. Empir. 22.* Febriculento potionem dare.

FĔBRĪCŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *febricula*; qui saepe habet febrem. *Catull. 6. 4.* Verum nescio quid febriculosi Scorti diligis; *malaticcia, malsana*. *Gell. 20. 1.* Non morbus his febriculosus, aut nimium gravis. — **2)** Item qui febrem excitat. *Front. de orat.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 1.* Partim Senecae mollibus et febriculosis prunuleis insita.

FĔBRĪFŬGĬA, ae, f. Nomen a *febris* et *fugo*, quo significatur herba vim habens fugandae febris, alio nomine centaurea minor. *Apul. Herb. 35.*

FĔBRĪLIS, le. Adiect. a *febris*; ad febrem pertinens. *Gloss. Philox.* Febrile, πυρέτιον.

FĔBRĬO, is, īre. Verbum intransitiv. a *febris*. — Particip. *febriens*, infra. — Est febrem patior; *aver la febbre*. *Cels. 4. 4. n. 2.* Si non febrit, venter solvendus est. *Colum. 6. 38.* Febrienti mulae cruda brassica datur. *Macrob. 7. Saturn. 4.* Febrienti simplicem cibum dare. *Gloss. Gr. Lat.* Πυρέσσειν; febrire.

FĔBRIS, is, f. Nomen morbi cuiusdam a *ferveo* seu *ferbeo*,

Digitized by Google

unde *ferbis* et per matsthesim *febris*, teste *Varr.* apud *Non. 1. 225.* « Appellamus a calendo calorem, a fervore febrim. » — **b)** Adnotat *Serv.* ad *7. Aen. 695.* « *febris* dicitur, quae ante *hebris* dicebatur. » — **c)** In quarto et sexto casu singulari duplicem habet terminationem, in *e*, et in *i*: passimque occurrunt exempla: et quidem in quarto saepius in *e*, in sexto saepius in *i* desinit. — **d)** Derivata, *febresco*, *febribilis*, *febricitas*, *febricito*, *febricosus*, *febricula*, *febriculentus*, *febriculosus*, *febrilis*, *febrio*, *febrittius*. — **e)** Compositum, *febrifugia*.

FEBRIS est intemperies calida totius corporis; *febbre. Cic. 16. Fam. 15.* Is mihi nuncinvit, te plane febri carere. *Id. Fat. 8.* Febrem habere. *Id. 6. Att. 9.* Te Romam venisse cum febri. *Id. 1. Catil. 13.* Aestu febrique iactari. *Id. 14. Fam. 8.* In febrium subito incidere. *Plin. 7. 52. 2.* Febre corripi. *Iuvenal. 10. 218.* calere. *Cels. 2. 17.* et *Plin. 26. 71. 1.* Liberari febre. *Ovid. 1. Pont. 10. 3.* febribus uror anhelis. *Cels. 3. 3. ad fin.* Febris instat, incipit, augetur, consistit, decedit, finitur. Et *ibid. 3.* Febres aliae ab horrore incipiunt, aliae a frigore, aliae a calore. Et *ibid. 4.* Febris accedit, desinit, inhaeret, se inclinat. Et *2. 14.* remittit. Et *3. 9.* remittitur. Et *ibid. 14.* ex toto intermittit. Et *2. 14.* increscit. Et *ibid.* levatur. Et *3. 6.* conquievit. Et *ibid.* decrescit. Et *ibid. 7. n. 2.* ardens extorret. Et *ibid. 9.* intenditur. Et *3.* quotidiana, tertiana, quartana. Et *2. 8.* ardens, continens, assidua. Et *14.* increscens. Et *3. 5.* consistens. Et *9.* lenta. Et *4.* recidiva. Et *ibid.* inclinata, sed tamen adhuc inhaerens. Et *ibid.* continua. Et *3. 7.* tenuata aut levata. Et *8.* Febris accessio et decessio. Et *9.* remissio. Et *12.* circuitus; *periodo*: hinc periodicas febres, *Plin. 20. 8. 2.* dixit. *Id. 25. 59. 2.* Febres abigere. Et *ibid. 17. 3.* depellere. Et *28. 28. 4.* arcere. Et *25. 58. 2.* solvere. Et *28. 31. 1.* sanare. *Cels. 2. 17.* tollere. *Quintil. 2. 17. 9.* quiete et abstinentia mitigare. *Cels. 3. 21.* submovere. *Horat. 1. Ep. 2. 48.* deducere corpore aegroto. Et *ibid 7. 9.* adducere. *Cels. 7. 18. sub fin.* afferre. *Martial. 2. 16.* facere. *Coel. Aurel. 1. Acut. 3. n. 48.* Febrium nequitia; h. *e.* malignitas. — **B)** Varias febrium species, nimirum *acutas*, *ardentes*, *celerrimas*, *chronicas*, *continuas*, *defectivas*, *flammatas*, *flammosas*, *hemitritaicas*, *incertas*, *inveteratas*, *quartanas*, *tardantes*, *tertianas*, *vagas*, habes apud *Celsum*, *Coel. Aurelian.*, aliosque veteres Medicos. — **C)** Translate. *Plaut. Pseud. 2. 2. 48.* scio, hoc tibi febrim esse, quia non licet hoc inicere ungulas; h. *e.* cruciare te instar febris. *Augustin. Serm. 9. n. 10.* Sic avaritia, sic libido, sic odium, concupiscentia, luxuria, sic nugacitas spectaculorum, febres sunt animae tuae. — **D)** De *Febri*, tanquam Dea culta apud Romanos. V. FEBRIS in ONOM.

FĔBRĪTĬUS et Febricius, a, um. Verbale a *febris*; febrilis *Paschas. Diac. de Spirit. Sanct. 2. 1.* Quae *(membra)* interdum vino nimio vel febritio fatiganter accensu.

FĔBRŬĂ, ōrum. V. FEBRUUM.

FĔBRŬĀLIS. V. FEBRULIS.

FĔBRŬĀMENTUM, i, n. Verbale a *februo*, syllabica adiectione productum; expiatio, purgatio. *Censorin. de die Nat. 22.*

FĔBRŬĀRĬUS (et Febrarius, infra §. 2.), ii, m. Unus est ex mensibus anni, dictus a *februis*, quod tum februaretur populus, idest expurgaretur; *febbraio*. Nam Luperci primo die, qui *februatus* dicebatur, omnem urbem veterem, pelles caprinas in manibus gestantes, circumcursabant, idque piamen censebatur. Praeterea duodecim diebus continuis pro defunctorum manibus februa, idest sacrificia expiatoria fiebant. *Ovid. 2. Fast. 31.*, *Varr. 6. LL. 4. extr.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.* Sed aliqui dictum putant a Deo Februo, idest Plutone, vel Plutonis patre, cui eo mense sacrificabatur. Nam Ianuarium Diis superis, Februarium Diis manibus consecraverunt, inquit *Isid. 5. Orig. 35.* Sed res eodem recidit. Nam *Macrob. 1. Saturn. 13.* hunc tradit Deum esse lustrationum potentem. V. *Ovid. 2. Fast. 19.* et *seqq.* V. FEBRUUM §. 2. — **B)** Adiectivorum more

FEBRUARIUS, a, um. Ad mensem Februarium pertinens; *di Febbraio*. *Varr. 6. LL. 3.* Nonis Februariis. *Plin. 17. 30. 7.* Ab idibus Februariis in aequinoctium. *Cic. 2. Leg. 21.* Februarius mensis. Adde *Plin. 2. 47. 1.* et *17. 3. 1.* — *Inscr.* apud *Visconti*, *Mon. Gabin. p. 97.* III. Idus Febrarias. *Alia* in *Giorn. Arcad. T. 168. p. 177.* XV. K. Febrarias. Adde *alias* apud *Momms. n. 5360. lin. 12.* et *Maffei*, *Mus. Ver. 358. 5.* et *15.*

FĔBRŬĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *februo*; lustratio, purgatio. *Varr. 6. LL. 3.*

FĔBRŬĀTUS, a, um. Particip. verbi *februo*; lustratus, purgatus. *Varr. 6. LL. 3.* et *Festum* in *Februarius* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.* V. loc. in FEBRUUM §. 1. Cf. *Plutarch. Romul. 21.* et *Lyd. de mens. Febr. 1.*

FĔBRŬLIS vel Februalis, le. Adiect. a *februus*; ad februum pertinens. Hinc Februalis vel Februlis dicta est luno a Romanis, quod ipsi Februario mense sacra fiebant. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.* (V. loc. in FEBRUM §. 1.) et *Capell. 2. §. 149.* — Apud *Arnob. 3. p. 118.* legitur *Februtis*, quod mendosum videtur pro *Februlis*.

FĔBRUM. V. FEBRUUM §. 2.

FĔBRŬO, as, atum, āre. Verbum transitiv. a *februum*. — Particip. *februatus*, V. suo loco. — Est lustro, expio, purgo, expurgo; *purgare*. *Varr.* apud *Non. 2. 338.* In eorum enim sacris, liba cum sint facta, inlicere solent farris semina, ac dicere, se ea februare, idest pura facere. *Id. 6. LL. 4.* Ego arbitror Februarium a die februato, quod tum februatur populus, id est lupercis nudis lustratur antiquum oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum. Adde *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.*

FĔBRŬTIS. V. FEBRULIS.

FĔBRŬUM, i, n. Vox antiqua Sabinorum propria, quae purgamentum significat, teste *Varr. 6. LL. 3.* V. loc. infra §. 1. et *Polem. Silv.* in *Kalend.* « Februarius dictus a *febro* (sic pro *februo*; alii leg. *fibro*), quod purgamentum Veteres nominabant, quia tum Romae moenia lustrabantur. » Vulgo tamen deducta putabatur a *ferveo* pro *furbeo*, unde esset *furbuum* et traiectis litteris *februum*; nam lustratio fiebat plurimum igne aut undis ferventibus, inquit *Festellinus*. — **b)** Derivata, *februalis*, *februamentum*, *februarius*, *februatio*, *februlis*, *februo*.

FEBRUUM est lustratio vel purgamentum; specialim vero omne id, quod vim purgandi habere existimabatur; unde et sacra expiatoria *februa* appellabantur; quae cum fierent medio circiter mense anni extremo, qui dein secundus evasit, *Februarius* est vocatus, teste *Varr. 6. LL. 3.* Februum Sabini purgamentum et id in sacris nostris verbum; nam et Lupercalia februatio. Adde *ibid. 4. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll. Februarius* mensis dictus, quod tum, id est extremo mense anni populus *februaretur*, id est lustraretur et purgaretur; vel a Iunone *Februata*, quam alii *Februalem*, Romani *Februlim* vocant, quod ipsi eo mense sacra fiebant, eiusque feriae erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Iunonis, id est pelle caprina; quam ob causam is quoque dies *februatus* appellabatur. Quaecumque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur, *februa* appellantur. Id vero, quod purgatur, dicitur *februatum*. Adde *Polem. Silv.* loc. supra cit. §. a. Cf. *Müller*, *die Etrusc. 1. 42.* **B)** Haec sacra describit *Ovid. 2. Fast. 19.*

Februa Romani dixere piamina patres:
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.
Pontifices ab rege petunt et flamine lanas,
Queis veteri lingua Februa nomen erat.
Quaeque capit lictor domibus purgamina certis,
Torrida cum mica farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo, qui caesus ab arbore pura,
Casta sacerdotum tempora fronde tegit.
Ipse ego flaminicam poscentem Februa vidi:
Februa poscenti pinea virga data est.
Denique quodcumque est, quo pectora nostra piamus,
Hoc apud intonsos nomen habebat avos.
Mensis ab his dictus; secta quia pelle Luperci
Omne solum lustrant, idque piamen habent.

— **C)** Addit *Serv.* ad *8. Aen. 343.* ipsam caprinam pellem, qua Lupercei mulieres feriebant, *februum* dictam esse. *Ovid. 4. Fast. 725.* Certe ego de vitulo cinerem, stipulasque fabales Saepe tuli plena, Februa casta, manu. Et *5. ibid. 423.* pia Februa. — **D)** De *Februo*, Deo, V. in ONOM.

FECATUS. V. FAECATUS.

FĔCĬĀLIS. V. FETIALIS.

FĔCĬLĬTRA. V. VOLSORA.

FĔCŬLENTĬĂ. V. FAECULENTIA.

FĔCUNDĀTUS, a, um. Particip. verbi *fecundo*; fecundus factus; *fecondato*. *Aleim. Avit. ep. 2.* Hic *(Gabriel)* verbo Virginem fecundatam divini germinis promissione dotavit. *Auct. Carm. de Iudic. Domin. 32.* Et fecundatas animabus cogit arenas.

FĔCUNDĔ. Adverb. a *fecundus*. — Comparat. *fecundius*, et superlat. *fecundissime*, infra. — Est multo fetu, aut fructu; *fecondamente*, *fertilmente*. *Varr. 6. LL. sub init.* Fecundius ferre fructum. *Plin. 16. 65. 4.* Arundo recisa fecundius resurgit. *Id. 29. 30. 2.* Cantharides nascuntur fecundissime in fraxino. *Apul. de Mundo.* At quam pulcre, et fecunde Horae procreantur! *Al. leg.* pulcrae, et fecundae.

FĔCUNDĬĂ, ae, f. Abstractum a *fecundus*, idem fere ac fecunditas. *Not. Tir. p. 122.* Facundus, facundia, fecundus, fecundia.

FĔCUNDĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fecundus*; copia fetuum, aut fructuum, feracitas, fertilitas; *fecondità*, *fertilità*. *Cic. 2. Nat. D. 60. extr.* Aquarum inductionibus terris fecunditatem damus. *Id. 2. Phil. 24.* O miserae mulieris fecunditatem calamitosam! *Colum. 3. 8.* Natura parem legem fecunditatis dixit virentibus, atque hominibus, ceterisque animalibus. *Iustin. 25. 2.* Gallorum tantae fecunditatis iuventus fuit, ut Asiam omnem velut examine aliquo implerent. *Plin. 37. 59. 1.* Galactitis nutricibus lactis fecunditatem facit. *Id. 11. 22. 1.* Vinum fecunditatem feminis importat. *Id. 28. 77. 3.* Fecundita-

Digitized by Google

tem afferre. *Id. 16. 85. 2.* dare, *Id. 37. 66. 1.* addere. *Id. 10. 79. 7.* corrumpere. Et *29. 27. 2.* Fecunditas aliquarum plena liberis. *Inscr.* apud *Fabretti p. 169. n. 323.* Diffidens fecunditati tuae et dolens orbitate mea, etc. *loquitur maritus de uxore.* — **2)** Translate. *Cic. 2. Orat. 21.* Volo, se efferat in adolescente fecunditas; h. e. stili ubertas. *Plin. 1. praef. Hist. nat. 5.* Fecunditas animi. *Id. 35. 2. 7.* Fecunditas voluminum M. Varronis. — **3)** De *Fecunditate*, quasi Dea, v. in ONOM.

FĔCUNDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fecundus*. — Particip. *fecundans* et *fecundandus*, infra, *fecundatus*, v. suo loco. — Est fecundum facio; *fecundare*. *Virg. 4. G. 291.* Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena. *Claudian. 1. Cons. Stilich. 259.* Quod pulcro Mariae fecundet semine regnum. *Pallad. 3. 9.* Pampinarius in suo loco fecundatur a matre: translatus vero tenet sterilitatis vitium. *Augustin. 2. de Serm. Domin. 21.* Terra, caelo fecundante, fructifera est. *Exgypp. Thesaur. 75.* Alter in terram fundebat, ne semen daret ad fecundandam Thamar.

FĔCUNDUS, a, um. Adiect., quod Etymologi derivant ab obsoleto *feo*: unde etiam *fetus* et *fenus* oriri aiunt. — **b)** Legitur et *foecundus*: fuit etiam qui *faecundus* scriberet: sed omnem diphthongum tollunt *Varr.* apud *Gell. 16. 12.* et apud *Non. 1, 266.*, item *Mucrat.* et *Cellar.* in *Ortograph.* et *Voss.* in *Etymolog.* Nummos quoque prope innumeros Augustarum apud *Rasch. Lex. num. T. 2. p. 930.* et *seqq.* habes, in quibus omnibus *Fecunditas*, et *Fecundus*, et apud *Marini, Inscriz. Alb. p. 157.* Diffidens fecunditati tuae. — Eadem dicenda sunt etiam de derivatis. — **c)** Comparat. *fecundior* §. *1.*, superlat. *fecundissimus* §. *2.* et *4.* — **d)** Derivata, *fecunde*, *fecundia*, *fecunditas*, *fecundo*. — **e)** Composita, *infecunde*, *infecunditas*, *infecundus*, *parfecundus*, *praefecundus*.

FECUNDUS proprie est qui fetu, aut frugibus abundat, uber, fertilis, ferax; *foecondo*, *fertile*, *farace*. *Cic. Senect. 15. a med. Fossiones agri repastinationesque*, quibus fit multo terra fecundior. *Id. 2. Nat. D. 64.* Sue, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius. *Plin. 11. 95. 2.* Fecunda numeroso partu. *Cic. Orat. 15.* Segetes fecundae et uberes. *Iustin. 2, 1.* Solum Aegypti ita fecundum, ut alimentorum nulla terra feracior fuerit. *Colum. 9. 4.* Regio fecunda fruticis exigui, et maxime thymi, aut origani. *Plin. 19. 36. 1.* Nihil ocimo fecundius. Adde *Ovid. 10. Met. 220. Plin. 35. 21. 12.* Tellus nulla fecundior metallorum. *Tacit. 4. Ann. 65.* Mons silvae frequens, et fecundus. *Lucan. 9. 696.* sterilis tellus fecundaque nulli Arva bono. Adde *Lucret. 4. 1250.* et *Horat. 2. Sat. 4. 44.* et *3. 31.* — **2)** Translate. *Tacit. 6. Ann. 27.* Aemilium genus fecundum bonorum civium. *Lucan. 10. 303.* nigris Meroe fecunda colonis. *Val. Flacc. 6. 470.* fecundaque monstris Cimbrorum *Horat. 3. Od. 6. 17.* Fecunda culpae saecula. *Plaut. Cist. 1. 1. 71.* Amor et mellis et felle est fecundissimus. *Sil. 13. 490.* veri fecunda sacerdos. *Id. 2. 498.* Fecundum in fraudes hominum genus. *Plin. 36. 13. 1.* Fecundum ingenium. Et *34. 19. 15.* Fecundissima aes. — *Varr. 7. LL. 5.* Duo genera verborum: unum fecundum, quod declinando multas ex se parit disparilis formas: alterum sterile. — **3)** Praeterea

II. *Fecundus* dicitur et de iis, quae fecundant. *Plin. 5. 10. 5.* Fecundus Nilus. *Ovid. 2. Fast. 427.* Excipe fecundae patienter verbera dextrae; h. e. Lupercorum ferientium pelle caprae mulieres, unde fecunditas iis dari credebatur. *Id. 4. Met. 698.* Quam *(Danaen)* implevit fecundo Iuppiter auro. — **4)** Hinc universim ponitur pro copioso, abundanti. *Horat. 1. Ep. 3. 19.* Fecundi calices quem non fecere disertum? *Cic. Har. resp. 20.* Quaestus fecundus et uber. *Id. Orat. 4.* Pericles uber et fecundus; *scil.* in dicendo copiosus. *Plin. Paneg. 51.* Fecundissima gens; h. e. annona et frugibus dives. *Ovid. 3. Met. 31.* Specus Uberibus fecundus aquis. Et *14. ibid. 791.* Fecundus fons.

FEDELIS. } V. FIDELIS etc.
FEDES. }

FEDUS. V. FOEDUS et FOEDUS.

FEELIX. V. FELIX.

FEIDUS. V. FIDUS.

FEILĬUS. V. FILIUS.

FEL, fellis, n. Nomen parum certae originis, quod tamen cum *bilis*, facili duarum priorum litterarum permutatione, cognationem quandam habere videtur. — *Isid.* vero *11. Orig. 1. 128.* « *Fel*, inquit, appellatum quod sit folliculus gestans humorem, qui vocatur *bilis*. » — **b)** In plurali num. *fella* habet. *Seren. Sammon. 19. 333.* Lutea si crescunt, et cunctis noxia fella. Adde *Cael. Aurel. 3. Acut. 19.* et *1. Tard. 4. ad fin.* et *Tertull. Cor. mil. 14.* — **c)** Derivata, *fellens*, *felliculo*, *fellitus*, *fellosus*. — **d)** Composita, *felliducus*, *fellifluus*.

FEL proprie est bilis flava, quae in corpore animalis vesicula continetur sub hepate: *fiele*. *Plin. 11. 74. 1.* In iecore est fel, non omnibus datum animalibus. In Euboea Chalcide nullum pecori: in Naxo praegrande, femineumque. Equi, muli, asini, cervi, capreae, apri, cameli, delphini non habent, etc. *Cels. 4. 1.* iecur a dextra parte sub praecordiis: ex inferiore parte ei fel inhaeret. *Cic. 2. Nat. D. 12.* Fel gallinaceum, *Plin. 31. 46. 13.* Fel suffusorum pruritus nitrum comprimit; *degl' itterici*. *Cael. Aurel. 3. Chron. 4. post init.* Multa contrariae interpretationis vocabulum sumpserunt, ut *fella*, quae Graeci χλοάς vocant, velut dulcia, cum sint amarissima. Cf. *Plin. 27. 63. 1.* Adde loca citata supra §. b. — *Vulg. Interpr. Matth. 27. 34.* Dederunt ei *(Christo)* vinum bibere cum felle mixtum. Cf. MIRRHATUS. — **2)** Dicitur et de succis venenatis. *Virg. 12. Aen. 856.* Sagitta armata felle veneni. *Ovid. 1. Pont. 2. 47.* mortis saevo geminent ut vulnere causas, Omnia vipereo spicula felle liunt. Adde *3. Trist. 7. 16.* Scribit *Plin. 29. 16. 1.* mustelarum silvestrium fel contra aspides efficax dici, cetero venenum esse. — **3)** Quod autem est amarissimi gustus, ita ut a canibus non attingatur, ut ait *Plin. 31. 46. 12.*, hinc translate *Plaut. True. 1. 2. 76.* in melle sunt linguae sitae vestrae, atque orationes, Lacteque: corda felle sunt lita, atque acerbo aceto. *Ovid. 2. Trist. 563.* Candidus a salibus suffusis felle refugi; *dicti morduci*, *pungenti*, *maledici*. *Id. 2. Art. am. 519.* Litore quot conchae, tot sunt in amore dolores: Quae patimur, multo spicula felle madent. *Auson. profess. 2. 31.* Nullo felle tibi mens livida; h. e. nullus tibi livor. *Tibull. 2. 4. 11.* Nunc et amara dies, et noctis amarior umbra est: Omnia iam tristi tempora felle madent; h. e. tristia sunt, adversa, calamitosa. *Martial. 7. 25.* Dulcia cum tantum scribas epigrammata semper, Et cerussata candidiora cute; Nullaque mica salis, nec amari fellis in illis Gutta sit; o demens, vis tamen ista legi! h. e. severitas, acrimonia, quae dulcedinem veluti corrigat. — **4)** Huc etiam spectant loca *Vulg. Interpr. Ierem. 8. 14.* Et potum dedit nobis aquam fellis; h. e. luctum amarissimum. Adde *23. 15.* et *Thren. 3. 5.* et *19.* — Sic *Act. 8. 23.* In felle amaritudinis esse; h. e. in mala animi conditione. — **5)** Speciatim dicitur de ira, ut bilis. *Virg. 8. Aen. 219.* Hic vero Alcidae furiis exarserat atro Felle dolor. — **6)** Fel nigrum est atra bilis, insaniae causa homini, morsque, si totum reddatur. *Plin. 11. 75. 1.* Adde *Cael. Aurel. 1. Chron. 6. init.* — **7)** Improprie

II. *Fel terrae* herba est apud *Plin. 25. 31. 1.* et *Isid. 17. Orig. 9. 55.*, de qua v. CENTAUREUM §. 3. *Gloss. Lat. Gr.* Fel terrae; ἐρυθρόδανος, βοτάνη. — Recentioribus est *Fumaria officinalis*, *Linn.*

FELAX. V. voc. seqq. §. b.

FELES et Felis, is, f. Nomen parum certae originis, quod tamen nonnulli ducunt a Graeca voce αἴλουρος, praefixo Aeolico digammate F; ea vero composita est ab ἀεὶ εἰλεῖν τὴν οὐράν, quod felis proprium est, ut etiam leonis, pardi, aliorumque animalium eiusdem generis. — **b)** Reperitur etiam *fellus*: et aliquando etiam *foelus*, quod in allatum vocis etymon apprime convenit. — Imo et *felax* in *Gloss. Gr. Lat.* Αἴλουρος; felax, haec catta. — **c)** Derivata, *felinosus*, *felinus*, *felio*.

FELES et Felis, est animal quadrupes domesticum, acutis unguibus, mira velocitate, oculisque etiam noctu cernentibus praeditum, muribus, et avibus infestissimum; *gatto*. *Phaedr. 2. 4.* Feles cavernam nacta, in media pepererat. *Plin. 8. 33. 1.* Oppidum, in quo felis aurea pro Deo colebatur. *Cic. 5. Tusc. 27.* Aegyptii quamvis carnificinam prius subierint, quam aut felem, aut canem, aut crocodilum violent. *Plin. 10. 94. 2.* Feles quidem quo silentio, quam levibus vestigiis obrepunt avibus! quam occulte speculatae in musculos exsiliunt! Excrementa sua effossa obruunt terra, intelligentes odorem illum iudicem sui esse. *Id. 11. 65. 1.* Leonibus, pardis, omnibusque generis eius, etiam felibus lingua imbricatae asperitatis, ac limae similis. Et *ibid. 55. 4.* Felium in tenebris fulgent radiantque oculi. — **2)** In fabulis, metu Gigantum Diis bellum inferentium, Felc soror Phoebi, nivea Saturnia vacca, Pisce Venus latuit, ut est apud *Ovid. 5. Met. 330.*; h. e. in eas bestias sese transformarunt. — Hinc feles Dianae seu Lunae sacra fuit. *Capell. 2. §. 170.* et *183.* V. *Kopp.* ad h. l. — **3)** Translate. *Auson. epigr. 70. de paedicone*, feles nuper pullaria dictus. *Plaut. Pers. 4. 9. 14. de lanone*. Scelesta feles virginaria. *Id. Rud. 3. 4. 45.* Tu ne hic, feles virginalis, liberos parentibus Sublectos habebis? — **4)** Insuper

II. *Feles* dicitur etiam fera illa, quae et *martes* vocatur, ab Italis *martora* et *faina*, altilibus avibus infestissima, et praecipue gallinis. *Varr. 3. RR. 11. de septo anatum*. Omnes parietes tectorio levigantur, ne feles, aliave bestia introire ad nocendum possit. *Colum. 8. 14. ad fin. de anseribus*. Ne coluber, ne vipera, felesque, aut etiam mustela possit aspirare.

FĒLEX. V. FELIX.

FELICATUS. V. FILICATUS.

FĒLĪCĬO, ōnis, comm. gen. Adiect. deminut. a *felix*, quod absolute et translate tanquam nomen usurpavit *Petron. fragm. Tragur. 67. Burm.* Scintilla de cervice sua capsellam detraxit aureolam, quam Felicionem appellabat; *la sua gioia*.

FĒLĪCĬTAS, ātis, f. Abstractum a *felix*, quod proprie usurpatur

Digitized by Google

de fecunditate, ac fertilitate terrae, aut plantarum. *Plin. 3. ep. 19.* Agri sunt fertiles, pingues, aquosi: sed haec felicitas terrae imbecillis cultoribus fatigatur. *Plin. alter, 18. 47. 5.* Excellentius Thebaidis regionibus frumentum: similis ratio, sed felicitas maior Babyloniae, Seleuciae, Euphrate atque Tigri restagnantibus. — **β)** Hinc translate dicitur status, et conditio eius, cui res omnes secundae fluunt, bona fortuna, prosperitas, beatitudo; *felicità. Cic. fragm.* apud *Ammian. 21. 16.* Neque enim quidquam aliud est felicitas, nisi honestarum rerum prosperitas. *Id. 2. Phil. 24.* Fuit felix, si potest ulla esse in scelere felicitas. *Id. Brut. 96. de Hortensio.* Illum videtur felicitas ipsius, qua semper est usus, ab eis miseriis vindicasse. *Caes. 3. B. C. 26. fin.* Incredibili felicitate Auster in Africum se vertit. Adde *1. B. G. 40.* et *6. ibid. 43. Auct. ad Herenn. 4. 20.* Alii fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparavit. *Curt. 6. 5.* Perpetua felicitate florere. *Plin. 10. ep. 7.* Felicitas temporum. *Plin. alter, 7. 45. 5.* Nulla est profecto solida felicitas, quam contumelia ulla vitae rumpit. — In plurali num. *Ter. Eun. 2. 3. 32.* Nec quemquam esse ego hominem arbitror, cui magis bonae felicitates omnes adversae sient; *tutte le buone fortune. Cic. Mil. 31.* Ea vis ipsa, quae saepe incredibiles huic urbi felicitates atque opes attulit, illam perniciem exstinxit ac sustulit. — **γ)** Speciatim dicitur de imperatoris bona fortuna militari. *Cic. Manil. 10.* In summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Et *16.* Et *Nep. Timol. 2.* Incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia depulit. *Caes. 2. B. C. 31.* Felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus, et res adversae odia conciliant. — **δ)** De Felicitate Dea, v. in ONOM.

FĒLĪCĪTER (Filicter in *Inscr.* in *Bullett. dell'Istit. Archeol. a. 1855. p. 23.*) Adverb. a *felix*. — Comparat. *felicior* §. *1.* et *2.*, superlat. *felicissime* §. *2.* — Proprie refertur ad feracitatem terrae, et facilitatem proveniendi in herbis et arboribus. *Virg. 1. G. 54.* Hic segetes, illic veniunt felicius uvae. — **β)** Translate est prospere, beate, fortunate; *felicemente, fortunatamente. Cic. 3. Fin. 7. extr.* Omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere. *Id. 4. Phil. 15.* Respublica et bene, et feliciter gesta. *Id. Mur. 1.* Ut ea res fauste, feliciter, prospereque eveniret. *Id. 4. Verr. 38.* Satis feliciter navigare. *Id. 7. Fam. 28. in fin.* Sapienter haec reliquisti, si consilio; feliciter, si casu. *Caes. 1. B. C. 7.* Rempublicam felicissime gessisse. *Horat. 2. Ep. 1. 166.* Nam spirat tragicum satis, et feliciter audet. *Ovid. 10. Met. 247.* niveum mira feliciter arte Sculpsit ebur. *Id. Ib. 505.* Nec tua, quam Pyrrhi felicius ossa quiescant. *Id. 7. Heroid. 161.* Ascaniusque suos feliciter impleat annos. — **γ)** *Feliciter*, frequens est acclamandi, et bene precandi formula. *Phaedr. 3. 1.* Ut mos est vulgi, passim et certatim ruunt, Feliciter, succlamant. *Cic. 13. Att. 42.* Feliciter velim, inquam, teque laudo. *Suet. Claud. 7.* Acclamanti populo, feliciter, partim patruo imperatoris, partim Germanici fratri. Adde *Domit. 13., Juvenal. 2. 119.* et *Flor. 3. 3. sub fin.* Sic *feliciter quod agis* apud *Senec. ep. 67. sub fin.*

FĒLĪCĪTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *felix*; felicem identidem reddo; *felicitare. Donat. in vita Virg. 4.* Rogat, quam ad felicitandos homines facultatem haberet.

FELICONES. V. PELICONES.

FĒLĪNĔUS, a, um. Adiect. a *felis*; ad felem pertinens; *di gatto*: ut Felinei oculi, apud *Serv.* in *Virg. 5. G. 82.* — **β)** Est etiam ad *fel* pertinens, felleus. *Coel. Aurel. 4. Chron. 7. n. 92.* Felinei humores. *Sed fortasse hoc sensu scribendum est* fellineus, *ut fellinus*, et

FĒLĪNUS, a, um. Adiect. idem origine et significatione ac felineus; *di gatto. Cels. 5. 18. n. 15.* Malagma, quod habet visci, felini stercoris, resinae, sulphuris pares portiones. *Targa* putat legend. *suilli stercoris*, quia illius memorat in medicina usum *Plin. 28. 70. 1.*

FĒLĬO, is, īre, vel Felo, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *felis*, exprimens vocem pardi. *Auct. carm. Philom. 30.* Panther caurit amans, pardus hiendo felit.

FĒLIS. V. FELES *init.*

FĒLĬUS. V. FILIUS.

FĒLIX, īcis, omn. gen. Adiect., quod quidam deducunt ab obsoleto *feo*, unde *fetus* et *fecundus*. — Recentiores ad Sanscredanicam linguam quoque recurrunt. V. *Fabretti* in *Gloss. Ital. p. 454.* — **b)** Sunt qui scribunt *foelix*: sed male. Contra enim sunt libri veteres, lapides, nummi, *Manut., Dausqu., Cellar.* — *Feelix* scribitur in Numo gentis Corneliae apud *Cohen, Med. Consul. pl. XV. n. 25.* — *Fiilix* in *titulo* Pompeiano apud *Avellino, Bullett. Napolet.* anno V. *p. 9.* Cf. FELIX in ONOM. — Item *felex* pro *felix* in cochleario argenteo apud *Momms. Inscr. Helv. n 345. 2.* « Utere felex. » — Item *filix* et *filicissimus* in *altis* editis in *Bullett. Napolet. a. 1855. p. 73.* et *Momms. n. 3272.* — **c)** Comparat. *felicior* §. *1.*, superlat. *felicissimus* §. *3.* — **d)** Derivata, *felicio, felicitas, feliciter, felicito.* — **e)** Compositum, *infelix*.

FELIX proprie est fertilis, fecundus, frugifer, ferax. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 92. Müll.* Felices arbores Cato dixit, quae fructum ferunt, infelices, quae non ferunt. *Liv. 3. 24.* Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. *Horat. Epod. 2. 13.* Inutilesque falce ramos amputans, Feliciores inserit. *Plin. 3. 9. 7.* Felix Campania. *Ovid. 2. Pont. 10. 31.* Felicior regio. *Val. Flacc. 6. 711.* si quis aquis, et fertilis ubere terrae Educat, ac ventis oleam felicibus implet. *Claudian. Cons. Mall. Theod. 179.* Quis felix oleae tractus. — **β)** In sacris *felices arbores* habebantur, quercus, aesculus, ilex, suber, fagus, corylus, sorbus, ficus alba, pirus, malus, vitis, prunus, cornus, lotus: atque hae Diis superis sacrae erant. Contra *infelices*, ficus atra, filix, acrifolium, ruscus, pirus silvestris, rubus, sentes, alaternus, salix, et quaecumque baccam nigram, nigrosque fructus ferunt: quae inferum Deorum in tutela erant. Haec ex *Veranio de verbis pontificalib.* et *Tarquinio Prisco* habet *Macrob. 2. Saturn. 16. 2.* At *Front. 2. ad amic.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 6.* Leges pleraeque poena sanciunt, ne quis felicem arborem succidat (*Dig. 47. 72.* et *Paul. sentent. recept. 5. 20.*). Quaenam est arboris felicitas? rami fecundi et frugiferi, bacis et pomis onusti. Nemo cannam, et harundinem, quamvis proceram, felicem dixerit. — **γ)** Deinde

II. *Felix* dicitur is, cui omnia succedunt, fortunatus, florens, beatus; *felice, fortunato*: qui sensus, cum translatus sit, ex usu proprius est factus. *Cic. 2. Phil. 26.* Caesar Alexandria se recepit, felix, ut sibi quidem videbatur: mea autem sententia, si quis reipubl. sit infelix, felix esse non potest. *Sall. Iug. 100.* Sulla felicissimus omnium ante civilem victoriam. *Cic. 1. Q. Fr. 1. 10.* In te retinendo fuit Asia felicior, quam nos in deducendo. *Id. Brut. 16.* Ille Graecus ab omni laude felicior. *Id. Font. 15.* Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad consilia prudentem, ad casum fortunamque felicem. *Virg. 6. Aen. 787.* Felix prole virum. *Plin. 34. 19. 20.* Praxiteles quoque marmore felicior, ideo et clarior fuit; *rivsci più ne' marmi. Ovid. 1. Amor. 8. 27.* Tam felix esses, quam famosissima, vellem: Non ego, te facta divite, pauper ero. — Cum infinito. *Virg. 9. Aen. 772.* quo non felicior alter Ungere tela manu, ferrumque armare veneno; *h. e.* peritior, inquit *Servius*. Significat autem, semper successum habuisse inferendae necis tela ab eo venenis illita. Adde *Sil. 15. 126.* — Cum genitivo. *Horat. 1. Sat. 9. 9.* o te, Bolane, cerebri Felicem! *Sil. 4. 359.* Felix uteri; εὔτοκος. Et *398.* leti. Et *731.* famae. *Plin. 14. 1. 5.* Beatus felixque gratiae. — **δ)** Nonnunquam *felix* dicitur de mortuo, ut Graece μακάριος, et μακαρίτης. *Horat. 1. Sat. 9. 28.* Omnes composui. — Felices! nunc ego resto. V. BEATUS §. 6. — **ε)** Cum autem de re dicitur,

III. *Felix* significat prosperum, secundum, utilem, commodum, et qui alios felices facit; *prospero, utile. Cic. 1. Divin. 45.* Omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, praefabantur. *Varr. 6. LL. 9.* Quod bonum, fortunatum, felixque, salutareque siet populo R. etc. *Liv. 22. 50.* Quod tibi mihique sit felix, sub imperium tuum redeo. *Ovid. 1. Amor. 2. 51.* Felicia arma. *Id. 1. Trist. 2. 103.* saecula. Et *2. Pont. 1. 35.* felix omen. *Plin. 37. 40. 2.* Amethysti indicae absolutum felicis purpurae colorem habent; *h. e.* praestantis, et pretiosae, et quam habere, felix fortunatumque est. *Martial.* de librario suo defuncto, *1. 102.* Illa manus quondam studiorum fida meorum, Et felix domino. *Plaut. Trin. 1. 2. 3.* Ut nobis haec habitatio Bona, fausta, felix, fortunataque eveniat. *Virg. 1. G. 343.* Terque novas circum felix eat hostia fruges. *Ovid. 15. Met. 519.* Felix sententia. *Plin. 14. Praef.* §. *3.* industria. — **ζ)** Hoc sensu aliquando transfertur quoque ad personas. *Virg. 1. Aen. 334.* Sis felix, nostrumque leves quaecumque laborem. *Id. 3. Ecl. 65.* Sis bonus, o, felixque tuis. Adde *Propert. 3. 11. 15.*

Nota. Discrimen inter *felicem* et *beatum* dedimus supra sub v. BEATUS in *Nota* §. *1.* — Huc spectat quod *Isid.* tradit *10. Orig. 98.* « Felix dicitur, qui felicitatem dat; felix, qui accipit; et felix per quem datur felicitas, ut *felix tempus, felix locus*. »

II. FĔLIX. V. FILIX.

FELLĀTOR, ōris, m. Verbale a *fello*; qui fellat. Dicitur de corvo, quia corvos ore coire et parere vulgus arbitratur; falso tamen, ut *Plin. 10. 15. 2.* docet. *Martial. 14. 74.* — **β)** Item qui obscena utitur libidine, de qua v. FELLO §. *2.* *Martial. 11. 30.*

FELLĔBRIS, re. Adiect. verbale a *fello*; qui exsugit. *Solin. 2.* a *med. de boa serpente*. Uberibus bovis se innectit, suctuque continuo saginata, ita fellebri satietate extuberatur, ut etc.; *h. e.* copioso lactis suctu. *Alii leg.* celebri, *alii* funebri. *Gloss. Isid.* Fellebrem, adhuc lactam (*lege* lacte) viventem.

FELLĔUS, a, um. Adiect. a *fel*; ad fel spectans; *di fiele. Plin. 26. 76. 2.* Sudores felleos movent. *Coel. Aurel. 3. Chron. 6.* Urina fellea.

FELLĬCO et Fellito, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *fello*, ut *vellico* a *vello*, et *caenito* a *caeno*. — Particip. *fellicans*, et *fellicandus*, infra. — Est saepe ac lubens fello, idest sugo: *andar succhiando. Solin. 45. sub fin.* Nequaquam mater pullo ubera prae-

Digitized by Google

bet fellicanda. *Alii leg.* fellitanda, *vel* felitanda, *eodem sensu. Arnob. 2. p. 70.* Exsugerent fellicantes mammas. *Al. leg.* fellitantes. *Gloss. Isid.* Fellitat; sugit.

FELLĬCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *fel;* parvum fel, cholera. *Isid. 4. Orig. 5. 4.* Unde et cholera, id est fellicula, nominata est, hoc est felis effusio.

FELLĬDŪCUS, a, um. Adiect. a *fel* et *duco;* qui fel educit, ut Felliduca medicamenta, apud *Cael. Aurel. 5. Chron. 4.*

FELLĬFLŬUS, a, um. Adiect. a *fel* et *fluo;* felle fluens. *Cael. Aurel. 3. Acut. 19. de cholera.* Felliflua passio.

* FELLĪNĔUS. V. PELINEUS §. 2.

FELLĪTO. V. FELLICO.

FELLĪTUS, a, um. Adiect., participiorum more effictum, a *fel;* idem fere ac fellosus, felle imbutus. *Rufus Fast. Avien.* in *Anthol. Lat. Burm. T. 1. p. 498. Epigr. 58.* fellitus amarans Ora sapor. V. AMARANS. *Pelagon. Veterin. 1.* In morbo regio aut sulfurei oculi, aut felliti admodum sunt. *Gloss. Lat. Gr.* Fellitus; χολικός. — **β)** Translate. *Cassiod. 1. Var. 15.* Qui nec malevolentiae studio nocendi artes fellitis sensibus exquisivit.

FELLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., quod ducunt ab Aeolico ϱελάω pro θηλάω; mammam sugo. — **b)** Hinc et unica *l* a quibusdam scribitur, quod et de derivatis dicendum est. — **c)** Derivata, *fellator, fellebris, fellico* vel *fellito.* — **d)** Compositum, *refello.*

FELLO proprie est lac exsugo; *succhiare, poppare. Varr.* apud *Non. 2. 344.* Tum eum lac humanum fellasse. *Id. ibid. 4. 25.* Lupam alumni fellarunt olim. — *Cael. Aurel. 5. Acut. 4.* Lumbrici . . . non valent ventrem vel stomachum lactare atque fellare. — **β)** Refertur et ad obscenam infandamque libidinem. *Catull. 59. 1.* et *Martial.* variis in locis. Graece γλωττοδιφέω; ore morigeror.

FELLŌSUS, a, um. Adiect. a *fel;* felle imbutus, felle abundans. *Cael. Aurel. 4. Chron. 6.* Fellosa, aut sanguinosa ventris egestio. *Id. 2. Acut. 14.* Fellosa excrementa.

FĒLO, as. V. FELLO.

FĒLO, is. V. FELLO.

FĒMELLĂ, ae, f. Deminut. a *femina;* parva femina; *femminella, donnicciuola. Catull. 55. 7.* Femellas omnes, amice, prendi.

FĒMELLĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect., absolute tamen adhibitum de eo, qui femellas consectatur; *donnaiuolo. Isid. 10. Orig. 188.* Femellarius, feminis deditus, quem Antiqui mulieriarium appellabant.

FĒMEN. V. FEMUR §. b.

FĒMĬNĂ, ae, f. Nomen, de cuius etymo haec protulit *Furlanetto:* « Femina est ab inusit. φέω pro φύω, unde Latinum *feo*, et *fundo*, vel *fundo:* ait enim *Isid. 11. Orig. 2.* Femina a partibus feminum dicta, ubi sexus species a viro distinguitur. Ita *Isid.* Hinc femina *Hebr.* נְקֵבָה; h. e. perforata appellatur. Unde etiam repetenda sunt *fetus, fecundus, femur,* aliaque quamplurima his similia, et ex iisdem derivata. Hinc *Arnob. 3. p. 174.* cunnum vocat partem corporis, per quam sexus femineum nomen solet acquirere generi, hoc est per quam femina ita est appellata. » — **b)** Scribitur et *faemina*, et *femina.* Priorem pauci: alteram plures cum *Dausquio:* nostram vero, qui diphthongum omnem excludimus, tuentur *Manut. Cellar.* et *Vers.* in *Etymol.* cum antiquis libris, et lapidib. — **c)** Derivata, *femella, femellarius, feminal, femininalis, feminatus, femineus, feminina, femininus, femino.* Cf. FEMUR. — **d)** Compositum, *effemino, masculofemina.*

FEMINA idem fere est quod mulier; *femmina, donna:* latius tamen patet usus, cum aeque dicatur de omnibus animalibus: mulier vero de homine tantum. *Cic. 1. Nat. D. 34.* Et mares Deos, et feminas esse dicitis. *Id. 1. Tusc. 12.* Mors in claris viris et feminis. *Id. 3. Phil. 6.* Tua coniux bona femina. *Id. 5. Fam. 8.* Praestantissima omnium feminarum uxor tua. Et *11.* primaria. *Id. 1. ad Brut. 18.* prudentissima et diligentissima. *Id. 5. Phil. 6.* sanctissima atque optima. *Id. Cascin. 4.* probatissima. *Petron. Satyr. 111.* singularis exempli. *Virg. 4. Aen. 569.* varium et mutabile semper, Femina. *Ovid. 4. Met. 820.* Ambiguus fuerit modo vir, modo femina Sithon. *Lucret. 4. 817.* Femina quae fuit ante in manibus Vir tum factus videatur adesse. Adde *Cic. 1. Rep. 24.* et *3. ibid. 10.* et *1. Divin. 23.* et *2. Leg. 12., Caes. 6. B. G. 21.* Intra annum vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus *(Germani).* — *Ulp. Dig. 50. 17. 2.* Feminae ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotae sunt, et ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere. *Cod. Theod. 13. 3. 27.* § *1.* Feminae quae crinem suum contra divinas humanasque leges instituta persuasae professionis abscinderint, ab ecclesiae foribus arceantur, etc. Adde *3. 1. 3. de feminis minoribus.* V. loc. — **β)** Adiectivum more *femina turba* pro *feminea* dictum est a *Propert. 2. 23. 4.* — **γ)** Aliquando convicium est in virum effeminatum et mollem. *Ovid. 12. Met. 470., Justin. 4. 5., Sil. 2. 561., Curt. 3. 10. sub fin.* et *6. 11.* — Quo pertinet illud *Virg. 9. Aen. 617.* O vere Phrygine: neque enim Phryges; et *Homeri,* Ἀχαιάδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί. — *Virg.* in *Anthol. Lat. n. 105. Meyer.* Quid palluisti femina? — **δ)** Praeterea II. *Femina* usurpatur etiam de animalibus. *Cic. 2. Nat. D. 51.* Bestiae aliae mares, aliae feminae sunt. *Id. 2. Divin. 29.* Femina anguis. *Id. 2. Leg. 22. extr.* Porco femina piaculum pati. *Colum. 7. 9.* Femina sus. *Plin. 9. 74. 1.* et *Ovid. 2. Art. am. 482.* Femina piscis. *Plin. 29. 58. 2.* Sanguis feminae anatis. *Ovid. 2. Met. 701.* Iuncta suo pretium dabitur tibi femina tauro. — **ε)** Hinc translate de aliis quoque rebus inanimatis. *Plin. 13. 7. 3.* Mas in palmite floret, femina citra florem germinat tantum spicae modo. Et *mox* §. 8. Cetero sine maribus non gignere feminas sponte edito nemore confirmant. — *Id. 37. 25. 1.* In omni genere *(carbunculorum)* masculi appellati acrius, at feminae languidius fulgentes. *Id. 36. 25. 3.* Differentia prima, mas sit an femina: proxima in colore. Adde *37. 28. 2.* et *ibid. 51. 2.* — **ζ)** Hinc et *Vitruv. 9. 9. a med.* cardinem *masculum* a cardine *femina* distinguit. V. MASCULUS.

FĒMĪNAL, ālis, n. Nomen a *femina;* femineum pudendum, interfeminium. *Apul. 2. Met.* Glabellum feminal rosea palmula potius obumbrans de industria, quam tegens verecundia. Adde *Apolog. ante med. Solin. 4.* Feminis perinde est infausta nativitas, si consertum feminal fuerit.

FĒMĪNĀLĬĂ, ium, n. Nomen a *femur;* tegumenta feminum, et subligacula. *Suet. Aug. 82.* Hieme quaternis tunicis, et feminalibus *(al.* femoralibus) et tibialibus muniebatur. Ubi notat *Casaubon.* per *feminalia* et *tibialia* non intelligi quod hodie *bracas*, et *tibialia* dicimus *(calzoni, e calze),* sed fascias quibus Antiqui pedes, tibias, et femina tegebant vel valetudinis, vel mollitiei, vel inclementis caeli causa: neque enim tunc in usu fuisse, ut bracati, et calceati essent. Quae omnia confirmat *Ferrar. l. 2. elector. c. 2. Hieronym. ep. 64. n. 10.* Hoc genus vestimenti Graece περισκελῆ, a nostris feminalia, vel bracae usque ad genua pertinentes. *Isid. in Exod. 39. de pontifice.* Feminalia vero illa, quibus induitur, castitatem corporis Christi, et integritatem ostendunt. V. BRACA §. 1. *Gloss. Lat. Gr.* Feminalia; περισκελίδες, et FEMORALIA.

FĒMĪNĀLIS, le. Adiect. a *femina;* ad feminam pertinens. *Theod. Priscian. 4. 1. ad fin.* Nam sponsae feminalis vis magna est, siquidem ex paucis infrascriptis noscitur. *At legend. videtur* seminalis.

FĒMĪNĀRĬĂ. V. SEMINARIA.

* FĒMĪNĀTUS, a, um. Adiect., participiorum more effictum a *femina.* Utitur, si sana est lectio, *Cic.* verbum particulam *Trachinior. Sophocl. 2. Tusc. 9.* Sic feminata virtus afflicta occidit; *h. e.* effeminata, infracta, perdomita. *Recentiores rectius leg.* effeminata.

FĒMĪNĔUS, a, um. Adiect. a *femina;* ad feminam pertinens, muliebris; *femminile, donnesco, femminino. Virg. 2. Aen. 488.* cavae plangoribus aedes Femineis ululant. *Val. Flacc. 4. 605.* Femineae catervae. *Plin. 36. 29. 1.* Femineus sexus. *Ovid. 6. Met. 651.* Feminea sors; *condizione di donna.* Et *12. ibid. 610.* Marte femineo cadere; *per man di donna. Id. 5. Amor. 2. 40.* Femineus amor; *h. e.* quo femina amatur. *Id. 1. ibid. 13. 23.* et *Tibull. 2. 1. 65.* labor; *h. e.* lanificium. *Ovid. 9. Met. 151.* dolor; *h. e.* quo femina dolet. Et *14. ibid. 341.* Feminea vox. *Virg. 2. Aen. 383.* nullum memorabile nomen Feminea in poena est; *h. e.* qua punitur femina. *Iuvenal. 9. 53.* Calendae femineae; *h. e.* cal. Martii. V. CALENDAE §. 14. *Ovid. 10. Met. 80.* Feminea Venus; *scil.* libido, qua quis utitur in feminis vitiandis; quemadmodum *mascula libido* dicitur, qua mulier utitur tum in feminis, tum in maribus tribadum more constuprandis. V. MASCULUS. — **β)** Saepe est effeminatus, languidus, imbellis, mollis. *Auct. ad Herenn. 3. 13.* Si utemur amplificatione per conquestionem, femineo plangore, et capitis ictu uti oportebit. *Ovid. 3. Art. am. 286.* Sed leve nescio quid, femineumque sonent. *Id. 13. Met. 693.* Pectus non femineum. *Plin. 2. 104. 3.* Lunae femineum ac molle sidus. *Virg. 11. Aen. 782.* Femineo praedae et spoliorum ardebat amore; *h. e.* impotenti, nimio, quales sunt feminarum affectus. — **γ)** *Numerus femineus* est par. V. NUMERUS.

FĒMĪNĪNĒ. Adverb. a *femininus;* feminino genere. *Arnob. 1. p. 36. Fest.* in *Petronia p. 250. Müll.* et *Charis. 1. p. 33. Putsch.*

FĒMĪNĪNUS, a, um. Adiect. a *femina*, idem fere ac femineus; *femminino. Varr. 3. RR. 5.* Femininum nomen. *Plin. 10. 57. 1.* Neque est his *(salamandris)* genus masculinum, femininumve. *Quintil. 1. 4. 24.* Nomina quae feminina positione mares, neutrali feminas significant. — *Firmic. 8. Mathes. 25.* Stellae masculinae et femininae.

FĒMĪNO, as, āre. Verbum intransitiv. a *femina;* in femineam naturam verto, idem ac effemino; *effeminare. Cael. Aurel. 4. Chron. 9.* Nemo pruriens corpus feminando correxit; vel viribus veretri tactu mitigavit. Loquitur hic *Caelius* de viris mollibus, qui se alicui paedicandos praebent, vel se masturbant.

FĒMOR. V. FEMUR §. c.

FĒMŌRĀLĬA, ium, n. Nomen a *femur*, idem quod feminalia, tegumenta femorum. *Isid. 19. Orig. 22. 29.* Femoralia appellata, eo quod femora tegant. V. FEMINALIA.

FĒMUR, femŏris, *frequentius* femĭnis, n. Nomen eiusdem originis ac *femina*, quod V. §. a. — **b**) Lis est non una inter Grammaticos de hoc nomine. Negat primo *Charis. 1. p. 105. Putsch.* in recto casu *femen* a Veteribus usurpatum, coll. *Mar. Victorin. 1. 4. 65.*; agnoscunt tamen, ut Latinum, *Caper* apud *Serv.* ad *10. Aen. 344.* et *778.* et *Priscian. 6. p. 701.*, quamquam in raro usu esse fateantur. Sunt etiam qui id legunt apud *Apul. 2. Met.*, sed ille locus est legendus, ut eum retulimus in v. FEMINAL. — Deinde discrimen quidam inducunt huiusmodi, ut *femora* exteriores eorum partes, *femina* interiores mollioresque significent. Sed hoc nullum est. Nam quamvis obliqua *feminis*, *femina*, etc. recta ducantur a *femen*, nihilominus et a *femur*, *femoris*, *femori*, etc. usurpata leguntur apud *Tibull. 1. 9. 26.*, *Ovid. 1. Amor. 4. 43.* et *3. ibid. 7. 10.* aliosque. — **c**) In recto casu etiam *femor* pro *femur* videtur agnovisse *Priscian. de Accent. p. 1295. Putsch.* et *Phoc. p. 1695. ibid.*; quod idem innuere etiam videtur *Quintil. 1. 6. 25.* — Immo et *femus* dici contendit *Oudendorp.* apud *Apul. 8. Met. p. 590.*, coll. *Hildebr.* ad *Eund. 8. ibid. 31.* « Immanis cervi pinguissimum femus. » Sic et in *Gloss. Gr. Lat.* « Μηρός; femus. » Et « μεσομηρίων; interfemus. » — **d**) Sunt qui scribunt *foemen*, quos refellit *Dausq.* in *Orthogr.* — **e**) Derivata, *femināla*, *femoralia*. — **f**) Composita, *interfeminium*, *interfemus*.

FEMUR, in plur. femina, sunt membra duo in corpore animalis, crassa, et carnosa, post ossa imi ventris ad crus pertinentia. In quadrupedibus posteriora intelliguntur; *coxcia. Cels. 8. 1. a med.* Ima spina in coxarum osse desinit, etc. Inde femina oriuntur. *Cic. 6. Verr. 43.* Signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femine nomen Myronis erat inscriptum. *Apul. Apol.* Votum in alicuius statuae femore assignasti. *Liv. 21. 7. extr.* Adversum femur tragula graviter ictus. *Caes. 7. B. G. 73.* Teretes stipites feminis crassitudine. *Plin. 28. 13. 6.* Femina alteri adurique equitatu, notum est. *Colum. 6. 2.* Ventri quoque *(boum)* et sub femina manum subiicere, ut ricini, qui plerumque feminibus inhaerent, eximantur. *Martial. 6. 73.* Femur leporis. *Id. 2. 37.* pulli. *Varr. 3. RR. 9.* Galli feminibus pilosis, cruribus brevibus. *Ovid. 14. Met. 64.* Et corpus quaerens femorum, crurumque, pedumque (Adde *Lucan. 9. 771.*). *Virg. 10. Aen. 788.* ensem Eripit a femine. *Tibull. 1. 9. 26.* Sed nocuit femori conseruisse femur. Adde *Auct. ad Herenn. 3. 15.*, *Cic. 1. Nat. D. 33.*, *Suet. Aug. 80.* et *Caes. 68.* — **2**) *Femur percutere* erat apud Veteres signum repentini stuporis vel doloris acerbissimi. *Cic. Brut. 80.* Frons non percussa, non femur. *Quintil. 11. 3. a med.* Femur ferire, et usitatum est, et indignantes decet, et excitat auditorem. *Vulg. Interpr. Ierem. 31. 19.* Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. *Id. Ezech. 21. 12.* Gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super femur. — *Id. Iudic. 15. 8. de Samsone.* Percussitque eos *(Philistiim)* ingenti plaga, ita ut stupentes suram femori imponerent. — **3**) Hebraei solebant, quoties ad iusiurandum obstringebantur, manum suam sub femore alterius ponere. Hinc *Id. Gen. 47. 29.* Pone manum tuam sub femore meo, ut non sepelias me in Aegypto. Adde *ibid. 24. 1.* et *9.* — **4**) Translate in architectura *femur* dicitur a *Vitruv. 4. 3.* Graece μηρός, pars triglyphi in zophoro Dorico, quandam habens cum humano femore similitudinem; *pianetto.* — **5**) Deinde

II. *Femur bubulum* appellatur herba, nervis et ipsa utilis, recens in aceto ac sale trita. Ita *Plin 27. 56. 1.*, nihilque de ea praeterea neque ipse, neque alii.

FĒMUS, ŏris. V. voc. praeced. §. c.

FĒNĀRĬUS, Faenarius et Foenarius, a, um. Adiect. a *fenum*; ad fenum pertinens; *da fieno. Varr. 5. LL. 31. §. 137.* Falces fenariae; *falci fienate.* — **2**) Absolute, substantivorum more.

FENARIUS, ii, m. Est foeni venditor; *mercante di fieno. Inscr.* apud *Momms. n. 2905.* L. Satti L. l. Onesimi Faenari. — Fenariorum collegium, eorum nempe, qui fenum in fenilibus asservatum divenderent, Romae erat. *Alia* apud *Grut. 178. 9.* M. Ulpius Aug. L. Aeglus procurator Mausolaei imaginem Corintheam Traiani Caesaris collegio faenariorum D. D. — **3**) Apud *Firmic. 3. Mathes. 8. sub fin.* Facies delatores . . . foenarios. *Alii rectius leg.* fenerarios. — Contra *Cassiod. 10. Var. 28.* Macellarios, vinarios, faeneratios et celleritas sic servari desideramus. Videtur hic leg. *faenarios* pro *faeneratios*.

FENDĪCAE, ārum, f. Nomen a *fendo*, quo significantur hirae, ita dictae, quod e fissis dissectisque intestinis fiant; *budelle. Arnob. 7. p. 230.* Non enim placet fendicas nominare, quae et ipsae sunt hirae, quas plebis oratio ilia solet, cum eloquitur, nuncupare. Cf. OFFENDIX.

FENDO, is, ĕre. Verbum transitiv. inter obsoleta recensitum, cuius composita *offendo* et *defendo* sunt in usu, teste *Priscian. 11. p. 923. Putsch.* Significat autem ad iram concito. — Eius participium *fensus*; iratus, legitur in *Gloss. Isid.*

FĒNĔBRIS, bre. Adiect. a *fenus*; ad fenus pertinens: *di usura. Liv. 35. 7.* Cum multis fenebribus legibus constricta avaritia esset. *Suet. Cal. 41.* Praebere alicui pecuniam fenebrem; *prestar danaro ad usura. Tacit. 6. Ann. 16.* Vetus urbi fenebre malum, et seditionum discordiarumque creberrima causa. Adde *Liv. 7. 21.*

* FĒNĔRĀLĬA, ium, n. Affertur pro hac voce, qua significari sunt tempus, quo fenus cessabat et finiebatur, locus *Liv. 38. 7.*, sed ibi rectius legitur *Feralia*.

FĒNĔRĀRĬUS et Foenerarius, ii, m. Nomen proprie adiect. a *fenus*; ad fenus pertinens; absolute adhibitum pro feneratore apud *Firmic. 3. Mathes. 8. sub fin.* Facies delatores, abscondos . . . foenerarios, etc. *Alii minus recte leg.* foenarios. V. FENARIUS §. 3.

FĒNĔRĀTĪCĬUS et Faeneraticius, vel Foeneratitius, a, um. Adiect. verbale a *fenero*; ad fenus pertinens, feneratorius. *Imp. Iustinian. Cod. 4. 30. 14.* Feneraticia cautio. *Alii leg.* feneratica. Et *ibid.* Feneraticium instrumentum.

FĒNĔRĀTĪCUS. V. voc. praeced.

FĒNĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fenero*; actus feneranti; *il dare ad usura, usureggiamento. Cic. Flacc. 23. extr.* Haec pecunia ab honoribus translata est in quaestum et fenerationem. *Id. 2. Fin. 35.* Nec enim, si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed feneratio. *Colum. 1. praef.* An feneratio probabilior sit, etiam iis invisa, quibus succurrere videtur? *la professione di usurato.* — **2**) Translate. *Lucif. Calarit. Moriendum esse pro Dei fil. p. 1013. Migne.* Si quidem nec mors sanctis, qui nos praecesserunt martyribus, per te illata mors sit, nec iactura neque damnum, sed fidei feneratio.

FĒNĔRĀTĬTĬUS. V. FENERATICIUS.

FĒNĔRĀTO. V. FENERATUS §. 3.

FĒNĔRĀTOR et Foenerator, ōris, m. Verbale a *fenero*; qui pecuniam dat fenori; *usurato. Cic. 1. Offic. 42.* Improbantur ii quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum. *Horat. Epod. 2. 67.* Haec ubi locutus fenerator Alfius, Omnem relegi Idibus pecuniam: Quaerit Calendis ponere. *Cic. 6. Att. 1. ante med.* Acerbissimi feneratores. Adde *Eund. 3. Fam. 6.*, *Suet. Tib. 48.*, et *Vitell. 14.* et *Vesp. 11.* — **2**) Apud *Isid. 10. Orig. 97. Fenerator* Latine dicitur et qui dat mutuum, et qui accipit.

FĒNĔRĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fenero*; fenebris; *usurato.* — Translate. *Val. Max. 2. 6. n. 11.* Avara et feneratoria Gallorum philosophia.

FĒNĔRĀTRIX, īcis, f. Verbale a *fenero*; quae fenori dat; *usuriera. Val. Max. 2. n. 2.* Ex amica obsequenti subito districtam feneratricem agere coepit, nummos petendo. — **2**) *Feneratrix* inscripta fuit etiam una ex comoediis *Plauti* deperdita, cuius tantum aliquot fragmenta supersunt apud *Fest.* in *Vapula Papyria* et *Diomed. 1. p. 485. Putsch.*

FĒNĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *fenero*, adiectivorum more aliquando etiam adhibitum. — Proprie est fenori datus; *dato ad usura. Ascon. Divin. Verr. 7. ad fin.* Pecunia gravioribus usuris feneratae, quam pro consuetudine. *Scaevola, Dig. 26. 7. 46.* Pecunia feneratae a tutoribus. Adde *Paul. Dig. 46. 3. 100.* — **2**) Item fenore multiplicatus, cum fenore redditus. *Ter. Phorm. 3. 2. 8.* Feneratum istuc beneficium tibi pulcre dices. — **3**) Absolute

FENERATO, adverbiorum more, est sub fenore; *con usura. Plaut. Men. 4. 2. 40.* Nae illam mecastor feneratо abstulisti; *con tuo scapito e danno.* Sic *Asin. 3. 2. 52.* Nae ille ecastor feneratо funditat.

FĒNĔRO et Foenero, as, āvi, ātum, āre, et, deponentium more,

FĒNĔROR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. a *fenus*. — Particip. *fenerandus* §. 2. *feneratus*, v. suo loco. — Proprie est pecuniam do sub fenore; *dare ad usura, a censo. Cic. 4. Verr. 70.* Pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fenerabatur. *Id. 3. ibid. 70.* Binis centesimis fenerari. Adde 2. *Offic. 25.* — Active. *Martial. 1. 86.* nil debet: fenerat immo magis. *Paul. Dig. 22. 1. 11.* Fenerare pecuniam sub usuris. *Vulg. Interpr. Ital. Isai. 24. 2.* Et erit . . . qui fenerat sicut ille, qui feneratur. — **2**) Translate. *Cic. Amic. 9.* Benefici, liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium feneramur) sed etc. *Id. Parad. 6. 2.* Dimissiones libertorum ad feuerandas diripiendasque provincias. — *Vulg. Interpr. Ierem. 15. 10.* Non feneravi, nec feneravit mihi quisquam; *A. e.* iniuriam nec intuli, nec passus sum. — **3**) *Feneror* est etiam sub fenore accipio; *torre ad usura. Ulp. Dig. 46. 3. 35.* Si quis pecuniam dominicam a servo feneratus esset. — **4**) Item *fenero*, significat quoque reddere cum fenore; *restituire con usura. Ter. Adelph. 2. 2. 9.* Metuisti, si de tuo iure concessisses paululum, atque Adolescenti esses morigeratus . . . Ne non tibi istuc feneraret? — **5**) Latiore significatione

II. *Fenero* est etiam mutuam dare pecuniam, etiam sine usuris; *dare a prestito, accordare:* atque ita intelligendum videtur in verbis S. C. Macedoniani apud *Ulp. Dig. 14. 6. 1.* — Poetice, cum accusat.

Digitized by Google

personae. *Martial. 1. 77.* nummos habet arca Minervae. Haec sapit, haec omnes fenerat una Deos. — **G)** Hinc translate *Plin. 2. 4. 4.* Sol suum lumen ceteris quoque sideribus fenerat; *h. e.* commodat, largitur. *Senec. Suasor. 7.* Iuba, et Petreius mutuis vulneribus concurrerunt, et mortes feneraverunt; *s'imprestarono l'un l'altro.* — **7)** Apud Scriptores Ecclesiasticos sensu morali saepe adhibetur. Sic *Ambros. ep. 37. n. 14.* Sola est sapientia libera, quae divitibus pauperes praeficit, et quae servos propriis fenerare dominis facit: fenerare non pecuniam sed intellectum; fenerare talentum illius dominici aeternique thesauri, etc.

FĔNESTELLĂ et Fenestrella, ae, f. Deminut. a *fenestra;* parva fenestra; *finestretta, finestrella, finestrino. Colum. 1. 6.* Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. Adde *8. 5.* et *9. 5.* — *Fenestrella* legitur in *Onom. Lat. Gr.* Fenestrella; Θυρίδιον. Item *Pallad. 1. 24., ubi tamen alii leg.* fenestella. — **B)** *Porta Fenestella* Romae fuisse dicitur, inde nomen sortita, quod Dea Fortuna per fenestellam furtim ad Servium regem accesserit, et cum eo connubium inierit. *Ovid. 6. Fast. 578.* Nocte domum parva solita est intrare fenestra: Unde Fenestellae nomina portae tenet. *Al. leg.* Fenestralis.

FĔNESTRĂ, ae, f. Nomen, ut quidam tradunt, a φαίνω; luceo, quasi phaenestra, vel ab aoristo ἔφανον, vel a φανίζω, quod a φανὸς, unde φάνεστρα, vel tandem a φέρω; fudo, ita ut fenestra idem sit ac fissura. Alii autem conferendum iubent cum Germanico *fenster* eiusdem prorsus significationis. — **b)** Per syncopen etiam *fenstra* sive *festra* usurpatum est ab Antiquis. V. FESTRA, coll. infra §. 1. — **c)** Sunt etiam qui apud *Plaut. Mil. 2. 4. 26.* et *Casin. 1. 1. 44.* pro *fenestra,* ut ratio metrica constet, volunt legere *festra,* sed contra Codicum auctoritatem, qui haec et alia plura plane legunt, licet contracte et correptim sint pronuncianda. V. haec loca §. 1. infra. — **d)** Derivata. *fenestella, fenestralis, fenestro, fenestrula.*

FENESTRA proprie est foramen in pariete ad aedem illustrandam: item valvae, quibus id foramen clauditur; *finestra. Cic. 2. Att. 5.* Fenestrarum angustias reprehendere. *Varr. 3. RR. 7.* Fenestrae reticulatae. *Caes. 2. B. C. 9. extr.* Fenestras, ad tormenta mittenda, in struendo, reliquerunt; *feritoie.* Has fenestras *Hieronym. in Esech. 40. 16.* vocat obliquas, *Symmachus* vero *ibid.* τοξικὰς a τὸ τόξον; sagittas. *Ovid. 3. Art. am. 807.* lucem in thalamos totis admitte fenestris. *Id. 3. Pont. 3. 5.* bifores intrabat luna fenestras. *Id. 14. Met. 782.* Patulae fenestrae. *Iuvenal. 6. 31.* altae caligantesque. *Horat. 1. Od. 25. 1.* iunctas fenestras quatere; *chiuse. Capell. 2. §. 219.* Fenestras dissecare lumine. *Virg. 2. Aen. 482.* ingentem lato dedit ore fenestram; *fece una grande apertura. Paul. Dig. 8. 2. 40.* Fenestram immittere; *h. e.* aperto pariete fenestram facere. *Plaut. Mil. 2. 4. 26.* Neque solarium est apud nos, neque hortus ullus, Neque fenestra, nisi clatrata. (Cf. supra §. c.). *Id. Rud. 1. 1. 6.* Detexit ventus villam . . . ita omnes de tecto deturbavit tegulas, Illustrioresque fecit fenestrasque indidit. — In illo eiusdem *Plauti, Cas. 1. 1. 44.* Quid facies? *Ol.* concludere in fenestram firmiter, Ut auscultare possis, cum etc. *fenestra* videtur esse armarium excavatum in pariete cum valvis. Cf. supra §. c. — *Cic. 1. Tusc. 20.* Ut facile intelligi possit, animum et videre et audire, non eas partes, quae quasi fenestrae sint animi. — **2)** Speciatim apud *Varr. 3. RR. 7. fenestra Punicana* est, quae etiam cataracta dicitur, Italice *saracinesca:* eadem *ibid. 5. cochlea* vocatur, quod similis sit operculo cochlearum. — **3)** Latiore significatione et a similitudine *fenestrae* dicta sunt foramina, e quibus anseres pendent. *Iuvenal. 1. 104.* Natus ad Euphraten, molles quod in aure fenestrae, Arguerint. — **4)** Etiam pro oculo usurpatur. *Prudent. Hamartig. 876.* impediuntque vagas obducto humore fenestras. Hinc *Petrarca, son. 279. O bella ed alta e lucida finestra.* — **5)** Translate ponitur pro aditu, via, et occasione. *Ter. Heaut. 5. 1. 72.* Hui quantam fenestram ad nequitiam patefeceris! *Tiberius* apud *Suet. Tib. 28.* Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis.

FĔNESTRĀLIS, le. Adiect. a *fenestra;* qui est fenestrae. *Ovid. 6. Fast. 578.* Porta Fenestralis. Alii leg. *Fenestellae,* quam vocem vide §. 2.

FĔNESTRĀTUS, a, um. Particip. verbi *fenestro,* adiectivorum more adhibitum. Est fenestras habens. *Varr. 8. LL. 14.* Fenestrata triclinia. *Vitruv. 10. 19. circa med.* Turris tabulatorum decem, singulis partibus fenestratis. *Cassiod. 1. Var. 6.* lanuae fenestratae. — **B)** Translate. *Vitruv. 5. praef. 1.* Oportuisse hominum pectora fenestrata et aperta esse.

FĔNESTRELLĂ. V. FENESTELLA §. 1.

FĔNESTRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fenestra;* fenestras aperio, fenestram facio; *aprir finestre. Plin. 11. 55. 1.* Media eorum *(oculorum)* cornua fenestravit pupilla. Cf. FENESTRATUS.

FĔNESTRŬLĂ, ae, f. Deminut. a *fenestra;* parva fenestra. *Apul. 9. Met. sub fin.* Dum obliquata cervice per quandam fenestrulam, quidnam sibi vellet tumultus ille, prospicere gestio.

FĔNEUS et Faeneus vel Foeneus, a, um. Adiect. a *fenum;* qui ex feno est; *di fieno. Cic. fragm. pro Cornel. de maiest.* apud *Ascon.* Homines foeneos in medium ad tentandum periculum proiectos. Ubi haec adnotat *Ascon.* Simulacra effigiesque hominum ex foeno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum praebendum tauri incitarentur. — **B)** Hinc translate nullius pretii; ut *principes foeneos* vocat *Pescennius* apud *Spartian. Pescenn. 12.* imperatores τοὺς ὑποδικοὺς; *h. e.* nullius ingenii et imbelles. *Impp. Aread. et Honor. Cod. Theod. 11. 28. 3.* Noverint igitur officia ad se omne dispendium redituram, si occultatis idoneis, in eorum locum faeneos defectosque subiecerint; *h. e.* qui solvendo non sunt. *Auct. Excerptor.,* quae cum *Ammian.* edi solent, §. *60.* Quamquam *(Theodericus)* aerarium publicum ex toto feneum invenisset, suo labore recuperavit, et opulentum fecit.

FĔNĬCĬNUS et Fornicinus, a, um. Adiect. a *feniculum;* qui gustu feniculum refert. *Edict. Diocl. p. 9. Haubold,* Mellis fenicini Italicum sextarium unum X. octo. — Nisi intelligis *faniculum* pro *Phoeniculum,* sive *Phoeniculum; h. e.* ex *Phoenicia;* Latina enim consuetudine etiam *Fenicius* vel *Foenicius* scribitur pro *Phoenicius.*

FENICIUS. V. PHOENICIUS, coll. voc. praeced.

FĔNĬCŬLĀRĬUS et Foeniculārius, a, um. Adiect. a *feniculum;* ad feniculum pertinens, ut *Foeniculārius* campus, locus nempe in Hispania Tarraconensi, ita appellatus, teste *Strab. l. 3. c. 4.,* a copia foeniculi, quam gignit. *Cic. 12. Att. 8.* Scribe, quaeso, quid referat Celer egisse Caesarem cum candidatis, utrum ipse in Foeniculario, an in Martium campum cogitet; *h. e.* utrum Caesar bellum in Hispania sit persecuturus, an Romam ad comitia venturus; seu utrum candidatos in campum Foeniculārium, an in campum Martium evocare cogitet, utrum scilicet liberam sit creandorum magistratuum potestatem permissurus, nec ne. Ita recte interpretantur *Lips. Elector. l. 2. c. 20.* et *Schützius* ad *Cic. loc. cit.*

FĔNĬCŬLUM et Foeniculum, i, n. Deminut. a *fenum,* quo significatur species quaedam herbae, Italice quoque voce leviter detorta *finocchio* appellata. *Plin. 20. 93. 1.* Foeniculum nobilitavere serpentes, gustatu senectam exuendo, oculorumque aciem succo eius reficiendo: unde intellectum est, hominum quoque caliginem praecipue eo levari. Adde *Pallad. 3. 24., Seribon. Compos. 176.* et *Isid. 17. Orig. 11.*

FĔNĪLĔ, is (in *Gloss. Gr. Lat.* Χορτοκόπιον; fenile), frequentius

FĔNĪLĬA et Foenilia, ium, n. Nomen a *fenum,* quod in singulari numero non reperitur in usu. — Est locus, in quo asservatur foenum; *fienile. Virg. 3. G. 521.* nec tota claudas foenilia bruma. Adde *Plin. 18. 67. 6.* et *Colum. 1. 6. Sever. Astr. 265.* Plena defectu surgunt foenilia campo. Adde *Ovid. 6. Met. 457.* et *Calpurn. 5. 102.*

FĔNĪLIS et Foenilis, le. Adiect. a *fenus;* fenebris. *Not. Tir. p. 68.* Fenus, fenerat, fenerator, fenilis, fenebris.

FĔNĪSĔCĂ et Foeniseca, ae, et Fenisex et Foenisex, ĕcis, m. Nomen a *fenum* et *seco;* qui fenum secat; *segatore di fieno, fienaiuolo. Colum. 2. 18.* Ut necubi ferramentum foenisecae possint offendere. *Pers. 6. 40.* Foenisecae crasso vitiarunt unguine pultes; *h. e.* oleo condire coeperunt pultes, quas olim nullis vitiatas condimentis edere solebant. — *Plin. 18. 67. 9.* Fuit hoc *(foenisecium)* maioris impendii apud priores: Creticis tantum transmarinisque cotibus notis, nec nisi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato foenisex incedebat. *Varr. 1. RR. 49.* Falcibus consectanda, quae foeniseces praeterierunt.

FĔNĪSĔCĬĂ et
FĔNĪSĔCĬUM. } V. FENISICIA, etc.

FĔNĪSECTĂ et Foenisecta, ōrum, n. Nomen proprie adiect. participiorum more effictum, a *fenum* et *sectus,* absolute adhibitum de feno sive herbis sectis et in cumulum concervatis. *Varr. 5. LL. 31. §. 136.* Qui homo in pratis per fenisecta eundo, festucas corradit. V. *Müller* ad *h. l.*

FĔNĪSECTOR et Foenisector et Foeni sector, ōris, m. Verbale a *fenum* et *sector,* idem fere quod feniseca. *Colum. 11. 1. ante med.* Arator reperitur aliquis bonus et optimus fossor, aut foenisector.

FĔNĪSEX. ĕcis. V. FENISECA.

FĔNĪSĬCĬĂ et Foenisicia vel Foenisecia, ae, f. et

FĔNĪSĬCĬUM et Foenisicium, vel Foenisecium, ii, n. Nomen verbale a *fenum* et *seco;* feni sectio et velut messis feni; *la raccolta del fieno. Varr. 1. RR. 49.* Atque addere foenisiciae cumulum. Adde *47. et 56.* — *Colum 2. 18.* Altero tamen anno minora pecora post foenisecia permittemus admitti. *Varr. 1. RR. 17.* Vindemias ac foenisicia administrare. Adde *2. 11.* et *3. 2.* et *5. LL. 31.* — *Kal. Farnes.* sive *Menolog. rustic.* apud *Grut. 138.* et in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 358.* FARNISICIUM. — Item *Tab. de Controv. inter Gennates et Vet. t. 37., ibid. p. 73.* Prata, quae fuerunt proxuma faenisicei; *h. e.* foenisicio.

FENSUS, a, um. V. FENDO.

FENUGRECUM, i, n. V. FENUM §. 5.

FĒNUM et Faenum vel Foenum, i, n. Nomen parum certae originis atque hinc etiam scriptionis, de qua et *Varr.* refert. *7. LL. 3. §. 96.* e in pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non; ut quod par-

Digitized by Google

tum dicunt *sceptrum*, partim *scaeptrum*, alii Plauti *faeneratricem*, alii *feneratricem*; sic *faenisicio* ac *fenisicia*. » — Porro qui *fenum* ab obsoleto *feo*, unde est etiam *fetus*, *fecundus*, *femina*, etc., sine diphthongo scribunt, e quibus est *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 86. Müll.* « *Fenum* quoque pratorum ab hoc causa (*intellige* a fetu) est appellatum, quando id ipsum manens quotannis novum parit. Unde etiam et *festuca* vocata est. » — *Isid.* contra *17. Orig. 9. 106.* « Fenum dictum, quod eo flamma nutritur, φάος enim flamma est. » — **b)** Nihilominus frequentior est scriptura per diphthongum *ae* in *Pandect. Florentin.* teste *Dausqu.* in *Orthogr.*, quae a scriptis quoque Lapidibus confirmatur, in quibus est mentio gentis *Faeniae*, quae a *foeno* derivari videtur. — Qui autem per diphthongum *oe* scribunt, in quibus est *Forcellinus* noster, quibusdam MSS. Codd. tantum videntur inniti; nam *Inscriptio* aliqua certa vix pro hac scriptura afferri potest, quamquam non ausim damnare. — **c)** *Fenus* et *fenum* inter se, itemque in derivatis, aliquando confusa sunt. V. FENARIUS §. 3. — **d)** Derivata, *fenarius*, *feneus*, *fenicinus*, *fenicularius*, *feniculum*, *fenilia*. — **e)** Composita, *feniseca*, *fenisecta*, *fenisector*, *fenisex*, *fenisicium*.

FENUM proprie est herba resecta et arefacta in pabulum animalium; *fieno. Plin. 18. 72. 1.* Ubi feni inopia est, stramento paleam quaerunt. *Colum. 7. 3.* Auctumnale fenum, quod cordum vocatur. *Vulg. Interpr. Iudic. 19. 19.* Habentes paleas et fenum in asinarum pabulum. *Id. Iob, 40. 10.* Fenum quasi bos comedet. *Id. Ps. 36. 2.* Tanquam fenum velociter arescent. *Id. ibid. 102. 15.* Homo sicut fenum dies eius. *Ovid. 15. Met. 645. de Vertumno.* Tempora saepe gerens feno religata recenti, Desectum poterat gramen versasse videri. *Propert. 4. 2. 25* Da falcem et torto frontem mihi comprime feno: lurabis nostra gramina secta manu. — *Cic. 2. Orat. 57.* Docebo sus, ut aiunt, oratorem eum, quem cum Catulos nuper audisset, foenum alios aiebat esse oportere. — In plurali num. *Apul. 3. Met. in fin.* In asini faciem foena rodebam. *Al. melius leg.* frena. — Foeni secundi et caudendi rationem docent *Varr. 1. RR. 49.*, *Colum. 2. 19.* et *Plin. 18. 67. 6.* — **2)** *Foenum habet in cornu*, proverb. apud *Horat. 1. Sat. 4. 34.* de iis, qui ad ulciscendum paratissimi sunt, si vel minime laedantur: tractum a bobus cornupetis, quorum in cornu bubulci manipulum foeneum alligare solent, ne ictu noceant et obvii ad cavendum admoneantur. — **3)** Latiore significatione de quacumque herba et radice. *Vulg. Interpr. 2. Mac. 5. 27.* Iudas autem Machabaeus . . . secesserat in desertum locum, ibique inter feras . . . feni cibo vescentes demorabantur. *Id. Mich. 4. 12.* Congregavit eos quasi fenum areae; h. e. palea vel culmo frumenti una cum spica. — **4)** Translate. *Id. 1. Cor. 3. 12.* Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam. V. *Interpr.* ad h. l. *Id. Isai. 40. 7.* Vere fenum est populus. — **5)** Speciatim

II. *Fenum Graecum* vel Fenumgraecum, aut Faenugraecum (in *Gloss. Lat. Gr.* et *Gr. Lat.* Foenugraecum, τρίγωνος), herba est, alio nomine silicia, aut siliqua, quae in pabulum bubus seritur, levi aratione proscisso agro: quantoque peius tractatur, tanto provenit melius. *Plin. 18. 39. 1.* et *24. 120. 1.* et *seqq.*, ubi eius usus indicatur in medicina, et *Colum. 2. 11.* a *med.*

FĒNUS, ŏris, n. Nomen parum certae originis, ac proinde etiam scriptionis. *Varr.* tamen apud *Gell. 16. 12.* et *Non. 1. 266.* traduut, fenus dictum esse a *fetu* et quasi a fetura quadam pecuniae parientis, atque increscentis. *Fest* apud *Paul. Diac. p. 86. Müll.* Fenus appellatur naturalis terrae fetus: ob quam causam et nummorum fetus fenus est vocatum et de ea re leges fenebres. — Alii ducunt cum *Vossio* in *Etymol.* ab obsoleto *feo*, unde et *fecundus* et *fetus*. Alii a πόινος, merces, pretium. — **b)** Addit *Varr.* loc. cit. in §. praeced., Catonem et ceteros antiquiores sine o littera *fenus* pronunciasse, ut *fetus*, et *fecunditas*. Ex quo intelligimus rectius sine diphthongo scribi: quod *Manut.* et *Cellar.* probant, itemque *Voss.* in *Etymol.* Qui autem ducunt a πόινος, scribunt *foecundus*, *foenus*, *foetus*: quae scriptio *Dausquio*, et aliis minus recte placet. Cf. FENUM §. 2. — **c)** Num *fenoris*, an *feneris* declinandum sit, dubitant *Capell. 3. §. 305* (V. loc. in STERCORATUS) et *Vel. Long. Orthogr. p. 2233. Putsch.* Nihilominus secunda positio retenta est in derivatis et compositis. — **d)** Derivata, *fenebris*, *fenerarius*, *feneraticius*, *feneraticus*, *feneratio*, *fenerator*, *feneratorius*, *feneratrix*, *fenero*, *fenilis*, *fenusculum*. Cf. FENERALIA et FENARIUS §. 3. — **e)** Composita, *defeneratio*, *defenerator*, *defenero*.

FENUS proprie est lucrum ex pecunia proveniens, cum creditur alteri pecunia ea lege, ut et aliquando tota restituatur et interim, dum abest, aliquid ab eo, qui accepit, quotannis, aut quotmensibus creditori solvatur; *usura*. Quis fenoris modus apud Romanos fuerit, *Tacit. 6. Ann. 16.* docet. *Cic. 5. Att. 21. ad fin.* Senatusconsultum factum est, ut centesimae perpetuo fenore ducerentur; h. e. sine anatocismo, seu renovatione usurae in singulos annos, seu sine usuris usurarum. Et *6. ibid. 3.* Scaptius centesimis, renovato in singulos annos fenore, contentus non fuit. Et *4. ibid. 15.* Fenus ex triente Idib. Quint factum erat bessibus. Et *6. ibid. 1. a med.* Graeci solvunt tolerabili fenore. Et *16. ibid. 15. ad fin.* Iniquissimo fenore versuram facere coactus est. *Id. Cael. 18.* Fenore trucidari. *Plaut. Cure. 4. 2. 22.* lacerare homines. *Nep. Attic. 9.* Pecuniam sine fenore alicui credere; *senza interesse*. *Cic. Flacc. 21.* Pecuniam adolescentulo, grandi fenore, ducia tamen accepta, occupavisti. *Id. 4. Verr. 70.* Pecuniam alicui dare fenori. *Plaut. Cure. 4. 1. 19.* Dare fenore. *Cic. 5. Verr. 72.* Fenus accipere ab aliquo. *Plaut. Asin. 1. 3. 93.* Si mutuas (*minas*) non potero, certum est, sumam fenore. *Id. Cure. 4. 1. 19.* Accipere fenore. Et *Men. 4. 2. 14.* Fenore rem partam habere. *Id. Asin. 2. 4. 23.* Quaeritare argentum in fenus. *Id. Most. 3. 1. 34.* Dare alicui fenus, et sortem argenti. *Modestin. Dig. 12. 1, 35.* Exercere fenus. *Ulp. ibid. 17. 1. 12. circa med.* Maioribus usuris fenus accipere. *Scaevola, ibid. 26. 7. 46.* Dare pecunias in fenus. *Ulp. ibid. 32. 1. 11. a med.* Certam summam usuris certis fenori dare. *Id. ibid. 16. 3. 7.* Pecunias fenore apud nummularios exercere. *Horat. Art. P. 421.* Nummi positi in fenore; *dati a censo*. *Varro, 6. LL. 7.* Pecunia, quae est in fenore. *Horat. 1. Ep. 1. 80.* Multis occulto crescit res fenore. — De unciario fenore, V. UNCIARIUS. — **2)** Translate de quocumque lucro et accessione. *Tibull. 2. 7. 5.* spes sulcis credit aratis Semina, quae magno fenore reddat ager. *Manil. 5. 275.* Seminaque in fenus sulcatis credere terris. *Plin. 18. 45. 5.* Sic quoque cum quinquagesimo fenore messes reddit exilitas soli: verum diligentioribus cum centesimo; *cinquanta, cento per uno*. *Propert. 1. 7. extr.* Saepe venit magno fenore tardus amor. Et *3. 1. 22.* At mihi quod vivo detraxerit invida turba, Post obitum duplici fenore reddet honos. *Cic. Senect. 15.* Terra, quae nunquam recusat imperium, nec umquam sine usura reddit quod accepit, sed alias minore, plerumque maiore cum fenore. — **3)** Metonymice etiam de ipsa sorte *fenus* dicitur; h. e. de pecunia fenebri seu fenori data. *Cic. 6. Att. 1. ante med.* Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scaevola, fenus et impendium recusare. V. IMPENDIUM. *Plaut. Most. 3. 1. 101.* Adeo etiam argenti fenus creditum audio? — **4)** Translate. *Plin. 2. 63. 2.* Quam bona fide terra creditum fenus reddit! — *Vulg. Interpr. 1. Reg. 2. 20.* Et benedixit Heli Elcanae et uxori eius, dixitque eis: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac pro fenore (h. e. Samuele), quod commodasti Domino.

FĒNUSCŬLUM, i, n. Deminut. a *fenus*; parvum fenus, lucellum. *Plaut. Pseud. 1. 3. 52.* amabas? invenires mutuum, Ad Danistam devenires, adderes fenusculum.

FĔRĀ, V. FERUS, a, um. §. 1.

* FERABITE; falsa lectio pro *fera vita* in *Sisennae Fragm.* apud *Non. 2. 547.*, qui ita perperam legit.

FĔRĀCĬTAS, ātis, f. Abstractum a *ferax*; fertilitas, fecunditas; *fertilità*. *Colum. 3. 2. sub fin.* Ubi nihil erit, quod proritet, feracitatem vitis potius sequemur.

FĔRĀCĬTER. Adverb. a *ferax*, cuius comparat. *feracius* tantum in usu reperitur. — Est fertiliter; *fertilmente*. *Liv. 6. 1*, Velut ab stirpibus laetius feraciusque renata urbs.

FĔRĀLĬA, V. voc. seq. §. 3.

FĒRALIS, le. Adiect. parum certae originis, quod tamen *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.* et *Varr. 6. LL. 3.* a *fero* vel a *ferio* ducunt, cui sententiae contradicere videtur quantitas prioris syllabae, quae longa est in *feralis*, brevis in *fero*. — Nihilominus *Ovid. 2. Fast. 567.* corripuit primam in *feralia* (V. loc. infra §. 3.), quod cl. *Furlanetto* animadvertens in sua *Lexici* huius *Append.* autumavit, potius ab Aeolico φήρ pro θήρ; fera, deducendum esse hoc nomen. — Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 140. 4. 95.* Cf. FERUS. — **b)** Comparat. *feralior* §. 4., superlat. *feralissimus* §. 4. — **c)** Derivata *feralitas*, *feraliter*.

FERALIS proprie est funebris, ad mortuos spectans, vel quod pro mortuis agitur; *funebre*, *ferale*. *Ovid. Ib. 103.* Ferales vittae. *Id. 3. Trist. 13. 21.* Feralis cupressus. Et *5. 81.* exstincto feralia munera ferre. *Virg. 4. Aen. 462.* Solaque culminibus ferali carmine bubo Visa queri. *Petron. Satyr. 120.* Enyo feralis. *Sil. 10. 535.* Ac, ferale decus, moestas ad busta cupressos. *Iuvenal. 3. 83.* exigua feralis coena patella. *Apul. Flor. n. 19.* Feralem coenam a tumulo ad mensam referrent. V. SILICERNIUM. — **2)** Speciatim refertur ad festum illud, quod pro mortuis celebrabatur quotannis, mense Februario. *Ovid. 2. Fast. 34.* placatis sunt tempora pura sepulcris, Tunc cum ferales praeteriere dies. *Id. 5. ibid. 486.* Feralis tempus. *Colum. 10. 191.* Feralis mensis; h. e. Februarius. — **3)** Hinc absolute, substantivorum more,

FĔRĀLIA, ium, n. Festa in memoriam omnium defunctorum, quae, ut diximus, mense Februario celebrabantur per aliquot dies, quorum ultimus erat dies XVII., ut quidam putarunt ex *Ovid. 2. Fast. 567.*, seu potius XXI., ut alii ex *Rodem* et *Kalend. Maffei* et *Philocal.* edit. in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 304.* et *336.*, coll. *p. 386. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.* Diis Manibus sacrata festa, a ferendis epu-

Digitized by Google

lis, vel a feriendis pecudibus appellata. *Varr. G. LL. 5.* Feralia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum, quibus ius ibi parentare. *Ovid. 2. Fast. 569.* Hanc, quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem: Ultima placandis Manibus illa dies. *Scalig.* volebat leg. *dicunt Fĕralia* pro *dixere Fĕralia*. V. supra §. a. *Cic. 8. Att. 14.* Caesarem a Corfinio profectum esse Feralibus. *Macrob. 1. Sat. 4.* Feralium diem ait Varro a ferendis in sepulchra epulis dici. *Liv. 53. 7.* Cuius (fenoris) coercendi quum ratio quaereretur, diem finiri placuit Feralia, quae proxime fuissent. — **4)** Latiore significatione

II. *Feralis*, universim est lugubris, funestus, fatalis, letifer; *infesto, lugubre, fatale*. *Ovid. 9. Met. 214.* Tunc, Licha, dixit, feralia dona tulisti? Tunc meae necis auctor eris! *Id. 15. ibid. 574.* Feralis papilio. *Lucan. 2. 260.* Feralia arma. *Sil. 3. 223.* Letiferum murmur, feralique horrida cantu Buccina. *Plin. 18. 65. 1.* Idus Mart. ferales Caesari. *Sil. 6. 216.* Feralis aula; *h. e.* sedes, cubile immanis serpentis, in Africa ab exercitu occisi. *Tacit. 5. Hist. 25.* Ferale bellum; *h. e.* exitiosum. *Id. 4. Ann. 64.* Feralis annus. *Prudent. 5. περὶ στεφ. 312.* domus; *h. e.* carcer. *Oros. Arbitr. lib. 50.* Quid, rogo, hac praesumptione feralius? *Salvian. 2. Gub. D. 2.* Illud *(crimen)* est feralissimum et gravissimum. *Paeat. Paneg. Theodos. 46.* Cui alliensi die Aemathia funestior, Cannis Collina feralior. Adde *Salvian. 1. contr. Avar. 7.* — **5)** Absolute.

FĔRĀLE, adverbiorum more in neutro genere; feraliter, feralem in modum. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 150.* Si boxos inflare velim, ferale gemiscunt.

FĔRĀLĪTAS (et Fĕralitas), ātis, f. Abstractum a *feralis;* immanitas. *Acta SS. MM. Rogatiani et Donatiani n. 3.* Ut tormentorum violentiae feralitas . . . fidem frangeret. Adde *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 240.*

FĔRĀLĬTER (et Fĕraliter). Adverb. a *feralis;* ferali modo, funeste. *Fulgent. 3. Mythol. 1. a med.* Ut leo feraliter invadit. Adde *Petr. Chrysolog. Serm. 37. vers. fin.*

FĔRĀSCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *ferus;* ferus fio; *diventar fiero* o *fiero*. Legitur in antiquis *Gloss.* apud *Quicherat, Addend. Lex. Lat. p. 104.* Cf. EFFERASCO.

FĔRĀTRĪNA, ae, f. Nomen a *fera*, quo significatur locus, in quo ferae inclusae servantur; vivarium; *parco*. *Non. 1. 320.* Molettrina a molendo, quod pistrinum dicimus, ut feratrina, ut fortutina. *Alii leg.* seratrina.

FĔRAX, ācis, omn. gen. Adiect. verbale a *fero*. — **b)** Comparat. *feracior*. §. *1.* et *2.*, superlat. *feracissimus* §. *1.* — **c)** Derivata, *feracitas, feraciter*. — **d)** Compositum, *inferax*.

FERAX proprie est fertilis, frugifer, uber, fecundus; *fierace, fertile, abbondante*. *Caes. 2. B. G. 4.* Agri feracissimi. *Horat. 1. Od. 31. 3.* opimae Sardiniae segetes feracis. *Virg. 2. G. 79.* Feraces plantae. — Cum genitivo. *Plin. 2. ep. 17.* Terra ferax arborum. *Plin. alter. 15. 29. 1.* Acini feraces musti. *Horat. Epod. 5. 22.* Hiberis venenorum ferax. *Ovid. 7. Met. 470.* altidaeque ferax Peparethos olivae. *Val. Flacc. 6. 102.* niveumque ferax Euarchus olorum. — Cum ablat. *Ovid. 2. Amor. 16. 7.* Terra ferax Cerere, multoque feracior uvis. Al. *Cereris* et *uvae*. leg. *Virg. 2. G. 222.* Illa ferax oleo est. Ita leg. *Non 9. 10.*, et ita in Codice vetustissimo Romanae notae, et in Medico haberi testatur *Pierius:* al. leg. *oleae*. — **2)** Translate. *Cic. 3. Offic. 2.* Nullus feracior in philosophia locus est, nec uberior, quam de officiis. *Id. Orat. 15.* Nihil est feracius ingeniis, iis praesertim, quae disciplinis exculta sunt. *Horat. Carm. saecul. 19.* prolisque novae feraci lege marita. *Plin. 4. ep. 15.* Ferax saeculum bonis artibus. *Id. Paneg. 45.* Sit ne feracius et uberius, non ad laudem modo, sed ad pecuniam principi, si etc. — **3)** Praeterea

II. *Ferax*, active, est qui feracem reddit, qui fecundat. *Pallad. 12. 3. de oleo.* Amat haec arbor . . . feracibus ventis clementer agitari.

FERBĔO. } V. FERVEO.
FERBŬI. }

FERBUNCŬLUS. V. FERVENCULUS.

FERCTUM. V. FERTUM.

FERCŬLUM, i, n. Verbale a *fero*, syllabica adiectione productum (Cf. *Vel. Long. Orthogr. p. 2257. Putsch.*), per syncopen quasi *ferculum;* *h. e.* qui ferendo inservit. Est autem missus ciborum, qui singulis ferculis mensae inferuntur, sive ex pluribus lancibus constet patinisve, sive ex singulis tantum; *portata, servizio*. *Petron. Satyr. 35.* Laudationem ferculum est insecutum, plane non pro expectatione magnum. Repositorium enim rotundum duodecim habebat signa in orbe disposita, super quae proprium convenientemque materiae structor imposuerat cibum: super Arietem cicer arietinum, super Taurum bubulae frustum, etc. Et *36.* Videmus in altero ferculo altilia et sumitu, etc. *Suet. Aug. 74.* Coenam ternis ferculis, aut cum abundantissime, senis praebebat. *Plin. 33. 47. 2.* Ptolemaeum mille convivas, totidem aureis potoriis, mutantem vasa cum ferculis, saginasse. *Iuvenal. 1. 91.* quis fercula septem Secreto cornavit avus? *Id. 7. 184.* Fercula docte componere. *Id. 11. 64.* cuncta singillatim enumerat fercula coenae suae. *Horat. 2. Sat. 6. 104.* Multaque de magna superessent fercula coena; *h. e.* multi cibi. — **2)** *Ferculo funerum* sunt etiam ferales epulae, quas Manibus placandis ad sepulcra afferre mos fuit. *Plin. 10. 12. 1.* Milvus rapacissimo et famelica semper ales nihil esculenti rapit unquam ex funerum ferculis. — **3)** Specialim

II. *Ferculum* dicebatur machina, gestamen, quo signa Deorum in pompa circensi, et in triumphis simulacra oppidorum ac regionum, etc. et in exsequiis cineres, aut maiorum imagines transvehebantur: plaustra appellat *Tertull. Spectac. 7.*, vehicula alii, *carretto* vel *barella* dicunt nunc vulgo Itali recentiores. *Suet. Caes. 37.* Pontico triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum, *Veni, vidi, vici*. Et *76.* Sedem auream in curia, thensam, et ferculum circensi pompa, templa, aras, . . . recepit. (Adde *Val. Flacc. 3. 539.*) *Id. Cal. 15.* Matris fratrisque cineres Romam Tiberi subvectos, per splendidissimum quemque equestris ordinis, medio ac frequenti die, duobus ferculis mausoleo intulit. *Cic. 1. Offic. 36.* Cavendum ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur. — **4)** Item *ferculum* dicitur hasta, in modum crucis, transverso ligno munita, circa quam spolia hostilia, ceu tropaeum, adnexa sunt, quemadmodum videre est in Numo gentis Claudiae apud *Morell. Thesaur. Famil. Rom. Tab. 1. n. 1.*, ubi expressum videre est M. Claudium Marcellum, qui anno U. C. 532., caeso manu propria hostium duce Virdumaro Gallo Insubro, ferculum cum eiusdem spoliis Iovi Capitolino obtulit. Hinc *Liv. 1. 10.* Spolia ducis hostium caesi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens, in Capitolium ascendit. Cf. FERETRUM §. 2. *fin.* — Idem vero ferculum manu et humero dextris habet M. Aemilius Lepidus eques in Nummo apud *Eund. ibid. tab. 1. n. 4.* et D., cuius haec est inscriptio: M. Lepidus ANnorum XV. PRaetextatus *Hostem Occidit, Civem Servavit*. V. etiam *ibid.* Nummos G. Antiae n. *1.* et *2.*, in quibus Hercules nudus dextra clavam sublimem, sinistra ferculum cum troparo, et leonis exuvias gestat. — **5)** Quum autem huiusmodi fercula figura crucem sisterent, hinc est quod *Tertull. Apolog. 16.* crucem *intestina tropaeorum* appellat. Et *Minuc. Octav. 29.* Tropaea vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verum et affixi hominis imitantur; *h. e.* crucem cum affixo homine quasi repraesentabant, *sell.* spoliis quum esset ferculum onustum. Cf. *Visconti, Iconog. Gr. T. 2. p. 267.*, ubi tradit instrumentum hoc puero *se tridentem* ab Antiquariis appellatum fuisse. — **6)** Apud *Vulg. Interpr. Cantic. 3. 9.* Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani; *ferculum* est sella gestatoria, lectica. *LXX. Interpr. φορεῖον.*

FĔRĔ. Adverb. a *fero*, teste *Varr. 7. LL. 5.* a *Ferme* dicitur, quod nunc *fere:* utrumque dictum a *ferendo*, quod id quod fertur, est in motu atque adventat. » *Priscian. 15. p. 1010. Putsch.* « Sciendum tamen, quod quaedam adverbia non plene servant significationem, quae in nominibus est, a quibus derivantur, ut *ferus fere, sanus sane, sensus sensim*, ideo autem diximus non plene, quia potest esse aliqua ratio, ut *ferae* dicuntur, quae omni corpore ferantur, quippe cum quatuor pedibus utantur: *fere* ergo pro iuxta, quod celeribus omnia iuxta sunt. » Ex his patet *fere* et *ferme* non esse nisi duas eiusdem adverbii formas. V. FERME §. 4. — **b)** Secunda syllaba ab *Auson.* corripitur *epigr. 105. 3.* praeter morem veterum, meliorumque Poetarum, ut *Virg. 3. Aen. 155.* et *5. ibid. 327.* et *855.*, et *Ovid. 19. Heroid. 45.*, *1. Amor. 3. 4.* et *7. Met. 804.* — **c)** In antiquis MSS. et editis libris saepe inter se confusa sunt *fere* et *ferme*, *fere* et *forte*, *fere* et *vere*, ut adnotavit *Hand, Tursell. T. 2. p. 703.*, coll. *p. 691.* et *Drakenb.* ad *Liv. 37. 38.*

FERE duo potissimum significat, nimirum id, quod, alicui rei accedendo, eam complet, aut id simpliciter, quod alicui rei accedit, ratione habita numeri, magnitudinis, aut quantitatis, quin tamen eam minuat aut augeat, quod persuasum fuit Recentioribus, originem vocabuli parum attendentes, ut suspicatur *Hand*, loc. supra cit. *p. 697.* — Quare

I. *Fere* designat quod de unoquoque re est retinendum, et significat, firmiter, omnino, eo usque, admodum; *fermamente, giustamente, al tutto, fino*. *Ter. Heaut. 1. 1. 70.* Domum revertor moestus, atque animo fere Perturbato, atque incerto prae aegritudine. *Horat. 1. Sat. 3. 96.* Quis paria esse fere placuit peccata, laborant, Quum ventum ad verum est. — *Cic. 3. Rep. 29.* Etsi nobis, qui id aetatis sumus, evigilatum fere est, tamen de posteris nostris sollicitor. *Id. 1. Offic. 18. extr.* Declaratur autem studium bellicae gloriae, quod statuas quoque videmus ornatu fere militari. *Liv. 36. 7.* Quum circa haec fere consultationem disceptatio omnis verteretur. *Enn.* apud *Non. 335. 17. Merc.* Hector vi summa armatos educit foras, Castrisque castra ultro iam fere occupat. — *Cic. Amic. 1.* In eum sermonem illum incidere, qui tum fere multis erat in ore. — **2)** Hinc iungitur cum particulis negativis, ut sit, non omnino, non usque eo, non valde; *non del tutto*. *Id. Brut. 40.* Aetates vestrae, ut illorum, nihil aut non fere multum differunt. *Caes. 7. B. G. 35.* Quod non fere ante autum-

Digitized by Google

num Elaver vado transiri solet. *Cic. Top. 21.* Nec fere omnes locos incidere in omnem quaestionem; *e che per lo più non tutti i luoghi* etc. Et *16.* Illud genus causarum errorem afferre non fere solet; *per lo più non suole* etc. *Auct. ad Herenn. 2. 18.* Fere non difficile est invenire, quid etc. *Quintil. 9. 4. 101.* Duo spondea non fere iungi patiantur. *Cic. 1. Rep. 8. fin.* In qua *(disputatione)* nihil fere, quod magno opere ad rationes omnium verum pertineret, praetermissum puto. *Id. Amic. 1.* Tum est Cato loquutus; quo erat nemo fere sanior temporibus illis, nemo prudentior. *Id. 7. Att. 6.* Nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putet Caesari; *e fin ora non ho trovato quasi veruno che*, etc. *Ter. Heaut. 1. 1. 3.* Nec rei fere sane amplius quidquam fuit; *e per verità non c'è stato quasi altro di più*. *Cic. Sext. 24.* Non fere quemquam invidia consecuta est; *quasi niuno*. — **B)** Saepe refertur ad tempus, et designat quod in ordinario rerum cursu accidere solet; *in generale, d'ordinario, comunemente*. *Id. 1. Invent. 29.* Probabile est id, quod fere fieri solet. *Id. Manil. 9.* Hoc iam fere sic fieri solere accepimus. *Id. 6. Rep. 10.* Fit fere, ut agitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius. *Plaut. Capt. 2. 1. 36.* Nam fere maxima pars morem hunc homines habent; quod sibi volunt, Dum id impetrant, boni sunt. *Caes. 3. B. G. 18.* Quod fere libenter homines id, quod volunt, credunt. *Horat. 1. Ep. 6. 9.* Qui timet his adversa, fere miratur eodem, Quo cupiens pacto. Adde *Ter. Phorm. 2. 3. 16. Auct. ad Heren. 2. 18., Cic. 2. Offic. 20.* et *1. Rep. 44.* — **A)** Iunctum cum *plerumque* vel *plerique* pleonasmus est, non inelegans tamen. *Ter. Phorm. 1. 2. 59.* Hic solebamus fere plerumque eam opperiri. *Cic. 5. Tusc. 30.* Qui suos casus aliter ferunt, atque ut auctores aliis ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quam fere plerique, qui avari avaros, ... reprehendunt. — *Id. Amic. 15.* Fortuna eos plerumque efficit caecos, quos complexant: itaque efferantur fere fastidio et contumacia. *Suet. Tib. 68.* Adducto fere vultu, plerumque tacitus. — **3)** Aliquando etiam opponitur *raro, interdum, saepe. Cels. 6. 2.* Fereque id in capillo fit, varius in barba *Colum. 4. 17.* Fere praedicta aetas laeto solo truncoque tres materias, raro quatuor desiderat. *Suet. Aug. 15.* Ipse Circenses ex amicorum fere libertinorumque coenaculis spectabat, interdum a pulvinari. *Id. ibid. 53.* In consulatu pedibus fere, extra consulatum saepe adaperta sella per publicum incessit. — **4)** Deinde

II. *Fere* designat simpliciter id, quod alicui rei accedit, ratione habita numeri, magnitudinis aut quantitatis, ut eam indicet, prout se habet eius conditio, aut affirmet, quod de ea dicitur probabile et consentaneum esse; quo sensu videtur quidem significare, paene, prope, circiter; *quasi, poco più poco meno, circa:* non ita tamen, ut rem ipsam minuat vel augeat, sed ut eam potius determinet, quod ex contexta orationis serie deprehenditur, quodque nos dicimus *appunto, di tal o tal altro numero:* aut similibus. *Cic. Pis. 6.* Quum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem; *h. e.* ipsa hora quinta vel intra ipsam horam. *Id. ibid. mox.* Idem illo fere libro productus in concionem. *Caes. 4. B. G. 25.* Tertia fere vigilia solvit. *Curt. 4. 2.* In Libano quoque Arabum agrestes incompositos Macedonas adorti, triginta fere interficiebant, paucioribus captis; *h. e.* non minus triginta. *Plaut. Poen. 4. 2. 80.* Ibidem guatus, inde surreptus fere sexennis. *Liv. 36. 43.* Eo fere tempore consul Acilius Naupactum oppugnabat. *Curt. 10. 4.* Iisdem fere diebus litteras a Caeno accepit de rebus in Europa et Asia gestis, dum ipse Indiam subegit. *Nep. Arist. 3.* Decessit autem fere post annum quartum quam Themistocles Athenis erat expulsus. *Cic. 14. Att. 29.* Eadem fere hora, qua veni. *Ter. Hecyr. 3. 3. 24.* Abhinc menses decem fere. *Nep. Arist. 1.* Sexto fere anno post. *Ter. Andr. 1. 1. 77.* Fere in diebus paucis, quibus haec acta sunt, Chrysis moritur. *Cic. 2. Fin. 31.* Totidem fere verbis interpretatus sum. *Id 3. Nat. D. sub fin.* Haec fere dicere habui de natura Deorum. *Id. 7. Att. 1.* Haec fere sunt in illa epistola. *Suet. Caes. 25.* Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, haec fere; *h. e.* praecipue: *Nep. praef. 2.* Sed hi erunt fere, qui experles litterarum Graecarum nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt; *h. e.* non alii erunt, quam qui etc. *Quintil. 3. 10. 1.* Quamquam apud illos est aliqua horum nominum differentia, etiamsi vis eodem fere tendit. — **7)** Hinc copulatur eadem ratione cum particulis *plus, semper, satis*, vel etiam cum *omnes*, aut *maxima pars. Cic. 2. Orat. 6.* Semper fere cum Scipione solitum rusticari. *Id. 6. Fam. 10.* Omnes fere familiarissimi Caesaris me observant. *Id. Cluent. 16.* In quibus quantus splendor sit, quam fere omnium constans ratio vitae, nemo ignorat. *Id. 1. Offic. 18.* Ab iis rebus quemadmodum ducatur officium, satis fere diximus. *Liv. 21. 60.* Omnibus fere caris rebus ... citra Pyrenaeum relictis. *Suet. Caes. 57.* Illud plane inter omnes fere constitit. *Caes. 7. B. G. 19.* Hunc ex omnibus fere partibus palus difficilis et impedita cingebat. Adde *4. ibid. 20.* et *5. ibid. 15.* et *25.* et *57. Plaut. Capt. 2. 1. 56.* Nam fere maxima pars morem hunc homines habent. *Id. Truc. 1. 1. 45.* Nam nunc lenonum et scortorum plus est fere, Quam olim muscarum est, quum caletur maxime. *Cic. 2. Offic. 4.* Ipsa Peloponnesus fere tota in mari est. *Id. 6. Rep. 18.* Qui numerus rerum omnium fere notus est. *Caes. 1. B. G. 30.* Totius fere Galliae legati ad Caesarem gratulatum convenerunt. *Id. 2. ibid. 23.* Tum totis fere a fronte et ab sinistra parte nudatis castris. — **8)** Absolute de plurima parte alicuius copiae vel multitudinis dicitur apud *Cic. 1. Nat. D. 16.* Exposui fere non philosophorum iudicia: sed delirantium somnia; *h. e.* maximam partem. Et *Liv. 21. 27.* Equites fere propter equos nantes navium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens, tranquillitatem infra traicientibus interbus praebebat; *h. e.* naves transmittebant equitum maximam partem propter equos nantes, pauci in ipsis navibus tenebant equos impositos. Ita *Hand*, loc. mox cit. *p. 700.*

Nota. De loco, quem haec particula obtinet in constructione, non est constans Grammaticorum sententia. Exempla a nobis proposita monstrant, non modo post nomen poni, praesertim post negativa, sed etiam remotiore loco. — Qui plura de ea desiderat, adeat *Hand, Tursell. T. 2. p. 690-703.*, quem nos hoc loco fere sequuti sumus.

* FĔRĔAE, V. FERIAE §. b.

FĔRENS, entis. Particip. verbi *fero*, adiectivorum more aliquando etiam adhibitum; qui fert; *che porta. Virg. 1. Aen. 193.* cervi capita alta ferentes Cornibus arboreis. *Sil. 9. 386.* Clamantemque ferens calcata per agmina portat; *h. e.* sustinens. *Ovid. 1. Amor. 8. 77.* Surda sit oranti tua ianua, laxa ferenti; *h. e.* ferenti munera. — *Virg. 4. Aen. 430.* et *Plin. Paneg. 51.* Venti ferentes; *secondi, favorevoli*: eo ferentes, quo tendimus. — *Horat. 2. Ep. 1. 141.* Animus aper finis dura ferens; *che soffre.* — Cum genitivo. *Tacit. 3. Hist. 6.* Corpora salubria, et ferentia laborum; *tolleranti.* — V. alia in FERO.

FĔRENTĀRĬUS, ii, m. Nomen, proprie adiectivum, absolute fere adhibitum, ad significandos levis armaturae milites, a *ferendo*, quia ea tantum arma habebant, quae feruntur, non quae tenentur, quippe qui fundis, lapidibusque, vel arcu, et telis pugnabant, ut *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85.* et *95. Müll.* docet, itemque *Varr. 7. LL. 3.* et apud *Non. 12. 8.* Sed *Non. 18. 15. ferentarios* vocat milites levis armaturae auxiliatores, ense et telis instructos, a ferendo auxilio, quia, quicquid opus erat, opem ferebant, et tela pugnantibus ministrabant. *Sall. Cat. 60.* Postquam eo ventum est, ut a ferentariis proelium committi posset. *Veget. 1. Milit. 20.* Erant inter pedites, qui dicebantur funditores, et ferentarii, qui praecipue in cornibus locabantur, et a quibus pugnandi sumebatur exordium: sed hi et velocissimi, et exercitatissimi legebantur. *Tacit. 12. Ann. 35.* Eo quoque irrupere ferentarius gravisque miles, illi telis assultantes, hi conserto gradu. *Hieronym. 1. adv. Iovinian. 35.* Quomodo in legionibus et exercitu sunt duces, sunt tribuni, sunt ferentarii, ac levis armaturae, et miles gregarius, etc. — *Varr.* etiam equites ferentarios nominat, *7. LL. 3. §. 57.* Ferentarii equites hi dicti, qui ea modo habebant arma, quae ferrentur, ut iaculum. Iluscemodi equites pictos vidi in Aesculapii aede vetere et *ferentarios* adscriptos. — **2)** Translate *ferentarius amicus, Plaut. Trin. 2. 4. 55.* dicitur qui celer et expeditus est ad opem ferendam. Quod vero hunc eundem locum *Varro ibid.* referens, *ferentarium* exponit, inanem et sine fructu; censet *Turneb.* alludi ab eo ad levem ferentariorum armaturam, a *Plauto* vero ad vocem ipsam, nempe a *ferendo*. Certe quidem *Varronis* interpretatio ad *Plauti* integram sententiam minime facit. *Bothe* ad *Plaut. loc. cit.* leg. *ferentaneum*, ita enim in MSS. esse affirmat. Cf. *Müll.* ad *Varr. l. c.* et *Ritschel* in *Proleg.* ad *Plaut. p. 137.*, quo loco adnotat, *Plautum* ratione metri secundum in *ferentarius* corripuisse.

FĔRĔŎLĂ Vitis. Fortasse a *ferendo; h. e.* ab illius feracitate, ita est appellata. De ea sic *Colum. 3. 2. ad fin.* Nuper mihi cognitas pergulanam, et irtiolam, fereolamque, non facile asseverem, quo gradu habendae sint. *Alii leg.* ferreolam.

FĔRĔTRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiectivum, quod fere absolute adhibitum est tanquam Iovis cognomen, quod illi a Romulo impositum est, non a pace *ferenda* (ut quibusdam visum est, Cf. tamen *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 92. Müll.*), sed a *ferendis* spoliis ducis: vel a *feriendis* hostibus, ut vult *Plutarch. in Romul.* et *Propert. 4. 10. 46.* Nam Romulus devictis Caeninensibus, hostium spolia, ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibique ex quercu suspensa Iovi consecravit: eodem in loco Iovi Feretrio templum condidit, auctorque fuit posteris, ut eo capta ex regibus, ducibusque hostium opima spolia deferrent. *Liv. 1. 10.* et *Flor. 1. 1.* — Deinde an. U. C. 317. A. Cornelius Cossus de Larte Tolumnio Veientium rege; an. vero 532. M. Claudius Marcellus de Virdumaro Gallorum Insubrium duce, sua manu caesis, opima spolia retulerunt. *Propert. 4. 10. 25.* et *ibid. 40.* et *45.* Nunc spolia in templo tria condita: causa Feretri, Omine quod certo dux ferit esse ducem. Adde *Inscr.* apud *Orelli, n. 5035.* — **2)** Translate de Amore. *Vetus poeta* apud *Terentian. Maur. p. 2412. Pustch.* Opima adposui senex Amori arma Feretrio.

FĔRĔTRUM, i, n. Vox Graeca, φέρετρον, sed usu Latina facta, a φέρω, unde et Latinum *fero*, teste *Isid. 18. Orig. 9. 1.* — Est capulus

Digitized by Google

sive instrumentum, quo cadavera efferuntur ad sepulturam; *feretro, catalecto, bara*. *Virg. 6. Aen.* 222. pars ingenti subiere feretro, Triste ministerium, etc. *Val. Flacc. 5. 11.* positumque feretro Congemuere. *Ovid. 3. Met. 508.* Iamque rogum, quassasque faces, feretrumque parabant. — **2)** Item ferculum portandis imaginibus in exsequiis, spoliis in pompa triumphali, etc. *Sil. 10. 567.* celsis de more feretris Praecedens prisca exsequias decorabat imago. Et *5. 168.* quis opima volenti Dona Iovi portet feretro suspensa cruento. Et *17. 650.* Ante Syphax, feretro residens captiva premebat Lumina. *Grat. Cyneg. 488.* et viridi fumantia liba feretro; *h. e.* ferculo e frondibus composito. — Apud *Liv.* quoque *1. 10.* haec vox a nonnullis reponitur pro *feretro*, ubi de Romulo spolia opima Iovi Feretrio dicante sermo est: docentque fuisse truncum arboris ramosum, vel duo ligna transversa, e quibus suspendebantur arma hostibus capta in morem trophaei. Cf. FERCULUM §. 4.

FĔRĬĂ, ae (*Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.*), *frequentius*

FĔRĬÆ, arum, f. Nomen parum certae originis; nam alii, ut *Fest.* loc. supra cit. a *feriendis* victimis ferias appellatas refert; alii autem ab epulis *ferendis*, quod in iis fiebant epulationes ex proventu fetus pecudum et frugum. — **b)** Vulgo *fereas* pro *feriae* usurpatum testatur *Vel. Long.*, qui improbat in *Orthogr. p. 2255. Putsch.* « *Feriae* quoque, non *fereae*, quoniam apud Antiquos *festiae*, non *fesiae* dictae sunt. » — **c)** Videtur apud sequioris aevi Scriptores etiam *feries, ēi*, nomen declinatum fuisse, ita enim, nisi error subest, legimus apud *Paulan. epist. ep. 3. n. 2.* Ipsa Ecclesiae ferie. — **d)** Derivata. *feriale, ferialicus, feriatio, ferior*. Cf. VERRO §. 8.

FĔRĬAE proprie sunt dies cessationum ab opere; *feriae, di festivi*. Multipliciter distinguebantur. Aliae erant cum festo, ut *Saturnalia*, quibus epulationes adiungebantur; aliae sine festo, ut *Nundinae*. Deinde aliae erant publicae, aliae privatae. Feriarum publicarum quatuor erant genera, *stativae, conceptivae, imperativae, nundinae*, de quibus v. suis locis. Privatae feriae erant vel propriae quarundam familiarum, vel singulorum hominum. Feriae propriae familiarum erant, *quas quaeque familia ex usu domesticae celebritatis* observabat, ut *Feriae Claudiae, Aemiliae*, etc. Propriae singulorum erant, ut natalium dierum, quae natalitiae dicebantur, expiationes fulgurum, et funerum. *Liv. 3. 5.* Ferias indicere in triduum. *Cic. 2. Leg. 22. extr.* Habere triduum ferias. *Id. ibid. 12.* Feriarum, festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et iurgiorum, in servis operum et laborum. *Plin. 35. 2. 2.* Custodire ferias. Et *Macrob. 1. Saturn. 16.* observare; *fare, osservare le feste. Petron. Satyr. 24.* Agere ferias; *star in ozio. Suet. Cal. 23.* Solemnibus feriis celebrare victorias. *Cic. 3. Orat. 22. extr.* Forenses feriae; *feste di palazzo. Tertull. Idol. 10.* Crestis schola honoratur feriis. — *Feriae denicales, novendiales, privatae*, etc. v. DENICALIS, etc. — **2)** *Feriis*, et *per ferias*, diebus feriarum. *Cato, RR. 2.* Per ferias potuisse fossas tergeri, vias muniri. *Colum. 2. 22.* Feriis licet flumine abluere greges. Et *mox.* Feriis ritus maiorum illa permittit, far pinsere, faces incidere, etc. — **3)** Translate. *Varr.* apud *Gell. 1. 25.* Feriae belli; *sospensione d'armi, tregua. Plaut. Capt. 3. 2. 13.* Venter gutturque resident esuriales ferias; *h. e.* feiunant. *Horat. 4. Od. 5. extr.* Praestare Hesperiae longas ferias; *h. e.* longam pacem. — **4)** *Sine ullis feriis*, proverb. sine ulla intermissione. *Arnob. 1. p. 9.* Nunquam omnino respirasse mortalis, et sine ullis, ut dicitur, feriis, multiplicium formas sustinuisse discriminum. — **5)** Sequiori aetate, praesertim apud Christianos Scriptores, *feriae* dicti sunt singuli dies hebdomadis; hinc feria prima, feria secunda, etc. *Epigr.* in *Anthol. Lat. n. 1034. Meyer.* Prima dies Phoebi sacrato nomine fulget: Vindicat educens feriam sibi Luna secundam. — *Feria tertia, feria quarta, feria sexta, feria septima*, memorantur *Tertull. Ieiun. 2.* et in *Sacramentar. Gelas. 1. 18.* et *alibi*. — **6)** Huc spectant *feriae tabernaculorum*, quae et *feriae Domini* appellantur, apud *Vulg. Interpr. Levit. 23. 2.* et *34.* — **7)** Impropric

II. *Feria* dicta est, nisi error in lectione sit, herba, quae Graece peristereon appellatur, teste *Apul. Herb. 86.*, ubi tamen alii leg. *farraria*.

FĔRĬĀLĔ, is, n. Nomen proprie adiect. *feriālis, le*, a *feriae*, absolute adhibitum, quo significatur index sive laterculum feriarum in unoquoque mense observandarum, per cuiusque anni dies; *registro delle feste*. Cuiusmodi est illud Cumanum, quod spectat ad ann. post U. C. 757. et Capuanum quod spectat ad ann. post Chr. 387., de quo *Fr. M. Avellini* in *Opuscol. Div. T. 5. p. 215-304.* Administrante Romae Ian. sacerdote feriale domnorum *(sic)* III. Nonas Ian. vota, III. Idus Febr. genialia, etc. Cf. *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 310.* et *575.* et *sqq.* et *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6112.*

Nota. Adiectivum *feriālis, le*, fortasse usurpavit *Apul. 2. Met. 16.*, ubi tamen vulgo legitur *fatialis*; v. *Hildebr.* ad *h. l.* et Cf. *Ducange, Gloss. med. et inf. Latinit.* ad *h. v.*

FĔRĬĀTĪCUS, a, um. Adiect. a *feriae*, idem fere quod feriatus, seu festus, ut Feriatici dies, *Ulp. Dig. 2. 12. 2.*, ubi al. leg. *feriati*; sed nihil mutandum, nam praeter quam quod in optimis Codicibus ita legitur, sic habetur in *Respon. Papinian. tit. 11. ad fin.* Fiscalia vero negotia dici etiam feriaticis diebus licebit. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FERIATICA, ōrum, n. Sunt dona, quae in festis diebus praesertim Christiani, sibi invicem mutuo mittere solebant in signum dilectionis. *Ferrand. Diac. Breviar. Can. 185.* ex *Concil. Laodic. tit. 55.* Ut nullus a Iudaeis vel haereticis feriatica accipiat.

FĔRĬĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *ferior*; cessatio ab opere. *Pseudo-Cassiod. Amictt. 24.* Non tamen perit sublati feriatio.

FĔRĬĀTUS, a, um. Adiect. a *ferior*, adiectivorum more saepe adhibitum; qui otiosus et quietus est, et nihil agit, vel in quo nihil agitur. *Cic. 1. Nat. D. 37.* Deum sic feriatum volumus cessatione torpere. *Id. 3. Orat. 15.* Feriatus a negotiis publicis. *Varr. 1. RR. 16.* Familia ambulet feriata; *vada a spasso. Prudent. 6. περὶ στεφ. 156.* feriata freta; *h. e.* tranquilla. — *Ennod. Paneg. Theodor. 1.* In divinis obsequiis feriato ore peregit mens serena sacrificium. — **2)** *Feriati dies* sunt, in quibus feriae aguntur; *giorni di festa. Plin. 10. ep. 24.* Et sequens mensis complures dies feriatos habet. Adde *3. ep. 14.* — **3)** *Male feriatus* dicitur, qui intempestivo otio deditus est. *Horat. 4. Od. 6. 14.* Male feriatos Troas, et lactam Priami choreis Falleret aulam. Adde *Gell. 10. 22. ad fin.*

FĔRĬCŬLA. V. FERICULUS §. 2.

FERICULUM. V. FERCULUM.

FĔRĬCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *ferus*; aliquantisper ferus, subagrestis. *Petron. fragm. Tragur. 59. Burm.* Nam mihi nihil novi potest afferri, sicut illi. Fericulus tamen *(h. e.* tamen ille) habuit praxim; *h. e.* callebat tamen, quae magistra rerum experientia docet. Ita restituit locum ex Cod. Tragur. *Fr. Oriolius* in *Opusc. letter. di Bologna T. 1. p. 65.* Haec *Furlanetto* in *Additis* ad hoc *Lexicon*. Sed *Bücheler leg.* Nam mihi nihil novi potest afferri, sicut ille fericulus iam habuit praxim: *et interpretatur* pro ferculo, ita ut sensus sit; sicut illud ferculum iam demonstrat. V. *Eund.* in *not. crit.* ad *h. l.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

FERICULA, ae, f. Deminut. a *fera*; parvula fera. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Fericula: θηρίφιον.

FĔRĪES, ēi, f. V. FERIAE §. c.

* FĔRĪPERUS; furens. *Gloss. Isid. n. 710.*

FĔRĪNUS, a, um. Adiect. a *ferus* vel *fera*; ad feras pertinens; *di fiera. Cic. 1. Invent. 2.* Victu ferino sibi vitam propagare. *Ovid. 2. Met. 523.* Ferini vultus. *Id. 3. Trist. 12. 55.* Ferina vox. *Virg. 11. Aen. 571.* Ferinum lac. *Ovid. 7. Met. 675.* Sum nemorum studiosus, ait, caedisque ferinae. *Lucret. 5. 1417.* Ferina vestis; *h. e.* ex pellibus ferarum. *Gell. 19. 2.* Ferinae voluptates; *piaceri brutali. Plin. 15. 9. 3.* Pomum sapore ferino, quem ferme in apris novimus. *Id. 6. 32. 18.* et *Iuv. 11. 94.* Ferina caro; *salvaticina*. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FERINA, ae, f. Est item ferina caro. *Virg. 1. Aen. 219.* Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinae. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀγρμαῖον; ferina.

FĔRĬO, is (īvi, *vel* ii, ītum), īre. Verbum transitiv., incertae originis. Sunt qui ducunt ab Aeolico φερτὸν pro θερτὸν, unde et *verbero* factum tradunt. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 86. Müll.* « *Ferire* dictum quod ferientes *feriantur*. » v. *Müller* ad *h. l.* — **b)** Caret praeterito et supino, et cum opus est, ab *ico* aut *percutio* mutuatur. *Charis.* tamen *3. p. 222. Putsch.* integram eius coniugationem referens, *feris, feriaram, feriarim, feriassem, feriisse, feritum ire* ei tribuit, sed sine exemplis. — **c)** Nihilominus *feriturus* usurpavit *Serv.* ad *7. Aen. 498.* — Imo et secunda correpta, quasi a supino *feritum*, *Dracont. 3. Carm. 101.* Stabat *(sacerdos)* in officio iam iam feriturus amatum. — **d)** *Feribo* pro *feriam* ponit *Charis. loc. cit.*, quae positio est in verbis quartae coniugationis apud Antiquos usitata. — **e)** *Ferinunt* pro *feriunt* antiquum est. *Festus* in *Nequinunt, p. 166. Müll.* — **f)** Particip. *feriens* §. 1. et 2., *feriendus* §. 1., *feriturus*, supra §. c. — **g)** Derivata, *feralis, feriae*, quae v. Cf. FERULA §. 2. — **h)** Composita, *oculiferia, referio*.

FERIO proprie est percutio, vulnus infero, caedo, pulso; *ferire, colpire, percuotere, battere. Cic. 3. Verr. 3.* Instat, ut quamprimum securi feriantur. *Sall. Cat. 7.* Hostem ferire. *Virg. 12. Aen. 294.* Telo trabali graviter ferire. *Horat. 2. Od. 10. 11.* feriuntque summos Fulmina montes. *Id. Art. P. 350.* Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus. *Id. 3. Od. 3. 8.* Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinae. *Ovid. 3. Fast. 755.* Ille cadit praeceps, et calce feritur aselli. *Id. Ib. 485.* venenato ab ungue feriri. *Tibull. 2. 5. 85.* ferit pede rusticus uvas. *Sall. Iug. 79.* Murum ferire arietibus. *Cic. Coel. 24.* parietem; *batter la mano sul muro. Id. 1. Att. 1.* frontem; *battersi la fronte. Ovid. 4. Met. 555.* plangore pectora. *Cels. 6. 7. in fin.* malleo tabulam. *Senec. Herc. Oet. 854.* ore terram lan-

Digitized by Google

quidus prono ferit. *Lucan. 4. 786.* ferientia terram Corpora. *Lucret. 6. 924.* Corpora quae feriant oculos visumque lacessant. *Cic. 15. Fam. 16.* His spectris etiam si oculi possent feriri, etc. *Plaut. Men. 1. 2. 65.* Iam fores ferio? *Me.* feri; *batter alla porta*. *Ovid. 6. Met. 56.* subtemen . . . inter stamina ductum Percusso feriunt insecti pectine dentes. *Senec. Troad. 853.* Tinnulas plectro feriente chordas. *Lucan. 10. 244.* Venti aquas assidue feriunt. *Virg. 3. Aen. 290.* Certatim socii feriunt mare; h. e. remis pulsant. *Id. 3. Ecl. 11.* ales ferit aera pennis. *Ovid. 1. Trist. 11. 40.* caeruleis charta feritur aquis. Et 2. 47. Nec levius tabulae laterum feriuntur ab undis, Quam grave ballistae moenia pulsat onus. *Horat. Od. 17. 32.* Nos humilem feriemus agnam; *scannerò in sacrifizio*. *Lucan. 9. 596.* Me calor aetherius feriat. *Lucret. 4. 260.* Acre ferit frigus. *Ovid. 3. Met. 715* Ille mihi feriendus aper. — Absolute *Quintil. 2. 8. 15.* Pugno ferire vel calce tantum . . . docebit. *Virg. 9. Ecl. 25.* Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. Cf. *Horat. 2. Sat. 7. 99.* — **2)** Translate. *Senec. Hippol. 193.* Cupido virginum ignoto ferit igne pectus. *Id. Herc. Oet. 1944.* Sonus trepidas aures ferit. *Horat. 2. Sat. 3. 274.* ferire verba palato; h. e. exprimere, loqui, lingua palatum veluti icente. *Lucan. 7. 580.* libertas ultima mundi, Quo steterit ferienda loco. *Id. 3. 774.* feriat dum moesta remotas Fama procul terras; h. e. rumoribus suis impleat. *Lucret. 6. 692.* Res feriunt oculorum acies, visumque lacessunt. Et 242. Propterea fit, uti speciem quo vertimus, omnes Res ibi eam contra feriant forma atque colore; h. e. incurrant in oculos. *Cic. 15. Fam. 16.* His spectris etiam si oculi possent feriri, animus qui possit, non video. *Claudian. Cons. Probi, et Olybr. 122 de hastae cuspide*, tremulique ferit splendoribus Hebrum. *Lucan. 6. 742.* pessime mundi Arbiter, immittam ruptis Titana cavernis, Et subito feriere die; h. e. percellam, perstringamque tuos oculos subita, tibique invisa luce. *Ovid. 7. Met. 804.* Sole fere radiis feriente cacumina primis. *Virg. 5. Aen. 140.* ferit aethera clamor. — **3)** Aliquando est dolo fraudare, fallere, per fraudem quippiam alicui auferre, mulctare. *Plaut. Trin. 2. 1. 19.* Ubi illa pendentem ferit; iam amplius orat. *Ter. Phorm. 1. 1. 13.* Porro autem Geta Feritur alio munere, ubi hera pepererit. *Propert. 4. 5. 44.* Cum ferit astutos comica moecha Getas. *Id. 5. 2. 50.* Qui volet austeros arte ferire viros. — **4)** Interdum ponitur pro contingere. *Horat. 1. Od. 1. extr.* Sublimi feriam sidera vertice. *Val. Flacc. 1. 584.* puniceo cui circumfusa cothurno Palla imos ferit alba pedes. — **5)** Specialim

II. *Ferire pecuniam* est cudere; *batter monata*. *Plin. 33. 3. 13.* Constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur. Hinc illa in vet. Nummis, et Lapidibus *Triumvir A. A. A. F. F. h. e.* auro, argento, aere flando, feriundo. — **6)** *Ferire foedus* est iungere, facere, quia in foederibus faciendis mactabatur victima, et caesa iungebant foedera porca, ut ait *Virg. 8. Aen. 641.* (V. *Liv. 1. 24.*) *Id. 10. ibid. 154.* Tarchon iungit opes, foedusque ferit. *Cic. Dom. 30.* Foedera feriebantur provinciarum. *Id. Coel. 14.* Amorum turpissimorum foedera ferire; *stringer illecite amicizie*. Adde *Cic. Rabir. Post. 5.* — **7)** Poetice *Calpurn. 4. Ecl. 128.* Seu cantare iuvat, seu ter pede laeta ferire Gramina; *ballare:* ter pede humum pulsare, ut ait *Ovid. 1. Art. am. 112.* (*Al. leg.* lenta ferire carmina; h. e. cantum carminum lenta saltatione exprimere et sequi). — Simile est illud *Ovid. 4. Trist. 10. 50. de Horatio.* Dum ferit Ausonia carmina culta lyra. V. DISCINDO §. 2. — **8)** Apud Grammaticos autem *versus ferire* est idem ac metiri seu scandere. *Victorin. 1. p. 2497. Putsch.* Hi *(versus)*, qui epici non sunt, si per singulos pedes feriantur, excedant, necesse est, modum hexametri versus, unde per dipodias feriuntur. Adde *Priscian. de metr. Comic. § 8.*

FĔRĬOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. forma deponens, a *feriae*. — Particip. *feriatus*, v. suo loco, *feriaturus* §. 2. — Est ferias ago, ab opere cesso, otiosus sum; *far vacanza, oziare*. Usum habet maxime in praeteritis. *Varr. 6. LL. 3.* Qui fornacalibus suis non fuerunt feriati. *Macrob. 1. Somn. Scip. 7.* Achilles recenti lacessitus iniuria, ab armis cum suo milite feriabatur. — **2)** Translate. *Sidon. 9. ep. 11. a med.* Animus tandem feriaturus.

FĔRĪTAS, ātis, f. Abstractum a *ferus;* natura eius, qui ferus est; h. e. nullo cultu mitigatus, aut mansuefactus, silvestris, non domitus, ferae similis, mores ferini, naturae asperitas, immanitas, crudelitas; *selvatichezza, rozzezza, fierezza*. *Cic. 1. Offic. 44.* Magnitudo animi, remota communitate coniunctioneque humana, feritas est quaedam et immanitas. *Id. Sext. 42.* Ex feritate ad iustitiam atque mansuetudinem traducere homines. *Hirt. 8. B. G. 25.* Trevirorum civitas cultu et feritate non multum a Germanis differebat. *Ovid. 4. Fast. 103.* Feritas tauri. *Id. ibid. 217.* leonis. *Id. 5. ibid. 281.* Inde datae leges . . . Exuitur feritas armisque potentius aequum est. *Senec. Clem. 2. 4.* Possumus dicere non esse hanc crudelitatem, sed feritatem, cui voluptati saevitia est. — **2)** Translate de rebus. *Ovid. 2. Pont. 2. 112.* Scythici loci feritas; *asprezza del paese*. Sic *Stat. 2. Silv. 2. 35.* feritas inamoena viae. *Plin. 14. 25. 3.* Compescere nimiam musti feritatem. *Id. 16. 23. 5.* Arbor feritatis paulum mitigatae satu. *Colum. 11. 3. circa med. de menta*. Quae res feritatem detrahit, atque edomitam reddit. — **3)** Pro fertilitate videtur usurpari a *Tertull. carm. de Sodoma*, scilicet a *ferendo*.

Nota. Discrimen inter *ferocitatem* et *feritatem* exhibet *Isid. 1. Differ. 213.* « *Ferocitas* saepe laudi habetur: est enim ferocitas militum et ferox iuventus dicitur. *Feritas* autem dirus animi habitus. » Cf. *Hildebr. ad Apul. 8. Met. 3.* et FEROCIA §. 1.

FĔRĪTANS, antis. Particip. ab inusit. *ferito*, frequentativ. a *ferens*. *Solin. 36.* Palmeta caryotas feritantia. *Alii leg.* ferentia.

FERME. Adverb. eiusdem originis et significationis ac *fere*, a quo, addito superlativi suffixo, recte deducitur, ut in vocabulis *legitimus, finitimus* factum est, quasi ab obsoleta forma *formus*, quod pro *firmus*, Veteres usurpasse videntur: unde *ferma*, et, detracta littera *m*, *fera*. Cf. *Charis. 2. p. 179. Putsch.* et *Varr. 7. LL. 3. §. 92.* V. FERE §. a. et c., et, quem ibi citavimus, *Hand, Tursell. T. 2. p. 691.* et *seqq.*

FERME significat id, quod alicui rei accedendo eam complet, et est omnino, penitus, valde; *del tutto, affatto, precisamente*. *Nasc.* apud *Varr. 7. LL. 3. §. 98.* Circumvenire video ferme iniuria; *affatto ingiustamente*. *Cic. 1. Divin. 11.* Quod ferme dirum in tempus cecidere Latinae. *Gell. 14. 2.* Cum constabat virum esse ferme bonum, notaeque et expertae fidei, et vitae inculpatissimae. *Ter. Heaut. 3. 1. 52.* Illae mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia. *Id. Andr. 1. 3. 19.* Iam ferme moriens me vocat. Adde *Plaut. Pers. 4. 1. 4.* et *Trin. 2. 2. 54.* — **2)** Saepe eodem sensu copulatur cum particula negativa. *Cic. 1. Rep. 45.* Hoc in hac moderateque permixta conformatione rei publicae non ferme sine magnis principum vitiis evenit. *Id. 5. Tusc. 38.* Sapientis cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos. *Liv. 36. 45.* Ita numero non ferme impares futuros. *Cic. Brut. 43. extr.* Ut nihil eo ferme quisquam possit addere. *Ter. Andr. 3. 1. 1.* Fidelem haud ferme mulieri invenias virum: *per l'ordinario non troverai* etc. *Plaut. Poen. 4. 2. 40.* Facio, quod manifesto moechi haud ferme solent; Refero vasa salva. *Liv. 22. 9. ad fin.* Quod non ferme decernitur, nisi cum etc. Adde *Cic. 2. Rep. 5. sub fin.* et *Plaut. Men. 2. 1. 59.* — **3)** Refertur quoque ad tempus, ut designet quod generatim, attento rerum cursu, accidere solet. *Cic. 1. Rep. 42.* Quem *(tyrannum)* si optimates oppresserunt, quod ferme evenit, habet statum res publica de tribus secundarium. *Sall. Iug. 74. fin.* Nam ferme apud Numidas in omnibus praeliis magis pedes quam arma tuta sunt. *Liv. 45. 33.* Intacta invidia media sunt: ad summa ferme tendit. *Juvenal. 13. 256.* Mobilis et varia est ferme natura malorum. *Tacit. 2. Ann. 2.* Et accepere barbari laetantes, ut ferme ad nova imperia. Et *54.* Certis e familiis, et ferme Mileto accitus sacerdos. Adde *Liv. 9. 50.* et *34. 15.* — **4)** Deinde

II. *Ferme* designat id, quod alicui rei accedit, aut inhaeret, quia tamen rem ipsam minuat vel augeat, sed solummodo ut in sua conditione repraesentet, ratione habita numeri, magnitudinis aut quantitatis; quo sensu, ut *fere*, videtur significare propemodum, pene, circiter; *circa, quasi, a un di presso:* quum respse res firmius per hanc particulam, quemadmodum sit, determinetur. *Liv. 30. 3. extr.* Abest ab Carthagine quindecim millia ferme passuum; *non meno di quindici miglia*. Et *10. sub fin.* Sex ferme onerariae abstractae sunt; *non meno di sei, e di quella specie*. *Cic. 1. ad Brut. 2. sub fin.* De me possum idem, quod Plautinus pater in Trinummo *(2. 2. 38.)* Mihi quidem aetas acta est ferme; *la più gran parte della mia vita*. *Liv. 30. 24.* In conspectum ferme Africae prospero cursu vectus. *Plaut. Bacch. 3. 2. 4.* Ut in Ephesum hinc abii (hoc factum est ferme abhinc biennium). *Caes. 3. B. G. 12.* Erant eiusmodi ferme situs oppidorum, ut etc. *Alii leg.* fere. *Vellei. 2. 90. fin.* Ad eam pacem ab hinc annos ferme L. perduxit Caesar Augustus. Adde *1. 3.* et *2. 11. fin.*, *Liv. 1. 40.* et *Sall. Iug. 48.* — **5)** Copulatur etiam cum *omnes, cuncti*. *Ter. Phorm. 5. 7. 20.* Ferme eadem omnia, quae etc. *Tacit. 3. Ann. 76.* Quia in magnis opibus, quum ferme cunctos proceres cum honore nominavisset, Caesarem omisit.

Nota. Inter *ferme* et *fere* discrimen nullum intercedere, dictum est iam in v. FERE §. a. — Qui plura de hac particula desiderat, adeat eundem *Hand. Tursell.* loco ibi laudato

FERMENTĀTĪCĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fermento;* fermento imbutus, ut Fermentaticius panis apud *Isid. 20. Orig. 2.* Alii leg. *fermentarius*, vel *fermentatius*, sed *fermentaticius* retinendum; nam *cibanicius* etiam, et *focacius* alius dicitur.

FERMENTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fermento;* actus fermentandi. — Translate. *Liberat. Breviar. 8.* Quoniam non asseveret de caelo corpus Christum sumpsisse, neque fermentationem aut commixtionem senserit naturarum eius.

FERMENTĀTUS, a, um. Particip. verbi *fermento;* fermento imbutus; *lievitato, fermentato*. *Plin. 18. 26. 2.* Validiora esse corpora, quae fermentato pane alantur. Adde *Cels. 2. 25.* et *29.* — **2)** Translate. *Varr. 2. RR. 9. de notis optimorum canum*. Debent esse pedi-

Digitized by Google

bus magnis, digitis discretis, unguibus duris, solo nec ut corneo, nec nimium duro, sed ut fermentato ac molli; *h. e.* leviter intumescente simul et lentescente; *pastoso*. *Colum. 11. 3.* Vis frigoris exequit terram, fermentatamque solvit. *Id. 4. 1.* Si deprimantur semissa in regesto, quod est fermentatum plus dipondio semisse; *h. e.* solutum, laxumque, et velut fermento quodam intumescens, ut *ibid. paulo post* dicit, atque adeo in altitudinem crevit. — **3)** *Fermentati mores* apud *Prudent. Apoth. 354.*; *h. e.* corrupti, mali. Fermentum enim ex corruptis rebus et acescentibus fit, ut videre est apud *Plin. loc. cit.* — **4)** Absolute, substantivorum more,

FERMENTATUM, i, n. Est panis fermentatus. *Vulg. Interpr. Exod. 12. 15.* Quicumque comederit fermentatum, peribit. Adde *Amos, 4. 5.*

FERMENTESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *fermento*. — Particip. *fermentescens*, infra. — Est crescere, et rarescere, addito fermento: et proprie de pane dicitur. Translate de terra, cum densitas illa glebarum rarefit, et resolvitur. *Plin. 17. 2 3.* Tellus quoque illo modo (*h. e.* ex nive diutius sedente) fermentescit. *Id. 28. 28. 3.* Crocodilea, cum teratur inter digitos, fermentescens.

FERMENTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fermentum*. — Particip. *fermentatus*, v. suo loco. — Proprie est fermento imbuo; *lievitare, fermentare:* et dicitur de pane. *Plin. 18. 26. 2.* Cum fieret panis bordeaceus, ervi aut cicerculae farina ipse fermentabatur. Adde *Vulg. Interpr. Exod. 12. 34., Levit. 5. 17.* et *Luc. 13. 21.* — **2)** Latiore significatione dicitur de aliis rebus, quae resolvuntur, rarefiunt, et intumescunt. *Varr. 1. RR. 58.* et *Colum. 2. 13.* De his praestare columbinum stercus, quod calidissimum sit, et fermentare possit terram. *Id. 12. 17.* Ficus viridis in amphoras conditur, et ibi sinitur fermentari: deinde cum exacuit, etc. — **3)** Translate. *Paulin. Nolan. carm. 10. 263.* et male dulces Fermentare iocos satyrae mordentis aceto. — **4)** Sensu morali *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Pacian. Paraenes. ad poenit. 8.* Exiguum fermentum, totam massam fermentat. *Versio Hieronym. 1. Cor. 5. 6. habet* totam massam corrumpit. Cf. voc. seq. §. 6.

FERMENTUM; i, n. Verbale a *ferveo*, quasi per syncopen a *fervimentum*, syllabica adiectione tamen productum. Est autem intritum ex farina aqua subacta, et macerata sine sale, donec acescat, ut *Plin. 18. 26. 1.* docet, quia massam ad panificium subactam, cui iniicitur, quasi fervefacit, et attollit, turgidamque reddit; *fermento, lievito. Plin. ibid. 12. 4.* Spuma item concreta pro fermento utuntur. V. PANIFEX. — **2)** Translate dicitur de eo, quod terram resolvit, et raram ac tumidam reddit. *Colum. 4. 1.* Repastinata humus, dum est recens, soluta, laxaque velut fermento quodam intumescit. *Plin. 17. 33. 6.* Solum apricum bidente pastinari debet, ternos pedes bipalio alto, marra relici quaternum pedum fermento, ita ut in pedes binos fossa procedat. Ita *Hard.* legit ex MSS. (*al.* ferramento) et interpretatur: humus e fossa duum altitudinis pedum extracta, ad pedum quatuor altitudinem debet crescere, cum laxior facta est repastinationis ope. — **3)** Apud *Virg. 3. G. 379.* et pocula laeti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis; *fermentum* est cervisia, quae fit et hordeo, aut frumento, in quandam similitudinem vini corrupto, ut sit *Tacit. Germ. 23.* — **4)** Item dicitur de ira, quia animus ira, tanquam fermento, et acescit, et turgescit. *Plaut. Merc. 5. 3. 3.* et *Cas. 2. 3. 17.* Mea uxor tota in fermento iacet. *Iuvenal. 3. 188.* accipe, et illud Fermentum tibi habe; *h. e.* causam irascendi, et indignandi. — **5)** *Solin. epist. ad Advent.* Cui libro, si animum propius intenderis, velut fermentum cognitionis magis ei inesse, quam bracteas eloquentiae deprehendes; *h. e.* res eiusmodi, unde cognitio multiplex augeatur, quemadmodum fermentum massae farinae adiectum eam crescere facit. — **6)** Sensu morali, de malitia aut vitiis, quae ex corrupta humana natura progerminant; et, ni compescantur, totum animum corrumpunt. *Vulg. Interpr. Marc. 8. 15.* Videte et cavete a fermento Pharisaeorum et fermento Herodis; *h. e.* hypocrisi et falsa doctrina et versutia. *Id. 1. Cor. 5. 7.* Expurgate vetus fermentum. Et *mox fermentum* malitiae et nequitiae.

FĔRO, fers, tuli, latum, ferre. Verbum transitiv., coniugatione anomalum, compositum ex tribus primitivis, *fero; φέρω, tulo*, inde *tollo*, et inusit. *lao* a τλάω: hinc *ferens* a *fero, tuli* a *tulo, latum* a *lao*. Cf. TOLLO et TULO. — **b)** Praeteritum *tetuli* pro *tuli* non semel apud Poetas legitur. Habet enim *tetuli Plaut. Amph. 2. 2. 84.* et alibi: *tetulit*, et *tetulissem Ter. Andr. 5. 1. 13.* et *4. 3. 13.*: *tetulero Plaut. Cist. a. 3. v. 19.*: *tetulisse Id. Rud. 4. 1. 2.* Adde *Aeo.* et *Caecil.* apud *Non. 2. 859.* V. infra §. 6. et 61. — **c)** *Ferris* per syncopen pro *feraris*; *h. e.* diceris, est apud *Auson. epigr. 114.* — *Tolerint* pro *tulerint ἀρχαϊκῶς* scribitur in *fragmento legis* antiquae in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 126. n. 208.* — **d)** Particip. *ferens* §. *1.* et suo loco, *ferendus* §. 22., *latus* §. 53. et suo loco, *laturus* §. 20. — De particip. *fertus*, quod commune habere videtur cum *farcio*, v. FERTUS, a, um. — **e)** Derivata, *feralis, ferax, ferculum, fere, ferentarius, feretrum, feretrius, feretrum, feriatus, ferme, fertilis, fertor, fertorius, ferula, ferus, festino, latio, lator, latura, laturarius*. — **f)** Composita, *aerifer, aestifer, affero, alifer, amorifer, anguifer, annifer, antefero, anxifer, arcifer, armifer, astrifer, auctifer, aurifer, austrifer, baccifer, bellifer, bifer, brubifer, caducifer, caelifer, candelifer, carnifer, castifer, ceroferarium, ceroferarius, cestifer, christifer, cistifer, clunifer, coinfero, colubrifer, columnifer, confero, conifer, cornifer, crucifer, cruentifer, cultifera, cyparissifer, dapifer, defero, deiferus, differo, dolorifer, domifer, dorsifer, dulcifer, effero, electrifer, ensifer, escifer, expensilatio, exsignifero, falcifer, fatifer, fetifer, flabellifer, flagrifer, flammifer, fletifer, florifer, florifertum, fluctifer, frondifer, fructifer, frugifer, frugiferens, fumifer, furcifer, gemmifer, glandifer, gorgonifer, grandifer, hastifer, herbifer, horrifer, hostifer, hymnifer, ignifer, imaginifer, imbrifer, infero, introfero, laborifer, lactifer, lampadifer, lanifer, laserpitifer, laurifer, legifer, legislatio, legislator, lentiscifer, lernifer, latifer, lignifer, linifer, loricifer, lucifer, luctifer, margaritifer, mellifer, metallifer, monstrifer, montifer, morbifer, mortifer, multifer, munifer, nardifer, nimbifer, nivifer, noctifer, nubifer, oculiferia, odorifer, offero, olivifer, olorifer, omnifer, opifer, ostrifer, pacifer, palmifer, paludifer, papyrifer, pesudifer, peltifer, pennifer, perfero, pestifer, pinifer, pomifer, pompifer, populifer, portentifer, postfero, praefero, praeterfero, profero, racemifer, refero, rorifer, rumifero, sacrifer, sagittifer, salutifer, sanifer, saxifer, sceptrifer, scurrifer, selliferus, semifer, sensifer, serenifer, serpentifer, serpyllifer, signifer, succifer, solifer, somnifer, sortifer, spicifer, spinifer, spumifer, squamifer, stellifer, sudorifer, suffero, superfero, tasdifer, taurifer, tigrifer, transfero, tridentifer, trifer, turifer, turrifer, vaporifer, velifer, venenifer, vernifer, vexillifer, vinifer, vitiocarpiferae, vilifer, umbrifer, vosifero, votifer, urifer, vulnifer*.

FERO proprie dicitur de iis, qui suo corpore aliquid baiulant (V. infra in *Nota* II.), et significat porto, gero; *portare*. Est autem verbum latissimi usus; cuius varia significatio pendet saepissime ex ipsa orationis serie. *Ter. Phorm. 5. 3. 29.* Audacissime oneris quidvis impone et feret. *Id. Heaut. 1. 1. 17.* Fodere aut arare aut aliquid ferre. *Caes. 6. B. G. 29.* Qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent. *Ter. Andr. 2. 2. 32.* Olera, et pisciculos minutos ferre obolo in coenam seni. *Plaut. Asin. 3. 3. 142.* Pater nos ferre hoc iussit argentum ad te. *Cic. 2. Phil. 41.* Operta lectica latus est per oppidum. *Petron. Satyr. 122.* Ferre aliquid humeris. *Horat. 1. Sat. 3. 11.* Ferre sacra Iunonis. *Id. 2. ibid. 3. 86.* Ferre cadaver nudis humeris. *Plaut. Bacch. 2. 3. 50.* Extemplo ostendit symbolum, Quem tute dederas ad eum, ut ferret filio. *Horat. 2. Sat. 3. 172.* Postquam te talos, Aule, nucesque Ferre sinu laxo, donare et ludere vidi. *Id. 2. Od. 3. 14.* Huc vina et unguenta et flores ferre iube rosae. *Id. 2. Sat. 8. 86.* Deinde secuti Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gruis. *Cic. Amic. 11.* Si te in Capitolium faces ferre vellet. *Ovid. 4. Met. 553.* manus ad eburnea colla ferenti etc. — *Virg. 3. Aen. 490.* Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat; *portava*. Et *Stat. 1. Achill. 539.* Sic ergo gradus, sic ora manusque, Nate, feres. — Cum dativo. *Horat. 3. Od. 25. 1.* Caelo supinas si tuleris manus. — Sequente infinito. *Stat. 1. Achill. 153.* natum ad Stygios iterum fero mergere fontes. — **2)** *In silvam ligna ferre*, proverbium est de eo, qui rem superfluam agit. *Horat. 1. Sat. 10. 34.* — **3)** Eadem ratione usurpatur, addito instrumento, equo, navi, etc., quo quis quid baiulat aut alio transfert: quo sensu dicitur otium de rebus innanimis flumine, vento, et similibus, quae motum habent ex natura sua, translata quoque significatione. *Ovid. 2. Met. 873.* medlique per aequora Ponti Fert praedam. *Virg. 8. Aen. 549.* pars cetera prona Fertur aqua; *naviga a seconda*. Et *11. ibid. 730.* Tarchon fertur equo. *Horat. Epod. 16. 21.* Ire, pedes quocumque ferent, quocumque per undas Notus vocabit. *Lucret. 4. 433.* et *seqq.* Ubi in rapidas amnis dispeximus undas: Stantia equi corpus transversum ferre videtur Vis et in advorsum flumen contrudere raptim: Et quocumque oculos traiecimus, omnia ferri Et fluere assimili nobis ratione videntur. *Id. 5. 433.* In summis sopiti ubi cernimus alta Exhalare vapore altaria, ferreque fumum. *Id. 1. 726.* Ut vis evomat ignes, Ad caelumque ferat flammai fulgura rursum. *Horat. 2. Od. 7. 16.* Te rursus in bellum resorbens Unda fretis tulit aestuosis. *Id. 3. ibid. 29. 64.* Tum me, biremis praesidio scaphae Tutum, per Aegaeos tumultus Aura feret geminusque Pollux. — Absolute. *Caes. 3. B. G. 15.* iam conversis in eam partem navibus, quo ventus ferebat. *Quintil. 10. 3. 7.* Interim, si feret flatus, danda sunt vela. — **4)** Hinc de rebus, quae ex sua natura motu carent, sumitur pro ducere, deducere; *menare*. *Liv. 1. 7.* Pergit ad speluncam, si forte eo vestigia ferrent. *Caes. 1. B. C. 27.* itinera duo, quae extra murum ad portam ferebant. — **5)** Translate. *Lucret. 6. 664.* Satis haec tellus morti caelumque mali fert, Unde queat vis immensi

Digitized by Google

procrescere morbi. — **6)** Deinde, habita ratione motus personae aut rei ab uno loco in alium, universim

II. *Ferre se*, significat ire, incedere; *portarsi, andare. Cic. Plane. 40.* cum ipsa paene insula mihi sese obviam ferre vellet. *Id. 1. Rep. 4.* Non dubitaverim me gravissimis tempestatibus obvium ferre. *Nep. Datam. 4.* Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, pertimescit. *Virg. 2. Aen. 672.* neque extra tecta ferebam. — *Id. 11. ibid. 779.* captivo ut se ferret in auro; *per farsi vedere, comparire. Suet. Aug. 32.* Grassatorum plurimi palam se ferebant. — De rebus. *Lucret. 6. 675.* Ubi forte ita se tetulerunt semina aquarum. — **7)** Item *ferri* sensu medio adhibetur eadem significatione, sed velocitatem atque impetum plerumque denotat. *Caes. 5. B. C. 78.* Timens, ne praeoccuparetur, ad eum omni celeritate et studio incitatus ferebatur. *Virg. 9. Aen. 553.* fera saltu supra venabula fertur. Et *11. ibid. 550.* Huc iuvenis nota fertur regione viarum. Et *2. ibid. 511.* densos fertur morituros in hostes; *si lancia, si scaglia. — Cic. Orat. 23.* Nunc quidem iam quocumque feremur, danda nimirum vela sunt. *Quintil. 12. 10. 37.* Non alto semper feremur; nam et litora interim sequenda sunt. *Horat. 2. Ep. 2. 200.* Ego, utrum Nave ferar magna an parva, ferar unus et idem. *Id. 2. Od. 20. 1.* Non usitata nec tenui ferar Penna biformis per liquidum aethera Vates. — De rebus. *Lucret. 4. 204. de atomis.* Volucri levitate feruntur. *Id. 5. 623.* Quanto quaeque magis sint terram sidera propter, Tanto posse minus cum caeli turbine ferri. *Cic. 6. Rep. 17. fin.* Tellus neque movetur et infima est, et in eam feruntur omnia nutu suo pondera. *Caes. 4. B. G. 10.* Rhenus oritur ex Lepontiis . . . et longo spatio per fines Nantuatium . . . citatus fertur. Adde *Hirt. 8. B. G. 40.* et *Suet. Aug. 94.* — **8)** Translate. *Nep. Alcib. 9.* Ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. *Id. Attic. 10.* Tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut etc. *Cic. Cluent. 70.* Mater, quam caecam crudelitate et scelere ferri videtis. *Id. Quint. 11.* Pervere et ferri avaritia. *Plin. 10. 51. 4.* Ferri rabie. *Horat. 1. Sat. 4. 30.* Per mala praeceps fertur. — **9)** Idem de rebus. *Cic. Orat. 28.* Eloquentia, quae cursu magno sonituque fertur. *Quintil. 9. 4. 112.* Oratio, quae ferri debet ac fluere. Adde *5. 14. 31.* et *9. 4. 18.* — **10)** Praeterea, attento fine, ob quem quis agit aut extra se movetur, *fero* tot significationes induit, quot habet a se composita verba, quae illum finem aut motum innuunt. Hinc

III. *Fero* ponitur pro conferre, rapere, diripere; *togliere, saccheggiare, portar via. Virg. 2. Aen. 374.* alii rapiunt incensa feruntque Pergama. *Liv. 40. 49.* Cum ferret passim cuncta atque ageret. *Auct. Priapei.* in *Anthol. Lat. n. 1703. Meyer.* Sed posthac caveas, feras quid horto; *h. e.* auferas. *Avian. fab. 5.* Metiri se quemque decet, propriisque iuvari Laudibus, alterius nec bona ferre sibi. *Vulg. Interpr. Iob, 24. 10.* Esurientibus tulerunt spicas. — *Virg. 3. Ecl. 34.* Postquam te *(h. e.* extinctum Daphnin) fata tulerunt. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 5. Met. 14.* et quae *Auctorum* loca ibi laudat. — **11)** Translate. *Virg. 9. Ecl. 51.* Omnia fert aetas, animum quoque; saepe ego longos Cantando puerum memini me condere soles: Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Maerin iam fugit ipsa. — **12)** Item pro proferre, gignere; *produrre. Lucret. 5. 940.* Quae nunc hiberno tempore cernis Arbuta puniceo fieri matura colore, Plurima tum tellus, etiam maiora, ferebat: Multaque praeterea novitas tum florida mundi Pabula Diva tulit. *Horat. 1. Od. 4. 10.* Quem *(florem)* ferunt terrae solutae. *Id. 3. ibid. 24. 13.* Quibus ingera fruges et Cererem ferunt. *Id. 1. Ep. 14. 25.* Angulus iste feret piper et tus. Adde *Quintil. 8. 3. 10. Cic. 2. Leg. ult.* Terra fruges ferre, et cibos suppeditare potest. — Absolute. *Cato, RR. 6.* Si in luco crasso severis, ferundo arbor peribit. — *Virg. 4. G. 285.* tempus . . . Pandere, quoque modo, caesis iam saepe iuvencis, Insincerus apes tulerit cruor; *h. e.* genuerit. — **13)** Hac ratione dicitur etiam de muliere, quae ventrem gerit. *Tibull. 3. 4. 90.* Nec te conceptam saeva lesena tulit. — *Sil. 7. 666.* Quem tulerat mater claro Phoenissa Laconi. V. infra §. 73. — **14)** Translate. *Cic. Brut. 12.* Haec aetas prima Athenis oratorem perfectum tulit. *Horat. 3. Od. 6. 46.* Aetas parentum, peior avis, tulit Nos nequiores. *Id. 1. ibid. 12. 42.* Curium tulit et Camillum saeva paupertas. — *Virg. 11. Aen. 285.* Si duo praeterea tales Idaea tulisset Terra viros, etc. — **15)** Item pro afferre, dare; *apportare, recare. Ter. Hecyr. 4. 2. 17.* Nihil pol iam mihi istaec res voluptatis ferunt. *Cic. 1. Fam. 9. a med.* Ea contentio mihi magnum fructum tulit. *Id. Cluent. 64. extr.* Mulieri crudelissimae servum fidelissimum in quaestionem tulit; *diede.* Et *8. Att. 1.* Ut quemcumque fors tulerit casum, subeam. — **16)** Item pro inferre. *Iustin. 25. 4.* Nec quisquam Pyrrhum, qua tulisset impetum, sustinere valuit. — **17)** Item pro offerre; *offerire:* quo sensu saepe ad sacra refertur, ut ferre liba, tura, preces. *Virg., Ovid., Tibull.* etc. quae loca congessit *Broukus.* ad *Tibull. 1. 8. 54.* Sic venias hodierne: tibi dem turis honores, Liba et Mopsopio dulcia melle feram. Sic *Ovid. 11. Met. 577.* et *7. ibid. 589.* ferte tura. *Virg. 2. G. 394.* lances et liba Baccho. Adde *Tibull. 1. 10. 25.* — **18)** Item pro referre, consequi, reportare; *riportare, ottenere, raccogliere, conseguire:* in utramque partem. *Plaut. Merc. 2. 3. 106.* Quod posces, feres. *Cic. Plane. 38.* Fructus ex republica non laetos et uberes, sed magna acerbitate permixtos tulissem. *Id. Rosc. Am. 37.* Qui ab eo partem praedae tulerunt. *Ter. Eun. 5. 9. 27.* Quodvis donum et praemium a me optato, id optatum feres. *Iuvenal. 13. 105.* Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema. *Horat. 1. Ep. 17. 44.* Coram rege suo de paupertate tacentes Plus poscente ferent. — **19)** Translate. *Liv. 59. 51. a med.* Victoriam ex inermi ferre. *Id. 5. 54.* Ius incorruptum ferre a magistratibus. *Cic. 4. Att. 13. circa med.* Palmam ferre. *Liv. 4. 13.* Gratiam et gloriam annonae levatae tulit. *Cic. Brut. 49.* Cotta, et Sulpicius omnium iudicio facile primas tulerunt. *Id. 2. Orat. 60.* et *3. Tusc. 19.* A vano populo repulsam tulit. *Id. Plane. 20.* et *22.* et *2. Phil. 2.* Ferre tribum, centuriam; *h. e.* consequi tribus, vel centuriae suffragia. *Ovid. 2. Fast. 522.* Multaque peccato damna tulere suo. *Caes. 7. B. G. 62.* Omnes interfecti sunt: eandem fortunam tulit Camulogenus. *Cic. 1. Catil. 8. Id.* A me responsum tulit; *ebbe da me questa risposta.* — **20)** Item pro perferre, tolerare; *tollerare, sopportare. Id. 6. Att. 3. a med.* Qui potentissimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem huius asseclae? *Ter. Heaut. 4. 3. 14.* Quid faciam, Syre mi? gaudeo: fer me; *compatiscimi.* Et *1. 2. 28.* Quem ferret, si parentem non ferret suum? *Cic. 5. Att. 2. extr.* Nondum satis huc erat allatum, quomodo Caesar ferret de auctoritate perscripta. Et *6. ibid. 8.* Numquid moleste fers de illo, qui se solet anteferre, etc.? *Id. Senect. 1.* et *4. Tusc. 17.* Ferre moderate, et modice, et sapienter aliquid. *Id. 6. Fam. 1. ad fin.* moderato animo. *Id. 15. Att. 26. ad fin.* iniquo. *Id. 7. Verr. 48.* Aequo animo ferre aliquid. *Id. 14. Att. 15.* fortiter ac sapienter. *Id. 1. ibid. 2.* humaniter. Et *6. ibid. 1.* clementer. *Id. 3. Q. Fr. 9.* levissime. *Id. 4. Fam. 6.* toleranter. *Id. Senect. 1.* facile. *Id. 3. Verr. 58.* graviter et acerbe. *Id. 4. Fam. 3.* graviter molesteque. *Id. 4. Tusc. 27.* Aegre ferre, se pauperem esse. *Cat.* apud *Gell. 10. 3.* Servi iniurias nimias aeque ferunt. *Cic. 4. Att. 6.* De Lentulo scilicet sic fero, ut debeo. *Id. 10. Phil. 10.* Cuius desiderium civitas ferre diutius non potest. *Quintil. 8. 3. 25.* Vereor, ut iam nos ferat quisquam. *Id. 7. 1. 34.* An laturi sint Romani talem regem. *Id. 8. 3. 8.* Quis enim ferat puerum adolescentulum, si iudicet in dicendo et quodammodo praecipiat? — **21)** Item permittere, pati. *Horat. Epod. 15. 12.* Nam si quid in Flacco vir est, Non feret, assiduas potiori te dare noctes. — **22)** Item subire, pati; *sentire, patire, portare. Ovid. 4. Trist. 10. 107.* Totque tuli terra casus, pelagoque, quot inter Occultum stellae, conspicuumque polum. *Id. 2. Pont. 6. 6.* Et mala me meritis ferre minora decet. *Ter. Adelph. 4. 2. 6.* Me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis. *Virg. 2. Aen. 144.* miserere animi non digna ferentis. *Caes. 1. B. C. 84.* Satis se supplicii tulisse. — **23)** Item sustinere; *sostenere. Id. 5. B. G. 19.* Ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent. — **24)** Item pro referre, nunciare, narrare, dicere; *riferire, raccontare, narrare, dire. Ter. Phorm. 3. 6. 18.* Quod fers, cedo *di'su qual che porti di nuovo. Virg. 2. Aen. 160.* promissis maneas, si vera feram. *Tacit. 6. Ann. 47.* Tormentis servorum Macronem praesedisse, commentarii ad senatum missi ferebant. *Plaut. Pers. 5. 1. 23.* Inimici famam non ita, ut nata est, ferunt. *Caes. 2. B. C. 17.* M. Varro amicissime de Caesare loquebatur . . . Haec omnibus ferebat sermonibus. — **25)** Translate, iactare, praedicare, in utramque partem. *Lucret. 5. 42.* Quod saepe homines morbos magis esse timendos infamemque ferunt vitam quam tartara leti, etc. *Vellei. 1. 11.* Qui se Philippum, regiaeque stirpis ferebat, quum esset ultimae — **26)** Hinc *ferunt, fertur, feruntur,* etc.; *si dice, si racconta:* et dicitur fere de iis, quae non ab uno, sed vulgo in ore et sermone habentur. *Virg. 2. Aen. 229.* scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt. *Cic. 1. Orat. 11.* Quum quaestor ex Macedonia venissem Athenas, florente Academia, ut temporibus illis ferebatur, quod eam Charmadas et Clitomachus et Aeschines obtinebant. Et *mox.* Homo omnium in dicendo, ut ferebant, acerrimus et copiosissimus. *Id. 3. Nat. D. 25.* Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse. *Id. 1. Orat. 11.* Si ornate locutus est, sicut fertur, et mihi videtur. *Virg. 1. Aen. 19.* Quam Iuno fertur coluisse. *Phaedr. 1. 10.* Dixisse fertur simius sententiam. Et *27.* Fertur locutus. *Virg. 7. Aen. 208.* Threiciamque Samum, quae nunc Samothracia fertur; *si dice, si chiama. Auson. Periorh. Odyss. 17.* A qua missus Cumaeus est, ut hospes, sic enim se ferebat, ad eam provocaretur. *Sall. Iug. 50.* Atheniensium res gestae . . . satis amplae magnificaeque fuere, verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. *Horat. 2. Od. 19. 26* non sat idoneus Pugnae ferebaris. *Cic. 1. Rep. 2.* Quia etiam Xenocratem ferunt, quum quaereretur ex eo, etc. *Id. 2. ibid. 3.* Is *(Romulus)* dicitur ab rege Albano ad Tiberim exponi iussus esse . . . et oppressisse Longam Albam Amuliumque regem interemisse fertur. — Huc spectare possunt etiam loca §. praecedenti proposita. — **27)** Item pro efferre, extollere; *innalzare. Id. 10. Fam. 26.* Tantae laudes, quibus

te omnes in caelum iure et vere ferunt. *Id. Orat. 40.* Saepe rem dicendo subiiciet oculis; saepe supra feret, quam fieri possit; h. e. hyperbole utetur. *Virg. 10. Aen. 548.* caeloque animum fortasse ferebat. *Horat. 2. Ep. 1. 177.* Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru. *Lucret. 6. 8.* Exstincti ad caelum gloria fertur. — Absolute. *Cic. 5. Orat. 36.* Quid fuit in Graccho, quod me porro tantopere ferretur? — **28)** Item pro deducere, ducere; *menare. Id. 1. ibid. 30.* Studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. *Quintil. 5. 10. 123.* Animi quaedam ingenita natura . . . recta nos ad ea, quae conveniant causae, ferant. Adde *Apul. 2. Dogm. Plat. 20.*, ubi tamen pro *quae ad beatam vitam ferunt*, alii rectius leg. *fuerint*. V. *Hild.* ad h. l. — **29)** Hinc *ferri* aliquando est circumferri, esse in manibus hominum; *andare intorno, o per le mani di tutti. Lucil.* apud *Non. 4. 186.* Et sola et multis nunc nostra poemata ferri. *Cic. Brut. 7.* Pericles, cuius scripta quaedam feruntur. *Quintil. Procem. 7.* Sub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricae. *Suet. Caes. 55.* Feruntur quaedam eius orationes. Adde *Cic. Amic. 2.* — **30)** *Id. Arch. 9.* Quare quorum magnus haec feruntur, ab iis populi R. fama celebratur. — **31)** Item pro ostendere, palam facere; *mostrare. Id. Plane. 14.* Eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius. *Id. 14 Att. 15.* Laetitiam apertissime tulimus omnes. *Id. 9. Phil. 3.* Auctorem senatus exstinctum, laete atque insolenter tulit. *Id. Cluent. 19. ad fin.* Neque id obscure ferebat, nec dissimulare ullo modo poterat. *Liv. 31. 47.* Haud clam tulit iram adversus praetorem, quod absente se rem gessisset. — **32)** Pro ostendere, palam habere, saepe dicimus *prae se ferre*, quod et coniunctim scriptum *praeseferre* in omnibus personis reperitur. *Cic. 1. Nat. D. 5.* Cuius rei tantae facultatem consecutum esse me, non profiteor: secutum me esse, prae me fero. *Id. 2. ibid. 17. extr.* Noli, quaeso, prae te ferre, nos plane expertes esse doctrinae. Et 2. *Att. 23.* Non mediocres terrores iacit, et Sampsiceramo negat: criteria prae se fert et ostentat. *Quintil. 2. 13. 11.* Hanc virtutem prae se ferunt. *Id. 10. 1. 11.* Oratio prae se fert felicissimam facilitatem. Adde *11. 1. 57.* — Divisim. *Cic. 2. Agr. 2.* Non tabellam, vindicem tacitae libertatis, sed vocem vivam prae vobis, iudicem vestrorum erga me voluntatum ac studiorum, tulistis. — **33)** Item pro proponere aliquid deliberandum decernendumque. Dicebatur enim magistratus *ferre ad populum*, et *ferre* absolute, cum pro concione interrogabat, vellet ne, iubereique aliquid fieri: id si faceret in senatu, *referre* dicebatur. *Id. 2. Phil. 43.* Nescis, te ipsum ad populum tulisse, ut etc.? *Id. 2. Offic. 21.* Perniciose Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari, facile passus est. *Id. Parad. 4. sub fin.* De te privilegium tulit, ut etc. *Id. 7. Att. 6.* Cum ut absentis ratio haberetur, ferebamus. *Id. Sull. 13.* Lex dies fuit proposita paucos, ferri coepta nunquam, deposita est in senatu. *Id. Cornel. 1.* Legem, inquit, de libertinorum suffragiis Cornelius cum Manilio dedit. Quid est hoc a *dedit?* a An tulit? an rogavit? an hortatus est? etc. *Id. 2. Fin. 16.* Ut P. Scaevola, tribunus plebis ferret ad plebem, vellentne de ea re quaeri. *Id. Sull. 22.* Nihil de iudicio ferebat, sed poenam ambitus auferebat. — Sic *ferre rogationem de aliquo, contra aut in aliquem, ad populum, ad plebem* apud *Eund. Balb. 14., Cluent. 51.* et *Brut. 25., Caes. 3. B. C. 1.* et *Liv. 33. 25.* — Absolute. *Apul. Apol. 82.* Nemo erat, qui pro me ferret. V. *Hildebr.* ad h. l. — Impersonaliter. *Liv. 25. 14.* Late, ut solet, ad populum, ut equum ascendere liceret. — **34)** *Ferre legem alicui*, apud *Cic. Dom. 50. ad fin.*; h. e. in favorem alicuius. — **35)** Cum variis accusativis multiplices habet usus, quos iuvabit ad lectorum commoditatem secundum litterarum ordinem hic exhibere.

Acceptum *alicui ferre*, V. ACCEPTUS §. 6. et 7.

Aetatem. Annos. } V. infra Vetustatem §. 75.

Arbitrium *ferre ad iudicem*; h. e. deferre. *Petron. Sat. 91.* — **36)**

Arma; h. e. militiae munus sustinere; *militare, guerreggiare. Nep. Attic. 4.* Cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. *Liv. 38. 11.* Hostes eosdem habeto, quos populus R. armaque in eos ferto, bellum pariter gerito. — **37)**

Auxilium; *vocar aiuto, aiutare. Enn.* apud *Cic. 4. Acad. 28. Ver* mi auxilium, pestem abige a me. Adde *Plaut. Stich. 2. 2. 5., Lucret. 3. 1077., Cic. 2. Catil. 9.* etc. — **38)** Eodem sensu *ferre opem* apud *Eund. 4. Verr. 3.* Si vobis indigni essent visi, quibus opem auxiliumque ferretis. Adde *Plaut. Bacch. 4. 5. 23.* et *Ter. Andr. 5. 4. 15.* — **39)** Item *ferre subsidium alicui* apud *Caes. 2. B. G. 26.* — **40)** Item praesidium apud *Cic. 1. ad Brut. 18.*

Calumniam alicui; *accusare. Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 8.* V. CALUMNIA §. 3. — **41)**

Cognomen. V. infra §. 58.

Complexum alicui; *abbracciare. Liv. 2. 40.* Coriolanus ab sede sua cum ferret matri obviae complexum. — **42)**

Conditionem; *stabilire, porre. Caes. 4. B. G. 11.* Ea conditione, quae a Caesare ferretur, se usuros ostendebant. *Cic. Rosc. Am. 11.* Hanc conditionem misero ferunt, ut optetur, utrum malit, etc. — **43)**

Crimina in aliquem, *Tacit. ibidem* pro accusare dixit *12. Ann. 4.* — **44)**

Cursus. V. infra Gradum §. 48.

Expensum. V. ACCEPTUS §. 6. et EXPENSUS §. 3.

Famam, et Fama; *divulgare, pubblicare. Plaut. Pers. 3. 1. 24.* Nam inimici famam non ita, ut nata est, ferunt. *Liv. 1. 42.* Ut Servium conditorem posteri fama ferrent. — **45)**

Fidem alicui rei; h. e. habere; *credere. Virg. 10. Aen. 792.* Si qua fidem tanto est operi latura vetustas. — **46)**

Finem; *impor fine. Id. 7. ibid. 117.* ea vox audita laborum Prima tulit finem. — **47)**

Fraudem; *fare, recare. Cic. 7. Att. 26.* et *Liv. 21. 58. ad fin.* — **48)**

Gradum; *camminare. Plaut. Merc. 5. 2. 41.* — *Ovid. 7. Met. 185.* Ferre vagos gradus; *andar errando.* — **49)** Eodem sensu *ferre gressum* apud *Lucret. 4. 683.* et *Ovid. 4. Fast. 488.* — Sic *Sil. 3. 180.* ferre agiles gressus. — **50)** Item *ferre vagos cursus* apud *Sil. 9. 243.* — **51)** Item *ferre vestigia* apud *Eund. 9. 101.* — **52)**

Grates et laudem Deo; *ringraziare e lodare. Sil. 16. 655.* — **53)**

Gressum Gressus. V. supra §. 49.

Impune aut inultum aliquid; *portarla fuori senza castigo, o vendetta. Caes. 1. B. G. 14.* et *Ter. Heaut. 5. 1. 45.* — Absolute sine *impune. Plaut. Amph. 1. 1. 152.* Non feret, quin vapulet; *non la porterà fuori. Cic. 2. Att. 20.* Cetera si reprehenderis, non tacitum feres. — **54)**

Iudicem; *dare, assegnare. Liv. 8. 33.* Provoco ad populum, eumque tibi iudicem fero. *Cic. Rosc. Com. 13. extr.* Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet. Adde *3. Orat. 70.* et *Liv. 5. 24.* et *57.* — **55)**

Laudibus aut Laude aliquem aut aliquam rem; *lodare. Plin. 8. ep. 18.* Alii contra hoc ipsum ferunt laudibus, quod sit frustratus improbas spes hominum. *Virg. 1. Aen. 629.* Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat. *Liv. 7. 10. extr.* Miris pro concione eam pugnam laudibus tulit. Adde *Cic. 1. Rep. 45., Quintil. 10. 1. 99.* — **56)**

Legem. V. supra §. 34.

Maius (in) ferre est amplificare, augere. *Liv. 21. 52.* Ferre in maius vero incertas res fama solet. — **57)**

Manum; *porgere, stendere. Plaut. True. 1. 2. 24.* Et conserere, congredi; *azzuffarsi, venir alle mani. Virg. 5. Aen. 405.* — **58)**

Nomen alicuius; *portare, avere. Cic. 3. Offic. 18.* Quum Basilus M. Latrium sororis filium nomen suum ferre voluisset, cumque fecisset heredem. Et *Horat. 1. Ep. 6. 15.* Iusani sapiens nomen ferat, aequus iniqui. Adde *Suet. Aug. 101.* et *Cal. 47.* — Sic et *cognomen ferre* apud *Eund. Aug. 45.* et *Galb. 3.* — **59)**

Oculis, *saepius* in oculis aliquem; *tener caro, amare teneramente. Cic. 8. Phil. 4.* Oderat tunc, nunc fert in oculis. Adde *3. Q. Fr. 1. 3.* et *Har. resp. 25.* et *Q. Cic. 16. Fam. 27.*

Opem. V. supra Auxilium §. 38.

Osculum; *dare. Ovid. 1. Pont. 4. 50., Cic. fragm.* apud *Non. 4. 195., Plaut. Epid. 4. 2. 4.* et *Val. Flacc. 7. 216.* — **60)**

Partum; *portare. Plin. 8. 50. 1.* Cervi octonis mensibus ferunt partus. — **61)**

Pedem; *andare, accostarsi. Ter. Andr. 4. 5. 15.* Pol, si id scissem, nunquam huc tetulissem pedem. Adde *Virg. 2. Aen. 756.* et *Val. Flacc. 7. 112.* — **62)**

Personam alicuius; *rappresentare. Liv. 5. 56.* Ille finis Appio alienae personae ferendae fuit: suo iam inde vivere ingenio coepit. *Suet. Vesp. 19.* Archimimus personam eius ferens. — **63)**

Praesidium. V. Auxilium §. 40. supra

Preces; *pregare. Virg. 8. Aen. 6.* Iunoni fer rite preces. — **64)** Sed in illo *Vulg. Interpr. Iob. 15. 4.* Quantum in te est, evacuasti timorem et tulisti preces coram Deo; h. e. ademisti hominibus Dei timorem, proinde et rogandi eius necessitatem sustulisti, ut exponit *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v.

Rogationem. V. supra §. 33. — **65)**

Sacra; *far sacrifizio. Virg. 3. Aen. 19.* Sacra Dionaeae matri, Divisque ferebam. — **66)**

Salutem; *recar salute, salvare. Cic. 5. Fam. 4.* — **67)**

Sententiam; *pronunziare, dare. Id. Cluent. 26. extr.* Sua illum sententia, quam palam omnes laturi essent, condemnatum iri. *Id. 6. Verr. 47.* De quo vos *(iudices)* sententiam per tabellas feretis. *Id. Balb. 15.* De quo foedere populus Romanus sententiam non tulit. — **68)**

Similitudinem; *esser simile. Plin. 12. 15. 1. de Caryophyllo.* Fert et in spinis piperis similitudinem. — **69)**

Spem; *avere speranza. Virg. 9. Aen. 291.* Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo, etc. — **70)**

Subsidium. V. Auxilium §. 39. supra

ed by Google

Suffragium; *dar il voto*. *Cic. 11. Fam. 27.* Ego te suffragium tulisse in illa lege primum non credidi. Adde *Eund. in Senect. 7.* et *1. Rep. 31.* et *Varr. 3. RR. 2.* — **71)** Item consequi, obtinere; *avere il voto*. *Id. Plane. 22. extr.* — **72)**

Tributum; *pagare*. *Curt. 3. 1. extr.* — **73)**

Ventrem; *esser gravida*. *Liv. 1. 34.* Quum ignorans nurum ventrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset. — De animalibus. *Varr. 2. RR. 1. post med.* Equa ventrem fert duodecim menses, vacca decem, ovis et capra quinque, sus quatuor. Cf. Partus, supra §. 60. — **74)**

Veniam petere et ferre, apud eund. *Liv. 8. 9.* in formulâ devotionis Decii, est ea ratione dictum, qua *ferre preces, grates, vota*, estque velut synonymum τοῦ *petere*.

Vestigia. V. supra Gradum §. 51. — **75)**

Vetustatem, annos, aetatem; *durare*: dicitur de vino, quod non fugit, sed durat. *Cic.* apud *Macrob. 2. Saturn. 3.* et *Amic. 19.* et *Quintil. 2. 4. 9.* — Hinc in multis *inscriptionibus* praesertim apud *Fabretti, p. 337. n. 83.* et *p. 525. n. 452.* et *455.* idem est *tulit annos*, quod *vixit annos*. — Huc spectat et *Ovid. 5. Trist. 9. 8.* Scripta vetustatem si modo nostra ferent. — **76)**

Vota Diis; *far voti*. *Sil. 12. 327.* — **77)** Denique absolute

IV. *Fero*, cum subiectis etiam abstractis, usurpatur saepissime pro requirere, postulare, velle, promittere; *esigere, richiedere, volere, domandare, concedere*. *Cic. 5. Verr. 23.* Tamdiu pependit in arbore socius populi R., quamdiu voluntas Apronii tulit. Et *7. Verr. 40.* Dicit, se statuisse animadvertere in omnes navarchos: ita sui periculi rationes ferre, ac postulare. *Id. Pis. 2.* Provinciam, quod ita existimabam tempora reipubl. ferre, in concione deposui; *così richiedere*. *Id. 2. Agr. 28.* Paulisper, si ita commodum vestrum feret, connivebo. *Id. 1. Q. Fr. 1. ad fin.* Ad me, ut tempora nostra, non ut amor tuus fert, vere perscribe. Et *1. Fam. 7. circa med.* In hac ratione quid res, quid causa, quid tempus ferat, tu perspicies. Et *Ter. Andr. 1. 2. 17.* Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret suum. Et *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 21.* Si occasio tulerit; *se porterà l'occasione*. Et *Cic. 1. ad Brut. 2.* Accusasti me gravioribus verbis, quam tua consuetudo ferebat; *portava il tuo costume*. Et *4. Verr. 54.* Prout Thermitani hominis facultates ferebant; *come portavano*. Et *Ter. Adelph. 1. 1. 28.* Clanculum patres faciunt, quae fert adolescentia. Et *Cic. Cluent. 60.* Ut aetas illa fert; *come suol fare quell'età*. Et *Manil. in fin.* Si vestra voluntas feret; *se vorrete, se vi piacerà*. — *Ovid. 1. Met. 1.* Fert animus dicere; *l'animo mi porta a dire, ho voglia di dire*. *Suet. Oth. 6.* Tulerat animus post adoptionem statim castra occupare. *Lucan. 1. 67.* Fert animus causas tantarum expromere rerum. *Cic. Somn. Scip. 5.* Natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent; *così porta la natura delle cose*. Et *2. Att. ult.* Ut opinio, et spes, et coniectura nostra fert; h. e. ut opinor, spero, conicio. — **78)** Item *ferre* absolute, pro impune ferre. V. supra §. 53.

Nota. Constructio verbi varia admodum est, ut colligi potest ex innumeris allatis exemplis, et praesertim ex variis ipsius verbi significationibus, non enim una eademque est pro omnibus. Frequentius usurpatur cum accusativo rei vel personae et ablativo instrumenti vel cum praepos. *de, in, a*, rarius *pro*, aut cum altero accusativo et praepos. *per, ad, in, contra*: item saepe cum accusativo rei et dativo personae, raro cum dativo rei. — **Nota II.** Discrimen inter *ago, fero* et *porto* exhibet *Caius, Dig. 50. 16. 235. ferri* inquit proprie dicimus, quae quis suo corpore baiulat: *portari* ea, quae quis in iumento secum ducit: *agi* ea, quae animalia sunt. Hinc *Liv. 39. 54.* Arma deinde sibi, et postremo omnia, quae ferrent, agerentve, adempta. — Haec tamen discrimina inter *fero* et *porto* non fere observantur. — **2)** Item inter *gerere* et *ferre* sic distinguit *Isid. 1. Differ. 268.* « *Gerimus* nostra et veluti natura aliqua, quae in nobis sunt; *ferimus* vero imposita nobis, velut onus. Sed *Virgilius* permixte utitur. *Fidus quae tela gerebat Achates*. Gerebat pro ferre posuit. » — Huc spectat *Apul. 5. Met. 9.* Sic est Hercules, sic se gerebat ferebatque. Cf. *Hildebr.* ad h. l. — **3)** Cl. *Dietsch.* discrimen etiam tradit inter *feror* et *dicor* in suo *Comment.* ad *Sall. Iug. 35. sub fin.*, quem videsis.

FĔRŌCĬA, ae, f. Abstractum a *ferox*, idem fere ac ferocitas; *ferocia*. *Cic. Har. resp. 1.* Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compressi. *Id fragm.* apud *Non. 8. 55.* Effrenata ferocia. *Id. 2. Agr. 35.* intoleranda. *Pacuv.* apud *Non. loc. cit. ferocitatem* et *ferociam* coniunxit, quasi illa naturam, haec actionem significet. *Tacit. 2. Ann. 72.* Exuere ferociam. *Ovid. Alicut. 58.* stolidaeque ferocia mentis. *Vellei. 2. 115.* ingeniorum. — **2)** Accipitur etiam in bonam partem pro virtute; *valore, bravura*. *Liv. 9. 6.* Habere Samnites victoriam, non praeclaram solum, sed etiam perpetuam: cepisse enim non Romam, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque. Adde *Tacit. 2. Hist. 76.* et *Vit. Agric. 11. fin.* et *Liv. 37. 49.* — **3)** Translate. *Plin. 14. 21. 1.* Sapa infusa ferociam vini frangere; *l'asprezza, o amarezza*.

FĔRŌCĬO, is, īvi *et* ĭi, ītre. Verbum intransitiv. a *ferox*. — Particip. *ferociens*, infra. — Est ferox fio, ferociam exerceo; *esser feroce, inferocire*. *Quintil. 10. 3. 10.* Ferocientes equos frenis coercere. *Ex Codd. tamen alii leg.* Efferentes se equos. *Gell. 1. 11.* Quam si permulceti sonis mitioribus non immodice ferocirent. *Id. ibid. ad fin.* Ferocientem saevientemque orationem cohibere. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 92. Mull.* Ferocit apud Catonem, ferociter agit. *Tertull. Apolog. 3.* Reperietis, Neronem in hanc *(accusatorum)* sectam ferocisse. *Gloss. Lat. Gr.* Ferocio; ἀγριαίνομαι.

FĔRŌCĬTAS, atis, f. Abstractum a *ferox*; natura eius, qui ferox est, feritas, saevitia; *ferocia, fierezza*: Dicitur proprie de brutis, translate de moribus hominum, aliisque rebus in utramque partem. *Cic. 1. Offic. 26.* Equos ferocitate exsultantes domitoribus tradere. Et *2. ibid. 11.* Viriati Laelius ferocitatem ita repressit, ut etc. *Id. Vatin. 1.* Alicuius ferocitatem comprimere, et audaciam frangere. *Id. Marcell. 6.* Victoriae ferocitatem extimescere. *Suet. Vitell. 12.* Gravare aliquem ob nimiam contumaciam et ferocitatem. Adde *Pacuv.* apud *Non. 8. 55.* V. FEROCIA §. 1. *Cic. 2. Rep. 2. de Romulo*. Perhibetur . . . et corporis viribus et animi ferocitate tantum caeteris praestitisse, ut omnes aequo animo illi parerent. Adde *Eund. Deiot. 5.*, et *2. Divin. 59.* Cf. VERITAS in *Nota*.

FĔRŌCĬTER. Adverb. a *ferox*. — Comparat. *ferocius*, superlat. *ferocissime*, infra. — Est cum ferocia; *ferocemente*. *Cic. Plane. 15.* Publicanorum in Q. Scaevolam aspere, et ferociter, et libere dicta commemorem? *Id. 2. Q. Fr. 15.* C. noster Lamia paulo ferocius exagitatus est. *Liv. 25. 8.* Cum qua ferocissime pro Romana societate adversum Punicum foedus steterat. *Id. 9. 22.* Ferociter adequitare. *Sall. Iug. 112.* Ferocius decernere. *Plaut. Amph. 1. 1. 58.* Ferociter increpare. *Liv. 2. 55.* dictae sententiae. *Tacit. 2. Hist. 29.* Haec ferociter iactando, ipsum invadunt. *Curt. 10. 2. extr.* Ferocissime obloqui. Et *3. 1.* Ferociter in laevum cornu hostium invehi. *Liv. 5. 47.* Strenue et ferociter facta in bello plura memorari possunt; h. e. fortiter; *con bravura e valore*.

FĔRŌCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *ferox*; aliquantulum ferox: *bravetto, ferocetto*. *Hirt. B. Afr. 16.* Quid tu, miles tiro, tam ferocule es? *Turpil.* apud *Non. 2. 60.* Ne me attigas, atque aufer manum; eia, quam ferocula es!

FĔROX, ōcis, omn. gen. Adiect. a *ferus*, sive « ab eo, quod *feritatem* exerceat, ut bestia, » inquit *Isid. 10. Orig. 106.* — **b)** *Ferocum* pro *ferocium* in genit. plurali; *Albinov. 1. 273.* inque illa ferocum lavitis lacrimas decidere ora genis. Cf. ATROX §. b. — **c)** Comparat. *ferocior* §. 1. et 2., superlat. *ferocissimus* §. 1. et seqq. — **d)** Derivata, *ferocia, ferocio, ferocitas, ferociter, feroculus*. — **e)** Compositum, *praeferox*.

FEROX proprie qui nimium confidit, nihil metuit, atque adeo vehemens, insolens, superbusque est; *feroce, fiero, orgoglioso*: et adhibetur saepius in malam partem. *Cic. 10. Att. 11.* Indulgentia ferocem, atque arrogantem, et infestum facit. *Id. fragm.* apud *Non. 1. 192.* Vereor, ne ferociorem eum faciant tua tam praeclara de eo iudicia. *Id. 4. Fam. 9.* Victoria civilis, etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit. *Id. Vatin. 2.* Nimium es vehemens feroxque natura. *Liv. 7. 40.* Ut potuerim tres et viginti annos natus consul patribus quoque ferox esse, non solum plebi; h. e. in patres et plebem. *Tacit. 3. Hist. 69.* Miles ferox adversus pericula. *Liv. 1. 7.* Pastor nomine Cacus, ferox viribus. *Plaut. Mil. 5. 4. 13.* Moechus, qui forma est ferox. *Liv. 7. 5.* Stolide ferox. *Sall. Iug. 106.* Ille animo feroci negat, se toties fusum Numidam pertimescere. Et *99.* Secundis rebus ferocem esse. *Horat. 1. Od. 15. 13.* Praesidio Veneris ferox. *Id. Art. P. 123.* Sit Medea ferox, invictaque. *Plaut. Mil. 4. 8. 13.* Quia tecum eram, propterea animo eram ferocior. *Flor. 3. 10. a med.* Ferocibus dictis ad ius pristinae libertatis erexit. *Cic. fragm.* apud *Non. 4. 192.* ferox oratio. *Gell. 1. 3. sub fin.* Duas ferocissimas affectiones amoris atque odii coercere. *Lucan. 5. 211.* Feroces oculi. — Sequente infinito. *Plaut. Asin. 2. 4. 62.* Ferox est viginti minas meas tractare sese; h. e. quia tractat; *ha dell'umore, perchè* etc. *Sil. 11. 8.* Atque odium renovare ferox in tempore Samnis; h. e. ferociter paratus. — Cum genitivo. *Ovid. 8. Met. 612.* Deorum Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus. *Tacit. 1. Hist. 38.* Ignavissimus quisque nimii verbis, linguae feroces. *Id. 4. Ann. 12.* Ferox scelerum; h. e. propter scelera. — **2)** Ponitur etiam pro duro, immiti, indomito. *Ovid. 15. Heroid. 189.* e scopulis undaque ferocior illa. *Virg. 10. Aen. 711.* de apro, infremuitque ferox, et inhorruit armos. *Nep. Eumen. 11.* Ferocissimus elephantus. *Plaut. Men. 5. 2. 110.* Equi indomiti, feroces. — **3)** Deinde

II. *Ferox* sumitur aliquando et in bonam partem pro forti, strenuo, bellicoso. *Horat. 1. Od. 32. 6.* Ferox bello. *Liv. 1. 12.* in eum haec gloriantem, cum globo ferocissimorum iuvenum Romulus impetum facit. *Tacit. 2. Hist. 24.* Ferocissimi auxiliarium. *Martial. 14. 179.* de *Minerva*. Dic mihi, virgo ferox, cum sit tibi cassis et hasta, etc.

Digitized by Google

Adde *Sil. 9. 457. Sall. Cat. 43.* Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum . . . natura ferox, vehemens, manu promptus erat: maximum bonum in celeritate putabat. *Plaut. Amph. 1. 1. 82.* Vicimus vi feroces. *Cic. 2. Rep. 20.* Tarquinius . . . bello subegit Aequorum maximam gentem et ferocem et rebus populi Romani imminentem. *Tacit. 3. Hist. 69. fin.* Miles Vitellii adversus pericula ferox. *Liv. 58. 15.* Integris viribus regionis ejus, feroces ad bellandum habebat viros. *Horat. 1. Od. 35. 10.* Ferox Latium. *Id. 3. ibid. 3. 44.* Ferox Roma. Adde *Sall. Cat. 11.* et *lug. 106.*

Nota. *Ferox* a *fero* ita quidam differre volunt, ut *ferox* ad mores referatur, *ferus* ad naturam, et dicatur proprie de brutis iis, quae nullo septo servantur, nullaque cura mansuefacta sunt, quamvis saeva non sint. Cf. FERUS in *Nota* §. 1. et *Isid. 1. Differ. 209.* et *215.* et V. FERITAS in *Nota*. — **2)** Item *ferox* differt ab *aspero*, V. ASPER in *Nota* II. §. 1.

FERRĀGO, ĭnis, f. Nomen a *ferrum;* id. quod ferro caeditur. Ita legendum putat *Pontedera, Antiq. Gr. et Lat. p. 139.* locum *Varronis l. RR. 31.* Legumina viridia, quod ferro caesa, ferrago dicitur. *Gesneri* editio habet: Legumina viridia, quod far ferro caesa, farrago dicta. *Schneiderus* in sua editione *Pontederae* coniecturam probavit, et textum ad illius mentem reflnxit.

FERRĀMENTĀRĬUS, ii, m. Nomen a *ferramentum;* qui ferramenta conficit. *Firmic. 3. Mathes. 13. sub fin.* Aerarii, ferramentarii, statuarii.

FERRĀMENTUM, i, n. Verbale a *ferro*, syllabica adiectione productum, quo significatur quodvis instrumentum ex ferro. *Varr. 1. RR. 22.* De ferramentorum varietate Cato scribit permulta, et genere, et multitudine qua sint, ut falces, palas, rastros. *Colum. 2. 18.* Ut nec ubi ferramentum foenisecae possit offendere. *Id. 3. 18.* Ferramentum bifurcum. V. BIFURCUS §. 1. Adde *Colum. 4. 24.* et *29.* — **2)** Speciatim *Martial.* in *Iammate l. 14. ep. 56.* ferramenta vocat instrumenta tonsoria. *Cic. 3. Catil. 5.* et *Suil. 19.* ferramenta pro armis. Et *Liv. 1. 40.* pro securibus posuit. *Horat.* vero *1. Ep. 1. 86.* pro fabrilibus instrumentis. Adde *Justin. 20. 2.*

FERRĀRĬA. V. FERRARIUS §. 2. et seqq.

FERRĀRĬĀRĬUS, ii, m. Nomen a *ferraria*, eius, qui in ferrifodinis operatur, quem Nostrates vulgo dicunt *canopo*. *Inscript.* apud *Muret. 972. 10.* D. M. Primionis ferrariarii Vitalis contubernalis.

FERRĀRĬUS, a, um. Adiect. a *ferrum;* ad ferrum pertinens; *di ferro. Plaut. Rud. 2. 6. 47.* Ferrarius faber; *ferrario. Inscript.* apud *Grut. 640. 2.* et *4.* negotiator. *Plin. 35. 51. 3.* Ferrariae fabrorum officinae. *Id. 34. 41. 3.* Ferraria metalla; *miniera di ferro. Id. 28. 6. 2.* Ferraria aqua; h. e. qua fabri ignita ferramenta extinguunt. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FERRARIA, ae, f. Est ferrifodina; *miniera di ferro. Caes. 7. B. G. 22.* Apud eos magnae sunt ferrariae. Adde *Cat.* apud *Gell. 2. 22.* et *Liv. 34. 21.* et *Cassiod. 3. Varr. 26.*, qui *ibid. 25.* eas *ferrarias venas* appellat. *Inscr.* apud *Orelli, n. 2341.* Pro salute Tiberi Claudi Nacronis con. fer. Nor.; h. e. conductoris ferrariarum Noricarum. — **3)** Item officina fabri ferrarii. *Inscr.* in *Bullett. Napolet. a. 1854. p. 53.* P. Caulio Coerano negotiatori ferrariarum et vinariariae. Cf. *Minervini* ad h. l. — **4)** Item *ferraria* dicta est a Latinis herba Sideritis sive Heraclea, quae ab aliis Exsupera patricalis dicitur, teste *Apul. Herb. 73.* — **5)** Item herba alia, quae Exsupera matricalis vocatur, communis peristereon, teste *Eod. ibid. 66.*, ubi tamen alii perperam leg. *ferria*. — **6)** Item

FERRARIUS, ii, m. Est ferrarius faber; *ferraio. Inscript.* apud *Spon. Miscell. antiq. p. 66.* Collegium Ferrariorum. *Firmic. 4. Mathes. 7.* e med. Caligarii, coqui, ferrarii.

FERRĀTĬLIS, le. Adiect. verbale a *ferro;* ferro munitus; ferratus. *Plaut. Most. 1. 1. 18. genus ferratile* ioculariter vocat servos ferreis compedibus vinctos.

FERRĀTUS, a, um. Particip. verbi *ferro*, adiectivorum more adhibitum. — Est ferro munitus; *ferrato. Virg. 3. G. 361.* Ferrati orbes rotarum. *Liv. 1. 33. ad fin.* Ferrata hasta. *Virg. 5. Aen. 208.* Ferratae sudes. Et *11. ibid. 714.* Ferrata calx; h. e. stimulo ferreo armata. *Horat. 1. Sat. 4. 61.* Ferrati postes. *Val. Flacc. 6. 90.* Ferrata forma suum; h. e. ferrea imago. *Plaut. Bacch. 4. 6. 11.* Ferratus servus; h. e. ferreis compedibus vinctus. *Horat. 4. Od. 14. 30.* Ferrata agmina. *Rutil. Itiner. 1. 365.* ferratus Mars. *Senec. 5. Quaest. nat. 2.* Ferratae aquae; h. e. e ferri metallis erumpentes. *Virg. 3. G. 398.* excretos prohibent a matribus haedos. Primaque ferratis praefigunt ora capistris. *Serv. exponit*, duris: *alii* ferreo aculeo armatis. V. CAPISTRUM §. 2. — **2)** Speciatim *Ferrata* cognominata est Legio VI., quae in Hispania militavit sub Augusto et Tiberio Impp., atque alibi quoque insecutis temporibus, qua de re consulendus est *Borghesi* in *Annali dell'Istit. Archeol. a. 1859. p. 150.* et *seq. Inscript.* apud *Murat. 883. 4.* C. Iulius Bruttianus *(miles)* Leg. VI. Ferrat. Adde *alias* apud *Grut. 43. 13., 446. 6., 457. 10.* et *alibi*. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FERRATI, ōrum, m. Sunt milites ferreis loricis iuduti. *Tacit. 3. Ann. 43.* In fronte statuerat ferratos, in cornibus cohortes.

FERRĔUS, a, um. Adiect. a *ferrum;* qui est ex ferro; *di ferro. Caes. 5. B. G. 12.* Britanni utuntur aut aere aut taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro numo. *Lucret. 1. 315.* Ferreus vomer. *Varr. 1. RR. 22.* Ferreae furcae (absolute *ferreas* apud *Cat. RR. 10.* vocatae). *Caes. 1. B. C. 57.* et *58.* Ferrea manus; h. e. instrumentum bellicum ita dictum. V. MANUS. *Quintil. 6. 3. 58.* fibula. *Id. 7. 6. 8.* ferreus anulus. *Suet. Aug. 100.* ferreae litterae. *Caes. 3. B. G. 13.* Ferrei clavi. Et *7. ibid. 73.* Ferri hami. *Curt. 7. 11.* cunei. *Plin. 8. 7. 3.* clathri; *ferrata. Sallust. fragm.* apud *Non. 18. 28.* Praegrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. — Poetice. *Virg. 12. Aen. 284.* ferreus imber; *una pioggia di saette. Id. 3. ibid. 45.* Ferrea telorum seges. — **2)** Item qui ad ferrum pertinet. *Plin. 7. 57. 7.* Ferrea fabrica; *l'arte del ferraio*. — **3)** Item qui ferrum aspectu refert; *di color di ferro. Plin. 37. 61. 1.* Ferreus color. *Ambros. 2. Hexaem. 13. n. 46.* Ferreum caelum. V. loc. — **4)** Hinc est etiam ater, ferrugineus. *Stat. 1. Theb. 104. de Tisiphone*, sedet intus abactis Ferrea lux oculis, qualis per nubila Phoebes Atracia rubet arte labor. Et *2. ibid. 51. de Cerbero.* Ferrea tergemino domuisset lumina somno; h. e. atra, torva, rigida, et simul fortia, et contra somnum vigilacia. — **5)** Translate est durus, inhumanus. *Cic. 15. Fam. 21.* Perreus essem, si te non amarem. *Id. 13. Att. 30.* O te ferreum, qui illius periculis non moveris! *Id. 1. Q. Fr. 3.* Quem ego ferus, et ferreus e complexu dimisi meo. *Id. 7. Verr. 46.* Quis tam fuit durus et ferreus, quis tam inhumanus, qui etc.? *Id. Amic. 13. sub fin.* Qui virtutem duram, et quasi ferream esse quandam volunt: quae quidem est in amicitia tenera atque tractabilis. *Virg. 2. G. 301.* ferrea iura, insanumque forum; h. e. leges, quae nulla flectuntur misericordia. Et *341.* Ferrea progenies. *Ovid. 13. Heroid. 64.* Ferrea bella. Et *12. ibid. 183.* Ferrea praecordia. *Cic. 1. Fin. 2.* Atilius ferreus scriptor; h. e qui duro dicendi genere utitur. — **6)** *Vet. Poeta* apud *Cic. 2. Nat. D. 63.* Ferrea proles; h. e. ferreae aetatis homines. V. AETAS *Nota* IV. §. 2. — **7)** Item impudens. *Cic. Pis. 26.* Si os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti. — **8)** Item fortis, durus, validus. *Virg. 6. Aen. 625.* et *2. G. 44.* Non, mihi si linguae centum sint, oraque centum, Ferrea vox, etc. *Liv. 39. 40. sub fin. de Catone.* In parsimonia, in patientia laboris periculique, ferrei prope corporis animique. — **9)** Item gravis, molestus. *Virg. 10. Aen. 745.* et *12. ibid. 309.* Olli dura quies oculos, et ferreus urget Somnus; χάλκεος ὕπνος. *Ovid. 3. Trist. 3. 28.* me Ferrea sors vitae, difficilisque premit.

FERRĬĂ. V. FERRARIUS §. 5.

FERRĬCRĔPĪNUS, a, um. Adiect a *ferrum* et *crepo*. — *Ferricrepinae insulae* dicuntur ioculariter a *Plaut. Asin. 1. 1. 21.* ergastula, ubi servi ferro vincti laborabant. Ibi enim assiduus compedum catenarumque crepitus exaudiebatur. Cf. FUSTITUDINAS.

FERRĬFŎDĪNĂ, ae, f. Nomen a *ferrum* et *fodina;* ferraria, ubi ferrum fodiur. Improbat hanc vocem *Varr. 8. LL. 33.*, non quod sit contra analogiam, sed quod in usu non sit.

FERRĬTĔRĬUM, ii, n. Nomen a *ferrum* et *tero;* locus, ubi ferrum teritur; h. e. ubi servi compedibus ferreis vincti asservantur. *Plaut. Most. 3. 2. 55.* Inde in ferriterium; Postea in crucem recta. Cf. vocc. seqq.

FERRĬTĔRUS, a, um. Adiect. a *ferrum* et *tero;* qui ferrum teritat. *Ferriterus* appellatur a *Plaut. Trin. 4. 3. 14.* servus vinctus ferreis compedibus. Cf. voc. praeced. et seq.

FERRĬTRĪBAX, ācis. omn. gen. Adiect. a *ferrum* et τρίβω; *tero*, idem ac ferriterus. *Plaut. Most. 2. 1. 9.* Ubi sunt isti plagipatidae, ferritribaces viri.

FERRO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *ferrum;* ferro munio; *ferrare*. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Ferro; σιδηρόω. Cf. FERRATUS.

FERRŪGĪNANS, antis. Particip. ab inusit. *ferrugino;* ferrum sapore referens. *Tertull. advers. Valentin. 15.* Guttae bituminosae, ferruginantes, et sulphurantes.

FERRŪGĪNĔUS, a, um. Adiect. a *ferrugo;* colorem habens, qualis est ferri longa rubigine exesi, qui ex rufo, et nigro commixtus est, quem hodie colorem castaneum vocant; *di color di ruggine, ferrigno, fosco.* Interdum hic color dicitur *thalassicus*, quod nautae, et piscatores eo uti soleant in mari. *Plaut. Mil. 4. 4. 43.* Palliolum habeas ferrugineum: nam is color est thalassicus. *Lucret. 4. 75.* Vela lutea, russa, ferruginea. Alii leg. *ferrugina*, ut metrum constet. *Virg. 6. Aen. 303. de Charonte.* Et ferruginea subvectat corpora cymba. *Id. ibid. 410.* hanc eandem *caeruleam puppim* vocat, quia affines hi valde colores sunt, fusci videlicet. V. CAERULEUS §. 11. *Id. 4. G. 183.* Ferruginei hyacinthi. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 275.* Ferrugineus Plutonis amictus. *Stat. 2. Theb. 13.* ferrugineum nemus luferorum. Et *1. ibid. 600.* ferruginea frons strigis. — **2)** *Ferrugineus sapor* est ferri sapor, quem aquae contrahunt ex ferri metallis erumpentes. *Plin. 31. 8. 2.* Fons ferruginei saporis. V. *Senec.* loc. in FERRATUS §. 1. — **3)** *Ferrugineae aquae*, quaenam sint, V. in STYPTERIAZUSA.

Digitized by Google

FERRŪGĪNUS, a, um. Adiect. eiusdem significationis et originis ac praecedens. *Lucret. 4. 74.* V. loc. in voc. praeced. §. 1.

FERRŪGO, ĭnis, f. Nomen a *ferrum*, syllabica adiectione productum; ut *aerugo* ab *aere*. V. AERUGO §. a. — Est rubigo ferri; *ruggine del ferro*. *Plin. 23. 79. 1.* Illitoque inde ferrugo incipientes lichenas sanat. — **2)** Item color rufus nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferrei rubiginе exesi; *color ferrigno, castagno, fosco:* ipsaque res talem colorem habens. *Id. 15. 9. 1.* Fructus grandissimus pineis nucibus, intus exiles nucleos includit, vestitos alia ferruginis tunica. *Val. Flacc. 4. 775.* multa pallens ferrugine taurus. *Virg. 1. G. 467.* Sol caput obscura nitidum ferrugine texit. *Ovid. 15. Met. 789.* vultum ferrugine Lucifer atra Sparsus erat. Et *13. ibid. 960. de Glauco Deo Marino.* Viridis ferrugine barba; *h. e.* colore fusco, aut caeruleo, qui marinis rebus tribuitur, ut in FERRUGINEUS §. 1. dictum est. — *Virg. 9. Aen. 582.* Pictus acu chlamydem, et ferrugine clarus ibera; *h. e.* purpurea veste, vel purpureae admodum simili. Nam purpurae optimae color ex rubro ad nigrum accedit. Sic *11. ibid. 772.* peregrina ferrugine clarus et ostro. Cf. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 466.*, ubi *ferrugo* traditur genus quoddam tincturae fuisse et simul purpurae nigrioris. V. *Isid. 19. Orig. 23. 6.* et *Serv. ad Aen. II. cc.* — **3)** Translate. *Auct. Paneg. ad Pis. 93.* animusque mala ferrugine purus; *h. e.* ab invidia liber, quae ita exest animum, ut rubigo ferrum.

FERRUM, i, n. Vox parum certae originis, quamquam *Isid.* putat *16. Orig. 21. 1.* « *ferrum* dictum, quod *farra*, idest semina frugum terrae condat. » — **b)** *Ferrum* pluralem numerum non habere, adnotat *Gloss. Gr. Lat.* sub v. Σίδηρος. Confirmant *Charis. 1. p. 21.* et *72. Putsch.*, aliique Grammatici. — **c)** Derivata, *ferrago, ferramentarius, ferramentum, ferrariarius, ferrarius, ferratilis, ferratus, ferreus, ferro, ferruginans, ferrugineus* et *ferruginus, ferrugo, ferrumen, ferruminatio, ferrumino.* — **d)** Composita, *conferramino, ferrierepinus, ferrifodina, ferriterium, ferriterus, ferritribax, soliferreum.*

FERRUM proprie unum est e septem metallis apud Veteres cognitis *(Isid. 16. Orig. 17.)*, Graece σίδηρος, Italice quoque dictum *ferro*. *Plin. 34. 39. 1.* Proxime indicari debent metalla ferri, optimo pessimoque vitae instrumento. Siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria, vites squalore deciso annis omnibus cogimus iuvenescere. Hoc exstruimus tecta, caedimus saxa, omnesque ad alios usus ferro utimur. Sed eodem ad bella, caedes, latrocinia, non cominus solum, sed etiam missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato: quam sceleratissimam humani ingenii fraudem arbitror. Cf. *ibid.* et capita sequentia, et *Isid. 16. Orig. 21.* — *Cic. 2. Leg. 18.* Aes atque ferrum, duelli instrumenta. *Id. 2. Nat. D. 60.* E terrae cavernis ferrum elicere, rem ad colendos agros necessariam. Adde *Lucret. 1. 491.* et *572.*, *Caes. 5. B. G. 12.* et *Horat. 1. Sat. 4. 20.* — **2)** *Ferrum resipere* mustum dixit *Varr. 1. RR. 54.* quod postremum ex vinaceis expressum est; *h. e.* ferri saporem habere, Itali dicunt; *sa di ferro, è bruscо e ruvido al gusto*. V. FERRUGINEUS §. 2. — **3)** *Ferrum meum in igne est* proverb. apud *Senec. Apocoloc. a med.*; *h. e.* mea nunc res agitur. Simili sensu Itali dicunt; *si legge sul mio libro*. — **4)** Metaphorice est duritiae morum. *Ovid. 7. Met. 53.* Tam ferrum et scopulos gestare in corde fatebor. *Id. 9. ibid. 613.* Nec rigidas silices, solidumve in pectore ferrum, Aut adamanta gerit. Adde *1. Trist. 8. 42.*, coll. *14. Met. 712.* — **5)** Inde a ferro saeculum sive aetas quaedam mundi nomen accepit. *Horat. Epod. 16. 63.* Iupiter illa piae secrevit litora genti, Ut inquinavit aere tempus aureum; Aere, dehinc ferro duravit saecula. Adde *Ovid. 1. Met. 127.* et *15. ibid. 260.* Cf. AETAS, *Nota* IV. §. 2. — **6)** Item de patientia ac duritia in malis. *Id. 4. Pont. 10. 3.* Ecquos tu silices, ecquod, carissime, ferrum Duritiae confers, Albinovane, meae? — **7)** Deinde, latissimo sensu,

II. *Ferrum* per synecdochen dicitur de gladio, ense, falce, aliisque huiusmodi ferreis instrumentis. *Nep. Alcib. 10.* Ferro aggredi aliquem. *Cic. Caecin. 9.* In aliquem cum ferro invadere. *Id. 5. Nat. D. 33.* Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat. *Liv. 31. 7. a med.* Urbes et agros ferro atque igni vastare; *mandare a ferro e fuoco*. *Cic. 11. Phil. 14.* Huic urbi ferro ignique minitantur. *Hirt. B. Alex. 60.* Ferro flammaque agros consumere. *Virg. 12. Aen. 186.* ferro haec regna lacessent; *h. e.* bello et armis. Sic *Lucan. 7. 228.* Atque omnis, Latio quae servit, purpura, ferro; *h. e.* omnes reges, qui armis subacti, R. imperio parent. *Virg. 12. Aen. 282.* decernere ferro; *h. e.* proelio, pugna. *Suet. Ner. 12.* Exhibuit ad ferrum etiam quadringentos senatores; *h. e.* qui gladiis depugnarent. *Cic. 2. Tusc. 17.* Quis mediocris gladiator, cum decubuisset, ferrum recipere iussus, collum contraxit? *Plin. 10. 47. 2.* Halcyonum nidi ferro intercidi non queunt. *Horat. 4. Od. 6. 9.* mordaci icta ferro pinus. *Virg. 1. G. 50.* aequor ferro scindere; *h. e.* terram vomere. Sic *Lucil.* apud *Non. 4. 439.* glebas proscindere ferro. *Senec. Hippol. 884.* vincire aliquem ferro; *h. e.* catena. *Virg. 12. Aen. 100.* crines vibratos calido ferro. *Ovid. 11. Met. 181.* ferro resecare capillos. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, 4. 5790.* Q. Maecius Rusticus ferro petitus. *Alia* apud *Orelli, n. 2535. de gladiatore.* Ferrum misit. Adde *Caes. 5. B. G. 30.*, *Lucret. 3. 1294.*, *Ovid. 15. Met. 91.* et *12. ibid. 551.* et *Enn.* apud *Cic. 3. Rep. 5.*

FERRŪMEN, ĭnis, n. Verbale a *ferrumino;* quoddam quasi gluten, iunctura, qua ferrum ferro iungitur, et generatim qua etiam aliae res consolidari solent; *saldatura, incollatura*. *Petron. Satyr. 102.* Nec vestem atramento adhaesuram, quod frequenter, etiam non arcessito ferrumine, infigitur. *Plin. 36. 58. 1.* Quod furto calcis sine ferrumine suo caementa componuntur. *Pompon. Dig. 41. 1. 27.* Cum partes duorum dominorum ferrumine cohaererent. — **2)** Translate. *Gell. 15. 26.* Esse videtur Homeri simplicior et succerior, Virgilii autem ταυρικώτερος, et quodam quasi ferrumine immisso, fucatior. Ταῦρον δ' Ἀπόλλωνι, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι. Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo. *το pulcher* ferrumen *Gell.* appellat; *un taccone, riempitura, borra*. — **3)** Est etiam ferrugo, rubigo, aut color ferri. *Plin. 37. 10. 1.* Crystalla infestantur plurimis vitiis, scabro ferrumine, maculosa nube, etc. Ita *Harduin.* ex MSS., *alii* ferrugine.

FERRŪMĬNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *ferrumino;* actus ferruminandi, *saldatura*. *Paul. Dig. 6. 1. 25.* Dicit enim, si statuae ferruminatione iniunctum brachium sit, unitate id maioris partis consumi. Non idem est in eo, quod applumbatum sit, quia ferruminatio per eandem materiam facit confusionem: plumbatura vero non idem efficit. *Gloss. Gr. Lat.* Σιδήρου ἕνωσις ἐκτὸς μολίβδου; Ferruminatio, quod plumbatura dicitur.

FERRŪMĬNĀTUS, a, um. Particip. verbi *ferrumino;* ferrumine iunctus; *saldato*. *Plin. 35. 51. 3.* Bitumen calcis quoque usum praebuit, ita ferruminatis Babylonis muris. *Id. 10. 50. 2.* Surculo super bina ova imposito, ac ferruminato alvi glutino: *Petron. Satyr. 31.* Anulus totus aureus, sed plane ferreis veluti stellis ferruminatus.

FERRŪMĬNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *ferrum*. — Particip. *ferruminans* et *ferruminandus* §. 1., *ferruminatus*, V. suo loco. — Est iungo, consolido; *saldare:* et dicitur proprie de ferro primum, aliisque rebus, quae materia sua altera alteri conglutinantur: latius vero de aliis. *Plin. 34. 24. 1.* Squama decussa vi clavis, in quos panes aerei ferruminantur. *Id. 34. 39. 3.* Muros domosque massis salis faciunt, ferruminantes aqua. *Id. 35. 53. 1.* Ad ferruminandas fracturas, ossaque contusa. *Id. 11. 86. 1.* Cruribus canum fracta ossa non ferruminantur. Et *36. 67. 3.* Vitrum sulphuri concoctum ferruminatur in lapidem. *Pompon. Dig. 41. 1. 27.* Si tuum scyphum alieno plumbo plumbaveris, aut alieno argento ferruminaveris. *Plin. 18. 64. 2.* Arundinis coma, ubi lignosiore callo induruit, contusa et interiecta navium commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice; *calafata*. — **2)** Translate et festive pro applicare dixit *Plaut. Mil. 4. 8. 25.* Capita inter se nimis nexa hice habent. Non placet: labra labellis ferruminavit admodum.

FERTĀTUS. V. FESTATUS.

FERTILIS, le. Adiect. a *fero*, proprie autem ex particip. parum usitato *fertus*, unde *fertilis*, syllabica adiectione productum. V. FERTUS. — **b)** Comparat. *fertilior* §. 1. superlat. *fertilissimus* §. 1. — **c)** Derivata, *fertilitas, fertiliter*. — **d)** Compositum, *infertilis, infertilitas, praefertilis*.

FERTILIS proprie est ferax, fecundus, uber, fructuosus; *fertile, abbondante, fruttuoso, fecondo*. *Cic. 5. Verr. 31.* Agros laetos ac fertiles desererent. *Ovid. 1. Art. am. 349.* Fertilior seges est alienis semper in agris. *Cic. 2. Agr. 19.* Opimi ac fertiles agri. Et *1. Divin. 42.* Agri uberrimi, maximeque fertiles. *Propert. 4. 8. 14.* fertilis annus. *Horat. 2. Od. 15. 7.* Oliveta fertilia domino. *Sever. Aetn. 555.* quantis fornacibus Aetna Uritur, a sacro nunquam non fertilis igne. *Ovid. 3. Fast. 240.* Pertilis herba. *Plin. 18. 10. 4.* Milium omnium frugum fertilissimum. *Id. procem. 14.* Fertilissimus quaestus. *Liv. 22. 25.* Fertilissimus ager. *Ovid. 9. Heroid. 93.* Fertilis serpens; *h. e.* Hydra, cui uno ex multis reciso capite, aliud statim renascebatur. *Id. 5. Fast. 127.* Fertile cornu nutricis; *h. e.* cornu copiae. — Cum genitivo. *Liv. 5. 54.* Fertilis hominum frugumque Gallia. *Horat. 2. Sat. 4. 51.* Mare fertile testae. *Plin. 6. 24. 1.* Populi auri, margaritarumque fertiliores, quam Indi. *Id. 3. 17. 1.* Arenae vitri fertiles. *Sall. Iug. 17.* Ager frugum fertilis. — Cum ablativo. *Plin. 6. 26. 3.* Plumen auro fertile. *Id. 5. 5. 5.* Ager a litore arboribus fertilis; intus frugibus tantum. — Cum accusat. et praepos. *ad*. *Plin. 2. 80. 2.* Tractus fertilis ad omnia. — **2)** Translate. *Ovid. 4. Pont. 2. 11.* Fertile pectus habes, interque Helicona colentes Uberius nulli provenit ista seges. *Propert. 4. 6. 75.* Ingenium potis irritat Musa poetis: Bacche, soles Phoebo fertilis esse tuo. *Plin. procem. 14.* Priscorum cura fertilior, et industria felicior fuit. *Spurinn. Carm. 2.* Fertilis quies. Adde *Vulg. Interpr. Ierem. 48. 11.* — **3)** Deinde

II. *Fertilis* dicitur etiam, qui fertilitatem inducit. *Ovid. 6. Met. 624.*

Digitized by Google

Dea fertilis; h. e. Ceres. *Plin. 18. 8. 4.* Maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. *Tibull. 1. 8. 32.* et *Val. Flacc. 7. 608.* Nilus fertilis.

Nota. Inter *fertilem* et *fructuosum* ita distinguit *Isid. 1. Differ. 222.* « *Fertilis* est ager; *fructuosum*, quod cuique compendium est. »

FERTĪLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fertilis;* feracitas, ubertas, fecunditas, abundantia; *fertilità, fecondità. Cic. 1. Divin. 57.* Quae sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. *Plin. 3. 6. 3.* Frugum, et vitium, olearumque fertilitas. *Id. ibid. 24. 8.* Italia metallorum fertilitate nullis cedit terris. *Vulg. Interpr. Gen. 41. 29.* Ecce septem anni venient fertilitatis. Adde *Caes. 2. B. G. 4., Ovid. 5. Met. 481.* et *Quintil. 2. 19. 2.* — **B)** Pro fecunditate prolis. *Ovid. 4. Fast. 221.* Saepe Rhea queritur, toties fecunda, nec unquam Mater, et indoluit fertilitate sua. *Plin. 8. 66. 1.* Fertilitas animalium ad generandum. — **2)** Translate. *Id. 35. 36. 37. de Protogene.* Artis eius summa intentio, et ideo minor fertilitas; h. e. pauciora opera fecit. — Huc spectat *Cic. 2. Tusc. 15.* Virginibus Lacaenis magis palaestra, Eurotas, sol, pulvis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara; h. e. mollis luxus, et delicatus cultus, ornatusque corporis, quae ex copia rerum, ac divitiis auri, gemmarum, ac pretiosarum vestium constat.

FERTĪLĬTER. Adverb. a *fertilis;* fecunde; *fertilmente.* — In comparativo tantum usurpatum hucusque repertum fuit. *Plin. 34. 49. 1.* Derelicta metalla fertilius reviviscunt.

FERTOR, ōris, m. Verbale a *fero;* qui fert, vel fortasse qui ferto libat. *Varr. 8. LL. 32.* In *Gloss. Isid.* Fertores ferto libantes. Cf. FERTOR in ONOM.

FERTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fero;* ad ferendum aptus, ut lectus, sella fertoria, *Coel. Aurel. 1. Chron. 3.* et *5. ibid. 1.* — **B)** Absolute, substantivorum more,

FERTORIUM, ii, n. Est sella gestatoria, lectica. *Coel. Aurel. 1. Chron. 1. n. 18.* Adhibenda igitur vectatio pro viribus aegrotantis fertorio vel sella procurata. Cf. GESTATORIUS et PORTATORIUS.

FERTUM, i. V. voc. seq. §. 2.

FERTUS, a, um. Particip. parum usitatum a *fero* (V. FERTILIS), quod tamen *Porcellinus* noster a *farcio* pro *farcio* duxit, ut sit plenus, refertus, effertus; *pieno. Vet. Poeta* apud *Cic. Orat. 49.* Frugifera et ferta arva Asiae tenet. — **B)** Absolute, substantivorum more,

FERTUM (quod alii eadem ratione scribunt etiam *farctum* vel *fercum*), i, n. Est genus libi opimi, de quo *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Mull. Farctum* (alii *fircum*), genus libi dictum, quod crebrius id sacra *ferebatur*, nec sine strue, altero genere libi, quae qui afferebant, *struferctarii* appellabantur. V. STRUFERTARIUS. Hinc *Isid. 6. Orig. 19. 24. offertorium* tali ex causa sumpsit vocabulum; *fertum* enim dicitur oblatio, quae altari offertur et sacrificatur a pontificibus, a quo ostentorium nominatur, quasi *propter fastum*. — Qui autem a *farcio* deducunt, ita dictum volunt, quod pluribus variisque rebus *fartiretur*. Fortasse vero in unum confusum fuit utrumque etymum, et quod a *farcio* dicebatur, a *fero* postea est deductum, aut e contrario. *Pers. 2. 48.* Attamen hic extis, et opimo vivere ferto intendit. Al. farto *leg.* Adde *Fab. Pict.* apud *Gell. 10. 15., Caton. RR. 134.* et *141.* — In *Tab. Fratr. Arval.* apud *Marini, Arv. p. 403.* STATUIMUS FERTISQUE. V. STRUES. *Gloss. Lat. Gr.* Fertum; φυστὸς. Cf. *Mull.* ad *Fest. l. c.*

FERVĔFĂCĬO, făcis, fēci, factum, facĕre. Verbum transitiv. a *fervo* et *facio*, quod etiam per tmesin divisit *Cato, RR. 157. a med.* Postea ferve bene facito: ubi ferverit, in catinum indito. — Est fervere, et bullire facio; *far bollire, riscaldare. Cato, RR. 156. a med.* Eodem addito et oleum, postea fervefacito. *Plaut. Pseud. 3. 2. 44.* Eae ipsae se patinae fervefaciunt illico. *Cels. 4. 24.* Muriam fervefacere. — Particip. *fervefactus*, V. in voc. seq.

FERVĔFACTUS a, um. Particip. verbi *fervefacio;* fervens factus, fervidus; *bollente, acceso, infocato. Caes. 7. B. G. 22.* Fervefacta pix. Et *3. ibid. 42.* Fervefacta incula in casas iacere coeperunt. *Plin. 20. 8. 3.* Vinum cum colocynthide fervefactum; *bollito.*

FERVENS, entis. Particip. verbi *ferveo*, adiectivorum more saepe adhibitum. — Hinc comparat. *ferventior* §. 2. et superlat. *ferventissimus* §. 1. — Proprie est qui fervet; *bollente, acceso, infocato. Colum. 12. 50. sub fin.* Baccae eluantur non ferventissima aqua, verum modice calida. *Plaut. Capt. 4. 2. 67.* Laridum atque epulas foveri focilis ferventibus. *Ovid. 1. Pont. 8. 68.* Fervens rota. *Id. 4. Met. 120.* vinus; *recente e caldo. Plin. 11. 45. 4.* cera. *Id. 25. 50. 1.* Leniter cinere ferventi decoquitur. *Id. 30. 9. 1.* Si ferventia os intus exusserint. *Id. 17. 35. 29.* Ferventes horae diei. *Id. 25. 53. 1.* Dictamnum fervens, et acre gustu. *Plaut. Amph. 4. 2. 11.* Quem pol ego hodie ob istaec dicta faciam ferventem flagris. *Iustin. 4. 1.* Aestus fervens; *il mare ondeggiante. Plin. 2. 82. 1.* Sonus raucus in recavis, resultans in duris, fervens in humidis; *gorgogliante.* — Ferventis auri saccum *Martial.* dixit *10. 74.*; h. e. crumenam refertam aureis nummis recenter cusis, nitidis, radiantibus instar auri igne ferventis; *lampanti.* — **B)** Translate. *Ovid. 3. Met. 466.* Fervens ira oculis. *Horat. 1. Od. 15. 4.* Fervens iecur bile tumet. *Id. 1. Sat. 10. 62.* ingenium rapido ferventius amni. *Cic. 1. Offic. 15.* Fortis animus et magnus in homine non perfecto, nec sapiente, ferventior plerumque est; *più impetuoso e ardente. Claudian. 1. in Rufin. 100.* lucri cupidine fervens. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 23.* Ut non quidquam impedimentorum ab illis ferventibus latronibus interciperetur.

FERVENTER. Adverb. a *fervens.* — Comparat.; *ferventius* et superlat. *ferventissime*, infra. — Est cum fervore; *caldamente, con calore.* Translate. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 8.* Et de damnatione ferventer loqui est coeptum. *Id. ibid. 9. ad fin.* Curio ferventissime concerpitur. *Augustin. 2. de Genes. ad litter. 5.* Moles, quae celerius circulari motu agitur, utique ferventius.

FERVĔO, ves. vi vel bui, vēre. Verbum intransitiv. parum certae originis. — **b)** Aliquando est *fervo, is. Lucil.* apud *Quintil. 1. 6. 7.* et apud *Non. 10. 1.* Fervit aqua, et fervet: fervit nunc, fervet ad annum. *Barth. 1. 56. Adversar. c. 9.* hinc eruit discrimen inter *fervit*, et *fervet*, quod illud dicatur de aqua, quae nunc aestuat, caletque; hoc de aqua, quae fervorem diu retinet. *Quintil. ibid.* vult τὸ *fervit* esse simile non τῷ *legit*, sed τῷ *servit*. At fortasse *Lucilius* litem illam grammaticam, utrum recte diceretur *fervit*, an *fervet*, ita dirempsit, ut pronunciaret, utrumque pro diverso tempore recte dici, *fervit* nempe pro praesenti, *fervet* pro futuro ex *fervo, is*, tertiae coniugationis. Ita enim utitur hoc verbo *Virg. 1. G. 436.* et *471.*, ut et *4. Aen. 409.* et *8. ibid. 677.* V. *Servium* ad utrumque locorum posteriorum. — Utramque formam *ferveo* et *fervo* agnoscit *Consent.* in *Art. p. 2073. Putsch.*, coll. *Caper, de verb. dub. p. 2248. ibid.* Cf. infra §. 1. — **c)** Item duplex praeteritum *fervi* et *ferbui* agnoscit etiam *Adamant.* apud *Cassiod. Orthogr. 8.* — Alterum praeteritum *ferbui* locum habet in compositis *deferbui, conferbui.* — **d)** *Fervat* etiam pro *fervent* dixere *Pompon.* et *Accius* apud *Non. 10. 3.* et *fervitur* pro *fervit, Afran. ibid. 8.* V. loc. in §. 4. *sub fin.* Sed haec perantiqua sunt. — **e)** *Ferbeo* autem, unde *ferbui*, scribitur, vel etiam solita litterarum b et v permutatione in *Gloss. Lat. Gr.* Perbeo; ζέω. — **f)** Particip. *fervens* §. 4. et suo loco. — **g)** Derivata, *fermentaticius, fermentatio, fermentesco, fermento, fermentum, ferventer, fervesco, fervidus, fervor, fervunculus.* — **h)** Composita, *conferveo, deferveo, efferveo, fervefacio, infermentatus, infermentum, inferveo, praefermento, praefervidus, suffermentatus, suffervefacio, sufferveo.*

FERVEO, proprie est igni, vel aestu commoveor, agitor, aestuo, bullio, caleo, inflammor; *bollire, esser infocato, o riscaldato.* In quibusdam personis, et infinito praesenti aliquando est tertiae coniugationis, praesertim apud Poetas. *Cato, RR. 157. a med.* Ferve bene facito: ubi ferverit, in catinum indito. *Pallad. 3. 20.* Baccas bullire facies: et ubi diu ferbuerint, etc. *Stat. 4. Silv. 5. 15.* exemptusque testa, Qua modo ferbuerat, Lyaeus. *Plin. 14. 11. 2.* Fervere mustum prohibetur: sic appellant musti in vina transitum. *Gell. 2. 29.* Sol fervit; *è cocente. Plin. 32. 18. 3.* Ossiculo in aquam ferventem deiecto, refrigerari vas, nec postea fervere, nisi exempto. *Id. 3. 1. 15.* Loca inhabitabilia fervere, quamquam hiberno tempore. *Colum. 12. 19.* Quum aliqua parte multum excoctum in se fervebit. *Horat. 2. Sat. 4. 62.* Quaecumque immundis fervent allata popinis. — **B)** Translate est agitor, turbor, misceo. *Virg. 1. G. 453.* Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis Fervere, non illa etc. *Lucret. 6. 42.* Ille *(turbo)* in aquam subito totum se immittet et omne Excitat ingenti sonitu mare, fervere cogens. — **B)** Hinc latiore significatione dicitur saepe de iis, quae studio diligentiaque fiunt: itemque de locis, quae opere, et turba frequentantur. *Virg. 4. Aen. 407.* opere omnis semita fervet. *Martial. 2. 64.* fora litibus omnia fervent. *Ovid. 1. Fast. 579.* fervent examina putri De bove. *Virg. 8. Aen. 677.* totumque instructo Marte videres Fervere Leucatem. *Varr.* apud *Non. 505. 22. Marc.* Fervere piratis, vastarique omnia circum. Adde *Lucret. 2. 44.* et *seq.* — *Virg. 4. G. 169.* Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella. — *Vulcat. Sedig.* apud *Gell. 15. 24.* Dein Naevius, qui fervet, pretio in tertio est; h. e. studiose passim legitur. *Al. aliter leg.* — **4)** Saepissime autem refertur ad vehementiores perturbationes, quibus animus incalescit, agitaturque. *Acc.* apud *Non. 10. 1.* Cor ira fervet caecum: amentia rapior, ferorque. *Ovid. 2. Met. 602.* animus tumida fervebat ab ira. *Id. 2. Fast. 732.* Et fervent multo linguaque corque mero. *Horat. 1. Ep. 1. 35.* Pervet avaritia, miseroque cupidine pectus. *Cic. Quint. 11.* Usque eo fervet (*al.* fervit) ferturque avaritia, ut etc. *Ter. Adelph. 4. 1. 18.* Cum fervet maxime, tam placidum, quam ovem reddo. *Priscian. 9. p. 866. Putsch. legit fervit. Sil. 17. 367.* leti fervebat amore. — *Vulg. Interpr. Act. 18. 25.* Et fervens spiritu loquebatur, etc. Adde *Rom. 12. 11.* — Passive impersonaliter. *Afran.* apud *Non. 10. 8.* Quanta vociferatione fervitur! Hei miserae mihi! — Cum infinito. *Claudian. 2. in Rufin. 295.* sceptrumque capessere fervet; h. e. vehementer cupit. Et *B. Gild. 350.* iam stagna secare fervet.

Digitized by Google

FERVESCO (et Fervisco), is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *ferveo*. — Particip. *fervescens* §. 1. — Proprie est incipio fervere; *riscaldarsi*. *Lucret. 6. 851.* Terrae fervescunt sole. Adde *176.*, *427.* et *1162.* quibus omnibus locis *al. leg.* fervisco. *Plin. 33. 33. 3.* Fervescentis materiae spuma. *Plaut. Capt. 4. 4. 9.* Possent ne seriae fervescere. Adde *Vulg. Interpr. Iob, 41. 23.* — **2)** Translate. *Lucret. 5. 290.* Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira, Quum fervescit et ex oculis micat acrius ardor. *Alii leg.* ferviscit. *Cassiod. 1. Var. 32.* Meminerint cuncti, non ad hoc voluptatum sibi exhiberi certamina, ut exinde hostilis ira fervescat.

FERVĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *ferveo*. — Comparat. *fervidior* §. 1. et 2., superlat. *fervidissimus* §. 1. — Proprie est qui fervet, valde fervens, praecalidus; *bollente, infocato, caldo*. *Ovid. 3. Trist. 10. 72.* cumulant altos fervida musta lacus. *Cic. 2. Nat. D. 10.* Quarta pars mundi tota natura fervida est. *Curt. 5. 5.* Diei fervidissimum tempus. *Horat. 1. Sat. 1. 38.* Fervidus aestus. *Virg. 3. G. 107.* volat vi fervidus axis. *Horat. 1. Od. 9. 10.* Venti aequore fervido deproeliantes; *mare tempestoso*. *Plin. 20. 44. 2.* Herba sapore acri et fervido. *Horat. Epod. 11. 14.* Fervidius merum. — **2)** Translate est vehemens, acer, incensus; *caldo, acceso, ardente, impetuoso*. *Virg. 12. Aen. 930.* ferrum adverso sub pectore condit Fervidus. Et *325.* subita spe fervidus ardet. Et *9. 756.* mortis fraternae fervidus ira. *Liv. 27. 33. sub fin.* Praeproperum ac fervidum ingenium. *Ovid. 14. Met. 485.* Fervidus ingenio. *Horat. Art. P. 115.* Maturusne senex, an adhuc florente iuventa Fervidus. *Id. 1. Od. 30. 3.* Fervidus puer; h. e. Cupido. *Cic. Brut. 68. extr.* Fervidum quoddam, et petulans, et furiosum genus dicendi. Et *28.* Appii volubilis, et paulo fervidior erat oratio. *Virg. 12. Aen. 894.* Fervida dicta; h. e. irae plena et minarum. — Cum genitivo. *Sil. 17. 414.* Fervidus ingenii Masinissa, et fervidus aevi. *Liv. 2. 52. ad fin.* Fervidus animi vir. *Al. leg.* fervidi. — **3)** *Fervida cura* est amoris plena. *Tibull. 4. 12. 1.* Ne tibi sim, mea lux, aeque iam fervida cura; h. e. ne aeque ferventer amer a te. — **4)** *Fervida virtus* est ardens, vivida, studiosa. *Catull. carm. 64. 218.*

* FERVIGATOS. Nomen ignotae mihi significationis, quod legitur apud *Priscian. de Accent. p. 1294. Putsch.* *Os* syllaba terminata in paenultimis producenda sunt, ut hic et haec sacerdos, sacerdotis, armigatos, fervigatos, lepos, leporis, quod eloquentiam significat, nepos, nepotis.

* FERVISCO, v. FERVESCO.

FĔRŬLA, ae, f. Nomen arboris cuiusdam a *fero* dictae, quod ob levitatem eius lignum gestatu facile sit, ut colligitur ex *Plin.* loc. mox cit., non autem a *ferio*, ut vellet *Isid. 17. Orig. 9.* — **b)** Derivata. *ferulaceus, ferulago, ferularis, ferulous*.

FERULA, Graece νάρθηξ, Italice *canna d'India*: arbor est externa, ex genere earum, quae corticis loco lignum forinsecus habent, ligni autem loco fungosam intus medullam, ut sambuci, vel inanem cavitatem, ut arundines *(Ferula, Linn.)*. Nascitur calidis locis, atque trans maria geniculatis nodata scapis. Duo eius genera: nartheca Graeci vocant; assurgentem in altitudinem: nartheeyam vero semper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, ut quaeque terrae proxima. Cetero natura eadem, quae anetho, et fructu similis. Nulli fruticum levitas maior; ob id gestatu facilior baculorum usum senectuti praebet. Haec *Plin. 13. 42. 1.*, qui *7. 57. 7.* ignem in ferulae medulla asservare, inventum Promethei fuisse tradit (detulit enim in ferula Prometheus ignem e caelo in terras, ut est in fabulis, apud *Hygin. fab. 144.* et *Serv.* ad *6. Ecl. 42.)* et *24. 1. 2.* ferulas gratissimo asinis in pabulo esse, ceteris vero iumentis praesentaneo veneno: qua de causa id animal Libero Patri assignari, cui et ferulam. V. *F. Aur. Visconti* in *Museo Chiaram. p. 257.* — **2)** Eius usus est etiam includendis ossibus fractis, dum conferveant. *Cels. 8. 10. n. 1.* Ferulae superaccommodandae sunt, quae fissae compositaeque ossa in sua sede contineant; *deesi fare un' incannucciata*. — Alius usus in medicina docet *Plin. 20. 98. 1.* et *seq.*, *26. 83. 3.*, *32. 3. 4.* et *alibi*. — **3)** Deinde

II. *Ferula* dicitur etiam de exilioribus ramis aliarum arborum. *Plin. 17. 38. 1.* Vitium surculis, et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculati scaporum nodi intersepiunt medullam; ferulae ipsae breves, et ad summa breviores, articulis utique duobus internodia includunt. — *Id. 8. 50. 6. ferulas* vocat parvos ramos cornuum cervinorum. — **4)** Item de virga, qua caedebantur puerorum manus, aut nates a magistro in ludo litterario; *bacchetta, sferza*. *Martial. 14. Epigr. 80.* cuius titulus *Ferulae*. Invisae nimium pueris, grataeque magistris, Clara Promethco munere ligna sumus. *Id. 10. 62.* Ferulaeque tristes, sceptra paedagogorum. *Iuvenal. 1. 15.* Et nos ergo manum ferulae subduximus; h. e. iam in litteris aliquid profecimus: iam desiimus in ludo litterario versari; *abbiam mangiato il pan de' putti*. *Apul. 9. Met.* Quam altissime sublato puero, ferula nates eius obverberans, etc. V. CATOMIDIO §. 1. — Lepide vero ferulae, et scuticae mentionem facit *Capell. 3. p. 49.* Grammatice quoddam etiam medicamen acerrimum, quod ex ferulae flore, caprigenique tergoris resectione, rubri admodum coloris, exprompsit, quod monebat faucibus admovendum, cum indocta rusticitate vexatae foetidos ructus vitiosi oris exhalant. — **5)** Servos quoque in levioribus peccatis ferula, in gravioribus scutica, in gravissimis flagello caesos fuisse colligitur ex *Horat. 1. Sat. 3. 119.* Ne scutica, dignum, horribili sectere flagello: Nam, ut ferula caedas meritum maiora subire Verbera, non vereor. *Iuvenal. 6. 479.* hic frangit ferulas, rubet ille flagellis, hic scutica. — **6)** Item iumenta ab equitantibus, aut agasonibus. *Ovid. 1. Art. am. 346.* Quadrupedem ferula dum malus urget eques.

FĔRŬLĀCĔUS, a, um. Adiect. a *ferula;* ad ferulam pertinens, ferulae similis. *Plin. 19. 36. 1.* Cetera sunt ferulacei generis, ut foeniculum, etc. *Id. 27. 62. 1.* Herba caule ferulaceo. — **2)** Item e ferula factus. *Id. 34. 30. 4.* Versare rudibus ferreis, aut ferulaceis.

FĔRŬLĀGO, ĭnis, f. Nomen a *ferula*, syllabica adiectione productum, quo significatur frutex ferula humilior, cetera omnino similis. *Coel. Aurel. 2. Acut. 12.* Thapsia, quam nos ferulaginem dicimus. Hanc *Plin. 13. 42. 1.* narthecyam appellat.

FĔRŬLĀRIS, re. Adiect. a *ferula;* ad ferulam pertinens. Hinc *ferularis amygdalus* apud *Gargil. de re hort.* (edente *A. Scotti*) *2. 5.* est ea, cuius nux sine putamine in ferulae diffissae medulla conditur, atque ita adobruitur, ut nata amygdalus nuces ferat molliores, et fragili putamine, quales esse solent Tarentinae, quas *Gargilius ibid.*, vocat *roncinias*. V. RUNCINIUS.

FĔRŬLĔUS, a, um. Adiect. a *ferula;* ex ferula factus. *Coel. Aurel 2. Chron. 1.* Alearis tabella, aut ferulea. — **2)** Item ferulae similis. *Plin. 16. 85. 1.* Stamineam probant venam, et vocant feruleam argumento similitudinis, quoniam laciniose crispa. Ita *Hard.* quem consule.

FERVO, v. FERVEO §. b.

FERVOR, ōris, m. Verbale a *ferveo;* agitatio, aestus, calor vehemens, qualis est ignis, vel solis; *bollore, fervore, calore*. *Cic. 2. Nat. D. 11.* Mundi fervor ille purior. *Id. Prov. cons. 12.* Fervor maris. *Lucan. 4. 460.* contorti vorticis undae Tauromenitanam vincunt fervore Charybdim. *Plin. 14. 25. 3.* Fervor mùsti. *Id. 31. 43. 6.* febrium. Et *37. 76. 2.* terebrarum. *Id. 9. 25. 1.* et *Virg. 3. G. 134.* mediis fervoribus; *nel maggior caldo della state*. *Plin. 15. 3. 1.* Fervores capitis; *infiammazione di capo*. — *Acta SS. Perpetuae et Felicit. n. 6.* Neque ille *(puer)* amplius mammas desideravit; neque mihi fervorem fecerunt. — **2)** Speciatim *fervor* dicitur etiam morbi vis, quam et impetum Latini, Itali nunc *infiammazione* appellant. V. IMPETUS. *Inscript.* apud *Tochon, cachets des ocul. p. 62.* M. Iulii Charitonis diarhodon ad fervorem; h. e. ad impetum oculorum. — **3)** Translate sumitur pro impetu, amore, etc. *Horat. 1. Od. 16. 22.* Me quoque pectoris Tentavit in dulci iuventa Fervor. *Cic. Senect. 15.* Fervor aetatis. Et *1. Orat. 31.* mentis. *Gell. 20. 1. circa med.* Leges pro vitiorum, quibus medendum est, fervoribus mutari atque flecti. — *Vulg. Interpr. 1. Petr. 4. 12.* Nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis sit, quasi novi aliquid vobis contingat.

FĔRUS, i, m. v. voc. seq. §. 9.

FĒRUS, a, um. Adiect. parum certae originis, quod tamen plures volunt esse ab Aeolico φῆρ pro θήρ, unde et *fera*, licet obstet prioris syllabae modus, qui tamen saepissime a Latinis in Graecis vocibus mutatur. Cf. FERALIS §. a. — Qua absolute adhibetur, etiam a *fero* quidam deducunt. Sic e *Servio* ad *Aen. 1. Isid. 12. Orig. 2. 2.* « *Ferae* appellatae, eo quod naturali utantur libertate, et pro desiderio suo *ferantur*. » Cf. et loc. *Priscian.* allatum sub v. FERE §. a. — **b)** *Ferai* pro *ferae* habet more suo *Lucret. 1. 104.* — **c)** Derivata. *ferasco, feratrina, fericulus, ferinus, feritas, ferox* (quod V. pro suis). — **d)** Composita, *effero, equiferus, feriferus, perferus*.

FERUS proprie est agrestis, silvester, indomitus, nullo cultu mitigatus, cui opponitur cicur, mansuetus, domesticus; *selvaggio, rozzo, indomito:* et dicitur de brutis, quae domita non sunt, quamvis saeva non sint: item de hominibus, aliisque rebus incultis et agrestibus. *Cic. 2. Nat. D. 39.* Quae vero, et quam varia genera bestiarum vel cicurum, vel ferarum! Et *64.* Immanes et ferae belluae. *Plin. 30. 20. 1.* Palumbus ferus. *Virg. 4. Aen. 152.* Ferae capreae. *Stat. 6. Theb. 7.* fera oliva; h. e. oleaster. *Virg. 2. G. 56.* fructusque feros mollire colendo. *Id. 3. Ecl. 28.* feri montes. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 86. Müll.* Ferus ager, incultus. Sic *Catull. 65. 89.* fera nemora. *Varr. 1. RR. 7.* In locis feris arbores plura ferunt, in his, quae sunt culta, meliora. *Plin. 14. 25. 6.* Ferae arbores. *Id. 13. 37. 4.* Ferus odor, et quodammodo solitudinem redolens; *odor di salvatico*. *Cic. 3. Phil. 9.* Cur tam subito mansuetus in senatu fuerit, cum in edictis tam fuisset ferus. *Ter. Andr. 1. 3. 43.* Adeon' me ignavum putas? Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, Ut etc.? *Cic. 1. Orat. 3.* Homines a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducere. Adde *Horat. 1. Ep. 1. 39.* — **2)** Item saevus, durus, crudelis, immitis, barbarus; *fiero, duro, crudele*. Valde enim affinis sunt incultum esse, et saevum. *Cic. 4. Verr. 21.* Hostis ferus et immanis. *Nep.*

Digitized by Google

Alcib. 6. Ut nemo tam ferus fuerit, quin eius casum lacrimarit. *Horat.* 2. *Od.* 8. 14. ferus et Cupido Semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta. *Val. Flacc.* 6. 516. ferus furor. *Virg.* 2. *Aen.* 326. ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit. *Id.* 10. *ibid.* 19. fera Carthago. *Ovid.* 8. *Heroid.* 60. ferus ensis. Et 5. *ibid.* 123. fera bella. *Id.* 4. *Trist.* 2. 38. fera caedes. *Id.* 4. *Pont.* 16. 31. fera dicta. *Id.* 15. *Met.* 454. fera sacra. *Id.* 15. *ibid.* 85. Ingenium immansuetum ferumque. Et 15. *ibid.* 517. feros requie lenire dolores. *Id.* 1. *Trist.* 1. 42. fera hiems; *fera tempesta*. *Horat.* 3. *Od.* 29. 40. Fera diluvies quietos irritat amnes. Adde *Vulg. Interpr. Sap.* 14. 1. et *ep. Iudae*, 15. — **3)** Speciatim in amatoriis *ferus* est, qui nulla re ad amandum trahi potest. *Senec. Hippol.* 272. Tentemus animum tristem et intractabilem: Meus iste labor est aggredi iuvenem ferum, etc. *Tibull.* 2. 3. 5. Ure, puer, quaeso, tua qui ferus otia liquit. Adde *Senec. loc. cit.* 415. — **4)** Item aliquando sumitur pro feroci, in bonam partem. *Prudent.* 3. περὶ στεφ. 36. Sed pia cura parentis agit, Virgo animosa domi ut lateat, Ne fera sanguinis in pretium Mortis amore puella ruat. — **5)** Absolute, substantivorum more,

FERA, ae, f. Dicitur quodvis animal non mansuefactum, et naturalem feritatem habens sive saevum sit, sive non, bellua, bestia; *fiera, bestia*. *Cic.* 1. *Offic.* 16. Neque ulla re longius absumus a natura ferarum. Sunt enim rationis et orationis expertes. *Caes.* 6. *B. G.* 27. Uri neque homini, neque ferae, quam conspexerint, parcunt. *Ovid.* 7. *Heroid.* 38. te saevae progenuere ferae *(de homine crudeli, duro, inexorabili)*. *Curt.* 6. 3. Ritu ferarum virgulta subire soliti. *Cic. Rosc. Am.* 26. Feris corpus obiicere. *Id.* 3. *Offic.* 17. Excitare et agitare feras. *Ovid.* 2. *Fast.* 165. venari. Et 286. concitare. *Id.* 2. *Met.* 498. sequi. Et 10. *ibid.* 546. lacessere. *Id.* 3. *Art. am.* 144. petere. *Senec. Here. Oet.* 752. domare. *Id. Thyest.* 497. Umber vestigat feras. *Ovid.* 11. *Heroid.* 118. Feras avidae. Et 111. rapidae. *Id.* 9. *ibid.* 34. terribiles. *Senec. Troad.* 366. immanes. *Id. Here. Oet.* 1293. horridae. *Stat.* 8. *Theb.* 71. rabidae. *Ovid.* 2. *Fast.* 216. montanae. *Lucret.* 2. 597. montivagae. — **6)** Speciatim de feris silvestribus, imprimis de apris, de iis, quae ad spectacula destinantur. *Senec. Prov.* 3. 6. Si ingruenti pomorum strue cingeret primae formae feras, caesas multa caede venantium. *Martial.* 13. 93. Matutinarum non ultima praeda ferarum Saevus oryx, etc. V. *Interpr.* ad h. l. *Inscr.* apud *Orelli*, n. 5762. Ferae Libycae. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli*, n. 6152. ferae Africanae. V. AFRICANAE. — *De feris dentatis*, V. DENTATUS §. 3. — **7)** Item speciatim de serpentibus dixit *Hygin.* 2. *Astron.* 14. — De formica *Martial.* 6. 15. — Sic apud *Vulg. Interpr. Ps.* 67. 31. Increpa feras arundinis; h. e. corcodilos inter Nili arundines insidiantes. Cf. *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — **8)** Improprie de signo sive sidere caelesti, ut est scorpius, cancer, etc. *Ovid.* 2. *Met.* 194. *de Phaëtonte*. Vastarumque videt trepidus simulacra ferarum. — **9)** Item

FERUS, i, m. Dicitur, ut *fera*, de quavis bestia. — De equo *Virg.* 2. *Aen.* 51. inque feri curvam compagibus alvum. Et 5. *ibid.* 818. spumantiaque addit Frena feris. — De cervo *Id.* 7. *ibid.* 489. Pectebatque ferum. — De leone *Phaedr.* 1. 21. Asinus ut vidit ferum impune haedi, etc. Adde *Ovid.* 9. *Heroid.* 114. — De apro *Phaedr.* 4. 3. Scopes iratus fero. — De bobus *Ovid.* 1. *Fast.* 550. Traxerat aversos Cacus in antra feros. *Al. leg.* boves. — De serpente *Sil.* 6. 268. — *Vulg. Interpr. Ps.* 79. 14. Et singularis ferus depastus est eam *(vineam)*; h. e. Nabuchodonosor, ut quidam figurate interpretantur.

Nota. Inter *ferum* et *ferocem* hoc statuit *Nonius*, 20. 16. discrimen, quod *ferus* saevum, *ferox* fortem significet: verius dixisset, *ferum* esse incultum, agrestem, non domitum, sive saevus sit, sive non, ut dictum est: *ferocem* vero supra ferum addere vim, impetum, fortitudinem, sine timore. Cf. FEROX in *Nota* §. 1. — **2)** Quomodo autem *belua, bestia* et *fera* inter se differant, V. BELUA §. 1. *init.* et BESTIA in *Nota* §. 1.

* FERŪTĬUM, ii, n. Nomen herbae cuiusdam, quod, nisi error sit in lectione, habetur apud *Plin. Valerian.* 1. 2. Ferutii unciam tunsam et cribratam et in linteo subtili ligatam contra solem naribus admovebis.

FERVUNCŬLUS (et Ferbunculus), i, m. Idem ac furunculus, a *fervendo* dictus. *Arnob.* 2. p. 49. Fervunculum, scabiem, aut inhaerentem spinulam sanare. Alii leg. *furunculum*: metuunt quippe, ne quid peccatum sit ab insciente librario, sed *fervunculum* melius servat etymon suum, et haec habet *Caper de verb. dub.* apud *Putsch.* p. 2248. Fervunculum a fervore, non furunculum. V. FURUNCULUS.

FESCEMNOE (et Fesnoe) vocabantur, qui depellere fascinum credebantur. Haec *Fest.* apud *Paul. Diac.* p. 86. *Müll.*, quem videsis; alii enim aliter atque aliter legunt.

FESCENNĪNĪCŎLĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *fescenninus* et *colo*; qui Fescennina colit, Fescenninos amans. *Sidon. carm.* 12. 1. Quid me, etsi valeam, parare carmen Fescenninicolae iubes Diones? Cf. voc. seq.

FESCENNĪNUS, a, um. Adiect. a *Fescennia* vel *Fescennium*, quod est nomen Hetruriae oppidi ad Tiberim, de quo V. in ONOM. — Ab hoc oppido ortum habuit genus quoddam carminis incompositi ac rudis, simulque obsceni, iocosi, et dicteriis pleni, quod tum diebus festis relaxandi animi causa, tum praecipue in nuptiis canebatur, ut *Serv.* ad 7. *Aen.* 695. docet. *Festus* tamen apud *Paul. Diac.* p. 85. *Müll.* aliam etiam appellationis causam ponit, nempe a *fascino*, quod fascinum putabatur arcere. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 145. Fescennina per hunc inventa licentia morem Versibus alternis opprobria rustica fudit. *Liv.* 7. 2. Fescennino versu simillem, incompositum temere, ac rudem alternis iaciebant. *Macrob.* 2. *Saturn.* 4. Fescenninos scribere in aliquem. *Senec. Controv.* 21. *ante med.* Inter nuptiales Fescenninos in crucem generi nostri locabantur. *Catull.* 61. 126. Nec diu taceat procax Fescennina locutio. *Plin.* 15. 24. 1. Nuces iuglandes nuptialium Fescenninorum comites. *Calpurn. Flacc. declam.* 44. Civis ergo, nisi faces accenderit, et Fescennina cecinerit, pater esse non poterit. *Sidon.* 8. *ep.* 11. In Fescennina materna vernans verbis. — Huius carminis exemplum in nuptiis Honorii Augusti edidit *Claudianus*. Cf. de hoc genere poeseos *Bachr, Hist. de la litterat. Rom.* §. 25. et *Müller, die Etrusch.* 2. p. 284. — **2)** Speciatim *Fescenninus pes* apud *Diomed.* 3. p. 475. *Putsch.* est amphimacrus, constans longa, brevi, et longa, ut *divites*. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FESCENNINUS, i, m. Dicitur qui est ridicularius, obsceni sermonis, et dicax. *Cato* apud *Fest.* in *Spatiatorem* p. 344. *Müll.* In coloniam mehercules scribere nolim, si triumvir sim, spatiatorem atque Fescenninum.

FESCUS. V. FISCUS.

FĔSĬAE. V. FERIAE §. b.

FESNOE. V. FESCEMNOE.

FESSŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *fessus*; aliquantulum fessus *Apul.* Ἀπολογ. 19. Trepida in decursu Venere, et anima fessula.

FESSUS, a, um. Adiect., quod *Diomed.* 1. p. 372. *Putsch.* suae originis vocem esse putat; *Priscian.* 8. p. 825. videtur tanquam participium verbi *fatiseor* agnoscere. Sane participii formam ac vim habet in illo *Phaedr.* 1. 21. Qui postquam caede fessus est, asinum evocat. Videtur itaque esse *fessus* pro *fetsus*, ab inusit. *fatiseor* pro *fatiscor*, quod maxime evincitur ex *Lucret.* loc. citand. in §. 3. Cf. VESTINO §. a. — Comparat. et superlat. non sunt in usu.

FESSUS proprie est defessus, fatigatus; *stanco, lasso, straceo*. *Cic.* 15. *Att.* 9. Rides, inquies, in talibus rebus? quid faciam? plorando fessus sum. *Id. Plane.* 10. Fessum inedia fluctibusque recreare. *Id.* 1. *Acad. initio*. Fessus de via. *Id.* 1. *Divin.* 44. *ad fin.* Veientes bello fessi. *Horat.* 3. *Od.* 15. 11. Fessi vomere tauri. Et 2. *ibid.* 7. 18. Longa militia fessum latus deponere. *Val. Flacc.* 2. 69. Cereris munere fessas vires restituere. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 124. Fessaque post primos haeserunt viscera partus; h. e. exhausta. *Lucret.* 2. 1056. fessus satiate videndi. *Ovid.* 11. *Met.* 274. fessus curaque viaque. Et 9. *ibid.* 293. malis. *Id.* 3. *Trist.* 3. 85. vox mihi fessa loquendo. — Cum genitivo. *Virg.* 1. *Aen.* 182. fessi rerum; h. e. navigatione, tempestate, penuria, labore. *Stat.* 3. *Theb.* 395. fessus bellique viaeque. *Sil.* 2. 254. Dum pavitant trepidi rerum, fessique salutis; h. e. defessi quaerere et sperare salutem. — **2)** Eleganter refertur ad morbos, et senium, quia utraque res vires adimit. *Ovid.* 9. *Met.* 459. Fessus annis. *Virg.* 2. *Aen.* 596. aetate. *Liv.* 1. 25. *ad fin.* vulnere. *Tacit.* 5. *Hist.* 2. valetudinibus. *Symmach.* 1. *ep.* 14. (al. 21.) *ad fin.* vitium. *Plin.* 8. 1. 3. Elephanti fessi aegritudine. — **3)** Absolute pro aegroto. *Horat. Carm. saecul.* 63. Phoebus, Qui salutari levat arte fessos Corporis artus. *Ovid.* 21. *Heroid.* 14. Adiuvor et nulla fessa medentis ope. — **4)** Et pro longaevo. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 14. fessique senectus Longa patris; *aggravato dagli anni*. *Tacit.* 14. *Ann.* 55. Fessa aetas. — **5)** Translate. *Lucret.* 5. 309. delubra Deum, simulacraque fessa fatisci. *Virg.* 2. *Aen.* 29. Fessae naves. *Plin.* 36. 24. 16. Cardines fessi et turbati. *Id.* 2. 8. 4. Vespasianus fessis rebus subveniens; h. e. afflictis. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 48. fessa dies; h. e. nocti proxima. *Ovid.* 1. *Met.* 582. amnes In mare deducunt fessos erroribus undas. *Val. Flacc.* 4. 66. Fessa cum silvis iuga.

Nota. *Verrius* apud *Diomed.* 1. p. 372. *Putsch.* discrimen statuit inter *fatigatum*, et *fessum*: quod ille sit ab alio laborare compulsus, ut *lassatus*: hic qui ultro laborans deficit, ut *lassus*. *Fronto* vero *de Differ. vocabul.* statuit *defatigatum* de animo, *fessum* vero de corpore, usurpari. Sed contra est, quod Manutius ad *Cic.* 10. *Fam.* 19. affert.

FESTĀLIS, le. Adiect. a *festum*; ad festum pertinens. *Gloss. Isid.* n. 714. Festalis, dies solemnis. — **2)** Hinc absolute, substantivorum more,

FESTALIA, ium, n. Sunt dies festi, in iisdem *Gloss. Isid.* n. 713., ubi alii leg. *festilia*. — **3)** Item liber, in quo dies festi inscripti sunt; *registro delle feste*. *Fulgent. de priscr. serm.* 16. Bachius Macer, qui festalia sacrorum scripsit, ait, etc. Alii leg. *fastalia*.

Digitized by Google

FESTĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effectum, a *festus;* ad festum paratus. *Fabius Pict.* apud *Gell. 10. 15.* Dialis quotidie festatus est. Al. leg. *feriatus;* h. e. ferto instructus: alii *feriatus:* alii etiam aliter.

FESTĒ. Adverb. a *festus;* laete. *Augustin. Serm. 111. n. 2. ed. Mai. de infantibus occisis ab Herode.* Occidebantur initia membrorum . . . et terra collisis atque interemptis, ipsa mortalibus se praebuit, quae pridem natos feste suscepit. Cf. voc. seq.

* FESTĪCĒ. False lectio in loco *Varr.* apud *Non. 452. 1. More.*, ubi alii aliter atque aliter leg. Cf. *Oehler, Sat. Menipp. reliq. p. 122. n. 48.* Fortasse hic quoque *feste* legendum est pro *festice*, sive *festive*.

FESTĪNĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *festino;* festinans. *Val. Max. 2. 8. n. 5.* Festinabunda manu. *Augustin. 1. Confess. 11.* Festinabunda mater.

FESTĪNANS, antis. Particip. verbi *festino*, adiectivorum more aliquando adhibitum; qui festinat. *Cic. 6. Att. 4. fin.* Haec festinans scripsi in itinere atque agmine. — *Quintil. 6. 3. 39.* De illa D. Laelii collegaeque eius in provinciam festinantium contentione. Cf. FESTINO in *Nota*.

FESTĪNANTER. Adverb. a *festinans*. — Comparat. *festinantius*, superlat. *festinantissime*, infra. — Est celeriter, cito; *velocemente, in fretta, in prescia*. *Cic. 5. Fin. 26.* Illud mihi a te nimium festinanter dictum videtur. *Plin. 17. 15. 5.* Quia festinantius germinant. *Augustin. ep. 250. sub fin.* Festinantissime respondisse. Adde *Vulg. Interpr. Philipp. 2. 28.*

FESTĪNANTĬA, ae, f. Verbale a *festino;* festinatio; *fretta. Acta SS. Tarachi et Soc. MM. n. 10.* Cum festinantia posuimus nos, etc. — Cl. *Freund* in suo *Lexico* pro hac voce affert etiam auctoritatem *Cod. Theod. 16. 5. 22.* et *52.* sed his locis haec vox non reperitur.

FESTĪNĀTĒ. Adverb. a *festinatus*. — Comparat. *festinatius*, infra. — Est festinanter, cum festinatione *Gell. 10. 11.* Quod non sequius sed festinatius fit. *Gloss. Placidi* apud *Mai., Class. Auct. T. 5. p. 465.* Festinate, cito, adulte. Cf. FESTINATUS §. 2. et voc. seq.

FESTĪNĀTIM. Adverb. a *festinatus;* festinanter. *Sisenn.* apud *Non. 11. 37.* Praetor festinatim de castellis ad castra maxima milites conducit. Adde *Pompon. ibid.*

FESTĪNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *festino;* properatio; *fretta, prescia. Cic. 5. Phil. 1.* Mea festinatio non victoriae solum avida est, sed etiam celeritatis. *Id. 12. Fam. 25.* Ventis remisque in patriam omni festinatione properavi. *Id. Rosc. Am. 34.* Quid hic incredibilis cursus, quid haec tanta celeritas festinatioque significat? *Id. 5. Att. 14. extr.* Habes epistolam plenam festinationis et pulveris. *Nep. praefat. extr.* Plura persequi prohibet festinatio, ut etc. *Colum. 11. 2. post init.* Adhibere festinationem. *Curt. 8. 2. a med.* Morari alicuius festinationem. *Petron. Satyr. 80.* Conditionem praecipiti festinatione rapui. Adde *Liv. 42. 16. fin.* et *Quintil. 1. 1. 32.* — In plur. num. *Cic. 1. Offic. 56.* Cavendum, ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates.

FESTĪNĀTO. Adverb. V. FESTINATUS §. 2.

FESTĪNĀTOR, ōris, m. Verbale a *festino;* qui festinat. Legitur a quibusdam apud *Quintil. 2. Declam. 19. ad fin.*, ubi plures alii habent *festinatio*.

FESTĪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *festino*, adiectivorum more etiam adhibitum; acceleratus; *affrettato, fatto in prescia. Quintil. 6. procem. 10.* Festinata maturitas celerius occidit. *Lucan. 8. 24.* Honores festinati. *Ovid. 4. Pont. 5. 8.* Festinatum iter. *Suet. Aug. 69.* Festinatae nuptiae. *Tacit. 1. Ann. 52.* Festinata missio. *Martial. 7. 40.* Annis festinatis raptus; h. e. morte immatura. — **2)** Absolute in ablativo,

FESTINATO, adverbiorum more, est festinanter. *Quintil. 4. 2. 58.* Nihil festinato fecisse videtur Milo. *Iustin. 38. 10. in fin.* Cum equites festinato misisset. Adde *Vulg. Interpr. Gen. 44. 11.* et *alibi.* Cf. FESTINATE.

FESTĪNĀTUS, us, m. Verbale a *festino;* festinatio. Tribuitur *Zenoni Veronensi*, loco tamen non indicato, cuius haec verba afferuntur: Quantus festinatus populi.

FESTĪNĒ. Adverb. a *festinus*. — Comparat. *festinius*. — Est idem ac festinanter. *Cic. 4. Att. 14.* Festine odorari. *Al. leg.* festive. *Cassiod. 3. Var. 40.* Festine tamen remedia vestrae utilitatis adspeximus. *Bonifac. pap. ep. 15. fin.* Ut gestarum ordinem rerum, eodem festinius revertente, noscamus.

FESTĪNIS, ne. Adiect. verbale a *festino*, idem quod festinus. *Titin.* apud *Non. 8. 3.* Nunc hoc uror, nunc haec res me facit festinem. Sed *Bothe* et *Neukirch* illud *festinem* accipiunt pro subiunctivo verbi festino. Tuetur tamen cum *Lipsio* etiam *Hildebr.* ad *Apul. Florid. n. 1.*, qui hanc vocem in textum recepit. V. FESTINUS.

FESTĪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, de cuius origine haec habet *Gell. 16. 14.* « Verrius Flaccus rationem dicere volens differentiae huius *(intelligе verbi* festino *a verbo* propero*)*: *Festinat*, inquit, *a fando deficitur: quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quam operae habent:* sed id nimis coactum atque absurdum videtur. Neque tanti momenti esse potest prima in utroque verbo littera, ut propter eam unam tam diversa verba *festinare* et *fari*, eadem videri debeant. Commodius autem propiusque visum est, *festinare* esse quasi *fessum esse;* nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is iam non properat, sed festinat. » — Recentiores a *fero* ducunt, quasi a *fertus*, pro quo *festus*, ut *festae* pro *feriae*, unde *festino*, quasi citus feror, addita finali syllaba. — **b)** *Festino* et *destino* inter se confusa fuisse, diximus in DESTINO §. b. — **c)** Particip. *festinans* §. 5. et suo loco, *festinatus*, V. suo loco, *festinaturus* §. 1. — **d)** Derivata, *festinabundus, festinanter, festinantia, festinate, festinatim, festinatio, festinator, festinatus, us, festine, festinis, festinus*. — **e)** Composita, *confestim, confestinatio, praefestinanter, praefestinatim, praefestino, refestino*.

FESTINO proprie est propero, accelero, in magno et continuo sum motu agendi aliquid; *affrettarsi, aver prescia. Horat. 2. Ep. 1. 192.* Esseda festinant, pilenta, petorrita, naves. *Cic. 12. Fam. 22. extr.* Plura scripsissem, nisi tui festinarent. *Id. 1. Phil. 1.* Ad singulare Antonii factum festinat oratio; *s' affretta di arrivare*. Sic *Quintil. 4. 5. 8.* Iudex, ordine audito, festinat ad probationem. *Horat. 1. Ep. 16. 68.* Festinare in re augenda. *Plin. 4. ep. 1.* Festinaturi, quantum itineris ratio permiserit. *Horat. 1. Od. 28. 38.* Quamquam festinas, non est mora longa. *Cic. 16. Fam. 9.* Solent nautae festinare quaestus sui causa. *Id. 6. Att. 2. fin.* Cupiebam nunc plura garrire; sed lucet, urget turba, festinat Philogenes. *Sall. Iug. 62.* Alii ad portas festinare. *Plaut. Stich. 3. 3. 4.* Quoniam nunciatum est, Istarum venturos viros, ibi festinamus omnes, Lectis sternendis studuimus, mundi-tiisque apparandis. — *Vulg. Interpr. Eccli. 18. 14.* Qui festinat in iudiciis eius *(Dei)*; h. e. qui celeriter assequitur mandata eius. — **2)** Aliquando est trepidare, satagere ob metum, aut urgens negotium. *Ter. Eun. 4. 5. 8.* Quid istuc? quid festinas? aut quem quaeris, Pythias? *Sallust. fragm.* apud *Donat. ibid.* Festinantibus in summa inopia patribus. *Horat. 4. Od. 11. 9.* Cuncta festinat manus, huc et illuc Cursitant mixtae pueris puellae; *ognuno è in faccende*. — **3)** *Festina lente; σπεῦδε βραδέως*, proverb. quo significatur, sedulitate quidem in rebus agendis opus esse, sed quae tamen sit cum consilii maturitate coniuncta. Hoc Graece saepe *Augustus* usurpabat teste *Suet. Aug. 25.* V. MATURE. Itali dicunt; *chi va piano, va sano*. — **4)** Transitivorum more,

II. *Festino* est properare; *fare in prescia. Virg. 4. Aen. 573.* festinare fugam. *Horat. 1. Ep. 2. 61.* poenas. *Sil. 8. 32.* pyram. *Stat. 2. Silv. 1. 128.* vestes. *Tacit. 14. Ann. 53. extr.* Caedes, patibula, ignes, cruces festinare. *Id. 4. ibid. 28.* Festinare in se mortem; *accelerarsi*. Et *Sallust. fragm.* apud *Serv.* ad *12. Aen. 425.* Soleas festinate; *scil.* dare. *Ennius* apud *Eund.* ad *9. Aen. 401.* et *4. G. 174.* Festivum festinant diem; *scil.* agere, celebrare. *Stat. 2. Theb. 478.* Festinare vias; *scil.* ire. — Sequente infinito. *Cic. 7. Fam. 25. sub fin.* Ut migrare tanto opere festines. *Sall. Iug. 64.* Ne festinaret abire: satis mature illum consulatum petiturum. *Id. ibid. 68.* Cum maxima cura ultum ire iniurias festinat. *Quintil. 9. 4. 146.* Finem imponere festino. *Horat. 1. Ep. 2. 12.* Nestor componere lites inter Peliden festinat et inter Atriden. Adde *1. ibid. 2. 38.* et *Sall. Iug. 81. fin.* — *Vulg. Interpr. Eccli. 36. 10.* Festina tempus et memento finis; h. e. accelera tempus liberationis nostrae, ut quidam interpretantur. — Passive. *Tacit. 5. Hist. 37. extr.* Consul uno die et ante fuerat Caninius Rebilus, cum belli civilis praemia festinarentur. Et *2. 82.* Ea cuncta per idoneos ministros festinabantur. *Id. Germ. 20.* Sera iuvenum Venus: nec virgines festinantur; h. e. festinato despondentur. *Sall. Iug. 64. sub fin.* Animo cupienti nihil satis festinatur. V. FESTINATUS, a, um. — **5)** *Festinare se;* properare. *Gell. 14. 2. ante med.* Viri exercitati, atque in patrociniis et in operis fori celebres, semperque se, circum undique distrahentibus causis, festinantes.

Nota. Inter *properare* et *festinare* discrimen assignabat *Cato* apud *Gell. 16. 14.*, *Isid. 1. Differ. 440.*, *Non. 5. 81.* et *Festus* in *Properare* apud *Paul. Diac. p. 127. Lind.* his verbis: Qui unum quid mature transigit, is properat: qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat. Ipse vero *Non.* in eo differre ait, ut *properare* ad animum, *festinare* ad corpus pertineat. Hinc *Cic. 9. Phil. 3.* At ille properans festinansque, mandata nostra conficere cupiens, perseveravit, etc. — Neutrum tamen discrimen perpetuum est. Cf. ad rem *Doederl. Synon. T. 2. p. 154. sqq.*

FESTĪNUS, a, um. Adiect. verbale a *festino;* festinans, properus; *presto, veloce*. Vox fere poetica. *Cic. 9. Att. 9.* Festino enim simillimus decurro. *Al. recte leg.* Σφριττόμενος enim, simul ut rus decurro. *Virg. 9. Aen. 488.* noctes festina diesque. *Ovid. 11. Met. 347.* cursu festinus anhelo. *Val. Flacc. 6. 325.* festinaque taedia vitae; h. e. immatura. Sic *Stat. 9. Theb. 716.* cruda festinaque virtus. — Cum genitivo. *Id. 5. Silv. 3. 135.* Festinus laudum. *Id. 6. Theb. 75.* Festinus

Digitized by Google

vesti. — 2) *Festinae cohortes* in fragmento *Sallustii* apud *Serv.* ad *Aen. 9.* videntur esse levis armaturae milites.

FESTĪTĀTŬLĂ, ae, f. Deminut. a *festivitas*, quasi *festitas* per syncopen, unde *festitatula*. — Est parva festivitas; *festicetuola*. *Aleim. ep. 79.* Fecerunt quidem peccata mea non qualemcumque necessitatem, quod nos in die susceptae festitatulae nostrae corporali vestrae patratis praesentia fraudaremur. *Alii leg.* festivitatulae.

FESTĪVĒ. Adverb. a *festivus*. — Superlat. *festivissime* §. 1. — Est lepide, facete, iucunde; *piacevolmente, con galanteria*. *Cic. 2. Q. Fr. 16.* Quamquam a te octam fabellam video esse festive. *Gell. 9. 15. extr.* Atque ibi Iulianus festivissime, nolite quaerere, inquit, etc. *Cic. 3. Orat. 26.* Quare, *bene* et *praeclare* quamvis nobis saepe dicatur: *belle* et *festive* nimium saepe nolo. — *Id. Deiot. 6. extr.* Quam festive crimen contexitur! *ironia*, quae in sequentibus quoque inest 2. *Divin. 15.* Quam festive dissolvitur! *scil.* argumentum. Et *4. Acad. 28. extr.* Dialectica primo progressu festive tradit elementa loquendi. Adde *Ausen. epist. 21.* — 2) Item hilariter, comiter, laete. *Plaut. Pseud. 5. 1. 9.* In loco festivo sumus festive accepti.

FESTĪVĪTAS, atis, f. Abstractum a *festivus;* laetitia, iucunditas, qualis festis diebus haberi solet; *allegrezza, giocondità, contento*. *Plaut. Capt. 4. 1. 1.* Iuppiter supreme, servas me . . . offers mihi Laudem, lucrum, ludum, iocum, festivitatem, ferias. — 2) Hinc adhibetur in blandis appellationibus. *Id. Cas. a. 1. v. 46.* Mi animule, mea vita, mea festivitas. Adde *ibid. 3. 3. 14.* et *Poen. 1. 2. 176.* — 3) Specialim est *lepidezza nel parlare, galanteria, grazia, giovialità; ἀστειότης*; urbanitas, et lepor sermonis, iucunditas, gratia, laetitiam quandam et facilitatem animi in verbis prae se ferens. *Cic. Brut. 45.* Festivitate et facetiis C. Iulius omnibus praestitit. *Id. 2. Orat. 56.* Omnia lepore et festivitate condita. Et *1. ibid. 57.* Dicendi vis egregia, summa festivitate et venustate coniuncta. *Id. 9. Fam. 15.* Imago antiquae et vernaculae festivitatis. *Id. Orat. 52.* Gorgias his festivitatibus insolentius abutitur. — 4) Refertur etiam ad mores. *Ter Eun. 5. 9. 18.* An fortunam collaudem? An mei patris festivitatem et facilitatem? *piacevolezza*. — 5) Pro festo die, seu pro apparatu ludicro ac laeto, qui festis diebus haberi solet; *festa*. *Lamprid. Alex. Sev. 63.* Addita et festivitas matris nomine. *Imp. Honor.* et *Theodos. Cod. Theod. 15. 3. 3.* Ne festivitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam. *Idem ibid. 6. 8. 1.* Solemnes festivitates frequentare. *Impp. Arcad.* et *Honor. ibid. 6. 4. 30.* Festivitates natalium principis.

FESTĪVĪTĀTŬLĂ. V. FESTITATULA.

FESTĪVĪTER. Adverb. a *festivus;* festivo more, laete; *da festa*. *Nov. Non. 11. 10.* O domus parata pulcrae familiae festiviter! — 2) Item iucunde, lepide, urbane; *lepidamente, con grazia, con giovialità*. *Gell. 1. 2.* Severe simul ac festiviter seiunxit a vero Stoico, qui esset ἀναίσθητος. Et 22. Festiviter respondere.

FESTĪVO, as, āre. Verbum intransitiv. a *festivus;* festum ago. — Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Festivo; ἑορτάζω.

FESTĪVUS, a, um. Adiect. a *festus*, digammate inserto. — Comparat. *festivior* §. 3., superlat. *festivissimus* §. 1. et seqq. — Proprie est *festus*, hilaris, iucundus, laetus; festis enim diebus cuncta solent laeta esse et hilaria: item qui sermone aut aspectu hilares facit: *festivo, da festa, allegro, piacevole*. *Plaut. Mil. 2. 1. 5.* Nunc qua assedistis causa in festivo loco, Comoediae argumentum eloquar. *Id. Cas. 4. 1. 2.* Neque unquam ludos tam festivos fieri, Quam etc. *Id. Poen. 1. 2. 95.* Facinus lepidum et festivum. Et *3. 5. 82.* Dare alicui hospitium festivum. *Cic. 2. Att. 6.* Libris me delecto, quorum habeo Antii festivam copiam; *un assai bel numero*. *Iustin. 38. 8. extr.* Festivissimum convivium. *Gell. 18. 13.* Saturnalibus alea quadam festiva et honesta lusitabamus. — Absolute. *Lamprid. Elagab. 11. a med.* Ferunt multi, ab ipso repertum, ut in vindemiarum festivo multa in dominos iocularia dicerentur; *nella festa delle vendemmie*. — 2) Aliquando refertur ad ea, quae venusta sunt et iucunda visu. *Cic. Parad. 5. 2.* Nonne igitur sunt illa festiva? sunt, nam nos quoque oculos eruditos habemus. *Plaut. Epid. 5. 1. 16.* Contempla, Epidice: Usque ab unguiculo ad capillum summum est festivissima. *Plin. 2. ep. 17.* Area parvula, sed festiva. — 3) Saepissime dicitur de iis, qui urbani ac lepidi sunt in sermone, iucundi, hilares, faceti, et laetitiam festivitatemque in verbis prae se ferunt: quod signum est facilitatis comitatisque: item de dictis et factis huiusmodi: *gioviale, faceto, piacevole, galante*. *Ter. Adelph. 5. 3. 27.* O pater mi festivissime. *Cic. 6. Fam. 4. circa med.* Pueri, quibus nihil potest esse festivius. *Id. 6. Verr. 22.* Festivum acroama. *Id. 1. Offic. 30. a med.* Festivus sermo.

FESTRĂ, ae, f. Antiquis idem fuit, quod apud nos fenestra, teste Festo apud *Paul. Diac. p. 91. Mull.:* non tamen quaelibet, sed ostiolum minusculum in sacrario (intellige primis Urbis temporibus) ut ex Antonio Gnipho docet *Macrob. 3. Saturn. 12.*, ubi et *Ennium* hac voce usum ait. *Doederl.* in *Syn.* et *Etym. T. 6. p. 127.* comparat φατρία θυρίς, ex *Hesychio*. — In *fragm. Petron. p. 872. Burm.* Deridet festram, Romuleamque casam. V. FENESTRA.

FESTUCĂ, ae, f. Nomen parum certae originis, quod tamen, ut *fenum*, ab obsoleto *feo* ducunt quidam. V. loc. *Festi* sub v. FENUM §. 2. — b) Derivata, *festucarius* et *festucula*.

FESTUCA proprie dicitur herbae, aut paleae exile frustum, stipula; *festuca, pagliuzza*. *Colum. 8. 15. ad fin.* Festucae surculique in aviariis passim spargendi sunt, ut colligere possint aves, quibus nidos construant. *Plin. 10. 57. 1.* Gallinae, edito ovo, festuca aliqua se et ova lustrant. *Id. 18. 67. 3.* Cum herba creverit in festucam, arcere aquas. *Varr. 3. LL. 51.* Homo in pratis per foeniseccia rastello festucas abradit. — 2) Translate de re levioris momenti. *Vulg. Interpr. Matth. 7. 3.* Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: et trabem in oculo tuo non vides? Adde *ibid. v. 4.* et *seqq.* et *Luc. 6. 41.* et *42.* — Eodem sensu dixit *Senec. Vit. beat. 27.* Papulas observatis alienas, obsiti plurimis ulceribus. — 3) Specialim

II. *Festuca liber* dicitur, qui e servo in libertatem assertus fuit. Nam Romani, quos in libertatem vindicabant, eorum corporibus stipulam tenuem iniiciebant, κάτωθεν λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασιν, ut *Plutarch. in opusc. de his, qui sero a numine puniuntur*, tradit. Alii *festucam* hic intelligunt virgam, per quam leviter pulsabantur ii, quos praetor vindicta liberos esse iubebat. Haec vero habet *Caius, 4. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. 16. Festuca autem utebantur quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii; maxime enim sua esse credebant, quae ex hostibus cepissent: unde in centumviralibus iudiciis hasta praeponitur. *Plaut. Mil. 4. 1. 18.* Quid? ea ingenuan', an festuca facta e serva libera est? *Pers. 5. 174.* hic hic, quem quaerimus, hic est, Non in festuca, lictor quam iactat ineptus. — 4) Item a similitudine appellatur etiam hoc nomine herba, quae et aegilops dicitur, quae inter hordeum nata, ipsum enecat. *Plin. 18. 44. 5.*

FESTŪCĀRĬUS, a, um. Adiect. a *festuca;* ad festucam pertinens. *Gell. 20. 10. in fin.* Conferens vim illam civilem et festucariam, quae verbo diceretur, non quae manu fieret; *h. e.* vim et facultatem vindicandi in iure. V. cap. totum *Gelli*, et vocem praeced. §. 3.

FESTŪCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *festuca;* tenuis festuca; *picciola festuca*. *Pallad. 3. 8.* Dorsa apum bibentium tangamus, illo liquore tincta festucula.

FESTUS, a, um. Adiect., cuius origo quaerenda videtur in *furi*, a quo *fastus*, et, mutata *a* littera in *e*, *festus*, vel in *feriae*, quae et *fesiae* ab Antiquis dicebantur, unde, inserta littera *t*, *festae*. V. FERIAE, coll. FERIOR et FOR. — b) Comparat. *festior* §. 1. et 4. et superlat. *festissimus* §. 1. et 4. — c) Derivata, *festalis, festatus, feste, festitatula, festive, festivitas, festiviter, festivo, festivus*. Cf. FESTICE. — d) Composita, *bifestus, gymnasiofestus, profestus*. Cf. INFESTUS.

FESTUS proprie est feriatus, festivus, laetus, iucundus, cessatione ab opere, sacrificiis, aut ludis, aut convivis, apparatuque laetitiae, aut his omnibus simul celebratus; *di festa, festivo*. *Cic. 6. Verr. 62.* Cum diem festum Iudorum de fastis suis sustulissent celeberrimum et sanctissimum. Et *48. extr.* Dies festos anniversarios agere. *Id. Pis. 22.* Dies festos ac solemnes Deorum immortalium celebrare. *Sall. Iug. 70.* Dies festus celebratusque per omnem Africam. *Ovid. 5. Trist. 5. 42.* Festa lux. *Id. 6. Fast. 259.* dies. *Cic. 2. Q. Fr. 4.* Mense Decembri sub dies festos. *Nep. Timol. 5.* Eius natalem, festum habuit universa Sicilia. *Iustin. 24. 5.* Diem festum urbi indicere in adventum alicuius. *Sil. 12. 752.* et *11. 272.* Festa urbs; *lieta, in festa*. Sic *Horat. 3. Od. 18. 11.* Festus in pratis vacat otioso Cum bove pagus. *Sil. 7. 198.* et *Val. Flacc. 5. 159.* Festae mensae. *Arnob. init. l. 8.* Laetitias festas exercere. *Martial. 3. 58.* Festi Lares. Et *1. 1.* Festi lusus. *Virg. 4. Aen. 452.* Templum festa fronde revinctum. *Horat. 2. Ep. 1. 140.* Festum tempus. *Ovid. 3. Met. 111.* Festa theatra. *Id. 5. Trist. 12. 8.* Festos choros agere. *Plin. 2. ep. 17. a med.* Tectum festis clamoribus personat. *Claudian. IV. Cons. Honor. 642.* Festae tacdae. *Ovid. 10. Met 398.* Festa corona. *Id. 2. ibid. 795.* et *Plin. 14. 1. 2.* Festa pax. — *Cod. Theod. 15. 4. 1.* Si quando nostrae statuae vel imagines erigantur seu diebus, ut assolet, festis, seu communibus, etc. — *Mel. 1. 9.* dies maxime festus. — 2) Specialim *festus dies* est aliquando blanda amantis compellatio, vel laetantis. *Plaut. Cas. a. 1. v. 49.* Mi animule, mea vita, meus festus dies. *Ter. Eun. 3. 5. 12.* O festus dies hominis! amice, salve. — 3) *Dies festus κατ' ἐξοχήν* apud Hebraeos vocabatur festum Paschatis, *Vulg. Interpr. Luc. 2. 42.*, coll. *Ioh. 6. 4.* Item *dies festus* dicitur etiam *Festum Scenopegiae*, quod plures dies complectebatur, *Id. ibid. 7. 8.* et *14.* — 4) Translate solemnis, publicus, laetus. *Claudian. B. Get. 206.* Festae aures; *h. e.* laetae, laetis nunciis imbutae. *Stat. 2. Silv. 7. 134.* Festus dolor. *Claudian. III. Cons. Honor. 3.* Festior annus. *Vopisc. Tacit. 11.* Festissimi dies. Cf. infra §. 7. — 5) Absolute, substantivorum more,

FESTUM, i, n. Est dies festus; *festa*. *Ovid. 4. Fast. 877.* Cur igitur Veneris festum Vinalia dicant, Quaeritis? *Id. 1. ibid. 190.* Pars mihi de festo me labet alla tuo. Et *4. ibid. 182.* Idaeae festa parentis erunt.

Digitized by Google

Ll. 5. Amor. 13. 5. Casta sacerdotes Iunoni festa parabant. *Id. 4. Met. 390.* profanare festum. Et *53.* turbare festa. *Id. 8. ibid. 328.* vovere festa annua numinibus. *Id. 6. Fast. 179.* colere. Adde *Horat. Epod. 2. 59.* et *2. Ep. 2. 197.* — **c)** In illo *Ovid. 2. Fast. 247.* Forte Iovi festum Phoebus solemne parabat: *festum* convivium significare videtur. — **2)** Translate. *Stat. 2. Silv. 7. 9.* O nunquam data festa longa summis! A. e. res laetae et prosperae. Cf. supra §. 1.

Nota. *Isid.* ita distinguit *dies festos* a *solemnibus*, *1. Differ. 231.* « *Festi dies* ex consuetudine dicuntur; *solemnes* vero, qui ad omnes pertinent. Ut cum quis defuncti officia expleverit, dicitur *solemnia* praestitisse. »

FĒTĀLĬA, ium *vel* iorum, n. Nomen a *fetus*, proprie adiect., absolute adhibitum, ad significanda festa quaedam rustica, ita appellata, ut videtur, quod post fetuum vel agnorum ortum celebrarentur. Hinc translate *Augustin. Serm. 195.* Dignum erat, ut non mulierculae humanis solemnitatibus, sed angeli divinis laudibus fetalia celebrarent.

FĒTANS, antis. Particip. verbi *feto*, adiectivorum more etiam adhibitum; unde et absolute apud *Vulg. Interpr. Ps. 77. 70.* Et elegit *(Deus)* David servum suum . . . , de post fetantes *(subaudi* oves) accepit eum.

FĒTĔO. V. FOETEO.

FĒTĬĀLIS (et Fecialis), is, m. Nomen parum certae originis, ac proinde etiam scriptionis. — Ad scriptionem quod attinet, per *i* scribunt *Manut.* et *Cellar.* ex consuetudine Graecorum, apud quos est ῥητιάλεις, et φητιάλεις, et ῥατιάλεις, et ex Lapide, quem ipse *Manut.* affert: cui adde alium apud *Grut. 457. 2.*: *Dausquio* placet per *e* ex etymologia, quam tradit *Fest.*, nempe a *faciendo;* cui suffragari videntur Lapides alii apud *Grut. 360. 3.* et *1107. 4.*: sed *Marinius Frat. Arv. p. 708.* et *714.* probat ex plurimis aliis *ibid.* cit. scribendum omnino *fetialis*. — Proprie

FETIALES, Italice *araldi*, erant sacerdotes, vel legati populi Rom., quos penes rerum publice repetendarum, imperandae decessionis ex finibus, belli indicendi suscipiendique, et iungendorum foederum potestas erat, et administratio. Hi causas armorum inferendorum examinabant, consulebaturque eorum collegium a regibus, aut consulibus, iuste ne posset bellum indici, quia bellum aliquod inire, quod pium non videretur, magna religio erat. Id indicturi, hastam ferratam in fines hostium iaciebant: pace comparata, foedus feriebant. Quae omnia colliguntur ex *Varr. 5. LL. 15.* et *Liv. 1. 32., 4. 30., 7. 6.* et *9., 9. 5., 10. 13., 30. 43., 31. 8.*, et *36. 3.* Adde *Cic. 2. Leg. 9.* — **2)** Adiectivorum more,

FETIALIS, le. Est ad fetiales pertinens. *Cic. 2. Rep. 17.* Tullus Hostilius constituit ius, quo bella indicerentur, quod, per se iustissime inventum sanxit fetiali religione, ut omne bellum, quod denunciatum indictumque non esset, id iniustum esse atque impium iudicaretur. *Liv. 9. 11.* Ceremoniae fetiales. Et *mox.* Legatus fetialis. *Cic. 1. Offic. 1.* Ac belli quidem aequitas sanctissime fetiali populi R. iure praescripta est. Adde *5. ibid. 29.* — *Inscr. a. 1862.* inter rudera Palatina reperta, atque edita in *Corp. Inscr. Lat. Vol. 1. p. 564.* Fert. Erresius, rex Aequicolus *(sic)*. Is preimus ius fetiale paraviT: inde P. R. *(h. e.* Populus Romanus) discipleinam *(sic)* excepit. Haec *Inscriptio* lucem capit ab *Auct. de Vir. illustr. 6.* Ancus Marcius . . . ius fetiale, quo legati ad res repetundas uterentur, ab Aequiculis transtulit, quod primus fertur Rhesus excogitasse. Portasse loco *fertur Rhesus* legendum est *Fartor Erresius*. Cf. *Liv. 1. 32.* Item *Auct. de praenomin. §. 1.* Recitant . . . ab Aequicolis Septimum Modium, primum eorum regem et Fertorem Resium, qui ius fetiale constituit. Videtur et hic quoque *Erresium* loco *Resium* legendum esse. Cf. *Momms.* in *Corp. Inscr. Lat. l. c.*

FĒTĬFER et Foetifer, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fetus* et *fero;* fetificus, fecundus. *Plin. 7. 3. 1.* Supra tergeminos nasci, inter ostenta dicitur, praeterquam in Aegypto, ubi fetifer potu Nilus amnis. *Auson. Ecl. de mensib. 4.* Fetiferum Aprilem vindicat alma Venus.

FĒTĬFĬCO et Foetifico, as, āre. Verbum intransitiv. a *fetus* et *facio;* fetum edo, pario; *partorire*. *Plin. 10. 79. 2.* Columbarum pulli quinquemestres fetificant. Et *ibid. 9. 2.* Accipitres humi fetificant. Adde *Solin. 22. fin.*

FĒTĬFĬCUS et Foetificus, a, um. Adiect. verbale a *fetifico;* fecundus. fetifer: *fecondo, prolifico*. *Plin. 9. 74. 6.* Fetificus humor.

FĒTĪGĀTUS. V. FATIGO §. b.

FĒTISCO. V. FATISCO §. b.

FĒTO et Foeto, as, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, a *fetus*. — Particip. *fetans* §. 2. et suo loco, *fetandus* §. 2. — Est fetum edo; *partorire*. De avibus ova edentibus *Colum. 8. 15. sub fin.* Anates circa paludes plerumque fetant. Et *12.* Gallinae silvestres in servitute non fetant. Adde *8.* — **2)** Transitivorum more,

II. *Feto* est fecundo; *fecondare*. *Augustin. 1. de cons. Evangelist. 35.* In fetandis feminis. *Id. 5. Civ. D. 7.* Admittendis maribus, quibus equarum fetentur armenta. *Dracont. 2. Hexaëm. 89.* verbo fetante marito.

FĒTŌSUS et Foetosus, a, um. Adiect. a *fetus;* fecundus; *prolifico, fecondo*. *Vulg. Interpr. Ps. 143. 13.* Oves eorum fetosae, abundantes in egressibus suis. *Hieronym.*, in *Galat. 4. 27.* Virum habuit synagoga et iuxta Annae quoque prophetiam fetosa quondam in liberis fuit. — Cf. voc. seq.

FĒTŪOSUS et Foetuosus, a, um. Adiect. eiusdem prorsus originis et significationis ac praecedens, a quo forma tantum discrepat, eadem ratione effictum ac a *fructus*, *fructuosus*, a *luctus*, *luctuosus*, etc. *Hieronym. 1. advers. Iovinian. 19.* Liam deformem atque fetuosam. *Al. leg.* fetosam.

FĒTŪRĂ et Foetura, ae, f. Verbale a *feto;* tempus, quo animal conceptum fetum gerit, usque ad partum. ut *Varr. 2. RR. 1. a med.* definit; *tempo della gravidanza*. Item generatio, proles, fetus; *generazione, prole, parto*. *Varr. 2. RR. 1.* Secunda pars est de fetura. Nunc appello feturam a conceptu ad partum . . . Altera pars est in fetura, quae sint observanda, quod alia alio tempore parere soleat. *Id. ibid. 10.* Quod ad feturam humanam pertinet pastorum, facile est, quod habeant conservam in villa, etc. *Virg. 7. Ecl. 36.* Si fetura gregem suppleverit. *Id. 3. G. 62.* bos feturae habilis. — **2)** Metonymice est ipse fetus, seu fructus animalis. *Cic. 2. Leg. 8.* Alios dies ad ubertatem lactis feturaeque servanto. *Ovid. 15. Met. 827.* Sunt, fetura minor, tepidis in ovilibus agni. *Plin. 10. 74. 6.* Optima gallinarum fetura ante vernum aequinoctium. — **3)** Refertur etiam ad vites. *Id. 17. 35. 21.* Vitis in macro, etiamsi vires habebit, recisa intra iugum moretur, omnis fetura sub eo exeat. — **4)** Translate. *Id. 1. praefat. 1.* Libros naturalis historiae, novitium camenis Quiritium tuorum opus, natum apud me proxima fetura, etc.

FĒTŪRĀTUS et Foeturatus, a, um. Adiect. a *fetura*, participiorum more effictum; in fetum configuratus. *Tertull. advers. Valentin. 25.* Semen feturatum in corpore.

FĒTUS et Foetus, a, um. Adiect., quod *Isid. 11. Orig. 1. 144.* a *foveo*, quod in utero foveatur, deduxit; alii vero volunt esse ab obsoleto *feo*, unde et *fecundus*, et *fenus:* scribuntque sine diphthongo: quod *Manut.* et *Cellar.* placet ex auctoritate *Varron.* apud *Gell. 16. 12.* et ex libris veteribus. Contra *Dausq.* cum *Scalig.*, *Pier.* et aliis *foetus* et ipsi ex antiquis MSS. etc. ut in FECUNDUS §. b. et in VENUS §. a. dictum est: ducuntque ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν. — **b)** Derivata, *fetalia, feto, fetosus*, et *fetuosus, fetura, feturatus, fetus, us*. — **c)** Composita, *ardifetus, confetus, effeto, effetus, fetifer, fetifico, fetificus, superfeto*.

FETUS proprie est fetum habens, fecundus, gravidus, plenus; *gravido, feconda*. *Virg. 1. Ecl. 50.* Non insueta graves tentabunt pabula fetas. *Id. 3. ibid. 83.* Lenta salix feto pecori. *Horat. 3. Od. 27. 5.* Feta vulpes. — **2)** Latiore significatione est fecundus, fertilis, uber. *Cic. 2. Nat. D. 62.* Terra feta frugibus, et vario leguminum genere. *Ovid. 1. Pont. 7. 15.* regio nec pomo feta, nec uvis. *Lucret. 2. 994.* Humoris guttas mater quum terra recepit, Feta parit nitidas fruges arbustaque laeta Et genus humanum: parit omnia secla ferarum. *Ovid. 14. Met. 105.* Loca feta palustribus ulvis. — **3)** Hinc universim est plenus; *pieno*. *Virg. 1. Aen. 55.* loca feta furentibus austris. Et *2. ibid. 237.* scandit fatalis machina muros Feta armis. *Sil. 17. 448.* colla serpentis feta veneno. — **4)** Translate. *Id. ibid. 580.* feta viri bello praecordia. *Id. 15. 592.* feta furore Megaera. *Id. 11. 205.* praecordia feta ira. — Cum accusat. Graecorum more. *Id. 10. 14.* Fetus Gradivo mentem; *pieno la mente di concetti guerreschi*. — Cum genitivo. *Claudian. B. Get. 25.* fetasque novales Martis. — **5)** Deinde

II. *Fetus* est etiam partu levatus; *fresco dal parto*. *Virg. 8. Aen. 630.* et *Ovid. 2. Fast. 442.* Venit ad expositos (mirum!) lupa feta gemellos. *Id. 15. Met. 805.* feta truculentior ursa. *Varr.* apud *Non. 4. 211.* Veniebant ad fetam amicae gratulatum. *Colum. 7. 5. sub fin.* Ut neque tardiores et gravidae, dum cunctantur, neque agiles et fetae, dum procurrunt, separari a ceteris sinat.

FĒTUS et Foetus, ī (*Acc.* apud *Non. 8. 44.* V. loc. infra §. 4. *fin.*), et

FĒTUS, us, m. Verbale ab obsoleto *feo* (unde particip. *fetus*, de quo supra), actus gignendi et pariendi; *generazione, concepimento, parto:* et dicitur proprie de animalibus. *Plaut. Amph. 1. 2. 25. de Iove.* Pater curavit, uno ut fetu fieret, Uno ut labore absolvat aerumnas duas: *ad un parto*. *Cic. 1. Fin. 19.* Labor bestiarum in fetu, et in educatione. *Plin. 10. 14. 1.* Cornix inauspicatissima fetus tempore. *Colum. 11. 2. ante med.* Secundi fetus pecudes signari oportet. — **2)** Latiore significatione de quovis plantarum ac terrae fructu. *Cic. 1. Leg. 8.* Quae frugibus atque baccis, terrae fetu profunduntur. *Plin. 12. 41. 1.* Periti rerum asseverant, non ferre *(Arabiam)* tantum annuo fetu *(cassiae)*, quantum Nero princeps novissimo Poppaeae suae die concremaverit. — **3)** Deinde

II. *Fetus*, sensu, ut aiunt, concreto est id quod genitum est, partumque; *parto, prole:* et dictum item proprie de animalibus. *Cic.*

Digitized by Google

2. *Nat. D. 51.* Quae multiplices fetus procreant, ut sues, canes. his mammarum data est multitudo. Et *mox*. Ova aqua sustinentur, et fetum fundunt. *Plin. 8. 81.* 2. Fetus ventri exsecti, vel uberibus ablati. *Ovid. 6. Met. 637.* traxit Ityn, veluti Gangetica cervae Lactantem fetum per silvas tigris opacas. *Id. 15. ibid. 582.* Nonne vides, quos cera tegit sexangula fetus Melliferarum apium? — *Horat. 4. Od. 5. 27.* Quis Parthum paveat? quis gelidum Scythen? Quis, Germania, quos horrida parturit Fetus, incolumi Caesare? — **4)** Item latiore significatione eodem sensu de terrae aut arborum fructu; *fruttо, getto. Virg. 1. G. 55.* Arborei fetus alibi, atque iniussa virescunt Gramina. Et 2. *ibid. 390.* largo pubescit vinea fetu. Et *429.* fetu nemus omne gravescit. Et *Ovid. 1. Fast. 693.* Triticei fetus. *Virg. 2. G. 69.* fetus nucis; h. e. surculus. *Cic. 2. Orat. 50.* Ager novatus et iteratus, quo meliores fetus possit et grandiores edere. *Lucret. 1. 254.* Crescunt fetuque gravantur *(arbores). Cic. Brut. 4.* Sic omnis fetus repressus exustusque flos situ veteris ubertatis exaruit. *Horat. Carm. secul. 51.* Fertilis frugum pecorisque tellus Spicea donet Cererem corona: Nutriant fetus et aquae salubres, Et Iovis aurae. Adde *Lucret. 1. 352.* — *Accius* apud *Non. 8. 44.* Cithaeron frondet viridantibus fetis. — **5)** Translate. *Cic. Brut. 49.* Nec ulla aetate uberior oratorum fetus fuit. *Id. 5. Tusc. 24.* Ex quo triplex ille animi fetus exsistet, unus in cognitione rerum positus, etc. *Catull. 65. 5.* Nec potis est dulces Musarum expromere fetus Mens animi.

FEX. V. FAEX.

FI

FI. Interiectio, seu vox, qua foetida abiguntur: *fi fi*. — Geminate. *Plaut. Cas. 3. 6. 7.* Fi, fi, foetet tuus mihi sermo. *Alii leg.* Hei, hei: *alii vero* Heu, heu.

II. FI, imperativ. verbi *fio*, quae est forma passiva verbi *facio*. V. FACIO §. 10.

FĬĀ. V. FILIA.

FĬĀLĂ. V. PHIALA.

FĪBER, bri, m. Nomen animalis, quod et *castor* et *beber* dicitur. *Varr. 5. LL. 15. §. 89.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll.* inde derivatum docent, quod ab extrema ora fluminis id animal soleant videri: *fibrum* autem Antiquos extremum dixisse. Sed fortasse est ab ausit., *fao* pro *fodo;* hoc enim animal horrendi morsus dicitur a *Plin.* loc. mox cit. — **b)** Derivatum, *fibrinus*.

FIBER est animal quadrupes, amphibium; *castòro, bèvero. Plin. 8. 47. 1.* et *32. 11. 1.* (V. loca in CASTOR §. 1. et seqq.) *Sil. 15. 467.* Fluminei veluti deprensus gurgitis undis. Avulsa parte inguinibus caustique pericli, Enatat intento praedae fiber avius hoste. *Plaut. fragm.* apud *Fest.* loc. cit. supra §. a. Sic me subes cotidie, quasi fiber salicem. V. *Bothe* in *Plaut. fragmm. incert.* n. *15. p. 445.* Cf. BEBER.

II. FIBER, bra, brum. Adiect. obsoletum, quod, *Varrone* teste in *5. LL. 15. §. 89.*, extremum significat. V. FIBRA §. a.

* FIBERE. V. FIGO §. b.

FĪBLĂ.
FĪBLĀTŌRĬUS et
FĪBLO, as. } V. FIBULA, FIBULATORIUS, FIBULO.

FĬBRĂ, ae, f. Nomen, quod *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll.* a fiber deducit; itemque *Varr. 5. LL. 15. §. 89.* e Antiqui *fibrum* dicebant extremum, a quo in sagis fimbriae, et in iecore extremum; *fibra*. » Cf. *Doederl. Synon. T. 5. p. 22.*, qui tradit spectare ad radicem eamdem ac *filum*. V. FILUM §. a. — **b)** Derivatum, *fibratus*. Cf. FIMBRIA.

FIBRA proprie est extremitas cuiuscumque rei; *punta, estremità:* praesertim vero significat extremitatem quorundam extorum, ut pulmonis, iecoris, etc. *Cels. 4. 1.* Pulmo in duas fibras, ungulae bubulae modo dividitur. Et *mox*. Iecur in quatuor fibras dividitur. *Cic. 1. Divin. 40.* Quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio. *Plin. 8. 42. 1.* Pericula praemonent, non fibris modo extisque, sed alia quadam significatione. *Id. 11. 76. 1.* Ranarum rubetarum altera fibra *(scil.* iecoris) a formicis non attingitur. Cf. §. 6. infra. — **2)** Significat etiam ipsa integra exta, seu viscera. *Val. Flacc. 7. 555.* Promethea fibra; h. e. iecur, quod a vulture carpitur. *Ovid. 4. Fast. 955.* Tura focis, vinumque dedit, fibrasque bidentis. *Senec. Thyest. 1064.* gracili traiectas vere Mugire fibras vidi. — **3)** *Loqui* et *significare* dicuntur fibrae in haruspicina, quod Deorum mentem, et futura demonstrant. *Propert. 4. 1. 100.* sibi commissos fibra locuta Deos; *Stil. 1. 158.* fibraeque repente Conticuere: latent casus, longique labores. *Tibull. 2. 1. 25.* viden', ut felicibus extis Significet placidos nuncia fibra Deos? Et *1. 9. 3.* conscia fibra Deorum. *Manil. 1. 99.* Consultare fibras, et rumpere vocibus angues. — **4)** Translate. *Pers. 1. 47.* neque enim mihi cornea fibra est: h. e. non sum ita hebes, et duris praecordiis, ut laudis gustum non habeam. V. IECUR. — Sic *5. 32.* Sed stupet hic vitio, et fibris increvit opimum Pingue. — *Plin. Ind. l. 35.* Persequimur omnes terrae fibras; *le viscere della terra:* de metallis enim loquitur. — *Terentian. Maur. 54.* Nec spirant animas fibrae. — **5)** Saepe

II. *Fibra* dicitur de extremis venis, radicibusque in capillamenta quaedam desinentibus, foliorumque oblongis, et laciniosis cacuminibus, etc. *Cic. Senect. 15.* Viriditas herbescens, nixa fibris stirpium, sensim adolescit. *Id. 3. Tusc. 6.* Non solum ramos amputare, sed omnes radicum fibras evellere. *Plin. 19. 11. 1.* Tubera undique terra circumdata, nullis nixa fibris, aut saltem capillamentis. Et *11. 89. 1.* Venae in praetenues postremo fibras subter totam cutem dispersae, adeo in angustam subtilitatem tenuantur, ut etc.; *vene capillari. Colum. 10. 112.* iam teneris frondens lactucula fibris. *Id. 11. 2.* Cum enata frumenta quatuor fibrarum esse coeperunt. Et *3. ante med.* Cum ternas fibras emiserunt spicae allii, sarriantur. *Mela, 3. 2.* Peloponnesos, ob sinus et promontoria, queis, ut fibris, litora eius incisa sunt, platani folio simillima. *Cic. fragm.* apud *Serv. ad 1. G. 120.* Fibrae cinciunorum madentes *Plin. 32. 21. 2.* Ostrea spondylo brevi, atque non carnoso, nec fibris laciniosо. — **6)** *Servius* ad *1. G. 120.* et *484* venas quoque, et nervos per iecur decurrentes, *fibras* appellari tradit. *Plin.* quoque *11. 76. 1.* et *Lucil.* apud *Gell. 20. 8.*, ubi tradunt, in murium iecinoribus fibras numero dierum lunae congruere crescendo et decrescendo, venulas in iis et nervos intercurrentes intelligere videntur. Neque enim de duabus illis extremitatibus, quas supra ex *Celso* diximus, intelligi potest, ut earum numerus augeatur. *Gell.* quoque consimili significatione *fibras* usurpat, cum ait *16. 8.* Esuritionem faciunt inanes patentesque intestinorum fibrae, et cava intus ventris ac stomachi vacua et hiantia.

FĪBRĀTUS, a, um. Adiect. a *fibra;* fibras habens. *Plin. 23. 21. 2.* Fibrata radix. *Hard.* fimbriata *legit* ex MSS. *Auct. Priap. 52. 22.* Acresque cacpas, alliumque fibratum. Hinc *Virg. Mor. 88.* cum spissis alba fibris.

FĪBRĪNUS, a, um. Adiect. a *fiber*; h. e. *castor;* ad fibrum pertinens; *di castòro. Plin. 32. 56. 1.* et *ibid. 42. 3.* Fibrinae pelles. — *Isid. 19. Orig. 22. 16.* Fibrina *(subaudi* vestis), tramam de fibri lana habens. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FIBRINUM, i, n. Est lana animalium, quos fibros vocant, ut exponit *Isid. 19. Orig. 27. 4.* Cf. BEBER.

* FIBRO. V. FERRUCUM, §. a.

FĪBRUM. V. FIBER, secundo loco, et FIBRA §. a.

FĪBŬLA et Fibla, ae, f. Nomen parum certae originis. Probabilius est, quod Recentiores tradunt, nempe per contractionem *fibulam* pro *figibula*, a *figo* dictam. *Isid.* autem *19. Orig. 33. 4.* a *Fibula* Graecum est, quam illi φιβλὰν dicunt, quod ligat. » — **b)** *Fibla* pro *fibula* contracte legitur apud *Apic. 8. 7.* et in quadam *Inscript.* non optimae notae apud *Grut. 474. 4.*, ubi quidam libertus Severi Alexandri B. Imp. dicitur *praepositus a fiblis*. — **c)** Derivata, *fibulatio, fibulatorius, fibulo*. — **d)** Composita, *confibula, confibulatio, confibulo, diffibulo, exfibulo, infibula, infibulo, refibula, suffibulum*.

FIBULA proprie dicitur instrumentum illud, quo vestes subnectuntur, vel sagi, chlamydis, palli, aut baltei pars alteri adnectitur; *fibbia, fibbiaglio. Virg. 4. Aen. 139.* Aurea purpureum subnectit fibula vestem. *Id. 8. ibid. 512.* pharetra, lato quam circumplectitur auro Balteus, et tereti subnectit fibula gemma. *Id. 12. ibid. 274.* laterum iuncturas fibula mordet. Et *7. ibid. 815.* fibula crinem Auro internectit. *Ovid. 2. Met. 412.* Fibula vestem coercet. *Sidon. carm. 2. 397.* Fibula mordaci refugas a pectore vestes Dente capit. — **2)** Tales fibulae, ex auro, argento interdum fiebant, et gemmis item ornabantur. Recensentur a *Liv.* inter dona militaria *39. 31.* et *27. 19.*, et inter insignia equitum et nobiliorum a *Martial. 5. 41.* Adde *Plin. 33. 12. 1.* — Huc spectat *Vulg. Interpr. 1. Mac. 10. 88.* Ut audivit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionathan: et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis regum; *borchia aurea*. Cf. *Cavedoni* in *Annotaz. al Corp. Inscr. Graecar., art. 6. p. 170.*, et quos ibi laudat. — **3)** Alias est insigne pauperiorum, et infimae sortis hominum, ut in illo *Nemesiani Ecl. 7. 79.* O utinam nobis non rustica vestis inesset! Vidissem propius mea numina: sed mihi sordes, Pullaque paupertas, et aduncо fibula morsu Obfuerunt. — **4)** *Praepositus a fiblis* sive *fibulis*, officium erat domus Augustae. *Inscr.* apud *Grut. 474. 4.* V. supra §. b. — **5)** Praeterea

II. *Fibulae* usus fuit valetudinis causa olim pueris, quorum nempe praeputio perforato circellus sive anulus argenteus inserebatur, et a fabro, ne facile solveretur, ferruminabatur, ad coercendam Venerem: qua de re multa habet *Cels. 7. 25. n. 3.* Hinc *Plin. 33. 51. 1.* Cum paedagogia ad transitum virilitatis custodirentur argento. V. INFIBULO et REFIBULO. — **6)** Alterum vero fuit fibulae genus, quo tragoedi, comoedi, citharoedi, choraulae, et palaestritae utebantur tum verecundiae causa ad virilia obtegenda, tum conservandae vocis gratia ad Venerem coercendam, tum etiam fortasse ad inguina comprimenda, ne scilicet nimia vocis, vel corporis contentione herniosi fierent: ea porro praeter anulum thecam habebat aheneam, vel alutaciam cingulo quo-

dam suspensam atque constrictam in modum fasciae inguinalis, de qua v. VINCTURA, quamque Itali *allacciatura* vocant. *Cicero* vero *1. Offic. 35. ad fin.* subligaculum. *Iuvenal. 6. 73.* Solvitur his *(mulieribus)* magno comoedi fibula. Et *379.* Si *(mulier)* gaudet cantu, nullius fibula durat Vocem vendentis praetoribus. Huic loco haec adnotat *Vet. Scholiast.:* Fibulam dicit circellos, quos tragoedi, sive comoedi in pene habent, ut coitum non faciant, ne vocem perdant. *Martial. 7. 82.* Menophili penem tam grandis fibula vestit, Ut sit comoedis omnibus una satis. Hunc ego credideram (nam saepe lavamur in unum) Sollicitum voci parcere, Flacce, suae. Dum ludit media, populo spectante, palaestra, Delapsa est misero fibula; verpus erat. *Id. 11. 76.* Theca tectus ahenea lavatur Tecum, Caelia, servus; ut quid, oro, Non sit cum citharoedus, aut choraules? Servo, Caelia, fibulam remitte. Adde *7. 35.* et *14. 213.* — **7)** Hinc translate. *Tertull. Cor. mil. 11.* Fibulam laxare voluntariis delictis. *Id. Pudic. 16.* Huius boni fibulam quis nesciat illum *(D. Paulum 1. ad Corinth. 7. 26.)* invitum relaxasse, ut fornicationi obviam isset? *Senec.* apud *Lactant. 1. 16.* Quid ergo est, quare apud Poetas salacissimus luppiter desierit liberos tollere? Utrum sexagenarius factus est, et illi lex Papia fibulam imposuit? *Auct. Priap. 68. 21.* Neve imponite fibulam Priapo. — **8)** Item constringendis vulneribus. *Cels. 5. 26. n. 23.* Si vulnus hiat, neque in unum orae facile attrahuntur, sutura quidem aliena est: imponendae vero fibulae sunt (ἀγκτῆρας Graeci nominarunt) quae oras contrahant. *Id. 7. 4.* Excidendus callus est, superque fibulae dandae. Et *mox.* Fibula oris cutis iniicienda est. — **9)** Huiusmodi chirurgorum fibulae fiunt saepe acia et acu: inter quas et suturam hoc interest, quod sutura filo perpetuo constat, quo os vulneris totum consuitur, donec omnis hiatus committatur: in fibula quotiescumque filum per utrumque labrum vulneris (sed per intervalla) traiectum est, nodo constringitur, et praeciditur. *Cels. 5. 26. n. 23.* Comprehendi vero sutura, vel fibula non cutem tantum, sed etiam aliquid ex carne oportebit. Utraque optima est ex acia molli, non nimis torta, etc. Et *mox.* Fibulae latius vulnus esse patiuntur, sutura oras iungit. *Id. 7. 19. ad fin.* Ubi fibulae sunt, hae incidendae: ubi linamentum, id mutandum est. v. *Ioann. Rhod. de Acia, c. 10.* et *seq.* — **10)** Denique

II. *Fibula* quoque dicitur vinculum ferreum, vel ligneum colligandis inter se trabibus, aliave materie; *arpions, chiave:* πεῖρον. *Caes. 4. B. G. 17.* Trabes binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebantur. *Vitruv. 1. 5.* In crassitudine perpetuae taleae oleagineae ustulatae quam creberrime instruantur, uti utraeque muri frontes inter se, quemadmodum fibulis, his taleis colligatae aeternam habeant firmitatem. Quas memorat *Cato, RR. 31.* fibulas iligneas, ulmeas, ficulneas, videntur esse lignei circuli compingendis corbulis apti. — **11)** Translate a similitudine pro vinculo morali. *Novatian. de cib. Iud. 5.* Fortasse ex *Vulg. Interpr. Ital. Coloss. 2. 18.* et *seq.* Superstitionibus Angelorum servientes, inflatos a sensu carnis suae, caput Christum non tenentes; ex quo omne corpus per nexum concatenatum et fibula charitatis membris mutuis innexum atque concretum crescit in Deum. — Huc spectare etiam potest *Tertull. Resurr. Carn. 40.* Ita vocabulum homo consertarum substantiarum duarum quodammodo fibula est: sub quo vocabulo non possunt esse nisi cohaerentes. — **12)** Item *fibula* apud Rhetores vocatur sententia arguta, quae epigramma quodlibet complet seu concludit. *Front. laud. fumi.* v. loc. sub v. CLAVIS §. 9. — **13)** Item sumitur pro argumento, quod magnam vim habeat ad constringendum adversarium. Hinc *Ennod. Apolog. pro synod. p. 185. Migne.* Debinc subiunctam quaestionem rhetorica fibula momordistis. — **14)** Item *fibula* dicitur particula coniunctiva, quae sermonem confibulare videtur, quasi in unum omnia eius membra constringens. *Tertull. adv. Hermog. 26.* ad illud *Genes. 1. Terra autem erat.* Nam et *autem* ipsum, velut fibula coniunctivae particulae ad connexum narrationi oppositum est, *terra autem.* Hoc enim verbo revertitur ad eam, de qua supra dixerat, et alligat sensum.

FĪBŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fibulo;* coniunctio et colligatio per fibulam. *Vitruv. 10. 3.* Eadem ratione in summo fibulationibus, in imo sucularum versationibus expediundum.

FĪBŬLĀTŌRĬUS et Fiblatorius, a, um. Adiect. verbale a *fibula.* *D. Claud. Imp.* in quadam *epist.* apud *Trebell. XXX. Tyrann. 10.* Duo saga ad me velim mittas, sed fibulatoria, cum ipse miserim de nostris. *(Al. leg.* fiblatoria.); *h. e.* fibulis instructa.

FĪBŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *fibulo;* fibulis instructus. *Valerian. Imp.* in quadam *epist.* apud *Vopisc. Prob. 4.* Huic dari iubebis pallia Gallica duo fibulata.

FĪBŬLO et Fiblo, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fibula.* — Particip. *fibulatus,* v. suo loco. — Proprie est fibula necto; *affibbiare, legare insieme. Apic. 8. 7.* Porcellum impies, fiblabis. *Alii leg.* infiblabis; *h. e.* infibulabis. — **2)** Translate. *Colum. 1. 6. ante med.* Omnes parietum et soli iuncturae testaceis pulvinis fibulantur; *h. e.* connectuntur, committuntur.

FĪCĀRĬĂ et FĪCĀRĬUM } v. voc. seq. §. 3. et seqq.

FĪCĀRĬUS, a, um. Adiect. a *ficus;* ad ficum pertinens; *di fico. Cato, RR. 48.* Eo sarmenta, aut crates ficarias imponito, quae frigus defendant; *h. s.* quibus fici in sole expansi contegantur ea ratione, quam *Colum. 12. 15.* tradit. *Plin. 11. 41. 1.* Ficarios culices caprificus generat. *Festus* in *Orea, p. 181. Müll.:* Ficaria vasa. — **2)** Speciatim *Fauni ficarii* appellati ita videntur a salacitate. *Hieronym.* in *Isai. 5. 13. 21.* Vel incubones, vel satyros, vel silvestres quosdam homines, quos nonnulli Faunos ficarios vocant, aut daemonum genera intelligunt. Adde *Isid. 8. Orig. 11. ad fin.*, coll. *Vulg. Interpr. Ierem. 50. 39.* v. FAUNI in ONOM. — *Pelagon. Veterin. 2. ad fin.* Frequenter equi per noctem fatuo ficario vexantur. v. FATUELLUS in ONOM. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FICARIA, ae, f. Est idem ac ficetum. *Pallad. 4. 10. de fico.* Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt, ut non sit necesse per singulas arbores pro remedio eadem poma suspendi. — **4)** Item

FICARIUM, ii, n. Est fiscella ficorum capax. *Gloss. Gr. Lat.* Συκοφορεῖον; ficarium, fiscella. — **5)** Item

FICARIUS, ii, m. Est qui ficus vendit. *Augustin.* de *Manich. morib. 19.* Sanctus ad cuius disputationem in ficariorum vicum ventitabamus.

FĪCĀTUM, i, n. Nomen proprie adiectivum, ut Graecum συκωτὸν, ficis saginatum, absolute fere adhibitum, quod proprie significat iecur anseris ficis saginati, deinde etiam iecur aliorum animalium, inde Itali suum habent *fégato*, de quo *Horat. 2. Sat. 8. 88.* Pinguibus et ficis pastum iecur anseris albi. *Plin. 8. 77. 5.* Adhibetur et ars iecori feminarum suum, sicut anserum, inventum M. Apicii, ficu arida saginatis, ac satie necatis, repente mulsi potu dato. Adde *Eund. 10. 27., 1. Iuvenal. 5. 114., Pers. 6. 71., Martial. 13. 58.* et *Apic. 7. 5.* Ficatum praecidis ad cunnum. *Marcell. Empir. 22. a med.* Ficatum lupi integrum foliis lauri involves. *Gloss. Isid.* Ficatum, quod Graeci συκωτὸν vocant. v. SYCOTUM. — *Figatum* scribitur apud *Plin. Valer. 1. 5.* Figatum perdicis cum felle. *Alii autem leg.* Ficotum.

FĪCĔDŬLĂ (et Ficēdula apud *Martial. 13. 5.* v. loc. §. 1.), ae, f. Nomen avis cuiusdam ita dictae quod ficu pinguescit, ut *Varr. 5. LL. 11.* docet; *beccafico (Motacilla ficedula, Linn.). Martial. 13. 49. cuius lemma* Ficedula: Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis, Cur potius nomen non dedit uva mihi? *Plin. 10. 44. 1.* Alia ratio ficedulis: nam formam simul coloremque mutant: hoc nomen autumno: non habent postea: melancoryphi vocantur. *Gell. 15. 8.* Praefecti popinae atque luxuriae negant, ullam avem, praeter ficedulam, totam comesse oportere. *Petron. Satyr. 33.* Pinguissimam ficedulam invem piperato vitello circumdatam. *Martial. 13. 5.* Cerea quae patulo lucet ficedula lumbo Cum tibi forte datur, si sapis, adde piper. *Iuvenal. 14. 9.* Boletum condire, et eodem iure natantes Mergere ficedulas didicit, nebulone parente. — **2)** Praeterea

II. *Ficedula* videtur esse etiam nomen deminut. fici arboris: nam in *Not. Tir. p. 169.* enumeratur inter alias arbores.

FĪCĔDŬLENSIS, se. Adiect. a *ficedula.* Hinc Milites ficedulenses *Plaut.* appellat *Capt. 1. 2. 60.* iocose et ambigue; *h. e.* guloses, et ficedularum hostes. Quidam volunt, alludi ad *Fiesulam*, qui vicus Romae fuerit, de quo tamen non constat.

FĪCĔRANT et Ficerunt. v. FACIO §. b.

FĪCĒTUM, i, n. Nomen a *ficus*, quo significatur locus, ubi ficus consitae sunt; *ficheto. Varr. 1. RR. 41.* In locis frigidis ficeta fieri non possunt. Adde *Plin. 15. 21. 2.* — **2)** Translate ponitur pro obscenis partibus ficosis, idest multis ulceribus, quae fícos vocant, obsitis. v. FICUS §. 7. *Martial. 12. 35.* Ut pueros emeret, Labienus vendidit hortos: Nil, nisi ficetum, nunc Labienus habet; *h. e.* pueros, quorum podices ficosissimi facti sunt.

FĪCĪTAS, ātis, f. Abstractum a *ficus;* ficorum fructuum abundantia, ut olivitas olivarum. *Nov.* apud *Non. 2. 517.* Ficitores omnes capiunt ficitatem; merx est sine molestia.

FĪCĪTOR, ōris, m. Nomen a *ficus*, verbalium more effictum; ficorum collector, seu cultor. v. *Nonii* loc. in voce praeced.

FĪCŌLĔĂ, ae, f. Est nomen a *ficus*, quo significatur, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.*, palus ficulneus.

FĪCŌSUS, a, um. Adiect. a *ficus*. — Superlat. *ficosissimus*, infra. — Est ficis, seu ulceribus et tuberculis in podice plenus. *Martial. 7. 71.* Ficosa est uxor, ficosus et ipse maritus. *Auct. Priap. 42.* inter eruditos Ficosissimus ambulet poetas. *Id. ibid. 51.* Ficosissima me puella ludit. v. FICUS §. 7.

FĪCŌTUM. v. FICATUM *ad fin.*

FICTĒ. Adverb. a *fictus;* simulate; *fintamente. Cic. 5. Fam. 12. extr.* Ne cui suspicionem ficte reconciliatae gratiae darem. *Id. 1. Q. Fr. 1. 4.* Picte et simulate, quaestus causa, in aures alicuius insusurrare. *Id. Dom. 29.* Non ficte et fallaciter, sed vere et sapienter popularem esse.

Digitized by Google

FICTĪCĬUS et Fictilitius, a, um. Adiect. verbale a *fingo;* pro quo nonnulli Codd. MSS. *Plinii* locis mox cit. habent *facticium*. — Est fictus, simulatus; *fittizio, finto*. *Plin.* 37. 76. 1. Ficticiis gemmis pusulae in profundo apparent. *Id.* 14. 18. 1. Ficticium vinum; h. e. quod ex alio, quam ex uva factum est. *Id.* 13. 7. 1. Ficticium oleum. *Ulp. Regul. tit.* 28. *extrem.* Ficticiae actiones.

FICTĬLĬĀRĬUS, ii, m. Nomen a *fictile;* qui fictilia facit, figulus. *Inscript.* apud *Grut.* 643. 1. Cassio Caratio fictiliario Felici P. C.

FICTĪLIS, le. Adiect. verbale a *fingo;* qui fingitur, proprie autem qui a figulo factus est; *fittile di terra*. *Cic.* 1. *Nat.* 2. 26. In ceris, aut fictilibus figuris fingere aliquid. *Id.* 1. *Divin.* 10. Summanus fictilis. *Id.* 6. *Att.* 1. *circa med.* Fictilia vasa; *stoviglie*. *Tibull.* 1. 1. 39. Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis Pocula. *Plin.* 35. 46. 4. Fictilia dolia. V. DOLIUM §. 5. *Id. ibid.* 45. 4. Fictilis Hercules. — **B)** Ioculariter *Plaut. Poen.* 4. 2. 14. amphoras, cadosve vini plenos, quibus vini aetas, adscripto consule, inscripta est, *litteratas fictiles epistolas* appellat. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FICTILE, is, et *saepius* in plur. num.

FICTILIA, ium, n. Sunt vasa fictilia. *Ovid.* 8. *Met.* 668. Omnia fictilibus. *Iuvenal.* 5. 168. Fictilibus coenare pudet. Et 10. 25. nulla aconita bibuntur Fictilibus. *Plin.* 29. 9. 5. In fictili crudo componere quidpiam; *testo*. *Id.* 12. 54. 4. Balsamum novo fictili conditur; *olla*. — Fictilium laudes habes apud *Eund.* 35. 45. 1. et 2. — **4)** Deinde

II. *Fictilis* est etiam simulatus, ficticius. *Priscian. Praexercit.* 2. p. 1331. *Putsch.* Species autem sunt narrationum quatuor, fabularis, fictilis, historica, civilis: fabularis est ad fabulas supra dictas pertinens, fictilis ad tragoedias sive comoedias ficta.

FICTĬO, ōnis, f. Verbale a *fingo;* actus fingendi et formandi; *formazione*. *Quintil.* 6. 3. 55. et 8. 6. 31. Fictio nominum, adiectis, detractis, mutatis litteris. *Gell.* 18. 11. Furium veterem poetam dedecorasse linguam Latinam huiuscemodi fictionibus vocum. *Lactant. de opific. Dei* 12. Fictio *(animalis in utero)* a capite sumit exordium. *Id.* 4. 4. et 2. 9. Fictio hominis; h. e. creatio. Adde *Quintil.* 9. 1. 3. — **2)** Item simulatio; *finzione*. *Id.* 9. 2. 46. In ironia voluntatis fictio est. *Id. ibid.* 3. *ad fin.* et 11. 1. 39. Fictio personae; h. e. prosopopoeia. *Lactant.* 1. 21. *ad fin.* Poetarum fictionibus credere. — **3)** Item apud Rhetores hypothesis; *immaginazione, supposto*. *Quintil.* 5. 10. *a med.* Utitur fictione: si miles, si infans sit, si reipubl. causa absit. *Id.* 6. 3. 61. Adhuc est subtilior illa ex simili translatio, quum, quod in alia re fieri solet, in aliam mutuantur. Ea dicitur sane fictio. *Id. ibid.* 5. 91. Est et illa ex ironia fictio, qua usus est C. Caesar, etc. — **4)** Apud ICtos *fictio legis* dicitur cum per legem aliquam cuipiam conceditur, ut alia conditione censeatur, atque in praesenti est: v. gr. lex Cornelia sanxit, ut qui apud hostes mererentur, eorum testamenta perinde valerent, ac si in civitate decessissent. Itaque lex quodammodo fingit, eos in civitate testamentum condidisse, quamvis inter hostes fecerint. *Paul. Dig.* 35. 2. 1. et 18., et 41. 3. 15. — **5)** Sensu morali pravitas, mendacium; *vizio, menzogna*. *Vulg. Interpr. Sap.* 4. 11. Aut ne fictio deciperet animam illius. Adde 14. 25.

FICTĬTĬUS. V. FICTICIUS.

FICTOR, ōris, m. Verbale a *fingo;* qui fingit et format, figulus, statuarius; *vasaio, statuario*. *Cic.* 1. *Nat. D.* 29. Deos ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt. *Id. fragm.* apud *Lactant.* 2. 8. Faber non ipse facit materiam, sed ea utitur, quae sit parata: fictorque item e cera. — *Vulg. Interpr. Isai.* 64. 8. Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos vero lutum: et fictor noster tu. — **B)** *Fictores* etiam dicti, qui liba in sacris faciebant, teste *Varr.* 7. *LL.* 3. *circa med.* ex Ennio. De huius artificii causa ita *Serv.* ad 2. *Aen.* 116. Et sciendum in sacris simulata pro veris accipi. Unde cum de animalibus, quae difficile inveniuntur, est sacrificandum, de pane, vel cera fiunt, et pro veris accipiuntur. Adde *Eund.* ad 4. *ibid.* 512. Hinc *Inscript.* apud *Grut.* 270. 6. Cum Statilio Dionysio discipulo fictorum pontificum. Et 1081. 1. in agro Aurelii Primiani fictoris pontificum. Et 311. 1. Q. Veturius Memphius V. E. fictor V. V.; h. e. *Vir Egregius* fictor *Virginum Vestalium*. Prior inscriptio pertinet ad an. a Chr. n. CCII., altera ad an. CCLII., tertia ad an. CCV. Alii putant, fictores fuisse, qui Pontificibus vel Virginibus Vestalibus inservirent Deorum signis ornandis, vel faciendis. Adde *altam* in *Bullett. dell'Istit. Archeol.* a. 1853. p. 117. — **3)** Translate. *Plaut. Trin.* 2. 2. 84. Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi. Eo ne multa *(h. e. non multa)* quae nevolt, eveniunt, nisi fictor malus est. Multa est opera opus ficturae, qui se fictorem probum Vitae agendae esse expetit. *Id. Epid.* 3. 4. 55. Legum atque iurium fictor, conditor cluet. — *Virg.* 9. *Aen.* 602. fandi fictor Ulysses. Ubi *Servius:* aut fallax, aut λογοδαίδαλος; id est qui dolum celat sermonis ornatu.

FICTRIX, īcis, f. Verbale a *fingo;* quae fingit et format. *Cic.* 3. *Nat. D.* 39. Eius universae materiae fictrix, et moderatrix divina est providentia.

FICTŪRĂ, ae, f. Verbale a *fingo;* fictio, compositio. *Gell.* 10. 3. *Avarus* ab uno solum verbo inclinatum, quod est *aveo*, eademque fictura, qua est *amarus*. Adde *Plauti* locum in v. FICTOR §. 3.

FICTUS, a, um. Particip. verbi *fingo*, adiectivorum more aliquando etiam adhibitum. — Proprie est effictus, formatus; *fatto, formato*. *Cic. Pis.* 25. Ex argilla et luto fictus. *Id.* 1. *Orat.* 25. Sunt quidam ita naturae muneribus in iisdem rebus habiles, ut non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. *Id.* 3. *Fam.* 12. Picta, aut ficta imago; *ritratto in pittura o in istatua*. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 264. Fictus vultus in peius; *ritratto malamente*. *Id. Art. P.* 32. nova, fictaque verba; *formate di nuovo*. Al. leg. *facta*. — **B)** Item simulatus, praeter verum excogitatus; *falso, finto*. *Cic.* 2. *Nat. D.* 28. Commenticii et ficti Dii. *Id.* 3. *Offic.* 9. Ficta et commenticia fabula. *Id. Cascin.* 5. Fictum officium et simulata sedulitas. *Phaedr. epil.* l. 2. Fictae arte fabulae. *Martial.* 6. 57. Capilli ficti. *Horat. Art. P.* 338. Ficta voluptatis causa sint proxima veris. *Virg.* 2. *G.* 43. Fictum carmen; *pieno di finzioni o favole*. *Ovid.* 6. *Met.* 365. Fictos gemitus dare. *Tacit.* 1. *Ann.* 46. Cunctatione ficta ludificari aliquem; *con affettato prolungamento*. — **3)** Est etiam *fictus*, qui fingit; *simulatore, fingitore, finto*. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 61. pro bene sano Ac non incauto, fictum astutumque vocamus. — **4)** Item compositus, ornatus. *Plaut. Stich.* 3. 3. 4. Bene cum lauta est (mulier), tersa, ornata, ficta est, infecta est tamen. *Id. Truc.* 2. 2. 34. Ficti, compositi, crispi cincinni. — **5)** Absolute, substantivorum more,

FICTUM, i, n. Est res ficta. *Ovid.* 9. *Met.* 767. iam consumpserat omnem Materiam ficti. *Virg.* 4. *Aen.* 188. ficti pravique tenax. — *Vulg. Interp. Sap.* 1. 5. Spiritus enim Sanctus disciplinae effugiet fictum. — **6)** Et adverbii vice est *ficte*. *Stat.* 6. *Theb.* 876. fictumque in colla minatus, Crura subit. — **7)** Deinde

II. *Fictus* est etiam particip. verbi *figo*, pro fixus; *fiecato*. *Varr.* 3. *RR.* 7. Sub ordines singulos tabulae fictae ut sint bipalmes, quo columbae utantur vestibulo, ac prodeant. *Lucret.* 5. 4. isque tuis nunc Picta pedum pono pressis vestigia signis. *Al. leg.* fixa. V. CONFICTUS §. 2.

Nota. Discrimen inter *falsum* et *fictum* V. sub v. FALSUS in *Nota* I.

FĪCŬLĂ, ae. Deminut. a *ficus;* parva ficus; *fiuccolo*. *Plaut. Stich.* 3. 4. 8. Nucibus, fabulis, ficulis.

FĪCULNĔĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 2.

FĪCULNĔUS, a, um. Adiect. a *ficula;* ad ficulam, sive ad ficum arborem pertinens; *di fico*. *Varr.* 3. *RR.* 16. *extr.* Cinis e ficulneis lignis. *Colum.* 6. 3. *sub fin.* Ficulnea folia. — **B)** Absolute, substantivorum more,

FICULNEA, ae, f. Est ficus arbor. *Vulg. Interpr. Matth.* 21. 19. Et arefacta est continuo ficulnea. Adde *Psalm.* 104. 33., *Luc.* 13. 7. etc. *Sedul.* 3. 389. Confestim viduata suis ficulnea succis. Adde *Ambros. Hexaem.* 3. 14. et *Avit. Carm.* 3. 12.

FĪCULNUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedens, ficulneus; *di fico*. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 1. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

FĪCUS, i *et* us, f. Nomen arboris notissimae, de qua mox, ita vocatae a *fecunditate*, ut tradit *Isid.* 17. *Orig.* 7. 17., vel, secundum alios, a voce Graeca, συκῆ, eiusdem significationis; sed, secundum *Furlanetto*, a voce Hebraica פג *fag;* grossus, quod a Chald. פגג egressus est, sic dictus, quod nec stamina habeat, nec ex calyce floris, sicuti ceteri fructus, enascatur, sed ex ipsa arbore formatus egrediatur. — **b)** Grammaticorum lites de genere, et declinatione huius nominis, praesertim qua morbum significat, V. apud *Voss. de grammat.* l. 3. c. 14., coll. *Varr.* 9. *LL.* 48., *Charis.* 1. p. 103. et *Priscian.* p. 713. *Putsch.* — Hic tamen animadvertimus, quod in secunda declinatione aliquando est etiam masculini generis, qua fructum arboris, aut qua genus quoddam ulceris significat, in quarta vero feminini tantum. Cf. tamen §. 2. *fin.* — **c)** In dativo et ablativo plur. quartae declinationis etiam *ficubus* habes apud *Mus. Compos.* 24. ed. *Caldani*. Ficubus contusis exceptis. — **d)** Derivata, *ficarius, ficatum, ficedula, ficedulensis, ficetum, ficitas, ficitor, ficolea, ficosus, ficula, ficulneus* et *ficulnus*. — **e)** Compositum, *caprificus*.

FICUS, arbor, quae ficos fructus profert; *fico, ficaia*. De ea *Plin.* 15. 19. 1. et *segg.* E reliquo genere pomorum ficus amplissima est, quaedamque et piris magnitudine aemula. De *Aegyptias Cypriasque* miraculis retulimus inter externas *(13. 14-16.)*. *Idaea* rubet olivae magnitudine, rotundior tamen, sapore mespili. *Alexandrinam* hanc ibi vocant, crassitudine cubitali: ramosam, materie validam, lentam, sine lacte, cortice viridi, folio tiliae, sed molli. Onesicratus tradit in Hyreania multum nostris esse dulciores, fertilioresque, ut quae modios CCLXX. singulae ferant. Ad nos ex aliis transiere gentibus, Chalcide, Chio: quarum plura genera. Siquidem et *Lydiae*, quae sunt purpureae et mamillanae, similitudinem earum habent: et callistruthiae parum sapore praestantiores, ficorum omnium frigidissimae. — Nam de *Afri-*

Digitized by Google

canis . . . Alexandrina, . . . Rhodia . . . Tiburtina . . . Liviae, Pompeiae . . . Herculanea . . . e minimis et vilissimis *populariis* dicta . . . *chalcidonia*. Sunt praeterea eaedem serotinae et praecoces, biferae, alba ac nigra . . . Serotinae et a corio appellatae duro: ex *Chalcidicis* quarumdam trifero proventu. Tarenti tantum praedulces nascuntur, quas vocant onas. Cato de ficis ita memorat: Ficos mariscas etc. *Cic. 2. Orat. 69.* Uxorem suam suspendisse se de ficu. *Plin. 16. 56. 1.* Radices copiosae fico, robori, platano. Et *ibid.* Fici, quarum radices longissimae. *Id. ibid. 50. 1.* Ficus biferae. Et *7. 2. 15.* In India sub una ficu turmae conduntur equitum. Adde *12. 11. 1.*, ubi mira de India ficu tradit, et *Cato, RR. 8., Isid.* loc. cit. supra §. a. et *Quintil. 6. 3. 88.* — *Vulg. Interpr. Matth. 24. 32.* Ab arbore autem fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, et folia nata, scitis, quia prope est aestas. — Sic *Plin. 18. 67. 2.* Cum germinare videris morum, iniuriam postea frigoris timere nolito. — *Ficus ruminalis*. V. RUMINALIS. — **2)** Ficorum varia genera *Cloatius* enumerat apud *Macrob. loc. cit.* Ipse autem *Macrob. ibid.* addit, ficum, tanquam non pomum, secerni a pomis apud idoneos Scriptores. *Cic. fragm. ibid.* Oleum, ficos, poma non habet. *Afran. ibid.* Pomum, olus, ficum, uvam. *Ovid.* tamen *2. Fast. 253.* Stabat adhuc duris ficus densissima pomis. Et *Plin. 16. 49. 1.* Excepta fico, cui folium maximum, et supra id pomum. Adde *12. 11. 2.* — **3)** *Id. 15. 14. 1. sqq.* pluribus verbis accurate describit sycaminum, vel sycomorum, quam ipse appellat ficum Aegyptiam. — **4)** *Africanae ficus* etiam laudantur a *Cat. RR. 11., Varr. 1. RR. 41.* et *Colum. 3. 10.* Quamquam non semper in eodem pretio sunt habitae, cum procedente tempore ex copia viluissent. Hinc inter viliora munera enumerat *Martial. 4. 46.* et *7. 53.* — **5)** Praeterea

II. *Ficus* est fici arboris fructus; *fico. Cic. Flacc. 17.* Piscinam ficorum alicui obiicere *Varr. 1. RR. 41.* Fici semen naturale intus in ea fico, quam edimus. Et *ibid.* Per ficos, quas edimus. *Cels. 4. 7.* Ficus arida incocta. *Macrob. 2. Saturn. 16.* Grossi appellantur fici, qui non maturescunt. *Hirt. B. Afr. 67.* Magno invento hordei, olei, vini, fici numero, atque recreato exercitu, rediit in castra. *Horat. 1. Ep. 7. 5.* Dum ficus prima calorque; h. e. *fico flore*. *Plaut. Rud. 3. 4. 59.* Nullum habemus ignem, ficis victitamus aridis. *Id. Mere. 3. 2. 102.* Hospes respondit, Zacyntho ficos fieri non malas. *Horat. Epod. 16. 46.* Suamque pulla ficus ornat arborem. *Id. 2. Sat. 3. 88.* Pinguibus et ficis pastum iecur anseris albae. *Id. 2. ibid. 2. 122.* Et nux ornabat mensas cum duplice ficu. V. DUPLEX §. 9. — *Lucil.* apud *Non. 154. 27. Mere.* Sicut cum primos ficus propola recentes Protulit et pretio ingenti dat primitu' paucos. *Nota Genus!* — De usu ficorum in medicina, V. *Plin. 23. 63. 1.* et *sqq.* et alibi quoque. — **6)** Apud Medicos

III. *Ficus, i*, m. Est genus ulceris, quod nascitur in capite tum in capillo, tum in barba, inque aliis etiam locis, quae pilis integuntur; *porrofico, fico:* ita dictum, quia desuper fundit se ad similitudinem fici fructus. *Cels. 6. 5.* σύκωσις Graece appellat. — **7)** Huic simile est morbi genus eorum proprium, qui muliebria patiuntur. V. MARISCA. *Martial. 1. 66.* Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci, Dicemus ficos, Caeciliane, tuos. — Huc pertinent dicta in v. FICOSUS, et FICETUM §. 2. — **8)** Hinc ipsum fiedylum, puerum pathicum, ficum vocat *Martial. 4. 52.* Gestari iunctis nisi desinis, Hedyle, capris; Qui modo ficus eras, iam caprificus eris. — **9)** Denique

IV. *Ficus* nomen est marini fruticis, sine foliis, rubro cortice. *Plin. 13. 49. 1.*

FĪDĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *fido*, syllabica adiectione productum; fiducia. *Tertull. carm. ad senat. 83.* Corrige delictum fidamine.

FĪDĒ. Adverb. a *fidus*, quod in solo superlativo usitatum hucusque repperi. — Est fideliter; *fedelmente. Cic. 2. Fam. 16. a med.* Quae mihi a te ad timorem fidissime atque amantissime proponuntur. *Alii leg.* fidelissime. *Gell. 12. 8. extr.* Fidissime amicissimeque vixerunt.

FĪDĔCOMMISSUM. V. FIDEICOMMISSUS §. 2. *sub fin.*

* FĪDĔCŬLĂ. V. FIDICULA §. b.

FĪDĔDĪCO, īs, ĕre. Verbum intransitiv. a *fides* et *dico*. Idem quod fide iubeo. *Gloss. Isid.* Vadatur, promittit, pollicetur, fidedicit. Adde *Anian.* ad *Paul. Sentent. 1. 9.*

FĪDĔDICTOR, ōris, m. Verbale a *fidedico;* fideiussor. *Bonifacius in epist. ad Augustin.* apud *Iuno, epist. 23. a med.*

FĪDĔĪCOMMISSĀRĬUS, a, um. Adiect. a verbale a *fides* et *commissarius;* ad fidei commissionem pertinens; *fidecommissario. Ulp. Dig. 405.* (qui est *De fideicommissariis libertatibus*) *1.* Is, cui fideicommissaria libertas relicta est. Adde *Cod. 7. 4.* de iisdem. *Scaev. Dig. 32. 1. 57. §. 3.* Fideicommissaria epistola. — Sic *Fideicommissaria hereditas*, quae ex fideicommisso venit, *Papinian. Dig. 31. 1. 77. §. 24.* et *Iustinian. 2. Institt. 25.* — *Fideicommissarius praetor*, qui de fideicommissis cognoscit, *Ulp. Regular. tit. 25. De fideicommissis.* — *Fideicommissarius heres*. V. VINDICIARIUS §. 2. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FIDEICOMMISSARIUS, ii, m. Est qui fidei commissionem recepit: *fidecommissario. Ulp. Dig. 32. 1. 11.* Fideicommissario restituere. Et *ibid.* Si fideicommissarius ante decesserit.

FĪDĔĪCOMMISSUM, i, n. V. voc. seq.

FĪDĔĪCOMMISSUS et Fidei commissus, et Fide commissus, a, um. Particip. verbi *fideicommitto*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Est qui fideicommisso relictus est; *fidecommisso. Ulp. Dig. 19. 1. 45.* Fideicommissa libertas. Adde *Eund. ibid. 40. 5. 1.* et *sqq.* et *Cai. 2. Institt. 267.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

FIDEICOMMISSUM, i, n. Est species dispositionis ultimae voluntatis, cum testator alicuius fidei aliquid committit, quod alteri traditurus sit; *fidecommisso*. Dictum est fideicommissum, quia ex fide eius, cui committebatur, pendebat. Sed postea fideicommissa, ut omnis fraudis humanae occasio amputaretur, ab Augusto ad necessitatem iuris sunt retracta, iustisque legatis exaequata. V. ICtos *Dig. lib. 30. 31.* et *32.* et *alibi*. Habet hanc vocem etiam *Quintil. 3. 6. a med.* et *9. 2. 74.* Et *Suet. Claud. 23.*, coll. *Cod. 6. 42.*, qui pariter est *De fideicommissis*. — *Fide commissum* legitur in *Inscr.* apud *Murat. 90. 3.* Paci Aug. T. Domitius Romulus votum posuit, quod fide commissum Phoebus libertus recepit. — **3)** Specialim *Praetor fideicommissorum* dicitur is, qui ex praetorum numero praeerat iudiciis dandis inter litigantes de fidei commissis. *Inscr.* apud *Borghesi* in *Dichiarazione di una lapide Gruter, p. 40.* Ti. Claudio Saethiadae Caeliano Cl. Frontini Cos. f. Praet. Fid. Com.; h. e. Praetor Fidei Commissorum. *Alia* apud *Grut. 593. 6.* P. Caelio P. f. Ser. Balbino Vibullio Pio Pr. de fidei commiss. etc. — **4)** Translate. *Auson. Gratiar. act. p. 289. Bip.* Ego nullum scio, nisi quod tu, piissime Imperator, debere te dicis; et hoc debere latissime pertinet: sive hoc eruditionis tuae fenus existimas . . . seu fideicommissum patris exsolvis: seu magnanimitate caelesti, ostentatione suppressa, Dei munus imitaris. — **5)** Hinc *per fideicommissa aliquid tradere* proverbiali locutione apud *Arnob. 6. p. 193.* est ita tradere, ut non illi, cui tradimus, sed alteri detur, seroque ad illum, et fortasse nunquam perveniat: quemadmodum hereditas fideicommisso relicta, non ad illum, cui relinquitur, sed ad heredem pertinet, qui sero, et (si loquamur secundum veterum fideicommissorum ius) nunquam fideicommissario tradet, si noluerit.

FĪDĔĪCOMMITTO et Fidei committo, ittis, īsi, issum, ittĕre. Verbum transitiv. a *fides* et *committo*, quod et divisim etiam scribitur. — Particip. *fideicommissus*, V. suo loco. — Est fidei alicuius committo, fideicommissum do; *fidecommettere. Scaevola, Dig. 32. 1. 36.* Pater filium praedia alienare prohibuerat, sed conservare liberis, et ceteris cognatis, fideicommiserat. *Papinian. Dig. 35. 2. 14.* Avia nepotibus fideicommisit, ut solida legata fratribus solverent. *Martian. Dig. 30. 1. 111.* Quidam ab eo, cui fundum legaverat, fideicommiserat, ut eum fundum post mortem suam restitueret Sempronio.

FĪDĔĪPRŌMISSOR. V. FIDEPROMISSOR.

FĪDĔĬŪBĔO et Fide iubeo, ūbes, iussi, iussum, iūbēre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, a *fides* et *iubeo*. — **b)** Particip. *Fideiubens* §. *1.*, *fideiussus* §. *1.* — **c)** Derivata, *fideiussio, fideiussor, fideiussorius*.

FIDEIUBEO proprie est apud ICtos pro altero fide mea spondeo, fidem meam pro alio obligo; *promettere per altri, far sicurtà. Ulp. Dig. 46. 1. 10.* Filiusfamilias pro patre poterit fideiubere. *Iulian. ibid. 46. 1. 19.* Servus, inscio Domino, pro quodam fideiusserat, et eo nomine pecuniam solverat. *Ulp. ibid. 46. 1. 5.* Plane si non idoneum fideiussorem dederit; magis est, ut satisfactum sit, quia qui admisit eum fideiubentem, idoneum esse comprobaverit. — Impersonaliter. *African. ibid. 46. 3. 38. fin.* Sublata obligatione eius, pro quo fideiussum sit, cum quoque, qui fideiusserit, liberari. Adde *Pompon. ibid. 46. 1. 2.* — **2)** Transitivorum more,

II. *Fideiubeo* est aliquid spondeo mea obligatione. *Caius, 3. Institt. §. 112.* Ille sic adstipulari potest: *Idem fide tua promittis?* vel *idem fideiubes?* vel contra. — Frequentius per tmesim dividitur. *Ulp. Dig. 45. 1. 75. a med.* Fideiussores et ita interrogantur: id fide tua esse iubes? *Scaevola, ibid. 17. 1. 60.* Scias, quodcumque ab ea stipulatus fueris, id me mea fide iussisse, salvum te habiturum. Adde *Cai. 3. Institt. 116.*

FĪDĔĬUSSĬO, ōnis, f. Verbale a *fideiubeo;* obligatio fidei pro alio; *sicurtà. Iabolen. Dig. 46. 1. 20.* Servus fideiussionis nomine obligari non potest.

FĪDĔĬUSSOR, ōris, m. Verbale a *fideiubeo;* sponsor, qui pro alio aliquid promittit; *mallevadore, sicurtà*. V. EXPROMISSOR. *Donat.* ad *Ter. Eun. 1. 2. 59.* Fideiussor est auctor credendi. V. *Ulpian., Pompon., Paul.* et alios *Dig. 46. tit. 1.* qui est *De fideiussoribus*.

FĪDĔĬUSSŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fideiubeo;* ad fideiussorem, seu fideiussionem pertinens, ut Fideiussoria causa apud *African. Dig. 46. 3. 38. extr.*

FĪDĔĬUSSUS. V. FIDEIUBEO §. 1. *fin.*

FĪDĔLĔ. V. FIDELIS §. 6.

Digitized by Google

FĬDĒLĬA, ae, f. Nomen parum certae originis, quod quidam a Graeca voce πίθος; dolium, derivant. — Est genus vasis, plerumque fictilis, variis rebus servandis; *pignatta, olla*. *Pers. 5. 21.* sonat vitium percussa, maligne Respondet viridi non cocta fidelia limo. *Id. 5. 155.* tamet alba fidelia limo. *Colum. 12. 36.* Medullam radicis in fideliam vitream, vel novam fictilem conicito. *Id. ibid. 13.* Hae herbae diligenter purgantur, deinde quarto die sal in fundis fidelinarum substernitur, et separatim unaquaeque componitur. *Plaut. Aul. 4. 2. 15.* Si repperero, o Fides, Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. — *Cyprian. de oper. et eleem. 13.* Haec dicit Dominus: Fidelia farris non deficiet et capsaces olei non minuetur. Cf. *Vulg. Interpr. 3. Reg. 17. 14.* — **2)** *Duos parietes de eadem fidelia dealbare*, proverb. apud *Curium* ad *Cic. 7. Fam. 29.*; h. e. una opera duos velle demereri, vel universim duas res conficere. *Cic.* dixit *Rosc. Am. 29.* Una mercede duas res assequi velle. Itali; *far d' una figlia due generi*, et *pigliar due colombi ad una fava*, vel *due rigogoli a un fico*, et *far un viaggio e due servigi*. Simile est illud *Plauti, Cas. 2. 8. 40.* Iam ego uno in saltu lepide apros capiam duos.

FĬDĒLIS, le. Adiect. a *fides*. — Comparat. *fidelior* §. *1.* et *2.*, superlat. *fidelissimus* §. *2.* et *3.* — Est qui fidem praestat, cui credere tuto possumus, constans, fidus; *fedele, fido, fidato*. *Cic. Amic. 15.* Amicitiae fideles. *Id. Coel. 6.* Firmus ac fidelis amicus. *Sall. Iug. 79.* Amicitia societasque impetrata, semper boni fidelesque manserе. *Cic. 5. Att. 18.* Sociis multo fidelioribus utimur. *Id. 1. Q. Fr. 3. circa med.* Fidelissima coniux. *Sall. Cat. 9.* In supplicis Deorum magnifici, in amicis fideles erant. *Al. leg.* in amicos; *trattandosi degli amici*. Et *Cic. Mil. 10.* Servi animo fideli in dominum. *Id. 11. Phil. 15.* Deiotarus fidelis populo R. *Id. 2. Agr. 2. extr.* Fidele consilium. Et *Caecin. 5.* Fidelis opera. *Horat. 3. Od. 2. 25.* Fidele silentium. *Id. 1. ibid. 1. 27.* Fideles canes. *Id. Art. P. 181.* Fideles oculi. *Ovid. 14. Heroid. 127.* Fideles lacrimae; h. e. verae. Et *1. ibid. 104.* Cura fidelis. *Ter. Hec. 3. 5. 22.* Quam fideli animo et benigno in illum fui. — *Inscr.* in *Annali dell' Istit. Archeol.* a. *1838. p. 28.* Aurelio Victorino mil. leg. II. Parth. Severianae P V F aeternae; h. e. Piae Fidelis Felicis. — **2)** Tribuitur et rebus inanimis. Nam et doctrina, et domus, et ars, et ager fidelis dici potest, ut *Cic. 16. Fam. 17.* docet. Sic *Ovid. 4. Trist. 5. 5.* fideles portus. *Virg. 9. Aen. 707.* duplici squama lorica fidelis, et auro. *Plin. 15. 12. 1.* Terebinthi materies fidelis ad vetustatem. *Id. 28. 71. 1.* Fidelissimum glutinum. *Id. 16. 64. 2.* Glutino tenacior, rimisque expleudis fidelior pice. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 167.* fumoque fideli Lambit contiguas innoxia flamma pruinas. *Frontin. Aquaed. 125.* Structura fidelis. — **3)** Hinc universim a Scriptoribus Ecclesiasticis *fidelis* tribuitur tum Deo, qui fidem tenet et stat promissis, eiusque doctrinae, quae vera ac tuta est, tum ipsis Christianis, qui eam doctrinam amplectuntur. *Vulg. Interpr. 1. Ioh. 1. 9. de Christo.* Fidelis est et iustus, ut remittat nobis peccata. *Id. Apoc. 1. 5.* Et a Iesu Christo, qui est testis fidelis. Adde *19. 11.* et *1. Petr. 4. 19.* — *Id. 2. Tim. 2. 2.* Haec commenda fidelibus hominibus. *Id. Tit. 3. 8.* Fidelis sermo. *Id. Apoc. 22. 6.* Haec verba fidelissima sunt. — Hinc in titulis Christianis passim legere est *fidelis in pace, fidelis in Christo, Fidelissimus, fidelis decessit*, etc. Sic in *Inscr.* apud *Marini, Arv. p. 171.* Petivit de Ecclesia, ut fidelis *(Aproniauus puer)* de seculo recessisset; h. e. baptismate accepto ex hac vita recederet. Sic in *alia* apud *Gori T. 1. p. 223.* Patronus fidelis; h. e. baptizatus, Christianus. Cf. ad rem *Cavedoni, di due antichi Cimet. Cristiani p. 54.* et *seq.* — **4)** Absolute, substantivorum more,

FĬDELIS, is, m. Est vir fidus. *Cic. 4. Fam. 1. a med.* Si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. — **5)** Hinc *fideles* a Scriptoribus Ecclesiasticis passim vocantur Christiani, qui doctrinam Christi profitentur, et opere complent. *Vulg. Interpr. Act. 10. 45.* Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro. Adde *1. Tim. 4. 5.* et *alibi. Ambros. de Sacram. 1. 1.* et *Augustin. ep. 67.* etc. — **6)** Item absolute

FIDELE adverbiorum more, idem ac fideliter. *Plaut. Capt. 3. 5. 79.* Fac, fidele sis fidelis. *Non. 11. 25.* adverbium agnoscit. *Verum alii rectius leg.* Fac fideli sis fidelis. *Prudent.* tamen *10. περὶ στεφ. 428.* Numquam aliter precabor, quam fidele ut militent. Quae potest esse eualiage, ut *dulce videre*.

Nota. Discrimen inter *fidelem* et *fidum* exhibet *Isid. 1. Differ. 207.* « *Fidus* amicis dicitur, *fidelis* famulus. Item *infidelis* est qui caret firmitate, *infidus*, qui fide. Cf. voc. seq. in *Nota*, et FIDUS item in *Nota*.

FĬDĒLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fidelis*; virtus eius, qui est fidelis, constantia in fide; *fedeltà*. *Cic. Amic. 18.* Firmamentum stabilitatis constantiaeque eius, quam in amicitia quaerimus, fides est. Nihil est enim stabile, quod infidum. Simplicem praeterea et communem et consentientem . . . eligi par est: quae omnia pertinent ad fidelitatem. Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium, etc. *Hirt. 8. B. G. 46. fin.* Quam *(Galliae defectionem)* sustinuerat fidelitate atque auxiliis provinciae illius. *Cic. 12. Phil. 9.* Ubi me non solum amicorum fidelitas, sed etiam universae civitatis oculi custodiunt. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 17.* Illi fidelitas erga patriam non defuit. *Plaut. Trin. 3. 2. 2.* Fides fidelitasque erga amicum. Adde *Cic. 13. Fam. 6.* et *20., Plane. 29.* et *9. Att. 17. fin.*

Nota. *Fides* et *fidelitas* differre dicuntur in eo, quod illa animo, haec re spectetur. Cf. voc. praeced. in *Nota*.

FĬDĒLĬTER. Adverb. a *fidelis*. — Comparat. *fidelius* §. *1.* 2. et *3.*, superlat. *fidelissime* §. *1.* et *3.* — Proprie est stabiliter, constanter, sincere; *fedelmente, sinceramente, costantemente*. *Liv. 35. 35.* Constanter et fideliter permanere in amicitia populi Rom. *Plin. Paneg. 36.* Fidelissime narrare. *Cic. 11. Fam. 21. extr.* Quo fidelius ad te litterae perferantur. *Id. 1. Offic. 26. extr.* Vivere simpliciter, fideliter, vitaeque hominum amice. *Ovid. 2. Pont. 9. 47.* Discere fideliter artes ingenuas. *Id. 15. Heroid. 67.* Fideliter monere. Et *6. Fast. 44.* Fideliter iras ponere; *deporre sinceramente*. Et *Plin. 6. ep. 24.* Fidelius iudicare. *Flor. 3. 5. ante med.* Exstincta parum fideliter incendia maiore flamma reviviscunt; h. e. parva cum cura, et non omnino. *Plin. 7. ep. 31.* Fideliter amicos colere. *Id. 10. ep. 28.* Mensuras fideliter agere. — **2)** *Valetudini fideliter inservire* dixerat *Tiro* ad *Ciceronem* scribens, qui id velut ἄκυρον; h. e. improprium reprehendit *16. Fam. 17.* At non improprium, inquit *Cortius*, videbitur iis, qui de officiis erga se ipsum tam multa disserunt. Potest *Tiro* respexisse ad mandatum patroni, quod summa fide se exseeuturum promittit: potest sumpsisse pro exacte, probe, ut *Flor. loc. cit.* Simillimum *Tironis* est illud *Ovid. 7. Met. 565. de pestilentia*. Quo propior quisque est, servitque fidelius aegro, in partem leti citius venit. Denique ipse *Cic. ibid.* fatetur, multas esse huius vocis migrationes in alienum: quod videtur non debuisse dicere, si ἄκυρον volebat ostendere. — **3)** Translate. *Plane.* apud *Cic. 10. Fam. 23.* Vocontii sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. *Quintil. 1. 4. 5.* Quae *(ars)* nisi oratoris futuri fundamenta fideliter fecerit, quidquid superstruxeris, corruet. *Id. 6. 4. 14.* Quod fideliter firmum est, a primis statim actionibus accipere optimum est. *Gell. 17. 12.* Qui quartanam passus convaluerit, fidelius constantiusque postea valiturum. *Id. 13. 2. ad fin.* Fideliter continentem et temperantem esse. *Plin. 33. 19. 3.* Simulacrum fidelissime inauratum; h. e. magna cum fide, et sumptui nihil parcendo. Adde *Quintil. 10. 3. 2.* et *10. 6. 2.* — *Tertull. Exhort. Castit. 12.* Satis consulte et fideliter; h. e. ut Christianum decet.

FĪDENS, entis. Particip. verbi *fido*, adiectivorum more saepe adhibitum. — Hinc comparat. *fidentior* et superlat. *fidentissimus*, §. *1.* — Est qui fidit; *animoso, ardito, sicuro*. *Cic. 3. Tusc. 7.* Qui fortis est, idem est fidens (quoniam confidens mala loquendi consuetudine in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est), qui autem est fidens, is profecto non extimescit. *Id. 1. Offic. 23.* Animus prudentia consilioque fidens. *Id. 6. Att. 6. a med.* Puer bene sibi fidens. Et *10. ibid. 8.* Fidens rebus suis. *Virg. 11. Aen. 551.* fugae fidens. Et *5. G. 31.* fidens fuga Parthus. *Cic. 1. Tusc. 46.* Fidenti animo gradietur ad mortem. *Id.* vertens *Homeri* versus *2. Divin. 30.* Tum Calchas haec est fidenti voce locutus. *Plin. 8. 21. 4.* Dum fortuitu fidens non est contra feram; *non ha coraggio*. *Ammian. 16. 12.* Romanus fidentior. *Id. 27. 10.* Fidentissimo impetu acies motae. — Cum genit. *Virg. 2. Aen. 61.* Fidens animi. Adde *Tacit. 4. Ann. 59., Lucan. 9. 375.* Fidens armorum. — **3)** Deinde *fidens* est etiam fidem habens, credens. *Plaut. Asin. 3. 2. 15.* Ubi fidentem fraudaveris. — *Vulg. Interpr. Hebr. 2. 13.* Ego ero fidens in eum *(Deum)*. Adde *12. Cor. 1. 9.* — Huc spectat et *Inscr.* apud *De Rossi, Roma Sotterr. T. 1. p. 109.* M. Antonius Restitutus fecit ypogeu *(lege* hypogeum) sibi et suis fidentibus in Domino.

FĪDENTER. Adverb. a *fidens*. — Comparat. *fidentius*, superlat. *fidentissime*, infra. — Est intrepide, cum fiducia; *arditamente, con coraggio*. *Cic. 2. Divin. 31.* Timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat. *Id. 6. Att. 1. post med.* Paulo vellem fidentius. *Ammian. 17. 1.* Ausi omnes accedere fidentissime.

FĪDENTĬA, ae, f. Abstractum a *fidens*; firma animi confisio; *fidanza*: et est fortitudinis pars, ut *Cic. 2. Invent. 54.* definit, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe collocavit. Et *mox*. Fidentiae contrarium est diffidentia, et ea re vitium est; audacia non contrarium sed appositum est ac propinquum, et tamen vitium est. *Id. 4. Tusc. 37.* Et, si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quaedam est, et opinio gravis, non temere assentiens, metus quoque est diffidentia exspectati, et impendentis mali. *Tertull. Apolog. 23.* Ipsi spei nostrae fidentiam aedificant. V. integr. loc.

FĬDĔPRŌMISSOR (et Fidei promissor), oris, m. Verbale a *fidepromitto*; qui fide sua aliquid se facturum promittit. *Caius, 3. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. *115.* et *seqq.* Pro eo qui promittit, solent alii obligari: quorum alios sponsores, alios fidepromissores, alios

Digitized by Google

fideiussores appellamus. Sponsor ita interrogatur: idem dari spondes? fidepromissor: idem fidepromittis? fideiussor ita: idem fide tua esse iubes? Sponsoris vero, et fidepromissoris simili condicio, fideiussoris valde dissimilis. Nam illi quidem nullis obligationibus accedere possunt, nisi verborum: fideiussor vero omnibus, id est, sive re, sive verbis, sive litteris, sive consensu contractae fuerint obligationes, adiici potest. Praeterea sponsoris, et fidepromissoris heres non tenetur: fideiussoris autem etiam heres tenetur. Item sponsor, et fidepromissor biennio liberantur, et quotquot erunt numero eo tempore, quo pecunia peti potest, in tot partes deducitur inter eos obligatio, et singuli viriles partes debent: fideiussores vero perpetuo tenentur, et quotquot erunt numero, singuli in solidum obligantur, etc. — *Gloss. Philox.* Fidepromissor; πιστιλήπτωρ.

FĪDĔPRŌMITTO, ittis, Tsi, issum, ittere. Verbum transitiv. a *fides* et *promitto;* fide mea aliquid me facturum promitto. V. voc. praeced.

FIDES, ēi, f. Nomen verbale a *fido*, quod alterum ducunt a Graeco πείθω, cum *Vossio*. Veteres contra, duce *Cic.*, cuius haec sunt verba *1. Offic. 7.* « Fundamentum iustitiae fides, idest dictorum conventorumque constantia et veritas: ex quo, quamquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sunt ducta; credamusque, quia fit, quod dictum est, appellatam fidem, » a *fio* derivant. Hinc *Isid. 5. Orig. 24. 17.* « *Fides* dicta eo quod *fiat.* » — **b)** In genit. singul. *fide* pro *fidei*, eo modo quo *die* pro *diei*, *facie* pro *faciei*, non caret exemplis. *Ovid. 3. Met. 341.* Prima fide, vocisque ratae tentamina sumpsit Caerula Liriope. Et *6. ibid. 506.* Utque fide pignus etc. Sic enim utroque loco legit *Priscian. 7. p. 781. Putsch.*, et defendunt critici *Heins.*, *Burman.* et alii ex MSS. alia eiusdem poetae loca congerentes *lib. 7. v. 738.* et *757.* etc. *Plaut.* quoque *Aul. 4. 6. 1. fide* pro *fidei* in dativo posuit, ut quidem leg. *Charis. 1. p. 53. Putsch.*, item *Sall. Iug. 19.*, sed lectio variat. — **c)** Paenultimam in *fidei* producit *Lucret. 5. 103.* Nec iacere endo manus, via qua munita fidei. Et *Ennius* (ut multi leg.) apud *Cic. Senect. 1.* Ille vir haud magna cum re, sed plenu' fidei. Adde *Iuvenal. 1. Sat. 115.*, *Paulin. Nolan. carm. 6. 145.* et *carm. 15. 127.* et *alibi.* V. NRS. — **d)** Derivata et composita, V. in FIDO.

FIDES proprie est virtus consistens in constantia promissorum, itemque, ut ait *Donat.* ad *Ter. Andr. 1. 1. 7.*, in commendatorum fida executione vel observantia; *lealtà, fedeltà, verastà, il mantener la parola*. *Cic. Partit. 22. extr.* Iustitia in rebus creditis fides nominatur. *Ter. loc. cit.* Opus est fide et taciturnitate. *Cic. 16. Att. 7.* Quid debet, qui consilium dat, praestare, praeter fidem? *Id. 12. Phil. in fin.* Suam fidem reipubl. constantiamque praestare. *Id. 2. Catil. 11.* Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio. *Id. 1. Fam. 5.* Ut meam erga te fidem et benevolentiam experirere. *Id. Rosc. Am. 49.* Si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit; *con tutta la la puntualità*. *Id. 1. Fam. 1. in fin.* Si esset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus; *costanza, fermezza*. *Caes. 5. B. G. 52.* Aeduos praecipuo honore Caesar habuit, pro vetere ac perpetua erga populum R. fide. Et *2. ibid. 14.* Bellovacos omni tempore in fide atque amicitia civitatis Aeduae fuisse; *collegati ed amici*. *Ter. Andr. 1. 5. 65.* Te oro per tuam fidem, ne etc. *Id. Adelph. 3. 4. 79.* Homo antiqua virtute ac fide. — **2)** Saepissime significat firmam opinionem ac persuasionem, quam habemus de aliquo; *credenza, fede*. *Cic. Partit. 9.* Narratio est rerum explicatio, et quaedam quasi sedes et fundamentum constituendae fidei. *Id. Brut. 50.* Credit iis, quae dicuntur, qui audit oratorem: vera putat, assentitur: fidem facit oratio; *fa credere*. *Id. 2. Agr. 5. extr.* Fac fidem, te nihil, nisi populi utilitatem quaerere; *mostra, prova, fa vedere*. *Balb.* et *Opp.* ad *Cic. post ep. 5. l. 9. ad Att.* Statim quae sentiemus, ad te scribemus: et tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quae nobis videntur tuae dignitati esse utilissima; *e faremo sì, che crederai, conoscerai*, etc. *Caes. 2. B. C. 37.* Nunciabantur haec Curioni, sed aliquandiu fides fieri non poterat; *non si poteva fare, che si credessero*. *Ovid. 9. Met. 705.* Res fidem habuit; *fu creduta*. *Id. 18. Heroid. 119.* Si qua fides vero est. *Sust. Vesp. 7.* Fides est, rem successuram; *si crede*. *Plin. Paneg. 74.* et *Ovid. 2. Fast. 20.* Dare fidem vocibus; h. e. dictis fidem facere. *Cic. 2. Divin. 55.* Adiungere fidem rebus commenticiis; *prestar fede*. *Id. 5. Fam. 20.* et *7. Verr. 57.* Habere fidem; *prestar fede, credere*. Sic *Id. Divin. 5.* Tribuere fidem (*Adhibere fidem* pro *habere*, V. in ADHIBEO §. 14.). *Plaut. Pers. 3. 2. 8.* Ei fidem non habui argenti; h. e. nolui ei credere argentum. *Cic. Orat. 34.* Commemoratio antiquitatis et auctoritatem orationi affert, et fidem; *credibilità*. *Id. 2. Orat. 37. extr.* Imminuere alicuius rei fidem. *Id. Font. 7.* Derogare alicui fidem. *Ovid. 21. Heroid. 136.* Dictis fidem addere. *Auct. ad Herenn. 1. 10.* et *Caes. 6. B. G. 23.* Cuipiam fidem abrogare. *Plin. 28. 15. 2.* Excedit fidem impudens cura, qua etc.; *non si può credere*. Et *34. 17. 3.* Supra humanam fidem; *oltra ogni credere*. *Inscript.* opt. notae apud *Marini, Iscriz. Alb. p. 138.* Fidem exuerem, mutarem certa dubiis. *Plin. alter, 3. ep. 14.* Fidem peractae mortis implevit; *finì di far credere d'esser morto*. *Senec. ep. 92. circa med.* Hoc est extra fidem; *è incredibile*. *Id. 4. Quaest. nat. 3.* Historici cum unam aliquam rem nolunt spondere, adiiciunt: penes auctores fides erit. *Hieronym.* in *Chron. Euseb. prooem. 2.* In fidem trahere. — **3)** Hinc formula *est fides*, creditur; *si crede*. *Stat. 7. Theb. 377.* domus omnis, et omnia sacris Templa calent: ipsumque fides intrasse Lyaeum. — **4)** Speciatim

II. *Fides* inter negotiatores est constantia illa promissorum, quae in creditis pecuniis adhibetur: unde est existimatio fidelitatis, qua facile invicem perficiuntur contractus, et pecuniae mercesque creduntur; *credito*. *Cic. Manil. 7.* Scimus, Romae, solutione impedita, fidem concidisse. *Id. 2. Catil. 5.* Res eos lampridem, fides deficere nuper coepit. *Caes. 3. B. C. initio.* Cum fides tota Italia esset angustior, neque creditae pecuniae solverentur. — **5)** Hinc *bona fides* primo contraria est dolo, calliditati, fraudi, astutiis: contra *mala fides* haec ipsa significat. *Augustin. 2. contra Acad. 3. ad fin.* Bona fides est, ex animi sententia. *Cic. 3. Nat. D. 30.* Tot iudicia de fide mala. *African. Dig. 40. 4. 20.* Ut bona fide, et citra fraudem tutoris id fiat. — **6)** Deinde idem est, quod aequum et bonum. Hinc *iudicia bonae fidei* dicuntur a ICtis, in quibus iudici non praescribitur formula, ex qua iudicet, sed potestas permittitur, ut ex bono et aequo aestimet, quantum actori restitui debeat, ut *Iustinian. 4. Instit. 1. a med.* docet. Quo pertinet illud *Cic. 3. Offic. 17.* Scaevola summam vim esse dicebat in iis omnibus arbitriis, in quibus adderetur, ex fide bona: fideique bonae nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, etc. V. ARBITER. — Huc spectat *Iustinian. 4. Instit. 6.* §. 28. Actionum autem quaedam bonae fidei sunt, quaedam stricti iuris. Bonae fidei sunt hae: ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelae, commodati, pignoratitia, familiae erciscundae, communi dividundo, etc. — **7)** Hinc *fides*, et *bona fides* dici potest, quam itali dicunt *buona coscienza*, nempe studium et amor honestatis, et iustitiae, quo quis peccare metuit, et alterum iniuria laedere: quemadmodum in iudiciis bonae fidei non praescriptum legis aut praetoris iudex sequitur, sed quod sibi aequitatis ratio et conscientia dictat. *Cic. 6. Att. 1. a med.* Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat, ex fide bona; *in coscienza*. *Id. 13. Fam. 72.* Peto, ut memineris, te omnia, quae tua fides pateretur, mihi cumulate recepisse. *Plaut. Aul. 4. 10. 42.* Dic bona fide: tu id aurum non surripuisti? *di'in tua coscienza*. — **8)** Tertio significat innoxiam ignorationem, qua quis aliquid sibi licere putat, quamvis revera non liceat: ut si quis rem, quam possidet, suam esse putat. Contra *mala fides* est in eo, qui sciens rem agit iniustam, v. gr. possidet alienum; *buona, o mala fede*. *Pompon. Dig. 41. 3. 24.* Ubi lex inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. *Paul. ibid. 41. 2. 1.* Per eum, quem bona fide possidemus, quamvis alienus sit, possessionem acquirimus: quod si mala fide possideamus, non puto etc. *Ulp. ibid. 6. 2. 7. a med.* Bonae fidei emptorem esse. *Iulian. ibid. 41. 3. 8.* Bona fide emptorem esse. *Caius, ibid. 41. 1. 9.* Si bona fide possessor fuerit. *Ulp. ibid. 11. 7. 14.* Quia bonae fidei possessor est. — **9)** *Bona fide* translate: *da vero*. *Quintil. 10. 3. a med.* Neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest. — **10)** Praeterea *fides* dicitur de rebus inanimis, quae sincera sunt, incorrupta, et veluti legitima, ut iis credi tuto possit. *Cic. Arch. 3.* Cum Gabinii levitas omnem tabularum fidem resignasset. *Id. Flacc. 9.* Litterae auctoritatem et fidem habent; *credito*. *Id. 4. Acad. 18.* Hae res fidem nullam habent; *non sono credibili*. *Gell. 1. 7.* Liber spectatae fidei, Tironiana cura atque disciplina factus. *Plin. 36. 15. 1.* Lapis parum distans ab onyche in unguentorum fide; h. e. in unguentis incorrupte servandis. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 165. de Aetna.* Scit nivibus servare fidem. Adde *Frontin. Aquaed. 123. in fin.* — **11)** Deinde, posita causa pro effectu,

III. *Fides* saepe ponitur pro pollicitatione; *promessa, parola, impegno*. *Cic. 2. Fin. 20.* Regulus sua voluntate, nulla vi coactus, propter fidem, quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertit. *Id. Vatin. 6.* Servare in aliqua re fidem. *Id. 1. Offic. 13.* Fidem datam hosti fallere. *Id. 1. Fam. 9. ante med.* Fidem dare alicui de altero; *impegnarsi per un altro*. *Id. 5. Phil. 18.* Audebo obligare fidem meam vobis populoque R.; *impegnare la mia parola, la mia parola*. *Plin. 1. ep. 14. extr.* Fide mea spondeo, futurum, ut etc. *Cic. 15. Fam. 28.* Te rogo, ut cures, ut illi satisdetur fide mea. *Id. Rabir. perduell. 10.* Fidem violare. *Id. Rosc. Com. 6.* frangere. *Id. Rabir. perduell. 10.* In fide non stare. Et *Dom. 25.* In fide manere. *Sall. Iug. 60.* Fidem mutare; *mutar casacca*. *Liv. 3. 19.* et *24. 16. a med.*, et *27. 5.* Fidem exsolvere; h. e. praestando promissa liberare; *soddisfare all'impegno*. Sic *Cic. 12. Fam. 7.* et *Flacc. 20.* Fidem liberare. *Plin. 7. 1. 8.* et *alter, 4. ep. 13.* obstringere. *Nep. Lysandr. 1. extr.* Fide confirmare, se fore etc. *Id. Eumen. 10.* Fidem amit-

Digitized by Google

tere; h. e. abiicere, perfidum esse. — **12)** Interdum est promissio de securitate, et impunitate, vitam donando, poenam remittendo; *salvocondotto, fede pubblica, sicurezza. Cic. 3. Catil. 4.* Introduxi Vulturtium: fidem ei publicam iussu senatus dedi. *Id. 2. Att. 24.* Fidem publicam postulare. *Sall. Cat. 48.* Vulturtius ubi fide publica dicere iussus est, omnia aperit. *Cic. Brut. 25.* Lusitani contra interpositam fidem interfecti. *Liv. 58. 55.* Fide accepta ab legatis, vim abfuturam. *Id. 36. 16.* et *17.* Oppidani oratores veniam fidemque petentes miserunt. — **13)** Hinc saepe dicitur de patrocinio, defensione, tutela; *protezione. Ter. Eun. 3. 2. 9.* Commendare se alicui in clientelam et fidem. *Cic. Rosc. Am. 37.* Conferre se in fidem et clientelam alicuius. Et *7. Fam. 17.* in amicitiam et fidem cuiuspiam se conferre. *Liv. 38. 31.* Tradere aliquem in fidem et tutelam alicuius. Et *ibid. in fin.* In fidem ditionemque populi R. oppidum accipere. *Cic. 1. Offic. 11.* Nationes devictas bello in fidem recipere. *Id. Plane. 41.* Municipia, quae in fide mea sunt. — **14)** Et de ope, auxilio; *aiuto. Id. Mur. 40.* Fidem vestram oro atque obsecro, iudices. Et *5. Verr. 9.* Deum atque hominum fidem implorabis. *Plaut. Cist. 4. 1. 11.* Dii, obsecro vostram fidem! servate nos. *Ter. Andr. 4. 5. 1.* Nihilne esse proprium cuiquam? Dii vestram fidem! — **15)** Item

IV. *Fides* nonnumquam dicitur id ipsum, quod fidem facit; *argomento, prova, indizio. Petron. Satyr. 97.* In lance argentea indicium, et fidem praeferebat. *Ovid. 1. Pont. 5. 32.* Sumque fides huius maxima vocis ego. — **16)** Hinc partem illam orationis, quae confirmatio dicitur, in qua ponuntur, quae ad faciendam fidem pertinent, et πίστις dicitur ab *Aristot. l. 3. Rhetor. c. 34.* et *alibi;* et *fides* a *Cic. Top. 12.* Quoniam in confirmationem et reprehensionem diviseras orationis fidem. *Ter. Andr. 5. 2. 16.* Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides; h. e. vis persuadendi, et faciendae fidei; ἀξιοπιστία. *Iustin. 9. 2. extr.* Capta pecoris magna vis, auri argentique nihil. Ea primum fides inopiae Scythicae fuit; *la prima prova, che fe' credere, essere gli Sciti poveri. Liv. 6. 13. sub fin.* Para maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit; nec hominum de plebe, sed principes quidam iuventutis inventi: manifesta fides, publica ope Volscos hostes adiutos; *prova evidente, che* etc. Adde *Stat. 2. Theb. 417.* — **17)** *Mira fides!* formula admirantis, cum res narratur, quae supra fidem esse videtur; *gran cosa! Stat. 2. Achill. 203., 4. Silv. 4. 81.* et *5. ibid. 3. 21.*, etc. — Sic *1. ibid. 5. 20.* miranda fides! — **18)** *Per fidem*, iurandi formula; *per mia fè, per vostra fè. Auct. dial. de Orat. 38.* Controversiae, quales, per fidem, et quam incredibiliter compositae! — **19)** De *Fide*, Dea habita a Romanis, V. suo loco in ONOM. — **20)** Denique

V. *Fides* apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulg. Interpr.* multipliciter quoque adhibetur ac varie exponitur; universim autem ac latissime est assensus, qui rebus credendis, imprimis religioni Christianae, tribuitur; specialim autem, est virtus supra naturam per sacrum baptisma Christianorum animis infusa, qua credimus iis, quae a Deo ministerio Ecclesiae sunt nobis revelata; sive virtus, qua, ut ait *Isid. 8. Orig. 2. 4.*, veraciter credimus id, quod nequaquam videre valemus. Nam credere iam non possumus, quod videmus, etc. *Vulg. Interpr. Hebr. 11. 1.* Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Et *v. 6.* Sine fide autem impossibile est placere Deo. *Id. 1. Cor. 13.* Plane autem manent fides, spes, charitas, tria haec: maior autem horum est charitas. *Id. Marc. 11. 22.* Iesus ait illis: Habete fidem Dei. *Id. Act. 3. 16.* In fide nominis eius *(Christi)*. Et *13. 8.* Avertere a fide. *Id. 1. Cor. 16. 13.* stare in fide. *Id. 2. ibid. 1. 23.* Fide stare. *Id. Galat. 1. 23.* Fidem evangelizare. *Id. ibid. 2. 20.* In fide vivere. Et *3. 11.* Ex fide vivere. *Id. Ephes. 4. 5.* Unus Dominus, una fides, unum baptisma. *Id. Philipp. 1. 25.* Gaudium fidei. Et *2. 17.* Obsequium fidei. *Id. 1. Thess. 5. 8.* Induere loricam fidei. Adde *Hebr. 11. 3-39.* et *alibi passim.* — **21)** Hinc aliquando sumitur pro ipso baptismate. *Tertull. Idolol. 12.* Si post fidem obsignatam; h. e. post baptisma. *Idem 2. adv. Marcion. 28.* baptismum *sacramentum fidei* vocat. — **22)** Hinc etiam *ex fide* est fideliter, scilicet secundum fidem, quam profitentur Christiani. *Tertull. Apolog. 33.* Religiosi ex fide. Et *46.* Veritas, qui eam ex fide praestat.

Nota. Discrimen inter *fidem* et *religionem* habet *Isid. 1. Differ. 486.* « *Fides* est credulitas, qua Deum confitemur, *religio* est cultus, quem illi credentes exhibemus. » — **3)** Inter *fidem* et *fidelitatem*, V. sub v. FIDELITAS in *Nota*, coll. FIDELIS pariter in *Nota*.

FĪDES et Fidis, is, f. Nomen instrumenti musici ac proinde significatione omnino distinctum a praecedente, originis tamen parum certae. De quorumdam sententia videtur esse a σφίδες. *Hesych.* Χορδαὶ μαγειρικαί. At *Festus* apud *Paul. Diac. p. 89. Müll.* Fides, genus citharae, dicta, quod tantum inter se chordae eius, quantum inter homines fides, concordent; cuius diminutivum fidicula est. Cf. *Isid. 3. Orig. 22. 4.* — **b)** In recto casu *fidis* est apud *Colum. 11. 2.* et *40.* et *Sidon. carm. 16. 8.*, quod videtur rectius: inde est enim *fidicula*, non *fidecula*, ut observat quoque *Prisc. an. 3. p. 612. Putsch.* V. infra §. 4. — **c)** Derivata, *fidicula, fidicularius.* — **d)** Composita, *fidicen, fidicina, fidicinarius, fidicinius, fidicino, fidicinus.*

FIDES proprie est chorda, unde in plur. num. *fides*, ium, sunt chordae, seu nervi in lyra contenti; *le corde. Prudent. Cathemer. 5. 81.* Quae veterum tuba, quaeve lyra Flatibus inclyta, vel fidibus, etc. — **2)** Hinc *nihil cum fidibus graculo*, proverbium, quo significatur, imperito homini, et a studiis ac doctrina imparato, nullum cum Musis commercium esse debere. Habet *Gell. praefat. ad fin.* — **3)** Frequentius autem ac generatim

II. *Fides* dicitur quodvis musicum instrumentum in chordis habens harmoniam, lyra; cithara; *strumento musicale da corde, cetra, lira, violino:* et usurpatur a prosae Scriptoribus fere in plurali numero; Poetae etiam in singulari adhibent. *Varr. 2. RR. 5.* Hoc secundum astri exortum facio, quod Graeci vocant λύρας, fidem nostri. *Ovid. 5. Heroid. 139.* Me fide conspicuus Troiae munitor amavit; h. e. Apollo. *Id. 15. ibid. 25.* Sume fidem, et pharetram: fies manifestus Apollo. *Id. 5. Fast. 104.* Inventor curvae, furibus apte, fidis; h. e. Mercuri. *Id. 11. Met. 167.* Instructamque fidem gemmis et dentibus Indis Sustinet a laeva: tenuit manus altera plectrum. *Horat. Epod. 13. 9.* fide Cylleneа Levare duris pectora sollicitudinibus. *Sidon. carm. 16. 8.* Phoebum, et ter ternas decima cum Pallade Musas Sperne, fidis. — In plur. num. *Horat. 1. Od. 12. 11. de Orpheo.* Blandum et auritas fidibus canoris Ducere quercus. *Id. 2. Ep. 2. 145.* verbo sequi fidibus modulanda Latinis; h. e. Lyrico carmine. *Ter. Eun. 1. 2. 85.* Fidibus scire. *Plaut. Epid. 3. 4. 65.* cantare. — *Cic. Brut. 56.* Ut enim ex nervorum sono in fidibus quam scienter ei pulsi sint, intelligi solet, sic etc. *Id. 2. Leg. 15. extr.* illa severa Lacedaemon nervos iussit, quod plures quam septem haberet, in Timothei fidibus demi. *Id. 1. Tusc. 2.* Fidibus canere praeclare. *Id. 5. ibid. 39.* Fidibus uti. *Id. Senect. 8.* discere. Et *9. Fam. 22.* docere aliquem. — **4)** Improprie

III. *Fides* est etiam nomen signi caelestis, quae et *Lyra* dicitur. *Cic. Arat. 381.* Cedit clara Fides Cyllenia, mergitur unda Delphinus. *Colum. 11. 2.* Cal. Febr. Fidis incipit occidere. *Id. ibid.* Tert. Id. Maias Fidis mane oritur. Et *ibid. sub fin.* Non. Ianuariis Fidis exoritur mane. Adde *Varr. 2. RR. 5.* et *Sidon. carm. 16. 5.* Cf. supra §. b.

FĪDĬCEN, ĭnis, m. Verbale a *fidicino;* qui fidibus canit, citharista; *sonatore di strumenti da corde. Cic. 9. Fam. 22.* Socratem fidibus docuit nobilis fidicen. *Horat. 4. Od. 3. 23.* Romanae fidicen lyrae; h. e. poeta lyricus. Sic *1. Ep. 19. 35.* Hunc ego, non alio dictum prius ore, Latinus Vulgavi fidicen. — *Inscr.* apud *Momms. n. 6845.* T. Aur. T. f. Pompt. Clito dec. Coll. Fid. R.; h. e. T. Aurelio T. filio Pomptina *(tribu)* Clito decurioni Collegii Fidicinum Romanorum. Cf. eundem *Momms. de colleg. et sodal. p. 30.*

FĪDĬCĪNĂ, ae, f. Verbale a *fidicino;* quae lyra canit, citharistria; *sonatrice di strumenti da corde. Ter. Phorm. 1. 2. 39.* et *Plaut. multis in locis.* V. PSALTRIA. — *Cod. Theod. 15. 7. 10.* Fidicinam nulli licebat vel emere, vel docere, vel vendere, vel convivils aut spectaculis adhibere. Nec cuiquam ad delectationis desiderium erudita femina musicae artis studio licebat habere mancipia. *Haec lex spectat* ad a. post Chr. 385.

FĪDĬCĪNĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. absolute adhibitum, idem ac fidicen. *Gloss. Philox.* Fidicinarius; λυριστής.

FĪDĬCĪNĬUS vel Fidicinus, a, um. Adiect. verbale a *fidicino;* ad fides, et fidicinem pertinens. *Plaut. Rud. prol. 43.* Eam vidit ire e ludo fidicinio domum. *Al. leg.* fidicino.

FĪDĬCĪNO, as, āre. Verbum intransitiv. a *fides, is*, et *cano;* fidibus cano. *Capell. 9. p. 314.* Megaris, saxum, ad ictum pulsus cuiusque fidicinat. *Gloss. Philox.* Fidicino; λυρίζω.

FĪDĬCĪNUS, a, um. V. FIDICINIUS.

FĪDĬCŬLĂ, ae, f. V. voc. seq.

FĪDĬCŬLĂ (non Fidecula, V. FIDES, is, §. b.), et per syncop. poetice Fidicla, ae, f. Deminut. a *fides, is;* parva cithara; *piccola cetera. Cic. 2. Nat. D. 8.* Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? — **2)** Improprie sumitur pro signo caelesti, quod et *lyra* dicitur. *Colum. 11. 2., Plin. 18. 59. 2.* et *ibid. 67. 4.* et *Varr. fragm. p. 373. Bip.* — **3)** Item a similitudine fidium

II. *Fiduculae* sunt nervi, aut chordae tenuiores (vel ungulae apud *Isid.* loc. mox cit.), quibus arcte constringuntur, ac torquentur rei, sive in equuleo, sive extra: a similitudine fidium. Neque enim placere potest, quod *Isid.* tradit *5. Orig. 27.*, inde dictas esse, quod iis rei in equuleo torquentur, ut *fides* inveniatur. *Senec. 3. Ira, 3.* Apparatus illi reddendus est suus, equulei, et fidiculae, et ergastula, et cruces *(A. Mai, Nov. Coll. T. 5. p. XXVI. n. XVIII.* et *Cod. Vatic.* hic putat leg. *fidiculas* pro *fidiculas)*. *Suet. Tib. 62.* Excogitaverat etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul, urinaeque tormento distenderet.

Digitized by Google

Id. Cal. 53. Exquirere fidiculis de aliquo. *Quintil. Declam. 19. 12.* Tendebam fidiculas. *Imppp. Valentinian., Valens et Gratian. Cod. Theod. 9. 53. 1.* Fidiculas perferre. — *Prudent. 10. περὶ στεφ. 481.* Nec distat ignis vel fidiclae saeviant. Adde *ibid. 550.*, quibus locis tamen alii minus recte leg. *fidiculae*. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 143. n. 129.*

FĬDĬCŭLārĭUS, a, um. Adiect. a *fidicula;* ad fidiculas pertinens, qui fidicularum seu chordarum more flexilis, et contortus est. *Front. de eloq.* (edente iterum *A. Maio*) *p. 229.* Discere autem ceratinas, et soritas, et pseudomenos, verba contorta et fidicularia, *nempe* captiosa.

FĬDIS, is, V. VIDES, is, §. b.

FĬDĬUS, ii, m. Cognomen sive epitheton Iovis, Graece Ζεὺς πίστιος dictus *Dionysio Halic.;* h. e. Iupiter fidus, seu fidelis; πίστις enim fides est, Sabinorum *Sancus* vel *Sangus* creditus, qui tamen aliis *Deus* sive *Dius Fidius* putatur Iovis filius, nempe Hercules, de quibus dicemus suo loco in ONOM. — Hinc *Medius fidius*, et copulatis vocibus *Mediusfidius*, vel *Medius Fidius* iuramenti genus est, quod valet *me dius Fidius iuvet*, vel *amet*, ut *mehercules*, *mecastor;* h. e. *me Hercules*, *me Castor iuvet*, vel *amet:* nos dicimus simili sensu; *così Dio m'aiuti*, *così Dio mi voglia bene*. Aliis illud me adverbium esse videtur, ut quod Graeci μὰ Δία dicebant, hoc est per Iovem, Latini *medius* dixerint. Cf. tamen II secundo loco. *Cic. 5. Fam. 21.* Unum medius fidius tecum diem libentius posuerim, quam etc. *Plin. 4. ep. 5.* Hominem ne Romanum tam Graece loqui? non, mediusfidius, ipsas Athenas tam Atticas dixerim. *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Medius p. 147. Müll.* aliorum item opinionem refert, qui *mediusfidius* idem esse putabant, ac *per divi fidem:* et aliorum, qui *per diurni temporis*, idest *divi fidem*. — Hoc iuramentum est proprium virorum, ut notat *Charis. p. 185. Putsch. Plaut. Asin. 1. 1. 8.* Per Deum Fidium quaeris. *Varr.* apud *Non. 8. 93.* Itaque domi rituis nostri, qui per Deum Fidium iurare vult, prodire solet in compluvium. Adde *Sall. Cat. 55.* et *Quintil. 5. 12. 77.*

FĪDO, dis, sus sum, dĕre. Verbum intransitiv., specie anomalon, quod plerique a Graeco πείθω, πείθομαι; persuadeo mihi, credo, confido. — **b**) Praeteritum est *fisus sum*. *Charis. p. 222. Putsch., Diomed. 1. p. 352.* et *Priscian. 8. p. 818.* — **c**) *Fidebo* antique pro *fidam*. *Naevius* apud *Non. 10. 56.* Tibi cum fidebo, fidelis ero. — **d**) Particip. *fidens* §. *1. ad fin.* et suo loco, *fisus*, V. suo loco. — **e**) Derivata, *fidamen*, *fide*, *fidelis*, *fidelitas*, *fideliter*, *fidenter*, *fidentia*, *fides*, *fidius*, *fiducia*, *fiducialis*, *fiducialiter*, *fiduciarius*, *fiducio*, *fiunculus*, *fisus*, *fidusia*. Cf. FIDES, is. — **f**) Composita, *affiducia*, *confido*, *diffido*, *fidedico*, *fidedictor*, *fideicommissarius*, *fideicommissus*, *fideicommitto*, *fideiubeo*, *fidepromissor*, *fidepromitto*, *infidelis*, *infidelitas*, *infideliter*, *infiduciatus*, *infidus*, *levifidus*, *offiduciatus*, *perfidus*, *praefidens*, *praefidenter*, *praefidus*.

FIDO proprie est fiduciam habeo, spem pono, confido; *fidarsi*, *confidarsi:* et construitur cum dativo vel ablativo. *Cic.* vertens *Arati* versus *4. Acad. 20.* et *2. Nat. D. 41. de Cynosura*. Hac fidunt duce nocturna Phoenices in alto. *Virg. 9. Aen. 378.* celerare fugam in silvas, et fidere nocti. *Horat. 1. Ep. 19. 23.* Qui sibi fidit. *Id. 1. Od. 14. 14.* Nil pictis timidus navita puppibus Fidit. *Ovid. 7. Met. 545.* fidere cursu. Et *9. ibid. 125.* Haud tamen effugies, quamvis ope fidis equina. *Sall. Iug. 120.* Parum fidere alicui. *Plin. 4. ep. 15. extr.* Fidere ingenio suo. *Horat. 3. Od. 24. 20.* Nec timido fidit adultero. *Quintil. 10. 7. 18.* Nec quisquam tanto fidat ingenio, ut speret etc. — Cum infinito. *Horat. 1. Ep. 19. 44.* fidis enim manare poetica mella Te solum. *Lucan. 4. 613.* parum fidens pedibus contingere matrem. Adde *Sil. 1. 432.* — **2**) Speciatim apud Scriptores Ecclesiasticos dicitur de iis, qui fidem habent in divinis promissionibus, ob fidem scilicet, quam ab eo acceperunt, et ipsi exsequuntur: et construitur cum accusat. vel ablat. et praepos. *in*. *Inscr.* apud *Renier, n. 3239.* Fide in Deum et ambula. Si Deus pro nobis, quis adversus nos? *Acta Mariani* et *Iacobi MM. Cirtens. sub fin.* Fidentes in suum nomen (*scilicet* Dei). *Vulg. Interpr. 2. Cor. 1. 9.* Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitet mortuos. Cf. VIDENS §. 2.

FĪDŪCĬA, ae, f. Verbale a *fido;* opinio et spes certa, confidentia, securitas; *fiducia*, *confidenza*, *speranza*. Est autem plus, quam spes, maior nimirum ac certior. *Senec. ep. 16.* Dicam tamen quid sentiam: iam de te spem habeo, nondum fiduciam. *Cic. Amic. 15.* Haec enim est tyrannorum vita, in qua nulla fides, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia. *Id. 2. Verr. 14.* Se habere hominem potentem, cuius fiducia provinciam spoliaret. *Plaut. Bacch. 5. 3. 9.* Nunc propter te tuamque pravus factus est fiduciam; h. e. fiducia tui; *per la fiducia*, *che ha in te*. *Plin. 4. ep. 29.* Nihil est, quod in dextram aurem fiducia mei dormias; *fidandoti sopra di me*. *Liv. 28. 37. a med.* Mirabundi, unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis. *Virg. 1. Aen. 156.* Tantane vos generis tenuit fiducia vestri? *Cic. 2. Q. Fr. 12. ad fin.* Nihil esse, quod posthac arcae nostrae fiducia conturbaret. *Caes. 7. B. G. 19.* Hoc se colle Galli, fiducia loci, continebant. Et *76.* Alacres et fiduciae pleni. *Liv. 34. 46.* Stolidam fiduciam hosti augere. *Hirt. 8. B. G. 10.* Fiduciam alicui afferre. *Caes. 2. B. C. 37.* Habere magnam fiduciam rerum suarum. *Liv. 6. 23.* Superbam fiduciam ostentare. *Phaedr. 5. 7.* insolentem arripere. *Quintil. 5. 13. a med.* praeseferre. Et *4. 1. ante med.* iactare. *Plin. 3. ep. 9. ante med.* omnem in re aliqua reponere. *Iustin. 12. 16.* Alexander tantam fiduciam sui militibus fecit, ut illo praesente, nullius hostis arma, nec inermes timuerint; h. e. attulit. *Quintil. 12. 8. 8.* Fiducia memoriae. *Propert. 3. 23. 1.* formae. *Traian.* ad *Plin. 10. ep. 82.* Tibi eam fiduciam diligentiae habeo, ut etc. *confido tanto nella tua diligenza*, *che* etc. *Plaut. Bacch. 4. 4. 100.* Mea fiducia opus conduxi et meo periculo rem gero. *Quintil. 5. 13. 1.* Nec mihi fiducia est, ut ea sola esse contendam. *Suet. Claud. 25.* Simplicitate eorum et fiducia motus. Adde *Galb. 19. Ovid. 17. Heroid. 37.* Non quo fiducia desit *(mihi)*. — *Ter. Andr. 5. 5. 7.* Qua fiducia id facere audeam? *Donat.* ad h. l. Fiducia modo impudentiam significat. — *Vulg. Interpr. 2. Cor. 7. 4.* Multa mihi fiducia est apud vos. *Id. 1. Tim. 2. 2.* Fiduciam habere in Deo. *Id. 1. Ioh. 3. 21.* ad Deum. *Id. Isai. 36. 5.* super aliquem. Et *51. 1.* super quadrigis. *Id. 2. Cor. 3. 4.* per aliquem. *Id. Tob. 4. 12.* Fiducia magna erit coram summo Deo. — **2**) Sensu obiectivo idem est ac fidelitas, fides; *fedeltà*. *Plaut. Trin. 1. 2. 79.* Quid tu adolescentem, . . . Qui tuae mandatus est fidei et fiduciae, Quin eum restituis? — **3**) Speciatim

II. *Fiducia* in re forensi est res, quae pignori datur creditori, ea lege, ut, soluta ad diem pecunia, restituatur: ita dicta, quod debitor creditoris fidei quodammodo commendat pignus, donec, soluta pecunia, ad se redeat; *pegno*, *ipoteca*. *Cic. Flacc. 21.* Pecuniam adolescentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupaviti. Hanc fiduciam commissam tibi dicis: tenes hodie ac possides; h. e. dicis, hoc, quod fiduciae et pignoris causa ab adolescentulo acceperas, tuum proprium factum esse, quia ille debitam pecuniam non solvit. V. COMMISSUS §. 8. — **4**) Praeterea quaelibet alienatio, aut venditio, traditione rei, adiecta restituendi aliquando obligatione sub quibusdam conditionibus, *fiducia* dicitur, quia alterius fidei veluti servanda committitur. Praecipue vero locum habuit in emancipationibus liberorum, in quibus per trinam fictam venditionem a patre factam, et restitutionem ab emptore, manumissio fiebat. Dicebatur enim pater vendere sub spe ac fiducia, ut ab emptore sibi restitueretur. Sed de his consulendi ICti. *Cic. 3. Offic. 17.* Scaevola fidei bonae nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis. *Id. Caecin. 3.* Qui per tutelam, aut societatem, aut rem mandatam, aut fiduciae rationem fraudavit quempiam, etc. — **5**) *Fiduciam accipere* dicitur is, qui quidpiam sub obligatione remittendi accepit. *Cic. Top. 10.* Si tutor fidem praestare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam acceperit; debet etiam procurator. — **6**) *Iudicia fiduciae* sunt, in quibus agitur de violata fide ab eo, qui sub fiduciae ratione, hoc est sub conditione restitutionis, aliquid accepit, neque, cum debuit, restituit, sed fraudavit. In iis solemnis erat illa formula, ut *inter bonos bene agier*, quam *Cic. 3. Offic. 15.*, *Top. 17.* et *7. Fam. 12.* commemorat. Porro gravissima haec iudicia habebantur, et paene capitalia. Qua de re haec habet *Id. Rose. Com. 6.* Si qua sunt privata iudicia summae existimationis, et paene dicam capitis, tria haec sunt, fiduciae, tutelae, societatis. Aeque enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere, quae continet vitam; et pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit; et socium fallere, qui se in negotio coniunxit.

Nota. Discrimen inter *fiduciam* et *spem* posuimus supra §. 1. *init.* — **2**) Inter *fiduciam* et *confidentiam* habet *Isid. 1. Differ. 217.* « *Fiducia* in bonis rebus, *confidentia* in malis est. » Et *Donat.* ad *Ter. Andr. 5. 3. 5.* « *Confidentia* interdum in bona significatione ponitur: sed *fiducia* semper in bona. »

FĪDŪCĬĀLIS, le. Adiect. a *fiducia;* ad fiduciam pertinens. *Oros. de arbitr. lib. 31.* Sed in precibus speraus alimoniam vitae, simplici petitione consequitur, quam fiduciali opere non meretur.

FĪDŪCĬĀLĬTER. Adverb. a *fiducialis;* cum spe ac fiducia. *Augustin. 9. Confess. 13.* Fiducialiter speramus. *Cassiod. 8. Var. 31. a med.* Mortalium penatibus fiducialiter nidos philomela suspendit. *Vulg. Interpr. Osee, 2. 18.* Et dormire eos faciam fiducialiter. Adde *Act. 9. 27.* et *28.* et *alibi*, et *Fulgent. Contin. Virg. fin.*

FĪDŪCĬĀRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fiducia;* ad fiduciae contractum (sive tacitum sive expressum) spectans. *Res fiduciaria* est, quae alteri ea lege traditur, ut postea tradenti reddatur. *Liv. 32. 38.* Eam urbem Nabidi veluti fiduciariam dare. — Hinc *Caes. 2. B. C. 17.* operam legati vocat fiduciariam; quia legatus potestatem suam ab imperatore accipit, quam redeunti ad exercitum imperatori debet cedere. *Curt. 3. 9.* Fiduciarium imperium. *Auct. B. Alex. 23.* Fiduciarium regnum. — **2**) Speciatim apud ICtos

Digitized by Google

II. *Fiduciarius heres* est, qui nunc fideicommissarius dicitur, quod hereditatem velut fiduciam videtur accepisse, quam mox alteri traditurus sit. *Iabolen. Dig. 36. 1. 46. Inscr.* apud *Orelli, n. 3324.* L. Munatius . . . ber. fiduc. f. c.; *h. e.* heres fiduciarius faciundum curavit. — **3)** *Fiduciarius tutor* apud *Caium, 1. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. 172., coll. *166.* et *175.*, est, qui se tutelae oneri subiecerit, ideoque legitimus tutor habetur, et non minus huic, quam patronis honor praestandus est. — Item *fiduciaria tutela* apud *Iustinian. 1. Instit. 19.* Est et alia tutela, quae fiduciaria appellatur, etc. V. integr. tit.

FĪDŪCĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *fiducio*, adiectivorum more etiam usurpatum; fiduciae contractae datus; *ipotecato, impegnato. Tertull. Idolol. 23.* Sub pignoribus fiduciati. *Gloss. Philox.* Fiduciatus, ὑποτεθειμένος. Cf. voc. seq.

FĪDŪCĬO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fiducia*; fiduciae contractu aliquid dare; *impegnare, ipotecare. Inscript.* apud *Grut. 638. 4* M. Ulpius Aug. Lib. Symphorus sibi, et Ulpiae Helpidi uxori fecit, et libertis libertabusque, ea condicione, ne fiducient, ne vendant, neve alio quo genere id sepulcrum alienare ulli potestas sit. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7351.* Et ne veneat, ne fiduciare liceat, nec de nomine exire liceat. Adde *aliam* apud *Murat. 794. 1. Gloss. Philox.* Fiduciat; ὑποτίθεται. Cf. voc. praeced.

FĪDUNCŬLUS, a, um. Adiect. per deminut. a *fidus* effictum; satis fidus. — Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Fidunculus; πιστός.

FĪDUS (et Feidus in *Inscr.* apud *Grut. 1046. 6.* et Feida in *alia* in *Corp. Inscr. Lat. Vol. 1. n. 1011.*), a, um. Adiect. verbale a *fido*. — Comparat. *fidior*, superlat. *fidissimus* §. 1. — Proprie is est, cui fidi potest, fidelis; *fido, fedele, fidato. Cic. Amic. 15.* Se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos. *Id. 14. Fam. 4. extr.* Mea Terentia, fidissima atque optima uxor. *Liv. 40. 5.* Fidiora haec genera hominum fore ratus. *Horat. 4. Od. 9. 40.* Bonus atque fidus iudex. *Hirt. B. Afr. 79.* Ne fidissimos suis rebus Thapsitanos amitteret. *Cic. 2. Offic. 8. sub fin.* Fidae familiaritates. *Id. 2. Nat. D. 63.* Canum fida custodia. *Val. Flacc. 3. 710.* Fida ministeria. *Horat. 1. Ep. 3. 24.* Fidi amici. *Id. 2. Sat. 1. 30.* Fidi sodales. *Id. Art. P. 133.* Fidus interpres. *Liv. 1. 11.* Ne quid usquam fidum proditori esset. *Lucret. 6. 1231.* fida vis canum. — Cum genitivo pro nominativo, Graeco more, et vice superlativi. *Stat. 2. Theb. 485.* iuvenum fidos, lectissima bello Corpora, sollicitat pretio, etc. — Cum genitivo pro dativo. *Virg. 12. Aen. 659.* Regina tui fidissima. — **2)** *Fidus animus* aliquando est fidens et constans. *Liv. 28. 15.* Inconditam Thuriuorum turbam, nec satis fido animo, unde pugnabat, stantem, extemplo in fugam avertere. — **3)** Translate de rebus est firmus, constans, solidus. *Horat. 2. Od. 12. 15.* bene mutuis fidum pectus amoribus. *Nep. Datam. 8.* Pax et amicitia fida. *Virg. 6. Aen. 324.* Fidus ensis. *Ovid. 10. Met. 382.* fidae aures. *Id. 7. ibid. 192.* Nox arcani fidissima. Et *15. ibid. 349.* Fida sententia. *Id. lb. 299.* fida pocula; *h. e.* in quibus nulla veneni suspicio. *Claudian. Cons. Mall. Theod. 350.* fida incendia; *h. e.* ignes arte facti, qui non exurunt. *Virg. 2. Aen. 281.* spes fidissima Teucrum; *h. e.* certissima. *Val. Flacc. 5. 104.* amnis ante alios Triviae fidus; *h. e.* gratus, carus, dilectus. *Plin. 11. 109. 1.* Cameleno genitali arcus intendere, orientis populis fidissimum; *h. e.* tutissimum. *Tacit. 5. Hist. 6.* Montem tantos inter ardores opacum et fidum nivibus. *Virg. 2. Aen. 25.* Statio male fida carinis. Adde *Tacit. 3. Ann. 1.* et *13. ibid. 13. sub fin.* — Apud *Cic. 9. Att. 6.* e Fida fum, a varia est lectio. Cf. *Orelli*, in *not. crit.* ad *h. l.*

Nota. Ex illo *Plauti Trin. 4. 4. 4.* Mea commendavi bona amico probo, et fideli, et fido, et cum magna fide; inter *fidum*, et *fidelem* quidam non unum discrimen statuunt, ut *fidus* dicatur in maximis, *fidelis* in minoribus: *fidus* sit amicus, *fidelis* servus: *fidus* natura sit, *fidelis* virtute ac studio: *fidus*, cui fidendum, *fidelis*, qui fidem praestat. Verum haec discrimina vel nulla sunt, vel non servantur. Haec *Forcellinus*. Cf. FIDELIS in *Nota*.

II. FĪDUS. V. FORDUS §. 2.

FĪDUSTĀ a fide denominata, ea, quae maxime fidei erant (ut a *vetus vetustus*, ab *onus onustus*). *Festus* apud *Paul. Diac. p. 89. Mall.*

FĪENDUS. V. FACIO §. 1.

* FIFELTARES, vox ignotae significationis et fortasse etiam pravae scriptionis, quae legitur in *Inscr.* edita in *Corp. Inscr. Lat. Vol. 1. n. 603. lin. 15.*

FĪGĀTUM. V. FICATUM.

FĪGEL. V. FIGULUS §. 2.

FĪGLĪNĀ. V. FIGLINUS §. 2.

FĪGLĪNĀRĬUS, ii, m. Idem quod figulus, a *figlina* per syncopen pro *figulinarius*, tribuitur *Digestis*, loco tamen non indicato.

FĪGLĪNUS, *varius* Figulinus, a, um. Adiect. a *figulus*; ad figulum pertinens, figularis; *di vasaio, o da vasaio. Plin. 31. 27. 2.* In cruda olle figulini operis. Et *Arnob. 6. p. 200.* Simulacra fornacibus incocta figulinis. — *Figlinus* per syncopen. *Varr. 3. RR. 9.* Ulcus oblinunt figlina creta. *Plin. 35. 56. 6.* Zeuxis fecit et figlina opera. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FIGLINA, *varius* Figulina, ae, f. Est ars, et officina figuli. *Varr. 1. RR. 2. a med.* Figlinas exercere. *Plin. 3. 12. 3.* Inarime, Graecis Pithecusa, a figlinis doliorum. *Id. 7. 57. 7.* Figlinas invenit Corocbus Atheniensis. Apud *Gud. p. 76. 77.* et *78.* multae de figlinis; *h. e.* officinis inscriptiones veteres leguntur. — *Figulina* legitur in *Onom. Lat. Gr.* Figulina; κεραμεῖον. — **3)** *Act. SS. Marii, Mart. et soc. MM.* apud *Marini, Arv. p. 240. not. 80.* Christianos . . . in figlina foris muros Portae Salariae fecit includi et in civitatis amphitheatro sagittis iussit interfici. *Marini* hoc loco adnotat legendum esse *in Fidina* vel *Fidena*, aliis quoque exemplis huius corruptionis allatis, quae habet etiam *Michael De Rossi* apud *Ioh.* fratrem in *Roma Sotterr. T. 1. p. 14.* et *seq.* Verum in loco nunc proposito, si bene observes, duo indicantur *figlina foris muros portae Salariae* et *civitatis amphitheatrum*, quae recte potest accipi de Fidenis, sed non ita primum; non enim in civitate includuntur rei, sed bene possunt in figlinis arenariis asservari, praesertim cum tot fuerint. Viderint Doctiores. — **4)** Item

FIGLINUM, i, n. Est opus figuli, v. gr. vas fictile. *Plin. 31. 27. 2.* Si figlinum humidum, ruptumve reperiatur. *Id. 34. 30. 4.* Alii limatam scobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

FIGMEN, ĭnis, n. Verbale a *fingo*, syllabica adiectione productum; poetice pro figmento, simulacro. *Prudent. Apotheos. 798.* Factor utroque hominem meditans de figmine iunctim Aedificare sui similem. Adde *1035.* Et *Capell. 3. p. 49.* Cf. voc. seq.

FIGMENTUM, i, n. Verbale a *fingo* per syncopen quasi *fingimentum*, unde *figimentum*, *figmentum* et *figmen* (Cf. voc. praeced.). — Proprie res ficta et formata, simulacrum. *Gell. 3. 12.* Eiusque animalis figmentum iuxta simulacrum stat. *Ammian. 22. 9.* Figmento Deae caelitus lapso. — **2)** Translate est commentum; *finzione. Lactant. 7. 23.* Figmenta poetarum. *Apul. 4. Met.* Figmenta somniorum. — **3)** Sensu autem abstracto est actus fingendi, formatio. Hinc *Figmenta verborum* apud *Gell. 20. 9.* sunt novorum verborum formationes, qualia sunt illa *Cn. Matii, ibid. columbatim, venenare*, etc.

Nota. Exempla autem, quae pro hac voce afferunt quidam Lexicographi ex *Plin. 10. 75. 1.* et ex *Cic. Orat. 45.*, nihil huc pertinent. Nam apud *Plin.* pro *figmentis* legendum est *fimetis*; apud *Cicer.* vero *pigmentis*.

FĪGO, gis, xi, xum, gĕre. Verbum transitiv. parum certae originis, fortasse conferendae cum obsoleto Graecorum πήγω, a quo πήγνυμι; figo, defigo. — **b)** Antiqui, ut adnotat *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 69. Lind.* « *fivere* idem pro figere, » scil. usurpabant. Cf. *Lindem.* in *Comment.* ad *h. l.*, qui refert, fortasse cum *Meursio* legendum esse *fibere*, unde etiam *fibula*. Alii leg. *fivere*, *fugare*. Cf. et *Müller.* ad *Fest. loc. cit.* — **c)** Supinum duplex *fixum* et *fictum* habuisse videtur, unde et particip. *fictus* pro *fixus*, de quo V. suo loco. — **d)** Particip. *figens* §. 3., *fixus*, V. suo loco, *fixurus* §. 3. — **e)** Derivata, *fibula* (quod V.), *fixe, fixula, fixura*. — **f)** Composita, *affigo, antefixus, clavifixus, configo, crucifigo, defigo, infigo, offigo, perfixus, praefigo, refigo, suffigo, superfixus, transfigo*.

FIGO proprie est aliquid in aliquam rem immitto, adigo; *ficcare, conficcare. Cic. 14. Phil. 3.* Dubitare, utrum mucrones in cive, an in hoste figantur. *Plaut. Mil. 4. 4. 4.* Figere palum in parietem. *Propert. 2. 10. 2.* Spicula pectore figere. *Virg. 10. Aen. 701.* vertice figere cristas. *Val. Flacc. 8. 368.* Figere aliquem sub aquis; *sommergere. Virg. 7. Aen. 457.* fumantes fixit sub pectore taedas. *Tibull. 1. 9. 38.* in collo figere dente notas. *Plin. 17. 24. 7.* Figere cuneos. *Iustin. 38. 10.* caligas auro; *h. e.* aurum suffigere caligis. *Cato, RR. 21.* imbrices medias clavulis figere. *Martial. 14. 24.* Figat acus tortas, sustineatque comas. *Virg. 1. Aen. 316.* in frusta secant, verubusque trementia figunt. *Id. 4. G. 115.* feraces Figat humo plantas; *h. e.* serat; *pianti. Cic. 7. Verr. 6.* Damnatis servis crucem figere. *Iustin. 21. 4.* Figere aliquem in cruce. *Al. leg.* in crucem. — **2)** Translate. *Sense. ep. 11.* Figere in terram oculos. *Pers. 3. 30.* Obstipo capite et figentes lumine terram, ὑπαλλαγή, pro *lumina terras*. Et *Virg. 12. Aen. 70.* figitque in virgine vultus; *fissa lo sguardo*. Et *6. ibid. 159.* cui fidus Achates it comes et paribus curis vestigia figit. *Val. Flacc. 3. 116.* vagus hos ibi fixerat error; *h. e.* stiterat, statuerat. *Id. 7. 359.* Figere gradus; *fermare il passo. Juvenal. 3. 2.* sedem figere Cumis; *piantar abitazione, metter casa. Virg. 1. Aen. 691.* oscula dulcia figere. *Lucret. 4. 1172.* foribus miser oscula figit. *Horat. 3. Od. 15. 2.* figere modum nequitiae; *por fine. Cic. 2. Fam. 6.* Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi et locavi. *Stat. 1. Achill. 380.* Dum repetit monitus, arcanaque murmura figit Auribus; *inculca, imprime. Virg. 3. Aen. 250.* Accipite ergo animis,

atque haec mea figite dicta; h. e. memori pectore condite. *Iuvenal. 9. 94.* Et tacitus nostras intra te fige querelas; h. e. recondo in animo tuo, ne vulgentur. *Sence. Tranquill. 15.* Adeo penitus hoc se malum fixit, ut etc.; h. e. invaluit, obtinuit, radices egit. — **β)** Deinde

II. *Figo* est etiam ferire, vulnerare, trallcere; *trafiggere*. *Hirt. B. Alex. 30. extr.* Et *Virg. 10. Aen. 582.* Telis figere hostem. *Sence. Provid. 3.* Figunt cutem clavi. *Virg. 2. Ecl. 29.* Figere cervos. *Martial. 1. 61.* figere vulnus; *dar una ferita*. *Sence. Here. Oet. 519.* figere mortem; h. e. figendo mortem inferre. *Sust. Domit. 19.* Spectavere ex industria ita quarundam ferarum capita figentem, ut duobus ictibus cornua efficeret. *Ovid. 2. Met. 304.* Vulnifico fuerat fixurus pectora telo. — **γ)** Translate. *Cic. Orat. 26.* Tantummodo adversarios figet, nec eos tamen semper; h. e. dictis et salibus feriet. *Id. 1. Nat. D. 34.* Figere aliquem maledictis. — **δ)** Praeterea

III. *Figo* significat quoque affigere, suspendere; *attaccare, appendere*. *Virg. 3. Aen. 287.* clypeum postibus adversis figo. Et *12. ibid. 768.* nautis venerabile lignum, Servati ex undis ubi figere dona solebant Laurenti Divo. *Val. Flacc. 1. 529.* Quippiam Marti dono figere. In quodam S. C. apud *Plin. 8. ep. 6.* Figere aliquid ad statuam. — **α)** *Figere arma* dicuntur milites defuncti iam bello et gladiatores rude donati. *Virg. 1. Aen. 281.* Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum et genti nomen dedit, armaque fixit Troïa. *Horat. 1. Ep. 1. 4.* Velanius armis Herculis ad postem fixis, latet abditus agro. Adde *Sil. 15. 494.* et *678.* — **β)** *Figere leges* est ferre; *promulgare, fare*, quia mos erat aere incisas publice suspendere, ut legi vulgo possent. Contra *refigere* est tollere, abrogare, rescindere. *Cic. 14. Att. 12.* Antonius accepta grandi pecunia, fixit legem a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani. *Id. 2. Phil. 36.* Ne qua post Idus Martias immunitatis tabula figeretur. *Virg. 6. Aen. 622.* leges fixit pretio, atque refixit.

FĪGŬLĀRIS, re. Adiect. verbale a *figulo;* ad figulum pertinens. *Plaut. Epid. 3. 2. 55.* Versutior es, quam rota figularis. *Colum. 8. 2.* et *6. 17.* Figularis creta.

FĪGŬLĀRĬUS, ii, m. Idem quod figulus origine et significatione. — Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Figularius, κεραμεύς.

FĪGŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *figulo;* compositio. *Tertull. Anim. 25.* Animam non in utero concipi, nec cum carnis figulatione compingi. Adde *de Carn. resurr. 5.*

FĪGŬLĀTOR, ōris, m. Verbale a *figulo;* qui figulat. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Figulator; κεραμεύς.

FĪGŬLĀTŪRIT, Figulum (cognomen civis R.), et Fimbriaturit, Fimbriam imitatur, aut colit: voces sunt fictae ab *Asinio* apud *Quintil. 8. 3. 32.*, ubi tamen alii leg. *figulatum*.

FĪGŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *figulo;* formatus, fictus. *Tertull. Car. Chr. 9.* Corpus hoc nostrum de limo figulatum. Cf. voc. praeced.

FĪGŬLĪNĂ et FĪGŬLĪNUS. } V. VIGLINUS §. 1. et 2.

FĪGŬLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *figulus;* formo, effingo in morem figuli. *Tertull. advers. Valentin. 24.* Figulat ita hominem Demiurgus et de afflatu suo animat. *Id Exhort. cast.* Nam cum hominem figulasset. *Alii hic leg.* figurasset. Cf. FIGULATUS et voc. seq. §. c.

FĪGŬLUS, i, m. Nomen verbale a *fingo*. — Vulgo etiam *figel* videtur quoque usurpatum fuisse, eadem ratione, qua *pugil*, quod improbat Incert. *Grammat.* in *Append. ad Probi art. min. p. 443. Endl.* — **b)** In derivatis saepe syncopen patitur, ut ex voce. *figlinarius* et *figlinus* patet. — **c)** Alia derivata sunt, *figularis, figularius, figulatio, figulator, figulaturit* et *figulo*, quae proprie a *figulo* ducenda sunt.

FIGULUS proprie est fictor, qui ex argilla opera facit; *vasaio*. *Plin. 35. 43. 1.* Dibutades Sicyonius figulus primus invenit ex argilla fingere similitudines. *Iuvenal. 10. 171. de Alex. M.* Cum tamen a figulis munitam intraverit urbem, Sarcophago contentus erit; h. e. Babylonem cocto latere exstructam. Adde *Colum. 11. 1. ante med. Senec. ep. 90. §. 30.* Anacharsis, inquit Posidonius, invenit rotam figuli, cuius circuitu vasa formentur. Ego nec Anacharsin huius rei fuisse auctorem contendo. *Vulg. Interpr. Isai. 45. 9.* Numquid dicet lutum figulo suo; Quid facis? Adde *Ps. 2. 9., Sap. 15. 7., Eccli. 27. 6.* etc. — **β)** *Figulus sigillarius*. V. SIGILLARIUS. — *Figulus ab imbricibus*. V. IMBREX. — **γ)** Numa rex septimum Romae figulorum collegium instituit, teste *Plin. 35. 46. 1.* Hinc in quibusdam municipiis et coloniis figulorum quoque fuit collegium. *Inscript.* in Dalmatia reperta prope *Spalatro*. A. Servilio V. C. *provinciae* Dalmatiae praesidi clarissimo integerrimoque *collegium* figulorum D. D.

FĪGŪRĂ, ae, f. Verbale a *fingo*, cuius derivata et composita V. in FIGURO §. c. et d. — Proprie est conformatio rei, forma, species; *figura, forma, sembianza, fattezze*. *Cic. 3. Offic. 6. extr.* Feritas bestiae in figura hominis. *Id. Rosc. Am. 22.* Esse aliquem humana specie ac figura, qui tantum immanitate bestias vicerit. *Id. 4. Verr. 55.* Signum in muliebrem figuram habitumque formatum. Et *3. ibid. 21. ad fin.* Non solum numerum signorum, sed etiam magnitudinem, figuram, statum definire. Ubi *Ascon.* figura est circa gestum, situmque membrorum, status circa ornatum et habitum vestis, insignium et armorum. *Id. 4. Verr. 56.* Figura et lineamenta alicuius. *Id. 3. Fin. 12.* Corporis nostri partes, totaque figura et forma et statura, quam apta ad naturam sit, apparet. *Id. 1. Orat. 25.* Conformatio quaedam et figura totius oris et corporis. *Id. 1. Nat. D. 32.* Hoc dico, non ab hominibus formae figuram venisse ad Deos. *Nep. Eumen. 12.* Homo non tam magno corpore, quam figura venusta. *Ovid. 10. Heroid. 134.* Dii facerent, ut me summa de puppe videres: Movisset vultus moesta figura tuos. *Caes. 4. B. G. 25.* Figura navium. *Iustin. 15. 4.* ancorae. *Plin. 2. 22. 3.* doliorum. *Id. 15. 9. 6.* rotunditatis aut proceritatis. *Caes. 6. B. G. 25.* Bos cervi figura. *Plin. 15. 38. 1.* Granum quadrangula figura. *Id. 5. 20. 7.* Padus triquetram figuram inter Alpes, atque oram maris facere proditus. *Id. 27. 98. 1.* Semen nigrum, latum, ad lenticulae dimidiae figuram. *Varr. 6. LL. 8.* Figuram imponere; *dar figura*. Et *5. ibid. 22.* Facere figuras; *far delle figure*. *Ovid. 11. Met. 253.* mentiri figuras centum; *trasformarsi*. Et *3. ibid. 399.* lapidis figuram trahere; *mutarsi in sasso*. Et *8. ibid. 615.* Dii dant adimuntque figuras. *Lucret. 4. 67.* Formai servare figuram. — *Plin. 25. 89. 1.* Ad figuram nucis avellanae. — **β)** *Figuras* dicuntur mortuorum umbrae, φαντάσματα, quas viventibus apparere putabant Veteres. *Virg. 10. Aen. 641.* Morte obita quales fama est volitare figuras, Aut quae sopitos deducunt somnia sensus. *Lucret. 4. 38.* cum saepe figuras Contuimur miseri, simulacraque luce carentum. — *Inscr.* apud *Orelli, n. 4847.* Cum vita functus iungar tis (*lege* tuis) umbra figuris. — **γ)** Translate. *Cic. 1. Invent. 27.* Maius et minus ex figura negotii, sicut ex statura corporis, consideratur. *Id. 3. Orat. 55.* Ut figuram orationis plenioris et tenuioris et item mediocris, ad id, quod agimus, accommodatam deligamus; h. e. stilum, genus dicendi. Et *2. ibid. 23.* Verborum gravitate et elegantia et copia suam quandam expressit quasi formam figuramque dicendi. *Ovid. 10. Heroid. 81.* Occurrunt animo pereundi mille figurae; h. e. modi. *Id. Art. am.* et *Trist.* Veneris figurae; *le posture*. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 43.* Figuram veri ducere; h. e. imaginem habere, verum imitari. *Caius, Dig. 39. 6. 30.* Mortis causa capitur, cum propter mortem alicuius capiendi occasio obvenit, exceptis his capiendi figuris; *questi casi*. *Masc. ibid. 35. 2. 30. 6 med.* Id, quod non figura conditionis accipere iussus est; h. e. sub conditione, vel sub ratione conditionis. *Auct. ad Herenn. 3. 15.* Figura vocis; h. e. conformatio et forma. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 151.* Te quoque flebilibus moerens, hyacinthe, figuris; h. e. notis, litteris. — **δ)** Speciatim

II. *Figura* apud Physicos usurpatur de atomis. *Lucret. 2. 385.* Dicere enim possis, caelestem fulminis ignem Subtilem magis e parvis constare figuris, Atque ideo transire foramina. *Quintil. 10. 2. 15.* Illas figuras Epicuri, quas e summis corporibus dicit effluere. Adde *Lucret. 2. 685.* et *seqq.* et *3. 191.* etc. — **β)** Apud Geometras *figura* dicitur illa, quae sub aliquo vel aliquibus terminis continetur, ut definit *Boeth. Eucl. p. 577. Lachm.*, coll. *3. in Categ. Aristot. p. 251. Migne* et *Cassiod. de Geom.* — *Figuras* autem *solidas* dicuntur ab *Eod. ibid.*, quae longitudine, latitudine et altitudine continentur. — **γ)** Apud Grammaticos et Rhetores *figura* est conformatio quaedam orationis, remota a communi et primum se offerente ratione, ut *Quintil. 9. 1. 4.* definit. Duplicis autem est generis, verborum et sententiarum: illud in singulis verbis, hoc in integra sententia fit. Utriusque generis plurimas enumerat *Cic. 3. Orat. 53.* et *54.* et *ibid. 59.* et *40.* et *Quintil. 9. 2.* et *3.* Cf. infra *Nota*. — **δ)** Harum figurarum plurimae species sine nomine proprio habentur, nempe *figuras per casus, numeros, praepositiones, genera, personas, verborum qualitatem, per modos temporum, per adverbiorum qualitatem, per pleonasmum, per eclogam verborum, et adverbiorum, et nominum si per pronomina*, de quibus V. suo loc. sub V. CASUS, NUMERUS, etc. — *Figura Graeca*. V. CASUS §. 18. — *Figura composita nominum*, inquit *Prob. Art. min. n. 49.*, intelligitur, quando non ex una parte orationis tantum invenluntur nomina esse constituta, etc. V. *ibid. n. 50.* et *seqq.*, coll. *Diomed. 3. 16. 7.* V. NOMEN. — Alia de figuris dabunt Grammatici *Quintil., Charis., Diomed., Priscian.* etc. — **ε)** Item apud Grammaticos significat etiam positionem, casum; *desinenza, forma. Quintil. 1. 4. extr.* Quaedam verba tertiae personae figura dicuntur, ut *licet, piget. Varr. 8. LL. 23.* et *9. ibid. 1.* et *3.* Figura verbi. Et *8. ibid. 36.* Nomina, quod quinque habent figuras, habere quinque casus. — **ζ)** Item aliquando apud Rhetores *figura* dicitur integra oratio, vel orationis bona pars, in qua aliquid describitur obliqua forma et ex qua aliud intelligatur: unde *figuratis controversiis* nomen est factum: item descriptio artificiosa alicuius rei, vel ut magis placeat, vel ut plenius percipiatur, vel ut magis id conficiat, quod volumus: quo sensu cum

Digitized by Google

colore nonnihil convenit. *Senec. 4. Controv. 29. a med.* Totam hac figura declamavit: non sum, inquit, vobis dicturus, etc. Et *5. ibid. 33. a med.* Hoc genere insectatus saeculi vitia, egregia figura, inquinatam et infamem reum maiorum criminum impunitate defendit. *Quintil. 9. 2. a med.* Quaesitum etiam est, quomodo responderi contra figuras oporteret: et quidam semper ex diverso aperiendas putaverunt, sicut latentia vitia rescinduntur. — **10)** Similis est ironiae, nisi quod ironia contrarium dicit, figura aliud. *Senec. 2. Benef. 11.* Haec ipsa non veraliter, nec ea figura, qua quidam reiiciunt, quae magis ad se volent attrahere. — **11)** Denique dicitur aliquando de scommate et dicto; *botta, motto, bottone, motteggio. Quintil. 9. 2. a med.* Nemo se tenuit, agens pro patre, quin figuras in filium faceret. *Suet. Vesp. 13.* Amicorum libertatem, causidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam lenissime tulit. — **12)** De *figuris syllogismorum* plurimus est *Boeth. 1. Prior. analyt. Aristot. 4.* et *seqq.*

Nota. Differt *figura elocutionis* a *figura sententiae* in hoc, quod haec immutato verborum ordine vel translato, manet nihilominus; illius autem si destruxeris vel immutaveris verba vel ordinem eorum non servaveris, manere non poterit. Nonnumquam tamen sententiae figura cum illa elocutionis coniungitur. Haec *Aquila, de fig. sentent. 20.*, qui seriem earum figurarum recenset. — **2)** Quomodo autem *figura* differat a *tropo*, V. TROPUS.

FĪGŪRĀLIS, le. Adiect. verbale a *figuro;* qui figuram habet. *Cassian. 8. Instit. 3.* Lineamenta membrorum, quae tanquam de homine figurali et composito describuntur. *Id. 5. ibid. 5.* Figurales hostiae.

FĪGŪRĀLĪTAS, ātis, f. Abstractum a *figuralis;* figuratus dicendi modus. *Fulgent. de contin. Virg. ante med.* Ergo sub figuralitate historiae plenum hominis monstravimus statum.

FĪGŪRĀLĪTER. Adverb. a *figuralis;* figurate. *Tertull. Testim. anim. 2., Sidon. 8. ep. 14. a med., Interpr. Irenaei, 4. haeres. 20. 6.* et *5. ibid. 8. 3.* et *Boeth. 1. Topic. Aristot. 1.*

FĪGŪRANTER. Adverb. a *figurans,* idem ac figuraliter. Habet *Diomed. 1.*

FĪGŪRĀTĒ. Adverb. a *figuratus.* — Comparat. *figuratius,* infra. — Est per figuras; *figuratamente. Ascon. in 2. Verr. 6.* Figurate dixit. *Sidon. 5. ep. 8.* Figuratius quem pungere. Adde *Euggpp. Thesaur. 191.*

FĪGŪRĀTIM. Adverb. a *figuratus;* idem quod figurate. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 10. 1.* Figuratim praenuntiavit *(Moyses)* eum *(diem)* Pascha nominans.

FĪGŪRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *figuro;* actus figurandi, itemque ipsa figura et conformatio; *figura, forma. Plin. 11. 88. 1.* Nervi hic teretes, illic lati, ut in unoquoque poscit figuratio. *Vitruv. 9. 4.* Zona duodecim signis conformata exprimit depictam a natura figurationem. — *Mar. Victorin. 1. 4. 64.* Figuratio oris *(in pronuntiatione). Id. 4. 1. 18.* Figuratio metrorum. — **2)** Item idem ac figura. *Apul. 1. Dogm. Plat. 1.* Sunt qui Platonem augustiore conceptu prolatum dicunt, quum quaedam Apollinis figuratio *(h. e.* ipsius Apollinis phantasma, sive ipse Apollo) Perictione se miscuisset. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* — **3)** Item imaginatio. *Quintil. 6. Declam. 13.* Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem penat. Et *12. ibid. 27.* Si spei figuratione tardius cadit. Et *6. ibid. 4.* O vanae figurationes, et pectora hominum alto errore confusa! — **4)** Item figurarum usus in dicendo, exornatio. *Lactant. 1. 11. ante med.* Officium poetae est in eo, ut, quae gesta sunt vere, in aliquas species obliquis figurationibus, cum decore aliquo conversa, traducat. *Front. 1. ad Antonin. Aug.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 2.* Quisquam illorum his figurationibus uteretur, quae Graeci schemata vocant? — **5)** Item positio, casus. *Gell. 17. 2. a med.* Insolitate dixit *diurnare,* pro diu vivere: sed ex ea figuratione est, qua dicimus perennare. — **6)** Denique *figuratio* est proprio nomine figura, quae Graece dicitur *ethopoeia,* apud *Iul. Rufinian. de schem. Dian. 15.* V. ETHOPOEIA.

FĪGŪRĀTĪTĬUS, a, um. Adiect. verbale a *figuro;* ad figuram pertinens, figurativus. *Primas.* in *epist. ad Hebr. 10.* Necesse erat, ut, sicut verbis praenuntiabatur, ita etiam et mysteriis praesignaretur, quatenus a figuratitiis transiret ad veritatem. Cf. voc. seq. §. 1.

FĪGŪRĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *figuro;* ad figuram pertinens, figuris constans. *Cassiod. 9. Hist. Eccl. 38. sub init.* Illa subtilia et figurativa legis Mosaicae quieverunt. *Incert. Auct.* in *Serm. Homin. 2. n. 2.* apud *Migne, Patrolog. Lat. T. 13. p. 646.* Sed quoniam nobis sacro fonte regeneratis et non iam figurativi, sed vivi agni carnes degustantibus, dictum, etc. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FIGURATIVA, ae, f. Est ipsa figura, seu figurae alicuius descriptio. Hinc *Hygin.* (edit. ab *A. Mai* in *Class. Auct. T. 5. p. 46.*) *fab. 127. in lemmate.* Pana figurativa; *h. e.* figura, etenim mox describitur ipse Pan, eiusque vestes et insignia indicantur. Haec *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon.*

FĪGŪRĀTO. V. FIGURATUS §. 8.

FĪGŪRĀTOR, ōris, m. Verbale a *figuro;* qui figurat et fingit. *Arnob. 6. p. 196.* Vobis ducibus et figuratoribus, luna femina est.

FĪGŪRĀTUS, a, um. Particip. verbi *figuro,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Est conformatus; *formato. Cic. 2. Nat. D. 65.* Boum terga declarant, non esse ad onus accipiendum figurata. *Tacit. Germ. 9.* Signum in modum liburnae figuratum. *Petron. Satyr. 33.* Ova figurata ex farina pingui. — **2)** *Figurata febris* apud *Theod. Priscian. 2. 1. ante med.* opponitur simplici, et videtur esse ea, quae vulgo a Medicis *febbre larvata* appellatur. — **3)** Item simpliciter figuram habens: cui oppunitur liquidus et fluens; *figurato. Cels. 2. 5. a med.* Venter ei, qui a periculo tutus est, reddit mollia, figurata. Adde *ibid. 8. ante med.* — **4)** Item figuris dicendi exornatus, ut Figurata oratio, *Quintil. 9. 1. ante med.* et Figuratum verbum, *Id. 8. 1. 1.* — **5)** *Figuratae controversiae,* sunt, in quibus tota oratione dissimulatio adhibetur, et causa non aperte et simpliciter, sed oblique agitur, et quasi furtim, ut per quandam suspicionem, quod non dicimus, intelligatur: quod fit, cum palam dicere vel tutum non est; vel non decet; vel si ea ratione maior causae venustas ac probabilitas acquiratur. Huius rei exemplum volunt quidam esse Aeschinis et Demosthenis orationem contra et pro Ctesiponte. *Quintil. 9. 2. 65.* Hinc *Hieronym. ep. 81. n. 1.* Praefatiuncula tua oblique, imo aperte petet. Poteram et ego, qui saepissime figuratas controversias declamavi, aliquid de vetere artificio repetere, et tuo te more laudare. Sed absit a me, ut, quod in te reprehendo, imiter. — **6)** *Figurati numeri* apud Mathematicos dicuntur, qui figura aliqua plana repraesentantur, quibus opponuntur numeri solidi. De his *Boeth. 2. Arithm. 17.* et *seqq.* Cf. NUMERUS. — **7)** *Figuratum nomen;* V. FIGURO §. 6. — **8)** Absolute, in ablat. casu,

FIGURATO, adverbiorum more, est idem quod figurate. *Tertull. 5. advers. Marcion. 14.* Licuit Christo esse sermonis Dei praecingi figurato. Ubi tamen alii putant *figurato* esse adiectivum.

FĪGŪRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *figura,* quod est a *fingo.* — **b)** Particip. *figurandus* §. *1., figuratus,* V. suo loco. — **c)** Derivata *figura* (V. hanc voc. *init.*), *figuralis, figuralitas, figuraliter, figurantor, figurate, figuratim, figuratio, figuratitius, figurativus, figurator.* — **d)** Composita, *effiguro, configuro, defiguro, effiguratio, exfiguro, infigurabilis, infiguratus, praefiguratio, praefiguro, refiguro, transfiguro.*

FIGURO proprie est figuram formamque induco, formo, effingo; *dar forma, formare. Cic. Univers. 6.* Mundum ea forma figuravit, qua una omnes reliquae formae concluduntur. *Senec. ep. 65.* Figurare aes in habitum statuae. *Petron. Satyr. 102.* Barbam peregrina ratione figurare. *Plin. 16. 72. 1.* Ficis humor lacteus: huic ad caseos figurandos coaguli vis. *Id. 36. 45. 3.* Medullae in ossibus in lapidis naturam figurantur. *Id. 8. 54. 1. de fetibus ursinis.* Hi sunt candida informisque caro: hanc lambendo paulatim figurant. *Ovid. 3. Amor. 14. 24.* Inque modos Venerem mille figuret amor. — Absolute. *Cic. 1. Nat. D. 53. de Atomis.* Pellere se et agitari inter se concursu fortasse possent; formare, figurare, colorare, animare non possent. — **2)** Translate est informare, instituere, repraesentare. *Horat. 2. Ep. 1. 126.* Os tenerum pueri balbumque poeta figurat. *Lucret. 4. 552.* Has penitus voces . . . Mobilis articulat, verborum daedala, lingua, Formaturaque labrorum pro parte figurat; *forma in parole. Id. 2. 413.* Musaea mele, per chordas organici quae Mobilibus digitis expergefacta figurant. — *Prudent. Psychom. 66.* Matrona sub umbra Legis adhuc pugnans, dum tempora nostra figurat; *h. e.* typus et figura est nostrorum temporum. — **3)** Specialim

II. *Figuro* apud Grammaticos et Rhetores est etiam figuris rhetoricis exornare. *Quintil. 9. 1. ante med.* Tam translatis verbis, quam propriis figuratur oratio. *Senec. procem. l. 5. Controv.* Affectus efficaciter movit: figurabat egregie: praeparabat suspiciose. — **4)** Item imaginari, fingere; *figurarsi. Id. 3. Controv. 17. ante med.* Qui in crepidine viderat Marium, in sella figuravit. *Senec. altor, 2. Ira, 35. post med.* Quales ad bella excitanda exeunt Furiae, talem nobis iram figuremus. *Curt. 7. 1. ad fin.* Utinam prudentius esset sollicita pro filio, et non inanes quoque species anxio animo figuraret. *Quintil. 9. Declam. 6. extr.* Figurare potestis, qui tunc animus mihi, quae cogitatio fuerit. *Id. 12. ibid. 7.* Figura tibi exesos vultus, decrescentem populum, iam praemortuas vires. — **5)** Item apud Grammaticos est positionem tribuere, per casus aut tempora declinare, componere. *Maximin. Art. metr. 6. S.*, quae finitur, si ante eam *a* habuerit, vel *e*, producitur, ut *amas, doces;* excepto uno monosyllabo *es*, et quae ex his figurantur, ut *ades.* Adde *ibid. 7.* et *Macrob. de Differ. verb. p. 638.* — **6)** Hinc *figuratum nomen* dicitur, quod diversam positionem sortiri potest pro diversa eius usurpatione. Sic *exercitus*, qua fatigatum significat, ad *docti* formam per omnes casus declinabitur; qua vero multitudinem hominum, ad formam *fluctus* declinari pronuntiatur. *Prob. Art. min. 4. 424. p. 522. Endl.*

FĪLĀMEN. V. FLAMEN.

ed by Google

FĪLANS. V. FILO.

FĪLĀTIM. Adverb. a *filatus;* per fila, vel filorum in modum; *per filo*. *Lucret.* 2. 828. Ut ŭt, ubi in parvas partes discerpitur aurum, Purpura, puniceusque color clarissimu' multo, Filatim cum distractus disperditur omnis.

FĪLĀTUS. V. FILO.

FĪLECTUM. V. FILICTUM.

FĪLĒTĬUS, a, um. Adiect. verbale Graecum, φιλητίος; amandus, a φιλέω; amo, quod Latinis litteris legitur in *Inscr.* apud *Orelli*, n. 4794. Sodaliciarius, bonus, amoratus, filetius usque ai fotsa *(lege* usque ad fossam); A. e. usque ad tumulum.

FĪLĬA, ae, f. Nomen a *filius*, quod V. — **b**) *Fia* scribitur pro *filia* in *Inscr.* Etrusco-Romana apud *Fabretti*, *Gloss. Ital. p. 474.*, coll. *Corp. Inscr. Lat. Vol. 1. n. 1347.* Sic et Venetorum dialecto *fia* pro *figlia* vulgo dicitur. — Item *feilia* et *filea* pro *filia* in aliis in eodem *Corp. Inscr. Lat. Vol. 1. n. 84., 1008.* et *1059.* — **c**) Graecorum more, ex vulgari solaecismo, *filies* pro *filiae* in genitivo legitur in *Inscr.* apud *Cavedoni*, *di due Cimit. Crist. p. 30. n. 7.* — **d**) In dat. et ablat. plur. habet *filiis*, sed aliquando et *filiabus*, etiam ubi distinguere non est opus. *Inscript.* apud *Grut. 750. 6.* Bene sit filiis, filiabus meis, qui me bene coluerunt. *Liv. 24. 26.* Cum duabus filiabus virginibus. *Cato* apud *Priscian. loc. cit.* Dotes filiabus suis non dant. Adde *Senec. 1. Quaest. nat. sub fin.* V. ASINA §. a. — **e**) Derivata et composita V. in FILIUS suo loco.

FILIA est proles femina: *figlia*, *figliuola*. *Cic. Cluent. 64.* Despondit ei filiam suam. *Ter. Phorm. 4. 3. 40.* Filiam suam unicam locare. *Id. Adelph. 3. 2. 3.* Herilis filia. *Id. Heaut. 3. 3. 41.* Filia adolescentula. *Id. Adelph. 3. 4. 20.* virgo. *Horat. 1. Od. 16. 1.* O matre pulchra filia pulchior. Adde *Cic. 2. Rep. 37.* et *Quintil. 9. 2. 70.* — *Liv. 38. 57.* Huic Graccho minorem ex duabus filiis nuptam fuisse convenit. Adde *Plaut. Stich. 4. 1. 61.*, *Enn.* apud *Priscian. 7. p. 753. Putsch.* et *Hirt. B. Alex. 33.* Adde loca allata supra §. d. — **2**) Specialim *filiafamilias* dicitur, quae patrem vivum habet, et sub eius potestate est. *Senec. Consol. ad Helv. 14.* Tu filiafamilias locupletibus filiis ultro contulisti. *Ulp. Dig. 14. 6. 9.* Filiaefamilias mutuum dare. Et *ibid.* Hoc senatusconsultum ad filias quoque familiarum pertinet. V. FILIUS §. 3. — **3**) Translate. *Paulin. Nolan. carm. 21. 305.* posita Gallorum solo Massilia Graiùm filia; A. e. cuius cives a Graiis oriundi. *Horat. 1 Od. 14. 11.* Pontica pinus, Silvae filia nobilis. *Martial. 13. 33.* Filia Picenae venio lucanica porcae. — Sic apud *Vulg. Interpr. Thren. 3. 13. Filias pharetrae*, sunt sagittae. Et *Eccl. 12. 4. Filias carminis* sunt aures, quippe quae carminibus pascuntur. — **4**) Eadem ratione item apud eundem *Vulg. Interpr.*, ex orientalium populorum consuetudine,

II. *Filia* in sing. num., sequente loci cuiuspiam nomine, indicat urbem aut provinciam. *Isai. 37. 22.* despexit te et subsannavit te, virgo filia Sion. *Ierem. 50. 42.* Paratus ad praelium contra te, filia Babylon. Adde *51. 33. Thren. 2. 13.* Filia Ierusalem. *Isai. 47. 5.* Filia Chaldaeorum. *Ierem. 46. 11.* et *seqq.* Filia Aegypti. *Thren. 4. 22.* Filia Edom. — **5**) Et pro omisso nomine proprio, addito alio communi. *Isai. 23. 10.* Transi terram tuam, quasi fluvium, filia maris; A. e. Tyro civitas commercio maritimo florentissima. *Ierem. 9. 1.* Plorabo die ac nocte interfectos filiae populi mei; A. e. Ierusalem, aut gentis Iudaeorum. *Ezech. 16. 44.* et *seqq. de Ierusalem*. Ecce omnis, qui dicet vulgo proverbium, in te assumet illud, dicens: sicut mater, ita et filia eius. Filia matris tuae es tu . . . Et soror tua maior, Samaria . . . soror autem tua minor te, quae habitat a dextris tuis, Sodoma, etc. — **6**) In plur. num. *filiae* significantur urbes et oppida minora et pagi. Sic *Ezech. 16. 48.* Vivo ego, dicit Dominus, Deus, quia non fecit Sodoma soror tua (scil. *Ierusalem*), ipsa et filiae eius, sicut fecisti tu et filiae tuae. *Ierem. 49. 2.* Ecce dies veniunt, dicit Dominus: et auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon (A. e. Urbem principem Ammonitarum), et erit in tumulum dissipata, filiaeque eius igni succendentur. Et *3.* Ulula, Hesebon, quoniam vastata est Hai: clamate, filiae Rabbath. *Ita edit. Rom.*, alii leg. *filii*. Adde *1. Paral. 8. 12.* — **7**) Item incolae, cives eius urbis vel oppidi, vel regionis. *Cantic. 1. 4.* Nigra sum, sed formosa, filiae Ierusalem. Et *3. 11.* Egredimini et videte, filiae Sion, regem Salomonem, etc. *Psalm. 96. 8.* Exsultaverunt filiae Iudae. *Isai. 16. 2.* Filiae Moab. — *Thren. 3. 5.* Oculus meus depraedatus est animam meam in cunctis filiabus urbis meae. — **8**) Si sequatur nomen patriarchae *filia* vel *filiae* dicuntur, quae ex posteris eius sunt. *Luc. 1. 5.* Et uxor illius de filiabus Aaron. — **9**) Specialim

III. *Filia Dei alieni* est externae nationis, alienigena, ratione habita Hebraeorum, qui unum verum Deum colebant. *Malach. 2. 11.* Habuit (scil. *uxorem*) filiam Dei alieni. — **10**) *Filia feminarum* est pulcherrima; *Hebraismus*. *Daniel. 11. 17. de Antiocho*. Et ponet faciem suam ut veniat ad tenendum universum regnum eius et recta faciet cum eo: et filiam feminarum dabit ei, ut evertat illud; A. e. Cleopatram, quam Ptolemaeo in matrimonium collocavit. V. CLEOPATRA in ONOM. — **11**) *Filia latronis* apud *Mich. 5. init.* dicitur ipsa Ierusalem: V. integr. loc. — **12**) *Filia multitudinis*, videtur nomen proprium loci cuiusdam in illo *Cantic. 7. 4.* Oculi tui sicut piscinae in Hesebon, quae sunt in porta filiae multitudinis. V. BATH RABBIM in ONOM. — **13**) Absolute *filia* dicitur sensu spirituali de muliere fideli. *Matth. 9. 22. de muliere haemorrhoissa*. Confide, filia, fides tua te salvam fecit. — Sic *filia Abrahae* dicta est mulier ab infirmitate sua sanata a Christo Domino, *Luc. 13. 16.* V. FILIUS §. 11.

FĪLĬĂPĂMĬLĬAS. V. voc. praeced. §. 2.

FĪLĬĀLIS, le. Adiect. a *filia* vel *filius;* ad filios pertinens. *Augustin. Serm. Fest. Pentecost.* Filiali obedire amore.

FĪLĬASTER, tri, m. Nomen a *filius*, syllabica adiectione productum; privignus; *figliastro*. Legitur in *Inscript.* apud *Grut. 645. 4.*, *681. 8.* et *682. 9.*, et apud *Murat. 1135. 1.* et *1152. 4.* et apud *Maff. Mus. Ver. 319. 2.* et apud *Don. cl. 10. n. 67.* Est tamen non probae notae verbum, seu potius plebis Romanae proprium. At melioris notae est *Inscript.* in *Giorn. Arcad. T. 11. p. 43.* M. Clodio Satyro Antonia Fortunata filiastro suo bene merenti.

FĪLĬASTRĂ et Filiatra, ae, f. Nomen a *filiaster;* privigna: *figliastra*. Vox eiusdem notae cum praecedenti. *Inscript.* non malae tamen notae in *Giorn. Arcad. T. 8. p. 147.* L. Domitius Eutychus fecit filiastrae piissimae. — *Alia* apud *Murat. 1938. 6.* Vitalis patrater filiatrae suae Victoriae.

FĪLĬĀTĬŌ, ōnis, f. Nomen abstractum a *filius;* derivatio filii a patre; *filiazione*. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 14. ant. med.* Cum, etsi Paulus, vel Petrus ad hoc pervenissent, nihil Iesus potuerat ab horum filiatione differre. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 24.* Duplex enim generatio eius *(Christi)*; una quidem in divinitatem et filiationem, occulta, divina, et quae fide intelligatur; alia autem in carnem venire et ferre carnem. Adde *Mar. Mercat. variant. Nestorii Serm. 2. p. 765. Migne.*

FĪLĬĀTRĂ. V. FILIASTRA.

FĪLĬCĀTUS (et Pelicatus), a, um. Adiect. a *filix*, participiorum more efflictum; filicis folia insculpta habens; *lavorato a fogliami*. *Cic. Parad. 1. 3.* Minus ne gratas Diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? *Id. 6. Att. 1. circa med.* In filicatis lancibus et splendidissimis canistris.

FĪLĬCĪNĂ, ae, f. Nomen herbae, aliter *radiolus* appellatae, a *filix*, quasi ad filicem pertinens. *Apul. Herb. 84.* Herbam radiolum, quam alii filicinam vocant, similis est filici, quae in lapideis nascitur vel in parietibus. Cf. FILICULA.

FĪLĪCISSĬMUS. V. FELIX §. b.

* FĪLĪCON. V. PHILICON.

FĪLĪCŌNES (et Felicones), mali, et nullius usus: a filice dicti. *Festus*, apud *Paul. Diac. p. 86. Müll.*, qui legit *Felicones*. Cf. ibi adnotata.

FĪLICTER *pro* Feliciter. V. FELICITER *init.*

FĪLICTUM et Filectum, i, n. Nomen a *filix*, quo significatur locus filice obsitus; *felceto*. *Colum. 2. 2.* Locus filictis, aliisque frutetis impeditus. *Pallad. 9. 3.* Exstirpare carecta atque filicta.

FĪLĪCŬLĂ (et Felicula), ae, f. Deminut. a *filix;* parva filix, herba. *Plin. 26. 57. 1.* Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cavernosa, ceu polyporum cirri, subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis. Adde *Caton. RR. 158.*, ubi et *felicula* legitur. — Fortasse et *filicula* pro *felicina* legendum est etiam apud *Apul. Herb. 84.* V. FILICINA.

FĪLĬĔTAS, ātis, f. Abstractum a *filius*, idem fere quod filiatio: *figliuolanza*. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 27.* Ista enim sunt virtus et sapientia Dei, quod est Salvator Iesus, progressio est et generatio, et in substantiam filietas processio et in actionem effulgentia et refulgentia. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 14. ante med.* Ex quo apparet filietas Salvatoris nostri, nullam habens commixtionem ad ceterorum filietatem.

FĪLĬŎLĂ, ae, f. Deminut. a *filia;* parva filia; *figliuoletta*. *Cic. 1. Divin. 46.* Filiolam suam Tertiam animadvertit esse tristiculam. Adde *M. Aurel.* apud *Front.* ad *M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *5. ep. 35.* et *Iuvenal. 6. 241. Plaut. Cist. 2. 3. 29.* Istanc . . . ego amicae meae Dedi, quae educaret eam pro filiola sua. Adde *4. 1. 15.* et *Rud. prol. 39.* — **2**) Adhibetur quoque in blanditiis. *Ennod. Opusc. 5. Eucharist. post med.* Poposci in matrimonium cuiusdam nobilissimae et tibi bene compertae parvulam filiolam. — **3**) Ironia quaedam inest in illo *Suet. Tib. 53.* Nurum Agrippinam post mariti mortem liberius quiddam questam, manu apprehendit, Graecoque versu, *si non dominaris*, inquit, *filiola, iniuriam te accipere existimas?* — **4**) Dicitur per contemptum de homine imbelli ac molli. *Id. 1. Att. 14. a med.* Totus ille grex Catilinae, duce filiola Curionis; A. e. C. Curione C. f. — **5**) Translate de litteris a Cadmo inventis. *Auson. ep. 7. 32.* Nec iam fissipedis

Digitized by Google

per calami vias Grassatur Gnidiae sulcus arundinis, Pingens aridulae subdita paginae Cadmi filiolis atricoloribus. — Huc spectat et illud *Cic. Mur. 10.* Quoniam mihi videris, hanc scientiam iuris, tamquam filiolam, oculari tuam.

FĪLĬŎLUS, i, m. Deminut. a *filius;* parvus filius; *figliolino. Cic. l. Att. 2.* Filiolo me auctum scito, salva Terentia. Adde *Iuvenal. 6. 590.* et *9. 85. Plaut. Capt. 4. 2. 96.* Qui tibi surripuit quadrimum puerum filiolum tuum. Adde *True. 2. 8. 10.* et *4. 5. 31.* — **B)** Qui *filioli* alicuius cognatione spirituali ὑποκοριστικῶς dicuntur, occurrunt saepe apud *Vulg. Interpr. Ioh. 1. ep. 2. 1.* Filioli mei, haec scribo vobis, ut non peccetis. Adde *Marc. 10. 24., Ioh. 13. 33.* etc.

FĪLĬOS. V. voc. seq. §. b.

FĪLĬUS, ii, m. Nomen parum certae originis. Videtur esse a φίλος, foederatus, quod a φίλος; amicus, vel a φῦλον; genus, mutata littera υ in *i*, ut saepe alias, aut a φίλος υἱός per contractionem, ut putat *Caredoni* in *Memor. di Modon. Continuaz. T. 1. p. 129. Isid.* autem *9. Orig. 3. 11.* « *Filius* et *filia* a *familia* dicti, ipsi enim primi in ordine nascentium exsistunt. » — **b)** *Fellius* scribitur in *Inscr.* in *Bullett. Napolet. a. 1853. p. 56., Felius* in *alia* apud *Fabretti, Gloss. Ital. p. 460.* ex *Perret, Catac. de Rome, pl. LXIV. n. 15.* — *Filios* in recto casu, ἀρχαϊκῶς, *feilei* in plur. num., *filei*, et *filiei* in *Inscriptt.* editis in *Corp. Inscr. Lat. Vol. 1. n. 32., 1284., 1272.* et *1275.* — **c)** *Fili* in dativo pro *filio*, si sana est lectio, legitur in *Inscr.* edita in *Civiltà Cattolica, Ser. V. Vol. 6. p. 607.* — **d)** *Filie* in vocativo pro *fili* obsoletum est. *Liv. Andron.* apud *Priscian. 7. p. 741. Putsch.* Pater noster, Saturni filie. — **e)** Prima contracta perperam effertur in Inscriptione metrica labentis Latinitatis apud *De Rossi, Inscr. Christ. T. 1. p. 475.* Optasti in manibus filiorum saepe tuorum etc.; nisi mavis trisyllabum factum per synizesin. Cf. *Ritschel, Proleg. in Plaut. p. CLXI.* — **f)** Derivata, *filia, filialis, filiaster, filiastra, filiatio, filiatus, filiola, filiolus.* — **g)** Composita, *affiliatio, affiliatus, filiafamilias, filiusfamilias, profilius.*

FILIUS dicitur proles masculina, gnatus; *figlio, figliuolo. Enn.* apud *Varr. 7. LL. 2.* Extemplo acceptum me necato et filium. *Cic. 3. Nat. D. 38.* Ut condemnaretur filius, aut nepos, si pater, aut avus deliquisset. *Id. 2. Fin. 18.* Sex. Peducaeus, qui hunc nostrum reliquit, effigiem et humanitatis et probitatis suae filium. *Ter. Adelph. 4. 5. 73.* Quid hoc est negoti? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse? *Id. Heaut. 1. 1. 41.* Filium unicum adolescentulum habeo. *Id. Phorm. 2. 1. 23.* Phaedria, mei fratris filius; *mio nipote. Cic. Dom. 14.* Qui filii tibi loco per aetatem esse potuit. *Id. in Senat. 15.* Frater, qui in me pietate filius, consiliis parens inventus est. *Quintil. procem. l. 6.* Filios eniti. *Id. 4. 2. ante med.* educare. *Cic. Dom. 14.* Adoptare sibi aliquem filium. Et *ibid.* Aliquem filium instituere. *Eod. sens.* — **2)** In quibusdam Inscriptionibus optimae notae sigla *F.* vel *Fil.*, vel integra vox *Filius* iteratur, ut nempe ille, cuius mentio ibi fieret, a patre, vel ab alio aliquo distingueretur, qui eodem praenomine, nomine et cognomine praeditus esset. Hinc *Inscript.* apud *Catalanium, Antich. Ferman. p. 39.* L. Papirii C. f. Lem. Adoptati *F. Alia ibid.* L. Scribonius L. f. Libo pater, L. Scribonius L. f. Libo fil. *Alia ibid.* M. Laevius T. l. Dionysius hoc monumentum fecit M. Laevio M. f. Pal. Nigro *filio* suo. — **3)** In plur. num. *filii* sine distinctione de utroque sexu accipiuntur. *Quintil. 9. 3. 63.* Συνεζευγμένοις iungit et diversos sexus, ut quum marem feminamque filios dicimus. *Gell. 12. 1.* Quo *(vinculo)* parentes cum filiis natura consociat. *Iavol. Dig. 1. 16. 84.* Filii appellatione omnes liberos intelligimus. Adde *Minuc. Oct. 31., Arnob. 4. 16., Lactant. Placid. 6. fab. 3.* etc. — **4)** Latissimo autem sensu filii appellantur etiam posteri, qui ex eadem stirpe sunt progenati, ut nepotes, pronepotes, et quos Graeci nomine patronymico ut plurimum indicant, more inter Romanos quoque praesertim Poetas recepto. Cf. ABANTIADES, ACRISIONIADES, etc. in ONOM. Sic apud *Vulg. Interpr.* passim *filii Abraham, filii Israel, filii Beniamin*, etc. dicti sunt posteri Abraham, Iacobi, Beniamin, etc. — In illo *Iob. 19. 17.* Orabam filios uteri mei; *h. e.* nepotes; filios enim ruina oppresserat. — **5)** Specialim *filiusfamilias* dicitur, qui sub patris adhuc est potestate. *Cic. Cael. 15. sub fin.* Ilium filiumfamilias, patre parco ac tenaci, habere devinctum non potes. V. FILIA §. 2. — **7)** Universim *filii* ratione parentum vel matrimonii varie distinguuntur, nempe in *legitimos* et *illegitimos*, hosque in *naturales, nothos, spurios, fenenios;* item in *vopiscos* et *posthumos*, de quibus V. has voces, suo quamque loco. — Cuius autem pater ignoratur, *terrae filius* dicitur, ut infra quoque adnotabimus. V. §. 20. Hinc *filius omnium* apud *Tertull. Apol. 8.*, qui ex communi incerto natus est, appellatur. — **8)** Metaphorice tribuitur aliquando et brutis animalibus. *Colum. 6. 37.* Eiusmodi admissarius nepotibus magis, quam filiis, utilior est. Adde *Schol. Iuvenal.* ad *Sat. 10. 231.* V. loc. in INCITO. — **9)** Translate dicitur quoque de rebus inanimis. *Vulg. Interpr. Isai. 21. 10.* Fili areae meae; *h. e.* grana e frumento excussa, proprie, translate Israelitae. V. AREA §. 2. — *Id. ibid. 5. 1.* Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei; *h. e.* in solo pingui, ut *LXX.* et *Chaldaeus* habent, teste *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad *h. v.* — **10)** Praeterea

II. *Filius* accipitur non solum *natura*, sed etiam *adoptione*. Hinc *adoptivi* quoque *filii* proprio nomine appellantur ex vulgari usurpatione. V. ADOPTIO, ADOPTIVUS, etc. — Hoc sensu apud *Vulg. Interpr.* saepissime in Novo Testamento *filii Dei* dicuntur, qui fide ad eum pertinent et baptismate sunt ab eo regenerati. *Ioh. 1. 12.* Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Et *ad Rom. 8. 16.* Ipse autem Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii et haeredes. — **11)** Item *filii* appellati sunt imitatione et doctrina, sive institutione aut morum similitudine. Sic *filii Abrahae* dicti sunt qui ex gentibus Abrahae fidem imitantur, quemadmodum *filii Diaboli* sunt vocati, qui Diabolum velut patrem sequuntur et imitantur. *Matth. 3. 9.* Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae (Cf. *Ioh. 8. 39.* Vos ex patre Diabolo estis). Et *1. Ioh. 3. 10.* In hoc manifesti sunt filii Dei et filii Diaboli. *Matth. 13. 38.* Filii nequam; *h. e.* τοῦ πονηροῦ, *scilicet* Diaboli. — Huc spectat etiam illud *Genes. 6. 2.* videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores; *h. e.* filii Seth hominis pii et religiosissimi, qui scelestas ex posteris Cain impii viri filias duxerunt uxores. — **12)** Hinc discipuli, et sectatores scholae sive doctrinae alicuius, filii quoque appellantur. Sic *filii prophetarum* apud *Vulg. Interpr. 4 Reg. 3. 2.* et *Filii cantorum, Id. 2. Esdr. 12. 28.* — Hinc Christus apud *Matth.* ait *12. 27.* Si ego in Beelzebub eicio daemones, filii vestri in quo eiiciunt?; *scilicet* discipuli Pharisaeorum. — **13)** Hinc *filii* appellantur regenerati omnes in Ecclesia Christi, ratione habita eorum, qui illos fide imbuerunt et baptismate unxerunt. Sic *1. Tim. 1. 2. Timotheo dilecto filio* scribit Paulus. Adde *2. ibid. 1. 2., Tit. 1. 4.* etc. V. PARENS. — **14)** Item etiam *filius* dicitur, qui aliquem tamquam patrem filiali pietate prosequitur, et veneratur eique praesto est. *Id. Ioh. 19. 29.* Mulier, ecce filius tuus. — **15)** Eadem fere ratione, ultimis praesertim Romani Imperii temporibus, *filios*, Caesarum dignitate a se donatos, compellabant Imperatores, ut ii vicissim Augustos, *patres* appellabant: itemque senatores iuniores a senioribus *filii* vocabantur, qui eos *parentes* nominabant. *Lactant. Mort. pers. 20.* Sed eum *(Licinium)* Caesarem facere noluit *(Maximianus)*, ne filium nominaret. V. integr. loc., coll. *ibid. 33. Symmach. 2. ep. 14.* Aurelianum filium meum, qui nunc cohortes urbanas gubernat in amicitiam, te iubente, suscepi. *Id. ibid. 16.* Si necdum filii mei Nicasii laudabiles mores et honestum institutum didicisti, etc. — **16)** Item *filius Ecclesiae* dictus est Valentinianus Imp., quod fidem Christi teneret, ab *Ambros. ep. 55.* ad *Eund.* Quid enim honorificentius, quam ut Imperator Ecclesiae filius esse dicatur? — **17)** Adhuc latiore significatione *filii* quoque appellantur, ratione habita patriae. Sic apud *Catull. carm. 37. 18.* Celtiberiae filius; *h. e.* incola, civis, natione Celtiber. — Apud *Vulg. Interpr. Isai. 11. 14., Ierem. 49. 28.* et *Ezech. 28. 10. filii Orientis* dicti sunt accolae ad Orientem. Quo revocari potest elegantia illa sacrae linguae *Isai. 14. 12.*, ubi nobis est *lucifer*, hebraice autem *filius auroras*. — Sic et *filii maris* dicuntur *Osee, 11. 10.* populi remotissimi trans mare positi. — **18)** Hoc sensu *filii*, addito nomine urbis, oppidi vel regionis, indicantur in Sacris Litteris, qui cives sunt alicuius regni vel civitatis, quae quasi parens habetur. *Ierem. 2. 16.* filii Mempheos et Taphnes. *Ezech. 30. 5.* Filii terrae foederis. *Amos, 9. 7.* Filii Aethiopum. *Daniel, 8. 13.* De filiis captivitatis Iudae, etc. — **19)** Ex his notionibus, aliisque id genus, explicari possunt quaedam formulae seu dicendi genera, tam apud profanos, quam apud Sacros Scriptores obvia, nimirum

III. *Filius fortunae* is dicitur, cui omnia ad votum succedunt; *fortunato. Horat. 2. Sat. 6. 49.* — Eod. sensu dicitur *albae gallinae filius* a *Iuvenal. 13. 141.* — **20)** *Terrae filius*, cuius pater genusque ignoratur, ignobilis, obscurus: terra enim communis omnium parens est. *Cic. 1. Att. 13. ad fin.* Et huic terrae filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo. Adde *Fam. 7. 3.* et *Pers. 6. 39.* — **21)** Contra *coeli filius* de admirabili ac nobili viro dicitur. *Lactant. 1. 11. ex Minucio Fel.* Saturnum, cum fugatus esset a filio, in Italiamque venisset, Caeli filium dictum, quod soleamus eos, quorum virtutem miremur, aut repentino advenerint, de caelo cecidisse dicere: terrae autem, quod ignotis parentibus natos, terrae filios nominemus. Eadem habet *Tertull. Apolog. 10.* — **22)** *Castrorum filius* appellari voluit Caligula, teste *Suet. Cal. 22.*, quod a puero in castris educatus fuerit; quemadmodum nonnullae Augustorum uxores dictae fuerunt *castrorum matres*. V. MATER. — **23)** *Filius mortis*, hoc est dignus supplicio, morti debitus. *Vulg. Interpr. 1. Reg. 20. 31.* et *2. ibid. 12. 5.* — **24)** *Filius perditionis; h. e.* homo perditus, exitio destinatus, apud *Ioh. 17. 12.* de Iuda, et *2. Thessal. 2. 3.* de Antichristo. — **25)** Eodem sensu dicitur *filius gehennae* apud *Matth. 23. 15.* — **26)** Itemque *filii maledictionis* apud *2. Petr. 2. 14.*; nempe diris devoti et exsecrabiles. — **27)** *Filii subtractionis;*

Digitized by Google

h. e. qui se divinis mandatis subducunt, iugum detrectantes. *Hebr.* 10. extr. — **28**) *Filius homicida*; h. e. homicida, 4. *Reg.* 6. 32. — **29**) *Filii nuptiarum* apud *Marc.* 2. 19., qui *filii sponsi* dicuntur *Matth.* 9. 15., nimirum amici, cognati agnatique sponsi et sponsae. — **30**) *Filii tumultus*; h. e. tumultuantes, dicti sunt Moabitae, *Ierem.* 48. 45. — **31**) *Filii olei*; h. e. gratiae unctione pleni et vitae doctrinaeque splendorem ex omni parte diffundentes, dicti sunt Enoch et Elias, qui et *duae olivae* etiam, et *duae spicae olivarum* vocantur *Zachar.* 4. 11. et *seqq.* Quid sunt duae olivae istae ad dexteram candelabri et ad sinistram eius? . . . Quid sunt duae spicae olivarum, quae sunt iuxta duo vestra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me, dicens: Numquid nescis quid sunt haec? Et dixi: Non, Domine mi. Et dixit: Isti sunt duo filii olei, qui assistunt dominatori terrae. — Id patet ex *Apoc.* 11. 3–4. Et dabo duobus testibus meis et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duae olivae et duo candelabra in conspectu Domini terrae stantes. — **32**) *Filius pacis*; h. e. vir pacificus, et dignus benedictione. *Luc.* 10. 5. Dicite, Pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. — **33**) *Filii lucis*; h. e. studiosi veritatis et iustitiae; quibus opponuntur *filii huius saeculi*; h. e. qui res mundanas curant. *Luc.* 16. 8. Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. — **34**) *Filii regni*, dicti, quibus promissio facta est regni caelestis, quae adimplebitur suo tempore, si bene agent in hac vita. *Matth.* 8. 12. et 13. 38. — **35**) *Filii sapientiae*; h. e. religionis Christianae unice studiosi. *Matth.* 11. 19. — **36**) *Filii resurrectionis*; h. e. quibus promissa est resurrectio ad vitam aeternam. *Luc.* 20. 36. — **37**) *Filius unius aut plurium annorum*; h. e. qui unum aut plures annos habet. *Ierem.* 52. 1. Filius viginti et unius anni erat Sedecias, cum regnare coepisset; h. e. erat annos XXI. natus. Et 1. *Reg.* 13. 1. Filius unius anni erat Saul, cum regnare coepisset; duobus autem annis regnavit super Israel; h. e. principio imperii ea erat innocentia Saul rex, qua infans unius anni: sed talis non nisi per biennium perseveravit. Si enim non integritatis, sed regni annos numeras, Saul annis XL. regnavit, teste *Luc.* in *Act.* 13. 21. — **38**) Denique *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. adnotat: « distinguunt Hebraei *filios hominum* a *filiis viri*: nam *filii viri* sunt nobiles et insignes; *filii hominum*, plebeii et viles. Sic, ubi nos habemus in *Psalm.* 48. 3. *terrigenae et filii hominum* ipsi legunt, *filii hominis et filii viri*; h. e. plebeii et nobiles. Migravit Hebraismus hic etiam in Syriacum; quo factum ut Christus Dei filius se *filium hominis* (*Matth.* 16. 13.) appellaret. Hinc (*Salmeron, Comment. in N. T. Vol. 1. Prolog. 13.*), se Christus filium hominis modestissime dixit, ut nos terrae filium dicimus, ignobilem, obscurum, contemptum. » Cf. *Psalm.* 79. 18. *Augustin.* autem 2. *Cons. Evang.* 1. ait, Christum semetipsum filium hominis appellare consuevisse, ut nobis commendaret, quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Cf. *Drach, Harm. de la Synag. T.* 2. *p.* 542., 479. apud *Cavedoni, Lexic. Evang.* ad h. v.

Nota. Discrimen inter *liberos* et *filios* tradit *Isid.* 9. *Orig.* 5. 17. et 18. « *Filii* autem ideo in legibus *liberi* appellantur, ut isto vocabulo secernantur a servis, . . . Item *liberi* dicti, quia ex libero sunt matrimonio orti. Nam *filii* ex libero et ancilla servilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur, deteriorem parentis statum sumit. »

FĪLIUSFĂMĪLĬAS. V. voc. praeced. §. 5.

FĪLIX, īcis, f. Nomen herbae cuiusdam ita dictae a singularitate *foliī*, ut tradit *Isid.* 17. *Orig.* 9. 105. — **b**) Scribitur et *felix*, quod probat etiam *Muller* in *Comment.* ad *Fest.* sub v. *Felicata p.* 86. Hinc *Gloss. Lat. Gr.* Felox (*lege* Felix), δρύοπτερις. — **c**) Idem dicendum est etiam de derivatis, *filicatus, filicina, filiceus, filicetum, filicula*.

FILIX, Italice, levi mutatione, *felce*, herba est, de qua ita *Plin.* 27. 53. 1. Filicis duo genera nec florem habent, nec semen. Pterin Graeci vocant, cuius ex una radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore: hanc marem existimant. Alterum genus thelypterin Graeci vocant: est autem singularis, atque non fruticosa, brevior, mollior que, et densior, foliis ad radicem canaliculata. Folia utriusque lateribus pinnata: radices longae in obliquum, nigrae etc. *Virg.* 3. *G.* 297. filicumque maniplis Sternere humum. Et 2. *ibid.* 189. Filix invisa aratris; *scil.* quia radicibus remoratur. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 37. Neglectis urenda filix innascitur agris. Adde *Colum.* 2. 2. — **b**) Translate de pilis circa virorum genitalia nascentibus usurpat *Pers.* 4. 41. Non tamen ista filix ullo mansuescit aratro.

FĪLIX. V. FELIX §. b.

FĪLO, as, āvi, ātum, are. Verbum transitivum rarissimi usus; neo; *filare*. *Gloss. Paris.* apud *Quicherat, Add. Lex. Lat.* Neut, flant, Neverant, flaverant. — Particip. *flatus* pariter in *Glossis* apud *Evnd. ibid.* legitur. — **b**) Translate. fili instar distillo. *Venant. Vit. S. Martin.* 3. 112. Turgida plaga necem vomuit de vulnere flans.

FĪLUM, i, n. Nomen parum certae originis. *Varr.* 5. *LL.* 25. Filum, quod minimum est hilum, id enim minimum est in vestimento. *Isid.* 19. *Orig.* 29. Fila dicta, vel quia ex pilis animalium sunt, vel quia lanificium filis tenuibus constat in modum pilorum, id est, quasi filorum. Haec *Isid.* Sunt etiam qui *filum* pro *fixillum* dictum autumant, ut *velum* pro *vexillum*, quippe quo conseritur, et confingitur vestimentum. — Fortasse eiusdem est radicis ac *fibra* et *fimbria*, ut autumant Recentiores. Cf. FIBRA §. a. — **b**) Etiam *filus*, i, m. usurpatum aliquando fuisse, testatur *Arnob.* 1. p. 36. Adde *Gloss. Lat.* p. 196. n. 125. et V. *Hildebr.* ad h. l. — **c**) Derivata, *filatim, filo, flamen*, quod V. — **d**) Composita, *bifilum, exfilatus, trifilis*.

FILUM proprie est quod ex lino lanave trahendo ducitur: itemque aliud quodlibet huic simile; *filo*. *Ovid.* 4. *Met.* 36. levi deducens pollice filum. *Martial.* 6. 3. filo trahere. *Virg.* 6. *Æn.* 30. caeca regens filo vestigia. *Ovid.* 3. *Art. am.* 445. Toga filo tenuissima; *di drappo fino*. Et 267. pleno velamina filo; *di panno grosso*. *Id.* 6. *Met.* 68. lentum filis immittitur aurum; *s'intesse*. *Cels.* 7. 18. Filum in acum conicere. — **2**) Solebat nutrix apud Romanos novae nuptae collum filo metiri, quod non amplius sufficiebat, cum nupta femina facta esset. Hinc *Catull* 64. 377. Non illam nutrix orienti luce revisens, Hesterno collum poterit circumdare filo. — **3**) Speciatim *filum* dicitur etiam velamen capitis flaminis. V. APICULUM. — Hinc universim de quacumque vitta sacerdotali. *Liv.* 1. 32. Legatus capite velato filo (lanae velamen est): Audi, Iuppiter, inquit, etc. *Tibull.* 1. 3. 13. Ipse ego velatus filo, Vota novem Triviae dedi. — **4**) Translate. *Ovid.* 4. *Pont.* 3. 35. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo: Et subito casu, quae valuere, ruunt. *Enn.* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 4. Hac noctu filo pendebit Etruria tota; h. e. in summo discrimine versabitur. *Val. Max.* 6. 4. n. 1. Cum admodum tenui filo suspensa reipublicae salus ex sociorum fide penderet. — **5**) Saepe dicitur de textura verborum ac stilo; *tessitura, stilo*. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 225. tenui deducta poemata filo. *Colum.* 10. 228. gracili connectere carmina filo. *Cic.* 3. *Orat.* 26. Silva rerum ac sententiarum comparanda est: haec formanda filo ipso et genere orationis. Et 2. *ibid.* 22. Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulo uberiore filo. *Id.* 9. *Fam.* 12. Orationculam pro Deiotaro tibi misi, quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magno opere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo; h. e. stilo tenui, et nihil elaborato, ut vestes, quae crasso filo texuntur. Nam, ut idem ait *Orat.* 36., si tenues causae, tum etiam argumentandi tenue filum, et in docendo, et in refellendo. — **6**) A Poetis saepe dicitur de stamine vitae, quod nere Parcas fabulantur. *Virg.* 10. *Aen.* 815. extremaque Lauso Parcae fila legunt. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 65. tibi nascenti Nerunt fatales fortia fila Deae. *Sil.* 4. 28. Grandaevi senes ducentes ultima fila. *Ovid.* 12. *Heroid.* 3. quae dispensant fatalia fila, Sorores, Debuerant fusos evoluisse meos. Et 15. *ibid.* 82. ita nascenti legem dixere Sorores: Nec data sunt vitae fila severa meae; h. e. mores severi. *Id.* 3. *Trist.* 10. 65. O duram Lachesin, quae tam grave sidus habenti Fila dedit vitae non breviora meae! *Martial.* 11. 56. rupta Sororum fila; h. e. vita amissa. Et 10. 8. Et cum supremae fila venerint horae. Adde *Horat.* 2. *Od.* 3. 15., *Ovid.* 2. *Met.* 654. Fila resolvere. — **7**) Latiore significatione, a similitudine,

II. *Filum* usurpatur de re quapiam subtili, et filo simili. *Enn.* apud *Non.* 2. 564. Deducunt habiles gladios filo gracilento. *Ovid.* 15. *Met.* 372. solent canis frondes intexere filis Agrestes tineae. *Id.* 1. *Fast.* 342. fila croci. *Lucret.* 5. 584. aranei tenuia fila. *Martial.* 11. 52. porris fila resecta suis. *Colum.* 10. 373. asparagi corruda simillima filo. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 60. Tractat inauratae consona fila lyrae; *le corde*. *Plin.* 36. 22. 1. Filum aureum commissuris omnibus politi lapidis subiecit artifex; *un filetto d'oro*. *Id.* 21. 18. 1. Foliorum exilitas usque in fila attenuata; *filamenti*. *Id.* 11. 15. 1. Mel thymosum non coit, et tactu praetenuia fila mittit. — *Vulg. Interpr. Exod.* 39. 3. Incidit bracteas aureas et extenuavit in fila, ut possent torqueri cum priorum colorum subtegmine. — **8**) Item *filum* videtur sumi pro linea seu funiculo, in quo inseruntur margaritae, aurum factum et alia huiusmodi, quae ornamenti causa gestantur e collo suspensa; *collana, filo di perle*. *Hieronym. Vit. Pauli*. Uno filo villarum insuunt pretia. — Hinc inter donaria Deorum habentur in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n.* 6141. Fila duo ex cylindris N. XXXIII. auro clusis. Cf. CYLINDRUM §. 3. — **9**) Aliquando dicitur de figura et lineamentis; *fattezze*. *Plaut. Merc.* 4. 4. 15. Satis scitum filum mulieris. *Gell.* 1. 2. Mores naturasque hominum coniectatione quadam, de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu sciscitari. Et 14. 4. Forma atque filo virginali, aspectu vehementi, etc. *Ammian.* 14. *sub fin.* Fuit forma conspicuus bona, decente filo corporis. *Petron. fragm. Tragur.* 46. *Burm.* Ingeniosus est, et bono filo; h. e. bona specie, bene habitus. *Arnob.* 6. *p.* 199. Filum capitis prostituti Cytherein in simulacra traducere. — **10**) Interdum de figura, et textura cuiusque rei. *Lucret.* 4. 85. formarum vestigia certa, Quae vulgo volitant subtili

ed by Google

praedita filo. *Id.* 2. 340. non omnia prorsum esse pari filo, similique affecta figura.

FĪLUS, i, m. V. voc. praeced. §. b.

FIMBRIA, ae, f. Nomen parum certae originis, quod tamen Varr. a *fiber* deduxit in *5. LL. 13.* Antiqui fibrum dicebant extremum: unde in sagis extrema, fimbriae. *Festus* in *Fiber* fere eadem habet. Cf. FIBER et FIBRA §. a. — **b)** In antiquis *Glossis* etiam *fimbrium*, ii, n. reperitur. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat.* p. 145. n. 140. — **c)** Derivata, *fimbriatuli*, *fimbriatus*.

FIMBRIA dicitur extremitas vestis, aliusve rei, praesertim si inigsuras habeat; *orlo*, *estremità*, *frangia*, *fimbria*. *Plin.* 7. 52. 1. Iam signa letalia, in furoris morbo risum, sapientiae vero aegritudine, fimbriarum curam, et strapulae vestis plicaturam. *Cels.* 2. 6. Mors denunciatur, si quis in febre, aut acuto morbo, ut in insania, pulmonisve dolore, vel capitis, in veste floccos legit, fimbriasve diducit. Ita in secunda editione legendum *Targa* putat. *Cic. Pis. 11.* Erant illi compti capilli, et madentes cincinnorum fimbriae. *Apul. 11. Met.* Pala ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat. — *Vulg. Interpr. Matth. 23. 5.* Dilatant enim phylacteria sua et magnificant fimbrias (*Scribae* et *Pharisaei*).

FIMBRĬĀTŬRIT. V. FIGULATURIT.

FIMBRĬĀTUS, a, um. Adiect., participiorum more effictum, a *fimbria*; fimbrias habens, luciniosus; *orlato*, *fimbriato*, *con frangia*. *Suet. Caes. 45.* Usus est lato clavo ad manus fimbriato. *Plin. 21. 55. 1.* Urtica caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. *Id. 18. 10. 4.* Milii comae granum complexae, fimbriato capillo curvantur. *Id. 17. 13. 1.* Fimbriatum corpus. *Apul. 8. Met.* Flagrum contortis taeniis luteosi velleris prolixe fimbriatum. Adde *Auct. Itin. Alex. M. 15.*

FIMBRĬUM. V. FIMBRIA §. b.

FĪMĒTUM, i, n. Nomen a *fimum*; sterquilinium, quo fimus congeritur; *letamaio*. *Plin. 17. 8. 1.* Fimeta sub dio, concavo loco, et qui humorem colligat. Adde *24. 110. 1. Id. 10. 75. 1.* Quaedam (*ova*) citra incubitum sponte naturae gignunt, ut in Aegypti fimetis.

FĪMUM, i, n. et

FĪMUS, i, m. (et f. et n.) Nomen parum certae originis, quod tamen videtur esse a Θύμα; suffimentum, sive potius a φύω; produco, nasci facio, edo: ex quo etiam *fuo* et *fumus*. Cf. *Doederlein*, *Synon. T. 2. p. 39.* Sunt autem qui comparant etiam cum obsoleto *feo*, unde *fecundus*; fimus enim terram fecundat. — **b)** *Fimus*, i, in femin. genere *Apul. 7. Met. in fin.* Liquida fimo strictim egesta. Ita *Elmenhorst.*, at *Oudendorp.* melius leg. *liquido f. s. egesto*; sed V. *Hildebr.* ad *Apul. loc. cit. p. 630.* et *seqq.* — Immo et neutro quoque genere *fimus*, i, ut *vulgus*, usurpari traduut alii a *Seren. Sammonic. 32. 22.* Sive palumborum capitur fimus aere ferorum. Et *53. 8.* Aut veteri Baccho caprae fimus inde petulcae. V. ad rem *Morgagni*, *ep. 2.* in *Sammonic.* ad *fin.* — **c)** Carere plurali numero docent *Diomed. 1. p. 314.*, *Phocas p. 1708.* et *Beda de Orthograph. p. 2332. Putsch.* — **d)** Derivatum, *fimetum*.

FIMUS et Fimum, proprie excrementa animalium, quibus agri stercorantur; *letame*, *stereo*. *Liv. 38. 18.* Fimo bubulo pro lignis utuntur. *Virg. 1. G. 80.* arida tantum Ne saturare fimo pingui pudeat sola. *Colum. 2. 14.* Asinus bene confectum atque ideoneum protinus arvo, fimum reddit. *Plin. 30. 23. 3.* Palumborum fimus articulorum doloribus illinitur. *Id. 28. 71. 1.* Caprarum fimus sine cicatrice sanare dicitur. Et *ibid. 48. 2.* Fimum asini recens cum rosaceo instillatur. Et *29. 32. 4.* Prodest et fimum gallinaceum, dumtaxat rufum, ex aceto impositum. Adde *Solin. 43.* et *Colum. 3. 11.* — **B)** Dicitur et universim de luto; *fango*. *Virg. 5. Aen. 532.* pronus in ipso Concidit immundoque fimo, sacroque cruore. Adde *538.*

FĪNĀLIS, le. Adiect. a *finis*; ad fines pertinens; *attenente a' confini*. *Papinian. Dig. 10. 1. 11.* In finalibus quaestionibus vetera monumenta, et census auctoritas sequenda est; h. e. quae de agrorum finibus instituuntur. Adde *Callistrat. Dig. 47. 21. 3.* et *Sidon. 8. ep. 11. Vital. de limitib. p. 251. Goes.* Signa finalia. *Iustinian. 4. Instit. 17. §. 6.* Eo quoque nomine damnandus est quisquis hoc iudicio, quod forte, circa fines aliquid malitiose commisit, verbi gratia quia lapides finales furatus est, vel arbores finales cecidit. — **B)** Item ad finem pertinens; *finale*. *Macrob. 2. Somn. Scip. 3. ante med.* Terram dividit horizon, idest finalis circulus. *Augustin. 19. Civ. D. 4. extr.* Finalis destitutio. — *Donat.* ad *Ter. Eun. 5. 3. 18. finalem causam* vocat controversiam status finitivi.

FĪNĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *finalis*; terminatio; *destinenza*. *Eutych. proocm. p. 2143. Putsch.* Opusculum hoc ad discernendas pertinens coniugationes duobus libellis inclusi: quorum prior observationibus instruitur generalibus, alter indicio finalitatis speciales exsequitur regulas. Adde *Incert. Gramm.* in *Fragm. de Nomine p. 129. Rudd.* et *fragm. de Verb. p. 159. ibid.*

FĪNĀLĬTER. Adverb. a *finalis*; usque ad finem. *Pseudo-Cassiod. de Amic. 60.* Finaliter perseverare.

FINDO, findis, fĭdi, fissum, findere. Verbum transitiv. quod quidam derivant ab inusit. *fido*, ex quo Latinum *iduo*, deinde *fido* cum *F*, digammate nempe Aeolico, unde est etiam *divido*. Recentiores conferunt cum *bhid*, linguae Sanscredanicae. — **b)** De praeterito haec habet *Priscian. 10. p. 890. Putsch.* Findo quoque *fidi* facit: licet quidam *fisi* putaverunt. Deinde affert exempla de *diffindo*. — **c)** Particip. *findens* §. 1., *findendus* §. 1., *fissus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *fissiculo*, *fissilis*, *fissio*, *fissura*, *fissurarius*. — **e)** Composita, *bifidatus*, *bifidus*, *bifissus*, *centifidus*, *defindo*, *diffindo*, *effindo*, *fissipes*, *infindo*, *multifidus*, *profindo*, *quadrifidus*, *quinquifidus*, *trifidus* *trifissibilis*, *trifissus*.

FINDO proprie est scindo, diffindo, aperio, divido; *fendere*, *spaccare*. *Cic. 2. Leg. 5.* Ventum in insaniam est: hoc enim quasi rostro findituv Fibrenus, et divisus aequaliter in duas partes, latera haec alluit. *Cels. 8. 4. ante med. de calvaria fracta.* Solet etiam evenire, ut altera parte fuerit ictus, et os altera fiderit. *Virg. 10. Aen. 295.* inimicam findite rostris hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina. *Id. 6. ibid 340.* Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas. *Id. 2. G. 385.* hoc sitit findit Canis aestifer arva. Et *78.* enodes trunci resecantur, et alte Finditur in solidum cuneis via. *Plin. 56. 45. 1.* Specularis lapis findituv in quamlibet tenues crustas. *Ovid. 2. Art. am. 671.* vomere findere terras. *Horat. 1. Od. 1. 11.* findere agros sarculo. *Id. Epod. 15. 13.* Assaraci tellus, quam frigida parvi Finduut Scamandri flumina, lubricus et Simois; h. e. interfluunt, intersecant. *Curt. 8. 9.* Ganges findens ripas, multas arbores cum magna soli parte exsorbet. *Cels. 7. 26. n. 3.* Si quando autem calculus maior non videtur, nisi rapta cervice, extrahi posse, findendus est. *Quintil. 11. 3. 21.* Findituv etiam spiritus obiectu aliquo, sicut lapillo tenues aquae. *Vulg. Interpr. Deut. 14. 6.* Omne animal, quod in duas partes findit ungulam, et ruminat, comedetis. — **B)** Translate. *Id. 4. Od. 11. 15.* Idus tibi sunt agendae, Qui dies mensem Veneris marinae Findit Aprilem; *divide in due parti*. *Ovid. 4. Met. 666.* Et liquidum motis talaribus aëra findit; *fende l'aria volando*. *Id. 16. Heroid. 34.* et *Propert. 3. 7. 35.* fretum merces portante carina Findere; *solcare l'onde navigando*. Et rursus *Ovid. 19. ibid. 208.* spes est vicinae pacis in undis: Tum placidas tuto pectore findo vias; *fendi l'acque notando*. Et *Stat. 12. Theb. 255. de tauro.* Nunc pede torvus humum, nunc cornibus aëra findit. *Id. 3. Silv. 1. 155.* nubila disco findere. — Absolute sine ablat. *Ovid. 1. Trist. 4. 3.* Ionium non nostra findimus aequor Sponte; h. e. navigamus; *solchiamo*. — **B)** *Findi*, sensu medio, aliquando est prae ira rumpi. *Pers. 3. 8.* turgescit vitrea bilis: Findor, ut Arcadiae pecuaria rudere credas; *crepo di rabbia*. *Plaut. Bacch. 2. 3. 17.* Heu cor meum et cerebrum, Nicobule, findituv, Istius hominis ubi fit quaque mentio. *Ovid. Medic. fac. 50.* Marsis findunturque cantibus angues; *si fanno crepare*.

FINGĪBĬLIS, le. Adiect. verbale a *fingo*; qui fingi potest. *Cael. Aurel. 1. Chron. 4. n. 104.* Aurium tinnitus, vel prae oculis scintillarum fingibilis visus.

FINGO, fingis, finxi, fictum, fingĕre. Verbum transitiv. a σφίγγω; stringo, premo, in solidum cogo: hinc est *figulus*, qui nempe tenuem ac liquidam fere materiam compingit. Recentiores tamen in hoc etymo minus conveniunt. Cf. *Doederl. Synon. T. 1. p. 160.*, secundum quem *fingo* analogiam haberet cum *facio*; radices enim utrinque *fg* et *fac* haud multum discrepant inter se. — **b)** Particip. *fingens* §. 3., *fingendus* §. 1. et 3., *fictus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *ficticius*, *fictiliarius*, *fictilis*, *fictio*, *fictor*, *fictrix*, *fictura*, *figulus* (quod V. pro suis), *figura* et *figuro* (quod pariter V.), *fingibilis*. — **d)** Composita, *affingo*, *confingo*, *defingo*, *diffingo*, *effingo*, *refingo*.

FINGO proprie est verbum generale ad omnia, quae ingenio, et manu artificiose formantur, et significat formare, componere, efficere; *fingere*, *formare*, *creare*, *fare*. *Cic. 4. Acad. 27.* Esse aliquam vim, quae finxerit, vel, ut tuo verbo utar, quae fabricata sit hominem: qualis ista fabrica est? *Id. 1. Orat. 28.* Sunt quidam . . . ita naturae muneribus ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. *Id. 2. ibid. 6.* Quemadmodum volucres videmus fingere et construere nidos. *Id. 1. Offic. 44.* Ut apum examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt favos. *Id. 1. Orat. 28.* Non quaeritur mobilitas linguae, non celeritas verborum, non denique, quae nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus. — **B)** Translate. *Id. 2. ibid. 54.* Natura fingit homines et creat imitatores et narratores facetos. *Id. Brut. 58.* Nulla res magis penetrat in animos eosque fingit, firmat, flectit. *Id. 3. Leg. 18.* Actor enim moderatur et fingit non modo mentem ac voluntates, sed paene vultus eorum, apud quos agit. *Id. 6. Att. 5.* Formam totius rei publicae velim mittas, quae mihi obviam fiat, ex qua me fingere possim. *Id. 3. Orat. 45.* Ea (*verba*) nos sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium firmamus et fingimus. *Plaut. Capt. 2. 2. 34.* Fortuna humana fingit notatque ut lubet. — *Cic. 2. Nat. D. 59.* Lingua vocem

Digitized by Google

immoderate profusam fingit et terminat. — *Horat. 4. Od. 2. 32.* Ego, apis Matinae More modoque . . . operosa parvus Carmina fingo. *Id. Art. P. 382.* Fingere versus. *Suet. Tib. 5.* poemata. — *Horat. 1. Ep. 15. 30.* Fingere obprobria in quemvis. — **8)** Speciatim

II. *Fingo* refertur ad artes, imprimis plasticas et est rem aliquam figurare, vel imitatione exprimere; *formare, rappresentare, scolpire, figurare. Cic. 8. Fam. 12. a med.* Ab Apelle pingi, a Lysippo fingi volebat. *Ovid. 2. Trist. 489.* de humo fingere pocula. *Cic. 6. Verr. 43.* Fingere e cera. *Id. 1. Nat. D. 26.* Hoc intelligerem quale esset, si id in ceris fingeretur aut fictilibus figuris. *Plin. 33. 43. 1.* Fingere similitudines ex argilla. *Cic. 3. Orat. 7.* Una fingendi est ars, in qua praestantes fuerunt Myro, Polycletus, Lysippus. *Quintil. 8. 12. 21.* Corpora quam speciosissima fingendo pingendove efficere. *Iustin. 36. 4.* Ceris fingendis, et aere fundendo procudendoque oblectabatur. — **4)** Translate. *Cic. Mur. 29.* Natura te finxit ad honestatem. *Virg. 2. Aen. 79.* nec, si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. *Horat. 4. Od. 3. 13.* Illum . . . spissae nemorum comae Fingent Aeolio carmine nobilem. *Id. 1. Sat. 4. 18.* Di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli Finxerunt animi. *Id. 1. Ep. 9. 8.* Timui, mea ne finxisse minora putarer Dissimulator opis propriae. — **5)** Praeterea

III. *Fingo* est componere, ornare, excolere, et speciatim capillos comere; *comporre, ornare, preparare, disporre, acconciare. Ovid. Rem. am. 341.* Proderit et subito, cum se non finxerit ulli, Ad dominam celeres mane tulisse gradus. *Virg. 2. G. 407.* falce vitem putando fingere. — *Phaedr. 2. 2.* Cum se putaret fingi cura mulierum, Calvus repente factus est. *Virg. 4. Aen. 148.* mollique fluentem Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro. *Ovid. 1. Art. am. 506.* Quid toties positas fingis inepta comas? *Propert. 3. 8. 14.* Et nitidas presso pollice finge comas. Adde *Tibull. 1. 5. 50., Stat. 5. Theb. 228.* et *Senec. Hippol. 372.* — **6)** Hinc significat etiam simulare. *Cic. 3. Fam. 12.* Suscipe meas partes, et eum te esse finge, qui ego sum. *Sall. Cat. 48.* Fingere alia omnia. *Caes. 1. B. G. 39.* Neque vultum fingere, neque interdum lacrymas tenere poterant. — *Vulg. Interpr. Luc. 24. 28.* Et ipse se finxit longius ire. — **7)** Item docere, instituere. *Horat. 1. Ep. 2. 64.* Fingit equum tenera docilem cervice magister Ire viam. *Ter. Heaut. 5. 1. 25.* Sed ille quoque tuus Syrus, idem mire finxit filium; *allevò. Horat. 3. Od. 6. 22.* Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo et fingitur artibus. Adde *Art. P. 367.* — **8)** Item imaginari. *Cic. 4. Acad. 56. ad fin.* Finge, aliquem nunc fieri sapientem. *Id. Mil. 29.* Fingere cogitatione. *Id. Rosc. Am. 5.* Homines antiqui, qui ex natura sua ceteros fingerent. *Ovid. 4. Heroid. extr.* lacrymas finge videre meas. — **9)** Item excogitare, comminisci. *Ter. Eun. 1. 2. 58.* Fingit causas, ne det. *Plaut. Asin. 2. 1. 2.* Argento comparando fingere fallaciam. *Quintil. 7. 4. 98.* Finguntur et testamenta. *Ter. Heaut. 5. 2. 22.* Fingere fallacias. *Id. 5. 2. 34.* Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? Adde *Cic. 2. Rep. 1. ad fin.* et *Horat. 1. Sat. 4. 84.* — **10)** Item meditari, parare, struere. *Plaut. Capt. 2. 1. 15.* At fugam fingitis. *Ca.* nos fugiamus? *Senec. Consol. Marc. 26.* Nec parricidia aut fingi, aut cogitari. — **11)** Item leniter tractare, mulcere. *Ovid. 3. Fast. 409.* Saepe manus aegras manibus fingebat amicis. — **12)** Item comparare, componere, accommodare. *Cic. Orat. 8.* Omnes qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eamque, et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et accommodant. — **13)** In re oratoria aliquando *fingere* est proponere aliquid, quod si verum sit, aut solvat questionem, aut adiuvet: deinde id, de quo quaeritur, facere illi simile, ut exponit *Quintil. 5. 10. post med.* Nos dicimus *fare una supposizione, supporre.* V. FICTIO. *Id. 1. 1. 24.* Fingamus Alexandrum dari nobis. *Id. 8. 5. 22.* Qui naufragus fingitur se suspendisse. Adde *Lucret. 1. 1082.* et *2. 175.* et *Quintil. 3. 6. 100.* et *8. 2. 20.* — **14)** Pro persuadere, *Sil. 1. 440.* Daunum etiam, grata quo non spectatior alter Voce movere fora, atque orando fingere mentes. — **15)** Apud *Vulg. Interpr. Ps. 93. 20.* Numquid adhaeret tibi (scil. *Deo*) sedes iniquitatis, qui fingis laborem in praecepto? h. e. Numquid tibi, Deus, qui creasti seu condidisti legem hominibus laboriosam, qui fecisti mandata tua custodiri nimis (id est, valde, exquisite, accurate), nunquid tibi sociabitur tribunal iniquorum? Neutiquam sane: nihil tibi cum illis commune est. Ita *Weitenauer* in *Lex. Bibl.*, quem vide fusius disputantem ad h. l.

FĪNIENS, entis. Particip. verbi *finio*, adiectivorum more aliquando adhibitum; qui finit. *Cic. 2. Divin. 44.* Illi orbes, qui caelum quasi medium dividunt, et aspectum nostrum definiunt, qui a Graecis ὁριζοντες nominantur, a nobis finientes rectissime nominari possunt. *Senec. 5. Quaest. nat. 17.* Hanc lineam, quae inter aperta et occulta est, Graeci ὁρίζοντα vocant, nostri finitorem dixere, alii finientem; *orizzonte.* — **2)** *Littera finiens* apud Grammaticos est illa, quae posita reperitur in fine vocabulorum, ut patet ex *Diomed. 2. p. 418.* et *420. Putsch.*

FĪNĪO, is, ivi et ii, ītum, īre. Verbum transitiv. a *finis*. — Participp. *finiens* V. suo loco, *finiendus* §. 2. et *8. finitus*, V. suo loco, *finiturus* §. 7. — Proprie est limite, fines statuo, extremitatem signo; *limitare, finire, terminare:* et dicitur de locis. *Caes. 4. B. G. 16.* Populi R. imperium Rhenum finire; *che il Reno è il confine*, etc. *Ovid. 11. Met. 152.* Tmolus Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis. *Id. 2. Fast. 282.* Riparum claussa margine finit aquas; *tiene dentro i confini delle rive. Liv. 1. 18.* Signum contra, quo longissime conspectum oculi ferebant, animo finivit. *Vellei. 2. 126.* Quidquid meridiano aut septentrione finitur. *Auct. B. Alex. 55.* Quo *(fugo)* Cappadocis finitur ab Armenia. *Lucret. 1. 997.* Postremo ante oculos rem res finire videtur: Aer dissepit colles atque aera montes. — **3)** Translate. *Cic. 3. Fin. 20.* Cupiditates non Epicuri divisione finiebat, sed sua satietate. *Id. ibid. 9.* Illud ipsum non nimium probo, philosophum loqui de cupiditatibus finiendis. An potest cupiditas finiri? tollenda est atque extrahenda radicitus; h. e. intra certos fines circumscribendis. — **3)** Deinde

II. *Finio* est etiam fines circumscribere, definire, determinare; *definire, fissare, determinare, stabilire:* et refertur tum ad tempus, tum ad modum, aut numerum. *Cic. 8. Att. 5.* Finire provincias Gallias; h. e. praescribere tempus imperii in Gallia habendi. *Id. 15. Fam. 9.* Ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et senatusconsulto, et lege finisti; *mi hai assegnato. Suet. Aug. 101.* Quibus solvendis annuum diem finit; *prescrisse. Liv. 1. 17.* Quinque dierum spatio finiebatur imperium. *Cic. 2. Leg. 26.* Sepulcris novis finivit modum: nam super terrae tumulum noluit quid statui. *Curt. 4. ult.* Cecidere Persarum, quorum numerum victores finire potuerunt, millia XL. *Id. leg.* inire. Adde *Liv. 47. 42.* et *Cic. 1. Rep. 14.* — Passive impersonaliter. *Liv. 40. 44. a med.* De pecunia finitur, Ne maior causa ludorum consumeretur, quam etc. — **4)** Speciatim est definitionem tradere et explicare quid res sit. *Quintil. 2. 15. 37.* Quid sit rhetorice, quae finitur quidem varie, sed etc. Adde *6. 5. ad fin. Id. 7. 3. 8.* Finitio est rei propositae propria et dilucida . . . enunciatio . . . ut si finias equum, genus est animal, species mortale, etc. Adde *12. 1. 1.* et *ibid. 3. 40.* — **5)** *Finiendi modus* est indicativus. V. FINITIVUS §. 2. — **6)** Denique

III. *Finio* est finem impono et passive *finiri;* cessare ab opere; *finire, por fine, cessare. Caes. 3. B. C. 31.* Si acrius insequi voluisset, bellum eo die potuisse finiri. *Curt. 4. 14.* Hic dies imperium aut constituet, aut finiet. *Plin. 18. 2. 1.* Honos is non nisi vita finitur. *Vellei. 2. 35.* Finire honores aequo animo; h. e. deponere. *Petron. Satyr. 99.* Osculo finire iram. *Ovid. 3. Fast. 885.* Luna finit tempora mensis. *Id. 15. Met. 602.* Finire metum morte tyranni. *Id. 1. Pont. 6. 41.* gladio finire dolorem. *Horat. 2. Ep. 2. 146.* Si tibi nulla sitim finiret copia lymphae, Narrares medicis. *Id. 2. Sat. 4. 22.* Finire prandia moris. *Cic. 5. Orat. 49. ad fin.* Ut sententiae verbis finiantur; h. e. verbis, non autem nominibus claudantur. *Quintil. 1. 5. a med.* Nomen Latinum, quod o et n litteris finitur, non reperiebant. Et *ibid.* Verbum acuto sono finire; *pronunziare coll' accento sull' ultima. Plin. 6. 29. 2.* et *8. 64. 8.* Voluntaria morte, aut inedia vitam finire. *Ovid. 3. Trist. 7. 49.* Esse alicui vitam finire. *Id. 7. Met. 591.* Non exoratis animam finivit in aris. — *Vulg. Interpr. Iob, 26. 10.* Usquedum finiantur lux et tenebrae; h. e. usque ad extremum temporis. — **7)** Hinc *finire* est etiam ad finem alicuius rei, ut sermonis, pervenire; *finire di parlare. Petron. Satyr. 122.* Vix dum finierat, scil. loqui. *Ovid. 1. Met. 566.* Finierat Paean. *Id. 1. Art. am. 755.* Finiturus eram: sed etc. *Quintil. 9. 4. ad fin.* Denique ut semel finiam, sic fere componendum, quo modo pronunciandum erit; *per finirla una volta.* Adde *1. 12. 6.* et *5. 13. 5.* — **8)** Absolute *finire* est vitam terminare; *morire. Tacit. 6. Ann. 50.* Sic Tiberius finivit, octavo et septuagesimo aetatis anno. *Plin. 1. ep. 12.* Illis, qui morbo finiuntur. — **9)** Sed *finire aliquem* est ad finem vitae perducere apud *Vulg. Interpr. Isai. 38. 12.* De mane usque ad vesperam finies me; h. e. ante huius diei occasum ad tumulum me perduces. *Tertull. adv. Gnost. 10.* Si *(Christianus)* bestiis finiendus, ursas Septemtrio emittet. — **10)** Pro dissipare, consumere. *Vulg. Interpr. Ital. Luc. 15. 13.* Finivit substantiam suam vivendo luxuriose.

FĪNIS, is, m. et f. Nomen parum certae originis, cuius radicem Recentiores statuunt eandem ac nominum *filum, fimbria, fibra*, in quibus notio fundamentalis est posita in extremitate. Cf. FIBRA. — **b)** In ablativo singulari habet *fine*, sed etiam *fini* in usu reperitur apud *Lucret. 1. 87. 7.* et in formula adverbiali *ea fini, qua fixi* V. infra §. 3., 15. et 16. — **c)** Feminino etiam genere saepius in singulari numero usurpatur. V. infra §. 3. et 11. et Cf. *Serv.* ad *2. Aen. 554.* — In plurali utitur *Capell.* loc. cit. in §. 19. infra et *Cenotaph. Pis. 2. 10.* Ultra finis *(sic)* extremas populi Romani. — **d)** Derivata, *finalis, finalitas, finaliter, finio, finite, finitimus, finitio, finitivus, finitor.* — **e)** Composita, *affinio, affinis, confinis, definio, effinitus, infinis, infinitas, infinite, infinitio, infinitivus, infinitus, perfinio, praefinio, praefinitio, quadrifinalis, quadrifinius, trifinius, vivifinalis.*

Digitized by Google

FINIS proprie est id, quod est extremum in unusquisque re, limes, terminus: et saepissime usurpatur de extremitate locorum; *finis, confinis; ὅρος*. Hanc enim volunt quidam Etymologi esse primam ac propriam vim et significationem vocis. Adhibetur autem fere in plurali numero. *Ter. Heaut. 3. 1. 95.* Vicini nostri hic ambigunt de finibus. *Cic. Prov. cons. 12.* Finium imperii propagatio. *Id. Dejot. 8.* Tueri fines ab excursionibus hostium. *Id. Orat. 41.* Suas regiones finesque defendere. *Id. 1. Leg. 21.* Nec Mamilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus. *Id. 1. Offic. 10.* Q. Fabium Labeonem arbitrum Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datum . . . itaque illorum fines sic, ut ipsi dixerant, terminavit. *Id. 3. Rep. 12.* Fines proferre. *Liv. 1. 18.* Inter eos fines, quos feci. — In singulari num. *Liv. 33. 37.* Redeuntes inde Ligurum extremo fine. Et *40. 16.* Fere ad extremum finem provinciae Galliae. *Cic. Caecin. 8.* Intra finem eius loci, quem olese terminabant. *Ovid. 3. Amor. 3. 19.* Tu potius ripis effuse capacibus amnis, Sic aeternus eas, labere fine tuo; *scorri dentro i tuoi limiti.* — *Sil. 1. 141.* Atque hominum finem, Gades Calpemque secutus; *Gade e Calpe limiti della terra.* — **2)** Aliquando *fines* sunt ipsa regio; *paese. Sall. Iug. 15.* Ego his finibus eiectus sum, quos maioribus meis populus R. dedit. *Caes. 1. B. G. 2. extr.* Fines Helvetiorum in longitudine millia passuum ducenta quadraginta, in latitudinem centum octoginta patebant. Et *6. ibid. 31.* In mediis Eburonum finibus. Et *1. ibid. 6.* Ut per suos fines eos ire paterentur. *Ovid. 5. Trist. 1. 21.* Scythicique in finibus Istri Ille pharetrati lusor Amoris abest. *Liv. 28. 44.* Multum interest, alienos populere fines, an tuos uri, excidi videas. *Plaut. Amph. 1. 1. 60.* Propere de finibus suis exercitus deduceret. Adde *Sall. Iug. 79.* et *Caes. 1. B. G. 10.* et *2. ibid. 5.* — **3)** Hinc absolute, in ablativo, *fine* vel *fini*, adverbiorum more, est tenus, usque ad. *Hirt. B. Afr. 85.* Per mare umbilici fine ingressi; *fino al bellico. Sallust. fragm.* apud *Arusian. Mss.* Fine inguinum ingrediuntur mare. *Cato, RR. 113.* Amphoras solito implere nimium ansarum infimarum fini. *Caes. 7. B. G. 47.* Matresfamiliae de muro pectoris fine prominentes. *Alii male leg.* pectore nudo. *Ovid. 10. Met. 536.* Fine genus vestem ritu succincta Dianae; *sino al ginocchio.* — Et cum ablativo. *Cato, RR. 28.* Oleas, ulmos, ficos in scrobem cum ponos, summam terram subdito; postea operito terra radicibus fini. — **4)** Translate. *Cic. 1. Orat. 49.* Crassus mihi visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus, immensis paene, describere. *Id. Quint. 10.* Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos egredi non possim. *Id. Har. resp. 3.* Illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem non posse arceri otii finibus. *Horat. 1. Sat. 1. 49.* Intra fines tutiorae vivere. *Id. 1. ibid. 1. 106.* Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum. — *Lucret. 3. 69.* Avaritiae et honorum caeca cupido . . . homines cogunt transcendere fines iuris. *Cic. 1. Offic. 29.* Qui appetitus longius evagantur . . . is sine dubio finem et modum transeunt. — **5)** Deinde, ratione habita, non rerum, sed actionis humanae, quae suos limites habet,

II. *Finis* est terminus uniuscuiusque rei, exitus, modus: itemque cessatio; *fine, termine, cessazione. Cic. 4. Verr. 48.* Modum aliquem et finem orationi nostrae, criminibusque faciamus. *Id. Cluent. 3.* Reperire finem atque exitum rei cuiuspiam. *Id. 2. Orat. 55.* Facere finem scribendi. *Ter. Heaut. prol. 34.* facere maledictis. *Caes. 1. B. G. 35.* iniuriis. *Quintil. 12. 11. 1.* His dicendi virtutibus usus orator, finem quoque dignum et optimo viro, et opere sanctissimo faciet. *Cic. 6. Phil. 1.* Etiamsi ille dies vitae finem mihi allaturus esset. *Id. Somn. Scip. 8.* Quod ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat, necesse est. *Ter. Andr. 1. 1. 12.* Rebus finem praescribere. *Cic. 3. Verr. 2.* constituere. *Virg. 10. Aen. 106.* et *Tacit. 4. Hist. 3.* Finem capere; h. e. habere, vel facere. *Virg. 6. Aen. 76.* finem dedit ore loquendi. *Id. 3. ibid. 145.* fessis rebus finem ferre. Et *4. ibid. 639.* curis imponere finem. *Tacit. 6. Ann. 40. extr.* Finem vitae sibi ponere; *uccidersi. Lucret. 2. 1114.* ad finem perducere. Et *6. 24.* finem timoris statuere. *Ter. Hecyr. 1. 2. 21.* statuere orationi. *Plin. 3. ep. 28.* Polliceris in fine, te statim ad nos evolaturum; *in fine della lettera. Liv. 30. 1.* Scipioni non temporis, sed rei gerendae fine prorogatum imperium est. — **6)** Hinc *ad eum finem* est tamdiu; *sino a tanto. Nep. Epam. 2.* Exercebatur plurimum currendo et luctando, ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere. *Cic. 2. Nat. D. 61. sub fin.* Amor bestiarum in educandis custodiendisque iis, quae procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. Adde *2. Verr. 6. Id. 1. Orat. 31.* Orationem aliquo lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere; *sino a quel segno, che* etc. — **7)** Item *quem ad finem* est quamdiu; *sino a quando. Id. 1. Catil. 1.* Quem ad finem se se effrenata iactabit audacia? *Id. 7. Verr. 29.* Piratam vivum tenuisti: quem ad finem? dum cum imperio fuisti. — **8)** Item *ad finem*, usque ad finem; *sino al fine. Ovid. 11. Met. 750.* ad finem servatos laudat amores. *Id. 2. Amor. 7. 14.* Et stetit ad finem longa tenaxque fides. *Liv. 10. 32.* Non venit ad finem tam audax inceptum; *non ebbe il suo intento.* — **9)** Item *nullo fine, dempto fine*, est sine fine; *senza fine. Plin. 14. 5. 1., Ovid. 1. Amor. 9. 10., 1. Pont. 1. 74.* et *1. Heroid. 50.* — **10)** Speciatim *finis* dicitur de fine vitae; *morte. Tacit. 1. Hist. 37.* Septem a Neronis fine menses sunt. Adde *15. Ann. 65.* et *alibi saepe, Horat. 1. Od. 11. 2.* et *2. Ep. 11. 12.* et *Vellei. 2. 125.* — **11)** Latiore sensu, feminino genere. *Virg. 2. Aen. 554.* Haec finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. *Cic. 2. Leg. 22.* Necesse est edisseri a nobis, quae finis funestae familiae, etc. *Liv. 22. 57.* Quaenam futura finis tantis cladibus foret. Adde *Lucret. 1. 107.* et *551.* et *alibi, Colum. 3. 11.* et *Varr., Sisenn., Cass. Hemin., Caecil.* et *Accium* apud *Non. 3. 90.* — **12)** Praeterea

III. *Finis* sumitur pro extremo illo puncto, ad quod quis pervenire potest, aut quod sibi proponit; et cuius gratia fit aliquid, et ad quod referuntur omnia; *fine, meta ultima, ultimo fine.* Est enim illud ultimum ac summum, quod ab operante quaeritur. Dubitare quodammodo videtur *Cic.* hoc sensu usurpare. Sic enim loquitur *3. Fin. 7.* Cum enim hoc sit extremum (sentis enim, credo, me iamdiu, quod τέλος Graecus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere) etc. *Id.* tamen sine dubitatione utitur *1. ibid. 4.* Quid est in vita tantopere quaerendum, quam quum omnia in philosophia, tum id quod his libris quaeritur, quid sit finis, quid extremum, quid ultimum, quo sint omnia bene vivendi recteque faciendi consilia referenda? quid sequatur natura, ut summum ex rebus expetendis? quid fugiat, ut extremum malorum? *Id. 1. Leg. 20.* Ad finem bonorum, quo referuntur et cuius causa sunt facienda omnia. *Id. 1. Fin. 17.* Nullus in ipsis error est finibus bonorum et malorum. — Hinc titulus operis Ciceronis, *de Finibus*. *Cf. 13. Att. 19.* et *21.* — *Id. Plane. 25.* Honorum populi finis est consulatus. *Tacit. 5. Ann. 27.* Duodecim tabulae, finis aequi iuris. — **13)** Huc etiam spectant. *Vulg. Interpr. 1. Tim. 1. 5.* Finis autem praecepti est charitas. *Id. 1. Petr. 1. 9.* Reportantes finem fidei vestrae. *Id. Apoc. 1. 8.* Ego sum Alpha et Omega, principium et finis, dicit Dominus. *Boeth. 3. Cons. Phil. metr. 9. 27. de Deo.* Tu requies tranquilla piis: te cernere, finis. — **14)** Hinc etiam universim sumitur pro fine peculiari alicuius rei, proposito, scopo; *scopo, fine, intendimento, mira. Quintil. 2. 17. 22.* Omnes artes habere finem aliquem propositum, ad quem tendunt. *Cic. 1. Offic. 39.* Domus finis est usus. *Id. ibid. 16.* Vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem. Nihilominus ipsi lucet, etc. *Id. 1. Invent. 5.* Officium eius facultatis videtur esse, dicere apposite, ad persuasionem: finis, persuadere dictione. *Quintil. 2. 17. 41.* Ad finem vitae utilem *(artem). Id. ibid. 17. 23.* Medicinae finis. *Id. ibid. 21. 5.* Iustitia, fortitudo, continentia pro fine intelliguntur. — **15)** Inde formulae *ea fini* vel *hac fini. Gell. 7. 5. circa med.* Eo consilio, atque ea fini. *Id. 1. 3. sub fin.* et *15. 20.* Hac fini ames, tanquam etc. — Huc spectat *Tacit. 14. Ann. 64.* Quod ad eum finem memoravimus, ut etc. *affinchè.* — **16)** Item *quo fini* vel *fini quo* est eatenus, quatenus. *Cato, RR. 21.* Cupam, qua fini in mediolos erit, utrinque secus imbricibus ferreis quatuor desues. *Papinian. Dig. 16. 2. 19.* Obligatio pristina remanebit: sed dabitur ei compensatio peculii, fini, quo servus publicus habebit. — **17)** Speciatim

IV. *Finis* apud Rhetores sumitur pro definitione. *Quintil. 2. 13. 3.* Est igitur frequentissimus finis, rhetoricen esse vim persuadendi. *Sic pluries eo cap. Id. 3. 10. 54.* dicuntur argumenta ex finitione seu fine. *Id. 4. 4. 3.* Ubi res defendi non potest et de fine quaeritur. — **18)** Non semel apud ICtos *finis* pro modo accipitur. *Papinian. Dig. 20. 1. 1. a med.* Placuit, ut fructus hypothecarum usuris compensaret, fini legitimae usurae. Et *21. 2. 66. extr.* Finem pretii deminuere, vel excedere. Et *49. 17. 17.* Cogetur ad finem peculii perpetuo legata praestare. — **19)** Apud Mathematicos *fines* dicuntur termini extremi rationis alicuius; *rapporto espresso nei minimi termini*, vel ipsi *minimi termini. Capell. 7. §. 765.* Sub iisdem nominum rationibus fines minimi . . . Super hos deinde quamlumlibet iisdem rationibus solius fines his numeris augentur. Ideoque eas fines, quae minime eunt, Pythagoricus Thermacides nominat, quod ut vas super suum fundum, sic numeri rationis eiusdem super istos adiunguntur. Idemque etiam ratione membrorum: minimi enim fines sunt superdimidii inter duos et tres, supertertii inter tres et quatuor, etc. — **20)** Item apud *Vulg. Interpr.* formula *in finem*, si praecedat negatio, est in perpetuum. Sic *Psalm. 9. 19.* Non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem. Et *ibid. 45. 25.* Ne repellas in finem. Et *73. 19.* Animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. — Eodem sensu, si propositio sit affirmans, vel negatio latet. *Eccle. 10. 16.* Destruxit eos usque in finem. Et *Psalm. 17. 38.* Disciplina tua correxit me in finem. *Ierem. 3. 5.* Numquid irasceris in perpetuum, aut perseverabis in finem? — **21)** *In finem*, titulus est etiam complurium Psalmorum, de cuius interpretatione non una est inter doctos Viros sententia. V. *Interpr. SS. Bibliorum.*

Digitized by Google

Nota. Inter *finem* et *terminum* hoc discrimen tradit *Isid. Differ. append. n. 6.* « *Terminus* non sine manu ponitur: *finis* vel sermonis, vel voluntatis vel cuiuscumque rei intelligi potest. »

FĪNĪTĒ. Adverb. a *finitus;* intra certos fines. *Cic. 2. fin. 9.* Ergo et avarus erit, sed finite, et adulter, verum habebit modum. *Gell. 14. 7. a med.* Referri oportere ad senatum aut infinite de republ., aut de singulis rebus finite; *o in generale, o in particulare.*

FĪNĪTĪMUS (et Finitumus), a, um. Adiect. a *finis*, syllabica adiectione productum, eadem ratione qua a *mare, maritimus;* ad fines pertinens; hinc vicinus, propinquus, proximus, qui fines nostros attingit; *vicino, confinante. Cic. Manil. 4.* Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulasset. *Id. ibid. 2.* Regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus. *Ovid. 4. Trist. 10. 111.* finitimis quamvis circumsonet armis. *Cic. 2. Nat. D. 59.* Finitimus aer mari. *Horat. 3. Od. 24. 38.* Finitimum latus Boreae. — Absolute. *Caes. 5. B. G. 2. fin.* Romanos ea loca finitimae provinciae adiungere. *Id. 3. B. C. 33.* Iubam revocatum finitimo bello. Adde *2. B. G. 2.* et *Horat. 16. Epod. 3.* — **2)** Translate ponitur pro simili, coniuncto. *Cic. 4. Acad. 21.* Ita finitima sunt falsa veris. *Id. Brut. 42.* Artium studiorumque quasi finitima vicinitas. *Id. 2. Orat. 44.* Motus, qui finitimi sunt et propinqui his animi perturbationibus. *Id. 4. Tusc. 30.* Aegritudini finitimus est metus. *Id. Suil. 25.* Autronii nomen finitimum maxime est huius periculo et crimini. *Gell. 1. 4. extr.* Verbum verbo finitimum. Adde *Cic. 1. Rep. 28.* et *2. Invent. 54.* — **3)** Absolute, substantivorum more,

FINITIMI, ōrum, m. Sunt populi in confinibus nostris positi; *populi limitrofi. Cic. 2. Rep. 9.* Bella cum finitimis felicissime multa gessit. *Id. Sull. 20.* Cum ceteri deficerent finitimi et vicini. Adde *Caes. 1. B. G. 2.* et *5.* et *2. ibid. 16.* et *17.*

FĪNĪTĬO, ōnis, f. Verbale a *finio;* finium assignatio, circumscriptio, divisio. *Hygin. 1. Astron. 6. extr.* Si non in triginta partes unumquodque hemisphaerium dividatur, sed in alias quotlibet finitiones. — **2)** Item finis, terminus, status. *Vitruv. 2. 1. ad fin.* Liber hoc non profitetur, unde architectura nascatur, sed unde origines aedificiorum sint institutae, et quibus rationibus enutritae et progressae sint gradatim ad hanc finitionem. *Id. 8. 1.* Visum ad libratam altitudinem certa finitione designare. Adde *5. 4. sub fin.* — **3)** Item definitio; *definizione. Quintil. 7. 3. 2.* Finitio est rei propositae propria et dilucida, et breviter comprehensa verbis enunciatio. Adde *2. 15. 34.* et *alibi*, et *Gell. 15. 9.* etc. — **4)** Item propositio, regula. *Colum. 3. 11. ad fin.* Illam quasi finitionem, qua nos paulo ante usi sumus, veluti quandam legem senserunt, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice consimiles. — **5)** Item mora. *Inscript. apud Grut. 810. 10.* Naevia Prisca, si permanserit usque in diem finitionis suae, recipiatur ibi iuxta maritum suum. *Alia ibid. 827. 3.* Hos ab animo potuit disiungere nemo, nisi finitio fati. Adde *Vulg. Interpr. Eccli. 40. 2.*

FĪNĪTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *finio;* qui definit. Hinc *finitivus status* apud Rhetores dicitur, in quo quaeritur, quid quis fecerit. *Quintil. 3. 6. 5.* et *12. 2. 19.* et finitiva causa, *7. 3. extr.* Adde *Cassiod. de Rhetor.* — **2)** Apud Grammaticos *finitivus modus* verborum est, cum quasi definita et simplici utimur expositione, ut *accuso, accusabam:* qui et *indicativus* dicitur, et a *Quintil. 1. 6. 7. finiendi modus* (quamquam alii leg. *fatendi.* V. *Spalding. ad h. l.*) appellatur. *Diomed. 1. p. 328. Putsch.* — **3)** *Finitiva littera* dicitur, quae vocem claudit, et finit. *Capell. 3. p. 54.* Littera *f* nullum claudit finitiva sermonem. Adde *Mar. Victorin. 1. 3. 28.* — **4)** *Finitivae coniunctiones,* ut *dum, quamquam, postquam,* apud *Diomed. 1. p. 410. Putsch.*

FĪNĪTOR, ōris, m. Verbale a *finio;* terrae mensor, aut etiam alius arbiter, qui lite de agrorum finibus exorta, suos cuique limites praescribit. *Cic. 2. Agr. 15. extr.* Quaestori permittant, finitorem mittant. — **2)** *Finitor* etiam dicitur, qui cuicumque rei quocumque modo finem facit. *Stat. 8. Theb. 91. de Plutone.* O cunctis finitor maxime rerum. — **3)** *Finitor circulus* est *l'orizzonte.* V. FINIENS. — **4)** Translate. *Plaut. Poen. prol. 48.* Argumenti regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei ego sum factus finitor. Paenultimam hic *Plaut.* corripit, quasi non a verbo *finio*, sed a nomine *finis* ducens, ut a *vino* est *vinitor.* Alii tamen melius ordinem verborum sic mutant, *ei rei ego finitor factu' sum.*

FĪNĪTUS, a, um. Particip. verbi *finio*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Hinc superlat. *finitissimus* §. 3. — Est qui cessavit, desiit, peractus est; *finito, terminato. Iustin. 18. 1.* Finitum certamen. *Flor. 2. 13.* bellum. *Ovid. 3. Trist. 2. 17.* Via finita. *Horat. 1. Od. 19. 4.* Finiti amores. *Id. 2. Ep. 2. 104.* Finite studia. *Plin. 18. 67. 2.* Finiti frigoris indicium. *Id. 19. 13. 3.* Finitus sudor. *Quintil. 1. 6. 14.* Nomina ut littera finita. *Flor. 2. 13.* Carthago finita; *h. e.* eversa, sublata. — **2)** Absolute *finito;* re finita. *Plin. 9. ep. 13. a med.* Finito, incipit respondere Veiento. *Al. leg. multo rectius:* Finio, incipit respondere etc. — **3)** Item certis finibus conclusus, certus, determinatus, definitus, circumscriptus; *circoscritto, determinato. Cic. 2. Nat. D. 39.* In ore sita lingua est, finita dentibus. *Id. Partit. 18.* Duo sunt quaestionum genera: quorum alterum finitum temporibus et personis: alterum infinitum, nullis neque personis neque temporibus notatum. *Plin. 2. 54. 2.* Ventura finito die praecinere. *Ovid. 5. Fast. 65.* finitaque certis Legibus est aetas, unde petatur honos. *Vellei. 1. 10.* Egredi finito arenae circulo. — *Priscian. p. 1076. Putsch.* Et prima quidem et secunda persona verborum . . . non egent pronominibus, quippe cum sint finitissimae. V. INFINITUS. — **4)** Apud Grammaticos *finitus articulus* est, qui certum quippiam significat, ut *hic, haec: infinitus*, qui incertum, ut *quis, quae.* Ita *Varr. 10. LL. 1.* — **5)** *Finita pronomina* dicuntur, quae certam notant personam. *Rumn. Palaem. Art. p. 1576. Putsch.* Cf. §. 3. supra in *fin.*

FĬO. V. FACIO §. h., i. et seqq., item §. 40. et seqq.

FĬŎLA. V. PHIALA.

FIRCUS. V. HIRCUS.

FIRGO. V. VIRGO.

FIRMĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *firmo*, syllabica adiectione productum: firmitas; *fermezza. Ovid. 10. Met. 491.* Porrigitur radix, longi firmamina trunci.

FIRMĀMENTUM, i, n. Verbale a *firmo;* id quo quippiam firmatur, ne vacillet, aut ruat; *fermezza, rassodamento. Caes. 2. B. C. 15.* Ubi imbecillitas materiae postulare videretur, pilae interponuntur, transversaria tigna iniiciuntur, quae firmamento esse possint. *Gell. 13. 22.* Nervi sunt vincula et firmamenta membrorum. — **2)** *Firmamentum* pro caelo, in quo stellae fixae sunt, usurpatur ab *Augustin. 2. de Gen. ad litt.* etc. Cf. *Vulg. Interpr. Genes. 1. 6.* et *seqq.* — **3)** Translate. *Cic. Cluent. 2.* Parum firmamenti et parum virium veritas habet. *Id. Mur. 28.* Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis. *Id. Planc. 9.* Flos equitum Rom., ornamentum civitatis, firmamentum reipubl., publicanorum ordine continetur. *Id. Amic. 18.* Firmamentum stabilitatis constantiaeque eius, quam in amicitia quaerimus, fides est. *Id. 4. Tusc. 4.* Firmamentum disciplinae. *Id. Flacc. 37.* Si ullum firmamentum in illo teste posset. Adde *Tacit. 3. Hist. 8.* et *Liv. 29. 2.* — In plur. num. *Cic. 2. Rep. 10.* Romulus quum haec egregia duo firmamenta reipublicae perisset, auspicia et senatum. — Huc spectare possunt loca *Vulg. Interpr. Ps. 72. 4.* Non est . . . firmamentum in plaga eorum; *h. e.* non est diuturna. *Id. ibid. 77. 41.* Posuisti firmamentum eius formidinem; *h. e.* munimenta eius. — **4)** *Firmamentum panis* apud *Rund. ibid. 71. 16.* et *104. 16.* est triticum, quod in hominis nutritionem cedit. — **5)** Specialim

II. *Firmamentum* apud Rhetores est illud, quod ab accusatore opponitur contra rationem defensoris; ad firmandam scilicet suam accusationem, quae sine eo omnino corrueret. *Cic. Partit. 29.* Distinguendi gratia rationem appellamus eam, quae affertur a reo ad recusandum, depellendi criminis causa; quae nisi esset, quid defenderet, non haberet: firmamentum autem, quod contra ad labefactandam rationem refertur, sine quo accusatio stare non potest. Eadem habet *Auct. ad Herenn. 1. 16.* — **6)** Item *Cic. 1. Invent. 14.*, quae adolescens multo ante scripserat, aliter *firmamentum* definit, ac in *Partitionibus*, nempe firmissimam argumentationem non accusatoris, sed defensoris. Cf. *Quintil. 3. 9. 12.* et *ibid. 11. 1.*

FIRMĀTOR, ōris, f. Verbale a *firmo;* qui firmat; *raffermatore, rassodatore. Tacit. 2. Ann. 46.* Missus tamen Drusus pacis firmator. *Plin. 10. ep. 58.* Firmator disciplinae militaris.

FIRMĀTRIX, īcis, f. Verbale a *firmo;* quae firmat. — Translate. *Coripp. Laud. Iustin. 2. 16.* Et caeli liquidos firmatrix *(sapientia)* condidit ignes.

FIRMĀTUS, a, um. Particip. verbi *firmo*, adiectivorum more aliquando etiam adhibitum. — Proprie est roboratus, confirmatus; *stabilito, rassodato. Plin. 17. 35. 48.* Vitium gracilitas firmata circumligatis hastilibus. — **2)** Translate. *Cic. 1. Divin. 1.* Vetus opinio est, omnium gentium firmata consensu. *Id. Cluent. 5.* Animus consilio et ratione firmatus. *Id. Cael. 18.* Firmata iam aetas. *Caes. 4. B. G. 28.* Firmata pax. *Sallust. fragm. apud Arusian. Mess.* Firmatus animi. *Plaut. Mil. 2. 5. 43.* Nisi das firmatam fidem, te huc intro iturum. *Liv. 4. 7.* Non tamen pro firmato iam stetit magistratus eius ius, quia tertio mense, quam inierunt, honore abiere. *Curt. 7. 5.* Milites mature cibo ac potione firmati; *ristorati, rinvigoriti.*

FIRMĒ. Adverb. a *firmus*. — Comparat. *firmius* §. 1., superlat. *firmissime* §. 1. et 2. — Proprie est firmiter, stabiliter; *con fermezza. Ovid. 19. Heroid. 67.* Firmius o cupidi tandem cocamus amantes. *Plin. 33. 46. 5.* Ut firmius durent, calce addita. *Vitruv. 5. 12.* Pulvinus quam firmissime statuatur. *Suet. Cal. 26.* Firme insistere; *star saldo in piè: star a piè fermo.* — **2)** Translate. *Cic. 1. Fin. 21.* Firme graviterque aliquid comprehendere. Et 2. *ibid. 2.* Habere bene cognitam voluptatem, et satis firme conceptam animo. *Id. 10. Att.*

Digitized by Google

14. ad fin. Firmissime asseverare aliquid. *Id. 5. Fin. 9.* Assensus suos firme sustinere. *Plin. 6. ep. 13.* Graviter et firme respondere. *Quintil. 11. 2. 2.* Firme contipere aliquid: h. e. optime meminisse.

FIRMĪTAS, ātis, f. Abstractum a *firmus;* stabilitas, soliditas, constantia; *formezza, sodezza, stabilità. Plaut. Most. 3. 2. 155.* Age, specta, postes cuiusmodi! Quanta firmitate facti et quanta crassitudine! *Caes. 2. B. C. 11.* Ictum firmitas materiae sustinet. *Vitruv. 2. 6.* Pulvis *(Puteolanus)* commixtus calce et caemento aedificiis praestat firmitates. *Plin. 35. 46. 3.* Cois amphoris laus maxima, Adriacis firmitas. *Id. 14. 4. 16.* Uva sine nullis vasis in vite servabilis: tanta est contra frigora, aestus, tempestatesque firmitas. *Id. 19. 2. 6.* Aegyptio lino minimum firmitatis. *Id. 20. 20. 4.* Firmitas valetudinis. *Id. 35. 46. 1.* Fastigia templorum mira caelatura et arte, aevique firmitate sanctiora auro; *durabilità.* Sic *14. 4. 2* Firmitas vini. *Cic. 2. Phil. 25.* Gladiatoria totius corporis firmitas; *forze, robustezza. Gell. 2. 3.* Firmitas et vigor vocis. — **B)** Translate. *Cic. Sext. 44.* Virtus et firmitas animi. *Id. 9. Fam. 11.* Firmitatem et constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quam reliquisti. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 24.* Universus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus; *di valore. Suet. Vesp. 7.* Firmitas imperii. *Cic. Amic. 5.* Ea *(amicitia)* non satis habet firmitatis. Adde *ibid. 13.* et *11. Fam. 12.*

FIRMĪTER. Adverb. a *firmus;* firme; *con fermezza, sodamente. Plaut. Epid. 1. 1. 77.* Nisi suffulcis firmiter, non potes subsistere. *Cic. fragm.* apud *Non. 11. 24.* Firmiter stabilita matrimonia. *Lucil. ibid.* Firmiter hoc, pariterque tuo sit pectore fixum, *Caes. 4. B. G. 26.* Neque ordines servare, neque firmiter insistere poterant; *a piè fermo. Plaut. Pseud. 3. 2. 111.* Firmiter alicui promittere. *Gell. 13. 8.* Firmiter meminisse. *Cic. 1. Rep. 45. ad fin.* Ubi in suo quisque est gradu firmiter collocatus. V. FIRME.

FIRMĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *firmus;* firmitas; *fermezza. Auct. ad Herenn. 3. 11.* Firmitudinem vocis maxime natura comparat, nonnihil adaugeat et maxime conservat exercitatio declamationis; *buon petto. Caes. 3. B. G. 13.* Tanta in eis *(navibus)* erat firmitudo. *Id. 4. ibid. 17.* Tanta erat operis *(scil.* pontis) firmitudo. — **B)** Translate. *Plaut. Asin. 2. 2. 54.* et *Cic. 3. Fam. 13.* Firmitudo gravitasque animi. *Id. 11. Att. 14.* Salus ab isto data nihil habitura est firmitudinis; *stabilità. Tacit. 6. Ann. 46. sub fin.* In patientia firmitudinem simulans. — *Cic. 2. Invent. 19.* Ut per se minus habeant firmitudinis. Adde *Caes. 3. B. C. 28., Tacit. 4. Ann. 8.* et *Cic. 1. Rep. 45.*

FIRMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *firmus.* — Particip. *firmans* §. *1., firmandus* §. *2., firmatus,* V. suo loco, *firmaturus* §. *4.* — Proprie est firmum stabilemque reddo, stabilio, ne vacillet, aut ruat; *rassodare, stabilire, fermare. Curt. 4. 9. a med.* Gradum firmare vix poterant, cum modo saxa lubrica vestigium fallerent, modo rapidior unda subduceret. *Virg. 5. Aen. 659.* Trunca manum pinus regit et vestigia firmat *Tacit. 4. Ann. 73.* Aestuaria aggeribus et pontibus, traducendo graviori agmini, firmat. *Plin. 21. 105. 4.* Remedium ad dentium mobiles firmandos. *Id. 18. 8. 7.* Fossas in solutiore terra sepibus firmari, ne procidant. Et *35. 51. 5.* Bitumen ornamentis illinitur, firmatque ea contra ignes. — *Stat. 4. Theb. 582.* Nec iam firmanti baculo, neque virgine fida Nititur. — **B)** Latiore significatione est reficere, roborare; *rafforzare, rinforzare. Liv. 27. 13. extr.* Firmare cibo corpora. *Curt. 9. 10.* Vexatos milites quiete firmare. *Cic. 2. Tusc. 13.* Corpora iuvenum labore firmari. *Id. Brut. 97.* Firmare vocem. *Colum. 6. 27. a med.* Maior praegnantibus adhibenda cura est, largoque pascuo firmandae. *Virg. 3. G. 209.* non ulla magis vires industria firmat, Quam venerem et caeci stimulos avertere amoris. — **C)** Speciatim

II. *Firmo* in re militari est munire; *fortificare. Caes. 6. B. G. 28.* Praesidium pontis tuendi causa ponit, magnisque eum locum munitionibus firmat. *Sall. Iug. 25.* Turres exstruit, easque praesidiis firmat. *Hirt. B. Afr. 13.* Sinistrum cornu magnis equitum copiis firmaverat. *Virg. 11. Aen. 465.* aditus urbis firmare; *presidiare.* — **A)** Translate est tutum, stabilem et constantem reddere; *confermare. Hirt. 8. B. G. 27.* Complures civitates in fidem recipit, obsidibus firmat. *Cic. Sull. 11.* Qui filium suum vita privavit, ut in ceteris firmaret imperium. *14. 2. Offic. 11. extr.* Alicuius opes firmare atque augere. *Id. 2. de Rep. (edente A. Maio) 18.* Ancus Marcius ad ostium Tiberis urbem condidit, colonisque firmavit. *Horat. 3. Od. 5. 45.* Donec labantes consilio patres Firmaret. *Quintil. 1. 1. 36.* et *2. 4. 15.* Firmare memoriam. *Iustin. 1. 10.* Regalibus nuptiis regnum firmaturus. — **B)** Item confirmare, securum reddere; *assicurare, confortare. Virg. 3. Aen. 610.* dextram Anchises Dat iuveni, atque animum praesenti pignore firmat. *Caes. 3. B. C. 65.* Cuius adventus Pompeianos compressit, nostrosque firmavit, ut se ex maximo timore colligerent. *Iustin. 2. 11.* Leonida cum in bellum proficisceretur, ita suos firmaverat, ut ire se parato ad moriendum animo scirent. *Id. 22. 4.* Animos firmare in obsidionis patientiam. *Tacit. 16. Ann. 35.* Firmare animum constantibus exemplis. — **C)** Apud Medicos sumitur pro sistere; *fermare. Cels. 1. 3.* et *Plin. 14. 22. 2.* Uva, quae alvum solutam firmat. — **D)** Item *firmo* est etiam verbum solemne de oraculorum responsis, et est auctoritate probare; *approvare. Virg. 2. Aen. 691.* Da deinde auxilium pater, atque haec omina firma. *Id. 12. ibid. 188.* Di numine firment. Adde *Val. Flacc. 3. 711.* et *Tacit. Germ. 39.* — Sic *Cic. 1. Divin. 45. confirmare* adhibuit. V. CONFIRMO §. 8. — **E)** Deinde

III. *Firmo* frequenter significat rationibus probare, ostendere; *confermare, provare. Cic. Har. resp. 14.* Tabulis hoc censorum, memoria multorum firmabo ac docebo. *Id. Fat. 5. extr.* Si vis et natura fati ex divinationis ratione firmabitur. *Id. 2. Leg. 7.* Multa firmantur iureiurando. *Virg. 12. Aen. 212.* Talibus inter se firmabant foedera dictis. — **B)** Item ratum facere. *Ter. Andr. 3. 1. 5* Pamphilus firmavit fidem. Nam quod peperisset, iussit tolli; *confermò la parola, o promessa data. Id. Hecyr. 4. 2. 5.* fidem alicui rei firmare; h. e. facere, ut magis credatur. — **C)** Item affirmare, asseverare; *affermare, promettere, assicurare. Hirt. 8. B. G. 48.* Seque ibi futurum, ubi praescripserit, et ea facturum, quae imperaverit, obsidibus datis firmat. *Tacit. 2. Hist. 9.* Paratis omnium animis, reversuros firmaverunt. *Pallad. 11. 12.* Alii amygdalo inseri posse firmarunt. — Et passive. *Id. 10. 3.* Sata bene provenire firmantur; *si dice, che* etc.

FIRMUS, a, um. Adiect. parum certae originis. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 91. Müll.* « Firmum ἀπὸ τοῦ ἱρματος, quod significat sustentaculum, dictum videtur. » Quod si verum est, *f* littera supplet aspirationem Graeci vocabuli. Alii autem ducunt ab *ἱρμὸς*; nexus: alii a *βρμὸς*; fortis, validus. — *Isid.* autem *10. Orig. 99.* « *Firmus*, unde et *formosus*. » V. FORMOSUS. — **b)** Comparat. *firmior* §. *1.* et seqq., superlat. *firmissimus* §. *2.* et seqq. — **c)** Derivata, *firmamen, firmamentum, firmator, firmatrix, firme, firmitas, firmiter, firmitudo, firmo.* — **d)** Composita, *affirmo, confirmo, effirmo, infirmis, infirmo, infirmus, obfirmo, refirmatus.*

FIRMUS proprie est qui non vacillat, aut ruit, qui dimoveri, aut labefactari non potest, stabilis, fixus, durus; *fermo, sodo, stabile, saldo. Ovid. 1. Pont. 4. 35.* Nos fragili vastum ligno sulcavimus aequor: Quae tulit Aesoniden, firma carina fuit. *Id. 1. Fast. 570.* Firma vincula. *Id. 2. Amor. 12. 3.* ianua. *Id. 1. Pont. 2. 24.* sera. *Id. 2. Art. am. 652.* arbor. *Virg. 2. Aen. 481.* firma robora. *Curt. 5. 1.* Firmum solum. *Plin. 9. 32. 1.* Firmioris testae murices. — **B)** Refertur et ad vires corporis; *forte, robusto. Nep. Eumen. 11.* Fuit viribus ad laborem ferendum firmis. *Cic. 16. Fam. 8.* Effice ut valeas et ut ad nos firmus ac valens quamprimum venias. Et *5.* Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportares. *Id. 11. ibid. 27.* Nondum satis firmo corpore cum esset, ad me mane venit. *Vellei. 2. 84.* Firmissimi remiges. — **C)** Dicitur et de cibis, qui sunt solidioris alimenti et vires adduni. *Cels. 2. 18.* Firmius est triticum, quam milium: idipsum, quam hordeum: ex tritico firmissima siligo. Et *ibid.* Firmior ex frumento potio. *Varr. 2. RR. 11.* Firmo cibo pasta pecus. — **A)** Universim autem, ratione habita praesertim durationis sive temporis,

II. *Firmus* dicitur de quacumque re etiam abstracta, quae diu durat; et est stabilis, constans, permanens, immotus; *fermo, stabile, durevole, immoto. Virg. 2. G. 97.* Sunt etiam Amineae vites, firmissima vina. *Plin. 26. 7. 1.* Durabat antiquitas firma. *Cic. 1. Offic. 2.* Praecepta officii firma, stabilia, coniuncta naturae. *Id. Brut. 30.* Opinio firma et stabilis. Et *78.* Argumenta firma ad probandum. *Id. 1. Acad. 11. extr.* Firma et constans assensio. *Id. 7. Att. 25.* Attulit a te litteras hilariores, nec tamen firmas, ut soles; h. e. in quibus certae res atque exploratae narrentur. Et *3. ibid. 25.* Firmissima benevolentia hominum munitum esse. *Id. 6. Fam. 5. extr.* Spem firmissimam habere. *Id. 4. Acad. 46.* Illud ratum, firmum, fixum fuisse vis. *Id. Orat. in fin.* Ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inveni firmius, quod tenerem, quam etc. *Id. 16. Att. 5* Nisi iudicassem, hoc, quod dico, firmum fore. *Id. 7. Verr. 29.* Utrum tandem tibi ad defensionem firmius fore putasti? *Ter. Heaut. 2. 3. 96.* Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum. — Poetice cum infinito. *Horat. 2. Ep. 17. 47.* Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus; h. e. non valens, non sufficiens. — **B)** Speciatim vero

III. *Firmus* transfertur etiam ad vires militares et robur reipublicae. *Liv. 25. 25.* Exercitus satis firmos ad tantum bellum efficere. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 15.* Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur. *Cn. Magnus* ad *Coss. post ep. 12. l. 8. ad Att.* Domitius non satis firmus esset ad castra facienda. *Nep. Eumen. 3.* Cum neque magnas copias, neque firmas haberet, quod inexercitatae et non multo ante erant contractae. *Cic. 1. Fin. 10.* Laus et caritas sunt vitae sine metu degendae praesidia firmissima. *Id. 15. Fam. 4.* Evocatorum firma manus et equitatus sane idoneus. *Caes. 5. B. G. 52.* Senones, quae est civitas in primis firma. — *Glans* missilis in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 662.* LEG. XVIII. FIRMA — **C)** Saepissime ad animi vires et constantiam, qua nulla re quis a proposito dimoveri potest; *fermo, costan-*

Digitized by Google

te, franco. Cic. 6. Phil. 7. Senatum sua sponte bene firmum, firmiorem vestra auctoritate fecistis. *Id. Balb. 27.* Firmiorem esse in sententia. *Id. Mil. 33. ad fin.* Vir et in republica fortissimus et in suscepta causa firmissimus. *Id. Divin. Verr. 9.* Accusator firmus et verus. *Tibull. 3. 2. 6.* Non ego firmus in hoc. *Cic. fil. 16. Fam. 21.* Firmo constantique animo quippiam facere. *Virg. 6. Aen. 264.* Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo. *Plin. 2. ep. 11.* Vir egregius et pro veritate firmissimus. *Vellei. 2. 65.* Firmus proposito. *Ovid. 7. Met. 457.* firmissimus ira. *Horat. 2. Sat. 7. 26.* Aut quia non firmus rectum defendis et haeres; *h. e.* non es constans in defendendo. — **7)** Item ad fidelitatem. *Cic. 15. Fam. 4. ad fin.* Ut ex infidelissimis sociis firmissimos redderem. *Q. Cic. Petit. cons. 7.* Non brevis et suffragatoria, sed firma et perpetua amicitia. *Cic. Coel.* et *Nep. Lysandr. 2.* Firmus amicus ac fidelis. *Cic. Amic. 17.* Amici firmi et stabiles et constantes.

Nota. Inter *firmum* et *validum* hoc statuit discrimen *Isid. 1. Differ. 238.* « *Firmus* ex firmitate naturae; *valens* vero ex praecipuis viribus, ut athleta. »

FISCĀLIS, le. Adiect. a *fiscus;* ad fiscum pertinens; *fiscale, del fisco. Ulp. Dig. 45. 8. 2.* Res fiscales quasi propriae et privatae principis sunt. *Vopisc. Aurelian. 48.* Fiscalia vina. *Papinian. Dig. 2. 14. 42.* Fiscale ius. *Paul. ibid. 49. 14. 45. a med.* Debitores fiscales. *Suet. Domit. 9.* Fiscales calumnias magna calumniantium poena repressit; *h. e.* delationes, et poenas, quibus in utilitatem fisci cives a delatoribus accusati afficiebantur. *Aurel. Vict. Caesar. 41.* Fiscales molestiae severius pressae; *h. e.* acerbae exactiones rerum fiscalium. *Cassiod. 2. Var. 17.* Fiscalis calculus. *Id. 3. ibid 32.* Fiscalia tributa relaxare. *Id. 11. ibid. 7. ante med.* Fiscalia onera nulla occasione volumus infirmari. *Salvian. 6. Gub. D. 12.* Quae *(bella)* vastatis urbibus mari clausis, et eversis Sardinia ac Sicilia, idest fiscalibus horreis, atque abscissis velut vitalibus venis, Africam ipsam, idest quasi animam captivavere Reipublicae. — **2)** *Fiscalis cursus* est cursus publicus, privata fisci impensa institutus; *pubblichi posti*. V. cursus §. 5. *Spartian. Hadrian. 7.* Statim cursum fiscalem instituit, ne magistratus hoc onere gravarentur. — **3)** Gladiatores fiscales; *h. e.* e fisco principis alti. *Capitolin. Gord. tres. 33.* Gladiatorum fiscalium paria mille. — **4)** Absolute, substantivorum more,

FISCALIA, ium, n. Sunt res ad fiscum pertinentes. *Inscript.* apud *Fabretti, p. 634. n. 290.* feci Secure solus semper fiscalia manceps; *h. e.* manceps, seu publicanus ea, quae ad fiscum pertinent, vectigalia conduxi a procuratore Caesaris locata.

Nota. *Furlanetto* aliam *Inscr.* dedit ex *Maffei, Antiq. Gall. p. 84.* In provincia Lugdunensi quinque fiscalia *cum agerem*, plerosque viros bonos perspexi etc. Sed ibi legendum esse *quinque fascalis* loco *quinque fiscalia* recte statuit *Momms.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1852. p. 173.* et *seq.*

FISCĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *fiscus*, absolute adhibitum de eo, qui fisco aliquid debet. *Firmic. 5. Mathes. 15. a med.* annuae fiscariorum praestationes.

FISCELLĂ, ae, f. Deminut. a *fiscus;* parvus fiscus, vas ex virgis salicis, aut iunco, aliave materie textum: quale est, in quo caseus exprimitur, uvae deferuntur, etc.; *fiscella, fistella, cestella, canestro. Virg. 10. Ecl. 71.* gracili fiscellam texit hibisco. *Tibull. 2. 3. 13.* Tunc fiscella levi detexta est vimine iunci, Baraque per nexus est via facta sero. *Ovid. 4. Fast. 745.* Libaque de milio milii fiscella sequatur. *Colum. 12. 18. de vindemia.* Si vincta grandia sunt, fabricandae decimodiae et trimodiae et fiscellae texendae et picandae. Adde *Vulg. Interpr. Exod. 2. 5.* et *5.* — *Gloss. Isid.* Fiscella, forma, ubi casei exprimuntur. — **2)** A similitudine ita dicitur capistrum e vimine, aut funiculis, quo boum ora inter arandum coercentur: *museliera. Cato, RR. 54. extr.* Boves fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur, cum arabunt. *Plin. 18. 49. 2.* Si inter arbores vitesque aretur, fiscellis capistrari oportet, ne germinum tenera praecerpant. — **3)** Item ad prohibendas oves a salientibus arietibus. *Varr. 2. RR. 2.* Deterrent ab saliendo fiscellis e iunco, aliave qua re, quod adligant ad naturam.

FISCELLUS, i, m. Deminut. a *fiscus*, idem quod fiscella. *Colum. 12. 38. a med.* Baccas myrti fiscello ligneo inclusas exprimito. — **2)** Ita etiam appellatur casei mollis appetitor: ut catillones, catillorum liguritores. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 90. Müller*, qui legeret *fiscello* pro *fiscellus*. V. eum de hac re disserentem.

FISCILLĂ, ae, f. Deminut. a *fiscina*, ut exponit *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 561.*, sed eiusdem significationis. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 144. n. 132.*

FISCĬNĂ, ae, f. Nomen adiectivorum more effictum a *fiscus*, sed absolute adhibitum. Cf. *Isid. 20. Orig. 9. 7.* et *Hildebr. l. c.* in voc. praeced. — Est omne genus vasis ex vimine, iunco, sparto, aliave materie contexti; *cestella, canestro, cesta, cestone. Cic. Flacc. 17.* Homini Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti. *Virg. 1. G. 266.* Nunc facilis rubea texatur fiscina virga. *Naevius* apud *Serv.* ad *hunc loc.* Quod quaeso ut in pectus tuum demittas, tanquam vindemiator in fiscinam. *Colum. 12. 39. ad fin.* In fiscina nova uvas premito. Et *50. ante med.* Baccam oleae in fiscinis novis includi, prelisque subiici. *Martial. 1. 44.* Rustica lactantes nec misit fiscina metas; *h. e.* metam lactis. *Ovid. 4. Fast. 754.* data est aegrae fiscina frondis ovi. *Plin. 18. 74. 4.* Unus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die iustum habet. *Id. 34. 19. 17.* Equus cum fiscinis; *colle ceste da soma*.

FISCLUM, i, n. Deminut. a *fiscus*, per syncopen factum pro *fisculum. Isid. 20. Orig. 14. 15.* Fisclum, quasi fisculum, a colando oleum dictum, vel quasi fiscella olei.

FISCULUM. V. voc. praeced.

FISCUS, i, m. Nomen, quod vulgo derivatur a φύσκος; botulus, hinc φύσκη; vesica, quae a φυσάω; sufflo, flatu distendo. — **b)** *Fiscus* pro *fiscus* scribitur in *Inscr.* apud *Grut. 1056. 1.* — **c)** Derivata, *fiscalis, fiscarius, fiscella, fiscellus, fiscilla, fiscina, fisclum.* — **d)** Composita, *confiscatio, confiscator, confisco, suffiscus*.

FISCUS proprie est vas vimineum, iuneum, aut ex simili alia materia, ad eos praesertim usus, quos in *Fiscina* et *Fiscella* exemplis indicavimus, corbis, quasillus, cista, sporta; *cesto, cestello, paniere, sportella. Colum. 12. 50. sub fin.* Fiscis novis oleum premi oportebit. Et *52.* Oleam in novo fisco adiicito, subiectamque prelo sic premito, ne vasa intorqueas. — *Augustin. Enarr. in Ps. 146. n. 17.* Fiscus saccus est; unde et fiscellae et fiscinae dicuntur. — **2)** Mos fuit maioris summae pecuniam in fiscos condi: quare

II. *Fiscus* saepe locum, arcam, saccellum, cophinum, follem pecuniae significat; *cassa del danaro, scrigno, sacchetto, borsa. Cic. 2. Verr. 8.* Fiscos complores cum pecunia Siciliensi a quodam senatore ad equitem R. esse translatos: ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse. *Phaedr. 2. 7.* Mulus ferebat fiscos cum pecunia. *Iuvenal. 14. 259.* aerata multus in arca Fiscus. *Suet. Claud. 18.* Positis ante se cum pecunia fiscis. V. suffiscus. — **3)** Specialim

III. *Fiscus* dicitur de pecunia publica, quia haec maioris summae est, quam privata. *Cic. 5. Verr. 85.* Quaternos H-S, quos mihi senatus decrevit et ex aerario dedit, ego habebo et in cistam transferam ex fisco. — *Id. ibid. 79.* Viator aut Venerius, qui fiscum sustulit. *Id. 3. Qu. Fr. 4.* De fisco quid egerit Scipio, quaeram. — **4)** Sub imperatoribus *fiscus* dicta est pecunia et patrimonium principis, sicut *aerarium* reipublicae. *Senec. 7. Benef. 6.* Caesar omnia habet, fiscus eius privata tantum ac sua. *Iuvenal. 4. 54.* Quidquid conspicuum pulcrumque ex aequore toto est, Res fisci est, ubicumque natat. *Paul. Dig. 39. 4. 9. extr.* Fiscus ab omnium vectigalium praestationibus immunis est. *Suet. Domit. 12.* Iudaicus fiscus acerbissime actus est; *h. e.* exacta pecunia, quae a Iudaeis fisco debebatur ex tributi impositione. *Plin. Paneg. 36. a med.* Saepius vincitur fiscus, cuius mala causa numquam est, nisi sub bono principe. — *Vulg. Interpr. 1. Esdr. 7. 20.* Fiscus regis. — **5)** Postea *fiscus* appellata est omnis pecunia publica, itemque ius ac dominium reipublicae in agros, vectigalia et ceteras res, unde reditus in publicum veniunt; *fisco*. Hinc *Eutrop. 8. 16.* aperte fiscum pro aerario posuit. — *Inscr.* apud *Renier, n. 257.* Ad fisci advocationes ter numero promotus Thevestinam, Hadrumetinam, Thamundensem. — *Augustin. Enarr. in Ps. 146. n. 17.* Si non habet rempublicam suam Christus, non habet fiscum suum . . . Ne putetis quin aliquis Draco est fiscus, quia cum timore auditur exactor fisci. Ipsum habet Dominus in terra, quando loculos habebat. — **6)** *Fiscus castrensis*, V. castrensis §. 6.

FISSĬCŬLĀTOR, ōris, m. Verbale a *fissiculo;* augur naturas in exta animalium quaerens, ut exponit *Isid.* in *Gloss.*

FISSĬCŬLĀTUS, a, um. V. voc. seq.

FISSĬCŬLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. per deminut. factum a *fissus*, quod est a *findo;* findendo divido. *Apul. de Deo Socrat.* Daemonum cuique tributa provincia, vel somniis conformandis, vel extis fissiculandis, vel praepetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, etc.; *h. e.* extis minutatim ita dividendis, ut appareat *fissum iecoris*. V. fissus §. 4. *Capell. 1. p. 3.* In fanis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denunciata pecudum caede fissiculatis extorum prosiciis viscera loquebantur. *Id. 2. p. 38.* Haec numina haruspicio exta fissiculant admonentia quaedam, vocesque transmittunt, auguratisque loquuntur ominibus. Cf. divfissus.

FISSĬLIS, le. Adiect. verbale a *fissus*, quod est a *findo;* qui findi potest; *facile da fendersi. Virg. 8. Aen. 181.* cuneis et fissile robur Scinditur. *Plin. 16. 64. 2.* Arundo fissilis praecuta semper acie. *Id. ibid. 73. 5.* Lignum nullis rimis fissile. Et *36. 27. 1.* Lapis fissili vena scinditur. — **2)** Item fissus; *spaccato, fesso. Colum. 9. 1.* Sive teres arboris truncus, sive ut crassitudo postulavit, fissilis stipes. — **3)** Ioculariter *Plaut. Aul. 3. 2. 25.* Ad focum si adesses, non fissile haberes caput; *non avresti il capo rotto*.

FISSĬO, ōnis, f. Verbale a *findo;* actus findendi; *fenditura. Cic. 2. Nat. D. 65.* Quibus cum terrae subigerentur fissione glebarum, etc.

Digitized by Google

FISSĪPES, ĕdis, omn. gen. Adiect. a *fissus* et *pes;* qui pedes seu ungulas fissas habet. *Auson. epist. 5. 5.* Fissipedes iuvencae. — **2)** Translate. *Id. ibid. 7. 49.* Fissipes calamus; *penna da scrivere.*

FISSŪRA, ae, f. Verbale a *findo;* rima, vel divisio, quae fit findendo; *fessura, crepatura. Plin. 10. 85. 5.* Quorum in digitos pedum fissura divisa est. *Colum. 4. 29.* Totius obtruncatione vitis et cum eiusdem resectionis fissura praecipit fieri. *Plin. 35. 53. 1.* Lapis friabilis, fissurisque, non globis dehiscens. *Id. 28. 30. 4.* Asini sevum labrorum fissuris *(medetur)* cum adipe anserino. *Plin. 22. 22. 1.* Coronopus oblonga herba est cum fissuris. Adde *17. 24. 2.*

FISSŪRĀRĬUS, ii, m. Verbale a *findo*, a quo *fissura*. Est qui fissuras facit. *Not. Tir. p. 122.* Fissura, fissurarius.

FISSUS, a, um. Particip. verbi *findo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est findendo scissus; *fisso, sfisso. Ovid. 4. Met. 65.* Paries fissus tenui rima. Et *585.* Lingua fissa in partes duas. *Cels. 8. 10.* Ferulae fissae circumpositaeque ossa in sua sede contineant. *Plin. 17. 45. 2.* Fissa radice inditur lapis. *Suet. Caes. 61.* Equus ungulis fissis in modum digitorum. — **2)** Translate. *Prudent. Psychom. 760.* fissa voluntas Confundit variis arcana biformia fibris; *h. e.* divisa, dissentiens. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FISSUM, i, n. Est fissura; *fessura, fisso. Cels. 7. 30.* Si qua fissa in ano vetustate indurueruut, iamque callum habent; *crepature, ῥαγάδες:* fissuras ani diutinas *Scribon. 223.* vocat. V. RHAGADES. — **4)** *Fissum iecoris* apud haruspices est scissura et divisura, qua secur in duas partes, seu λοβοὺς dividitur, quarum unam familiarem dicebant, hostilem alteram (V. FISSICULO et FAMILIARIS). *Cic. 1. Divin. 52.* Non placet Stoicis, singulis iecorum fissis, aut avium cantibus interesse Deum. Et 2. *ibid. 13.* Fissum familiare et vitale tractant. Et *1. ibid. 40.* Quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio: quae causa sit, nescio. Adde *3. Nat. D. 6.*

FISTELLĂ, ae, f. Deminut. a *fistula;* parva fistula; *cannello. Pelagon. Veterin. 24.* Si sanguis per nares fluxerit, linteolum et lanam combures, et per fistellam in nares exsufflas.

FISTŬCĂ, ae, f. Nomen parum certae originis, quod tamen vulgo deducitur ab *ἱστάνω;* statuo; quo etymo admisso, littera *f* esset loco aspirationis Graeci vocabuli. — **b)** Derivata, *fistucatio, fistuco.*

FISTUCA proprie est instrumentum utrinque ansatum, ponderosum, quo alte plurium manibus sublato pali magna vi terrae infiguntur; *battipalo. Caes. 4. B. G. 17.* Haec tigna cum machinationibus demissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat, etc. — **2)** Item crassum lignum, aut ferrum, quo pavimenta paviuntur, arcae complanantur, calcantur et solidantur; *mazzeranga, orso. Plin. 36. 61. 1.* Pavimenta in Italia fistucis pavita. *Cato, RR. 38.* Operito terra radicibus fini, deinde calcato pedibus bene: deinde fistucis vectibusque calcato quam optime poteris.

FISTŪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fistuco;* actus fistucandi, calcatura, solidatio; *calcamento. Vitruv. 7. 1.* Si congesticius locus fuerit, fistucationibus solidetur. Et *10. 5.* Pali resupinati defodiantur et circum fistucatione solidentur.

FISTŪCĀTUS, a, um. Particip. verbi *fistuco*, adiectivorum more etiam adhibitum; fistuca pavitus, calcatus; *mazzerangato, calcato. Vitruv. 7. 4. ad fin.* et *Plin. 36. 63. 1.* Solo fistucato inducitur rudus. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FISTUCATUM, i, n. Est idem quod fistucatio. *Plin. 17. 16. 8.* Terram circa radices fistucato spissandam. — Potest tamen explicari de ipso participio absolute adhibito, ut *fistucato* sit fistucando; *col mazzerangare.*

FISTŪCO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fistuca*. — Particip. *fistucatus*, v. suo loco. — Est fistuca pavio, calco, solido; *calcare, mazzerangare. Cato, RR. 18. a med.* Fundamenta primum fistucato, postea caementis struito. *Plin. 36. 62. 1.* Rudus pedali crassitudine fistucari.

FISTŬLA, ae, f. Nomen parum certae originis, quod tamen quidam volunt esse quasi *φύσθλα*, a *φύσαω;* inflo, quod de instrumento musico dicitur. — Alia significatione, scilicet de canali, aliter deducit *Isid. 15. Orig. 8. 17.* « Fistulae aquarum sunt dictae, quod aquas fundant et mittant: nam στέλλειν Graece mittere est. » Sed harum nulla videtur propria significatio. — **b)** Derivata, *fistella, fistularis, fistularius, fistulatim, fistulator, fistulatorius, fistulesco, fistulo, fistulosus.*

FISTULA proprie videtur significare calamus intus cavus, sive simplex, sive internodiis distinctus, canna, aruudo; *canna, fistola. Plin. 19. 23. 3.* Cucumeres, in fistula flore demisso, mira longitudine crescunt; *h. e.* cannae inserto, cui prius omnes nodos perforaveris, ut *Pallad. 4. 9. ante med.* explicat. *Plin. 12. 48. 2.* Fistula calami odorati; *h. e.* internodium intus pertusum. *Id. 34. 25. 2.* et *ibid. 32. 4.* Impellere et inspirare aliquid in aures flatu per fistulam; *con una cannella.* — **2)** Huc spectat locus ex *Vulg. Interpr. Cantic. 4. 14.* Nardus et crocus, fistula et cinnamomum cum universis lignis Libani. *Fistula* hic videtur esse calamus aromaticus, de quo *Theophrast. Hist. plant. 9. 7.* et *Isid. 17. Orig. 8. 13.* V. CALAMUS §. 2. — **3)** Deinde a similitudine

II. *Fistula* est avena, musicum instrumentum pastorale, quod inflando sonum edit, ex pluribus calamis, imparibus, varii sonoris, cera compactis conflatum, cuius inventor Pan primus fuisse dicitur a *Virg. 2. Ecl. 32.*, ab *Ovid. 1. Met. 690.* et *seqq.* et a *Plin. 7. 57. 15.*, Italice *zampogna. Tibull. 2. 5. 31.* Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo: Nam calamus cera iungitur usque minor. *Virg. 2. Ecl. 36.* Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Et *5. ibid. 25.* aut unquam tibi fistula cera iuncta fuit? *Ovid. 13. Met. 784.* Sumptaque arundinibus compacta est fistula centum: Senserunt toti pastoria sibila montes. *Cic. 3. Orat. 60.* Fistula eburneola. Cf. *Quintil. 1. 10. 27.* Adde *Martial. 14. 63.* et *Lucret. 4. 590.* — *Vulg. Interpr. Dan. 3-5.* Quum audieritis sonitum tubae et fistulae. Cf. TIBIA, ubi et eius ab hac discrimen traditur. — **4)** Potest etiam dici de tibia, quae unius calami est. *Macrob. praefat. l. 1. Saturn. a med.* Vides, quam multorum vocibus chorus constet; una tamen ex his omnibus redditur: aliqua est illic acuta, aliqua gravis, aliqua media: accedunt viris feminae, interponitur fistula. — **5)** Ioculariter. *Cic. 1. Att. 16.* Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas *ἐπισημασίας* sine ulla pastoricia fistula conferebamus; *senza essere stati presi col zuffolo.* — **6)** Praeterea

III. *Fistula* est etiam tubus, canalis opertus claususque, per quem aqua fluit; *tubo, doccia, docciona, cannone. Cic. Rabir. perduell. in fin.* Fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iovis O. M. templis ac aedibus, praecidi imperarat. *Plin. 2. 106. 1.* Aquae dulces iuxta mare, ut fistulis, emicantes. Adde *31. 31. 2.*, ubi quinarias, octonarias, denarias fistulas describit: itemque *Frontin. Aquaed. 25.* et *seqq. Inscr.* apud *Grut. 171. 8.* Fistulas soledas *(sic)* fecit. Adde *alias* apud *Orelli, n. 3322.* et *3324.* — *Isid. 19. Orig. 10. 29.* Fistularum formae pro magnitudine aquae et capacitate fiunt, per quas aquae per certos modulos dividuntur: e quibus est uncia, et quinaria, digitus quadratus, digitus rotundus et ceteri modi quique. — **7)** Hinc speciatim, pariter a similitudine,

IV. *Fistula* dicitur quicumque cavatus tubus fistulae similis, per quem quid defluit, ut in animalibus aspera arteria, intestinorum ductus, etc. in ossibus, cannisque foramen cavitasque medullae, etc. *Plin. 11. 66. 1.* Sub uva minor lingua, epiglossis appellata: opera eius gemina, duabus interpositae fistulis; *esofago e asperarteria* (Adde *Gell. 17. 11.*). Et *ibid. 72. 1.* Pulmo spongiosus ac fistulis inanibus cavus. *Id. 9. 6. 4.* Haec duo genera fistulis spirant, quae ad pulmonem pertinent, balaenis a fronte, delphinis a dorso. *Id. 28. 27. 11.* Extrema fistula intestini. *Id. 31. 47. 1.* Spongiarum alias mares existimavere, tenui fistula: alias feminas, maioribus fistulis ac perpetuis: e maribus duriores alias, tenuissimis fistulis atque densissimis. *Id. 11. 62. 1.* Dentes aspidi tenui fistula perforati; *h. e.* intus cavi ad modum calamorum in fistula. Et *ibid. 54. 3.* Muscarum generi lingua evidens fistula est; *h. e.* perforata, aculeus fistulosus. *Id. 30. 8. 8.* Ossiculis gallinarum in pariete servatis, fistula salva. — **8)** Item *Pers. 3. 14. fistulam* vocat calamum scriptorium. — **9)** Item *fistulam* vocat *Plin. 17. 25. 1.* ferramentum sutorium, quo coria inciduntur. — **10)** Quam *Cato, RR. 10.* memorat *fistulam farrariam*, est pilum praeferratum multis ferramentis oblongis, obtusisque, et ad modum calamorum in fistula musicali, in capite pili infixis compactisque: simile opinor iis, quibus teruntur lineí panni ad chartam faciendam. — *Plin. 18. 23. 1.* Etruria spicam farris tosti pisit pilo praeferrato, fistula serrata, et stella intus denticulata, ut nisi intenti pisant, concidantur grana, ferrumque fragatur. — **11)** Est etiam baculus teres, quo pistores, et bellarii tracta, ex quibus lagana fiunt, complanant; *spianatoio. Apic. 42.* Unum laganum fistula percuties. — **12)** Item apud Medicos

V. *Fistula* est ulcus oblongum, angustum, et profundum in corpore sive ex vitio, sive ex morbo, pus trahens; *fistola. Nep. Attic. 21.* Tanta vis morbi in unum intestinum erupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit. *Al. leg.* fistula puris. *Cels. 7. 4.* Adversus fistulas, si altius penetrant, si tortuosae sunt, etc. Et *ibid.* Solent inter costas fistulae subter ire, etc. *Plin. 20. 55. 3.* Fistulas et humores evocare. Et *24. 51. 1.* Laxare et siccare fistulas, etc. Et *ibid. 53. 2.* Tumores sanant, extrahuntque per fistulas.

FISTŬLANS. V. FISTULO §. 1.

FISTŬLĀRIS, re. Adiect. a *fistula;* ad fistulam pertinens, ut Fistulare medicamentum, *Veget. 2. Veterin. 13.* — **2)** *Fistulares versus* apud *Diomed. 3. p. 498. Putsch.*, dicuntur qui ab una syllaba ad plures surgunt, ideoque fistulae figuram representant.

FISTŬLĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *fistula*, absolute adhibitum de eo, qui fistula canit. *Inscript.* apud *Fabretti, p. 623. n. 218.* Q. Grisidio *(leg.* Caesidio) Q. f. Sabiniano fistulario, cantori, etc. V. IMAGINARIUS.

Digitized by Google

FISTŬLĀTIM. Adverb. a *fistula;* per fistulas. *Apul. 4. Met.* Fimus fistulatim exeussus.

FISTŬLĀTOR, ōris, m. Verbale a *fistulo;* qui fistula canit; *sonator di sampogna. Cic. 3. Orat. 61.* Sed fistulatorem domi relinquetis. Adde *Coel. Aurel. 5. Chron. 1. n. 23.*

FISTŬLĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. a *fistulator;* ad fistulatorem pertinens, ut Fistulatoriae artes, *Arnob. 2. p. 73.*

FISTŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *fistulo,* adiectivorum more etiam adhibitum; cavatus in morem fistulae. *Arnob. 2. p. 84.* Venae fistulatae, et commeabiles. *Sidon. carm. 2. post ep. 13. l. 9.* Aera fistulata. *Suet. Ner. 51.* Coenationes laquentae tabulis eburneis versatilibus, ut flores; fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur. Ita recte leg. *Salmas.* ad *Vopisc. Aurelian. 46.*, ita etiam edidit *Baumgartem:* alii aliter.

FISTŬLESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *fistulo;* in fistulae morem pertundor. *Fulgent. 2. Mythol. 19.* Cremantis lunae abscissa ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fistulescunt. — Eadem habet *Schol.* ad *Germanic. Prognostic. p. 159.* edit. *Lemaire, T. 6. Poetar. min.*

FISTŬLO, as, ātum, āre. Verbum intransitiv. a *fistula.* — Particip. *fistulans* §. *1.*, *fistulatus*, v. suo loco. — Proprie est in fistulae morem fundor, fistulam ago. *Plin. 18. 29. 1.* Terra bibula, et pumicis vice fistulans. *Harduin.* legit *fistulosa* ex MSS. *Sillig.* vero ex alio Cod. in textum revocavit *fistulans.* — **2)** Item fistula cano, sibilo. *Onomast. Lat. Gr.* Pistulo; συρίζω. — **3)** Hoc sensu etiam deponentium more

FISTULOR, āris. V. FISTULO §. 3.

FISTŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *fistula;* in modum fistulae intus cavatus, pertusus; *pertugiato, bucato. Plin. 11. 1. 5.* Telum culicis fodiendo acuminatum, sorbendo fistulosum. Et *ibid. 65. 2.* Quibus aculeus in ore fistulosus, iis nec lingua, nec dentes. — **2)** Item fistulis, seu foraminibus oblongis abundans; *pieno di buchi. Colum. 7. 8.* Caseus neque fistulosus, neque salsus, neque aridus. *Plin. 27. 45. 1.* Spongia densitatis fistulosae. Et *17. 3. 3.* Terra arida, fistulosa, scabra. Et *36. 53. 1.* Fistulosus lapis. — **3)** Item fistulae morbo laborans; *fistoloso, infistolito. Cato, RR. 157.* Fistulosus cancer subtus suppurat sub carne.

FISUCUS. V. PHYSICUS.

FĪSUS, a, um. Particip. verbi *fido;* confidens; *chi si confida. Ovid. 4. Pont. 9. 78.* Hic arcu fisos terruit ense Getas. *Id. 15. Met. 827.* taedae non bene fisa. *Lucan. 5. 577.* Fisus cuncta sibi cessura pericula, Caesar.

FITILLA. V. FRITILLA.

FĪVĔRĔ. V. FIGO §. b.

FIXĒ. Adverb. a *fixus.* — Comparat. *fixius*, §. *1.* — Est figendo, inhaerendo. *Augustin. ep. 6. extr.* Ubi tenacius habitabit et fixius. *Cassiod. 2. Var. 16.* Cum divina iudicia fixe sustineret. — **2)** Translate *Id. fragm.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 353.* Quod si fixe atque inviolabiliter credimus.

FIXĬO, ōnis, f. Verbale a *figo;* actus figendi. *Gloss. Gr. Lat.* Καθήλωσις; fixio. *Id. ibid.* Πῆξις; fixus, fixio. — **2)** Translate. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 3. 4.* Secundum moestitiae fixionem. Adde *2. ibid. 12. 7.*

FIXŬLĂ, ae, f. Verbale a *fixus,* quod est a *figo,* deminutivorum forma. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll.* Fixulas, fibulas.

FIXŪRĂ, ae, f. Verbale a *figo;* confixio; *conficcatura, trafiggitura. Tertull. advers. Gnost. 1. circa med.* Perire sine causa, prima fixura. — **2)** Item cavitas ipsa, quae provenit ex fixione. *Vulg. Interpr. Ioh. 20. 25.* Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum. *Alii leg.* figuram vel cicatrices.

FIXUS, a, um. Particip. verbi *figo,* adiectivorum more quoque adhibitum. — Hinc comparat. *fixior* §. *3.* — Proprie est affixus, infixus; *fitto, ficcato, fisso. Cic. 1. Divin. 34.* Arma fixa in parietibus. *Horat. 1. Ep. 1. 4.* Arma fixa ad postem Herculis. *Virg. 4. Aen. 495.* arma fixa thalamo. *Enn.* apud *Cic. Pis. 19.* saxis fixus asperis. *Ovid. 5. Trist. 7. 19.* fixo dare vulnera cultro. *Id. 8. Met. 582.* Arundo fixa sub aure feri. *Id. 5. Fast. 598.* Sagitta laevo pede fixa. *Plin. 29. 14. 1.* Canes vivi in furca fixi. *Ovid. 7. Met. 87.* in vultu luminis fixa tenet. *Virg. 1. Aen. 486.* solo fixos oculos tenere. — Et *11. ibid. 507.* oculos in virgine fixus. — **2)** Stellae fixae in caelo, quas *Cic.* appellat inerrantes, sunt de quibus *Manil. 2. 35.* Ceteraque ex variis pendentia casibus astra, Aethera per summum voluerunt fixa revolvi. — **3)** Translate. *Cic. Cluent. 45.* Id non ita fixum esse deberet, ut convelli non liceret. *Sil. 2. 564.* et *3. 114.* Fixum est hoc facere; *h. e.* certum est, statutum, omnino deliberatum. *Cic. Balb. 28.* Illud fixum in animis vestris tenetote, vos de beneficio Pompeii iudicaturos. *Id. Rabir. Post. 9.* Illud maneat, et fixum sit, quod neque moveri, neque mutari potest. *Lepid.* ad *Cic. 10. Fam. 34. ad fin.* Quae perpetuo animo meo fixa manebunt. *Virg. 4. Aen. 15.* Si mihi non animo fixum immotumque sederet, Ne cui me vinclo vellem sociare iugali. *Cic. 4. Acad. 46.* Ratum, fixum, firmum fuisse vis. *Id. ibid. 9.* Decretum stabile, fixum, ratum. *Id. Mur. 30.* Dixisti quippiam: fixum et statutum est. *Id. 8. Att. 14.* Scito, labare meum consilium illud, quod satis iam fixum videbatur. *Arator, 1. Act. Apost. 322.* Arva tremunt concussa locis, tu fixior haeres; *più saldo e ostinato:* quo sensu *Virg.* quoque *2. Aen. 650.* Talia perstabat memorans, fixusque manebat. — **4)** Est etiam transfixus; *trafitto. Virg. 12. Aen. 357.* fixo stetit hasta cerebro. — **5)** Translate. *Id. 7. ibid. 291.* acri fixa dolore.

FIXUS, us, m. Verbale a *figo;* idem quod fixio. *Auct. Itiner. Alex. M. 112.* Sed enim hanc *(petram Aornin)* quoque obtinet fixu vectium, via scansili ac insidiis appetitam. *Gloss. Gr. Lat.* Πῆξις; fixus, fixio.

FL

FLĀBELLĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *flabellum* et *fero.* Flabelliferae ancillae, quae flabellum ferunt, et ventilationem faciunt. *Plaut. Trin. 2. 1. 22.* Flabelliferae, sandaligerulae, cantrices, etc.

FLĀBELLO, as, āre. Verbum transitiv. a *flabellum;* flabello agito et accendo. *Tertull. Pall. 4.* Cum calor in affectationem flabellatur.

FLĀBELLŬLUM, i, n. Deminut. a *flabellum;* parvum flabellum. *Ter. Eun. 3. 5. 50.* Qui esset status, flabellulum tenere te asinum tantum. *Alii* flabellum *leg.* sed ratio metri priorem exigit lectionem.

FLĀBELLUM, i, n. Deminut. a *flabra,* quod significat instrumentum, quo fit ventilatio ad refrigerandum, vel ad ignem excitandum: *ventola, ventaglio, rosta. Ter. Eun. 3. 5. 47.* Cape hoc flabellum: ventulum huic sic facito. *Martial. 5. 82.* Et aestuanti tenue ventilat frigus Supina prasino concubina flabello. — **2)** Per similitudinem dicitur de cauda avium. *Propert. 2. 18. 39.* Et modo pavonis caudae flabella superbi. — **3)** Translate. *Cic. Flacc. 25.* Cuius lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est egentium concio ventilata. *Optat. 3. Schism. Donat. 4.* Quorum nomina flabello invidiae ventilasti.

FLĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *flo;* qui flat, spirabilis, aereus; *spirabile. Cic. 1. Tusc. 27.* Nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. *Eugypp. Thesaur. 5.* Interrogavi auras flabiles. — **2)** De spirituali Christianorum significatione. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 347.* Aedem sibi ipse *(Deus)* mente in hominis condidit Vivam, serenam, sensualem, flabilem, Solvi incapacem posse, nec destructilem. *Alii minus recte leg.* stabilem, *vel* flebilem.

FLĀBRĂ, ōrum, n. Verbale a *flo,* cuius usus in singulari numero non reperitur, adnotante ipso *Serv.* ad *2. G. 293.* — Est flatus, flamen venti; *soffio, vento. Propert. 2. 20. 70.* neque hic Boreae flabra, neque arma timet. *Lucret. 6. 427.* freta ferviscunt spirantibus incita flabris. *Virg. 2. G. 293.* non hiemes illam, non flabra, neque imbres Convellunt. *Val. Flacc. 6. 665.* Lenibus alludit flabris levis auster. Adde *Dracont. Carm. 1. 697.* Cf. et *Philarg.* ad *Virg. loc. cit.* — *Gargil. de re hortens.* (edente *A. A. Scottio*) *4. 6.* Adminicula, quibus *(tenera germina)* se tueri contra violentia ventorum flabra consurescant. — **2)** Translate. *Ambros. ep. 65. n. 38.* Et ideo septo divinae munita protectionis nullis saeculi flabris inquietatur.

FLĀBRĀLIS, le. Adiect. a *flabra;* flabilis, ad flabra pertinens. *Prudent. Apotheos. 841.* Cum libet, in gelidum flabrali frigore ventum Spiritus exsistit. *Al. leg.* flabrari; *h. e.* flare; *soffiare:* ab inusit. *flabro, as.*

FLĀBRĀRĬUS, ii, m. Nomen a *flabra;* qui flabello muscas abigit a cadaveribus publice expositis. *Isid. Gloss.* Flabrarius, custos corporum. *Alii mendose leg.* flabarius, *et* porcorum. Cf. *Dion. l. 74. c. 4.* et V. VENTILO.

FLABRO, as. V. FLABRALIS.

FLABRUM, i, n. V. FLABRA §. *1. init.*

FLACCEO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv. a *flaccus*, vel, ut alii volunt, a Graeco βλακεύω; torpeo, langueo, mutata scilicet littera *β* in *f*, ut saepe alias, et geminata *c*. — **b)** Particip. *flaccens* §. *1.* — **c)** Derivata, *flaccesco, flaccidus*, v. FLACCULUS et FLACCUS. — **d)** Composita, *conflaccco, inflaccco.*

FLACCEO proprie est flaccus flo, languesco, marcesco; *divenir passo, languido. Varr. 1. RR. 15.* Stercus quod infertur recens, minus bonum: id cum flaccuit, melius. *Lucil.* apud *Non 2. 525.* Lorum flaccet. *Lactant. Opif. Dei, 8.* Aures pendulae atque flaccentes. — **2)** Translate. *Afran.* apud *Non. loc. cit.* Disperii: perturbata sum: iam flaccet fortitudo. *Cic. 2. Q. Fr. 15. sub fin.* Messala flaccet; *h. e.* languet, in petitione consulatus deficit (v. *4. Att. 15. a med.*). *Apul. Apol.* Oratio vestra rebus flaccet, spiritu viget. Adde *Enn.* et *Acc.* apud *Non. 110. 12.* et *14. More.* — *Vulg. Interpr. Isai. 19. 10.* Et erunt irrigua eius *(fluminis)* flaccentia.

FLACCESCO et Flaccisco, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. a *flacceo.* — Particip. *flaccescens* §. *1.* et *2.* — Proprie est flaccere incipio, languesco. *Colum. 12. 7.* Foeniculum cum legeris, sub tecto exponito, dum flaccescat. *Vitruv. 2. 9.* flaccescente fronde.

Digitized by Google

– **B)** Translate. *Cic. Brut. 24.* Cum otiosus stilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus, hominem defecerat, flaccescebat oratio. *Arnob. 4. p. 142.* Flaccescentium voluptatum ardorem reticuere. *Id. 7. p. 237.* Ad numerum cymbalorum mollita indignatione flaccescunt; *h. e.* iram ac vires deponunt, placantur, mitescunt. — *Pacuv.* apud *Non. 8. 37.* Fluctu flacciscunt, silescunt venti. Ita etiam *Lic. Andron.* apud *Non. 3. 267.* Placciscent utria.

FLACCĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *flacceo.* — Comparat. *flaccidior* §. *1.* — Proprie est languidus, et ob debilitatem, aut lentitudinem pendulus; *passo, languido, pendente. Varr. 2. RR. 9. de canib.* et *Colum. 7. 6. de capro*, et *Plin. 8. 77. 2. de sue.* Aures flaccidae, et praegravantes. *Plin. 15. 39. 1.* Flaccidum folium. *Lucret. 5. 651.* Flaccidiore turbine fertur; *h. e.* cursu remissiore ac tardiore. *Apul. 7. Met. 8.* Vestis muliebris in sinus flaccidos abundans. *Al. leg.* floccidos; *h. e.* floccis abundantes. Cf. *Hildebr.* ad *h. l. Id. Florid. n. 23.* Vela pendula et flaccida. — **B)** Translate. *Arnob. 7. p. 251.* Argumentatio flaccida est; *h. e.* infirma, levis.

FLACCISCO. V. FLACCESCO.

FLACCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *flaccus;* aliquantulum flaccus. *Trebell. Poll. Gallien. 8.* Pugiles flacculis, non veritate pugnantes; *h. e.* pilis flaccidis et mollibus; *soffici:* innoxium ictum inferentibus. Ita legit et exponit *Salmas.* Alii *saeculis.* V. PUGILOR.

FLACCUS, a, um. Adiect. parum certae originis, conferendum tamen cum Graecorum *βλάξ, βλακὴς;* ignavus, socors; unde et *βλακεία;* socordia, et *βλακεύω;* socors sum, et Latinum *flaccco*, V. FLACCEO §. a., et deminut. *flaccculus.* — Hinc et Italorum recentiorum *fiacco* (V. *Galvani, delle Genti* etc. *p. 356.*). — Proprie est mollis, languidus, remissus: et dicitur de canibus, quibus auriculae sunt mobiles ac pendulae. *Varr. 2. RR. 9.* Canes . . . auriculis magnis et flaccis. — **B)** Hinc a similitudine dicitur quoque de homine, cui sint auriculae solito maiores, mobiles, ac pendulae. *Cic. 1. Nat. D. 29.* Ecquos Deos puetulos esse arbitramur? ecquos silos? flaccos, frontones, capitones, quae sunt in nobis? — Exinde cognomen etiam Romanum est ductum, de quo V. in ONOM.

* FLĀDO, ōnis, m. Vox Gallica, ut videtur, qua genus quoddam placentae significatur, quod nunc Galli vocant *flan.* Usurpat *Venant. Vita S. Radeg. 15.* Quae in mensa sub fladone aegalicium panem abstersum et hordeacium manducabat. Adde *ibid. 21.*, quibus locis alii leg. *flatone* vel *flantone.*

FLĂGELLĀTĬCĬUS, a, um. Adiect. verbale a *flagello;* flagellis dignus, verbero. *Gloss. Philox.* Flagellaticius; *μαστιγίας.*

FLĂGELLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *flagello;* actus flagellandi; *flagellatione. Tertull. ad Martyr. 4. ad fin.* Apud Lacedaemonas solemnis maxima est, *διαμαστίγωσις;* id est, flagellatio, in quo sacro ante aram nobiles quique adolescentes flagellis affliguntur, etc.

FLĂGELLĀTUS, a, um. Particip. verbi *flagello;* flagellis caesus; *flagellato. Plin. 9. 48. 4.* Canes extremis polypi crinibus flagellati. Adde *Auct. Hist. Dalian. 14.* — **B)** Translate. *Plin. 2. 43. 1.* Radiorum multiformi iactu flagellatus aer. *Stat. 5. Theb. 36.* Ima flagellatis, signum lugubre malorum, Ponderibus trepidavit humus; *h. e.* concussis, emotis, agitatis. — *Vulg. Interpr. 2. Mac. 3. 34.* Tu autem a Deo flagellatus, nuntia, etc.

FLĂGELLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *flagellum.* — Particip. *flagellandus* §. *1.*, *flagellatus*, V. suo loco. — Proprie est flagello, virgis, fuste caedo; *battere, sferzare, flagellare. Ovid. 5. Met. 93.* Pondere serpentis curvata est arbor, et imae Parte flagellari gemuit sua robore caudae. *Quintil. 11. 3. a med. ubi de gestu.* Repetito ultra laevum humerum gestu flagellare in tergum. *Plin. 8. 19. 2. de leone.* In principio iracundiae terra cauda verberatur: incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur. *Id. 25. 33. 2.* Serpentes sese interimunt flagellando. *Id. 18. 72. 2.* Messis alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. *Suet. Cal. 26.* Quaestorem suum in coniuratione nominatum flagellavit, veste detracta, subiectaque militum pedibus, quo firme verberaturi insisterent. *Vulg. Interpr. Matth. 20. 19.* Et tradent eum *(Iesum)* gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum. — **B)** Translate et poetice. *Martial. 4. 42.* Lumina sideribus certent, mollesque flagellent Ora comae: tortas non amo, Flacce, comas; *h. e.* prolixae, extensaeque comae lactatu vultum verberent. Sic *Stat. 10. Theb. 189.* Sertaque mixta comis sparsa cervice flagellat; *h. e.* diverberat, agitat, concutit. *Pers. 4. 48.* Si puteal multa cautus vibice flagellas. V. PUTEAL. — **B)** Apud *Vulg. Interpr.* saepe dicitur de divina punitione. *Tob. 13. 2.* Quoniam tu *(Deus)* flagellas et salvas, deducis ad inferos et reducis. Adde *Sap. 12. 22.*, *Iob. 9. 23.* et *alibi.* — **4)** *Flagellare opes* dicitur arca ditis avarique hominis, quae multam pecuniam continet, coercet, premit, avareque custodit, ne aut insumatur, aut surripiatur. *Martial. 2. 30.* et *5. 15.* — **5)** *Flagellare annonam* est vexare, arctare, continendo apud se, ne copia sit, et difficilis coemptio fiat; *supprimere e rincarire i viveri. Plin. 33. 57. 3.* Pretia rerum, quae usquam posuimus, non ignoramus, alia in aliis locis esse, et omnibus paene annis mutari, prout navigationes constiterint, aut ut quisque *mercatus* sit, aut aliquis praevalens manceps annonam flagellet.

PLĂGELLUM, i, n. Deminut. a *flagrum;* parvum flagrum, lorum, seu aliud quodvis flexile verber, quo servos nudatos caedere solebant, quod poenae genus gravius erat, quam fustibus caedi; *sferza, flagello. Cic. Rabir. Perduell. 4.* Porcia lex virgas ab omnium civium R. corpore amovit, hic misericors flagella retulit. *Marcell. Dig 48. 19. 10.* Ex quibus causis liber fustibus caeditur, ex his servus flagellis caedi, et domino reddi iubetur. *Horat. 1. Sat. 2. 41.* flagellis ad mortem caesus. *Id. Epod. 4. 11.* Sectus flagellis hic triumviralibus, Praeconis ad fastidium. *Catull. 23. 10.* Ne laneum latusculum, natesque mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. *Ovid. Ib. 185.* tibi de Furiis scindet latus una flagello. *Iuvenal. 6. 478.* hic frangit ferulas: rubet ille flagellis. — **B)** Translate. *Vulg. Interpr. Iob. 5. 21.* A flagello linguae absconderis et non timebis calamitatem, cum venerit. *Id. Eccli. 26. 9.* In muliere zelotypa flagellum linguae omnibus communicans. *Id. Nahum. 3. 2.* Vox flagelli et vox impetus rotae. Adde *Isai. 10. 26.* — **B)** De punitione divina. *Id. Iob. 19. 6.* Saltem nunc intelligite, quia Deus . . . flagellis suis me cinxerit. — Sic figurate apud *Isai. 28. 15.* flagellum dicitur Nabuchodonosor. V. *Interpr.* ad *h. l.* — **4)** Spectatim de mala conscientia. *Lucret. 5. 1035.* mens sibi conscia facti Praemetuens adhibet stimulos, torretque flagellis. *Iuvenal. 13. 195.* Occultum quatiente animo tortore flagellum. *Quintil. 12. Declam. 28.* Meum sane conscientia urunt animum intus scelerum faces; et quoties facta reputavi, flagella mentis sonant. — **5)** Deinde a similitudine

II. *Flagellum* dicitur etiam de scutica, qua aurigae utuntur, quae excussa clarum reddit sonum. *Virg. 5. Aen. 579.* signum clamore paratis Epitides longe dedit, insonuitque flagello. *Sil. 4. 440.* Quadriiugos atro stimulat Bellona flagello. *Colum. 2. 2. sub fin.* Boves admonere flagello. — **6)** Item de summa palmitis parte, et de virgis flexilibus aliarum arborum; *tralcio, capo di vite:* nempe a *flagellum*, qua notat lorum, quia sarmentorum et virgarum usus in caedendo fuit. *Varr. 1. RR. 31.* Eluncidum sarmentum non potest ex se eicere vitem, quam vocant minorem, flagellum; maiorem, unde uvae nascuntur, palmam. *Colum. 4. 4. circa med.* Nonnulli fructus avidius eliciunt, extrema et media flagella submittendo. *Virg. 2. G. 299.* neve flagella Summa pete, aut summa destringe ex arbore plantas. *Catull. 62. 52.* Iam iam contingit summum radice flagellum; *lo cime.* — **7)** Item de crinibus, brachiisque polyporum. *Ovid. 4. Met. 366.* Utque sub aequoribus deprensum polypus hostem Continet, ex omni dimissis parte flagellis. *Sidon. 1. ep. 2.* Aurium lagulae crinium superiacentium flagellis operiuntur.

Nota. Inter *flagella* et *verbera* ita distinguit *Isid. 1. Differ. 575.* « *Verbera* quodlibet genus flagellorum est; nam *flagella* proprie virgarum sunt, et dicta eo quod flatu agitentur et sonent. »

* FLAGIATOR. V. FLAGRATOR *fin.*

FLĀGĬTĀMENTUM. V. FLAMENTUM.

FLĀGĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *flagito;* actus flagitandi; *istanza, chiesta. Cic. Top. 1. ad fin.* Nolui deesse ne tacitae quidem flagitationi tuae. *Iustin. 2. 4.* Quindecim annis pacandae Asiae immorati, uxorum flagitatione revocantur. *Tacit. 15. Ann. 50.* Crebrae populi flagitationes, immodestiam publicanorum arguentis.

PLĀGĬTĀTOR, ōris, m. Verbale a *flagito;* qui flagitat; *domandatore. Cic. Brut. 3.* Hunc video flagitatorem, non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen et acrem fore. *Liv. 8. 12. a med.* Triumphi ante victoriam flagitator. *Id. 2. 45. ad fin.* Flagitator pugnae. — **B)** Speciatim dicitur de creditore, qui debitum reposcit. *Plaut. Cas. prol. 25.* Eicite ex animo curam, atque alienum aes: Ne quis formidet flagitatorem suum. *Id. Most. 3. 2. 81.* Quasi flagitator astans usque ad ostium. Adde *Gell. 17. 6. ad fin.*

PLĀGĬTĀTRIX, īcis, f. Verbale a *flagito;* quae flagitat. *Augustin. ep. 140.* Epistola vehemens flagitatrix.

PLĀGĬTĀTUS, a, um. Particip. verbi *flagito;* vehementer petitus; *domandato instantemente. Tacit. 1. Ann. 32.* Eo usque flagitatus est, donec ad exitium dederetur. — **B)** *Flagitatos inter cutem* dicebant Antiqui mares, qui stuprum passi essent. *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Inter p. 110. Müll.*; *h. e.* flagitium passos. Ita *Cato* apud *Priscian. 6. p. 719. Putsch.* Intercutibus stupris flagitatus. *Alii leg.* obstinatus. V. PULLO et CAESUS §. 7.

PLĀGĬTĬO, as, āre. Verbum transitiv. a *flagitium.* Eius usus eruitur ex discrimine, quod proponit *Isid. 1. Differ. 230.* inter *flagitare* et *flagitiare. Flagitare*, inquit, idem est quod acriter interpellare: *flagitiare* vero est impurare.

PLĀGĬTĬŌSĒ. Adverb. a *flagitiosus.* — Comparat. *flagitiosius*, et superlat. *flagitiosissime*, infra. — Est turpiter, inhoneste, foede, cum infamia et probro; *turpemente, vergognosamente, con infamia. Cic. 3. Fin. 11.* Quis animo aequo videt eum, quem impure et flagitiose

Digitized by Google

putet vivere? *Id. 2. Verr. 13.* Patres conscriptos iudicia male et flagitiose tueri. *Id. Divin. Verr. 22.* Ut turpissime, flagitiosissimeque discedat, nihil de suis veteribus ornamentis requiret. *Id. 2. Catil. 4.* Aliorum amori flagitiosissime servire. *Id. 7. Att. 13. ad fin.* Sumus enim flagitiose imparati cum a militibus, tum a pecunia. *Id. Font. 11.* Legationes flagitiose obitae. *Id. 5. Fin. 31.* Flagitiose desciscere ab aliquo. *Arnob. 4. p. 141.* Flagitiosius procreare liberos.

FLĀGĬTĬŌSUS, a, um. Adiect. a *flagitium*. — Comparat. *flagitiosior* et superlat. *flagitiosissimus*, infra. — Est flagitiis contaminatus, vitiosus cum dedecore, turpis, foedus, infamis, impurus; *infame, vergognoso, turpe, dissoluto*. *Cic. 4. Tusc. 32.* Ut turpes sunt, qui efferunt se laetitia, cum fruuntur Veneris voluptatibus; sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. *Id. 4. Verr. 78.* Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimusque. Et *54.* Flagitiosae libidines. *Id. 2. Fin. 28.* Vitiosa et flagitiosa vita. *Id. Rosc. Am. 9.* Bonorum emptio flagitiosa, flagitiosa possessio. *Sall. Iug. 88.* Quanto vita illorum praeclarior, tanto horum socordia flagitiosior. Et *37.* Flagitiosissima facinora facere. *Tacit. 2. Hist. 31.* Egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam meruere. *Sall. Cat. 5.* Civitas paulatim immutata, ex pulcherrima pessima ac flagitiosissima facta est. *Id. Iug. 118.* Regem armis, quam munificentia, vinci, minus flagitiosum. *Tacit. 3. Ann. 54.* Tot a maioribus repertae leges, tot, quas divus Augustus tulit, illae oblivione, hae (quod flagitiosius est) contemptu abolitae.

FLĀGĬTĬUM, ii, n. Verbale a *flagito*. Cf. *Voss. Etymol.* et *Doederl. Synon. T. 2. p. 145.* et V. FLAGITO §. 2. — Proprie est acris, vehemensque postulatio, aut petitio; *desiderio ardente, domanda appassionata:* ac fere in malam partem sumitur de efflagitatione cum convicio ac tumultu. Hinc *flagitium* vocat *Plaut.*, cum puellae causa protervi iuvenes aliorum ostia occentant, et carbonibus elogia inscribunt, *Mere. 2. 3. 82.* Neque propter eam quicquam eveniet nostris foribus flagitii. — Et acrem molestamque creditoris petitionem debiti, *Epid. 3. 4. 77.* Fides non reddis? . . . abiero: Flagitio cum maiore post reddes tamen; *h. e.* efflagitatione, convicio, quo tibi usque molesta ero, usque donec reddas. — **2)** Hinc ioculariter pro strepitu. *Id. Poen. 5. 2. 32.* hae fores fecerunt magnum flagitium modo. *Add.* Quid id est flagitii? *Co.* crepuerunt clare. — **3)** Speciatim vero

II. *Flagitium* est appellatio virginis de stupro, ipsumque stuprum, ut est apud *Non. 4. 215.*: item quodvis facinus cum dedecore infamiaque coniunctum, praesertim libidinosum, impurum, sordidum, unde certissima infamia est; *infamità, ribalderia, bruttura, scelleraggine; βδελυρία, αἰσχρότης*. *Augustin. 3. Doctr. Christ. 10.* Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum, flagitium vocatur: quod autem agit, ut alteri noceat, facinus dicitur. *Cic. Senect. 12.* Stupra vero, et adulteria, et omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. *Tacit. Germ. 19.* Scelera ostendi oportet, dum puniuntur, flagitia abscondi. *Cic. 7. Verr. 10. ad fin.* Noctis longitudo stupris et flagitiis conterebatur. *Id. 4. Tusc. 34. extr.* Quasi vero non propter libidinem tanta flagitia et faciat, et dicat. Et *35.* Versari in flagitio. *Id. fragm. in C. Anton.* apud *Ascon.* Stupris se ac flagitiis contaminare. *Id. Brut. 61.* Flagitium committere. *Id. Cluent. 46.* Flagitium rei militaris admittere. *Id. Rosc. Am. 9.* Scelera et flagitia facere. *Ter. Phorm. 5. 2. 5.* Aliquid flagitii conficere. *Liv. 39. 16.* Minus tamen esset, si flagitiis tantum effeminati forent; a facinoribus manus, mentem a fraudibus abstinuissent (V. FACINUS §. 3.). *Sall. Cat. 14.* et *53.* Qui alienum aes grande conflaverat, quo flagitium aut facinus redimeret. Et *24.* Flagitiis atque facinoribus coopertus. *Id. Iug. 90.* Dedecorare se flagitiis. *Plaut. Cas. 5. 3. 1.* Flagitio ardere. *Cic. Pis. 18.* Ingurgitare se in flagitia. *Id. 4. Tusc. 30.* Flagitiis se inquinare. *Ter. Heaut. 5. 4. 14.* Flagitiis infamem fieri. *Id. Adelph. 1. 2. 32.* Non est flagitium, facere haec adolescentulum? — **4)** Hinc latiore significatione

III. *Flagitium* dicitur de quaecumque re, quae dedecus aliqua ratione affert. *Ter. Heaut. 5. 1. 49.* Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare. Foris sapere, tibi non posse auxiliarier? *non è cosa vergognosa? Cic. Brut. 61.* vocat *flagitium*, cum quis in scriptis obliviscitur, quid paulo ante posuerit. *Id. 1. Nat. D. 24.* Democriti *flagitia* appellat, quod atomos in philosophia invexerit, ex quibus mundus effectus sit: tanquam sit hoc immanis error, et opinio eiusmodi, quae dedecus ipsi pepererit. *Id. Rosc. Am. 18.* Qui praesse agro colendo, flagitium putas, profecto illum Atilium hominem turpissimum atque inhonestissimum iudicares. — **5)** Per metonymiam dicitur de infamia, quae flagitium consequitur; *infamia, disonore, vergogna, scorno. Id. 16. Att. 7. circa med.* Id erat meum factum flagitii plenum et dedecoris. *Liv. 42. 60.* Consul moveri flagitio timoris fatendi. *Id. 23. 15. sub fin.* Flagitium imperio demere. *Nep. Amilc. 1. extr.* Periturum se potius, quam cum tanto flagitio domum rediret. *Sallust. Orat. Macri Licinii ad pleb. ad fin.* Neque gloria movemini, neque flagitio. — **6)** *Flagitium hominis* apud *Plaut. Cas. 2. 1. 8.*, et *Men. 5. 2. 24.* et *5. 1. 9.* est homo flagitiosissimus. Sic *Truc. 2. 7. 60.* Scelus viri; *h. e.* scelestissimus. — **7)** *Flagitii fabulum* ab *Rodem* dicitur, qui flagitiorum plenus est, *Truc. 2. 7. 51.* — Eodem sensu *flagitii flagrantia, Rud. 3. 4. 28.* velut qui flagitiosis omnibus cupiditatibus ardet. — **8)** In illo *Lucilii, l. 29.* praebent rectius multo, et sine flagitio, *Non. 4. 215. flagitium* exponit periculum: quam recte, alii viderint.

Nota. a Inter *flagitium* et *facinus*, inquit *Isid. 1. Differ. 215.*, ita videtur distinguere *Augustinus:* Quidquid enim, inquit, agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum, *flagitium* vocatur; quidquid vero agit, ut alteri noceat, dicitur *facinus*. Et haec duo genera sunt omnium peccatorum. Sed flagitia priora sunt, quae cum corruperint animum, in facinora prosiliunt. » V. FACINUS in *Nota*, et Cf. FLAGITIO.

FLĀGĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., quod vulgo ducitur a φλέγω; loquor, et ferveo; *h. e.* cum fervore loquor, quam strepitus et vehementiae notionem ipsae litterae *fl*, ut et Graece φλ, indicare videntur. *Donat.* ad *Ter. Eun. 2. 3. 390.* Flagitatio a strepitu dicitur, unde *flamma*, et *flagella*, et *flagitare;* id est, personare, intelligimus dici: nam haec omnia sine strepitu crepituque non sunt. Cf. *Voss.* et *Doederl.* ll. cc. supra sub v. praeced. §. 1. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando confusum fuit cum *fatigo;* quod V. §. c. — **c)** Particip. *flagitans* §. 1. et 6., *flagitandus* §. 1., *flagitatus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *flagitatio, flagitator, flagitatrix, flagitio, flagitiose, flagitiosus, flagitium*. — **e)** Composita, *conflagito, efflagito, perflagitiosus*.

PLAGITO proprie est vehementer et acriter postulare, idque interdum cum clamore et convicio; *domandare con istanza, o importunità. Cic. Plane. 19.* Etiam atque etiam insto atque urgeo, insector, posco, atque adeo flagito crimen. *Id. Fontei. 1.* Insector, inquam, et flagito testes. *Id. 9. Fam. 8.* Metuo, ne te forte flagitent: ego autem mandavi, ut rogarent. *Id. Har. resp. 22.* Cupientem Italiam, populum R. desiderantem, flagitantes vos excitavit. *Id. Rabir. perduell. 5.* Alicuius auxilium implorare et flagitare. *Id. 1. Tusc. 15.* Mercedem ab aliquo flagitare. *Id. 7. Verr. 4.* Pater filium abs te flagitat. *Id. 5. Fam. 11. a med.* A te tua promissa per litteras flagitabam. *Caes. 1. B. G. 16.* et *Cic. Dom. 6.* Me frumentum flagitabant. *Id. 2. Orat. 45.* Haec sunt illa, quae me ludens Crassus flagitabat. *Plaut. Mere. 1. 2. 66.* Flagitas me, ut eloquar. *Cic. 5. Phil. 11.* Ut primum senatus haberi potuit, semper flagitavi, ut convocaremur. *Id. Sext. 11.* Flagitabatur ab his quotidie, ut meam causam susciperent. *Id. 15. Fam. 18. extr.* Sed flagitat tabellarius. *Id. 1. Fin. 3.* A philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat, non admodum flagitem. *Plin. 34. 19. 18.* Populus magnis theatri clamoribus, reponi Apoxyomenon, flagitavit. *Id. 35. 36. 5.* Flagitavit ostendi picturam. *Virg. 2. Aen. 135.* quae sint ea numina Divum, Flagitat. *Iustin. 22. 8.* Stipendia illis non a se flagitanda esse, sed ab hoste quaerenda. — Passive *Caes. 1. B. C. 87.* Petreius atque Afranius, cum stipendium ab legionibus flagitarentur, Caesar ut cognosceret, postulant. *Al. multo rectius* flagitaretur. *Cic. Dom. 7.* Flagitabar bonorum expostulatione. *Id. Vatin. 11.* Eius sceleris quaestio in te flagitatur. — **2)** Translate de rebus sumitur pro requirere, exigere. *Id. 5. Phil. 19.* Facilius apparabitis ea, quae tempus et necessitas flagitat. *Id. Quint. 3. extr.* Tametsi causa postulat; tamen quia postulat, non flagitat, praeteribo. *Id. 4. Fam. 15. circa med.* Quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus a puerilia floruisti, a te flagitent, tu videbis. — **3)** Speciatim

II. *Flagito* dicitur et de creditoribus assidue et moleste, clamoribus, convicio debitum reposcentibus. *Plaut. Pseud. 1. 5. 145.* Si non dabis, clamore magno, et multum flagitabere. *Id. Poen. 5. 1. 36.* Neque nos quemquam flagitamus, neque nos quisquam flagitat. *Id. Men. prol. 46.* Illum clamore vidi flagitarier; πραγωγεῖ. *Cic. 3. Orat. 5.* Admonitum te venimus, non flagitatum. — **4)** Item aliquando est postulare ad iudicium, accusare; *accusare. Tacit. 1. Hist. 53.* Compertum publicam pecuniam avertisse, ut peculatorem flagitari iussit. — **5)** Habet nonnunquam usum in re turpi, ut *flagitium*, et *flagitatus*, nempe ardenter ad stuprum sollicitare: immo stupro contaminare, corrumpere. *Ulp. Dig. 47. 1. 2.* Si quis ancillam alienam subripuit, et flagitaverit. *Lactant. 6. 25.* Pudorem extinxit, pudicitiam flagitavit. *Apulei* locum *8. Met.* V. in CINAEDUS §. 1. — **6)** Denique simpliciter sumitur etiam pro arcessere. *Plin. 19. 28. 1.* Siser et ipsum Tiberium nobilitavit, flagitans omnibus annis e Germania.

Nota. Discrimen inter *flagito* et *flagitio*. V. in FLAGITIO. — **2)** Inter *rogo, peto, postulo, flagito, exigo, posco*, V. in EXIGO, *Not.* II.

FLĂGRANS, antis. Particip. verbi *flagro*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Hinc comparat. *flagrantior* §. 1., 2. et 5. et superlat. *flagrantissimus* §. 1. et 3. — Proprie est qui flagrat; *ardente. Virg. 1. G. 351.* ille flagranti Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Deiicit. *Cic. 1. Divin. 32.* Noctu flagrantes onerarias, quas

Digitized by Google

incenderant milites, videbatis. *Liv. 44. 36.* Flagrantissimo aestu. *Cic. 3. Orat. 2.* Bello flagrans Italia. — **β)** Item splendidus, nitens. *Virg. 12. Aen. 167.* sidereo flagrans clypeo. Et *65.* flagrantes perfusa genas; h. e. rubore veluti accensas. *Sil. 12. 731.* flagrantior aethere lampas; h. e. sol splendidior. — **γ)** Item cupidus, vehemens. *Catull. 64. 91.* Non prius ex illo flagrantia declinavit Lumina. *Iuvenal. 13. 11.* flagrantior aequo Non debet dolor esse viri. *Cic. Mur. 31.* Recentibus praeceptorum studiis flagrantem usus flectet, dies leniet, aetas mitigabit. *Id. 7. Att. 4.* Flagrans desiderio tui. *Id. 2. Orat. 45.* odio. *Virg. 11. Aen. 225.* Hos inter motus medio in flagrante tumultu. *Cic. 4. Tusc. 19.* Flagrans cupiditas. *Propert. 1. 13. 25.* amor. *Horat. 2. Od. 12. 25.* Flagrantia oscula; h. e. cupida, amore ardentia. *Propert. 3. 17. 13.* Thessalico flagrans Salmonis Enipeo; *innamorata*. *Cic. Fat. 2.* Nec enim oratoria illa studia deserui, quibus etiam te incendi, quamquam flagrantissimum acceperam. *Tacit. 11. Ann. 29.* Flagrantissima gratia esse; h. e. maxime gratiosum et carum esse. — **δ)** *Iustinian. Cod. 9. 13. 1. §. 1.* Ubi inventi fuerint in ipsa rapina, et adhuc flagranti crimine comprehensi; *sul fatto:* in ipso crimine perpetrando, Itali una voce *infragranti* vulgo dicunt.

FLĂGRANTER. Adverb. a *flagrans*. — Comparat. *flagrantius*, et superlat. *flagrantissime*, infra. — Est ardenter, cupide; *ardentemente, voglosamente*. *Front. ad Antonin. Aug.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 2.* Et spondeo, quanto saepius audierit, tanto flagrantius amabit. *Ammian. 31. 10.* Germani exarsere flagrantius. *Tacit. 1. Ann. 5.* Destinare consules, specie recusantis, flagrantissime cupiverat.

FLĂGRANTĬĂ, ae, f. Verbale a *flagro;* actus flagrandi, ardor; *ardore, incendio*. *Gell. 17. 10. de Aetna.* Quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est. *Apul. 4. Met.* et *Iul. Val. 3. Gest. Alex. M. 16.* Flagrantia solis. Adde *Arnob. 2. p. 69.* et *Capell. 8. p. 183.* — *Cic. Cael. 20.* Flagrantia oculorum; h. e. amor vehemens, qui ex oculis, velut flamma, emicat. — **β)** Et translate. *Gell. 12. 1. ad fin.* Vigor maternae flagrantiae; *ardente amor materno*. *Plaut. Rud. 3. 4. 28.* Etiam vim opprobras, flagitii flagrantia? h. e. omnibus pravis cupiditatibus ac flagitiis flagrans. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 734.* sedare omnem pectoris flagrantiam; h. e. cupiditatem, desiderium.

FLĂGRĀTOR, ōris, m. Verbale a *flagro;* qui flagrat, sive caedit, lorarius. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 465.* Flagratores, qui flagris conducti caedunt. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 89. Müll.* Flagratores dicebantur genus hominum, quod mercede flagris credebantur (*lege* caedebant). — In *Gloss.* apud *Mai, loc. cit. T. 8. p. 243. flagiatores* pro *flagratores* legere est.

FLĂGRĀTUS, a, um. Particip. verbi *flagro;* crematus. Legitur in *Gloss. Philox.* Flagro, flagratus sum; καίομαι. Cf. DEFLAGRATUS et v. FLAGRO §. 4.

FLĂGRĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *flagrum* et *fero;* qui flagrum gestat. *Auson. ep. 14. 10.* Flagrifer Automedon.

FLĂGRĬŌNES, um, m. Verbale a *flagro*, quo significantur servi, quod flagris subiecti sint. *Afran.* apud *Non. 1. 117.*

FLĂGRĬTRĪBĂ, ae, m. Nomen a *flagrum* et *tero;* qui assidue vapulando flagra terit. *Plaut. Pseud. 1. 2. 5.* Eo ingenio sunt flagritribae.

FLĂGRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, originis, ut videtur, eiusdem ac *flagito;* quod V., coll. FLO. — V. etiam ad rem *Doederl. Synon. T. 2. p. 142.* et *seqq.* — **b)** In MSS. et editis libris saepe cum *fragro* confusum fuisse plurima ostendunt Scriptorum loca; de quibus consulendi sunt *Mai* ad *Front.*, aliique, quos laudat *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 68. n. 261.* et *p. 147. n 226.*, quibus locis etiam adnotat in plerisque MSS. Codd. etiam *fraglare* pro *fragrare* vel *flagrare* scriptum reperiri; quibus adde *Augustin. Serm. 115.* ed. *Mai*. Quae omnia dicenda sunt etiam de derivatis et compositis. — **c)** Participp. *flagrans* §. *1.* et *4.*, et suo loco, *flagratus* V. suo loco, *flagraturus* §. 2. — **d)** Derivata, *flagellatio, flagellatus, flagellum, flagrio, flagrum*. V. FLAMMA. — **e)** Composita, *afflagrans, conflagro, deflagro, flagrifer, flagritriba, inflagro, perflagratus*.

FLAGRO proprie est ardeo, accensus sum, conflagro; *ardere, esser acceso*. *Virg. 2. Aen. 683.* crinemque flagrantem Excutere, et sanctos restinguere fontibus ignes. *Val. Flacc. 5. 35.* geminis flagrantia cernens Corpora cara rogis. *Ovid. 6. Fast. 459.* Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes. *Plin. 16. 10. 1.* Flocci molles et sine oleo flagrant. *Curt. 7. 5.* Arenas vapor aestivi solis accendit, quae ubi flagrare coeperunt, etc. *Lucret. 6. 1165.* per membra sacer quum diditur ignis: Intima pars hominum vero flagrabat ad ossa: Flagrabat stomacho flamma, ut fornacibus, intus. — *Apul. 5. Met. 19.* Flagrantibus papillis. *Cf. Hildebr. ad h. l.* — **β)** Translate. *Cic. 7. Att. 17. a med.* Totam Italiam flagraturam bello, intelligo. *Senec. Thyest. 98.* Flagrat incensum siti cor. *Ovid. 4. Met. 347.* flagrant quoque lumina Nymphes; h. e. ardent oculi. *Cic. 4. Att. 18.* et *2. Verr. 2. Cons.* flagrant infamia et invidia; h. e. ardent, valde laborant. *Sallust. orat. Philippi contra Lepid.* inopia. *Horat. 1. Sat. 4. 125.* rumore malo. *Flor. 2. 13.* ignominia et pudore. *Cic. Coel. 5.* Flagrabant vitia libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris. *Id. 6. Verr. 32.* Convivia stupris flagitiisque flagrant. *Sall. Cat. 4.* Ut cuiusque studium ex aetate flagrabat. — **γ)** Speciatim *flagrare aliqua re* dicitur, qui illa vehementer accensus est. *Cic. 3. Att. 11.* Non dici potest, quam flagrem desiderio urbis. *Id. 6. Verr. 54.* Flagrare cupiditate atque amentia. *Id. 4. Tusc. 33. extr.* amore. *Id. 2. Orat. 45.* odio; h. e. vehementer odisse. Et *1. ibid. 4.* incredibili studio dicendi. *Colum. 6. 27.* ardore alicuius rei; h. e. cupiditate. *Id. procem. l. 12. a med.* aemulatione diligentiae. *Suet. Gramm. 24.* libidinibus. *Asson. argum. orat. pro C. Cornel. a med.* magna infamia. *Ovid. 6. Met. 460.* vitio gentis suoque. *Sil. 3. 589.* dulcedine laudis. — Cum infinito. *Claudian. 2. in Ruf. 455.* flagrant elidere saxis Prodigiale caput. *Stat. 10. Theb. 221.* flagrant comitari, et iungere casus. — **δ)** Transitivorum more

II. *Flagro* cum accusativo est inflammo, incendo. — Translate. *Propert. 1. 13. 25* caelestem flagrans amor Herculis Heben; h. e. ardenter amans. Ἑλληνισμός. *Stat. 5. Silv. 2. 119.* novercales ibat venator in agros Ascanius, miseramque patri flagrabat Elisam; h. e. amore accendebat.

FLĂGRUM, i, n. Verbale a *flagro*, quod proprie dici videtur de flagello, quo caeduntur servi, nam *Martial. 14. 79. cuius lemma* Flagra: Ludite lascivi, sed tantum ludite servi. Haec signata mihi quinque diebus erunt. — *Iuvenal. 10. 109.* Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites; h. e. in servitutem redegit; h. e. Iul. Caesar. — **β)** Universim autem sumitur pro loro, scutica, aut quocumque flagello; *sferza, staffile*. *Plaut. Amph. 4. 2. 10.* Quem pol ego hodie ob istaec dicta faciam ferventem flagris. *Liv. 28. 11.* Caesaque flagro est vestalis, cuius custodia noctis eius fuerat. *Iuvenal. 3. 172.* nec dura timebis Plagra pati. *Suet. Oth. 2.* A prima adolescentia prodigus, et procax adeo, ut saepe flagris obiurgaretur a patre. *Plaut. Cas. a. 1. v. 56.* Ego te implebo flagris. *Id. Merc. 2. 3. 81.* Pinsere flagro aliquem. *Ulp. Dig. 47. 10. 9.* Servum flagris rumpere. — **γ)** Per contemptum de homine servo dixit *Plaut. Asin. 2. 2 31.* Gymnasium flagri, salveto. Sic *Titin.* apud *Fest.* sub v. *Redivia p. 270. Müll.* Lassitudo conservum, redivivae flagri. — **δ)** Translate. *Plaut. Poen. 1. 2. 177. de amica*. Huius colostra, huius dulciculus caseus, huius iecur, Huius studium, huius flagrum; h. e. ardor, ignis, amor: vel flagellum, quo assidue in amore vapulat, et cruciatur. *Al. leg.* savium.

FLĂMĔĂRĬUS et Flammearius, ii, m. Nomen a *flameum;* quo significatur infector flammei coloris, ut habet *Festus* in *Flameartius* apud *Paul. Diac. p. 89. Müll.*, vel potius flameorum confector, aut venditor. *Plaut. Aul. 3. 5. 35.* Cinifiones, patagiarii, indusiarii, flammearii, violarii.

FLĀMEN, ĭnis, m. Nomen sacerdotum apud Romanos, qui ita appellati sunt, teste *Varr.* et *Fest.* loc. mox cit., a *filum*, quo cinctum habebant caput, quasi *filamen*. Quod etymon confirmat *Inscript.* apud *Grut. 227. 6.* Divo Augusto Albinus Alb. f. flamen Divae Aug. provinciae Lusitaniae. Alii a *pileo*, quem gestabant, quasi *pilaminis:* alii a *flameo*, quod idem fere significat, dictos putant. V. *Serv.* loc. mox cit., et *Prisc. an. 4. p. 626. Putsch.* Cf. tamen *Auct. de Magistr. Rom.* cit. sub v. FLOCCULUS. — **b)** Derivata, *flamina, flaminalis, flaminatus, flaminia, flaminica, flaminicus, flaminius*. Cf. FLAMEN. — **c)** Compositum, *archiflamen*.

FLAMEN dictus est sacerdos apud Romanos; *sacerdote*. *Varr. 5. L.L. 13.* Flamines, quod in Latio capite velato erant semper, ac caput cinctum habebant filo, flamines dicti. Horum singuli cognomina habent ab eo Deo, cui sacra facinnt; sed partim sunt aperta, partim obscura: aperta, ut Martialis, Volcanalis; obscura. Dialis et Furinalis, quum Dialis a Iove sit, Diovis enim; Furinalis a Furina, cuius etiam in fastis Furinales feriae sunt. Sic flamen Falacer a divo patre Falacre. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 87. Müll.* Flamen dialis dictus, quod filo assidue veletur, indeque appellatur flamen, quasi filamen. *Id. p. 134.* Maximae dignationis flamen dialis est inter quindecim flamines, et quum ceteri discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona, levissimo fructui agrorum, praesidet pomis. *Serv. ad 8. Aen. 664.* Flamines in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga, desuper habens lanae aliquid: quod cum per aestus ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere, nefas fuerat. Unde a filo, quo utebantur, flamines sunt dicti, quasi *filamines*. Verum festis diebus, filo deposito, pilea necesse erat accipere, quae secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta. Alii dicunt, quia cum sacrificarent apud Laurolaviuium, et eis exta frequenter aves abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Exinde etiam consuetudo permansit, ut apud Laurolavinium ingentes haberentur virgae, non breves, ut in Urbe. Haec *Servius*. V. pilei figuram cum virga eminente in Nummo gentis Quinctiae apud *Morell. Fam. Rom. n. 3.* — **β)** Initio tres a Numa instituti fuere, Iovis, Martis, Quirini, ut est apud *Liv. 1. 20.* Numa ...

Digitized by Google

flaminem Iovi assiduum sacerdotem creavit . . . Huic duos flamines adiecit, Marti unum, alterum Quirino. — Deinde ad magnum numerum crevere paulatim, adscitis variis Diis, ac religionibus: quin singulis imperatoribus suos instituere mos fuit, in Deorum numerum relatis. Appellabantur autem cognomine eius, cuius sacra curabant, ut Dialis, Martialis, Quirinalis, Floralis, Vulcanalis, etc., superantque omnes pontifici maximo. *Cic. 2. Leg. 8.* Divis aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. *Id. 2. Phil. 43.* Quem Caesar maiorem honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? *Id. Mil. 10.* Iter solemne Miloni esse Lanuvium ad flaminem prodendum. *Liv. 27. 8.* Inaugurare flaminem. Adde *Cic. 2. Rep. 14.* et *Augustin. 3. Civ. D. 15.* et *Macrob. 1. Sat. 12. 18.* — *Suet. Tib. 26.* Tiberius flamines liti decerni prohibuit. — *Inscr.* apud *Orelli, n. 643.* Flamen Augustalis. V. AUGUSTALIS §. 6. Et n. *2218.* Flamen divi Claudii. Et n. *2219.* Flamen perpetuus Neronis Aug. Et n. *1171.* Flamen Salutis Augustae. Et n. *2183.* Flamen Romae. Cf. *alias* apud *Cavedoni, Marm. Moden. p. 120.* et *seq.* et quos laudat. — *Cod. Theod. 4. 6. 3.* Quos flaminis vel sacerdotii provinciae ornamenta condecorant, placet maculam subire infamiae . . . si ex ancilla etc. *Inscr.* apud *Renier, n. 5915.* Flamen Mauretaniae Caesariensis. V. *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1860. p. 97.* et *seq.* — De flaminibus V. etiam *Journal des Savans, a. 1857. p. 714. n. XXXVII.*

II. FLĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *flo;* venti aerisve flatus; *soffio di vento, fiato.* Vox poetica. *Sil. 7. 245.* sinusque Destituat tumidos, subducto flamine, ventus. *Virg. 10. Aen. 97.* ceu flamina prima, Cum deprensa fremunt silvis, et caeca volutant Murmura. Et *4. ibid. 241.* talaria, quae sublimem alis rapido pariter cum flamine portant. *Ovid. 1. Amor. 6. 54.* Boreae, surdas flamine tunde fores. *Horat. 3. Od. 19. 19.* cur Berecynthiae Cessant flamina tibiae? *Lucret. 1. 291.* Sic igitur debent venti quoque flamina ferri. *Id. 6. 135.* Flamina lauri. Adde *Enn. Annal. 17. 13.* et *Nemesian. 1. Ecl. 16.* — **B)** Absolute pro ipso vento ponitur. *Virg. 3. Aen. 332.* ferunt sua flamina classem. *Val. Flacc. 3. 732.* Flamina conticuere: lacet sine fluctibus aequor. *Ovid. 3. Fast. 599.* Figitur ad Laurens ingenti flamine litus Puppis. — **3)** Translate est afflatus, inspiratio. *Capell. 9. p. 336.* Flamine satura Pelasgo. *Alii leg.* famine. V. FAMEN.

FLĀMENTUM, i, n. Verbale a *flo*, syllabica adiectione productum, idem ac flamen; *soffio di vento. Fulgent. 1. Mythol. praef.* Egredimur nautarum more, quos tempestatium flamento confractos exoptata reduces excipit ripa. *Alii leg.* flagitamentum.

FLĀMĔŎLUM et Flammeolum, i, n. Deminut. a *flameum;* parvum flameum. *Iuvenal. 10. 333.* sedet illa parato Flameolo.

FLĀMĔUM et Flammeum, i, n. Nomen, quo genus quoddam veli significatur, de quo mox, parum certae originis, ac proinde etiam scriptionis. Sunt enim qui scribunt *flammeum*, ut sit a *flammeo* colore, sed per unicum m in veterib. libris scriptum reperiri, testatur *Manut.* in *Orthogr.* Ita et in *Gloss. Lat. Gr.* Flameum; φλογίς. V. FLAMMA §. b. — Alii vero a *flamen* derivant. V. infra §. 1. — **b)** Apud *Non. 14. 31.* legitur *flameus, i*, gen. masc. — **c)** Derivata, *flameārius, flameŏlum.*

FLAMEUM est genus veli crocei, seu lutei, quo sponsae utebantur, ne proderetur virginis pudor. Nonnulli dictum putant, quia flammae colorem referret; verum potior est eorum sententia, quibus placet dici a flaminica flaminis uxore, quae, ut *Festus* apud *Paul. Diac. p. 89. Müll.* ait, semper flameo utebatur: hinc institutum fuisse, ut etiam novae nuptae hoc amiculi genus gestarent boni ominis causa, et in signum indissolubilis coniugii, quia flamini non erat permissum cum uxore divortium facere. Aliqui dicunt fuisse albogalerum, seu velamentum capitis, quo flamen Dialis utebatur: vocatum fuisse flameum a flammeo colore; huius coloris fuisse, quia erat sacerdos Iovis Tonantis, cui is color convenit propter telum fulminis: item vestimentum flaminicae Dialis, quae et ipsa Iovi sacra faciebat. Alius flameum erat pileus, quem flamines omnes generatim gestabant, in coni figuram desinentem: hic *apex* dicebatur, quam vocem vide §. 1. et 2., summum fastigium vocabant *tutulum*, infra mentum amenta, quae et *offendices* dicta, pileum retinebant. *Plin. 21. 22. 2.* Lutei coloris video honorem antiquissimum, in nuptialibus flameis totum feminis concessum. *Lucan. 3. 361.* Lutea demissos velarunt flamea vultus. — **B)** Inter officia domestica videtur etiam recensendum esse *munus a flameis* ex *Inscr.* apud *Momms. n. 3720.* Eutychus villic. á plumbo, Evagogus a flam. *(fortasse* a flameis*)* fecerunt sibi et suis. — **3)** Poetice pro ipsis nuptiis. *Iuvenal. 6. 225.* Flamea conterit; h. e. saepius nubit. — **4)** Apud Scriptores Ecclesiasticos

II. *Flameum* etiam dictum est velum, seu velamen sacrum, impositum ab episcopo sacrarum virginarum capiti; *il velo monacale.* Hinc *Hieronym. ep. 130. n. 2.* Scio, quod ad imprecationem pontificis flameum virginale sanctum operuerit caput. *Id. ep. 147. n. 6.* In apostoli Petri basilica Christi flameo consecrata est.

FLĀMĔUS, i, m. V. voc. praeced. §. b.

FLĀMĬCĂ. V. FLAMINICA §. 1. fin.

FLĀMĪNĂ, ae, f. Nomen a *flamen*, qua sacerdotem significat; mulier flaminio praedita. *Inscript.* apud *Grut. 439. 9.* L. Praesentio L. f. Lem. Paeto L. Attio Severo Praef. Coh. I. Afr. C. R. Eq., iudici selecto ex V. Dec., Pr. Auximi, Pat. Col., aedili II. vir. Anconae Vibia L. f. Marcella flamina August. marito omnibus exemplis de se bene merito. V. FLAMINICA §. 2.

FLĀMĪNĀLIS, le. Adiect. a *flamen*, qua sacerdotem significat; qui flaminatu functus est. *Inscript.* apud *Grut. 325. 3.* C. Varinio flaminali provinciae Baeticae. — *Alia* apud *Eund. 478. 2.* Statua inter flaminales viros posita.

FLĀMĪNĀTUS, us, m. Abstractum a *flamen*, qua sacerdotem significat; flaminis munus, et dignitas. *Inscript.* apud *Grut. 1096. 7.* Functus flaminatu provinciae Hispaniae citerioris. *Alia* apud *Eund. 268. 3.* ob honorem *decurionatus*, et *flaminatus*. — Symbolum autem flaminatus erat apex, quo nempe utebatur flamen, ut ostendit *Borghesi* in *dec. Numism. 7. osserv. 8.*

FLĀMĪNĬĂ, ae, f. V. FLAMINIUS §. 2. et seqq.

FLĀMĪNĪCA (et *per syncop.* Flamica), ae, f. Nomen proprie adiect. a *flamen*, qua sacerdotem significat, absolute adhibitum de uxore flaminis; *moglie del sacerdote. Massur. Sabin.* apud *Gell. 10. 15.* Eadem ferme cerimoniae sunt, quas flaminicas Diales seorsum aiunt observitare. *Tertull. de exhort. ad castit. 13.* Certe flaminica non nisi univira est, quae et flaminis lex est. Adde *Fest.* in *Flaminia* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.* et in *Flameo, ibid p. 89.* — *Tacit. 4. Ann. 16.* Sed lata lex, qua flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cetera promiscuo feminarum iure ageret. Cf. voc. seq. — *Inscr.* apud *Lami in Novell. Fiorent. a. 1768. p. 591.* Sentia Magnia Saephore flamica. — **B)** Item mulier sacerdos quaecumque. *Inscr.* apud *Orelli, n. 2227.* Appoiena C. f. Philumene *Flamínica Mutinensis* sibi et P. Titio Sabino marito viva posuit. Adde *alias, ibid. n. 2228.* et seqq., coll. *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1857. p. 169.* et V. FLAMINA.

FLĀMĪNĪCUS, i, m. Nomen eiusdem originis ac praecedens; idem quod flamen. *Gloss. Gr. Lat.* Ἱερεὺς Καίσαρος; flaminicus, Salius, flamen.

FLĀMĪNĬUM. V. voc. seq. §. 5.

FLĀMĪNĬUS, a, um. Adiect. a *flamen*, qua sacerdotem significat; ad flaminem pertinens; *sacerdotale. Festus* apud *Paul. Diac. p. 89. Müll.* Flaminiae aedes, domus flaminis Dialis. V. CAMILLUS §. 3. *Id. ibid. p. 93.* Flaminius camillus, puer ingenuus, qui flamini Diali praeministrabat . . . Flaminius lictor, qui flamini Diali sacrorum causa praesto est. — **B)** Absolute, substantivorum more,

FLAMINIA, ae, f. Est domus flaminis; *casa del sacerdote. Fab. Pictor* apud *Gell. 10. 15.* Ignem e flaminia, id est flaminis Dialis domo, nisi in sacrum, efferri ius non est. — **B)** Item sacerdotula, quae flaminicae Diali praeministrabat: raque . . . patrem matremque adhuc vivos habebat. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.* — **4)** Item uxor flaminis, quae et flaminica dicitur. *Priscian. 3. p. 645. Putsch.* Papirius propter mortem flaminiae flaminio abiit. — **5)** Item

FLAMINIUM, ii, n. Est dignitas flaminis, sacerdotium; *sacerdozio. Cic. 13. Phil. 19.* Caesaris flaminium cur reliquisti? *Liv. 26. 23. extr.* C. Claudius flamen Dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit. *Massur. Sabin.* apud *Gell. 10. 15.* Flaminio decedere. *Tacit. 4. Ann. 16.* Flaminium apisci. V. FLAMONIUM.

FLAMMĂ, ae, f. Vox eiusdem originis ac *flagro* et *flagito*, quorum verborum radix quaerenda est in FLAG, unde *flagma*, dein *flamma*. Vulgo autem confertur cum Graecorum φλέγω; inflammo, unde etiam φλέγμα, Aeolice φλέμμα. — **b)** Etiam *flama* in quibusdam Codicibus scriptum legi (unde et *flameus* apud *Manut.* in *Orthogr.* et *flameārius*) notant *Voss.* in *Etymol.* et *Dausqu.* in *Orthogr.*, sed hoc priscae scribendi rationi tribuendum videtur, et antiquo mori litteras non geminantium. — **c)** *Flammai* pro *flammas* in secundo casu est apud *Lucret. 1. 725.* et *5. 1098.* — **d)** Derivata, *flammabundus, flammatrix, flammeŏlus, flammesco, flammeus, flammidus, flammo, flammosus, flammula.* Cf. FLAMEUM. — **e)** Composita, *anflammo, deflammo, effammans, flammicomans, flammicomus, flammicremus, flammifer, flammigeno, flammiger, flammigero, flammigo, flammipes, flammipotens, flammivolus, flammivomus, inflammo, sufflammo.*

FLAMMA est vapor accensus, qui ex re flagrante egreditur, mobilis ac splendens ignis; *fiamma.* ita appellata proprie est fornacis flamma, teste *Isid. 19. Orig. 6.*, quod flatu follium excitetur. *Enn.* apud *Cic. 3. Tusc. 19.* Fana flamma deflagrata, tosti alti stant parietes. *Lucret. 6. 1168.* Flagrabrat stomacho flamma, ut fornacibus, intus. *Cic. Orat. 54. extr.* Dicere aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta tenent. *Nep. Alcib. 10.* Sonitu flammae excitatus. *Horat. 4. Od. 11. 11.* Sordidum flammae trepidant rotantes Vertice fumum. *Virg. 4. Aen. 670.* flammae furentes volvuntur per culmina. Et *1. G. 475.* undantem ruptis fornacibus Aetnam Flammarum globos volvere. *Id. 1. Aen. 179.* Suscepitque ignem foliis, atque

Digitized by Google

aridi circum Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. *Cato, RR. 38.* Flamma minus fumosa exibit. *Senec. Hippol. 644.* agilis altas flamma percurrit trabes. *Id. Herc. Oet. 121.* Flamma rapax. *Virg. 7. Aen. 74.* omnem ornatum flamma crepitante cremari. *Liv. 30. 6.* Effusa flamma pluribus locis reluxit: dein per continua serpens, uno repente omnia incendio hausit. *Caes. 5. B. G. 42.* Cum undique flamma conterreantur. Et *6. ibid. 15.* Circumventi flamma exanimantur homines. Et *2. B. C. 14.* Uno tempore agger, plutei, testudo, turris flammam concipiunt. *Quintil. procem. l. 6.* Flammis aliquid iniicere; *dar alle fiamme. Senec. Phoeniss. 663.* Flammis dare patriam, penates. *Virg. 4. Aen. 640.* permittere flammis. *Curt. 4. 10.* Tectis flammas iniicere. *Senec. Agamemn. 602.* Flamma muros populans. *Ovid. 3. Art. am. 463.* exstinguere flammas. *Id. 10. Met. 173.* et *Quintil. 5. 13. 13.* alere. *Id. 2. Declam. 2.* aperire. *Ovid. 5. Fast. 507.* exsuscitare aura. *Id. 16. Heroid. 229.* compescere. *Id. 2. Met. 210.* flammis corripi. *Liv. 30. 7.* conflagrare. *Horat. Epod. 5. 24.* aduri. — *Virg. 6. Aen. 518.* Flammam media ipsa tenebat Ingentem; h. e. facem. *Id. 2. ibid. 256.* Flammas extollere; h. e. facem, qua, more apud Antiquos usitato, hostium ad reatus praenuntiabatur. — *Ovid. 4. Trist. 3. 15.* polo fixae flammae; h. e. sidera. — *Cic. 6. Rep. 16.* Erat is splendidissimo candore inter flammas circulus elucens; h. e. inter stellas micantes. *Lucret. 1. 1089.* Solis flammam per caeli caerula pasci. *Ovid. 3. Fast. 285.* Deum genitor rutilas per nubila flammas Spargit; h. e. fulgura, aut fulmina. — **2)** Exinde plura proverbia sunt petita. Sic *unda dat flammas* dictum de re, quae fieri non potest. *Ovid. 1. Trist. 3. 4.* — Eodem sensu *prius undis flamma miscebitur* dictum a *Poeta* apud *Cic. 15. Phil. 21.* — **3)** *E flamma cibum petere*, proverb. apud *Ter. Eun. 3. 2. 38.* de eo, qui quidlibet audeat, patiaturve cibi et victus causa: ductum, ut videtur, ab iis, qui prae paupertate rapiebant de rogo coenam, ut *Catull.* loquitur *59. 3.* V. COENUM §. 4. — **4)** *Flamma fumo est proxima: fumo comburi nihil potest, flamma potest*, alia proverb. apud *Plaut. Curc. 1. 1. 53.*, quibus monemur vitandam esse occasionem peccandi, et fugienda illa mala leviora, ex quibus gravius malum sequi fere solet. — **5)** Improprie et a similitudine vel ab effecta,

II. *Flamma* usurpatur de colore flammeo. *Plin. 35. 27. 1.* Reddit rem flammam excellentis purpurae. — **6)** Hinc etiam de igneis oculis Charontis. *Virg. 6. Aen. 300.* stant lumina flamma. *Al. leg.* flammae. — Sic *Ovid. 11. Met. 568.* Rubra suffusus lumina flamma. — **7)** Translate saepissime dicitur de vehementibus animi motibus, imprimis de amore, praesertim turpi. *Catull. 64. 92.* cuncto concepit pectore flammam Funditus, atque imis exarsit tota medullis. *Cic. 7. Verr. 35.* Amoris turpissimi flamma conflagrare. *Horat. 1. Od. 27. 20.* Digne puer meliore flamma. *Virg. 3. G. 271.* avidis subdita flamma medullis. *Ovid. 7. Met. 17.* Excute virgineo conceptas pectore flammas. *Id. Rem. am. 485.* novas flammas assumere. *Sil. 17. 294.* ignifero mentes furiabat in iram Hortatu, decorisque urebat pectora flammis. — **8)** Item universim de aliis quibuscumque animi motibus. *Cic. 16. Fam. 11.* et *16. Att. 7.* Incidi in ipsam flammam civilis discordiae, vel potius belli. *Id. 3. Orat. 3.* Sulpicius, qui in eadem invidiae flamma fuisset. *Id. Brut. 24.* Omnis illa vis, et quasi flamma oratoris exstinguitur. *Sall. Iug. 4.* Memoria rerum gestarum ea flamma egregiis viris in pectore crescit; h. e. ardor animi, cupiditas. *Cic. 3. Orat. 23.* Gallo se tum eripuit flamma; h. e. iudicii et damnationis periculum evasit. *Ovid. 8. Met. 843.* implacataeque vigebat Flamma gulae; h. e. cupiditas, fames.

FLAMMĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *flammo;* flammis abundans. — Translate. *Capell. 1. p. 22.* Tunc subsellia flammabunda coetum suscepere sidereum.

FLAMMANS, antis. Particip. verbi *flammo*, adiectivorum more etiam adhibitum; inflammans, accendens; *inflammante. Val. Flacc. 1. 568.* et ingenti flammantem nubila sulco Direxit per inane facem. — **2)** Item flammatus, ardens; *ardente, accenso. Propert. 4. 4. 73.* super raros flammantis acervos Traiicit immundos ebria turba pedes (de Pathicis loquitur. V. *Ovid. 4. Fast. 727.* et *781.*]. *Virg. 3. G. 454.* flammantia lumina torquens. *Senec. Med. 251.* Os tauri ferocis flammans; h. e. flammas emittens.

FLAMMĀTRIX, īcis, f. Verbale a *flammo;* quae inflammat. — Translate *Capell. 5. p. 137.* Femina (*scil.* rhetorica) exilis in modicis, in mediocribus facilis, in elatione flammatrix.

FLAMMĀTUS, a, um. Particip. verbi *flammo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est qui flammas concepit, ignitus, accensus; *inflammato, accenso. Lucret. 2. 671.* quaecumque igni flammata cremantur. *Catull. 64. 291.* sorores flammati Phaëthontis. — **2)** Translate. *Virg. 1. Aen. 54.* Talia flammato secum Dea corde volutans; *accense d' ira. Colum. 10. 209.* flammata cupidine tellus. *Val. Flacc. 8. 300.* sponsae flammatus amore. *Id. 1. 108.* tela flammata veneno; h. e. veneno more ignis adurente. *Al. leg.* armata. — **3)** Refertur et ad colores. *Martial. 5. 19.* Flammata toga. — *Val. Flacc. 4. 655.* flammata pudore iuventus. *Senec. Med. 387.* Flammata facies; h. e. rubore suffusa prae furore.

FLAMMĔĀRĬUS. V. FLAMEARIUS.

FLAMMĔO, es, V. FLAVEO.

FLAMMĔŎLUS, a, um. Adiect. per deminut. factum a *flammeus;* flammae colorem habens, dilutiorem tamen. *Colum. 10. 307.* Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha.

FLAMMESCO, is, ere. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *flammeo*, vel a *flamma* (V. *Charis. 3. p. 224. Putsch.*); flammas concipio, ignesco; *inflammarsi. Lucret. 6. 669.* Ignis abundare Aetnaeus, flammescere caelum.

FLAMMEUM, cum derivatis. V. FLAMEUM.

FLAMMĔUS, a, um. Adiect. a *flamma;* ignitus, accensus; *di fiamma, fiammeggiante. Cic. 2. Nat. D. 46.* Sunt stellae natura flammeae. *Colum. 3. 3. a med.* Velut flammeo halitu fluctus uritur. *Ovid. 12. Heroid. 107.* Lumina flammea; *occhi di fuoco. Martial. 10. 62.* Albae leone flammeo calent luces; *sollione. Acc.* apud *Cic. 1. Divin. 22.* dextrorsum orbem flammeum radiatum solis liquier cursu novo. — **2)** Translate. *Catull. 64. 337.* Flammea praevortet celeris vestigia cervae; h. e. concitata. *Sidon. 4. ep. 7.* Acres et flammei viri. *Enn.* apud *Non. 1. 140.* Flammei versus. — **3)** Refertur et ad colores. *Plin. 21. 38. 1.* Viola alba, purpurea, flammea. *Val. Flacc. 5. 361.* flammea murice cerno tegmina. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 92. Müll.* Flammeum vestimentum. — **4)** Hinc absolute, ut plures autumant, dictum *flammeum*, genus quoddam vestis, de quo V. FLAMEUM.

FLAMMĬCŌMANS, antis, omn. gen. Adiect. participiorum more effictum, a *flamma* et *coma;* flammeas comas habens. *Iuvenc. in Matth. 25. l. 4. 202.* Taedae flammicomantes.

FLAMMĬCŌMUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedens. *Prudent. Psychom. 775.* Flammicomi ignes.

FLAMMĬCRĔMUS, a, um. Adiect. a *flamma* et *cremo;* flammis crematus. *Fortunat. 4. carm. 15. 47.* Nullaque flammicremae senserunt damna ruinae.

FLAMMĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *flammo*, sive potius ab inusit. *flammeo*, inserta littera *d;* qui flammescit, flammeus. *Apul. de Mundo.* Humida aridis, glacialibus flammida confundit. Et *11. Met.* Roseo rubore flammida.

FLAMMĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *flamma* et *fero;* flammam ferens, inflammatus. *Cic. 4. Acad. 28.* ex *vet. Poet.* Pestem abige a me, flammiferam hanc vim, quae me excruciat. *Val. Flacc. 1. 4.* flammifero consedit Olympo. *Ovid. 15. Met. 849.* Flammiferumque trahens spatioso limite crinem, Stella micat. *Sil. 3. 55.* flammiferum tollentes aequore currum Solis equi. *Lucan. 3. 400.* Iliacae numen quod praesidet Albae Vidit flammifera confectas nocte Latinas; h. e. facibus illustrata: quia Latinae noctu peragebantur.

FLAMMĬGĔNĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *flamma* et *genitus;* e flamma genitus. *Flammigena fur* apud *Sidon. carm. 15. 9.* est Cacus Vulcani filius, atros Ore vomens ignes, ut ait *Virg. 8. Aen. 198. Gloss. Lat. Gr.* Flammigena; πλογογενής.

FLAMMĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *flamma* et *gero;* qui flammam gerit. *Val. Flacc. 3. 582.* et *Lucan. 1. 415.* Sol flammiger. *Stat. 8. Theb. 676.* Flammiger ales; h. e. aquila, *Capell. 9. §. 912.* Flammiger fomes. Adde *Bosth. 1. Categ. Aristot. p. 181. Migne.*

FLAMMĬGĔRO, as, āvi, āre. Verbum intransitiv. a *flamma* et *gero*. — Particip. *flammigerans* §. 2. — Est flagro. *Rufin. Selecta Orig. in Psalm. 36. fin.* Sed et hi, cum tanquam ignis flammigerassent, exstincti sunt. Cf. voc. seq. — **2)** Translate. *Ambros.* in *Luc. 7. 12.* Ignis ille divinus, qui flammigerabat in ossibus prophetarum. *Id.* in *Psalm. 118. Serm. 18.* Et erat ignis flammigerans in ossibus meis.

FLAMMĬGO, as, are. Verbum intransitiv. a *flamma* et *ago*, quod alterum vi compositionis est corruptum. — Est flammas emitto; *mandar fiamme. Gell. 17. 10.*, et qui ab eo exscripsit, *Macrob. 5. Saturn. 17.* Interdiu fumare Aetnam, noctu flammigare. *Est qui legit* flammigerare.

FLAMMĬPES, ĕdis, comm. gen. Adiect. a *flamma* et *pes;* qui ignitos pedes habet. *Iuvenc. Matth. 11. l. 4. 554.* Flammipedes quadriiugi.

FLAMMĬPŌTENS, entis, comm. gen. Adiect. a *flamma* et *potens;* qui in flammas potens est. *Dracont. Carm. 3586.* Scaevola flammipotens dextram contemnere dignus Constituit punire manum; h. e. flammarum patiens. — **2)** Item qui flammis potens est, qualis fuisse dicitur Vulcanus. *Arnob. 3. p. 112.* Flammipotens Vulcanus fabricatur enses.

FLAMMĬVŎLUS, a, um. Adiect. a *flamma* et *volo;* qui flammas volando emittit, seu cum flammis volans. *Arator, Act. Apost. 2. 331.* Flammivolo sub sole iacet.

FLAMMĬVŎMUS, a, um. Adiect. a *flamma* et *vomo;* qui flammas vomit. *Iuvenc. prol. 25.* flammivoma descendet nube coruscans Iudex. *Coripp. 1. Iohann. 358. de Phaëtonte.* Flammivomis raptatus equis. *Gloss. Lat. Gr.* Flammivomus; πυραμβόλος.

FLAMMO, as, as, āvi, ātum, are. Verbum transitiv., intransitivo-

Digitized by Google

rum more tamen aliquando etiam adhibitum, a *flamma*. — Particip. *flammans*, v. suo loco, *flammandus* §. 1., *flammatus*, v. suo loco. — Proprie est incendo, inflammo; *inflammare, accendere*. *Tacit. 15. Ann. 44.* Aut crucibus affixi, aut flammandi. *Apul. de Mundo.* Ignes illi immortalis Dei vivacitate flammantur. — **2)** Translate. *Stat. 1. Achill. 297.* Illius roseo flammatur purpura vultu. — **3)** Pro incitare, accendere. *Sil. 16. 503.* Sic donis vulgum, laudumque cupidine flammat. Et *1. 55.* iuvenem facta ad Mavortia flammat. *Tacit. 4. Hist. 24.* His inter se vocibus instinctos flammavere insuper allatae a Vespasiano litterae. Et *2. ibid. 74.* Omnes exercitus flammaverat arrogantia venientium a Vitellio militum; h. e. ad iram incitaverat, offenderat, irritaverat. *Stat. 8. Theb. 390.* flammantur in hostem Cornipedes. — **4)** Pro implere. *Sil. 14. 209.* Atque himnitibus aëra flammat. — **5)** Deinde

FLAMMO, intransitivorum more, est ardeo, incendor. Sed hoc sensu adhibetur tantum in participio *flammans*, quod v. suo loco.

FLAMMŌSUS, a, um. Adiect. a *flamma*, idem ac ardens. *Cael. Aurel. 2. Acut. 32.* Febris celerrima est, et flammosa. *Id. 3. ibid. 17.* Carbones non flammosi.

FLAMMŬLĂ, ae, f. Deminut. a *flamma;* parva flamma; *flammella*. *Colum. 9. 14. ante med.* Papiliones dum circa flammulam volitant, aduruntur. *Cic. 4. Acad. 25.* Timagoras negat sibi unquam, quum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. — **2)** *Flammulae* fuerunt appellata vexilla equitum ex contis suspensa, flammei seu purpurei coloris. *Vegt. 2. Milit. 1.* Equitum alii alares dicuntur, qui nunc vexillationes vocantur a velo, quia velis, hoc est flammulis utuntur. Adde *3. ibid. 5.* v. *Ducang. Gloss. Gr. Lat.* in v. Φλάμουλον, et *Flammula*. — Hinc *flammulārius* videtur appellatus a Latinis Scriptoribus infimae Latinitatis miles, e cuius hastae cuspide pannus puniceus pendebat. Etenim haec habet *Lydus de mag. Rom. 1. 46.* Φλαμμουλάριοι, ὧν ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ δόρατος φοινικόβαπτη ἐξήρτηντο. — **3)** *Flammula Veneris* a Latinis appellatur etiam herba *leontopodion* a Graecis nuncupata, teste *Apul. Herb. 7.*

* FLAMMŬLĀRĬUS. V. voc. praeced. §. 2. *fin.*

FLĀMŎNĬUM, ii, n. Idem ac flaminium. Ita legitur apud *Sidon. 5. ep. 7. ante med.* et in *Inscript.* apud *Grut. 193. 5.* L. Fl. Valens ob honorem flamonii B. P. D. Adde *alias* apud *Eund. 254. 5.* Sed ubique *flaminium* pro *flamonium* scribendum, quod exscriptoris mendum esse videtur. — Haec *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon*. Attamen et hanc formam retinendam esse, alia plura exempla in Lapidibus scriptis suadent, nempe *Inscr.* apud *Ranter, n. 1428., 1730., 1824.* et *3096.*

FLANTO, onis. V. FLADO.

FLASCA, ae, et FLASCO, ōnis. } V. PHLASCA et PHLASCO.

FLĀTELLAE, ārum, f. Deminut. a *flatus*, ut videtur, quod sensu concreto, exponitur glomusculus in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 463.* Flatellis, sordium glomusculis.

FLĀTĬLIS, le. Adiect. verbale a *flo*, idem quod flabilis. *Ammian. 30. 4.* Flatili sonitu; h. e. qui flando fit. *Prudent. Hamartig. 535.* flatile virus; h. e. qui flatu immittitur. — **2)** Est etiam conflatilis. *Arnob. 6. p. 201.* Laminarum flatilium crates. — **3)** *Flatilis linea* est aspirationis nota apud *Priscian. de Accent. p. 1287. Putsch.* V. DASYS.

FLĀTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *flo;* frequentius flo, inflo; *soffiare*. *Arnob. 2. p. 69.* Cantores, tibia, calamoque flatantes. — **2)** Translate est augere, amplum facere, ut exponitur in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 464.*

FLATO, ōnis, V. FLADO.

FLĀTOR, ōris, m. Verbale a *flo;* qui flatat; h. e. inflat; hinc tibicen, ut exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 89. Mull.* Flator, tibicen. *Gloss. Lat. Gr.* Flat, flator; φυσᾶ, ἀυλητής. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 463.* Flatores, tibicines a flando. — **2)** Item qui conflat. *Pompon. Dig. 1. 2. 2. circa med.* Aeris, argenti, auri flatores. V. FLATCRARIUS.

FLĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *flo;* idem quod flatus. *Arnob. 1. p. 7.* Ventos iamdiu non esse, et caeli conquievisse flaturas. — **2)** Item conflatura. *Vitruv. 2. 7. a med.* In aeris flatura. *Inscript.* apud *Don. cl. 8. n. 16.* P. Calvius P. f. Iustus, manceps officinarum aerariarium quinque, item flaturae argentariae, etc. Adde *alias* apud *Murat. 319. 2.* et *3.*

FLĀTŪRĀLIS, le. Adiect. a *flatura;* ad flandum pertinens. *Tertull. Anim. 10.* Quaedam spiritu carent, quia flaturalibus artubus structa non sunt.

FLĀTŪRĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *flatura*, absolute tamen adhibitum pro flatore, qui nempe metallum monetae cudendae destinatum conflat; *fonditore*. *Inscript.* apud *Grut. 638. 4.* M. Ulpius Aug. lib. Symphorus flaturarius auri et argenti monetarii. *Imp. Constantius Cod. Theod. 9. 21. 6.* Comperimus, nonnullos flaturarios pecuniam non minus criminose, quam crebre, separato argento ab aere, purgare. — **2)** Alii erant, qui privatim suoque sumptu signa, statuas, et alius generis vasa ex metallo conflabant. *Inscript.* apud *Grut. 638. 6.* C. Iunio Thalationi C. Maecenatis liberto flaturario sigillariario. *Alia* apud *Fabretti, p. 720. n. 415.* T. Flavio T. f. Largonio fabro flaturario sigillariario. *Alia* apud *Don. cl. 8. n. 61.* C. Sellius Onesimus flaturarius de via sacra.

FLĀTUS, a, um. Particip. verbi *flo;* flatu emissus; *soffiato*. *Hirt. B. Afr. 52.* Pulvis vento flatus omnium prospectui offecit. — **2)** Item conflatus, fusus. *Gell. 2. 10.* Flata signataque pecunia conderetur. *Varr. 2. RR. 1. ante med.* Aes flatum pecore; h. e. pecunia pecore signata.

FLĀTUS, us, m. Verbale a *flo;* quod flando emittitur, flamen, spiritus, ventus; *fiato, soffio, vento*. *Horat. Art. P. 205.* Tibia, non ut nunc, orichalco iuncta . . . Aspirare et adesse choris erat utilis, atque Nondum spissa nimis complere sedilia flatu. Sic et *Phaedr. 3. 7. 11. Plin. 36. 66. 2.* Flatu figuratur vitrum. *Ovid. 1. Fast. 428.* Ipsa sui flatus ne sonet aura, cavet. *Virg. 3. G. 111.* humescunt spumis flatuque sequentum. Et *2. ibid. 339.* hibernis parcebant flatibus Euri. *Ovid 15. Met. 418.* flatuque secundo Carbasa mota sonant. — *Sust. Claud. 32.* Flatum crepitumque ventris emittere. V. CREPITUS §. 2. ubi et discrimen inter *flatum* et *crepitum* indicatur. — **2)** Per synecdochen de ipsa anima, quae flatum emittit. *Prudent. 3. περὶ στεφ. 168.* Pax datur artubus exanimis, Flatus in aethere plaudit ovans. — **3)** Translate. *Cic. 2. Offic. 6.* Cum prospero flatu fortunae utimur, ad exitus pervehimur optatos: et cum reflavit, affligimur. *Id. 2. Orat. 44.* Accipio quod datur, et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do. Simile est illud, quod Itali dicunt *navigare secondo il vento*. — **4)** Dicitur et de fastu ac superbia. *Virg. 11. Aen. 345.* Det libertatem fandi, flatusque remittat. *Ovid. 1. Art. am. 718.* Si tamen a precibus tumidos accedere flatus Senseris, incepto parce, referque pedem. *Val. Flacc. 3. 699.* Non hi tum flatus, non ista superbia dictis, Cum etc. *Stat. 5. Theb. 192.* magniloquos luit impia flatus. Et *1. ibid. 321.* Attollit flatus ducis.

FLĀVENS, entis. Particip. verbi *flaveo*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui flavus est. *Virg. 4. G. 126.* Flaventia culta. *Id. 10. Aen. 324.* Clytius flavens prima lanugine malas. *Graeca constructio. Ovid. 8. Met. 670.* Flaventes cerae.

FLĀVĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. a *flavus*. — Particip. *flavens*, v. suo loco. — Est flavus fio; *biondeggiare*. *Colum. 10. 311.* Sed cum maturis flavebit messis aristis. In quodam MS. leg. *flammebit*, ut sit a *flammeo, es:* a quo *flammesco*. *Paulin. Nolan. carm. 20. 124. de Iyeno.* Fundibus albet aqua, super undam flavet oliva.

FLĀVESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. a *flaveo*. — Particip. *flavescens* §. 5. — Proprie est flavere incipio, aut simpliciter flavus fio; *biondeggiare*. *Virg. 4. Ecl. 28.* Molli paulatim flavescet campus arista. *Martial. 9. 24.* O, cui virgineo flavescere contigit auro; h. e. decoratum esse aurea corona dono data in ludis Minervae. *Id. 7. 67.* Flavescere haphe. *Ovid. 2. Amor. 5. 39.* Longis flavescere ab annis. — **2)** In illo *Eiusd. 8. Met. 699.* casa parva Vertitur in templum: furcas subiere columnae: Stramina flavescunt: *flavescere* est aureum, vel auratum fieri. *Val. Cato, Dir. 16.* Pallida flavescant aestu sitientia prata. — **3)** *Flavescere* etiam dicuntur folia plantarum, quae virorem amittunt, et ad ariditatem accedunt, aut corruptionem. Flavum enim tunc colorem induunt. *Plin. 15. 36. 2.* Quae *(myrtus)* postquam evaluit, flavescente patricia, etc. Ita *Harduin.* ex MSS. *Alii* flaccescente. *Id. 16. 7. 1.* Folium fagi celerrime flavescens. *Id. 19. 47. 1.* Menta aestate viret, hieme flavescit. — **4)** In illo *Vulg. Interpr. Prov. 23. 31.* Ne intuearis vinum, quando flavescit, cum splenderit in vitro color eius: *flavescit* est rubet; nusquam enim in Bibliis vinum flavi coloris reperitur. V. *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v.

FLĀVĬCŎMANS antis, omn. gen. Adiect. participiorum more effictum a *flavus* et *coma;* qui flavescentem habet comam. *Prudent. Apotheos. 495.* Armiger e cuneo puerorum flavicomantium. Cf. voc. seq.

FLĀVĬCŎMUS, a, um. Adiect. a *flavus* et *coma;* flavam comam habens; *chi ha chioma bionda*. *Petron. Satyr. 110.* Flavicomum corymbion. *Alii* flavum *leg.* Cf. voc. praeced.

FLĀVĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *flaveo*, inserta littera *d;* qui flavet, seu ad flavum colorem inclinat, flavus; *biondeggiante*. Sic Pel flavidum, *Cael. Aurel. 3. Acut. 20.* Flavida rapacia. *Plin. 18. 34. 1.*, ut quidem legit *Harduin.* ex MSS., nam alii *flaccida*. V. FLAVESCO §. 3.

FLĀVISSAE. V. FAVISSAE.

FLAVUS, a, um. Adiect. parum certae originis. Etymologi conferunt inter se *flavus, fulvus, furvus, gilvus, helvus*, quae origine quidem eadem videntur esse, tametsi discrepant aliquantum significatione. Cf. *Lindemann* in *Comment.* ad *Fest. p. 448.* sub v. *Helvacea.* — **b)** *Flavus* pro *flavus* improbat *Incert. Gramm.* in *Append.* ad *Probi art. min. p. 444. Endl.* V. tamen FLAVUS in ONOM. — **c)** Comparat. *flavior* §. 1. *in fin.* — **d)** Derivata, *flaveo, flavesco, flavidus.* — **e)** Composita, *flavicomans, flavicomus, pseudoflavus, subflavus.*

Digitized by Google

FLAVUS proprie qui eo colore est, qui in spicis maturis videtur, in auro, melle et similibus; *biondo, giallo, di color d'oro*. De hominibus etiam dicitur, qui comas habent flavas, et de fluviis, qui arenas, etc. *Virg. 1. G. 96.* Flava Ceres. Et *316.* arva. *Id. 1. Aen. 596.* Flavum aurum. Et *12. ibid. 605.* Flavi crines. *Horat. 1. Od. 5. 4.* Flava coma. *Id. 4. ibid. 4. 4.* Flavus Ganimedes. Et *2. ibid. 4. 14.* Flava Phyllis. *Catull. 64. 98.* In flavo saepe hospite suspirans puella. *Sil. 9. 414.* flavusque comarum Curio. *Horat. 1. Od. 8. 8.* Flavus Tiberis. *Martial. 1. 56.* Flava mella. *Virg. 5. Aen. 309.* Flava oliva; *h. e.* quae ex viridi ad flavum colorem accedit. — *Auson. epist. 4. 44.* crinem flavus niveusque lacertos. *Graeca constructio.* Sic et *Ovid. 3. Met. 507.* Galanthis flava comas. — *Boeth.* in *Porphyr. Dial. 2. p. 31.* Potest alius procerior, alius fuscior: deductioribus alius capillis, alius flavioribus nasci. — **2)** Quia flavus color ex albo ad rubentem accedit, *flavus* dicitur a *Seneca* pudor, quo erubescimus, *Hippol. 632.* Et ora flavus tenera tingebat pudor. — **3)** Absolute, substantivorum more.

FLAVUS, i, m. *(subaudi* nummus). Usurpat *Martial. 12. 65.* An de moneta Caesaris decem flavos? *h. e.* aureos nummos. *Al. perperam leg.* Flavios; *h. e.* Flavii Domitiani imagine percussos.

Nota. Inter *flavum, furvum* et *fulvum* discrimen hoc tradit *Isid.* in *Differ. Append. n. 145.* « *Flavum* rubrum dicimus, ut flava caesaries: *furvum*, nigrum; *fulvum*, nigro-rubeum, ut fulvum leonem. »

FLAXO, as, āre. Idem omnino quod *fraxo*, ita scriptum in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 462.* Flaxare, virgilias circumire. Cf. FLEXIBULA et FRAXO.

FLAXTĂBŪLAE, ārum, f. V. FLEXIBULA.

FLĔBĬLIS, le. Adiect. verbale a *flo*. — Comparat. *flebilior* §. *1.* — Proprie fletu dignus, fletu plenus, lugubris, luctuosus; *degno di pianto, flebile, lugubre*. Adhibetur tum passive de eo, qui fletur, vel flendus est. *Cic. 11. Phil. 5.* Ponite ante oculos miseram illam et flebilem speciem. *Id. Plane. 42.* O flebiles vigilias, o noctes acerbas! *Ovid. 2. Amor. 1. 32.* Flebilis Hector. *Horat. 1. Od. 24. 9.* Multis ille bonis flebilis occidit, Nulli flebilior, quam tibi, Virgili. — **2)** Tum active de eo, qui multum flet. *Ovid. 3. Amor. 6. 68.* Spargebat tepidos flebilis imbre sinus. *Horat. 4. Od. 2. 25.* Flebili sponsae raptus iuvenis. — **3)** Item de eo, qui alios flere facit. *Lucil.* apud *Non. 3. 67.* Flebile carpe. *Ovid. 13. Heroid. 48.* Hei mihi, quam multis flebilis ultor eris! *Sil. 9. 502.* Flebile dictu. — **4)** Item de eo, qui est fletu plenus. *Cic. 2. Tusc. 24.* Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur: sin erit elamentabilis, si imbecillus, si abiectus, si flebilis, ei qui se dederit, vix eum virum dixerim. *Horat. 2. Od. 9. 9.* Tu semper urges flebilibus modis Mysten ademptum. *Ovid. 3. Amor. 9. 3.* flebilis elegia. *Quintil. 11. 3. 64.* Vox flebilis. — **5)** Absolute, in neutro genere.

FLEBILE, adverbiorum more pro flebiliter. *Ovid. Rem. am. 56.* exclusus flebile cantet amans. *Stat. 12. Theb. 436.* simulque Flebile ravisae. *Sil. 7. 648.* medio sed (flebile!) mento Armigeri Cascae penetrabilis haesit arundo; *o cosa da piangere!*

FLĔBĬLĬTER. Adverb. a *flebilis*. — Comparat. *flebilius*, infra. — Est cum fletu; *piangevolmente*. *Cic. 2. Tusc. 17.* Flebiliter respondere. Et *21.* lamentari. Et *1. ibid. 33.* canere. *Horat. 4. Od. 12. 5.* gemere. *Paulin. Nolan. carm. 20. 57.* Daemones flebilius ululant. Adde *Lactant.* ad *Stat. 7. Theb. 211.*

FLECTO, ctis, xi, xum, ctĕre. Verbum transitiv. quod quidam deducunt a Graeco πλεκτός; plexus, ita ut *flecto* non sit, nisi alia forma verbi *plecto* a πλέκω. V. PLECTO. — **b)** Particip. *flectens* §. *1.* et *6.*, *flectendus* §. *5.* et *8.*, *flexus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *flexibilis, flexibilitas, flexibiliter, flexilis, flexio, flexo, flexuntes, flexuosus, flexuositas, flexuosus, flexura, flexus, us*. Cf. FLEMINA et FLEXIVUS. — **d)** Composita, *adflecto, circaflexus, conflecto, deflecto, flexanimus, flexibula, flexiloquus, flexipes, inflecto, obflecto, reflecto, retroflecto, retroflexus, superflexus*.

FLECTO proprie est torqueo, detorqueo, inflecto; *piegare, torcere, volgere*. *Cic. 1. Divin. 55.* Animal omne membra, quocumque vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit. *Caes. 4. B. G. 55.* Equos moderari ac flectere. *Hirt. B. Alex. 64. extr.* Flectere navem, aut directam tenere. *Nep. Eumen. 9.* Flectere iter. *Ovid. 1. Trist. 10 17.* Fleximus in laevum cursus. *Cic. 7. Verr. 50.* Currum de foro in Capitolium flectere. *Virg. 6. Aen. 788.* Huc geminas, huc flecte acies. *Ovid. 8. Met. 864.* in nullam lumina partem Gurgite ab hoc flexi. *Petron. Satyr. 126.* Flexit se in daphnona; *si volse. Curt. 6. 5.* Teneros ramos manu flectere. *Ovid. 4. Met. 502.* Flectere arcus. *Horat. 2. Od. 19. 17. de Baccho.* Tu flectis amnes, tu mare barbarum. *Claudian. Laud. Stilich. 1. 67.* Flectenti faciles Medus tibi cessit habenas. *Virg. 9. Aen. 606.* Flectere equos. *Caes. 6. B. G. 24.* Hercinia silva pertinet ad finis Dacorum, hinc se flectit sinistrorsus. — **2)** *Flecti* passive sensu medio; *piegarsi, voltarsi*. *Plin. 6. 30. 8. de Euphrate.* In meridiem flecti eum discimus. *Id. ibid. 24. 1.* Pars terrarum, qua flectitur in meridiem. *Id. 18. 68. 1.* Sol ad Aquilonem scandens, ab ea *(Cancri)* meta incipit flecti et digredi ad Austrum. *Ovid. 2. Met. 718.* Milvus flectitur in gyrum. *Id. 8. ibid. 883.* Non modo, quod nunc sum, videor; modo flector in anguem; *h. e.* convertor; *mi trasformo*. — **3)** Translate. *Plin. 16. 66. 6.* Tibia apertioribus ligulis ad flectendos sonos. *Lucret. 5. 1405.* Ducere multimodis voces et flectere cantus. *Ovid. 2. Amor. 4. 25.* haec dulce canit, flectitque facillima vocem; *inflette*. — **4)** Huc etiam spectant *Cic. 1. Leg. 10.* Opinionum vanitas imbecillitatem animorum torquet et flectit. *Id. Balb. 17.* Ab omni studio sensuque Poenorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt; *h. e.* converterunt. *Horat. Art. P. 163.* Iuvenis cereus in vitium flecti. *Ovid. 5. Trist. 1. 23.* animos ad publica carmina flexi; *h. e.* verti et applicavi animum ad epistolas carmine scribendas. *Tacit. 6. Ann. 29.* Additis versibus, qui in Tiberium flectebantur; *si torcevano contra Tiberio. Ter. Heaut. 4. 3. 2.* Qui ubicumque opus sit, animum possis flectere; *h. e.* advertere. *Liv. 28. 22.* Si quem a proposito spes mollitiave animi flexisset; *h. e.* deflexisset, deduxisset. *Id. ibid. 44.* Est et ducis, non deesse fortunae praebenti se et oblata casu flectere ad consilium; *h. e.* vertere. — *Enn.* apud *Cic. de Senect. 6.* Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant Antehac, demens sese flexere viai. — *Lucret. 5. 107.* Omnia conquassari in parvo tempore cernes: Quod procul a nobis flectat natura gubernans; *h. e.* avertat. — **5)** Frequenter est movere, exorare, mollire; *piegare, svolgere, placare, addolcire*. *Cic. Sull. 6.* Quibus rebus ita flectebar animo, atque frangebar, ut etiam ex memoria, quas mihi ipsi fecerat insidias, deponerem. *Id. 1. Phil. 14.* Oratione aliquem flectere. *Id. 2. Orat. 52. extr.* Commutare animos, atque omni ratione flectere. *Sall. Iug. 108.* Ingenium alicuius aversum flectere. *Virg. 2. Aen. 689.* precibus si flecteris ullis. *Id. 7. ibid. 312.* Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo! *Stat. 3. Silv. 1. 119.* fovet anxia curas Coniugis, hortaturque simul, flectitque labores. *Id. 3. ibid. 3. 65.* voce paterna Discendum Musis sonat et mea carmina flectit. Adde *Virg. 6. Aen. 376., Ovid. 1. Met. 378., Cic. 5. Catil. 8.* et *Quintil. 6. 1. 9.* et *22.* — **6)** Absolute

II. *Flecto* est cursum dirigo, convertor, devertor; *dirigersi, piegarsi, volgersi:* subaudito accusativo *se*. *Virg. 9. Aen. 372.* Iamque propinquabant castris murosque subibant, Quum procul hos laevo flectentes limite cernunt. *Liv. 5. 8.* vastavere agrum Praenestinum Gabinumque; ex Gabino in Tusculanos flexere colles. *Id. 28. 46.* Hasdrubal, clauso transitu fluminis, ad Oceanum flectit. *Tacit. 2. Hist. 70.* Inde Vitellius Cremonam flexit. *Suet. Tib. 20.* Priusquam in Capitolium flecteret. — *Val. Flacc. 2. 2.* neque enim patrios cognoscere casus Iuno sinit, mediis ardens ne flectat ab undis; *h. e.* divertat. — **7)** Translate. *Tacit. 13. Ann. 5.* Postquam ad providentiam sapientiamque flexit; *passò, si rivolse col discorso*. *Id. 4. ibid. 57.* Arguebatur in ambitionem flexisse. — **8)** Specialim

III. *Flecto* in re nautica est circumnavigare, seu navigando proram flectere, puta ad promontorium superandum; *voltare, superare*. *Cic. 2. Divin. 45.* Cum in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas saepe sentiant. *Id. 5. Att. 9.* Leucaten flectere molestum videbatur. — **9)** Hinc translate ponitur et pro vitare, viam alio dirigendo; *schivare voltando altrove*. *Id. 11. ibid. 18.* Intellexi ex Oppii sermone, quae istorum via esset; sed ut eam flectas, te rogo. — **10)** Item apud Grammaticos *flecti* dicuntur nomina et verba, cum in casus et personas declinantur. *Varr. 10. LL. 1. ad fin.* — **11)** *Flectere syllabam* est circumflexo accentu notare. *Quintil. 1. 5. 25.* — **12)** Flectere verbum de Graeco; *h. e.* traducere, derivare. *Gell. 4. 5. extr.* Ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Graeco flexum est.

Nota I. Constructio verbi modo est cum accusat. rei vel personae, et ablat. cum praepos. *a* vel *ab*, aut *de*, vel cum alio accusat. et praepos. *in* et *ad*, addito aliquando etiam ablat. modi vel instrumenti: modo absolute, addito accusat. cum praepos. *ad* vel *in*, praesertim si adsit oppositio *(ab-ad* vel *ex-in)*, tacita vel expressa. V. §. 5. et 7. — **Nota II.** Inter *flecto* et *deflecto* hoc discrimen agnoscit *Isid. 1. Differ. 224.* « *Flecti* est a recto *(al. leg.* retro) et in proximum; *deflecti* vero longius et in devium. »

FLEGMA. V. PHLEGMA.

FLĒMEN, ĭnis (ut quidam legunt apud *Priscian. 6. p. 690. Putsch.* pro *flamen*), et

FLĒMĬNĂ, um, n. Nomen parum certae originis, quod quidam ducunt a φλεγμονή; tumor; *enfiature*. — Hinc *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 89. Mull.* Flemina dicuntur, cum ex labore viae sanguis effluit circa talos. — Cf. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 462.* — **2)** Quidam vero censuere, idem esse ac varices, et dici quasi flegmina a *flectendo*, ut quae flexuosa sint, et obtorta. *Plaut. Epid. 5. 2. 3.* Lassitudine invaserunt misero in genua flemina. *Plin. 25. 17. 1.* Bryonia in lumento, hominemque flemina, aut sanguinem, qui se ad talos deiecerit, circumligata sanat. Ita *Harduin.* ex MSS., *alii* phlegma. *Caper de Orthogr. p. 2245. Putsch.* Flemina sunt, ubi abundant crura

Digitized by Google

sanguine: plemina, cum in manibus, vel in pedibus callosi sulci sunt. Eadem habet *Isid. Differ. Append. 105.*, nisi quod legit *flemma* et *plemma* singulari numero loco *flemina* et *plemina*. — De fleminibus in equo curandis integrum caput undecimum habet *Pelagon. Veterin.*

* FLEMMĂ, ătis, n. V. voc. praeced. §. 2.

FLENS, entis. Particip. verbi *fleo*, adiectivorum more etiam adhibitum. Hinc absolute apud *Vulg. Interpr. Iudic. 2. 5.* Et vocatum est nomen loci illius: Locus flentium, sive lacrymarum. *Id. Iob, 30. 31.* Vox flentium. — V. alia in voc. seq.

FLĔO, es, ēvi, ētum, ēre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more saepe etiam adhibitum, parum certae originis. *Isid.* videtur ducere a *fluo*, nam ipsi *10. Orig. 112.* « *flens* quasi lacrymis *fluens*, » dicitur. Et fortasse *fleo* et *fluo* ab eadem radice Sanscrita *plu*, quae significat *fluere*, *natare*, *humectare*, descendunt. — **b)** *Flesse* pro *flevisse* legitur apud *Ovid. 6. Met. 404.* et *Liv. 30. 44.*; *flesset* pro *flevisset*, apud *Stat. 2. Silv. 1. 145.*; *flesti* pro *flevisti*, apud *Ovid. 5. Heroid. 45.* et *45.*; *flerunt* pro *fleverunt*, apud *Virg. 4. G. 461.*, *Stat. loc. cit. 178.* et *Inscript.* apud *Don. ci. 10. n. 10.* — **c)** Particip. *flens* §. *1.*, *4.* et suo loco, *flendus* §. *4.*, *fletus*, V. suo loco, *fleturus* §. *1.* — **d)** Derivata, *flebilis*, *flebiliter*, *fletus*, us. — **e)** Composita, *affleo*, *defleo*, *diffletus*, *flatifer*, *infletus*, *perfletus*.

FLEO proprie est lacrymas effundo; *piangere*. *Plaut. Mil. 4. 8. 18.* Quando aspicio hunc, fleo, quia distungimur. *Id. Pseud. 1. 1. 73.* Quin fles? *perchè non piangi più?* *Id. Epid. 4. 2. 51.* Ne fle, mulier! *Cic. 6. Rep. 14. fin.* Ille me complexus atque osculans flere prohibebat. *Caes. 1. B. G. 20.* Haec cum pluribus verbis flens a Caesare peteret. *Horat. Epod. 5. 74.* O multa fleturum caput! *Cic. 5. Verr. 30.* Flebat uterque non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius. *Id. 1. Orat. 57. extr.* Pater complexus esset filium, flensque eum centumviris commendasset: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgisset. *Id. 2. Phil. 31.* Cum mulier fleret uberius. *Catull. carm. 3. extr.* Flendo turgiduli rubent ocelli. *Propert. 1. 12. 15.* Felix qui potuit praesenti flere puellae; h. e. coram puella (*Sic plorare suae* dixit *Tibull. 2. 5. 105.*). — *Tertull. de Anim. 54.* Simon damnatus ab ipso *(Petro)* cum pecunia sua in interitum, frustra flevit; h. e. poenituit. — Impersonaliter. *Ter. Andr. 1. 1. 101.* Ad sepulcrum venimus: in ignem posita est: fletur. *Quintil. 6. praef. §. 8.* Minus est quod flendum meo nomine, quam quod gaudendum illius est. Adde *6. 2. 3.* et *11. 1. 52.* — **2)** Improprie de animalibus. *Suet. Caes. 81.* Equorum greges comperit pertinacissime pabulo abstinere ubertimque flere. — **3)** Item de rebus est rorare, stillare; *grondare*, *stillare*, *gemere*. *Lucret. 1. 349.* In saxis ac speluncis permanat aquarum Liquidus humor, et uberibus flent omnia guttis. *Prudent. 5. Cathemer. 24.* Imbrem de madido flere cacumine. *Senec. Thyest. 702.* Flevit in templis ebur. — **4)** Transitivorum more

II. *Fleo* cum accusativo est deploro, lugeo; *deplorare*, *lamentare*, *compiangere*. *Ovid. 10. Heroid. 45.* Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent? *Val. Flacc. 5. 430.* flebant Phaëthonta sorores. Et *8. 94.* seque suumque flevit alumnum. *Ovid. Ib. 16.* miseri funera flere viri. *Id. 1. Amor. 12. 1.* Flete meos casus. *Id. 4. Met. 426.* inultos flere dolores. *Tacit. 6. Ann. 10.* Quod filii necem flevisset. *Phaedr. 1. 2.* Flere servitutem tristem. *Plaut. Capt. 1. 2. 36.* Ne fle. *Par.* egone illum non fleam? egone non defleam Talem adolescentem? — Cum infinito. *Val. Flacc. 1. 635.* Haec iterant, segni flentes occumbere leto. *Propert. 1. 7. 18.* Longe castra tibi, longe miser agmina septem Flebis in aeterno surda iacere situ. — Passive. *Sil. 5. 186.* Nec iam ultra monitus, et verba morantia Martem Ferre valet: longo Aeneadis quod flebitur aevo. *Senec. Herc. Oet. 1835.* Virtus Herculem fieri votat. *Tibull. 2. 4. 45.* centum licet annos Vixerit, ardentem flebitur ante rogum. *Ovid. 19. Heroid. 124.* Mersaque roratis nata fleatur aquis. *Auson. 1. Profess. 38.* Fletus es a nobis. *Ovid. 15. Heroid. 7.* Flendus amor. — **5)** Translate. *Colum. 10. 350.* feralia carmina flere; h. e. flebiliter canere. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 705.* plaga fiet sanguinem. *Boëth. 2. Cons. Phil. metr. 2.* Flere querelas.

Nota. Inter *flere*, *plorare*, *plangere*, *lamentari*, *moerere* et *lugere* hoc discrimen intercedere statuit *Isid. 1. Differ. 227.* « *Flere* est ubertim lacrimas fundere; *plorare* est quasi cum voce flere: *plangere*, cum lacrymis pectus aut faciem tundere: *lamentari* est cum aliquibus dictis miserabilibus flere: *moerere*, cum silentio dolere: *lugere* est cum habitus mutatione. » Cf. FLETUS in *Nota*.

FLĒTĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fero*, et *fletus*; qui fiet: et translate stillans, rorans. *Auson. Edyll. 6. 74.* Gemmea fletiferi iaculatur succina trunci.

FLĒTUS, a, um. Particip. verbi *fleo*, intransitive; qui multum flevit. *Apul. 7. Met. sub fin.* Mater pueri, mortem deplorans acerbam filii, fleta et lacrimosa. — **2)** Translate, rorans, stillans. *Lucret. 2. 631. de Gallis Cybeles.* Ludunt, in numerumque exsultant, sanguine fleti. *Al. leg.* pleti, *vel* laeti. — **3)** Transitivorum more

FLETUS est defletus; *pianto*, *compianto*. *Virg. 6. Aen. 484.* multum fleti ad superos, belloque caduci Dardanidae. *Stat. 4. Theb. 103.* Pietaque cognatis avibus Meleagria Pleuron. V. FLEO §. 4.

FLĔTUS, us, m. Verbale a *fleo*; ploratus, eiulatus cum lacrimis; itemque poetice ipsae lacrimae, sensu, ut aiunt, concreto; *pianto*, *lagrime*. *Cat.* apud *Gell. 10. 5.* Quantum luctum quantumque gemitum, quid lacrimarum quantumque fletum factum audivi! *Cic. 6. Verr. 21. sub fin.* Quos putatis fletus mulierum, quas lamentationes fieri solitas in hisce rebus? *Id. Rosc. Am. 9.* Quod usque eo visum est indignum, ut urbe tota fletus gemitusque fieret. *Id. Plane. 51.* Multas lacrimas, et fletum cum singultu videre potuisti. *Id. 11. Att. 7. ad fin.* Non possum prae fletu et dolore diutius in hoc loco commorari. *Id. 1. Orat. 53.* Fletum populo movere. *Catull. 59. 5.* excitare. *Albinov. 1. 467.* comprimere. *Caes. 1. B. G. 32.* Magno fletu auxilium petere. *Virg. 4. Aen. 465.* longas in fletum ducere voces. *Id. 2. Ibid. 271.* largos effundere fletus. *Id. 5. Ibid. 344.* longos fletus ciere. Et *6. Ibid. 699.* largo fletu ora rigare. *Petron. Satyr. 89.* Fletibus manant genae. *Val. Flacc. 5. 341.* lumina rumpere fletu. *Ovid. 5. Pont. 1. 137.* fletu verba scindere. *Id. 2. Met. 340.* fletus et lacrimas dare. *Quintil. 5. 11. a med.* Fletibus natos prosequi, laetitia defunctos. *Virg. 4. Aen. 459.* nullis ille movetur Fletibus. *Ovid. 16. Met. 675.* Tum lecto incumbens, fletu super ora refuso. Adde *Ibid. 672.*

Nota. Inter *ploratum*, *planctum* et *fletum* hoc discrimen interesse tradit *Isid. 1. Differ. 425.* « *Ploratus* tantum lacrimarum est, *planctus* tantum vocum, *fletus* ad utrumque pertinet. » Cf. FLEO in *Nota*.

FLEXĂNĪMUS, a, um. Adiect. a *flecto* et *animus*; animum flectens. *Cic. 2. Orat. 44.* Quae recte a bono poeta *(Pacuvio*, teste *Non. 2. 349.)* dicta est flexanima, atque omnium regina rerum, oratio. *Catull. 64. 350.* Quae tibi flexanimo mentem perfundat amore. — **2)** Item passiva significatione flexus animo; h. e. a recto statu deflexus, perturbatus, commotus. *Pacuv.* apud *Cic. 1. Divin. 37.* Flexanima tanquam lymphata, ut Bacchi sacris Commota, in tumulis Teucrum commemorans suum.

FLEXĪBĬLIS, le. Adiect. verbale a *flecto*; qui flecti potest; *flessibile*, *pieghevole*. *Cic. 3. Nat. D. 39.* Materiam rerum totam esse flexibilem et commutabilem. *Ovid. 3. Amor. 3. 29.* Flexibiles arcus curvare. *Plin. 16. 85. 2.* Ulmus ad currus flexibilis. *Id. 36. 66. 3.* Excogitatum vitri temperamentum, ut esset flexibile. *Cic. 2. Nat. D. 58.* Genera vocis permulta, canorum, fuscum: laeve, asperum: grave, acutum flexibile, durum. — De *voce flexibili* V. etiam in PLEXUS a, um §. 6. — **2)** Translate est mollis, tener, mutabilis. *Cic. Orat. 16.* Oratio mollis, et tenera, et ita flexibilis, ut sequatur, quocumque torqueas. *Id. 10. Att. 11.* Nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil, quod non, quo velis, uno sermone possis perducere. *Id. 1. ad Brut. 18.* Videtur in eo esse indoles: sed flexibilis aetas, multique ad depravandum parati. *Plin. Paneg. 45.* Flexibiles quamcumque in partem ducimur a principe, atque, ut ita dicam, sequaces sumus. — **3)** Item in malam partem, inconstans, varius. *Cic. Amic. 25.* Quid potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur?

FLEXĪBĬLĪTAS, ātis, f. Abstractum a *flexibilis*; facilitas flectendi. *flessibilità*. *Solin. 52. circa med.* Circumferunt cornua flexibilitate, qua volunt. *Cassiod. 5. Variar. 42.* Consularem munificentiam provocant, qui peruncta corporum flexibilitate luctantur.

FLEXĪBĬLĪTER. Adverb. a *flexibilis*; flexibili modo. *Augustin. 2. Quaest. in Heptat. 18.* Hoc est enim quod dicitur induratum, quia non flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resistebat. Eadem habet *Eugypp. Thesaur. 106.*

FLEXĪBŪLA, ae, f. Satyrae nomen apud *Varron.* aliquoties a *Non.* citatae, ut *1. 109.* et *113.* et *alibi*; quae vox ex Latino *flectere*, et Graeco βουλὴ conluisse videtur, ut sit Flexibula, quasi consilium flectens: *l'incostante*. Sed *alii aliter legunt*. Consulendus imprimis *Oehler, Sat. Menipp. reliq. p. 150.*, qui tuetur lectionem *Flaxtabulae*, quam vocem a *flaxare* vel *fraxare* derivat, quin tamen commodam vocabuli explicationem praebeat.

FLEXĪFĪCĔ. V. FLEXIVICE.

FLEXĪLIS, le. Adiect. verbale a *flecto*; flexibilis; *flessibile*, *pieghevole*. *Plin. 16. 79. 3.* Ulmus et fraxinus flexiles. *Id. 11. 67. 1.* Cervix e multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis, ad circumspectum. *Id. 16. 30. 3.* Betulla circulis flexilis. *Sidon. carm. 16. 79.* cum solis torridus ignis Flexilibus rimis sitientes scriberet agros; h. e. flexuosis. *Ammian. 22. 4.* Pluma et flexiles lectuli; *soffici*. Adde *Philarg.* ad *5. G. 165.* — **2)** Item flexus, inflexus; *piegato*. *Ovid. 1. Amor. 14. 26.* Sinus flexilis comae. *Apul. 6. Met. post init.* Videt spicas frumentarias in acervo, et alias flexiles in corona.

FLEXĪLŎQUUS, a, um. Adiect. a *flexus* et *loquor*; qui ambigua et obscura loquitur. *Cic. 2. Divin. 56.* Oraculis partim falsis, partim casu veris, partim flexiloquis et obscuris.

FLEXĬO, ōnis, f. Verbale a *flecto*; actus flectendi, flexura; *piegamento*, *inflessione*. *Cic. Pis. 22.* Quos tu macsandros, dum omnes so-

Digitized by Google

litudines persequeris, quae diverticula flexionesque quaesisti! h. e. vias a recto itinere deflectentes. *Id. Orat. 18.* Trunco toto se ipse moderans, et virili laterum flexione. — **2)** Translate. *Id. ibid.* Flexiones vocis. *Id. 2. Leg. 15.* Flexiones modorum. Et *5. Orat. 25.* Quanto molliores sunt, et delicatiores in cantu flexiones et falsae voculae, quam certae et severae!

FLEXĬPES, ĕdis, omn. gen. Adiect. a *flexus* et *pes;* qui flexis est et curvis pedibus. *Ovid. 10. Met. 89.* Vos quoque flexipedes hederae.

FLEXĬVĪCĔ. Adverb. a *flexus* et *vicis;* flexuose. *Pacuv.* apud *Non. 4. 68. a med.* Nihil coniectura quivi interpretarier, quorsum flexivice contenderet. *Vossius* legendum putat *flexifice;* sed *Bothius* ita refugendum locum arbitratur: Quorsum cervice flexa tum contenderet.

FLEXO, as, āre. Verbum transitiv. specie intensiv. a *flecto;* penitus flecto. *Cato, RR. 49.* Vineam statuito, alligato, flexatoque.

FLEXŬMĬNES. V. voc. seq.

FLEXUNTES, ium, m. Ita dicti sunt antiquitus equites a flectendis equis, teste *Varr.* apud *Serv.* ad *9. Aen. 606.* et *Plin. 33. 9. 1.* Celeres sub Romulo regibusque sunt appellati, deinde flexuntes, postea trossuli. Alii leg. *Flexuminas,* alii *flexutes* (v. *De-Vit, Sentent. Varr. p. 46.),* sed nuper *Liciniani fragm. l. 26. Flexuntes* quoque exhibet.

FLEXŬŌSĒ. Adverb. a *flexuosus;* cum flexu; *tortamente. Plin. 18. 84. 1.* Si flexuose volitet flamma.

FLEXŬŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *flexuosus;* flexus. *Hygin. de limitib. p. 214. Goes.* Lapis qui flexuositatem limitis ostendit. Cf. *Thesaur. nov. Latinit. p. 245. Mai.*

FLEXŬŌSUS, a, um. Adiect. a *flexus, us.* — Superlat. *flexuosissimus* §. *1.* — Proprie est varios, vel multos habens flexus; *flexuoso, tortuoso. Cic. 2. Nat. D. 57.* Flexuosum iter habet auditus, ne quid intrare possit. *Plin. 11. 79. 1.* Intestina flexuosissimis orbibus. *Id. 10. 55. 1.* Hirundini flexuosi volatus. Et *8. 27. 2.* Taurus mons flexuosus. — **2)** Translate. *Prudent. Cathemer. 6. 145.* Flexuosae fraudes. — **3)** Speciatim *flexuosa linea* apud *Boeth. 1. Geom. p. 1209.* est multiformis velut arborum aut fluminum, ceterorum signorum, in quorum similitudinem et arcifiniorum agrorum finitur extremitas, et multorum, quae similiter inaequali linea sunt formata naturaliter.

FLEXŪRĂ, ae, f. Verbale a *flecto;* flexio, flexus, curvatura; *piegatura. Lucret. 4. 312.* Flexura lateris. *Suet. Ner. 38.* Offensus angustiis, flexurisque vicorum; *svolte.* — **2)** Translate. *Senec. ep. 71. a med.* Virtus recta est: flexuram non recipit. — **3)** Flexura nominum, aut verborum est eorum inflexio et declinatio. *Varr. 10. LL. 1. post med.* V. FLECTO §. 10.

FLEXUS, a, um. Particip. verbi *flecto,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *flexior* §. *1.* — Proprie est inflexus, curvatus, declinans; *piegato, torto. Virg. 5. Aen. 500.* flexos incurvant viribus arcus. *Id. 4. G. 125.* aut flexi tacuissem vimen acanthi. *Ovid. 4. Met. 340.* Flexum genu submittere. *Iuvenal. 6. 492.* et *Martial. 10. 65.* et *Petron. Satyr. 126.* Flexi crines, flexa coma; *arricciata artifiziosamente.* Sic *Martial. 3. 65.* flexo qui digerit ordine crines. *Tacit. 1. Ann. 16.* Flexus in vesperam dies; *volto a sera. Cic. 3. Fin. 12.* Flexi fractique motus, quales protervorum hominum, aut mollium esse solent, contra naturam sunt. *Capell. 8. p. 297.* Zodiacum circa Cancrum, Capricornumque flexior aequinoctialem paene directum secat. — **2)** *Flexus onyx* apud *Stat. 1. Silv. 2. 149.* est marmor huius nominis varie elaboratum: *lavorato.* — **3)** Translate. *Val. Flacc. 3. 615.* animum flexus dictis instantis Iasou; *piegato, vinto. Ovid. 3. Trist. 3. 45.* Neve hominum referam flexos ad mitius iras. *Tacit. 5. Ann. 16.* Caesar flexo in moestitiam ore, etc. — **4)** Absolute, substantivorum more,

FLEXUS, ūs, m. Est idem ac flexio. *Minuc. Fel. Octav. 17.* Quid loquar apte disposita erecta montium, collium flexa, porrecta camporum? — **5)** Speciatim

II. *Flexus* apud Grammaticos est declinatus. *Macrob. de Differ. Verb. p. 685.* Eadem vox paululum flexa tempus immutat. — **6)** Item *flexa syllaba* apud *Quintil. 1. 5.* et *12. 10. ante med.* est, quae circumflexo accentu notatur, atque ita pronunciatur, ut acuti pariter et gravis accentus vim habeat: v. gr. in voce *amarus* paenultima ita effetenda est, quasi duplex *a* a sit, et acuto prior extollatur accentu, posterior gravi deprimatur, et in longum producatur. Dicitur autem *flexa,* quia non uno rectoque tenore effertur, sed inflexo et mutato. Similiter *flexa vox* in ipsa oratione dicitur, quae non uno eodemque sono emittitur, sed vario, mutato, et inflexo; partimque attollitur, partim deprimitur: quod praecipue fit in miseratione movenda. *Quintil. 11. 3. ante med.* Vox in metu contracta, adhortationibus fortis, disputationibus teres, miseratione flexa et flebilis. *Cic. 3. Orat. 57.* Vocis plura genera: laeve, asperum; contractum, diffusum; fractum, scissum, flexo sono, attenuatum, inflatum. — Huc spectat, *ibid. 58.* Aliud vocis genus sibi sumat miseratio et moeror, flexibile, plenum, interruptum, flebili voce: *Quo nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi? Domum paternam ne? anne ad Peliae filias?* Et illa, *O pater, o patria, o Priami domus! Id. Orat. 17. extr.* et *2. Orat. 46. ad fin.* vocat *inflexam;* sed *Schützius* corrigit *flexam,* nam statim sequitur *inflexus sonus* alia significatione.

FLEXUS, ūs, m. Verbale a *flecto;* flexio, flexura; *piegatura, torcimento, volta. Cic. 1. Nat. D. 38.* Aures duros, et quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus. *Id. 16. Att. 13.* Cum venissem ad pontem Tirenum, in quo flexus est ad iter Arpinas. *Tacit. 12. Ann. 12.* Non cominus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petunt; h. e. flectendo iter. *Pers. 5. 65.* Flexus metae. *Quintil. 9. 2. a med.* Ut qui cursu parum valent, flexu eludunt. *Catull. 64. 114.* Labyrinthei flexus. *Quintil. 8. 2. 7.* Vertex est contorta in se aqua: inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis. *Ovid. 1. Amor. 14. 13.* Capilli dociles et centum flexibus apti. *Plin. 5. 31. 2.* Maeander ita sinuosus flexibus, ut saepe credatur reverti. *Id. 8. 16. 1.* Fera nullo suffraginum flexu. *Id. 4. 24. 3.* Pontus Euxinus medio flexu iungitur ostio Maeotii lacus. *Id. 16. 19. 3.* Picea mollior flexu. *Liv. 22. 12.* In aliquo flexu viae. *Id. 32. 4.* Confragosa loca implicatasque flexibus vallium vias. Adde *Tacit. Germ. 1.* et *Lucret. 5. 615.* et *639.* — **2)** Translate *flexus aetatis* est transitus ab una aetate ad aliam in decursu totius vitae: ductum a circo, ubi plures flexus faciendi erant, et septies totum spatium percurrendum, antequam victoria contingeret: iique flexus erant tum in medio cursu, tum praesertim ad metam. *Cic. Coel. 31.* In hoc flexu quasi aetatis fama adolescentis paululum haesit ad metas. *Id. 1. Orat. 1.* Si infinitus forensium rerum labor, decursu honorum, etiam aetatis flexu constitisset. — *Id. 2. Rep. 25.* Id enim est caput civilis prudentiae, videre itinera flexusque rerum publicarum. — **3)** *Flexus autumni* est, cum incipit ad brumam vergere. *Tacit. 3. Hist. 25.* Flexu autumni, et crebris pluvialibus imbribus. — **4)** Speciatim

II. *Flexus* apud Rhetores sumitur etiam pro callida declinatione, et artificiosa vitatione rei difficilis: et cum non recta, sed quasi per anfractus aliquid petitur. *Quintil. 5. 13. 2.* Quare indirecta fere, atque, ut sic dixerim, clamosa est actio. Hinc mille flexus et artes desiderantur. Adde *10. 5. 12.* — **5)** Item *flexus vocis* est eius inflexio, et mutatio; *inflessione, mutazione di voce. Quintil. 1. 8. init.* Superest lectio, in qua puer ut sciat, ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, quid quo flexu, quid lentius, quid concitatius dicendum, etc. *Id. 7. 9. 8.* Ambiguitas fit per flexum: *Quinquaginta, ubi erant centum,* inde *occidit Achilles. Id. 11. 3. ad fin.* Flexus vocis, et flebilis suavitas, qua praecipue franguntur animi. — **6)** Item apud Grammaticos *flexus verborum* aut *nominum* est eorum per casus aut tempora declinatio ac positio. *Id. 1. 6. 15.* Quid vero? quae tota positionis eiusdem, in diversos flexus exeunt? cum *Alba* faciat *Albanos* et *Albenses; volo, volui* et *volavi.* — **7)** Item apud Mathematicos *flexus* dicuntur curvatura. *Balb. Expos. et rat. mensur. p. 98. Lachm.* Extremitatium genera sunt duo, unum quod per rigorem observatur, alterum quod per flexus . . . quidquid secundum locorum natura curvatur.

FLEXŪTES v. FLEXUNTES.

* FLICTIM *pro* Afflictim legunt quidam apud *Diomed. Gramm. 1.*

FLICTUS, ūs, m. Verbale a *fligo;* afflictus, collisio; *collisione. Virg. 9. Aen. 666.* tum scuta cavaeque Dant sonitum flictu galeae: pugna aspera surgit. *Sil. 9. 522.* galea horrida flictu Adversae ardescit galeae, clypeusque fatiscit Impulsu clypei. *Pacuv.* apud *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* Flictus navium.

FLĪGO, gis, xi, ctum, gĕre. Verbum transitiv., origine conferendum cum θλίβω Graecorum eiusdem significationis. — **b)** Derivatum, *flictus.* — **c)** Composita, *afflicto, affligo, conflicto, confligo, effligo, infligo, profligo.*

FLIGO proprie est percutio, affligo; *percuotere, atterrare:* et reperitur in usu tantum apud antiquos Poetas. *Liv. Andr.* apud *Non. 2. 328.* Ipse se in terram saucius fligit cadens. *Accius ibid.* Nec perdolescit, fligi socios morte, campos contegi. Et *rursus.* Heu, civitatis stirpem funditus fligi studet! Cf. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 463.* — **2)** Item confligo, alii rei impingo. *Lucret. 2. 85.* Obvia cum fixere, fit, ut diversa repente Dissiliant. *Alii leg.* confixere.

FLO, flas, flāvi, flātum, flāre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum. Videtur esse ab inusit. φλάω, cognatum alteri φλίβω, unde est φλὴψ, φλεβός, vena: porro a φλέβω est *flabrum,* et ab eiusd. praet. pass. πέφλεγμαι est *flamma,* ut ab inusit. φλάγω, cognatum alteri φλέγω, est *flagrum* et *flagellum.* — **b)** Particip. *flans* §. *1. flatus,* v. suo loco, *flaturus* §. *1.* — **c)** Derivata, *flabello, flabellulum, flabellum, flabilis, flabra, flabralis, flabrarius, flabro, flamen* (secundo loco), *flamentum, flatellae, flatilis, flato, flator, flatura, flaturalis, flaturarius, flatus, us.* — **d)** Composita, *affio, cinflo, conflabello, conflo, coniflo, deflo, difflatus, diffio, effio, exsuffio, flabellifer, inflabellatus, inflabilis, infio, perflatilis, perflo, profio, reflo, suffio.*

Digitized by Google

FLO proprie est spiro, exspiro, flatum emitto; *soffiare, spirare*. *Lucret. 6. 218.* Etesiae contra fluvium flantes. *Caes. 5. B. G. 7.* Corus ventus in his locis flare consuevit. *Cic. 7. Att. 2.* Belle nobis flavit ab Epiro lenissimus ventus. *Plin. 3. 11. 1.* Quinam flaturi sint venti. — Absolute. *Hirt. B. Alex. 11.* Vento leniter flante. — **β)** Proverbium est de duabus rebus dissimilibus, et natura disiunctis, quae simul eodem tempore fieri non possunt, illud *Plaut. Most. 3. 2. 104.* Simul flare sorbereque, haud facile Est: ego hic esse, et illic simul haud potui. Itali dicunt *non si può sonare e ballare: non si può bere e zufolare*. — **γ)** Translate de instrumentis est sonum edere. *Ovid. 4. Fast. 182.* Inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit. — **δ)** Transitivorum more,

II. *Flo* est flando emitto, exsuffio; *mandar fuori soffiando, soffiare*. *Lucret. 5. 904.* Chimaera Ore ferox acrem flaret de corpore flammam. *Varr. 6. LL. 2.* Hieme anima, quae flatur, omnium apparet. *Plin. 36. 36. 1.* Phrygius lapis uritur vino perfusus, flaturque follibus, donec rubescat. — **ε)** Speciatim de instrumentis est inflare. *Ovid. 4. Fast. 341.* Exululant comites, furiosaque tibia flatur; *h. e.* inflatur; *si suona*. — **ϛ)** Ponitur et pro conflare; *h. e.* flando metalla igne mollire et fundere; *fondere*. *Ulp. Dig. 48. 10. 9.* Qui argenteos nummos adulterinos flaverit. *Al.* conflaverit *leg.* — Hinc Triumviri A. A. A. F. F.; *h. e.* Auro, Argento, Aere, Flando, Feriundo. V. FLATUS, a, um, §. 2. — **ζ)** Translate. *Quintil. 12. 6. a med.* Omisso magna semper flandi tumore, in quibusdam causis, loquendum est; *h. e.* inflate dicendi, et magnifice. *Prudent. 5. περὶ στεφ. 21.* Spernere succina, flare rosas, Fulva monilia respuere; *h. e.* abiicere, proiicere, contemnere.

FLOCCĬDUS, V. FLACCIDUS §. 1.

FLOCCĬPĂCIO. V. FLOCCUS §. 6. et seqq.

FLOCCĬFACTĒON. V. FACTEON.

FLOCCĬPENDO. V. FLOCCUS §. 6. et seqq.

FLOCCŌSUS, a, um. Adiect. a *floccus;* floccis plenus. *Apul. Herb. 62.* Floccosis, vel lanuginis adnationibus. *Alii* flaccosis *perperam legunt*.

FLOCCŬLUS, i, m. Deminut. a *floccus;* parvus floccus; *fiocchetto*. *Plin. 16. 10. 1.* Nascuntur in robore pilulae nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles. *Alii leg.* floccos. *Auct. lib. de Magistrat. Rom. ed. ab Huschke.* Sacerdotes flamines, qui erant, a flocculo lanae, quem praeeminentiae causa super apice ferebant, denominati.

FLOCCUS, i, m. Nomen parum certae originis, quod tamen alii derivant ab Hebr. פְּלָח *palach,* secuit, ut significet *segmentum;* alii a φλάξ, σφήξ, quod nempe flatur, vel proflatur. — **b)** Derivata, *floccosus, flocculus*. — **c)** Composita, *floccifacteon* (V. in FACTEON) et *floccifacio* vel *floccipendo*, quemadmodum nonnullis placet iunctim scribere, V. infra §. 5. et seq.

FLOCCUS proprie est lanarum particula divisa a velleribus inutiliter evolans, villulus; *fiocco*. *Varr. 2. RR. 11.* Diligentiores tegeticulis subiectis oves tondere solent, nequi flocci intereant. — **β)** Dicitur etiam de vestium villis, idest de particulis quibusdam lanae eminentioribus. Hinc *Cels. 2. 6.* Illa quoque mortis indicia sunt, si manibus quis in febre et acuto morbo . . . in veste floccos legit, fimbriasve diducit. — **γ)** Item latiore significatione dicitur et de aliis rebus. *Varr. 1. RR. 59.* Pomis substracti flocci. *Plin. 16. 10. 1.* Nascuntur in eo *(robore)* et pitulae, nucibus non absimiles, intus habentes floccos molles, lucernarum luminibus aptos. — **δ)** Translate dicitur de re nullius pretii. *Plaut. Trin. 4. 2. 132.* Tu qui sis, qui non sis, floccum non interduim; *per me non monta un frullo*. Dixit *Id. Rud. 2. 7. 22.* ciccum non interduim. — **ε)** Hinc *flocco habere* est parvi, aut nihili facere. *Plaut. Asin. 5. 3. 111.* Perii! illic habebit flocco iam homo lumbos meos. In multis libb. haec ibi verba desunt. — **ϛ)** Speciatim vero

II. *Floccus* in genitivo, adverbiorum more, usurpatur cum verbis *facio* vel *pendo*, quae in quibusdam MSS. libris etiam coniunctim scribuntur, *floccifacio* aut *floccipendo*, pro parvi quidem, aliquo tamen pretio aestimare, non contemnere. *Ter. Eun. 2. 3. 10.* Ut illum Dii Deaeque senium perdant, qui me hodie remoratus est; Meque adeo, qui restiterim, tum autem qui illum flocci fecerim. Ubi *Donat.* notat *flocci fecerim* et *contemnere*, et *non contemnere* significare: ut nunc qui illum *flocci fecerim*, deest *vel*, ut sit *vel flocci fecerim*. *Plaut. Men. 5. 7. 5.* Cave quisquam, quod illic minitetur, vestrum flocci fecerit. *Id. Most. 3. 2. 121.* Cave tu ullam flocci facias mulierem. — **ζ)** *Non flocci facere*, aut *pendere* est nihili facere, ne tanti quidem, quanti floccus valet, contemnere; *non istimare un fico, o un frullo*. *Cic. 13. Att. 50.* Prorsus aveo scire, nec tamen flocci facio. Et *4. ibid. 15.* Intellectum est, τριῶν ἀρμοστηγίτων ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique rempubl. flocci non facere. *Ter. Eun. 3. 1. 20.* Invidere omnes mihi, Mordere clanculum: ego non flocci pendere. *Plaut. Most. 1. 1. 73.* Neque quod dixi, flocci existimat. *Al. leg.* aestimat. — **η)** Etiam omissa negatione est parvi admodum facere; *h. e.* tanti quanti floccus est. *Id. Cas. 2. 5. 23.* Unus tibi hic dum propitius sit Iuppiter, Tu istos minutos Deos flocci feceris. *Id. Epid. 3. 2. 12.* Dum tibi ego placeam, atque obsequar, meum tergum flocci facio. *Id. fragm.* apud *Fest.* in *Manerales* p. *143. Müll.* Rogata fuerit, nec ne, flocci aestimo. *Id.* apud *Fulgent. Expositi. serm. antiq.* Flocci pendo, quid rerum gerat.

FLOCES, um, f. Vox obsoleta et damnata a *Gell.* loc. mox cit., parum certae originis, nisi mavis eiusdem esse ac praecedens; sunt eam *floces* faex, et speciatim vini ex vinaceis expressa, quia ei insint flocci quidam, et panni; *feccia di vino*. *Gell. 11. 7.* Hic eques Romanus apludam edit, et floces bibit. *Caecil.* apud *Non. 2. 551.* Neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo.

FLŎGĬUM, ii, n. V. PHLOGIUM.

FLŌRĀLĬA, V. FLORALIS §. 2. et seqq.

FLŌRĀLĪCĬUS et Floratitius, a, um. Adiect. a *Floralia;* ad Floralia pertinens. *Martial. 8. 67.* Et Flōralicias lasset arena feras; *h. e.* quae Floralibus in Circo dabantur. *Philoc.* in *Kalend.* ad *V. Non. Mai.* Ludi Floralicii. Cf. voc. seq. §. 4. et seqq.

FLŌRĀLIS, le. Adiect. a *flos;* ad florem pertinens, florens. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀνθινος; floralis. *Gloss. Lat. p. 143. n. 182. Hild.* Floralis ager. — **β)** Absolute, substantivorum more,

FLORALIA, ium, n. Est locus floribus consitus; *giardino di fiori*. *Varr. 1. RR. 23.* Nec minus ea loca discriminanda in conserendo, quae sunt fructuosa, propter *(Pontedera legend. monet* praeter) voluptatem, ut quae pomaria, et floralia appellantur. — **β)** Item *floralia* dictus est quidem puerorum ludus in *Epigr.* quod Hadriano Caesari tribuitur in *Anthol. Lat. n. 854. Meyer.* Proiectis pueri tabulis Floralia ludunt. Iam nomen ludi rite magister habet. Cl. *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon* docuit: a *Floralia ludere* dicuntur pueri, cum sese invicem incestant aut masturbant. — **γ)** Praeterea

II. *Floralis* est etiam ad Floram, Romanorum Deam, quae floribus quibuscumque praesidebat, pertinens; ut Floralis flamen, *Varr. 7. LL. 3.* Florale sacrum, *Ovid. 4. Fast. 947.* Rursus *Varr. 8. LL. 32. sub fin.* Clivus proximus ad Florales usus versus. *Tertull. Spectac. 6.* Florales ludi. *Inscript.* apud *Grut. 332. 1.* Quod amplius ludos Florales ediderit. *Fulgent. 1. Mythol. praef. p. 619.* Hanc praeibat Florali lasciviens virguncula petulantia. Adde *Acron.* ad *Horat. 2. Sat. 3. 182.* V. alia sub v. FLORA in ONOM. — **δ)** Hinc pariter

FLORALIA, ium, n. Sunt dies festi, ludique in honorem Florae instituti. Celebrabantur fine Aprilis et initio Maii. *Macrob. 1. Saturn. 4.* Varro Floralium, non Floraliorum ait, cum non ludos Florales illic, sed ipsum festum, Floralia, significaret. *Iustin. 43. 4.* Solemni Floraliorum die. *Plin. 18. 69. 6.* Prisci Floralia quarto Cal. Maii instituerunt, Urbis anno DXVI. ex oraculis Sibyllinis, ut omnia bene defloresceront. *Varr. 1. RR. 1.* Florae ludi Floralia instituti. *Porphyr.* ad *Horat. 2. Sat. 3. 182.* Antiqui aediles huiusmodi res populo Floralibus spargebant. — **ε)** Porro ex *Plinii loc. cit.* constat, an. U. C. DXVI., seu potius DXIV., ut probat *Fogginius* ad *Verrii Flacc. Fastos p. 68.*, instituta fuisse Floralia, quae cum deinde fuerint intermissa, an. U. C. 581., ut affirmat *Ovid. 5. Fast. 329.*, a C. Servilio C. f. aedili plebis primum publice instaurata sunt, quod indicat Nummus apud *Eckhel, D. N. V. T. 5. p. 508.* Floralia primus C. Servilius C. f. *fecit. Floralia* exceperunt deinde *Maiuma*, quam voc. V. suo loco. Cf. FLORIUS. — Reliqua V. in ONOM. sub v. FLORA.

FLŌRĀRĬUM. V. FLORIARIUM.

FLŌRENS, entis. Particip. verbi *floreo*, adiectivorum more saepe adhibitum. — Hinc comparat. *florentior* §. 7., superlat. *florentissimus* §. 2. — Proprie est qui floret, floridus; *fiorente, fiorito*. *Virg. 10. Ecl. 25.* Florentes ferulas et grandia lilia quassans. — **β)** Translate qui aliqua re viget, et abundat; *chi è in fiore:* et dicitur tam de rebus quam de personis. *Cic. 2. Fam. 13.* M. Brutus florens aetate, opibus honoribus, ingenio, liberis, propinquis, amicis. *Id. Rosc. Am. 18.* Maiores nostri ex minima tenuissimaque republ. maximam et florentissimam nobis reliquerunt. Et *6.* Gratia atque hospitiis florens hominum nobilissimorum. *Id. Dom. 19.* Cum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares. *Id. Parad. 2. extr.* Quidquid est laudabile, idem et beatum, et florens, et expetendum videri. *Id. Planc. 35.* Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram. *Id. Quint. 30.* Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare. *Id. 2. Orat. 52.* Invidere praestanti florentique fortunae. *Id. 1. Divin. 33.* Postumius florentissima Samnitium castra cepit. *Caes. 1. B. G. 30.* Helvetii florentissimis rebus, domos suas reliquerunt. Et *4. ibid. 3.* Civitas ampla atque florens. — **γ)** Refertur etiam ad vigorem aetatis. *Virg. 7. Ecl. 4.* Florentes aetatibus. *Lucret. 5. 1075.* florenti aetate iuvencus. *Petron. Satyr. 132.* Anni primo florentes vigore. *Horat. Art. P. 115.* Florens iuventa. — **δ)** Hinc dicitur et de genis primam barbam emittentibus. *Martial. 3. 6.* Libat florentes haec tibi pri-

Digitized by Google

ma *(dies)* genas. — **5)** Pro hilari et laeto usurpavit *Gell. 6. 13.* Ἐνθυμήματα quaedam lepida et minuta, et florentem vino animum lacessentia. — **6)** Speciatim

II. *Florens* refertur etiam ad colores, et dicitur aliquando de iis quae variis coloribus picta sunt: v. gr. de avium plumis. *Nemesian. Cyneg. 318.* illic sine fine greges florentibus alis Invenies avium. — **7)** Item ad orationis ornatum. *Cic. 16. Att. 11.* Nostrum opus tibi probari, lector: ex quo ἄνθη ipsa posuisti, quae mihi florentiora sunt visa tuo iudicio. *Id. 3. Orat. 41. de metaphora.* Modus autem nullus est florentior in singulis verbis, nec qui plus luminis afferat orationi. *Gell. 19. 9.* Florentis facundiae homo. Et *15. 28. ad fin.* Florens oratio. — **8)** Ponitur et pro illustri. *Lucret. 5. 911.* Florentia facta. *Al. aliter leg.* — **9)** Item pro nitido, splendenti. *Id. 4. 451.* florentia lumina flammis. *Stat. 1. Theb. 210.* arcano florentes lumine postes. Et *2. ibid. 276.* arcano florentes igne smaragdos. *Virg. 7. Aen. 804.* florentes aere catervas. Ubi *Servius:* Ennius et Lucretius florere dicunt omne, quod nitidum est. *Gell. 5. 5.* Exercitus insignibus argenteis et aureis florens. Sic *flos ignis* est splendor et nitor ignis, vel ignis purissimus, apud *Capell. 2. §. 206.*, in quem loc. V. *Kopp. Lucret. 1. 898.* flammai fulserunt flore coorto. A Graecis haec sumpta sunt. *Hesychius:* Πυρὸς ἄνθος, τὸ λαμπρότατον. *Homer.* apud *Dan. Parsum* et *Gifan.* in *Lex. Lucret.* Αὐτὰρ ἐπὶ πυρὸς ἄνθος ἀκάπνοιο, πάσσατο δὲ ρίεζ. — **10)** Hinc absolute, substantivorum more,

FLORENTIA, ium, n. Sunt res florentes, scilicet splendentes. *Vulg. Interpr. 2. Paral. 4. 21.* Et florentia quaedam et lucernas et forcipes aureos: omnia de auro mundissimo facta sunt. *Quidam interpretantur de specie quadam liliorum in candelabris, quibus imponebantur lucernae.* Cf. FLORENTINARIUS.

FLŌRENTER. Adverb. a *florens*, cuius tantum superlat. *florentissime* hucusque reperitur in usu. — Est idem ac floride. *Hieronym. in Chron. Euseb.* ad *an. Chr. 338.* Minervius Burdigalensis rhetor Romae florentissime docet. *Id. ibid.* Alcimus et Delphidius rhetores in Aquitania florentissime docent.

FLŌRENTĪA, ae, f. Nomen urbis Hetruriae, de qua V. in ONOM. — Ab ea nomen videtur accepisse genus quoddam vitis Tuscis peculiare, de qua *Plin. 14. 4. 15.* Cf. voc seq.

FLŌRENTĪNĀRĬUS, ii, m. Est fortasse, qui florentia; h. e. *cipolle di fiori*, vel uvam e vite florentia, vendit. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. 293. 6.* . . . . o L. F. Quir. Successino florentinario, etc. Cf. FLORENS §. 10.

FLŌRĔO, es, ui, Itum, ēre. Verbum intransitiv. a *flos*. — **b)** Alia forma est *florio, is*, īvi et *ii*, ītum, *ire*, in usu apud sequioris aevi Scriptores; unde et apud Italos recentiores est verbum *fiorire*. *Vulg. Interpr. Ital. ep. ad Hebr. 9. 4.* Et virga Aaron, quae florierat. *Id. Iob. 14. 7.* Arbor si excidatur, iterum floriet. *Id. Psalm. 131. 18.* apud *Hilar.* in *Tract.* in *Ps.*, et *Augustin. 2. Doctr. Christ. 13. n. 20.* Illud etiam quod iam auferre non possumus de ore cantantium populorum, *Super ipsum autem floriet sanctificatio mea*, nihil profecto detrahit; auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, ut non *floriet*, sed *florebit* diceretur. Adde *Psalm. 91. 14.* apud *Hilar.* in *Psalm. 135. n. 3.* — Iis addenda est *Inscr.* Moguntiae nuper reperta in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1862. p. 223.* Rosa simul florivit et statim periit. *Gloss. Lat. Gr.* Floriunt; Θάλλουσιν. Adde alia loca apud *Augustin. Specul. 114.* ed. *Mai.* — **c)** Supinum *floritum* vel *floritum* non solum ex analogia dedi, sed etiam ex verbali *floritio*, quod V. suo loco, et ex particip. *floriturus*, quod exstat in *fragm. ep. S. Clementis* papae in Latinum fortasse conversae a *Paulino Nolano*, ut coniicit cl. *Pitra* in *Spicil. Solesm. T. 1. p. 293.* Sciebat Moyses, quod virga Aaron floritura esset. — **d)** Particip. *florens*, V. suo loco. — **e)** Derivata et composita V. in FLOS, suo loco.

FLOREO proprie est florem emitto, floresco; *florire*. *Cic. 1. Divin. 10.* Haec arbor una ter floret. *Virg. 8. Ecl. 53.* narcisso floreat alnus. *Id. 2. G. 6.* pampineo gravidus autumno Floret ager. *Ovid. 2. Pont. 7. 26.* multis floreat Hybla thymis. *Id. 3. Fast. 527.* si bene floreat annus. *Plin. 21. 1. 2.* Quae spectatissime florent, celerrime marcescunt. *Lucret. 5. 218.* Quem iam per terras frondent atque omnia floreat. *Vet. post.* apud *Cic. 1. Tusc. 28.* Segetes largiri fruges, florere omnia. *Horat. Epod. 16. 44.* Et imputata floret usque vinea. Adde *Cic. 2. Nat. D. 7.* — **2)** Translate *florere* dicitur vinum, cum parvae cuticulae fragmenta in eodem innatant. *Ovid. 3. Fast. 269.* Vina quoque in magnis operose condita cellis Florent: et nebulae dolia summa tegunt. Adde *Colum. 12. 30.* V. loc. in FLOS §. 7. — **3)** Ponitur aliquando pro nitere, splendere. *Stat. 1. Theb. 704.* aetherii dono cessere parentes Aeternum florere genas; h. e. imberbem et nitidum esse. Est enim de Phoebo sermo. V. FLORENS §. 9. — **4)** Item pro abundare. *Cato* apud *Charis. 2. p. 185. Putsch.* Omnem classem ventus Auster lenis fert: mare velis florere videres. *Lucret. 1. 258.* laetas urbes pueris florere videmus. *Alii* puerûm *leg.*, ut cum genitivo hoc sensu construatur. Sic *5. 1441.* Tum mare velivolum florebat navibu' pandis; h. e. frequentabatur, celebrabatur. *Alii leg.* velivolis *pro* velivolum. V. *Interpr.* ad *h. l.* — Huc spectat *Vulg. Interpr. Ps. 71. 16.* Florebunt de civitate, sicut foenum terrae; h. e. numero crescent, multiplicabuntur. — **5)** Quia vero plantae maxime vigent, cum flores emittunt, hinc

II. *Floreo* saepissime per translationem sumitur pro vigere, excellere, illustrem esse, abundare, prospere agere; *florire, essere in fiore:* et dicitur tam de rebus, quam de personis. *Cic. 7. Verr. 49.* In sua patria multis virtutibus, ac beneficiis floruit princeps. *Id. 3. Orat. 2.* Privatis magis officiis et ingenii laude floruit, quam fructu amplitudinis, aut reipubl. dignitate. Et *35.* Isocrates discipulorum nobilitate floruit. *Id. 1. Fam. 9.* in sententiis senatoriis et in omni actione et administratione reipubl. florere. *Id. 4. Acad. 6.* cum acumine ingenii, tum lepore dicendi. *Id. 1. Orat. 1.* honoribus et rerum gestarum gloria. *Id. 9. Fam. 14.* laudibus. *Id. 4. ibid. 13.* gratia, auctoritate. Et *ibid.* studiis et artibus. *Id. 1 Nat. D. 5.* Domus nostra semper floruit doctissimorum virorum familiaritatibus. *Id. 2. Invent. 1.* Florere omnibus copiis. *Nep. Reg. 1.* fama iustitiae. *Id. Epamin. 3.* in re militari. *Tacit. 2. Hist. 81.* aetate et forma. *Cic. Font. 14.* Praeturae, quae et ceteris ornamentis, et existimatione innocentiae maxime floruerunt. *Id. Sest. 63.* Meus ad urbem accessus incredibili hominum multitudine et gratulatione florebat. *Lucret. 3. 550.* tot facta virum Aeternis famae monumentis insita florent; h. e. vigent durantque in memoria hominum. *Plin. 1. ep. 10.* Urbs nostra floret studiis liberalibus. *Lucret. 5. 1278.* floretque repertum Laudibus, et miro mortales inter honore est. — Absolute. *Nep. Eumen. 1.* Ea tempora, quibus Macedones florebant. *Cic. 3. Offic. 33.* Cyrenaicis obsoletis, floret Epicurus. *Horat. Art. P. 62.* verborum vetus interit aetas, Et iuvenum ritu florent modo nata, vigentque. *Cic. Quint. 26.* Qui inter illos florebas. *Id. 1. Tusc. 2.* Ergo in Graecia musici floruerunt. *Quintil. 3. 1. 9.* Gorgias . . . beneficio longissimae aetatis cum multis simul floruit. *Id. 12. 10. 6.* Floruit circa Philippum; *intorno al tempo di Filippo*. Adde *Lucret. 5. 882.*, *Cic. Amic. 4.* et *2. Rep. 34.* et *Suet. Ner. 6.*

FLŌRESCENDUS, a, um. Particip. verbi *floresco*, adiectivorum more adhibitum; florescens, qui florescere debet. *Verr. Flacc.* in *Fast.* a *Foggino* editis ad IIII. Kal. Maias. Eodem die aedes Florae, quae rebus florescendis praeest, dedicata est.

FLŌRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *floreo*. — Particip. *florescens* §. 2., *florescendus*, V. suo loco. — Proprie est florere incipio; *principiar a fiorire*. *Cic. 2. Divin. 14.* Pulegium aridum florescere dicitur ipso brumali die. *Varr. 1. RR. 30.* Antequam *(plantas)* gemmas agant, et florescere incipiant. *Lucret. 5. 669.* Florescunt tempore certo arbusta. — **2)** Translate. *Cic. 3. Orat. 3.* Sulpicio ad summam gloriam eloquentiae florescenti, ferro erepto vita est. *Id. Coel. sub fin.* Nolite hunc nunc primum florescentem, firmata iam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo aut subita tempestate pervertere. *Id. Marcell. 4.* Haec tua iustitia et lenitas animi florescet quotidie magis; h. e. crescet, illustriorque fiet. *Lucret. 2. 75.* Illa senescere, at haec contra florescere cogunt. *Plin. 3. ep. 12.* Patria nostra florescit. Adde *Lucret. 5. 893.* et *Cic. Brut. 88.*

FLŌRĒTUM, i, n. Nomen a *flos;* locus floribus consitus, sive ubi flores crescunt, ut exponitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 227.* et *243. Gloss. Lat. p. 145. n. 183. Hild.* Floretum, virectum *(lege* viretum).

FLŌRĔUS, a, um. Adiect. a *flos;* qui est ex floribus; *di fiori*. Vox poetica. *Plaut. Aul. 2. 8. 15.* Florea coronae. — **2)** Item florens; *fiorito*. *Virg. 1. Aen. 454.* Florea rura. *Val. Flacc. 5. 344.* Florea iuga Hymetti. — **3)** Translate est pulcher, nitidus. *Servius* ad illud *Virg. 12. Aen. 605.* manu flavos Lavinia crines: haec adscribit: Antiqua lectio *floreos* (al. *floros)* habuit, idest florulentos, pulcros: et est sermo Ennianus. Probus sic adnotavit: Neotericum erat *flavos*, ergo bene *floreos*, nam sequitur: Et roseas laniata genas. Accius in Bacchis: Nam florei crines vide ut propexi iacent. In iisdem: Et lanugo florea nunc demum irrigat: Pacuvius Antiopa: Cervicum floreos dispergite crines. Haec *Servius*. Si *floreos* legis apud *Virg.*, ad synaeresin confugiendum est.

FLŌRĬA. V. FLORICS §. 2.

FLŌRĬĀRĬUM, ii, m. Verbale a *florio* pro *floreo;* locus, ubi flores crescunt. — Translate. *Potam. Tract. 1. de Lazaro, circa med.* Recedente igitur anima, quae corporis floriarium recolebat. Addunt quidam et *Zenonem*, loco tamen non indicato. — Pro *floriarium* in *Thesaur. nov. Latinit. p. 243. Mai* exhibetur etiam *florarium*, nulla tamen allata Scriptoris auctoritate.

FLŌRĬCŌLOR, ōris, omn. gen. Adiect. a *flos* et *color;* qui est floridi ac vividi coloris. In *vet. epigr.* incertae auctorit. *inter pseudepigr. Petron. p. m. 217.* Hoc sibi lusit opus de stamine floricolore Hesperies tenerae officiosa manus. Est in *Anthol. Lat. n. 384. Meyer*.

FLŌRĬCŌMUS, a, um. Adiect. a *flos* et *coma;* floridas comas habens.

Digitized by Google

Auson. epist. 4. 49. Floricoma Aetas. *Epigr.* in *Anthol. Lat. n. 1140. Meyer.* Nam quod floricomis gaudet lasciva metallis, Aurum significat vilius esse rosa. *Hoc tamen epigramma recentioris Auctoris videtur, si a quibusdam tribuitur Pio II. papae.*

FLŌRĬDĒ. Adverb. a *floridus*. — Comparat. *floridius*, infra. — Est florenter; *floride. Apul. 11. Met. ad fin.* Vestis floride depicta. *Lactant. Mort. persecut. 5.* Ecclesia clarius ac floridius enituit.

FLŌRĬDO, as, āre. Verbum intransitiv. a *floridus;* floridus sum. Legitur in *Onom. Gr. Lat.* Ἀνθεῖν; floridare.

FLŌRĬDŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *floridus;* aliquantum floridus. *Catull. 61. 195.* Ore floridulo niteus.

FLŌRĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *floreo*, inserta littera *d*. — Comparat. *floridior* §. 3. et 6., superlat. *floridissimus* §. 6. — Proprie est qui floret, floreus; *di fiori. Tibull. 1. 2. 14.* cum posti florida serta darem. *Al.* florea *leg.*. Eademque lectionis varietas est in illo *Eiusd. 1. 1. 12.* Seu vetus in trivio florida serta *(habet)* lapis. Item *Ovid. 6. Fast. 312.* Et velant scabras florida serta molas. Itali dicunt *festoni*. V. ENCARPI. — **2)** Item floribus plenus; *fiorito. Id. 5. Trist. 6. 38.* Florida quam multas Hybla tuetur apes. *Lucret. 5. 783.* Florida prata. Adde *Vulg. Interpr. Cant. 1. 15.* — **3)** Translate. *Floridus color, οἷὸ χρῶμα*, color valde nitens; *vivo, o lascivo:* cui opponitur austerus. *Plin. 33. 12. 1.* Sunt autem colores austeri, aut floridi. Floridi sunt minium, Armenium, cinnabari, chrysocolla, Indicum, purpurissum. Adde *ibid. 36. 34.* — **4)** Sic et *floridus sol; h. e.* splendidissimus, apud *Apul. 8. Met. 15.* Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* et V. FLORENS §. 9. — **5)** Item *florida aetas*, adolescentia. *Sil. 12. 482.* Aevi floridior Fabius rapida arma ferebat. Adde *Catulli* loc. mox cit. Sic Graeci ἀνθῶν ἐν ὥρᾳ, et ἀνθῶν ἡμέρᾳ, et ἄβρος ἀνθος. *Vulg. Interpr. Prov. 17. 22.* Animus gaudens aetatem floridam facit. — **6)** Hinc etiam refertur ad pulchritudinem et ornatum. *Ovid. 13. Met. 790.* Galatea Floridior pratis, longa procerior alno; *h. e.* pulcrior. *Catull. 68. 16.* Iucundum cum aetas florida ver ageret. Et *61. 57.* puellula florida. — **7)** Et ad amoenum genus dicendi. *Quintil. 2. 5. a med.* Floridius genus ad alenda primarum aetatum ingenia magis accommodatum. *Cic. Brut. 82.* Demetrius Phalereus est floridior, ut ita dicam, quam Hyperides. *Auson. epist. 17.* Floridissimus tui sermonis afflatus.

Nota. *Isid. 1. Differ. 246.* ita distinguit inter *florida* et *florulenta*. « *Florida*, inquit, sunt arbores et herba; *florulenta*, campi vel prata. Sic et alia intelliguntur similia. »

FLŌRĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *flos* et *fero; ferens flores; che produce fiori. Lucret. 5. 11.* Floriferis ut apes in saltibus omnia libant. *Lucan. 9. 289. de apib.* studiumque laboris Floriferi repetunt. *Al. leg.* florigeri. *Boeth. Cons. Phil. 4. metr. 6.* Florifer annus.

FLŌRĪFERTUM, i, n. Nomen eiusdem originis ac praecedens, quo significatur dies festus apud Romanos, ita dictus, quod eo die spicae ad sacrarium Cereris ferebantur. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 91. Müll.* — *Gloss. Lat. Gr.* Florifertum; ἀνθοφορία.

FLŌRĬGĔNUS, a, um. Adiect. a *flos* et *gigno;* qui florem gignit. — Translate de iuvenum malis, quae primam barbam, iuventae florem appellatam, emittunt. V. FLOS §. 5. *Epithalam. Laurentii v. 12.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 633. Burm.* Florigenas plenaque decens lanugine malas Mollia votifero dempsisti vellera ferro. V. MALA.

FLŌRĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *flos* et *gero*, idem ac florifer. *Sedul. 2. 2.* Expulerat primogenitum saevissimus anguis Florigera de sede virum. *Mamert. Claudian. ep. 2.* In Hyblae iugis volucris atque opifex apicula caelitus deciduum haustu capiens fabrefactis manso florigeris infundit. Adde *Venant. Fortun. 3. carm. 9. 1.* et V. FLORIFER.

FLŌRĬLĔGUS, a, um. Adiect. a *flos* et *lego;* qui flores legit; *chi coglie fiori. Ovid. 15. Met. 366.* Florilegae nascuntur apes.

FLŌRĬO, is, īvi. V. FLOREO §. b.

FLŌRĬPĂRUS, a, um. Adiect. a *flos* et *pario;* qui flores parit, ut Floriparum ver, *Auson. Edyll. 12. de vere 1.* Annus ab exortu cum floriparum referat ver.

FLŌRĬTĬO, ōnis, f. Verbale a *floreo;* florum emissio; *il fiorire*. Legitur in *Homil. 2. in Cantic.* quam ex *Orig.* vertit *Hieronymus.*

FLŌRĬUS, a, um. Adiect. a *Flora*, Dea florum; ad Floram pertinens, Floralis. *Gell. 9. 12.* Inveniet apud M. Catonem de re Floria ita scriptum; *h. e.* in eo libro, ubi Floralium licentiam et flagitia insectatur. — **2)** Hinc absolute, substantivorum more,

FLORIA, ōrum, n. Sunt Floralia apud *Polem.* in *Kal.* ad D. V. Kal. Mai. V. FLORALIS §. 5. et 6.

* FLŌRŌSUS, a, um. Adiect. a *flos*, idem ac florens, floribus abundans. *Venant. 6. carm. 6. 7. de paradiso terrestri.* Una fovens ambos florosa sede voluptas.

FLŌRŬLENTUS, a, um. Adiect. verbale a *floreo*, syllabica adiectione productum. — Comparat. *florulentior* §. 3. — Est floribus plenus; *pien di fiori. Pervigil. Vener. 19. de rosis.* En pudorem florulentae prodiderunt purpurae. *Solin. 7.* Florulentus Hymettus. — **2)** Translate de scorto masculo in primo iuventutis flore. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 191.* Mox flevit impuratus occisum gravi Disco, et dicavit florulentum succubam; *h. e.* Hyacinthum puerum, Apollinis amasium, ab eodem imprudenter disco percussum. — **3)** Item de aliis rebus. *Venant. Praef. l. 1.* Pomposae facundiae florulenta germina. — *Ambros. in obit. Valentinian. 11.* Grave *(iugum)* iuveni, cuius aetas est florulentior. *Id. ibid. 77.* Florulentae delectationes.

Nota. Discrimen inter *floridum* et *florulentum* V. sub v. FLORIDUS in *Nota*.

FLŌRUS, a, um. Adiect. a *flos.* — Comparat. *florior*, infra. — Est idem origine et significatione ac floreus; sed rarioris usus. *Pacuv.* apud *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Genas p. 94. Müll.* Nunc primum opacat flora lanugo genas. *Al. leg.* flore. *Decimus Laber.* apud *Macrob. 2. Saturn. 7.* Florum cacumen nostrae famae frangere. *Al.* floris *leg.* Ita quoque legunt aliqui apud *Virg. 12. Aen. 603.* flores Lavinia crines, Et roseas lacerata genas. *Al.* floreos, *al.* flavos. Sed *Serv.* ad *h. l.* Antiqua lectio *floros* habuit, id est florulentos, pulchros; et est sermo Ennianus. V. FLOREUS §. 3. *Gell. 3. 9.* Equus flora et comanti iuba. *Gargil. de persicis, 11.* apud *Mai, Class. Auct. T. 1. p. 402.* Sed armenia vel praecoqua peculiariter prunis insita florera sunt.

Nota. « Nutantem hanc vocem, in cognominibus R. frequentissimam, eiusque significationem obfirmat Nummus in gente Aquillia apud *Morell. Fam. R.* n. V., qui promit cyanum florem opertis foliis cum inscriptione *L. Aquillius Florus III. vir.* Ex quo patet, ad cognominis significationem allusum fuisse. » — Hoc totum additamentum est cl. *Furlanetto*.

FLOS, flōris, m. Nomen parum certae originis. *Isid. 17. Orig. 6. 21.* « *Flores* nominati, inquit, quod cito defluant de arboribus, quasi *fluores*, quod cito solvantur. » Rectius contenderis cum Graeco φλοός; cortex. — **b)** Derivata, *floralicius, floralis, florenter, florentia, florentinarius, floreo, floresco, floretum, floreus, floriarium, florida, floride, floridulus, floridus, floritio, florius, floresus, florulentus, florus, floscellus, floscule, floseulus.* — **c)** Composita, *conflorens, defloro, efflorco, floricolor, floricomus, florifer, florifertum, florigenus, floriger, florilegus, floriparus, inflorco, praeflorco, praefloro, refloresco, semperfloreus, semperflorium, superflorescens*.

FLOS proprie dicitur quidquid in herbis, et arboribus inter folia coloratum enascitur, fructus initium ac spem continens; *fiore. Plin. 16. 40. 1.* pleni veris indicium, et gaudium arborum appellat. *Cic. Senect. 17.* Suavitates odorum, qui afflantur e floribus. *Id. 6. Verr. 48.* Laetissimi flores omni tempore anni. *Ovid. 3. Trist. 12. 7.* Prataque pubescunt variorum flore colorum. *Id. 5. Fast. 253.* decerpere pollice florem. *Id. 4. Met. 315.* legere. *Plin. 21. 17. 3.* Crocum folio florem expellit. *Id. 20. 99. 1.* Carduus florem purpureum mittit inter medios aculeos. *Horat. 3. Od. 15. 15.* Flos purpureus rosae. *Id. ibid. 29. 3.* Merum cum flore rosarum, et Pressa tuis balanus capillis Iamdudum apud me est. *Id. 1. ibid. 4. 10.* Flore impedire caput; *h. e.* coronis florea. *Lucret. 1. 8.* Tibi suaves daedala tellus Summittit flores. *Id. ibid. 9. 28.* Iuvat novos decerpere flores Insignemque meo capiti petere inde coronam. *Id. 2. 629.* ninguntque rosarum floribus. *Horat. 2. Ep. 1. 144.* Piabunt floribus et vino Genium. *Plin. 27. 113. 1.* Flos albicet. *Id. 21. 94. 2.* Flos aperit se. *Id. ibid. 66. 1.* Flos ex caule emergit. *Id. 25. 13. 1.* flos aureus. *Id. 19. 51. 2.* flos candidus, luteus, purpureus. *Id. 21. 27. 1.* Flos colossinus. *Id. 26. 55. 1.* herbaceus. *Id. 21. 94. 1.* lacteus. — **2)** *Arbor in flore* est, quae flores adhuc servat, Italis quoque *essere in fiore* dicitur. *Gargil. de re hort.* (edente *A. A. Scottio*) *4. 8.* Cum arbor *(persica)* in flore est, lactis caprini per triduum ternis sextariis irrigetur. Sic *Id.* apud *Eund. 2. 6.* Ne in flore deprensas pruina comburat, hoc modo tradunt amygdalis subveniri. — **3)** Florum nomina varia habes apud *Colum. 10. 96., Ovid. 4. Fast. 435., Claudian. 2. Rapt. Pros. 128.* et *seqq.* — **4)** Metonymice est succus florum ab apibus haustus. *Tibull. 2. 1. 49.* Rore levis verno flores apis ingerit alveo, Compleat ut dulci sedula melle favos. Adde *Virg. 4. G. 59.* et *Plin. 11. 7. 1.* — **5)** Porro cum hoc vocabulo pars praestantior cuiuscumque rei intelligatur, hinc factum est, ut

II. *Flos* sumatur pro parte multarum aliarum rerum tenuiore, puriore et praestantiore: qui sensus quidem translatus est, sed usu et consuetudine in quibusdam etiam proprius est factus. *Plin. 18. 20. 2.* Iustum est e grano Campanae, quam vocant castratam, e modio redire sextarios quatuor siliginis, vel e gregali sine castratura sextarios quinque: praeterea floris semodium. — *Id. 15. 6. 5.* Flos olei; *h. e.* quod post molam primum est. — *Id. 34. 24. 1.* aeris; *h. e.* cum aere fuso et in alias fornaces translato, ibi crebriore flatu excutiuntur velut milli squamae: has enim vocant florem, ut *ibid.* dicitur. Adde *Isid. 16. Orig. 20. 13.* — *Plin. 31. 41. 1.* et *Cato, RR. 88.* salis; *h. e.* purissimum sal et candidissimum. — *Plin. 36. 28. 2.* lapidis Assii; *h. e.* veluti farina mollis ei adhaereus. — *Id. 21. 49. 2.*

Digitized by Google

cerae; h. e. candidissimae eius particulae. — *Id. 14. 25. 5.* et *16. 22. 2.* resinae; h. e. ipsa resina recens collecta, et nondum percocta. — *Id. 26. 10. 1.* visci; h. e. pars eius levior, quae coquendo supernatat. — *Cato, RR. 11.* Cola, quae florem vini demant. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 69.* flos iuvenilis; h. e. prima barba. — Sic Flos genae, apud *Lucan. 6. 562. Virg.* quoque *8. Aen. 160.* et *Pacuv.* apud *Fest.* in *Genas* apud *Paul. Diac. p. 94. Müll.* eadem metaphora usi sunt. V. FLORUS. — *Lucret. 1. 898.* Flos flammai; h. e. lux, et nitor. V. FLORENS §. 9. — *Colum. 12. 20. extr.* flos marmoris, vel gypsi; h. e. farina tenuior et purior. Sic *Pallad. 1. 41.* calcis. — **6)** Speciatim *flos vini* est interdum vinum praestantissimum, eiusque vis, atque odor. *Lucret. 3. 222.* Bacchi cum flos evanuit, aut cum Spiritus unguenti suavis diffugit in auras. *Plaut. Cas. 3. 5. 16.* Nisi haec meraco se aspiam percussit flore Liberi (Adde *Pacuv.* apud *Non. 9. 6.*). *Id. Cure. 1. 2. 1.* Flos veteris vini meis naribus obiectus est. — **7)** *Flos vini* etiam dicitur illius vitium, cum nempe cuticulae tenuis fragmenta vino innatant, quodque Itali etiamnum *fiore del vino* appellant. *Colum. 12. 30.* Si vinum florere incipiet, saepius cursare oportebit, ne flos eius pessum eat, et saporem vitiet. *Plin. 14. 27. 3.* Flos vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini colos sit. Quod celeriter florere coeperit, odoremque trahere, non fore diutinum. — **8)** *Flos cenae* est praestantissimum cenae ferculum. *Favorin.* apud *Gell. 13. 8.* — **9)** Universim vero et translate

III. *Flos* hinc dicitur quidquid in unaquaque re et persona praestantius est. *Cic. Brut. 15.* ad illud *Ennii: Flos delibatus populi.* Ingenii lumen est eloquentia, qua virum excellentem praeclare tum illi homines florem populi esse dixerunt. *Liv. 37. 12.* Quod floris, quod roboris in iuventute fuerat, amiserant. *Cic. 2. Phil. 15.* Flos nobilitatis et iuventutis. Et *5. Phil. 5.* Provincia Galliae flos Italiae, firmamentum imperii populi R. *Id. Balb. 6.* Virtuti invidere, velle ipsum florem dignitatis infringere. *Id. Flacc. 26.* Flos legatorum. *Id. Orat. 16.* Versaris in optimorum civium vel flore vel robore. *Id. Brut. 4.* Sic omnis fetus repressus exustusque s ti flos veteris ubertatis exaruit. *Stat. 1. Achil. 625.* Primus flos animi; h. e. primus vigor et vis. *Liv. 42. 15.* Perseus iam bellum volebat, in flore virium se credens esse. *Cic. 3. Orat. 3.* Ego te, Crasse, quum vitae flore, tum mortis opportunitate, divino consilio et ortum et extinctum esse arbitror. — **10)** Flos aetatis et pueritiae est pueritia, eiusque pulcritudo, vigor et gratia. *Cic. 2. Phil. 2. Liv. 29. 30., Iustin. 42. 4.* et *Curt. 4. 8.* Hinc *Plin. 5. ep. 9.* In flore primo tantae indolis iuvenis exstinctus est. *Catull. 17. 14.* Viridissimo flore puella. *Lucret. 5. 771.* Quove modo poterit, pariter cum corpore quoque Confirmata, cupitum aetatis tangere florem Vis animi? nisi erit consors in origine prima? — Huc spectat *Vulg. Interpr. Sap. 2. 7.* Vino pretioso et unguentis nos impleamus: et non praetereat nos flos temporis. — **11)** *Flos aetatulae* est ipsum pudendum muliebre. *Apul.* de nuda puella, Venerem imitante, et tenui tantum pallio bombycino pubem suam inumbrante, haec habet *10. Met. a med.* Quam quidem laciniam curiosulus ventus satis amanter hanc lascivions reflabat, ut, dimota, pareret flos aetatulae; nunc luxurians aspirabat, etc. — **12)** Interdum *flos* significat decus virginitatis in puellis, in pueris vero corporis pudicitiam. *Catull. 62. 46.* Cum castum *(virgo)* amisit, polluto corpore, florem. *Liv. 21. 2.* Flore aetatis, uti ferunt, primo Amilcari conciliatus Asdrubal. *Apul. 9. Met. p. 647. Oud.* Tu autem tam mollis ac taner, et admodum puer, defraudatis amatoribus aetatis tuae flore, mulieres appetis. Hinc *Ter. Eun. 3. 1. 36.* Lepus tute es, et pulpamentum quaeris. Adde *Liv. 21. 3.* et *Sust. Caes. 49.* — **13)** Hinc *in floribus ipsis* est in media voluptate ac deliciis. *Lucret. 4. 1126.* medio de fonte leporum Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. — **14)** Item prosperum statum, potentiam, splendorem. *Cic. 3. Nat. D. 33.* In ipso Graeciae flore. — **15)** *Flos animi* est senectus, apud *Senec. ep. 26.* quia sicut flore aetatis viget corpus, ita senectute animus. — **16)** Impropric et speciatim

IV. *Flos* etiam appellatur apud Rhetores quodcumque orationis ornamentum. *Cic. Brut. 87.* Volvendi sunt libri Catonis: intelliges, nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quae inventa nondum erant, florem et colorem defuisse; *il lustro, il vivo, il lisscio. Id. 3. Orat. 25.* ut porro conspersa sit *(oratio)* quasi verborum sententiarumque floribus. *Id. Brut. 17.* Iam vero Origines eius *(Catonis)* quem florem aut quod lumen eloquentiae non habent? Adde *ibid. 66., Quintil. 8. 3. 83.* et *12. 10. 13.* et *Auson. Epist. 16. 89.* V. FLOSCULUS §. 3. — **17)** Hinc *flores* aliquando dicuntur excerpta rerum pulcriorum. Graece *Cic. 16. Att. 11.* Nostrum opus tibi probari, lector: ex quo tibi ipsa posuisti, quae mihi florentiora sunt visa tuo iudicio. *Plin. procem. l. 14.* E tantis, quae retulit, flores modo rerum decerpsit. — **18)** Apud Astronomos item astra, poetice. *Manil. 5. 726.* Tum conferta licet caeli fulgentia templa Cernere seminibus densis, totisque micare Floribus. — **19)** In architectura *florem* vocant ornamentum summi tholi, *referens* rosam, seu papaver, seu pineam, nostrates *lanterna* vocant, quae cavum illud complectitur et claudit, de qua multa habet *E. Q. Visconti. Mus. Pio-Clem. T. 7. p. 204. ed. Mediol. Vitruv. 4. 7.* Quanta diametros totius operis futura erit, dimidia altitudo fiat tholi, praeter florem. Flos autem tantam habeat magnitudinem, quantam habuerit in summo columnae capitulum, praeter pyramidem. — **20)** Sunt etiam *flores*, qui scalpuntur in singulis frontibus summi capituli columnarum, praesertim in ordine Corinthio: de quibus *Vitruv. 4. 1. sub fin.* — **21)** Item *flos* sumitur pro figura floris, *Plin. 37. 59. 3.* Gasidanem Medi mittunt, coloris orobini, veluti floribus sparsam. — **22)** Denique apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulg. Interprete*, varie quoque adhibetur sensu pariter translato. Sic

V. *Flos* sumitur pro corona e floribus contexta. *Vulg. Interpr. Ierem. 43. 9.* date florem Moab, quia florens egredietur. *Weltenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. adnotat: Sarcasmus acerbus in Moabitidem, tanquam in puellam scelcratam et vanam. Date illi flores, quibus se coronet: hae ipsae corollae pro aliis erunt, quibus avolet (ita enim habet fons Hebraicus) in exilium et servitutem. Cf. *Horat. 1. Od. 4. 10.* allatum supra §. 1. — **23)** Prosopopoeia est in illo *Eccli. 39. 19.* Florete, flores, quasi lilium, et date odorem, et frondete in gratiam et collaudate canticum. *Flores* hic sunt viri virtutibus, quasi floribus, conspicui. — **24)** Hinc figurate ita sponsus in *Cantic. Cantic. 2. 1.* Ego flos campi et lilium convallium; h. e. Christus, ut plures interpretantur. Cf. *Eucher. Formul. 4.* et *Isid. 7. Orig. 2. 38.* — **25)** Item virtutes ipsae *flores* dicuntur. *Vulg. Interpr. Eccli. 24. 23. De sapientia.* Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. — Huc trahunt et illud *Cantic. 2. 5.* Fulcite me floribus. Et *ibid. 12.* Flores apparuerunt in terra nostra. — **26)** Aliquando *flos* sumitur tanquam imago rei fluxae et caducae et ita perentis. Hinc *1. Petr. 1. 24.* Omnis gloria eius tanquam flos foeni: exaruit foenum et flos eius decidit. Adde *Isai. 28. 1.* et *4.* et *40. 6-8.* — **27)** *Dies florum* dicta est Dominica Palmarum a Christianis. *Serm. Incert. Auct. 4.* in *Dominic. Palmar.* apud *Migne, Patrolog. Lat. T. 13. p. 649.* Dicitur enim dies palmarum sive florum atque ramorum . . . dies etiam florum idcirco dicitur, eo quod sancta mater Ecclesia in commemoratione tanti gaudii, hac die prae caeteris annua revolutione flores benedictos et consecratos cantando portare voluerit, ut Redemptori suo gaudens occurrere possit.

FLOSCELLUS, i, m. Deminut. a *floscŭlus;* parvus flosculus; *floretino. Apul. Herb. 49.* Ad solis cursum floscelli se vertunt.

FLOSCŬLĒ. Adverb. forma rariore a *floscŭlus;* floride. *Cael. Aurel. 1. Acut. 6.* Corpus floscule vividum, et naturali habitudine plenum.

FLOSCŬLUS, i, m. Deminut. a *flos;* parvus flos; *fioretto. Cic. 2. Offic. 12.* Picta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt. — **2)** *Flosculos pomorum* vocat *Colum. 12. 45.* eorum vertices, ubi flos fuit: contra quos est pediculus. Poma, inquit, sic componi, ut flosculi sursum, pediculi deorsum spectent. — **3)** Translate. *Cic. Sext. 56.* Non sum tam ignarus, iudices, causarum, ut omni ex genere orationem aucuper, et omnes undique flosculos carpam atque delibem. *Quintil. 2. 5. ad fin.* Ne recentis huius lasciviae *(in dicendo)* flosculis capti, voluptate quadam prava deliniantur. *Id. procem. l. 6. circa med.* Non enim flosculos, sed iam decimum aetatis ingressus annum, certos atque deformatos fructus ostenderat. *Catull. 24. 1.* O qui flosculus es iuvenculorum. *Alii leg.* Iuventiorum. *Gell. 17. 21.* Ut Noctes istae quadantenus his quoque historiae flosculis leviter iniectis aspergerentur. *Auson. epist. 16. 89.* Flos flosculorum Romuli. *Ammian. 29. 1.* Horridula eius verba et rudia flosculos Tullianos appellans. V. ODONIFER. Adde *Senec. ep. 33.*

FLŎVĬUS. V. FLUVIUS §. b.

FLUCTĬCŎLĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *fluctus* et *colo;* in fluctibus habitans. *Sidon. carm. 10. 1.* Flucticolae cum festa nurus Pegasaea per antra, etc.

FLUCTĬCŎLOR, ōris, omn. gen. Adiect. a *fluctus* et *color;* coeruleum colorem referens; *di color d'acqua. Capell. 1. p. 18.* Cui gemmis insitum diadema pretiosis: nam neque Scythidis vireta, nec Ceraunicrum vibrans fulguransque lumen, nec flucticolor hyacinthi credebatur abesse profunditas; h. e. cui diademati inerant virides smaragdi (V. SCYTHIS), et carbunculi ignei, et coerulei hyacinthi.

FLUCTĬCŬLUS, i, m. Deminut. a *fluctus;* parvus fluctus; *picciol'onda, o flutto. Apul. Apol.* Quamlibet leviter motis flucticulis. — Agnoscunt hanc vocem etiam *Diomed. p. 312. Putsch.* et *Prisciun. p. 613. ibid.*

FLUCTĬFER. V. FLUCTIGER.

FLUCTĬFRAGUS, a, um. Adiect. a *fluctus* et *frango;* fluctus frangens; *che rompe l'onde. Lucret. 1. 303.* fluctifrago suspensae in litore vestes.

FLUCTĬGĔNĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *fluctus* et *gigno;* in fluctibus natus. *Capell. 4. carm. 2, p. 9.* Fluctigena spectans qualis sub gurgite Nereus. *Id. ibid. 9. p. 310.* Nantes fluctigenas, chorumque Phorci.

FLUCTĬGĔNUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis

Digitized by Google

ac praecedens. *Avien. Arat. 1157.* Fluctigeni speciem monstri superiorvehit Auster.

FLUCTĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fluctus* et *gero;* fluctum. ferens, vel fluctuum patiens. *Cic.* apud *Isid. 19. Orig. 1. 20.* Tunc se fluctigero tradit mandatque parenti. *Al. leg.* fluctifero. *Hermann.* ex coniectura fluctiseco. Cf. *Orelli* in *notis crit.* ad *Cic. fragm.*

FLUCTĬO, ōnis, f. Verbale a *fluo*, idem quod fluxio. *Plin. 31. 47. 3.* Spongiae imponuntur et integris partibus, sed fluctione occulta laborantibus; *fussione*. Ita *Harduin.* ex MSS.; alii *fluctuatione*, quod locum hic habere non videtur.

FLUCTĬSĔCUS. V. FLUCTIGER.

FLUCTĬSŎNUS, a, um. Adiect. a *fluctus* et *sono;* fluctibus sonans et strepens. *Sil. 12. 353.* Insula fluctisono circumvallata profundo. *Senec. Here. Oet. 836.* Fluctisona litora.

FLUCTĬVĂGUS, a, um. Adiect. a *fluctus* et *vagor;* qui fluctibus vagatur, aut agitatur, ut Nautae fluctivagi, Unda fluctivaga, *Stat. 3. Silv. 1. 84.* et *1. Theb. 271. Sedul. 3. 396.* Praeda fluctivaga.

FLUCTO. V. FLUO

FLUCTŬĂBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *fluctuo*, syllabica adiectione productum; fluctuans. *Augustin. Serm. 28. n. 20.* ed. *Mai.* Agitatur internis terra concussibus, et molis suae nutante fundamine, fluctuabunda commotione iactatur. — **B)** Translate. *Cyprian. de laps. 17.* Puella . . . nunc ploratu concuti, nunc mentis aestu coepit fluctuabunda iactari.

FLUCTŬĀTIM, Adverb. a *fluctuatus;* iactanter: ex eo nempe sumptum, quod qui magnifice incedunt, laxam vestem, et, ut ait *Plaut. Epid. 3. 3. 35.*, suam undantem chlamydem quassando facit. *Afran.* apud *Non. 2. 353.* Magnifice volo fluctuatim ire ad illum. Adde *Varr.* apud *Gund. 390. 9. Merc.*, *ubi tamen alii leg.* fluctuanti. V. *Oehler, Sat. Menipp. reliq. p. 121. n. 46.*

FLUCTŬĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fluctuo;* actus fluctuandi; *ondeggiamento;* et translate perturbatio, confusio. *Liv. 9. 25.* In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse. *Senec. 2. Ira, 35.* Tunc artus trepidi, inquietae manus, totius corporis fluctuatio; *agitazione, dimenamento. Fulgent. 3. Mythol. 1.* Fluctuatio amoris.

FLUCTŬĀTUS, a, um. Particip. verbi *fluctuo*, passive; fluctibus agitatus. — Translate. *Ambros. ep. 37. n. 4.* Quae sententia magno a philosophis fluctuata atque iactata est disputationis molimine. V. FLUCTUO §. 1. et 9.

FLUCTŬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando (in particip. *fluctuatus*, quod V.) adhibitum, a *fluctus*. — **b)** Deponentium more quoque usurpatum est, *fluctuor, āris, atus sum, āri*, testante *Quintil. 9. 3. 7.* « Pleraque utroque modo efferuntur: *fluctuatur, fluctuat.* » V. infra §. 1., 2. et 9. — **c)** In antiquis MSS. et editis libris confusum fuit cum *fluctо* vel *fluto*, quod V. — **d)** Particip. *fluctuans* §. 1. et seqq., *fluctuatus*, §. 1., 9. et suo loco. — **e)** Derivata et composita V. in FLUCTUS.

FLUCTUO et Fluctuor, proprie est fluctibus agitor; *fluttuare, ondeggiare. Cic. 7. Verr. 35.* Quadriremem in salo fluctuantem reliquerat. *Id. Rosc. Am. 26.* Quid tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? *Plin. 2. 98. 2.* Quaedam insulae semper fluctuant. *Plaut. Rud. 4. 1. 12.* Fluctuare video vehementer mare. *Id. ibid. 2. 1. 14.* Ut nunc valide fluctuat mare, nulla nobis spes est. — *Senec. Vit. beat. 14.* Deprehensi in mari Syrtico modo in sicco relinquuntur, modo fluctuantur. *Plin. 4. 22. 2.* Delos diu fluctuata. — **B)** Significat etiam fluitare, supernatare; *galleggiare. Plin. 36. 26. 1.* Lapidem integrum fluctuare, comminutum mergi tradunt. — *Id. 16. 75. 2.* Lignum in longitudinem fluctuatur, ut quae pars fuit ab radice, validius sidit. — *Apul. 11. Met. 5.* Fluctuantes Cypri; *h. e.* mari undique circumcincti. — **B)** Transfertur ad lumen repercussum et huc et illuc motu rei repercutientis volitans. *Virg. 2. G. 281.* Directaeque acies, ac late fluctuat omnis Aere renidenti tellus. — **4)** Et ad turbam populi, more undarum, alium alios impellentis. *Gell. 10. 6.* Exiens turba undique confluentis fluctuantisque populi. Adde *Tacit. 1. Hist. 40.* — **5)** Et ad comas vagantes solutasque. *Gell. 3. 14.* Leo toris comisque cervicum fluctuantibus. — **6)** Et ad aerem commotum. *Lucret. 6. 566.* Ignibus et ventis furibundus fluctuat aer. — **7)** Et ad segetes vento agitatas. *Senec. Here. fur. 699.* Adulta leni fluctuat Zephyro seges. — **8)** Et ad lumbos in concubitu agitatos. *Auct. Priap. 19. 4.* Telethusa Crissabit tibi fluctuante lumbo. *Arnob. 2. p. 75.* Et ad ultimum, clunibus et coxendicibus sublevatis, lumborum crispitudine fluctuaret. Adde *Apul. 10. Met. 32.* et V. *Hildebr.* ad *h. l.*, coll. *2. ibid. 7.* — **9)** Saepissime vero ad animum, et significat agitari, turbari, dubium esse. *Plaut. Merc. 5. 2. 49. Eu.* Potin' ut animo sis tranquillo? *Ch.* quid si animus fluctuat? *Eu.* Ego istum in tranquillo et toto sistam tibi. *Virg. 10. Aen. 680.* animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. Et *4. ibid. 532.* magnoque irarum fluctuat aestu. *Val. Flacc. 3. 637.* ingenti fluctuat ira. *Catull. 63. 4.* Mens animi tantis fluctuat ipsa malis. *Cic. 1. Att. 20.* Fluctuantem alicuius sententiam confirmare. *Liv. 6. 24.* Fluctuans acies. *Auct. ad Herenn. 4. 11.* Genus dicendi fluctuans et dissolutum, eo quod sine nervis et articulis fluctuat huc et illuc. *Cic. 1. Acad. 3. a med.* Non debere Academicos in suo decreto fluctuare. *Augustus* in quadam epist. apud *Suet. Claud. 4.* Fluctuare inter spem et metum. *Senec. ep. 32.* inter varia consilia. — *Liv. 23. 33.* et *32. 13.* Utrius populi mallet victoriam esse, fluctuatus animo fuerat; *h. e.* dubitaverat. *Senec. ep. 111.* Sive secundo cursu vita procedit, sive fluctuatur per adversa et difficilia. *Curt. 4. 12. a med.* Fluctuari animo rex, et modo suum, modo Parmenionis consilium perpendere. *Senec. Agam. 109.* Quid, segnis anime, fluctuaris? — *Plin. 27. 11. 4.* Ambrosia *(herba)* vagi nominis est, et circa alias herbas fluctuati.

Nota. *Isid.* nihilominus discrimen exhibet hoc inter *fluctuo* et *fluctuor* in *Differ. Append. n. 163.* « *Fluctuo* animo, quasi fluctus ago et huc illucque fluo; *fluctuor*, fluctu feror, ideoque fluctuat mare, fluctuatur navis; sic inter *luxurio* et *luxurior* discernendum. »

FLUCTŬON, āris, etc. V. voc. praeced. §. 1., 2. et 9.

FLUCTŬŌSUS, a, um. Adiect. a *fluctus;* undosus, inquietus; *procelloso, tempestoso, ondoso. Plaut. Rud. 4. 3. 5.* In mari fluctuoso. — **B)** Gemmae fluctuosae, quae maculas habent fluctuum quandam similitudinem referentes. *Plin. 37. 18. 4. de smaragdis.* Ii sunt fluctuosi et rerum imagines complexi, ut verbi gratia, papaverum, aut avium, pinnarumque, vel catulorum et similium.

FLUCTUS, us, m. Nomen a *fluo*, quod V. — **b)** Olim fuit secundae declinationis. *Accius* apud *Non. 8. 37.* Fluctī cruoris. *Pacuv. ibid.* Fluctī flacciscunt, silescunt venti, mollitur mare. Cf. *Serg. Explanat.* in *Donat. 1. p. 515. Keil.* — **c)** Praeterea *fluctuis* in genit. sing. dixere *Varr.* et *Nigid.* teste *Gell. 4. 16.* V. FRUCTUS. — **d)** Derivata, *fluctiolus, fluctuabundus, fluctuatim, fluctuatio, fluctus, fluctuosus*. — **e)** Composita, *confluctuo, fluctiola, fluctivolor, fluctifer, fluctifragus, fluctigena, fluctigenus, fluctiger, fluctisonus, fluctivagus, perfluctuo*.

FLUCTUS proprie est aquarum motus et agitatio; itemque unda praesertim maris; *flutto, onda, flotto;* et usurpatur frequentius in sensu concreto. *Senec. 3. Quaest. nat. 1.* Parum diligenter comprehendet quod vult, qui dixerit, Fluctus est maris agitatio: quia tranquillum quoque agitatur. At ille abunde sibi caverit, cuius haec definitio fuerit: Fluctus est maris in unam partem agitatio. *Virg. 3. G. 237.* Fluctus ut, in medio coepit cum albescere ponto, Longius ex altoque sinum trahit: utque volutus Ad terras, immane sonat per saxa, neque ipso Monte minor procumbit. *Enn.* apud *Non. 185. 18. Merc.* Alia fluctus differt, dissipat visceratim membra, Maria salsa spumant sanguine. *Plaut. Rud. 4. 3. 76.* Ab saxo avortit fluctus ad litus scapham. *Horat. 1. Od. 14. 2.* O navis, referent in mare te novi fluctus. *Id. ibid. 1. 15.* Luctantem Icariis fluctibus Africum Mercator metuens. *Cic. Rosc. Am. 26.* Ita iactantur fluctibus, ut nonnunquam abluantur. *Caes. 4. B. G. 24.* Navibus desilire et fluctibus consistere. *Curt. 8. 13. extr.* Navem fluctus petrae illiserat. *Virg. 3. Ecl. 43.* insani feriant, sine, litora fluctus. *Id. 4. G. 195.* cymbae instabiles, fluctu iactante, saburram Tollunt. *Id. 1. Aen. 107.* procella fluctus ad sidera tollit. Et *70.* mulcere fluctus et tollere vento. Et *90.* vastos volvere ad litora. Et *139.* motos componere. Et *1. ibid. 539.* subito adsurgens fluctu nimbosus Orion. Et *3. ibid. 2.* fluctus atros Aquilone secare. Et *8. ibid. 672.* fluctu spumabant caerula cano. *Ovid. 18. Heroid. 137.* Fluctibus immodicis aequora canent. *Id. 11. Met. 497.* Fluctibus erigitur, caelumque aequare videtur Pontus. *Val. Flacc. 4. 726.* hiems tumido riget arduus fluctu. Et *8. 382.* vastis mare fluctibus perfurit. *Manil. 3. 147.* tortos in fluctum ponere crines; *h. e.* undarum modo inflexos, undulatos. Adde *Cic. 5. Fin. 2.* et *1. Rep. 6.* et *2. ibid. 4.* — *Lucret. 6. 554.* et *seqq.* Iactetur aquae fluctu quoque terra vacillans. Ut vas in terra non quit constare, nisi humor Destitit in dubio fluctu iactarier intus; *flusso, scorrimento.* — *Id. ibid. 1052.* Posterior lapidis venit aestus . . . neque habet, qua tranet, ut ante: Cogitur offensare igitur pulsareque fluctu Ferrea testa suo. *Recentiores explicant de fluido magnetico.* — **B)** *Fluctus* dicitur etiam motus fluctuans in re Venerea. *Lucret. 4. 1265.* Atque exossato ciet omni pectore fluctus. V. FLUCTUO §. 8. et Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 17.* — **B)** Translate est perturbatio, periculum. *Cic. Mil. 2.* Tempestates et procellas in fluctibus concionum subire. *Id. Har. resp. 23.* Emergere auctoritatem vestram e fluctibus servitutis. *Id. 1. Orat. 1.* Hoc tempus omne obiecimus iis fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. *Id. Flacc. 26.* Massilia ciocta Gallorum gentibus, barbariae fluctibus alluitur. *Plin. 5. 13. 4.* Quos vita fessos ad mores eorum fortunae fluctus agitat. *Horat. 2. Ep. 2. 85.* rerum Fluctibus in mediis et tempestatibus Urbis. *Nep. Attic. 6.* Civilibus fluctibus se committere. *Virg. 12. Aen. 851.* Irarum tantos volvis sub pectore fluctus. *Lucret. 6. 35.* Volvere curarum tristes sub pectore fluctus. *Id. 5. 1289.* fluctus belli miscere. *Id. 3. 299.* nec capere irarum fluctus in pectore possent. Ad-

Digitized by Google

de 5. 11. et 6. 74. et *Cic. 8. Att. 3.* — 4) *Excitare fluctus in simpulo* apud *Cic. 3. Leg. 16.* proverbium est de eo, qui pro re nullius ponderis magna miscet; nos diceremus *sollevare una burrasca in un bicchier d'acqua*. — 5) A Poetis ponitur aliquando simpliciter pro mari; *mare*. *Horat. 3. Od. 27. 45.* ire per longos fluctus. *Val. Flacc. 1. 265.* currere fluctu. *Virg. 5. Aen. 270.* medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. *Id. 3. ibid. 182.* saxos rident revomentem pectore fluctus. — 6) Specialim dicitur de profluvio odorum. *Lucret. 4. 677.* Res multas esse necesse est, Unde fluens volvat varius se fluctus odorum, Et fluere et mitti vulgo spargique putandum est. — 7) Item de flammarum explicatione in incendio. *Val. Flacc. 7. 572.* atro volvens incendia fluctu.

FLŬENS, entis. Particip. verbi *fluo*, adiectivorum more saepe adhibitum. — Proprie est qui fluit; *scorrente, corrente:* et dicitur de liquidis. *Ovid. 3. Art. am. 62.* eunt anni more fluentis aquae. *Id. 6. Heroid. 65.* lacrimae fluentes in ora. *Virg. 5. Aen. 179.* madidaque fluens in veste Menoetes; *grondante*. *Id. 3. ibid. 636.* membra atro fluentia tabo; *grondanti di marcia*. *Ovid. 9. Met. 57.* sudore fluentia multo Brachia. *Cels. 2. 6.* Alvus fluens; *h. e.* cita, soluta. — 2) Latiore significatione dicitur universum de iis, quae quocumque modo fluere videntur. *Lucan. 8. 246.* spirat de litore Coo Aura fluens. *Propert. 2. 2. 25.* comae per levia colla fluentes. *Id. 3. 15. 32.* et *Ovid. 3. Art. am. 501.* Vestes fluentes; *h. e.* amplae, laxae et sinuosae. Sic *Virg. 1. Aen. 324.* nodoque sinus collecta fluentes. *Curt. 8. 14. a med.* Rex fluentibus membris, omissisque armis, vix sui compos; *h. e.* languentibus, cadentibusque. *Martial. 11. 41.* Cedentes oneri ramos, silvamque fluentem Vicit; *h. e.* arborem mobilem, fluctuantem, se inclinantem. *Virg. 2. G. 370.* ramos compesce fluentes; *h. e.* latius et liberius excrescentes. Et *190.* vites praevalidae, multoque fluentes Bacche; *h. e.* vini feraces. *Id. 11. Aen. 828.* ad terram non sponte fluens; *h. e.* cadens. Sic *Plin. 27. 5. 3.* Capillum fluentem continere. *Lucan. 9. 789.* Letum fluens; *h. e.* lues pestifera, qua contactis membra tabefacta fluunt, et absumuntur. Sic *Id. 7. 412.* Fluentes morbi. *Horat. Epod. 9. 35.* Caecubum fluentem nauseam coërcet. — 3) Specialim *fluentes morbi* apud *Cels. praef. a med.* sunt, in quibus fluit aliquid, ut sanguis, bilis, alvus, etc. vel noxius humor aliquo in membro erumpit: quibus opponuntur *compressi*. — 4) *Fluentes buccae* sunt buccae detumescentes, et laxata cute demissae ac pendentes; *guance scaduta*. *Cic. 2. Orat. 66.* Demonstravi digito pictum Gallum in Meriano scuto, distortum, ejecta lingua, buccis fluentibus. *Id. in Senat. 6.* Vini, somni plenus, madenti coma, composito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce et temulenta. *Id. Pis. 11.* Erant illi compti capilli, et madentes cinciunorum fimbriae, et fluentes cerussataeque buccae, dignae Capua, sed illa vetere. — 5) Translate. *Id. 3. Offic. 26.* Res prosperae, et ad voluntatem nostram fluentes. *Tacit. 3. Hist. 48.* et *Justin. 25. 3.* Cunctis super vota fluentibus; *h. e.* succedentibus. *Vellei. 2. 16. extr.* Fluentem procumbentemque rempublicam restituere; *h. e.* labentem, et veluti prono cursu ad interitum properantem. *Cic. Orat. 20.* Tracta quaedam et fluens, non contorta et acris oratio; *andante, corrente*. *Quintil. 9. 4. post med.* Orationis contextus lenis et fluens. Et *ibid.* in locis ac descriptionibus fusi sumus ac fluentes. *Gell. 19. 9.* Fluentes carminum delicias. *Val. Flacc. 3. 158.* insignis cithara, cantuque fluenti; *dolce* liquidum vocat *Lucret. 4. 978.*, liquefactum *Stil. 11. 417.*). *Tacit. 14. Ann. 16.* Species carminum non impetu et instinctu, nec ore uno fluens; *composta da un solo*. *Horat. 1. Sat. 7. 28.* Homo salsus multumque fluens; *h. e.* verbis et conviciis abundans. *Gell. 11. 15. extr.* Larga et fluens vis et copia. — 6) Item est mollis, effeminatus. *Quintil. 1. 2. 8.* Discunt haec miseri *(pueri)* antequam sciant vitia esse: inde soluti ac fluentes non accipiunt e scholis mala ista, sed in scholas afferunt. *Senec. Tranquill. 15.* Incessu ipso ultra muliebrem mollitiem fluentes. *Augustin. 7. Civ. D. 26.* Madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, incessu femineo. *Vellei. 1. 6.* et *2. 88.* Otio ac mollitiis paene ultra feminam fluens.

FLŬENTER. Adverb. a *fluens;* fluendo. *Lucret. 4. 223.* omnibus ab rebus res quaeque fluenter Feriur. Adde *6. 932. Apul. 2. Met.* Capillo fluenter undante.

Nota. Nonnulli etiam tribuunt *Ciceroni, 7. Att. 14.* Cum fluenter lipperem, has litteras dedi. *Alii rectius leg.* leviter.

FLŬENTĬA, ae, f. Verbale a *fluo;* actus fluendi; *profluenza*. — Translate. *Ammian. 30. 4.* Eloquentiam inanis quaedam imitatur fluentia loquendi.

FLŬENTĬSŎNUS, a, um. Adiect. a *fluens* et *sono;* fluctibus sonans. *Catull. 64. 32.* Litus fluentisonum. *Auct. Halieutici 11,* quod *Ovidio* tribui solet, 2. Antra fluentisona.

FLŬENTO, as, āre. Verbum transitiv. a *fluentum;* humecto; *bagnare*. *Venant. Vit. S. Mart. 4. 642.* Pergis ad Augustam, quam Vindo Lycusque fluentant.

FLŬENTUM, i, n. Verbale a *fluo;* aquae decursus, flumen; *corso d'acque, riviera, fiume*. Saepius adhibetur plurali num., estque vox fere poetica. *Virg. 4. Aen. 143.* Xanthique fluenta Deserit. *Id. 6. ibid. 327.* rauca fluenta Cocyti. Et *12. ibid. 33.* Tiberina fluenta. *Lucret. 5. 947.* fluenta lubrica. *Flor. 2. 8.* Cum inter fluenta tibiis fidibusque concinceret; *h. e.* ad ripam Euripi. — In singulari num. usurpant *Auson. Edyll. 10. Mosell. 59.* arcanique patet penetrale fluenti. Et *419.* spatiumque novi metare fluenti. Et *Avien. Perieg. 32.* et inserto freta pellit vasta fluento. Et *Prudent. 12. περὶ στεφ. 32.* regio canens olivo, murmurans fluento. Adde *Auct. Itiner. Alex. M. 28.* — 2) De vini liquore usurpavit *Samonic. 26. fin.* Cumque his Lenaei clarum potare fluentum. — 3) Dicitur et de fluxione aeris. *Lucret. 5. 276.* quodcumque fluit de rebus, id omne Aeris in magnum fertur mare: qui nisi contra Corpora retribuat rebus, recreetque fluentis, Omnia iam resoluta forent, et in aera versa. — 4) Translate. *Apul. de Mund. p. 73. Oud.* Fluenta flammarum.

FLŬESCO et Fluisco, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *fluo*. — Particip. *fluescens* §. 1. — Proprie est fluidus fio, liquesco; *liquefarsi*. *Augustin. 21. Civ. D. 5. ad fin.* Salem in aqua fluescere. Et *ibid. 7. a med.* Palea fluescere nivem non sinit. *Alii utrobique leg.* fluiscere. *Id. Serm. 35. n. 3. ed Mai.* Sensit petram pelagi Petrus vacillare iam debilem, fluescentem, etc. Adde *Eugypp. Thesaur. 144.* — 2) Translate. *Dracont. Carm. 1. 697.* Cuius *(Dei)* ab aspectu montes et saxa fluescunt in cineres.

FLŬĬBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *fluo*, syllabica adiectione productum; fluidus, diffluens. *Capell. 1. p. 21. sub fin.* Fluibunda luxu puella.

FLŬĬDO, as, āre. Verbum transitiv. a *fluidus;* fluidum reddo. *Coel. Aurel. 3. Chron. 11.* Liquore fluidantur.

FLŬĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *fluo*, syllabica adiectione productum; fluens; *fluido, scorrente*. *Colum. 8. 16.* Piscium reditum aliemissimum agricultoribus puto: quid enim tam contrarium, quam terrenum fluido? *Virg. 3. G. 484.* Fluidus liquor. Et *3. Aen. 665.* fluidus cruor. *Seren. Sammon. 29. extr.* Fluidam alvum morari. *Ovid. 14. Met. 167.* iterum Polyphemon, et illos Aspiciam fluidos humano sanguine rictus; *h. e.* unde fluit et stillat cruor comesorum cadaverum. *Lucret. 2. 596.* Fluidae frondes; *h. e.* caducae. *Id. ibid. 452.* Olla quidem debent ex levibus atque rotundis Esse magis, fluido quae corpore liquida constant. — 2) *Fluida vestis* est fluitans, laxa, ampla. *Senec. Oedip. 422.* Inde tam molles placuere cultus, Et sinus laxi, fluidumque syrma. Adde *Justin. 41. 2.* — 3) Translate est mollis, languidus; *floscio:* cui opponitur *solidus*. *Senec. ep. 52. ante med.* Fundamenta in mollem ac fluidam demissa humum. *Liv. 34. 47.* Labor et aestus mollia et fluida Gallorum corpora decedere pugna coëgit. *Ovid. 13. Met. 228.* fletque Milon senior, cum spectat inanes Illos, qui fuerant solidorum mole tororum Herculeis similes, fluidos pendere lacertos. *Plin. 9. 50. 1.* Locusta, nisi viva ferventi aqua incoquatur, fluida carne non habet callum. *Auct. Paneg. ad Pis. 90.* Talis inest habitus, qualem nec dicere moestum, Nec fluidum, laeta sed tetricitate decorum Possumus; *h. e.* mollitie effusum. — 4) Deinde II. *Fluidus*, sensu activo, qui fluere facit. *Ovid. 15. Met. 362.* quaecumque mora, fluidove calore Corpora tabuerint, in parva animalia verti; *h. e.* calore corrumpente, macerante, et marcida fluentiaque corpora reddente.

FLŬISCO. V. FLUESCO §. 1.

FLŬĬTANS, antis. Particip. verbi *fluito*, adiectivorum quoque more adhibitum. — Proprie est fluens, supernatans, fluctuans; *scorrente, galleggiante, ondeggiante*. *Cic. Sext. 20.* Navis fluitans in alto. *Curt. 4. 9. a med.* Cumuli sarcinarum passim fluitantes. *Liv. 1. 4.* Cum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. *Plin. 16. 66. 4.* Fluitantes insulae. *Id. 2. 89. 2.* Magna circa insulam multitudo piscium fluitans; *h. e.* confluens, adnatans. *Plin. alter 8. ep. 8.* Iucundum utrumque per locum ludumque fluitantibus; *h. e.* navigantibus. — 2) Translate. *Ovid. 2. Art. am. 455.* Fluitantia lora; *h. e.* laxata, remissa. *Id. 11. Met. 470.* Vela summo fluitantia malo. *Tacit. Germ. 17.* Vestis non fluitans, sed stricta, et singulos artus exprimens; *h. e.* fluxa, laxa, ampla. *Catull. 64. 68.* Fluitans amictus. *Tacit. 3. Hist. 18.* Praelongis hastis fluitantem labantemque militem eminus fodiebant; *h. e.* vacillantem, nutantem, dubium inter pugnam et fugam. *Claudian. B. Gild. 247.* Fluitans fides. *Boeth. 1. Cons. Phil. pros. 4.* Gaudio laetitiaque fluitantes.

FLŬĬTANTER. Adverb. a *fluitans;* fluenter. Tribuitur *Capellae*, loco tamen non indicato.

FLŬĬTAS, ātis, f. Verbale a *fluo;* actus fluendi. Translate. *Pseudo-Cassiod. de Amicit. 48.* Sicut in suaviloquio non est fluitas omittenda. — Tribuunt et *Scholiastae Iuvenalis*.

FLŬĬTĀTĬO, ōnis f. Verbale a *fluito;* actus fluitandi, fluctuatio. *Auct. Carm. de Laudib. Domini, 23.* Accidat informis fluitatio dissocialis *(organis)*.

FLŬĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ.

Digitized by Google

a *fluo*, aliquando confusum cum *fluctu*, quod V. — Particip. *fluitans* V. suo loco. — Proprie est fluxu aquae feror, fluctuo, supernato; *fluitare, ondeggiare, galleggiare*. *Plin.* 13. 14. 2. Materies primo sidit, postea fluitare incipit. *Id.* 31. 17. 1. In lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur. *Sence. Agam.* 503. Navis lacera et omni decore populato, levis fluitat. *Id. Med.* 631. Orphei caput tristi fluitavit Hebro. *Plin.* 29. 12. 1. Fluitare contra aquas. *Id.* 16. 76. 7. Ebenus in aquis non fluitat. *Id.* 28. 55. 2. Fluitare in summo. *Petron. Satyr.* 123. Iam classes fluitare mari. — **2)** Translate est natare, vacillare, fluctuare, dubium, aut inconstantem esse. *Tacit.* 2. *Hist.* 95. *extr.* Unde primum creditur Caecinae fides fluitasse. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 110. ne fluitem dubiae spe pendulus horae. — *Lucret.* 4. 78. Lutea russaque *(in theatro)* vela . . . trementia fluctant . . . et omnem scenalem speciem, patrum matrumque . . . inficiunt cogunique suo fluitare colore. V. FLUTO. — *Ambros.* 3. *Hexaëm.* 1. 4. Palus est luxuria . . . ubi labuntur pedum vestigia, fluitant singulorum incessus.

FLUIUS. V. FLUVIUS §. b.

FLŪMEN, ĭnis, n. Verbale a *fluo*, unde *flŭŏmen* et per syncopen *flūmen*, syllabica adiectione productum. — Proprie est fluxio, decursus aquae, defluxus amnis, aqua decurrens; *corso d'acqua*. *Vet. oraculum* apud *Liv.* 8. 16. *sub fin.* Romane, aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine sinas. *Enn.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 4. Tiberis flumen vomit in mare salsum. *Virg.* 2. *Aen.* 305. rapidus montano flumine torrens. *Horat.* 2. *Od.* 14. 16. ater flumine languido Cocytus errans. *Val. Flacc.* 8. 189. inde sequemur ipsius amnis iter, donec nos flumine certo Perferat. *Caes.* 7. *B. G.* 58. Secundo flumine iter facere; *a seconda*. Et 60. Adverso flumine proficisci; *contr' acqua*. Et *Virg.* 2. *Aen.* 719. flumine vivo abluere se; *in acqua corrente*. — In plur. numero. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 69. Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina. *Id. Epod.* 13. 14. Frigida Scamandri flumina. *Ovid.* 1. *Met.* 634. incubat infelix, limosaque flumina potat. *Virg.* 9. *Aen.* 385. Symethia circum flumina *Ovid.* 14. *Met.* 788. Nymphae venas et flumina fontis Elicuere sui. — **2)** *Flumen maritimum* est aqua maris in piscinas immissa. *Varr.* 3. *RR.* 17. Posteaquam L. Lucullus maritima flumina immisisset in piscinas, quae reciproce fluerent, ipsi Neptuno non cedere de piscatu. — **3)** *Flumine vicino siultus sitit*, proverb. apud *Petron. fragm.* p. 392. *Burm.* de iis, qui bonis, quibus affluunt, uti nesciunt; *morir di fame in un forno di stiacciatine*. — **4)** Specialim

II. *Flumen*, est amnis, fluvius; *fiume*. Differt a *rivo*, ut maior a minore: a *torrente*, quia flumen perpetuum est, torrens subinde siccatur (Celebriora multorum fluminum nomina recitat *Ovid.* 2. *Met.* 239. et *seqq.*). *Cic.* 1. *Divin.* 35. *extr.* Flumina in contrarias partes fluxerunt: in amnes mare influxit. *Caes.* 1. *B. G.* 1. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen dividit. Et 2. Continentur flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; h. e. qui Rhenus etc. *Horat. Art. P.* 18. Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus. *Lucret.* 5. 240. Aurea tum dicat per terras flumina vulgo Fluxisse. *Sence.* 5. 2. *Nat.* 19. Habet ergo non tantum venas aquarum terra, ex quibus corrivatis flumina effici possunt, sed et amnes magnitudinis vastae. *Horat.* 4. *Od.* 15. 23. Non Seres . . . non Tanaim prope flumen orti. *Liv.* 8. 13. Veliternos ad Asturae flumen Maenius fudit. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 252. Terrarum situs et flumina dicere et arces Montibus impositas. Adde *Caes.* 3. *B. C.* 37. *Cic.* 2. *Leg.* 3. et 2. *Nat. D.* 60. — **5)** Absolute *flumen* in Sacris Litteris, plerumque est Euphrates. *Vulg. Interpr.* 1. *Esdr.* 4. 10. Habitare eos fecit . . . in reliquis regionibus trans flumen. Adde *Ps.* 71. 8. et *Zachar.* 9. 10. Cf. *Wolfenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — **6)** Poetice per hyperbolen ponitur pro fluxu copioso; *profluvio*. *Lucret.* 2. 554. Sanguinis exspirans calidum de pectore flumen. *Id.* 6. 255. persaepe niger quoque per mare nimbus Ut picis e caelo demissum flumen, etc. *Petron. Satyr.* 125. rigido concussae flumine nubes Exonerabantur; h. e. imbre, pluvia. *Virg.* 1. *Aen.* 469. Multa gemens, largoque humectat flumine vultum; *con fiume di lagrime*. — *Lucret.* 6. 1062. Magnesii flumina saxi; *gli effluvi della calamita*. Et *Sil.* 12. 185. Effusaeque ruunt inopino flumine turbae; h. e. eruptione instar fluminis exundantis. Simile est illud *Virg.* 2. *G.* 462. salutantum totis vomit aedibus undam. Et 11. *Aen.* 258. fluuntque ad regia plenis Tecta viis. — **7)** Saepe refertur ad ingenii copiam, et verborum ac dicendi vim. *Cic. Marcell.* 2. Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi, aut scribendi tanta vis, tantaque copia. *Id.* 4. *Acad.* 38. Flumen orationis aureum fundens Aristoteles. *Id.* 2. *Orat.* 45. Tantum est flumen gravissimorum optimorumque verborum. *Id.* 2. *Nat. D.* 7. *sub fin.* Orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. *Quintil.* 10. 1. 78. Lysias . . . puro fonti quam magno flumini propior. *Id.* 9. 4. 61. Velut pro decurrentis orationis flumine. *Petron. Satyr.* 5. *extr.* sic flumine largo Plenus, Pierio defundes pectore verba. — *Id. ibid.* 118. Neque concipere, neque edere partum mens potest, nisi ingenti flumine litterarum inundata. — **8)** Improprie apud Astronomos *flumen* dicitur sidus caeleste, alio nomine Eridanus, de quo V. suo loco in ONOM. *Cic.* 2. *Nat. D.* 44. Hanc *(navem Argo)* Aries tegit, et squamoso corpore Pisces, Fluminis illustri tangentem corpore ripas.

Nota. Discrimen inter *flumen, rivum* et *torrentem* dedimus supra §. 4. — Inter *fluvium, flumen* et *amnem*, V. sub V. AMNIS in *Nota*, coll. *Isid.* 1. *Differ.* 244. et 494.

FLŪMENTĀNUS, a, um. Adiect. a *flumen*; ad flumen pertinens. Hinc *Flumentana porta* Romae appellata, quod *(ad)* Tiberis pontem eam fluxisse affirmant, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac.* p. 89. *Müll.* V. reliqua in ONOM.

FLŪMĬCELLUS, i, m. Deminut. a *flumen*; parvum flumen; *fiumicello*. *Innocent. de eas.* p. 227. *Goës.* Sub via habet flumicellum, et trans flumicellum aquam vivam.

FLŪMĬNĀLIS, le. Adiect. a *flumen*; flumineus. *Coel. Aurel.* 1. *Chron.* 1. Fluminalis navigatio. *Id. ibid.* 4. Cancri fluminales. *Auct. Incert. de limitib.* p. 267. *Goës.* Glarea fluminalis. *Iunior, descript. Orb.* 21. ed. *Mai.* Piscium tria genera . . . stagnale, marinum et fluminale.

FLŪMĬNĔUS, a, um. Adiect. a *flumen*; ad flumen pertinens, fluvialis; *di fiume*. *Ovid.* 8. *Heroid.* 67. Flumineus cycnus. *Id.* 2. *Fast.* 46. Aqua fluminea. Et 5. *ibid.* 519. ulva. Adde *Stat.* 9. *Theb.* 256. — **2)** Translate. *Claudian.* 2. *Fescenn. de nupt. Honor.* 23. Geminoque parte ductum Caesareum flumineo Stemma recurrit orto; h. e. perenni et non interrupto successionis cursu, tanquam fluminis. *Al. leg.* femineo. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FLUMINEA *(minus recte* Fluminia), ae, f. Est idem quod flumicellus; *fiumicello*. *Innocent. de eas.* p. 225. *Goës.* Subtus fluminia transiens, et sub fluminia posita vinea, et subtus vineam alveus. Et p. 228. in ipsum iugum fluminia excurrit. *Id.* alibi saepius usurpat hanc vocem.

FLŪMĬNĬA. V. voc. praeced. §. 3.

FLŬO, is, xi, xum, ĕre. Verbum intransitiv. conferendum ut quidam putant cum Graecis *βλύω*; scaturio, ex quo etiam *pluo*: secundum vero alios cum *φλέω, φλύω, πλύω*, sive potius, de Recentiorum sententia cum radice Sanscrita *plu*. V. PLEO §. a. — **b)** Vetustissimi *fluctum* in supino, pro *fluxum*, et *flucturus* pro *fluxurus* solūti sunt dicere, teste *Prisc.* an. 9. *sub fin.* p. 817. *Putsch.* Hinc legitur in *Not. Tir.* p. 120. Fluo, fluctum. Hinc etiam *fluctio, fluctus*, et *flustus*. — Item *fluitum*, unde *fluiturus* apud *Boeth.* 4. *Cons. Phil.* pr. 6. Hic vero ordo res mutabiles et alioqui temere fluituras propria incommutabilitate coërcet. — **c)** Antiquum huius verbi praeteritum fuisse videtur *fluvi* pro *fluxi*, atque hinc per syncopen *fluxeris* pro *fluveris* ἀρχαϊκῶς habet *Lucret.* 6. 801. Cf. *Forbig.* in *not. crit.* ad h. l. et V. FLUVIUS §. a. — **d)** *Fluo* et *ruo* saepius in antiquis MSS. et editis libris inter se confusa fuisse, monet *Hildebr.* ad *Apul.* 1. *dogm. Plat.* 10., coll. *Drakenb.* ad *Sil.* 12. 619. — **e)** Particip. *fluens*, V. suo loco, *fluxus*, V. suo loco, *fluxurus* §. 1., *flucturus* et *fluiturus*, V. supra §. b. — **f)** Derivata, *fluctio, fluctus*, quod V. pro suis, *fluenter, fluentia, fluento, fluentum, fluesco, fluibundus, fluido, fluidus, fluitanter, fluitas, fluitatio, fluito, flumen, flumentanus, flumicellus, fluminalis, fluminеus, fluonia, fluor, flustra, fluto, fluvialis, fluviaticus, fluviatilis, fluviatus, fluvidus, fluvito, fluvius, fluxe, fluxibilis, fluxilis, fluxio, fluxuatio, fluxura, fluxus*, us. Cf. FLUTA. — **g)** Composita, *abfluo, aestifluus, affluo, amplifluus, blandifluus, caelifluus, confluo* (V. CONFLAGRO), *defluo, difluo, dulcifluus, effluo, felifluus, fluentisonus, fluxipedus, frondifluus, ignifluus, influo, interfluo, interfluus, iugifluus, largifluus, lucifluus, mellifluens, mellifluus, multifluus, omnifluentia, perfluo, praefluo, praefluus, praeterfluo, profluo, purifluus, quadrifluus, quadrifluvium, refluamen, refluo, refluus, rorifluus, septemfluus, septifluus, subterfluo, superfluo, tabifluus, transfluo, transfluvio, ventrifluus, vermifluus, vestifluus, undifluus, vomifluus*.

FLUO proprie est decurro, labor, mano, defluo; *scorrere*: et dicitur de humoribus. *Cic.* 1. *Divin.* 33. *extr.* Tantos terrae motus factos esse, ut flumina in contrarias partes fluxerint. Et 43. *sub fin.* Fluvius atratus sanguine fluxit. *Caes.* 1. *B. G.* 6. Rhodanus inter fines Allobrogum fluit. *Horat. Epod.* 7. *in fin.* Fluxit in terram cruor. *Ovid.* 2. *Fast.* 820. fluunt lacrimae more perennis aquae. *Lucan.* 6. 61. sanguis terras fluxurus in omnes. *Ovid.* 11. *Met.* 656. madidis fluit unda capillis. *Id.* 4. *Pont.* 4. 2. Non intermissis ut fluat imber equis. *Id.* 12. *Met.* 455. Perque cavas nares, oculosque, auresque cerebrum Molle fluit. Et 9. *ibid.* 175. fluit de corpore sudor. Et 12. *ibid.* 325. fluit e gutture sanguis in toros et carchesia. *Id. Rem. am.* 190. nudo sub pede musta fluunt. *Enn.* apud *Macrob.* 6. *Sat.* 4. Quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen. Adde *Caes.* 3. *B. C.* 37., *Lucret.* 5. 910. et *Virg.* 5. *Aen.* 200. — *Ovid.* 2. *Met.* 251. fluit ignibus aurum; *si scioglie e liquefà*. — **2)** Dicitur quoque de aere et terra et igne discurrente. *Lucret.* 1. 280. Venti fluunt, stragemque propagant. Adde 5. 514. et *Cic.* 1. *Nat. D.* 15. et V. FLUENS §. 2. *Sil.* 17. 102. fluit undique victor Mulciber et rapidis amplexibus arma virosque Corripit. *Lucret.* 6. 1001. Fluit aestus e lapide. Adde 2. 388. — **3)** Item

Digitized by Google

de odoribus. *Id. 4. 677.* Res multas esse necesse est, Unde fluens volvat varius se fluctus odorum. Et fluere et mitti vulgo spargique putandum est. *Id. 6. 925.* Perpetuoque fluunt certis ab rebus odores. — **4)** Item de aliis rebus, quae, ut liquida, excurrere ac decidere videntur. *Propert. 4. 6. 72.* Blanditiaeque fluant per mea colla rosae. *Quintil. 11. 3. 110.* Balteus nec strangulet, nec fluat. *Martial. 4. 66. 14.* Nec mersa est pelago, nec fluit ulla ratis. — *Virg. 12. Aen. 444.* Simul agmine denso Antheusque Mnesteusque ruunt omnisque relictis Turba fluit castris. — **5)** Praeterea *fluere* dicuntur, quae humore aliquo manant, madentve. *Val. Flacc. 6. 360.* pingui fluit unguine tellus. *Liv. 38. 17.* Fluunt sudore et lassitudine membra. *Ovid. 7. Met. 345.* Ille cruore fluens, cubito tamen allevat artus. *Cels. 4. 19.* Uno die fluere alvum, saepe pro valetudine est. *Virg. 3. G. 526.* Ad terramque fluit devexo pondere cervix. *Ovid. 8. Met. 400.* Glomeratique sanguine multo Viscera lapsa fluunt. — **6)** Item quae decidunt, dilabuntur, dissipantur. *Plin. 27. 5. 5.* et *Cels. 6. 1.* Capilli fluunt. *Lucret. 4. 917.* Dissolvuntur enim tum demum membra, fluuntque. *Lucan. 9. 770.* surae fluxere: sine ullo Tegmine poples erat. *Ovid. 2. Amor. 14. 24.* Quid poma vellis acerba manu? Sponte fluent matura sua. *Cic. 12. Phil. 5.* Excident gladii, fluent arma de manibus. *Lucret. 2. 68.* Quoniam minui rem quamque videmus, Et quasi longinquo fluere omnia cernimus aevo. *Ovid. 15. Met. 178.* Nihil est toto quod perstet in orbe: Cuncta fluunt omnisque vagans formatur imago. — **7)** Item quae abundant et diffluunt, ut vites et olea, quarum fructus expressi mustum et oleum reddunt. *Colum. 12 50.* Acerbum oleum facere rationibus non conducit, quoniam exiguum fluit. *Id. 3. 2. a med.* Graeculas vites acinorum exiguitate minus fluunt; *rendono poco mosto*. Et *post init.* Talis nobis eligatur vitis vel mediocriter fecunda: si modo is locus habetur, in quo gustus nobilis pretiosusque fluit: nam si sordidus aut vilis est, feracissimam quamque serere conducit; h. e. vinum generosi saporis provenit. — *Sil. 7. 190.* Vilisque rubenti Fluxit mulctra mero. — **8)** Translate. *Horat. 1. Ep. 1. 23.* tarda fluunt ingrataque tempora; *scorrono, passano*. *Tacit. 15. Ann. 5.* Nec praesentia prospere fluebant. *Ovid. 4. Pont. 2. 39.* Et carmen vena pauperiore fluit. *Cic. Senect. 10.* Ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio. *Id. 1. Offic. 26.* Res prosperae et ad voluntatem nostram fluentes. *Atticus* apud *Cic. 9. Att. 10. circa med.* Videamus et Cnaeus quid agat et illius rationes quorsum fluant; tedano a *terminare*. *Cic. 4. Att. 16.* Res fluit ad interregnum. *Tacit. 11. Ann. 3.* Cuncta in Mithridatem fluxere. *Cic. 4. Tusc. 1.* Pythagorae doctrina cum longe lateque fluxerit, permanavisse mihi videtur in hanc civitatem; h. e. diffunderetur. *Id. Brut. 79.* Calidii oratio ita pura erat, ut nihil liquidius; ita libere fluebat, ut nusquam adhaereceret. *Quintil. 9. 4. 18.* In Herodoto omnia leniter fluunt. *Id. 2. 1. 4.* Grammatice pleno iam satis alveo fluit. *Id. 9. 4. 7.* Quae totis viribus fluit oratio. *Cic. Orat. 12.* Herodotus . . . sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit. *Horat. 1. Sat. 4. 11.* Quum flueret *(Lucilius)* lutulentus. — *Plaut. Mil. 4. 8. 12.* Fluere facetiis; h. e. abundare. — **9)** Eleganter ponitur pro dilabi, praeterire, evanescere, dissipari. *Cic. Orat. 3.* Cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse eo et eodem statu. *Id. 2. Fin. 32.* Fluit voluptas corporis et prima quaeque avolat. *Id. Marcell. 8.* Omnia quae dilapsa iam fluxerunt, reverti legibus vincienda sunt. *Id. 2. Tusc. 22.* Cum voluptate liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus; h. e. labefactamur. *Curt. 9. 3.* Luxu omnia fluere; h. e. diffluere. *Tibull. 2. 6. 33.* Iam veniant praedae, . . . Ut mea luxuria Nemesis fluat. — **10)** Item pro derivari, proficisci, ortum habere. *Cic. 2. Fin. 11.* Ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum et malorum. *Id. 2. Nat. D. 19. extr.* Multa a luna manant et fluunt, quibus animantes aluntur. Et *3. ibid. 19.* Haec omnia ex eodem fonte fluxerunt. *Stat. 1. Theb. 225.* Persecos alter *(sanguis)* in Argos Scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas. *Id. 1. Silv. 1. 2.* caelone peractum Fluxit opus. *Quintil. 3. 4. 12.* Nomen ex Graeco fluxisse. *Id. 1. 4. 12.* Disciplinis Graecis prius instituendus est, unde et nostrae fluxerunt. *Id. 7. 3. 33.* Undecumque causa fluxit. — **11)** Item a proposito deflectere, evagari. *Cic. 3. Orat. 49.* Ne fluat oratio, ne vagetur. *Quintil. 10. 1. 2.* Citra lectionis exemplum labor ille, carens rectore, fluit.

Nota I. Constructio verbi modo est cum ablat. et praepos. *a* vel *ab*, *e* vel *ex*, et *de* aut sine praepos., si de modo, instrumento aut materia agatur; modo cum accusat. et praepos. *ad* vel *in*, modo denique absolute. — **Nota II.** Discrimen inter *fluere* et *defluere* V. sub v. DEFLUO in *Nota*.

FLŪŌNĬA, ae, f. Cognomen Iunonis, quam mulieres colebant, quod ea sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Haec *Festus* apud *Paul. Diac. p. 92. Müll.* Apud *Arnob. 3. p. 118. alii* Fluvionia *leg.*; apud *Capell. 2. p. 37.* Fluvonia. Cf. IUNO in ONOM.

FLŪOR, ōris, m. Verbale a *fluo*; fluxus; *scorrimento*. *Arnob. 2. p. 84.* Aqua natura res labilis, et ad fluorem semper deversionemque tam prona. *Apul. Apol.* Imagines lugi fluore a corporibus manantes. *Id. Florid. n. 10. extr.* Fluores amnium. *Solin. 18.* Fluor maris. *Arnob. 6. p. 196.* Ventos seris esse fluorem. — **2)** Item liquor. *Nemesian. Cyneg. 227.* Mox lactis liquidos sensim superadde fluores. — **3)** Speciatim apud Medicos dicitur de fluxu ventris. *Cels. 3. 6. sub fin.* Quisquis fluore aeger est; h. e. ventris fluxu. — *Scribon. Compos. 163.* Solutio et fluor stomachi.

FLŪSĀRIS, is, m. Nomen mensis Iulii seu Quintilis apud Furfenses. *Inscript.* apud *Murat. 887. 1.* L. Aienus L. f., Q. Baebatius Sex. f. aedem dedicarunt Iovis Liberi Furfone A. D. III. Id. Quintileis L. Pisone A. Gabinio Cos. *(h. e. ann. U. C. DCXCVI.)* mense Flusare, etc. Eiusdem mensis mentio est in *Inscript.* apud Furfonem reperta et ab *Aloys. Lansi* edita in *Sagg. di lingua Etr. T. 2. p. 619. tab. 16. n. 1.*, in qua legitur *mese Flusare*. V. *Fabretti, Gloss. Ital. p. 499.* et quos ibi laudat.

FLUSTRĂ, ōrum, n. Verbale a *fluo*, quo significatur motus maris sine tempestate fluctuantis, ut habet *Suet.* in *fragm.* apud *Müller* ad *Fest. p. 89.* et *382. Naev.* apud *Suet. loc. cit.* Honorariae honustae *(sic)* stabant in flustris; h. e. in salo, ut *Suet. ibid.* exponit. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 89. Müll.* Flustra dicuntur, cum in mari fluctus non moventur: quam Graeci *γαλήνην* vocant. *Tertull. Pall. 2.* Mare de flustris temperatum.

FLŪTĂ, ae, f. Vox Graeca, πλωτή, a πλέω; navigo, fluito; qua significatur genus quoddam muraenae praegrandis et praepinguis, frequentisque in freto Siculo et prae pinguedine in summa fere unda fluitantis, ut *Martial. 13. 80.* docet. *Varr.* apud *Macrob. 3. Saturn. 15. 8.* In Sicilia manu capi muraenas flutas: quod hae in summa aqua prae pinguitudine flutentur. *Al. leg.* flutent. *Id. 2. RR. 6.* Muraenae optimae flutae sunt in Sicilia. *Colum. 8. 7.* Item flutas, quae maxime probantur, muraenas. V. ΧΧΟΝΜΙΣΤΟΝ.

FLUTO, as, āre. Verbum intransitiv. per contractionem a *fluito* factum, quod et deponentium more ab Antiquis etiam usurpatum fuisse videtur ex loco *Varr.* apud *Macrob. 3. Sat. 15. 8.* ad instar verbi *fluctuo* et *fluctuor*, quod V. § b. — **b)** In MSS. et editis libris confusum est cum *fluctо, as*, quod est frequentativum a *fluo*, unde *fluctum* (supinum pro *fluxum*. V. FLUO § b.) et *fluctо, as*. — Nos utriusque verbi exempla hoc loco congessimus, ut, si quod interest discrimen, evidentius appareat.

FLUTO idem est ac fluito. *Lucret. 3. 190.* Namque movetur aqua et tantillo momine flutat. *Al. leg.* fluctat, *vel* fluctuat. — *Id. 4. 75.* Vela . . . Per malos vulgata trabesque trementia fluctant. *Alii leg.* fluitant, *alii* flutant. — *Varr.* apud *Macrob. 3. Sat. 15. 8.* In Sicilia manu capi muraenas flutas, quod esse in summa aqua prae pinguitudine flutentur. *Alii aliter leg.* V. *Ian.* ad h. l. et Cl. voc. praeced.

FLŪTOR, āris, āri. V. voc. praeced. §. a.

FLŬVĬĂ, ae, f. Verbale a *fluo*, in usu apud Veteres pro fluvio; *fiume*. *Sisenn.* apud *Non. 3. 100.* Inter duas fluvias. *Id. ibid.* Transgressus fluviam, quae etc.

FLŬVĬĀLIS, le. Adiect. a *fluvius*; ad fluvium pertinens; *di fiume*. *Virg. 9. Aen. 70.* Septus fluvialibus undis. *Id. 2. G. 414.* Fluvialis arundo. *Ovid. 1. Met. 82.* Fluviales undae. *Colum. 6. 22. fin.* Fluvialis aqua. *Pallad. 11. 17. fin.* Fluvialis arena. *Colum. 8. 16.* Fluvialis lupus. V. LUPUS. *Apul. Apol. 8.* Aves fluviales. — *Id. 6. Met. 12.* Fluvialis rupes; h. e. quae e ripa in fluvium procurrit.

FLŬVĬĀTĬCUS, a, um. Adiect. a *fluvius*, ad fluvium pertinens; *di fiume*. *Vitruv. 1. 2. sub fin.* Arena fluviatica. *Colum. 8. 15.* Fluviatica animalia.

FLŬVĬĀTĬLIS, le. Adiect. a *fluvius*; ad fluvium pertinens; *di fiume*. *Cic. 2. Nat. D. 48.* Fluviatiles testudines. *Liv. 10. 2. a med.* naves. *Colum. 8. 17.* Meminisse etiam in fluviatili negotio, quod in terreno praecipitur, *Et quid quaeque ferat regio*.

FLŬVĬĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum, a *fluvius*; in partes, quasi in fluvios, divisus. *Plin. 16. 76. 1.* ex *Theophr. Hist. plant. l. 5. c. 2.* Communia his *(laricі* et *abieti)* pinoque, ut quadripartitos venarum cursus, bifidosque habeant, vel omnino simplices *(Theophr. loc. cit.* τετραξίους habet, διξίους, et μονοξίους). Ad fabrorum intestina opera medulla sectilis: optima quadripartitis materies et mollior quam ceterae. Abietis quae pars a terra fuit, enodis est: haec, qua diximus ratione, fluviata decorticatur, atque ita sapinus vocatur. Perperam *Harduino* vox *fluviata* idem videtur esse ac flumine mersa: at *Schneiderus* ad *Vitruv. 2. 9.* et *Pallad. 12. 15.* legendum monet *diffluviata*, vel *quadrifluviata*. V. DIFFLUVIO et QUADRIFLUVIUM.

FLŬVĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *fluo*, cuius antiquum praeteritum est *fluvi*, unde *fluvidus*; idem ac fluidus, apud Veteres usitatum. *Lucret. 2. 465.* Sed quod amara vides eadem, quae fluvida constant. *Id. ibid. 465.* Nam quod fluvidum est, a levibus atque rotundis Est. Syllaba ult. *dum* more Veterum non eliditur, sed brevis est ob concursum vocalis in voce sequenti.

Digitized by Google

FLŬVĬŎLUS, i, m. Deminut. a *fluvius;* parvus fluvius. Legitur in *Thesaur. Nov. Latinit. p.* 226. ed. *Mai*, nulla tamen addita Latini Scriptoris auctoritate.

FLŬVĬŌNĬĂ et FLŬVŌNĬĂ, ae. } V. FLUONIA.

FLŪVĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. ab antiquo praeterito *fluvi*, verbi *fluo*, specie frequentativum; fluito. *Solin. 35. 2. de lacu Asphaltite*. Tauri etiam camelique impune ibi fluvitant. Ita leg. *Salmas. p. 578.*, sed nuper *Momms.* dedit *fluitant*.

FLŪVĬUS, ii, m. Verbale a *fluo*, cuius praeteritum antiquum est *fluvi*, unde *fluvius*, *fluvito* et *fluvidus*. V. FLUO §. c. — b) *Fluvius* et *fluius* pro *fluvius* pluries leguntur in *Sententia de finib. inter Genuates* et *Veturios* in *Corp. Inscr. Lat. Vol. 1.* et in *Inscr.* apud *Grut. 100. 3.* — c) *Fluvium* pro *fluviorum* habet *Val. Flacc. 6. 391.* — d) *Virg. 1. G. 482.* ob metri necessitatem *fluviorum* trisyllab. dixit, ut saepe alias *ārĭētĭ* pro *ārĭĕtĭ*: alii vero putant eundem *ibid.* anapaestum pro dactylo usurpasse. — e) Alia forma est *fluvia*, quam V. suo loco.

FLUVIUS idem (sed rarius usurpatum) quod amnis, flumen; *fiume*. *Enn.* apud *Cic. 1. Divin. 20.* O gnata, tibi sunt ante ferendae Aerumnae, post ex fluvio fortuna resistet. *Liv. 38. 13.* Fluvius Taurus. *Suet. Aug. 21.* Ultra Albim fluvium. *Cic. 2. Nat. D. 2.* Cum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri devicissent. *Virg. 1. Aen. 611.* In freta dum fluvii current. *Plaut. Bacch. 1. 1. 53.* Fluvius rapidus. *Virg. 8. Aen. 51.* amoenus. Et *86.* tumens. *Id. 12. ibid. 886.* altus. Et *7. ibid. 36.* opacus. *Id. 1. G. 272.* saluber. Et *8. Aen. 77.* corniger. V. CORNU §. 31. *Plin. 3. 29. 1.* perennis. *Plaut. Truc. 2. 7. 12.* De fluvio aquam derivare sibi. *Virg. 7. Aen. 464.* fluvio secundo defluere; *a secunda*. Et *8. ibid. 651.* fluvium innare. *Stat. 9. Theb. 239.* transmittere nando. *Plin. 3. 3. 4.* accolere. Adde *Plaut. Men. prol. 64., Cic. 1. Tusc. 39.* et *1. Divin. 43.* — Fluviorum varia nomina habet *Ovid. 1. Met. 259.* et *seqq.* — 2) Proverbium est in illo *Plaut. Cure. 1. 1. 86.* Quisnam istic fluvius est, quem non recipiat mare? — 3) Metonymice pro aqua fluente. *Plin. 34. 41. 1.* Perfusa certo fluvio terra. *Stat. 9. Theb. 573.* gelidas ibat Ladonis ad undas, Purgatura malum fluvio vivente soporem. *Virg. 3. G. 301.* Arbuta sufficere et fluvios praebere recentes; h. e. aquam vivam. Adde *126.*, ubi eadem ratione locutus est. Et *1. ibid. 106.* Deinde satis fluvium inducit, rivosque sequentes.

Nota. Discrimen inter *amnem*, *fluvium* et *flumen* V. sub v. AMNIS in *Nota*.

FLUXĒ. Adverb. a *fluxus*. — Comparat. *fluxius*. — Est fluenter; *scorrendo. Varr. 2. RR. 11. de lacte*. Quod fit ab hordeo et firmo cibo pecude pasta, id alibile: ad perpurgandum, id quod a viridi pascuo; et eo magis fluxe ex herba, quae ipsa sumpta perpurgare corpora nostra solet; h. e. eo magis fluenter purgat. — 2) Translate est remisse, lente, negligenter. *Ammian. 18. 7.* More vitae remissioris fluxius agens.

FLUXĪBĬLIS, le. Adiect. verbale a *fluo;* qui fluxam naturam habet, fluxilis. *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 18. 7*, Fluxibilis materia.

FLUXĪLIS, le. Adiect. verbale a *fluo;* fluens, fluxus. *Tertull. advers. Valentinian. 24.* Fusile et fluxile liquoris est qualitas.

FLUXĬO, ōnis, f. Verbale a *fluo;* actus fluendi, fluor, decursus; *scorrimento, flusso, flussione. Cic. 1. Divin. 49.* Aquarum fluxiones. *Alii leg.* cluviones. — *Plin. 22. 21. 2.* Contra fluxiones, quas Graeci rheumatismos vocant. *Id. 24. 119. 1.* Sanguinis fluxiones e naribus. *Id. 28. 21. 2.* Fluxiones oculorum. *Id. 23. 53. 1.* Fluxiones vulvae et ventris sistere. Et *30. 19. 2.* Dysentericos recreant femina pecudum decocta; et, si maior fluxio sit, adduut, etc.

FLUXĬPĔDUS, a, um. Adiect. a *fluxus* et *pes;* ad pedes fluens. *Avien. Arat. 287. de sidere Virginis:* viduataque vertice summo Fluxipedae vestis vestigia. *Alii leg.* fluxipilae; h. e. a *fluxus* et *pilus*, ut vestis fluxipila sit quae fluxo est longoque pilo.

FLUXĬPĬLUS, a, um. V. voc. praeced.

FLUXŬĀTĬO, ōnis, f. Nomen a *fluo* unde *fluxus*, verbalium more effictum quasi a *fluxuo;* fluxio, fluxus. *Vulg. Interpr. Ital. Esther. 14. 16.* Exsecror illud tanquam pannum fluxuationis muliebris. *Hieronym. habet* quasi pannum menstruatae.

FLUXŪRĂ, ae, f. Verbale a *fluo;* fluxus, fluxio. *Colum. 3. 2. circa med.* Nam duae lanatae *(vites)* quamvis frondibus et palmitum pari facie, fluxurae qualitate sunt dispariles; h. e. musti fluentis, dum uva exprimitur.

FLUXUS, a, um. Particip. verbi *fluo;* adiectivorum more saepe adhibitum. — Hinc comparat. *fluxior* §. *10.* et *11.* — Proprie est qui fluit; *che scorre. Apul. de Mundo.* Elementa arida, atque fluxa, glacialia et ignita. — *Plin. 9. 62. 1. de purpuris.* Capi eas post canis ortum, utilissimum; quoniam cum cerificavere, fluxos habent succos. — 2) Item qui humore fluit, manatque. *Lucret. 6. 19.* Fluxum pertusumque vas. — 3) Videtur passive usurpari apud *Apul. 2. Met.* Fontanos latices de corporibus humanis fluxos crederem. — 4) Translate. *Tacit. 2. Hist. 99.* Lentum et rarum agmen, fluxa arma, segnes equi; h. e. quasi fluentia e manibus. *Sall. Cat. 1.* Divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est. Et *Iug. 112.* Res humanae fluxae et mobiles. *Tacit. 13. Ann. 19.* Nihil rerum mortalium tam instabile et fluxum est, quam fama potentiae. — 5) Deinde

II. *Fluxus* etiam dicitur, qui defluxit et decidit, vel qui prope est, ut decidat. *Tacit. 2. Hist. 22.* Murorum neglecta, aut aevo fluxa eminus aggredi. — 6) Transiste. *Id. 1. ibid. 21.* Dum Galbae fluxa auctoritas, Pisonis nondum coaluisset. *Id. 6. Ann. 38.* Fluxam senio mentem alicui obiicere. *Cic. 4. Att. 2.* et *1. ad Brut. 10.* Res nostrae, ut in secundis, fluxae; ut in adversis, bonae. — 7) Hinc *fluxa fides* est, quae cito deficit. *Sall. Iug. 119.* Fluxa fide uti. *Plaut. Capt. 2. 3. 79.* fluxam fidem gerere. *Liv. 28. 6.* Fides fluxa et vana. *Id. 40. 50.* Veram pacem non fluxa, ut ante, fide Celtiberos fecisse. — 8) Item *fluxi versus* dicuntur, qui soluto modo et uberi metro vacillantes quatiuntur. *Diomed. 3. p. 499. Putsch.* — 9) Praeterea

III. *Fluxus* sumitur et pro imbecillo, molli, enervi; *floscio*. *Tacit. 2. Hist. 32.* Germanos fluxis corporibus, mutationem soli caelique haud toleraturos. *Martial. 3. 41.* Spadone cum sis eviratior fluxo. — 10) Item pro laxo. *Suet. Caes. 45.* Fluxiore cinctura cingi. *Lucan. 2. 362.* Fluxos amictus adstringere. *Tacit. 11. Ann. 31.* Ipsa crine fluxo thyrsum quatiens. — 11) Translate pro remisso, languido, negligenti. *Suet. Tib. 52.* Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitae erat. *Tacit. 3. Hist. 76.* Duces non vigilias agere, non intuta moenium firmare, noctu dieque fluxi et amoena litorum personantes. *Sall. Cat. 14.* Animi molles et aetate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. *Plin. Paneg. 53.* Spectaculum non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret et frangeret, sed quod ad pulcra vulnera, contemptumque mortis accenderet. *Gell. 4. 20. de oscitatione*. Indicium vagi animi et alucinantis, et fluxae atque apertae securitatis; h. e. solutae et manifestae confidentiae.

FLUXUS, us, m. Verbale a *fluo;* fluxio, fluor. *Plin. 2. 44. 1.* Ventus non aliud intelligitur, quam fluxus aëris. *Al. leg.* fluctus. *Id. 9. 41. 1.* Fluxus gravidarum utero sistens. *Id. 23. 21. 3.* Picem meminisse debemus non aliud esse, quam combustae resinae fluxum. — *De fluxu ventris*, lemma est *Celsi, 4. 19.* — 2) Translate. *Senec. ep. 52. a med.* Impudicum et incessus ostendit et manus mota, et relatus ad caput digitus et fluxus oculorum. *Alii leg.* flexus. *Tertull. Pall. 4. a med.* Maeandrico fluxu delicatam vestem humi protrahere.

FO

FŎBĔO. V. FOVEO.

FŎCĀCĬUS et Focatius, a, um. Adiect. a *focus;* in foco excoctus, ut Focacius panis (hinc est Italorum *focaccia*) apud *Isid. 20. Orig. 2.* Subcinericius panis cinere coctus et reversatus; ipse est focacius. *Alii leg.* focarius.

FŎCĀLĔ, is, n. Nomen a *faux*, *faucis*, mutata diphthongo *au* in ō longam. — Est fascia, qua aegroti et recitaturi obvolvebant fauces, sive collum et aures. *Horat. 2. Sat. 3. 254.* ponas insignia morbi, Fasciolas, cubital, focalia. *Quintil. 11. 3. 144.* Fascias, quibus crura vestiuntur et focalia et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo. *Martial. 14. 142.* Si recitaturus dedero tibi forte libellum, Hoc focale tuas asserat auriculas; h. e. hoc focale non collo et faucibus, ne raucescant, sed auribus admoveas, ne mala carmina audias.

Nota. *Cels. 4. 2. sub fin.*, *Gell. 11. 5.* et *Martial. 4. 41.* et *6. 11.* qui *fauces* memorant *multa lana circumdatas*, focale intelligunt. Quare nihil dicunt, qui in loco *Horatii* allato legunt *fasciolas*, *cubitale*, *focalia* prima correpta et a *focus* derivata, putantes, significari vestem, qua aegri ad focum uterentur.

FŎCĀNĔUS, a, um. Adiect. a *faux*, eadem ratione, qua praecedens, effictum. — Est ad fauces pertinens, ut Focaneus palmes, Italice *focata*, apud *Colum. 4. 24.* Vocatur etiam focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, et idcirco eum praedicto vocabulo rustici appellant, quod inter duo brachia, qua se dividit vitis, eustas velut fauces obsidet. Adde *3. 6. ad fin.* et *Pallad. 3. 12.*

FŎCĀRĬĂ. V. FOCARIUS §. 3.

FŎCĀRIS, re. Adiect. a *focus;* ad focum pertinens. *Isid. 16. Orig. 4. 5.* Est alius pyrites vulgaris, quam vivum lapidem appellant, qui ferro vel lapide percussus scintillas emittit, quae excipiuntur sulphure vel aridis fungis vel foliis, et dicto celerius praebet ignem. Hunc vulgus focarem petram vocat.

FŎCĀRĬUS, a, um. Adiect. a *focus;* ad focum pertineus. *Gloss. Lat. Gr.* Focarius; ἐσχάριος. V. FOCACIUS. — 2) Absolute, substantivorum more,

FOCARIUS, ii, m. Est qui circa focum ministrat; *cuciniere*. *Ulp. Dig. 4. 9. 1. §. 5.* Caupones et stabularios aeque eos accipimus, qui cauponam et stabulum exercent, institoresve eorum. Ceterum si quis opera mediastini fungitur, non continetur, ut puta striarii et focarii

Digitized by Google

et his similes. *Id. ibid. 33. 7. 12.* Instrumento putat contineri mulieres, quae panem coquant: item molitores: item focariam et villicam. *Pompon. ibid. 15.* Et in cauponia institores et focaria. *Vulg. Interpr. 1. Reg. 8. 13.* Filias quoque vestras faciet sibi unguentarias et focarias et pistrices. — **β)** Item absolute *focariam* volunt etiam amicam militis dici, quia focum ei struit, concubinam. *Imp. Antonin. Cod. 5. 16. 2.* Donationis causa, focariae tuae nomine instrumentum emptionis esse conscriptum. *Inscript. apud Grut. 1107. 3.* D. M. M. Aurelii Vitalis militis classis *praetoriae* Ravennatis Valeria Faustina focaria et heres eius bene merenti posuit. Adde *aliam* apud *Orelli, n. 2672.*, coll. n. *2671.* etiam in notis.

FŌCĀTĬUS. V. FOCACIUS.

FŌCES. V. FAUCES §. d.

FŌCĬLĀTUS. V. FOCILLO §. b.

FŌCILLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *focillo;* actus focillandi. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* Focus, fomenta, focillationes, foculi a fovendo, id est calefaciendo dicta sunt.

FŌCILLĀTUS, a, um. Particip. verbi *focillo;* fotus, recreatus, confirmatus. — Translate. *Suet. Aug. 17.* M. Antonii societatem semper dubiam et incertam, variisque reconciliationibus male focillatam abrupit.

FOCILLO, as, avi, ātum, āre, et, deponentium more, *Focillor, āris, ātus sum, āri.* Verbum transitiv. a *focus.* — **b)** Sunt qui scribunt *foello*, unico *l*, in *Auct. Paneg. ad Pison. 114.*, ubi tamen alii rectius legunt *munerat* pro *focilat.* Cf. *C. Beck* ad h. l. — Scriptionem tamen illam tuetur Cod. *Frontonis, 5. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 10.* ubi habet *focillatus*; itemque *Gloss. Lat. Gr.* Focilat: θωπεύει.

FOCILLO proprie est calefacio, foveo, atque hinc translate recreo, instauro; *riscaldare, ristorare, rifocillare. Sensc. ep. 15. ad fin.* Pudet me sic tecum loqui et tam levibus remediis te focillare. *Cyprian. ep. 12.* Ceteram quoque partem plebis, quae lapsa est, praesentia vestra fovete, et . . . solatio vestro focillate. V. FOCILLATUS. — **β)** Deponentium more,

FOCILLOR, eadem significatione. *Varr.* apud *Non. 7. 110.* Non in commune spectant, sed suum diversi commodum focillantur; h. e. fovent, curant, student. — In *Gloss. Lat. Gr.* Focillo, focillor; ἀνακλιμβάνω.

FŌCILLUS, i, m. Deminut. a *foculus;* parvus foculus, acerra, turibulum. *Onom. Lat. Gr.* Focillus; ἐσχαρίς.

FŌCĬLO. V. FOCILLO §. b.

FŌCĬMENTUM, i, n. Verbale a *focio*, syllabica adiectione productum, idem ac fomentum. *Not. Tir. p. 134.* Fomentum, focimentum, focis, focillat. Cf. voc. seq.

FŌCĬO, is, īre. Verbum transitiv. a *focus;* calefacio, atque hinc translate foveo. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Ψωμίζω; focio, adesco.

FŌCIS, is, f. Verbale a *focio*, idem quod focillatio, ut videtur. *Not. Tir. p. 134.* V. loc. in FOCIMENTUM.

FŌCŬLA, ōrum. V. FOCULUS §. 2.

FŌCŬLO, as, āre. Verbum transitiv. a *foculus;* foculum nutrire, accendere, atque hinc translate fovere. *Onom. Lat. Gr.* Foculo; ποθυσία. *Non. 1. 51.* Focula dicta sunt nutrimenta, unde et foculare dicitur, ut fovere. Adde *Thesaur. nov. Latin. p. 241. ed. Mai.*

FŌCŬLUS, i, m. et in plur. num. Foculi, m. et Focula, ōrum, n. Deminut. a *focus;* parvus focus; *piccolo focolare, scaldavivande, braciere. Plaut. Capt. 4. 2. 67.* Laridum, atque epulas foveri foculis ardentibus. *Alii leg.* coculis. V. COCULUM §. 1. *Plin. 33. 56. 26.* Arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete delineavit. *Cato, RR. 10.* Rutabulum unum, foculos duos, dolia olearia centum. Adde *ibid. 11.* et *Non.* loc. cit. in voc. praeced. — **β)** locutionem *Plaut. Pers. 1. 3. 24.* Iam intus ventris fumant focula, calefieri iussi reliquias. — **γ)** Eius usus fuit etiam ad sacrificia. *Liv. 2. 12.* Dextram accenso ad sacrificium foculo iniicit. *Cic. Dom. 47.* Bona Metelli . . . consecravit, foculo posito in Rostris, adhibitoque tibicine. *Front. ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 6.* Apud omnes foculos, aras, lucos sacros, arbores sacratas, nam rure agebam, supplicavi. V. vocem seq. §. 3. — **δ)** Per metonymiam idem est ac parvus ignis. *Iuvenal. 3. 262.* patellas iam lavat et bucca foculum excitat. V. vocem seq. §. 6.

FŎCUS, i, m. Nomen parum certae originis. *Varr.* apud *Isid. 20. Orig. 10. 1.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 64. Lind.* et *Serv.* ad *Virg. 12. Aen. 118.* a *fovendo* dictum putant. Sic *Ovid. 6. Fast. 301.* At focus a flammis et quod fovet omnia, dictus. Alii vero *focum* derivant a Graeco φάγω, seu φαγνύω vel φάγνυμι; uro. — **b)** Derivata, *focacius, focaris, focarius, focillatio, focillo, focillus, focimentum, focio, fois, foculo, foculus.* — **c)** Compositum, *suffŏco.*

FOCUS proprie est id, quo ignis servatur: sive sit stabili loco in aedibus, sive qui possit quolibet circumferri; *focolare. Varr.* apud *Isid. 20. Orig. 10. 1.* Varro focos sit dictos, quod fovent ignes; nam ignis ipsa flamma est: quidquid autem ignem fovet focus vocatur, seu ara sit, seu quid aliud, in quo ignis fovetur. *Plaut. Aul. prol. 7.* Mihi avus huius concredidit Thesaurum auri: in medio foco defodit. *Plin. 19. 4. 1.* Ardentes in focis conviviorum ex eo vidimus mappas. Et *18. 26. 1.* Offae ferventi foco, vel fictili patina torrentur. *Tibull. 1. 1. 4.* Dum meus assiduo lucebat igne focus. *Cic. Senect. 16.* Sedere ad focum. *Horat. 1. Od. 9. 5.* ligna super foco Large reponens. *Cic. 2. Divin. 31.* In Solonio, ubi ad focum angues nundinari solent. *Horat. 1. Ep. 5. 7.* Iamdudum splendet focus. — **β)** Porro ad focum in aedibus Romanorum appendebantur imagines Larium, et ignis in eorum honorem nutriebatur. *Plaut. Aul. 2. 8. 16.* Nunc tusculum emi et hasce coronas floreas, Haec imponentur in foco nostro Lari, ut fortunatas faciat gnatae nuptias. *Plin. 28. 81. 5.* Focus Larium, quo familia convenit. *Horat. Epod. 2. 43.* Sacrum vetustis extruat lignis focum. — **γ)** Hinc per synecdochen dicitur de privatis domibus. Sic etiam Itali nunc dicunt *città di cinquecento fuochi;* h. e. quae quingenas domos habet. *Id. 1. Ep. 14. 2.* Agellus . . . habitatus quinque focis. *Cic. 3. Nat. D. 40.* Certare pro aris et focis. *Id. Dom. 40.* Uninscuiusque vestrum sedes, aras, focos, Deos penates subiectos esse libidini tribuniciae. *Ter. Eun. 4. 7. 45.* Domi focique hac vicissim ut memineris. *Cic. Rosc. Am. 8.* Nudum eiicit domo atque focis patriis disque penatibus praecipitem Sextum exturbat. — **δ)** Item de ara, seu potius de foculo, qui vel fictilis, vel aeneus, vel argenteus et duabus ansis instructus circumferri solebat sacrificandi causa: hinc saepissime *ara, focusque* simul nominantur a Latinis Scriptoribus. *Verantius* apud *Macrob. 3. Saturn. 2.* Exta porriciunto, Diis danto, aramve, focumve. *Sall. Cat. 52.* Illi mihi disseruisse videntur de poena eorum, qui patriae, parentibus, aris atque focis suis bellum paravere. *Cic. 2. Nat. D. 27.* Vis autem Vestae ad aras et focos pertinet. *Tibull. 1. 9. 74.* Nec prodest sanctis tura dedisse focis. *Ovid. 1. Art. am. 637.* Expedit esse Deos, et, ut expedit, esse putemus. Dentur in antiquos tura, merumque focos. Adde *4. Met. 732.* et *4. Fast. 933.* et *Propert. 4. 5. 64.* etc. V. vocem praeced. §. 3., ac praecipue *Marini, Frat. Arv. p. 311.* et *seqq.* de foculo docte disserentem. — Cf. etiam dicta sub v. ARA in *Nota* I. — **ε)** Item de rogo. *Virg. 11. Aen. 212.* confusa ruebant Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terrae. — **ζ)** Item de vase ferreo, aeneo, aut fictili, in quo cibi coquuntur. *Cato, RR. 75.* Panem in foco caldo sub testu coquito leniter. Et *76.* Unguitoque ubi tracta erunt, focum, ubi coquas; calfacito bene et testum (Adde *10.* et *11.*). *Senec. ep. 78. ad fin.* Quia non circa coenationem eius tumultus coquorum est, ipsos cum obsonils focos transferentium: hoc enim iam luxuria commenta est. Ne quis intepescat cibus, ne quid palato iam calloso parum ferveat, coenam culina prosequitur; *scaldavivande. Petron. Satyr. 55.* clibanum vocat. V. CLIBANUS §. 1. — **η)** Demum de igne, aut flamma: hinc etiam Itali nunc *fuoco* usurpant de eodem. *Propert. 4. 11. 54.* Exhibuit vivos carbasus alba focos. *Id. ibid. 9. 10. de Caco.* Per tria partitos qui dabat ora focos. *Alii leg.* sonos. Cf. IGNIS.

FŎDANS, antis. V. FODIO §. b.

FŎDĬCĀTOR, ōris, m. Verbale a *fodico;* qui fodicat. Tribuitur *Hieronymo*, loco tamen non indicato.

FŎDĬCO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *fodio.* — Particip. *fodicans* §. 2. — Proprie est saepe fodio, sed fere ponitur pro stimulare, pungere. Hinc *fodicare latus*, est, latus manu icere admonendi causa, quod praecipue fiebat a nomenclatoribus, cum salutationis officium alteri in via dictabant. *Horat. 1. Ep. 6. 51.* Mercemur servum, qui dictet nomina, laevum Qui fodicet latus et cogat trans pondera dextram Corrigere. *Alii leg.* fodiat. — Hoc sensu *fodere* absolute usurpavit *Ter. Heaut. 5. 5. 16.* Dic iussisse te. *Phid.* noli fodere: iussi. — **β)** Per translationem pro angere, sive dolore afficere. *Cic. 3. Tusc. 16.* Non est enim in nostra potestate, fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinamur, dissimulatio, vel oblivio. *Plaut. Bacch. 1. 1. 50.* Eadem in usu, atque ubi periculum facias, aculeata sunt, Animum fodicant.

FŎDĬCŬLA, ae, f. Est instrumentum ferreum, quo martyrum et reorum corpora fodiebantur. *Isid. 5. Orig. 27. §. 20.* Unguiae dictae, quod effodiant: hae et fodiculae, quia iis rei in equuleo torquentur, ut fides inveniatur. Ita se legisse in *Cod. Vatic.* testatur *A. Maius* in *Scriptor. vet. nov. Collect. T. 5. p. XXVI. n. XVIII.*; in editionib. legitur *fidiculae.*

FŎDĪNA, ae, f. Nomen a *fodio*, quo significatur locus, ubi metallum foditur; *miniera. Ulp. Dig. 27. 9. 5.* Si lapidicinas, vel aliqua metalla pupillus habuerit, vel si cretae, argenti fodinas, etc. Adde *Varr. 1. RR. 2.* et *Vitruv. 7. 7.* — Sic *auri, ferri fodina*, quae et iunctis vocibus scribi solent. Cf. Composita e *fodio* in voc. seq. §. f.

FŎDĬO, fŏdis, fōdi, fossum, fŏdĕre. Verbum transitiv. intransitivorum tamen more etiam adhibitum, parum certae originis. Quidam conferunt cum Graeco βόθρος; fovea, et βοθρέω vel βοθρεύω, eiusdem significationis. *Isid.* autem *17. Orig. 5. fin.* e *fodere* est foveam

Digitized by Google

facere, quasi *fovere*. » — **b**) Alia forma est *fodo, as*, apud *Fest. p. 84. Müll.* « Fodare, fodere. » Hinc particip. *fodans*, affert ex *Ennio* idem *Fest.* sub v. *Sybina p. 356. ibid.* Illyrici restant, sicis sybinisque fodantes; h. e. transfodientes, vulnerantes. Al. leg. *fodentes*, ut sit a *fodo, is*, et ita legitur in MSS. Codd. apud *Müller*, quem videsis *loc. cit.* — Afferunt in confirmationem huius formae etiam locum *Plaut. Capt. 3. 5. 66.*, ubi *effodant* legunt pro *effodiunt*. Cf. EFFODIO §. d. — **c**) In infinito aliquando est quartae coniugationis. *Cato, RR. 2.* Per ferias potuisse hortum fodiri. *Colum. 11. 2. ante med.* Seminaria commode fodiri possunt. *Plaut. Mil. 2. 4. 21.* Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri. *Ulp. Dig. 45. 1. 76. ad fin.* Possam fodiri, domum aedificari. — **d**) Particip. *fodiens* §. 1., *fodiendus* §. 3., *fossus*, v. suo loco, *fossurus* §. 3. — **e**) Derivata, *fodicator, fodico, foditula, fodina, fossa, fossarius, fossatum, fossitius, fossilis, fossio, fosso, fossor, fossula, fossura*. Cf. FOVEA. — **f**) Composita, *aerifodina, arenifodina, argentifodina, aurifodina, cretifodina, confodio, confossio, defodio, ferrifodina, imperfossus, infodio, interfodio, perfodio, praefodio, refodio, salifodina, suffodio, transfodio*.

FODIO proprie est foveam facio, cavo, excavo, sollicito (*scil.* terram); *cavare, scavare, fare uno scavo, lavorare scavando:* et adhibetur absolute, intransitivorum more. *Cic. 2. Divin. 65.* Respondit coniector, thesaurum defossum esse sub lecto. Fodit, invenit auri aliquantum. *Ter. Heaut. 1. 1. 16.* Numquam . . . Domum revertor, quin te in fundo conspicer Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique; *sappare*. *Cic. 2. Orat. 41.* Ut si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commostrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum, quibus cognitis ille sibi ipse foderet, et id, quod vellet, parvulo labore inveniret. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 50.* Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum. *Vulg. Interpr. Matth. 25. 18.* Abiens fodit in terram et abscondit pecuniam. *Id. Luc. 13. 8.* Usque dum fodiam circa illam (*vineam*) et mittam stercora. *Id. ibid. 16. 3.* Fodere non valeo, mendicare erubesco. *Id. Deut. 125. 13.* Fodere per circuitum. — **2**) Translate est pungere, ferire. *Cic. 2. Tusc. 14.* Pungit dolor: vel fodiat sane: si nudus es, da iugulum: sin tectus, resiste. — Huc spectat et locus *Ter.* allatus in VODICO §. 1. — **B**) Transitivorum more,

II. *Fodio* est aliquid fodiendo sive excavando cruo, facio, operor, extraho, effodio; *scavare, trar fuori di sotto, forare, disseppellire*. *Plin. 28. 2. 4.* Fodere fundamenta. *Plaut. Rud. 2. 4. 19.* puteum ferramentis. *Virg. 1. G. 183.* Aut oculis capti fodere cubilia talpae. *Caes. 7. B. G. 73.* Scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. *Plaut. Poen. 5. 2. 59.* Fodere hortum. *Liv. 28. 3.* Ager frugifer, argentum etiam incolae fodiunt. *Plin. 36. 59. 1.* Fodere e terra gypsum. *Ovid. 11. Met. 33.* Fodere arva. Et *535.* murum. *Quintil. 9. 4. 5.* vites. *Plin. 21. 19. 2.* Irin Pisidicam fossuri tribus ante mensibus hoc veluti placamento terrae blandirentur. *Hirt. 5. B. Alex. 9.* Dat centurionibus negotium, ut, reliquis operibus intermissis, ad fodiendos puteos animum conferant. — Poetice. *Sil. 14. 589.* Fodere aequora remis. Sic *Ovid. 5. Fast. 456.* Fodere aquas ungula. *Rutil. 1. 266.* Musarum latices ungula fodit equi. — **4**) Translate. *Vulg. Interpr. Prov. 16. 27.* Vir impius fodit malum. *Id. ibid. 26. 27.* Qui fodit foveam, incidit in eam. *Proverbium.* Adde *Ierem. 18. 20.* et *22.* et *Ps. 93. 13.* — *Id. Ezech. 8. 8.* Fili hominis, fode parietem, etc. — **5**) Item turpi sensu mulieres et pueros vitiare. *Martial. 7. 102.* Quo fodiatur ager non habet, uxor habet. *Auct. Priap. 85.* Quicum te male foderint iacentem Pulcre pensilibus peculiati, etc. — **6**) Praeterea

III. *Fodio* significat etiam pungere, stimulare, transfodere; *punsecchiare, pungere, trafiggere*. *Plaut. Men. 5. 5. 48.* At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies. *Virg. 6. Aen. 882.* Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. *Martial. Spectac. 7.* Vel domini iugulum foderat ense nocens. *Ovid. Ib. 627.* Sic tua coniectis fodiantur pectora telis. *Tacit. 4. Hist. 29.* Hostem pugionibus fodere. Adde *Plaut. Aul. 3. 2. 4., Ovid. 7. Met. 7. 515., Tacit. 1. Ann. 79.* et *2. ibid. 21.* et *Agric. 36.* — **7**) Translate. *Sil. 5. 139.* fodiant magnas quae pectus in iras; h. e. ad iracundiam excitent stimulentque. Et *7. 511.* Patrum Saturnia mentes Invidiae stimulo fodit. *Cic. 2. Phil. 34.* Num exspectas dum te stimulis fodiam? Haec te, si ullam partem habes sensus, lacerat, haec cruentat oratio. *Plaut. Bacch. 5. 2. 59.* Cor stimulo foditur.

Nota I. Constructio verbi modo est absoluta, addito aliquando accusat. cum praepos. *in, circa* vel harum simili alia, aut dativo communi: modo cum accusat. rei vel personae, addito aliquando ablativo modi vel instrumenti. — **Nota II.** Discrimen inter *fodio* et *effodio* v. sub EFFODIO in *Nota* II.

FŎDO, as, } v. voc. praeced. §. b.
FŎDO, is, }

FOECUNDĔ et derivata. V. FECUNDE, etc.

FOEDĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *foedo;* actus foedandi. Tribuitur *Symmacho*, loco tamen non indicato.

FOEDĀTOR, ōris, m. Verbale a *foedo;* qui foedat. Tribuitur *Gellio*, loco tamen non indicato.

FOEDĀTUS, a, um. Particip. verbi *foedo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est pollutus; *imbrattato*. *Ovid. 1. Trist. 3. 35.* crines foedati pulvere turpi. *Id. 14. Met. 190.* Brachia tabo foedata. — **B**) Translate est contaminatus, violatus, corruptus; *contaminato, violato, guasto*. *Cic. Har. resp. 15.* Sanctissima sacella suffossa, incensa, inaedificata, oppressa, summa denique turpitudine foedata. *Virg. 7. Aen. 575.* foedatique ora Galesi; h. e. cruentati et caesi. *Tacit. 3. Hist. 77.* Iulianus verberibus foedatus, in ore eius iugulatur. *Enn.* apud *Serv.* ad *3. Aen. 211.* Perro foedati iacent. *Val. Flacc. 2. 275.* sine, foedatum te funere pontus Expiet. *Tacit. 4. Ann. 19.* Foedata per avaritiam victoria. *Liv. 3. 32.* Multiplici clade foedatus annus.

FOEDĔ. Adverb. a *foedus*. — Comparat. *foedius*, et superlat. *foedissime*, infra. — Est turpiter, inhoneste, deformiter, flagitiose, horride; *orribilmente, bruttamente, turpemente, vergognosamente*. *Liv. 3. 51.* Nova fama de Virginia adeo foede ad libidinem petita motum accenderat. *Plaut. Trin. 4. 1. 14.* Absque te foret, distraxissent satellites tui me miserum foede. *Id. Pers. 2. 2. 48.* Foede servire. *Liv. 23. 8.* Tam foede interempti. *Sall. Iug. 35.* Quam foede, quamque inulti perierint vestri defensores. *Tacit. 1. Hist. 41.* Ceteri crura brachiaque foede laniavere. *Virg. 10. Aen. 497.* una sub nocte iugali Caesa manus iuvenum foede. *Flor. 1. 18.* Legationem foede, per obscenam turpemque dicti contumeliam, violare. *Liv. 6. 1.* Ad Alliam cum exitio urbis foede pugnatum est. Et *2. 51.* Foedius inde pulsi, quam etc. *Cic. 9. Att. 7. circa med.* Causam foedissime agere. *Lucret. 4. 178.* Tempestas perquam subito ût turbida foede. Adde *Enn.* apud *Cic. 1. Tusc. 44.* et *Lucret. 1. 86.*

* FOEDĔRĀTĬCUS, a, um. Adiect. verbale a *foederatus;* ad foedera, vel foederatos pertinens, ut Foederaticae discussiones et expensae, apud *Imp. Iustinian.* in *novell. constitut. 147. 2.* et *148. 2.*, quarum tamen authographum Graece exaratum fuit, Latina vero interpretatio ad sequiora pertinet tempora, ideoque nullius sunt auctoritatis.

FOEDĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *foedero;* actus foederandi, foedus; *federazione, alleanza*. Tribuitur *Digestis*, loco tamen non indicato. — **B**) Item societas, coniunctio. Tribuitur *Hieronymo*, loco tamen non indicato. — **C**) Translate. *Cassiod. 2. Var. 39.* Merito dicunt Philosophi, Elementa sibi mutuis complexionibus illigari et mirabili coniungi foederatione, quae inter se contraria intelliguntur varietate pugnare.

FOEDĔRĀTOR, ōris, m. Verbale a *foedero;* qui foederat. Tribuitur *Cod. Iustinian.*, loco tamen non indicato.

FOEDĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *foedero*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui foedere icto cum alio in societatem coivit; *confederato, collegato, alleato*. *Cic. 1. Orat. 40.* Siquis apud nos servisset ex populo foederato. *Id. Arch. 4.* Siqui foederatis civitatibus adscripti essent. *Id. 6. Verr. 11.* Mamertinorum foederatum atque pacatum solum. *Id. Balb. 8.* Ut omnium beneficiorum nostrorum expertes faciat foederatos. Et *ibid.* Ut quibusdam populis sive foederatis, sive liberis permittendum esse videatur. Adde *Iul. Val. 1. Gest. Alex. M. 16.* — **B**) Foederatae civitates, vel foederata oppida erant, quae cum populo Rom. amicitiam aliquo foedere contraxerant, sed suis legibus et magistratibus vivebant. Nam nullum aliud ius habebant, quam societatis et foederis. Harum aliquae erant omnino liberae, aliquae vectigales, aliquae stipendiariae. Deinde aliquae erant foederatae foedere seu iure Latii, ut Praeneste et Tibur; aliquae foedere Italico, ut Heraclea, Neapolis, Velia; aliquae foedere provinciae Galliae, ut Ravenna. Quaelibet urbs foederata suam rempubl. habebat ab aliis distinctam. Sed urbes foederatae provinciae Galliae minore erant libertate et dignitate, quam Latii, et Italiae. Nam praeter suos magistratus communem praetorem Romanum, vel proconsulem habebant, qui imperium et iurisdictionem exerceret. V. *Spanhem. Orbis Rom. exercit. 2. n. 10.* et *Eckhel, D. N. V. T. 4. p. 271.* et *seqq.* Huc spectat *SCtum de Bacchanal. lin. 3.* De Bacanalibus quei foideratei (*sic*) esent, ita exdeicendum censuere; h. e. censuit senatus, ut iis, qui foederati sunt, de Bacchanalibus ita edicatur. — **C**) Absolute, substantivorum more,

FOEDERATI, ōrum, m. Dicti sunt barbari, qui Romanis merebant, unde a *militibus*, qui proprie Romani sunt, distinguuntur apud *Valentinian. Nov. 9. 1.* Magister militum Sigisvuldus tam militum atque foederatorum tuitionem urbibus ac litoribus non desinat ordinare. *Iornand. Geth. 21.* Qui foedere inito (*Gothi*) cum imperatore (*Constantino M.*) XL. millia suorum illi in solatia contra gentes varias obtulere: quorum et numerus et militia usque ad praesens in republica nominantur, id est, Foederati. *Sidon. 1. ep. 8.* Student . . . litteris foederati. Adde *3. ibid. 13.* — Hinc *comes foederatorum* dictus, qui illis praerat, teste *Anastasio, Hist. Eccl.* aliisque apud *Ducange* in *Gloss. med. et inf. Latin.* sub v. COMES.

Digitized by Google

FOEDĔRĪFRĂGUS. V. FOEDIFRAGUS.

FOEDĔRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *foedus*. — Particip. *foederatus*, V. suo loco, et infra. — Proprie est foedus facio; hoc translate societatem ineo, concilio. *Ammian.* 31. 4. Cum foederetur concordia. Et 25. 7. Foederata pace. *Hieronym.* ep. 5. n. 1. Nascentes amicitias foederemus reciprocis epistolis; h. e. firmemus. *Flor.* in *fragm. Virgil. orat. an poeta.* Et manu alterutrum tenentes avidissime nascentem amicitiam foederabamus. — *Novatian. de Trinit.* 13. Quis igitur dubitet . . . praesertim cum animadvertat, Scripturam Evangelicam utramque istam substantiam in unam nativitatis Christi foederasse concordiam? *Vulg. Interpr. Ierem.* 15. 12. Numquid foederabitur ferrum ferro ab aquilone et aes.

FOEDĔSUM. V. FOEDUS.

FOEDĪFRĂGUS, a, um. Adiect. a *foedus* et *frango;* qui foedera frangit: *chi rompe i patti*. *Cic. 1. Offic.* 12. Poeni foedifragi, crudelis Annibal. *Laev.* apud *Gell. 19. 7.* Item notavimus . . . quod hostes, qui foedera frangerent, *foedifragos*, non *foederifragos* dixit. — Exinde colligi potest saltem tempore Gellii, *foedifragum* obsoletam vocem fuisse, rectiusque vulgo usurpatam aliam *foederifragum*.

FOEDĪTAS, ātis, f. Abstractum a *foedus;* turpitudo, deformitas; *bruttezza, deformità, schifezza, sozzura*. *Cic.* 2. *Nat. D.* 59. *extr.* Multae belluae insectantes odoris intolerabili foeditate depelluntur. *Plin.* 36. 4. 2. Hipponacti notabilis foeditas vultus erat. *Id.* 35. 35. 1. Foeditas, qua Sulla obiit. *Cic. 12. Phil.* 6. Cuius scelere in hac vestitus foeditate fuerimus; h. e. in sagis. Deforme enim erat (nisi belli legitimi causa intercederet) in Urbe sagis uti. *Liv. 1. 28. de Mettio quadrigis discerpto.* Avertere omnes a tanta foeditate spectaculi animos. *Liv. 21. 58.* Transeuntem Apenninum adeo atrox tempestas adorta est, ut Alpium foeditatem prope superaverit; *l'orridezza*. Al. leg. *foritatem*. — 2) Translate. *Cic. 5. Offic.* 29. *a med.* Si turpitudo in deformitate corporis habet aliquid offensionis, quanta illa depravatio et foeditas turpificati animi debet videri? *Quintil. 1. 5. 4.* Foeditas barbarismi ac solecismi. *Cic. 3. Fin.* 11. Nisi eos per se foeditate sua turpitudo ipsa deterreat. Adde *Quintil. 12. 10. 76.*

FOEDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *foedus, a, um.* — Particip. *foedans* §. 1., *foedatus*, V. suo loco, *foedaturus* §. 2. — Proprie est polluo, inquino, corrumpo; *bruttare, lordare, disformare, guastare*. *Ovid. 8. Met.* 528. et *Virg. 12. Aen.* 99. Pulvere canitiem genitor, vultusque seniles Foedat humi fusus. *Virg. 3. ibid.* 227. Harpyiae contactu omnia foedant immundo. Et 2. *ibid.* 502. Aras sanguine foedare. *Virg. 11. Aen.* 86. Pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora. *Id. 2. ibid.* 241. obscenas ferro foedare volucres; h. e. ferire. *Plaut. Amph. 1. 1. 91.* Foedant et proterunt hostium copias. *Liv. 5. 26.* Foedare agros; *dar il guasto*. Adde *Ovid. 5. Met.* 725., *6. ibid.* 258. et *14. ibid.* 190. — 2) Dicitur et de rebus. *Plin. 36. 35. 1.* Nulla tectoria eorum rimae foedavere. *Claudian. VI. cons. Honor.* 538. aër assiduo noctem foedaverat imbre. *Sallust. fragm.* apud *Serv.* ad 2. *Aen.* 286. Nubes foedavere lumen. *Iustin. 29. 3.* Videre se ait procellam magno cruoris imbre omnia foedaturam. — 3) Translate. *Cato* apud *Plin. 29. 7. 1.* Nos quoque dictitant barbaros et spurcius nos, quam illos opicos, appellatione foedant; *disonorano, infamano*. *Plaut. Trin. 3. 2. 80.* Ut rem patriam et gloriam maiorum foedarim meûm. *Tacit. 2. Ann.* 55. Vestis serica viros foedat. *Id. Germ.* 46. Peucini proceram connubiis mixtis, nonnihil in Sarmatarum habitum foedantur. *Id. 11. Ann.* 6. Sordidis ministeriis foedare eloquentiam. *Cic. Pis.* 25. Romam ipsam foedavit adventus tuus. *Id. Har. resp.* 25. Domestici belli exstinctorem nefario scelere foedavit; h. e. violavit, laesit. *Tacit. 4. Hist.* 58. Si vobis non fuit cordi, haec castra incorrupta et intemerata servari; at certe pollui foedarique a Classico ne simatis. Et 57. Egregia erga populum R. merita mox rebelles, foedarunt. — *Cic.* vertens *Aeschyli* versus 2. *Tusc.* 10. Qui me perenni vivum foedat miseria. *Cornific.* apud *Macrob. 6. Sat.* 3. Centauros foedare bimembres. V. *Interpr.* ad h. l. Sunt, qui adnotant *foedare* hoc loco dictum esse, ut Περύρισεθαι in difficillimo loco *Pindar. Nem. 1. 68.*

FOEDUS, a, um. Adiect. parum certae originis atque etiam scriptionis. Nam *Isid. 1. Orig.* 27. 8. « *Fedus*, quod est deformis, inquit, per e solam scribendum; *foedus*, quod est pactum, cum oe diphthongo scribendum. » — Qui autem eiusdem originis statuunt cum *foetor*, per oe scribunt; quae scribendi ratio alteri vulgo praelata est. V. FOETOR. — b) Comparat. *foedior* §. 2. et 3., superlat. *foedissimus* §. 1. et seqq. — c) Derivata, *foedatio, foedator, foeda, foeditas, foedo*. — d) Composita, *confoedo, effoedo*.

FOEDUS proprie est turpis, maculosus, deformis, foetidus, teter, corruptus; *brutto, lordo, vergognoso, schifoso, deforme*. *Quintil. 6. 3. ante med.* Cum ipse foedissimus esset, eum, contra quem ederat, ne faciem quidem liberi hominis habere dixit (Adde *Ter. Eun. 4. 4. 15.* et *seqq.*). *Sall. Cat.* 55. Loca tetra, inculta, foeda, formidolosa. *Horat. 3. Od. 6. 4.* Foeda nigro simulacra fumo. *Id. 1. Sat. 3. 60.* at illi foeda cicatrix Setosam laevi frontem turpaverat oris. *Id. 2. ibid. 3. 128.* caput impexa foedum porrigine. *Id. Art. P.* 292. homines victu foedo deterruit Orpheus. *Plin. 29. 17. 1.* Cimices foedissimum animal. *Id. 20. 65. 1.* Herba odoris foedi. *Lucret. 2. 401.* Foedus sapor. *Cic. Pis. 14.* Immanissimum ac foedissimum monstrum. *Liv. 25. 7.* et *Virg. 1. G.* 323. Tempestates foedae. *Liv. 24. 47. sub fin.* Foedum incendium. — Cum dativo. *Id. 3. 52.* Pestilentia foeda homini, foeda pecori. — Absolute *foedum*, res foeda. *Ovid. 9. Met.* 166. letiferam conatur scindere vestem: Quae trahitur, trahit illa cutem: foedumque relatu, Aut haeret membris frustra tentata revelli; Aut laceros artus et grandia detegit ossa; *che fa raccapricciare e inorridire*. — 3) Translate est inhonestus, turpis, pudendus, infamiam afferens. *Cic. 15. Att. 10.* Ludos vero non facere, quid foedius? *Id. Har. resp.* 24. Foedior atque inquinatior in Pompeio accusando. *Id. 8. Att. 11. a med.* Nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil foedius. *Id. 1. Offic.* 34. Luxuria cum omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est. *Sall. Cat. 19.* Foedum hominem a republica procul esse volebat. *Val. Flacc. 6. 723.* fuga foeda ducum. *Horat. 3. Od. 3. 14.* Foedae conditiones. *Id. 2. Ep. 1. 256.* scriptores carmine foedo Splendida facta linunt. *Plin. 18. 66. 3.* Foeda exprobratio; *vergognoso rimprovero*. *Ovid. 3. Art. am.* 247. Foedus pudor; *vergognoso rossore*. — 3) Aliquando ponitur pro crudeli simul et turpi. *Virg. 7. Aen. 619.* aversusque refugit Foeda ministeria; h. e. recludendi templum Iani et belli indicendi. *Cic. 7. Att. 26.* Ego bellum foedissimum futurum puto. *Ter. Eun. 3. 3. 1.* Facinus foedum. *Liv. 3 69.* Spoliati vulneratique in agris, foediora iis, quae oculis subiiciebantur, nunciabant. Et 25. 7. Aestu anima intercluso, foedum in modum exspirare. *Ovid. 12. Met.* 566. Foedum vulnus; h. e. ingens et horrendum. Et *1. ibid.* 165. Foeda convivia; h. e. in quibus humana caro infertur. *Flor. 3. 3. circa med.* Classem tempestas foeda strage laceravit.

FOEDUS, ĕris, n. Nomen parum certae originis. *Varr. 5. LL. 15. fin.* testatur *Ennium* pro *foedus* scripsisse *fidus;* atque hinc fortasse *foedus* a *fido* vel a *fio* derivavit *Isid. 8. Orig. 2. 4.* V. loc. et Cf. FIDES §. 2. — b) In gen. plur. *foedesum* pro *foederum* ἀρχαϊκῶς scriptum ab Antiquis fuisse docet *Varr. 7. LL. 5.* §. 27. — c) Item in antiquis monumentis scribitur *foidus*, atque hinc *foideratus*, pro *foedus* et *foederatus*, illud in *Tab. Heracl.* apud *Mazochi*, p. 410., hoc in *SCto de Bacchanal.* V. loc. in FOEDERATUS §. 2. — d) Derivata, *foederaticus, foederatio, foederator, foedero*. — e) Composita, *confoederatio, confoedero, confoedusius, foedifragus, infoederatus, perfoederatus*.

FOEDUS proprie est pactio, fides, amicitia regum et populorum lege et religione sancita; *confederazione, lega, alleanza*. *Cic. Senect.* 6 Cum sententia senatus inclinaret ad pacem et foedus faciendum cum Pyrrho. *Iustin. 12. 3.* Foedus amicitiamque facere. *Sall. Iug.* 80. Foedus et amicitiam petere. *Id. ibid.* 104. Amicitiam et foedus petere. Et *mox.* Foedus et amicitiam dare (Cf. *Dietsch.* ad *Sund. ibid.* 38. et 80.). *Cic. 2. Phil.* 35. Societatem foedere confirmare. *Id. 1. Agr. 4.* Agri, de quibus foedere cautum est. *Id. 3. Arch. 4.* Heraclea, quae est civitas amplissimo iure ac foedere. *Id. Offic.* 51. Foedere devincire fidem cum hoste. *Liv. 26. 24.* Foedere iungi alicui. *Iustin. 24. 1.* Alligari in foedera societatis. *Virg. 11. Aen.* 330. firmare. *Id. 12. ibid.* 822. iungere. *Id. 10. ibid.* 902. pangere cum aliquo. Et *ibid.* 15. componere. *Tibull. 1. 10. 1.* foedera alicui dare; h. e. foedere alicui fidem dare. *Cic. ad Quirit.* 5. sanguine sancire. *Virg. 41. Aen.* 292. coire in foedera. Et 4. *ibid.* 554. venire in foedera. *Caes. 6. B. G. 2.* Aliquem sibi societate et foedere adiungere. *Liv. 20. 19.* Stare foedere. *Sall. Iug. 17.* Foedera nova accipere. *Ovid 1. Art. am.* 641. servare. *Iustin. 43. 5.* summa fide custodire. *Virg. 10. Aen. 91.* solvere. Et *12. ibid.* 655. turbare. *Vellei. 2. 90.* rescindere. *Cic. Balb. 5. extr.* negligere, violare, rumpere. *Id. Pis. 13.* frangere. *Id. Balb. 4.* Facere contra foedus. *Cato* apud *Gell. 10. 1. extr.* De foedere decedere. *Plin. 34. 11. 1.* Praestare aliquid ex foedere. *Liv. 20. 10.* Res repetere ex foedere. Et *18.* Licet per foedus hoc facere. — 2) *Icere, percutere, ferire foedus* apud *Cic. Balb. 15.* et *Dom. 50.* et *Iustin. 42. 3.* est facere, quia caesa victima mos fuit foedus iungere: cuius rei rationem, ac ritum habes apud *Liv. 1. 24.* et *9. 5.* et *Virg. 12. Aen. 161.* et *seqq.* — Item *foedus facere* apud *Sall. Iug. 58., 59.* et *112.* — 3) Porro

II. *Foedus* duplicis fuit apud Romanos generis; primum *foedus aequum* appellatum inter eos populos vel reges, qui nunquam hostes fuerant, aut bello pares exstiterant, in quo utrinque aequo iure societas et amicitia iungebatur, quale fuit cum Carthaginiensibus ante primum bellum Punicum; alterum vero *foedus iniquum*, inter victores et victos, in quo his leges ab illis imponebantur, quale saepissime cum Graecis civitatibus et regulis, quin etiam et cum regibus maiorum gentium inierunt Romani. *Liv. 23. 5.* Adiicite ad haec, quod foedus aequum deditis. *Id. 7. 30.* Ut qui ex aequo nos venisse in amicitiam meminissemus. *Id. 35. 46.* Nullam enim civitatem se in Graecia nosse, quae aut praefectum habeat, aut stipendium Romanis pendeat, aut foedere iniquo alligata, quas nolit, leges patiatur. V. *Spanhem. Orbis Rom. exercit. 2. c. 10.* V. FOEDERATUS §. 2. — 4) Alia foederum ge-

Digitized by Google

nera, *pactio*, *sponsio* et *foedus* proprie dictum: de quibus V. in PACTIO. Sed haec communi *foederis* significatione non raro denotantur: nam sponsionem Caudinam *Cic. 2. Invent. 30.*, *Gell. 17. 21.* a med. et *Florus 2. 18.* vocant *foedus;* item Numantinam *Cic. 3. Offic. 30.* — δ) Praeterea

III. *Foedus*, extra rem publicam, dicitur de privatis cuiuscumque rei pactionibus; *patto, accordo*. *Cic. 2. Fin. 26.* Foedus quoddam inter se facere sapientes, ut quemadmodum sint in se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos. *Id. Coel. 14.* Foedera amorum. *Iustin. 7. 3.* Pignus ac foedus hospitii. *Ovid. 3. Trist. 6. 1.* amicitiae. *Id. 7. Met. 405.* thalami; *h. e.* coniugium, quod *Stat.* foedera vitae *2. Theb. 112.* appellat: et foedera, absolute, *ibid. 166.* Rursus *Ovid. 4. Pont. 13. 43.* communia foedera studii. — *Vulg. Interpr. Isai. 28. 15.* Percussimus foedus cum morte et cum inferno fecimus pactum. — ε) Item de lege et ordine certo rerum. *Virg. 1. G. 60.* Continuo has leges, aeternaque foedera certis Imposuit natura locis. *Id. 1. Aen. 66.* regemque dedit *(ventis)* qui foedere certo Et premere et laxas sciret dare iussus habenas. *Colum. 10. 220.* secretaque foedera caeli. — ζ) Item de coitu. *Capell. 6. p. 188.* Hinc de patre ferunt sine matris foedere natam *(Minervam)*.

Nota. *Foedus* pro foeditate. *Ulp. Dig. 23. 2. 47.* Nec enim bonos ei servatur, quae se in tantum foedus deduxit. Ita *Torrentin.* Al. *sexus.*

FOEDUS, i, m. V. HORDUS.

FOELIX. V. FELIX.

FOEMEN. V. FEMUR.

FOEMĪNĂ. V. FEMINA.

FOENARIUS et FOENUM cum derivatis. } V. FENARIUS, etc.

FOENUS, ŏris, etc. V. FENUS.

FOETĔO et Feteo, es, ēre. Verbum intransitiv. parum certae originis. Sunt qui statuunt eiusdem notationis cum *foedus, a, um*, quod V. §. a. — b) Particip. *foetens* §. 1. — c) Derivata, *foeterosus, foetesco, foetiditas, foetido, foetidus, foetor, foetulenter, foetulentia, foetulentus, foetulina*. — d) Compositum, *confoeteo*.

FOETEO proprie est male oleo; *puzzare, putire*. *Martial. 3. 4.* Foetere multo Myrtale solet vino. *Plaut. Asin. 5. 2. 44.* An foetet anima uxori tuae? *Colum. 9. 14.* Abstineat a foetentibus acrimoniis allii, vel caeparum. Adde *Paulin. Nol. 18. 348.* — β) Translate. *Plaut. Casin. 3. 6. 7.* Fi! fi! foetet Tuus mihi sermo. *Salvian. 7. Gub. D. 23.* Omnes civitates lupanaribus foetent. *Vulg. Interpr. Exod. 5. 21.* Foetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et servis eius; *h. e.* odiosos nos illis effecistis.

FOETĔRŌSUS, a, um. Adiect. a *foeteo*, vel *foetor;* foetulentus, valde foetidus. — Translate. *Zenon, 1. Tract. 15. 6.* Qui foeterosis praudiis cadaveribus sacrificant mortuorum.

FOETESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *foeteo;* foetere incipio. *Isid. 20. Orig. 5.* Aqua vetusta foetescit.

FOETĬDĬTAS, ātis, f. Abstractum a *foetidus*, idem ac foetor. *Sanct. ep. 110. a med.* At mehercule ista sollicite scrutata, varieque coudita, cum ventrem subierint, una atque eadem foetiditas occupavit. Meliores tamen libri habent *foeditas*.

* FOETĬDO, as, āre. Verbum transitiv. a *foetidus;* foetidum reddo. *Plaut. Mere. 5. 3. 13.* Ieiunitatis plenus animam foetidas. Ita legit *Non. 4. 2., ubi potius legendum videtur:* Ieiunitatis plenus, anima foetida. *Alii vero minus recte:* Iam plenus aetatis, animaque foetida.

FOETĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *foeteo*. — Comparat. *foetidior* §. 1., superlat. *foetidissimus* §. 1. et 2. — Proprie est male olens; *fetido, puzzolente*. *Cic. Pis. 6.* Et cum isto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalasset. *Cels. 5. 2.* Foetidiores deiectiones. *Cassiod. 7. Hist. Eccl. 11.* Foetidissimus fons. Adde *Capell. 5. §. 224.* et *Augustin. de Morib. Manich. 16.* — β) Translate. *Prudent. 2. περὶ στεφ. 245.* Foetida libido. *Faustin. libell. Prec. de Ario.* De spiritu diaboli foetidissimis membris digna haec sepultura.

FOETĬFER. V. FETIFER.

FOETOR, ōris, m. Verbale a *foeteo;* malus odor; *puzzore*. *Colum. 12. 18.* Ne quem redoleat foetorem acoremque. *Plin. 8. 27. 7.* Foetores oris emendare. *Cic. Pis. 10.* Iacebat in suorum Graecorum foetore atque vino. *Paulin. Nol. Carm. 18. 348.* Nec foetor foetet amanti. — β) Translate. *August.* apud *Suet. Aug. 86.* Reconditorum verborum foetores. *Cassiod. 5. Hist. Eccl. 47.* Foetorem haereticae pestis evomuit.

FOETŬLENTER. Adverb. a *foetulentus;* cum foetore, ut Foetulenter mingere, *Veget. 3. Veterin. 4.*

FOETŬLENTĬĂ, ae, f. Abstractum a *foetulentus;* foetor. Legitur in *Gloss. Isid.* Lustramentum, foetor, putor, oletum, foetulentia.

FOETŬLENTUS, a, um. Adiect. a *foetor*, syllabica adiectione productum; valde foetidus, vel foetidum olens. *Arnob. 7. p. 225.* Foetulenta viscera. *Apul. Apol.* Nihil immundum pati ac foetulentum.

FOETUS, a, um. } V. FETUS, etc.
FOETUS, us, etc. }

FOETŪTĪNĂ, ae, f. Verbale a *foeteo;* locus foetens, vel foetore oppletus; *sentina*. *Non. 1. 320.* Moletrina a molendo, quod pistrinum dicimus, ut feratrina, ut foetutina. — β) Translate. *Apul. Apol.* Lingua mendaciorum praeministra semper in foetutinis et olenticetis suis inceat. *Prob. Valer.* apud *Gell. 13. 20. init.* Si aut versum pangis, aut orationem solutam struis, non finitiones illas praerancidas, neque foetutinas grammaticas spectaveris; sed aurem tuam interroga; *h. e.* ineptas Grammaticorum leges. Adde *Claud. Mamert. 2. de stat. an. 9.* V. OLENTICETUM.

FOIDERATUS et FOIDUS. V. FOEDUS §. c.

FŌLĔUM. V. FOLIUM §. b.

FŌLĬĂ, ae, f. V. FOLIUM §. c.

FŌLĬĀCĔUS, a, um. Adiect. a *foleum;* ex foliis factus, vel foliis similis. *Plin. 19. 36. 1.* Semina plurimis oblonga . . . paucis foliacea, et lata, ut atriplici. Adde *ibid. 15. 3.*

* FŌLĬĀTĬLIS, le. Adiect. a *folium;* foliis similis; *di foglia*. *Venant. 4. Vit. S. Mart. 535.* Vento motus iners simulans folistilis umbrae.

FŌLĬĀTŪRĂ, ae, f. Nomen a *foliatus*, verbalium more effictum; ratio, et modus foliorum. *Vitruv. 2. 9.* a med. Arboris eius sunt similes cupressene foliaturae.

FŌLĬĀTUS, a, um. Adiect. a *folium*, participiorum more effictum; foliis instructus, folia habens; *fogliuto, fronzuto*. *Plin. 21. 89. 1.* Caule foliato est et crepis, et lotos. Adde *ibid. 34. 1.* et *Pallad. 4. 10. de citreo, sub fin.* — β) Item curvatus; *accartocciato*. Legitur in *Gloss. Lat. p. 146. n. 200.* Foliatum, incurvatum. Cf. *Hildebr.* ad h. l., ubi alia plura exempla ex *Gloss.* apud *Mai* excitat. — γ) Absolute, substantivorum more,

FOLIATUM, i, n. *(subaudi* unguentum). Est unguenti genus, constans omphacio, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo, ut *Plin. 13. 2. 8.* docet. Dicitur autem *foliatum* a folio nardi: unde et *nardinum* appellatur. V. FOLIUM §. 7. *Iuvenal. 6. 464.* Moechis foliata parantur. *Martial. 11. 27.* At mea me libram foliati poscat amica. *Id. 14. 110.* Hac licet in gemma, quae servat nomina Cosmi, Luxuriose, bibas, si foliata sitis; *h. e.* si foliato in potionibus tuis uti volueris: nam, teste *Plin. 13. 3. 1.*, etiam in potus unguenta adderi, aliquando mos fuit.

FŌLĬŎLUM, i, n. Deminut. a *folium;* parvum folium; *fogliuta*. *Apul. Herb. 60.* Ambitum foliolis stellae similibus.

FŌLĬŌSUS, a, um. Adiect. a *folium*. — Comparat. *foliosior*, infra. — Est foliis abundans; *fogliose, fogliuto*. *Plin. 25. 102. 2.* Aizoum fruticosum a radice, et foliosum usque ad cacumen. *Id. 12. 23. 1.* Arbor foliosior, roseique floris. Adde *25. 109. 1.* et *27. 50. 1.*

FŌLĬUM, ii, n. Nomen, cuius origo petitur a Graeca voce φύλλον, quia duobus λλ concurrentibus Latini interdum posterius in i mutant, ut ἄλλος, alius. Cf. *Isid. 17. Orig. 6. 20.* V. loc. infra §. 5. — b) In pluribus inscriptionibus, quas infra citabo §. 7. etiam *foleum* pro *folium* scribitur; neque audiendi sunt *Osann.* et *Orelli* ad *Inscr. n. 5057.*, qui *foleum* pro *oleum* scriptum opinati sunt. — c) Alia forma est *folia, ae*, f. apud *Isid. 17. Orig. 9. 105.*, quae Gothismum sapit, ut adnotat *Arevalt.* ad *h. l.* — d) Derivata, *foliaceus, foliatilis, foliatura, foliatus, foliolum, foliosus*. — e) Composita, *acrifolium, aquifolia, aquifolium, casrefolium, centifolius, defolio, exfolio, latifolium, manifolium, melofolia, millefolia, nardifolium, quinquefolium, quinquefolius, septifolium, trifolinus, trifolium*.

FOLIUM proprie est germen arborum, herbarum et florum; *foglia; (petalo*, si de floribus sit sermo, dicunt rei herbariae cultores). *Cic. 3. Orat. 46.* Quid in arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suum retinendam conservandamque naturam. *Id. Pis. 40.* Arida folia laureae. *Virg. 4. G. 478.* Quam multa in foliis avium se millia condunt. *Plin. 16. 58. 1.* Latissima folia fico, angusta myrto, capillata pino, aculeata aquifolio, carnosa cupresso, circinata piro, mucronata malo, angulosa hederae, insecta pectinum modo piceae, sinuosa robori: disposita myrto, concava buxo, inordinata pomis, ramulosa ulmo. *Id. 19. 26. 3.* Raphani folia angulis horrida. *Id. 25. 102. 1.* pinguia, alia in terram conversa, alia stantia. *Id. 21. 53. 1.* fimbriata. *Id. 26. 29. 1.* multis incisuris. *Id. 16. 53. 1.* Populo nigrae folia in iuventa circinatae rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt. *Id. 18. 10. 7.* faseolis venosa. *Caes. 3. B. C. 58.* Ut foliis ex arboribus strictis equos alerent. *Ovid. 13. Met. 789.* Candidior nivei folio, Galatea, ligustri. *Virg. 4. G. 274. de amello.* Aureus ipse; sed in foliis, quae plurima circum Funduntur, violae sublucet purpura nigrae. *Plin. 21. 65. 1.* Iasione unum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur. — *Samonic. 36. fin.* Herbaque cum sevo foliis de mille vocata. V. MILLEFOLIA. — β) *Plumae et folio facilius moveri*, proverbialis locutio de homine levissimo, et minime constanti apud *Cic. 8. Att. 15.* Nec me consules movent, qui ipsi pluma

Digitized by Google

ni folio facilius moventur. — **B)** Translate. *Apul. 1. Met.* Folia sunt nis, et nugae merae; *h. e.* res vanae, et nullius pretii. — **4)** Deinde, cum Sibyllae oracula sua foliis inscriberent, ut est apud *Virg. 3. Aen. 444.* et *6. ibid. 74.* et *Varr.* apud *Serv. ibid.* In foliis palmae interdum notis, interdum scribebant sermonibus. Hinc *Iuvenal. 6. 126.* Credite me vobis folium recitare Sibyllae; *h. e.* rem certam proponere. — **5)** Hinc etiam dicitur de chartis; *foglio. Plin. 37. 29. 1.* Gemmas a sole excalfactas, aut digitorum attritu paleas, et chartarum folia ad se rapere. Ita *Harduin.* ex MSS. *Al. leg.* filia. *Isid. 6. Orig. 14. 6.* Folia autem librorum appellata, sive ex similitudine foliorum arborum, seu quia ex follibus sunt. — **6)** Speciatim

II. *Folium nardi*, quod et unica voce *nardifolium* dicitur, frutex est gravi et crassa radice, sed brevi ac nigra, fragilique, quamvis pingui, litum redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio parvo densoque: cacumina in aristas ac spargunt: ideo gemina dote nardi spicas et folia celebrant. Usum habet in unguentis, ac praesertim in eo, quod *foliatum* dicitur. V. *Plin. 12. 26. 1.* et *seqq.* et NARDIFOLIUM. — **7)** Hinc absolute *folium* dicitur unguentum ex eo potissimum confectum, quod in usu erat apud Romanos nobiliores tum privatim tum publice, etiam in sacris Deorum et in funeribus, ut patet ex pluribus inscriptionibus, de quibus docte disseruit *Gervasius, Sul monumento sepolcrale di Gaeia Marciana*, in *Memor. dell' Accad. Ercolan. Vol. 4. P. 2. p. 293–346. Inser.* autem Gaviae apud *Eund. loc. cit.* haec habet: De decernendo funere publico Gaviae M. f. Marcianae, item decem libris folei. Et *mox.* Placere huic ordini funus publicum ei decerni, et decem libras folei mitti concedique. Ita alia *Inscript.* in *Giorn. Arcad. T. 39. p. 251.* Hanc funere publico efferendam, statuamque, et turis P. L. (*h. e.* Pondo quinquaginta) censuerunt. *Alia ibid. p. 252.* Hunc decuriones funere publico efferendum censuerunt, eique honores omnes, et turis P. XX. decreverunt. *Alia* in *Civiltà Cattolica, Ser. 3. Vol. 9. p. 736.* Corpus, quod potuit negare flammae, Unguento et foleo rosisque plenum Ut numen colit. *Alia* apud *Orelli, n. 2891.* Orantes convenite pilicrepi statuamque, amici, floribus, violis, rosis folioque multo adque unguento marcido onerate, etc. Cf. FOLIATUS §. 3.

FOLLĔĀTUS, a, um. Adiect. a *follis*, participiorum more effictum; follicans. *Isid. 19. Orig. 34.* Lingulati calcei sunt, quos nos follentos vocamus. V. LIGULA et FOLLICO §. 1.

FOLLĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. a *follis;* more follis me contraho et dilato. *Hieronym. ep. 22. n. 28.* Si pes laxa pelle non folleat. Cf. voc. seq.

FOLLESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. a *folleo;* follere incipio, aut simpliciter folleo. *Not. Tir. p. 159.* Follis, follescit. *Thesaur. nov. Latinit. p. 212. ed. Mai.* Inde hic folliculus et follesco, is; id est, inflari.

FOLLĬCO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *folleo.* — Particip. *follicans* §. 1. — Proprie est more follium me contraho et dilato. *Apul. 9. Met.* Muli senes, vel cantherii debiles circa praesepium capita demersi, contruncabant moles palearum, cervice cariosa vulnerum putredine, follicantes nares languidas assiduo pulsu tussedinis hiulci. *Tertull. Pall. 3.* Chamaeleon ocitans vescitur, follicans ruminat: de vento cibus. *Hieronym. ep. 22. n. 34.* Laxae manicae, caligae follicantes; *h. e.* in quibus pes vagus natat, ut ait *Ovid. 1. Art. am. 516.* — **B)** Translate est effeminate incedo. *Onomast. Lat. Gr.* Follico; *διαπλατύνω.*

* FOLLĬCŌSUS. V. FOLLICULOSUS.

FOLLĬCŬLĀRIS, re. Adiect. a *folliculus.* — Folliculare appellatur pars remi, quae folliculo est tecta: a quo vita follicularis. Haec *Festus* apud *Paul. Diac. p. 83. Müll.*, quibus videtur significare partem remi pelle munitam, qua scalmo incumbit: quam Graeci *ἔκτυπα* appellant, *Hesychio* teste: vel lorum, quo remus scalmo alligatur. Et *vitam follicularem* videtur intelligere eorum, qui remo sunt addicti.

FOLLĬCŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *folliculus;* folliculis plenus. *Apul. Herb. 53.* Papaver agreste, folliculosum. Mecona Latini papaver dicunt. Eius alia est usualis *(species)*, quae etiam folliculosa vocatur, alia agrestis. *Alii leg.* follicosum *et* follicosa, *eodem tamen sensu.*

FOLLĬCŬLUS, i, m. Deminut. a *follis;* parvus follis: et generatim accipitur pro omni eo, quod turgidum est et laxum in morem follis: speciatim pro maiore pilae genere, quod ex aluta conficitur, et solo vento impletur, quod tamen *follis* frequentius appellatur; *pallone. Suet. Aug. 83.* Post bella civilia ad pilam folliculumque transiit. — **B)** Item pro sacculo, et saepe pro sacco coriaceo. *Liv. 9. 15. ad fin.* Eques in castra folliculis frumentum veheret. *Auct. ad Herenn. 1. 15.* et *Cic. 2. Invent. 59.* Statim folliculo lupino os obvolutum est. — **3)** Translate dicitur de theca, seu siliquis frumenti, leguminum, et cuiuslibet alterius rei, quae granum, aliudve quippiam continet involutum; *guscio, follicolo. Colum. 2. 8.* Quoniam folliculum, quo continetur, firmum et durabilem adversus longioris temporis humorem habet. *Senec. ep. 124.* Cum spica se exserit folliculo. *Petron. Satyr. 133.* Dentibus folliculus fabae perite spoliare. *Varr. 1. RR. 48.* Gluma est grani folliculus. Et *ibid.* Folliculus fici. *Plin. 24. 40. 2.* Semen genistae in folliculis, fasciculorum modo, nascens. *Id. ibid. 53. 8.* Humor in folliculis ulmi nascens cuti nitorem inducit. *Id. 30. 37. 1.* Folliculus fellis animalium. — *Serv.* ad *Virg. 3. G. 136.* folliculum muliebrem appellari ait vulvam, qua fetus continetur. — **4)** Pro corpore, quo continetur anima, vel pro cute, qua ipsum corpus involvitur, *Lucil.* apud *Non. 2. 327.* Ego, si quis sum, et quo folliculo sum indutus, non queo. — **5)** Item pro scroto. *Coel. Aurel. 3. Chron. 8. 104.* Inflatio crurum, et folliculi genitalis, vel praeputii. Et *mox. 106* Apprehenso folliculo atque virili veretro. Adde *3. Acut. 17. 168.* — **6)** Item pro vesica. *Id. 4. Chron. 3. 24.* Tunc leviter oppresso liquore, quo folliculi reflatio fiat, erit tentandum ne clysteris caverna fuerit clausa. — **7)** Item pro putamine sive tunica ovorum. *Lucret. 5. 804.* Folliculos ut nunc teretes aestate cicadae Linquunt sponte sua. Cf. *4. 56.* Quum teretes ponunt tunicas aestate cicadae.

FOLLĬGĔNĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *follis* et *gigno;* folle genitus, ut Folligenae bombi, qui nempe excitantur in organo pneumatico. *Laurentii Epithalam.* in *Antholog. Lat. Burm. T. 2. p. 64.* Iubila folligenis exclamant organa bombis. Ita legend. probat *Wernsdorf.* in *not.* ad *Poet. Lat. min. T. 2. p. 402.* pro mendosa lectione *Huia folligeris e. o. vocis.* V. ORGANUM. — Haec *Furlanetto.* Alii etiam aliter legunt et interpretantur. V. *Meyer* in *Anthol. Lat.* in *notis* ad *epigr. n. 1145.*

FOLLĬGER. V. voc. praeced.

FOLLIS, is, m. Nomen instrumenti cuiusdam, ita a sono, quem sufflando edit, appellati. — **b)** Derivata, *follicatus, folleo, follesco, follico, follicularis, folliculosus, folliculus, follitim.* — **c)** Compositum, *folligena.*

FOLLIS proprie est instrumentum, quo attrahitur ventus atque emittitur ad ignem excitandum; *mantice. Cic. 1. Nat. D. 20.* Formae, quas vos effici sine follibus, et sine incudibus non putatis. *Virg. 4. G. 171.* alii taurinis follibus auras Accipiunt, redduntque, alii stridentia tingunt Aera lacu. *Id. 8. Aen. 449.* ventosi folles. *Horat. 1. Sat. 4. 19.* conclusas hircinis follibus auras. *Pers. 5. 11.* Polle ventos premere. *Theod. Priscian. 4. 5.* Follis ferrarius. — **B)** Item pilae genus omnium maximum, constans ex aluta vento inflata, quod etiam hodie Italis plurimo est in usu: ita dictum, quod instar fabrilis, vel coquinarii follis vento turget; *pallone. Martial. 14. 47.* Folle decet pueros ludere, folle senes. *Plaut. Rud. 3. 4. 16.* Ego te follem pugillatorium Faciam et pendentem incursabo pugnis. V. CORYCEUM. — **3)** Quandoque accipitur pro marsupio, receptaculoque nummorum, ex pelle aut corio confecto; *borsa. Iuvenal. 14. 281.* et tenso folle reverti Inde domum possis; *h. e.* pleno sacculo. *Callistrat. Dig. 38. 1. 32.* Non utique si servus in folle reliqua obtulerit, liber erit; *h. e.* si pecuniam in marsupio, non inspiciendam numeratamque obtulerit. — *Veget. 2. Milit. 20.* auctor est, ex disciplinae militaris consuetudine decem folles, hoc est, decem saccos, per singulas cohortes solere disponi, in quibus militum pecunia condebatur. — **4)** Pro ipsa tandem pecunia coepit usurpari. *Lamprid. Elagab. 22.* Cum haberet in sorte centum aureos, et mille argenteos, et centum folles aeris. *Augustin. 22. Civ. D. 8. a med.* Quasi a martyribus quinquaginta folles, unde vestimentum emeret, petivisset. *Id. 3. advers. Crescent. 29.* Populo dedit viginti folles. *Id. ibid.* Grandem piscem trecentis follibus vendidit. *Inscript.* apud *Murat. 376. 3.*, quae pertinet ad ann. a Chr. n. CCCXXXVIII. Dedit plebi urbanae ad epulum convivii panem et vinum, tauros II., verbeces XV., praeterea et arcae eorum folles mille. Adde *alias* apud *Eund. 813. 1., 816. 4.* et *1715. 8.* — De follis valore V. *Gronov. de pecun. vet. l. 4. c. 13.* et *16.* Hinc etiamnum apud Turcas certam pecuniae summam Itali *borsa* appellant. — **5)** Follis etiam dicebatur pulvillus sedentibus subiectus, qui non tomento, aut pluma inferciebatur, sed vento inflabatur. *Lamprid. Elagab. 25.* Vilioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eosque reflabat prandentibus illis, ita ut plerumque subito sub mensis invenirentur prandentes. — **6)** Translate. *Iuvenal. 7. 111. de causidicis.* Tunc immensa cavi spirant mendacia folles; *h. e.* pulmones, vel buccae et fauces magno spiritu causas perorantes. — *Macrob. 7. Saturn. 4. circa med.* Ventris duo sunt orificia, quorum superius recipit devorata, et in follem ventris recondit; *nel ventricolo.* — **7)** Hinc et pro corpore sumitur, eadem ratione qua *folliculus* (V. hanc voc. §. 4.). *Rufin. 2. Hist. Eccl. 9.* Atque utinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis huius absolveret; *h. e.* de carcere huius corporis.

FOLLĬTIM. Adverb. a *follis;* cum folle, per follem. *Plaut. Epid. 3. 2. 14.* Nihil moror vetera et vulgata verba, Peratim ductare; at ego follitim ductitabo. Est autem *follitim ductitare*, argento circumducere, quantum nempe in folle gestatur: *peratim* vero *ductare*, minore quidem, nam pera minor folle est.

FŎLUS. V. HOLUS et DIGAMMA §. 1.

FŌMEN, ĭnis, n. Verbale a *foveo*, per syncopen quasi sit *fovimen;*

Digitized by Google

a quo postea, syllabica adiectione productum, factum est *fomentum*. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 498.* V. loc. in EDUCAMEN.

FŌMENTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fomento*, idem ac fomentum. *Ulp. Dig. 32. 1. 70. §. 7.* Ne ea quidem, quae fomentationis gratia parata sunt, vel medicinae, lanarum appellatione continentur. *Pelagon. Veterin. 25. a med.* Fomentatio ad omnes tumores, sive duritias.

FŌMENTĀTUS, a, um. Particip. verbi *fomento;* fotus. *Cael. Aurel. 2. Acut. 12. ad fin.* Nocent etiam succi frigidi, ut hederae, fomentati atque capiti impositi.

FŌMENTO, as, are. Verbum transitiv. a *fomentum;* fomenta admoveo, foveo. *Veget. 2. Veterin. 8.* Caput fomentando vaporare. *Cael. Aurel. 1. Acut. 9.* Caput oleo fomentare. Cf. voc. praeced.

FŌMENTUM, i, n. Verbale a *foveo* (Cf. FOMES); calefactio, nutritio; *fomentazione, fomento.* Hinc apud Medicos *fomenta* dicuntur applicationes rerum calidarum et humidarum ad partes corporis laesas, medendi gratia. *Cels. 2. 17. a med.* Fomenta calida. *Colum. 6. 30.* Adhibere fomenta. *Horat. 1. Sat. 1. 28.* Assidrat, fomenta paret, medicum roget. *Suet. Aug. 81.* Quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus. *Tacit. 13. Ann. 55.* Fomenta vulneribus nulla. — **B)** Translate ponitur pro remedio, et mitigatione. *Cic. 2. Tusc. 24. extr.* Haec sunt solatia, haec fomenta summorum dolorum. *Apul. 2. Met.* Paupertati suae fomenta conquirere. *Tacit. 1. Ann. 46.* Militaribus animis adhibenda fomenta, ut ferre pacem velint. *Quintil. 4. 5. 10.* Hic velut fomentis, si quid erit asperum, praemolliemus. Adde *Cic. 2. Fin. 29.* et *Horat. Epod. 11. 17.* — **B)** Item pro alimento et pabulo. *Horat. 1. Ep. 3. 26.* frigida curarum fomenta relinquere. — **4)** Et pro fomite ad alendum ignem. *Clodius* apud *Serv.* ad *1. Aen. 180.* Se ex arboribus fomenta excidisse.

FŌMĬO. V. VOMITO.

FŎMES, ĭtis, m. Verbale a *foveo*, eadem ratione, qua *fomen*, efficitum. — **b)** In recto casu *fomis* est apud *Charis. Excerpt. p. 104. Endl.* Fomis; φρύγανον.

FOMES proprie est materia arida, idonea ut facile ignescat; *esca. Virg. 1. Aen. 178.* silici scintillam excudit Achates, Suscepitque ignem foliis, atque arida circum Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. *Lucan. 8. 776.* Excitat invalidas admoto fomite flammas. *Plin. 16. 77. 1.* Quoniam ad excudendum ignem non semper lapidis occasio est, teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi, vel foliorum facillimo conceptu. *Sidon. 2. ep. 2. a med.* Ingentes tiliae duae, connexis frondibus, fomitibus abiunctis, unam umbram non una radice conficiunt; h. e. ramis abiunctis. nam *Paulus* ex *Festo p. 84. Müll.* Fomites sunt assulae ex arboribus, dum caeduntur, excussae. Et *Placid. Gloss.* apud *A. Maium* in *Class. Auct. T. 3. p. 463.* Formidat, formitibus (corrige Fomitat, fomitibus) exassulat. Alium *Pauli* ex *Festo* locum V. in DEFOMITATUS. — **B)** *Fomites* sunt etiam ipsae scintillae itemque assulae securibus excisae, prout exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 84. Müll.* Fomites . . . dictae quod in eo opere occupati cibis potuque confoventur. At Opilius adustas iam vites vocari existimat fomites. Alii vocari putant scintillas, quae ex ferro candenti malleis excutiuntur; dictae autem ita, quia igni sunt confotae. Pari modo assulae, quae sunt securibus excussae. *Gloss. Lat. Gr.* Fomes; πελίκημα. Cf. CONFOMO, et V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 146. n. 202.* — **B)** Translate. *Gell. 15. 2.* Fomitem esse quendam dicens et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret. *Prudent. Apoth. 942.* fomes peccati. — *Rutil. Itin. 1. 487.* Rimetur solitus naturae expendere causas, Inque pari dispar fomite quaerat opus; h. e. ex causa quaerat effectum.

FŌMĪS, ĭtis. V. voc. praeced. §. b.

FŌMĪTO, as, āre. Verbum transitiv. a *fomes;* fomites seu assulas ex arbore caedo. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Fomito; πελεκάω. in *Gloss. Labb.* perperam leg. *fomeo.* — Item in *Gloss. Placid. loc. cit.* in voc. praeced. §. 1. Cf. et CONFOMO.

FŌNĒMĂ. V. PHONEMA.

FONS, fontis, m. Nomen parum certae originis: quibusdam videtur esse a φύω; fundo, unde φόνος, hinc per syncop. fons. — Contra e *fundo* ducit *Varr. 5. LL. 26.* Fons, unde funditur e terra aqua viva. Et ita etiam *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 84. Müll.* — **b)** Monet autem *Vel. Long. Orthogr. p. 2246. Putsch.* ex confusione litteram *o* et *u* apud Antiquos, variam quorundam nominum fuisse scripturam, ut *fontes, funtes, frondes, frundes.* — **c)** In ablativo etiam *fonti* pro *fonte* dici posse, colliges ex *Varr. 9. LL. 64.* Hinc in *Inscr.* edita in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 199.* Ab risso infimo, qui oritur in fontei in Mannicelo ad flovium *(sic).* — **d)** Derivata, *fontalis, fontanalis, fontaneus, fontanus, fonticulus, fontius.* — **e)** Composita, *fonticola, fontigenas, fontiger.*

FONS proprie est locus, unde perennis aqua erumpit, et ipse aqua ingis erumpens; *fontana, fonte, sorgente, sorgiva. Cic. 6. Verr. 53.* Fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium. *Id. Top. 8.* Rivorum a fonte deductio. *Hirt. 8. B. G. 41.* Magnus fons sub oppidi murum prorumpebat ab ea parte, etc. *Caes. 3. B. C. 49.* Fontes celeriter aestibus exarescunt. *Ovid. 14. Met. 788.* flumina fontis; h. e. aquae currentes. *Id. 3. Fast. 240.* hortus liquidae fonte rigatur aquae. *Horat. 4. Od. 14. 45.* Nilus, qui fontium celat originem. *Id. Epod. 2. 27.* Fontesque lymphis obstrepunt manantibus, Somnos quod invitet leves. *Id. 1. Od. 26. 6.* Fontes integri. *Lucan. 4. 268.* largi. *Val. Flacc. 3. 353.* Fons nitidus. *Ovid. 14. Met. 791.* fecundus. *Id. 15. ibid. 330.* gelidus. *Id. 3. ibid. 407.* Illimis, nitidis argenteus undis. Et *164.* tenui perlucidus unda. *Horat. 3. Od. 13. 1.* splendidior vitro. *Lucan. 10. 40.* Nilum a fonte bibere. Et *279.* Nilum de fonte bibere. *Lucret. 3. 602.* Nonne vides etiam, quam late parvus aquai Prata riget fons interdum campisque redundet. *Id. 6. 891.* Quod genus indu mari Arabio fons dulcis aquai, Qui scatit et salsas circum se dimovet undas. Adde *ibid. 851.* et *876., Enn.* apud *Non. 144. 16. Merc., Caes. 2. B. C. 24.* et *Cic. 2. Rep. 6.* — *Horat. 2. Od. 19. 10.* Fas pervicaces est mihi Thyadas, Vinique fontem, lactis et uberes Cantare rivos. Adde *Cic. Mur. 4.* — *Apul. de Mund. 6.* Pontus . . . ex Hellesponti fonte concipitur. V. *Hildebr.* ad h. l., ubi etiam conferri iubet *Mel. 3. 7., Lucan. 2. 405.* et *Curt. 6. 4. §. 8.* — **B)** *Fons* dicitur etiam ipsa constructio fabricae, unde aqua profluit. *Inscr.* apud *Murat. 478. 7.* Fontem hunc Lysium, quem C. Lysius C. l. Secundus pater construxit, C. Lysius Postumus opere musivo exornavit. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Or. n. 6627.* Ex iussu dei Apollinis fontem aeternum . . . a suo (*lege* a solo) restituit. — **B)** Hinc et apud Scriptores Ecclesiasticos saepissime dicitur de vase, in quo aqua servatur ad baptisma conferendum. *Inscr.* apud *Sirmond.* ad *Sidon. 5. ep. 12.* Istic salutares fons continet inclitus undas . . . Ablue fonte sacro veteris contagia vitae. Adde *Paulin. ep. 12. Ennod. carm. 143., Ambros.* aliosque passim Patres Ecclesiae, et antiqua *Sacramentaria.* — **4)** Per synecdochen dicitur de aqua. *Virg. 12. Aen. 119.* fontemque ignemque ferebant. *Lucan. 5. 336.* si cuncta minentur Flumina, quos miscent pelago, subducere fontes. — **5)** Translate est origo, principium, causa, unde quippiam abunde suppetit. *Plaut. True. 2. 7. 50.* Meo ne hero tu, improbe, Male dicere audes, fons vitii et periurii? *Petron. Satyr. 24.* O hominem acutum, atque urbanitatis vernulae fontem! *Cic. 2. Orat. 27.* Tardi ingenii est, rivulos consectari, fontes rerum non videre. *Id. 1. ad Brut. 10.* Sceleratissimorum consiliorum fontes aperire. *Id. 1. Orat. 10.* Greges philosophorum ab illo fonte et capite Socrate. *Id. 1. Tusc. 3. extr.* Fontes philosophiae. *Quintil. 6. 1. ad fin.* eloquentiae. *Plin. 17. 3. 10.* Fons ingeniorum Homerus; h. e. unde omnes hauriunt discendi causa. *Cic. fragm.* apud *Lactant. 3. 16.* Omnis iustorum disputatio uberrimos fontes virtutis et scientiae continet. *Id. 3. Nat. D. 19.* Haec omnia ex eodem fonte fluxerunt. *Id. 2. Orat. 11.* Ex his fontibus omnia ornate dicendi praecepta sumuntur. *Flor. 3. 6. a med.* Cilicia origo et fons belli. *Lucret. 5. 82.* Fons curarum est timor. *Horat. Art. P. 309.* Scribendi recte sapere est et principium et fons. Et *52.* verba quae Graeco fonte cadunt. *Id. 3. Od. 6. 19.* Hoc fonte derivata clades Inque patres populumque fluxit. *Liv. 39. 15. a med.* Is fons mali huiusce fuit. *Horat. 2. Sat. 4. extr.* fontes ut adire remotos, Atque haurire queam vitae praecepta beatae. *Iuvenal. 10. 119.* Largus et exundans ingenii fons; h. e. vis, copia, flumen. *Plin. 4. ep. 15. ad fin.* Altius aliquid, et quasi a fonte repetere; h. e. ab origine prima. *Iustin. 13. 6.* Placebat bellum in Macedoniam transferri, ad ipsum fontem et caput regni, ubi Olympias esset, mater Alexandri. Adde *Liv. 27. 4.* — *Vulg. Interpr. Ps. 67. 27.* Benedicite Deo Domino de fontibus Israel; h. e. de patriarchis Israel, qui fontes Israel quodammodo habiti sunt. *Alii aliter interpretantur.* V. *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — Sic *Id. Proverb. 5. 16.* Deriventur fontes tui foras et in plateis aquas tuas divide; h. e. filii tui legitimi; ἀλληγορικῶς.

FONTĀLIS, le. Adiect. a *fons*, idem quod fontinalis. — Translate. *Optat. de Schism. Donat. 3.* Hic est piscis, qui in baptismate per invocationem fontalibus undis inseritur.

FONTĀNĂ. V. FONTANUS §. 2.

FONTĀNĀLĬĂ et FONTĀNĀLIS, le. } V. FONTINALIS.

FONTĀNĔUS, a, um. Adiect. a *fons*, idem ac fontanus. *Solin. 37. extr.* Enydros *(gemma)* exsudat, ut olassam in eo putes fontaneam scaturiginem. Adde *Innocent. de casis, p. 239. Gotz.*

FONTĀNUS, a, um. Adiect. a *fons;* qui ex fonte est; *di fontano. Cels. 2. 18.* Aqua levissima pluvialis, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo. *Colum. 12. 3.* Extrinsecus munda spongia vasa pertergere, et aqua fontana quam recentissima refrigerare. *Ovid. 1. Fast. 269.* ora fontana; h. e. fontium scaturigines. — **B)** Absolute, substantivorum more,

FONTANA, ae, f. Est idem ac fons; *fontana. Innocent. de casis, p. 245. Gotz.* Casa sub se habet aliam fontanam. — **b)** Item

FONTANI, ōrum, m. Sunt fontium curatores; *fontanieri;* quorum

Digitized by Google

collegium Romae fuit: huic praerant sex magistri. *Inscript.* apud *Fabretti, p. 279. n. 170.* Illud servabitur fontanis, quod obtinuerunt apud suos iudices. *Alia* apud *Eund. p. 332. n. 495.* Minervae Aug. sacrum *(sequuntur nomina sex magistrorum)* Magistri fontani pecunia sua posuerunt. *Alia* apud *Marini, Frat. Arv. p. 586.* P. Clodius Fortunatus, QuinQuennalis collegio fontanorum. *Alia* apud *Cardinali, Iscriz. Velit. p. 59.* Cornelius Mepontus classi fontanorum pavimentum, aeraeque straturam exhibuit; h. e. collegio fontanorum.

FONTICLUS. V. FONTICULUS.

FONTĬCŎLĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *fons* et *colo;* qui ad fontem habitat. *Augustin. 3. Music. 7.* Ite igitur Camenae, Fonticolae puellae.

FONTĬCŬLUS, i, m. Deminut. a *fons;* parvus fons; *fonticello. Plin. 34. 46. 2.* Exsiliente dulci fonticulo. *Horat. 1. Sat. 1. 56.* Ex fonticulo sumere. — *Fontictus* per syncopen pro *fonticulus* habetur in *Ammian. Excerpt. 83.*

FONTĪGĔNĂ, ae, f. Adiect. a *fons* et *gigno;* e fonte genitus, quemadmodum sunt herbae, quae in fontibus, aut circa fontes nascuntur. *Samonic. 31. 46.* Si vero in lapides densus convertitur humor ... Saxifragam seu fontigenam succurrere credunt; h. e. herbam adiantum, ut interpretes adnotant ad h. l. — **2)** *Fontigena* epitheton est etiam Nympharum, quod circa fontes libenter habitent, vel ex fontibus ortum trahant. *Capell. 9. p. 308.* Fontigenarum virginum chorus. — **3)** Absolute sunt Musae apud *Eund. 6. carm. 1.* O sacra doctarum prudentia fontigenarum.

* FONTĪGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fons* et *gero;* fontem habens. *Inscript.* sublestae fidei apud *Grut. 93. 11.* Numine fontigero grates ex undique solvens. Cf. et *Meyer* in *Anthol. Lat.* ad *epigr. 625.*, qui ex *Gesnero* illud *fontigerum numen* explicat Neptunum.

FONTĪNĀLIS (et Fontanalis), le. Adiect. a *fons*, idem quod fontanus. *Vitruv. 8. 3.* Fontanalis aqua. — **2)** Hinc Fontinalis porta Romae, quae fuit in veteri Romae ambitu inter portas Caelimontanam, et Perentinam, eiusque meminit etiam *Liv. 35. 10., Fest.* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* sub v. *Fontinalia. Inscript.* apud *Grut. 624. 11.* Dis Manibus A. Apidii Maioris tabellarii a porta Fontinali. — **3)** Absolute. *Fontinalis* dictus est Deus fontium, de quo V. in ONOM. — **4)** Hinc etiam

FONTINALIA, ium, n. Erant feriae fontibus dicatae III. Id. Octobr. quo die et coronae in fontes conici, et putei coronari solebant. *Varr. 6. LL. 3.* et *Festus* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll. Vet. Kalend. Amiternn.* apud *Foggin. Fast. Verrii Flacci, p. 100.* III. Eid. Octobr. Fontinalia. Ferine Ponti.

FONTĬUS, a, um. Adiect. a *fons*, idem quod fontanus. Legitur apud *Pompei. Gramm. p. 107. Lind.* Varie invenimus *fontius* et *fontanus*, *montius* et *montanus*.

FŌNUS. V. FENUS.

FOR, fāris, fātus sum, fāri. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, forma deponens, sed significatione aliquando communi (V. infra §. 3.), coniugatione autem defectivum, ut infra videbimus. — **b)** Originem statuunt a φάω; aperio, Graecorum, unde Latinum *faor*, deinde *for, faris*, ut ab ἀράω, *amo, as*, et *amor, amaris*. — **c)** Primam et secundam personam, *for, faris*, agnoscunt *Diomed. 1. p. 378. Putsch.* et *Priscian. 8. p. 791.*, et alii; negat tamen primam usurpari *Incert. Grammat. de Verb. n. 45.*, atque hinc *affor* pariter non dicitur. Cf. *Capell. 5. §. 511.* et *525.* « Cur *fare* primam verbi personam non habet? » — In imperativo, *fare, fatur, famur, famini, fantur* agnoscit *Priscian., Partit. XII. Vas. Aen. 6. p. 1248. Putsch.* — Pro *fare* etiam *famino* habet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 87. Müll.* Huc quidam afferunt illud *Catonis, RR. 141.* lanum, lovemque vino, prece famino; h. e. affare, adora. *Sed alii leg.* vino praefamino. — Huc spectat observatio *Quintil. 8. 3. 27.* « Quaedam vetera etiam necessario interim sumuntur. » V. integr. loc. — **d)** *Farier* pro *fari* paragoge est apud *Virg. 11. Aen. 242.* V. loc. infra in §. 2. — **e)** Particip *fans* §. 2. et 3., *fandus* §. 5., *fatus* §. 2. et suo loco. — *Faturus* agnoscitur a *Priscian. Partit. XII. Vas. loc. cit.* — **f)** Derivata, *fabula* (quod V. pro suis), *fānum* (V. pro suis), *fatior* (V.), *fatio, fatim, fator, āris* et *fator, ōris, fatum* (V.), *fatuus* (V.). Cf. FACUNDUS et FAUCES. — **g)** Composita, *affanias, affatim, affor, aliquotfariam, ambifariam, ambifarius, amfariam, bifarius, bonifatus, coinfantior, difariam, effor, infandus, infans, interfatio, interfor, multifariam, multifaris, multifarius, omnifariam, omnifarius, plurifariam, plurifarius, praefor, profor, quadrifariam, quadrifariter, quadrifarius, septemfariam, superfatus, totfariam, trifariam, trifaris, trifarius.* Cf. FATIGO et FATISCO.

FOR universim est loquor, dico; *pariare, dire:* proprie autem ut vult *Varro* dicitur de pueris, *6. LL. 7. §. 64.* Fatur is, qui primum significabilem ore mittit vocem: ab eo, antequam id faciant pueri, dicuntur *infantes;* cum id faciant, iam fari. Hinc *Suet. Aug. 94.* Cum primum fari coepisset, obstrepentes ranas silere iussit. *Gell. 5. 9.* Filius Crocsi, cum iam per aetatem fari posset, infans erat. *Horat. 4. Od. 6. 18.* fari nescios pueros Achivis ureret flammis. *Augustin. 1. Confess. 8.* Non enim eram infans, qui non farer. — **2)** Universim tamen, ut diximus, usurpatur de omni aetate. *Cic. Univ. 11.* Tum ad eos is Deus, qui omnia genuit, fatur. *Virg. 1. Aen. 261.* fabor enim, quando haec te cura remordet. *Id. 11. ibid. 242.* ita farier infit. *Lucan. 2. 241.* farique his vocibus orsus. *Val. Flacc. 5. 646.* sociosque simul sic fatur ad omnes. Et *641.* nil super Hercule fari. *Virg. 12. Aen. 25.* sine, me haec haud mollia fatu Sublatis aperire dolis. *Id. 10. ibid. 225.* fandi doctissima Cymodocea. Et *1. ibid. 524.* data copia fandi. Et *4. ibid. 293.* mollissima fandi Tempora. *Plaut. Pers. 2. 1. 7.* Tu meum ingenium fans non edidicisti, atque infans. *Virg. 2. Aen. 50.* Sic fatus validis ingentem viribus hastam Contorsit. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *For* cum accusativo est dico, narro, profero; *dire, narrare, proferre. Lucret. 5. 465.* Dementit *(animus)* deliraque fatur. *Horat. 1. Ep. 4. 9.* Qui sapere et fari possit, quae sentiat. *Cic.* vertens *Homeri* versus *Iliad. 1. 7. v. 90.* apud *Gell. 15. 6.* Fabitur hoc aliquis: mea semper gloria vivet. *Val. Flacc. 8. 184.* cursu, quem fabor, eundum est. *Val. Flacc. 2. 151.* Adfore iam luxu, turpique cupidine captos Fare viros. *Senec. Troad. 197.* Haec fatus alta voce. *Varr. 6. LL. 4.* Praetor, qui tum fatus est. *Virg. 2. Aen. 525.* Vix ea fatus eram. *Solin. 5. a med.* Lapis fatu dignissimus. *Virg. 6. Aen. 46.* cui talia fanti subito non vultus, non color unus. *Propert. 3. 5. 19.* Subtrahit haec fantem torta vertigine fluctus. *Auson. Profess. 21. 23.* Dulcia fatu verba. — Huc etiam spectant loca *Virg. 6. Aen. 389.* Pare age, quid venias. Et *ibid. 531.* Sed te qui vivum casus, age fare vicissim Attulerint. *Val. Flacc. 5. 532.* Fare, an patriam spes ulla videndi. — **4)** Hinc *fando* duplicem vim habet activam, et passivam, ut adnotarunt *Diomed. 1. p. 333. Putsch.*, et *Priscian. 8. p. 811.* Activam, ut in illo *Virg. 2. Aen. 6.* quis talia fando Temperet a lacrimis? *Val. Flacc. 4. 170.* his fando si nuncius exstitit oris. *Stat. 1. Theb. 655.* quid fando tun tela, manusque Demoror? — Passivam (et dicitur de iis, quae rumore et fama accipiuntur), ut apud *Cic. 1. Nat. D. 29.* Ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim violatum ab Aegyptio. *Plaut. Amph. 2. 1. 41.* neque fando unquam accepit quisquam. *Sil. 10. 484.* si Porsena fando Auditus tibi. Adde *Ovid. 15. Met. 497.* — **5)** Item particip. *fandus* passive, adiectivorum more etiam adhibitum. *Pacuv.* apud *Cic. 1. Divin. 31.* Neque me Apollo fatis fandis dementem invitam ciet. *Lucan. 2. 176.* inexpleto non fanda piacula busto. Et *1. 634.* non fanda timemus, Sed venient maiora metu. *Virg. 1. Aen. 547.* At sperate Deos memores fandi, atque nefandi; h. e. iusti et iniusti. *Catull. 64. 406.* Omnia fanda, nefanda malo permixta furore Iustificam nobis mentem avertere Deorum. Adde *Priscian. de laud. Anast. Imp. 79.* — **6)** Sic et *fatur* passive; h. e. dicitur. *Suet.* apud *Priscian. 8. p. 795. Putsch.* Fasti dies sunt, in quibus ius fatur. — **7)** Specialim

III. *For* interdum est vaticinari, divinare. *Senec. Oedip. 328.* Quid sit parens, effare. *Tir.* quid fari queam Inter tumultus mentis attonitae vagos? Et *291.* Sacrate Divis, proximum Phoebo caput, Responsa solve: fare, quem poenae petant. *Ennius* apud *Prob.* ad *Virg. 6. Ecl. 31.* Atque Anchises docte', Venus quem pulcra Dearum Fari donavit, divinum pectus habere. Adde *Pacuv.* apud *Cic. 1. Divin. 31.* supra §. 3. — Huc etiam trahunt illud *Virg. 1. Aen. 261.* allatum supra §. 2. — **8)** Item Poetae aliquando usurpant pro canere. *Naev. fragm. 1. de bello Pun.* Qui terrai Latiai tulerunt homones Vires fraudesque Poenicas fabor. *Alii aliter leg.* V. *Klussmann.* ad h. l. *Propert. 4. 4. 1.* Tarpeium nemus et Tarpeiae torpe sepulcrum Fabor, et antiqui limina capta Iovis.

FŌRĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *foro;* qui forari potest; *penetrabile. Ovid. 12. Met. 170.* Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu.

FŌRĀGO, ĭnis, f. Verbale a *foro*, quo significatur, auctore *Festo* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll.*, filum, quo textrices opus diurnum distinguunt: a forando dictum, quia forabant eo filo telam, ut signo hoc distinguerent pensa. *Symmach. 6. ep. 68.* (al. *67.*). Residens inter pensa, et foragines puellarum. *Gloss. Isid.* Forago, trames diversi coloris.

FŌRĀLIS, le. Adiect. a *forum;* ad forum pertinens, forensis. *Inscr.* apud *De Rossi, Inscr. Christ. T. 1. n. 1122.* Te forale decus primo cum carmine coepto Doctorem doctor vidit et obstupuit. *Perperam alii leg.* florale. V. ibi adnotata.

FŌRĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *foro;* apertura, aditus, exitus; *foramen, apertura, buco. Sisenn* apud *Non. 2. 548.* Neque porta, neque ullum foramen erat, qua posset eruptio fieri. *Colum. 9. 15. a med.* Foramina parietum et fenestrarum. *Caes. 3. B. C. 83.* Scuto ad eum *(Caesarem)* relato Scaevae centurionis, inventa sunt in eo foramina CCXXX. *Plin. 11. 54. 2.* Crebris foraminibus excavare. *Horat. Art. P. 203.* Tibia tenuis, simplexque foramine pauco. *Ovid. 4. Met. 122.* vitiato fistula plumbo Scinditur, et tenues, stridente foramine, longe Eiculatur aquas. — **2)** Translate. *Apul. 7. Met. 17.* Foramen ulceris. — *Cic. 1. Tusc. 20.* Foramina illa, quae patent ad animum a corpore;

Digitized by Google

h. e. aurium, oculorum, etc. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Eccls. 12. 3.* Tenebrescent videntes per foramina; h. e. oculos. V. TENEBRESCO. — *Iul. Obseq. 113.* Puer ex ancilla natus sine foramine naturae, qua humor emittitur. — **β)** Apud *Vulg. Interp. Ezech. 28. 13. de Rege Tyri.* Et foramina tua in die, qua conditus es, praeparata sunt; *foramina*, collato textu Hebraico, exponuntur tibiae seu fistulae, tanquam signum laetitiae ac honestae voluptatis.

FŌRĀMĬNĀTUS, a, um. Adiect. a *foramen*, participiorum more efficium; foratus, foraminibus instructus; *forato, pertugiato;* ut Foraminatus paries, *Sidon. 2. ep. 2.*

FŌRĀMĬNŌSUS, a, um. Adiect. a *foramen;* foraminibus abundans; *forato. Tertull. Patient. 14.* Foraminosa caro.

FŌRAS. Adverb. (et apud sequioris aevi Scriptores etiam praepositio) a *foro*, ut autumat *Hand, Turselt. T. 2. p. 704.* (eadem prorsus ratione qua a Graeco φέρω fit φορτός) unde obsoletum *forus, a, um*, a quo in accusat. plur. *foras* absolute adhibitum de re, quae fertur extra; nam haec est praecipua verbi *fero* notio, ut quid fertur, extra eum locum vel ab eo loco ferri, scilicet in alium, intelligatur. — **b)** Eiusdem originis est *foris*, forma ablativa nominis obsoleti. Cf. FORIS, is, §. 2. — **c)** Apud *Plautum*, ut monosyllabum usurpari aliquando monet *Ritschel.* in *Prolegom. ad Plaut. p. 145.* — **d)** Composita, *aforis, deforas, deforis, forasticus, forinsecus.*

FORAS proprie est extra; *fuora, fuori:* et usurpatur cum verbis motus ad locum. *Ter. Phorm. 5. 1. 20.* Eccum ab sua palaestra exit foras. *Virg. 8. Ecl. 101.* Per cineres, Amarylli, foras. *Plaut. Mil. 2. 3. 37.* Edere se foras; h. e. exire, erumpere. *Ter. Eun. 5. 5. 5.* Misera huc effugi foras. Et *1. 2. 18.* Foras quempiam excludere. Et *3. 5. 51.* Promere se foras. Et *5. 5. 11.* Extrudere foras. Et *5. 8. 11.* pellere. *Id. Phorm. 5. 7. 65.* et *Cic. 10. Phil. 5.* Efferre foras. Et *13. Att. 22.* dare; *pubblicare. Id. 2. Catil. 1.* Evomere, forasque proiicere. *Id. Somn. Scip. in fin.* Eminere foras. *Id. Epid. 1. 2. in fin.* Ambulare foras. *Plaut. Mil. 4. 6. 53.* Illum evocato foras. *Ter. Hec. 1. 2. 69.* Pamphilus me solum seducit foras. — *Enn.* apud *Cic. 1. Divin. 48.* Exin candida se radiis dedit icta foras lux. — *Liv. 1. 7.* Quae ubi omnia foras versa vidit, etc. — *Lucret. 3. 57.* Et metus ille foras praeceps Acheruntis agundus. — **β)** Locum aliquando habet in repudiis; unde et formula *I foras* viri divortium cum uxore facientis. *Plaut. Cas. 2. 2. 56.* I foras, mulier. *Martial. 11. 104.* Uxor, vade foras, aut moribus utere nostris. *Varr.* apud *Non. 77. 21. Merc.* Annos multos quod parere ea non poterat, mulierem foras betere iussit. Cf. SP. CARVILIUS in ONOM. — Huc spectat *Cic. 2. Phil. 28.* Claves ademit, foras exegit. — **γ)** *Feri canem foras;* h. e. feriendo elice, Latine dicebant, teste *Donat.* ad illud *Ter. Eun. 2. 3. 66.* Homo certe quatietur cum dono foras; h. e. quatiendo eiicietur. — **δ)** *Malum foras*, formula proverbialis malum deprecantis. *Tertull. advers. Valentinian. 10. sub fin.* Malum, quod aiunt, foras. — **ε)** *Fieri foras* V. in FACIO §. 58. — **ζ)** Deinde

II. *Foras* adhibetur etiam de rebus palam faciundis et apud alios, quorum in iis ratio habetur; *al di fuori, agli esterni, agli altri, in pubblico. Cic. 13. Att. 22.* Ea *(scripta)* tum foras dari *(volo)*, quum utrique nostrum videbitur. *Id. Coel. 25.* In eiusmodi domo . . . in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit. *Ter. Phorm. 5. 8. 65.* Vides peccatum tuum hoc esse elatum foras. — *Apul. Apol. 79.* Pudentilla me in eo tempore non amabat, siquidem id foras scripsit. *Id. 2. Dogm. Plat. p. 16.* At quum foras spectat; h. e. ad alios. — *Lucret. 4. 549. de vocibus proferendis.* voces, quom corpore nostro Exprimimus rectoque foras emittimus ore. — **η)** Hinc *vendere foras, locitare foras* est aliis, extraneis. *Plaut. Stich. 1. 3. 66.* auctionem facere decretum est mihi; Foras necessum est, quidquid habeo, vendere. *Ter. Adelph. 5. 8. 26.* Agellus, quem locitas foras; h. e. extraneis locas. — **θ)** *Cognare foras* pro *foris;* h. e. apud alios, V. in FORIS §. 4. — **ι)** *Egredi* vel *exire foras* apud Scriptores Ecclesiasticos quid sit, V. in FORIS §. 7. — **ια)** Denique

III. *Foras*, apud sequioris aevi Scriptores tanquam praepositio usurpatur cum accusativo, ut extra, eodem fere sensu. *Hieronym. Comment. in Matth. c. 27. v. 33.* Extra urbem, et foras portam. Sic *Vulg. Interpr. Ezech. 47. 2.* Et convertit me ad viam foras portam exteriorem. *Id. Act. 21. 5.* Deducentibus nos omnibus cum uxoribus et filiis atque foras civitatem. Adde *4. Reg. 25. 6.*

Nota. Ad usum huius particulae quod attinet, insuper notamus apud *Apul.* etiam cum genitivo, scilicet tanquam nomen, adhiberi in *Apol. 50.* Quae tabes si foras corporis prospiraverit, etc. ἐκτὸς τοῦ σώματος. — **β)** Item *foras* usurpatum tanquam nomen reperitur apud *Aggen. de contr. agr. p. 53. Goes.* — **γ)** Per hyphen composuit *Plaut. True. 2. 7. 1.* Ite, ite hac simul mulieri damnigeruli, foras-gerones, Bonorum bamaxagogae. — **δ)** Qui plura desiderat de hac particula, adeat *Hand, Turselt. T. 2. p. 704.* et *sqq.*

FORAS-GERONES, V. voc. praeced. in *Nota* §. 2.

FŌRASTĬCUS, a, um. Adiect. a *foras;* exterior. Legitur in *Gloss. Placidi* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 466.* Forasticas, exteriores.

FŌRĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *foro;* foramen. *Augustin. Serm. 28. n. 3.* ed. *Mai.* Foratura clavorum.

FŌRĀTUS, a, um. Particip. verbi *foro;* pertusus; *forato. Colum. 5. 10. sub fin.* Forata arbor. — *Macrob. 7. Saturn. 3.* Bene foratas habere aures. — **β)** Translate. *Senec. Brevit. vit. 10.* Forati animi; h. e. nihil excipientes, ac servantes, quasi pertusi.

FŌRĀTUS, us, m. Verbale a *foro;* actus forandi; *forazione.* In sexto casu sing. *Lactant. Opific. 8.* A quo foratu frontem nominatam Varro existimavit. Adde *Tertull. Pall. 4.* Aurem foratu effeminatus. — **β)** Sed in nominat. pro pudendo muliebri legitur in *Onomast. Lat. Gr.* Foratus; τρῆμα.

FORBĔĂ, ae, f. Vox Graeca, φορβειὰ vel φορβὴ (a φέρβω; pasco), qua apud Antiquos significabatur omne genus cibi, ut exponit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 84. Müll.*

FORCEPS, cĭpis, m. et f. Vox composita a *for* (per syncopen pro *formus)* et *capio*, quasi formum capiens. V. FORMUCALES, et infra *Nota.* — Sed *Non. 12. 32.* « *Fornaces* dicuntur a *forno*, quod est calido: inde *forcipes*, quod candens teneant ferrum. » — Aliter *Serv.* ad *8. Aen. 435.* « *Forcipes*, quibus aliquid *forrum* tenemus, quasi *forvi capes:* nam *forvum* est calidum. » — Item *Isid. 19. Orig. 7. 3.* « *Forcipes*, quasi ferricipes, eo quod ferrum candens capiant teneantque; sive quod ab his aliquid forvum capimus et tenemus, quasi *forvicapes.* » — Radix itaque statuenda videtur in *for*, unde *formus, fornax, fornus, forvus.* — **b)** In genitivo plurali habet etiam *forcipium*, pro *forcipum.* Ita enim iubent Critici legi illud *Lucil.* apud *Charis. 1. p. 74. Putsch.* scalprorum forcipiumque Millia viginti. — **c)** Derivatum, *forcicula.*

FORCEPS proprie est instrumentum fabrum ferrariorum, chirurgorum, aliorumque, ad aliquid capiendum retinendumque; *tenaglia. Virg. 4. G. 178.* Cyclopes versant tenaci forcipe ferrum. Et *12. Aen. 404.* prensatque tenaci forcipe ferrum. *Ovid. 12. Met. 277.* ferrum, quod curva forcipe faber eduxit. *Lucil.* apud *Charis. 1. p. 74. Putsch.* et uncis Forcipibus dentes evelleret. *Cels. 7. 5.* telum forcipe extrahere, educere. Et *12.* Dentem forcipe excipere. Et *mox.* Recta forceps ducendus est, ne etc. Et *paulo post.* item *8. 4. a med.* Radix dentis ad id facto forcipe, quam ῥιζάγραν Graeci vocant, eximenda est. *Ovid. 6. Met. 556.* Compressam forcipe linguam Abstulit ense fero. Adde *9. ibid. 78.* — **β)** In machina tractoria forceps est ferramentum cuneatum, quod oneri infixum, apprehendit et continet. *Vitruv. 10. 2.* Ad rechamum imum ferrei forcipes religantur, quorum dentes in saxa forata accommodantur. V. FORFEX §. b. — **γ)** Per similitudinem dicuntur *forcipes* de extremitatibus brachiorum, et veluti manibus in cancris, scorpionibus, et similibus. *Plin. 11. 34. 1.* Cornua praelonga quibusdam scarabaeis bisulcis dentata forcipibus in cacumine, cum libuit, ad morsum cocuntibus. *Id. 9. 31. 1.* Cancris bina brachia denticulatis forcipibus. *Alii leg.* forficibus. V. et FORFICULA §. 2. — **δ)** Item de instrumento ligneo vel ferreo ad constringendas ad modum fibularum plicaturas vestium. *Tertull. Pall. 3.* Adeo nec artificem necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet et inde deducat in taleas, totumque contracti umbonis figmentum custodibus forcipibus assignet. — **ε)** In re militari est genus aciei. V. FORFEX §. 2.

Nota. Ratione etymologiae *forceps, forfex* et *forpex* inter se distinguuntur a *Papirian.* apud *Cassiod. Orthogr. 4.* « *Forfices* secundum etymologiam debemus dicere et scribere, ut si a *filo* ducamus, *f* debemus ponere, ut *forfices*, quae sunt sartorum: et si a *pilo*, per *p*, ut *forpices*, quae sunt tonsorum: si a *capiendo*, per *c*, ut *forcipes*, eo quod *formum capiant*, quae sunt fabrorum. » Huiusmodi tamen discrimen vel non est perpetuum, vel in antiquis MSS. et editis libris haec vocabula inter se sunt confusa.

FORCĬCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *forceps;* parva forceps. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 218.*

FORCILLO. V. FURCILLO.

FORCTIS. } V. FORTIS §. b.
FORCTUS. }

FORDĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. a *fordus, a, um*, tantum in genere femineo, et aliquando etiam absolute adhibitum, a *foro*, ut exponit *Ovid.* loc. mox cit. (vel ab accusat. φορδάν, *bestiam gravidam*, addit *Furlanetto)*, vel a *fetu*, ut *Festus* loc. mox cit. tradit. — **b)** Antiquitus *Horda* pro *forda* scribebatur, adnotante eodem *Festo* loc. mox cit., unde compositum *Fordicidium* et *Hordicidium*, quod V.

FORDA et Horda, proprie est bos praegnans; vacca *pregna. Varr. 6. LL. 3.* Fordicidia a fordis bubus: bos forda, quae fert in ventre. Quod eo die publice immolantur boves, praegnantes in curiis complures, a fordis caedendis Fordicidia dicta. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.* Fordicidiis boves fordae, id est gravidae, immolabantur, dictae a fetu. *Ovid. 4. Fast. 631.* Forda ferens bos est, fecundaque dicta ferendo. — Absolute. *Colum. 6. 24.* Post unum coitum forda non ad-

mitti taurum. *Gloss. Lat. Gr.* Forda; βοῦς ἐγκύμων. — **Horda**, apud *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 102. Mull.* Horda praegnans, unde dies, quo gravidae hostiae immolabantur, hordicidia. V. voc. seq.

FORDĔUM. V. HORDEUM.

FORDĬCĪDĬUM et Hordicidium, ii, n. Nomen a *forda* et *caedo;* quo significatur sacrificium, quo boves fordae, idest gravidae, immolabantur. *Varr. 6. LL. 3.* et *Festus.* V. haec loca in voc. praeced. — *Varr. 2. RR. 5.* Quae sterilis est vacca, taura appellatur, quae praegnans forda. Ab eo in Fastis dies Hordicalia *(lege* Hordicidia) nominantur, quod tunc hordae boves immolantur. — Celebrabantur fordicidia in honorem telluris, XVII. Cal. Mail, ut colligitur ex *Ovid. 4. Fast. 629.* et *seqq.* Tertia post Veneris quum lux surrexerit Idus, Pontifices, forda sacra litate bove. V. alia in voc. praeced.

FORDUS, a, um. V. FORDA §. 2.

FŎRĔ et FOREM. } V. SUM.

FŎRENSIS (et Foresis. V. infra §. 7.), se. Adiect. a *forum;* ad forum pertinens, imprimis qua *forum* locum significat, ubi causae exercentur et iudicia tractantur; *del foro, forense. Cic. Orat. 51.* Habet nomen invidiam, quum in oratione iudiciali et forensi numerus, Graece ῥυθμός, inesse dicitur. *Id. Brut. 83.* Thucydides hoc forense, concertatorium, iudiciale non tractavit genus. *Id. Orat. 61.* Genus *(dicendi)* remotum a iudiciis forensique certamine. *Id. 2. Fin. 6.* Dicam rhetorice: sed haec rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi. *Id. Brut. 68.* Nullum tempus illi unquam vacabat aut a forensi dictione, aut a commentatione domestica, aut a scribendo, aut a cogitando. *Id. Plane. 12.* Haec sunt iudicia solida et expressa, haec signa probitatis non fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis veritatis. *Id. 5. Fam. 8.* Ut opera, consilio, auctoritate, gratia mea utantur in omnibus publicis, privatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum negotiis. — **2)** Deinde *forensis* latiore significatione dicitur de iis, quae foris fiunt, et opponuntur, quae domi; *pubblico, pel di fuori. Id. 2. Fin. 24.* Ut vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensem. *Id. Orat. 45.* Res forenses *(opponuntur* domesticae litterae). *Ovid. 4. Pont. 6. 29.* Marte forensi florere; *h. e.* eloquentia. *Colum. 12. praef. ante med.* A natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam, viri ad exercitationem forensem et extraneam. V. integr. loc. Addit *paulo post.* Quod necesse erat foris et in aperto victum quaerentibus, etc. Cf. TILIAGINEUS. — *Ambros. 6. Hexaem. 9. n. 58.* Quae *(frons hominis)* signis forensibus internam exprimat voluntatem. — **3)** Specialim *forensia vestimenta* erant, quibus in forum prodeuntes utebantur; *abiti da città:* his opponuntur domestica. *Liv. 35. 47. fin.* Primis tenebris vestitu forensi ad portam cum duobus comitibus est egressus. — Hinc absolute. *Suet. Aug. 73.* Forensia autem, et calceos nunquam non intra cubiculum habuit. — **4)** Item aliquando *forensis* sumitur etiam in malam partem, habita ratione eorum, quae saepe odiosa in foro agitantur; *inquieto, turbolento. Liv. 9. 46.* Ex eo tempore in duas partes discessit civitas: aliud integer populus, fautor et cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat. *Quintil. 12. 1. 25.* Cur non orator ille tam sit moribus, quam dicendi virtute perfectus? Non enim forensem quandam instituimus operam, nec mercenariam vocem. — Huc spectat *Laurent. Novar. Homil. 1.* Non vidisti, quia publicanus factus est indigentium praesul, et homo forensis meruit esse filius Abrahae? — **5)** Absolute, substantivorum more,

FORENSIS, is, m. *(subaudi* homo). Est vir forensium rerum peritus; *un avvocato. Quintil. 5. 10. ante med.* Rusticus, forensis, negotiator, miles aliud atque aliud efficiunt. — **6)** In plur. num. *Forenses*, videntur esse, qui circa forum habitant, aut in foro exercentur, in *Inscr.*, Pompeiis reperta, in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1855. p. 29.* FORENSES HODIE, scilicet ut quis ad aliquod munus eligatur. — **7)** Adnotat *Vel. Long. Orthogr. p. 2257. Putsch.* quod « Cicero *Foresia*, et *Megalesia*, et *Hortesia* sine n littera libenter dicebat. »

FŎRES, ium. V. FORIS.

FŎRĒSIS. V. FORENSIS §. 7.

FORFEX, fĭcis, f. Nomen etymi parum certi. Grammatici, quod alteram vocis partem attinet, ducunt a *filum*, ut ex *Papiriano* apud *Cassiod. Orthogr. 4.* discimus. V. FORCEPS in *Nota*, ubi traditur etiam differentia inter *forficem*, *forcipem* et *forpicem*. — Num a *forus facio*, quasi separo, divido? — **b)** Masculino genere usurpat *Vitruv. 10. 1.*, qui *ferreos forfices* dixit ferrea manubria, quae in saxa ferrata immittuntur, ad ea tractoriis machinis sublevanda. Sed alii legunt *forcipes*. V. FORCEPS §. 2. — **c)** De confusione huius vocabuli cum *forcipe* loquitur *Consent. de barbarism.* et *metaplasm. 14. a med.* « Item barbarismum facit, qui dicit *forficem* pro *forcipe*. » — Hinc est Italorum *forfice*, quod rarius usurpari solet pro *forbice*. — **d)** Derivata, *forfico*, *forficula*.

FORFEX proprie est instrumentum ferreum, quo filum, telam, pannos, et alia incidimus; *forbice. Colum. 12. 45.* Alii cum legerunt uvam, siqua sunt in ea viliosa grana, forficibus amputant. *Calpurn. Ecl. 3. 73.* ne sit acuta Forfice laesa cutis. *Cels. 7. 21.* Omentum forfice praecidere. *Martial. 7. 95.* Qualem *(barbam)* forficibus metit supinis Tonsor Cinyphio Cilix marito. — **2)** Est etiam *forfex* genus aciei instructae in militia, ad figuram forficis apertae: et cuneo opponitur. *Cato* apud *Fest.* in *Serra*, *Gell. 10. 9.* et *Veget. 3. Milit. 18.* — His locis tamen alii leg. *forceps*. — **3)** Aliis significationibus V. supra §. b. et in FORCEPS §. 3.

FORFĬCO, as, āre. Verbum transitiv. a *forfex;* forfice seco. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Ψαλίζω; forfico.

FORFĬCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *forfex;* parva forfex; *forbicetta. Plin. 25. 25. 2.* Quod incisum forficulis, cribrant. — **2)** Translate dicitur de extremitatibus brachiorum, et veluti manibus, in cancris, scorpionibus, et quibusdam locustis. *Plin. 32. 53. 5.* Praeterea brachia duo binis articulis, singulisque forficulis denticulatis. *Al. leg.* forficibus.

FŌRĪ, ōrum. V. FORUS.

FORĬA, ae, f. Nomen a φόρος; pedex, vel a φορέω; foedo, ut quidam putant, nisi mavis originis eiusdem esse, a qua est *foras* et *foris;* significat enim quod foras emittitur per naturae foramen. — **b)** Usurpatur quoque neutro genere *foria*, ōrum, plurali numero. — **c)** Derivata, *forio*, *foriolus*. Cf. FORICA §. 2. — **d)** Compositum, *conforio*.

FORIA proprie stercus liquidius significat, et accipitur de solutione ventris in animalibus, sive diarrhoea. *Varr. 2. RR. 4. de suibus.* Quidam adiiciunt perfunctas esse a febri et a foria. — *Non. 2. 352. Foria*, stercora liquidiora . . . *Foriolus*, qui foria facile emittat, soluti scilicet ventris. *Pelagon. Veterin. 10. in lemmate.* Ad eos, quibus membra deficiunt, quod mulomedici foria appellant. — **2)** Apud *Isid.* in *Gloss. n. 736.* Foria, latrina, secessus. — **3)** Translate, de re nullius pretii ac vili. *Varro* apud *Non. 2. 571.* Quintiporis Clodiani forias ac poëmata, etc.

II. FŎRĬĂ, ōrum, n. V. voc. praeced. §. 1.

FORĬCĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. a *forum;* ad forum pertinens, absolute adhibitum *(subaudita* taberna) de aedificio mercibus excipiendis accommodato. — Ab aliis tamen a *foria* derivatur, et de loco exponitur, in quem alvi stercora deiicimus. Cf. VORICULIARIUM in *Nota*. — **b)** Derivata, *foricarius*, *foricularium*, *foricularius*.

FORICA proprie dictae sunt tabernae foro, unde nomen habuerunt, vicinae, sumptu publico fabricatae, ut ait *Schol.* ad *Iuvenal.* loc. mox cit., in quibus promercalia deponebantur, quaeque similia videntur fuisse iis, quae nunc in nostris emporiis *dogane di transito* dicuntur. *Iuvenal. 3. 38.* Quondam hi cornicines . . . Munera nunc edunt, et verso pollice vulgus Quem iubet *(alii* Quemlibet), occidunt populariter: inde reversi Conducunt foricas. Hinc *Schol.* ad *h. l. Conducunt foricas*, stercora, hoc est vectigal. Forire est pro deponere ventrem. Forire est enim fossas eiicere: alii tabernas dicunt foro vicinas, aut vectigal vinarium. *Similia habet Probus* ad *h. l.* Cf. voce. seqq.

FŎRĬCĀRĬUS, ii, m. Nomen a *forica;* foricarum conductor. *Paul. Dig. 22. 1. 17. §. 3.* Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit; ut solet a foricariis, qui tardius pecuniam inferunt, item ex vectigalibus. *Perperam quidam leg.* fornicariis.

FŎRĬCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *foris;* parva foris, sive valvulae ad fenestras occludendas; *imposta. Varr. 1. RR. 59.* Ut oporothecae fenestras habeant, atque ut eae perflentur, curent: neque tamen sine foriculis, ne, cum humorem *(poma)* amiserint, pertinaci vento victa fiant.

FŎRĬCŬLĀRĬUM. V. voc. seq.

FŎRĬCŬLĬĀRĬUM *(minus recte* Foricularium), ii, n. Nomen a *forica*, quo significatur vectigal, quod mercatores pro mercibus in publicis alicuius emporii foriculis depositis solvere solebant; *magazinaggio. Inscript.* apud *Grut. 199. 6.* et *Murat. 573. 4.*, eadem vero emendatior apud *Marini, Iscriz. Alb. p. 28.* Imp. Caesar M. Aurelius Antonious Aug. Germanicus Sarmat., et Imp. Caesar L. Aurelius Commodus Aug. Germanicus Sarmatic. hos lapides constitui iusserunt propter controversias, quae inter mercatores, et mancipes ortae erant; uti florem demostrarent vectigali foriculiarii, et ansarii promercalium secundum veterem legem semel dumtaxat exigundo. *Alia ibid.* Quidquid usuarium invehitur, ansarium non debet. In *Cod. Hermogen. tit. 3.* apud *Schulting. Iurisprud. ante-Iustinian. p. 710.* Ideo proconsul, si partium vestrarum allegatione solutam ansariam pro aliena recognoscit, ut tradat vobis hanc ipsam cum fructibus rem, aequitatis ratione provisum est. *Hic videtur legend.* solutum ansarium. Cf. not. seq.

Nota. *Murat. loc. cit.* putat *foriculiarium* (quod ipse, aliique contra lapidis fidem *foricularium* scribunt) fuisse vectigal, quod foricarum, seu latrinarum nomine impositum aliquando fuerit, quemadmodum urinae imposuit Vespasianus Aug. (V. *Suet. Vesp. 23.*): item *ansarium* fuisse, quod ob vasa ansata ad ventrem exonerandum, Italice *pitali*, solvebatur. — At ex locis Veterum supra allatis, illud vero similius videtur, *foriculiarium* fuisse vectigal, quod Romae in foro, sive potius ad portum Ostiensem, mancipes ex mercatoribus

Digitized by Google

semel tantummodo exigebant pro mercibus rerum promercalium in foricis seu foriculis publicis (V. VORICA) depositis, quae loca nunc vocamus *dogana di transito:* aliud porro vectigal, *ansarium* appellatum, fuisse, quod nunc Itali vocant *ancoraggio*, pro navibus intra portum ad ancoras deligatis, quarum navium funes ansis; h. e. ferreis anulis detinerentur. Huiusmodi interpretationem probant illa supra allatae Inscriptionis verba *vectigali foriculiarii, et ansarii promercalium semel dumtaxat exigundo*, quae profecto *Muratorii* sententiae minime congruunt; obfirmat etiam vox *promercalium*, qua nempe significantur res promercii causa omnibus in portu occurrentibus mercatoribus venui prostantes, pro quibus vectigal foriculiarii et ansarii; h. e. *magazzinaggio* et *ancoraggio*, mancipibus, seu foricariis, qui foricas publicas conduxerant, erat solvendum; cum e contrario *usuarias* merces dicerentur, pro quibus in usus civium illic degentium sepositis mercatores portorium tantum; h. e. *dazio d' ingresso*, portitoribus, seu publicanis solvere solebant. Hinc *Gell. 4. 2. in fin.* distinguit *promercalia* ab *usuariis;* illa enim promercii tantum causa exteris mercatoribus, haec annuo civium usui reservabantur. Eadem fere habet *Paul. Dig. 33. 9. 4.* §. 2. et *Alfen. ibid. 32. 1. 60.* §. 2.

FŎRINSĔCUS. Adverb. (apud serioris Latinitatis Scriptores tantum in usu) a *foris* et *secus*, eadem ratione et significatione, qua ab *extra* et *secus* fit *extrinsecus;* hoc est, ab exteriori parte; *di fuori:* cui opponitur *intrinsecus*. *Plin. 15. 42. 1.* Lignum omnes corticis loco habent, hoc est forinsecus. *Colum. 8. 5.* Ab cohorte forinsecus fenestellis scandulae iniungantur. *Pallad. 1. 40.* Miliarium . . . inter foliorum spatia forinsecus statuemus. *Lactant. de Opific. Dei, 2. 9.* Non forinsecus, ut cetera, sed interius armavit. — *Vulg. Interpr. Num. 35. 4.* A muris civitatum forinsecus. Adde *3. Reg. 6. 6.* et *alibi pluries.* — **2)** Saepe etiam refertur ad res exteriores, itemque ad externos, quibus opponuntur interni, et est publice, apud alios. *Sidon. 1. ep. 2.* Si actionem diuturnam, quae est forinsecus expedita, perquiras. *Id. 5. ibid. 1.* Multum voluntates nostras copulaverat decursarum forinsecus actionum similitudo. — **3)** Adhibetur aliquando pro *foras* cum verbis motus. *Apul. 9. Met.* Insuper plagis castigatum puerum forinsecus abiicit. *Id. ibid. 5.* Mox in altum sublimata forinsecus totis alis evolat. *Solin. 1.* Pindarum . . . ne cum ceteris interiret, forinsecus Castor et Pollux vocarunt.

FŎRĬO, īs, īre. Verbum intransitiv. a *foris;* ventrem deonero, excrementa liquida eiicio; *cacar liquido*. *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal. 5. 58.* Forire est onus foras eiicere, deonerare ventrem. V. VORICA §. 1.

FŎRĬŎLUS, i, m. Nomen a *foris;* qui ventre soluto est, et foria facile emittit. *Laber.* apud *Non. 2. 332.* Foriolus esse videris, in coleos cacas. V. FORIA §. 1.

FORIS, is, *frequentius in plur.* Fores, ium, f. Nomen parum certae originis, quod tamen quidam a θύρα; ianua, alii a πόρος; transitus, ducunt: nec desunt, qui e Sanscredanica voce *dvaras* derivent. Fortasse radix quaerenda est in *fero*, a quo et adverbia *foris* et *foras* (V. FORAS §. a.), ut *Isid. 15. Orig. 7. 4. fores*, inquit, dicuntur, quae *foras* revolvuntur. — **b)** In genitivo plur. *forium* quidam legunt apud *Plaut. Cure. 1. 3. 1.* pro *forum*, et ita retinuit etiam *Weise*. V. loc. infra §. 1. — **c)** Apud eundem *Plautum* aliquando vox est monosyllabica, ut adnotat cl. *Ritschel* in *Proleg.* ad *Plaut. p. 141.* et *seq.* et *145.* — **d)** Derivatum, *foricula*. — **e)** Composita, *bifores, biforus, multifores, multiforus, quadriforis*.

FORIS proprie est ianua exterior aedium et saepius valvae ipsius; *porta, imposta:* et frequentius adhibetur in plur. num. *Cic. 2. Nat. D. 27.* Fores in limimibus profanarum aedium, ianuae nominantur. *Id. 3. Verr. 26.* Ut ianuam clauderent, et ipsi ad fores assisterent, imperat. *Id. 5. Tusc. 28.* Extra fores limenque carceris. Et *20.* Fores claudere. *Liv. 1. 14. extr.* et *3. 15. extr.* et *26. 29. in fin.* et *38. 6.* Fores portarum obiicere. *Ter. Adelph. 2. 1. 15.* aperire. Et *1. 2. 8.* effringere. Et *4. 5. 4.* pellere; h. e. aperiendi causa commovere. *Id. Heaut. 3. 3. 34.* pultare. Et *37.* Foribus pessulum obdere. *Plaut. Curc. 1. 3. 1.* Sonitum prohibe forium, et crepitum cardinum. V. supra §. b. *Quintil. 2. Decl. 16.* Fores vallare. *Horat. 3. Od. 16. 2.* Fores robustae. *Id. 2 Sat. 3. 261.* invisae. *Id. 3. Od. 10. 3.* asperae. *Tibull. 1. 1. 56.* durae. *Id. 1. 6. 54.* Foribus inest clavis. — In sing. num. *Plaut. Amph. 1. 2. 54.* et *Ter. Adelph. 2. 3. 11.* Foris crepuit. *Ovid. 12. Heroid. 150.* Constitit ad geminae limina prima foris. *Id. 2. Pont. 2. 42.* Forem obdere alicui; *serrargli la porta in faccia*. *Liv. 6. 34.* Forem virga percutere. *Horat. 1. Sat. 2. 67.* Exclusus fore, cum Longarenus foret intus. — *Ovid. 3. Art. am. 228.* forem thalami claudere. *Cic. 5. Tusc. 20.* Quum forem cubiculi clauserat. Adde *Plaut. Casin. 3. 1. 17., Aul. 4. 3. 5.* et *Bacch. 4. 9. 134.* — **2)** Mos erat, ut aedium privatarum fores intus aperirentur, ne si quis opperiens ad ianuam esset, in eum impingerentur in reserando. Narrant *Plutarch. in Poplic.* et *Plin. 36. 24. 9.* eius fratri L. Valerio domum publice aedificatam esse, cuius fores extra aperirentur, et ianua in publicum reiiceretur: idque honoris causa, ut significaretur, quotidie eam domum aliquid publice admissuram. — **3)** A similitudine dicitur de aliis quibusvis ostiis et de quocumque foramine, per quod est aditus. *Cic. 3. Offic. 9.* Aeneas equus, cuius in lateribus fores essent, quibus etc. *Plin. 32. 3. 1.* Fores nasarum. *Id. 21. 48. 1.* apum. *Colum. 8. 17.* Praefigantur arcui exiguis foribus cancelli. *Al. leg.* foraminibus. — *Plin. 36. 19. 4.* Labyrinthi crebrae fores. — **4)** Translate. *Cic. 13. Fam. 10. ad fin.* In omnibus novis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, et qua commendatione quasi amicitiae fores aperiantur. *Plin. 35. 36. 2.* Ab hoc fores artis apertas Zeuxis intravit. *Id. 2. 8. 6.* Rerum fores aperire.

FORIS. Adverb. (et apud sequioris aevi Scriptores etiam praepositio) eiusdem originis ac *foras*, quod V. §. a. — **b)** Ultima syllaba longa est, *Lucret. 2. 158.* et *1043.* et *alibi.* — **c)** Composita V. in FORAS.

FORIS proprie est exterius, extra; *fuori, di fuori:* et ad statum in loco pertinet. *Cic. Sull. 5.* Ille relictus intus, exspectatus foris. *Nep. Datam. 6.* Cum et intra vallum, et foris carderentur. *Varr. 3. RR. 16.* Foris pascuntur, intus opus faciunt. *Plin. 22. 53. 1.* Divus Augustus interrogavit, qua nam maxime ratione vigorem illum animi corporisque custodisset, respondit: intus mulso, foris oleo; h. e. in externo corpore. — **2)** Aliquando ad motum de loco. *Nep. Dion. 9.* Illi inermes, telum foris flagitantes, vivum tenebant. *Lucret. 5. 344.* At quaecumque foris veniunt, impostaque nobis Pondera sunt, laedunt. — **3)** Hinc aliquando pro *foras* ponitur. *Ter. Phorm. 5. 19. 1.* Ne vos forte imprudentes foris effutiretis. *Plin. 10. 49. 2.* Foris saturitatem emittere; h. e. excrementa e nido. Et *21. 5. 1. ex XII. Tabulis.* Mortuum foris efferre. — Huc spectare potest illud *Vulg. Interpr. Apoc. 22. 15.* Foris canes et venefici et impudici. — *Isid. Gloss.* Foris facio, offendo, noceo. — **4)** Saepe *foris* est apud alios. Sic *coenare foris* est apud amicum coenare, non domi: quod parasiti factitant. *Petron. Sat. 10.* Ut foris coenares, poetam laudasti. *Martial. 2. 53.* Liber eris, coenare foris si, Maxime, nolis. Adde *69. Cic. 7. Fam. 16.* Ego si foris coenitarem, familiari tuo non defuissem. — Sed etiam *coenare foras* usurpavit *Petron. Sat. 50.* — **5)** Translate. *Cic. 1. Offic. 22.* Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi. *Id. 2. Orat. 39.* Omne quod sumitur in oratione, aut ad probandum, aut ad refellendum, aut ut sua sumi vi atque natura, aut assumi foris. *Id. 5. Fin. 7.* Ut in ipsa arte insit, non foris petatur extremum. *Id. Partit. 14.* Eo non parit oratoris ars, sed foris ad se delata, etc. *Ter. Heaut. 5. 1. 49.* Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare, Foris sapere; tibi non posse auxiliarier? *Cic. Rosc. Am. 47.* Et domi dignitatem, et foris auctoritatem retinere. *Horat. 1. Sat. 10. 29.* patriis intermiscere petita verba foris malis, Canusini more bilinguis. — **6)** Speciatim *foris esse* apud Scriptores Ecclesiasticos dicuntur, qui ad nos non pertinent, externi, extra fidem sive Ecclesiam positi, haeretici vel excommunicati. *Vulg. Interpr. 1. Cor. 5. 13.* Eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Adde *Coloss. 4. 5.* et *1. Tim. 3. 7.* et *Marc. 4. 11., Hieronym. 3. in Rufin. extr.* Quid loquar de haereticis, qui licet foris sint, se nominant Christianos? *Vict. 1. Pers. Vand. p. 12.* Coepit reverendus haberi etiam ab iis, qui foris sunt. *Facund. Hermian. 2. 2.* Qui videntur in Ecclesia falsi fratres, qui utinam foris essent, etc. Adde *Cyprian. ep. 73. n. 6.* et *alibi saepe.* — **7)** Hinc *exire foris* apud *Commodian. Instr. 24.*, rectius *exire* et *egredi foras* apud *Augustin. 2. contra Crescon. 4.* et *Hieronym. ep. 25. ad Paulum 4.* est ab Ecclesiae communione recedere. — **8)** Deinde, quod attinet speciatim huius particulae usum,

II. *Foris* adhibetur tanquam praepositio cum accusativo. *Vulg. Interpr. Apoc. 11. 2.* Atrium autem quod est foris templum. Adde *2. Esdr. 13. 20. Auct. de limitib. p. 275. Goës.* Fluvius, qui foris agrum non vagatur. — **2)** *A foris* (male unica voce *aforis*, adhibetur enim tamquam nomen) est ab exteriori parte; *dal di fuori*. *Plin. 17. 37. 3.* In ulcus penetrat omnis a foris iniuria. Adde *Auct. incert. de limit. p. 314. Goës. Possid. Vit. Augustin. 26.* et *Caesar. Arelat. Homil. 2.* Cf. DEFORIS in *Nota*.

Nota. Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Turcell. T. 2. p. 707-710.*

FORMA, ae, f. Nomen a Graeca voce μορφή, eiusdem significationis, per metathesin litterarum. — **b)** *Formaï* pro *formae* usurpavit *Lucret. 4. 67.* formaï servare figuram. — **c)** In antiquis MSS. et editis libris *fortuna, figura* et *forma* inter se sunt confusa, ut animadvertit *Hildebr.* ad *Apul. 1. Met. 1.* et *7. ibid. 25.* — **d)** Derivata, *formabilis, formaceus, formalis, formaliter, formamentum, formaster, formatio, formator, formatrix, formatura, formella, formitas, formo, formose, formositas, formoso, formosulus, formula, formularius.* Cf. FORMUS. — **e)** Composita, *aequiformis, ambiformiter, biformatus, biformis, conformis, deformo, efformis, formipotens, humaniformianus, informis, milliformis, multiformis, multiformiter, omniformis, performo, pluriformis, praeformator, praeformo, quadriformis, reformo, seniformis, septiformis, tauriformis, transformo, triformis, versiformis, uniformis*.

Digitized by Google

FORMA proprie est figura, statura, species, ratio et dispositio partium exterior in qualibet re: itemque rei alicuius delineatio; *forma, fattezza, figura*. *Plaut. Poen. 5. 2. 151.* Earum nutrix, qua sit facie, mihi expedi. *Mi.* Statura haud magna, corpore aquilo. *Ha.* ipsa ea 'st. *Mi.* Specie venusta, ore parvo atque oculis pernigris. *Ha.* Formam quidem hercle verbis depinxti mihi. *Enn.* apud *Cic. 1. Tusc. 15.* Aspicite, o cives, senis Enni imagini' formam. *Cic. 1. Nat. D. 32.* Hoc dico, non ab hominibus formae figuram venisse ad deos: dii enim semper fuerunt . . . at homines nati: ante igitur humana forma, quam homines, ea, qua erant forma, dii immortales. Non ergo illorum humana forma, sed nostra divina dicenda est. *Auct. ad Herenn. 4. 47.* Ipse *(eitharoedus)* forma et specie sit et statura apposita ad dignitatem. *Cic. 3. Fin. 12.* Corporis nostri partes, totaque figura, et forma, et statura, quam apta ad naturam sit, apparet. *Id. 1. Nat. D. 14.* Fingere formam quandam et speciem Deorum. Et *Mil. 32.* Clarissimorum virorum formae; *ritratti, immagini*. Et *2. Nat. D. 57.* Formae litterarum. Et *1. ibid. 32.* Figura formae. Et *5. Tusc. 39.* Formae species. *Id. 2. Fam. 8.* et *Suet Ner. 16.* Forma aedificii; *disegno* (Adde *Suet. Caes. 31., Plin. 9. ep. 39., Gell. 19. 10.*). *Horat. 1. Ep. 16. 4.* Forma et situs agri. *Plin. 12. 8. 2.* Forma Aethiopiae allata Neroni; *carta geografica*. *Hygin. de limit. p. 192. Goes.* Si qua compascua, aut silvae fundis concessae fuerint, quo iure data sint, formis ingeremus. Et *mox.* Haec in forma similiter comprehensa ostendemus; *in disegno*. *Lex* apud *Grut. 202.* Ager, quem in terra Italia III. vir dedit, assignavit, reliquit, inve formas, tabulasque retulit, referrive iussit; *in piante topografiche di agrimensori*, et *in tavole seu scritture di descrizione*. V. PROPLASMA. *Plin. 2. 60. 1.* Dimidia circuli forma; *figura di semicircolo*. *Liv. 25. 31.* et *Sil. 14. 677.* Archimedes intentus formis, quas in pulvere descripserat; *figure matematiche*. *Propert. 4. 2. 64.* formae caelator abenae; *statua*. *Plin. 34. 10. 2.* Statuam maximae formae ponere; *statura*. — *Id. 30. 20. 5.* Sacellum crudis laterculis, ad formam camini. *Ovid. 2. Amor. 11. 47.* Inque tori formam molles sternentur arenae. *Vellei. 2. 61.* In formam iusti coiere exercitus. — *Arnob 2. p. 72.* Nec in formis erubescerent calamistris masculorum vibrare caesariem. *Stewechius legend. putat* infirmis; *h. e.* valde calidis: sed hic nihil mutandum, atque ita sunt verba coniungenda: *in formis masculorum vibrare caesariem calamistris*. — **2)** Poetice *forma alicuius animalis* est ipsum illud animal. *Virg. 7. Aen. 18.* ac formae magnorum ululare luporum. *Ovid. 2. Met. 78.* per insidias ille est, formaeque ferarum. *Sil. 13. 86.* Cum pecudes volucrumque genus, formasque ferarum etc. — *Ovid. 1. Met. 75.* Astra tenent caeleste solum, formaeque Deorum. — **3)** Saepe

II. *Forma* etiam absolute, dicitur de pulcritudine corporis; *bellezza*. *Cic. 5. Tusc. 21.* Eximia forma pueros delectos iussit consistere. *Ter. Andr. 2. 5. 17.* Virgo forma bona. *Id. Eun. 3. 5. 18.* Cum ipsum me moris, quam elegans formarum spectator siem. *Iustin. 15. 1. a med.* Formae pulcritudo et proceritas corporis. *Ovid. 15. Heroid. 51.* Si mihi difficilis formam natura negavit. *Id. 2. Art. am. 113.* Forma bonum fragile est; quantumque accedit ad annos, fit minor, et spatio carpitur ipsa suo. *Propert. 2. 28. 33.* Et quot Troia tulit, vetus et quot Achaïa formas; *h. e.* puellas formosas. *Horat. 1. Ep. 4. 6.* Di tibi formam, Di tibi divitias dederunt, artemque fruendi. *Id. ibid. 6. 37.* Et genus et formam regina pecunia donat. Adde *Quintil. 2. 5. 12.* et *5. 11. 26.* Cf. FORMOSUS § 2. — **4)** *Forma stata et uxoria* est, quae uxorem decet. V. STATUS. — **5)** Hinc rei alicuius *forma prima*, vel *forma secunda* dicitur, quae maioris est pretii, attenta rei qualitate. *Edict. Diocletl. p. 17. Haubold.* Pellis Babylonica primae formae X. quingentis; formae secundae, X. quadraginta. Sic *ibid.* corium bubulum infectum formae primae, et corium secundae formae, etc.; *di prima o seconda qualità*. — **6)** Hinc *ex forma* est pro conditione sive natura rei. *Tertull. Apol. 7.* Ab ipsis enim reis non ubique *(prodi potuit)*, cum vel ex forma omnibus mysteriis silentii fides debeatur. *Apul 7. Met. 23.* Ceterum plagis non magnopere commovebar, quippe consuetus ex forma concidi fustibus. V. *Hildebr. ad h. l.* — Sic et *in forma animalium esse* dixit *Quintil. 15. Decl. 8.* — **7)** Translate. *Cic. 2. Tusc. 15.* Qui Graecine formam rerum publicarum dederunt. *Id. 3. Fam. 11. a med.* Ad me quasi formam communium temporum, et totius reipublicae misisti expressam. *Id. 1. Offic. 29.* Forma officii. Et *5.* Forma et tanquam facies honesti. *Id. 5. Orat. 9.* Innumerabiles paene sunt quasi formae, figuraeque dicendi. *Id. Brut. 85.* Orationes eius valde laudo: significant enim quandam formam ingenii, sed admodum impolitam et plane rudem. *Id. Orat. 11. ad fin.* Laudationum, scriptionum, et historiarum, et talium suasionum formam complecti; *h. e.* rationem modumque dicendo persequi. *Id. 2. Fam. 8.* Exspecto, ut cum formam reipublicae viderim, quale aedificium futurum sit, scire possim. *Papinian. Dig. 31. 1. 79. extr.* Certaminis formam declarare, quam quis celebrari singulis annis voluit; *il modo, la qualità*. *Gell. 2. 8.* Forma et ordo syllogismi. *Vellei. 1. 16.* Formam propositi excedere; *la misura dell' opera disegnata*. *Ulp. Dig. 48. 1. 32.* In conventionalibus stipulationibus contractui formam contrahentes dant. *Paul. ibid. 2. 8. 14.* et *Ulp. ibid. 5. 6. 8.* Forma edicti; *il tenore*. *Martian. ibid. 30. 1. 111. ante med.* Secundum vulgarem formam iuris; *l'ordine, il corso ordinario*. *Virg. 6. Aen. 626.* omnes scelerum comprendere formas. Et *615.* quae forma viros, fortunave mersit; *h. e.* quae species delicti. — **8)** Deinde

III. *Forma* dicitur rei alicuius delineatio et exemplar futuri operis; *forma, modello, tipo, disegno*. *Plin. 36. 49. 1.* Formae, in quibus aera funduntur; *modelli, stampi*. *Colum. 8. 7.* Formis buxeis caseum exprimere. *Horat. 2. Sat. 3. 106.* Formae sutorum. *Ulp. Dig. 9. 2. 5. §. 3.* Si sutor forma calcei cervicem pueri discenti percussit. *Edict. Diocletl. p. 18. Haub.* Formae caligares maximae X. centum . . . Formae muliebres X. sexaginta. Formae infantiles X. triginta. — **9)** Huc spectat *Plin. 35. 49. 4.* Excisum latericiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturae, ligneis formis inclusum Romam deportavere; *in casse di legno*. — **10)** Item *forma* de signata pecunia dicta est; nam forma nummi est character signumque in eo impressum: *impronta, impronto*. *Quintil. 1. 6. 3.* Utendum plane sermone, ut numino, cui publica forma est. *Lamprid. Alex. Sev. 39.* Formas binarias, ternarias, et quaternarias, et denarias etiam resolvi praecepit, neque in usu cuiusquam

stin. 11. Trinit. 2. ad fin. Primordia formabiliora. — Absolute. *Mamert. Claudian. 1. Stat. an. 18. n. 2.* Stabit ergo anima in contemplatione formarum, ut moveat corpus in figuratione formabilium. *Id. 2. ibid. 7. n. 2.* Formabilia ab illo formas capiunt, qui concepit.

FORMĀCĔUS, a, um. Adiect. a *forma;* ad quasdam formam exactus. *Plin. 35. 48. 1.* In Hispania ex terra parietes, quos appellant formaceos, quoniam in forma, circumdatis utrinque duabus tabulis, infercinuntur verius, quam instruuntur, aevis durant, incorrupti imbribus, etc. — Eadem habet *Isid. 15. Orig. 9. 5.*, nisi quod pro *formaceo* habet *formatum* vel *formatium;* quare sunt, qui ex *Isidoro* velint emendare *Plinii* textum.

FORMĀLIS, le. Adiect. a *forma;* ad formam pertinens. *Plin. 34. 20. 5.* Formalis temperatura aeris; *h. e.* ad formas faciendas: sicut paulo supra *temperatura tabularis* ad faciendas tabulas aereas. — **2)** Translate. *Suet. Domit. 13.* Pari arrogantia, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic coepit: Dominus et Deus noster sic fieri iubet; *h. e.* quae eadem forma ad plures scribebatur, ἐγκύκλιος; *circolare. Ulp. Dig. 38. 2. 62.* Corpora, si qua sunt in bonis defuncti secundum rei veritatem aestimanda erunt, hoc est, secundum praesens pretium: nec quidquam eorum formali pretio aestimandum esse sciendum est; *h. e.* pretio, quod communiter, et certa veluti forma et taxatione perpetua his tribui solet; *al prezzo consueto della piazza. Imp. Iustinian. Cod. 6. 25. 26.* In testamentis sine scriptis faciendis omnem formalem observationem penitus amputamus; *h. e.* ritum, modum, qui in forma testamenti a iure praescribitur. Et *ibid.* Etiamsi non ante praedixerit testator illa formalia verba: *ideo eosdem testes convenisse*, etc.

FORMĀLĪTER. Adverb. a *formalis;* formali ratione; *formalmente.* — Translate. *Boeth. 5. Cons. Phil. pr. 6.* Uno ictu mentis formaliter cuncta prospiciens.

FORMĀMENTUM, i, n. Verbale a *formo* (a quo *formamen* et syllabica adiectione productum *formamentum*); formatio, res formata. *Lucret. 2. 847.* et omnia principiorum Formamenta queunt in quovis esse nitore. *Arnob. 3. p. 109.* Formamenta divina; *h. e.* formae et figurae Deorum.

FORMĀRĬA, ae, f. Nomen proprie adiect. a *forma,* quo, absolute adhibito, significatur quae in monasteriis feminarum ceteris praeluceret, iisque in spirituali vitae genere informandis praeesset. Nos diceremus *maestra delle novizie. Cassar. Arelat. Reg. ad Virg. 37.* Si quis germanam suam . . . videre voluerit, praesente formaria, vel qualibet seniore, ei colloqui non negetur. Adde *ibid. 39.* Cf. voc. seq.

FORMĀRĬUS, ii, m. Nomen a *forma,* proprie adiectivum, quo, absolute adhibito, significatur, qui spiritualis vitae formam suo exemplo aliis in monasterio praebet. *Ferrol. Reg. 17.* Nam post ipsum, quem diximus praepositum, qui in bonis sit forma, statuimus, regularem formare formarium, etc.

FORMASTER, tra, um. Adiect. a *forma,* syllabica adiectione productum; aliquantum formosus, vel exornatus. Antiqua vox *Titinii* apud *Fest.* in *Obstrudant. p. 193. Müll.* Aut luculentaster aut formaster frigidus. — *Gloss. Isid.* Formastrum, opus pistorium. Adde *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 462.*

FORMĀTĂ, ae, f. V. FORMATUS §. 3.

FORMĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *formo;* actus formandi; *disegno, formazione. Vitruv. procem. l. 2.* Formationem puto probandam, locum improbandum. *Id. 5. 1.* Oblonga fori formatio, et ad spectaculorum rationem utilis dispositio. *Id. 4. 1.* Formationes columnarum. — **2)** Translate. *Senec. ep. 117.* Ista iam a formatione morum recesserunt. — **3)** Apud *Philastr. de haeres. 21.* Formationes etiam in lapide magno velut obelisco, qui erat in templo positus pro columna . . . tollentes . . . baiulabant in collo; *h. e.* characteres et figuras telesmaticas columnae illi insculptas, quibus vim averruncatoriam tribuebant homines superstitiosi.

FORMĀTĬUM, ii, n. V. FORMACEUS.

FORMĀTOR, ōris, m. Verbale a *formo;* qui format; *disegnatore, formatore. Senec. consol. ad Helv. 8.* Quisquis formator universi fuit. — **2)** Translate *Colum. praef. l. 1.* Animi sibi quisque formatorem, praeceptoremque virtutis e coetu sapientum arcessat. *Plin. 8. ep. 23.* Me formatore morum, me quasi magistro utebatur. *Quintil. 10. 2. a med.* Praeceptor rector est alienorum ingeniorum, atque formator. *Pallad. 1. 1.* Formator agricolae. *Tertull. Apolog. 34.* Augustus formator imperii.

FORMĀTRIX, īcis, f. Verbale a *formo;* quae format. *Tertull. Monogam. 17. de Didone.* Regina tantae civitatis formatrix. *Claudian. Mamert. 1. de Stat. an. 26* Accede formatrici formae, quo possis esse formosior.

FORMĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *formo;* conformatio; *forma. Lucret. 4. 548.* Haec igitur penitus voces cum corpore nostro Exprimimus, rectoque foras emittimus ore, Mobilis articulat verborum daedala lingua, Formaturaque labrorum pro parte figurat. *Arnob. 2. p. 50.* Res formatura vera; *di varie fogge o forme.*

FORMĀTUS, a, um. Particip. verbi *formo,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *formatior* §. 1. — Proprie est factus, figuratus; *formato, fatto. Cic. 4. Verr. 35.* Signum in muliebrem figuram habitumque formatum. *Suet. Ner. 31.* Coma formata in gradus. *Ovid. 3. Met. 419.* e Pario formatum marmore signum. *Id. 3. Pont. 4. 23.* gentes formatae mille figuris; *delineate, rappresentate. Id. 5. Met. 328.* formatus cum cornibus Ammon. *Plin. 7. ep. 12.* Libellum formatum a me misi tibi; *h. e.* confectum quidem, sed nondum perfectum limatumque. *Dionys. Exig. de Creat. hom. 17.* Talis ergo cum sit, et propterea naturae formatioris exstiterit creator, etc. — **2)** Translate. *Cic. 3. Nat. D. 7.* Formatas esse in animis hominum Deorum notiones. *Quintil. 10. 7. 8.* Semper nostram vocem provisa et formata cogitatio excipiat. *Colum. 11. 1. ante med.* Villicus complurium agrestium formatus artibus; *h. e.* institutus; *istruito. Suet. Claud. 37.* Formatus in admirationem; *h. e.* compositus. *Iustin. 18. 3.* Ab eo formatus; *istruito, informato.* V. integr. locum. — **3)** Absolute, substantivorum more.

FORMATA, ae, f. Est quae vulgo nunc dicitur *lettera patente,* quae clericis aliisque ecclesiasticis viris dabatur ab episcopis, quoties ab una in aliam dioecesin se transferrent. *Dionys. Exig. Cod. Can. Synod. Carthag. 36.* Nullus episcoporum naviget sine formata primatis. Adde *ibid. 25. Xist. pap. ep. 9.* Sacerdos, si sine eius *(antistitis)* epistolis atque formata venire tentaverit, etc. *Sidon. 6. ep. 8.* Agnoscitis profecturo civi me epistolam, clerico debuisse formatam. Cf. CANONICUS §. 7. — **4)** Item *formatum, i,* n. V. FORMACEUS.

FORMELLĂ, ae, f. Deminut. a *forma;* parva forma. *Apic. 9. 15.* Si volueris, in formella piscem formabis; *h. e.* in vasculo, quod pro forma piscis faciendi esse possit. — *Vulg. Interpr. 1. Reg. 17. 18.* Et decem formellas casei has deferes ad tribunum.

FORMĪCĂ, ae, f. Nomen, a Graeca voce μύρμηξ, pro qua Aeolice βύρμηξ; Aeoles enim, a quibus verba plerumque derivant Romani, μ in β, et υ in ο mutant. V. MYRMEX. Porro ineptum est illud *Serv.* ad *Virg. 4. Aen. 402.* Sane formica dicta ab eo, quod ore micas ferat. Adde et *Isid. 12. Orig. 3.* — **b)** Vulgo aliquando *furmica* pro *formica* scriptum fuisse, arguitur ex eo quod hanc scriptionem improbat *Auct. Grammat. in Append. ad Prob. art. min. p. 38. p. 443. Endl.* — **c)** Derivata, *formicabilis, formicalis, formicatio, formicinus, formico, formicosus, formicula.* — **d)** Composita, *conformicatio, conformico, formicoleon.*

FORMICA est exiguum animal, sed admirabilis solertiae, aestate congerens et condens sub terra, quae hieme victui sint; *formica. Cic. 3. Nat. D. 9.* Num idcirco existimas, formicam anteponendam esse huic pulcherrimae urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? *Virg. 1. G. 186.* inopi metuens formica senectae. Et *379.* tectis penetralibus extulit ova Angustum formica terens iter. *Id. 4. Aen. 402.* Ac veluti ingentem formicae farris acervum Cum populant, hiemis memores, tectoque reponunt. *Ovid. 7. Met. 624.* frugilegas aspeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore gerentes. — De formicarum solertia copiose *Plin. 11. 36. 1.* et *seqq.*, ubi etiam narrat in India septentrionali formicas e cavernis aurum egerere. Adde *Propert. 3. 11. 3. Vulg. Interpr. Prov. 6. 6.* Vade ad formicam, o piger, etc. Adde *ibid. 30. 25.* — **2)** Apud *Plaut. Trin. 2. 4. 8.* Conflt cito, quasi tu obiicias formicis papaverem. Proverb. de re, quae cito fit.

FORMĪCABĬLIS, le. Adiect. verbale a *formico;* formicans. *Coel. Aurel. 2. Acut. 27.* Pulsus latens, aut formicabilis, quem Graeci μυρμηκίζοντα vocant. Cf. FORMICO et voc. seq.

FORMĪCĀLIS, le. Adiect. idem quod formicabilis. *Coel. Aurel. 2. Chron. 15.* Formicalis pulsus. Cf. voc. praeced.

FORMĪCANS, antis. Particip. a *formico,* adiectivorum more adhibitum; formicarum modo currens, ut Formicans pulsus, exiguus, debilis, et frequens, omniumque maxime letalis, ita dictus, quod veluti formicas per arteriam discurrentes tactui repraesentet. *Plin. 7. 52. 1.* Venarum inaequali aut formicante percussu.

FORMĪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *formico;* exuberatio quaedam parva et calloso, in summa cute latissimis radicibus inhaerens, superne angustior, quae inter scalpendum mordentis formicae sensum praebet: item pruritus cutis, qualem formicae pungentes efficerent; *mal della formica, informicolamento. Plin. 28. 20. 1.* Sanguinem sistit illico, et formicationes corporum. *Id. 30. 22. 2.* Verendorum formicationes.

FORMĪCĪNUS, a, um. Adiect. a *formica;* ad formicam pertinens; *di formica. Plaut. Men. 5. 3. 12.* Incedit, movet formicinum gradum; *h. e.* incedit more formicae, tarde.

FORMĪCO, as, āre. Verbum intransitiv. a *formica.* — Particip. *formicans,* V. suo loco. — Est formicationem contraho, prurio. *Plin. 30. 41. 1.* In sole, donec formicet cutis, tolerandae sunt.

FORMĪCŌLĔON, ontis, m. Nomen a *formica* et *leon,* quo significatur animal parvum, formicis satis infestum, quod se in pulvere ab-

Digitized by Google

scondit, et formicas frumenta portantes interficit. Proinde autem leo et *formica* vocatur, quia aliis animalibus ut formica est, formicis autem ut leo est. Haec *Isid. 12. Orig. 3. 10.*

FORMĪCŌSUS, a, um. Adiect. a *formica;* plenus formicis; *pieno di formiche. Plin. 10. 95. 3.* Formicosam arborem sorices cavent.

FORMĪCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *formica;* parva formica; *formichetta, formicuccia. Arnob. 4. p. 143.* et *7. p. 240.* Nec inter formiculam, et esse plurimum esse discriminis. *Apul. 6. Met.* Formiculis illa parvula, atque ruricola. *Front. ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 8.* Formicularum, et apicularum ostentis res maximae portendantur.

FORMĪDĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *formido;* formidandus; *formidabile, spaventevole. Ovid. 2. Met. 857.* Nullae in fronte minae, nec formidabile lumen. Et *174.* nec formidabilis ulli. *Gell. 14. 4.* Aspectus vehemens et formidabilis. Et *19. 1. a med.* Formidabilis sonus. — **B)** Adverbiorum more. *Stat. 8. Theb. 582.* formidabile ridens; *h. e.* risum ciens, quo formido incutitur.

FORMĪDĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *formido;* formido, terror, spectrum. *Apul. Apol.* Bustorum formidamina, sepulcrorum terriculamenta.

* FORMĪDĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *formido;* formido, metus; *paura.* — Tribuitur a nonnullis *Ciceroni in Partit. Orat. c. 4.* Meliores tamen edit. habent *reformidatio*, vel *reformatio*.

FORMĪDĀTUS, a, um. Particip. verbi *formido;* qui timetur; *temuto. Virg. 5. Aen. 278.* nautis formidatus Apollo. *Horat. 2. Ep. 1. 256.* formidata Parthis Roma *Id. 3. Od. 6. 15.* Dacus et Aethiops, Hic classe formidatus, ille Missilibus melior sagittis. *Claudian. Cons. Probi et Olybr. 94.* Et formidato clypeus Titana lacessit Lumine. *Iuvenal. 6. 559.* Magnus civis obit et formidatus Othoni. — Medicina, inquit *Ovid. 1. Pont. 3. 24.*, formidatis non auxiliatur aquis. V. HYDROPHOBIA.

FORMIDO, ās, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more aliquando adhibitum, eiusdem radicis ac *horreo*, ut quidam putant. — Contra a *formus* deducere videtur *Isid. 10. Orig. 165.* a *Formidolosus* a *forma*, id est sanguine, dictus, quum se a cute ad praecordia fugiens contrahit sanguis; nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit formidinem: unde est illud: *Gelidusque coit formidine* sanguis. » — **b)** Particip. *formidans* §. 2., *formidandus* §. 1., *formidatus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *formidabilis, formidamen, formidatio, formido, inis, formidolose, formidolositas, formidolosus.* — **d)** Composita, *afformido, informidabilis, informidatus, performido, performidolosus, praeformido, reformidatio, reformido.*

FORMIDO proprie est aliquid horrore habeo, vehementer timeo, metuo, vereor; *aver gran paura, temer forte. Cic. 2. Phil. 26.* Unus invenitur est, qui id auderet, quod omnium fugisset et formidasset audacia. *Plaut. Pseud. 1. 3. 81.* Si isti formidas credere. *Id. Asin. 2. 4. 35.* Formido miser, ne hic me tibi arbitretur Suasisse. *Cic. 2. Fin. 16.* Quidquid fecerit, ipse se cruciat, omniaque formidat. *Curt. 3. 11.* Adeo pavor etiam auxilia formidabat. *Plaut. Capt. 4. 4. 3.* Nimis hercle ego illum male formidabam: ita frendebat dentibus. *Cic. 8. Att. 16.* Huius insidiosa clementia delectantur, illius irecundiam formidant. *Horat. 2. Sat. 7. 65.* Quum formidet te mulier. *Id. 1. ibid. 1. 77.* Formidare fures. *Id. Art. P. 364.* acumen iudicis. *Id. 1. Ep. 18. 33.* nocturnos vapores. — Passive. *Cic. Orat. 63.* Quo etiam actiatus formidanda est magis. — **B)** Intransitivorum more,

II. *Formido* est valde metuo; et construitur cum dativo, vel absolute. *Plaut. Cist. 4. 2. 20.* Intus paveo, formido foris. *Plaut. Amph. 3. 1. 61.* Metuens pueris, mihi formidans. *Id. Mil. 4. 2. 20.* Bonum habe animum, ne formida. *Id. Aulul. argum. 6.* Auro formidat Euclio.

FORMĪDO, ĭnis, f. Verbale a *formido;* metus vehementior et permanens; *paura, spavento:* ut a *Cic. 4. Tusc. 8. extr.* ex Stoicorum sententia definitur. *Id. 5. ibid. 18.* in quem cadit metus, in eundem formido, timiditas, pavor, ignavia. — **B)** Universim accipitur pro metu, timore, pavore, illo praesertim, qui horrorem coniunctum habet. *Id. Asc. Am. 2.* Porsitan quaeratis, qui iste terror sit, et quae tanta formido, quae tales viros impediat, quo minus etc. *Id. 1. Fin. 19.* Ex ignoratione rerum horribiles exsistunt saepe formidines. *Id. Prov. cons. 18.* Subita atque improvisa formido. *Id. Quint. 11.* Inclare minas, intendere pericula, formidines opponere. *Id. 5. Verr. 28.* Formidinem alicui iniicere. *Curt. 4. 10.* incutere. *Tacit. 2. Hist. 15.* inferre. Et *54.* intendere. Et *3. ibid. 10.* facere. *Sil. 10. 544.* subit horrida mentem Formido incerti casus. *Ovid. 4. Met. 801.* attonitos formidine terreat hostes. *Senec. 2. Ira, 12.* Formidini esse. *Curt. 3. 8. a med.* Formido animos incessit. *Virg. 4. G. 536.* Percussus mentem formidine. *Horat. 1. Ep. 16. 45.* Tu nihil admittes in te formidine paenae. *Plin. 28. 29. 3.* Contra formidines pavoresque. — **B)** Dicitur et de iis, quae formidinem incutiunt, aut metum Deorum, ac religionem. *Virg. 4. G. 467.* alta ostia Ditis, Et caligantem nigra formidine lucum Ingressus; *oscuro orrore. Front. de fer. Alsiens.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 3.* Ditem patrem ferunt, cani custodi trinas latrandi fauces, ac trinos hiatus, trinasque dentium formidines addidisse. *Val. Flacc. 2. 267.* aeraque circum, Tympanaque, et plenas tacita formidine cistas. *Sil. 1. 82.* et patria Tyriis formidine cultum. *Virg. 7. Aen. 607.* Religione sacrae, et saevi formidine Martis, δεισιδαιμονίᾳ. V. RELIGIO. — **4)** Item de oestro sive furore, quo quis exagitatur. *Hygin. fab. 145. de Ione.* Iuno formidinem ei misit, cuius timore exagitata, coëgit eam, ut se in mare praecipitaret. — **5)** Specialim

II. *Formidinem* appellant venatores lineam rubentibus pennis distinctam; *h. e.* funiculum extensum, et variis avium pinnis intextum ad terrendas coërcendasque feras, et in retia impellendas, πάρυφας. De ea sic *Nemesian. Cyneg. 303.* Linea quin etiam, magnos circumdare saltus Quae possit, volucresque metu concludere praedas, Digerat innexas non una ex alite pinnas. Namque ursos, magnosque sues, cervosque fugaces, Et vulpes, acresque lupos, ceu fulgura caeli Terrificant, linique vetant transcendere septum, etc. *Senec. 2. Ira, 12.* Cum maximos ferarum greges linea pennis distincta contineat, et in insidias agat; ab ipso effectu dicta formido. *Virg. 12. Aen. 750.* Cervum puniceae septum formidine pennae. *Lucan. 4. 437.* dum pavidos formidine cervos Claudat, odoratae metuentes aëra pennae. Pro *penna* his locis al. leg. *pinna;* quod idem est. Adde *Vulg. Interpr. Isai. 24. 17.* et *Hieronym. adv. Lucifer. 8.* — **6)** Hinc sumitur etiam pro terriculo in horto, vinea, agro. *Horat. 4. Sat. 8. 5. de Priapo.* Deus inde ego, furum aviumque Maxima formido. *Vulg. Interpr. Baruch. 6. 69.* Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit; ita sunt dii illorum lignei et argentei et inaurati. — **7)** In fabulis *Formido* est Dea, Veneris et Martis filia, Graece Δεῖμος, ipsius Martis ministra. *Hygin. praef. fab.* — Hinc per antonomasiam de ea *Virg. 12. Aen. 335.* Circumque atrae formidinis ora, Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, agmntur.

Nota. Discrimen inter *formidinem, pavorem, metum* et *timorem* exhibet *Isid. 1. Differ. 244.* « *Formido* obiicitur vel oculis vel animo, sine adhibita ratione, et maxime parvulis; *pavor* autem cum timiditate animi subita est conturbans occasio, quae tamen solvitur ratione vel tempore, nec stat: item *metus* est motus interior animi subitus sive cordis, factus ex aliqua tristi recordatione. *Timor* vero est accedens dolor mentis extrinsecus et aliqua accidenti occasione. » Cf. TIMOR.

FORMĪDŎLŌSĒ. Adverb. a *formidolosus.* — Comparat. *formidolosius*, infra. — Est cum formidine; *paurosamente. Cic. Sext. 19.* Opponi omnibus concionibus falso, sed formidolose tamen. *Cato* apud *Charis. 2. p. 196.* Censores formidolosius, atque segnius, atque timidius pro republ. nitentur.

FORMĪDŎLŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *formidolosus;* status sive habitus formidolosi. *Eugypp. Thesaur. 23.* Inanium formidolositas miraculorum.

FORMĪDŎLŌSUS, a, um. Adiect. a *formido.* — Comparat. *formidolosior* §. 1., superlat. *formidolosissimus* §. 2. — Est qui formidat, plenus formidinis; *pauroso. Ter. Eun. 4. 6. 18.* Num formidolosus, obsecro, es, mi homo? *Chre.* apage sis: Egon' formidolosus? nemo est hominum, qui vivat, minus. *Colum. 6. 2. ad fin.* Boves nec auditu, nec visu pavidi, nec ad ingredienda flumina, aut pontes formidolosi. *Varr. 1. RR. 17.* Mancipia esse oportet neque formidolosa, neque animosa. *Senec. Clem. 17.* Equus fiet formidolosus et contumax. — Cum genitivo. *Tacit. 1. Ann. 62.* Exercitus formidolosior hostium; *h. e.* magis timens hostes. — **B)** Saepius

II. *Formidolosus* active sumitur, et significat terribilem, formidinem incutientem, formidandum; *terribile, formidabile. Plaut. Pseud. 3. 2. 35.* Herbae formidolosae dictu, non esu modo. *Id. Amph. 3. 1. 68.* Nimis formidolosum facinus praedicas. *Cic. Cluent. 5.* Consessus vester horribilis Cluentio et formidolosus. *Id. Pis. 24.* Formidolosissimum bellum. *Id. 7. Verr. init.* Dubia et formidolosa tempora. *Sall. Cat. 55.* Loca tetra, inculta, foeda, formidolosa. *Horat. 2. Od. 17. 16.* Seu Libra, seu me Scorpius aspicit Formidolosus. *Id. Epod. 5. 55.* Formidolosis dum latent silvis ferae. V. infra *Nota.* — **B)** Translate. *Vulg. Interpr. Iob. 37. 22.* Ab aquilone aurum venit, et ad Deum formidolosa laudatio; *h. e.* cum formidine persolvenda, quia « digne eum invenire non possumus, » ut ibi sequitur.

Nota ad §. 2. Aliquot hae forma verborum, qui tum active, tum passive significant, seriem enumerat *Gell. 9. 12.*

FORMĬDUS, a, um. Adiect. a *formus*, syllabica adiectione productum, ut *frigidus* a *frigus.* — Est calidus. *Cato* apud *Fest.* in *Forma* apud *Paul. Diac. p. 83. Müll.* Aedificium aestate frigidum, hieme formidum.

FORMĬO. V. PHORMIO.

FORMĬPŎTENS. V. VERBILEVIS.

* FORMIS, me. Adiect. primae positionis a *forma;* formosus. *Plaut. Bacch. 2. 2. 38.* Sed Bacchis etiam formis tibi visa est? Ita legit *Pa-*

Digitized by Google

reus : alii *fortis;* sed *fortem* pro *formoso* interpretantur, ut *Non. 4. 195.* et *Serv. ad 4. Aen. 149.* in illo eiusdem *Mil. 4. 3. 13.* Ecquid fortis visa est? Alii *fortem* intelligunt aetate integram, et viro maturam. Cf. voc. seq.

FORMĪTAS, ātis, f. Abstractum a *formis*, vel, eo non admisso, a *forma*, et eiusdem significationis. *Isid. 6. Orig. 17. 4.* Unde factum est, ut cuiuscumque materiae carmina simplici formitate facta cyclica vocarentur.

FORMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *forma*. — Particip. *formans* §. *1.*, *formandus* §. *3.*, *formatus*, v. suo loco, *formaturus* §. *3.* — Proprie est formam alicui rei do, effingo, figuro, facio; *formare, figurare, dar forma. Cic. 1. Acad. 2.* Materia, quam fingit et format effectio. *Id. 2. Divin. 42. extr.* Utcumque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari. *Virg. 9. Aen. 80.* Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem. *Plin. 35. 34. 4.* Cimon catagrapha invenit, hoc est obliquas imagines; et varie formare vultus, respicientes, suspicientesque, et despicientes. *Propert. 1. 3. 25.* lapsos formare capillos; *aggiustare. Tibull. 2. 5. 25.* formare moenia urbis; *disegnare.* At *Heynius* interpretatur *fabricare.* — Absolute. *Cic. 1. Nat. D. 39. de atomis.* Pellere se ipsa et agitare inter se concursu fortasse possent: formare, figurare, colorare, animare non possent. — *Manil. 3. 360.* formantibus astris. — **B)** Translate. *Cic. 3. Orat. 45.* Verba nos cum lacertis sustulimus e medio, sicut mollissimam ceram, ad nostrum arbitrium formamus et fingimus. Et *2. ibid. 9.* Orator format orationem, eamque variat et distinguit. *Quintil. 6. 2. 1.* Animos iudicum in eum, quem volumus, habitum formare, et velut transfigurare. *Liv. 1. 21.* Formare se in mores alicuius. *Iustin. 41. 5.* Dato laxamento, regnum Parthicum format; *ordina, dà sesto.* — **B)** De aedificio spirituali. *Vulg. Interpr. Galat. 4. 19.* Donec formetur Christus in vobis. — **4)** Latiore significatione

II. *Formo*, hoc eodem sensu translato, sumitur pro informare, erudire, statuere; *educare, allevare, ammaestrare, istruire. Virg. 3. G. 163.* Formare boves ad studium et usum agrestem. *Ovid. 5. Met. 288.* Talibus ignaram Iunc Cadmeida dictis Formarat. *Quintil. procem. 1. 1.* Studia alicuius ab infantia formare. *Plin. 1. ep. 14.* Formare et instituere aliquem. *Id. Paneg. 47.* Vitam et mores iuventutis formare. *Stat. 1. Achill. 477.* cuius ab ortu Cruda rudimenta et teneros formaverit annos Centaurus. *Horat. 2. Ep. 1. 128.* Formare praeceptis. *Iustin. 22. 2.* Ita veluti reipublicae statum formaturus. *Id. 5. 8.* In has leges traditam sibi urbem Lacedaemonii formandam Lysandro tradiderunt. — **5)** Item pro efficere. *Cic. 1. Acad. 5.* Exercitationis assiduitate formare consuetudinem. — **6)** Et pro componere, conscribere. *Suet. Domit. 20.* Epistolas, orationesque, et edicta alieno formabat ingenio. — **7)** Et pro imaginari, concipere. *Ovid. 3. Amor. 7. 65.* tacita formare gaudia mente. — **8)** Et pro eloqui, proferre. *Quintil. 1. 13. 9.* Pueri intra biennium, quam verba recte formare potuerunt, quamvis nullo instante, omnia fere loquuntur. — **9)** Et pro fingere, inducere. *Horat. Art. P. 126.* Si quid inexpertum scenae committis, et audes Personam formare novam. — **10)** *Formare versus citharae*, apud *Plin. 4. ep. 19.* est ad sonum citharae modulari, mollire, flectere. Forma enim versus cantu praecipue dignoscitur. *Flectere* hoc sensu dixit *Stat. 3. Silv. 5. 65.*

FORMONSE, Formonsus, etc. V. FORMOSUS §. b.

FŌRMŌSĒ. Adverb. a *formosus*. — Comparat. *formosius*, superlat. *formosissime*, infra. — Est cum forma et apta ad speciem dispositione; *con bella figura, o maniera. Propert. 1. 2. 11.* Surgat et in solis formosius arbutus antris. *Apul. 5. Met.* Cupidinem formosum Deum formose cubantem. Et *6. ibid.* Formose saltare. *Augustin. 1. Confess. 7.* Formosissime qui formas omnia. *Quintil. 8. 3. 10.* Olea . . . in orbem se formosius fundet.

FORMŌSĪTAS, ātis, f. Abstractum a *formosus;* forme apta ad speciem, pulcritudo; *proporzione, bellezza. Cic. 1. Offic. 35.* Decorum positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. *Apul. 9. Met.* Uxor eximia formositate praedita. Adde *Iunior Philosoph. Descr. Orb. 26.*

* FORMŌSO, as, āre. Verbum transitiv. a *formosus;* formosum seu pulchrum reddo. *Venant. 1. Vit. S. Martin. 506.* Fides formosat foeda.

FORMŌSŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *formosus;* pulchellus; *bellucio. Varr.* apud *Non. 1. 109.* Formosula uxor. *Hieronym. ep. 117. n. 10.* Et iste formosulus tuus vel ditiorem reperiet, vel iuniorem. *Id. 2. in Iovinian. 14.* Formosuli nostri, et torosuli.

FORMŌSUS, a, um. Adiect. quod plerique a *forma* derivant, ut sit qui plenus forma est; *h. e.* valde pulcher. Contra alii a *formus* factum tradunt, ut *Papirian.* apud *Cassiod. Orthogr. 4.* « Formum dixerunt Antiqui calidum: inde est *formosus*. » — In idem recidit *Serv. ad 8. Aen. 453.* « Formum est calidum. Unde et *formosos* dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. » Cf. *Isid. 10. Orig. 100.* — Duplex etymon explicari potest ex duplici respectu vocis. — **b)** Sequiori aevo, etiam *formonsus* scribebatur, ut in *Inscr.* apud *Grut. 669. 10.* Quare in MSS. et editis libris saepe etiam ita scriptum reperitur; quod improbat *Isid. 1. Orig. 26. 9.* « *Formosus* sine *n* scribitur. » — Eadem ratione et *formunsum* pro *formosum* improbat *Probi appendix p. 198. Keil.* — **c)** Comparat. *formosior* §. *1.* et *3.* superlat. *formosissimus* §. *1.* et *3.* — **d)** Derivata et composita. V. in FORMA.

FORMOSUS proprie est apte formatus, speciosus, pulcher; *bello, ben fatto. Cic. 1. Nat. D. 10.* Deum rotundum esse volunt, quod ea forma unam negat esse pulcriorem Plato: at mihi vel cylindri, vel quadrati videtur esse formosior. *Id. 2. Invent. 1.* Praebete mihi et istis virginibus formosissimas, dum pingo id, quod etc. *Ovid. 1. Pont. 11. 11.* Iatices epulasque Deorum Dat mihi formosa nata inventa manu. *Virg. 3. Ecl. 44.* Formosi pecoris custos, formosior ipse. Et *7. ibid. 58.* Galatea hedera formosior ipsa. *Ovid. 1. Amor. 14. 51.* Formosae comae. *Id. 1. Art. am. 296.* boves. *Id. 3. Fast. 117.* haedorum mater formosa duorum. *Petron. Satyr. 110.* Quid aquis dici formosius potest? — **B)** Absolute pro puero, vel puella formosa. *Tibull. 1. 4. 3. ad Priapum.* Quae tua formosos cepit solertia? *Id. 3. 1. 7.* Carmine formosae, pretio capiuntur avarae. Itali etiam dicunt *le belle.* — **3)** Translate. *Virg. 3. Ecl. 67.* Nunc frondent silvae, nunc formosissimus annus. *Ovid. 4. Fast. 129.* Formosum tempus; *h. e.* ver. *Id. Rem. am. 187.* formosa est messibus aestas. *Martial. 10. 24.* Lux formosior omnibus calendis. *Propert. 4. 4. 50.* Et formosa oculis arma Sabina meis. *Ovid. 7. Met. 679.* sed non formosius isto Viderunt oculi telum iaculabile nostri.

Nota. Discrimen inter *formosum* et *decentem* et *speciosum*, v. in DECENS et DECOR in *Nota*.

FORMŬCALES. } V. FORMUS.
FORMUCAPES. }

FORMŬLĂ, ae, f. Deminut. a *forma;* parva forma, sive species externa alicuius rei; hinc pulchritudo; *bellezza. Plaut. Pers. 2. 2. 47.* Tempori hanc vigilare oportet formulam atque aetatulam. *Apul. 3. Met. 15.* Scitulae formulae iuvenem quempiam libenter aspexit. V. FORMA §. 3. — **2)** Item parvum exemplar. *Ammian. 31. 2.* Formula calcei. — **3)** Hinc dicitur de re ad aliquod exemplar confecta. *Pallad. 6. 9. de caseo.* Solidatae formulae per crates ita statuantur, ut invicem se unaquaeque contingat. — **4)** Item aquaeductus. *Front. Aquaed. 56.* Calix excogitatus videtur, quoniam rigore aeris difficiliore ad flexum, non timeri potest laxari vel coarctari formulas modulorum; *h. e.* fistulas, tubos: quos et *formas* appellari in FORMA diximus. — **5)** Specialim (ac translate) in re forensi

II. *Formula* est modus, norma, ratio lege praescripta, sive in verbis, sive in factis servando; *formola, regola:* ut ritus et ratio testimentorum, certa et concepta verba in actionibus, stipulationibus, iudiciis, etc. *Cic. 1. Leg. 4. extr.* Stipulationum, et iudiciorum formulas componere. *Id. 1. Orat. 59. extr.* In testamentorum formulis versari. *Id. 4. Verr. 60.* Formulae postulationum. *Id. 7. Fam. 12.* fiduciae. *Id. 3. Offic. 14.* de dolo malo. *Id. Rosc. Com. 8. in fin.* Sunt iura, sunt formulae de omnibus rebus constitutae, ne quis aut in genere iniuriae, aut ratione actionis errare possit; expressae sunt et uniuscuiusque damno, dolore, incommodo publicae a praetore formulae, ad quas privata lis accommodatur. *Id. ibid. 4.* Aliquem in angustissimam sponsionis formulam concludere. *Id. Quint. 8.* A praetore postulat, ut sibi Quintius iudicatum solvi satisdet, ex formula, quod ab eo petat, quoniam etc. Adde *Cic. Brut. 52.* et *Quintil. 7. 1. 57.* — *De formulis solemnibus Pop. Rom.*, v. opus *Brissonii* ita inscriptum et *Rein, Histoire du droit civil Romain, p. 440.* et *seq.* et quos ibi laudat. — **6)** *Formulam intendere*, aut *scribere* est dicam impingere, actionem intentare. *Suet. Vitell. 7.* et *Quintil. 6. 5. 33.* et *formulam remittere*, ab actione cessare. *Suet. ibid.* — **7)** *Formula cadere*, vel *excidere* dicuntur, qui concepta formulae verba immutando plus petunt, quam debent; adeoque causa cadunt. Erant enim actionum formulae ita certis conceptae verbis, ut ab iis si quis agendo discederet, causam amitteret. *Suet. Claud. 14.* Iis, qui apud privatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones. Adde *Senec. ep. 48. ad fin.* et *Quintil. 5. 6. a med.* — **8)** Extra rem forensem,

III. *Formula* sumitur pro pacto certis verbis expresso, praescripto, lege, conditione, foedere. *Liv. 27. 10.* Quaesierunt a colonis, ecquid milites ex formula paratos haberent. *Id. 43. 6.* Lampsacenos in sociorum formulam referre praetor iussus; *nel ruolo. Id. 59. 26.* Parachelois nullo iure Thessalorum formulae factam. Adde *26. 24.* — **9)** Item pro ratione, modo, regula, mensura, quam mutari non liceat. *Id. 33. 58.* Antiochus omnes Asiae civitates in antiquam imperii formulam redigere est conatus. *Suet. Aug. 49.* Quidquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstrinxit. *Cic. opt. gen. Orat. 7.* Causa ipsa abhorret illa quidem a formula consuetudinis nostrae. Et *5.* Formula dicendi. *Suet. Aug. 88.* Ortographiae;

Digitized by Google

idest formula ratioque scribendi a Grammaticis instituta. *Horat. 2. Sat. 3. 45.* haec populos, haec magnos formula reges, Excepto sapiente, tenet. *Senec. ep. 6. a med.* Cleanthes Zenonis vitae interfuit, secreta perspexit: observavit illum, an ex formula sua viveret; h. e. secundum ea vitae praecepta, quae aliis tradebat. *Id. Tranquill. 11.* Qui mortem timebit, nihil unquam pro homine vivo faciet: at qui scit, hoc sibi, cum conciperetur, statim condictum, vivet ad formulam. — **10)** Apud Dialecticos *formulae* syllogismorum species sunt. Hinc *formulae categoricae, formulae syllogisticae*, etc. apud *Cassiod. de dialect.*

FORMŪLĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *formula*, absolute adhibitum de eo, qui formulas iuris unice sectatur; *leguleio. Quintil. 12. 3. a med.* Multos cognovimus, qui taedio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est, confugerunt ad haec deverticula desidiae: quorum alii se ad album et rubricas transtulerunt, et formularii, vel, ut Cicero ait, leguleii quidam esse maluerunt; h. e. formulas iuris consectantes, et ex iis causas agentes. — Ad rem *Cic. 1. Orat. 55.* iurisconsultus ipse per se (h. e. *sine praesidio eloquentiae*) nihil, nisi leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, anceps syllabarum. — *Spartian. Get. 2.* Severum ille *(Antoninus Pius)* ad fisci advocationem delegerat ex formulario forensi.

FORMUM, i, n. V. voc. seq.

FORMUS, a, um. Adiect. obsoletum, quod ad plurium vocum etymon investigandum a Grammaticis in usum revocatum est. Ducunt ab Aeolico θερμός, pro θερμός; calidus; *calido. Varr.* apud *Non. 12. 62.* Formi vocabulum a formo dictum, idest a caldare. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 91. Müll.* Formacales forcipes dictae, quod forma capiant, idest ferventia. *Scalig.* legendum esse proponit *formucapes. Isid. 10. Orig. 100. Formum* Veteres *calidum* et *fervens* dixerunt. Cf. *Philarg.* ad *V. G. 175.* et FORMIS. — Contra *forvus* loco *formus* habent, eiusdem etymi explicandi causa, *Serv.* ad *8. Aen. 455. et Isid. 19. Orig. 7. 3.* V. FORMOSUS §. a., FORMIDO §. a., FORCEPS §. a. et in *Nota*. — Ex his itaque argui potest tam *formum* quam *forvum* (quod idem significat) a *ferveo* ducendum esse, et horum atque inde derivatorum vocabulorum radicem communem *for* esse statuendam. Cf. et FORNAX et FURNUS.

FORNĀCĀLĬA, V. voc. seq. §. 2.

FORNĀCĀLIS, le. Adiect. a *Fornax*, qua Dea fornacium praeses significatur, ad Fornacem Deam pertinens. *Ovid. 6. Fast. 312.* Sola prius furnis torrebant farra coloni: Et Fornacali sunt sua sacra Deae. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FORNACALIA, ium, n. Sacra non stata, sed indictiva, a Numa instituta in honorem Deae Fornacis, ut far recte torreretur: ideoque ad fornacem, quae in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat, ut *Fest.* tradit. *Plin. 18. 2. 2.* Numa et Fornacalia instituit, farris torrendi feriis. *Ovid. 2. Fast. 527.* Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec stata sacra facit. *Lactant. 1. 20. a med.* Quis non ridest Fornacem Deam, vel potius doctos viros celebrandis Fornacalibus operari?

FORNĀCĀRĬUS, a, um. Adiect. a *fornax;* ad fornacem pertinens. *Ulp. Dig. 9. 2. 27. §. 9.* Si fornacarius servus coloni ad fornacem obdormisset, et villa fuisset exusta; h. e. qui fornacem ardentem custodit.

FORNĀCĀTOR, ōris, m. Nomen a *fornax*, verbalium more effictum; qui fornacem balnei succendit; *fornaciato. Paul. Dig. 33. 7. 11.* Ita enim ibi legendum est, non *fornicator:* quin immo *furnacator* legitur in *Inscript.* Pompeiis reperta in externo balnei pariete, apud *Rosin. Dissert. Isagog. p. 66. tab. 10. n. 2.* Secundum Aedilem furnacator rogat.

FORNĀCĔUS, a, um. Adiect. a *fornax;* ad fornacem pertinens. *Lucil.* apud *Non. 10. 12.* Primum fulgit, uti caldum, et fornaceum ferrum. *Al. rectius leg.* uti caldum ex fornacibu' ferrum.

FORNĀCŬLA, ae, f. Deminut. a *fornax;* parva fornax; *fornacina. Iuvenal. 10. 82.* Magna est fornacula. *Front. 1. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 2.* Balarum ego calidos specus malo, quam istas fornaculas balnearum, in quibus ignis cum sumpto atque fumo accenditur, brevique restinguitur; at illi ingenui vapores puri perpetuique sunt, grati pariter et gratuiti. — **2)** Est etiam ea, quae ab Italis nunc dicitur *caldano, braciere*, ad quam hiemis tempore accedentes calefimus. *Sulpic. Sev. 3. Dial. 14.* Quidam e fratribus cum ad fornaculam illius *(S. Martini)* carbonum copiam reperisset; et admota sibi sellula divaricatis pedibus super ignem illum nudato inguine resideret, etc. Adde *Venant. 4. Vit. S. Martin. 490.* — **3)** Translate. *Apul. Apol.* Hic accusationis auctor, hic testium coëmptor, hic totius calumniae fornacula.

FORNAX, ācis, f. Nomen eiusdem originis atque *fornus* vel *furnus*, quae proinde mihi inquirenda videtur in radice *for*, unde etiam *forveo*. V. FORMUS et FURNUS. — *Isid. 10. Orig. 6. 6.* a Graeca voce φῶς, ignis, ducere videtur. — **b)** Aliquando et *furnax* scriptum fuisse argui potest ex eo, quod *furnacator* quoque legatur. V. FORNACATOR. — **c)** In genitivo plur. *fornacum* et *fornacium* habet *Plin. 34. 22. 1.* et 2., et *ibid. 35. 1.* et *ibid. 50. 2. Sillig.* tamen his omnibus locis dedit *fornacium*. — **d)** Derivata, *fornacalis, fornacarius, fornacator, fornaceus, fornacula*.

FORNAX proprie est aedificium, quod rei alicuius coquendae, aut calefaciendae gratia igni succenditur, cuiusmodi sunt, quibus calx aut lateres coquuntur, far torretur, metalla fundantur; *fornace. Cic. 1. Nat. D. 37.* Apparentque in ardentibus fornacibus saepe volitantes. *Plin. 11. 42. 1.* Fornax aeraria. *Id. 17. 6. 5.* calcaria. *Cato, RR. 38.* Luculentam habet calcariae fornacis descriptionem. *Virg. 7. Aen. 656.* recoquunt patrios fornacibus enses. *Labeo, Dig. 19. 2. 58.* Fornax balinei. Adde *Lucret. 6. 148.* — *Inscr.* apud *Cavedoni* in *Append. alla Silloge. Moden. p. 9.* Figlina Fornacium Domitianarum. Adde *alias, ibid.* — **2)** Poetice, *Virg. 1. G. 472.* Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam etc. Adde *Lucret. 6. 682.* et *Ovid. 15. Met. 340.* — **3)** Translate *Vulg. Interpr. Ier. 11. 4.* Eduxi eos de terra Aegypti, de fornace ferrea. Adde *3. Reg. 8. 51.* et *Eccli. 43. 5.* — **4)** De dea *Fornace*, fornacium praeside, dicetur in ONOM. Cf. et FORNACALIS supra.

Nota. De discrimine, quod quidam statuunt, inter *fornacem* et *caminum*, V. CAMINUS in *Not.* I.

FORNĬCĀRĬĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 2.

FORNĬCĀRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fornicor;* qui fornicatur; *fornicario. Vulg. Interpr. Eccli. 23. 24.* Homini fornicario omnis panis dulcis. *Id. ibid. 41. 25.* Mulier fornicaria. — **2)** Saepius adhibetur absolute, substantivorum more, in utroque genere,

FORNICARIA, ae, f. Eadem quae fornicatrix. *Vulg. Interpr. Isai. 57. 3.* Semen adulteri et fornicariae. Adde *Tertull. Iudic. 16.* et *Primasium, Carm.* in *Apoc. 1. 2.* — **3)** Item

FORNICARIUS, ii, m. idem ac fornicator. *Vulg. Interpr. Eccli. 19. 3.* Qui se iungit fornicariis, erit nequam. Adde *Tertull. Anim. 35.* et *Iudic. 9.* — **4)** Alio sensu, V. FORICARIUS.

FORNĬCĀTIM. Adverb. a *fornicatus;* in modum fornicis; e *volta*. *Plin. 16. 81. 2.* Palma, arbor valida: in diversum enim curvatur: et populus. Cetera omnia inferiora pandantur: palma e contrario fornicatim. Ita *Hard.* ex MSS. *Alii* fornicatur; h. e. in modum fornicis curvatur.

FORNĬCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fornico;* fornicis structura; *edificio in volta. Senec. ep. 90. post med.* Societas nostra lapidum fornicationi similis est, quae casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinetur. *Vitruv. 6. 11.* Parietum fornicatio. — **2)** Deinde

II. *Fornicatio* est etiam scorti consuetudo; *fornicazione:* apud Eccles. scriptor. *Tertull. Pudic. 1. 2.* etc. et *Vulg. Interpr. Matth. 5. 32.* et *alibi.* — **3)** Sumitur saepe apud eosdem de delicto infidelitatis, imprimis idololatriae. *Id. 2. Par. 21. 13. de Ioram.* Fornicari fecisti Iudam et habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem domus Achab. Adde *Osee, 6. 10.* et *alibi.* — **4)** Hinc *filii fornicationum* apud *Eund. ibid. 2. 4.* sunt filii idololatrae.

Nota. Discrimen inter *adulterium* et *fornicationem* dabit *Isid. 1. Differ. 13.* et *265.*

FORNĬCĀTOR, ōris, m. Verbale a *fornicor;* qui scortatur. *Vulg. Interpr. Ephes. 5. 5.* Omnis fornicator . . . non habet hereditatem. Adde *Apoc. 21. 8.* et *alibi* et *Tertull. Pudic. 1.* Limitem moechis et fornicatoribus figimus. Adde *ibid. 22.*

FORNĬCĀTŌRĬĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. *fornicatorius, a, um;* ad fornicationem pertinens: et absolute adhibitum pro meretrice. *Hilar. op. histor. fragm. 3. n. 9.* Membra Christi membra fornicatoriae faciemus? Absit.

FORNĬCĀTRIX, Tcis, f. Verbale a *fornicor;* quae scortatur. *Isid. 10. Orig. 111.* Fornicatrix est cuius corpus publicum et vulgare est.

FORNĬCĀTUS, a, um. Particip. a *fornico*, adiectivorum more etiam adhibitum; in modum fornicis fabricatus, concameratus; *fatto a volta. Cic. Top. 4.* Parietem directum ad communem parietem adiungere vel solidum, vel fornicatum. *Plin. 12. 11. 1.* Fornicato ambitu. — **2)** Romae fuit *via Fornicata*, quae ad Campum Martium ducebat. *Liv. 22. 36.* In via Fornicata, quae ad Campum erat, aliquot homines de caelo tacti, exanimatique fuerant; h. e. via fornicibus ornata; alia via, quae *Tecta* appellata fuit, memoratur ab *Ovid. 6. Fast. 192.*, quae itidem fornicibus, seu porticibus instructa erat, et a porta Capena ad Martis templum ducebat. V. INTEGO §. 2., RECTUS §. 9. et TECTUS §. 3. — **3)** Deinde

II. *Fornicatus*, particip. a *fornicor*, V. FORNICO §. 4. et 5.

FORNĬCĔUS, a, um. Adiect. a *fornix;* ad fornicem pertinens. *Rufin. 2. Hist. Eccl. 23.* Opere fornicco exstructa.

FORNĪCO, as, ātum, āre. Verbum intransitiv. a *fornix;* in modum fornicis curvo, camero. *Onomast. Lat. Gr.* Fornico; καμαρόω. Adde locum dubium *Plinii* allatum sub V. FORNICATUM, et V. FORNICATUS. — **2)** Deinde

Digitized by Google

II. *Fornico* est etiam scortor; *fornicare:* in fornicibus enim prostabant meretrices. V. FORNIX §. 6. *Gloss. Gr. Lat.* Χαπηλεύειν; fornico. — **B)** Translate. *Augustin. Serm. 94. n. 7.* ed. *Mai*. Amicitia quae est huius mundi adulterat animas et fornicare facit ab uno et vero et legitimo coniuge, a quo anulum Sancti Spiritus accepistis. — **A)** Frequentius vero, deponentium more,

FORNICOR, āris, ātus sum, āri. Est scortari; *fornicare. Vulg. Interpr. Gen. 38. 24.* Fornicata est Thamar, nurus tua. *Tertull. Pudic. sub fin.* Nemo nolens fornicatur. — **A)** Translate de adorantibus falsos Deos et simulacra. *Vulg. Interpr. Levit. 16. 5.* Consenserunt ei, ut fornicaretur cum Moloch. *Id. Deut. 32. 16.* Fornicavi post Deos alienos. *Id. Osee, 1. 2.* Fornicans fornicabitur terra a Domino. *Id. Ezech. 23. 5.* Fornicata es igitur super me *(dicit Dominus); h. e.* contra me.

FORNIX, ĭcis, m. Nomen parum certae originis, quae fortasse inquirenda est in radice *for*, a qua est *fornus*, seu *furnus*, ad cuius similitudinem factus *fornix* videtur, idest arcus. V. FURNUS. — **b)** Derivata, *fornicārius, fornicālim, fornicatio, fornicator, fornicatoria, fornicatrix, forniceus, fornico* et *fornicor*. — **c)** Composita, *confornicatio, confornico*.

FORNIX est structura in arcus modum curvata et conversa; *fabbrica in arco*. Proprie autem dicitur de arcu; *h. e.* singulis partibus tecti camerati: differtque a *camera* et *testudine*, quae integram tecti curvaturam et convexitatem significant. V. CAMERA in *Nota*. *Senec. ep. 90. a med.* Democritus invenisse dicitur fornicem, ut lapidum curvatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur. Hoc dicam falsum esse: necesse est enim, ante Democritum et pontes et portas fuisse, quarum fere summa curvantur. *Cic. Top. 4.* Non debebit praestare, quod fornix vitii fecerit. Adde *Auct. ad Herenn. 3. 16.* — *Virg. 6. Aen. 631.* Cyclopum educta caminis Moenia conspicio atque adverso fornice portas. *Liv. 36. 25.* Fornices in muro erant apti ad excurrendum. — **B)** Per metaphoram *coeli ingentes fornices* dixit *Enn.* apud *Varr. 5. LL. 5.*, quae translatio improbatur a *Cic. 5. Orat. 40.* propter dissimilitudinem. Quamvis enim, inquit, sphaeram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse. *Voss. l. 4. institut. Oratoriar. c. 6. n. 7.* cogitur *Ennium*, aliosque eum imitatos defendere. — **3)** Specialim

II. *Fornix* dicitur de aquaeductu. *Plin. 31. 24. 1.* Aqua fornicibus structis perducta *(Romam); supra archi*. — **A)** Item de arcubus in memoriam rerum gestarum a triumphalibus viris exstructis; *arco trionfale*. *Crassus* apud *Cic. 2. Orat. 66.* Ita sibi ipsum magnum videri Memmium, ut in forum descendens, caput ad fornicem Fabii demitteret. *Vulg. Interpr. 1. Reg. 15. 12.* Eo quod venisset Saul in Carmelum et erexisset sibi fornicem triumphalem. — **5)** Apud *Eund. Prov. 20. 26.* Dissipat impios rex sapiens et incurvat super eos fornicem. *Fornix* hoc loco de interpretum sententia intelligitur *rota*, cuius radiis innexus torquebatur reus, quod supplicii genus Veteribus fuit usitatum. — **6)** Deinde per synecdochen

III. *Fornix* dicitur de tota camera. Hinc fornices, ut ait *Isid. 10. Orig. 101.*, sunt cellae cameratae, in quibus prostabant meretrices. *Iuvenal. 3. 136.* et *11. 171.*, et *Horat. 1. Sat. 2. 30.* et *1. Ep. 14. 21.* — **7)** Quin *fornix* est etiam puer meritorius, qui ibidem prostat. Hinc *Suet. Caes. 49.* Caesarem vocat *Bithynicum fornicem*, quod is Nicomedi Bithyniae regi, cum puer esset, flore aetatis conciliatus fuisset. Cf. SPONDA.

FORNUS. V. FURNUS.

FORO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., quod vulgo ducitur a πόρος; meatus, seu potius a πείρω; trans, ultra, unde est περάω; transeo. Contra *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 84. Müll.* a *forum* ducit, ait enim, « Inde et *forare*, foras dare. » — **b)** Particip. *forans* §. *1.*, *forandus* §. *1.*, *foratus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *forabilis, forago, foramen, foraminatus, foraminosus, foratura, foratus, us*. Cf. FORIS, is, §. 2. — **d)** Composita, *efforo, inforo, multiforatilis, perforaculum, perforo, superforatus, transforo*.

FORO proprie est pertundo, penetro; *forare, pertugiare. Lex vetus* apud *Frontin. de Aquaed. 129.* Si rupem, specum rupisset, forasseive. *Macrob. 7. Saturn. 5.* Forare aurem. *Sidon. 9. ep. 13.* Iaculo iam forante cruor exit. *Cels. 7. 29.* Indice digito corpus illud forandum est. V. FORATUS, a, um. — **B)** locutaliter. *Plaut. Most. 1. 1. 53.* O carnificum cribrum, quod credo fore: Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.

FORPEX, ĭcis, f. Nomen etymi parum certi, quod tamen, alteram quod spectat vocis partem, a *pilus* ducunt Grammatici, ut vidimus in allato *Papiriani* apud *Cassiod. Orthogr. 4.* loco in v. FORCEPS in *Nota*, quem excripsit et *Isid. 20. Orig. 13. 5.*, apud quem si sana est lectio, in recto casu et *Forpiceps* dicitur, ut sit a *for*, *pilus* et *capio*. Porro *forpiceps* esset pro contracto *forpex*. V. FORCEPS etiam in nota et FORPEX. — **b)** Ceterum *forceps, forfex* et *forpex* saepe a Librariis inter se confusa fuisse, ipsi Grammatici, allata distinctione, nos docent. — **c)** *Vossius* aliique Recentiores de Latinitate huius vocabuli dubitarunt, sed contra sentiendum esse, patebit ex locis mox afferendis.

FORPEX proprie est instrumentum tonsorum, quo pili inciduntur, quod originem dedit Italorum *forbice*, quod saepius quam *forfex* ab iisdem usurpatur. *Sidon.* etiam in *Polemii Epithal. carm. 15. 184.* Rupit odoratam redolenti forpice barbam. Ita scriptum est in castigatissimis libris *Wowerii, Elmenhorstii, Sauaronis* et *Sirmondi*. Adde *Vel. Long. Orthogr. p. 2252. Putsch., Cassiod.* et *Isid.* loc. cit. supra §. a. — **B)** Videtur etiam fuisse instrumentum, quo pili evelluntur, volsella. *Sidon. 1. ep. 2.* Barba, quam stirpitus tonsor assiduus forpicibus evellit.

FORPĬCEPS. V. voc. praeced. §. a.

FORS, fortis, f. Nomen a *fero*, quia, ut ait *Voss.* in *Etymol.*, fors est, prout res fert, seu potius, ut ait *Hand, Turnell. T. 2. p. 710.*, prout res fertur foris, hoc est, ab externa quadam vi, sive externo impulsu. « Fortuitum enim id appellamus, sequitur is, quod per quandam causam vel conditionem externam fit, cuius causam et necessitatem non perspectam habemus, effectum autem videmus. — *Fors* enim accidit casu, *fatum* per necessitatem. » Cf. infra *Nota*. — **b)** Ad declinationem quod attinet, si tamquam nomen Deae proprium adhibetur, omnes casus habet singularis numeri (V. infra §. 3.); si tamquam nomen commune, reperitur tantum in nominativo et ablativo, ut infra videre erit §. 1. — **c)** *Fors* et *sors, forte* et *sorte* saepe a librariis inter se confusa fuisse, monent Viri docti ad *Lucan. 2. 12.*, *Curt. 3. 2. 11.* et *4. 4. 13.* — Item *forte* et *fortasse*, apud *Suet. Claud. 31.* — **d)** Derivata, *forte, fortuito, fortuitus, fortuna* (quod V. pro suis). Cf. FORTIS. — **e)** Composita, *forsan, forsit, forsitan, fortan, fortasse, fortassean, fortassis*.

FORS proprie est casus extemporalis et inopinatus; *caso, accidente, fortuna. Cic. 14. Att. 13.* Fors in aliquibus rebus plus, quam ratio potest. *Pacuv.* apud *Auct. ad Herenn. 2. 25.* Fortunam insanam esse et caecam perhibent philosophi . . . Quia, quo saxum impulerit fors, cadere eo fortunam autumant. *Horat. 1. Sat. 1. 2.* quam sibi sortem Seu ratio dederit, seu fors obiecerit. *Ter. Hec. 3. 3. 10.* Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum. *Auson. Edyll. 12. versus monosyll. cospti, init.*, Res hominum fragiles alit et regit et perimit fors. Fors dubia aeternumque labens: quam blanda fovet spes. — In ablativo. *Vellei. 2. 66.* Vel forte, vel providentia, vel utcumque constitutum. *Liv. 1. 4.* Forte quadam, an divinitus. *Virg. 1. Aen. 381.* Nos Forte sua Lybicis tempestas appulit oris. — Absolute per ellipsin. *Lucret. 1. 456.* Etsi difficile esse videtur, fors ita quicquam in rebus solido reperiri corpore posse. — **B)** Ponitur aliquando pro ipsa fortuna, quamquam discrimen aliquod intercedere videtur, ut infra in *Nota* declarabimus. *Cic. 4. Att. 10.* Sed de illa ambulatione Fors viderit, aut siquis est, qui curet, Deus. *Catull. 64. 169.* insultans saeva Fors etiam nostris invidit questibus aures. — *Enn.* apud *Cic. 1. Offic. 12.* Vosne velit, an me regnare, hera quidve ferat Fors, Virtute experiamur. *Cic. Pis. 2.* Sit sane Fors domina campi. Cf. FORS in ONOM. — **3)** Coniunctim

II. *Fors fortuna* pariter est ipsa fors, seu fortuna. *Cic. 2. Divin. 7.* Si haec habent talem necessitatem, quid est tandem, quod casu fieri, aut forte fortuna putemus? — **A)** Saepe est bona fortuna, vel eventus bonae fortunae; *buona fortuna*. *Ter. Eun. 1. 2. 54.* Forte fortuna adfuit hic meus amicus; *per buona fortuna*. *Id. Hecyr. 3. 3. 26.* Quaeque Fors fortuna est, quae nobis te hodie obtulit. *Colum. 10. 316.* Et celebres Fortis fortunae dicite laudes. *Ovid. 6. Fast. 773.* Quod cito venerunt fortunae Fortis honores! Et *775.* Deam laeti Fortem celebrate Quirites. *Ter. Phorm. 5. 6. 1.* O Fortuna, o Fors fortuna, quantis commoditatibus Hunc onerastis diem! *Donat.* ad hunc locum scribit, Fortis fortunae templum trans Tiberim fuisse; cuius festum colebant, qui sine arte vivebant. Illi etiam gratias egebant, quibus aliquid successerat. Eo igitur vocabulo significatur magna vis fortunae. — Sed hoc sensu V. etiam VORS et FORTUNA in ONOM. — **5)** Locum habet etiam in quibusdam formulis, nempe

III. *Fors fuat;* hoc est, bona sit, bona fortuna fors faveat, ut interpretatur *Donat.* apud *Ter. Hecyr. 4. 3. 4.* Istuc est sapere, qui, ubicumque opus sit, animum possis flectere: Quod faciundum fortasse sit post; idem hoc nunc si feceris. *So.* Fors fuat pol! *sia son buona fortuna. Symmach. 2. ep. 7.* Fors fuat, ut his remediis convalescamus. *Auson. ep. 16.* Fors fuat, ut, si mihi vita suppetet, aliquid rerum tuarum, quamvis incultus, expoliam. — **B)** Pro fortasse, vel forsitan. *Symmach. 1. ep. 59.* Fors fuat, an haec mature in manus scripta sint ventura. Adde *4. ibid. 28.* et *29. Sidon. 9. ep. 7.* Scribam tuum, pretio, fors fuat, officiove demeritum copiosissimo declamationum tuarum schedio emunxit; *h. e.* forsit, fortasse. — **7)** *Fors fuit*, ut *Gell. 12. 8.* Fors fuit, ut apud eundem mensam duo illi iuncti locarentur; *la buona sorte volle, cha* etc. — **8)** Denique, adverbiorum more,

IV. *Fors*, indecl. et elliptice pro fors sit vel fortasse, teste *Prisciano. p. 1015. Putsch.* « Similiter fors, quum sit nominativus, accipitur pro

Digitized by Google

adverbio; a h. e. *forse, per caso*. *Virg. 5. Aen.* 232. Possunt, quia posse videntur, Et fors aequatis coepissent praemia rostris, Ni, etc. *Id. 12. ibid.* 183. Cesserit Ausonio si fors victoria Turno. *Val. Flacc. 3. 685.* Nova tartareo fors semine monstra. *Tertull. ad Uxor. 2. 2.* Hanc monitionem fors de fidelibus iunctis simpliciter intellizendo putest etiam infidelibus nubere licere. — **9)** Hoc sensu adhibetur frequentius et eleganter cum particula *et*. *Virg. 11. Aen. 50.* Fors et vota facit, cumulatque altaria donis. *Id. 2. ibid. 139.* Quos illi fors et poenas ob nostra reposcent Effugia. *Propert. 2. 9. 1.* Iste quod est, ego saepe fui, sed fors et in hora Hoc ipso electo carior alter erit. *Horat. 1. Od. 28. 31.* Fors et Debita iura vicesque superbae Te maneant ipsum. *Stat. 3. Silv. 4. 4. de Venere*, fors et de puppe timenda Transferet inque sua ducet super aequora concha. — **10)** Rarius cum *etiam*. *Val. Flacc. 4. 620.* Fors etiam optatam dabitur contingere pellem. — **11)** Saepissime in ablativo casu, absolute,

V. *Forte*, adverbiorum more, fortuito, casu; *per casum, per aventura, fortuitamente:* et adhibetur saepe cum *casu*, vel *temere*. *Crassus* apud *Cic. 2. Orat. 55.* Forte evenit, ut in Privernati essemus. *Cic. Planc. 26.* Cum casu diebus iis, itineris faciendi causa, decedens e provincia, Puteolos forte venissem. *Ter. Phorm. 4. 3. 12.* Ut abii ab te, fit forte obviam mihi Phormio. *Liv. 9. 31.* Transfugae quidam, pars forte, pars consilio oblati. *Horat. Epod. 16. 15.* forte, quid expediat, quaeritis? *Cic. Fat. 3.* Si fati omnino nullum nomen, nulla natura, nulla vis esset, ea forte, temere, casu aut pleraque fierent, aut omnia, etc. *Id. 2. Divin. 68.* Nisi ista casu nonnunquam, forte, temere concurrerent. *Ter. Phorm. 3. 1. 30.* Quam saepe forte temere Eveniunt, quae non audeas optare. *Liv. 41. 2.* Una vox audiebatur ad mare vocantium. Id forte temere ab uno exclamatum totis passim personabat castris. *Tacit. 2. Hist. 42.* Seu dolo seu forte surrexerit, parum compertum. *Vellei. 2. 66.* vel forte vel providentia. *Suet. Aug. 6.* Seu forte seu tentandi causa. *Tacit. 4. Ann. 34.* donec advertit Tiberius forte an quia audiverat. *Plaut. Bacch. 2. 3. 44.* Forte ut assedi in stega. *Id. Most. 2. 2. 36.* Luceroam forte oblitus furram exstinguere. Adde *Nep. prol. 29., Liv. 21. 54., Tacit. 4. Ann. 59.* et *Suet. Aug. 19.* — **12)** *Forte dubitanter* dixit *Lucilius* apud *Gell. 19. 7.* — *Forte fortuna*, V. supra §. 3. et 4. — **13)** Praecedentibus dubitativis particulis *si, sin, ne, nisi*. *Cic. Divin. Verr. 1.* Si quis vestrum forte miratur. *Id. 3. Orat. 12.* Vereor, ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis imitatus, et pauca quaedam verba, et aliquem, si forte, motum; *sed pur è vero*. *Id. 2. Fam. 10.* Sin quid forte titubatum esset, exercitu tuo niteremur. *Ter. Eun. 3. 2. 56.* Ne quis forte internuncius clam a milite ad istam curset. *Cic. Mil. 7.* Nisi forte magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit. *Plaut. Amph. 3. 2. 60.* Irae si quae forte eveniunt huiusmodi. *Id. Poen. 5. 2. 104.* Si forte est domi. *Cic. 1. Rep. 58.* Si quando, si forte, tibi visus es irasci alicui. *Plaut. Capt. 2. 2. 59.* Hoc te monitum, nisi forte ipse non vis, volueram. *Id. Aul. 2. 4. 24.* Ne quid animae forte amittat dormiens — **14)** Ironia est in illis *Cic. Rosc. Am. 29.* Eraci criminatio tota, ut arbitror, dissoluta est, nisi forte exspectatis, ut illa diluam, quae etc. *Id. 1. Rep. 13.* Immo vero te audiamus, nisi forte Manilius interdictum aliquod inter duo soles putat esse componendum. *Id. Amic. 9.* ortum quidem amicitiae videtis, nisi quid ad haec forte vultis. Adde *Sal. Cat. 20., Quintil. 10. 1. 70.* et *Tacit. 4. Hist. 74.* — **15)** Raro cum *ut non* pro *ne*. *Quintil. 1. 3. 1.* Proximum imitatio: nam id quoque est docilis naturae, sic tamen, ut ea, quae discit, effingat, non habitum forte et ingressum, et si quid in peius notabile est. — **16)** Item cum *aut, num, sive, quam, vel, an*. *Plaut. Bacch. 1. 1. 47.* Quid? si apud te veniat de subito prandium aut potatio Forte aut coena. *Cic. 2. Offic. 20.* In uno illo aut forte in liberis eius manet gratia. *Quintil. 2. 4. 35.* Sive non trino forte nundino promulgata, sive non idoneo die. *Id. 7. 3. 20.* At in foro providendum, num forte supervacua, . . . an ambigua, an contraria, an communis sit definitio? *Id. 3. 10. 122.* Ut sciant, an ad probandum id quod intendimus forte respondeant. *Cat. 1. Institt. 150.* Quo casu licet uxori vel in omnes res vel in unam forte aut duas *(optare)*. *Horat. Epod. 16. 13.* Forte quid expediat, communiter aut melior pars Malis carere quaeritis laboribus. *Cai. Dig. 20. 1. 13. §. 2.* Alii nulli rem obligatam esse quam forte Lucio Titio. — **17)** Cum *si* apud *Cic. 16. Att. 12.* Quare vi aut clam agendum est, et si vi, forte et cum tempestate: clam autem istis. Cf. supra §. 9.

Nota I. *Fors* videtur a *fortuna* differre, quia *fors* casus est, *fortuna* ipsa Dea, si *Nonio, 5. 18.* credimus. Certe quidem differunt in locis, quae ibi affert, *Accii:* Fortuna ne, an forte reperitur? *Eiusdem:* quibus natura prava magis, quam fors, aut Fortuna obfuit. *Lucilii:* Cui parilem Fortuna locum, fatumque tulit fors. *Cic.* quoque distinguit *2. Leg. 11. extr.* — **Nota II.** Plura de hac particula dabit *Hand, Tursell. T. 2. p. 710-715.* et *730-742.*

FORSAN. Adverb. a *fors* et *an*, est fortasse; *forse:* et adhibetur in dubitationibus, frequentius apud Poetas (Cf. *Charis. p. 165. Putsch.*), quam apud prosae Scriptores. *Ter. Andr. 5. 5. 1.* Aliquis forsan me putet, Non putare hoc verum. *Virg. 4. Aen. 18.* Huic uni forsan potui succumbere culpae. *Horat. 2. Od. 16. 31.* et mihi forsan, tibi quod negavit, Porriget hora. *Virg. 1. Aen. 207.* forsan et haec olim meminisse iuvabit. Adde *Horat. 2. Od. 16. 31., Phaedr. 2. 4., Lucret. 6. 345., Martial. 10. 75. 7., Val. Flacc. 1. 128., Stat. 5. Silv. 3. 186.* et *Ovid. 5. Trist. 5. 1.* V. *Interpr.*, ad *h. l.* — *Hirt. B. Afr. 45.* Forsan isto uterer beneficio. *Curt. 3. 2.* Et tu forsan audire nolis, etc. sed historici poetica verba valde amant. *Liv. 5. 47.* Quem decreto sermonem praetenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint. Adde *Quintil. 1. 5. 6.* et *12. 1. 31., Symmach. 1. ep. 80.* et *Martian. Dig. 48. 3. 33. §. 1.*

Nota. Plura de hac particula, si quis velit, dabit *Hand, Tursell. T. 2. p. 717-720.*

FORSIT. Adverb. a *fors* et *sit*, idem ac fortasse; *forse:* et est vox poetica. *Lucret. 6. 735.* Forsit et Aethiopum penitus de montibus altis Crescat. *Alii leg.* forsitan. *Horat. 1. Sat. 6. 49.* Dissimile hoc illi est: quia non, ut forsit honorem iure mihi invideat quivis, ita etc. Haec verba recitat etiam *Priscian. 15. p. 1015. Putsch.* — Tribuitur et *Virgilio, 11. Aen. 50.* et *Propertio, 2. 7. 33.*, sed utrobique alii *fors* et. V. vors §. 9. et Cf. *Hand, Tursell. T. 2. p. 742.* et *seq.*

FORSITAN. Adverb. a *fors, sit* et *an;* quasi an fors sit, forsan; *forse:* et adhibetur in dubitationibus tam a Poetis, quam a prosae Scriptoribus. *Plaut. Pseud. 1. 3. 17.* Forsitan ea tibi dicta sunt mendacia. *Cic. 2. Orat. 45.* Maior ars aliqua forsitan esset requirenda. *Ter. Eun. 1. 2. 117.* Forsitan hic mihi parvam habeat fidem. *Virg. 6. Ecl. 39.* forsitan illum Perducant aliquae stabula ad Gortynia vaccae. *Cic. Rosc. Am. 2.* Forsitan quaeratis, qui iste terror sit. *Sall. Iug. 114.* Incertae, ac forsitan paulo post interiturae vitae parcere. *Liv. 9. 11.* Et illi quidem, forsitan et publica, sua certe liberata fide, ab Claudio in castra Romana inviolati redierunt. *Sil. 15. 614.* Forsitan et pugnas veniet germanus in ipsas. — **2)** Apud *Vulg. Interpr.* adhibetur pro utique, nimirum, scilicet: respondetque particulae Graecorum *ἄν. Ioh. 5. 46.* Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi. *Id. 8. 19.* Si me sciretis, forsitan et Patrem meum sciretis. Cf. *Eund. 18. 36.*, ubi in textu Graeco est *ἄν*, quod *Vulgatus* noster vertit, *utique*.

Nota. De hac particula docte disserit more suo *Hand, Tursell. T. 2. p. 713-717.*, quem videsis.

FORTAN. Adverb. contractum a *forte* et *an;* idem fere ac fortasse an. *Cic. 5. de Rep.* (edente *A. Maio*) *33.* Fortan non tam illius te reipublicae poenitebit. Cf. voc. seq. §. a.

FORTASSE et Fortassis. Adverb., de cuius origine haec *Hand, Tursell. T. 2. p. 720.* « *Fortasse* et *fortassis* duae sunt formae unius nominis *fortassis*, altera generis neutrius accusativus, altera genitivus: velut *magis* et *mage*, *satis* et *sate* sive *sat*, *necesse* et *necessit*. Extrema enim syllaba non conficitur corrupta pronunciatione verbi *sit*, quasi olim fuisset *forte an sit* . . ., sed verba *forte an* sive *fortan* adiectivam acceperunt terminationem intensionis, quae est in *necessis*. » — **b)** *Charis.* quoque *2. p. 163. Putsch.* docet *fortassis* Latinis auribus absurdius videri. — Hinc apud *Cic.*, ubi in quibusdam codd. MSS. et editis libris *fortassis* scribitur, substituunt *fortasse*. Habent tamen recentiores Scriptores. V. infra §. 7. et Cf. *Hand, l. c. p. 728.* et *seq.* — Porro

FORTASSE et Fortassis, proprie dubitationem quidem indicat, ut *forsitan;* ita tamen ut ad affirmationem potius accedat aut ad magnam probabilitatem, quam ad rei negationem; *può ben essere, probabilmente, forse così*. *Cic. 1. Orat. 22.* Alicui Graeculo otioso et loquaci, et fortasse docto atque erudito. *Id. 6. Att. 6.* Puer et fortasse fatuus. *Caes. 3. B. C. 31.* Quae res tamen fortasse aliquem reciperet casum. *Virg. 10. Aen. 548.* caeloque animum fortasse ferebat. *Plaut. Mil. 2. 3. 10.* Nescis tu fortasse, apud nos facinus quod natum est novum. *Pa.* Quod id est facinus! *Cic. 2. Rep. 34.* Fuerat fortasse aliqua ratio maioribus nostris in illo aere alieno medendi. — *Id. Orat. 62.* Id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus. *Id. 4. Fin. 3.* Res enim fortasse verae, certe graves non ita tractantur, ut debent, sed aliquanto minutius. — **3)** Servit interdum anteoccupationi. *Cic. Divin. Verr. 12.* Fortasse dices: quid? ergo haec in te sunt omnia? *Id. Senect. 3.* Fortasse dixerit quispiam. *Id. 6. Fam. 1.* Sed haec longiora fortasse fuerunt, quam necesse fuit. Adde *Manil. 9.* — **3)** Elliptice cum infinito. — *Plaut. Mere. 4. 4. 42.* Fortasse te illum mirari coquum, Quod venit atque haec attulit. *Donat.* ad *Ter. Hec. 3. 1. 33.* Sic Plautus: Fortasse te amare suspicarier. Nam Veteres infinitivo modo adiungebant fortasse. Adde *Plaut., Asin. 1. 1. 24., Epid. 2. 2. 111.* et *Poen. 5. 2. 44.* — **4)** Inservit aliquando ironiae. *Ter. Heaut. 4. 5, 29.* Prorsus nihil intelligo. *Sy.* Hui, tardus es. *Ch.* Fortasse. *Cic. 2. Fam. 16. ad fin.* Sed ego fortasse vaticinor: et haec omnia meliores habebunt exitus. *Est qui legit* fortassis. Et *mox*. Eos ego fortasse nunc imitor. — **5)** Praecedente *si, an*, aut *nisi*, raro *fortasse* subditur, sed *forte*. *Cic.* tamen *1. ad Brut. 13.* Tu hoc: alius fortasse, quod in animadversione durior: nisi fortasse utrumque tu. Et *Plaut.*

Digitized by Google

Pers. 2. 2. *in fin.* Nisi fortasse blanda verba. Et *Capt.* 5. 4. 96. An tu fortasse fuisti meae matris obstetrix? — **G)** Cum numeris est circiter; *quasi, all' incirca*. *Cic. Orat.* 56. Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus. *Id. Brut.* 68. Q. Pompeius biennio quam nos fortasse maior. *Plaut. Mil.* 2. 3. 79. Illic noster est fortasse circiter triennium. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 164. Nempe modo isto Paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis, Aut etiam supra, numorum millibus emptum. Adde *Cic.* 5. *Verr.* 50. et 7. *Att.* 4. — **7)** Alia forma

II. *Fortassis*, rarius usurpatur. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 20. Fortassis tu auri dempsisti parum. *Id. Asin.* 2. 4. 86. Neque est alter, cui credi recte aeque putent. *Ms.* fortassis: sed me tamen, etc. *può essere.* Adde *Plin.* 2. 18. 1., *Horat.* 1. *Sat.* 4. 151., *Traian.* apud *Plin.* 10. *ep.* 63., *Ulp. Dig.* 7. 1. 12. §. 5. et 11. 7. 14. §. 9. et *Quintil. Decl.* 11. *circ. fin.* Cf. supra §. b.

Nota. Alia plura de his particulis dabit *Hand, Tursell.* T. 2. p. 720-729.

FORTASSĔAN. Adverb. a *fortasse* et *an*, idem fere ac forsan, fortasse; *forse, probabilmente*. *Varr.* 8. *LL.* 2. Qui primi nomina imposuerunt rebus, fortassean in quibusdam sunt lapsi. *Id.* 5. *RR.* 16. *ante med.* De fructu, quod fortassean tibi satis sit, Axi. *Gell.* 11. 9. Fortassean auxilii petendi gratia. *Id.* 19. 8. Ac fortassean de quadrigis veterum auctoritati concessero. Adde *Sisenn.* apud *Non* 2. 101. et *Aecium ibid.* 542. v. *Hand, Tursell.* T. 2. p. 729. et *seq.*

FORTASSIS. V. FORTASSE §. a. et b. et §. 7.

FORTAX, ācis, m. Vox Graeca, φάρταξ, qua significatur fornix fornacis ex lapidibus calcariis ita structus, ut tam pateat, quam infima fovea; sub quo ignis succenditur, utque tota lapidum strues se ipsam sustentet. *Cato, RR.* 38. Fornacem bene struito; facito, fortax totam fornacem infimam complectatur.

FORTĔ. V. FORS §. 11. et seqq.

FORTESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. a *fortis; fortis fio*. Usurpavit *Laevius* in *Alcesti* apud *Gell.*, sed ab ipso *Gellio* improbatur, 19. 7. Item notavimus, quod fortescere posuit *(Laevius)* pro fortem fieri.

FORTĬCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *fortis; alquantulum fortis; forticello, bravetto*. *Cic.* 2. *Tusc.* 19. Quamvis idem Epicurus forticulum se in torminibus, et in stranguria sua praebeat. *Auson. Edyll.* 3. *sub fin.* Carmina venustula ut essent magis, quam forticula. *Apul. Met.* 8. Satis forticulum me denunciat. *Hieronym. ep.* 66. n. 13. Matronae, quae inaequale solum molestius transcendebant, nunc tui comparatione forticulae lucernas concinnant, vel succendunt focum, etc.

FORTĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fortifico;* actus fortificandi. *Cael. Aurel.* 4. *Chron.* 5. Fortificationem corpori adhibere.

FORTĬFĬCĀTUS, a, um. Particip. verbi *fortifico;* fortis factus. — Translate. *Rustic. Helpid. Carmen de Iatrons.* Fortificata fides vincit tot crimina vitae.

FORTĬFĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fortis* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum. — Particip. *fortificans*, §. 2., *fortificatus*, v. suo loco. — Proprie est fortem facio; *fortificare. Cael. Aurel.* 3. *Chron.* 2. Fortificare corpora. Et 2. *ibid.* 4. Constringere atque fortificare dentes. — **2)** Translate. *Mar. Victorin. de generat. Verb.* 9. Sensus . . . si perfecte percipit operationem intelligentiae, quae illum fortificat in operari atque agere, etc. *Interpr. epist. Ignatii ad Smyrn.* 4. Ipso *(CHristo)* me fortificante, qui perfectus homo factus est.

Nota. Quod ex *Plauto* afferunt quidam Lexicographi *fortifica animum*, suspectum, ne dicam falsum, valde est.

FORTIS, te. Adiect., quod a *foro* communiter ducitur, quia fortitudo, inquiunt, est virtus perferendarum rerum, seu potius, quia fortis dicitur, qui multum fert: prima enim significatio in physicis est inquirenda, non in moralibus. Cf. *Isid.* 10. *Orig.* 99. — **b)** Olim *foretis* scripsere: significabant autem frugi et bonum, teste *Festo* apud *Paul. Diac.* p. 81. *Mull.* « Forctis fingis et bonus, sive validus. » Cf. *Eund.* p. 348. *ibid.* sub v. *Sanates*, ubi apparet esse verbum *XII. Tabularum*. — Item *foretus*, teste *Eod.* p. 102. *ibid.* « Horetum et Foretum pro bono dicebant ». — **c)** Comparat. *fortior* §. 4. et seqq., superlat. *fortissimus* §. 4. et seqq. — **d)** Derivata, *fortesco, forticulus, fortitas, fortiter, fortitudo, fortiusculus*. — **e)** Composita, *confors, confortio, conforto, diffors, perfortis, perfortiter, praefortis*.

FORTIS proprie est qui viribus validus est, firmus, solidus, robustus; *forte, robusto, gagliardo, solido*. *Plaut. Mil.* 4. 3. 13. Ecquid fortis visa est *(mulier)*? Cf. FORMUS. *Lucret.* 6. 550. Fortis vis equûm. *Virg.* 11. *Aen.* 705. si femina forti Fidis equo; *h. e.* cursu praestanti. *Id.* 1. *G.* 63. Tauri fortes. *Plin.* 4. *ep.* 1. *extr.* Contingat modo te, filiamque tuam fortes invenire; *h. e.* bene valentes (Adde *ep.* 21. et 6. *ep.* 4.). *Plin. alter*, 11. 90. 1. Animalium fortiora, quibus sanguis crassior. *Id.* 32. 26. 2. Fortioribus stomachis ex iure ranas mandendas dabat. *Colum.* 1. 8. Fortis villicus. *Plin.* 14. 4. 3. Eae vites minus fertiles vino, acinis, et faece nimia, contra pruinas fortissimae sunt. *Caes.* 2. *B. C.* 2. Fortissima ligna. *Senec. Hippol.* 54. Fortia vincula. Et *Herc. Fur.* 1118. et *Val. Flacc.* 1. 434. Fortes humeri. *Senec. ibid.* 1116. Fortis arundo. *Pallad.* 5. 24. Plantae licet serius comprehendant, fortiores fient. *Plin.* 8. 54. 4. Invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum. — **2)** Transfertur etiam ad res inanimas ob quandam similitudinem. Hinc *fortis cibus* dicitur, qui valde est alibilis, valens, firmus; *di gran nutrimento*. *Plin.* 18. 10. 8. Fortiora ad hiemes frumenta, legumina in cibo. — **3)** *Fortes* oculi, acres ad intuendum, et imperterritum animum significantes. *Cic.* 15. *Att.* 11. Hoc loco, fortibus sane oculis. Cassius (Martem spirare dicens) se in Siciliam non iturum. — **4)** *Sol fortis*, calorem habens; *sole che ha della forza*. *Senec. Med.* 588. Aut ubi in rivos nivibus solutis Sole iam forti, medioque vere Tabuit Aemus. — **5)** Saepissime vero

II. *Fortis* transfertur ad animum, et est valens, potens, praestans, audax; *valente, forte, coraggioso, vigoroso:* qui sensus ex usu loquendi saepe cum praecedenti notione coniungitur ob quandam affinitatem, cum ex robore corporis, ut plurimum, pendeat animi fortitudo. *Cic.* 1. *Offic.* 25. Fortis animi est, et constantis non perturbari in rebus adversis. *Sall. Iug.* 100. *de Sulla*. Multi dubitavere, fortior, an felicior esset. *Cic.* 5. *Orat.* 8. Impetus animi fortissimus. *Id. Sext.* 20. Vir fortis, et acris animi magnique. *Id. Mil.* 34. Gladiator fortis et animosus. *Id. Font.* 15. Vir ad labores impiger, ad pericula fortis. *Id. Rosc. Am.* 30. Vir contra audaciam fortissimus. *Senec. Herc. Fur.* 1285. Fortis in pueros modo. *Cic. fragm.* apud *Non* 12. 34. In dolore podagrae Posidonium nihilo, quam hospitem meum, fortiorem. *Id.* 5. *Verr.* 1. Si fortes fueritis in eo, quem etc.; *h. e.* contra eum. *Id.* 12. *Phil.* 3. Acerrima et fortissima libertatis recuperandae cupiditas. *Id.* 5. *Catil.* 6. Dictae sunt a principibus acerrimae ac fortissimae sententiae. *Id.* 6. *Fam.* 13. *in fin.* Fortissimo et maximo animo ferre omnia. *Liv.* 7. 40. Nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem. — Cum infinito. *Stat.* 10. *Theb.* 905. pavidas tonitru turbare puellas Fortior. *Horat.* 1. *Od.* 37. 26. Fortis et asperas Tractare serpentes. *Id.* 3. *ibid.* 3. 30. Aurum spernere fortior Quam cogere. Adde 2. *Sat.* 7. 86. — **6)** Huc etiam spectant *Ter. Andr.* 2. 6. 13. Cavit, ne unquam infamiae Ea res sibi esset, ut virum fortem decet; *h. e.* honestum; *uomo d' onore*. *Plaut. Trin.* 3. 2. 9. Sororem despondisse suam in tam fortem familiam; *h. e.* divitem, et bene audientem. *Cic. Senect.* 22. Ex quo fit, ut animosior senectus sit, quam adolescentia, et fortior. — **7)** *Fortia facta; h. e.* fortiter patrata. *Virg.* 1. *Aen.* 643. Fortia facta patrum. *Cic.* 8. *Att.* 22. Quod enim unquam eorum in republica forte factum exstitit? — **8)** *Fortes Fortuna adiuvat*, proverb. apud *Ter. Phorm.* 1. 4. 26. et *Cic.* 2. *Tusc.* 4., quo significatur, audendum conandumque esse prius, deinde exspectandum a Fortuna auxilium; *il coraggio è favorito dalla fortuna*. *Id.* 3. *Fin.* 4. *extr.* In ceteris subvenies, si me haerentem videbis: sedulo, inquam, faciam: sed Fortuna fortes: quare conare, quaeso. — **9)** *Fortes creantur fortibus* (apud Graecos ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθοί) aliud proverb. apud *Horat.* 4. *Od.* 4. 29. *la scheggia vitras dal ceppo*. — **10)** Translate, ex utraque simul notione. *Cic.* 1. *Orat.* 54. Illam orationem disertam sibi et oratoriam videri; fortem et virilem non videri; *h. e.* viro forti gravique dignam. *Id.* 3. *ibid.* 9. Genus dicendi forte, vehemens, commotum in agendo; *h. e.* acre, vi praeditum. Et 2. *ibid.* 43. Non semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida, submissa, lenis. *Corn. Sev. Aetn.* 2. Et quae tam fortes volvant incendia causae; *h. e.* tantis viribus praeditae. *Gell.* 5. 3. *extr.* Quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior; *h. e.* melior, probabilior, verior. *Iustin.* 44. 2. Saepe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui: adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam vitae; *h. e.* diligentior, intentior. *Propert.* 1. 5. 14. Fortia dicta; *h. e.* plena iactationis ac superbiae. — **11)** *Fortis et bonus* coniunctim de eodem subiecto usurpata. V. in BONUS §. 18.

FORTĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fortis;* fortitudo. — Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* "Ἀνδρεία; fortitas, virilitas. Et *ibid.* Γενναιότης; fortitas, strenuitas.

FORTĬTER. Adverb. a *fortis*. — Comparat. *fortius* et superlat. *fortissime* §. 1. et 2. — Est magnis viribus, valide; *con forza, vigorosamente, fortemente*. *Nep. Alcib.* 11. Fortiter venari. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 23. Hunc adstringite ad columnam fortiter. *Horat.* 1. *Od.* 14. 2. Fortiter occupare portum. *Petron. Satyr.* 9. Sublatis fortius manibus. *Ovid. Rem. am.* 597. Fortius attrahere lora. *Id.* 6. *Met.* 708. arserunt agitati fortius ignes. *Plin.* 16. 77. 3. Rigorem fortissime servat ulmus. *Id.* 9. 9. 4. Includi retibus se, fortissime urgentes gaudent. *Id.* 17. 24. 6. Fortius durant. *Pallad.* 11. 18. Defrutum, ubi ad spissitudinem fortiter despumaverit; *h. e.* valde, bene. Sic *ibid.* 19. Fortiter verberare virgis uvas. — **2)** Saepe est animose, acriter, constanter, strenue; ἀνδρείως. *Cic.* 14. *Att.* 13. Quidquid acciderit, fortiter et sapienter feramus. *Id.* 11. *Phil.* 3. Fortiter et patienter ferre dolorem. *Id.* 13. *Att.* 20. Fortiter hoc velim accipias, ut ego scribo.

Digitized by Google

Id. Quint. 8. Dolabella iniuriam facere fortissime perseverat. *Id. Flacc. 39.* Cum fugitivis fortiter bellum gesserat. *Id. Prov. cons. 27.* Constanter et fortiter repudiare aliquid. *Id. 4. Phil. 2.* Animose et fortiter quippiam facere *(Fortiter facere* saepe est strenue se in bello gerere, forte aliquod facinus militare edere. *Quintil. 9. 2. 85.* et *Declam. saepissime). Colum. 9. 14.* Apes fortius operibus inservient. *Caes. 2. B. G. 11.* Fortiter impetum hostium sustinere. Et *26.* Fortius pugnare. *Id. 4. ibid. 12.* Fortissime resistere. *Pompon. Dig. 32. 1. 83.* Fortiter aliquid defendere. *Quintil. 2. 4. 42. extr.* Fortissime affirmare. Et *2. 12. 9.* Fortius dicere; h. e. acrius, vehementius. *Iustin. 23. 2. extr.* Fortius loqui; h. e. audacius, confidentius. *Horat. 2. Sat. 5. 42.* Fortiter perire. — Facete *Id. 1. Ep. 15. 26.* rebus maternis atque paternis Fortiter absumptis; *bravamente:* impigre et strenue. *Plin. Paneg. 56.* Fortiter amare.

FORTĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *fortis*, syllabica adiectione productum; proprietas eius, qui fortis est, validitas, firmitudo; *fortezza, gagliardia. Phaedr. 4. 15.* Fortitudo hircorum. *Hieronym. ep. 64. n. 10.* Haec feminalia de bysso retorta ob fortitudinem solent contexi; h. e. *consistenza*. — *Vulg. Interpr. Apoc. 18. 2.* Exclamavit in fortitudine; h. e. valide. — *Id. 3. Reg. 19. 8.* Fortitudo cibi. — *Id. Ps. 59. 9.* Ephraim, fortitudo capitis mei; h. e. munimentum, arx. Sic *Id. Isai. 25. 4. de Tyro.* Fortitudo maris. Cf. *Interpr.* ad h. l. — **B)** Translate est virtus animi, qua labores considerate suscipiuntur, et dolores constanter perferuntur; *fortezza. Cic. 2. Invent. 54.* Fortitudo est considerata periculorum susceptio, et laborum perpessio. *Id. 3. Offic. 35.* Fortitudo, quae est dolorum, laborumque contemptio. Et *paulo infrius.* Fortitudinem quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt rationem negligendae mortis, perpetiendique doloris. *Id. 5. Tusc. 14.* Fortitudo est animi affectio cum in adeundo periculo, et in labore ac dolore patiens, tum procul ab omni metu. *Auct. ad Herenn. 3. 2.* Fortitudo est rerum magnarum appetitio, et rerum humilium contemptio, et laboris cum utilitatis ratione perpessio. *Gell. 12. 5. extr.* Ea vera et proba fortitudo est, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum, et non tolerandarum. V. alias definitiones *4. Tusc. 24.* — In plur. numero. *Vitruv. 10. 22.* Differentes sunt nationum fortitudines. *Cic. 1. Offic. 23. extr.* Sunt ergo domesticae fortitudines non inferiores militaribus; h. e. res fortiter gestae.

FŌRTĬUSCULUS, a, um. Adiect. deminut. a *fortis;* idem ac forticulus; *gagliardetto. Sutrius* apud *Fulgent. 3. Mythol. 8.* Nam et Sutrius comoediarum scriptor introducit Glyconem *(fortasse legend.* Glycerium) meretricem dicentem: Myrrhinum mihi adfer, quo virilibus occurram armis fortiuscula.

FORTŬĬTO et FORTŬĬTŪ. } V. voc. seq. §. c., coll. §. 3. et 4.

FORTŬĬTUS, a, um. Adiect. a *fors, fortis*, syllabica adiectione productum. V. FORS §. 8. — **b)** Paenultima producitur ab *Horat. 2. Od. 15. 17.* Nec fortuitum spernere caespitem Leges sinebant. Sic *Phaedr. 2. 4.* et *Auson. in VII. Sap. de Solone, 3.* At *Manil. 1. 182., Petron. Satyr. 135., Iuvenal. 13. 225.* et alii corripiunt: nisi malis ad synaeresin confugere, et trisyllabam vocem facere: quod tamen durius esse videtur. — **c)** Disputant Viri docti de forma ablativi *fortuitu* pro *fortuito* absolute positi, utrum antiqua sit, an recentior; praesertim cum a Librariis saepe haec duo vocabula inter se fuerint confusa: recentior tamen videtur, et fortasse saeculo post Christum quarto tribuenda, quo tempore non raro reperire est ablativum terminationem in u pro o, ut observat *Hand, Turscll. T. 2. p. 745.*, qui omnino est hac de re consulendus, coll. *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 25.* et quos ibi laudat.

FORTUITUS proprie est forte et casu accidens, in fortuna positus; *accidentale, casuale, avvenuto a sorte. Cic. 4. Nat. D. 56.* Si quippiam nacti sumus fortuiti boni. Et *1. ibid. 24.* Concursus atomorum fortuitus. *Id. Top. 19.* concursio rerum fortuitarum. *Petron. Satyr. 138.* At paries circa palea satiatus inani, Fortuitoque luto; h. e. temere, et sine cura inducto. *Phaedr. 2. 4. 4.* Tum fortuitum foedus contuberuium Fraude et scelesta sic evertit malitia. *Cic. 2. Divin. 55.* Sunt innumerabiles praesensiones non fortuitae. *Id. 1. Orat. 55.* Subita et fortuita oratio. *Quintil. 10. 3. 30.* Fortuiti clamores. Adde *Cic. 2. Divin. 7.* et *Quintil. 1. 10. 46., 6. 5. 10.* et *10. 7. 13.* — **B)** Absolute, substantivorum more, in plur. num.

FORTUITA, ōrum, n. Sunt res fortuitae. *Quintil. 6. praef. 11.* Etiam illa fortuita aderant omnia. *Id. 3. 7. 12.* Fortuitorum laus brevior. *Id. 6. 1. 3.* Quum occasiones . . . ex quibusdam fortuitis quoque oriantur. — **B)** Hinc pariter absolute in sing. num.

FORTUITO *(rarius et apud Recentiores fortasse tantum*, Fortuitu. V. infra §. 4.), adverbiorum more; casu, forte; *a caso, per sorte. Cic. Orat. 55.* Temere ac fortuito. Et *1. Orat. 24.* Fortuito in sermonem incidere. *Caes. 7. B. G. 20.* Non haec omnia fortuito, aut sine consilio accidere potuisse. *Plaut. Aul. 2. 1. 41.* Si eam senex praegnantem fortuito fecerit. *Hirt. B. Afr. 3. extr.* Occasio fortuito oblata. *Iuvenal. 13. 223.* Non quasi fortuito, nec ventorum rabie, sed etc. *Cic. 1. Offic. 29.* Ne quid temere ac fortuito, inconsiderate, negligenterque agamus. *Id. 10. Phil. 2.* Quod verbum tibi non excidit fortuito scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. *Id. Orat. 58.* Praesertim, ut fit, fortuito saepe aliquid concinne apteque dicerent *(Veteres). Id. 1. Leg. 8.* Ut ea quae gignuntur donata consulto nobis, non fortuito nata videantur. *Id. Sull. 4.* Atque inter nos partitio non est fortuito, iudices, nec temere facta. Adde *2. Rep. 16., Liv. 2. 28., Suet. Tib. 59.* et *Tacit. 2. Ann. 77.* — Cum addito *casu. Id. 1. Orat. 24.* Ne in Deum quidem cadere videtur, ut sciat, quid casu et fortuito futurum sit. *Auct. ad Herenn. 1. 11.* Casu et fortuito navis in portum incolumis delata est. — **4)** *Fortuitu* retineri potest apud *Lactant. 1. 2. Solin. p. 12.* et *40.* apud *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 25.*, et *Sulp. Sev.* in *Vit. S. Martin. 9.*, itemque fortasse apud *Boeth. Cons. philos. 3. pros. 1.* — Apud *Plin.* vero *8. 21. 4.* et *11. 36. 1.*, in quibus vulgo *fortuitu* legitur, alii aliter legunt. V. *Sillig.* ad haec loca in *not. crit.* — Apud *Plaut. Aul. 2. 1. 41.* vulgo quidem *fortuitu* legitur, sed *Fest. p. 258. Müll.* locum illum afferens, *fortuito* habet. Cf. dicta supra §. c. — Huc spectat *Priscian. 15. p. 1016. Putsch.* « Fortuitu, quod a fortuitus derivativo nomine fit. »

FORTŪNA, ae, f. Nomen abstractum, quod a *fortuitus* factum esse docet *Isid. 8. Orig. 11. 94.*, coll. *Lactant. 3. 29.* V. loc. infra §. 1. et Cf. FORS §. 2. — **b)** *Fortunas* pro *fortunae*, ut *familias, escas, vias, monetas, Latonas*, in genit. sing. *Naevius* apud *Priscian. 6. p. 679. Putsch.* Ei venit in mentem hominum fortunas. — **c)** Derivata, *fortunarius, fortunate, fortunatim, fortunatus, fortuno.* — **d)** Composita, *infortunatus, infortunitas, infortunium.*

FORTUNA est subitus et inopinatus eventus rerum accidentium (ut ait *Lactant. 3. 29.*), fors, casus; *fortuna, sorte.* — Ab Antiquis pro Dea habita, tamquam rerum humanarum domina; de qua proinde hoc sensu dicemus suo loco in ONOM., hic interea locis aliquot aliatis, quae huc quoque pertinere possunt lata significatione. *Cic. 2. Divin. 8.* Quid est enim aliud sors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi cum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit? *Pacuv.* apud *Auct. ad Herenn. 2. 23.* Fortunam insanam esse et caecam perhibent philosophi, saxoque illam instare globoso praedicant volubilem, etc. *Cic. Pis. 10.* Fortunae rotam pertimescere. *Id. 14. Phil. 2.* Vim fortunae contemnere. *Id. Sext. 7.* Fuit profecto quaedam illa reipublicae fortuna fatalis. *Id. ad Quirit. 1.* Homini nihil magis optandum, quam prospera, aequabilis, perpetuaque fortuna. *Id. Cluent. 5.* Fortuna misera multumque iactata. *Id. Pis. 16.* Meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5. sub fin.* Ferre pulcherrime secundam adversamque fortunam. *Cic. 1. Fam. 9. ante med.* Afflicta fortuna. *Id. 1. ad Brut. 10.* Belli fortuna, ut in secundis, fluxa, ut in adversis, bona. Et *ibid. 1.* Fortuna optima esse. *Id. 10. Att. 4.* Fortuna duriore conflictatus. Et *9. ibid. 6.* Timidius committere se fortunae. *Id. 5. Tusc. 9.* Bona corporis et extra corpus in casu suut atque fortuna. — In plur. numero. *Ter. Andr. 1. 1. 69.* omnes omnia Bona dicere, laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum. *Id. Phorm. 1. 4. 24.* Quod si eo meae fortunae redeunt, Phaniam, abs te ut distrahar, Nulla est mihi vita expetenda. *Cic. Sull. 25. extr.* Et secundas fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo remedio permanere. — **B)** *Fortes Fortuna adiuvat*, proverb. V. FORTIS §. 8. — **3)** *Fortunae filius*, proverb. felix, fortunatus. *Horat. 2. Sat. 6. 49.* — **4)** *Fors fortuna*, V. FORS §. 3. et 4. — **5)** Specialim

II. *Fortuna* interdum sine addito de prospero eventu dicitur. *Cic. 1. Divin. 20.* Eum clarissimum Graeciae, diuturna cum fortuna fore. *Id. 3. Nat. D. 36.* Fortunam a Deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam. *Virg. 3. Aen. 15.* Hospitium antiquum Troiae, sociique Penates, Dum fortuna fuit. *Propert. 1. 17. 7.* Nullane placatae veniet fortuna procellae? *Horat. Art. P. 201.* Deos precetur et oret, Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis. *Id. 1. Ep. 8. 17.* Ut tu fortunam, sic nos te feremus. *Id. 2. ibid. 1. 52.* Venimus ad summum fortunae. Adde *1. ibid. 12. 9.* et *4. Od. 4. 71.* — *Tryphonin. Dig. 41. 1. 63. §. 1.* Quia et thesaurus *(subaudi* inventus) donum fortunae creditur. Adde *Cod. Theod. 10. 18. 3.* — **6)** Hinc *per fortunas*, adiurandi, obsecraudique formula. *Cic. 3. Att. 11.* Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quidquid provideri potest, provide; *per vita tua.* Adde *ibid. 15.* et *5. ibid. 20.* — **7)** Interdum de tristi et malo. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5. ad fin.* In eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit. *Quintil. 7. 9. 2. Gallus* utrum avem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis significet, incertum est; h. e. castratum esse. — **8)** *Sortiri fortunam oculis* de Aenea telum in Turnum intorquente, et locum in corpore vulneri maxime opportunum, quem fortuna dabat, oculis designante, apud *Virg. 12. Aen. 920.* Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat Sortitus fortunam oculis et corpore toto Eminus intorquet. Id ex *Homer. Iliad. 1.*

Digitized by Google

10. v. 511. Εἴοφιν χρὴ κλέος, ὅππη εἶῆισι μάλιστα. In re non dissimili ita locutus *Tacit. 2. Ann. 14.* Densarent ictus, ora mucronibus quaererent; *trassero di punta spesso al viso.* — **9)** Denique

III. *Fortuna* sumitur et pro statu et conditione rerum, aut hominum. *Nep. Attic. 11.* Sui cuique mores fingunt fortunam. *Cic. Amic. 16.* Amplificare fortunam. *Id. 1. Offic. 13.* Est autem infima conditio et fortuna servorum. *Id. 5. Fin. 9.* Homines infima fortuna. Adde *Cic. 13. Fam. 5., Pis. 22.* et *Quintil. 3. 8. 50.* — **10)** Fortuna populi R., Fortuna imperii, apud *Tacit. 5. Hist. 47.* et *4. ibid. 57.*, est non solum status et spes, sed etiam auspicium et maiestas. — **11)** Sensu hinc concreto saepe *fortunae* ponuntur pro facultatibus, re familiari, divitiis; *averi, facoltà, beni. Cic. Rosc. Am. 5.* A Chrysogono peto, ut pecunia fortunisque nostris contentus sit. *Id. 3. Verr. 44.* Iis praetor adimere bona fortunasque poterit. Ubi *Ascon.* Bona in ipsis possessionibus, fortunae in fructibus earum. *Id. Dom. 10.* Imminebat furor tuus omnium fortunis et bonis. Adde *1. Tusc. 6.* et *2. Rep. 19., Caes. 1. B. G. 11.* et *Quintil. 4. 2. 122.* — In singulari num. *Scaevola, Dig. 4. 7. 40. ad fin.* Argentarius coactor totam fortunam in nominibus habebat. *Ovid. 5. Trist. 2. 55.* vitamque dedisti: Nec mihi ius civis, nec mihi nomen abest: Nec mea concessa est aliis fortuna. *Horat. 1. Ep. 5. 12.* Quo mihi fortunam, si non conceditur uti? *Vellei. 2. 60.* Adiri nomen invidiosae fortunae Caesaris, non placebat. *Quintil. 6. 1. 50.* De fortuna qua uterque abundabat. — **12)** Denique de ipsa uxoris persona dicitur in *Inscr.* apud *Hensen, Suppl. Or. n. 7383.* Coniugi karissimae et pientissimae . . . fortunae presenti *(sic)*, quae mihi nullam contumeliam, nec animi laesionem fecit.

Nota. Discrimen inter *fatum* et *fortunam* tradit *Isid. 1. Differ. 219.* « Inter *fatum* et *fortunam* pagani ita separabant: quod enim fortuitu venit, nulla palam causa, *fortunam* vocabant; *fatum* vero quidquid appositum singulis, et statutum erat, ut puta, *fati* esse dicebant, quod nascimur, quod occidimus; *fortunae* quidquid in vita varietatis accidit. » Cf. VORS §. 2. *in fin.* — **2)** Quoad discrimen inter *fortem* et *fortunam* V. VORS in *Nota* I.

FORTŪNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *fortuna;* qui fortuito evenit. — *Fortunaria*, ōrum, n., absolute adhibet *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 34.* Quippe iam primum in haec et huiuscemodi fortunaria dispositis equis et itinere proviso, etc.

FORTŪNĀTĒ. Adverb. a *fortunatus;* feliciter, prospere; *felicemente, fortunatamente. Cic. 5. Fin. 7.* Necessario sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere.

FORTŪNĀTIM. Adverb. eiusdem originis et significationis ac praecedens, in usu apud Veteres. *Enn.* apud *Non. 2. 334.* Fortunatim, feliciter, ac bene vortat.

FORTŪNĀTUS, a, um. Adiect., seu potius particip. verbi *fortuno*, fere adiectivorum more adhibitum. — Comparat. *fortunatior* §. 1., superlat. *fortunatissimus* §. 1. et 2. — Proprie est cui fortuna favet, felix; *fortunato, avventuroso, felice. Cic. 2. Catil. 4.* O fortunatam rempubl., si quidem hanc sentinam huius urbis eiecerit! *Id. 2. Q. Fr. 14. sub fin.* Nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunatius. *Id. Senect. 9.* Mihi vero Co. et P. Scipiones comitatu nobilium iuvenum fortunati videbantur. *Vellei. 2. 12.* Fortunatissimo proelio decertavere. *Plaut. Aul. 2. 2. 5.* Salvus atque fortunatus semper fies. *Id. Capt. 5. 3. 16.* Et miser sum et fortunatus, si vera dicitis. Adde *Virg. 1. Ecl. 47., Horat. 1. Ep. 11. 14.* et *Cic. 1. Rep. 17.* — *Plaut. Trin. 1. 2. 5.* Ut nobis haec habitatio Bona, fausta, felix fortunataque eveniat. *Varr. 6. LL. 9.* Quod bonum, fortunatum, felixque, salutareque siet populo R. Quiritium. *Similes aliae formulae bene ominandi* V. in FAUSTUS et FELIX. — Cum casu genit. Graecorum more. *Virg. 11. Aen. 416.* Ille mihi ante alios fortunatusque laborum, etc. *h. e.* felix in malis et calamitatibus suis. *Sunt qui h. l. leg.* felix functusque *pro* fortunatusque. — **2)** Speciatim *fortunatus* sumitur pro divite; *ricco.* (Cf. FORTUNA §. 11.). *Cic. 2. Orat. 86.* Cum coenaret Simonides apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem. *Caes. 6. B. G. 34.* Quid hanc miseram et tenuem sectamini praedam, quibus iam licet esse fortunatissimis? Adde *Cic. 2. Offic. 20.*

Nota. Discrimen inter *beatum, felicem* et *fortunatum*, habes in vocibus BEATUS in *Nota* §. 2. et FELIX pariter in *Nota*.

FORTŪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fortuna*. — *Fortunassint* pro *fortunaverint*, ἀρχαϊκῶς dixit *Afran.* loc. mox cit. — Particip. *fortunatus* V. suo loco. — Est prospero, omnibus bonis augeo, ut *Non. 2. 515.* definit; *felicitare, prosperare:* et proprie dicitur de Diis, quorum in manu fortunae vis esse putabatur. *Plaut. Trin. 2. 4. 175.* Di fortunabunt vostra consilia. *Ph.* Ita volo. *Auson. epigr. 12. 6. de occasione.* Mercurius quae Fortunare solet, tardo ego, cum volui. *Cic. 2. Fam. 2.* Tibi patrimonium Dii fortunent. *Id. 15. ibid. 7.* Eumque honorem Deos tibi fortunare volo. *Horat. 1. Ep. 11. 22.* Tu quamcumque Deus tibi fortunaverit horam, Grata sume manu. — Absolute. *Afran.* apud *Non. 2. 515.* Deos ego omnes, ut fortunassint, precor; *h. e.* ut fortunent.

FORVĬCĀPES. V. FORCEPS §. 2.

FŎRŬLI, ōrum, m. Deminut. a *forus;* parvi fori, quo significantur Circensia spectacula. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 86. Mull.* Fori . . . significant et Circensia spectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus. — **2)** Hinc *foruli* dicuntur etiam loculi, plutei, quibus libri asservantur; *armari, scansie. Suet. Aug. 31.* Libros Sibyllinos condidit duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. *Iuvenal. 3. 219.* Hic libros dabit, et forulos, mediamque Minervam. — In sing. num. habet *Gloss. Arab. Lat.* Forulus, vas, ubi codices ponuntur.

FORŬLUS, i, m. V. voc. praeced. §. 2.

FORUM, i, n. Nomen a *foro*, ut vult *Varr. 5. LL. 32.* Quo conferrent suas controversias, et quae vendere vellent, et quo quaeque ferrent, forum appellarunt. — **b)** Alia forma est *forus, i*, m., de qua V. suo loco. — **c)** Derivata, *foralis, forensis, forica* (quod V. pro suis). Cf. FORULI et FORUS. — **d)** Composita, *circumforaneus, conforaneus, infraforanus, superforaneus.*

FORUM proprie ac universim est locus spatiosus in urbe, in quo res venduntur et negotia fiunt; *piazza, mercato. Varr. 5. LL. 32. §. 145.* et *seqq.* Quae vendere vellent quo ferrent, forum appellarunt. Ubi quid generatim, additum ab eo cognomen, ut *forum boarium, forum olitorium, . . . forum piscarium . . . forum cupedinis . . .* Haec omnia posteaquam contracta in unum locum, quae ad victum pertinebant, et aedificatus locus: appellatum macellum. *Id. 1. RR. 54.* Forum vinarium. *Ulp. Dig. 12. 1. a med.* Suarium. *Plaut. Curc. 4. 1. 18.* Piscarium. *Inscr.* in *Bullett. Napolet. a. 1858. p. 149.* Idem pondera ad macellum et mensuras, ad forum vinarium S. P. fecit. *Alia* apud *Visconti, Opp. var. T. 1. p. 77.* MESORIB. MACH. F. P.; *h. e.* mensoribus machinariis fori piscarii. *Alia* apud *Orelli, n. 3314.* et *4114.* Forum pecuarium. *Prosp.* in *Chron. de Domitiano.* Multa opera Romae facta: in quibus forum transitorium. V. TRANSITORIUS. — *Vulg. Interpr. Matth. 20. 3.* In foro otiosi. *Id. Luc. 20. 46.* Amant salutationes in foro. — Alia forma V. FORUS §. 1. — **3)** *Forum coquinum* fuit Romae locus, ubi coqui conveniebant, parati suam locare operam conducentibus. *Plaut. Pseud. 3. 2. 1.* Forum coquinum qui vocant, stulte vocant: Nam non coquinum est, verum furinum est forum. — **4)** Latiore significatione dicitur etiam de locis ac ipsis urbibus vel oppidis, in quibus negotiationes habentur. *Cic. Cluent. 14.* L. Clodius, pharmacopola circumforaneus, qui properaret, cui fora multa restarent, simul atque introductus est, rem confecit. *Sall. Iug. 31.* Oppidum Vaga, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum: ubi et incolere et mercari consueverunt multi mortales; *città di gran traffico.* — **4)** Ipsa oppida, aut vici in provinciis in quae conveniebant provinciales negotiorum, seu nundinarum, vel iurisdictionis, et litium causa, *fora* appellantur. Hinc *Tab. Heracleens. 118. Haubold.* Quicquonque in municipiis, coloniis, praefecturis, foreis, conciliabulis *Civium Romanorum* II. Viri, IIII. Viri erunt. — Quae autem *fora* nomine proprio cum Addito appellarentur, ut *Forum Aurelium, Cornelium*, etc. V. FORUM in ONOM. — **5)** Hinc *Scisti uti foro* proverbium est apud *Ter. Phorm. 1. 2. 29. h. e.* scisti servire tempori; *hai saputo pigliare il panno pel verso:* ductum a negotiatoribus, qui ante locum commercii non praescribunt, quanti vendant, quae advehunt, sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de vendendis aut non vendendis mercibus sumunt. *Donatus.* — **6)** Speciatim vero

II. *Forum* dicitur locus, in quo iurisdictio exercetur, conciones habentur ad populum, causae aguntur; *foro, palazzo:* qui saepe idem est locus cum foro negotiorum, quae occasione convenientium civium fiunt, ut in Foro Romano. *Cic. 5. Verr. 15.* Ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. *Id. 3. Fam. 8.* Ut primum forum attigi; *h. e.* coepi versari in publico, civilia studia exercere, reipublicae operam dare, causas agere. *Suet. Ner. 7.* Deducere in forum; *h. e.* in publicum, et ad reipublicae studia et officia admovere. *Senec. procem. l. 2. Controv.* Parare se foro et honoribus. *Tacit. Agric. 39.* Frustra studia fori, et civilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet. *Nep. Cat. 1.* Hortatu L. Valerii Romam demigravit, in foroque esse coepit. *Id. Attic. 10.* Ad adventum imperatorum foro decesserat, timens proscriptionem; *h. e.* publico abstinuerat. *Senec. 4. Benef. 39.* Cedere foro; *fallire.* V. CEDO §. 15. *Cic. 6. Verr. 54. extr.* Pacem cum bello, leges cum vi, forum et iurisdictionem cum ferro et armis conferatis. *Virg. 2. G. 502.* ferrea iura, Insanumque forum. *Ovid. 4. Fast. 188.* Et fora Marte suo litigiosa vacent. — **7)** Fora plurima Romae fuere, sed iudicialia tria maxime, Romanum, Iulii Caesaris, et Augusti; quibus alia postea adiecta sunt. Primum quod absolute et κατ' ἐξοχὴν Forum dicitur, fuit omnium ornatissimum propter aedificia, et frequentissimum propter iudicia, inter Colles Capitolinum et Palatinum: ibi curia, rostra, comitium, tabernae argentariae, porticus circa columnis nixae, basilicae, templa magnifica, etc. *Martial. 5. 38.* Causas, inquis, agam Cicerone diserti us ipso: Atque erit in triplici par mihi nemo Foro. *Senec. 2. Ira, 9.* Circumscriptiones, furta, fraudes, quibus trina non sufficiunt fora. Adde

Digitized by Google

Stat. 4. Silv. 9. 15. — De foro Augusti *Suet. Aug. 29.* Forum exstruit cum aede Martis ultoris, etc. *Ovid. 4. Pont. 15. 16.* domus Augusto continuata foro. — De Foro Iul. Caesaris *Suet. Caes. 26.* Forum de manubiis inchoavit, cuius area super H-S millies constitit. — **8)** Inde formulae, *forum agere* est iurisdictionem exercere; *tener tribunale, auctor cause:* et dicitur fere de magistratibus in provinciis. *Cic. 5. Att. 16. ad fin.* Appius in ultimam provinciam se coniecit, Tarsum usque: ibi forum agit. Sic *Virg. 5. Aen. 737.* gaudet regno Troianus Acestes, Indicitque forum, et patribus dat iura vocatis. — **9)** *Res in meo foro vertitur*, aliud proverb. apud *Plaut. Most. 3. 1. 10.*; *h. e.* res est mihi cum iis, quos vitare non possum, quemadmodum in suo foro recusare nemo potest, quin iudicium subeat: vel versor in periculo, quod non possum effugere. — **10)** *In alieno foro litigare* apud *Martial. ep. praefixa, l. 12.* est perplexum et turbatum esse, ut ii, qui in alieno foro litigant, cuius neque morem iudiciorum, neque rationem agendi, aut loquendi plane sciunt. — **11)** *Foro mersi* apud *Plaut. Epid. 1. 2. 16.* dicuntur, qui aere alieno obruti sunt. In foro enim erant argentariorum tabernae, ubi pecunia dabatur cuivis fenori. — **12)** Improprie

III. *Forum* est etiam vasis vinarii genus, nempe para torcularis, in quo ponuntur uvae, vel oleae prelo calcandae. *Colum. 11. 2. a med.* Torcularia et fora diligenter emundata lotaque, et, si res ita exegerit, picata. Adde *12. 18.* Cf. voc. seq. §. 7. — **13)** Adde ex *Festo* apud *Paul. Diac. p. 84. Müll.* Forum sex modis intelligitur . . . Quarto, quum id *forum* Antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulcri dicari solet. *Cic. 2. Leg. 24.* Quod autem lex *forum*, id est vestibulum sepulcri, *bustumve usucapi* vetat, tuetur ius sepulcrorum. — **14)** Item de vestibulo vel atrio Basilicae usurpatur in *Inscr.* apud *Ducange* in *Gloss. med. et inf. Latinit.* sub v. FORUM. Forum basilicae beati Martyris Stephani musivo et marmoribus decoravit. — **15)** De foro in navibus v. voc. seq. §. 2. *fin.*

FŌRUS, i, m. idem quod forum; idest locus rebus venalibus, negotiis, iudiciis destinatus. *Lucil.* apud *Charis. 1. p. 55. Putsch.* et apud *Non. 3. 96.* Romanis ludis forus olim ornatu' lucernis. *Pompon. ibid.* Baloes, forus, macellus, fana, portus. — *Inscr.* in *Bulletti. Archeol. Napolet. a. 1854. p. 136.* Forus boarius. *Alia, ibid.* Forus olitorius. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀγορά, ὁ φόρος; hic forus. V. FORUM §. 1. — **2)** Deinde

II. *Forus*, frequentius in plur. num. *fori*, in navibus sunt tabulata navium, vel locus in navi apertior, qui iter navem perambulantibus praebet; *la corsia. Isid. 19. Orig. 2.* scripsit, Fori, navium latera concava, a ferendo onere dicta: sive tabulata navium, quae sternuntur, dicta ab eo, quod incessus ferant, vel foris eminent. Sunt igitur parvae illae semitae intra naves, per quas nautae ultro citroque discurrunt: item loca, ubi sedent vectores: item ubi nautae sedentes remigant, ut *Charis. 1. p. 19. Putsch.* et *Diomed. 1. p. 314.* docent. *Virg. 6. Aen. 411.* Inde alias animas, quae per iuga longa sedebant, Deturbat, laxatque foros. *Cic. Senect. 6.* Cum alii malos scandent, alii per foros cursent. — In sing. num. *Gell. 16. ult.* Arion stans in summae puppis foro, carmen voce sublatissima cantavit. *Enn.* apud *Isid. loc. cit.* Multa foro ponens, agreque longa repletur. *Sallust.* apud *Non. 206. 17. Merc.* Illum nautis forum. — In neutro genere *fora* navium dixit *Cn. Gell.* apud *Charis. 1. p. 55. Putsch.* — **3)** Praeterea improprie

III. *Fori* dicuntur circensia spectacula, id est, loca erecta, ut ex iis spectetur; *palchi, palchetti. Liv. 1. 35.* Ubi sibi spectacula quisque faceret, fori appellati. Adde *45. 1.* et *Fest.* in *Forum.* V. loc. in FORULI. §. 1. — **4)** *Fori* etiam in agris sunt angustiores quidam sulci, et oblongi, qui sarculo effodiuntur in horto excolendo. *Colum. 10. 93.* Angustosque foros adverso limite ducens, Rursus in obliquum distinguat tramite parvo. — **5)** De variis favorum ordinibus, ubi apes consistunt: ea ratione, qua *foruli* dicuntur capsulae librorum. *Virg. 4. G. 249.* Incumbent generis lapsi sarcire ruinas, Complebuntque foros, et floribus horrea texent. — **6)** *Forus* simpliciter, vel *forus aleatorius*, est etiam tabula vel alveus lusorius; *tavoliere, scacchiere. Senec. Consol. ad Polyb. 36. de Claudio.* Tesseris ac foro acerbissimi funeris *(sororis suae Drusillae)* levabat mala. *Suet. Aug. 71.* Lusimus per omnes dies forumque aleatorium calfecimus. Ita *Salmas., Gronov., Burmann.*, nam alii aliter iudicant. — Huc trahit *Gronov. de pec. vet. l. 4. c. 3.* illud *Manilii, 5. 547.* ponitque forum, se datque Lyaeo; *h. e.* statuit in mensa alveum lusorium, eoque et vino se oblectat. Alii interpretantur, seponit forenses curas. — **7)** Item *forus*, ut ait *Isid. 15. Orig. 6. 8.*, locus est, ubi uva calcatur, dictus, quod ibi feratur uva, vel propter quod ibi pedibus feriatur. Cf. voc. praeced. §. 12. — **8)** Denique *forus*, ut *Id. ibid.* habet, lacus dictus, quia ibi decurrit frugum liquor.

FORVUS, a, um. Adiect. in usu apud Veteres, teste *Serv.* ad *8. Aen. 453.*, eodem sensu, quo formus; idest calidus. V. FORMUS et FORCEPS §. 3.

FŌSOR. V. FOSSOR *init.*

FOSSĂ (et Fossa in *Inscr.* apud *Orelli, n. 4794.*) ae, f. Verbale a *fossus, a, um*, quod est a *fodio.* — Proprie ac universim est locus, unde effossa est terra, canalis; *fossa, canale. Cic. 5. Tusc. 20. de Dionysio.* Et cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset, eum ipsum, cum forem cubiculi clauserat, detorquebat. Cf. *Baitar.* ad *h. l. Tacit. 15. Ann. 42.* Ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant. *Horat. 1. Sat. 8. 28.* Cruor in fossam confusus. *Plin. 6. 30. 5.* Fluvius fossa perductus. *Id. 35. 21. 10.* Fossam cavare. *Id. 6. 35. 2.* ducere. *Id. 36. 14. 5.* perducere. *Caes. 7. B. G. 69.* praeducere. *Plin. 18. 64. 2.* purgare, aut novam facere. *Plin. alter 10. ep. 30.* percutere; *h. e.* ducere, facere. *Vulg. Interpr. 5. Reg. 18. 35.* Fossa aquaeductus repleta est. — *Id. Ezech. 43. 13.* Haec quoque erat fossa altaris. — **2)** Specialim, praesertim in re militari, sumitur pro receptaculo aquae manufacto ad urbes, oppida, castra, aut alia huiusmodi munienda. *Cic. 9. Att. 12.* Populi R. exercitus Cn. Pompeium circumsidet, fossa et vallo septum tenet. V. FOVEA §. 1. *Festus* in *Quiritium p. 234. Müll.* et *Liv. 1. 33.* Quiritium fossae dicuntur, quibus Ancus Martius circumdedit Urbem, quam secundum ostium Tiberis posuit: ex quo etiam Ostium. Et quia populi opera eas fecerat, appellavit Quiritium. *Lucret. 5. 483.* Terra repente Succidit et salso suffodit gurgite fossas. *Cic. 2. Rep. 6.* Cuius *(Urbis)* is est tractus ductusque muri, ut unus aditus maximo aggere obiecto fossa cingeretur vastissima. *Id. 13. Fam. 4.* Oppidum . . . vallo et fossa circumdedi. *Sall. Iug. 25.* Circum dare moenia vallo atque fossa. — **3)** Apud Scriptores rei agrariae

II. *Fossae* in agris aliae sunt *caecae*, aliae *patentes*. Patentium ratio cuivis clara et aperta: caecarum vero conficiendarum modus traditur a *Colum. 2. 2. ante med.* et *Pallad. 6. 5.*: sulcis enim in altitudinem tripedaneam depressis, cum parte dimidia lapides, vel glaream receperint, aequuntur superiecta terra, quae fuerat effossa, vel, si nec lapis erit, nec glarea, sarmentis, vel quibuscumque virgultis cooperiantur. — Eadem fere habet *Plin. 18. 8. 7.*, sed rem non omnino intellexisse videtur. — **4)** *Fossa fastigata* dicitur, quae a summa latitudine, lateribus devexis, in angustiam ad solum coniuncte pervenit. *Punica* dicitur, quae latere exteriori ad perpendiculum dirigitur. Contrarium devexum fit, quomodo in fastigata. Haec *Hygin. Grom. p. 10. col. 1. §. 49. Lange.* — Aliquoties etiam fossa fit lateribus utrimque directis, cuius meminit sic *Hirt. 8. B. G. 9.* Possam duplicem pedum quinum denum lateribus directis deprimi. Cf. *Lange* in *Comment.* ad *Hygin. loc. cit.* — **5)** Pro limite sive termino. *Aggen. de Controv. Agr. p. 12. Lachm.* Nam si fossa erit finalis, videndum utrum unius an alterius sit partis, et si in extremo fine facta; itemque utrum publica an vicinalis. *Sicul. Flacc. de Condit. agr. p. 147. ibid.* Intelligi potest aliquando ex ipsarum fossarum positione, utrum propriae an finales sint; quoniam transversae quaedam aut obliquae a finibus recedunt. — **6)** Hinc translate. *Tertull. advers. Haeret. 10.* Hanc tibi fossam determinavit ipse, qui te non vult aliud credere, quam quod instituit; *h. e.* hos tibi fines praescripsit. — **7)** Pro fovea, quae fronde tegitur ad feras capiendas. *Incert. art. gramm. fragm. p. 99. Endl.* Hae foveae (fossae et insidiae venatorum), βόθυνοι. Cf. FOVEA §. 4. — **8)** Item pro sepulchro in *Inscr.* apud *Orelli, n. 4794.* Iulius Balerianus . . . bonus, amoratus . . . usque at fotsa *(sic)* *h. e.* usque ad fossam. Cf. FOVEA §. 1. *Vulg. Interpr. Tob. 8. 13.* Parare fossam. Et *ibid. 20.* Replere fossam. V. integr. loc. Cf. FOVEA §. 1. — **9)** A similitudine, improprie,

III. *Fossa* usurpatur pro pudendo muliebri. *Auct. Priap. 85.* Tibi haec paratur, ut tuum ter aut quater Voret profunda fossa lubricum caput. *Macrob. 1. Saturn. 15. ad fin.* Verrium Flaccum dicere solitum refert Varro, quia feriis tergere veteres fossas liceret, novas facere ius non esset; ideo magis vidais, quam virginibus, idoneas esse ferias ad nubendum. Cf. VIDIO §. 5. — **10)** Item pro podice puerili. *Iuvenal. 2. 1.* Inter Socraticos notissima fossa cinaedos; *h. e.* puer pathicus famosus, qualis Socrati fuisse Alcibiades perhibetur.

Nota. Discrimen inter *foveam* et *fossam*, V. sub v. FOVEA §. 1.

FOSSĂRĬUS, ii, m. Nomen a *fossa*, quo significatur idem qui vespillo, ut exponit *Isid.* in *Gloss.* Vespillones, fossarii, qui mortuos sepeliunt. — **2)** Itemque clericus, cui olim, ut ait *Hieronym. ep. 1. n. 12.*, id officii erat, ut linteo cadaver obvolveret, et fossam humum lapidibus construens ex more tumulum pararet; idem ac fossor, quam vocem V. infra §. 3. *Inscr.* apud *Murat. 1969. 5.* Felix fossarius in pace. V. COPIATAE.

FOSSĂTUM, i, n. Verbale a *fosso*, a quo particip. *fossatus*, neutro genere et absolute adhibitum. Vox autem est posterioris Latinitatis et significat vel fossam, vel munimentum fossa factum; *fossa, fossato. Pallad. 10. 15. de hortis.* Circumveniente fossato, vel luto structis parietibus. *Capitolin. Gord. 28.* Castra omnia fossato circuibat. Adde *Vegt. 4. Milit. 16. Cassiod. 5. Hist. Eccl. 45.* Cum . . . et vallos atque fossata pro capienda urbe fecisset. *Id. 11. ibid. 15.* Qui dum

Digitized by Google

venissent Mesopotamiam, ubi erant fossata Romanorum. Cf. FOSSA §. 2. et voc. seq.

Nota. Sunt qui afferunt etiam verba *Plin. 17. 35. 6.* ubi alt: Fossatum purgari, et extendi, ne crudum relinquatur. At *Harduin. legit* fossum.

FOSSĀTUS, i, m. Nomen eiusdem originis ac praecedens, quo significatur terminus in agris in ipsa fossa positus, apud Scriptores rei agrariae, *Goës. p. 234.* Fossati Augustei. Et *p. 267.* Fossati fiscales.

FOSSĬCĬUS et Fossitius, a, um. Adiect. a *fossa*, idem fere quod fossilis. *Varr. 1. RR. 7.* Fossicia creta. Et *mox.* Fossicius sal. *Plin. 36. 34. 1.* Arenae tria genera, fossicia, fluviatilis et marina. *Pallad. 1. 10.* Arenae fossiciae tria sunt genera, nigra, cana, rufa. — De his V. *Vitruv. 2. 4.* — Idem *ibid. 6.* vocat arenam fossiciam pulverem Puteolanum; *h. e. la pozzolana.*

FOSSĬLIS, le. Adiect. verbale a *fosso*; qui e terra effoditur; *che si cava dalla terra, fossile.* *Varr. 2. RR. 11.* Sal melior fossilis, quam marinus. *Plin. 36. 23. 1.* Fossile ebur. Et *ibid. 66. 1.* Fossiles arenae. *Ammian. 24. 6.* Fossile flumen; *fatto a mano.*

FOSSĬO, ōnis, f. Verbale a *fodio*; actus fodiendi; *zappamento. Cic. Senect. 15. a med.* Fossiones agri et repastinationes. *Plin. 17. 39. 2.* Amygdalae si colantur fossione, florem amittunt. *Colum. 11. 2. ante med.* Omnibus mensibus non solum seminariis, sed etiam novellis vineis danda fossio est. — **2)** Sumitur etiam pro fossa, sive canali, arte excavato. *Plin. 5. 29. 7.* Carbonaria ac fossiones Philistinae, quod alii Tartarum vocant.

FOSSĬTĬUS. V. FOSSICIUS.

FOSSO, as, ātum, āre. Verbum intransitiv. specie intensiv. a *fodio*, eiusdemque significationis. *Enn.* apud *Varr. 7. LL. 5. §. 100. Müll. Decretum est fossari corpora telis.* Hoc verbum Ennii dictum a fodiendo, a quo fossa. Sic leg. *Müll.*, sed omisso *est.* Cf. FOSSATUS.

FOSSOR (Fosor in *Inscr.* apud *Marini, Arv. p. 348.*), ōris, m. Verbale a *fodio*; qui fodit; *zappatore. Virg. 2. G. 264.* Et labefacta movens robustus ingera fossor. *Horat. 3. Od. 18. 15.* Gaudet invisam pepulisse fossor Ter pede terram. Adde *Martial. 7. 71.* — **2)** Speciatim dicitur de eo, qui cuniculos agit, ut obsessae urbis muros eruat. *Stat. 2. Theb. 418.* ceu septa novus iam moenia laxet Fossor. — **3)** Item *fossores*, qui et *fossarii*, appellati sunt clerici, qui subterraneo Christianorum coemeteria aut fodiebant, aut certe aptanda curabant. *Inscript.* apud *Murat. 1970. 3.* Leo fossor fecit sibi, et Virginiae suae. Adde *aliam, ibid. 6.* — *Auct. praef. libelli precum Marcellin. et Faustin. 3.* Tunc Damasus cum perfidis invitat arenarios, quadrigarios et fossores, omnemque clerum cum securibus, etc. — **4)** Translate dicitur de homine agresti et imperito. *Pers. 5. 122.* Cum sis cetera fossor. Adde *Catull. 22. 10.* — **5)** Improprie idem est etiam ac paedico. *Auson. Epigr. 70.* Perversae Veneris postico vulnere fossor.

FOSSŌRĬUS, a, um. Adiect. a *fossor*; ad fossorem vel fossionem pertinens. *Isid. 19. Orig. 19. 11.* Securis, quasi semicuris; ex una enim parte acuta est, ex altera fossoria. — **2)** Absolute, substantivorum more,

Fossorium, ii, n. Instrumentum, quo utuntur fossores ad terram effodiendam. *Firmic. 2. Mathes. 19.* Ibidem quaecumque ex artificiis manu perficiuntur, ut coementaria, fossoria, carpentaria, atque id genus. *Gloss. Arab. Lat.* Scotica, dicta eo quod circa codicem terram aperiat. Alii eam Fossorium vocant. *Isid. 20. Orig. 14. 7.* sub voce *Scudicia.* Hanc alii generaliter fossorium vocant, quod foveam faciat, quasi *fovessorium*. Cf. §. praeced.

FOSSRIX, īcis, f. Verbale a *fodio*; quae fodit. Agnoscitur a *Charis. 1. p. 50. Putsch.* Fossor, fossrix, cursor, cursrix. Cf. CURSRIX.

FOSSŬLĂ, ae, f. Deminut. a *fossa*; parva fossa; *fossetta. Cato, RR. 161.* Deinde fossulas facito, qua radices asparagi demittas. *Colum. 11. 3. ad fin.* Locum circumdare fossula. Et *12. 44.* Fossulae tripedaneae. Cf. BIDENTATIO.

FOSSŪRĂ, ae, f. Verbale a *fodio*; fossio; *zappamento, cavatura. Colum. 4. 14.* Hanc planam fossuram maxime nos probamus. *Suet. Cal. 37.* Complanata fossuris montium iuga. — **2)** Sensu concreto, fossa. *Vitruv. 8. 1.* Summa fossura operiatur arundinibus; *h. e.* summa fossae pars.

FOSSUS, a, um. Particip. verbi *fodio*; effossus, excavatus; *zappato, cavato. Plin. 19. 32. 5.* Caepas ter fosso solo seri iubent. *Martial. 14. 49.* Exercet melius vinea fossa viros. *Pallad. 12. 6.* Terra fossa et subacta.

FOSSUS, us, m. Verbale a *fodio*; fossio. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Fossus; ὄρυγμα.

FOSTĬĂ. } V. HOSTIA et HOSTIS.
FOSTIS. }

FŌTĬO, ōnis, f. Verbale a *foveo*; actus fovendi. Legitur in *Gloss. Vet.*

FOTSĂ. V. FOSSA §. 8.

FŌTUM. V. VOTUM.

FŌTŪRĂ, ae, f. Verbale a *foveo*, idem quod fotio. Legitur in *Gloss. Vet.* Cf. FOTIS in ONOM.

FŌTUS, a, um. Particip. verbi *foveo*; calefactus; *riscaldato, fomentato. Cic. 2. Nat. D. 48.* Pulli a matribus excluși, fotique. *Plin. 34. 45. 7.* Sal dentium dolori cum aceto fotus, et illitus cum resina prodest; *h. e.* fovendo admotus. *Virg. 1. Aen. 699.* Ascanium fotum gremio Dea tollit in altos Idaliae lucos; *h. e.* complexum quasi fovendi causa: ut *ibid. 722.* interdum gremio fovet.

FŌTUS, us, m. Verbale a *foveo*; fovendi actus, fomentum; *riscaldamento, fomento.* In sexto casu sing. *Plin. 25. 82. 1.* Vulvae prodest, adposito, fotu et illitu. Et *ibid. 10. 1.* Decoctum eorum coeliacos iuvat et potione et fotu. *Sammonic. 18. 16.* Et potu et fotu stomacho conducit acetum. — In sexto casu plur. *Prudent. Hamartig. 304.* tactus Palpamen tenerum blandis e fotibus ambit. *Capell. 1. §. 55.* Ne uxoris Cyllenius fotibus repigratus, somnolento repente torpore marceret; *h. e.* amplexibus venereis. — **2)** Translate. *Prudent. 2. in Symmach. 585.* queis gloria fotibus aucta Sic cluat.

FŎVĔĂ, ae, f. Nomen, ut quibusdam placet, eiusdem originis ac *favissae*, quod V. §. 1. — Proprie est fossa brevis, profunda et in summo tantum pateus, scrobs, caverna, quales sunt, quibus sepeliuntur cadavera; *fossa, buca, caverna. Lucret. 2. 475.* Humor dulcis, ubi per terras crebrius idem Percolatur, ut in foveam fluat. *Virg. 3. G. 558.* cadavera humo tegere, et foveis abscondere discunt. Ubi *Pier.* docet in antiquissimo codice *fossis* legi: esse autem discrimen, quia *fossae* sunt ampliores, et ad vallos murosque urbis pertinent: *foveae* angustiores brevioresque, atque ad eos usus, qui modo dicti sunt, aut iis similes. In loco *Virgilii* si *fossis* legatur, indicari multitudinem cadaverum, quibus sepeliendis foveae non satis essent, sed fossae postularentur. *Vulg. Interpr. Luc. 9. 58.* Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos. Adde *Isai. 54. 15.* et *2. Reg. 17. 9.* — **2)** Metaphorice, uterus. *Tertull. Anim. 19.* Genitales feminae foveae. — **3)** Translate. *Vulg. Interpr. Prov. 23. 27.* Fovea enim profunda est meretrix: et puteus angustus aliena. Adde *ibid. 22. 14.* — **4)** Speciatim

II. *Fovea* est fossa arte frondibus contecta feris decipiendis; *cave, buca. Cic. 4. Phil. 5.* Res est vobis cum immani tetraque bellua: quae, quoniam in foveam incidit, obruatur. *Plin. 10. 54. 2.* Foveis feras venari. — **5)** Translate pro dolo et insidiis ponitur. *Plaut. Poen. 1. 1. 59.* Ita decipiemus foveo lenonem Lycum. *Id. Pers. 4. 4. 48.* Vide sis: ego ille doctus leno paene in foveam incidi. *Vulg. Interpr. Prov. 26. 27.* Qui fodit foveam, incidet in eam. *Id. Ps. 7. 16.* Incidit in foveam, quam fecit. *Id. Isai. 24. 18.* Qui fugerit a voce formidinis, cadet in foveam; et qui se explicaverit de fovea, tenebitur laqueo.

FŎVĔLĂ, ae, f. Verbale a *foveo*; fomentum, recreatio. *Tertull. Anim. 7.* Incorporalitas est immunis a poena, et a fovela.

FOVĔO, fŏves, fōvi, fōtum, fŏvēre. Verbum transitiv. eiusdem originis, a qua *formus, fervus* et *fornax*, quae V. suo loco; aut si mavis, eiusdem ac *faveo*, quod V. §. a. — **b)** *Fobere* pro *fovere* est in *Inscr.* apud *Momms. n. 89.* — **b)** Particip. *fovens* §. 2., *fovendus* §. 1. et 3., *fotus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *fomen, fomentatio, fomento, fomentum, fumus, fomito, fotio, fotura, fotus, us, fovela.* — **d)** Composita, *confomo, confoveo, defomito, effoveo, perfoveo, praefomento, praefotus, refocillo, refoveo.*

FOVEO proprie est calefacere, vel calorem vigoremque nativum procurare ac tueri; *riscaldare, tener caldo. Cic. 2. Nat. D. 52.* Gallinae ex ovis pullos cum exclusserint, ita tuentur, ut ei pennis foveant, ne frigore laedantur. *Plaut. Capt. 4. 2. 67.* Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus. *Curt. 3. 4.* Mare modico tepore terras fovet. *Plin. 9. 12. 3.* Quidam oculis spectandoque ova foveri ab iis putant; *covare. Id. 8. 54. 2.* Ursi fetus rigentes apprimendo pectori fovent. — *Ovid. 8. Met. 634.* alveus . . . impletur equis, artusque fovendos Accipit. — **2)** Translate latiore significatione est alere, nutrire, favere, prohibere, tueri; *fomentare, nodrire, mantenere, favorire. Cic. 3. Q. Fr. 1. 3.* Scribis de Caesaris summo in nos amore: hunc tu fovebis. *Virg. 10. Aen. 93.* Fovere bella. *Id. 4. ibid. 218.* famam insanem. *Suet. Vesp. 18.* ingenia et artes. *Tacit. 1. Hist. 8.* partes alicuius. *Martial. 9. 49.* spem. *Val. Max. prol.* virtutes. *Liv. 3. 65.* voluntatem alicuius; *secondare. Id. 38. 6.* aliquem certa spe. *Ovid. 7. Met. 653.* animo vota. *Plaut. Bacch. 4. 10. 1.* aliquid in pectore; *h. e.* cogitare. *Plin. 1. ep. 14.* exhortationibus alicuius adolescentiam. *Tibull. 2. 7. 6.* Credula spes vitam fovet. *Tacit. 14. Ann. 55.* Ratione, consilio, praeceptis puerilem alicuius fovere. *Id. 3. Hist. 85.* Spectator populus hos, rursus illos clamore et plausu fovebat. *Ovid. 4. Trist. 10. 41.* colere et fovere poetas. *Cic. 1. Fam. 9. ante med.* Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me praesente osculabantur, ut etc. *Id. Mur. 35.* Fovere sensus hominum, delinire animos, adhibere voluptates; *accarezzare, solleticare. Quintil. 1. 2. circa med.* Magister eum, in quo studium ingeniumque perspexerit, in suam quoque gloriam peculiariter fovebit; *coltivarà, nodrirà, allevarà in maniera particolare, anche per acquistare a*

Digitized by Google

ubi gloria. Liv. 24. 36. Ut praesens suas res foventibus adderet animos. *Ovid. 5. Fast. 427.* Quos sancta fovet ille manu, bene vivitis ignes. — *Id. 7. Met. 427.* Fovet ignibus aras. — *Vulg. Interpr. Ital. Deut. 1. 31.* Quomodo fovit te Dominus Deus tuus, sicut quis fovet homo filium suum. — **β)** Speciatim

II. *Foveo* saepe est Medicorum verbum, et significat membrum affectum aspergendo quidpiam, aut applicando tepefacere, mollire, mitigare, refrigerare, unde dolor leniatur; *applicar fomenti, fomentare. Colum. 6. 12.* Si genua intumuerint, calido aceto fovenda sunt. *Cels. 6. 8.* Nares exulceratas fovere vapore aquae calidae. *Virg. 12. Aen. 420.* Fovit ea vulnus lympha longaevus Iapix. *Plin. 24. 37. 2.* Cortice et foliis in vino decoctis foveri nervos. *Id. 32. 34. 1.* Panos fovere ex scorpione in vino decocto. *Lucil.* apud *Non. 4. 240.* Ventrem fovere ex molito hordeo, uti cataplasmo. *Cels. 1. 5.* et *4. 2. n. 4.* et *Plin. 28. 50. 2.* Aqua frigida fovere. *Plin. ibid.* Lacte asinino fovere oculos; *lavare, lixiare.* — **γ)** Translate *Cic. 12. Att. 18.* Fovere dolores suos. *Gell. praef. a med.* Oblectare et fovere animum. — **δ)** Huc quoque spectant loca *Virg. 1. Aen. 722.* fovere gremio: et *4. ibid. 486.* fovere sinu: et *8. ibid. 387.* lacertis amplexu molli fovere, est *abbracciare, stringere al seno:* ut faciunt matres cum infantibus suis. — Apud *Eund. 10. Aen. 838.* ipse aeger anhelans Colla fovet; *h. e.* collum caputque defatigatum manu sustinens, aut nixus trunco recreat. — *Auct. Priap. 83.* Puella nec iocosa te levi manu Fovebit. — **ε)** Alio sensu *Virg 9. Aen. 36.* Non aequo dare se campo, non obvia ferre Arma viros, sed castra fovere; *h. e.* sedere inclusos castris, more gallinarum ova fovientium. Simile est illud *4. ibid. 193.* Nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere. Ubi *Servius:* Veteres *fovere* pro diu incolere et inhabitare dixerunt, ut ipse alibi *(3. G. 420.)* colubor fovit humum.

* FŎVESSŌRĬUM. V. FOSSORIUS §. 2.

FR

FRĂCĔO, es, ui, ĕre. Verbum intransitiv. obsoleti usus, a *frago*, quae est radix verbi *frango*, quod V. — **b)** Hinc derivata, *fracus* (quod V.), *fracesco, fracidus*. Cf. FRAGESCO. — **c)** Compositum, *confraceo*.

FRACEO proprie est fracidus fio; *infracidirsi*. V. *Catonis* locum in FRACESCO. — **2)** Translate. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll.* Fracebunt, displicebunt. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 463.* Fracebunt, sordebunt, displicebunt, dictum a fracibus, qui sunt stillicidia sterquilinii. *Gloss. Philox.* Fracere; ἐξίστασθαι.

FRĂCES et Fraces, um, f. Verbale a *fracco*, sive a *frago* pro *frango*, ut in voc. praeced. dictum est, unde et *fragos* in quibusdam Codd. scribitur. V. *Voss. Etymol.* — *Forcellinus* autem duxerat a ῥᾴξ, ῥωγός, quod a ῥάσσω pro ῥήσσω; frango: vocantur Graece στέμφυλα a στέμφω pro στύφω; calco. — **b)** *Frax* in recto singulari legitur in *Gloss. Philox.* Frax; τρυγία λάρου.

FRACES proprie sunt carnes olearum trapeto commolitarum, et prelo expressarum reliquae. *Plin. 15. 6. 2.* Oleum in tabulato minui, deteriusque fieri: item et in fracibus; haec sunt carnes, et inde faeces: quare saepe die capulandum. *Id. ibid. mox.* Oleum e cortinis in labra fundendum, ut fraces et amurca liquentur. *Cato, RR. 64.* Oleum quam diutissime in amurca et in fracibus erit, tam deterrimum fiet. *Grat. Cyneg. 474.* Subsidunsque fraces diffusaque Massica prisco Sparge cado. Adde *Colum. 6. 15., Plin. 34. 55. 2.* et *Vitruv. 7. 1.* — *Gloss. Philox.* Fraces; ἐλαίου τρυγία, ὑπόστασις ἐλαίου.

FRĂCESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *fracco; fracere incipio*, putresco; *infracidirsi, guastarsi. Cato, RR. 128.* Terram cretosam sumito, eo amurcam infundito, paleas indito: simito quatriduum fracescat; ubi bene fracuerit etc.; *h. e.* fermentetur, concalescat, atque intumescat. *Varr. 1. RR. 55.* Olea, de qua fit oleum, congeri solet acervatim per dies singulos in tabulata, uti ibi mediocriter fracescat; *appassirsi*. Et *mox.* Olea si nimium diu fuit in acervis, caldore fracescit, et oleum foetidum fit. *Colum. 1. 6. a med.* Oleum quoque minus provenit, si congelatur, quam si fracescat. Ita *Schneiderus* legend. monet, approbante *Del-Bene*, qui ita vertit; *anche l'olio congelandosi, in minor copia vien fuori, che sobbollendo.* Cf. FRAGESCO.

FRĂCĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *fracco; plusquam maturus, putrescens; fracido, marcio, guasto. Cato, RR. 64.* Factores *(volumi)* ut *(olea)* in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius *(oleum)* efficiant.

* FRACTĒ. Adverb. a *fractus;* effeminate. — Translate legitur in *Phaedr. Append. Fab. 9.* miles Fracte loquendo et ambulando molliter. Cf. FRACTUS §. 4.

FRACTĪCĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fractus*, syllabica adiectione productum; qui cito frangitur. Ita exponitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 242. ed. Mai.*

FRACTILLUM, i, n. Deminut. a *fractum*, quo significatur instrumentum ad frangendum piper; *macinello. Gloss. Isid.*

FRACTĬO, ōnis, f. Verbale a *frango;* actus frangendi. *Hieronym. ep. 108. n. 8.* et *Augustin. 4. de cons. Evangelist. 23.* Fractio panis; *spezzamento*.

FRACTOR, ōris, m. Verbale a *frango;* qui frangit; *rompitore, spezzatore. Sidon. 5. ep. 13.* Vesicarum ruptor, fractorque fernlarum.

FRACTŪRĂ, ae, f. Verbale a *frango;* locus ruptus. *Cato, RR. 160.* Ad luxum, aut ad fracturam alliga, sanum fiet. *Cels. 8. 10.* Quo propior fractura capiti *(ossis)* vel superiori, vel inferiori est, eo peior est; *frattura. Plin. 29. 39. 4.* Cochleae fracturis aurium illinuntur; *crepatura* (Adde *22. 9. 2.* et *31. 47. 3.*). — **β)** Sensu concreto est ipsa res fracta. *Id. 33. 21. 6.* Fracturae silicum; *pezzi, frammenti*.

FRACTUS, a, um. Particip. verbi *frango*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *fractior* §. 3. et 4. — Proprie est ruptus, infractus: *rotto, spezzato. Cic. 11. Phil. 6.* Fractum crus. *Id. 6. Verr. 23.* Annulus fractus et comminutus. *Id. 4. Att. 3.* Domus fracta coniectu lapidum. *Caes. 4. B. G. 29.* et *Horat. Art. P. 20.* fractae naves. *Id. 2. Sat. 8. 81.* fracta lagena. *Id. Epod. 10. 6.* fracti remi. *Id. 2. Od. 14. 14.* fracti fluctus. *Virg. 3. G. 161.* fractae glebae. *Plin. 19. 15. 2.* Fracta faba; *franta.* Et *18. 54. 1.* Fractum dentibus granum. *Virg. 3. Aen. 536.* fractae ad litora voces; *h. e.* repercussae. *Id. 4. G. 72.* vox Auditur fractos sonitus imitata tubarum; *h. e.* qui similes sunt his, quos edunt res, dum franguntur. — **β)** *Fractus* pro inflexo V. in LIGO, onis. — **γ)** Translate. *Cic. Dom. 56.* Animo fracto esse et afflicto; *mortificato, fiaccato. Id. ibid. 10.* Civitatem fractam malis, mutam, debilitatam, abiectam metu ad spem libertatis erexit. *Id. 11. Att. 12. a med.* Fractiorem animo esse. *Al. leg.* fractiore. *Id. 1. Orat. 26.* Fractus ac debilitatus metu. *Caes. 1. B. G. 31.* Aedui proeliis calamitatibusque fracti; *fiaccati, spogliati di forze. Sil. 7. 255.* His dictis fractus furor, et rabida arma quierunt; *vinto, compresso. Senec. Phoeniss. 186.* Fractae irae; *placate. Ovid. 15. Met. 52.* fractus morboque, fameque. *Horat. 1. Sat. 1. 3.* Miles multo iam fractus membra labore; *spossato, infiacchito. Id. 2. Od. 7. 11.* fracta virtus. *Cic. Amic. 16.* Spes amplificandae fortunae fractior; *h. e.* debilior, magis languens. *Sil. 17. 550.* Fracta foedera; *violate, rotte. Horat. 2. Sat. 3. 18.* postquam omnis res mea Ianum Ad medium fracta est; *sono rovinate tutte le mie facoltà. Virg. 4. G. 240.* res fractae. Et *3. Aen. 55.* fractae opes; *h. e.* afflictae, accisae; *in decadenza, in rovina. Vellei. 2. 74.* Fractae Brutianae partes; *vinta la fazione di Bruto. Lucan. 7. 685.* nec te videre superbum Prospera bellorum, nec fractum adversa videbunt; *avvilito. Lucret. 2. 1149.* fracta est aetas, effetaque tellus; *indebolita. Cels. 7. 7. n. 4. sub fin.* Fracti aestus, et nondum orta frigora. — **δ)** Saepe etiam ponitur pro molli et effeminato. *Plin. 2. ep. 14.* Fracta pronunciatione dicere; *h. e.* effeminata, enervi: cui opponitur intenta, incitata, fortis. *Quintil. 12. 10. 12.* M. Tullium suorum hominum temporum incessere audebant, ut in compositione fractum, exsultantem, ac paene viro molliorem; *h. e.* mollem, delicatum, solutum, enervem, clumbem, ut est apud *Auctor. Dial. de Orator. 18. Petron. Sat. 119.* fractique enervi corpore gressus. Et *Iuvenal. 2. 111.* fracta voce loqui. Et *Tacit. 14. Ann. 20.* fractos sonos et dulcedinem vocum perite audire. Et *Claudian. 1. in Eutrop. 262.* verbisque sonat plorabile quiddam Ultra nequitiam fractis. *Capell. 9. p. 302.* Mars eminus conspicatus Venerem, teneraque cum admirationis obtutu languidiore fractior voce laudavit, profundaque visus est traxisse suspiria. — **ε)** De oratione. *Cic. Brut. 83.* Genus dicendi fractum et immutatum; *h. e.* in quo franguntur numeri orationis, et volubili comprehensione neglecta, incisim omnia dicuntur. V. *Eund. Orat. 67.*

FRACTUS, us, m. Verbale a *frango;* fractio. In sexto casu agnoscitur ab *Incert. Gramm.* in *Append. ad Prob. art. min. p. 457. Endl.* Accitu, metu, fractu.

FRAENUM et derivata. V. FRENUM et derivata.

FRĂGĂ, ōrum, n. Nomen, quod in singulari numero caret exemplis. (Cf. FRAGUM), fortasse derivatum a ῥάξ, ῥωγός; acinus; significant enim morum herbarum humi repentium, colore rubeo, gustu suavissimum: ita ab acinorum similitudine appellata; *fragole (Fragaria vesca, Linn.) Virg. 3. Ecl. 92.* humi nascentia fraga. *Ovid. 1. Met. 104.* montanaque fraga legebant. *Plin. 15. 28. 1.* Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud etc. *Senec. Hippol. 516.* fraga parvis vulsa dumetis. Adde *Plin. 21. 30. 1.* — *Gloss. Lat. Gr.* Fraga; μαμικώλον.

* FRAGANA, ae, m. Idem quod plagiarius in *Gloss. Gr. Lat.* Πλαγιάριος; plagiarius, fragana. *Alii leg.* fragina.

FRĂGES. V. FRACES §. 2.

FRĂGESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab inusit. *frageo*, quod idem autumo ac *fracco*. — Translate pro frangor usurpavit *Accius* apud *Non. 2. 329.* Neque fera hominum pectora fragescunt, donec vim persenserint imperii; *h. e.* vincuntur, molliuntur,

Digitized by Google

domantur. — *Id. ibid.* Numquam erit tam immanis, quum mea opera exstinctum sciat, quin fragescat.

FRĂGĬLIS, le. Adiect. verbale a *frago* pro *frango*. — Comparat. *fragilior* §. 1. et 2., superlat. *fragillissimus* §. 2. — Proprie est qui facile frangitur; *fragile*. *Virg. 8. Ecl. 40.* Fragiles rami. *Horat. 3. Od. 2. 28.* Fragilis phaselus. *Gell. 6. 1. extr.* Caput ictibus parvis fragile. *Ovid. 3. Trist. 10. 26.* Aquae fragiles; *h. e.* glacies. *Plin. 12. 17. 1.* Saccharon est mel in arundinibus collectum, candidum, dentibus fragile. *Id. 34. 20. 1.* Aes malleis fragile. *Id. 11. 54. 1.* Tenuior fragiliorque penna. *Ovid. 15. Met. 169.* Utque novis fragilis signatur cera figuris; *h. e.* quae facile flectitur et fingitur. *Lucret. 6. 111.* fragilis sonitus chartarum; *h. e.* similis sonitus et crepitus rerum, quae franguntur. Sic *Virg. 8. Ecl. 82.* fragiles lauri; *h. e.* qui urendo fragorem et crepitum edunt. Et *Propert. 4. 7. 12.* Pollicibus fragiles increpuere manus; *h. e.* similem fragori sonum dederunt, et tanquam frangerentur. — **B)** Translate. *Cic. 2. Fin. 27.* Quis enim confidit, semper sibi illud stabile et firmum permansurum, quod fragile et caducum sit? *Id. Somn. Scip. 8.* Fragile corpus animus sempiternus movet. *Ovid. 4. Trist. 8. 5.* Iam subeunt anni fragiles, et inertior aetas; *h. e.* senectus morbis et morti obnoxia. *Plin. Paneg. 78.* Hominum aevum omne et breve et fragile est. *Sil. 3. 586.* Sonipes aevi fragilis; *di corta vita*. Et *Cic. Amic. 27.* Res humanae fragiles caducaeque sunt. *Sense. Hippol. 489.* fragilis favor; *h. e.* inconstans. *Sall. Cat. 1.* Divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est: virtus clara aeternaque habetur. *Plin. procem. l. 7. de homine.* Nulli vita fragilior. Et *ibid. 24. 2. de memoria.* Nec aliud est aeque fragile in homine. *Acc.* apud *Prisc. an. 6. p. 718.* Ut quam fragilissimus alvus. *Alii* apud *Non. 3. 24. legunt* frigidissimus. *Sed* fragilissimum *etiam habet Hieronym.* in *cap. 4. Ezech.* — **B)** In illo *Horat. 1. Sat. 8. 39.* fragilis Pediatia, furque Voranus, *fragilem* interpretantur mollem, impudicum: ut *frangere* in obscenis simile sit τῷ *dividere*. Certe *fractus* pro molli, soluto, effeminato ponitur. V. FRACTUS §. 4.

FRĂGĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fragilis;* frangendi facilitas; *fragilezza, fragilità*. *Plin. 34. 41. 4.* Tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. *Id. 12. 32. 6.* Tus probatur candore, amplitudine, fragilitate. — **B)** Translate. *Cic. 5. Tusc. 1.* Humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. *Plin. 4. ep. 24.* Tantas conversiones aut fragilitas mortalitatis, aut fortunae mobilitas facit. *Apul. 9. Met.* Fragilitas fidei humanae. Adde *Cic. Marcell. 7.* et *Plin. 7. 5. 5.*

FRAGINA. V. FRAGANA.

FRĂGĬUM, ii, n. Verbale a *frago* pro *frango;* fractura; *frattura*. *Apul. 9. Met.* Crurum ei fragium abominata. V. CRURIFRAGIUM.

FRĂGLO. V. FRAGNO, coll. FLAGNO §. b.

FRAGMEN, ĭnis, n. Verbale a *frago* pro *frango*, per syncopen a *fragimen*. Est pars rei fractae; *pezzo, frammento:* et adhibetur frequentius in plur. num. et a Poetis magis quam a prosae Scriptoribus. *Virg. 10. Aen. 306.* Fragmina remorum. *Val. Flacc. 6. 230.* teli. *Ovid. 11. Met. 561.* navigii. *Sust. Claud. 18.* panis. *Colum. 9. 15. extr.* favorum. *Lucret. 1. 283.* decursus aquaï Fragmina conlicions silvarum arbustaque tota. Adde *5. 1285. Suet. Ner. 26.* et *Ovid. 14. Met. 563.* — Absolute. *Id. 8. ibid. 459.* Taedas et fragmine poni imperat, et positis inimicis admovet ignes. — In sing. num. *Virg. 9. Aen. 569.* Ilioneus saxo atque ingenti fragmine montis Lucetium sternit. Adde *10. ibid. 698.* — **B)** Sensu abstracto pro fractione, fractura. *Val. Flacc. 5. 477.* Percussit subito deceptum fragmine pectus.

FRAGMENTUM, i, n. Verbale a *fragmen*, quod est a *frango*, syllabica adiectione productum. V. FRAGMEN *init.* — Est eiusdem significationis atque usus ac fragmen, tam apud Poetas quam apud Oratores; *frammento*. *Cic. Sext. 37.* Inermem tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis septorum, et fustibus. *Liv. 34. 39.* Fragmenta tegularum. *Curt. 9. 9.* avulsarum tabularum, remorumque. *Plin. 9. 8. 2.* panis. *Id. 36. 32. 1.* silicis. *Virg. 4. G. 304.* ramea. *Plin. 37. 10. 2.* Fragmenta crystalli sarciri nullo modo queunt. *Lucan. 9. 35.* mille carinis Abstulit Emathiae secum fragmenta ruinae; *h. e.* reliquias Pompeiani exercitus caesi. Adde *Liv. 25. 24.* — In sing. num. *Cic. 2. Nat. D. 52.* Fragmentum lapidis.

* FRĂGO. V. FRAGNO §. b.

FRĂGOR, ōris, m. Verbale a *frago* pro *frango;* fractura, fractio; *frangimento, frattura*. *Lucret. 1. 747.* Deinde quod omnino finem non esse secandis Corporibus faciunt, neque pausam stare fragori. *Id. 5. 110.* Horrisonus fragor. Adde *ibid. 318.* — **B)** Metonymice, quia frangendo fit sonus, saepius est strepitus, crepitusque rerum, quae franguntur; omnisque sonus illi similis; *fracasso, fragore, scroscio, stroscio*. *Liv. 1. 29.* Fragor tectorum, quae diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur. *Ovid. 8. Met. 340.* Sternitur in cursu nemus, et propulsa fragorem Silva dat. *Val. Flacc. 6. 504.* virûm, lituûmque fragores. *Virg. 1. G. 306.* Continuo ventis surgentibus aridus altis Montibus audiri fragor. Et *1. Aen. 138.* fragor pelagi. Et *2. ibid. 692.* subitoque fragore intonuit laevum; *tuonò*. *Val. Flacc. 3. 218.* Armorum fragor. *Id. 6. 753.* belli. Et *2. 501.* fulmineus. *Plin. 6. 35. 5.* Nilus praecipitans se, fragore auditum accolis aufert. *Quintil. 8. 3. 5.* Fragor plaudentium et acclamantium. *Plin. 6. ep. 31. sub fin.* et *Senec. Troad. 174.* Vastus fragor. *Lucret. 5. 110.* horrisonus. *Claudian. 2. in Eutrop. 165.* raucus. *Ovid. 3. Fast. 368.* gravis. *Val. Flacc. 1. 819.* et *Ovid. 1. Met. 269.* Fit fragor. *Id. 1. Trist. 2. 46.* personat. — **B)** De rumore. *Val. Flacc. 1. 755.* regemque fragor per moenia differt Mille ciere manus.

FRĂGŌSĒ. Adverb. a *fragosus*, quod reperitur tantum in gradu comparativo. — Est sonore, cum strepitu; *con fracasso*. *Plin. 16. 19. 4.* Quippe secures respuuntur, et fragosius siduni, aegrius revelluntur.

FRĂGŌSUS, a, um. Adiect. a *fragor*. — Proprie est fragilis; *fragile*, ut videtur, in illo *Lucret. 2. 859.* Mollia, lenta, fragosa putri, cava corpore raro. *Al. rectius leg.* Molli lenta, fragosa putri, cava corpore raro. *Inscr.* in *Annal. dell' Istit. Archeol. a. 1865. p. 366.* Viam publicam . . . angustam, fragosam, periculosamque ita munit, ut vehiculis commeetur. — **B)** Hinc latiore significatione asper, praeruptus, et quasi fractus: unde *confragosus*. *Ovid. 4. Met. 777.* silvis horrentia saxa fragosis. *Grat. Cyneg. 527.* fragosus mons. — **B)** Quo re translate *Quintil. 9. 4. 7.* Quanto vehementior fluminum cursus est prono alveo, ac nullas moras obiiciente, quam inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus; tanto quae conexa est, et totis viribus fluit, fragosa et interrupta melior oratio. Et *ibid. post med.* Optime de compositione iudicant aures, quae et plena sentiunt, et parum expleta desiderant, et fragosis offenduntur, et lenibus mulcentur, etc. *Diomed. 3. p. 489. Putsch.* Fragosi versus sunt, qui illevigato sono et incondito variantur. Adde *Quintil. 9. 4. 116. Terentian. Maur. p. 2385. Putsch.* Vocum ne series hiet, Neu compago fragosa sit. Adde *Mar. Victorin. 3. 2. 13.* — **A)** Deinde

FRAGOSUS est etiam fragoris plenus; *pien di fracasso, strepitoso*. *Virg. 7. Aen. 566.* medioque fragosus Dat sonitum saxis, et torto vertice torrens. *Claudian. II. Cons. Stilich. 337.* Murmura fragosa leonum. *Val. Flacc. 2. 622.* fragosa vada. Et *198.* nimbisque, et luce fragosa Prosequitur polus, et tonitru pater auget honoro. Et *4. 261.* Maleae arx fragosa.

FRĂGRANS, antis. Particip. verbi *fragro*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Hinc comparat. *fragrantior*, superlat. *fragrantissimus*, infra. — Est valde olens, odorus; *odoroso, fragrante*. *Virg. 4. G. 169.* redolentque thymo fragrantia mella (*Diomed. 1. p. 304. Putsch.* ait, *thymo* non ad *redolent*, sed ad *fragrantia* referri). *Sil. 15. 147.* fragrans amomum. *Sust. Vesp. 8.* Adolescens fragrans unguento. *Catull. 68. 144.* Domus Assyrio odore fragrans. *Apul. 6. Met.* Fragrans balsama Venus. Et *10. ibid.* Tota suave fragrans cavea. Et *ibid.* Fragrantissimum unguentum. *Isid. 14. Orig. 3. 45.* In ea et Corycus oppidum est, unde crocum plurimum et optimum venit spiramine fragrantius.

FRĂGRANTER. Adverb. a *fragrans*. — Comparat. *fragrantius*, infra. — Est fragrando; *con fragranza*. *Solin. 38.* Crocum Ciliciae spirat fragrantius. *Act. SS. Rogatian. et Donatian. MM. n. 2.* Fragranter odor implevit.

FRAGRANTĬA, ae, f. Verbale a *fragro;* magni odoris exhalatio; *fragranza*. *Val. Max. 9. 1. extern. 1.* Unguentorum fragrantia. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Novatian. de Trinit. 6.* e *Gen. 8. 21.* Odoratus est Dominus Deus odorem bonae fragrantiae. Adde *Mam. Claudian. St. an. 1. 18. n. 3.* — *Inscr.* apud *Orelli, n. 5891.* VNGVENTO AD PVB. FRAG.; *h. e.* ad publicam fragrantiam. Alii aliter interpretantur. — **B)** Translate. *Hieronym. ep. 129. n. 11.* Nominis Christi in omni loco bonus odor sumus Deo, et praedicationis nostrae longe lateque spirat fragrantia. *Paschas. Diac. de Spir. Sanct. praef.* Ex innumeris aromatibus confecit unguentum, cuius odor omnes fines terrae potentia fragrantiae spiritualis implevit.

FRĀGRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. eiusdem radicis ac *flagro*, cum quo saepe etiam in antiquis MSS. et editis libris est confusum, in quibus legere est *flagro*, imo et *fraglo*, pro *fragro* (V. *Mai* ad *Fronton. 1. 8. p. 56.* et *2. 9. p. 80.*), quod dicendum est etiam de derivatis. V. FLAGRO §. b. — **b)** *Fragare* pro *fragrare* vulgo fortasse usurpatum fuisse, testis esse potest, si salva est lectio, *Onom. Lat. Gr.* Fragare; σφραγίσασθαι. — **c)** Particip. *fragrans*, V. suo loco. — **d)** Derivata; *fragranter, fragrantia*.

FRAGRO est odorem emitto, oleo; *render odore, oltre*. Est verbum mediae significationis, tam de bonis, quam de malis odoribus usurpatum: saepius tamen de bonis. *Martial. 5. 55.* Fragrare casia, cinnamoque. *Id. 5. 38.* Fragravit ore, quod rosarium Paesti. Et *3. 38.* Et multa fragrat testa senibus autumnis. *Solin. 37. ad fin.* Gemma vinum fragrat. V. alia in FRAGRANS supra loco suo. — **B)** De malis. *Val. Flacc. 4. 493.* Fragrat acerbus odor, patriique exspirat Averni Halitus. *Martial. 1. 88.* Ne gravis hesterno fragres, Fescennia, vino.

Digitized by Google

FRĂGUM, i, n. Herba, sive arbutus, quae fraga gignit, Graece comaron appellata, teste *Apul. Herb. 57.* V. COMARON et FRAGA.

FRAGUS, i, m. Verbale a *frago* pro *frango*. — Exponitur ab *Isid.* in *Gloss.* Fragus, recurvatio poplitis, quae et suffraginatio.

FRĂMĔA, ae, f. Vox Germanica (Cf. *Isid.* loc. mox cit. in §. 2.), qua significatur, teste *Tacit.* loc. mox cit., lancea, vel hasta. *Iuvenal. 13. 78.* Iurat per Martis framcam. *Tacit. Germ. 6.* Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto et brevi ferro: sed ita acri, et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent. Adde *ibid. 11., 14.* et *24.* et *Gell. 10. 25.* — **2)** Apud sequioris aevi Scriptores *framea* etiam pro gladio est usurpata. *Framea*, inquit *Isid. 18. Orig. 6. 5.*, est gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo *spatham* vocant. Ipsa est et *rhomphaea*. Framea autem dicta, quia *ferrea* est. Nam sicut *ferramentum* sic *framea* dicitur, ac proinde omnis gladius *framea*. *Vulg. Interpr. Ps. 16. 13.* Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuae; *h. e.* hostibus tuis exterque gladium. *Id. ibid. 9. 7.* Inimici defecerunt framese in finem; *h. e.* enses hostis defecerunt in perpetuum. Adde *Zachar. 13. 7.* et *Augustin. ep. 120.* V. RHOMPHAEA.

Notn. *Framea* in hoc differt a *machaera*, quod haec, ut tradit *Isid.* loc. cit. supra §. 2., gladius est longus et ab una tantum parte acutus.

FRANCISCĂ, ae, f. Adiect. a *Franci*, quod nomen gentis est Germanicae, de qua in ONOM., absolute adhibitum de genere quodam securium, in usu apud eos. *Isid. 18. Orig. 6. 9.* Secures . . . Hispani ab usu Francorum per derivationem franciscas vocant.

FRANGO, frangis, frēgi, fractum, frangere. Verbum transitiv., quod cl. *Furlanetto* derivat ab Hebr. פָּרַק *parac*; fregit, vel a ῥήγνυμι, quod ab inusit. ῥήγω, Dorice ῥάγω; frango: Latini vero, ut alias saepissime, pro aspiratione litteram *f* praefigunt. Cf. FRENDO §. a. et FRUOR §. a. — **b)** Huius radix obsoleta fuisse videtur *frago*, unde et plura vocabula derivantur, ut infra videre erit, omissa *n*, ut *fago* pro *tango*, et alia id genus. — **c)** Quin immo et *fringo* vulgo usurpatum aliquando fuisse pro *frango*, colligi potest ex *Gloss. Gr. Lat.* Ῥηγμίς; frango, infringo. Et *Gloss. Lat. p. 448. n. 246. Hild.* Fringit, contundit. — **d)** Particip. *frangens* §. *1.*, *frangendus* §. *10.*, *fractus*, V. suo loco, *fracturus* §. *4.* — **e)** Derivata, *fracso* (quod V. pro suis), *fracle*, *fracticius*, *fractillum*, *fractio*, *fractor*, *fractura*, *fragana*, *fragaseo*, *fragilis*, *fragilitas*, *fragium*, *fragmen*, *fragmentum*, *fragor*, *fragose*, *fragosus*, *fragus*. Cf. FRAXINUS §. a. — **f)** Composita, *affrango*, *anfractus*, *aratrifragus*, *calcifraga*, *confringo*, *crurifragium*, *crurifragius*, *defringo*, *dentifrangibulum*, *diffringo*, *effringo*, *enfractarius*, *fluctifragus*, *foedifragus* vel *foederifragus*, *infringo*, *interfringo*, *lumbifragium*, *naufragus*, *nucifrangibulum*, *effringo*, *ossifragus*, *perfringo*, *praefringo*, *refragor*, *refringo*, *saxifragus*, *silvifragus*, *subfragosus*, *suffragor*, *suffringo*, *undifragus*.

FRANGO proprie est aliquid in plures partes comminuo, rumpo, percutio; *spezzare*, *rompere*, *frangere*. *Enn. 17. Ann. 21.* Semper abundantes hastas frangitque quatitque. *Id.* apud *Non. 504. 38. Merc.* Franguntur hastae. *Lucret. 6. 419.* Deûm frangit simulacra (*Iuppiter fulmine*). *Cic. 2. Nat. D. 49.* Frangere ova. *Horat. 2. Sat. 8. 72.* Frangere patinam. *Id. Epod. 3. 2.* guttur parentis; *strozzare*, *strangolare*. *Ovid. 12. Met. 548.* vultum minitantiaque ora robore nodoso, praeduraque tempora fregit. *Virg. 5. Aen. 625.* duo de numero cum corpora nostro Frangeret ad saxum. *Val. Flacc. 3. 559.* frangere quidpiam sub dentibus. *Plin. 8. 50. 1.* Crocottae dentibus omnia frangentes. *Id. 37. 15. 5.* Adamas in parvas frangitur crustas. *Plaut. Capt. 1. 1. 21.* Frangere aulas in caput alicui. *Virg. 2. G. 400.* glebas bidentibus. *Solin. 15.* Apud Albanos nati canes feris anteponuntur: frangunt tauros, leones premunt; *h. e.* morsu rumpunt et interimunt. *Val. Flacc. 2. 458.* implevit gemitu cum taurus acerbo Avia, frangentem morsu super alta leonem Terga ferens. *Stat. 11. Theb. 27.* indomitos ut cum Massyla per arva Armenti reges magno leo fregit hiatu. Adde *Horat. 1. Od. 25. 10.*, *Plin. 8. 61. 8.* et *Claudian. 2. Laud. Stilich. 21*, *Cic. 7. Verr. 57.* Frangere cervices. *Virg. 5. Aen. 45.* cerebrum. — **2)** Saepe *frangere* dicitur, qui fracturam in aliqua re sua patitur. *Cic. 2. Orat. 62.* Excusavit, quod brachium fregisse diceret. *Ovid. 3. Fast. 121.* Capra fregit in arbore cornu. *Plin. 2. ep. 1.* Per lubricum pavimentum, fallente vestigio, cecidit, coxamque fregit. *Ter. Andr. 1. 3. 17.* Novem fregit apud Andrum insulam; *naufragô*. *Iuvenal. 6. 479.* hic frangit ferulas, rubet ille flagello; *h. e.* hic in tergo suo, dum caeditur, ferularum fracturam patitur. — **3)** Significat etiam comminuere, pinsere; *pestare*, *frangere*, *macinare*. *Plin. 18. 14. 1.* Hordeum molis frangere. *Val. Flacc. 2. 448.* farra saxo. *Lucret. 1. 881.* frangere fruges robore saxi. *Plin. 18. 34. 1.* granum dentibus. *Id. 19. 15. 2.* fabam. *Virg. 2. G. 72.* glandem. — **4)** A similitudine usurpatur etiam de liquidis, quae frangi dicuntur, quoties impelluntur, agitantur aut quocumque modo dividuntur. *Cic. 9. Fam. 16. a med.* Fluctus a saxo frangitur. *Lucan. 6. 265.* cum se tollentibus Euris, Frangentem fluctus scopulum ferit. *Val. Flacc. 6. 554.* magno veluti cum turbine sese Ipsius Aeoliae frangunt in limine venti. *Id. 1. 563.* et *Claudian. III. Cons. Honor. 56.* frangere aequor remis. *Lucret. 6. 696.* Magna ex parti mare montis ad eius Radices frangit fluctus aestumque resolvit. *Ovid. 4. Fast. 282.* frangere undam. *Claudian. B. Gild. 522.* tenuemque per undam Obvia dimittit fracturum flamina collem. — **5)** Sic *frangere fluvium* de natante, et adversi fluminis impetum vi superante. *Sil. 8. 555.* undosum frangere nando, Indutus thoraca, vadum. *Lucan. 8. 374.* Nec franget nando violenti vorticis amnem. Adde *Sil. 3. 457.* — **6)** Item *frangere toros* est toris discumbere, eosque alte exstructos et molles pondere corporis deprimere et calcare. *Martial. 2. 59.* et *4. 8.* — **7)** Item *frangere comam in gradus* pro inflectere, dixit *Quintil. 1. 6. sub fin.* — **8)** *Frangere iter*, deflectere ab itinere instituto, alio diverti: vel iter, seu gradum minuere. *Stat. 12. Theb. 251.* nec caligantibus arvis Terretur, nec frangit iter. — **9)** *Frangere clivum* est planum et facilem reddere *Inscr.* apud *Orelli*, n. *111.* V. loc. in CLIVUS §. b. — **10)** Hinc translate varie quoque adhibetur ad incorporea traductum, et significat multa cum vi infringere, domare, vincere, retundere, infirmare, contundere; *abbattere*, *vincere*, *domare*, *fiaccare*, *reprimere*. *Cic. Prov. cons. 13.* Ortum repente bellum proeliis fregit. *Id. ibid* Nationes frangere et domare. *Ovid. 3. Trist. 14. 35.* Ingenium fregere meum mala. *Cic. 2. Offic. 11.* Hostem frangere et comminuere. *Id. 13. Phil. 13.* Contundere et frangere exsultantis praedonis audaciam. *Poeta quidam* apud *Eund. Rabir. Post. 10. extr.* Vis summas frangit infirmatque opes. *Quintil. procem. l. 1. ad fin.* Nudae illae artes, nimia subtilitatis affectatione, frangunt atque concidunt quidquid est in oratione generosius. *Cic. Marcell. 3.* Debilitare ac frangere aliquid. *Id. Dom. 21.* Vim furiosam vesani tribuni superare et frangere. *Id. 1. Catil. 9.* Te ut ulla res frangat? tu ut unquam te corrigas? *ti mortifichi*. *Sil. 1. 261.* sternacem ad proelia frenis Frangere equum; *domare*, *maneggiare*. *Plin. 1. ep. 12.* Morbum abstinentia vincere et frangere. *Quintil. 2. Declam. 16.* Frangere et rumpere somnos. *Id. 9. 4. a med.* cursum. Et *10. 3. ad fin.* impetum. *Petron. Satyr. 111.* alicuius pertinaciam. *Cic. fragm.* apud *Non. 2. 378.* avaritiam. *Val. Flacc. 2. 515.* iras. *Cic. Pis. 14.* alicuius furorem et petulantiam. *Id. 3. Leg. 13. extr.* libidines. *Id. 1. Orat. 19.* cupiditates. *Id. 4. Fam. 4.* consilium alicuius; *rompere*, *disfare il disegno*. Et *1. ibid. 4.* alicuius sententiam; *ributtare il parere*. *Id. Brut. 25.* Qui iniuria accepta, fregit Ti. Gracchum patientia. *Lucret. 4. 1077.* Sed leviter poenas frangit Venus inter amorem; *h. e.* minuit, leviores reddit. *Virg. 4. G. 409.* doli circum haec demum frangentur inanes. *Vellei. 2. 24.* Existimavit ante frangendum hostem, quam ulciscendum civem. — Passive. *Cic. 1. Offic. 20.* Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate; *h. e.* propter vitae cupiditatem. *Id. 2. Tusc. 21.* Frangi pudore. *Id. 2. Fin. 29. extr.* dolore. *Id. 2. Phil. 15.* animo. *Id. 7. Att. 12.* misericordia alicuius. *Id. 1. Q. Fr. 1. 1.* Animos frangi et debilitari molestia non oportet. *Id. Sull. 6.* Quibus ego rebus, iudices, ita flectebar animo, atque frangebar, ut etc. *Senec. Thyest. 199.* novi ego ingenium viri Indocile: flecti non potest, frangi potest. *Nep. Dion. 7.* Frangi cura rerum. *Ovid. 1. Pont. 2. 65.* Cum video quam sint mea fata tenacia, frangor. — **11)** Item est rumpere, violare. *Cic. Pis. 12.* Frangere foedus. *Id. Rosc. Com. 6.* fidem. *Horat. 1. Ep. 15. extr.* mandata. *Grat. Cyneg. 451.* fas. *Cic. 9. Fam. 16. a med.* Ut neque offendam animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meam; *avvilisca*. *Ovid. 1. Fast. 501.* Venus et vinum sublimia pectora frangit; *h. e.* corrumpit, labefactat, de statu deiicit. — **12)** Hinc *frangere se* est se ipsum vincere; *superar sè stesso*. *Id. 4. Fam. 6.* Cum frangerem iam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter. — **13)** Deinde adhuc latiore significatione, ratione habita usus, minime vero materialis fractionis,

II. *Frango* usurpatur pro debilitare, infirmare, consumere; *indebolire*, *logorare*, *debilitare*. *Plin. 11. 110. 1.* Testes homini iniuria, aut sponte naturae franguntur. *Sil. 6. 474.* tot bellis, atque annis fregimus aevum. — **14)** Item pro mollire, macerare. *Val. Flacc. 6. 558.* bovis exuvias multo frangere olivo. — **15)** Item *frangere vina* apud *Martial. 14. 105.* et *111.* et *Plin. 14. 28. 2.* est eorum vim austeritatemque mitigare, ac leniorem reddere, quod vel nive refrigerando, vel saccis percolando fit. Hoc sensu etiam *castrare vina* dicitur. — **16)** *Frangere diem mero* apud *Horat. 2. Od. 7. 6.* est actiones curasque intermittendo, diem veluti rumpere, et genio poculisque indulgere, *passare solido demere de die* dixit *Id. 1. ibid. 1. 20.* — **17)** Hinc etiam sumitur pro mollem reddere, effeminare. *Quintil. 11. 3. 20.* Faucium vitio et frangitur, et obscuratur, et exasperatur, et scinditur vox. *Sil. 11. 484.* Sic tum Pierius bellis durata virorum Pectora Castalio frangebat carmine Tenthras. *Stat. 3. Silv. 4. 74.* nunc frangere sexum, Atque hominem mutare, nefas. *Petron. Satyr. 119.*

Digitized by Google

exsectaque viscera ferro in Venerem fregere viros. Et *128.* Risus frangit vultus; h. e. reddit lasciviores, molliores, et amabiliores. *Quintil. 1. 2. 6.* Mollis educatio nervos omnes et mentis et corporis frangit. — **18)** Hinc *frangere gradum* dicuntur viri, qui muliebrem habitum in ambulando sumunt, apud *Salvian. 7. Gub. D. 19.* V. loc. in GRADUS. — **19)** Item *frangere se* est debilitare, enervare; *snervarsi. Cic. Arch. 11.* Nec animus tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur. — **20)** *Calor se frangit;* h. e. remittit. *Cic. 1. Orat. in fin.* Scaevola paulum quiescet, dum se calor frangat. *Varr. 2. RR. 2. ad fin.* Ante quam calores aut frigora se fregerunt. Sic *Martial. 1. 50.* Aestus serenos aureo franges Tago; h. e. refrigerabis, mitigabis. — **21)** Consonans una alteram *frangere* dicitur, apud *Quintil. 1. 4. 11.* et *12. 10. ante med.*, cum posterior prioris sonum ac vim veluti comprimit ac imminuit, ut in *ptisana*, et *pro*, ubi litterae *t*, et *r* litteram *p* frangere quodammodo, seu eius potestatem imminuere videntur. V. litteram *p* §. b. *in fin.*

FRĀTELLUS, i, m. Deminut. a *frater*, unde Itali recentiores habent *fratello. Scaurus, Orthogr. p. 2252. Putsch.* Capra, capella: frater, fratellus.

FRĀTER, tris, m. Nomen ab Aeolico φράτερ pro φράτωρ; sodalis, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll.*, vel quod sit *fere alter:* quod posterius etymon etiam *Nigid.* apud *Gell. 13. 10.* et *Non. 1. 156.* posuit. — Recentiores vero conferunt etiam cum Sanscrito *bhrâtar*, eiusdem significationis. — Contra *Isid. 9. Orig. 6. 5.* « *Fratres* dicti, eo quod sunt ex eodem fructu, idest ex eodem semine nati. » — **1)** In gent. pour. *fratrium* pro *fratrum* est in *Inscript.* optimae notae, quae mendosa quidem apud *Grut. 423. 7.*, emendata vero, aenea tabula expressa, et pluribus illustrata legitur apud *Io. Labus* in *Dissert. sur Dec. Bresc. p. 1.* et *seqq.* — **c)** Derivata, *fratellus, fraterculo, fraterculus, fraterne, fraternitas, fraternus, fratria, fratrissa, fratrisso, fratro, fratruelis, fratricaeus.* — **d)** Composita, *confrater, fratricida, fratricidium.*

FRATER proprie est qui iisdem parentibus genitus est; *fratello. Plaut. Curc. 3. 2. 38.* Salve, mea soror. *Ps.* Frater mi, salve. *Cic. 1. Q. Fr. 3.* Mi frater, mi frater, mi frater, tune id veritus es? *Id. ibid. 4.* Amabo te, mi frater, ni etc. *Caes. 5. B. G. 14.* Uxores habent inter se communes; et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis. *Caes. 7. B. G. 53.* Fratrem a fratre renunciatum. *Id. 5. ibid. 27.* Quod ei et filius et fratris filius ab Caesare remissi essent. *Virg. 4. Aen. 325.* Quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater Destruat? *Plaut. Poen. 5. 4. 25.* Quid est, fratris mei gnate? *o mio nipote? Plin. 8. ep. 11.* Cum affectum tuum erga fratris filiam cogito; *tua nezza.* — **2)** Fratrum nomine veniunt etiam sorores, cum simul enumerantur. *Paul. Dig. 10. 2. 58.* Lucius et Titia fratres emancipati a patre. *Modestin. ibid. 2. 14. 55.* Tres fratres, Titius, Maevius, et Seia communem hereditatem inter se diviserunt. Adde *Tacit. 12. Ann. 4. Inscr.* apud *Orelli, n. 4883.* Infantibus Hilarioni et Revocatae fratribus. — **3)** Saepe, distinctionis causa, cum addito

II. *Fratres gemini* sunt duo eodem partu editi; *gemelli. Cic. Cluent. 16.* C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate. *Ovid. 8. Heroid. 77.* Flebat avus, Phoebeque soror, fratresque gemelli. *Quintil. 9. 4. 24.* minus recte dici ait *gemini fratres*, quia si praecesserint *gemini, fratres* addere non est necesse. V. ANCILLA. — Id tamen Poetae non curant. *Virg. 7. Aen. 670.* Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt. *Ovid. 17. Heroid. 250.* Et geminos fratres, Tyndareumque putas; h. e. Castorem et Pollucem, quos *fratres Deos* appellant (V. infra §. 4.) etiam *Id. 1. Fast. 707.* et *Albinov. 1. 290.* Sic *Plaut. Mil. 2. 2. 103.* Gemina soror. — Neque Historici. *Suet. Caes. 10.* Geminis fratribus aedes in foro constituta. *Liv. 1. 3.* Cum audisset, geminos esse fratres, etc. — Neque Oratores. *Cic. 2. Divin. 45.* Procles et Eurysthenes gemini fratres fuerunt. — **4)** *Fratres germani* dicuntur, qui ex eodem patre, eademque matre nati sunt; *fratelli carnali. Id. Dom. 45.* Cum se fratrem uxoris tuae fratri tuo germano antelatum videbat. — Huc spectare potest *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Or. n. 5291.* FRATER GENITIVS. V. GENITUS. — **5)** *Fratres uterini*, qui nati sunt ex eadem matre, sed non ex eodem patre; *uterini. Impp. Diocles. et Maxim. Cod. 5. 62. 21.* — **6)** His opponuntur *consanguinei*, qui ex eodem patre sunt, sed non ex eadem matre. V. CONSANGUINEUS. — **7)** *Dii fratres* apud *Propert. 3. 12. 20.* sunt Castor et Pollux. *Suet. Cal. 22.* Consistens saepe inter fratres Deos medium se adorandum adeuntibus exhibebat. *Minuc. Octav. 6.* hos *fratres equestres* appellat. — **8)** Quinam vero sint *Fratres arvales*, V. AMPHINOMUS in ONOM. — **9)** Latiore significatione

III. *Fratres patruales*, qui ex duobus fratribus progeniti sunt; *cugini, fratelli cugini. Cic. Plane. 27.* Hic illius frater patruelis, et socer. — **10)** Hi aliquando *fratres* absolute dicuntur, ut et *Augustin. 13. Civ. D. 18. a med.* docet. *Ovid. 8. Heroid. 27.* Quid, quod avus nobis idem Pelopeius Atreus? Et si non esses vir mihi, frater eras. Sic Aias apud *Eund. 13. Met. 31.* fratrem dicit Achillem, qui erat filius Pelei patrui sui. Sic etiam *Catull. 66. 22.* Ptolemaeum Evergetem maritum Berenices, fratrem eiusdem appellat, qui ex duobus fratribus uterinis nati erant; nam Ptolemaeus Philadelphus Evergetis, Magas vero Berenices pater filii fuerunt prioris Berenices, quae prius Philippo cuidam Macedoni, postea Ptolemaeo Soteri Philadelphi patri nupserat. — Patet igitur, *Hygin. 2. Astron. 24.*, deinde plures Recentiores, perperam putasse, Berenicen Evergetis uxorem, ipsumque Evergetem filios fuisse Philadelphi et Arsinoes, ideoque fratres germanos. V. *Visconti, Iconol. Gr. T. 3. p. 320. edit. Mediol.* — Huc spectat *Cic.* in *fragm. Orat. de rege Alexandrino, p. 49.* ed. *Mai.* Atque illud etiam constare video, regem illum, quum reginam sororem suam, caram acceptamque populo, manibus suis trucidasset, etc. *Interpretes* morem apud Aegyptios usitatum, quo uxores regum in publicis decretis sorores eorum appellabantur, non advertentes, mutabant illud *sororem* in *uxorem*. Cf. *Letronne, Recueil, T. 1. p. 4.* — **11)** Etiam consobrinos. *Cic.* enim *in Senat. 10.* Q. Metellum Nepotem *fratrem* dicit P. Clodii Pulcri, cum essent duarum sororum filii. — **12)** Item *fratres* dicuntur, qui tales sunt non natura, sed adoptione, ut M. Aurelius et L. Verus Imperatores, qui *Divi fratres* sunt post mortem absolute appellati. V. DIVUS §. 15. — **13)** Latissima autem significatione, seu potius attributione,

IV. *Frater* saepe est blanda amici appellatio. *Iuvenal. 5. 135.* Da Trebio, pone ad Trebium: vis, frater, ab istis libus? o nummi, vobis hunc praestat honorem: Vos estis fratres. *Horat. 1. Ep. 6. 54.* frater, pater, adde: Ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta. *Quintil. Declam. 321.* Quoties blandiri volumus his, qui esse amici videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quam ut fratres vocemus. V. SORON. — **14)** Huc spectat *Inscr.* apud *Orelli, n. 1485.* Domitius Secund. curat. et restaurator fratribus suis; h. e. sodalibus. Monendum tamen *fratres* hoc loco appellari sodales Collegii Velabrensium, non qua tales sibi invicem appellarentur, sed titulo tantum benevolentiae. In nullo enim Collegio sodales *fratres* absolute vocatos reperimus, si *Fratrum Arvalium* sacerdotium excipias, de quibus V. in ARVALIS §. 2. Cf. ad rem *Mommsen.* ad *Borghesi, Oeuvr. T. 5. p. 414.* — **15)** Hinc aliquando *fratres* appellati sunt socii populi, coniunctionis et benevolentiae causa. *Caes. 2. B. G. 3.* Ut ne Suessones quidem, fratres consanguineosque suos, qui eodem iure, iisdem legibus utantur, unum imperium, unumque magistratum cum ipsis habeant, deterrere potuerint, quin etc. Et *1. ibid. 33.* et *Cic. 7. Fam. 10.* et *1. Att. 19.* Aedui, fratres consanguineique saepe numero ab senatu appellati. V. FRATERNITAS. Adde *Eumen. Paneg. ad Constantin. Aug. 2.* et *3.*, et pro *restaurat. schol. 4.* et *Lucan. 1. 427.* Sic in *Inscript.* apud *Grut. 499. 13.* Gens Batavorum amici et fratres Rom. Imp. — **16)** Praeterea, procedente Imperio, *fratres* se mutuo appellabant senatores, imo et imperatores ac reges inter se, qui etiam Praesidibus provinciarum, aliisque scribentes *fratres carissimos* compellabant, ut patet ex *Symmach. 4. ep. 48., 66., 67.* etc. et ex *Inscr.* apud *Grut. 178. 7.*, in qua Maximianus Aug., et Severus ac Maximianus Caesares vocant fratrem suum Diocletianum Augustum, et ex *Formula* rectoris provinciae apud *Cassiod. 6. Var. 21.* Additur, quod a Principe frater vocaris, ut nobilitate potiori nominis a vilitate criminum tollaris. Cf. *Zivardini, Nov. leg. p. 319., 343.* et *489.* et V. §. seq. — **17)** Quin etiam Parthorum reges omnium fastosissimi se *fratres Solis ac Lunae* vocabant: vocarique patiebantur. *Ammian. 23. 6. de Parthis.* Certatim summatum, et vulgi sententiis continentibus, astris (ut ipsi existimant) ritus sui consecratione permixtus est omnium primus Arsaces. Unde ad id tempus reges eiusdem gentis praetumidi appellari se patiuntur Solis fratres et Lunae. *Id. 17. 5.* Sapor Persarum rex litteras ad Constantium Aug. dedit, nusquam a genuino fastu declinans, quarum hunc fuisse accepimus sensum: Rex regum Sapor, particeps siderum, frater Solis et Lunae Constantio Caesari fratri meo salutem plurimam dico; etc. Et *mox.* His litteris diu librates, recto pectore, ut dicitur, considerateque responsum est hoc modo: Victor terra marique Constantius semper Augustus fratri meo Sapori regi salutem plurimam dico; etc. Hinc profecto, ut ait *Eckhel, D. N. V. T. 4. p. 545.*, saepe in Nummis regum Parthorum regis capiti adstituuntur astra Solis et Lunae. Cf. *Sidon. Carm. 23. 252.* et *Jul. Valer. 1. Res Gest. Alex. M. 4.* V. loc. in CONSESSOR *in fin.* — **18)** Specialim vero *fratres* et *sorores*, turpes amicos et amicas dicebant. *Tibull. 3. 1. 23.* Haec tibi vir quondam, nunc frater, casta Nesera, Mittit. *Martial. 3. 4.* Fratrem te vocat, et soror vocatur: Cur vos nomina nequiora tangunt? Adde *10. 65.* et frequenter *Petron. Satyr.* et *Cic. Coel. 15.* V. SORON. — **19)** Insuper in Sacris Litteris et apud Scriptores Ecclesiasticos

V. *Fratres Christi* appellantur ex usu loquendi Hebraeorum eius cognati et propinqui, apud *Vulg. Interpr. Matth. 12. 47.* — Sic Abraham et Loth, qui tantummodo cognati erant (filius enim fratris vel Abrahami erat Loth), dicuntur fratres; et Laban appellat fratrem suum Iacobum, cuius erat avunculus. *Id. Genes. 13. 8.* et *29. 15.* — **20)** Item *frater*

Digitized by Google

communi appellatione quilibet alter homo dicitur, eodem sensu, ac proximus. *Id. Matth. 5. 22.* Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Adde *ibid. 23.* et *24.* et *alibi saepe.* — **21)** Hinc translate pro simili accipitur in illo *Vulg. Interpr. Prov. 18. 9.* Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est suae operis dissipantis; *h. e.* similis dissipanti. Cf. infra §. 24. — Huc etiam fortasse spectat et illud *Iob. 30. 29.* Frater fuit draconum et socius struthionum. V. DRACO §. 14. — **22)** Sensu autem sublimiori *fratres* absolute, aut *fratres in Christo* appellantur Christiani, prout membra eiusdem corporis Christi seu Ecclesiae. *Id. Ioh. 21. 23.* Exiit ergo sermo inter fratres, quia discipulus ille non moritur. — Sic et Christus ipse post resurrectionem discipulos suos fratres appellavit. *Id. Matth. 28. 10.* Nunciate fratribus meis, ut eant in Galilaeam: ibi me videbunt. — Hinc *Minuc. Octav. 31.* Sic nos, quod invidetis, fratres vocamus, ut unius Dei parentis homines, ut consortes fidei, ut spei coheredes. *Lactant. 5. 16.* Fratrum nomen nobis invicem impartimur, quia pares esse nos credimus. — Hinc in *Inscr.* Christianis passim memorantur *Ecclesia fratrum, cuneti fratres,* aut *fratres* absolute, teste *De Rossi, Roma Sotterr. T. 1. p. 105.* et *seqq.*, coll. *Bullett. Cristian. a. 1846. p. 14.*, ubi affertur *Inscr.* « Leonti pax a fratribus, vale. » — **23)** Speciatim vero *fratres* dicti sunt propria quasi appellatione Monachi. *Act. S. Liberati et Soc. MM. 3.* Apprehensi sunt et septem fratres, quantum pertinet ad concordiam Dominicae servitutis, in monasterio habitantes. — **24)** Denique improprie de rebus,

VI. *Fratres* etiam dicuntur et *sorores*, quae similia sunt. *Plin. 3. 2. 1., Mela, 1. 5.* et *Solin. 25.* Exsurgit montibus septem, qui a similitudine fratres appellantur; *ἐπτάδελφοι. Plaut. Poen. 1. 3. 8.* Obsecro te, Milphio, hanc per dexteram, Perque hanc sororem laevam. — **25)** Item de libris ab uno eodemque auctore editis. *Ovid. 1. Trist. 1. 107.* Aspicies illic positos ex ordine fratres. *Martial. 12. 3.* nec iam potes advena dici, Cuius habet fratres tot domus alta Remi. — **26)** Apud *Plaut. Mil. 1. 1. 5.* ego hanc machaeram mihi consolari volo, Ne lamentetur . . . Quia se iampridem feriatam gestitem, Quae misera gestit fratrem facere ex hostibus; *h. e.* hostium sanguini se immiscere, et veluti consanguineam fieri. *Al. melius leg.* fartum facere. V. FARTUS, a, um §. 6. — Alii qui *fratrem* retinent, interpretantur insicium ex carne concisa, afferuntque illud *Arnob. 7. p. 231.* Cupientes addiscere, quid cum pultibus Deo sit, quid cum libis, quid diversis cum fratribus. *Sed hic quoque alii rectius leg.* fartibus. V. FARTUS, us. — **27)** Demum de brutis animalibus. *Ovid. 3. Met. 220. de canibus.* Et Thous et Cyprio velox cum fratre Lycisca.

FRATERCŬLO, as, āre. Verbum intransitiv. a *fraterculus*, idem ac fratro. *Plaut.* in *Frivolar.* citante *Festo* in *Sororiare p. 297. Müll.* Tunc papillae primitus Fraterculabant: illud volui dicere, Sororiabant. Ita hos versus emendat *Scalig.* V. SORORIO et NUCLEO.

FRATERCŬLUS, i, m. Deminut. a *frater*; parvus frater; *fratellino, fraticello. Iuvenal. 4. 98.* Unde fit, ut malim fraterculus esse Gigantum; *idest* homo obscurus, cuius maiores sint incogniti, tanquam e terra subito enatus, ut de Gigantibus Poëtae fabulantur. — **2)** Adhibetur et in blanditiis. *Timarchides* quidam in epist. ad *Apron.* apud *Cic. 5. Verr. 66. extr.* Volo, mihi fraterculo tuo credas.

FRATERNĒ. Adverb. a *fraternus*; amore fraterno; *fraternamente. Cic. 2. Q. Fr. 15.* Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. — **2)** Item ad similitudinem fratrum; *da fratello. Id. 1. Att. 5. extr.* Tibi persuadeas, te a me fraterne amari.

FRATERNĪTAS, ātis, f. Abstractum a *fraternus*; fraterni amoris coniunctio; *fraternità. Quintil. Declam. 16. 2.* Habet aliquem fraternitatis affectum. *Tacit. 11. Ann. 25.* Aedui soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo R. usurpant. V. FRATER §. 13. — **2)** Metonymice pro ipsis fratribus. *Vulg. Interpr. 1. Petr. 5. 9.* Scientes, eandem passionem ei, quae in mundo est, vestrae fraternitati fieri; *h. e.* vestris fratribus. *Concil. Carthag. IV. sub Cyprian. n. 5.* De universae fraternitatis suffragio, V. FRATER §. 22. — **3)** Item pro coetu monachorum. *Liberat. Diac. Breviar. 11.* Hoc apud se esse decretum, ut nunquam egrederetur a sua fraternitate, sed tamquam in sepulchro degeret in monasterio. V. FRATER §. 23. — **4)** Est etiam titulus, quo se invicem appellant episcopi. *Pelag. pap. ep. 14. Sapaudo episcopo.* Tanta nobis est circa personam tuae fraternitatis affectio, etc.

FRATERNUS, a, um. Adiect. a *frater*; ad fratrem pertinens; *fraterno. Horat. 1. Od. 21. 12.* Fraterna Apollinis lyra; *h. e.* quam a Mercurio fratre accepit. *Id. Epod. 7. 18.* Scelus fraternae necis; *h. e.* quo Romulus fratrem Remum occidit. *Cic. 1. Q. Fr. 1. 5.* Propter amorem in nos fraternum. *Id. Quint. 4.* Pro fraterna necessitudine. *Id. Cluent. 11.* Fraterna hereditas; *h. e.* qua bona fratris acquirimus. *Horat. 1. Ep. 10. 4.* Fraternis animis, quidquid negat alter et alter, Annuimus pariter. *Stat. 1. Theb. init.* Fraternae acies; *h. e.* bella inter fratres gesta. *Ovid. 7. Met. 366.* quorum oculos Iuppiter exosus, fraternis subdidit undis; *h. e.* mari, ubi suus frater Neptunus regnat. Adde *Caes. 1. B. G. 20., Sall. Iug. 59. fin.* et *Lucan. 1. 95.* — **3)** De iis qui iuncti sanguine sunt, licet non fratres. *Val. Flacc. 1. 165.* amplexus fraternaque pectora iungens. Et *178.* fraternae si des accrescere famae. Sermo est de Acasto et Iasone, qui Peliae et Aesonis fratrum filii erant. *Ovid. 13. Met. 31. de Aiace potente arma Achillis.* Frater erat, fraterna peto. — **3)** De brutis animalibus. *Virg. 3. G. 518.* Moerentem abiungens fraterna morte iuvencum.

FRATILLI, ōrum, m. Sunt villi sordidi in tapetis, ut exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll.* Habet et *Onom. Lat. Gr.* Fratilli; *χροσσοί*.

FRĀTRĬA, ae, f. Nomen a *frater*, quo significatur uxor fratris; *moglie del fratello*. Fratrum uxores ita se invicem appellant. *Non. 19. 6.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll. Gloss. Philox.* Fratria; *ἀνάτηρ*. — Eadem *fratrissa* vocatur ab *Isid. 9. Orig. 7. 17.* Fratris uxor fratrissa vocatur. — **2)** Item pars hominum, apud Graecos, ut sodalitium, collegium, tribus. *Varr. 5. LL. 15.* Sic Athenis *φρατρία* dicta est aliquando tertia pars tribus, teste *Poll. 1. 8. c. 9.* Alias est ipsa tribus. *Id. 1. 3. c. 4.* et *Serv.* ad *7. Aen. 286.* V. PRETRIACUS.

FRĀTRĬCĪDĀ, ae, m. et f. Nomen a *frater* et *caedo*; qui, vel quae fratrem suum occidit; *fratricida, uccisitore* aut *uccisitrice del fratello. Cic. Dom. 10. a med.* De me, quod tulisse te dicis, parricida, fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? *Nep. Timot. 1.* Mater vero post id factum neque domum ad se filium admisit, neque adspexit, quin eum fratricidam impiumque detestans compellaret.

FRĀTRĬCĪDĬUM, ii, n. Nomen eiusdem originis ac praecedens; fratris occisio; *fratricidio. Tertull. Monog. 4. de Abele a Caino occiso.* At ubi primum scelus homicidium in fratricidio dedicatum fuit. *Hieronym. 1. advers. Iovinian. 14.* Fratricidium, et digamiam eadem cataclysmi poena delevit. Adde *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 25. 4.* et *Salvian. 1. Gub. D. 8.*

FRĀTRĬMŌNĬUM, ii, n. Nomen a *frater* eadem ratione effictum, qua a *pater* est *patrimonium*. Legitur in *vet. Gloss.* et significat bona fratrum.

FRĀTRĬO. V. FRATRO.

FRĀTRISSĂ, ae, f. V. FRATRIA §. 1.

FRĀTRISSO, as, āre, et

FRĀTRO et Fratrio, as, āre. Verbum intransitiv. a *frater*, quod ita exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 91. Müll.* Fratrare puerorum mammae dicuntur, cum primum tumescunt, quod, veluti fratres, pares oriuntur: quod etiam in frumento spica facere dicitur. *Alii leg.* fratriare. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 463.* Fratrarent, turgerent, pubescerent. — *Fratrissare*, eodem sensu, habet *Auct. Thesaur. nov. Latin. p. 245.* et *255.* ed. *Mai*. V. SORORIO.

FRĀTRŬĒLIS, is, m. Nomen a *frater*, quo significatur filius sororis matris meae; *sugino materno. Isid. 9. Orig. 6. 15.* Fratrueles materterae filii sunt. *Hieronym. ep. 22. n. 26.* ex *Cantic. 3. 2.*, ubi Vulgata habet *dilecti*, ipse legit: *Vox fratruelis mei*, etc. Adde in *procem. in Isai.* ex *Cantic. 7. 15. Inscript.* apud *Murat. 795. 1.* Aurelio Victori P. Nonius Sirm. . . . fratrueli bene merenti.

FRAUDĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *fraudo*; qui fraudat; *fraudolento. Cassiod. 1. Var. 37.* Si oblatae petitionis minime sis veritate fraudabilis et genialis tori maculam deprehensi adulteri sanguine diluisti, ab exilio te praecipimus alienum.

FRAUDĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fraudo*; actus fraudandi, fraus; *truffería, frode, inganno, furberia. Cic. 2. Catil. 11.* Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc fides, illinc fraudatio. In *formula edicti* apud *Eund. Quint. 19.* Qui fraudationis causa latitarit. In *alia 3. Offic. 17.* Ut inter bonos bene agier oportet, et sine fraudatione. *Plaut. Asin. 2. 1. 9.* Servi ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt. Adde *Edict.* apud *Ulp. Dig. 42. 8. 1.*

FRAUDĀTOR, ōris, m. Verbale a *fraudo*; qui fraudat; *frodatore, truffatore, barattiere. Cic. 13. Phil. 12.* Fraudator creditorum Trebellius. *Id. Flacc. 20.* Unam et eandem omnibus in locis esse fraudatorum et inficiatorum impudentiam. *Senec. 4. Benef. 26.* Ingratus, qui beneficiorum fraudator est.

FRAUDĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *fraudo*; ad fraudandum pertinens. *Fraudatorium interdictum* est, quo rescinduntur ea, quae in fraudem creditorum gesta sunt. *Papinian. Dig. 46. 3. 96.* et *Valens ibid. 36. 1. 67.* Adde *Cod. Theod. 2. 16. 1.*

FRAUDĀTRIX, Tcis, f. Verbale a *fraudo*; quae fraudat; *frodatrice*. *Tertull. de Resurr. carn. 12.* Mira ratio; de fraudatrice servatrix.

FRAUDĀTUS, a, um. Particip. verbi *fraudo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est per fraudem spoliatus, privatus, deceptus; *truffato, spogliato, ingannato, privato*. In *vet. formula* apud *Cic. 3. Offic. 17.* Uti ne propter te, fidemve tuam captus fraudatusve siem. *Caes. 3. B. C. 60.* Satisfacere et fraudata restituere. *Papinian. Dig. 39. 4. 8.* Fraudati vectigalis crimen; *frodo*. — **2)** Translate. *Ovid. 6. Heroid. 163.* Fraudata coniugio. *Id. 10. Met. 196.* Liberis. Oebalide, prima fraudate iuventa. *Suet. Cal. 48.* Fraudatus triumpho. *Horat. 1. Sat. 6. 125.* ungor olivo, Non quo fraudatis immundus Nat-

Digitized by Google

ta lucernis. *Val. Flacc.* 2. 576. Vota patrum fraudata. *Plin.* 9. 61. 1. Fraudatam profecto se luxuria credat. Et *ibid.* 64. 1. *de purpura*. Sic gignitur laudatus ille pallor, saturitate fraudata; h. e. imminuta, ut color non satur sit, sed dilutior. — Cum genitivo *Mam. Claudian. St. an. praef.* Ego vero et fraudatus temporis et occupatus animi, satis habeo, etc. *Alii leg.* tempore . . . animo.

FRAUDĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fraus* et *gero;* fraudem gerens, fraudulentus. *Tertull. Carm. de Genes.* 114. Femina fraudigeris misere decepta loquelis.

FRAUDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fraus*, quod V. — **b**) Videtur et deponentium more a Veteribus usurpatum fuisse, *fraudor, āris, frausus sum, fraudari*, cuius remansit tantum particip. *frausus*, dictum, significatione activa, de eo, qui fraudem commisit. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 91. Müll.* Frausus erit, fraudem commiserit. *Plaut. Asin.* 2. 2. 20. Metuo in commune, ne quam fraudem frausus siet. *Liv.* 25. 14. Qui capitalem fraudem frausi. *Plerique omnes leg.* ausi. — **c**) Item *frudo, as*, pro *fraudo, as*, scriptum aliquando reperitur, ut in *Plaut. Trin.* 2. 4. 11. Quid, quod ego frudavi? Ita *Ritsch.*, defrudavi *alii leg.* V. DEFRAUDO §. b. — **d**) *Fraudassis* pro *fraudaveris* est *Plauti, Rud.* 5. 2. 58. V. loc. §. 1. *fin.* — **e**) Particip. *fraudans* §. 4., *fraudandus* §. 5. et 4., *fraudatus*, V. suo loco. — **f**) Derivata et composita, V. in FRAUS.

FRAUDO proprie est rem debitam, aut exspectatam non reddendo decipere, fallere, ludificare, per fraudem privare, fraudem facere; *gabbare, truffare, defraudare. Cic. Flacc.* 20. Cum multos minutis mutationibus fraudavisset. *Id. 1. Att. 1.* Cum Caecilius a Vario magna pecunia fraudaretur. *Id. 5. Verr. 8.* Ut neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis grano uno posset arator fraudare decumanum. *Id. Rosc. Com. 6.* Socium fraudare et fallere. *Id. Caecin. 3.* Per tutelam aut societatem fraudare quempiam. *Id. Quint. 24.* Aliquem in hereditaria societate fraudare. *Id. 6. Phil. 4.* Fraudare creditores. *Iustin. 6. 2.* milites stipendio. *Sust. Ner. 5.* aurigarios mercede. *Liv. 2. 42.* milites praeda. *Ulp. Dig. 50. 17. 145.* Nemo videtur fraudare eos, qui sinunt et consentiunt. — *Plaut. Rud. 5. 2. 58.* Talentum argenti magnum continuo dabo. *Gr.* Si fraudassis, dicito, uti te in quaestu tuo Venus eradicet caput, etc. — **b**) Translate cum accusat. rei. *Caes. 3. B. C. 59.* Stipendium equitum fraudabant, et praedam omnem domum avertebant. *Martian. Dig. 48. 12. 1.* Annonam publicam fraudare. — **c**) *Fraudare legem* est aliquid in fraudem legis committere. *Terent. Dig. 55. 1. 62.* Ipso iure rescindi, quod fraudandae legis causa esset adscriptum. — **d**) Transfertur et ad alia, et ponitur pro spoliare, privare, adimere. *Cic. 5. Fin. 30.* Audebo cetera, quae secundum naturam sunt, bona appellare, nec fraudare suo veteri nomine. *Colum. 3. 9.* Benignissima parens natura quasque gentes atque terras ita muneribus propriis ditavit, ut tamen ceteras non in universum similibus dotibus fraudaret. *Ovid. 14. Met. 715.* spe quoque fraudat amantem. *Id. 1. Amor. 13. 17.* Aurora pueros somno fraudat. *Tibull. 3. 5. 19.* Quid fraudare iuvat vitem, crescentibus uvis? *Ovid. 2. Amor. 14. 23.* Quid plenam fraudas vitem, crescentibus uvis? *Id. 7. Met. 250.* artus anima fraudare senites. *Quintil. 2. 14. 1.* et *Curt. 4. sub fin.* aliquem laude sua. *Plin. 33. 21. 4.* quempiam sua gloria. *Vellei. 2. 92.* Praeclarum excellentis viri factum ne fraudetur memoria. *Phaedr. 4. 19.* fraudare superos ture. *Lucan. 2. 305.* sanguine bellum. *Liv. 2. 10. extr.* In magna inopia pro domesticis copiis, unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit; *togliendosi di bocca.* Adde *5. 47.* et V. DEFRAUDO §. 2. *Prudent.* dixit *11. περὶ στεφ. 146.* nec quidquam de corpore silva Obtinet, aut plenis fraudat ab exsequiis. *Plin. 5. 31. 1.* Nec Miletus fraudanda cive Cadmo.

FRAUDŬLENTER. Adverb. a *fraudulentus*. — Comparat. *fraudulentius* §. 1. — Est dolose, cum fraude: *fraudolentemente, furbescamente. Colum. 1. 8.* Crudeliter, aut fraudulenter infestare. *Plin. 30. 27. 2.* Nullum animal fraudulentius invidere homini traduut. *Cato* apud *Non. 510. 21. Merc.* Fraudulenter atque avariter. — **b**) Pro negligenter usurpatur, de interpretum sententia, in illo *Vulg. Interpr. Ierem. 48. 10.* Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.

FRAUDŬLENTĬA, ae, f. Abstractum a *fraudulentus;* fraus, fallacia, dolus; *frode, furberia, inganno. Plaut. Mil. 2. 2. 33.* Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam, Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam. *Id. Pseud. 2. 1. 7.* Pretus mea industria, malitia, fraudulentia.

FRAUDŬLENTUS, a, um. Adiect. a *fraus*, syllabica adiectione productum. — Comparat. *fraudulentior* et superlat. *fraudulentissimus*, infra. — Est fraudis plenus, fallax, dolosus; *fredolente, truffatore, furbo, pien di frode. Cic. Quint. 18.* Num malitiosum? negas fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi, ut praeclarum putas. *Id. 2. Agr. 35.* Carthaginienses fraudulenti et mendaces. *Id. 3. Offic. 21.* Fraudulentae venditiones. *Gell. 7. 18.* Fraudulenta calliditas. *Quintil. 11. 3. circa med.* Humerorum raro decens contractio est, breviturque enim cervix, et gestum quendam humilem, atque servilem, et quasi fraudulentum facit. *Plaut. Capt. 2. 1. 38.* Ex bonis pessimi et fraudulentissimi sunt. *Plin. 30. 1. 1.* Magice fraudulentissima artium. *Tertull. 2. advers. Marcion. 28.* Tanto fraudulentior Deus vester, qui etc.

FRAUDŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *fraus*, syllabica adiectione productum; fraude plenus, fraudulentus. *Paul. Dig. 47. 2. 1.* Furtum est contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia. *Onom. Lat. Gr.* Fraudulosus; ἀπατηλός.

FRAUS, fraudis, f. Nomen, quod quidam putant esse ab iovalt. φῦρω pro φύρω, aufero, quod confirmare videtur scriptio vocis, quam et *phraus* fuisse arguitur ex *Inscript.* apud *Guattani, Monum. ined. T. 4. p. 85.* Iulia Aegiale vixit annis XXIX., sine phraude hic sita est. *Nempe* iure, sine aliorum damno. — **b**) *Frudes*, pro *fraudes* ἀρχαϊκῶς habet *Naev.* in primo Punicorum, si fides est *Merulae*, cui debetur: « Vires frudesque Poenicas fabor. » Alii enim reiiciunt. Exstat tamen in *Fragm. leg. repetund. 1. 64.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 62.* Sed frude sua solvito. — **c**) In genitivo plurali et *fraudium* habet, et *fraudum. Gell. 14. 2.* Homo plenus perfidiarum et fraudum. *Cic. 3. Offic. 18. extr.* Qui fons est fraudium, maleficiorum, scelerum omnium. Est qui legit *fraudum*, sed contra plerosque lib. vet. et MSS.: *fraudum* habet etiam *Claudian. 2. Laud. Stilich. 214.* — **d**) Derivata, *fraudabilis, fraudatio, fraudator, fraudatorius, fraudatrix, fraudo, fraudulenter, fraudulentia, fraudulentus, fraudulosus.* Cf. FRUSTRA. — **e**) Composita, *defraudo, fraudiger, sociofraudus*.

FRAUS proprie est fallacia, circumscriptio, deceptio, qua quippiam alteri debitum non redditur, aut aufertur, et iniuste acquiritur ac retinetur; *frode, furberia, truffa, baratteria, gabbo, inganno. Plaut. Rud. 3. 2. 42.* Fraudis, sceleris, parricidii, periurii plenus. *Cic. 1. Offic. 13.* Cum duobus modis, idest aut vi, aut fraude, fiat iniuria; fraus quasi vulpeculae, vis leonis videtur: utrumque homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore. *Id. 12. Phil. 8. extr.* Sestertium septies millies avertisse Antonium iudicavistis: num fraude poterit carere peculatus? *Id. Quint. 18.* Ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est. *Phaedr. 4. 8.* Fraudem moliri. *Sil. 6. 336.* nectere. *Senec. Herc. Oet. 718.* struere. *Plin. 35. 20. 1.* excogitare. *Caes. 2. B. C. 14.* Occasionem fraudis ac doli quaerere. *Senec. Agam. 207.* Fraude et furto aggredi aliquem. *Tacit. 2. Hist. 60.* Pleraque fortuita fraudi suae assignantes; *ascrivendo a lor frode molti effetti del caso. Plaut. Pseud. 2. 4. 13.* Fraude parere aliquid. *Horat. 1. Od. 3. 28.* Fraude mala quippiam facere. *Iustin. 24. 2.* Fraude concordiae pervenire ad aliquid; h. e. simulatae concordiae fallacia. — **b**) *Sine fraude;* sine dolo, cum fide, vere, ex animo; *fedelmente, sinceramente. Liv. 24. 47.* Nihil praeterea cum consule pacti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur praesidium. *Caes. 2. B. C. 22.* Auxiliis provinciarum desperatis, sese dedere sine fraude constituunt. V. §. 10. — **c**) *Fraus legum* est, inquit *Ulp. Dig. 1. 3. 30.*, ubi id fit, quod lex fieri noluit, fieri autem non vetuit: et quod distat μετὰ διανοίας, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit. *Plaut. Mil. 2. 2. 9.* et *Liv. 7. 16. extr.* et *Cic. 4. Att. 12.* Fraudem legi facere. *Plin. 10. 71. 2.* Iuventunique diverticulum est, in fraude legum, gallinaceos quoque pascendi. *Paul. Dig. 1. 3. 29.* In fraudem legis facit, qui salvis verbis legis, sententiam eius circumvenit. — **d**) *In fraudem alicuius quippiam facere* est fraudandi eius causa. *Ulp., Paul., Papinian.* etc. *toto titulo 9.*, qui inscribitur: *Quae in fraudem creditorum* etc. *Dig. l. 49.* et *alibi.* — **e**) *Fraus* interdum est convicium in fraudulentum hominem, ut *scelus* in scelestum. *Plaut. Pseud. 1. 3. 130.* Legirupa, pernicies adolescentum, fur, fugitive, fraus populi. *Ter. Heaut. 3. 4. 10.* Gerro, iners, fraus, heluo, ganeo. — **f**) Deinde

II. *Fraus* sumitur etiam passive pro deceptione, dolo, periculo, quod quis subit. *Cic. 11. Att. 16.* Incidere in fraudem. *Id. 3. Orat. 60.* delabi. *Id. Pis. 1.* impellere. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 23.* induci. *Plaut. Mil. a. 3. v. 42.* illicere. *Lucret. 4. 813.* inducere se. *Virg. 10. Aen. 72.* agere. *Lucret. 6. 186.* Nec tibi sit fraudi, quod nos inferna videmus, Quam sint lata magis, etc.; h. e. ne te in errorem inducat, decipiat. *Id. 2. 187.* dare alicui fraudem; h. e. occasionem errandi. — **b**) Item pro quocumque scelere et noxa; *scelleraggine, peccato, reità. Cic. 1. Divin. 4.* Neglectis rebus divinis, impia fraude obligari. *Horat. 1. Od. 28. 30.* Negligis immeritis nocituram Postmodo te natis fraudem committere? *Cic. 1. Tusc. 30.* Republ. violanda fraudem inexpiabilem concipere. *Id. Rabir. perduell. 9.* Fraudem capitalem admittere. *Id. 1. Orat. 46.* Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. *Id. Pis. 18. extr.* Fraudem suscipere. — **c**) Et pro poena, detrimento; *pena, danno, pregiudizio*. Aliud tamen est fraus, inquit *Ulp. Dig. 50. 16. 131.*, aliud poena. Fraus enim sine poena esse potest (cum scilicet noxa quidem committitur, sed quam nulla poena consequitur); poena sine fraude esse non potest (quia omnis poena damnum affert). Poena est noxae vindicta: fraus et ipsa noxa dicitur, et quasi poenae quaedam praeparatio. In *vet. formula foederis* apud

Digitized by Google

Liv. 1. 24. Fetialis regem ita rogavit: Rex, facis ne me tu nuncium populi R. Quiritium? Rex respondit: Quod sine fraude mea, populique R. Quiritium fiat, facio. *Cic. 7. Att. 26.* Quod rectius fuit, id mihi fraudem tulit. — **β)** *Fraudi esse* est detrimento esse; *esser di pregiudizio. Id. Mur. 35.* Non igitur, si L. Natta in equitum centuriis voluit esse, id erit eius vitrico fraudi, aut crimini. *Id. Cluent. 33.* Multam petivit: qua lege? quod in legem non iurasset: quae res nemini unquam fraudi fuit. *Id. 5. Att. 21. a med.* Fit gratia Bruti senatusconsultum: ut neve Salaminiis, neve qui eis dedisset, fraudi esset. *Id. 5. Phil. 12.* Censeo, ut iis, qui in exercitu Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ante calendas Februar. ab eo discesserint. — **γ)** *Sine fraude;* sine noxa, aut sine damno, impune. *Id. 1. Leg. 24.* et *Plin. 21. 3. 1.* Coronam virtute partam, et ei, qui peperisset, et eius parenti sine fraude esse lex impositam iubet. *Sall. Cat. 37.* Senatus ceteras multitudini diem statuit, ante quam liceret sine fraude ab armis discedere. *Horat. 2. Od. 19. 19.* Modo coërces viperino Bistonidum sine fraude crines; *senza nocumento.* V. §. 2. — **δ)** *Fraus loci* est error ex ignoratione loci. *Virg. 9. Aen. 397.* — **ε)** Denique

III. *Fraus* per antonomasiam tanquam dea aliqua habita est apud *Cic. 3. Nat. D. 17.*, quae insuper apud *Capell. 1. p. 16.* crebro Cyllenio; h. e. Mercurio, furum et mercatorum numini, obsequitur.

Nota. *Fraus* differt a *dolo*, qui tum in verbis, tum in rebus locum habet: *fraus* praecipue et proprie in rebus. Hoc tamen discrimen et raro servatur, et fere *fraus* de quocumque dolo, fallacia, ac deceptione dicitur. Cf. DOLUS in *Nota* §. 1. — **2)** Aliud discrimen inter *fraudem* et *poenam* dedimus supra §. 8. — **3)** Inter *fraudem*, *dolum* et *insidias* discrimen habes sub v. DOLUS in *Nota* §. 2.

FRAUSUS. V. FRAUDO §. b.

FRAX. V. FRAGES §. b.

FRAXĪNĒTUM, i, n. Nomen a *fraxinus*, quo significatur locus fraxinis consitus. Legitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 242. ed. Mai.*

FRAXĪNĔUS, a, um. Adiect. a *fraxinus;* qui est ex fraxino; *di frassino. Virg. 6. Aen. 181.* Fraxineaeque trabes. *Id. 2. G. 389.* Fraxineasque sudes. *Colum. 6. 3.* Fraxineam frondem. *Ovid. 12. Met. 639.* Fraxinea hasta.

FRAXĪNUS, i, f. Nomen arboris satis notae, quod *Martini* in *Lex. philolog.* putat a *frago* seu *frango*, quod ut probet, adducit locum *Vitruv.* mox afferendum. — Huc fortasse spectat et alter *Isid. 17. Orig. 7. 39.* « Fraxinus vocari fertur, quod magis in asperis locis, montanisque fragis (*lege* montanis atque fragosis) nascatur. » — **b)** Derivata, *fraxinetum, fraxineus, fraxinus, a, um.*

FRAXINUS, Italice *frassino* (*Fraxinus excelsior, Linn.*), arbor est procera et teres, pinnata folio, materie ad plurima utili, hastis praecipue; umbra inimica serpentibus. Eius duo sunt genera, longa et exodis una, altera brevior, durior, fuscior, laureis foliis. Alii situ divisere in campestrem crispam, et montanam spissam. Haec, et alia *Plin. 16. 24. 1.* et seqq. *Vitruv. 2. 9.* Fraxinus sunt lentae et in commissuris et in cosgmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt extentiones. Hinc *Plin. 16. 24. 1.* Fraxinum bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque. *Id. ibid. 77. 3.* Siccior lentitia limo, fraxino, moro. *Id. ibid. 83. 2.* Obedientissima quocumque in opere fraxinus, eademque hastis, corylo melior, cornu levior, sorbo lentior. *Virg. 7. Ecl. 65.* Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in horto. — *Inscr.* in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1855. p. 180.* Ex eo palo e regione ad fraxinum notatam palum fixum esse, etc. — De fraxini usu in medicina, V. *Plin. 24. 30. 1.* — **β)** Metonymice pro telo sive iaculo e fraxino confecto. *Stat. 6. Theb. 102.* et infandos belli potura cruores Fraxinus. *Ovid. 5. Met. 142.* Nam Clytii per utrumque gravi librata lacerto Fraxinus acta femur; h. e. fraxinea hasta, synecdoche. Sic *12. ibid. 324.* ferrataque collo Fraxinus adacta est. Adde *ibid. 122.*

FRAXĪNUS, a, um. Adiect.; qui est ex fraxino. *Ovid. 11. Heroid. 76.* Ut quatitur tepido fraxina virga Noto.

FRAXO, as, āre. Verbum obsoletum, quod fortasse est a φράττω; munio, vel a φυλάξω, fut. verbi φυλάττω; custodio. Exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 91. Müll.* Fraxare, vigilias circuire. *Alii leg.* circumire. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. 13. p. 462.* habet *flaxare*, nihil tamen mutandum censet *Müller*, quamquam de etymo verbi minus certus sit, quam *Doederlin. Syn.* et *Etym. T. 6. p. 122.* V. FLAXO et FREQUENS §. a.

FRĔA, ae, f. Vox Teutonica, ut videtur, quae sic exponitur in *Gloss. Isid.* Fres vel mundiana, de parente suo relicta. V. *Ducange* in *Gloss. med. et inf. Latinit.* ad h. v.

FREDIANI, ōrum, m. Nomen corporatorum collegii alicuius in Africa, ut argui potest ex *Cod. Theod. 16. 10. 20.* Omnia loca, quae Frediani, quae Dendrophori, quae singula quoque nomina et professiones gentilicias tenuerunt epholis vel sumptibus deputata, fas sit etc. — Quinam vero fuerint, mihi non liquet. Cf. tamen *Gothofred.* ad *Cod. Theod. l. c.*

FREDUM, i, n. Vox Germanica, qua significatur mulcta, quae fisco solvebatur. Legitur in *Charta Chlodov.* anni 497. apud *Pardess. Diplom. T. 1. p. 32.* Nec freda exactanda praesumat. Adde *ibid. p. 38.*

FRĔMĔBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *fremo*, syllabica adiectione productum. — Est valde fremens; *fremente. Sil. 3. 463. de elephantis.* At gregis illapsu fremebundo territus, acres Expavit moles Rhodanus. *Accius* apud *Cic. 2. Nat. D. 35. de navi Argo.* tanta moles labitur Fremebunda ex alto, ingenti sonitu et spiritu. — **β)** Item indignabundus, furens; *furibondo, fremente. Ovid. 14. Met. 188. de Polyphemo.* Ille quidem totam fremebundus obambulat Aetnam. Adde *12. ibid. 128.* Sed utroque loco al. aliter leg.

FRĔMENS, entis. Particip. verbi *fremo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Est instrepens, strepens, murmurans; *fremente. Ovid. 5. Met. 627.* lupos audit circum stabula alta frementes. *Horat. 4. Od. 14. 24.* Equus fremens. *Val. Flacc. 1. 594.* Venti frementes. Et *2. 646.* Mare fremens. Et *113.* fremens Fama. Et *6. 182.* frementis agmina telis. *Senec. Troad. 171.* caeco mugitu terra fremens. *Virg. 7. Aen. 787.* Chimaera fremens. Et *12. ibid. 398.* Stabat acerba fremens Aeneas. Et *371.* Turnus animis fremens. *Id. 4. ibid. 229.* bello fremens Italia. *Apul. 8. Met.* Aper frementis oris. *Plin. 33. 12. 1.* Bruti epistolae frementes, fibulas tribunicias ex auro geri; h. e. plenae indignationis.

FRĔMĪDUS, a, um. Adiect. verbale a *fremo;* fremens, fremebundus. *Ovid. 8. Met. 2.* fremida regalis turba Atria complentur. Ita *Heins.*, *alii melius* fremitu regalia turbae, etc.

FRĔMIS, Fremus, Fremiticus, voces sunt a *fremo* ductae, quae leguntur in *Not. Tir. p. 180.* « Fremis, fremiticus. » *Fremis* autem videtur idem ac horror febris. — Et in *Gloss. Lat. Gr.* Fremmus (*lege* fremus, *vel* fremitus); φρονχώ.

FRĔMĪTĬCUS, a, um. Qui febrili horrore laborat. V. voc. praeced.

FRĔMĪTUS, us, m. Verbale a *fremo;* fremor, strepitus, murmur; *fremito, romore, strepito.* Est autem proprie motus quidam, fractus et asper sonus, non plene emissus, sed latens et reconditus, fragori longius ducto similis: qualis est irati maris, leonis rugientis, canis hirrientis, obstrepentis multitudinis, tonantis caeli, et huiusmodi. In *responso Haruspicum* apud *Cic. Har. resp. 10.* Quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. Et *mox.* Strepitus quidam reconditus, et horribilis fremitus armorum. *Id. 1. Divin. 18.* Cum terrae saepe fremitus, saepe mugitus, saepe motus, multa nostrae reipubl. gravia et vera praedixerint. *Id. 5. Fin. 2.* Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere (Adde *Enn.* apud *Serv.* loc. cit. in FREMO §. 1.). *Val. Flacc. 1. 139.* et *Colum. 7. 12. de cane villae custode.* Ut ne visus quidem, horribili fremitu suo fugat insidiantem; h. e. hirritu, quem ante latratum canes emittere solent. *Virg. 11. Aen. 607.* et *Caes. 3. B. C. 38.* Fremitus equorum; *nitrito. Val. Flacc. 3. 237.* fremitus iraeque leonum. *Plin. 8. 25. 1.* tigris. *Id. 9. 15. 1.* inconditus vituli marini. *Virg. 4. G. 216.* apum. *Lucret. 6. 269.* fremitus et fulgura fiunt; *tuoni. Senec. Octav. 409.* truces fremitus tubae; h. e. clangores. — **β)** Tribuitur et hominibus (V. FREMO §. 2. et 4.). *Val. Flacc. 3. 657.* At pius ingenti Telamon iam fluctuat ira, Cum fremitu, saevisque furens in iurgia dictis. *Caes. 2. B. G. 24.* Simul eorum, qui cum impedimentis veniebant, clamor fremitusque oriebatur; *schiamazzo. Virg. 5. Aen. 148.* plausu fremituque virûm Consonat omne nemus. *Ovid. 4. Trist. 2. 53.* Ipse sono plausuque simul, fremituque canentum Quadrijugos cernes saepe resistere equos. *Cic. Flacc. 100. ad fin.* Nego, esse ista testimonia, quae tu psephismata appellas, sed fremitum egentium, et motum quendam temerarium Graeculae concionis. *Senec. Hippol. 830.* Plebilis fremitus; h. e. luctus, querela, clamor. *Tacit. Germ. 11.* Si displicuit sententia, fremitu aspernantur.

Nota. Discrimen inter *fremitum* et *fremorem*, V. infra sub FREMOR in *Nota*.

FREMO, is, ui, itum, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, a Graeca voce βρέμω, quae a vocis et sonitus similitudine ficta est. *Varr. 7. LL. 5. ad fin.* a leonis voce dictum docet, afferens illud *Ennii:* pausam fecere fremendi. — **b)** Particip. *fremens*, V. suo loco, *fremendus*, §. 4. — **c)** Derivata, *fremebundus, fremidus, fremis, fremiticus, fremitus, fremor.* — **d)** Composita, *confremo, defremo, infremo, perfremo.*

FREMO proprie est murmur, crepitum, sonitum edo, validum quidem, sed obscurum et asperum et infractum; *fremere, far romore, o strepito:* et dicitur tam de animalibus, quam de aliis rebus, quae sonum reddunt. *Lucret. 6. 581. de vento.* Speluncas inter magnas fremit ante tumultu. *Martial. 8. 55. de leone.* Tantus in Ausonia fremuit modo terror arena. Et *Virg. 9. Aen. 341.* leo fremit ore cruento. Adde *Plin. 8. 19. 1. Val. Flacc. 2. 266.* fremunt tigres. *Virg. 12. Aen. 921.* murali concita nunquam Tormento sic saxa fremunt; *fischiano.* Sic *Ovid. 1. Trist. 2. 25.* fremunt immani turbine venti. *Stat. 12. Theb. 634.* ventosaque sibilat Arctos; Tunc montes undaeque fremunt. *Ovid. 3. Met. 70.* et *Virg. 11. Aen. 496.* et *599.* fremit acer equus; *nitrisce.*

Digitized by Google

Val. Flacc. 6. 339. tumida fremit inter aqua (de aqua usurpant etiam *Virg. 11. Aen. 229.* et *Enn.* apud *Serv.* ad *1. G. 12.* Sic fremitus ab *Eod. ibid.*). *Virg. 9. Aen. 59.* lupus insidiatus ovili Cum fremit ad caulas. V. alia in FREMENS. *Lucret. 5. 1062.* Irritata canum cum primum magna Molossûm Mollia victa fremunt, duros nudantia dentes, etc. — **2)** Tribuitur saepe hominibus, ad varios animi motus exprimendos, nempe laetitiae, plausus, irae, indignationis, quaestus, luctus etc. *Virg. 10. Aen. 96.* cunctique fremebant Caelicolae assensu vario. *Phaedr. 5. 7.* rumor de tibicine Fremit in theatro: quidam affirmant mortuum, etc. *Virg. 6. Aen. 175.* omnes magno circum ore fremebant. *Id. 5. ibid. 555.* quos omnis euntes Trinacriae mirata fremit, Troiaeque iuventus. Et *8. ibid. 717.* ludisque viae plausuque fremebant; *h. e.* personabant. Sic *Ovid. 3. Met. 628.* festisque fremunt ululatibus agri. *Virg. 1. Aen. 563.* cuncti simul ore fremebant Dardanidae. *Cic. 1. Orat. 44.* Fremant omnes, licet, dicam quod sentio. V. FREMENS. — **3)** Translate. *Calpurn. Ecl. 4. in fin.* Iam fremit aestas; *h. e.* saevit. — **4)** Deinde, transitivorum more,

II. *Fremo* cum accusativo, qui tamen saepe per ellepsin explicari potest, et est fremendo aliquid murmuro, profero, incuso et similia, quae praesertim ex orationis serie intelliguntur. *Virg. 11. Aen. 132.* unoque omnes eadem ore fremebant. *Cass.* apud *Serv.* ad *1. Aen. 39.* Si plebs fremere imperia coepisset; *h. e.* recusare. *Virg. 7. Aen. 460.* Arma amens fremit, arma toro tectisque requirit. — *Stat. 12. Theb. 732.* Sed solum votis, solum clamore fremendo Omnibus in turmis optatque vocatque Creonta. — Sequente infinito. *Cic. 2. Att. 7.* Arrius consulatum sibi ereptum fremit. *Liv. 8. 13.* Pedum expugnandum ac delendum, senatus fremit. *Tacit. 2. Hist. 44.* Praetorianus miles, non virtute se, sed proditione victum, fremebat. Et *4. ibid. 38.* Palam fremebant, non se ultra famem toleraturos.

Nota. Discrimen inter *fremo* et *frendo* habet *Isid. 1. Differ. n. 226.* « *Fremere* est furorem mentis usque ad vocis tumultum excitare: *frendere* vero proprie, dentes comprimere et concutere. Unde *frena* dicta, quod haec equi frendant, idest, premant (*al.* imprimant) dentibus, et mordeant. Hinc et *frenetici* dicti, eo quod dentes concutiant. » Cf. FRENUM §. a.

FRĔMOR, ōris, m. Verbale a *fremo;* fremitus, strepitus, clamor; *fremito, strepito. Vet. Scriptor* apud *Varr. 6. LL. 7.* Arma sonant, fremor oritur. *Virg. 11. Aen. 296.* variusque per ora cucurrit Ausonidum turbata fremor. *Arnob. 1. p. 32.* Quidquid virium continet fremor ille verborum (*magicorum*), atque adiunctae carminum necessitates; *h. e.* sonus, murmur. — In plur. num. *Apul. Florid. n. 17.* Leonum indignati fremores; *ruggiti.*

Nota. Ex his patet discrimen, quod inter *fremitum* et *fremorem* exhibet *Isid. Differ. App. n. 141.* « *Fremor* murmur hominum est, *fremitus* bestiarum, » saltem non semper servatum esse.

FRĔMUS. V. FREMIS.

FRĒNĀTOR, ōris, m. Verbale a *freno;* qui frenat; *domatore. Stat. 1. Theb. 27.* Ignipedum frenator equorum; *h. e.* Sol. — Poëtice. *Val. Flacc. 6. 162.* Iugentis frenator Sarmata conti; *h. e.* moderator et iaculator hastae amentatae. — **2)** Translate. *Plin. Paneg. 55.* Infinitae potestatis domitor ac frenator animus.

FRĒNĀTUS, a, um. Particip. verbi *freno;* adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est frenum habens; *infrenato, imbrigliato. Hirt. 8. B. G. 15.* Equites frenatis equis in stationibus disponit. *Virg. 3. Aen. 554.* Frenatis lucent in equis. *Sil. 11. 266.* Frenata acies; *cavalleria.* — **2)** Translate. *Plin. Paneg. 66.* Obsepta diutina servitute ora reseramus, frenatamque tot malis linguam resolvimus.

FRENDĔO, es, ēre. Verbum intransitiv., idem ac frendo, a quo forma tantum distinguitur. Legitur in *Not. Tir. p. 183.* Prendet, frendescit.

FRENDESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *frendeo;* frendere incipio. Legitur in *Not. Tir. p. 183.* V. loc. in voc. praeced.

FRENDO, frendis, frendui, fresum vel fressum, frendere. Verbum intransitiv. transitivorum more etiam adhibitum, a sono, ut videtur, fictum. Alias tamen eiusdem originis videtur ac *frango*, quod V., coll. VADO §. a. — **b)** Praeteritum *frendui*, apud serioris aevi Scriptores tantum reperitur, ut *Vulg. Interpr. P. 34. 16.* Frenduerunt super me dentibus suis. — **c)** Particip. *frendens* §. *1., fresus* vel *fressus*, v. suo loco. — **d)** Derivata, *frendeo, frendesco, frendor.* V. FRENUM. — **e)** Composita, *infrendo, infrendis, nefrendes, nefrenditium, suffrendus.*

FRENDO proprie est dentes collidendo et constringendo strideo, infrendeo: quod est irati signum; *fremere co' denti. Plaut. Capt. 4. 4. 3.* Nimis hercle ego illum male formidabam: ita frendebat dentibus. *Id. True. 2. 7. 42.* Hoc vide: dentibus frendit, lcit femur. *Ovid. 1. Art. am. 46.* Frendens aper. *Cic.* vertens carmina *Sophoclis, 2. Tusc. 9.* Frendens Nemaeus leo. *Ovid. 8. Met. 457.* tumida frendens Mavortius ira. *Stat. 8. Theb. 767.* ruit omnis, et ambas Consumit sine lege manus, atque irrita frendit Insurgens. *Curt. 4. 16.* Frendente Alexandro, eripi sibi victoriam e manibus. *Liv. 30. 20.* Frendens gemitusque, ac vix lacrimis temperans. *Virg. 4. G. 482.* graviter frendens. *Prudent. 9. Cathemer. 32.* Suetus antro bustuali Sub catenis frendere. — **2)** Translate. *Senec. Herc. Fur. 695.* dolor frendens. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Frendo* cum accusativo, qui explicari etiam potest per ellipsim, eodem sensu translato. *Pacuv.* apud *Non. 3. 103.* Frendere noctes, misera, quas perpessa sum; *h. e.* indignari, queri. *Plaut. frgm. ibid.* Nec, machaera, audes dentes frendere; *h. e.* irasci. — **4)** Significat etiam dentibus, aut alia re frangere; *rompere, frangere. Varr. 2. RR. 4. a med.* Porci dicuntur nefrendes ab eo, quod nondum fabam frendere possunt, idest frangere. *Accius* apud *Non. loc. cit.* saxo fruges frendas. V. FRESSUS.

Nota. Discrimen inter *frendo* et *fremo* dedimus supra sub v. FREMO in *Nota*.

FRENDOR, ōris, m. Verbale a *frendo;* frendendi actus. *Tertull. Resurr. carn. 35. sub fin.* Dentium frendor in gehenna. *Veget. 3. Veterin. 31.* Equus tremorem frendoremque patietur. Adde *Not. Tir. p. 183.* — **2)** Translate in plur. num. *Lucifer, moriendum esse pro Dei filio, p. 1030. Migne.* Metuite frendores recrudescentis in vestram necem infamiae meae, et estote mecum apostatae.

FRĔNĒSIS et derivata. V. PHRENESIS.

FRĒNI, ōrum. V. FRENUM.

FRĒNĬCŬLI. V. FRENUSCULI.

FRĒNĪGER et Fraeniger, ĕra, ĕrum. Adiect. a *frenum* et *gero;* frenum gerens; *infrenato. Stat. 5. Silv. 1. 98.* Quisnam frenigerae signum dare dignior alae? *alla cavalleria.*

FRĒNO et Fraeno, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *frenum*. — *Frenarier* pro *frenari*, paragoge, apud *Prudent.* loc. mox cit. — Particip. *frenatus*, v. suo loco. — Proprie est frenum impono; *porre il freno, imbrigliare. Ovid. 10. Met. 125.* Frenare cervi ora capistris. *Id. 3. Trist. 8. 3.* Medeae vellem frenare dracones. *Prudent. Psychom. 191.* Impatiens sonipes frenarier ora lupatis. — **2)** Translate est cohibere, coërcere, reprimere; *raffrenare, trattenere, moderare. Cic. Mil. 28.* Clodii furores nullis legibus frenare poteramus. *Liv. 30. 11.* Voluptates temperantia frenare ac domare. *Senec. Med. 866.* Frenare iras. *Sil. 10. 340.* spes avidas. *Virg. 1. Aen. 327.* iustitia gentes superbas. Et *58.* Aeolus ventos vinclis et carcere frenat. *Id. 4. G. 156.* hiems glacie cursus frenat aquarum. *Val. Flacc. 1. 22.* Aemoniam primis Pelias frenabat ab annis; *h. e.* regebat, regnabat. *Phaedr. 4. 24.* Exigua materia impetum scribendi frenat. *Seren. Sammon. 47. extr.* Frenare tussim medicamine. Et *29.* Alvum frenat brassica; *h. e.* sistit. *Liv. 26. 29.* Ne quis timore frenari eos dicere posset, quominus de eo libere querantur.

FRĒNUM et Fraenum, i, n. et in plur. num. etiam *Freni*, orum, m. Nomen genere heteroclitum, ut Grammatici vocant, de cuius etymo non ita certi sumus. *Isid. 20. Orig. 16.* « Frena dicta, quod haec equi frendant, id est, imprimant dentibus et obmordeant. » V. REFRENUS. — **b)** Ad scriptionem quod attinet, diphthongus videtur placere *Dausquio*, tum ex satis recepto usu, tum ex origine, qua dictum putat quasi *feri aenum.* Sed et insulsa est etymologia, et vetera monumenta, graviorque *Manutii*, ac *Cellarii* auctoritas *frenum* adstruunt. — **c)** Derivata, *frenator, freno, frenusculi.* — **d)** Composita, *defrenatus, effrenus, freniger, infrenis, offrenatus, suffrenatio, suffreno.*

FRENUM proprie est instrumentum, quo equorum ora coërcentur; *freno, morso, briglia. Cic. Mil. 24.* Scutorum, gladiorum, frenorum multitudo. *Horat. 1. Od. 8. 7.* Ora equi temperare frenis. *Ovid. 3. Met. 643.* coërcere. *Val. Flacc. 1. 424.* contundere freno. Et *6. 377.* tendere frena. Et *8. 154.* et *Ovid. 2. Met. 135.* remittere. *Liv. 1. 48.* Inhibere frenos; *trattenere, tirare.* Eodem sensu *Ovid. 13. Met. 518.* ducere frena. *Virg. 3. Aen. 547.* addere frena equis; *imbrigliare.* Sic *Ovid. 2. Fast. 756.* frenis impedire equos. *Tibull. 1. 3. 42.* frenos ore momordit equus. *Virg. 4. Aen. 135.* frena sonipes spumantia mandit. *Lucan. 7. 551.* frena convertere; *voltare il cavallo.* Et *1. 425.* in gyrum flectere. *Val. Flacc. 1. 658.* contorquere. *Liv. 1. 14.* Circumagere equos frenis. *Curt. 4. 13.* Aurei freni. — Adde *7. 10., Varr. 2. RR. 7., Virg. 3. G. 184.* et *Senec. Tranquill. 13.*, quibus locis masculino genere effertur. — In sing. num. *Horat. 1. Ep. 10. 38.* Equus . . . Imploravit opes hominis frenumque recepit. — **2)** Hinc *frenum mordere* proverbium dictum de iis, qui aegre iugum ferunt, aut se submittunt, et resistunt, etsi inassum. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 23.* et ipse *Cic. ibid. 24.* Si frenum momorderis; *h. e.* si te ferocem et recusantem ostenderis. Adde *Senec. Tranquill. in fin.* — Alio sensu. *Stat. 1. Silv. 2. 28.* sublit leges, et frena momordit, Ille solutus amor; *h. e.* recepit vel invitus, et subactus est. — **3)** Translate. *Cic. Brut. 56.* Alteri calcaria adhibere, alteri frenos; *h. e.* alterum incitare, alterum retinere ac retrahere. *Id. 13. Phil. 9.* Mutinamque illi exsultanti tanquam frenos furoris iniecit. *Liv. 34. 2. ad fin.* Dare fre-

Digitized by Google

ne impotenti naturae; *rallentare il freno*. Sic *Lucan. 7. 124.* laxare frenos furentibus ira. *Horat. 4. Od. 15. 10.* frena licentiae injicere; *mutar freno, raffrenare*. Sic *Juvenal. 8. 88.* pone irae frena modumque. *Curt. 7. 8. a med* imponere frenos felicitati. *Senec. Troad. 279.* regere frenis iram. *Horat. 1. Ep. 2. 63.* animum frenis compescere. *Ovid. 4. Pont. 2. 25.* remittere frena studiis; *rallentare, lasciare*. Et *Senec. ep. 23.* Voluptates tenere sub freno. *Virg. 12. Aen. 568.* accipere frenum; *soggettarsi* (Adde *Liv. 37. 56.*). *Senec. Hippol. 574.* Saepe obstinatis induit frenos amor; *mette il freno*. *Ovid. 2. Pont. 9. 35.* imperii frena moderari; *il governo*. Et *2. Trist. 42.* moderate freno imperii tenere. Et *4. Pont. 15. 27.* capere. *Sil. 4. 240.* Dare alicui rerum frenos; h. e. imperium. *Prudent. praef. Cathemer. 17.* frenos urbium regere. — **4)** Improprie

II. *Frenum* sumitur pro habenis. *Ovid. 3. Amor. 4. 15.* ut primum concessas sensit habenas, Frenaque in effusa laxa iacere iuba. — **5)** Item pro ipso equo, poëtice. *Stat. 11. Theb. 243.* frater muris circum omnibus instat, Portarumque moras frenis adsultat et hastis; *scorre con la cavalleria fin sulle porte*. *Propert. 4. 10. 19.* Idem eques et frenis, idem fuit aptus aratris. — **6)** Item pro quocumque vinculo et compage. *Stat. 10. Theb. 879.* absiliunt pontes, tectique frementis Saxea frena labant. — **7)** Item apud Rhetores pro difficultate in pronunciatione. *Capell. 6. §. 318.* Vitandi etiam freni, qui fiunt ex asperrimis litteris in unum concurrentibus, ut est, etc. — **8)** Denique speciatim *frenum* etiam dicitur vinculum, quo praeputium ab inferiori parte penis glandi adnectitur. *Cels. 7. 25. n. 2.* Subter cutis inciditur usque ad frenum. Et *mox*. Ut vertex eius ad frenum, basis in tergo extremo sit.

FRĒNUSCŬLI et Fraenusculi, ōrum, m. Deminut. a frenum, quo significantur, ut exponit *Isid. 4. Orig. 8.*, ulcera circa victum oris, similia his, quae fiunt iumentis asperitate fremorum. — Iidem appellantur *Frenelli* in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 585.*

FRĒQUENS, entis, omn. gen. Adiect. Ignotae originis. — Est tamen qui *frequens* ab obsoleto *fruco, frago*, vel *frango*, a quo est frequentativum *fraxare* (de quo v. suo loco), ut *frequens* sit, qui saepe *fragit*; h. e. interrogat, ut *laxare* a *tagere*, id est, *tangere*. V. *Lindem.* ad *Festum, p. 433.* — **b)** *Frequens, ferveus* et *furens*, saepe inter se confusa a Librariis fuisse, monet *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 9.* — **c)** Comparat. *frequentior* §. 1. et seqq., superlat. *frequentissimus* §. 2. et seqq. — **d)** Derivata, *frequentabilis, frequentamen, frequentamentum, frequentarius, frequentatio, frequentativus, frequentaticius, frequentator, frequentor, frequentia, frequentidicus, frequentio*. — **e)** Composita, *confrequentatio, confrequento, infrequens, infrequenter, infrequentiatus, infrequentia, perfrequens, perfrequento, refrequento*.

FREQUENS proprie est creber, assiduus in aliquo loco, aut in aliqua re; *spesso, frequente*: et dicitur de personis. *Cic. Orat. 4.* Demosthenes frequens fuit Platonis auditor. *Id. Rosc. Am. 6.* Erat tum Romae frequens, atque in foro quotidie versabatur. *Id. 2. Offic. 15. a med.* Frequentem esse cum aliquo. *Tacit. 4. Hist. 69. extr.* Haud perinde instruendo bello intentus, quam frequens concionibus. *Id. 4. Ann. 3.* Sumitur in conscientiam Rudemus medicus, specie artis frequens secretis. *Ovid. 2. Pont. 6. 35.* Crede mihi, nostrum si non mortale futurum Carmen, in ore frequens posteritatis eris. *Martial. 9. 98.* Frequens conviva. *Ovid. 2. Met. 409.* redit itque frequens. *Ter. Adelph. 1. 1. 60.* Cum illis, qui amabant Chrysidem, una aderat frequens. *Liv. 39. 35.* Quod filium frequentiorem prope cum illis, quam secum, cernebat. *Quintil. 10. 3. 19.* Frequens spectator. *Liv. 3. 44.* Caesonem tum frequentem ad signa fuisse. *Cic. 1. Orat. 57.* Frequens te audivi atque affui. — Cum infinito. *Stat. 7. Theb. 705.* Hic hominum casus lenire, et demere fatis iura frequens. — **2)** Saepe etiam refertur ad numerum, et est, multus, copiosus; *numeroso*. *Cic. 2. Verr. 3.* Videt multos equites R., frequentes praeterea cives atque socios. *Id. 10. Fam. 12.* Senatus est continuo convocatus, frequensque convenit. *Brut. ad Cic. 11. Fam. 10.* Est numerus veteranorum satis frequens cum Ventidio. *Cic. 2. Q. Fr. 4.* Sane frequentes fuimus: omnino ad ducentos. *Id. 7. Phil. 8.* Equites R. qui frequentissimi in gradibus Concordiae steterunt. *Ovid. 1. Art. am. 147.* pompa. *Plin. 2. ep. 18.* et *Suet. Claud. 41.* Frequens auditorium; *piena udienza*. *Id. Caes. 31.* convivium. *Cic. 3. Orat. 33.* Refert etiam, qui audiant, frequentes an pauci an singuli. *Liv. 6. 3.* Si maior frequentiorque legatio ilura sit. *Cic. Brut. 62.* Ut legem Sempronium frumentariam populi frequentis suffragiis abrogaverit. *Caes. 7. B. G. 63.* Eodem conveniunt undique frequentes. — Poëtice. *Horat. 3. Od. 1. 34.* Huc frequens Caementa demittit redemptor Cum famulis; h. e. famulis frequentibus. — *Plin. 9. 55. 2.* Frequens ibi hic piscis, et celeriter capitur. — **3)** Deinde

II. *Frequens* dicitur quoque de rebus et sumitur pro communi, usitato, qui creber vel assiduus est aut fit; *frequente, usitato, comune, spesso*. *Varr. 7. LL. 5.* Apud eundem *Plautum, (Cist. 1. 1. 7.)* Mihi frequentem operam dedistis, valet assiduam. *Asin. Poll.* ad *Cic. 10. Fam. 31.* Salius Castulonensis frequentioribus latrociniis infestior factus est. *Nep. Phoc. 1.* Frequentes delati honores. *Id. Attic. 19. extr.* Frequentior familiaritas. *Cic. Senect. 13.* Frequentia pocula. *Plin. 33. 6. 1.* Frequentior usus anulorum. *Id. 37. 31. 2.* Nec fuit alia gemma apud antiquos usu frequentior. *Gell. 1. 8.* Frequens apud Graecos adagium. *Paul. Dig. 44. 2. 6.* Parere ergo exceptionem rei iudicatae, frequens est; h. e. usitatum est. *Cic. 3. Orat. 47.* Iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles. *Plin. 8. 70. 8.* Est frequens in prodigiis priscorum, bovem locutum. *Id. 20. 26. 6.* Lactucae frequentiores in cibo. *Suet. Tib. 11.* Exorare filiae patrem frequentibus litteris. *Id. Ner. 41.* Frequentia edicta. *Quintil. 1. 3. 39.* Verbum . . . quum apud alios sit etiam frequens, apud alios nunquam reperiatur. — **4)** Speciatim *frequens sententia* est, quae a multis comprobatur. *Plin. 2. ep. 11.* Quae sententia non praevaluit modo, sed omnino post tantas dissensiones fuit sola frequens. — **5)** Item refertur ad locum, ubi multi sunt; *frequentato, pieno*. *Cic. 1. Divin. 28. extr.* Idque frequentissimo theatro, incredibili plausu comprobatum esse. *Id. 2. Phil. 41.* Frequens municipium; *popolato*. *Ovid. 1. Art. am. 585.* Frequens via. *Liv. 58. 18.* Celebre et frequens emporium. *Cic. Planc. 8.* Huius praefectura plena virorum fortissimorum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit. — Cum ablativo. *Plin. 5. 10. 5.* Nilus feris et belluis frequens. *Id. ibid. 11. 1* Aegyptus multis urbibus frequens. *Liv. 31. 23.* Frequentia aedificiis loca. *Colum. 8. 16.* Piscibus frequens vivarium. *Ovid. 16. Heroid. 34.* locus piceis ilicibusque frequens. *Id. 9. Met. 106.* Vorticibus frequens amnis. *Senec. Here. Fur. 1235.* Frequens telis Lernaeis pharetra; *piena*. — *Liv. 58. 11.* Ultra pars frequentior vicis esset. — Cum genitivo. *Tacit. 4. Ann. 68.* Montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quod talis silvae frequens fecundusque erat.

Nota. Discrimen inter *creber* et *frequens*, quemadmodum etiam inter *crebro* et *frequenter*, dedimus sub v. CREBER et CREBRO in *Nota*.

FRĒQUENTĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *frequento*; qui frequentari potest. *Hilar. Tract.* in *Ps. 131. 15.* Exurge igitur in eam requiem, . . . quae introëuntibus frequentabilis est.

FRĒQUENTĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *frequento*; frequentatio. Tribuitur *Sidonio*, loco tamen non indicato. Cf. voc. seq.

FRĒQUENTĀMENTUM, i, n. Verbale a *frequento*, syllabica adiectione productum; frequentatio. *Gell. 1. 11.* Si Graccho concionanti numeros et modos, et frequentamenta quaedam varia tibicen incineret; h. e. frequentes vocis mutationes, discrimina, modulationes. Sic *5. 1.* Si vocum eius festivitatibus, si modulis verborum, si quibusdam quasi frequentamentis orationis moventur.

FRĒQUENTANS, antis. Particip. verbi *frequento*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui frequentat. *Hilar. Tract.* in *Ps. 149. 2.* Quae conscriptorum primitivorum et angelorum frequentantium civitas est; h. e. incolentium.

FRĒQUENTĀRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *frequento*, idem ac frequens, ut exponit *Fest.* apud *Paul Diac. p. 95. Müll.*

FRĒQUENTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *frequento*; actus frequentandi. *Cassiod. 8. Var. 31. a med.* Foedum ergo nimis est nobili filios in desolationibus educare, cum frequentationi humanae videat alites sua pignora commisisse; h. e. consortio hominum frequenti. — **2)** De rebus est frequentia, usus frequens. *Gell. 1. 6. ad fin.* Civitatem salvam esse sine matrimoniorum frequentatione non posse. — **3)** Apud Rhetores est crebritas, congeries; *frequenza*. *Cic. Partit. 35. extr.* Frequentatio argumentorum. *Id. ibid. 16.* consequentium. *Auct. ad Herenn. 4. 19.* verborum densa et continens. — **4)** Inter figuras sententiarum Frequentatio est, ut ait *Id. ibid. 4. 40.*, cum res in tota dispersae cogantur in unum, quo gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit, etc. — **5)** Apud Grammaticos dicitur de verbis frequentativis. *Incert. Grammat. Fragm. De Verb. 41. p. 475. Endl.* Haec enim . . . recipiendi difficultas sub specie frequentationis exprimitur; h. e. verbo frequentativo. *Philarg.* ad *Virg. 4. G. 379. Adolescunt*. Hic vim habet frequentationis. Cf. vocc. seqq.

FRĒQUENTĀTĪVĒ. Adverb. a *frequentativus*; more verbi frequentativi. *Paul.* ex *Festo, p. 373. Müll.* Verberitare Cato frequentative ab eo, quod est verbero, dixit.

FRĒQUENTĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *frequento*, assiduitatem et frequentiam significans; *frequentativo*: ut Frequentativa verba, apud Grammaticos. *Gell. 9. 6.* Ab eo, quod est *ago* et *egi*, verba sunt, quae appellant Grammatici frequentativa, *actito* et *actitavi*. *Macrob. de differ. verb. p. 622.* — Haec forma nonnumquam uno gradu, nonnunquam duobus derivatur, ut *cano, canto, cantito*: nec tamen est in posterioribus maior, quam in prioribus frequentationis expressio. Adde *Charis. 3. p. 226. Putsch.* et *Diomed. 1. p. 355. ibid.*, qui huiusmodi verba appellant etiam *iterativa*. V. hanc voc.

FRĒQUENTĀTO. V. FREQUENTATUS §. 3.

FRĒQUENTĀTOR, ōris, m. Verbale a *frequento*; qui frequentat; *fre-*

Digitized by Google

quentatore. Tertull. Monogam. 8. sub fin. Prandiorum et coenarum cum publicanis frequentator. — In plur. num. *Serv. Centim. praef. 9.* Metra . . . nomina accepere . . . vel ab inventoribus, vel a frequentatoribus. — **B)** Est etiam qui continuo servat. *Apul. Trismeg.* Sol ipse semper gubernator vitalium, vel totius vivacitatis eorum frequentator et dispensator est.

FRĔQUENTĀTUS, a, um. Particip. verbi *frequento*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Est creber factus, usitatus, repetitus; *frequentato, usitato, fallo frequentemente. Plin. 37. 54. 6.* Aromatites, gemma reginis frequentata. *Id. 36. 61. 1.* Frequentata pavimenta. *Cic. 3. Orat. 38.* Verbi translatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis. — **B)** Item abundans. *Id. Brut. 95.* Aliud genus est non tam sententiis frequentatum, quam verbis volucre atque incitatum; *h. e.* non tam sententiosum. — **B)** Absolute, in ablativo casu,

FREQUENTATO, adverbiorum more, est crebro; *più volte. Apul. 9. Met.* Salutem ei fuerat imprecatus, et iterato rursum, et frequentato saepius.

FRĔQUENTER. Adverb. a *frequens.* — Comparat. *frequentius* §. 1. superlat. *frequentissime* §. 1. — Proprie est crebro, saepe; *frequentemente. Auct. ad Herenn. 4. 56.* Ut frequenter et assidue consequamur artis rationem studio et exercitatione. *Cic. Orat. 24.* Translatione frequentissime sermo omnis utitur. *Ovid. 3. Fast. 287.* Non alias missi cecidere frequentius ignes. *Quintil. 1. 10. 4.* Quod Cicero frequentius testatur. *Id. 2. 17. 36.* Non semper etiamsi frequentissime, tuenda veritas erit. *Id. 9. 1. 11.* Continuo aut certe nimium frequenter. Adde *Cic. 1. Rep. 9.* et *Suet. Aug. 45.* Cf. CREBRO etiam in *Nota.* — **B)** *Frequenter* etiam fieri dicitur, quod a multis fit. *Liv. 1. 11.* Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis raptarum. *Cic. 1. Att. 19.* Herennium quendam, tribunum plebis, saepe de Clodio ad plebem traducendo agere coepisse: huic frequenter interceditur. Adde *Varr. Flacc.* in *Kal. mens. April.* V. loc. in GRATIA.

FRĔQUENTĬA, ae, f. Abstractum a *frequens;* frequentatio, crebritas, multitudo; *frequenza, concorso, moltitudine:* adhibetur autem saepius sensu concreto, ratione habita numeri, cum genitivo vel absolute. *Cic. 1. Orat. 45.* Testis est huiusce Q. Mucii ianua et vestibulum, quod maxima quotidie frequentia civium ac summorum hominum splendore celebratur. *Id. 4. Att. 16.* De epistolarum frequentia nihil te accuso. *Id. 2. Orat. 13.* Thucydides ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur. *Plin. 27. 91. 2.* Polygonon alii polygonaton vocant, a frequentia geniculorum; *detta spessezza de' nodi. Vitruv. 9. 9.* Frequentia caeli; *h. e.* densitas aëris. V. CREBRITAS §. 2. *Quintil. 1. 2. 1.* scholarum. *Sall. Iug. 31.* negotiatorum. *Nep. Attic. 22.* Elatus est maxima vulgi frequentia. *Q. Cic. Petit. Cons. 1.* Quotidiana amicorum assiduitas et frequentia. — Absolute. *Cic. 2. Verr. 7.* Hortensius consul designatus domum reducebatur e campo, cum maxima frequentia, a multitudine; *dal popolo in gran numero. Id. Pis. 13. extr.* Frequentia egressum alicuius ornare atque celebrare. *Id. Plane. 8. extr.* Solidam et robustam, et assiduam frequentiam alicui praebere. *Id. Mil. 1.* Stipari frequentia non usitata. *Caes. 3. B. C. 19.* Magna utrinque multitudo convenit . . . qua ex frequentia T. Labienus prodit. *Hirt. 8. B. G. 50.* Ut iis gratias ageret, quod frequentiam atque officium suum Antonio praestitissent.

FRĔQUENTĬDĬCUS, i, m. Nomen proprie adiect. absolute adhibitum de eo, qui frequenter dicit sive loquitur. In *Gloss.* tamen *Lat. p. 147. n. 139. Hild.* Frequentidicus, mathematicus, divinus.

FRĔQUENTO, as, āvi, atum, are. Verbum transitiv. a *frequens.* — Particip. *frequentans* §. 4. et suo loco, *frequentandus* §. 4., *frequentatus*, V. suo loco. — Proprie est frequenter adeo, ventito, visito, saepius cum aliquo sum; *frequentare. Cic. 5. Fam. 21.* Sermones eorum, qui frequentant domum meam. *Tacit. 2. Hist. 16.* Digressis, qui Pacarium frequentabant, nudus et auxilii inops interficitur. *Sall. Cat. 14.* Iuventus, quae domum Catilinae frequentabat. Adde *Quintil. 12. 11. 3. Suet. Vesp. 2.* Princeps locum incunabulorum assidue frequentavit. *Id. Gramm. 7.* Frequentare scholam. *Ovid. 10. Met. 169.* Dum Deus Eurotan immunitamque frequentat Sparten. *Sall. Iug. 73.* Denique plebes sic accensa, uti opifices agrestesque omnes relictis operibus frequentarent Marium. — Passive. *Tacit. 3. Ann. 10.* Iuvenis iam iuventutis concursu, iam publicis studiis frequentabatur. *Id. 13. ibid. 18.* Ne coetu salutantium frequentaretur Agrippina. *Sall. Iug. 19.* Quae loca et nationes ob calorem, aut asperitatem, item solitudines, minus frequentata sunt. — **B)** Item frequenter facio, repeto, ingemino. *Ovid. 12. Heroid. 133.* Turba ruunt, et Hymen clamant, Hymenaee frequentant. *Al. minus recte leg.* Hymenaea frequentant; *h. e.* Hymenaea sacra. V. HYMEN *Senec. Consol. ad Marc. 3.* Frequentare memoriam alicuius; *h. e.* frequenter meminisse. *Sulpicia Sat.* Musa, quibus numeris heroas et arma frequentes; *h. e.* frequenter memoras celebrasque. *Pallad. 1. 18.* Prima trullis frequentetur inductio; *scil.* calcis. Et *24.* Columbae fetus frequentant, si etc. — *Plaut. Cist. 1. 1. 10.* Omnibus relictis rebus Mihi frequentem operam dedistis: eo ego vos Amo . . . *Gis.* Pol istoc quidem nos pretio facile est Frequentare tibi, utilesque habere. — **B)** Translate. *Auct. ad Herenn. 3. 24.* Tu primas quasque partes in animo frequenta; *h. e.* recole, revolve. — **C)** Praeterea

II. *Frequento* est frequentem facere, implere, congregare, conservare; *popolare, riempire, far numeroso, adunare. Cic. 2. Offic. 4.* Frequentare urbes. *Ovid. 4. Fast. 871.* Templa frequentari Collinae proxima portae Nunc decet. *Hirt. B. Afr. 20.* Sagittariis ex omnibus navibus ductis in castra compluribus, frequentabat suas copias. *Colum. 4. 33.* Frequentare casaneta. Et *10. 244.* nova prole mundum. Et *4. 15.* vineam. *Suet. Aug. 46.* Italiam duodetriginta coloniarum numero frequentavit. *Cic. 4. Catil. 7.* Scribae universi, quos casu hic dies ad aerarium frequentavit. *Id. Dom. 53.* Quem tu tamen populum, nisi tabernis clausis, frequentare non poteras. — *Id. 3. Orat. 52. extr.* Tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque verborum. *Id. ibid. 25.* Nec acervatim multa frequentans, una complexione devinciet. *Gell. 13. 26.* Quae a Poëtis, celebrandae et ornandae rei gratia, duobus eadem pluribusve nominibus frequentantur. — **B)** Speciatim vero, sed rarius, est frequentia et multitudine celebro; *celebrare. Cic. 1. Invent 27.* Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus, bellum. *Ovid. 4. Met. 37.* Frequentare sacra. *Auct. Priap. 77.* Eunuchae Cererem nurus frequentant. *Suet. Aug. 53.* Frequentare dies solemnes. *Id. Tib. 32.* exsequias alicuius usque ad rogum.

FRESSUS et Fresus, a, um. Particip. verbi *frendo*, qua frangere significat. V. FRENDO §. 4. — Est fractus, contusus; *pesto, franto. Colum. 6. 3.* Fresi et aqua macerati ervi sextarius. *Id. 2. 11. sub fin.* Cicera bubus ervi loco fresa datur. Et *12. 2 med.* et *Cels. 3. 18. n. 21.* Faba fressa. *Isid. 17. Orig. 4. 4.* Faba *fresa* dicta, eo quod eam homines *frendant*, idest *frangant*, et molendo comminuant.

FRĔSUS, a, um. V. voc. praeced.

FRETĀLĔ, is, n. V. voc. seq. §. 2.

FRĔTĀLIS, le. Adiect. a *fretum;* ad fretum pertinens. *Ammian. 28. 2.* A Rhaetiarum exordio adusque fretalem Oceanum; *h. e.* fretum Britannicum. — **B)** Absolute, substantivorum more,

FRETALE, is, n. Est genus quoddam sartaginis ad frigendum aptae. *Apic. 7. 8.* infunditur in fretali piper, etc.

FRĔTENSIS, se. Adiect. a *fretum;* ad fretum pertinens, speciatim vero ad fretum Siciliae. Hinc *Mare Fretense* est mare, vel fretum Siculum. *Cic. 10. Att. 7.* Hadriano mari Dolabella, Fretensi Curio. *Al. aliter leg.* V. FRETUM §. 4. — **B)** De *legione Fretensi*, V. FRETENSIS in ONOM.

FRĔTRĬĂCUS, i, m. Vox Graeca, φρατριακός; Ionice pro φρατριικός, qua significatur qui alicui fratriae est adscriptus. De his vero sodalitatibus docte commentatus est *Ignarra de phratriis*, quod opus consulesis. *Inscript.* apud *Fabretti, p. 436. n. XVI.* P. Sufenati P. f. Pal. Myroni luperco Laurenti Lavinati, fratriaco Neapoli Antinoitom, et Eunostidon. Addo *alias ibid. n. 74.* et *75.* V. PHRATRIA §. 2.

FRĔTUM, i, n. Nomen a *fervendo*, quasi *fervetum*, quod eo semper concurrant aestus et effervescant, ut ait *Varr. 7. L. L. 3.* Cf. *Isid. 13. Orig. 18. 2.* — Alii conferunt cum Graeca voce πέρα; transitus, quod est a περάω; transeo. — **b)** Alia forma est *Fretus*, us, m. V. infra §. 1. — **c)** Derivata, *fretalis, fretensis.* — **d)** Composita, *perfreto, transfretanus, transfretatio, transfreto.*

FRETUM proprie ac universim dicuntur maris angustiae; *stretto di mare. Lucret. 6. 427.* Presteres . . . freta circum Fervescunt. *Cic. 3. Nat. D. 10.* Fretum Siciliense. *Ovid. 1. Trist. 10. 28.* Sestos Abydena separat urbe fretum. *Cic. 2. Nat. D. 7.* Fretorum angustiae. *Id. 2. Divin. 14. extr.* Quid de fretis et marinis aestibus dicam? *Sall. Iug. 17.* Fretum nostri maris et Oceani. *Lo stretto di Gibilterra. Caes. 2. B. C. 1.* Fretum Siciliae. — Alia forma. *Cic. 7. Verr. 66.* perangusto fretu. Ita enim *Gell. 13. 20.* legit. Idem *Cic.* apud *Charis. 1. p. 103. Putsch.* A Gaditano fretu. *Pors. Licin. ibid.* Salsi fretus. *Messala ibid.* Angustiae fretus. *Novius*, vel *Naev.* apud *Non. 3. 92.* Iaventem per fretum introcurrimus. *Varr. ibid.* Qui est fretus inter Rhegium et Messanam. *Lucil. ibid.* Salis fretus. — **B)** Metonymice pro ipso mari. *Virg. 1. Aen. 611.* In freta dum fluvii current. *Horat. 2. Od. 7. 15.* Fretum aestuosum. *Ovid. 3. Fast. 568.* Libycum. *Id. 2. Pont. 2. 2.* Euxinum. Adde *Eund. 1. Met. 36.* et *Horat. 1. Od. 18. 1.* et *33. 13.* — **B)** Translate ponitur pro fervore et impetu. *Flor. 1. 26.* Talis pace belloque populus Rom. fretum illud Adolescentiae, idest secundam imperii aetatem habuit. *Lucret. 4. 1034.* Tum quibus aetatis freta primitus insinuantur. *Gell. 10. 3.* Invidiae, atque acerbitatis fretum effervescit. — Alia forma. *Lucret. 6. 365.* Nam fretus ipse anni permiscet frigus et aestus; *h. e.* tempus anni, quod inter frigus caloremque intercedit, ut ver. — **C)** Speciatim

Digitized by Google

II. *Fretum* absolute, et κατ' ἐξοχήν dicitur de freto Siculo, quod primum omnium fuit Romanis cognitum, et maxime frequentatum. *Cic. 2. Att. 1.* Cum se ille septimo die venisse a Freto dixisset. *Flor. 2. 2.* Cum a terra Fretum usque venisset. *Id. 1. 26. fin.* Totam inter Alpes Fretumque Italiam armis subegit. Adde *Cic. 3. Verr. 39.* et *4. ibid. 7. fin., Caes. 1. B. C. 29., Suet. Tib. 2.* et *Horat. Epod. 9. 7.* — **b**) Hinc translate. *Cic. Sext. 8.* Ne Scyllaeo illo aeris alicui freto ad columnam adhaeresceret, in tribunatus portum perfugerat; h. e. in puteali Libonis, et ad columnam Maeniam. V. *Scholiast.* ad *h. l.* ab *A. Maio* edit. in *Class. auct. T. 2. p. 129.* — **c**) Impropric

III. *Fretum* de caelo dicitur in illo *Ennii* apud *Non. 295. 29. Mare.* Crassa pulvis oritur, omnem pervolat caeli fretum. — Sic et apud *Varron. 7. LL. 3. fretum caeruleum* ea ratione, qua *Lucret. 3. 277.* aëris mare. — **d**) *Fretum* est etiam nomen comoediae Plautinae deperditae, teste *Gell. 3. 3.*

FRĔTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum, quod quidam derivant a φρητός, syncope pro φορητός, quod est a φορέω; porto, et exponitur, confisus, nisus, fultus; *confidato, affidato:* et construitur frequentius cum ablativo. *Ter. Phorm. 2. 1. 43.* Malitia fretus sua invidias facit. *Cic. 3. Fam. 7. in fin.* Haec scripsi ad te liberius, fretus conscientia officii mei. *Id. 1. Nat. D. 18.* Fretus intelligentia vestra dissero brevius, quam etc. *Id. 2. Orat. 24.* Plerique ingenio freti. *Id. Planc. in fin.* Quod vobis fretus huic saepe promisi. *Q. Cic. Petit. cons. 7.* Amicitiis fretum ac munitum esse. *Virg. 8. Aen. 430.* Ille pedum melior motu, fretusque iuventa. Et *4. ibid. 245.* Illa fretus agit ventos, et nubila tranat. *Plaut. Men. 5. 2. 16.* Quae viros subservire sibi postulant, dote fretae. *Id. Cas. 2. 5. 58.* Dis sum fretus: Deos sperabimus. — Cum dativo apud *Liv. 6. 13.* Multitudo hostium, nulli rei praeter quam numero freta, temere proelium iniit. — Poëtice cum infinito. *Stat. 5. Theb. 23.* tum pontum irrumpere fretae *(naves)* ereptaque oculis non quaerere terras; h. e. ausae. *Inscript.* obelisci in circo max. Romae apud *Orelli, n. 38.* At dominus mundi Constantius omnia fretus Cedere virtuti, terris incedere iussit Haut partem exiguam montis, pontoque tumenti Credidit.

FRĔTUS, us, m. Nomen a *fretus, a, um*, verbalium more effictum, pro fiducia in sexto casu singulari. *Symmach. 2. ep. 82.* (al. *83.*) Ut sancti animi tui fretu nubem invidiae superioris abstergeat.

II. FRĔTUS, us, m. Pro *fretum*, V. FRETUM §. 1. et 3.

FRĬĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *frio;* qui facile friatur, et minutim teri potest; *che facilmente si può sminuzzare, o tritare. Plin. 17. 3. 4.* Tofus natura friabilis. *Id. 34. 55. 1.* Sandaracha pura, friabilisque. *Id. 27. 8. 2.* Friabilis aloe. Adde *12. 37. 8.* et *36. 39. 1.*

FRĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *frio;* tritus, comminutus; *sminuzzato, stritolato. Lucret. 1. 886.* Scilicet et glebis terrarum saepe friatis. *Plin. 12. 26. 1.* Friatum amomum. Adde *34. 31. 1.*

FRĪBŬLĀRĬA. V. FRIVOLARIA.

FRĪBULUS, a, um. V. FRIVOLUS.

FRĪBUSCŬLUM. V. FRIGUSCULUM §. 2.

FRĪCAE, ārum, f. Nomen, quo saxa quaedam vocabant Siculi, quod iis fortasse ad fricandum uterentur, quemadmodum *Plinius, 36. 9. 2.* ait, arena quadam combusta marmora fricando poliri. Nisi vero obstaret quantitas syllabae primae, quae brevis est in *fricas*, longo vero in φρίγω; torreo, illorum potius esset amplectenda sententia, qui a φρίγω derivatum putant φρύξ, φρυκός, quod esset nomen lapidis, qui torreri ac deinde liquefieri posset: Eruditorum itaque esto iudicium. *Sever. Aetn. 326.* Quin ipsis quaedam Siculi cognomina saxis imposuere fricas, etiam ipso nomine signant Fusilium esse notas.

FRĪCĀMENTUM, i, n. Verbale a *frico*, syllabica adiectione productum; fricatio. *Coel. Aurel. 2. Acut. 6.* Blando articulorum fricamento oli. Adde *3. Chron. 2.*

FRĪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *frico;* actus fricandi; *fregagione. Colum. 6. 12.* Fricatione assidua discutitur. *Plin. 28. 14. 1.* Vehemens fricatio spissat, lenis mollit, multa adimit corpus, auget modica. *Cels. 4. 3.* Fricatio omnibus vertebris utilis est. Adde *Plin. 26. 7. 1.* et V. voc. seq. — **b**) In politionibus parietum. *Vitruv. 7. 6.* Quibus inductis, et diligenti tectoriorum fricatione laevigatis.

FRĪCĀTOR, ōris, m. Verbale a *frico;* qui fricat. *Coel. Aurel.* de eo, qui frictionem adhibet aegris, *3. Chron. 7. 92.* Plurimo oleo superfuso, adhibita fricatione, et ministris corpulentis et mollibus, quales esse fricatores salutaribus praeceptis docuimus.

FRĪCĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *frico;* fricatio. *Vitruv. 7. 1.* Super fricaturam incernatur marmor. Et *paulo supra.* Non erit exacta fricatura.

FRĪCĀTUS, a, um. Particip. verbi *frico*, idem quod frictus; *fregato. Plin. 13. 30. 3.* Splendescunt mensae manu sicca fricatae. *Serm. Summon. 6. 76.* Et lutum prodest membris adhibere fricatis. V. FRICO §. 1.

FRĪCĀTUS, us, m. Verbale a *frico*, idem ac fricatio. In sexto casu sing. *Plin. 23. 63. 7.* Emendat dentium vitia crebro fricatu.

* FRICDA, ae, V. FRIGIDUS §. b., coll. §. 4.

FRĪCĬUM, i, n. Verbale a *frico;* frictio, fricatio. *Plin. Valer. 1. 36.* Albi bulbi cinis dentibus fricium est. V. DENTIFRICIUM.

FRĪCO, cas, cui (cāvi), cātum vel ctum, cāre. Verbum transitiv., quod quidam deducunt ab Hebraica voce פָּרַךְ *(phârach);* fricuit: alii a *frio*, quod V., coll. insuper FRUOR §. a. — **b**) Praeteritum *fricavi*, quod tamen in quibusdam ab eo compositis adhibitum reperitur, ut a *confrico, confricavi*, non est in usu. — Ab eo tamen derivantur verbale *fricatio, fricator*, etc. — Hinc duplex participium praeteritum *fricatus* et *frictus*, quod alterum commune habet cum *frigo*. V. FRICTUS §. 1. et 2. — **c**) Particip. *fricans* §. *1., fricandus* §. *1., fricatus* et *frictus*, V. suo loco. — **d**) Derivata, *fricamentum, fricatio, fricator, fricatura, fricatus, us, fricium, frictio, frictor, fricatrix, frictura, frictus, us.* — **e**) Composita, *affrico, confrico, defrico, dentifricium, effrico, infrico, perfrico, refrico, suffrico.*

FRICO proprie est scabo, destringo; *fregare. Virg. 3. G. 256.* Sus pede prosubigit terram, fricat arbore costas. *Vel. Poëta* apud *Gell. 13. 4.* Nam mulos qui fricabat, consul factus est. *Plaut. Poen. 1. 2. 9.* Ex industria ambae nunquam concessavimus Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari. *Martial. 4. 90.* Oleo fricare corpus. *Plin. 12. 34. 6.* Lacrimae probatio, ut sit pinguis, et in fricando odorata. *Id. 20. 20. 2.* Alopecias fricuere tusis caepis. *Scribon. Compos. 255.* Fricatur locus diutius et pressius. Et *Compos. 58.* Huc medicamento si quis dentes fricuerit. *Plin. 36. 48. 1.* Tofus exercetur halitu maris, fricatur vento, et verberatur imbri. *Vitruv. 7. 1.* Cum pavimenta exstructa fuerint, ita fricentur, ut nulli gradus in scutulis, aut trigonis exstent. *Plin. 8. ep. 18.* Dentes lavandos fricandosque praebebat. — *Dionys. Exig. Vit. S. Pachom. 8.* Palaemon fricans manibus frontem et ubertim fundens lacrimas, ait, etc. — **b**) *Fricare genua* est supplicantium. V. CONFRICO §. 2. — **c**) Habet etiam obscenum sensum apud *Petron. Satyr. 92.* et *Martial. 11. 29.*

FRICTĬLIS, le. Adiect. a *frigo;* qui frigitur, apud *Apic. 4. 2.*, ubi alii aliter leg. V. etiam FRITILLA.

FRICTĬO, ōnis, f. Verbale a *frico;* fricatio; *fregagione. Cels. 2. 14.* Frictione, si vehemens fit, durari corpus; si lenis, molliri; si multa, minui; si modica, impleri. V. *Plinii* locum in v. FRICATIO. *Cels. 2. 16.* Frictione uti. Et *ibid.* Frictionem adhibere. Et *3. 18.* lenem admovere.

FRICTOR, ōris, m. Verbale a *frico;* fricator, qui fricat. Legitur in *Not. Tir. p. 132.*

FRICTŌRĬUM. V. FRIXORIUM.

FRICTRIX, īcis, f. Verbale a *frico;* tribas. *Tertull. Pall. 4. ad fin.* et *Resurr. carn. 16.* V. TRIBAS.

FRICTŪRĂ, ae, f. Verbale a *frico;* frictus, fricatio. *Apul. fragm. 10. Met.* apud *Oudend. p. 717.* Priapum frequenti frictura porrixabam.

FRICTUS, a, um. Particip. verbi *frico;* fricatus; *fregato. Iuvenal. 6. 377.* si prurit frictus ocelli Angulus. — **b**) Praeterea

II. *Frictus* est etiam a *frigo;* in sartagine coctus; *fritto. Varr. 2. RR. 4. ad fin.* Porcis lactentibus triticum frictum dari oportet: crudum enim solvit alvum. *Plaut. Poen. 1. 2. 113.* Frictae nuces. *Plin. 29. 11. 4.* Ova fricta ex oleo. *Id. 22. 69. 1.* Fricta faba. Adde *Cels. 2. 30.* — **b**) Festive *Plaut. Bacch. 4. 5. 6.* Versabo ego illunc hodie, si vivo, probe: Tam frictum ego illum reddam, quam frictum est cicer. V. FRIXUS etiam in *Nota.*

FRICTUS, us, m. Verbale a *frico;* idem ac frictio, seu fricatio. *Iuvenal. 6. 322.* Frictum crissantis adorat. *Alii melius leg.* fluctum. *Capell. 7. §. 805.* Frictuque palmulari madida detergit ora.

FRIDUS.
FRIGDARIUS.
FRIGDEO.
FRIGDESCO.
} V. FRIGEO et FRIGIDUS.

FRIGDOR, ōris, m. Verbale a *frigido*, a quo per syncopen *frigdo*, unde *frigdor*, idem quasi frigus. *Theod. Priscian. 2. 16.* Frigdore quodam et singultu. *Id. de diaeta.* Frigdor cordis. Cf. FRIGOR.

FRĪGĔDO, ĭnis, f. Verbale a *frigeo*, idem quod frigus, apud Veteres. *Varr.* apud *Non. 2. 344.* et *3. 97.* Aquiloniam intus servat frigedinem.

FRĪGĔFĂCĬO, făcis, fectum, făcĕre. Verbum transitiv. a *frigeo* et *facio*, cuius passivum anomalon, *frigefio, fis, fieri.* — Est frigore facio, frigidum reddo; *raffreddare. Boëth.* in *Porphyr. 3. p. 190.* Dicimus ignem calefacere et frigefacere, quod scilicet ad faciendum refertur. Dicimus aquam calefieri et frigefieri, quod nihilominus ad faciendi ducitur praedicamentum. *Onom. Lat. Gr.* Frigefacio; φύχω.

FRĪGĔFĂCTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *frigefacio;* frigidum facio; *raffreddare. Plaut. Poen. 3. 3. 14.* Calidum prandisti prandium hodie, qui os nunc frigefactas? Cf. FRIGIDEFACTO.

FRĪGĔFĬO, fis, fieri. V. FRIGEFACIO.

FRĪGENS, entis. Particip. verbi *frigeo*, adiectivorum more etiam

Digitized by Google

adhibitum; algens, frigidus; *freddo*. *Virg. G. Aen. 219.* corpusque lavant frigentis et unguant; *h. e.* mortui. *Claud. Mamert. 1. Stat. an. 6. n. 2.* Igitur tactu calentia frigentiaque discernimus. — **β)** Translate. *Id. ibid. 11.* Vide quam parvo negotio veritatis calor frigentium verborum pruinas liquefaciat. Cf. FRIGNO §. 4. et 5.

FRĪGĔO, gŭi, gĭtum, gēre. Verbum intransitiv. a Graeco φρίσσω, *f* praemissa, ut saepe alias, loco aspirationis. Cf. et RIGNO. — **b)** A *frigeo* inserta littera *d*, ut alibi in similibus verbis observatum est, fit *frigidus*, a quo per syncopen *frigdus*, unde apud sequioris aevi Scriptores, aut certe vulgo usurpata fuisse videntur vocabula *frigdeo, frigdui* in *Gloss. Lat. p. 148. n. 243. Hild.*, *frigdesco* in *Gloss. Pap.*, et *frigdor* in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 546.* et *7. p. 562.* Cf. FRIGIDUS. — **c)** Praeteritum *frixi*, quod commune habet cum *frigo (Macrob. de Differ. verb. p. 660.)*, agnoscitur a *Diomed. 1. p. 369.* et *Priscian. 9. p. 870.*, et habet *Liv. Andron.* apud *Serv.* ad *1. Aen. 9.* « Igitur demum Ulixi cor frixit prae pavore. » Et probatur etiam ex compositis *perfrixi, refrixi*, etc. *Cic. 1. Att. 1.* Cum Romae a iudiciis forum refrixerit. — Sed etiam *friguit* pro *frixit* usurpat *Hieronym. ep. 32. n. 2.* Isaac duplices David annos habuit, et cum Rebecca iam vetula numquam friguit. Cf. *frigdui* allatum in §. praeced. — **d)** Particip. *frigens* §. 4. et 5. et suo loco. — **e)** Derivata, *frigdor, frigedo, frigero, frigesco, frigidarius, frigide, frigiditas, frigidiusculus, frigido, frigidulus, frigidus, frigor, frigorificus, frigoro, frigus, frigusculum*. — **f)** Composita, *defrigeo, frigefacio, frigefacto, frigorificus, infrigeo, infrigesco, infrigidatio, infrigido, interfrigesco, perfrigeo, perfrigero, perfrigidus, refrigeo, refrigero, subfrigido, subfrigidus*.

FRIGEO proprie est frigidus sum, algeo; *esser freddo*. *Ter. Phorm. 5. 8. 5.* Tange: si non totus friget, me emeca. *Pers. 3. 105.* summosque pedes attinge, manusque: Non frigent. *Sever. Aetn. 551.* Quamvis caeruleo siccus Iove frigeat aether. — **2)** Translate sumitur pro languere; *illanguidirsi*. *Virg. 5. Aen. 396.* Gelidus tardante senecta Sanguis hebet, frigentque effetae in corpore vires. — **3)** Hinc proverbialis locutio apud *Cic. 2. Nat. D. 23.* ex *Ter. Eun. 4. 5. 6.* Verbum hercle hoc verum est: Sine Cerere et Libero friget Venus. — **4)** Latiore significatione tam de rebus, quam de personis,

II. *Frigeo* est cessare, segnem, otiosum esse; *rimanere inattivo, languido, rimesso, irresoluto, ristagnare*. *Auct. ad Herenn. 4. 15.* In re frigidissima cales, in ferventissima friges. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 6. ad fin.* Quod tibi supra scripsi Curionem valde frigere, iam calet, *supra ibid. dixerat*, Curioni nostro tribunatus conglaciat; *h. e.* iners, otiosus est. *Ter. ibid. 3. 3. 9.* Ipsa accumbere mecum, mihi sese dare, sermonem quaerere. Ubi friget, huc evasit, quampridem pater, etc.; *h. e.* ubi, deficiente materia, cessat, vel haeret in sermone instituto. *Sil. 16. 397.* frigens animis, nec bello prospera turba; *h. e.* segnis, timida: cui *fervens* opponitur. *Gell. 2. 23.* Quantum stupere atque frigere, quantumque mutare a Menandro Caecilius visus est! *h. e.* hebes ac frigidus esse. *Cic. 7. Fam. 10.* Valde metuo ne frigeas in hibernis: quamobrem camino luculento utendum censeo. *Quintil. 4. 2. 59.* Frigere videntur ista plerisque. *Alii leg.* frigida. — **5)** Item, ratione habita eorum, ad quos sermo refertur, *frigere* est frigide haberi, non placere; *essere accolto freddamente*. *Cic. 11. Fam. 14.* Mihi crede, plane iam, Brute, frigeo, ἔργασαι enim erat meum sensatus; id est iam dissolutum. *Id. 4. Verr. 23.* Cum omnia iudicia frigerent. *Id. 6. Phil. 5.* Iacent beneficia Nuculae, friget patronus Antonius. *Id. 3. Q. Fr. 8.* Memmius in adventu Caesaris habet spem: in quo illum puto errare: hic quidem friget; *h. e.* languet in petitione consulatus (V. *ibid. 2. sub fin.*). *Id. Brut. 30.* Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sane frigenti ad populum: mihi cane et Musis. *Ter. Eun. 2. 2. 37.* Nimirum hice homines frigent. *Cic. 7. Fam. 11. fin.* Sin autem ista frigebunt, recipias te ad nos.

FRĪGĔRO, as, āre. Verbum transitiv. a *frigus;* frigus affero; *rinfrescare*. *Catull. 61. 27.* Perge linquere Thespiae Rupis Aonios specus, Lympha quos super irrigat Frigerans Agasippe. *Cod. Aurel. 3. Acut. 21. n. 208.* Frigerandi cholerici. *Alii leg.* Frigorandi.

FRĪGESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *frigeo*. — Particip. *frigescens* §. 1. — Proprie est frigidus fio; *divenir freddo, raffreddarsi*. *Cato, RR. 156. 6.* Eodem addito oleum, postea fervefacito: infundito in catinum, uti frigescat. *Lucret. 6. 863.* subtus frigescit terra coitque. *Quintil. 11. 3. 78.* Sanguis abit omnis, et pallore frigescit. *Tacit. 13. Ann. 70.* Ubi frigescere pedes manusque intelligit. *Curt. 8. 10.* Cum crus saucium penderet, et cruore siccato frigescens vulnus aggravaret dolorem. — **3)** Translate est languescere, cessare. *Cod.* ad *Cic. 8. Fam. 6. a med.* Si Parthi vos nihil calefaciunt, nos hic frigore frigescimus. *Quintil. 11. 3. 153.* Vis illa dicendi solvitur, et frigescit affectus. *Id. 6. 1. 29.* Non patiamur frigescere hoc opus (*idest*, miserationem). *Id. Declam. 1. 6.* Frigescunt impetus mentium, quos non explicant ministeria membrorum. *Val. Flacc. 3. 368.* patria ex oculis, acerque laborum Pulsus amor, segnique iuvat frigescere luctu. — **3)** Ratione habita aliorum, est affectu et gratia minui. *Pers. 1. 108.* vide, sis, ne maiorum tibi forte Limina frigescant; *h. e.* ne gratiam potentiorum amittas, et eorum aedibus excludaris. Sic *frigus* de gratia amissa, et interrupta amicitia dicitur, quam vocem vide §. 6.

FRĪGĬDA, ae, f. V. FRIGIDUS §. 3.

FRĪGĬDĀRĬUM, ii, n. V. voc. seq. §. 2. et 3.

FRĪGĬDĀRĬUS (et *per syncop.* Frigdarius. V. §. 3.), a, um. Adiect. a *frigidus;* ad frigus inducendum pertinens. *Vitruv. 5. 10.* Abena super hypocaustum tria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium; et ita collocanda, uti ex tepidario in caldarium, quantum aquae caldae exierit, influat; de frigidario in tepidarium ad eundem modum; *h. e.* ahenum aquam frigidam continens. *Plin. 2. ep. 17. ante med.* Balinei cella frigidaria; *h. e.* ubi frigida lavabant. *Pallad. 1. 41.* Frigidaria maltha. V. CALDARIUS. *Id. ibid. 40.* Frigidaria fistula; *h. e.* unde aqua frigida effluit. *Petron. Satyr. 73.* Cisterna frigidaria. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FRIGIDARIUM, ii, n. Est locus in balineis, ubi frigida lavabant. *Vitruv. 5. 11.* E regione frigidarii collocetur concamerata sudatio. — **3)** Item locus frigidus reponendis cibis, ut serventur; *ghiacciaia*. *Lucil.* apud *Priscian. 10. extr.* Sallere muraenas, mercem in frigdaria ferre, *syncop.*

FRĪGĬDĒ. Adverb. a *frigidus*. — Comparat. *frigidius* et superlat. *frigidissime*, §. 2. — Proprie est cum frigore, atque hinc translate, languide, remisse, sine vi et efficacia; *freddamente*. *Coel.* apud *Cic. 8. Fam. 10.* Quae cupiunt, tamen ita frigide agunt, ut nolle existimentur. — **2)** Item communiter, vulgariter, sine affectu. *Gell. 7. 3. a med.* Haec Tiro in Catonem non minus frigide sane, quam inaniter. *Id. 13. 24.* Duobus verbis, idem significantibus, inepte et frigide uti. *Id. 19. 3.* Turpius est exigue atque frigide laudari, quam insectanter et graviter vituperari. *Quintil. 6. 3. 4.* Cicero multa dixit facete: et illa ipsa, quae sunt in Verrem dicta frigidius, aliis assignavit. *Id. ibid. 1. 39.* Transtulit patronus aliquando puellam, quae soror esse adversarii dicebatur, in adversa subsellia, tanquam in gremio fratris relicturus: at ia a nobis praemonitus, aufugerat. Tum ille, alioqui vir facundus, inopinatae rei casu obmutuit, et infantem suam frigidissime reportavit. *Id. 11. 3. 133.* Et si aliquando concitate itur, nunquam non frigide itur.

FRĪGĬDĔFACTO, as, āre. Verbum transitiv. origine et significatione idem ac frigefacto. *Plaut. Rud. 3. 2. 39.* Os calet tibi: num gith frigidefactas? *Al. leg.* frigefactas. V. GITH et FRIGEFACTO.

FRĪGĬDĬTAS, atis, f. Abstractum a *frigidus;* frigoris captatio, *infreddatura*. *Coel. Aurel. 1. Chron. 1. sub init.* Generatur *(cephalaea)* saepius perfrictione, aut frigiditate, aut contrario solis exustione, aut continuatione vigiliarum. Adde *Boëth.* in *Aristot. praedic. 3. p. 175.*

FRĪGĬDĬUSCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *frigidus;* subfrigidus; *freddiccio*. — Translate. *Gell. 3. 10. sub fin.* Sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula: veluti septem opera esse in orbe terrarum miranda, et sapientes item veteres septem, etc. *h. e.* leviora, languidiora, parvi momenti.

FRĪGĬDO, as, āre. Verbum transitiv. a *frigidus;* frigus induco; *raffreddare*. *Coel. Aurel. 3. Acut. 17. a med.* Plumbum tactu frigidat. *Id. ibid.* Ob frigidandum corpus. *Id. 1. ibid. 17.* Frigidans membranam.

FRĪGĬDOR. V. FRIGDOR.

FRĪGĬDŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *frigidus;* aliquantum frigidus; *freddiccio*. *Virg. Cir. 251.* Frigidulam iniecta circumdat veste puellam. Et *348.* frigiduli ocelli. — **2)** Item aliquanto remissus, languidulus, semimortuus. *Catull. 64. 130.* Atque haec extremis moestam dixisse querelis, Frigidulos udo singultus ore cientem.

FRĪGĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *frigeo*, inserta littera *d*, eadem ratione qua ab *albeo, albidus; algeo, algidus*, etc. — **b)** Syncopen patitur, praesertim in derivatis; hinc *frigdeo, frigdesco, frigdor, frigdarius;* Cf. RIGNO §. b. — *Frieda* tamen absolute pro *fetgida* improbat *Grammat.* in *Append. Probi p. 138. Keil.* — **c)** Porro pro *frigdus*, omissa *g*, etiam *fridus* vulgo ex corrupta pronunciatione usurpatum esse testatur *Inscr.* Pompeiana in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1821. p. 12.*, quae legitur supra duos homines, quorum alter ab altero potionem his verbis petit: *Da fridum pusillum*. Hinc Italice quod *freddo* appellatur. — **d)** Comparat. *frigidior* §. 1. et *2.*, superlat. *frigidissimus* §. 1. et 7. — **e)** Derivata et composita, V. in RIGNO, et Cf. VRIVOLUS *init.*

FRĪGIDUS proprie est frigus habens, gelidus, algidus; *freddo*. *Horat. 1. Od. 1. 25.* Manet sub Iove frigido Venator. *Cic. 2. Leg. 3.* Nec ullum hoc frigidius flumen attigi. *Caes. 4. B. G. 1.* Frigidissima loca. *Plin. 5. ep. 6.* Caelum est hieme frigidum et gelidum; *h. e.* frigus et gelu inducens. *Virg. 8. Ecl. 71.* Frigidus anguis. Et *14.* Frigida noctis umbra. *Vitruv. 10. 21.* Laminae ferreae ex frigido ductae; *tirate a ferro freddo*. *Plin. 26. 71. 1.* frigida febris. *Virg. 2. G. 469.* Frigida Tempe; *fresca*. Sic *3. 324.* frigida rura Carpamus. Et *336.* frigidus

Digitized by Google

aëra vesper Temperat. Et *Ovid. 2. Amor. 16. 36.* Frigidaque arborea mulcent aura comas. *Horat. 1. Ep. 16. 15.* Ut nec frigidior Thracam ambiat Hebrus. *Id. 3. Od. 4. 22.* Frigidum Praeneste. *Id. 2. Sat. 3. 290.* Frigida quartana. — Poëtice. *Id. 3. Od. 7. 6.* Ille frigidas Noctes non sine multis Insomnis lacrimis agit. — **2)** *Aquam frigidam suffundere* proverb. apud *Plaut.* V. AQUA §. 4. *fin.* — **3)** Hinc absolute, substantivorum more,

FRIGIDA, ae, f. Est aqua frigida; *acqua fredda, o fresca. Cels. 1. 3. ante med.* Ne ex hac quidem causa sudanti frigidam bibendam esse. *Plin. 3. ep. 5.* Frigida lavari. *Suet. Claud. 40.* Frigidam aegro dare. Adde *Quintil. 5. 11. 31.* — **4)** Huc spectant etiam *Frisda, ae,* f. et *Fridum, i,* n., de quibus V. supra §. b. et c. — **5)** Deinde, speciatim

II. *Frigidus* dicitur de mortuis et morientibus. *Virg. 4. G. 506.* de *Eurydice.* Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba. Et *525.* Eurydicen vox ipsa et frigida lingua, Ah, miseram Eurydicen anima fugiente vocabat. *Id. 4. Aen. 385.* et *Val. Flacc. 5. 26.* Frigida mors. — **6)** Item de metu perculsis. *Val. Flacc. 7. 339.* Quis fragor hic? quaenam tantae, dic virgo, ruinae? Exclamat, stricto Aesonides ataus frigidus ense. *Sil. 2. 538.* formidine turpi Frigida corda tremunt. *Virg. 3. Aen. 29.* mihi frigidus horror Membra quatit. *Iuvenal. 1. 166.* Frigida mens criminibus. — **7)** Translate saepe est lentus, languens, remissus, iners, sine vi et efficacia. *Cic. 3. Q. Fr. 3. a med.* Frigidissimis accusatoribus uti. *Id. Brut. 48.* Nimis ille quidem lentus in dicendo et paene frigidus. *Id. Caecin. 21.* Frigida et ieiuna calumnia. *Ovid. 4. Pont. 2. 45.* Quid, nisi Pierides, solatia frigida, restat? *Lucan. 5. 215.* et *7. 502.* Frigidus ensis; h. e. nulla caede calens, otiosus. *Iuvenal. 6. 124.* Frigidus aevo Laomedontiades. *Virg. 3. G. 97.* equus senior, frigidus in Venerem. *Id. 7. Aen. 358.* frigida bello dextera. *Val. Flacc. 7. 585.* clypeoque illiditur ignis Frigidus, et viso pallescit flamma veneno. — *Ovid. 2. Amor. 1. 3.* Me legat in sponsi facie non frigida virgo; h. e. amore fervens. — **8)** Sensu morali de eo, qui caret calore, sive charitate. *Vulg. Interpr. Apoc. 3. 15.* Scio opera tua; quia nec frigidus es, neque calidus: utinam frigidus esses, aut calidus, etc. — **9)** Item speciatim de rebus

III. *Frigidus* est insulsus, ineptus, inanis, absurdus, quasi frugis expers et sententiae. *Cic. Brut. 66.* Acumen saepe stomachosum, nonnumquam frigidum, interdum etiam facetum. *Id. 2. Orat. 65.* Verba frigidiora vitare. Et *64.* Haec aut frigida sunt, aut tum salsa, cum etc. *Plin. 1. ep. 9.* Subit recordatio, quot dies quam frigidis rebus absumpsi! *Quintil. 9. 3. 74.* Frigida et inanis affectatio. *Senec. 2. Ira, 11.* Quid enim est iracundia in supervacuum tumultuante frigidius? — **10)** Dicitur etiam *frigidum*, quod inertes ac segnes facit. *Horat. 1. Ep. 3. 26.* Frigida curarum fomenta relinquere. *Lucret. 4. 1083.* Frigida cura. — **11)** *Frigida negotia;* h. e. levia, nullius momenti. *Plin. 9. ep. 2.* Multum distringebar, plerumque frigidis negotiis, quae simul et evocant animum, et comminuunt. — **12)** Frigidae, et inconstantes litterae, *Cic. 10. Fam. 16.* h. e. ineptae, frivolae, et levissimis rebus refertae. — **13)** Frigida tecta apum, apud *Virg. 4. G. 164.* sunt alvearia vacua melle, et in quibus nullum apum fervet opus, ut ait *Id. ibid. 169.*

FRĪGILLĀ. V. FRINGILLA.

FRĪGO, gis, xi, ctum, gĕre. Verbum transitiv. a Graeca voce φρύγω. — **b)** Praeteritum *frixi* commune habet cum *frigeo*, teste *Macrob. de Differ. Verb. p. 660.*, agnoscitque etiam a *Diomed. 1. p. 369. Putsch.* — **c)** Hinc particip. duplex *frictus* et *frixus*, quae V. suo loco. — **d)** Derivata, *frictilis, frixo, frixorium, frixura.* — **e)** Composita, *confrixo, confrixus, refrigo.*

FRIGO proprie est in sartagine torreo; *friggere. Cato, RR. 106.* Sesquilibram salis frigito. *Ovid. Medic. fac. 70.* inflantes corpora frige fabas. *Plin. 18. 14. 1.* Frigunt hordeum, deinde molis frangunt. *Vulg. Interpr. Lev. 6. 21.* Quae in sartagine oleo conspersa frigetur. *Id. 1. Paral. 9. 31.* Praefectus erat eorum, quae in sartagine frigebantur. — *Id. Ierem. 29. 22.* Ponat te Dominus sicut Sedeciam et sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne. — **2)** Deinde

II. *Frĭgo*, correpta penultima, exponitur a *Non. 4. 200.* pro *frigutire. Afran. ibid.* Occasionem nacta mulier involat in collum, plorat, orat; accurrit nepos Pusillus; neptis porro de lecto frigit; *gannola, frigge:* Itali enim ita dicunt de pueris submissa voce lamentantibus; quod a sono eorum, quae frigunter ductum videtur. V. FRIGUTIO. — **3)** Item

III. *Frigo*, eodem *Non.* interprete *ibid.* et *1. 12.*, est etiam subsilire, origi, excitari, quod quae frigunter, cum sono sursum subsiliunt: correptamque itidem ait habere hoc sensu primam syllabam. *Varro:* Saepe totius theatri tibiis, crebro flectendo, commutari meatus, frigi animos eorum. Addit *Accii* duo loca, de quibus vide *Bothe* ad *loc. cit.* in *Poëtar. tragic. fragm. p. 215.*

FRIGOR, ōris, m. Verbale a *frigeo;* idem ac frigus. *Theod. Priscian. 2. 13.* Molestissimus frigor. Cf. FRIGUS.

FRĪGŌRĬFĬCUS, a, um. Adiect. a *frigus* et *facio;* frigus inducens; *frigido. Gell. 17. 8. a med.* Acetum omnium maxime frigorificum est: atque id nunquam tamen concrescit.

* FRĪGŌRĬTĬCUS, a, um. Adiect. a *frigus*, syllabica adiectione productum. Legitur pro febrienti apud *Venant. Vit. S. Radeg. 20.*

FRĪGŌRO, as, āre. V. FRIGERO.

FRĪGŬLO, as, āre. Verbum intransitiv., exprimens vocem graculi. *Auct. carm. Philom. 28.* Graculus at frigulat. Cf. FRIGUTIO.

FRĪGULTĬO. V. FRIGUTIO.

FRĪGUS, ŏris, n. Verbale a *frigeo*, sive a Graeca voce ῥῖγος; rigor, praemissa littera *f* loco aspirationis, ut saepe alias. V. FRIGERO §. a. — Proprie est sensus subtractionis necessarii caloris, vel qualitas contraria calori; *freddo. Plaut. Merc. 5. 2. 18.* Neque mihi ulla obsistet amnis, neque mons, neque adeo mare, Nec calor, neque frigus: metuo neque ventum, neque grandinem. *Cic. 10. Fam. 3.* Vix in ipsis tectis frigus vitatur. *Id. 2. Offic. 4.* Tecta quibus frigorum vis pellitur. *Ovid. 3. Trist. 10. 19.* Pellibus arcere frigora. *Virg. 7. Ecl. 6.* defendere a frigore. *Cels. 2. 1.* Infestari frigore. *Horat. 1. Ep. 17. 51.* mori frigore; *morir di freddo. Cic. 5. Verr. 40.* Cum esset vinctus nudus in aëre, in imbri, in frigore. *Id. Rosc. Am. 45.* Aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit. *Lucret. 4. 260.* Aere ferit frigus. *Virg. 1. G. 93.* penetrabile frigus adurit. *Curt. 8. 4.* Imbrem vis frigoris gelu adstringit. *Colum. 1. 4. a med.* Loca, quae frigoribus hiemis intolerabiliter horrent. *Cic. Arat. 68.* tremulo quatietur frigore corpus. *Virg. 10. Ecl. 48.* ne te frigora laedant. *Horat. 1. Ep. 11. 15.* colligere frigus; *contrarre freddo. Lucret. 5. 906.* rigere frigore. *Horat. 2. Sat. 6. 45.* Matutina parum cautos iam frigora mordent. *Cels. 2. 1.* Fere matutinis temporibus frigus est; *fa freddo. Cic. 2. Nat. D. 60.* ut tectis septi frigora caloresque pellamus. *Plin. 17. 41. 1.* Frigus adurit vites. *Id. 18. 69. 4.* Frigus roscidum Lunae. *Id. ibid. 67. 2.* Frigoris iniuria. *Id. 32. 58. 2.* Frigora febrium. *Id. 31. 32. 2.* Frigore infestari. *Id. 17. 35. 5.* hebetari. *Id. 30. 25. 1.* Frigori se committere; *esporsi al freddo.* — **2)** Latiore significatione

II. *Frigus* dicitur etiam de mitigatione caloris; *frescura, fresco. Virg. 1. Ecl. 8.* pecudes umbras et frigora captant. Et *ibid. 53.* frigus captabis opacum. *Horat. 3. Od. 13. 10.* Fons praebet tauris fessis frigus amabile. *Ovid. 10. Met. 129.* arborea ducebat frigus ab umbra. *Martial. 4. 64.* Albanos quoque, Tusculosque colles, Et quodcumque iacet sub Urbe frigus; h. e. locus viridis, amoenus, et aestati frangendae aptus. *Id. 1. 56.* Quisquam picta colit Spartani frigora saxi; h. e. frequentat atria divitum marmore strata Laconico, vel pavimentum opere musivo variegatum. — **3)** Item de hieme. *Virg. 2. Ecl. 22.* Lac mihi non aestate novum, non frigore defit. *Id. 1. G. 300.* Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur. *Colum. 5. 10.* Ficum frigoribus ne serito. — *Tibull. 1. 8. 39.* Quae frigore sola dormiat. — **4)** Item de morte. *Lucret. 3. 402.* Et gelidos artus in leti frigore linquit. *Ovid. 2. Met. 611.* letale frigus. *Stat. 5. Silv. 3. 19.* Animae supremum frigus. *Virg. 12. Aen. 901.* illi solvuntur frigore membra. *Lucret. 4. 925.* Frigus aeternum leti. — **5)** Item de metu. *Id. 1. ibid. 96.* Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra. — **6)** Translate est languor, tarditas; *rilassatezza, languore, inerzia. Cael.* apud *Cic. 8. Fam. 6.* Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigescimus, etc. *Ovid. 2. Fast. 856.* tuo Tereus frigore laetus erit. Cf. *Interpr.* ad h. l. — **7)** Praeterea, ratione habita aliorum, de quibus est sermo, *frigus* refertur ad animum, quo quis excipitur, aut quo quis affectus est ergo nos, et dicitur de amissa aut saltem imminuta gratia vel amicitia; *freddezza, fredda accoglienza, sfavore. Senec. ep. 122. a med.* Montanus Iulius et amicitia Tiberii notus, et frigore. *Horat. 2. Sat. 1. 60.* O puer . . . metuo, maiorum ne quis amicus Frigore te feriat. Adde *Suet. Aug. 66.*, ut leg. *Lips.* et *Muret.* et V. FRIGUSCULUM, FRIGESCO et REFRIGERATUS. — **8)** Refertur etiam hoc sensu ad sermonem. *Plin. 6. ep. 10.* Interim Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit; *lo raffreddò, lo sbigottì. Quintil. 6. 1. a med.* Imperitia et rusticitas, et deformitas afferunt frigus; h. e. vim, caloremque orationis exstinguunt. Adde *Cic. 2. Q. Fr. 13., Quintil. 2. 12. 6.* Illud quaestionum et argumentorum apud corrupta iudicia frigus evitant. Adde *3. 7. 31.*

FRĪGUSCŬLUM, i, n. Deminut. a *frigus;* parvum frigus; *picciol freddo. Tertull. Anim. 25. a med.* — **2)** Translate est iurgium, offensa inter coniuges. *Ulp. Dig. 24. 1. 32. §. 12.* Quid si divortium non intercesserit, sed frigusculum? profecto valebit donatio, si frigusculum quievit. *Brisson.* putat legendum *frivusculum*, quasi diminutivum a *frivolum*, ut sit frivolum ac breve iurgium. Saepe autem in Pandectis Florentinis b pro v poni, ut hoc ipso in loco *quiebit* pro *quievit*. Hinc *Isid. 9. Orig. 7. 26.* Fribolum est, cum eo animo coniuges separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Sed rectius *frigusculum* legit atque edidit *Holoander*, quia in iurgio friget coniugalis affectus, rei familiaris cura, et praeterea *frigus* eleganter de amissa gratia dicitur, quam vocem V. §. 7.

FRĪGŬTĬO, Frigutio, Friguttio, Frigultio, Fringultio *(totenim modis scriptum legitur, sed primus et secundus videntur tutiores)*

Digitized by Google

is, ĕre. Verbum intransitiv. transitivorum tamen more etiam adhibitum, specie frequentativum, sive intensivum a *frigo*, vel *frigulo* (v. FRIGO §. 2.). — **b)** Particip. *frigutiens*, §. 3.

FRIGUTIO proprie est verbum exprimens vocem fringillae, ut *Fest.* et *Varr. 7. LL. 3.* docent: item aliarum avium. *Apul. Florid. n. 17.* Merulae in remotis tesquis fringultiunt. — **2)** Tribuitur et homini, et significat subtiliter garrire, gannire, singultire, et veluti fracto gutture loqui; *gagnolare*, *balbettare*. *Plaut. Cas. 2. 5. 49.* Quid fringutis? quid istuc tam cupide cupis? *Enn.* apud *Fulgent. Planciad. de prisco serm.* Haec anus admodum frigutit: nimirum sanciavit se flore Liberi. *Apul. Apol.* Ego illi iustius exprobraverim, quod qui eloquentiae patrocinium vulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blateret, ac saepe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obmutescat. *Front. de eloq.* (edente iterum *A. Maio*) *p. 229.* Hoc indicat loqui te, quam eloqui, malle; murmurare potius et frigutire, quam clangere. — **3)** Deinde, transitivorum more,

FRIGUTIO est aliquid murmurare. *Apul. Apol. 38.* Audisti privignum meum vix singulas syllabas fringultientem; h. e. male pronunciantem, balbutientem. Adde *Claud. Mamert. 2. St. an. 9.* v. loc. in SUGILLATIUNCULA.

FRĪGUTTIO. v. voc. praeced. §. 2.

FRINGILLĂ et Frigilla et Fringuilla, ae, f. Est avis (fortasse *fringuello*) dicta, quod frigore cantet et vigeat, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 90. Mull.* Alii dictam putant a sono, quem edit. Est parvae molis, parvique pretii in cibis. Eius meminere *Varr. 7. LL. 3.* et *Martial. 9. 55.*

FRINGO. v. FRANGO.

FRINGUILLĂ. v. FRINGILLA.

FRINGULTĪO. v. FRIGUTIO.

FRĬO, as, ātum, āre. Verbum transitiv., quod quibusdam videtur esse a πρίω; serra seco: aliis autem statuitur eiusdem originis ac *frico*, *frago* pro *frango* et *fruor*, v. FRUOR §. 2. — **b)** Particip. *friatus*, v. suo loco. — **c)** Derivatum, *friabilis*. Cf. FRIT, FRIVOLE, FRIVOLUS et PERFRIVOLUS. — **d)** Composita, *affrio*, *confrio*, *infrio*, *perfrio*.

FRIO proprie est tero, comminuo; *sminuzzare*, *stritolare*, *sfarinare*. *Varr. 1. RR. 9. ad fin.* Terra, quae cum foditur, facile friatur. *Plin. 12. 42. 3.* Ut inter se tritum tarde frietur. Et *ibid. 32. 6.* Frieri in micas. *Id. 34. 29. 1.* Chalcitis friat se statim. — *Gloss. Lat. Gr.* Frio; λεπτυνω.

FRISIO, ōnis, f. Nomen avis cuiusdam, Italice *frisone*, quae fere turdum magnitudine aequat et rostrum habet valde crassum. *Plin. Valerian. 3. 42.* Qui paralysi obnoxius tenetur . . . frisionem, columbam . . . edat.

FRIT, indecl. Dicitur illud in summa spica iam matura, quod est minus quam granum: a *frio*, quia facile friatur. *Varr. 1. RR. 48.*, v. loc. in URRUNCUM. Sed credibile est legendum *frix* a Graeco φρίξ, quae vox horrorem significat, quia summa pars spicae horret aristis. Cf. FRITILLA in *Nota*.

FRITĬLIS. v. voc. seq. in *Nota*.

FRITILLĂ, ae, f. Nomen parum certae originis et scriptionis, quo significatur genus quoddam pultis, quod in sacrificiis adhibebatur. *Plin. 18. 19. 2.* Et hodie sacra prisca, atque natalium pulte fritilla conficiuntur. *Senec. 1. Benef. 6. extr.* Itaque boni etiam farre ac fritilla religiosi sunt, mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentaverint. Adde *Arnob. 2. p. 58.* et *7. p. 230.*, ubi *al. leg.* fitilla.

Nota. Ad vocis notationem haec addit *Forcellinus*: « Sunt etiam qui putant legendum *frictilla* a *frigo*. Alii *fritillam* retinentes, derivant a *frit*, de quo supra: et quemadmodum *frit* Graece ἄλφι dicitur, ita fritillam ἄλφιτα vocari. Alii ducunt a veteri voce *frittinnus* (unde ὑποχαριστικῶς *fritillus*) motus subsilientis: ex quo *frittinnire*, subsilire cum sonitu: quod faciunt tali in fritillo iactati. Eadem ratione *fritillam* ita appellari, quod inter coquendum in sartagine subsiliret. Hinc esse *ollam frittilem*, apud *Fest.* in *Muries* (*p. 159. Müll.*) et *Varr.* apud *Non. 5. 197.*, quia in ea sal coquendo subsiliret. Corrupisse autem, qui ibi *frictilem* pro *frittilem* reposuerint. Verum haec omnia obsoleta sunt, incerta quoque, et parvi momenti. — Plerique tamen recentiores Critici in omnibus loc. cit. legend. putant *fritilla*, cum in plerisque Codd. ita scriptum sit; vocis tamen etymon se ignorare fatentur. Cf. voc. seq.

FRĬTILLUS, i, m. Est idem ac pyrgus, idest turricula rotunda, per quam tali mittuntur, ne digitis ita a quoquam componi possint, ut cadant ad lacientis voluntatem: qui fritillus intus trochleatim erat effictus, certosque habebat excisos gradus, quibus tali impingentes subsilirent cum sonitu. V. vocem praeced. in *Nota*. Alii interpretantur ipsam lusoriam tabulam, in qua iacti tali subsiliunt; *tavoliere*. Alii pyxidem ligneam vel etiam eburneam, (cuius figuram habes apud *Boldetti, Cimit. de' Mart. p. 447.* et *Lambecium, Bibl. Caes. T. 4.*) in quam coniecti tali manu agitantur, deinde in lusoriam tabulam effunduntur. Quae interpretatio valde congruit cum illo *Martial. 14. 1.* Nec timet aedilem moto spectare fritillo. Cum videat gelidos iam prope verna lacus. *Iuvenal. 14. 5.* Parvoque eadem movet arma fritillo. *Martial. 4. 14.* Incertis sonat hinc et hinc fritillis. *Seneca*, *Apocolocynt. sub fin.* Nam quoties missurus erat resonante fritillo, Utraque subducto fugiebat tessera fundo. — *Schol.* ad *Iuvenal. loc. cit.* Fritillus, pyxis cornea, qui fimus (*lege* phimus) dicitur Graece. *Acron* ad *Horat. 2. Sat. 7. 17. Pyrgum:* tabulam; alii fritillum dicunt. *Porphyr.* ad *Eund. loc. cit.* Phimum, quod nos fritillum dicimus, in quo coniectae tesserae agitataeque mittuntur. V. PHIMUS et PYRGUS.

FRĪTINNĬO, is, īre. Verbum intransitiv. a sono factum. — Particip. *frītinniens* §. 1. — Est cantare proprium hirundinum, aliarumque minutarum avicularum. *Varr.* apud *Non. 1. 21.* Et pullos peperit fritinnientes. Adde *7. LL. 3. sub fin.* — *Auctor carm. Philom.* cicadis tribuit, *35.* Et cuculi cuculant, et rauca cicada fritinnit. Alii minus recte leg. *frītinnit rauca cicada*, ita ut prima in *frītinnit* longa sit. — **b)** Translate dicitur de infantibus loqui incipientibus, et garrientibus. In *vet. epigr.* (quod *Senecae* tribuunt) in *Anthol. Lat. T. 1. p. 605. Burm.* Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit, Facundo patruos provocet ore duos. V. quae *ibid.* idem *Burm.* adnotat.

FRĪVŎLĀRĬĂ et Fribolaria, ae, f. Nomen, ut videtur, a *frivolus*, quod est Plautinae comoediae deperditae. Pauca aliquot eius fragmenta servarunt *Fest.*, *Priscian.*, *Charis.* etc.

FRĪVŎLĒ. Adverb. a *frivolus*; leviter, facile. *Symmach. pap. ep. 1.* Frivole possidere.

FRĪVŎLUS et Fribulus, a, um. Adiect. fortasse a *frio* (quod v.), comminuo; vel, ut quibusdam Recentioribus placet, contractum a *frigidus*, quasi *frigibulus*, addita terminatione deminutiva, sensu translato. Hoc tamen exquisitius fortasse cogitatum est. — Proprie est nullius momenti, aut pretii, futilis, nugatorius, inanis, levis, fragilis; *frivolo*, *da nulla*. *Plin. 11. 53. 2.* Tam frivola ratione morientes. *Id. 7. 5. 2.* Pudet aestimantem, quam sit frivola animalium superbissimi origo, cum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum exstinctu; h. e. quam fragilis et imbecilla. *Quintil. 7. 2. 54.* Convicia levia, aut frivola *Auct. ad Herenn. 4. 11.* Frivolus et illiberalis sermo. *Gell. 18. 7.* Colligitis lexidia, res tetras, et inanes, et frivolas. *Id. 2. 7.* Argutiola frivola et inanis. *Id. 16. 12.* Quaedam dicit futilia et frivola. *Id. 15. 30.* Fiunt in litterarum ostentatione inepti et frivoli. *Plin. 22. 7. 9.* Frivolum opus. *Senec. ep. 51.* Labor frivolus et supervacuus. *Suet. Ner. 41.* Frivolum auspicium. *Phaedr. 5. 7.* Vanus animus aura captus frivola. *Plin. 25. 7. 1.* Frivola cura. *Id. 28. 79. 1.* Frivolus locus. *Id. 7. 54. 7.* Frivolum dictu. *Quintil. 10. 7. 21.* Frivolum et scenicum est. *Suet. Claud. 15.* Frivolus et amenti similis: *che dà in scioccherie*. — *Auct. Hist. Dalian. 8.* Cur, quaeso, inquit, prudentius nequaquam animadverti libet, metalla esse fribula, surda, muta, atque omni sensu vacua, etc.? — **2)** Translate est effluxus, instabilis. *Fest.* et *Isid.* v. loca infra §. 4. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FRIVOLA, ōrum, n. Dicuntur reculae parvi pretii, pauper supellex; *masserizziuola*, *stracci*, *robe di poco prezzo*. *Iuvenal. 3. 198.* Iam pascit aquam, iam frivola transfert Ucalegon. *Id. 5. 38.* Romanorum omnia regum Frivola. *Senec. Tranquill. 1.* Nec inter frivola mea tam altus incedo. *Suet. Cal. 39.* Huic sedenti in auctione missit, qui nescio quid frivoli ducentis millibus traderet. Adde *Ulp. Dig. 15. 7. 11.* — **4)** Speciatim. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll.* dicit, frivola proprie esse fictilia quassa (Patavini dicunt *crepe*): unde dicta verba frivola, quae minus sunt fide subnixa. *Isid. 9. Orig. 7. 26.* Frivolum est velut quassae mentis et effluxae, nec stabilis. Proprie autem frivola vocantur fictilia vasa inutilia. *Gloss. Lat. Gr.* Frivola; σκεύαρια εὐτελῆ πάνυ. — **5)** In singulari numero

FRIVOLUM, i, n. Est frigusculum. v. FRIGUSCULUM.

FRĪVUSCŬLUM. v. FRIGUSCULUM.

FRIX. v. FRIT.

FRIXO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *frigo*; saepe frigo. *Coel. Aurel. 1. Acut. 11. sub init.* Vapore nimio tanquam frixantes (*partes*) densamus.

FRIXŌRĬUM vel Frictorium, i, n. Verbale a *frigo*; sartago, in qua quidpiam frigitur; *padella*. *Gloss. Philox.* Frixurium, τήγανον. Habet etiam *Plin. Valer. 2. 7.* — *Macrob. de Differ. verb. p. 660. Frigo* facit *frixi*, unde *frixum*, *frixorium*; idest calefactorium.

* FRIXŪRĂ, ae, f. Verbale a *frigo*; sartago, frixorium. Patavini vulgo etiamnum *forsura* vocant. *Venant. 6. carm. 10. 15. de coco.* Cui sua sordentem pinxerunt arma colorem, Frixurae, cucumae, scafa, patella, tripes.

FRIXUS, a, um. Particip. verbi *frigo*, idem ac frictus. *Pelagon. Veterin. 9.* Stercus equinum cum oleo, et aceto, et sale frixo crudum imponito; h. e. *sterco di cavallo con olio, aceto, sale soffritto, va l' applica crudo*. *Cels. 2. 18. a med.* Res eadem magis alit turulenta, quam assa; magis assa, quam frixa. Hic tamen *Targa* contendit, non

Digitized by Google

frixa, sed *elixa* legend. *Sidon. 8. ep. 14.* Simila frixa in sartagine. *Vulg. Interpr. 2. Reg. 17. 28.* Frixum cicer.

Nota. « Inter *frixum* et *frictum*, ioquit *Isid. de differ. App. n. 147.*, hoc interest, quod *frixum* a frigore, *frictum* a frigendo dictum. » Fortasse legendum est *frixum* a frigendo, *frictum* a fricando.

FRONDĀRĬUS, a, um. Adiectiv. a *frons, dis;* ad frondes pertinens; *di frondi. Plin. 18. 74. 4.* Unus frondator quatuor frondarias fascinas complere in die, iustum habet.

FRONDĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *frondo;* frondium et ramorum redundantium resectio; *sfrondamento. Colum. 5. 6. ante med.* In frondatione cavendum, ne proliziores pollices fiant.

FRONDĀTOR, ōris, m. Verbale a *frondo;* qui arborum ramos supervacuos amputat; *sfrondatore:* item qui e frondibus manipulos facit ad pabulum animantium, et qui manibus folia vitium vellit, quo ardor solis uvam maturiorem reddat, uti docet *Serv.* ad illud *Virg. 1. Ecl. 57.* Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. *Ovid. 14. Met. 649.* Falce data frondator erat, vitisque putator. Adde *Plin. 18. 74. 4.* — **2)** Dicitur etiam de ave, quae in frondibus habitat, vel nidificat. *Serv. ibid.*

FRONDENS, entis. Particip. verbi *frondeo*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui frondet, frondosus; *frondeggiante, frondoso. Lucan. 6. 85.* Frondens campus; *h. e.* herbis et arboribus consitus. *Virg. 7. Aen. 67.* Examen ramo frondente pependit; *frondoso.* Et *135.* frondenti tempora ramo implicat. *Id. 3. G. 300.* frondentia arbuta. *Vet. poëta* apud *Varr. 7. LL. 5.* Velatae frondentes comae; *h. e.* fronde coronatae.

FRONDĔO, es, ui, Ītum, ēre. Verbum intransitiv. a *frons, dis.* — Praeter. *frondui* agnoscitur a *Prisciano, 9. p. 768. Putsch.* — *Frondĭtum* supinum agnoscit item *Priscian. p. 868. ibid.* — Particip. *frondens*, infra et V. suo loco. — Est frondes emitto, vel habeo; *frondeggiare, aver frondi. Virg. 3. Ecl. 57.* Nunc frondent silvae. *Ovid. 2. Amor. 6. 49.* nigra nemus ilice frondens. *Lucan. 10. 505.* quae quamvis arbore multa Frondeat, aestatem nulla sibi mitigat umbra. *Colum. 5. 1.* Vitis multa materia frondens. *Pallad. 4. 9. extr.* Serpyllum laetius frondebit, si etc. *Ovid. 8. Met. 716.* Frondere Philemona Baucis, Baucida conspexit senior frondere Philemon.

FRONDESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *frondeo;* frondes emittere incipio, in frondes abeo, frondeo; *frondeggiare. Cic. 5. Tusc. 13.* Alia hieme nudata, verno tempore tepefacta frondescunt. *Virg. 6. Aen. 144.* simili frondescit virga metallo. *Lucret. 1. 109.* summos frondescere ramos. — **2)** Translate. *Hieronym. ep. 36. n. 14.* Oratio verborum compositione frondescat.

FRONDĔUS, a, um. Adiect. a *frons, dis;* qui est ex frondibus; *di frondi, frondoso. Virg. 4. G. 61.* apes aquas dulces et frondea semper Tecta petunt; *h. e.* arbores frondentes. *Id. 1. Aen. 195.* Nemora frondea. *Ovid. 5. Fast. 328.* casa; *h. e.* frondibus contecta. *Plin. 16. 3. 1.* corona. *Martial. 14. 22. Dentiscalpium.* Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest. V. FRONDOSUS et in *Nota*.

FRONDĬCO, as, āre. Verbum intransitiv. origine et significatione idem ac frondesco. Agnoscit huiusmodi verbum *Eutyches grammat. p. 2161. Putsch.*, sed nullam affert Latini Scriptoris auctoritatem.

FRONDĬCŌMUS, a, um. Adiect. a *frons, dis*, et *coma*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit. — Est frondes habens quasi comas. *Prudent. 3. Cathemer. 102.* Frondicomis habitare locis.

FRONDĪFER et Frundifer, ĕra, ĕrum. Adiect. a *frons, dis*, et *fero;* frondes ferens, frondosus; *frondoso, fronzuto. Naev.* apud *Non. 4. 235.* Ite in frondiferos lucos. *Lucret. 1. 18.* Frondiferasque domos avium. *Senec. Oedip. 276.* Frondifera sanctae nemora Castaliae. *Lucret. 2. 359.* Frondiferum nemus. *Id. 1. 257.* Frondiferae silvae.

FRONDĬFLŬUS, a, um. Adiect. a *frons, dis*, et *fluo;* cuius causa frondes cadunt. *Boëth. 1. metr. 5.* Frondifluae frigore brumae.

FRONDIS, is, f. V. FRONS, dis, § b.

FRONDO, as, āre. Verbum intransitiv. eiusdem originis et significationis ac frondeo. — Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Frondo; φυλλορροῶ. Cf. DEFRONDO.

FRONDOSUS et Frundosus (et Frundusus), a, um. Adiect. a *frons, dis.* — Comparat. *frondosior*, infra. — Est frondibus abundans; *frondoso, fronzuto. Varr. 2. RR. 5.* Frondosi montes. *Virg. 8. Aen. 351.* Collis frondoso vertice. *Id. 2. Ecl. 70.* Frondosa vitis. *Id. 5. G. 396.* Frondosa aestas. *Sil. 13. 596.* Taxus frondosior. *Ovid. 8. Met. 409.* Frondosus ramus. — *Enn.* apud *Macrob. 6. Saturn. 2.* omne sonabat Arbustum fremitu silvai frundusai. *Alii leg.* frondusus.

Nota. Inter *frondeum* et *frondosum* hoc discrimen interest apud *Isid. 1. differ. n. 233.* « *Frondeum* est totum factum de frondibus, ut torus; *frondosus* vero est locus (*alii* lucus). Licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus. Sic et *gramineum* et *graminosum*. » Haec autem ex *Serv.* ad *1. Aen. 191.*

FRONS, dis, f. Nomen latentis originis; parum enim probari posse videtur quod ait *Isid. 17. Orig. 6. 13. Frondes* (dictas), quod ferant virgulta vel umbras. » — **b)** Olim nominativus fuit *frondis*, teste *Servio* ad *2. G. 372.* Hinc *Auct. Incert.* in *Anthol. Lat. p. 343. Meyer.* Amoena frondis. — Quin etiam *frunis, frundis* dixere. *Enn.* apud *Charis. 1. p. 103. Putsch.* rarescunt frundes. *Id.* apud *Auson. Edyll. 12.* in *Grammaticomast. 19.* populea fruns. Cf. *Vel. Long. Orthogr. p. 2216. Putsch.* — Idem dicendum est etiam de quibusdam derivatis, ut suo loco notavimus. — **c)** Et in recto casu singulari *frus* et *fros* dictum fuit, sine n, teste *Charis. ibid.*, ubi *Varro:* Ulmos et populos, unde est fros. Verum haec, tanquam rustico more dicta, postea repudiata sunt, ut est apud *Priscian. 1. p. 536.* — **d)** Derivata, *frondarius, frondatio, frondator, frondeo, frondesco, frondeus, frondico, frondo, frondosus.* — **e)** Composita, *defrondo, effrondeo, frondicomus, frondifer, frondifluus, refrondesco.*

FRONS proprie est germen tenerius plantarum cum foliis; *fronde, fronda, foglie. Varr. 2. RR. 5.* In nemoribus, ubi virgulta, et frons multa. *Virg. 2. G. 372. de vitib.* dum frons tenera, imprudensque laborum. *Varr.* apud *Non. 8. 20.* Caeditur lucus, alta frons decidit. *Gell. 19. 12. a med.* Ligni et frondium caedem facere. *Ovid. 4. Fast. 754.* data est aegrae fiscina frondis ovi. *Plin. 18. 74. 4.* Frondis praeparandae tempus hoc est; *h. e.* in pabulum pecudum decerpendae. *Virg. 2. G. 385.* unci carpendae manibus frondes. *Ovid. 2. Amor. 19. 31.* arbore frondes carpere. *Id. 3. Trist. 10. 75.* Aspiceres nudos sine fronde, sine arbore campos. *Val. Flacc. 2. 188.* delubraque festa Fronde tegunt. *Plin. 19. 51. 3.* Ne caules alii in frondem luxurient. *Curt. 3. 4.* Frondibus laeti colles; *pieni d' alberi. Cic. Coel. 18.* Via interclusa frondibus et virgultis. *Horat. 1. Od. 4. 58.* Nigrae feraci frondis in Algido. *Quintil. 12. 6. 2.* Ut neque praepropere destringatur immatura frons. *Id. 2. 4. 11.* Frondibus teneris non adhibendam esse falcem. *Horat. 1. Ep. 14. 28.* hovemque Disiunctum curas et strictis frondibus exples. — **2)** De corona ex frondibus. *Ovid. 1. Art. am. 108.* Qualibet hirsutas fronde tegente comas. *Id. 1. Met. 565.* perpetuos semper gere frondis honores. *Id. 1. Fast. 711.* Frondibus Actiacis comptos redimita capillos Pax ades. Et *3. ibid. 881.* cingere tempora frondibus. *Horat. 1. Od. 2. 35.* fronde merita decorus. Et *1. Ep. 18. 64.* fronde coronare. — **3)** Ob similitudinem *frons carnosa* vocantur brachia quorundam mollium. *Plin. 9. 68. 1.* Urticis carnosae frondis natura: urtica contrahit se quam maxime rigens, ac praenatante pisciculo frondem suam spargit, complectensque devorat. Haec ita effert *Aristot. Hist. anim. l. 4. c. 6.* Σαργώδες τὸ σῶμα τῶν ἰσχυρῶν τῆς κνίδης.

FRONS, tis, f. (et m.). Nomen parum certae originis, neque enim placet quod tradit *Isid. 11. Orig. 1. 55.* « *Frons* ab oculorum *foraminibus* nominata est. » Quae hausit e *Varrone*, qui apud *Lactant. Opif. D. 8.* a *foratu* dictam putat, nempe a foraminibus oculorum. Volunt alii esse a φρήν, pro φρένησις; intelligentia: vel a φροντίς; cogitatio. — **b)** Masculino genere. *Caesii.* apud *Gell. 13. 9.* Fronte hilaro. *Cato, ibid.* et apud *Fest.* in *Resto.* Recto fronte sequi. *Plaut.* apud *Non. 3. 89.* coloratum frontem habere. *Vitruv. 10. 17.* Frons transversarius. — **c)** Derivata, *frontalis, frontatus, frontesco, fronto, frontosus.* — **d)** Composita, *bifrons, cornifrons, effrons, frontispicium, infrons, infrontate, quadrifrons, refronto.*

FRONS; *fronte*, proprie dicitur pars faciei a supercilliis usque ad capillorum radices, hinc inde temporibus terminata: dicitur tum de homine, tum de brutis, ut *Plin.* docet *11. 51. 1.* Frons et aliis *(animalibus)*, sed homini tantum tristitiae, hilaritatis, clementiae, severitatis index. In animo sensus eius. *Cic. Sest. 8.* Tanta erat gravitas, tanta contractio frontis, ut illo supercilio respublica, tanquam Atlante coelum, niti videretur. *Horat. 1. Od. 33. 5.* insignem tenui fronte Lycorida. *Plin. 8. 70. 6.* Tauri torva fronte. *Horat. 3. Od. 13. 3.* haedus, cui frons turgida cornibus primis. *Ovid. 4. Fast. 102.* frons ovis. *Id. 3. Trist. 9. 30.* equi. *Senec. Oedip. 920.* minax leonis. — In plur. num. *Lucret. 5. 1033.* Cornua nata prius vitulo quam frontibus exstent. *Plin. 9. 6. 1.* In frontibus ora habent balaenae. — **2)** Frons angusta et brevis erat in laude pulcritudinis femineae. *Horat. loc. cit.* et *1. Ep. 7. 26., Petron. Satyr. 126., Martial. 4. 42.* et *Arnob. 2. p. 72.* — Frontem Genio sacram fuisse, *Servius* ad *6. Ecl. 3.* et *3. Aen. 607.* tradit: unde morem esse, ut Deos venerantes frontem tangant. — **3)** Universim, qua est animi ianua, ut est apud *Q. Cic. Petit. cons. 11.*, et motuum eius index, ut *Plin. 11. 51. 1.* loquitur.

II. *Frons* saepe accipitur pro vultu, et pro animi affectu, quem vultu praeferimus. *Cic. 1. Q. Fr. 1. 5.* Frons, oculi, vultus persaepe mentiuntur. *Id. 4. Att. 14. a med.* Pompeius Scauro studet: sed utrum fronte, an mente, dubitatur; *in apparenza*. Sic *3. ibid. 10.* Haec ipsa fero equidem fronte, ut puto, et volo bellissime; sed augor intimis sensibus. Et *2. Fin. 21.* Ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occulteturr. *Id. Rabir. Post. 12. ad fin.* Verissima fronte aliquid dicere; *con volto sincero. Id. ad Anton. post ep. 13. l. 14. ad Att.* Non solum ex oratione, sed etiam ex vultu, et oculis et fronte, ut aiunt,

Digitized by Google

meum erga te amorem perspicere potuisses. *Id. 1. Fam. 9. a med.* Fronte atque vultu simulatio facillime sustinetur. *Q. Cic. Petit. cons. 12.* Homines fronte et oratione magis, quam ipso beneficio reque capiuntur. *Plaut. Aul. 4. 1. 13.* Herile imperium ediscat, ut quod frons velit, oculi sciant. *Cic. Prov. cons. 4.* Libidines fronte et supercilio, non pudore et temperantia tegebat. Et *Cluent. 26.* Frontem contrahere. *Senec. 1. Benef. 1.* adducere. Et *6. ibid. 7.* attrahere. *Plin. 2. ep. 5.* remittere. *Ter. Adelph. 3. 3. 53.* exporrigere. *Horat. 3. Od. 29. 16.* explicare. *Martial. 14. 183.* solvere; *h. e.* exhilarare. *Senec. praef. l. 4. Quaest. nat. ante med.* perfricare. *Plin. Paneg. 73. ad fin.* abstergere; *h. e.* abstergere lacrimas. *Plaut. Epid. 5. 1. 3.* Quid est, quod illi caperat frons severitudine? *Cic. 9. Fam. 10.* Tu adeo mihi excussam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiae pristinae frontis appareant? *h. e.* gravitatis, severitatis. *Senec. 2. Benef. 13.* Humana, leni, placida fronte aliquid tribuere. *Stat. 2. Silv. 1. 45.* Et castigatae collecta modestia frontis. *Virg. 6. Aen. 863.* Frons laeta. *Senec. Oedip. 7.* blanda. *Horat. 2. Od. 5. 16.* proterva. *Iuvenal. 13. 243.* Electum semel attrita de fronte pudorem. *Quintil. 2. 4. 16.* inverecunda. *Tibull. 2. 6. 15.* tristis; *h. e.* severa. *Plin. Paneg. 61.* gravis. *Senec. Hippol. 452.* turbida. *Horat. Epod. 13. 5.* obducta. *Petron. Satyr. 132.* constricta. *Martial. 11. 40.* adstricta. *Plaut. Cas. 2. 4. 3.* porrectiore fronte loqui. *Senec. Herc. Fur. 471.* ferox. Et *579.* tetrica. *Claudian. VI. Cons. Honor. 157.* maesta. *Cic. 5. Tusc. 15.* tranquilla et serena. *Horat. 3. Od. 29. 16.* sollicita. *Martial. 2. 11.* nubila. *Id. 4. 6.* et *Senec. ep. 11.* tenera; *h. e.* quae facile erubescit. *Plin. Paneg. 33.* exsanguis et ferrea; *h. e.* impudens, quaeque nullum sentit pudorem. Et *41.* Fronte gravi, et tristi supercilio esse. *Papinian. Dig. 22. 5. 13. extr.* integrae frontis homo; *h. e.* verecundus, prudens, probus. — **4)** Speciatim, qua frons pudoris est sedes, *perisse frontem de rebus*, apud *Pers. 5. 105.* est, quod sit *Horat. 2. Ep. 1. 80.*, periisse pudorem; *h. e.* sublatum esse pudorem ex rerum natura et commerciis. — **5)** *Frontem ferire, percutere* solemus in vehementiori affectu, v. gr. indignationis. *Cic. 1. Att. 1.* et *Brut. 80.* — **6)** *Frons occipitio prior* proverb. quo significatur, rectius geri negotia, ubi praesens est is, cuius interest, quam cum absente eo alteri mandantur; *l'occhio del padrone ingrassa il cavallo:* et *chi vuole, vada; chi non vuole, mandi. Cato, RR. 4.* Ruri si recte habitaveris, libentius et saepius venies: fundus melius erit, minus peccabitur, fructi plus capies, frons occipitio prior est. *Plin. 18. 6. 6.* Frontem domini plus prodesse, quam occipitium. — **7)** Translate dicitur de principio, aut primo cuiusque rei aspectu. *Quintil. 4. 1. circa med.* Ubi frons causae non satis honesta est. *Gell. 19. 1. sub fin.* Visa, fronte falsa, et formidine inani territantia. *Tacit. Agric. 33.* Ut superasse tantum itineris, silvas evasisse, transisse aestuaria, pulcrum ac decorum in frontem, ita etc.; *h. e.* in speciem. *Phaedr. 4. 1.* Non semper ea sunt, quae videntur: decipit Frons prima multos. *Quintil. 7. 1. a med.* Dura prima fronte quaestio; *a prima vista. Iuvenal. 2. 8.* Fronti nulla fides; *viso, cisra. Quintil. 1. 1. 2.* Plus habet in recessu, quam fronte promittat. Adde *11. 1. 61. Id. 12. 7. 8.* Ex prima statim fronte diiudicare imprudentium est. — **8)** Hinc *in fronte, in prima fronte* aut simpliciter *fronte*, proverbiorum more vel absolute; *a prima vista. Ovid. 1. Art. am. 463.* Sed lateant vires, nec sis in fronte disertus. *Arnob. 7. p. 245.* Quod in prima positum, quemadmodum dicitur, fronte perstringere aures possit. *Terentian. Maur. de Metr. 63.* Fronte exile negotium, Et dignum pueris putes. — **9)** Improprie et a similitudine

III. *Frons* dicitur quod primum conspicitur, sive pars anterior cuiusque rei. *Ovid. 1. Fast. 155.* Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes: E quibus haec populum spectat, at illa Larem; *duo facies. Virg. 3. G. 24.* Vel scena ut versis discedat frontibus. *Id. 5. Aen. 157.* naves una ambae, iunctisque feruntur Frontibus; *di pari fronte. Vitruv. 2. 8.* Frontes parietum. *Id. 5. 2.* frons aedium; *faceiata. Inscript.* apud *Fabretti, p. 485. n. 160.* Frontem templi vervis et hermis ornavit; *la facciata del tempio. Frontin. Aquaed. 22.* In campo Martio, secundum frontem Septorum; *in faccia. Plin. 12. 14. 1.* Frons Caucasi solibus opposita. *Id. 3. 15. 1.* Italiae. *Id. 6. 20. 1.* litorum. *Curt. 8. 14.* aciei; *le prime file. Sal. Cat. 62.* Octo cohortes in fronte constituit. *Liv. 36. 44.* Aequa fronte ad pugnandum procedebat. *Tacit. Agric. 35.* Veritus, ne simul in frontem, simul et latera suorum pugnaretur; *per fronte insieme, e per fianco. Caes. 3. B. C. 37.* Frons castrorum. *Tacit. 2. Hist. 89.* Quatuor legionum aquilae per frontem. *Iustin. 1. 6.* Non minus post terga, quam a frontibus. *Plin. 17. 35. 39.* Intervallum iustum arborum quadrageni pedes in terga frontemque, in latera viceni. *Caes. 1. B. C. 80.* Una fronte contra hostem castra muniunt. *Curt. 4. 13.* Recta fronte concurrere hosti. *Quintil. 5. 13. 11.* Directa fronte pugnandum est. — Poëtice *Lucret. 6. 117.* Ut non tam concurrere nubes Frontibus adversis possint, quam de latere ire. — **10)** Hinc *a fronte*, opponitur locutioni a tergo, a latere. *Cic. 3. Phil. 13.* A fronte, a tergo, a lateribus tenebitur. *Caes. 1. B. C. 25.* A fronte atque ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat. *Id. 2. B. G. 25.* Totis fere a fronte et ab sinistra parte nudatis castris. — **11)** Item formula solemnis in *terminis sepulcrorum*, quae notat partem agri concessam ad sepulchrum secus viam publicam, aliquando etiam cum area. *Horat. 1. Sat. 8. 12.* Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum, etc. *Petron. Sat. 71.* Ut sint in fronte pedes centum, in agrum pedes ducenti — Hinc passim in *Inscriptionibus* legimus, ut in hac edita a cl. *De Rossi* in *Bullett. Cristian. a. 1865. p. 34.* in fronte ped. XIII., in agro p. XIII. Et ante fronte *(sic)* area long. P. etc. *Alia* apud *Fabretti, p. 177. n. 383.* In fronte et in agro pedes quadraginta sedeim *(sic* pro *sedecim). Alia* apud *Cavedoni, Nuova Silloge, p. 39.* In fronte P. XV., in agrum *(sic)* P. XV. *Alia* apud *Furlanetto, Lap. Patav. p. 343.* In frontem *(sic)* P. XXXIII., in agr. P. XXIIII. *Alia* apud *De-Vit, Lapidi del Polesine, p. 16.* In fronte P. XXXX., introrsus P. XXXXS. — Saepius vere hi termini compendio scribuntur IN F. . . . IN A., etc., ut in *alia* apud *De-Vit, loc. cit. p. 32.* In f. P. XV. in a. P. XX. — *Alia, ibid. p. 35.* In f. P. CXX., intror. P. XXC.; *h. e.* in fronte pedes, etc. — De constructione praepos. *in* cum accusat. in hac formula, V. in IN. — **12)** Speciatim *frons libri* est prior liber pars, ubi libri titulus; *il frontispizio:* In voluminibus duae erant frontes: altera exterior, complicato volumine, ubi titulus: altera interior, eodem evoluto, ubi libri principium. At *Bern. Quaranta* in *Mus. Borbon. T. 1. tab. 12. p. 7.* probat, frontes geminas esse partes exteriores voluminis iam complicati, ex quarum altera titulus operis penderet, cornu anteriori adnexus. *Ovid. 1. Trist. 1. 11.* Nec fragili geminae polientur pumice frontes. *Tibull. 3. 1. 13.* Atque inter geminas pingantur cornua frontes. — *Mortorell. de R. thes. calam. p. 244.* (quicum sentit *Morcell. Dissert. dello scriv. degli ant. Rom. p. 30.*) contendit, frontes esse gemina opercula librorum, quae scil. Itali *coperte* vocant; cornua vero eorundem quatuor extremitates; *puntali:* porro Veteres mediis frontibus umbilicos, seu scutula, Italice *borchie*, addere solitos fuisse, et cornua argento decorare, vel coloribus distinguere, quemadmodum etiamnum usuvenit in Codicibus praestantioribus. Hinc in *Inscript.* apud *Grut. 174. 7.* memorantur *pugillares membranacei operculis eboreis.* V. CORNU §. 17. et UMBILICUS. — **13)** Item *frons* dicitur exterior rotae circumferentia. *Vitruv. 10. 4.*

FRONTĀLIS, le. Adiect. a *frons, tis;* ad frontem pertinens. — Hinc absolute, *Frontale, is,* n. dicitur ornamentum capitis, reticulum. *Gloss. Gr. Lat.* Κεφαλίδιον; capitale, frontale. Et *Gloss. Lat. Gr.* Frontale; προμετώπιον. Cf. CAPITAL §. 1. — **2)** Speciatim in plur. num.

FRONTALIA, ium, n. Sunt ornamentum frontis, praecipue in equis, et elephantis; *frontale. Liv. 37. 40.* Iugentes ipsi erant, addebant speciem frontalia, et cristae, et tergo impositae turres. *Plin. 37. 74. 1.* Equis regum frontalia, etc. *Ammian. 23. 4.* Constituuntur testudinis frontalibus trisulcae cuspides; *nelle fronti.*

FRONTĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum, a *frons, tis;* ad frontem pertinens. Hinc *frontati lapides* et *frontati*, absolute, sunt lateres ceteris maiores, qui parietum frontem constituunt. Hi sunt duplicis generis: alii, qui utramque; alii qui alterutram solummodo frontem conficiunt. *Vitruv. 2. 8.* Graeci non media farciunt, sed e suis frontatis perpetuum parietem consolidant: et praeter cetera interponunt singulos perpetua crassitudine, utraque parte frontatos, quos διατόνους appellant, qui maxime religando confirmant parietum soliditatem. *Plin. 35. 46. 1.* Ad tecta coctilibus interculis, frontatisque.

* FRONTISPĬCĬUM, ii, n. Nomen a *frons, tis*, et *specio;* h. e. frontis inspectio. Ita exponitur hoc vocabulum in *Thesaur. Nov. Latin.* apud *Mai, p. 242.*, nullo tamen addito Latini Scriptoris exemplo.

FRONTO, ōnis, m. Nomen e *frons, tis;* latam habens frontem; *chi ha gran fronte. Cic. 1. Nat. D. 29.* Equos naevum habere, equos silos, flaccos, frontones, capitones?

FRONTOSUS (et Frontuosus) a, um. Adiect. a *frons, tis.* — Comparat. *frontosior* §. 1. — Proprie est multas habens frontes. *Augustin. 7. Civ. D. 4. extr. de Iano.* Ut quanto iste innocentior esset, tanto frontosior appareret. — **2)** Translate. *Id. serm. 1. in Psalm. 68. a med.* Frontosus esto, quando audis opprobrium de Christo: prorsus esto frontosus; *h. e.* non erubescens.

FROS. V. FRONS, tis, §. c.

FRŬĂLĬTAS, ātis, f. Verbale a *fruor*, unde *frualis*, inusitatum, et *frualitas;* actus fruendi. *Inscr.* apud *Renier, n. 3958.* Coniugi, cum qua vita iucunda, conversatio religiosa, frualitas honesta, etc.

FRUCTESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab inusit. *fructeo* pro fructifico. *Mar. Victorin. de Genesi, 1. 85.* Quas *(terras)* vario raptim iussas fructescere fetu, Luxuriosa novo texerunt germina limo. Cf. FRUTESCO.

FRUCTĒTUM, i, n. *Servius* ad illud *Virg. 1. Ecl. 40. ipsa haec arbusta vocabant;* fructeta, inquit, scholastici vocabant. V. FRUTETUM, quod rectum est. Est enim a *frutex*, non a *fructus*.

Digitized by Google

FRUCTĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fructus* et *fero;* fructum ferens; *fruttifero*. *Colum. 4. 21.* Ex quo cum processere fructiferae materiae, quidquid est supra, amputatur. *Id. 11. 2. ante med.* et *Quintil. 8. 3. 9. Plin. 12. 51. 2.* Arbor intra tertium annum fructifera.

FRUCTĪFĪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fructifico;* actus fructificandi. *Tertull. 4. advers. Marcion. 39. ad fin.* Fructificationes signa sunt aestatis. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 4. 4.* et *11. 1.* — **B)** Translate. *Augustin. de catechiz. rudib. 14. n. 21.* Gaudeamus nobis occasionem dari, ubi motus animi nostri sine fructificatione non transeat; h. e. *senza profitto*.

FRUCTĪFĪCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum etiam more aliquando adhibitum, a *fructus* et *facio*, quod vi compositionis corruptum est. — **b)** Particip. *fructificans* §. *1.* et *2.*, *fructificaturus* §. 2. — **c)** Derivatum, *fructificatio*.

FRUCTIFICO proprie est fructum fero: *fruttificare*. *Calpurn. 4. Ecl. 91.* Laurus fructificat. *Vulg. Interpr. Eccli. 14. 18.* Sicut folium fructificans in arbore viridi. — *Id. Ezech. 17. 6.* Facta est ergo vinea et fructificavit in palmites et emisit propagines. — **B)** Translate. *Id. Coloss. 1. 16.* In omni opere bono fructificantes. *Tertull. Resurr. carn. 53.* Carnem credens fructificaturam. — Cum dativo. *Vulg. Interpr. Rom. 7. 4.* Qui *(Christus)* ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Adde *ibid. 5.* — **B)** Deinde, transitivorum more,

II. *Fructifico* cum accusativo: proprie; *produrre, germogliare*. *Vulg. Interpr. Marc. 4. 28.* Ultro enim terra fructificat primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. — **A)** Translate. *Id. Eccli. 24. 25.* Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris. Adde *Sedul. 3. 9.* V. loc. in COLONUS, a, um. §. 2.

FRUCTŬĀRĬUS, a, um. Adiect. a *fructus;* fructum ferens; *fruttuoso, fruttifero*. *Varr. 2. RR. 4.* Scrofam parere oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse. *Plin. 17. 35. 25.* et *Colum. 5. 6. a med.* Palmes fructuarius; h. e. qui protinus fructum creat. *Colum. 5. 18.* Fructuarii oculi vitis. *Id. 5. 9. ad fin.* Fructuarii rami oleae. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 9. ad fin.* Fructuarii agri; h. e. qui vectigal alicui pendunt. — **B)** Item ad fructus pertinens, ut *fructuaria cella*, in qua fructus reponuntur. *Colum. 1. 6.* Villa dividitur in tres partes, urbanam, rusticam, et fructuariam. Et *mox.* Pars fructuaria dividitur in cellam olearium, torcularium, cellam vinariam, defrutariam, fornilia, palearisque, et apothecas, et horrea. — **B)** Item ad usum fructuum pertinens, ut *fructuaria stipulatio* apud *Paul. Dig. 45. 1. 4. ad fin.* quae ususfructus nomine interponitur. — *Fructuarius servus* est, cuius quis usum habet solummodo, proprietatem alius. *Tryphonin. Dig. 41. 1. 65.* Adde *Iulian. ibid. 57.* etc. — **A)** Absolute, substantivorum more,

FRUCTUARIUS, ii, m. Dicitur, qui ius utendi fruendi habet; h. e. uti potest re aliqua, atque ex ea fructum percipere; *usufruttuario*. *Ulp. Dig. 7. 1. 22.* et *23.* et *Paul. ibid. 24.* etc. — **B)** Item

FRUCTUARIA, ae, f. Eodem sensu apud *Scaevolam, ibid. 58.*

FRUCTŬŌSĒ. Adverb. a *fructuosus*. — Comparat. *fructuosius*, infra. — Est cum fructu, utiliter; *fruttuosamente*. *Augustin. ep 77.* Hoc nec dici brevius, nec agi fructuosius potest. *Alcim. Sentent. 1.* Fructuose Deo miseranti pro luminum sanitate supplicari. Adde *Caesarium, Homil. 2.*

FRUCTŬŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fructuosus;* proprietas eius, qui est fructuosus. — Translate. *Philastr. de Haeres. 132.* Ut iam, desinente scelere, bonorum operum fructuositatem sequerentur.

FRUCTŬŌSUS, a, um. Adiect. a *fructus*. — Comparat. *fructuosior* §. *1.* superlat. *fructuosissimus* §. *1.* — Proprie est fecundus, fructum afferens; *fruttuoso, fecondo*. *Cic. 2. Tusc. 5.* Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. *Senec. ep. 9.* Fructuosior est adolescentia liberorum, sed infantia dulcior. *Caes. 1. B. G. 30.* Locus opportunissimus et fructuosissimus. *Cic. Rosc. Com. 12.* Fructuosissimum fundum abstulit. *Colum. 5. 5. a med.* Fructuosi palmites. *Varr. 1. RR. 65.* Falerna quanto plures annos condita habuerunt, tanto, cum prompta, sunt fructuosiora; h. e. maiori lucro sunt, quia carius venduntur. — **B)** Translate est utilis, lucrum afferens; *utile, lucroso*. *Quintil. 1. 6. 29.* Vult ne hominem frugi probare, quia utilis multis, idest fructuosus. *Cic. 2. Orat. 55.* Ea denique virtus esse videtur praestantis viri, quae est fructuosa aliis, ipsi autem laboriosa. *Id. Leg. Manil. 6. extr.* Putatis ne, vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis? *Id. 2. Offic. 18. a med.* Est enim non modo liberale, paulum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum.

FRUCTUS, a, um. V. FRUOR §. b.

FRUCTUS, i, m. V. voc. seq. §. b.

FRUCTUS, us, m. Verbale a *fruor*. — Contra *Isid. 17. Orig. 6. 23.* « *Fructus* nomen accepit a *frumine*, id est, eminente gutturis parte, qua vescimur. Inde et *fruges*. » Sed et hoc in idem recidit. Cf. FRUMEN §. 1. et 2. — **b)** Apud Veteres etiam in secunda declinatione, *fructus, i*, usurpatum reperitur. *Ter. Adelph. 5. 4. 16.* Hoc fructi pro labore ab his fero. *Turpil.* apud *Non. 8. 62.* Satis fructi reddunt. *Cato, RR. 4.* Fructi plus capies. — **c)** Item in genit. singul. *fructuis* pro *fructus*, nempe more Graecorum, quibus ὁ βότρυς, τοῦ βότρυος; *racemus, i*, unde Latini primo *fructuos*, nam *senatuos sententia* quater occurrit in vet. *S. C. de Bacchanal.* apud *Fabretti, p. 427.*, dixisse videntur, mox *fructuis*, ut et *senatuis, domuis, fluctuis, rituis, victuis*, etc., teste *Gell. 4. 16.*, tandem u et i in unam litteram contractis, ac proinde ultima syllaba longa *fructūs, senatūs, domūs*, etc. pronunciarunt, quemadmodum et in nominat., accusat., vocat. plural. *fructus* ultima itidem longa, nam et Graecis οἱ βότρυες, βότρυς, τοὺς βότρυας, τρυς, ὦ βότρυες, τρυς. *Varr.* apud *Non. 8. 72.* Utrum fructuis, an delectationis causa. *Id. 1. RR. 2. a med.* Caprae salivam esse fructuis venenum. — **d)** Imo et in recto casu *fructuus*, ab aliquibus scribitur. V. *Nota*, infra. — **e)** Derivata, *fructisco, fructuarius, fructuose, fructuositas, fructuosus*. Cf. FRUCTETUM. — **f)** Composita, *fructifer, fructifico, infructuose, infructuositas, infructuosus, usufructuarie, usufructuarius, usufructus*.

FRUCTUS proprie sensu abstracto, est actus fruendi; *uso, fruizione*. *Plaut. Casin. 4. 4. 16.* Mea est haec. *St.* Scio; sed meus fructus est prior. Adde *Ulp. Dig. 7. 8. 14.* Cf. FRUALITAS. — **B)** Hinc translate. *Cic. 2. Agr. 2.* Hoc vestrum beneficium ad animi mei fructum atque laetitiam duco esse permagnum. *Nep. Eumen. 11.* Qui propter odium fructum oculis ex eius *(Eumenis)* casu capere vellent; h. e. delectationem. — Huc etiam afferri possunt aliquot loca infra posita sub §. 7. — **B)** Frequentius vero, sensu concreto,

II. *Fructus* dicitur omne id, quod e terra percipimus, item fetus animalium: et universim quidquid undelibet habemus, quod nos ditat ac iuvat; *frutto*. *Cic. 2. Offic. 3. ad fin.* Frugum fructusumque reliquorum perceptio et conservatio. *Id. 11. Att. 2.* In quos enim sumptus abeunt fructus praediorum? *Id. 1. Leg. 8. extr.* Pecudes partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. *Id. 13. Fam. 56.* Heracleotae, et Bargyletae, qui item debent, aut pecuniam solvant, aut fructibus suis satisfaciant; h. e. *o restituiscano il capitale, o paghino le usure*. *Senec. ep. 9.* Artifex fructu artis suae fruitur. *Liv. 45. 40.* Pecunia ex fructu metallorum coacervata. *Cic. 2. Offic. 18. a med.* Posse liberalitate uti, nimirum is est pecuniae fructus maximus. Et *Parad. 6. 1.* Alere exercitum suis fructibus; *col suo*. *Id. 2. Agr. 32.* Comparare, et condere fructus. *Plin. 18. 68. 2.* convehere. *Varr. 5. LL. 31.* comportare. *Cic. Senect. 7.* serere, percipere, condere. Et *19.* tempestive demetere. *Id. 2. Offic. 4.* capere ex aliqua re. *Horat. 1. Sat. 2. 79.* decerpere. Et *1. Ep. 12. 1.* colligere. *Cic. 2. Nat. D. 63.* edere. *Quintil. 5. 11. circa med.* creare. *Plin. 12. 12. 1.* mittere. Et *16. 62. 4.* gignere. *Ter. Phorm. 4. 3. 78.* reddere. *Ovid. 4. Fast. 641.* fructu non respondente labori, irrita decepti vota colentis erant. *Cic. 1. Fin. 4.* An partus ancillae in fructu sit habendus. *Liv. 54. 56.* Fuerat ei magno fructui mare. — **A)** Specialim dicitur de fetibus arborum. *Quintil. 8. 3. 8.* Graves fructu vites. *Colum. 5. 6. a med.* Palmes fructu induitur. *Plin. initio l. 17.* Fructus caduci et pendentes. *Id. 18. 67. 2.* aestivi. Et *ibid. 69. 4.* hiberni et praecoces. *Petron. Satyr. 137.* Nuces graves, et plenae integro fructu. Cf. infra §. 8. — **B)** De vindemia unius anni. *Plaut. Pseud. 5. 2. 10.* Credo equidem, potesse te, scelus, Massici montis uberrimos quatuor Fructus ebibere in hora una. — **C)** *In fructu esse* est fructum afferre, utilitatem habere. *Plin. 16. 23. 2.* Nec corpori ipsi *(piceae)* parcitur, quoniam assula in fructu est. Et *ibid. 15. 2.* Suberi glans pessima: cortex tantum in fructu. *Iabolen. Dig 35. 2. 42.* In fructu id esse intelligitur, quod ad usum hominis inductum est. — **D)** Translate est quodcumque commodum, et utilitas. *Cic. 2. Agr. 30.* Asia multos annos vobis fructum Mithridatico bello non tulit. *Id. 1. ad Brut. 5.* Quo quidem die meorum laborum et vigiliarum fructum cepi maximum: si modo est aliquis fructus ex solida veraque gloria. *Id. Senect. 18.* Honeste acta superior aetas fructus capit utilitatis extremos. *Id. Brut. 62.* Fusius ex accusatione Aquillii diligentiae fructum ceperat. *Id. Plane. 38.* Ego fructus ex republ. non laetos et uberes, sed magna acerbitate permixtos tuli. *Id. Coel. in fin.* Fructus uberes et diuturnos capere. *Id. Pis. 14.* Fructum immortalem cepi vestri in me amoris et iudicii. *Id. Sext. 51. extr.* Cui fructum pietatis suae neque ex me, neque a populo R. ferre licuit. *Id. Sull. 1.* Modestiae fructum aliquem percipere. *Id. Pis. 24.* Iustam gloriam, qui est fructus verae virtutis honestissimus, repudiare. *Id. 2. Catil. 4.* Polliceri alicui fructum libidinum. *Id. Amic. 23.* Aufert fructum voluptatum omnium solitudo. *Id. Mur. 19.* Honestissimo ordini fructus iucunditatis est restitutus. Sic *Liv. 22. 14. frui oculis* dixit. *Iuvenal. 8. 6.* Quis fructus generis, tabula iactare capaci Corvinum? Cf. §. 2. supra. — **E)** Item speciatim apud *Vulg. Interpr.*

III. *Fructus* aliquando dicitur de fetu humano. *Psalm. 131. 11.* De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Id. Luc. 1. 42.* Benedictus fructus ventris tui. — **B)** Hinc translate. *Id. Eccli. 39. 17.* Obaudite me, divini fructus; h. e. filii sancti, populus Dei electus. — **C)** Item

Digitized by Google

de quocumque opere sive bono sive malo. *Id. Matth. 7. 18.* Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere . . . Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Nota. « Inter *fructus* et *fructuus*, inquit *Incert. Grammat. Append. ad Prob. p. 205. Keil*, hoc interest, quod *Fructus* vocabula hominum accipimus, hoc est nomina propria significamus, *fructuus* vero appellativa nomina esse pronunciamus. » — Quae ut intelligamus, monendum est cum *Probo* ipso in *Art. p. 117. Keil*, quod haec nomina . . . sive per unam sive per duas u litteras scribantur, in metris vel structuris una virtute accipi censeantur. V. litt. U.

* FRUDES. V. FRAUS §. b.

FRŪDO, as. V. FRAUDO §. c.

FRŬENDUS, FRŬENS, entis } V. FRUOR §. 3. et 5.

FRŪGĀLIS, le. Adiect. a *frux;* ad fruges pertinens; *di biade. Apul. de Mundo.* Frugalis maturitas. — **2)** Deinde frequentius pro *frugi* in comparat. et superlat. gradu, *frugalior* et *frugalissimus*, tantum,

II. *Frugalis* est moderatus, prudens, abstinens, temperans; *sobrio, temperato, frugale. Ter. Heaut. 4. 3. 5.* Dedo me patri nunc iam, ut frugalior sim, quam vult. *Cic. Flacc. 29.* Homines sunt tota ex Asia frugalissimi. *Id. 2. Orat. 71.* Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. *Varr. 3. RR. 2.* Haec villa frugalior, ac melior est, quam tua illa perpolita; *fatta con più risparmio e moderazione. Plaut. Trin. 3. 1. 9.* Tanton' in re perdita, Quam in re salva Lesbonicus factus est frugalior?

Nota. *Frugalis* pro *frugi* in positivo gradu improbat *Quintil. 1. 6. 44.* « *Frugalis* quoque sit apud illos, non *frugi* » quibus scilicet est molestissima diligentiae perversitas, ut paulo supra dixerat.

FRŪGĀLĬTAS, atis, f. Abstractum a *frugalis* (quod V. §. 2.); abstinentia, parsimonia, modestia, temperantia; *frugalità, parsimonia. Cic. Deiot. 9.* Omnes sunt in illo regiae virtutes: sed praecipue singularis et admiranda frugalitas: etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. Et *mox.* Ego tamen frugalitatem, idest modestiam et temperantiam, virtutem esse maximam iudico. *Plin. 2. ep. 4. ad fin.* Quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur. *Petron. Satyr. 113.* Cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. *Cels. praef. a med.* Vitae genus laboriosum, aut quietum; cum luxu, aut cum frugalitate. *Quintil. 10. 3. 26.* Bona valetudo, quaeque eam maxime praestat frugalitas. — **2)** Latiori significatione. *Cic. 3. Tusc. 8.* Temperans, quem Graeci σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocant: quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam: sed haud scio, an recte ea virtus frugalitas appellari possit, etc. Et *mox.* Reliquas etiam virtutes frugalitas continet. Et *mox.* Tres virtutes fortitudinem, iustitiam, prudentiam frugalitas est complexa, etc. reliqua igitur, et quarta virtus ut sit ipsa frugalitas, etc. V. integr. locum, et *4. ibid. 16.* et infra in FRUGI. Adde *Quintil. 1. 6. 17.* — **3)** Translate. *Id. 12. 10. 21.* Quadam eloquentiae frugalitate contentos. — **4)** Deinde

II. *Frugalitas*, sensu concreto, pro frugibus. *Apul. 9. Met.* Hostili modo vicini tenuis incursabat pauperiem, pecua trucidando, boves abigendo, fruges adhuc immaturas obterendo: iamque totum frugalitate spoliatum, ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat.

FRUGALITER. Adverb. a *frugalis* (quod V. §. 2.). — Comparat. *frugalius* §. 1. — Proprie est moderate, temperanter, abstinenter, sobrie; *con moderazione, con sobrietà, con onesto risparmio. Cic. Dom. 43.* σωφρόνως. Omnia signa, tabulas tota e Graecia, sane frugaliter domum suam deportavit. *Plaut. Epid. 4. 1. 58* et *Pers. 4. 1. 1.* Aliquam rem sobrie et frugaliter accuravit. *Horat. 1. Sat. 4. 107.* Cum me hortaretur, parce, frugaliter, atque Viverem uti contentus eo, quod mi ipse parasset. *Cic. 2. Fin. 8.* Cur non bene? quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, prave, nequiter, turpiter coenabat. Et *9.* Semovenda est igitur voluptas, non solum ut recta sequamini, sed etiam ut loqui deceat frugaliter. *Quintil. Declam. 260. extr.* et *Lactant. Ira D. 20.* Frugalius vivere. *Plaut. Pers. 4. 1. 5.* Si malus aut nequam est, male res vertunt, quas agit: Sin autem frugi est, eveniunt frugaliter; h. e. feliciter, commode. — **2)** Translate. *Front.* ad *Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 1.* Summum eloquentiae genus est de sublimibus magnifice, de tenuioribus frugaliter dicere; h. e. temperate.

FRŪGĀMENTĂ, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 91. Müll.*, a frugibus sunt appellata. Porro *frugamenta* quid sint, adhuc est incompertum: et sunt qui *frumenta* legendum putent. — *Müller* autem ad h. l. adnotat. « Probabilius est, fuisse antiquum verbum *frugare* et hinc ductum nomen *frugamentum.* » Cf. FRUMENTUM §. a. et DEFRUGO.

FRŪGE. V. FRUGI §. c. et FRUGIUS.

FRŪGES, um. V. FRUX.

FRŪGESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *fruges;* in fruges abeo, fruges fero. *Prudent. 1. advers. Symmach. 913.* et steriles frugescere parcius agros. *Tertull. Resurr. carn. 23.* florescere, atque frugescere.

FRUGĪ, indecl. omn. gen. Nomen a *frux, gis,* quod est a *fruor*, proprie adiectivum, aliquando etiam absolute adhibitum. — **1a)** Alii volunt esse dativum, ut cum dicimus *homo frugi*, per ellipsin intelligatur *idoneus:* alii genitivum pro *frugis*, ea ratione, qua *fami* pro *famis* dictum fuit: vel ut simile sit *nauci, nihili, mancipi*. Cf. *Mar. Victorin. 1. 4. 9.* V. infra §. 8. — **c)** Alia forma, *frugius*, a, um, et *fruge* V. suo loco. — **d)** *Incert. Gramm. fragm. p. 78. Endl* etiam comparat. *frugior* admittere videtur; nullum tamen exemplum affert. Cf. ad rem FRUGALIS §. 2. et in *Nota*.

FRUGI proprie aptus alicui rei, utilis, idoneus: item moderatus, temperans, continens, prudens; *moderato, temperante, da bene:* cui opponitur *nequam*, et *nihili*. *Cic. 3. Tusc. 8.* docet, hominem frugi non eum solum intelligi, qui utilis sit (quod Graeci faciunt, qui χρήσιμον appellant); sed eum, qui sit temperans, modestus, abstinens, atque innocens: frugalitatem enim tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam complecti: eius esse proprium, motus animi appetentis regere et sedare, semperque adversantem libidini, moderatam in omni re servare constantiam: cui contrarium vitium, nequitiam appellari: dictam videri a *fruge*, qua nihil melius e terra. Quod si *frugi* tantummodo diceretur, qui utilis esset, non fuisset L. Pisonis cognomen in tanta laude ponendum. *Id. Font. 15.* L. Piso tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. *Id. 4. Tusc. 16.* Iam proverbii locum obtinet, hominem frugi omnia recte facere. *Brut. ad Cic. ep. 6.* Modestus homo et frugi. *Horat. 2. Sat. 3. 77.* mulier tam frugi, tamque pudica. *Cic. 2. Phil. 28.* Antonius frugi factus est: illam suam suas res sibi habere iussit. *Ter. Heaut. 3. 3. 19.* Hominis frugi et temperantis functus officium. — *Plaut. Asin. 5. 2. 9.* homini *frugi* opponit hominem *nihili*, quod fere idem est ac *nequam*. — **2)** Saepe refertur ad laudem servorum. Servum enim *frugi* dicebant, tanquam sobrium, utilem et necessarium, et qui rem domini diligenter curaret: eo fere sensu accipientes, quo Graeci, ut dictum est. *Cic. Cluent. 16.* Servus non incallidus, sed, ut ipse res declaravit, frugi atque integer, sermonem Fabricii non est aspernatus, rem ad dominum detulit. *Plin. Paneg. 88.* Abunde sufficere libertis tuis credis, si probi et frugi existimentur. *Horat. 2. Sat. 7. 2.* Davus, amicum Mancipium domino, et frugi. — **3)** Saepe etiam *frugi* dicitur quilibet in rem suam attentus et diligens, quique studiose ac sedulo suas rationes curat. *Cic. 5. Verr. 27.* Homines et satis fortes, et satis plane frugi ac sobrii. *Id. Deiot. 9.* Frugi hominem dici, non multum habet laudis in rege. *Ter. Eun. 3. 5. 59. Ant.* Sed interim de symbolis quid actum est? *Chae.* Paratum est. *Ant.* Frugi es. Ubi *Donat.* utilis et necessarius, ut fruges humano generi. *Frugi* est ergo, in quo est aliquid, quo fruamur; idest utamur. *Id. Heaut. 3. 3. 35. Chr.* Repperisti, tibi quod placeat, an nondum etiam? *Sy.* de fallacia Dicis? st', inveni quandam nuper. *Chre.* Frugi es. *Plaut. Asin. 1. 3. 23.* Frugi lena; h. e. quae suis rationibus bene consulit. — **4)** Translate dicitur et de iis rebus, quae moderata et modica impensa fiunt. *Plin. 2. ep. 17.* Atrium frugi, nec tamen sordidum. *Quintil. 3. 10. 27.* Frugi victus. *Iuvenal. 5. 167.* et *Plin. 3. ep. 1.* Coena frugi. *Martial. 14. 51.* irritacula sumere frugi. *Cic. fr.* apud *Cic. 16. Fam. 21.* Cuius (*Bruttii*) quum frugi severaque est vita, tum etiam iucundissima convictio. — **5)** Absolute, substantivorum more,

II. *Frugi* adhibetur in genitivo casu cum adiectivo in formula *bonae frugi* (loco *bonae frugis*, ut Veteres dicebant, teste *Mar. Victorin. 1. 4. 9.*). *Cic. 4. Att. 8. ad fin.* Fabius Luscus satis acutus, et permodestus, et frugi bonae. *Plaut. Asin. 5. 5. 12.* et *Poen. 4. 2. 27.* Bonae frugi esse. *Id. Trin. 2. 2. 39.* is bonus est, quem poenitet, quam probus sit et frugi bonae: Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bonae.

FRUGĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *frux* et *fero*. — *Enn.* apud *Charis. 1. p. 7. Putsch. terrai frugiferai* dixit pro *terrae frugiferae* per diaeresin diphthongi, quomodo prisci locuti sunt. Hinc *Martial. 11. 91.* Attonitusque legis, terrai frugiferai, Accius et quidquid, Pacuviusque vomunt. — Porro

FRUGIFER proprie est fruges aut fructum ferens; *fruttifero, frugifero. Cic. 21. Tusc. 5.* Agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur. *Plin. 15. 11. 1.* Cedrus frugifera non floret. *Ovid. 5. Met. 638.* frugiferae messes. *Lucret. 6. 1.* frugiferi fetus. *Ovid. de nuce 19.* frugiferae nuces. *Plin. 12. 7. 1.* Frugiferae arbores. *Id. 15. 3. 2.* Frugiferum solum. Adde *Cic. 2. Nat. D. 64.* et *Vel. poët.* apud *Rund. Orat. 49.* — **2)** Specialim tamquam epithetum tribuitur Cereri, quae *Ovid. 2. Pont. 1. 45. frugiferum numen* absolute dicitur. *Inscript.* apud *Grut. 26. 8.* Ceteri frugif. sacr. L. Veianius etc. Adde similem apud *Reines. cl. 1. n. 35.* — **3)** Item *frugifer* dictus est etiam Bacchus, quem leonis effigie colebant Aegyptii (ut est apud *Arnob. 6. p. 196.*) et eundem esse dicebant, ac Osirim, quo nomine significabant solem, qui frugum omnium parens est. — **4)** Translate idem est ac utilis. *Liv. praef.* Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, te etc.

Digitized by Google

Cic. 3. Offic. 2. Quum tota philosophia frugifera et fructuosa nec ulla pars eius inculta etc. deserta sit, tum nullus feracior in ea locus nec uberior quam de officiis.

FRŪGĬFĔRENS, entis. Particip. ab inusit. *frugifero*, idem ac frugifer. *Lucret. 1. 5.* alma Venus, quae terras frugiferentes Concelebras.

FRŪGĬLĔGUS, a, um. Adiect. a *frux* et *lego;* qui fruges legit; h. e. colligit. *Ovid. 7. Met. 624.* frugilegae formicae.

* FRŪGĬPĂRENS, entis. Adiect. participiorum more effictum a *frux* et *pario;* qui frugem parit, frugifer. *Venant. 5. carm. 13. 12.* frugiparensque manet.

FRŪGĬPĂRUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedens; qui fructus parit. *Avien. Arat. 1054.* Singula frugiparos attollunt tempora vultus. *Lucret. 6. 1.* Frugiferi fetus.

FRŪGĬPERDUS, a, um. Adiect. a *frux* et *perdo;* qui facile fruges amittit. *Plin. 16. 46. 1.* Ocissime salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta ab Homero frugiperda; ἀλεσίκαρπος.

* FRŪGĬUS, a, um. Adiect. idem ac indeclin. frugi. *Inscript.* apud *Marini, Iscriz. Alb. p. 198.*, quam ipse *ibid.* spuriam, genuinam esse putavit postea in *Arv. p. 300.* Si casta et formosa Acuta, si frugia et pretiosa Acuta, si sedula et boni consilii, maritus fecit M. Segullius Secundus. — Etiam *fruge* pro *frugi* usurpatum fuit. *Id. ibid. p. 270.* Pontia uxor fruge, bona, pudica, sve.

* FRUGMENTUM. V. FRUMENTUM §. 2.

FRŪISCOR. V. FRUNISCOR.

FRŪĪTĬO, ōnis, f. Verbale a *fruor;* actus fruendi. Legitur in *Act. S. Ignatii Ep. et Mart. n. 7.* et apud *Pseudo-Cassiod. de Amicit. 38.*

FRŪĪTURUS et FRŪĪTUS, a, um. } V. FRUOR.

FRŪMEN, ĭnis, n. Verbale a *fruor*, vel a *frumo* (quod V.), quo significatur genus quoddam pultis in sacris adhibitae, uti docet *Arnob. 7. p. 230.* De qua nihil praeterea scitur. — **2)** Praeterea, sensu concreto, ut puto,

II. *Frumen* idem est ac rumen (a quo nonnulli etiam derivant), praemissa *f* ob *r* litteram aspiratam; summa gulae pars, per quam cibum lingua demittit in ventrem; *laringe, fauce:* ut *Donat.* ad *Ter. Adelph. 5. 8. 27.* definit: vel tractus gulae, qua cibus in alvum demittitur, ut *Id.* ait ad *Ter. Phorm. 2. 2. 18.* Vel gulae prominens pars: seu eminens sub mento gutturis pars, ut *Servius* ad *1. G. 74.* et ad *1. Aen. 182.* Uterque autem videtur idem velle significare. *Gloss. Isid.* Ructa, vel frumen in homine, rumen in bestia: pars gutturis gurgulioni proxima. *Varr.* apud *Non. 4. 55.* Deinde mittit virile veretrum in frumen: offendit buccam Volumnio. *Alii perperam leg.* flumen. *Cf. Isid. 17. Orig. 6. 23.* V. loc. in FRUCTUS §. 2. — **3)** Est etiam portentum in *Gloss. Gr. Lat.* Τέρας; monstrum, portentum, prodigium, frumen, ostentum.

FRŪMENTĀCĔUS, a, um. Adiect. a *frumentum;* qui ex frumento est; *di frumento. Veget. 2. Veterin. 57.* Farina frumentacea. *Hieronym. ep. 57. n. 4.* Iesus in deserto plures hordeaceis panibus pascit, frumentaceis pauciores.

FRŪMENTĀRĬUS, a, um. Adiect. a *frumentum;* ad frumentum pertinens; *di frumento:* et adhibetur praesertim de iis, quae ad frumenti administrationem pertinent, sive in usum publicum, sive etiam militum. *Cato, RR. 1.* Frumentarius campus. *Cic. 3. Att. 9.* Frumentariae provinciae; h. e. unde petuntur frumenta. *Id. 5. Verr. 57.* Frumentaria lucra. Et *5.* Omnem utilitatem provinciae Siciliae consistere in re frumentaria maxime; h. e. in copia frumenti. Et *ibid.* Frumentaria causa; h. e. ubi agitur de administratione frumenti habita a Verre in Sicilia (unde illa oratio *frumentaria* appellatur a *PriscIano, 6. p. 679. Putsch.* et *Serv.* ad *10. Aen. 481.* etc.). *Caes. 1. B. G. 57.* Rem frumentariam comparare; *far provvisione di viveri:* et *23.* Rei frumentariae prospicere. Et *39.* Rem frumentariam supportare. Et *6. ibid. 9.* providere. Et *3. B. C. 46.* Profectus erat ad rem frumentariam expediendam, qua auguste utebatur. Et *7. B. G. 10.* Ab re frumentaria laborare. Et *1. ibid. 9.* Loca maxime frumentaria; h. e. frumenti fertilia. *Colum. 2. 2. a med.* et *Varr. 1. RR. 7. ad fin.* et *11.* Frumentarius ager; *da frumento. Caes. 3. B. C. 96.* Navis frumentaria; *da grano, da carico. Plin. 11. 32. 5.* Frumentaria cicada; h. e. quae apparet simul cum frumentis. *Cic. 5. Tusc. 20., Sext. 45.* et *Brut. 62.* Lex frumentaria; h. e. quae iubebat frumentum populo viliori pretio distribui. Adde *Epit. Livii, 60.* et *71.* Sic *Cic. 2. Offic. 21.* C. Gracchi frumentaria magna largitio. *Paul. Dig. 27. 1. 26.* Mensores frumentarii. V. PORTUENSIS. — *De canone frumentario* inscriptus est *tit. 18. l. 14. Cod. Theod.*, quo significatur quantitas frumenti, quae ex provinciis ad portum Ostiensem quotannis subvecta, pistoribus urbis Romae in publicum usum vendebatur, vel gratuito plebi distribuenda erat. *Inscript.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 353.* Genialì Aug. L. tabulario fisci frumentarii Trophime Aug. Lib. coniugi optimo. — *Cato, RR. 2.* Frumentariam rationem putare; *calcolare la raccolta del frumento.* — **2)** Speciatim *frumentaria porticus Minucia* dicta in *Curios. Urb. Reg. IX.*, itemque in *Notit. Urb. ibid.*, in qua tesserae frumentariae (quas memorat et *Paul. Dig. 31. 1. 87.*) publice populo distribuebantur. — Ex *Suet. Caes. 41.* constat, eorum numerum, qui Romae frumentum publicum accipiebant, fuisse olim viginti et trecentorum millium, qui a Caesare ad centum quinquaginta millium redactus est. V. TESSERA. — *Frumentarias leges* plures fuerunt, *Apuleia, Cassia, Clodia, Livia, Octavia, Sempronia, Terentia*, de quibus v. suo loco in ONOM. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FRUMENTARIUS, ii, m. idem ac mensor frumentarius. *Lucil.* apud *Non. 1. 66.* Frumentarius est, modium hic secum atque rutellum una affert. — **4)** Item negotiator frumenti; *mercante da biade* apud *Cic. 3. Offic. 15.* et *16.* et *Liv. 11. 12.* et *15.* et *38. 35.* — *Inscr.* apud *Grut. 646. 1.* Manilius P. l. Pamphilus frumentarius. *Alia* in *Giorn. Arcad. Vol. 28. p. 545.* Statio frumentariorum. — **5)** Item qui in exercitu quacumque ratione frumenta comparat; *frumentiere:* cuius mentio est apud *Hirt. 8. B. G. 55.* Horum numerus certus fuisse videtur in unaquaque legione. *Inscript.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 478.* D. M. L. Aemilii Placci frumentarii Leg. XX. Valentis, Victricis T. Sempronius Pudens frumentarius legionis eiusdem. *Alia* apud *Grut. 520. 8.* Veteranus ex numero frumentariorum legionis IIII. Flaviae. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5632.* Centurio Frumentariorum leg. IIII. Fl. Gordianae. *Alia* apud *Marini, Arv. p. 666.* D. M. L. Pontii Gal. Nigrini mil. frum. Leg. VII. Gem. Q. Scaevius Maximus mil. frum. Leg. eiusd. — **6)** Ab his distinguendi sunt *milites frumentarii*, qui cum militibus peregrinis unum corpus efficiebant in exercitu sub centurione proprio, qui pendebat a principe peregrinorum, ut demonstravit cl. *Henzen* in *Bullett. dell'Istit. Archeol. a. 1851. p. 117.* et *seqq.*, ubi affertur *Inscr.* C. Sulpicio L. f. Pap. Camilliano . . . optioni peregrinorum et exercitatori militum frumentariorum. *Alia ibid. a. 1857. p. 168.* Centurio frumentarius exercitator singularium imperatoris. Cf. et *Bullet. a. 1858. p. 13.* et *seq. Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6747.* P. Aelio P. f. Papir. Marcello Cent. frum. subprincipi peregrinorum. — **7)** Huiusmodi *frumentarii* milites sub imperatoribus fuere iidem qui *agentes in rebus*, et *curiosi*, qui inter cetera, etiam delatorum et speculatorum officio fungebantur. *Hieronym.* in *Abd. 17.* et *18.* Quos nunc agentes in rebus vel veredarios appellavit, Veteres frumentarios nominabant. *Spartian. Hadrian. 11.* Et erat curiosus non solum domus suae, sed etiam amicorum: ita ut per frumentarios occulte omnia exploraret. *Aur. Vict. Caes. 39. ad fin.* Remoto pestilenti frumentariorum genere, quorum nunc agentes rerum simillimi sunt. Multa de his *Salmas.* ad *citat. loc. Spartiani*, coll. *Henzen, Bullett. dell'Istit. Archeol. a. 1851. p. 120.*, qui affert et loc. *Cypriani*. Quum perlatum ad nos fuisset, fratres carissimi, frumentarios esse missos, qui me Uticam perducerent, etc.

FRŪMENTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *frumentor;* actio frumentandi, sive frumenti colligendi et in re militari egressio militum ad frumentum in castra congerendum; *raccolta di grani, foraggio. Caes. 7. B. G. 64.* Frumentationibus, pabulationibusque Romanos prohibere. Et *6. ibid. 58.* Frumentationem conficere. Adde *Suet. Galb. 20.* — **2)** Item largitio frumenti, quae fiebat populo ab imperatoribus R. *Suet. Aug. 40.* et *42.* Sic in *Monum. Ancyr.* apud *Grut. p. 251. l. 14.* Consul undecimum duodecim frumentationes, frumento privatim coëmpto, emensus sum.

FRŪMENTĀTOR, ōris, m. Verbale a *frumentor;* qui frumenta colligit: et in re militari, miles, qui frumentatum egreditur, frumentarius; *frumentiere, foraggiere. Liv. 2. 54.* In Volscis ne emi quidem potuit: periculum quoque ab impetu hominum ipsis frumentatoribus fuit. *Id. 31. 36.* Divisis copiis, partem ad consectandos vagos frumentatores emisit.

FRŪMENTĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *frumentum* et *fero;* qui frumentum fert. *Auct. orb. descript. sub Constantio Aug.* ab *A. Maio* editus in *Class. Auct. T. 3. p. 402.* Sequitur Calabria frumentifera in omnibus bonis.

FRŪMENTOR, āris, atus sum, āri. Verbum intransitiv. a *frumentum*, forma deponens, sub qua tamen etiam transitivorum more aliquando adhibitum est. — Hinc particip. *frumentandus* §. 2. — Proprie est frumenta colligo; *raccoglier grani, foraggiare:* et fere dicitur de militibus frumenti comparandi causa egredientibus. *Pompei. ad Domit. post Cic. ep. 12. l. 8. ad Att.* Frumentatum ire. *Caes. 4. B. G. 32.* Legionem frumentatum mittere. Et *9.* Praedandi frumentandique causa. Et *7. ibid. 73.* Et materiari, et frumentari. *Liv. 31. 36.* Cum in propinquo agro frumentarentur. *Caes. 7. B. G. 73.* Nec discernere suos nec frumentandi rationem habere possent. — **2)** Transitivorum more,

II. *Frumentor* est etiam frumentum providere in alicuius usum; *approvvigionare. Tertull. 2. ad Nat. 8.* Pharao universae Aegypto et frumentandae, et exinde curandae eum (*Iosephum*) praefecit.

Digitized by Google

FRUMENTUM, i, n. Nomen parum certae originis, quod quidam cum *Auct. de Nominib.*, qui *Val. Max.* tribuitur, contractum putant a *frugimentum* seu *frugmentum*, quod Veteres, teste *Eodem*, dicebant pro *frumentum*. Contra *Varr. 5. LL. 24. extr.* derivat a *fero;* alii recentiores a *frumen*, vel a *frumo*, quod v.; alii a *fruor*, quasi *fruimentum*, sed prius etymon omnibus praestat, inquit noster *Furlanetto*. — **b)** Derivata, *frumentaceus*, *frumentarius*, *frumentatio*, *frumentator*, *frumentor*. — **c)** Compositum, *frumentifer*.

FRUMENTUM proprie et universim est quod in segetibus culmus extulit, ut ait *Varr. 1. RR. 48.; biada, grano, frumento*. Docet etiam *Ulp. Dig. 50. 16. 77.* frumentum id esse, quod arista in se teneat: lupinum vero, et fabas fruges potius dici, quia siliqua continentur. Paulo distinctius *Plin. 18. 10. 1.* et *seqq.* fruges dividit in frumenta, et legumina: frumenta enumerat, hiberna, quae terra per hiemem nutriuntur, triticum, far, hordeum; aestiva, quae aestate seruntur, milium, panicum, sesamam, horminum, irionem. Et *ibid. 19. 1.* et *seq.* addit siliginem, quae tritici genus est, et alia externis terris peculiaria, arincam Galliae, zeam, olyram, tiphen Graeciae et Asiae, etc. *Colum. 8. 9.* Triticum vel alia frumenta. *Virg. 1. G. 315.* Frumenta in viridi stipula laetentia turgent. *Cic. 5. Att. 18. a med.* Frumentum ex agris in loca tuta comportare. *Id. Orat. 24.* Laetas segetes, luxuriosa frumenta. *Id. 3. Rep. 9.* Galli turpe esse ducunt frumentum manu quaerere: itaque armati alienos agros demetunt. *Caes. 1. B. G. 5.* Uti frumento commeatuque Caesarem intercluderet. *Horat. 2. Sat. 3. 111.* Ingens frumenti acervus. *Id. 1. ibid. 1. 48.* Millia frumenti tua triverit area centum. *Cat.* apud *Gell. 13. 17. 1.* Nunc ita aiunt, in segetibus et in herbis bona frumenta esse. — **2)** *Frumentum comprimere* est illud abscondere caritatis tempore, quo pluris deinceps vendatur. *Cic. 5. Att. 21. a med.* Auctoritate atque cohortatione perfeci, ut et Graeci, et cives Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicerentur. — **3)** Apud *Martial. in lemmate ep. 12. l. 13. frumentum tritici* est ipsum triticum. — **4)** Aliquando sumitur pro genere frumenti peculiari, nempe pro tritico, ut videtur; *frumento. Plin. 18. 12. 2.* Et fortunatam Italiam frumento candore candido. *Martial. 12. 73.* Frumentum, milium, ptisanamque, fabamque. — **5)** *Servus a frumento* fuit inter officia domus Augustae, cui ministrandi et dispensandi frumenti cura demandata erat. *Inscript.* apud *Grut. 192. 8.* et *p. 193. 1.* et 2. Sic apud *Murat. 78. 4.* Chrysantus Aug. disp. a frumento. V. TRITICARIUS. — Huc spectat et *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1864. p. 9.* D. M. P. Arli Aug. lib. Chrysanthi q. f. a frum. cub.; h. e. qui fuit a frumento cubiculariorum, ut explicat cl. *Henzen, ibid.* — **6)** Speciatim *frumentum publicum* dicebatur illud, quod viritim e publico distribuebatur plebis imprimis inopiae sublevandae causa, ut diximus in FRUMENTARIUS §. 1. et 2., coll. TESSERA. Hinc legimus in *Numo* Nervae apud *Eckhel, D. N. V. T. 6. p. 407.* Plebei urbanae frumento constituto S. C. *Inscr.* apud *Grut. 246. 4.* Plebs urbana, quae frumentum publicum accepit. *Alia* apud *Fabretti, c. 3. n. 617.* Frumentum accepit Die VII. cstio XV. *Alia* in *Bullett.* dell' *Istit. Archeol. a. 1859. p. 232.* M. Baebius Asclepiades Iustinus, qui vixit annis IIII. mens. III. dieb. XIIII. trib. Offentina e collegio aeniatorum frumento publico. V. *Henzen, ibid.* et INCISUS, a, um. — *Frumentum aeneum*, V. AENEUS §. 6. — **7)** Improprie. *Plin. 13. 21. 3.* et *17. 41. 2.* vocat *frumenta* minuta grana in ficis, quoniam mihi similia sunt.

FRŪMO, is, ĕre. Verbum obsoletum transitiv. specie intensiv. a *fruor*, quod significat vesci, seu proprie utendo consumo. Videtur etymi explicandi causa in memoriam revocatum ab *Isid. 17. Orig. 3. 2. Frumenta* autem vel *fruges* a *frumendo*, id est a vescendo, dictae; nam *frumen* dicitur summa pars gulae. V. FRUMEN.

FRUNDĪFER. } V. FRONDIFER et FRONDOSUS.
FRUNDŌSUS. }

FRŪNISCOR, iscĕris, Tius sum, isci. Verbum intransitiv., saepius tamen transitivorum more adhibitum, specie inchoativum, a *fruor*, unde *fruiscor* (ut quidam etiam legunt apud *Plaut.* et *Non.* loc. mox cit., et habet etiam *Onom. Lat. Gr.* Fruiscor; χαιρεσθαι), et, inserta littera n, *fruniscor*, forma deponens, significatione autem idem ac ipsum fruor; *fruire, godere*. Quod vero ad usum attinet, antiquum est verbum ac paene obsoletum, a Recentioribus tamen iterum revocatum ex vulgari, ut puto, usurpatione. De eo sic scribit *Gell. 17. 2. Frunisci* rarius quidem fuit in aetate M. Tullii, ac deinceps infra rarissimum: dubitatumque est ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret: non modo autem Latinum, sed iucundius amoeniusque etiam verbum est *fruniscor*, quam *fruor*, et ut *fatiscor* a *fateor*, ita *fruniscor* factum est a *fruor*. *Q. Metellus Numidicus*, qui caste pureque lingua usus Latina videtur, ita scripsit: Ego neque aqua, neque igni careo, et summa gloria fruniscor. *Novius*, in *Atellana*, quae *Parens* inscripta est, hoc verbo ita utitur: Quod magno opere quaesiverunt, id frunisci non queunt. Qui non parsit apud se, frunitus est. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 92. Müll.* quoque haec habet: *Fruniscor* et *Frunitum* dixit *Cato:* nosque cum adhuc dicimus *infrunitum*, certum est Antiquos dixisse *frunitum*. *Plaut. Rud. 4. 3. 73.* Hinc tu nisi malum, frunisci nihil potes, ne postules. Adde *Lucil.* apud *Non. 2. 343. Inscript.* apud *Fabretti, p. 237. n. 633.* Filiis suis infelicissimis, qui aetate sua fruniti non sunt. *Petron. fragm. Tragur. 45. Burm.* Frunitus est, quamdiu vixit Et *41.* Ita meos fruniscar. *Inscript.* apud *Odorici, Dissert. p. 164.* Quae non licuit nos frunisci. *Alia* apud *Biraghi, Ricognizione de' Corpi de' SS. Vittore, Satiro*, etc. *p. 61.* Victori Victor filio suo dulcissimo, quem vivum frunisci non potuerunt, obito fecerunt. *Alia* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1855. p. 27.* Antestia Melitine Veteris *liberta* libertatem suam frumita est annos II. etc.

FRŪNĪTUS, V. voc. praeced.

FRUNS, undis, V. FRONS, ondis, §. b.

FRŪOR, fruĕris, fructus vel fruitus sum, frui. Verbum intransitiv. transitivorum tamen more etiam adhibitum, forma deponens, de cuius origine non una est Eruditorum sententia. Est enim secundum quosdam a *fruo* (quod in compositis tantum reperitur, *defruo*) pro *frao*, ex quo *fragor*, dein *frango* (V. FRAXO §. a.). Illud *frustum* dedit; h. e. fractum. Hinc etiam deducendum vulgare nostrum *(scilicet* Venetorum) *fruare;* h. e. consumere. Eadem origo verbi *fruo*, unde *frendo* et *fresus*, et *frio*, unde *frico*. — *Donat.* ad *Ter. Eun. 4. 7. extr.* docet *frui* proprie esse vesci, a *frumine*, quae est summa gulae pars: per catachresin autem dici de iis etiam, quibus non vescimur. — Alii a Graeco φορις, quod a φερω, notationem trahunt. Cf. FRUMEN, FRUMO et FRUMENTUM §. a. — **b)** Particip. praeteriti duplex est *fructus* et *fruitus*, de quo *Acron* ad *Horat. Art. P. 59.* a *Fruitus* ante dicebatur, modo *fructus*. Hinc etiam *fruiturus* (cuius tamen exemplum tantum in *Gloss. Paris.* apud *Quicherat.* in *Addend. Lex. Lat. p. 109.* vidimus) et *fruiturus*, quod unum apud Scriptores reperitur. — Porro *fruens* §. 3., *fruendus* §. 3., *fruitus* et *fructus* §. 1., *fruiturus* §. 1. — **c)** Derivata, *fructus* (quod V. pro suis), *frugi*, *fruitio*, *frumen*, *frumentum* (quod pariter V.), *frumo*, *fruniscor*, *frustum* et *frux*. Cf. FRUTUM. — **d)** Composita, *defruo*, *infrunitus*, *perfruor*.

FRUOR proprie est frango mihi et comminuo dentibus; hinc universim fructum percipio, potior; *fruire, godere. Cic. 2. Att. 1. ante med.* Neque te fruimur, et tu nobis cares; h. e. convictu et consuetudine tua. Sic *Nep. Attic. 20.* Cum propter suas occupationes minus saepe, quam vellet, Attico frueretur. *Gell. 19. 8.* Sermonibus alicuius frui. *Ovid. 2. Heroid. 79.* Illa (nec invideo) fruitur meliore marito. *Cic. Rosc. Am. 45.* Commoda, quibus utimur, lucem, qua fruimur, spiritum, quem ducimus, a Deo nobis dari. Et *15.* Certis fundis, patre vivo, frui solitum esse. *Id. ad Quirit. 1.* Frui laetitiae voluptate. *Id. Cluent. 61.* vita. *Brut.* ad *Cic. 1. ep. 16. ante med.* beneficiis atque honoribus. *Cic. Dom. 50.* civitate. *Nep. Epam. 3.* pace diutina. *Plin. 7. ep. 7.* otio. *Caes. 3. B. G. 25.* omnibus commodis. *Ter. Heaut. 5. 4. 2.* gaudio. *Horat. 1. Ep. 12. 1.* fructibus. *Suet. Aug. 98.* libertate et fortunis. *Ovid. 6. Heroid. 75.* votis; h. e. iis, quae voto petieras. *Plin. 2. ep. 2.* Ipse ad villam partim studiis, partim desidia fruor. *Senec. ep. 95. a med.* Omnium rerum cognitione fruiti sumus. *Ulp. Dig. 7. 4. 29.* Non meo nomine, sed suo fruitus est emptor. *Velleï. 2. 104.* Illi spectaculo, quo fructus sum. *Inscript.* apud *Grut. 204. ad fin.* Prata, quae proxima aestate habuerunt, fructique sunt. Et in *Tab. aen. ibid. p. 500.* et apud *Murat. p. 582.* Quodque earum rerum ii antea habuerunt, possederunt, usi, fructive sunt. *Inscript.* apud *Grut. 286. 7.* Dum libuit, suaviter fructi sunt annos LV. *Cic. 5. Tusc. 17. ad fin.* Qui praesentibus voluptatibus frueretur, confideretque, se fruiturum in omni parte vitae. *Id. ad Quirit. 1.* Ludi quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. *Tibull. 35. 32.* Frui cara coniuge. *Propert. 2. 9. 24.* Frui viro. — *Vulg. Interpr. Gen. 38. 16.* concubitu. *Id. Philem. 20.* Ego te fruar in Domino. *Id. Rom. 15. 24.* Si vobis primum ex parte fruitus fuero. — Absolute *Cic. Senect. 14.* Satietis et expletis iucundius est carere, quam frui. *Ter. Heaut. 2. 3. 104.* Datur: fruare, dum licet; h. e. conceditur amica, eius amore potiare. V. POTIOR. *Horat. 1. Ep. 4. 7.* Dii tibi divitias dederunt, artemque fruendi. *Cic. 2. Leg. 7.* Quae gignuntur nobis ad fruendum. — **2)** Interdum coniungitur cum *utor* ad significandam plenam possessionem ac dominium rei alicuius. *Cic. 7. Fam. 30.* Id cuiusque est proprium, quo quisque fruitur atque utitur. *Liv. 2. 34. ad fin.* Fruantur, utantur annona, quam furore suo fecere. — **3)** *Fruor* nonnunquam significat delectari: *dilettarsi, prender piacere*. *Plin. Paneg. 54.* Agnoscebamus, et fruebamur, cum veluti piaculares victimae ad supplicia ducerentur. *Sil. 2. 566.* fruiturque timore paventum. *Martial. 8. 50. de Scaevola.* Aspicis, ut teneat flammas, poenaque fruatur! *Claudian. Cons. Mall. 224.* Qui fruitur poena, ferus est. *Val. Flacc. 3. 380.* pace fruens. Et *4. 58.* Visu fruens. Cf. infra §. 6. — **4)** Deinde, transitivorum more,

II. *Fruor* cum accusativo, eodem fere sensu proprio. *Lucret. 3. 934.*

Digitized by Google

u, quae fructus cumque es. *Ter. Heaut.* 2. *4. 21.* Hoccine me miserum non licere meo modo ingenium frui! ; *far a mio talanto, seguir il mio genio. Cato, RR. 149.* Frui pabulum occipito ex calend. Septembr. *Plaut. Asin. 5. 2. 68.* Ut sinat sese alternas cum illo noctes hanc frui. *Al. leg.* hac. — **5)** Hinc passive. *Ovid. 20. Heroid. 119.* Servetur facies ista fruenda mihi. *Cic. 1. Fin. 1. ad fin.* Non paranda nobis solum ea, sed fruenda etiam sapientia est. *Id. Senect. 16.* Agro bene culto nil potest esse uberius, nec ornatius: ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat senectus. *Fragm. Leg. Thor. p. 17. Haub.* Ager fruendus datus est. — **6)** Item pro delectari. *Liv. 22. 14.* Spectatumne huc, ut rem fruendam oculis, sociorum caedes et incendia venimus? — *Auson. Profess. 11.* Herculane, qui profectus gremio de nostro et schola, spem magis, quam rem fruendam praebuisti avunculo. — **7)** Apud ICtos est re aliqua ita potiri, ut eius fructum tantummodo percipias, re salva et integra domino suo manente. *Liv. 27. 11.* et *32. 7.* Agrum Campanum fruendum locare: *dare a godere. Paul. Dig. 6. 3. 1.* Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt a municipibus. — **8)** Hoc sensu tamen adhibetur etiam intransitive. *Cic. Rosc. Am. 13.* Quid? si constat, hunc non modo colendis praediis praefuisse, sed certis fundis patre vivo frui solitum esse. Adde *Inscr.* apud *Orelli, n. 3121.* — Absolute. *Ter. Adelph. 3. 3. 27.* Agelli est hic sub urbe paululum, quod locitas foris: Huic demus, qui fruatur.

Nota I. Constructio verbi intransitivorum more est absoluta, vel cum ablativo rei aut personae: transitivorum vero more cum accusativo rei. — **Nota II.** Inter *fruor* et *utor* hoc interest (quamquam non perpetuo), quod *uti* dicitur, qui rem aliquam usurpat, ut aliud quidpiam inde acquirat: *frui*, qui ita re quapiam delectatur atque utitur, ut in ea animo conquiescat. *Flor. 2. 6. de Annib.* Cum victoria posset uti, frui maluit; relictaque Roma, Campaniam peragrare (v. *Liv. 22. 51.*). *Senec. Vit. beat. 10. sub fin.* Tu voluptate frueris, ego utor: tu illam summum bonum putas, ego nec bonum. — Hinc interdum duo haec iunguntur, ut monuimus supra §. 2.

FRUS, frustis. V. FRONS, frondis, §. c.

FRUSTĀTIM. Adverb. a *frustum*; per frusta; *a pezzo a pezzo. Plin. 20. 59. 2.* Coquitur in olla, aut frustatim in patinis. *Pompon.* apud *Non. 2. 333.* Te obiectes *(leonibus)* frustatim passerinum prandium. *Prudent. Psychom. 720.* Frustatim sibi quisque rapit, quod spargat in auras. — **2)** Translate. *Augustin. 2. Confess. 1.* Colligens me a dispersione, in qua frustatim discissus sum, dum ab uno te *(Deus)* aversus in multa evanui.

FRUSTĀTUS, a, um. V. FRUSTO §. 2.

FRUSTELLUM. V. FRUSTILLUM.

FRUSTILLĀTIM. Adverb. a *frustillum*; per frustilla. *Plaut. Curc. 4. 4. 20.* Nisi mihi virgo redditur, iam ego te faciam, ut hic formicae te frustillatim differant. *Incert. post.* apud *Non. 112. 8. Mere.* Non frustillatim nec minutatim dari.

FRUSTILLUM et **Frustellum**, i, n. Deminut. a *frustum*; parvum frustum; *pezzetto. Arnob. 2. p. 84.* Frustilla ignea. Et *7. p. 251.* Frustilla parvula. — *Marcell. Empir. 20. ante med.* Cochleae bullientis frustella. Sic *frustellum* etiam in *Not. Tir. p. 168.*

FRUSTO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *frustum*; in frusta concido; *far in pezzi. Flor. 2. 2. ad fin.* Cum Punicae praedae omnibus promontoriis insulisque frustarentur, et fluitarent. Ita *Salmas.* et *Graev. Alii leg.* frustrarentur; h. e. portum nullum tenere possent. Sed cl. *Haim* in sua *Flori* editione ex Cod. MS., omisso hoc verbo, legit, *omnibus promunturiis insulisque fluitarent.* — Sed *frustatus* habet *Gloss. Lat. p. 142. n. 263.* Frustratus *(lege* frustatus), concisus. Cf. *Hildebr.* ad h. l. — **2)** Videtur insuper

II. *Frusto* aliquando adhibitum fuisse pro *frustrare*; h. e. pro fuste caedere, unde apud Italos recentiores est *frustare*. Certe alterutra notione videtur usurpari in *Excerpt. de Constantio, Constantin.* etc. 32. Qui vero non habuissent, unde dare, frustati per publicum sub voce praeconis ducerentur. Cf. DEFRUSTO.

FRUSTRĀ. Adverb., cuius origo est a *frudo* pro *frando*, ut *claustrum* sive *clostrum* a *claudo*, sive a *frustera*, ablativa forma nominis obsoleti *frusterus*, sicut *supra* a *supera*. Ultima tamen origo est semper a *frudo*. — **b)** Secunda apud Veteres longa est, recentiores tamen Poetae aliquando corripuerunt, ut *Capell. 1. p. 25.* Quae nec frustrā mihi est insita caritas. — Apud *Iuvenal. 5. 210.* pro *frustrā* rogantem legendum est *frustā rogantem*. — **c)** Derivata. *frustrabilis, frustramen, frustratio, frustrator, frustratorius, frustratus, us, frustror*. — **d)** Compositum, *confrustro*.

FRUSTRA modum indicat, quo quis aut decipiatur aut decipiat, utrumque scilicet notione activa et passiva; itaque proprie refertur ad operam, quae effectu caret, et ad rem, quae eventu fraudatur. Hinc primum significat, nequidquam, incassum; *in vano, indarno. Cic. Rosc. Com. 14.* Frustra tempus contero. *Id. Univ. 10.* Frustra laborem suscipere. *Id. 2. Orat. 38.* Frustra auxilium implorare. *Id. 2. Divin. 60.* Frustra ac sine causa quippiam facere. *Plaut. Pseud. 1. 3. 144.* Sed sine argento frustra est, quod me tui misereri postulas. *Virg. 1. G. 158.* Heu! magnum alterius frustra spectabis acervum. *Auct. Priap. 3.* Da mihi quod cupies frustra dare forsitan olim. *Plaut. Mil. 4. 2. 30.* Frustra adstare. *Cels. 7. 12.* Forceps, quum dentem comprehendere non possit, aut frustra comprehendat, os gingivae prehendit et frangit. *Lucan. 4. 735.* multum frustraque rogatus. — **2)** Item gratis. *Plaut. Men. 4. 3. 20.* Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes. — **3)** *Frustra habere* est frustrari, ludificari, decipere. *Auct. argum. 2. Amphitr. Plautini.* Is advenientes servum et dominum frustra habet; *tiene a bada, e burla. Ammian. 18. 6.* Si Persae frustra habiti redissent ad sua. — **4)** Item negligere. *Tacit. 13. Ann. 51.* Aliaque admodum aequa, quae brevi servata, dein frustra habita sunt. — **5)** *Frustra esse* est frustrari, falli, spe deceptum esse. *Sall. Iug. 87.* Quo mihi acrius adnitendum est, uti neque vos capiamini, et illi frustra sint. *Plaut. Pers. 1. 3. 60.* Nunquam, hercle, hodie hic prius edis, ne frustra sies, Quam te hoc facturum, quod rogo, affirmas mihi. *Id. Bacch. 4. 7. 41. Chry.* Quid illam, meretricem ne esse censes? *Ni.* quippini? *Chry.* Frustra es. — **6)** Significat etiam exitum speratum non habere, aliter evenire atque sperabatur. *Sall. Iug. 7. extr.* Cuius neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat; *gli andava fallito.* Et *74.* Primo indicem persequi conatus, postquam id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia accedit. *Id.* in *Orat. Licin. trib. ad pleb.* Nam spem frustra fuisse, intellexistis. *Ennius* in *Satyris* apud *Gell. 18. 2.* Nam qui lepide postulat alterum frustrari, Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse. Nam qui sese frustrari quem frustra, sentit, Qui frustratur, is frustra est: si non, ille est frustra. *Muretus* sic explicabat: qui vult alium lepide fallere, dicere non debet, errare ac falli eum, quem ipse fallere cogitat: nam ubi quis sentit, frustra alium operam dare, ut se fallat, tum nisi is, cui dolus tenditur, fallitur, is ipse fallitur, qui fallere volebat. — **7)** Saepe sola sive absolute posita, unam sententiam exprimit, sequente *nam. Horat. 3. Od. 7. 17.* Narrat paene datum Pelea Tartaro, Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens: Et peccare docentes Fallax historias movet. Frustra. Nam etc. *Hirt. 8. B. G. 6.* Equitem tamen et auxiliarios pedites in omnes partes mittit, quascumque petisse dicebantur hostes: nec frustra. Nam etc. *Florus, 4. 11. 9.* Regina ad pedes Caesaris provoluta tentavit oculos ducis. Frustra. Nam pulchritudo intra pudicitiam principis erat. — *Quintil. 9. 3. 60.* Hanc quidam aposiopesin putant. Frustra. Nam etc.

Nota. Inter *frustra* et *nequidquam* discrimen statuit *Hand, Turtell. T. 2. p. 745.* « In *frustra* apparet irritus labor irritumve inceptum et actio sine fine et sine consilio suscepta: in *nequidquam* nihil esse effectum. » — Quare simul etiam aliquando componuntur. *Catull. 77. 1.* Rufe, mihi frustra ac nequidquam credite amice. *Apul. 8. Met.* Sed nequidquam frustra timorem illum satis inanem perfuncti, longe priores inhaesimus laqueos. — Qui plura desiderat, adeat eundem *Hand. ibid. p. 745-749.*

FRUSTRĀBILIS, le. Adiect. verbale a *frustror*; vanus, inanis. *Arnob. 2. p. 58.* Res frustrabili expectatione praesumpta. Et *6. p. 206.* Res vaccia imaginatione frustrabiles.

FRUSTRĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *frustror*; error, deceptio. *Lucret. 4. 818.* Deinde, adopinamur de signis maxima parvis, Ac nos in fraudem induimus frustraminis ipsi. Cf. *Forbig.* in *not. crit.* ad h. l.

FRUSTRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *frustror*; deceptio, fraus, eventus contra expectationem; *inganno, delusione. Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 23. a med.* Tanto maiorem his frustratio dolorem attulit. *Plaut. Amph. 3. 1. 15.* In horum familiam frustrationem hodie iniiciam maximam. *Quintil. 2. 20. 3.* Grana ciceris, ex spatio distante missa, in acum continuo, et sine frustratione inserebat; *senza dar in fallo. Varr. 1. RR. 1.* Sine successu frustratio est, non cultura. *Iustinian. 4. Instit. 17. §. 3.* Si . . . tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur, dari ei debet. — *Liv. 3. 24.* Clamant, fraude fieri, quod foris teneatur exercitus: frustrationem eam legis tollendae esse. *Id. 25. 25.* Cum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset. *Iustin. 9. 6.* Cum variis frustrationibus differretur. *Liv. 38. 25.* Frustratio Gallorum eo spectabat, ut tererent tempus, donec etc. *Colum. 11. 1. ante med.* Frustratio cupiditatis.

FRUSTRĀTOR, ōris, m. Verbale a *frustror*; qui frustratur et decipit. *Symmach. 10. ep. 41.* (al. *51.*) *extr.* Frustrator iudicum; h. e. qui iudicium subterfugit. *Tryphonin. Dig. 45. 16. 19.* Frustrator debitor constitutus est; h. e. qui in mora fuit, et tergiversatus est.

FRUSTRĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *frustror*; vanus, fallax. *Tertull. Anim. 47.* Frustratoria somnia. *Arnob. 7. p. 219.* Portasse aliquid dicant magnum, nec quod auribus debeat frustratoriis, levibus, et contemnentibus sumi; h. e. frustrantibus, frustra excipientibus. *Modestin. Dig. 22. 1. 41.* Frustratoriam morandi causa appellationem interponere. Cf. FUSTIARIUS §. 1.

FRUSTRĀTUS, a, um. Particip. verbi *frustror*, adiectivorum more aliquando etiam adhibitum. — Active est qui decepit, et elusit. *Liv.*

Digitized by Google

2. 13. Gloclis frustrata custodes. *Solin. 1.* Frustratus vinculo. — **2)** Et passive significatione, a *frustro. Vellei. 2. 45.* Intellexit frustratum esse visum. *Fenestella* apud *Prisc. 8. p. 795. Putsch.* Frustratus a spe. *Vellei. 2. 21.* Frustratus spe continuandi consulatus. *Justin. 8. 3.* Variis dilationibus frustratus. — Cum genitivo. *Gell. 5. 10. in fin.* Captionis versute excogitatae frustratus.

FRUSTRĀTUS, us, m. Verbale a *frustror;* actus frustrandi. *Plaut. Men. 4. 3. 21.* Frustra me ductare non potes: Aliam posthac invenito, quam tu habeas frustratui; h. e. quam frustra habeas, decipias.

FRUSTRO, as. V. voc. seq. §. 4.

FRUSTROR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. a *frustra*, forma deponens, pro qua aliquando activa adhibita est, *frustro, as, are*, atque hinc etiam passiva. V. infra §. 4. et 5. — **b)** Particip. *frustrans* §. 5., *frustrandus* §. 5., *frustratus*, V. suo loco, *frustraturus* §. 1. — **c)** Derivata et Composita V. in FRUSTRA suo loco.

FRUSTROR proprie est quippiam exspectantem decipio, fallo, frustra habeo; *deludere, ingannare. Cic. 12. Att. 18.* Cocceius, vide, ne frustretur. *Lentul.* ad *Cic. 12. Fam. 14.* Si Syriae spes eum frustrata esset. *Liv. 2. 15. ad fin.* Nec Tarquinius spe auxilii, quod nullum est in me, frustrabor. *Plin. 2. ep. 10.* Frustrari et differre exspectationem alicuius. Et *8. ep. 18.* spes hominum improbas. *Ter. Andr. 2. 2. extr.* Hospes iam me frustrata est. *Id. prol. Eun. 14.* et *Cic. 4. Acad. 20* Frustrari se ipsum. *Plaut. Amph. 2. 2. 200.* Nescio quis praestigiator hanc frustratur mulierem; *ammalia:* fascinat. *Mel. 3. 3.* Rabiem appropinquantium asta frustraturus. — **2)** Translate. *Colum. 1. 1.* Imprudenter facta opera frustrantur impensas; *rendono vane.* Et *praefat. a med.* Ne imbribus imminentibus opera inchoet, laboremque frustretur. *Curt. 6. 5.* In se implicati arborum rami lento vimine frustrabantur ictus; *rendean vani. Vulg. Interpr. Iob. 40. 28.* Ecce spes eius frustrabitur eum. Adde *Ps. 131. 11.* — **3)** Pro spernere, reiicere. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 6. 1.* Cum et frustrentur *(Iudaei)* Verbum eius, per quem cognoscitur Deus. *Id. ibid. 8. 1.* Frustrantes et blasphemantes Deum. — **4)** Deinde forma activa, utroque sensu,

II. *Frustro, as, āvi, ātum, āre.* Est idem quod frustror, decipio. *Coss. fragm.* apud *Diomed. 1. p. 595. Putsch.* Non frustrabo vos, milites. *Plaut. Mil. 3. 3. 9.* Ego me frustro. — *Pompon.* apud *Non. 7. 44.* Qui ventrem frustrarent suum. *Prudent. Apoth. 640.* frustrantia dona dare; h. e. quae incassum feruntur. — Absolute. *Vulg. Interpr. Eccli. 25. 15.* Et si frustraverit, delictum illius super ipsum erit. — **5)** Hinc passive. *Sallust. orat. Licin. trib. pl. ad pleb. a med.* Ignavissimi quique tenuissima spe frustrantur. *Laber.* apud *Prisc. 8. p. 795. Putsch.* Frustramur, irridemur. *Cassiod. 10. Var. 28.* Frustretur ausibus suis. V. FRUSTRATUS, a, um, §. 2. *Tertull. Apolog. 16.* Quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit. *Alii leg.* infrustrandus.

FRUSTRUM. V. FRUSTUM §. b.

FRUSTŬLENTUS, a, um. Adiect. a *frustum*, syllabica adiectione productum; frustis plenus, ut Frustulenta aqua, *Plaut. Cure. 2. 3. 34.* h. e. frustis esculentis immixta.

FRUSTŬLUM, i, n. Deminut. a *frustum;* parvum frustum; *pezzolino, truciolo. Apul. 1. Met.* Ut mihi, prae metu, frustulum panis, quod primum sumpseram, mediis faucibus inhaereret. Adde *Onom. Lat. Gr.*

FRUSTUM, i, n. Nomen a *fruor*. — At *Isid. 20. Orig. 2. 27.* a *Frustum* vocatum, quod capiatur a *frumina.* Est enim *frumen* summa pars gulae. a — Sed et *frumen* est a *fruor*. — **b)** *Incert. Grammat.* in *Append. ad Probi art. min. p. 448. Endl. Frustrum*, non *frustum*, dicendum esse docet; qua ratione, non tradit. — **c)** Derivata, *frustatim, frustillatim, frustillum, frusto.* — **d)** Composita, *defrusto.*

FRUSTUM proprie est rei cuiusque particula; *pezzo, particella. Cic. 1. Divin. 15.* Necesse est, offa obiecta, cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur. *Virg. 1. Aen. 216.* Pars in frusta secant. *Cic. 2. Phil. 25.* Frustis esculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit. *M. Cato*, apud *Gell. 1. 15.* Frusto panis conduci potest, vel uti taceat, vel uti loquatur; h. e. vili pretio. *Senec. Brevit. vit. 12. a med.* Quanta arte sciudantur aves in frusta non enormia. *Horat. 2. Sat. 6. 85.* Lardi semesa frusta. — **2)** Translate. *Senec. ep. 89.* Philosophiam in partes, non in frusta dividam; dividi enim illam, non concidi, utile est. *Quintil. 8. 5. 27.* Unde soluta fere oratio, et e singulis non membris sed frustis collata, structura caret. Adde *4. 5. 25.* — **3)** *Frustum pueri* convicium est. *Plaut. Pers. 5. 2. 67.* Loquere tu etiam, frustum pueri? *ragazzino?*

FRŬTĔCTŌSUS et Frutetosus, a, um. Adiect. a *frutectum;* fruticibus abundans. *Colum. 2. 2.* Numerosi frutectosique tractus. *Plin. 18. 46. 2.* Frutectosus et rubricosus locus. *Id. 15. 45. 1.* Frutectosi est generis et sariptia circa Nilum nascens. *Alii perperam leg.* fruticosi. — **2)** Item fruticosus; h. e. ramulis copiosus: et dicitur de plantis. *Plin. 16. 63. 1.* Smilax spinosis frutectosa ramis. Et *ibid. 71. 1.* Frutectosi generis sunt rubi.

FRŬTECTUM et Frutetum, i, n. Nomen per syncopen a *fruticetum*, quod est a *frutex;* locus fruticibus abundans; *luogo pieno di frutici, boscaglia, cespuglio. Colum. 5. 11.* Ager frutectis, aut arboribus obsessus. *Plin. 25. 6. 2.* Rosa silvestris in frutecto. *Plin. 13. 8. 7.* Frutecta igni optime tolluntur. Adde *Lactant., argum. Metamorph. 1. 3.* et Cf. *Kopp.* ad *Capell. 1. §. 67.* et V. FRUTICETUM. — **2)** Translate. *Prudent. 2. contra Symmach. 872.* tenebrosis tecta frutectis Semita. *Id. Psychom. 445.* attritis pedibus per acuta frutecta. — **3)** Pro frutice. *Solin. 30. a med. de cinnamo.* Id frutectum situ brevi nascitur, ramo humili et depresso. Cf. FRUTEX §. a.

FRUTESCĂ. V. FRUTIS.

FRŬTESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *frutex;* frutices emitto, germino. — Translate. *Ambros. ep. 70. n. 6.* Ne residentia eius *(peccati)* frutescant semina, atque in novos iterum germinent partus. Cf. FRUCTESCO et FRUTICESCO.

FRŬTĒTŌSUS. } V. FRUTECTOSUS et FRUTECTUM.
FRŬTĒTUM. }

FRŬTEX, ĭcis, m. (et f. apud *Capell.* loc. mox cit.). Nomen parum certae originis, de cuius etymo haec habet *Isid. 17. Orig. 6. 4.* a *Frutex* brevis *(arbor)* est appellatus, quod terram *fronde tegat*, cuius plurale nomen *fruteta;* arbor alta est. a Rectius fortasse, qui cum Graeco βρύω; germino, conferunt. — **b)** Feminino genere adhibet *Capell. 5. §. 225.* Niloticae fruticis collemata. — **c)** Derivata, *frutectosus, frutectum, frutesco, fruticatio, fruticesco, fruticetum, frutico, fruticosus.* — **d)** Composita, *efrutico, superfrutico.*

FRUTEX proprie ac universim dicitur planta, quae ad arboris magnitudinem non assurgit, et statura multis herbis similis est; *frutice:* lignosior tamen, et stolonibus, et surculis numerosior, et non demoritur, neque arescit, ut herba. Talis est arundo, rubus, rosa, cinnamum, etc. *Colum. Arbor. 1.* Ex surculo vel arbor procedit, ut olea, ficus; vel frutex, ut rosae, arundines; vel tertium quiddam, quod neque arborem, neque fruticem proprie dixerimus, sicuti est vitis. *Plin. 16. 66. 3.* Arundo circa terram fruticis modo se spargens. *Colum. 8. 13. a med.* Interseris buseis, aut myrteis fruticibus. — **2)** Dicitur et de caule, vel ramulo cuiuscumque plantae. *Id. 11. 3. sub fin.* Matutinis temporibus frutices olerum concutere. *Id. 2. 13.* Frutex lupini succisus. *Plin. 23. 38. 1. de olea.* Succus fruticis recentis accensi distillans sanat lichenas. *Id. 18. 35. 2.* Pinguia arva ex uno semine fruticem numerosum fundunt. — **3)** Item per synecdochen de quacumque arbore. *Ovid. 3. Art. am. 249.* turpe est sine gramine campus, Et sine fronde frutex. *Petron. Satyr. 135.* Idaeos frutices in gurgite sistam, Et rursus fluvios in summo vertice ponam. — **4)** Item de stirpe arboris. *Suet. Vesp. 5.* Quercus antiqua, per tres Vespasiae partus, singulos repente ramos a frutice dedit. — **5)** De frutecto; *cespuglio. Phaedr. 1. 11.* Venari asello comite cum vellet leo, Contexit illum frutice. — **6)** Translate. *Vulg. Interpr. Eccli. 3. 30.* Synagogae superborum non erit sanitas, frutex enim peccati radicabitur in illis, et non intelligetur. — **7)** Est etiam convicium hominis stupidi, ut caudex, stipes. *Plaut. Most. 1. 1. 12.* Nec veri simile loqueris, nec verum, frutex, Comesse quemquam ut quisquam absentem possiet; *balordo, stolido.* — **8)** Specialim

II. *Frutex* est proprium et peculiare nomen cuiusdam arboris in Phrygia. *Plin. 13. 11. 2.* Cedro similis in Arcadia est arbor: in Phrygia frutex vocatur.

FRŬTI. V. FRUTIS.

FRŬTĪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *frutico;* actus fruticandi, qui in arboribus dicitur, cum multos ramos fruticantes producunt, qui stolones appellantur; *germogliamento. Plin. 17 1. 3.* Ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis.

FRŬTĪCESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. a *frutico;* frutices emitto; *germogliare. Plin. 17. 48. 1.* Quia *(hae arbores)* celeriter fruticescunt.

FRŬTĪCĒTUM, i, n. Nomen a *frutex;* locus fruticibus plenus, arbusculis sese implicantibus impeditus; *macchia, cespuglio, boscaglia. Horat. 3. Od. 13. extr.* Celer alto latitantem Fruticeto excipere aprum. *Suet. Ner. 48.* Inter fruticeta ac vepres. V. FRUTECTUM §. 1.

FRŬTĪCO, as, āvi, ātum, āre, et *(deponentium more)* Fruticor, āris, āri. Verbum intransitiv. a *frutex*, quod V. — **b)** Primam syllabam male producit *Tertull. Iudic. Dom. 155.* Tempore nuda suo foliis quoque fruticat arbor. — **c)** Particip. *fruticans* §. 1. et 2. — **d)** Derivata V. in FRUTEX.

FRUTICO proprie est frutices emitto, pullulo; *germogliare. Colum. 2. 9.* Ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit *(triticum). Plin. 19. 41. 4.* Brassica sub omnibus paene foliis fruticat cauliculis peculiaribus. Et *ibid. 29. 2.* Inula spatiose fruticat. Et *17. 14. 1.* Semina fruticantia supputare. *Sil. 9. 205.* centum Cereri fruticantia culmis Rura. — **2)** Translate. *Iuvenal. 9. 15.* Sed fruticante pilo neglecta et squalida crura. — *Calpurn. 6. Ecl. 37. de cervo.* Aspicis, ut fruticat late caput? — **3)** Deponentium more,

Digitized by Google

FRUTICOR, proprie, est apud *Cic. 15. Att. 4.* Excisa est arbor, non evulsa; itaque, quam fruticetur, vides.

FRŪTĪCŌSUS, a, um. Adiect. a *frutex.* — Comparat. *fruticosior* et superlat. *fruticosissimus*, §. *1.* — Est stolonibus et ramulis abundans, longe latèque fruticans; *ubi germoglia assai. Ovid. 8. Met. 344.* illic fruticosa legebant Vimina cum iuncis. *Plin. 25. 102. 3.* Aizoum fruticosum a radice. *Id. 13. 12. 1.* Terebinthus arbor fruticosa. *Id. 20. 31. 1.* Rutae rami fruticosiores. *Id. 16. 66. 2.* Calamus fruticosissimus. — **2)** Item fruticibus abundans, frutectosus. *Ovid. 2. Heroid. 121.* Horrida tamen scrupulos, fruticosaque litora calco. *Plin. 6. 24. 6.* Mare fruticosum.

FRŪTILLĂ, ae, f. Deminut. a *frutis*, quo significatur illicium Veneris. *Gloss. Philox.* Frutilla; ἴυγξ. V. FRUTIS.

FRŪTĪNAL. V. voc. seq.

FRŪTIS, is, et Fruti, indecl. f. Nomen est Veneris apud Hetruscos, quod corruptum videtur a Graeco Ἀφροδίτη (V. *O. Müller, die Etrusck. 2. p. 74.*); unde est *Frutinal*, quod *Fest.* apud *Paul. Diac.* exponit *p. 90. Müll.* templum Veneris Fruti. *Alii leg.* Frutis. *Solin. 2. ante med.* Simulacrum dedicat Veneri matri, quae Frutis dicitur. Adde *Augustin. 4. Civ. D. 21.*, ubi tamen *alii* Frutesca *leg.* Cf. FRUTILLA.

Nota. Sunt qui apud *Festum loc. cit.* censent, legendum *Fruginal* (pro *Fruginal*) templum *Veneris frugi*. Alii denique, *Festum* in mendosos Codices incidisse: veram autem lectionem esse, *Erucinal, templum Veneris Erycis*, vel *Erycinae:* quam e Sicilia Romam advectam ab Aenea, *Solin.* tradit *loc. cit.* V. ERYCINUS in ONOM.

FRŪTUM, i, m. Nomen, quod videtur per syncopen factum a *fruitum*, quod est a *fruor*. Alii autem aliter. V. DEFRUTUM in *Nota*. — **b)** Hinc composita, *defrutarius, defruto, defrutum*.

FRUTUM est vinum coctum, minus tamen quam defrutum. *Inscr.*, Pompeiis reperta in amphora, quae spectat ad a. post Chr. 800., apud *Fiorelli, Scavi di Pompei, a. 1861. p. 84.* Frutum Ti. Claudio IIII. L. Vitellio III. Cos.

FRUX, frūgis, f. Nomen non ita certae originis, quod aliis derivatur a *fruor*, aliis a φρύγω; torreo, aliis a βρύω; germino. Cf. FRUGO, FRUMEN et FRUGAMENTUM. — **b)** *Varr. 9. LL. 46.* docet, ut *haec avis, avis*, sic *haec frugis* secundum consuetudinem dici. Nullum tamen praeterea huius rei exemplum vidimus. — **c)** Derivata, *frugalis, frugalitas, frugamenta, frugesco, frugi, frugius*. — **d)** Composita, *defrugo, frugifer, frugiferens, frugilegus, frugiparens, frugiparus, frugiperdus*.

FRUX proprie ac universim significat omnes fructus terrae, quibus ad alimentum utimur, frumenta, legumina, poma, nuces, etc. tametsi de fetibus arborum *Ulpian.* dici negat *Dig. 50. 16. 77.*, affirmat tamen, id quod ex vino, silvis caeduis, cretifodinis, lapidicinis capitur, *frugis* nomine contineri; *frutti della terra, biade:* et usurpatur saepissime numero multitudinis: raro autem in singulari, rarissime in recto casu. *Plin. 18. 9. 1.* Natura nunc indicabitur frugum: sunt autem duo prima earum genera, frumenta, ut triticum, hordeum; et legumina, ut faba, cicer. *Cic. 1. Offic. 18.* Fruges percipere. *Id. 2. Nat. D. 60 extr.* serere. *Id. ad Quirit. 8.* Frugum ubertas, copia, vilitas. *Lucret. 4. 1086.* laticum frugumque cupido; *h. e.* cibi, et potus. — *Cic. 2. Nat. D. 62.* Terra feta frugibus, et vario leguminum genere. — *Ulp. Dig. 7. 8. 12.* Neque foliis, neque oleo, neque frumento, neque frugibus usurum. — *Cic. 1. Divin. 31.* et *Senect. 2.* Nec fruges terrae, baccasve arborum natura dedisset, etc. *Id. 3. Nat. D. 36.* et *2. Offic. 3. ad fin.* Ubertas frugum, et fructuum. — *Id. prognost. 1. Divin. 9.* Lentiscus triplici solita grandescere fetu, Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi. *Liv. 5. 33.* Dulcedine frugum, maximeque vini voluptate captam. *Cornific.* apud *Serv. ad 1. G. 55.* Fruges arboreae. *Colum. 9. 1.* roburneae. *Id. 3. 17.* Superior pars vitis idonea frugibus. Adde *10. 59.* — *Horat. 1. Ep. 16. 9.* quercus et ilex Multa fruge pecus, multa dominum iuvat umbra. *Colum. 10. 383.* Profuit . . . Palladia sine fruge salis conspergere amurca. *Cic. Rosc. Am. 27.* Non omnem frugem in omni agro reperire possis. *Id. Senect. 15.* Viriditas herbescens fundit frugem. *Curt. 7. 4.* Squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit. *Horat. 3. Od. 23. 3.* horna fruge placare Lares. — In recto singularis numeri casu. *Enn.* apud *Priscian. 6. p. 724. Putsch.* Si iam data sit frux. *Id. ibid.* Dictum factumque fuit frux; *h. e.* homo frugi. *Auson. monosyllab. de cibis.* Spicea frux. — **2)** *Minutae fruges* apud *Cic. 3. Verr. 7.* sunt legumina, si fides *Servio*, qui ita interpretatur ad *1. Aen. 182.* Sed, opinor, fallitur, et intelligenda sunt frumenta minutioris grani, triticum, far, milium: nam ubicumque decumarum Siciliensium mentio fit, *frumentum* a *Cicer.* nominatur. Nisi malis dicere, omnia ibi grana intelligi, quae e terra nascuntur; quia, si cum arborum fetibus comparentur, minuta sunt. Porro *Cic. loc. cit.* verba sunt: L. Octavio, C. Cottae cons. senatus permisit, ut vini et olei decumas, et frugum minutarum, quas ante te quaestores in Sicilia vendere consuessent, Romae venderent. Sic *Ammian. 23. 6.* Persis habitatur antiqua, minutis frugibus dives, et palmite. — **3)** Translate. *Quintil. 1. 3. 3.* Illud ingeniorum velut praecox genus, non temere unquam pervenit ad frugem; *a maturessa, a far frutto. Cic. Cael. 31. ad fin.* Quae in adolescentia, tanquam in herbis, significant, quanta virtutis maturitas, et quantae fruges industriae sint futurae. *Sever. Ael. n. 272.* Impiendus sibi quisque bonis est artibus: illae sunt animi fruges. — **4)** Quia *fruges* sunt optimum, quod terra creat, ut ait *Cic. 5. Tusc. 8.*, ideo saepe de re optima dicuntur. *Pers. 5. 64.* Cultor enim iuvenum purgatas inseris aures Fruge Cleanthea; *h. e.* optimis praeceptis moralis philosophiae ex disciplina Cleanthis. *Horat. Art. P. 341.* Centuriae seniorum agitant expertia frugis; *h. e.* carmina vacua, et inania moralis institutionis, rerumque aeriarum. — **5)** Saepe refertur ad rectam honestamque vivendi rationem. *Cic. Cael. 12.* Emersisse aliquando, et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse. *Plaut. Trin. 1. 2. 81.* Quin adolescentem, quem esse corruptum vides, restituis? quin ad frugem corrigis? Et *Bacch. 4. 10. 10.* ad frugem compellere. Et *Trin. 2. 1. 54.* ad frugem applicare animum. *Id. Poen. 4. 2. 79.* frugem facere; *far bene. Gell. 13. 27.* Multa ad bonam frugem ducentia, in eo libro scripta sunt. — **6)** Item ad ingenium, facultatem, artem, scientiam. *Apul. 6. Met.* Videris mihi tantum sedulo ministerio amatores tuos promereri; iam ergo et ipse frugem tuam periclitabor; *la tua abilità.* — **7)** Hinc est *homo frugi*, de quo V. FRUGI. — **8)** Sensu morali in utramque partem apud *Vulg. Interpr. Osee, 10. 13.* Arastis, impietatem messuistis, comedistis frugem mendacii. *Id. 2. Cor. 9. 10.* Qui autem administrat semen seminanti . . . multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum iustitiae vestrae.

FU

FŪ. V. FI, FUR, et FUI.

FŬAM. V. SUM.

* FŬCAE, ārum, f. Falsa lectio apud *Colum. 10. 125.* Ponitur et lactis gustum quae condiat, herba, Delectura quidem frouti data signa fucarum: Vimque suam idcirco profitetur nomine Graio. Ita quidam Lexicographi: et interpretantur maculas in facie. Sed legendum est *fugarum:* et est metonymia. Loquitur enim *Colum.* de herba *lapidio*, quae vim habet tollendi stigmata inusta in frontibus servorum fugitivorum: ut *Plin. 20. 70. 1.* docet, unde et nomen habet: nam λεπίς, squamam, et ulcus cutis significat. Hinc etiam *Xenoph. Hist. Gr. 1. 5. c. 2.* φυγὴν dixit pro φυγάδας. *Fugarum* in plurali dixit etiam *Sil. 17. 148.* V. FUGA §. *1. fin.*

FŪCĀTĒ. Adverb. a *fucatus;* cum fuco. — Reperitur in solo comparativo apud *Auson.* in prosa post *Edyll. 3. ad Hesper. fil.* Fucatius concinnata carmina.

FŪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fuco;* actus fucandi, tinctura. *Gloss. Lat. Gr.* Fucatio; βαφή. — **2)** Translate. *Ennod. 2. ep. 4.* Sicut amoris elocutor, et copiosus assertor es, ita nescis alicui blanda sermonum fucatione illudere.

FŪCĀTUS, a, um. Particip. verbi *fuco*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *fucatior* §. *2.* — Proprie est fuco illitus; *tinto, dipinto, imbellettato. Virg. 4. G. 334.* Milesia vellera Nymphae Carpebant, hyali saturo fucata colore. *Tacit. 2. Ann. 14.* Non loricam Germano, nec galeam, sed tenues et fucatas colore tabulas. *Quintil. 8. procem.* §. *19.* Corpora vulsa et fucata muliebriter. *Horat. Epod. 12. 11.* Color stercore fucatus crocodili. — **2)** Translate est simulatus, fictus, fallax; *finto, artifizioso, affettato:* cui opponitur simplex, sincerus, verus. *Cic. Amic. 25.* Secernere fucata et simulata a sinceris et veris. *Id. Brut. 9.* Succus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. *Id. Orat. 23.* Fucati medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: elegantia modo et munditia remanebit. *Id. Planc. 12.* Haec sunt signa probitatis, non fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis veritatis. Et *9.* fucatus et fallax. *Id. Mur. 12.* Iisdem ineptis fucata sunt illa omnia: quando te in iure conspicio, etc. *Plin. 34. 19. 29.* Puer subdolae ac fucatae vernilitatis. *Gell. 13. 26.* Versus Homeri simplicior et sincerior: Virgilii, quodam quasi ferrumine immisso, fucatior.

FŪCĬLIS, falsa: dicta quasi fucata. Haec *Festus* apud *Paul. Diac. p. 92. Müll.*, quem V. in *notis* ad h. l. Cf. FUGINO.

FŪCO, as, āvi, ātum, are. Verbum transitiv. a *fucus*. — Particip. *fucans* et *fucandus* §. *1.*, *fucatus*, V. suo loco. — Proprie est fuco inficio, tingo, pingo, facticium colorem induco; *tingere, pingere. Virg. 2. G. 465.* Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. *Ovid. 2. Trist. 487.* Composita est aliis fucandi cura coloris; *d' imbellettare. Al. leg.* fuscandi. *Nemesian. Cyneg. 309.* pinnas vario fucare veneno. *Claudian. 3. Laud. Stilich. 330.* spumis fucantem serica frena Sanguineis flectebat equum. — **2)** Translate. *Gell. 7. 14.* Unumquodque genus *(dicendi)* cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius: cum fucatur atque praelinitur, fit praestigiosum; *s' imbelletta troppo*.

Digitized by Google

FŪCO, ōnis, m. Verbale a *fuco, as;* qui fucat. — Translate adulator. *Gloss. Lat. Gr.* Fuco; ἐργάτωρ.

FŪCŌSUS, a, um. Adiect. a *fuco*. — Superlat. *fucosissimus*, infra. — Est fucatus, fictus, non sincerus, adulteratus: quasi fuco abundans; *ficto, artificioso, alterato*. *Cic. Rabir. 13.* Merces fallaces et fucosae, chartis, et linteis, et vitro delatae. *Id. 1. Att. 18.* Illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent; *di apparenza*. *Id. Plane. 7.* Vicinitas non assueta mendaciis, non fucosa, non fallax, non erudita artificio simulationis vel suburbano, vel etiam urbano. *Ambros. ep. 29. n. 19.* Illam nudae veritatis pulchritudinem diligas, quae has saeculi fucosissimas vanitates redarguet.

FUCUS, i, m. Vox Graeca, φῦκος, qua significatur genus quoddam fruticis, de quo mox. — *Isid.* contra *12. Orig. 8. 3. fucum*, qua animal significat, dictum putat quasi *fagum*, quod alienos labores edat (V. infra §. 8.); qua vero genus herbae significat, *17. ibid. 9. 98.* a *fuco*, praecedenti ratione, deducit, quod alienum colorem mentiatur. V. infra §. 1. — **b)** Derivata, *fucatus, fucilis, fuco, as*, et *fuco, ōnis, fucosus*. Cf. FUCINO. — **c)** Composita, *infuco, offucia*.

FUCUS dicitur frutex marinus, quo Veteres utebantur ad tingendas purpuras; *fuco (Lichen roccella, Linn.)*. Triplex eius genus describit *Plin. 13. 48. 1.* Non habet lingua alia nomen, quod Graeci vocant *phycos:* quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex. Folia lata colore viridi gignit, quod quidam prason vocant, alii zostera. Alterum genus eiusdem, capillaceo folio, simile feniculo, in saxis nascitur: superius in vadis haud procul litore: verno utrumque: et interit autumno. Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt, laudatissimo a parte aquilonis, aut spongiis. Tertium est gramini simile, radice geniculata et caule, qualiter calami. *Id. 26. 66. 1. Phycos thalassion*, id est, fucus marinus, lactucae similis, qui conchyliis substernitur: non podagrae modo, sed omnibus articulorum morbis impositus, priusquam exarefiat. Tria autem genera eius, latum, et alterum longius, quadamtenus rubeus: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur: omnia eiusdem usus. Nicander ea et adversus serpentes in vino dedit. — **2)** Hinc factum est aliquando nomen ipsi purpurae. *Val. Flacc. 1. 427.* Illis Taenario pariter tremit ignea fuco Purpura. *Ovid. 6. Met. 222.* Tyrio nubentia fuco terga. *Tibull. 4. 2. 15.* cui mollia caris Vellera det fucis bis madefacta Tyros. — **3)** Saepius colori purpuram imitanti. *Plin. 22. 3. 1.* Infici vestes scimus admirabili fuco. *Horat. 1. Ep. 10. 27.* qui Sidonio contendere callidus ostro Nescit Aquinatem potantia vellera fucum. — **4)** Hinc, generatim,

II. *Fucus* dicitur quilibet color non sincerus et naturalis, sed factitius et arte inductus ad verum imitandum, qualis est v. gr. quo mulieres faciem tingunt ad augendam pulcritudinem, etc. *belletto, color falso*. *Propert. 2. 14. 27.* An, si caeruleo quaedam sua tempora fuco Tinxerit, idcirco caerula forma bona est? *Quintil. 2. 15. 25.* Mangones, qui colorem fuco mentiuntur. *Plaut. Most. 1. 3. 118.* Vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuco occultant. *Plin. 31. 42. 2.* Adulteratur, tingiturque rubrica, aut plerumque testa trita: qui fucus aqua deprehenditur diluente factitium colorem. — **5)** Invenitur etiam simpliciter positum pro colore; *colore*. *Lucret. 2. 740.* Nam cum caecigeni cognoscant corpora tactu, Ex ineunte aevo nullo contincta colore; Scire licet, menti quoque nostrae corpora posse Verti in notitiam nullo circumlita fuco. — **6)** Translate dicitur de quovis ornamento extrinseco, levi, simulato, et in speciem quidem pulcro, sed quod facile deprehendatur. *Cic. 3. Orat. 52.* His tribus figuris insidere quidam venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color. Et *2. ibid. 43.* Sententiae tam verae, tam novae, tam sine pigmentis fucoque puerili. *Quintil. 8. 3. 7.* Sed hic ornatus *(orationis)* non fuco eminentem colorem amet; sanguine et viribus niteat. *Horat. 1. Sat. 2. 85.* mercem sine fucis gestat; aperte, Quod venale habet, ostendit. — **7)** Item pro simulatione, et fallacia. *Cic. 1. Att. 1.* Prensat unus P. Galba sine fuco ac fallaciis, more maiorum. *Q. Cic. Petit. cons. 2.* Si eum qui tibi promiserit, fucum, ut dicitur, facere audieris; *ti dà ad intendere, t' inganna* (Adde *Ter. Eun. 5. 5. 41.*). *Plaut. Capt. 5. 3. 6.* Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam est. — **8)** Praeterea

III. *Fucus* est etiam genus insecti, apis similitudine; *pecchione, fuco*. *Plin. 11. 10. 8.* Sunt autem fuci sine aculeo, velut imperfectae apes, novissimaeque, a fessis et iam emeritis inchoatae, serotinus fetus, et quasi servitia verarum apium: quamobrem imperant iis . . . cum mella coeperunt maturescere, abigunt eos . . . nec id genus, nisi vere conspicitur. *Virg. 4. G. 243.* Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. Et *167.* agmine facto, Ignavum, fucos, pecus a praesepibus arcent. Adde *Colum. 9. 15.* — **9)** Denique sic dicitur genus glutinis, quo apes alvearia circumlinunt, idem ac propolis, quam vocem vide suo loco. *Virg. 4. G. 38.* tenuis cera Spiramenta linunt, fucoque et floribus oras Explent. *Servius* ait, esse genus herbae, unde linguntur vestes. Cf. *Philarg.* ad *Virg. loc. cit.*

FUE et Fu, interiectio, ructum emittentis, ut quidam interpretantur, seu potius foetorem abhorrentis. *Plaut. Most. 1. 1. 37.* Quam confidenter loquitur! fue! *Tr.* at te Iuppiter, Diique omnes perdant! obstinisti allium. V. PI et PUC. Cf. etiam *Hand, Tursell. T. 2. p. 749.* et *seq.*

FUEREM pro Essem. V. SUM.

FUFAE. V. FAFAE.

FŪGA, ae, f. Vox Graeca, φυγή, qua actus fugiendi significatur. — **b)** *Fugae* in genitivo sing. ἀρχαϊκῶς adhibet *Lucret. 1. 1046.* et *3. 715.* — **c)** Derivata, *fugacitas, fugaciter, fugalia, fugator, fugatrix, fugax, fugela, fugibilis, fugio, fugitatio, fugitator, fugitivarius, fugitivosus, fugitivus, fugito, fugitor, fugo*. — **d)** Composita, *aquifuga, confugio, defugio, diffugio, diffugium, effugio, febrifugia, interfugio, larifuga, lucifuga, lucifugax, lucifugus, lucrifuga, perfuga, perfugium, perfugio, poplifugia*, vel *populifugia, praefugio, profugio, refuga* (V.), *regifugium, subterfugio, suffugio, superfugio, transfuga, transfugio, transfugium, virifuga*.

FUGA proprie est actus fugiendi; *fuga, scampo*. *Cic. 7. Att. 21.* Mitto illam fugam ab urbe turpissimam. Et *20.* Hortari ad fugam. Et *ibid.* Fugam intercludere. *Nep. Datam. 2.* Fuga periculum evitare. *Id. Annib. 11.* Fuga salutem petere. *Id. Agesil. 4.* Ex fuga conicere se in templum. *Caes. 1. B. G. 11.* Fuga se ad aliquem recipere. Et *52.* Hostium acies in fugam convertitur. Et *2. ibid. 23.* Hostes in fugam dare. Et *Iustin. 16. 2.* agere. Et *Liv. 7. 34.* movere; *mettar in fuga*. *Caes. 2. B. G. 24.* Aliam in partem fugam petere. Et *11.* In fuga sibi subsidium ponere. Et *12.* Ex terrore et fuga se recipere. Et *7. ibid. 26.* Fugam capere. *Hirt. B. Afr. 54.* Commendare se fugae. *Vellei. 2. 72.* Fugae se committere. *Cic. 7. Att. 25.* Dare se incertae et periculosae fugae. *Id. 6. Verr. 45. ad fin.* Dare se in fugam. *Id. Coel. 26. ad fin.* In fugam se conicere. Et *Caecin. 8.* se conferre. *Id. 7. Att. 23.* et *24.* Esse in fuga; *fuggire*. *Id. Rabir. perduell. 8.* In fugam impellere. Et *Dom. 23.* Facere fugam; *far fuggire*. Contra *Sall. Iug. 57.* Numidae fugam faciunt; *fuggono*. *Virg. 1. Aen. 141.* fugam maturare. *Id. 9. ibid. 378.* celerare in silvas. Et *2. ibid. 109.* moliri. *Cic. 7. Att. 26.* parare. *Virg. 2. Aen. 640.* agitare. Et *9. ibid. 719.* immittere alicui fugam; h. e. fugiendi cupiditatem; *scompiglio*. *Liv. 7. 37. ad fin.* et *Curt. 5. 12.* intendere. *Val. Flacc. 5. 272.* rapere; h. e. celeriter capere. Et *8. 144.* sistere. *Ovid. 1. Met. 511.* inhibere. *Cic. 7. Att. ult.* reprimere. *Ovid. 5. Pont. 2. 8.* terga praebere fugae. *Liv. 10. 41.* Consternari in fugam. *Sall. Iug. 54.* Nemo omnium Numidarum et fuga regem sequitur; quo cuiusque animus fert, eo discedunt; h. e. ex iis, qui fugiebant. *Vellei. 2. 81.* Fugam occupare. — In plur. num. *Horat. 4. Od. 8. 15.* Non celeres fugae Reiectaeque retrorsum Hannibalis minae. *Id. 2. Ep. 1. 121.* Fugas servorum videt. *Sil. 17. 118.* notusque fugarum Vertit terga citus damnatis Asdrubal ausis; h. e. notus quia non semel fugerat. V. FUGAE. — **2)** Specialim sumitur et pro discessu a patria, et exilio; *bando*. *Cic. 3. Orat. 3.* Cum sibi non incolumem fortunam, sed exsilium et fugam deprecaretur. *Ovid. 2. Pont. 8. 68.* Vos eritis nostrae portus et ara fugae. *Tacit. 14. Ann. 64.* Quoties fugas et caedes iussit princeps. — Hinc *lata fuga*, de qua V. loc. *Martian. Dig.* sub v. EXSILIUM §. 1. — **3)** Translate pro cursu; *corso*. *Virg. 1. Aen. 321.* volucremque fuga praevertitur Hebrum. *Val. Flacc. 3. 584.* tali se concitat ardens in iuga senta fuga. *Horat. 3. Od. 30. 3.* Annorum series, et fuga temporum. *Virg. 4. Aen. 430.* Exspectet facilemque fugam, ventosque ferentes; h. e. navigationem. *Id. 7. ibid. 25.* Neptunus ventis implevit vela secundis, Atque fugam dedit; *spinse, fe' correre*. Adde *Sil. 3. 508. Virg. 12 Aen. 367.* Fugam dant nubila coelo. — **4)** Item pro evitatione, declinatione; *schivamento, scampo*. *Liv. 3. 67.* Hanc ignominiam vel exsilio, vel morte, si alia fuga honoris non esset, vitassem. *Cic. Mur. 4.* Fuga laboris desidiam coarguit. *Horat. 1. Ep. 6. 29.* morbi. *Id. Art. P. 31.* culpae. *Virg. 4. G. 443.* ubi nulla fugam reperit pellacia. *Cic. Orat. 43. Axilla Ala* factus est, fuga litterae vestioris. — **5)** Pro ipsis fugientibus usurpat *Lucan. 2. 132.* Busta repleta fuga; permistaque viva sepultis Corpora.

FŪGĀCĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fugax*, idem ac fuga. *Gloss. Philox.* Fugacitas; φυγή.

FŪGĀCĬTER. Adverb. a *fugax;* saepe et facile fugiendo; *fugacemente*. — Adhibet in gradu comparativo *Liv 28. 3.* Vix rationem iniri posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.

FŪGĀLĬA, ium, n. Nomen proprie adiect. a *fugalis*, absolute adhibitum in plur. num. tantum ad significanda festa, quae Romae celebrabantur VI. K. Mart. post Terminalia, in memoriam fugatorum regum, effusa omni licentia turpitudinis, ut ait *Augustin. 2. Civ. D. 6.* V. REGIFUGIUM. — In *Onom. Lat. Gr.* Fugalia; φύξια.

Nota. Alii censent, fuisse sacra, quae exsules in Iovis honorem

faciebant, quia Ζεὺς φύγιος praeses exsulum habebatur, qui φυγάδες appellantur a φεύγω; fugio.

FŪGĀTOR, ōris, m. Verbale a *fugo;* qui fugat. *Tertull. advers. Marcion. carn.* 5. 227. Mundator carnis serae, mortisque fugator.

FŪGĀTRIX, īcis, f. Verbale a *fugo;* quae fugat. *Tertull. advers. Gnost.* 12. Dilectio fugatrix timoris.

FŪGĀTUS, a, um. Particip. verbi *fugo;* in fugam missus, pulsus; *fugato, posto in fuga. Cic. 3. Offic. 31. extr.* Latini fusi et fugati. *Caes. 7. B. G. 68.* Fugato equitatu. *Ovid. 4. Pont. 14. 39.* et *Val. Flacc. 3. 234.* Fugatus patria sede; *sbandito. Lucret. 3. 48.* longe fugatus ex hominum conspectu. — **β)** Translate. *Horat. 4. Od. 4. 39.* Fugatis tenebris.

FŪGAX, ācis, omn. gen. Adiect. verbale a *fugio.* — Comparat. *fugacior* §. 4. et 5., superlat. *fugacissimus* §. 1., 3. et 6. — Proprie est qui facile fugit; *fugace. Virg. 10. Aen. 725.* Fugax caprea. Et *9. ibid. 591.* feras terrere fugaces. *Liv. 5. 28.* Ignavissimus et fugacissimus hostis. — **β)** Item simpliciter fugiens. *Horat. 3. Od. 2. 14.* Mors et fugacem consequitur virum. Et *ibid. 3. 12.* Lympha fugax; *acqua corrente.* — **γ)** Est etiam convicium servi fugitivi. *Plaut. Pers. 3. 3. 16.* Perenniserve, lurco, edax, furax, fugax. — **δ)** Item velox, celer; *veloce. Ovid. 13. Met. 807.* ventis volucrique fugacior aura. — **ε)** Translate est cito praetereiens, cito finem habens. *Horat. 2. Od. 14. 1.* Fugaces labuntur anni. *Plin. 13. 11. 1. de persicis.* Non aliud pomum fugacius. *Cic. 10. Fam. 12. ad fin.* Haec omnia, quae habent speciem gloriae, brevia, fugacia, caduca existima. *Al. leg.* fucata. *Plin. carm. l. 7. ep. 4.* Fugaces blanditiae. *Senec. ep. 74. circa med.* Fugacissima bona. — **ζ)** Item devitans, declinans: cum genitivo. *Id. 4. Benef. 32.* Fugacissimus gloriae. *Ovid. 4. Trist. 10. 38.* Sollicitaeque fugax ambitionis eram. Et *5. ibid. 2. 9.* fugax rerum, securaque in otia natus.

FŪGĔLĂ, ae, f. Nomen a *fuga* ea forma, qua *tutela, cautela,* et similia. — Idem quod fuga, cursus, vel potius studium fugiendi; *fuga. Cato,* apud *Priscian. 3. p. 691. Putsch.* Ab optimis artibus fugit quam maxima fugela, perpetuissimo curriculo. *Apul. Apol.* Ab iis nunc magna fugela in ganeum fugit.

FŪGĪBĬLIS, le. Adiect. verbale a *fugio;* qui fugi potest, vel debet; *fuggibile.* — Legitur in comparat. tantum gradu apud *Boeth. Aristot. Topic. 5. 1. p. 680.* Quod per se est causa mali, fugibilius est eo, quod per accidens: ut vitium, quam fortuna; nam illud quidem per se malum, fortuna autem per accidens. Adde *3. 2.*

FŪGĬENS, entis. Particip. verbi *fugio,* adiectivorum more etiam adhibitum, sed sensu, ut plurimum, translato. — Est qui fugit, et declinat; *fuggente, schivante. Ter. Andr. 5. 4. 33.* Fugiens bellum. *Horat. 1. Ep. 1. 46.* pauperiem. *Id. 3. Od. 29. 47.* Fugiens horas; h. e. cito praetereiens; *fugace.* Sic *Catull. 68. 45.* Fugiens aetas. *Horat. 1. Sat. 2. 108.* meus amor Transvolat in medio posita, et fugientia captat; h. e. res fugaces, et capi difficiles. — **β)** *Mensis fugiens;* h. e. ad finem properans; *la fine del mese. Ovid. 5. Fast. 186.* — **γ)** *Dies fugiens;* h. e. vesper; *la sera. Senec. Thyest. 614.* et Dies veniens; *la mattina. Id. ibid.* — **δ)** Oculi fugientis. V. LABENS. — **ε)** *Propert. 4. 6. 13.* Est Phoebi fugiens Athamana ad litora portus; h. e. recedens, secedens: simile illi *Virg. 1. Aen. 163.* Est in secessu longo locus: insula portum Efficit obiectu laterum. — **ζ)** *Vinum fugiens* est quod non fert aetatem, sed cito corrumpitur; *vino che non si conserva. Cic. 3. Offic. 25.* — **η)** Absolute, substantivorum more,

FUGIENS, entis, m. Apud ICtos, ut Graeci φεύγοντα reum vocant, ut φεύγοντα φόνου; reum caedis; ὕβρεως; iniuriae (ubi videtur subaudiri δίκη), quia qui revera sunt rei, iudicium declinant; ita *fugientem* pro reo posuit *Iustinian. Cod. 2. 59. 2.* — *Id. ibid.* §. 4. Omnimodo hoc et ab actore et a fugiente exigi. — **θ)** Translate. *Caes. 1. B. C. 69.* Nemo erat adeo tardus, et fugiens laboris; *fuggifatica.*

FŪGĬNO, as, are. Verbum transitiv. pro *fucino,* quod est, ut puto, a *fucus,* scriptum in *Vet. Gloss.* apud *Vulcan. p. 699.* Fuginat, adulando impedit, laudando decipit. Item in *Gloss. Arab. Lat.* Fugino, adulando impedio, ludum do, decipio. Cf. FUCILIS et FUCO, ōnis.

FŬGĬO, fugis, fūgi, fugĭtum, fugĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, a *fugo,* sive a verbo Graeco φύγω, eiusdem significationis. — **b)** Paenultima praeteriti corripitur ab *Albinov. 2. 23.* Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo, Quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit. Nisi dicas esse tempus pro tempore. — **c)** Particip. *fugiens* §. 1. 3. etc. et suo loco, *fugiendus* §. 15., *fugiturus* §. 9. — **d)** Supinum *fugitum* tantum ex analogia hic positum est, cum nullum hucusque repertum fuerit exemplum. — **e)** Derivata et Composita V. in FUGA suo loco.

FUGIO proprie est cursu ab uno loco in alium me transfero, celeriter discedo; *fuggire, scampare. Caes. 1. B. G. 53.* Nec prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum pervenerunt. Et *7. ibid. 66.* Fugere in provinciam Romanos. Et *3. B. C. 29.* Otacilius oppido fugit, et ad Pompeium pervenit. *Petron. Satyr. 7.* Per medium lupanar fugere coepi in aliam partem. *Ter. Hecyr. 1. 2. 107.* Fugere e conspectu. *Petron. Satyr. 136.* Fugere ad caelum. *Cic. 10. Fam. 14.* ex proelio. *Martial. 9. 59.* Aper fugit de cavea. *Ovid. 1. Trist. 5. 66.* Fugere a patria. *Plaut. Pers. 3. 3. 30.* Extempio a foro fugiunt. *Horat. 1. Sat. 4. 34.* Poenum habet in cornu: longe fuge. *Curt. 8. 14. a med.* Fugere acrius coepit. *Id. 7. 2.* Miser, quo, aut unde fugiebas? *Ter. Adelph. 4. 1. 22.* Fugere intro. *Val. Flacc. 1. 147.* Fugere equo; *a cavallo. Id. 6. 426.* rate. *Plaut. Epid. 3. 4. 78.* Propera igitur fugere, si dii te amant. *Ter. Heaut. 5. 2. 47.* Senex exit foras: ego fugio. *Cic. 2. Rep. 19.* Qui (*Demaratus*) fugisse cum magna pecunia dicitur ac se contulisse Tarquinios. *Id. 6. Verr. 55.* Segeste est oppidum pervetus in Sicilia, quod ab Aenea fugiente a Troia atque in haec loca veniente conditum esse demonstrant. *Horat. 1. Ep. 20. 13.* Aut fugies Uticam aut vinctus mitteris Ilerdam. *Id. 1. Sat. 1. 78.* Formidare servos, Ne te compilent fugientes. — *Senec. Tranquill. 8.* Fugit mihi servus. — **β)** Apud *Ter. Phorm. 5. 2. 5.* Ita fugias ne praeter casam; *proverbium* est, quod duplici ratione exponitur; nempe ne praetereas casam tuam, quae sit tibi tutissimum receptaculum: aut, ita fugias, ne praeter casam, ubi custodiri magis et prehendi fur, et mulctari verberibus potest. V. *Donat.* ad h. l. — **γ)** Speciatim *fugio* est a patria discedo, in exilium sponte secedo. *Quintil. 6. 1. 19.* Qui maneant eos casus, qui de vi et iniuria questi sunt, nisi vindicentur: fugiendum de civitate, cedendum bonis aut omnia, quaecumque inimicus fecerit, perferenda. Cf. infra §. 10. — **δ)** Latiore significatione

II. *Fugio* ponitur pro celeriter currere. *Virg. 3. G. 462.* Acer Gelonus, Quum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum. *Sil. 11. 335.* Evolat ante omnes rapidoque per aëra cursu Callaicus Lampon fugit. — Passive impersonaliter. *Lucan. 1. 604.* sic urbe relicta In bellum fugitur. *Stat. 2. Achill. 424.* Nunc caput aërii scandentem prendere montis, Quo fugitur per plana gradu; h. e. curritur, properatur. — **β)** Hoc sensu frequentius translate adhibetur de rebus, quae cito cursu feruntur, imprimis de sideribus, fluviis, aut navibus; aliisque. *Senec. ep. 108. a med.* Nunquam Virgilius diem dicit ire, sed fugere, quod currendi genus concitatissimum est. *Senec. Here. fur. 994.* medio spiculum collo fugit, vulnere relicto. *Val. Flacc. 5. 155.* et pectus arundo Per medium contenta fugit. *Stat. 9. Theb. 770.* nullum sine vulnere fugit Missile. *Val. Flacc. 5. 103.* ratis fugit omne Crobiali latus; h. e. praetervavigat. Adde *Horat. 3. Sat. 7. 35. Virg. 4. G. 19.* tenuis fugiens per gramina rivus. *Horat. 1. Od. 12. 30.* Concidunt venti fugiuntque nubes. *Id. 5. ibid. 2. 24.* Spernit humum fugiente penna. *Lucret. 4. 390.* Fugere ad puppim colles campique videntur. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **γ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **δ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ε)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ζ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **η)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **θ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ι)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **κ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **λ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **μ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ν)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ξ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ο)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **π)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ρ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **σ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **τ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **υ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **φ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **χ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ψ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ω)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **α)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **β)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **γ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **δ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ε)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ζ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **η)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **θ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ι)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **κ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **λ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **μ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ν)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ξ)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis; *scorrere, dileguarsi, svanire, perire. Ovid. 3. Fast. 750.* E pratis cana pruina fugit. *Id. 1. Met. 739.* Fugiunt de corpore setae. *Virg. Cir. 447.* Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires. Sic *Ovid. 7. Met. 859.* Fugiunt cum sanguine vires. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Nisi causa morbi fugerit venis. *Val. Flacc. 3. 179.* iam candor, et anni Deficiunt, vitaque fugit decus omne soluta. *Ovid. 11. Met. 468.* Insequitur fugientem lumine pinum; h. e. navim. — **ο)** Hinc etiam sumitur pro elabi, evanescere, abire, perire: et adhibetur etiam de rebus abstractis

patremque Cum fugeret. — *Id. 2. ibid. 16. 29.* Quid terras alio calentes Sole mutamus patria? quis exsul Se quoque fugit? — **11)** Aliquando est se subtrahere; *sottrarsi, fuggire. Id. 3. ibid. 3. 16.* Hac Quirinus Martis equis Acheronta fugit. *Id. 2. Sat. 3. 23* si valet unus et alter Insidiatorem praeroso fugerit hamo. *Id. 1. Od. 7. 19.* Cuncta manus avidas fugient haeredis, amico Quae dederis animo. — *Id. 1. ibid. 28. 20.* Nullum saeva caput Proserpina fugit; h. e. nulli mors parcit. — **12)** Huc spectare potest titulus saturae Menippeae *Varr.* apud *Non. p. 204. 23.* et *271. 19. Mere.* Longe fugit, qui suos fugit, *quod in Stoicos dictum putant Interpretes.* Cf. *Oehler, sat. Menipp. p. 76.* et *148.* — Proverbialiter autem etiam sumi videtur. — **13)** Hinc iterum translate de rebus etiam abstractis. *Ter. Heaut. 1. 1. 114.* Fugere laborem. *Cic. 5. Rep. 4.* ignominiam ac dedecus. *Id. 3. ibid. 5.* molestiam. *Id. 12. Att. 18.* recordationes. *Id. 2. Orat. 24.* vituperationem. *Horat. 1. Ep. 9. 10.* opprobria culpae. — Passive. *Cic. 5. Verr. 45.* Sentio, iudices, moderandum mihi esse iam orationi meae, fugiendamque vestram satietatem. *Id. Orat. 56.* Vitiosum genus longa animi oratione fugiendum. *Quintil. 11. 3. 128.* Longissime fugienda mollis actio. *Auct. ad Herenn. 4. 38.* Quemadmodum ratione in vivendo fugitur invidia, sic in dicendo consilio vitatur odium. *Cic. 1. Leg. 11.* Mors fugitur, vita expetitur. Adde *Auct. ad Herenn. 4. 38. extr., Stat. 4. Theb. 285.* et *Lucan. 1. 166.* — **14)** Aliquando est carere, omittere; *lasciare, omettere:* cum infinito. *Horat. 1. Od. 9. 13.* Quid sit futurum cras, fuge quaerere. *Tibull. 1. 4. 69.* O fuge te tenerae puerorum credere turbae. *Ovid. 9. Heroid. 75.* Non fugis, Alcide, victricem mille laborum Basilibus calathis imposuisse manum? h. e. non aspernaris? non abhorres? *Horat. 2. Od. 4. 22.* Fuge suspicari, Cuius etc. *Virg. 9. Aen. 200.* Me ne igitur socium summis adiungere rebus, Nise, fugis? *Horat. 2. Ep. 2. 150.* — **15)** Aliquando, causa posita pro effectu, *fugere aciem, visum* dicuntur, quae cerni non possunt. *Cic. 1. Tusc. 22.* Tanta est animi tenuitas, ut fugiat aciem. *Ovid. 2. Fast. 80.* Delphin fugiet visus nocte sequente tuos. — Huc spectat et *Horat. 1. Sat. 4. 100.* Sed tamen admiror, quo pacto Iudicium illud Fugerit. — **16)** Hoc sensu saepius adhibetur in locutione *me fugit*, hoc est, me latet, memoria excidit, ignoro. *Cic. 7. Att. 18.* De Dionysio fugit me ad te antea scribere; *mi scordai, mi uscì di mente.* Et *12. ibid. 42.* Illud alterum quam sit difficile, te non fugit; *tu ben sai.* Et *1. Orat. 59. extr.* Non fugisset hoc Graecos homines, si ita necesse esse arbitrati essent. *Id. Manil. 10. extr.* Nullam rem esse in usu militari positam, quae huius viri scientiam fugere possit. *Gell. 1. 18. extr.* Ea res fugit Varronis memoriam. *Cic. 2. Rep. 10.* Quo quidem tempore novus ille populus vidit tamen id, quod fugit Lacedaemonium Lycurgum. *Id. 4. Fin. 23.* Stoici haec videlicet viderunt, illos autem id fugerat superiores. *Id. 6. Verr. 12.* Verum hominem amentem hoc fugit. *Id. 2. Rep. 1.* Neque ullum ingenium tantum exstitisse dicebat, ut, quem res nulla fugeret, quisquam aliquando fuisset. *Quintil. 2. 5. 17.* Neminem haec utilitas fugit. *Id. 9. 2. 107.* Alia vel sint forsitan, ac nos fugerint. *Cic. 5. Att. 12.* Cui rei fugerat me rescribere.

Nota. Constructio verbi intransitivorum more est absoluta, vel cum ablat. et praepos. *a*, vel *ab*, *e* vel *ex*, aut *de*, vel cum accusat. et praepos. *in*, *ad*, *per*, vel etiam omissa praepositione: raro cum dativo. Transitivorum autem more est cum accusativo rei vel personae, vel sequente infinito.

FŬGĬTANS, antis. Particip. verbi *fugito*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui fugitat; *chi fugge. Ter. Phorm. 4. 3. 18.* Herus meus liberalis est, et fugitans litium. Adde *Ambros. exposs. fratr. 2. n. 99.* et Cf. *Diomed. 1. p. 291. Putsch.* et *Prob art. min. n. 639.*

FŬGĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fugito*, actus fugitandi. Tribuitur *Digestis*, loco tamen non indicato.

FŬGĬTĀTOR, ōris, m. Verbale a *fugito;* qui fugitat. Tribuitur *Firmico*, loco tamen non indicato.

FŬGĬTĪVĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiectivum absolute adhibitum, a *fugitivus*, quo apud Antiquos significabantur, qui fugitivorum servorum conquisitores erant, qui eam operam profitebantur, ut fugitivos investigatos reducerent. *Flor. 3. 19.* Qui per fugitivarios retrahi debuissent. Adde *Ulp. Dig. 19. 5. 18.* — **2)** Hinc translate dicitur de quocumque, qui rem fugientem cohibet, et persequitur. *Varr. 3. RR. 14. de cochleis.* Aqua, inquam, claudendae, ne fugitivarius sit parandus, *idest*, ne, si locus fugae pateat cochleis, cogaris postea, tanquam fugitivos servos, sic cochleas fugitivas persequi, et uti ministerio fugitivariorum. — **3)** Deinde

II. *Fugitivarius* videtur etiam dici de eo, qui servum fugitivum occultat. *Imp. Valentinian Cod. Theod. 10. 12. 1.* Poena, quae de occultatoribus, et fugitivariis data est. Cf. *ibid. 3. 9. 1.* et 2.

FŬGĬTĪVŌSUS, a, um. Adiect. a *fugitivus;* qui saepe ac lubens fugit, fugitivus. *Gloss. Gr. Lat.* Φευκτὸς; fugitivosus. *Id. ibid.* Φυγάς; fugitivus, exsulaticius, fugitivosus.

FŬGĬTĪVUS (et Fugiteivus. V. infra §. 3. fin.), a, um. Adiect. verbale a *fugio;* qui fugit; *fuggitivo, fuggiasco, fugace:* et adhibetur utroque sensu tum proprio, tum translato. *Ter. Heaut. 4. 2. 11.* Retrahum me ad illud fugitivum argentum. *Cic. 5. Fam. 9.* Dicitur mihi tuus servus anagnostes fugitivus cum Vardaeis esse. *Varr. 3. RR. 16.* Si ex bono loco transtuleris *(apes)* eo, ubi idonea pabulatio non est, fugitivae fiunt. *Plaut. Pseud. 1. 3. 85.* Canis fugitivus. *Horat. 2. Sat. 7. 115.* teque ipsum vitae fugitivus et erro. — Cum genitivo. *Flor. 3. 1.* Iugurtha finium suorum regnique fugitivus. *Plin. 9. ep. 28.* Polliceris, futurum te fugitivum rei familiaris, statimque ad nos evolaturum; *che abbandonerai gl' interessi di casa. Id. 18. 16. 41.* Io tantum columbis grata, ut pastae ea negent illius loci fugitivas fieri. — Cum ablat. et praepos. *ab. Cic. 6. Verr. 50.* Neque tam servi illi dominorum, quam tu libidinum: neque tam fugitivi illi a dominis, quam tu ab iure et ab legibus. — **2)** Item qui cito elabitur, aut evanescit. *Ovid. Rem. am. 643.* fugitivus amor. *Al. leg.* finitus. *Martial. 7. 47.* Fugitiva gaudia. — *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 464.* Fugitivae aquae, quae fluunt ex rivo publico, indeque prehenduntur: unde fugitiva dicta sunt, quae furtim quis ac non suo iure uteretur. — **3)** Specialim *fugitivus servus*, et absolute, substantivorum more,

FUGITIVUS, i, m. Dicitur, qui a domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamsi mutato postea consilio, ad eum revertatur, ut ex *Coelio* docet *Ulp. Dig. 21. 1. 17.*, qua in lege multa hac de re. Adde *Tryphonin. ibid. 50. 16. 225. Horat. 1. Ep. 10. 10.* Utque sacerdotis fugitivus liba recuso; h. e. qui a sacerdote fugit, penes quem liba vulgaria sunt. *Inscript.* apud *Gor. Inscript. Etr. T. 1. p. 67.* Minervinus *fugitivus* Italici *militis* tesserarii Coh. XII. VRB. *Cic. 5. Tusc. 22.* Vivebat cum fugitivis, cum facinorosis, cum barbaris. *Liv. 38. 58.* Servos seu fugitivos, seu bello captos reddito Romanis. *Id. 30. 43. extr.* Perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt. *Id. fragm. l. 91.* (edente Romae *G. B. Nisbuhrio*) *p. 91.* Transfugas liberos vivos ad se adduci iussit; fugitivos, quorum maior multitudo erat, ipsis imperavit ut interficerent. Adde *Plaut. Capt. prol. 17., Caes. 5. B. G. 19.* et *110.* et *Quintil. 7. 4. 11.* — *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 551.* FVGITEIVOS ITALICORVM. — **4)** Hinc *Fugitivi* titulus est Comoediae Plautinae deperditae apud *Varr. 7. LL. 5. §. 65.* — **5)** Aliquando est convicium. *Plaut. Pseud. 1. 3. 131.* Fur, fugitive, fraus populi, fraudulente. Adde *Ter. Eun. 4. 4. 2.* et *Phorm. 5. 7. 38.* — **6)** Dicitur aliquando de milite fugiente, qui fere aut *perfuga*, aut *transfuga* appellatur. *Claud. Saturnin. Dig. 48. 19. 16.* Tempus discernit emansorem a fugitivo. *Caes. 1. B. G. 23.* Ea res per fugitivos L. Aemilii, decurionis equitum Gallorum, hostibus nunciatur.

FŬGĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more frequentius adhibitum, specie frequentativ. a *fugio*. — Particip. *fugitans*, V. suo loco. — Proprie est hac illac fugio, vel saepe ac lubens fugio; *fuggire qua e là. Ter. Eun. 3. 2. 7.* Ita miserrimus fui fugitando, ne quis me cognosceret. — **2)** Transitivorum more,

II. *Fugito* est declino, devito; *scansare, schivare, sfuggire. Phaedr. 1. 2.* Fugitare necem. *Plaut. Capt. 1. 2. 53.* Fugitant omnes hanc provinciam. *Cic. Rosc. Am. 28.* Qui quaestionem fugitant, bona possident. *Plaut. Asin. 2. 4. 78.* Ain' tu, furcifer: herum nosmet fugitare censes? *Ter. Phorm. 5. 3. 7.* Fugitare patrem. *Id. Adelph. 5. 4. 18.* Illum amant, me fugitant. *Lucret. 4. 1172.* Quam *(puellam)* famulae longe fugitant, furtimque cachinnant. *Id. ibid. 575.* Splendida porro oculi fugitant vitantque lucri. *Id. 6. 751.* fugitant *(cornices)* iras Palladis. — *Plaut. Capt. 3. 4. 9.* Quid illuc est, quod meos te dicam fugitare oculos. *Id. ibid. 13.* Si te fugitat, aut oculos tuos. Adde *Auson. epist. 3. 4.* et *Lactant.* ad *Stat. 12. Theb. 9.* — **3)** Pro cavere, cum infinito. *Ter. Hec. 5. 2. 10.* Non poenitet me famae, Solam fecisse id, quod aliae meretrices facere fugitant. *Lucret. 6. 1257.* Quumque suos fugitabant visere ad aegros. *Id. 1. 639.* Ignes . . . fugitant in rebus inane relinquere purum. — **4)** Praeterea

III. *Fugito* est etiam frequentativum a *fugo*, rarum tamen. *Auct. prol. Pseud. Plaut. 7.* Semper odistis malos, et lege et legionibus Hos fugitastis, Quirites, successis bonis. At Critici hunc prologum suppositicium putant.

FŬGĬTOR, ōris, m. Verbale a *fugio;* qui fugit. *Plaut. Trin. 3. 2. 97.* Credo, aerem fugitorem fore.

FŬGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fuga*. — Particip. *fugans* §. 1., *fugandus* §. 2., *fugatus*, V. suo loco, *fugaturus* §. 2. — Proprie est in fugam aliquem converto, et fugientem insequor, expello, elicio; *fugare, mettere in fuga, cacciare. Cic. Har. resp. 4.* Armatum civem, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret. *Id. Caecin. 12.* Qui homines inermes armis, viris, terrore repulerit, fugarit, averterit. *Sall. Iug. 62.* Numidas maxuma vi caedere, fundere atque fugare. Et *21.* Hostes semisomnos fugare et fundere. *Vell. 46. 2. in fin.* Ut Parthos in Syriam transgressos fugaret ac funderet. *Horat. Art. P. in fin.* Iudoctum doctumque fugat recitator acerbus. *Propert. 3. 2.*

Digitized by Google

II. Annibalemque Lares Romana sede fugantes. *Ovid. 3. Art. am. 637.* fugat e templis oculos Bona diva virorum. *Id. ib. 175.* In loca ab Elysii diversa fugabere campis. — *Vulg. Interpr. 2. Esdr. 13. 28.* et *4. Mac. 6. 6.* Fugare aliquem ab aliquo. — **B)** Translate. *Horat. 3. Od. 11. extr.* Dum redeuns fugat astra Phoebus. *Lucan. 8. 93.* cunctosque fugavi A causa meliore Deos. *Ovid. 15. Met. 8.* Fugare flammas a classe. *Id. 9. ibid. 301.* nostro vetitus de corde fugabitur ardor. *Id. Medic. fac. 78.* Fugare maculas ore; *h. e.* ab ore. *Id. 3. Pont. 3. 21.* nisi me mea Musa fugasset: *h. e.* in exsilium propulisset. *Id. 1. Met. 469.* Fugare amorem. *Id. Rem. am. 338.* ex omni parte fugandus amor. *Quintil. 2. 2. 7* Id multos a proposito studendi fugat. *Ovid. 18. Heroid. 111.* Iamque fugatura Tithoni coniuge noctem. — *Vulg. Interpr. Sap. 2. 3.* Nebula . . . quae fugata est a radiis solis. — **B)** Pro iacere, iaculari; *lanciare, gettare. Sil. 2. 90.* celsis senior Gortynia muris Tela sonante fugat nervo, liquidasque per auras Dirigit aligero letalia vulnera ferro.

FULCĔO. V. FULGEO §. c.

FULCĪMEN, ĭnis, n. Verbale a *fulcio;* id quod fulcit; *sostegno. Ovid. 6. Fast. 269.* Terra pilae similis, nullo fulcimine nixa.

FULCĪMENTO, as, āre. Verbum transitiv. a *fulcimentum;* sustento. — Translate. *Gild. Querul. 3. 4.* voluptates nequam animae carnisque, quibus domus humanae omnis nequitiae quodammodo pangitur ac fulcimentatur.

FULCĪMENTUM, i, n. Verbale a *fulcio*, syllabica adiectione productum, idem quod fulcimen; *sostegno, sostenimento. Solin. 20.* Ut dum fera assuetis fulcimentis innititur, faciat ruinam. *Al. leg.* fulmentis. *Macrob. 7. Saturn. 9.* Desertum fulcimentis suis labitur in ruinam. *Ulp. Dig. 33. 7. 12. circa med.* Fulcimenta, si qua habebat huic rei necessaria. V. FULMENTUM.

FULCIO, cis, si *vel* cīvi, tum *vel* cītum, cīre. Verbum transitiv. ignotae originis. — **b)** Praeteritum *fulcivi* est cadentis Latinitatis. *Inscript.* sub Honor. et Theodos. apud *Murat. 466. 3.* Cellam lepidariam arcuum duplici munitione fulcivit. — Idem dicendum est etiam de particip. *fulcitus*, quod V. suo loco. — **c)** Videtur aliquando confusum fuisse hoc verbum cum *fulgeo*, cum quo praeteritum commune habet. V. FULGEO §. c. — **d)** Particip. *fulciens* §. 3., *fulciendus* §. 1., *fultus*, V. suo loco. — **e)** Derivata, *fulcimen, fulcimento, fulcimentum, fulcralia, fulcrum, fulmenta, fulmentum, fultio, fultor, fultrum, fultura.* — **f)** Composita, *fulcipedia, infulcio, offulcio, perfulcio, praefulcio, refulcio, semifultus, suffulcio.*

FULCIO proprie est sustento, firmo; *puntellare, sorreggere, sostentare. Cic. 4. Acad. 24.* Fulcire porticum. *Virg. 4. Aen. 247.* Atlas, caelum qui vertice fulcit. *Plin. 36. 19. 3.* Fulcire aliquid trabibus. *Id. 11. 10. 3.* Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis a solo fornicatis. *Martial. 2. 43.* Fulcitur testa fagina mensa mihi. *Cic. Senect. 15.* Vitis, quae natura caduca est, et nisi fulta est, fertur ad terram. *Cels. 7. 19.* Linamenta super non fulciendo, sed leviter tantum ponenda sunt. — *Propert. 1. 8. 7.* Tu *(potes)* pedibus teneris positas fulcire pruinas? — Absolute apud *Plaut. Casin. 3. 2. 10.* colloco, fulcio: *fulcire* pertinet ad componendum in lecto corpus, supponendo v. gr. pulvinaria, quibus fultum apte iaceat. V. alia in FULTUS. — **B)** Speciatim et eleganter de cibis dicitur, qui vires reparant, et corpus sustentant; *rifocillare. Lucret. 2. 1146.* et *4. 865.* et *Colum. 6. 24. a med.* Sic *Senec. ep. 68. ante med.* Fulcire stomachum cibo. *Id. ep. 95. ante med.* Vino fulcire venas cadentes. — **B)** Translate. *Cic. Har. resp. 27. extr.* Vix haec, si undique fulciamus, iam labefacta, vix inquam, inniza omnium nostrum humeris cohaerebunt. *Id. in Senat. 8.* Horum consulum ruinas vos consules vestra virtute fulsistis. *Liv. 40. 12.* Ficto argumento vanam criminationem fulcire. *Cic. Rab. Post. 16.* Veterem amicum suum labentem excepit, corruere non sivit, fulsit et sustinuit re, fortuna, fide. *Id. 3. Att. 21. in fin.* Thermum, ut rogas, creberrimis litteris fulcio. *Propert. 4. 11. 94.* serie fulcire genus; *h. e.* prole sustentare familiam; *mantener la famiglia.* Sic *Plin. 4. ep. 21.* Unus ex tribus liberis superest, domumque pluribus adminiculis ante fundatam, fulcit, ac sustinet. *Lucret. 3. 125.* non aequas omnia partes Corpora habere, neque ex aequo fulcire salutem. *Vulg. Interpr. Ezech. 30. 6.* Et corruent fulcientes Aegyptum. — *Id. Cant. 2. 5.* Fulcite me floribus, etc.

FULCĬPĔDĬA, ae, f. Quid sit apud *Petron. fragm. Tragur. 75. Burm.* non constat inter Criticos: et ipsa quoque lectio varia est. V. FALCIPEDIUS. Haec *Forcellinus*, qui iubet conferri FALSIPEDIUS. — Fortasse est vox a *fulcio* et *pes* composita, quae respondet vocabulo vulgari Venetorum *poggia-piano*, cum quadam ironia prolato. V. interpr. ad loc. cit. *Petronii.*

FULCĪTUS, a, um. Particip. verbi *fulcio*, rarius quam fultus; *sostentato. Coel. Aurel. 2. Chron. 1.* Et tunc fulciti ex utroque alarum latere, ministrorum officio, deambulationem tentent. V. FULCIO §. b.

FULCRĀLĬA, ium, n. Nomen proprie adiect. a *fulcrum*, absolute adhibitum ad significanda lecti ornamenta, ut exponitur in *Gloss. Isid.* Cf. voc. seq. §. 2.

FULCRUM, i, n. Verbale a *fulcio*, quo generatim significatur quodlibet fulcimentum, quo aliquid sustinetur aut firmatur; *sostegno. Vulg. Interpr. 3. Reg. 10. 12.* Fecitque rex de signis thymis fulcra domus Domini et domus regiae. — **B)** Speciatim vero illud, quo lectus sustinetur. *Propert. 2. 13. 21.* Nec mihi tum fulcro sternatur lectus eburno. *Plin. 34. 4. 1.* Tricliniorum pedibus fulcrisque. *Suet. Claud. 33.* Qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. Adde *Virg. 6. Aen. 604., Ovid. 3. Pont. 3. 14., Gell. 10. 18., Martial.* et *Iuvenal.* — *Isid. 19. Orig. 26. 3.* Fulcra sunt ornamenta lectorum, dicta quod in iis fulcimur; id est, sustinemur; vel quod toros fulciat, sive caput, quae reclinatoria vulgus appellat. — **B)** Accipitur etiam pro ipso lecto. *Propert. 4. 7. 3.* Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro. — Porro ex illo *Iuvenal. 6. 22. sacri Genium contemnere fulcri*, colligi potest, morem fuisse, ut quemadmodum in puppi navis signum tutelae sculpebatur, ita in fulcro coniugalis tori *Genius*. — **4)** Pro baculo; *bastone. Ovid. 3. Pont. 3. 13.* Stabat Amor vultu, non quo prius esse solebat, Fulcra tenens laeva tristis acerna manu. *Al.* sceptra *leg.* Ita *Forcellinus.* Haec tamen interpretatio minus textui convenire videtur; neque enim Amori, qui ad Ovidium per aëra venerat invisendum, dandum est sceptrum. Rectius itaque intelligo de lecto ipso, cui innitebatur Amor Ovidium solaturus, qui in lecto iacebat. V. integr. loc.

FULCTŪRĂ. V. FULTURA.

FULGENS, entis. Particip. verbi *fulgeo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *fulgentior* §. 1., superlat. *fulgentissimus* §. 2. — Proprie est splendens; *risplendente, rilucente. Virg. 6. Aen. 490.* fulgentiaque arma per umbras. Et *8. ibid. 593.* fulgentes aere catervas. *Sil. 11. 151.* consul fulgentior ostro. *Tibull. 4. 1. 121.* fulgens Tyrio subtemine vestis. *Tibull. 1. 2. 56.* fax. *Cic. Parad. 1. 4.* Marmorea tecta, ebore et auro fulgentia. *Horat. 2. Od. 12. 14.* lucidum fulgentes oculi. *Id. 3. ibid. 3. 42.* fulgens Capitolium. — **B)** Translate est clarus, illustris; *illustre, chiaro, nobile. Id. 3. ibid. 16. 31.* Fulgens imperio fertilis Africae. *Tacit. 4. Hist. 42.* Fulgens sacerdotio. *Vopisc. Prob. 2.* Pompeius tribus fulgens triumphis. *Vellei. 2. 71.* Fulgentissimus iuvenis. Et *64.* M. Tullius fulgentissimo et caelesti ore. — **B)** *Littera fulgens* apud Grammaticos quae sit, V. in PRAEFULGEO. — **4)** Est etiam fulgurans. V. FULGEO §. 1.

FULGENTER. Adverb. a *fulgens;* fulgendo; *risplendentemente.* — Usurpatum reperitur tantum in comparativo gradu apud *Plin. 10. 22. 2.* Gemmantes pavo expandit colores, adverso sole maxime, quia sic fulgentius radiant. — **B)** Translate. *Id. 22. 3. 2.* Fulgentius instrui poterat luxuria.

FULGĔO, ges, si, gĕre. Verbum intransitiv. parum certae originis. *Voss.* in *Etymol.* volebat a Graeco φλέγω. Cf. *Doederl. Synon. T. 3. p. 66.* — **b)** Videtur apud Antiquos etiam tertiae coniugationis fuisse: nam *fulgit* pro *fulget* dixere. *Lucret. 6. 159.* Fulgit item, nubes ignis cum semina multa Excussere. Adde *Lucil.* et *Pompon.* apud *Non. ibid.* — Item *fulgo* in prima persona, teste *Priscian. 8. p. 838. Putsch.* et *9. p. 866.* — In infinito autem saepe *fulgĕre* dicebant, correpta paenultima, uti docet *Senec. 2. Quaest. nat. 56. Virg. 6. Aen. 827.* paribus quem fulgere cernis in armis. *Val. Flacc. 8. 284.* tot fulgere taedas. Adde *Lucret. 5. 1094.* et *Pacuv., Acc., Lucil.* apud *Non. 10. 12.* — **c)** Etiam *fulceo* pro *fulgeo* agnoscit *Diomed. 1. p. 369.* Sed rectius ibi scribendum est *fulcio, cis, si*, ut proponit *Müller* ad *Fest. p. 95. lin. 21.* V. infra §. 5. — Porro *fulgeo* praeteritum habet commune cum *fulcio*, cum quo etiam et cum *fulguro* in antiquis MSS. aliquando confusum fuit. V. *Spalding.* ad *Quintil. 2. 16. 19.* et *Orelli* ad *Cic. 2. Nat. D. 25.* — **d)** Particip. *fulgens* §. 3. et suo loco. — **e)** Derivata, *fulgenter, fulgerita, fulgesco, fulgetra, fulgetrum, fulgidus, fulgitru, fulgor, fulgur, fulguralis, fulgurat, fulguratio, fulgurator, fulguratura, fulgureus, fulgurio, fulguritas.* V. FULMEN. — **f)** Composita, *affulgeo, confulgeo, defulguro, diffulguro, effulguro, infulgeo, infulgurat, interfulgens, offulgeo, perfulgeo, perfulgerat, praefulgeo, praefulgidus, praefulgurat, refulgeo, refulgerat, subfulgerat, suffulgeo, superfulgeo, transfulgeo.*

FULGEO proprie est fulgorem emitto, fulguro; quod fit, cum subita lux e nubibus erumpit; *folgorare, lampeggiare. Cic. 2. Divin. 72.* Si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de caelo. *Id. Valin. 8.* et *2. Nat. D. 25. ad fin.* Iove fulgente, cum populo agi nefas esse. *Val. Flac. 1. 622.* picei fulsere poli. *Mel. 1. 19.* Responsum erat, ubi primum fulsisset, ibi sedem capessere. *Plin. 18. 81. 1.* Quum aestate vehementius tonuit quam fulsit. *Virg. 4. Aen. 167.* Fulsere ignes et aether. Adde loca citata supra §. b. — **B)** Translate. *Cic. Orat. 9. de Pericle.* Qui si tenui genere uteretur, numquam ab Aristophane posta fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus esset. *Quintil. 2. 16. 19.* Tantum assequi laudis et gloriae, ut non loqui et orare, sed, quod Pericli contigit, fulgere ac tonare videaris. *Utroque loco alii leg.* fulgurare. — **B)** Deinde, latiore significatione,

II. *Fulgeo* est splendeo, luceo; *risplendere. Cic. 2. Catil. 3.* Qui

Digitized by Google

nitent unguentis, qui fulgent purpura. *Horat. Epod. 15. 1.* caelo fulgebat luna sereno. *Ovid. 1. Amor. 8. 10.* puro fulget in orbe dies. *Id. 1. Fast. 81.* nova purpura fulget. *Id. 4. Trist. 2. 27.* Is, qui Sidonio fulget sublimis in ostro, Dux fuerat belli. *Horat. 2. Od. 16. 3.* Certa fulgent sidera nautis. *Ovid. 2. Met. 722.* Quanto splendidior quam cetera sidera fulget Lucifer. *Liv. 1. 25.* Micantes fulsere gladii. *Plin. 11. 55. 4.* Velium in tenebris fulgent radiantque oculi. — **β)** Translate. *Nep. Eumen. 1.* Fulgebat iam in adolescentulo indoles virtutis. *Horat. 3. Od. 2. 18.* Virtus intaminatis fulget honoribus. *Senec. Med. 209.* quondam nobili fulsi patre. — *Vulg. Interpr. Matth. 13. 43.* Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. *Id. 2. Cor. 4. 4.* Excaecavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriae Christi. V. FULGENS §. 2. — **γ)** Denique

II. *Fulgere* (al. *Fulcere*) Prisci pro *ferire* dicebant, unde *fulgus* dictum est, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 92. Müll.*, qui addit loc. *Placid. Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 463.* « Fulsit, periit (*scribe* feriit) vel percussit. Fulgere enim ferire est, unde quoque fulmen dictum. » Sed in his erroris origo apparere videtur, inquit *Müller, loc. cit.*, quem V. Cf. tamen et *Isid. 13. Orig. 9. 1.*

Nota. Discrimen inter *fulgeo* et *splendeo* V. in SPLENDEO.

FULGĔRAT. V. FULGURO.

FULGĔRĀTOR. V. FULGURATOR §. 1.

FULGĔRĪTUS. V. FULGURITUS §. 1. et 3.

FULGESCO, ĭs, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *fulgeo*; fulgere incipio, aut simpliciter fulgeo. *Firmic. 1. Astron. 4. ad fin.* Solis radiatione fulgescere. Et *fragm. Halieut. quod dedit Hesselius ad novam Ennii edition. p. 151.* crebris nubes fulgescere flammis. — **β)** Translate. *Ennod. Carm. 56.* Mundior excocti fulgescat luce metalli, Munera disponit qui dare digna Deo.

FULGĔTRĂ, ae, f. idem quod fulgetrum. *Plin. 28. 5. 5.* Fulgetras poppysmis adorare consensus gentium est. Adde *18. 81. 1.* Cf. *Isid. 13. Orig. 8. 2.* et voc. seq.

FULGĔTRUM, i, n. Verbale a *fulgeo*, idem ac fulgur; *lampo*. *Plin. 2. 55. 1.* Fulgetrum prius cerni, quam tonitruum audiri, cum simul fiant, certum est. Et *ibid. 43. 1.* Si in nube luctetur vapor, tonitrua edi; si erumpat ardens, fulmina; si longiore tractu nitatur, fulgetra. Adde *Senec. 2. Quaest. nat. 56.*, ubi tradit, antiquam vocem esse; et pro ea *fulgurationem* magis esse in usu, innuere videtur. Cf. FULGITRU.

FULGĬDŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *fulgidus*, aliquantum fulgidus. *Terentian. de litter. p. 2388. Putsch.* Has versibus apte quoniam loqui negatur, instar tituli fulgidula notabo milto. *Epigr. in Anthol. Lat. n. 362. Meyer.* Aeris fulgiduli niteus metallo, Ignes pertulit, etc.

FULGĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *fulgeo*. — Comparat. *fulgidior*, infra. — Est fulgens, splendens, micans; *risplendente, rilucente. Lucret. 5. 384.* Fulgida praesertim cum cernere saepe nequimus Lumina, luminibus quia nobis praepediuntur. *Claudian. 2. in Rufin. 331.* acies ornatu fulgida Martis; A. e. fulgentes aere catervae. *Venant. 8. carm. 5. sub fin.* Fulgidior radio.

FULGĬTRU, u, n. idem ac fulgetrum. *Hygin. fab. 183.* Eous, et Aethon funales sunt equi Solis; feminae iugariae Bronte, quae nos tonitrua appellamus, Sterope, quae fulgitrua. *Munekerus* tamen putat legend. *fulgetra*; nota haec enim vox est, et a pluribus usurpata. V. FULGETRUM.

FULGO, ĭs, ĕre. V. FULGEO §. b.

FULGOR, ōris, m. Verbale a *fulgeo*; actus fulgendi, fulgur; *lampo*. *Cic.* vertens *Homeri* versiculum *2. Divin. 39.* Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. *Lucret. 6. 169.* fulgorem cernimus ante, Quam tonitrum accipimus. *Cic. 2. Divin. 19.* Aohelitus terrae . . . quum se in nubem induerint, tum et fulgores et tonitrua exsistere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. *Alii leg.* fulgura. Cf. *Orelli*, in *not. crit.* ad h. l. Adde *Virg. 8. Aen. 524.* et *Ovid. 7. Met. 619.* — **β)** Significat etiam fulmen. *Imp. Constantin. Cod. Theod. 16. 10 1.* Siquid de palatio nostro, aut ceteris operibus publicis degustatum fulgore constiterit, quid portendat, ad nostram scientiam deferatur. — **γ)** Deinde, latiore significatione,

II. *Fulgor* est quidquid fulget, fulgens et micans lux, splendor; *splendore, fulgore. Cic. 6. Verr. 32.* Candelabrum e gemmis auroque perfectum, cuius fulgore collucere atque illustrari Iovis templum oportebat. *Horat. 2. Od. 1. 19.* Fulgor armorum. *Ovid. 11. Met. 617.* vestis. *Id. 2. Art. am. 721.* oculorum, *Plin. 7. 13. 2.* speculorum. *Id. 11. 51. 1.* solis. *Id. 37. 25. 2.* carbunculi. *Ovid. 2. Art. am. 721.* Oculos tremulo fulgore micantes. *Lucret. 2. 50.* Nec fulgorem reverentur ab auro. *Horat. 2. Sat. 2. 5.* Non inter lances mensasque nitentes, Quum stupet insanis acies fulgoribus. — **δ)** Sensu concreto pro sidere. *Cic. 6. Rep. 17.* deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor, qui dicitur Iovis. — **ε)** Translate. *Ovid. 3. Trist. 13. 39.* Nominis et famae quondam fulgore trahebar. *Plin. 7. 27. 1.* Pompeius aequavit Alexandri M. rerum fulgorem. *Horat. 2. Ep. 1. 13.* Urit enim fulgore suo, qui praegravat artes infra se positas. V. PRAEGRAVO. *Vellei. 2. 4.* Avitus fulgor; h. e. avorum dignitas. *Val. Max. 8. 1. n. 11.* Fulgor gloriae. *Quintil. 10. 1. 72.* Omnibus fulgore quodam suae claritatis tenebras obduxit.

Nota. Discrimen inter *fulgorem*, *fulgur* et *fulmen*, V. in voc. seq. §. 1. et in *Nota*.

FULGUR, ŭris, n. Verbale a *fulgeo*. — **b)** In recto casu videtur quoque usurpatum fuisse *fulgus*, *fulguris*, ut testantur loca *Festi* aliata sub VV. FULGEO §. 3. et FULICO §. a., coll. FULVUS §. b. — **c)** Item videtur apud Antiquos etiam *fulgur*, vel *fulgus*, *fulguris*, loco *fulguris*, declinatum fuisse, cuius rei nobis argumento esse possunt verba hinc derivata, *fulgero*, *fulgerator*, *fulgeritus* pro *fulguro*, etc.

FULGUR proprie est flamma inter nubes coruscans, quae tonitru praecedere solet; *lampo*, *baleno*, *folgore*. Differt a fulmine, quod fulmen est ignita exhalatio, fulgur est splendor fulminis. *Ovid. 3. Met. 300. de Deo.* nutu sequentia traxit Nubila, quia nimbos immixtaque fulgura ventis Addidit, et tonitrus et inevitabile fulmen. *Lucret. 6. 270.* Ideo passim tremitus et fulgura fiunt. *Cic. 1. Divin. 10.* Quid? De fulgorum vi dubitare num possumus? Adde *2. ibid. 19.* V. loc. in voc. praecd. §. 1. *Suet. Aug. 90.* Tonitrua et fulgura paulo infirmius expavescebat. Cf. *Nota*. — **β)** Sed discrimen harum vocum non observatur, et fulgur interdum pro fulmine sumitur. *Suet. Domit. 15.* Continuis octo mensibus tot fulgura facta nunciataque sunt, ut exclamaverit, feriat iam quem volet. *Virg. 1. G. 488.* Non alias caelo ceciderunt plura serreno Fulgura. — **γ)** *Fulgur condere* dicebatur pontifex, cum ea, quae fulmine icta essent, sub terra defoderet, quod certa precum formula fiebat. *Lucan. 1. 606.* Arruns dispersos fulminis ignes Colligit, et terrae moesto cum murmure condit, Datque locis numen. *Iuvenal. 6. 586.* aliquis senior, qui publica fulgura condit. *Inscript.* apud *Murat. 129. 4.* Fulgur conditum. V. SIDENTAL §. 2. — **δ)** *Fulgur dium* appellabant diurnum, quod putabant Iovis, ut nocturnum Summani. Haec *Festus* in v. *Dium* apud *Paul. Diac. p. 75. Müll.* — **ε)** *Fulgur provorsum* appellatur, quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum; itaque Iovi Fulguri (*leg.* Fulguratori, *vel* Fulgeratori, *vel* Fulguritori) et Summano fit, quod diurna Iovis, nocturna Summani fulgura habentur. Haec *Festus* in v. *Provorsum p. 229. Müll.* — **ζ)** Deinde

II. *Fulgur* aliquando est fulgor. *Claudian. 5. Cons. Honor. 51.* galeae nec triste timentem Fulgur. *Lucret. 2. 165.* Tempore, quo solis pervolgant fulgura caelum; h. e. cum sol caelum lumine complet. Adde *1. 716.*, *2. 325.* et *5. 297.*

Nota. Discrimen inter *fulgur* et *fulmen* dedimus supra §. 1. init. — Huc spectat *Isid. 13. Orig. 9. 2.* « Ex vento autem et igne fulmina (certum est) in nubibus fieri; et impulsu ventorum emitti; ideo autem fulminis ignem vim habere maiorem ad penetrandum, quia subtilioribus elementis factus est, quam noster, id est, qui nobis in usu est. Tria sunt autem eius nomina, *fulgur*, *fulgor* et *fulmen*. *Fulgur*, quia tangit; *fulgor*, quia incendit et urit; *fulmen*, quia findit; ideo et cum ternis radiis fingunter. » Cf. et FULGURATIO.

FULGŪRĀLIS, le. Adiect. a *fulgur*; ad fulgura spectans, ut *Libri fulgurales*, qui tractant de fulmine condendo, et aliis ritibus. *Cic. 1. Divin. 33.* Quod Etruscorum declarant et haruspicini, et fulgurales, et rituales libri, nostri etiam augurales.

FULGŪRAT. V. FULGURO.

FULGŪRĀTĬO, onis, f. Verbale a *fulguro*; actus fulgurandi, fulgur; *lampeggiamento. Senec. 1. Quaest. nat. 1.* Nubes mediocriter collisae fulgurationes faciunt; efficiunt, maiore impetu pulsae, fulmina. *Id. 2. ibid. 16.* Quid inter fulgurationem, et fulmen interest? Dicam. Fulguratio est late ignis explicitus: fulmen est coactus ignis, et impetu iactus. Et *12.* Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit. Et *21.* Fulguratio nihil aliud est, quam flamma futura, fulmen, si plus virium habuisset. Cf. FULGUR in *Nota*.

FULGŪRĀTOR (et Fulguriator vel Fulgerator), ōris, m. Verbale a *fulguro*; qui fulgura emittit; *fulminatore*: adhibetur autem tamquam epitheton Iovis. *Apul. de Mundo.* Iuppiter dicitur et fulgurator, et tonitrualis, et fulminator, etiam imbricitor, et item serenator. *Inscript.* apud *Grut. 21. 5.* Deo fulguratori ara. *Ibid. 5.* et *4.* (Sed haec altera suspecta est) legitur *fulgerator*: ut et apud *Gud. 4. n. 7. 8. 9. 10.* (spuria) etc. Et *5. n. 1.* (item spuria) et apud *Don. ci. 1. n. 1.* Hoc idem discrimen habetur etiam in Nummis Diocletiani apud *Rasch. Lex. rei num. T. 2. P. 2. p. 885.* — Ex *fragm. Kalendarii* editi a cl. *De Rossi*, in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1860. p. 75.* patet Nonis Octobris festa IOVI FVLGVRATORI IVNONIQVE. IN CAMPO MARTIO Romae celebrata fuisse. — **β)** Item fulgura, seu fulmina inspiciens, et condens. *Cic. 2. Divin. 35.* Haruspices, et fulguratores, et interpretes ostentorum, et augures, et sortilegos, et Chaldaeos. Adde *Caton.* apud *Non. 1. 319.* — In *Inscript.* apud *Fabretti, c. 10. n. 171.* habetur *haruspex fulguriator*.

Digitized by Google

FULGŪRĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *fulguro;* fulguratio, sive fulgurum inspectio. *Serv.* ad *I. Aen. 46.* Ut testantur Etrusci libri de Fulguratura. Cf. voc. praeced. §. 2.

* FULGŪRĀTUS. V. FULGURIO §. 2.

FULGŪRĔUS, a, um. Adiect. a *fulgur;* ad fulgur spectans, ut Fulgurea nubes, apud *Capell. 5. initio.*

FULGŪRĬĀTOR. V. FULGURATOR §. 2.

FULGŪRĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, a *fulgur.* — Proprie est fulgur emitto; *lampeggiare, folgoreggiare. Naev.* apud *Non. 2. 324.* Sane suo tonitru claro fulgurivit Iuppiter. — **2)** Transitivorum more,

II. *Fulgurio* est fulgure sive fulmine percutio; *fulminare. Varr. 5. LL. 32. §. 150.* Scribunt eum locum esse fulguritum, et ex S. C. sepium esse. *Alii perperam. leg.* fulguratum. V. FULGURITUS.

* FULGŪRĪTAS, ātis, f. Debetur falsae lectioni loci *Lucilliani,* quem v. in voc. seq. §. 1.

FULGŪRĪTUS (et Fulgeritus), a, um. Particip. verb. *fulgurio;* fulmine ictus; *tocco dal folgore. Plaut. Trin. 2. 4. 158.* Fulguritae sunt hic alternae arbores. *Lucil.* apud *Non. 2. 324.* Luporum exactorem Silvanum, et fulguritarum arborum. *In MS. Cod. legitur* fulguritatem arborum, *quod locum dedit vocabulo* Fulguritas *e Lexicis expungendo.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

FULGURITUM, i, n. Locus fulgure percussus. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 92. Mull.* Fulguritum id, quod est fulmine ictum: qui locus statim fieri religiosus putabatur, quod eum Deus sibi dicasse videretur. — Aliter vocabatur *bidental.* — **3)** Item

FULGURITA, vel Fulgerita, ae, f. Dicta est villa, seu fundus, fulgure percussa in *Inscript.,* quae pertinet ad an. CCCLXXXV. a Chr. n. apud *Visconti. Mus. Pio-Clem. T. 1. p. 33. edit. Mediol.* Casa, cui vocabulum Fulgerita regione campestri territorii Praenestini.

FULGŪRO (et Fulgero), as, āre. Verbum intransitiv. sensu proprio, impersonalium more, *fulgurat, abat,* adhibitum, a *fulgeo,* cum quo etiam aliquando est confusum. V. FULGEO §. c. et FULGUR §. c. — **b)** Particip. *fulgurans* §. 1.

FULGURO proprie est fulgur emittere; *folgorare, lampeggiare, balenare. Cic. 2. Divin. 18.* In nostris commentariis scriptum habemus; Iove tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. *Plin. 2. 55. 4.* Nocte sine tonitribus fulgurat. — *Not. Tir. p. 118.* Fulgerat, infulgerat. — **2)** Personaliter transfertur ad eloquentiam. *Plin. praef. Hist. nat. §. 3.* Fulgurat in nullo unquam verius dicta vis eloquentiae. V. loca *Cic.* et *Quintil.,* sub v. FULGEO §. 2. — **3)** Pro fulgere; *risplendere. Stat. 4. Theb. 191.* vetitoque domus iam fulgurat auro. *Sil. 12. 723.* cernis, oculis qui fulgurat ignis!

FULGUS, ŭris, n. V. FULGOR §. b. et c.

FŪLĪCĂ, ae, et Fulix, īcis, f. Est avis aquatica anate paulo minor, sed corporis forma consimilis: eadem et *gavia* vocatur; *folaga. Cic. prognost. 1. Divin. 8.* Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti Nuncia horribilem clamans instare procellas. *Plin. 11. 44. 2.* Natura cristam per medium caput a rostro residentem et fulicarum generi dedit. *Virg. 1. G. 363.* marinae in sicco ludunt fulicae. *Ovid. 8. Met. 625.* Nunc celebres mergis, fulicisque palustribus undae. *Plin. 18. 87. 1.* Fulicae clangor. Adde *10. 61. 2.* Cf. *Isid. 12. Orig. 7. 33.*

FŪLĪGĪNĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *fuligo;* fuligine aspersus. *Hieronym. ep. 10. ad Furiam.* Orbes *(oculorum)* stibio fuliginati.

FŪLĪGĪNĔUS, a, um. Adiect. a *fuligo;* fuliginosus. *Petron. Satyr. 108.* Omnia lineamenta fuliginea nube confundere. *Arnob. 7. p. 234.* Fuligineus color.

FŪLĪGĪNŌSUS, a, um. Adiect. a *fuligo;* plenus fuliginis. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 261.* Fuliginosi ture placantur Lares.

FŪLĪGO, ĭnis, f. Nomen parum certae originis, quod tamen a *furvus* deducit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 81.* a Furvum, nigrum vel atrum. Hinc dicta *furnus, Furiae, funus, fuligo, fulgus, fumus.* a Alii autem a *fulvus* vel a *fuscus,* aut a *fumus* quasi *fumiligo.* — **b)** Derivata, *fuliginatus, fuliginous, fuliginosus.* Cf. FULIGA.

FULIGO proprie dicitur nigrum illud, quod ex pingui rerum ustarum fumo condensatur, et caminis, vel parietibus adhaeret; *fuliggine. Cic. 2. Phil. 36.* idem tamen quasi fuligine abstersa, reliquis diebus in Capitolio praeclara senatusconsulta fecisti. *Virg. 7. Ecl. 49.* Assidua postes fuligine nigri. *Colum. 11. 3. ad fin.* Fuligo, quae supra focos tectis inhaeret. *Cels. 5. 18. n. 28.* Fuliginis turis acetabulum. *Iuvenal. 2. 93.* Ille supercilium madida fuligine tactum Obliqua producit acu. *Tertull. Cult. fem. 4.* Oculos fuligine collinunt. *Commodian. 66. 10.* Oculos fuligine relinitis. — **2)** Translate. *Gell. 1. 2.* Verborum et argutiarum fuliginem ob oculos audientium iacere. *Quintil. 11. 3. 23.* Fuligo lucubrationum oratori bibenda, vigilandae noctes, etc.

FŪLĪNĂ, ae, f. Nomen a *fuligine* factum, ut videtur. Exponitur enim in *Gloss. Isid.* Fulina, coquina. — Hinc « fulinarius, coquus, » in *Thesaur. nov. Latinit. p. 241.* ed. *Mai.*

FŪLĪNĀRĬUS, ii, m. V. voc. praeced.

FŪLIX, īcis. V. FULICA.

FULLO, ōnis, m. Nomen parum certae originis. Quibusdam videtur esse a πολέω; versans, vel potius a βύλλω; densans, particip. verbi βυλλέω apud *Hesychium* pro βύω; infarcio, stipo. — **b)** Derivata, *fullonicus* et *fullonius.* — **c)** Compositum, *infullonicatus.*

FULLO proprie est nacta, qui vestes pedum insultu cogit, et densat, easdemque purgat, maculis liberat, polit, et creta candefacit; *purgatore, lavapanni. Plin. 28. 18. 2.* Urina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. *Martial. 14. 51.* Non tam saepe teret lintea fullo tibi. *Id. 6. 93.* Tam male Thais olet, quam non fullonis avari Testa vetus, media sed modo tracta via. Adde *Senec. 1. Quaest. Nat. 3. 2.* — **2)** Romae *fullonum collegium* fuisse constat ex *Inscript.* apud *Fabretti, p. 278. n. 170.* et *171.,* qui cum fontanis diu litigarunt. — Sed et alibi collegia huiusmodi exstitisse videntur. Sic in *Inscr.* Pompeiis detecta apud *Momms. n. 3208.* Eumachiae L. f. Sacerd. publ. Fullones. — **3)** *Fullo* est etiam nomen Mimi Laberiani apud *Gell. 16. 7.* — **4)** Translate. *Fullonem comprimere* turpi sententia dixit *Nonius* apud *Priscian. 10. p. 879. Putsch.* Hinc *Tertull. Pall. 4.* Pugil Cleomachus intra cutem caesus et ultra, inter fullones Novianos coronandus. V. CAESUS §. 7. et FLAGITATUS §. 2. — **5)** Improprie

II. *Fullo* dicitur scarabaei quoddam genus, albis guttis distinctum. *Plin. 30. 30. 3.* et *Varr.* apud *Non. 4. 236.* V. ULULA.

FULLŌNĬĂ et FULLŌNĬCĂ, ae, f. / FULLŌNĬCĂ, ōrum, n. } V. voc. seq. §. 2. et seqq.

FULLŌNĬCUS, a, um. Adiect. a *fullo;* ad fullonem pertinens. *Cato, RR. 10.* Fullonica pila. Adde *ibid. 14.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

FULLONICA, ae, f. Est ars fullonum. *Plaut. Asin. 5. 2. 57.* Si non didicisti fullonicam, non mirandum est. *Est qui legit* fulloniam. — **3)** Item officina fullonis; *purgo. Ulp. Dig. 39. 5. 5.* Eum, qui fullonicas circa fontem instituisset. — **4)** Hoc eodem sensu etiam *fullonica,* ōrum, n. dicuntur apud *Ulp. Dig. 7. 1. 13. ad fin.* Quod autem dicitur meritoria non facturum, ita accipe, quae vulgo diversoria vel fullonica appellantur.

FULLŌNĬUM, ii, n. V. voc. seq. §. 3.

FULLŌNĬUS, a, um. Adiect. a *fullo,* idem quod fullonicus. *Plin. 7. 57. 3.* Fulloniam artem invenit Nicias Megarensis. *Senec. ep. 15* Fullonius saltus; A. c. quo fullones subsultant in pannis cogendis, et purgandis (V. ARGUTOR §. 3. et CONCILIO §. 13.). *Plin. 17. 3. 4.* Fulloniа creta. *Id. 24. 13. 68.* Fulloniae cortinae. — **2)** Ioculariter. *Plaut. Pseud. 5. 1. 15.* nisi lenoni munus hodie misero, Cras mihi potandus fructus est fullonius; A. c. Strenue puerile patiendum mihi est. Cf. FULLO §. 4. — **3)** Absolute, substantivorum more,

FULLONIA, ae. (V. FULLONICUS §. 2.) et

FULLONIUM, ii, n. Est officina fullonis. *Ammian. 14. 11. sub fin.* Fortuna Adramyttenum Andriscum in fullonio natum evexit.

FULMEN, ĭnis, n. Verbale a *fulgeo,* unde *fulgimen, fulgmen* et *fulmen* per contractionem. — Proprie dicitur ignis, seu ignita exhalatio, quae abruptis nubibus in terram decidit; *fulmine, saetta. Cic. 2. Divin. 19.* Non puto te esse eum, qui Iovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Aetna putes. *Id. ibid. 21.* Romulus lactens fulmine ictus fuit. *Id. 3. Offic. 25.* Phaëthon ictu fulminis deflagravit. *Id. 2. Divin. 20.* Vi fulminis icti conciderunt. *Val. Flacc. 6. 169.* quatit ut saevo cum fulmine Phlegram Iuppiter. *Cic. 3. Nat. D. 35.* Iuppiter hunc fulmine percussit. *Id. 2. Divin. 19.* Iacit fulmina Iuppiter. Et *ibid.* emittit. Et *Virg. 1. G. 328.* Ipse pater, media nimborum in nocte, coruscа Fulmina molitur dextra. *Id. 4. Aen. 208.* torquet. *Ovid. 5. Fast. 41.* iaculatur. *Id. 1. Met. 253.* spargit in terras. *Virg. 1. G. 285.* exstructos disiecit fulmine montes. *Id. 4. Aen. 25.* pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. *Id. 5. ibid. 691.* infesto fulmine morti, Si mereor, demitte. *Id. 6. ibid. 580.* Titania pubes Fulmine deiecti. Et *7. ibid. 773.* Fulmine Phoebigenam Stygias detrusit in undas. *Id. 2. ibid. 648.* me divûm pater atque hominum rex Fulminis afflavit ventis et contigit igni. *Ovid. 1. Trist. 2. 21.* affari ignibus fulminis. — **2)** Miros fulminis effectus recensent *Senec. 2. Quaest. nat. 51., Lucret. 6. 227.* et *segq.* et *Plin. 2. 53. 1.* — **3)** Varia sunt fulminum genera. Quatuor facit *Serv.* ad *1. Aen. 47.,* quod disiicit, quod transfigit, quod corripit, quod infigit. Tria *Senec. 2. Quaest. nat. 40.* quod terebrat, quod discutit, quod urit: hoc autem postremum vel urendo afflat, vel comburit, vel accendit. Rursus idem *Serv.* ad *8. Aen. 524.* et *Cascin.* apud *Senec. ibid. 39.* et *49.* ex haruspicum disciplina, alia dicunt esse fulmina consiliaria, alia auctoritatis, alia status: priora esse, quae ante rem gestam accidunt, et aut vetant, aut hortantur: altera, quae re gesta, et aut probant, aut improbant: tertia, quae nihil nobis agentibus aut cogitantibus, aut minantur aliquid, aut promittunt, aut monent. Rursus *Serv.* ad *1. Aen. 254.* aliud esse ait fulmen, quod terret, aliud quod

Digitized by Google

affat, aliud quod punit. V. alia huius disciplinae effata apud *Senec. ibid. 41.* et *seqq.* — **4)** Triplex ars circa fulmina ab Etruscis tradita fuit, quomodo exploranda essent, quomodo interpretanda, quomodo exoranda, ut *Id. ibid. 33.* docet. Quibus adde quartam, quomodo eliciendo: de qua *Plin. 2. 54. 1.* et *Ovid. 3. Fast. 287.* V. ELICIUS. — **5)** Antiqui soli levi fulmina tribuerunt: et quidem in tres manubias divisa. V. *Senec. ibid. 41.* Sed et aliis Diis undecim, Iunoni, Minervae, etc. sua sunt assignata fulmina, ut *Serv.* tradit ad *1. Aen. 46.* Cf. *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1852. p. 184.* et *seqq.* — **6)** Translate *fulmina* dicuntur gravia infortunia, quae ex improviso accidunt, et affligunt. *Liv. 45. 41.* Duo fulmina domum meam per hos dies perculerunt. *Cic. 2. Tusc. 27.* Fulmina fortunae contemnere. *Ovid. 5. Trist. 2. 53.* Parce, precor, minimamque tuo de fulmine partem Deme: satis poenae, quod superabit, erit. *Iuvenal. 8. 92.* quam fulmine iusto Et Capito, et Numitor ruerint, damnante senatu. — **7)** Dicitur et de vi atque impetu cuiusque rei. *Ovid. 10. Met. 550.* Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. *Stat. 2. Theb. 70.* aper Erectus setis, et aduncae fulmine malae. *Cic. 9. Fam. 21.* Insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina. *Id. Orat. 6.* Stilus quidam interiectus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum. — **8)** Strenui duces, quod instar fulminis omnia pervadant sternantque, *fulmina* dicuntur. *Cic. Balb. 13. (Virg. 6. Aen. 842.* geminos, duo fulmina belli, Scipiadas. Et *Sil. 7. 106.)* Cum duo fulmina nostri imperii in Hispania, Cn. et P. Scipiones extincti concidissent. — **9)** In illo *Silii, 11. 341.* tu ne illa viri, quae vertice fundit, Fulmina pertuleris? *fulmina* sunt maiestas oris, ac terror, quem intuentibus Annibal iniiciebat, velut si fulmina haberet in oculis. — Huc etiam spectat illud *Stat. 5. Silv. 1. 133.* Dum te pulveres bellorum in nube videret Caesarei prope fulmen equi.

Nota I. *Fulmen* pro fulmento, a *fulcio*, poni vult *Scalig.* in illo *Manil. 2. 891.* Imaque submersi contingens fulmina Mundi. *Sed al. leg.* culmina. — **Nota II.** Discrimen inter *fulgur, fulgorem* et *fulmen*, v. sub v. FULGUR in *Nota*.

FULMENTĂ, ae, f. Verbale a *fulcio* contractum pro *fulcimenta*. — Apud *Caton. RR. 14.* Fulmentae sunt quaelibet fulcimenta in aedibus. — **2)** Speciatim vero *fulmenta* dicitur solea, quae calceo suppingitur; *suolo, pedule*. *Lucil.* apud *Non. 3. 98.* Fulmentas clavis aeneis subcudere. *Plaut. Trin. 3. 2. 94.* Fulmentas iubeam suppingi soccis.

FULMENTUM, i, n. Verbale a *fulcio* contractum pro *fulcimentum*; quo significatur quodlibet fulcrum; *sostegno. Sidon. 2. ep. 10. in carm.* Porticus fulmentis Aquitanicis superba; *h. e.* columnis. *Vitruv. 5. 1. ad fin.* Supra trabes contra capitula ex fulmentis dispositae pilae sunt collocatae. *Phoc. Vit. Virg. 26.* apud *Meyer, Anthol. Lat. n. 288. 26.* Terra ministravit flores et munere verno herbida supposuit puero fulmenta virescens. — **2)** Speciatim sumitur pro instrumento ad aliquid sublevandum. *Cels. 2. 16.* Si nihil horum est, suspendi lectus debet et moveri: si ne id quidem est, at certe uni pedi subiiciendum fulmentum est, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus. *Alii male* fulcimentum, *alii pessime* funiculum *leg.* — **3)** Vetus proverb. apud *Varron.* apud *Non. 3. 98. Fulmenta lectum scandunt*, de re praeposteru, cum praeesse vult, in quem imperium habemus.

FULMINANDUS, a, um. V. FULMINO §. 6. et 7.

FULMĪNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fulmino*; fulminis emissio. *Senec. 2. Quaest. nat. 12.* Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.

FULMĪNĀTOR, ōris, m. Verbale a *fulmino*; qui fulminat; *fulminatore. Arnob. 6. p. 207.* Ubinam fulminator *(Iuppiter)* tempore illo fuit?

FULMĪNĀTRIX, īcis, f. Verbale a *fulmino*; quae fulminat; *fulminatrices. Notit. dignit. utriusq. Imp. Or. c. 33. de duce Armeniae.* Praefectura legionis Duodecimae fulminatricis Melitena. *Alii* fulmineae *leg.*, quam lectionem approbat *Letronne, Recueil. T. 2. p. 550.* contra *Boecking*, ad *h. l.* V. voc. seq. §. 2.

FULMĪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *fulmino*, adiectivorum more etiam adhibitum, atque hinc quoque absolute: fulmine ictus; *fulminato. Plin. 2. 54. 5.* Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt. — **2)** Speciatim *Fulminata* (quae prius *Antiqua* in Numis M. Antonii apud *Eckhel, D. N. V. T. 6. p. 51.* vocabatur) appellata est Legio XII., vel quod fulmine tacta esset, vel quod fulmen insigne haberet (Graece κεραυνοφόρος vel κεραυνοβόλος, non κεραυνεβόλος apud *Dion. 71. 9.*), saltem a temporibus Neronis imp., ut patet ex *Inscr.*, quae spectat ad a. XI. Neronis, apud *Letronne, Recueil, T. 2. p. 528.* et *seqq.* A. Instituleius Tenax primipilaris Leg. XII. Fulminatae. V. *Eund. ibid. p. 120.* et *258. Alia*, quae spectat ad Traiani tempora, apud *Kellerm. Vig. Latere. n. 243.* P. Tullio Varronis fil. Stell. Varroni leg. XII. fulminatae. Adde *alias* apud *Grut. 347. 6.* et *367. 10.* et *Murat. 869. 1.* et *874. 4.*, in quibus olim compendia litterarum FULM. FULMIN. FULMINAT. non *fulminata* explicabantur, sed *fulminatrix*, quae explicatio explodenda nunc est cum opinione illorum, qui putarunt *fulminatricem* appellatam fuisse hanc legionem sub M. Aurelio bellum contra Quados gerente ob pluviam impetratam precibus Christianorum, qui huic legioni ascripti ferebantur, quum hodie insuper constet, hanc legionem eo tempore non in Europa, sed in Africa ac deinde in Syria fuisse, ubi a statione *Melitena* quoque dicta est. V. *Letronne, loc. cit.* — **3)** Translate. *Petron. Satyr. 80.* Fulminatus hac pronunciatione in lectulum decidi.

FULMĪNĔUS, a, um. Adiect. a *fulmen*; ad fulmen pertinens; *di fulmine, fulmineo. Horat. 3. Od. 16. 10.* Fulmineus ictus. *Ovid. 2. Pont. 2. 118.* ignis. *Val. Flacc. 2. 501.* fragor. Adde *Lucret. 2. 382.* — **2)** Translate vehemens, rapidus, more fulminis agens. *Virg. 9. Aen. 811.* ingeminant hastis et Troes, et ipse Fulmineus Mnestheus. Et *441.* rotat ensem fulmineum. *Val. Flacc. 4. 167.* Fulminea dextra. *Ovid. 11. Met. 367.* Fulminei rictus lupi. *Id. 2. Art. am. 374.* Aper fulmineo cum rotat ore canes. *Sil. 11. 99.* Fulminea ira. *Claudian. 1. cons. Stilich. 200.* Fulmineum iter. *Phaedr. 1. 21.* Fulminei dentes *(apri)*.

FULMĪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, a *fulmen*. — **b)** Particip. *fulminans* §. 1. et seqq. *fulminandus* §. 5. et 6., *fulminatus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *fulminatio, fulminator, fulminatrix*. Cf. FULMEN, *init.* et FULMINEUS. — **d)** Compositum, *diffulmino*.

FULMINO proprie fulmen emitto, fulmen iacio; *fulminare. Horat. 3. Od. 3. 6.* Nec fulminantis magna manus Iovis. *Senec. 2. Quaest. nat. 23.* Minore vi ad fulgurandum opus est, quam ad fulminandum. *Plin. 2. 5. 6.* Fulminantem pelerant Iovem. — Impersonaliter. *Virg. 1. G. 370.* Aut Boreae de parte trucis cum fulminat. — **2)** Translate. *Id. 4. ibid. 560.* Caesar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello. *Propert. 4. 8. 55.* Fulminat illa oculis, et, quantum foemina, saevit. *Ovid. 1. Amor. 8. 16.* Oculis quoque pupula duplex Fulminat. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Fulmino* est fulmine percutio; *fulminare, percuoter con fulmine. Claudian. epist. 1. 40.* caelestis flamma lugentes quercus, annosas fulminat ornos. *Lactant. 1. 10.* Aesculapius mortem habuit clariorem, quod a Deo meruit fulminari. — **4)** *Fulminare ignes* est ignes iacere more fulminis. *Sever. Astn. 342.* spiritus ille, Qui rupes, terramque vorat, qui fulminat ignes. — **5)** Translate. *Eumen. Restaur. schol. 21.* Maximianus perculsa Maurorum agmina fulminans. *Senec. Here. Oet. 6.* fregimus, quidquid fuit tibi fulminandum. — **6)** Pro exsilio multare sumitur apud *Cassiod. 6. Hist. Eccl. 33. de Valentiniano*. Eo namque tempore quum fulminandus ille templum ingrederetur, etc. V. integr. loc. — **7)** Hinc *fulminandus* adiectivorum more pro scelesto. *Id. 7. ibid. 33.* Non hoc locutus sum, fulminande; sed quibus communicat imperator, communicare vos monui.

FULTĬO, ōnis, f. Verbale a *fulcio*, actus fulciendi. *Fronto, de Differ. p. 2200. Putsch. Fultio*, dum fit; *fultura*, cum facta est.

* FULTOR, ōris, m. Verbale a *fulcio*; qui fulcit; *sostenitore*. Translate. *Venant. 2. carm. 15. 19.* Ecclesiae fultor, laus regni, pastor egentum.

FULTRUM, i, n. Idem ac fulcrum. *Not. Tir. p. 118.* Fultrum, fulcrum.

FULTŪRĂ (et Fulctura), ae, f. Verbale a *fulcio*; fulcimentum; *sostegno, puntello. Liv. 38. 7.* Suspenso fulturis ab hostibus muro. *Al. leg.* furculis. *Vitruv. 10. 22. ad fin.* Vehemens aquae vis supplantavit fulturas. *Colum. 1. 5. ad fin.* Fundamento pro fultura, et substructione fungentur, *Lipsius* et *Schneiderus* putant legend. *profultura*, nam aliquid deesse videtur, si cum vulgatis editionibus legamus *pro fultura*. V. FULTIO. — **2)** Translate. *Horat. 2. Sat. 3. 153.* Deficient inopem venae te, ni cibus, atque ingens accedit stomacho fultura ruenti (V. FULCIO §. 2.). *Plin. 1. ep. 9.* Corpori vaco, cuius fulturis animus sustinetur.

FULTUS, a, um. Particip. verbi *fulcio*, adiectivorum more aliquando etiam adhibitum. — Proprie est subnixus, adminiculatus; *sostentato, sollevato, sostenuto. Cic. Senect. 15.* Vitis nisi fulta sit, ad terram fertur. *Ovid. 1. Trist. 6. 8.* Te mea, supposita veluti trabe, fulta ruina est. *Horat. 1. Sat. 3. 48.* pravis fultus male talis. *Propert. 3. 1. 49.* domus fulta columnis. *Sil. 13. 814.* torus fultus e stramine culmi. *Claudian. VI. cons. Honor. 167. de Eridano.* Fultaque sub gremio caelatis nobilis astris Aetherium probat urna decus. — **2)** Fultus aliqua re dicitur, qui super eam compositus nixusque iacet. *Ovid. Ib. 257.* Et ne non fultum nuda tellure iaceret, Molle super silices imposuere caput; *appoggiato e sollevato. Virg. 6. Ecl. 85.* iuvencus latus niveum molli fultus hyacintho. Ubi *Servius*: Apud veteres unusquisque eo, super quod iacebat, fultus dicebatur. Lucilius in tertio: Et pulvino fultus. Virgilius *(7. Aen. 94.)*. Atque harum effultus tergo, stratisque iacebat Velleribus. *Id. 11. Aen. 39.* caput nivei fultum Pallantis. *Pers. 5. 146.* tibi torta cannabe fulto Coena sit in transtro? *Claudian. 1. Rapt. Pros. 79.* fultus solio; *h. e.* sedens. — **3)** Est etiam implicitus, innexus. *Stat. 6. Theb. 862. de luctantib.* Interdumque diu pendent per mutua fulti Brachia, nunc saevi digitorum vincula frangunt. *Id. 3. ibid. 526.* stant fulti pulvere crines. — **4)** Item

Digitized by Google

firmatus, munitus; *fortificato, munito. Virg. 8. Aen.* 227. fultosque emunit obice postes. *Ovid. 2. Art. am.* 244. apposita ianua fulta sera. — 5) Translate. *Cic. 12. Fam. 5.* Magnis subsidiis fulta est respublica. *Id. 3. Offic.* 22. imperium, quod gloria fultum esse debet, et benevolentia sociorum. *Id. Balb. 15. extr.* Causa Gaditanorum gravissimis et plurimis rebus est fulta. *Plin. 9. ep. 13. circa med.* Homo gratia et amicitiis fultus. *Gell. 6. 2. a med.* Ingenia rudia, nullisque bonarum artium adminiculis fulta. *Ovid. 5. Trist. 12. 11.* valido mihi pectus robore fultum. *Colum. 6. 24. a med.* Bos cum partum edidit, nisi cibis fulta est, labore fatigata, etc.; *sostentata*. — 6) In malam partem. *Pers. 1. 78.* ex *Pacuvio*. Antiopa aerumnis cor luctificabile fulta; h. e. obsessa, circumdata, durior metaphora, et quae a *Persio* ipso reprehenditur.

FULVASTER, tra, trum. Adiect. a *fulvus;* ad fulvum colorem accedens. *Apul. Herb. 109.* Fulvastra radix. *Id. ibid.* Fulvaster thyrsus.

FULVĬĀNUS, a, um. Adiect. a *Fulvius*, quod est nomen gentilicium Romanum, de quo v. in ONOM. — Est ad Fulvium aliquem pertinens. Hinc *Fulviana herba* apud *Plin. 26. 57. 1.*, ita ab inventore Fulvio appellata, vim urinas ciendi habens.

FULVĬDUS, a, um. Adiect. verbalium more effictum a *fulvus;* ad fulvum trahens, fulgidus, fulvus; *fulvido. Cassiod. 9. Variar. 5. sub init.* Omnis proventus acquiritur, ubi metallum fulvidum reperitur, *scil.* aurum. *Isid. 19. Orig. 6. 3.* Carbones ex pruna fulvida nigros facit. *Alii tamen leg.* fulgida. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 149. n. 268.*

FULVUS, a, um. Adiect. quod quidam a *furvus* ducunt, quia color hic est proximus furvo. — b) Pro *fulvus* quidam etiam *fulgus* admittunt, nisi corruptum sit vocabulum, ex *Gloss.* apud *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 150. n. 271.* Item *ibidem* solita litterarum permutatione, *fulbus* pro *fulvus* legitur in antiquis MSS. Cf. FALBUS. — c) *Fulvus, furvus et flavus* in antiquis MSS. et editis libris saepe inter se confusa fuisse, docent *Interpretes* ad *Lucret. 6. 460.* et *Virg. 5. Aen. 309.*, coll. *Serv.* ad *4. ibid. 261.* — d) Derivata, *fulvaster, fulvidus.*

FULVUS proprie est colorem habens, qui in leonino pilo esse solet, et viridi et rufo mixtum, flavus; *di color di lione, biondo. Horat. 4. Od. 4. 14.* fulvae matris ab ubere iam lacte depulsum leonem. *Virg. 1. Aen. 279.* lupae fulvum tegmen. *Id. 12. ibid. 741.* arena. *Id. 11. ibid. 642.* caesaries. *Id. 7. ibid. 279.* Fulvum aurum. Et *12. ibid. 247.* Fulva ales Iovis. *Pedt.* apud *Cic. 1. Leg. 1.* Nuntia fulva Iovis, mirandae visa figura. *Tibull. 2. 1. 88.* Fulva sidera. *Val. Flacc. 7. 188.* Fulvus Olympus; *scil.* propter sidera. *Plin. 22. 5. 1.* Fulvi boves. *Id. 21. 49. 1.* Fulva cera. Et *14. 11. 1.* Colores vinis quatuor, albus, fulvus, sanguineus, niger. *Sil. 7. 80.* subtemine fulvo; h. e. filo aureo. *Martial. 14. 12.* fulva moneta; d'oro. — In illo *Virg. 12. Aen. 792.* Iunonem fulva pugnas de nube tuentem. *Fulva* intellige, quasi aurei coloris; *rossaggiante, luminosa:* talem enim esse decet, in qua Deus sedet. Alioqui fulva nubes *Lucretio, 6. 460.* est obscura et nigrans. Nisi forte hic legendum est *furva*. V. supra §. c. — 2) Ceterum pro fumido et nigricanti *fulvus* non raro accipitur. *Virg. 11. Aen. 751.* et *12. ibid. 247.* fulva aquila. *Id. 7. ibid. 76.* tum fumida lumine fulvo luvolvi, et totis Vulcanum sparsere tectis; *smorto*. — 3) Item pro viridi, sed subfusco; *verde carico. Id. 5. ibid. 309.* fulvoque caput nectentur oliva. Ita legit *Servius* ad illud *4. Aen. 261.* stellatus iaspide fulva Ensis. *Al.* flava.

Nota. *Isid.* ita distinguit inter *flavum, furvum* et *fulvum* in *Diffr. Append. n. 145.* « *Flavum* rubrum dicimus, ut flava caesaries; *furvum*, nigrum; *fulvum*, nigro-rubeum, ut fulvum leonem. » Haec et *Agrost. p. 2274.* et *seq. Putsch.*

FŪMĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale syllabica adiectione productum a *fumo;* fumum emittens, ut fornax fumabunda apud *Vulg. Interpr. Ital. Gen. 15. 17.; Ambros.* autem de *Abraham*, *2. 9. n. 67.* hunc eundem locum afferens legit *fumigabunda*.

FŪMANS, antis. Particip. verbi *fumo*, adiectivorum more saepe adhibitum; fumum emittens; *fumante. Virg. 10. Aen. 45.* per eversae fumantia Troiae Excidia obtestor. *Id. 12. ibid. 569.* Eruam, et aequa solo fumantia culmina ponam. Et *358.* Equi sudore fumantes. *Id. 7. ibid. 457.* fumantes taedae. — 2) Translate. *Cic. Har. resp. 21. extr.* Cum in me illa flamma coniiciebatur, excepi, et pro patria solus exarsi: me primum ictum pro vobis, et fumantem vidistis. *Virg. 11. Aen. 909.* fumantes pulvere campos. *Val. Flacc. 1. 816.* nigro fumantia pocula tabo. *Id. 7. 285.* viso fumantes hospite tauri; *sbuffanti*. — 3) Proverbium est illud *Martial. 6. 64. ad fin.* rabido nec perditus ore Fumantem nasum vivi tentaveris ursi.

FŪMĀRĬŎLUM, i, n. Deminut. a *fumarium;* parvum fumarium, seu locus, ubi ignis asservatur et accenditur; *fumaiuolo. Tertull. Poenit. 12. de Vesuvio*. Quid illum thesaurum ignis aeterni aestimamus, cum fumariola quaedam eius tales flammarum ictus suscitent, ut proximae urbes aut iam nullae exstent, aut idem sibi de die sperent? Cf. INFURNIBULUM.

FŪMĀRĬUM, ii, n. Nomen a *fumus*, quo significatur locus, qui fumum excipit, et per quem exit, itemque locus, ubi ligna comburenda siccantur; *fumaio. Colum 1. 6. a med.* Fumarium quoque, quo materia, si non sit iampridem caesa, festinato siccetur, in parte rusticae villae fieri potest, iunctum rusticis balneis. *Marcell. Emp. 23.* Fumario suspendere. *Gloss. Gr. Lat.* Καπνοδοχεῖον; fumarium. — 2) Item locus, ubi vina fumo condiebantur. *Martial. 10. 36.* Improba Massiliae quidquid fumaria cogunt, Accipit aetatem quisquis ab igne cadus. — Huc spectat *Colum. 1. 6. a med.* Apothecae recte superponentur his locis, unde plerumque fumus (*balnearum*) exoritur: quoniam vina celerius vetustescunt, quae fumi quodam tenore praecocem maturitatem trahunt. *Porphyr.* ad *Horat. 3. Od. 8. 12.* Soliti erant vinum recondere in amphoris, in quarum fundo nomen consulis scribebant, sicque in fumario domus suae collocabant.

FŪMASCO, v. FUMESCO.

FŪMĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fumo;* fumi exhalatio; *profumo. Cael. Aurel. 1. Chron. 4. a med.* Odoribus tactris adhibitis, et fumationibus, et naribus aceti insufflatione, atque volutatione in sindone adhibita. — 2) Est etiam actus vina fumo condiendi (v. voc. praeced. §. 2.), quo sensu tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

FŪMĀTOR, ōris, m. Verbale a *fumo*, quo significari videtur, qui fumo vina condire solebat. V. FUMARIUM §. 2. *Inscript.* apud *Orelli, n. 5044.* D. M. fecit collegium fumatorum bene merenti. — Haec *Furlanetto*, sed cl. *Mommsen* hanc inscriptionem inter spurias vel saltem suspectas amandavit *n. 169.* Unus nihilominus vocis probari potest in sequente. — 2) Translate, qui fumum vendit, deceptor. *Acron* ad *Horat. 1. ep. 2. 28.* Nebulones sunt homines callidi et fumatores mendacesque.

FŪMĀTUS, a, um. Particip. verbi *fumo;* fumo repletus; *imbevuto di fumo. Gargil. de pom.* (edente *A. Mai* in *Class. auct. T. 5. p. 426.*) *26.* Ossa palmarum Thebaicarum carbonibus fumata, ut ait Hippocrates, extrahunt partum. *Non. 548. 17. Mere.* Impluviatus color, quasi fumato stillicidio implutus. Adde *Gloss.* apud *Mai., Class. Auct. T. 7. p. 562.*

FŪMESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *fumus;* fumum emitto. *Isid. 17. Orig. 8. 2.* Thus igni impositum ardescit, resina fumescit. — *Fumesco* habet *Thes. nov. Latinit.* apud *Mai, p. 211.*

FŪMĬDUS, a, um. Adiect. a *fumus;* fumo plenus, qui fumat; *di fumo, fumante. Virg. 6. Aen. 593.* fumea taedis Lumina. *Macrob. 7. Saturn. 10.* Fumeus flatus. *Val. Flacc. 4. 595.* Acheron exsudat fumeus. *Martial. 13. 123.* Fumea Massiliae ponere vina potes; h. e. fumo condita. V. FUMARIUM §. 2. *Augustin. 21. Civ. D. 7. a med.* Poma terrae Sodomorum foriusecus quasi matura, intrinsecus fumea; h. e. *pieni di fumo*.

FŪMĬDUS, a, um. Adiect. a *fumus;* fumeus, fumans; *di fumo, fumante. Virg. 7. Aen. 463.* Fumidus atque alte spumis exuberat amnis. Et *9. ibid. 75.* piceum fert fumida lumen Taeda. *Plin. 2. 22. 5.* Fumida lux. *Id. ibid. 42. 1.* Fumida caligo exhalatur. Et *ibid. 45. 1.* Fumidus vortex. — 2) Item fumo illitus, fumeum colorem referens; *affumicato. Id. 8. 40. 7.* Fumidae cantes. *Id. 37. 33. 1.* Fumida topazius. Et *ibid. 28. 2.* Fumidus chrysolithus. *Ovid. 4. Met. 405* Fumida tecta. — 3) Item fumi odorem referens. *Plin. 14. 25. 6.* Vitis resinae, acor, aut fumidum virus.

FŪMĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *fumus* et *fero;* afferens fumum, fumosus; *fumoso. Virg. 9. Aen. 522.* Pinum et fumiferos infert Mezentius ignes. *Id. 8. ibid. 255. de Caco*, glomeratque sub antro Fumiferam noctem, commixtis igne tenebris. *Lucan. 7. 195.* Aponus terris ubi fumifer exit.

FŪMĬFĬCO, as, āre. Verbum intransitiv. a *fumus* et *facio*, quod alterum, vi compositionis, est corruptum. — Est idem quod fumigo, vel suffio; *far profumi. Plaut. Mil. 2. 5. 2.* Dianae ut Arabico fumificem odore. *Gloss. Lat. Gr.* Fumifico; ἐκκύρσαι.

FŪMĬFĬCUS, a, um. Adiect. verbale a *fumifico;* fumum emittens; *fumoso. Ovid. 7. Met. 114.* Fumificisque locum mugitibus implevere. *Prudent. 5. περὶ στεφ. 118.* fumificae faces. — *Plaut. fragm.* apud *Varr. 7. LL. 7.* Cocus fumificus; h. e. qui in fumo versatur. *Sidon. 8. ep. 11.* Fumificae culinae.

FŪMĬGĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *fumigo*, syllabica adiectione productum; fumo repletus, *Vulgat. Interpr. Sapient. 10. 7.* Quibus in testimonium nequitiae fumigabunda constat deserta terra. V. FUMABUNDUS.

FŪMĬGĀTUS, a, um. Particip. verbi *fumigo;* fumo aspersus; *affumicato. Apul. Apol.* Fumigati parietes.

FŪMĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect a *fumus* et *gero;* idem quod fumifer. *Ennod. 5. ep. 8.* Fumiger hic patulis Aponus fluit undique venis.

FŪMĬGĬUM, ii, n. Verbale a *fumigo;* suffitus. *Theod. Priscian. 3. 5.* Fumigia vaporatis partibus supponere. Adde *1. ibid. 12.*

FŪMĬGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., frequentius vero transitivorum more etiam adhibitum, a *fumus* et *ago*. — Particip.

Digitized by Google

fumigans §. 1. et 3., *fumigandus* §. 3., *fumigatus*, v. suo loco. — Proprie est fumum ago, emitto. *Gell. 19. 1.* Turbines crebriores, et caelum atrum, et fumigantes globi; *fumicanti. Vulg. Interpr. Ps. 103. 32.* Qui tangit montes et fumigant. Adde *ibid. 143. 5.* — **B**) Translate. *Id. Isai. 7. 4.* Et cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium istorum. Cf. *ibid. 42. 3.* Et linum fumigans non extinguet. — **B**) Deinde, transitivorum more,

II. *Fumigo* est fumo expono, suffio; *profumare. Varr. 3. RR. 16. ante med.* Verno tempore, et aestivo fere ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leniter. *Colum. 9. 14. ante med.* Verno tempore alvi aperiendae sunt, et fumigandae. *Id. 8. 5. a med.* Pulli pulegii sorculis fumigentur. — *Vulg. Interpr. Ital. Tob. 6. 8.* Cor et iecur fumigatur coram viro et muliere. *Tertull. Apolog. 42.* Dii fumigandi. V. integr. loc.

FŪMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. a *fumus*, transitivorum more etiam adhibitum; sed tantum in particip. *fumatus*, quod v. suo loco. — Particip. *fumans*, v. pariter suo loco. — Proprie est fumum emitto; *far fumo, fumare. Caes. 7. B. G. 24.* Animadversum est, fumare aggerem, quem cuniculo hostes succenderant. *Lucret. 6. 749.* acri sulphure montes Oppleti calidis ubi fumant fontibus uncti. *Virg. 2. Aen. 698.* late circum loca sulphure fumant. *Ovid. 10. Met. 273.* Tura fumant. *Virg. 3. Aen. 8.* omnis humo fumat Neptunia Troia. *Id. 8. ibid. 106.* tepidusque cruor fumabat ad aras. *Id. 1. Ecl. 83.* Et iam summa procul villarum culmina fumant. *Ovid. 1. Art. am. 256.* aqua calido de sulphure fumat. *Horat. 3. Od. 18. 7.* vetus ara multo Fumat odore. *Val. Flacc. 2. 235.* It cruor in thalamis, et anhela in pectora fumant Vulnera. *Id. 4. 288.* fumant crebro praecordia pulsu; *de anhelantibus, et fessis in pugna.* — **B**) Translate. *Cic. Sext. 10.* Ita domus ipsa fumabat, ut multa eius sermonis indicia redoleret. V. loc. *Senecae* in *verbus* §. 1. *Sil. 1. 634.* Quamquam o, si nullus terror, non obruta iam nunc Semina fumarent belli. *Vulg. Interpr. Deut. 29. 20.* Sed tunc quam maxime furor eius *(Dei)* fumet, et zelus contra hominem illum.

FŪMŌSUS, a, um. Adiect. a *fumus;* fumum emittens; *fumans, fumoso. Cato, RR. 130.* Ligna amurca perspargito, et in sole ponito: perbibant bene: ita neque fumosa erunt, et ardebunt bene. Et *38. ad fin.* Flamma minus fumosa exibit. *Petron. Satyr. 97.* Facem fumosam magis, quam lucidam quassans. *Martial. 8. 30.* fumosus december; h. e. fumo abundans, quia foci frequentantur. — **B**) Item fumi odorem habens. *Plin. 18. 74. 8.* Defrutum non nisi foliis despumandum, quia si ligno contingatur vas, adustum ac fumosum fieri putant. — **B**) Item fumo tinctus; *affumicato. Ovid. 5. Fast. 518.* fumoso condita vina cado. V. PUMARIUM §. 2. *Petron. Satyr. 133.* Fumosus paries. *Cic. Pis. 1.* Fumosae imagines; h. e. maiorum, asservatae in aedibus, et iam ob vetustatem denigratae. Sic *Iuvenal. 8. 8.* Fumosos equitum cum dictatore magistros. Et *Prudent. Cathem. 12. 107.* Fumosa avorum numina. — **C**) Item fumo siccatus. *Horat. 2. Sat. 2. 117* fumoso cum pede pernae.

FŪMUS, i, m. Nomen, quod quidam, ab Aeolico φυμὸς pro θυμός; vapor, aër, ducunt, eiusdemque radicis ac θύω Graecorum. — **B**) Derivata, *fumabundus, fumariolum, fumarium, fumatio, fumator, fumosco, fumens, fumidus, fumo, fumosus.* Cf. VULGO. — **C**) Composita, *diffumigo, effumigatus, effumo, fumifer, fumifico, fumificus, fumigabundus, fumiger, fumigium, fumigo, infumatus, semifumans, suffumigatio, suffumigo, suffumo, transfumo.*

FUMUS proprie est vapor niger ex igne; *fumo. Cic. 3. Verr. 17.* Hominem ingenuum fumo excruciatum, semivivum reliquit. *Id. Pis. 6.* Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. *Caes. 8. B. G. 48. in fin.* Fumi incendiorum procul videbantur. *Senec. ep. 61.* Intervenerant quidam amici, propter quos maior fumus fieret: non hic, qui erumpere ex lautorum culinis, et terrere vigiles solet: sed hic modicus, qui, hospites venisse, significaret. *Cato, RR. 162.* Pernas in fumo suspendito. *Plin. 19. 24. 4.* Cucurbites fumo siccare. *Id. 23. 1. 22.* Fumo inveteratum vinum. Et *14. 8. 8.* Fumo vinum tingere *(Massiliae fumos* dixit *Martial. 14. 118.* intelligens vinum Massiliae in fumo inveteratum). V. FUMARIUM §. 2. *Ter. Adelph. 5. 3. 60.* Psaltria favillae plena et fumi; *affumicata. Virg. 3. Aen. 581.* intremere omnem Murmure Trinacriam, et caelum subterere fumo. Et *12. ibid. 592.* vacuas it fumus ad auras. *Curt. 8. 4.* Evolutus e tugurliis fumus. *Virg. 9. Aen. 239.* aterque ad sidera fumus Erigitur. *Id. 8. ibid. 257.* plurimus undam Fumus agit. Et *5. ibid. 740.* tenues fugit, ceu fumus, in auras. *Lucret. 1. 872.* In lignis si flamma latet fumusque cinisque. *Id. 4. 84.* Robora ceu fumum mittunt ignesque vaporem. Et *3. 433.* Exhalare vapore altaria ferreque fumum. — *Horat. Art. P. 145.* Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem Cogitat. — **B**) Videtur autem referri ad colorem in illo *Plin. 37. 37. 4.* Est et salem imitata *(gemma)*: et veluti fumo infecta, quae capnias vocatur. — **B**) *Flamma fumo est proxima*, proverb. apud *Plaut. Cure. 1. 1. 55.*, quo significatur, admisso leviori peccato, facile transiri ad gravius, v. gr. ab osculo ad adulterium. — **B**) *Tendere de fumo ad flammam*, aliud proverbium apud *Ammian. 14. 11.* et *28. 1.* ex leviori malo in gravius ultro incurrere; *cader dalla padella nella brace.* Et *fuggir l' acqua sotto la grondaia.* Τὸν καπνὸν φεύγων εἰς πῦρ ἐνέπεσεν. — **B**) Specialim *fumum vendere* dicuntur amici principum, qui eorum gratiam pretio venundant, cariturum tamen effectu. *Martial. 4. 5.* Vendere nec vanos circa palatia fumos. *Capitolin. Antonin. 11.* Amici eius nunquam de eo cum libertis suis per fumum aliquid vendiderunt. *Lamprid. Elagab. 10.* Familiaritatis nomine abutens, omnia Elagabali dicta et facta venderet fumis. *Id. Alex. Sev. 36.* narrat Turinum quendam ab eo deprehensum quod fumos vendidisset, stipiti alligatum fumoque necatum, praecone dicente, *fumo punitur, qui vendidit fumum.* Usurpat *Apul. Apol.* de eo, qui fucum fecit alteri, et vana re quacumque decepit. — **B**) Translate *Horat. 1. Ep. 15. 39.* Vertere omnia in fumum et cinerem; h. e. bona sua omnia abligurire. — **B**) Huc spectant varie dicta apud *Vulg. Interpr. 2. Reg. 22. 9. de Deo contra peccatores irato.* Ascendit fumus de naribus eius et ignis de ore eius vorabit. Et *Isai. 65. 5.* Isti *(peccatores)* fumus erunt in ore meo, ignis ardens tota die. Et *Ps. 67.* Sicut deficit fumus, deficiant . . . peccatores a facie Dei. — Item *Isai. 14. 31.* Ab aquilone fumus veniet, et non est, qui effugiet agmen eius. Et *9. 18.* Succensa est enim quasi ignis impietas . . . et succendetur in densitate saltus et convolvetur superbia fumi.

FŪNĀLĔ, is, n. V. voc. seq. §. 3. et seqq.

FUNALIS, le. Adiect. a *funis;* qui est ex fune; *di corda. Prudent. Peristeph., 5. 467.* Funale testum. *Id. Psychom. 293.* Funalis stridor. *Val. Max. 3. 6. n. 4.* C. Duillius ad funalem cereum a coena domum reverti solitus est. *Serv. ad 11. Aen. 143.* Funalis candela. V. loc. *Cic.* infra in §. 4. — **B**) Specialim *funales equi* sub curru dicuntur, qui non ad iugum, sed ad latera iunguntur, duobus iugalibus mediis: quia non iugo, sed fune lorove alligantur. *Stat. 6. Theb. 46.* Nominibusque cient Pholoen Admetus, et Irin, Funalemque Thoen. *Suet. Tib. 6.* Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo, cum Marcellus Octaviae filius dexteriore veheretur. *Auson. epitaph. 33. 9.* Pegasus hic dexter currat tibi *(Phosphore)*: laevus Arion Funalis; quartum det tibi Castor equum. — **B**) Absolute, substantivorum more,

FUNALE, is, n. Est funis; *funis, corda:* et usurpatur specialim de fune fundarum. *Liv. 42. 65.* Funda media duo funalia imparia habebat. V. SCYTALA. — **B**) Saepius vero *funale* dicitur funis pice, sebo, vel cera illitus; *torcia, candela, doppiere. Isid. 20. Orig. 10. 8.* Funalia sunt, quae intra ceram sunt, dicta a funibus, quos ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores: unde et funera dicuntur. Fere similia habet *Serv.* ad *1. Aen. 731. Gloss. Philox.* Funale; λαμπάδιον, funalia; δᾷδες. *Cic. Senect. 15.* C. Duillius delectabatur crebro funali, et tibicine, quae sibi nullo exemplo privatus sumpserat. *Alii minus recte leg.* cereo funali. *Virg. 1. Aen. 731.* et noctem flammis funalia vincunt. *Horat. 3. Od. 26. 6.* Lucida funalia. *Sil. 6. 667.* clara. V. voc. seq. — **B**) Item candelabrum, in quo funes cera illiti, vel cerei seu candelae infiguntur; *candeliere, lumiera. Isid. loc. cit.* Funalia candelabra apud Veteres exstantes stimulos habuerunt, aut uncos, quibus funiculi cera, vel huiusmodi alimento luminis obliti figebantur. Iidem itaque, et stimuli praeacuti, funalia dicebantur. His similia habent *Serv. loc. cit.* et *Donat.* ad *Ter. Andr. 1. 1. 88. Claudian. Nupt. Honor. et Mar. 206.* alii funalibus ordine ductis, Plurima venturae suspendite lumina nocti. *Ovid. 12. Met. 246.* primus ab aede Lampadibus densum rapuit funale coruscis, Elatumque alte . . . Illisit fronti Lapithae Celadontis; *scil.* lychnuchum.

* FŪNĀLĬUM, ii, n. Idem quod funale (v. voc. praeced. §. 4.) in *Gloss. Gr. Lat.* Ἐλλύχνιον; funalium. *Sed fortasse error est pro* funale.

FŪNAMBŬLUS (et Funiambulus), i, m. Nomen a *funis* et *ambulo;* per funem ambulans; *chi cammina o balla sulla corda. Ter. prol. 1. Hecyr. 4.* Ita populus studio stupidus, in funambulo Animum occuparat. *Suet. Galb. 6.* Novum spectaculi genus, elephantes funambulos edidit. V. CATADROMUS. *Capitolin. M. Aurel. 12.* Funambulis, post puerum lapsum, calcitras subiici iussit; unde hodie rete praetenditur. — Apud *Augustin. in Psalm. 39. sect. 9.* legitur *funiambulus*.

FŪNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *funis;* ad funem pertinens. Hinc apud *Isid. 18. Orig. 55. 2. funarii equi* iidem sunt qui *funales*. — **B**) Absolute Gratianus, Valentiniani Imp. pater, *funarius* appellatus est, eo quod venalicium funem portanti quinque milites nequirent extorquere, uti narrant *Aurel. Vict. Epit. 48.* et *Ammian. 30. 7*

FUNCTĬO, ōnis, f. Verbale a *fungor;* actus fungendi, actio; *esercitio, esecuzione, funzione. Cic. 2. Tusc. 15.* Labor est functio quaedam vel animi, vel corporis, gravioris operis et muneris. *Id. 5. Verr. 6.* Ut iis iucundior esset muneris illius functio; *l' adempimento di quell' obbligo.* — **B**) *Functionem recipere* dicuntur a ICtis res illae, quae numero, pondere, et mensura constant, et aliarum vice fungi possunt, et cum sint eiusdem pretii et naturae, in solutionem dari: v.

Digitized by Google

pr. pecunia pro pecunia, et ea omnia, quae mutuo dantur. *Paul. Dig.* 12. 1. 2. — **B)** Saepe in *Cod. Iustin.* dicitur *functio* tributorum pensitatio; *pagamento di gravezze*, ut *Imp. Probus, 8. 34. 4., Imp. Martian. 10. 22. 5., Impp. Diocl. et Maximian. 4. 49. 9.* et *13.* etc. *Ide Sidon. in conc. post. epist. 9. l. 7. a med.* — **4)** Specialim pro fine vitae, morte, quae est functionum ultima. *Arnob. 2. p. 78.* Omnis panio . . . inevitabilem rebus afferens functionem. Et *ibid. p. 101.* Functio mortalium.

FUNCTUS, a, um. Particip. verbi *fungor;* qui exercuit, praestitit, aut exercitio meruit vel consequutus est; *chi ha prestato, chi ha esercitato o meritato o conseguito. Horat. 2. Od. 18. extr.* Functus laboribus; h. e. qui exantlavit. *Id. 4. ibid. 15. 29.* Functi virtute duces. *Hirt. 8. B. G. 8.* Legio functa stipendio. *Nep. Themist. 7.* Functi summis honoribus. *Inscr.* apud *Orelli, n. 5716.* Omnibus oneribus et honoribus functus. *Ovid. 11. Met. 381.* — Cum genitivo. *Virg. 11. Aen. 416.* apud *Rufinian. de Schem. lex. 28.* Ille mihi ante oculos felix functusque laborum. *Sed in editis* ante alios fortunatusque laborum. — Cum accusativo. *Tertull. Pall. 4.* Larissaeus heros certe iam hystriculus, certe iam virum alicui clanculo functus; h. e. Achilles functus viri munere in Deidamia stupranda. V. HYSTRICULUS. — **B)** Specialim dicitur de mortuis. Functus morte; *defonto.* — Et absolute *Stat. 2. Silv. 1. 209.* Omnia functa (h. e. *mortua*) aut moritura vides. Sic *Auson. epitaph. 33.* Sed neque functorum socius miscebere vulgo. Et *Albinov. 1. 593.* Adde, quod est absens functus. Et *Senec. Thyest. 749.* Ne tegat functos humus. — Adde *Stat. 2. Theb. 13.* et *4. ibid. 483.* et *511.* et *8. ibid. 11.* — **B)** Corpora functa sepulcris; h. e. quae sepulta fuere. *Ovid. 2. Fast. 565.* et *10. Met. 14.* — **4)** *Functum monumentum* est in quod cadaver illatum est. *Paul. Dig. 6. 1. 45.* Si alieni lapides sine voluntate domini inaedificati fuerint, et, nondum functo monumento, dissecti erunt, etc. Alii reponunt *finito;* sed si *functo* retineas, quod legitur in opt. edit. *Torrentini*, Italice verti potest; *non per anco avendo servito di sepolcro.*

FUNDĂ, ae, f. Nomen a *fundendo*, ut habet *Isid. 18. Orig. 10.* Funda dicta, eo quod ex ea fundantur lapides, id est emittantur. Alii derivant a Graeca voce σφενδόνη, vel a *fundus*, quod sit sinus inter duos funiculos. — **B)** Derivata et Composita, V. suo loco in FUNDO, is.

FUNDA proprie est instrumentum e duobus funiculis, latiore sinu in medio, in quo lapis, vel plumbea glans imponitur, circumactisque circum caput funiculis, et altero eorum remisso, magna vi longissime iacitur; *fionda, fronda, frombola. Plin. 7. 57. 10.* tradit esse Phoenicum inventum. *Serv.* ad *1. G. 309.* Balearium. *Cic.* apud *Quintil. 8. 6. 73.* Fundum Varro vocat, quod possim mittere funda: Ni tamen exciderit, qua cava funda patet. *Virg. 1. G. 308.* tum figere damas, Stuppea torquentem Balearis verbera fundae (V. BALEARES in ONOM.). *Id. 9. Aen. 586.* stridentem fundam ipse ter adducta circum caput egit habena. *Val. Flacc. 3. 96.* tortae pondera fundae. *Ovid. 4. Met. 315.* parva Learchum Brachia tendentem rapit, et bis terque per auras More rotat fundae. — *Vulg. Interpr. 1. Reg. 25. 29.* Porro inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu et circulo fundae. — **B)** Improprie et a similitudine

II. *Funda* dicitur genus retis piscatorii, quod Graece βόλος, et Latine etiam *retiaculum*, aut *rateiaculum* dicitur, ut *Serv.* docet ad illud *Virg. 1. G. 141.* Atque alius latum funda iam verberat amnem. — **B)** Item pera, sacculus, in quo pecuniae et alia geruntur; a similitudine fundae: videturque esse hominum pauperiorum, ut zona divitum. *Macrob. 2. Saturn. 4. extr.* Demissa in pauperem fundam manu, paucos denarios protulit. — **4)** Denique *funda*, eadem ac pala, Italis *castone*, dicitur sinus anuli, quo gemma includitur, ita excavatus, ut circulo ambiente solus gemmae margo circumdetur, reliquis eius partibus in totum patentibus. *Plin. 37. 37. 3.* Praestantiores lapides funda claudunter patentes, nec praeterquam margines auro amplectente. Et *ibid. 42. 1.* Chrysolithi perspicuae funda includuntur: ceteris subiicitur aurichalcum.

FUNDĀLIS, le. Adiect. a *funda;* ad fundam pertinens. *Prudent. Psychom. v. 293. de Davide adversus Goliath pugnante.* Dextera fundali torsit stridore lapillum.

FUNDĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *fundo*, idem ac fundamentum. Vox poëtica. *Virg. 4. G. 160.* et lentum de cortice gluten Prima favis ponunt fundamina. *Ovid. 4. Fast. 833.* Augurio laeti iaciunt fundamina cives. *Id. 14. Met. 808.* quoniam fundamine magno Res Romana valet. — *Salvian. 4. Gub. D. 9.* Apes cum fundamina favis ponunt, etc. Adde *Augustin.* loc. allato in FLUCTUABUNDUS §. 1. et *Hilar.* sub v. AEDIFICIUM §. 3.

FUNDĀMENTĀLĪTER. Adverb. a *fundamentum;* a fundamentis; *sin dal fondamenti. Sidonii* est *l. 8. ep. 8.*, nec imitandi.

FUNDĀMENTUM, i, n. Verbale a *fundamen*, quod est a *fundo*, syllabica adiectione productum. — Proprie est id quo quippiam fundatur ac nititur; *fondamento. Cic. Mil. 27.* Agere fundamenta; *tirare. Plin. 36. 21. 1.* locare in lubrico atque instabili. *Id. 28. 4. 1.* fodere deluhro. *Suet. Cal. 22.* iacere domus novae. *Tacit. 4. Ann. 62.* per solidum subdere. *Plaut. Most. 1. 2. 40.* fundamentum substruere. *Nep. Timol. 3.* Arcem a fundamentis disiecit. *Suet. Caes. 46.* Villa a fundamentis inchoata. *Virg. 2. Aen. 610.* Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit. *Plaut. Most. 1. 2. 68.* Aedes totae cum fundamento pereunt. *Id. Rud. 2. 6. 55.* Movere mare usque a fundamento; *sino dal fondo. Quintil. Procem. §. 4.* Operum fastigia spectantur, latent fundamenta. *Liv. 1. 12.* Fundamenta prima urbi iacere. *Caes. 2. B. G 11.* convellere. *Virg. 1. Aen. 438.* locare. — **B)** *Fundamentum in terra* est, quod supra terram eminet, scilicet substructio in loco declivi; *in terram*, quod sub terra est. *Inscript.* apud *Grut. 163. 3.* A. Hirtius A. f., M. Lollius C. f. censores fundamenta, murosque e solo faciunda coerraver., eidemq. probavere: in terra fundamentum est altum pedes XXXIII., in terram ad idem exemplum, quod supra terram est. — Haec *Furlanetto* in *Additis* ad hoc *Lexicon*, sed *Inscr.* melius inspecta atque iterum edita a cl. *Garrucci* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1853. p. 36.* habet utroque loco *in terram* pro *in terra;* quare discrimen allatum perit, et distinctio est inter *in terram* et *supra terram*. — **B)** Translate. *Cic. Plane. 12.* Pietas fundamentum est omnium virtutum. *Id. Balb. 15.* Haec sunt fundamenta firmissima nostrae libertatis. *Id. Partit. 9.* Narratio est quaedam quasi sedes et fundamentum constituendae fidei. *Id. 2. Fin. 28.* Virtutum fundamenta in voluptate ponere. *Id. Cluent. 10.* Huc utor initio ac fundamento defensionis. *Id. 1. Phil. 1.* Iacere fundamenta pacis. *Id. Sext. 2. extr.* Quibus initiis ac fundamentis hae tantae summis in rebus laudes excitatae sunt. *Id. Senect. 18.* Senectus, quae fundamentis adolescentiae constituta est. *Id. 4. Rep. 4.* Ita sunt alte repetita quasi fundamenta verecundiae. *Plin. 15. 20. 4.* Sidentia fundamenta imperii. *Gell. 14. 1. circa med.* Disciplina nixa fundamento veritatis. *Id. 17. 8.* Coenae fundus ac fundamentum omne erat aula lentis. — **4)** Huc spectat *Vulg. Interpr. 1. Cor. 3. 10.* Ut sapiens architectus fundamentum posui . . . fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. *Id. Ephes. 2. 28.* Superaedificati super fundamentum Apostolorum.

FUNDĀNUS, a, um. Adiect. a *fundus;* ad fundum pertinens, ut fundanum municipium in *Tab. aen. Heracleens.* apud *Mazoch. p. 465. n. 85. 86. 89.* Cf. FUNDUS §. 7. Sed alii, inquit *Furlanetto*, adducto *Marezoll.* in *Comment.* ad eand. *Tab. p. 79.* et *156. Fundanum municipium* non quod in *fundo* factum est, sed quod ad *Fundos*, oppidum Latii, pertinet, interpretantur, de quo V. FUNDI in ONOM., contradicente tamen nuper *Mommsen*, qui *Municipium fundanum* esse Latinorum, et spectare tradit ad municipia Sicula, Hispana, alia a Caesare Latinitatis iure donata. V. quae dixit in *Comment.* ad *aera Salp.* et *Malac. p. 409.*

FUNDĀTĔ. Adverb. a *fundatus;* solide. — Legitur in superlativo gradu apud *Vigil. Taps. 3. Contra Eutych. 22. fin.* Ita in eum (*Christum*) fundatissime crediderat (*Apostolus*), ut numquam de eo posset aliquando dubitare.

FUNDĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fundo;* actus fondandi, et fundamenta iaciendi; *il fondare, o porre i fondamenti. Vitruv. 3. 3.* Fundationes aedium. Et *3. 5.* Substructionis fundationes fodere. — **B)** Translate. *Vulg. Interpr. Ital. Habac. 2. 9.* apud *Lucifer. Calarit. 1. prol. Athanas. p. 868. Migne.* O qui mihi fundat fundationem malam domui suae, ut collocet in altum nidum suum. *Vulg. noster habet* avaritiam malam.

FUNDĀTOR, ōris, m. Verbale a *fundo;* qui fundat; *fondatore. Virg. 7. Aen. 678.* Praenestinae fundator urbis. *Inscript.* apud *Grut. 56. 8.* et *6.* Fundator imperii Rom.; h. e. qui nutans et labans confirmavit. *Claudian. Mamert. de stat. an. 1. 2.* Fundatores Ecclesiae atque eruditores. — **B)** Translate. in Nummo *Severi Aug.* apud *Eckhel, D. N. V. T. 7. p. 178.* Fundator pacis. Et in *Inscript.* apud *Grut. 88. 1.* Imp. Augustus Divi Iulii fil. felix fundator pacis. *Inscr.* apud *Orelli, n. 1071. de Licinio.* Fundator securitatis publicae. *Alia, ibid. n. 1075. de Constantino.* Fundator quietis. *Cassiod. 4. Var. 51.* Symmachus fundator egregius fabricarum. — **B)** Deinde

II. *Fundator* est etiam nomen a *funda*, ut sit idem ac fundibularius. *Gloss. Gr. Lat.* Σφενδονήτης; fundator.

FUNDĀTRIX, trĭcis, f. Verbale a *fundo;* quae fundat; *fondatrice. Inscr.* apud *Donati, 205. 5.* V. loc. in ABBATISSA.

FUNDĀTUS, a, um. Particip. verbi *fundo*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Comparat. *fundatior* §. 2., superlat. *fundatissimus* §. 3. — Proprie est fundamento subnixus; *fondato, appoggiato su i fondamenti. Virg. 8. Aen. 478.* saxo incolitur fundata vetusto Urbis Agyllinae sedes. *Lucret. 4. 823.* vestigia posse Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. — *Plaut. Mil. 3. 3. 43.* Facile esse navem facere, ubi fundata et constituta est. *Ovid. 4. Pont. 3. 3.* Dum mea puppis erat valida fundata carina. — **B)** Item firmatus, solidus, tenaciter et arcte adhaerens. *Vitruv. 7. 3. ante med.* Quo fundatior

Digitized by Google

erit ex arenato directura, eo firmior erit ad vetustatem soliditas tectorii. V. FUNDO, as, §. 2. — **2)** Translate. *Cic. Rab. Post. init.* Fundatae atque optime constitutae opes. *Id. 1. Dom. 36.* Deflevi subitas fundatissimae familiae ruinas. *Id. 1. Att. 16. ante med.* Statum illum reipubl., qui bonorum coniunctione fixus et fundatus videbatur, elapsum scito esse de manibus. *Id. 4. Fin. 1.* Accurate non modo fundata, verum etiam exstructa disciplina. *Q. Cic. Petit. cons. 7.* Partis et fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oportet. *Horat. 1. Ep. 15. extr.* nitidis fundata pecunia villis; *ben impiegata, ben investita. Iustin. 5. 4.* Possessio Tarentina Partheniis in aeternum fundata. *Id. 43. 5.* Parta pax, et fundata securitas. *Augustin. ep. 166. n. 24.* Fundatissimus mos. — *Vulg. Interpr. Ephes. 3. 17.* in charitate radicati et fundati. *Id. Coloss. 1. 23.* in fide fundati.

FUNDĬBĂLĀRĬUS et Fundibularius, ii, m. Nomen a *fundibalum;* qui fundibala vel fundas iacit; *frombolliere. Vulg. Interpr. 1. Reg. 5. 25.* Circumdata est civitas a fundibularibus et magna ex parte percussa. Adde *Iudith 6. 8.* et *1. Macab. 9. 11.*, quibus omnibus locis apud *Ital. Interpr.* et in *MSS. Sangerm.* et *alibi*, loco *fundibularius*, habetur *fundibulator*, *fundibalista*. C. *Vercellone, Var. lect.* ad *4. Reg. loc. cit. Gloss. Lat. Gr.* Fundibalarius; σφενδονήτης. *Alii leg.* fundibularius.

FUNDĬBĂLĀTOR. V. FUSTIBALATOR, coll. voc. praeced.

FUNDĬBĂLISTĀ, ae, m. Idem origine et significatione ac fundibalarius. Legitur in *Thes. nov. Latinit. p. 225. ed. Mai.* V. FUNDIBALARIUS.

FUNDĬBĂLUM et Fundibulum, i, n. et

FUNDĬBĂLUS et Fundibulus, i, m. Vox hybrida a *funda* et *βάλλω*; iacio, qua significatur instrumentum illud, quo tela, iacula, imprimis saxa iaciuntur, balista. *Isid. 18. Orig. 16.* Balista, et fundibalus quasi fundens et emittens. *Id. 14. 6.* Βάλλειν enim Graece mittere dicitur: unde et ballista, et fundibalum. *Ambros. ep. 37. n. 40.* Qui deligat lapidem in fundibalo similis est ei, qui dat imprudenti claritatem (Cf. *Vulg. Interpr. Prov. 26. 8.* Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: ita qui tribuit insipienti honorem). *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Lucifer. Calarit. de non parcendo in Deum delinq. p. 956. Migne.* Speraverunt in clypeis, in tenso arcu et fundibulis. *Alii leg.* fundibalis. Cf. *Iudith. 9. 9.*, ubi *Vulg. noster habet* in lanceis. V. FUSTIBALUS. — **2)** *Fundibulum* est etiam genus quoddam armorum, quod Graecis dicitur σφενδόνη; funda. *Vulg. Interpr. 1. Machab. 6. 51.* Et statuit illic balistas et machinas ad mittendas sagittas et fundibula.

FUNDĬBŬLĀRĬUS. } V. FUNDIBALARIUS.
FUNDIBULATOR. }

FUNDĬBŬLUM, i, n. Verbale a *fundo, is*. Idem ac infundibulum; χώνη. *Gloss. Philox.* Fundibulum; χώνη. *Not. Tir. p. 62.* Fundibalum *(lege* Fundibulum); infundibulum. — **2)** Pro fundibalum, V. FUNDIBALUM.

FUNDĬBŬLUS. V. FUNDIBALUS.

FUNDĪTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *fundo, is*. — *Funditarier* paragoge pro *funditari*. V. infra §. 1. — Particip. *funditans* §. *1.* — Proprie est crebro fundo, iacio; item iaculor, quasi funda peto; *gettar fuori spesso, o in gran numero, colpire, percuotere. Plaut. Poen. a. 2. v. 35.* In fundas visci indebant grandiculos globos; Eo illos volantes iussi funditarier. *Ammian. 24. 4.* Creberrima spicula funditantes. — **2)** Translate. *Plaut. Poen. 1. 2. 61.* Tantula *(mulier)* tanta verba funditat.

FUNDĪTOR, ōris, m. Verbale a *fundo, is;* qui funda dimicat; *frombatore, frombolliere. Sall. Iug. 99.* Hostem sagittariis et funditoribus terrere. *Caes. 2. B. G. 7.* Funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Adde *ibid. 10., 19.* et *24.*

FUNDĪTUS. Adverb. a *fundus* (Cf. *Serv.* ad *6. Aen. 179.)*, hoc est ab ipso fundo, a fundamentis, radicitus; *sin dal fondo, da' fondamenti. Cic. 6. Verr. 56.* Non obstruxit aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac delevit. *Suet. Vesp. 9.* Templum funditus destructum. *Phaedr. 2. 2. extr.* Capillos funditus evellere. *Horat. 1. Od. 16. 20.* Urbes funditus periere. *Senec. Troad. 663.* Funditus busta eruere. *Cic. 1. Offic. 11.* Carthaginem et Numantiam funditus sustulerunt. *Vellei. 1. 12.* Funditus perire. — **2)** Translate. *Cic. 2. Fin. 25.* Funditus evertere amicitiam. *Id. 6. Fam. 2.* Rempubl. funditus interire. *Sallust. orat. 2. ad Caes. de Rep. ordin. ante med.* Omnia funditus misceri. *Tacit. 3. Ann. 56.* Abolitae leges, et versae funditus. Et *54.* Funditus trahere rempubl. *Lucret. 5. 434.* Et belli magnos commovit funditus aestus. — **3)** Est etiam prorsus, penitus, omnino; *affatto, del tutto. Plaut. Bacch. 3. 6. 31.* Perdidisti me sodalem funditus. *Catull. 64. 92.* cuncto concepit pectore flammam Funditus. *Cic. 3. Orat. 30. ad fin.* Neque earum rerum quemquam funditus natura voluit esse expertem. *Id. Orat. 64.* Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. Et *62.* Tollit funditus veritatem et fidem. *Id. 1. Invent. 33.* Lacedaemonios funditus vicit. *Lucret. 1. 478.* Res gestas funditus omnes perspicere. Et *675.* ne res redeant ad nihilum funditus omnes. *Iustin. 25. 5.* Funditus victus. Adde *Plaut. Trin. 1. 2. 128.* — **4)** Deinde

II. *Funditus* est etiam in fundo, in imo. *Spartian. Hadrian. 12. ad fin.* Stipitibus magnis in modum muralis sepis funditus iactis. *Lucret. 5. 498.* Omnis mundi quasi limus in imum Confluxit gravis et subsedit funditus, ut faex.

Nota. Qui de hac particula alia fortasse desiderat, adeat *Hand. Turzell. T. 2. p. 750.* et *seq.*

FUNDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fundus*, quod V. — Particip. *fundans* §. *1.*, *fundatus*, V. suo loco, *fundaturus* §. *1.* — Proprie est solide statuo, constituo, fundamenta pono; *fondare, porre il fondamento. Ovid. 16. Heroid. 109.* Fundatura citas flectuntur robora naves. *Virg. 3. Aen. 760.* Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliae. *Id. 4. ibid. 260.* Fundare arces. Et *8. ibid. 478.* Fundare sedem saxo vetusto. *Vulg. Interpr. Zachar. 12. 1.* Dominus extendens caelum et fundans terram. Cf. FUNDATUS §. 1. — **2)** Latiore significatione est firmo, confirmo, stabilem reddo. *Virg. 6. Aen. 5.* dente tenaci Ancora fundabat naves. *Lucret. 5. 829.* ideo fastigia posse Surarum ac feminum, pedibus fundata, plicari. *Id. 5. 926. de genere humano.* Et maioribus et solidiemagis ossibus intus Fundatum, validis aptum per viscera nervis. V. FUNDATUS §. 2. — **3)** Translate. *Virg. 6. Aen. 811.* Fundare urbem legibus. *Cic. Balb. 13.* Illud maxime nostrum fundavit imperium. *Plin. Paneg. 8.* Libertatem, salutem, securitatem fundare. *Pompon. Dig. 1. tit. 2. leg. 2. a med.* Post hos fuerunt P. Mutius, et Brutus, et Manilius, qui fundaverunt ius civile. *Stat. 4. Silv. 7. 30.* Prole fundare vacuos Penates; *fondar la famiglia, piantar la casa.* Ita *Sil. 2. 65.* fundarat thalamos Tritonide nympha. *Curt. 10. 10.* Fundare opes. — *Vulg. Interpr. Ezech. 37. 26.* Et percutiam illis foedus pacis . . . et fundabo eos et multiplicabo. etc.

FUNDO, fundis, fūdi, fūsum, fundĕre. Verbum transitiv. quod esse videtur ab ὑδω, praefixa littera *f* pro Graecorum aspiratione, quod ab ὗω; pluvia perfundo. Alii autem comparant cum χέω, cuius radix χυ, unde χύσις, connecti videtur radici *fu*, unde *fusus*. — **b)** Particip. *fundens* §. *2. fundendus* §. *1.*, *fusus*, V. suo loco, *fusurus* §. *3.* — **c)** Derivata, *funda, fundalis, fundito, funditor, fuse, fusticius, fusilis, fusim, fusionaticum, fusio, fusitrix, fusor, fusorius, fusura, fusurarius, fusus, i*, et *fusus, us*. Cf. VOCS §. 2. et FUTUO §. a. et b. — **d)** Composita, *affundo, confundo, defundo, diffundo, effundo, fundibalarius, fundibalator, fundibalista, fundibalum, fundibulum, infundo, interfundo, obfundo, perfundo, praefundo, profundo, refundo, suffundo, superfundo, transfundo.*

FUNDO proprie est liquidum aliquid facio; *fondere, liquefare:* et dicitur de metallis, quae vi ignis liquefiunt. *Plin. 34. 3. 1.* et *ibid. 18. 7.* Fundere aes. Et *ibid. 42. 1.* Lapis fundendo vitro utilis. *Id. 34. 20. 1.* Caldarium *(aes)* funditur tantum, malleis fragile. — **2)** Hinc saepe sumitur pro conflare; *far di getto. Id. ibid. 19. 33.* Ipse se ex aere fudit. *Auct. B. Afric. 20.* Glandes fundere, sedes comparare. *Quintil. 2. 1. 12.* Quae qui pertinere ad oratorem non putabit, is statuam quidem inchoari credet, quum eius membra fundentur? *h. e. si fonderanno:* constat enim Veteres solitos fu sse, statuarum partes separatim, mox coniungendas, fundere. — **3)** Hinc etiam apud Medicos pro solvere, laxare, fluentem reddere. *Cels. praef. a med.* Si compresserit aliquem morbus, aut fuderit. — **4)** Frequentius

II. *Fundo* est spargere, quia quae liquefacta sunt, facile dilatantur et diffunduntur; *spargere, diffondere:* quae significatio ab aliquibus prior verbi statuitur, ut proprie dicatur de liquidis. *Cic. 1. Divin. 23.* Sanguinem e patera fundere. *Virg. 5. Aen. 78.* Fundere humi merum. Et *4. ibid. 61.* pateram vaccae media inter cornua fundit. Et *5. ibid. 348.* Et multum lacrimas verba inter singula fundit. *Val. Flacc. 4. 167.* Fulminea frontem dextra, disiectaque fudit Lumina; *fracassò e sparse. Virg. 2. Aen 532.* multo vitam cum sanguine fudit. *Curt. 10. 5.* Fundere sanguinem de regno; *h. e.* propter regnum. *Ovid. 2. Met. 626.* Fundere odores. *Id. 3. ibid. 160.* vina in aras. *Id. 1. Art. am. 287.* Myrrha lacrimas arbore fundit odora. *Horat. 1. Od. 31. 2.* de patera novum Fundens liquorem. *Plin. 4. 10. 18.* Strymon in septem lacus funditur, priusquam dirigat cursum. *Lucan. 7. 566.* fusura cruorem Vulnera. *Caes. 7. B. G. 24.* Picem reliquasque res, quibus ignis excitari potest, fundebant. — **5)** Specialim vero pro perfundere, madefacere. *Tibull. 1. 8. 50.* Et multo tempora funde mero. *Id. 3. 2. 19.* Et primum annoso spargant collecta *(ossa)* Lyaeo: Mox etiam nivco fundere lacte parent. — **6)** Deinde vero latiore significatione de aliis quoque rebus. *Senec. Med. 795.* Fundere lucem per auras. *Id. Oedip. 134.* Non silva sua decorata coma Fundit opacis montibus umbras. *Liv. 2. 5.* Segetem fundere in Tiberim. — **7)** Hinc, attento praesertim fine, alia plura significare potest, nam aliquando

III. *Fundo* ponitur pro laxare. *Val. Flacc. 6. 391.* Fundere habenas. — **8)** Sed *fundere equos* est eos immittere. *Id. 5. 198.* ipse citis Gradivus habenis Fundit equos; *h. e.* incitat, immittit. — **9)** Item pro di-

Digitized by Google

latare, extendere; *stendere, allargare, dilatare*. *Plin. 18. 34. 3.* Rapa in latitudinem funditur. *Senec. Oedip. 440.* Fundere comam. *Val. Flacc. 4. 679.* vela. *Plin. 15. 23. 1.* Littera fundens se in charta. *Cic. Senect. 18.* Ne vitis in omnes partes nimia fundatur. — **10)** Translate. *Id. 5. Fin. 29.* Latissime fundi. Et *5. ibid. 18.* Virtutes et vitia fundi quodammodo, et quasi dilatari. *Id. Orat. 36.* Tum se latius fundet orator: tum reget et flectet animos. — **11)** Hinc *fundere se* est se proripere, erumpere. *Val. Flacc. 1. 610.* fundunt se carcere laeti Thraces equi. Et *2. 662.* Cunctaque se ratibus fundat manus. — **12)** Et passive sensu medio *fundi* est abiicere se; *coricarsi, porsi a giacere*. *Id. 1. 231.* molli iuvenes funduntur in alga. — **13)** Sed sensu hostili est dissipare, dispergere; *sbaragliare*. *Vellei. 2. 46. extr.* Parthos fugare ac fundere. *Sall. Iug. 62.* Pundere et fugare hostes. *Cic. Mur. 9.* magnas hostium copias. — **14)** Item sternere; *prostrare, atterrare*. *Virg. 1. Aen. 196.* Nec prius absistit, quam septem ingentia victor Corpora *(cervorum)* fundat humi. *Ovid. 13. Met. 85.* hunc successu caedis ovantem Cominus ingenti resupinum pondere fudi. Adde *Sil. 1. 538.* Sic *Val. Flacc. 1. 446.* Fundere aliquem arcu. — **15)** Item deiicere, depellere. *Liv. 9. 43. a med.* Hostes et de iugis, quae ceperant, funduntur. — **16)** Item iacere, iaculari; *gettare, lanciare*. *Sil. 7. 646.* Ludificatus equo, volucrem post terga sagittam Fundit. *Val. Flacc. 3. 245.* Talia magnanimi diverso turbine fundunt Tela viri. — **17)** Item consumere. *Apul. 2. Dogm. Plat. 4.* Fundere patrimonia. — **18)** Item extendere, porrigere. *Stat. 1. Achill. 368.* quantum cervice comisque Emineat, quantumque humeros et pectora fundat. — **19)** Item trahere, ducere. *Varr. 5. LL. 22.* Circuli, quod mixta farina caseo et aqua, circuitum aequabiliter fundebant. — **20)** Specialim vero, attenta origine,

IV. *Fundo* saepe ponitur pro gignere; *produrre*: et copiam fere significat. *Plin. 8. 46. 1.* Africa asinorum silvestrium multitudinem fundit. *Id. 18. 21. 1.* Cum centesimo Leontini campi fundunt. *Id. 17. 35. 32.* Quo maturius vites putantur, eo plus materiae fundunt. *Cic. 5. Tusc. 13.* Semen aut flores, aut fruges fundit, aut baccas. *Id. 2. Nat. D. 62.* Terra fruges maxima largitate fundit. *Virg. 1. G. 13.* Fudit equum magno tellus percussa tridenti. — **21)** Et pro edere, parere; *partorire*. *Virg. 8. Aen. 138.* quem candida Maia Cyllene gelido conceptum vertice fudit. — **22)** Saepe refertur ad loquendum. *Id. 6. ibid. 55.* fuditque preces rex pectore ab imo. Et *8. ibid. 312.* fuditque has ore loquelas. *Cic. 5. Tusc. 26.* inanes sonos. *Id. 1. Nat. D. 24.* oracula Physicorum. *Id. Orat. 62.* orationem numerose et volubiliter. *Id. 3. Orat. 50.* versus ex tempore. *Val. Flacc. 3. 697.* iras inanes; *sfogarsi in maledizioni*. *Plaut. Pseud. 4. 1. 33.* mera mendacia. *Ovid. 13. Met. 506.* convicia in aliquem. *Plaut. fragm.* apud *Non. 4. 215.* Nae ille ecastor funerato fundit. — **23)** Etiam pro amplificare, dilatare dicendo. *Quintil. 10. 3. circa med.* Fundere quae natura contracta sunt, augere parva.

Nota. Inter *fundere* et *vergere* discrimen tradit *Serv.* ad *6. Aen. 244.* « *Fundere* est supina manu libare: quod fit in sacris supernis; vergere autem est conversa in sinistram partem manu ita fundere, ut patera convertatur, quod in infernis sacris fit. »

FUNDŬLUS. V. FUNDULUS §. 1. *fin.*

FUNDŬLAE, ārum, f. Deminut. a *fundus*, quod exponit *Varr. 5. LL. 32. §. 145.* Fundulae *(in oppido dicuntur)* a fundo, quod exitum non habent ac pervium non est *(iter)*.

FUNDŬLUS, i, m. Deminut. a *fundus;* parvus fundus. — Specialim genus quoddam farciminis ita appellatum est apud *Varr. 5. LL. 22. ad fin.* « Fundulum *(dicunt)* a fundo, quod non, ut reliquae partes, sed ex una parte sola apertum. Ab hoc Graecos puto τυρλὸν ἔντερον appellasse. » Nam loquitur *Varro* de variis insiciorum et farciminum generibus. Portasse ex hoc *fundulo* factum est nostrum vulgo *bondola*. *Mull.* autem *h. l.* leg. *fundolum* loco *fundulum*. — **2)** Item apud *Vitruv. 10. 13. funduli ambulatiles* vocantur in machinis hydraulicis emboli, qui per modioli cavitatem sursum deorsum moventur, similes illis igneis lancibus, quas Itali dicunt *tagliferi*. *Bald.* in *Lex. Vitruv.*

* FUNDUM, i, n. V. voc. seq. §. b.

FUNDUS, i, m. Nomen parum certae originis. Sunt qui a Graeca voce πύθμὴ; fundus in modio, deducunt. Sed rectius fortasse alii a βάθος, voce poetica pro βάθος; profunditas. — Contra alii, qua fundus etiam possessionem significat, vulgo a verbo *fundo, as*, ducunt. Nam *Serv.* ad *2. G. 468.* « *Fundus*, inquit, dicitur ab eo quod sit rerum omnium fundamentum. » Et *Isid. 15. Orig. 13. 4.* « *Fundus* dictus, quod eo *fundatur*, vel stabiliatur patrimonium. » Quibus positis adhuc inquirendum esset, undenam *fundo, as*, verbum. Cf. infra §. 6. — **b)** Quidam in prima vocis significatione *fundum*, i, n. etiam admittunt, sed nullo confirmant Latino exemplo; quare reiiciendum est. — **c)** Derivata, *fundamen, fundamentaliter, fundamentum, fundanus, fundate, fundatio, fundator, fundatrix, fundo, as, fundulae, fundulus*. — **d)** Composita, *domifunda, exfundatus, latifundius, imperfundius* vel *improfundies, profundus* (quod V. pro suis), *subterfundo*.

FUNDUS proprie est basis, seu ima cuiusque rei pars, ut vasis, fluminis, vallis, etc.; *fondo*. *Cic. Cluent. 64.* Armarii fundum exsecuit, et auri quinque pondo abstulit. *Plin. 15. 18. 2.* Cotonea obrui terra in ollis fundo effracto. *Id. 5. 20. 8.* Annis fundo carens. *Virg. 2. Aen. 419.* imo Nereus ciet aequora fundo. Et *5. ibid. 577. de Aetna.* fundoque exaestuat imo. *Paul. Dig. 41. 1. 26.* Si quid additum esset, toti cedere, ut statuae pes, scypho fundus, aut ansa. Adde *Serv.* ad *2. Aen. 758. Vulg. Interpr. Iudith. 5. 12.* Fundus in aris. *Id. Isai. 51. 17.* Fundus calicis. — **2)** Proverbium est apud *Cic. 2. Offic. 15. extr.* Meminisse debemus id, quod a nostris hominibus saepissime usurpatum iam in proverbii consuetudinem venit, largitionem fundum non habere; *h. e.* finem et modum, cum nunquam homines expleantur. — **3)** Translate. *Virg. 10. Aen. 88.* fluxas Phrygiae res vertere fundo; *h. e.* funditus evertere. — **4)** Apud *Gell. 17. 8. fundus coenae* dicitur ferculum, quod in coena est potissimum, et quo tota fere coena constat. — **5)** *Fundus* absolute pro vase, *Martial. 8. 6.* Hi duo longaevo censentur Nestore fundi; *h. e.* haec duo pocula. — **6)** Specialim

II. *Fundus* saepissime est ager cum villa, praedium, rus; *podere, possessione, fondo*. *Florentin. Dig. 50. 16. 211.* Fundi appellatione omne aedificium et omnis ager continetur: sed in usu urbana aedificia, aedes; rustica, villae dicuntur: locus sine aedificio in urbe, area; ruri autem ager appellatur: idemque ager cum aedificio, fundus dicitur. *Varr. 5. LL. 4. a med.* ex eo dictum docet, quod sit pecudum ac pecuniae fundamentum, aut quod fundat quotquot annis multa. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 89. Müll.* dici ait, quod ager planus sit ad similitudinem fundi vasorum. *Cic. 1. Orat. 58.* Cui nostrum non licet fundos nostros obire, aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis invisere? *Crassus* apud *Eund. 2. ibid. 55.* Testificatur pater, se tibi Privernatem fundum reliquisse. *Ter. Heaut. 1. 1. 16.* In fundo fodere, arare. *Id. Eun. 1. 1. 34.* Nostri fundi calamitas. — **7)** Translate. *Plaut. Asin. 5. 2. 24. de marito meretrices sectante.* Fundum alienum arare, incultum familiarem deserere. *Id. Truc. 1. 2. 83.* Euge, funde et aedes! Per tempus subvenisti mihi. *Id. Epid. 2. 2. 42.* Fundis exornatae multae incedunt per vias; *h. e.* pretium fundi in mundo muliebri habentes. Cf. *Nota*, infra. — **8)** *Populus fundus fieri* dicitur, qui, proprii iuris cum sit, se nihilominus sponte subdit legibus Romanis, quarum vi ipse cum agro suo fundus Romae fit. Hinc *Gell. 16. 13.* Municipes sunt cives R. ex municipiis . . . nulla populi R. lege adstricti, ni in quam populus eorum fundus factus est. *Paul.* ex *Festo* loc. cit. §. 6. Fundus dicitur populus esse rei, quam alienat, hoc est auctor. *Cic. Balb. 8.* Negat ex foederato populo quemquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc civitatem venire; *h. e.* nisi populus eius rei auctor factus esset et ius illud civitatis admisisset, approbassetque. Ita *Balbi* accusator *fundum fieri* intelligebat. At *Cicero*, ut causae suae inserviat, paulo aliter *ibid.* rem interpretatur. V. *Mazoch.* in *Tab. Heracleens. p. 468.* et *Galvani, delle Genti e favelle loro in Italia, p. 129.* Cf. et FUNDANUS. — **9)** Hinc etiam extra rem legalem *fundus esse*, aut *fieri* dicitur, qui rei cuiuspiam auctor est et approbator, quasique solum ac fundamentum totius negotii: ducta metaphora a praedio, quo res familiaris nititur; *autore, mallevadore*. *Plaut. Trin. 3. 1. 6.* Nunc mihi is propere conveniendus est, ut quae cum eius filio Egi, ei rei fundus pater sit potior. *Gell. 19. 8. ad fin.* Non ut huius sententiae legisque fundus subscriptorque fierem.

Nota I. Inter *locum* et *fundum* apud ICtos hoc discrimen interesse dicit *Ulp. Dig. 50. 16. 60.* « *Locus* est non fundus, sed portio aliqua fundi; *fundus* autem integrum aliquid est; et plerumque sine villa locum accipimus. Ceterum adeo opinio nostra et constitutio locum a fundo separat, ut et modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuimus, etc. » — **2)** Aliud discrimen inter *agrum, praedium, possessionem* et *fundum*, V. sub v. CAMPUS in *Nota* §. 2. — **Nota II.** De variis fundorum generibus plura in legibus statuta sunt, quae vide in *Cod. 4. 47., 8. 28., 11. 60-67.* et *Dig. 23. 5.*

FŪNĔBRĬĂ, ium, n. V. voc. seq. §. 3.

FŪNĔBRIS, bre. Adiect. a *funus;* ad funus pertinens: *funebre*. *Cic. Vatin. 12. extr.* Epulum funebre. *Id. 2. Leg. 23. ad fin.* Funebre vestimentum. *Id. 2. Orat. 84.* Funebris concio. *Quintil. 3. 7. 2.* laudatio. *Id. 8. 2. 8.* Funebre carmen. *Tacit. 3. Hist. 67.* pompa. *Petron. Satyr. 114.* Funebris lectus. *Horat. Epod. 5. 18.* Funebres cupressi. — *Festus* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.* Funebres tibiae dicuntur, cum quibus in funere canitur: quam flamini audire, piabant illicitum. *Plin. 19. 4. 1.* Funebres tunicae. *Id. 7. 57. 14.* Funebres ludi. Adde *16. 60. 1.* — **2)** Item funestus; *funesto*. *Ovid. 4. Trist. 4. 35.* Funebria sacra; *h. e.* in quibus victima humana faciebant. *Id. 1. Amor. 12. 7.* difficiles, funebria ligna, tabellae. *Horat. 1. Ep. 19. 49.* Funebre bellum. *Plin. 26. 5. 1.* Elephantiasis, funebre populis malum. *Id. 11. 34. 1.* Vulva funebris est, quoties versa spiritum inclusit; *h. e.*

Digitized by Google

mortifera, letalis. *Id. 10. 16. 1.* Funebris bubo; *h. e.* mali ominis. — *Pacat. Paneg. Theod. 45.* Homo funebris. V. integr. loc. — **B)** Absolute, substantivorum more,

FŪNĔBRIA, ium, n. Est ipsum funus. *Caes. 6. B. G. 18. extr.* Iusta funebria; *i funerali. Plin. 7. 55. 5.* Comparare funebria; *l'apparato del funerale.*

Nota. Discrimen inter *funebre, funereum* et *funestum* statuit *Isid. 1. Differ. 235.* a *Funebre*, luctuosum; *funereum*, quod ex funere constat; *funestum* vero, quod funere inquinatum est. Itaque funestus famulus dicitur, qui aliquo funere pollutus est, quo minus sacra peragere potest. »

FŪNĔRA, ae, f. Nomen a *funus*, quo significatur ea, quae dux est luctus in funere. *Servius* ad illud *9. Aen. 486. nec te tua funera mater Produxi:* Apud maiores funeras dicebant eas, ad quas funus pertinet, ut sororem, matrem: nam praeficae sunt planctus principes, non doloris. *Funeras* autem dicebant, quasi *funerans*. Haec *Serv.* Huc trahunt alii illud *Ennii* apud *Cic. Senect. 20.* Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletum Faxit. Ita enim leg. *Scaliger.* et *alii.* Quae si vera est lectio, aptius hoc loco praeficam intelligeres: quam tamen *Serv.* distinguit a *funera*. Verum haec omnia incerta sunt, aut obsoleta.

FŪNĔRĀLIS, le. Adiect. a *funus;* ad funus pertinens. *Gloss. Lat. Gr.* Funerale; *ἐπικήδειον. Augustin. Serm. 72. n. 2. ed. Mai.* O muneratio deceptrix et praemium funerale! Et quod Deus dederat, perdidit; neque quod promittebat diabolus, accepit. — Idem *Augustin. ibid. 1. n. 2.* habet *praemium funestale* loco *funerale*.

FŪNĔRANS, antis. Particip. verbi *funero*, absolute adhibitum pro funeratore. *Plin. 11. 20. 1. de apibus.* Defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exsequias.

FŪNĔRĀRĬUS, a, um. Adiect. a *funus;* ad funerationem pertinens; *di funerale:* ut *actio funeraria*, quae de funeris impensis instituitur, apud *Ulp. Dig. 11. 7. 11. 16.* et *20.* et *Paul. ibid. 21.* etc. Cf. voc. seq. §. 1. — **B)** Absolute, substantivorum more,

FUNERARIUS, ii, m. Est qui funus administrat. *Firmic. 3. Mathes. 6. circa med.* Facient pollinctores, aut funerarios, vel quibus sepulcrorum cura mandetur. Adde *ibid. 11. Gloss. Lat. Gr.* Funerarius; *ἐπιτελητὴς κηδείας*.

FŪNĔRĀTĬCĬUS et Funeratitius, a, um. Adiect. a *funus;* idem ac funerarius, ut Funeraticia actio, *Pompon. Dig. 11. 7. 30.*, ut quidem edidit *Torrentin.*, nam *Haloander* habet *funeraria*, ut est in aliis legibus multis eiusdem tituli. V. voc. praeced. §. 1. — **B)** Absolute, substantivorum more,

FUNERATICIUM, ii, n. Est pecunia, quae pro funere impenditur. Hinc in sodaliciis, quae Itali vocant *confraternite*, sodalium quisque parvam pecuniae summam sodalicio seu collegio quotannis solvit funeraticii nomine, nostrates vulgo dicunt *la luminaria*, pro funeris nempe impensa: etenim collegii sumptibus sodales efferri mos est. *Inscript.* apud *Fabretti, p. 724. n. 443.* Inferat arcae collegii *nostri* partem dimidiam funeraticii. *Alia* apud *Murat. 525. 5.* Quidquid ex corpore mensorum machinariorum funeraticii nomine sequetur reliquum, penes *rem publicam supra scriptam* remanere volo. Et *mox.* Tunc fisco stationis annonae duplum funeraticium dare debebitis. — *Imperia Caes.* apud *Roncalli. Chronic. T. 2. p. 245.* Nerva congiarium dedit X. LXXV., et funeraticium plebi urbanae instituit X. LXIIS. Apud *Fabretti* et *Murat. loc. cit.* legitur *funeratici* pro *funeraticii*, more nempe Latinis usitato, de quo vide in v. AUGUSTALICIUS: in *Imperiis* vero *Caesarum* mendose *funeraticum* legitur pro *funeraticium*, quod nos emendavimus. — Haec *Furlanetto;* sed eius emendationem minus probare videtur *Cavedoni* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1853. p. 42.*

FŪNĔRĀTĬCUM, i, n. V. voc. praeced. §. 2.

FŪNĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *funero;* actus funerandi. *Capell. 6. p. 224.* Indi funerationes negligunt. *Alii perperam* feneraliones *leg.:* nam, ut ait *Mela, 3. 7.*, Indis caesorum parentum visceribus epulari fas et maxime pium est; et ubi senectus, aut morbus incessit, procul a ceteris abeunt, mortemque in solitudine nihil anxii exspectant.

FŪNĔRĀTĪTĬUS. V. FUNERATICIUS.

FŪNĔRĀTOR, ōris, m. Verbale a *funero;* qui curam habet funeris, idem ac funerarius. *Gloss. Philox.* Funerator; *κηδευτὴς νεκροῦ*.

FŪNĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *funero;* funere elatus; *seppellito con esequie, esequiato. Suet. Cal. 15.* Pro concione laudatus et funeratus amplissime. — **B)** Item necatus; *ucciso. Horat. 3. Od. 8. 7.* prope funeratus Arboris ictu. — **B)** Item debilis factus; *impotente. Petron. Satyr. 129.* Funerata est pars illa corporis, qua quondam Achilles erat.

FŪNĔRĔPUS. V. FUNIREPUS.

FŪNĔRĔUS, a, um. Adiect. a *funus;* funebris; *funebre. Virg. 4. Aen. 505.* pyram fronde coronat funerea. Et *11. ibid. 143.* Funereae faces. — **B)** Item funestus; *funesto. Val. Flacc. 7. 468.* galeamque pesume, Quam modo funerea tenuit Discordia dextra. *Ovid. Ib. 215.* Sedit in adverso nocturnus culmine bubo, Funereoque graves edidit ore sonos. *Quintil. Declam. 10. 16.* Quando domum tuam funereus et squalidus, quando te terruit? *Ovid. 10. Met. 453.* ter omen Funereus bubo letali carmine fecit. Adde *ibid. 226.* et *8. ibid. 511.*

Nota. Discrimen inter *funereum, funebre* et *funestum*, V. supra sub v. FUNEBRIS in *Nota*.

FŪNĔRO, as, āvi, ātum, āre et Funeror, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv., utraque forma adhibitum, a *funus*. — Particip. *funerans* et *funeratus*, V. suo loco. — Est sepelio, iusta mortuo persolvo, pompam funebrem duco; *seppellire, far il funerale. Plin. 35. 47. 2.* Qui funerari se iussit sestertiis undecim millibus. *Suet. Domit. 17.* Per vespillones exportatum nutrix in suburbano funeravit. *Ulp. Dig. 11. 7. 14.* Nec sit, unde funeretur. *Auct. incert. Epit. Iliad. 1009.* Interea victor defleti corpus amici Funerat Aeacides. — **B)** Deponentium more

FUNERON, eadem significatione usurpat *Capitolin. Pertin. 14.* Corpus eius quanto potuit honore funeratus est.

FŪNESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *funus;* lugeo. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Πενθῶ; lugeo, funesco.

FŪNESTĀLIS, le. V. FUNERALIS.

FŪNESTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *funesto;* actus funestandi. Tribuitur *Firmico*, loco tamen non indicato.

FŪNESTĀTOR, ōris, m. Verbale a *funesto;* qui funestat. Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

FŪNESTĀTUS, a, um. Particip. verbi *funesto;* morte correptus. *Salvian. 5. adv. avar. 13.* Mirum est, quod hoc ipsum sinis, ut funestato te tua habeat *(heres)*, nisi etiam ium exportato atque tumulato.

FŪNESTĔ. Adverb. a *funestus;* letaliter, perniciose. Tribuitur *Firmico*, et comparat., *funestius, Gellio*, locis tamen non indicatis.

FŪNESTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *funestus*. — Particip. *funestatus*, V. suo loco. — Proprie est caede polluo, funere inquino; *funestare, contaminare. Cic. Font. 10.* Qui etiam si quando aliquo metu adducti Deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant. *Id. Mil. 33.* Curiam inflammari, incendi, funestari. *Id. Rabir. perduell. 4.* Funestari concionem contagione carnificis. *Iuvenal. 8. 17.* omptorque veneni Prangenda miseram funestat imagine gentem. — **B)** Translate. *Impp. Aread. et Honor. Cod. Theod. 3. 12. 3.* Qui sese nuptiis incestis funestarit; *h. e.* contaminaverit.

FŪNESTUS, a, um. Adiect. a *funus*. — Comparat. *funestior* §. 1. et 5., superlat. *funestissimus* §. 1. — Proprie et active est funus seu mortem afferens, letalis, exitialis, perniciosus; *mortale, funesto. Cic. 1. Catil. 9.* Perniciosus et funestus. *Id. 9. Att. 5.* Maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnae, quam urbis captae, quod hoc malum ex illo. *Id. 7. Verr. 47.* Qui ad C. Verris nefandam immanitatem et ad eius securem funestam servati sunt. *Id. Dom. 3.* Funesta reipubl. pestis. *Id. Flacc. 41.* O nox illa funesta nobis! *Id. Dom. 1.* Pestifer et funestus tribunatus. *Id. ibid. 5.* Funesta latrocinia. Et *ibid. in fin.* Funesta lux. *Plane.* ad *Coss.* etc. *Id. 10. Fam. 8.* Victoria funesta orbi terrarum. *Ovid. 3. Met. 49.* Funestum venenum. *Id. 11. ibid. 373.* Funestus lupi morsus. *Id. 1. Fast. 521.* Funesta arma. *Phaedr. 3. 10.* Funestum scelus. *Eutrop. 7. 13.* Caligula sceleratissimus ac funestissimus. — **B)** Item funere pollutus. *Lucret. 6. 1138.* mortifer aestus Finibu' Cecropiis funestos reddidit agros. *Ovid. 6. Fast. 193.* funestos ut erat laniata capillos. *Id. 11. Met. 584.* Utque manus funestas arceat aris. *Liv. 2. 47. ad fin.* et *Cic. 2. Leg. 22.* Funesta familia. Et *Albinovan. 1. in fin.* Funesta domus; *h. e.* quae in luctu est; *in duolo, in lutto:* et quae nondum iusta defuncto persolvit: huic opponebatur *familia pura*, ut habet *Varr.* apud *Non. 2. 724.* et *Cic. loc. cit.* — **B)** Item ominosus, tristia portendens; *di mal augurio. Propert. 2. 16. 5.* nocturna volucris funesta querela. Et *ibid. 21. 38.* Nigraque funestum concinit omen avis. *Velleī. 2. 117.* Funestae epistolae; *h. e.* cladem nunciantes. *Claudian. 2. in Eutrop. 474.* funestior advolat alter Nuncius. *Ovid. 10. Met. 216.* Funesta littera.

FŪNĔTUM, i, n. Nomen a *funis*, quo significatur arcus ex vitibus, cum breviores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo. *Plin. 17. 35. 17.*

FUNGĬDUS, a, um. Adiect. a *fungus;* idem ac fungosus. *Gloss. Philox.* Fungidus; *σπορός*. Adde *Gloss. Gr. Lat.*

FUNGĪNUS, a, um. Adiect. a *fungus;* ex fungo; *di fungo. Plaut. Trin. 4. 2. 9.* Fungino genere est; capite se totum legit.

FUNGO, gis, xi, ctum, ĕre. V. voc. seq. §. h.

FUNGOR, gĕris, ctus sum, gi. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, forma deponens. — **b)** Pro qua forma aliquando et activa usurpata videtur ex antiquis Glossis. Sic *fungo, gis, xi, ctum, gĕre* est in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 231.*, atque hinc etiam composita, *defungo* et *perfungo* loco *defungor* et *perfungor*, ut *ibid.* habetur, coll. *Gloss. Lat. p. 150. n. 281.*

Digitized by Google

« Fungit, agit, gerit, » apud *Hildebr.*, qui ex hoc adnotat defendi posse locum *Sex. Pedii* apud *Paul. Dig. 9. 2. 33.*, quem locum V. infra §. 13. Sed fortasse *fungor* inter verba, forma quidem deponentia, sed significatione communia recensendum est, quod Glossarum auctores minus attendentes *fungo, gis*, confinxisse videntur. — **c)** Particip. *fungens* §. 1. et 11., *fungendus* §. 13., *functus* §. 1. et seqq. et suo loco, *functurus* §. 15. — **d)** Derivatum, *functio*. — **e)** Composita, *defungor, perfungor, transfunctorius*.

FUNGOR proprie ac universim est aliquid ago, gero; item exerceo, obeo, praesto, officio; *adempiere, fare, esercitare*. *Caes. 7. B. G. 35.* Hunc ex proximis unus incentem transgressus, eodem illo munere fungebatur. *Cic. Amic. 6. ad fin.* Valetudo opportuna est, ut muneribus fungare corporis. *Ovid. 14. Heroid. 19.* Fungi caede alicuius. *Id. 8. ibid. 109.* Pro somno lacrimis oculi funguntur. *Ovid. 2. Fast. 791.* Functus erat dapibus: poscunt sua tempora somni; *h. e.* coenaverat. *Cic. 2. Offic. 15.* Qui adipisci veram gloriam volet, iustitiae fungatur officiis. *Id. ibid. 16. ad fin.* Functus est aedilicio maximo munere. *Suet. Grammat. 7.* Fungi praetura. *Id. Domit. 4.* magisterio. *Iustin. 7. 4.* Functus periculis; *h. e.* qui pericula obiit, sed inde etiam evasit. *Id. 2. 4.* imperio; *h. e.* qui imperata fecit. *Id. 9. 2.* Fungi voto; *h. e.* solvere. *Vellei. 2. 85.* Oppugnationibus, et acie feliciter functus; *h. e.* qui expugnavit oppida, et acie vicit. *Suet. Claud. 35.* Neque convivia inire ausus est, nisi ut milites vice ministrorum fungerentur. *Horat. Art. P. 304.* fungar vice cotis; *farò da cote*. *Tacit. 2. Hist. 35. extr.* Missa legatio, quae gaudio fungeretur; *facesse l'officio di congratulazione*. *Plin. 3. ep. 6.* Fungar indicis partibus; *farò le parti d'un indice*. *Flor. 2. 25.* Omnibus opere fungentibus, solus venter immunis ageret. — Absolute. *Colum. 1. 3. ad fin.* Fundamenta et pro fultura et substructione fungentur; *servviranno e di sostegno* etc. V. VULTURA §. 1. *Lucret. 3. 169.* Praeterea pariter fungi cum corpore et una Consentire animum nobis in corpore cernis. V. FUNCTUS §. 2. — **b)** Translate de rebus. *Cic. 1. Divin. 32.* Possunt aliquando oculi non fungi suo munere. *Quintil. 1. 4. 10.* Aliquae (*vocales*) officio consonantium funguntur. *Id. 3. 6. 8.* Levissima quaeque (*quaestio*) primo loco fungitur. Adde *4. 3. 11.* — *Ovid. 4. Fast. 824.* Et novus accenso fungitur igne focus; *h. e.* habet, servat novum ignem: quod est foci munus et officium. Cf. infra §. 10. *fin.* — **3)** Saepe refertum ad vitam eiusque terminum. Quare *functus aevo, vita*, est, qui vixit. *Horat. 2. Od. 9. 13.* Ter aevo functus senex; *che visse tre secoli*; *h. e.* Nestor. — **4)** *Fungi vita*, et *Functus vita* de mortuis dicitur. *Papinian. Dig. 49. 17. 14.* Filiusfamilias miles si captus apud hostes vita fungatur; *muoia*. Et *ibid. 48. 5. 11. ad fin.* Cum audisset absentem virum vita functum esse; *esser morto*. — **5)** *Functus fato* idem significat. *Val. Max. 1. 8. n. 5. extern.* Altera iam fato functa parit. Adde *Ovid. 11. Met. 559.* — **6)** *Fungi morte* idem valet. *Vellei. 2. 49.* Quieta, aut certe non praecipitata morte functi sunt. — **7)** Functus longissima statione mortali; *h. e.* qui diu vixit. *Id. 2. 131.* — **8)** Huc etiam spectare potest illud *Horat. 4. Od. 15. 29.* Functus virtute; *h. e.* qui virtutis munere functus est, ut *Cic. 1. Tusc. 45.* loquitur; *chi ha operato virtuosamente*. Sic *Quintil. procem. 6.* Omni virtute, quae in feminas cadit, functa, insanabilem attulit marito dolorem. — **9)** Speciatim

II. *Fungor* interdum sumi videtur, etiam absolute adhibitum, pro pati. *Lucret. 1. 440.* quodcumque erit, aut faciet quid, Aut aliis fungi debebit agentibus ipsum. Et *mox.* At facere, et fungi sine corpore nulla potest res. *Id. 3. 559.* inane manet intactum, nec ab ictu fungitur ullum. *Id. 3. 733.* Et mala multa animus contage fungitur eius. — **10)** Item refertur aliquando ad pensitationem tributorum et praestationem eorum, quae publice imperantur. *Cic. 3. Verr. 86.* Hoc vobis statuendum est, quid aratorem ipsum, arationis nomine, muneris in republ. fungi ac sustinere velitis. *Vellei. 2. 15.* Duplici numero militum equitumque fungi. *Ulp. Dig. 50. 4. 22. extr.* Fungi intributionibus. — *Tacit. 14. Ann. 21.* Quum eo sumptu res publica fungatur. — **11)** Deinde, transitivorum more,

III. *Fungor* cum accusativo, manente tamen priore verbi significatione. *Plaut. Men. 1. 4. 4.* Parasitus octo hominum munus facile fungitur; *nel mangiare fa per otto*. (Adde *Trin. prol. 1.*, *Lucil.* et *alios* apud *Non. 9. 4.*). *Suet. Aug. 45.* Commendatis, qui suam vicem praesidendo fungerentur; *facessero le sue veci*. *Id. ibid. 35.* Quo laeti (*senatores*) religiosius senatoria munera fungerentur. *Ter. Heaut. 1. 1. 16.* Fungi officia servorum. Et *3. 3. 19.* officium hominis frugi et temperantis. *Plaut. Most. 1. 1. 44.* Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aves: Sine me alliato fungi fortunas meas; *h. e.* frui meis fortunis. *Nep. Datam. 1.* Militare munus fungens. *Apul. 6. Met. 12.* Non obsequium quidem illa functura, sed etc. V. FUNCTUS §. 1. *fin.* — **12)** Hinc *diem fungi* pro mori apud *Iustin. 19. 1.* Mago, cum imperium Poenorum condidisset, diem fungitur. — **13)** Hinc etiam passive. *Cic. 1. Att. 1.* In omni munere candidatorio fungendo. *Ulp. regular. tit. 7.* Dos, quae semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit; *roba, che servì per dote una volta*. *Sex. Pedius* apud *Paul. Dig. 9. 2. 33.* et *33. 2. 63.* Pretia rerum non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communiter fungi; *h. e.* taxari, statui, definiri. *Est qui legit* fingi. V. supra §. b. *Inscr.* in *Atti dell' Acad. Rom. archeol. T. 2. p. 463.* Exsequiae autem pedibus fungentur.

Nota I. Constructio verbi est cum ablativo, vel absolute (*Lucret.* loc. cit. §. 9. adhibet etiam cum praepos. *a* vel *ab*). — De particip. *functus* cum genitivo, V. FUNCTUS §. 1. — Transitivorum autem more cum accusativo, de qua constructione Cf. etiam *Hildebr.* ad *Apul. 3. Met. 13.* — **Nota II.** Discrimen inter *fungor* et *defungor*. V. sub v. DEFUNGOR in *Nota*.

* FUNGŌSITAS, ātis, f. Abstractum a *fungosus*; raritas, et levitas, qualis in fungis, et in spongiis apparet; *leggerezza*. *Plin.* Tota fungositas derasa. Ita quidam Lexicographi, sed nihil eiusmodi in *Plinio* adhuc invenimus.

FUNGŌSUS, a, um. Adiect. a *fungus*; rarus et levis ad similitudinem fungi; *fungoso, spugnoso*. *Plin. 16. 64. 2.* Arundo fungosior. *Colum. 4. 29.* Fungosa medulla. *Plin. 16. 8. 6.* Fungosam carnem fieri suum esculea glande. *Id. 23. 24. 5.* Fungosa lingua. *Id. 19. 26. 4.* Fungosus raphanus.

FUNGŪLUS, i, m. Deminut. a *fungus*; parvus fungus. *Apic. 5. 20.* Spongioli sive funguli. *Id. 8. 4.* Lenticula ex spongiolis sive fungulis.

FUNGUS, i, m. Nomen, quod videtur esse a Graeca voce σπόγγος; spongia. — **b)** Derivata, *fungidus, funginus, fungosus* et *fungulus*. Cf. FUNGOSITAS.

FUNGUS proprie est excrementum terrae, vel arborum, varia forma ac figura; *fungo*. *Plin. 22. 47. 1.* Fungorum lentior natura et numerosa genera: sed origo non nisi ex pituita arborum. V. integr. loc. ubi et de usu eorum in medicina, coll. *26. 83. 3. Horat. 2. Sat. 4. 20.* pratensibus optima fungis Natura est. — *Plin. 13. 50. 1.* In mari fluvio silvas vivere . . . et, cum pluat, fungos, qui sole facti mutantur in pumicem. — **2)** Speciatim *fungi ligni*, quos nostrates (*Venesti*) vulgo *brise* et *sbrise*, alii *brizzatini* vocant, sunt qui e vetustis arborum truncis, sub equinae ungulae forma, nascuntur, ex quibus in lixivio decoctis, et postea contusis, ellychnia parantur ignis rapacissima. *Coel. Aurel. 3. Chron. 1. §. 20.* Alii ligneos fungos patientibus apponunt locis, quos summitate accensos sinunt concremari, donec cinerescant, atque sponte desidant. — **3)** Translate *Plaut. Bacch. 3. 1. 2. fungum* vocat hominem stupidum stolidumque. — **4)** Improprie et a similitudine

II. *Fungus* etiam dicitur exusta papyri pars in lucerna. *Virg. 1. G. 392.* Scintillare oleum et putres concrescere fungos. V. *Serv.* ad *h. l.* — **5)** Dicitur et *fungus* morbi quoddam genus in arboribus. *Plin. 17. 37. 6.* Olea clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel petellam. Haec est solis exustio. — **6)** Item in hominibus tuber, aut excrescens caro praeter naturam. *Cels. 6. 18. n. 11.* Fungo simile ulcus in eadem sede nasci solet. *Tertull. Spectac. 23.* Cicatrices caestuum, et callos pugnorum, et aurium fungos.

FŪNĬAMBŬLUS. V. FUNAMBULUS.

FŪNĬCŬLĂ, ae, f. (apud *Charis. 1. p. 100. Putsch.* Cf. FUNIS §. b.) et

FŪNĬCŬLUS, i, m. Deminut. a *funis*; parvus funis; *cordicella, funicella*. *Cic. 2. Invent. 51.* Funiculo, qui a puppi religatus scapham annexam trahebat. *Gell. 3. 3.* Caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Adde *Quintil. 1. 6. 6.* — **2)** *Plin. 17. 35. 11. 6.* funiculum appellat, quod *Varr. 1. RR. 8.* restem e tunco. — **3)** *Funiculus triplex difficile rumpitur*, proverbium est apud *Vulg. Interpr. Eccl. 4. 12.* — **4)** Speciatim *funiculus* dicitur etiam mensura Aegyptiaca, quam Graeci Σχοῖνον vocant (V. SCHOENUM). *Hieronym.* in *Ioel. 3. 18.* Pro *torrente spinarum LXX.* transtulerunt *torrentem funiculorum*, id est σχοίνων: quod aut funiculos significat, aut iuxta Aegyptios mensuram certi itineris. Psalmista dicente (*Psalm. 138. 2.*) *semitam meam et funiculum meum investigasti*. In Nilo enim flumine, sive in rivis eius, solent naves funibus trahere, certa habentes spatia, quae appellant funiculos, ut labori defensorum recentia trahentium colla succedant. — **5)** Hinc in Sacris Litteris

II. *Funiculus* pro mensura longitudinis vel latitudinis saepe usurpatur. *Vulg. Interpr. 2. Reg. 8. 2.* Percussit Moab et mensus est eos funiculo, consequans terrae: mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendum et unum ad vivificandum, factusque est Moab David serviens sub tributo. *Id. 1. Par. 4. 2.* Mare autem fusile . . . quinque cubitos habebat altitudinis, et funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius. Adde *Ierem. 53. 21. Id. Zachar. 2. 1.* Et in manu eius funiculus mensorum. *Id. Ps. 77. 54.* Divisit eis terram in funiculo distributionis. — **6)** Hinc metonymice est sors, possessio sive hereditas, quae cuique in distributione obvenit. *Id. 1. Par. 16. 18.* Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hereditatis nostrae. — *Id. Deut. 32. 8.* Quando dividebat Altissimus gentes . . . Iacob funiculus hereditatis eius. — *Id. Mich. 2. 5.* Non erit tibi mittens funiculum sortis in coetu Domini. — *Id. Sophon. 2. 5.* Vae! qui habitatis funiculum maris, gens

Digitized by Google

perditorum; h. e. qui maritima incolitis. — *Zachar. 11. 7.* Assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi Decorem, et alteram vocavi Funiculum: et pavi gregem; h. e. vocavi hereditatem meam; elegit enim sibi Deus posteros Abraham in populum suum, ut esset funiculus hereditatis suae. V. *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* sub v. VIRGA. — **7)** Hinc etiam explicantur varia dicendi genera obvia apud eundem *Vulg. Interpr.* — Sic *funiculo metiri*; h. e. dividi apud *Amos, 7. extr.* Filii tui et filiae tuae in gladio cadent, et humus tua funiculo metietur. — **8)** *Tendere funiculum suum*; h. e. metiri, apud *Ierem. Thr. 2. 8.* Cogitavit Dominus dissipare murum filiae Sion: tetendit funiculum suum et non avertit manum suam a perditione; h. e. mensus est eam, nec destitit a mensuratione sua, donec omnia vastarentur. — Huc spectat illud *4. Reg. 21. 13.* Extendam super Ierusalem funiculum Samariae et pondus domus Achab; h. e. eadem mensura, qua mensus sum Samariam et domum Achab, metiar et Ierusalem; idest puniam. — **9)** *Funiculum alicuius investigare* est eum perscrutari. *Id. Ps. 138. 2.* Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam et funiculum meum investigasti. — **10)** Speciatim *funiculi Adam* sunt vincula amoris et benevolentiae sive ipsa beneficia, quibus quis devincitur ac ad amorem trahitur. *Id. Os. 11. 4.* In funiculis Adam traham eos. — **11)** *Funicula vanitatis* sunt peccata, quibus homo quasi vinculis seipsum constringit ac poenae obnoxius redditur. *Id. Isai. 5. 18.* Vae! qui trahitis iniquitatem in vinculis vanitatis, et quasi vinculum plaustri peccatum; h. e. qui peccata protrahitis sive ita augetis ut crescant et roborentur tanquam vinculum plaustri. — **12)** *Funiculus argenteus* apud *Exeli. 12. 6.* interpretatur medulla spinae dorsi, candida, qua corpus firmatur. V. *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* sub v. TENEBRESCO.

FŪNĪRĒPUS, i, m. Nomen a *funis* et *repo*; qui per funes repit, funambulus. *Apul. Florid. n. 5.* Nam si mimus est, riseris; si funirepus, timueris. *Id. ibid. n. 18.* Tragoedus vociferatur, funirepus periclitatur. *Utrobique alii leg.* funerepus.

FUNIS, is, m. (et *f.* V. infra §. b.). Nomen quod quidam eiusdem radicis ac σχοῖνος putant. — Perperam vero, ut videtur, *Isid. 19. Orig. 4. 1.* « *Funes* dicti, quod antea in usum luminis fuerint circumdati cera, unde et *funalia*. » Cf. *20. ibid. 10. 5.* — **b)** Reperitur etiam in genere feminino, ut Funis aurea, apud *Lucret. 2. 1155.* Confirmant *Non. 3. 91.* et *Gell. 13. 20. ad fin.* — Cf. *Quintil. 1. 6. 6.* et FUNICULA. — **c)** *Incert. Gramm. fragm. de nomine, p. 138. Endl. n. 25.* monet in ablat. sing. *fune* et in genit. plur. *funium* hoc nomen habere. — **d)** Derivata, *funalis, funalium, funarius, funetum, funiculus.* Cf. FUNUS. — **e)** Composita, *funambulus, funirepus, semifunium.*

FUNIS proprie est restis e cannabe, aliave materia contorta; *corda, fune. Cato, RR. 135.* Funem exordiri oportet longum pedes LXXII., toros tres habeat: lora in toros singulos novem. *Virg. 2. Aen. 262.* Demissum lapsi per funem. *Caes. 5. B. G. 11.* Funes, qui antennas ad malos destinabant; *le sarte. Horat. 2. Sat. 7. 20.* Qui iam contento, iam laxo fune laborat. *Plin. 16. 1. 4.* Ulva et palustri iunco funes nectere ad praetexenda piscibus retia; *far corde. Ovid. 5. Trist. 9. 13.* solvitur aggere funis; *si salpa* (Adde *Iuvenal. 14. 292.*). *Id. 4. Fast. 325.* funem trahere. *Id. 8. Met. 778.* adductaque funibus arbor Corruit. *Martial. 5. 20.* multo fune trahere marmora. *Quintil. 2. 14. 16.* Patietur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem. — **2)** *Funem ducere* et *reducere*, ductum videtur a canibus, seu avibus, quos funiculo innexos trahimus, cumque aufugere aut avolare paulo longius tentant, eodem revocamus. *Horat. 1. Ep. 10. 47.* Imperat, aut servit collecta pecunia cuique, Tortum digna sequi potius, quam ducere funem; h. e. servire potius, quam imperare. *Pers. 5. 118.* Quae dederam supra, repeto, funemque reduco; h. e. habenas servitutis ante tibi laxatas et remissas retraho et inhibeo. Simile est et illud *Ter. Adelph. 4. 7. 34.* Tu inter eas restim ductans saltabis; *guidando la danza, capo di ballo.* — **3)** Apud *Tertull. Pudic. 2.* funem contentiosum alterno ductu in diversa distendere; h. e. disputare, dissidere, contendere: tractum a puerili genere ludi, funem in diversa trahentium. *Id. 4. advers. Marcion. 4.* Funem contentionis ducere. *Id. adv. Iud. 1.* et *Resurr. carn. 34.* Fune contentionis diem ad vesperam ducere. — **4)** *Funem ex arena efficere*, proverb. de re impossibili, significatur a *Colum. praef. l. 10. in fin.* ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκειν. — **5)** Translate. *Vulg. Interpr. Ps. 118. 61.* Funes peccatorum circumplexi sunt me. *Id. 2. Reg. 22. 6.* Funes inferni circumdederunt me. *Id. Iob. 36. 8.* Vinciri funibus paupertatis. Et *40. 20.* Et fune ligabis linguam eius. — *Tertull. de virgin. vel. 14.* Nec tantum ruunt, sed et funem longum delictorum sibi attrahunt; h. e. catenam sibi nectunt. — **6)** Speciatim *funis* pro sorte sive possessione, quae alicui in bonorum divisione obvenit, sumpta metaphora a funiculo mensorio. *Id. Ps. 15. 6.* Funes ceciderunt mihi in praeclaris: etenim hereditas mea praeclara est mihi. V. FUNICULUS §. 6. — **7)** *Funem dirumpere* dictum de virginibus apud *Eund. Baruch. 6. 43.* eodem sensu, quo *zonam solvere*. V. ZONA. — **8)** Ceterum de usu funium etiam in viris testis est *Benedict. Reg. 22.* Vestiti dormiant, et cincti cingulis aut funibus. Cf. LUMBUS et CINGULUM §. 8. et seq. — **9)** *Funis* pro *funali* apud *Isid. 20. Orig. 10. 5.* V. FUNALIS §. 4.

FUNS, funtis. V. FONS §. b.

FŪNUS, ĕris, n. Nomen, de cuius origine haec *Isid. 11. Orig. 2.* Funus dictum a funibus accensis, quos ante feretrum papyris cera circumdatis ferebant. His similia habet *Donat.* ad *Ter. Andr. 1. 1. 81.* — Alii tamen ducunt a Graeca voce φόνος; caedes. — **b)** Monet *Mar. Victorin. 1. 4. 22.* Antiquos *funus* pro *funus* scripsisse, o pro u posita. — **c)** Derivata, *funebris, funera, funeralis, funerarius, funeraticius, funeratio, funerator, funereus, funero, funesco, funestalis, funestatio, funestator, funesto, funesto, funestus.* — **d)** Compositum, *confunero.*

FUNUS proprie est pompa, quae fit in exsequiis mortuorum: a *funalibus*, sive *funibus* accensis, quia cadavera noctu efferebantur cum faculis, propter sacrorum celebrationem diurnum; *funerale, pompa funebris. Cic. Amic. 3.* Quam civitati carus fuerit, moerore funeris indicatum est. *Id. Cluent. 9.* Funus alicui facere. Et *71.* Exsequias funeris prosequi. *Id. Quint. 15.* Funus alicui ducere. *Id. Rosc. Am. 8.* Paterno funeri iusta solvere. *Id. 15. Att. 1. a med.* Venire in funus. Et *ibid.* Funeri operam dare. *Ter. Andr. 1. 1. 88.* et *Varr. 1. RR. 60.* Prodire alicui in funus. *Petron. fragm. Tragur. 72. Burm.* Rogare in funus; *invitare ad funerale. Nep. Eumen. 13.* Honesto funere humare. *Cic. 2. Orat. 55.* Funere efferri. *Id. Dom. 16.* Funus indicere. *Suet. Aug. 100.* ornare. *Id. Tib. 57.* mittere ex foro; *lasciar passare. Liv. 8. 10.* celebrare. *Plin. 10. 60. 2.* Funus innumeris exsequiis celebratum. *Suet. Tib. 57.* Praetereunte funere. *Id. Caes. 85.* statim a funere. *Horat. 2. Od. 18. 18.* sub ipsum funus. — In plur. num. *Nasv. 3. 9.* Funera agitant, exsequia ititant. *Cic. 9. Phil. 7.* Edictum de funeribus. *Horat. 2. Ep. 2. 74.* Funera tristia. *Plin. 10. 2. 2.* Iusta funera alicui reddere. — Huc spectare possunt etiam loca allata sub v. FUNERA, sc. — *Propert. 2. 10. a v. 19.* funeris pompam, et ritus breviter tangit. — **2)** Speciatim *funus censorium* Romae dicebatur, quo nempe viri bene de republica meriti et clarissimi ex decreto senatus et pecunia publica efferebantur; in colonliis vero et municipiis eodem ipso funere honorabantur viri eximii, atque etiam feminae illustres e decurionum decreto, ideoque funus tantum publicum in iisdem dicebatur. *Tacit. 4. Ann. 15.* Lucilio Longo, quamquam novo homini, censorium funus, effigiem apud forum Augusti, pecunia publica patres decrevere. *Id. 6. ibid. 11.* Dein Piso publico funere ex decreto senatus celebratus est. Et *27.* Extremo anni mors Aelii Lamiae funere censorio celebrata. *Id. 13. ibid. 2.* Decreti et a senatu duo lictores, flaminium Claudiale, simul Claudio censorium funus, et mox consecratio. *Id. 4. Hist. 47.* Funus censorium Flavio Sabino ductum. *Inscript.* in *Giorn. Arcad. T. 59. p. 232.* Hunc decuriones funere publico efferendum censuerunt. *Alia ibid. p. 230.* Hunc D. F. P. (h. e. Defunctum Funere Publico), efferendum cens. *Alia* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1851. p. 141.* Sex. Valerio Sex. f. Fab. Rufo Praef. I. D. Q et Bivoniae P. Fil. Priscillae funere publico honorator, parentibus optimis Sex. Valerius Sex. f. Fab. Primus. — Ex his patet *funus censorium* idem esse ac *funus publicum*. — **3)** De *funere imaginario*, V. IMAGINARIUS, a, um. — De *funere indictivo*. V. INDICTIVUS. — **4)** Translate pro ruina, exstinctione, et interitu cuiusque rei. *Lucan. 4. 231.* pro dira pudoris funera! *Cic. Prov. cons. 19.* Discessum meum funus dici reipublicae. *Horat. 1. Od. 37. 8.* Dum Capitolio Regina *(Cleopatra)* dementes ruinas, Funus et imperio parabat. — *Id. ibid. 8. 15.* Lacrimosa Troiae funera. — **5)** Dicitur hoc sensu per convicium de homine ipso funeris seu ruinae auctore. *Cic. Prov. cons. 1.* Gabinium et Pisonem, duo reipublicae portenta ac paene funera. — **6)** Hinc per convicium seu ioculariter *Plaut. Men. 3. 2. 27.* Feciti funus, absente me, prandio; h. e. totum prandium in ventrem condidisti. — **7)** Aliquando dicitur de rogo, qui est funeris pars. *Suet. Domit. 15. sub fin.* Evenit, ut repentina tempestate delecto funere, semiustum cadaver discerperent canes. — *Ovid. 1. Trist. 6. 38. de libris suis.* Non sunt haec edita ab ipso, Sed quasi de domini funere rapta sui. — **8)** Interdum de morte. *Virg. 5. Ecl. 20.* Exstinctum Nymphae crudeli funere Daphnin Flebant. *Id. 6. Aen. 439.* et funere mersit acerbo. — **9)** Interdum de nece, caede. *Id. 2. ibid. 539.* patrios foedasti funere vultus. *Id. 9. ibid. 527.* quae funera Turnus Ediderit. Adde *10. ibid. 602.* — **10)** *Inhumatum funus* apud *Lucan. 7. 820.* simile est atque *insepulta sepultura* apud *Cic. 1. Phil. 2.* — **11)** *Funus* de ipso corpore vita functo. *Propert. 1. 17. 8.* Haeccine parva meum funus arena leget? *Virg. 9. Aen. 490.* quae nunc artus, avulsaque membra, Et lacerum funus tellus habet? — *Horat. 1. Od. 28. 19.* Mixta senum ac iuvenum densentur funera. — **12)** Et de ipsis manibus et umbra mortuorum. *Propert. 4. 11. 5.* Cum semel infernos intrarunt funera leges.

Nota 1. Discrimen inter *funus* et *cadaver*, V. sub v. CADAVER in *Nota*. — Huc spectat et illud, quod tradit *Serv.* ad *2. Aen. 559.* « *Funus* est iam ardens cadaver: quod dum portatur, *exsequias* dicimus: crematum iam, *reliquias*: conditum iam, *sepulchrum*. »

Digitized by Google

— **Nota II.** De religiosis et sumptibus funerum, v. *Cod.* 5. 44. et *Dig.* 11. 7.

FŪO, v. FUM.

FŪR, fūris, comm. gen. Nomen quod plerique a Graeca voce φώρ ducunt, ut est apud *Gell.* 1. 18. *a med.*, nam *Varro* a *furvus* ducebat, quod fures per noctem, quae furva seu atra est, facilius furentur. Cf. *Isid.* 10. *Orig.* 107. et *Paul. Dig.* 47. 2. 1. e Imo et Graeci ἀπο τοῦ φέρειν (a *ferendo*) φῶρας dixerunt. V. FURTUM §. 2. — **b**) In genit. plur. habet *furum*, non *furium*, *Ter. Eun.* 4. 7. 6. et *Festus* apud *Paul. Diac.* p. 92. *Müll.* — **c**) *Fur* longe est. *Martial.* 1. 54. Stat contra dicitque tibi tua pagina, fur es. — **d**) Derivata, *furacitas*, *furaciter*, *furaculum*, *furanter*, *furatio*, *furator*, *furatrina*, *furatrinus*, *furax*, *furculus*, *furinus*, *furor*, *furtatus*, *furtim*, *furtivus*, *furtivus*, *furtum*, *furunculus*. — **e**) Composita, *confurax*, *furtificus*, *suffuror*, *trifur*.

FUR proprie est qui alicua clam aufert; *ladro*, *rubatore*. *Cic. Mil.* 3 Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune voluerunt. *Id. 9. Fam. 21. ad fin.* M. Carbo condemnatus, fur magnus ex Sicilia; *h. e.* repetundarum reus. *Cato*, *RR. praef.* §. 1. Ita in legibus posiverunt, furem dupli condemnari, feneratorem quadrupli. *Id.* apud *Gell.* 11. 18. Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro atque in purpura. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 106. Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter. *Id.* 1. *ibid.* 8. 3. *de Priapo*. Deus inde ego furum aviumque Maxima formido. — *Plaut. Poen.* 5. 4. 67. *de duab. meretricib.* Fures estis ambae. — **2**) De servis etiam usurpabant per convicium, nam furta specialiter servorum sunt, inquit *Serv.* ad illud *Virg.* 5. *Ecl.* 16. Quid domini faciem, audent cum talia fures? *Plaut. Aul.* 2. 4 *in fin.* Tun' trium litterarum homo, Me vituperas? fur, etiam fur, trifurcifer. V. infra *Nota*. — **3**) Illud quoque *Terentii* hac ratione intelligendum videtur, *Eun.* 4. 7. 6. Ubi est centurio Sanga, et manipulus furum? *h. e.* servorum. — **4**) Translate. *Suet. Gramm.* 15. Lenaeus Sallustium Historicorum priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem appellavit. — *Vulg. Interpr. Ioh.* 10. 1. Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro. — **5**) Denique *fur* etiam dicitur fucus, qui inter apes degit. *Varr.* 3. *RR.* 16. *circa med.* Fur, qui vocatur ab aliis fucus, alter est, lato ventre.

Nota. Discrimen inter *furem* et *latronem* tradit *Isid.* 1. *Differ.* 340. « Qui aliquid subtrahit, fur est: qui furatur et occidit, latro est . . . Pulchre autem *Plautus* in *Aulularia* de quodam, qui furabatur, ait: *Tu trium litterarum homo;* id est, fur. »

FŪRĀBŬLA, v. FURACULA.

FŪRĀCĬTAS, ātis, f. Abstractum a *furax;* proclivitas, seu inclinatio ad furandum; *inclinazione al rubare*. *Plin.* 10. 41. 2. *de monedula*. Cui soli avi furacitas auri argentique praecipue mira est.

FŪRĀCĬTER. Adverb. a *furax*. — Superlat. *furacissime*, infra. — Est more furum; *da ladro*. *Cic. Vatin.* 5. Cumque omnium domos, apothecas, naves furacissime scrutarere. — *Charis.* 2. p. 179. *Putsch. Furax* furaciter facere debet; *fur*, furtim; *furtivus*, furtive; *furans*, furanter.

Nota. Discrimen inter *furtim*, *furaciter* et *furtive* habet *Corn. Fronto de Differ.* p. 2194. *Putsch.* « *Furtim*, cum incipit; *furaciter*, quasi artificiose, a consuetudine involandi; *furtive*, quod iam ablatum. Ergo *furtim* et *furaciter*, furax; *furtive* locus facit. »

FŪRĀCŬLA, ōrum, n. Nomen a *furor*, ōris, quo significantur tenebrae in *Gloss. Isid.*, eo quod tenebrae furtis maxime sint opportunae. Quidam legunt *furabula*, quod alii in *foracula* mutarent; sed nihil immutandum putat *Hildebr.* ad *Apul.* 8. *Met.* 10.

FŪRANS, antis. Particip. verbi *furor*, absolute aliquando adhibitum pro furatore. *Plin.* 11. 10. 4. Ne promptum sit, quod invitet furantem. *Id.* 33. 40. 2. Sidit autem *(minium)* in aqua, constatque furantibus; *h. e.* notum est furatoribus. Cf. voc. praeced.

FŪRANTER. Adverb. a *furans;* furum more. Legitur apud *Charis.* loc. cit. in FURACITER.

FŪRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *furor;* actus furandi. Tribuitur *Digesto*, loco tamen non indicato.

FŪRĀTOR, ōris, m. Verbale a *furor;* qui furatur; *ladro*. — Translate. *Tertull. Apolog.* 46. *extr.* Furator veritatis philosophus.

FŪRĀTRĪNA, ae, f. Verbale a *furor;* furandi actus, furtum. *Apul.* 6. *Met.* Furatrina facili. Et 10. Et pulcherrime mihi furatrinae procedebat artificium. — **2**) Translate. *Id.* 8. *ibid.* Furatrina coniugalis; *h. e.* adulterium.

FŪRĀTRĪNUS, a, um. Adiect. verbale a *furor;* qui ad furta pertinet. *Fulgent.* 1. *Mythol.* 18. Hunc *(Mercurium)* etiam internuncium, furatrinumque Deum dicunt.

FŪRĀTUS, a, um. Particip. verbi *furor*. — Active qui furto abstulit. *Auson. Edyll.* 10. 175. Saepe etiam mediis furata e collibus uvas. V. FURTATUS. — **2**) Passive, furto ablatus. *Apul.* 10. *Met.* 14. Quotidie, furatis clanculo partibus, praevenisti querimoniam.

FŪRAX, ācis, omn. gen. Adiect. verbale a *furor*. — Comparat. *furacior* §. 1., superlat. *furacissimus* §. 1. — Est qui proclivis est ad furandum; *furace, dato al rubare*. *Cic.* 2. *Orat.* 61. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo, solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec occlusum. *Id. ibid.* 66. P. Cornelius homo avarus et furax. *Id. Pis.* 30. Nam furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream abiecisti. *Martial.* 8. 59. Nihil est furacius illo. — **2**) Translate. *Tertull. Pall.* 4. Tam furax a mento volsella; *h. e.* quae barbam furatur, seu evellit.

FURCA, ae, f. Nomen, quod plerique a *ferendo*, inspecto usu, deducunt. Alii autem a πίτυρκα, quod est praeteritum verbi φυρέω; misceo. — **b**) Derivata, *furcilla*, *furcillo*, *furcosus*, *furcula*. V. FUSCINA. — **c**) Composita, *bifurcius*, *bifurcus*, *furcifer*, *trifurcifer*, *trifurcum*, *trifurcus*.

FURCA proprie est instrumentum, quo stramenta aliaque moventur vel feruntur; *forca*, *forcella*. *Virg.* 1. *G.* 264. Exacuunt alii vallos furcasque bicornes. *Id.* 2. *ibid.* 359. Furcae valentes. *Liv.* 28. 3. Qui erexerant ad murum scalas, furcis ad id ipsum factis detrudebantur. Cf. *Caes.* 2. *B. C.* 11. — **2**) Proverbium est in illo *Horat.* 1. *Ep.* 10. 24. Naturam expellas furca, tamen usque recurret; *h. e.* omni studio, conatuque. — **3**) Latiore autem significatione *furca* dicitur omne id, quo quid sustentatur, in modum furcae factum. *Plin.* 9. 9. 5. Tunc piscatores circumdant retia, furcisque sublevant. *Id.* 14. 4. 10. Furcas subdere vitibus. *Liv.* 1. 55. *ad fin.* Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. — *Inscr.* apud *Henzen*, *Suppl. Orelli*, n. 6388. M. Sextilius . . . Genium et ypaetrum *(sic)* stravit, furcas statuit, clatros in fenestris posuit. — **4**) Speciatim vero est etiam instrumentum e duobus lignis compactis, rusticam furcam, seu figuram V referentibus: quo servi (aliquando et ingenui) cervici inserto, et manibus dispensis, et ad cornua adalligatis, per urbem ducebantur, et flagris caedebantur: idque ob admissa domi furta, aliudve quod scelus, ut ignominia simul esset et poena. Est et alia furcae figura, in modum iugi et Graecae litterae Π, duobus scilicet rectis lignis, tertio transverso simul iunctis: quae vel portanda reo in collum imponebatur, brachiis hinc inde ad recta ligna distentis: vel terrae infixa ipsum affixum sustinebat: patibulis, quae et hodie in usu sunt, valde similis. *Plaut. Cas.* 2. 6. 37. Tu ut quidem hodie canem et furcam feras. *Id. Pers.* 5. 2. 73. *Do.* fateor: manus vobis do. *To.* et post dabis Sub furcis. *Liv.* 1. 26. Quem modo decoratum victoria vidistis, eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis? *Val. Max.* 1. 7. n. 4. Cum quidam paterfamilias servum suum verberibus multatum, sub furca ad supplicium egisset. *Suet. Ner.* 49. Nudi hominis cervicem inseri furcae, corpus virgis ad necem caedi. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 551. Et iam retortis brachiis furca eminus, Romanus actus ingrebatur rogo. — **5**) Hinc saepe sumitur pro patibulo. *Callistrat. Dig.* 48. 19. 28. *sub fin.* Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos quampluribus placuit. *Ulp. ibid.* 9. *a med.* Furcae subiicere. *Paul. ibid.* 38. In furcam tollere. *Ulp. ibid.* 13. 6. In furcam suspendere. *Modestin. ibid.* 49. 16. 3. In furcam damnare. *Plin.* 29. 14. 1. Canes vivi in furca, sambuces arbore fixi. Plura de furca *Lips. l.* 3. *de Cruce*. — **6**) Translate, de conditione servili. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 68. Ibis sub furcam prudens, dominoque furenti Committes rem omnem, etc. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Ital. Ezech.* 34. 27. Cum confregero furcas iugi eorum et eximam eos de manu eorum; *h. e.* catenas quibus tanquam servi constringebantur sub iugo gentium. *LXX. Interpr.* habent σειρας, unde et noster *Vulg.* catenas. — **7**) Improprie et a similitudine

II. *Furca* dicitur iugum, quo rustici utuntur ad domandos iuvencos. *Varr.* 1. *RR.* 20. Novellos cum quis emerit iuvencos, si eorum colla in furcas destitutas incluserit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt mansueti et ad domandum proni. — Huc etiam spectare potest locus allatus e *Vulg. Interpr.* in §. praeced. — **8**) Item *furca* etiam vocatur pars inferior corporis humani, quia utrumque femur, et crus furcam assimilant. *Vet. Scholiast.* ad illud *Horat.* 1. *Sat.* 2. 33. Despygis, nasuta, brevi latere, ac pede longo: haec habet: Deforme est in feminis furcam latere habere minorem; *h. e.* partem inferiorem corporis minorem superiore. V. BIFURCUS §. 2. et LATUS, eris. — **9**) *Cancrorum furcae* apud *Apul. Apol.* sunt, quas *denticulatos forcipes* appellat *Plin.* 9. 31. 1. — **10**) De furcis Caudinis V. FURCULA §. 2.

FURCĬFER, ĕri, m. Nomen proprie adiect. a *furca* et *fero;* absolute adhibitum saepe per convicium de servo furcam ferente, sive furca digno, ut dictum est in voc. praeced. §. 4., itemque de homine libero sed improbo; *briccone*, *furfante*, *forca*, *ceffo d' appiccato*. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 127. Impudice, sceleste, verbero, Bustirape, furcifer, Sociofraude, parricida, etc. *Id. Amph.* 1. 1. 129. Ego pol te istis tuis pro dictis, et malefactis, furcifer, Accipiam. *Ter. Eun.* 5. 2. 22. debeam, Credo, isti quidquam furcifero, si id fecero. — De homine libero. *Cic. Vatin.* 6. id tu tibi, furcifer, sumes? Adde *Pis.* 7.

FURCĬFĔRA, ae, f. Idem origine et significatione ac praecedens, sed

Digitized by Google

impropriе adhibitum apud *Petron. Satyr. 132. in carm.* ut convicium sit τὸ αἰδοῖον ἀρσενικόν.

FURCILLĂ, ae, f. Deminut. a *furcula* (aliud etymon V. in CILLO, is); parva furcula; *forchetta, forcina. Varr. 1. RR. 49.* Herba subsecari falcibus debet, et, quoad pererescat, furcillis versari. *Id. ibid. 8. ad fin.* Ubi nascitur uva, subiiciuntur circiter bipedales e surculis furcillae, ne vindemia pereat. *Colum. 2. 10. circa med.* Fasciculos fabae baculis, furcillisve contundere. — **B)** Translate, vel si mavis proverbialiter, adhibetur in illis *Catull. 105. 2.* Mentula conatur Pimplacum scandere montem: Musae furcillis praecipitem eiciunt. *Cic. 16. Att. 2.* Quoniam furcilla extrudimur, Brundusium cogito. — **2)** Alia forma, et diversa significatione, nempe pro patibulo, legitur apud *Paul. e Festo, p. 88. Mull.* Furcilles sive furcilla, quibus homines suspendebantur. *Scalig.* ad h. l. putat, illa verba, *quibus homines suspendebant* esse inutile additamentum *Pauli. Dacerius* credit, vocem addendam, *quibus homines onera suspendebant:* vel *Festum* loqui de patibulis. Hinc etiam dicere nos, et *furcilles*, et *furcillae* dici, ut *caules*, et *caulae*. Putat enim legendum *furcillae*, non *furcillo*. — **3)** In *Gloss. Lat. Gr.* et *Gr. Lat.* furcilla exponitur βούλιμος; h. e. magna fames.

FURCILLĀTUS, a, um. Adiect. a *furcilla*, participiorum more effictum; ad furcillae similitudinem exactus; *fatto a forcella. Varr. 5. LL. 24.* Vallum, quod singula ibi extrema bacilla furcillata habent figuram litterae V. Cf. FURCILLO.

FURCILLES. V. FURCILLA §. 2.

FURCILLO, as, āre. Verbum transitiv. a *furcilla*, quo utitur *Plaut. Pseud. 2. 2. 56.* Vae tibi! tu inventus vero, qui meam furcilles fidem. Quasi mihi non sexcenta tanta soli soleant credier? *Pareus* in *Lex. crit.* ex *Passerat.* furcillare fidem exponit infirmam iudicare, ideoque quasi furcillis stabilire et sustentare. Alii interpretantur, fidem in dubium revocare, et quasi furcillis abigere et reiicere. *Al. aliter leg.* Cf. FURCILLATUS.

FURCŌSUS, a, um. Adiect. a *furca;* furcis plenus, habens furcas, in modum furcae factus; *forcuto. Apul. Herb. 7.* Nascitur leontopodion saepe cum tritico, thyrsis bipalmis, furcosis.

FURCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *furca;* parva furca; *forchetta, forcella. Priscian. p. 610. Putsch.* Furca, furcula. *Liv. 38. 7.* Suspendere furculis. V. FULTURA §. 1. — **B)** Specialim et improprie *Furculas Caudinas* apud *Liv. 9. 2.* dictae sunt duo iuga montium anguste cohaerentium inter se, et longe spectantibus furcae figuram, seu litterae V referentium. *Liv. 9. 2., Id. ibid. 5.* et *14.* Et *Flor. 1. 16.* — *Val. Max. 5. 1. extern. n. 5.* et *7. 2. sub fin. furcas* appellat.

FURCŬLUS, i, m. Deminut. a *fur;* parvus fur; *ladroncello.* Tribuitur *Prisciano*, loco tamen non indicato.

FŪRENS, entis. Particip. verbi *furo*, adiectivorum more saepe adhibitum. — *Furentum* pro *furentium* habet *Auson.* loc. mox cit. in §. 1. — Hinc comparat. *furentior* §. 1. — Proprie est qui furit, et impetu fertur, temere, praecipitanter; *infuriato, furibondo, furioso. Phaedr. 3. 10.* Irae furentis impetum non sustinens. *Cic. 2. Catil. 1.* Catilina furens audacia, scelus anhelans. *Id. Har. resp. 1.* Hominem furentem exsultantemque continere. Et *22.* Furens et violentus. *Virg. 1. Aen. 495.* Penthesilea furens; h. e. bellico spiritu incitata: vel quia, inquit *Servius*, maiora viribus audebat: vel quia sororem suam in venatione confixit, simulans se cervam ferire. *Id. 8. ibid. 228.* furens animis aderat Tiryntbius. *Claudian. Fescenn. 26.* Quis belluarum corde furentior? *Auson. Mosell. 292.* Non hic dira freti rabies, non saeva furentum Praelia Caurorum. — Cum genitivo. *Virg. 5. Aen. 202.* Furens animi. — Cum infinito. *Stat. 11. Theb. 556.* volat Ogygii fastigia muri Exsuperare furens. — **2)** De vaticinante. *Ovid. 5. Heroid. 121.* Dixerat: in cursu famulae rapuere furentem. — **3)** Tribuitur et rebus inanimis. *Virg. 2. Aen. 496.* aggeribus ruptis cum spumeus amnis Fertur in arva furens cumulo. Et *304.* In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit. *Id. 4. ibid. 670.* Furentes flammae. *Lucan. 3. 195.* pelagi furentes undae. *Sil. 7. 571.* venti cum bella furentiā torquent.

Nota. Discrimen inter *furentem, furiosum* et *iratum* tradit *Isid. 1. Differ. 212. a Furiosus* est corde; *furens*, causa; *iratus*, merito. a Cf. FURIOSUS in *Nota*.

FŪRENTER. Adverb. a *furens;* more furiosi; *furiosamente. Cic. 6. Att. 1. a med.* Pueri aiunt, cum furenter irasci.

FURFUR, ŭris, m. Nomen, quod a Graeca voce βέρβερος, caenum, plerique deducunt. — **b)** *Diomed. 1. p. 314. Putsch.* et *Charis. 1. p. 19.*, qui *furfures* aiunt semper plurali numero efferri, satis convincuntur exemplis mox afferendis *Plauti* et *Plinii* in §. 1., quibus addi posset *Gell. 11. 7.* — **c)** De ablativo *furfuri* pro *furfure*, V. loc. *Plaut.* infra §. 1. — **d)** Derivata, *furfuraceus, furfuraculum, furfurarius, furfureus, furfuriculae, furfurio, furfurosus.*

FURFUR proprie est purgamentum farinae, utricali, seu glumae frumenti, vel hordei pinsendo detritae; *semola, crusca. Plaut. Capt. 4. 2. 27.* Qui aiunt furfure sues. Al. leg. *furfuri;* hanc enim quoque positionem in sexto casu habere dicitur, ut *fusti, vesti, igni*, et alia. *Plin. 22. 70. 3.* Per cribrum effuso furfure. *Id. 18. 75. 3.* Triticum furfure crasso vestitur. *Varr. 2. RR. 6.* Furfures hordeacei. *Id. ibid. 5.* tritici. *Colum. 8. 4. init.* e farina modice excreti. *Phaedr. 4. 17.* Furfuribus sibi conspersum quod panem darent. — **B)** Improprie et e similitudine *furfures*, Graece πιτυρίασις, est porrigo, vitium capitis, vel faciei, cum excrementa sicca, et alba super poros colliguntur, in capillo, barba, supercilliis, quae quasi furfuraceae squamulae in pectendo, aut scalpendo, sine ulceratione a cute resolvuntur, et decidunt; *forfora, forforaggine. Plin. 26. 2. 4.* Mentagra descendens in colla pectusque, ac manus, foedo cutis furfure. *Id. 20. 20. 3.* Furfures capitis, et ulcera manantia. *Id. 22. 20. 5.* Furfures in facie discutere.

FURFŬRĀCĔUS, a, um. Adiect. a *furfur;* furfureus. *Fulgent. 1. Mythol. 19.* Furfuracea tinearum terebramina.

FURFŬRĀCŬLUM, i, n. Deminut. a *furfur*, quo tamen significatur terebra apud *Arnob. 6. p. 200.*, ut legit *Salmas. in Solin.*, qui sic dictum putat, quod furfures, seu scobem furfuribus similem in ligno perforando faciat. V. PERFORACULUM. — **2)** In *Gloss. Isid.* Furfuraculum exponitur *tenebras*, quae furtis opportunae, quasi sit vox a *furor, ōris*. Alii tamen pro *tenebras* legunt *terebra*, sed priorem lectionem retinendam esse statuit *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 10.* Cf. FURACULA.

FURFŬRĀRĬUS, a, um. Adiect. a *furfur*, ad furfurem pertinens. *Inscript.* apud *Grut. 128. 3.* Ti. Claudius Ti. f. Fab. Messallinus Heracleotes ⌐. Coh. S. S. (h. e. Centurio Cohortis Supra Scriptae, nempe quintae Vigilum) sedilculam vetustate corruptam adampliavit ex pecunia furfuraria ¬. suae; h. e. Centuriae suae. Ex his patet, pecuniam furfurariam appellari, quam ex divendito furfure collegerat ea centuria Vigilum: ii enim quoto mense certam frumenti mensuram ab imperatore accipiebant, quae et demensum appellabatur. Haec inscriptio pertinet ad an. a Ch. n. CLVI.

FURFŬRĔUS, a, um. Adiect. a *furfur;* qui est ex furfure, ut Furfureum panem esitare; *pan di crusca. Gell. 11. 7.*

FURFŬRĬCŬLAE, ārum, f. Deminut. a *furfur;* minuti furfures. *Marcell. Empir. 8. ad fin.*

FURFŬRĬO, ōnis, m. Nomen a *furfur*, quo significatur avis quaedam, ita, ut sit *Isid. 12. Orig. 7. 72.*, vocatus, quod prius farre in farinam redacto pasceretur. *Alii* farfario *leg.*, ut sit a *farre.*

FURFŬRŌSUS, a, um. Adiect. a *furfur;* furfures habens admixtos, aut quandam furfurum similitudinem referens; *semoloso. Plin. 12. 55. 2.* Color in quacumque natione praefertur rufus, et pinguiter lutus: deterior furfurosus.

FŪRĬĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 10.

FŪRĬAE, ārum, f. Nomen verbale a *furo;* quod, ut appellativum, non reperitur in usu nisi apud Poëtas pro furore, ira, rabie; *furore, rabbia, delirio:* et adhibetur praesertim in malam partem. *Virg. 1. Aen. 41.* Unius ob noxam et furias Aiacis Oilei. *Id. 5. ibid. 551.* Furiis scelerum agitatus. *Horat. 2. Sat. 3. 135.* Malis furiis actus. *Virg. 4. Aen. 474.* Concipere furias. *Id. 12. ibid. 495.* Furiis accensus. — **B)** *Furias auri;* h. e. furens insanaque auri cupiditas. *Sil. 2. 500.* — **3)** De rabie canum. *Grat. Cyneg. 391.* Scilicet hoc motu, stimulisque potentibus acti, In furias vertere canes. — **4)** De stimulis amoris. *Virg. 3. G. 242.* Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque, Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres In furias ignemque ruunt. *Ovid. 2. Art. am. 487.* In furias agitantur equae. — Huc spectat *Tertull. de Pudicit. 4.* Libidinum furiae in corpora et in sexus ultra iura naturae. — **5)** De furibundo impetu, ira, furore. *Martial. 2. 43.* quae passa est furias et cornua tauri. — De Bacchantium furoribus, *Tertull. Apolog. 6.* Licet Baccho iam Italico furias vestras immolavistis. — **6)** De impetu aquarum. *Claudian. III. Cons. Honor. 45.* tranare sonoras Torrentum furias. — **7)** Aliquando tamen cum addito et in bonam partem. Hinc *furias honestas* dicuntur a *Statio* impetus animi servitutem, et infamiam abhorrentes. Sic enim habet *4. Silv. 6. 85.* immeritasque domos ac templa Saguntī Polluit, et populis furias immisit honestas; *scil.* Saguntini maluerunt se ipsos perdere, et fidem Romanis servare, quam in Annibalis potestatem foede venire. Simile est illud *Virg. 8. Aen. 494.* Ergo omnis furiis surrexit Etruria iustis; h. e. iusta ira. — **8)** Frequentius vero ex fabulis Poëtarum, quibus, tanquam nomen proprium, sed usu commune etiam factum,

II. *Furiae* sunt Deae furoris, Italice *Furie*, Acherontis et Noctis filiae, quae tres numerantur, Alecto, Tisiphone, Megaera, uno partu editae, cerastis crinem implexum habentes, armatamque manum face, et flagellis. Poëtae fabulantur, Furiarum numen circa scelerum cognitionem ultionemque, et in animorum male sibi consciorum exagitatione versari. Sapientes interpretantur, Furiarum nomine a Poëtis nihil aliud significari, quam animum sibi male conscium, et scelerum quibusdam quasi stimulis assidue exagitatum. *Cic. 3. Nat. D. 18.* Sin haec Dea est, cur non Eumenides? quae si Deae sunt, quarum et Athenis fanum est, et apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinae: Furiae Deae sunt

Digitized by Google

speculatrices, credo, et vindices facinorum et scelerum. *Id. 1. Leg. 14.* Ut eos agitent insectenturque Furiae, non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae, fraudisque cruciatu. Adde *Eund. Rosc. Am. 24.* — *Serv.* in *4. Aen. 609.* causam affert, cur tres sint, quia et in caelo reperiuntur, ubi Diraе vocantur, et in terris, ubi Furiae, et apud inferos, ubi Eumenides. *Lactant. 6. 19.* Tres Furiae sunt tres affectus, qui homines in omnia facinora praecipites agunt, ira, cupiditas, libido: ex quibus ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates. — De his alia dabimus in ONOM. sub v. EUMENIDES, FURIAE et speciatim sub ALECTO, etc. — **B)** Hinc *furias* saepe sumuntur pro genio vindictae, quo quis agitatur, ac in perniciem suam vel aliorum impellitur. *Cic. Sull. 27.* Itaque eos non ad perficiendum scelus, sed ad luendas reipublicae poenas furiae quaedam incitaverunt. *Liv. 1. 48.* Sceleratum vicum vocant, quo amens, agitantibus furiis sororis ac viri, Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur. *Id. ibid. 47.* His muliebribus instinctus furiis Tarquinius circumire et prensare patres, etc. — **10)** Hoc sensu etiam in singulari num. adhibetur pro ipsa persona, quae furore aliquo percita alius causa sit malorum. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 4.* Uti ullum ad illam Furiam *(Clodium)* verbum rescriberet. *Id. Sext. 14.* Furia ac pestis patriae. *Id. 1. Fam. 9.* Primum illa furia muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam Deam, quam tres sorores. *Liv. 24. 10. de Hannibale.* Hunc iuvenem tanquam furiam facemque huius belli odi ac detestor. Adde *Horat. 2. Sat. 3. 144.*

FŪRĬĀLIS, le. Adiect. a *Furia;* ad Furias pertinens, item ad furentes et insanos; *da Furis, furioso. Ovid. 15. Heroid. 159.* furialis Erichtho. *Horat. 3. Od. 11. 17.* Cerberi caput furiale centum muniunt angues. *Liv. 7. 17.* Sacerdotes facibus ardentibus anguibusque praelatis, incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie. *Ovid. 6. Met. 591.* Furialia arma; *h. e.* Bacchantum. *Cic. Planc. 35.* Furialis illa vox nefariis stupris effeminata. *Ovid. 6. Met. 637.* Furialis cerdes; *h. e.* a furente facta. Et *84.* Furialia ausa. *Id. 3. Amor. 12. 39.* Mensae furiales Atrei. *Martial. 2. 75.* Leo furiali dente duo corpora peremit; *h. e.* furibundo; *infuriato. Virg. 7. Aen. 415.* Alecto torvam faciem et furialia membra Exuit. Et *ibid. 575.* Penitusque in viscera lapsum Serpentis furiale malum. — **B)** Active de eo, qui furorem inducit in alios. *Cic.* vertens carmina *Sophocl. 2. Tusc. 8.* Furialis vestis; *h. e.* Nessi, qua indutus Hercules in furorem actus est. Sic apud *Val. Flacc. 6. 670.* Aurum furiale; *h. e.* furorem inducens. *Id. 7. 284.* furialia figit Oscula, permixtumque odiis inspirat amorem. Et *2. 101.* struit illa nefas, Lemnoque merenti Exitium furiale movet. — **B)** Adverbiorum more, absolute,

FURIALE *pro* furialiter. *Stat. 6. Theb. 429.* aurigae furiale minatur. *Claudian. B. Get. 326.* leo tacitus per altas incedit furiale nives.

FŪRĬĀLĬTER. Adverb. a *furialis;* furiose. *Ovid. 5. Fast. 637.* Non habet exactum quid agat: furialiter odit, Et parat insidias, et cupit ulta mori. *Porc. Latro* in *Catil. 37.* Adspexissemus bestias istas emissas carceribus per urbem omnem, per domos nostras furialiter exsultantes. *Verecund. in Cantic. Deuter. n. 26.* Furialiter indignari.

* FŪRĬĀTĬLIS, le. Adiect. verbale a *furio, as;* furiosus, efferus. *Fortunat. 3. de Vita S. Martin. 306.* Furiatile cornu; *h. e.* vaccae furentis.

FŪRĬĀTOR, ōris, m. Verbale a *furio, as;* qui furiat, sive in furorem agit. *Boeth. de Diis et Praesens. p. 394. Or.* Quibusdam ex adytis specuum furiatorum ructabat insania.

FŪRĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *furio, as;* furore concitatus; *infuriato, furioso. Virg. 2. Aen. 407.* Non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus. *Ovid. 2. Fast. 761.* Furiatos ignes concipere; *h. e.* insanum amorem. *Sil. 13. 209.* Concitat intortam furiatis viribus hastam. *Id. 7. 617.* exemplo laudis furiata iuventus. *Prudent. Peristeph. 3. 26.* Furiata lues.

Nota. Discrimen inter *furiosum* et *furiatum*, V. sub v. FURIOSUS in *Nota*.

FŪRĬBUNDĒ. Adverb. a *furibundus;* furiose. *Hieronym. in Isai. 5. 11.* Israël, qui fuit baculus impiorum, omnes furibunde concutiens, quomodo conquievit, et humiliatus est!

FŪRĬBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *furio, is,* syllabica adiectione productum; qui vehementer furit; *furibundo, infuriato. Cic. Sex. 7.* Furibundus homo ac perditus. *Id. 13. Phil. 9.* Latronis impetus crudeles ac furibundos retardare. *Ovid. 13. Met. 871.* ut taurus vacca furibundus adempta Stare nequit. *Cic. 1. Divin. 2.* Hariolorum et vatum furibundae praedictiones; *h. e.* mente alienata, divinoque furore correpta factae. *Stat. 10. Theb. 896.* Iunonem tacitam furibunda silentia torquent. — *Diomed. 1. p. 379. Putsch.* « Furibundus, similis furenti, sed sine furore. »

FURĪNĀLĬĂ. V. voc. seq. §. 2.

FURĪNĀLIS et Furrinalis, le. Adiect. a *Furina*, quod nomen est Deae apud Romanos, quae eadem videtur esse ac Furia, ut *Cic. 3. Nat. D. 18.* opinatur, et de quo proinde V. in ONOM. — Est igitur *furinalis*, ad Furinam pertinens, ut Furinalis flamen, Furinales feriae, apud *Varr. 5. LL. 13.* et *7. 3. a med.* — **B)** Hinc absolute, substantivorum more,

FURINALIA et Furrinalia, ium, n. Sacra et feriae Deae Furinae. *Varr. 6. LL. 3.* Furinalia a Furina, quod ei Deae feriae publicae dies is: cuius Deae honos apud Antiquos: nam ei sacra instituta annua, et flamen attributus: nunc vix nomen notum paucis. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* Furinalia *(alii leg.* Furnalia), sacra Furrinae, quam Deam dicebant. — *Fogginius* ad *Verrii Flacci fragm. p. 124.* adnotat in Kalendario Maffeiano, et Pinciano, et Allifano ad diem VIII. Kal. Aug. *Furrinalia* duplici r scriptum fuisse, quo die et *ludi* et *feriae Furrinae* celebrabantur.

FŪRĪNUS, a, um. Adiect. a *fur;* ad furem pertinens; *da ladro. Plaut. Pseud. 3. 2. 2.* Nam non coquinum est, verum furinum est forum.

FŪRĬO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *furiae.* — Particip. *furiatus*, V. suo loco. — Furiis exagito, furore concito, *in* furorem ago; *infuriare. Horat. 1. Od. 25. 14.* Quae solet matres furiare equorum. *Stat. 11. Theb. 487.* cum bella cieret Bacchus, et armatas furiarent orgia matres. *Sil. 14. 279.* Ductores facilem impelli, lactamque tumultus Veniloquo plebem furiabant insuper ore. Et *17. 294.* ignifero mentes furiabat in iram Hortatu. V. FURIATUS.

FŪRĬO, is, īre. Verbum intransitiv. a *furiae;* a furiis agor, furo, insanio; *infuriarsi, impazzire. Sidon. carm. 22. 94.* Ipsa autem nato occiso Penthei mater Amphius ut furiat, numquid vesana futura est? *Ulp. Dig. 23. 2. 9.* Si pater furiat, avus sapiat, sufficit avi voluntas. Ita *Haloand.*, at *Torrentin.* furit, *alii* furat. — *Diomed. 1. p. 376. Putsch.* « Furisti nemo dicit, sed insanisti. »

FŪRĬŌSĒ. Adverb. a *furiosus.* — Comparat. *furiosius*, infra. — Est dementer, insane; *furiosamente. Cic. 8. Att. 3.* Etsi solet eum, cum aliquid furiose fecit, poenitere. *Spartian. Hadrian. 12.* Servo in se cum gladio furiosius irruente.

FŪRĬŌSUS, a, um. Adiect. a *furiae.* — Comparat. *furiosior* §. 3. et superlat. *furiosissimus* §. 4. — Est furiis agitatus, furens, furibundus, furore percitus; *furioso. Cic. Cluent. 65.* Mulier iam non morbo, sed scelere furiosa. *Id. Pis. 20.* Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem? *Id. Dom. 2.* Homo vesanus ac furiosus. *Horat. 2. Od. 16. 5.* Bello furiosa Thrace. — *Lex XII. Tabul.* apud *Cic. 2. Invent. 50.* Si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto. — **B)** Absolute. *Cic. 4. Acad. 27.* Dormientium, et vinolentorum, et furiosorum visa imbecilliora esse, quam vigilantium, siccorum, sanorum. *Id. 3. Rep. 33.* Nec convenit, quum furiosorum bona legibus in agnatorum potestate sit. Adde *Paul. Dig. 50. 17. 5.*, coll. *Dig. 27. 10.* et *37. 3.* et *Cod. 3. 70.*, ubi de furiosorum curatore, eorumque bonis. — **B)** Translate de rebus. *Cic. 1. Catil. 10.* Cupiditas effrenata ac furiosa. *Ovid. 10. Met. 370.* furiosa vota; *h. e.* quibus aliquid illicitum, absurdumve insane cupitur. *Liv. 56. 34.* A furioso incepto deterrere. *Horat. 1. Sat. 3. 83.* quanto hoc furiosius, atque Maius peccatum est? *Ovid. 9. Met. 736.* Amor furiosior. — **4)** Item de sermone. *Cic. Brut. 68. extr.* Fervidum quoddam et petulans, et furiosum genus dicendi. *Id. 4. Att. 3.* Turbulentae, temerariae, furiosissimae conciones. — **5)** Nonnunquam active est furorem inducens. *Ovid. 4. Fast. 341.* Exululant comites, furiosaque tibia flatur; *h. e.* tibia magnae Deum matris furorem inspirans.

Nota. Discrimen inter *furiosum* et *furiatum* tradit *Serv.* ad *2. Aen. 407.* « *Furiosus* est, a quo furor numquam recedit; *furiatus* vero, qui furit ex causa. » Cf. *Isid. 1. Differ. 211.* — Aliud discrimen V. sub v. FURENS in *Nota*.

FURNĀCĀTOR. V. FORNACATOR.

FURNĀCĔUS, a, um. Adiect. a *furnus;* ad furnum spectans, ut Furnacei panes, qui in furno coquuntur; *di forno. Plin. 18. 27. 1.* Panis varia genera, ut furnacei, a coquendi ratione, etc. Adde *ibid. 20. 3.*

* FURNALIA. V. FURINALIS §. 2.

FURNĀRĬĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 1.

FURNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *furnus;* ad furnum pertinens; sed adhibetur fere absolute, substantivorum more,

FURNARIA, ae, f. *(subaudi* ars). Est ars, sive negotiatio ex furno; *arte del fornaio. Suet. Vitell. 2.* Mulier vulgaris, Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia. — **B)** Item

FURNARIUS, ii, m. Est qui artem furnariam exercet, sive qui ex furno quaestum facit; *fornaio. Ulp. Dig. 39. 2. 24. a med.* Si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit. Adde *Inscript.* in v. CONCELLITA §. 2.

FURNĀTUS, a, um. Adiect. a *furnus*, participiorum more effictum; in furno coctus; *infornato. Pelagon. Veterin. 24. a med.* Castaneas furnatas tostas et tonsas in pilo cum hordeo praebeto.

FURNUS, i, m. Nomen, de cuius origine variae sunt doctorum Virorum sententiae; alii enim derivant a *furvus;* alii a φύρειν; focu-

Digitized by Google

lus: alii a *fornus*, quod a *formus;* calidus; rectius a πύρνος; igneus, deinde πύρνος, mox *furnus:* vel a *fornix*, unde et fornacator, qui et *furnacator* dicitur, unde recte *furnus*. — *Isid.* denique *15. Orig. 6. 6.* « *Furnus* per derivationem a *furre* dictus, quoniam panis ex eo factus ibi coquitur. » Cf. FORNAX §. a. et FORNUS. — **b**) Scribitur et *fornus* apud *Varr.* in *Non. 551. 32. Merc.* V. loc. infra — **c**) Derivata, *furnaceus, furnarius, furnatus.* — **d**) Composita, *infurnibulum, praefurnium*.

FURNUS proprie est locus, in quo panis coquitur; *forno. Plaut. Casin. 2. 5. 1.* In furnum calidum condito, Atque ibi torreto me pro pane rubido, Ilera. *Varro* apud *Non. 551. 32. Merc.* Cocula, quae coquebat panem, primum sub cinere, postea in forno *(sic)*, cuius utique vocabulum a *formo* dictum, idest a caldore. Cf. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Or. n. 6657. Plin. 19. 1 3.* Cortices lini decussi clibanis et furnis praebent usum. *Id. 20. 59. 2.* Olla quae conjiciatur in clibanum, aut furnum. *Id. 15. 9. 6.* Fructus marcescit non retostus furnis. *Id. 28. 29. 3.* Torrere aliquid in furno. *Ovid. 6. Fast. 315.* Furnis torrere farra. *Plin. 32. 26. 3.* In furno arefacere. *Id. praoem. 23. 3. 1.* urere. Adde *Vulg. Interpr. Exod. 8. 3.* — *Horat. 1. Ep. 11. 15.* qui Frigus collegit, furnos et balnea laudat, etc.

Nota. Differt a *clibano*, quia clibanus minor est, et quasi parvus furnus, mobilis, fere ex metallo, interdum etiam ex lapide, inservit non tam pani, quam aliis dapibus coquendis. V. CLIBANUS §. 4.

FŬRO, is, ui, ĕre. Verbum intransitiv., quod radicis eiusdem est ac Graecum θύω, ut Recentiorum aliqui putant. — **b**) Prima singularis indicativi praesentis *furo* (pro qua *furio* ponit *Priscian. 8. p. 817. Putsch.*) raro invenitur, inquit *Diomed. 1. p. 378.*, nullum tamen affert exemplum. Rarae sunt etiam *furitis*, et futuri paene omnes et imperativi. *Furimus*, et *furant* habet *Senec. ep. 98.* Praeteritum *furui* habet *Coripp. 7. Iohann. 137.* Poenituit furuisse viros. Et *Plin. 35. 33. 1.* Nec copia tantum argenti furuit vita, sed validius paene manipretiis. Ita *Harduin.* ex MSS. *Al. leg.* fuerit. *Sedul. 1. 196.* Dari furuerunt iussa tyranni. *Al. leg.* ferverunt. *Serv. ad 1. Aen. 45.* Duo Aiaces fuerunt et ambo furuerunt. Adde ad *4. ibid. 471.* — **c**) Alia forma est *furio, is, ire*, quam V. suo loco. — **d**) Particip. *furens*, V. suo loco. — **e**) Derivata, *furiae, furialis, furialiter, furiatilis, furiator, furibunde, furibundus, furio, as, furiose, furiosus, furor.* — **f**) Composita, *effurior, interfuro, perfuro, praefuro*.

FURO proprie est furore corripior, furiosus sum; *esser furioso, infuriare, impazzire:* item vehementiore aliquo affectu, ut ira, cupiditate, laetitia, timore agitor, efferor, insanio. *Cic. 1. Divin. 37.* Qui valetudinis vitio furunt et melancholici dicuntur. *Id. 3. Tusc. 5. a med.* Quo genere Athamantem, Alcmaeonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. *Id. 6. Verr. 18.* Usque eo est commotus, ut sine ulla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur. *Id. Brut. 80.* Furere et bacchari. *Id. 2. Orat. 46.* Telamon iratus, furere luctu filii videbatur. *Id. Pis. 21. ad fin.* Acerrime furere. *Catull. 64. 254.* Qui tum alacres passim lymphata mente furebant. *Horat. 2. Od. 7. extr.* recepto Dulce mihi furere est amico. *Id. Epod. 11. 6.* Hic tertius December, ex quo destiti Inachia furere; h. e. propter amorem Inachiae. *Ovid. 14. Met. 431.* pactoque furit pro coniuge Turnus. *Quintil. Declam. 289.* Furere in aliqua; h. e. amore alicuius insanire. *Val. Flacc. 8. 427.* Furere amore. *Ovid. 12. Met. 478.* dolore. *Curt. 8. 1. a med.* linguae intemperantia. Et *11.* Belluae in suos acrius furunt. *Lucan. 5. 319.* Miles in absentem vultu dextraque furebas. *Virg. 9. Aen. 553.* fera Contra tela furit. Et *7. 624.* pars arduus altis Pulverulentus equis furit; h. e. saevit, fremit, ad arma ruens et proelia posceus. *Val. Flacc. 1. 144.* hic optimus hasta, hic ense furens; h. e. acriter dimicans. *Vulg. Interpr. Osee, 7. 5.* Coeperunt principes furere a vino. — Sequente infinito. *Cic. 2. Q. Fr. 1. ad fin.* Clodius furebat, a Racilio se contumaciter vexatum. *Senec. Med. 597.* Sed furit vinci dominus profundi. *Horat. 1. Od. 15. 27.* Ecce furit te reperire atrox Tydides. — Poetice cum accusativo, Graeca ratione. *Stat. 9. Theb. 5.* Praecipuum tunc caedis opus, Gradive, furebas; h. e. furens edebas. *Virg. 12. Aen. 680.* hunc, sine, me furere ante furorem. — **g**) Transfertur ad inanima. *Lucret. 6. 111.* Nubes interdum perscissa furit petulantibus auris. *Curt. 4. 2. a med.* Fretum quo arctius volutatur, hoc acrius furit. *Virg. 1. Aen. 111.* furit aestus arenis. *Id. 3. G. 100.* in stipulis magnus sine viribus ignis Incassum furit. Et *150.* furit mugitibus aether Concussus. Et *457.* dolor furit; *incrudelisce. Id. 5. Aen. 695.* effusis imbribus atra Tempestas sine more furit. *Lucan. 1. 155.* fulmen in sua templa furit. *Ovid. 8. Met. 838.* furit ardor edendi; *la fame diventa arrabbiata. Horat. 3. Od. 29. 18.* furit stella vesani leonis. Adde *Epod. 17. 55.* et *Plin.* loc. cit. in §. b. — Cum infinito. *Sil. 7. 504.* Fama furit, versos hostes Poenumque salutem invenisse fugam.

II. FURO, ōnis, m. Nomen est bestiae cuiusdam, quam describit *Isid. 12. Orig. 2. 39. Furo* a *furvo* dictus, unde et *fur*. Tenebrosos enim et occultos cuniculos effodit, et elicit praedam, quam invenerit.

FUROR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. a *fur*, forma quidem deponens, sed significatione etiam commune in particip. *furatus*, quod V. Cf. ad rem et *Vercell. Var. lect.* ad *Vulg. Interpr. 2. Reg. 21. 12.* — **b**) Particip. *furans*, V. suo loco. — **c**) Supinum *furatum* habet *Plaut. Rud. 1. 2. 25.* et *Trin. 4. 2. 22.* An quo furatum venias mox, vestigas loca? — **d**) Derivata et Composita, V. in FUR.

FUROR proprie est clam alienum aufero; *rubare. Cic. 5. Verr. 22. sub fin.* Solet haec, quae rapuit et furatus est, dicere se emisse. Et *6. Verr. 15.* Ut iste in furando manibus suis, oculis illorum uteretur. *Plaut. Pseud. 3. 2. 61.* Ad furandum venire. *Tacit. 3. Ann. 74.* Robore exercitus impar, furandi melior; h. e. aptior insidiis et ad furta belli. *Cic. 2. Offic. 11.* Furari cuipiam aliquid aut eripere. *Ovid. 2. Amor. 19. 43.* Vacuo furari litore arenas. *Quintil. 3. 6. 41.* pecuniam ex templo. *Suet. Caes. 54.* aurum e Capitolio. *Cic. 2. Nat. D. 65.* Si quae bestiae furantur aliquid ex iis *(rebus)* aut rapiunt. — **B**) Translate est subtrahere; *sottrarre. Virg. 5. Aen. 845.* Pone caput, fessosque oculos furare labori. *Sil. 10. 74.* Furari membra. *Id. 14. 561.* Furari sese. — **B**) Item tegere; *coprire, nascondere. Senec. Agam. 914.* vultus veste furabor tuos. — **4**) Item furtim obtinere. *Cic. Balb. 2.* Non enim furatus esse civitatem dicitur. *Propert. 4. 2. 31. de Vertumno.* Cinge caput mitra: speciem furabor Iacchi: Furabor Phoebi, si modo plectra dabis; h. e. videbor esse Iacchus: vincam et obtinebo, ut credar Iacchus. — **5**) Item aliquid ex aliorum operibus in proprium usum convertere. *Cic. 2. Att. 1.* Nam si ego tuum commentarium ante legissem, furatum me abs te esse diceres. V. COMPILATIO, COMPILATOR et COMPILO §. 2.

Nota. Constructio verbi est cum accusativo rei vel personae et ablativo item rei vel personae cum praepos. *ab* vel *ex*, pro quo aliquando adhibetur etiam dativus personae *(aliquid alicui.)*; vel absoluta aut cum simplici accusativo.

FŪROR, ōris, m. Verbale a *furo;* gravior mentis alienatio; *furore, pazzia*. Differt ab *insania*, ut maius a minori, ut *Cic. 3. Tusc. 5.* docet, nihilominus in sapientem cadere potest, insania non potest: quia furor intermittitur aliquando, insania perpetua est. V. integr. loc. *Id. Har. resp. 18.* A Diis quidem immortalibus quae potest homini maior esse poena furore atque dementia? — **B**) Sumitur aliquando pro mentis concitatione, quae divinitus fit, qualis est Poëtarum et Vaticinantium. *Cic. 1. Divin. 31.* Inest igitur in animis praesagitio extrinsecus iniecta atque inclusa divinitus. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. Et *37.* Negat enim, sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse. *Ovid. 2. Met. 640.* fatidicos concepit mente furores. — **B**) Item pro brevi aliquo, sed vehementiori affectu ac perturbatione, qua effrenate fertur animus, ac temere, caecoque impetu agit. *Cic. 4. Catil. 6.* Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi et furor, in vestra caede bacchantis. *Id. Pis. 21. a med.* Nisi poenas patriae furore atque insania penderet. *Caes. 1. B. G. 4.* Furore atque amentia impulsus. *Cic. Har. resp. 1.* Effrenatus et praeceps furor. *Id. Dom. 55. extr.* Inflammatus atque ignitus. *Catull. 63. 38.* rabidus. *Val. Flacc. 6. 316.* ferus. *Senec. Here. fur. 991.* caecus. *Id. Med. 851.* impotens. *Liv. 28. 22. ad fin.* Cum caeci furore in vulnus ac ferrum vecordi audacia ruerent. *Catull. 64. 197.* amenti caeca furore; *rabbia*. Et *ibid. 55.* Thesea cedentem celeri cum classe tuetur, Indomitos in corde gerens Ariadna furores; *dolore inconsolabile*, vel *implacabile sdegno*. Et *80. 11.* toto indomitus furore lecto Versarer; *pieno d'impazienza. Sust. Nev. 51.* Impendiorum furor. *Ovid. 9. Heroid. 145.* quo me furor egit amantem. *Virg. 4. Aen. 101.* Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem. *Id. 12. ibid. 680.* hunc, sine, me furere ante furorem; h. e. furorem bellicum, pugnam inire. *Senec. Hippol. 540.* Impius lucri furor; *cupidigia. Plin. 2. 1. 1.* Furor est, profecto furor, egredi ex eo, etc.; *è passia.* — Cum infinito. *Ovid. 3. Art. am. 172.* Quis furor est, census corpore ferre suos? *qual passia? Stat. 8. Theb. 594.* innumeris leo forte petitus Caedibus, imbelles vitulos, mollesque iuvencas Transmittit: magno furor est in sanguine mergi; h. e. ardor, impetus, vis, libido est. Adde *Plin. 2. 1. 2.* — **4**) Speciatim

II. *Furor* dicitur aliquando de seditione et tumultu. *Liv. 28. 25.* Nec iam erat aut civis, aut externus, cum quo furorem suum consociarent. *Planc.* ad *Cic. 10. Fam. 11. a med.* Si decima legio ad eundem furorem redierit. *Vellei. 2. 60.* Antonii et Dolabellae ad nefandam dominationem erupit furor. Et *89.* Sopitus ubique armorum furor. — **5**) Tribuitur et rebus inanimis. *Catull. 46. 2.* Iam caeli furor aequinoctialis iucundis Zephyri silescit auris. — **6**) Videtur aliquando in bonam partem sumi posse. *Sil. 2. 524.* Vidi animos, mortesque virum, decorisque furorem; h. e. vehementem cupidinem gloriae et laudis. Sic *5. 146.* incautos laudum exhorresce furores. — **7**) Denique

III. *Furor* per prosopopoeiam apud Poetas unus est ex comitibus

Digitized by Google

Martis. *Sil.* 4. 327. Advocat aurato praefulgens murice ductor Sidonius, circaque Metus, Terrorque Furorque. Adde *Stat.* 3. *Theb.* 424. et 7. 32.

Nota. Quomodo *furor* differat ab *insania*, diximus supra §. 1. Cf. INSANIA.

FURRĪNĀ et FURRĪNĀLIS. } v. FURINALIS §. 2. *ad fin.*

FURTĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *furtor, āris*, sive potius adiectivum participiorum more effictum. — Legitur apud *Isid.* 1. *Differ.* 288. inter *furtatum* et *furatum (subaudi:* hoc interest discrimen): *furatum* eum, qui furtum facit; *furtatum*, quod furatur fur.

FURTĪFĬCUS, a, um. Adiect. a *furtum* et *facio*, quod alterum vi compositionis corruptum est. — Est furax; *furaco, ladro. Plaut. Pseud.* 3. 2. 97. Furtificae manus. *Id. Epid.* 1. 1. 10. Minus iam furtificus sum, quam antea: rapio propalam. *Id. Pers.* 2. 2. 44. Ubi illa altera est furtifica laeva?

FURTIM. Adverb. a *furtum;* latenter; *nascosamente, furtivamente, di furto. Cic.* 2. *Agr.* 16. Ut occulte latet, ut recondita est, ut furtim tota decemviris traditur! *Q. Cic. ad Tiron.* 16. *Fam.* 26. Lagenae furtim exsiccatae. *Plaut. Poen.* 3. 3. 42. Hic clam furtimque esse vult, ne qui sciant. *Liv.* 21. 63. Lixae modo, sine insignibus, sine licioribus clam, furtim, haud aliter quam si exsilii causa solum vertisset. *Id.* 39. 4. Per infrequentiam furtim actum factum. *Plin.* 10. 31. 4. Furtim et in occulto incubare. *Ovid.* 14. *Met.* 275. Furtim latere. *Id.* 3. *Fast.* 19. Blanda quies victis furtim subrepit ocellis. *Id.* 3. *Trist.* 1. 21. Haec ubi sum lingua furtim titubante locutus; *con bassa voce.* Sic 2. *Amor.* 19. 39. furtim pulsare limina. *Tacit.* 4. *Hist.* 56. Furtim magis, quam bello Marsacos incursabat. *Virg.* 3. *Aen.* 50. Polydorum infelix Priamus furtim mandarat alendum Threicio regi. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 18. Nunc in Aristippi furtim praecepta relabor. *Id.* 1. *Sat.* 1. 42. Quid iuvat, immensum te argenti pondus et auri furtim defossa timidum deponere terra? — *Cic.* 2. *Orat.* 62. Alterum genus est imitatione; admodum ridiculum, sed nobis tantum licet furtim, si quando, et cursim. *Tibull.* 1. 2. 10. de *Ianua.* Neu furtim verso cardine aperta sones. — Coniunctim cum nomine, Graecorum more. *Id.* 2. 3. 55. Concubitusque tuos furtim vittasque iacentes.

Nota. Discrimen inter *furtim, furaciter* et *furtive*, v. sub v. FURACITER in *Nota*. — Alia pauca de hac particula dabit *Hand, Turtull. T.* 2. *p.* 782.

FURTĪVĒ. Adverb. a *furtivus;* furtim; *furtivamente. Plaut. Poen.* 3. 2. 62. Ne quid clam furtive accepisse censeas. *Ovid.* 2. *Amor.* 5. 6. Furtive data munera. *Senec.* 2. *Benef.* 23. Furtive gratias agere, et in auriculo et ad aurem. Cf. FURACITER in *Nota*.

FURTĪVUS, a, um. Adiect. a *furtum;* furto ablatus; *furtivo, rubato. Plaut. Curc.* 5. 2. 22. Mercari furtivas, atque ingenuas virgines. *Horat.* 1. *Ep.* 13. 14. Furtivae lanae glomus. Et *ibid.* 5. 19. movcat cornicula risum Furtivis nudata coloribus. *Propert.* 4. 3. 69. vincula rari furtiva capilli. *Liv.* 45. 39. An nostu tanquam furtiva *(signa aurea)* in aerarium deportabuntur? *Quintil.* 5. 13. 49. Furtivae res. — **B)** Translate est clandestinus, occultus; *occulto, nascosto. Cic. Pis.* 40. Occultus adventus, furtivum iter per Italiam. *Iustin.* 11. 6. Furtiva victoria; h. e. quae furto et per insidias parta est. *Sil.* 9. 35. furtiva corpus componere terra; h. e. clam sepelire. *Virg.* 4. *Aen.* 171. Furtivus amor. Et 7. *ibid.* 660. Furtivus partus; h. e. clam et illicite conceptus. *Ovid.* 3. *Pont.* 3. 36. furtivos viros habere; *adulteri. Id.* 3. *Art. am.* 640. Celent furtivos balnea tuta viros; *appiattati. Id.* 17. *Heroid.* 265. Furtivae conscia mentis Littera; *de' secreti del cuore. Id.* 2. *Amor.* 2. 15. Furtiva libertas; h. e. clam data. Et 1. *ibid.* 11. 3. Furtiva nox; h. e. furtivis amoribus apta. *Gell.* 17. 9. od *fin.* Furtivo scripto culpisem res occultas nunciare; *in cifra. Tibull.* 1. 5. 7. Furtivus lectus. *Id.* 1. 9. 33. Furtivus usus.

FURTO. V. voc. seq. §. 7.

FURTUM, i, n. Verbale a *furor, āris*, unde *furatum*, et per syncopen *furtum*, quamquam *Labeo* apud *Paul. Dig.* 47. 2. 1. a *furtum* a *furvo*, id est nigro, dictum ait, quod clam et obscuro fiat, et plerumque nocte; vel a *fraudo*, ut *Sabinus* ait; vel a *ferendo* et *auferendo;* vel a Graeco sermone, qui φῶρας appellant fures. » V. FUR §. 2.

FURTUM proprie est occulta ablatio rei alienae; *furto. Cic. Cluent.* 64. Strato ille medicus domi furtum fecit, et caedem. *Id. fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon.* Furti aliquem arguere. Et *ibid* deferre. *Ter. Eun.* 4. 7. 39. se alligare. *Plaut. Rud.* 4. 7. 34. adstringere. *Cels. Dig.* 47. 2. 89. Furtum alicui facere. *Sabin. ibid.* 78. Alicuius rei furtum admittere. *Pompon. ibid.* 78. Furti teneri. Et *ibid.* Furti agere. *Gell.* 11. 18. *in fin.* condemnare. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 86. Oves furto periere. *Id.* 1. *Od.* 10. 7. loco furto aliquid condere. *Plin.* 8. 77. 4. Furto abactae sues. *Id.* 1. *prooem.* 18. Deprehendi in furto. *Caes.* 8. *B. G.* 15. Furto comprehensus; *colto in furto.* — *Plin.* 36. 35. 1. Ruinarum ea maxime causa, quod furto calcis, sine ferrumine suo caementa componuntur; *sottraendo la necessaria calcina. Cod. Theod.* 1. 5. 9. Servilis furti aviditate degeneres. — **B)** Metonymice ipsa res furto ablata. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 78. seu puer unctis Tractavit manibus calicem, dum furta ligurit. *Cic.* 4. *Verr.* 70. Quae *(furta)* sine portorio Syracusis erant exportata. — **B)** Translate. *Q. Cic. ad Tiron.* 16. *Fam.* 27. Etiam si quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quaesivisse videaris; h. e. furtivam causam, praetextum. — **4)** Est etiam fraus occulta et insidiae. *Ovid.* 15. *Met.* 104. furtis incautum decipit hostem. *Liv.* 43. 10. Furto et fraude rem agere. *Curt.* 4. 13. Furto, non praelio opus esse: intempesta nocte opprimi hostes posse. *Virg.* 10. *Aen.* 735. haud furto melior, sed fortibus armis. Et 11. *ibid.* 515. et *Sallust. fragm.* apud *Serv. ibid.* et *Non.* 4. 203. Furta belli; *stratagemmi. Sil.* 17. 91. furtum armorum tutantibus umbris. *Sex. Ruf. Brev.* 13. Furto hostes in paucis invenies esse lactatos, vera virtute semper Romani probabis exstitisse victores. — **5)** Dicitur saepe de furtivis amoribus. *Virg.* 4. *G.* 346. Vulcani, Martisque dolos et dulcia furta. *Tibull.* 1. 2. 54. celari vult sua furta Venus. *Sil.* 7. 487. e furto genitus. Adde *Ovid.* saepe. — **6)** Et de qualibet latebra atque occultatione. *Virg.* 6. *Aen.* 568. Quae quis apud Superos furto lactatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem. *Martial.* 5. 51. Nec semel ergo mihi furtum fecisse licebit? h. e. coenare clanculum. *Virg.* 4. *Aen.* 337. neque ego hanc abscondere furto Speravi, ne finge, fugam. — **7)** Absolute in ablativo

FURTO, adverbiorum more, pro furtim. *Id.* 6. *ibid.* 24. suppostaque furto Pasiphaë. *Val. Flacc.* 8. 228. Qualis sanguineo victor Gradivus ab Haemo Idolium furto subit, aut dilecta Cythera. *Plin.* 8. 46. 1. Hyaenae parere furto cupiunt. *Vellei.* 2. 65. Furto creatus pontifex; *per vie indirette, di furto.*

Nota. De furtis, deque variis eorum generibus plura statuta sunt in legibus a Romanis. Consuli possunt ad rem *tituli* in *Dig.* 13. 1., 47. 2. 3. 6-7., et *Cod.* 4. 8. et 6. 2. — De rebus furtivis v. ATINIA *lex.* in ONOM.

FURVESCENS, entis. Particip. ab inusit. *furvesco;* qui furvus fit. *Capell.* 1. p. 20. Tartareae noctis obscuritate furvescens.

FŪRUNCŬLUS, i, m. Deminut. a *fur;* parvus fur; *ladroncello. Cic. Pis.* 27. Olim furunculus, nunc etiam rapax. Adde *Tertull.* 3. *adv. Marcion.* 16. — **B)** Improprie et a similitudine

II. *Furunculus* dicitur in vitibus palmes iuxta alium palmitem enatus, quod veluti succum vicinis partibus furetur: vel extuberatio quaedam in modum verrucae. *Plin.* 17. 35. 23. Et alius *(palmes)* iuxta eum, verrucae magnitudine, qui furunculus appellatur, si forte custos fallat. Adde *Colum.* 4. 22. et 24. — **B)** Item apud Medicos *furunculus* est tuberculum in cute et ulcus, quod Itali *furuncolo* vocant. *Plin.* 20. 50. 3., 26. 77. 1., et *alibi:* de quo et *Celsus*, 5. 28. n. 8. Furunculus, inquit, est tuberculum acutum, cum inflammatione et dolore, maximeque ubi iam in pus vergit: qui ubi adapertus est, et exiit pus, subter apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta subalbida, subrubra, quem ventriculum quidam furunculi nominant. Adde *Scribon. Compos.* 210. et 214.

FURVUS, a, um. Adiect. non ita certae originis; alii enim radicem eius in *fus*, unde *fuscus* statuunt, alii in *for*, unde *forreo*. Quidam comparant cum Graeco ὀρφνὸς et ὄρφνη; obscurus, niger. Huc spectat *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 84. *Müll.* » *Furvum*, nigrum, vel atrum. Hinc dictae *furnus, Furiae, funus, fuligo, fulgus, fumus.* » Cf. FUSCUS. — **b)** Antiquos *fusvus* scripsisse pro *furvus*, monet *Scaur. Orthogr. p.* 2252. et 2258. *Putsch.* — *Furbus* pro *furvus*, quod in MSS. Cod. legitur pendet a solita litterarum *b* et *v* permutatione. — **c)** In antiquis MSS. et editis libris permutatum aliquando fuit cum *fulvus* et *flavus*, ut monuimus quoque in FULVUS §. c. — **d)** Derivatum, *furvescens*. Cf. FUR §. 2. et FURTUM §. 2.

FURVUS proprie est niger, ater, obscurus; *oscuro, nero, bruno. Gell.* 1. 18. Veteres Romani furvum atrum appellaverunt. *Vulg. Interpr. Gen.* 30. 32. Quodcumque furvum et maculosum variumque fuerit tam in ovibus quam in capris, erit merces mea. — *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 93. *Müll.* Furvum bovem, idest nigrum immolabant Aterno. *Iuvenal.* 12. 104. Furva gente (h. e. Maurorum vel Indorum) petita bellua. — **B)** Speciatim dicitur de inferis. *Horat.* 2. *Od.* 13. 21. furva Proserpina. *Ovid.* 5. *Met.* 511. Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris. Adde *Stat.* 3. *Silv.* 1. 153. et *Theb.* 8. 10. — **B)** Hinc hostiae furvae dicebantur, quae nigri erant coloris, quod hostiarum genus Dis inferis gratissimum putabatur. *Val. Max.* 2. 4. n. 3. et *Fest. loc. cit.* — **4)** Translate de rebus. *Senec.* 1. *Controv.* 1. *ad fin.* Audivimus fratrum fabulosa certamina, impias epulas, detestabili parricidio furvum diem. — **5)** Item de eo, qui est pullis vestibus indutus, atratus. *Propert.* 4. 7. 27. Denique quis nostro furvum te funere vidit? *Al. leg.* curvum. — **6)** Sensu morali. *Prudent.* 1. *Cathemer.* 74. Culpa furva.

Nota. Discrimen inter *fulvum, furvum* et *flavum*, v. sub v. FULVUS in *Nota*.

Digitized by Google

FUSCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *fusco;* actus fuscandi. — Translate denigratio, detractio. *Gloss. Philox.* Fuscatio; *κατάχρωσις*.

FUSCĀTOR, ōris, m. Verbale a *fusco;* qui fuscat; *offuscatore. Lucan. 4. 66.* Quicquid caeli fuscator Eoi intulerat Corus.

FUSCĀTUS, a, um. Particip. verbi *fusco;* obscuratus; *fosco, offuscato. Alcim. Avit. 4. 430.* fuscati lumina solis.

FUSCĪNĂ, ae, f. Nomen eiusdem originis ac *furca*, cuius, si mutaveris r in s, quod usitatius erat apud Veteres, diminutivum erit, quasi parva furca (Cf. FURVUS §. b.). a Nec enim, inquit *Priscian. 2. p. 594. Putsch.*, fuscina a fusco derivatum est, cum sit primitivum. a — b) Derivatum, *fuscinula*.

FUSCINA proprie est telum tridens, sive trisulcum, aut bisulcum; *tridente, fiocina, ruscella:* quo piscatores figunt anguillas, et ea, quae in imo aquae fundo natant. *Petron. Satyr. 100.* Alius exsultantes quaerebat fuscina pisces, alius hamis blandientibus convellebat praedam repugnantem. — 2) Fuscina etiam utebantur retiarii in gladiatoriis pugnis. *Iuvenal. 2. 143.* Vicit et hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. *Suet. Calig. 30. de retiariis.* Cum occidi iuberentur, unus, resumpta fuscina, omnes victores interemit. — 3) In Fabulis *fuscina* est insigne et veluti sceptrum Neptuni. *Cic. 1. Nat. D. 36.* Dant etiam Deo arcum, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. Adde *Suet. Calig. 52.* — 4) Alio sensu in *Gloss. Lat. Gr.* Fuscina; *κάμαξ*; h. e. palus, pertica, vitibus aliisque sustentandis adhibito, quam nos vulgo *forcone* dicimus.

FUSCĪNŬLĂ, ae, f. Diminut. a *fuscina;* parva fuscina; *piccolo tridente, forchetta:* et refertur inter instrumenta tum sacra, tum domestica apud *Vulg. Interpr. 1. Reg. 2. 13.* Quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, et habebat fuscinulam tridentem in manu sua, et mittebat eam in lebetem . . . et omne, quod levabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. *Id. Exod. 38. 3.* Paravit ex aere . . . fuscinulas, uncinos, etc. Adde *ibid. 27. 3., 3. Reg. 7. 50.* et *4. ibid. 12. 13.*

FUSCĪNUS, a, um. Adiect. a *fuscus*, qua absolute colorem significat; qui est fusci coloris. *Capell. 1. p. 18.* sub calceis vero fuscinum deprimebat; h. e. mare fuscum.

FUSCĬTAS, ātis, f. Abstractum a *fuscus;* obscuritas, fuscus color. *Apul. de Mundo ad fin.* Ab omni fuscitate liberum caelum.

FUSCO, as, āvi, ātum, are. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, a *fuscus*. — Particip. *fuscans* §. 1., *fuscatus*, v. suo loco. — Proprie est fuscum; hoc est, subnigrum facio; *far fosco, annerire. Ovid. 1. Art. am. 513.* Fuscentur corpora campo. *Stat. 6. Theb. 576.* pinguique cutem fuscator olivo. *Id. 1. Achill. 307.* Massagetae pocula fuscani Sanguine puniceo. *Lucan. 10. 133.* fuscante lanugine malas. *Val. Flacc. 1. 396.* longa fuscat nube diem. *Ovid. 3. Art. am. 197.* ne fuscet inertia dentes. *Sil. 11. 270. de curru solis.* Fuscabat et Hesperus umbra . . . properantem ad litora currum. *Prudent. Peristeph. 10. 1117.* Illas *(chartulas)* . . . Puligo fuscat; *le annerisce*. — 2) Translate. *Symmach. 1. ep. 34.* (al. *40.*). Quem ad hoc aevi nulla actuum culpa fuscavit. *Sidon. carm. 7. 505.* quem fuscat id unum, Quod te, Roma, capit. *Pacat. Panegyr. Theod. 3.* Gaudiorum praesentium lucem tristium commemoratione fuscare. Adde *Vet. Poët. in Anthol. Lat.* v. loc. sub v. RASTERNA. — 3) Intransitivorum more.

II. *Fusco* est niger, vel obscurus fio. *Stat. 3. Silv. 4. 65.* ne prima genas lanugo nitentes Carperet et pulcras fuscaret gratia formas. *Alii mallent* gaudia forma, *alii* fuscetur.

FUSCUS, a, um. Adiect. quod statuunt eiusdem originis ac *furvus*, mutata, ut apud Veteres obtinebat, r littera in s, unde etiam *fusvus* pro *furvus* dicebant (v. FURVUS §. a. et b.), coll. Graeca voce φύζω; torreo; nam et *furvus* a *ferveo*, ut ibi dictum est. — b) Comparat. *fuscior* §. 1. — c) Derivata, *fuscatio, fuscator, fuscinus, fuscitas, fusco*. — d) Composita, *infusco, infuscus, obfuscatio, obfusco, praefuscus, refuscatus, subfusculus, subfuscus*.

FUSCUS proprie est ad nigrum accedens, subniger, furvus, ater, obscurus; *fosco, nericcio, oscuro, bruno. Cic. Sext. 8.* Purpura plebeia, ac paene fusca. *Id. prognost. 1. Divin. 11.* Fusca cornix. *Virg. 8. Aen. 369.* Nox ruit, et fuscis tellurem amplectitur alis. *Tibull. 3. 4. 83.* cum te fusco Somnus velavit amictu. *Val. Flacc. 6. 494.* fuscis Notus imminet alis. *Ovid. 3. Met. 286.* Fusca repurgato fugiebant nubila caelo. *Id. 15. Heroid. 33.* Candida si non sum, placui Cepheia Perseo Andromede, patriae fusca colore suae. *Tibull. 2. 6. 37.* Illi sint comites fusci, quos India torret, Solis et admotis inficit ignis equis; *mori. Martial. 9. 36.* Fusca Syene; h. e. cuius incolae fusco sunt colore. *Id. 2. 40.* Fusca Falerna. *Id. 14. 127.* Fusca vestis; h. e. ut ipse sit, turbato simillima mulso. *Plin. 31. 10. 1.* Nigra aut fusca pecora. *Id. 16. 24. 1.* Fraxini duo genera: longa, enodis, altera brevis, durior, fusciorque. *Martial. 14. 62.* Laterna fuscior; h. e. minus pellucida. *Vulg. Interpr. Cantic. 1. 5.* Nolite me considerare quod fusca sim. — 2) Hic color apud Veteres aliquando mali ominis erat, quales erant fuscae aves. Hinc *Apul. 2. Met.* Fuscis avibus Lerissam accessi. — 3) Translate *fusca* vox dicitur, quae minus clara est, atque ad turbatam, obscuram, raucamque accedit; *fosca:* cui opponitur *sonora* et *candida* apud *Cic. 3. Nat. D. 38. Quintil. 11. 3. 15.* et *Plin. 28. 6. 16.* — Hanc in M. Antonio fuisse et actioni eius gratiam addidisse, notat ex *Ciceronе (Brut. 38.) Quintil. ibid. sub fin.* Cicero autem eo loco non *fuscam*, sed (quod idem est) *subraucam* appellat.

FŪSĔ. Adverb. a *fusus*. — Comparat. *fusius*, infra. — Est late, abunde, copiose; *copiosamente, diffusamente. Cic. 4. Tusc. 16.* De cuius excellentia multa quidem dici quamvis fuse lateque possint, etc. *Id. 2. Nat. D. 7.* Cum uberius disputantur et fusius. *Id. 3. Fin. 3.* Fuse et copiose augere et ornare quidpiam. Cf. FUSTE.

FŪSĬCĬUS, a, um. Adiect. a *fusus*, idem ac fusilis. *Not. Tir. p. 61.* fusicius, fusilis.

FŪSĬLIS, le. Adiect. verbale a *fundo*, qui fundi et liquefieri potest: item fusus, liquefactus. *Ovid. 11. Met. 126.* Fusile per rictus aurum fluitare videres; *strutto, liquefatto.* Et *Prudent. 4. Cathemer. 40.* fusile Numen; h. e. signum Dei ex fusili metallo factum. *Caes. 5. B. G. 43.* Ferventes fusili ex argilla glandes fundis iacere coeperunt. *Capell. 8. p. 195.* Vasa aenea fusilia. *Vulg. Interpr. Iob. 41. 6.* Corpus illius quasi scuta fusilia. *Id. 3. Reg. 7. 16.* Capitella fusilia. *Id. 2. Par. 4. 2.* Mare fusile. V. MARE.

FŪSIM. Adverb. a *fusus;* idem quod fuse; sed adhibetur de metallorum fusione. *Onomast. Lat. Gr.* Fusim; *χώνευσις*.

FŪSĬO, ōnis, f. Verbale a *fundo;* actus fundendi; *liquefazione. Imp. Constantin. Cod. Theod. 9. 21. 3.* Si quis nummum falsa fusione formaverit. — 2) Deinde diffusio, extensio; *diffusione. Cic. 1. Nat. D. 15.* Ipsumque mundum Deum dicit esse, et eius animi fusionem universam. *Vitruv. 9. 7.* Tenuis fusio stellarum; *stelle sparse.* — 3) Item *esborso, pagamento. Gloss. Philox.* Fusio; *ἐκχυσμὸς δαπανῶν. Ulp. Dig. 7. 1. 27. a med.* Solent possessores fisco fusiones praestare. Ita *Torrentin.* Alii *funationes*.

FŪSĬŌNĀTĬCUM, i, n. Idem videtur ac fusorium, quod est a *fundo*. Est autem instrumentum ad aliquid colandum, ut vox Graeca indicare videtur in *Gloss. Lat. Gr.* Fusionaticum; *διυστικόν*.

FŪSĬTRIX, Tcis, f. Verbale a *fundo;* quae infundit. Improbata vox est apud *Hieronym.* in *Eccle. 3. 8.* De vini fusoribus et vini fusitricibus (ad distinctionem quippe nunc masculini feminino genere volui declinare, quod Latinus sermo non recipit) aliud multo, quam in promptu est, Aquila interpretatur.

FŪSOR, ōris, m. Verbale a *fundo;* qui metalla fundit; *fonditore. Imp. Constantin. Cod. 10. 64. 1.* et *Inscript.* apud *Grut. 630. 9.* Domitius Abascantus fusor ollarius. — 2) Item qui infundit. *Vet. Poëta in Anthol. Lat. T. 2. p. 312. Burm.* Fusor aquae; h. e. Aquarius. V. GYPSOPLASTES. Adde *Hieronym.* loc. cit. in voc. praeced., quam v.

FŪSŌRĬUM. V. voc. seq. §. 2.

FŪSŌRĬUS, a, um. Adiect. a *fusio;* ad fusionem pertinens; qui funditur. *Gloss. Philox.* Fusorius; *χωνευτικός*. *Vulg. Interpr. Exod. 32. 4.* Formavit opere fusorio vitulum. Cf. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 225.* — 2) Absolute, substantivorum more,

FUSORIUM, ii, n. Locus, ubi aliquid funditur; *condotto. Pallad. 1. 37. ad fin.* Longe ab apium castris sint omnia odoris horrendi, balneae, stabula, coquinae, fusoria; h. e. quo funduntur sordes culinae. *Id. ibid. 17.* Solum alte rudere solidatum, relicto fusoriis loco, testacei pavimenti superfusione solidetur; h. e. canalibus, per quos aqua infunditur, vel effunditur: loquitur enim de piscina.

FUSSUS. V. FUSUS, a, um, *init.*

FUSTERNĂ, ae, f. Nomen proprie adiectivum a *fustis;* contractum a *fusterina* (scilicet subaudita *pars*), quo absolute posito, significatur, postquam caesa est abies in usum operum, pars eius superior nodosa duriorque; *parte dell' abete, che ha nodi:* quia crebros habet nodos, ut solet esse in fustibus, et baculis: inferior vero terrae proxima, enodis ac tenerior, fluvio macerata, decorticata, et quatuor in partes scissa, *sapinus* et *sapinea* dicitur. *Vitruv. 2. 9.* et *Plin. 16. 76. 1.* v. SAPINUS.

FUSTĬĀRĬUM. V. voc. seq. §. 2.

FUSTĬĀRĬUS et Fustuarius, a, um. Adiect. a *fustis;* ad fustem pertinens; *di bastone. Inscript.* apud *Fabretti, p. 529. n. 582.* et *Grut. 1114. 6.* Fustiario supplicio se noverit esse subdendum. *Gruterus* tamen *loc. cit.* habet *fustuario*. — Priorem lectionem confirmat etiam *Haenel* apud *De-Rossi* in *Prime Raccolte, p. 145.*, ubi tamen cl. *De-Rossi* ex *Cod. Einsidl.* legit *frustratorio iudicio* pro *fustiario supplicio. Porphyr.* ad *Horat. 2. Ep. 1. 134.* Fustuarium supplicium constitutum erat in auctorem carminum infamium. *Edict. Theoderic. 4.* Sub fustuaria poena cogatur exsolvere. *Cassiod. 8. Var. 33.* Fustuariae subdatur ultioni. Adde *4. ibid. 10. ad fin.* et Cf. §. 3. infra et *Novell. Maioriani, tit. 4.* — 2) Absolute, substantivorum more,

FUSTIARIUM et Fustuarium, ii, n. Poena, quae fustibus infligitur; *castigo di bastone*. Ex locis *Cic.* et *Livii* mox afferendis constat,

Digitized by Google

fuisse poenam militarem, et quidem capitalem, cum deberi dicant militibus capitale delictum admittentibus. Quare differt ab animadversione fustium: qua liberi homines, neque ii omnes, sed tenuiores, plectebantur, quae minor erat flagellatione, leviorque; nam haec severum fuit, ut *Callistrat. Dig. 48. 19. 28., Marcell. ibid. 10.* et *Hermogenian. ibid. 47. 10. 45.* docent. Hanc *fustigationem* quidam appellant, nullo tamen, quod sciam, Latino Auctore: *fustuarium* vero Auctores habet, ut diximus, *Cic. 3. Phil. 6.* Fustuarium meruerunt legiones, quae consulem reliquerunt. Et *Liv. 5. 6. ad fin.* Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut praesidio recedit. *Id.* apud *Serv.* ad *6. Aen. 825.* fustuario necare aliquem. — **β)** Videtur tamen, aliquando fustuarium non fuisse poenam capitalem ex *Papian. Respons. lit. 20.* Quod si forte servus hoc fecerit (*h. e.* mulierem per vim stupraverit), pro ingenua occidatur, pro ancilla vero, iudicante iudice, fustuario supplicio subiacebit. Haec *Furlanetto* in *Additis* ad hoc *Lexicon*. Hinc quaedam fortasse loca in §§. praecedd. allata huc trabenda recte coniicies. Cf. et FUSTIGO. — **4)** Item

FUSTIARIUS et Fustuarius, ii, m. Qui fuste verberat. *Gloss. Philox.* Fustiarius ξυλοκόπος, ὁ τύπτων τῷ ξύλῳ.

FUSTĬBĂLĀTOR, ōris, m. Nomen a *fustibalus;* qui fustibalo iaculatur. Ita legitur in MSS. *Veget. 3. Milit. 14.*, ut adnotat *Stewechius;* in libro autem eiusdem *fustibulator*. Vulgo tamen legitur *fundibalator*, vel *fundibulator:* quod idem esset ac funditor. V. FUNDIBALATOR.

FUSTĬBĂLUS, i, m. Vox hybrida, a *fustis* et βάλλω; iacio, qua significatur fustis longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, et utraque manu impulsus, prope ad instar onagri dirigit saxa; *mazza fionda*. Ita describit *Veget. 3. Milit. 14.* Cf. FUNDIBALUS.

FUSTĬCŬLUS, i, m. Deminut. a *fustis;* parvus fustis. *Pallad. 1. 35. ante med.* Fusticulos allii sine capitibus comburere. *Apul. 6. Met.* Qui te rogabit, decidente sarcina, fusticulos aliquot porrigas ei. *Alii leg.* funiculos.

FUSTĬGĀTUS, a, um. Particip. verbi *fustigo;* fuste percussus; *bastonato*. *Gloss. Philox.* Fustigatus; βακτιζόμενος.

FUSTĬGO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *fustis;* fuste percutio; *bastonare*. *Gloss. Philox.* Fustigo; ξυλοκοπῶ, τύπτω τῷ ξύλῳ. *Onom. Lat. Gr.* Fustigo; ῥαπίζω. His locis alii leg. *fustuo* vel *fusto* (quod etiam habet *Lex. Alamonn. cap. 12. 15. 14.*). Confirmat tamen *Cod. Theod. 9. 29. 2.* Si quis sciens in domo sua latronem susceperit . . . fustigetur. V. voc. praeced.

FUSTIM. Adverb. a *fustis;* cum fuste; *col bastone*. *Val. Max. 6. 3. n. 9.* Uxorem fustim interemit. Adde *8. 1. sub fin.* et *Vellej. 2. 78. extr.* Ubique autem al. leg. *fuste*, vel *fusti:* et priore loco etiam *furtim*. Sed nihil immutandum esse videtur; ita enim et *caesim* et *punctim* recte Latine dicitur.

FUSTIS, is, m. Nomen parum certae originis, quod quidam fortasse a *fario* ducendum esse autumant. — **b)** In sexto casu etiam in i desinit. *Plaut. Asin. 2. 4. 21.* Tanquam si claudus sim, cum fusti est ambulandum. *Id. Capt. 4. 2. 115.* Nisi mantiscinatus ero probe, fusti pectito. *Sallust. fragm.* apud *Serv.* ad *2. Aen. 201.* Sorte ductos fusti necat. — **c)** Derivata, *fusterna, fustiarius, fusticulus, fustigo, fustim.* — **d)** Composita, *confusto, defustatio, defustator, defusto, fustibalator, fustibalus, fustitudinus*.

FUSTIS proprie est lignum teres, ut vectis, clava, contus; *bastone, palo*. *Horat. 3. Od. 6. 38.* mascula Proles Sabellis docta ligonibus Versare glebas, et severae Matris ad arbitrium recisos Portare fustes. *Varr. 5. LL. 51.* Alligare fasces, incisos fustes, faculas. — *Colum. 2. 20.* Ipsae spicae melius fustibus cuduntur vanisque expurgantur. — **β)** Fustium usus frequens est in caedendo. *Plaut. Amph. 1. 1. 202.* Auferere, non abibis, si ego fustem sumpsero. *Cic. 6. Verr. 43.* Male mulcati clavis et fustibus. *Id. Pis. 30.* Quid nunc te, asine, litteras doceam? non opus est verbis, sed fustibus. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 8. ad fin.* Fustem alicui impingere. *Plaut. Aul. 3. 1. 4.* Fustibus aliquem male contundere. Et *5. 3. 6.* Implere fustibus caput alicuius. Et *Mil. a. 3. v. 8.* verberare. *Tacit. 14. Ann. 8.* caput affligere. *Iuvenal. 3. 33.* fuste aperire caput. *Horat. 1. Sat. 3. 22.* mulae, nautaeque caput, lumbosque saligno Fuste dolat. Et *ibid. 3. 134.* fuste pueros coërcere. *Auct. B. Hisp. 27.* percutere. *Suet. Cal. 26.* abigere. *Ulp. Dig. 48. 19. 8.* animadvertere. *Paul. ibid. 1. 13. 3.* castigare. *Horat. 1. Sat. 3. 101.* Cuguibus, et pugnis, et fustibus pugnare. *Plin. 7. 57. 9.* Proelium Afri contra Aegyptios primi fecere fustibus, quos vocant phalangas. — *Vulg. Interpr. Luc. 22. 52.* Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus. Cf. FUSTIARIUS §. 1. et seqq.

FUSTĬTŪDĬNUS, a, um. Adiect. a *fustis* et *tundo*, ioculariter fictum a *Plauto*, ad significanda ergastula, ubi servi fustibus caeduntur, *Asin. 1. 1. 21.* Apud fustitudinas ferricrepinas insulas, Ubi vivos homines mortui incursant boves.

FUSTO, as. V. FUSTIGO.

FUSTŬĀRĬUM. } V. FUSTIARIUS §. 1. et seqq.
FUSTŬĀRĬUS. }

FUSTŬO, as. V. FUSTIGO.

FŪSUM, i, n. V. FUSUS.

FŪSŪRĂ, ae, f. Verbale a *fundo;* fusio, sive liquefactio; *liquefazione*. *Plin. 35. 35. 2.* Molybditis, plumbi ipsius fusura, quae fit Puteolis, et inde habet nomen. Adde *34. 22. 1.* et *Vulg. Interpr. 3. Reg. 7. 37.* — **β)** Item aqua effusa vel effluens. *Pallad. 1. 42.* Si aquae copia est, fusuras balnearum debent pistrina suscipere.

FŪSŪRĀRĬUS, ii, m. Verbale a *fundo;* qui fusuram facit, fusor. *Not. Tir. p. 62.* Fusura, fusurarius.

FŪSUS (et Fussus apud Veteres, teste *Mar. Victorin. 1. 4. 2.*), a, um. Particip. verbi *fundo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *fusior* §. 1. et seqq. — Proprie, si ordinem admissum a *Forcellino* nostro sequamur (V. FUNDO §. 1. et seqq.), est liquefactus, solutus, fluens; *strutto, liquefatto, sciolto*. *Plin. 34. 24. 1.* Fusum aes. *Cassiod. 7. Var. 15. de stat. aen.* Conspiciet expressas in aere venas, nisu quosdam musculos tumentes, nervos quasi gradu tensos et sic hominem fusum in diversas similitudines, ut credas, potius esse generatum. *Cic. 2. Nat. D. 59. ad fin.* Aër tum fusus et extenuatus sublime fertur, tum concretus in nubes cogitur. *Cels. 1. 3. a med.* Melior est in iuvene fusior alvus, in sene adstrictior. — **β)** Item effusus; *sparso*. *Cic. 3. Orat. 77.* Fusus sanguis in corporibus. *Val. Flacc. 3. 245.* Fulgor fusus ab auro. Et *7. 610.* fusus clangor. *Ovid. 11. Met. 247.* vinum super aequora fusum. — **γ)** Item diffusus, expansus; *diffuso, sparso, largo*. *Virg. 10. Aen. 137.* Fusi crines. *Ovid. 2. Fast. 759.* fusae per colla coronae. *Plin. 12. 39. 1.* Fusa cupressus. *Id. 8. 50. 2.* Fusa late cauda. *Val. Flacc. 8. 93.* fusis circum proiecta lacertis; *colle braccia aperte*. *Lucan. 4. 670.* non fusior ulli Terra fuit domino; *h. e.* non latius regnum. *Virg 6. Aen. 440.* partem fusi monstrantur in omnem Lugentes campi. Et *10. 838.* fusus propexam in pectore barbam; *h. e.* barbam habens fusam in pectus. *Liv. 38. 21.* Gallorum fusa et candida corpora; *h. e.* minime rugosa, sed extensa et laevia. — **δ)** Item dissipatus, dispersus; *sbaragliato, disperso*. *Caes. 1. B. G. 44.* Copiae proelio fusae. *Cic. 14. Phil. 1.* Exercitus hostium caesus fususque. *Id. 3. Offic. 31. extr.* Hostes fusi et fugati. *Id. Sest. 42.* Ut homines fusi per agros et dispersi vagarentur. — **ε)** Item stratus, iacens; *corteato, sdraiato, prosteso*. *Virg. 1. Aen. 218.* Fusi per herbam. *Id. 6. ibid. 423.* Fusus humi. *Stat. 1. Theb. 407.* Fusus humo gelida. *Ovid. 3. Pont. 3. 8.* Fusa membra toro. *Id. 12. Met. 349.* Fusus in Ossaeae villosis pellibus ursae. — **ϛ)** Item prostratus, afflictus; *atterrato, abbattuto*. *Sil. 4. 253.* multo vix fusum vulnere Breucum. Et *7. 51.* Fusus vulnere equi. — **ζ)** Translate. *Cic. 1. Offic. 28.* Ut illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum, quam late fusum sit, appareat. *Id. 2. Orat. 54.* Genus facetiarum aequabiliter in omni sermone fusum. Et *58.* Genus sermonis non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum, ac minutum; *scorrente, andante*. Et *15.* Genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam aequabili profluens. *Quintil. 9. 4. ad fin.* in locis, ac descriptionibus fusi ac fluentes, in epilogis plerumque deiecti et infracti; *distesi*. Et *ibid. paulo ante.* Demonstrativum genus fusiores habet liberioresque numeros. *Id. 10. 1. 73.* Dulcis, et candidus, et fusus Herodotus; *h. e.* copiose, et bene fluens. Et *mox n. 77.* Plenior Demosthene Aeschines, et magis fusus. *Id. 11. 1. 5.* Quamquam sit fusus locus, tracteturque a Philosophis latius; *h. e.* abundans rerum, et copiosus. Sic *Gell. 2. 26.* Lingua Graeca prolixior fusiorque, quam nostra. *Quintil. 11. 3. 15.* Fusa vox. Et *post multa n. 64.* Vox in egressionibus fusa, et securae claritatis; *distesa:* cui opponitur contracta; *trattenuta*. — *Virg. 7. Aen. 421.* Turne, tot incassum fusos patiere labores? *sparsi, gettati indarno*.

FUSUS, i, m. et Fusum, i, n. (V. §. 1. *fin.*). Verbale a *fundo*, quo proprie significatur instrumentum, quod mulierres nendo digitis volvunt; *fuso:* quia per ipsum funduntur fila. *Plin. 8. 74. 1.* Colus compta, et fusus cum stamine. *Id. 11. 27. 2.* Lanam tenuari in fila iuncco fuso. *Virg. 4. G. 548.* fusis mollia pensa devolvere. *Ovid. 6. Met. 22.* levi teretem versabat pollice fusum. *Hieronym. ep. 107. n. 10.* et *Prudent. 10. περὶ στεφ. 259.* rotare fusos. Adde *Vulg. Interpr. Prov. 19. 29.* — Neutro genere utitur *Symmach. Laud. in Gratian. Aug.* (edente iterum *A. Maio*) *9.* Iamdudum aureum saeculum currunt fusa Parcarum. — **β)** A Poëtis tribuitur Parcis, quae nere dicuntur humanae vitae stamina. *Virg. 4. Ecl. 46.* Talia saecla, suis dixerunt, currite, fusis Concordes stabili fatorum numine Parcae. *Ovid. 12. Heroid. 3.* Tunc, quae dispensant mortalia fila, Sorores, Debuerant fusos evoluisse meos. — **γ)** Pagana lege in plerisque Italiae praediis cautum erat, ne per itinera ambulantes feminae torquerent fusos, aut omnino detectos ferrent, quoniam credebatur adversari id omnium spei, praecipueque frugum. Risu digna superstitio, quam refert *Plin. 28. 3. 6.* — **δ)** Improprie et a similitudine

II. *Fusus* dicta est machina volvendis oneribus apta. *Vitruv. 10. 6. ad fin.* Circa lapidem fusos sextantales ad circinum compegit: deinde circa fusos funem involvit, et bubus iunctis funem ducebat, etc.

Digitized by Google

FŪSUS, us, m. Verbale a *fundo;* fundendi actio, fusio, ut Fusus aquae, *Varr. R. R. 3.* — FUSVUS. V. FLAVUS §. b.

FŪTĀTIM. Adverb. a *futio* vel *futo;* profusim. *Plaut. Truc. 4. 4. 29.* Id quoque interim futatim nomen commemorabitur; h. e. saepe. *Alii aliter interpretantur, aut legunt.* V. INTERDUATIM.

FŪTĬLĔ. Adverb. } V. voc. seq. §. 6. et 7.
FŪTĬLE, is, n. }

FŪTĬLIS, le. Adiect. verbale a *futio, is* (quod saepe in antiquis MSS. et editis libris cum *fusilis* est confusum, teste *Hildebr.* ad *Apul. 1. Met. 6.* et *6. ibid. 18.*); qui facile fundit, et liquorem infusum non continet, sed protinus emittit. Hinc de canibus metu concacantibus *Phaedr. 4. 17.* Illi autem, qui miserunt vos tam futiles, etc. — **2)** Item qui facile funditur, et frangitur. *Virg. 12. Aen. 740.* Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu Dissiluit; *frale, fragile.* — **3)** Translate dicitur de homine vano et levi, qui continere tacenda non potest, quique facile loquitur, et nihil praestat; *ciarlone, vano, leggiero, da nulla. Festus* apud *Paul. Diac. p. 89. Mull.* Futiles dicuntur, qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt: sic et vasa futilia a fundendo vocata (V. voc. praeced.). *Ter. Andr. 3. 3. 3.* Servon' fortunas meas me commisisse futili? *Virg. 11. Aen. 339,* consiliis habitus non futilis auctor. *Cic. 1. Divin. 19.* Irrideamus haruspices: vanos, futiles esse dicamus. *Id. 1. Nat. D. 8.* Futiles commenticiaeque sententiae. *Id. 3. Fin. 11.* Quis non odit sordidos, vanos, leves, futiles? *Id. 4. Tusc. 17.* Nec alacritate futili gestiens deliquescat. *Gell. 13. 24. a med.* Est hoc inane admodum et futile. *Id. 4. 8.* Competitores imbelles et futiles. Et *1. 15.* Leves, et futiles, et importuni locutores. *Enn.* apud *Non. 11. 16.* Severiter suspectionem ferre falsam, futilium est; *da uomini leggieri.* — **4)** Ponitur et pro inutili, supervacuo, et nullius pretii ac momenti. *Phaedr. 5. 2.* Nunc conde ferrum, et linguam pariter futilem. *Gell. 16. 12.* Res futiles et frivolae. *Plin. 33. 8. 1.* Futili paene de causa. — **5)** Item pro vano, irrito. *Sil. 15. 794.* Haec Nero, et intorquet iaculum: nec futilis ictus: Nam latere extremo cuspis librata resedit. — **6)** Absolute, substantivorum more,

FUTILE, is, n. Est vas quoddam lato ore, fundo angusto et acuto, quo utebantur in sacris Deae Vestae: a *fundando* (sive potius a *futiendo*), quod illud ministri sacrorum non deponerent, sed instabile esset, et, si positum esset, statim aqua funderetur. Aqua enim ad sacra Vestae in terra non ponebatur; quod si fieret, piaculum erat. Igitur excogitatum est vas, quod stare non posset. *Lactant. Plac.* ad *Stat. 8. Theb. 297.* et *Donat.* in *Ter. Andr. 3. 3. 3.* et *Pharm. 3. 1. 19.* — **7)** Item, adverbiorum more,

FUTILE, est idem quod futiliter. *Plaut. Stich. 2. 2. 73.* Enimvero, Gelasime, opinor, provenisti futile. *Ennius* apud *Non. 11. 39.* Ut quod factum est futile, amici, nos feramus fortiter. *Prudent. Hamart. 560.* friget fera futile frondens. Cf. FUTILITER.

FŪTĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *futilis;* vanitas, levitas, inutilitas; *leggerezza, vanità. Cic. 2. Nat. D. 28.* Et plena sunt futilitatis, summaeque levitatis.

FŪTĬLĬTER. Adverb. a *futilis;* vane, inutiliter, frustra. *Apul. Apol. post princip.* Futiliter blaterata. *Non. 11. 39.* Futile, futiliter.

FŪTĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum transitiv., quod agnoscitur a *Priscian. 4. p. 631. Putsch.* « Futio (ex quo compositum *effutio*), futilis. » — In *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 257.* « Futio, futivi, futitum; unde futitor et futitrix et futitus et futitio. Et futito, quod etiam dicitur fututo. » — *Id. ibid. p. 294.* « Incanivare, stuprare, crissare, cevere, infutuare, futire. » — Ex his patet, aut duo potissimum hoc verbum significare, quae facile ad unum reduci possunt, aut *futio* cum *futuo* in *Glossis* antiquis confusum fuisse. — **b)** Ceterum verbum *futio*, qua fundo significat, radix, et quidem obsoleta, statuenda est plurium vocabulorum, quae rectius ab eo, potius quam a *fundo*, ut aliqui volunt, deducenda sunt, qualia sunt, *futilis, futiliter, futis, fututim.* — **c)** Unde et composita, *affutabulum, effutio.* — **d)** Qua vero *futio* est etiam idem quod *futuo*, V. FUTUO, coll. FUTO §. c.

FŪTIS, is, f. Verbale a *futio, is,* quo significatur genus quoddam vasis, de quo *Varr. 5. LL. 25.* §. *119.* Vas aquarium vocat *futim*, quod in trichnio allatam aquam infundebant. *Alii male leg.* Futum. Cf. FUTILIS §. 6.

FŪTĪTĬO.
FŪTĪTOR.
FŪTĪTRIX.
FŪTĪTUS. } V. FUTIO §. a., coll. FUTUTIO, FUTUTOR, etc.

FUTO, as, āvi, āre. Verbum intransitiv., seu potius radix obsoleta, de qua *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 89. Mull.* « *Futare*, arguere est: unde et confutare. Sed *Cato* hoc pro *saepius fuisse* posuit. » Exinde argui videtur *futare* frequentativum esse verbum a *fuo, fuis, fui, futum, fuere,* quod pariter obsoletum, nonnulla tamen tempora verbo *sum* anomalo reliquit, ut videre erit in SUM. — Confirmat *Gloss. Placidi* apud *Mai, p. 463.* « Futavit, fuit. » Et *p. 464.* « Futavere, fuere. » — **b)** Hinc composita, *confuto, refuto,* quae vide pro suis. — **c)** Ceterum in antiquis *Glossis* etiam hoc verbum *futo* cum *futuo* confusum fuit. V. FUTUO §. b.

FŪTŌRUS. V. FUTURUS, *init.*

FŪTUM, i, n. V. FUTIS.

FŪTŬO, uis, ŭi, ūtum, uĕre. Verbum transitiv., quod, si non est a Graeco φυτεύω; planto, eiusdem tamen radicis videtur. — **b)** In antiquis *Glossis* hoc verbum confusum est cum *futio, is,* et *futo, as,* nisi mavis arguere haec tria eiusdem omnino esse originis, quae tamen non ita facile apparet. — **c)** Particip. *futuens,* infra, *fututus,* V. suo loco. — **d)** Derivata, *fututio, fututor, fututrix.* — **e)** Composita, *confuto, diffututus, effuto, exfututus.*

FUTUO est Veneri operam do; *fottere. Catull. 37. 9.* Illic futuit multas. *Martial. 10. 81.* Cum duo venissent ad Phillida mane fututum. — Absolute. *Id. 9. 5.* Ducitur addictus, te futuente, cliens. — Passive. *Priscian. Partit. XII. Vers. Aen. 6. 118.* Etsi naturaliter quaedam verba ad solos pertinent mares, ut *futuo,* devirgino, vel ad feminas, ut *futuor,* nubo, devirginor; possunt tamen haec in alterum sexum transferri vel figurate, vel per irrisionem, vel per epicoena.

FŪTŪRUS (et Futorus in *Inscr.* mox cit.), a, um. Particip. verbi anomali *sum,* quod a radice obsoleta *fuo* (V. FUTO §. a.), vel a *fio,* ut aliqui putant, derivari potest (V. *Priscian. 11. p. 927. Putsch.*), adiectivorum more persaepe adhibitum, vel absolute; qui erit, qui eventurus est; *futuro, che sarà. Cic. 2. Nat. D. 4. ad fin.* Signa ostenduntur a Diis rerum futurarum. *Id. 2. Offic. 9.* Futura prospicere. *Colum. 11. 1.* Docendus, et multis prius experimentis inspiciendus erit, futurus villicus; h. e. qui debebit, aut volet esse villicus. — **2)** Absolute, substantivorum more,

FUTURUM, i, n. Est res futura seu eventura; *il futuro. Virg. 4. Aen. 308.* haud ignara futuri. *Liv. 6. 12. a med.* Si quid Dii, Vatesque in futurum vident; *nell' avvenire. Inscr.* apud *Grut. 311. 2.* In futuro *(sic)* perseveret. V. SUM. — **3)** Specialim apud Grammaticos *tempus futurum,* vel absolute, substantivorum more,

FUTURUM, i, n. Dicitur in declinatione verborum ea verbi forma, tum activa tum passiva, quae rei eventurae significandae inservit. *Priscian. 8. p. 805. Putsch.* Sunt igitur tria tempora, *praesens, praeteritum* et *futurum;* sed *praeteritum* rursus dividitur in tria ... quamvis Graeci *futurum* quoque diviserunt in quibusdam verbis in *futurum infinitum,* ut τύψομαι, et *paulo post futurum,* quod et *Atticum* dicunt, ut τετύψομαι: melius tamen Romani considerata futuri natura, quae omnino incerta est, simplici in eo voce utuntur nec finiunt spatium futuri. — *Macrob. de Differ.* et *Societ. Graeci Latinig. verb. 16.* tradit apud Graecos futuro tribui etiam imperativum. — Sed alia plura dabunt de hoc tempore Grammatici, quos consule.

FŪTŪTĬO (et Futitio), ōnis, f. Verbale a *futuo;* actus futuendi. *Catull. 32. 7.* et *Martial. 1. 107.* V. FUTIO §. a.

FŪTŪTOR (et Futitor), ōris, m. Verbale a *futuo;* qui futuit. *Martial. 1. 92.* et *7. 30.* V. FUTIO §. a.

FŪTŪTRIX (et Futitrix), īcis, f. Verbale a *futuo;* quae futuit. V. FUTIO §. a. — Translate, quae quasi futuit, vel fututionem imitatur. *Martial. 11. 22.* Fututrix manus. *Id. ibid. 61.* lingua.

FŪTŪTUS, a, um. Particip. verbi *futuo;* stupratus; *fottuto.* Apud *Martial. 3. 87.* et saepe alias. V. FUTIO §. a.

FŪVĪ *pro* fui. V. SUM.

G

G. Septima Latinorum littera, respondens Graecorum Γ vel γ (γάμμα, Ionice γίμμα, a quo per syncopen *gs* a Latinis nominata) et Hebraeorum ג *(ghimel),* a quibus originem habuisse videtur; quamquam, si figurae rationem habeas, eius origo ab aliis statuitur a littera C, cui est cognata. V. *Scaur. Orthogr. p. 2252. Putsch.* — **b)** Quomodo autem pronunciatione a c littera differat, diximus sub hac littera C §. b. et c. — **c)** Generis est neutrius, vel feminini subaudita *littera,* ut diximus in aliis litteris A §. c., B §. d. etc. — **d)** *Nova consonans* dicitur a *Diomed. 2. p. 417. Putsch.,* quia multo tempore Latini ea caruerunt, C litteram eius loco adhibentes, sed duplici potestate, sci-

Digitized by Google

licet in quibusdam vocibus, ut C nunc habet, in aliis ut G. Tandem post quingentos fere annos ab U. C. Spurius quidam Carvilius, ut est apud *Plutarch. de Quaest. Rom. n. 54.* parvo apice inferius litterae C adiecto in iis vocibus, quae G sonum habebant, eam in Latium invexit. Remansit tamen in quibusdam vocibus, ut in *Caius*, *Cnaeus*, licet per *G* efferantur, ut suo loco dicetur in ONOM. Interea V. *Terentian. de litter. 890-907.* Plura hac de re *Noris.* in *Cenotaph. Pis. dissert. 1. c. 5.* — **c)** Hinc patet priorem Scipionum inscriptionem, quae spectat ad tempora praecedentia, ante invectum scilicet huius litterae usum, et in qua legimus GNAIVOD PATRE PROGNATUS, aetate posteriore factam fuisse, aut eam, quam nunc habemus, primitivam non esse. — Sunt tamen qui usum huius litterae etiam ante Carvilii illius tempora tum ex hac ipsa inscriptione, tum ex Numis Lucerae probant. V. *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1860. p. 229. et seq.* — **f)** A Grammaticis inter consonantes mutas refertur et quidem rigidas, teste *Mar. Victorin. l. 3. 25.* V. MUTUS. — **g)** Quod usum huiusce litterae spectat, sequentia maxime occurrunt animadvertenda:

G littera locum obtinere potest tum in initio vocum Latinarum, tum in fine, tum etiam in mediis vocibus. Et quidem in initio coniungitur tantum cum litteris *l* et *r* ut *globus*, *gravis;* ratione autem etymi etiam ante *n* in vocibus *gnascor*, *gnatus*, *gnosco*, *gnarus*, *gnavus*, quae tamen obsoleverunt, ac rectius postea, suppressa littera *g*, scriptae sunt *nascor*, *natus*, *nosco*, *narus*, *navus*. V. GNATUS, GNASCOR, etc. In compositis tamen iterum revocata est, *cognatus*, *cognosco*, *ignarus*, *ignavus*. Cf. etiam LAC et LUCUNA. — **h)** In mediis vocibus coniungitur aliquando cum liquidis *l*, *m*, *n*, *r;* ut *indulgeo*, *agmen*, *tango*, *ergo;* sed in quibusdam disparuit, ut in *examen* pro *exagmen*. — Ante *s* vero aliquando sonum induit litterae *c*, et utraque consona *c* et *s* transit in litteram *x*, ut *grex* (pro *gregs* vel *grecs*) *gregis*. V. littera X. — Aliquando vero perit, ut in *mulsi* a *mulgeo*, *indulsi* ab *indulgeo*. — **i)** In fine autem tanquam additamentum apud Veteres occurrit in voce *vesperug* pro *vespera*, de quo *Quintil. l. 7. 12.* « Interim G quoque, ut in pulvinari Solis, qui colitur iuxta aedem Quirini *vesperug;* quod *vesperuginem* accipimus » scilicet male interpretantes, improbat enim Quintilianus, ut recte monet *Spalding* ad *h. l.* — **k)** Praeterea littera G mutationibus aut permutationibus obnoxia est in vocabulis derivatis vel cum alio compositis. Sic a *magis* fit *maior*, mutata *g* in *i*, ut a *mingo* est *meio*. — Sic in *Tab. Heracleens.* saepe *c* et *g* promiscue positas videmus in vocibus *necotia* pro *negotia*, *leces* pro *leges*, *acere* pro *agere*, dum interea ibidem *agantur*, *legibus*, *lege*. Cf. litt. c §. i. et k. — **l)** Item aliquando pro *n* scripta fuit, ut *aggulus*, *aggens*, *aggutilla*, *iggerunt*, ut ex *Varrone* docet *Priscian. 1. p. 556. Putsch.* — Item pro *b* et *d* in verbis *oggero*, *suggero*, *aggero*, etc. pro *obgero*, *subgero*, *adgero*, etc. — Porro, quod attinet ad valorem,

G littera numeris designandis aliquando inservit, et significat quadringenta; lineola autem superposita (Ḡ), quadringenta millia, teste *Aust. de Notis Numer.*, qui vulgo adiicitur *Probo, p. 1685. Putsch.* Hinc vulgaris versus: *G quadringentos demonstrativa tenebit.* — Huc spectat *Mar. Victorin. l. 4. 38.*, qui tradit apud Graecos litteram G set significare. — **m)** Apud agrariae rei Scriptores hac littera casae designantur, itemque fines seu limites. *Innocent. de cas. litter. p. 343. Lachm.* Casa per G nomen habens fines tortas habet. Et *p. 333.* Casa quae per G nomen habuerit, fines extendens ad orientem graudes: quam plurimum terminos significamus magnos. — Et apud *Incert. de limitib. p. 338.* G limes huius litterae habet in longo ped. DCCC. — **n)** Tanquam littera singularis in inscriptionibus ceterisque monumentis antiquis plura significat, de quibus fusius agemus in apposito *Siglario*.

GA

GĂBĂLĪUM, ii, n. Nomen est plantae cuiusdam aromaticae apud Arabes. *Plin. 12. 48. 1.*

GABĂLUM, i, n. V. voc. seq. §. 1.

GABĂLUS, i, m. Vox originis Hebraicae, qua significatur crux sive patibulum; *patibulo*, *furca:* a גָּבַל *gabal;* terminavit; etenim palus, qui olim pro cruce habitus est, terminus etiam fuit: et Graecis ὄρος est mons, ὅρος vero terminus. *Varr.* apud *Non. 2. 375.* Nos barbari, quod nocentes in gabalum suffigimus homines, vos non barbari, quod noxios absolvitis? — *Gabulum* pro *Gabalum*, *i*, n. dicitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gabulum; βάσανος. — **2)** Gabalus etiam dicitur homo scelestus, et cruce dignus. *Macrinus Imp.* apud *Capitolin. in eius Vita 11.* Qualis Latinus gabalus iste fuit.

GABĂRES, V. GABBARES.

GABĂRUS, a, um. Adiect. quod in *Gloss. Isid.* exponitur « insulsus, barbarus, unde Gabares mortuorum. V. voc. seq. — **2)** Deinde

II. GABARUS vel Gabbarus, est etiam piscis alio nomine Scilla, in *Gloss. Gr. Lat.* Καρίς; Scilla, gabbarus. *Alii leg.* galbacus. V. SCILLA.

GĂBĂTĂ, ae, frequentius vero in plur. num.,

GĂBĂTAE, ārum, f. Vox parum certae originis; neque enim, si quantitatem secundae respicias, a *cavus*, quasi *cavātae*, apte deduxeris, *g* pro *c* littera posita, ut vult *Isid. 20. Orig. 4. 11.* (V. loc. infra); neque a voce Graeca γάβατα, quia hanc posteriores Graeci a Romanis acceperunt, ut censet *Voss.* in *Etymol.* — Radix fortasse est inquirenda in Hebraico כַּב *(Kab)*, unde *cabus*, quod V. — **b)** Scribitur et *gavata*, solita litterarum *b* et *v* permutatione. V. §. seq. — **c)** In singulari numero et prima producta est apud *Venant. 11. Carm. 10.* Cornea dona tumens argentea gavata perfert, Quo nimium pingui iure natabat olus.

GABATAE proprie sunt vasa concava, eduliis, pulmentariisque apta. *Martial. 7. 48.* Transcurrunt gabatae, volantque lances. *Id. 11. 31.* Sic implet gabatas, paropsidasque, Et leves scutulas cavasque lances. Cf. CAMELLA. Adde *Ennod epigr. 22.* V. loc. in COMPOSTILE. — In sing. num. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 558.* Gavata vel patina. *Isid.* loc. cit. supra §. a. *Gabata*, quasi *cavata* . . . Hinc et *concha*, sed illa cavata, ista concava: sic et Graeci haec nuncupant.

GABBĂRES, cadavera apud Aegyptios pollinctorum arte delibuta, arefacta, et a corruptione immunia; *mummiae:* teste *Augustino serm. 120. de divers. 12.* Sed vox exotica est, et minime Latina: et praeterea in MSS. *Augustini* eo loco deest. — Debetur itaque tantum antiquis *Glossis Isid.* et *Vatic.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 525.* Gabbares mortuorum condita corpora. *Alii leg.* Galbares *vel* Calvares. — Fortasse origo vocis petenda est a loco *Plin. 7. 16. 2.* « Procerissimum hominem aetas nostra, divo Claudio principe, Gabbaram nomine, ex Arabia advectum IX pedum et totidem unciarum vidit; » a proprio enim nomen commune est factum, et fortasse *Gabarus*, qui exponitur insulsus, barbarus, unde *Gabares mortuorum*, fuit hic ipse *Gabbaras* a *Plinio* memoratus, et hinc a *Solin. 1. 89.* Confirmat *Rosweyd* in ONOM. ad *h. v.*, ubi ait: « cave Gabbaram existimes proprium viri nomen. »

GABBARUS, V. GABARUS §. 2.

GABBĂTHĀ, ae, f. Vox Syro-Chaldaica, Graece γαββαθᾶ, a radice גָּבָה *(Gabâ);* altus, elatus fuit; qua significatur locus editus, seu suggestus lapidibus marmoreis stratus, Hierosolymae, ubi tribunal Pilati fuit, et ex quo concionem militum et civium ex more praetorum aliorumque magistratuum Romanorum alloqui solebat (Cf. *Tacit. 1. Ann. 18.*). Legitur apud *Vulg. Interpr. Ioh. 19. 13.* Pilatus . . . sedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. V. LITHOSTROTOS.

GABERĪNĂ, ae, f. Nomen proprie adiectivum, ut videtur, a *gabares;* ad gabares pertinens. Hinc *Gloss. Isid.* Gaberina, arca; *h. e.* sarcophagus.

GĂBĪNUS, a, um. Adiect. a *Gabii;* ad Gabios, quae est urbs Latii, de qua V. in ONOM., pertinens. — Ab ea nomen accepit *lapis Gabinus* vel *saxum Gabinum*, quod vulgo *sperone degli scarpellini* appellari tradit *Corsi, Pietre antiche. Tacit. 15. Ann. 42.* Aedificia ipsa, certa sui parte, sine trabibus, saxo Gabino, Albanove solidarentur, quod is lapis ignibus impervius est. — **2)** *Gabinus cinctus.* V. CINCTUS §. 2.

GABULUM. V. GABALUS §. 1. *fin.*

GAEŌDES, ae, m. V. GEODES.

GAERASTĔROS, *Graeca positione*, i, f. Videtur nomen herbae cuiusdam, si tamen salva est lectio, mihi ignotae, cuius meminit *Priscian. Theod. 1. 4.* Sic gaerasteros et nitrum et oleum facit.

GAESĀTUS, a, um. Adiect. a *gaesum*, participiorum more effictum; qui gaesa est armatus. Hinc Gaesatorum exercitum memorat *Oros. 4. 13.* nomenque esse ait non gentis, sed mercenariorum Gallorum. *Serv.* ad *8. Aen. 660. Gaesa*, hastae viriles; nam etiam viros fortes Galli gaesatos vocant. *Alii leg.* gaesos *vel* gesos.

GAESI et Gesi, ōrum. V. voc. praeced.

GAESON, *Graeca positione*, *Latina* vero

GAESUM et Gesum, i, n. Vox Celtica, Graece γαισὸν vel γαισός, qua genus quoddam armorum significatur Gallorum Alpes incolentium proprium, sed ab aliis quoque gentibus usurpatum, varie tamen a Grammaticis expositum. Nam *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 99. Müll.* grave iaculum interpretatur. *Hesych.* et *Poll. l. 7. c. 33.* δόρυ βαρβαρικόν, hastam totam ferream. *Charis. 1. p. 21. Putsch.* Gaesa, εἶδος ἀκοντίου. *Augustin.* autem ad illud *Vulg. Interpr. Ital. Iosue, 8. 18. Extende manum tuam in gaeso (Vulg.* noster habet: *Leva clypeum)* adnotat *8. locut. in Heptat.* Quid dicat gaeson, non facile intelligitur: hoc interpres Symmachus scutum appellasse perhibetur. Septuaginta autem interpretes, secundum quos ista tractamus, qui posuerunt *gaeson*, miror si et in Graeca lingua hastam vel lanceam Gallicanam intelligi voluerunt. *Liv.* pariter *8. 8.* gaesa ab hastis distinguit: et sane inter iacula potius, quam inter hastas referenda videntur. *Caes. 3. B. G. 4.* Gaesa in vallum conicere. *Virg. 8. Aen. 661.* Alpina gaesa. *Liv. 26. 6.*

Digitized by Google

Cui suos ante prima signa adhortanti summum pectus gaeso ictum est. — Porro *Stat. 4. Theb. 64.* gaesa Graecis, *Sil. 2. 444.* etiam Afris tribuit. Observandum est autem, ubicumque hoc telo quis armatus describitur, bina ei gaesa assignari, teste *Varr.* apud *Non. 18. 19.*, *Virg. loc. cit.* etc. Cf. GARSATUS et V. HYPOGARSUM.

GĂGĀTES, ae, m. Vox Graeca, γαγάτης, proprie adiectiva, absolute tamen adhibita, qua significatur lapis nomen habens loci, et amnis Gagis Lyciae: niger est, planus, pumicosus, non multum a ligno differens, levis, fragilis, odore, si teratur, gravis: fictilia ex eo inscripta non delentur: cum uritur, odorem sulphureum reddit: mirumque, accenditur aqua, oleo restinguitur: fugat serpentes ita, recreatque vulvae strangulationes: deprehendit sonticum morbum, et virginitatem, suffitus, etc. Haec fabularum similia *Plin. 36. 34. 1. Apul. Apol.* Cum incensus gagates lapis pulcre et facile hunc morbum *(comitialem)* exploret; cuius odore etiam in venaliciis vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur. Adde *Isid. 16. Orig. 4. 3.*

GAISDĂ, ae, f. Nomen herbae vulgare. *Aemil. Macer, de herb. 58.* Isatis a Graecis est vulgo gaisda vocata; scilicet *guado.*

GAITANUS, a, um. Adiect. ignotae mihi originis, quod legitur apud *Marcell. Empir. 8.* De tribus cerasiis lapillos pertundes, et gaitano lino inserto pro phylacterio uteris. *Gaitanum linum* videtur sumi pro zona, sive cingulo.

GĂLACTĪCUS, a, um. Adiect. a Graeca voce γάλα, ακτος; lac (V. OXYGALA et POLYGALA inde derivata); unde γαλακτικός; lac referens, lacteus; *di latte. Marcell. Empir. 8.* Inunctiones, quae appellantur galacticae huiusmodi sunt. — **B)** Absolute, substantivorum more,

GALACTICA, ae, f. Genus cibi, de quo *Isid. 20. Orig. 2. 31.* Galaticae *(lege* Galacticae) a colore lacteo nominatae. Cf. TRACTOGALATUS.

GĂLACTĪTES, ae, et

GĂLACTĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca proprie adiectiva, γαλακτίτης et γαλακτῖτις (subaudi λίθος), qua absolute adhibita significatur gemma colore lactis, quae trita lactis succum ac saporem habet. *Plin. 37. 59. 1.* et *Isid. 16. Orig. 4. 20.* — Hodie appellari traditur *stigmate.* V. *Corsi, Pietre antiche.*

GĂLĂTĪCOR, āris, āri. Verbum intransitiv. forma deponens a *Galatae*, quod nomen est populi Galatiae, de quo V. in ONOM. — Significat autem Galatarum more Iudaicas caeremonias Christianis ritibus admiscere. Verbum autem fictum est a *Tertull. advers. Psych. 14.*, quemadmodum Latini *graecari* dixerunt.

GĂLĂTĪCUS, a, um. Adiect. a *Galatae;* ad Galatas populos pertinens. Hinc *Galaticus rubor* apud *Tertull. Pall. 4. ad fin.* est color rubens ex tinctura cocci, quod est granum in Galatia nascens tingendis purpura lanis maxime laudatum, ut *Plin.* docet *9. 65. 3.* et *alibi. Tertull. l. c.* Cum latioris purpurae ambitio et Galatici ruboris superiectio Saturnum commendat; *h. e.* pallium cocco Galatico infectum.

GĂLAXĪAS, ae, m. Vox Graeca, γαλαξίας, qua significatur lapis Aegyptius *(al.* galactites) lactei coloris, intercurrentibus sanguineis, aut candidis venis. *Plin. 37. 59. 1.* — **B)** Item via lactea in caelo. *Macrob. 1. Somn. Scip. 4. sub fin.* et *9.* et *Cāpell. 8. p. 177.*

GALBĂ, ae, f. Vox Gallica, fortasse eiusdem originis ac *Galb* vel *Kalb* Germanorum, ut quidam putant, aliis tamen minus probantibus, qui galbam a *galbo* colore ducunt, vel a *galbano*, quod V. — Est autem *galba* vermiculus mirae exilitatis, qui nascitur in aesculis *(Bombyx aesculi, Linn.)*, a colore galbo, ut ait *Suet. Galb. 3.*, qui ibidem addit, galbas a Gallis appellari etiam homines praepingues.

GALBACUS. V. GABARUS §. 2.

GALBĂNĀTUS, a, um. Adiect. a *galbanum*, participiorum more effictum; galbano indutus. *Martial. 3. 82.* Iacet occupato galbanatus in lecto: Cubitisque trudit hinc, et inde convivas. *Al. leg.* galbinatus. V. GALBUS et GALBANUM §. 4.

GALBĂNĔUS, a, um. Adiect. a *galbanum;* ex galbano; *di galbano. Virg. 4. G. 264.* Hinc iam galbaneos suadebo incendere odores. Et *3. ibid. 415.* Galbaneoque agitare graves nidore chelydros.

GALBĂNUM, i, n. Vox Hebraica חֶלְבְּנָה *chelbenâ*, quod a חֵלֶב *pinguedo*, quia pingue est instar resinae, Graece χάλβανον et χαλβάνη. — **b)** Hinc alia forma est *chalbane*, quam voc. V. suo loco, et *galbanus, i*, m. apud *Vulg. Interpr. Eccli. 24. 21.* — **c)** Derivatum *galbaneus.* Cf. GALBA, GALBANATUS et GALBUS.

GALBANUM proprie est succus, seu lacrima ex arbore ferulaceo cognomine destillans resinae modo, in Amano Syriae monte. Quod maxime laudant cartilaginosum, purum, ad similitudinem hammoniaci, minimeque lignosum. Sincerum si uratur, fugat nidore serpentes, teste *Plin. 12. 56. 1.*, qui *24. 15. 1.* et *seqq.* varios eius recenset usus in medicina. *Lucan. 9. 946.* Hic ebulum stridet, peregrinaque galbana sudant. Adde *Calpurn. 5. Ecl. 89.* — *Vulg. Interpr. Exod. 30. 34.* Sume tibi . . . galbanum boni odoris. — **B)** Deinde

II. *Galbanum* est etiam genus vestimenti delicatioris, fortasse a colore galbani, vel a *galbus*, quod in *Gloss. Philox.* exponitur χλωρὸς, viridis, seu herbacei coloris, uti docet *Lips. Elector. l. 1. c. 13. sub fin.* Porro cum virilium togarum color esset albus; *h. e.* nativi coloris lana; alter ille viridis et herbaceus feminarum fuisse videtur, virorumque effeminato vestitu utentium. *Iuvenal. 2. 98.* vitreo bibit ille Priapo, Reticulumque comis auratum ingentibus implet, Caerulea indutus scutulata, aut galbana rasa. — **B)** Hinc adiectivorum more,

GALBĂNUS, a, um, Est effeminatus. *Martial. 1. 97.* habeat et licet semper Fuscos colores, galbanos habet mores. *Salmas.* ad *Lampríd.* in *Alex. Sev. 41.* legit *galbinum*, qua vestem coloremve significat: nihil enim commune habere cum *galbano*, lacrima: sed esse a *galbus*, seu *galbeus*, ei, ut est in *Gloss. Philox., galvus* et *galveus*, χλωρὸς, viridis, glaucus: item flavus, aut luteus: χλωρὸς enim tum viridem significat, tum colorem eum, qui in herbis arescentibus et flaccescentibus, pallore ad flavum, seu aureum accedente, apparet. — **A)** Eadem ratione *galbinatus* legi vult apud *Martial.* pro *galbanatus:* et *galbinos mores* pro *galbanos* apud *Eund. loc. cit.* — Porro *tunicam galbinam* apud *Vopisc. Aurelian. 34.* idem *Salmas.* vult esse non viridis, sed aurei coloris, quia ibi de imperatoris ornatu sermo est. In illo *Petronii in fragm. Tragur. 67. Burm.* galbino succincta cingillo: galbinum de alterutro colore intelligere licet, seu viridi, seu luteo.

GALDĂNUS, i, m. V. voc. praeced. §. b.

GALDĂRES. V. GABBARES.

GALDĔI. V. voc. seq. §. 1.

GALDĔUM, i, n. et

GALDĔUS et Calbeus, i, *frequentius* Galbei, ōrum, m. Nomen a *galbus*, quo genus quoddam ornamenti significatur, de quo *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 45. Mull.* Calbeos armillas dicebant *(Veteres)*, quibus triumphantes utebantur et quibus ob virtutem milites donabantur. *Id. ibid. p. 96.* Galbeum ornamenti genus. *Cat.* apud *Fest.* sub v. *Ruscum p. 265.* Mulieres opertae auro purpuraque . . . coronas aureas, russeas fascias, galbeos, lineas, pelles, etc. — **B)** Alia notio huius nominis colligitur ex illo *Suet. Galb. 3.*, ubi eius appellationis originem quaerens, *alii*, inquit, *putant, quod in diuturna valetudine galbeo, idest remediis lana involutis assidue uteretur.* Videtur enim significare fasciam in armillae modum brachio circumdatam, in qua remedia, seu amuleta involuta essent.

GALBĪNĂ et GALBĪNĀTUS. } V. GALBANUM §. 4. et GALBANATUS.

GALBĪNĔUS, a, um. Adiect. a *galbus*, et eiusdem etiam significationis. *Veget. 3. Veterin. 2.*, ubi eryngium herbam in litore nascentem ait florem habere coloris galbini, quem *Turnebus l. 17. c. 8.* scribit, ab eruditissimo herbario se accepisse, coloris esse caerulei dilutioris, et pallescentis: et *Salmasius* ad *Vopiscum* in *Aurelian. 34.* observat ex *Dioscoride*, colorem eius fuisse aureum: qui fere cum caerulco dilutiore et pallescente convenit.

GALBĪNUS. V. GALBANUM §. 4.

GALBŬLĂ, ae, f. Nomen cuiusdam aviculae, quae uvis maturescentibus, calamis et retibus capitur; *rigogolo:* a *galbulus*, quia galbi, hoc est, viridis coloris est. Eadem vocatur *chlorion* et *virao. Plin. 30. 28. 1. galgulum* videtur appellare, quem eundem facit, ac *luteum.* Sed *Plinii* locus corruptus videtur aliis, et *galbulus* reponendum esse, eodem tamen sensu. — *Martial. 13. 68.* Galbula decipitur calamis et retibus ales, Turget adhuc viridi cum rudis uva mero.

GALBŬLUS, a, um. Adiect. deminutivum a *galbus*, aliquantulum galbus, ut Galbula avis apud *Martial.* loc. cit. in voc. praeced.

GALBŬLUS, i, m. Est pilula cupressi arboris, in qua semen reconditur. *Varr. 1. RR. 40.* Non enim galbuli, qui nascuntur etc. Cf. GALGULUS. — Mihi videtur ex vulgari pronunciatione invaluisse pro *globulus;* in *Onom.* enim *Lat. Gr.* « Galbuli; σφαῖραι; » et σφαῖρα est globulus, pilula, atque inde baca. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 155. n. 14.* et V. GALLA §. 1. et 2.

GALBUS, a, um. Adiect. rarissimi usus, et quod in *Gloss.* tantum antiquis reperitur. V. GALBANUM §. 3. et infra §. 1. — Inde tamen etymon plurium vocum petendum videtur. — **b)** Attenta scribendi ratione in MSS. et editis libris, confusum fuit aliquando cum *calvus;* in *Gloss.* enim *Gr. Lat.* et *Lat. Gr.*, solita litterarum *b* et *v* permutatione, etiam *galvus* pro *galbus* scribitur. V. CALVUS §. 7. — **c)** Derivata, *galbanum, galbanus, galbeus, galbineus, galbula.* Cf. GALBA.

GALBUS significat, qui coloris est viridis vel flavi. *Gloss. Philox.* Galbus; χλωρὸς. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 45. n. 22.* — Item in *Gloss. Lat. Gr.* Galvus; χλωρὸς. — Porro χλωρὸς in *Gloss. Gr. Lat.* exponitur « viridis, pallidus. » Hinc et galvus est viridis pallidus.

GĂLĔĂ, ae, f. Nomen, quod videtur esse a γαλῆ; mustela, vel mustelina pellis: quod ex eius corio galea olim fieret, ut eadem a Graecis etiam κυνῆ vocatur, quod e canis corio fieri soleret: ita quoque Itali *celata* appellant, quod *caelata opere Corinthio* esset, ut ait *Cic.* loc. mox citand. V. *Servii* locum in GALERUS §. 1. et *Isid. 18. Orig. 14. 1.* — **b)** Derivata, *galearia, galearii, galearis, galeatus, galeo, galeola, galeos, galeotae, galera, galericulum, galeritus, ga-*

Digitized by Google

lorinoulus, *galerus*. — **c)** Composita, *albogalerus*, *galeobdolon*, *galeopsis*, *haemagales*.

GALEA proprie est cassis, tegumentum capitis ad munimentum in bellis contra ictus ac tela; *celata*, *elmo*, *barbuta*. *Plin. 7. 57. 9.* Galeam, gladium, hastam Lacedaemonii invenere. *Cic. 6. Verr. 44.* Loricae, galeaeque aeneae, caelatae opere Corinthio. *Virg. 2. G. 142.* galeis, densisque virum seges horruit hastis. *Id. 8. Aen. 620.* Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem. *Id. 9. ibid. 365.* (et *Caes. 2. B. G. 21.*) galeam habilem, cristisque decoram induere. *Ovid. 5. Trist. 10. 25.* Sub galea pastor iunctis pice cantat avenis; *con l' elmo in testa*. *Virg. 12. Aen. 337.* Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro. *Senec. Phoeniss. 481.* Galeam adstringere; *allacciare*. *Val. Flacc. 7. 626.* Et galeae nexus ac vincula dissipat imae. Et *6. 365.* molles galeae habenae. Et *379.* Galea ferina; *h. e.* ex ferae corio facta, vel ferae pelle contecta. — **2)** Usum galeae in sortitionibus militaribus pro urna, testatur *Virg. 5. Aen. 490.* et *498.* — **3)** Item pro poculo apud eosdem milites. *Propert. 3. 10. 8.* Potabis galea fessus Araxis aquam. *Tibull. 2. 6. 7.* erit hic quoque miles ipse, levi galea qui sibi portet aquam. — **4)** Fuisse Veteribus galeas, quae faciem quoque tegerent, quae pars *visiera* dicitur, satis colligitur ex illo *Silii, 14. 636.* galeis abscondunt ora malasque, Ne sit spes hosti, velatur casside pallor. Et *Statii 4. Theb. 20.* galeis iuvat oscula clausis inserere. Et *Quintil. 5. Declam. 12.* Clausam galea faciem, et ad terrorem belli cristas minantes. — **5)** Translate pro praesidio. *Vulg. Interpr. Ephes. 6. 17* Galeam salutis assumite. Et *1. Thess. 5. 8.* Induti loricam . . . et galeam, spem salutis. Adde *Sapient. 5. 19.* et *Isai. 59. 17.*, coll. *Rufin. 1. Hist. Eccl. 8.* — **6)** Improprie et a similitudine

II. *Galea* dicitur de apice in capitibus gallinarum Africanarum. *Colum. 8. 2.* Africana rutilam galeam et cristam capite gerit: quae utraque sunt in meleagride caerulea. — **7)** Fuit etiam nomen trieris in classe Ravennate, quod inditum ei fuisse apparet, quia eiusdem insigne galea erat; id enim innuere videtur *Ovid. 1. Trist. 10. 1.* Est mihi, sitque, precor, flavae tutela Minervae Navis, et a picta casside nomen habet. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. 564. 2.* Phallacus Dioclis P. gubernator de Galea trieris. Id populariter pro *de Galea triere* dictum videtur. Idem *Maffeius*, *loc. cit.* hinc repetendam putat vocem *galea*, qua Itali appellant navis cuiusdam genus.

Nota. Discrimen inter *cassidem* et *galeam* dedimus iam sub v. CASSIS §. 2., coll. §. 2. *ibid.*

GĂLĔAR, āris. } V. GALEARIS §. 2.
GĂLĔĀRĔ, is. }

GĂLĔĀRĬĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. a *galea*, absolute adhibitum de ave galerita. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 96. Müll.* Galearia a galearum similitudine dicta. *Alii* Galerita *leg.*. Sed *Müller* adnotat ad *h. l.* « *Galerita* coniectura *Daecr.*, alaudam galeritam intelligens. Mihi *Festus* de alia re dixisse videtur. » — *Galeriam* pro *galerum* habet *Isid. 19. Orig. 21. 3.*, si tamen salva est lectio.

GĂLĔĀRĬĪ, ōrum, m. Nomen proprie adiect. a *galea*, absolute adhibitum de specie militum, qui inter calones ponuntur a *Vegel. de re milit. l. 3. c. 6. a med.*, fortasse quia galeas et cetera arma suggerebant militibus: vel intelligit duces calonum, et ob id galea armatos.

GĂLĔĀRĬS, re. Adiect. a *galea*; ad galeam pertinens, ut Galearis reticula, *Claud. Quadrigar.* apud *Non. 3. 188.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

GALEARE vel Galear, āris, n. idem quod galerus vel galea. *Gloss.* apud *Mai*, *Class. Auct. T. 8. p. 260.* Hoc galear, aris, et hic galerus, ri, ambo pro galea. — *Varro* apud *Charis. p. 61. Putsch.* Haec galearia, unde et galericula dicuntur. *Diomed. 3. p. 486. Putsch.* Antea itaque galearibus, non personis utebantur *(histriones)*. *Cf. Keil* ad haec loca.

GĂLĔĀTUS, a, um. Particip. verbi *galeo*; galea indutus; *armato di celata*. *Cic. 1. Nat. D. 36.* Et barbati quidem Iovis, galeatae Minervae. — **2)** Accipitur etiam absolute pro milite galeato. *Iuvenal. 1. 169.* galeatum sero duelli Poenitet. — **3)** *Galeatus prologus* dicitur per metaphoram, in quo ea dicuntur, quae faciunt ad tuendam auctoritatem libri, cui praeponitur. Ita prologum suum inscripsit *Hieronymus*, quem S. Scripturae praefixit. *Alii aliter explicant*. V. *Voss. l. 3. Institut. orator. c. 2. sect. 11. sub fin.* — Huc spectat *fragm. Serv.* in *Donati librum, p. 512. Endl.* Plerique artis grammaticae latores in principio prooemiis usi sunt, quod galeatum principium dicitur.

GĂLĔDRĂGON. V. GALLIDRAGA.

GĂLĒNĂ, ae, f. Est idem, quod Graecis dicitur *μολίβδαινα*, nempe plumbi et argenti vena communis, ut *Plin. 34. 53. 1.* et *33. 51. 1.* docet. — **2)** Paulo aliter *Id. 34. 47. 3.* Plumbi nigri origo duplex est. Aut enim sua provenit vena, nec quidquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Eius, qui primus fluit in fornacibus, liquor stannum appellatur, qui secundus, argentum, qui remansit in fornacibus, galena.

GALENUM, i, n. Exponitur in *Gloss. Isid. n. 765.* Galenum, vas vinarium, Romani antiqui dixerunt *Calenum vinum*. V. CALENUS.

GĂLĔO, es, ātum, ēre. Verbum transitiv. *a galea*; galeam induere, vel galea tegere; *porre la celata*. *Hirt. B. Afr. 12.* Milites in campo iubet galeari, et ad pugnam parari. — *Cinna* in *epigramm.* apud *Non. 2. 145.* miseras audet galeare puellas. V. GALEATUS.

GĂLĔOBDŎLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *γαλεόβδολον*, qua proprie significatur flatus ventris, quem feles emittit: a *γαλῆ*; feles, et *βδόλος*; flatus ventris. — Hinc ita est etiam appellata herba quaedam a *Plin. 27. 57. 1.*, de qua V. in GALEOPSIS.

GĂLĔŎLĂ, ae, f. Deminut. a *galea*, quo significatur vas sinnosum: a galeae similitudine. *Varr.* apud *Non. 15. 34.* Ubi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinu?

GĂLĔOPSIS, is, *f.* Vox Graeca, *γαλέοψις*, qua significatur herba eadem, quae *galeobdolon* et *galion* dicitur; quaeque caulem, et folia habet urticae laeviora, et quae gravem odorem trita reddant, flore purpureo: nascitur circa sepes, et semitas ubique, ut scribit *Plin. 27. 57. 1.* V. GALEOBDOLON.

GĂLĔŌS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, *γαλεός*, qua significatur piscis genus, aliter mustela, et canicula marina, quod a Rhodiis olim in maximo pretio habitum est. *Plin. 32. 12. 1.* Nihil venenatius, quam in mari pastinaca: hanc tamen persequitur galeos. Adde *ibid. 33. 3.*

GĂLĔŌTAE, ārum, m. Nomen commune, Graece *γαλεῶται*, quo appellati sunt Vates in Sicilia, a Galeote Apollinis filio, qui frater Telmessi illius fuisse traditur, qui Telmessum urbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona accepto. *Cic. 1. Divin. 20.* Huic interpretes portentorum, qui Galeotae tum in Sicilia nominabantur, responderunt, etc. Eosdem memorat *Aelian. Hist. var. l. 12. c. 46.*: ita vero sunt appellati ab Hebraico גָּלָה *galà*; revelavit, unde גַּלְיוֹם, vel terminatione feminina גַּלְיוֹת *galaiòt*; revelantes. Ideo autem hoc nomen Siculis proprium fuisse videtur, quod Phoenices, Hebraeis *ἐμπόλαιοι*, olim Siciliam occuparunt, ibique diu sunt commorati; hinc postea Graeci fabularum amatores Galeoten Apollinis, qui oraculis praeesset, filium effinxerunt.

GĂLĔŌTES, ae, m. Vox Graeca, *γαλεώτης*, qua significatur species quaedam stellionis, aliter colotes, et ascalabotes, qui *Plinii* aetate in Italia non nascebatur, ut ipse scribit *29. 28. 1.*

GĂLĔRA, ae, f. Idem quod galerus apud Antiquos. *C. Graech.* apud *Charis. 1. p. 61. Putsch.* Cum galera visi sunt. Sed *Keil* e *Codd. leg.* « Cum galeare ursici. » quid tamen *ursici* sit, ipse se non intelligere fatetur. V. GALEARIS §. 2.

GĂLĔRĬCŬLUM, i, n. Deminut. a *galerus*; parvus galerus; *parrucchino*. *Suet. Oth. 12.* Galericulo capiti, propter raritatem capillorum, adaptato, et annexo, ut nemo dignosceret. *Martial. 14. 50.* cuius lemma est *Galericulum*. Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos, Hac poteris madidas condere pelle comas. — **2)** Est etiam parva galea, qua caput tegebant vellites. *Frontin. 4. Strateg. 7. n. 29.* Q. Naevius centurio in exercitu Fulvii Flacci proconsulis excogitavit, ut delectos ex toto exercitu, qui velocissimi videbantur, et mediocris erant staturae, parmulis non amplis, et galericulis gladiisque, ac septenis singulos hostis quaternorum circiter pedum armaret.

GĂLĔRĪTĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 2.

GĂLĔRĪTUS, a, um. Adiect. a *galerus*; galero tectus. *Propert. 4. 1. 29.* Prima galeritus posuit praetoria Lucmo; *h. e.* adhuc rusticus et rudis homo. — **2)** Hinc *galerita avis* est alauda; *iodola*, spicem galeri similem in capite habens, *κορυδαλίς*. V. ALAUDA. *Plin. 11. 37. 44.* Apex parvae avi, quae ab illo galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alaudae. *Id. 30. 7. 20.* Avis galerita assa in cibo sumpta. *Sammonic. 51. 2.* Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt. — **3)** Absolute, substantivorum more,

GALERITUS, i, m. idem quod galerita avis. *Varr. 3. LL. 11.* Galeritus, et motacilla: alter, quod in capite habet plumam elatam, altera, etc.

GĂLĔRĬUNCŬLUS, i, m. Deminut. a *galerus*; parvus galerus. Legitur de quorundam Codd. MSS. lectione apud *Schol.* ad *Iuvenal. 8. 145.* V. loc. sub v. BARBOCUCULLUS in *Nota*.

GĂLĒRUM, i, n. *(rariori usu*, V. *Front.* loc. §. 2.*)* et

GĂLĒRUS, i, m. Nomen a *galea*, ut videtur, quo significatur rotundum tegumentum capitis, pileolus; *cuffia*, *berretta*, *berrettone*. *Servius* ad *Virg. 2. Aen. 683.* Suetonius tria genera pileorum dixit, quibus sacerdotes utuntur, apicem, tutulum, galerum: apicem, pileum sutile, circa medium virga eminente: tutulum, pileum lanatum metae figura: galerum, pileum ex pelle hostiae caesae. Haec *Servius*: ex quibus colligitur, galerum proprie esse sacerdotum, et ex pelle. *Apul. Apol.* Hoc Diogeni pera, quod regibus diadema, quod pontificibus galerum. *Varr.* apud *Gell. 10. 15. extr.* Flamen Dialis solus album habet galerum. — **2)** Verum et alii galero usi. *Virg. 7. Aen. 688.* fulvosque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti *(Fronto* quoque apud *Serv.*

Digitized by Google

ad *Virg. l. c.* neutro genere dixit). *Virg. Moret. 121. de aratore.* Ambit crura ocreis paribus, tectusque galero, etc. *Suet. Ner. 26.* Post crepusculum statim, arrepto pileo, vel galero, popinas inibat. *Grat. Cynog. 359.* Sit famulis vitulina tuis, aut tergore fulvo Mantica, curta chlamys, canaque e mele galeri. *Calpurn. 1. Ecl. 6.* vicinis cur non succedimus umbris? Torrida cur solo defendimus ora galero? *Iuvenal. 8. 207. de gladiatore.* de faucibus aurea cum se Porrigat, et longo iactetur spira galero. — *Id. 6. 120. de Messalina.* nigrum flavo crinem abscondente galero, Intravit calidum veteri centone lupanar; *h. e.* flava calvatica nigros crines operiente. *Tertull. Pall. 4. de matronis.* Cum ob cultum omnia candidatum et ob notam vittae et privilegium galeri Cereri initiantur. *Privilegia matronarum Cereri initiatarum erant vitta et galerus.* — *Stat. 1. Theb. 305. de Mercurio.* Obnubitque comas, et temperat astra galero. Cf. GALEARIS §. 2. et V. PERSONA. — *Isid.* in *Gloss.* Galerum, pileum pastorale, quod de tunco fit. Cf. ad rem *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 151. n. 1.* — **B)** Galerum item vocarunt pellem habentem appositos crines humanos, tanto artificio, ut vera hominis cutis, verique crines viderentur; *parrucca.* V. locum *Suet.* in GALERICULUM. — **4)** Palaestritae galerum adhibebant, ne capitis coma ceromate inquinaretur. V. locum *Martial. 14. 176.* — De galero, ut arma gladiatorum, fuse loquitur cl. *Garrucci* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1855. p. 101-104.* et *115.* — **5)** Translate. *Auson. Edyll. 14. 25. de rosa.* Haec viret augusto foliorum tecta galero; *h. e.* involucro, antequam expandatur.

GALGŬLUS, i. Idem fortasse quod *galbulus;* baca, nucleus, imprimis olivae. Legitur in *Gloss. Isid.* Galgulus, baca; κυρτὸς. V. GALBULUS, i. — **B)** Item avis quaedam memorata *Plin. 30. 28. 1.*, ubi tamen parum certa videtur lectio. V. GALBULA et Cf. REGAVIOLUS.

GALĪON. V. GALEOPSIS.

GALLĀ, ae, f. Nomen fructus cuiusdam, quod quidam volunt esse per syncopen ex *βάλανος.* — **b)** Carere plurali numero, monent *Charis. 1. p. 19. Putsch.* et *Diomed. 1. p. 314.* V. tamen §. 5. et *Gargil. de pom.* (ed. *Mai* in *Class. Auct. T. 3. p. 426.*) *26.* ossa eorum *(nicolaorum)* combusta et trita cum gallis granati. — **c)** Derivatum, *gallarius.*

GALLA proprie est fructus arborum glandiferarum, globi fere figura, inaequali superficie, et sine semine intus: in quo differt a glande, quae plerumque oblonga est, et semen habet arboris, ex qua nascitur; *galla, gallozza. Plin. 16. 9. 1.* Quae glandem ferunt, omnes et gallam, alternisque annis glandem. *Id. 25. 101. 4.* Galla Syriaca. *Id. 16. 10. 1.* nigra. *Plin. Valer. 12.* Galla Alexandrina . . . galla curiaria *(sic)* . . . galla de cerro. — **B)** Nonnulli apud *Serv.* ad *Virg. 4. G. 267.* gallam pilas cupressi accipiunt: sed *Colum. 6. 7.* hanc ab illis distinguit. Cupressini, inquit, quindecim coni, totidemque gallae. — **3)** Usus eius est coriis perficiendis, et tingendis nigro colore tum iis, tum lanis, tum capillis. *Plin. 16. 9. 1.* et *24. 5. 1.* Quare inter sutoria instrumenta enumeratur: ex quo locus sutoris cuiusdam, qui interrogatus a Planco, quo se artificio tueretur, respondit, *gallam subigo*, ambiguitate vocis adulterium ei obiiciens. Nam Plancus in Maevia Gallia male audiebat. *Macrob. 2. Saturn. 2.* V. SUBIGO. — Varios eius usus in medicina recenset *Plin. 24. 5. 1.* — **4)** Etiam Veteres gallis usi sunt ad atramentum scriptorium, nunc Italis *inchiostro*, conficiendum. *Capell. 3. p. 49.* In quo et cera fago illita, et gallarum, gummeosque commixtio, et Niloticae fruticis collemata notabantur; *h. e.* tabellae ceratae, atramentum scriptorium gummi, et Nilotici papyri. — **5)** In illo *Lucilii* apud *Non. 3. 97.* Quae gallam bibere, et rugas conducere venti Parre aceroso, oleo decumano, pane coëgit Cumano; *gallam* nonnulli intelligunt vinum deterius, acerbius, austeriusque: galla enim asperi gustus est. Praemonet autem, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 96. Müll.*, parsimonia esse utendum, neque gulae indulgendum, ventremque coartandum. — **6)** Deinde

II. *Galla* est etiam vir sacerdos Cybeles, ideo feminino vocabulo appellatus, quia se eviravit, effeminavitque. *Catull. 63. 12. de Atys.* Agite, ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul. Et *54.* Rapidae ducem sequuntur Gallae pede propero. V. GALLI §. 1.

GALLĂĪCĂ, ae, f. Nomen gemmae ita a Gallaecis populis, apud quos reperitur, dictae, quae argyrodamanti similis est, sed paulo sordidior, teste *Plin. 37. 59. 2.* Itali vocant *occhio di pesce.* Cf. GALLAIS §. 2.

GALLANS, antis. V. GALLO.

GALLĀRĬUS, ii, m. Nomen a *galla;* qui galla utitur, vel gallam subigit. Legitur in *Gloss. Isid.* Gallarius, cerdo. V. GALLA §. 3. — Est tamen qui legere vellet *gallicarius* loco *gallarius.* V. GALLICARIUS.

GALLESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *gallo*, vel a *gallus*, unde *gallulo;* laetor, gaudeo. — Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gallesco; χαίρω γήθομαι.

GALLĪ, ōrum *(rarius in sing. num.* Gallus, i), m. Sacerdotes Deae Cybeles, ita dicti a Gallo primo sacerdote, vel a Gallo Phrygiae fluvio, qui templo huius Deae vicinus erat, unde aquam ad sacrificia hauriebant. *Ovidii, 4. Fast. 363., Plin. l. 5. c. 32.* et *Festi* sententia dicti sunt a fluvio, non quod inde aquam acciperent sacrificii causa, sed quod castrati essent, quia qui ex eo bibissent, in hoc furore incipiebant, ut se privarent virilitatis parte. *Plin.* quoque *l. 31. c. 3.* scribit Galli fluminis eam vim esse, ut si immodice bibatur, lymphatos agat. *Hieronym.* in *cap. 4. Osee* dicit, hos sacerdotes appellatos Gallos fuisse, quod Romani solerent homines gentis Gallicae Deae Cybele mancipare et effeminare, seu castrare in honorem Atys, quoniam vellent eam gentem ignominia afficere, quae olim urbem Romam cepisset. Sed Romani hoc ipsum, quod sacerdotes Cybeles vocabant Gallos, a Graecis acceperant, qui sic appellabant. Ex quo maxime fit simile veri, quod alii tradunt, Gallos dictos fuisse a Gallograecis, qui ex Gallia tum in Graeciam, tum in Phrygiam, et loca contermina trasmigrarunt. — Sunt tamen qui potius a saltatione ita appellatos tradunt, a radice nempe orientali גָּלַל *(galàl);* volvit se, devolvit; quod idem est ac צָלַל *(tzalàl.* V. has voces apud *Gesen. Lex. Hebr.)*, unde et *Salii* apud Romanos: ii enim sacras saltationes incredibili celeritate instituere solebant. — **b)** Derivata, *gallicolans, gallicus, gallo.* — **c)** Composita, *archigallus, galliambicus, galliambus.*

GALLI, ut diximus, sunt sacerdotes Berecynthiae, seu Cybeles, sive Matris Deorum, tum in Phrygia, tum in urbe Roma, quos more Deae vetusto spadones esse oportebat, in memoriam Atys pueri. Eorum erat hariolorum sacerdotumque muneribus fungi, vaticinia edere, sacra facere et divinis rebus omnibus praeesse. Praeter evirationem solebant etiam in ipsis sacris brachia sibi cultris incidere, furorem simulantes, cuius rei testis *Propert. 2. 13. 13.* et *alii.* Aliam causam, cur evirati essent sacerdotes Cybeles, tradit *Lucret. 2. 614.* Memorat et *Lucan. 1. 566., Minuc. Octav. p. 74., Prudent. Peristeph. 10. 199., Lactant. 1. 17., Cic. 1. Leg. 9.* et *16.* et *Varr. fragm. p. 275., 277.* et *279. Bip.* — Dicti sunt *semiviri, semimares* et *spadones.* V. has voces, coll. CERRITES et CORYBANTES in ONOM. — In sing. num. *Auct. ad Herenn. 4. 49.* Iste, qui divitias suas iactans, sicut Gallus e Phrygia, aut hariolus quispiam, etc. V. et §. seq. — **B)** Hi non modo testes, sed penem ipsum sibi amputabant testa, rupta, ut ait *Iuvenal. 6. 514.*, saxo acuto, ut *Ovid. 4. Fast. 237.*, silice acuto, ut *Catull. 63. 5.* Hinc *Martial. 3. 81. ad Gallum.* Abscissa est quare Samia tibi mentula testa? *Id. 11. 74.* Curandum penem commisit Baccara Graecus Rivali medico: Baccara Gallus erit; *h. e.* ipsum penem ex morbo amittet. *Id. 3. 81.* Castrandum caput est: nam sis licet inguine Gallus, Sacra tamen Cybeles decipis: ore vir es; *h. e.* fellas. *Id. 9. 3.* I nunc, et miseros, Cybele, praecide cinaedos: Haec erit, haec cultris mentula digna tuis. *Lucil.* apud *Non. 4. 454.* Testam sumit homo Samiam, sibique illico telo Praecidit caulem, testesque una amputat ambo. Adde *Plin. 5. 42. 3, 11. 109. 1.* et *35. 46. 5.* V. EUNUCHUS §. 5. — **B)** Huiusmodi hominum genus apud Chananaeos Idumaeosque populos antiquitus viguisse, colligi potest ex loco Mosis apud *Vulg. Interpr. Deuter. 23. 1.* Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis et abscisso veretro in ecclesiam Domini. — Hic tamen mos in Occidente minime invaluisse videtur, ex quo patet Gallos hac orbis parte paucos admodum memoratos reperiri. — **4)** De Gallis populis, V. GALLI in ONOM.

GALLĬAMBĪCUS. GALLĬAMBUS. } V. GALLIAMBICUS, etc.

GALLĬCAE, ārum, f. Nomen a *Galli*, quod est incolentium Galliae, de quibus V. in ONOM. Appellatur hoc nomine genus quoddam calceamenti, quo utebantur Galli, et paulatim Romani quoque usi sunt, idem, ut videtur, quod Italice nunc *galoscia* dicitur. *Cic. 2. Phil. 3.* Nam quod quaerebas, quomodo redissem, primum luce, non tenebris, deinde cum calceis et toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Et *mox.* Per municipia coloniasque Galliae cum gallicis et lacerna cucurristi. Al. leg. *caligis;* sed hunc ipsum locum *Gell. 13. 21.* referens, *gallicis* habet: docetque simul, verbum esse novum, non diu ante Ciceronis aetatem usurpari coeptum: esse autem ex eorum calceamentorum genere, quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda, et teretibus habenis vincta sunt, quae Latino vocabulo *soleae*, Graeco *crepidas* et *crepidulas* dicuntur. Porro ex *Cic.* discimus, probro fuisse, si Romanus civis, praesertim aliqua dignitate, aut honoribus externo huiusmodi cultu uteretur. *Edict. Diocles. p. 24.* Gallicae viriles rusticanae bisoles par ✕ octoginta: gallicae viriles monosoles par ✕ quinquaginta: gallicae cursoriae par ✕ sexaginta. *Hieronym. praef.* in *Reg. S. Pachom. n. 4.* Nihil habent *(monachi)* in cellulis praeter balteolum lineum, et gallicas ac bacillum itineris socium. — **B)** In sing. num. *Gallica*, ae, V. sub GALLICUS §. 2.

GALLĬCĂRĬUS, ii, m. Nomen a *gallicae;* qui gallicas conficit. *Hieronym. praef.* in *Reg. S. Pachom. n. 6.* Fratres eiusdem artis in unam domum sub uno praeposito congregantur, verbi gratia, ut qui texunt lina, sint pariter; qui mattas, in unam reputantur familiam; sarcinatores, carpentarii, fullones, gallicarii seorsum a suis praepositis gubernantur.

GALLĬCĒ Adverb. a *Galli*, Galliae incolis; Gallorum more. *Varr.*

Digitized by Google

apud *Gell.* 2. 25. A Gallo et Mauro Gallice et Maurice dicimus. *Gell.* 11. 7. Nescio quid Tusce, aut Gallice dicere.

GALLĬCĒNAE, V. BARRIGENAE.

GALLĬCĬNĬUM, ii, n. Nomen a *gallus* et *cano;* quo significatur ea pars noctis, qua galli cantant; *quella parte della notte, quando cantano i galli:* quae est quarta castrensis vigilia, ut *Plin.* 10. 24. 1. docet. *Apul.* 8. *Met. init.* Noctis gallicinio venit quidam iuvenis ex proxima civitate. *Ammian.* 23. 14. Secundis gallicinis videtur primo solis exortus. — **2)** In divisione diei civilis, qui a media nocte incipit, primum diei tempus dicitur mediae noctis inclinatio, deinde gallicinium, inde conticinium, cum et galli conticescunt, etc. *Macrob.* 1. *Saturn.* 3. a *med.* et *Censorin. de die nat.* 24.

GALLĬCĬŎLĂ, V. GALLICULA.

GALLĬCRUS, ūris, n. Nomen a *gallus* et *crus,* quo significatur genus quoddam herbae, cuius cacumen pedi galli simile est. *Apul. Herb.* 44.

GALLĬCŬLAE, ārum, f. Deminut. a *gallicae* (minime confundendae cum *calliculae,* de quibus V. suo loco); parvae gallicae. *Hieronym.* in *Reg. S. Pachom. n.* 101. Nullus vadat ad collectam, vel ad vescendum habens galliculas in pedibus, vel palliolo lineo invittatus, sive in monasterio sive in agris. Et *n.* 104. Galliculas, et si quid aliud iungendum est, vel componendum, absque eo, cui hoc ministerium delegatur a praeposito domus, facere nullus audebit.

GALLĬCŬLANS, antis. Particip. ab inusit. *galliculo,* quod significare videtur, insaniam immittere, qualis erat Gallorum Cybeles sacerdotum propria. *Plin. Valerian.* 1. 57. Semen herbae galliculans, quam alii dentalem, alii symphoniacam dicunt, mittes super carbones, et per traiectorium totum fumum ore trahes: omnes gingivas exsiccat, et humores quoque producit, et dentes firmat. Ex his apparet, huiusmodi semen galliculans esse herbae hyosciami, quam, ut ait *Apul. Herb.* 4., Galli belli nunciam vocant. V. SYMPHONIACUS.

GALLĬCUS, a, um. Adiect. a *Galli,* qua sacerdotes significantur Cereris vel Cybeles, itemque Isidis, quae aliquando eadem habita est. *Ovid.* 2. *Amor.* 13. 18. Qua *(die)* cingit lauros Gallica turba tuas. — **2)** *Gallica, ae,* f. absolute est calceamenti genus, quo utebantur Galli Sacerdotes in sacris Isidis. *Auct. carm. ad Senator. apostat.* 22. caligaque remota, Gallica sit pedibus molli redimita papyro. — **3)** Deinde

II. *Gallicus* est etiam ad Gallos populos pertinens. Hinc *Gallicus ventus* apud *Vitruv.* 1. 6. est qui spirat ab oriente Aparctiae seu Septentrionis, et hodie dicitur *Tramontana verso Greco:* medius inter Aquilonem et Aparctiam. — **4)** *Gallicus terminus* in re agraria quinam fuerit, traditur in *lib.* 1. *Colon. p.* 227. *Lachm.* et *lib.* 2. *p.* 252. *ibid.* Adrimus ager limitibus maritimis et Gallicis, quos nos decimanos et cardines appellamus, finitur per rationem arcarum, riparum, etc. V. GALLIENSIS.

GALLĬDRĂGĂ, ae, f. Nomen herbae cuiusdam, de qua *Plin.* 27. 62. 1. Gallidragam vocat Xenocrates leucacantho similem, palustrem et spinosam caule ferulaceo, alto, cui summo capite inhaerat simile ovo. *Alii leg.* Galedragon. — Recentioribus est *Dipsacus pilosus, Linn.* — Videtur autem appellata a *gallus* et *dracon;* vel sicut *galedracon,* a γαλῆ; mustela, et δράκων; draco.

GALLĬENSIS, se. Adiect. a *Galli;* ad Gallos populos pertinens. Hinc *Galliensis lapis* dicitur genus quoddam lapidum finalium apud Scriptores rei agrariae. *Auct. incert. de limitib. p.* 304. apud *Goes.* Si lapis peralbus fuerit, Galliensis nuncupatur.

GALLĬAMBĬCUS et Galliambicus, a, um. Adiect. a *galliambus;* ad galliambum pertinens, ut galliambicum metrum apud *Mar. Victorin.* 1. 11. 34. In quibusdam metris, sicut in galliambico, longae eorum solvuntur in breves. Adde *ibid.* 4. 1. 94.

GALLĬAMBOS, *Graeca positione,* on, et

GALLĬAMBUS et Galliambus, i, m. Est genus quoddam carminis, quod a Gallis Cybeles sacerdotibus canebatur: constat autem iambico metro peculiari, ut *Super alta vectus Atys celeri rate maria. Martial.* 2. 86. Nec dictat mihi luculentus Atys Mollem debilitate Galliambon. *Diomed.* 3. *p.* 513. *Putsch.* Galliambum metrum apud Maecenatem tale est, *Ades, inquit, o Cybele, fera montium Dea.* Superius comma, quod est, *Ades, inquit, o Cybele,* simile est illi, *vice veris et Favoni.* Inferius comma superiori simile esset, nisi amisisset ultimam syllabam. Galliambum aliud ex ipso factum, ei simillimum esset, nisi quod, ut enervatius fieret, et mollius, secunda aut tertia ab ultima syllaba in duas breves geminata est, et factum tale: *Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.* Si esset sic: *comitum chorus volat,* esset illi simile. *fera montium Dea.* Haec *Diomed.* — *Atil. Fortunat.* 1. 4. 17. Ex hoc nascitur galliambus *(subaudi* versus) repetito hoc metro, sed una syllaba detracta, ut habeat semipedem clausulam, etc. Adde *Quintil.* 9. 4. 6.

GALLĪNĂ, ae, f. Nomen a *gallus,* quo significatur femina galli, avis domestica; *gallina. Plaut. Pseud.* 1. 1. 28. An, obsecro hercle, habent quoque gallinae manus: Nam has quidem *(tabellas)* gallina scripsit. *Cic. Senect.* 16. Villa abundat porco, haedo, agno, gallina, etc.; *di pollami. Varr.* 3. *RR.* 9. Sunt gallinae generum trium, villaticae, et rusticae, et Africanae, etc. V. *Colum.* 8. 2. Adde *Cic.* 4. *Acad.* 18., 2. *Divin.* 26., 2. *Nat. D.* 48., *Horat.* 2. *Sat.* 2. 24. et 4. 18. et *Vulg. Interpr. Matth.* 23. 37. — Plura de gallinis deque usu earum in medicina dabit *Plin.* l. 10. plurimis locis. — *Gloss. Lat. Gr.* Gallina rustica; ἀττάγηνᾶ. V. ATTAGEN. — **2)** Gallina canens ex priscorum superstitione notabat, in illa domo uxorem marito superiorem *(al.* superstitem) fore. Ita *Donat.* ad illud *Ter. Phorm.* 4. 4. 26. Anguis per impluvium decidit de tegulis: Gallina cecinit. — **3)** Cur Aesculapio immolaretur gallina, V. AESCULAPIUS §. 11. in ONOM. — **4)** *Gallinae albae filius; h. e.* felix, fortunatus, nobilis, quia albae gallinae rariores sunt, et boni ominis. *Iuvenal.* 13. 141. Quia tu galliuae filius albae, Nos viles pulli nati infelicibus ovis. — **5)** *Gallinae* vox est etiam inter blanditias amantium apud *Plaut. Asin.* 3. 3. 76. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, etc. — **6)** Denique de *Gallina,* quatenus nomen est etiam geographicum et virile, V. GALLINA in ONOM.

GALLĪNĀCĔUS, a, um. Adiect. a *gallina;* qui ex gallinis est; *di gallina. Varr.* 3. *RR.* 9. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt. *Cic. Mur.* 29. Gallus gallinaceus; *gallo. Lucil.* apud *Non.* 3. 24. Gallinaceu' cum victor se gallus houeste Sustulit in digitos, primoresque erigit ungues. *Plin.* 29. 32. 4. Gallinaceum fimum. Adde 30. 34. 1. V. GALLUS §. 1. — **2)** *Gallinaceum lac,* proverbium est, quo rerum omnium copia significatur. *Plin. procem. Hist. nat.* 18. Ut vel lactis gallinacei sperare possis haustum; *latte di gallina:* γάλα ἀρνείων. Adde *Vulg. Interpr. Isai.* 22. 17. — **3)** *Pes gallinaceus* est herbae genus, alio nomine *capnos* apud *Plin.* 25. 98. 1. V. CAPNOS. — **4)** Absolute, substantivorum more,

GALLINACEUS, i, m. Est gallus *Plin.* 37. 10. 34. Alectorias *(gemmas)* vocant in ventriculis gallinaceorum inventas. *Cato, RR.* 171. Gallinaceum ovum. *Colum.* 8. 2. Gallinacei mares salacissimi. Et 11. Gallinacea salacitas. — *Interpr. Irenaei,* 5. *Haeres.* 15. 2. *de homine superbo.* Cum institorio et supercilio incedit, gallinacei elationem habens.

GALLĪNĀRĬUM, V. voc. seq. §. 2.

GALLĪNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *gallina;* ad gallinas pertinens; *di gallina. Cels.* 8. 15. Gallinaria scala; *scala da mano:* scalae breviores et leviores, cuiusmodi sunt, quibus gallinae in tabulata et cubilia galliuarii scandunt. *Colum.* 8. 8. et 10. Gallinaria vasa; *h. e.* quibus potus praebetur gallinis. — **2)** Absolute, substantivorum more,

GALLINARIUM, ii, m. Est locus, in quo aluntur gallinae; *pollaio. Colum.* 8. 3. Gallinaria constitui debent parte villae, quae etc. Adde *Plin.* 17. 6. 2. — **3)** Item

GALLINARIUS, ii, m. Est qui gallinarum curam habet; *il gallinaio. Varr.* 3. *RR.* 9. Qua gallinarius, curator earum, ire possit. *Cic.* 4. *Acad.* 26. *extr.* Quoniam gallinarium invenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret.

GALLĪNŬLĂ, ae, f. Deminut. a *gallina;* parva gallina; *gallinella. Arnob.* 7. *p.* 245. Gallinulam, vitulum concremate. *Avien. prognost. Arat.* 587. (al. 1711.) Pectora cum curvo purgat gallinula rostro. *Apul.* 2. *Met.* Mittit mihi xeniola, porcum opimum, et quinque gallinulas.

GALLO, as, āre. Verbum intransitiv., tantum in usu in participio *gallans,* a *Galli,* qua sacerdotes Cybeles significat. — Est bacchor, insanio. *Varron.* apud *Non.* 2. 886. Et Deam gallantes vario retinebant studio; et in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 54. *Burm.* Nam quae venustas his adest gallantibus? V. BALLATOR.

GALLŬLASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *gallulo,* quod dicitur de voce puerorum, quae circa pubertatem crassior fit, similisque voci galli gallinacei. *Naev.* apud *Non.* 2. 868. Puer, cuius vox rallulascit.

GALLĬCŬLO, as, are. V. GALLICULANS.

GALLŬLO, as, āre. Verbum intransitiv. a *gallus;* pubesco, gallulasco. — Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Gallulo; ἥβαω.

GALLUS, i, m. (et f. V. infra §. b.). Nomen avis domesticae, ita a castratione vocatae, ut scribit *Isid.* 12. *Orig.* 7. 50. Veteres enim, inquit, *absecissos* gallos vocabant. Cf. GALLI §. a. — **b)** Videtur aliquando et in feminino genere adhibitum fuisse, teste *Serv.* ad 5. *Aen.* 610. *De Iride.* « Alii genere feminino ponunt, referentes ad originem, sicut *haec cattus* et *haec gallus* legimus, imitatione Graecorum, qui ὁ καὶ ἡ ἀλεκτρών dicunt. » — **c)** Derivata, *gallesco, gallina, gallinaceus, gallinarius, gallinula, gallulasco, gallulo.* — **d)** Composita, *gallicinium, gallicrus.* V. GALLIDRAGA.

GALLUS, Italice *gallo,* avis domestica, quam vulgo *gallum gallinaceum* vocant, ut illum distinguant a Gallis populis, seu Francis, item a Gallis sacerdotibus: indigena Persidis vel Indiae, a remotissimis temporibus, unde in Graeciam perlata fuit VI. circiter saeculo a Christo n., ut quidam tradunt. Cf. *Minervini* in *Bullett. Napolet.* a. 1854. *p.* 107. et *seq.*, *Cic.* 2. *Divin.* 26. causam explicat, cur ante lucem galli canant. *Martial.* 6. 96. Nondum cristati rupere silentia galli. *Horat.* 1.

Digitized by Google

Sat. 1. 10. sub galli cantum. *Plin. 10. 23. 1.* Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur, ceu gladiatorum. *Varr.* apud *Non. 2. 826.* Phonascus adsum, vocis suscitabulum, Cantantiumque gallus gallinaceus; *h. e.* tamquam gallus, omnibus cantu praeco. *Vulg. Interpr. Iob. 38. 36.* Quis dedit gallo intelligentiam? *h. e.* quis dedit gallo, ut velut intelligens, praesignificare tam constanter et sine erroris periculo possit statis horis solis vicinitatem? — *Id. Prov. 30. 31.* Gallus succinctus lumbos: et aries: nec est rex qui resistat ei. — Multa de gallis gallinaceis ac mira *Plin. 10. 24. 1.* et *segq.*; itemque de eorum usu in medicina, *Id. 8. 63. 1.* et *30. 34. 1. Sammonic. 38. 7.* Praetereaque fimum ex gallo quod legeris albo, Hymbribus ex acidis fidens appone dolenti. — **2)** Gallus Marti sacer fuit, quia valde pugnax est, et vigilans, et quia cantu victoriam portendere solet: item Aesculapio, et Nocti Deae, et Laribus, ob vigilem domus custodiam. *Auson. Edyll. 11. 27.*, ubi fabulam de puero in gallum a Marte converso a *Luciano* narratam designat. *Lactant. 3. 20. sub fin.*, *Ovid. 1. Fast. 455.* et *Iuvenal. 13. 233.* — **3)** *Gallus in sterquilinio suo plurimum potest:* proverb. de eo, qui domi praevalet. *Senec. Apocolocynt.* — **4)** *Gallus* tamquam symbolum vigilantiae assumitur ab Ecclesiasticis Scriptoribus, praesertim ex eo, quod habetur apud *Vulg. Interpr. Matth. 26. 34.* et *alibi. Ambros. Hymn. 11. 17.* Surgamus ergo strenue: Gallus iacentes excitat Et somnolentos increpat, Gallus negantes arguit. V. integr. loc. et *Prudent. Cathem. 1.*

II. GALLUS, sacerdos Deae Cybeles. V. GALLI.

GALNAPE, is, n., vel

GALNĂPES, aut Galnapis, is, m. Vox parum certae scriptionis, atque hinc originis, qua genus quoddam sagulorum significari videtur ex *Isid. 19. Orig. 26.*, ubi tamen excidit expositio, et *Caesar. Arelat.* in *Testam.* Indumenta paschalia, quae mihi data sunt, omnia illi *(successori)* serviant, simul cum casula villosa, et tunica, vel galnape, quod melius dimisero. Adde *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 562.* — Fortasse idem est ac *gaunapum*, quod habent *Not. Tir. p. 158.*, vel *gaunacum*, quod habet *Varr. 5. LL. 33.*, ubi alii leg. *gaunace*. V. GAUNACE.

GĂLOS. V. GLOS.

GALUCIS; *χλωροστρουθίον. Gloss. Lat. Gr.*, sed *Gloss. Gr. Lat.* habet: Χλωρὸς στρουθός; chlorus. Hinc fortasse erui potest, ita appellatam fuisse avem parvam viridis coloris; nam στρούθος est passer, struthio, aut quaelibet avis parva, χλωρός autem virens, viridis. Quod si admittatur, etiam *chlorus* Latine accipi debet de ave aliqua sic dicta, quae eadem propterea ac *galucis*.

GĂLUMMĂ. V. CALUMMA.

GALVUS. V. GALBUS §. b. et §. 1.

GAMANDREĂ, ae, f. Nomen herbae cuiusdam, mihi ignotae, quae memoratur *Soran. Isag. 29.* In mense Iulii gamandream cum omnibus, quae mox memorata habentur *(immisce)*.

GAMBĂ, ae, f. Vox cadentis Latinitatis, quam *Salmas.* ad *Trebell. Poll.* in *Gallien. 16.* docet esse a Graeco κάμπη; commissura, inflexio, dum aliis videtur, attenta eius significatione, derivanda esse a nomine litterae Graecae γάμμα (Γ), cuius figuram simulat, quemadmodum etiam a κάμμαρος, fit *gambarus*, de quo V. in GAMMARUS in *fin.* — **b)** Derivatum, *gambosus*.

GAMBA proprie in iumentis est commissura pedis cum crure; *gamba. Veget. 3. Veterin. 19.* Si laccae in gambis enatae fuerint. *Id. 1. ibid. 36. sub fin.* Post quod, admonitus iniuria, tollit altius crura, et inflexione geniculorum atque gambarum molliter vehit. *Vet. Poët.* in *Anthol. Lat. n. 962. Meyer.* Horrendum vitium est in advocato, Orando solitum movere caulas, Subantis pecudis tenere gambas.

GAMBĂRUS, i, m. V. voc. praeced. §. a. et GAMMARUS, in *fin.*

GAMBŌSUS, a, um. Adiect. a *gamba;* qui gambam tumidam habet: vox semibarbara. *Veget. 3. Veterin. 20.* Si gambosum factum fuerit animal.

GĂMĒLĬON, *Graeca positione* et *Latina*, Gamelio, ōnis, m. Vox Graeca, γαμηλιών, qua significatur septimus mensis apud Atticos, qui Ianuario et Februario respondet, et sacer est Iunoni, quae nuptiis praeest: a γαμήλιος; nuptialis. V. *Pontedera, Antiqq. Gr.* et *Lat. Epist. 22.* Latine scriptum legitur apud *Cic. 2. Fin. 31.*, ubi ille Epicuri testamentum e Graeco interpretatur. Locus autem *Cic.* ita se habet: Quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis mense Gamelione. *Polem.* in *Kalend.* Februarius vocatur... apud Athenienses Gamelion. Cf. voc. seq.

GĂMĒLĬUS, a, um. Adiect. Graecum, γαμήλιος; ad nuptias pertinens, qui nuptiis praeest. *Hieronym. 1. advers. Iovinian. n. 48.* Ridiculo Chrysippus ducendam uxorem sapienti praecipit, ne Iovem Gamelium, et Genethlium violet. Isto enim modo apud Latinos ducenda uxor non erit, quia Iovem non habent nuptialem. V. CAMELIAE.

GĂMĒLUS. V. CAMELUS.

GAMMĂ, ae, f. Nomen Graecum, γάμμα, litterae tertiae Graeci alphabeti, quae maiori nota hanc figuram Γ habet. V. g. littera §. a. et CHIMEL. — **b)** Derivatum, *gammatus*. Cf. GAMBA §. a. — **c)** Composita, *digamma, regammans*.

GAMMA proprie est littera alphabeti Graeci, ut diximus, Italice quoque *gamma. Auson. Technopaegn. seu Edyll. 12. de litter. 21.* Praevaluit postquam gammae vice functa prius C. — **2)** Apud Agrimensores pro huiusmodi agri forma adhibetur. *Var. Auct. de limitib.* apud *Goës. p. 278.* Ager in gamma iacet. Et *p. 309.* Termini si transversi positi fuerint, gammam faciunt. Non usurpaverim, inquit *Forcellinus* noster.

GAMMĂRUS. V. CAMMARUS et adde *Gloss. Lat. Gr.* Gammarus; ἀστακός.

GAMMĀTUS, a, um. Adiect. a *gamma;* gammae figuram habens, ut Gammatus limes, *Auct. de limitib.* apud *Goës. p. 228. 253.* et *271.* Non usurpaverim, ait *Forcellinus* noster. *Frontin. de colon. p. 111. Goës.* Naturam loci secuti artifices agros consuerunt, idest fecerunt, gammatos et scamnatos. Cf. GRAMMATUS.

GAMMUS, i, m. Vox Hispana, *gamo*, qua significatur species quaedam cervi, qui a nostratibus *daino* appellatur. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Πλατύκερως; gammus.

GĂMUS, i, m. Vox Graeca, γάμος, quae proprie nuptias significat, vel nuptiarum celebrationem, a Latinis minime usurpata, nisi in derivatis et compositis quibusdam, in quibus aliquando etiam in adiectivum transiit. Huiusmodi sunt, *gamelion, gamelius — androgamus, bigamus, deuterogamia, digamia, digamus, monogamia, monogamus, octogamus, quadrigamus, trigamia, trigamus*.

GANDEIĂ, ae, f. Vox Punica, sive Africana, qua genus quoddam navis significatur, teste *Vet. Scholiast.* ad illud *Iuvenal. 5. 89.* Canna Micipsarum: haec habet: Genus navis, quae Gaudeia dicitur. Gandeiam enim soli Afri, id est, Zamaci, vel, ut alii, Byzaceni, ut alii, Barcae invenerunt. V. CANNA §. 7.

GĂNĔA, ae, f. et Ganeum, i, n. Vox parum certae originis, qua significabatur Antiquis locus abditus, ut docet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 96. Müll.*, ac velut sub terra: quasi ἀπὸ τῆς γῆς pro γῆς, vel a γάϊνος, et Dorice γάϊνος; terrestris, unde apud *Hesych.* Γάϊνα, γῆ. *Fest.* huc trahit illud *Ter. Adelph. 3. 3. 3.* Ubi ego illum quaeram? credo, abductum in ganeum aliquo. Sed locus hic *Terent.* aptius intelligitur de taberna meretricum, quarum cubicula erant in terra plerumque, sicut cornacula in superiori aedium parte, ut *ibid. Donat.* docet. Quare alii rectius derivant a γάνος; laetitia, voluptas. Cf. ad rem *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 152. n. 2.* et V. GANIO. — **b)** Alia forma, *ganeum*, praeter *Ter.* et *Fest. ll. cc.*, usurpatur etiam a *Plaut.* et *Varr.* loc. mox cit. — **c)** Primam syllabam in *ganeo* licenter corripuit *Prudent.* (V. loc. in GANEO ad *fin.*) itemque in *ganea, Sidon.* loc. infra cit. §. 2. in *fin.* — **d)** Derivata, *ganearius, ganeo*. Cf. GANIO et GANITUS.

GANEA vel Ganeum, proprie est idem quod lupanar, et popina, ubi ventri et Veneri operam dabant, et genio indulgebant; *luogo da tripudio, bordello, chiasso. Plaut. Men. 5. 1. 3.* Immersit aliquo sese, credo, in ganeum. *Suet. Cal. 11.* Ganeas, atque adulteria, capillamento celatus, obiret. *Gell. 9. 2.* Incola sordentium ganearum. *Varr.* apud *Non. 208. 15. Marc.* Qui se in ganeum ac censum coniecit amicae. *Alii leg.* accensum pro ac censum. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 256.* Hoc ganeum, theatrum, locus scilicet in terra defossus, ubi ad ludendum et scortandum confluebant. V. supra §. a. — **2)** Saepe *ganea* significat ipsam voluptuosam vitam, quae in ganeo agitur, luxum coenarum, helluationem, gulae studium; *gozzoviglia, tripudio, il pacchiare, spesa eccessiva, lusso in mangiare. Cic. Pis. 13.* Paulisper stetimus in illo gaurarum tuarum nidore atque fumo. *Sall. Cat. 13.* Lubido stupri, ganeae, ceterique cultus non minor incesserat. *Plin. Paneg. 49.* Rursus te ad clandestinam ganeam, occultumque luxum refers. *Tacit. 2. Hist. 95.* Prodigis epulis, et sumptu, ganeaque satiare inexplebiles Vitellii libidines. *Id. 3. Ann. 53.* Ventris et ganeae paratus sermonibus vulgati. *Plin. 8. 77. 3.* Neque alio ex animali *(porco)* numerosior materia ganeae. — *Sidon. carm. 5. 339.* quem crapula vexat Et pallens pinguedo tenet, ganeaque perenni, etc. Cf. supra §. c. — **3)** Item *ganea* in *Glossis* apud *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 152. n. 2.* est etiam ipsa meretrix.

GĂNĔĂRĬUS, a, um. Adiect. a *ganea;* ad ganeam pertinens. *Varr. 3. RR. 9.* Gallinae Africanae novissimae in triclinium gancarium transierunt e culina propter fastidium hominum. *Pontedera, Antiqq. Gr.* et *Lat. p. 453.* ex *Codd.* qui habent *ganarium*, putat legendum, approbante *Schneidero* ad loc. cit., *altenigenarum avium*. Hanc coniecturam confirmat locus *Plin. 10. 38. 1.* Africae hoc est gallinarum genus *(meleagridum)*: quae novissimae sunt peregrinarum avium in mensas receptae propter ingratum virus. — **2)** Absolute, substantivorum more,

GANEARIA, ae, f. Est idem ac ganea, taberna, in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 263.* Ganea, taberna, caupona, ganearia. — **2)** Item

GANEARIUS, ii, m. Est idem ac ganeo. *Gloss. Philox.* Ganearius; ἄσωτος. Cf. voc. seq.

GĂNĔO, ōnis, m. Nomen a *ganea;* qui ganeas frequentat; *bordellie-*

Digitized by Google

re, ghiottone, pacchione. Varr. apud *Non. 2. 587.* Ganeones nostri, quibus modulus est vitae culina. *Cic. 2. Catil. 4.* Quis ganeo? quis adulter? quae mulier infamis? quis corruptor iuventutis? *Id. Sext. 52.* Plura dixi, quam dicendum fuit, in furiosissimum atque egentissimum ganeonem. *Id. in Senat. 6.* Quo vultu cincinnatus ganeo non solum civium lacrimas, verum etiam patriae preces repudiavit. *Iuvenal. 11. 58.* Sed laudem siliquas occultus ganeo: pulles Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas. *Ter. Heaut. 3. 4. 10.* gerro, ineptus, fraus, helluo, Ganeo, damnosus. Adde *Senec. ep. 95. n. 41.* — *Prudent. Hamart. 333.* vetitamque gulam ganeonis inescent. V. GANEA §. 6.

GĂNĔUM, i, n. V. GANEA.

GANGĂBĂ, ae, m. Vox Persica origine, quae significat baiulum; *facchino. Curt. 3. 13.* Gangabas Persae vocant, humeris onera portantes.

Nota. Cum autem haec vox sit unius *Curtii* testimonio Latinitate donata, fortasse Librariorum incuria corrupta est, et corrigenda *Gangala* ex *Inscript.* apud *Grut. 94. 7.* Genio nominis fontis Sermon. Chryseros Caesaris nostri lib. Gangala. Haec *Furlanetto.*

GANGĂDĬĂ, ae, f. Vox ignotae mihi originis, qua significatur quaedam argillae species, de qua *Plin. 35. 21. 7.* Est namque terra ex quodam argillae genere glarea mixta (gangadiam vocant), prope inexpugnabilis. Ita *Sillig. Alii vulgo leg.* candidam.

GANGALA. V. GANGABA in *Nota.*

GANGLĬON, *Graeca positione,* ii, n. Vox Graeca, γάγγλιον, qua significatur tumor in capite, vel in collo. *Cels. 7. 6.* sed Graece. — **B)** Item nervi alicuius vel ex ictu, vel ex lassitudine contortio, multis quidem omnino partibus corporis, sed praecipue mollibus, ut in extremitate manuum, atque pedum. *Veget. 2. Veterin. 50.*

GANGRAENĂ, ae, f. Vox Graeca, γάγγραινα, qua significatur cancer, seu partis alicuius in corpore inflammatio vehemens, atque inde corruptio serpens, et paulatim, nisi succurratur, mortem inferens: a γράω; edo; *cancrena. Lucil.* apud *Non. 2. 573.* Serpere uti gangraena mala, atque herpes ita posset. *Varr. ibid.* Praecidi oportere, si ob eam rem gangraena non sit ad brachium ventura. Adde *Cels. 5. 26. n. 34.* — **B)** Translate. *Varro, ibid.* Per omnes articulos populi hanc mali gangraenam sanguinolentam permeasse. V. GERRAE.

GĂNĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum intransitiv. quod huc usque a Lexicographis confusum fuit cum *gannio*, ut recte observat *Hildebrand.* ad *Apul. 3. Met. 20.*, ubi monstrat *ganio* et *ganitus* sine dubio originem ducere a γάνος; voluptas, hilaritas, ac primum dici de omni voluptate, deinde vero de liguritione potissimum et cupedia; unde *ganea* sunt popinae et *ganeo*, lurco. — Quare exemplo, in quibus hoc verbum retinendum est, haec proponit. *Gloss. Philox.* Ganit; λαγνεύει; h. e. lascivit, luxuriatur. *Gloss. Cyr.* Σευχά; ganit *(loco* cauit). *Apul.* in *fragm. Florent. p. 930. Hild.* Ab unguibus ganiens; h. e. misere pruriens. *Iuvenal. 6. 64.* Appula, ganit, Sicut in amplexu; *ubi vulgo* ganit. Cf. voc. seq. et V. GANNIO et GANEA.

GĂNĪTUS, us, m. Verbale a *ganio;* actus ganiendi, sive lasciviendi, gaudium lascivum. *Apul. 2. Met. 15.* Nocturni ganitus. *Id. 10. ibid. 22.* Dulces ganitus. *His locis* Porcellinus *leyebat cum omnibus editis* ganitus *et interpretabatur de gemitu mulieris a viro compressae.*

GANNĂTOR, ōris, m. Verbale a *ganno*, qui gannat, illusor, irrisor. *Legitur in Gloss. Lat. Gr.* Gannator; χλευαστής.

GANNĬO, is, īre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, quod *Varr. 7. LL. 3. ad fin.* refert inter ea verba, quae ab animalium vocibus ficta sunt. Graecum γάννυσθαι similem habet sententiam. — **b)** Alia forma *ganno;* quam V. suo loco, commendari videtur a verbali *gannator.* — **c)** Distinguendum autem esse *gannio* a *ganio* supra diximus in GANIO, quod V. — Neque confundendum cum *garrio*, docet *Hildebr.* ad *Apul. 3. Met. 20.* — **d)** Particip. *ganniens* §. *1.* — **e)** Derivata, *gannitio, gannitus.* — **f)** Compositum, *obgannio.*

GANNIO verbum est proprium canum querentium aut gestientium; *gagnolare. Fest.* sub v. *Nictit, p. 177. Müll.* Nictit canis in odorandis ferarum vestigiis leviter ganniens. *Non. 450. 11. Mero.* Gannire cum sit proprie canum, Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare, dixit. *Hieronym.* vulpi tribuit, *in Vita Hilarion. ante med.* Interdum eruentem lupum ululans, vulpecula ganniens transilivit. Sic *Auct. carm. Philom. 59.* fallax vulpecula gannit. V. GANNITUS. — **B)** Transfertur etiam ad homines. *Plaut. fragm.* apud *Varron. ibid.* Gannit odiosus omni totae familiae. *Catull. 83. 4. de Lesbia.* Gannit, et obloquitur; h. e more canum ringitur, et oblatrat. *Afran.* apud *Non. loc. cit.* Gannire ad aurem nunquam didici. *Vulg. Interpr. Isai. 10. 14.* Non fuit, qui . . . aperiret os et gannire. — **B)** Transitivorum more cum accusativo. *Ter. Adelph. 4. 2. 17.* Quid ille gannit? quid vult? Ubi *Donatus:* Gannitus est proprie veluti ploratus vapulantium. — Absolute. *Apul. 3. Met. 20.* Sic nobis gannientibus. — Huc referebat *Forcellinus* loca, quae a nobis allata sunt sub GANIO.

Nota. Discrimen inter *gannio* et *garrio* satis probant *Gloss. Vett.*, et loca supra allata, nam *gannio* proprie est primum more canum mussitare, et cum refertur ad vocem humanam, dicitur de homine mussitante et vocem comprimente, saepius vero de sermonibus amatoriis et ludicris, qui voce supressiore seruntur ab amatoribus. *Garrio* autem est blaterare, obloqui, loquacem esse. Cf. GARRIO et in *Nota.*

GANNĪTĬO, ōnis, f. Verbale a *gannio;* actus ganniendi; *gagnolamento. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 90. Müll.* Gannitio, canum querula murmuratio. Adde *Eund.* sub v. *Nictit, p. 177. ibid.*

GANNĪTUS, us, m. Verbale a *gannio;* gannitio, canum vox aut querula, aut gestiens; *gagnolio. Lucret. 5. 1069. de canib.* gannitu vocis adulant. — **B)** Latiore significatione de avibus. *Apul. 6. Met.* Gannitu constrepenti lasciviunt passeres. — **B)** Transfertur etiam ad homines. *Plin. 9. 5. 4.* Nereidis morientis gannitum tristem accolae audivere longe. — *Auson. epigr. 108. 4. de scabioso.* Principio tremulis gannitibus aëra pulsat. — *Martial. 5. 60. in detractorem.* Allatres licet usque nos et usque, Et gannitibus improbis lacesses. V. GANITUS.

GANNO, nis, īre. Verbum intransitiv. idem origine ac gannio; subsanno, irrideo. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gannat; χλευάζει. V. GANNATOR. — Exinde, ut videtur, nostra Italica *inganno, ingannatore, ingannare.*

GANTĂ, ae, f. Vox Germanica, qua significatur anser agrestis, qui etiamnum ab iisdem *gans* vocatur. *Plin. 10. 27. 5.* Anseres e Germania laudatissimi: candidi ibi, verum minores, gantae vocantur. *Alii leg.* ganzae. *Venant. 7. carm. 4. 6.* Aut Mosa dulce sonans, quo grus, ganta, anser, olorque est. *Gloss. Philox.* Ganta; χηναλώπηξ; h. e. quasi *vulpanser.*

GARDĬĂDANĂ, ae, f. Nomen Aegyptium herbae bryoniae, teste *Apul. Herb. 67., ubi tamen alii leg.* dardiadana.

GĂRĂMANTĪTES, ae, m. Nomen lapidis, seu gemmae apud Indos. *Plin. 37. 28 1.* Cognata est huic *(anthracitidi)* sandaresus, quam alii garamantiten vocant: nascitur in India, loco eiusdem nominis.

GĂRĂMAS, antis, m. et f. Genus avis Africanae, sic a *Garamantibus* populis, de quibus V. suo loco in ONOM., appellatae. *Isid. 12. Orig. 7. 1.* Aliae *(aves)* ad manum se subiiciunt, ut accipiter: aliae reformidant, ut garamantes.

GARGĂRĬDĬO. V. GARGARIZO.

GARGĂRISMĂ, ătis, n. Vox Graeca, γαργαρισμός, qua significatur illud, quod in gargarizatione adhibetur; *gargarismo. Theod. Priscian. 1. 13.* et *2. 7.* V. loc. in PHARMOMENA.

GARGĂRISMĂTĬUM, ii, n. Vox Graeca, γαργαρισμάτιον, gargarizatio. *Marcell. Empir. 14. ante med.* Aliqua re pro gargarismatio uti.

GARGĂRIZĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gargarizo;* actus gargarizandi; *gargarizzamento. Cels. 5. 22. extr.* Gargarizationes facere. *Plin. 23. 80. 3.* Polia decocta uvam cohibent gargarizatione. *Id. 30. 11. 1.* Gargarizatio lactis.

GARGĂRIZĀTUS, a, um. Particip. verbi *gargarizo;* gutture eliquatus; *gargarizzato. Plin. 20. 73. 1.* Sedat anginas anisum gargarizatum. Adde *30. 11. 1.*

GARGĂRIZĀTUS, us, m. Verbale a *gargarizo*, idem ac gargarizatio. *Plin. 28. 51.* Linguae exulcerationi prodest ius omasi gargarizatu.

GARGĂRIZO, as, āvi, ātum, are. Verbum transitiv. origine et significatione idem ac Graecum γαργαρίζω, quod a γαργαλεών; gurgulio, deducunt. — **b)** Alia forma ex mutatione litterae *s* in *di*, ut alibi adnotavimus, est *gargaridio.* V. infra §. 2. — Item *gargarizo*, ut huiusmodi verba e Graeco fonte saepe duplici forma gaudent. V. infra §. 1. *fin.* — **c)** Particip. *gargaridians* § 2., *gargarizandus* §. *1.*, *gargarizatus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *gargarisma, gargarismatium, gargarizatio, gargarizatus, us.*

GARGARIZO proprie est liquorem ore haustum saepe ad gurgulionem, idest guttur revocare; *gargarizzare. Cels. 4. 2. n. 1.* In vetusto capitis dolore communia sunt sternutamenta excitare, inferiora vehementer refricare, gargarizare his, quae salivam moveut. *Id. ibid. 4.* Hyssopum, vel nepetam, aut ficus cum mulsa decoquere, eaque gargarizare. *Id. 6. 6. n. 26.* Gargarizare ex lenticula. Et *n. 29.* ex sinapi. *Plin. 20. 87. 1.* Sinapi ad uvam gargarizatur cum aceto. Et *ibid. 34. 3.* Succus gargarizandus, bibendusque. Adde *Gargil. medic. ex pomis* §. *34.* — *M. Aurel.* inter epist. *Front. 4. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mato) ep. 6.* Aqua mulsa sorbendo usque ad gulam, et reiectanda fauces fovi potius, quam dicerem gargarissavi. — **B)** Translate est proferre aliquid sono, qualis esse solet fauces colluentium. *Varr.* apud *Non. 2. 371.* Quinctiporis Clodiani ferias, ac poëmata eius gargaridians, dicens, o fortuna, o fors fortuna. *Alii leg.* garriditans *alii* gargaridans. *Alii aliter:* est enim locus admodum incertus et corruptus. Cf. PROREMA.

GARGULUS, vox nihili, et in exemplum ad id producta a *Boeth. de Interpr. edit. secund. 1. p. 408. Migne.* Vox enim, quae nihil designat, ut est *gargulus*, licet eam Grammatici figuram vocis intuentes, nomen esse contendant, tamen eam nomen philosophia non putavit, nisi etc.

GĂRĪMĂTĬUM, ii, n. Nomen a *garum*, quod videtur significare ius

Digitized by Google

glacie constrictum; *una specie di gelatina:* apud *Theod. Priscian. de Diaeta, 6.* Cf. GARISMATIUM.

GARĬŎLĂ, ae, f. Vox Gallica, ut puto, incertae significationis, qua tamen videtur notari species quaedam muneris in *Testament. Cassarii Arelat. ad fin.* Agritia puella mea propria libentissime monasterio . . . serviat: et vere gariolas, quas illis vel parentibus eorum dedi, confirmo. — Fortasse *veregariolas* unica voce legere quis posset.

GĂRISMĂTĬUM, ii, n. Vox Graeca, γαριαμάτιον, qua significatur locus, seu taberna, in qua garum venditur. *Cassiod. 12. Variar. 22. de Istria.* Haec loca et garismatia plura nutriunt, et piscium ubertate gloriantur. Haec *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon.* Vox γαριαμάτιον in Lexicis Graecis desideratur.

GARRIBĬTANS. V. GARGARIZO §. 2.

GARRIO, is, īvi, ītum, īre. Verbum intransitiv., transitivorum more tamen saepius adhibitum, quod inter ea verba refertur, quae ab animalium vocibus ficta sunt, ut *gannio, pipio, rudio*, et huiusmodi: conferendum autem videtur cum Graeco γηρύω, Dorice γαρύω, eiusdem sententiae. — *Isid.* vero *10. Orig. 115. garruli* sumtum nomen dicit a *graculis* avibus, qui importuna loquacitate semper strepunt. — **b)** Confusum aliquando fuisse cum *gannio*, diximus sub GANNIO §. c. — **c)** Particip. *garriens* §. 3. — **d)** Derivata, *garritor, garritus, garrulatrix, garrulitas, garrulo, garrulus.* — **e)** Composita, *aggarrio, circumgarriens, degarrio, intergarritus.*

GARRIO proprie ac universim est edo sonum, qualem solent edere animalia quaecumque; *garrire, stridere.* Hinc de strepentibus ranis. *Martial. 3. 93.* Meliusque ranae garriunt Ravennates. — **2)** Transitive de avibus cantillantibus. *Apul. Florid. n. 17.* Lusciniae canticum adolescentiae garriunt; *canterellano.* — **3)** Hinc saepissime transfertur ad homines, tam absolute quam cum accusativo, et est loquendo strepere, inepte loqui, plura verba facere, blaterare, obloqui; *cicalare, ciarlare. Petron. Satyr. 55.* Et, quam in praecipiti res humanae essent, vario sermone garrimus; *discorriamo. Cic. 12. Att. 1.* Cum coram sumus, et garrimus quidquid in buccam. Et *6. ibid. 2. extr.* Cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet, urget turba, festinat Philogenes. *Id. 2. Orat. 5.* In gymnasiis Philosophi garrire coeperunt. *Horat. 2. Sat. 6. 77.* Garrire aniles fabellas. Et *1. ibid. 10. 41.* Comis garrire libellos; *h. e.* facere comoedias garrulas et festivas. *Plaut. Aul. a. 3. v. 21.* nugas. *Martial. 3. 61.* Nescio quid dominae teneram qui garrit in aurem; *susurra all'orecchio. Cornific.* apud *Macrob. 6. Sat. 3.* Deducta mihi voce garrienti. *Vulg. Interpr. 3. Ioh. 10.* Verbis malignis garriens in nos. Adde *Plaut. Cure. 3. 2. 6., Cic. 1. Nat. D. 38.* et *Horat. 1. Sat. 9. 15.*

Nota. Inter *garrire* et *loqui* hoc discrimen tradit *Isid. 1. Differ. 267.* « *Loquitur*, qui recte et temperanter dicit; *garrit* qui aut multa verba dicit, aut sordide loquitur. » — **2)** De discrimine inter *gannio* et *garrio*, V. GANNIO in *Nota*.

GARRĪTOR, ōris, m. Verbale a *garrio;* importune garriens; *cicalatore. Ammian. 22. 9.* Iube, inquit, periculoso garritori pedum tegmina dari purpurea.

GARRĪTUS, us, m. Verbale a *garrio;* actus garriendi; *cicalamento. Sidon. 8. ep. 6. circa med.* Garritui frena stringere.

GARRŬLĀTRIX, īcis, f. Verbale a *garrulo;* quae garrulat. Tribuitur *Festo.* V. loc. in AUGURATRIX.

GARRŬLĪTAS, ātis, f. Abstractum a *garrulus;* actus ipse garriendi; *garrulità, cicalamento, loquacità.* Proprie dicitur de avibus: translate de hominibus. *Ovid. 3. Met. in fin.* Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit, Raucaque garrulitas, studiumque immane loquendi. *Plin. 10. 14. 1.* Cornix inauspicatae garrulitatis. *Quintil. 2. 4. 15.* Extemporalis garrulitas circulatoriae iactationis est. *Plin. 29. 5. 1.* Horum placita Chrysippus ingenti garrulitate mutavit; *h. e.* verborum farragine. *Martial. 5. 32.* ingentia dona Auctoris pereunt garrulitate sui. — **2)** In pueris festivitas est. *Suet. Aug. 83.* Pueros garrulitate amabiles. Adde *Senec. Consol. ad Helv. 16. a med.* V. VERNILITAS. — **3)** Translate est sonitus cunni, imitans peditum, qui et poppysma dicitur, quam vocem vide in §. 2. *Martial. 7. 18.* Offendor cunni garrulitate tui.

GARRŬLO, as, āre et Garrulor, aris, ari. Verbum transitiv. per deminutionem a *garrio;* sed eiusdem fere significationis; *garrulare, garrire. Priscian. 8. p. 827. Putsch.* Ut a sorbeo sorbillo, a garrio garrulo. *Fulgent. praef. Mythol.* Nec puellas inquirimus libero, atque Psychen poëticas garrulantes ineptias. — *Vigil. Tapsens. contra Arian. 2. 21.* Istis, quae Arius garrulatur tanquam inexpugnabili quaestione, nihil ineptius . . . inveniri poterit.

GARRŬLOR, aris. V. voc. praeced.

GARRŬLUS, a, um. Adiect. verbale a *garrio;* quod proprie de avibus dicitur, quae canendo strepunt; *garrulo. Virg. 4. G. 307.* Garrula hirundo. *Phaedr. 3. 16.* cicada. *Ovid. 3. Amor. 8. 22.* cornix. *Plin. 18. 87. 2.* in imbre noctua. *Id. 10. 43. 1.* Garrulus cantus lusciniae. — **2)** Transfertur ad alia, quae murmurant, strepuntve. *Ovid. 2. Fast. 516.* Garrulus rivus. *Nemesian. 1. Ecl. 30.* vento garrula pinus. *Tibull. 2. 5. 30.* fistula; *h. e.* sonans, arguta. Et *3. 4. 38.* lyra. *Martial. 14. 167.* plectra. Et *54.* sistra. Et *169.* Garrulus anulus. — **3)** Ad homines quoque verbosos, loquaces, blaterantes; *garrulo, ciarlone. Auct. ad Herenn. 2. 11. extr.* Ut huius infantiae garrulam disciplinam contemneremus. *Ovid. 5. Trist. 12. 18.* verbosi garrula bella fori. *Id. 1. Amor. 12. 23.* Garrula vadimonia. Et *2. 2. 44.* lingua. *Senec. Here. Fur. 193.* fama. *Propert. 3. 22. 18.* hora; *h. e.* quae garriendo ducitur. Adde *Isid. 10. Orig. 115.* — **4)** *Garruli pueri* sunt in deliciis. *Tibull. 1. 5. 25.* consuescet amantis Garrulus in dominae ludere verna sinu. V. GARRULITAS §. 2. — **5)** Specialim sic dicitur, qui arcana continere nescit. *Horat. 1. Ep. 18. 69.* Percontatorem fugito: nam garrulus idem est, Nec retinent patulae commissa fideliter aures. *Ter. Adelph. 4. 4. 14.* Ne quid de fratre garrulae illi dicerem, ac fieret palam. — **6)** Addit *Nonius, 4. 220.* sumi etiam pro cordato, afferens illud *Varronis:* In hac civitate tum regnabat Dionysius, homo garrulus et acer.

GĂRUM, i, n. Vox Graeca, γάρον, qua significatur genus quoddam liquaminis, ita a pisce *garo* appellati. V. GARUS. — **b)** Et ea aliquot voces componuntur in usu quoque apud Latinos Scriptores, nempe *elaeogarum, hydrogaratus, hydrogarum, oenogaratus, oenogarum, oxygarum.*

GARUM est liquamen ex intestinis piscium, sanguine, ceterisque, quae abiicienda forent, sale maceratis; *sorta di concia, salsa, saporetto:* dictum a garo pisce, ex quo primum fieri coepit: deinde nomen retinuit, quamvis ex aliis piscibus fieret, praecipue vero ex scombro, laudatissimum in Carthaginis spartariae cetariis: *Sociorum* id appellabatur, singulis millibus nummum permutantibus congios fere binos. Nec liquor ullus, praeter unguenta, maiore in pretio esse coepit. Haec *Plin. 31. 43. 1.* ex cuius verbis satis colligi videtur, ideo *garum Sociorum* appellatum, quia a Societate civium Rom. Romam mittebatur. Cf. MINIANIUS et SOCIUS. *Martial. 13. 102.* Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe faecosum, munera cara, garum. *Id. 7. 27. de apro condiendo.* Sed coquus ingentem piperis consumet acervum. Addet et arcano mixta Falerna garo. *Senec. ep. 95. ante med.* illud Sociorum garum, pretiosam malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe praecordia? *Sammonic. 18. 17.* cochleas . . . vinoque garoque Perfusas cape. Adde *Horat. 2. Sat. 8. 46.* et *Auson. epist. 21.*, ubi significat, hoc liquamen Latino vocabulo carere (nam *garum* Graecum est), muriam autem minus apte dici; haec enim e thynnis fiebat, et multo minoris emebatur. *Martial. 13. 103. de muria.* Antipolitani, fateor, sum filia thynni: Essem si scombri, non tibi missa forem. Adde *Plin. 9. 30. 3.* et *31. 44. 1.* et *segq.*

GĂRUS, i, m. Vox Graeca, γάρος, qua significatur quidam piscis ex genere locustarum, ex cuius intestinis garum fiebat. *Plin. 31. 43. 1.* et *32. 53. 3.* V. GARUM.

GĂRŸOPHYLLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, καρυόφυλλον, qua significatur genus quoddam aromatis in India nascentis, piperis grano simile, sed grandius et fragilius; *garofano, gherofano.* Tradunt, in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia. Ita *Plin. 12. 15. 1.*, ubi notat *Harduin.*, quod eodem nomine ad nos affertur, et in condituris adhibetur, aliud omnino esse. Fortasse autem esse id, quod *cubebe* ab aliis nominatur.

Nota. Flos ille, qui hoc nomine apud nos nascitur, a similitudine odoris appellationem traxit.

GASIDĀNIS, is, f. Gemmae nomen, de qua sic *Plin. 37. 50. 2.* Gasidanem Medi mittunt, coloris orobini, veluti floribus sparsam. *Sillig. leg.* Gassionaden, *alii aliter.*

GASINDUS, i, m. Vox Teutonica, ut videtur, quae famulum in familia aliqua, praesertim Principis, honoratiorem significat. Legitur in *diplomate Chlodovaei* anni post Chr. 447. apud *Pardess. Diplom. T. 1. p. 32.* Tam cives quam coloni ac gasiudi susceptl. Alia dabit *Ducang.* in *Gloss. med. et inf. Latinit. h. v.*

GASSINNĀDIS. V. GASIDANIS.

GASTER, ĕris, f. Vox Graeca, γαστήρ; venter, Latina civitate a Medicis donata, et ex qua aliquot vocabula componuntur, nempe *gastrimargia, gastrimargus*, etc. Cf. voce. seqq. — **b)** Sunt qui declinant etiam *gaster, gastri*, et huc transferunt, quae *Furlanetto* seposuit sub voce GASTRUM, i, quod V.

GASTER proprie est venter; *ventre. Coel. Aurel. 5. Chron. 8.* Rotunda atque exsians inflatio secundum gastera. *Gastera* est accusat. Graeca positione. — **2)** Translate pro vase, V. in GASTRUM.

GASTRĬMARGĬĂ, ae, f. Vox Graeca, γαστριμαργία; ventris voracitas, ingluvies. Usurpat *Primas. Comment. in ep. ad Hebr. 12. p. 781. Migne.* Quidam sectatores Esau in fornicatione atque gastrimargia. *Cassian. 5. Instit.*, quae inscribitur *de spiritu gastrimargiae*, 25. Triplex enim natura est gastrimargiae: una, quae canonicam refectionis horam praevenire compellit; alia, quae tantummodo ventris ingluvie et saturitate quarumlibet gaudet escarum: tertia, quae accuratioribus epulis et esculentioribus oblectatur. Adde *ibid. 1.* et *alibi.*

Digitized by Google

GASTRĬMARGUS, i, m. Vox Graeca, γαστρίμαργος, cibi avidus, ventri deditus, helluo. *Primas. Comment. in ep. ad Hebr. 12. p. 781. Migne.* Hic autem pro gastrimargo, sive pro illo, qui utile pro inutili vendit, ponitur: quod bene congruit Esau, qui fuit gastrimargus atque gulosus. *Cassian. 12. Instit. 7.* Deus gastrimargis, iracundis seu philargyris adversatur.

GASTRUM, i, n. Vox Graeca, ἡ γάστρα, ας, qua significatur vas fictile ventriosum (est enim a γαστήρ; venter. V. GASTER §. a. et b.), amphora: *giara. Petron. fragm. Tragur. 70. Burm.* Neuter sententiam tulit decernentis, sed alter alterius amphoram fuste percussit: consternati nos insolentia ebriorum, intentavimus oculos in pruelientes, notavimusque ostrea, pectinesque e gastris labentia, quae collecta puer lance circumtulit. *Id. Satyr. 79.* Per omnes scrupos, gastrorumque eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes. *Gargil. de re hortensi (edente A. A. Scottio) 4. n. 5.* Sunt qui in gastris, vel qualis cribrata terra repletis ossa *(persicorum)* disponunt, unde mox plantas adultas in seminarium cum cespite suo transferant. *Marcell. Empir. 8. ante med.* Concham aeream de melle albo ab intus perunge totam, eandemque supra gastrum lotii virilis ex ea parte, qua melle illita est, superpone ad lotium versus. — **B)** Ex *Gloss. Arab. Lat.* patet etiam aeneum fieri potuisse, vel reapse fuisse; ibi enim definitur: « Gastrum, vas aereum cum fundo angusto. »

GAU *pro* Gaudium, per syncopen. V in CAELUM §. c.

GAVATA. V. GABATA.

GAUDĔBUNDUS. V. GAUDIBUNDUS.

GAUDENS, entis. Particip. verbi *gaudeo*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui gaudet; *godente, allegro. Cic. 3. Att. 4.* Cum Musis nos delectabimus animo aequo, immo vero etiam gaudenti ac libenti. *Stat. 4. Silv. 6. 53.* Sic mitis vultus, veluti de pectore gaudens Hortetur mensas. *Propert. 3. 12. 9.* Nunc ligat ad caestum gaudentia brachia loris. *Horat. 1. Sat. 10. 45.* gaudentes rure Camenae; *dilettantisi. Id. 3. Od. 14. 3.* Unico gaudens mulier marito; *paga e contenta.* Adde 2. *Sat. 3. 109.* — Sequente infinito. *Id. 1. Od. 1. 12.* Gaudens agros sarculo findere. — Absolute. *Auson. Gratiar. act. post init.* In quo occursus gaudentium plurimorum neminem patitur solum gratuleri.

GAUDĔO, gaudes, gāvīsus sum, gaudēre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, quod est ἀπὸ τοῦ γηθέω, ut *Festo* apud *Paul. Diac. p. 98. Müll.* placet: vel a γαΐω Dorice pro γηθέω, idem significante, ut aliis. — Rectius tamen origo verbi inquirenda videtur in radice *gav*, sive in *av*, *g* enim littera praeposita aspirationis loco mihi est, unde *aveo*, a quo, inserta *d* littera, *avdeo*, et praeposita *g*, *gaudeo*, quae verba ex vigore sanitatis significationem habere, iam supra diximus in AUDEO §. b., coll. AVEO §. b. — **b)** Coniugatione anomalon est, in praeteritis enim passivam induit formam, ut *audeo, ausus sum.* — Olim tamen praeteritum habuit *gavisi. Liv. Andron. Odyss.* apud *Priscian. 9. p. 868. Putsch.* Quoniam audivi paucis, gavisi. *L. Cass. Hemina ibid.* Idque admiratum esse, gavisi. — **c)** *Claud. Sacerd. 1. Gramm. 22.* etiam inter verba defectiva collocat, quae participio temporis futuri *dus* syllaba terminato careat. Nihilominus *gaudendus* habet *Symmach. 3. ep. 22.* V. loc. infra §. 7. — **d)** Particip. *gaudens* §. 5. et suo loco, *gaudendus* §. 7., *gavisus* §. 1 et 5., *gavisurus* §. 6. — **e)** Derivata, *gaudialis, gaudibundus, gaudimonium, gaudium, gavisso, gavīso.* Cf. GAVIA. — **f)** Composita, *aggaudeo, congaudeo, gaudifico, gaudivigens, pergaudeo.*

GAUDEO proprie est animi voluptate perfundor; *godere, sentir piacere:* cui contrarium est moereo: et usurpatur absolute, vel sequente infinito, vel cum *quod, quia*, aliisque particulis. *Caes.* ad *Cic. post ep. 16. l. 9. Att.* Meum factum probari abs te, triumpho et gaudeo. *Al. leg.* triumpho gaudio. *Cic. 9. Att. 7. ad fin.* Bonis viris probari, quae adhuc fecerimus, valde gaudeo. *Propert. 2. 4. 18.* Gaudere in puero. *Lucret. 3. 72.* gaudent in tristi funere fratris. *Cic. Amic. 4.* Quem tamen esse natum et nos gaudemus et haec civitas, dum erit, laetabitur. *Plaut. Bacch. 2. 2. 7.* Venire tu me gaudes? *Caes. 4. B. G. 13.* Quos sibi Caesar oblatos gavisus, illos retineri iussit. *Quintil. 3. 12. 12.* Laudari in bonis gaudent. *Horat. 3. Od. 6. 21.* Motus doceri gaudet Ionicos. *Id. 3. ibid. 18. 15.* Gaudet invisam pepulisse fossor Terpede terram. *Id. 1. Sat. 4. 78.* Laedere gaudes. — *Plaut. Amph. 5. 4. 10.* Amanti supparasitor, horto, asto, admoneo, gaudeo. *Ter. Phorm. 4. 3. 5.* Gaudebat, me laudabat. *Horat. 1. Ep. 6. 12.* Gaudeat an doleat. *Quintil. 9. 2. 26.* Et irasci nos et gaudere fingimus. *Cic. 9. Att. 7.* Si est nunc ullus gaudendi locus. *Plaut. Amph. 2. 2. 49.* Et quum te gravidam et quum pulchre plenam aspicio, gaudeo. *Id. ibid. 5. 5. 5.* Nam quia vos tranquillos video, gaudeo et volupe est mihi. *Horat 2. Sat. 5. 273.* Gaudeo, si cameram percussi forte. — Sequente *quod. Cic. 3. Leg. 1.* Sane gaudeo, quod te interpellavi. *Id. 3. Q. Fr. 1. ant. med.* Quod scribis, te a Caesare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. *Horat. 1. Ep. 6. 19.* Gaude, quod spectant oculi te mille loquentem. — Cum dativo. *Lucret. 5. 146.* Id sibi solum per se sapit *(animus)* et sibi gaudet. *Cic. 6. Fam. 13.* Tibi gratulor, mihi gaudeo. *Tertull. Valerian. 4.* Gauderem tibi de victoria, quam praefers. Cf. GAUDEBUNDUS, quod pariter cum dativo. — Cum ablativo. *Cic. Amic. 24.* Delicto dolere, correctione gaudere. *Id. ibid. 22.* Deinde aequitate iustitiaque gaudebant. *Catull. 31. 12.* Salve, o venusta Sirmio, atque *hero* gaude; *A. e.* ob reditum heri. *Cic. Marcell. 6.* Gaude isto tuo tam excellenti bono. *Id. 1. Fin. 11.* Cum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiae gaudemus: omne autem id, quod gaudemus, voluptas est. — Adde loc. infra cit. in *Nota* II. — *Vulg. Interpr. Tob. 11. 25.* Omnes cum gaudio magno gavisi sunt. *Id. 21. 12.* Gaudent ad sonitum organi. *Id. Baruch. 4. 37.* Gaudentes in honorem Dei. *Id. Habac. 3. 18.* Ego autem in Domino gaudebo. *Id. Ioh. 3. 29.* Gaudio gaudere. — **B)** Speciatim *Horat. 1. Ep. 8. 1.* Celso gaudere, et bene rem gerere Albinovano; χαίρειν, καὶ εὐπράττειν, formula salutationis initio epistolarum, a Graecis sumpta. — **3)** *Gaudere in sinu*, et *in se*, est secum taciteque gaudere. *Cic. 5. Tusc. 21.* Quoniam haec plausibilia non sunt, in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. *Tibull. 4. 13. 8.* Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. *Catull. 22. 17.* Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur. — **4)** Aliquando significat delectari; *dilettarsi. Cic. 3. Offic. in fin.* Cum intellexero, te hoc scientiae genere gaudere. *Horat. Art. P. 162.* iuvenis Gaudet equis, canibusque, et aprici gramine campi. *Id. 4. Od. 8. 11.* Gaudere carminibus. *Id. 2. Sat. 8. 62.* Heu, Fortuna . . . ut semper gaudes illudere rebus Humanis! *Ovid. 1. Met. 233.* sanguine. *Horat. 1. Sat. 10. 45.* rure. *Id. 1. ibid. 1. 72.* pictis tabellis. — **5)** Transfertur ad inanima. *Martial. 13. 16.* brumali gaudentia frigore rapa. *Plin. 12. 53. 1.* Myrrha gaudet rastris, atque oblaqueationibus. Et *19. 59. 2.* Humore omnia hortensia gaudent. Et *18. 45. 3.* Solum gaudet aquari. *Stat. 6. Theb. 847.* Postquam oleo gavisa cutis. *Claudian. Cons. Probi et Olybr. 115.* dominum gavisa coronat Terra suum, surgunique toris maioribus herbae. *Virg. 6. Ecl. 29.* Nec tantum Phoebo gaudet Parnasia rupes. *Id. 9. ibid. 48.* Astrum, quo segetes gauderent frugibus. *Liv. 2. 60.* Addebantur et laudes, quibus haud minus quam praemio gaudent militum animi. *Quintil. 12. 9. 2.* Oratio gaudebit occasione laetius decurrendi. *Id. 10. 7. 16.* Quum stilus secreto gaudeat. *Id. 9. 4. 111.* Paeon . . . ante se brevibus gaudet pyrrhichio vel choreo. — **6)** Transitivorum more,

II. *Gaudeo*, cum accusativo, ut plurimum communi, et significatione intensiva. *Ter. Phorm. 5. 8. 65.* Vin' hodie facere quod ego gaudeam, Et quod tuo viro oculi doleant? *Id. Eun. 5. 9. 11.* Hoc aliud est, quod gaudeamus. *Id. Andr. 2. 2. 25.* Iam id gaudeo. *Stat. 9. Theb. 724.* Tu dulces lituos ululataque proelia gaudes. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 14.* Nunc furit, tam gavisos homines suum dolorem. *Stat. 4. Theb. 251.* gaudent natorum fata parentes. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 2.* Ut suum gaudium gauderemus. *Ter. Andr. 5. 5. in fin.* Hunc scio mea solide gavisurum gaudia. *Catull. 61. 117.* Quanta gaudia, quae vaga Nocte, quae media die Gaudent. *Ovid. 12. Met. 607.* Quod gaudere posset, hoc fuit. — **7)** Hinc passive. *Symmach. 5. ep. 29.* Ista pars gaudenda mihi potius, quam etc. V. supra §. c.

Nota I. Constructio verbi satis colligi potest ex §. 1. et 6. — Nota tamen quod construitur aliquando cum ablativo et praepos. *in* (V. §. 1.) et *de* (V. etiam infra *Not.* seq. §. 2.) apud *Vulg. Interpr.* (quem et Patres Eccl. aliquando sequuntur) etiam cum *super (Dan. 6. 25.)*; itemque cum accusat. et praepos. *propter (Ioh. 11. 15.), super (Ezech. 25. 6.), ad* et *in*. V. §. 1. *fin.* — **Nota II.** *Gaudeo* differt a *laetor*, quod est ita gaudere, ut in vultu et gestibus laetitiae signa prodantur: *gaudere* autem, est secum in animo voluptatem percipere. *Cic. Rosc. Am. 47.* Quae perfecta esse, gaudeo, iudices, vehementerque laetor. *Id. 4. Tusc. 31.* Atque ut confidere decet, timere non decet; sic gaudere decet, laetari non decet. Cf. GAUDIUM in *Nota*. — **2)** Item a *gratulor*, quod respicit alium, et significat alterius causa laetum esse. Hinc *Cic. 7. Fam. 2.* De Bursa te gaudere certo scio; sed nimis verecunde mihi gratularis. Adde *6. ibid. 7.* V. loc. supra §. 1.

GAUDĬĀLIS, le. Adiect. a *gaudium*; ad gaudium pertinens. *Apul. 8. Met.* Gaudiales instruunt dapes. *Id. ibid. 2.* gaudialis ritus. *Id. ibid. 11.* animus.

GAUDĬBUNDUS et Gaudebundus, a, um. Adiect. verbale a *gaudeo*, syllabica adiectione productum; gaudio gestiens. *Apul. 8. Met. post init.* Saluti praesenti ac futurae soboli novorum maritorum gaudibundus. *Alii* gaudebundus *leg.*, quod pariter legitur apud *Cyprian. ep. 77. n. 4.* Quis non appetat gaudebundus et laetus, in quo aliquid et ipse Domino suo retribuat? *Patric. Confess. 10.* Et sic expergefactus sum gaudibundus. Cf. GAUDEO §. 1.

GAUDĬFĬCO, as, āre. Verbum transitiv. a *gaudeo* et *facio;* facio gaudere, laetifico. *Gloss. Philox.* Gaudifico; χαροποιῶ.

GAUDĬMŌNĬUM, ii, n. Verbale a *gaudeo*, syllabica adiectione productum; gaudium; *gioia. Petron. fragm. Tragur. 61. Burm.* Iamdudum gaudimonio dissilio. Adde *Vulg. Interpr. Baruch. 4. 34.*, ubi in fonte Graeco est *superbia*.

Digitized by Google

GAUDĬVĪGENS, entis. Particip. ab inusit. *gaudivigeo*, compos. ex *gaudium*, et *vigeo*, gaudio exsultans: Itali dicunt *gozzovigliante*. *Inscript.* apud *Fabretti, p. 29. n. 130.*, at emendatior apud *Ignarra de Phratr. p. 118.* Alphius has aedes Aulus Sorani' tuetur Ex Epicureio gaudivigente choro. Immerito *Gorius* in *Inscript. Etrur. T. 3. p. 58.* supposititiam putat. Cf. *Orelli, Inscr. n. 1195.*

GAUDĬUM *(per syncopen* GAU quod V. in CAELUM §. c.), ii, n. Verbale a *gaudeo*. Proprie est affectio animi alicuius praesentis boni opinione concepta, et proprie cum exhilaratur animus aliqua re, neque tamen ita ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facile appareat; *allegrezza*, *gaudio*. *Sall. Cat. 59.* Plebes veluti ex servitute erepta, gaudium atque laetitiam agitabat. *Plaut. Poen. 5. 4. 105.* Laetitia et gaudiis aliquem afficere. *Ter. Adelph. 3. 4. 45.* Lacrimare gaudio; *d' allegrezza*. *Id. Heaut. 2. 3. 67.* Prae gaudio, ubi sim, nescio. *Id. Andr. 2. 2. 2.* Alicuius animum gaudio explere. *Cic. 9. Fam. 14.* Cumulari gaudio. *Id. 3. Fin. 24.* Compleri gaudio. *Id. 1. Catil. 10.* Gaudiis exsultare. *Id. 2. Fam. 9.* Nimio gaudio paene desipere. *Id. Cluent. 5.* triumphare. Et *10. Fam. 12.* efferri. *Q. Cic. ad Fratr. 16. Fam. 16.* exsilire. *Cic. 9. Fam. 14.* cumulari. *Id. 5. Fin. 24.* Quemplam gaudio afficere. *Plaut. Poen. 5. 4. 88.* oblectare. Et *47.* Gaudio esse alicui. *Ter. Eun. 5. 9. 5.* Esse in gaudiis. *Val. Flacc. 3. 698.* Gaudium capere. *Plin. 16. 40. 1.* sentire. *Ovid. 2. Pont. 1. 60.* et *Senec. ep. 59.* percipere. *Virg. 1. Aen. 506.* pertentant gaudia pectus. — *Tacit. 2. Hist. 55.* Additae ergā Germanicos exercitus laudes, gratesque: et missa legatio, quae gaudio fungeretur; *h. e.* gratulatione. *Horat. 1. Sat. 3. 43.* O qui complexus et gaudia quanta fuerunt! — *Propert. 2. 25. 50.* In tacito cohibe gaudia clausa sinu. V. GAUDEO §. 3. *Ter. Eun. 5. 9. 5.* Scin' me in quibus sim gaudiis? *Id. Andr. 3. 5. 8.* Hunc scio mea solide gavisurum gaudia. — Cum genitivo obiecti. *Liv. 42. 55.* Praeter gaudium periculosi saltus superati contemptus quoque hostium accessit. — **2)** Speciatim dicitur de turpi voluptate. *Sall. Iug. 2.* Dediti corporis gaudiis, per luxum et ignaviam aetatem agunt. *Horat. 3. Od. 6. 28.* neque eligit, Cui donet impermissa raptim Gaudia. *Lucret. 5. 882.* Mutua queis inter se nectant gaudia. *Liv. 1. 58.* Sextus Tarquinius hinc abstulit gaudium. *Tibull. 1. 6. 3.* sed iam cum gaudia adirem. *Lucret. 4. 1192.* Gaudia communia. — **3)** Translate de ipsa persona, quae gaudium affert. *Propert. 1. 19. 9.* Cupidus falsis attingere gaudia palmis; *h. e.* coniugem. *Ovid. 15. Heroid. 109.* Pugiunt tua gaudia. — **4)** Etiam de rebus. *Plin. 16. 40. 2.* Flos est gaudium arborum. *Id. ibid.* Gaudia annorum; *h. e.* tempora veris. *Id. 20. 1. 2.* Adamas opum gaudium. — **5)** Speciatim apud Scriptores Ecclesiasticos, imprimis *Vulg. Interpr.*,

II. *Gaudium* dicitur donum divini Spiritus. Sic *1. Thess. 6.* Excipientes verbum . . . cum gaudio Spiritus Sancti. Adde *Galat. 5. 22.* — **6)** Item

GAUDIUM *Domini* dicitur domus convivii, quo qui exclusi sunt, dicuntur versari in tristitia atque luctu: felicitas enim saepe convivii imagine repraesentatur. *Matth. 25. 21.* Euge, serve bone et fidelis . . : intra in gaudium Domini tui; *h. e.* intra in domum, ut sis particeps gaudii mei. Χαρά in dialecto Alexandrina significat etiam convivium. Cf. *Esther. 9. 17.* — **7)** Hinc absolute *gaudium* dicitur etiam felicitas aeterna in caelis. *Hebr. 12. 2. de Christo.* Qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem.

Nota. Differt a *laetitia*, quia, ut ait *Cic. 4. Tusc. 6.*, cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem inaniter et effuse animus exsultat, tum illa laetitia gestiens, vel nimis dici potest. Quare, ut addit *Non. 5. 91.*, gaudium in sapiente, et in rebus bonis semper est: laetitia etiam in malis rebus esse potest. Hoc tamen discrimen saepe neglegitur. Cf. *Isid. 1. Differ. 265.* et V. GAUDEO in *Nota* II. §. 1.

GĀVESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *gaudeo*; gaudere incipio. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gavescite; χαίρετε. — In eodem *Gloss.* legitur etiam « Gaviso; χαίρω, » quod *gavisо* corrigendum videtur in *gavisco*, vel, lonice inflexum, in *gavesco*, ut *gemisco* et *gemesco*.

GĂVĬA, ae, f. Est avis aquatica, eadem ac fulica; *gabbiano:* ita appellata videtur, quia aquis maxime gaudet, in quas magno strepitu, et alis plaudentibus immergi solet, ideoque Veneri amanter servire dicitur ab *Apul. 5. Met. a med.* Tunc avis peralba illa gavia, quae super fluctus marinos pinnis natat, demergit sese propere ad oceani profundum gremium: ibi commodum Venerem lavantem natantemque propter adsistens, etc. *Plin. 10. 48. 1.* Gavine in petris nidificant. — Graece est λάρος. Hinc *Eucher. 2. Instruct. 11.* Larus in Pentateucho Gaviam significat. V. *Vulg. Interpr. Levit. 11. 6.* et *Deuter. 14. 15.*

GĂVĪSO. V. GAVESCO.

GĂVĪSUS, a, um. V. GAUDEO §. 1. et 5.

GAULUS, i, m. Vox Graeca, γαῦλος (origine tamen Phoenicia. Cf. *Herod. 3. 136.*), qua significatur genus navigii paene rotundum, inquit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 96. Mull.* Eius meminit etiam *Gell. 10. 25.*, ubi navium appellationes varias recenset. — **2)** Item

II. *Gaulus* est etiam genus poculi, a figurae similitudine. *Plaut. Rud. 5. 2. 32.* Sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque. — **3)** Item

III. *Gaulus* est etiam genus quoddam avis, de quo *Isid. 12. Orig. 7. 34.* Merops, eosdem et Gaulos, qui parentes suos recondere atque alere dicuntur. V. MEROPS et Cf. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 563.*

GAUMA; ὄρεξις στατική. Sic in *Gloss. Lat. Gr.*, sed corrupte, ut adnotatur in *Thes. Ling. Graec.* sub v. Ὄρεξις, ed. *Didot.* V. GNOMA.

GAUNĂCĒ, ae, f. V. GAUNACE.

GAUNĂCĀRĬUS, ii, m. Nomen a *gaunaca;* gaunacarum artifex. *Inscript.* apud *Don. cl. 8. n. 69.* C. Pettius Celer gauncarius. *Gorius, ibid.* censet legendum *gaunacarius.* At *Murat. 970. 4.*, qui eand. inscriptionem retulit, putat eam vocem interpretandam esse ex γαυλός: terram continens, cum ipse *Donius* adnotet, eam inscriptionem esse sub imagine virili, laeva librum tenente, exsculptis in ambitu signis Zodiaci. Viderint Eruditi.

GAUNĂCĒ, *Graeca positione*, es, et *Latina* Gaunaca, ae, f., et

GAUNĂCUM, i, n. Vox Graeca, καυνάκη (et καυνάκης, ὁ), qua significatur genus quoddam vestis in usu apud Persas, ex quibus et nomen ad nos venit, nempe stragulum, seu sagum altera parte villosum. *Varr. 5. LL. 33.* In his multa peregrina; ut sagum, reno Gallica et gaunacum et amphimallon Graeca. Ita leg. *Mull.*, quem V. Quod quidem confirmatur illo *Hesychii:* Καυνάκαι, στρώματα. ἢ ἐπιβόλαια ἐταιρικά, et illo *Aristoph.* in *Vesp. v. 1176.* Οἱ μὲν πλούσιοι Περσικῇ, οἱ δὲ καυνάκῃ. *Not. Tir. p. 158.* Gausapum, gaunapum. V. GALNAPES. — *Scaur. Orthogr. in litt. C.* C cognationem habet cum littera G, et ideo alii dicunt *Gaunacam*, alii *Caunacam*,

GAUNATRĪCES, duorum fratrum sorores. *Gloss. Isid.* fortasse corrupte. V. IANITRIX.

GAURANES, is, m. Vox fortasse Hispanica, et quidem, ut videtur, adiectiva, qua significatur equus, quem *cervinum* Latini appellant, teste *Isid. 12. Orig. 1. 53.* Cervinus est, quem vulgo gauranem dicunt. — Itali recentiores priore littera mutata *sauro* appellant.

GAUSĂPĂ, ae, f. V. GAUSAPE §. a. et §. 1.

GAUSĂPĀTUS, a, um. Adiect. a *gausape;* gausape indutus. *Senec. ep. 55.* Mitto me in mare quomodo psychrolutam decet, gausapatus. — **2)** Translate et facete. *Petron. Satyr. 38.* Solebat sic coenare, quomodo rex, apros gausapatos opera pistoria; *h. e.* crustulo, vel taleis laridi contectos.

GAUSĂPĒ, *Graeca positione*, es, et *Latina*, Gausapa, ae, f., et Gausape, is, n. et Gausapum, i, n. (ita enim varie effertur, ut ex subiectis exemplis patebit). Vox Graeca, γαυσάπης, qua significatur quoddam panni crassioris genus, de quo *mox*. — **b)** Derivata, *gausapatus* et *gausapinus*.

GAUSAPE proprie est genus panni crassioris; et altera parte villosi, ex quo fiebant stragula tum mensis, tum lectis idonea, itemque vestes, quarum usus in pluvia et frigore. Res erat peregrina, nec nisi sub Augusto Romae cognita: ditioribusque ex delicatiore lana, et pretioso colore usurpata: Itali *schiavina* vocant. *Horat. 2. Sat. 8. 10.* puer alte cinctus acernam Gausape purpureo mensam pertersit. Imitatus *Lucil. 20.* apud *Priscian. 9. p. 870. Putsch.* Purpureo tersit tunc lata gausape mensas. *Plin. 8. 73. 4.* Gausapa patris mei memoria coepere: amphimalla, nostra, sicut villosa etiam ventralia, nam tunica lati clavi in modum gausapae texi nunc primum incipit. *Ovid. 2. Art. am. 300.* Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba. *Petron. Satyr. 28.* Involutus coccina gausapa, lecticae impositus est. *Pers. 6. 46.* Iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captas. *Augustus* apud *Charis. 1. p. 80.* Gausapes, lodices purpureas, et coloreas mean. *Cass. Sever. ibid.* et apud *Priscian. 7. p. 759.* Gausapo purpureo salutatus. Adde *Afran.* apud *Isid. 20. Orig. 2. med.* (V. loc. in TAXEA) et *Varr.* apud *Charis. 1. p. 80. Putsch.* et *Priscian. loc. cit.*, ubi *gausapa, ae*, f. — *Gloss. Lat. Gr.* Gausapa; βαμβακωτὸν πολλίον. — **2)** *Gausape quadratum* apud *Martial. 14. 152.* in *lemmate* aliis est stragulum sternendo lecto, aliis vero idem ac mantele, Italice *asciugatoio.* — **3)** A similitudine *balanatum gausape* apud *Pers. 4. 37.* est barba in modum villi propensa, et unguento delibuta.

GAUSAPILA vel GAUSAPINA, ae, f. } V. voc. seq. §. 2.

GAUSĂPĪNUS, a, um. Adiect. a *gausape;* qui est e gausape, villosus, ut *pannula gausapina* apud *Martial. 14. 143.* in *lemmate.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

GAUSAPINA, ae, f. (*subaudi* vestis). Est vestis e gausape. *Id. 6. 59.* Et dolet, et queritur, sibi non contingere frigus Propter sexcentas Baccara gausapinas. *Petron. Satyr. 21.* Myrtea subornatus gausapina. *Al. leg.* gausapila.

GAZA, ae, f. Vox Persica, in usu quoque apud Graecos, quibus est γάζα, e quibus ad Romanos venit, Latina civitate donata.

Digitized by Google

— b) *Serv.* ad 2. *Aen.* 765. singularis tantum numeri esse sit. Atqui in plurali bis usurpavit *Horat. 1. Od. 29. 1.* et 2. *ibid. 16. 9.*, ter *Senec. Phoeniss. 304. Here. Fur. 167.* et *Med. 485.*, semel *Lucret. 2. 37.* etc. — c) Imo et *gaza*, orum, gen. neutr. usurpat *Coripp. Laud. Iustin. 4. 332.* Patricius senio fulgens Calinicus honoro, Gratior Augusti servans pia gaza sacelli. — In sing. autem num. *gazum*, i, n. habet *Commodian. 55. 12.* Non operas facitis, non donum gazo paratis. Adde *72. 14.* — d) Derivata, *gazula*, *gazetum*. — e) Composita, *gazophylacium*, *gazophylax*.

GAZA proprie est regia pecunia; *danaro regio*, *tesoro pubblico:* ut docent *Mel. 1. 11.* Gaza (sic Persae aerarium vocant), etc. *Curt. 5. 13.* Pecunia regia, quam gazam Persae vocant. — Unde factum nomen urbi in Palaestina, quod in ea Cambyses rex Persarum, cum armis Aegyptum peteret, opes et pecuniam suam contulerat, ut *Mela 1. 11.* et *Serv.* ad *1. Aen. 125.* narrant. *Nep. Datam. 5.* Pandates gazae custos regiae. Adde *Liv. 45. 41. Cic. Manil. 25.* Qui ab auro gazaque regia manus cohibere possit. Adde *Suet. Aug. 41.* — 2) Paulatim in Latium transmigravit ad significandam quamcumque pecuniam et copiam; *tesoro*, *ricchezza*. *Virg. 2. Aen. 765.* huc undique Troia gaza incensis erepta adytis, mensaeque Deorum, Crateresque auro solidi, captivaque vestis Congeritur. *Suet. Ner. 31.* Thesauros antiquissimae gazae specubus abditos. *Tacit. 6. Ann. 37.* Gazam et paratus regios adiicit. *Martial. 12. 33.* incubasque gazae, Ut magnus draco. *Val. Flacc. 6. 562.* nulla caelum reparabile gaza. *Virg. 3. Aen. 49.* et gaza laetus agresti Excipit. Adde *Cic. 2. Offic. 22.* — In plur. num. *Lucret. 3. 57.* Quoniam nil nostro in corpore gazae Proficiunt, neque nobilitas, nec gloria regni. V. supra §. b. et c. et Adde *Vulg. Interpr. Ezech. 27. 24.* et *Act. 8. 27.*

GAZĂ, ōrum, n. V. voc. praeced. §. c.

GAZĒTĬCUS, a, um. V. voc. seq. § 2.

GAZĒTUM, i, n. Nomen a *gaza*, idem quod gazophylacium, id est gazarum repositorium. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 258.* V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 155. n. 12.* — 2) Gazetum vero apud *Isid. 20. Orig. 3. 7.* dicitur genus quoddam vini » a regione, unde defertur. « Ex quo patet vocem esse adiectivam, *gazetes*, a, um, absolute adhibitam. *Sidon.* autem *Carm. 17. 15. Gazetica vina* appellat. Sed *gazetum* etiam videtur legendum apud *Cassiod. 12. Var. 12.*, ubi alii vellent *Gazeum*. Nam *Gazetum* habet et *Gregor. Turon. de Glor. Confess. 5.* et *6.* V. GAZA in ONOM.

GAZĒUS, V. voc. praeced. §. 2.

GAZŎPHŸLĂCĬUM, ii, n. Vox Graeca, γαζοφυλάκιον, ex γάζα; pecunia (V. GAZA §. 1.) et φυλάσσω; custodio; qua significatur capsula, in qua pecunia reponitur; *salvadanaio. Hieronym. ep. 14. n. 8.* Cum vidisset aera mittentem in gazophylacium laudaverit Dominus. Adde *Isid. 20. Orig. 9.* — Hac voce saepissime usus est *Vulg. Interpr.*, ut *Marc. 12. 41.*, *Luc. 21. 1.*, *Ioh. 8. 20.*, etiam in plur. num., ut *Ezech. 42. 13.* Et dixit ad me: gazophylacia Aquilonis et gazophylacia Austri . . . Haec sunt gazophylacia sancta. Adde *45. 5.*, ubi viginti gazophylacia, et Cf. *Iosephi. de B. Iud. 7. 11.*

GAZŎPHŸLAX, ăcis, m. Vox Graeca γαζοφύλαξ, eadem ratione composita, qua praecedens; pecuniae custos. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 258.* et V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 155. n. 12.*

GAZŬLĂ, ae, f. Deminut. a *gaza*; parva gaza. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 258.* Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 155. n. 12.*

GAZUM, i, n. V. GAZA §. c.

GE

GĒ, *Graeca positione*, ges, f. Vox Graeca et Graece adhibenda, γῆ; terra, e qua tamen plura sunt vocabula composita a Latinis Scriptoribus Romana civitate donata, ut *geographia*, *geomantia*, *geometria*, etc. — Unice, quod sciam, Latine usurpatur ab *Apul. Herb. 45.* Graeci . . . ges omphalon . . . appellant; *h. e.* terrae umbilicum. (V. OMPHALOS). Et *Coel. Aurel. 2. Chron. 13. n. 173.* Plurima dabimus etiam similia terrae, quam *ges astera* vocant; *h. e.* astrum terrae, Graece γῆς ἀστέρα. V. *ibid. n. 174.*

GĔENNĂ, et

GĔHENNĂ, ae, f. Nomen vallis apud Hierosolymam, ubi Baal colebatur, et ipsi Hebraei aliquando filios suos immolabant. Dicta est גֵּי הִנֹּם; *h. e.* vallis *filiorum* Ennon; Graece γέεννα, Italice *geenna*. — Translate sumitur pro loco futurorum suppliciorum et poenarum perpetuarum, quibus improbi cruciandi sunt, quia Deus minatus fuerat, vallem illam impleturum cadaveribus mortuorum. *Hieronym.*, *Tertull. Apolog. 47.*, *Prudent. 6. Cathem. 111.*, *Sedul.* et *Auson. Ephemerid. Orat. 38.* tormentaque sera gehennae Anticipat. — Saepius legitur apud *Vulg. Interpr. Matth. 5. 22.* et *seqq.*, *Marc. 9. 42.* et *seqq.*, *Luc. 12. 5.* et *Iacob. 3. 6.* Cf. GEHENNOM in ONOM. et seq.

GĔHENNALIS, le. Adiect. a *gehenna;* ad gehennam pertinens. *Fulgent. 2. Remiss. peccat. 7.* Gehennale supplicium.

GĔLASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *gelo*, specie inchoativ. (V. *Diomed. 1. p. 334. Putsch.*); incipio gelari; *agghiacciarsi. Plin. 14. 27. 1.* Vini natura non gelascit. — *Tertull. adv. Gnostic. 1.* Sanguis animi gelascit.

GĔLASĪNUS, i, m. Vox a verbo Graeco γελάω, video, deducta, qua significatur mimus, scurra; *buffone. Sidon. carm. 23. 301.* Mimos, schoenobatas, gelasinos. Cf. voc. seq.

GĔLĂSĪNUS, i, m. Vox Graeca, γελασῖνος, a γελάω; rideo, fossula, seu ruga, quae in ridentium genis fieri solet, quaeque miram quandam ori conciliat venustatem; *pozzetta:* hinc *Tassus in Aminta* ita canit: *or dentro le pozzette, Che forma un dolce riso in bella guancia*, etc. *Martial. 7. 25.* Nec cibus ipse iuvat morsu fraudatus aceti: Nec grata est facies, cui gelasinus abest. *Suidas.* Γελασῖνος, γραμμὴ τοῦ προσώπου γινομένη. V. LACUNA.

Nota. Praeterea cl. *Furlanetto*, quae sequuntur, ad Graecam potius eruditionem, quam ad Latinam spectantia, subiecit, quae ego quoque servanda esse iudicavi, ne quid de eius opere hic desideraretur. — Translate Graeci Scriptores usurpant etiam de fossulis, quae in natibus fiunt, ut *Alciphr. l. 1. ep. 39.* et *Anthol. Gr. T. 2. p. 390. Brunk.* de trium meretricum natibus; *Lucian.* vero in Ἔρωτ. *c. 14.* de Venere Καλλιπύγῳ: Τῶν δὲ τοῖς ἰσχίοις ἐνεσπραγμένων ἐξ ἑκατέρων τύπων, οὐκ ἂν εἴποι τις ὡς ἡδὺς ὁ γέλως. — 2) Γελασῖνος fuit etiam cognominatus Democritus, quia res humanas perpetuo risu prosequebatur, ut contra Heraclitus perpetuo fletu. *Aelian. Hist. var. l. 4. c. 20.* — 3) Dentes quoque primores, qui in risu et scommate nudantur, γελασῖνοι dicuntur a *Pollucе* in *Onomast. l. 2. c. 4. n. 91.*

GĔLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gelo;* actus gelandi, gelu, et ipsa concretio aquae; *freddo*, *gelo. Plin. 17. 37. 14.* Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est. *Scribon. Compos. 179.* Cicutam potam artuum gelatio insequitur; *intirizzimento.* Adde *Plin. 17. 4. 5.*

GĔLĀTUS, a, um. Particip. verbi *gelo*, adiectivorum more etiam adhibitum; frigore astrictus; *gelato*, *congelato. Plin. 3. 42. 2.* Amnes gelati lacusque. *Martial. 3. 9.* manus Aquilone gelatae. *Id. 4. 46.* Et ficus Libyca gelata testa; *h. e.* stipata in testa roscido quodam humore, qui ex ficu emissus circa eundem durescit. V. FICUS §. 4. *Colum. 10. 397.* Gelatum lac. *Id. 7. 8. sub fin.* Caseus paulum gelatus in mulctra. — 2) Translate. *Stat. 4. Theb. 406.* sic fata gelatis Vultibus; *h. e.* pallore suffusis. *Lucan. 7. 559.* stat corde gelato Attonitus; *h. e.* timoris pleno. *Id. 6. 541.* gelatos orbes effodere; *h. e.* frigidos oculos, et emortuos.

GĔLĀTUS, us, m. Verbale a *gelo*, idem quod gelatio. *Coel. Aurel. 4. Chron. 5. a med.* Si sanguis fuerit retentus, quod fit aliquando cum gelatu.

* GĔLĔFACTUS, a, um. Particip. verbi inusit. *gelefacio;* gelidus factus; *agghiacciato. Venant. 8. Carm. 6. 243.* Haec gelefacta meum servavit in ossibus ignem.

GĔLĬCĬDĬUM, ii, n. Nomen compositum a *gelu* et *cado;* dicitur cum initio hiemis ros e caelo gelatus decidit; *agghiacciamento*, *ghiaccio*, *brinata. Cato, RR. 63.* Si gelicidia erunt, cum oleam coges. *Colum. 11. 2.* Pruinae et gelicidia nocturna. *Id. ibid. 3. sub fin.* Ne autumnalis satio hiemis gelicidiis peruratur. Adde *Vitruv. 2. 7.* — In sing. num. *Varr. 1. RR. 55.* Ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium refectos.

GĔLĬDĂ, ae, f. V. GELIDUS §. 2.

GĔLĬDĒ. Adverb. a *gelidus;* frigide; *freddamente*. — Translate. *Horat. Art. P. 171.* Vel quod res omnes timide gelideque ministrat.

GĔLĬDUS, a, um. Adiect. a *gelu.* — *Gelidai* pro *gelidae*, *Lucret. 3. 694.* — Comparat. *gelidior* §. *1.*, superlat. *gelidissimus* §. *1.* — Proprie est gelu obnoxius; *freddo*, *gelato*, *fresco. Plin. 3. 6. init.* Caelum est hieme frigidum et gelidum, et myrtos, oleas aspernatur et respuit. *Cic. 2. Leg. 3.* Fibrenus praecipitat in Lirem, et multo gelidiorem facit. *Id. 3. Nat. D. 39.* Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium. *Val. Flacc. 6. 100.* gelidum flumen securi eruere; *agghiacciato. Virg. 1. G. 287.* Gelida nox. *Id. 2. ibid. 263.* gelidae pruinae. Et *488.* valles. Et *202.* gelidus ros. *Id. 8. Aen. 343.* gelida rupes. *Id. ibid. 397.* gelidus amnis. Et *28.* gelidique sub aetheris axe. *Horat. 1. Od. 1. 30.* gelidum nemus. *Virg. 4. G. 469.* gelida astra. *Id. 1. ibid. 43.* Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur. Et *3. Aen. 175.* Tum gelidus toto manabat corpore sudor. *Ovid. 4. Met. 247.* gelidos artus in vivum revocare calorem. *Id. 1. Trist. 11. 5.* gelidus december. *Id. 5. Art. am. 388.* et *Plin. 31. 6. 1.* Gelidissimae aquae. *Liv. 38. 27. extr.* Loca gelida propinquitate Tauri montis. — *Anct. Itiner. Aiex. 52. de fontibus apud Hammonem.* Quippe praecalidi noctis e medio sensim meridie frigent ad nivem gelidi; *h. e.* instar nivis, vel nivem gelu acquantes. — 2) Speciatim *gelida aqua* est eadem, quae frigida, sive natura sua, sive arte procurata; Italice *acqua fresca*. *Cic. 1. Catil. 13.* gelidam aquam bibere. — Quae

Digitized by Google

et *gelida* absolute dicitur. *Horat. 2. Sat. 7. 90.* foribusque repulsum Perfundit gelida. V. VRINOR §. 3. — **B)** Translate. *Ovid. 3. Met. 100.* gelidoque comae terrore rigebant. *Id. 11. Heroid. 82.* gelidus metus. Et *16. ibid. 67.* horror. *Virg. 2. Aen. 120.* tremor per ossa cucurrit. *Ovid. 1. Fast. 98.* gelidum subito frigore pectus erat. *Virg. 5. Aen. 595.* gelidus tardante senecta Sanguis hebet. *Horat. 2. Od. 8. 11.* gelida mors. *Ovid. 1. Trist. 4. 11.* gelidus pallor. *Id. 8. Met. 744.* gelidi coniux Actaea tyranni; h. e. Boreae. *Lucret. 3. 329.* Post inde per artus Ire alios tractim gelidi vestigia leti.

Nota. *Gelidus* plus est quam *frigidus*. Frigida enim multa sine gelu esse possunt. Promiscue tamen nonnunquam adhibentur.

GELLO, ōnis, m. V. GILLO.

GĔLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more saepe etiam adhibitum, a *gelu*. — Particip. *gelatus*, V. suo loco. — Proprie est frigore astringo; *agghiacciare*. *Plin. 15. 6. 2.* Si gelent frigora, quarto die *(olivam)* premendam. *Martial. 1. 50.* Fluvius qui ferrum gelat. — Passive. *Colum. 9. 6.* Alvearia fictilia accenduntur aestatis vaporibus, et gelantur hiemis frigoribus. — **B)** Translate. *Stat. 4. Theb. 497.* gelat ora pavor, gressusque tremiscunt. — Passive. *Iuvenal. 6. 95.* timent, pavidoque gelantur Pectore, nec tremulis possunt insistere plantis. — **B)** Intransitivorum more,

II. *Gelo* est frigore adstringor; *agghiacciarsi*. *Plin. 17. 37. 3.* Pruinae perniciosior natura, quoniam lapsa persidet, gelatque ac ne aura quidem ulla depellitur. *Lucan. 9. 681.* vultusque gelassent Perseos adversi, si non Tritonia densos Sparsisset crines; h. e. in lapides conversi fuissent. *Stat. 4. Theb. 727.* gelant venae. *Vulg. Interpr. Eccli. 43. 22.* Gelavit crystallus ab aqua. — **A)** Impersonaliter. *Plin. 14. 4. 15.* Non ante demetuntur, quam gelaverit; h. e. frigus et glacies inciderit. Adde *Vulg. Interpr. Eccli. 43. 21.*

GELORIA. V. GLORIA.

GĔLŌTŎPHŸĔ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, γελωτοφυή, qua significatur herba eadem ac batrachion: ita vero dicta est quasi *risui nata*. *Apul. Herb. 8.* Cf. voc. seq.

GĔLŌTŎPHYLLIS, ĭdis, f. Vox Graeca, γελοτοφύλλις; h. e. folium risus, quasi folio risum ciente si comedatur. Hanc herbam quidam putant eandem esse ac batrachion. *Plin. 24. 102. 4.* Cf. voc. praeced. et BATRACHION.

GĔLU, n. Nomen parum certae originis, quod quidam a Sicula voce γίλα; pruina, vel glaciatus; unde et *Gela*, urbs Siciliae est dicta, nam Γέλα, inquit *Stephan. Byz.* in v., πάχνη λέγεται τῇ Ὀπικῶν φωνῇ καὶ Σικελῶν. Cf. *Müller, Die Etrusk. 1. p. 13.* et *Galvani, delle Genti*, etc. *p. 155.* Minus autem attendendus est *Isid. 13. Orig. 10. 7.*, qui, quod eo stringatur tellus, a γῆ; h. e. terra, derivat. — **b)** Heteroclitum est declinatione; nam in sing. num. *gelu* indeclinabile est, pro quo et *gelus, us*, m. reperitur, itemque *gelum, i*, n., ut infra videre erit. — In plur. gen. *gelum* pro *geluum* usurpat *Gargil. de re hortensi* (ed. *A. A. Scottio*) *4. 2.* Metus enim non est gelum. — **c)** Derivata, *gelasco, gelatio, gelatus, us, gelide, gelidus, gelo*. Cf. GILLO et GLACIES. — **d)** Composita, *aggelo, circumgelo, congelo, egelidus, egelo, gelefactus, gelicidium, ingelidus, praegelidus, regelo, subgelo*.

GELU proprie est aqua frigore concreta; *ghiaccio, gelo*. Habet usum plerumque in solo sexto casu singulari, ut *tonitru:* sed adhibetur etiam in primo casu ab *Ovid. de nuce, 106.* Nec ventus fraudi, solve, geluve fuit. *Virg. 2. G. 347.* Rura gelu tum claudit hiems. *Id. 3. ibid. 442.* horrida cano Bruma gelu. Et *9. Aen. 604.* saevoque gelu duramus et imbri. *Senec. Thyest. 872.* Frigida duro Cynosura gelu. Et *Med. 716.* Bruma nivali cuncta constrinxit gelu. *Horat. 1. Od. 9. 3.* geluque Flumina constiterint acuto. *Plin. Paneg. 12.* et *Flor. 4. 12. ante med.* Danubius ripas gelu iungit. *Phaedr. 4. 18.* Gelu rigens colubra. *Vulg. Interpr. Baruch. 2. 25.* In gelu noctis. *Id. Ierem. 36. 30.* Cadaver eius proiicietur . . . ad gelu per noctem. — *Gelus, us. Cato, RR. 40. extr.* Stramentis circumdato, ne gelus noceat. *Plin. 8. 42. 2.* Aure ad glaciem apposita coniectare crassitudinem gelus. Adde *Caton., Acc., Afran.* apud *Non. 3. 104.* — *Gelum, i. Lucret. 6. 135.* geli multus fragor. Et *529.* Et vis magna geli. Et *877.* gelum, quod continet in se, Mittit, et exsolvit glaciem. *Varr.* apud *Non. 8. 70.* Strata gelo putri montium saxa. *Id. 1. RR. 45.* Venenum enim gelum radicibus tenellis sub terra, et supra virgultis. — **B)** De sola nive. *Stat. 3. Theb. 592.* messis amaro Strata gelu. — **B)** Translate. *Virg. 8. Aen. 508.* Sed mihi tarda gelu, saeclisque effeta senectus. *Senec. Troad. 624.* Torpetque vinctus frigido sanguis gelu. *Lucan. 4. 632.* pectora pigro Stricta gelu; h. e. frigore mortis.

GĔLUM, i, et GĔLUS, us, } V. voc. praeced. §. 1. *fin.*

GĔMĔBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *gemo;* valde gemens; *gemebondo*. *Ovid. 14. Met. 188.* Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam. *Al. leg.* fremebundus. *Pindarus*, sive *auct. incert. Epit. Iliad. 349.* excepit bello gemebundus Atrides. *Lactant. Mort. persec. 18.* At ille gemebundus, Non, inquit, eos homines mihi das, quibus tutela reipublicae committi possit. Adde *Hieronym. ep. 18.*

GĔMELLAR, aris, n. Nomen a *gemellus*, sive potius a *gemellaris*, quo significatur quoddam vasis olearii genus: fortasse quod geminam mensuram contineret: vel potius, ut putat *Gesnerus*, quod duo cava continua haberet. V. DIPLANGIUM. *Colum. 12. 50. circa med.* Rotundum labrum melius est, quam plumbeum quadratum, vel structile gemellar. Cf. voc. seq.

GĔMELLĀRĬA, ae, f. Nomen eiusdem originis et significationis ac praecedens, quod V. *Augustin. in Psalm. 136. circa med.* Quare tam caecus es, ut amurcam fluentem per plateas videas, oleum in gemellaria non videas?

GĔMELLĀRIS, re. Adiect. a *gemellus*, qua absolute adhibetur; ad gemellum pertinens, vel idem ac gemellus. *Auct. Itiner. Burdigal. p. 589. Wess.* Interius vero civitati sunt piscinae gemellares, quinque porticus habentes, quae appellantur Bethsaida.

GĔMELLĬPĂRĂ, ae, f. Adiect. a *gemellus* et *pario;* quae uno partu duos edit in lucem. Dicitur de Latona, quae Apollinem, et Dianam uno partu edidit. *Ovid. 5. Fast. 512.* Curva gemelliparae spicula ferre Deae. Adde *6. Met. 315.*

GĔMELLĬTĬCUS, a, um. Adiect. a *gemellus*, qua absolute est adhibitum; ad gemellum pertinens, vel idem quod gemellus, ut Gemellitici fetus, *in supposit. Plauti Bacch. prol. 48.*

GĔMELLUS, a, um. Adiect. a *geminus* per deminutionem factum; sed significatione idem; est enim qui una cum alio est eodem partu genitus; *gemello:* et adhibetur utroque numero eadem acceptione. *Ovid. 6. Heroid. 121.* gemella proles. *Id. 8. ibid. 77.* gemelli fratres. *Id. 6. ibid. 145.* gemellus fetus. Et *6. Met. 713.* gemelli partus. *Catull. 4. 27.* Gemelle Castor, et gemelle Castoris. — *Vulg. Interpr. Cantic. 7. 3.* Sicut duo hinnuli gemelli capreae. — **B)** Absolute, substantivorum more,

GEMELLUS, i, m. Eodem sensu. *Ovid. 11. Met. 316.* Gemellos eniti. *Virg. 1. Eccl. 14.* modo namque gemellos, Spem gregis, ah! silice in nuda connixa reliquit. — *Horat. 1. Ep. 10. 3.* hac in re scilicet una Multum dissimiles, at cetera paene gemelli Fraternis animis, etc. — **B)** Hinc *Gemelli* fuit titulus mimici poëmatis a Laberio compositi. *Gell. 1. 7.* — **A)** Deinde a similitudine

II. *Gemellus* dicitur quoque de rebus, quae par efficiunt, vel quae ex duabus constant. *Plin. 15. 15. 2.* Poma cohaerentia et gemella, numquam singula in fetu. *Diomed. 3. 3. 2.* Una longa pedem non valebit efficere, quia ictibus duobus arsis et thesis, non gemello tempore perquirenda est. — **B)** Sic *Caes. 3. B. C. 4.* vocat *Gemellam legionem*, quae de duabus una facta est: quod quidem primum a Pompeio, deinde ab aliis etiam imperatoribus factitatum fuisse apparet. V. GEMINUS §. 9. — **C)** Et *Gemellae vites* dicuntur, quae geminas uvas eodem pediculo iunctas producunt. *Plin. 14. 4. 2.* et *Colum. 3. 2.* — **D)** Hinc translate ponitur pro valde simili. *Horat. 2. Sat. 3. 243.* Par nobile fratrum Nequitia et ingis, pravorum et amore gemellum. — *Martial. 12. 49.* gemelli uniones. Et *10. 92.* gemellae pinus.

GĔMESCO. V. GEMISCO.

GEMĪAE. V. GUMIAE.

GEMĪNANS, antis. Particip. verbi *gemino* absolute adhibitum; qui geminat. *Mar. Victorin. 1. 5. 49.* Sonum geminantis imitatur. V. GEMINO.

GĔMĪNĀRĪUM, lavacrum. *Gloss. Isid.* Videtur intelligendum balneum διφυοῦς, hoc est pro viris et mulieribus. Cf. BALNEUM.

GĔMĪNĀTIM. Adverb. a *geminatus;* duplicando, vel per geminos. Habet *Diomed. 1. p. 402. Putsch.*, nulla tamen confirmat Scriptoris Latini auctoritate. *Praeterea alii leg.* gemmatim.

GĔMĪNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gemino;* actus geminandi, repetitio, duplicatio; *raddoppiamento, ripetizione*. *Cic. 3. Orat. 54.* Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias. *Quintil. 1. 4. 10.* Geminatione vocalium uti. *Id. ibid. 5. 12.* Geminatio vitii. *Id. 8. 3. circa med.* Pacit quasdam sententias sola geminatio: qualis est Senecae: salvum me esse, adhuc nec credo, nec gaudeo. *Id. 9. 3. 67.* Geminatio verborum. *Gell. 13. 24.* An Tullius inani et illepida geminatione iunxerit *manubias* et *praedam*.

GĔMĪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *gemino*, adiectivorum more etiam adhibitum; duplicatus; *raddoppiato*. *Liv. 1. 25.* Geminata victoria. *Cic. 2. Nat. D. 3.* Geminato sole. *Id. Partit. 6.* Verba geminata, atque duplicata, vel etiam saepius iterata ponantur, *geminata* per figuram repetitionis: *duplicata* conduplicationis. *Ovid. 12. Met. 220.* quam vino pectus, tam virgine visa Ardet, et ebrietas geminata cupidine regnat. Et *258.* geminatum vulnus. *Quintil. 2. 3. 2.* onus. *Virg. 2. G. 509.* geminatus plausus. *Tacit. 1. Ann. 3.* Agrippam ignobilem loco, geminatis consulatibus, extulit; *replicati: con più d'un consolato:* fuit enim ter consul, teste *Velleio 2. 90. Ovid. 15. Met. 681.* Verba sacerdotis referunt geminata; *ripetute*. *Plin. 15. 12. 2.* Nec aliud pomum ingeniosius geminatum est; *moltiplicato, propagato per*

Digitized by Google

via d'innesti. — **2)** Poëticum est, et a Graeco ductum, illud *Silii 10. 514.* Quae postquam aspexit geminatus gaudia ductor Sidonius; h. e. geminatum gaudium percipiens.

Nota. Inter *geminatum* et *duplicatum* discrimen v. sub v. DUPLICATUS in *Nota*, coll. §. 1. supra ad loc. *Cic. Partit. 6.*

GĔMĬNĪNUS, a, um. Adiect. a *geminus* per deminutionem factum. Legitur in *Not. Tir. p. 102.* Geminus, gemellus, gemininus.

GĔMĬNĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *geminus;* discrimen inter duos gemellos. *Pacuv.* apud *Non. 2. 366.* Habeo ego istam qui distinguam inter vos, geminitudinem.

GEMĬNO, as, avi, ātum, are. Verbum transitiv. (intransitive quoque adhibitum aliquando) a *geminus*. — Particip. *geminans* §. 1. et suo loco. *geminandus* §. 1., *geminatus* V. suo loco. — Proprie est duplico; *raddoppiare*. *Varr. 3. RR. 16. a med.* Cum plenas alvos habent, et cum illas geminaverint. *Ter. Adelph. 2. 1. 19.* Geminabit *(pugnum)*, nisi caves. *Ovid. 8. Met. 586.* Labor geminaverat aestum. *Flor. 1. 10.* Geminare terrorem. *Horat. 1. Od. 16. 8.* geminant Corybantes aera; h. e. geminatis ictibus pulsant. *Ovid. 3. Pont. 4. 99.* geminare honorem. *Id. 1. ibid. 2. 2.* genus geminare nobilitate animi. Et *4. Trist. 10. 51.* decem vitae frater geminaverat annos; h. e. viginti expleverat. *Claudian. B. Get. 587.* Et Trebiam saevae geminasset funere Cannae. *Manil. 4. 479.* Undecimam partem geminans. *Sedul. 3. 238.* Geminanda fames. *Itiner. Alex. M. 76.* Geminare difficultatem. — *Vel. Long. Orthogr. p. 2220. Putsch.* Nec Attium secuti sumus, semper vocales geminantem, ubicumque producitur syllaba. *Quintil. 1. 7. 14.* Geminare semivocales. *Id. 9. 3. 28.* verba. *Cael.* apud *Euod. 4. 2. 125.* ructuosos spiritus. — **2)** Interdum significat nugare, cupulare. *Horat. Art. P. 15.* Serpentes avibus geminentur, tigribus agni. *Suet. Domit. 7.* Geminari legionum castra prohibuit. *Stat. 1. Sil. 2. 239.* dat luno verenda Vincula, et insigni geminat Concordia taeda. — **3)** Intransitivorum more,

II. *Gemino* videtur adhibuisse *Lucret. 4. 488.* Omnia quae tuimur, fieri tum bina tuendo: Bina lucernarum florentia lumina flammis, Binaque per totas aedes geminare supellex, Et duplices hominum facies et corpora bina; h. e. gemina fieri.

GĔMĔNUS, a, um. Adiect. originis sive ethymi latentis, fortasse conferendum cum Graeco γίμω; plenus, onustus sum, unde γίμος; viscera, quae alvum implent. — **b)** Superlativus gradus *geminissimus* reperitur apud *Plaut.* V. loc. §. 1. *fin.* — **c)** Derivata, *gemellar, gemellaria, gemellaris, gemelliticus, gemellus, geminatim, geminatio, geminitudo, gemino, geminus.* — **d)** Composita, *bigeminus, congeminatio, congemino, geminipara, gemipomus, ingemino, quadrigeminus, septemgeminus, trigeminus, trigemino.*

GEMINUS proprie qui una cum alio in eodem partu est natus; *gemino, gemello, binato. Plaut. Mil. 2. 4. 30.* Soror gemina germana. *Id. Men. 2. 1. 7.* Fratrem quaesitum geminum germanum meum. *Cic. Cluent. 16.* C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinati. *Ovid. 4. Met. 774.* Geminae sorores. *Horat. Art. P. 147.* Nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo; h. e. ab Helena sorore gemina Ledae. *Virg. 8. Aen. 631.* geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. *Id. 1. ibid. 178.* gemina proles. *Horat. 3. Od. 29. extr.* me Tutum per Aegaeos tumultus Aura feret, geminusque Pollux; h. e. Pollux cum Castore, qui gemini sunt. — Eadem ratione *geminus Castor* dicitur ab *Ovid. 1. Art. am. 746.* Rursus *Horat. 1. Ep. 18. 41.* Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque Zethi, dissidit. V. FRATER. — locutariter. *Plaut. Pers. 5. 2. 49. To.* Hic eius geminus est frater. *Do.* hiccine? *To.* ac geminissimus. — *Isid. 9. Orig. 5. 21.* Gemini sunt, non duo tantum simul nati, sed etiam plures: de geminis autem, uno aborto, alter qui legitime natus fuerit, *vopiscus* nominatur. V. VOPISCUS. — **2)** Absolute, substantivorum more,

GEMINI, ōrum, m. Sunt fratres gemini. *Cic. 4. Acad. 18.* Ut mater geminos internoscit consuetudine oculorum, sic tu internosces, si asueveris, etc. *Id. 2. Div. 43.* Etenim geminorum formas esse similes, vitam atque fortunam plerumque disparem. *Lic. 1. 6.* Quoniam gemini essent, nec aetatis verecundia discrimen facere posset. — De animalibus. *Plin. 8. 63. 2.* Asina . . . raro geminos parit. — **3)** Hinc *Gemini* apud *Cic. 2. Nat. D. 45.* sunt signum caeleste, qui putantur esse Castor et Pollux de quibus V. suo loco in ONOM. Alii dicunt, esse Herculem et Apollinem, ut est apud *Varr. 2. RR. 1. ante med.* Alii vero Triptolemum, et Iasiona, a Cerere dilectos, et ad sidera perlatos, ut ait *Hygin. 2. Astron. 22.*, coll. *Ampel. 2. 3.* V. *Visconti, Op. Var. T. 2. p. 17. edit. Mediol.* — Iidem appellantur a *Colum. 10. 312. geminum astrum.* — **4)** Item *Gemini* inscripta est comoedia *Novii*; cuius meminit *Non. 505. 31. Merc.* Cf. GEMELLUS §. 3. — **5)** A similitudine *gemini* dicti testiculi, qui et Graece διδυμοι. *Solin. 15.* Fiber ne captus prosit, ipse geminos suos devorat. *Ammian. 16. 7.* Entherus captus a finitimis hostibus etiam tum parvulus, abstractis geminis, Romanis mercatoribus venditur. — **6)** Deinde, latiore significatione,

II. *Geminus* est etiam duplex, duo; *doppio, due. Virg. 6. Aen. 894.* Sunt geminae somni portae, quarum altera etc. *Stat. 7. Theb. 50.* geminumque teneus Discordia ferrum. *Ter. Andr. 4. 1. 31.* Ex unis geminas nuptias conficere. *Cic. 2. Divin. 58. extr.* Geminum lucernae lumen. *Martial. 2. 53.* geminus assis; h. e. duo asses. *Virg. 9. Aen. 263.* Et tripodas geminos, auri duo magna talenta. *Ovid. 12. Heroid. 104.* maris gemini distinet Isthmos aquas. — **2)** Item *uterque*, vel *ambo. Stat. 3. Theb. 516. de ingenti angue.* Saepe super fluvios geminae iacet aggere ripae Continuus. *Martial. 10. 10.* Et pariter geminas tendis in ora manus. *Virg. 4. G. 371.* Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus. Et *500.* geminas nares vitulo obsuere. *Id. 5. Aen. 416.* Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Et *6. ibid. 789.* Huc geminas nunc flecte acies. *Ovid. 2. Art. am. 644.* Mobilis in gemino cui pede penna fuit. Et *2. Fast. 154.* geminos exseruisse pedes. — **3)** Interdum de iis dicitur, quae duplici natura constant. *Stat. 3. Silv. 2. 38.* geminoque huic corpore Triton Praenatet. *Ovid. 2. Met. 630.* geminique tulit Chironis in antrum. Et *688.* Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis. διφυεῖς, vel quia enormi fuit longitudine corporis, vel quia duas callebat linguas, Graecam et Aegyptiam, inquit *Hieronym.* in *Chron. Euseb* ad an. ab Abraham CCCCLXX. — *Mar. Victorin. 1. 3. 49.* Vocales gemina virtute temporum praeditae. *Id. ibid. 3. 46.* C littera crassum quodammodo et quasi geminum sonum reddit. *Id. ibid. 3. 54.* Graeci diphthongon vocant, veluti geminae vocis unum sonum, ut *ae, oe, au.* — **b)** *Legio Gemina*, quae saepe occurrit in antiquis inscriptionibus apud *Grut.* et *alios*, dicta fuit ex eo, quod ex duabus vario bello imminutis conflata sit, ut affirmat *Dion. l. 55. c. 23.* V. GEMELLUS §. 3. — **10)** *Geminae secures* apud *Grat. Cyneg. 68.* dicuntur, quae utrinque acie instructae sunt. V. SECURIS. — **11)** Item latissime, et translate,

III. *Geminus* est par, similis; *simile, eguale:* quia inter geminos similitudo est. *Varr. 9. LL. 52.* Saepe gemina facie mala negamus esse similia, si sapore sunt alio. *Cic. Rosc. Am. 40. extr.* Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. *Id. Rosc. Com. ult.* Simillima enim, et maxime gemina societas hereditatis est. *Id. 3. Verr. 66. extr.* Consors in lucris atque furtis, geminus, et simillimus nequitiae, improbitate, audacia. *Id. Partit. 7. sub fin.* Memoria est gemina litteraturae quodammodo, et in dissimili genere persimilis. *Al. leg.* germana. *Id. Pis. 7.* Illud vero geminum consilius Catilinae et Lentuli, quod me domo mea expulistis. *Hic quoque al.* germanum. — **12)** Interdum etiam dicitur de crassis, amplis, obesis; *grasso e grosso*: quasi duplicatum suae staturae ac magnitudinis modum habentibus. *Lucret. 4. 1161.* At gemina et mammosa, Ceres est ipsa ab laccho. At fortasse hic *gemina* significat quadratam; h. e. *di statura quadrata e robusta*. V. QUADRATUS — **13)** Item de pluribus, teste *Serv.* ad illud *1. Aen. 748.* Hyadas geminosque triones; h. e. Septemtriones. — Huc spectat *Isid. 9. Orig. 3. 21.* V. loc. supra §. 1. *fin.*

GĔMĪPŌMUS, a, um. Adiect. a *geminus* per syncopen et *pomum*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; qui gemini pomi figuram refert: ita porro vocantur papillae muliebres in *Anthol. Lat. T. 1. p. 633. Burm.* Conde papillas, conde gemipomas, Compresso lacte quae modo pullulant. *Burmannus* legend. putat *gemellulas*, ut constet ratio carminis; nam hic male secunda syllaba longa, et tertia brevis est. Alii nihil mutandum, eamque licentiam auctori sequioris temporis condonandam existimant. Simile quid habent *Aristoph. Acharn. v. 1214.* Τῶν στεθέων ὡς ἁλιπρὰ καὶ ἁυδώνια. Et *Aristaenet. l. 1. ep. 1.* ὡς ἁυδωνιῶντες οἱ μαστοί.

GĔMĪSCENDUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *gemisco;* valde lacrimabilis. — Translate. *Acta SS. Saturnini* et *Socc. n. 10.* Rupta nervorum connexione, discerpunt illud *(corpus)* in gemiscenda supplicia.

GĔMĪSCO et, *Ionice inflexum*, Gemesco, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *gemo;* gemere incipio, gemo; *gemere. Claudian. 3. Rapt. Pros. 130.* Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt. *Not. Tir. p. 102.* Gemit, gemescit. Cf. voc praeced.

GĔMĪTES, ae, m. Nomen gemmae cuiusdam ignotae apud *Plin. 37. 75. 4.* Ratio nominis nec in gemite est, velut in petra candidis manibus inter se complexis.

GĔMĪTŌRĬUS. V. GEMONIUS.

GĔMĪTUS, I (apud *Plaut. Aul. 4. 9. 11.* V. loc. §. 1. *fin.*) *et* ūs, m. Verbale a *gemo;* gemendi actus; *gemito, sospiro. Cic. Rosc. Am. 9.* Ut urbe tota fletus gemitusque fieret. *Id. in Senat. 7.* Dum conticesceret illa lamentatio et gemitus urbis. *Id. Har. resp. 18.* Eiulatus et gemitus Philoctetae. *Id. Sext. 31.* Tota obviam civitas cum lacrimis gemituque processerat. *Id. 2. Tusc. 24.* Gemitus elamentabilis, imbecillus, abiectus, flebilis. *Virg. 3. Aen. 39.* lacrimabilis. *Virg. 1. Aen. 489.* ingentem gemitum dat pectore ab imo. Et *10. ibid. 464.* magnumque sub imo Corde premit gemitum. *Val. Flacc. 8. 400.* trahere gemitum. *Virg. 11. Aen. 37.* ingentem gemitum tollere. *Id. 6. ibid.*

Digitized by Google

878. quantos ille virûm . . . Campus aget gemitus! Et 2. *ibid.* 388. graviter gemitus imo de pectore ducens. *Id.* 3. *G.* 517. Extremosque ciet gemitus *(de tauro)*. *Petron. Satyr.* 81. Inter tot altissimos gemitus frequenter proclamabam. *Ovid.* 11. *Heroid.* 81. gemitus dolor edere cogit. *Id.* 2. *Met.* 622. gemitus alto de corde petiti. — *Plaut. Aul.* 4. 9. 11. Tantum gemiti hic dies mihi obtulit. *Augustin.* quoque usurpasse videtur *Serm.* 56. n. 2., teste *Mai*. Thomas . . . lamentabiles gemitos fudit. — De animalibus. *Virg.* 7. *Aen.* 15. exaudiri gemitus iraeque leonum. *Val. Flacc.* 2. 458. gemitu taurus acerbo implevit avia. — **β)** Tribuitur et rebus inanimis, sonitum gemitus similem edentibus. *Virg.* 2. *Aen.* 53. Insonuere cavae, gemitumque dedere cavernae. *Id.* 3. *ibid.* 555. et gemitum ingentem pelagi. Et 9. *ibid.* 709. collapsa ruunt immania membra: Dat tellus gemitum. *Ovid.* 12. *Met.* 487. Plaga facit gemitum ceu corpore marmoris icti. *Alii leg.* gemitus *plur. num.*

GĔMMA, ae, f. Nomen incertae originis, quod quidam comparant cum Graeco γίμω; turgeo, plenus sum. — *Isid.* 16. *Orig.* 6. 5. « Gemmae vocatae, quod instar *gumi* translucerent. » — **b)** *Comma* pro *gemma* ex cognatione litterae *c* cum *g*, alibi etiam adnotata, legitur in *Inscr.* in *Giornal. Arcad. T.* 56. *p.* 324. — **c)** Derivata, *gemmarius, gemmasco, gemmatio, gemmesco, gemmeus, gemmo, gemmosus, gemmula*. — **d)** Composita, *bigemmis, gemmifer, progemmans, trigemmis*.

GEMMA proprie est lapillus pretiosus; unde translate oculus vitis, secundum *Cic.* 3. *Orat.* 38. et *Orat.* 24., itemque *Quintil.* 8. 6. 6. (v. loc. in GEMMO §. 1.); sed contra alii tradunt proprie de vitibus dici et translate de lapillis pretiosis, qua altera sententia admissa fortasse et etymon a γίμω commendatius est; *gemma. Cic. Senect.* 15. Ineunte vere exsistit tamquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur: a qua oriens uva sese ostendit. *Virg.* 2. *G.* 335. Pampinus trudit gemmas, et frondes explicat omnes, *Colum.* 4. 29. Verior ratio inserendi tepentibus iam diebus post hiemem, quum et gemma se et cortex naturaliter movet. *Plin.* 17. 35. 2. Hoc vocatur in vite gemma, cum ibi cespitem facit: ante vero quam faciat, in concavo oculus; et in cucumine ipso, germen *Id. ibid.* 35. 4. Gemmarum densitas. — **2)** Dicitur et de aliis arboribus et plantis. *Cato* apud *Plin.* 17. 29. 2. Si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas talcas ponito, easque divaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transversos emineant, gemma vel oculo servato. *Plin. ibid.* 23. 1. Virgiliana *(inoculandi ratio)* quaerit sinum in nodo gemmae expulsi corticis, gemmamque ex alia arbore includit. *Id. ibid.* 35. 2. Gemmae arundinum. *Id. ibid.* 39. 1. Gemmarum repumicatio. — **3)** Sed frequentius

II. *Gemma* est lapillus pretiosus, praesertim pellucidus; *gemma, pietra preziosa, gioia. Cic.* 6. *Verr.* 1. Nego in Sicilia tota . . . fuisse . . . ullam gemmam aut margaritam . . . quin conquisierit, etc. *Id. ibid.* 27. Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis. *Id. ibid.* Erat vas vinarium ex una gemma pergrandi, trulla excavata, manubrio aureo, etc. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 180. Gemmas sunt qui non habeant. *Id.* 2. *Od.* 16. 7. Non gemmis venale. *Plin.* 37. 24. 2. Gemmae ardentes. *Id. ibid.* 73. 3. monstrificae. — **4)** Specialim dicitur de lapillis, qui anulo includuntur; *pietra da anello:* gemma autem dicitur, quicumque lapillus pretiosus, qui rotundam formam habet, et vitium gemmas imitatur; cylindrus vero, quam forma eius oblonga et cylindrica est. *Plin.* 37. 20. 3. Cylindros ex beryllis facere malunt, quam gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. *Ovid.* 9. *Met.* 566. Protinus impressa signat sua crimina gemma. Adde 2. *Pont.* 10. 1. et 7. — Hinc ioculariter *Plaut. Cure.* 5. 2. 8. *Pl.* Obsecro, parentesne meos mihi prohibeas? *Cn.* Quid? ego sub gemman' abstrusos habeo tuam matrem et patrem? — **5)** Dicitur aliquando de margaritis. *Propert.* 1. 14. 12. Et legitur rubris gemma sub aequoribus. *Martial.* 8. 28. Cedet Erythraeis eruta gemma vadis. — **6)** Item de aliis lapillis et usurpatur cum alio substantivo, ut in *Inscr.* apud *Murat.* 159. 1. Gemma carbunculus, gemma hyacinthus, gemmae cerauniae duae. Et *mox.* Annuli duo gemmis adamantinis. V. CYLINDRUS §. 5. — **7)** *Gemma vitrea* apud *Plin.* 33. 30. 1., et apud *Rund.* 57. 26. 1. *gemma facticia* est, quam Itali dicunt *pasta vitrea, gioiello falso*. — **8)** Translate ponitur pro praecipuo ornamento. *Martial.* 5. 11. Multas in digitis, plures in carmine gemmas invenies. *Sidon.* 4. *ep.* 22. Hesperius gemma amicorum. — **9)** Improprie de poculis gemma ornatis, aut ex gemma factis. *Virg.* 2. *G.* 506. Ut gemma bibat; *h. e.* poculo ex gemma facto. Sic *Senec. Provid.* 5. *ad fin.* Gemma ministrare. *Propert.* 3. 3. 26. Nec bibit e gemma divite nostra sitis. *Ovid.* 8. *Met.* 572. In gemma posuere merum. *Pacat. Paneg. Theod.* 14. In gemmis capacibus aestiva glacies. — **10)** Hinc *a gemma* munus fuit in aula Augusta. *Inscr.* apud *Murat.* 991. 2. Amazonius Gal. A. l. *(h. e.* Gallieni Aug. lib.) a gemma potoria.

Nota. Discrimen inter *gemmam* et *cylindrum* v. supra §. 4. — **2)** Porro de gemmis, deque variis earum speciebus usibus ac nominibus fuse disserit *Plin.* toto libro 37., coll. *Isid.* 16. *Orig.* 6-16., et exiliecentioribus *Vissonti, Museo Worsleiano*, p. 87-135. — **3)** Qui circa gemmas exercebantur, praecipui erant *anullarii, coelatores, flaturarii, gemmarii, inclusores, politores, sigillarii*, de quibus singulis v. suo loco.

GEMMANS, antis. Particip. verbi *gemmo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est gemmas effundens, cum de arboribus sermo est. *Plin.* 17. 35. 28. Gemmantem vineam confodi vetant: decuti enim oculos. *Colum.* 4. 24. *a med.* Gemmantem oculum caecare. *Pallad.* 5. 52. Sarmenta gemmantia. Et 12. 11. Surculi gemmantes. — **2)** Si autem de pretiosis lapillis sit sermo,

II. *Gemmans* est in modum gemmae splendescens. *Colum.* 8. 11. et *Martial.* 13. 70. *de pavone*. Miraris, quoties gemmantes explicat alas. *Lucret.* 2. 319. Invitant herbae gemmantes rore recenti. *Manil.* 5. 256. nitidis gemmantem floribus hortum. — **3)** Item gemmis abundans, vel ornatus. *Id.* 4. 632. in molles Arabes, terramque fetentem Delicias . . . Leniter effundit gemmantia litora pontus. *Ovid.* 3. *Met.* 264. gemmantia sceptra. — **4)** Item gemmae, seu lapilli naturam imitans. *Plin.* 36. 11. 2. Memphites lapis gemmantis naturae; *h. e.* modum ac nitorem gemmarum habens.

GEMMĀRĬUM, ii, n. v. voc. seq. §. 3.

GEMMĀRĬUS, a, um. Adiect. a *gemma;* ad gemmam pertinens. *Vulg. Interpr. Exod.* 39. 6. Paravit duos lapides onychinos sculptos arte gemmaria. *Id. ibid.* 29. Scripserunique in ea *(lamina)* opere gemmario. — **2)** Absolute, substantivorum more,

GEMMARIUS, ii, m. Est gemmarum politor, aut negotiator; *gioielliere. Inscript.* apud *Bon. cl.* 8. n. 14. M. Lollius Alexander gemmarius. — **3)** Item

GEMMARIUM, ii, n. Est triplex linea margaritarum, sive gemmarum; *una collana di gemme. Gloss. Gr. Lat.* Τρίλινον, κόσμος γυναικὸς τριπλοῦν, gemmarium.

GEMMASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. a *gemma* cum de arboribus sermo est; gemmas emittere incipio, pullulo; *germogliare. Plin.* 17. 35. 2. Ut gemmascere incipiens, legatur calamus. *Colum.* 3. 10. Nucem Graecam serito circa Kal. Februar., quae prima gemmascit. Adde *de arborib.* 22. Cf. GEMMESCO.

GEMMĀTIM, Adverb. a *gemmatus;* more gemmae. V. GEMINATIM.

GEMMĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gemmo;* actus gemmas emittendi. *Plin.* 17. 34. 4. Surculi praegnantes, hoc est, gemmatione turgentes. *Alii tamen leg.* germinatione. V. GEMMO §. 1.

GEMMĀTUS, a, um. Particip. verbi *gemmo*, adiectivorum more etiam adhibitum; gemmis instructus, de arboribus. *Pallad.* 4. 10. *post init.* Melius proveniet, si ponendus ramus gemmata iam matre sumetur. V. GEMMANS §. 3. V. GEMMO §. 1. — **2)** Item

II. *Gemmatus* est gemmis, seu lapillis pretiosis, instructus et ornatus; *ornato di gemme, gioiellato. Liv.* 1. 11. Gemmati anuli. *Ovid.* 10. *Met.* 113. Gemmata monilia. *Plin.* 37. 6. 4. Gemmata potoria. *Id.* 22. 4. 1. Gemmatae coronae. — **3)** Hinc *ab auro gemmato* inter officia domus Augustae recensetur. *Inscr.* apud *Grut.* 582. 5. Philetaerus Aug. lib. praepositus ab auro gemmato; *h. e.* supellectile aurea gemmis distincta.

GEMMESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *gemma*, qua lapillum pretiosum significat; gemma fio. *Plin.* 37. 57. 2. *de dracontite gemma*. Sed nisi viventibus abscisso nunquam gemmescit. Cf. GEMMASCO.

GEMMĔUS, a, um. Adiect. a *gemma*, qua lapillum pretiosum significat; qui ex gemma est; *di gemma. Cic.* 6. *Verr.* 27. *extr.* Mittit etiam trullam gemmeam rogatum. *Plin.* 18. 13. 1. Radix gemmeae rotunditatis; *id est* rotunda in modum gemmae. *Senec. ep.* 110. *a med.* Contemnere aureos lectos, et gemmeam supellectilem. *Inscr.* apud *Murat.* 1991. 3. Monile gemmeum. — **2)** Item gemmis ornatus; *gioiellato. Ovid.* 2. *Fast.* 74. Gemmea purpureis cum iuga demit equis. *Martial.* 3. 58. Argutus anser, gemmeique pavones. — **3)** Translate est in modum gemmae splendescens, floridus. *Plin.* 1. *ep.* 3. Quid illa porticus verna semper? quid πάνσκιον opacissimus? quid euripus viridis et gemmeus? *Id* 5. *ep.* 6. Prata florida et gemmea. *Martial.* 10. 3. Quos rumor alba gemmeus vehit penna. *Ablav.* apud *Sidon.* 5. *ep.* 8. *de Constantino M.* Saturni aurea saecla quis requirat? Sunt haec gemmea, sed Neroniana; *scil.* Constantinus uxorem Faustam, et filium Crispum occiderat, ut Nero Poppaeam uxorem, et Britannicum fratrem adoptivum; qui praeterea, ut sit *Plin.* 37. 16. 2., gladiatorum pugnas smaragdo ingenti spectare solebat. — Hinc *Cassiod.* 2. *Var.* 39. Neroniana piscina non immerito auctoris sui participans nomen, collega est, cum viriditate gemmarum, ut ipsa quoque vitrei elementi colore perspicua quasdam tremientes undas quieta commoveat.

GEMMĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *gemma*, qua pretiosum lapillum significat, et *fero;* gemmas ferens. *Plin.* 37. 76. 2. Gemmiferi amnes sunt Acesinus et Ganges. *Propert.* 3. 3. 2. Et freta gemmiferi findere classe maris; *h. e.* Erythraei. *Val. Flacc.* 3. 448. gemmifera corona:

Digitized by Google

h. e. gemmata. — **β)** Item qui olivas gemmae formam habentes fert. *Coripp. 3. Iohann. 325.* Pictaque gemmiferis arbor splendebat olivis. — **γ)** Translate. *Venant. 1. Vit. S. Martin. 138.* Gemmifer eloquiis.

GEMMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, a *gemma*. — Particip. *gemmans* et *gemmatus*, v. suo loco. — Si de arboribus, imprimis de vite, sit sermo, proprie est gemmas emitto; *germogliare*, *far la gemma*. *Cic. 3. Orat. 38.* Gemmare vites, luxuriem esse in herbis, laetas segetes etiam rustici dicunt. Adde *Orat. 24. Quintil. 8. 6. 6.* Necessitate rustici gemmam in vitibus dicunt. V. GEMMA §. 1. *Varr. 1. RR. 40.* Id fit, antequam gemmare, aut florere quid incipit. *Colum. 4. 27.* Antequam gemmet, per divortium veris atque hiemis, quam altissime fodiendae vineae sunt. Utroque loco est, qui *germinare* reponit. — *Enn.* apud *Charis. 1. p. 81. Putsch.* purpureis gemmavit pampinus uvis; h. e. nitui, tanquam gemmis ornatus. V. GEMMANS §. 1. — **β)** Deinde, transitivorum more,

II. *Gemmo* est gemmis, seu lapillis pretiosis orno; *ornar di gemme*. — Translate. *Auct. epigramm.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 385. Burm.* candidus aether Astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo. *Dracont. 1. Hexaëm. 235.* Atque oculi gemmantur aquis humore gelato; h. e. in modum gemmae splendent. V. GEMMATUS §. 2.

GEMMŌSUS, a, um. Adiect. a *gemma*; multis gemmis, seu lapillis pretiosis, exornatus. *Apul. 5. Met.* Auro facto, gemmosisque monilibus onustas.

GEMMŬLA, ae, f. Deminut. a *gemma*, qua germen arborum significat; *piccola gemma*. *Apul. 10. Met.* Quod ver in ipso ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret. — **β)** Deinde

II. *Gemmula* est etiam parva gemma, seu parvus pretiosus lapillus; *piccola gemma*. *Front. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *4. ep. 3. a med.* Alii vecte et malleo silices moliuntur, alii autem caelo et marculo gemmulas exsculpunt. — **γ)** Translate de pupillis oculorum. *Apul. Asc. 8.* Et pupularum nitidas geminas gemmulas.

GĔMO, is, ŭi, Itum, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, quod inter ea refertur verba, quae a sono ficta dicuntur, coll. γέμω Graecorum. — **b)** Particip. *gemens* §. 1. et seqq., *gemendus* §. 5. — **c)** Derivata, *gemebundus*, *gemiscendus*, *gemisco*, *gemitus*, *gemulus*, *gemursa*, v. GEMONIUS. — **d)** Composita, *circumgemo*, *congemo*, *ingemisco*, *ingemo*, *regemo*, *tardigemulus*.

GEMO proprie est prae animi angustia in sonum prorumpere et queri; *gemere*, *dolersi*. *Cic. 2. Att. 21.* Quum din occulte suspirassent, postea iam gemere, ad extremum vero loqui omnes et clamare coeperunt. *Plaut. Amph. 5. 1. 47.* Uxorem tuam Neque gementem neque ploratem nostrum quisquam audivimus. *Cic. Planc. 42.* Hos pro me lugere, hos gemere videbam. — *Id. Pis. 11.* Quorum te nemo aspexit, qui non gemeret desiderio tui. *Propert. 2. 6. 34.* Ah! gemat in terris ista qui protulit arte. — **β)** Tribuitur variis animalibus, quorum vox gementi est similis. *Virg. 1. Ecl. 58.* Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes, Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo. *Propert. 4. 5. 59.* Sive in finitimo gemuit stans noctua tigno. *Lucret. 3. 298. de leonibus.* Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes. — **γ)** Translate de rebus inanimis, quorum sonus veluti laborantium gemitus imitetur. *Ovid. 3. Pont. 3. 10.* agitatus inhorruit aër, Et gemuit parvo mota fenestra sono. *Claudian. III. cons. Honor. 196.* Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis. *Id. cons. Mall. Theod. 204.* quidquid Tyrrhena tunditur unda, Vel gemit Ionia. *Virg. 3. G. 185.* tractoque gementem Ferre rotam. *Id. 6. Aen. 413.* gemuit sub pondere cymba. *Plin. 9. ep. 26.* Striduut funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt. *Val. Flacc. 3. 164.* cuneisque gemit grave robur adactis. *Id. 6. 168.* rotis gemit intus ager, tremebundaque pulsu Nutat humus. *Horat. 2. Od. 20. 14.* gementis litora Bosphori. *Plin. 21. 6. 1.* Litterae illius dei gemunt. — **δ)** Interdum de animalibus si sermo sit, videtur significare, simplicem sonum, aut vocem emittere. *Avian. fab. 26.* illa *(capra)* gemens, desiste, precor, etc.; h. e. respondens. *Id praef. extr.* Feras cum hominibus gemere fecimus; h. e. loqui. — Huc trahi potest illud *Horat. Epod. 16. 51.* vespertinus circumgemit urtus ovile. — **ε)** Transitivorum more

II. *Gemo*, cum accusativo, vel sequente infinito, est plorare, deplorare, lugere *Cic. in Senat. 5. extr.* Malum suum occulte gemere. *Id. 2. Att. 19.* Virtutem istam, veniet tempus, cum graviter gemes. *Horat. 4. Od. 12. 5.* Ityn flebiliter gemens infelix avis. *Phaedr. 3. 1.* Tacite gementes tristem fortunae vicem. Et *7.* Multum gemens. *Claudian. B. Get. 181.* gemit irrita Tempe Thessalus, et domitis irrisam cantibus Oeten. *Virg. 3. G. 226.* Multa gemens ignominiam. *Stat. 1. Achill. 281. de equo.* dominique gemit captivus inire Imperia. *Martial. 9. 93.* qui servum te gemis esse diu. *Virg. 11. Aen. 865.* exspirans atque extrema gemens. *Val. Flacc. 5. 37.* talia voce gemit; h. e. fatur, queritur. — *Horat. 1. Ep. 20. 4.* Paucis ostendi gemis et communia laudas. *Id. ibid. 13. 7.* Sane murteta relinqui ... Sulphura contemni vicus gemit. — Passive. *Cic. 2. Att. 18.* Hic status, qui una voce omnium gemitur, nec verbo cuiusquam sublevatur. *Ovid. 15. Met. 464.* Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.

GEMONIAE, ārum. V. GEMONIUS §. 1.

GĔMŌNĬDES, um, f. Sunt genus quoddam gemmarum, quae et paeantides vocantur. *Plin. 37. 66. 2.* Paeantides, quas quidem gemonidas vocant, praegnantes fieri, et parere dicuntur, mederique parturientibus. *Alii leg.* gaeanidas, *alii melius* encymonidas; h. e. praegnantes, ab ἐγκύμων; fetum habens.

GĔMŌNĬUS, a, um. Adiect. a *gemo*; ad gemitum pertinens, vel ubi gemitur: hinc *Gemonii gradus*, vel *Gemoniae scalae*, et absolute *Gemoniae*, locus fuit praeceps Romae in Aventino, prope templum Iunonis Argivae, vel potius in crepidine Capitolii, unde sontium in carcere necatorum cadavera nuda unco impacto tracta praecipitabantur, atque hinc in Tiberim trahebantur: *gradus* aut *scalae* dictae, quia is locus in declivi quosdam veluti gradus habebat, in quibus tamen proiecti non consisterent, sed ex uno in alium impingentes desilirent gravius, foediusque frangerentur: vel quia quibusdam gradibus ascendebatur: unde ἀναβαθμοί Graece nomen habet. *Plin. 8. 61. 3.* Canem nec a carcere abigi potuisse, nec a corpore recessisse abiecti in gradibus Gemoniis. *Harduin.* Gemitoriis *edidit*, quod ita constanter in MSS. legatur: inde colligit, dictum esse locum a gemitu et calamitate: non a quodam Gemonio auctore, ut nonnullis visum est. Sed hoc non placet. *Val. Max. 6. 3. n. 3.* Corpus contumelia carceris, et detestanda Gemoniarum scalarum nota foedavit. *Tacit. 3. Hist. 74.* Confossum, et abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. *Suet. Tib. 61.* Nemo punitorum non et in Gemonias abiectus, uncoque tractus. — **β)** Translate. *Tertull. adv. Valentinian. 36.* Quanto meliores, qui nullum aeonem voluerunt alium ex alio per gradus revera Gemonios structum?

GĔMŬLUS, a, um. Adiect. verbale a *gemo*; gemebundus, gemens. *Apul. Florid. n. 15.* Bubones occinunt gemulo carmine.

GĔMURSA, ae, f. Est tuberculum sub minimo digito pedis: ita dictum, quod gemere faciat eum, qui id gerat, ut *Festus* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.* tradit. *Plin. 26. 5. 1. de elephantiasi.* Et hic quidem morbus celeriter in Italia restinctus est: sicut et ille, quem gemursam appellavere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

GĔNA, ae, f. Nomen, ut videtur, a Graeca voce γένυς; mala, maxilla, factum; quamquam aliter derivat *Lactant. Placid.* in *Gloss.* apud *Mai*, *Class. Auct. T. 3. p. 467.* « Genis, ea parte vultus, quae inter malas et auriculas est: ideo *genae* dictae, quod infans in utero caput inclinatum inter *genua* tenet. » Itemque aliter *Isid. 11. Orig. 1. 43.* « Genae sunt inferiores oculorum partes, unde barbae inchoant; nam Graece γένειον *barbas*. Hinc et genae, quod inde incipiant *gigni* barbae. » Genae itaque secundum *Isidorum* a verbo *geno* pro *gigno*; contraque *genua* a *genis*, ut *ibid. n. 108.* tradit. V. GENU §. 3. — **b)** Derivatum, *genuinus*, quod v. §. 3.

GENA, *ae saepius in plur. num.* Genae, sunt partes subiectae oculis, supra malas: itemque ipsae malae (nam haec, quae *Festus*, et *Cic.* loc. mox cit. distinguunt, propter vicinitatem facile confunduntur) exterius, ubi barba nascitur; *gote*, *guance*. *Cic. 2. Nat. D. 57.* Genae oculos ab inferiore parte tutantur, subiectae leviterque eminentes. *Pacuv.* apud *Fest. p. 94. Müll.* Nunc primum opacat flore lanugo genas. *Plin. 11. 58. 1.* Infra oculos malae homini tantum, quas prisci genas vocabant: XII. Tabularum interdicto, radi a feminis eas vetantes, pudoris haec sedes, ibi maxime ostenditur rubor. *Horat. 4. Od. 1. 34.* Manat rara meas lacrima per genas. *Senec. Oedip. 953.* fletu rigare genas. *Tibull. 1. 9. 11.* succo splendente genas onerare; *imbellettare*. Et *ibid. 10. 38.* humentes genas tergere. Et *ibid. 11. 55.* flet teneras subtusa genas. Et *3, 4. 32.* Infecitur teneras ore rubente genas. *Martial. 1. 79.* Siccis ipse genis flentes hortatus amicos. *Propert. 4. 8. 26.* Vincet ubi crasas barba pudenda genas. Et *2. 14. 7.* Quid si iam canis aetas mea caueret annis, Et faceret sciissas languida ruga genas? *Ovid. 2. Art. am. 452.* petere ungue genas; *graffiarsi il viso*. Et *11. Heroid. 92.* ire unguibus in genas. Et *3. Trist. 3. 31.* lacerare genas. *Val. Flacc. 3. 509.* conferre; h. e. osculari invicem. *Quintil. 12. 10. 3. de Polyeleto.* Aetatem quoque graviorem dicitur refugisse, nihil ausus ultra leves genas. *Id. 11. 3. 77.* Ad haec omnia exprimenda in palpebris etiam et genis est quoddam deserviens iis ministerium. Multum et superciliis agitur. *Plin. 23. 24. 3.* Minime vero *(vinum dandum aegrotis)* oculis rigentibus et genis stantibus. *Id. 32. 31. 4.* Ad genarum crassitudines et oculorum albugines. — In singulari num. *Enn.* apud *Isid. 11. Orig. 1. 109.* atque genua comprimit arta gena. *Suet. Claud. 15. extr.* Libellos fecisse in faciem eius, ut genam non leviter perstrinxerit. *Plin. 11. 37. 1.* Extremum ambitum genae superioris Antiqui cilium vocavere unde et supercilia. *Id. ibid. 100. 1.* Gena inferior. — **β)** De usu adolescentium Romanorum alendi barbam circa genas diximus sub v. BARBATULUS §. 1. Huc spectat *Martial. 6. 3.* Doctus

Digitized by Google

et hirsutas excoluisse genas. Et *Gell. 5. 4.* in *lemmate*. Quod P. Africano et aliis tunc viris nobilibus ante aetatem senectam barbam et genas radere moris fuit. — **β)** Apud Antiquos vero

II. *Gena* pro palpebra, sive pro illa membrana, quae oculos tegit, usurpabatur; *palpebra*. *Enn.* apud *Fest. p. 94. Müll.* Genas Ennius palpebras putat, quum dicit hoc versu: Pandite, stulti, genas et corde relinquite. — In sing. num. *Id.* apud *Serv.* ad *6. Aen. 686.* imprimitque genae genam; *h. e.* palpebram palpebrae committit, et connivet. De dormiente enim loquitur. — De animalibus. *Plin. 11. 37. 1.* Nec genae quidem omnibus: ideo neque nictationes, etc. Et *mox.* Columbae utraque gena connivent: crocodili inferiore tantum. — **γ)** Hinc poëtice dicuntur de loco oculorum, vel de ipsis oculis. *Propert. 4. 5. 16.* Cornicum emeritas eruit ungue genas. Et *5. 10. 26.* Exustaeque tuae mox, Polyphemo, genae. *Ovid. 2. Pont. 8. 66.* Et patiar fossis lumen abire genis. *Id. 20. Heroid. 205.* Ut te conspecta, subito (si forte notasti) Restiterim fixis in tua membra genis. — **δ)** Improprie *Veneris gena* vocata fuit species quaedam gemmarum, quas alii malunt paederotas, alii antarotas vocare, quod maxime videtur decere et specie et colore, ut ait *Plin. 37. 40. 5.*

GĔNĔĂLŎGĬA, ae, f. Vox Graeca, γενεαλογία, qua significatur sermo de origine seu generatione, vel stemma generationum; *genealogia, albero genealogico*. *Messala Corvin. de progen. Aug. 22.* Si maiorum genealogiam recte complector. Sed V. MESSALA CORV. in *Indice Auctorum*, qui *Lexico* praemittitur. Vocis usum tamen confirmat *Vulg. Interpr. 1. Esdr. 2. 62.* Hi quaesierunt scripturam genealogiae suae. *Id. 1. Tim. 1. 4.* Genealogiae interminatae. *Id. Hebr. 7. 3.* sine patre, sine matre, sine genealogia. *Iornand. Get. 13.* Quorum *(procerum)* genealogiam, ut paucis percurram, ut quo quis parente genitus est, aut unde origo accepta, ubi finem efficit, absque invidia, qui legis, vera dicentem ausculta. Adde *47.* et *Potam. Tract. 2. de Isaia*, apud *Migne, Patrol. Lat. T. 8. p. 1416.* — Quidam Lexicographi perperam *Ciceroni* tribuunt *3. Nat. D. 17.* V. loc. in voc. seq.

GĔNĔĂLŎGUS, i, m. Vox Graeca γενεαλόγος, qua significatur qui genealogiam enarrat, aut scribit. *Cic. 3. Nat. D. 17.* Qui a genealogis antiquis sic nominantur. *Fuit qui prave legeret* genealogiis. *Prudent. Apotheos. 315.* Illud ait genealogus idem; *h. e.* Moyses, qui Genesin scripsit.

GĔNĔARCHĀ, ae, m. Vox Graeca γενεάρχης; *h. e.* generis princeps. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 562.* et *T. 8. p. 261.* et in *Gloss. Lat. p. 155. n. 21.*

GĔNĔARCHĬCUS, a, um. Adiect. a *genearcha;* ad genearcham pertinens. *Iulian. Antecess. Constit. 29. 1.* Habeant autem communionem et in praediis illis, quae genearchica vocabantur ab antefato tempore. Sin autem contigerit, quosdam inveniri, qui filias suas heredes scripserint, volumus ipsis quoque genearchicarum rerum dominium competere.

GENER, ĕri, m. Nomen a *genus*, quia ad augendum genus adhibetur. — **b)** In dativo plurali *generibus* pro *generis* dixit *Accius* apud *Non. 8. 33.*, quasi esset a *gener, eris*, quam declinandi rationem confirmaret *Inscr.* apud *Renier, n. 438.* Caecilia Tertulla *vixit annis* L. Filii et generes fecerunt b. m.

GENER proprie est filiae meae maritus; *genero;* cui respondet socer. *Cic. 1. Offic. 33. extr.* Cum soceris generi non lavantur. *Ovid. 3. Fast. 202.* Tum primum generis intulit arma socer. *Martial. 9. 71.* Cum gener, atque socer diris concurreret armis. *Inscr.* apud *Orelli, n. 289.* D. M. Palladio Politice socera f. c. genero pientissimo. — **β)** Non solum autem maritus, sed etiam sponsus filiae meae, *gener* vocatur, uti docet *Ulp.* *Dig. 38. 10. 6.* Atque ita *Virg. 2. Aen. 342.* Choroebus Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus Venerat, insano Cassandrae incensus amore, Et gener auxilium Priamo, Phrygibusque ferebat. Ubi *Servius:* Gener dicitur et qui est, et qui esse vult. — **γ)** Praeterea non solum filiae, sed etiam neptis, et proneptis maritus, tam ex filio quam ex filia editarum, gener est, teste *Ulp. Dig. 50. 16. 136.* — **δ)** Ad haec vir sororis meae *gener* dicitur a *Iustino. 18. 4.*, et fortasse etiam a *Nepote, Pausan. 1.* — **ε)** Denique etiam aurus meae maritus *gener* appellari creditur apud *Tacit. 3. Ann. 6.* et *6. ibid. 8.*, ubi de Seiano sermo est: tametsi alii aliam eius appellationis causam afferunt. — **ϛ)** Ioculariter de amatore filiae. *Horat. 1. Sat. 2. 64.* Villius in Fausta Sullae gener, etc.

Nota. Ex his omnibus fit, *generum* dici posse quicumque ab altero uxorem accipit sive filiam, sive sororem, sive neptem, nurum viduam, etc. Nam qui dat, patris quodammodo personam gerit.

GĔNĔRĂBILIS, le. Adiect. verbale a *genero;* qui generandi vim habet; *generativo*. *Plin. 2. 45. 1.* Hic est ille generabilis rerum naturae spiritus. *Apul. Herm. Trismeg. 14.* Quhecumque ergo sunt, quibus inest natura generandi, haec et generabilia sunt. — **β)** Passive, qui generari potest; *generabile*. *Manil. 1. 142.* sitque haec discordia concors, Quae nexus habiles, et opus generabile fingit.

GĔNĔRĀLIS, le. Adiect. a *genus*. — Superlat. *generalissimus* §. 2. — Proprie, ratione habita generationis, est ad cuiusque rei genus, naturamque pertinens, genitivus; *naturale*. *Lucret. 1. 582.* variae volucres, ut in ordine cunctae Ostendant maculas generales corpori inesse. *Gloss. Lat. Gr.* Generalis; γενικά. V. GENICOS. — **β)** Translate. *Cic. 1. Invent. 8.* Cum qualis sit res, quaeritur, quia et de vi, et de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur. *Senec. ep. 58. genus generale* appellat, quod Philosophi dicunt *genus generalissimum*. Eius verba sunt: Quod est, aut corporale est, aut incorporale. Hoc ergo genus est primum, et antiquissimum, et, ut ita dicam, generale: cetera genera quidem sunt, sed specialia. *Boëth.* in *Porphyr. Dial. 1.* Et haec genera generalissima nominavit *(Aristoteles);* id est γενικώτατα quod super ista alia genera inveniri non possint. — **γ)** Item qui pertinet ad universum rerum quarundam genus, sive speciem; *generale, universale*. *Cic. 1. Offic. 27.* Nam et generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur, et aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. *Ulp. Dig. 38. 8. 4.* Generalis definitio. *Papinian. ibid. 2. 14. 40.* Generale pactum. *Quintil. 12. 2. 18.* Quum sit generalis quaestio speciali potentior. *Id. 5. 10. 44.* Illud generale, hoc speciale. Adde *2. 4. 22.*

GĔNĔRĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *generalis;* universitas; *generalità*. *Capell. 4. p. 100.* Dum hominem risibile animal dixerimus, ea a ceterorum animantium generalitate discreverimus. *Serv.* ad *Virg. 1. G. 21.* Post specialem invocationem transit ad generalitatem, ne quod numen praetereat. *Id.* ad *6. Aen. 154.* Quae contra naturam fiunt, non afferunt praeiudicium generalitati. Adde *Symmach. 2. ep. 90.* — *Ennod. Paneg. Theoder. 18.* Alemanniae generalitas intra Italiae terminos sine detrimento Romanae possessionis inclusa est; *h. e. i popoli dei sette e dei tredici comuni erigendi di Germania e venuti a stabilirsi nei territorii Vicentino, Veronese e Trentino.* V. *Bened. Giovanelli, dell' orig. de' sette e tredici Comuni*, etc. *p. 32.* Adde *Cassiod. 11. Var. 16. ad fin.*

GĔNĔRĀLĬTER. Adverb. a *generalis*. — Superlat. *generalissime*, infra. — Est universaliter, simul omnia sub genere amplectendo: *generalmente, universalmente, in genere*. *Cic. 1. Invent. 26.* Nam ipsum quidem generaliter definire difficile est. *Plin. 1. ep. 8.* Memini te iam quaedam adnotasse, sed generaliter: ideo nunc rogo, ut non tantum universitati eius attendas, verum etiam particulas, quas soles lima, persequaris. *Quintil. 3. 10. ante-med.* Temporis duplex significatio est: generaliter enim, et specialiter accipitur. Adde *3. 7. 4.*, ubi opponitur *specialiter*, et *3. 7. 7.*, ubi *proprie*. *Rufin.* vertens *Orig. Comment. in Psalm. sub init.* Deum quidem generalissime dicunt, animal immortale, rationale; secundum quam definitionem omnis anima rationalis est Deus. *Gloss. Lat. Gr.* Generaliter; γενικῶς.

GĔNĔRĀMEN, inis, n. Verbale a *genero*, syllabica adiectione productum; generatio. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Lucif. Calar. 2. pro S. Athanas. p. 915. Migne.* Es ex illis interfectoribus, ad quos dicitur: *Serpentes, generamina viperarum*, etc. *Vulg.* noster *Luc. 3. 7.* habet *genimina*. — *Strabo Gallus* in *Rosa*. Flos tibi sceptrigero venit generamine lesse. V. STRABO in *Indice Auctor.*, qui *Lexico* praemittitur.

GĔNĔRASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *genero;* nascor; *nascere*. *Lucret. 5. 746.* cur omnia membris Ex insunte aevo generascunt, ingenioque? *Est qui legit* ingenerascunt.

GĔNĔRĀTIM. Adverb. a *generatus;* per singula genera; *per ogni genere*. *Lucret. 1. 585.* Iam quoniam generatim reddita finis Crescendis rebus constat, etc. *Id. 1. 21.* Ut cupide generatim saecla propagent. *Varr. 3. LL. 11.* Primum nomen omnium *(avium)*: alites ab alis, volucres a volatu. Deinde generatim: de his pleraeque ab suis vocibus, etc. Adde *Plin. 12. 1. 1. Cic. 4. Acad. 15.* Exponam igitur generatim argumenta eorum, quoniam ipsi etiam illa solent non confuse loqui. *Id. 1. Orat. 41.* Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent. *Caes. 1. B. G. 51.* Germani suas copias e castris eduxerunt, generatimque constituerunt, paribusque intervallis Harudes, Marcomanos, etc. *per nazioni*. *Virg. 2. G. 35.* proprios generatim discite cultus, Agricolae. *Suet. Cal. 22.* Hostiae erant phoenicopteri, pavones, meleagrides, etc. quae generatim per singulos dies immolarentur; *un genere al giorno*. Adde *Colum. 3. 10.*, *Lucret. 1. 228.*, *Caes. 5. B. C. 52.*, et *Liv. 5. 53.* etc. — **β)** Item per omnia genera, universim, generaliter; *in genere*. *Cic. 7. Verr. 55.* Nam quid ego de ceteris civium R. supplicils singillatim potius, quam generatim atque universe loquar? *Id. 2. Orat. 10.* Infinitum mihi videbatur id dicere, in quo aliquid generatim quaereretur, hoc modo: Expetenda ne esset eloquentia. *Id. 2. Invent. 3.* Ut omnia generatim amplectamur. *Id. 11. Att. 6.* Non nominatim, sed generatim informata proscriptio. *Colum. 3. 9. extr.* Haec de cura malleoli generatim praecepimus: nunc illud proprie, etc. Adde *Quintil. 8. 10. 100.*

GĔNĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *genero;* actus generandi; *generazione*. *Plin. 9. 74. 12.* Nec satis est generationi piscium, nisi editis ovis, etc. *Id. 8. 72. 1.* Generatio pecoribus binis utrinque ad novenos annos. *Id. 20. 51. 10.* Cibo rutae generationes impediri. — **β)** Latiore

Digitized by Google

significatione de posteris, itemque de maioribus alicuius. *Vulg. Interpr. Genes. 5. 1.* Hic est liber generationis Adam. — *Id. Matth. 1. 1.* Liber generationis Iesu Christi. — **B)** Latissime autem de universitate generis humani ab Adamo propagati. *Id. ibid. 24. 34.* Non praeteribit generatio haec, donec omnia haec fiant. — Hinc in plur. num. eodem sensu. *Id. Luc. 1. 48.* Beatam me dicent omnes generationes. — **4)** Specialim vero de genere aliquo hominum. *Id. Matth. 12. 45.* Generatio pessima. *Id. ibid. 16. 4.* mala et adultera. Et *17. 16.* incredula et perversa. *Id. Sapient. 4. 1.* Casta generatio; h. e. homines casti. — **5)** Metonymice pro sobole. *Id. Isai. 53. 12. de Ezechia.* Generatio mea ablata est et convoluta est a me quasi tabernaculum pastorum. Cf. *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. *Id. Psalm. 84. 6.* Aut extendes iram tuam a generatione in generationem? h. e. a patribus in filios et nepotes. *Id. Isai. 41. 4.* Vocans generationes ab exordio. — **6)** Item pro aetate, sive pro toto eo tempore, quo aliquis vivit. *Id. Gen. 6. 9.* Nec vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis; h. e. sua aetate, suis temporibus. *Id. Luc. 16. 18.* Filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. — **7)** Hinc formula *in generationem et generationem* et similia, obvia in sacris Bibliis, significant in omne tempus, per omne aevum. Sic *Ioel. 2. 2.* Usque in annos generationis et generationis. *Isai. 34. 17.* In generationem et generationem habitabunt in ea. *Id. Ephes. 3. 21.* In omnes generationes saeculi saeculorum. — **8)** Aliquando vero usurpatur de spatio annorum determinato; ut de tempore decem annorum in illo *Baruch, 6. 2.* Eritis ibi usque ad generationes septem; h. e. eritis captivi (in Babylonia) annos LXX. — **9)** Sensu spirituali pro regeneratione. *Id. 1. Ioh. 3. 18.* Qui natus est ex Deo, non peccat; sed generatio Dei conservat eum. — **10)** Translate de rebus. *Id. Gen. 2. 4.* Istae sunt generationes coeli et terrae. *Id. Luc. 22. 18.* Non bibam de generatione vitis; h. e. de genimine vitis, ut habet *Matth. 26. 29.*; h. e. vino. Sic *Pindar. Nem. 9. 25.* vinum dicitur ἀμπέλου πηλός; et *Anacreont. Od. 50. 7.* γόνος ἀμπέλου.

GĔNĔRĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *genero;* ad generandum idoneus. *Dionys. Exig. de Creat. Hom. 24. ad fin.* Cum itaque et hi dicant ignem aliorum elementorum esse generativum, etc. — **B)** Absolute. *Boëth. Aristot. Topic. 4. 4.* Generativum effectivum est. — Et *ibid.* In generativis et corruptivis.

GĔNĔRĀTOR, ōris, m. Verbale a *genero;* genitor, procreator; *generatore, padre. Cic. Unio. 11.* Nosse autem generatores suos optime poterant. — *Gesta Collat. Carthagin. Cognit. 3. n. 236.* Non enim potest aliqua res sine generatore suo nasci. — **B)** De ipso omnium rerum Creatore. *Vulg. Interpr. Sapient. 13. 5.* Quorum si specie delectati, Deos putaverunt: sciant quanto his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator haec omnia constituit. — **3)** Item pro altare. *Virg. 3. Aën. 704.* Arduus inde Acragas ostentat maxima longe Moenia, magnanimûm quondam generator equorum.

GĔNĔRĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *genero;* ad generationem, vel ad generatorem pertinens. *Tertull. advers. Valentin. 27.* Generatorio more. — **B)** Absolute, substantivorum more,

GENERATORIUM, ii, n. Est matrix. *Ambros. de Noë et Arc. 12.* Non est dubium, quin rationale animae nostrae in quinque sensus dividatur, et vocem et generatorium, quae natura videntur esse femineae. — *Id. in Psalm. 118. Serm. 18.* Percute ipsam vulvam impietatis generatoriumque perfidiae.

GĔNĔRĀTRIX, Tcis, f. Verbale a *genero;* quae generat. *Mela, 1. 9.* Aegyptus hominum, aliorumque animalium perfecunda generatrix. Add. Interpr. *Irenaei, 1. Haeres. 30. 15.* — **B)** Translate. *Ambros. de Noë et Arc. 28.* Passionem malam improbae passionis generatricem.

GĔNĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *genero,* adiectivorum more etiam adhibitum; genitus, productus; *generato. Cic. 5. Tusc. 24.* Semina, unde essent omnia orta, generata, concreta. *Id. 1. Offic. 29.* Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et iocum facti esse videamur. *Id. 5. Phil. 2.* Mars, a quo populum R. generatum accepimus. *Nep. Attic. 1.* Ab origine ultima stirpis Romanae generatus, perpetuo a maioribus acceptam equestrem dignitatem obtinuit *(Al. leg.* generatu perpetuo a maioribus, etc., ut sit *generatus, us,* generatio; quod alicui fortasse rectius videri potest). *Virg. 5. Aen. 61.* Troia generatus Acestes. *Ovid. 15. Met. 19.* Argolico generatus Alemone quidam Myscelos. *Curt. 9. 1.* Arbor ex sua radice generata.

GĔNĔRĀTUS, us, m. V. voc. praeced.

GĔNĔRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *genus.* — Participp. *generans* §. *1.* et *4.*, *generandus* §. *1.* et *2.*, *generatus,* V. suo loco, *generaturus* §. *1.* — Proprie est gigno, procreo; *generare, produrre. Cic. 4. Leg. 9.* Hominem generavit et ornavit Deus. *Horat. 1. Od. 22. 13.* quale portentum Nec lubae tellus generat, leonum Arida nutrix. *Ovid. 15. Met. 575.* Semina limus habet virides generantia rana. *Iustin. 2. 1. ad fin.* Terram tanto prius animalia generare coepisse. *Virg. 7. Aen. 734.* nec tu indictus abibis, Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha Fertur. *Id. 3. G. 63.* Atque aliam ex alia generando suffice prolem. *Horat. 1. Od. 12. 17.* Unde nil maius generatur ipso *(Iove). Cic. 2. Rep. 12.* Habendum *(regem),* qui esset Herculis stirpe generatus. — *Id. Univ. 2. de mundo.* Semper ne fuerit, nullo generatus ortu: an ortus sit ab aliquo temporis principatu. — Absolute. *Plin. 26. 102. 5.* Democritus eam compositionem bibere generaturos iubet. *Id. 8. 69. 2. de asina.* Quae non prius, quam dentes, quos pullinos appellant, iaciat, conceperit, sterilis intelligitur, et quae non primo initu generare coeperit. — *Virg. 4. G. 203.* Tantus amor florum, et generandi gloria mellis. — **2)** Dicitur et de rebus aliis. *Iustin. 4. 1.* Ignibus generandis, nutriendisque soli ipsius naturalis materia. *Gell. 5. 6.* E gramine, quod in eo loco generatum esset, etc. — **3)** Translate. *Quintil. 7. 3. 7.* Verba, quae litem generant. *Modestin. Dig. 25. 3. 7.* Nihil ei ex hoc praeiudicii generari, respondi. *Quintil. 12. 3. 3.* Verecundia vitium quidem, sed quae virtutes facillime generet. Adde *6. 2. 3.* — *Vulg. Interpr. Iacob, 1. 15.* Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. *Id. Prov. 9. 7.* Qui arguit impium, sibi maculam generat. — **4)** Refertur etiam ad mentis excogitata, et est facere, provenire, parere; *inventare, partorire. Quintil. 10. 3. 3.* An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc, ut tam multa generarent? *Id. 1. 1. sub fin.* In iis aetatibus, quae nihil dum ipsae ex se generare queunt. *Id. 1. 12. 12.* Quum generabit ipse aliquid atque componet. *Suet. Ner. 32.* Ut appareret, non translatos *(versiculos)* aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante atque generante exaratos.

GĔNĔRŌSĔ. Adverb. a *generosus.* — Comparat. *generosius* tantum huc usque in Lexicis recensitum. — Est fortiter, magno animo; *generosamente. Horat. 1. Od. 37. 21.* Generosius perire.

GĔNĔRŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *generosus;* proprietas eius, qui est generosus, seu genere seu virtute; *generosità. Vulg. Interpr. Sapient. 8. 5.* Generositatem illius *(Sapientiae)* glorificat, contubernium habens Dei. *Plin. 8. 70. 6.* Tauris generositas est in aspectu. — **B)** Item vis generandi, fecunditas; *fecondità. Id. ibid. 73. 2.* In ipsa ove satis generositatis ostenditur brevitate crurum, ventris vestitu. Et *ibid. 76. 2. de capris.* Feminarum generositatis insigne, laciniae corporibus a cervice binae dependentes. *Colum. arbor. 1.* Vitis pretio parata certam generositatis fidem non habet. *Pallad. 9. 5.* Asserit Columella *(Arbor. 2.)* explorari fecunditatem uno anno non posse, sed quatuor: quo numero cognoscitur vera generositas surculorum. — **3)** Aliquando significat bonitatem, v. gr. vini: ex qua commendatio, et pretium, et fama vini consequitur. *Plin. 14. 8. 2.* Antea Caecubo erat generositas celeberrima. V. vocem sequent. §. 7. — **4)** Passive. De re collata ab eo, qui generosus dicitur, largitio. *Hilar. fragm. extract. in Iob. 1.* Tanta enim et tam admirabilis in nos misericordiae Dei bonitas est, ut per quem in Adae offensa generositatem primae et beatae illius creationis amisimus, per eum rursum id, quod amisimus, obtinere mereamur.

GĔNĔRŌSUS, a, um. Adiect. a *genus.* — Comparat. *generosior* §. *1.*, superlat. *generosissimus* §. *1.* et seqq. — Proprie est nobili et praeclaro genere ortus; *nobile. Cic. Parad. 5. 1.* Generosa ac nobilis virgo. *Id. Brut. 58. extr.* Generosa stirps. *Ovid. 4. Trist. 4. 1.* nominibus generosus avitis. *Id. 14. Met. 698.* Viderat a veteris generosam sanguine Teucri Iphis Anaxareten, humili de stirpe creatus. *Horat. 1. Sat. 6. 1.* Non, quia, Maecenas, nemo generosior est te, naso suspendis adunco ignotos. *Sall. Iug. 88.* Naturam unam et communem omnium existimo, sed fortissimum quemque generosissimum esse. *Suet. Tib. 49.* Generosissima femina. *Virg. 10. Aen. 141.* Maeonia generose domo. — **2)** Translate. *Cic. Amic. 9.* Humilem sane relinquunt, et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae. — **3)** Deinde

II. *Generosus* est etiam magnanimus, animosus, fortis; *generoso, coraggioso, magnanimo. Cic. 3. Offic. 22.* Cum de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente. *Id. 2. Tusc. 65.* Quod natura ipsa, et quaedam generosa virtus statim respuit. *Plin. 8. 61. 7.* Alexander generosi spiritus imperator. *Ovid. 2. Fast. 199.* generosus miles. *Virg. 3. G. 75.* pecoris generosi pullus in arvis Altius ingreditur. *Senec. Phoeniss. 334.* generosa indoles. *Plin. 10. 24. 2.* Leones ferarum generosissimi. — **4)** Translate. *Cic. Brut. 75.* Forma dicendi magnifica, et generosa quodammodo. — **5)** Praeterea

III. *Generosus* est ferax, fecundus, quasi multum generans; *fertile, fecondo. Propert. 4. 11. 61.* emerui generosos vestis honores: Nec mea de sterili facta rapina domo. *Virg. 10. Aen. 174.* Iasulia inexhaustis Chalybum generosa metallis. *Plin. 11. 95. 2.* Sues generosae duodenas mammas habent, vulgares binis minus. *Ovid. 3. Fast. 211.* implere hortum flore generoso; h. e. multo, abundanti. *Apul. Met. 29.* Sed utique praesumis . . . , te solum generosum, nec me iam per aetatem posse concipere. — **6)** Dicitur etiam de vitibus, quae vinum ferunt fama et pretio commendatum: quae duae res non a feracitate, sed a bonitate proveniunt: itemque de pomis, et huiusmodi. *Colum. 3. 2. sub fin.* Ut nobilem vitem conseramus, generosam requiremus: ubi nihil erit, quod proferet, feracitatem potius sequemur, quae non

Digitized by Google

eadem portione vincitur pretio, quam vincit abundantia. *Horat. 1. Ep. 15. 18.* Vinum generosum et lene. *Plin. 15. 18. 3.* generosissima mala. *Id. ibid. 23. 1.* sorba. *Id. 32. 21. 3.* ostrea. Et *15. 58. 1.* generosum obsonium. — **γ)** Sunt etiam *generosae vites*, quae vini feraces sunt. *Colum. 3. 2. circa med.* Magnis etiam dotibus tres spianae commendantur, omnes feraces: generosior tamen una, quae etc.

Nota. Inter *nobilem* et *generosum* hoc interest, quod *nobilis* etiam in malam partem sumi potest: *generosus* non item. Praeterea *nobilis* dicitur, qui est notus claritate familiae: *generosus*, qui claritate rerum gestarum, et virtute. Ita ex *Aristot. Voss. l. 2. institut. Oratoriar. c. 14. sect. 7. Iuvenal. 7. 191.* Felix, et sapiens, et nobilis, et generosus.

GĔNĔSĔUS. V. voc. seq. §. 2.

GĔNĔSIS, is, et *Graeca positione*, eos, f. Vox Graeca, γένεσις; h. e. generatio, nativitas; *generazione, natività*. In basi Minervae Phidiae caelata erat *Pandoras genesis*, teste *Plin. 36. 4 8.* Πανδώρας γένεσις. *Capell. 7. §. 732.* Quae dyas, quod sit prima procreatio, a nonnullis genesis dicta. *Interpr. Irenaei, l. Haeres. 3. 1.* et *4. 2.* Genesis Aeonum. — **β)** Translate. *Commodian. Apolog. 946.* Iustitia pleni illibato corpore vivant. In illis nec genesis exercet impia vires; h. e. prava generatio, sive corruptio per generationem contracta. — **γ)** *Genesis* appellatur a Scriptoribus sacris prior Mosis liber, ubi rerum origines et exordia traduntur. *Eugypp. Thesaur. 126.* Genesim lege: invenies septimum *(diem)* sine vespere. Adde *Ambros., Hieronym. Augustin.* passim. — *Auct. de genealogiis Patriarchar.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 59. p. 549.* Liber nos geneseorum perdocet. *Geneseorum* dixit pro *geneseon*, quasi esset a *geneseus*, i. — **δ)** Accipitur etiam a Latinis pro sidere natalicio, sub quo scilicet quis natus est, ex quo futurae vitae sortem portendi credebant. *Iuvenal. 6. 578.* si prurit frictus ocelli Angulus, inspecta genesi collyria poscit. Et *14. 248.* Nota mathematicis genesis tua. *Suet. Vesp. 14.* Monentibus amicis, cavendum esse Metium Pomposianum, quod vulgo crederetur genesim habere imperatoriam. Adde *Commodian. Instr. 10.* — *Rufin. 9. Recognit. 26.* Genesis in septem partes, quae climata appellant, dividi traditur. Cf. GENITURA §. 4.

GĔNESTĂ. V. GENISTA.

GĔNĔTHLĬĂCĔ, *Graeca positione*, es, f. Adiect. Graecum, γενεθλιακός, a γενέθλη; origo, ortus; absolute, tanquam nomen personae, adhibitum pro Grammatica, quod rerum genera captat, apud *Capell. 5. §. 228.* V. IATRICE, et Cf. voc. seq. — **β)** Eadem videtur etiam pro astrologia adhiberi ab *Eod. 9. §. 894.* Genethliace propior adstabit, quae rationis aetherene conscia pensa Lachesis adoperte, atque instantium saeculorum serenda denunciat. V. *Kopp.* ad haec loca.

GĔNĔTHLĬĂCON, *Graeca positione*, i, n. V. voc. seq. §. 2.

GĔNĔTHLĬĂCUS, a, um. Adiect. Graecum, γενεθλιακός; ad genesin, seu natalicium sidus pertinens; *attinente a pronostico di natività*. *Arnob. adv. Gent. 2. p. 92.* Quando siderum motus aut ratio coepit genethliaca sciri? — *Panegyricus genethliacus* inscribitur ille Claudii Mamertini dictus Maximiano Augusto, quod eius natalem diem celebret. — **β)** Hinc absolute, substantivorum more,

GENETHLIACI, orum, m. Dicuntur, qui ex observatione talium siderum sortem futuram hominum, eventusque praedicunt. *Gell. 14. 1. init.* Qui sese Chaldaeos, seu genethliacos appellant; *astrologhi giudiciarii*. *Eugypp. Thesaur. 266.* Neque illi ab hoc genere perniciosae superstitionis segregandi sunt, qui genethliaci, propter natalium dierum considerationem, nunc autem vulgo mathematici vocantur. — **β)** Inscripsit etiam *Statius* carmen suum *2. Silv. 7. Genethliacon Lucani*, in quo natalem eius diem, ipsumque poëtam laudat. — **δ)** Item *Genethliaco*, de qua V. suo loco.

GĔNĔTHLĬŎLŎGĬĂ, ae, f. Vox Graeca, γενεθλιολογία, qua significatur ars Genethliacorum. *Vitruv. 9. 7. a med.* Propria est Chaldaeorum genethliologiae ratio, uti possint ante facta et futura ex rationibus astrorum explicare. *Gennad. de Script. Eccl. 22.* Nicetas scripsit adversus Genethliologiam.

GĔNĔTHLĬUS, a, um. Adiect. Graecum, γενέθλιος; natalicius. — Hinc *Genethlius Iuppiter* cognominatus, quod genituras puerorum praecest. *Hieronym. adv. Iovinian. n. 48.* V. loc. in GAMELIUS.

GĔNĔTĪVUS. V. GENITIVUS.

GĔNĔTRIX et Genitrix, ĭcis, f. Verbale a *geno*, pro *gigno*; quae gignit. — **b)** Ad scriptionem quod attinet, si vetera monumenta, et MSS. Codices attendas, fere semper per *e* legitur, teste, praeter alios, *Pierio* ad *1. Aen. 594.* Si vero originem, per *i*: est enim a *genitor*, hoc a *genitum*. Placet igitur prior ratio *Dausquio*, aliisque multis: altera *Manutio*, qui et ipse antiquos duos Lapides pro se affert. *Cellarius* litem componere conatur, ut quando est Veneris cognomen, per *e* scribatur, singulari quadam consuetudine, quia sic constanter legitur in Nummis et Lapidibus: in ceteris per *i*, ut origo poscit. Cf. ad rem *Prob. art. min. n. 538. Endl.* et *Wagner, Orthogr. Virg. p. 438.* — **c)** *Priscian. de accent. p. 1295. Putsch.* IX syllaba finita producuntur, ut *bellatrix, venatrix:* exciplantur *meretrix, genitrix:* sed omnia in obliquis casibus producuntur, exceptis etc.

GENETRIX vel Genitrix, proprie est quae genuit, mater; *genitrice, madre. Lucret. 1. 1.* Aeneadum genetrix, hominum divumque voluptas, Alma Venus. Cf. *Enn. Annal. 1. 17. Virg. 9. Aen. 284.* Genetrix Priami de gente vetusta Est mihi. *Id. 1. ibid. 695.* Paret Amor dictis charae genetricis; h. e. Veneris, quae mater est Amoris. *Horat. 2. Sat. 3. 135.* Nec ferro ut demens genetricem occidit Orestes. *Val. Max. 1. 8. n. 3. extern.* Ex ipso genetricis rogo lucem et cunas assecutus. *Plin. 10. 32. 1.* Genetricum senectam eiconise educant. *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1008.* Pater mei et genetrix germana. — **β)** Ut *mater*, ita *genetrix* per antonomasiam de Cybele, Deûm matre dicitur. *Virg. 2. Aen. 788.* Me magna Deûm genetrix his detinet oris. Adde *9. ibid. 117.* et *10. ibid. 234.* — **γ)** *Venus Genetrix* hoc nomine templum Romae habuit, exstructum a Iulio Caesare, qui se ab ea per Aeneam oriundum praedicabat. *Suet. Caes. 61. 78.* et *84.* — **δ)** Translate. *Lucret. 2. 600. de Tellure.* Magna Deûm mater, materque ferarum Et nostri genetrix haec dicta est corporis una. *Catull. 63. 30.* Patria o mea genetrix! *Sil. 15. 615.* Nox somni genetrix. *Ovid. 3. Met. 490.* frugum genetrix; h. e. Ceres. *Senec. Thyest. 816.* genetrix primae roscida lucis; h. e. Aurora. *Plin. 5. 31. 1.* Miletus Ioniae caput super octoginta urbium per cuncta maria genetrix. *Id. 26. 1. 3.* Aegyptus vitiorum genetrix. *Iustin. 20. 4.* Genetrix virtutum frugalitas.

Nota. *Genetrix*, et *mater* hoc differunt, quod illa semper, quae genuerit dicitur; haec aliquando pro nutrice ponitur. *Non. 5. 9.* V. MATER.

GENGIBIAE. V. GINGIVAE.

GĔNĬĀLĬĂ, ium. V. voc. seq. et GENIALIS §. 2.

GĔNĬĀLĬCĬUS, a, um. Adiect. a *genialis;* ad genialiciorum festum pertinens. *Kalend. Lambecii Vindobonenses* in *Thesaur. Graevii, T. 8. p. 97.* (in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 556.*) Prid. Idus Februar. Ludi genialicii. — Absolute *ibid.* III. Id. Febr. Genialicii CM. XXIIII. h. e. Circenses, missus XXIIII. — Huc spectat *Feriale Campanum* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6142.* habet: *III. Idus Febr. genialia.* — Haec festa et ludi videntur coniungenda cum Aureliani Genii populi Romani in Foro dedicatione, ut putat cl. *Mommsen* ad *Corp. Inscr. Lat. l. c.* Cf. et voc. seq. §. 2.

GĔNĬĀLIS, le. Adiect. a *genius;* ad genium, qua vim notat rerum gignendarum, sive ad ortum aut generationem pertinens; *geniale. Gloss. Lat. Gr.* Genialis γαμήλιος. *Onom. Lat. Gr.* Genialis; ὁ τοῦ διώνυσος. *Cic. Cluent. 5. extrem.* Lectum illum genialem, quem biennio ante filiae suae nubenti straverat. *Virg. 6. Aen. 603.* lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. *Serv.* ad h. l. Geniales proprie sunt lecti, qui sternuntur puellis nubentibus: dicti a generandis liberis. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 94. Müll.* Genialis lectus, qui nuptiis sternitur in honorem genii, unde et appellatus. *Iuvenal. 4. 66.* genialis agatur Iste dies: propera stomachum laxare saginis. *Ovid. 5. Fast. 535.* Festum geniale. *Id. 13. Met. 929.* genialia serta; h. e. coronae, quae voluptatis causa in conviviis et festis diebus adhibentur. *Id. 1. Art. am. 425.* Ducuntur raptae, genialis praeda, puellae; h. e. coniugii causa abductae. *Al. leg.* genitalis. *Stat. 2. Silv. 3. 103.* genialia iura; h. e. coniugalia. *Aleim. 1. 155. de Evae creatione.* Erigitur pulchro genialis forma decore, Inque novum subito procedit femina vultum. — **β)** Absolute. *Arnob. 4. p. 144.* genialibus alienis insultare; h. e. lectis coniugalibus. Sed *genialia* absolute dicta sunt etiam festa, quae et *genialicia*. V. voc. praeced. — *Incert. Auct. Grammat. fragm. p. 100. Endl.* Haec genialia, τέρετρα. Et *Gloss. Lat. Gr.* Genialia; τὰ τυχία. — **γ)** Videtur etiam sumi pro fecundo. *Plin. 17. 6. 3.* In tantum abundans genialis copia pecudum. *Id. 18. 64. 2.* Sors genialis atque fecunda. — **δ)** Deinde, latiore significatione,

II. *Genialis* dicitur universim voluptuarius, laetus, festus; *lieto, festivo, piacevole, voluttuoso*. *Ovid. 3. Amor. 15. 19.* libellos elegi, genialis Musa, valete; h. e. carmina amorum et voluptatis. *Id. 19. Heroid. 9.* geniale rus; h. e. amoenum, et voluptarium. *Id. 2. Amor. 15. 7.* genialia arva Canopi; h. e. deliciis affluentia. *Stat. 4. Silv. 4. 51.* geniale litus; *delizioso*. *Ovid. 10. Met. 95.* Platanus genialis; h. e. quae amoenitatis gratia seri solet. *Id. 5. Trist. 13 17.* genialis tempus; h. e. genio sacrum. *Al. leg.* genitale; h. e. natalis dies. *Virg. 4. G. 302.* genialis hiems; h. e. in qua celebrantur convivia. *Stat. 1. Achill. 115.* genialia bella; h. e. inter pocula et mensas nuptiales sponsae rapiendae causa inita, qualis fuit Centaurorum pugna cum Lapithis. *Sentra* apud *Non. 2. 574.* Scis enim, geniales homines ab antiquis appellatos, quia ad invitandum, et largius apparandum cibum promptiores essent. — **ε)** Speciatim *genialis Divi* dicuntur a *Statio* Bacchus et Ceres, quia convivia, voluptas, delicise sine iis nullae sunt, *12. Theb. 618.* genialibus hospita Divis Icarii Celeique domus. V. CELEUS et ICARIUS, in ONOM. Similiter Bacchus dicitur ab *Ovid. 4. Met. 14.* genialis consitor uvae. — Sed *Festus* apud *Paul. Diac. p. 88. Müll.* docet, geniales Deos dictos esse Aquam, Terram, Ignem, Aërem; ea enim sunt

Digitized by Google

semina rerum: duodecim quoque signa, Lunam et Solem inter hos Deos computari solitos. Hac ratione *genialis* est a *Genius*, qua vim notat rerum gignendarum. *Alii tamen leg.* genitale. — **G)** *Genialis coena.* V. COENA §. 7.

GĔNĬĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *genialis;* festivitas, iucunditas. *Ammian. 30. 1. sub fin.* Genialitas mensae.

GĔNĬĀLĬTER. Adverb. a *genialis;* opipare, et laute; *con piacere, allegramente. Ovid. 14. Met. 95.* Hospitis adventu festum genialiter egit. *Apul. 10. Met.* Otiose ac satis genialiter contorta in modum linguae extrema labia, grandissimum illum calicem uno haustu perhausi. — *Epigr.* in *Antholog. Lat. n. 1150. Meyer.* Hic accumbentem sculpi genialiter arte Se iussit docta post sua fata manu.

* GĔNĬĀNUS, a, um. Adiect. a *genius;* genialis: sed incertae omnino lectionis. Sic *Genfana salicta* in carmine *Helvii Cinnae* apud *Gell. 19. 13. in fin.* At nunc me Geniana per salicta Binis rheda rapit citata nanis. Alii leg. *Genusina*, alii *Genumana*, alii vero aliter. Fortasse rectius *Cenumana* a populis *Cenomanis;* in Gallia enim rhedamarum erat usus. — **B)** De *geniana gemma* apud *Plin. 37. 59. 2.* idem incerta admodum est lectio. V. GOSIANA.

GĔNĬĀRĬUS, ii, m. Nomen a *genius;* Geniorum artifex, qui nempe ex ebore, vel auro, vel argento, vel aere, vel marmore Geniorum simulacra conficiebat: huius officina aliqua sita erat in foro Romano post aedem Castori et Polluci dicatam. *Inscr.* apud *Grut. 25. 1.* Iunoni Piae M. Caulenus M. l. Philonicus geniarius post aedem Castoris. *Alia* apud *Don. el. 17. n. 12.* L. Canidius Exelpistus geniarius post aedem Castoris.

GĔNĬĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *genius;* aliquid genio instruo. *Capitolin. Ver. 10.* Fuit decorus corpore, vultu geniatus; h. e. amabilis, gratus aspectu. Ita *Salmas.* Alii aliter leg. *Stat. 1. Silv. 1. init.* moles geniata; h. e. Genio sacra. *Al. leg.* geminata, *al.* gemmata. *Cassiodor.* quoque non semel usurpat, gratiosum, amabilem, geniumque habentem significans. *6. Variar. form. 5. 12. 20. 21.* etc., sed non est facile imitandus, inquit *Forcellinus* noster. *Gloss. Isid.* Geniatus, genialis, gratus. Cf. DEGENIATUS.

GĔNĬCOS, *Graeca positione*, ē, um. Adiect. Graecum, γενικός; ad generationem pertinens, generalis. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Genicon; γενικόν. Cf. *ibid.* « Generale; γενικόν. » Ex quo patet, quo sensu accipienda sint verba Latina, *genicon* et *generale.*

GĔNĬCŬLĀRIS, re. Adiect. verbale a *geniculo.* — *Geniculares herbae* substernitur ob scorpionum irim repellendam. Haec *Isid. 17. Orig. 9. 85.*

GĔNĬCŬLĀRĬUS, ii, m. Verbale a *geniculo;* geniculator. *Gloss. Gr. Lat.* Γονυκλίτης; genicularius.

GĔNĬCŬLĀTIM. Adverb. a *geniculatus;* per genicula; *di nodo in nodo. Plin. 21. 59. 2.* Vincapervinca foliis geniculatim circumdata. *Onom. Lat. Gr.* Geniculatim; γονυδόν.

GĔNĬCŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *geniculo;* actus geniculandi, genu flexio; *inginocchiazione. Tertull. ad Scapul. 4.* Quando non geniculationibus, et ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsae? Adde *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 524.*

GĔNĬCŬLĀTOR, ōris, m. Verbale a *geniculo;* qui genua flectit. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 249.* Geniculator, genua inclinans. — **B)** Hinc idem est quod ingeniculus (V. ENGONASI). *Vet. Schol. ad Germanic. Arat. 206.* Aratus dicit, 'super Geniculatorem situm *(Equum)* et iam astris illatum, eo quod a celsitudine Heliconis montis percusso pede dextro aquam produxit, quem liquorem Hippocrenen dicunt.

GĔNĬCŬLĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *geniculum;* frequentibus geniculis constans; *di molti nodi. Cic. Senect. 15.* Culmoque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur. *Plin. 16. 64. 2.* Geniculata arundo. *Id. 24. 98. 2.* Herba totidem geniculata nodis, quot habet annos. *Id. 14. 3. 4.* Vites per ramos populi maritae procacibus brachiis, geniculato cursu scandentes. *Id. 17. 35. 1.* Vitium surculis geniculati scaporum nodi intersepiunt medullam. — *Onom. Lat. Gr.* Geniculatum; πολυγόνιον. — **B)** Translate de fluvio inflexo in modum geniculi. *Ammian. 18. 9.* Urbs Amida a latere australi; geniculato Tibridis meatu subluitur propius emergentis.

GĔNĬCŬLĀTUS, us, m. Verbale a *geniculo,* idem quod Ingeniculus; scil. sidus Herculis dextro genu flexo super Draconis caput innixi. *Vitruv. 9. 6.* V. ENGONASI.

GĔNĬCŬLO (et Genuculo), as, ātum, āre (et Geniculor, aris, apud *Diomed. 1. p. 294. Putsch.* et *Gloss. Cyrill.* Geniculor; γονυπετέω). Verbum intransitiv. a *geniculum;* genua flecto. *Diomed. loc. cit.* Geniculor victori. *Charis. 3. p. 260. Putsch.* Geniculo parenti, genua tibi advolvor. — Plura exempla e *Glossis* collegit *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 134. n. 55.* — Tribuitur et *Plin. 18. 42. 1.* Segete viridi desecta, antequam genicularet. *Harduin.* habet *gelaret* ex MSS. et ita *Stillg.*, qui tamen *gelaret* corruptum pronuncint. — *Genuclat* pro *genuculat* per syncopen habet *Gloss. Philox.* Genuclat; γονατίζει.

GĔNĬCŬLOR, āris, āri. V. voc. praeced.

GĔNĬCŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *geniculum,* idem ac geniculatus. *Apul. Herb. 77.* Agrostis foliis parvi calami similibus, atque virgultis per terram serpentibus, geniculosis.

GĔNĬCŬLUM (et Genuculum), i, n. (et Geniculus, i, m. V. §. 3.). Deminut. a *genu;* parvum genu; *ginocchio, ginocchietto. Varr. 9. LL. 5.* Non sequitur ut stulte faciant, qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura. *Tertull. Cor. mil. 5.* De geniculis adorare. — *Anonym. Vales.* in *Excerpt. de Odoacre*, etc. *n. 40.* Perhibent de eo, quod patellas in genucula non habuisset. Cf. PATELLA. Porro *genucula* vel est accusat., qui vix a Grammatico excusari potest, vel ablat. sing., ut sit a *genucula, ae*, f. — *Gloss. Lat. Gr.* Genucula; γόνατα. — **B)** Translate *geniculo* dicuntur stipulae, vel caulis herbacei internodia, et veluti articuli ac nodi quidam. *Plin. 18. 10. 6.* Genicula autem tritico sunt quaterna, farri senna, hordeo octona. *Id. 26. 71. 2.* Verbenaca a tertio geniculo incisa. — **B)** Alia forma

GENICULUS, i, m. Idem ac geniculum. — Translate dicitur de curvatura in modum genu. *Vitruv. 8. 7.* Quod si non venter in vallibus factus fuerit, nec substructum ad libram factum, sed geniculus erit, erumpet, et dissolvet fistularum commissuras.

GĔNĪMEN, ĭnis, n. Verbale a *geno* (quod est pro *gigno*), syllabica adiectione productum; germen, progenies; *progenie. Tertull. Anim. 39.* Omnes idololatria obstetrice nascuntur, dum ipsi adhuc uteri infulis apud idola confectis redimiti, genimina sua daemoniorum candidata profitentur. — **B)** Translate. *Vulg. Interpr. Luc. 3. 7.* Genimina viperarum. Et *alibi saepe.* — **B)** De rebus. *Id. Matth. 26. 29.* Non bibam amodo de hoc genimine vitis, etc. Cf. GENRAMEN.

* GĔNĬO, as, ātum, āre. Verbum hoc nonnulli afferunt ex participio, ut ipsi habent, *genitatus;* sed nullum exemplum praeterea addunt. Cf. tamen DEGENIO.

GĔNISTĂ (et Genesta), ae, f. Est arbuscula quaedam humilis, fronde minuta, flore luteo, apibusque gratissimo, semine lenticulis haud absimili, quod phaseolorum modo siliquis innascitur; *ginestra:* forte a *genu*, quia facile flectitur, vel quia genibus medetur, ut *Plin. 24. 40. 1.* docet: vel a *geno*, quia facile gignitur. *Id. 21. 42. 1.* Genistas circumseri, alveariis gratissimum. *Virg. 2. G. 12.* molle salix, lentaeque genistae. *Id. ibid. 434.* salices, humilesque genistae, Aut illae pecori frondem, aut pastoribus umbras Sufficiunt, sepemque satis et pabula melli. *Plerius* hic observat, in antiquioribus exemplaribus *genesta* legi. *Calpurn. 1. Ecl. 8.* vacuae Molle sub hirsuta latus explicuere genista. Al. leg. *genesta*, ut et in *Porvigil. Vener. 81.* — **B)** Dubitat *Plin. cit. l. 24.* num eadem sit cum sparto Graecorum. Certum est, viminis quoque usum praebere, ut *Id. ibid.* et *16. 69. 1.* docet. *Martial. 1. 44.* Non pyra, quae lenta pendent religata genista. *Plin. 19. 2. 7.* Asia e genista facit lina ad retia praecipua, in piscando durantia, frutice madefacto denis diebus.

GĔNISTAEĪ, ōrum, m. Nomen a *genus*, vel a *geno* pro *gigno*, quo appellati sunt quidam ex Hebraeorum stirpe, qui peculiarem quamdam haeresim efformarunt. De his *Isid. 8. Orig. 4. 7.* Genistaei dicti, eo quod de *genere* Abrahae esse se gloriantur; nam cum in Babyloniam venisset populus Dei, plerique relinquentes uxores suas, Babyloniciis mulieribus adhaeserunt: quidam autem Israeliticis tantum coniugiis contenti, vel ex eis geniti, dum reversi essent de Babylonia, diviserunt se ab omni populo et assumpserunt sibi hoc nomen iactantiae.

GĔNĪTĂBĪLIS, le. Adiect. verbale a *geno* pro *gigno;* genitalis; *generativo. Lucret.* apud *Varron. 5. LL. 3.* Aetheris et terrae genitabile quaerere tempus. *Id. 1. 11.* Et reserata viget genitabilis aura Favoni. *Al. hic leg.* genitalis. *Arnob. 4. p. 146.* Genitabiles partes; h. e. genitalia.

GĔNĪTĀLIS, le. Adiect. verbale a *geno* pro *gigno;* ad gignendum pertinens, vim gignendi habens; *generativo. Lucret. 2. 61.* et *Ovid. 15. Met. 239.* Genitalia corpora; h. e. elementa, ex quibus omnia gignuntur. *Colum. 3. 6.* Partes trunci, quae et genitales sunt, et maxime fertiles. *Id. 7. 9.* Feminis suum vulvae ferro exulcerantur, ne genitales sint. *Virg. 2. G. 324.* Vere tument terrae, et genitalia semina poscunt. *Plin. 9. 54. 2.* Anni hora genitalis; h. e. tempus, quo cuncta gignuntur. *Id. ibid. 1. 2.* Genitales causae. *Id. 2. 6. 9.* Genitali rore terram conspergere. — *Id. 7. 12. 1.* Genitale profluvium mulieris; h. e. menses. — Item γονόῤῥοια apud *Eund. 20. 51. 10.* — **B)** *Genitalis dies* est dies natalis. *Tacit. 16. Ann. 14.* Sic *genitalis lux* apud *Stat. 2. Silv. 3. 62.*, ubi al. leg. *genialis.* — **B)** *Genitalis sedes* est natale solum, patria. *Prudent. Cathemer. 10. sub fin.* — Sic *genitalis terra* apud *Ammian. 27. 5. extr.*, et *genitale solum* apud *Cassiod. 1. Var. 42.* et *43.* — Huc referunt quidam *Auson. epigr. 106. de Venere.* Emersam pelagi nuper genitalibus undis, etc. — **4)** *Genitalia foedera* aut *iura* sunt coniugalia. *Stat. 3. Theb. 500.* et *689.* — **5)** *Genitales Dii*, Θεοὶ γενέσιοι, alii sunt, qui proprie generationum praesides, ut Saturnus, Iuppiter, Venus, et respectu Romanorum Aeneas, Mars, unde Romulus genitus est. Aliis sunt Aqua, Terra, Ignis, Aër, unde gignuntur omnia. Aliis sunt indigetes; scil. ex hominibus in Deos relati, ut Hercules,

Digitized by Google

Castor, etc. *Bentleius* ad *carm. saecul. Horatii* pluribus contendit, esse Deos maiorum gentium, genitos nempe, et naturales, non adscitios: quod verum puto, quia qui huiusmodi sunt Dii, sunt etiam rerum generationis praesides: non vero quia vox *genitalis* id significet. *Enn.* apud *Serv.* ad *6. Aen. 764.* Romulus in caelo cum Diis genitalibus aevum Degit. *Auson. perioch. 4. Iliad.* Iuppiter interea cum Dis genitalibus una Concilium cogit Superum de rebus Achivis. In Nummo Crispinae Augustae uxoris Commodi, apud *Eckhel, D. N. V. T. 7. p. 139.* in aversa parte est ara, et circa scriptum *Dis Genitalibus*. Hinc meretrix *Melissarium*, apud *Aristaen. l. 1. ep. 19.*, παιδοκομεῖν εἰ Χαριτίους προσήγαγε πᾶσι τοῖς γενεθλίοις Θεοῖς. — **6**) *Genitales menses* sunt, in quibus mulier infantem parere potest. *Gell. 3. 16.* In mensibus tamen genitalibus nominandis non praetermisit octavum. — **7**) *Genitale caput* est praeputium. *Rutil. 1. Itiner. 387. de Iudaeis.* Reddimus obscenae convicia debita genti, Quae genitale caput propudiosa metit. — **8**) *Genitalia membra*, *genitales partes* sunt τὰ αἰδοῖα. *Ovid. 2. Amor. 3. 3.* Qui primus pueris genitalia membra recidit. *Lucret. 4. 1037.* cietque Continuo partes genitales corporis ipsas. — **9**) Hinc absolute, substantivorum more,

GENITALE, is, et Genitalis, ium, n. idem significant. *Cels. 4. 1.* Vesica in feminis super genitale earum sita est. *Plin. 37. 57. 4.* Genitale utriusque sexus. Adde *11. 109. 1.*, et *alibi saepissime*. — **10**) *Genitalis* absolute dicta est etiam *Diana*, quasi praeses nascentium. *Horat. Carm. Saec. 16. de Diana.* Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis. — **11**) Apud Scriptores Ecclesiasticos

II. *Genitalis* refertur ad Christianam regenerationem, quae per baptismum fit. Hinc *Cyprian. ep. 1. n. 2.* Sed postquam undae genitalis auxilio superioris aevi labe deterse, in expiatum pectus serenum ac purum desuper se lumen infudit, etc.

GĔNĪTĀLĪTER. Adverb. a *genitalis*; fecunde, fertiliter. *Lucret. 4. 1230.* ut semina possint Seminibus commisceri genitaliter apta. — **2**) Translate, eodem sensu, quo *genitalis* in voc. praeced. §. 11 *Fastidiosus* apud *Fulgent. post ep. 9. ad fin.* Ita genitaliter lotos lutice iniquitatis indemnes asserit alienae, si voluntatis assensus non teneatur in crimine.

GĔNĪTĪVĀLIS, le. Adiect. a *genitivus*; qui pertinet ad genitivum casum. *Not. Tir. p. 154.* Genitivus, genitivalis.

GĔNĪTĪUS, a, um. Adiect. a *genus*, sive verbale a *gigno* pro *gigno*. Videtur esse idem ac genitivus, naturalis. Legitur in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli*, n. *5294.* Sudicentius frater genitius fecit memoriam.

GĔNĪTĪVUS et Genetivus, a, um. Adiect. verbale a *gigno* pro *gigno*; idem quod genitalis; *genitale*, *generativo*. *Cato* apud *Macrob. 3. Saturn. 6.* Apollinis genitivi ara; h. e. Phoebi genitoris, ut est apud *Val. Flacc. 5. 404.* — **2**) Frequentius sumitur pro genitali, a natura ingenito, ut *Genitivas notas*, quae sunt maculae a natura ingenitae; *ingenito*, *naturale*, *innato*. *Suet. Aug. 80.* Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus atque alvum genitivis notis; *voglie*. *Ovid. 3. Met. 331.* Forma prior rediit, genitivaque rursus imago; h. e. prima, quam habuerat, cum nasceretur. — **3**) Interdum pro gentilicio. *Ovid. 3. Pont. 2. 107.* Adiectique probent genitiva ad nomina Cottae. *Auson. praef. Syagr. 12.* Et non cognati, sed genitiva placent *[nomina]*; h. e. quae veniunt a genitore, non a cognatis. — **4**) *Genitivus casus*, et absolute, substantivorum more,

GENITIVUS, i, m. Est unus ex casibus apud Grammaticos, qui etiam *patrius* dicitur, et *interrogandi casus*, quod fiat in hoc casu interrogatio de patre et de genere; ex. gr. Cuius filius es? Cuius familiae? *Suet. Aug. 87.* Ponit *domos* genitivo casu singulari, pro *domus*. *Gell. 4. 16.* Genitivus singularis. *Quintil. 1. 5. 62.* Si ut Maecenas, Suffenas, Asprenas dicerentur, genitivo casu non *e* littera, sed *tis* syllaba terminarentur. Adde *1. 5. 65.*, *1. 6. 14.* etc. — **5**) Hinc *figura* per *genitivum* apud Rhetores, quae locum habet, cum hic casus pro alio adhibetur, et obtinet praesertim cum adiectivis; ut *amens animi* apud *Virg. 4. Aen. 203.* pro *animo*. Haec ex *Iul. Rufinian. de Schem. lex. 25.*

GĔNĪTOR, ōris, m. Verbale a *gigno* pro *gigno*; pater, qui scil. genuit; *genitore*, *padre*. *Cic. Univ. 8.* Quo nihil ab optimo, et praestantissimo genitore melius procreatum. *Id. ibid. 13.* Imitentes genitorem et effectorem sui. *Ovid. 3. Met. 143.* Matre Palaestina, dubio genitore creatus. *Auson. praef. Syagr. 1.* Ausonius genitor nobis. *Horat. 1. Od. 28. 7.* Genitor Pelopis. — **2**) Tribuitur saepe Diis tanquam epitheton, imprimis Iovi, Saturno, Neptuno, Marti etiam absolute; itemque hominibus in Deorum numerum relatis. *Ovid. 1. Amor. 13. 43.* Dŭm genitor; h. e. Iuppiter. *Id. 11. Met. 202.* tridentiger genitor tumidi profundi; h. e. Neptunus. *Cic. 2. Divin. 30.* Saturnus genitor. *Val. Flacc. 3. 404.* Phoebus genitor. — *Sil. 3. 126.* genitor bellorum; h. e. Mars. — De Romulo inter Deos relato. *Enn. Annal. 1. 181.* O Romule, Romule die! O pater, o genitor, o sanguen dis oriundum. *Ovid. 15. Met. 862.* Genitorque Quirine Urbis; h. e. parens Urbis, ut vocat *Cic. 1. Divin. 2.* — **3**) Translate. *Auson. Urb. 15. 7.* Qua rapitur praeceps Rhodanus, genitore Lemanno. *Plin. 15. 3. 4.* Graeci vitiorum omnium genitores. *Sil. 13. 758.* genitor fraudum. *Horat. 1. Ep. 2. 119.* Adsciscet nova, quae genitor produxerit usus.

Nota. Discrimen inter *genitorem* et *patrem* tradit *Isid. 1. Differ. n. 274.* « *Genitor* naturae vocabulum est, sive originis; nam pater dignitatis et honoris nomen est. Unde et sanctos viros ac seniores patres dicimus. Genitores vero nostri, a quibus nati sumus. »

GĔNĪTRIX, V. GENETRIX.

GĔNĪTŪRA, ae, f. Verbale a *gigno* pro *gigno*; generatio; *generazione*. *Plin. 18. 36. 1.* In alitum, quadrupedumque genitura esse quosdam ad conceptum impetus terrae. *Id. 9. 54. 2.* Origo atque genitura conchae est haud multum ostrearum conchis differens. — **2**) Accipitur etiam pro semine humano. *Plin. 22. 40. 1.* Datur et contra profluvia genturae viris. — **3**) Usurpatur etiam pro ipsis animalibus. *Arnob. 1. p. 8.* Morsu animam tollit serpens: male dicam scilicet primordiis rerum, quod tam saeva prodigia genturis spirantibus addiderunt. *Tertull. 4. advers. Marcion. 25.* verteus verba Christi apud *Luc. 9. 41.* O genitura incredula, quousque ero apud vos? — **4**) Item pro horoscopo, seu genesi; *natività*. *Suet. Aug. 94. ad fin.* Retinere ipse genturam suam perseverabat. *Ammian. 29. 1.* Fatorum per genturam interpres. Adde *Suet. Calig. 57.* et *Eutrop. 7. 20.* V. GENESIS § 4. — **5**) Translate de rebus. *Boëth. 1. Arithm. 2. De numeris pari atque impari*. Quae cum disparia sint atque contraria, tamen ex una genitura profluunt.

GĔNĪTUS, a, um. Particip. verbi *geno* pro *gigno*, adiectivorum more etiam adhibitum; generatus, procreatus; *generato*. *Ovid. 16. Heroid. 117.* Phryx erat et nostro genitus de sanguine. *Id. 1. Met. 615.* vaccam Iuppiter e terra genitam mentitur. — Sequente infinito. *Lucan. 6. 485.* animal potens leti, genitumque nocere; *nato per nuocere*. — *Mar. Victorin. de Trinit. hymn. 3.* Generator, genitus, regenerans; o beata Trinitas. — **2**) *Dii genitii et Deorum creatores* dicti sunt Diocletianus et Maximianus Imperatores in *Inscr.* edita in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1863. p. 10.*, quae lucem capit a loco *Virg. 9. Aen. 642.* Diis genite et geniture Deos. — **3**) Item natus; *nato*. *Plin. 11. 39. 1. absolute*. Septimo mense genitis saepe numero foramina aurium et narium defuere. *Vellei. 2. 116.* Genitus in exemplum. — **4**) Item baptismate regeneratus. *Vulg. Interpr. 1. Petr. 2. 2.* Sicut modo geniti infantes. V. GIGNO.

GĔNĪTUS, us, m. Verbale a *gigno* pro *gigno*; generatio. *Apul. Apol.* Qui plurimos libros de animalium genitu reliquerunt.

GĔNĪUM, ii, n. V. voc. seq. §. 6.

GĔNIUS, ii, m. Nomen a *geno* pro *gigno*, quod ratione significationis ad *Onomasticon* proprie spectaret, sed ratione usus etiam ad *Lexicon*, praesertim cum ex propria translata quoque significatio frequenter usurpata reperiatur: quare omnia, quae de *Genio* quocumque sensu adhibita sunt, huc placuit referre. — **b**) In vocativo est *Geni*. *Tibull. 4. 5. 9.* Magne Geni, cape tura libens, votisque faveto. — **c**) Si fides sit *Grammatico* incerti nominis in *fragm. Art. gramm. n. 165. p. 407. Endl.* etiam neutrius generis fuisse *genium*, *ii*, videtur. Is enim inter ea nomina, quae apud Romanos neutralia, apud Graecos feminina sunt, recenset: « Genium, τύχη τέκνου ἢ ἀνδρός. » — **d**) *Dis ginibus* legitur, pro *genits* fortasse, in *Inscr.* apud *Orelli*, n. *1729.*, sed corrupta omnino videtur lectio. Cf. *Henzen* in *Suppl. Or.* ad h. n. — **e**) Derivata, *genialicius*, *genialis*, *genialitas*, *genialiter*, *geniarius*, *geniatus*. Cf. GENIANUS. — **f**) Composita, *degenio*, *dubingeniosus*, *ingeniatus*, *ingenium*.

GENIUS proprie Antiquis videtur fuisse naturalis Deus uniuscuiusque loci vel rei aut hominis, ut *Serv.* ad *1. G. 302.* tradit, Graece δαίμων, Italice *Genio*. Hinc *Aufustius* apud *Fest. p. 94. Müll.* Genius est Deorum filius et parens hominum, ex quo homines gignuntur. Et propterea Genius meus nominatur, quia me genuit. — Universim autem dicitur Deus, cuius in tutela quicumque natus est, vivit. Hic, sive quod, ut genamur, curat; sive quod una genitur nobiscum; sive etiam quod nos genitos suscipit ac tuetur; certe a gignendo Genius appellatur. Eundem esse ac Larem, multi Veterum memoriae prodiderunt. Hunc in nos maximam, imo omnem habere potestatem, creditum est. Nonnulli binos Genios in iis dumtaxat domibus, quae essent maritae, colendos putaverunt. Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appositum. Genio igitur potissimum per omnem aetatem quotannis sacrificamus. Quamquam et alii sunt Dii complures, hominum vitam pro sua quisque portione adminiculantes: sed hi omnes semel in unoquoque homine Numinum suorum effectum repraesentant: quocirca non per omne vitae spatium nobis religionibus arcessuntur. Genius autem ita nobis assiduus observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis longius abscedat, sed ab utero matris exceptos, ad extremum vitae diem comitetur. Haec ex *Censorin. de die natali. 3.* sumpta sunt. — *Capell. 2. p. 38.* Quoniam unicuique superiorum Deorum singuli quoque deserviunt, ex illorum ar-

Digitized by Google

bitrio, iisterumque comitatu, et generalis omnium praesul. et specialis singulis mortalibus Genius admovetur, quem etiam praestitem, quod praesit gerundis omnibus, vocaverunt. V. *ibid.* reliqua, et Cf. PRAESTES. — **2**) Scribit *Censor. ep. 110.* Genios esse Deos inferioris notae, et ex eorum ordine, quos *Ovid.* vocat *(5. Fast. 20.)* de plebe Deos. Contra *Varro* apud *Augustin. 7. Civ. D. 2.* inter Deos selectos maioresque reponit. — **3**) Putarunt autem Genium una cum homine et nasci, et mori. Hinc *Horat. 2. Ep. 2. 187.* Scit Genius, natale comes qui temperat astrum, Naturae Deus humanae, mortalis in unum Quodque caput, vultu mutabilis, albus et ater. Et *ibid. 1. 143.* Tellurem porco, Silvanum lacte piabant. Floribus et vino Genium memorem brevis aevi. — Alii autem non sic, nam et Lares *Varro* apud *Arnob. 3.* ait, quosdam quasi Genios defunctorum putasse. Cf. infra §. 10. — **4**) *Censorin. loc. cit. 2.* ad illud *Persii, 2. 3. Funde merum Genio:* Hic, inquit, forsitan quis quaerat, quid causae sit, ut merum fundendum Genio, non hostiam faciundam putaverit; quod scilicet, ut *Varro* testatur, id moris institutique Maiores nostri tenuerunt, ut cum die natali munus annale Genio solverent, manum a caede ac sanguine abstinerent, ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent. — Aliquando tamen et hostias caesas fuisse Genio die natali, colligitur ex *Horat. 4. Od. 11. 7.* Quod si de Genio placando ageretur, semper puto hostia fuisse factum, ut apud *Liv. 21. 62. extr.* legitur. Ceterum plerumque Genii sacrum natale pulte, frixilia, libis, mero, odoribusque flebat. *Tibull. 1. 7. 49.* Huc ades, et centum ludis Geniumque choreis Concelebra et multo tempora funde mero. *Plin. 18. 8. 19., Ovid. 1. Amor. 8. 94.* et *Tibull. 2. 2. 5.* — **5**) *Genio* sacer erat mensis December, in quo festa Saturnalia et crebra convivia celebrabantur. Hinc *Ovid. 3. Fast. 58.* Acceptus Genio December. Cf. infra §. 20. — Item Genio erat frons consecrata, teste *Serv.* ad *6. Ecl. 4.* V. GENU §. 2. — **6**) Fuere item, qui suum cuiusque animum Genium esse existimarunt, ut est apud *Augustin. ibid. 13.* Hinc *Apul. de Deo Socrat. 15.* Quod is Deus, qui est animus suus cuique, quamquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur. — **7**) Item qui suam cuiusque fortunam. Unde apud *Charis. 1. p. 19. Putsch.* legitur: hic genius, ἡ τύχη ἑκάστου. Et quod Latini iurare solebant *per Genium Caesaris* (quod in more fuisse, colligitur ex *Suet. Cal. 27., Ulp. Dig. 12. 2. 13. ad fin.* et *Tertull. Apolog. 32.)* ὀμνύναι τὴν τοῦ Καίσαρος τύχην Graeci dicunt, ut *Dio, l. 44. c. 50.* Cf. *Plin. Panegyr. 52.* — Huc spectat *Auct. incert. fragm. Grammat.* allatus supra §. c. — *Tab. Salpens.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7421. col. 1. lin. 29.* is iuret per Iovem et Divom Aug. . . . et Genium Imp. Caesaris Domitiani Aug. Deosque Penates. — **8**) Mos fuit etiam iurare, et adiurare per Genium privatum. *Senec. ep. 12.* Iurat per Genium meum, se omnia facere. *Tibull. 4. 5. 6.* per te dulcissima furta, Perque tuos oculos, per Geniumque rogo. *Petron. fragm. Tragur. 37. Burm.* Ignoscet mihi Genius tuus: nolluisses de manu illius panem accipere. Et *62. extr.* Si mentior, Genios vestros iratos habeam. *Horat. 1. Ep. 7. 94.* Quod te per Genium dextramque Deosque Penates Obsecro et obtestor, vitae me redde priori. — **9**) *Serv.* ad *6. Aen. 743.* non unum, sed binos singulis assignat, alterum, qui ad bona, alterum, qui ad mala incitet impellatque: quibus assistentibus post mortem, aut asserantur in meliorem vitam, aut condemnentur in deteriorem. — Hinc *Genius bonus* et *malus. Inscr.* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1860. p. 5.* Bono Genio *eas (vel esto).* V. AGATHODAEMON et CACODAEMON in ONOM. et ANGELUS §. 2-4. et DAEMON §. 1-3. — **10**) Hinc saepe in titulis defunctorum memoria *Genio* eorum dicatur vel absolute vel coniunctim cum *Diis Manibus*, vel cum addito. — *Inscr.* apud *Orelli, n. 1726.* a Genio inferno, a scilicet M. Vetii Decembris defuncti. Et *n. 929.* Genio Sancto M. Aurelii. Cf. *n. 1709.* et V. *Henzen* in *Suppl.* ad *h. n. 929.* et *1709. Alia ibid. n. 1727.* Diis omnibus et Genio C. Flavii Hermetis. Et *n. 1721.* Genio dominico; *h. e.* domini sui. — **11**) Virorum *Genii* mares fuerunt, feminarum *Iunones* dictae, ut Genii feminae. *Plin. 2. 7. 5.* cum singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant, Iunones Geniosque adoptando. *Censor. ep. 110.* Singulis enim et Genium et Iunonem dederunt. Adde *Tibull. 4. 6. 4.* V. IUNO. — Hinc Genius viri coniunctim cum Iunone feminae habetur in *Inscr.* apud *Orelli, n. 1725.*

Genio-L. Cornelii-Hilarionis-
Iunoni Saturniae.

— **12**) Et ipsis Diis Genius attributus legitur. Hinc Genius Priapi apud *Petron. Satyr. 21.*, Famae, apud *Martial. 7. 12.*, qui quidem diversus ab ipso Numine fuisse videtur, ut probat *Marini, Frat. Arv. p. 570.*; nam ibi fratres Arvales Deae Diae boves feminas numero duas, item Iunoni Deae Diae *(h. e.* Genio eiusdem. V. infra §. 11.) oves numero duas immolaverunt. — Huc spectant loci *Minuc. Octav. 29.* Est eis tutius per Iovis Genium peierare, quam regis. *Arnob. 3. 40.* Genius Iovialis. — Ceterum in *Inscr.* apud *Orelli* habentur *n. 1731.* Genius Asclepii. Et *n. 49.* Genius Forinarum. Et *n. 2488.* Iovis Genio. Et *n. 1881.* Genius Martis etc. — **13**) Neque singulis hominibus tantum, sed et urbibus, populis, regionibus, exercitibus, fontibus, horreis, uno verbo, quibuscumque locis et societatibus suus Genius assignabatur. *Virg. 7. Aen. 136.* Genium loci primamque Deorum Tellurem Nymphasque et adhuc ignota precatur Flumina. *Arnob. 4. 6.* Lateranus Deus est focorum et Genius. *Inscript* apud *Grut. 8. 5.* I. O. M. et Genio P. R., et *ibid. 4.* I. O. M. Genio loci, Fortunae reduci. Et *ibid. 9) 4.* I. O. M. et Genio coloniae. Et *109. 5.* Genio exercitus. Et *ibid. 6.* et *7.* horreorum. Et *ibid. 2.* Centuriae. *Alia* apud *Orelli, n. 1713.* Genius Theatri. Et *n. 1710.* collegii. Et *n. 1711.* familiae monetalis. Et *n. 1714.* lavacrorum. *Iuvenal. 6. 22.* sacri fulcri; *h. e.* tori coniugalis. *Prudent. 2. contra Symmach. 444.* cur Genium Romae mihi fingitis unum, Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis Assignare suos Genios, perque omnia membra Urbis, perque locos Geniorum millia multa Fingere, ne propria vacet angulus ullus ab umbra? V. *Visconti, Mus. Pio-Clem. T. 5. tab. 29.* — Hinc in *Inscr.* apud *Orelli, Henzen*, aliosque passim legere est memorias titulosque sacros Genilis populorum, civitatum, coloniarum, municipiorum, pagorum, vicorum, reipublicae, patriae, decurionum, ordinis, plebis, incolarum, stationis, legionum, exercitus, castrorum, equitum, centuriae, turmae, collegiorum, vel corporum; itemque Genio domus, fontis, fori, curiae, plateae, praetorii, annonae, commercii, thesaurorum, etc. V. *Henzen* in *Ind.* ad *Suppl. Orelli, p. 27-29.* — Item et in Numis, in quibus saepe Genius senatus et Augusti sistitur, apud *Eckhel, D. N. V.* variis locis, coll. *Cavedoni* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1856. p. 128.* et *1858. p. 77.* et *alibi.* — De imaguncula, quae sistit Genium Hiemis, V. *Eund.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1855. p. XI.* Cf. infra §. 16. — **14**) Genius loci per anguem plerumque ostendebatur, ut ait *Serv.* ad *5. Aen. 85.* Quin immo etiam virorum Genius fuit serpens: hinc saepissime in antiquis monumentis sepulcralibus videre est anguem circa imaginem viri iacentis, aut circa mensam feralem sese circumvolventem. V. *Eckhel, D. N. V. T. 4. p. 55.* et AGATHODAEMON in ONOM. et ANGUIS §. 39. et 40. — **15**)

Haec ex falsa Gentilium theologia de Genio collegimus. Ceterum Christiana veritas *Genios* docet esse cacodaemonas; *h. e.* malos angelos, aeternis suppliciis a Deo damnatos ob seditionem ac superbiam: quos caeca Gentilitas Deos fecit coluitque, nos exsecramur, et in Dei nomine fugamus vinciumsque. V. *Tertull. Apolog. 22.* et *Anim. 39.*, *Lactant. 2. 15.* et *Augustin.*, qui plurima, in libris praesertim de *Civit. Dei*, fragmenta *Varronis* nobis servavit. Praeterea V. LARES, MANES, PENATES. — **16**) De Genilis qui plura desiderat, adeat *Creuzer, Müller, Klausen, Schoemann, Hertzberg, Gerhard* et *Preller*, locis citatis a cl. *Minervini* in *Bullett. Napolet. a. 1860. p. 7.* — Monumenta autem artis antiquae adhuc exstantia et ad Geniorum turbam pertinentia, plurima illustrata habes in *Annali* et *Bullett. dell' Istit. Archeol.* innumeris locis. — **17**) Ceterum apud Scriptores Ecclesiasticos quoque haec vox usurpatur pro angelis sive bonis sive malis. Nam haec habet *Herm. Pastor, 2. 6. 2.* Duo sunt Genii cum homine, unus aequitatis et unus iniquitatis . . . aequitatis Genius lenis est et verecundus, mansuetus et quietus . . . Accipe nunc et Genii iniquitatis opera, etc. — **18**) Deinde, quatenus praesertim nomen est etiam commune.

II. *Genius*, ratione autem habita spiritus intelligentiae, sumitur pro dote animi in bonam partem; *spirito, genio, abilità*. Hinc *habere genium* dicuntur, qui auctoritatem, fidem, ac famam sibi conciliant, tanquam si ea, quae agunt, Genio Deo auctore et consiliario agant. *Iuvenal. 6. 561.* Nemo mathematicus genium indemnatus habebit; *credito. Martial. 6. 60.* Victurus Genium debet habere liber. Cf. infra §. 22. — **19**) Saepe tamen refertur in malam partem ad appetitus quoscumque, imprimis epularum, et sumitur pro gula; *ghiottornia, golosità, gola:* fortasse ideo, quia diem natalem Genio sacrum amplioribus epulis celebrare mos erat. *Ter. Phorm. 1. 1. 9.* Quod illo unciatim vix de demenso suo, Suum defraudans genium, comparsit miser; *togliendosi di bocca. Plaut. Pers. 1. 3. 28. Sa.* ecquid alecis? *To.* vah ropas? *Sa.* Sapis multum ad genium; *h. e.* ad gulae voluptatem. *Id. Stich. 4. 2. 42.* Nam hic quidem meliorem genium tuum non facies; *h. e.* non curabis: non melius coenabis. *Id. True. 1. 2. 81.* Isti qui cum geniis suis belligerant, parcipromi; *che fan guerra alla gola. Horat. 5. Od. 17. extr.* eras genium mero Curabis, et porco bimestri Cum famulis operum solutis. — **20**) Et universim dicitur quidquid animus et voluptas appetit. *Pers. 5. 151.* Indulge genio: carpamus dulcia; *datti bel tempo. Plaut. Pers. 2. 5. 11.* Genio mea multa bona faciam. — **21**) Hinc parasiti *genium suum* vocant eum, a quo crebro ad coenam invitantur. *Plaut. Capt. 4. 2. 99., Cure. 2. 3. 22.* et *Men. 1. 2. 29.* — **22**) Hinc etiam *habere genium* dicitur is, qui laute vivit, et genio indulget. Sic *Martial.* de eo, qui vili impensa domi coenabat, amicis autem conquisitos cibos dono mittebat, *7. 78.* habes nec cor, Papile, nec genium. — **23**) Denique *genius* sumitur pro natura sive

Digitized by Google

genitali, quo sensu usurpat *Apul.* in *fragm. Florent.* apud *Hildebr.* ad *Apul. 10. Met. 21. p. 930.* si tamen eius est.

GĔNO, is, ui, ĭtum, ĕre. V. GIGNO.

GENS, gentis, f. Nomen per syncopen a *genens* pro *gignens* factum, ut quidam putant, licet alii a *genus* derivent, seu potius a Graeca voce γένος. Cf. GIGNO. — **b)** *Gentum* pro *gentium* habet *Paulin. Nolan. carm. 27. 73.* Fama suis magnopere gentum accenderat aerem Ore famem. Ita *Muratorius*, alii tamen rectius leg. *Fama suis magni per gentem*, etc. — Tribuitur etiam *Accio*. V. loc. in CONGENERO §. 3., sed hic quoque alii leg. *gentium*. — **c)** Derivata, *genticus*, *gentilicius*, *gentilis*, *gentilitas*, *gentiliter*, *gentilitus*. — **d)** Composita, *congentilis*, *ingens*.

GENS proprie est multitudo hominum, quae ex pluribus familiis constat, ex eodem progenitore descendentibus; *gente, del medesimo ceppo, razza, stirpe. Liv. 38. 58.* P. Scipio Nasica orationem habuit plenam veris decoribus, non communiter modo Corneliae gentis, sed proprie familiae suae. *Cic. 2. Rep. 25.* L. Bruto . . . auctore concitata civitas, exsulem et regem ipsum *(Tarquinium)* et liberos eius et gentem Tarquiniorum esse iussit. *Liv. 1. 5.* Quem *(Iulum)* eundem Iulia gens auctorem nominis sui nuncupat. *Ovid. 4. Pont. 6. 9.* Fabiae laus, Maxime, gentis. *Cic. 4. Leg. 7. extr.* Ut homines Deorum agnatione et gente teneantur. Cf. *Nota* infra. — **3)** In republica Rom. duo genlium genera fuere patriciorum et plebeiorum. Initio tamen soli patricii gentem habuerunt, quippe qui soli ingenui erant, cum plebeii vel servi, vel filii servorum essent. Plebeii gentem habere coeperunt, cum patres indicare potuerunt, idest se ex ingenuis natos esse. Ille enim dicitur gentem habere, qui sese ex ingenuis esse natum potest ostendere. *Liv. 10. 8. a med.* Penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere, vos solos auspicium, etc. *Horat. 2. Sat. 5. 18.* periurus *(al.* Peruvius) . . ., sine gente, cruentus Sanguine fraterno, fugitivus; *h. e.* ignobilis, obscuro loco natus. *Sall. Iug. 95.* Sulla gentis patriciae *(scil.* Corneliae) nobilis fuit, familia prope iam exstincta, maiorum ignavia. *Liv. 5. 27.* L. Tarquitius patriciae gentis. *Cic. 1. Orat. 59.* Qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri iudicarunt, quum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem, gente ad se rediisse dicerent. Nonne in ea fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum? — *Capit.* apud *Gell. 10. 20. 5.* Plebes ea dicitur, in qua gentes civium patriciae non insunt. *Liv. 4. 1.* Anni principio de connubio patrum et plebis C. Canuleius tribunus plebis rogationem promulgavit, qua contaminari sanguinem suum patres, confundique iura gentium rebantur. — *Id. 39. 19.* Uti Paeceniae Hispalae gentis enuptio, tutoris optio esset. — **3)** *Patricii* autem distinguebantur *maiorum gentium* et *minorum*. *Maiorum gentium patricii* Romae dicebantur, qui ex gente eorum erant, quos primum Romulus in patres allegerat: *minorum gentium* vero, qui ab iis descenderent, quos postea ex plebe Tarquinius ad senatum augendum conscripserat. *Liv. 1. 35.* et *47., Cic. 9. Fam. 21., Tacit. 11. Ann. 25., Cic. 2. Rep. 20.* L. Tarquinius duplicavit illum pristinum patrum numerum, et antiquos patres maiorum gentium appellavit, quos priores sententiam rogabat; a se ascitos minorum. *Id. 9. Fam. 21.* Patricii minorum gentium. V. CONSCRIPTUS §. 2. — **4)** Haec distinctio translata est etiam ad Deos, qui *maiorum* et *minorum gentium* fuerunt. *Id. 1. Tusc. 13.* Ipsi illi maiorum gentium Dii qui habentur, hinc a nobis profecti in caelum reperiuntur. V. DEUS §. 2. — **5)** Hinc iterum translate. *Id. 4. Acad. 41.* Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus. — **6)** Hinc etiam poëtice *gens* quandoque usurpatur de uno ex gente. *Virg. 10. Aen. 228.* vigilasne, Deum gens, Aeneа? vigila. *Sil. 7. 55. de Fabio.* Tiryntbia gens est. — **7)** Item aliquando per contemptum de hominum factione. *Cic. Sest. 38.* Si illo die gens ista Clodiana, quod facere voluit, effecisset. — **8)** Deinde

II. *Gens*, latiore significatione, sumitur pro aliquo populo, idest pro universis civibus alicuius urbis, ut *Gens Larinatium*, *Gens Campanorum*, *Gens Faliscorum (Caes. 3. B. C. 80.)* et latius pro natione, idest pro pluribus populis alicuius provinciae, ut *Gens Etruscorum*, *Gens Umbrorum (Ovid. 15. Met. 558.)*, et latissime pro una ex nationibus maioribus orbis terrarum, seu pro populis universis alicuius regionis, ut *Gens Gallorum*, *Gens Germanorum*, *Gens Indorum*, etc. *(Caes. 6. B. G. 31.)*. Nam conlugium in familiam dilatatum est, familia in gentem, gens in civitatem, civitas in provinciam, provincia in regionem. *Aurel. Vict. Vir. illustr. 76.* Mithridates rex Ponti duarum et viginti gentium ore loquebatur. *Cic. 1. Offic. 17.* Gradus plures sunt societatis hominum. Ut enim ab illa infinita discedatur, proprior est eiusdem gentis, nationis, linguae, qua maxime homines coniunguntur: interius etiam est eiusdem esse civitatis. *Id. 3. Nat. D. 39.* Deum non curare singulos homines, nec civitates, nec nationes, nec gentes. *Tacit. Germ. 2.* Ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim. *Quintil. 11. 3. 87.* In tanto per omnes gentes nationesque linguae diversitate. *Cic. Funtei. 11.* Externe nationes ac gentes. *Quintil. 11. 1. 36.* Ne in totos ordines aut gentes aut populos petulantia incurreret. *Id. 12. 2. 3.* Leges quae propriae populis et gentibus sunt constitutae. *Apul. 4. Met. 34.* Cum gentes et populi celebrarent sua divinis honoribus, etc. *Cic. 2. Rep. 20.* Postquam bello subegit Aequorum magnam gentem et ferocem et rebus populi Romani imminentem. — *Id. 3. ibid. 4.* Gens Sabina aut Volsca. *Caes. 2. B. G. 28.* Gens Nerviorum. Adde *Cic. 3. Rep. 9.* et *4. Catil. 6.* — *Id. 1. Rep. 2.* Ut ius gentium, aut hoc ipsum civile quod dicitur. V. IUS. — *Plin. 7. 58. 1.* Gentium consensus tacitus primus omnium conspiravit, ut lonum litteris uterentur. V. infra *Nota* §. 2. — **9)** Translate dicitur aliquando de regione. *Nep. Datam. 4.* Ut Aspim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat; quae gens iacet supra Ciliciam, confinis Cappadociae. *Arnob. 1. p. 4.* Gentes viduatas esse suis cultoribus et desolatas. — **10)** Specialim

III. *Gentium*, genitivus, eleganter, eadem ratione qua *terrarum*, iungitur quibusdam adverbiis loci ad vim sermonis augendam. *Plaut. Asin. 2. 2. 21.* Ubi est gentium? *Id. Cist. 4. 1. 16.* Obsecro, unde haec gentium? *Ter. Hec. 3. 1. 4.* Ubivis gentium agere aetatem, quam etc. *Id. ibid. 15.* An quisquam usquam gentium est aeque miser? *Plaut. Amph. 2. 2. 54.* Equidem te, nisi nunc hodie, nusquam vidi gentium. *Ter. Adelph. 4. 2. 1.* Fratrem nusquam invenio gentium. *Id. Heaut. 5. 1. 55.* Abeat molto malo quovis gentium, Quam hic etc. *Cic. 6. Att. 3.* Res est in manibus: tu autem abes longe gentium. *Id. 12. Fam. 22.* Nostri συμφοιτητὰι longe gentium absunt. *Id. 7. Verr. 55.* Ubicumque terrarum et gentium. *Id. 1. Catil. 4.* Ubinam gentium sumus? *Ter. Adelph. 4. 2. 1.* Nusquam gentium etc. — **11)** Interdum adhibetur ad vehementius negandum. *Id. ibid. 3. 2. 44.* Ah, minime gentium: non faciam. Adde *Eun. 4. 1. 11.* et *Phorm. 3. 3. 44.* — **12)** Apud Scriptores Ecclesiasticos, imprimis *Vulg. Interpr.*,

IV. *Gentes* in plur. num. passim pro Gentilibus; *h. e.* iis, qui extra Christianam religionem sunt, usurpantur. *Vulg. Interpr. 1. Cor. 1. 23.* Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Et *5. 1.* Talis fornicatio, qualis nec inter gentes. Et *10. 20.* Sed quae immolant gentes, daemoniis immolant. — *Id. Ioh. 7. 35.* Numquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes? *Hic* in textu Graeco loco *gentes* habentur Ἕλληνες, seu Graeci. Solebant enim Iudaei Gentiles proprio nomine Graecos appellare, quia plurimae gentes tunc temporis lingua Graeca utebantur. Sunt tamen qui verba ἡ διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων; *h. e.* dispersio gentium, accipiunt de Iudaeis ipsis, qui ea maxime aetate dispersi erant inter gentes. — *Id. Matth. 4. 15.* Galilaea gentium; *h. e.* a gentilibus maxime habitata. — *Id. Eccli. 5. 27.* Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens, quam oderim; *h. e.* Seiritas et Philistaeos et Sichimitas, ut v. seq. exponitur; tertia autem gens, de interpretum sententia, est Samaritanorum, qui non gens, sed colluvies gentium proprie fuit. V. SAMARITANI in ONOM. Adde *Lactant. 2. 13. fin.* et *Augustin. Ambros. Hieronym.* etc. passim. V. GENTILIS §. 8. et 10. — In sing. num. pro gentili. *Commodian. Instr. 26.* Gens et ego fui, perversa mente moratus. — **13)** Hinc *Arnobii* libri *adversus Gentes* inscribuntur. Et *Commodiani* carmen *Apologeticum adversus Iudaeos* et *Gentes;* itemque *Auctoris* incerti *de vocatione Gentium*, etc. — **14)** A Latinis quoque positum reperitur pro iis, qui non sunt cives Romani. *Auct. B. Hisp. 17.* Petimus, ut qualem te gentibus praestitisti, similem in civium deditione praestes. — Sic et *Horat. 1. Od. 2.* Terruit Urbem, Terruit gentes, grave ne rediret Saeculum Pyrrhae; *h. e.* exteras nationes, quibus opponuntur Romani *(Urbi)*. — **15)** Improprie

V. *Gens* etiam dicitur de brutis, ut de apibus, de piscibus, etc. *Colum. 9. 9. de apib.* Intestino bello totae gentes consumuntur. *Virg. 3. G. 75. de equis*, quos in spem statuis submittere gentis. *Ovid. 4. Fast. 711.* Utque luat poenas gens haec; *h. e.* vulpes; *questa razza odiosa di animali*.

Nota. *Gens* differt a *familia*, quia *gens* est instar totius, *familia* instar partis, cum gens plures familias complectatur, quae ab eodem progenitore descendunt. Deinde *gens* ad nomen, *familia* ad cognomen refertur. Ex. gr. omnes *Cornelii* unius esse gentis dicebantur, quia omnes uno appellabantur nomine, sed diversarum erant familiarum, quae cognominum varietate distinguebantur. *Gens* enim *Cornelia* dividebatur in *Cinnas*, *Dolabellas*, *Lentulos*, *Scipiones*, *Sullas*, etc. — **2)** Item *gens* et *natio* differre aliquibus videntur, quod *gens* latius, quam *natio* extendatur. Nam *gens* est tanquam genus, *natio* species. Gens enim Itala habet Etruscos, Umbros, Picentes, et huiusmodi. V. supra §. 8. — Aliquando tamen promiscue usurpantur. Nam *Tacit. Agric. 12. gentes* dicit, quas paulo ante *nationes* appellaverat. — **3)** Item inter *gentem*, *gentes* et *genus* discrimen hoc traditur ab *Isid. 1. Differ. n. 270.* « *Gens* nationis est, ut Graecine, Assyriae. Hinc et *gentilitas* dicitur. *Gentes* autem familiae, ut Iuliae, Claudiae. *Genus* vero ad qualitatem refertur, ut pecoris, pomi. » Sed V. etiam GENUS in *Nota*. — **4)** Inter *gentem* et *agnationem* discrimen V. in GENTILIS *Nota*.

GENTĂ, ae, m. idem quod genur. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Genta; γαμβρός.

Digitized by Google

GENTĬĀNĂ, ae, f. Nomen proprie adiectivum, *Gentianus, a, um;* h. e. ad Gentium, de quo V. in ONOM., pertinens, absolute adhibitum, quo significatur herba quaedam, Italice quoque *genziana* dicta, ab rege Illyriorum Gentio inventa, magnitudine lactucae, caule tenero pollicis crassitudine, cavo et inani, ex intervallis, foliato, trium aliquando cubitorum, folio fraxini, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus Subalpinis plurima. Usus eius in medicinis radice, et succo. *Plin. 25. 34 1., 26. 87. 3.* etc. et *Scribon. Compos. 167., 170.* et *178.* — **2)** Varia eius nomina ac virtutes recenset *Apul. Herb. 18.* Graeci gentianam dicunt, idem aloën Gallicam, alii narcen, alii Chironion, alii basilicam, Dardanus aloiten, Itali gentianam, alii cimsalem.

GENTĪCUS, a, um. Adiect. a *gens;* ad gentem pertinens, gentilis; *nationale. Tacit. 5. Ann. 45.* Quibus more gentico continuum ferri tegimen. Adde *6. ibid. 33., Tertull. Anim. 39.* Pro gentica, pro avita, pro publica, pro privata devotione. — **2)** Absolute, substantivorum more,

GENTĪCI, ōrum, m. Sunt gentiles, gentes. *Avien. Or. marit. 607.* Taphron paludem namque gentici vocant.

GENTĪLĪCĬUS et Gentilitius, a, um. Adiect. a *gentilis;* ad gentilitatem sive gentem pertinens; *gentilizio. Liv. 5. 52.* An gentilicia sacra ne in bello quidem intermitti, publica sacra et Romanos Deos etiam in pace deseri placet? *Cic. Har. resp. 15.* Qui sacrificia gentilicia illo ipso in sacello facitarunt. *Liv. 6. 20. ad fin. de Manlio.* Adiectae mortuo notae sunt: publica una, ne quis patricius in area habitaret: gentilicia altera, ne quis deinde Manlius vocaretur. Idem docet *Cic. 1. Phil. 13.*, ubi ait: *decreto gentis Manliae*, hinc *nota* gentilicia. *Suet. Caes. 1.* Gentilitiae hereditates. *Id. Claud. 25.* Gentilicia nomina. *Plin. 19. 2. 2.* In Seranorum familia gentilicium est, feminae lineo veste non uti. *Plin. alter, 6. ep. 13.* Passienus Paulus scribit elegos. Gentilicium hoc illi; est enim municeps Propertii, atque etiam inter maiores suos Propertium numerat. *Vellei. 2. 119.* Tumulus gentilicius. *Calpurn. Declam. 24.* Sacra gentilicia. — **2)** Item ad populum nationemve pertinens; *nazionale. Gell. 1. 9.* Vulgus, quos gentilicio vocabulo Chaldaeos dicere oportet, Mathematicos dicit.

GENTĪLIS (Genteilis in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 807.*), le. Adiect. a *gens.* — Superlat. *gentilissimus* §. 9. — Proprie est ex eodem genere ortus, seu qui eiusdem est gentis; *chi è del medesimo ceppo, e legnaggio:* et absolute sarpissime adhibetur. Gentiles, inquit *Cic. Top. 6.* ex *Scaevola*, sunt, qui inter se eodem sunt nomine, ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo servitutem servivit, et qui capite deminuti non sunt. *Id. Brut. 28.* Tuus etiam gentilis, Brute, M. Pomponius. *Id. Univ. 11.* Homines Deorum immortalium quasi gentiles. *Ascon. Divin. Verr. 4.* Et Marcellus et Marcellinus inter se gentiles sunt. — *Fragm. leg. XII. Tab.* apud *Auct. Collat. legg. Mosaicar.* et *Romanar. 16. 4.* Si agnatus nec escit, gentilis familiam nancitor. Cf. infra *Nota.* — *Liv. 3. 58.* Sordidatus cum gentilibus clientibusque in foro prensabat singulos. *Suet. Tib. 1.* E duobus gentilibus. *Cic. 4. Verr. 77.* Responde mihi mox tu, Verres, quem esse hunc tuum paene gentilem Verrucium putes. — locutariter. *Id. 1. Tusc. 16. ad fin.* Fuit enim *(Pherecydes)* meo regnante gentili; h. e. regnante meo homonymo, nempe Servio Tullio. — **2)** Sed et adiectivorum more *gentilia* quoque dicuntur ea, quae gentis unius propria sunt. *Suet. Tib. 68.* Fuit capillo pone occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret: quod gentile in illo videbatur; *gentilizio. Id. Ner. 57.* Gentile stemma. Et *41.* nomen. Et *50.* monumentum. *Id. Vitell. 1.* Gentilis copia; h. e. exercitus ex una tantum gente conflatus. Sic *Ovid.* de CCC. Fabiis, *2. Fast. 193.* Sumunt gentiles arma professa manus. *Sil. 2. 277.* olim Ductorem *(Annibalem)* infestans odiis gentilibus Hannon; h. e. paternis inimicitiis, ut est apud *Liv. 21. 10.* — **3)** Proverbialiter dictum est illud *Varr. 1. RR. 2.* Mente est captus atque ad agnatos et gentiles est deducendus; nemo enim sanus, etc. — **4)** Aliquando refertur etiam ad servos dominorum nomina habentes. *Plin. 33. 6. 10.* Apud Antiquos singuli Marcipores, Luciporesve, dominorum gentiles, eorum victum in promiscuo habebant. — **5)** Hinc translate de plantis. *Calpurn. Ecl. 2. 41.* Non gentilia poma. — **6)** Deinde

II. *Gentilis* interdum significat popularem, eiusdemque regionis; *del medesimo paese, paesano. Stat. 9. Theb. 297.* trahit unda timentes Gargite gentili. *Sil. 4. 223.* Indutosque simul gentilia lina Poliscos. *Id. 16. 465.* Quisque ferox iaculis, quae dat gentile metallum. *Gell. 17. 17.* Linguae et orationis ipsius, non minus scite, quam si gentilis eius esset, locutus est. *Tacit. 11. Ann. 1. fin.* Multis et validis propinquitatibus subnixus turbare gentiles nationes promptum haberet. *Id. 5. ibid. 39.* Gentile solum; h. e. patrium. *Id. 12. ibid. 54.* Gentilis religio. — **7)** Sequiore aevo *Gentilis* ab Romanis dicti sunt Barbari, et quicumque non lege civili Romanorum, sed inculto iure Gentium vivebant. *Auson. Gratiar. act. 4.* Vocarem Germanicum deditione gentilium, Alemannicum traductione captorum. *Impp. Valent. et Valens Cod. Theod. 5. 14. 1.* Nulli gentilium provincialis femina copuletur. Adde *Imppp. Theodos., Arcad. et Honor. ibid. 11. 30. 62., Ammian. 14. 7.* Cum scutariis et gentilibus. — Huc spectat *Inscr.* Christiana apud *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. T. 1. p. 488. n. 559.* Hic iacit *(sic)* Emeterius centurio ex numero gentilium. — **8)** Specialim apud Scriptores Ecclesiasticos, imprimis *Vulgatum Interpretem,*

III. *Gentiles* vocantur a Iudaeis quicumque Iudaei professione non essent: et a Christianis quicumque Christiani, aut Iudaei religione non sunt. Nam in S. Bibliis *gentes* vocantur, quae veram Dei colendi rationem, olim apud Iudaeos, nunc apud nos conservatam, aut ignorant, aut contemnunt. *Hieronym. ep. 22 n. 30.* Si gentilium litterarum libros aliquando legissem. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 464.* Gentile vulgus. *Id. 1. Symmach. 576.* Gentiles nugae. *Vulg. Interpr. Act. 16. 1.* Timotheus filius mulieris Iudaeae fidelis, patre gentili. — Absolute. *Id. ibid. 14. 5.* Cum autem factus esset impetus gentilium. *Id. Tob. 1. 12.* Cum omnes ederent ex cibis gentilium. — **9)** Huc spectat illud *Hieronym. in Iovem. 1. 22.* Ruffinus Sexti Pythagorei, hominis gentilissimi, unum librum interpretatus est in Latinum; h. e., ut *Id. ep. 133. n. 5.* ait, hominis absque Christo, atque ethnici. — **10)** Saepe etiam *Gentiles* sunt proselyti ex gentibus. *Vulg. Interpr. Act. 19. 17.* Notum factum est omnibus Iudaeis atque gentilibus. *Hic* autem in textu Graeco habentur Ἕλληνες, eadem ratione, qua dictum est sub v. GENS §. 12. Sic et *Ioh. 12. 20.* Erant autem quidam gentiles, ex his, qui ascenderant, ut adorarent in die festo.

Nota. *Gentiles* differunt ab *agnatis*, ut *gens* a *familia*, quia quemadmodum familia nos propius attingit, quam gens; sic agnati arctiore nobiscum, quam gentiles necessitudine coniuncti sunt. Nam agnati consanguinitatis aut affinitatis, gentiles solius generis ac nominis coniunctione copulantur. Hinc *lex XII. Tab.* apud *Auct. ad Herenn. 1. 13.* et *Cic. 2. Invent. 50.* tum furiosorum tutelam, tum patrisfamilias intestato mortui pecuniam primum ad agnatos, postea ad gentiles voluit pervenire. Cf. supra §. 1. et V. alia sub v. GENS in *Nota.*

GENTĪLĪTAS, ātis, f. Abstractum a *gentilis;* coniunctio gentilium; *legnaggio, schiatta. Cic. 1. Orat. 58.* Iura gentilitatum, agnationum, etc. Et *59.* De toto stirpis et gentilitatis iure. *Plin. Paneg. 37.* Bona, quae sanguine, gentilitate, sacrorum societate meruissent. — **2)** Sumitur et pro ipsis gentilibus. *Varr.* apud *Non. 3. 192.* Omnes Tarquinios eiicerent, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberent. *Plin. Paneg. 39.* Laceras gentilitates colligere atque connectere, et quasi renasci iubere. *Aurel. Vict. Vir. illustr. 24.* Manlius de saxo Tarpeio praecipitatus, domus diruta, bona publicata: gentilitas eius Manlii cognomen eiuravit. *Inscr.* apud *Murat. 85. 7.* Dis Laribus Caperensis gentilitatis. — **3)** Translate. *Plin. 25. 65. 1.* Herba, quam Graeci erineon vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem; h. e. communionem nominis. Nam supra de caprifico egerat, quae Graece ἐρινεὸς dicitur. *Id. 12. 30. 1.* Cinnamomo proxima gentilitas erat; h. e. nominis similitudo cum cardamomo, de quo supra egerat. — **4)** Deinde apud Scriptores Ecclesiasticos accipitur pro ipsa religione Gentilium. *Lactant. 2. 15. extr.* Errant, qui contendunt, priorem esse gentilitatem, quam Dei religionem. *Vulg. Interpr. Iudith. 14. 6.* Relicto gentilitatis ritu, credidit Deo. — **5)** Item sensu concreto pro iis, qui Christiani non sunt, aut Iudaei; *Pagani, Gentili. Hieronym. ad Ephes. 5. extr., Prudent. 10. περὶ στεφ. 1086.*

GENTĪLĪTER. Adverb. a *gentilis;* secundum gentis consuetudinem, patrio et gentili sermone. *Solin. 11.* Cretes Dianam Britomarten gentiliter nominant. Adde *20. Acta SS. Iacobi* et *Mariani, n. 8.* Aemilianus quamvis equestris ordinis gentiliter haberetur, etc.; *fosse conosciuto da gentili dell'ordine equestre. Iul. Valer. 3. Gesta Alex. M. 58.* Cypros denique gentiliter vocant fructu suavi et umbrosis frondibus divites. — **2)** Deinde apud Scriptores Ecclesiasticos

II. *Gentiliter* est more Gentilium, habita ratione religionis. *Vulg. Interpr. Galat. 2. 14.* Si tu, cum Iudaeus sis, gentiliter vivis, et non Iudaice, etc. *Commodian. Instr. 37. 19.* Vivere si quaeris gentiliter, homo fidelis.

GENTĪLĪTĬUS. V. GENTILICIUS.

GENTĪLĬTUS. Adverb. a *gentilis*, rarioris formae, idem quod gentiliter. *Tertull. Pall. 5. sub fin.* Varias indumentorum formas promulgavere: quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes: pars vero passivitus omnibus utiles.

GĔNU, indecl. in sing. num. et in plur. Genua, uum, bus, n. Nomen a Graeca voce γόνυ eiusdem significationis. Cf. GENA §. 2. — **b)** Dativus pluralis est *genibus* et *genubus:* tametsi illud frequentius. *Senec. Hippol. 667.* Allapso genubus regiae proles domus. — **c)** Rectus et quartus pluralis *genua* metri causa in choreum contrahitur, ut *genua labant* apud *Virg. 5. Aen. 432.* et *12. ibid. 905.* — **d)** *Genuorum* pro *genuum* dixit *Vitruv. 9. 6. Al. aliter leg.* ex MSS. — **e)** Reperitur et *genus, us*, m. *Cic. Arat. 403.* (et *alibi).* Hic genus, et suram cum Chelys erigit alto. *Lucil.* apud *Non. 3. 105.* ut nobis talu', genusque. — **f)** Etiam in genitivo *genus* dixisse *Cic. loc. cit.* testatur *Servius ad 5. Aen. 22.* — Sic *Ovid. 10. Met. 556.* Vino genus vestem ritu suc-

Digitized by Google

cincta Dianae. *Liv. 44. 46.* Quum per aquam ferme genus tenue aliam tres milites sequerentur. *Front. 3. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 6.* Genus dolore arreptus sum. — Hinc et *genum* in accusat. sing. *Id. ibid. ep. 44.* Ita genum mihi simul abrasum et ambustum est. — **g)** Derivata, *geniculāris*, *geniculārius*, *geniculātim*, *geniculātio*, *geniculātor*, *geniculātus*, *us*, *geniculo* et *geniculor*, *geniculōsus*, *geniculum* et *geniculus*, *genualia*, *genuārius*. — **h)** Composita, *aggeniculo*, *congenaculo*, *congenulatus*, *congenuo*, *genuflexio*, *genuflecto*, *ingeniculo*, *progeniculor*.

GENU proprie est curvatura, qua crus et femur committuntur; *ginocchio*. *Plaut. Capt. 4, 2. 17.* Meus est ballista pugnus, cubitus catapulta est mihi, Humerus aries: tum genu ad quemque icero, ad terram dabo. *Id. Curc. 2. 3. 30.* Tenebrae oboriuntur, genua inedia succidunt. *Horat. Epod. 13. 4.* Dumque virent genua. *Ovid. 2. Met. 825.* Sed genuum iunctura riget. *Id. 8. ibid. 809.* Genuumque tumebat orbis. *Plaut. Asin. 3. 3. 80.* Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. *Cic. 2. Tusc. 24.* Genu M. Antonium vidi, cum contente pro se diceret, terram tangere. *Plin. 11. 103. 1.* Genu utriusque commissura. *Alii leg.* genus. V. supra §. 1. *Ovid. 8. Met. 807.* genuum orbis; *la patella*. Et *4. ibid. 340.* fruticumque recondita silva Delituit, flexumque genu submisit. *Id. 13. Heroid. 23.* tenebris exsanguis obortis Succiduo dicor procubuisse genu. *Curt. 9. 5.* In genua procumbere. *Petron. Satyr. 133.* Genu in limine posito, omnia deprecatus sum; *postomi ginocchioni*. *Curt. 8. 7. ad fin.* Genua alicui ponere; *inginocchiarsi dinanzi*. Et *Ovid. 11. Met. 355.* inclinare. *Plin. 11. 101. 1.* flectere. *Senec. Provid. 2.* Etiamsi ceciderit, de genu pugnat; *in ginocchio*. Quod his verbis dixit *Lucian. dial. mort. 27.* ἐς γόνυ ὀλίσκειν. *Plaut. Cas. 5. 2. 41.* Adstitutus in genua; *stando ginocchioni*. *Senec. ep. 66. sub fin.* Qui succisis poplitibus, in genua se excepit, nec arma dimisit; *si rizzò sulle ginocchia*. *Plin. 11. 103. 1.* Hominis genibus quaedam et religio inest, observatione gentium. Haec supplices attingunt: ad haec manus tendunt: haec, ut aras, adorant: fortassis quia inest iis vitalitas. Namque in ipsa genu utriusque commissura, dextra laevaque, a priore parte gemina quaedam buccarum insanitae inest, qua perfossa, cum iugulo, spiritus fugit. Haec *Plin.* Hinc *Cic. in Senat. 7.* Tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis verbis a genibus tuis repulisti. *Tacit. 12. Ann. 18.* Provolvi genibus alicuius. *Id. 1. ibid. 15.* Genua cuiuspiam advolvi. Et *11.* Tendere manus ad genua. Et *21.* Prensare genua. *Virg. 3. Aen. 607.* amplecti. *Hirt. B. Afr. 89.* Ad genua se proiicere. *Liv. 44. 31. ad fin.* Accidere genibus. *Senec. Troad. 691.* Accidere ad genua; *prostrarsi*. Et *Med. 247.* Attingere genua. *Ovid. 15. Met. 685.* genibus Iovis procumbere. *Iuvenal. 10. 55.* genua incerare Deorum. *Plaut. Curc. 5. 2. 32.* Per tua genua te obsecro. *Lucret. 1. 93. de Iphigenia.* Muta metu terram genibus summissa petebat. *Horat. 1. Od. 25. 8.* Corde et genibus tremit. *Id. 1. Ep. 12. 28.* Ius imperiumque Phraates Caesaris accepit genibus minor. Cf. §. seq. — **2)** *Serv.* ad *Virg. 6. Ecl. 4.* genua dicit Misericordiae consecrata esse, ut aures Memoriae, Genio frontem. — Quare autem genua misericordiae sedes habita fuerit indicat *Isid. 11. Orig. 1. a med.* Videntur tamen genua misericordiae sedes haberi, quia, ut ira hominis aliquando in misericordiam flectitur, ita ea flectuntur. — Hinc lucem accipere possunt quaedam loca allata in §. praeced. — Ea cum Genio iungit *Apul. de Deo Socrat. p. 50. Elmenh.* Genius, qui est animus suus cuique, quamquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur; ut eae preces, quibus Genium et genua precamur, coniunctionem nostram, nexumque videantur mihi obtestari. — **3)** Translate in arboribus est nodus. *Plin. 15. 42. 1.* A genibus *(ferulae)* exeuntia folia maxima, ut quaeque terrae proxima.

GĔNŬAE. V. GUMIAE.

GĔNŭĀLĔ, is, n. V. voc. seq.

GĔNŭĀLĬS, ium, n. Nomen a *genu*, proprie adiectivum, *genualis*, *le*, absolute adhibitum ad significanda indumenta genuum. *Ovid. 10. Met. 593.* Poplitibus suberant picto genualia limbo. Adde *Not. Vir. p. 129.* — In sing. num. legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Genuale; γονατίδιαμος.

GĔNŭĀRĬUS, a, um. Adiect. a *genu*; qui genibus est advolutus, qui genua flectit. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Genuarius; γονυπετής.

GĔNUCLO. V. GENICULO.

GĔNŭCŭLĂ, vel GĔNŭCŭLUM. } V. GENICULUM.

GĔNŭFLECTO, ctis, xi, xum, ctĕre. Verbum intransitiv. sequioris Latinitatis; rectius enim divisim scribendum esset *genu flecto*. — Particip. *genuflectens*, infra. — Est genibus alicuius advolvor; *genuflettere*, *prostrarsi alle ginocchia di alcuno*. *Eucher. Epit. Cassian. 1. 1.* Postea humi prostrati et facta brevi inter genuflectendum oratione, una surgunt omnes: ac rursum expansis manibus diutius ac ferventius supplicationes persolvunt, nemine genuflectente aut ex genuflexione sese erigente, donec is, qui orationem recitat, prior genuflexerit, aut prior surrexerit. Adde *Vulg. Interpr. Gen. 41. 43.*, *Augustin. de morib. Manichaeor. 8.* et *Arnob.* in *Psalm. 61.*, quibus tamen locis alii rectius divisim scribunt.

GĔNŭFLEXĬO, ōnis, f. Verbale a *genuflecto*; actus genuflectendi; *genuflessione*. *Acta S. Ignatii Ep.* et *M. n. 7.* Cum genuflexione omnium fratrum deprecans Filium Dei. *Eucher. Epit. Cassian. 1. n. 1.* Postquam absolutus est psalmus, non statim ad genuflexionem veniunt, etc. V. voc. praeced.

GĔNŭĪNĔ. Adverb. a *genuinus*; ingenue; *ingenuamente*, *schiettamente*. *Cic. 2. Q. Fr. 15. a med.* Genuine fraterneque rescribam. *Alii minus recte leg.* germane.

GĔNŭĪNUS, a, um. Adiect. verbale a *geno* pro *gigno*; innatus, naturalis, nativus, verus; *nativo*, *innato*, *naturale*. *Cic. 2. de Rep.* (edente *A. Maio*) *15.* Genuinae et domesticae virtutes. *Ulp. Dig. 45. 28. 3.* Genuina pietas. *Gell. 2. 2.* Tum inter filium magistratum, et patrem privatum publicos honores cessare, genuinos ac naturales exoriri. *Apul. 9. Met.* Genuina nequitia. — **2)** Hinc apud Medicos usurpatur pro eo, quod provenit ex generatione, gentilitium, hereditarium. *Coel. Aurel. 4. Chron. 9. n. 135.* Multi praeterea Sectarum principes genuinam dicunt esse passionem, et propterea in posteros venire cum semine. Et mox. Quum plurimae genuinae seu adventitiae passiones corporibus infractae consenescant. *Id. 5. ibid. 2. n. 30.* Videtur praeterea *(passio)* . . . etiam genuino cursu in posteros migrare cum semine. — **3)** Translate. *Gell. 5. 3.* Haud dubitavimus quin ea *(comoedia)* Plauti foret et omnium quidem maxime genuina. — **4)** Deinde

II. *Genuinus* est etiam a *gena*, unde *genuini dentes* sunt dicti, quod a *genis* dependent, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 94. Mull.*, coll. *Cornut.* ad *Pers. 1. 113.*, quamquam aliis a *gigno* hoc pariter sensu vocem derivent. Sunt enim genuini dentes duo posteriores, qui in extrema gingiva in homine gignuntur novissimi, et quidem, teste *Plin. 11. 63. 1.*, circiter vigesimum, multis etiam circiter octogesimum annum: a Graecis χραντῆρες dicti, a χραίνω; conficio, quod cibum conficiant. *Cic. 2. Nat. D. 54.* Eorum adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. *Gell. 3. 10.* Dentes . . . genuinos annasci annis fere bis septenis. Cf. *Hildebr. ad Apul. 6. Met. 15.* — **5)** Dicuntur insuper *genuini* etiam absolute, ut et *genuinus*, i, m. in sing. num., *Virg. Catal. 5. 36.* Fameque genuini crepant? *Iuvenal. 5. 69.* solidae mucida frusta farinae, Quae genuinam agitent, non admittentia morsum. *Terentian. de Syllab. 419.* I porrigit ictum genuinos prope ad ipsos. — **6)** Hinc translate et proverbialiter *genuinum in aliqua frangere*, est alicui dicendo detrahere, dictis mordere. *Pers. 1. 113.* secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muti, et genuinum fregit in illis.

GĔNUS, ĕris, n. Nomen a γίνος, Graecorum, quod a γίνω, vel ab antiquo *geno* pro *gigno*, quod tamen pariter e Graeco fonte deducunt. V. GIGNO §. 2. — **b)** *Cenar*, *cenaris* loco *genus*, *generis*, scribi, aut certe intelligi videtur in *Inscr.* apud *Momms. n. 2601.* « Salve mihi animarum inlustri cenare opus, Salve. »

GENUS proprie est principium uniuscuiusque generationis, vel ab eo qui genuit, vel a loco, in quo quis genitus est, ut Orestes a Tantalo ducit genus, et Plato genere Atheniensis est. Patria enim generationis uniuscuiusque principium est, quemadmodum et parentes; *genere*, *legnaggio*, *generazione*, *stirpe*, *razza*. *Cic. 7. Verr. 70.* Nobili genere natus. *Id. Rosc. Am. 6.* Genere et nobilitate sui municipii facile primus. *Cato* apud *Gell. 10. 3.* Quid illos, bono genere gnatos, magna virtute praeditos, opinamini animi habuisse? *Cic. 7. Verr. 70.* Ii, qui nobili genere nati sunt. *Caes. 4. B. G.* Piso Aquitanus, amplissimo genere natus. *Cic. 1. Rep. 33.* Quum esset habendus rex, quicumque genere regio natus esset. *Id. 2. Orat. 71.* Quidam malo genere natus. *Id. 2. Rep. 2.* Ut genere etiam putarentur, non solum ingenio esse divino. *Id. Mur. 7.* Contempsisti L. Murenae genus, extulisti tuum. *Id. 2. Leg. 1.* Hinc orti stirpe antiquissima sumus: hic sacra, hic genus, hic maiorum multa vestigia. *Id. Brut. 38. de Scipione.* Genus est ex ipsius sapientiae stirpe generatum. *Quintil. 3. 11. 12.* In famam generis ac familiae. *Id. 3. 10. 24.* Genus, unde argumentum sumi potest; nam similes parentibus ac maioribus suis plerumque creduntur. *Id. 6. 3. 17.* Genus Lentulorum. *Virg. 3. Aen. 568.* Atys, genus unde Atii duxere Latini. — In plur. num. *Plaut. Most. 5. 2. 20.* Nati summis generibus. — **2)** Absolute est nobilitas, ortus illustris, nobilis; *nobiltà di natali*, *nascita illustre*. *Horat. 2. Sat. 3. 8.* Et genus et virtus, nisi cum re, vilior alga est. *Id. 4. Od. 7. 23.* Non, Torquate, genus, non te facundia, non te Restituet pietas. *Id. 1. ibid. 14. 13.* Iactes et genus et nomen inutile. *Virg. 3. Aen. 621.* Cui genus et quondam nomen natique fuissent. *Enn.* apud *Cic. 3. Tusc. 19.* Pol mihi fortuna magis nunc desit quam genus. — *Cic. 3. Rep. 14.* Quum certi propter divitias aut genus aut aliquas opes rem publicam tenent, est factio. — **3)** Huc spectant illa proverbialiter dicta apud *Horat. Epod. 4. 6.* Fortuna non mutat genus. Et *1. Ep. 5. 37.* Et genus et formam regina pecunia donat. — **4)** Metonymice pro sobole, prole, liberis. *Catull. 61. 2.* Hymen Uraniae genus. *Virg. 4. Aen. 12.*

Digitized by Google

Quis novus hic nostris successit sedibus hospes! Credo equidem . . . genus esse Deorum. *Horat. 1. Od. 3. 27.* Audax Iapeti genus; h. e. Prometheus. *Ovid. 4. Met. 609. de Perseo.* Genus Iovis. *Horat. 2. Sat. 3. 65. de Augusto.* Ab alto demissum genus Aenea. *Id. 1. Od. 2. 35. de Romanis.* Sive neglectum genus et nepotes Respicis auctor. Adde *Propert. 2. 2. 9., Horat. 2. Od. 14. 18.* et *18. 37.* et *Poët. vet.* apud *Cic. Orat. 46.* — **5)** Hinc *genus facere* vel *propagare*, v. infra §. 9. — **6)** Latiore significatione

II. *Genus* sumitur etiam pro multitudine aliquorum, qui ad unum aliquod principium, unde orti sunt, et ad se invicem quadam cognatione referuntur, qua a ceteris rebus distinguuntur, ut *genus humanum*, vel *genus hominum*. *Cic. Amic. 5. extr.* Quod ex infinita societate generis humani, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est, etc. *Id. 3. Rep. 12.* Consulere generi hominum. *Id. 2. ibid. 26.* Cum omni hominum genere. *Horat. Epod. 3. 2.* At o Deorum quidquid in caelo regit Terras et humanum genus. *Id. 2. Ep. 1. 7.* Romulus et Liber pater . . . dum terras hominumque colunt genus. — **7)** Item pro natione, seu gente. *Sallust. fragm. 1. Hist.* apud *Arusian. Mess.* Genus armis ferox, et servitii insolitum. *Flor. 2. 3.* Ligures durum ac velox genus. *Enn. Annal. 3. 2.* Graium genus. *Caes. 4. B. G. 3.* Ubii, paullo quam sunt eiusdem generis et ceteris humaniores. *Id. 7. ibid. 42. de Aeduis.* Iracundia et temeritas, quae maxime illi hominum generi est innata. *Horat. 4. Od. 14. 10. de Genaunis.* Implacidum genus. *Liv. 40. 12.* Genus Numidarum. *Cic. 4. Phil. 15.* Virtus est propria Romani generis atque seminis. *Liv. 32. 47.* Trecenti milites Italici generis. *Caes. 1. B. C. 56.* Conventus is, qui ex variis generibus constaret; *di diverse genti, o popoli.* — **8)** Item pro parte sive classe aliqua hominum, aut specie etiam infima; *specie, razza, sorta. Cic. Amic. 17.* Sunt constantes eligendi amici, cuius generis magna penuria est. *Ter. Enn. 3. 2. 17.* Est genus hominum, qui se primos esse omnium rerum volunt. *Cic. 2. Rep. 29. fin.* Saepius genus eius hominis (*scil.* procuratoris rei publ.) erit in reliqua nobis oratione tractandum. *Id. 3. Phil. 5.* Iudicum genus. *Quintil. 10. 1. 35.* Genus poëtarum. *Horat. 2. Ep. 2. 102.* genus irritabile vatum. *Cic. Planc. 6.* Cedat consulari generi praetorium; nec contendat cum praetorio nomine equester locus. — in plur. num. *Caes. 6. B. G. 13.* In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo. *Cic. Sest. 48.* Duo genera semper in hac civitate fuerant eorum, qui versari in re publica . . . studuerunt: quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates et haberi et esse voluerunt. — **9)** Hoc sensu dicitur etiam de animantibus. *Lucret. 3. 860.* genus acre leonum. *Horat. 1. Od. 2. 9.* Piscium et summa genus haesit ulmo. *Iustin. 2. 9. fin.* Viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa; *per far razza.* Propagare genus *Lucret.* hoc sensu dixit *1. 195. Enn. 1. Ann. 98.* Genus altivolantum. *Id.* apud *Fest.* sub v. *Cyprio, p. 59. Müll.* Genus lanigerum. *Lucret. 1. 163.* squamigerum. *Id. 3. 860.* genus omne ferarum. *Sall. Iug. 17.* Ad hoc malefici generis plurima animalia. *Horat. 2. Ep. 1. 195.* Diversum confusa genus panthera camelo. — in plur. num. *Cic. 2. Nat. D. 39.* Quae vero et quam varia genera bestiarum vel cicurum vel ferarum! *Quintil. 3. 10. 21.* Piscium quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis. — **10)** Item transfertur ad res etiam abstractas; *specie, genere. Lucret. 2. 304.* Neque quo possit genus ullum materiai Effugere ex omni, quicquam est. *Cic. 2. Nat. D. 13. de Sole.* Quum is quoque efficiat, ut omnia floreant et in suo quaeque genere pubescant. *Caes. 3. B. G. 14.* Naves paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae. *Id. 4. ibid. 1.* Multum sunt in venationibus, quae res et cibi genere et quotidiana exercitatione vires alit. *Cic. 1. Rep. 14.* Hoc sphaerae genus. *Id. 2. ibid. 25.* Hoc triplex rerum publicarum genus. Et *32.* Genus novum imperii. *Id. Orat. 13.* Dulce orationis genus. *Caes. 1. B. G. 48.* Genus hoc erat pugnae, quo se Germani exercuerant. *Cic. 2. Rep. 32.* Potestas annua *(consulum)* genere ipso ac iure regia. *Id. 1. Offic. 32.* Genus vitae. *Id. 1. ibid. 1.* dicendi. *Quintil. 10. 1. 2.* emendandi. *Id. 9. 3. 5.* loquendi. — *Cic. 4. Verr. 74.* Erat haec *(ratio)* ex eorum genere, quod ego maxime genus ex sociorum litteris reperire cupiebam. — in plur. num. *Caes. 2. B. G. 22.* Caesar haec genera munitionis instituit. *Cic. 2. Rep. 11* De generibus et rationibus civitatum. *Id. 3. ibid. 10.* Genera iuris. *Id. 4. Verr. 7.* Genera furandi. — **11)** Universim autem ponitur pro re quacumque; *cosa, roba. Id. 5. Phil. 4. extr.* Quibus rebus tanta pecunia una in domo conservata est, ut si hoc genus in unum redigatur, non sit pecunia populo R. defutura. *Id. 12. Att. 33.* Tota domus in omni genere diligens. *Id. 1. Q. Fr. 2. 2.* Qua de re, et de hoc genere toto pauca cognosce. *Id. 7. Att. 1.* Omnem tuam prudentiam, quam mehercule in omni genere iudico singularem, confer iam ad eam curam, etc. *Id. 2. Orat. 4.* Qui . . . denique in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur. — **12)** Item pro natura, constitutione, ratione. *Id. Manil. 2. 8.* Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum. Et *10.* Qua re esset hoc bellum genere ipso necessarium, magnitudine periculosum. — **13)** Hinc *in genus* adverbiorum more est generatim, generaliter, indefinite. *Gell. 4. 1. ad fin.* Sermones in genus communes. — **14)** Singularis hoc sensu, sed Latina, est illa loquendi ratio, qua

III. *Genus* absolute apponitur alii nomini, etiam pluralis numeri, quin numero, genere aut casu cum eo concordet: et hoc non solum cum sermo est de rebus, sed etiam si de animalibus aut personis agatur, ut ex sequentibus exemplis patebit. *Lucret. 4. 757.* Sepulchra eorum omne genus. *Id. 6. 918.* Hoc genus in rebus firmandum est multa prius, quam etc. *Id 3. 278.* Quod genus in nostris membris et corpore toto Mixta latens animi vis est animoque potestas. *Cato, RR. 8.* sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus. *Varr. 1. RR. 29.* Seminaria omne genus ut serantur. Et *2. ibid. 1. a med.* Si hoc genus rebus non proficitur. *Cic. 2. Invent. 54. ad fin.* Vitanda sunt illa, quae propinqua videntur: quod genus, fidentiae contrarium est diffidentia. *Id. 15. Att. 12.* Orationes, aut aliquid id genus scribere. *Varr. 10. LL. 6.* In verbis id genus, quae non declinatur. Et *8. ibid. 7.* Id genus alia. — De animalibus. *Id. 3. RR. 5. a med.* Porticus avibus omne genus oppletae. — De hominibus. *Id. 2. ibid. 10.* Quot et quod genus pastores habendi. *Auct. ad Herenn. 2. 30.* Illae res utrum ad omnes *(pertinent)*, an ad superiores: quod genus ii sunt, a quibus auctoritatis locus communis sumitur. — Huc referri potest *Apul. de Mund. 4.* Distincta insulis, villulis urbibusque . . . quas sapiens genus homo communibus unibus fabricatur. Cf. *Hildebr.* ad h. l. — **15)** Specialim

IV. *Genus* apud Philosophos sumitur sensu *speciei* vel *parti* oppositio, quas in se continet, sive pro primo ex universalibus, quod plures species complectitur, ut sunt animal, quod et hominem, et bestias complectitur; virtus, quae virtutes ingenii, et virtutes morum; arbor, quae platanum, cupressum, et alias; *genere. Cic. 1. Invent. 28.* Genus est, quod partes aliquas complectitur, ut cupiditas; pars est, quae subest generi, ut cupiditati amor, avaritia. *Id. 1. ibid. 22.* Genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal; pars est, quae subest generi, ut equus. Sed saepe eadem res alii genus, alii pars est: nam homo animalis pars est, Thebani aut Troiani genus. *Id. 1. Orat. 42.* Genus est id, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes, duas aut plures complectitur partes. *Id. Top. 7.* Genus est notio ad plures differentias pertinens. *Id. Orat. 4.* Nec vero sine philosophorum disciplina genus et speciem cuiusque rei cernere, neque eam definiendo explicare nec tribuere in partes possumus, etc. *Id. 3. Orat. 9.* Formae dicendi speciei dispares, genere laudabiles. *Varr. 3. RR. 5.* Harum singula genera minimum in binas species dividi possunt. Adde *Sense. ep. 58.* et *Cic. 5. Tusc. 11.* et *2. Orat. 39.* — **16)** Item apud Grammaticos dicitur id, quo sexum, numerum, alia in nominibus animalium ac rerum distinguimus; itemque quo formae aut qualitates aut alia huiusmodi in verbis. *Varr. 10. LL. 1.* Transversi sunt *(ordines)*, qui ab recto casu obliqui declinantur, ut *albus, albi, albo;* directi sunt, qui ab recto casu in rectos declinantur, ut *albus, alba, album.* Transversorum ordinum partes appellantur *casus*, directorum *genera*, utrisque inter se implicatis *forma. Quintil. 1. 4. 23.* In nominibus tria genera. *Id. 1. 5. 16.* Barbarismum fieri per numeros aut genera. *Id. 9. 3. 6.* Fiunt et circa genus figurae in nominibus et in verbis. *Donat. art. p. 1747. Putsch.* Sunt etiam genera nominum fixa, sunt mobilia. — *Varr. 9. LL. 53.* Quod ad verborum temporalium rationem attinet, quum partes sint quatuor; temporum, personarum, generum, divisionum, etc. *Quintil. 1. 4. 27.* In verbis quoque quis est adeo imperitus, ut ignoret genera et qualitates?

Nota. Discrimen inter *genus* et *gentes* clare patet ex illo *Vulg. Interpr.*, ubi haec vocabula sibi invicem opponuntur, *2. Cor. 11. 26.* « Periculis ex genere, periculis ex gentibus. » *Genus* appellat gentem suam, sive Hebraeos, *gentes* vero exteras nationes. Cf. et GENS in *Nota* §. 3.

GĔNUS, us. m. V. GENU §. e.

GĔNŪSĬĂ, ae, f. Idem significatione et origine quod gena. *Marcell. Empir. 12. a med.* Affectae maxillae ad sedandum dolorem dentium et gingivarum et genusiarum. *Id. 15. post med.* Orificia genusiarum et fauces intrinsecus perfricabis.

GĔŌDES, is, m. Vox Graeca, γεώδης, ες, proprie adiectiva, absolute tamen adhibita, qua significatur lapis intus terram habens: a γῆ; terra. *Plin. 36. 32. 1.* Geoden ex argumento appellant, quoniam complexus est terram, oculorum medicamentis utilissimum. *Alii perperam leg.* Gaeoden.

GĔŌGRĂPHĬĂ, ae, f. Vox Graeca, γεωγραφία; h. e. terrae descriptio: a γῆ; terra, et γράφω; scribo; *descrizione della terra, geografia. Cic. 2. Att. 4.* De geographia dabo operam, ut tibi satisfaciam. Cf. *ibid. 6.*

GĔŌGRĂPHĬCUS, a, um. Adiect. a *geographia;* ad geographiam pertinens; *geografico. Ammian. 23. 6.* Ut geographici stili formarunt. *Id. 31. 2.* Geographica perplexitas. Habet et *Cic. 2. Att. 6.* sed Graece.

Digitized by Google

GĔŌGRĂPHUS, i, m. Vox Graeca, γεώγραφος; h. e. qui terram describit; *geografo*. Tribuitur *Ammiano*, loco tamen non indicato. Cf. voce. praecedd.

GĔŌMANTĬĂ, ae, f. Vox Graeca, γεωμαντία, qua significatur genus quoddam divinationis, quae fit per terram, a γῆ; terra, et μαντία; divinatio *Isid. 8. Orig. 9. 13.* Varro dicit divinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aërem, ignem. Hinc geomantiam, hydromantiam, aëromantiam, pyromantiam. V. voc. seq.

GĔŌMANTIS, is, m. Nomen eiusdem originis ac praecedens; hariolus, divinator ex terra. *Serv.* ad *3. Aen. 359.* Varro quatuor genera divinationum dicit; terram, aerem, aquam, ignem: geomantis, aëromantis, pyromantis, hydromantis. V. voc. praeced.

GĔŌMĔTER, tri, et GĔŌMĔTRĂ, ae, } V. voc. seq. §. b. et seqq.

GĔŌMĔTRES, ae, m. Vox Graeca, γεωμέτρης, qua significatur terrae mensor, a γῆ; terra, et μέτρον; mensura. — **b**) Apud Latinos Scriptores vario effertur, nempe *geometra*, *ae*, apud *Sidon. 4. ep. 11. in carm.* Tractator, geometra, musicusque. — Item *geometer*, *tri*, apud *Boëth.* in *Aristot. Top. 1. 8.* et *in Analyt. prior. 1. 39.* et *alibi*. V. et loc. *Senecae*, infra §. 1. — Ex hic unice probanda videtur, *geometres*. — **c**) Porro apud *Iuvenal. 5. 76.* (V. loc. infra) synaeresis est: secunda enim syllaba corripi nequit, cum natura longa sit. Sic et apud *Auson. ep. 18. 17.* Vel quod iunctura geometrica forma favorum. At in *Sidonio* loc. cit. §. b. praeced. synaeresis esse non potest, quia natura illius carminis et dactylum eo loco postulat, et undecim omnino syllabas requirit. Quare non est hic imitandus, quamvis et eodem modo dixerit *carm. 23. 115.* Non hunc cum geometricas ad artes. — **d**) Derivata, *geometria*, *geometricalis*, *geometrice*, *geometricus*.

GEOMETRES est terrae mensor; *geometra*. *Cic. 4. Acad. 7. sub fin.* et *Fat. 8.* Quomodo geometres cernere ea potest, quae nulla sunt? *Senec. ep. 88. a med.* Illud tibi geometer potest dicere. *Al. leg.* geometres. *Iuvenal. 5. 76.* Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. *Quintil. 3. 10. ante med.* Apud geometras. Adde *1. 10. 6.* et *12. 11. 20.* et *Cic. 3. Offic. 7.* et *de Fat. 8.* Cf. supra §. a.

GĔŌMĔTRĬĂ, ae, f. Vox Graeca, γεωμετρία, qua significatur terrae mensuratio, vel ars ipsa terram dimetiendi: a γία, et contracte γῆ; terra, et μετρέω; metior; *geometria*. Sed tamen ars haec non tantum in terra dimetienda usum habet, sed et in aquis, in montanis distantiis atque intervallis, ipsisque corporibus caelestibus. Causam nomini praebuit, quod a terrae mensuratione coeperit. *Cic. 4. Acad. 35.* Quid Polyaenus, qui magnus mathematicus fuisse dicitur? is posteaquam Epicuro assentiens, totam geometriam esse falsam credidit, num illa etiam, quae sciebat, oblitus est? *Id. 1. Orat. 42.* In musicis numeri et voces et modi; in geometria lineamenta, formae, intervalla, magnitudines. Adde *1. Rep. 10.*, *1. Tusc. 2.* et *1. Offic. 6.* et *Quintil. 1. 12. 14.* etc. et Cf. GEOMETRICUS, a, um. — *Boëth. Excerpt. art. Geom. p. 393. Lachm.* Geometria est disciplina magnitudinis immobilis, formarumque descriptio contemplativa, per quam uniuscuiusque termini declarari solent; documentum etiam visibile Philosophorum, quod Latine dicitur Terrae dimensio. — Apud Graecos summo in honore fuit, teste *Cic. 1. Tusc. 2.* — **b**) *Serv.* ad *Virg. 5. Ecl. 41.* scripsit, inventam fuisse quodam tempore, cum Nilus plus aequo crescens confudisset terminos possessionum, ad quos innovandos adhibiti sunt Philosophi, qui lineis agros diviserunt. — Id ipsum his verbis confirmat *Cassiod. 3. Var. 52.* Hanc *(geometriam)* post Aegyptii propter augmenta Nilotica, quae singulis annis votiva inundatione potiuntur, ad dimensionem terrae et recuperandas formas finium transtulerunt, ut fieret arte distinctum, quod litigiosae confusioni videbatur obnoxium.

GĔŌMĔTRĬCĂ, ae, f. V. GEOMETRICUS §. 2.

GĔŌMĔTRĬCĀLIS, e. Adiect. a *geometres*; ad geometren vel geometriam pertinens; *geometrico*. *Boëth. 1. Geom. p. 1208.* Sed iam opus est ad geometricalis mensae traditionem, ab Archyta, non sordido huius disciplinae auctore, Latine accommodatam venire.

GĔŌMĔTRĬCĒ. Adverb. a *geometricus*; secundum geometriae rationem; *geometricamente*. *Boëth. Aristot. Elench. Sophist. 1. 10.* Contentiosa *(dialectica)* disserendi modo captiose decipit, ut et pseudographa geometrice. — Habet quidem, sed Graecis litteris, *Cic. 12. Att. 5.* Tu me γεωμετρικῶς refelleras.

GĔŌMĔTRĬCĒ, *Graeca positione*, es, f. V. voc. seq. §. 2.

GĔŌMĔTRĬCUS, a, um. Adiect. a *geometria*; ad geometriam spectans; *geometrico*. *Cic. 2. Divin. 59.* Si velim geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. *Id. 4. Acad. 56.* Geometricis rationibus non est crediturus, quae vim afferunt in docendo. *Id. 1. Rep. 17.* Geometricae formae. *Plin. 2. 21. 2.* Geometrica collectio. *Id. 7. 58. 1.* scientia. *Id. 2. 65. 5.* subtilitas. — *Boëth. 2. Arithm. 44.* Geometrica medietas (Italice; *proporzione geometrica*) . . . quae sola vel maxime proportionalitas appellari potest . . . Hic enim aequa semper proportio custoditur; numeri quantitas multitudoque negligitur contrarie quam in arithmetica medietate. — **b**) Absolute, substantivorum more,

GEOMETRICA, ae, et, *Graeca positione*, Geometrice, es, f. *(subaudi ars)*. Est ipsa geometria. *Boëth. 1. Arithm. 1.* Hoc idem in Geometrica vel in Arithmetica videtur incurrere . . . Et idem in hac *(Musica)* evenire potest, quod in geometrica praedictum est. Adde *2. ibid. 4.* — *Plin. 35. 36. 14.* Omnibus litteris eruditus, praecipue arithmetica, et geometrice, sine quibus negabat etc. — **b**) Item

GEOMETRICA, ōrum, n. Sunt res geometricae, ipsa geometria. *Cic. 1. Tusc. 24.* Pusionem quendam interrogat Socrates quaedam geometrica de dimensione quadrati. Et *mox*. Quasi geometrica didicisset. — **b**) Item

GEOMETRICUS, i, m. Est geometres; *il geometra*. *Quintil. 1. 10. 40.* Reprehensi a geometricis sunt historici. Adde *Isid. 16. Orig. 23.*

GĔŌRGĬCĂ, ōrum, n. V. voc. seq. §. 2.

GĔŌRGĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, γεωργικός; h. e. ad agrorum culturam pertinens; *d'agricoltura*. *Colum. 7. 5.* Georgicum carmen affirmat, nullam esse praestantiorem medicinam; h. e. carmen *Virgilii*, qui inscribitur *Georgica*, quatuor libris constans. — **b**) Absolute, substantivorum more,

GEORGICA, ōrum, n. Sunt libri Virgilii nuper memorati. *Gell. 18. 5.* Virgilius hunc Ennii versum secutus in Georgicis suis. *Gell. 13. 20.* In primo Georgicon, quem ego librum etc. *Georgicon* Graeca positio est genitivi pluralis, γεωργικῶν, pro *Georgicorum*.

GĔORGUS, i, m. Vox Graeca, γεωργός, eiusdem originis ac praecedens; terrae cultor, agricola. Titulus est comoediae Menandri apud *Quintil. 11. 3. 91.*, Comoedi . . . quum in expositione aut senis sermo . . . aut mulieris, ut in *Georgo*, incidit, tremula vel effeminata voce pronuntiant.

GĔRĂNĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, γεράνιον, quae proprie parvam gruem significat, a qua per similitudinem nomen accepit herba cicutae similis, foliis minutioribus, et caule brevior, rotunda, saporis et odoris iucundi. Nostri sic eam tradunt. Graeci folliis candidioribus paulo, quam malvae, caulibus tenuibus, pilosis, ramosam ex intervallis binum palmorum, et in his foliis, inter quae in cacuminibus capitula sint gruum. Alterum genus foliis anemones, divisuris longioribus, radice mali modo rotunda, dulci, reficientibus se ab imbecillitate utilissima. Haec *Plin. 26. 68. 1.* et *seq.* et *ibid. 90. 5.* et *6.*; ubi et eius usum in medicina tradit. Cf. TRIGERANUS.

GĔRĂNĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, γερανῖτις, qua significatur gemma gruis collo (quae Graece γέρανος) colore similis. *Plin. 37. 72. 1.*

GĔRĂNŎPEPĂ, ae, f. Nomen avis cuiusdam, de qua *Hieronym. ep. 22. ad Eustoch. n. 28.* Prandium nidoribus probat, et altili geranopepa, quae vulgo pipizo nominatur. Alii leg. γερανοπέπω, alii γέρων ὁ πέπων, alii γερανοκέπτα, et γερανοκέπτα, etc. Vexatissimus enim est locus, et obscurissimus. V. PIPIZO et VIPIO.

GĔRĂRĬĂ, ae, f. Vox parum certae lectionis, proprie adiectiva, a verbo *gero*, ut sit absolute ita dicta mulier, quae gerit; *la portatrice*. *Plaut. Mil. 3. 1. 102.* Iampridem, quia nihil sibi abstulerit, succensat geraria. Alii rectius leg. *ceraria*, et intelligunt ancillam, quae ceras ad sacrificia parat. Alii *cellaria*; h. e. cellae custodem.

GERBASTĒ, *Graeca positione*, es, f. Nomen herbae chamaelensis apud Aegyptios, teste *Apul. Herb. 25.* Aegyptii gerbaste, alii saphe.

GERDĬUS, ii, m. Vox Graeca, γέρδιος, sed parum certae significationis. *Lucil.* apud *Non. 2. 579.* curate, domi sint Gerdius, ancillae, pueri, zonarii', textor. *Firmic. 8. 35. a med.* Textores faciet, gerdiosque. In *Gloss. Philox.* exponitur γέρδιος, ὑφάντης; textor: et γερδία; textrix: et γερδοποιός; textrinum. *Hesych.* quoque γερδιὸς, ὑφάντης. Sed quit utroque loco *textor* additur, dubitationem facit, an aliud quippiam significare *Lucil.* et *Firmic.* velint: aut saltem discrimen sit aliquod textorem inter et gerdium. Ipsa certe vox peregrina est: videtur enim esse a Chald. גָּרַד, quod vulgo vertitur *textor*; sed, cum Hebr. גָּרַד *(garad)* significet *decorticavit*, vero simile est, interpretandum esse carminatorem, Italice *cardatore*, a carduis nempe, quibus in carminando utitur.

* GEREBOTANON. V. HERRABOTANE.

GĔRENS, entis. Particip. verbi *gero*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui gerit. *Cic. Quint. 19. extr.* Sui negotii bene gerens; *attento a'suo' interessi, che ben governa la sua casa*. Contra *Plaut. True. 1. 2. 45.* Idem quod tu facis, faciunt rei male gerentes. V. GERO.

GĔRĬTĬO. V. GESTIO.

GERMĀNĂ, ae, f. V. GERMANUS §. 3.

GERMĀNĒ. Adverb. a *germanus*; sincere, et in modum germani fratris. V. GENUINE.

GERMĀNĬCUS, a, um. Adiect. a *Germani*, quod est nomen populorum Germaniam incolentium, de quibus V. in ONOM. — Porro cum Germani plures itemque Batavi eiusdem stirpis, Romae essent milites

Digitized by Google

inter corporis custodes apud Caesares, mos fuit figulino opere Germanorum personas representare, quae, ut etiam nunc apud Nostrates, pueris terriculamento essent. *Martial. 14. 176.* cuius lemma; *Persona Germanica*. Sum figuli lusus ruši persona Batavi: Quae tu derides, haec timet ora puer. — **2)** A Germanis devictis *Germanicus* dictus est etiam Domitianus Imp., qui ab hoc suo cognomine mensem Septembrem *Germanicum* appellavit, teste *Suet. Domit. 13.* Hinc *Martial. 9. 2.* Kalendae Germanicae; h. e. Septembris. *Macrob. 1. Sat. 12. 35.* Mensis September principalem sui retinet appellationem; quem Germanici appellatione, Octobrem vero suo nomine Domitianus inveterat. — **3)** Sed et Caligula ante illum, in memoriam patris, *Germanici* cognomine, hunc eidem mensi appellationem dederat, teste eodem *Suet. Calig. 15.* Hinc *Inscr.* apud *Amaduitum*, *Anecd. litter. T. 3. p. 169.* Idem municipibus Sentinatibus in epulum, quod XVII. K. Germanicas daretur, H-S. CXX. legavit. — Reliqua v. sub vv. GERMANI et GERMANICUS in ONOM.

GERMĀNĪTAS, ātis, f. Abstractum a *germanus*, coniunctio et vinculum necessitudinis inter fratres, vel quale solet esse inter fratres; *fratellanza*. *Cic. Ligar. 11.* Moveant te horum lacrimae, movent pietas, movet germanitas. *Liv. 40. 8.* Subituram vobis aliquando germanitatis memoriam. *Apul. 2. Met.* Nexus germanitatis. — *Gaudentius, Brix. ep. Serm. 19.* Paule frater, carnis ac spiritus germanitate clarissime. Adde *Ennod. 3. ep. 15.* — *Vulg. Interpr. Zachar. 11. 14.* Praecidi virgam meam . . . ut dissolverem germanitatem inter Iudam et Israel. — **2)** Translate de coniunctione animorum inter incolas diversarum urbium, inter se connexarum. *Liv. 37. 56.* Argis et illos, sicut sese, oriundos esse: ab ea germanitate fraternam sibi cum iis caritatem esse. — **3)** Item de rebus etiam abstractis pro similitudine, societate. *Plin. 6. 1. 2.* Unde nomen ambobus *(Bosphoris)* et iam quaedam in dissociatione germanitas concors. *Id. 14. 2. 4.* Germanitas vini. *Id. 15. 15. 2.* malorum. *Auct. Itiner. Alex. M. 8.* spei.

GERMĀNĪTUS, Adverb. a *germanus*, formae rarioris; fideliter, germane; *da fratello, sinceramente, da vero*. *Pompon.* apud *Non. 2. 331.* Si quis est amico amicus, gaudet, si quid evenit boni, cui amicus est germanitus. Adde *Augustin. ep. 120. 34.* et *Gloss. Gr. Lat.*

GERMĀNUS, a, um. Adiect. a *germen*, ut putat *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 95. Müll.*, quasi eadem stirpe genitus. Sed contra a mente vult *Varro* apud *Serv.* ad *3. Aen. 411.* « Germanus est, secundum Varronem in libris de gradibus, de eadem genitrice manans, non, ut multi dicunt, de eodem germine, quos illic tantum fratres vocat. » Sed cf. etiam quae dicentur in *Nota*. — **b)** Superlat. *germanissimus* l. s. — **c)** Derivata, *germane, germanitas, germanitus*.

GERMANUS proprie dicitur tum de iis, qui eadem tantum matre, ut in loco *Virgilii* mox afferendo in §. 2.; tum de iis, qui eodem tantum patre; tum multo magis de iis, qui eodem patre et matre geniti sunt; *fratello, fratello germano, sorella*. Saepe etiam iungitur cum ipsis vocibus *frater* et *soror*, ad maiorem quandam vim addendam: usurpaturque tam absolute, quam adiectivorum more. *Nep. Cim. 1.* Habebat ea matrimonio sororem suam germanam, non magis amore, quam more ductus: nam Atheniensibus licet eodem patre natas, uxores ducere. *Cic. Mil. 27.* Clodius cum sorore germana. *Id. 5. Verr. 49.* C. Fannius, frater germanus Q. Titinii. *Id. Font. 17.* Cum virgo Vestalis germanum fratrem complexa teneat. *Plaut. Men. 5. 9. 45.* Fratres germani duo Gemini, una matre nati, et patre uno. *Ter. Adelph. 5. 8. 34.* Nunc tu mihi es germanus pariter corpore et animo. *Cic. 5. Fin. 1.* L. Cicero frater noster, cognatione patruelis, amore germanus. *Ter. Andr. 1. 5. 57.* Si te in germani fratris dilexi loco. — **2)** Adhibetur aliquando tanquam titulus amoris amicitiaeque. *Enn.* apud *Cic. 1. Divin. 20.* ita sola Postilla, germana soror, errare videbar, etc. — **3)** Absolute, substantivorum more,

GERMANA, ae, f. Est soror germana. *Ovid. 3. Fast. 560.* Germanae nata dat ante suae. *Id. 6. Met. 615.* In omne nefas ego me, germana, paravi. *Id. 8. ibid. 781. de Dryadibus.* Omnes germanae Cererem cum vestibus atris Moerentes adeunt. — **4)** Tamquam titulus amicitiae. *Enn.* apud *Cic. 1. Divin. 20.* Haec effatus pater, germana, repente recessit, etc. — **5)** Item

GERMANUS, i, m. Est frater germanus. *Virg. 5. Aen. 412.* Haec germanus Eryx quondam tuus arma gerebat. *Ovid. 12. Met. 240. de Centauris.* Germani bimembres. *Id. 3. ibid. 13.* Quae te, germanae, furiatem Mens agit in facinus? — **6)** Tribuitur etiam bestiis. *Aesius* de duobus arietibus loquens, apud *Cic. 1. Divin. 23.* pulcriorem alterum immolare . . . deinde eius germanum cornibus commitier, etc. — **7)** Luditur in ambiguo in illo versu apud *Vellei. 2. 67. De Germanis, non de Gallis, duo triumphanti consules.* Sermo est de duobus consulibus triumphantibus, qui suos fratres proscripserant. Similis est locus *Cic.* apud *Quintil. 8. 3. 29.* de quodam Cimbro, qui fratrem necaverat, *Germanum Cimber occidit*. V. GERMANUS in ONOM. — **8)** Deinde

II. *Germanus*, a, um. Est etiam ad germanum vel germanam pertinens; *di fratello, di sorella*. *Plaut. Cas. 3. 4. 25.* Nunc tute amicus mihi es germanum in modum; *da fratello*. *Iustin. 27. 3. fin.* Sic fratres, quasi et germanis casibus, exsules ambo; h. e. quasi non natu solum germano, verum et casibus germania. Cf. *Dübner* ad *h. l.* — **9)** Hinc translate sumitur pro simili; *simile*: quia inter germanos similitudo plerumque est. *Cic. 4. Acad. 43.* Erat quidem, si perpauca mutasset, germanissimus Stoicis. *Al. leg.* Stoicus. *Id. Orat. 10. sub fin.* Cum mutila quaedam et hiantia locuti sunt, germanos se putant esse Thucydidis. *Al. leg.* Thucydides. Adde *Partit.* et *Pis.*, ut in GERMINUS §. 11. dictum est. Cf. §. seq. *ad fin.* — **10)** Item verus, proprius, sincerus, non fucatus, merus; *sincero, mero, proprio*. *Cic. 3. Offic. 17.* Nos veri iuris, germanaeque iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus. *Id. 2. Leg. 1.* Haec est mea, et huius fratris mei germana patria. *Id. 2. Agr. 35. sub fin.* Illi veteres germanique Campani. *Id. Brut. 86.* Haec germana ironia est. *Id. 4. Att. 3. ad fin.* Scio, me asinum germanum fuisse. *Plaut. Most. 1. 1. 38.* Dii te omnes perdant: obolusti allium, Germana illuvies. *Id. Capt. 3. 2. 38.* Ille Theodoromedes fuit germano nomine; h. e. proprio. *Id. Poen. 1. 1. 9.* Tunc blanditiae mihi sunt, quod dici solet, Gerrae germanae. *Cic. Coel. 11.* Fera quaedam sodalitas et plane pastoricia atque agrestis germanorum Lupercorum. *Id. 2. Orat. 38.* Inter hunc Aristotelem et hos germanos huius artis magistros hoc mihi visum est interesse. *Id. Orat. 26.* Hanc ego iudico formam summissi oratoris, sed magni tamen et germani Attici. — Huc spectant et loca allata in §. praeced., si altera lectio admittatur. — **11)** Huc item spectat locus Pauli apud *Vulg. Interpr. Philipp. 4. 3.* Etiam rogo et te, germane compar, adiuva illas, quae mecum laboraverunt in Evangelio; h. e. college sincerissime (in Textu Graeco, σύζυγε γνήσιε), et est, de Interpretum sententia, Epaphroditus, quem supra, 2. 25. suum cooperatorem (συνεργόν) appellaverat.

Nota. Discrimen inter *fratrem* et *germanum* tradit *Fronto de differ. p. 2192. Putsch.* « *Frater* aut ex alia matre aut ex alio patre potest esse: *germanus* ex iisdem parentibus sit, necesse est. » Quae confirmat etiam *Isid. 1. Differ. n. 237.*, qui insuper *n. 273.* etiam hoc inter *germanam* et *sororem* tradit discrimen: « *Soror* ab eodem germine, non ab eodem utero; *germana* vero ex utriusque manans germine. »

GERMEN, ĭnis, n. Nomen commune, quod quidem a *gerendo* ducunt, quasi *gerimen*, unde per syncopen *germen*; alii vero a *gena* pro *gigno*, quasi *genimen*, unde n littera in r mutata, per syncopen pariter *germen*. — Prior notatio est *Isid. 17. Orig. 6. 22.* — **b)** Derivata, *germinabilis, germinalis, germinasco, germinatio, germinator, germinatus, us, germino*. Cf. GERMANUS §. 2. et GRAMEN. — **c)** Composita, *egermino, germiniseca, praegermino, progermino, regermino*.

GERMEN proprie est quod e semine pullulat atque assurgit: item quod ex plantarum oculis enascitur; *germoglio, germe*. *Plin. 16. 41. 5.* Serotino germine malus, tardissimus suber. *Virg. 2. G. 332.* Ioque novos soles audent se germina tuto Credere. *Plin. 18. 21. 1.* Ex uno grano (vix credibile dictu) quadraginta paucis minus germina. *Rutil. 1. Itin. 376.* Excitat in fruges germina laeta novas. *Virg. 2. G. 76.* huc alienos ex arbore germen inclusdunt. *Edict. Diocles.* Germina palmae, sive elatae numero quattuor X. quattuor. — **2)** Metonymice pro ipsa re producta, sive fructu, pomis. *Claudian. 2. Laud. Stilich. 465.* autumni maturet germina Virgo. — **3)** Hinc a similitudine dicitur de prole. *Ovid. 9. Met. 280.* impleratque uterum generoso germine. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 76.* Nymphearum coetus, et coetus Tonantis Germina; h. e. filiae. *Iustin. 18. 5. extr.* Exstirpato servili germine; *razza, stirpe*. — **4)** Etiam de animalibus. *Nemesian. Cynog. 155. de cane feta*, postquam conclusa videt sua germina flammis: h. e. suos catulos. — **5)** Hinc translate *germen trahere* est originem ducere. *Prudent. 10. Cathemer. 52.* Pars illa potentior exstet, Quae germen ab aethere traxit. Et *5. περὶ στεφ. 1.* Germine nobilis Eulalia; *per nascita*. — **6)** Hinc figurate de ipso Christo sive Messia dicitur, de Interpretum sententia, apud *Vulg. Interpr. Isai. 4. 2.* Erit germen Domini in magnificentia. Sic et *germen iustum*, apud *Ieram. 23. 5.* et *germen nominatum*; h. e. celebre, apud *Ezech. 34. 29.* — **7)** Per contemptum usurpat *Ennod. Apolog. pro Synod. ad fin.* Vos potius video, triviorum germina, vos agnosco: in quibus naturae vilitas convenientes sibi mores peperit. — **8)** Latiore significatione etiam de rebus. Sic *germina cava maris*, apud *Claudian. epist. ad Seren. 14.* sunt uniones. *Germina frontis, 1. Rapt. Pros. 122.* sunt cornua. *Germen Larnae, Stat. 3. Silv. 3. 142.* est apium, quo coronabantur victores in ludis Nemeaeis. Est autem Nemea in eadem Argiae regione, in qua Lerne.

GERMĪNĀBĪLIS, le. Adiect. verbale a *germino*; qui germinare potest. *Dionys. Exig. de creat. hom. 8.* Herba, . . . quae et germinabilis dicitur. *Isid. 11. Orig. 2.* Ideo semen non est germinabile, quia etc.

GERMĪNĀLIS, le. Adiect. a *germen*; ad germen pertinens. *Dionys.*

Digitized by Google

Exig. de creat. homin. 30. Anima primordialis seu potius germinalis. — **B)** Item qui est ex germine. *Zeno, 2. Tract. 44.* Levigata oleo germinali.

GERMĪNANS, antis. Particip. verbi *germino*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui germinat. *Vulg. Interpr. Eccle. 2. 6.* Ut irrigerem sylvam lignorum germinantium. *Id. Dan. 3. 76.* Benedicite universa germinantia in terra. Cf. GERMINO.

GERMĪNASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *germino;* germinare incipio. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Germinasco; βλαστάνω.

GERMĪNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *germino;* actus germinandi; *germogliamento. Colum. 4. 24. a med.* Palmes, quem mox in germinatione citaverit, imbecillis ac minus fructuosus erit. *Plin. 17. 24. 4.* Surculi germinatione turgentes. Et *ibid. 2. 5.* Cum praecoces excurrere germinationes, secutis frigoribus exuruntur. — **B)** Sumitur et pro ipsa planta germinante; *germoglio. Id. 17. 28. 1.* Accumuletur germinatio terra, donec robur planta capiat.

GERMĪNĀTOR, ōris, m. Verbale a *germino;* qui germinat, vel germinare facit. Est nomen equi in *Inscript.* apud *Fabretti, p. 276. n. 175.* Vici in factione Veneta Germinatore Mauro Afro LXXXXII. Fortasse ita appellatus fuit hic equus, quod germen suscitabat, seu genus propagabat; *cavallo da razza.*

GERMĪNĀTUS, a, um. V. GERMINO §. 3.

GERMĪNĀTUS, us, m. Verbale a *germino*, idem ac germinatio. In sexto casu sing. *Plin. 18. 8. 2.* Oleam, si capra depaverit primo germinatu, sterilescere, auctor est Marcus Varro. Adde *16. 41. 4.*

GERMĪNĪSĔCĂ, ae, m. Nomen a *germen* et *seco;* qui secat germina. Legitur in loco corrupto *Varr. 5. LL. 31. §. 157. Müll.* « Utuntur *(falcibus)* in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas. Has zanclas Chersonesice dicunt, » quem locum ita refert *Auson. Popma de Instr. fund. 5.* « Falculas has phancillas germinisecae vocant. » V. *De-Vit, Sentent. M. Ter. Varronis, n. 175.*, ubi tamen pro *phancillas* emenda *zanclas* vel *zanculas*.

GERMĪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, a *germen*. — Particip. *germinans* §. 3. et 4., et suo loco, *germinatus* §. 3. — Proprie est germen emitto, pullulo; *germogliare. Plin. 13. 46. 1.* Eodem die germinat, quo iniectum est. *Id. 19. 42. 1.* Asparagus altissime germinat. — *Vulg. Interpr. Levit. 19.* 25. Poma, quae germinant, immunda erunt. Et *Marc. 4. 27.* Semen germinat. — **B)** Translate. *Id. Ezech. 7. 10.* Floruit virga, germinavit superbia. *Id. Isai. 27. 6.* Florebit et germinabit Israël. Adde *Proverb. 11. 28.* et *14. 11.* et *alibi saepe.* — **B)** Deinde, transitivorum more,

II. *Germino* est emittere, effundere; *mandar fuori. Plin. 30. 30. 4.* Vermiculi pennas germinant. *Id. 7. 5. 2.* Capillum germinans partus. *Vulg. Interpr. Gen. 1. 11.* Germinet terra herbam virentem. Adde *Exod. 9. 31.* et *alibi.* — Passive. *Id. 1. Paral. 5. 2.* De stirpe eius principes germinati sunt. *Id. Iob. 8. 19.* Et rursum de terra alii germinentur. — **4)** Translate. *Id. Deuter. 29. 18.* Et sit inter vos radix germinans fel et amaritudinem. *Id. Zach. 9. 17.* Vinum germinans virgines. *Id. Isai. 61. 11.* Et sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam.

GĔRO, gĕris, gessi, gestum, gĕrĕre. Verbum transitiv. originis latentis. — Mihi conferendum videtur cum Graeco ἐρῶ; traho, cui loco aspirationis extritae *g* littera est praeposita, vel, si mavis, cum αἴρω; tollo. — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, haec ex antiquis inscriptionibus occurrunt observanda: *gerre* pro *gerere* in *Inscr.* edita in *Novelle Fiorentine, a. 1760. p. 562.*; item *gessisti* pro *gessisti* in titulo Scipionum edito in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 35.*; item *cesel* pro *gessit* in *columna Rostrata, ibid. n. 195.* — **c)** *Gerere* et *facĕre* in antiquis MSS. et editis libris non raro commutata fuisse, adnotant *Burmann.* ad *Ovid. 1. Amor. 9. 12.* et *5. Met. 546.* et ad *Suet. Claud. 20.*, *Drakenb.* ad *Liv. 54. 62. §. 6.* apud *Hildebr.* ad *Apul. 5. Met. 6.* — Item cum *ago*. V. infra §. 20. — **d)** Particip. *gerens* §. 1., seqq. et suo loco, *gerendus* et *gerundus* §. 9., 11. et 19., *gestus* §. 19. et suo loco, *gesturus* §. 11. — **e)** Derivata, *gerarĭa, gero, ōnis, gerula, gerulanus, gerulo, gerulus, gerundium, gestabilis, gestamen, gestatio, gestator, gestatorius, gestatrix, gestatus, us, gesticularia, gesticularius, gesticulatio, gesticulator, gesticulor, gesticulus, gestio, is, gestio, ōnis, gestito, gesto, gestor, gestuosus, gesturio, gestus, us.* Cf. GERMEN §. 2., GREMIUM §. 2., GRUMUS §. 2. et GRUNDA. — **f)** Composita, *agger, aggero, aliger, aligero, antegestus, antigerio, antigerium, armiger, astriger, auriger, barbiger, belliger, belligero, brevigerulus, caeliger, circumgesto, cirriger, claviger, congero, coniger, corniger, damnigerus, degero, digero, egero, ensiger, famiger, famigerabilis, famigeratio, famigerator, famigero, faseiger, flammiger, flammigero, floriger, fluctiger, fontiger, forasgerones, fraudiger, gerulifugulus, honoriger, igniger, ingero, intergero, laniger, lauriger, libriger, liniger, lymphiger, monstriger, morigeratio, morigero, morigerus, mundiger, munerigerulus, naviger, nubiger, nugigerulus, oggero, palmiger, pelliger, penatiger, penniger, pharetriger, piniger, pistriger, plagiger, plagigerulus, plantiger, plumiger, praegero, progero, pulliger, regero, roriger, rumigeratio, rumigero, rumigerulus, sagittiger, salutiger, salutigerulus, sandaligerulus, sceptriger, scutigerulus, scytalosagittipelliger, securigir, serpentiger, setiger, siliqiger, somniger, sortiger, spiniger, spumiger, squamiger, suggero, supergestus, taliger, thyrsiger, transgero, tricorniger, tridentiger, triumphiger, turriger, veliger, velliger, verbigero, vermigeratus* (V.), *votiger, urniger*.

GERO proprie ac universim est aliquid mecum traho, baiulo, habeo; *portare, tenere, aver seco:* ita tamen, ut, cum *habere* significat, dicatur fere de iis, quae ita habentur, ut ab aliis conspiciantur. *Lucret. 5. 1419.* Gerere vestem ferinam. *Ovid. 3. Art. am. 222.* Quas geritis vestes, sordida lana fuit. *Plaut. Amph. 1. 1. 183.* Quo ambulas Tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris? *Nep. Datam. 3.* Gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam. *Id. ibid.* Vestis, quam satrapae regii gerere consueverant. *Horat. 1. Sat. 1. 110.* capella gerit distentius uber. *Val. Flacc. 2. 492.* Nec tales humeros, pharetramque gerebat Apollo. *Virg. 2. G. 122.* quos oceano propior gerit India lucos. *Id. 1. Aen. 319.* Virginis os habitumque gerens. *Curt. 3. 3.* Duo simulacra, quorum alterum Nini, alterum Beli gerebat effigiem; *rappresentava. Ovid. 3. Amor. 4. 19.* Centum fronte, oculos centum cervice gerebat Argus. *Virg. 6. Aen. 772.* umbrata gerunt civili tempora quercu. *Id. 2. ibid. 277.* Squalentem barbam, et concretos sanguine crines, Vulneraque illa gerens, quae etc. *Suet. Ner. 25.* Gerere coronam Olympiacam capite. *Id. Caes. 84.* ornamenta. *Ovid. 4. Met. 792.* angues immixtos crinibus. *Id. 4. ibid. 782.* clypeum laeva. *Id. 13. ibid. 442.* ramum. *Id. 2. ibid. 28.* spicea serta. *Id. 4. ibid. 631.* vincla. *Id. 9. ibid. 206.* venabula. *Id. 6. ibid. 228.* tela (in pectore fixa). *Liv. 1. 10.* Spolia ducis hostium caesi suspensa, fabricato ad id apte ferculo, gerens, in Capitolium ascendit. *Id. 1. 26.* Horatius trigemina spolia prae se gerens. *Varr. 6. LL. 8.* Gerere onera. *Ovid. 12. Met. 380.* Gerere tempora tecta pelle lupi. — *Plin. 8. 72. 1.* Oves gerunt partum diebus centum quinquaginta. Et *ibid. 62. 1.* Canes gerunt uterum sexagenis diebus. — **B)** Translate. *Liv. 32. 11.* Mixtum gaudio se meum animum gerere. *Quintil. 10. Declam. 10.* Gerere desideria de unico filio. *Enn.* apud *Cic. 1. Offic. 18.* animum muliebrem. *Sall. Iug. 113.* Suos hortatur, uti fortem animum gererent. *Curt. 4. 14. sub fin.* In dextris vestris iam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis. *Virg. 3. Aen. 340.* pulcher Iulus Ante annos animumque gerens, curamque virilem. *Ovid. 7. Met. 653.* mores, quos ante gerebant, Nunc quoque habent. *Virg. 2. Aen. 89.* et nos aliquod nomenque decusque Gessimus. *Auct. B. Afric. 10. fin.* Animum altum et erectum prae se gerebat. *Sall. Iug. 54.* Hortatur ad cetera, quae levia sunt, parem animum gerant. *Id. ibid. 43.* Gerere animum invictum adversus divitias. *Id. ibid. 64.* animum super fortunam. — *Vulg. Interpr. Tob. 7. 14.* Noli dubium gerere. — **B)** Ponitur et pro habere, concipere, exercere. *Ter. Hecyr. 5. 1. 30.* Pueri inter se quam pro levibus noxiis iras gerunt! *Caes. 1. B. C. 5.* Gerere inimicitias cum aliquo. *Anton.* ad *Cic. post ep. 13. l. 14. Attic.* simultatem cum aliquo pro republ. *Cic. 5. Fam. 8. a med.* et *Nep. Datam. 10.* amicitiam. *Enn.* apud *Gell. 19. 8.* Eo ego ingenio natus sum, amicitiam Atque inimicitiam in fronte promptam gero. *Horat. 3. Od. 21. 2.* Seu tu querelas, sive geris iocos, Seu rixam et insanos amores, Seu facilem, pia testa, somnum. *Plaut. Poen. 3. 6. 18.* Ita sunt isti nostri divites: Si quid bene faciat, levior pluma est gratia: Si quid peccatum 'st, plumbeas iras gerunt. *Cic. Cael. 14.* Gerere muliebres inimicitias cum aliqua. *Id. Deiot. 11.* inimicitias hominum more. *Liv. 38. 22.* et *Plin. 8. 26. 2.* odium in aliquem *et* adversus aliquem; *portar odio. Liv. 8. 24.* Ut pleraque eius generis imperia sunt, cum fortuna mutabilem gerentes fidem. *Iustin. 77. 1. fin.* Utrique imperii cupiditatem insatiabilem gerebant. — Absolute. *Sall. Iug. 72.* Ad ea rex, aliter atque animo gerebat, placide respondit. — **4)** Deinde, attento fine et cum oppositione expressa (o vel *ab-ad* vel *in*) aut tacita,

II. *Gero* est affero, transfero; *portare, trasportare:* sed raro admodum hoc sensu usurpatur. Cf. infra *Nota* II. §. 1. *Liv. 28. 19.* Feminae puerique . . . pugnantibus tela ministrant, saxa in muros munientibus gerunt. *Id. 37. 5.* Feminae tela omnis generis saxaque in muros gererent. — Absolute. *Cato, RR. 151.* Si non habebis unde irriges, gerito inditoque leniter. *Liv. 7. 6.* Neque eam voraginem coniectu terrae, quum pro se quisque gereret, expleri potuisse prius quam etc. — **5)** Proverbium de re, quae nullum exitum sortiri potest, est in illo *Plaut. Pseud. 1. 1. 100.* Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum geras. — **6)** Huc spectare potest modus dicendi, *gerere bellum cum aliquo:* apud *Cic. Sext. 2.* et *1. Divin. 46.* est contra aliquem belligerare: apud *Nep. Chabr. 3.* est simul cum aliquo adversus alium. — Alio sensu. *Vellei. 2. 104.* Bellum erat ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter; *finite*, com-

Digitized by Google

pito. — *Gerere simultates*, V. SIMULTAS. — **7)** Item, attenta ipsa actione,

III. *Gero* saepissime est administrare, tractare, agere consilio et ratione aliquid, quasi eius pondus gerendo et sustinendo; *amministrare, fare, governare, maneggiare, esercitare*. Qua de re *Varr. 6. LL. 3.* Potest quis aliquid facere, et non agere, ut poëta facit fabulam, et non agit: contra actor agit, et non facit. Contra imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, sed gerit, id est sustinet: translatum ab his, qui onera gerunt, quod sustinent. Haec *Varro*. *Cic. 16. Att. 2.* Omnia nostra, quoad eris Romae, ita gerito, regito, gubernato, ut nihil a me exspectes. *Id. 3. Fin. 20.* Gerere et administrare rempublicam. *Id. 2. Fam. 7.* Feliciter et ex mea sententia rempubl. gessimus. *Id. Rosc. Am. 45.* Cum L. Sulla solus rempubl. gereret, orbemque terrarum gubernaret. *Id. 13. Fam. 5.* Ut susceptum negotium pro tua fide et diligentia, ex voluntate Caesaris, qui tibi rem magnam difficilemque commisit, gerere possis. *Id. 4. Verr. 55.* Gerere potestatem; h. e. magistratum: ut *Id. Sext. 57.* dixit. *Nep. Attic. 6.* honores. *Id. Cat. 2.* consulatum. *Id. Epam. 7.* imperium. *Cic. Dom. 35.* Illud pulcherrimum factum, quod pro salute patriae gessi. *Plaut. Baech. 3. 3. 73.* Rem mandatam gerere sedulo. *Id. Pseud. 1. 2. 61.* Tace, et hanc rem gere. *Inscr.* apud *Visconti Monum. Gabin. p. 140.* Qui omnes honores municipii nostri delatos sibi sincera fide gessit. — **8)** Hinc passive *geri* dicitur, non de rebus materialibus, sed de iis, quae animi facultate, ingenio, consilio administrantur. *Cic. 2. Orat. 39. a med.* Ut iis qui audiunt, tum geri illa ferique videantur. *Id. Quint. 6. extr.* Haec dum Romae geruntur, Quintius interea etc. Et *15.* Quid negotii geritur? *Virg. 9. Aen. 203.* nec tecum talia gessi. *Id. 4. G.* etiam de iis, quae manu fiunt, *305.* Hoc geritur, zephyris primum impellentibus undas. — **B)** *Res gerendae* sunt negotia tum privata, tum publica, quae ab hominibus fiunt; *affari, negozi, faccende*. *Cic. Senect. 6.* A rebus gerendis senectus abstrahit. Et *paulo post*. In re gerenda versari senectutem negant. *Id. 5. Fin. 19.* Homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum; *di far grandi imprese, di aver grandi maneggi*. Et *mox*. Qui a spe gerendi absunt, confecti senectute. — **10)** *Rem gerere* aliquando est rem suam curare; *fare i suoi interessi*. *Id. Senect. 7.* Male rem gerentibus, patriis bonis interdici solet. *Plaut. Pers. 4. 3. 34.* Et valeo recte, et rem gero, et facio lucrum. *Massur. Sabin.* apud *Macrob. 3. Saturn. 6.* Instituit mercaturam, et, bene re gesta, decimam Herculi profanavit. — **11)** Interdum pertinet ad rem bellicam. *Nep. Amilc. 3.* Exercitui praefuit, resque magnas gessit. *Cic. 5. Att. 20. ante med.* Cassius insecutus hostes, rem bene gessit. *Liv. 28. 2.* Pes cum pede collatus, et gladiis geri res coepta est. *Plin. 12. 54. 4.* Alexandro magno ibi res gerente. — *Cic. Parad. 5. 2.* Magna, inquis, bella gessi: magnis imperiis et provinciis praefui. Gere igitur animum laude dignum. *Iusti species quaedam ironiae, sive ambiguitatis*. *Lucan. 2. 274.* Proelia gesturus consul. — **12)** Hinc quoties gravioris belli imminentis causa dictator crearetur, *rei gerundae causa* factus dicebatur, ut videre est in *fragm. Capitolin.* apud *Grut. 290. 201.* et 292. et apud *Liv. 3. 29.* — **13)** Et translate de pugna Veneres. *Catull. 66. 15.* Dulcia nocturnae portans vestigia rixae, Quam de virgineis gesserat exuviis. — **14)** Huc spectant specialia quaedam dicendi genera, in quibus manet quidem haec eadem significatio, quae actionem respicit e subiecto exeuntem, sed modus variatur. Sic

IV. *Gerere curam pro aliquo* est curare; *aver cura*, apud *Virg. 12. Aen. 48.* Sic gerere tutelam alicuius; *far da tutore, Tryphonin. Dig. 25. 2. 68.* et *Scaevola ibid. 27. 1. 22.* Sic gerere tutelam corporis, *Senec. initio epist. 14.* — **15)** *Gerere aliquem* est tractare, accipere, habere; *trattare*. *Sall. Iug. 90. ad fin.* Egomet in agmine, in proelio, consultor idem et socius periculi, vobiscum adero: meque vosque in omnibus rebus iuxta geram. Et *61.* Romae gaudium ingens ortum, cognitis Metelli rebus, ut aequo, et exercitum more maiorum coleret. — **16)** *Gerere personam alicuius* est praeferre, sustinere; *rappresentare, far la figura*. *Cic. 1. Offic. 32.* Ipsi gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur: itaque se alii ad philosophiam, alii ad ius civile, alii ad eloquentiam applicant. Et *34.* Magistratus gerit personam civitatis. — **17)** Similia horum sunt illa *Senec. Troad. 714.* excidat Hector: Gere captivum, positoque genu, etc.; *portati da schiavo*. *Claudian. IV. cons. Honor. 293.* Tu civem, patremque geras. *Apul. 1. Met.* Gerere sedilem. *Plin. Panag. 44.* principem. — **18)** *Gerere se* est agere, exhibere; *portarsi, procedere*. *Iustin. 32. 3.* Gerere se regem. *Flor. 1. 1.* se matrem. *Sulpic. Sev. Hist. 2.* Gerebant se Catholicos. — *Cic. Arch. 3. ad fin.* Gerere se pro cive. — *Id. 6. Att. 1. circa med.* valde honeste. Et *9. ibid. 2. a med.* perdite. *Id. 1. Offic. 26.* submissius. *Plin. 2. ep. 12.* turpiter in legatione. *Nep. Cim. 2.* contumacius. *Cic. 1. Offic. 28.* Natura docet non negligere, quemadmodum nos adversus homines geramus. *Ovid. 4. Heroid. 31.* Gerere se sine crimine. — **19)** *Gerere alterî morem* est obsequi, obedire; *far a modo altrui*. *Cic. 1. Tusc. 9.* Geram tibi morem, et ea quae vis, ut potero, explicabo. *Ter. Adelph. 2. 2. 6.* Adolescenti morem gestum oportuit. *Id. Eun. 1. 2. 108.* Mos gerundus est Thaidi. *Id. Heaut. 3. 1. 74.* Sine, me in hac re gerere mihi morem. *Cic. 2. Att. 16. a med.* Ut utrique a me mos gestus esse videatur. *Ovid. 2. Amor. 2. 15.* gerat ille suo morem furiosus amori. — **20)** *Gerere tempus* est transigere, agere; *passare*. *Suet. Domit. 1.* Primae adolescentiae tempora tanta inopia gessisse fertur, ut etc. Sic *Petron. fragm. Tragur. 65. Burm.* Gerere vitam. *Val. Flacc. 6. 695.* impubemque gerens, sterilemque iuventam. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5.* Aetatem gerere cum aliquo. Hic al. leg. *agere*, ut et in illo *Suet. Vesp. 24.* Extinctus est annum gerens sexagesimum ac nonum. Sed *Grasvius, Cellar.* et al. ex plurimis MSS. *gero* defendunt. Adde *Aurel. Victor.* in *Epitom. 44.* — **21)** *Gerere regna in gremio alicuius* significat ab illo unice amari, et apud illum omnia posse. *Tibull. 1. 10. 79.* Tunc flebis, cum me victum puer alter habebit, Et geret in gremio regna superba meo. — **22)** Denique, cum subiecto non personae, sed rei, aliquando

V. *Gero* est gignere, producere, edere; *produrre*. *Ovid. 9. Met. 230.* Arboribus caesis, quos ardua gesserat Oete. *Id. 5. Trist. 12. 6.* violam nullo terra serente gerit. *Tibull. 2. 4. 56.* Quidquid et herbarum Thessala terra gerit. *Virg. 2. G. 70.* Et steriles platani malos gessere valentes. *Lucret 1. 716.* Quorum Agrigentinus cum primis Empedocles est, insula quem triquetris terrarum gessit in oris. Adde *6. 790. Varr. 5. LL. 10. §. 64.* Quae *(Terra)* quod gerit fruges, Ceres *(appellata est)*. — *Ovid. 11. Met. 615.* Silva gerit frondes, eiectas litus arenas. — *Id. 2. ibid. 16.* Terra viros urbesque gerit, silvasque ferasque Fluminaque et Nymphas et cetera numina ruris. — **23)** Hinc translate *prae se gerere* est prae se ferre, ostendere, exhibere. *Cic. 2. Invent. 9.* Affectionis ratio perspicuam solet prae se gerere coniecturam. Et *53.* Prae se quandam gerere utilitatem.

Nota I. Constructio verbi est cum accusativo rei vel personae, addito ablativo modi vel instrumenti, raro cum dativo personae, vel cum ablativo et praepos. *in, cum*, vel cum alio accusativo et praepos. *in, adversus*. — Item aliquando absolute. — **Nota II.** Usu differt a *fero*, et *porto*, quia *fero, porto tibi*, aut *ad te quippiam*, aut *in aliquem locum* dicimus; *gero* hoc modo, quod sciam, non dicimus, inquit *Forcellinus*. Cf. supra §. 4. — **2)** Discrimen inter *gero* et *fero* habes sub v. FERO in *Nota* II. §. 2. — Inter *facio, ago* et *gero* sub v. FACIO in *Nota* II. §. 1., coll. supra §. 7.

GĔRO, ōnis, m. V. FORAS in *Nota* §. 3.

GĔRŌMĀTRĪTĀ. V. HIEROMATRITA.

GĔRONTĔĂ, ae, f. Vox Graeca, γερόντεια, proprie adiectiva, subaudito βοτάνη, a γερόντειος; senilis. *Apul. Herb. 75.* Gerontea herba, quae et senecio appellatur. Cf. voc. seq.

GĔRONTĒUM, i, n. Vox Graeca, proprie adiectiva, eiusdem originis ac praecedens, qua absolute adhibita, significatur Senatus. *Not. Tir. p. 284.* Propineum, gyronteum. *Legs* propylaeum, gerontemm.

GĔRONTŎCŌMĪUM, ii, n. Vox Graeca, γεροντοκομεῖον, qua significatur locus, in quo senes pauperes aluntur et curantur; *spedale da vecchi*: a γέρων, senex, et κομέω, curam gero. Legitur in *Cod. 1. 3. 49. 22.* et *25.* — **2)** Dicitur et *gerontotrophīum* eadem significatione, sed alia radice, nempe a τρέφω, nutrio. — Haec *Forcellinus* sine addito tamen Latini Scriptoris exemplo.

GĔRONTŎDĪDASCĂLUS, i, m. Vox Graeca, γεροντοδιδάσκαλος, qua significatur senum praeceptor; *maestro de' vecchi*: a γέρων, senex, et διδάσκαλος, doctor. Unam e suis Satyris *Varro* hoc titulo inscripsit, cuius quaedam adhuc fragmenta exstant, et qua proverbialiter notari videtur is, qui frustra laborem impendit in rem seram et intempestivam.

GĔRONTŎTRŎPHĪUM. V. GERONTOCOMIUM §. 2.

GERRĂ, ae. V. voc. seq. §. 3. *fin.*

GERRAE, ārum, f. Vox Graeca, γέρρα, quo significatur quodcumque ex vimine aut iunco textum est, atque hinc crates vimineae, ut exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 94. Müll.* V. et GERRONES. — **2)** *Non. 2. 385.* dicit, esse fascinos, qui sic in Naxo insula Veneris ab incolis appellantur. — **3)** Porro cum Athenienses, ut ait *Fest.* loc. cit. supra §. 1., Syracusas obsiderent, et crebro gerras poscerent, atque irridentes Siculi gerras clamitarent, factum est, ut

II. *Gerrae*, translate, pro nugis et contemptu dicantur; *ciancie, baie, pazzie*. Graece λῆροι. *Plaut. Poen. 1. 1. 9.* tuae blandiciae mihi sunt, quod dici solet, Gerrae germanae, atque edepol liroe liroe. *Id. Epid. 2. 2. 45.* Quid istae, quae vesti quotannis nova inveniunt nomina, Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum caesicium . . . gerrae maximae. *Auson. ad Symmach. initio Edyll. 11.* seu *Gryphi*. Misi itaque ad te frivola, gerris Siculis vaniora. — In sing. num. habet *Gloss. Lat. Gr.* Gerra; σύμμικτος. — **4)** Adhibetur etiam loco interiectionis. *Plaut. Trin. 3. 3. 51.* Gerrae! nae tu illud verbum actutum inveneris. Adde *Asin. 3. 3. 10.*

GERRĔ *pro* Gerere. V. GERO §. b.

Digitized by Google

GERRĒS, is, m. Est piscis salitus et inveteratus, et nullius pretii, *Plinio teste 32. 53. 5. Martial. 12. 32.* Fuisse gerres, aut inutiles manus, Odor impudicus urcei fatebatur. Adde *S. 77. Gloss. Philox.* Gerres; μαιδίς. — 2) *Addere garo gerrem*, proverb. Rei pretiosae aliquid vile addere et immiscere. *Arnob. 5. p. 188.* Addidistis, ut dicitur, garo gerrem, cum Deorum nominibus appellavistis res turpes, et vocabulis rursus Deos rerum coinquinavistis infamium. V. GARUM. Cf. voc. seq.

Nota. In editione *Arnobii 1542.* et in *Adag. Manut.* legitur, *addidistis, ut dicitur, gangraenam*, quod explicat *Manut.* geminastis malum, ut veterem culpam novae noxae accessione gravastis. Hoc sane cum *Arnobii* sententia belle convenit: placet tamen magis prior lectio.

GERRĪCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *gerres* parvus gerres. *Plin. 32. 53. 5.* Draco; quidam aliud volunt esse dracunculum; est autem gerriculae similis, etc. *Olim vulgo leg.* graculo.

GERRĪNUS, a, um. Adiect. a *gerrae;* qui ad gerras pertinet. *Plaut. Epid. 2. 2. 49.* Cymatile, aut plumatile, cerinum, aut gerrinum: gerrae maximae. — Vox quidem nihili est *gerrinum*, sed quam *Plautus* finxit, ut locus esset lepidae paronomasiae, quae inest verbis *cerinum, gerrinum:* ibi enim loquitur de vestibus mulierum, quibus quotannis nova inveniebant nomina. Alii leg. *melinum*, quem vocem V.

GERRO, ōnis, m. Nomen a *gerrae;* h. e. a nugis, quare et nugator exponitur a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 40. Müll.*, ubi *cerrones* loco *gerrones* scribitur. V. CERRONES. — Usurpavit autem. *Tur. Hecyr. 3. 4. 10.* Gerro, iners, fraus, heluo. Adde *Gloss. Placidi* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 468.* Cf. CONGERRO.

GERSĂ, ae, f. Nomen vulgare, ut videtur, hirudinis; *sanguisuga*. *Soran. Isag. 22.* Mense Novembri bonum est gersas et cucurbitulas imponere.

GERTĪBŬLUM. V. CARTIBULUM.

GĔRŬLĂ, ae, f. V. GERULUS §. 1. et 2.

GĔRŬLĀNUS, i, m. Verbale a *gero*, idem quod gerulus, absolute adhibitum. Legitur in *Inscr.* apud *Gud. 52. 6.* Corpus gerulanorum.

GĔRŬLĪFĪGŬLUS, i, m. Vox ficta a *Plauto Bacch. 3. 1. 14.* Affines tuos tua infamia fecisti gerulifigulos flagitii; h. e. docentes et patrantes flagitia. V. GERULUS, i, §. 4.

GĔRŬLO, ōnis, m. Verbale a *gero*, idem ac gerulus. V. GERULUS, i, §. 3.

GĔRŬLUS, a, um. Adiect. verbale a *gero;* qui gerit, portans; *portatore. Solin. 1. extr.* Navis gerula sacrorum. *Id. 20.* Cornua potuum gerula. *Apul. 6. Met.* Divinae formositatis gerula Psyche. — 2) Absolute, substantivorum more,

GERULA, ae, f. Speciatim dicitur de ea quae pueros baiulat, quae diversa est a nutrice. *Hieronym. ep. 107. n. 4. ad fin.* Nutrix ipsa non sit temulenta, non lasciva, non garrula: habeat modestam gerulam, nutricium gravem. *Vulg. Interpr. Ruth. 4. 16.* Nutricis ac gerulae fungebatur officio. Adde *Tertull. Anim. 19. sub fin.* et *Advers. Iud. 9. ante med.* — De apibus *Plin. 11. 10. 4.* Gerulae secundos flatus captant. V. integr. loc. — 3) Item

GERULUS, i, m. Est, qui fert aliquod onus, et fere pro baiulo accipitur, idest pro eo, qui mercedis gratia onera ferre consuevit; *facchino, portatore. Horat. 2. Ep. 2. 72.* Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor. *Plaut. Bacch. 4. 9. 79.* Nae ille alium gerulum *(argenti)* quaerat sibi; *altri che gli porti il danaro. Suet. Cal. 40.* Ex gerulorum diurnis quaestibus pars octava exigebatur. *Sidon. 8. ep. 13.* Gerulus litterarum; *il portalettere. Colum. 10. 310.* Aere sinus gerulus plenos gravis urbe reportet. *Apul. 3. Met. sub fin.* Gestaminum modus numerum gerulorum excedit. *Elmenhorst. leg.* gerulonum. — 4) *Gerulus* etiam dicitur, qui aliquid efficit, ut notat *Scalig.* ad *Fest.* Hinc *Gloss. Philox.* Gerulus; ὁ πράττων, ὁ πρακτήρ. Hinc *gerulifigulus flagitii*, apud *Plaut.* V. GERULIFIGULUS. — 5) *Geruli decuriales* dicuntur in *Inscript.* apud *Grut. 1085. 11.* qui in decurias conscripti, et in corpus aliquod collecti; *la fraglia dei facchini*, portandis praesertim mercibus e portu in Urbem publice inserviebant.

GĔRUNDĪUM, ii, n. Verbale a *gero;* quo significatur a Grammaticis modus verborum sub una voce activum, et passivum sensum habens, et infinitivi vices aliquando implens. *Charis. 2. p. 144. et 147. Putsch.* vocat *supinum: Diomed. 1. p. 383. participialem modum*, sed et *gerundium p. 350.*, ut et *Priscian. 8. p. 808.* etc. At *Cledon. p. 1875.* appellat haec verba *gerundi* (sic *Macrob. de Different. et societ. Graeci Latinique serm.* appellat *gerundi modos*): atque ideo dici ait, quia nos aliquid *gerere* significant, ut puta *legendi causa veni, legendo mihi contigit valetudo, legendum mihi erit.* — 2) Dicitur etiam *Gerundivus modus* a *Servio, ibid. p. 1788.*, ubi quod tam agentis, quam patientis vim habeat, ostendit illo *Virg. (3. Ecl. 15.) Cantando tu illum*, ubi activam, et illo *(8. Ecl. 71.) cantando rumpitur anguis*, ubi passivam significationem habet. Adde *Boëth. de Interpr. edit. secund. 1. p. 399. Migne*, V. USURPATIVUS.

GĔRUNDĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *gero*. V. voc. praeced. §. 2.

GĔRŪSĬA, ae, f. Vox Graeca, γερουσία, qua significatur locus, in quo senatus habetur, curia; *curia, sala del consiglio:* a γέρων, senex. *Varr. 5. LL. 32.* Senaculum vocatum, ubi Senatus, aut ubi seniores consisterent, dictum, ut γερουσία apud Graecos. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 94. Müll.* Gerusia, curia, ab aetatis vocabulo dicta. — 2) Item aedificium, quale Athenis prytaneum, in quo senes de re publica optime meriti publice alebantur. *Plin. 10. ep. 42.* Incendium duo publica opera, gerusian et lacon absumpsit. *Vitruv. 4. 8.* Cretici domus, quam Sardiani, civibus ad requiescendum aetatis otio, seniorum collegium gerusian dedicarunt. Adde *Plin. 35. 49. 5.*

GESCLĪTHRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca e duabus composita, τὸ τῆς γῆς κλεῖθρον; h. e. terrae claustrum. *Plin. 7. 2. 2.* Haud procul ab ipso Aquilonis exortu, specuque eius dicto, quem locum Gesclithron appellant, producuntur Arimaspi, quos diximus, uno oculo in fronte media insignes. *Alii leg.* Gesclitron, *omissa aspiratione, etiam in Graeca voce.*

GESCLĪTRON. V. voc. praeced.

GESEORETA. V. GESORETA.

GĒSOMPHĂLOS vel Ges omphalos, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca e duabus composita, nempe a γῆ terra, et ὀμφαλός umbilicus; scilicet umbilicus terrae. Appellata fuit hoc nomine a Graecis herba cotyledon, teste *Apul. Herb. 45.* Graeci cotyledon, . . . alii ges omphalon, alii stergethron, Itali umbilicum Veneris. *Alii leg.* gesomphalon, *unica voce.* Cf. GE.

GESORĒTĂ et Geseoreta, ae, f. Vox insertae omnino scriptionis, qua significatur navigii speculatorii genus, quod quidam idem putant ac *prosumia. Gell. 10. 25.* in cuius verbis grave mendum eubare quidam putant. V. *Lion*, in *Not. crit.* ad *h. l.*

GESTĂ, orum, V. GESTUS, a, um, §. 4. et 5.

GESTĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *gesto;* qui gestari potest; *portatile. Cassiod. 1. Variar. 45.* Caelum gestabile; h. e. parva machina Archimedis aphaeram caelestem referens.

GESTAE, ārum. V. GESTUS, a, um. §. 3.

GESTĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *gesto*, syllabica adiectione productum; quicquid geritur, ut vestes, arma, sceptrum; *ciò che si porta. Virg. 5. Aen. 286.* clypeum magni gestamen Abantis. *Val. Flacc. 6. 671.* sua virgo Deae gestamina reddit. *Plin. 32. 11. 3. de margaritis.* Religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. *Sil. 8. 349.* proprio tectum gestamine praeceps Ex acie rapit; h. e. scuto. *Plin. 37. 35. 2. de gemma.* Hoc est gestamen in cervice ac digitis gratissimum. *Apul. 7. Met.* Gestamen asini. *Ovid. 13. Met. 165.* Cognovi clypeum laevae gestamina nostrae. Adde *Virg. 7. Aen. 246.* et *Apul. 3. Met.* — 2) Absolute pro sceptro aliquando usurpatum videtur ex *Gloss. Lat. Gr.* Gestamen; σκῆπτρον. — 3) Item id, quo quippiam gestatur. *Val. Flacc. 6. 71.* cerva setis fulgens, et cornibus aureis Ante aciem celsi vehitur gestamine conti. *Tacit. 14. Ann. 4.* Gestamine sellae Baias pervecta. Et 2. *ibid.* 2. Gestamen lectica. Et *11. ibid. 33.* In eodem gestamine sedem poscit; h. e. in eadem lectica poscit sellam ad sedendum. *Sedul. 4. 297.* lento gestamine vilis aselli.

GESTANS, antis. Particip. verbi *gesto*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui gestat. *Plin. 37. 11. 12.* Agrestes feminae monilium vice succina gestantes. — 2) Hinc absolute *gestantes* dicuntur a Scriptoribus Ecclesiasticis qui baptizandos infantes brachiis gestant et sacerdoti baptizaturo offerunt; *padrini. Augustin. contra Iulian. 4.* Parvuli per ora gestantium credunt.

GESTĀTĬO, ōnis. f. Verbale a *gesto;* actus gestandi, gestatus, latio; *il portare. Lactant. 5. 22. extr.* Assignavit lanam, et telam viris, et infectum gestationes. — 2) Saepius vero passive sumitur pro exercitatione, qua quis equo, navi, curru vehitur, lecticave; *il farsi portare. Senec. ep. 55.* A gestatione cum maxime venio, non minus fatigatus, quam si tantum ambulassem, quantum sedi. *Cels. 2. 15.* Genera gestationis plura sunt: lenissima est navi vel in portu, vel in flumine, vel lectica, aut scamno: acrior vehiculo: vehementior in alto mari, navi. *Suet. Vesp. 21.* Gestationi vacare. *Id. Claud. 33.* Solitus etiam in gestatione ludere. Cf. GESTATORIUS §. 3. — 3) Translate est locus arboribus densis opacus, per quem a succollantibus servis valetudinis, aut voluptatis causa gestabantur, ea forma, qua *coenatio* dicta est locus, ubi coenam capiebatur, *ambulatio* locus, ubi deambulabatur; *passeggio, viale, stradone. Plin. 5. ep. 6.* Ab his gestatio in modum circi, quae buxum multiformem, humilesque, ac retentas manu arbusculas circumit. Adde *2. ep. 17.* — *Inscr.* apud *Fabretti, p. 671. n. 5.* In hoc pomario gestationis per circuitum, itum, et reditum quinquiens efficit passus mille. — 4) *Gestatio circini* est arcus a circino descriptus; *giro del compasso. Inscript.* apud *Grut. 201. 8.* Gestatio circini exterior a diaeta Apollinis ad diaetam eandem in circuitu P. ∞ CCLXXVII. efficit, etc. — Suot tamen qui retrahunt et hanc *Inscr.* ad §. praeced., ut *gestatio circini* idem sit, ac gestatio in modum circi, ut *Plin.* loco ibi cit. ait.

Digitized by Google

GESTĀTOR, ōris, m. Verbale a *gesto;* qui gestat. *Plin. 9. ep. 33.* Delphinus gestator, et collusor puerorum. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 314. Burm.* Et invenis gestator aquae; *h. e.* Aquarius. — **2)** Quemadmodum *gestatio* et *gestans* passive sumuntur, ita *gestator* pro eo, qui curru, aut lectica vehitur, vel navi: qui et *vector* eadem ratione dicitur. *Martial. 4. 64.* Illic Flaminiae, Salariaeque Gestator patet, essedo tacente.

GESTĀTŌRĬĂ, ae. f. V. voc. seq. §. 2.

GESTĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *gesto;* ad gestandum idoneus; *gestatorio. Suet. Ner. 26.* Gestatoria sella delatus in theatrum; *in sedia da mano.* — *Ennod. Apolog. pro Synod. vers. fin.* Ecce nunc ad gestatoriam sellam apostolicae confessionis uda mittunt limina candidatos. — **2)** Absolute, substantivorum more,

GESTATORIA, ae, f. Est ipsa sella gestatoria. *Sidon. 8. ep. 8.* Licet in deductum nomen a trabeis, atque eboratae curules, et gestatoriae fractetas, et fastos recolas purpurissatos. — **2)** Item

GESTATORIUM, ii, n. Est item sella gestatoria. *Suet. Claud. 35.* Solitus etiam in gestatorio ludere. *Al. rectius leg.* in gestatione. — Sed Gestatorium, *φορεῖον*, legitur etiam in *Gloss. Lat. Gr.*, immo et apud *Vulg. Interpr. 2. Mach. 9. 8.* Humiliatus ad terram in gestatorio portabatur. — **3)** Pro lecto funebri. *Gloss. Paris.* et *Thesaur. nov. Latinit.* apud *Mai, p. 261.* Gestatorium, feretrum.

GESTĀTRIX, Tcis, f. Verbale a *gesto;* quae gestat. *Val. Flacc. 4. 695.* Divaque Gorgonei gestatrix innuba monstri; *h. e.* Minerva.

GESTĀTUS, a, um. Particip. verbi *gesto,* etiam adiectivorum more adhibitum; latus; *portato. Val. Flacc. 3. 118.* longosque sibi gestata per annos Phrixeae monumenta fugae vix reddidit arbor. *Plin. 7. 13. 3.* Formicae gestatas fruges abiiciunt. *Id. 18. 37. 2.* Virgae myrti gestatae manu viatori prosunt. *Martial. 1. 83.* Tectis nam modo Rezaïs sub illis Gestatus fuerat.

GESTĀTUS, us, m. Verbale a *gesto,* idem ac gestatio. *Plin. 18. 30. 1.* Adeo teneris cerasis, ut gestatum non tolerent. Adde *13. 42. 1.*

GESTĬCŬLĀRĬŬS, ii, f. V. voc. seq. §. 3.

GESTĬCŬLĀRĬUS, a, um. Adiect. a *gesticulor;* qui gesticulatur; histrionalis. *Onom. Lat. Gr.* Gesticularius; *μιμητικός.* — **3)** Absolute, substantivorum more,

GESTICULARIA, ae, f. Est mima, saltatrix, quae corporis gesticulatione populum oblectat; *giocolatrice. Gell. 1. 5.* Non iam histrionem eum esse diceret, sed gesticulariam, Dionysiamque eum notissimae saltatriculae nomine appellaret. — **3)** Item

GESTICULARIUS, ii, m. Est gesticulator, saltator. *Ammian. 24. 4.* Natum puerum oblatum suscepit sibi gesticularium, multa quae callebat, nutibus venustissimis explicantem.

GESTĬCŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gesticulor;* gesticulandi actus. *Suet. Tib. 68.* Nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. *Apul. 10. Met.* Gesticulatio inaffectata.

GESTĬCŬLĀTOR, ōris, m. Verbale a *gesticulor;* qui corporis gestu populum oblectat; *giocolatore. Colum. praef. l. 1.* Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissime requirant, saltationis, aut musicae artis studiosi; *ballerino.*

GESTĬCŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *gesticulor;* mimicus. *Solin. 27. sub fin.* Simiae gesticulatis motibus inquietae.

GESTĬCŬLOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, a *gesticulus.* — Particip. *gesticulatus,* V. suo loco. — Proprie est gestum facio; *gesticolare, giocolare, attiggiare. Suet. Domit. 8.* Gesticulandi saltandique studio teneri. *Petron. Satyr. 36.* Scissor ad symphoniam gesticulatus, laceravit obsonium. *Frontin. de oration.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 1.* Alter pudice pranderit, alter labellis gesticulatus erit. — **2)** Deinde, transitivorum more,

II. *Gesticulor* est gestibus aliquid imitor. *Suet. Ner. 42.* locularia in defectionis duces carmina, lasciveque modulata etiam gesticulatus est; *idest* ad numerum saltavit. V. GESTICULATUS.

GESTĬCŬLUS, i, m. Deminut. a *gestus;* parvus gestus. *Tertull. Apolog. 19.* Cum digitorum suppetiariis gesticulis. — **2)** Item idem ac gesticulatio. *Mar. Victorin. p. 2550. Putsch.* Ut in quibusdam saltationum gesticulis nostra corpora pone pandantur.

GESTĬO, is, īvi *et* ii, ītum, īre. Verbum intransitiv. a *gestus.* — *Gestibat* pro *gestiebat,* V. infra §. 7. — Particip. *gestiens* §. 3. — Est, laetitiam prae se ferre, et aliquo corporis motu, oculis, manibus indicare; *esultare, ringalluzzarsi, far festa. Festus* apud *Paul. Diac. p. 93.* Gestit, qui subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu praeter consuetudinem exsultat. Cf. *Serv.* ad *1. G. 387.* — **2)** Proprie autem dicitur de brutis animalibus, ut *Donat.* ad *Ter. Eun. 5. 5. 7.* et *Serv.* ad *Virg. 1. G. 386.* docent. *Colum. 8. 15.* Ut cum apricitate diei gestiunt aves, nandi velocitate concertent. *Val. Flacc. 3. 654.* tum gestit aper, cum sese Martia tigris Abstulit. *Cic. 1. Nat. D. 27.* Cur non gestiret taurus equae contrectatione, equus vaccae. — **3)** Saepe trasfertur ad homines. *Cic. 2. Fin. 4. sub fin.* Quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur. *Id. 1. Offic. 29.* Voluptate nimia gestire. *Id. 4. Tusc. 6.* Efferri ac gestire. Et *ibid.* Cum inaniter et effuse animus exsultat, tum illa laetitia gestiens, vel nimia dici potest; *pazza allegrezza. Id. 2. Nat. D. 59.* Deducere perterritos a timore, gestientes comprimere; *insolenti. Liv. 45. 19.* Animus gestiens secundis rebus. *Id. 6. 36.* Gestientes otio. *Ter. Eun. 5. 5. 7.* Quid gestiam, aut quid laetus sim, quo pergam, etc. — **4)** Speciatim apud *Petron. Satyr. 87.* anni ad patiendum gestientes dicuntur *παῖδων ἐν ἀκμῇ τραγῳδούντων, καὶ ὀργιώντων.* — **5)** Apud Rhetores est digressionem facere. *Quintil. 10. 3. a med.* Historiae nonnunquam ubertas in aliqua exercendi stili parte ponenda, et dialogorum libertate gestiendum; *h. e.* efferri stilo oportet, et libere spatiari dialogis componendis. — **6)** Translate significat etiam vehementer cupere; *desiderare, agognare:* et gestibus cupiditatem ostendere. *Virg. 1. G. 386. de cygnis,* studio gestire lavandi. *Cic. 4. Att. 11.* Gestio scire omnia. Et *2. ibid. 7.* Gestit animus aliquid agere in republica. *Ter. Phorm. 2. 1. 50.* Ipsum gestio dari mihi in conspectum. *Gell. 16. 13.* In ius coloniarum mutare gestiverint. *Vellei. 2. 7.* Quidquid tumultuando adipisci gestierunt, etc. — **7)** Item de rebus. *Cic. Marcell. 3. extr.* Parietes huius curiae tibi gratias agere gestiunt. *Plaut. Amph. 1. 1. 167.* Gestiunt pugni mihi; *h. e.* tundere gestiunt. *Id. Asin. 2. 2. 49.* Dudum scapulae gestibant mihi; *h. e.* pruriebant, quasi verbera exspectantes: *gestibant* antique dictum, ut *lenibant, audibant,* etc. V. PRUNIO.

Nota. Constructio verbi est modo absoluta, modo cum dativo, addito etiam ablativo modi vel instrumenti, vel cum infinito. — Cum accusativo communi est in illo *Terent. 5. 5. 7.* allato §. 3. *fin.* V. *Donat.* ad *h. l.*

GESTĬO, ōnis, f. Verbale a *gero;* actus gerendi, curatio, cum voce *negotii; amministrazione, maneggio. Cic. 1. Invent. 26.* et *2. ibid. 12.* Negotii gestio. — **2)** Item actio se gerendi aliquo modo; *modo di condursi. Ulp. Dig. 11. 7. 14. §. 8.* Ex hoc neque pro herede gestio, neque aditio praesumitur; *h. e.* neque praesumitur se gessisse pro herede. *Torrentin. habet* geritio.

GESTĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *gesto.* — Particip. *gestitans,* infra. — Est saepe ac lubens gesto; *portar addosso, avere. Plaut. Cist. 4. 2. 84.* Haec crepundia mea herilis gestitavit filia. *Id. Curc. 5. 2. 4.* Pater istum anulum meus gestitavit. *Id. Poen. 1. 2. 186.* Quasi ostreatum tergum ulceribus gestito. — *Solin. 43.* Ficus Aegyptia poma non ramis tantum gestitans, sed et caudice. *Auct. Itiner. Alex. M. 49.* Quisque secum alphita esui potuive gestitaret. — **2)** Translate. *Enn.* apud *Gell. 7. 17. 10.* Qui pectus purum ac firmum gestitat.

GESTĬUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *gestio;* parva gestio. *Gloss. Isid. n. 784.* Gestiuncula, res minuta.

GESTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. intransitivorum tamen more etiam adhibitum, specie frequentativ. a *gero.* — **b)** Particip. *gestans* §. 7. et suo loco, *gestandus* §. 1. et 3., *gestatus* §. 3. et suo loco. — **c)** Derivata et Composita, V. in GERO.

GESTO proprie est idem quasi gero, saepe ac lubens gero; *portare, avere, portar sovente. Ter. Adelph. 4. 2. 24.* Quem ego puerum tantillum in manibus gestavi meis. *Cic. 11. Phil. 2. ad fin.* Cervicibus caput abscidit, idque fixum gestari iussit in pilo. *Horat. 2. Sat. 3. 214.* Lectica gestare aliquem. *Plin. 2. 63. 3.* Gestare digito gemmam. *Curt. 3. 3.* Hastati spicula auro praefixa gestabant. *Id. 4. 2.* Dorso, sicut iumenta, onera gestare. *Suet. Tib. 69.* Coronam lauream capite gestare. *Ovid. 13. Met. 547.* Quae nisi fecissem, frustra Telamone creatus Gestasset laeva taurorum tergora septem. *Horat. 1. Od. 35. 19.* Gestare clavos trabales et cuneos manu. *Ovid. 2. Met. 566.* Quae *(Electra)* nuribus mittit gestanda Latinis. — **2)** Speciatim dicitur de feminis uterum gerentibus. *Plin. 8. 10. 1.* Elephantos . . . decem annis gestare in utero vulgus existimat. *Id. 10. 85. 4.* Quo maius est animal, tanto diutius formatur in utero: diutius gestantur, quibus longiora sunt vitae spatia. Cf. *Vulg. Interpr.* in §. seq. — **3)** Translate. *Ter. Adelph. 4. 5. 73.* Hiccine non gestandus in sinu est? *h. e.* ferendus in oculis, impense amandus. Et *Eun. 5. 1. 12.* Gestare aliquem in oculis: eod. sensu. *Ovid. 7. Met. 32.* tum me de tigride natam, Tum ferrum et scopulos gestare in corde, fatebor. *Senec. Thyest. 1007.* sustines tantum nefas Gestare, tellus? *Virg. 1. Aen. 567.* Non obtusa adeo gestamus pectora. *Vulg. Interpr. Isai. 46. 3.* Audite me, domus Iacob, . . . qui portamini a meo utero, qui gestamini a mea vulva. — **4)** Deinde, attento fine,

II. *Gesto* est alio transfero, veho; *trasportare. Senec. Thyest. 768.* Pavidosque manes squalidus gestat senex. *Tacit. 2. Hist. 62.* Ex urbe atque Italia irritamenta gulae gestabantur. *Senec. 3. Quaest. nat. sub fin.* Dedit ventos Deus, ut commoda cuiusque regionis fierent communia; non ut legiones, equitemque gestarent. — **3)** Passiva voce eod. sensu *Martial. 1. 15.* Gestatos bimgis Regulus esset equis. *Id. 12. 17.* Gestatur tecum sella, pariterque lavatur. Et *Senec. ep. 122. circa med.* Nunc exercemur, nunc gestemur, nunc prandeamus.

Digitized by Google

— **B**) Translate est referre, deferre; *riferire, riportare. Plaut. Pseud. 1. 5. 14.* Homines, qui gestant, quique auscultant crimina, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant. *Senec. ep. 123.* Pessimum genus hominum videbatur, qui verba gestarent: sunt qui vitia gestant; h. e. qui deferrent dicta aliorum: sed sunt qui vitia secum habent, ut in alios transferant. — **2**) Intransitivorum more, sive absolute,

III. *Gesto* est vehor equo, curru, navi, lectica, unde *gestatio*, et *gestator*, *Suet. Galb. 8.* Ne ad gestandum quidem aliter umquam iter ingressus, quam ut etc. *Id. Domit. 11.* Simul gestanti, conspecto delatore eius, vis, inquit, etc.

GESTOR, ōris, m. Verbale a *gero;* qui gerit, seu administrat, ut negotiorum gestor, apud *Scaevol. Dig. 49. 1. 24.* — **2**) Translate, qui gerit, delator; *portatore, riportatore. Plaut. Pseud. 1. 5. 14.* Homines, qui gestant, quique auscultant crimina, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant, Gestores linguis, auditores auribus. — **3**) Pro gesticulatore sive exercitatore videtur sumi in *Gloss. Lat. Gr.* Gestor γυμναστής.

GESTUM, i, n. V. GESTUS, a, um, §. 4.

GESTŪōSUS, a, um. Adiect. a *gestus;* qui multos gestus veluti mimus facit; *tutto gesti. Gell. 1. 5.* Gestuosas Hortensii manus, et argutas. *Apul. 10. Met.* Puelli, puellaeque forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi; *camminando in cadenza.* Et *11. ibid.* Gestuosus gressus.

* GESTŪRĬO, is, īre. Verbum intransitiv. specie desiderativ. a *gesto;* valde gestio, appeto. *Ammian. 16. 12.* Gesturientes horritum ciere vel maximum. *Plerique tamen recte leg.* gestu terrentes.

GESTUS, a, um. Particip. verbi *gero*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Proprie est actus, peractus; *fatto, operato. Cic. Manil. 2.* Lucullum, magnis rebus gestis, ab eo bello discedere. *Id. Quint. 5.* Dabo operam, ut res quemadmodum gesta et contracta sit, cognoscatis. *Suet. Caes. 56.* Quae per alios erant gesta, temere credidit; et quae per se, perperam edidit. *Senec. 4. Benef. 27. ad fin.* Malus paterfamilias habebitur, qui negotiorum gestorum damnato patrimonii sui curam mandaverit; *ad uno convinto di malaversazione:* qui negotia alterius sibi demandata mala fide gessit et administravit: qua de re *titulus 5. lib. 3. Dig.* inscribitur. — **2**) Specialim *res gestae* sunt facinora, et acta insigniora; *azioni, imprese, fatti illustri. Cic. 1. Offic. 19. extr.* Vix invenitur, qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. *Nep. Epam. 1. extr.* Res gestae a plurimis omnium antelonuntur virtutibus. *Id. Reg. 2.* Duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria. — **3**) Hinc absolute, substantivorum more,

GESTAE, ārum, f. (*subaudi* res). Sunt res gestae, eodem sensu. *Acta SS. Firmi* et *Rustici*, n. 2. Tunc iussit Anolinus, ut omnes gestae Christianorum adducerentur ante eum, et fecit eas comburere. — **4**) Item

GESTA, ōrum, n. Eodem prorsus sensu. *Nep. Datam. 1.* Obscuriora sunt eius gesta pleraque. — In sing. num. *Commodian. 52. 10.* Sit tibi peccare desistere, gestum immensum. — **5**) Sunt etiam *gesta*, acta publica, acta forensia aliaque id genus; *atti. Imppp. Theodos., Arcad. et Honor. Cod. 4. 3. 1. a med.* Sequatur traditio corporalis, et rem fuisse completam gesta testentur. *Vigil. Taps. 1. contra Arium, 5.* Venerandi Principis sacra, quae lecta est, gestis iodatur. *Augustin. ep. 228.* Gesta municipalia. *Id. ep. 90.* episcopalia. *Id. 2. Retract. 8.* ecclesiastica. *Id. 1. contra Parmen. 11.* proconsularia. *Id. ibid. 12.* iudicum. *Id. 3. Collat. 4.* praetectoria. — **6**) *Gesta in Senatu urbis Romae de recipiendo Codice Theodosiano*, sunt peracta pro illo conficiendo. Praemittuntur autem *Codici* hoc titulo.

GESTUS, us, m. Verbale a *gero;* actus gerendi, sive actus, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 94. Müll.*, quo indicatur, quid geratur; motus, habitus, et moderatio corporis, et praecipue manuum in agendo, vel pedum in saltando, aut incedendo; *gesto, atteggiamento. Cic. 4. Acad. 47.* Hoc quidem Zeno gestu conficiebat: nam cum extensis digitis adversam manum ostenderat, visum, inquiebat, huiusmodi est; deinde cum paulum digitos constrinxerant, assensus huiusmodi. *Id. Balb. 6.* Gestu gratificari alicui; *co' cenni. Ovid. 5. Trist. 10. 36.* Gestu aliquid significare. *Plin. 8. ep. 14. ad fin.* Manu gestuque aliquid demonstrare. *Ovid. 4. Met. 559.* Quo quaeque in gestu deprenditur, haesit in illo (Adde *5. ibid. 185.*). *Cic. 1. Offic. 36.* Vitium in gestu motuque cavere. *Ter. Phorm. 5. 6. 50.* Nunc gestus mihi vultusque est capiundus novus. *Lucret. 4. 320.* Gestum imitari. *Ovid. 11. Met. 675.* Fletus quoque fundere veros Visus erat, gestumque manus Ceycis habebat. — De animalibus. *Suet. Aug. 7.* Ab avium gestu, gustuque. — In plur. num. *Ovid. 6. Met. 308.* venae desistunt posse moveri, Nec flecti cervix, nec brachia reddere gestus, Nec pes ire potest. — **2**) Specialim dicitur de motibus Oratorum et Actorum sive Histrionum. *Auct. ad Haerenn. 3. 15.* In gestu convenit nec venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut operarii videamur esse. Et *paulo post.* Tardiore et consideratiore gestu uti. *Quintil. 11. 3. ante med.* Gestum manu facere. *Val. Max. 8. 7. n. 7.* Roscius nullum umquam spectanti populo gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, ponere ausus est. *Quintil. 1. 11. extr.* Componere gestum ad similitudinem saltationis. *Cic. Quint. 24. sub fin.* Ore durissimo esse, qui Roscio praesente gestum agere conaretur. *Id. 3. Orat. 26.* Nunquam agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest. Et *1. ibid. 27.* Qui semel in gestu peccavit, non continuo existimatur nescire gestum. *Quintil. 11. 3. a med.* Gestus modestissimus. *Cael.* apud *Eund. ibid. 1. a med.* iactantior. *Quintil. 6. 3. 26.* distortus. Et *ibid.* inurbanus. Et *ibid.* ridiculus. *Cic. 1. Orat. 59.* Vox et gestus subito sumi et aliunde arripi non potest. *Quintil. 11. 3. 14.* Omnis actio in duas partes divisa, vocem gestumque. — In plur. num. *Id. 6. 3. 65.* Pantomimi duo, qui alternis gestibus contendebant. *Cic. 1. Offic. 36.* Et palaestrici motus sunt saepe odiosiores, et histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant. *Quintil. 11. 3. 100.* Gestus breves. — **3**) Translate. *Cic. Orat. 25.* Concinnitas verborum collocationem illuminat his luminibus, quae Graeci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant. Adde *Quintil. 9. 1. 13., Gell. 11. 13.* Tum gressibus quoque ipsis orationis et gestibus plauderetis. — **4**) Deinde

II. *Gestus* est etiam curatio, administratio; *amministrazione, maneggio. Ulp. Dig. 26. 10. 5. §. 9.* An possit suspectus postulari ex eo gestu, quem administravit. *Id. ibid. 7. 22.* An duret tutor, vel an gestus illi commissus sit.

GĒSUM, i, n. V. GAESUM.

GĒTHŸON, *Graeca positione (Plin. 19. 32. 5.)*, et *Latina*

GĒTHŸUM, ii, n. Vox Graeca, γήθυον, qua significatur caepe condimentarium, paene sine capite, cervicis tantum longae, et ideo totum in fronde, saepiusque resecatur, ut porrum; *scalogno.* Latini pallacanam vocant. *Plin. 19. 32. 4.* et *ibid. 33. 2.* et *58. 3.*

GEUM, i, n. Est herba, radiculas habens tenues, nigras, bene olentes. Medetur pectoris doloribus, aut lateris, cruditatesque discutit, iucundo sapore. Ita *Plin. 26. 21. 1.* — Ab herbariis dicitur caryophyllata vulgaris *(Geum urbanum, Linn.)*.

GH

GHĪMEL et Gimel, indecl. Nomen tertiae Alphabeti Hebraici litterae, quae nomen suum accepit a גָּמָל *(Gamâl)*; h. e. camelus, cuius speciem figura sua videbatur referre; quae paullulum immutata fuit transiens ad Graecos, apud quos *gamma* dicitur, et apud Latinos *ge*. V. G et GAMMA, coll. B §. 2. — Apud *Vulg. Interpr.* modo *gimel*, scribitur, ut in *Psalm. 118.* ante *v. 17.*, modo *ghimel* ut in *Ierem. Thr. 1. 3.* et *alibi;* quibus locis cum versus sint e genere acrostichidum, hoc litterae nomine numerus tertius significatur. — *Ambros. Expos.* in *Ps. 118. Serm. 3. init.* Tertia littera secundum Hebraeos est *Gimel*, quae Latine retributio dicitur.

GI

GIBĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum, quod pro *gibbatus* a *gibba* factum, scriptum autumo, ut sit idem ac curvatus ad instar gibbi hominis. — Legitur in *Incert. epigr.* in *Anthol. Lat. n. 1155. Meyer.* Gibatus enim transire volebat.

GIBBĂ, ae, f. V. GIBBUS, a, um, §. 2. et seq.

GIBBER, ĕra, ĕrum. Adiect. eiusdem originis ac gibbus, quod V. — Est dorsum habens tumore incurvum; *gobbo. Plin. 34. 8. 2.* Clesippus fullo, gibber praeterea, et alio foedus aspectu (Est qui legit *gibbere praeterea*, ut sit *gibber, eris*, idem quod gibba). *Varr. 2. RR. 9. ad fin.* Gallinae Africanae sunt grandes, variae, gibberae. *Id. ibid. 5. de forma boum.* Ut sint pilosis auribus, compressis malis, ne gibberi, sed spina leviter remissa. *Plin. 10. 58. 1.* Gallinarum genus gibberum, variis sparsum plumis. *Suet. Galb. 5.* Brevi corpore atque etiam gibber. — **2**) Translate pro extanti, eminenti. *Varr.* apud *Non. 6. 24.* Item tragici prodeunt capite gibbero. Cf. *Oehler* ad *Varr. Sat. Menipp. p. 125. n. 14.*

GIBBER, ĕris, m. Nomen a *gibber*, idem quod gibba, seu curvitas spinae in quibusdam animalibus; *gobba. Plin. 8. 70. 4.* Bubus Syriacis non sunt palearia, sed gibber in dorso. *Apul. Florid. n. 14.* Cum interscapilium Crates retexisset, quod erat auctogibbere.

GIBBĔRŌSUS, a, um. Adiect. a *gibber*, idem quod gibber, gibbus; *gobbo. Orbil.* apud *Suet. Grammat. 9.* Gibberosos de sole in umbram transferre. *Cai. Dig. 21. 1. 5.* Gibberosi, vel curvi, vel pruriginosi. Ita *Torrentin.* et *Gothofred.*; at *Haloand.* habet *gibbosi.* — **2**) *Fronto de elog.* (edente iterum *A. Mato*) *p. 231.* sermones translate gibberosos retortos appellat.

GIBBŌSUS, a, um. Adiect. a *gibbus;* valde gibber vel gibbus. *Vigil. Tapsens. 2. Trinit. a med.* Non glorietur gibbosus, sicut rectus. V. voc. praeced. §. 1. *fin.*

Digitized by Google

GIBBUS, a, um. Adiect. quod a Graecis vocibus ὑβίς vel κυφὸς, factum videtur, praeposita *g* littera aspirationis loco, quae est in ὑβός, ex quo fortasse unico etiam *b* scriptum *gibatus* (quod v. suo loco) probari possit; vel p mutata in duplici *b*, si ab altera deducatur. — **b)** *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 467.* etiam comparat. *gibbiores* agnoscit. — **c)** Derivata, *gibber, gibberosus, gibbosus.*

GIBBUS proprie est incurvus, inflexus, conversus; *curvo, gobbo, convesso. Cels. 8. 1. init.* Calvaria ex interiore parte concava, extrinsecus gibba. Cf. supra §. b. et *Charis. 1. p. 65. Putsch.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

GIBBA, ae, f. Est tumor dorsi, aut pectoris; *gobba. Suet. Domit.* 23. Ferunt somniasse, gibbam sibi, pone cervicem, auream enatam. — **3)** Translate. *Ammian. 25. 4.* Axes duo quernei curvantur mediocriter, ut prominere videantur in gibbas. — **4)** Item

GIBBUS, i, m. Idem quod praecedens, gibba, tumor; *gobba, tumore. Iuvenal. 10. 309.* Strumosum, atque utero pariter, gibboque tumentem. Et *6. 109.* mediisque in naribus ingens Gibbus. *Schol.* ad *Germanic. Arat. n. 54.* A cauda usque ad gibbum eius sex *(Stellae). Vulg. Interpr. Isai. 30. 6.* Gibbus camelorum.

GĪGANTĔUS, a, um. Adiect. a *gigas;* ad gigantem pertinens. *Horat. 3. Od. 1. 7.* Giganteus triumphus. *Ovid. 2. Trist. 71.* Cumque Gigantei memorantur proelia belli. V. reliqua in ONOM. et Cf. infra GIGAS.

GĪGANTŎMĂCHĬA, ae, f. Vox Graeca, γιγαντομαχία, qua significatur Gigantum pugna cum Diis; *battaglia de' giganti:* a Γίγας; Gigas, et μάχη; pugna. Hoc nomine inscribitur carmen *Claudiani*, quod ad nos imperfectum pervenit. Cf. voc. seq.

GIGAS, antis, m. Vox Graeca, γίγας, qua significatur homo excelsissimae staturae: quasi γηγενὴς; terrigena, a γίνομαι; fio, et Dorico γᾶ pro γῆ; terra, quod Gigantes e terra nati sint, ut tradunt Poëtarum fabulae. — **b)** In accusativis saepe habet *giganta, gigantas*, Graeca positione apud Poëtas. *Martial., Ovid., Lucan., Senec. Trag.* etc. — **c)** Derivatum, *giganteus.* — **d)** Compositum, *gigantomachia.*

GIGAS, et in plur. num. Gigantes, dicti sunt, ut supra annuimus, homines excelsissimae staturae, quales olim fuisse ante et post diluvium quosdam e posteris Cain, et deinde Chanaan, tradunt sacrae Litterae, et ex antiquissima, sed corrupta traditione, repetierunt Mythologi, in quorum fabulis est, eos e terra natos fuisse, unde et Terrigenas vocant, quo quidem nomine eos impios ac scelestos homines fuisse, qui bellum contra Deos, sive Deum, suis nempe sceleribus, movisse ferantur, satis clare indicatur, et eaedem sacrae Litterae ostendunt. Sed de istiusmodi hominum genere, quid memoriae proditum sit, quatenus proprium est eorum nomen, dicemus suo loco in ONOM. Hic interea iuvabit, quaedam loca in medium afferre, in quibus tamquam nomen commune hominum scelestorum, ex usu loquendi, factum est. *Cic. Senect. 2.* Numquid est aliud Gigantum more bellare cum Diis, nisi naturae repugnare? *Macrob. 1. Saturn. 20.* Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem Deos negantem, et ideo existimatam, Deos pellere de caelesti sede voluisse? V. totum *illud caput. Lamprid. Commod. 9.* debiles pedibus et eos, qui ambulare non possent, in gigantum modum formavit ita, ut genibus de pannis et linteis quasi dracones dirigerentur, eosdemque sagittis confecit. *Vulg. Interpr. Iob. 26. 5.* Ecce gigantes gemunt sub aquis; h. e. impii et increduli homines tempore Noe, qui aquis diluvii sunt submersi. *Id. Deuter. 3. 11.* Og rex Basan de stirpe gigantum. Et max. Cunctaque Basan vocatur terra gigantum. — *Id. Prov. 21. 16.* Vir, qui erraverit a via doctrinae, in coetu gigantum commorabitur. *Id. Ps. 32. 16.* Gigas non salvabitur in multitudine virtutis suae. — *Id. Isai. 14. 6.* Infernus subter conturbatus est in occursum adventus tui; suscitavit tibi gigantes: omnes principes terrae surrexerunt de solliis suis. *Prosopopoeia* est per ironiam facta, qua propheta fingit excipi umbram Balthassaris ea nocte a Medis et Persis occisi. V. *Interpr.* ad *h. l.* — **2)** Exinde pulchrae similitudines sunt desumptae apud *Rund. Iob. 16. 15.* Irruit in me quasi gigas. *Id. Ps. 18. 7. de sole.* Exsultavit ut gigas ad currendam viam. *Id. 1. Mac. 3. 3.* Induit se loricam sicut gigas.

GĪGERĬA, ōrum, n. Sunt intestina gallinarum cum isiciis coeta, ut *Non. 2. 390.* interpretatur. *Lucil.* apud *Rund. l. c.* Gigeria sunt, sive ideo hepatia. *Alii alit. leg. Petron. fragm. Tragur. 66. Burm.* Gigeria optime facta. *Apic. 4. 2. a med.* Gigeria pullorum coques. — *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.* Gigeria ex multis obsoniis decerpta. Cf. *Müller.* ad *h. l.*

GIGNENS, entis. Particip. verbi *gigno*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui gignit. *Auct. Itin. Alex. M. 110.* Ferax *(India)* praecipue belluarum inter odora gignentium. — **2)** Absolute *gignentia* dicuntur, quae oriuntur ex terra, et ex se alia gignunt, ut herbae, arbores, Graece τὰ φυτὰ, τὰ φυόμενα. *Sall. Iug. 79.* Loca nuda gignentium. Et *95.* Ilex consueverat inter saxa, paululum modo prona, dein flexa, atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert. Adde *Lactant. de ira Dei 1. 13.*, quo loco *gignentia* opponuntur *animalibus.*

GIGNO, gignis, gĕnŭi, gĕnĭtum, gignĕre. Verbum transitiv. formae parum regularis, enata ex geminatione syllabae prioris in *geno*, quasi *gigeno* et per syncopen *gigno;* simplex enim verbum Antiquis erat *geno*, rarioris usus, et a quo praeterita et participia retinuit; quamquam *Macrob. de Differ. 25. 8.* e *Genui*, dixit, ex quo themate venit, nemo scit, licet *Varro* dixerit *genunt.* Nec mirum: nam et apud Graecos tam praeterita invenies quam futura, quae praesenti careant. » Conferendum autem est, quod ad originem attinet, cum Graecorum γίγνομαι, γένομαι et γεννάω, itemque cum Sanscrito *gîan* eiusdem significationis. — **b)** Loca Veterum, in quibus *geno* usurpatum reperitur, haec sunt. *Varr.* apud *Priscian. 10. p. 898. Putsch.* Haec loca aliquid genunt. *Id. 1. RR. 40.* Semen, quod est principium genendi. Et 2. *ibid. 6.* Similes parentum genuntur. *Id.* apud *Gell. 5. 16.* Si mihi filius unus pluresve in decem mensibus genuntur. *Lucret. 5. 799.* Totum posse extra corpus durare, genique. — *Ulp. Dig. 30. 1. 17.* et *Iulian. ibid. 34. 5. 14. sub fin.* Si qua filia mihi genitur. Ita *Terrentin.*, gignitur *alii.* Adde *Censorin. de die nat. 3.* et *Arnob. 4. p. 141.* — **c)** *Gignier* paragoge pro *gigni* est apud *Lucret. 3. 623., 6. 246.* et *808.* — **d)** *Genuvit* pro *genuit* usurpavit *Enn. Annal. 1. 28.* » Saturno, quem Caelu' genuvit ab aethere lapsus. » Cf. LUO. — **e)** Particip. *gigniturus*, ab insitato supino *gignitum*, usurpat *Zeno, 2. Tract. 8. 2.* — **f)** Particip. *gignens*, v. suo loco, *gignendus* §. 3. *genitus*, §. 1. *fin.* et suo loco, *geniturus*, §. 1. v. §. praeced. — **g)** Derivata, quarum quaedam respiciunt Graecum fontem, *genor, generabilis, generalis, generalitas, generaliter, generamen, generasco, generatim, generatio, generativus, generator, generatorius, generatrix, generatus, us, genero, generose, generositas, generosus, genesis, genetrix, genicos, genimen, genitabilis, genitalis, genitaliter, genitivalis, genitivus, genitivus, genitor, genitura, genitus, us, genius* (quod v. pro suis), *gens* (quod v. pro suis), *genuine, genuinus, genus.* Cf. GENA, GENETHLIUS et hinc derivata vel composita, et GERMEN. — **h)** Composita, quorum tamen quaedam pariter respiciunt Graecum fontem, *aequigeni, agenealogetus, aggeno, aggigno, alienigena, alienigeno, ambigenus, amnigena, anguigena, antegenitus, antigena, aquigenus, aurigena, autogenes, autogenitor, Baetigena, barrigena, benignus, bigener, bigenus, bignus, caecigenus, caeligena, campigenus, caprigenus, Christigena, clarigenus, congener, congenero, congeneus, congenitus, degener, degenero, divigena, domigena, draconigena, duodecannigena, egenitus, egigno, florigena, fluctigena, fluctigenus, folligena, fontigena, genealogia, genealogus, genearcha, genearchicus, Grasaigena, Gratugena, hamartigenia, heterogeneus, lanigena, ignigenus, imbrigenus, indigena, ingenero, ingeno, ingigno, limigenus, Maiugena, malignus, malligenus, monogenes, monstrigena, montigena, multigeneris, multigenus, musigena, myriogenes, Nymphigena, Nysigena, Oenigena, omnigenus, ossigenus, paludigena, pergenitus, Phoebigena, postgenitus, praegeneratus, praegigno, praegnans, primigenus, primogenitalis, primogenitus, progenes, progener, progeneratio, progenero, progenies, progenitor, progigno, puerigenus, quinquegenus, regenero, regigno, rurigena, Saturnigena, saxigenus, serpentigena, similigenus, Soligena, spumigena, supergenero, taurigenus, terrigena, terrigenus, Thebogenes, Troiugena, turrigena, ventigenus, vitigenus, vitigineus, unigena, unigenitus, urbigena.*

GIGNO proprie est genero, procreo; *generare, produrre. Cic. 3. Nat. D. 16. extr.* Hercules ex Alcumena, quem Iuppiter genuit. Et 2. *ibid. 51. extr.* Pisces ova cum genuerint, relinquunt. Et *1. ibid. 2.* Quae terra gignit, maturata pubescunt. *Id. 1. Fin. 7.* Ad maiora quaedam natura nos genuit et conformavit. *Id. Univ. 8.* Deus animum ex sua mente et divinitate genuit. *Curt. 8. 4. extr.* E captiva geniturus, qui victoribus imperaret. *Id. 3. 4. ad fin.* Gorycium nemus, ubi crocum gignitur. *Id. 8. 10.* Multa hedera vitisque tote gignitur monte. *Plin. 33. 21. 11.* Plurimum aurum Asturia gignit. *Id. 37. 20. 1.* Beryllos India gignit. *Cic. Fat. 13.* Nec Recubam causam interitus fuisse Troianis, quod Alexandrum genuerit, nec Tyndareum Agamemnoni, quod Clytaemnestram. *Apul. 3. Met.* Me *(Venerem)* meliorem filium alium genituram. *Cic. 14. Phil. 12.* Ut idem Deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur. *Lucret. 6. 3. de Athenis.* Cum genuere virum tali cum corde repertum. *Plaut. Mil. 4. 2. 85.* Meri bellatores gignuntur, quos hic praegnantes fecit. *Cic. 1. Offic. 17.* Quae in terris gignuntur. *Plaut. Trin. 4. 2. 89.* Ubi tus gignitur. — Poëtice cum infinito. *Lucan. 6. 485.* Omne potens animal leti genitumque nocere. — **2)** Aliquando *gignere* est parere; *partorire:* et *gigni* nasci; *nascere. Cels. 2. 1. a med.* Gravidae, quibus tum adest partus, aborto periclitantur: hae vero, quae gignunt, imbecillos edunt. *Plin. 10. 84. 1.* Quaecumque animal generant, in capita gignunt, circum-

Digitized by Google

acto sub enixum fetu. *Id. 7. 6. 2.* Ritu naturae capite hominem gigni mos est, pedibus efferri. Adde *Tacit. 15. Ann. 45.* — **B)** Translate. *Cic. Cael. 17. a med.* Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit. *Auct. ad Herenn. 4. 3.* Artem tuam scribis: gignis nobis novas praeceptiones. Et *4.* Parere, gignere, proferre aliquid. *Cic. Orat. 3.* Plato ideas gigni negat. *Id. 4. Tusc. 9. extr.* Aegritudines, metus, et reliquae perturbationes ex intemperantia gignuntur. *Horat. 1. Ep. 19. 48.* Ludus enim genuit trepidum certamen, et iram. *Gell. 13. 8.* De gignenda et comparanda sapientia. *Plin. 20. 23. 6.* Allium sitim gignit. *Id. 21. 45. 1.* Mel gignit insaniam. Et *ibid. 77. 1.* Baccharis odor somnum gignit. *Cic. 7. Verr. 70.* Quum ipse *(Cato)* sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet. *Id. 1. Rep. 44.* Ex hac maxima libertate tyrannis gignitur et illa intustissima et durissima servitus. — **A)** Apud *Vulg. Interpr.*, et hinc apud Scriptores Ecclesiasticos saepissime

II. *Gigno* dicitur tum de generatione divina Verbi, tum etiam de spirituali hominum regeneratione ex institutione Christi. *Vulg. Interpr. Act. 13. 33. de Christo.* Filius meus es tu, ego hodie genui te. — *Id. 1. Cor. 4. 15.* In Christo Iesu per Evangelium ego vos genui. *Id. Philem. 10.* Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo. *Id. Iacob. 1. 18.* Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturae eius.

GILBUS. V. GILVUS §. b.

GILLO (et Gello), ōnis, m. Nomen fortasse a *gelu*, media consonante geminata, quo significatur vas fictile, quo utebantur Veteres ad aquam, vel vinum refrigerandum; *rinfrescatoio. Vet. Poët.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 569. Burm.* Quem recreat fessum gillo, tabella, melo. Et *ibid. p. 466.* Gillo vomit gelidum vastis singultibus amnem. *Cassian. 4. Institut. 16.* Si quis gillonem fictilem, quem baucalem nuncupant, casu aliquo fregerit. *Gloss. Philox.* βαυκάλιον; gillo. — In *Gloss. Isid.* aliisque etiam *gello* pro *gillo* legitur, ut et apud *Rufin.*, sive *Auct. 3. de Vit. patr. 14.* Gello cum aqua, quem ad potum sibi praeparaverat, etc. Cf. voce. seqq. — Huic contrarium usum, scilicet aquae calefaciendae, praestabat milliarium, quam vocem V. suo loco.

* GILLŌNĀRĬUS et Gallonarius, ii, m. Nomen a *gillo;* qui gillonum curam habet. Hinc *gillonariorum praepositi*, memorati in *Leg. Visigothor. 1. 4. §. 4.* inter palatina officia apud *Ducange, Glos. med. et inf. Latinit.* sub h. v.

GILLUNCŬLUS, et Gillunculus, i, m. Deminut. a *gillo;* parvus gillo. *Auct. 3. de Vit. patr. 14.* Tu venisti ad me interrogare, quia gelluncuius vertit se et effunditur aqua? Cf. GILLO.

* GILNUS. V. voc. seq. §. b.

GILVUS, a, um. Adiect. eiusdem originis ac *helvus*, ut videtur, praeposita sive adhibita *g* littera in locum aspirationis. Cf. FLAVUS §. a. et HELVUS. — **b)** Legitur et *gilbus*, ob cognationem litterarum *b* et *v*, ut alibi saepe diximus, apud *Pallad. 4. 13., aliosque.* — In *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 265.* scribitur *gilnus* fortasse per errorem. — **c)** Compositum, *albogilvus*.

GILVUS proprie est mellinus color, subalbidus, ut ait *Isid. 12. Orig. 1. 50. Serv.* ad *3. G. 82.*, coll. *Philargyr.* ad *Virg. l. c. 83.*; h. e. medius inter album et rufum, et cineri similis; *cinericio. Varr.* apud *Non. 2. 87.* Equi colore disparos item nati, hic badius, iste gilvus, ille murinus. *Virg. 3. G. 81. de equis*, honesti Spadices, glaucique: color deterrimus albis, Et gilvo. — *Gloss. Lat. p. 155. n. 57.* Gilbum, color medius inter album et rufum. Cf. *Hildebr.* ad h. l.

GIMEL. V. GOMEL.

GINGĂ, ae, f. vel Gingan, indecl. Nomen Punicum herbae hyoscyami, teste *Apul. Herb. 4.* Alii dentariam appellant, Punici gingan, etc.

GINGIBER. V. ZINGIBER.

GINGĪDĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, γογγίδιον, qua significatur herba staphylino similis, tenuior tantum et amarior, eiusdemque effectus. Estur cocta et cruda stomachi magna utilitate. *Plin. 20. 5. 16. (Daucus gingidium, Linn.).*

GINGILA. V. GINGIVA §. b.

GINGĪLĬPHUS, i, m. V. voc. seq.

GINGILISMUS, i, m. Vox Graeca, γογγλισμός, qua videtur significari species quaedam cantilenae, quam, dum nexis manibus in orbem currunt, canebant, ut exponit *Büchseler* ad illud *Petron. Sat. 73.* Ceteri convivae circa labrum *(balnei)*, manibus nexis currebant, et gingilismo ingenti clamore exsonabant. *Alii leg.* gingilipho. *Alii autem etiam aliter interpretantur.*

GINGĪVĂ, ae, f. Nomen a gignendis dentibus factum, ut e *Lactant. Opif. Dei 19. ep. ante med.* putat etiam *Isid. 11. Orig. 1. 54.* — **b)** *Gengibiae* scribitur in *Gloss. Lat. Gr.*, fortasse pro *gingibae* sive *gingivae*. — Item et « Gingila; οὖλον ἰδόντων, » *ibid.* legitur: et fortasse vulgo *gingila* etiam pro *gingiva* usurpatum est. — **c)** Falso autem putat *Grammat. Incert. in fragm. p. 99. Endl.* hoc nomen semper in plur. num. adhibendum esse, ut ex locis mox afferendis patebit. — **d)** Derivatum, *gingivula*.

GINGIVA proprie est caro malarum, cui dentes inhaerent; *gengiva, gengia. Iuvenal. 10. 200.* Frangendus misero gingiva panis inermi; h. e. nuda, et sine dentibus. *Catull. 39. 19.* russam defricare gingivam. Et *97. 5.* dentes sesquipedales, Gingivas vero ploxemi habet veteris. *Cels. 7. 12.* Gingivae marcescentes. *Plin. 29. 9. 2.* Gingivas confricare. *Id. 30. 8. 3.* scarificare. *Gargil. Medic. ex pom. 24.* Cortex sicca cum galla equi cocta in vino tumores omnes tollit gingivarum. *Cels. 6. 13.* Inter dentem et gingivam.

GINGĪVŬLĂ, ae, f. Deminut. a *gingiva;* parva gingiva; *gingivella. Apul. Apol.* in *carm. de dentifricio.* Misi, ut petisti, mundicinos dentium, Tenuem, candificum, nobilem pulviscnlum, Complanatorem tumidulae gingivulae, Converritorem pridianae reliquiae. Adde *Veget. 3. Veterin. 22.*

GINGLĂ, ae, f. Est glandula. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Παρωτίς; gingla.

GINGRĬĀTOR. V. GINGRINATOR.

GINGRIBA. V. voc. seq. §. 2.

GINGRĪNĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. a *gingrio (Bochart.* in *Geogr. Sacr. l. 2. c. 7.* phoenicium putat), quo, absolute adhibito, genus quoddam tibiarum exiguarum significatur, ut exponit *Fest.* loc. infra cit. sub v. GINGRIO. *Solin. 3. 19.* Thermitanis locis insula est arundinum ferax, quae accommodatissimae sunt in omnem sonum tibiarum, seu praecentorias facias . . . sive gingrinas, quae breviores licet, subtilioribus tamen modis insonant. V. GINGRIO §. a. et Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 4. Met. 33.* — **B)** In *Gloss. Lat. Gr.* legitur etiam « *Gingriba; εἶδος φωνῆς σάλπιγγος;* » h. e. species vocis tubae vel buccinae. — Videtur itaque haec vox, si sana est lectio, affinis esse tibiarum gingrinarum; nisi mavis hoc ipsum *gingriba* mutare in *gingrina*.

GINGRINATOR, *vectius*, Gingriator, ōris, m. Verbale a *gingrio;* qui gingrit. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.* Gingrinator, tibicen. Alii leg. *gingritor*, sed *Müller* emendat in *gingriator*, quod minus abest a scriptura Codd. MSS.

GINGRĪNUS, a, um. V. GINGRINA.

GINGRĬO, is, īre. Verbum intransitiv. a Graeco γογγρίνω; tibia cano; quod ducitur a γίγγρας, quae parvula quaedam tibia est, lamentabilem sonum ededs. — **b)** Derivata, *gingriator, gingrina, gingritus, gingrum*.

GINGRIO proprie est, anseris vocem edo; *far la voce dell'oca. Festus* apud *Paul. Diac. p. 93. Müll.* Gingrire anserum vocis proprium est: unde genus quoddam tibiarum exiguarum gingrinae. *Gloss. Philox.* Gingriunt; χῆνες ἐκβόωσιν.

GINGRĪTOR. V. GINGRINATOR.

GINGRĪTUS, us, m. Verbale a *gingrio;* cantus anserum. *Arnob. 6. p. 205.* Prohibendis formidinem furibus in anserum pouere atque collocare gingritibus.

GINGRUM, i, m. Verbale a *gingrio;* vox anserum. *Gloss. Philox.* Gingrum, φωνὴ χηνός.

GINNUS, i, m. Vox Graeca, γίννος, quae et ἴννος scribitur: quare et Latine *hinnus*, eiusdem prorsus significationis, nempe animalis ex equo et asina generati, de quo propterea V. in GINNUS.

GIRGILLUS, i, m. Est trochlea; *girella. Isid. 20. Orig. 15. 2.* Girgillus, quod in gyrum vertatur: est enim lignum in transversa pertica mobile, ex quo funis cum situla, vel utre in puteum demittitur hauriendae aquae causa. *Id.* in *Gloss.* Girgillus, rota hauritoria. Et max. Haustrum, rota, hauritorium, qui et girgillus. — **B)** Est etiam, qui *turbo* Latine, Graece ῥόμβος, Italice *arcolaio* dicitur, quo nempe mulieres fila revolvunt. *Gloss. Philox.* Girgillus; ῥόμβος. V. RHOMBUS.

GISSUS, i, m. Vox Graeca, γίσσος, in usu apud Alexandrinos *LXX. Interpr. Ezech. 45. 14.* et *17.*, quae varie explicatur. V. *Thes. Ling. Gr.* sub h. v. ed. *Didot.* — Videtur Latine adhibuisse *Vulg. Interpr. Ital.*, nam inter eas voces refertur, quas explicat *Rucher. Instruct. 2. 3.* Gissus, definitio; h. e. terminus.

GĪT et Gith, indecl. *(Charis. 1. p. 100. Putsch.* docet, vulgo dici hoc *gieti* vel *githi*, confirmatque auctoritate *Plinii l. 6. dubii sermon.)*, n. Nomen seminis herbae cuiusdam, Italice quoque *git*, vel *gittaione* aut *gitterone* dictae *(Nigella sativa, Linn.)*, alio nomine melanthion, et melanspermon, nempe a nigro colore: quoque nigrius est, hoc est melius. Varios eius usus in medicina recenset *Plin. 20. 71. 1.* et *seqq.* Meminit etiam *Cels. 2. 33., Colum. 6. 34., Scribon. Compos. 181.* et *Pallad. 9. 13.* Habet autem multum acrimoniae et caloris, piperis modo. *Auson. Edyll. 12. de cibis 3.* Est inter fruges morsu piper aequiparans gith. *Vindician. Carm. 33.* Resinam, lepidum, euphorbum, git, atque pyretrum. Adde *Vulg. Interpr. Isai. 28. 25.* et *27.* — *Gitter* est in *Gloss. Lat. Gr.* Gitter; μελάνθιον. — **B)** Habet etiam usum condiendo pani; ideoque pistrinis nasci, ait *Plin. 19. 52. 1.* — **B)** In illo *Plauti Rud. 3. 2. 39.* Os calet tibi: num git frigidefactas? Proverbialis locutio inest de iis, qui trepide loquuntur, et parce timideque promittunt, ore contracto et lingua, non se-

Digitized by Google

cus ac si calentem offam in ore refrigerarent, ne amburerentur palato et gutture. *Al leg.* Nunc id frigidefactas.

GITH, Githi vel Gitti. V. voc. praeced. *init.*

GITTER. V. GIT §. 1. *fin.*

GL.

GLĂBELLUS, a, um. Adiect. deminut. a *glaber;* aliquantulum glaber; *lisciatello. Apul. 2. Met.* Glabellum feminal rosea palmula obumbrans. *Id. 3. ibid.* Cupidinis corpus glabellum. *Id. Florid. n. 3.* Apollo et coma intonsus, et genis gratus, et corpore glabellus. *Capell. 2. p. 34.* Quarum una deosculata Philologiae frontem illic, ubi pubem ciliorum discriminat glabella medietas; *h. e.* ubi est intercilium sine pilis.

GLĂBER, brĕ, brum. Adiect. parum certae originis. Quidam volunt esse a *glabo,* vel per syncopen a Graeca voce γλαφυρός; politus. — b) Comparat. *glabior* §. 1. — c) Derivata, *glabraria, glabrens, glabresco, glabreta, glabrio, glabritas, glabro.* — d) Compositum, *deglabro.*

GLABER, proprie est depilis, calvescens, laevis; *pelato, lisscio. Varr. 1. RR. 2. ad fin.* Si quem glabrum facere velis. Et *2. ibid. 2.* Oves ventre glabro. *Colum. 6. 14. extr.* Glabra colla boum. *Martial. 12. 38.* Ore tener, latus pectore, crure glaber. *Turranius* apud *Plin. 18. 15. 1.* Hordeum glabrum. *Plaut. fragm.* apud *Fest.* in *Rienes,* p. 277. *Müll.* Glaber erat tanquam rien. *Id. Aul. 2. 9. 6.* tu istum gallum, si sapis, Glabriorem reddes mihi, quam vulsus ludius est, *proverb.* nam ludii tum propter aetatem (si pueri erant), tum ex cura, quo gratiores essent, se deglabrare solebant. *Apul. 3. Met.* Patre meo seniorem maritum sortita sum, dein cucurbita glabriorem; *più pelato d'una zucca.* Et *Turpil.* apud *Non. 14. 34.* glabrum tapete. — B) Absolute, substantivorum more,

GLABER, bri, m. Est puer imberbis, et impubes, vel, si puber, novacula aut resina deglabratus. *Inscript.* apud *Grut. 578. 8.* Diopanthus *(lege* Diophantus) Ti. Caesaris ornator glabrorum; *h. e.* qui pueroruni delicatorum corpora curabat, quorum amore turpissimo flagrasse Tiberium narrant. *Suet. Tib. 45.* et *Tacit. 6. Ann. 1. Inscript.* apud *Gor. Inscript. Etrur. T. 1. p. 406. n. 216.,* rectius apud *Fabretti, p. 58. n. 535.* Liarus Antoniae Drusi glaber ab cyatho. *Phaedr. 4. 4.* Lactucinem argenteam, eunuchos, glabros, etc. *(eunuchi* enim castrati erant, *glabri* teneri pueri). *Senec. Brevit. vit. 12.* Quanta celeritate, signo dato, glabri ad ministeria concurrunt. *Id. ep. 47.* Alius vini minister, glaber, destrictis pilis, aut penitus evulsis tota nocte pervigilat. *Catull. 61. 141.* Diceris male te a tuis Unguentate glabris marite Abstinere.

GLĂBRĀRĬA, ae, f. Vox proprie adiectiva a *glaber,* absolute tamen adhibita de ea, quae glabros pueros amat, ut *carnarius* et *pinguiarius* dicitur, qui puellas carnosas et pingues consectatur. *Martial. 4. 28.* Donasti tenero, Chloe, Lupercо Hispanas, Tyriasque, coccinasque *(scil.* vestes): Et quidquid petit usque et usque, donas. Vae glabrariae, vae tibi miselle: Nudam te statuet tuus Lupercus. Nimirum locus est in vocibus *glabraria, nudam,* et *Lupercus:* ait enim; cum tu tenerum seu glabrum ames Lupercum, non ille nudus, ut solent esse Lupercі, sed tu nuda destitueris, nempe bonis ab illo spoliaberis.

GLABRENS, entis. Particip. ab inusit. *glabreo;* qui glaber est. Translate. *Colum. 2. 9.* Loca glabrentia; *h. e.* satis stirpibusque nuda: *alii rectius leg.* calentia.

GLĂBRESCO, is, ere. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *glaber;* glaber; hoc est, sine pilis, aut capillis, aut plumis fio. *Onom. Lat. Gr.* Glabresco; φαλάομαι. — B) Translate glabrescere dicitur area, cum herbis attritis, vel evulsis complanatur. *Colum. 2. 20.* Atque ita glabrescit, et fit idonea trituris area.

GLĂBRĒTĂ, ōrum, n. Nomen per deminut. factum a *glaber,* quo proprie significantur loca satis stirpibusque nuda, in quibus scilicet propter noxium aliquem humorem nihil gignitur. *Colum. 2. 9.* Ea glabreta signis adhibitis notari convenit.

GLĂBRĬO, ōnis, m. Nomen derivativ. a *glaber;* qui depilis est, vel qui glaber factus est. *Onom. Lat. Gr.* Glabriones; μαθόνες.

GLĂBRĬTAS, ātis, f. Abstractum a *glaber;* laevitas cutis, vel alterius rei. *Arnob. 3. p. 108.* Calvitiis et glabritatibus rasi.

GLĂBRO, as, āre. Verbum transitiv. a *glaber;* pilos aufero; *pelare. Colum. 12. 53.* Et vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta *(suos occisi)* glabrantur.

GLĂCĬĂ, ae, f. V. GLACIES §. c.

GLĂCĬĀLIS, le. Adiect. a *glacies;* qui in glaciem astringi solet; *di ghiaccio. Iuvenal. 2. 1.* Ultra Sauromatas fugere hinc libet, et glacialem Oceanum. *Virg. 3. Aen. 285.* Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas. *Ovid. 9. Met. 581.* Et pavet obsessum glaciali frigore pectus; *h. e.* gelido timore. *Val. Flacc. 4. 722.* Borea cedens glacialibus auris Pontus. *Al. leg.* glaciantibus. *Colum. 3. 1.* Regio glacialis, aut praefervida. Adde *Lucan. 1. 18., Ovid. 3. Met. 175.* et *8. ibid. 790.* et *Apul. de Mund. 3.*

GLĂCĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *glacio;* adiectivorum more etiam adhibitum; in glaciem astrictus vel conversus; *agghiacciato. Plin. 14. 27. 1.* Glaciatae moles prodigii modo. *Id. 2. 59. 1.* Humor glaciatus in grandines. *Id. 37. 66. 2.* Aqua glaciata. *Id. 4. 26. 3.* Glaciatum fretum. — B) *Caseus glaciatus* est coagulatus et concretus. *Colum. 7. 8.* Nec dubium, quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissime sapiat.

GLĂCĬĒS, ēi, f. Nomen, quod *Isid. 13. Orig. 10. 6.* deducit « a *gelu* et *aqua,* quasi *gelaquies;* idest *gelata aqua.* » — b) *Auct. Append. ad Prob. art. min. p. 459. Endl.* inter ea nomina recenset, quae in ablativo sing. *e* producta terminantur. V. loc. *Ovid.* mox afferendum §. 1. — c) Alia forma, *glacia, ae,* agnoscitur in *Gloss. Lat. Gr.* Glacies et Glacia; Κρύσταλλος, πάχνη. — d) Derivata, *glacialis, glacio.* — e) Compositum, *conglacio.*

GLACIES proprie est aqua gelu concreta; *ghiaccio. Liv. 21. 58.* Lubrica glacies non recipiens vestigium. *Virg. 10. Ecl. 49.* Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas! *Horat. 2. Od. 9. 3.* glacies iners. *Ovid. 4. Pont. 7. 7.* glacie concrescere Pontum. *Lucret. 6. 964.* Sol glaciem dissolvit. *Vulg. Interpr. Sap. 16. 29.* Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescet. — In plurali numero. *Virg. 4. G. 317.* Hyperboreas glacies lustrare. *Sidon. 4. ep. 6. ad fin.* glacierum crustas. — *Vulg. Interpr. Dan. 3. 70.* Benedicite glacies et nives Domino. — B) Translate. *Lucret. 1. 493.* Tum glacies aeris flamma devicta liquescit; *h. e.* durities, rigor.

GLĂCĬO, as, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more etiam adhibitum, a *glacies.* — Particip. *glacians* §. 2. et 3., *glaciatus* V. suo loco. — Proprie est in glaciem converto; *agghiacciare. Horat. 3. Od. 10. 7.* et positas ut glaciet nives Puro numine Iuppiter. *Plin. 8. 57. 2.* Humor glaciatur in gemmas. — B) Translate. *Stat. 10. Theb. 621.* stupet anxius, alto Corda metu glaciante, pater. Cf. GLACIATUS. — C) Deinde, intransitivorum more,

II. *Glacio* est glacies fio, induresco; *divenir gelato. Plin. 29. 15. 2.* Fit etiam unguentum hieme, quoniam aestate non glaciat, nisi accepta cera. *Auson. Eclog. n. 16. 13.* Brumа gelu glacians iubare spirat Capricorni.

GLĂCĬTO. V. GRATITO.

GLĂDĬĂ, orum, n. V. GLADIUS §. b.

GLĂDĬĀLIS, le. Adiect. a *gladius;* ad gladium pertinens. *Auct. Dalian. Histor. 23.* Gladiali sententia detruncati.

GLĂDĬĀRĬUS, a, um. Adiect. a *gladius;* ad gladium pertinens. *Inscript.* apud *Murat. 955. 3.* Negotiator gladiarius; *scil.* qui gladiis divendendis mercaturam exercebat. — B) Absolute, substantivorum more,

GLADIARIUS, ii, m. Gladiorum artifex; *spadaio. Inscript.* apud *Fabretti, p. 628. n. 242.* M. Caecilius D. L. Felix gladiarius. *Gloss. Gr. Lat.* Σπαθοποιός; gladiarius.

GLĂDĬĀTOR, ōris, m. Nomen a *gladius,* verbalium more effictum; qui gladio pugnat; *gladiatore, duellante.* Gladiatores Romae fuere homines, qui ludi causa gladio depugnabant, populo spectante. Eorum primus usus fuit in funeribus nobiliorum civium, quod eorum sanguine placari manes credebant: primique eos exhibuerunt M. et D. Bruti, funebri memoria patris cineres honorando, App. Claudio, M. Fulvio Coss., scilicet a. U. C. CCCCXC. ut *Val. Max. 2. 4. n. 7.* tradit. Deinde ad arenam transiere, et coepere dari ludis publicis, ab omnibus fere magistratibus, et praecipue ab imperatoribus, populo gratificandi causa, qui huiusmodi sanguinis effusione plurimum delectabatur. Dabantur initio magistratus, in victoria et triumpho, in dedicatione publicorum operum, in ludis quinquennalibus, decennalibus, etc. in die natali principum, Saturnalibus, et huiusmodi. Privatim quoque in convivils exhibitos fuisse, legimus apud *Liv. 9. 40.* et *Sil. 11. 51.,* ubi de Campanis uterque loquitur. — B) Erant duplicis generis, vel coacti, ut damnati ob delicta (atque hi fere servi), aut captivi lanistis venditi; vel voluntarii, ut liberi, qui pretio, aut gloriae cupiditate se addicebant: qui si strenue se saepius gessissent, rude denique donabantur. Paulatimque eo ventum est, ut aliquando illustriores etiam cives, vel desperatione, vel ut principibus gratum facerent, operam suam arenae locarent. Imo etiam feminas interdum prodisse gladio certantes, *Suet. Domit. 4.* et *Stat. 1. Silv. 6. 53.* testantur. — C) Erant eorum familiae integrae, quae vel domi a privatis alebantur, vel (quod frequentius) a lanistis, qui eos assidue in pugnandi arte exercebant, alebantque largius, quo valentiores, animosioresque essent in pugna. Inducebantur plerumque per paria: interdum et maiore numero catervatim pugnantes. Eorum arma initio pugnae erant hastae purae, rudes, et gladii hebetes, quibus proludebant: mox signo dato, versis armis; *h. e.* mutatis, priora abiiciendo, et vera scutaque sumendo, modo scuto protecti, galea, et lorica, modo solis gladiis instructi: alii praeter gladium massa plumbea, ut secutores; alii rete, et tridenti pro gladio,

Digitized by Google

ut retiarii, cruentum certamen instituebant: in quo vel vulneribus tenus pugnabant, quod nos dicimus *al primo sangue*, vel sine missione, ut *Liv. 41. 20.* loquitur; h. e. usque ad necem alterutrius. — **4)** His omnibus confirmandis praeter citata vel citanda addere iuvabit *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Or. n. 6151.* Quod honore sibi quinquennalitatis oblato XX. paria gladiatorum et venationem sua pecunia ediderit. *Id. ibid. n. 6148.* Hic Minturnis diebus IIII. edidit paria XI. Ex his occid. gladiatores prim*(ores?)* Camp*(anos)*, etc. *Plin. 18. 14. 1.* Gladiatores hordearii. V. HORDEARIUS. *Liv. 41. 20.* Gladiatorum munus Romanae consuetudinis primo maiore cum terrore hominum, insuetorum ad tale spectaculum, quam voluptate dedit *(Antiochiae)*; deinde saepius dando et modo vulneribus tenus, modo sine missione etiam et familiare oculis gratumque id spectaculum fecit, et armorum studium plerisque iuvenum accendit. Itaque qui primo ab Roma magnis pretiis paratos gladiatores arcessere solitus erat, etc. — Ceterum plura de his habes apud *Lips.* in *Saturnalibus*. V. etiam DOCTOR §. 6. *Mirmillones, Provocator, Retiarius, Secutor*, etc. De eorum fortitudine in pugna V. *Cic. 2. Tusc. 17.* — **5)** Quoties gladiatores in pugna vicissent, tessera donabantur cum indicatione victoriae (V. SPECTATUS et VICTOR). Si pluries vicissent, rude donabantur (V. RUDIS, is); postea etiam libertatem consequebantur (V. PILEO). At singulare prorsus gladiatorum genus edidit in Hispania Scipio, ut narrat *Liv. 28. 21.*, quem consule. — **6)** Metonymice est ipsum gladiatorum munus. *Ter. Hec. prol. alt. 32.* Cum interea rumor venit datum iri gladiatores. — Hinc *dare gladiatores* apud *Cic. Sest. 64.* et *Suet. Tit. 7.* et *Inscr.* apud *Orelli n. 3324.*, et *edere* apud *Suet. Aug. 43.* et *Domit. 4.* et *Tacit. 1. Ann. 76.* est munus gladiatorum exhibere; *dar lo spettacolo de' gladiatori*. — **7)** Ablativus *Gladiatoribus*, significat tempore, quo gladiatores exhibentur, ut *ludis, Saturnalibus*, etc., sive metonymice ipsum gladiatorum munus. *Cic. 2. Att. 1. circa med.* Quaerit ex me, num consuessem Siculis locum Gladiatoribus dare. Et *19.* Gladiatoribus qua dominus, qua advocati sibilis conscissi. Adde *Lucil.* apud *Non. 2. 738.* et *Asin.* apud *Cic. 10. Fam. 32.* — Sed etiam haec loca §. praeced. convenire possunt. — **8)**

GLADIATORES vilissimum genus hominum, nunquam in collegium coisse, existimavit *Muratorius* ad *Inscript. 511. 3.*; at Romae fuisse gladiatorum collegium constat, ex quo duo sane insignia marmora detecta sunt, quae pertinent ad an. a Chr. n. CLXXVII., et quorum inscriptiones affert *Marini, Iscriz. Alb. p. 12.* Imp. Caes. L. Aurelio Commodo, M. Plautio Quintillo Cos. Initiales collegii Silvani Aureliani, etc. Sequuntur deinde nomina duorum curatorum collegii, mox gladiatorum in quatuor decurias divisorum: subiiciuntur in altero marmore faustae acclamationes Commodo Aug. — **9)** Gladiatores omnes decreto sustulit Constantinus M. an. a Chr. n. CCCXXV., ut constat ex *Cod. Theod. 15. 12. 1.*; et, cum iterum irrepsissent, Honorius an. CCCCIV., ut narrat *Theodoret. Hist. Eccl. l. 5. c. 26.* et hinc *Cassiod. Hist. Eccl. 10. 2.* Sed gladiatoribus sublatis, diu adhuc saevit pugna ferarum cum bestiariis; eius enim descriptio legitur apud *Cassiod. 5. Variar. 42.*, an. scilicet DXXIII., ex quo nulla eiusdem mentio est apud veteres Auctores. — **10)** Speciatim, quod vile atque infame eorum munus est atque artificium,

II. *Gladiator* convicium est cruenti hominis, ac sicarii. *Cic. 7. Phil. 6. de L. Antonio.* Gracchorum potentiam maiorem fuisse arbitramini, quam huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. Mirmillo in Asia depugnavit, etc. *Id. 2. Catil. 4.* Veneficus, gladiator, latro, sicarius, parricida. — **11)** Hinc et pro carnifice adhibetur. *Acta SS. Perpetuae et Felicit. 6. n. 4.* Perpetua erantem dexteram tirunculi gladiatoris ipsa in iugulum suum posuit. *Act. SS. Tryphonis et Respicii, n. 6.* Victimae Christi praebuerunt ultronei cervices gladiatori. *Anct. Vit. Eugeniae V. et M. 29.* Ipse autem die Natalis Domini missus est gladiator, qui eum in custodia positam percussit. — **12)** Sensu obsceno de pugna veneris usurpat *Petron. Sat. 9.* — **13)** Denique

III. *Gladiator* est etiam qui gladios facit, idem ac gladiarius; *spadaio. Aurel. Arcad. Dig. 50. 6. 6.* Carpentarii, scandularii, gladiatores, aquilices, tubarii, etc.

GLĂDĬĀTŌRĪCĬUS et Gladiatorĭtius, a, um. Adiect. a *gladiator*; ad gladiatorem pertinens. Hinc *Gladiatoricia herba* dicta fortasse, quod in usu esset gladiatorum. *Marcell. Empir. 16. circa fin.* Herbae gladiatoriciae succus. V. GLADIOLUS.

GLĂDĬĀTŌRĬĒ. Adverb. a *gladiatorius*; gladiatorum more, *Lamprid. Commod. 15.* Quae gladiatorie, quae lenonice faceret.

GLĂDĬĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. a *gladiator*; ad gladiatorem pertinens; *da gladiatore, da duellante. Cic. 2. Catil. 5.* Gladiatorius ludus. V. GLADIUS §. 7. *Id. 2. Orat. 78.* Gladiatorium certamen. *Id. 4. Tusc. 22.* Gladiatoria iracundia. *Id. Sest. 58.* Gladiatorius consessus; h. e. populi multitudo sedens ad spectaculum gladiatorum. *Id. Mur. 35.* Locum suum gladiatorium cuipiam concedere; h. e. ex quo spectantur ludi gladiatorii. *Plin. 18. 20. 4.* et *Suet. Caes. 10.* Gladiatorium munus; h. e. spectaculum. *Sall. Cat. 51.* Gladiatoriae familiae; h. e. gladiatorum grex, qui ad ludos alitur. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Or. n. 6167.* et *6169.* Familia gladiatoria. — De *tesseris gladiatoriis*, V. *Labus* in *Annotaz.* ad *Morcelli, delle Tessere degli Spettac. Rom. p. 47.* et *seqq.* et V. TESSERA, coll. insuper, quae novissime de iis disputavit cl. *Mommsen* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. 159.* et *seqq.*, ubi etiam eas collectas habes. — **2)** Translate a similitudine. *Ter. Phorm. 5. 7. 71.* Hi gladiatorio animo ad me affectant viam; h. e. parato ad periculum, inquit *Donat.*, ita perdito ac temerario, ut non sibi caveant, dummodo vulnerent. *Cic. 2. Phil. 25.* Gladiatoria totius corporis firmitas. — *Apul. 2. Met.* Gladiatoria Venus; h. e. clinopale. — *Pacat. Paneg. 35. ad fin.* Hostes spem in ferro reliquam cogitantes, gladiatoria desperatione pugnant. — **3)** Absolute, substantivorum more,

GLADIATORIUM, ii, n. Est pretium quod gladiatori conducendo datur. *Liv. 44. 31. extr.* Vix gladiatorio accepto decem talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret. *Id.* enim *ibid. 27.* narraverat, regem Gentium ab rege Perseo decem talenta accepisse, ut Romanos hostili facto lacesseret. — **2)** Pro singulari certamine; *Gloss. Lat. Gr.* Gladiatorium; *μονομαχία*.

GLĂDĬĀTŪRĂ, ae, f. Nomen verbalium more effictum a *gladiator*; ars vel congressus gladiatorum; *professione o pugna di gladiatori. Tacit. 3. Ann. 43.* Adduntur e servitiis gladiaturae destinati. *Vet. Scholiast. ad Iuvenal. 6. 105.* Qui, ut requiem gladiaturae haberet, Bellonarium se fecerat. *Firmic. 8. Mathes. 27.* Gladiaturam exercere. Adde *Sidon. Paneg. Anthem. 238.*

GLĂDĬĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *gladius*, qui gladio pugnat. — Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gladiatus; *μονομάχος*. — Videtur tamen hic absolute adhibitum pro gladiatore: nam id suadet vox Graeca; immo et *Priscian. 8. p. 836. Putsch.*, qui huiusmodi voces et nomina et participia esse posse, affirmat.

GLĂDĬŎLUM, i, n. V. voc. seq. §. 1. *fin.*

GLĂDĬŎLUS, i, m. Deminut. a *gladius*; parvus gladius; *coltellino, piccola spada. Gell. 10. 25.* Lingulam Veteres dixere gladiolum oblongum, in speciem linguae factum. *Apul. 2. Met. 18.* Gladiolo solito cinctus. — Alia forma *gladiolum*; *ξιφίδιον*, habet *Gloss. Philox.*; quare *gladiola* in plur. num. dixit *Messala*, teste *Quintil.*, qui improbat *1. 6. 42.* Nec gladiola *(quisquam ferat)*, atqui Messala dixit. Cf. GLADIUS §. 2. — **2)** *Gladiolus* est etiam titulus comoediae Livii Andronici, teste *Festo* sub v. *Pedibus p. 210. Mall.* — **3)** Praeterea a similitudine

II. *Gladiolus* nomen est duarum herbarum, quarum altera Graecis *ξυρίς*, et *ἶρις ἀγρία*, eadem ac iris; *ghiaggiuolo*: altera *ξίφιον*, vel *κύπειρος*, seu *κύπερος*, *φασγάνιον*, *μαχαίριον*, quae folium habet gladii figuram referens, iridi persimilis, nisi quod folio minore est et angustiore, et gladii modo mucronato, nervosumque in caulem exeunte, in quo purpurei flores in ordinem digesti. *Plin. 21. 38. 2.*, et *ibid. 67. 1.*, coll. *25. 89. 1.* et *Pallad. 1. 37.* et *Apul. Herb. 46.* — De his inter Recentiores consulendus est *Molin, Flore pottig. anc. p. 129.* et *seqq.*

GLĂDĬŌSUS, i, m. Nomen proprie adiect. a *gladius*, quod etiam absolute adhibitum fuisse videtur de eo, qui gladio pugnaturus est. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gladiosus; *ξιφήρης*.

GLĂDĬUNCŬLUS, i, m. Deminut. a *gladius*; parvus gladius. *Act. S. Polycarpi, n. 13.* Praeceperunt . . . gladiunculum sancto corpori inlici.

GLĂDĬUS, ii, m. Nomen parum certae originis: alii enim ducunt a *clade*, ut *Varroni 5. LL. 24.* placet, quod sit ad hostium cladem. *Voss.* autem in *Etymol.* derivat a *κλάδος*; ramus, quia remis primum pro gladiis usi sunt agricolae. — Huc spectat *Isid. 18. Orig. 6. 1.* « Proprie appellatus *gladius*, quod *gulam* dividit, id est cervicem secat. » — **b)** Veteres *gladium* neutro genere usurparunt, teste *Varr. 9. LL. 49.* Hinc *Lucil.* apud *Non. 3. 106.* Haerebat mucro, gladium in pectore totum. Adde *Plaut. Cas. 5. 2. 28.* et *27.*, ubi tamen aliter res accipi potest. Ceterum non placet hoc *Quintiliano*, qui *1. 5. Gladia* (inquit) qui dixerunt, genere exciderunt; h. e. genere peccarunt. Et sane est hoc obsoletum. — Idem dicendum etiam de deminutivo *gladiolum* pro *gladiolus*; quod V. §. 1. *fin.* — **c)** Derivata, *gladialis, gladiarius, gladiator, gladiatoricius, gladiatoris, gladiatorius, gladiatura, gladiatus, gladiolus, gladiosus, gladiunculus.* — **d)** Composita, *digladiabilis, digladior, ex gladiatore*.

GLADIUS proprie est ferrum acie et mucrone instructum ad caedendum et vulnerandum; *spada, coltello, pugnale. Caes. 3. B. C. 93.* Pila miserunt, celeriterque gladios strinxerunt. *Ovid. 2. Fast. 695.* Nudare gladios. *Cic. 3. Offic. 34.* Gladium distringere. *Id. 4. Att. 3.* educere. *Id. 2. Phil. 9.* Gladio stricto quempiam insequi. *Phaedr. 3. 10.* Gladio pectus transigere. *Caes. 1. B. G. 53.* Comminus gladiis pugnare. *Hirt. 8. B. G. 23.* Gladio caput perentere. *Caes. 2. B. C. 38.* Gladio humerum appetere. *Val. Flacc. 1. 438.* Gladio ire per hostes. *Cic. 2. Invent. 4.* Gladium in vaginam recondere. *Quintil. 1. praef. 15.* con-

Digitized by Google

dere. *Petron. Satyr. 82.* Gladio latus cingi. *Plin. 33. 36. 41.* Tabulam eam Protogenes sub gladio pinxit; h. e. inter arma et gladios militum. *Ovid. 1. Pont. 6. 41.* gladio finire dolorem; *colli* occidere. — **β)** Translate dicitur de quacumque vi iniuste illata, item de caede vel aggressione minis et armis commissa. *Cic. 1. Phil. 11.* Quum tanta praesertim sit gladiorum impunitas. *Id. 10. Fam. 2.* Nec sine periculo quisquam libere de republica sentiens versari potest in summa impunitate gladiorum. Adde *Vellei. 2. 3.* et *125. Cic. 4. Fam. 9. fin.* Magna gladiorum est licentia. — *Vulg. Interpr. Ezech. 33. 26.* Stetistis in gladiis vestris; h. e. omnia per vim gessistis: Hebraismus. — **γ)** Per convicium de homine improbo ac scelesto *Cyprian. ep. 73. n. 4.* Ophitae, Marcionitae et ceterae haereticorum pestes et gladii ac venena subvertendae veritatis, etc. — **δ)** Hinc proverbium apud *Ter. Adelph. 3. 3. in fin.* Suo sibi hunc gladio iugulo; *lo vinco colle sue stesse armi.* Sic *Cic. Caecin. 29.* Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio; aut nostro defensio tua confíciatur, necesse est. — Item *Id. 1. Att. 16.* Plumbeo gladio iugulare aliquem; h. e. levi ictu, facili negotio. — Item *Horat. 2. Sat. 3. 276.* Ignem gladio scrutari; πῦρ σιδήρῳ σκαλεύειν, *ignem gladio fodere*, proverb. de eo, qui stultitiae furorem addit, et malum malo. — **ε)** Speciatim

II. *Gladii potestas* et *ius* est, quod alii dicunt, *ius sanguinis*, potestas gladio animadvertendi in facinorosos; h. e. occidendi. *Capitolin. Gordian. 9.* Filius legatus patris, gladii potestate succinctus est. *Ulp. Dig. 1. 18. 6. §. 8.* Qui universas provincias regunt, ius gladii habent. Adde *2. 1. 3. Inscript.* apud *Orelli*, n. *3888.* T. Cornasidio T. f. Fab. Sabino Proc. Alpium Atractianar. et Poeninar. iure gladii. *Alia* apud *Maff. Mus. Ver. 423. 1.* C. Titio C. f. Cl. Simili Agrippinensi Proc. provinciae Mysiae inferioris, eiusdem provinciae ius. *(lege* iur.) gladii. *Alia* apud *Eund. ibid. 251. 3.* L. Creperius Madalianus V. C. Praef. Aer. cum iure gladii. *Acta SS. Martyr. Perpetuae et Felicit. n. 2.* Procurator, qui tunc loco proconsulis defuncti ius gladii acceperat. — **ϛ)** *Damnari ad gladium* est ad gladiatorium certamen destinari. *Ulp. Dig. 29. 2. 25.* Servus ad gladium, vel ad bestias, vel in metallum damnatus. — **ζ)** Est autem differentia inter eos, qui *ad gladium*, et qui *ad ludum gladiatorium* damnantur: quod illi si in pugna non moriantur, intra annum occiduntur: hi vero, si victores evadant, possunt pileum et rudem accipere: quae sunt verba *Ulpiani* relata in *Mosaic. leg. Collat. tit. 11. l. 7.* — **η)** Similiter *locare ad gladium* est ad ludum gladiatorium addicere, apud *Senec. ep. 87. ante med.* Sic, ad gladium comparare homines, apud *Lactant. 6. 12. sub fin.* — **θ)** Improprie

III. *Gladius vomeris* est ferrum acutum ante vomerem, quo herbae et stirpes inciduntur, et sulco vestigium incisura praescribitur, qui et *culter* vocatur. *Plin. 18. 48. 1.* — **ι)** Denique

IV. *Gladius* est etiam nomen piscis, ξιφίας, mucronato ore; *pesce spada*, vel *glave*, delphini magnitudinem aliquando excedens. *Plin. 9. 1. 3. Id. ibid. 21. 1.* et *32. 53. 3.* et *Isid. 12. Orig. 6. 15.*

Nota. Qui putant ab ense differre in eo, quod *ensis* fere de militari dicatur, *gladius* de urbano et domestico, nihil dicunt, teste *Quintil. 10. 1. 11.* « Sunt autem alia *(verba)* huius naturae, ut idem pluribus vocibus declarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris intersit: ut *ensis* et *gladius*. » — Nihilominus inter *gladium*, *ensem* et *mucronem* discrimen tradit *Isid. 1. Differ. n. 198.* V. loc. sub v. ensis in *Nota*. — **κ)** Varias gladiorum species recenset idem *Isid. 18. Orig. 6.*, nempe *aciem*, *machaeram*, *frameam*, *spatham*, *semispathium*, *pugionem*, *chelidoniacum gladium*, *sicam*, *secures*, de quibus V. suo loco.

GLAEBĂ. V. GLEBA §. b.

GLAESĀRĬA et GLAESUM. } V. GLESSARIA et GLESSUM.

GLĀMĂ. V. GRAMIAE.

GLANDĀRĬUS et Glandiarius, a, um. Adiect. a *glans*; ad glandem spectans, ut Glandaria silva, quae servatur glandis ferendae causa. *Cato, RR. 1.* Octavo arbustum, nono glandaria silva. Adde *Varron. 1. RR. 7. sub fin.* — *Lactant. Placid.* in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 428.* Aesculus arboris nomen est glandiariae.

GLANDĀTĬO, ōnis, f. Nomen a *glans*, verbalium more effictum, idem quod *balanismus* apud Medicos. V. BALANISMUS. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Glandatio; βαλάνωσις.

GLANDĬĀRĬUS. V. GLANDARIUS.

GLANDĬCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *glandula*; parva glandula. Agnoscitur ab *Incert. Grammat.* in *fragm. art. gramm. p. 80. Endl.*

GLANDĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *glans* et *fero*; qui glandes producit; *che produce ghiande*, *ghiandifero*. *Cic. 1. Leg. 1.* Glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit nuncia fulva Iovis. *Lucret. 5. 937.* Glandíferas inter curabant corpora querceas. — **β)** Accipi etiam videtur pro fecundo et fertili fructuum, quia glandis appellatione interdum omnis fructus continetur, ut *Iabolen.* apud *Caium Dig. 50. 16. 236.* docet. *Cic. 2. Phil. 39. ad fin.* Quandoquidem hae quondam arationes in P. R. patrimonio glandiferae et fructuosae ferebantur. *Al. rectius leg.* grandi fenore et fructuosae.

GLANDĬŎNĬDĂ, ae, f. Nomen a *glandium*, quo significatur caro suilla ex glandiis. *Plaut. Men. 1. 3. 27.*, ubi videtur loqui per iocum. *Al. autem aliter leg.*

GLANDIS, is, V. GLANS §. b.

GLANDĬUM, ii, m. Nomen a *glans*, quo significatur pars tuberosa in carne animalis, ceu callum in se convolutum; *glandula*: dictum non tam a duritie, quam a figura glandis, quam oblonga rotunditate refert. Significatur autem praecipue tuberosus callosusque globus in cervice et faucibus aprorum et suum, qui in deliciis coenarum habetur. *Plin. 16. 73. 1. de ligno arborum.* Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne glandia. *Id. 8. 77. 5.* et *56. 2. 1.* Exstant censoriae leges glandia in coenis, gliresque apponi vetantes. *Plaut. Curc. 2. 3. 44.* Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. *Id. Capt. 4. 4. 7.* Arripuit gladium, praetruncavit tribus tergoribus glandia. — **β)** *Priscian. 5. p. 648. Pustch.* ait, *glandium* esse partem intestinorum: et fortasse lumbos suillos intelligit, qui delicati admodum in cibis sunt.

GLANDO, Yuis, f. Est idem ac glans. *Avien. Perieg. 283.* Cibus aspera glando. Et *1189.* pingui dependens subere glando.

GLANDŬLĂ, ae, f. Deminut. a *glans*; parva glans; *ghiandola*, *glandula*: in animali glandulae sunt corpora duo tuberosa in similitudinem glandis, dextra laevaque intus in ipsis faucibus sitae, quae et *tonsillae* appellantur, si de homine sermo sit; ἀδῆνες. *Cels. 4. 1.* Atque in ipsis cervicibus glandulae positae sunt, quae interdum cum dolore intumescunt. — **β)** Aliquando significant ipsum morbum, seu tumorem praeter naturam; *mal di gola*. *Id. 2. 1. ad fin.* At ubi aetas paulum processit, glandulae et vertebrarum inclinationes, strumae, et plura alia tubercula oriuntur. *Id. 3. 4.* Ulcus madet, neque alitur, et in cervicibus glandulae oriuntur. — **γ)** In sue idem sunt, quod *glandia*, conquisita in cibis, ut ibi dictum est. *Martial. 3. 82.* Partitur apri glandulas palaestritis. Et *7. 20.* Ter posuit apri glandulas, quater lumbum.

GLANDŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *glandula*; plenus glandibus; *glanduloso*. *Colum. 7. 9. de sue.* Qui est amplae et glandulosae cervicis.

GLANIS, Idis, et

GLANUS, i, m. Vox Graeca, γλάνις et γλάνος, qua significatur quoddam piscis genus tum marini, tum fluviatilis. *Plin. 9. 67. 3.* Cautius qui glanis vocatur, aversos mordet hamos, nec devorat, sed esca spoliat. *Id. 32. 43. 1.* Verrucas tollit glani iecur illitum. Adde *ibid. 33. 8.*

GLANS, glandis, f. Nomen fructus arboris, de quo mox, per syncopen a dorico γάλανος pro βάλανος. — **b)** *Val. Prob. in Cathol. p. 1444.* et *1464. Putsch.* docet, *haec glandis* dici etiam in recto singulari, addita *Virgilii* auctoritate: respexitque fortasse ad illud *4. G. 80.* non densior aëre grando, Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Verum eo loco dubia res est. Potest enim esse genitivus, τοῦτου βαλάνου, ut et *Priscian.* monet *sub fin. l. 6.* — **c)** Derivata, *glandarius*, *glandatio*, *glandicula*, *glandionida*, *glandium*, *glando*, *glandula*, *glandulosus*. — **d)** Compositum, *glandifer*.

GLANS proprie est fructus quercus, roboris, aesculi, cerri, ilicis, fagi, suberis, et si quae sunt similes; *ghianda*. *Cic. Orat. 9.* Quae est in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur? Adde *Lucret. 5. 1415.* — *Cai. Dig. 50. 16. 30. §. 4.* Glans caduca est, quae ex arbore cecidit. — **β)** De glandium generibus, atque usu multa distincte ac fuse *Plin. 16. 6. 1.* et *seqq.* — Quod innuitur in allatis *Ciceronis* verbis, homines olim ante inventas fruges, glandibus vesci solitos, confirmatur a *Plin. procem. l. 16.*, *Virg. 1. G. 148.*, *Ovid. 1. Met. 103.* et *4. Fast. 399.*, *Lucret. 5. 937.*, *Tibull. 2. 3. 41.* etc. Quin etiam post inventa frumenta, in Hispania suo quoque tempore glandes secundis mensis inferri solitas, testatur *Plin. loc. cit.* et *Isid. 17. Orig. 7. 26.* — **γ)** Per synecdochen, quia ex glandibus homines quondam vivebant, glandis appellatione omnes fructus continentur, ut ex *Iaboleno* docet *Caius Dig. 50. 16. 236.* — **δ)** Improprie et a similitudine

II. *Glans* in re militari dicitur plumbum, quod est in modum glandis formatum, quod Antiqui loro alligatum in hostem torquebant. *Sall. Iug. 61.* Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Adde *Liv. 38. 20. 21.* et *29.* et *Virg. 7. Aen. 686.* Porro tanta vi iaci huiusmodi glandes solitas esse, ut calore accensae in aëre liquescerent, invenies apud *Lucan. 7. 515.*, *Stat. 10. Theb. 555.* et *Ovid. 14. Met. 825.*, quae poëtica hyperbole videri potest. — **ε)** At non modo ex plumbo, verum etiam ex argilla glandes fiebant. *Caes. 5. B. G. 43.* Septimo oppugnationis die fervefactis fusili ex argilla glandes fundis, et fervefacta iacula in casas, quae more Gallico stramentis erant tectae, iacere coeperunt. — **ϛ)** Huiusmodi glandes etiam aliquam inscriptionem sive dictum aliquod continebant, ut ex innumeris, quae adhuc nobis supersunt, patet. Sic in una apud *Orelli*, n. *4935.* legitur: ROMA FERI A. e. o Dea Roma, feri hostem. — De his omnino consulendus est cl. *Mommsen* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. pag. 188-194.*, ubi omnes, quotquot huc usque inscriptae innotuerunt, afferuntur, et V. quos ibi laudat. — **ζ)** Denique

Digitized by Google

III. *Glans* dicitur pars summa colis, quae praeputio tegitur: a similitudine; *la fava*. *Cels. 7. 25.* — **β)** Hinc iocus obscenus *Martial. 12. 75.* Pastas glande nates habet Secundus.

GLĂRĔĂ, ae, f. Nomen minutissimi lapilli, de quo mox, quod Etymologi ducunt a χλῆρος; calculus, lapis fractus a motu fluminis, a χλάω; frango. — **b)** *Glæria* pro *glarea* scribitur apud *Auct. de limitib. p. 561. Lachm.* « Glerias fluminales ne dispicias: signales constituimus. » — **c)** Derivatum, *glareosus*.

GLAREA proprie sunt minutissimi lapilli, quales in fluviorum ripis, vel maris litoribus esse solent; *ghiaia*. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 2.* Eo loci pulvis, non glarea est invecta. *Liv. 41. 27.* Vias sternendas silice in Urbe, glarea extra Urbem locaverunt; *h. e.* substernendas, marginandasque locaverunt. *Tibull. 1. 8. 59. de via Latina*, hic glarea dura Sternitur, hic apta iungitur arte silex; *h. e.* media via glarea sternitur, margines vero, Itali dicunt *marciapiedi*, silicis lapidibus, hisque polygoniis nectitur. *Virg. 2. G. 212.* Nam ieiuna quidem clivosi glarea ruris. Adde *Vulg. Interpr. Iob. 21. 33.* et *30. 6.* — *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 523.* « Glarea stricta glutino res vel glutinosa. » Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 156. n. 39.* et loc. cit. supra §. b.

GLĂRĔŌSUS, a, um. Adiect. a *glarea*; plenus glarea; *ghiaroso*. *Varr. 1. RR. 9.* Glareosa terra. *Colum. arbor. 21.* Glareosa et saxosa amat ficus. *Plin. 26. 36. 1.* Glareosi rivi. *Id. 17. 3. 6.* Solum glareosum. *Liv. 21. 31. sub fin.* Flumen saxa glareosa volvens. — **β)** Absolute, substantivorum more,

GLAREOSUM, i, n. Est locus glarea plenus. *Plin. 22. 64. 2.* Sesamoides a similitudine nomen accepit . . . Nascitur in glareosis.

* GLARĪ, ōrum, m. Vox ignotae significationis, praeterea et scriptionis, quae reperitur apud *Incert. Grammat.* in *Append.* ad *Prob. art. min. p. 199. 12. Keil.* « Glari, non cracli. » — *Id. ibid.* supra dixerat *p. 195. 23.* « Nomina gerens masculini numeri semper pluralis: inferi, circenses, cracli, Carpi, manes, etc. » — Utrum aliqua lux haberi possit a *Gloss. Lat. Gr.* « Glaris; μυθολόγος. » Et *Gloss. Gr. Lat.* « Μυθολόγος; fabulator, gerro, » ita ut glari iidem sint ac gerrones, viderint Doctiores.

GLASTRUM, i, n. Est herba similis plantagini; *glastro, guado:* seu genus lactucae agreste, et sponte nascens, *al.* vitrum *(Caes. 5. B. G. 14.)*, quo infectores lanarum utuntur, dum colore vitreo, seu hyalino, caeruleo, subnigro tingunt: quo item Britanni se inficiebant, inscribentes etiam corporibus puerorum animalium figuras, ut in bello aspectu horridiores essent, denique et eorum mulieres quibusdam in sacris. *Plin. 22. 2. 1., ubi al. leg.* guastum. — Recentioribus est *Isatis tinctoria*, *Linn.*

GLATTĬLO. V. voc. seq.

GLATTĬO, is, īre. Verbum intransitiv. a sono factum catulorum. Legitur in *fragm. Sust. de Nat. animal.* apud *Reifferscheit, p. 230.* Catulorum glattire. Cf. GLAUCITO. — Apud *Aldhelm.* vero Catuli *glattilare* dicuntur.

GLAUCĔUM et Glaucium et Glaucĭon, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, γλαύκιον et γλαύκιον (unde patet diversitas scriptionis et syllabarum quantitatis), qua significatur quaedam herba humilis, in Syria et Parthia nascens, densis foliis, fere papaveris, minoribus tamen sordidioribusque, odoris tetri, gustus amari cum adstrictione. Granum habet crocei coloris, quod in olla fictili luto circumlitum, in clibanis calefaciunt, deinde exempto succum exprimunt eiusdem nominis. Usus est et succi, et foliorum, si terantur, adversus epiphoras. Hinc temperatur collyrium, quod Medici diaglaucion vocant. Haec *Plin. 27. 59. 1. Theod. Priscian. 1. 7.* Glaucium cum aceto contritum infunde. — In plur. num. habet *Colum. 10. 105.* Nunc medica panacen lacrima, succoque salubri Glaucea, et profugos vinctura papavera somnos Spargite. — Recentioribus est *Chelidonium glaucium*, *Linn.* Cf. voc. seq. et GLAUCINUS.

GLAUCĔUS, a, um. Adiect. a *glaucion;* ad glaucion sive glauceum pertinens; ut Glauceus succus apud *Scribon. Compos. 22.*, cuius usus est in collyrio, quod *diaglaucium* vocatur. *Rhodius* mavult legi *glaucius*. Cf. voc. praeced. et GLAUCINUS.

GLAUCĬCŌMANS, antis. Adiect., participiorum more effictum, a *glaucus* et *coma;* glaucam comam habens. *Iuvenc. 3. 622. Matth. c. 21.* Ordinibus lucent quae glaucicomantis olivae.

GLAUCĬNUS, a, um. Adiect. a *glaucion*, Graece γλαύκινος; qui fit ex herba glaucio. *Pompon. Dig. 34. 2. 21. §. 1.* Unguentis legatis, non tantum ea legata videntur, quibus ungimur voluptatis causa, sed et valetudinis, quales sunt Commagena, glaucina, etc. V. GLAUCRUM. — **β)** Absolute, substantivorum more,

GLAUCINA, orum, n. Sunt ipsa unguenta ex glaucio. *Martial. 9. 27.* Audet facundo qui carmina mittere Nervae, Pallida donabit glaucina, Cosme, tibi; *h. e.* idem facit, ac si Cosmo unguentario unguenta glaucina mitteret. *Alii perperam leg.* Pallia glaucina, *vel* glaucia. V. COSMIANUS.

GLAUCĬON. V. GLAUCEUM.

GLAUCISCUS, i, m. Vox Graeca, γλαυκίσκος, qua significatur quidam piscis aculeatus, dorso caeruleo, ventre candidissimo. *Plin. 32. 46. 1.* et *ibid. 53. 5.*

GLAUCĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. proprium vocis catulorum. *Auct. carm. de Philom. 60.* Glaucitat et catulus, at lepores vagiunt. V. GLATTIO.

GLAUCĬUS, a, um. Adiect. idem ac glaucus origine et significatione. *Gloss. Isid.* Glaucia, viridis. Cf. GLAUCIA in ONOM.

GLAUCŌMĂ, ae, f., et

GLAUCŌMĂ, ătis, n. Vox Graeca, γλαύκωμα, qua significatur vitium, quo color naturalis in oculo, ac speciatim color humoris crystallini in praeternaturalem et glaucum mutatur, quod provenit ab illius humoris nimia siccitate et concretione. Differt a *suffusione*, quia in *glaucomate* peccat humoris crystallini condensatio et siccatio, in *suffusione* concretio extranei humoris, et aliunde affluentis. *Plin. 29. 38. 7.* Glaucomata dicunt Magi cerebro catuli septem dierum emendari. *Plaut. Mil. 2. 1. 70.* Ei nos facetis fabriciis et doctis dolis Glaucomam ob oculos obiiciemus. *Prudent. Hamartig. 80.* Est glaucoma, aciem quod tegmine velat aquoso. *Sammonic. 13. 31.* Si vero horrendum ducunt glaucomata peplum, etc. — *Plin. 29. 38. 7.* Ova perdicum in vase aereo decocta cum melle, ulceribus oculorum et glaucematis medentur. *Glaucomatis* est dativus pluralis pro *glaucomatibus*, ut alia huiusmodi Graeca vocabula usurpantur in dat. et ablat. plur.

GLAUCŌMĂTĬCUS, a, um. Adiect. a *glaucoma;* qui glaucomate laborat. *Not. Tir. p. 149.* Glaucoma, glaucomaticus.

GLAUCŌPIS, ĭdis, f. Vox Graeca, γλαυκῶπις; *h. e.* quae caesios habet oculos. Legitur, de *Scaligeri* coniectura, haec vox apud *Martial. 7. 87.* loco *lagopus*. V. LAGOPUS.

GLAUCUS, a, um. Adiect. Graecum, γλαυκός, quo genus quoddam coloris, de quo mox, significatur, Latina civitate quoque donatum, unde plura etiam vocabula derivata et composita habentur, nimirum, *Glaucum, glaucus, glaucinus, glauciscus, glaucius, glaucoma, glaucomaticus.* — Et Composita, *diaglaucion, glaucicomans, glaucopis*.

GLAUCUS proprie qui est colore caesio, seu caeruleo, idest, subviridi, qui admixtum habet viriditati alborem, qualis apparet in oculis noctuarum, felium, leonum, quorundam equorum, et hominum: et saepe maris ac fluviorum Diis tribuitur; *colore celeste, mischio tra'l bianco e'l verde. Plin. 8. 50. 3.* Oculis glaucis, colore sanguineo. *Virg. 12. Aen. 883.* Glaucus amictus. *Val. Flacc. 3. 456.* Glaucae frondes. *Stat. 9. Theb. 551.* Glaucae sorores; *h. e.* Nereides. *Lucret. 1. 720. de Sicilia.* Quam aequor Ionium glaucis aspergit virus ab undis. *Virg. 6. Aen. 416.* Glauca ulva. *Id. 4. G. 182.* salix. *Id. 2. ibid. 13.* frons. — **β)** Cum de equis sermo est, *glauci* intelliguntur, qui glaucos oculos habent, ut dictum est. *Plin. 11. 53. 1.* Oculi equorum quibusdam glauci. Et *paulo post*. Oculi divo Augusto equorum modo glauci fuere. *Virg. 3. G. 82.* honesti Spadices, glaucique, color deterrimus albis. — **γ)** Absolute *glauca* adverbiorum more apud *Auson. Mosell. 170.* Hic ego et agrestes Satyros, et glauca tuentes Naidas, etc. — **δ)** Item absolute, substantivorum more,

GLAUCUS, i, m. Est genus piscis. *Plin. 9. 25. 1.* Quidam rursus aestus impatientia mediis fervoribus sexagenis diebus latent, ut glaucus, aselli, auratae. Adde *32. 54. 2.* Cf. GLAUCUS in ONOM.

GLAUX, cis, f. Vox Graeca, γλαύξ, qua significatur herba eadem ac eugalacton, quam vocem vide suo loco. — Quamvis apud *Plin. 27. 38. 1. glaux*, et apud *Dioscorid. l. 4.* γλαύξ appelletur, tamen fortasse legendum *glax*, et γλάξ, syncop. nempe ex γάλαξ pro γάλα; lac; nam ex *Plin. loc. cit.* constat, ita eam fuisse vocatam, quia lactis ubertatem excitat.

GLĒBĂ, ae, f. Vox parum certae originis, quam quidam etiam a κλάω, frango, deducerent, ut mox dicetur, *Isid.* autem a *globus;* nam *16. Orig. 1. 3.* « *Gleba*, inquit, quod *globus* sit. Pulveris enim collectione compingitur et in uno glomere adunatur. Terra autem ligata, *gleba* est; soluta, pulvis. » — **b)** *Manut.* in *Ortograph.* vult scribi *glaeba* ex antiquissimis libris, et Virgilio Carpensi. Hinc *Pontedera Antiqq. Gr. et Lat. p. 125.* derivat a κλάω; frango, quasi sit κλαια; inde glaeba, quoniam glaeba est pars de terra, dum prosciditur, evulsa. — **c)** In *Cod. Theod. 6. 2. 12.* et *ibid. 5. 5.* etc. legitur *gleva* propter affinitatem litterarum b et v. — Idem dicendum est etiam de derivatis. Sic in eodem *Cod.* legitur etiam non semel *glevalis* pro *glebalis*, ut *6. 2. 5.* et *alibi*. — **d)** Derivata, *glebalis, glebarius, glebaticus, glebatim, glebatio, glebo, glebositas, glebosus, glebula, glebulentus*.

GLEBA proprie ac universim dicitur frustum sive particula terrae separata, et quasi a suo corpore evulsa; *gleba, zolla, mota. Lucret. 6. 553.* Gleba vetustate e terra provolvitur ingens. *Id. 1. 887.* Glebis terrarum saepe friatis. *Cic. Caecin. 21.* Quid igitur, si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo praecipitem egeris? *Virg. 1. G. 94.* rastris glebas fragere inertes. *Horat. 3. Od. 6. 38.* ligonibus versare. *Virg.*

Digitized by Google

2. G. 261. supinatas Aquiloni ostendere. *Cic. 3. Verr. 11.* Iniquos decumanis aiebat omnes esse, qui ullam agri glebam possiderent. *Id. 3. Agr. 1.* Non adimi cuiquam glebam de Sullanis agris. *Liv. 4. 11.* Nec illi gleba ulla agri assignaretur. — **2)** Speciatim dicitur de terra, qua humatur cadaver. *Cic. 2. Leg. 22.* Priusquam in eos iniecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis: iniecta gleba, tum et illic humatus est, et gleba vocatur: ac tum denique multa religiosa iura complectitur. *Festus* in *Praecidanea p. 223. Müll.* Qui mortuo iusta non fecisset, idest glebam non obiecisset. In verbis *Ciceronis* pro *in eos iniecta*, etc. *Lambin.* legit *in os*. Quo pertinet illud *Val. Max. 5. 5. n. 3. extern.* Sed certe post obitum nullam Atticae regionis, quae ossibus eius iniiceretur, glebulam invenit. Et *Horat. 1. Od. 28. 25.* At tu, nauta, vagae ne parce malignus arenae Ossibus, et capiti inhumato particulam dare. — **3)** Per synecdochen dicitur de agris. *Virg. 1. Aen. 525.* Terra antiqua, potens armis atque ubere gleba. — **4)** Saepe vero pro fundo et possessione accipitur in *Cod. Iustin. et Theodos.* — **5)** Deinde latiore significatione, et improprie,

II. *Gleba* usurpatur quoque de aliis rebus, ut gleba turis, *Lucret. 3. 328.* et *Stat. 6. Theb. 60.* glebae niveae lactis, *Nemesian. 3. Ecl. extr.*; h. e. massae, casei formae. Sic *Caes. 7. B. G. 25.* Sevi ac picis glebae. *Plin. 36. 8. 2.* Marmorei parietes, non facile dixerim sectos, an solidis glebis positos; h. e. integris crassisque molibus. *Id. 31. 39. 5. de sale fossili.* Caeditur specularium lapidum modo: pondus magnum glebis, quas micas vulgus appellat. *Coel. Aurel. 5. Chron. 1. 18.* Glebae calcis. *Plin. 35. 50. 1.* sulphuris. — *Vulg. Interpr. Iob. 28. 7.* Locus sapphiri lapides eius et glebae illius aurum.

GLĒBĀLIS (et Glevalis. Cf. voc. praeced. §. c.), le. Adiect. a *gleba;* ad glebam pertinens; *di solita:* ut Glebalis agger, *Ammian. 25. 5.*; h. e. congestis glebis factus. — **2)** *Glebalis collatio;* praestatio, solutio, onus, multis in locis *Cod. Theod.*, ut *6. 2. 3.*, significat vectigal, quod penditur ratione fundorum, et possessionum: quia *gleba* pro possessione et fundo ibi saepissime ponitur, ut in voce praeced. §. 4. dictum est.

GLĒBĀRĬUS, a, um. Adiect. a *gleba;* ad glebam pertinens. Hinc *glebarii* dicuntur boves valentes, fortes, a glebis facile proscindendis. *Varr. 7. LL. 4.*

GLĒBĀTĬCUS, a, um. Adiect. a *gleba;* ad glebam pertinens. — Translate. *Perpetuus* in *Testam.* Absque servitute glebatica; *servitù di gleba.*

GLĒBĀTIM. Adverb. a *gleba;* per glebas, ut Agros glebatim metiri, *Lactant. Mort. persecut. 23.*

GLĒBĀTĬO, ōnis, f. Abstractum a *gleba;* verbalium more effictum. In *Cod. Theod. 6. 2. 12.* est glebalis collatio. V. GLEBALIS §. 2.

GLĒBO, ōnis, m. Nomen origine et significatione idem ac gleba. *Gloss. Lat. Gr.* Glaebo *(lege* Glebo); *βῶλος.* — **2)** Item etiam rusticus. *Gloss. Isid.* et apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 525.* Glebo, rusticus, arator.

GLĒBŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *glebosus;* glebarum collectio. *Potamius, Tract. 1. de Lazaro.* Pigra glebositas, caduca linea defunctorum, etc.

GLĒBŌSUS, a, um. Adiect. a *gleba*. — Comparat. *glebosior* §. 1. — Proprie est glebae in morem convolutus, vel glebis abundans; *solum. Plin. 35. 35. 1.* Terra glebosior. — **2)** *Glebosa* absolute, scilicet loca glebis plena. *Apul. 1. Met.* Post roscida cespitum, et glebosa camporum emensa.

GLĒBŬLĂ, ae, f. Deminut. a *gleba;* parva gleba. *Colum. 1. 6.* Frumenta lapillisque carent et glebulis. — *Val. Max. 5. 5. extr. 3.* Post obitum nullum Atticae regionis, quae ossibus eius iniiceretur, glebulam invenit. Adde *Epigr.* in *Anthol. Lat. n. 894. Meyer.* — **2)** Per synecdochen est agellus. *Iuvenal. 14. 166.* saturabat glebula talis Patrem ipsum, turbamque casae. *Apul. 9. Met.* Vicinus potens pauperem ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat. Adde *Rufin. Hist. Eccl. 2. 4.* — **3)** Dicitur etiam de aliis rebus. *Scribon. Compos. 199.* Glebulae nivis. *Plin. 10. ep. 16.* Glebula ex metallo. *Vitruv. 8. 3.* Glebula myrrhae. Cf. GLEBA §. 5.

GLĒBŬLENTUS, a, um. Adiect. a *gleba,* syllabica adiectione productum: glebae similis. *Apul. de Deo Socrat.* Quin in eo quoque aëre animalia gignerentur, ut in igne flammida, in unda fluxa, in terra glebulenta.

GLĒCHŌN, *Graeca positione*, ōnis, m. Vox Graeca, γλήχων, qua significatur herba quaedam alio nomine pulegium. *Apul. Herb. 93.* Graeci blechon, alii glechon, alii leucanthon, alii dorcidion, alii pulodon, etc. V. voc. seq. — **2)** *Glechon agrion* ab aliis vocatur etiam herba mentastrum, teste *Eod. ibid. 91.*

GLĒCHŌNĪTES, ae, m. Vox Graeca, γληχωνίτης, qua significatur vinum pulegio conditum apud *Colum. 12. 35.*, γλήχων enim pulegium significat. V. ABROTONITES.

GLĒRĬĂ. V. GLAREA §. b.

GLESSŌMARGĂ, ae, f. Est margae genus, de quo *Plin. 17. 8. 4.* Terrarum genus candidae glessomargam vocant. Est autem creta fullonia mixta pingui terra, pabuli, quam frugum fertilior, ita ut messe sublata ante sementem alteram laetissimum seccetur. Alii leg. *glyssomargam*, alii *glischomargam* vel *glischromarga*, alii *glissomarga* vel *glysomargam* vel *glyssomargam*, quod fortasse probandum est, a γλύσσων, comparativ. a γλυκύς; dulcis; alii denique *gypsomargam*, quod aeque probari potest; ea enim similis est gypso.

GLESSUM, Glesum et Glaesum, i, n. Vox Germanica, qua significatur electrum, succinum: fortasse a perspicuitate vitrea, quia Germanis *glas* vitrum est. *Plin. 37. 11. 11.* Certum est gigni in insulis septentrionalis oceani, et a Germanis appellari glessum, itaque et a Nostris unam insularum ob id appellatam Glessariam, Germanico Caesare ibi res gerente, Austraviam a Barbaris dictam. *Tacit. Germ. 45.* Soli omnium succinum, quod ipsi glessum vocant, legunt. Ex *Tacito* apparet, vocem esse Germanicam: ex *Plinio* vero discimus, ea usosetiam Romanos, sed milites, et in exercitu, praesertim in Germania. Scribit enim *Id. 4. 27. 7.* Glessariam insulam ita dictam esse *a succino militiae:* nempe quia succinum illi *glessum* appellant.

GLĒSUM. V. voc. praeced.

GLEVA, ae, et GLEVALIS, le. } V. GLEBA §. b.

GLĒUCĪNUS, a, um. Adiect. Graecum, γλεύκινος; musteus. Hinc *gleucinon oleum*, et absolute, *gleucinum*, i, n. est olei factitii genus, mustum et aromata admixta habens. *Colum. 12. 51., Plin. 15. 7. 4.* et *23. 46. 2.* et *Pompon. Dig. 34. 2. 22.*

GLICCĬO, is, Tre. Verbum intransitiv. exprimens vocem anserum. Legitur in *fragm. Suet. de nat. animal.* apud *Reifferscheit p. 251.* Anserum gliccire vel sollingere.

GLICIUM vel Glycium (medicamentum), quod facit ad omnia vulnera sordida et cancrosa, ut ait *Veget. 4. Veter. 28.*, ubi *Gesner* coniicit legendum esse *Lycium*.

GLĪNON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, γλῆνος; qua significatur quoddam sceris genus campestre, candidum, nec crispum. *Plin. 16. 26. 1.*

* GLIR. V. GLIS §. b.

GLĪRĀRĬUM, ii, n. Nomen a *glis;* quo significatur locus in quo glires nutriuntur. *Varr. 3. RR. 15.* Glirarium dissimili ratione habetur, quod non aqua, sed maceria locus sepitur.

GLIRIS. V. GLIS §. b.

GLĪRĬUS, a, um. Adiect. a *glis*, quod in *Gloss. Isid.* exponitur somnolentus, et in aliis *Gloss.* torpens, stupidus. V. GLIS.

GLIS, glīris, m. Nomen animalis cuiusdam, de quo mox, ita a *gliseo* appellati, quod eius corpus pinguitudine gliscat; h. e. accrescat, teste *Fest.* sub v. *Replesit p. 278. Müll.* Adde *Isid. 12. Orig. 3. 6.*, coll. *Serv.* ad *12. Aen. init.* — **b)** Olim quidam *glīris* dici putabant in recto casu, teste *Catone* apud *Charis. 1. p. 69.* et *106. Putsch.* — *Glir* autem pro *glis* in recto casu, improbatur ab *Auct. Append.* ad *Prob. art. min. p. 445. Endl.* — Cf. et *glix*, infra §. 3. — **c)** Derivata *glirarium, glirius.*

GLIS proprie est animal muri simile, maius tamen, Italice *ghiro*, in arboribus degens, et totam fere hiemem aut dormiens, aut certe quiete fruens somno simili: quo tempore cum aut nullo, aut exiguo certe cibo utatur, pinguescit tamen ut cum maxime. — Recentioribus est *Sciurus glis, Linn. Martial. 13. 59.* et *Plin. 8. 82. 3.*, ubi plura de his, *Varr.* apud *Charis. 1. p. 69.* et *106. Putsch.* In silva mea est glis nullus. *Plaut. fragm.* apud *Non. 2. 591.* Glirium examina. — De usu glirium in medicina, *Plin. 29. 38. 1., 30. 23. 4., ibid. 26. 1.* et *55. 1.* — **2)** Fuit olim in deliciis coenarum, adeo ut vivaria glirium habere mos fuerit, quae *gliraria* dicta: et saginandi causa in doliis, singulari ad id ratione factis, includerent, ut apud nos capi in cuveis: quae docet *Varr. 3. RR. 15.* Itaque legibus sumptuariis constitutis, glires quoque, ut glandia, conchylia, et peregrinae aves, interdicti, teste *Plin. 8. 82. 3.* et *56. 2. 1.* Eorum condiendorum rationem docet *Apic. 8. 9.* Usus autem in convivis testimonium praeterea habes non solum apud *Petron. Satyr. 31.*, sed et apud *Ammian. 28. 4.*, qui illis multo posterior est. *Martial.* vero *3. 58.* Sassinate de silva Somniculosos ille porrigit glires. Adde *Auson. Ephem. 1. 5.* V. GLISCES. — **3)** Deinde

II. GLIS, fortasse a similitudine, appellatus est etiam piscis quidam, a Grecis ἀπουρος dictus. *Gloss. Lat. Gr.* Glix *(corrige* Glis); ἀπουρος. *Gloss. Lat. Gr.* "Απουρος ἰχθύς; Cliris *(h. e.* Gliris). Cf. supra §. b.

GLIS, glitis, f. Exponitur in *Gloss. Isid.* humus tenax. Patet hinc esse a Graeca voce γλία; gluten. Cf. GLUS.

GLISCĔRAE Mensae, id est crescentes per instructionem epularum. Sic *Festus* apud *Paul. Diac. p. 98. Müll.*

* GLISCES, testiculi porcorum. *Nasutus*, cuius verba refert *Turneb. l. 15. c. 4. Adversar.*, item *Non. 2. 653.*, ubi habetur *glires:* quae lectio multo est veri similior.

GLISCHOMARGĂ et GRISCHROMARGA. } V. GLESSOMARGA.

Digitized by Google

GLISCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, ex eadem fortasse radice ac *cresco.*, liquidis *l* et *r* inter se permutatis. — **b)** Particip. *gliscens* §. *1.* et *4.* — **c)** Derivata, *gliscerat*, *glisces*. V. GLIS §. 2. — **d)** Composita, *congliscо*, *reglesco* vel *reglisco*.

GLISCO proprie est cresco; *crescere:* et dicitur de iis, quae latenter, et intus crescunt. Veteres autem, teste *Serv.* ad *12. Aen. 9.* adhibebant praecipue de incremento ignis. *Lucret. 1. 474.* Ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens. *Sil. 14. 307.* pascitur Vulcanus turbine venti, Gliscentemque trahens turris per viscera labem, etc. — **2)** De iis, quae tumescunt. *Stat. 1. Theb. 107.* suffusa veneno Tenditur, et sanie gliscit cutis; *si gonfia*. — **3)** De iis, quae pinguescunt. *Colum. 8. 9.* Asellus foliis spinisque alitur: paleis vero etiam gliscit; *s'ingrassa*. Et *9.* Turdus per hiemem difficulter gliscit. *Id. 2. 5.* Exilem terram stercorare conveniet: nam eo quasi pabulo gliscit. — **4)** Illa vero generatim crescendi notionem habent *Sallust. fragm.* apud *Non. 1. 83.* Neque iam sustineri poterat, immensum aucto mari, et vento gliscente. *Cic. fragm. ibid.* Ad iuvenilem libidinem copia voluptatum gliscit, ut ignis oleo. *Virg. 12. Aen. 9.* Accenso gliscit violentia Turno. *Sil. 2. 239.* Gliscit ira tyranno. *Plaut. Asin. 3. 2. 62.* Gliscit proelium. Et *Capt. 3. 4. 26.* rabies. *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* gaudium. *Liv. 42. 2.* seditio. Et *2. 23.* invidia. *Tacit. 4. Ann. 55.* auctoritas. *Id. 6. ibid. 19.* saevitia. *Id. 1. ibid. 1.* adulatio. *Id. 14. ibid. 18.* flagitia et infamia. *Id. 15. ibid. 23.* gloria et pericula. *Id. 4. ibid. 5. extr.* Gliscere numero, aut minui. Et *27.* Multitudo gliscit immensum. *Id. 3. ibid. 55.* Postquam respublica eo magnificentiae venerit, gliscere singulos; h. e. augeri divitiis. Et *11. ibid. 22.* Gliscentibus negotiis, duo praetores additi. *Sil. 4. 6.* Fama gliscit gressu; h. e. crescit eundo. — **5)** Aliquando est gestire, exsultare. *Stat. 8. Theb. 736.* Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis Lumina torva videns; *gongola, esulta, Turpil.* apud *Non. 1. 83.* Cum te salvum video, glisco gaudio. — **6)** Aliquando est vehementer cupere; *ardentemente desiderare. Stat. 3. Theb. 73.* Et consanguineo gliscis regnare superbus Exsule. Et *12. ibid. 639.* Hos ubi velle acies, et dulci gliscere ferro Dux videt. — **7)** Transitivorum more,

II. *Glisco*, eodem sensu, passive. *Sempron.* apud *Non. 7. 167.* Ut maior invidia Lepido gliscceretur.

GLISSŎMARGĂ. V. GLESSOMARGA.

GLITTUS et GLĪTUS, a, um. } V. GLUTUS, a, um.

GLŎBĀTIM. Adverb. a *globatus;* per globos; a *truppe*. *Ammian. 27. 9.* Globatim per vicina digressi praedones.

GLŎBĀTUS, a, um. Particip. verbi *globo*, adiectivorum more etiam adhibitum; in modum globi factus; *rotondo*. *Plin. 2. 2. 1.* Formam mundi in speciem orbis absoluti globatam esse. — **2)** Translate. *Solin. 11. a med.* Coturnices globatae vehementius properant; *unite in truppa di forma rotonda*.

GLŎBELLUS. V. GLOMELLUS.

GLŎBO, as, āvi, atum, āre. Verbum transitiv. a *globus*. — Particip. *globatus*, V. suo loco. — Proprie est aliquid solidum in rotunditatem componere; *aggomitolare*. *Plin. 2. 65. 5.* Dependentes ubique guttae parvis globantur orbibus. *Id. 18. 34. 3.* Rapa aut in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. — **2)** Translate. *Id. ibid. 78. 4.* Si ante exortum solis nubes globabuntur, hiemem asperam denunciabunt. *Id. 11. 17. 1. de rege apum.* Cum procedit, una est totum examen, circaque eum globatur, cingit, protegit, cerni non patitur.

GLŎBŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *globosus;* rotunditas; *rotondità*. *Macrob. 1. Somn. Scip. 16.* Terrae globositas. Adde *Chalcid. Comment.* in *Tim. Plat. p. 24.*

GLŎBŌSUS, a, um. Adiect. a *globus;* in globi modum conformatus, rotundus; *rotondo*. *Cic. Univ. 6.* Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Graeci vocant, cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Liv. 38. 29.* Globosa saxa. *Cic. 2. Nat. D. 19.* forma globosa *(mundi). Id. 2. ibid. 39.* terra. Adde *Pacuv.* apud *Auct. ad Herenn. 2. 25.* et *Cic. 2. Nat. D. 45.*

Nota. *Globosus* differt a *rotundo*, quia *rotunda* sunt etiam, quae plana tantum, ut circulus: *globosa*, quae rotunda simul et solida, ut lusoria pila. Hinc *Cic. Somn. Scip. 3.* Stellae globosae et rotundae.

GLŎBŬLUS, i, m. Deminut. a *globus;* parvus globus; *globetto*. *Plin. 33. 27. 1.* Chrysocollae globulis sudore resolutis. — **2)** Accipitur et pro genere edulii in globi modum convoluti. *Cato, RR. 79.* Globulos sic facito: caseum cum alica ad eundem modum misceto, etc. *Alii leg.* globos. *Varr. 3. LL. 22.* In oleo cocti, dicti a globo globuli. — **3)** Translate. *Petron. Satyr. 1.* Melliti verborum globuli.

GLŎBUS, i, m. Nomen eiusdem originis ac *glomus*, cum quo nonnumquam in antiquis MSS. et editis libris est etiam confusum. V. GLOMUS §. 2. et §. 1. — **b)** Derivata, *globatim*, *globellus*, *globo*, *globositas*, *globosus*, *globulus*. — **c)** Composita, *circumglobatus*, *conglobo*.

GLOBUS proprie est corpus solidum, et unica superficie contentum, undecumque rotundum, cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur, ut *Cic. Univ. 6.* loquitur; *globo*. *Id. 2. Nat. D. 18.* Cumque duae formae praestantes sint, ex solidis globus (sic enim σφαῖρα interpretari placet), ex planis circulus. — **2)** *Globos dierum et noctium* dixit *Prudent.* solem et lunam, *10. περὶ στεφ. 527.* — **3)** Dicitur non solum de sphaeris caelestibus, et de terra, sed de omnibus rebus rotundis non concavis. *Plaut. Poen. a. 2. v. 55.* In fundas visci indebant grandiculos globos; *pallottoline*. *Virg. 1. G. 475. de Aetna.* Flammarumque globos, liquefactaque volvere saxa. *Varr. 5. LL. 22.* Globus farinae dilatatus; *focaccia*. *Ovid. 12. Met. 238.* globos sanguinis vomere. *Val. Flacc. 6. 581.* telorum immanis in unum It globus; *un denso nembo di strali*. *Lucan. 4. 74.* nubes densos involvere globos. *Senec. Hippol. 1031.* undarum globus. V. GLOBULUS §. 2. — **4)** Ponitur quandoque pro multitudine hominum, sive aliorum animalium, aut alterius cuiuscumque rei similis in unum collecta, et quasi conglobata; *truppa, squadra;* στῖφος. *Liv. 8. 32.* Extrema concio, et circa Fabium globus increpabant inclementem dictatorem. *Tacit. 12. Ann. 45.* Militum globo infensos perrupit. Et *4. ibid. 50.* Firmatae stationes densioribus globis. *Sil. 7. 33.* Saepe globo densi, saepe et per devia passim Dispersi subiere. *Cato* apud *Fest.* in *Serra, p. 344. Müll.* Sive forte opus sit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut serra, uti adoriare. *Plin. 9. 58. 2. de anguillis*. Globi singulorum millium. — **5)** Translate. *Nep. Attic. 8.* Sic ille consensionis globus unius dissensione dissectus est; h. e. turba, cohors, factio conspirantium. Sic *Vellei. 2. 38.* Hi una cum coniurationis globo, stipati gladiatorum manu, Capitolium occupavere. Adde *Vulg. Interpr. 4. Reg. 9. 17.*

GLŌCĬDO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *glocio;* idem quod glocio. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 98. Müll.* Gluttire *(al. leg.* Glocire) et glocidare gallinarum proprium est, cum ovis incubiturae sunt. *Al. leg.* Glocitare. *Gloss. Lat. Gr.* Glocido; κακκάζω. Cf. voc. seq.

GLŌCĬO, is, īre. Verbum intransitiv., quod proprium est vocis gallinarum, cum ovis incubiturae sunt, ut ait *Festus* apud *Paul. Diac. p. 98. Müll.*, quod fit crebris singultibus, interiecta voce acuta, a verbo Graeco κλώζω, quod a sono factum est; *chiocciare*. *Colum. 8. 5.* Ut ova quam recentissima supponantur glocientibus. Adde *Fest.* in voce praeced. allatum. V. GLUTIO secundo loco, et GRACILLO.

GLŌCĬTO. V. GLOCIDO.

GLOCTŎRO, as, āre. Verbum intransitiv. exprimens vocem ciconiae. *Auct. carm. de Philom. 29.* Gloctorat immenso de turre ciconia rostro.

GLOMA; Ῥαφίς; h. e. acus, subula. *Gloss. Lat. Gr.*

GLŎMELLUM, i, n. Deminut. a *glomus;* parvum glomus. *Isid. 19. Orig. 29. 6. Glomellum*, corrupte a *globo*, dictum per diminutionem, quasi *globellum*. Alii leg. *gubellum* loco *glomellum*.

GLŎMER. V. GLOMUS §. b.

GLŎMĔRĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *glomero;* qui glomeratur, seu in globum formatur. *Manil. 4. 320.* Pleïadum glomerabile sidus. Et *1. 221.* Te testem dat luna sui glomerabilis orbis. *Alii tamen utroque loco legunt* glomeramine *et* glomeraminis.

GLŎMĔRĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *glomero*, syllabica adiectione productum; res glomerata. *Lucret. 2. 685.* Dissimiles igitur formae glomeramen in unum Conveniunt; h. e. in unum veluti globum, coetum, corpus, glomeratam molem. *Id. 5. 728. de luna*, aufert Luciferam partem glomeraminis, atque pilai; h. e. globosi corporis. *Id. 2. 483. de fluidis corporibus.* Nec retinentur enim inter se glomeramina quaeque; h. e. globosae atomi, quibus constant. *Seren. Sammon. 58.* Dilue praeterea glomeramina, quae gerit intus Clausa aries, inter geminae coxendicis umbras; h. e. globulos, pilulas fimi conglobatas. Cf. voc. praeced.

GLŎMĔRĀRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *glomero;* qui ardet glomerare manum bello, ut loquitur *Virg. 2. Aen. 315.* Usurpat *Senec. 1. Controv. 8. ad fin.* Detrahere illum operibus suis glomerarium, sanguinarium; h. e. qui glomere, seu globo militum stipatus pugnat, inquit *Andr. Schottus.* Al. leg. *suis gloriam temerarium, sanguinarium*. Sed lectionem tuetur etiam *Burmann*, quem V. in *not. crit.* ad *h. l.*

GLŎMĔRĀTĒ. Adverb. a *glomeratus*, in comparativo gradu tantum huc usque repertum in usu, et quidem translate apud *Auson. Gratiar. action. 29.* Quis oratorum laeta iucundius, facunda cultius, pugnantia densius, densata glomeratius aut dixit, aut cogitavit? h. e. magis convolvendo, conglobandoque orationem veluti glomere verborum: quod apud *Horat. 4. Od. 2. 11.* est, verba devolvere.

GLŎMĔRĀTIM. Adverb. a *glomeratus;* per globos, turmatim. *Macrob. 6. Saturn. 4.* Vomitoria in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes, in sedilia se fundunt; *in folla, a truppe*. Adde *Cyprian. ep. 4.*

GLŎMĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *glomero;* actus glomerandi. *Plin.*

Digitized by Google

1. 67. 1. Asturcones, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio; *ambiadura, ambio*. Adde *Petronium, tract. 1. de Lazaro, a med.*

GLŌMĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *glomero*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est conglobatus, convolutus, in globos aut volumina formatus. *Ovid. 15. Met. 604.* Atra favilla volat, glomeratique corpus in unum Densatur. *Id. 8. ibid. 401.* glomerataque sanguine multo Viscera, lapsa fluunt; *involta, avvolte*. Et *14. ibid. 212.* frusta mero glomerata vomentem. *Lucret. 5. 498.* semina vocis Eiiciuntur, et ore foras glomerata feruntur. *Sil. 3. 525.* Glomeratae turbine nives. *Lucan. 6. 296.* Glomeratus pulvis. *Plin. 9. 58. 2.* Anguillae fluctibus glomeratae volvuntur; *raggruppate, avvolte insieme*. *Virg. 9. Aen. 440.* Quem circum glomerati hostes, hinc cominus atque hinc Proturbant; *fattisigli attorno in folla*. — **B)** Translate. *Cic.* vertens *Aeschyli* carmina, *2. Tusc. 10.* Atque haec vetusta saeclis glomerata horridis, Luctifica clades nostro infixa est corpori; *h. e.* collecta, et veluti coacervata.

GLŌMĔRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *glomus*. — Particip. *glomerans* §. 2., *glomeratus*, v. suo loco. — Proprie est in glomus, seu globum conformo, conglobo, convolvo; *aggomitolare, raggruppare, avvolgere*. Dicitur proprie de filo, et lana: translate de aliis. *Ovid. 6. Met. 19.* Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes: Seu digitis subigebat opus. — *Varr. 3. RR. 5.* Cibatui offas positas: eae maxime glomerantur ex ficis, et farre mixto. *Cels. 7. 22.* Ubi venae inter se implicatae glomerantur. — **B)** Speciatim de equo. *Virg. 3. Aen. 117.* Insultare solo, et gressus glomerare superbos; *camminare in ambiadura*: celeri passu, et convoluto gradu incedere. *Sil. 10. 461.* Hinc rapidum glomerans cursum. *Ovid. 1. Met. 55.* Sic terram deus . . . ne non aequalis ab omni Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis. — *Id. 9. ibid. 222.* Inde nives fieri, nivibus quoque molle rotatis Astringi et spissa glomerari grandine corpus. — **B)** Translate. *Virg. 4. Aen. 155.* agmina cervi Pulverulenta fuga glomerant; *si fanno in truppa. Id. 9. ibid. 539.* dum se glomerant, retroque residunt; *si ristringono. Id. 1. G. 323.* Et foedam glomerant tempestatem imbribus atris Collectae ex alto nubes. *Id. 8. Aen. 254. de Caco*, glomeratque sub antro Fumiferam noctem; *vomita globi di fumo*. Et *5. ibid. 576.* liquefactaque saxa sub auras Cum gemitu glomerat. — *Auson. 11. Edyll. 13.* Glomerare secula. — **4)** Latiore significatione

II. *Glomero* ponitur pro in unum congregare, cogere. *Virg. 2. Aen. 315.* glomerare manum bello; *raccogliere uno squadrone*. *Tacit. 5. Hist. 31.* Legiones in testudinem glomerabantur. *Virg. 4. G. 79.* apes glomerantur in orbem. *Id. 6. Aen. 311.* ad terram gurgite ab alto Quam multae glomerantur aves; *volano in folla verso terra*. Sic *9. ibid. 659.* collecti Troes glomerantur eodem. *Plin. 11. 20. 1. de apib.* Plebs tristi murmure glomeratur circa corpus regis. — **5)** Translate *Prudent. 3. Cathemer. 154.* Glomerare simul fas et nefas.

GLŌMĔRŌSUS, a, um. Adiect. a *glomus*; globosus; *globoso*. *Colum. 9. 3.* Aristocles apum genera complura demonstrat, earumque alias vastas, sed glomerosas: alias minores quidem, sed aeque rotundas. Adde *Liv. 21. 31.*, ubi tamen alii aliter leg.

GLOMUS, ĕris, n. (et Glomus, i, m.). Nomen parum certae originis. *Furlanetto* videbatur esse a voce Hebraica גָּלָם *(galam)*; involvit. Contra *Lindemann.* in *Comment.* ad *Fest. p. 443.* e *Glomus* et *globus* descendunt a radice Sanscrita *grah*, quae significat *prehendere* (Germ. *greifen*, Goth. *greipan*), unde *corpo*, et *glob-us, glom-us*; r enim in *l* convertitur. » Cf. GLOBUS §. a. — **b)** In recto casu etiam *glomer, eris*, quidam agnoscunt ex *Novo Thesaur. Lat. p. 262. Mai*, sed nullum praeferunt Latini Scriptoris exemplum. — Item vulgo etiam *glomus, i*, m. affertur; sed huius formae exempla sunt incertae scriptionis, ut infra videre erit. — **c)** Derivata, *glomellum, glomerabilis, glomeramen, glomerarius, glomerate, glomeratim, glomeratio, glomero, glomerosus, glomusculus*. — **d)** Composita, *agglomero, conglomero, inglomero*.

GLOMUS proprie est fili aut lanae massa in globi morem convoluta; *gomitolo*. *Horat. 1. Ep. 18. 14.*, ut rusticus agnum, Ut vinosa glomus furtivae Pyrrhia lanae. Ita *Bentleius*: alii *glomes*, alii *globos* legunt. *Lucret. 1. 360.* Nam si tantundem est in lanae glomere, quantum Corporum in plumbo est. *Plin. 36. 19. 7.* Labyrinthus inextricabilis, quo si quis improperet sine glomere lini, exitum invenire nequeat. *Scribon. Compos. 142.* Penicillum intinctum proderit habere, vel eodem modo glomus staminis albi. Al. leg. *glomum*. Adde *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Vercell. Var. lect.* in *4. Reg. 4. 39.* — **B)** Glomus in sacris crustulum cybii figura ex oleo coctum appellatur. *Paul.* ex *Festo p. 98. Mull.* — **B)** In illo *Auctoris carm. de Philom. 25.* Grus gruit: inque glomis cycni prope flumina drensant; *glomi* videntur esse canneta, vepreta, et palustribus herbis glomeratis densa loca in ripis fluminum: sed alii leg. *Martia grus gruit: aut cycni prope* etc.

GLŌMUSCŬLUS, i. m. Deminut. a *glomus*; parvum glomus. Legitur in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 463.* v. loc. in PLATELLAE.

GLORĬA, ae, f. Nomen, quod ducunt a κλέος Dorice pro κλέος, eiusdem significationis, a verbo κλέω vel κλείω, unde etiam *cluso* vel *cluo* et *clarus*. Hinc *Isid. 10. Orig. 113.* « *Gloriosus* a frequentia *clarita*tis dictus, *g* pro *c* littera commutata. » *Lindemann* autem ad *Fest. p. 443.* utrumque et *gloria* et κλέω deducit a Sanscrito *çru*; cluco, audio, mutata scilicet *ç* in *l*, ut alibi quoque vidimus. Cf. GLOMUS §. a. — **b)** *Goloria* pro *gloria* scriptum reperitur in *Inscr.* apud *Grut. 1056. 2.* — **c)** Derivata, *gloriabilis, gloriabundus, gloriatio, gloriator, gloriola, glorior, glorioso, gloriositer, gloriosus*. — **d)** Composita, *conglorifico, glorificatio, glorifico, glorificus, ingloriatio, inglorius, praegloriosus, superglorifico*.

GLORIA proprie est fama, claritas nominis, splendor, amplitudo; *gloria, fama*: et adhibetur tum absolute, tum cum genitivo obiecti. *Cic. 2. Invent. 55.* Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. *Id. 3. Tusc. 2.* Gloria est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute. *Id. Marcell. 8. extr.* Gloria est illustris ac pervagata multorum et magnorum vel in suos, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. *Id. 2. Offic. 9.* Summa et perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. *Id. Mil. 35.* Ex omnibus praemiis virtutis amplissimum esse gloriam. *Id. 5. Phil. 18.* Vera, gravis, solida gloria. *Id. Arch. 11.* Optimus quisque maxime gloria ducitur. *Id. 14. Att. 11.* et *4. Catil. 10.* Esse in sempiterna gloria. *Id. Planc. 25.* Excellere gloria. *Id. 2. Orat. 18.* Nomen Annibalis magna erat apud omnes gloria. *Id. 5. Fam. 12. a med.* Commendare aliquem sempiternae gloriae. *Id. 2. Orat. 40.* Gloriam expetere. *Id. 2. Phil. 44.* consequi. *Id. 3. Fam. 7. a med.* acquirere. *Id. Amic. 7. extr.* maximam capere. *Caes. 7. B. G. 1.* veterem belli recuperare. *Vellei. 2. 129.* mereri. Et *44.* augere. *Quintil. 5. 7. 15.* beneficiis parere. *Id. 12. 11. 28.* ad posteros tradere. *Cic. Dom. 55. extr.* duplicare. *Id. Brut. 8.* alere. *Id. 10. Fam. 26. ad fin.* sequi; *andar dietro. Id. Pis. 24.* repudiare. *Liv. 22. 30. ad fin.* spernere. *Cic. Arch. 11.* contemnere. *Id. Pis. 26.* immortalem alicui dare. *Curt. 4. 14. sub fin.* quam accepisti a maioribus, posteris relinquere. *Tacit. 2. Ann. 46.* alienam in se trahere. *Cic. 2. Att. 2.* in summam venire; *h. e.* pervenire. *Plin. 7. 25. 1.* Aliquid in gloria ponere; *ascrivere a gloria, stimare glorioso*. Et *31. 32. 2.* Plerique in gloria ducunt, plurimis horis calorem perpeti. *Horat. 3. Od. 26. 2.* Militavi non sine gloria. — In plur. numero. *Cic. Planc. 24. extr.* Honorum gradus sunt pares, gloriae dispares. *Tacit. 3. Ann. 65.* Memorare veteres Gallorum glorias. *Gell. 2. 27. extr.* Quaestus atque compendium gloriarum; *incetta e avanzo di gloria*. — **B)** Saepe est idem ac gloriatio, iactantia; *iattanza, vanto*: et sumitur tum in bonam, tum in malam partem. *Cic. Rabir. Post. 14.* Quod genus tandem est istud ostentationis et gloriae? *Nep. Agesil. 5.* Tantum abfuit ab insolentia gloriae, ut etc. *Hirt. B. Afr. 51. extr.* Gloriam exsultationemque alicuius pati. *Horat. 2. Ep. 18. 22.* Gloria quem supra vires et vestit, et ungit; *vanagloria, pompa*. *Virg. 4. G. 205.* Tantus amor florum, et generandi gloria mellis. *Cic. Brut. 68.* magnam dicendi habere. *Quintil. 12. 10. 17.* Vaniore dicendi gloria inflata *(gens)*. — In plur. num. *Plaut. Mil. 1. 1. 22.* Periuriorem hoc hominem si quis viderit, Aut gloriarum pleniorem, quam illic est, etc. *Gell. 1. 2.* Flare inanes glorias. *Lactant. 7. 26. post med.* Tu immortalibus gloriis frueris. — **B)** Aliquando sumitur pro eo, qui gloriam affert, causa per effectu posita; *ornamento, decoro, gloria*. *Ovid. 1. Art. am. 290.* Candidus, armenti gloria, taurus. *Tibull. 4. 1. 208.* Neu tardi pecoris sim gloria taurus. — *Vulg. Interpr. Ps. 105. 20.* Mutaverunt gloriam suam, Deus, in similitudinem vituli. *Id. ibid. 107. 3.* Exsurge, gloria mea, exsurge, psalterium. — **4)** Hinc *gloria Orbis* dicitur Probus Imp. in Numis apud *Mionnet, Rareté* etc. *T. 2. p. 119.*; itemque in aliis Theodosii et Marciani, in quibus tamen hic titulus ad *crucem* referendum est, ut ait *Labus* apud *Rosmini, Storia di Milano, T. 4. p. 406.* — **5)** Speciatim

II. *Gloria* apud Scriptores Ecclesiasticos frequentius dicitur de sempiterna hominum in coelis felicitate post mortem: itemque de beatitudine Dei ipsius. *Vulg. Interpr. Act. 7. 55.* Vidit gloriam Dei et Iesum stantem a dextris Dei. *Id. Luc. 24. 26.* Nonne haec oportuit pati Christum et ita intrare in gloriam suam? *Id. Rom. 8. 18.* Futura gloria, quae revelabitur in nobis. *Id. 1. Petr. 5. 10.* Qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo. *Id. 1. Tim. 3. 16.* Assumi in gloria. — *Id. Zach. 2. 8. prophetice de Christ.* Post gloriam misit me ad gentes, quae spoliaverunt vos. v. *Interpr.* — **B)** Hinc explicantur alia dicendi genera obvia in Sacris Litteris. *Id. Act. 7. 2.* Deus gloriae. *Id. Ephes. 1. 17.* Pater gloriae. *Id. 1. Cor. 2. 8.* Dominus gloriae. *Id. Philipp. 2. 11.* Christus in gloria est Dei patris. *Id. Ioh. 12. 43.* dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei. *Id. 1. Thess. 2. 19.* Corona gloriae. *Id. 2. Cor. 3. 7.* Gloria vultus Dei. *Id. Ephes. 3. 16.* divitiae gloriae Dei. — **7)** Saepissime vero ponitur pro honore ac lau-

Digitized by Google

de, quae tribuitur Deo. *Id. Luc. 17. 18.* dare gloriam Deo. *Id. Ioh. 8. 50.* Ego autem non quaero gloriam meam. *Id. Apoc. 5. 13.* Sedenti in throno et Agno benedictio et honor et gloria. Et *19. 1.* Salus et gloria et virtus Deo nostro. Et *alibi*. — **β)** Hinc formula precationis, quae vulgo dicitur *Gloria Patri*, de qua *Cassian. 2. Instit. 8.* illud etiam quod in hac provincia vidimus, ut uno cantante, in clausula psalmi omnes concinant cum clamore: *Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto;* nusquam per omnem Orientem audivimus; sed cum omnium silentio, ab eo, qui cantat, finito psalmo, orationem succedere: hac vero glorificatione Trinitatis tantummodo solere antiphonam terminari.

Nota. Discrimen inter *famam* et *gloriam* dedimus sub v. FAMA in *Nota* §. 3. — **2)** Item *gloria* distinguitur a *claritate*. V. CLARITAS, *Not.* §. 1.

GLŌRĬĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *glorior;* gloriosus. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Καυχησιτός; gloriabilis.

GLŌRĬĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *glorior;* qui abunde gloriatur; *gloriantesi. Gell. 5. 5.* Contemplatione tanti et tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspicit. Adde *Lactant. Placid. 6. Fab. 1.*

GLŌRĬĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *glorior;* actus gloriandi; *il gloriarsi. Cic. 3. Fin. 8.* Ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam vitam. Et *4. ibid. 18.* Illud vero minime consectarium, illorum gloriatione dignam esse beatam vitam. — *Interpr. Ignatii ep. ad Ephes. 18.* Ubi gloriatio dictorum sapientum? Adde *Vulg. Interpr. 2. Cor. 7. 4.* et *11.* et *11. 10.*

GLŌRĬĀTOR, ōris, m. Verbale a *glorior;* qui gloriatur; *vantatore. Apul. Florid. n. 17.* Magis sum amicitiae cupitor, quam gloriator.

GLŌRĬĀTUS, a, um. V. GLORIOR §. 1.

GLŌRĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *glorifico;* actus glorificandi, gloria; *glorificazione, gloria. Augustin. Tract.* in *Ioh. 104. n. 3., Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 16. 1., Mar. Victorin.* in *epist. ad Ephes. 3. 10.* et *Hilar. 11. Trinit. 39.* — **2)** Sensu concreto pro hymno, cantico. *Cassian. 2. Instit. 8.* V. loc. in GLORIA §. 8.

GLŌRĬFĬCĀTUS, a, um. Particip. verbi *glorifico;* clarus factus; *glorificato.* — Translate *Vulg. Interpr. 1. Petr. 1. 8.* Exsultabitis laetitia inenarrabili et glorificata. V. voc. seq.

GLŌRĬFĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *glorificus.* — Particip. *glorificans, glorificandus* et *glorificaturus*, §. *1.*, *glorificatus*, v. suo loco. — Proprie est gloriosum reddo; *glorificare, lodare. Coripp. 4. Laud. Iustin. 289.* Glorificavit opus. *Tertull. Idolol. 22.* Deus potius glorificetur. Adde *Prudent. Hamartig. in fin. Hilar. 11. de Trinit. 43.* qua *(gloria)* in se eum Deus glorificaturus est. *Inscr.* apud *De Rossi, Inscr. Christ. T. 1. p. 467. n. 1029.* Membra beata senex Bonifatius hic sua clausit Certus in adventu glorificanda Dei. *Vulg. Interpr. 2. Cor. 9. 13.* Glorificantes Deum in obedientia confessionis vestrae. *Id. 1. Mac. 14. 39.* glorificavit eum gloria magna. — *Id. Exod. 14. 18.* Cum glorificatus fuero in Pharaone. Adde *Prosper. Aquit. epigr. 51. 14.* — **2)** Translate. V. in GLORIFICATUS.

GLŌRĬFĬCUS, a, um. Adiect. a *gloria* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; gloria plenus; *glorioso. Imp. Iustin. Cod. 2. 8. 6.* Relicta observatione glorificae tuae sedis.

GLORIO, as. V. GLORIOR §. 3.

GLŌRĬŎLĂ, ae, f. Deminut. a *gloria;* parva gloria; *gloriuzza. Cic. 5. Fam. 12. sub fin.* Et nosmetipsi vivi gloriola nostra perfruamur. Et *7. ibid. 5. sub fin.* Etiam hisce cum ornes gloriolae insignibus; h. e. tribunatus, aut praefecturae, aut eiusmodi. — In plur. num. *Hieronym. ep. 58. n. 6.* Rumusculos et gloriolas et palpantes adulatores, quasi hostes, fuge.

GLORIOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, forma deponens, pro qua et activa adhibitum est a sequioris Latinitatis Scriptoribus, *glorio, as, are*, a *gloria*. — **b)** Particip. *glorians* §. *1.* et *2.*, *gloriandus* §. *2.*, *gloriatus* §. *1.*, *gloriaturus* §. *1.* — **c)** Derivata et Composita v. sub v. GLORIA suo loco.

GLORIOR proprie est gloria et praedicatione efferre se, de se praedicare; *gloriarsi, vantarsi. Cic. Pis. 1.* In mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum? *Id. 1. Offic. 22. ad fin.* Licet enim mihi apud te gloriari. *Id. Orat. 30. a med.* Nominibus veterum gloriantur. *Caes. 1. B. G. 14.* Sua victoria insolenter gloriari. *Cic. 3. Nat. D. 36.* Propter virtutem iure laudamur, et in virtute recte gloriamur. *Id. Vatin. 13.* Pecunias aliorum despicia, de tuis divitiis intolerantissime gloriaris. *Quintil. 11. 2. circa med.* Circa rem aliquam gloriari. *Caes. 3. B. C. 45.* Dicitur glorians apud suos Pompeius dixisse. *Cic. Cael. 19.* Defendendi haec causa, non gloriandi loquor. *Id. Brut. 18.* Ait ipse de se: nec mentitur in gloriando. *Suet. Domit. 10.* Haud negatura, immo etiam gloriatura. *Cic. 1. Tusc. 21.* Non pudet philosophum in eo gloriari, quod haec non timeat. *Suet. Cal. 58.* Gloriatus est expergefactae somno Caesoniae, quantum egisset, dum ea meridiaret. *Eumen. pro restaur. Schol. 4.* Civitas fraterno populi Romani nomine gloriata. — Sequente infinito. *Suet. Aug. 28.* Ut iure sit gloriatus, se marmoream relinquere, quam latericiam accepisset. *Horat. Epod. 11. 25.* Nunc gloriantis quamlibet mulierculam Vincere mollitia amor Lycisci me tenet. *Caes. 1. B. C. 4.* Neque alterum fore Sullam, inter suos gloriatur, ad quem summa imperii redeat. Adde *Cic. 1. Rep. 6.* et *2. Orat. 64.* et *Quintil. 2. 17. 21.* — **2)** Transitivorum more

II. *Glorior*, cum accusativo, est laudare, iactare, cum gloria extollere, efferre. *Cic. Senect. 10.* Equidem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus. Et *23.* Ut de me ipso aliquid more senum glorier. *Liv. 27. 12.* In eum haec gloriantem impetum facit. — Hinc passive. *Cic. 3. Tusc. 17.* Est in aliqua vita praedicabile aliquid et gloriandum ac prae se ferendum. *Id. mox.* Quod si beata vita glorianda, et praedicanda, et prae se ferenda est. — **3)** Hinc et activa forma

III. *Gloria, as, are*, eodem sensu. *Vulg. Interpr. Ital. Act. 4. 21.* Omnes enim gloriabant Deum in facto isto; h. e. glorificabant.

GLŌRĬŌSĒ. Adverb. a *gloriosus*. — Comparat. *gloriosius* §. *1.* et *2.*, superlat. *gloriosissime* §. *1.* — Proprie est cum gloria; *gloriosamente. Cic. 14. Att. 4.* Quod per ipsos confici potuit, gloriosissime et magnificentissime confecerunt. *Id. 2. Fam. 12.* Gloriose triumphare. *Naevius* apud *Gell. 6. 8.* Res magnas manu saepe gessit gloriose. *Vellei. 2. 2.* Vitam gloriosissime degere. *Sallust. fragm.* apud *Rund. 2. 27.* Quo ille dehonestamento corporis maxime laetabatur, quia reliqua gloriosius retinebat. — **2)** Item gloriando; *con vanto:* tam in bonam, tum in malam partem. *Cic. 2. Orat. 8.* Exorsus es non gloriose magis a veritate, quam etc. *Id. Dom. 35.* Hoc reprehendis, solere me de me ipso gloriosius praedicare. *Sallust. epist. Mithrid.* ad *Arsac.* Amicitiam alicuius gloriose ostentare. *Plaut. Pers. 2. 5. 6.* Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriose; *pomposamente.*

GLŌRĬŌSĬTER. Adverb. a *gloriosus;* gloriose. Tribuitur *Eulogio*, leo tamen eum indicato.

GLŌRĬŌSUS, a, um. Adiect. a *gloria*. — Comparat. *gloriosior* §. *1.*, superlat. *gloriosissimus* §. *1.* et *2.* — Proprie est illustris, praeclarus, gloriae plenus, in quo gloriari licet; *glorioso. Cic. 1. Fin. 11.* Clarorum hominum facta illustria et gloriosa. *Id. 3. Divin. 2.* Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, ut Graecis de philosophia litteris non egeant. *Nep. Milt. 6.* Nostri populi honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi: nunc autem effusi atque obsoleti. *Id. Agesil. 4.* Multo gloriosius duxit, si institutis patriae paruisset, quam si etc. *Phaedr. 4. 23.* Gloriosus convictus Deorum. *Iustin. 12. 11.* Gloriosa militia. *Id. 41. 6. in fin.* senectus. *Id. 42. 2.* expeditio. *Cic. 1. Divin. 24. extr.* mors. *Tacit. 5. Hist. 17.* Gloriosissimus dies. *Suet. Cal. 8.* Gloriosus princeps. *Id. Tib. 53.* Gloriosissimae victoriae. *Id. Claud. 1.* Gloriosus animus; h. e. gloriae cupidus, magnus, elatus. — **2)** *Gloriosissimus* est etiam titulus Imperatoribus quibusdam tributus. Sic *Ambros. ep. 11. in titulo:* Imperatoribus clementissimis et principibus Christianis gloriosissimis ac beatissimis Gratiano, Valentiniano et Theodosio, etc. — **3)** Item iactantiae plenus; ἀλαζών. *Nep. Timol. 4.* Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore eius exiit; *di vanto, di iattanza. Plin. 5. ep. 9. ante med.* Epistolas iactantes et gloriosas Romam miserat. *Cic. Amic. 26.* Milites gloriosi; *millantatori, spacconi. Plin. 10. 22. 5.* Pavo, gloriosum animal; *borioso, superbo. Plaut. Pseud. 2. 5. 8.* Gloriosum se facere; *millantarsi.* — *Vulg. Interpr. Prov. 12. 9.* Melior est pauper et sufficiens sibi, quam gloriosus et indigens pane. — **4)** *Miles gloriosus* titulus est comoediae Plautinae. — Hinc *Cic. 1. Offic. 38.* deforme est, de se ipsum praedicare, falsa praesertim, et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

GLOROPHIS, is, f. Nomen herbae, quae communius *scelerata* dicitur, ita a quibusdam appellata, teste *Apul. Herb. 8.*, ubi tamen alii aliter legunt.

GLOS, glōris, f. Nomen per syncopen a Graeca voce γάλως, Attice γᾶλως (unde et *Galos* habet *Gloss. Sangerm.*), effectum, quo significatur soror mariti; *cognata. Festus* apud *Paul. Diac. p. 98. Mull., Charis. 1. p. 27. Putsch.* et *Modestin. Dig. 38. 10. 4. a med.* — Hinc *Auson. Edyll. 12. monosyll. de Hist. 13.* Aeacidae ad tumulum mactata est Andromachae glos; h. e. Polyxena soror Hectoris, qui Andromachae maritus fuit. — **2)** Addit *Non. 19. 4.* significare etiam uxorem fratris mei, quae saepius *fratria* appellatur: sed nullo id exemplo confirmat.

GLOSSA, ae, f. Vox Graeca, et Graece scribenda γλῶσσα, Attice γλῶττα; lingua; Latina tamen civitate donata a sequioris aevi Scriptoribus. — **b)** Hinc aliquot vocabula derivata, nempe *glossarium, glossema, glossematicus, glossula, glottis*. — **c)** Et Composita, *arnoglossa, arnoglossus, buglossa, buglossus, cynoglossa, cynoglossus, diglossos, epiglossos, glossopetra, hippoglossa, hippoglottion, hypoglossa, hypoglottion*.

GLOSSA proprie est lingua, ut vox Graeca significat, sed hoc sensu non reperitur in usu. — Metonymice autem accipitur pro sermone; spe-

Digitized by Google

cistim vero pro sermone obscuro. Hinc universim *glossae* vocantur vocabula obscuriora, et minus usitata, quae interpretatione indigent, cuiusmodi sunt ea, quae certae sunt dialecti propria, eoque aliena a lingua communi, unde et ξεναὶ dicuntur, quasi peregrina. *Quintil. 1. 1. ad fin.* Protinus enim potest interpretationem linguae secretioris, quas Graeci γλῶσσας vocant, dum aliud agitur, ediscere. *Auson. epigr. 127.* Latine habet. V. GLOSSEMA. — **B)** Deinde *glossa* accipitur etiam pro interpretatione, seu explicatione eorum, quae ab aliis obscure scripta fuere, quia vice linguae; h. e. vice doctoris fungitur. Hinc *Glossae Philoxeni, Isidori*, etc.

GLOSSĀRĬUM, ii, n. Nomen a *glossa*, quo significatur liber, in quo glossae; h. e. vocabula obscuriora explanantur; *dizionario, vocabolario*. V. vocem praeced. *Gell. 18. 7.* Vos, philosophi, mera estis, ut M. Cato sit, mortuaria glossaria: namque colligitis lexidia, etc. — **B)** Hinc *Glossarium Latino-Graecum*, et *Graeco-Latinum*. *Glossarium Arabicum*, et alia huiusmodi, quae proprio nomine sunt Lexica, in quibus vocabula unius linguae, ope alterius explicantur in usum eorum, qui linguam aliquam cupiunt ediscere.

GLOSSĒMĂ, ătis, n. (in genitiv. plur. *glossematorum* pro *glossemarum*. V. in *fine*) Vox Graeca, γλώσσημα, qua significatur vox occultior, abstrusior, et minus usitata, quae interpretatione eget, quales sunt voces aliquot in tragoedius, heroicis versibus, et simili genere gravioris poëmatis. *Varr. 7. LL. 3. ante med.* exponens *Ennii* versum, *Collium Camilla exspectata advenis*, Camillam, qui glossemata interpretati, dixerunt administram. *Quintil. 1. 8. 15.* Circa glossemata etiam, idest voces minus usitatas, non ultima eius professionis diligentia est. *Asin. Gall.* apud *Suet. Grammat. 22.* Qui caput ad laevam didicit, glossemata nobis Praecipit: os nullum, vel potius pugilis! — *Festus* in *Oerem. p. 181. Müll.* Ut Ateius philologus in libro Glossematorum refert. Adde *Cassiod. Orthogr. 3.* V. loc. in BAMBALIO.

GLOSSĒMĂTĬCUS, a, um. Adiect. a *glossema*; ad glossema pertinens. *Diomed. 2. p. 434. Putsch.* Glossematicum locutionum genus.

GLOSSŌPĒTRĂ, ae, f. Vox Graeca, γλωσσόπετρα, qua significatur gemmae species linguae humanae similis, quam Magi credunt non nasci in terra, sed deficiente luna caelo decidere, ea lunares motus excitari, ventos comprimi, illam memoriae prodesse, etc. a γλῶσσα; lingua, et πέτρα; lapis. *Plin. 37. 59. 2., Solin. 37. a med.*

GLOSSŬLĂ, ae, f. Deminut. a *glossa*; parva glossa; h. e. brevis interpretatio. Legitur apud *Diomed. 2. p. 421. Putsch.* — *Glosula* utrum pro *glossula* usurpaverit *Schol. ad Pers. 1. 95.*, vel pro *clausula*, viderint Eruditi.

* GLOSŬLĂ. V. voc. praeced.

GLOTTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, γλωττίς, quae parvam linguam significat. Ita autem appellata apud *Plin. 10. 33. 3.* est avis e genere coturnicum, a lingua praelonga, quam exserit. *Id. ibid. 33. 2.* semper hinc remeantes comitatum sollicitant abeuntque una persuasae glottis et otus et cychramus.

* GLUBEO. V. voc. seq. §. 4.

GLŪBO, is, ĕre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more aliquando adhibitum, a γράφω; scalpo, ut quidam derivant. — **b)** Praeteritum ex analogia est *glupsi*, supinum *gluptum*: unde *degluptus*. — **c)** Derivatum, *gluma*. — **d)** Composita, *deglubo* et *diglubo*.

GLŪBO proprie est corticem detrahere, arbores cortice denudare; *scorzare*. *Cato, RR. 33.* Salictum suo tempore caedito, glubito, arcteque alligato, librum conservato. *Varr. 1. RR. 55.* Melior est olea, quae digitis nudis legitur, quam quae cum digitalibus: duritiae enim eorum non solum stringit baccam, sed etiam ramos glubit, et relinquit ad gelicidium retectos. — **B)** Item pellem detrabo. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 98. Müll.* Gluma hordei tunicula, dictum, quod glubatur id granum. Unde et pecus glubi dicitur, cuius pellis detrahitur. — **C)** Hinc sensu obsceno usus est *Catull. 58. 5. de Lesbia.* Glubit magnanimos Remi nepotes. Sunt tamen qui putant, hic et *glubit* significare *spoliat bonis*, quemadmodum etiam Itali dicunt eodem sensu; *cavar la pelle, scorticare*. — **A)** Intransitivorum more, sive absolute,

II. *Glubo* est decorticor, spolior. *Cato, RR. 31.* Quae materies semen non habebit, cum glubet, tempestiva erit; h. e. cum glubet se, et corticem deponere videbitur. — Eadem habet *17.*, nisi quod pro *glubet* libri perperam habent *glubebit*: tanquam a *glubeo* sit.

GLŬCĬDĀTUS. V. CLUCIDATUS et CANDACUS.

GLUDIS, is, f. Est herba eadem quae paeonia, ita a quibusdam appellata, teste *Apul. Herb. 63.*

GLŪMĂ, ae, f. Verbale a *glubo* (ut videtur ex *Festo* loc. cit. sub v. GLUBO §. 2.), quo significatur folliculus, seu tunicula hordei, et aliorum frumentorum; *pula, lolla, loppa*. *Varr. 1. RR. 48.* Granum dictum, quod est intimum solidum: gluma, qui est folliculus eius: arista, quae, ut acus tenuis, longa eminet e gluma. Et *mox*. Videtur etymon habere a glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. — **B)** Eodem vocabulo appellatur folliculus fici, quem edimus, teste *Varr. ibid.*

GLŬO, is, ĕre. Verbum transitiv. obsolatum, quod significat arcte coniungo, unde *glus* et alia plura ab eo deducta. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gluo; συνάπτω. V. voc. seq. et GLUTUS.

GLUS, ūtis, f. Verbale a *gluo*. V. voc. praeced. — **b)** Glus, glutĭnis est apud *Charis. 1. p. 27. Putsch.*, *ubi tamen alii leg.* Glus, glutis. — **c)** Aliquando ex solita litterarum c et g permutatione et *clus* pro *glus* scriptum fuisse videtur. Hinc in *Inscr.* apud *Hensen, Suppl. Orelli, n. 6448.* est *clutinator* pro *glutinator*. — **d)** Derivata, *gluten, glutinamentum, glutinarius, glutinatio, glutinativus, glutinator, glutinatorius, glutinosus, glutinum, glutino, glutinosus, glutinum, glutus*. Cf. GLIS, glitis. — **e)** Composita, *agglutino, conglutino, deglutino, inglutinatus, reglutino, subglutino*.

GLUS proprie est idem quod gluten; *colla*. *Auson. Edyll. 12. monosyll. per interrog. 10.* Tergora dic clypeis accommoda quid faciat? glus. *Veget. 3. Veterin. 66.* Glutis taurinae semuncia. — **B)** Translate. *Paulin. Petroc. 4. Vit. S. Martini 104.* siccati glute palati; h. e. viscosa saliva.

GLUT GLUT, vox exprimens sonum liquoris ex angusti oris vase exeuntis. *Vet. Poëta* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 405. Burm.* Percutit et frangit vas, vinum defluit, ansa Stricta fuit, glut glut murmurat unda sonans. Credit glutonem se rusticus inde vocari. Cf. GLUTIO et GLUTUS, i.

GLŪTEN (et Glutine, in recto casu apud *Serv.* ad *2. G. 281.*), ĭnis, n. (m. apud *Capell. 3. p. 73.*) et Glutinum, i, n. Verbale a *gluo*, quo significatur materia viscosa ac tenax, qua res coniunguntur; *colla*. *Virg. 4. G. 40.* collectumque haec ipsa ad munera gluten (Sunt autem qui *gluten* hic accipiant *propolin*. V. PROPOLIS). *Id. ibid. 160.* lento de cortice gluten. *Plin. 16. 79. 2.* Valvas in glutinis compage quadriennio fuisse. *Augustin. 13. Civ. D. 27.* Gluten bituminis. — Alia forma. *Varr.* apud *Charis. 1. p. 67.* et *106. Putsch.* Glutinum ferunt Daedalum invenisse. *Sallust. fragm.* apud *Eund.* Quasi glutino adolescebant. *Plin. 11. 94. 3.* Boum corlis glutinum excoquitur taurorumque praecipue. *Id. 28. 74. 3.* et *Cels. 5. 5.* Glutinum taurinum. Hoc idem *Cels. 5. 7.* vocat *fabrile gluten*. *Vitruv. 7. 10.* Glutinum admiscere. *Gargil.* (edente *Ang. Ant. Scottio*) *4. n. 4.* Arbores, quae gummi glution excludunt. — *Plin. 13. 26. 1. de glutino chartarum*. Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur fervente aqua, minimo aceti aspersu: nam fabrile, cummisque fragilis sunt. — **B)** Latiore significatione dicitur etiam de aliis rebus. *Prudent. 9. Cathemer. 102.* Ossa, nervos, ac medullas glutino cutis tegi; h. e. ligamento. — **C)** Translate. *Hieronym. ep. 3. n. 3.* Glutino caritatis haerens. Cf. *Vulg. Interpr. Isai. 41. 7.* V. GLUTINUM.

GLŪTĬNĀMENTUM, i, n. Verbale a *glutino*, syllabica adiectione productum; compactio, coniunctio; *incollamento*: item locus ipse glutinatus. *Plin. 13. 23. 1. de chartis*. Deprehenditur et lentigo oculis, sed mediis inserta glutinamentis taenia.

GLŪTĬNĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *gluten*, absolute adhibitum de eo, qui glutinum conficit. *Inscript.* apud *Fea, Framm. consol. p. 186.* P. Clodius P. l. Metrodorus glutinarius. — Haec inscriptio optimae notae fortasse pertinet ad tempora P. Clodii a Milone interfecti.

GLŪTĬNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *glutino*; actus glutinandi; *incollatura*. — Translate. *Cels. 7. 27. a med.* Neque desperari debet solida glutinatio vulneris; *il rammarginarsi*.

GLŪTĬNĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *glutino*; glutinandi vim habens. *Apul. Herb. 72.* Folia sunt virtutis glutinativae recentium vulnerum. Adde *77.*

GLŪTĬNĀTOR, ōris, m. Verbale a *glutino*; qui glutine coniungit; *incollatore*. *Cic. 4. Att. 4.* Mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera administris. *Inscript.* apud *Grut. 324. 6.* Mannio Stichio Tiberii Caesaris glutinatori. — Erant *glutinatores*, qui glutinandis chartis dabant operam in confectione librorum: tum ipsorum terga exornantes: tum chartas chartis attexentes in longitudinem, ut volvi possent, et volumen efficere: tum denique plures tabellas, aut paginas conglutinantes, unde codex exsisteret. Adde *Lucil.* apud *Non. 8. 68.* et *Inscr.* supra allatam sub v. GLUS §. c.

GLŪTĬNĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *glutino*; glutinativus; *conglutinativo*. *Theodor. Priscian. de Diaeta 10.* Glutinatoriae virtutis esse. — **B)** Absolute, substantivorum more,

GLUTINATORIUM, ii, n. (*subaudi* medicamentum). Est in *Gloss. Gr. Lat.* Κολλητήριον; glutinatorium. — In plur. num. *Pelagon. 6. Veterin. ant. med.* Glutinatoria.

GLŪTĬNĀTUS, a, um. Particip. verbi *glutino*; glutino coniunctus, *Cels. 7. 28.* Inter se glutinatis naturalium oris; h. e. coniunctis, constrictis.

GLŪTĬNĔUS, a, um. Adiect. a *gluten*; glutinosus. — Translate. *Rutil. 1. Itiner. 610. de Harpyiis*. Quae pede glutineo, quod tetigere, trahunt. V. PICRATUS.

GLŪTĬNĬUM, ii, n. Idem quod glutinum, a quo tantum forma dis-

Digitized by Google

crepat. — Translate. *Apul. Trismeg. p. 100. Elmenhorst.* Ελκμμένα, et necessitas ambae sibi invicem individuo connexae sunt glutinio. *Al. leg.* glutino. V. GLUTEN §. 3.

GLŪTĪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *gluten*. — Particip. *glutinans* et *glutinandus* §. 2., *glutinatus*, V. suo loco. — Proprie est glutine coniungo, ferrumino; *incollare*. *Plin.* 22. 60. 1. Farina, qua chartae glutinantur. *Id.* 29. 11. 3. Ovi candidum admixtum calci vivae glutinat vitri fragmenta. — **B**) Speciatim apud Medicos dicitur saepe de vulneribus, quae claudantur; *rammarginare*. *Cels.* 7. 27. *ad fin.* Si orae vulneris se glutinarunt. *Plin.* 25. 19. 2. Glutinare praecisos nervos. Et 23. 53. 1. Scoria additur emplastris, cicatricibus glutinandis. *Cels.* 7. 4. *init.* Et fibulae glutinantia medicamenta superdanda sunt. *Gargil. Medicina ex pomis*, 26. Membrana, quae ossibus inerit, scissa labia glutinat.

GLŪTĪNŌSUS, a, um. Adiect. a *gluten*. — Comparat. *glutinosior* et superlat. *glutinosissimus*, infra. — Est glutine abundans, tenax; *glutinoso, tenace*. *Colum. praef. 1. a med.* In Asia Mysiaque densa, etiam glutinosa terra maxime exuberat. *Id.* 3. 11. *a med.* Terra glutinosissima. *Cels.* 5. 26. n. 20. Pus glutinosius et sanguine et sanie. *Id.* 2. 22. Caro glutinosa. *Id.* 6. 7. n. 5. Resina quam glutinosissima. *Plin.* 35. 53. 1. Samiae duae sunt . . . prioris laus, ut recens sit et lenissima linguaeque glutinosa.

GLŪTĪNUM, i, n. V. GLUTEN et GLUTINUM.

GLUTĬO et Glutio, is, īvi *et* ii, ītum, īre. Verbum transitiv. inter ea recensendum, quae a sono efficta sunt. *Cf.* GLUTUS, i, et GLUT GLUT. — **b**) Particip. *glutiens* §. 2., *glutiendus* §. 1., *glutitus*, V. suo loco. — **c**) Derivata, *gluto* et *glutus*, i. *Cf.* GULA. — **d**) Composita, *deglutio, subglutio, transglutio*. Cf. INGLUVIES.

GLUTIO proprie est devoro; *inghiottire. Iuvenal. 4. 28.* Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem? *Front. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *3. ep. 40.* Micularum minimum cum vino destillatum gluttivi. *Gargil. de pomis* (edit. ab *A. Mai* in *Class. Auct. T. 3. p. 322.*) Gummus ceresiarum ore detentus et glutiendus arteriam linit. *Gloss. Lat. Gr.* Gluttit; ἐγκόπτει. — **B**) Translate. *Plin. 10. 15. 2. de corvis.* Pessima eorum significatio, cum glutiunt vocem, velut strangulati. — *Vulg. Interpr. Ital. Matth.* 23. apud *Lucif. Calar. pro S. Athanas. 2. p. 914. Migne.* Duces caeci, liquentes culicem, camelum autem contra glutientes. *Quidam minus recte leg. unica voce* contraglutientes. Cf. voc. seq. — *Vulg. Interpr. Iob. 7. 19.* Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? *h. e.* ut aliquando libere respirem. Sunt tamen qui proprie de morbo angina, quo etiam fortasse laborabat Iob, intelligunt.

II. GLŪTĬO et Gluttio, est etiam idem ac *glocio* vel *glocido*, apud *Fest.* ex *Paul. Diac. p. 98. Müll.* Gluttire et glocidare gallinarum proprium est. *Gloss. Lat. Gr.* Gluttit; κροκκα (*Vulcan.* κρωκᾷ) ὄρνις. V. GLOCIDO et GLOCIO.

GLŪTĪTUS et Gluttitus, a, um. Particip. verbi *glutio*, adiectivorum more etiam adhibitum; deglutitus; *inghiottito*. *Auct. de genealog. Patriarch.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 59. p. 529.* Bellach, idest gluttitus. — **B**) Translate. *Tertull. 2. advers. Marcion. v. 267.* Christus clamans glutitam mortem.

GLŪTO et Glutto, ōnis, m. Verbale a *glutio*; qui glutit, gulosus; *ghiotto, ghiottone*. *Fest.* apud *Paul. Diac.* sub v. *Ingluvies p. 112. Müll.* Ingluviosus et gluto. *Isid. 10. Orig. 115. Glutto*, a gula, id est gulosus. *Gloss. Philox.* Gluto; λαίμαργος. *Id.* Glutto; λίμβος. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 80.* Bucellarii, parasiti, gluttones. Adde *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. 2. p. 406. Burm.* — **B**) Translate. *Pers. 5. 212.* Nec gluto sorbere salivam Mercurialem? *Schol.* ad *h. l.* cupidi pecuniae, cum lucrum vident, veluti gulosi deliciis visis, salivam glutiunt: *Mercurialem* ideo dixit, quia ipsum Deum lucri dicunt. — Male autem *Forcellinus* ad glutum, colli partem retulit, ut fuerit *gluto* ablativus casus.

GLUTTIO et GLUTTITUS. } V. GLUTIO, etc.
GLUTTO et GLUTTUS. }

GLŪTUS et Gluttus (et Glitus vel Glittus), a, um. Particip. verbi *gluo*; unitus, bene subactus, cohaerens, instar eorum, quae glutino coniuncta sunt. *Cato, RR. 45.* Focus bipalio subactus, beneque glutus siet. — Eadem verba habet *Plin. 17. 29. 1.* — *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 98. Müll.* Glittis *(al. leg.* Glitis), subactis, levibus, teneris. V. *Müller* ad *h. l.* et *Cf.* GLIS, itis.

GLŪTUS et Gluttus, i, m. Vox a sono facta, qua significatur ea colli pars, qua cibus glutitur. *Gloss. Philox.* Glutus; βράγχος. *Cf.* GLUTO §. 2.

GLŪVĬA. V. GUMIA.

GLŸCŎMĂRĬS. } V. GLYCYMARIS.
GLŸCŎMĒRĬS. }

GLŸCŌNĬCUS, a, um. Adiect. eiusdem originis ac sequens, quod v. — *Atil. Fortunatian. Art. 2. 20.* Glyconicus hic habet versus, ut duos aequales dividat partes, quod heroum manifestum esse et Homerus et Virgilius probarunt, qui hoc usi sunt . . . Virgilius: *Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos*. Prima autem pars Glyconius versus est, secunda Pherecratius . . . Ergo et Glyconium metrum et Pherecratium, et quod ex his componitur Priapeum, de dactylico nascitur.

GLŸCŌNĬUS, a, um. Adiect. a *Glyco*, quod nomen est poëtae Graeci, de quo in ONOM., ad Glyconem pertinens, ut *Glyconium metrum*, quod certum genus est carminis, tribus constans pedibus, quorum primus spondeus est, choreus, vel iambus alter, et tertius da ctylus, ut illud *Horat. 2. Od. 18. 1. Non ebur, neque aureum*, quod affert exempli gratia *Diomed. 3. p. 510. Putsch*, vel illud *1. Od. 15. 8. Et regnum Priami vetus*. Dictum est a nomine inventoris, ut affirmat *Hephaest. de metr. et poëm. c. 10.* Δίμετρον δὲ ἀκατάληκτον, τὸ καλούμενον Γλυκώνιον, αὐτοῦ τοῦ Γλύκωνος εὑρόντος αὐτό. *Sidon. 9. ep. 13.* in carm. Dum metro quatitur chorda Glyconio. *Mar. Victorin. 2. 2. 11.* Metrum Glyconinum octosyllabum. Adde *4. 1. 42. Plat. de Metr. 8.* 2 Antispasticum acatalectum dimetrum Glyconium. *Id. ibid. 3. 62.* Glyconium trimetrum dactylicum. Cf. voc. praeced.

GLŸCŸMĂRĬS, ĭdis, f. Vox Graeca, γλυκυμαρίς, qua significatur quoddam concharum genus a sapore dulci et minus salso dictum: γλυκὺς enim, dulcis. *Plin. 32. 53. 4.* Chemae *(al. leg.* Chamae) glycymarides quae sunt maiores *(emenda* minores *vel* meliores) quam pelorides. *Alii* glycymerides *leg.*, sed Graece *Xenocrat. alim. aquat. 32.* γλυκυμαρίδες-ἥττους πελωρίδων. V. *Stilig.* ad *h. l.* — *Macrob.* ex *Aet. Pontif. 3. Sat. 15. 12.* Iterum sphondylos, glycomaridas, urticas, ficedulas. *Alii leg.* Glycomerides. Cf. *Ian* ad *h. l.*

GLŸCŸMĒRIS. V. voc. praeced.

GLŸCYRRHĪZĂ, ae, f. Vox Graeca, γλυκύῤῥιζα, qua significatur quoddam herbae genus radice dulci; *liquirizia, regolizia*: a γλυκὺς; dulcis, et ῥίζα; radix. Multa de ea *Plin. 22. 11. 1.* et *seqq.*, ubi et describit, eiusque usus in medicina enumerat. Adde *21. 54. 1.* Cf. voc. seq.

GLŸCYRRHIZON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, γλυκύῤῥιζον, quae idem significat ac praecedens, ab eodem *Plin. 11. 119. 1.* ita dicta, quae a *Celso* vero *5. 25.* Latina appellatione *radix dulcis* vocatur.

GLŸCŸSĪDĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, γλυκυσίδη, nomen paeoniae herbae acinos dulces habentis: a γλυκὺς; dulcis, et σίδη; malum Punicum. *Plin. 25. 10. 1.* et *27. 60. 1.* Cf. *Apul.* loco mox cit. in voc. seq.

GLŸCŸSIS, is, f. Est herba eadem ac glycyside. *Apul. Herb. 61.* Paeonia a Graecis appellatur pentorebon, aliis glycysis. *Alii leg.* glycyside.

GLYSOMARGA et } V. GLESSOMARGA.
GLYSSOMARGA. }

GN

GNĂPHĂLĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, γναφάλιον, qua significatur genus quoddam herbae, quam alii chamaezelon vocant, cuius foliis albis mollibusque pro tomento utuntur, inquit *Plin. 27. 61. 1.*

GNĀRĒ. Adverb. a *gnarus*; scienter, callide. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Gnare; ἐπιστημόνως.

GNĀRĬGĀVIT, significat apud *Livium (Andronicum* intellige, aut *Laevium)* narravit, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 95. Müll.*, ubi *Voss. mallet* gnaruravit.

GNĀRĬO, is, ire. V. GNARIVISSE.

GNĀRĬTAS, ātis, f. Abstractum a *gnarus*; cognitio, notitia; *cognizione. Sallust. fragm.* apud *Non. 2. 367.* Namque alii fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi: alii globis eruptionem tentavere. *Ammian. 16. 2.* Iuvante locorum gnaritate.

GNĀRĪVISSĔ; narrasse, *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 95. Müll. Alii* gnaruisse *leg.* Sed *Gloss. Philox.* a Gnaritur; γνωρίζεται, a confirmat priorem lectionem; verbum enim videtur declinandum, *gnario, is, īvi, īre*; *h. e.* qui ex iis, quae cognita habet, narrat.

GNĀRŪISSE. V. voc. praeced.

GNĀRŪRIS, re. Adiect. eiusdem originis et significationis ac gnarus, sed antiquum; *chi sa, dotto, pratico*. *Auson. epist. 22. 19.* Non cultor instans, non orator gnaruris. *Plaut.* quoque *Poen. prol. 46.* Ad argumentum nunc vicissatim volo Remigrare, aeque ut mecum sitis gnarures. *Alii leg.* id gnorures. *Gloss. Philox.* Gnaruris; γνώμοσι. — Cum accusativo, Graeco more, *Plaut. Most. 1. 2. 17.* Simul gnarures vos volo esse hanc rem mecum. — Cum ablativo, et *in* praepositione. *Arnob. 3. p. 113.* In aliis alios perceptionibus gnarures. *Alii minus recte leg.* gnariores. V. GNARUS.

GNĀRŪRO, as, āre. Verbum intransitiv. a *gnarus*; gnarus sum, nosco. *Gloss. Philox.* Gnarurat; γνωρίζει.

GNĀRUS, a, um. Adiect. ab obsoleto *narus*, ut significare videtur *Cic. Orat. 47.*; alii contra, ut *Vossius*, censent derivandum a *gnaruris*, quae antiquior forma eiusdem vocis videtur. Radix tamen eadem quae in GNOTUS, notus, nosco. V. NOSCO. — **b**) Derivata, *gna-*

Digitized by Google

re, gnaritas, gnarivisse, gnaruris, gnaruro. Cf. NARRO. — **c)** Composita, *ignaruris, ignarus.*

GNĀRUS proprie est sciens, peritus; *pratico, dotto:* et construitur cum genitivo, vel cum infinito, aut etiam cum praepositione relativa. *Cic. Orat. 4.* Periclem uberem et facundum fuisse, gnarumque (quod est eloquentiae maximum) quibus orationis modis quaeque animorum partes pellerentur. *Id. Brut. 64.* Sisenna gnarus reipublicae. *Sallust. fragm.* apud *Priscian. 6. p. 700. Putsch.* loci. *Colum. 1. praef.* armorum et militiae. *Justin. 11. 7.* artis; *Plin. 9. 9. 2.* temporis. Et *ibid. 33. 1.* Concha comprimit sese, operitque opes suas, gnara, propter illas se peti. *Colum. 4. 25.* Gnarus vinitor. *Plaut Rud. 1. 3. 28.* Nec loci gnara sum, nec diu hic fui. *Tacit. Agric. 6.* Gnarus sub Nerone temporum. — *Plaut. Asin. 3. 2. 6.* Indoctores acerrimos, gnarosque nostri tergi. — *Suet. Calig. 46.* Nemine gnaro aut opinante, quidnam caepturus esset. *Liv. 25. 29.* Hasdrubal satis gnarus, Hannibalem transitus quosdam pretio mercatum. *Id. 33. 5.* Ceterum satis gnarus, iam in Thessalia regem esse. — **2)** Translate, sensu passivo, cognitus; *conosciuto. Tacit. 1. Ann. 65.* Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nescius. *Id. 15. ibid. 61.* Id nulli magis gnarum, quam Neroni. Et *1. ibid. 5.* Gnarum id Caesari.

GNASCOR, obsoletum pro Nascor, ex quo tamen sequentia ducta sunt. V. NASCOR, coll. AGNASCOR §. b.

GNĀTO, as, āre. Verbum transitiv. a *gnatus;* gnatos; h. e. filios gerere. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gnatare; παιδοποιεῖσθαι.

GNĀTŬLĂ, ae, f. Deminut. a *gnata,* absolute posita; parva gnata, seu filia. *Accius* apud *Non. 4. 218.* Infando homine gnatula erat. *Mercer.* et *Voss.* haec corrupta censent, et legenda: *Infando homini, gnato Laërtae.* V. NATULA.

GNĀTŪRĂ, ae, f. V. NATURA.

GNĀTUS, a, um. V. NATUS, a, um.

GNĀVĒ. V. NAVE.

GNĀVĪTAS.
GNĀVĪTER.
GNAVO, as, et
GNAVUS, a, um.
} V. NAVITAS, NAVITER, etc.

GNEFONSUS vel Gnephonsus. V. voc. seq.

GNĔPHŌSUS et Cnephosus, a, um. Adiect. a Graeca voce, κνέφας, h. e. tenebrae, factum. Exponitur a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 95. Mull.* Cnephosum, obscurum. *Gloss. Lat. Gr.* Gnetonsum *(Scalig.* recte mutavit in *Cnefonsum,* et *Stephan.* in *Gnephosum),* ἀμαυρόν, σκοτεινόν. V. CNEPHOSUS, ubi alius locus *Festi* citatur.

GNĒTUM, i, n. Est herba, cuius semen coagulandi lactis vim habet, apud *Colum. 7. 8.*, si modo eo loco verba mendo carent. Fortasse enim pro *seminibus gneti* legendum est *gnaci,* aut *gnasi:* quia κνίκῳ eandem coagulandi virtutem *Dioscorides* tribuit *l. 4. c. 190.* V. CNICUS.

GNĪDĒ, *Graeca positione,* es, f. V. CNIDE.

GNĪTUS et Gnixus a genibus Prisci dixerunt. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 96. Mull.,* qui adnotat: « apparet plenius ita dictum esse pro *nitus* et *nixus*. » V. NITOR.

GNŌBĬLIS. V. NOBILIS.

GNŌMĒ, *Graeca positione,* es, f. Vox Graeca, γνώμη, qua significatur adagium, sententia, quae quid utile in vita sit, breviter ostendit; *motto, proverbio. Front. 3. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 11.* Pro gratia mihi fuit, quod tu gnomas egregie convertisti. Et *mox.* Bis et ter eandem convertito ita, ut fecisti in illa gnome brevicula. Cf. voc. seq.

GNŌMĬCOS, *Graeca positione,* e, on, *Latina* vero,

GNŌMĬCUS, a, um. Adiect. a *gnome,* Graece γνωμικός; sententiosus. *Jul. Victor art. rhet.* ab *A. Mai* edit. *11. p. 67.* Enthymematon et epichirematon formae sunt quinque: elencticon, item dicticon, item gnomicon, item paradigmaticon, item syllogisticon. Enthymema gnomicon hoc a sententia differt, quod ibi tantum simpliciter sententia pronunciatur, hic autem simul et ratio sententiae redditur, quale est hoc: Carthaginienses nobis iam hostes sunt; nam qui omnia parat contra me, ut quo tempore possit, bellum velit inferre, hic iam mihi hostis est, tametsi nondum armis agat.

GNŌMO, et, *Graeca positione,*

GNŌMON, ŏnis, m. Vox Graeca, γνώμων, qua significatur stilus, ex cuius umbra horae diei cognoscuntur in sole: a γινώσκω; cognosco; *stella, raggio, mostra. Plin. 2. 74. 2.* Umbilici, quem gnomonem appellant, umbra in Aegypto, meridiano tempore, aequinoctii die, paulo plus, quam dimidiam gnomonis mensuram efficit. *Vitruv. 1. 6.* Supra eius loci centrum medium collocetur aeneus gnomon, indagator umbrae, qui Graece σκιοθήρας dicitur. Adde *9. 8.* et *Capell. 6. p. 194.* V. GNOMONICUS §. 1. et seqq. Cf. PHYSIOGNOMON. — **2)** Est etiam figura geometrica, quam sic definit *Boëth. Geom. p. 386. Lachm.* Omnis vero parallelogrammi spatii, unumquodque eorum quae circa eundem diametrum sunt parallelogrammorum cum duobus supplementis Gnomo nuncupatur. *Id. in Categ. Aristot. 4. p. 290. Migne.* Si quadrato addatur gnomo, crescit quidem quadratus, non tamen commutatur.

GNŌMŎNĬCĂ, ae, et
GNŌMŎNĬCĒ, es,
} V. voc. seq. § 2.

GNŌMŎNĬCUS, a, um. Adiect. a *gnomon;* ad gnomonem pertinens. *Vitruv. 9. 3. extr.* In hoc volumine de gnomonicis rationibus, quemadmodum eae radiis solis in mundo sunt per umbram gnomonis inventae, explicabo. *Id. 1. 1. ad fin.* Qui multas res organicas, et gnomonicas posteris reliqueruut. Cf. GNOMON §. 1. — **2)** Absolute, substantivorum more,

GNOMONICA, ae, et *Graeca positione,* Gnomonice, es, f. Est pars architecturae, quae in solis umbris indagandis, et horologiis solaribus conficiendis versatur; *arte di far orologi da sole. Vitruv. 1. 3.* Partes architecturae sunt tres, aedificatio, gnomonice, machinatio. *Gell. 1. 9.* Geometriam, et gnomonicam, musicam, ceterasque item disciplinas altiores, μαθήματα veteres Graeci appellabant. *Plin. 2. 78. 1.* Umbrarum hanc rationem, et quam vocant gnomonicen, invenit Anaximenes Milesius. — **2)** Item

GNOMONICI, ōrum, m. Sunt gnomonicae periti. *Solin. 37.* Quod gnomonici similibus parallelis accidere contendunt.

GNOSCO. V. NOSCO.

GNOSTĬCĒ, *Graeca positione,* es, f. Nomen proprie adiectivum, Graecum, γνωστική (subaudi τέχνη), quo absolute adhibito significatur ea medicinae pars, quae in cognitione morborum sita erat; γνῶσις enim, unde γνωστικὸς, ἡ, όν, est cognitio. *Fulgent. 3. Mythol. 10.* In medicinis prima *(ars)* gnostice, secunda dynamice. Cf. vocc. seqq.

GNOSTĬCĪ, ōrum, m. Dicti sunt haeretici altero post Christum saeculo, qui in rebus divinis τελείαν γνῶσιν, h. e. perfectam intelligentiam, sibi arrogabant; dicere soliti (ut Origenes Celso exprobrat): Omnia novimus. *Augustin. de Haeresib. n. 6.* aliique plures Ecclesiae Patres. Cf. voc. seq.

GNOSTĬCUS, a, um. Adiect. a *Gnostici;* ad Gnosticos pertinens, ut *Haeresis gnostica* apud *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 5.*

GNŌTUS, a, um. V. NOTUS.

GO

GŌBĬO (et Cobio), ōnis, et

GŌBĬUS (et Cubius) ii, m. Vox Graeca, κώβιος, qua significatur genus quoddam piscis, Italice *ghiozzo. Ovid. Halieut. 128.* Lubricus et spina nocuus non gobius ulla. *Martial. 13. 88.* Principium coenae gobius esse solet. *Iuvenal. 11. 57.* cum sit tibi gobio tantum in loculis. *Plin. 9. 83. 1.* Capita eorum esse ranae similia, reliquas partes gobionum. Et *ibid. 83. 3.* Apprehendi glacie gobiones. *Auson. Eidyll. 10. 131.* Tu quoque flumineas inter memorande cohortes, Gobio, non maior geminis sine pollice palmis, Praepinguis, teres, ovipara congestior alvo, Propesique iubas imitatus, gobio, barbi. Adde *Lucil.* apud *Varr. 7. LL. 3. §. 47.*, *Plin. 32. 53. 4.*, ubi scribitur *eobio.* — *Gloss. Gr. Lat.* Κεφάλους, ἰχθῦς; cubius.

* GOERUS, i, m. Vox ignotae mihi prorsus significationis, quae legitur, si salva est lectio, bis apud *Auson. Eclog. 17.* Inde Autumnus noctis horas librans aequo lumine, Octo et octoginta goeris et super trihorio. Et *mox.* Additis ad hos priores goeros geminis orbibus.

GOLAĬA, Golatia, Golia, Gololа vel Golora (tot enim modis scriptum repecitur), ae, f. Nomen vulgaris animalis, quod testudo appellatur. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 548.* Testudo, quam vulgo testudinem, alii golaiam dicunt. *Gloss. Arab. Lat.* Golora, testudo. *Id. ibid.* Testudo, animal quod testam gerit, idest golola. — *Golatia* et *Golia* sunt in *Gloss. Sangerman.*

GOLATIA.
GOLIA.
GOLOLA.
GOLORA.
} V. voc. praeced.

GOMFUS. V. GOMPHUS.

GŎMER, et

GŎMOR, indecl. Vox Hebraica, חֹמֶר *(Chòmer),* quae acervum vel tumulum significat. Fuit ita apud Hebraeos appellatum genus quoddam mensurae aridorum continens decem batos; eadem apud serioris aetatis Scriptores, quae corus, ut tradit *Gesen.* in *Lex. Hebr.* ad h. v. At in textu Hebraico חֹמֶר distinguitur ab עֹמֶר *(Hòmer)* et hoc quidem *Gomor* vel *Gomer* vertit *Hieronym.*, illud vero *Corum;* licet *LXX. Interpr.* utrumque γόμορ interpretati sint. Hinc duo diversa mensurarum genera hoc vocabulo significantur, ut ex subiectis exemplis patebit. V. ad rem *H. Steph.* in *Thes. Ling. Gr.* sub v. Γομὲρ, ed. *Didot.* — Legitur apud *Vulg. Interpr. Exod. 16. 16.* et *seqq.* Hinc *Rucher. 2. Instr. 14.* Gomer mensura est Attica, habens (ut quidam opinantur) choenices tres; idest sextarios XII. Alii gomor dicunt paulo minus a sextariis quinque: quod etiam ipse sequor, eo quod gomor sit

Digitized by Google

decima pars ephi (Cf. *Exod. loc. cit.*) *Isid. 16. Orig. 26. 6.* Sextarius assumptus quater fit Graeco nomine *choenix:* quinquies complicatus *quinarem* sive *gomor* facit. *Auct. Incert. de mensur. p. 328. Goss.* Tres medimni gomor complent.

GOMPHUS *(Latina consuetudine* Gomfus), i, m. Vox Graeca, γόμφος, clavum, aliudve huiusmodi ligneum vinculum significans: itemque iuncturam et commissuram quamvis; *chiodo, connessione, giuntura. Tertull. Apolog. 12.* Cervices ponimus ante plumbum, et glutinum, et gomphos. *Chalcid.* vertens *Tim. Plat. p. 9.* Non iisdem, quibus ipse nexibus, sed aliis ob incomprehensibilem brevitatem invisibilibus gomfis *(sic). Id. Commentar.* ad *Eund. p. 46.* Invisibiles coniunctiones gomphos appellant. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 158. n. 103.* — **B)** In viis publicis *gomphi*, Italice *perni*, appellabantur lapides, qui ceteris longiores, depressioresque identidem rotundo capite eminebat, et marginibus sive umbonibus tamquam clavi infixi eosdem solidabant. *Stat. 4. Silv. 3. 47.* Tunc umbonibus hinc et hinc coactis, Et crebris iter alligare gomphis.

GONARCHE vel Gonarchene, vel Conarchene, vocabulum, sive potius monstrum vocabuli, quod legitur apud *Vitruv. 9. 9. 1.*, in quem locum V. *Schneid.*, qui varias quoque lectiones recenset, sed nihil extricat.

GONGER et GONGRUS. V. CONGER et CONGRUS.

GONGŸLIS et Congylis, ĭdis, f. Voĭ Graeca, γογγυλίς; *h. e.* rapum; *rapa:* a γογγυλος; rotundus. *Colum. 10. 421.* Gongylis, illustri mittit quam Nursia campo.

GONĬAEĂ, ae, f. Nomen gemmae cuiusdam ignotae, de qua *Plin. 37. 59. 2.* Goniaeam eadem vanitate inimicorum poenas efficere promittunt. *Alii olim legebant* geniaeam.

GŌNORRHOEĂ, ae, f. Vox Graeca; γονόῤῥοια, qua significatur involuntaria, et vitiosa seminis profusio; *scolastone:* a γονή; genitura, et ῥέω; fluo. *Firmic. 3. Mathes. 7. n. 8.*

GŌNOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, γόνος, qua universim soboles, vel proles, aut generatio significatur, unde γονάω; gigno (Cf. voc. praeced.). — Reperitur in usu apud Scriptores rei herbariae. Sic *Gonos aeluru*, de qua V. in AELURUS §. 2. — **B)** *Gonos Apollonos* herba eadem quae mentastrum. *Apul. Herb. 91.* — **B)** *Gonos Chronu* (γόνος χρόνου) herba heliotropion, ita a Prophetis, *h. e.* Magis, appellata, teste *Eod. ibid. 49.* Cf. PUTAGONON. — **4)** *Gonos Hammonos*, herba eadem quae nepeta, *Id. ibid. 94.* — **5)** *Gonos Horu* (Graece γόνος Ὥρου), herba eadem quae marrubium. *Id. ibid. 45.*

GORCO, GORGI, GORGO. } V. CORGO.

GORGŌNĬA, ae, f. Vox Graeca, γοργονία; corallium, a gen. γόργονος, quod e sanguine Medusae Gorgonis natum sit, vel quia ex aquis exemptum protinus in duritiem lapidis convertitur, quemadmodum illi, qui Gorgonas aspexerant. *Plin. 37. 59. 2.* Gorgonia *(gemma)* nihil aliud est quam corallium: nominis causa, quod in duritiam lapidis mutatur. Cf. voc. seq.

GORGŌNĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *Gorgon*, quod est proprium nomen, de qua V. suo loco in ONOM., et *fero;* Gorgonem ferens. Est epitheton Persei in *Inscript.* apud *Gud. 56. 8.* Perseo Gorgonifero invicto M. Aurelius Priscillianus vir clarissimus D. D.

GORGOS. V. CORGO.

* GORPĬAEUS. V. voc. seq.

GORPITOS, *Graeca positione*, i, m. Nomen est mensis Septembris apud Graecos, teste *Polemio* in *Kalend.* Graecis tamen, sive proprie Macedonibus dicitur *Gorpiaeus* (Γορπιαῖος, μήν), non *Gorpitos*. V. *Plutarch. Thes. 10.* et *Suid.* in voc.

GOSSAMPĬNUS. } V. GOSSYMPINUS.
GOSSIMPĬNUS. }

GOSSIPĬON, *Graeca positione*, ii, n. Genus est parvi fruticis, in superiore parte Aegypti Arabiam versus, qui similem barbatae nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur: nec ulla sunt eis linis candore, mollitiave praeferenda; *cotone, bambagia*. Vestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimae. Haec ex *Plin. 19. 2. 6.*, unde illud praeterea colligitur, vocem ipsam non esse Latinam, sed, ut ostendit *Forsterus de byss. ant. p. 72.*, ex tribus vocabulis Aegyptiis compositam, quae *sepuleri arborem byssinam* significant: eo enim praecipue utebantur Aegyptii ad fascias involvendis cadaveribus conficiendas. V. BYSSUS §. 2. etiam in *Nota*, et Cf. voc. seq.

GOSSYMPĬNUS. V. voc. seq.

GOSSYPĬNUS, i, f. — *Gossypinos* (ita leg. *Sillig.*, alii *Gossimpinos, Gossympinos, Gossampinos*, tot enim modis scribitur), tradit *Plin. 12. 21. 1.*, vocari ab incolis arbores quasdam in Tylo insula sinus Persici, ferentes cotonei mali amplitudine cucurbitas, quae maturitate ruptae ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretiose lineo faciunt. — Alii eandem habent ac *gossipion*, de quo V. in voc. praeced.

GR

GRĂBĀTĂ, ae, f. V. GRABATUS §. b.

GRĂBĀTĀRĬUS, ii, m. Nomen a *grabatus*, proprie adiect. absolute adhibitum de grabatorum artifice. *Gloss. Philox.* Grabataris *(lege* grabatarius); κλινοποιός.

GRĂBĀTŬLUS, i, m. Deminut. a *grabatus;* parvus grabatus. *Apul. f. Met.* Grabatulus alioqui breviculus, et uno pede mutilus, ac putris. *Id. ibid.* pluries.

GRĂBĀTUM, i, n. V. voc. seq. §. b. et §. 1.

GRĂBĀTUS, i, m. Vox Graeca, κράβατος, qua species quaedam lecti, de qua mox, significatur. — Scribitur et *erabatus* ex Graeca voce allata. — **b)** Alia forma est *grabatum, i*, n. apud *Coel. Aurel.* V. loc. infra §. 1. et *grabata, ae*, f. de qua V. in COMPOSITIL. — **c)** Derivata, *grabatarius, grabatulus*.

GRABATUS proprie est lectus exiguus, humilis, vilisque (ut sunt pauperiorum lectuli) atque etiam mobilis, seu plicatilis; *lettuccio. Cic. 2. Divin. 65.* Deosne mortales, rerum omnium praestantia excellentes, concursare omnium immortalium non modo lectos, verum etiam grabatos, et cum stertentes aliquos viderint, etc.? *Martial. 6. 39.* Sed in grabatis tegetibusque concepti, Materno produnt capitibus suis furta. *Id. 12. 32.* Ibat tripes grabatus, et bipes mensa. *Virg. Mor. 5.* Membra levat sensim vili demissa grabato. Adde *Senec. ep. 18.* et *20.*, *Vulg. Interpr. Marc. 2. 4.* et *seqq.* et *alibi*. — *Grabatum* habet *Coel. Aurel. 2. Acut. 37. ante med.* Eos quiescere iubemus lecto mutato, ad grabata aegros transferendo. — Huiusmodi lectos funibus, seu instilis tentos fuisse, colligimus ex illo *Lucil.* apud *Non. 2. 868.* Tres a Deucalione grabati restibu' tenti. Adde *Petron. Satyr. 97.* et *Martial. 5. 62.* et V. INSTITA. — **B)** Non pauperiorum tamen, sed ditiorum est *grabatus argento inaurato tectus*, memoratus a *Scaevola Dig. 33. 7. 20. sub fin.* — **B)** Hinc translate. *Vulg. Interpr. Amos. 3. 12.* Qui habitant in Samaria in plaga lectuli, et in Damasci grabato; *h. e.* qui confidunt in auxilio Syrorum, in eoque quiescunt.

GRĂBIS. V. GRAVIS §. b.

GRACCĬTO. V. GRATITO.

GRĂCĔO. V. CRACENTES.

GRACĬLENS, entis. Adiect. a *gracilis* participiorum more effictum, idem quod gracilis. *Laev.* apud *Non. 2. 864.* Cf. voc. seq.

GRĂCĬLENTUS, a, um. Adiect. a *gracilis*, syllabica adiectione productum, idem ac gracilis. *Enn.* apud *Non. 2. 864.* Deducunt habiles gladios filo gracilento. *Gell. 4. 12.* Equus gracilentus.

GRĂCĬLESCO et Gracilisco, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *gracilis;* gracilis, et tenuis fio; *assottigliarsi, smagrirsi. Ammian. 17. 4.* Obeliscus gracilescens. *Id. 22. 15.* Pyramidum magnitudo in celsitudinem nimiam scandens gracilescit paullatim. — Tribuitur et *Plin. 17. 35. 16.* Cum alias festinatione pariendi gracilescat. Ita editiones vett. aliquot: aliae plures *gracilis*, etc., et cum iis *Harduin.*

GRĂCĬLĬPES, ĕdis, omn. gen. Adiect. a *gracilis* et *pes;* pedes graciles habens. *P. Syrus* apud *Petron.* in *Satyr. 55.* Ciconia gracilipes.

GRACĬLĬS, le. Adiect. originis latentis. — **b)** Alia forma est *gracilus, a, um. Lucil.* apud *Non. 8. 48.* Quod gracila est, pede quod pernix, quod pectore puro, Quod puero similis. *Ter. Eun. 2. 3. 22.* Virgines gracilae. *Al. leg.* graciles. Cf. *Prob. Cathol. p. 1467. Putsch.* — **c)** Comparat. *gracilior* et superlat. *gracillimus* §. *1.*, at *gracillissimus* in *Not. Tir. p. 67.* — **d)** Derivata, *gracilens, gracilentus, gracilesco, gracilitas, graciliter, gracilitudo.* — **e)** Composita, *gracilipes, pergracilis, praegracilis*.

GRACILIS proprie est tenuis, exilis, subtilis; *sottile, scarno, gracile:* et adhibetur tam de rebus, quam de personis; cui saepe opponitur *crassus, pinguis* vel *dives. Horat. 1. Od. 3. 1.*, et *Martial. 11. 43.* Gracilis puer. *Virg. 10. Ecl. 71.* dum sedet et gracili fiscellam texit hibisco. *Horat. 1. Sat. 3. 69.* Gracili sic tamque pusillo. *Liv. 25. 11.* Equi hominesque paulluli et graciles. *Petron. Satyr. 126.* Auri gracile vinculum; *cerchietto sottile. Plin. 24. 22. 1.* Picea resinam pinguem, et turis modo succosam fundit: larix gracilem. *Id. 17. 35. 27.* Iuga altiora, quo laetior ager: contra humiliora gracili et arido; *terreno leggero e magro* (Adde *Colum. 2. 4. ad fin.*). *Id. 16. 17. 1.* Arbores graciles, succinctioresque, et enodes. *Id. 19. 54. 1.* Gracile folium. Et *16. 5. 1.* Glans brevior et gracilior. *Suet. Ner. 51.* Gracillima crura. *Ovid. 1. Amor. 14. 23.* Comae graciles, et lanuginis instar; *capello fino e sottile. Apul. 4. Met.* Rima gracilis; *tenue, piccola*. — *Plin. 8. ep. 15.* et *9. ep. 20.* Vindemiae graciles quidem, uberiores tamen, quam expectaveram, colligo; *scarse, magre. Martial. 2. 86.* Viae graciles; *anguste. Id. 5. 24.* Gracilis libellus; *piccolo. Ovid. 4. Trist. 10. 86.* Et gracilis structos effugit umbra rogos; *h. e.* Manes exiles tenuesque. *Apul. Apol.* Gracili lare vivere; *piccola e povera casa. Senec. Here. Oet. 389.* Gracilis fluvius; *piccolo*,

Digitized by Google

stretto d'acqua. — **2)** Translate. *Ovid. 2. Pont. 5. 25.* Dum tamen in rebus tentamus carmina parvis, Materiae gracili sufficit ingenium; *h. e.* argumento levi, et tractatu facili. *Virg. Cul. 1.* Lusimus, Octavi, gracili modulante Thalia. *Gell. 7. 14.* tres esse docet dicendi χαρακτῆρας, ἰδέας, ἰσχνόν, μέσον; uberem, gracilem, mediocrem: uberi dignitatem atque amplitudinem esse: gracili venustatem et subtilitatem: medium in confinio esse, utriusque modi participem. Intelligit *Gell.* stilum infimum seu tenuem, subtilem et acutum. Sic *gracilis orator* dicitur a *Quintil. 12. 10.* *circa med.*, et *graciles praefationes* dicuntur a *Plin. 2. ep. 3.*, in quibus nitor, et simplicitas, et dilucidus apparet. Sermo, inquit, Graecus, immo Atticus: praefationes tersae, graciles, dulces: graves interdum et erectae.

Nota. *Gracilis* minus est quam *macilentus* (cum de animali est sermo), quia *gracilis* est ille quidem tenuis, sed maciem excludit. *Ovid. Rem. am. 327.* Turgida, si plena est; si fusca est, nigra vocetur: in gracili macies crimen habere potest. *Maximian. Gall. 1. 85.* Quaerebam gracilem, sed quae non macra fuisset.

GRĂCĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *gracilis;* tenuitas, subtilitas; *sottigliezza, gracilità, magrezza*. *Cic. Brut. 91.* Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis. Et *16. ad fin.* Non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectantur. *Suet. Cal. 50.* Gracilitas cervicis et crurum. *Plin. 14. 4. 16.* Gracilitas digitalis; *grossezza d'un dito*. Et *13. 22. 1.* Papyrum decem cubitorum longitudine in gracilitatem fastigatum. *Apul. 2. Met. p. 87. Oud.* Ioco mirabilis proceritas *(corporis)*, succulenta gracilitas, rubor temperatus. — **2)** Translate est stilus infimus, acumen dicendi, subtilitas orationis, apud *Quintil. 1. 9. 2.* et *12. 10. 24.* et *Gell. 7. 14.* et *13. 20.* Sic ab eodem *Quintil. 4. 3. 2.* dicitur *pressa narrationis gracilitas*, cum simplicibus verbis, et subtili nativoque sermone, sine fuco et ornatu, quippiam narratur.

GRĂCĬLĬTER. Adverb. a *gracilis*. — Comparativ. *gracilius* §. 2. — Proprie est subtiliter; *sottilmente*. *Apul. 3. Met.* Vasculum graciliter fistulatum. *Aggen. Urb. de controv. agror. p. 67. Lachm.* Cum ex inferiore parte terreno finiatur, etiam si graciliter, in modum tamen sulci, etc. — **2)** Translate. *Quintil. 9. 4. 130.* Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia pugnacius, alia ornatius, alia gracilius esse dicenda?

GRĂCĬLĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *gracilis;* idem quod gracilitas. *Acetius* apud *Non. 2. 364.* Ista tua gracilitudo propemodum et luctus facit, ne dubitem.

GRĂCILLO, as, āre. Verbum intransitiv. a sono effictum; est enim idem ac glocio, proprium vocis gallinae. *Auct. carm. de Philom. 25.* Cucurrire solet gallus, gallina gracillat.

GRĂCĬLUS, a, um. V. GRACILIS §. b.

GRĂCŬLĂ, ae, f. Est femina graculi. *Gloss. Lat. Gr.* Gracula; κολοιός. V. loc. *Plin. 8. 41. 6.* allatum in voc. seq. §. 1. — **2)** Translate tanquam vox blandientis de puella apud *Salvian. ep. 4. ante med.* Illa ego vestra Palladia, vestra gracula, vestra domnula; cum qua his tot vocabulis quondam indulgentissima pietate lusistis, quae vobis per varia nomina nunc fui mater, nunc avicula, nunc domina.

GRĂCŬLUS, i, m. Est avis e corvorum genere, minor tamen, patenti hinedum gula, et grandibus unguibus, ut *Plin. 11. 79. 2.* et *ibid. 107. 1.* docet; *cornacchia*: a vocis sono *gra, gra* dicta, quae item cornix et cornicula appellatur. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 97. Müll.* Graculi a sono oris vocati: sive a gerendo dicti *(quasi* geraculi) quod secta segetum semina plurimum gerant: vel quod ex olivetis cubitum se recipientes, duas pedibus baccas, tertiam ore ferant. *Quintil. 1. 6. 57.* Cui non post Varronem sit venia? qui *agrum*, quod in eo agatur aliquid, et *graculos*, quia gregatim volent, dictos, Ciceroni persuadere voluit? cum alterum ex Graeco sit manifestum duci, alterum ex vocibus avium. — Huc spectat *Varr. 3. LL. 11. §. 76.* « Contra ab eo *gragulî*, quod gregatim, ut quidam Graeci greges γέργινα. » *Alii leg.* γάργαρα. Sed V. *Müller* ad *Fest.* sub. v. *Greges, p. 97. Müll. Isid. 12. Orig. 7. 45.* Graculus a garrulitate nuncupatus, non, ut quidam voluit, pro eo quod gregatim volent: cum sit manifestum, ex voce eum nuncupari; est enim loquacissimum genus, et vocibus importunum. *Plin. 8. 41. 6.* Graculi, merulae, perdices lauri folio annum fastidium purgant. *Alii hic leg.* graculae. *Phaedr. 1. 3.* Tumens inani graculus superbia. *Martial. 1. 116.* Sed quandam volo nocte nigriorem, Formica, pice, graculo, cicada. V. FRIGULO. — **2)** In Lemno insula haec avis olim culta fuit, quia inimica locustis regionem infestantibus. *Plin. 11. 35. 5.* Graculos quoque ob id colunt, adverso volatu occurrentes earum exitio. *Quidam Cod. habet* gragulos. Et hanc lectionem confirmat quoque *Charis. 1. p. 57. 19. Keil.* Gragulus; κολοιός. Cf. infra *Nota*. — **3)** *Nihil cum fidibus graculo*, proverb., nihil stolido, indocto cum ingenuis artibus: graculi enim incondita vox a sonis musicis est maxime abhorrens. *Gell. praef.* — **4)** *Graculus Aesopi* proverbio dicitur, qui alienis bonis, quasi furtivis pennis se ornat. *Tertull. advers. Valentinian. 13.* V. *Phaedr. 1. 3.*

Nota. Etymon vocis hoc additamento illustravit cl. *Furlanetto* ad h. v. §. 2. « Allatam *Festi* priorem et *Quintiliani* ac *Isid.* II. cc. supra §. 1. sententiam de vocis etymo confirmat Nummus apud *Morell. Fam. Rom.* in *G. Antestia n. 1.*, in cuius antica parte videre est, pone caput Palladis, litteras GRAG, in postica L. ANTES . . .; alius item eiusdem gentis ab *Eckhel, D. N. V. T. 5. p. 136.* ex *Oderico* allatus, in cuius postica est supra navim avicula, quam *Eckhelius* cum *Oderico* recte putat graculum esse; bini etiam eiusdem gentis Nummi penes *Barpt. Borghesium*, quorum alter in antica caput Herculis tantum, et in postica eandem aviculam supra navim habet; alter in antica, ppne idem caput Herculis, litteras GRAG, at in postica similis est praecedenti. Ex his itaque patet, aviculam illam modo solam, modo cum litteris GRAG indicare cognomen L. Antestii, quod *Gragulus* primum, deinde *Graculus* scriptum fuisse videtur; id enim saepissime fieri consuevisse in aliis Nummis, et vetustis monumentis, ut nimirum pro cognomine symbolum eiusdem usurparetur, iam constat inter Eruditos: porro *gragulus* et *graculus* diminutivi sunt a primitivis inusitatis *gragus*, et *gracus*, qui a κόραξ, κόρακος, et per syncopen κράκος, facillima permutatione litterarum *c* et *g*, derivantur: ut *audaculus* et *dioaculus* sunt ab *audax* et *dicax*. Adde ab *Aristoph.* in *Equit. v. 680.* et in *Nub. v. 588.* usurpari praeterit. κίκκαγκα, paenultima longa, de voce aspera et praefracta, qualis est graculi; κίκκαγκα vero ab inusit. κράγω, non a κράζω, esse apparet, unde etiam *Pindar. 5. Nem. v. 145.* graculos appellat κραγίτας κολοιούς, et *Varr.* apud *Quintil. loc. cit.* deceptus soni similitudine a *gregatim* deducebat. Hinc itaque est repetendum cognomen *Gracus*, quod insequenti tempore, cum scilicet septimo ab Urbe condita saeculo consonas geminare coepissent Romani, scriptum est *Graccus*, quod videre est in Nummis quamplurimis gentis Semproniae, in quibus est *Ti. Sempronius Graccus*, quodque olim obtinuisse affirmat etiam *Quintil. 1. 5. ante med.*; tandem vero *Gracchus* cum aspiratione scriptum est. Consule *B. Borghesium, Decad. Numism. 8. Osserv. 4.* » Cf. et §. 2. supra.

GRĂDĀLIS, le. Adiect. a *gradus;* ad gradus pertinens; gradarius. Hinc *gradalis pugna* dicitur a *Diomed. 3. p. 475. Putsch.*, in qua pede collato miles gradatim sensim procedit, urgetque hostem. — **2)** Hinc etiam *gradalis pes* metricus apud *Eund. ibid.* Unde non immerito, inquit, Melon hunc iambicum *Gradalem* quidam nuncupant, Gradivoque Marti augurant, quod gradariae pugnae huius effectu moveantur. *Cf.* GRADIVUS §. 2.

GRĂDĀRĬUS, a, um. Adiect. a *gradus;* qui gradatim agit. Hinc *gradarius equus* est, qui alternos pedes glomerando gradatim incedit, et sine succussatione sessorem molliter vehit; *che va di ambio, o portante Lucil.* apud *Non. 1. 60.* Ipse equu' non formosu', gradarius, optimu' vector. — **2)** *Gradaria pugna* apud *Diomed. 3. p. 475. Putsch.*, est gradalis. — **3)** Translate. *Senec. ep. 40. ad fin.* Cicero quoque noster gradarius fuit; *h. e.* non cursu, sed veluti gradu utebatur in dicendo, lente procedens, interpungens, et intermittens orationem.

GRĂDĀTIM. Adverb. a *gradatus;* per gradus; *di passo in passo, di grado in grado*. *Plin. 35. 24. 10.* Fossae, per quas profluat, cavantur: eae sternuntur gradatim ulice. *Varr. 3. RR. 5.* Oportet esse perticas inclinatas ad parietem, et in eis transversas gradatim modicis intervallis perticas annexas ad speciem cancellorum scenicorum. *Cic. ad Quirit. 2.* Honores, quos eramus gradatim singulos assecuti. *Gell. 14. 7.* Singulos debere consuli gradatim, incipique a consulari gradu. *Cic. 1. Nat. D. 32.* Gradatim pervenire aliquo; *h. e.* per figuram gradationem. *Id. 4. Acad. 16.* Cum aliquid minutatim et gradatim additur, aut demitur; *a poco a poco*. *Id. 9. Fam. 14. sub fin.* Pedetentim et gradatim accessum ad causam facere. *Plin. 2. ep. 6.* Gradatim habere amicos; *h. e.* divisos veluti per gradus, alios maiores, minores alios, alios infimos. *Id. 8. ep. 2. ad fin.* Quos non uno, ut dicitur, pertica, sed distincte, gradatimque tractavi; *uno meglio dell'altro*. *Cic. Partit. 15.* Augent etiam relata verba, iterata, duplicata, et ea quae ascendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora. *Id. 1. Tusc. 24.* Ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens *(puer)* eodem perveniat, quo si geometrica didicisset. *Id. Orat. 39.* Quum gradatim sursum versus reditur. *Id. 2. Tusc. 65.* Licet contrahere universitatem generis humani eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos.

GRĂDĀTĬO, ōnis, f. Abstractum a *gradus*, verbalium more effictum; graduum dispositio, aut series; *scalinata*. *Vitruv. 5. 3.* Lapideis et marmoreis copiis gradationes *(theatri)* ab substructione fieri debent. — **2)** Translate est apud Rhetores figura verborum, qua veluti per gradus ad quippiam dicendo pervenitur, et non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est, ut: Nam quae reliqua spes manet libertatis, si illis et quod libet, licet; et quod licet, possunt; et quod possunt, audent; et quod audent, faciunt; et quod faciunt, vobis molestum non est? Ita *Auct. ad Herenn. 4. 25.* Legitur etiam ipsa vox apud *Cic. 3. Orat. 54.* Monet autem *Quintil.*

Digitized by Google

9. 5. circa med. rariorem esse debere, quia apertiorem habet artem, et magis affectatam. Adde *9. 1. 34.*

GRĂDĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *gradus;* per gradus dispositus, in modum graduum factus; *fatto a gradi. Plin. 13. 7. 2.* Densis gradatisque corticum pollicibus. *Plin. alter, 5. ep. 6. ante med.* Maceriam gradata buxus operit, et subtrahit. — **B)** Item gradibus instructus, ut *absidae gradatae* apud *Augustin. 23. n. 5.* V. loc. in ABSIDA. — **B)** Apud Mathematicos *forma gradata* dicitur eadem, quae a Graecis *scalenos*, quod a minore modo veluti gradibus crescat ad maius, ut ait *Boëth. 2. Arithm. 25.*

GRĂDĀTUS, us, m. Abstractum a *gradus*, verbalium more effictum, idem quod gradatio, quam figuram rhetoricam significat. *Iul. Ruf. Rufinian. de Schem. lex. 17.* Climax Latine dicitur gradatus. *Alii leg.* gradatio. V. GRADATIO §. 2.

GRĂDĬCŬLUS, i, m. Deminut. a *gradus*, parvus gradus. — Translate. *Aquil. Roman. de fig. sentent. 40.* Climax ascensus nominetur a nobis; malo enim ascensum, quam scalam aut gradiculos, ut quidam, dicere.

GRĂDĬBĬLIS, le. Adiect. a *gradus;* verbalium more effictum; qui per gradus ascendi potest. *Auct. Itiner. Alex. M. 75.* Caucasum saxis incondite arduum, neque gradibilem, etc. Cf. loc. *Pacuv.* in voc. seq. §. 1.

GRĂDĬLIS, le. Adiect. a *gradus;* qui habet gradus, ut Gradile Genii templum; *h. e.* quod gradibus aedibatur. *Ammian. 25. 1.* — *Pacuv.* apud *Priscian. 196. 8. Keil.* Qua vix caprigeno generi gradilis gressio est. *Alii leg.* gradibilis. — **B)** *Panis gradilis* dictus, qui distribuebatur plebeiis hominibus, ac in diem viventibus, pro gradibus, qui in unoquoque Urbis regione erant pistrinis proximi. Multa hac de re habet *Cod. Theod. 14. 17. 5.* et *4.*, ubi prohibetur, ne panis gradilis, a pistoribus quotidie plebeiorum alimento praebitus, ex uno in alium gradum transferatur, et ne de officinarum conditoriis, sed ex gradibus distribueretur, ne scilicet, si populus per gradus in conditoria pistrinarum descendisset, turbae fierent; tunc enim dignosci minime posset, quis tesseram porrigeret, quis panem acceperit; praeterea cum ea conditoria furum et meretricum receptacula iis temporibus facta fuerint, vetabant leges, ne plebs vel cibi capiendi, vel libidinis explendae causa illuc descenderet, sed in summis eam gradibus consistere iubebant, ut palam omnia fierent. *Prudent. 1. in Symmach. 884.* Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis. *Id. 2. ibid. 948.* Quae regio gradibus vacuis ieiunia dira Sustinet? — **B)** Alia vero prorsus fuit distributio *per gradus*, de qua V. GRADUS §. 12.

GRĂDIOR, gradĕris, gressus sum, grădi. Verbum intransitiv. forma deponens, quod quidam a *gradus* ducunt, cum potius *gradus* alii a *gradior* factum dicant. — **b)** Infinitum *gradi* vereor ut sit in usu, praeterquam in compositis, inquit *Forcellinus* noster. Sed *gradi* habet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 97. Müll.*, sub v. *Grassari.* V. loc. in GRASSOR §. a. — **c)** Particip. *gradiens* § *1.* et seqq., *gressus* §. *1.*, *gressurus* §. 2. — **d)** Derivata, *gradalis*, *gradarius*, *gradatim*, *gradatio*, *gradatus*, *us*, *gradibilis*, *gradiculus*, *gradilis*, *gradivus*, *graduatio*, *gradus*, *gressio*, *gressus*, *us*, *gressutus*. Cf. GRALLAE et GRASSOR. — **e)** Composita, *aggredior*, *antegradus*, *antegradus*, *antegredior*, *bigradus*, *circumgredior*, *congradus*, *congredior*, *degrado*, *degredior*, *digredior*, *egredior*, *gradipes*, *gradivicola*, *herbigradus*, *ingredior*, *intergressus*, *introgredior*, *praegrado*, *praegredior*, *praetergredior*, *regrado*, *regredior*, *retrogrado*, *retrogredior*, *spissigradus*, *suggredior*, *supergredior*, *tardigradus*, *transgredior*.

GRADIOR proprie est pede incedo, eo, ambulo, hinc gradum facio, ascendo, progredior; *camminare, andare, procedere, avanzarsi. Cic. 2. Nat. D. 47.* Animalia alia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. *Plaut. Pseud. 4. 7. in fin.* Si graderere tantum, quantum loquere, iam isses ad forum. *Virg. 1. Aen. 316.* ipse uno graditur comitatus Achate. *Plaut. True. 1. 2. 25.* Tu fer contra manum, et pariter gradere; *vagli incontro. Id. Pseud. 3. 2. 7.* Si quo hic gradietur, pariter progrediminor. *Cic. 1. Tusc. 46.* Fidenti animo gradietur ad mortem. *Auct. B. Hisp. 39.* Cum Caesar gradiebatur Hispalim. *Martial. 12. 3.* prima gradiere Suburra. *Cic. 5. Tusc. 13.* Alias bestias natura nantes esse voluit, alias volucres, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes. *Virg. 6. Aen. 633.* gressi per opaca viarum. *Id. 10. ibid. 572.* Longe gradientem et dira frementem Ut videre. *Id. 5. ibid. 664. de Polyphemo.* Graduturque per aequor iam medium. *Id. 8. ibid. 538.* Post hinc ad naves graditur. *Id. 11. ibid. 555.* Graditur ad bellum crudele Camilla. *Ovid. 15. Met. 776.* gradiens ingenti passu. *Id. 11. ibid. 179.* Induiturque aures lente gradientis aselli. *Id. 2. ibid. 80.* Per tamen adversi gradieris cornua tauri. — Cum accusat. sui generis. — *Colum. 6. 3.* Uterque sexus *(mulus et mula)* et viam recte graditur et terram commode proscindit. — *Vulg. Interpr. Num. 20. 17.* Gradi via publica. Et *21. 22.* via regia. — **B)** Translate. *Lucret. 4. 529. de voce*, facitque Asperiora foras gradiens arteria clamor. *Id. 6. 1121.* Ut nebula ac nubes paullatim repit, et omne, Qua graditur conturbat et immutare coactat. *Auct. Itin. Alex. M. 6.* Ut in habiles res eidem gressuro scire esset ex facili inclinationem oceani. — **B)** Usurpatur sensu morali in utramque partem a Scriptoribus Ecclesiasticis. *Vulg. Interpr. Prov. 2. 7.* Proteget *(Dominus)* gradientes simpliciter. Et *6. 12.* Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso. Et *15. 120.* Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. Et *14. 2.* Gradi infami via. *Id. Mich. 2. 7.* Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui recte graditur? *Id. Isai. 65. 2.* Qui graditur in via non bona post cogitationes suas. *Id. Ezech. 20. 16.* Gradi post idola. *Id. Dan. 4. 34.* Gradi in superbia.

Nota. Constructio verbi est absoluta vel cum accusat. et praepos. *ad*, *per* (quae cum nomine *viam* aliquando omittitur), vel cum ablat. modi vel instrumenti vel cum ablat. et praepos. *cum*. — *Vulg.* autem *Interpr.* hebraicae linguae indolem sequutus etiam cum accusat. vel ablat. et praepos. *post*, *super*, *in*, *ante*.

GRĂDĬPES, ĕdis, omn. gen. Adiect. a *gradus* et *pes;* qui pede vel pedetentim graditur. Legitur haec vox in *Gloss. Arab. Lat.*, itemque de quorumdam Codd. MSS. lectione apud *Isid. 12. Orig. 7. 13.*, ubi genus quoddam avium est tarde gradientium, sed ibi alii rectius legunt *Bradypus*. V. BRADYPUS.

GRĂDĬVĬCŎLĂ, ae, comm. gen. Nomen a *Gradivus* et *colo;* qui colit Gradivum; *h. e.* Martem. *Sil. 4. 222.* Et Gradivicolam celso de colle Tudertem.

GRĂDĪVUS, i, m. Nomen proprie adiectivum et aliquando etiam adiectivorum more adhibitum, tanquam epithethon Martis, saepius vero absolute pro ipso Marte, qui ita appellatus est, vel a gradiendo in bella ultro citroque, inquit *Festus;* sive a vibratione hastae, quod Graeci dicunt *κραδαίνειν*: vel, ut alii dicunt, quia gramine sit ortus (unde ex flore quodam, ope Deae Florae, genitum fuisse, *Ovid.* fabulatur *5. Fast. 229.*), quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximae est honorationis. Haec *Fest.* seu potius *Paul.* eius breviator *p. 97. Müll. Serv.* autem ad illud *3. Aen. 35.* Gradivumque patrem, Geticis qui etc. Gradivum, inquit, *θοῦριον Ἄρεα*, idest exsilientem in proelia: aut gravem Deum patrem. Alii Gradivum, quod gradum inferat, qui pugnant: aut quod impigre gradiantur: aut quia Mars nunquam equester fuit, a gradu nempe. Haec *Servius:* qui ad *1. Aen. 296.* tradit, Martem, cum saevit, *Gradivum* dici; cum tranquillus est, *Quirinum:* ideo Romae duo eius templa fuisse, alterum Quirini intra urbem, quasi custodis, sed tranquilli; alterum Gradivi extra urbem, via Appia, prope portam, quasi bellatoris. — Prior syllaba communis est, ut ex subiectis exemplis patebit. — *Liv. 1. 20.* Salios duodecim Marti Gradivo legit. *Virg. 10. Aen. 542.* tibi, rex Gradive, tropaeum. *Ovid. 6. Met. 427.* Et genus a magno ducentem forte Gradivo. *Virg. 3. Aen. 35.* Nymphas venerabar agrestes, Gradivumque patrem, Geticis qui praesidet arvis. *Ovid. 2. Fast. 861.* Iure venis, Gradive. Adde *3. ibid. 677.*, *5. ibid. 556.* et *14. Met. 820.* Cf. voc. praeced. — **B)** Hinc iterum, adiectivorum more,

GRĂDIVUS, a, um. Est ad Gradivum pertinens. Sic *Gradivus* dictus est pes pyrrichius apud *Diomed. 3. p. 472. Putsch.* Apud Italos vero *(pes pyrrichius vocatur)* gradivus, a Gradivo *Ἄρεος καὶ Ἐνυοῦς*, id est Martis et Bellonae filio, quem eo primum pede usum poëtae fingunt, quod cum cacumina montium et difficilia callium concitato cursu caprae more superaret, quoties praedatoria vice grassaretur, citipedem hunc eorum sibi reperisse testificantur. Cf. GRADALIS §. 2.

GRĂDŬĀTĬO, ōnis, f. Abstractum a *gradus*, verbalium more effictum; distinctio in gradus; *graduazione. Cassiod. Complex. in Apocal. 17.* Secuta est bonorum facta graduatio.

GRĂDUS, us, m. Verbale a *gradior* (licet sint qui hoc ab ipso *gradu* deducant). Cf. GRADIOR §. 1. — **b)** Olim habuit in genitivo singulari *graduis*. Probat hoc *Non. 8. 89.*, allato *Varronis* testimonio. V. FRUCTUS §. c. — **c)** In dativo *gradu* habet *Lucil.* apud *Fest.* in *Remaligines p. 277. Müll.* « Meo gradu remoram facit, » pro *gradui*, ut *aspectu* pro *aspectui*. V. ASPECTUS §. b. — **d)** Apud Scriptores latentis Latinitatis etiam *gradus*, *i*, declinatur. Hinc *Auct. Itiner. Hierosolym. p. 587. Wess.* Ascenduntur usque ad summum montem gradi num. CCC. — **e)** Derivata et Composita V. sub v. GRADIOR suo loco.

GRADUS proprie est actus gradiendi, gressus; *passo*. *Cic. Univ. 6.* Ad hanc conversionem, quae pedibus et gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit. *Phaed. 3. 8.* Concito gradu properare. Et *2. 7.* Quieto et placido gradu sequi. *Cic. 2. Orat. 61.* Gradum facere; *far un passo, avanzarsi. Liv. 35. 1.* inferre; *andar innanzi. Plaut. Pseud. 2. 4. 17.* conferre alicui; *appressarsi. Senec. 2. Ira, 35.* A cursu ad gradum reduci; *dal corso al passo. Ovid. 14. Met. 145.* tremuloque gradu venit aegra senectus. *Liv. 26. 9.* Addere gradum; *accelerare il passo*. Sic *Horat. 1. Od. 5. 35.* corripere. *Virg. 4. Aen. 641.* celerare. *Id. 6. ibid. 465.* sistere; *fermar il passo*. Sic *Ovid. 6. Fast. 598.* sustinere. *Virg. 6. Aen. 128.* revocare; *tornar indietro*. Et *Ovid. 2. Fast. 502.* referre. *Stat. 8. Theb. 138.* vertere. Patron.

Digitized by Google

Satyr. 136. reducere. *Ovid. A. Art. am. 504.* ingentes ferre gradus; *fur passi grandi.* Et *Plaut. Trin. 3. 1. 22.* celeri gradu ire. Et *Epid. 1. 1. 11.* esse grandibus gradibus. *Trebon.* ad *Cic. 12. Fam. 16.* Pleno gradu ingredi; *camminar di buon passo. Liv. 4. 32. a med.* Instruciam aciem pleno gradu in hostem inducere. *Plaut. Poen. 3. 1. 19.* modico gradu ire. *Petron. Satyr. 80.* Gradum componere ad proeliandum; *postarsi in atto di battaglia. Virg. 3. G. 191. de equo.* Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare Compositis. *Quintil. 9. 4. ad fin.* Manibus invicem apprehensis gradum firmant; *formano bene il piede. Vulg. Interpr. Dan. 8. 18.* Tetigit me, et statuit me in gradu meo. Et *10. 11.* Intellige verba . . . et sta in gradu tuo. *Id. Habac. 2. 10.* Stabo et figam gradum super munitionem. *Salvian. 7. Gubern. D. 19.* Cum enim muliebrem habitum viri sumerent, et, magis quam mulieres, gradum frangerent; *h. e.* modico gradu irent, ut ait *Plaut.* loc. mox cit. — **2)** Translate. *Ovid.* de sorore Phaëthontis in arborem conversa, *2. Met. 352.* Illa dolet fieri longos sua brachia ramos. Dumque ea mirantur: complectitur inguina cortex; Perque gradus uterum, pectusque humerosque manusque Ambit; *h. e.* et gradiendo. — *Quintil. 5. Decl. 2.* Si fores ita tulerit, ibit ad poenam pleno gradu; *h. e.* libentissime. — *Cic. 1. Nat. D. 32.* A beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te venisse gradibus; *di grado in grado. Propert. 4. 1. 9.* Quo gradibus domus ista Rhemi se sustulit? *Vellei. 2. 1.* Non gradu, sed praecipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum. — **3)** Exinde varia dicendi genera explicantur sensu fere translato. Sic *deiicere de gradu*, de statu propellere, demovere de loco, ubi quis constitit: ductum a gladiatoribus pugnantibus. *Cic. 1. Offic. 25.* Constantis est non perturbari in rebus asperis: nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur. *Liv. 6. 32.* Quantum Romana se invexit acies, tantum hostes gradu moti. *Al. leg.* demoti; *respinti. Nep. Themist. 8.* Interim ab eodem, gradu depulsus est; *h. e.* ab eo statu, in quo erat adhuc valens superare hostes. *Senec. Constant. Sap. sub fin.* Iniurias vero, ut vulnera, alia armis, alia pectori infixa, non delectus, ne motus quidem gradu, sustinebat. *Modestin. Dig. 49. 16. 5.* Poenae militum sunt castigatio, pecuniaria mulcta, militiae mutatio, gradus deiectio; *deposizione, privazion della carica.* — **4)** *Stare in gradu*, ibi consistere, ubi semel steteris; *stare a piè fermo. Ovid. 9. Met. 42.* Digredimur paulum, rursumque ad bella coimus, Ioque gradu stetimus, certi non cedere; eratque Cum pede pes iunctus. — **5)** Hinc *de gradu pugnare*, stantem in vestigio pugnare; *combattere a piè fermo. Liv. 34. 39.* Non modo ad emittenda cum procursu tela spatium habebant, sed ne ut de gradu quidem libero et stabili conarentur. — **6)** Translate. *Senec. ep. 29.* Cum consuleretur, quid sentiret, non possum, inquit, tibi dicere: nescio enim quid de gradu faciat: tanquam de essedario interrogaretur; *h. e.* non est ex Peripateticis, qui deambulantes philosophabantur; sed velut mollis philosophus, in gestatione disserit. — **7)** *Gradum facere* translate est ab una re ad aliam transire, ita ut prior illa quasi gradus ad alteram sit. *Cic. 4. Verr. 1. ad fin.* Maioribus nostris in Africam ex hac provincia *(Sicilia)* gradus imperii factus est. *Quintil. 3. 6. 11.* Interim ad ea, quae sunt potentiora, gradum ex his fecisse contenti. — **8)** *Gradum facere* idem fere est, seu ingressum, aut accessum facere; *ingresso, introduzione. Cic. 2. Agr. 15.* Sed attendite animos ad ea, quae consequuntur: hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera factum intelligetis. *Al. leg.* factum. — **9)** Huc et illa pertinent *Eiusd. 7. Att. 23.* Quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres revertissent; *il principio, il primo passo.* Et *Har. resp. 20.* Atque hic P. Clodio gradus ad rempubl. hic primus est aditus ad popularem iactationem, atque ascensus. *Petron. Satyr. 4.* Laborum gradus facere; *scorrere per tutti i gradi delle fatiche letterarie.* — **10)** Deinde, sensu concreto,

II. *Gradus* est id per quod gradiendo transit, vel super quo quis graditur; idest scalarum pars, qua sursum deorsumve gradimur; *scaglione, gradino, scalinata:* et fere adhibetur in plurali numero, quia, ut *Varro 5. LL. 35.* docet, proprie gradus dicuntur de duplicatis scansionibus. *Cic. 4. Att. 1.* Gradus templorum ab infima plebe completi erant. *Ovid. 3. Pont. 2. 50.* Perque quaterdenos itur in illa gradus. *Cic. 5. Fin. 14. extr.* Multis gradibus ascendere. *Virg. 1. Aen. 452. de templo.* Aerea cui gradibus surgebant limina. Et *2. ibid. 442.* postesque sub ipsos Nituntur gradibus. *Caesin.* apud *Cic. 6. Fam. 7.* Quemadmodum scalarum gradus si alios tollas, alios incides, nonnullos male haerentes relinquas, ruinae periculum struas, non ascensum pares, sic etc. *Vellei. 2. 3.* Ex superiore parte Capitolii summis gradibus insistens. *Suet. Ner. 8.* Pro Palatii gradibus. *Id. Calig. 55.* Ita se proripuit e spectaculis, ut calcato lacinia togae praeceps per gradus iret. — In singulari numero. *Vitruv. 5. 3.* Cum dextro pede primus gradus ascenditur. — **11)** *Gradus* etiam erant in circo, theatro, et amphitheatro, in quibus spectatores sedebant; *gradinate:* de his mentio est in *Inscript.* apud *Marini, Frat. Arv. p. CXXX. n. XXIII.* Fratribus Arvalibus maeniano I. cuneo XII. gradibus marmoreis VIII. — In sing. num. et translate. *Horat. 1. Sat. 6. 40.* At Novius collega gradu post me sedet uno. — **12)** In huiusmodi gradibus Romae, et in municipiis et coloniis tesserae, et nummi viritim populo distribuebantur; hinc solemnis illa formula *per gradus* in *Inscript.* apud *Grut. 175. 8.* Ti. Claudius Chresimus ab honorem quinquennalitatis collegio dendrophorum Romanorum, quibus ex S. C. coire licet, argenti P. X. et H-S. X. milia N. reddedit, quae divisa sunt populo per gradus. *Alia* apud *Reines. cl. 6. n. 22.* Cuius dedicatione populo dedit H-S. M. CXXX. N., curionibus X. XIIII., Sodalibus Augustalibus X. X., et per gradus X. IIII.; *h. e.* plebi, quae in gradibus sedebat, viritim denarios quinque, cum curionum cuilibet quatuordecim, et Sodalium Augustalium decem dedisset. *Alia* apud *Don. cl. 9. n. 10.* Pane et vino singulis CCCCXII. per gradus divisis. — **13)** Translate a similitudine dicitur de iis rebus, quae veluti per gradus sunt dispositae. *Suet. Ner. 51.* Coma in gradus formata. *Quintil. 1. 6. 44.* Comam in gradus frangere. *Id. 2. 10. 47.* Caput in gradus atque anulos comptum. — **14)** Item a similitudine *gradus* dicuntur scalae in litore maris (vel ad ripas fluminum) ad ascendendum ad naves vel exscendendum, natura vel arte confecti ad instar graduum. *Val. Max. 3. 6. 1.* P. Scipio, quum in Sicilia augendo traiiciendoque in Africam exercitu, opportunum quaerendo gradum, etc. — Hinc *Gradus* dictus locus transitus in *Itiner. maritim. p. 507. Wess.* A Fossis ad Gradum Massilitanorum, fluvius Rhodanus. Et *ibid. p. 508.* A gradu per fluvium Rhodanum Arelatum. V. GRADUS in ONOM. — **15)** Universim vero translate et in utroque numero indiscriminatim, dicitur de iis, quorum alterum supra, infrave alterum ordine dispositum est, ut de cognationibus, honoribus, aetatis annis, etc.; *grado, condizione, posto.* De gradibus vero affinitatum consule *Isid. 9. Orig. 5.* et *6.* et V. *Stemma* cognationum et affinitatum sub v. AVUS in *Nota. Ovid. 13. Met. 141.*, sed enim quia rettulit Aiax, Esse Iovis proavos, nostri quoque sanguinis auctor Iuppiter est, totidemque gradus distamus ab illo. *Suet. Galb. 2.* Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Caesarum domum. *Inscr.* in *Annali dell'Istit. Archeol. a. 1857. p. 302.* Monumentum *(sic)* Vibianum, quod ex gradu hereditario possederat. — *Cic. Partit. 4.* Temporum servare gradus; *l'ordine de' tempi. Id. Brut. 32.* Oratorum aetates et gradus persequi; *h. e.* facultatem dicendi, qua unus est alio eloquentior, *Id. Orat. 18.* Omnes honorum gradus persequi. *Mat.* ad *Cic. 11. Fam. 28.* Fateor, me ad istum gradum sapientiae non pervenisse. *Horat. 1. Od. 3, 17.* Quem mortis timuit gradum, Qui etc.? *h. e.* quod mortis genus. *Cic. 5. Fam. 11.* In omni vel honoris, vel aetatis gradu. *Id. 1. Catil. 11.* Aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus efferre. *Id. in Senat. 1.* In altissimo dignitatis gradu collocati sumus. *Id. 1. Offic. 45.* Gradus officiorum, ut prima Dils immortalibus, secunda patriae, tertia parentibus, deinceps gradatim reliquis debeantur. *Nep. Con. 3.* Secundum gradum imperii tenere; *posto. Id. Eumen. 1.* Eodem gradu fuit apud Alexandrum; *h. e.* eodem loco amicitiae. *Cic. Rosc. Am. 47.* Suum cuique honorem et gradum redditum, gaudeo. *Id. 6. Phil. 7.* Quis est civis, praesertim hoc gradu, quo vos me esse voluistis? *di questo grado o rango.* — **16)** Speciatim, translatione ab alterutro sensu facta,

III. *Gradus* in re rustica est altitudo seu profunditas, quantum uno nisu fossor bipalium terrae imprimit; *una zappata. Colum. 3. 13. a med.* Non sulcum paulatim exaltare, et ita secundo, vel tertio gradu pervenire ad destinatam pastionis altitudinem, sed protinus etc. *Id. 4. 1.* Nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est, quam gradus soli crudi. Adde *11. 3. n. 10.* — **17)** Apud *Veget. 1. Veterin. 2.* et *32.* et *4. ibid. 2.* gradus sunt rugae in palato equi numero duodecim. — **18)** Item *gradus* a Mathematicis dicuntur partes circuli in sphaera, Graece μοῖραι; *gradi della sfera. Manil. 1. 579. de aequatore.* Quatuor et gradibus sua fila reducit ab aestu. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Isai. 38. 8.* Reversus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat. — **19)** Item a Grammaticis *gradus* dicuntur comparativum et superlativum. *Charis. 1. p. 112. 14. Keil.* Comparationum sunt ordines duo, secundus et tertius: dividuntur autem singuli in tres gradus; et est primus gradus absolutus, quem et primitivum dixerunt, secundus comparativus, tertius superlativus. Adde *Priscian.* aliosque Grammaticos et V. COMPARATIVUS et SUPERLATIVUS. — Ad hos gradus allusisse videtur *Ovid. 1. Fast. 605.* Magne, tuum nomen rerum mensura tuarum est; Sed qui te vicit, nomine maior erat. Nec gradus est ultra Fabios cognominis ullus: Illa domus meritis Maxima dicta suis. — **20)** Hoc eodem sensu de ordine numerorum usurpavit *Varr. 9. LL. 49. §. 87.* Gradus singularis est in utroque actu ab uno ad novem, denarius gradus a decem ad nonaginta, centenarius a centum ad nongenta. Ita tribus gradibus sex decuriae fiunt, tres miliariae et tres minores. — **21)** Item apud rei agrariae Scriptores *gradus* est una ex duodecim mensurarum generibus, quibus dispectores agrorum arens emetiebantur, quorum haec sunt nomina apud *Balb.* ad *Cels. p. 94. Lachm.* et *Boëth. 2. Euel. Geom. post init.*, miliarium, stadium, actus, decempeda (quae eadem et pertica), passus, gradus, cu-

Digitized by Google

bitus, pes, semipes (seu sextans), palmus, uncia, digitus. *Balb. l. c. p. 95.* Gradus habet pedes duos semis. — **22)** Apud Scriptores rei bellicae *gradus militaris* est ordo servandus a militibus in incessu. *Veget. 1. Milit. 9.* Primis meditationum auspiciis tirones militarem edocendi sunt gradum. V. integr. loc. — **23)** Denique apud Scriptores Ecclesiasticos *gradus* est locus in Ecclesia, ex quo lectio vel sermo habetur, suggestus, ambo; *ambones. Suggestio II. Germani et Iohann. epist. post Hormisdae ep. 40.* Suscepimus (libellum) et, praesente omni clero vel plebe, in gradu *(al. addunt* suo) a servo vestro Petro notario sanctae Ecclesiae Romanae est relectus. — Huc spectat et *Sidon. Carm. 16.* Seu te conspicuis gradibus venerabilis arae Concionaturum plebs sedula circumsistit. Cf. BEMA. — **24)** De canticis graduum V. in CANTICUM §. 6.

GRAECĀLIS, le. Adiect. a *Graeci;* ad Graecos pertinens. *Frontin. de colon. p. 116. Goes.* Lapides Graecales; h. e. Graecis litteris notati.

GRAECĀNĬCĒ. Adverb. a *Graecanicus;* Graecorum more, Graece. *Varr. 9. LL. 60.* Itaque dicimus hic Argus, cum hominem dicimus: cum oppidum, Graecanice hoc Argos, Latine hi Argi.

GRAECĀNĬCUS, a, um. Adiect. a *Graeci;* qui apud Graecos in usu est. *Plin. 18. 74. 6.* Intra centum annos inventa torcula Graecanica, mali rugis per cochleas bullantibus, etc. *Id. 36. 65. 1.* Pavimenti Graecanici genus (V. *Vitruv. 7. 4. sub fin.*). *Id. 34. 20. 3.* Graecanicus color. *Suet. Domit. 4.* Graecanica toga; h. e. pallium, inquit *Salmas. Serv.* ad *1. G. 45.* et *218.* Nigidius in sphaera Graecanica. V. SPHAERA. — **2)** Graecanici milites apud *Vulcat. Avid. Cass. 5.* sunt milites Romani Graecorum deliciis diffluentes. — **3)** *Varr. 10. LL. 5. sub fin.* Alia sunt *Graeca* nomina, alia *Graecanica:* illa nempe tota Graeca: haec ex Graecis ad Latinam consuetudinem traducta: quae et notha appellantur.

GRAECĀTĒ. V. CANACIUS.

GRAECĀTIM. Adverb. a *Graecatus, a, um,* more Graecorum. *Tertull. Pall. 4.* Graecatim depilari magis, quam amiciri. V. DEPILO.

GRAECĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *Graecor;* actus Graecandi. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Ἑλληνισμός; haec Graecatio. Cf. GRAECOLATIO.

GRAECĀTUS, us, m. Verbale a *Graecor;* mos, consuetudo Graecorum. *Tertull. Pall. 4. ad fin.* Cum ipsum hoc pallium morosius ordinatum, et crepidae Graecatum Aesculapio adulantur. *Alii male leg.* crepidae cretatae Graecatim.

GRAECĀTUS, a, um. Particip. verbi *Graecor.* — Comparat. *Graecatior,* infra. — Est Graecos imitatus: unde Graecatior epistola apud *Apul. Apol.* — *Tertull. Pall. 4.* Nisi aurum minime Graecatos decet.

GRAECĒ. Adverb. a *Graeci;* Graeca lingua; *in Graeco. Cic. 1. Orat. 54.* Cum ea, quae legerem Graece, Latine redderem. *Id. 3. Offic. 32.* Acilius, qui Graece scripsit historiam. *Id. 1. Tusc. 3.* Graece loqui. *Id. 2. Orat. 66.* Graece scire; *saper di Greco.*

GRAECESSO. V. GRAECISSO.

GRAECĬENSIS, se. Adiect. a *Graeci;* qui apud Graecos in usu est, Graecanicus. *Plin. 4. 18. 14.* Mare Graeciense. *Gell. 19. 10.* Offendimus eum cubantem in scimpodio Graeciensi.

GRAECĬGĔNĂ, ae, comm. gen. Nomen a *Graecus* et *gigno,* unde *genus;* qui genere Graecus est. *Augustin. 18. Civ. D. 18. sub fin.* Blandiuntur Graecigenis, alienigenas persequuntur.

GRAECISCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *Graecor.* — Legitur in utroque *Gloss. Lat. Gr.* Graeciscat; ἑλληνίζει; et *Gr. Lat.* Ἑλληνίζω; Graecisco. Cf. voc. seq.

GRAECISSO, as, āre. Verbum intransitiv. a *Graeci;* Graecos imitor, Graece, γραικίζω; *Graecizare. Plaut. Men. prol. 11.* Atque adeo hoc argumentum Graecissat, tamen non Atticisat; verum Siculicissat. *Dionys. Exig.* vertens ep. *Proterii* ad *Leonem pap. ad fin.* Ne forte graecissantes potius apud nos, nec iam valentes haec diligenter exprimere, etc. *Potamius, Tract. 1. de Lazaro post med.* Hebraeas voces graecessando *(sic in omnibus Codd. MSS.)* tractis in unum singulitibus mixtas Salvatoris in laudibus expiabant. Adde *Charis. p. 545. 22. Keil.* et *Priscian. 1. p. 453. 16. ibid.* Cf. GRAECOR et GRAECISCO.

GRAECĬTAS, ātis, f. Abstractum a *Graecus;* litteratura Graecorum, et praecipue Graecus sermo. *Impp. Theodos. et Valentinian. Cod. Theod. 14. 9. 3.* Facundia Graecitatis pollere.

GRAECŎLĀTĬO, ōnis, f. Abstractum a *Graeculus;* usus loquendi Graecorum more. *Gloss. Gr. Lat.* Βαρβαρισμός; Graecolatio. *Alii leg.* Graecolatim, *sed minus recte.* Cf. GRAECATIO.

GRAECOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., idem origine et significatione ac *Graecisso,* quod V. — Particip. *Graecatus* V. suo loco. — Est Graecos imitor. *Horat. 2. Sat. 2. 11.* vel si Romana fatigat Militia assuetum Graecari; h. e. exercere se ludis, qui apud Graecos in usu sunt. Adde *Priscian. 1. p. 431. 25.* et *433. 21. Keil.*

GRAECŬLUS, a, um. Deminut. a *Graecus,* quod est nomen gentis, de quo V. in ONOM., quodque a Latinis Scriptoribus fere in contemptu ponitur, tum quia Graeca natio devicta erat: tum quia Romam ventitantes, quamlibet artem lucelli causa professi, passim levitatis, mollitiei, assentationis, fallaciaeque nomine despiciebantur. *Iuvenal. 3. 76.* Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes, Augur, schoenobates, medicus, magus: omnia novit Graeculus esuriens: in caelum iusseris, ibit. *Cic. 1. Orat. 22.* Quid mihi nunc vos, tanquam alicui Graeculo otioso et loquaci, et fortasse docto atque erudito, quaestiunculam imponitis? *Id. Flacc. 10.* Motus quidam temerarius Graeculae concionis. *Id. 1. Tusc. 55.* Ineptum sane negotium, et Graeculum. *Id. Pis. 29.* Reprehendere aliquem, ut Graeculum, ut assentatorem. *Flor. 2. 7.* Vulnera non Graeculo ferro, sed ingentibus pilis edacta. *Id. 4. 2.* Massilia Graecula civitas. — **2)** *Graeculus* per contemptum dictus est Hadrianus Aug., teste *Spartiano Hadrian. 1.*, quia is impensius imbutus esset Graecis studiis, ingenio eius sic ad ea declinante. — **3)** *Graecula mala,* apud *Plin. 15. 15. 2.* et *Graeculae vites,* apud *Eund. 14. 4. 5.* et *Colum. 3. 2. a med.* a regione Graeciae denominata sunt. — **4)** *Graecula rosa* foliis est ita convolutis, ut, nisi manibus cogantur, apertam rosam non ostendant. *Plin. 21. 10. 4.* et *26. 27. 2.*

GRAECUS, a, um. Adiect. a *Graeci,* quod est nomen populi, qui Graeciam incolebat, apud Latinos Scriptores in quibusdam dicendi generibus aliquando usurpatum, quae ex consuetudine in linguae commodis usum quoque transiisse videntur; quaeque hic exhibentur, pro reliquis ad ONOM. lectorem remittentes. — Idem monendum est etiam de vocibus hucusque allatis, quae ab hac origine ducunt. Cf. et voc. seqq. — Itemque de compositis, *congraeco, pergraecor, semigraeco, semigraeculus, semigraecus.* — Est autem

GRAECUS, ad Graecos pertinens. *Cic. 3. Verr. 36.* Graeco more bibere; h. e. ut *Ascon.* interpretatur, συμποτὰ κυκεῶνα πίνειν; merum cyathis libare, salutando primum Deos, deinde amicos suos nominatim: nam toties merum bibebant, quoties et Deos, et caros suos nominatim vocabant. De vinis Graecis V. *Plin. 14. 16. 1.*, coll. *Cassiod. 12. Var. 4.* et V. AMINEUS in hoc *Lexico* et in ONOM. sub AMINAEUS. — *Cic. Brut. 20.* Studere Graecis litteris. *Id. Arch. 10.* Graeca leguntur in omnibus fere gentibus; h. e. res Graece scriptae. — *Plaut. Asin. 1. 3. 47.* Graeca fide mercari; h. e. praesenti pecunia iuxta illud, δὸς, καὶ λαβέ, nihil nobis credentibus iis, qui venduut, tanquam si Graeci simus, qui fluxae fidei habebantur. (De levitate Graecorum multa *Cic. Flacc. 4.* et *5.*). — *Macrob. 2. Saturn. 14.* Graeca nux; h. e. amygdala; *mandorla:* ut *Cloatius ibid.* interpretatur. — *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 6. in fin.* Pantherae Graecae; h. e. in Graecia Asiatica captae. — **2)** De scalis Graecis V. SCALAE. — **3)** Quaenam fuerit *via Graeca* memorata a *Cic. 7. Fam. 1. circa med.* obscurum est. Est qui putat fuisse partem Appiae viae octo stadiorum, vel diverticulum eius in Campania, quae ab Hercule strata fuisse credita est. — **4)** De Graecis calendis V. CALENDAE §. 7. — **5)** *Graecum pecus* apud *Plaut. Mere. 3. 1. 27.* fortasse sunt oves Tarentinae. — **6)** *Graeca rosa* species est rosae, Graecis λιχνὶς dictae, in humidis locis provenientis, violae magnitudine, foliis quinque tantummodo, odore nullo. *Plin. 21. 10. 4.* — **7)** *Enn.* apud *Fest.* post *Regium p. 286. Müll.* ipsos Romanos *Graecos* appellat, non quod initio Romani Graece loquerentur, sed quia olim lingua Graecae gentis fuerit eadem ac Latina, parum prolatione mutata. Hoc autem verum esse, indicat origo eius, quae videtur quasi Graecae usurpatio. Haec *Fest.* ex lectione *Scaligi.* Cf. *Müller* ad *Fest. l. c.* — **8)** Graeca res est nihil velare, at contra Romana ac militaris, thoracas addere, inquit *Plin. 34. 10. 1.* loquens de more statuarum effingendarum apud utrumque populum. — **9)** Denique *Graecus* ab Ethnicis per contemptum vocabatur Christianus. *Hieronym. ep. 58. n. 3.* Si tunica non canduerit, statim illud e trivio: Impostor et Graecus est. *Id. ep. 54. n. 3.* Ubicumque viderint Christianum, statim illud de trivio: ὁ γραικὸς, ὁ ἐπίτης. — Contra Christiani Graecos vocabant omnes gentiles. V. GENTILIS §. 8.

GRĂFĬĀRĬUM, etc. } V. GRAPHIARIUM, etc.
GRĂFĬUM, etc. }

GRĀGŬLUS. } V. GRACULUS §. 2. et in *Nota.*
GRAGUS, i, }

GRAIĒ. Adverb. a *Graius;* h. e. Graecus; Graece. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 525.*

GRAIŬGĔNĂ, ae, comm. gen. Nomen a *Graius* et *gigno,* unde *genus;* Graius genere, Graecus; *Greco. Pacuv.* apud *Cic. 2. Nat. D. 36.* Graiugena de isto aperit ipsa oratio. *Virg. 3. Aen. 550.* Graiugenûmque domos, suspectaque linquimus arva: pro *Graiugenarum. Catull. 64. 56.* Graiugenasque domos. *Stat. 6. Theb. 215.* Graiugenae reges. V. GRAECUS supra, et GRAIUS in ONOM.

GRALLAE, ārum, f. Sunt ligneae perticae furculas habentes, quibus innituntur, qui iis incedunt; *trampoli, sanche:* a *gradiendo,* unde *grada, gradula, gralla.* Inventae sunt a pantomimis ad Panas, sive Aegipanas repraesentandos, quorum exsucci pedes, ac crura non aliter melius repraesentari poterant, quam ligneis illis pedibus ac cruribus grallatorum. Ita *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Grallatores p. 97. Müll. Varr.* apud *Non. 2. 361.* Grallatores, qui gradiuntur grallis. Sic

Digitized by Google

illi animi nostri sunt, grallae crura ac pedes nostri, ex se ἀκίνητοι, sed ab animo moventur. Cf. vocc. seqq.

GRALLĀTOR, ōris, m. Nomen a *grallae*, verbalium more effictum; qui grallis graditur. Speciatim grallatores pantomimi appellabantur, qui ut Aegipanas in saltatione imitarentur, grallis incedebant. *Plaut. Poen. 5. 1. 27.* Vinceretis cervum cursu, vel grallatorem gradu. V. vocem praeced. — *Gloss. Lat. Gr.* Grallatores *(alibi* grallatores; παιγνιοπαίκται.

GRALLĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. a *grallator;* ad grallatorem pertinens, ut Grallatorius gradus; idest magnus, quales solent esse grallatorum. *Plaut. in suppos. Amph. ac.* Dii vostram, 53. Sive grallatorius, sive testudineus gradus fuerit. Cf. vocc. praecedd.

GRĂMĂ, ae, f. V. GRAMIAE §. a.

GRĀMEN, ĭnis, n. Nomen parum certae originis, de qua tamen haec profert *Isid. 17. Orig. 9. 104.* « Gramen a situ potius dictum, quod plurimorum agrorum sit. Unde illud Graeci ἔγρωστιν vocaverunt; licet omnis herba *gramen* vocetur, ab eo quod *germinetur;* sicut robur omne lignum, licet sit et species, ab eo quod firmissima. » Cf. infra §. 3. et 6., *Hieronym. ep. 19.* et *Serv.* ad *12. Aen. 119.* — Sunt autem qui derivant etiam a γράω; comedo. — **b)** Derivata, *graminosus, graminosus.* — **c)** Compositum, *ingramĭnatus.*

GRAMEN proprie ac universim est herbae genus omne, et praesertim quod in animalium pabulum cedit; *arba. Horat. 4. Od. 7. 1.* Diffugere nives: redeunt iam gramina campis, Arboribusque comae. *Id. Epod. 2. 21.* Iacere in tenaci gramine. *Id. 1. Od. 15. 30.* Cervus Graminis immemor. *Virg. 8. Ecl. 25.* nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam; *nè toccò filo d' erba.* Et *4. G. 63.* cerinthae ignobile gramen. *Liv. 1. 24.* Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. V. SAGMEN. *Iustin. 36. 4.* Omissa deinde regni administratione, hortos fodiebat, gramina seminabat. *Lucret. 2. 29.* Prostrati in gramine molli. *Id. 2. 660.* Ex uno tondentes gramina campo Lanigerae pecudes. — *Virg. 3. Aen. 471.* Coluber, male gramina pastus; *h. e.* herbas venenatas. — *Propert. 2. 29. 17.* Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores. *Quintil. 5. 8. 1.* Gustu cuiusdam apud Lothophagos graminis. — *Virg. 12. Aen. 413.* Non illa feris incognita capris Gramina; *h. e.* dictamnus. *Ovid. 7. Met. 137.* Neve parum valeant a se data gramina. — *Vulg. Interpr. Isai. 37. 27.* Facti sunt sicut foenum agri et gramen pascuae. — **2)** Gramen est etiam culmen ipsum, vel arundo plantarum, quas frumentaceas, miliaceas, et arundinaceas vocant *Botanici.* Hinc *Virg. 7. Aen. 808.* Illa vel intactae segetis per summa volaret Gramina. — **3)** Apud *Stat. 2. Silv. 1. 187.* *munera graminis Indi* sunt costum. — **4)** *Gramen florum* apud *Martial. 9. 91.* sunt gramina sparsa floribus, ut in pratis verno tempore. — **5)** Speciatim et quasi proprio vocabulo

II. *Gramen* est etiam peculiaris herbae nomen, Italice *gramigna*, geniculatis internodiis serpentis, crebroque ab his et ex cacumine novas radices spargentis, foliis fere in exilitatem fastigatis: qua non alia gratior iumentis, sive viridis, sive in foeno siccata sit, ut describit *Plin. 24. 118. 4.*, ubi et eius usus in medicina. — Huc spectat et loc. *Isid.* allatus supra §. a. — **6)** Nomina et virtutes huius herbae refert *Apul. Herb. 78.* Graeci agrostin, alii haematicon, alii amaxitin, alii aegicon appellant, Latini gramen, alii asyphylium, alii uniolam, V. AGROSTIS.

GRĂMĬAE, ārum, f. Vox Graeca, γλάμη, pro qua Latini, liquida permutata, *gramias* dixerunt, vel *glamas*, ut ait *Fest.* apud *Fest. Diac. p. 96. Müll.*, quae vox magis Graecae allatae respondet, cui consonat etiam *Gloss. Gr. Lat.* Λάμη; glama; quamvis et *grama* legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Grama; λάμη, et apud *Tertull.* loc. mox cit. Cf. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 467.*, ubi *gramas* et *gramae* scribuntur. Cf. *Müller* ad *Fest. l. c.* — **b)** Derivatum, *gramiosus.*

GRAMIAE sunt oculorum vitia, ut docet *Fest.* loc. supra cit., Italice *cecche.* *Nonius* vero *2. 559.* Gramia, inquit, pituita oculorum. *Caecilius:* Gramiosis oculis ipsa, atratis dentibus; *cisposi. Plin. 25. 96. 1.* Crethmon agrios gramias oculorum tollit impositus; *le cisposità.* Cf. LEMA. — *Gramas. Tertull. advers. Valentinian. 24.* Si fusile et fluxile liquoris est qualitas, liquor autem omnis de Sophiae fletibus fluxit, sequitur, ut limum ex pituitis et gramis Sophiae constitisse credamus. Adde loca citata supra §. a.

GRĀMĬNĔUS, a, um. Adiect. a *gramen;* gramen habens, gramine obductus; *arboso. Virg. 5. Aen. 287.* Gramineus campus. Et *6. ibid. 642.* Gramineae palaestrae. Et *8. ibid. 176.* Gramineum sedile. Et *12. ibid. 119.* Gramineae aras; *h. e.* herboso cespite contectae. — *Liv. 7. 37.* Graminea corona obsidionalis. *Plin. 22. 4. 1.* et *36. 1.* multa de ea: itemque *Gell. 5. 6.* — **2)** *Gramineae hastae* sunt ex arundine Indica, Itali dicunt *canna d' India*, qua utebantur Veteres pro hastis: de quibus ita *Plin. 16. 66. 8.* Arundini quidem Indicae arborea amplitudo; quales vulgo in templis videmus; *h. e.* in manibus simulacrorum, quemadmodum de Minerva Atheniensi ita refert *Ampel. 8.* Ipsa autem Dea habet hastam de gramine. *Cic. 6. Verr. 36.* Etiamne gramineas hastas *(eripuit)?* vidi enim vos in hoc nomine commoveri, quod erant huiusmodi, ut semel vidisse satis esset; in quibus neque manu factum quidquam, neque pulcritudo erat ulla, sed tantum magnitudo incredibilis. *Cic.* hic loquitur de aede Minervae, quae Syracusis erat, a Verre spoliata. V. *Serv.* ad *Virg. 3. Aen. 287.*

Nota. Discrimen inter *gramineum* et *graminosum* tradidimus supra sub v. FRONDOSUS in *Nota.*

GRĀMĬNŌSUS, a, um. Adiect. a *gramen;* plenus gramine, herbosus; *pieno di gramigna, erboso. Colum. praef. l. 1. a med.* et *l. 6.* Quid silvester ager, quid humidus et graminosus, quid siccus et spurcus recusaret. Adde *7. 9.* Cf. voc. praeced. in *Nota.*

GRĂMĬŌSUS, a, um. Adiect. a *gramias;* ad gramias pertinens, ut gramiosi oculi apud *Caecilium.* V. loc. in GRAMIAE §. 1.

GRAMMĂ, ae, f. Vox Graeca, γράμμα, eiusdem originis, ac sequens *gramma, ătis,* quam V., qua significatur linea; *linea. Macrob. 1. Somn. Scip. 5.* Superficies lineis terminatur, quas suo nomine grammas Graecia nominavit. — Cf. Derivata et Composita in voc. seq. §. b. et c., coll. §. 1.

GRAMMĂ, ătis, n. Vox Graeca, γράμμα; littera, quae est a γράφω; scribo, Latina quoque civitate donata; unde plura sunt quoque vocabula — **b)** derivata; nempe *grammateus, grammatias, grammatica, grammaticalis, grammaticaliter, grammatice, grammaticus, grammatista, grammatus, grammicus.* V. voc. praeced. — **c)** Et composita, *agrammatos, diagramma, epigramma, euthygrammos, grammaticomastyx, grammatodidascalus, grammatophylacium, orthogrammus, paragramma, polygrammos, programma.*

GRAMMA proprie est littera, sed hoc sensu non reperitur in usu apud Latinos Scriptores, si excipias locum *Apul. Herb. 107.* Olysatrum thyrso molli, cavo atque celso, velut scripturis notato, quas Graeci grammata vocant. *Alii enim leg.* Graecis litteris γράμματα; *alii etiam, sed minus recte,* grammas. — **2)** Speciatim vero significat pondus duorum obolorum: quod Latini vertentes, *scriptulum* et *scriptium* dixere. *Fann. de ponderib. 8.* Semoboli duplum est obolus, quem pondere duplo Gramma vocant: scriptium nostri dixere priores. Alia huius appellationis ratio *ibid. 25.* a *Fannio* adducitur, quia nimirum uncia fit drachmis bis quatuor: drachmae scriptlis ternis constant: uncia itaque viginti quatuor grammata habet, quot scilicet sunt Graecae litterae.

GRAMMĂTEUS, i, m. Vox Graeca, trisyllab. γραμματεύς; *h. e.* scriba, qui in tabulis res rationesque publicas perscribit; *notario, eanselliere. Apul. 11. Met.* Unus, quem cuncti grammatea dicebant. *Grammatea* est accusat. Graecae positionis. — Legitur et in *Inscr.* Graeca, sed Latinis litteris exarata, apud *Orelli, n. 3222.* — **2)** Speciatim *grammatei* apud Hebraeos dicebantur legis periti; *h. e.* legis divinae Iudaeis traditae et traditionum doctores ac interpretes, quique saepe cum Pharisaeis coniunctim memorantur in texta Graeco Novi Testamenti. Hinc in *Actis S. Pionii et Socior. MM. n. 12.* Quamquam nos oporteat aliquid plus habere iustitiae, quam grammathei *(lege* grammatei) Pharisaeique habuerunt.

GRAMMĂTĬAS, ae, m. Vox Graeca, γραμματίας, qua significatur gemma ex iaspidum genere, similis smaragdo, per transversum linea alba praecincta, quae ab orientalibus populis pro amuleto gestari solet. Haec ex *Plin. 37. 37. 4.* Ita autem vocatur a γράμμα; linea, quia lineis praecingitur. — *Faust. Corsi, Pietr. antich.* docet hodie appellari *diaspro verde fasciato.*

GRAMMĂTĬCĂ, ae, f. V. GRAMMATICUS §. 2.

GRAMMĂTĬCĀLIS, le. Adiect. a *grammatica;* ad grammaticam spectans; *grammaticale:* ut Grammaticales figurae, *Sidon. 7. ep. 9.* Grammaticalis palaestra, *Id. carm. 23. 212.*

GRAMMĂTĬCĀLĬTER. Adverb. a *grammaticalis;* more Grammaticorum; *grammaticalmente. Trebell. Poll. in XXX. Tyrann. 10.* Coepit quasi grammaticaliter declinare.

GRAMMĂTĬCĒ. Adverb. a *grammaticus;* more Grammaticorum, vel ex regulis grammaticae; *grammaticalmente.* Grammatice loqui, est ubi cura sermonis vitium non admittitur; Latine loqui, ubi Latina consuetudo, urbanitasque servatur. *Quintil. 1. 6. 27.* Quare mihi non invenuste dici videtur, aliud esse Latine, aliud grammatice loqui.

GRAMMĂTĬCĒ, *Graeca positione,* es, f. V. GRAMMATICUS §. 2.

GRAMMĂTĬCŎMASTIX, īgis, m. Vox Graeca, γραμματικομάστιξ, qua significatur flagrum, seu flagellum Grammaticorum. Legitur inter titulos *Edyll. 12.* apud *Auson. Sibylla* apud *Lactant. 1. 7.* Ἀκάματος δάμαντας ὑπαὶ μαστιγι θεοῖο.

GRAMMĂTĬCUS, a, um. Adiect. a *gramma.* — Comparat. *grammaticior* §. *1.* — Est ad grammata, *h. e.* ad litteras pertinens, speciatim vero ad eam scientiam vel artem spectans, quae in litteris occupatur; *grammatico, grammaticale. Quintil. 1. 5. 34.* Ars grammatica. *Id. 9. 5. 2.* Possis illud grammaticum, hoc rhetoricum magis dicere. *Auct. ad Herenn. 4. 12.* Haec qua ratione vitare possimus, in arte gramma-

Digitized by Google

tica dilucide discemus. *Horat. 1. Ep. 19. 40.* Non ego, nobilium scriptorum auditor et ultor, Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor. *Boëth. in Categ. Aristot. 3. p. 256. Migne.* Grammaticior enim alter altero dicitur. — **2)** Absolute, substantivorum more,

GRAMMATICA, ae, et *Graeca positione,* Grammatice, es, f. Est ars emendate loquendi et scribendi; *grammatica:* idest sine soloecismis, barbarismis, erroribus pronunciationis, et orthographiae, et aliis vitiis orationis barbarae, obscurae, inornatae: a γράμμα; littera, quia Veteribus eo nomine censebatur γραμματιστική; hoc est ars legendi scribendique. Sero enim praecepta recte loquendi observata, inque artem congesta sunt: tunc vero grammaticae fines latissime prolati, ut infra §. 5. dicemus, artique bonos additus. *Cic. 3. Fin. 2.* Quamquam ea verba, quibus ex instituto veterum utimur pro Latinis, ut ipsa philosophia, ut rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, musica, quamquam Latine ea dici poterant, tamen quoniam usu praecepta sunt, nostra ducamus. *Quintil. 2. 1. 4.* Et grammatice (quam in Latinum transferentes litteraturam vocaverunt) fines suos norit, praesertim tantum ab hac appellationis suae paupertate, intra quam primi illi constitere, provecta: nam tenuis a fonte, assumptis poëtarum, historicorumque viribus, pleno iam satis alveo fluit: eum praeter rationem recte loquendi, non parum alioqui copiosam, prope omnium maximarum artium scientiam amplexa sit. *Mar. Victor. 1. 1. 6.* Ut Varroni placet, Ars grammatica, quae a nobis litteratura dicitur, scientia est eorum, quae a poëtis, historicis, oratoribusque dicuntur ex parte maiore . . . Ut Aristoni placet, Grammatice est scientia poëtas et historicos intelligere, formam praecipue loquendi ad rationem et consuetudinem dirigens. Adde *Suet. Grammat. 1., 2., 3.,* etc. et *Quintil. 1. 4. 2., 1. 5. 1.* etc. Cf. infra §. 5. — **3)** Item in plur. num.

GRAMMATICA, ōrum, n. Sunt res grammaticae, studium litterarum. *Cic. 1. Orat. 42.* In grammaticis poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio. *Fulgent. 3. Mythol. 10.* In Grammaticis prima lectio, secunda articulatio. — **4)** Item

GRAMMATICUS, i, m. Est qui grammaticam docet. *Cic. 2. Tusc. 4.* Ut si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur. *Senec. ep. 95. post med.* Grammatici custodes Latini sermonis. — **5)** *Grammatici* olim *litterati,* vulgo appellantur (inquit *Cornel. Nep.* apud *Suet. Grammat. 4.*) qui aliquid diligenter et acute scribere possunt, aut dicere: sed proprie dicti sunt viri eruditissimi atque elegantissimi, non qui grammaticam docerent, sed qui poëtas, historicos, oratores interpretarentur, ut Donatus, Festus, Nonius, Asconius et alii, qui fabularum Graeciae, antiquitatum Romanarum, legum, omnium denique rerum cognitione et scientia praestiterunt. Iidem *critici* vocabantur, quod de omni genere scriptorum iudicarent. *Cic. 1. Divin. 51.* Sunt enim harum rerum explanatores, ut grammatici poëtarum. V. *Quintil. 2. 1. 4.*, cuius verba supra §. 2. retulimus, *Senec. ep. 88.* et *Capell. 3. p. 81.* ubi officium Grammaticae persequitur, et *Fulgent. 3. Mythol. 10.* — *Cod. Theod. 6. 21. 1.* Grammaticos Graecos Helladium et Syrianum, Latinum Theophilum . . . placuit honorari codicillis comitivae ordinis primi. *Id. 13. 3. 11.* Per omnem dioecesim commissam magnificentiae tuae frequentissimis in civitatibus, quae pollent et eminent claritudine, praeceptorum optimi quique eruditendae praesideant iuventuti, rhetores loquimur et grammaticos Atticae Romanaeque doctrinae, etc. *Inscr.* apud *Orelli,* n. *1200.* Grammaticus lectorque fui, etc. Adde *alias ibid. n. 1197–1199.* — **6)** Grammaticus dictus est etiam notarius, scriba, legis peritus. — *Vulg. Interpr. Ital. Isai. 33. 18.* Ubi sunt grammatici? ubi consiliatores? *LXX. Interpr.* hoc loco habent γραμματισταί, quod fortasse mutandum est in γραμματεῖς, vel eodem sensu interpretandum. Cf. GRAMMATEUS §. 2.

Nota. *Grammatici* differunt a *Grammatistis,* seu *litteratoribus,* etsi eos etiam *litteratores* vocitatos fuisse *Messala Corvinus* auctor est. Nam *grammatici,* seu *litterati* absolute et perfecte docti erant, *grammatistae,* seu *litteratores* tenuiter eruditi erant, et in malam partem appellabantur. *Suet. Grammat. 4.*

GRAMMĂTISTĂ, ae, m. Vox Graeca, qua significatur qui mediocriter grammatica est eruditus; *gramaticuzzo;* γραμματιστής. *Suet. Grammat. 4.* Grammaticum absolute, grammatistam mediocriter doctum putant. V. voc. praeced. in *Nota.*

GRAMMĂTŎDĪDASCĂLUS, i, m. Vox Graeca, γραμματοδιδάσκαλος; h. e. grammaticae magister; a γράμματα; litterae, et διδάσκαλος; magister; *maestro di grammatica. Capell. 3.* §. *229.*, ubi tamen alii rectius Graecis litteris scribunt.

GRAMMĂTŎPHŸLĂCĪUM, ii, n. Vox Graeca, qua significatur tabularium, locus, ubi tabulae et instrumenta publica asservantur; *archivio, cancelleria,* γραμματοφυλάκιον: a γράμματα; litterae, et φυλάσσω; custodio. *Ulp. Dig. 48. 19. 9.* Archio forte, vel grammatophylacio.

GRAMMĂTUS, a, um. Adiect. a *gramma;* ad grammam pertinens. Hinc *grammatus terminus* apud *Auct. ll. 1. Colon. p. 250. Lachm.;* h. e. grammis seu lineis notatus. Sed fortasse scribendum est *gamma-tus.* V. hanc voc.

GRAMMĪCUS, a, um. Adiect. a *gramma;* ad grammam, h. e. lineam pertinens, linearis; ut Deformationes grammicae; h. e. designationes, quae per lineas fiunt, *Vitruv. praefat. l. 3. sub fin. Id. 9. 1.* Grammicis rationibus explicare.

GRĂNAEUM, i, n. V. GRANEA §. 2.

GRĂNĀRĬĂ, ōrum, n. V. voc. seq.

GRĂNĀRĪUM, ii, (in *Onom. Lat. Gr.*), frequentius vero in plur. num. *Granaria, ōrum,* n. Nomen a *granum,* est enim locus in horreis, in quo *grana* frugum reponuntur; *granaio. Varr. 1. RR. 57.* Triticum condi oportet in granaria sublimia, quae perflentur vento. Et max. Quidam granaria habent sub terris; speluncas, quas vocant σιροὺς, ut in Cappadocia ac Thracia: alii, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi et Oscensi: sic conditum triticum manet vel annos quinquaginta, milium vero plus annos centum. Supra terram granaria in agro quidam sublimia faciunt, ut in Hispania citeriore, et in Apulia quidam, quae non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subtus a solo ventus refrigerare possit. *Pers. 5. 110.* Iam nunc granaria laxes. Adde *Colum. 1. 6., Plin. 18. 73. 1., Horat. 1. Sat. 1. 33. Plaut. True. 2. 6. 43., Vitruv. 6. 9.* et *Cic. 2. Fin. 26.* — *Plin. 15. 18. 7.* Sunt qui *(uvas)* suspendi procul malis, protinusque in granariis iubeant, quoniam optime sit operimento pulvis pensilibus. — *Onom. Lat. Gr.* Granarium ἀποθήκη.

Nota. *Pallad. 1. 19. granaria* ab *horreis* ita distinguit, ut illa sint cellae in horreo, in quibus separatim singulae fruges condantur.

GRĂNASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab inusit. *graneo,* quod est a *granum;* in granum convertor. — Translate. *Augustin. Serm. 223. fin.* Non vobis desunt imbres verborum Dei: non sit sterilis in vobis ager Dei. Ergo revirescite, granascite, maturascite. Cf. *Mai,* in *Nov. Patr. Collect. T. 1. p. 2.*

GRANĀTĂ. V. GRANATUS, a, um. §. 3.

GRĂNĀTIM. Adverb. a *granum;* per grana; *a grano a grano. Apul. 6. Met.* Acervum granatim digerere.

GRĂNĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *granum;* granis instructus, abundans granis; *granato, che ha molti grani. Colum. 12. 41.* Et integra mala dulcia granata, quae Punica vocantur; *pomi granati. Plin. 15. 28. 1.* Folliculus granati modo mali; *a tomiglianza del pomo granato. Vulg. Interpr. Num. 13. 24.* De malis quoque granatis et de ficis loci illius tulerunt. — *Id. Cantic. 8. 2.* Dabo tibi poculum ex vino condito et mustum malorum granatorum meorum. — **2)** Hinc fortasse explicari potest *Inscr.* in *Bullett. Archeol. Ital.* a. *1861. p. 92.* COUM . GRAN . OF . ROMAE . ATERIO PELICI; h. e. Coum granatum officinae Romae; ut sit vinum Coum mixtum cum musto malorum granatorum; quamquam cl. *Minervini, ibid.;* illud GRAN. non *granatum,* sed *Granii* vel *Granianae officinae* explicandum esse autumat. Cf. *Fiorelli, Scavi di Pompei,* a. *1861. p. 48.* — **3)** Absolute, substantivorum more,

GRANATUM, i, n. Est malum granatum, sive unica voce Malogranatum; *pomo granato. Plin. 13. 34. 1.* Circa Carthaginem Punicum malum cognomine sibi vindicat: aliqui granatum appellant. *Id. 20. 33. 3.* Sisgultus et vomitiones sistit cum succo granati, ut Democritus monstrat. — In plur. num. *Id. 16. 33. 1.* Folia granatis et amygdalis rubentia. Adde *15. 34. 4.* Cf. GRANEA et V. MALOGRANATUM.

* GRĂNĀTUS, us, m. *Cato, RR. 60.* Granatui videto uti satis viciae feras. Sed cum in primis *editt.* sit *gnati,* ne dubites cum *Pontedera* et *Schneidero* legere *generatim videto* etc. At idem *Pontedera Op. posth. T. 1. p. 278.* ex Codice Caesenate ita legit: Grano videto uti satis viciae seras; h. e. *grano colligendo.*

GRANDAEVĪTAS, ātis, f. Abstractum a *grandaevus;* aetas provectior; *età provetta. Accius* apud *Non. 2. 365.* Quia nec vos, nec illi impune irriderent meam grandaevitatem. *Pacuv. ibid.* Ipsa orbitas grandaevitasque Pelei.

GRANDAEVUS, a, um. Adiect. a *grandis* et *aevum;* qui est grandis aevi, seu provectioris aetatis; *di molta età. Virg. 1. Aen. 125.* Grandaevus Alethes. *Ovid. 7. Met. 160.* Grandaevi patres. *Val. Flacc. 7. 348.* Grandaeva consilia; h. e. grandaevi hominis, atque adeo plena auctoritatis. *Plin. 2. 5. 3.* Deos alios esse grandaevos, semperque canos; alios iuvenes atque pueros. *Tacit. 3. Hist. 55.* Grandaevi senes. *Virg. 4. G. 178.* Grandaevae apes. *Sil. 16. 655.* manus. Adde *Virg. 4. G. 592.* et *Ovid. 3. Met. 99.*

GRANDĔDO, dĭnis, m. Abstractum a *grandis,* forma rariore. Est *Fulgent.* in *Contin. Virgil.* Timoris proiecta grandedine.

* GRANDĔO, es, ēre. Improbat hoc verbum *Incert. Grammat.* in *fragm. de verbo p. 172. Endl.* Grandescere . . . nec tamen dicitur grandeo. V. voc. seq.

GRANDESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab inusit. *grandeo* (V. voc. praeced.). — Particip. *grandescens* §. *1.* — Proprie est cresco, grandis fio; *crescere, divenir grande. Cic. Arat. 1. Di-*

Digitized by Google

vin. 9. Lentiscus triplici solita grandescere fetu. *Lucret. 2. 1159.* Quae nunc vix nostro grandescunt aucta labore. *Plin. 18. 3. 4.* Lignum intus grandescat. Adde *Colum. 2. 21. Lucret. 1. 192.* et *2. 1122.* et *Pallad. 7. 2.* — *Eugypp. Thesaur. 51.* In ea *(uva)* grandescente vinum fit. — **B)** Translate. *Augustin. ep. 130. (al. 179.).* Haec est uberior fecundiorque felicitas non ventre gravescere, sed mente grandescere.

GRANDĬCŬLUS, a, um. Adiect. per deminutionem a *grandis;* aliquantulum grandis; *grandetto. Plaut. Poen. a. 2. v. 35.* Grandiculi globi.

GRANDĬFER, era, ĕrum. Adiect. a *grandis* et *fero;* grandis, vel grandia ferens. *Nazar. Panag. Constant. 5.* Facta iam grandifera, maximorumque fructuum matura perceptio. *Auct. Itin. Alex. M. 51.* Hic palmis arboribus grandifera.

GRANDĬFĬCUS, a, um. Adiect. a *grandis* et *facio,* idem fere ac grandifer. *Ammian. 18. 6.* Grumbates rex, aetate quidem media, rugosisque membris, sed mente quadam grandifica, multisque victoriarum insignibus nobilis.

GRANDĬLŎQUUS, a, um. Adiect. a *grandis* et *loquor;* qui cum quadam verborum magnificentia loquitur, grandi et sublimi dicendi genere utitur; *chi parla in istile alto. Cic. Orat. 5.* Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla et sententiarum gravitate et maiestate verborum. *Quintil. 10. 1. 66.* Sublimis et gravis et grandiloquus saepe usque ad vitium. Adde *Serv. ad Virg. Bucol. init.* — **B)** In malam partem. *Cic. 5. Tusc. 51. sub fin.* Quid tandem? isti grandiloqui contra haec duo *(mortem et dolorem),* quae maxime augunt, melius se habent, quam Epicurus?

GRANDĬNAT, abat. } V. GRANDINO §. 1. et 2.
GRANDĪNĀTUS, a, um. }

GRANDĪNĔUS, a, um. Adiect. a *grando;* grandinosus. *Aleim. 3. 329.* Grandineos pavidis fuderunt nubila nimbos. *Id. 5. 190.* Grandineum frigus.

GRANDĬNO, as, āre. Verbum proprie intransitiv., sed transitivorum more translate adhibitum, a *grando.* — Proprie impersonaliter adhibetur. *grandinat, ābat, are;* et dicitur de casu grandinis e caelo; *grandinare, cadere grandine. Senec. 4. Quaest. nat. 4.* Quaeritur, quare hieme ningat, non grandinet. — **B)** Item de aliis rebus, quae ad instar grandinis cadunt. *Pacuv.* apud *Non. 507. 28. Merc.* Sagittis, plumbo, et saxis grandinat. — **B)** Transitivorum more

II. *Grandino* est grandine percutio, atque hinc flagello, castigo, punio. *Gloss. Gr. Lat.* Χαλαζοκοπῶ, χαλαζῶ; grandino. — Passive. *Zenon. 2. Tract. 17. 1.* Paulus lapideis imbribus grandinatur. *Eugypp. Thesaur. 118. circa med.* Quid ergo tibi prodest, si, ubi homo non videt, furaris, et, ubi Deus videt, grandinaris? — Hinc particip. *grandinatus* in *Gloss. Philox.* Grandinatus; χαλαζωθείς.

GRANDĪNŌSUS, a, um. Adiect. a *grando;* qui abundat grandine; *tempestoso, che abbonda di gragnuola. Colum. 3. 1.* Siccam, vel roscidam, grandinosam, ventosamque caeli qualitatem.

GRANDĬO, is, īre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum; grandem facio; *aggrandire. Non. 115. 1. Merc.* Grandire est grandem facere. *Varro, Rer. divin. lib. 1.* Quum aut humus semina concipere non possit, aut recepta non reddat, aut edita grandire nequeat *Plautus, Aulul. 1. 1. 10.* Testudineum istum tibi ego grandibo gradum; *ti farò ben io avanzar il passo.* — Passive *Pacuv.* apud *Non. 115. 11. ibid.* Nec grandiri frugum fetum posse, nec mitescere. — **B)** Intransitivorum more,

II. *Grandio* est grandis fio, cresco; *crescere. Cato, RR. 141.* Mars pater, te precor, uti tu fruges, frumenta, virgultaque grandire, beneque evenire sinas. *Alii subaudiunt accusativum se, al. leg.* grandiri.

GRANDĬO, ōnis, m. Nomen proprie adiect. per augmentum a *grandis, effictum; grandione.* — Ita cognominatus est quidam Senecio declamator: de quo *Senec. Suasor. 2. a med.* Senecio fuit ingenii confusi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut novissime huius rei morbo et teneretur, et rideretur. Nam et servos nolebat habere, nisi grandes, et argentea vasa non nisi grandia. Credatis mihi velim non iocanti: eo pervenit insania eius, ut calceos quoque maiores sumeret, ficus non esset, nisi mariscas. Concubinam ingentis staturae habebat, omnia grandia probabat. Ei impositum est cognomen, vel, ut Messala ait, cognomentum, et vocari coepit Senecio Grandio.

GRANDIS, de. Adiect., quod quidam derivant a *granum,* sed fortasse utrumque eiusdem originis est ac *cresco.* Cf. *Doederl. Synon. T. 3. p. 223.* et *seqq.* — **b)** Comparat. *grandior* in usu esse negatur ab *Incert. Grammat.* in *fragm. n. 37. p. 82. Endl.,* sed perperam. V. infra §. 1-3. et superlat. *grandissimus* §. *1.* et *4.* — **c)** Derivata, *grandedo, grandesco, grandiculus, grandio, is,* et *Grandio, onis, granditas, granditer, grandiusculus.* Cf. GRANDEO. — **d)** Composita, *degrandesco, grandaevitas, grandaevus, grandifer, grandificus, grandiloquus, grandiscapius, grandisonus, ingrandesco, pergrandesco, pergrandis, praegrandis, subgrandis, vegrandis.*

GRANDIS est magnus; *grande:* et primo proprie de frugibus et oleribus dici videtur. Est enim proprie *grande,* quod incremento; *magnum,* quod amplitudine tale est. *Plaut. Cas. 5. 2. 29.* Profecto non fuit quidquam olerum, Nisi, quidquid erat, calamitas attigerat nunquam: Ita quidquid erat, grande erat. *Virg. 4. Aen. 405.* grandia frumenta. *Id. 3. Ecl. 36.* hordea. Et *10. ibid. 25.* lilia. *Cic. 2. Orat. 50.* Ager literatus, quo fetus possit grandiores edere. *Plin. 18. 29. 4.* Grandissimum alicae genus. *Varr. 1. RR. 32.* Grandissima seges. *Vetustissimus Pollio* apud *Macrob. 5. Saturn. 20. extr.* Grandia farra metere. *Sall. Iug. 95.* Grandis ilex. *Quintil. 10. 1. 88.* Grandia et antiqua robora. — **B)** Deinde transfertur ad staturam et aetatem hominum; *cresciuto, adulto, avanzato in età. Horat. Epod. 13. 11.* Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno. *Cic. Pis. 36.* Videras enim grandis iam puer, bello Italico, etc. *Id. Senect. 4.* Bella gerebat, ut adolescens, cum plane grandis esset. *Id. 5. Phil. 17.* Legibus annalibus grandiorem aetatem ad consulatum constituebant. — **B)** Aliquando additur ablativus *natu,* ad explicandum. *Id. Senect. 4.* Non admodum grandis natu, sed tamen iam aetate provectus. *Id. Invent. 24.* In aetate consideratur, puer, an adolescens: natu grandior, an senex. Sic *Tacit. 16. Ann. 30.* Grandis aevo parens. *Ovid. 6. Met. 321.* Iam grandior aevo genitor. — **4)** Postea

II. *Grandis* universim de rebus aliis omnibus usurpatur. *Cic. 13. Att. 21.* Ad Hirtium dederam epistolam sane grandem. *Id. 6. Verr. 54.* In basi grandibus litteris Africani nomen erat incisum. Et *21. ad fin.* Grande vas. *Quintil. 10. 1. circa med.* Grandes coenae; *gran convito. Virg. 4. G. 26.* grandia saxa. *Plin. 18. 4. 5.* Grandissimae olivae; *grossissime. Id. 29. 27. 2.* Phalangia grandissimo capite. *Id. 11. 16. 1.* Grandiores apes. Et *9. 67. 3.* naves. *Horat. Art. P. 80.* Grandes cothurni; *alti. Iustin. 41. 4. ad fin.* Grandem exercitum parare. *Cic. Caecin. 4. extr.* Grande pondus argenti alicui legare. *Id. Rabir. Post. 2.* Grandem pecuniam alicui credere. *Id. Flacc. 21. ad fin.* Pecuniam alicui grandi fenore occupare. *Id. 2. Agr. 34.* Homo grandi macie torridus. *Al. leg.* vegrandi. *Id. Brut. 84.* Subsellia grandiorem et pleniorem vocem desiderant; *più alta. Plin. 7. 39. 2.* Grande aes alienum. *Id. 18. 56. 8.* Grande vitae emolumentum. *Cic. 1. Invent. 47.* Perspicuo et grandi vitio praeditum exemplum. *Horat. 2. Od. 17. 5.* Maecenas, mearum Grande decus columenque rerum. *Id. 2. Sat. 3. 148.* lethargo grandi oppressus; *grave. Cic. 5. Fin. 8. ad fin.* Dicere de rebus grandioribus. Et *1. Divin. 20.* Exemplis uti grandioribus. *Ter. Phorm. 2. 3. 92.* Dicam tibi impingam grandem. — **5)** De sublimi dicendi genere. *Cic. 2. Orat. 82. ad fin.* Genus dicendi grandius et illustrius. *Id. Brut. 7. extr.* Oratores grandes verbis, crebri sententiis. *Id. Orat. 9.* Causidicus amplus atque grandis. *Id. Brut. 55.* Thucydides rerum gestarum pronunciator sincerus et grandis. *Id. 5. Orat. 45.* Oratio grandis. — De hac metaphora ita *Id. ibid.* Abutimur saepe verbo non tam eleganter, quam in transferendo: sed etiam si licentius, tamen interdum non impudenter, ut cum grandem orationem pro magna, minutum animum pro parvo dicimus. — **6)** Absolute

GRANDE vel Grandia, adverbiorum more. *Stat. 12. Theb. 683.* sed bella ciet, bellumque minatur, Grande fremens. *Gell. 9. 11.* Grandia ingrediens; *h. e.* incessu grandi, lentis et proceris passibus; *μακρὰ βαίνων.* Sic *Ammian. 22. 14.* Grandia incedens, tanquam Oti frater, et Ephialtis.

Nota. Inter *grandem, magnum* et *maximum* hoc discrimen statuit *Isid. 1. Differ. n. 277.* et *362.* « *Grande* ad corpus pertinet: *maximum* (et *magnum*) ad animum. » Cf. supra §. 1. *init.*

GRANDISCĂPĬUS, a, um. Adiect. a *grandis* et *scapus;* scapum grandem habens. *Senec. ep. 86. extr.* Arbores, ut ita dicam, grandiscapiae. *Paulo ante dixerat:* Magnarum arborum truncos cum scapo suo transferri.

GRANDĬSŎNUS, a, um. Adiect. a *grandis* et *sonus;* qui grandem sonum edit. *Sedul. 1. 2.* Pigmenta grandisonis pompare modis.

GRANDĬTAS, ātis, f. Abstractum a *grandis;* magnitudo; *grandezza. Sisen.* apud *Non. 2. 339.* Aetatis granditas; *età avanzata.* — **B)** De stilo sublimi. *Cic. Brut. 31. sub fin.* Lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur: idque apparet ex genere et granditate verborum. *Plin. 6. ep. 21.* Non illi vis, non granditas, non subtilitas defuit.

GRANDĬTER, Adverb. a *grandis.* — Comparat. *grandius,* infra. — Est valde; *grandemente. Ovid. 15. Heroid. 29.* Nec plus Alcaeus consors patriaeque lyraeque, Laudis habet, quamvis grandius ille sonet; *h. e.* sublimiore stilo versus faciat. *Sidon. 7. ep. 2.* Pater istius granditer frugi. Et *ep. 4.* Illud mihi inter maxima granditer cordi est. *Augustin. 1. Confess. 9.* Granditer affectus. *Cyprian. ep. 57. n. 1.* Docuistis granditer Deum timere.

GRANDĬUSCŬLUS, a, um. Adiect. per deminutionem a *grandis* factum; aliquantulum grandis; *grandetto, grandicello. Ter. Andr. 4, 5. 19.* Nam fere grandiuscula profecta est illinc. Adde *Augustin. Enarrat.* in *Psalm. 150. 15.*, coll. *Priscian. 2. p. 496. 27. Keil*, et *Donat. Art. p. 374. 35. ibid.*

Digitized by Google

GRANDO, ĭnis, f. Nomen parum certae originis. *Fest.* enim videtur a *grandis* ducere apud *Paul. Diac. p. 99. Müll.* « *Grando*, gelidae aquae concretae solito grandiores. » *Isid.* contra a *granum 15. Orig. 10. 3.* « Grando appellata, quod forma eius *granorum* similitudinem habeat. » — **b)** Masculino gen. *Varr.* apud *Non. 3. 105.* Imber grandine implicatus albo. — **c)** Derivata, *grandineus, grandino, grandinosus*. — **d)** Compositum, *degrandinat*.

GRANDO proprie est pluvia in aëre congelata; *gragnuola, tempesta, grandine*. *Cic. 3. Nat. D. 35. extr.* Si uredo, aut grando quidpiam nocuit. Et *2. ibid. 5.* Terrere animos fulminibus, nimbis, nivibus, grandinibus, etc. *Senec. ep. 45. a med.* Grando incussa tectis crepitat, ac solvitur. *Virg. 1. G. 449.* in tectis crepitans salit horrida grando. *Horat. 3. Od. 1. 29.* verberatae grandine vineae. *Id. 1. Ep. 8. 5.* Grando vites contudit. *Plin. 4. ep. 6.* Agri grandine excussi. *Plin. alter, 2. 58. 2.* Grandines ruunt. *Ovid. 6. Met. 692.* terras pulsare grandine. Et *8. ibid. 188.* tela volant hiberna grandine plura. *Liv. 28. 37. ad fin.* Tanta vis lapidum, creberrimae grandinis modo, in classem effusa est. — *Vulg. Interpr. Iob. 38. 22.* Aut thesauros grandinis aspexisti? — **2)** Latiore significatione dicitur et de aliis rebus. *Sil. 2. 38.* Conditur extemplo telorum nubibus aether, Et densa resonant saxorum grandine turres. Adde *9. 578.* et Cf. *Vulg. Interpr. Eccli. 4. 6. 6.* — **3)** Metaphorice est copia verborum, facundia, eloquentia. *Auson. epist. 16. 13.* Qui grandines Ulixei, Mellifluentem Nestora, Concinnatorem et Tullium superat. — **4)** Proverbialiter dictum est illud apud *Vulg. Interpr. Eccl. 32. 14.* Ante grandinem praecibit coruscatio.

GRĀNĔĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. a *granum*, absolute adhibitum, subaudito *puls*, apud *Caton. RR. 86.* granea triticea fit ex tritico contuso in mortario, et a cortice purgato, postea in aula cocto ex aqua, dein addito lacte paulatim, donec cremor crassus factus sit. Similiter *Hieronym. 1. in Paralipom. 25.* graneam esse ait cibum e primitiis spicarum, quarum grana torrebantur et comedebantur. — **2)** Huius graneae conficiendae rationem, quam idem alicam adulterinam vocat, tradit *Plin. 18. 29. 6.*, ubi pro his verbis: *ex zea pulcrius, quam ex tritico, fit granum*, ut legit *Harduinus*; alii rectius habent *granatum*, inquit *Furlanetto*. *Sillig.* tamen ex variis huius loci lectionibus *graneum* in textum recepit.

GRĀNĪ, ōrum, m. Est ea pars barbae, quae infra nares est; *mustacchi. Isid. 19. Orig. 23. 7.* Ut videmus cirros Germanorum, granos, et cinnabar Gothorum, stigmata Britonum; *h. e.* pilos barbae labri superioris ita discriminatos, ut cum in fine convoluti sint, granorum formam exhibeant. V. GRANNUS in *Nota*, coll. *Ducang.* in *Glossar. med. et inf. Lat.* in v. *Grani*.

GRĀNĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *granum* et *fero*; ferens granum. *Ovid. 7. Met. 638. de formicis*. Graniferumque agmen subiectis spargere in arvis.

GRANNUS, i, m. Vox Graeca, Γράννος, usurpata tanquam epitheton Apollinis in novem *Inscript.* apud *Grut. p. 57.* et *58.* et apud *Murat. 22. 11.*, videturque esse a loco sumptum, ubi colebatur: nec absurde a regione Pannoniae superioris, ubi Granni populi, teste *Iornande de reb. Get. 5.*, et Granua fluvius, et oppidum, Italis *Strigonia*, Pannoniis nunc *Gran* appellatum.

Nota. Huius Numinis meminit etiam *Dion. l. 77. c. 17.*, cui supplicare solitum fuisse narrat Antoninum Aug. Caracallam. — *Salmas.* in *Exercit. Plin. ad Solin. p. 533.* putat, grannum significare cirratum, quod Apollini quam maxime convenit. V. GRANI. — Hinc fimbriae pluribus filis aureis vel argenteis contextae et convolutae, quibus phrygiones utuntur in vestibus acu pingendis ornandisque, quaeque ex militum humeris pendent, Italico *spallini degli Ufficiali*, ab Italis *granoni* vocantur. — Hoc totum additum est a cl. *Furlanetto* in sua huius *Lexici* editione.

GRĀNŌMASTIX, ĭcis, f. Nomen a *granum* et *mastix*; eadem ac mastiche. *Isid. 17. Orig. 8. 7.* Mastix arboris lentisci gutta est. Haec granomastix dicta est, quia in modum granorum est.

GRĀNŌSUS, a, um. Adiect. a *granum*; intus habens grana; *granoso*. *Plin. 21. 105. 1.* Cui acini coccinei, granosi folliculi. *Id. ibid. 10. 1.* Granosus cortex.

GRĀNŬLĀTIM. Adverb. a *granulum*; in speciem granorum. *Commodian. Afr. Instr. 60.* Oculos fuligine relinitis, Levatis comulas granulatim; *h. e.* tollitis comas ita, ut sint veluti grana discriminatae.

GRĀNŬLUM, i, n. Deminut. a *granum*; parvum granum; *granello*. *Claud. Mamert. 1. St. an. 21. ante med.* Da tu nunc in hoc eodem granulo *(tritici)* corporaliter mihi tumores germinum, herbarum virentia, calamos stipularum, spicarum hispida, levia palearum, pinguia frugum: atque ex his indefessis multiplicandorum semina seminum, quae omnia in illo sunt granulo, causalibus reposita secretis. — *Poët.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 505. Burm.* Ciceris duo granula pensans. *Plin. Valerian. 1. 2.* De granulis eius cochlear unum.

GRĀNUM, i, n. Nomen parum certae originis. *Varro* a *gero* derivat *1. RR. 45.* « *Granum* a *gerendo*; id enim ut gerat spica, seritur frumentum, non ut glumam aut aristam gerat. » Sed fortasse rectius dixeris *grando, grandis* et *granum* eiusdem esse originis ac *cresco*. Cf. GRANDIS §. a. et infra §. 1. — **b)** Derivata, *granarium, granasco, granatim, granatus, granatus, us, granea, grani, granosus, granulatim, granulum*. Cf. GRANDO §. a. — **c)** Composita, *centigranius, egranatus, granifer, granomastix, malogranatum*.

GRANUM proprie est semen frugum, ut tritici, hordei, et huiusmodi; *grano, granello*. *Varr. 1. RR. 48.* Granum dictum quod est intimum solidum. V. integr. loc. *Cic. 1. Divin. 36.* Midae illi Phrygio, cum puer esset, dormienti formicae in os tritici grana congesserunt. Adde *Plaut. Stich. 4. 1. 32.* — **2)** *Granum* dicitur etiam acinus uvae. *Val. Max. 9. 12. extern. 8.* Anacreontem unius grani pertinacior in aridis faucibus humor absumpsit. Hoc idem ita narrat *Plin. 7. 8. 5.* Anacreon poëta acino uvae passae strangulatus. — **3)** *Granum* etiam generaliter dicitur pro omni eo, quod minutum est, et similitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Unde et mali punici acinos *grana*, ipsumque malum *granatum* dicimus. Fructus quoque cocci, quo panni tinguntur, *granum* dicitur, Italice *grana*, quod quia copiosissime nascitur in Baetica provincia, factum est, ut ea regio ab eo *Granata* dicatur. Hanc cocco abundare Hispanias, *Plin. 9. 65. 3.* et *16. 12. 1.* significat. *Id. 22. 35. 1.* Grana cerae mili magnitudine. *Id. 24. 10. 2.* Grana fici. *Id. 25. 77. 3.* salis. *Plaut. Poen. a. 2. v. 3.* turis. *Ovid. 4. Trist. 6. 10.* uvae. *Plin. 12. 18. 1.* piperis. *Ovid. 3. Trist. 2. 24.* papaveris. *Pallad. 1. 15.* et *Vitruv. 7. 3.* Granum marmoreum. — *Vulg. Interpr. Matth. 13. 31.* Simile est regnum caelorum grano sinapis. — **4)** Speciatim de margaritis ex auribus mulierum dependentibus. *Cyprian. de habitu Virg. a med.* Ut de aurium cicatricibus et cavernis pretiosa grana dependeant. — **5)** Translate. *Augustin. Serm. 223.* Audite me grana; nolite contristari de permixtione palearum. *Grana* sunt boni Christiani; *paleae* mali.

GRĀPHĬĀRĬUM. V. voc. seq. §. 2.

GRĀPHĬĀRĬUS (et Graffiarius, *Latina consuetudine*), a, um. Adiect. a *graphium*; ad graphium pertinens. *Sust. Claud. 35.* Graphiaria theca. — **2)** Absolute, substantivorum more,

GRAPHIARIUM, ii, n. Est theca, in qua stili scriptorii reponebantur: *Martial. 14. 21.* Haec tibi erunt armata suo graphiaria ferro. — *Gloss. Gr. Lat.* Γραφιοθήκη; grafiarium (sic).

GRĀPHĬCĒ. Adverb. a *graphicus*; polite, eleganter, expresse, ad amussim, venuste, perfecte, tanquam si res picta sit; *pulitamente, perfettamente, in pittura*. *Plaut. Pers. 2. 3. 5.* Nunc ego huic graphice facetus fiam. Et *4. 2. 5.* Haec hospitam crepidula graphice decet. Et *Trin. 3. 3. 38.* Is homo exornetur graphice in peregrinum modum. *Gell. 14. 4. in lemmate*. Apte et graphice depingere. *Apul. 8. Met.* Oculis obunctis graphice. *Id. 10. ibid.* Ut membrorum voluptatem graphice laciniaret.

GRĀPHĬCĒ, *Graeca positione*, es, f. Nomen proprie adiectivum, absolute adhibitum *(subaudito* ars), a *graphicus*, quo significatur ars delineandi ac deformandi ad picturam; *arte di disegnare*. — Specialim vero de pictura in buxo. *Plin. 35. 36. 15.* V. loc. in DIAGRAPHICE.

GRĀPHĬCŌTĔRUS, a, um. V. voc. seq. §. 1.

GRĀPHĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, γραφικός; *h. e.* elegans, perfectus, absolutus, ad unguem factus; *perfetto, dipinto*: a γράφω, quia pingere notat, quasi pictoris manu expolitus, quia picta sunt elegantiora nativis. *Vitruv. 4. 4. extr.* Eminentes expressiones graphicoteram efficient in aspectu delectationem. Γραφικώτερον, comparativus Graeca forma. — **2)** De homine dictum significat scitum, peritum, callidum, aptum. *Plaut. Stich. 4. 1. 64.* Graphicum mortalem Antiphonem! ut apologum fecit! quam fabre! *Id. Trin. 4. 2. 91.* Graphicus hugator. Et *4. 3. 17.* fur. — **3)** Absolute *graphice*. V. voc. praeced.

GRĀPHĬŎLUM, i, n. Deminut. *graphii*; parvum graphium. *Nat. Tir. p. 124.* Graphium, graphiolum. — **2)** Translate *graphiolum* appellatur surculus alicuius arboris, qui in talea inseritur; ita porro nominatur, quia eius forma similis est graphio scriptorio: Galli nunc *greffe* vocant. Itaque Pictavii in Gallia episcopus *Venant. 3. Carm. 15.* in *lemmate*. Pro pomis et graphiolis. Sic enim *Id. ibid. 3.* Qui mihi transmittis propria cum prole parentes, Insita cum fructu surculus, poma simul. V. SURCULUS.

GRĀPHIS, ĭdis, f. Vox Graeca, γραφίς, qua significatur instrumentum, quo aliquid delineamus, sive deformamus. *Seren.* apud *Diomed. 3. p. 516. Putsch.* Pingere collibitum est: graphidem date. — **2)** Metonymice est ars ipsa lineis deformandi; *arte del disegno*. *Vitruv. 1. 1.* Architectum oportet graphidos scientiam habere, quo facilius exemplaribus pictis, quam velit, operis speciem deformare valeat. — **3)** Item delineatio, deformatio, quae linearum ductibus fit; *disegno, abbozzamento*. *Plin. 35. 36. 8.* Alia multa graphidis vestigia exstant in tabulis ac membranis eius, ex quibus proficere dicuntur artifices.

GRĀPHĬUM (et Graffium, *Latina consuetudine*), ii, n. Vox Graeca, γραφεῖον vel γραφίον, qua significatur stilus ferreus, quo Veteres in ceratis tabulis solebant scribere; *stilo*. V. STILUS. *Isid. 6. Orig. 9. 1.* Grae-

Digitized by Google

ci et Tusci primum ferro in ceris scripserunt, postea Romani fusserunt, ne graphium ferreum quis haberet. Unde et apud scribas dicebatur: *ceram ferro ne caedito*. Postea institutum, ut ceram ossibus scriberent, sicut indicat Atta in Satyra dicens: Vertamus vomerem in ceram, mucroneque aremus Osseo. *Ovid. 1. Amor. 11. 23.* Quid digitos opus est graphio lassare tenendo? *Suet. Caes. 82.* Cassii brachium graphio traiecit. *Senec. 1. Clem. 14.* Erixonem equitem Romanum memoria nostra, quia filium suum flagellis occiderat, populus in foro graphiis confodit. *Suet. Cal. 28.* Graphiis confossus. *Plin. 16. 75. 1.* Ictus graphii. Adde *Ambros. Hexaëm. 1. 3. n. 10.* et *Benedict. Reg. 33.* — **2)** Translate. *Ambros. Serm. contra Auxent. de basil. trad. n. 23.* Scripta est, luda, culpa tua graphio ferreo et ungue adamantino, et scripta in pectore tuo, hoc est, ibi scripta, unde processit.

GRĂPHO. Verbum Graecum, γράφω; scribo, minime in usu apud Latinos Scriptores, ex quo tamen plurima vocabula efformata sunt, quorum pleraque sunt civitate quoque Latina donata, nempe — Derivata, *graphiarius, graphice, graphicus, graphiolum, graphis, graphium.* — **b)** Composita, *anthropographus, antigraphum, antigraphus, apographum, artigraphus, autographus, catagraphus, chirographarius, chirographum, chorographia, chorographus, chronographia, chronographus, chrysographatus, comoediographus, cosmographia, degraphis, diagraphice, geographia, geographicus, hierographicus, holographicus, hypographum, ichnographia, iconographia, idiographus, leucographia, leucographis, logographus, mimographus, opisthographus, orthographia, orthographus, paragraphus, pergraphicus, psalmographus, rhyparographus, satyrographus, scenographia, sciagraphia, stillographus, syngrapha, syngraphus, testamentographus, topographia, tragoediographus.*

GRASSĀMEN. V. CRASSAMEN et GRASSOR §. b.

GRASSĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. absolute adhibitum pro grassatore. *Festus* apud *Paul. Diac.* in *Grassari p. 97. Müll.* Grassarii autem dicuntur latrones vias obsidentes. Alii leg. *grassari* in insulto, sed prior lectio est praeferenda.

GRASSĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *grassor*; actus grassandi; *l'andar alla strada. Plin. 13. 45. 3.* Nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum ture ceraque. *Gloss. Gr. Lat.* Αωτοδοεία; grassatio, grassatura. Adde *Auson. Periooh. Il. 10.*

GRASSATOR, ōris, m. Verbale a *grassor*; qui grassatur; *h. e.* qui circuit gradiendo. — Olim, cum poëticae artis bonos non erat, si qui in ea re studebat, aut sese ad convivia applicabat, grassator vocabatur, inquit *Cato* apud *Gell. 11. 2.*, idque ob eam rationem, quia Antiqui, *Festo* teste, *grassari* ponebant pro adulari, quod parasiti atque adulatores in foro deambulantes, in obvium quemque grassabantur, cibi quaerendi gratia: faciebantque idem factores carminum huc illuc visentes convivia et laudes versibus pro cibo et lucello donantes. V. loc. *Festi* in GRASSOR §. 1. — **2)** Frequentius vero,

II. *Grassator* est qui vias vicosque obsidens, obvios quosque vi aggreditur, et vestibus aut pecunia spoliat; *chi va alla strada, malandrino, assassino. Cic. Fat. 15.* Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa grassatori fuisse dicetur, cur ab eo spoliaretur. *Suet. Aug. 32.* Grassatorum plurimi pelam se ferebant succincti ferro, etc. Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit. *Id. Caes. 72.* Grassatores et sicarii. *Gell. 20. 1.* Nocturni grassatoris insidiosa violentia. Adde *Quintil. 12. 1. 38.* et *Firmic. 3. Matheos. 13.* — **3)** In *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 249.* Grassatores vocamus apparitores tyrannorum. *Id. ibid. p. 281.* Grassatores, milites crudeliter agentes. *Gloss. Lat. p. 157. n. 86.* Grassator; latro, praedator. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* et V. GRASSOR §. a. — **4)** Translate. *Symmach. 2. Laud. in Valentinian.* (edente *A. Mai*) *6. de Minotauro.* Daedalus grassatorem Cecropiae nobili cavea inclusit.

GRASSĀTŪRA, ae, f. Verbale a *grassor*, idem ac grassatio; *assassinamento. Suet. Tib. 37.* In primis tuendae pacis a grassaturis, et latrociniis, seditionumque licentia curam habuit. — *Claud. Saturnin. Dig. 48. 19. 16. §. 6.* Rixae discerni solent a grassaturis. Cf. GRASSATIO.

GRASSĬTŪDO. V. CRASSITUDO et Cf. GRASSOR §. b.

GRASSO, as. V. voc. seq. §. a., coll. §. b.

GRASSOR, āris, atus sum, āri. Verbum intransitiv., transitorum tamen more aliquando etiam adhibitum, forma deponens (pro qua et activa aliquando usurpata est ab *Apul. 7. Met. 7.* Sed cum primum littus Actiacum, quo tunc Macedonia delapsi grassabamus, appulisset, etc. Cf. *Hildebr. ad h. l.*), specie autem frequentativ. a *gradior*, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 97. Müll.* « *Grassari* Antiqui ponebant pro adulari. Grassari (*lege* Grassarii) autem dicuntur latrones vias obsidentes; *gradi* siquidem ambulare est, unde tractum *grassari*, videlicet ab impetu gradiendi. » Contra cl. *Galvani, Delle Genti e favelle*, etc. *p. 392.*, primitivam verbi notionem non a *gradior*, sed ab inusitato *grare*, unde *gratus*, vel *gradere*; *h. e.* gratum facere, atque hinc adulari, quo sensu Veteres usurpabant, deduceret. Verum haec quoque significatio, etiamsi a *gradior* factum sit *grassor*, neque explicari potest, quin necesse sit recurrere ad aliud etymon; praesertim cum primaria huius verbi notio sit illa gradiendi, minime vero gratum faciendi vel adulandi, quae nonnisi translata esse potest. — **b)** Ut pro *crassus, crassitudo*, etc. scribitur in antiquis MSS. et editis quibusdam libris *grassus, grassitudo*, etc., ita etiam ex solita litterarum *c* et *g* permutatione, pro *grassor, grassator*, etc. scribitur *crassor, crassator*, etc. Sic in *Gloss. Cyr.* legimus: πάχος; grassamen, grassitudo. Et παχίω; grassa. Et παχύνω; grasso. Et in *Gloss. Philox.* Grassus; παχύς, etc. V. CRASSUS §. b. — **c)** *Grassarier* pro *grassari*, paragoge. *Prudent. Hamartig. 631.* — **d)** Particip. *grassans* §. 3. 4. et seqq. *grassatus* §. 3. et 8., *grassaturus* §. 4. et 8. — **e)** Derivata, *grassarius, grassatio, grassator, grassatura.* — **f)** Compositum, *degrassor.*

GRASSOR proprie est saepe ac lubens gradior, gressum itero, hac illac incedo, pleno gradu vel cum impetu eo; aut etiam simpliciter gradior, procedo; *andare, camminare, andar qua e là, camminar forte. Plaut. Rud. 1. 4. 51.* Siccine hic cum uvida veste grassabimur? *Titin.* apud *Non. 4. 249.* Grassari pedibus. *Plaut. Poen. 3. 1. 11.* Nisi cum pedicis condidicistis sic hoc grassari gradu. *Id. Bacch. 3. 3. 19.* Non vides ut palantes Solae libere grassentur? *Ovid. 2. Trist. 477.* discolor ut recto grassetur limite miles. — **2)** Translate, est agere hac vel illa ratione, viam sequi, procedere; *condursi in questo o in quel modo, seguitare una via, procedere. Nov.* apud *Non. 346. 7. Merc.* Nunc res me ipsa reprimit: saepe hac eadem sum grassatus via. *Afran. ibid.* Consimili grassantur via, quibus hic est omnis cultus. *Liv. 3. 44.* Iure grassari, non vi; *procedere, agire per via di giustizia.* Et *10. 14.* Consilio grassandum, si nihil vires iuvarent, ratus; *doversi procedere con istratagemma. Ovid. 3. Art. am. 441.* Sunt, qui mendaci specie grassentur amoris; *si fanno innanzi, s'introducono. Silv. 1. 570.* grassandum ad clara periclis; *h. e.* adeundo pericula ad gloriam eundum. *Sall. Iug. 1.* Ubi animus ad gloriam virtutis via grassatur; *va, corre.* — *Horat. 2. Sat. 5. 93.* Obsequio grassare: mone, si increbruit aura, etc. V. GRASSATOR §. 1. *Porcellinus* hic accepit pro adulari, minus probante *Orelli*, quem videsis ad *h. l.* — Pro hac tamen adulandi significatione est *Fest.* loc. cit. supra §. a. — **3)** Item in malam partem. *Plaut. Rud. 3. 3. 22.* Certum 'st moriri quam hunc pati grassari lenonem in me. *Sall. Iug. 68.* Cupidine atque ira, pessumis consultoribus, grassari. *Tacit. 4. Hist. 16.* Grassari dolo. Et *56.* Mutua dissimulatione, et iisdem, quibus petebatur, artibus grassatur. *Id. 1. Ann. 37.* Avaritia atque licentia grassatus est. *Id. 4. ibid. 66.* Accusatorum maior in dies, et infestior vis sine levamento grassabatur. *Iustin. 16. 4.* Adesse populo grassanti in senatum. *Id. 1. 9.* Qui cum contemptu religionis grassatus etiam adversus Deos fuerat. *Id. 2. 12.* Quoniam ferro in homines non poterat, in aedificia igne grassatur. *Liv. 45. 25.* Etiam apud vos fuisse audivi, qui assentando multitudine grassarentur. *Id. 3. 13.* Se in iuventutem grassantem in Subura incidisse. *Suet. Aug. 67.* Superbe avareque in provincia grassatos. Cf. §. 7. *fin.* — **4)** Item de rebus. *Plin. 26. 67. 1.* Mala, quae grassantur totis corporibus. *Iustin. 23. 2.* Per omnes nervos articulosque humore pestifero grassante; *h. e.* discurrente et cruciante. *Plin. 26. 3. 2.* Haec vitia in pueris grassari, illa in adultis. *Prudent. Psychom. 468.* rabidorum more luporum Crimina persultant toto grassantia campo. — *Plin. 11. 28. 3. de aranea.* Quanta arte celat pedicas scutulato rete grassantes! Cf. §. 8. *fin.* — *Hilar. 8. de Trinit. 1.* Non ignoravit doctor hic gentium . . . morbidi eloquii grassatura esse contagia. — **5)** Deinde

II. *Grassor* dicitur de latronibus, qui vias obsident, et viatores aggrediuntur et spoliant; *rubar alla strada, far l'assassino. Petron. Satyr. 117.* Quidquid Lycurgi villa grassantibus praebuisset. — *Plin. 9. 15. 17.* Silurus grassatur, ubicumque est, omne animal appetens. — **6)** Singularis est *Statii* locus, ubi cum accusat. usurpatur, *8. Theb. 570.* Ac primum faciles grassatus cuspide turmas, Arma refert socils; *h. e.* cum saevisset caedendo. — **7)** Hinc latiore significatione est, hostiliter se gerere quocumque modo. *Liv. 2. 13.* Trecenti coniuravimus principes iuventutis Romanae, ut in te hac via grassaremur. *Id. 6. 5.* Nobiles homines in possessionem agri publici grassari. *Suet. Ner. 36.* Nec minore saevitia foris et in exteros grassatus est. *Id. Cal. 56.* Ita bacchantem atque grassantem adoriri. *Tacit. 3. Hist. 39.* Placuit veneno grassari. — Huc etiam afferri possunt quaedam loca allata §. 3. supra. — **8)** Item cum accusat. de rebus. *Aurel. Vict. Caesar. 33.* Simulque Romam pestilentia grassabatur. *Quintil. 8. Declam. 19.* Detrahuntur trementibus velamento membris, et ut grassaturas manus totum corpus admitteret, nudatur mirabilis ac deflenda macies. — Huc etiam quaedam loca afferri possunt ex allatis supra §. 4.

Nota I. Constructio verbi est absolute, vel cum ablat. sine praepos. vel cum accusat. et praepos. *in* et *adversus*, aut transitivorum more cum accusat. V. §. 6. et 8. — **Nota II.** Discrimen inter *grassari* et *grassari*, V. sub v. CRASSUS in *Nota* §. 2.

GRASSUS, a, um. V. CRASSUS §. b.

Digitized by Google

GRĀTĀBUNDUS, a, um. Verbale a *grator;* gratulabundus. *Tacit. 1. Hist. 18.* Et proximi militum gratabundi respondent. Ita Lexicographi plerique. At pleraeque *Taciti* editt. atque optimae habent *grata auditu*.

GRĀTANTER. Adverb. a *gratans;* lubenter, gratulando. *Capitolin. Macrin. 7.* Senatus gratanter accepit. *Id. Maxim. 11.* Misit litteras, quae gratanter acceptae sunt. *Inscr.* apud *Orelli*, n. 2388. Quod omnes xistici gratanter acceperunt. Adde *Ammian. 17. 12.* et *Aurel. Vict. Epit.* in *Nerva 12.*

GRĀTĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *grator;* gratulatorius. *Sidon. 5. ep. 16.* Ampliatos prosapiae tuae titulos ego festinus gratatoriis apicibus inscripsi.

GRĀTĀTUS, a, um. Particip. verbi *grator;* laetatus. *Paulin. Nolan. Carm. 14. 153. in fin.* Ne male gratatis laevos adiudicet hoedis, Sed potius dextra positos in parte salutis Munifico pecori, laudatisque adgreget agris.

GRĀTĒ. Adverb. a *gratus*. — Comparat. *gratius* §. 1., superlat. *gratissime* §. 1. — Proprie est iucunde; *gratamente, con piacere*. *Cic. 1. Fin. 19.* Et praeterita grate meminit, et praesentibus ita potitur, etc. *Varr. 7. LL. 1. extr.* Tamen hic docet plura, et satis facit grate. *Iustin. 12. 11.* Munificentia gratius excepta. *Macrob. 7. Saturn. 2.* Pericula praeterita, vel aerumnas penitus absolutas qui evasit, ut refert, gratissime provocatur. *Ulp. Dig. 26. 10. 3.* Liberti pupillorum grate facient, si tutores male gerentes rem patronorum suspectos fecerint. — **2)** Item grato et lubenti animo; *con animo grato, per gratitudine*. *Cic. Plane. 41.* Confiteare aliquando, quod faciam, me et grate et pie facere. *Horat. 2. Ep. 2. 210.* Natales grate numeras. *Plin. 7. 60. 3.* Gratissime accipere aliquid. *Senec. 2. Benef. 31.* Beneficium qui dat, vult excipi grate. *Cic. 2. Orat. 11.* Quid pie, quid grate, quid humaniter, quid denique cum aliqua virtute aut fecerit, aut tulerit.

GRĀTES, f. Nomen a *gratus*, quod solummodo in nominat. et accusat. plur. adhibetur, in aliis casibus saltem huc usque non est repertum, nisi in ablat. *gratibus* apud *Tacit.* loc. mox cit. §. 1. *fin.* — Sunt autem gratiae, quae pro accepto beneficio referuntur; *grazie*. *Cic. Somn. Scip. 1.* Grates tibi ago, summe sol; *ti ringrazio* (Adde *Liv. 28. 39. a med.*). *Curt. 9. 6.* Vobis quidem, o fidissimi, grates ago habeoque; *vi ringrazio e vi sono obbligato*. Et *Liv. 26. 48.* et *Tacit. 1. Ann. 69.* Laudes et grates alicui habere; *lodare e ringraziare*. *Ovid. 2. Pont. 11. 25.* grates alicui referre; *rimeritare*. Et *4. ibid. 9. 49.* Superis decernere grates; *h. e.* supplicationes indicere. *Virg. 2. Aen. 537.* dignas cuiplam grates persolvere; *rimeritare, dar un degno guiderdone*. Et *11. ibid. 508.* grates alicui dicere; *far un ringraziamento*. *Stat. 5. Silv. 3. 155.* grates alicui rependere pro re aliqua; *rendere ringraziamenti*. *Plaut. Mil. 2. 3. 2.* Iade ignem in aram, ut Ephesiae Dianae lauta laudes Gratesque agam. *Id. Trin. 4. 1. 2.* Neptuno Laetus, lubens laudes ago et grates gratiasque habeo et fluctibus salsis. *Id. Poen. 1. 1. 6.* Quibus pro benefactis fateor deberi tibi Et libertatem et multas grates gratias (*subaudi* et gratias). *Tacit. 6. Ann. 2.* Tiberius egit grates benevolentiae patrum. — *Id. 12. ibid. 37.* Agrippinam quoque iisdem, quibus principem, laudibus gratibusque venerati sunt. — **2)** Ironice. *Virg. 2. Aen. 535.* At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis Di, si qua est caelo pietas, quae talia curet, Persolvant grates dignas, et praemia reddant Debita.

Nota. *Isid. 1. Diff. 264.* distinguit *grates* a *gratiis*, ut illae Deo agantur, hae vero hominibus. Sed, ut ut hoc alterum verum sit, et reapse discrimen aliquid intercedere videatur ex locis *Plauti* supra allatis, in quibus haec duo vocabula coniunguntur, saltem non ab omnibus nec semper servatur.

GRĀTĬA, ae, f. Nomen a *gratus*, quo proprie significatur quidquid gratos et amabiles facit. Frequentissime sumitur pro favore, amore, benevolentia; *grazia, favore;* et quidem passive. *Cic. Plane. 15.* Summum in praefectura florentissima gradum tenuerint et dignitatis et gratiae. *Id. Rosc. Am. 6.* Gratia atque hospitiis hominum nobilissimorum florebat. *Id. Manil. 24.* Neque quo Cn. Pompeii gratiam mihi per hanc causam conciliari putem. *Id. Mur. 20.* L. Muraenae provincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit. *Sall. Iug. 4.* Salutare plebem, et conviviis gratiam quaerere. *Verr. Flacc.* in *Fast.* a *Foggino* editis ad *Kal. Praenestin.* mensis Aprilis haec habet: Frequenter mulieres supplicant Fortunae Virili, humiliores etiam *Veneri* in balineis, quod in iis ea parte corporis utique viri nudantur, qua feminarum gratia desideratur. — **2)** Saepe etiam active accipitur pro benevolentia, qua quis diligit. *Cic. 1. Nat. D. 44. in fin.* Deinde, si maxime talis est Deus, ut nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur. *Id. 2. Agr. 5.* Non hominum potentium studio, non excellentibus gratiis paucorum, sed universi populi R. iudicio consul factus. *Tacit. 4. Ann. 18. extr.* Pro gratia odium reddere. — **3)** Hinc *restituere in gratiam* eum dicimur, qui vult nobis reconciliari, cum aliquando inimicus fuerit. *Cic. Rab. Post. 8.* Quem ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim. — **4)** Saepe pro mutua amicitia, benevolentia, concordia. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 14.* Nam mihi cum hominibus his et gratia et necessitudo est. — **5)** *Gratiam inire*, est amicitiam alicuius sibi conciliare; *mettersi in grazia d'alcuno*. *Cic. 1. Att. 14.* Crassum inire eam gratiam, quam ipse praetermisisset. *Id. 4. Verr. 46.* Ut idem Pompeius non ab homine solum, sed etiam a provincia tota se huius absolutione inire gratiam arbitraretur. *Id. 7. Att. 9.* Iam cum bonis omnibus summam ineat gratiam. *Al. plerique leg.* a bonis omnibus. *Liv. 56. 5.* Apud regem gratiam initam volebant. *Id. 53. 46.* Quantam eo facto ad plebem inierat gratiam. — **6)** *Redire in gratiam*, est reconciliari. *Cic. 1. Att. 14. extr.* Cum Lucceio in gratiam redi. — **7)** *Gratiam alicuius sequi*, est alicuius amicitiam ambitiosius captare, vel ambire. *Caes. 1. B. C. 1.* Sin Caesarem respiciant, atque eius gratiam sequantur. — **8)** Dicimus etiam *mala gratia*, pro offensione, acerbitate. *Ter. Phorm. 4. 3. 17.* Sic haec potius cum bona Ut componantur gratia, quam cum mala. — **9)** *Ponere aliquem in gratia* est amicum facere, conciliare; *metter in grazia*. *Cic. 6. Att. 6. sub fin.* et *5. ibid. 11.* At te apud eum, Dii boni! quanta in gratia posui! — **10)** Dicimus etiam *ponere in gratiam*, si modo certa est lectio apud *Cic. 3. Att. 5.* et *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 6. sub fin.* — **11)** *Esse in gratia;* gratum, amicum esse; *esser in grazia*. *Cic. 2. Verr. 17.* Ut senatus cum populo R. et in laude et in gratia esse possit. Sic *Id. 1. Fam. 9.* Quum mihi cum illo magna iam gratia esset. — **12)** *Habere in gratia;* amare, amici loco habere; *avere in grazia*. *Suet. Domit. 11.* Consularem virum condemnaturus, in eadem, vel etiam in maiore gratia habuit, quoad etc. — **13)** Interdum *gratia* sumi videtur pro auctoritate et potentia, quae favore et plausu acquisita est. *Cic. 13. Fam. 29. a med.* Omnia quae potui in hac summa tua gratia ac potentia a te impetrare. *Gell. 5. 6. post med.* Senatusconsultum faciundum per gratiam curavit; *a forza di broglio*. *Suet. Aug. 35.* Senatores per gratiam et praemium allecti. — **14)** Deinde

II. *Gratia* etiam beneficium significat, quod alteri confertur, ex quo gratia nascitur; *grazia, servigio, benefizio*. *Cic. 2. Fam. 6.* Nullam esse gratiam, quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulandoque illustrare posset. *Sall. Iug. 111.* Quod polliceatur, populum R., quoniam armis amplius valuisset, non in gratiam habiturum; *non lo terrebbe per servigio*. *Plaut. Capt. 3. 5. 63.* Ergo ab eo petito gratiam istam. *Id. Stich. 1. 2. 23.* Gratiam a patre si petimus, spero ab eo impetrassere. *Ter. Hec. 3. 3. 30.* Sine labore hanc gratiam te ut sibi des pro illa, nunc rogat. — *Cic. 5. Verr. 48.* Ex hisce ternis medimnis, quod beneficii gratiaeque causa concessit. *Id. ibid. 82.* Petivit beneficii loco et gratiae, ut sibi pro frumento quanti frumentum esset dare liceret. — *Liv. 8. 22.* Data visceratio in praeteritam iudicii gratiam. — **15)** Item beneficium, quod redditur, vel memoriam accepti beneficii, animum gratum, et voluntatem remunerandi. *Cic. Plane. 35.* Meritam Diis immortalibus gratiam iustis honoribus et memori mente persolvere. *Id. 3. Fin. 21.* Quanta Diis gratia debeatur. *Ter. Andr. 2. 1. 51.* Postulare, id gratiae apponi sibi; *s'ascriva a merito*. — **16)** *Agere gratias* est verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum, vel beneficium verbis exornare; *rendere grazie*. *Referre gratiam*, vel *gratias* est facto aliquo beneficium remunerari; *ricompensare, rimeritare, rendere la pariglia*. *Cic. 5. Phil. 18. extr.* Ut pro tantis eorum in rempublicam meritis honores eis habeantur, gratiaeque referantur. — *Repetere gratiam* est postulare, ut pro accepto beneficio aliud reponatur. *Liv. 1. 47.* Tarquinius prensare patres, admonere paterni beneficii, ac pro eo gratiam repetere. — *Habere gratiam*, vel *gratias* pertinet ad animum, et significat memorem accepti beneficii animum habere, et remunerandi voluntatem; *dichiararsi obbligato*. *Cic. 5. Fam. 11.* Nec enim tu mihi habuisti modo gratiam, verum etiam cumulatissime retulisti. *Ter. Andr. 4. 4. 51.* Diis pol habeo gratias. *Id. Eun. 5. 9. 61.* Bene fecisti: gratiam habeo maximam. *Cic. 5. Phil. 10.* Meritoque vestro maximas vobis gratias omnes et agere, et habere debemus. *Id. 2. Offic. 20.* Commode autem, quicumque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidisse; qui reddiderit, non habere; gratiam autem et qui retulerit, habere; et qui habeat, retulisse. V. similem loc. *ad Quirit. sub fin.* et *Planc. 28.* — **17)** Translate. *Colum. 2. 2. ante med.* Nullum deterius habetur agri genus, quam quod est siccum pariter et densum, et macrum: quia cum difficulter tractetur, ne tractatum quidem gratiam refert; *h. e.* fructum reddit impensae et labori aequalem. *Virg. 1. G. 85.* Nec nulla interea est inaratae gratia terrae. — **18)** *Referre gratiam* aliquando per ironiam in malam partem sumitur; *h. e.* pro iniuria iniuriam rependere, ulciscl. *Cic. Amic. 15.* Tarquinium dixisse ferunt tum exsulantem, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum iam neutris gratiam referre posset. *Ter. Eun. 2. 3. 95.* Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur? Adde *Cic. Sull. 16. extr.* et *2. Att. 9.* — **19)** *Reddere gratiam*, non dicimus: reddunt enim et qui reposcuntur, et qui inviti, et qui

Digitized by Google

ubilibet, et qui per alium. Ita *Senec. ep. 81. ante med.*, qui tamen *ibid. paulo sup.* dixerat: Hoc certe iustitiae convenit, suum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriae talionem, aut certe malam gratiam. *Tibull. 2. 1. 36.* Redditur agricolis gratia caelitibus. — **20)** *Est gratia* est, ago gratias. *Ter. Adelph. 1. 2. 58.* Unum vis curem: curo, et est Diis gratia. Cum ita, ut volo, est. *Plaut. Men. 2. 3. 36.* Eamus intro, ut prandeamus. *Me.* bene vocas: tam gratia est; *tanto ti ringrazio:* verba sunt recusantis, et beneficium invitationis nihilominus agnoscentis. — Et omisso verbo. *Ovid. 3. Pont. 3. 48.* Gratia Dis: menti quolibet ire licet. *Apul. Asclep. 41.* Gratias tibi, summe, exsuperantissime. — **21)** Speciatim

III. *Gratia* nonnunquam accipitur pro indulgentia, venia. *Gell. 11. 8.* Ideoque veniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum, postulavit. — **22)** Hinc *facere gratiam* est remittere, condonare. *Liv. 3. 56.* Omnium tibi, quae impie nefarieque per biennium ea sunt, gratiam facio; *ti rimetto, ti perdono. Plaut. Rud. 3. 3. 58.* Iurisiurandi volo gratiam facias; *voglio che tu mi dispensi dal giuramento. Suet. Aug. 47.* Bononiensibus gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus suis; *li disobbligò da* etc. *Id. Domit. 14.* Edicti de excidendis vineis propositi gratiam fecit. — **23)** *Facere gratiam* est etiam facere potestatem. *Id. Aug. 38.* Equitibus reddendi equi gratiam fecit. — **24)** Facere alicui malam gratiam cum aliquo; *metterlo in disgrazia. Senec. 1. Controv. 3. sub fin.* Volo tibi malam gratiam cum sponso tuo facere: habet amicam. — **25)** Utimur etiam *gratia* pro causa. *Cic. 1. Fin. 10. extr.* Maiorum dolorum effugiendorum gratia; *per cagione di* etc. *Ter. Andr. 2. 6. 2.* Ea me hic restitisse gratia; *per questo.* Et *5. 4. 8.* Ea gratia simulavi, ut etc. *Id. Heaut. 4. 3. 20.* Ea gratia secum adduxit, ne etc. *Sall. Iug. 58.* Id ea gratia eveniebat, quod etc. *Ter. Eun. 1. 2. 19.* Huc qua gratia te accessi iussi, ausculta; *a qual fine. Id. ibid. 1. 2. 79.* Ego excludor: ille recipitur: qua gratia? *perchè? Plaut. Pseud. 3. 2. 3.* Num mea gratia pertimescit? *per riguardo di me?* et *Stich. 5. 1. 5.* Qui nihil ocius venit tamen hac gratia; *non per questo viene più presto. Id. Mil. 3. 1. 160.* Quid opus fuit hoc, hospes, sumptu tanto nostra gratia? *per cagion nostra?* Et *Pseud. 1. 5. 138.* Non abire certum est istac gratia. Adde *Truc. prol. 9.* — *Plin. 18. 57. 6.* Brevitatis gratia. *Id. 2. 15. 1.* Exempli gratia; *per esempio. Id. 19. 62. 3.* Ciborum gratia dumtaxat. *Id. 2. 67. 4.* Commercii gratia. *Quintil. 9. 4. 144.* Ne quae eius gratia fecerimus, propter eam fecisse videamur. *Enn.* apud *Cic. 4. Tusc. 32.* Tu me amoris magis quam honoris servavisti gratia. *Cic. Quint. 7.* Quem, ut ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. *Sall. Cat. 23.* Quem censores Senatu probri gratia moverant. *Caes. 7. B. G. 43.* Legatos ad Caesarem sui purgandi gratia mittunt: haec faciunt recuperandorum suorum causa. — *Quintil. 8. praef. 18.* Idque faciunt gratia decoris. *Id. 9. 4. 58.* Gratia compositionis. *Id. ibid. 3. 144.* Gratia lenitatis. *Id. 8. 6. 2.* Gratia significationis. — *Apul. 6. Met.* Laminae auro litteratae, quae cum gratia facti nomen Dei, cui fuerant dicata *(dona)*, testabantur; h. e. *le quali colla ragione dell' offerta manifestavano il nome* etc. — **26)** *Bona gratia* formula est in contractibus usitata apud ICtos; *di comune accordo. Iulian. Antecess. Constit. 36. 2.* Sunt quaedam iustae causae, quae bona gratia sine repudio matrimonia disrumpunt et est prima causa, si maritus vel mulier solitariam vitam elegerit. Et *mox.* Alio quoque modo bona gratia matrimonia dissolvuntur. *Sunt qui scribunt coniunctim* bonagratia. — **27)** Huc pertinet *in gratiam*, quod est *causa* ablat., ut *in gratiam mei, tui;* mea, tua causa, ut mihi, aut tibi quis gratificetur; *in grazia. Vellei. 2. 44.* Cum M. Piso Anniam in Sullae dimisisset gratiam. *Suet. Tib. 49.* Constat condemnatam Lepidam in gratiam Quirini consularis. — **28)** Praeterea

IV. *Gratia* aliquando sumitur pro venustate, pretio, quo quippiam commendatur, gratum est et iucundum. *Plin. 28. 79. 1.* Lepore sumpto, gratiam corpori fieri in novem dies. *Quintil. procem. l. 6.* Gratia in vultu, iucunditas in sermone. *Id. 8. 4. ante med.* Virtutes etiam ipsae taedium pariunt, nisi gratia varietatis adiutae. *Id. 6. 1. a med.* et *11. 1. sub fin.* Perdere gratiam alicuius rei; *guastare. Id. procem. l. 1.* Nullam ingenii sperantes gratiam. *Cels. 4. 24. a med.* Et lapidi Asio gratia est ad iuvandum. *Plin. 14. 6. 5.* Uvis et vinis gratiam affert fumus fabrilis; *sapore.* Et *17. 6. 5.* Poetore aspectuque, temporis viribus, in quandam etiam gratiam mutato. *Id. 19. 28. 1.* Amaritudo in gratiam vertitur. *Id. 21. 38. 4.* Ad gratiam quoque vitae gloriamque pertinere arbitramur. *Id. ibid. 91. 1.* Putant usu eius *(helenii)* quandam gratiam lis *(mulieribus)* veneremque conciliari. — **29)** Absolute in ablat. plur.

Gratus, adverbiorum more usurpatur, praesertim a *Plauto* et *Terentio*, et significat idem quod *gratis*, sine mercede, aut praemio. *Plaut. Epid. 3. 4. 35.* foras educite Quam introduxistis fidicinam: atque etiam fides, Et quae accessere, tibi addam dono gratiis. *Id. fragm.* apud *Charis. 2. p. 180. Putsch.* Videas, mercedis quid tibi est aequum dari, Ne ista aetate me sectere gratiis. *Ter. Phorm. 5. 2. 15.* Ut phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratiis; *senza paga. Id. Adelph. 4. 7. 26.* Aliquo abiicienda est, si non pretio, gratiis; *gratis.* Apud *Plaut. Asin. prol. 5.* Age, nunc reside: cave modo, ne gratiis. *Al.* graxis *leg.*, ut sit a *graxo;* clamo, a Graeco χράζω. *Plaut. Poen. 4. 2. 46.* Neque triobolum ullum amicae das et ductas gratiis. Adde *Asin. 1. 3. 58.* — **30)** Apud prosae autem orationis Scriptores gratiis, quod sciam, non reperitur in usu; contra apud eos aeque ac apud Poëtas contracte pro *gratiis* usurpatur

Gratis, eodem prorsus sensu, nempe sine mercede, gratuito; *senza pagamento, o premio. Cic. 2. Offic. 23. sub fin.* Habitare gratis in alieno. *Id. Rosc. Com. 10.* Communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannii. *Id. 7. Verr. 19.* Vel Capitolium publice gratis coactis fabris, operisque imperatis exaedificari potuit; *senza spesa.* Et *paulo post.* Navis tibi gratis constat. *Id. Cluent. 26.* Gratis servire reipublicae. *Suet. Grammat. 15.* Gratis et sine mercede aliquid facere. *Cic. 2. Fin. 26.* Ut virtutes per se ipsas gratis diligant. *Id. 3. Q. Fr. 1. 3.* Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum: quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita? Adde *C. Gracchum* apud *Gell. 11. 10.*, *Pompon. Dig. 39. 5. 9.* et *Labeo, ibid. 19. 2. 55. §. 2. Martial. 5. 16. 10.* Tantum gratis pagina nostra placet. *Id. 10. 3. 11.* Cur ego laborem notus esse tam prave, Constare gratis cum silentium possit? *Id. 5. 50.* Sportula nulla datur, gratis conviva recumbis. — *Cic. 2. Verr. 39.* Is repente, ut Romam venit, gratis praetor factus est. Alia porro pecunia, ne accusaretur, data. — *Vulg. Interpr. Eccli. 20. 23.* Est qui prae confusione promittit amico, et ingratus est eum inimicum gratis. *Augustin. 2. Conf. 4.* Malitiae meae causa nulla erit, nisi malitia, ut essem gratis malus. — **31)** Apud Poëtas et Mythologos

IV. *Gratia*, frequentius autem in plur. num. *Gratiae*, sunt Deae pulcritudinis, quas alii tradunt, filiae fuisse Iovis et Autonoës, alii Iovis et Eurynomes, alii Liberi Patris et Veneris. Dictae sunt a *gratia;* idest ab ea gratiae notione, qua pro venustate ac lepore accipitur: Graece dicuntur Χάριτες, a χάρις, quod a χαρά; gaudium. Tres sunt, *Aglaia*, *Thalia*, *Euphrosyne*. Aliquando pro *Aglaia* et *Thalia*, Aegiale et Pasithea leguntur, de quibus singillatim agemus suo loco in ONOM. Aliorum interpretatione Gratiae Deae sunt, quae beneficentiae praesunt. Tres esse finguntur, quod una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat: seu quia et benefici esse in alios debemus, et aliorum beneficia suscipere, et iis, qui in nos liberales fuerunt, retribuere; *dare* autem, *accipere*, et *referre* tres actus sunt inter se distincti. Harum una aversa pingitur, duae ad nos conversae, quia pro accepto beneficio duplicem gratiam rependi oportet. Virgines sunt, quia pura beneficia esse debent, sine spe retributionis, seu quia nihil turpe rogare licet. Nudae, quod beneficia inter amicos minime decet esse fucata. Iuvenes, quia beneficii accepti memoria senescere non debet, sed perpetuo virere. Hilares et ridentes, quod hilariter beneficium dandum est. Connexae, quia perpetuum debet esse benevolentiae foedus, et quia beneficium semper beneficium parit. In Acidalio Orchomeni fonte lavantur, qui dictus est ab ἀκηδής; nullam curam gerens, quod ab α, part. priv. et κῆδος; cura, quia conferens oblivisci beneficii dati debet, vel certe curam omnem abiicere de remuneratione. Haec magnam partem ex *Senec. 1. Benef., 3.* item ex *Serv.* ad *1. Aen. 724.* sumpta sunt. *Horat. 1. Od. 4. 6.* Iunctaeque Nymphis Gratiae decentes Alterno terram quatiunt pede. Et *3. ibid. 21. extr.* Segnesque nodum solvere Gratiae. *Plin. 35. 40. 17.* Nicearchus *(fecit)* Venerem inter Gratias et Cupidines. — **32)** Tres Gratias nudas, et invicem inter se connexas passim videre est in vetustis monumentis, et apud *Fabretti, Inscript. p. 539.*, ubi tamen tres puellae egregia forma Gratiarum specie repraesentatae esse videntur; item *ibid. p. 432.*, ubi Mercurius et Hercules scopulo insistunt, infra fontis imago senilis iacet, hinc duae Nymphae Hylam rapere conantes, inde tres Gratiae nudae, inferius haec legitur inscriptio: Epityncanus M. Aurelii Caes. lib. et a cubiculo Fontibus, et Nymphis sanctissimis titulum ex voto restituit: et apud *Visconti, Mus. Pio-Clem. T. 4. tab. 13.* Mercurius senem genua flectentem, manusque supinas tendentem offert Aesculapio, ex altera vero parte tres Gratiae nudae eosdem intuentur; ex quibus patet, his aliisque locis eas symbolum esse gratiarum actionis pro accepto qualicumque beneficio, et valetudine recuperata. — **33)** Perelegans de his epigramma habes apud *Murat. Inscript. 494. 3.*, quod tamen recentioris aevi fetum esse probavit *Lelichius* in *Miscell. Lips. nov. T. 1. p. 457.*, assentiente *P. Burmanno*, qui illud pluribus illustrat in *Anthol. Lat. T. 1. p. 54.* — **34)** In sing. num. sensu collectivo *Gratia* usurpatur *Ovid. 6. Met. 429.* non pronuba Iuno, Non Hymenaeus adest, illi non Gratia lecto. — **35)** Sed *Gratia* speciatim fuit dea benevolentiae, ut quidam intelligunt in illo *Caton. Distich. 1. 35.* Ne dubites cum magna petis, impendere parva; His etenim rebus coniungit Gratia caros. — Haec fortasse est Dea, Herebi et Noctis filia, de qua *Cic. 3. Nat. D. 17.* — **36)** Denique apud Scriptores Ecclesiasticos, in primis *Vulg. Interpr.*,

Digitized by Google

V. *Gratia* varie adhibetur atque iisdem fere sensibus, quibus apud Ethnicos Scriptores; si aliqua excipias dicendi genera apud eos non obvia, qualia haec sunt. *Vulg. Interpr. Gen. 6. 8.* Invenire gratiam coram Domino. *Id. ibid. 18. 3.* in oculis Domini. Et *33. 15.* in conspectu Domini. *Id. Exod. 33. 13.* ante oculos alicuius. *Id. ibid. 3. 21.* dare gratiam alicui coram alio. *Id. Ruth. 2. 2.* Reperire gratiam alicuius. *Id. 2. Reg. 15. 20.* Ostendere gratiam. *Id. ibid. 16. 17.* Haec est, inquit, gratia tua ad amicum tuum. *Id. 1. Par. 19. 2.* Gratiam praestare. *Id. Esther, 15. 17.* Facies tua plena est gratiarum. *Id. Psalm. 44. 3.* Diffusa est gratia in labiis tuis. *Id. Prov. 1. 9.* Ut addatur gratia capiti tuo. Adde *ibid. 4. 9. Id. Eccli. 20. 15.* Sapiens in verbis seipsum amabilem facit; gratiae autem fatuorum effundentur. — **36)** Pro stipe, sive eleemosyna. *Id. 1. Cor. 16. 3.* Quos probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem. — **37)** Speciatim vero *gratia* universim dicitur omne quod ex Deo pervenit in hominum beneficium, praesertim dona ipsis collata gratuito prorsus munere ad proprium finem sibi comparandum, imprimis vero gratia, quae sanctum acceptumque Deo hominem reddit. Hos omnes sensus ostendunt loca sequentia. *Id. Prov. 12. 2.* Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino. *Id. Eccli. 24. 25.* In me *(sapientia)* gratia omnis viae et veritatis. *Id. Luc. 1. 28. de B. Virgine.* Ave, gratia plena *(figliuola di grazia*, dixit *Dante* in *Parad. 31. 102.*). *Id. Ioh. 1. 17.* Gratia et veritas per Iesum Christum facta est. *Id. Coloss. 1. 5.* Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro. *Id. 2. Tim. 1.* Resuscitare gratiam Dei. *Id. Iacob, 4. 6.* Humilibus dare gratiam. *Id. 1. Petr. 4. 10.* Dispensatores multiformis gratiae Dei, etc. — *Optat. Schism. Donat. 5.* Veniunt Gentes ad Gratiam; *h. e.* Eucharistiam. *Cod. Theod. 16. 6. 1.* Qui eam gratiam *(baptismi)* iterando contaminaverit, sacerdotio indignum esse censemus. *Ambros. de Spir. Sanct. prol. 16.* Veniant in me stillicidia tua *(Christe)*, gratiam immortalitatemque rorantia. *Cod. Iustinian. 1. 27. 2.* Unde per eius *(Christi)* gratiam etiam civilium administrationum iudices et officia . . . constituimus. — **38)** De formula *Deo gratias*, V. DEO GRATIAS.

Nota. Discrimen inter *grates* et *gratias*, V. sub v. GRATES in *Nota*. — Discrimina inter *agere, habere, reddere, referre, repetere gratias* vel *gratiam*, V. supra §. 16. et seqq. — **2)** De vocc. *gratiis* et *gratis* adverbiorum more positis alia dabit *Hand, Turtell. T. 2. p. 734.* et *seqq.*

GRĀTĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gratificor;* actus gratificandi, gratia, beneficium; *servigio, piacere, grazia*. *Cic. 3. Agr. 2.* Coniungitur impudens gratificatio cum acerba iniuria. *Plin. 21. 3. 1.* Gratificationem ipsius reginae Antonio timente; *h. e.* ne quis, ut reginae gratificaretur, sibi venenum daret. Adde *Cic. Mur. 20.* et *1. Nat. D. 44.*

GRĀTĬFĬCĀTOR, ōris, m. Verbale a *gratificor;* qui gratificatur. Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

GRĀTĬFĬCĀTUS, a, um. Particip. verbi *gratificor;* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *gratificatior*, infra. — Est qui gratum fecit. *Sidon. 5. ep. 10.* Si videas tibi blandius quippiam gratificatiusque. *Auson. Mosell. 356.* Sura interceptis tibi gratificata fluentis.

GRĀTĬFĬCĒ. Adverb. a *gratificus;* gratificando. *Rufin., Hist. Monach. 1. ante med.* Unumquemque nostrum gratifice alloquitur.

GRĀTĬFĬCO, as, āvi, ātum, āre, et, deponentium forma,

GRĀTĬFĬCOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, a *gratus* et *facio*. — Particip. *gratificans* §. *1., gratificandus* §. *1., gratificatus*, V. suo loco. — Proprie est gratum facio, beneficium do; *far servigio, far piacere*. *Cic. 5. Fin. 15.* De eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. *Id. 1. Nat. D. 44. in fin.* Deus nihil cuiquam tribuens, nihil gratificans. *Id. Balb. 6.* Gratificatur mihi gestu accusator: inscientem Pompeium fecisse significat. *Id. fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Homo nimis in gratificando iure liber, L. Sisenna; *h. e.* gratiae causa remittendo. *Liv. 21. 9. extr.* Nuncios ad principes factionis Barcinae praemittit, ne quid altera pars gratificari pro Romanis posset. *Plin.* referens verba veterum Annalium *34. 11. 4.* Quod campum Tiberinum gratificata esset ea populo; *h. e.* dono dedisset. *Sall. orat. 1. ad Caes. ad fin.* Perversam gratiam gratificari; *far un cattivo servigio; h. e.* gratificari cuipiam, quod illi obsit, ut *Cic. 1. Offic. 14.* loquitur. *Tacit. 4. Ann. 19.* Gratificari odiis alicuius; *h. e.* inservire gratiae causa. *Sall. Iug. 5.* Potentiae paucorum decus atque libertatem gratificari. — **2)** Activa forma,

GRATIFICO, eodem sensu. *Cassiod. 7. Var. 6.* Interesse arbitramur, quod utilitas necessaria gratificat, et quod pulchritudinis tantum causa commendat. *Vulg. Interpr. Ephes. 1. 6.* In qua *(gratia)* gratificavit nos in dilecto Filio suo. *Chrysolog. Serm. 91. fin.* Semper ortus regios honorat festivitas, dulcis gratificat symphonia.

GRĀTĬFĬCUS, a, um. Adiect. verbale a *gratifico;* qui gratificatur. *Paulin. Petroc. 2. de Vit. S. Mart. 716.* gratifico concors cum pectore vultus. *Optatian. Porphyr. Paneg. ad Constantin. Aug. 1. 6.* Gratifici domini visibus apta sacris. — **2)** Item qui gratias agit. *Paulin. Nol. Carm. 32. 3.* Gratificas verso referam sermone loquelas.

Nota. Discrimen inter *gratiosum* et *gratificum*, V. sub v. GRATIOSUS in *Nota*.

GRĀTĬIS, V. GRATIA §. 29.

GRĀTĬLLA, ae, f. Est species libi, apud *Arnob. 7. p. 250.*, sed illud quale sit, ignotum est: esse tamen videtur, quod Graecis ἀριστὶς dicitur, εἶδος πλακοῦντος, παρὰ τὸ ἄριστον, ὃ τοῖς Θεοῖς ἀρίστοις, ut legitur in *Etymol. M.*

GRĀTĬŎLA, ae, f. Deminut. a *gratia;* parva gratia. Agnoscitur ut Latinum a *Diomed. 1. p. 313. Putsch.*

GRĀTĬŌSĒ. Adverb. a *gratiosus*. — Comparat. *gratiosius*, infra. — Est per gratiam, gratificando; *graziosamente*. *Ulp. Dig. 26. 7. 6.* Competet adversus tutores tutelae actio, si praedia non idonea comparaverunt per sordes, aut gratiam. Quid ergo, si neque sordide, neque gratiose? *Ascon. 3. Verr. 4. ad fin.* Hoc in Sicilia fecit gratiosius in decumanos.

GRĀTĬŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *gratiosus;* gratia; *grazia*. *Tertull. 1. advers. Marcion. 9.* Ipsam naturalem novitatis gratiositatem volui reperculere; *h. e.* gratiam novitatis, ut ait *Plin. 1. ep. 2.*

GRĀTĬŌSUS, a, um. Adiect. a *gratia*. — Comparat. *gratiosior* §. *1.*, superlat. *gratiosissimus* §. *1.* — Proprie est qui gratia apud omnes plurimum valet, vel qui omnium gratiam et favorem sibi facile conciliat; *grato, amato, che ha molte amicizie*. *Cic. Plane. 19.* Gratiosum esse tribulibus suis Plancium, quod multis benigne fecerit, pro multis spoponderit, denique omnibus officiis etc. Et *18.* Semper fuerunt viri boni, qui apud tribules suos gratiosi esse velint. *Id. 6. Verr. 20.* Homini honesto, sed non gratiosiori, quam Cn. Calidius est. *Id. Quint. 1.* Cum adversario gratiosissimo contendere. *Id. Coel. 9.* Homines potentes, gratiosi, diserti. *Suet. Oth. 2.* Liberta aulica gratiosa. *Cic. 5. Offic. 14.* Apud omnes ordines gratiosus. *Q. Cic. Petit. cons. 6.* Sunt quidam homines in suis vicinitatibus et municipiis gratiosi. — *Vulg. Interpr. Esther, 2. 15.* Omnium oculis gratiosa et amabilis videbatur. *Id. Prov. 11. 16.* Mulier gratiosa inveniet gloriam. — **2)** Aliquando significat eum, qui proclivis est ad gratificandum. *Cic. Brut. 84.* Scribae gratiosi sint in dando et cedendo loco. — **3)** *Gratiosa missio* dicitur, quae per gratiam impetrata est. *Liv. 43. 14. ad fin.* Et quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri iussuros. — **4)** *Gratiosa sententia* est, quam quis sibi faventem per gratiam extorsit contra ius. *Ulp. Dig. 3. 6. 3.* — **5)** Docet *Gell. 9. 12. gratiosum* dici et qui adhibet, et qui admittit gratiam. Quo posteriore sensu *Ulp. Dig. 50. 15. 1.* Berytiensis colonia est in eadem provincia, Augusti beneficiis gratiosa; *graziata, favorita*. — **6)** Pro iucundo et grato. *Plin. 16. 60. 1.* Cupressus odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa.

Nota. Inter *gratiosum* et *gratificum* discrimen hoc exhibet *Isid. 10. Orig. 114.* « *Gratificus* ab eo, quod gratia faciat bonum: *gratiosus*, qui plus unicuique quam meretur, tribuit. »

GRĀTIS. V. GRATIA §. 30.

GRĀTĬTO vel GLACĬTO, as, āre. Verbum intransitiv., idem ac gingrio, quod proprium est anseris, a sono fictum. *Auct. carm. de Philom. 19.* Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anser. *Al. legunt* glacitat.

* GRĀTĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *gratus;* gratus animus; *gratitudine*. Sed barbarum est. Perperam enim a quibusdam legitur in titulo *c. 2.* et *3. l. 3. Val. Max.*, ubi optimi Codd. *de gratis, et ingratis* habent. — **2)** *Gratitudo* pro grato sapore, habetur apud *Apic. 3. 6.* auctorem culinarium, ut quidem legebat *Cellar. in Antibarb. c. l.*, aut alii *gravitudo:* et ita videtur postulare sententia.

GRĀTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. forma deponens, a *gratus*. — Particip. *gratans* §. *1.*, *gratatus*, V. suo loco. — Proprie est gaudeo de bono alterius, idque verbis aut signis ostendo; gratulor; *rallegrarsi, congratularsi*. *Virg. 4. Aen. 478.* Inveni, germana, viam: gratare sorori. *Ovid. 6. Met. 434.* gratata est scilicet illis Thracia. *Liv. 7. 13. extr.* Iovis templum gratantes ovantesque adire. *Virg. 5. Aen. 40.* Gratatur reduces; *h. e.* quod reduces sint. *Accius* apud *Serv.* ad *Virg. l. c.* Nec tibi me in hac re gratari decet. *Tacit. 6. Ann. 21.* Complexus eum Tiberius praescium futurorum, et incolumem fore gratatur; *h. e.* gratulatur, quod sit praescius, et spondet fore incolumem; ζεύγμα. Sic et *Ovid. 1. Met. 578.* Nescis, gratentur consolenturne parentem. — *Tacit. 2. Hist. 29.* Versi in laetitiam laudantes gratantesque. *Id. 14. Ann. 8.* Ad gratandum sese expedire. — **2)** *Gratari sibi* est secum laetari; *rallegrarsi seco stesso*. *Ovid. 9. Met. 244.* totoque libens mihi pectore grator. *Id. 11. Heroid. 65.* Quid tibi grataris? — **3)** Interdum significat gratias agere. *Id. 3. Fast. 417.* Quisquis ades, custaeque colis penetralia Vestae, Gratare, Iliacis turaque pone focis. *Alii tamen melius leg.* cratera.

GRĀTŬĪTĒ. Adverb. a *gratuitus*, idem ac gratuito. *Cassiod. Com-*

Digitized by Google

plur. ep. *Iacob.* 3. Sacro baptismate gratuite nos, non meritis, dicit esse progenitos.

GRĀTŬĪTŌ. } V. voc. seq. §. c. et 4.
GRĀTŬĪTU. }

GRĀTŬĪTUS, a, um. Adiect. a *gratis* (quod est pro *gratiis*). — **b)** Paenultima syllaba brevis est. *Stat. 1. Silv. 6. 16.* Quidquid nobile Ponticis nucetis, Quod ramis pia germinat Damascus, Largis gratuitum cadit rapinis. — Posse tamen produci quidam putant, exemplo vel *fortuitus* apud *Horat. 2. Od. 15. sub fin.* V. loc. in FORTUITUS §. b. — **c)** Quidam in ablativo *gratuitu* pro *gratuito*, ut *fortuitu* pro *fortuito*, admitterent in illo *Suet. Caes. 27.* « Gratuitu aut levi fenore obstricti. » Sed illud *gratuito*, sic enim omnino hic legendum est, non *gratuitu*, ad *fenore* referendum esse, recte vidit *Cruc.* ad h. l. Cf. FORTUITUS §. c. — Est autem

GRATUITUS, qui datur gratis; idest sine praemio, aut pretio; *gratuito, senza premio. Colum. 9. 8.* Examina apum vel sere parta, vel gratuita contingunt; *senza spesa. Plin. 3. ep. 11.* Gratuitam pecuniam dare alicui; *senz' interesse. Cic. 1. Leg. 18.* Quid liberalitas? gratuita ne est, an mercenaria? Si sine praemio benigna est, gratuita; si cum mercede, conducta. *Plin. 35. 35. 2.* Hospitium gratuitum. *Cic. Planc. 22. extr.* Gratuita suffragia; h. e. libera, non pretio extorta. Sic *Id. 2. Q. Fr. 15. extr.* Gratuita comitia; h. e. in quibus suffragia non emuntur. *Senec. 6. Benef. 19.* Gratuita nave ferre per flumen. *Liv. 2. 42.* Gratuitus furor; h. e. qui nullo allectus praemio ultro excitatur. *Cic. 2. Fin. 31.* Probitas gratuita, nec praemiorum mercedibus evocata; *spontanea. Id. 1. Nat. D. 44.* Prata et arva et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex eis capiuntur: hominum caritas et amicitia gratuita est. *Id. 4. Acad. 46.* Reliquae virtutes, quarum esse nulla potest, nisi erit gratuita: nam quae voluptate, quasi mercede aliqua, ad officium impellitur, ea non est virtus, sed fallax imitatio simulatioque virtutis. *Suet. Aug. 41.* Gratuitus usus pecuniae. *Id. Caes. 27.* Gratuitum fenus. V. supra §. c. *Id. ibid. 68.* Gratuitam operam offerre. *Id. Ner. 38.* Cadaverum et ruderum gratuita egestio. *Id. Calig. 26.* Gratuita in Circo loca. *Id. Ner. 17.* Gratuita subsellia. — **2)** Speciatim dicitur de honoribus, qui gratis et sine sumptu dantur vel decernuntur. *Inscript.* apud *Grut. 354. 7.* Huic ordo decurionum ob merita eius honorem Augustalitatis gratuitum decrevit. V. DECURIO §. 7. — Item *sacerdos gratuitus* dicitur in *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. 80. 3.*, qui sacerdotium sine pecunia est consecutus. — Et *Augustalis gratuitus* in *Inscript.* apud *Murat. 199. 3.*, qui apud *Bund. 199. 2. gratis factus*, et apud *Fabretti, p. 744. 530. gratis creatus* praedicatur. — **3)** Item *gratuita legatio* dicitur in *Inscr.* apud *Grut. 362 1.* et *489. 12.*, quam quis suscipit sumptu proprio in patriae utilitatem. — **4)** Absolute, in ablativo casu,

GRATUITO, adverbiorum more, est idem quod gratuite, gratis; *senza premio, senza interesse, o mercede. Plin. 35. 35. 2.* Polygnotus . . . Athenis porticum, quae Poecile vocatur, gratuito, cum partem eius Micon mercede pingeret. *Cic. 2. Offic. 19.* Multorum causas et non gravate, et gratuito defendentis. *Senec. ep. 105.* Odium ex offensa sic vitabis neminem lacessendo gratuito; h. e. sine causa. *Tacit. 12. Ann. 22.* Quaestura ex dignitate candidatorum aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec sententia Dolabellae velut venundaretur. *Id. ibid. 7.* Neque tamen eloquentiam gratuito contingere; *conseguirsi gratuitamente. Sall. Cat. 16.* Ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito potius malus atque crudelis erat.

Nota. De *gratuito*, adverbiorum more posito, alia dabit *Hand, Turscll. T. 2. p. 756.* et *seq.* — De forma *gratuitu* pro *gratuito*, V. supra §. c.

GRĀTŬLANTER. Adverb. a *gratulans;* gratulando. *Acta S. Bonifacii n. 5.* Cumque coepisset egredi, dicit dominae suae gratulanter, etc.; con *allegrezza. Gaudent. Brix. Praef. circa med.* Facere eleemosynas largiter, frequenter, gratulanter.

GRĀTŬLĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *gratulor;* valde gratulans. *Liv. 7. 38. extr.* Quo se omnis multitudo gratulabunda effudit. *Iustin. 6. 8. extr.* Velut gratulabundus patriae exspiravit. *Suet. Galb. 19.* Advenire frequentes ceteros gratulabundos et in omne obsequium paratos. Adde *Cyprian. ep. 31. n. 1.*

GRĀTŬLANDUS, a, um. V. GRATULOR §. 3.

GRĀTŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gratulor;* testatio gaudii ob felicem rei successum alicui facta; *congratulazione. Cic. 2. Verr. 8.* Tantam isti gratulationem esse factam, ut etc. *Id. Mil. 35.* Omni in hominum coetu gratiis agendis, et gratulationibus habendis, et omni sermone celebramur. *Id. 1. Att. 17. circa med.* Fuit mihi saepe et laudis nostrae gratulatio tua iucunda, et timoris consolatio grata. *Curt. 7. 2.* Motus gratulatione fungi. *Cic. 2. Fam. 10.* Non possum adduci, ut abs te, postea quam aedilis es factus, nullas putem datas litteras; praesertim cum esset tanta res, tantae gratulationis. *Suet. Ner. 6.* Inter gratulationes amicorum. Adde *Cic. Mur. 41.* et *Pis. 3.* — **2)** Item universim laetitia, quae cum alio capitur. *Id. Mur. 3.* Hic parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. *Id. Marcell. 4.* Hunc tu igitur diem tuis maximis et innumerabilibus gratulationibus iure antepones; h. e. victoriis, ob quas laetitia et gratulatione affectus es. *Apul. 7. Met. 27.* Nec tamen tantillum saltem gratulationi meae quietive spatium datum. V. *Hildebr.* ad h. l. — *Id. Flacc. 39.* Quanta laetitia populi Romani . . . quanta gratulatio consecuta est! Adde *6. Verr. 54.* — *Vulg. Interpr. Eccli. 6. 32.* Coronam gratulationis superpones tibi. Adde *Philipp. 1. 26.* — **3)** Hinc *gratulationes* dicuntur supplicationes Diis habitae ob rempubl. bene gestam, in quibus et gratiarum actiones iis habentur, et communis laetitia agitatur. *Cic. 11. Fam. 13.* Recens gratulatio, quam tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus. *Id. 4. Catil. 10.* Ceteris bene gestae, mihi conservatae reipubl. gratulationem decrevistis. *Id. 14. Phil. 5.* Gratae nostrae Diis immortalibus gratulationes, gratae victimae.

GRĀTŬLĀTOR, ōris, m. Verbale a *gratulor;* qui gratulatur; *chi si congratula. Cic. 2. Fin. 35.* Ita fit, ut gratulator laetior sit, quam is, cui gratuletur. *Alii spurium hunc Cic. loc. censent.* V. *Orelli* in *not. crit.* ad h. l. — Habet tamen *Martial. 10. 74.* Iam parce lasso, Roma, gratulatori.

GRĀTŬLĀTŌRĬĒ. Adverb. a *gratulatorius;* gratulantis more. *Augustin. 8. Confess. 6.* Gratulatorie mirari.

GRĀTŬLĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *gratulor;* ad gratulationem pertinens. *Capitolin. Max. et Balbin. 17.* Gratulatoriam epistolam subdidi. — *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 56.* Coena denique gratulatoria, ubi id tempus, operosa et regalis apponitur.

GRĀTŬLĀTRIX, īcis, f. Verbale a *gratulor;* quae gratulatur. Tribuitur *Sidonio*, loco tamen non indicato.

GRĀTŬLĀTUS, a, um. } V. voc. seq. §. b.
GRĀTŬLO, as, }

GRĀTŬLOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, a *gratus*. — **b)** Forma est deponens, pro qua apud sequioris aevi Scriptores aliquando activorum forma adhibitum reperitur. Sic *Augustin. Serm. 40. ed. Mai.* Modo de inimicis tuis gratulabis; h. e. gaudebis. — **c)** Particip. *gratulans* §. 1., *gratulandus* §. 3., *gratulatus* §. 1. et seqq. — **d)** Derivata et Composita V. suo loco in voc. seq.

GRATULOR proprie est verbis ostendere, alterius sibi felicitatem gratam et iucundam esse: cum altero laetari: quod cum facerent Latini, solebant civili quadam formula dicere *ex sententia*, ut *Quintil. 8. 3. 1.* docet; *congratularsi, rallegrarsi*. Varia eius constructio subiectis monstratur exemplis. *Cic. 15. Fam. 14.* Tibi cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de provincia decedentem summa laus, et summa gratia prosecuta est. *Id. 1. ibid. 7. sub fin.* Quod mihi de filia, et de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam. *Ovid. 1. Trist. 9. 34.* tota mihi mente, tibique Gratulor, ingenium non latuisse tuum. *Cic. 5. Att. 20.* Qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritate. *Est qui leg.* celebritatem. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 15.* Gratulor tibi affinitate viri optimi. *Cic. 6. Fam. 11.* et *Planc. 37.* Tibi etiam in hoc gratulor. *Id. Pis. 22.* Publice ad me venerunt gratulatum. *Id. 8. Att. 9.* Non modo frequentes, sed laeto vultu gratulantes. *Id. 2. Fam. 3.* Unum illud nescio, gratuler ne tibi, an timeam, quod mirabilis est exspectatio reditus tui. *Id. ibid. 9.* Primum tibi, ut debeo, gratulor, laetorque quum praesenti, tum etiam sperata tua dignitate. *Id. 6. ibid. 12.* Gratulor tibi, mi Balbe, vereque gratulor; nec sum tam stultus ut te usura falsi gaudii frui velim. — *Plin. 4. ep. 27.* Interim ama iuvenem et temporibus nostris gratulare pro ingenio tali. — Sic *gratulari felicitati alicuius* dixit *Cic. Marcell. 6.* Cf. §. 4. infra. — **2)** Transitivorum more cum accusat., eodem sensu. *Ter. Eun. 3. 2. 28.* Ad coenam vocant, adventum gratulantur. *Suet. Claud. 6.* Cum oppressum Seianum apud eosdem gratularetur. *Cic. 2. Phil. 12.* Ei recuperatam libertatem est gratulatus. *Id. 2. Verr. 7.* Appellat hominem *(Verrem)* et ei voce maxima victoriam gratulatur. *Quidam Codd. MSS. victoriam omittunt.* Cf. loc. cit. supra §. praeced. ex *5. Att. 20.* — **3)** Hinc passive: *Front. de nep. am.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 2.* Quod si mors gratulanda potius est hominibus, quam lamentanda. Cf. §. b. supra. — **4)** Deinde, latiore significatione,

II. *Gratulor* est laetor, laetus sum, gaudeo; *esser lieto, godere, rallegrarsi. Vulg. Interpr. Ps. 34. 26.* Erubescant . . . qui gratulantur malis meis. *Id. Baruc, 4. 3.* Qui gratulati sunt in tua ruina, puniantur. — *Apul. 7. Met. 26.* Sed quod solum poteram, tacitus licet, serae vindictae gratulabar. Cf. *Hildebr.* ad h. l. — **5)** Hinc in bonam partem *gratulari sibi* est secum laetari. *Cic. 5. Fam. 11.* Complexus sum cogitatione te absentem: epistolam vero osculatus etiam ipse mihi gratulatus sum. V. etiam GRATOR §. 2. Adde *Vellei. 2. 104.* et *Plin. 5. ep. 15.* — Absolute. *Apul. 3. Met. 10.* Hi gaudii nimietate gratulari. *Hilar.* in *Psalm. 53. n. 1.* David . . . exemplo Domini . . . proditus orat, periclitans psallit, patiens odia gratulatur; h. e. laetatur.

Digitized by Google

— **c**) Item est etiam grates agere; *ringraziare:* praesertim cum de Diis sermo est. *Ennius* apud *Non.* 2. *369.* Iuppiter tibi summe, tandem male re gesta gratulor. *Afran. ibid.* et apud *Priscian. 8. p. 804. Putsch.* Quod salvus venis, meliusque tibi est, gratulor Divis. *Ter. Heaut. 5. 1. 6.* iam desine Deos, uxor, gratulando obtundere, Tuam esse inventam gnatam. *Scipio African.* apud *Gell. 4. 18.* Ne simus adversum Deos ingrati: eamus Iovi maximo gratulatum.

Nota I. Constructio verbi patet ex §. 1. et 4. — **Nota II.** Discrimen inter *laetari* et *gratulari* hoc statuit *Agroet. p. 2272. Putsch.* « *Laetamur* de nostris, *gratulamur* de alienis. » — **3**) Idem discrimen intercedit inter *gaudere* et *gratulari*, adnotant alii. Cf. GAUDEO in *Nota* II. §. 2.

GRĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum, quod quidam ab inusitato *grare;* h. e. gratum facere, deducerent (V. GRASSOR §. a.); alii vero a Graeca voce χάρις, unde χαίρω et χαρτός; laetificus, dignus, de quo laetemur, per metathesim scilicet litterarum. — **b**) *Gratus* et *gravis* aliquando confusa sunt. V. GRAVIS §. b. — **c**) Comparat. *gratior* §. 1. et 3., superlat. *gratissimus* §. 1. et 3. — **d**) Derivata, *gratabundus, gratanter, gratatorius, grate, grates, gratia, gratiola, gratiose, gratiositas, gratiosus, gratitudo, grator, gratuite, gratuitus, gratulabundus, gratulanter, gratulatio, gratulator, gratulatoris, gratulatorius, gratulatrix, gratulor.* — **e**) Composita, *congratulor, deogratias, deogratus, gratificatio, gratificator, gratifico, gratificor, gratificus, ingratia, ingratus, pergratus.*

GRATUS proprie est, sensu passivo, et tam de rebus, quam de personis, carus, acceptus, iucundus, placitus; *che piace, grato, accetto. Cic. 5. Fam. 11.* Grata tibi mea esse officia, non miror. Et *Divin. Verr. 3.* Quid est, quod populo R. gratius esse debeat? *Liv. 2. 8.* Gratae in vulgus leges fuere. *Ter. Adelph. 2. 4. 6.* Habere aliquid gratum; *aggradire. Id. Heaut. 2. 3. 127.* Hoc est apud me quam gratissimum. *Plin. 26. 6. 2.* Sedere in his scholis auditioni operatos, gratius est, quam etc. *Cic. 5. Tusc. 15.* Quod approbaris, id gratum acceptumque habendum. *Id. 13. Att. 47.* et *Caes. 1. B. G. 44. extr.* Gratum alicui facere; *far cosa grata.* Et *Cic. 13. Fam. 44.* Hoc mihi gratius facere nihil potes. Et *ibid.* Gratissimum mihi feceris, si curaris, etc. *Horat. 4. Od. 3. 7.* gratior it dies, Et soles melius nitent. *Id. 2. Sat. 2. 119.* Gratus conviva. *Id. 1. Od. 32. extr.* dapibus supremi Grata testudo Iovis. *Virg. 3. Aen. 28.* Gratior tellus. Et *344.* Gratior in pulcro corpore virtus. *Ovid. 14. Met. 221.* Gratissimus comitum. *Id. 1. Fast. 585.* Vates Diis gratissima. *Plin. 19. 18. 1.* Radicula floret aestate, grata aspectu. *Id. 26. 8. 1.* Multa dictu grata. *Id. 30. 15. 2.* Cochleae cibis gratae. *Id. 11. 35. 6.* Gratae in cibo locustae. *Id. 12. 37. 14.* Gummi odore iucundo gratum. *Id. 10. 69. 1.* Gratae sapore aves. Et *15. 7. 4.* Grato sapore dulcis. *Horat. 3. Od. 9. 1.* Donec gratus eram tibi (absolute *Propert. 1. 13. 7.* Olim gratus eram). *Id. 2. Ep. 1. 252.* Gratus Alexandro regi Magno fuit ille Choerilus. *Propert. 1. 2. 31.* His tu semper eris nostrae gratissima vitae. *Ovid. 12. Met. 586.* O mihi de fratris longe gratissime natis. — **2**) Absolute, substantivorum more,

GRATI, orum, m. Sunt amici perquam accepti. *Suet. Tib. 46. fin.* Quam *(classem)* non amicorum, sed gratorum appellabat; *dei favoriti.* — **3**) Deinde, sensu activo,

II. *Gratus* est, qui gratiam pro beneficio refert, vel saltem beneficii memor est. *Cic. Plane. 38.* Si bene de me meritis gratum me praebeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati. *Id. 5. Fam. 8.* Quam gratus erga me fueris, ipse existimare potes. *Brutus* ad *Cic. 11. Fam. 10.* Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sunt in me, exploratum habes. *Ter. Andr. 1. 1. 15.* Et id gratum fuisse advorsum te habeo gratiam; h. e. gratum tibi fuisse; *che tu ciò abbia aggradito. Cic.* ad *Caes. post epist. 11. l. 9. ad Att.* Ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique esse in maximi beneficii memoria possim. *Id. 2. Agr. 8.* Ut grati ac memores beneficii esse videantur. *Id. 13. Fam. 25.* Hegesaretus magnis meis beneficiis ornatus, memor et gratus fuit. Et *10. ibid. 19.* Re ipsa atque animo gratissimus. *Id. 4. Phil. 1.* Gratissimo animo prosequi nomen alicuius. *Id. 14. ibid. 11.* Grata memoria virtutem cuiuspiam prosequi. Et *1. ad Brut. 4.* Gratus animus et liberalis. *Horat. 2. Sat. 6. 15.* Si quod adest gratum iuvat. *Id. 1. Od. 12. 39.* Regulum et Scauros . . . Gratus insigni referam Camena. *Id. 1. Ep. 11. 25.* Tu, quamcumque deus tibi fortunaverit horam, Grata sume manu. *Quintil. 11. 2. 12.* Fuisse gratos erga se Deos exitu comperit. — **4**) Singularis est usus in illo *Ter. Heaut. 2. 3. 21.* Quod tamen nunc faciam: tum, cum gratum mihi esse potuit, nolui; h. e. potuit gratiam mihi parare apud patrem. Simile est illud *Cic. 2. Phil. 46.* Satis esse fortibus viris didicisse, quam sit pulcrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere; h. e. quantam apud cives gratiam pariat.

Nota. *Gratus* differt a *iucundo*, quia *grata* sunt, quae habere praestat, quam carere, licet aliquando iucunda non sint. Itaque omnia *iucunda* grata sunt: non omnia grata iucunda. *Cic. 13. Fam. 18.* Tale tuum iudicium non potest mihi non summe esse iucundum: quod cum ita sit, esse gratum necesse est. *Id. 5. ibid. 15.* Amor tuus gratus et optatus: dicerem, iucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Adde *4. ibid. 6.* et *3. Att. 24. extr.* Adde *Plin. 8. ep. 23.*

GRĂVĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *gravo;* gravis, molestus. *Coel. Aurel. 1. Acut. 15.* Gravabilis odor; h. e. caput gravans. *Id. 3. Chron. 17.* Gravabilis cibus. Adde *4. ibid. 3.*

GRĂVĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *gravo*, syllabica adiectione productum; molestia; *gravame. Cassiod. 9. Variar. 2.* Si visceribus sanis gravamen nullius sentiat laesionis. — **2**) Translate est onus quodcumque, speciatim vero tributum; *carico, peso, tributo. Id. 2. ibid. 29.* Quamvis nullos velimus gravamen sustinere, quos videtur pietas nostra protegere. — *Id. 10. ibid. 26.* Rebus moderata inquisitione trutinatis, quidquid gravaminis potest habere possessio, rationabiliter abrogetur. — *Cod. Theod. 8. 23. 5.* Omni superindicti gravamine liberamus. *Id. 11. 1. 33.* Gravamen tributorum. Adde *Nov. Theod. tit. 22. 2.* et *Cassiod. 4. Var. 26.* — *Iulian. Antecess. Constit. 33. 1.* Gravamen curiale.

GRĂVĀMENTUM, i, n. Verbale a *gravamen*, syllabica adiectione productum; onus. — Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Βάρη; gravamentum.

GRĂVĀNTER. Adverb. a *gravans*, idem ac gravate. *Cassiod. 4. Var. 5.* Nullum decet nostras gravanter suscipere iussiones, quae magis utilitates noscuntur extollere devotorum.

* GRĂVASCĔLĂ, ae, f. Nomen a *gravis* (fortasse vero a *gravasco* pro *gravesco*, quod V.). — Legitur in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 467.* « Gravascela, graves idest anni ».

* GRĂVASTELLUS; senior. *Plautus:* Qui est gravastellus, qui advenit? Ut puto, gravastellus a gravitate dictus. Haec *Festus* apud *Paul. Diac. p. 96. Mull.* Locus autem *Plauti*, quem designat, est *Epid. 3. 1. 14.* Sed quis est haec mulierecula, et illic gravastellus qui venit? Ubi si leg. *ravastellus*, aut *ravistellus:* a ravo colore. Ipse idem *Festus* sic legisse videtur, in *Ravi*, p. 272. *ibid.*, ubi haec habet: Ravi coloris appellantur, qui sunt inter flavos et caesios, quos *Plautus* appellat ravistellos. Quis, inquit, haec mulier, et ille ravistellus, qui venit? — Videtur haec vox orta a *ravastellus*, aspiratione litterae r in g versa: forma est diminutiva ab inusit. *gravaster.*

GRĂVĀTĒ. Adverb. a *gravatus*. — Comparat. *gravatius*, infra. — Est cum labore, cum molestia, invite, non libenter; *gravosamente, difficilmente, di mala voglia. Cic. Balb. 16.* Qui erranti comiter monstrant viam, benigne, non gravate. *Id. 3. Offic. 14.* Canius contendit a Pythio, ut venderet. Gravate ille primo. Quid multa? impetrat. *Plaut. Bacch. 3. 6. 3.* Sed veniam mihi quam gravate pater dedit! *Id. Stich. 5. 6. 2.* Dudum haud placuit potio: nunc minus gravate iam accipit. *Suet. Aug. 24.* Ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, permisit uxorem intervisere. *Front. Princip. hist.* (edente iterum *A. Maio*) *p. 343.* Haud ignarus, fortissima facinora viventium gravatius, mortuorum gratius accipi: faveri praeteritis, invideri praesentibus. *Id. 4.* ad *M. Caes. 12.* Et plantas ad satiandum ea causa iratior *(filia)* subtrahat, aut gravatius porrigat. *Nazar. Paneg. Constantin. Aug. 8.* Gravate apud animum tuum etiam mali pereunt.

GRĂVĀTIM. Adverb. a *gravo*, idem quod gravate. *Liv. 1. 2.* Haud gravatim socia arma Rutulis iunxit. *Lucret. 3. 388.* Qui nimia levitate cadunt plerumque gravatim; *difficilmente.*

GRĂVĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gravo;* actus gravandi, gravitas. *Coel. Aurel. 2. Acut. 32. ad fin.* Post cibum gravatio. — **2**) Translate. *Lucianus* apud *Cyprian. ep. 21. init.* Accepi litteras tuas, . . . in quibus me tantum gravasti, ut propter tuam gravationem tanto gaudio paene exciderim.

GRĂVĀTOR, ōris, m. Verbale a *gravo;* qui gravat. — Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

GRĂVĀTUS, a, um. Particip. verbi *gravo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Est pondere pressus, gravedine vel molestia affectus; *aggravato. Colum. 6. 9.* Signa febricitantis, manantes lacrimae, gravatum caput, oculi compressi. *Liv. 30. 18.* Gravatus vulneribus. *Id. 25. 24.* Gravati omnes vino somnoque. *Iustin. 20. 3. ad fin.* Longinqua militia gravati. *Ovid. 4. Met. 143.* Ad nomen Thisbes oculos iam morte gravatos Pyramus erexit. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 161. de Aetna.* Nunc vomit indigenas nimbos, piceaque gravatum Celat nube diem. Et *3. ibid. 351.* Gravatus pondere. *Petron. Satyr. 22.* Cum Ascyltos gravatus tot malis in somnum laberetur. *Curt. 5. 7.* Gravata ebrietate mens. — *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1857. p. 74.* dulci pondere cum gravata mater incluso utero decem *per menses*, etc. Cf. GRAVEDO §. 3. — **2**) *Gravatus* est etiam moleste ferens. V. GRAVO §. 4. et 5.

Nota. Discrimen inter *grave* et *gravatum* V. sub v. GRAVIDUS in *Nota.*

GRĂVĒDĬNŌSĒ. Adverb. a *gravedinosus;* gravanter. — Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

GRĂVĒDĬNŌSUS, a, um. Adiect. a *gravedo;* qui gravedine infesta-

Digitized by Google

tur, et qui ad eum morbum est proclivior; *soggetto a dolor di capo*. *Cic. 4. Tusc. 12.* Itaque dicimus quosdam gravedinosos, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia saepe sint. *Non. 2. 350. legit hoc loco* gravidinosus *pro* gravedinosus. — **B)** Metonymice ponitur pro eo, quod gravedinem facit. *Plin. 18. 38. 1.* Ervum gravedinosum.

GRĂVĔDO, ĭnis, f. Nomen a *gravis;* quo universim significatur quidquid gravat, gravatio, pondus. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 30. n. 3.* Constum esse . . . ascendere ad matrem, non potuisse eam autem propter gravedinem circumpositi corporis. — **B)** Translate. *Fulgent. Virgil. Contin. circa fin.* Magistriani timoris profecta gravedine. — **B)** Speciatim vero

II. *Gravedo* apud Medicos dicitur morbus capitis, quo humor distillat de capite, clauduntur nares, vox obtunditur, tussis sicca movetur; *gravezza di testa, flussione, raffreddamento di capo, catarro:* salsa est saliva, sonant aures, venae moventur in capite, turbida urina est. Ita *Cels. 4. 2. n. 4.* describit. *Cic. 10. Att. 16. extr.* Non modo morbum removisti, sed etiam gravedinem. *Catull. 44. 15.* Hic me gravedo frigida, et frequens tussis Quassavit. *Cels. 1. 2.* Cavere, ne modo frigus, modo calor moveat: quae res maxime gravedines, destillationesque concitat. *Cic. 16. Att. 14. sub fin.* Gravedini omni ratione subveni. *Plin. 25. 6. 1.* Recentes uvae gravedinem capiti faciunt. *Id. 23. 94. 4.* Gravedinem afferre. *Id. 30. 11. 1.* Gravedinem invenio fieri, si quis nares mulinas osculetur. — **A)** Item universim quidquid capiti gravitatem affert. *Plin. 21. 76. 1.* Gravedines capitis. — **b)** Item graviditas; *gravidanza. Nemesian. Cyneg. 132.* Fecundos sperit partus matura gravedo.

*GRĂVĔFACTUS, a, um. Particip. ab inusit. *gravefacio;* gravis factus, gravatus. *Venant. 8. 4. 526.* Aut gravefacta iacet pondere pressa suo.

GRĂVĔŌLENS et Grave olens, entis. Particip. verbi *graveoleo*, adiectivorum more adhibitum; graviter olens; *che ha un odor forte. Virg. 4. G. 270.* Cecropiumque thymum et grave olentia centaurea. — **B)** Pleramque sumitur in malam partem de malo odore; *che puta, puzzolente. Id. 6. Aen. 201.* fauces grave olentis Averni. *Apul. de mundo.* Videas illam civitatem pariter spirantem Panchaeis odoribus, et graveolentibus canis. Adde *Plin. 25. 83. 1.* et *27. 50. 1.*

GRĂVĔŌLENTĬA, ae, f. Verbale a *graveoleo;* odor gravis, malus; puzza. *Plin. 20. 36. 1.* Narium graveolentiam sanare. *Id. 22. 43. 1.* Graveolentiam alarum emendare. *Id. ibid. 44. 1.* Graveolentiam oris corrigere. Adde *28. 53. 2.* et *29. 39. 4.*

GRĂVĔŌLEO et Grave oleo, es, ēre. Verbum intransitiv. a *gravis* et *oleo*. — Particip. *graveolens*, V. suo loco. — Est graviter seu male olere. *Tertull. Carm. de Iona, 46.* Pars maris interni puteum graveolere vicissim. *Rectius divisim legendum puto* grave olere *metri causa.* Videtur autem auctorem carminis active usurpasse, et *graveolere* putum idem valere, ac facere ut puteus gravem odorem exhalet, et sermonem esse de sentina navis, quae tum gravius olet, cum sedimentum aquae quiescentis movetur et exhauritur.

GRĂVESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *gravis*. — Particip. *gravescens* §. 3. — Proprie est gravis fio, oneror; *farsi grave. Virg. 2. G. 429.* Nec minus interea fetu nemus omne gravescit; *idest* oneratur. — **B)** Speciatim de muliere uterum gerente, pro gravidam fieri. *Augustin. ep. 150.* (al. *179.*) *de virginis violatione.* Haec est uberior fecundiorque felicitas, non ventre gravescere, sed mente grandescere, non lactescere pectore, sed corde candescere. — De animalibus. *Plin. 11. 96. 1.* Cameli lac habent, donec iterum gravescant. — **B)** Translate pro gravius fieri, seu augeri, ingravescere. *Tacit. 1. Ann. 3.* Gravescere valetudo Augusti; *aggravarsi il male. Lucret. 4. 1062.* Inque dies gliscit furor, atque aerumna gravescit. *Tacit. 14. Ann. 51.* Gravescentibus in dies publicis malis. Adde *Lucret. 5. 1055.* et *6. 357.*

GRAVĬDĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gravido;* actus gravidandi; *pregnezza.* Tribuitur *Digestis*, loco tamen non indicato.

GRĂVĬDĀTUS, a, um. Particip. verbi *gravido;* fecundatus, onustus. — Translate. *Cic. 2. Nat. D. 55.* Terra gravidata seminibus omnia parit et fundat ex sese. *Epigr.* in *Anthol. Lat. n. 1044. Meyer.* Morus sanguineos praebet gravidata racemos.

GRĂVĬDĬNŌSUS. V. GRAVEDINOSUS §. 1. *fin.*

GRĂVĬDĬTAS, ātis, f. Abstractum a *gravidus*, praegnatio, conceptio; *gravidanza. Cic. 2. Nat. D. 46.* Ab eoque Luna illuminata graviditates et partus afferat, maturitatesque gignendi.

GRĂVĬDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. (et fortasse etiam intransitivorum more adhibitum. V. infra §. 3.) a *gravidus*. — Particip. *gravidans* §. 2., *gravidandus* §. 2., *gravidatus*, V. suo loco. — Proprie est gravem facio, onero, impleo. *Cassil.* apud *Non. 2. 380.* Per mysteria hic inhoneste honestam gravidavit probro. — **B)** Frequentius vero est gravidam facere; *ingravidare. Aurel. Vict. Epit. 14.* Sabina iactabat, se elaborasse, ne ex eo *(Hadriano)* ad humani generis perniciem gravidaretur. *Rustic. Helpid. Carm. 64.* Hunc, gravidante Deo, mortalis nescia foetus, Virginitas fecunda tulit. *Leo M. Serm. 21. n. 1.* Virgo regiae Davidicae stirpis eligitur, quae sacro gravidanda fetu, divinam humanamque prolem prius conciperet mente quam corpore. — **B)** Translate. *Apul. de mundo 9.* Ergo aër actus in nubem nubilum denset; et ea crassitudo aquarum fetu gravidat; h. e. praegnans fit. Sunt tamen qui subintelligunt *se gravidat*. Cf. *Hildebr.* ad h. l. — Alia V. in GRAVIDATUS.

GRĂVĬDŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *gravidus;* fecundatus. *Ammian. 25. 6. ad fin.* Exinde gravidulae edunt minutas binas, aut ternas *(margaritas)*, vel uniones, ideo sic appellatas, quod eviscerstae conchulae singulas aliquoties pariunt, sed maiores.

GRĂVĬDUS, a, um. Adiect. a *gravis* (verbalium more effectum, quasi ab inusit. *graveo*, littera *d* inserta. V. PRIMIDUS, *init.*), gravis factus, onustus, plenus; *gravido, pieno.* (Cf. §. 3. *init.*) *Plaut. True. 1. 2. 5.* Nec qui manus attulerit steriles intro ad nos, gravidas foras exportet. *Virg. 1. G. 111.* Gravidae aristae. Et *3. ibid. 347.* Gravidum uber. Et *2. ibid. 5.* Ager gravidus autumno. *Id. 7. Aen. 507.* Stipes gravidus nodis. *Horat. 1. Od. 23. 3.* Pharetra gravida sagittis. *Ovid. 4. Fast. 635.* Gravidae semine terrae. *Id. 1. Trist. 2. 107.* Gravidae nubes. Et *7. Met. 281.* Gravidae oliuae. *Cic. 1. Divin. 12.* Ubera gravida vitali rore. *Enn.* apud *Macrob. 6. Sat. 2.* Equus *(Troianus)* gravidus armatis. *Lucret. 6. 259.* Tempestas gravida fulminibus atque procellis. — Cum genitivo. *Sil. 2. 220.* Mellis apes gravidae. *Ovid. 10. Met. 551.* gravidamque Amathunta metalli. *Al. leg.* metallis. — **B)** Translate. *Virg. 4. Aen. 229.* gravida imperiis Italia. Et *10. ibid. 57.* Urbs bellis gravida. *Val. Flacc. 5. 22.* Qualem praecipiti gravidum iam sorte parentem Natorum flet parva manus; h. e. gravatum morte imminenti. *Id. 2. 56.* gravidum lunae cornu; h. e. imbres ventosque portendens ac ferens. *Id. 8. 98.* Quam gravida nunc mole iaces! quam segnis inertem Flatus habet! h. e. vasta, et somni plena. Loquitur de dracone aurei velleris custode, quem incantamentis Medea sopierat. — *Cassiod. 2. Var. 40.* Gravida metra. — **B)** Speciatim

II. *Gravidae* dicuntur animantes, quae concepti fetus ventre onus portant: qui sensus a plerisque primus ac propriùs statuitur. *Cic. Cluent. 11.* Cum esset gravida uxor, et iam appropinquare partus videretur. *Ter. Adelph. 3. 3. 29.* Aliquam gravidam facere. *Id. Heaut. 3. 3. 32.* Gravidam esse ex aliquo. *Ovid. 3. Met. 260.* De semine Iovis gravidam esse *Id. 2. Amor. 14. 17.* Gravida alvus. *Horat. 1. Sat. 8. 43.* Muraena gravida. *Virg. 2. G. 155.* Gravidum pecus. *Plaut. Amph. 2. 2. 86.* Mulier puero gravida. Adde *Vulg. Interpr. Eccli. 42. 10.* — *Plaut. Amph. 2. 2. 87.* apud *Serv.* ad *4. Aen. 229.* uxor tua non puero, sed peste gravida est *(al. leg.* gravis). — *Virg. 3. G. 275. de equabus.* Saepe sine ullis Coniugiis vento gravidae. — **A)** Absolute, substantivorum more,

GRAVIDA, ae, f. Est mulier gravida. *Plin. 23. 57. 2.* Expetitur gravidarum malacia. *Id. 28. 17. 1.* Adsidere gravidis. *Id. 24. 92. 1.* Gravidis abortum inferre. Adde *9. 41. 1.*

Nota. Inter *gravem*, *gravidum* et *gravatum* discrimen statuit *Isid. 1. Differ. n. 266.* « Grave de natura dicitur; *gravidum* de accidenti fecunditate, ut arbor gravida pomis. » Haec sumpsit e *Serv.* ad *8. Aen. 220.* « *Gravatum* autem pro *grave* posuit. Nam *grave* est per naturam ponderosum; *gravatum* quod oneratur extrinsecus. » — **B)** Inter *gravidam* et *praegnantem* discrimen, V. sub PRAEGNANS in *Nota*.

GRĂVĬLŎQUUS, a, um. Adiect. a *gravis* et *loquor;* qui graviter seu prudenter loquitur. — Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Graviloquus; *σεμνόλογος*.

GRĂVIS, ve. Adiect. parum certae originis. Quidam enim deducunt a Graeca voce *βαρὺς*, litteris vero transpositis *βαβὺς*, deinde pro aspirata littera *g* praemissa, et *b* in *v* mutata, ut saepissime alias. Alii contra a *γεραιὸς*, unde *γεραιὸς*, et per contractionem, *γραῦς*, *γραὺς*; anus, vetula: quasi venerabilis, seu honorandus aetate. Alii etiam conferunt cum *creber;* alii cum Germanico *grob*. — **b)** *Grabis* pro *gravis* ex solita litterarum *b* et *v* permutatione, scribitur in *Inscr.* apud *Maffei, Mus. Ver. 295. 1.* — **c)** In MSS. et editis libris *gravis* aliquando confusum fuit cum *gratus*. V. *Interpr.* ad *Liv. 1. 16. §. 5.*, coll. *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 15.* — **d)** Comparat. *gravior* §. 1. et seqq. superlat. *gravissimus* §. 10. et seqq. — **e)** Derivata, *gravabilis, gravamen, gravamentum, gravanter, gravascela, gravate, gravatim, gravatio, gravator, gravedinose, gravedinosus, gravedo, gravesco, gravidatio, graviditas, gravido, gravidulus, gravidus, gravitas, graviter, gravitudo, graviusculus, gravo.* Cf. GRAVASTELLUS. — **f)** Composita, *aggravo, degravo, gravefactus, graveolens, graveolentia, graveoleo, graviloquus, gravisonus, ingravido, ingravo, pergravis, praegravidus, praegravis, praegraviter, praegravo, regravo, semigravis, subgravis*.

GRAVIS proprie est ponderosus, et qui suapte natura deorsum fertur; *grave, pesante:* cui opponitur *levis*. *Cic. 3. Nat. D. 34.* Aestate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum. *Virg. 1. G. 162.* in-

Digitized by Google

flexi grave robur aratri. *Id. 1. Ecl. 36.* gravis aere domum mihi dextra redibat; *piena carica*. *Lucret. 2. 225.* Graviora corpora. *Id. 5. 498.* Limus gravis. *Ovid. 7. Met. 555.* Gravis tellus. *Caes. 5. B. G. 8.* Qui vectoriis gravibusque navigiis . . . longarum navium cursum adaequarunt. *Horat. Epod. 4. 17.* Grave pondus. *Id. 1. Sat. 9 21.* Gravius onus. *Id. 1. Ep. 15. 6.* Sarcina gravis. *Plin. 9. 5. 8.* Balenae graves utero. — **2)** Speciatim

Gravis dictum est *aes* a pondere librali, quo primum sub Ser. Tullio asses Romae cusi sunt circa an. U. C. 200. *Plin. 33. 13. 1.* Populus R. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est (*h. e.* circa an. U. C. 485.). Librales appendebantur asses: quare aeris gravis poena dicta. Servius rex primus signavit aes. Antea rudi usos Romae Timaeus tradit. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 98. Müll.* Grave aes dictum a pondere. *Liv. 4. 60. ad fin.* Et quia nondum argentum signatum erat, aes grave plaustris quidam *(ex patribus)* ad aerarium convehentes, speciosam etiam collationem *(tributi)* faciebant. V. As §. 1. — **3)** Postquam assis pondus ad sextantarium imminutum est, quod fieri coepit bello Punico primo, teste *Plin. loc. cit. (Fest.* in *Sextantarii* dicit bello Punico secundo: sed maior habenda videtur *Plinio* fides) *aes grave* significare coepit non asses illos librales, qui in usu esse iam desierant (illi enim proprie *graves* dicebantur, quia librae pondo erant); sed vel summam pecuniae, quae illos non numero, sed pondere aequaret; vel aes ipsum rude, et in massis ad assium libralium pondus appensum. Verbi gratia, cum *Livius 22. 33.* narrat, indici speculatoris Carthaginiensis (qui bello Punico altero per biennium Romae fefellerat) data fuisse praemii loco aeris gravis viginti millia; vel intelligendum est, tot asses illi datos, qui viginti millia pondo aequarent; vel viginti millia librarum aeris non signati. Pro secunda hac interpretatione facit, quod tradit *Servius* ad *6. Aen. 862.* Virgilium recitantem versus de Marcello Augusti filio, *donatum fuisse aere gravi;* idest *in massis, Nam sic et Livius aes grave dicit*, idest *massas*. Nihilominus prior interpretatio magis placet: praesertim quia, quod ad *Servium* attinet, *Donat. in Vita Virg. n. 12.* scribit, Virgilium accepisse dena sestertia pro singulis versibus, non ergo aes in massis. Et quod de *Livio* additur, probari non posse videtur. Pecunia certe signata, et non in massis, intelligitur in illo eiusdem *Liv. 10. 46.* Aeris gravis translecta vicies centies millies, . . . id aes redactum ex captivis dicebatur. — **4)** Ab *aere gravi* distinguendum est *aes rude*, quod erat in Italia, et Romae praecipue ante Ser. Tullium. V. *Plin.* loc. cit. in §. 2. Constabat porro ex aerea lamina plurium librarum pondo, oblonga, impolita, ac rudi, tot globulis distincta, quot erat librarum pondo, cuius specimen habes apud *Passer. Paralip.* in *Dempster. Etrur. tab. 1.* — **5)** *Argentum* autem *grave* est rude, aestimatum pondere, non artificio. *Senec. Tranquill. 1.* Placet argentum grave rustici patris, sine ullo opere, et nomine artificis; *argenteria grossolana*. Adde *Iuvenal. 11. 41.* — **6)** Hucusque *Furlanetto*. — Post editum Lexicon *Aes grave Musei Kircheriani* docte illustrarunt Romae a. 1839. coll. vv. *Marchi* et *Tessieri*, in quod opus nonnulla tamen animadverti cl. *Cavedoni* in *Continuazione delle Memorie di Modena, T. 5. p. 118.* et *seqq.*, qui demum, iterum re mature perpensa, in *Opuscoli di Modena, Ser. II. T. 6. p. 161–175.* ad sequentes conclusiones devenit: *Aes grave* initio fuit *librale*, mansitque hoc pondere usque ad a. U. C. 504. circiter, quo, ob inopiam aerarii, redactum est ad *semilibram*. Anno vero U. C. 490., quo coeptum est bellum Punicum primum, aut paucis post annis, iterum deminutum est pondus assis ad quadrantem, sive tres uncias, ac tertio ad sextantem, sive duas uncias, circa finem belli eiusdem; hoc est a. U. C. 513. Sed iterum initio belli Punici secundi a. U. C. 537. ad pondus unciale, anno autem U. C. 665. ad semunciale, ac denique circa a. U. C. 715. vel 717. ad sicilicum sive quartam unciae partem as est redactus; quod pondus et in posterum remansit. — **7)** Deinde, latiore significatione,

II. *Gravis* interdum gravidum, plenumve signat; *gravido, pieno*. *Virg. 1. Aen. 277.* regina sacerdos Marte gravis. *Ovid. 9. Met. 684.* gravis maturo pondere venter. *Plin. 9. 5. 2.* Balenae graves utero. *Liv. 28. 13.* Graves imbre nubes. *Ovid. 10. Met. 495.* lamque gravem crescens uterum praestrinxerat arbor. — **8)** Item oneratum, onustum; *carico*. *Liv. 29. 35.* Naves hostium spoliis graves. *Plin. 7. ep. 27. a med.* Gravis vinculis; *carico di catene*. *Ovid. 9. Heroid. 116.* Colus lana gravis. *Prudent. 3. Cathemer. 78.* Arbor gravis; *carica di frutta*. *Quintil. 8. 5. 8.* Graves fructu vites. — *Gravis supellex* apud *Plin. 8. ep. 17.* est pretiosa ac dives. — **9)** Item languentem, onere oppressum, tardum; *oppresso, languente, tardo, aggravato*. *Virg. 3. G. 93.* Gravis morbo. *Liv. 21. 48.* vulnere. Et *2. ibid. 19.* Aetate et viribus gravior. *Val. Flacc. 6. 68.* gravior de vulnere; *reso inabile per una ferita*. *Curt. 7. 5.* Graves deinde, avide hausto humore, non sustinere arma, non ingredi poterant. *Horat. Epod. 2. 57.* Grave corpus; *malato*. *Cic. in Senat. 6.* Graves oculi. *Liv. 29. 34.* Vino et somno graves. *Ovid. 7. Met. 557.* auraeque graves captantur hiatu; h. e. aeger anhelitus. — **10)** Item vehementem, seu vim habentem deprimendi, affligendique, veluti pondere superiecto. *Horat. 4. Od. 9. 25.* Graves ictus excipere. Et *1. ibid. 15. 16.* Graves hastas vitare. *Liv. 2. 17.* Gravi vulnere ex equo deiectus. *Ovid. de nuce 173.* Gravem securim tollere. *Val. Flacc. 4. 309.* vitalia donec Vincula, qua primo cervix committitur artu, Solvit dextra gravis; *che dà colpi pesanti*. *Horat. 2. Od. 10. 10.* Graviore casu decidere. Et *1. ibid. 16. 17.* Exitio gravi aliquem sternere. *Lucret. 4. 955.* Sopor gravissimus. — **11)** Item acrem, noxium. *Nep. Annib. 23.* Gravis morbus. *Horat. 2. Ep. 1. 138.* Grave virus. — **12)** Sic dicitur saepe de aëre, caeloque, et universim de iis, quae valetudini infesta sunt. *Cic. 2. Q. Fr. 16.* Anni tempus gravissimum, et calores maximi. *Caes. 3. B. C. 2.* Gravis autumnus exercitum valetudine tentaverat. *Horat. 2. Od. 5. 6.* Fluvius gravem aestum solari. *Cels. 1. 3.* Neque ex salubri loco in gravem, neque ex gravi in salubrem transitus satis tutus est; *d' aria grossa a cattiva*. *Tacit. 3. Hist. 7.* Solum caelumque iuxta grave. *Virg. 10. Ecl. extr.* solet esse gravis cantantibus umbra. — **13)** Refertur aliquando ad odores, et significat molestum et foetentem. *Horat. Epod. 12. 5.* an gravis hirsutis cubet hircus in alis. Adde *Virg. 3. G. 415. Sil. 14. 455.* Pax nidore gravi foedavit cominus auras. — **14)** Sed aliquoties *gravis odor* est vehemens quidem ac multus, sed non malus. *Plin. 21. 15. 1.* Calthae odor gravis est. *Id. 25. 70. 2.* Herba odore suaviter gravi. *Id. 21. 34. 1.* Abrotonum odore iucunde gravi floret. Adde *Virg. 3. G. 451.* — **15)** Refertur et ad sapores. *Varr.* apud *Non. 3. 4.* et *4. 218.* Absinthium gravem bibere. — *Plin. 33. 13. 1.* Gravis sapor. — **16)** Hinc, latiore pariter significatione, sed translata,

III. *Gravis* est molestus, difficilis, arduus. *Cic. 15. Fam. 76.* Testes estis, nunquam me gravem vobis esse voluisse. Et *73.* Velim, si tibi grave non erit, me certiorem facias. *Id. 2. ibid. 6.* Grave est homini pudenti petere aliquid magnum, etc. *Id. 1. Att. 5.* Non mihi grave duxissem scribere ad te. *Id. Balb. 3.* Etenim in populum R. grave est, non posse uti sociis virtute praeditis. — *Plaut. Stich. 4. 2. 32.* Annona gravis; *carestia de' viveri*. — **17)** Item infestus, acer, asper, praepotens. *Cic. 3. Offic. 22.* Gravem adversarium imperii perfugit unus sustulisset. *Liv. 10. 18.* Gravior hostis. *Ascon. pro Mil. in fin.* Graves sententiae; *voti contrarii:* quibus opponuntur *absolutoriae*. — **18)** Item vehemens, magnus; *grande*. *Horat. Epod. 11. 2.* amore percussus gravi. *Ovid. 2. Art. am. 604.* gravis culpa. *Sallust.* apud *Non. 4. 218.* Grave pretium. *Varr. ibid.* Graves pavonum greges. *Titin. ibid.* gravique opsonio convivas excipere. — **19)** Item gravis annis, grandaevus; *vecchio*. *Virg. 5. Aen. 387.* gravis Entellum dictis castigat Acestes. Ita *Non. loc. cit.*, sed et aliter exponi potest. *Ter. Heaut. 4. 1. 32.* Natu gravior. *Quintil. 12. 10. 80.* Gravior aetas. — **20)** Item severus, rigidus; *rigoroso*. *Liv. 29. 21.* Grave edictum. *Cic. Brut. 17.* Quis Catone gravior in laudando? acerbior in vituperando? — **21)** Item serius, et auctoritatem habens; *serioso, autorevole*. *Id. ibid. 81.* Gravis sine arrogantia, segnis sine verecundia. *Id. 2. Fam. 2.* Gravis testis; *di credito:* cuius dicta pondus habent auctoritatis et fidei. *Id. 2. Orat. 57.* Homo auctoritate gravis. *Plaut. Trin. 2. 2. 107.* Gravius erit tuum unum verbum ad eam rem, quam centum mea. *Cic. Pis. 6.* Gravis auctor in medicina. *Plin. Paneg. 41.* Fronte gravi, et tristi supercilio. *Claudian. 1. in Eutrop. 330.* Atque aliquis gravior morum. — **22)** Item solidus, firmus, magni momenti. *Cic. Rosc. Com. 2.* Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur. *Ter. Adelph. 3. 5. 21.* Mane: nondum audisti, Demea, quod est gravissimum; *qual ch' è più importante*. *Lucil.* apud *Non. 6. 18.* Gravis causa. *Horat. Art. P. 14.* Gravis incepta. — **23)** Item acerbus, asper, mordax, tristis. *Cic. 5. Verr. 58.* Graviore verbo appellare aliquem. — *Virg. 8. Aen. 582.* gravior ne nuncius aures Vulneret. — **24)** Denique speciatim

IV. *Gravis* apud Musicos dicitur de sonis, et est imus et crassior: cui opponitur *acutus*. *Cic. 1. Orat. 59.* Vocem ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipere. *Horat. Art. P. 349.* Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus et mens: Poscentique gravem persaepe remittit acutum. *Cic. 3. Orat. 57.* Voces ut chordae sunt intentae, quae ad quemque tactum respondeant; acuta, gravis, cita, tarda. *Id. 6. Rep. 18.* Qui *(sonus)* acuta cum gravibus temperans, varios aequabiliter concentus efficit. *Ovid. 12. Met. 205.* Graviore novissima dixit Verba sono. *Quintil. 2. 5. 15.* Sonus gravis. *Boëth. 4. Music. 1.* Omnis motus habet in se tum velocitatem, tum etiam tarditatem. Si igitur sit tardus in pellendo motus, gravior redditur sonus. Nam ut tarditas proxima stationi est, ita gravitas contigua taciturnitati. Velox vero motus acutam vocalem praestat. Praeterea, quae gravis est, intentione decrescit ad medium: quae vero acuta, remissione decrescit ad medium. — **25)** Hinc *gravis accentus* dicitur a Grammaticis, qui *acuto* contrarius est, et syllabam deprimit: cuius nota est lineola inflexa supra vocalem, a sinistra in dexteram, hoc modo`. Et ipsa quoque syllaba, talem habens accentum, *gravis* appellatur. *Quintil. 1. 5. 22.* et *12. 10. 33. Diomed. 2. p. 425. Putsch.*

Digitized by Google

Serv. de Accent. in *fragm.* p. 525. *Endl.* Accentus triplex est, acutus, gravis, inflexus. V. ACCENTUS §. 4. — **26)** Absolute

GRAVE, adverbiorum more, pro *graviter*. *Stat. 4. Theb. 215.* Et grave Tisiphone ricit. Et *12. ibid. 248.* grave cominus aestuat aër Sordidus (Adde *6. ibid. 120.*). *Val. Flacc. 5. 170.* grave Titan vociferans.

Nota. Discrimen inter *grave* et *ponderosum* tradit *Isid. Differ. Append. n. 178.* « *Grave* secundum ferentis qualitatem; *ponderosum*, naturae. » — **2)** Aliud discrimen inter *grave*, *gravidum* et *gravatum*, v. sub v. GRAVIDUS in *Nota*.

GRĂVĬSŌNUS, a, um. Adiect. a *gravis* et *sono;* qui graviter sonat. *Serv. ad 1. Aen. 52.* Sonoras, gravisonas: et est tempestatis epitheton.

GRĂVĪTAS, ātis, f. Abstractum a *gravis*, quod aeque ac *gravis* latissime patet. — Proprie est ponderitas, pondus; *gravezza*, *peso*. *Cic. 2. Nat. D. 48.* Terrae partibus omnibus in medium vergentibus, nihil interrumpit, quo labefactari possit tanta contentio gravitatis et ponderum. *Caes. 5. B. G. 16.* Gravitas armorum. Et *1. B. C. 58.* Gravitas et tarditas navium. *Ovid. 2. Met. 821.* ignava nequeunt gravitate moveri. *Id. 9. ibid. 39.* Me mea defendit gravitas. — **2)** Speciatim vero est idem ac graviditas; *gravidanza*. *Id. 9. ibid. 287.* Tendebat gravitas uterum mihi. — **3)** Item gravedo, vis. *Id. 15. ibid. 21.* pressus gravitate soporis. *Plin. 27. 105. 2.* Gravitates capitis. Et *28. 48. 4.* Gravitas audiendi; *durezza di orecchie*. Sic *20. 44. 5.* Gravitas aurium. Et *25. 42. 1.* auditus. *Cic. 3. Nat. D. 51.* Gravitas morbi. — **4)** Item densitas et crassitudo, cum de aëre sermo est. *Id. 11. Att. 22.* Corpore vix sustineo gravitatem huius caeli. — **5)** Item acer odor, graveolentia, cum de odoribus. *Plin. 20. 35. 1.* Gravitatem animae facit brassica. Sic *28. 51. 1.* Gravitas oris. *Id. 30. 15. 1.* halitus. *Id. 22. 21. 3.* odoris. *Id. 21. 18. 2.* Quorundam odorum suavitati gravitas inest; *h. e.* acer odor. — **6)** Item tarditas, infirmitas, languor. *Cic. 4. Fin. 12.* Gravitate membrorum levare aliquem. *Ovid. 11. Met. 618. de Somno.* tardaque Deus gravitate incentes Vix oculos tollens. — **7)** Translate est firmitas, constantia, et quaedam severitas in vultu, verbis, moribus, ex qua fides et auctoritas oritur; *gravità:* cui *levitas* opponitur. *Cic. Amic. 25.* Quanta illa, Dii immortales, fuit gravitas! quanta in oratione maiestas! *Id. 9. Att. ult. extr.* Gravitatem in congressu nostro tenui, quam debui. *Id. 5. Fam. 16. ad fin.* Non est gravitatis ac sapientiae tuae, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum. Et *mox.* Tuenda tibi est gravitas, et constantiae serviendum. *Id. 10. Att. 1. a med.* Tu cum Sexto servasti gravitatem eandem, quam mihi praecipis. Et *9. ibid. 9. circa med.* Praeclare admones, ne nimis indulgenter, et ut cum gravitate potius loquar. *Id. 3. Q. Fr. 9.* Cum summa gravitate quidpiam facere. Et *8.* Adhibere virtutem et gravitatem in dolore. *Plin. 35. 37. 7.* Paucis diei horis pingebat: id quoque cum gravitate, quod semper togatus, quamquam in machinis. *Cic. Brut. 96.* Haec genera dicendi in senibus gravitatem non habent. *Nep. Attic. 25.* Eius comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate. *Vellei. 2. 116.* Gravitatem humanitate temperare. *Cic. Senect. 4.* Erat in illo viro comitate condita gravitas. — **8)** Hinc *gravitas* est etiam titulus honoris, quo quis compellatur. *Cod. Theod. 1. 6. 1. ad Praefectum Praet.* Si Gravitatem tuam interpellent, etc. Adde *2. 17. 1. §. 2. Hilar. Op. imperf. fragm. 2. n. 13. de Iulio papa.* Ut scires eximia Gravitas tua, qui essent communione privati. — **9)** Fides, constantia, perseverantia, firmitas in promissis; *fermezza*, *costanza*. *Propert. 2. 16. 11.* Tu modo ne dubita de gravitate mea. Ossa tibi ioro per matris, etc. *Cic. 5. Tusc. 12.* Huius sententiae gravitas a Platonis auctoritate repetatur. — **10)** Item fortitudo, vires, potentia: ex quibus firmitas nascitur. *Caes. 4. B. G. 3.* Nos cum Suevi, multis saepe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemque civitatis, finibus expellere non potuissent. — **11)** Item magnitudo, et acerbitas. *Sallust. orat. Licin. Trib. pleb.* Gravitas iniuriae. *Liv. 31. 6.* Gravitas belli. — **12)** Item caritas. *Tacit. 6. Ann. 13.* Gravitate annonae iuxta seditionem ventum est; *carestia de' viveri*. — **13)** Refertur et ad orationem. *Cic. 2. Orat. 17.* Sententiarum gravitate, verborum ponderibus est utendum. — **14)** Item ad sonum cui opponitur *acumen*. *Capell. 9. §. 952.* Gravitas dicitur, quae modi quadam emissione mollescit; acumen vero, quod in aciem tenuatum gracilis et arcotae modulationis extenditur. Adde *ibid. §. 940.* et *947*. *Boëth. 4. Music. 4.* Quanto spatium maius erit, tanto maior gravitas; ubi vero minus, ibi maior acuties. V. GRAVIS §. 24.

Nota. Inter *gravitatem* et *gravitudinem* hoc discrimen statuit *Isid. 1. Differ. n. 266.* « *Gravitas* ex pondere animi et ex sententia constat: *gravitudo* autem corporis est. »

GRĂVĬTER. Adverb. a *gravis*. — Comparat. *gravius* §. 2. et seqq., superlat. *gravissime* §. 1. et seqq. — Proprie est cum pondere; *gravemente*. *Ter. Adelph. 5. 3. 2.* Pellere graviter fores; *con gran forza*. Et *Heaut. 5. 3. in fin.* Graviter crepuerunt fores; *con grande strepito*. *Virg. 5. Aen. 447.* et *Ovid. 1. Pont. 7. 49.* Graviter cadere; *con grave percossa*. *Virg. 12. Aen. 295.* ferire. Et *10. ibid. 347.* hasta Sub mentum graviter pressa; *con forza*. *Caes. 4. B. G. 31.* Naves gravissime afflictae; *che hanno patito assai*. *Lucret. 4. 528.* Aëra per purum graviter simulacra feruntur. Adde *1. 742.* — **2)** Translate est vehementer, valde, acriter. *Caes. 5. B. G. 30.* Gravissime terreri periculo mortis. Et *52. extr.* Gravissime dolere. Et *4. ibid. 16.* Graviter premi ab hostibus. *Plaut. Cist. 1. 1. 87.* Graviter amare. *Cic. 7. Att. 2.* Graviter se habere; *star assai male*. *Liv. 2. 17. extr.* Irae graviter ultae. *Caecil.* apud *Non. 4. 218.* Placere hoc coepit graviter postquam est mortua; *assai*. *Virg. 7. Aen. 753.* Graviter spirantes hydri; *h. e.* afflatu gravi et noxio. *Id. 4. G. 51.* graviter spirantis copia thymbrae; *con molto buon odore*. *Cic. 1. Offic. 40.* Graviter aegrotare. *Id. 1. Catil. 7.* suspectum esse alicui. *Id. 12. Phil. 11.* Cives gravissime dissentientes. *Ter. Hecyr. 4. 4. 1.* Graviter iratum alicui esse. Et *93.* Gravius accusare. *Curt. 4. 13.* Gravius instare territis; *sempre più incalzando*. *Plin. 17. 1. 5.* Graviter increpare quempiam. *Ter. Heaut. 3. 3. 9.* Graviter advertere; *osservare attentamente e per minuto*. — **3)** Pro aegre, moleste, iniquo animo. *Id. ibid. 1. 1. 61.* Adolescentulus, saepe eadem et graviter audiendo, victus est; *con noia*. *Cic. Har. resp. 22.* Quippiam graviter ferre. *Id. 2. Orat. 82.* Casus humanarum miseriarum graviter accipere; *con sentimento e compassione*. *Tacit. 15. Ann. 56.* Graviter accipere quidpiam; *con isdegno e dolore*. — **4)** Severe, rigide, aspere; *con asprezza e rigore*. *Cic. Coel. 14.* Utrum me secum severe, et graviter, et prisce agere malit, an remisse, ac leniter, et urbane. *Ter. Adelph. 1. 2. 60.* Graviter dicere in aliquem; *con asprezza*, *con istrapazzo*. *Caes. 1. B. C. 5.* De amplissimis viris gravissime acerbissimeque decernere. Et *3. B. G. 16.* Gravius in aliquem vindicare. — **5)** Serio, et ut gravem hominem decet, constanter, firme; *con gravità*. *Id. 2. B. C. 32.* Gravissime iudicare de aliquo; *pesatamente* e *con onorevolezza*. *Cic. 4. Fin. 2. extr.* Graviter et copiose aliquid tractare; *con sodezza ed eloquenza*. — **6)** De sonis. *Cic. Somn. Scip. 5.* Natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera acute sonent.

GRĂVĬTŪDO, ĭnis, f. Nomen a *gravis;* gravedo, morbus capitis; *gravezza*, *pesantezza*. *Apic. 3. 6.* Sine ructu et gravitudine. Et in *Not. Tir. p. 46.* Gravis, gravitas, gravitudo. *Patricius, Confess. 9.* Ecce splendor solis decidit super me et statim discussit a me omnem gravitudinem. Adde *Isid. Dissert. n. 266.* V. loc. sub v. GRAVITAS in *Nota*.

Nota. Tribuitur haec vox etiam *Vitruv. 1. 6.* Vitia, quae difficulter curantur, gravitudo, arthritis, tussis, pleuritis. Hunc *Vitruvii* locum ita illustrat *Morgagnius* in *epist. ad Polen. Exerc. II. Vitruv. p. 142. Victorius* legit *gravĭdo*, quae vox ad aliorum normam facta illi videtur, ut *libido*, *cupido*, *formido*. Ipse pro *gravitudo*, *arthritis*, legendum coniicio *ravitudo arterias*, vel *arteriarum*, nulla propemodum scripturae mutatione, eadem tamen sententia (V. ARTHRITIS). Nam, ut *mollire* habemus et *mollitudo*, *parire* (sic enim Veteres, atque in his *Ennius*, declinabant) et *paritudo;* sic non est adeo fortasse absonum, ut cum Plautinum verbum exstet *ravire*, *ravitudo* quoque dici potuisse videatur, aut si quis malit derivari a *molli mollitudinem*, non secus ac a *gravi gravitudinem*, vel certe ab *ampli amplitudinem*, a *magni magnitudinem*, idem pariter a *ravi* poterit *ravitudinem* derivare. Haec ille. *Schneiderus* in sua *Vitruvii* editione habet *gravitudo arteriaca*. — Hoc totum additum est a *Furlanetto* in sua huius *Lexici* editione.

GRĂVĬUSCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *gravis;* aliquantum gravis. *Gell. 1. 11. a med.* Qui fistula brevi sensim graviusculum sonum inspiraret.

GRĂVO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *gravis*. — Particip. *gravans* §. 1., *gravandus* §. 1., *gravatus*, v. suo loco, *gravaturus* §. 2. — Proprie est onero, pondere premo, gravem reddo; *caricare*, *aggravare*. *Tacit. 1. Ann. 20.* Praefectum castrorum sarcinis gravant, aguntque primo in agmine. *Ovid. 11. Heroid. 58.* Aegraque furtivum membra gravabat onus. *Id. 8. Met. 205.* ne, si demissior ibis, Unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat. Et *15. ibid. 812.* sunt poma gravantia ramos. *Plin. 21. 75. 1.* Stomacho inutilis, nervis inimicus, caput gravans. *Stat. 10. Theb. 257.* ferus Actora magno Ense gravat Capaneus; *h. e.* gestandum dat ensem gravem. *Capitolin. Antonin. 12.* Alia die febre commotus est: tertia cum se gravari videret, etc. Adde *Priscian. de ponderib. 158.* — *Propert. 5. 2. 22.* Non est ingenii cymba gravanda mei. — **2)** Translate. *Ovid. 4. Trist. 6. 27.* Nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt: Sed magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant; *mi pesano*. Et *5. ibid. 11. extr.* In fortunam parce gravare meam; *h. e.* miseriorem reddere. *Horat. 2. Ep. 1. 264.* Nil moror officium, quod me gravat. *Ennod. Apolog. pro Synod. p. 194. Migne* Multitudo . . . una tantum intentionem vestram ostentatione gravatura. *Vulg. Interpr. Isai. 24. 4.* Et gravabit eam *(terram)* iniquitas sua. *Id. Psalm. 31. 10.* Quoniam die ac nocte gravata est super nos manus tua *(Domine)*. Adde *Eccli. 8. 18.* — **3)** Saepissime passiva voce usurpatur; etenim

Digitized by Google

Gravari dicitur, qui quippiam aegre fert, atque invitus, gravate, aut cum fastidio facit. *Cic. Cluent.* 23. Sed primo gravari coepit, quod invidiam atque offensionem timere dicebat. *Id. 7. Fam. 14.* Valde iam lautus es, qui gravere litteras ad me dare; *ti aggravi di* etc. *ti dà pena, ti pesa*. Et *1. Orat. 55. extr.* Rogo, ut ne graveris exaedificare id opus, quod instituisti. *Varr. 1. RR. 3.* Ille non gravatus, Primum, inquit, etc. *Tacit. 3. Ann. 8.* Crebris prolationibus spem ac metum iuxta, gravatus Vitellius, ictum venis intulit; *stanco e annoiato*. — **5)** Etiam cum accusativo, deponentium more. Itaque *gravari aliquid* est aegre ferre, recusare, detrectare. *Horat. 4. Od. 11. 27.* Pegasus terrenum equitem gravatus Bellerophontem; h. e. indignatus, atque adeo excutiens. *Senec. Thyest. 105.* Iam tuum moestae pedem terrae gravantur; *di mala voglia ti sostentano*. *Plaut. Mil. 4. 6. 15.* Benignus erga me siet: quod cupiam, ne gravetur, *scil.* dare. *Senec. 1. Clem. 12. extr.* At illum acerbum et sanguinarium necesse est graventur stipatores sui; *si stanchino di sopportarlo*. *Suet. Ner. 34.* Matrem dicta factaque sua exquirentem, hactenus primo gravabatur, ut etc.; *non potea tollerare*. *Id. Aug. 72.* Ampla et operosa praetoria gravabatur; *gli dispiacciano*. Et *Vitell. 12.* Hunc ob nimiam contumaciam et ferocitatem gravatus, lanistae vendidit; *annoiatosi di costui*. — In his et similibus videtur aliquod infinitum verbum subaudiendum; *ferre, tolerare*, etc. aut praepositio *ob, propter*.

Nota. *Gravo* et *ingravo*, ita differunt, ut ait *Isid. 1. Differ. n. 269.* « *Ingravatur* pondere alieno; *gravatur* suo. »

Graxo. V. gratia §. 29.

Grĕgālis, le. Adiect. a *grex;* ad gregem pertinens: item qui eiusdem est gregis; *d'uno stesso gregge*. *Varr. 2. RR. 7.* Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. *Plin. 10. 83. 10.* Gregales equae; h. e. quae adhuc in grege sunt, necdum domitae. *Apul. 6. Met.* Gregalia pecua; h. e. quae gregatim pascuntur. — **2)** Translate refertur ad res vulgares, viliores que; *dozzinale, ordinario*. *Senec. 1. Benef. 12. extr.* Gregalia quoque poma, etiam post paucos dies itura in fastidium, delectant, si provenere maturius. *Id. ep. 86.* Balnea obscura, et gregali tectorio inducta *Stat. 1. Silv. 6. 74.* comminutis Permutat vitreis gregale sulfur. *Plin. 18. 20. 2.* Gregalis siligo. — **3)** *Lapides gregales* apud *Script. rei agr.* sunt termini. Sic *Auct. lib. 1. colon. p. 232. Lachm.* Quorum palorum loco postea lapides gregales ob numeros podismi custodiendos sunt appositi. — **4)** Item per similitudinem trasfertur etiam ad homines, quatenus societatem aliquam, sive classem, quasi gregem, constituunt. Sic apud *Prudent. 5. περὶ στεφ. 391.* Gregalis plebs; *la plebaglia*. — **5)** Hinc absolute, substantivorum more,

Gregalis, is, m. Est qui ad eandem societatem pertinet, et saepe in deteriorem partem. *Cic. Dom. 28.* Gregales Catilinae; *compagnoni*. Et *Har. resp. 23.* Gregales Clodii. — **6)** In bonam aliquando. *Id. 7. Fam. 33.* Nos nihil sumus, gregalibus illis, quibus, te plaudente, vigebamus, amissis; *compagni, amici di confidenza*. Adde *2. Orat. 62.* — **7)** Speciatim in militia *gregalis miles* dicitur absolute, qui communis *gregarius* appellatur. *Diploma* apud *Henzen. Suppl. Orelli, n. 6858.* Gregalibus Cattao Bardi f. . . . et Vindelico *filio* eius, etc. — **8)** Hinc *ex gregale*, qui iam gregaria militia functus est. *Diploma Hadriani Imp.* apud *Vernazza. Torino*, 1817. Ex gregale D. Numitorio Agilini f. Tarammoni. — **9)** Hinc iterum, adiectivorum more,

II. *Gregalis* est ad militem gregalem pertinens. *Tacit. 1. Ann. 69.* Filium ducis gregali habitu circumferro; h. e. gregarii militis. Sic *Liv. 7. 34. extr.* Gregali sagulo amictus.

Grĕgārĭus, a, um. Adiect. a *grex;* ad gregem pertinens; *di gregge*. *Colum. 6. init.* Pecori, gregariorumque pastorum curam abnuere. — **2)** A similitudine in re militari *gregarius miles* est, qui in exercitu nulla est in dignitate constitutus; h. e. neque centurionis, neque praefecti, aut tribuni, aut primi pili, etc. sed e vulgo, seu grege militum censetur; *soldato semplice, soldato ordinario*. *Cic. Plane. 30.* Id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, et se ab aliquo servatos fateantur. *Sall. Cat. 38.* Ex gregariis militibus alios senatores videbant, alios ita divites, ut etc. *Curt. 7. 2. a med.* Septuaginta natus annos iuvenis ducis, et saepe etiam gregarii militis munia explevit. *Tacit. 3. Hist. 1.* Caesar Titus plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore. *Id. 3. ibid. 51.* Ut gregarius eques, occisum a se fratrem professus, praemium a ducibus petierit. *Justin. 22. 1.* Gregariam militiam sortitus. — **3)** Translate extra rem militarem. *Sidon. 9. ep. 15. in carm.* Gregarius poëta; *dozzinale*. — **4)** In *Gloss. Philox. gregarius* exponitur ἀγελάρχης; h. e. gregis dux: quo sensu *Apul. 7. Met.*, quem *armentarium equisonem* dixerat, paulo post *gregarium* vocat. — **5)** Absolute *gregarius* est, qui civilis privilegii non obtinet, in *Inscr.* apud *Grut. 408. 1.* V. loc. in mornia.

Grĕgātim. Adverb. a *gregatus;* per greges; *a schiere, in truppa*. *Plin. 8. 5. 3.* Elephanti gregatim semper ingrediuntur. *Colum. 6. 3. extr.* Haec facienda, si gregatim pecora laborant: illa deinceps, si singula. *Quintil. 1. 6. a med.* Graculos, quia gregatim volent, dictos, Ciceroni persuadere voluit Varro. *Plin. 9. 18. 1.* Thynni intrant Pontum vero tempore gregatim. *Id. 11. 4. 1.* Apes rempub. habent, consilia privatim, ac duces gregatim. — **2)** Refertur et ad homines. *Cic. 7. Verr. 57.* Videtis cives R. gregatim coniectos in lautumias. *Suet. Cal. 30.* Retiarii tunicati, quinque numero, gregatim dimicantes. *Plin. 4. 26. 12.* Domus ibi nemora lucique, et Deorum cultus viritim, gregatimque. *Justin. 15. 3.* Perdiccae arrogantiam exosi, ad Antipatrum gregatim profugiebant. *Cyprian. ep. 22. n. 1.* Ut manu eius scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur. — **3)** In illo *Plin. initio l. 26.* Accidit, ut nova contra genera morborum gregatim sentirentur: *gregatim* significat per gregem humilis plebis et popelli, exclusis proceribus; *nella bassa plebe*.

Grĕgātus, a, um. Particip. verbi *grego;* in gregem collectus, congregatus; *fatto in truppa*. *Stat. 1. Achill. 373.* Idaliae volucres caeloque domoque gregatae, etc. — *Id. 8. Theb. 667.* solus qui caedibus hausi Quinquaginta animas: totidem totidemque gregati Ferte manus. *Al. leg.* gregatim.

Grĕgo, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *grex*. — Particip. *gregatus*, v. suo loco. — Proprie est in gregem colligo, congrego; *congregare*. *Gloss. Lat. Gr.* Gregat; ἀγελάζει, ἀθροίζει. Cf. loc. *Lucret.* ilatum sub v. congrego §. b. — **2)** Translate. *Paulin. Nolan. carm. 17. 200.* Nunc oves facti, duce te, gregantur Pacis in aulam.

Nota. Agnoscit hoc verbum etiam *Priscian. p. 451. 25. Keil.* « A grege, grego. » Contra *Auct. fragmenti de Verbo, p. 148. Endl.* « Et cum *grego* Latinum non sit, *segrego, congrego, adgrego* suavissime dicitur. » Idem et *Macrob. de Differ. Verb. p. 649.* tradit.

Grĕmĭ, ae, f. V. gramiae §. 2. *fin.*

Grĕmĭa. V. cremia.

Grĕmĭālis. V. cremialis.

Grĕmĭum, ii, n. Nomen, quod quidam ducunt per syncopen, quasi *geremium*, a *gero*. — **b)** Alia forma, *gremius, ii*, m. agnoscitur in *Excepl. ex Charisii Arte gramm. p. 552. 8. Keil.* Gremius, ἀγκάλη. Itemque ab *Auctore de Idiomat. gen. p. 574. 43. Keil.*

GREMIUM proprie est locus inter complexum ventris et feminum, quem sedentes efficimus; *grembo, seno;* quo loco matres, nutricesque excipiunt infantes. *Cic. 2. Divin. 4.* Puer in gremio matris sedens, mammam appetens. *Virg. 1. Aen. 689.* gremio accipere. Et *722.* fovere. *Id. 4. ibid. 84.* detinere. *Id. 5. ibid. 31.* complecti. Et *7. ibid. 253.* excipere. *Ovid. 10. Met. 406.* tollere. *Virg. 11. Aen. 748.* Dereptumque ab equo dextra complectitur hostem, Et gremium ante suum multa vi concitus aufert. *Flor. 2. 6.* Excusso in mediam curiam togae gremio, quasi plane sinu bellum ferret, effudit. *Catull. 45. 1.* Acmen Septimius suos amores Tenens in gremio. — *Ter. Eun. 3. 5. 57.* Iovem Quo pacto Danaë misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. — **2)** Accipitur etiam pro pudendo muliebri. *Catull. 67. 30.* Qui ipse sui gnati minxerit in gremium; h. e. corruperit uterem filii sui. *Inscr.* optimae notae apud *Raym. Guarini, Comment. 8. p. 7.* Tertius a decimo cum me produceret annus, Conjugis assumpsi nomen, gremiumque resolvi; h. e. zonam virginalem marito meo solvendam permisi. — **3)** *Nec muliori, nec gremio credi oportet*, proverb. quod et illa incerti et levis est animi, et plerumque in gremio posita, cum in oblivionem venerunt exsurgentium, prociduat. *Festus* in *Nec p. 165. Mull.* — **4)** Translate elegantes habet usus. *Virg. 3. Aen. 509.* sterni gremio telluris; *coricarsi in terra*. *Cic. Senect. 15.* Terra gremio mollito et subacto semen sparsum excipit. *Stat. 4. Silv. 3. 45.* Mox haustae aliter replere fossas, Et summo gremium parare dorso; h. e. nucleum, seu sedem silici, quo sternenda via erat. V. nucleus. *Plin. 3. 20. 3.* Padus gremio Vesuli montis profluens. *Cic. Coel. 24.* Cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriae. *Id. Pis. 3.* Haec sunt, o carnifex, in gremio sepulta consulatus tui. Et *ibid. 37.* Aetolia medio fere Graeciae gremio continetur. *Sil. 3. 678.* In gremio Thebes; h. e. mediis Thebis. *Id. 12. 203.* e gremio Capuae egredi. Et *8. 191.* Arenosum gremium fluminis; *alveo, letto*. *Claudian. IV. Cons. Honor. 595.* calidi scrutatus stagna profundi, Tethyos invasit gremium; *il fondo*. *Cic. Cluent. 5.* Soror in amantissimi fratris manibus et gremio, moerore et lacrimis consenescebat. *Virg. 7. Aen. 255.* Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit. *Id. 9. 261.* quaecumque mihi fortuna fidesque est, In vestris pono gremiis; *metto in vostra mano, la confido a voi*. *Quintil. 1. 1. 24.* Fingamus igitur Alexandrum dari nobis impositum gremio. — *Inscr.* Scipionum apud *Orelli, n. 558.* Quare lubens te in gremiu *(sic)*, Scipio, recipit terra. — *Apul. 5. Met. 30.* Tunc iniuriae meae litatum crediderim, quum . . . pinnas, quas meo gremio nectarei fontis infeci, praetotonderit. V. *Hildebr.* ad h. l. — **5)** Speciatim apud *Vulg. Interpr. Ital.* adhibetur pro manipulo, ut *Genes. 37. 7.* Putabam nos ligare gremia in campo. Et *Psalm. 128. 6.* Portantes gremia sua. Et *Levit. 23. 15.* Qua obtuleris gremium superpositionis

Digitized by Google

Vulg. noster habet ubique *manipulum*, vel *manipulos*, et *LXX. Interpr.* Graece δράγμα, vel δράγματα.

Nota. *Gremium* differt a *sinu*, qui est intra pectus et brachia: et nihilominus alterum pro altero non raro ponitur. — Haec *Forcellinus*. Aliter distinguit *Isid. 1. Differ. n. 550.* V. SINUS.

GRĔMĬUS, ii, m. V. voc. praeced. §. b.

GRESSĪBĬLIS, le. Adiect. verbale a *gradior;* qui potest aut solet gradi. *Boëth.* in *Aristot. Categ. 1. p. 157.* Homo cum sit gessibilis, potest definiri: homo est, qui per terram pedibus ambulare possit. — *Quintil. Excerpt. 11.* Vix mihi tenuem ascendendi semitam reliquisti, arduum est gressibile; quaesivi violabile. *Onom. Lat. Gr.* Gressibile; βαδιστικόν. Adde *Boëth. Top. Aristot. 6. 2.*

GRESSĬO, ōnis, f. Verbale a *gradior;* actus gradiendi, gressus. *Macrob. 6. Saturn. 5. ex Pacuvio.* Caprigeno pecori grandior gressio est. — **2)** Translate. *Censorin. fragm. de metr. 14.* Trimetrus tragicus recipit in parte prima gressionis spondium, etc.

GRESSUS, a, um. Particip. V. in GRADIOR §. 1.

GRESSUS, us, m. Verbale a *gradior;* incessus, ambulatio; l' *andare, passo. Cic. 1. Offic. 36.* Ne aut tarditatibus utamur in gressu molioribus. *Virg. 3. G. 117. de equo.* gressus glomerare superbos. *Id. 4. ibid. 360.* inferre gressus; h. e. incedere. *Id. 1. Aen. 414.* tendere gressum ad moenia. *Id. 11. ibid. 29.* gressum recipere; *ritornare.* Et *6. ibid. 589.* comprimere. *Sonec. Med. 870.* effecre arvis; *uscire. Hero. Oct. 879.* ferre in penates; *entrare. Val. Flacc. 6. 548.* tenere; *fermare il passo. 5. 8.* agere ad litora; *andare. Ovid. 16. Heroid. 333.* Quaque feres gressus; *dovunque camminerai. Val. Flacc. 1. 185.* gressum avidos ad litora vertit. — *Senec. Here. Oct. 1238.* gressibus feram vincere; *nel corso.* — De cursu navium. *Virg. 5. Aen. 167.* Huc dirige gressum. — **2)** Apud Scriptores rei agrariae genus est mensurae, idem quod gradus. *Auct. incert. de mensur. p. 573. Lachm.* Pedes duo et semis gressum sive gradum; duo gressus passum . . . faciunt. V. GRADUS §. 21. — **3)** Translate. *Ambros. de Spirit. Sancto praef. 16.* Dilue gressus mentis meae, ne iterum peccem. *Vulg. Interpr. Ps. 16. 5.* Dirige gressus meos in semitis tuis. Adde *ibid. 118. 35., Hebr. 12. 13.* et *alibi saepe.*

GRESSŪTUS, a, um. Adiect. verbale a *gradior*, unde *gressus*. Ita exponitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. pag. 249.* Gressutus, idest magnos gressus habens, sicut manutus dicitur, qui habet magnas manus. *Gloss. Lat. p. 58. n. 102.* Gressutus, pedester. V. *Hildebr.* ad *h. l.*

GREX, grĕgis, m. Nomen parum certae originis. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 97. Müll.* « Greges, inquit, ex Graeco dicti quos illi γαγάρα solent appellare. » *Alii leg.* ἀγέλας; sed *Müll.* lectionem γαγάρα defendit, voluissetque servasse etiam apud *Varr. 5. LL. 11. §. 76.*, V. loc. in GRACULUS, *Not. fin. Voss.* autem in *Etymol.* ab ἀγείρω; congrego, quasi sit pro *agrex*. — **b)** Olim et *gregs* pro *grex*, cum scilicet *x* non usurpabatur, scriptum fuisse, tradit *Apul. Orthogr. 17.* — **c)** In genere feminino *Lucret. 2. 660.* equorum duellica proles, Bucerae*que* (*al.* Bucerinae*que*) greges. *Lucil.* quoque apud *Charis. 1. p. 72. Putsch.* has greges dixit. Adde *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. 127. 4.* — **d)** In genitivo plur. *gregum* facit, ut adnotat *Incert. Gramm.* in *fragm. de nomine §. 56. p. 136. Endl.* — **e)** Derivata, *gregalis, gregarius, gregatim, grego.* — **f)** Composita, *abgrego, aggrego, congrego, congrex, disgrego, disgrex, egregius, egrex, exgregale, suygrex.*

GREX proprie est multitudo animalium una degentium, ut ovium, boum, avium, etc.; *gregge, greggia. Cic. 7. Att. 7.* Pecudes dispulsae sui generis sequuntur greges. *Id. 4. Verr. 7.* Greges nobilissimarum equarum abacti. *Id. 5. Phil. 12.* Greges armentorum, reliquique pecoris. *Varr. 2. RR. 6.* Asinorum gregem qui facere vult bonum. *Virg. 3. Asn. 287.* greges lanigeri. *Id. 7. Ecl. 7.* Vir gregis ipse caper. *Iuvenal. 2. 80.* porcorum grex. *Plin. 5. 1. 3.* elephantorum. *Ovid. 1. Art. am. 326.* Dux gregis; h. e. taurus. *Varr. 3. RR. 6.* Pavonum greges. Et *10.* anserum. Et *11.* anatum. *Horat. 1. Ep. 3. 19.* avium. — **2)** Aliquando dicitur de minori pecore, ut de maiori *armentum*. *Ovid. 1. Met. 313.* Non ego sum pastor: non hic armenta gregesve. Et *4. ibid. 634.* Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Errabant. Adde *Tibull. 1. 5. 28.* — **3)** Ioculariter *greges virgarum;* h. e. fasces, dixit *Plaut. Pseud. 1. 5. 99.* — **4)** A similitudine

II. *Grex* dicitur etiam de hominibus. *Cic. Sull. 28.* Honestissimorum hominum greges. *Id. 1. Orat. 10.* philosophorum. *Id. 1. Att. 18.* amicorum. *Horat. 1. Ep. 9. in fin.* Scribe tui gregis hunc; h. e. recipe inter amicos tuos. *Senec. Here. Fur. 1149.* Natorum grex animosa coniux. Et *Troad. 138.* Grex regum. *Sil. 7. 58.* grex ille virorum; h. e. Fabiorum manus. — **5)** Interdum contemptum adsignificat. *Cic. Rosc. Am. 32.* Ego forsitan propter multitudinem patronorum, in grege annumerer; *fra la turba. Horat. 1. Ep. 4. extr.* Epicuri de grege porcus. *Id. 1. Od. 37. 9.* Contaminatus grex turpium virorum. *Id. Epod. 16. 57.* Grex indocilis; h. e. vulgus. *Plaut. Cist. 4. 2. 67.* Grex venalium. *Stat. 11. Theb. 284.* Hostia, nate, faces ceu motus, et e grege sanguis. — **6)** Speciatim dicitur de mimis et histrionibus; *compagnia di commedianti. Petron. Satyr. 80.* Grex agit in scena mimum: pater ille vocatur, Filius hic, nomen divitis ille tenet. *Inscript.* apud *Grut. 1024. 3.* Piladi pantomimo ornamentis decurionalib. ornato grex Romanus ob merita eius. Adde *Ter. Heaut. prol. 45.* et *Pharm. prol. 32.* et *Plaut. Cas. prol. 22.* — **7)** Hinc in fine aliquot priorum *Plauti* comoediarum, ut *Asinariae, Captiv. Cas., Epid.*, et *Bacchid., grex* adscriptus est, tanquam histrionum chorus, qui omnium histrionum nomine prodit, et spectatores paucis alloquitur. — In quibusdam MSS. alicubi pro *grex* legitur *recitator:* in fine vero *Cistellariae* editum est *caterva*. — **8)** Item etiam de aurigis circensibus, qui in quatuor factiones, seu greges erant divisi. *Inscript.* apud *Grut. 538. 5.* et *alia* apud *Marini, Frat. Arv. p. 257.* Conditor gregis russatae. V. FACTIO §. 4. — **9)** *Uno grege;* omnes simul. *Curt. 10. 2. a med.* Ne servi quidem uno grege profugiunt dominos; *tutti in una volta*. — **10)** *Grege facto;* agmine facto, manu facta. *Sall. Cat. 49. a med.* Cethegus familiam atque libertos suos, lectos et exercitatos in audaciam, orabat, uti, grege facto, cum telis ad se irrumperent; *radunatisi, ristrettisi insieme*. Et *Iug. 62.* Quadrigiata, memores nominis Romani, grege facto, locum cepere. — **11)** *Grex* apud Scriptores Ecclesiasticos, saepe vocatur populus fidelis. *Vulg. Interpr. Luc. 12. 32.* Nolite timere, pusillus grex. *Id. Act. 20. 28.* Attendite vobis et universo gregi. *Id. 1. Petr. 5. 2.* Pascite qui in vobis est, gregem Dei. Adde *Act. 20. 29.* et *1. Petr. 5. 3.* — *Inscr.* apud *De Rossi, Roma Sotterr. T. 1. p. 265. de Hippolyto.* Quem monachi ritu tenuit spelunca latentem Christicolis gregibus dulce cubile parans; h. e. coemeterium fidelibus Christi.

Nota. Discrimen inter *gregem* et *armentum* dedimus sub v. ARMENTUM in *Nota*. Cf. etiam supra §. 2.

GRĬAS, adis, f. Est herbae genus. *Apul. Herb. 50.* Grias nascitur in Lucania, marmoris albi colorem habens, quatuor rubicundis ornata caliculis. *Alii leg.* eryas.

GRICENEĂ, ae, f. Est funis crassus, ut exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 99. Müll.*

GRĪPUS. V. GRIPPUS.

GRILLO et GRILLUS. } V. GRYLLO et GRYLLUS.

GRĪPHUS, i, m. Vox Graeca, γρῖφος (quare male quidam *gryphus* scribunt), qua proprie significatur *rete;* hinc inter machinas bellicas enumeratur in *Not. Tir. p. 126.* Grippus, scorpio, sudes. — **2)** Translate dicitur de aenigmate, quaestione implicata, sermone ambiguo, quibus audientis animus quodammodo irretitur et capitur; *enimma. Gell. 1. 2.* Aliosque id genus griphos nemiquem posse dicens, nisi se, dissolvere. Adde *Apul. Florid. n. 2.* et *Auson.* qui Edyllium suum undecimum *Griphum* inscripsit.

GRIPPUS, a, um. Adiect. quod in *Gloss. Isid.* exponitur, superbus, cervicosus. — In *Gloss. Arab. Lat.* scribitur hoc eodem sensu *grifus*, Latina scilicet consuetudine.

GROMA et Gruma, ae, f. Nomen parum certae originis, quod tamen *Mazzocchi* apud *Veratti* in *Opusc. di Modena, T. 4. p. 83.* deduceret a voce Syriaca גרומא *(gromâ)*, quae significat *explorationes, scrutinia*, quod recte responderet nomini *gromae*, quae instrumentum significat ad explorandum ac metiendum. V. *Veratti, loc. cit.* — **b)** Scribitur non solum *gruma* pro *groma*, sed et *croma* apud *Auct. vet agrar. p. 285.* et *286. Lachm.* — **c)** Derivata, *gromaticus, gromo.* — **d)** Composita, *degrumor, epigroma, exgrumo.*

GROMA proprie, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 96. Müll.*, appellatur genus machinulae cuiusdam, quo regiones agri cuiusque cognosci possunt, quod genus Graeci γνώμονα dicunt. Est itaque instrumentum mensorum, quod Italice quoque *groma*. Eius tamen usus rarius fuit, ut ex sequentibus patebit. *Non. 1. 516.* Est autem gruma mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam dirigantur, ut est agrimensorum et talium. *Gloss. Lat. Gr.* Gruma, γνώμων, διόπτρα ἢ τῶν γεωμετρῶν. — In iisdem *Gloss.* Gauma, ὅρμος τεκτονικός, emeuda; Gruma, ὄπτρα τεκτονική. Cf. *Müller* ad *Fest. loc. cit. Hygin. de limitib. p. 170. Lachm.* Posita auspicaliter groma, . . . proximum vero ortum comprehenderunt et in utramque partem limites emiserunt. *Auct. l. 1. Colon. p. 225. ibid.* Limites ab oriente ad occidentem in groma sunt designati, qualis diametralis appellatur. Adde loca citata supra §. b. — Huiusmodi agrimensorum instrumentum sculptum videtur cum epigraphe, quae ad agrimensorem pertinet, quamque illustrat cl. *Cavedoni* in *Bullett. Archeol. Napol. a.1853. p. 70.* V. integr. loc. et quos ibi laudat. — **2)** In castris quoque *gruma* erat locus medius, ubi gromae organum a metatore ponebatur, ut quatuor faceret angulos normales, et ita divideret castra in quatuor partes, quarum viae in grumae loco conveniebant. Erat prope praetorium. *Non. loc. cit.* Grumae sunt loca media, in quae directae quatuor congregantur et conveniunt viae. *Hygin. de limitib. p. 164. Goes.* In castris groma ponitur in tetrantem, qua velut ad fo-

Digitized by Google

rum convenitur. — De hac voce locus classicus habetur apud *Hygin. Gromat. p. 5. col. 2.* Introitu praetorii, parte media ante viam principalem groma locus appellatur, quod turba ibi congruat, sive in dictatione metarum, posito in eodem loco ferramento, groma superponatur, ut portae castrorum in conspectu rigoris stellam efficiant, et professores eius artis causa suprascripti gromatici sunt cognominati.

GRŌMĂTĬCĂ, *ae*, f. et GRŌMĂTĬCĒ, *Graeca posit.*, es. } v. voc. seq. §. 2.

GRŌMĂTĬCUS et Grumaticus, a, um. Adiect. a *groma;* ad gromam, seu ad mensuram spectans, ut Disciplina gromatica, quae agrorum mensuram docet. *Cassiod. 3. Variar 52. de eligendo agrimensore.* Hoc enim per geometricas figuras, et gromaticam disciplinam ita diligenter agnoscitur. — **B)** Absolute, substantivorum more,

GROMATICA, ae, vel Gromatice, es, f. Est ars dimetiendi, quae duplex est, altera circa agros, altera circa castra versatur, ut gromae usus duplex est, in agris et in castris. Hinc *Hyginus* tum *Gromaticam* scripsit de limitibus constituendis, tum *Gromaticam* de castrorum metatione. *Auct. de limitib. p. 274. Goes.* Secundum gromaticam etc. — **B)** Item

GROMATICUS, i, m. Est qui gromaticam disciplinam exercet. *Cassiod. 3. Variar. 52.* Augusti siquidem temporibus orbis Romanus agris divisus, censuque descriptus est, ut possessio sua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum susceperat quantitate solvenda. Hoc auctor Hyginus gromaticus redegit ad dogma conscriptum; quatenus studiosus legendo possit agnoscere, quod deberet oculis absolute monstrare. Hic pro *Hyginus gromaticus* legitur mendose *Hyrummetrici* in editionibus.

GRŌMO et Grumo, as, āre. Verbum transitiv. a *groma;* groma dimetior. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gromat; *μετρεῖ, ἐξισοῖ.*

GROMPHAENĂ, ae, f. Est herba alternis viridibus, roseisque per caulem foliis, quae in posca sanguinem reiicientibus medetur. *Plin. 26. 25. 1.* — Fortasse est *Amaranthus tricolor, Linn.*, de quorumdam sententia.

GROMPHĒNĂ, ae, f. Est genus quoddam avium, de quo *Plin. 30. 52. 1.* Gromphenam avem in Sardinia narrant, grui similem, ignotam iam etiam Sardis, ut existimo.

GROSPHUS, i, m. Vox Graeca, *γρόφος*, qua significatur cuspis hastae, telum, sagitta; apud *Arnob.* vero loc. mox cit., ut videtur, instrumentum illud, quod a *Pollucе Onomast. l. 7. n. 113.* et *l. 10. n. 146. ἀρίς* vocatur et limae cognatum, quodque Itali nunc *raspa* et *scuffina* vocant, Latini olim *scobinam* appellabant. *Arnobii* autem locus est *6. p. 200.* Simulacra ex incudibus et malleis nata, grosphis rasa. *Alii leg.* tornis, *alii petius* grossis.

GROSSĀMEN, ĭnis, n. Nomen a *grossus*, verbalium more effectum; grossitudo. Legitur apud *Vulg. Interpr. Ital. 3. Reg. 7. 15.* Cf. *Vercellone, Var. Lect.* ad *h. l.*

GROSSĀRĬUS, a, um. Adiect. a *grossus, i;* ad grossos pertinens. Hinc *ars grossaria*, quae in grossis, seu ficubus divendendis versatur. *Inscript.* apud *Grut. 639. 7.* Negotiator artis grossariae. Perperam hic legitur *prossarias.*

GROSSĬTŪDO, ĭnis, f. Nomen a *grossus, a, um;* crassitudo; *grossezza. Vulg. Interpr. 3. Reg. 7. 26.* Grossitudo autem luteris trium unciarum erat. *Id. Ierem. 52. 21.* Grossitudo eius *(columnae)* quatuor digitorum, et intrinsecus cava erat. — *Benedict. Reg. 55.* De quarum rerum omnium colore aut grossitudine non causentur monachi.

GROSSŬLUS, i, m. Deminut. a *grossus;* parvus grossus. *Colum. 5. 10.* Si voles ficum, quamvis non natura, seram facere, tum grossulos, prioremve fructum decutito.

GROSSUS, i, m. et f. Est ficus immaturus; *fico crudo. Cels. 5. 12.* Grossi in aqua cocti. *Plin. 23. 65. 8.* Crudae grossi verrucas tollunt. *Id. 17. 43. 2.* Fici serotinae fiunt, si primae grossi, cum fabae magnitudinem excessere, detrahuntur. *Cato, RR. 95.* Fici uti grossos teneant, facito omnia, quo modo olese. Adde *Vulg. Interpr. Cant. 2. 13.* et *Nahum, 3. 12.* Cf. voc. seq. §. a. et praeced. et GROSSANUS.

GROSSUS, a, um. Adiect. eiusdem originis ac *crassus*, ut mihi quidem videtur. — An vero et *grossus, i*, ideat ficus, eiusdem sit originis, ignoro. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando *grossus* et *crassus* inter se sunt confusa. Sic apud *Hieronym. ep. 22.* pro *vestis crassior* alii leg. *vestis grossior*, notante *Cavedoni* in *Opusc. di Modena, T. 4. p. 176.* Cf. infra §. 2. — **c)** In *Glossis* antiquis pro *grossus* saepius scribitur *grassus.* Exempla plura collegit *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 115.* — **d)** Comparat. *grossior* §. *1.*, superlat. *grossissimus* §. *1.* — **e)** Derivata, *grossamen, grossitudo.*

GROSSUS proprie est idem ac crassus apud Scriptores labentis Latinitatis; *grosso: Sulpic. Sever. 1. Dial. 21.* Vestem respuit grossiorem. *Gloss. Philox.* Grossus; *παχύς. Cassiod. 10. Hist. Eccl. 35.* Virga grossa, spinis undique plena. *Id.* ad *Psalm. 29. 12.* Saccus est textrina grossissima atque aspera, in humanos usus laborosque deputata, qui carni humanae congruenter aptatur. *Vulg. Interpr. 2. Par. 10. 10.* Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Adde *Ezech. 41. 25.* — **B)** Translate. *Augustin. contra epist. Manichaei, 21. n. 23.* Si ad ista etiam grossi et tardi sumus, quaero, etc. *Alii leg.* crassi.

GRŬIS. v. GRUS.

* GRULLĀTŌR. v. GRALLATOR.

GRULLUS, i, m. Est genus navigii. *Gloss. Philox.* Grullus; *ἰδίως πλοίου.*

GRŪMA, etc. v. GROMA, etc.

GRŪMMUS. v. GRUMUS.

GRŪMO, as. v. GROMO.

GRŪMŬLUS, i, m. Deminut. a *grumus;* parvus grumus; *grumetto, mucchietto. Plin. 19. 54. 3.* Allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi, distentibus inter se pedes ternos. *Apul. 6. Mu.* Accepto frumento, et hordeo, et milio, et cicere, commixtisque acervatim, confusisque in unum grumulum.

GRŪMUM, i, n. v. voc. seq. §. d.

GRŪMUS et Grummus, i, m. Nomen, quod per syncopen a *gero* videtur effectum. Sic enim *Non. 1. 50.* « Grumus dicitur agger, a congerie dictus. » — **b)** Scribitur et *grummus* duplici m, sed prior lectio Lapidibus etiam probatur. Cf. infra §. 3. — **c)** Frustra *Charis. 1. p. 19. Putsch.* inter illa recenset, quae numero carent singulari, ut ex subiectis exemplis patebit. — **d)** Praeterea *grumum, i*, n. videtur adhiberi in *Inscr.*, quam v. infra §. 3. — **e)** Derivatum, *grumulus.* — **f)** Compositum, *multigrumus.*

GRUMUS proprie ac universim est acervus minor terrae, aut lapidum, aut huiusmodi; *grumo, mucchio. Festus* apud *Paul. Diac. p. 96. Müll.* Grumus, terrae collectio minor tumulo. v. *Müll.* ad *h. l. Acc.* apud *Non. 1. 50.* Quemcumque institeram grumum, aut praecisum iugum. *Colum. 2. 18.* Grumos, quos ad versuram pierumque tractae faciunt crates, dissipabimus ita, ut aecubi ferramentum foenisecae possit offendere. *Vitruv. 2. 1.* Exaggerant supra habitationes maximos grumos e terra. *Id. 8. 3.* Grumorum tumuli. *Auct. B. Hisp. 26.* Neque tamen aequo loco sui potestatem faciebat, sed ex grumo excelsum tumulum capiebat. *Plin. 33. 25. 1.* Torretur et cum salis grumo, pondere triplici mixto. *Harduin. legit* salis gemino pondere, triplici miscos. Ita et *Sillig.* — **B)** *Charis. 1. p. 19. Putsch.* grumos interpretatur *ὅρων λίθους;* h. e. terminorum lapides, seu acervos lapidum pro termino positos. Confirmant et *Gloss. Lat. Gr.* Grumi; *τύμβοι, λίθοι οἱ τῶν ὅρων.* — Grimini *(lege cum Scalig.* grummi, *vel* grumi), *οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι.* — Huc spectant *Auct. l. 1. Colon. p. 241. Lachm.* Invenimus terminos Augusteos . . . arcas finales, grumos, arbores ante missas, etc. Adde *Bolth. Demonstr. art. geom. p. 401. Lachm.* — **B)** Pro sepulchro usurpatur in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7244.* Hospes, resiste et hoc ad grumum ad laevam aspice, ubei continentur ossa hominis boni, misericordis, etc.

GRUNDĂ, ae, f. Est tecti prominentia arcendis stillicidiis a pariete inventa, quae et subgrunda dicitur, quam vocem vide suo loco: videtur esse pro *gerunda;* Italice quoque; *gronda, grondaia. Gloss. Philox.* Grunda; *στέγη, καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν τοῖχον ἐξέχον, ὑπόστεγον.*

Nota. Hoc vocabulo componuntur, *subgrunda, subgrundarium, subgrundatio, subgrundium.* Cf. voc. seq.

GRUNDĪLES et Grundules, ium, m. Est epitheton Larium a *grundio* ils factum. Nam Lares Grundules Romae constitutos fuisse in honorem porcae, quae triginta fetus pepererat, tradunt *Non. 2. 557.* et *Diomed. 1. p. 379. Putsch.* Hic vero affert in eam rem verba haec *Cassii Heminae:* Pastorum vulgus sine contentione consentiendo, praefecerant aequaliter imperio Remum et Romulum, ita ut de regno pares inter se essent. Monstrum fit: sus parit porcos triginta: cuius rei fanum fecerunt Laribus Grundulibus. — Confirmat haec, quod Laribus porco facere consueverant, ut ex *Horat. 2. Sat. 5. 164.* constat. — Alii tamen dictos putant a *suggrunda*, quod olim parentes, postea (vetitis in Urbe sepulcris) infantes, qui non ultra quadragesimum diem vixissent, in suggrunda sepelire mos fuerit: hinc *suggrundaria* dicta esse sepulcra infantum, ut *Fulgent. Plane. de priseo serm.* docet. Meminit Larium Grundulium etiam *Arnob. 1. p. 15.*

GRUNDIO, is. v. voc. seq. §. b.

GRUNNĬO, is, īvi, *et* ii, ītum, īre. Verbum intransitiv. transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, a sono factum; exprimit enim vocem suis. — **b)** Ad scriptionem quod attinet, videntur Veteres *grundio* libentius usurpasse pro *grunnio*, teste *Diomed. 1. p. 379. Putsch.* Quod autem adnotat *Incert. Grammat.* in *Append. ad Prob. p. 199. 15. Keil.* « *Grundio*, non *grunnio* » dicendum esse: id temere dictum puto. — **c)** Particip. *grunniens* §. *1.* et *3.* — **d)** Derivata, *grundilis, grunnitus.* — **e)** Composita, *degrunnio, subgrunnio.*

GRUNNIO et Grundio, proprie est exprimo vocem suis; *grugnire. Varr.* apud *Non. 2. 556.* Grunnit tepido lacte satur. *Laber. ibid.* Grunnientem aspexi scrofam. *Nonius, 6. 26.* allatum *Laberii* locum

repetens, *grundientem* habet. *Plin.* 32. 9. 4. Apion maximum pisciam esse tradit porcum: grunnire eum, cum capiatur. *Iuvenal.* 15. 22. Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis. *Claud. Quadrigar.* apud *Diomed.* 1. p. 379. *Putsch.* Grundibat graviter pecus suillum (*pro* grundiebat, ἀρχαϊκῶς). — **B)** Translate etiam de aliis animalibus. *Caecil.* apud *Non.* 5. 96. Cruento ita ore grundibat miser. Sic *Claud. Quadrigar. ibid.* agni grundibant, dixit. — **B)** Transitivorum more,

II. *Grunnio* cum accusat. de hominibus, eadem translata significatione. *Auct. Histor. Datian.* 11. Et haec multaque alia grundientibus et faces inicere minitantibus, etc.

GRUNNĪTUS, us, m. Verbale a *grunnio;* vociferatio porci; *grugnito. Cic.* 5. *Tusc.* 40. Nec grunnitum audiunt, cum iugulatur sus.

GRŬO, is, ĕre. Verbum intransitiv. a *grus*, et est vociferari proprium gruis; *far la voce di gru. Paul.* ex *Festo* p. 97. *Müll.* Gruere dicuntur grues, ut sues grunnire: unde tractum est congruere, hoc est convenire: quia id genus volucrum minime solivagum est. V. voc. seq. §. b. *Auct. carm. de Philom.* 23. Grus gruit. *Gloss. Lat. Gr.* Gruunt; γερανίζουσι.

GRUS et Gruis, is, m. et f. Nomen avis a sono vocis factum, ut videtur. *Isid.* 12. *Orig.* 7. 14., tali enim sono, inquit, susurrant. — **b)** Sunt qui ex *Fest.* loc. cit. in voc. praeced. putant ab hoc nomine, sive potius a *gruo*, derivari verba composita, *arguo, congruo, ingruo;* quod an recte se habeat, alii dubitant. V. quae diximus sub v. ARGUO §. a., coll. CONGRUO §. a. — **C)** *Gruis* in recto casu est *Phaedri.* V. loc. infra §. 1.; minus recte itaque improbat *Grammat. incert.* in *Append.* ad *Prob.* p. 445. *Endl.*

GRUS est avis, quae non se segregat, sive cum volat, sive cum pascitur; *grue, gru.* Si generatim designetur, ac sine discrimine, fere est feminini generis: si marem designare opus sit, etiam masculino adiectivo iungi potest. Grues ducem seu regem e suo coetu eligunt: mira sunt vigilantia, excubias nocte dividunt, capite subter alam condito dormiunt, alternis pedibus insistentes, quorum in altero, qui elevatus est, lapidem tenent, ut eo cadente expergiscantur. Haec et alia mira de his *Plin.* 10. 30. 1. et *seqq.* narrat. Volantes ordine quodam Y, vel A litteram faciunt: quod cum Palamedes primus deprehendisse dicatur, eamque litteram invenisse, *Palamedis aves* appellantur. *Martial.* 13. 75. Turbabis versus, nec littera tota volabit, Unam perdideris si Palamedis avem. *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. Grues, cum loca calidiora petentes maria transmittant, trianguli efficere formam, etc. *Cels.* 2. 18. Omnem grandem avem, quales sunt anser, pavo, et grus. *Phaedr.* 1. 8. Tandem persuasa est iureiurando gruis. *Plin.* 11. 44. 2. Cirros natura dedit grui Balearicae. *Lucret.* 4. 181. gruum clamor. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 87. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gruis, sparsi sale multo non sine farre. *Laber.* apud *Non.* 5. 108. Virum tu hanc gruem Balearicum, an hominem putas esse? — **B)** Inter primas expetebatur in cibis, abrogata iconia, quam olim magis placuisse, scripserat *Nepos* apud *Plin. loc. cit. Stat.* 4. *Silv.* 6. 8. quos nosse iuvat, quid Phasidis alas Distet ab hiberna Rhodopes grue. Adde *Gell.* 7. 16. et *Horat. loc. cit.* — **B)** Machina illa militaris, quam corvum demolitorem *Vitruv.* 10. 19. appellat, etiam gruem appellari a nonnullis, testatur *Id. ibid.*

GRUSSUS. V. GRESSUS §. c.

GRYLLO vel Grillo, as, āre. Verbum intransitiv. vocem grylli exprimens. *Auct. carm. de Philom.* 62. Et gryllus gryllat.

GRYLLUS vel Grillus, i, m. Nomen animalis cuiusdam, de quo mox, a sono, quem edit, factum, ut ait *Isid.* 12. *Orig.* 5. 8. — **b)** Saepissime *grillus* scribitur; γρύλλος enim non genus locustae, sed porcum significat, ideoque Graeci, quos Latini *grillos* vel *gryllos* vocabant, ἀκρίδας dicebant. — **C)** Derivatum, *grylio.* — **d)** Compositum, *choerogryllus.*

GRYLLUS est genus locustae, simile cicadae; longiore tamen corpore: *grillo.* Retro ambulant, terram terebrat, et noctu stridet, ut ait *Plin.* 29. 59. 5. et *ibid.* Auribus prodest gryllus cum sua terra effossus et illitus. *Val. Cato* in *Diris*, 74. argutus gryllus. Adde *Samonic.* 16. *fin.* — **B)** Translate *grylli* dicuntur picturae quaedam ridiculae. *Plin.* 35. 37. 5. Idem iocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit: unde genus hoc picturae grylli vocantur; *grotteschi, caricature.*

GRYNOS, *Graeca positione*, i, m. Nomen herbae, quae a Latinis Cucumis Sylvatica appellatur, teste *Apul. Herb.* 114. V. loc. in CUCUMIS §. 2.

GRŸPHUS, i, m., et

GRYPS, grȳphis, m. Nomen avis, de qua mox, Graece γρύψ, quod plerique derivant a γρυπός; incurvus, aduncus naso, propter rostri aduncitatem. Sed aliqui contra γρυπὸς a γρύψ derivant. — **b)** Hinc scribitur etiam *grypus*, sine aspiratione. Cf. voc. seq. et V. GRIPHUS init. — **C)** *Grypha* in accusat. sing. et *gryphas* plur., Graeca positione, habes infra §. 1. ex *Plin.* et *Claudian.*

GRYPS est avis fabulosa, animal quadrupes et pennatum, omni ex parte leo, alis tantum et facie aquilae simile, equis vehementer infestum; *grifo. Plin.* 10. 70. 1. Pegasos equino capite volucres, et gryphas auritos aduncitate rostri fabulosos reor, illos in Scythia, hos in Aethiopia. *Mela*, 2. 1. Gryphi saevum et pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mire amant, mireque custodiunt, et sunt infesti attingentibus. *Plin.* 7. 2. 2. et 33. 21. 1. narrat ex aliorum sententia, esse Arimaspos, homines uno oculo in fronte insignes, qui cum his bellum assidue gerant, eruentibus ex cuniculis aurum, et mira cupiditate custodientibus, Arimaspis vero rapientibus. Sed haec pariter fabulae. — In singulari num. *Claudian. VI. Cons. Honor.* 30. At si Phoebus adest, et frenis grypha iugalem Riphaeo tripodas repetens detorsit ab axe, etc. — **B)** Hinc colligimus Phoebo gryphes attribui, qui eius currum trahant: quod et *Sidon.* facit *carm.* 22. 66. et 67., ubi eorum phaleras, ornatumque poëtice describit: et *Servius* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 27. confirmat. *Porphyrius* apud *Serv.* ad *Virg.* 5. *Ecl.* 66. docet, triplicem esse Apollinem: in caelo Solem, Liberum Patrem in terris, Apollinem apud inferos. Hinc tria insignia eius simulacro apponi: lyram, qua caelestem harmoniam significat; gryphum, qui eum terrenum numen ostendit; sagittas, quibus infernalis Deus, et noxius iudicatur. — **B)** Apud *Virg.* 8. *Ecl.* 27. iungentur iam gryphes equis, *proverb.* de re, quae fieri nunquam potest. — **4)** Sed in Sacris Litteris

GRYPS est animal ex genere rapacium, qualia sunt vultures, accipitres vel aquilae marinae, nam et *Hesychio* γρυπες sunt *vulturum nidi.* Docet autem *Aldovrandus* gryphem apud *Vulg. Interpr. Levit.* 11. 13. et *Deut.* 14. 12. esse aquilae genus maximum, qui maxime aduncum habet rostrum, et ungues; esque tritissimus et rapacissimus. Ceterum apud *Vulg. Interpr. ll. cc.* memoratur cum aquila et haliaeeto.

GRŸPUS, i, m. Vox Graeca, γρυπός, qua significatur, qui incurvum, seu aduncum nasum habet. *Justin.* 39. 1. *in fin.* Alter, cui propter nasi magnitudinem, cognomen Grypo fuit. Cf. voc. praeced. §. a.

GU

GUASTUM. V. GLASTUM.

GUBBĂ, ae, f. Vox Chaldaica גֻּבָּא *(Gubbà)* in usu etiam apud Syros et Arabas, qua significatur cisterna, sive fovea (V. *Daniel*, 6. 8. et *Gesen.* in *Lex. Hebr.* ad v. גֻּבָּ). *Hieronym. Vit. Pauli Erem.* 6. Alter in cisterna veteri, quam gentili nomine gubbam vocant. Adde *Comment.* in *Ierem.* 6. 2., quibus locis alii perperam scribunt *cubba* vel *cuba.*

GŬBELLUM. V. GLOBELLUM.

*GŬBER *pro* Gubernator per syncopen, legitur in *Gloss. Graec. Lat.* Κυβερνήτης; guber. Cf. voc. seq.

GŬBERNĂ, ōrum, n. Sunt gubernacula per apocopen dicta poëtice apud Veteres, ut tradit *Mar. Victorin.* 1. p. 2499. *Putsch. Lucil.* apud *Non.* 8. 59. Proras despoliate, et detondete guberna. *Lucret.* 2. 555. Disiectare solet magnum mare transtra, guberna. Cf. FAMULUS §. b. et NONUS §. b.

GUBERNACLUM, poëtice per syncopen (V. §. 1. *fin.*), et

GŬBERNĂCŬLUM, i, n. Nomen a *guberno;* quo proprio significatur clavus in puppi navis, quo illa regitur; *timone della nave. Senec. ep.* 90. Hominis, non sapientis, inventa sunt navigia, additis a tergo gubernaculis, quae huc atque illuc cursum navigii torqueant: exemplum a piscibus tractum est, qui cauda regunter, et levi eiusdem in utrumque momento velocitatem suam flectunt. *Cic.* 2. *Invent.* 51. Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit, et navi, quoad potuit, est opitulatus. *Plin.* 11. 111. 1. Caudae piscium meatus gubernaculi modo regunt. *Apul. Florid.* n. 2. Aquila mole corporis labitur, velificatas alas, quo libuit, advertens, modico caudae gubernaculo. — *Lucret.* 4. 902. gubernaculum contorquere. *Virg.* 5. *Aen.* 176. Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister. Adde 859. et 6. *ibid.* 349. — **B)** Translate. *Plin.* 11. 88. 2. Temperare gubernacula vitae. *Vulg. Interpr. Prov.* 1. 5. Audiens sapiens, sapientior erit: et intelligens, gubernacula possidebit. — **B)** Saepissime transfertur ad administrationem reipublicae, etc., et fere in plur. numero. *Cic. Sext.* 9. Clavum tanti imperii tenere, et gubernacula reipublicae tractare. *Id. Rosc. Am.* 18. Sedere ad gubernacula reipublicae. *Id.* 2. *ad Brut.* 1. Reipublicae gubernacula prendere. *Id.* 1. *Orat.* 11. Repelli oratorem a gubernaculis civitatum. *Id.* 16. *Fam.* 27. Recedere a gubernaculis. *Plin.* 10. *ep.* 1. Admovere virtutes alicuius ad gubernacula reipublicae. *Val. Max.* 7. 6. n. 1. Imperii gubernacula abiicere. — In singulari num. *Vellei.* 2. 113. Cum exercitum maiorem, quam ut temperari posset, neque habilem gubernaculo cerneret, dimittere statuit; h. e. regi difficilem.

GŬBERNANS, antis. Particip. verbi *guberno*, absolute substantivorum more adhibitum; qui gubernat, gubernator. *Iul. Valer.* 2. *Gest. Alex. M.* 12. Sollertia gubernantis. *Ennod. Panegyr. Theod.* 6. Per gubernantum vilitatem potens terra consenuerat. *Vulg. Interpr. Iob.* 37. 12. Voluntas gubernantis.

Digitized by Google

GŬBERNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *guberno;* navis directio; *governo, amministrazione*. *Cic. 4. Fin.* 27. Et, si in ipsa gubernatione negligentia navis est eversa. Adde 5. *ibid.* 7. — **B)** Translate capitur pro quavis administratione. *Id. 5. Catil.* 8. Vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse. *Id. 2. Invent.* 54. Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur. *Id. 1. Rep.* 2. Gubernatio civitatis. *Id. Vatin.* 15. Gubernatio summi consilii. Adde *Vulg. Interpr. 1. Cor.* 12. 28. et *Cic. 3. Orat.* 52.

GŬBERNĀTOR (et Gybernator. V. GUBERNO §. b.), ōris, m. Verbale a *guberno;* rector navis; *piloto*. *Cic. Senect.* 6. Gubernator clavum tenens, sedet in puppi quietus. *Ovid. 1. Trist.* 11. 21. Ipse gubernator tollens ad sidera palmas Exposcit votis, immemor artis, opem. Adde *Virg. 3. Aen.* 269., *Cic. 1. Rep.* 40. et *Quintil. 2.* 17. 24. et V. GUBERNO §. 3. — **B)** *Tranquillo quilibet gubernator est*, proverb. apud *Senec. ep. 85. a med.;* h. e. quivis extra periculum fortis, aut prudens esse potest. — **B)** Translate est quicumque rector ac moderator; *governatore*. *Cic. Rabir. perduell.* 9. Custodes gubernatoresque reipublicae. *Senec. Hippol.* 965. Gubernator poli; h. e. Deus. *Porc. Latro* in *Catilin.* 12. Gubernator urbis. *Capell. 2.* §. 132. Nam et populi Genio, quum generalis poscitur, supplicatur, et unusquisque gubernatori proprio dependit obsequium. — **C)** De agitatore equorum, auriga; *cocchiere*. Vetus poëta apud *Quintil. 8. 6. 9.* gubernator magna contorsit equum vi.

Nota. *Isid. 1. Differ.* n. 276. « Omnis *gubernator*, inquit, nauta esse potest; omnis *nauta* gubernator esse non potest. »

GŬBERNĀTRIX, īcis, f. Verbale a *guberno;* quae gubernat; *governatrice*. *Cic. 1. Orat. 9. extr.* Iste praeclara gubernatrice civitatum eloquentia rempubl. dissipaverunt. *Ter. Eun. 3. 2. 16.* An fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit?

GŬBERNĀTUS, a, um. Particip. verbi *guberno;* rectus, administratus; *governato*. *Cic. 1. ad Brut. 10.* Caesarem meis consiliis adhuc gubernatum quidam impulerunt, etc. V. GUBERNO §. b. *fin.*

GŬBERNĬO, ōnis, m. Verbale a *guberno*, formae rarioris. *Isid. 19. Orig. 1.* Gubernio, qui et gubernator.

GŬBERNĬUS, ii, m. Pro gubernatore posuit *Laberius* apud *Gell. 16. 7.* ubi aliquis fortasse *gubernium* pro *gubernationes* legere malit. Utcumque se res habeat, non est, ipso *Gellio* teste, imitandus.

GŬBERNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a voce graeca, κυβερνάω, quae proprie navem regere significat. — **b)** Porro cum etiam *gubernator* a γυβερνήτης derivetur, saepe in vetustis monumentis *gybernator* scribitur. *Inscript.* apud *Murat. 2056. 1.* Sex. Sallustius Faustus miles gybernator IIII. Fide. *Alia* apud *Marini, Iscriz. Alb. p. 132.* T. Titinio Iuliano gybernatori IIII. *Fortuna*. — Item *guvernatus* pro *gubernatus* ex solita litterarum *b* et *v* permutatione scribitur in *Inscr.* in *Bullett. dell'Istit. Archeol. a. 1855. p. XXV.* — **C)** Particip. *gubernans*, §. 3. et suo loco, *gubernandus* §. 3., *gubernatus*, V. suo loco. — **D)** Derivata, *guber, guberna, gubernaculum, gubernatio, gubernator, gubernatrix, gubernio, gubernius*. — **E)** Composita, *agguberno, archigubernus, praegubernо, progubernator*.

GUBERNO proprie est navim rego; *reggere, governare, dirigere, regolare*. *Cic. 1. Offic.* 25. Ut si nautae certarent, quis eorum potissimum gubernaret. *Enn.* apud *Isid. 19. Orig. 2. 12.* Ut clavum rectum teneam navimque gubernem. *Cic. 1. Rep.* 6. Qui tranquillo mari gubernare se negent posse . . . iidem ad gubernacula se accessuros profitentur excitatis maximis fluctibus. *Vulg. Interpr. Sap. 14. 6. de rate Noe.* Quae manu tua *(Domine)* erat gubernata. — **B)** *Gubernare e terra*, proverbialis locutio apud *Liv. 44. 22. ad fin.* de iis, qui rebus gerendis, periculisque adeundis abstinent; sed domi, et in tuto remanentes monere tamen volunt et iactare prudentiam. — Similis locutio est in illa *Cic. 2. Att. 7.* Cupio istorum naufragia ex terra intueri. — **B)** Translate sumitur pro administrare in genere, regere, moderari. *Id. 2. Fam. 7.* Teque hortor, ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. *Id. Rosc. Am. 45.* Rempubl. regere, et orbem terrarum gubernare. *Id. Mil. 9.* Gubernare petitionem. *Id. 2. Fam. 17.* Iter meum reipublicae et rerum urbanarum ratio gubernabit. *Id. 8. Att. 4.* Fortunae motum ratione gubernare. *Id. Sull.* 28. Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque, regit quaesitor, etc. *Id. 2. Fin. 13. extr.* Gubernare vitam. *Id. 1. ad Brut. 10.* consiliis aliquem. *Flor. 1. 2.* imperium religione atque iustitia. *Plaut. Mil. 4. 2. 39.* rem docte; *condur bene un negozio*. *Martial. 9. 25.* virga gubernat equum. *Senec. Hippol. 1075.* currus. *Petron. Satyr.* 127. Digiti vocem gubernantes; h. e. mollis quaedam digitorum gesticulatio. *Cyprian. ep. 58. n. 1. ad Lucium pap. reversum ab exsilio*. Gratulamur quod . . . pascendo gregi pastor et gubernandae navi gubernator . . . redderetur. *Vulg. Interpr. Prov. 14. 19.* Qui patiens est, multa gubernatur prudentia.

GŬBERNUM. V. GUBERNA.

GŬBĬTUS. V. CUBITUS.

GUDDUBAL, indecl. Vox Punica, qua significatur a Punicis herba, quae a Graecis *Leontopodion* dicitur, teste *Apul. Herb. 7.*

* GUPUS, a, um. V. BIGERRICA §. 2.

GŪLA, ae, f. Nomen, cuius etymon videtur esse a Graeca voce, γύαλον; cavitas. Quare et *gylam* pro *gulam* Veteres scripsisse tradit *Mar. Victorin. 1. 4. 72.* — **b)** Derivata, *gulator, gulo, gulosus, gulose, gulosus*. Cf. GUMIA. — **c)** Composita, *degulo, subgularis*. Cf. INGLUVIES.

GULA proprie est fistula colli interior, qua cibus et potus devoratur, et in stomachum demittitur; *gola, esofago, gargozzule, strozza*. *Plin. 11. 66. 1.* Ex cartilagine et carne arteria, gula nervo et carne constat. Et *ibid. 79. 2.* Gula patentiore utuntur graculi, corvi, cornices. *Id. 24. 80. 2.* Pituita in gula cohaerescens. — **B)** Saepe sumitur pro toto collo. *Cic. 6. Verr. 10.* Quem obtorta gula de convivio in vincula abripi iussit. *Sall. Cat. 58.* Laqueo gulam frangere. *Plaut. Aul. 2. 4. 22.* Cum it dormitum, follem sibi obstringit ob gulam, ne quid animae forte amittat dormiens. — **B)** Saepissime per metonymiam pro voracitate, et nimio delicatioris cibi appetitu. *Sall. Iug. 94.* Numidae plerumque lacte, et ferina carne vescebantur, et neque salem, neque alia gulae irritamenta quaerebant. *Plin. 2. ep. 6.* Temperare gulae. *Horat. 2. Sat. 7. 111.* Gulae parere. *Martial. 6. 11.* Non minus ingenua est et mihi, Marce, gula; *gusto delicato*. *Suet. Vitell. 7.* Profundam alicuius gulam explere. *Id. ibid. 13.* Intempestivae ac sordidae gulae homo. *Iuvenal. 1. 140.* quanta est gula, quae sibi totos Ponit apros! — In plur. num. *Plin. 9. 30. 3.* Mullum expirantem versicolori quadam varietate spectari, proceres gulae narrant.

GŬLĀTOR, ōris, m. Nomen a *gulo*, verbalium more effictum; gulosus, helluo. Legitur in *Gloss. Philox.* Gulatores, λάγνοι, ῥάκται, πατραγαλάδαι.

GULLĬOCAE, nucum iuglandium summa et viridia putamina. *Paul.* ex *Festo, p. 98. Müll.* in *Gloss. Philox.* est *gulliuca* χαρυοστομία (lege χαρυοστομία). *Al. leg.* guliacae, *alii* gulliolae. V. GULIOLA.

GŬLO, ōnis, m. Nomen a *gula;* gulosus, lurco; *ghiottone, golone*. *Apul. Apol.* Gulones omnes, qui impenso pretio a piscatoribus mercantur. *Macrob. 7. Saturn. 12.* Proverbio, quo utuntur gulones. Ad de *Fest.* in voce *Ingluvies, p. 112. Müll.*

GŬLŌNUS, i, m. Idem origine et significatione ac gulo. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 262.* V. *Hildebr.* ad *Glott. Lat. p. 137. n. 76.*

GŬLŌSĒ. Adverb. a *gulosus*, quod usurpatum reperitur tantum in gradu comparat. *gulosius* et superlat. *gulosissime*, infra. — Est saepe ad voluptatem gulae; *golosamente*. *Colum. praef. l. 1.* Gulosius cibos, et luxuriosius fercula struendi. *Tertull. Resurr. carn. 1.* Gulosissime nutrit.

GŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *gula;* qui est deditus gulae vitio; *goloso*. *Senec. 5. Quaest. nat. 18. extr.* Non sunt ad popinam dentibus, et ventre, et ore contenti: oculis quoque gulosi sunt. *Martial. 7. 20.* Nil est miserius, nec gulosius Sanctra. *Iuvenal. 11. 19.* Et quadringentis nummis condire gulosum Pictile; h. e. patinam gulae causa exquisitis epulis refertam. *Hieronym. ep. 107. n. 10.* Abstinentia gulosa; h. e. quae a quibusdam abstinet, ut desiderio veluti condiat. — **B)** Translate. *Martial. 10. 59.* Non opus est nobis nimium lectore guloso. — De rebus. *Ennod. Vit. Epiphan. episc. Ticin. post. init.* Ager, qui in eo loci situs est, in quo terrenum marginem gulosus Padani gurgitis morsus arrodit.

GŪMEN, ĭnis, n. Idem quod gummi. *Pallad. 11. 14. circa med.* Pini frugiferi gumen. *Schneiderus* ex *Geopon. l. 7. c. 24.*, ubi legitur πίτυος καρπίμου κόμμι, edidit comam pro *gumen*. Legitur tamen *gumen* apud eund. *Pallad. 12. 7.* Antequam incipiat gumen lacrimare. Sed hic etiam alii aliter leg. *Isid. 17. Orig. 7.* Gumen, Graecum nomen est, hoc enim illi κόμμι dicunt.

GŬMĬĂ, ae, m. et f. Est gulo, gulosus, lurco. *Lucil.* apud *Non. 2. 377.* Gumiae illae vetulae, improbae, ineptae. Apud *Non.* ibi legitur *gumias:* sed mendum esse *Scaliy.* sit. Idem *Lucil.* apud *Cic. 2. Fin. 8.* compellans gumias ex ordine nostros. Adde *Fest.* in voce *Ingluvies*, et *Apul. Apol.* Ubique autem *P. Merula* ad *fragm. Ennii, p. 255.* volebat legi *gluvia* eod. sensu: unde *ingluvies*. Cf. DEGUNERE.

GUMMĀTUS, a, um. Adiect. a *gummi*, participiorum more effictum. — *Gummatae arbores* dicuntur, quae gummi producunt. *Pallad. 11. 12.* In cerasis hoc servandum est, et in omnibus gummatis.

GUMMĔUS, a, um. Adiect. a *gummi;* gummosus. *Auson. Edyll. 6. 74.* Gummea fletiferi iaculatur succina trunci; h. e. instar gummi defluentia. *Al. leg.* Gemmea.

GUMMĪ, indecl. n. et Gummis, is, f. Nomen a Graeca voce κόμμι factum; unde et *commi* vel *commis* scribitur. Cf. *Lobeck* ad *Phrynich. p. 289.* et V. infra §. 1. *fin.* — **b)** Graeca positione, *gummeos*, in genit. sing. usurpavit *Capell.* loc. mox cit. — **c)** Altera forma est etiam generis masculini apud *Scribon. Compos. 24.* « Commis Alexandrini p. XX. » — Sic tertia forma *gummus, i*, m. pariter apud *Gargil. de pom.* (edente *A. Mato* in *Class. auct. T. 3. p. 422.*) *16.* Gummus earum *(serestiarum)* ore detentus et glutiendus arteriam li-

Digitized by Google

cit, vetustissimam tussem compescit. — **d)** Derivata, *gumen*, *gummatus*, *gummeus*, *gummino*, *gumminosus*, *gummitio*, *gummosus*. Cf. COMMOSIS.

GUMMI proprie est gutta viscosa ex arboribus quibusdam per corticem diffluens; *gomma*. *Plin.* 13. 20. 1. Gummi optimum esse ex Aegyptia spina, convenit. *Colum.* 12. 52. Nova dolia liquida gummi perluere. *Plin.* 12. 17. 1. Gummium modo candidum. *Id.* 13. 26. 1. Gummis glutinum. *Gargil.* (edente *A. A. Scottio*) 4. n. 4. Sicuti omnibus arboribus, quae gummi glutine excludunt. *Capell.* 3. p. 49. Gallarum, gummeosque commixtio; h. e. atramentum scriptorium. — *Plin.* 13. 20. 1. Fit et ex sarcocolla commis utilissima pictoribus. *Scribon. Compos.* 72. Commis Alexandrina. Adde 25. 27. 28. 29. etc. — *Cinna* apud *Non.* 3. 78. Alpinaque cummi. *Cato*, *RR.* 69. Cummin pridie in aquam infundito. *Plin.* 24. 57. 1. Arbor exsudat cummium modo. *Rhodius* in *Lex. Scribon.* ita legi vult etiam apud *Cels.* 5. 25. n. 3., ubi in editis habetur *cumini*: at *Targa* legit *gummi*.

GUMMĪNO, as, āre. Verbum intransitiv. a *gummi*; gummi emitto. *Pallad.* 2. 16. *extr.* Prunus inserenda est, antequam gumminet, in se et persico. *Al. leg.* germinet.

GUMMĪNŌSUS. V. GUMMOSUS.

GUMMIS, is, V. GUMMI §. c. et §. 1.

GUMMĪTĬO, ōnis, f. Nomen a *gummi*, verbalium more effictum; illitus quidam ex glutinoso arborum succo, qui doliis fieri solebat. *Colum.* 12. 52. Multi, cum semel nova dolia, vel serias crassa gummi liverunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt.

GUMMŌSUS, a, um. Adiect. a *gummi*; multum gummi habens; *gommoso*. *Plin.* 12. 19. 1. Facilius hoc, et crustosius, amariusque: at lodicum humidius, ac gummosum. *Gumminosum* habetur in MSS. *Id.* 22. 11. 1. Folia pinguia, tectuque gummosa. *Id.* 16. 72. 1. Gummosus humor. Adde 24. 78. 1.

GUMMUS, i, m. V. GUMMI §. c.

GŪNĀ. V. GUVA et GUNNA.

GUNGER vel GUNGRUS. V. CONGER et CUNGRUS.

GUNNA et GUNA, ae, f. Vox prolapsae Latinitatis, itemque Graecitatis (γοῦνα); seu potius vulgi propria, qua significatur vestis quaedam pellicea, unde Italicum *gonna*. *Auct. Epigr.* in *Anthol. Lat.* n. 1152. *Meyer.* Regius est Abcar servus . . . Pulicis ex corio te gunna profusa. Cf. *Ducange* in *Gloss. med.* et *inf. Lat. init.* ad h. v.

* GUNO. V. GUSTUS §. 2. et DEGUNERE.

GUNTHALĔO, ōnis, m. Vox latentis originis, et orientalis fortasse, qua ignotum aliquod munus sacerdotale in sacris mithriacis videtur significari. *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archaeol.* a. 1852. p. 151. Deo Sancto M. Sacratiss. D. P. Placidus Marcellinus leo antistites *(sic)* et gunthaleo. Cf. LEO.

GUNTHĀRĬUS, a, um. Adiect. ab antiqua voce Germanorum *gunthari*; h. e. pugnax. *Inscript.* Pisaurensis apud *Donat.* 457. 4. et *Orelli*, n. 4069. Patronus studiorum Apollinarium et Guntharionum; h. e. *della scuola letteraria, e di quella di scherma*. Ita interpretatur *Machirelli, Spiegaz. dell' altra delle due basi di marmo. Pesaro, 1771.* — Haec *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon*. Alias coniecturas de hac voce V. apud *Orelli*, ad *loc. cit.*

GURDŌNĬCUS, a, um. Adiect. a *gurdus*; rusticus, imperitus, inurbanus, rudis. *Sulpic. Sever.* 1. *Dial.* 26. Audietis me tamen, ut gurdonicum hominem. Cf. voc. seq.

GURDUS, a, um. Adiect. originis Hispanicae, teste *Quintil.* loc. mox cit., quo significatur pinguis, et translate stolidus; *balordo*, *stolido*. *Quintil.* 1. 5. 57. Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi. *Labor.* apud *Gell.* 16. 7. Hic est ille gurdus, quem ego etc. *Gloss. Isid.* Gurdus, lentus, inutilis. Cf. voc. praeced. et GURRIDUS.

GURGES, ĭtis, m. Vox a sono effecta, ut quidam putant. — **b)** In MSS. et editis libris aliquando confusam fuisse cum *vertex*, tradit *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 11.*, in quem locum V. eum disserentem. — **c)** Composita, *egurgito*, *ingurgito*.

GURGES proprie est locus in flumine profundus, in quo aqua vertitur; *gorgo*: sed generaliter de omni aquarum congerie dicitur, et de ipso etiam mari. *Cic. Pis.* 35. Non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem. *Id. Har. resp.* 27. Immanis Charybdis, quae tantos exhaurire gurgites posset. *Ovid.* 13. *Met.* 714. multamque trahens sub gurgite arenam Volturnus. *Virg.* 11. *Aen.* 624. alterno procurrens gurgite Pontus. *Id.* 6. *ibid.* 296. Turbidus hic coeno, vastaque voragine gurges Aestuat. Et 11. *ibid.* 243. fessos iam gurgite Phoebus ibero Tingit equos. *Ovid.* 9. *Met.* 226. Euboicus gurges. *Stat.* 1. *Achill.* 223. Atlanteus. *Virg.* 4. *G.* 387. Carpathius. *Stat.* 4. *Silv.* 5. 4. Tusci gurgites. *Virg.* 6. *Aen.* 340. et 7. *ibid.* 704. gurgite ab alto; *dall' alto mare*. — *Vulg. Interpr. Habac.* 3. 10. Viderunt te *(Deus)*; et doluerunt montes: gurges aquarum transiit, etc. Adde *Ioh.* 2. 4. — **β)** Specialim in illo *Horat.* 2. *Od.* 1. 53. Qui gurges, aut quae flumina lugubris ignara belli? quod mare etc.? *gurges* de lacu, aut palude intelligi potest, quomodo *Avien. Arat.* 880. Lernaei gurgitis hydra. — **γ)** Translate. *Cic.* 3. *Verr.* 9. Qui, ut ipse non solum vita, sed etiam corpore atque ore significat, immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium. *Id. Sest.* 45. Ut eorum divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat. *Val. Max.* 3. 6. Deformes umbras in imo gurgite turpitudinis suae iacere patiar. *Prudent. Hamartig.* 255. Sorbeat ut cumulos nummorum faucibus amplis Gurges avaritiae. — **δ)** Nonnumquam est convicium hominis prodigi, luxuriosi, et omnia sua absumentis; *dissipatore*, *prodigo*, *mangione*. *Cic. Sest.* 53. Quid? tu meo periculo, gurges ac vorago patrimonii, heluabare? *Id. Pis.* 17. *sub fin.* Ille gurges atque heluo, natus abdomini suo. *Id. Dom.* 47. Ille gurges heluatus tecum simul reipublicae sanguinem. *Plin.* 10. 68. 1. Apicius, nepotum omnium altissimus gurges. *Macrob.* 3. *Saturn.* 9. narrat, Q. Fabium Q. F. M. N. *Gurgitis* cognomen habuisse, quod patrimonium suum devoraverit. V. GURGES in ONOM.

GURGŬLĬO, ōnis, m. Nomen origine conferendum cum Graeca voce γαργαρεών, quo significatur gula, guttur: et praesertim fistula, qua aër ad pulmones defertur; *canna della gola*, *gorga*. *Varr.* 2. *RR.* 3. Hircus cervice et collo brevi, gurgulione longiore. *Cic. fragm. orat. pro Tull.* (edente iterum *A. Maio*) 10. Tantum odii crudelitatisque habuerunt, ut eos omnes gurgulionibus insectis relinquerent. Hunc *Cic.* locum citat *Capell.* 3. p. 165. et habet *sisctis*, al. *exactis* pro *insectis*, quae vera est lectio. *Lactant. Opif. Dei*, 11. Spiritus accepit viam patentem, quae vocatur gurgulio: is constat ex ossibus flexuosis, etc. *Arnob.* 3. p. 107. Gurgulliones, ventriculi, pulmones, etc. Adde *Epigr.* in *Anthol. Lat.* n. 923. *Meyer*. — **β)** Deinde

II. *Gurgulio* est etiam idem ac *Curculio*; idest vermiculus, de quo V. CURCULIO §. 1. — **β)** Ab cuius similitudine ita vocatur a *Pers.* 4. 38. τὸ virorum αἰδοῖον.

GURGUSTĬDŌNĬĪ campi, ficte et ioculariter dicuntur a *Plauto Mil.* 1. 1. 15., ut et alia ibi, ridendi causa Pyrgopolinicem gloriarum plenum, et vanissima de se iactantem: quasi in gurgustio, vili ac foedo loco, virtutes suas exercuerit.

GURGUSTĬŎLUM, i, n. Deminut. a *gurgustium*; parvum gurgustium; *casucela*, *tugurietto*. *Apul.* 1. *Met.* Brevitatem gurgustioli nostri ne spernas. Adde 4. *ibid.* — In *Gloss. Placid.* apud *Mai*, *Class. Auct. T.* 3. p. 467. dicitur antrum secretum et angustum. Cf. voc. seq.

GURGUSTĬUM, ii, n. Nomen a *gurgulione* factum, quo significatur, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac.* p. 99. *Müll.*, genus habitationis angustum; sive locus vilis ac teter, obscura et latens taberna. *Cic. Pis.* 6. Meministi me, coenum, cum ad te cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, soleatum? *da una sotterranea taverna*. Et 1. *Nat. D.* 9. Deus videlicet tempore infinito in tenebris, tanquam in gurgustio, habitaverat. *Suet. Grammat.* 11. Vixit in summa paupertate, et paene inopia, abditus modico gurgustio. — *Ambros. ep.* 30. n. 10. Et quis sciebat desides esse habitantes in hypogeis et voluptatum gurgustiis, etc. Adde 1. *Hexaëm.* 8. n. 32. et V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat.* p. 158. n. 110. — *Vulg. Interpr. Iob*, 40. 26. Gurgustium piscium. — **β)** Translate. *Ambros. ep.* 54. n. 4. Unusquisque ergo anima videns se corporeo isto clausum gurgustio, quae etc.

GURRĬDUS, a um. Adiect. quod idem significare videtur ac gurdus. *Not. Tir.* p. 102. Patuus, murio *(corrige* morio), gurridus. V. GURDUS.

GUSTĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *gusto*; qui gustari potest; *gustabile*. *Boëth.* in *Aristot. Categ.* 2. p. 168. Hoc idem *(dicendum est)* de sensu gustantis; si gustus enim pereat, mel forsitan permanebit, gustabile autem non erit.

GUSTĂRĬUM, ii, n. Verbale a *gusto*; gustatio. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Gustarium; βουκόλιον. Cf. *Gloss. Gr. Lat.* Βουκολιάς; lentaculum.

GUSTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gusto*; actus gustandi, et leviter quid cibi attingendi. *Boëth.* in *Aristot. praedic.* 2. p. 167. Nam prinsquam dulce aliquid degustemus, gustatio ipsa dulcedinis non est. — **β)** Item gustus; *il senso del gusto*. *Interpr. Iranaei*, 1. *Haeres.* 18. 1. Virtutes, quae vocantur, una quidem visio, altera autem auditus, tertia odoratus et quarta gustatus. Et *mox*. Duplex gustatio, amari et dulcis. — **γ)** Sensu autem concreto dicitur de initio coenae lautioris, quo gustabant leviter eiusmodi cibos, qui ad acuendam orexim facerent: ceterum fames ipsa iustis deinde ferculis explebatur. Etiam extra coenae tempus gustatio quandoque sumi solita, virium modice reficiendarum causa, ut in GUSTO §. 2. et in GUSTUS §. 5. dicetur. *Petron. Satyr.* 21. Iussi discubuimus, et gustatione mirifica initiati, vino etiam Falerno inundamur. Excepti etiam pluribus ferculis, etc. Et 31. Allata est tum gustatio valde lauta; *antipasti*. — **δ)** Translate. *Cassiod. Var. praef.* Aliter enim . . . mediocri gustatione *(litterarum)* suspensis . . . loquendum est.

GUSTĂTOR, ōris, m. Verbale a *gusto*; qui gustat; *gustatore*. *Gloss. Philox.* Gustator; πρωτογεύστης. — **β)** Specialim gustator digitus dicitur index, quia eodem extenso aliquid praegustamus; quem ideo Graeci

Digitized by Google

vocant λιχανόν. *Hieronym.* in *Isai. 11. 40. 12.* Hoc enim λιχὰς sonat; ut scilicet non tota manu, sed parvo digito, quem vulgo gustatorem vocant, omnis aquarum vastitas ponderetur. — **2)** Translate. *Hilar. Carm. de Evang. 61.* Mortis gustator amarae.

GUSTĀTŌRĬUM, ii, n. Verbale a *gusto;* gustatio, cibus, qui gustationis causa apponitur, sive initium sit iustae coenae, sive alio tempore sumatur. *Petron. Satyr. 34.* Subito signum symphoniae datur, et gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur. — **2)** Item mensa, in qua huiusmodi gustatio imponitur. *Plin. 5. ep. 6. a med.* Gustatorium, graviorque coenatio margini *(fontis)* imponitur. — **3)** Huiusmodi mensae ornari solebant sectilibus laminis testudinum, invento cuiusdam Carvilii Pollionis, qui teste *Plin. 9. 13. 1.* testudinum putamina secare in laminas, lectosque et repositoria his vestire primus instituit. Hinc apud *Martial. 14. 88.* cuius lemma est *Gustatorium:* Femineam nobis cherson si credis inesse, Deciperis: pelagi mascula praeda sumus.

GUSTĀTUS, a, um. Particip. verbi *gusto;* gustu perceptus, leviter sumptus; *gustato. Ovid. 4. Trist. 1. 31.* Sic nova Dulichio lotos gustata palato, Illo quo nocuit, grata sapore fuit. *Plin. 8. 19. 5.* Gustatus sanguis in remedio est.

GUSTĀTUS, us, m. Verbale a *gusto;* actus gustandi. *Cic. 2. Nat. D. 65.* Varietas pomorum, eorumque iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus. *Id. Senect. 15.* Uva . . . primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. *Auson. Mosell. 277.* Gramina gustatu exitialia. — **2)** Sumitur etiam pro gustu; *il senso del gusto. Cic. 2. Nat. D. 56.* Gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera debet. *Plin. 10. 91. 1.* Existimaverim omnibus *(animalibus)* sensum et gustatus esse; cur enim alios alia sapores adpetant? *Claud. Mamert. St. an. 1. 6. 2.* Gustatu dulcia atque amara sentimus; sed gustatum gustare non possumus. — **3)** Translate. *Cic. 2. Phil. 45.* Libidinosi, avari, facinorosi verae laudis gustatum non habent. *Alii leg.* gustum.

GUSTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *gustus*, specie fortasse frequentativum. V. GUSTUS §. 2. — **b)** *Gustarit* per syncopen pro *gustaverit*, apud *Horat. 2. Sat. 5. 82.* — **c)** Particip. *gustans* §. 1., *gustandus* §. 1., *gustatus*, V. suo loco, *gustaturus* §. 2. — **d)** Derivata et Composita V. suo loco in GUSTUS.

GUSTO proprie est gustu percipio, modice et primoribus labris sumo, paulum comedo; *gustare, assaggiare. Cic. 7. Fam. 26.* Cum biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. *Caes. 5. B. G. 12.* Leporem, et gallinam, et anserem gustare fas non putant. *Suet. Tit. 2.* Gustare de potione. *Plin. 21. 103. 1.* Herba subsalsa gustanti. *Id. 27. 7. 1.* Alypon acre gustatu, ac lentum. *Cels. 4. 5.* Celerius panis mandendus, quam vinum gustandum. — **2)** Aliquando sumitur pro ientare, parum cibi sumere extra coenae tempus ad reficiendas modice vires; *far colazione, o merenda:* quod saepe post balneum fieri solebat: item ipsa coenae initia libare. V. GUSTATIO §. 3. *Senec. Consol. ad Marc. 22. a med.* Usus balneo, in cubiculum se, quasi gustaturus contulit. *Cic. Mur. 38. ad fin.* Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans. *Plin. 3. ep. 5.* Post solem plerumque frigida lavabatur, deinde gustabat, dormiebatque minimum. *Augustus* apud *Suet. Aug. 76.* Nos in essedo panem et palmulas gustavimus. — **3)** Translate. *Cic. 2. Phil. 29.* Gustaras civilem sanguinem, vel potius exsorbueras. *Id. 1. Fin. 18.* Animus secum discordans, gustare partem ullam liquidae voluptatis non potest. *Id. 1. Orat. 32.* De actione et memoria quaedam brevia praecepta gustare. Et 2. *ibid. 56. extr. 12. Fam. 25.* partem aliquam reipublicae. Et *Arch. 7. extr.* Studia litterarum attingere, et sensu gustare. *Lucret. 3. 180.* amorem vitae. *Horat. 2. Sat. 3. 82.* lucellum. *Plaut. Most. 3. 1. 15.* Herus meus hic quidem est: gustare ego eius sermonem volo; *h. e.* clam aucupari et percipere. *Cic. 3. Orat. 20.* Sitiens istarum artium, gustavi, aequalem fere meum ex Academia rhetorem nactus, Metrodorum illum, etc.; *h. e.* aliquandiu audivi. — **4)** Proverbium *primis labris aliquid gustare* de iis, qui aliquid leviter attingunt, firmatur ex illo *Cic. 1. Nat. D. 8.* Primis, ut dicitur, labris gustare physiologiam. — **5)** *Gustare* pro experiri adhibet *Vulg. Interpr. Prov. 31. 18.* Gustavit et vidit, quia bona est negotiatio eius. *Id. Psalm. 33. 9.* Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus.

GUSTŬLUM, i, n. et

GUSTŬLUS, i, m. Deminut. a *gustus;* parvus gustus. Translate. *Apul. 2. Met. 10.* Dulcem et amarum gustulum carpis; *h. e.* osculum. *Alii leg.* dulce et amarum; γλυκύπικρον. *Oudend.* de osculo interpretatur. Cf. et *Hildebr.* ad *h. l.* — **2)** *Id. 9. ibid. 33.* vocat *gustulum* ovum recens natum, quod matutino ientaculo sorberi huiusmodi ova soleant. *Gustus* autem pro ientaculo etiam usurpari videtur. V. GUSTATIO §. 3.

GUSTUM, i, n. Idem origine ac gustus; gustatio, cibus delicatior; γεῦμα. *Apic. 4. 3.* Gustum versatile sic facies. V. voc. seq.

GUSTUS, us, m. Nomen verbalium more effictum, quod quidam eiusdem originis putant ac Graecorum γεῦσις, quod est a γεύω vel γεύομαι; gusto. *Müller* autem ad *Fest. p. 71.* sub v. *Degunare* tradit exinde « apparere vocabulum *gustus* participium esse antiquioris verbi *guno*, » quo amisso verbum *gusto* frequentativum esset ab eo participio. — **b)** *Gusti* pro *gustui. Petron. fragm. Tragur. 76. Burm.* Non mehercules mi haec iactura gusti fuit. — **c)** Alia forma est *gustum*, i, n., de quo V. suo loco. — **d)** Derivata, *gustabilis, gustarium, gustator, gustatorium, gustatus, gusto, gustum, gustulum.* — **e)** Composita, *degusto, digusto, ingustabilis, ingustatus, ingusto, praegusto.*

GUSTUS proprie est actus gustandi, itemque sensus linguae, quo sapores dignoscimus; *il gustare, gusto, senso del gusto. Colum. 1. 8.* et 2. 2. *a med.* Panis potionisque bonitatem gustu explorare. *Tacit. 12. Ann. 66.* Minister inferre epulas, et explorare gustu solitus; *farne il saggio. Plin. 31. 46. 8.* Nitrum adulteratum gustu deprehendere. *Tacit. 15. Ann. 16.* Gustu libata potio. *Suet. Ner. 33.* Cum ille ad primum gustum concidisset. *Plin. 31. 32. 2.* Nec hoc fieri convenit sine crebro salis gustu. — **2)** Item sapor; *sapore. Cels. 6. 8.* Attrahatur spiritu is succus, donec in ore gustus eius sentiatur. *Colum. 5. 2. a med.* Graeculae vites habent probabilem gustum. Et *paulo ante.* Vites pretiosi gustus celeberrimae. *Plin. 26. 30. 1.* Folium pingue, et salso gustu. *Id. 14. 3. 2.* Gustus vini austerior. Et *27. 96. 1.* Herba gustu adstricto. Et *ibid. 97.* Radix gustu acri mordet. — **3)** Huc spectat illud *Edict. Diocl. circa fin.* Vini veteris primi gustus Italicum *f (h. e.* sextarium) unum, X. viginti quattuor. Vini veteris sequentis gustus Italicum *f* unum X. sedecim; *h. e.* primae qualitatis vel inferioris qualitatis. — **4)** Speciatim sensu concreto, dicitur coenae initium, gustatio; *gli antipasti. Martial. 11. 31.* Gustu protinus has edes in ipso: Has prima feret alteraque coena. Adde *32.* Cf. GUSTUM. — **5)** In illo *Petronii* in *fragm. Tragur. 77. extr. Burm.* Profer et unguentum, et ex illa amphora gustum, ex qua iubeo lavari ossa mea: *gustus* est modica vini quantitas, ad explorandam eius bonitatem; *dammene un sorso, un saggio.* — **6)** Hinc translate. *Senec. ep. 114.* Gustum tibi dare volui; *ho voluto dartene un saggio. Plin. 4. ep. 27.* Vides quam acuta omnia, quam apta, quam expressa? Ad hunc gustum totum librum repromitto; *conforme questo saggio. Front. prine. hist.* (edente iterum *A. Maio*) *p. 315.* Si tamen hoc, quod gustui mittimus, non displiceat; *se non ti spiace il saggio. Petron. Satyr. 22.* Tot malis fatigatus, minimum veluti gustum hauseram somni. Adde *Senec. ep. 11.* Sic *Colum. 1. 11.* Tibi expetenti versificationis nostrae gustum negare non sustinui. — **7)** Speciatim pro sapore, item translate. *Quintil. 6. 3. 17.* Urbanitas significat sermonem prae se ferentem in verbis, et sono, et usu proprium quendam gustum Urbis. Adde loc. *Cic. 2. Phil. 45.* allatum sub v. GUSTATUS, us, §. 3.

GUT, indecl. Est sonus liquoris cuiusumque minutatim cadentis. Legitur in *Not. Tir. p. 152.* Gut, gutta, guttula.

GUTTA, ae, f. Nomen, ut videtur per onomatopoeiam fictum, nempe a sono, quem edit liquor minutatim cadens; qui sonus *gut* exprimitur in *Not. Tir.* (V. voc. praeced.). Alii a Graeca voce χυτός; fusus, fusilis, derivari posse autumarunt. Contra *Isid. 13. Orig. 20. 3. gutta* quasi *glutinosa* dicitur; *gutta* enim est, inquit, quae stat; *stilla*, quae cadit; quod sumpsit e Palaemone apud *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Chr. 50. — **b)** *Guttai* pro *guttae* dixit suo more *Lucret. 6. 614.* — **c)** Derivata, *guttatim, gutto, guttula, guttulus, gutturnium, guttus.*

GUTTA proprie est minima pars aquae, vel alterius materiae liquidae; *goccia, gocciola. Cic. 3. Orat. 48.* Numerus, quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguitur, notare possumus. *Id. 2. Nat. D. 5.* Guttae imbrium quasi cruentae. *Virg. 3. Aen. 28.* atro liquuntur sanguine guttae. *Plaut. Most. 2. 2. 76.* Guttam haud habeo sanguinis; *scil.* prae metu. *Ovid. 4. Pont. 10. 5.* Gutta cavat lapidem: consumitur annulus usu. *Lucret. 6. 943.* in speluncis saxa guttis manantibus stillant. *Plaut. Cas. 2. 5. 30.* Dii me et te infelicitent, Si ego in os meum hodie vini guttam indidi. *Ovid. 2. Pont. 3. 90.* Gutta per attonitas ibat oborta genas; *h. e.* lacrimae. — **2)** In illo *Sidon. carm. 5. 45.* Assyrius gemmas, Ser vellera, tura Sabaeus, (et *47.*) Aurum Lydus, Arabs guttam, Panchaïa myrrham: *gutta* videtur esse succinum, *ambra*, quod *Martial. 4. 32.* Phaëthontida guttam, et *8. 15.* succinam guttam appellat. *Apul.* tamen *2. Met.* myrrham ipsam *Arabicas guttas* dixit: videturque non myrrham quamlibet, sed eam solummodo, quae sponte profluit (quae et *stacte* dicitur) significasse: qua ratione fortasse et *Sidon.* intelligendus est, nempe ut *myrrham* dicat, quae ex vulnere defluit, *guttam*, quae sponte. V. MYRRHA. Sic et *Vulg. Interpr. Ps. 44. 9.* Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis, etc. Adde *Eccli. 24. 21.* — **3)** Translate est minima particula. *Plaut. Pseud. 1. 4. 4.* Cui neque parata gutta certi consilii, Neque adeo argenti. *Lucret. 4. 1035.* gutta dulcedinis stillavit in cor. — **4)** Speciatim et improprie,

Digitized by Google

II. *Guttae* a similitudine dicuntur puncta, seu maculae varii coloris sparsim alicubi dispositae, ut in equis, anguibus quibusdam, etc. *Virg. G. 99. de apib.* paribus lita corpora guttis. *Ovid. 5. Met. 181. de lacerto*, variis stellatus corpora guttis. Et *4. ibid. 577. de anguc.* Nigraque caeruleis variari corpora guttis. *Plin. 36. 15. 2.* Lapis interstinctus aureis guttis. *Id. 29. 27. 1.* Phalangium albis incursantibus respersum guttis. — **b**) Item in architectura *guttae* dicuntur ornamenta sub triglyphis in Dorico genere, instar guttarum pendentia; *goccíole, campanelle. Vitruv. 4. 3.* Epistylii altitudo unius moduli cum taenia et guttis. Et *infra.* Dividendae sunt in corona ima ad perpendiculum triglyphorum, et ad medias metopas viarum directiones, et guttarum distributiones, ita uti guttae sex in longitudinem, tres in latitudinem pateant. Altero hoc loco *Vitruv.* designat eas guttas, quae in corona ima scalpuntur ad priorum perpendiculum: illae sex omnino sunt: hae decem et octo: illae metae pendentis figuram habent, hae ad circinum deformatae sunt.

Nota. Discrimen inter *stillam* et *guttam* dedimus supra §. 2. ex *Isid. altisque*. Cf. STILLA.

GUTTANS. V. GUTTO.

GUTTĀTIM. Adverb. a *gutta;* per singulas guttas; a *goccia a goccia. Enn.* apud *Non. 2. 863.* Lacrimae guttatim cadunt. *Arnob. 2. p. 81.* Pluvia guttatim labitur. *Apul. 3. Met. ante med.* Vasculum guttatim defluum. V. DEFLUUS §. 3. *Plaut. Merc. 1. 2. 92.* aedepol cor miserum meum, Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris sulem.

GUTTĀTUS, a, um. Particip. verbi *gutto*, adiectivorum more adhibitum; guttis aspersus, sive colorem habens maculis quibusdam in modum guttarum distinctum; ex. gr. quod album est nigris intervenientibus punctis, quia puncta illa guttarum instar sunt aspersa, ut equus guttatus, gallinae guttatae, etc.; *goccíolato, pomellato. Martial. 3. 58.* Et picta perdix, Numidicaeque guttatae. *Pallad. 4. 15. de equis.* Colores hi praecipui, badius, gilvus, scutulatus, albus, guttatus. Adde *Isid. 12. Orig. 1. 48.* et *50.*

GUTTO, as, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more in particip. *guttatus* etiam adhibitum, a *gutta*. — Proprie est ad instar guttae cado; *cadere a goccia, stillare. Gloss. Lat. Gr.* Gutto; στάζω. *Cassiod. 1. Var. 46. de horologio aquatili.* Ubi solis meatus sine sole cognoscitur, aquis guttantibus horarum spatia terminantur. Adde *Thesaur. nov. Latin. p. 253.* ed. *Mai*. — Tribuitur et *Plin. 20. 23. 1.* Huius folia ambustis utilia, guttantia astringunt. *Harduin.* tamen ex MSS. legit: *guttantium os astringunt.* Ita etiam *Sillig.* — **b**) Transitivorum more est guttis aspergo. V. in GUTTATUS.

GUTTONĀRĬUS. V. TREPIDARIUS.

GUTTŬLĂ, ae, f. Deminut. a *gutta;* parva gutta; *goccíolina. Plaut. Epid. 4. 1. 27.* Ah, guttula pectus mihi ardens aspersisti. *Paulin. Nolan. carm. 21. 427.* Favorum guttulae. *Fulgent. 3. Mythol. 8.* Myrrha redolentibus lacrymosa guttulis. — **b**) Idem significat ac frustulum, partem minimam. *Lamprid. Alex. Sev. 44.* In templis auri ne guttulam quidem, aut bracteolam posuit. — Sic etiam translate Itali usurpant, ut *Fr. Giordano 5. Pred. 72. Diolanna una goccíolina.* Cf. voc. seq.

GUTTŬLUS, i, m. Deminut. a *guttus;* parvus guttus. — Affertur, loco non indicato, ex *Plaut. fragm.* Ut guttulam hauriret ex guttulo.

GUTTUR, ŭris, n. *raro* m. Nomen latentis originis, respondens Graecae voci *βρόγχος*. — **b**) In masculino genere bis usus est *Plaut. Aul. 2. 4. 25.* et *Mil. 3. 2. 22.* V. haec loca infra §. 4. et 3. Cf. *Hildebr. ad Gloss. Lat. p. 138. n. 105.* — **c**) Derivata, *gutturnia, gutturosus.*

GUTTUR proprie est pars illa, quae a faucibus ad iugulum est, tum exterior, tum praecipue interior; *gola, canna della gola, strozza. Plin. 11. 68. 1.* Guttur homini tantum, et suibus intumescit, aquarum, quae potantur, plerumque vitio. *Horat. Epod. 3. 1.* Parentis olim si quis impia manu Senile guttur fregerit. *Plaut. Mil. 3. 2. 22.* Nimis celebat, amburebat gutturem. *Ovid. 6. Met. 156.* Laqueo ligare guttura. Et *7. ibid. 314.* fodere guttura cultro. *Id. 1. Amor. 13. 8.* liquidam tenui guttore cantat avis. *Pers. 1. 17.* liquido plasmate guttur colluere; h. e. gargarizare. — *Iuvenal. 13. 162.* Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? *gozzo.* Et *Vitruv. 8. 3. ad fin.* Genus aquae, quam qui bibunt, efficiuntur tumidis gutturibus. V. GUTTUROSUS. — **b**) Translate. *Cic. Cael. 19.* Vitium ventris et gutturis; *vizio della gola. Iuvenal. 2. 114.* rarum ac memorabile magni Gutturis exemplum; h. e. ingentis voracitatis. — **c**) Iocularius *Plaut.* de avaro homine, *Aul. 2. 4. 25.* Etiam ne obturat inferiorem gutturem Tum, ne quid animae forte amittat dormiens? h. e. anum. — **d**) Apud *Vulg. Interpr. Prov. 3. 3.* Misericordia et veritas te non deserant: circumda eas gutturi tuo; h. e. iis tanquam gemmis guttur tuum orna, id est, retine illas, et revolve animo. Adde *ibid. 6. 21.*

GUTTURNĬĂ, ae, f. Exponitur « gutturis inflatio » in *Gloss. Isid.*, ex quo patet nomen derivatum a *guttur*.

GUTTURNĔUM. V. voc. seq.

GUTTURNĬUM, ii, n. Est, ut definit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 98. Mull.*, vas ex quo aqua in manus datur: ab eo, quod propter angustias guttatim fluat; Italice *broccа*. — *Gutturneum* pro *gutturnium* habet *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 467.* Cf. COTURNIUM.

GUTTŬRŌSUS, a, um. Adiect. a *guttur;* ad guttur pertinens. — Speciatim dicitur is, cuius guttur tanquam spongia intumescit; *gozzuto:* quod vitium potius, quam morbus, *βρογχοκήλη* Graece dicitur: eoque praecipue laborant Alpium accolae, propter aquarum qualitatem, quibus utuntur. *Ulp. Dig. 21. 1. 12.* Si quis natura gutturosus sit, aut oculos praeminentes habeat, sanus videtur. *Vet. Scholiast. Iuvenal.* ad *Sat. 13. 162.* Tanquam si in Alpibus gutturosos homines admireris, ubi tales sunt plurimi scilicet: nam lata et inflata colla habent. V. GUTTUR §. 1. *fin.*

GUTTUS, i, m. Nomen a *gutta*, quo significatur vasis genus, angusto collo: quod vinum eo funderent guttatim, quod Graeci dicunt *ἐπιῤῥαίζειν*, Latini irrorare (Hinc *gotto* Italorum). *Varr. 5. LL. 26.* Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt. — **b**) Speciatim hoc nomine fuit vas, quo in sacrificiis utebantur. *Plin. 16. 75. 2.* Curius iuravit, se ex praeda nihil attigisse praeter guttum fagineum, quo sacrificaret. — **b**) Item vas, in quo oleum asservabatur. *Gell. 17. 8.* Guttum Samium, ore tenus imprudens inanem, tanquam inesset oleum, affert. — **c**) Utebantur etiam gutto in balneis ad conservanda unguenta. *Iuvenal. 3. 265.* et *11. 158.* — Guttum corneum memorat *Martial. 14. 53.* in *lemmate*.

GUVA, ae, f. *Isid. 4. Orig. 11. 4.* Guva, quae a Latinis a similitudine *cucurbita*, a suspirio *ventosa* vocatur. Alii leg. *guna*, alii *guvia*. Fortasse autem *gufa*, Latinorum consuetudine pro *gupha*, a Graeca voce *κώφη*; levis legendum est; respexisse enim videtur ad illud *Cael. Aurelian. 3. Chron. 4. n. 74.* Cucurbitae appositio levis, quam Graeci *κούφην* appellant. Cf. *Areval.* ad *Isid. loc. cit.*

GŬVERNĀTUS. V. GUBERNO §. b.

GUVĬĂ, ae, f. Est ferramenti genus, quo lignum eraditur, apud *Isid. 19. Orig. 19. 13.* Cf. GUVA.

GY

GŸBERNATOR. V. GUBERNATOR et GUBERNO §. b.

GŸBSUM. V. GYPSUM.

GŸLĂ. V. GULA §. 2.

GYMNAS, ădis f. Vox Graeca, *γυμνάς*, qua significatur exercitium, certamen; *esercizio, lotta. Stat. 4. Silv. 2. 47.* Sic lubrica ponit Membra Therapnaea resolutus gymnade Pollux. *Id. 3. ibid. 1. 43.* hic tibi festa Gymnas, et insontes iuvenum sine caestibus irae. *Id. 1. Achill. 387.* neve exercere protervas Gymnadas, aut lustris nemorum concede vagari. Et *4. Theb. 106.* Herculea turpatus gymnade vultum Amnis; h. e. Achelous cornu truncatus in lucta cum Hercule: de quo V. *Ovid. initio 9. Met.* et ACHELOUS in ONOM.

GYMNĂSĬĂ, ae, f. V. GYMNASIUM §. 7. et 8.

GYMNĂSĬARCHA, ae, et

GYMNĂSĬARCHUS, i, m. Vox Graeca, *γυμνασιάρχης*, qua significatur praefectus gymnasii, id est loci, in quo gymnades, seu exercitia corporis habentur. *Cic. 6. Verr. 42.* Demoliendum curavit Democritus gymnasiarchus. *Inscript.* apud *Grut. 468. 2.* C. Rutilio C. f. Cocliti, viro gymnasiarchae Leg. Imp. Caes. M. Aur. Antonini. *Val. Max. 9. 12. n. 7. extern.* Gymnasiarcha claudere eum locum volente. *Sidon. 2. ep. 2.* Palaestritarum luctas, si involvantur obscenius, casta confestim gymnasiarchorum virga dissolvit. Adde *Firmic. 4. Mathes. 13.*

GYMNĂSĬŌFESTUS, a, um. Adiect. a *gymnasium* et *festus;* qui in gymnasio festum aliquod celebrat. *Not. Tir. p. 174.* Gymnasiarchus, gymnasiofestus.

GYMNĂSĬUM, ii, n. Vox Graeca, *γυμνάσιον*, qua significatur locus, ubi se lucta, disco, hasta, pila, salta, tum athletae, tum ingenui filiifamiliarum exercebant: institutum Graecorum, quorum in urbibus passim loca publica hisce destinata exercitiis exstructa visebantur; *luogo da esercitarsi nella lotta, o altro, scuola:* a *γυμνάζω*; exerceo, quod a *γυμνός*; nudus, quia nudos mos erat, oleoque unctos, et pulvere arenave conspersos exerceri. *Plaut. Epid. 2. 2. 13.* per omnem urbem quem sum defessus quaerere, Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in foro, Per myropolia, et lanienas, circumque argentarias. Quod *balneas* hic, ut et *Amph. 4. 1. 3.*, ubi fere eandem locorum enumerationem habet, *Plautus* omittit, ideo factum videtur, quia ipsae quoque *gymnasii* nomine significantur (V. *Isid. 15. Orig. 2. 40.*); nam in his pariter exercebant corpora. *Id. Bacch. 3. 3. 20.* Ante solem exorientem nisi in palaestram veneras, Gymnasii praefecto haud mediocres poenas penderes. Et *24.* ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila, Saliendo esse exercebant magis, quam etc. *Cels. 5. 11.* et *15.* Sordes ex gymnasio; h. e. strigmenta, quae ab athletis detergentur e corpore post luctam. — **b**) Spartae etiam virgines gymnasticis exercitationibus, excepto saltu, operam dabant. *Propert. 3.*

Digitized by Google

12. 1. Multa tuae, Sparte, miramur iura palaestrae, Sed mage virginei tot bona gymnasii. Adde *Ovid. 16. Heroid. 149.* et *Cic. 2. Tusc. 15.* — **3)** ioculariter. *Plaut. Aul. 3. 1. 3.* Totus doleo . . . ita me iste habuit senex gymnasium; *h. e.* verberando me exercuit. Apud *Eund. Asin. 2. 2. 51. gymnasium flagri* convicium est servi crebro vapulantis, quasi qui tergo suo saepe flagra exerceat. — **4)** *Gymnasium dare* est ludos gymnasticos populo praebere. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. 456. 3.* et *Orelli, n. 2548.* Et ob *statuae* dedicationem simul cum M. Annio Memmiano collega suo ludos scenicos, et gymnasium populo, epulas decurionibus dedit. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6539.* Et populo gymnasium *(et)* epulum dedit. — **5)** Praeterea

II. *Gymnasium* dicitur etiam de schola, seu ludo litterario, non tam metaphorice, quam quod Philosophi olim ea ad disputandum loca elegissent, in quae iuventus exercendi gratia convenire solebat. *Cic. 2. Orat. 5.* Omnia ista, inquit Crassus, ego alio modo interpretor, qui primum palaestram, et sedes, et porticus, etiam ipsos Graecos exercitationis et delectationis causa, non disputationis invenisse arbitror. Nam et saeculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in his Philosophi garrire coeperunt: et hoc ipso tempore cum omnia gymnasia Philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire, quam philosophum malunt: qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa relinquunt. *Id. 1. Divin. 5.* Cum ambulandi causa in Lyceum venissemus, id enim superiori gymnasio nomen est. *Id. 1. Orat. 15.* Clamabunt, credo, omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholae, sua haec esse omnia propria. Adde *procem. Paradox. a med.* — *Vulg. Interpr. 1. Mach. 1. 15.* Aedificaverunt gymnasium in Ierosolymis secundum leges nationum. Adde *2. ibid. 4. 9.* et *12.* — **6)** Ampliora gymnasia locum etiam habuere sepulturis clarorum virorum destinata, ut videre est apud *Nep. Timol. in fine*, et *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 12. sub fin.*, unde etiam colligitur, Athenis gymnasia extra urbem fuisse. — **7)** Adiectivorum more

GYMNASIUS, a, um. Est ad gymnasium pertinens. Hinc *gymnasiae* Insulae Baleares sunt dictae, quod earum incolae praecipuae se fundа exercerent, *Plin. 3. 11. 1.*, coll. *Isid. 14. Orig. 6. fin.* et *Liv. Epit. 60.*, ubi *Gymnasiae* dictae, *gymnesii* (incolae) dicti, quia aestatem, ut ibi dicitur, nudi exigunt; γυμνὸς enim nudus. V. et *Kopp.* ad *Capell. 6.* §. *643.* et V. BALEARES in ONOM. — **8)** Hinc iterum absolute, substantivorum more,

GYMNASIA, ae, f. Est ipsa ars seu disciplina gymnastica, exercitatio oratoria. Adhibet, si sana est lectio, *Boëth. Topic. Aristot. 8. 3.* Ad gymnasiam autem et exercitationem talium orationum primum quidem convertere, assuescere oportet orationes.

Nota. Differt interdum *gymnasium* a *palaestra*, ut apud *Plaut. Amph. 4. 1. 3.* omnes plateas perreptavi, gymnasia et myropolia: Apud emporium atque in macello, in palaestra, atque in foro, etc. et *Catull. 63. 60. de Aty.* Abero foro, palaestra, stadio, et gymnasiis? et *Cic. 1. Att. 10.* Signa, quae tibi palaestrae, gymnasiique videbuntur esse. Videtur autem his locis *gymnasium* latiore significatione, *palaestra* strictiore usurpari: scilicet illud scholam quoque Philosophorum complecti; haec tantummodo locum luctae athleticique destinatum.

GYMNĂSĬUS, a, um. V. voc. praeced. §. 7. et 8.

GYMNASTĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, γυμναστικός; ad exercitationem pertinens; *ginnastico:* a γυμνάζω; exerceo, ut *gymnasticum exercitium, gymnastica ars*, qua pueri corpore exercentur. *Plaut. Rud. 2. 1. 7.* Pro exercitu gymnastico, et palaestrico hoc habemus, Echinos . . . ostreas captamus, etc. *Id. Most. 1. 2. 72.* Arte gymnastica, disco, hasta, pila. *Iul. Valer. Gest. Alex. M. 3. 3. 8.* Certamen gymnasticum concelebrare.

GYMNĒSĬUS. V. GYMNASIUM §. 7.

GYMNĪCUS, a, um. Adiect. Graecum, γυμνικὸς, idem quod gymnasticus; *ginnico:* ut *gymnica certamina, gymnici ludi;* γυμνικοὶ ἀγῶνες, cursus, luctae, gladiatura . . . , quae populo oblectando publice fiebant. *Cic. 2. Tusc. 26.* Videmus ne, apud quos eorum ludorum, qui gymnici nominantur, magnus honos sit, nullum ab iis, qui in id certamen descendant, devitari dolorem? *Suet. Ner. 53.* Spectare certamina gymnica. *Plin. 7. 37. 14.* Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon invenit. — De ludo gymnico et de generibus gymnicorum V. *Isid. 18. Orig. 17.* et *seqq.*

GYMNŎPŎDAE, ārum, m. Vox Graeca, γυμνοπόδης, qua significatur is, qui nudis pedibus incedit. Hinc *Gymnopodae* dicti sunt haeretici qui nudis pedibus semper ambulabant, et propterea calceatos condemnabant. *Auct. Praedestinat. 1. 68.* Sexagesima et octava haeresis est Gymnopodarum.

GYMNŎSŎPHISTAE, arum, m. Graece γυμνοσοφισταὶ dicti sunt Indorum Philosophi, sapientiam profitentes, et nudi in silvis agentes: a γυμνὸς; nudus, et σοφιστὴς; sapiens. *Prudent. Hamartig. 404.* Ostentatique suos vicatim Gymnosophistas. *Augustin. 14. Civ. D. 17.* Gymnosophistae adhibent genitalibus tegmina, quibus per cetera membrorum carent. Adde *Apul. Florid. n. 6.* et *Iul. Valer. Gest. Alex. M. 3. 16.* et *17.*, ubi Gymnosophistae Brachmanes. V. BRACHMANI in ONOM. — **2)** Etiam in Aegypto fuere Gymnosophistae. *Hieronym. ep. 107. n. 8.* Quod et Indorum Brachmani, et Aegyptiorum Gymnosophistae in polentae, et oryzae, et pomorum solo observant.

GYNAECĒUM et Gynaecīum, i, n. Vox Graeca, γυναικεῖον, proprie adiectiva (subaudi οἴκημα), qua absolute adhibita significatur apud Graecos pars aedium interior secretiorque, ubi secretae a viris mulieres degunt, conclave, in quod praeter sanguine coniunctos, servosque domesticos, aditus patet nemini; *appartamento delle donne. Ter. Phorm. 5. 6. 26.* Ubi in gynaeceum ire occipio, puer ad me accurrit: ait, esse vetitum intro ad heram accedere. *Plaut. Most. 3. 2. 71.* Dare vult uxorem filio: Ad eam rem facere vult gynaeceum novum. V. GYNARCONITIS. — **2)** Est praeterea hoc nomine locus publicus, in quem conveniunt mercede conductae mulieres, lanificii et textrini causa (V. *Isid. 18. Orig. 6. 3.*): et praesertim textrinum ad vestes principis conficiendas constitutum, ut ex *Cod. 9. 27. 3.* et *11. 7. 3.* colligitur. Hinc saepe in *Gloss.* antiquis exponitur textrinum. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 138. n. 112.*, *Veget. 1. Milit. 7.* Linteones, omnesque, qui aliquid tractasse videbuntur ad gynaecea pertinens, longe arbitror pellendos a castris. *Cod. Theod. 16. 8. 6.* (quae spectat ad a. 339.). Quod ad mulieres pertinet, quas Iudaei in turpitudinis suae duxere consortium, in gynaeceo nostro ante versatas, placet easdem restitui gynaeceo. *Id. 10. 20. 2.* Mancipium gynaecei. — **3)** Huiusmodi gynaecea plurima habebantur in omnibus ferme civitatibus praecipuis Romani Imperii, ut Aquileiae, Arelate, Mediolani, Carthagine, aliisque, ut etiam patet ex *Notit. Dignit. utriusq. Imp.*, pluribus locis; quae suos quoque habebant procuratores, *ibidem* memoratos, et de quibus titulus est in *Cod. Iustinian. 11. 8.* — **4)** Ad haec loca interdum noxii ac rei sive homines sive mulieres damnabantur. *Cod. Theod. 4. 6. 3.* Licinius autem filius, qui fugiens comprehensus est, compedibus vinctus ad gynaecei Carthaginis ministerium deputetur (Spectat haec lex ad a. 336.). — Huc spectare videtur *Lactant. Mort. persecut. 21.* Matresfamilias ingenuae ac nobiles in gynaeceum rapiebantur. — *Forcellinus* contra interpretabatur de loco, in quo mulieres selectae libidinis causa detinerentur, quod, lato saltem sensu, non videtur admittendum esse. Cf. *Ducange, Gloss. med. et inf. Latinit.* ad h. v.

GYNAECĬĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *gynaeceum;* ad gynaeceum pertinens, absolute adhibitum de eo, qui gynaecei, ubi mulieres lanam faciunt et intexunt, curam habet. *Imp. Constantin. Cod. 11. 7. 5.* Ingenuae mulieres, quae se gynaeciariis sociaverint. *Cod. Theod. 10. 20.* (qui est *de murileguli et gynaeciariis*, etc.) *16.* Si quis ex corpore gynaeciariorum vel linteariorum . . . voluerit posthac de suo collegio liberari, etc.

GYNAECĪUM. V. GYNARCEUM.

GYNAECŎCRĂTŪMĒNĪ, Graece Γυναικοκρατούμενοι, (a γυνὴ; femina, et κρατέω; dominor, impero) cognominati sunt populi Sauromatae, coacti servire Amazonibus, quae eos bello vicerant. *Plin. 6. 7. 7.*

GYNAECŎNĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, γυναικωνῖτις, idem ac gynaeceum. *Nep. praef.* In interiore parte aedium, quae gynaeconitis dicitur, quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione coniunctus. *Vitruv. 6. 10.* Haec pars aedificii gynaeconitis appellatur. V. ibi reliqua, et Cf. GYNARCEUM §. 1.

GYPSĀRĬUS, a, um. Adiect. a *gypsum;* ad gypsum pertinens, ut Gypsarius plastes, idem ac gypsoplastes. *Edict. Diocl. p. 20.* Reliquis plastis gypsariis pastis diurnos ℔ quinquaginta.

GYPSĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gypso;* actus gypsandi. — Tribuitur *Sidonio*, loco tamen non indicato.

GYPSĀTOR, ōris, m. Verbale a *gypso;* qui gypsat. — Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

GYPSĀTUS, a, um. Particip. verbi *gypso*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc superlat. *gypsatissimus*, infra. — Est gypso illitus, infectus, tectus; *ingessato, imbiancato. Ovid. 1. Amor. 8. 64.* Despice gypsati crimen inane pedis; *idest* servilis. Nam pedes venalium trans mare advectorum, gypso, seu creta notare mos erat. *Tibull. 2. 3. 60.* quem saepe coëgit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Adde *Propert. 4. 3. 51. Petron. Satyr. 34.* Statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae; *h. e.* albo colore affabre superinductae. V. *Annali dell' Instit. di corr. archeol. T. 11. p. 95.* — **2)** *Cic. 7. Fam. 6. de Medea.* Quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi illae vitio verterent, quod abesset a patria, τὸ *gypsatissimis* videtur *Cic.* ab illo eod. poëta *(Ennio* fortasse) sumpsisse, a quo et illa, quae *ibid.* subdit, *Nam multi suam rem* etc. Neque enim veri est simile, ipsum ea ratione fuisse locuturum: quod et *Manut.* advertit. Deinde dicitur Medea manus habuisse gypsatas, quia mos fuisse putatur barbararum mulierum gypso manus linere, ad candorem conciliandum. — Huc quidam trahunt locum *Val. Flacc. 3. 150. de Tharsissa.* Picta manus, usitoque placet sed barbara mento; si *picta*

Digitized by Google

manus est stigmatibus compuncta (V. STIGMA), non gypso illita. Sunt vero qui recte putant, *malas* scribendum, non manus. V. vocem seq. §. 2. et CRETA §. 3. Postremo horum *Ciceronis* verborum sensus est, Medeam Corinthiis matronis sermone in speciem quidem honesto, doloso tamen et fraudis pleno persuasisse, etc.

GYPSĔUS, a, um. Adiect. a *gypsum;* qui ex gypso est; *di gesso. Spartian. Sever.* 22. Tres Victoriae gypseae cum palmis; *h. e.* tria Victoriae simulacra ex gypso. — **2)** Item gypso illitus; *imbellettato. Hieronym. ep. 38. n. 3.* Mulieres, quae purpurissa et quibusdam fucis ora oculosque depingunt, quarum facies gypseae, et nimio candore deformes idola mentiuntur.

GYPSO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *gypsum*. — Particip. *gypsatus*, V. suo loco. — Est gypso inficio, tego, claudo; *ingessare, Colum. 12. 59.* Gypsare opercula. Et *42.* Vas cum impleveris, statim gypsabis. Adde *Eund. ibid. 56.*

GYPSŎMARGĂ. V. GLESSOMARGA.

GYPSŎPLASTES, ae, m. Vox Graeca, γυψοπλάστης, qua significatur qui vasa et statuas ex gypso facit; *gessaiuolo. Cassiod. 7. Variar. 5.* Quidquid enim aut instructor parietum, aut sculptor marmorum, aut aeris fusor, aut camerarum rotator, aut gypsoplastes, aut musivarius ignorat.

GYPSUM, i, n. Vox Graeca, γύψος, qua significatur genus quoddam lapidis, de quo mox. *Cf. Isid. 19. Orig. 10. 20.* — **b)** Ad scriptionem quod attinet, recte per *ὸs* scribendum esse, *gybsum*, docet *Mar. Victorin. 1. 4. 80.* Hoc tamen minus observatum fuisse ostendunt MSS. Codd., in quibus frequentius per *ps* scribitur. — **c)** Derivata, *gypsarius, gypsatio, gypsator, gypseus, gypso.* — **d)** Composita, *gypsomarga, gypsoplastes, praegypso.*

GYPSUM proprie est genus quoddam lapidis cocti, qui in pulverem redactus et aqua mixtus in varios usus adhibetur; Italice quoque levi mutatione; *gesso. Plin. 36. 59. 1.* Cognata calci res gypsum est. Plura eius genera; nam e lapide coquitur, ut in Syria: et e terra foditur ut in Cypro: e summa tellure et Tymphaicum est. Qui coquitur lapis, non dissimilis alabastritae esse debet, aut marmoroso. In Syria durissimos ad id eligunt, coquuntque fimo bubulo, ut celerius urantur. Omnium autem optimum fieri compertum est e lapide speculari, squamamve talem habente. Gypso madido statim utendum est, quoniam celerrime colit ac siccatur: tamen rursus tundi, et in farinam resolvi patitur. Usus gypsi in albariis, sigillis aedificiorum, et coronis gratissimus. Exemplum illustre, C. Proculeium in maximo stomachi dolore, gypso poto, conscivisse sibi mortem. *Id. 14. 24. 1.* Africa gypso mitigat vini asperitatem. *Id. 15. 18. 3.* Mala generosissima crustare gypso vel cera. *Id. 20. 39. 1.* Gypso oblitus cadus. *Id. 35. 45. 3.* Exemplar e gypso factum. *Colum. 12. 20. extr.* Gypsi quod flos appellatur, uncias singulas, item ad tertias decocti defruti sextarios binos singulis amphoris miscere oportebit: ea res si non in totum perennat, certe usque in alteram vindemiam plerumque vini saporem servat. *Cato, RR. 39.* Haec omnia in calicem novum indito, eo addito gypsum contritum. *Firmic. de error. prof. relig. 6.* Imaginem eius ex gypso, plastico opere perfecit. *Gaudent. Brix. ep. Serm. 17.* Quorum *(martyrum)* sanguinem tenemus, gypso collectum. — **3)** Translate. *Iuvenal. 2. 4.* Indocti primum: quamquam plena omnia gypso Chrysippi invenias; *h. e.* imaginibus Chrysippi, aliorumque Philosophorum e gypso expressis.

GYRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *gyro;* actus gyrandi. — Tribuitur *Celso*, loco tamen non indicato.

GYRĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *gyro;* qui gyratur. Legitur in *Gloss. vet.*

GYRĀTOR, ōris, m. Verbale a *gyro;* qui gyrat. — Tribuitur cuidam *Veteri Poëtae*, loco tamen non indicato.

GYRĀTUS, a, um. Particip. verbi *gyro;* in gyrum positus, vel factus. *Plin. 5. 11. 5.* Chlamys orbe gyrato laciniosa. — *Vulg. Interpr. Ital. ad Hebr. 11. 30.* Fide muri Iericho ruerunt, diebus septem gyrati; *h. e.* circumacti.

GYRGILLUS. V. GIRGILLUS.

GYRĪNUS, i, m. Vox Graeca, γυρῖνος, qua significatur informis ranarum partus. *Plin. 9. 74. 4.* Ranae pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant.

GȳRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more saepe etiam adhibitum, a *gyrus*. V. GYRUS. — **b)** Particip. *gyrans* §. 2. et *4.*, *gyratus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *gyratio, gyratious, gyrator*. Cf. GIRGILLUS. — **d)** Composita, *aggyro, circumgyratio, circumgyro, congyro, degyro, gyrovagus, regyro*.

GYRO proprie est in orbem flector, in gyrum vertor; *girare. Vulg. Interpr. 2. Reg. 5. 23.* Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum. *Id. Eccl. 1. 6. de Sole.* Gyrat per meridiem et flectitur ad aquilonem. *Id. 1. Machab. 13. 20.* Gyraverunt per viam, quae ducit Ador. — **2)** Translate. *Iunior Philos. Descr. orb. 36.* Deinde gyrante circulo a partibus Austri invenies Mauritaniam terram. — **3)** Transitivorum more II. *Gyro* est in gyrum verto; *girare. Veget. 3. Veterin. 5.* Animal difficile se gyrabit. — **4)** Item lustro, circumeo. *Vulg. Interpr. Gen. 30. 32.* Gyra omnes greges tuos et separa cunctas oves varias. *Id. Iudith, 13. 12.* Et gyrantes vallem, venerunt ad portam civitatis.

GȳRŎVĂGUS, a, um. Adiect. a *gyrus* et *vagor;* qui hac illac vagatur, erro; *girovago. Benedict. Reg. 1.* Quantum vero genus est monachorum, quod nominatur gyrovagum, qui tota vita sua per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur, semper vagi et numquam stabiles, etc.

GȳRUS, i, m. Vox Graeca, γῦρος, usu Latina facta a γυρός; curvus, inflexus. V. GYRO. — Proprie est circumversio in orbem, ambitus, circuitus, circulus; *giro, girata. Virg. 5. Aen. 84.* adytis cum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit. *Ovid. 2. Amor. 6. 53.* ducensque per aëra gyros Miluus. *Plin. 10. 50. 2.* Grues gyros quosdam indecoro cursu peragunt. Et *11. 22. 1.* Apes gyros volatu edunt. *Senec. Agam. 451.* piscis exsultat freto, agitatque gyros. *Plin. 16. 24. 2.* Si fronde ea gyroque claudatur ignis et serpens, in ignes potius, quam in fraxinum fugere serpentem; *circolo.* — *Stat. 3. Silv. 1. 104.* Et picturato pluvium ligat aëra gyro; *h. e.* Iride. — *Vulg. Interpr. Prov. 8. 27.* Quando certa lege et gyro vallabat abyssos. *Id. Eccli. 24. 8.* Gyrum caeli circuivi sola. *Id. Isai. 40. 22.* Qui sedet super gyrum terrae. — **2)** *Per gyrum* aut *in gyro*, est circumeundo ex omni parte, in circuitu. *Suet. Caes. 39.* Spatio circi producto, et in gyrum euripo addito; *all'intorno. Vulg. Interpr. Iosue, 10. 31.* Exercitu per gyrum disposito. Et *23. 1.* subiectis in gyro nationibus. *Id. Ezech. 42. 17.* in calamo mensurae per gyrum. *Id. Iudith, 7. 10.* Constituit per gyrum centenarios. *Id. Exod. 40. 31.* Erexit et atrium per gyrum tabernaculi. *Id. ibid. 39. 21.* Ora per gyrum capiti textilis. — *Capell. 6. §. 79.* Linearum aliae in gyrum reflexae. — **3)** Specialim dicitur de cursu equorum, cum freno parere discunt, quia non in liberum ducuntur campum, sed in spatium aliquod angustius, ubi saepius sit flectendum: et ipse quoque locus *gyrus* dicitur. *Ovid. 3. Art. am. 384.* in gyros ire coactus equus. *Virg. 3. G. 115:* Frena Pelethronii Lapithae, gyrosque dedere Impositi dorso. *Lucan. 1. 425.* frenos in gyrum flectere. *Tacit. Germ. 6.* Nec equi variare gyros in morem nostrum docentur. — *Virg. 7. Aen. 379. de trocho.* Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent. — **4)** Hinc a similitudine de cursu astrorum. *Senec. Hippol. 512. de cursu lunae.* nocturnos agitare bigas Discit, et gyro breviore flecti. *Vulg. Interpr. Sap. 13. 2.* Aut citatum aërem aut gyrum stellarum . . . Deos putaverunt. — *Id. Iob, 38. 31.* Aut gyrum Arcturi poteris dissipare? *h. e.* stellae circa Arcturum. — **5)** Item de cursu diei; *giro de' giorni. Horat. 2. Sat. 6. 23.* seu bruma nivalem Interiore diem gyro trahit. *Senec. ep. 12.* Mensis arctiore *(quam annus)* praecingitur circulo: angustissimum habet dies gyrum. — **6)** Metonymice pro ipso loco. *Propert. 3. 12. 11.* Gyrum pulsat equis, niveum latus ense revincit. — **7)** Hinc translate. *Cic. 3. Orat. 19.* Ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. *Id. 1. Offic. 26.* Homines secundis rebus effrenatos tanquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere. *Propert. 3. 2. 21.* Cur tua praescriptos evecta est pagina gyros? *Ovid. Rem. am. 598.* attrahe vela Portius, et gyro curre, poëta, tuo. *Colum. 10. 226.* Me mea Calliope cura leviore vagantem Iam revocat, parvoque iubet decurrere gyro. — **8)** Illa quoque translata sunt. *Gell. 16. 8. extr.* Ne tu quoque in illis dialecticae gyris atque maeandris consenescas; *h. e.* ambagibus. Et *Phaedr. 4. 25.* Tuae prius sunt partes; aliorum dein: Similique gyro venient aliorum vices; *h. e.* ordine recurrente.

H

H, h. Sit ne littera, an aspirationis nota, inter Grammaticos controversum est; alii enim solummodo aspirationem esse contendunt, ut *Priscian. 1. p. 543. Putsch.* e H autem aspirationis est nota et nihil aliud habet litterae, nisi figuram et quod in versu scribitur inter alias litteras: quod si sufficeret, ut elementum pateretur, nihilominus quorundam etiam numerorum figurae, quae in versu inter alias litteras scribuntur, quamvis eis dissimiles sint, elementa sunt habenda; sed minime hoc est adhibendum, nec aliud aliquid ex accidentibus proprietatem ostendit uniuscuiusque elementi, quomodo potestas, qua caret aspiratio; neque enim vocalis nec consonans esse potest. Vocalis non est *h*, quia a se vocem non facit, nec semivocalis, cum nulla syllaba Latina vel Graeca per integros dictiones in eam desinit, nec muta,

Digitized by Google

cum in eadem syllaba cum duabus mutis bis ponitur, ut *PAthius, ErichthOnius;* nulla enim syllaba plus duabus potest mutis habere iuxta se positis, nec plus tribus consonantibus continuare. Auctoritas quoque tam *Varronis* quam *Macri*, teste *Censorino*, nec *k*, nec *q*, nec *h* in numero adhibet litterarum. » Sic *Prob. 1. p. 1390. Putsch.* « H litteram vero scire debemus consonantis loco poni non posse, quia nota est aspirationis, quam solida littera, quam Graeci non tam figura aliqua litterae, quam titulo pronunciationis ostendunt. » — Item *Capell. 3. §. 252.* « H aspirationis notam esse certissimum est. » Ita et *Terentian. Maur. de metr. 789.* V. §. seq. Cf. *Capell. §. 258., Quintil. 1. 5. 19.* et *Gell. 2. 3.* — **b)** Alii contra, etiam admisso quod sit aspiratio, inter consonantes potius recensent, vel interdum consonantem, interdum aspirationis notam habent, ut tradunt *Donat. 1. p. 1737. Putsch.* et *Diomed. 2. p. 417. ibid.*, coll. *p. 419.*, ubi « consonans muta proprie continens aspirationem, » dicitur, et *Mar. Victorin. 1. p. 2434.* et *2435.*, ubi « H consonans muta infirma, » vocatur; quod in metricis plerumque despicitur. Quare *Cledonius, p. 1883. Putsch.* et alii dicunt, quoties ultimam vocalem dictionis antecedentis adiuvat, ut ex brevi fiat longa, esse consonantem: quoties non adiuvat, notam aspirationis esse. Sic *Capell. 3. §. 278.* communem syllabam dicit etiam « quum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente h. Est enim longa, ut *terga fatigamus hasta;* brevis, *quisquis honos tumuli.* » Contra *Terentian.* loc. cit. in §. praeced. « Sola *(h)* nec vocalis usum, nec tuetur consonae, Tempus aut ministrat ullum brevibus usquam syllabis. » — Ex his patet proprie aspirationem dicendam esse, improprie litteram. — **c)** Ad originem figurae eius quod attinet, ea ex Phoenicio alphabeto est deducenda, potius quam ex Graeco, respondet enim litterae Phoenicium et Hebraeorum ח *(he)*, vel ח *(chet)*, prout aspiratio lenis est vel fortis; unde H Graecorum priscorum: in veteribus enim Graecis inscriptionibus reperitur interdum H pro spiritu aspero Graecorum adscripta, ut HEKATON pro 'EKATON. — Hanc postea Graeci diviserunt, inquit *Capell. 3. §. 252.* « Nam pars eius dexterior (῾) aspirationis nota est *(h. e.* spiritus asper), sinistra (῾) contrariae significationis *(h. e.* spiritus lenis). » Cf. DASYS et PSILE. — **d)** Hinc apud Latinos quoque *H* in veteribus item Latinis inscriptionibus, tam ante vocalem, quam post consonantem non raro reperias dimidiatum sic ⊦, quae est forma spiritus lenis Graecorum; quod fortasse ideo factum, quia Latini saepe Graecam aspirationem tollebant, hic vero lene potius, quam aspero spiritu utebantur. Hinc in *Inscript.* apud *Labusium*, quam ipse illustrandam suscepit in *Dissert. sui Decur. Brasc.*, scribitur IOMVNCIO, non OMVNCIO, ut perperam apud *Grut. 425. 7.*; et in alia apud *Fabrett. p. 198. n.* XLIII. RIODE pro RHODE; qui ibidem multa habet hac de re. V. et *Masoch. Tab. Heracl. p. 126.* — Huc spectat locus *Priscian.* aliorumque cit. sub v. DASYS. — **e)** Hinc saepissime Grammatici hanc notam sive figuram absolute nomine aspirationis designant. Sic *Charis. 1. p. 78. Putsch.* « Alicam sine aspiratione dictam Verrius tradit, et sic multi dixerunt, quamvis Lucilius . . . cum aspiratione dixerit. » V. ASPIRATIO §. 5. et seqq. — **f)** Aliquando tamen haec aspiratio, ut *Gell. 2. 3.* auctor est, non solebat litteris interseri, quemadmodum nos hodie facere consuevimus, sed more Graecorum supra litteras annotari, quod et ipsum se vidisse affirmat in quodam vetustissimo codice, quem *Virgilii* autographon fuisse putat, in quo *aena* scriptum erat. — **g)** Quomodo sit pronuncianda docet *Capell. 3. §. 261.* « H contractis paulum faucibus ventus exhalat. » — **h)** Ad usum autem eius quod attinet,

H finalis in syllaba esse non potest, praeterquam in *ah* et *vah*, interiectionibus, quae vel per apocopen dictae sunt, cum completae sint *aha* et *vaha*, vel quia abscondita voce solent proferri interiectiones. — **i)** Praemittitur autem vocalibus omnibus (V. *Terentian.* loc. supra cit. 784. et seq.), qui usus tamen in quibusdam dictionibus apud Veteres non adeo constans fuisse videtur, ut ex *Charis.* loc. cit. supra §. e. colligitur, et ex iis, quae adnotata reperies sub v. ARENA, HARUSPEX, HERCISCO, HERES, HOSTIA, etc. — Maior vero inconstantia est in Lapidibus scriptis inferioris aevi, in quibus legere est *hordo, hossa, hoctober, hae, hobitus*, etc. pro *ordo, ossa, october, ae, obitus*, etc. itemque *Ilarus, ora, ic, Onorius*, etc. pro *Hilarus, hora, hic, Honorius*, etc. V. *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaule, T. 1. p. 5.* — **k)** Subiungitur etiam consonantibus *c, p, t*, praesertim in Graecis vocibus, in quibus est χ, φ, θ (quae antiquitus Graece scribebantur ΚΗ, ΠΗ, ΤΗ), et liquidae r, ut valentius sonet dictio. V. *Terentian.* loc. cit. §. a. *fin. 786.* et *seqq.* — **l)** Verum ante *Ciceronis* tempora, ut ipse *Orat. 48.* testatur, solis vocalibus addebatur aspiratio, non autem consonantibus, quemadmodum hodie, quorum etiam pronunciationem ipse aliquandiu se fuisse sequutum fatetur. Quin ego ipse (inquit) cum scirem, ita maiores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut *pulcros, Categos, triumpos, Cartaginem*, dicerem: aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. — **m)** Huc spectat et *Quintil. 1. 5. 20.* « Parcissime ea *(aspirationes)* Veteres usi etiam in vocalibus, cum *odos, troos* dicebant. Diu deinde servatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in *Graecis* et *triumpis*. Erupit brevi tempore nimius usus, ut *choronae, chenturiones, praechones* adhuc quibusdam inscriptionibus *(lege distinctim* in scriptionibus) maneant: qua de re Catulli nobile epigramma est ». Nempe *Catull. epigr. 84. Chommoda* dicebat, si quando *commoda* vellet Dicere, et *Hinsidias* Arrius *insidias*. — « Inde durat, pergit idem *Quintil. l. c.*, ad nos usque *vehementer* et *comprehendere* et *mihi*, et *mehe* quoque pro me apud antiquos tragoediarum Scriptores, in veteribus libris invenimus. » — **n)** Auctor est autem *Gell. 2. 3.*, in plerisque Latinis dictionibus praeter etymologiae rationem addi aspirationem, quod crederent, sonum firmiorem reddi et vegetiorem: idque exemplo Atticorum, qui citra morem ceterarum Graeciae civitatum multas dictiones aspirant. — **o)** Insuper de vi eius hoc addocet *Terentian. Maur. de metr. 791.* Et tamen vim consonantis adimit una in syllaba, praedita est quoties duabus, *v* et *i*, vocalibus, *Auius* aut *Auis*, solemnus nam frequenter dicere. — **p)** Praeterea

H in formatione vocabulorum aliquando mutatur in *c*, si occurrat ante *t*, ut in *tractum* ex *trahо* et *vectum* ex *vehо:* vel in *x*, si occurrat ante *s*, ut in *traxi, vexi*. V. *Capell. 3. §. 252.* — Aliquando vero ipsa littera *x* in *ch* resolvitur, ut *onychis* ex *onyx*, unde *onychinus, onychites*, etc. Cf. X. — **q)** Apud Veteres pro *h* aliquando *f* usurpatam fuisse, monuimus iam sub litt. F §. e. — Denique ad valorem quod attinet,

H numeris designandis inservit et ducenta significat, et, si ei lineа superius addatur (H̄), ducenta millia, ut tradit *Auctor de Notis Numerorum*. Cf. C. §. 1. — **3)** Item inservit apud Scriptores rei agrariae casis quibusdam litterarum designandis. Sic *Innocent. Cas. litter. p. 313. Lachm.* Casa per H nomen habens montem, post montem casa. *Id. ibid. p. 327.* Casa quae per H nomen habet multae in monte positae super albarum fluvies *(sic)* super se montem significat a sextaneo. — Forma vero, ut vulgo dicitur, minuscula. *Id. ibid. p. 333.* Casa quae per h nomen habuerit, fines grandes habens cultiores et latiores, sub se humurosa loca habeus, etc. — **4)** Quid significet, tanquam littera singularis, in epigraphicis monumentis, V. in *Siglario*.

Nota. H videtur etiam adhiberi in sestertiis designandis haec nota HS, sed huc proprie non spectat; nam ea nota duo II lineola coniuncta indicantur, addito S, nempe *duo asses* et *semis*. V. SESTERTIUS.

HA

HA! interiectio corripientis, admonentisve, ne quid fiat. *Plaut. Capt. 1. 2. 45.* Alienus ego? alienus ille? ha, Hegio! nunquam istuc dixis. *Id. Trin. 4. 3. 55.* Ha nimium, Stasime, saeviter! — **2)** *Ha he!* Est sibi plaudentis. *Plaut. Pseud. 4. 3. 1.* Ha he! nunc demum mihi animus in tuto est. — **3)** *Ha ha he* et *hahahe* unica voce, ridentis est. *Ter. Heaut. 3. 1. 15. Chr.* ha, ha, he! *Me.* quid risisti? Adde *Phorm. 2. 3. 64.* et *Andr. 4. 4. 15.* et *Plaut. Pseud. 4. 1. 56.* — *Haha* simpliciter ridentis agnoscitur etiam a *Priscian. p. 1024. Putsch.* — **4)** Item irridentis. *Plaut. Poen. 3. 3. 23.* Ha, ha, he! iam teneo, quid sit.

Nota. Ad notationem vocis haec iuvabit attendere ex *Prob. de ult. Syllab. p. 1450. Putsch.* « Interiectio composita syllabis tribus *hahahae (sic)* longas recipit: verum in comico carmine solo collocari potest, leni scilicet et humili vel iucundo: in lyrico autem, quamvis et ipsum lene sit, quod numquam possit tumidioribus cothurnatisque verbis ornari, numquam tamen haec interiectio apud Horatium reperitur. » Cf. ad rem *Hand, Turselt. T. 3. p. 1.* et *seq.*

HAACE. V. HIC §. b.

HABA. V. FABA §. b.

HĂBĔ. V. AVEO §. c. coll. §. e. et §. 5. et 6.

HĂBĒNĂ, ae, f. Nomen ab *habeo*. « Habenas, inquit *Isid. 1. differ. 46.*, ab *habendo* dictas putant, quod his equos habemus, hoc est tenemus, unde et equi habiles dicti. » V. AVENA §. 8. — Est igitur

I. HABENA lorum freno alligatum, quo equi regunter; *briglia, redini. Virg. 1. G. 514.* Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. *Id. 5. Aen. 818.* omnes manibus effundere habenas. *Ovid. 1. Met. 280.* immittere. Et *5. ibid. 405.* per colla iubasque excutere. *Id. 1. Fast. 25.* regere. *Id. 3. Art. am. 467.* supprimere. *Virg. 1. Aen. 65.* laxas dare. *Id. 11. ibid. 670.* colligere. Et *765.* detorquere. *Id. 10. ibid. 576.* habenis equos flectere. *Id. 12. ibid. 327.* habenas moliri manibus. Et *471.* undantes flectere. Et *622.* adductis subsistere habenis. *Val. Flacc. 6. 505.* admissis habenis. *Id. 3. 498.* citis habenis fundit equos. Et *5. 187.* immissis non segnior ibit habenis. *Virg. 11. Aen. 715.* conversisque fugax aufertur habenis. Et *625.* penitusque datis referuntur habenis. Et *600.* sonipes pressis pugnat habenis. *Lucan. 2. 500.* levis totas accepit habenas in campum sonipes. *Id. 7. 223.* et *Sil. 7. 696.* eques effusa largus habena. Et *Lucan. 7. 225.* et largus habenae

Poëticus ibat eques; h. e. qui cursu equorum delectatur. — *Lucr.* apud *Macrob. 1. Sat. 18.* Ignes habena. Cf. *Vulg. Interpr. Nahum, 2. 5.* — **2)** Poëtice per synecdochen ponuntur pro equitibus; *cavalleria. Val. Flacc. 6. 93.* pedes sequat habenas; h. e. par est peditum equitumque numerus. — **3)** Translate elegantes habet usus. *Virg. 7. Aen. 600.* rerumque reliquit habenas; *l' amministrazione, il governo.* Sic *Val. Flacc. 5. 518.* Caucasus tuis mitescit habenis; *per la tua dolce maniera di governare.* Et *Ovid. 15. Met. 481.* accipere habenas populi. *Sil. 13. 34.* Latiae diffusa habenae; h. e. imperio Romanorum. *Auct. dial. de Orat. 31.* Animorum habenas tenere. *Virg. 12. Aen. 999.* irarumque omnes effundit habenas. Et *5. ibid. 662.* furit immissis Vulcanus habenis. *Val. Flacc. 6. 391.* omnes fluviorum fundere habenas. *Lucan. 9. 454. de Austro.* Aeoliam rabiem totis exercet habenis; *a briglia sciolta, a tutta furia. Virg. 6. Aen. init.* classique immittit habenas; h. e. velorum funes extendit; et cursum navi permittit aperto mari. *Id. 2. G. 364.* palmes laxis per purum immissus habenis; *lasciato crescere liberamente.* — Illa quoque venustissima sunt *Cic. Amic. 18.* Commodissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, cum velis, vel remittas. Et *Vet. Poëtae* apud *Eund. 3. Orat. 41.* Exsultantem te, et praefidentem tibi reprimunt validae legum habenae. — **4)** Latiore significatione et per similitudinem

II. *Habena* dicitur etiam de loris hastae, iaculive. *Lucan. 6. 221.* Cum iaculum parva Libys amentavit habena. — **5)** Item de funiculis fundae. *Id. 5. 710.* Balearis tortor habenae. *Val. Flacc. 5. 609.* saxiferae imber habenae. — **6)** Item de scuticae loris; *coreggia della sferza. Horat. 2. Ep. 2. 43.* In scalis latuit metuens pendentis habenae. *Ovid. 9. Heroid. 81.* scuticae tremefactus habenis Alcides. *Virg. 7. Aen. 580.* turbo actus habena. — **7)** Item de aliis rebus. *Val. Flacc. 6. 365.* molles galeae habenae; *i lacci dell' elmo. Ovid. 5. Fast. 593.* Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis Vtitur, at votis. Sic *Val. Flacc. 4. 679.* permissis habenis fundere vela; *allungate le sarte. Gell. 13. 21.* Plantarum calces tantum infimae teguntur: cetera prope nuda, et teretibus habenis vincta sunt; *coreggie, stringhe.* — **8)** In sing. num. translate. *Gell. 14. 1.* Id negotium quasi habena quadam de caelo vinctum gubernari. — **9)** Speciatim

III. *Habena* apud Medicos dicitur de frustulo carnis, quod in medium habenae exciditur. *Cels. 7. 17. ad fin.* Si qua parte membrana veterem plagam habet, tenuis excidenda habena est, quae tantum oras eius exulceret; *striscia di carne.* V. HABENULA. — **10)** De usu habenarum in medicina, V. ARENA §. 19. et ARUNDO §. 11.

HĂBENDUS, a, um. V. HABBO §. 36.

HĂBENS, entis. Particip. verbi *habeo*, adiectivorum more adhibitum atque hinc absolute de eo, qui multa habet, dives; Italice *abbiente. Iulian. Antecess. Constit. 108. §. 14.* Et si post tres testationes in scriptis habitas, et idoneos homines habentes, invenerit, etc. Cf. voc. seq.

HĂBENTĬĂ, ae, f. Verbale ab *habeo;* quod habetur, divitiae, facultates; *gli averi. Claud. Quadrigar.* apud *Non. 2. 393.* Animos eorum habentia inflarat. *Plaut. Truc. prol. in fin.* Aetas huic si superet mulieri, is cum anima ad eam habentiam *ἅμα* everrerit. V. EVERRO §. 2.

HĂBĔNŬLĂ, ae, f. Deminut. ab *habena;* parva habena, seu lorum; speciatim vero apud Medicos, exigua caro in longum secta ex ora vulneris; *striscetta di carne*, est *Celso, 7. 28.* Si caro increvit, necessarium est recta linea patefacere: tum ab ora vel vulsella, vel hamo apprehensam tanquam habenulam excidere. Et *ibid. 7. n. 8. ad fin.* Tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda. Et *ibid. 20. extr.* Ab ora eius vulneris demenda habenula paulo latior est. V. HABENA §. 9.

HĂBĔO, es, ui, ĭtum, ēre. Verbum transitiv., intransitivorum more tamen aliquando adhibitum (V. §. 24. et 37. et seqq.), quod ex analogia conferunt cum obsoleto Ἄκω (*ἄκτω*) Graecorum, unde, *apo*, vel *apeo* (V. APO etiam in *Nota*), et mutata littera *p* in *b*, et addita *h* Graecae aspirationis loco, *habeo*. — **b)** Ad scriptionem quod attinet, aliquando sine aspiratione scribitur. *Inscr.* apud *Guarini, Fast. Duumv. di Pomp. p. 165.* ABIAT pro *habeat*. *Alia* apud *Garrucci, Inscr. gr. sur les murs de Pomp. pl. XXVI. 31.* ABVAERIT pro *habuerit*. *Alia* apud *Cavedoni, Marm. Mod. p. 163.* EST ABITA pro *habita*. — *Habuisse* pro *habuisse* scribitur in *SCto de Bacchanal. l. 4.* et *11.* — **c)** *Habessit* pro *habeat*, vel *habuerit*, antiquum est. *Cic. 2. Leg. 8.* Separatim nemo habessit Deos, neve novos. — **d)** In illo *Plauti Asin. 4. 1. 62.* Tot noctes reddat spurcas, quot puras habuerit: Quidam volunt scribi *habuuerit*, ut secunda a principio syllaba producatur: quo modo *pluuit, fluuidus*, pro *pluit, fluidus* dictum ab aliis est. Alii tamen rectius pro *puras* leg. *pure*, atque ita senarius versus iambicus se bene habet. — **e)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando confusum fuisse cum *aveo* diximus sub v. AVEO §. 6. Hinc *avite* pro *avete; h. e.* pro *habete* in *Inscr.* apud *De-Rossi, Rom. Sotterr. T. 1. p. 234.* Martyres Sancti in mente avite *(sic)* Mariam. — **f)** Item *habilatio, habitio, habitus* saepe in antiquis MSS. et editis inter se sunt confusa. V. *Kopp* ad *Capell. 5. §. 558.* et *Halm* ad *Fortunatian. Art. Rhet. 2. 25.* Cf. HABITIO §. 2. et HABITUS §. 2. et seqq. — **g)** Particip. *habens*, V. suo loco et §. *1*, *habendus*, §. *1.* et *35.*, *habitus*, V. suo loco, *habiturus* §. *1.* — **h)** Derivata, *habena, habentia, habenula, habilis, habilitas, habiliter, habilito, habilitudo, habitio, habito* (quod V. pro suis), *habituative, habituativus, habitudo, habitus, habiturio, habitus, us.* Cf. HABENIUM. — **i)** Composita, *adhibeo, antehabeo, cohibeo, conhabeo, debeo, dehabeo, dehibeo, diribeo, exhibeo, inhabilis, inhibeo, perhibeo, posthabeo, prachibeo, prachibeo, prohibeo, subterhabitus, superhabeo.*

HABEO verbum est latissimi usus, quod dicitur de iis omnibus, quae quacumque ratione aut in nobis, aut circa, aut apud nos sunt, sive nostra sint, sive non; sive libenter teneamus, sive inviti; sive iure, sive iniuria. Dicitur praeterea de rebus inanimatis, quae aliis quocumque modo sunt coniuncta; *avere, tenere, possedere. Cic. 10. Fam. 3.* Habere necessitudinem cum aliquo, amorem erga quempiam, et familiaritatem. Et *ibid.* Habere quippiam commune cum aliquo. *Id. 2. Divin. 48.* Uno et eodem temporis puncto nati dissimiles et naturas, et vitas, et casus habent. *Id. 2. Orat. 70.* Habere invidiam. Et *3. Q. Fr. 9.* Habere odium; *esser odiato.* At *Cluent. 55.* odium in aliquem; *odiare. Nep. Timol. 3.* omnium amorem; *esser amato.* Et *Epamin. 3.* suspicionem adulterii; *esser in sospetto.* Et *Petron. fragm. Tragur. 66. Burm.* convicium; h. e. subire. *Cic. 1. Divin. 32.* Animi ea pars, quae motum, appetitum habet. *Id. Brut. 93.* Haec genera dicendi in senibus gravitatem non habent. *Id. 4. Catil. 4.* Habet ista res iniquitatem, si imperare velis; difficultatem, si rogare. *Id. 2. Orat. 27.* Illa excogitationem non habent difficilem; h. e. non sunt excogitatu difficilia. *Id. Ligar. 2.* Profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam necessitatem honestam. *Id. fragm.* apud *Lactant. 7. 8. extr.* Utraque earum sententiarum doctissimos habuit auctores. *Id. 6. Att. 2. ante med.* Phliasios autem dici sciebam: et ita fac ut habeas: nos quidem sic habemus; h. e. scribendum cures in tuo codice: nos quidem ita scriptum habemus in nostro. Et *1. ibid. 17. sub fin.* Habere in animo consulatum petere; *aver intenzione di* etc. *Liv. 44. 25.* Neque cum bello invadere animo habuit *(Al.* in animo *leg.*; sed graves critici praepositionem exterunt, addentes illud *Varr. 5. LL. 7.* Istum prolocutum dicimus, cum animo quod habuit, extulit loquendo. Et *Lucil.* apud *Non. 4. 218.* (quamquam alio sensu). Habeasque animo, mihi admodum causam gravem fore, quae me ab ullo commodo abducat tuo. Et *Sall. Iug. 11. sub fin.* Ea modo animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. Et *Pompeii* apud *Auct. B. Hisp. 26. in fin.* Cohortes animo habeo ad vos mittere). *Cic. 2. Offic. 14.* Habere religioni nocentem defendere; *aver scrupolo di* etc. *Id. 5. Fam. 16.* Habere aliquid semper in ore atque in animo; *in bocca e in mente. Id. Dom. 29. a med.* Habere in aliquem vitae necisque potestatem. Et *11. Phil. 10.* auctoritatem. *Traian.* ad *Plin. 10. ep. 82.* fiduciam alicui; h. e. in aliquo. *Nep. Eumen. 13.* Talem habuit exitum vitae. *Id. Alcib. 5.* Habere timorem. *Cic. 7. Fam. 26.* febrem. *Ovid. 1. Met. 57.* aëra permisit habendum; h. e. possidendum, tenendum. *Ter. Hecyr. 4. 2. 26.* Hanc matrem habens talem. *Virg. 1. G. 24.* quem mox quae sint habitura Deorum Concilia, incertum est. *Id. 5. Aen. 529.* Me famulo famulamque Heleno transmisit habendam. — *Cic. 2. Rep. 22.* Prima classis LXXXVIII. centurias habet. *Id. 2. Leg. 22. sub fin.* Priusquam in os iniecta gleba est, locus ille nihil habet religionis. *Virg. 3. Aen. 147.* Animalia somnus habebat. *Id. 6. ibid. 521.* Me somno gravatum infelix habuit thalamus. *Horat. 1. Od. 28. 9.* habentque Tartara Pantholden. *Id. 1. Epod. 18.* Qui *(metus)* maior absentes habet. *Senec. Constant. Sap. 7.* Filias meas qui casus habeat, an peior publico, nescio. *Lucan. 2. 15.* et habet mortalia casus. *Stat. 3. Thab. 549.* Terror habet vates. — **2)** Speciatim, ratione habita vocum, quibus iungitur,

II. *Habeo* iunctum participiis passivis, eorum vim assumit. *Cic. 1. Orat. 45. extr.* Habere domitas libidines. *Id. 1. ad Brut. 1.* Clodii animum perspectum habeo, cognitum, indicatum. Et *4. sub fin.* exploratum. *Id. 7. Verr. 25. extr.* persuasum. Et *5. ibid. 14.* Ut decumas ad aequam deportatas haberent. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 24.* Quantum in acie tironi sit committendum, nimium saepe expertum habemus. *Ter. Eun. 2. 3. 92.* et *Plaut. Cas. 2. 2. 18.* Nostram adolescentiam habent despicatam. *Cic. 6. Att. 2. a med.* Senatum inclusum in curia habuerunt. *Id. 7. Verr. 72. sub fin.* Bellum habere indictum Dis. *Id. 3. Q. Fr. 9.* Quod me hortaris, ut absolvam, habeo absolutum suave epos ad Caesarem. *Id. 8. Phil. 18. extr.* De Caesare satis dictum habeo. *Id. 5. Fam. 12. extr.* Quae habes instituta, perpolies. — **3)** Item substantivis. *Plaut. Men. 4. 3. 19.* Habere aliquem despicatui; h. e. despicere. *Gell. 4. 12.* Derelictui habere; h. e. derelinquere. *Plaut. Pseud. 1. 2. 59.* Vobis hanc habeo edictionem; h. e. edico. *Id. Mere. 5. 3. 4.* Eam expurgationem habebo, ut ne succenseat; h. e. purgabo. — **4)** Item adiectivis. *Cic. 2. Fam. 16.* Hoc animum meum sollicitum habet; h. e. sollicitat. *Id. Flacc. 29.* Apollonidenses miseriores habes,

Digitized by Google

quam Mithridates; h. e. miseriores reddis. *Id. 9. Att. 19.* Habere mare infestum; *infestare*. *Id. 10. ibid. 1. extr.* Eo minus habeo necesse scribere, quid sim facturus. — **5)** Iungitur et infinito et sumitur aliquando pro posse; *potere*. *Id. 3. Nat. D. in fin.* Haec fere dicere habui de natura Deorum; *ebbi a dire*. *Id. Rosc. Am. 55.* Habeo etiam dicere, quem de ponte in Tiberim deiecerit; *ho a dire, posso dire*. *Id. 1. Fam. 5.* De causa regia tantum habeo polliceri, me tibi absenti cumulate satisfacturum; *questo solo posso promettere*. *Liv. 44. 22.* Illud affirmare pro certo habeo, audeoque; h. e. possum. *Sil. 16. 209.* Quare age, laetus habe nostros intrare penates; h. e. accipe laeto animo, quod tibi damus aditum ad penates nostros. Al leg. *ave*, aut pro eo scriptum putant. — *Val. Flacc. 1. 671.* tollique vicissim Pontus habet; h. e. debet: vel fatale habet, ut tollatur. *Tertull. adv. Gnost. 10.* Corpus solum ab hominibus habet occidi; h. e. potest. *Apul. Herm. Trism. 14.* in eo iam tunc erant, unde nasci habuerunt. — **6)** Aliquando vero pro debere; *dovere*. *Varr. 1. RR. 1.* Ut id mihi habeam cūrare; h. e. ut eius colendi (de agro enim loquitur) curam habeam. *Tertull. Habit. mul. 1.* Etiam Filius Dei mori habuit; h. e. debuit. *Id. Apolog. 37.* Si inimicos iubemur diligere, quem habemus odisse? (Est autem in hisce locutionibus Hellenismus. Nam et ἔχειν διδάξαι, ἀποδόσθαι Graeci similiter adhibent). *Id. Monog. 7.* Primum vetus illa benedictio decurrere habebat: *Crescite et redundate;* h. e. *avea da verificarsi, dovea aver luogo*. Et *ibid. mox.* Defuncto viro, uxor in domino habet nubere, id est non ethnico, sed fratri. — *Id. adv. Gnost. 15.* Gloria, quae in nos habeat revelari. Adde *Eund. de Pudicit. 15.* — **7)** Item iungitur participiis in *dus*, et videtur pariter poni pro *debeo*. *Colum. 5. 5.* De spatiis ordinum eatenus praecipiendum habemus, ut intelligant agricolae, etc. *Tacit. 14. Ann. 44.* Si nunc primum statuendum haberemus; h. e. statuendum nobis esset. *Plin. 1. ep. 8. a med.* Praesertim cum emitendum haberemus, ut quod parentibus dabatur, et orbis probaretur. *Id. 10. ep. 95.* Impetrandumque a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegavit. *Auct. dial. de Orat. 36. ad fin.* Cum in invidiam, aut crimen vocati, sua voce respondendum haberent. — *Vulg. Interpr. Luc. 14. 28.* Si habet ad perficiendum; h. e. si possit. — **8)** Item, ratione habita contextus orationis,

III. *Habeo* interdum ponitur pro facere. *Cic. 2. Att. 9.* Habere dialogum. *Id. 2. Orat. 47.* verba. *Id. 7. Att. 2. circa med.* sermonem de re quapiam. *Id. 1. Q. Fr. 2. 1.* querelam de aliquo apud quempiam. *Ter. Eun. 3. 2. 35.* Alium quaerebam: iter hac habui; *son passato per di qua*. *Caes. 1. B. C. 14.* Pompeius pridie eius diei profectus, iter ad legiones habebat; *faceva viaggio verso* etc. — *Habere iter* dicitur etiam, qui statuit iter facere, et iam iam est facturus; *esser sulle mosse*. *Cic. 2. Q. Fr. 6.* Ille in Sardiniam iter habebat. Et *mox.* Erat autem iturus, ut aiebat a. d. tert. Id. Apr. — **9)** Item pro cogere, vel celebrare; *adunare, tenere*. *Id. loc. cit.* Habere comitia. *Id. 1. Fam. 4.* senatum. — **10)** Item pro experiri; *provare*. *Id. ibid.* Eo die acerbum habuimus Curionem, Balbum multo iustiorem, paene etiam amicum. — **11)** Item afferre. *Id. Prov. cons. 4. ad fin.* Deinde adventus in Syriam primus, equitatus habuit interitum; *portò seco*. *Caes. 6. B. G. 22.* Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt. — **12)** Item pro obtinere; *occupare, possedere*. *Virg. 2. Aen. 290.* Hostis habet muros. *Sall. Iug. 2.* Animus incorruptus agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. — **13)** Item pro servare, detinere; *trattenere*. *Id. Cat. 48.* et *55.* Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis haberentur. Et *52.* Habere in vinculis. *Cels. 3. 18.* Habere aegros in tenebris. *Colum. 12. 12.* Sub dio in sole habere. — **14)** Item pro ferre; *tollerare*. *Sall. Cat. 50.* Neque cuiquam mortalium iniuriae suae parvae videntur: multi eas gravius aequo habuere. *Liv. 7. 5. a med.* Ita aegre habuit, filium id pro parente suum. *Al. leg.* tulit. — **15)** Item pro tractare; *trattare*. *Plaut. Capt. 2. 2. 64.* Is, uti tu me hic habueris, proinde illum illic curaverit. *Cic. 7. Verr. 27. extr.* Ut is victu, ceterisque rebus quam liberalissime, commodissimeque habeatur. *Caes. 1. B. C. 63.* Equitatu hostium agmen male habere et carpere; *infestare*. Et *Cels. 3. 20.* Lethargicos qui subinde excitant, sine usu male habent; *travagliano, incomodano*. Et *21.* Quos aqua inter cutem male habet. — **16)** Item pro agere; *trattare, discorrere*. *Cic. 2. Verr. 12.* Ex eo loco, ex quo me populus R. secum habere de republ. voluit. *Al. leg.* agere. — **17)** Item pro transigere; *passare*. *Sall. Cat. 4.* Mihi reliquam aetatem a republ. procul habendam decrevi. *Plaut. Epid. 1. 2. 55.* Ut hunc hodie diem luculente habeamus. — **18)** Item pro existimare, iudicare. *Cic. 1. Nat. D. 15.* Eos esse habitos Deos, a quibus magna utilitas esset inventa. *Id. 1. Q. Fr. 1. 10. extr.* Ut te parentem Asiae et dici et haberi velis. *Id. 3. Nat. D. 22.* Quem Aegyptii nefas habent nominare. *Curt. 6. 2.* Habere aliquem pro hoste. *Liv. 25. 22.* Id obliviscendum, pro non dicto habendum. — **19)** Item pro scire, sibi persuadere. *Cic. 16. Fam. 4. ad fin.* Sic habeto, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet; *sappi, tieni per certo, persuaditi*. *Id. 5. Fam. 13.* Illud velim sic habeas, quod intelliges, etc. *Id. 2. ibid. 8.* Tantum habeto, eivem egregium esse Pompeium. Et *10.* Atqui sic habeto, etc. — **20)** Et *habere* dicitur, qui quippiam audiit, intellexitque. *Id. 5. Att. 21. a med.* Habes nostra consilia: nunc cognosce de Bruto; *hai inteso*. *Id. 3. Orat. 58.* Habetis sermonem bene longum hominis utinam non impudentis. Et *15. Fam. 17.* Nos hic Sullam patrem mortuum habebamus; *abbiamo inteso, che* etc. — **21)** Praeterea usurpatur pro adhibere, uti; *adoperare, usare*. *Ovid. 1. Amor. 8. 51.* Aera nitent usu: vestis bona quaerit haberi. *Lucret. 1. 313.* Annulus in digito subter tenuatur habendo. — **22)** Item pro praebere, dare. *Cic. 16. Fam. 9. ad fin.* Curio mandavi, ut medico honos haberetur; h. e. merces, praemium. Adde *Curt. 9. 1.* — **23)** Sed *habere honorem* est etiam honorare. *Nep. Att. 5.* Quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent, publice haberent. *Id. Con. 3.* Non est grave quemvis honorem habere regi. *Id. ibid. 1.* Quas ob causas praecipuus ei honos habitus est. Adde *Tacit. 15. Ann. 74.* — **24)** Item pro habitare; *abitare:* et adhibetur hoc sensu saepius absolute, intransitivorum more. *Enn.* apud *Cic. 7. Fam. 6.* Quae Corinthum arcem altam habebant, matronae opulentae. *Plaut. Bacch. 1. 2. 7.* Quis istic habet? *Id. Men. prol. 69.* Ille geminus, qui Syracusis habet. *Varr. 5. LL. 8. a med.* Apud aedem Dei Pidii in delubro, ubi aeditumus habere solet. *Plaut. Trin. 1. 2. 109.* hae sunt aedes: hic habet. *Acc.* apud *Non. 348. 6. Mere.* Ubi habet? Urbe, agrone? Sic *Apul. 2. Dogm. Plat. 25.* Praecipit fortunatorum habiturem loco. Cf. *Hildebr.* ad h. l. — **25)** Interdum *habere* refertur ad significandam propriam aliquam cuiusque naturam, aut studium. *Cic. 2. Phil. 32.* Habebat hoc omnino Caesar: quem plane perditum egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognoverat, hunc in familiaritatem penitus recipiebat; *aveva questo di proprio*. *Id. Pis. 32.* Habet hoc virtus, ut viros fortes species eius et pulchritudo etiam in hoste posita delectet. — **26)** Locum praeterea habet in quibusdam dicendi generibus, quae item ex contextu vel ex aliis adiunctis praesertim explicantur. Sic

IV. *Habere aliquem* dicimur, cum reperimus, aut deprehendimus. *Curt. 6. 7.* Habeo te incolumem ex impiorum manibus ereptum. *Ter. Eun. 4. 4. 7.* Habes ne hominem? *Phae.* quid ni habeam? *Plaut. Cas. 2. 8. 34.* Hic ipsus Casinam deperit: habeo viros. — **27)** *Habere aliquem*, vel *aliquam* est etiam amatorum. *Virg. 1. Ecl. 31.* Postquam nos Amaryllis habet. *Tibull. 1. 4. 67. ad Deliam.* Ferreus ille fuit, qui te cum posset habere etc. *Cic. 9. Fam. 26.* Cum Aristippo esset obiectum, habere eum Laidem: Habeo, inquit, non habeor a Laide. *Ovid. 3. Am. 12. 5.* quam coepi solus amare, Cum multis, vereor, ne sit habenda mihi. — **28)** *Habere fidem, gratias, rationem, rem*, etc. V. FIDES §. 2. et 11., GRATIA §. 16., RATIO et RES. — **29)** *Habere se* est esse. *Cic. 2. Orat. 67.* Sic profecto res se habet, nullum ut sit etc.; *così è per certo*. *Id. 4. Verr. 50.* Quae cum res ita se haberet; *stando così la cosa*. *Id. 1. Orat. 25.* Praeclare se res habeat, si etc.; *andrebbe bene, sarebbe una bella cosa*. *Id. 2. Offic. 6. a med.* Male se res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia; *va male, è un disordine*. Et *7. Att. 2.* Graviter se habere; *esser gravemente ammalato*. — **30)** *Habere se* is etiam dicitur, qui suas cupiditates coërcet. *Martial. 2. 68.* Reges et dominos habere debet, Qui se non habet, atque concupiscit, Quod reges dominique concupiscunt. — **31)** *Habere negotium suum* significat de re aliena ita laborare, ut si res nostra ageretur. *Cic. 15. Att. 49.* Habuit suum negotium Gallus, ut scribis; *trattò l'affare come suo proprio*. Ita tamen *Ernesti* interpretatur: non ei parum laboris et molestiae fuit, cum vellet Tigellium mihi iratum ad meliorem mentem revocare. Prior tamen sententia praestare videtur. — **32)** *Habere aliquid adversum aliquem* est habere, de quo conqueri. *Vulg. Interpr. Matth. 5. 23.* Quia frater tuus habet aliquid adversum te. Cf. *Act. 19. 38.* et *Coloss. 3. 13.* — *Id. Apoc. 2. 4.* Sed habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. — **33)** Item absolute *habere in mente*, vel *habere* simpliciter pro memoriam facere. *Inscr.* apud *De-Rossi, Rom. Sotterr. T. 1. p. 234.* Sancte Suste *(Xyste)* in mente habeas in horationes *(sic)* tuas. Adde *aliam* supra §. e. allatam. — *Vulg. Interpr. 2. Petr. 1. 15.* Dabo autem operam et frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis; h. e. Curabo, ut habeatis quae horum memoriam in vobis, me mortuo, saepius excitent. — Huc spectare potest et illud in *Act. Saturnini et Soc. MM. 7.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 8. p. 694.* Subveni, rogo, Christe, habe pietatem, serva animam meam. — **34)** Item *Habere in animo* est sibi decretum esse; *avere intenzione, essere deliberato*. *Cic. 1. Att. 17.* Lucceium scito consulatum habere in animo statim petere. *Caes. 6. B. G. 7.* Hoc *(flumen)* neque ipso transire in animo habebat, neque hostes transituros existimabat. — *Liv. 44. 25.* Neque eum bello invadere animo habuit, *Alii leg.* in animo. Cf. ANIMUS §. 8. — **35)** Item *habere* absolute interdum significat facultates habere, divitem esse. *Curius* ad *Cic. 7. Fam. 29.* Nos, quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere. *Plaut. Rud. 5. 2. 34.* Miserum istuc verbum est, et pessumum Habuisse, et nihil habere. *Cic. fragm.* apud *Priscian. 8. p. 792. Putsch.* Qui habet, ultro appe-

Digitized by Google

titur: qui est pauper, aspernatur. *Phaedr. prol. l. 5.* Curam habendi penitus corde eradere. *Virg. 8. Aen. 327.* Et belli rabies, et amor successit habendi; *l' avarizia*. Adde *Horat. 1. Ep. 7. 85.* et *Iuvenal. 14. 208.* — **36)** Sic absolute *habendo* pro eo, quod habetur, ut exponit *Porphyr.* ad illud *Virg. 3. G. 159.* Et quos aut pecori malint submittere habendo. *Id. 2. ibid. 250.* Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. *Lucil.* apud *Porphyr. l. c.* Nonnunquam dabit ipsa aetas quod possit habendo. — Sed *habendo* adiectivorum more explicari potest in illo *Virg. 1. G. 3.* qui cultus habendo sit pecori; *h. e.* qui cultus habendus, non ut habeatur pecus, ut exponit *Serv.* ad *h. l.* Cf. *Du Molin, Flor. poëtiq. anc. p. 158.* — **37)** Item in formulis quibusdam, in quibus aliquando absolute, etiam intransitivorum more adhibetur, praesertim si adverbiis iungitur *satis, bene, male*. — Sic

V. *Habere secum* aut *sibi aliquid* sive proprie sive translate est secum retinere, custodire; *tener con sè, tenersi, toglier per sè*. *Cic. 4. Verr. 19. extr.* Clamare coeperunt, sibi ut haberet hereditatem. Et *31. sub fin.* Habeatis sane vobiscum istum senatorem. *Id. 2. Phil. 28.* Illum suam suas res sibi habere iussit; *h. e.* secum asportare, et abire domo: quod fiebat in divortiis, viro ita dicente uxori, quam dimittebat: *res tuas tibi habe*. — **38)** Hinc *tecum habe* est etiam contineto, silentio serva; *tieni in petto*. *Id. 7. Fam. 25.* Secreto hoc audi: tecum habeto: ne Apellae quidem liberto tuo dixeris. *Id. 4. Att. 15. circa med.* Haec tu tecum habeto. — **39)** *Habet*, et *hoc habet* est gladiatorum, cum alter alterum percussit, uti docet *Lips. l. 2. Saturn. c. 21.* Et *Donat.* ad *Ter. Andr. 1. 1. 56.* Est enim vox propria in gladiatores vulneratos aut irretitos, vel insultantis adversarii, vel vulgi acclamantis. Prius enim interdum alii vident, quam ipsi sentiant, se percussos. *Virg. 12. Aen. 295.* Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur: Hoc habet, etc. Adde *Prudent Psychom. 55.* — **40)** Translate. *Ter. loc. cit.* Certe captus est: habet; *h. e.* ictus est vulnere amoris. *Plaut. Most. 3. 2. 26.* Tempus nunc est senem hunc alloqui mihi. Hoc habet: reperi qui senem ducerem. Adde *Rud. 4. 4. 99.*, ubi ironice adhibetur. — **41)** *Sic habet* idem significat ac *ita se res habet*, Itali dicunt; *così è, così sta*. *Horat. 1. Sat. 9. 32.* magnum narras, vix credibile: atqui Sic habet. — **42)** *Satis habere* dicitur, cui satis est. *Cic. 5. Fam. 2. circa med.* Satis habeas, nihil me tecum conqueri; *ti basti, contentati*. *Id. 12. ibid. 1.* Satis habet respubl. a vobis; *è contenta di voi*. Et *Rosc. Am. 32.* Si non satis habet avaritiam explere, nisi etiam etc.; *se non gli basta*. — **43)** Contrarium est *parum habere*. *Sall. Iug. 34.* Haec talia facinora impune suscepisse, parum habuere; *non si contentarono, stimarono poco*. — *Pacat. Paneg. Theod. Aug. 1.* Ita multiplici circumventus metu, quasi parum habeam timere, video quod timeam. — **44)** *Belle se habere* aut *belle habere* absolute, V. BELLE §. 1. — **45)** Item *bene habere*. V. BENE §. 8., 9., 10. et 11. — **46)** *Male habere*, V. MALE. — **48)** Denique, substantivorum more,

VI. *Habere*, absolute, est unum ex praedicamentis Aristotelis. *Boëth. 3. in Aristot. Categ. fin.* Habere autem est quoddam extrinsecus veniens, neque innatum ei, a quo habetur, aliudque quam est illud ipsum, a quo habetur, in se retinere, ut armatum esse vel vestitum esse.

Nota I. Constructio verbi est de more cum accusat. rei vel personae, addito aliquando dativo communi, vel ablativo cum praepos. *ab, in, ex, cum, de* etc. — Aliquando vero sequente infinito, vel absolute etiam, intransitivorum more, addito nonunquam ablativo sine praepos. (Cf. §. 24). — **Nota II.** « Quod in stipulationibus *habere, tenere, possidere*, tanquam tria differentia verba usurpantur, ut est apud *Florentin. Dig. 46. 4. 18.*, ad subtilitates ICtorum, forique pertinet, » inquit *Forcellinus* noster. — Huc spectat illud *Paul. Dig. 50. 16. 188.* Habere duobus modis dicitur, altero iure dominii, altero obtinere sine interpellatione id, quod quis emerit. Cf. *Ulp. ibid. 48. 1. 38. §. 9.*

* HĂBĒRĬUM, i, n. Vox inducta etymi vocis *manubrii* explicandi gratia ab *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.* V. MANUBRIUM.

HĂBESSIT. V. HABEO §. c.

HĂBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *habeo*. — Comparat. *habilior* §. 3., superlat. *habilissimus* §. 1. — Proprie est qui haberi, seu teneri, tractari, gerive facile potest; *che si può facilmente portare, o maneggiare, acconcio*. *Virg. 9. Aen. 304. de ense:* mira quem fecerat arte Lycaon Gnossius, atque habilem vagina aptarat eburna. *Id. 1. ibid. 322.* humeris de more habilem suspenderat arcum. Et *12. ibid. 452.* habilis lateri clypeus. *Tacit. German. 6.* Frameas ita habiles, ut eodem telo vel cominus, vel eminus pugnent. *Cic. 1. Orat. 34.* Calcei habiles, et apti ad pedem. *Val. Flacc. 5. 607.* habilemque ad tela pharetram. *Ovid. 2. Met. 534.* habili Saturnia curru ingreditur liquidum pavonibus aëra pictis. *Mela, 1. 5.* Parma ingens, et ob magnitudinem nulli nunc habilis. *Tacit. 2. Ann. 6.* Naves velis habiles, citae remis; *h. e.* quae facile velis irent. *Ovid. 1. Amor. 4. 37.* Nec sinus admittat digitos, habilesque papillae. *Tibull. 1. 10. 7.* habili tauros adiungit aratro; *h. e.* levi. *Virg. 4. G. 418.* Atque habilis membris venit vigor; *h. e.* qui corpus agile reddit, et vegetum. *Id. 11. Aen. 585.* huic natam habilem medine circumligat hastae; *h. e.* levem, et quae facile simul cum ipsa hasta transmitti posset. *Cels. 2. 1.* Corpus habilissimum, quadratum est, neque gracile, neque obesum; *h. e.* cuius valetudo facile regi, et servari potest. — **2)** Translate. *Senec. 3. Ira, 7.* Negotia expedita et habilia sequuntur actorem: ingentia et supra mensuram agentis nec dant se facile, etc. *Vellei. 2. 115.* Cum exercitum maiorem, quam ut temperari posset, neque habilem gubernaculo cerneret, dimittere statuit. *Val. Flacc. 7. 231.* non habiles Colchi; *intrattabili*. — **3)** Item aptus, idoneus; *atto, abile*. *Virg. 3. G. 62.* bos nec feturae habilis, nec fortis aratris. *Ovid. 1. Amor. 9. 5.* Aetas bello habilis. *Vellei. 2. 110.* Ducenta millia peditum, armis habilia. *Cic. 1. Orat. 25.* Sunt quidam aut ita lingua haesitantes, aut ita voce absoni, ut etiamsi ingenio valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint: sunt autem quidam ita naturae muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut etc. *Id. 1. Leg. 9.* Figura corporis habilis et apta humano ingenio. *Liv. 21. 4.* Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum et imperandum, habilius fuit. *Quintil. 6. 3. post init.* Ut acutior quis, atque habilior sit ad inveniendum. *Colum. 2. 2. a med.* Terra frumentis habilis. *Senec. 1. Quaest. nat. 7.* Materia laevis est, et ad hoc habilis. — Cum infinito. *Stat. 4. Theb. 225.* Plaudentique habiles Caryae resonare Dianae.

Nota. Construitur saepius cum dativo, aliquando autem cum accusativo et praepos. *ad*, raro cum infinito.

HĂBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *habilis;* aptitudo, facultas, convenientia; *abilità, attitudine, destrezza*. *Cic. 1. Leg. 9.* Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim. *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 7. 1.* Mori enim est vitalem amittere habilitatem.

HĂBĬLĬTĔR, Adverb. ab *habilis;* habili ratione, faciliter; *facilmente*. *Livii, Epit. 57.* Scutum parvum habiliter ferens. *Mela, 3. 7.* Ut elephantis, sicut nos equis, facile atque habiliter utantur. *Paul. Dig. 34. 2. 21.* Si ut habiliter gemmae geri possint, auro inclusae sunt.

HĂBĬLĬTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *habilis;* habilem facio; *abilitare*. *Not. Tir. p. 12.* Habilis, habilitas, habilitat.

HĂBĬLĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *habilitas*, idem ac habilitas, aptitudo. Tribuitur *Digestis*, loco tamen non indicato.

HĂBĬTĂBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *habito;* qui habitari potest; *abitabile*. *Cic. 1. Tusc. 20.* Tum et habitabiles regiones, et rursum omni cultu propter vim frigoris, aut caloris vacantes. *Ovid. 1. Met. 49.* non est habitabilis aestu. *Id. 4. Fast. 611.* nec nobis caelum est habitabile, dixit. *Id. 5. Trist. 4. 51.* non habitabile frigus. — **2)** Item habitatus. *Sil. 1. 541.* Tarpeiae rupes, Superisque habitabile saxum.

HĂBĬTĀCŬLUM, i, n. Verbale ab *habito;* locus in quo quis habitat; *abitazione, abitacolo*. *Gell. 5. 14. a med.* Leo in habitaculum illud suum vidit me procul delitescentem. *Pallad. 1. 25.* Habitacula avium. *Vulg. Interpr. Prov. 3. 33.* Habitacula autem iustorum benedicentur. — *Id. Habac. 3. 11.* Sol et luna steterunt in habitaculo suo; *h. e.* in statione sua. — **2)** Translate, de corpore, qui sedes est animae. *Prudent. 10. Cathemer. 39.* Animataque sanguine vivo Habitacula pristina gestet; *h. e.* corpus resumat, quod est habitaculum animi. — **3)** Sensu spirituali. *Vulg. Interpr. Ephes. 2. 22.* Coaedificamini in habitaculum Dei.

HĂBĬTANS, antis. Particip. verbi *habito*, adiectivorum more etiam adhibitum, atque hinc absolute pro habitatore, incola; *abitatore*. *Ovid. 14. Met. 89.* sterilique locatas Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas. *Iunior Philos. Descr. Orb. 28.* Dyrrachium propter malitiam habitantium destructa est. Adde *Vulg. Interpr. Luc. 13. 4.* et *alibi saepe*.

HĂBĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *habito;* actus habitandi; item locus, ubi quis habitat; *l' abitare, abitazione, stanza*. *Plaut. Most. 2. 2. 73.* Scelestae hae sunt aedes, impia est habitatio. *Caes. 3. B. C. 21.* Mercedes habitationum annuas conductoribus donavit. *Suet. Caes. 38.* Annua Romae habitatio. *Cato, RR. 128.* Delutare habitationem. *Colum. 1. 6.* Villico iuxta ianuam fiat habitatio. *Cic. 13. Fam. 2.* Peto a te, ut ei de habitatione accommodes. *Id. Coel. 7.* Sumptus habitationis. — **2)** Habitatio accipitur etiam pro mercede habitationis, Graeci ἐνοίκιον; Itali *affitto, pigione* dicunt. *Suet. Caes. 38.* Annuam etiam habitationem Romae usque ad bina millia nummûm, in Italia non ultra quingenos sestertios remisit. — **3)** Alio sensu V. in HABITIO §. 2.

* HĂBĬTĀTĪVĒ. V. HABITUATIVE.

HĂBĬTĀTĬUNCŬLA, ae, f. Deminut. ab *habitatio;* aedicula. *Hieronym. in Abdiam, ante med.* Omnis australis regio Idumaeorum in specubus habitantiuncular habet.

HĂBĬTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *habito;* incola; *abitatore*. *Cic. 2. Nat. D. 56.* Sunt enim e terra homines non ut incolae atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque caelestium. *Id. 2. Q. Fr. 3. sub fin.* Domum tuam in Carinis mundi habitatores Lamiae conduxerunt. *Mela, 1. 16.* Habitator Cariae.

Digitized by Google

HĂBĪTĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *habito;* quae habitat; *habitatrice*. *Auson. Edyll. 10. 82.* flumineis habitatrix Nais in oris. Adde *Vulg. Interpr. Ierem. 21. 13.* et *46. 19.*

HĂBĪTĀTUS, a, um. Particip. verbi *habito*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui colitur, cultus; *abitato*. *Virg. 3. G. 340.* raris habitata mapalia tectis. *Horat. 1. Ep. 14. 2.* Agellus habitatus quinque focis. *Tacit. 3. Hist. 7.* Campi olim magnis urbibus habitati. *Ovid. 15. Met. 450.* tellus Bistonīis habitata viris. — **B)** Translate. *Sil. 2. 654. de Sagunto.* Urbs habitata diu Fidei. *Id. 15. 557.* calidoque habitata Gradivo Pectora; h. e. vir bellicosus.

HĂBĪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *habeo;* actus habendi. *Gell. 1. 4.* Debitio gratiae, non habitio, cum pecunia confertur. — **B)** Speciatim apud Rhetores est unum ex argumentationum generibus ab inter se collidentibus, uti vocant, quod dicitur per habitionem et admissionem, id est ἕξιν καὶ στέρησιν. *Fortunatian. Art. Rhet. 2. 23.*, ubi alii perperam leg. *habitationem* pro *habitionem*. Cf. HABITUS §. 2.

HĂBĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando adhibitum, specie frequentativ. ab *habeo*. — **b)** *Habetabetur* pro *habitabitur* scriptum reperitur in *Lege Iulia municip. lin. 56.*, quod tamen per errorem factum fuisse videtur, nam *ibid. lin. 20.* recte *habitabitur* legitur. — **c)** Particip. *habitans*, V. suo loco et §. 4. *habitandus* §. 2., *habitatus*, V. suo loco, *habitaturus* §. 3. — **d)** Derivata, *habitabilis*, *habitaculum*, *habitatio*, *habitatiuncula*, *habitator*, *habitatrix*. — **e)** Composita, *adhabito*, *circumhabitator*, *cohabito*, *inhabito*.

HABITO proprie est lubens ac saepe aut ex more habeo, teneo, gero; *avere, tenere*. *Varr.* apud *Non. 4. 227.* Utrumque mulieres et epicrocum viri quoque habitarunt. *Id. ibid.* Hoc nomine antiquos secundis rebus comas habitasse. — **B)** Frequentissime vero

II. *Habito* est incolo; *abitare*. *Virg. 3. Aen. 106.* Centum urbes habitant magnas. *Id. 6. Ecl. 2.* silvas. Et *2. ibid. 29.* humiles casas. *Ovid. 1. Heroid. 66.* terras. *Val. Flacc. 2. 177.* pruinas. Adde *Virg. 8. Aen. 352.* — Absolute. *Nep. Themist. 8.* Argos habitatum concessit. *Id. Attic. 13.* Neque tamen non in primis bene habitavit; h. e. bonas aedes habuit. *Cic. Dom. 40.* Habitare laxe et magnifice voluit. *Id. Cael. 7.* Triginta millibus dixistis eum habitare; h. e. aedes habitare, quae triginta millibus valerent. — Passive. *Id. 6. Verr. 55.* Colitur ea pars urbis, et habitatur frequentissime. *Ovid. 3. Trist. 3. 21.* Nec patria est habitata tibi. *Id. 1. ibid. 1. in fin.* nobis habitabitur orbis Ultimus. Et *1. Met. 74.* habitandae piscibus undae. *Horat. Epod. 16. 19.* habitandaque fera Apris reliquit et rapacibus lupis. Adde *Ovid. 3. Met. 9.* V. HABITATUS §. 1. — Impersonaliter. *Cic. 6. Rep. 19.* Vides, habitari in terra raris et angustis in locis et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas. *Id. 4. Acad. 39.* Habitari sit Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium. *Liv. 2. 62.* Vicorum, quibus frequenter habitabatur. — **B)** Intransitivorum more,

III. *Habito* eodem prorsus sensu. *Cic. 6. Verr. 18.* Is Lilybaei multos annos iam habitat. Et *3. Verr. 41.* Omnes, qui habitarent in Sicilia. *Id. 4. Acad. 56.* Diodorus qui mecum vivit tot annos, qui habitat apud me. *Id. 3. Verr. 23.* Filia, quae cum patre habitaret. *Id. 2. Nat. D. 57.* Qui sub terra semper habitavissent, bonis et illustribus domiciliis. *Virg. 3. Aen. 110.* habitabant vallibus imis. Et *6. ibid. 673.* lucis habitamus opacis. *Propert. 2. 15. 20.* habitare casa straminea. *Virg. 3. Aen. 645.* curva haec habitant ad litora vulgo infandi Cyclopes. *Cic. Cael. 7.* Habitare in aediculis. *Id. Dom. 37. extr.* Demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea urbe, in qua etc. *Plin. 18. 87. 2.* Aves, quae habitant in arboribus. *Plaut. Amph. prol. 97.* Haec urbs est Thebae: in illisce habitat aedibus Amphitruo. *Cic. 2. Phil. 41.* Habitare in via. *Quintil. 15. Decl. 17.* Non ut cetera animalia . . . noctis arbitrio semper habitatura. Adde loca infra cit. in *Nota*. — **4)** Translate est assidue esse, versarique aliquo in loco. *Cic. 2. Fin. 8.* Qui potest igitur habitare in beata vita summi mali metus? *Id. 5. Tusc. 24.* Animus cum his habitans pernoctansque curis. *Id. Orat. 13.* Quonam modo ille in bonis haerebit et habitabit suis? h. e. dicendo morabitur. Sic *2. Orat. 38. ad fin.* Illi autem, qui hoc solum colendum dicebant, habitarunt in hac una ratione tractanda. *Id. Brut. 89.* Diserti Q. Varius, C. Carbo, Cn. Pomponius: et ii quidem habitabant in Rostris. *Id. Mur. 9. a med.* Abfueris tamdiu, et cum iis, qui habitarunt in foro de dignitate contendas? *Id. 12. Phil. 1.* Fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei. *Id. Plane. 27.* Habitare in oculis; *forsi vedere continuamente*. *Plin. 11. 54. 4.* Profecto animus habitat in oculis. Et *ibid. 69. 2.* Mens in corde habitat. *Val. Max. 6. 9. n. 1. extern.* Peregrinatus est huius animus in nequitia, non habitavit. — *Pers. 4. 52.* Tecum habita; et noris, quam sit tibi curta supellex; h. e. tecum ipse esto, te contemplare, atque excute. — **5)** Huc spectant loca *Vulg. Interpr. Rom. 7. 17.* Quod habitat in me peccatum. *Id. ibid. 8. 9.* Si tamen spiritus Dei habitat in vobis. *Id. Coloss. 3. 16.* Verbum Christi habitet in vobis abundanter. *Id. Apoc. 2. 13.* Scio . . . ubi Satanas habitat. Adde *2. Petr. 3. 13.* et *alibi saepe*.

Nota I. Constructio verbi transitivorum more est cum accusat. rei, intransitivorum vero cum ablat. cum praepos. *in* vel sine, addito aliquando dativo communi. — **Nota II.** *Habitare* et *commorari* differunt, quod illud in perpetuum, hoc ad tempus alicubi esse significat. *Cic. Senect. 23.* Commorandi natura deversorium nobis, non habitandi dedit. — Reperitur tamen *habitare* de brevi habitatione dictum. *Caes. 3. B. C. 112.* Hoc tractu oppidi pars erat regibus exigua, in quam ipse habitandi causa initio erat inductus. Adde *Petron. Satyr. 7.* et *83.*

HĂBĪTŪĀTĪVĒ. Adverb. ab *habituativus;* ex habitu, sive consuetudine. *Boëth. 2. Top. Aristot. 3.* Casus autem, ut iuste et fortiter, et sanative, habituative, et quaecumque eodem modo dicuntur. *Alii* habitative *perperam leg.* Cf. voc. seq.

HĂBĪTŪĀTĪVUS, a, um. Verbale ab *habituo;* qui ex habitu procedit, consuetus. *Boëth. 2. Top. Aristot. 3.* Similiter autem effectiva et conservativa, coniugata illi, cuius sunt effectiva et conservativa, ut sanativa sanitatis, habituativa habitudinis.

HĂBĪTŪDO, ĭnis, f. Verbale ab *habeo;* ipse corporis habitus, quem barbari *complexionem;* vocant *corporatura*. *Auct. ad Herenn. 4. 49.* Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur saepe. *Ter. Eun. 2. 2. 11.* viden' me ex eodem ortum loco? Qui color, nitor, vestitus, quae habitudo est corporis? *Cael. Aurel. 2. Chron. 12. init.* Habitudo gutturis. *Id. 2. Auct. 9. n. 59.* Pedes quamquam sint habitudine fortes; *per costituzione*. *Id. 3. ibid. 8. n. 82.* Habitudine vigere. *Apul. 9. Met. 59.* Quidam procerus, et, ut indicabat habitus atque habitudo, miles e legione; *habitus* hic externum corporis ornatum, σχῆμα: *habitudo* ipsius corporis externam formam significat, ἕξιν. *Id. 2. ibid. 8.* Nec tamen ego prius inde discessi, quam diligenter omnem eius *(ancillae)* explorassem habitudinem. *Id. Apol.* Tot aetatis vices induit, tam varias habitudines corporis participat. — **B)** Translate *De habitudine doctrinae Platonicae* inscriptum est *Apuleii* opus, in quo de ratione naturalis, moralis, et rationalis Platonicae philosophiae disserit, eiusque naturam, qualitatem, et quasi habitudinem describit. — **3)** Speciatim apud Mathematicos *habitudo* dicitur ratio unius ad alterum; *rapporto, ragione*. *Boëth. 2. Arithm. 40.* Proportionalitas est duarum vel plurium proportionum similis habitudo . . . Proportio est duorum terminorum ad se invicem quaedam habitudo et quasdammodo continentia. Et *mox.* Quoties unus atque idem terminus ita duobus circum se terminis communicat, ut ad unum dux sit, ad alium comes, haec proportionalitas continua vocatur . . . Sin vero alius ad unum refertur terminus, alius vero ad alium, necesse est habitudinem disiunctam vocari. *Id. ibid. 44.* Habitudo multiplicitatis *Id. 1. ibid. 19. de numeris paribus*. Alii eorum sunt superflui, alii diminuti: secundum utrasque habitudines inaequalitatis. Adde *2. ibid. 1.*

Nota. Discrimen inter *habitum* et *habitudinem*, dedimus supra §. 1. Hinc utrumque coniungitur etiam hoc loco ab *Apul. 1. Met. 20.* Tu autem, inquit, vir, ut habitus et habitudo demonstrat, ornatus, accedis huic fabulae? V. *Hildebr.* ad h. l., et, quem laudat, *Dolderl. Synon. 3. p. 210.*

HĂBĪTŪO, as, āre. Verbum transitiv. ab *habitus;* habitum aliquem inducere; *abituare*. *Cael. Aurel. 1. Tard. 4.* Si nutrix male succo atque corpore habituari videatur, hoc Graeci κακεξίαν vocaverunt; h. e. pravi habitus fieri. *Id. 4. ibid. 8.* Aegrotantium vires nunc debilitate, nunc fortitudine habituantur. Cf. HABITUATIVUS.

HĂBĪTŪRĬO, is, īre. Verbum transitiv. specie desiderativ. ab *habito;* habere cupio. *Plaut. True. 1. 2. 47.* Si orationes habituris, ad pueros ire melius est.

HĂBĪTUS, a, um. Particip. verbi *habeo*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Hinc comparat. *habitior* et superlat. *habitissimus* §. 5. — Proprie est tentus, possessus, gestatus; *avuto, tenuto, trattato*. *Sabin. Massur.* apud *Gell. 4. 20.* Equus nimis strigosus et male habitus. V. integr. loc. infra §. 3. *Plin. 28. 4. 9.* Deus inclusus in armillam, et assidue in brachio habitus. *Tacit. 15. Ann. 10. ad fin.* Miles in uno habitus; *tenuto raccolto*. *Tacit. 1. Hist. 58.* Habitus in custodia. *Id. 4. Ann. 62.* Habitus procul voluptatibus; *tenuto lontano*. — **B)** Translate. *Caes. 7. B. G. 77.* Vir magnae habitus auctoritatis. *Cic. Brut. 44.* Nulla altercatio clamoribus unquam habita maioribus. Et *20.* Oratorum in numero habitus. *Plaut. Asin. 2. 4. 53.* Fidem non esse huic habitam. *Ter. Hecyr. 4. 1. 11.* Ludibrio habitus. *Tacit. 13. Ann. 37.* Frustra habitus; h. e. frustratus, deceptus. *Id. 3. Hist. 16.* Habita avare Hispania. — **B)** interdum

II. *Habitus* refertur ad corpus, et corpulentum significat. *Ter. Eun. 2. 3. 25.* Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum; h. e. corpulentior. *Plaut. Epid. 1. 1. 8.* Corpulentior videre atque habitior. *Sabin. Massur.* apud *Gell. 4. 20.* Equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem eius uberrimum et habitissimum viderunt. — **4)** Translate. *Ter. Heaut. 2. 4. 22.* Imo, ut patrem tuum

Digitized by Google

vidi esse habitum, diu etiam duras *(lites)*, dabit; *disposto, intensionato*.

HĂBĪTUS, us, m. Verbale ab *habeo*; actus habendi, habitio; *l'avere*: quo sensu proprie rarissime usurpatur. *Liv. 1. 43.* Belli pacisque munia non viritim, sed pro habitu pecuniarum fiant. *Phaedr. 1. 3.* Ne gloriari libeat alienis bonis, Suoque potius habitu vitam degere, etc. — **B)** Speciatim apud Rhetores *habitus* opponitur *amissioni*, estque unum ex argumentationum generibus, quod sumitur ab inter se collidentibus per habitum et amissionem, ut sit *Capell. 5. §. 558.*, ubi perperam alii leg. *habitationem*. Sic *Id. 4. §. 384.* Opponuntur autem sibi ita . . . aut ut habitus orbitati, ut cereontis caecitati. Et §. *386.* Habitus et orbatio ita sibi opponuntur, ut etc. — **3)** Item apud Philosophos dicitur constans et absoluta in aliqua re perfectio, quae frequentibus actionibus comparata est, ut sunt virtutes omnes. — *Cic. 1. Invent. 25.* Habitum appellamus animi aut corporis constantem et absolutam aliqua in re perfectionem, ut virtutis aut artis perceptionem alicuius aut quamvis scientiam et item corporis aliquam commoditatem, non natura datam, sed studio et industria partam; *abito, disposizione acquisita*. *Id. 2. ibid. 9.* Habitus in aliqua perfecta et constanti animi aut corporis absolutione consistit, quo in genere est virtus, scientia, et quae contraria sunt. — **4)** Hinc etiam *habitus* est unum ex novem Aristotelis praedicamentis, de quo *Boëth. 5. Comment. in Porphyr. p. 146. Migne*, et *alibi*. — **5)** Frequentius vero

II. *Habitus* dicitur corporis permanens affectio, forma, figura in hominibus, vel bestiis; *abito, qualità, forma, corporatura*. *Cic. Cael. 24.* Cum floreret integerrima aetate, optimo habitu, maximis viribus. *Id. 1. Nat. D. 35. extr.* Oris quidem habitus ad vitae firmitatem nihil pertinet. *Id. Brut. 91.* Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum; qui habitus et quae figura non procul abesse putatur a vitae periculo. Adde *ibid. 46.* et *5. Fin. 17. Suet. Vit. Horat.* Habitu corporis brevis fuit. *Tacit. Germ. 4.* Habitus corporum. *Horat. 2. Sat. 4. 92.* Adde Vultum habitumque hominis. — **6)** Item corporis dispositio, vel inflexio; *positura*. *Senec. ep. 123. ad fin.* Diversus est ascendentium habitus, et descendentium: qui per pronum eunt, resupinant corpora; qui in arduum, incumbunt. *Id. 1. Controv. 2. ante med.* Meretrix modo in puerilem, modo in muliebrem habitum composita. *Cic. 4. Verr. 55.* Itinera in muliebrem figuram habitumque formata. *Suet. Cal. 52.* Vestitu calciatuque et certo habitu. — **7)** Item cultus exterior corporis, ac praesertim vestimentum, et ornatus vestium. *Cic. 6. Verr. 3.* Erant praeterea duo signa non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu. *Quintil. 3. 7. 6.* Ut si in laude Herculis permutatum cum regina Lydiae habitum orator excuset. *Id. 2. 17. 20.* Theopompus, permutato cum uxore habitu, e custodia, ut mulier, evasit. *Apul. 9. Met. a med.* Ut indicabat habitus atque habitudo. *Suet. Claud. 4.* Cuius motum et habitum et incessum imitaretur. *Inscript.* apud *Grut. 457. 2.* Huic senatus, auctore M. Aur. Antonino Aug., statuam poni habitu civili in foro Divi Traiani pecunia publica censuit. *Vulg. Interpr. Genes. 28. 14. de Thamar.* Quae, depositis viduitatis vestibus . . . et mutato habitu, sedit in bivio itineris. — **8)** Dicitur etiam de forma et facie cuiuscumque alterius rei corporeae. *Virg. 1. G. 52.* cultusque habitusque locorum. *Colum. 9. 13. circa med.* Figura cerarum talis est, qualis et habitus domicilii. *Val. Max. 9. 3. n. 3. extern.* Urbs in habitum pulveris redacta. *Liv. 9. 17. sub fin.* Longe alius Italiae, quam Indiae visus illi habitus esset. *Val. Max. 5. 5. n. 4. extern.* Habitus maris. Est qui leg. *ambitus*, quod minus placet. — **9)** Translate universim dicitur, sensu praesertim morali, indoles, facultas, natura, dispositio animi; *natura, temperamento, disposizione, facoltà*. *Cic. 2. Invent. 53.* Iustitia est habitus animi communi utilitate conservata, suam cuique tribuens dignitatem. *Id. Arch. 7.* Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, et sine doctrina, naturae ipsius habitu prope divino, per se ipsos et moderatos et graves exstitisse fateor; *abilità, naturalezza*. *Id. 3. Orat. 52.* Si habitum etiam orationis, et quasi colorem aliquem requiritis. — *Quintil. 9. 1. 15.* Si habitus quidam et quasi gestus *(sermonis)* sic appellandi sunt. *Id. 11. 3. 62.* Habitum ipsum orationis virilem. — **10)** Hinc generatim sumitur pro affectibus, studiis, voluntatibus. *Tacit. 1. Hist. 4.* Qualis status urbis, quae mens exercituum, quis habitus provinciarum. *Vellei. 2. 99.* Quis fuerit eo tempore civitatis habitus, qui singulorum animi, etc. *Tacit. 1. Hist. 8.* Hic quidem Romae habitus animorum fuit. *Liv. 32. 14.* Ex praesenti potius quam praeterito habitu aestimat.

Nota. *Habitus* et *habitudo* quomodo inter se differant, V. HABITUDO §. 1. et in *Nota*, coll. loc. *Apul.* §. 4. supra.

HĂBRĂ et Abra, ae, f. Graece ἄβρα; serva, ancilla, Hebraice עֶבֶד *(Hebed)*; servus; unde ex affinitate duarum inter se similium litterarum ה et ח provenisse videtur Graecorum ἄβρα, quo licet usi fuerint *Menander*, et *Plutarch.* in *Caes. c. 10.*, recte tamen esse ἰδιωτικὸν *Eustathius* observat. V. *Visc. Op. var. T. 2. p. 79.* ed. *Mediol.* — Proprie autem hac voce significatur non quaevis ancilla aut serva, sed ancilla herae domesticae atque honoratior, quali matronae ditiores ad honestiora ministeria utuntur, quae *delicata* Latinis ac *pedissequa* vocatur; Italice *cameriera, donzella*. Hinc *Vulg. Interpr. Iudith, 8. 32.* Ego ejeam cum abra mea. Adde *10. 2.* et *alibi*.

HABUNDO V. ABUNDO §. 2.

HAC. Adverb. ab *hic*, cuius proprie ablativus casus est femininus, subaudita *via*, ut *alia, aliqua, ea*. — Proprie autem dicitur de loco et via, et est per hunc locum, vel per hanc viam, in qua ego sum, vel de qua ego loquor; *per di qua, per questo luogo, per questa parte o via*: et opponitur *illac*. *Nep. Annib. 3.* Hac copias traduxit, in Italiamque pervenit. *Ter. Eun. 4. 7. 46.* Vos me hac sequimini. *Plaut. Men. 2. 3. 54.* I hac mecum simul. *Ter. Andr. 5. 3. 35.* iter hac habui. *Id. ibid. 4. 1. 46.* Hac non successit, alia adgrediemur via. *Virg. 9. Aen. 321.* Hac iter est. *Id. 6. ibid. 542.* Hac iter Elysium nobis. — **B)** in illo *Caes. 2. B. C. 2.* pedalibus lignis coniunctis inter se porticus integebantur *(rectius* integebatur): atque hac agger inter manus proferebatur; *hac* vel interpretandum *ab hac parte*, vel legendum est *huc*. Cf. *Hand, Turnell. T. 3. p. 3.* — **3)** Cum oppositione *hac-illac*. *Ter. Heaut. 3. 2. 1.* Hac illac circumcursa; *di qua e di là*. *Tibull. 4. 1. 96.* Sive hac, sive illac veniat gravis impetus hastae. *Ter. Eun. 1. 2. 25.* Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo; *per ogni parte*. *Tacit. Agric. 28.* Mox hac atque illac rapti. *Plin. 2. ep. 17. n. 18.* Quae *(umbra)*, ut dies crevit decrevitque, modo brevior, modo longior hac vel illac cadit. — **4)** Eadem ratione usurpatur etiam *hac-hac*. *Propert. 1. 3. 13.* Et quamvis duplici correptum ardore iuberent Hac Amor, hac Liber, durus uterque Deus. *Virg. 1. Aen. 471.* Hac fugerent Graii, premeret Troianus iuventus, Hac Phryges.

II. HAC *pro* Ac, in *Inscr.* apud *Fabretti, p. 127. n. 45.* Domino nostro Fl. Claudio Constantino fortissimo hac beatissimo Caesari, etc. V. ATQUE.

HACCĔTĔNUS. V. HACTENUS *init.*

HACE. V. HIC §. b.

HACPROPTER. Adverb. ex *hac* et *propter*, obsoletum; propterea; *perciò*. *Virg. Cul. 3.* hacpropter Culicis sint carmina dicta. Ita *Scaliger*: additque haec verba *Varronis* apud *Non. 1. 242.* noctu Hannibalis quum fugavi exercitum Tutanus, hoc Troianus Romae nuncupor. Hacpropter omnes, qui laborant, invocant. *Optimae tamen editiones habent* haec propter, *et fortasse rectius*, inquit *Forcellinus*. Attamen nihil mutandum est, de sententia *Hand, Turnell. T. 3. p. 3.*

HACTĔNUS et Hac tenus. Adverb. ab *hac* et *tenus*, pro quo *hactenus* scribebant Antiqui, teste *Mar. Victorin. p. 2457. Putsch.* — **b)** Dividitur interdum per tmesin. *Virg. 3. Aen. 605.* Hac celebrata tenus sancto certamina patri. Adde *6. ibid. 62.* et *Ovid. 3. Met. 642.* — Est autem

HACTENUS, hucusque, adhuc; *fin qui, fino a qui*: et signat terminum vel locum, ad quem usque quid extenditur, vel procedit. *Ovid. 2. Trist. 197.* Hactenus Euxini pars est Romana sinistri, Proxima Bastarnae Sauromataeque tenent. *Id. 1. ibid. 9. 22.* Hac dominum tenus est illa secuta suum. Adde *2. Amor. 11. 16. Apul. 6. Met. 18.* Sed non hactenus vacua debebis per illas tenebras incedere, sed etc. *Tacit. Germ. 35.* Hactenus in Occidentem Germaniam novimus. — *Ovid. 15. Met. 700.* Hactenus antiquo signis fulgentibus aere, Summus inaurato crater erat asper acantho. *Virg. 6. Aen. 62.* Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. — **2)** Speciatim vero signat terminum sermonis. *Cic. Amic. 7.* Hactenus mihi videor, de amicitia quid sentirem, potuisse dicere. Si qua praeterea sunt, etc. *Id. 1. Nat. D. 10.* Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui animantem, immortalem, et eundem beatum, rotundum esse velint; *sin qui, e per ora*. Et *11. Att. 4.* Hactenus fuit, quod caute a me scribi posset. *Virg. 2. G. 1.* Hactenus arvorum cultus et sidera caeli: Nunc te, Bacche, canam. *Cels. 7. 18.* Hactenus propria auxilia sunt: communis deinde, etc. *Plin. sub fin. l. 18.* Et hactenus hortensia dicta sint. *Id. initio l. 14.* Externae arbores hactenus fere sunt: licetque iam de communibus loqui. *Quintil. 2. 4. 32.* Verum hactenus evagari satis fuerit. *Id. 12. 10. 47.* Sed me hactenus cedentem nemo insequatur ultra. — **3)** Quo sensu saepe ita ponitur, ut per ellipsin alia subaudiri oporteat. *Ovid. 3. Fast. 661.* Hactenus: ut vivo sublit, etc.; *h. e.* hactenus Tiberis locutus est: postquam sublit, etc. *Cic. 2. Divin. 24.* Sed hactenus: nunc ad ostenta veniamus; *ma di ciò basti il detto fin qui*. Sic *3. Att. 15.* Sed hactenus: praesertim cum etc. *Plin. 11. 114. 3.* Hactenus Trogus, *supple* locutus est; *sin qui Trogo*. *Plin. alter, 3. ep. 14. 3.* Verum haec hactenus. Quid praeterea novi? — *Cic. 4. Rep. 44.* Sed si placet, in hunc diem hactenus: reliqua differamus in crastinum. *Id. 3. Att. 13.* Ergo haec quoque hactenus; redeo ad urbana. *Id. 16. ibid. 6.* Haec hactenus. *Horat. 1. Sat. 4. 65.* Hactenus haec. *Quintil. 1. 5. 54.* Hactenus de soloecismo. — *Ovid. 5. Met. 610.* Hactenus, et pariter vitam cum sanguine fudit. *Id. 10. ibid. 423.* Hactenus, et gemuit. — **4)** Refertur etiam ad tempus et est usque ad hoc tempus; *fino a questo tempo*.

Digitized by Google

Liv. 7. 26. Hactenus quietae utrinque stationes fuere: postquam spoliare etc. *Tacit. Agric. 10.* Dispecta est et Thyle, quam hactenus nix, et hiems abdebat. *Flor. 1. 11.* Hactenus pro libertate, mox de finibus eisdem Latinis assidue pugnatum est. *Tacit. 15. Ann. 47.* Hactenus Nero flagitiis et sceleribus velamenta quaesivit. *Ovid. 5. Met. 250.* Hactenus aurigenae comitem Tritonia fratri Se dedit. Inde cava circumdata nube Seriphon Deserit. Adde loc. cit. supra §. b. — **δ)** Aliquando modum rei designat et vim habet τοῦ solum, dumtaxat; *solamente*. *Ovid. 15. Heroid. 155.* Ales Ityn, Sappho desertos cantat amores. Hactenus: ut media cetera nocte silent; h. e. duo illae solae cantant: ceterae aves silent. *Tacit. 14. Ann. 31.* Scisciantque hactenus respondit: ego me bene habeo; *rispose questo solo*. *Suet. Domit. 16.* Dum exulceratam in fronte verrucam vehementius scalpit, profluente sanguine, utinam, inquit, hactenus! h. e. hunc solummodo sanguinem fuderim, neque insuper fundere habeam. — **ε)** Habet interdum post se particulas *ut, quoad, quod, ne, si, quatenus*, et significat *eatenus, in tantum, adeo*. *Cic. 2. Orat. 27.* Haec artem et praecepta dumtaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. *Id. 4. Fam. 5.* Hactenus existimo consolationem nostram recte adhibitam esse, quoad certior fieres, etc. *Plin. 9. ep. 15.* Patrem familiae hactenus ago, quod aliquam partem praediorum percurro. *Cic. 5. Att. 4.* Etiam ne hic mihi curandus est? curandus autem? hactenus, ne quid ad senatum etc. *Tacit. 14. Ann. 7.* Hactenus adito discrimine, ne auctor dubitaretur; *sol tanto, quanto bastasse per non dubitare*, etc. *Senec. ep. 88.* Meritoria officia sunt, hactenus utilia, si praeparant ingenium, non detinent. *Ulp. Dig. 18. 3. 10. a med.* Hactenus non vertit *(in rem)*, quatenus domino debet: quod excedit, vertit. — **ζ)** Singularis est usus huius particulae in illo *Apul. 3. Met. 20.* Omnibus abiectis amiculis hactenus denique intecti atque nudati bacchamur in Venerem. *Hildebr.* ad *h. l.* confert *Tertull.*, apud quem *hactenus* positum videtur pro *tam* in illo *de Pudicit. 13.* Qui furabatur, iam non furetur, sed et qui moechabatur, hactenus non moechetur, et qui fornicabatur, hactenus non fornicetur. Idem *Hildebr.* improbat *Hand, Tursell. T. 3. p. 11.*, qui *hactenus* ad *moechabatur* refert, quod prima enuntiatio renuere videtur. — Sed potius accipiendum videtur de tempore et explicandum pro amplius. Sic idem *Tertull. adv. Hermog. 34.* Et quaerent aquam, nec invenient: etiam mare hactenus; h. e. etiam mare deerit. Adde *de Pudicit. 10.*

Nota. Inter *hactenus*, et *adhuc* advertit *Manut.* ad *ep. 1. l. 2. ad Fam.* huiusmodi discrimen, quamvis idem ambo significent; quod *hactenus* de re semper usurpetur, *adhuc* de tempore. Itaque male dici, *hactenus ita sensi*, et *de litteris adhuc*, sed *adhuc ita sensi*, et *de litteris hactenus*, ut hoc ipso loco *Cicero* loquitur. Praeterea *hactenus* absolutae rei continuationem semper indicare: *adhuc* interdum etiam non absolutae, ut *Cic. 2. Att. 20.* Clodius adhuc mihi denunciat periculum. Hactenus *Manut.*, cuius doctrina, si de *Ciceronе* tantummodo loquitur, vera fortasse potest videri (Nam *Livius* quidem certe de tempore *hactenus* dixit, in allato exemplo §. 4.). Post eum vero non desunt scriptorum loca, quae contra *Manut.* afferri possunt. Quamquam, si attente inspicias, in ipsis quoque *Ciceronis* allatis locis rationem aliquam temporis deprehendas. — Haec *Forcellinus* noster. Sed plura dabit de hac quaestione, deque particulae usibus *Hand, Tursell. T. 3. p. 4–14.*

HĂDRŎBOLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca ἁδρόβωλον, ab ἁδρός; magnus, et βῶλος; gleba; gummi genus nigrum, et in offas convolutum, in Arabia, India, Media, Babylonia, quod in sacris vino perfundi solebat, ut esset odoratius. *Plin. 12. 19. 1.*

HĂDROSPHAERUM, i, n. Vox Graeca, ἁδρόσφαιρον; genus nardi, foliis amplioribus: ab ἁδρός; magnus. Idem *mesosphaerum* dicitur, si minore folio est: a μέσος; medius, mediocris: et *microsphaerum*, si parvo: a μικρός; parvus. Porro illud *sphaerum* est a σφαῖρα; globus, pilula, quales in spica nardi sunt. *Plin. 12. 26. 2.*

HAE. V. HE.

* HAEBES, Haebesco, etc. V. HEBES §. c.

HAEDĪLE et Hoedile, is, n. Nomen ab *haedus;* haedorum stabulum. — Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Haedilis; ἐριφοστάσιον. Cf. HAEDULEA.

HAEDILLUS et Hoedillus, i, m. Deminut. ab *haedus;* parvulus haedus; *capretto*. In blanditiis locum habet, ut in illo *Plaut. Asin. 3. 3. 77.* Haedillum me tuum dic esse, vel vitellum.

HAEDĪNUS et Hoedinus, a, um. Adiect. ab *haedus;* ex haedo; *di capretto*. *Cic. Mur. 36.* Stravit pellibus haedinis lectulos Punicanos. *Varr. 2. RR. 11.* Haedinum coagulum. Adde *Plin. 28. 34. 1.* et *73. 1.* et *80. 1.*

HAEDŬLĂ et Hoedula, ae, f. Nomen ab *haedus;* foemina haeduli, capella. *Not. Tir. p. 175.* Haedus, haedulus, haedula.

* HAEDŬLĔA, ae, f. Deminut. ab *haedulus;* idem ac capella. *Horat. 1. Od. 17. 8.* Nec virides metuunt colubras, Nec Martiales haedulcae lupos. Ita legi oportere contendit *Bentleius*, aliique interpretes; h. e. parvi haedi, ut ab *equo equuleus*, ab *hinno hinnuleus*. Haec *Forcellinus*, qui *haedilia* tamen retinuit. *Furlanetto*, qui *haduleae* praetulit, haec addidit: olim legebatur *haeditia*, at minus recte, cum ita nec sensus, nec metri ratio constaret. V. vocem praeced. Sed *Haedilias* legendum esse demonstrat *Orelli*, tum ex Codd. MSS., tum ex *Gloss.* Codicis cuiusdam, in quo *Haedilia* exponitur mons Lucretili et Usticae vicinus.

HAEDŬLO et Hoedulo, as, āre. Verbum intransitiv. ab *haedus;* haedum ago, lascivio, ludo. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Haedulat; παίζει.

HAEDŬLUS et Hoedulus, i, m. Deminut. ab *haedus;* parvus haedus; *capretto*. *Iuvenal. 11. 65.* E Tiburtino veniet pinguissimus agro Haedulus. Adde *Mar. Victorin. 3. 12. 16.* Cf. voc. praeced.

HAEDUS et Hoedus, i, m. Nomen animalis notissimi, de quo *mox*. De eius etymo haec tradit *Isid. 12. Orig. 1. 13.* « *Haedi* ab *edendo* vocati; parvi enim pinguissimi sunt et saporis iucundi; unde et *edoras:* inde et *edulium* vocatur. » Cf. HEDERA. — **b)** Per diphthongum *ae* scribi, diserte docet *Varro, 3. LL. 19.* Hircus, inquit, quod Sabini *fircus;* et quod illic *fedus*, in Latio rure *haedus*, quod in Urbe, ut in multis, *a* addito, haedus. Hoc ipsum probant *Manut.* et *Cellar.* in *Orthograph.* Attamen *Dausquius* eos defendit, qui per *oe* scribunt. — *Quintil. 1. 5. 19.* docet Antiquos *oedus* et *ircus* scripsisse. — Immo et *foedum* pro *haedo* Veteres scripsisse, tradit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 84. Mull.* Cf. *v* §. e. et DIGAMMON §. 1. — **c)** Derivata, *haedillus, haedinus, haedula, haedulo, haedulus*. Cf. HAEDULEA.

HAEDUS proprie est fetus caprae; *capretto*. *Cic. Senect. 16.* Villa abundat porco, haedo, agno, gallina, etc. *Martial. 10. 87.* Venator leporem, colonus haedum, Piscator ferat aequorum rapinas. *Ovid. 15. Met. 466.* vagitus similes puerilibus haedum Edentem iugulare. *Virg. 4. G. 10.* haedique petulci. *Cat.* apud *Plin. 18. 73. 2.* Haedos, decrescente luna, castrato. — *Vulg. Interpr. Isai. 11. 6.* Et pardos cum haedo accubabit. *Id. Ierem. 50. 8.* Estote quasi haedi ante gregem. Adde *Plin. 28. 60. 3.*, et *77. 9.*, ubi de haedi usu in medicina. — **a)** Proverbii speciem habet illud *Lucret. 3. 7.* quid enim contendat hirundo Cygnis? aut quidnam tremulis facere artubus haedi Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis? — **a)** Item, cum *haedus* inter lascivia animalia habitus sit (Haedus, inquit *Hieronym.* ad *Matth. 25. 31.*, lascivum animal et petulcum et fervens semper ad coitum), proverbialiter dicitur *Ovid. 13. Met. 791.* tenero lascivior haedo. — **d)** Hinc figurate de homine impio ac reprobo in illo *Vulg. Interpr. Matth. 25. 33.* Et statuet quidem oves a dextris suis, haedos autem a sinistris, etc. — **δ)** Improprie et a similitudine

II. *Haedi* a nonnulli dicti suot ignes, quos aër in caelo transversos agit, quia haedorum more saltant lasciviuntque. *Senec. 1. Quaest. nat. 2.* — **a)** Sunt etiam *haedi* stellae duae in Signo Aurigae prope aliam, quae *capella* dicitur. V. AWALTHEA §. 2. in ONOM. *Virg. 9. Aen. 668.* Quantus ab occasu veniens pluvialibus haedis Verberat imber humum. *Ovid. 1. Trist. 11. 15.* Haedi nimbosi. *Propert. 2. 20. 56.* Purus et Orion, purus et Haedus erit. *Plin. 18. 69. 1.* Tempestates . . . ab horridis sideribus exeunt, ut saepius diximus, veluti Arturo, Orione, Hoedis. Adde *ibid. 66. 2.* et *74. 3. Capell. 8. §. 858.* et *Cic. 2. Nat. D. 43.*, coll. *Philostr. de Haeres. 105.* — **ζ)** Denique sunt, qui haedum nomine piscem aliquem marinum appellatum fuisse contendunt, citantque illud *Varr.* apud *Gell. 7. 16. Haedos ex Ambracia;* sed alii improbant. V. *Lion* ad *Gell. loc. cit.*

HAEMA, ătis, n. Vox Graeca, αἷμα; sanguis, Latina civitate quoque donata in quibusdam herbarum nominibus cum addito. — **b)** Hinc derivata, *haematicon, haematinos, haematites, haemosis*. — **c)** Et composita, *enhaemon, haemachates, haematopodes, haemodorum, haemophthisicus, haemoptois, haemoptyicus, haemorrhagia, haemorrhoicus, haemorrhois, haemorrhoissa, haemostasis, isohaemon*.

HAEMA proprie est sanguis, et adhibetur cum addito, ut diximus, in quibusdam nominibus herbarum, qualia sunt:

Haema anthropu, Graece αἷμα ἀνθρώπου; h. e. sanguis hominis; est artemisia. *Apul. Herb. 10.* Prophetae haema anthropu, . . . alii haema chronu. — **a)**

Haema Areos, Graece Αἷμα Ἄρεος; h. e. sanguis Martis; est portulaca. *Apul. Herb. 104.* V. infra §. 13. — **a)**

Haema Athenas, Graece αἷμα Ἀθηνᾶς; h. e. sanguis Minervae; chamaepitys, *Apul. Herb. 26.* — **d)**

Haema Chronu, Graece αἷμα Χρόνου; h. e. sanguis Saturni; artemisia. *Apul. Herb. 10.* V. supra §. 1. — **δ)**

Haema gales, Graece αἷμα γαλῆς; h. e. sanguis mustelae (V. *H. Steph. Thes. L. Gr.* sub v. Γαλῆ, ed. *Didot*); asplenum. *Apul. Herb. 36.*, coll. *Dioscor. 3. 151.* — **a)** Eadem secundum alios est herba peristereon, teste *Eodem, ibid. 66.* Graeci peristereon . . . prophetae herasdacryon, alii haema gales, alii haema Hermu. Cf. item *Dioscor. 4. 61.* — **ζ)**

Haema Hammonos, Graece αἷμα Ἄμμωνος; h. e. sanguis Hammonis; nepeta montana, *Apul. Herb. 94.* — **a)**

Haema Heracleos, Graece αἷμα Ἡρακλέους; h. e. sanguis Hercu-

Digitized by Google

lis; centauria minor, *Apul. Herb. 35.* — **D)** Sed et centauria maior a quibusdam *haema Heracleos* appellatur, ut *Id. ibid. 34.* tradit. — **10)**

Haema ibeos, Graece αἷμα ἴβεως (V. Ἶβις in *Thes. Ling. Gr. ed. Didot*); *h. e.* Sanguis ibis, eruscum, *Apul. Herb. 88.* Prophetae (vocant) haema ibeos et haema Titanu. — **11)**

Haema ictinos, Graece αἷμα ἰκτῖνος; *h. e.* Sanguis milvi; scordion. *Apul. Herb. 71.* Graeci scordion . . . prophetae haema podotos, haema ictinos, Latini trixaginem palustrem. — **12)** Eodem nomine appellatur ab iisdem etiam cucumis silvaticus, ut *Id. ibid. 114.* tradit. — **13)**

Haema Oru, Graece αἷμα Ὥρου; *h. e.* sanguis Hori; apium. *Apul. Herb. 119.* Graeci Selinon, melissophyllon, prophetae haema Oru *(lege* Horu), Romani apium. *Alii leg.* haema Areos. — **14)**

Haema podotos, eadem, quae haema ictinos. V. supra §. 11. — **15)**

Haema tauru, Graece αἷμα ταύρου; *h. e.* Sanguis tauri; prasion, sive marrubium. *Apul. Herb. 45.* — **16)**

Haema Titanu, Graece αἷμα Τιτάνου; *h. e.* sanguis Titani, eadem quae haema ibeos. V. supra §. 10.

HAEMĂCHĀTES, ae, f. Vox Graeca, αἱμαχάτης, qua significatur achates gemma colore sanguineo: ab αἷμα; sanguis. *Plin. 37. 54. 1. Corsi, Pietre antiche*, italice *agata rossa* appellari tradit.

HAEMĂTĪCON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, αἱματικόν, qua significatur apud *Apul. Herb. 77.* quoddam gramiuis genus, quasi tu dicas *sanguineum*.

HAEMĂTĪNOS, *Graeca positione*, on, Adiect. Graecum, αἱματινός; ruber ut sanguis, sanguineus. — Hinc *Haematinon vitrum* appellatur vitrum totum rubens, atque non translucens. *Plin. 36. 67. 2.*

HAEMĂTĪTES, ae, m. Vox Graeca, αἱματίτης, qua significatur lapis ex genere magnetum, sanguinei coloris, sanguinemque reddens, si teratur; sed et crocum: ab αἷμα; sanguis. Vox est adiectiva, et *lapis* subintelligitur. Hinc *Cels. 5. 5.* Lapis haematites purgat. *Plin. 36. 25. 5.* Ibi et haematites magnes sanguinei coloris, etc. — **B)** Alius item est, qui in metallis invenitur, ustusque minii colorem imitatur: habetque vim contra profluvia mulierum, et reiectiones sanguinis. *Id. ibid. 37. 1.* — **C)** Item gemma sanguineo colore; *amatita, matita*. *Id. 37. 60. 3.* — **D)** *Haematites* a Gallis dicta est etiam herba heliotropion, teste *Apul. Herb. 49.* — **E)** Item genus quoddam serpentium basiliscorum. *Id. ibid. 130.* Tertius *(serpens)* autem, qui et haematites et Chrysocephalos *(appellatur)*.

HAEMĂTŎPŎDES, um, sive, in sing. num.

HAEMĂTŎPUS, ŏdis, m. Vox Graeca, αἱματόπους, qua significatur avis, quae pedibus rubet: ab αἷμα; sanguis, et πούς; pes. *Plin. 10. 64. 1., ubi alii leg.* himantopodes; *h. e.* pedes habentes in modum lori contortos: ab ἱμάς, άντος; lorum.

HAEMĔSĪS, is, f. Vox Graeca, αἵμεσις, quae significat morbum, quo sanguineis guttis oculi obducuntur. *Theod. Priscian. 1. 10. a med.* Si in prima oculi tunica, sanguinea nimis veluti caro apparuerit, quam haemesin appellamus, hoc adiutorio curatur.

HAEMESTRIASIS. V. HAEMOSTASIS.

HAEMĪDUS. V. ARMIDUS.

HAEMĬŎLA, ae, f. Species quaedam navis, unico, quod sciam, memorata *Gell. 10. 25., ubi quidam leg.* Hemiolia.

HAEMŎDŎLĬUM. V. CRIOBOLIUM §. 2.

HAEMŎDŌRUM, i, n. Vox Graeca, αἱμόδωρον, qua significatur genus quoddam herbae, unicaule radice bulbo simili, non nisi in gracili solo nascens, a qua necatur cuminum, nisi repurgetur, ut scribit *Plin. 19. 57. 1.*, ubi alii leg. *Iimodorum*, pro quo *Sillig.* ex *Theophr. Hist. pl. 8. 8. 5.* dedit *haemodorum*. V. *Sillig.* in *not. crit.* ad *h. l.*

HAEMOPHTHĪSĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, αἱμοφθισικός; cui sanguis morbo corrumpitur: ab αἷμα; sanguis, et φθίω; corrumpo. *Aemil. Macer de Botonica. Alii leg.* haemoptyicus. Cf. hanc voc.

HAEMOPTŎĬCUS. V. HAEMOPTYICUS.

HAEMOPTŎIS, Ydis, f. Vomitus sanguinis. *Isid. 4. Orig. 7. 16.* Haemoptois, emissio sanguinis per os, unde et nomen sumpsit. Sic *Lindem.*, olim vulg. leg. *haemoptysis*, Graece enim αἱμόπτυσις habetur. Sed et *haemoptois* Codices tuentur, unde et *haemoptoicus* pro *haemoptyicus*. Cf. voc. seq.

HAEMOPTŸĬCUS, i, m. Vox Graeca proprie adiectiva, αἱμοπτυϊκός, qua absolute adhibita, significatur sanguinem exspuens: ab αἷμα; sanguis, et πτύω; exspuo. *Marcell. Empir. 16. a med.* Trochiscus *di elitropu* praestantissimus ad haemoptoicos; id est sanguinem vel exacreantes, vel vomentes, vel eos, qui maxime cum tussi sanguinem iactant. Sic et *Theod. Priscian. 4. 1.* Antidotum . . . ad haemoptoicos, qui sanguinem vomunt. *Haemoptoicus* forma est Graecis ignota; cui substituenda videtur *haemoptyicus*. Cf. tamen voc. seq. *Coel. Aurel. 3. Chron. 2. n. 38.* Perseverante fluere, erit etiam trochiscis utendum, quos haemoptyicis et coeliacis potandos scripsimus. *Alii minus recte leg.* haemoptycis. *Id. 2. ibid. 12. n. 145.* Diaeletices Scriptores libris regularibus, quos diaeteticos vocant, de haemoptyicis scripserunt, quos nos sanguinem spuentes nuncupamus. Cf. voc. praecedd.

HAEMOPTŸSIS, V. HAEMOPTOIS.

HAEMORRHĂGĬA et Haemorragia, ae, f. Vox Graeca, αἱμορῤῥαγία, qua significatur copiosus et immoderatus sanguinis fluxus, et speciatim ille, qui per nares fit; *flusso di sangue*. *Plin. 23. 67. 1.* Folia eius trita illita haemorrhagiam sistunt. Adde *22. 45. 1.* et *23. 81. 3.* Cf. voec. seqq.

HAEMORRHŎĬCUS et Haemorroicus, a, um. Adiect. ab *haemorrhois*, Graece αἱμορῤῥοϊκός; ad haemorrhoidem pertinens, ex haemorrhoide. *Firmic. 7. Mathes. 27.* mortes haemorrhoicae. *Id. 5. ibid. 18.* Alios vero haemorrhoica valetudinis assiduitate debilitat. — **B)** Absolute, substantivorum more,

HAEMORRHŎĬCUS, i, m. Est qui haemorrhoide laborat. *Firmic. 3. Mathes. 3. n. 7.* Facit enim haemorrhoicos, aut nervorum dolore contractos.

HAEMORRHŎĬDĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 1. *fin.*

HAEMORRHŎIS et Haemorrois, Ydis, f. Vox Graeca, αἱμορῤῥοΐς, qua significatur profluvium sanguinis ex venis, quae sunt in ano, vel tumor illarum venarum absque sanguinis eruptione: ab αἷμα; sanguis, et ῥέω; fluxus; *morroide, morice*. V. *Cels. 6. 18. n. 3.*, ubi Graece: at Latine *Plin. 25. 71. 2.* et alibi. — Alia forma *Coel. Aurel. 5. Chron. 1. n. 2.* Haemorrhoidarum fluoris tentus. — **B)** Deinde

II. *Haemorrois* est etiam genus aspidis, vel serpens aspidi similis, sic dictus, quod mordens efficit αἵματος ῥεῦν; sanguinis fluxum, seu sudorem. *Lucan. 9. 806.* Impressit dentes haemorrhois aspera Tullo. Adde *Plin. 20. 23. 1.* et *Isid. 12. Orig. 4. 15.*, coll. *Gloss. Lat. p. 161. n. 45. Hild.*

HAEMORRHŎISSĂ et Haemorroissa, ae, f. Nomen proprie adiectivum, Graece, αἱμορῤῥοοῦσα (unde et *haemorrhousa* quidam Latine adstruunt ex *Ambros.* et *Venant. Fortunat.*), absolute adhibitum de muliere, quae haemorrhoide laborat. Legitur apud *Augustin. Serm. 77. n. 6. in lemmate* Filia archisynagogi et Haemorrhoissa.

* HAEMORRHŎŪSĂ. V. voc. praeced.

HAEMOSTĂSIS, is, f. Vox Graeca, αἱμόστασις, qua significatur species quaedam herbae, quae sanguinem sistit apud *Apul. Herb. 39.*, eadem ac consolida. Sic dicta quia profluvio mulierum medetur. *Alii leg.* haemestriasis.

HAERĒDĬFĬCO.
HAERĒDĬTĀRĬUS.
HAERĒDĬTAS.
HAERĒDĬTO.
} V. HEREDIFICO, etc.

HAERENS, entis. Particip. verbi *haereo*, adiectivorum more aliquando adhibitum; qui haeret. *Cic. Univ. 9.* In eiusdem naturae motum incurrentis, in eoque haerentis atque impedita. *Cascin. ad Cic. 6. Fam. 7.* Male haerentes scalarum gradus; *mal connessi*. Et *Cic. 5. Fin. 4. extr.* In ceteris subvenies, si me haerentem videbis; *se non so andar innanzi*. Et *Har. resp. 26. extr.* Vitia in aliquo penitus defixa atque haerentia.

HAERENTĬA, ae, f. Verbale ab *haereo*; quod haeret alicui rei; *ciò che resta attaccato*. Usurpavit *Tertull. 4. adv. Marcion. 24.* Sic et pulverem iubet excuti in illos in testificationem, et haerentiam terrae eorum, nedum communicationis reliquae. Cf. *Vulg. Interpr. Luc. 10. 11.* Etiam pulverem, qui adhaesit nobis de civitate vestra, extergimus in vos, etc.

HAERĔO, rēs, si, sum, rēre. Verbum intransitiv. origine conferendum fortasse cum Grecorum αἴρω; capio, prehendo. — **b)** An *Aerso* sine aspiratione pro *haerso* aliquando scriptum fuerit, V. in HEDERA §. c. — **c)** Particip. *haesus* se inveniese ait *Diomed. 1. p. 365. Putsch.* « Quasi passivam quoque id verbum admittat declinationem, invenimus participium perfecti temporis *haesus* ». — **d)** In antiquis MSS. et editis libris *haerso* confusum aliquando fuisse cum *horreo* vel *erro*, monstrat *Hildebr.* ad *Apul. 1. Met. 4.* et *11. ibid. 24.* — **e)** Particip. *haerens*, V. suo loco, et §. 1., 7. et 16., *haesurus* §. 4. et 16., *haesus*, V. supra §. c. — **f)** Derivata, *haerentia, haerresco, haeror, haesitabunde, haesitabundus, haesitanter, haesitantia, haesitatio, haesitator, haesito*. — **g)** Composita, *adhaereo, cohaerantius, cohaereo, inhaereo, obhaereo, obhaeresco, subhaereo*.

HAEREO proprie est arcte alicui rei iungor, affixus, coniunctus sum; *essere, o stare attaccato, unito*. *Horat. 1. Sat. 3. 31.* et male laxus in pede calceus haeret. *Ter. Adelph. 2. 1. 17.* Ne mora sit, si inuenerim, quin pugnus continuo in mala haerrat. *Phaedr. 1. 8.* Os devoratum fauce cum haereret lupi. *Cic. 4. Acad. 39.* Ut videamus, terra penitus ne defixa sit, et quasi radicibus suis haereat, an media pendeat. *Virg. 11. Aen. 781.* raptum cum fulva draconem Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus haesit. Et *864.* haesitque in corpore ferrum. *Id. 12. ibid. 415.* tergo volucres haesere sagittae. *Id. 10. ibid. 561.* haeret pede pes, densusque viro vir. *Id. 9. ibid. 557.* flamma postibus haesit. *Id. 2. ibid. 442.* Haerent parietibus scalae. Et *1. ibid.*

Digitized by Google

499. stupet obtutuque haeret defixus in uno. *Quintil. 6. 1. a med.* Haerere in complexu alicuius. *Ovid. 7. Met. 445.* avidisque amplexibus haerent. *Id. ibid. 66.* gremioque in Iasonis haerens. *Cic. 2. Nat. D. 34.* Linguam ad radices eius haerens excipit stomachus. *Lucret. 4. 1201.* Quum interea validis Veneris compagibus haerent. *Id. 5. 836.* Communibus inter se radicibus haerent. *Virg. 6. Aen. 284.* Follisque sub omnibus haerent *(somnia). Quintil. 8. praef. 15.* Similia gladio condito atque intra vaginam suam haerenti. *Vulg. Interpr. Dan. 10. 9.* Vultus meus haerebat terrae. — Absolute *Quintil. 11. 3. 144.* Relicere a sinistro togam, deiicere etiam, si haereat, sinum conveniet. — Cum accusat. *haerere taurus cornua in laqueis* dicitur Graecorum more pro *haerere cornibus* apud *Propert. 2. 25. 48.* Sed non ante gravi taurus succumbit aratro, Cornua quam validis haeserit in laqueis. — **2)** Haerere equo, aut in equo; *star saldo a cavallo. Horat. 3. Od. 24. 54.* et *Cic. Deiot. 10.* — **3)** Haerere in eodem vestigio; *star immobile nel medesimo luogo, Curt. 4. 14.* — **4)** Translate est inesse, insidere, infixum esse. *Cic. 1. Divin. 18. extr.* Ut peccatum haereat, non in eo, qui monuerit, sed in eo, qui non obtemperarit. *Id. Rosc. Com. 6.* Potest hoc homini huic haerere peccatum? *Ter. Hecyr. 2. 1. 32.* in te omnis haeret culpa. *Cic. 2. Phil. 26.* Infixus animo haeret dolor. *Id. 1. ibid. 15.* Haerere in medullis ac visceribus alicuius. *Id. 4. Acad. 1.* in memoria. Et *15. Phil. 3.* in oculis. *Curt. 6. 2.* in animo. *Cic. 3. Rep. 16.* Improbis semper aliqui scrupus in animis haereat. *Tacit. 4. Hist. 47.* et *Plin. 1. ep. 8.* animo. *Virg. 4. Aen. 4.* haerent infixi pectore vultus, Verbaque. *Cic. 4. Catil. 10.* Memoria tantorum periculorum non modo in hoc populo, sed etiam in omnium gentium sermonibus semper haerebit; *restarà, durerà.* Et *Ovid. 3. Trist. 4. 56.* Haesurusque mihi tempus in omne fide; *h. e.* cuius semper meminero. — **5)** Item in aliqua re desidere, diutius immorari. *Curt. 3. 5.* An erubescerent haerere in obsidione castelli exigui. Et *4. 4.* Circa muros unius urbis haerere. *Suet. Aug. 71.* Circa libidines haesit. *Ter. Adelph. 3. 3. 49.* Metui, ne haereret hic. *Cic. Orat. 40.* In eadem haerere commorarique sententia. — **6)** Praeterea

II. *Haerere* etiam dicuntur, quae in medio motu, cursuve retinentur, et sistunt. *Curt. 8. 14.* Graves currus illuvie et voraginibus haerebant. *Id. 9. 19.* Classis in vado haerebat. *Virg. 12. Aen. 868.* vox faucibus haesit; *si fermò:* quod in stupore fit. Sic *Ter. Eun. 3. 6. 7.* perii! lingua haeret metu. — **7)** Translate. *Quintil. 1. 7. in fin.* Non obstant hae disciplinae per illas euntibus, sed circa illas haerentibus. — **8)** Hinc sumitur pro dubitare, pendere, nescire progredi. *Cic. 2. Phil. 29. ad fin.* Haerebat nebulo; quo se verteret, non habebat. *Id. 3. Nat. D. 24.* In multis nominibus haerebitis; *non saprete che dire.* Et *15. Att. 29.* Valde in scribendo haereo. *Ovid. 2. Pont. 3. 87.* Inter confessum dubie, dubieque negantem Haerebam. *Virg. 11. Aen. 289.* Hectoris Aeneaeque manu victoria Graiûm Haesit; *pendè, si ritardò. Plaut. Amph. 2. 2. 182.* haeret haec res; *è imbrogliata.* Et *Pseud. 1. 5. 8.* haeret negotium; *è incagliato. Tertull. adv. Valentin. 10.* Haerere de ratione casus; *h. e.* incertum esse de causa eius rei, quae accidit. — **9)** Item pro capi, deprehendi: ducta translatione ab avibus, quae visco aut laqueo captae detinentur. *Cic. Mil. 21.* In quos incensos ira, vitamque domini desperantes, cum incidisset, haesit in iis poenis, quas etc. — **10)** Item pro cohaerere, convenire, aptum esse. *Horat. Art. P. 194.* nec quid medios intercinat actus, Quod non proposito conducat, et haereat apte. *Cic. Cael. 7.* In quo non modo crimen non haerebat, sed vix diserti adolescentis cohaerebat oratio; *non sussistova l'accusa.* — **11)** *Haerere aliquo crimine* est implicari, atque expedire se non posse. *Tacit. 4. Ann. 19.* Nec dubie repetundarum criminibus haerebant. — **12)** *Haerere in luto* proverbium de iis, qui nesciunt se expedire ex aliqua difficultate. *Plaut. Pers. 4. 3. 66.* Neque mihi haud imperito eveniet, tali ut in luto haeream. — Sic *Id. Pseud. 4. 2. 28.* Nunc homo in medio luto est. — **13)** Eodem sensu *haerere in salebra* dixit *Cic. 5. Fin. 28.* V. loc. in SALEBRA. — **14)** *Aqua haeret.* V. AQUA §. 10. — **15)** Specialim de personis

III. *Haerere alicui* aut *apud aliquem* est individuum comitem et familiarem esse. *Plin. 7. ep. 27.* Obtinenti Africam comes haeserat. *Virg. 10. Aen. 779.* Herculis Anthrem comitem, qui missus ab Argis Haeserat Evandro. *Ter. 5. 9. 25.* Perfice, ut haeream in parte aliqua tandem apud Thaidem; *h. e.* aliquo amicitiae gradu illi acceptus sim. *Catull. 21. 6.* Haeres ad latus, omnia experiris. *Plaut. Epid. 2. 2. 7.* Ego illud audivi io amorem haerere apud nescio quam fidicinam; *h. e.* amore fidicinae implicatum esse. *Quintil. 1. 2. 10.* Optimus quisque praeceptor frequentia gaudet . . . at fere minores ex conscientia suae infirmitatis haerere singulis et officio fungi quodammodo paedagogorum non indignantur. *Suet. Gramm. 14.* Curtius Nicia *(grammaticus)* haesit Cn. Pompeio et C. Memmio. — *Lucan. 9. 573.* haeremus cuncti Superis, temploque tacente Nil facimus non sponte Deo. — **16)** Hinc in malam partem *haerere in tergo, tergis,* aut *in tergis* est insequentem instare et urgere. *Liv. 1. 14. extr.* Haerens in terga Romanus, priusquam fores portarum obiicerentur, irrumpit. *Tacit. 4. Hist. 19.* Se cum exercitu tergis eorum haesurum. *Curt. 4. 15. sub fin.* Haerebit in tergis fugientium victor.

Nota. Constructio verbi varia est; modo enim iungitur ablat. cum praepos. *in* (raro cum *de*), vel sine; modo cum dativo: rare autem cum accusat. et praepos. *ad*, vel *apud;* rarius absolute; rarissime cum accusat. sine praepos. Graecorum more.

HAERES. V. HERES.

HARBESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *haereo;* haerere incipio, haereo, adhaereo, affixus maneo; *star attaccato. Lucret. 2. 478.* In terris haerescere. *Id. 4. 745.* Imago . . . Haerescit facile extemplo.

HAERĔSĬARCHĂ et

HAERĔSĬARCHES, *Graeca positione*, ae, m. Vox Graeca, αἱρεσιάρχης, qua significatur sectae alicuius auctor ac caput; *capostita, caposcuola. Hieronym.* in *Isai. 5. 28. 2.* Urbs Citium, de qua et Zeno Stoicae sectae haeresiarches fuit. — **2)** Frequentius apud Scriptores Ecclesiasticos dicitur perversi dogmatis auctor, haereticorum princeps; *eresiarca. Augustin. ad Coret. ep. 253., Sidon. 7. ep. 6. a med.* et *Vict. Capuan. praef. in Harm. Evang. 2.*

HAERĔSIS, is, et *Graeca positione*, ĕos, f. Vox Graeca, αἵρεσις; electio: ab αἱρέω; eligo. — **b)** Prima syllaba, extrita priore diphthongi vocale, male corripitur a *Prudent. Psychom. 725.* ruptis Haeresis perit horrida membris. Adde *Hamart. 64.* — **c)** Derivata, *haeretico, haereticus.* — **d)** Compositum, *haeresiarches.*

HAERESIS est dogma, quod quis sequendum elegit, secta; *opinione, dogma, setta. Cic. prooem. Parad.* Cato in ea est haeresi, quae nullum sequitur florem orationis. *Id. 15. Fam. 16.* Postulabimusque, ex qua haeresi, vi, hominibus armatis, delectus sis, in eam restituare. *Vitruv. praef. l. 5.* Pythagorae haeresim sequi. — locutiliter *Cic. 14. Att. 14.* loca tua plena facetiarum, de haeresi Vestoriana, . . . Risisse me satis. — **2)** In *Cod. Theod. 13. 6. 9.* et *10.* Haeresis navalis est conditio, functio, et professio navicularium. — **3)** Specialim apud Ecclesiasticos Scriptores est dogma Christianae religionis principiis adversum; *eresia. Gaudent. Brix. episc. Serm. 1. ad fin.* Id eorum comparationem, qui in haereseon caligine ac nocte luxuriae demorsuntur. Adde *Prudent.* loc. cit. supra §. b. et passim *Augustin., Tertull., Hieronym.* etc.

HAERĔTĬCĒ. Adverb. ab *haereticus;* more haereticorum; *eretica-mente. Cassiod. 3. Hist. Eccl. 36.* Aetium diaconatus ordine deposuerunt, tamquam haeretice sapientem.

HAERĔTĬCUS, a, um. Adiect. ab *haeresis;* ad haeresim pertinens; *eretical. Arat.* in *Act. Apost. c. 19. l. 1. v. 611.* haeretica nigredine plenus Averni. *Liberat. Breviar. 6.* Haeretica capitula. Adde *Vulg. Interpr. Tit. 3. 10.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

HAERETICUS, i, m. Est qui haeresim Catholicae veritati contrariam sectatur; *eretico. Tertull., Hieronym., Augustin.* etc. — Hinc titulus operis *Tertulliani*, De Praescriptione adversus haereticos.

HAEROR, ōris, m. Verbale ab *haereo;* actus haerendi; *il restare attaccato. Val. Max. 9. 12. extr. 8.* Anacreontem unius grani pertinacior in aridis faucibus haeror absumpsit. *Alii leg.* humor.

HAESĬTĀBUNDĒ. Adverb. ab *haesitabundus;* cum haesitatione. Affertur ex *Gloss. MS. Bibl. Imp. n. 7642.* apud *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 417.*

HAESĬTĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale ab *haesito;* haesitationis plenus, cunctabundus; *esitante, dubbioso. Plin. 1. ep. 5. a med.* Haesitabundus inquit: interrogavi, non ut tibi nocerem, sed etc.

HAESĬTANDUS, a, um. Particip. verbi *haesito*, adiectivorum more adhibitum. — Translate, nonnisi cum haesitatione proferendus. *Ambros. in Psalm. 48. n. 10.* Iudae haesitanda proditio.

HAESĬTANS, antis. Particip. verbi *haesito*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui haesitat et perplexus est; *esitante. Cic. 1. Acad. 2.* Itaque non haesitans respondebo. *Id. 1. Orat. 10.* Carbo ignarus legum, haesitans in maiorum institutis, rudis in iure civili; *mal pratico. Id. ibid. 25.* Sunt quidam aut ita lingua haesitantes, aut ita voce absoni, ut etc. *Id. Dom. 52.* Dixit verbis haesitantibus; *con parole stentate.*

HAESĬTANTER. Adverb. ab *haesitans;* cum haesitatione. Affert *Quicherat* ex *Gloss.* cit. in v. HAESITABUNDE.

HAESĬTANTĬĂ, ae, f. Verbale ab *haesito;* haesitatio. *Haesitantia linguae* est difficultas loquendi; *balbettamento. Cic. 3. Phil. 6.* Bambalio quidam, qui propter haesitantiam linguae, stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxit.

HAESĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *haesito;* actus haesitandi, cunctatio, dubitatio, qua quis progredi aut nequit, aut nescit; *esitanza, perplessità. Cic. 5. Fam. 12.* Si facile inveneris, quod dicas, noli ignoscere haesitationi meae. *Tacit. 1. Hist. 39.* Haesitationem attulit tempus et locus. *Plin. 10. ep. 54.* Aliquem haesitatione liberare. *Trajan. ad Plin. ibid. 78.* Haesitationem alicui facere; *h. e.* afferre. *Inscript.* apud *Murat. 587. 3.* Cum prona voluntate, honestissimo animo

Digitized by Google

ultro Calvius Pollio III. vir. I. D. in proximum annum professus sit; quo facto haesitationi publicae in partem moram ademerit, etc.; h. e. profitendo se in annum proximum quatuorviratus magistratum fore suscepturum, publicae haesitationi prospexerit, eo quod ceteri etiam cives provocari posse videantur ad idem onus pro republica suscipiendum. — 2) De haesitantia in loquendo. *Cic. 2. Orat. 30.* Qui timor! quae dubitatio! quanta haesitatio tractusque verborum! Adde *Quintil. 11. 3. 48.*

HAESĪTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *haesito;* qui haesitat, cunctator, vel dubitator; *chi dubita, o tituba, tardo. Plin. 8. ep. 11.* Sum ipse in edendo *(libros)* haesitator, tu tamen meam quoque cunctationem tarditatemque vicisti.

HAESĪTĀTUS, a, um. V. voc. seq. §. 3.

HAESĪTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. sive intensiv. ab *haereo.* — Particip. *haesitans*, v. suo loco et §. 1., *haesitandus*, v. suo loco, *haesitatus* §. 2. — Proprie est haerere incipio, haereo, affixus sum; *essere attaccato. Caes. 7. B. G. 19.* Haesitantes milites opprimere; h. e. in palude haerentes. Sic *Liv. 2. 5.* ita in vadis haesitantis frumenti acervos sedisse illitos limo: insulam inde paulatim factam. *Senec. Phoeniss. 29.* non haesitabit gressus. *Lucret. 5. 696.* Sub terris ideo tremulum iubar haesitat ignis. — 2) *Haesitare lingua*, v. loc. *Cic.* in v. HAERITANS. — 3) Translate dicitur de iis, qui dubitant et cunctantur, et progredi nequeunt, aut nesciunt; *esitare, esser perplesso, non saper andare innanzi. Cic. 2. Catil. 6.* Cum haesitaret, cum teneretur, quaesivi, etc. *Id. 4. Acad. 17.* Dubitant, haesitant, revocant se interdum. Et *5.* Illi tum in novis rebus, quasi modo nascentes, haesitaverunt. *Id. 1. Orat. 31.* Haesitavit ob eam causam, quod nesciret, etc. *Plin. 10. ep. 40.* Diu multumque haesitavi, quid facere deberem. *Curt. 4. 15.* Interdum haesitare, an potius in dextrum cornu torqueret agmen. Et *15. sub fin.* Inter spem et desperationem haesitare. — Impersonaliter. *Suet. Claud. 11.* De mutando reipubl. statu haesitatum erat. Adde *Cassiod. 6. Var. 19.* — Absolute. *Apul. Apol. 33.* Multum ac diu haesitato, tandem virile marinum nescio qua circumlocutione male ac sordide nominavit; h. e. postquam diu haesitavisset. — 4) *Haesitare in eodem luto*, proverb. *esser nel medesimo pericolo;* in eodem periculo versari, unde te non expedias: ductum a viatoribus, qui cum in lutum inciderint, dum alterum pedem extrahere nituntur, altero infiguntur altius. Aptissime vero convenit in eos, qui vorsura solvunt: hi enim creditorem quidem mutant, sed aere alieno se non liberant. *Ter. Phorm. 5. 2. 15.* Quid fiet? in eodem luto haesitas: vorsuro solves, Geta. Cf. HARREO §. 12.

HAESUS. V. HARREO §. c.

HĂGĬŎGRĂPHĂ, ōrum, n. Vox Graeca ἁγιόγραφα; h. e. sancte scripta, sacri libri: ab ἅγιος; sanctus, et γράφω; scribo; *libri santi.* Quidam ita distinguunt S. Scripturae veteris Testamenti libros, ut alii sint *legis*, scil. Pentateuchus: alii *prophetiae*, ut Prophetarum: alii denique, quia neutrum continent, et peculiare nomen non habent, communi *hagiographa* appellentur. Ita *Hieronym. praef.* in *libros Regum*, ubi fuse hac de re. *Cassiod. Divin. Instit. 6.* Sequitur Hagiographorum codex sextus. Cf. voc. seq.

HĂGĬŎGRĂPHUS, i, m. Vox Graeca, ἁγιόγραφος; h. e. scriptor sacer. Tribuitur *Hieronym.*, loco tamen non indicato.

HĂGISTĬA, ae, f. Vox Graeca, ἁγιστεία; h. e. sacrorum peractio, mysterium. *Ammian. 23. 6. §. 32.* Magiam opinionum insignium auctor amplissimus Plato hagistiam esse verbo mystico docet divinorum incorruptissimam cultum. Editiones habent *machagistiam*, quod corruptum videtur ex *mag* et *hagistiam*.

HĂGĬOS (et Agios), *Graeca positione*, et *Latina*,

HĂGĬUS, a, um. Adiect. Graecum, ἅγιος; sanctus, Latina civitate donatum, unde et derivatum *hagistia*, et composita, *hagiographa* et *hagiographus.* — Latinis litteris habet *Tertull. Carm. de iudic. dom. 455.* Hagie, hagie, sancte Deus; vox omnibus una est. *Acta SS. Perp. et Felicit. n. 12.* Audivimus vocem unitam dicentium, Agios, agios, agios; hoc est, sanctus, sanctus, sanctus.

HAGNEVONTES (et Agnevontes), tum, m. Vox Graeca, ἁγνεύοντες; castificantes, proprie particip. verbi ἁγνεύω; castifico. Legitur Latinis litteris apud *Rufin. 2. Hist. Eccl. 25.* In superioribus templi *(Serapidis)* extrema occupant domus in excelsum porrectae, in quibus vel aeditui, vel hi, quos appellant hagnevontas, id est, qui se castificant, commanere soliti erant. *Alii leg. Graecis litteris, alii omissa aspiratione*, agnevontas.

HAHA vel HĀHĀHAE vel HĀHĀHĒ vel HĀHĒ. } v. HA §. 2., 3. et 4. et in *Nota*.

HAICĒ. V. HIC §. b.

HĂLĂBARCHES. V. ALABARCHES.

HĂLĂPANTĂ. V. HALOPHANTA.

HĂLĀTUS, ūs, m. Verbale ab *halo*, idem ac halitus, seu potius suavis odor; *odore aromatico. Capell. 1. §. 7.* Nam et unguentis oblitam, floribusque redimitam halatu pasci foverique docuerat. *Id. 2. §. 215.* Arabicis laetabatur halatibus. Adde §§. *14.* et *85.*

HALCĒDO. V. ALCEDO §. b.

HALCŸON et HALCŸŎNĒ. } v. ALCYON §. a.

HĀLEC. V. ALEC §. a.

HĂLĔO. V. OLEO.

HĂLĬAĒĒTOS, *Graeca positione*, (apud *Ovid.* loc. mox. cit.) et *Latina*

HĂLĬAĒĒTUS, i, m. Vox Graeca, ἁλιαιητός, qua significatur aquilae genus, quae in mari venari solet: ab ἅλς; mare, et αἰητός; aquila; *aquila marina. Plin. 10. 3. 4.* Superest haliaeetos, clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, visoque in mari pisce, praeceps in eum ruens, et discussis pectore aquis rapiens. Et *paulo post.* Haliaeetus implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit adversos intueri solis radios, et, si conniventem humectantemque animadvertit, praecipitat e nido, velut adulterinum atque degenerem: illum, cuius acies firma contra stetit, educat. *Ovid. 8. Met. 146.* Et modo factus erat fulvis Haliaeetos alis. — De Niso Scyllae patre loquitur in hanc avem verso, et cum Ciri perpetuos inimicitias gerente: de quo *Virg. Cir. 536.* Sic inter sese tristes Haliaeetus, iras, Et Cirin memori servant ad saecula fato. Adde *Vulg. Interpr. Levit. 11. 13.* et *Deuter. 14. 12.* et *Cf. Hildebr. Gloss. Lat. p. 7. n. 78.*

HĂLĬCĂ. V. ALICA §. b.

HĂLĬCĀCĂBON, *Graeca positione*, et Halicacabum (et Micacabum, *perperam* Haly cacabon *divisim*, aut Halicacabus, i, f.) i, n. Vox Graeca, ἁλικάκαβον, qua significatur genus quoddam trychni, seu solani, scinis coccineis, granoso folliculo, quae herba Latinis vesicaria, vim habens soporiferam, atque etiam opio efficaciorem. *Cels. 5. 20. n. 3.* Halicacabi cortex. *Theod. Priscian. 4. 1.* Alicacabi radix. *Plin. 21. 103. 1.* Aspidum naturae halicacabum in tantum adversam, ut etc. — Femin. gen. *Plin.* facit ad *herbam* respiciens. — Recentioribus est *Physalis Alkekengi, Linn.* — 2) Tertium halicacabi genus commendatur in cibis, sit *Plin. ibid.*, hoc autem nomine intelligit *malon insanum*, seu pomum marinum, quod nostrates *(scil.* Veneti) vulgo *melanzana*, Galli *melongène*, Itali *petronciana* vocant. — 3) Apud *Apul. Herb. 22.*, ubi scribitur *haly cacabon*, ita a Graecis appellari traditur herba Apollinaris.

HĂLĬCĀCĂBUM. } v. voc. praeced.
HĂLĬCĀCĂBUS. }

HĂLĬEUS, i, m. Vox trisyllab. Graeca, ἁλιεύς; piscator. Titulus est libri decimi *Apicii*, in quo de piscibus condiendis agitur. Cf. voc. seq.

HĂLĬEUTĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, ἁλιευτικός; ad pisces et piscaturam pertinens. *Gallien. in epist.* apud *Trebell. Claud. 17.* Boletar halieuticum argenteum, librarum viginti. — 2) Absolute, substantivorum more,

HALIEUTICA, orum, n. Est opus sive carmen de piscatione. *Plin. 32. 3. 1.* Mihi videntur mira et quae Ovidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon inscribitur (ἁλιευτικῶν, genitivus plur. Graecus). *Vopisc. Numerian. 1.* Cum Olympio Nemesiano contendit, qui Halientica, Cynegetica et Nautica scripsit.

HĂLĬMON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἅλιμον, qua significatur quoddam fruticis marini genus: ab ἅλιμος; maritimus. *Plin. 17. 57. 18.* Cytisus necatus eo, quod halimon vocant Graeci (Hoc ex *Theophr. Hist. plant. l. 4. c. 20.*). *Id. 22. 22. 33.* Alii alimon *(lege* halimon) olus maritimum esse dixere, salsum, et inde nomen. V. ALIMON.

HĂLĬPHLOEOS, *Graeca positione*, i, f. Vox Graeca, ἁλίφλοιος, qua significatur arbor quaedam crassissimo cortice, et caudice, et plerumque cavo fungosoque, et quae putrescit, etiam cum vivit, pessima ob id carboni, materiaeque. Saepissime fulmine icitur, quamvis altitudine non excellat: ideo ligno eius nec ad sacrificia uti fas habetur. Et raro glans: et cum tulit, amara, quam praeter suos nullum attingat animal. Haec *Plin. 16. 8. 5.*

HĂLĬPLEUMON, *Graeca positione*, ŏnis, m. Vox Graeca, ἁλιπλεύμων; h. e. marinus pulmo, genus piscis. *Plin. 32. 53. 5.* V. PULMO.

HĀLĬTO, as, āre. Verbum intransitiv., specie frequentativ. ab *halo;* spiro; *spirare. Enn.* apud *Diomed. 1. p. 336. Putsch.* Similiter halare et halitare. *Ennius in Lustris:* Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

HĂLĬTUS, us, m. Verbale ab *halo;* spiritus, ventus; *alito, fiato, vento. Pers. 3. 83.* aegris Faucibus exsuperat gravis halitus. *Cic.* vertens *Sophoclis* versus, *2. Tusc. 9.* Nemaeaus leo Prendens efflavit graviter extremum halitum. *Plin. 12. 7. 2.* Commendandi halitus gratia; *per far buon fiato. Id. 28. 53. 2.* A pulmone halitus graveolentia; *puzza del fiato. Id. 21. 83. 5.* Iris halitus oris commanducata abolet. Et *28. 14. 5.* Mero ante somnum colluere ora, propter halitus. *Rutil. 1. Itiner. 405.* Frigidus aestivas hic temperat halitus auras; *venticello*

Digitized by Google

fresco. *Plin.* 14. 28. 4. *de ebriis*. Postera die ex ore halitus exsi, ac fere rerum omnium oblivio; *puzza di vino*, *fetore*. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 118. creberque recurrit Halitus; *h. e.* anhelitus. — 2) Apud *Prudent.* est anima, spiritus, *10. Cathem.* 11. Petit halitus aethera fervens: Humus excipit arida corpus. — 3) Item vapor, afflatus e terra, aliave re exiens; *vapore*, *esalazione*. *Plin.* 11. 12. 2. Ros obvio terrae halitu infectus. *Val. Flacc.* 4. 494. patriique exspirat Averni Halitus. *Plin.* 17. 2. 13. Halitus maris. *Id.* 34. 50. 2. Plumbi fornacium halitus noxius et pestilens. *Colum.* 2. 5. Halitus solis. *Id.* 12. 43. *a med.* Praecipimus, ne in eodem loco mala et uvae componantur, neve in vicino, unde odor malorum possit ad eas pervenire: nam huiusmodi halitu celeriter acina corrumpuntur. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 219. cui multa carbonum strues Vivum vaporat halitum. *Cic. fragm. orat. pro Scaur.* 13. apud *Mai*, *Class. Auct. T.* 2. *p.* 502. Halitu Aetnam ardere dicunt.

HALLELUIA, V. ALLELUIA §. 2.

HALLUCĪNOR, V. ALUCINOR §. b.

HALLUS, V. ALLUS.

HALMA, V. ALMA.

HALMȳRĪDĬON, *Graeca positione*, ĭi, n. Vox Graeca formae diminutivae, ἁλμυρίδιον; aliquantisper salsum, subsalsum. *Plin.* 19. 41. 6. *de quadam brassica*. Est autem sua gratia nunquam plantae habitum excellentibus: halmyridia vocant, quoniam nisi in maritimis non proveniunt. — Sunt qui putant esse brassicae genus, quod Itali nunc *soldanella* vocant.

HALMYRRHAX, ăgis, m. Vox Graeca, ἁλμύρραξ, ακος, qua vocatur nitri genus: ab ἁλμυρὸς; salsus, et ῥᾶξ, ακὸς; eruptio, a ῥήσσω, seu ῥάσσω; rumpo. *Plin.* 31. 46. 1. Exiguum nitrum fit apud Medos, canescentibus siccitate convallibus, quod vocant halmyrrhaga: nempe quia salsum saporem habens erumpit e terra uliginosa. Porro *halmyrrhaga* est accusativus Graecae terminationis. *Sillig.* vero in *Plin. loc. cit.* leg. *halmyraga*. V. Eius *not. crit.*

HĂLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum. fortasse ab ἅω; spiro. — b) Ad scribendi rationem quod attinet, adnotat *Apul. Orthogr.* §. 46. « Halo, as, per aspirationem, ut differat ab *alo*, *is*. » Cf. *Apul. de Nota aspirat.* §. 5. et *Eutych.* apud *Cassiod. Ortogr.* 9. — c) Particip. *halans* §. 1. et 2. — d) Derivata, *halito*, *halitus*. — e) Composita, *adhalo*, *anhalo*, *exhalo*, *inhalo*, *rehalo*. Cf. HALOPHANTA et HALUS.

HALO proprie est spiro, spiritum, vel odorem emitto, exhalo; *spirare*, *mandar fuori*, *esalare*. *Ovid.* 7. *Met.* 809. repetebam frigus et umbras, Et, quae de gelidis halabant vallibus, auras. *Virg. A. Aen.* 421. Ture calent arae, sertisque recentibus halant. *Id.* 4. *G.* 109. croceis halantes floribus horti. — 2) Transitivorum more

II. *Halo* est exhalo, emitto; *mandar fuori*, *esalare*. *Lucret.* 2. 847. Et nardi florem, nectar qui naribus halat. *Martial.* 10. 48. nimios prior hora vapores Halat. *Lucret.* 6. 220. Signa notaeque, graves halantes sulphuris auras. Et 391. ieti flammas ut fulguris halent Pectore perflxo.

HĂLO, ōnis, m. *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 78. *Müll.* sub v. *Elucum*. « Halonem id est, hesterno vino languentem, quod *ἅλων* vocitant Graeci. » Sed fortasse est ab *halo*, *as*, ut alia huiusmodi verbalia, *sido*, *comedo*, etc.

HĂLŎPHANTĂ, ae, m. Vox Graeca, ἁλοφάντης (quae tamen in Lexicis non habetur et ex analogica a quibusdam inducta videtur), qua significatur hominum genus nequam, idem fere, ac sycophanta: ab ἅλη; mare, et φαίνομαι; appareo, ob vestitum nauticum. *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 101. *Müll.* halapanta dicit, hoc est, omnis mentiens: ab ἅλη, seu ἄλη; error, et ἅπτω; omnia. *Non.* 2. 396. definit genus hominum, quod ob sueuda mendacia miserrime mercede conducitur: ab ἅλη; error, et ὑφαίνω; texo. *Turneb. Advers.* l. 2. c. 5. holophantam vocat, hoc est ὁλοφάντην, quasi qui sit totus in ostentatione. *Plaut. Curc.* 4. 1. 2. Halophantam, an sycophantam hunc magis esse dicam, nescio. *Alii perperam* calophantam *leg.*, quam vocem *Alcidatus* et *Parasus* exponunt χρυσολόγον; *h. e.* eum, qui honeste quidem loquitur, sed eius facta ab oratione discrepant; a καλὸς; honestus, et ῥάω vel ῥημι; dico. — *Scalig.* ad *Fest.* suspicatur, illum scripsisse *halopanta*, ut πυρὰ τὴν ἁλα simile faceret, quemadmodum πυρὰ τὸν σῖτον factum est *sycophanta*. *Halopantam* autem nihil significare: sed comice et tempore lusisse *Plautum* propter habitum marinum eius, de quo ibi loquitur. Locus autem *Fest.* sic se habet: « *Halapanta* significat omnia mentientem, ab eo, quod halet omnia. Ἅλην enim Graeci τὴν πλάνην; id est fallentem, appellant. » V. *Müller* ad *h. l.*

HALOS, *Graeca positione*, ō, f. Vox Graeca ἡ ἅλως, ω, qua significatur corona, seu circulus circa lunam, aut solem quandoque apparens; *alone*, *cinto*. A Graeca declinatione non discedit *Seneca*, cum ait: *1. Quaest. nat.* 2. Circa solem visum coloris varii circulum, qualis esse in arcu solet. Hunc Graeci halo vocant: nos dicere coronam aptissime possumus. *Mox addit:* Ob hoc tales splendores Graeci areas vocavere, quia fere terendis frugibus loca destinata sunt rotunda: non est autem quod existimemus, istas, sive areae, sive coronae sint, in vicinia siderum fieri, etc. Cf. HALYSIS.

* HĂLŎSACHNĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ἁλὸς ἀχνή; *h. e.* lanugo sive spuma maris. — Quidam tribuunt *Plinio*, loco tamen non indicato.

HĂLŌSIS, is, f. Vox Graeca et Graece adhibenda, ἅλωσις; *h. e.* expugnatio (*scilicet* urbis); *presa*, *espugnazione*. *Sust. Ner.* 38. Lectusque flammae, ut aiebat, pulchritudine, halosin Ilii decantavit. Optimi tamen codices habent ἅλωσιν, Graecis litteris. *Petron. Satyr.* 89. Tabula, quae Troiae halosin ostendit.

HALTER, ēris, m. Vox Graeca, ἅλτηρ, qua significantur massae plumbeae, non exigui ponderis, quas utraque manu tenentes athletae, corpus librabant, saltusque edebant: ab ἅλλομαι, salio. *Martial.* 14. 49. cuius titulus est *Halteres*. Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti? Exercet melius vinea fossa viros. *Id.* 7. 67. gravesque draucis Halteras facili rotat lacerto. *Senec. ep.* 15. et 56. et *Iuvenal.* 6. 421. eosdem innuunt, suppresso tamen nomine, quod habet *Scholiast.* ad *Iuvenal. loc. cit.* — 2) Halterum usus in medicina quoque probatur *Coel. Aurel.* 2. *Chron.* 1. n. 43. et 3. *ibid.* 2. n. 58.

HALUCINATIO. HALUCINOR etc. } V. ALUCINATIO, etc.

HĂLUM, i, n., *restium*

HĂLUS, i, f. Gallis herba est, quae Venetis cotonea, similis cuniae bubulae, cacuminibus thymo, dulcis, et sitim sedans, radicis alibi albae, alibi nigrae. *Plin.* 26. 26. 1. item 27. 21. 1., ubi scribitur sine aspiratione. Videtur autem sic vocata ab halatu. V. COTONEA. — *Apul. Herb.* 39. addit, a Latinis vocari etiam *inulam rusticam* et *consolidam*.

HĂLȳSIS, is, et, *Graeca positione*, eos, f. Vox Graeca ἅλυσις, qua apud Astronomos significatur catena quaedam luminis clarioris, per solis ambitum in se revertens. Inter hanc et irida illud interest, quod iris multicolor est, et semicirculo figurata procul a sole atque luna: catena clarior est, astrumque ambit orbe incolumi, corona non discolori. Ita *Apul. de Mundo*, 16. — Ceterum, cum haec omnia *Apuleius* mutuatus fuerit ab *Aristotele*, *Meteor.* l. 3. c. 2., ubi saepe Graece ἅλως habetur; *h. e.* area, corona; per quam similo vero videtur, *Apuleium* in corruptum *Aristotelis* codicem incidisse, in quo nempe pro ἅλως mendose scriptum fuisset ἁλύσεις; catena. Cf. HALOS.

HĂMĂ (et Ama), ae, f. Vox Graeca, ἅμη, Dorice pro ἡμέρα; vas, quo aquam hauriebant ad incendia restinguenda; *secchia*. *Plin.* 10. *ep.* 42. Nullus in publico sipho, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. *Iuvenal.* 14. 305. Dispositis praedivee hamis vigilare cohortes Servorum noctu Licinus iubet. — 2) Hamis instructus et dolabris per urbem noctu ibat praefectus Vigilum, quorum cohortes septem arcendis ignibus Augustus instituerat, uti docet *Paul. Dig.* 1. 15. 3. Adde *Ulp. ibid.* 33. 7. 12. *ante med.*, ubi *ama* legitur sine aspiratione tum apud *Torrentin.*, tum apud *Haloandr.* — 3) Habuit usum etiam in cella vinaria, ut colligitur ex *Plaut. Mil.* 3. 2. 42. Cf. HAMULA.

HĂMARTHRĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἁμαρθρῖτις, quae tamen in Lexicis Graecis non reperitur. Usurpat de morbo *arthritide* agens *Coel. Aurel.* 5. *Chron.* 2. n. 28. Etenim quod Graecis *hamarthritis* recte nuncupatur: siquidem sit in articulis dolor, quamquam in pedibus constitutus; *arthritis* vero non ilico podagon dici potest, etc.

HĂMARTĬGĔNĬĂ, ae, f. Vox Graeca, ἁμαρτιγένεια; *h. e.* generatio peccati: ab ἁμαρτία; peccatum, et γίνομαι; nascor. Est titulus carminis *Prudentii*, in quo de origine peccati agitur.

HĂMĀTĬLIS, le. Adiect. ab *hamus*; ad hamum pertinens. *Plaut. Rud.* 2. 1. 10. Piscatum hamatilem, et saxatilem aggredimur; *pesca coll' amo*. Et *Tertull. advers. Gnost.* 1. Scorpii hamatile spiculum; *fatto a guisa d' amo*.

HĂMĀTOR, ōris, m. Verbale ab *hamo*; qui hamo capit. Legitur in *Gloss. Isid.* Hamatores, piscatores.

HĂMĀTUS, a, um. Particip. verbi *hamo*, adiectivorum more etiam adhibitum; hamis instructus, vel instar hami factus, uncinatus, incurvus, aduncus; *fornito d' ami*, *fatto a guisa d'amo*. *Cic.* 4. *Acad.* 38. Hamatis uncinatisque corporibus concreta haec esse dicit. *Ovid.* 5. *Met.* 384. Inque cor hamata percussit arundine Ditem. *Id.* 12. *ibid.* 565. hamatis laceraverat unguibus ora. *Id.* 5. *ibid.* 80. Hamatus ensis; *h. e.* harpe, falcatus ensis. Et 2. *ibid.* 799. Hamati sentes; *h. e.* curae, quae cor lacerant. — *Vulg. Interp.* 1. *Reg.* 17. 5. Lorica hamata. Ita Codd. plures apud *Vercell.* in *Var. Lectionib.* ad *h. l.* Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p.* 159. n. 21. — 2) *Hamatas tegulas* vocare videtur *Vitruv.* 7. 4., quae habent margines utrinque exstantes et incurvos, quibus inter se colligantur, ut sunt in nostris tectis imbrices incurvati, et alius alium continentes. Al. tamen ibi leg. *animatas*, et eas putant in modum tubi factas, in summo et imo spiramenta habentes, qua humor defluat. Ita *Salmas.* ad *Vopisc.* in

Digitized by Google

Probo 21. ex quibusdam MSS. Et fortasse haec lectio et interpretatio magis facit ad rem, de qua ibi *Vitruv.* loquitur. *Schneiderus* tamen edidit *mammatas;* quod rectius videtur. — **β)** Translate *hamata munera*, quae mittuntur ideo, ut alia eliciant. *Martial. 6. 63.* Munera magna quidem misit, sed misit in hamo. *Plin. 9. ep. 30.* Hos ego viscatis hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.

HĂMAXĂ et Amaxa, ae, f. Vox Graeca, ἅμαξα, et Attice ἅμαξ (hinc et duplex scribendi ratio), qua plaustrum, currus vel rheda significatur, Latina quoque civitate donata. — **b)** Derivata, *hamaxitis, hamaxo.* — **c)** Composita, *armamaxa, chiramaxium, hamaxagoga, hamaxopodes.* Cf. HAMAXOBII in ONOM.

HAMAXA est currus, plaustrum; *carro. Capitolin. Maximin. 6.* Ius illa prope in vulgi ore sunt posita, quod amaxas manibus attraheret *(Maximinus)*, rhedam omnium solus moveret. Adde *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Vercell. Var. lect.* ad *2. Reg. 6. 3.* — **β)** Est etiam hoc nomine sidus coeleste, quod Latini *plaustrum* vel septentrionem appellant, teste *Gell. 2. 21.*, ubi tamen Graecis litteris scribitur. V. PLAUSTRUM.

HĂMAXĂGŌGĂ et Amaxagoga ae, m. Vox Graeca, ἁμαξαγωγός; qui curru exportat, vector. Legitur a quibusdam apud *Plaut. Truc. 2. 7. 2.* V. loc. in HAGOGA §. 2.

HĂMAXĪTIS et Amaxitis, ĭdis, f. Herba eadem quae agrostis, ut ab aliis appellatur, teste *Apul. Herb. 77.* V. AGROSTIS.

HĂMAXO et Amaxo, as, āre. Verbum transitiv. ab *hamaxa;* currui iungo, sub iugum mitto. *Plaut. Truc. 2. 2. 21.* Ita me amabit sarculum, Ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem, Cumque eo ita noctem in stramentis pernoctare perpetem, Quam etc.

HĂMAXŎPŎDES. V. ARRUSCULA §. 3.

HĂMĬĂ, ae, f. et

HĂMĬO, ōnis, m. Piscis, de quo *Isid. 12. Orig. 6. 53.* Hamio, maxillis, dextra sinistraque lateribus virgis puniceis perpetuis, aliisque discoloribus designatur: dictus *hamio*, quia non capitur nisi *hamo*. — Alii scribendum censent *hamia*, idemque habetur ac amia. V. AMIA etiam in *Nota*.

HĀMĬŌTĂ, ae, m. Nomen ab *hamus;* qui hamo piscatur; *pescatore di amo. Varr.* apud *Non. 1. 97.* Cohortes cocorum, atque hamiotarum, aucupumque. *Plaut. Rud. 2. 2. 5.* Salvete fures maritimi, conchitae, atque hamiotae.

HAMMĪTES et Ammites, ae *vel* is, f. V. voc. seq.

HAMMĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἀμμῖτις, qua significatur gemma piscium ovis similis: ab ἄμμος; sabulum, quod instar sabuli minuta sit. *Plin. 37. 60. 2.* — *Isid. 16. Orig. 4. 29.* Hammites similis nitro, sed durior; gignitur in Aegypto et Arabia. *Alii leg.* Ammites, *sed videtur legendum et hic* Hammitis. — A nostratibus *Oolite* appellari tradit *Corsi* in *Pietre antiche*.

HAMMŎCHRŸSUS. HAMMŎDŸTES. HAMMŌNĬĂCUS. } V. AMMOCHRYSUS, etc.

HAMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *hamus;* hamo uter, capto; *pescare coll'amo.* Item curvo in modum hami; ἀγκιστρόω. — « Utroque sensu caret Latino exemplo. Nam quod ex *Petronii Satyr. 5.* quidam afferunt his verbis: Artis severae si quis hamat effectus: plures sunt, qui legunt *amat* sine aspiratione, et sic versum disponunt: *Amat severae si quis artis effectus.* Quod autem addunt ex *Claudiano, 2. in Rufin. 338.* Flexilis inductis hamatur lamina membris: meliores Codices habent *animatur*, et id videtur sensus ipse postulare. Pariter incerta est lectio in fragmento illo *Cic.* quod affert *Non.* et supra in ADHAMO retulimus. » — Ita *Forcellinus*. Legitur tamen hoc verbum in *Onom. Lat. Gr.* Hamo; ἀγκιστρεύω. — Hinc verbalia *hamator* et *hamatus*, quae V. suo loco.

HĂMŎTRĂHŌNES, um, m. Nomen ab *hamus* et *traho;* piscatores, vel qui cadavera hamo in Gemonias scalas trahebant. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 102. Mull.* Hamotrahones alii piscatores; alii qui unco cadavera trahunt.

HĂMŬLĂ, ae, f. Deminut. ab *hama;* parva hama; *picciola secchia. Colum. 10. 387.* Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagenam. Adde *Vulg. Interpr. 3. Reg. 7. 40.* et *45.* — In *Not. Tir. p. 164.* Amma, Ammula. — Hic fortasse duplex consona pro aspiratione usurpata est.

HĂMŬLUS, i, m. Deminut. ab *hamus;* parvus hamus; *amello. Plaut. Stich. 2. 1. 17.* Arundinem fert, sportulamque, et hamulum piscarium. — **β)** Item instrumentum chirurgicum ad instar hami, quo quidpiam apprehenditur. *Cels. 7. 7. n. 4.* Hamulum acutum, paulum macrone intus recurvato, subiicere extremo ungui debet. Et *n. 7.* Hamulo summum eius foraminis excipiendum.

HĀMUS, i, m. Nomen a Graeca voce, ut quibusdam videtur, ἅμα; simul, vel ab ἁμάω; traho, factum; est enim uncus, quo quid trahitur. — **b)** « Notandum quod *hamus*, qui a Graecis ἄγκιστρον appellatur, cum aspiratione debet scribi, » inquit *Priscian.* apud *Cassiod. Orthogr. 12.* — **c)** Derivata, *hamatilis, hamator, hamio, hamiola, hamo, hamulus.* Cf. HAMA et HAMULA. — **d)** Composita, *adhamo, hamotrahones, inhamo.*

HAMUS proprie est parvus uncus ferreus, ex quo piscatores escam suspendunt, quam dum captat, piscis ore capiatur. Est enim ita factus, ut facile quidem infigatur, infixum autem evelli facile nequeat; *amo. Cic. Senect. 15.* Voluptate homines capiuntur, ut hamo pisces. *Horat. 1. Ep. 7. 74.* Occultum visus decurrere piscis ad hamum. *Ovid. 19. Heroid. 15* Nunc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo. *Id. 15. Met. 101.* piscem hamo suspendere. *Id. 3. ibid. 586.* lino-que solebat et hamo Decipere, et calamo salientes ducere pisces. Et *2. Pont. 7. 9.* Qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo, Omnibus uncа cibis aera subesse putat. Adde *Vulg. Interpr. Eccli. 9. 12.* et *Iob, 40. 19.* et *20.* — **β)** Latiore significatione dicitur et de aliis rebus per similitudinem. *Ovid. 11. Met. 342. de accipitre.* Oraque aduncа dedit, curvos dedit unguibus hamos; *h. e.* ungues aduncos. — *Id. de Nuce, 115.* Obunci hami rubi et sentium; *le punte.* — *Id. 4. Met. 719.* Inachides ferrum curvo tenus abdidit hamo. V. HARPE §. 1. — *Cels. 7. 7. n. 15.* Diductis per retusos hamos oris cutis; *h. e.* ferramento chirurgico ad instar hami aduncо, quo aliquid apprehenditur. — *Caes. 7. B. G. 73.* Taleae pedem longae, ferreis hamis infixis, in terram infodiebantur: quos stimulos nominabant; *h. e.* uncis ferreis hamatis. *Plin. 19. 5. 5.* Stupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur; *pettini.* — *Virg. 5. Aen. 467.* Loricam consertam hamis, auroque trilicem; *h. e.* catenis vel circulis, inquit *Servius; catenelle, rossite, fermagli, ardiglioni.* — *Apul. 10. Met.* Panes, crustula, lucunculos, hamos, lacertulos, et complura scitamenta mellita; *h. e.* dulciarios panes hami figura. — **γ)** Translate est artificium captandi, fallendique. *Ovid. 3. Art. am. 425.* Casus ubique valet: semper tibi pendeat hamus. *Horat. 2. Sat. 3. 23.* captes astutus ubique Testamenta senum, neu si vafer unus et alter Insidiatorem praeroso fugerit hamo, Aut spem deponas, aut artem illusus omittas. *Martial. 6. 63.* munera mittere in hamo. V. HAMATUS §. 3. — Lepide *Plaut. Curc. a. 3. v. 62.* Meus hic est: hamum vorat. — *Interpr. Ignat. ep. ad Magnes. 11.* Volo praeservari vos, ut non incidatis in hamos vanae gloriae. — **δ)** Hinc *hami* tribunantur Dialecticae a *Capell. 4. §. 328.*

HANAT. Vox ignotae significationis in antiquissima precationis sive cautionis formula apud *Cat. RR. 160.*, ubi tamen alii aliter legunt.

HANGCĔ vel HANCĔ. V. HIC §. b.

HĂNŬLUM. V. FANULUM.

HĂPĂLĂ. V. APALUS.

HĂPĂLĀRĒ. V. APALARE.

HĂPĂLOPSIS. V. HAPPALOPSIS.

HĂPHĒ et Aphe, *Graeca positione, es*, et *Latina consuetudine*, Afa, ae, f. Vox Graeca, ἁφή (ab ἅπτω, praeterit. verbi ἥπτομαι, tango), qua significatur inspersio pulveris, quo athletae membra perfundebant, postquam ceromate inuncti essent, ut in lucta prehendere adversarium commodius possent: hoc modo illita corpora flavum colorem induebant. *Martial. 7. 67.* Harpasto quoque subligata ludit, Et flavescit haphe. — **β)** Translate. *Senec. ep. 57.* A ceromate nos haphe excepit. Respicit hic *Senec.* ad morem athletarum: sed significat immensam vim pulveris, qua conspersus fuit transeundo per cryptam Neapolitanam.

HĂPLOSĬLIS, le. Adiect., quod quid significet, et unde derivetur, incertum est. *Marcell. Empir. 20. ante med.* Itemque lactucae et caules haplosiles ex posca decocti. Num *haploides* scribendum est? scil. ex ἁπλοΐς; simplex.

HAPPĂLOPSIS, ĭdis, f. Nomen condimenti fictum a ioculari coquo, apud *Plaut. Pseud. 3. 2. 47.*; at fortasse legendum *Hăpălopsis*, ut sit ab ἁπαλός; delicatus, et ὄψον; opsonium.

HAPSUS (et Apsus, cf. *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.*), i, m. Vox Graeca, ἅψος, qua significatur vellus lanae in modum vinculi, fasciaeve conformatum, quo pars affecta velatur, cingitur et fovetur: ab ἅπτω necto, alligo. *Cels. 4. 6.* Circumdare oportet latus hapso lanae sulphuratae. Et *7. 26. n. 5.* Inducendus hapsus lanae mollis, tepido oleo repletus, qui pubem, et coxas, et inguina, et plagam ipsam protegat: isque subinde oleo tepido madefaciendus est.

HĂRĂ, ae, f. Nomen parum certae originis, quod tamen quidam derivant a χαρά, quod a χάω, dein χάρω; hisco, capio (V. ORCUS), aspiratione distinguendum ab *ara*, ut tradit *Priscian.* apud *Cassiod. Orthogr. 12.* V. ARA §. b. — Significat autem porcorum stabulum; *stalla di porci. Cic. Pis. 16.* Ex hara producte, non ex schola (Cf. *Ennod. Apolog. pro Synod. post init.*, ubi *ex ala producta propositio* emendandum est *ex hara producta*). *Ovid. 1. Heroid. 104.* Tertius immundae cura fidelis harae. Adde *Varr. 2. RR. 4.* et *Colum. 7. 9.* — **β)** *Hara suis* convicium est in sordidum et impurum hominem, apud *Plaut. Most. 1. 1. 39.* Quomodo a suili differat, V. in SUILE. — **γ)** Dicitur etiam de septo, in quo includuntur anserum pulli. *Varr. 3. RR. 10.* Iisque *(pullis anserum)* faciunt haras supra terram, etc.

Digitized by Google

Et *paulo post*. Cum autem sunt inclusi in haras, victui obiiciunt his polentam hordeaceam. Adde *Colum. 8. 14. a med.*

Nota. In *Inscr.* Falisca litteris Latinis exarata atque edita in *Bullet. dell'Istit. Archeol. a. 1831. p. 21.* legitur: HARA ACUBAT SOREX; h. e. Chara accubat soror, ut explicat *Orioli*.

HĂRĒNĂ, ae, et HARENATUS, et HARENOSUS, etc. } v. ARENA, etc.

HĂRĬŎLĂ et Ariola, ae, f. Nomen ab *hariolus;* mulier, quae hariolatur; *Plaut. Mil. 3. 1. 98.* Quod dem hariolae atque haruspicae. Adde *Rud. 4. 4. 95.*

HĂRĬŎLĀTĬO et Ariolatio, ōnis, f. Verbale ab *hariolor;* actus hariolandi; *indovinamento*. *Enn.* apud *Cic. 1. Divin. 31.* Missa sum superstitiosis hariolationibus.

HĂRĬŎLĀTUS, a, um. V. voc. seq. §. 1.

HĂRĬŎLOR et Ariolor, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. forma deponens, ab *hariolus*. — Particip. *hariolans* §. 1., *hariolatus* §. 1. — Proprie est hariolum ago, divino, vaticinor; *profetare, indovinare*. *Cic. 1. Divin. ult.* Neque eos, qui quaestus causa hariolantur. *Id. 8. Att. 11.* Non hariolans, ut illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens. *Vulg. Interpr. 4. Reg. 21. 6. de Manasse.* Tradixit filium suum per ignem et hariolatus est et observavit auguria. Adde *1. ibid. 18. 23.* — **β**) locutariter *Plaut. Asin. 2. 2. 50.* dudum scapulae gestibant mihi, Hariolari quae occeperunt, sibi esse in mundo malum. — **γ**) Aliquando subiicitur affirmandi causa. *Ter. Phorm. 3. 2. 7. Phae.* Non mihi credis? *Do.* hariolare; *tu la indovini*. Sic *Plaut. Asin. 3. 2. 33.* Argenti viginti minas habes ne? *Le.* hariolare. Adde *Cist. 4. 2. 80.* — Apud *Terent.* alii exponunt deliras, insanis more vatum; *tu vaneggi:* propter ea, quae dicuntur in sequentibus responsionibus, *fabulas, togi:* ut simile sit illi *Cic. 2. Fam. 16. ad fin.* Sed ego fortassis vaticinor: et haec omnia meliores habebunt exitus. Et *Sext. 10.* Eos, qui dicerent, subeunda pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam, vaticinari atque insanire dicebat. Adde, quod et apud Graecos μάντις; hariolus, est a μαίνομαι; insanio.

HĂRĬŎLUS, i, m. Nomen a *for, faris*, unde *fariolus*, ut Antiqui scribebant, teste *Seaur. Orthogr. p. 2252. Putsch.*, pro quo dein *hariolus*. Cf. *Donat.* ad *Ter. Phorm. 4. 4. 27.* — Contra ab *ara* deducit *Isid. 8. Orig. 9. 16.* V. loc., coll. *Placidi Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 468.* — **b**) Scribitur et *ariolus:* sed aspirationem retinent *Manut., Dausq., Cellar.* — **c**) Derivata, *hariola, hariolatio, hariolor*.

HARIOLUS proprie est futurorum divinator (et saepe in contemptu ponitur), qui divina mente fatur, quae ventura sunt; *profeta, indovino*. *Ter. Phorm. 4. 4. 27.* Interdixit hariolus: Haruspex vetuit ante brumam aliquid novi Negotii incipere. *Cic. 1. Nat. D. 20. ad fin.* Haruspices, augures, harioli, vates et coniectores. *Id. 1. Divin. 2.* Hariolorum et vatum furibundae praedictiones. *Plaut. Amph. 5. 2. 2.* Hariolos, haruspices mitte omnes. *Phaedr. 3. 3.* Ad consulendos currit moerens hariolos. Adde *Vulg. Interpr. Dan. 1. 20.* et *22.* et *10.*, quibus aliisque locis copulatur cum *magis*. — Contra Hariolos latae leges in *Cod. Theod. 9. 16. 4.* et *6.* annis 357. et 358. a Chr. n. — **β**) In bonam partem de propheta veri Dei. *Id. ibid. 4. 6.* Balthassar *(ita vocabatur in aula regis Babyloniorum Daniel)* princeps hariolorum. — **γ**) *Hariolus* est etiam titulus comoediae *Naevii* apud *Gell. 5. 3.*

HĂRISPEX. V. HARUSPEX §. b.

HARMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ἅρμα; currus. Cf. ARMAMAXA. Usurpat Latinis litteris *Schol.* ad *Stat. 8. Theb. 207.* V. loc. in AMPHIARAUS §. 4. in ONOM. — **β**) Hinc a similitudine genus quoddam collyrii est ita dictum. *Marcell. Empir. 8. §. 5. sub init.* Quod collyrium, quia ex quatuor rebus, ut quadriga equis, constat, et celeres effectus habet, harma dicitur, recipit haec, etc.

HARMĂMAXĂ. V. ARMAMAXA.

HARMŎGĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ἁρμογή (ab ἁρμόζω; apto vel convenio), qua significatur apta iunctura, commissura, et transitus dissimilium colorum in pictura, ut paulatim minuantur, misceanturque sic, ut transire alter in alterum in confinio videatur, ut *Plin. 35. 11. 1.*; sic enim veteres appellavere Pictores; *confine, contorno, accordo, union de' colori, lo sfumare un colore, dove si passa ad un altro*. V. INCISURA.

HARMŎNĬĂ, ae, f. Vox Graeca, ἁρμονία, ab ἁρμόζω; apto. Cf. voc. praeced. — **b**) Ἀρχαϊκῶς *harmoniaï* pro *harmonias* dixit more suo *Lucret. 3. 132.* V. loc. infra §. 2. — **c**) Derivata, *harmoniacus, harmonice, harmonicus, harmonicus, harmonizatus*. — **d**) Compositum, *enharmonicus*.

HARMONIA proprie est compositio seu concordia, convenientia rerum celeroquin dissimilium: et praesertim concentus, et consonantia vocum acutarum et gravium, in cantu et fidibus; *armonia, consonanza*. *Quintil. 1. 10. 12.* Nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam vocant harmoniam *(ἁρμονίαν habent multi libri)*, sonum quoque his motibus dederunt. *Lucret. 3. 98.* Quamvis multi quidem sapientum turba putarunt, Sensum animi certa non esse in parte locatum, Verum habitum quendam vitalem corporis esse, Harmoniam Grai quam dicunt, quod faciat nos Vivere cum sensu. *Cic. 1. Tusc. 10.* hunc *Lucretii* locum explicat. *Id. ibid. 18.* Harmoniam ex intervallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures. Et *3. Nat. D. 11.* Ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat. De hac harmonia agit *Vitruv. 5. 4.* Adde *Cic. 1. Rep. 10.* — *Capell. 7. §. 737.* Hic primus numerus, id est senarius, harmonias ostenditur genuisse. — **β**) Translate de quacumque rerum inter se convenientia; *accordo, simetria*. *Lucret. 3. 132.* Quoniam est animi natura reperta Atque animae quasi pars hominis: redde harmoniae Nomen. *Id. ibid. 119.* Neque harmoniam corpus retinere solere. *Id. 4. 1244.* Nam multum harmoniae Veneris differre videntur Atque aliae alii complent magis, etc. — *Boëth. 2. Arithm. 32.* Non sine causa dictum est, omnia quae ex contrariis consisterent, harmonia quadam coniungi atque componi. Est enim harmonia, plurimorum adunatio et dissentientium consensio. *Id. ibid. 49.* Harmonia geometrica. — **γ**) De versibus et cantu. *Prudent. 3. Cathemer. 90.* te nostra, Deus, canit harmonia.

HARMŎNĬĂCUS. V. HARMONICUS §. 1. *fin.*

HARMŎNĬCĒ. V. voc. seq. §. 3.

HARMŎNĬCUS, a, um. Adiect. ab *harmonia;* ad harmoniam pertinens, et convenientiam rerum; *armonico*. *Varr. 10. LL. 3. a med.* Ut ea, quae observant in aedificiis, et signis faciendis artifices, e quois vocantur aliae harmonicae, etc. *Plin. 2. 113. 1.* Harmonica ratio, quae cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensurae stadia XII. millia. — *Capell. 9. §. 936.* Primo quippe quum Lasus exorsus harmonicam vim mortalibus divulgaret. *Codd.* tamen habent *harmoniacam*, quod *Kopp*, aliique ante eum in textu retinuerunt. — **β**) Apud Mathematicos *harmonica medietas* est ea, in qua quemadmodum maximus terminus ad parvissimum terminum ponitur, sic differentia maximi et medii contra differentiam medii atque parvissimi comparatur. Haec *Boëth. 2. Arithm. 47.* — *Id. 3. Mus. 12.* Vocatur igitur illa medietas, in qua aeque sunt differentiae, arithmetica; illa vero, in qua aequae proportiones, geometrica: illa autem, quam tertiam descripsimus, harmonica. *Id. 3. ibid. 2.* Harmonica regula. V. *integr. loc.* Adde *2. Arithm. 41.* et *alibi*. — **γ**) Absolute, substantivorum more,

HARMONICA, ae, vel, *Graeca positione*, Harmonice, es, f. Est pars musicae, quae de harmonia agit. *Boëth. 3. Music. 1.* Harmonica est facultas differentias acutorum et gravium sonorum sensu ac ratione perpendens. — *Vitruv. 5. 3. in fin.* Sic theatrorum per harmonices, ad augendam vocem ratiocinationes ab Antiquis sunt constitutae.

HARMŎNIZĀTUS, a, um. Adiect., participiorum more effictum, ab *harmonia;* harmoniae aptatus, conveniens; *armonizzato*. *Ambros. in Psalm. 118. Serm. 7. n. 27.* Vidit eum *(Davidem)* Michol filia Saul saltantem et percutientem in organis harmonizatis in conspectu Domini. *Alii, sed perperam, legunt* armigatis (V. ARMIGATUS). *Alii aliter.* Ad rem plura dabit de hoc loco satis vexato cl. *Vercellone* in *Var. lect. ad 2. Reg. 6. 14.*

* HARPĂ, ae, f. Vox barbaricae originis, qua significatur instrumentum musicum, lyrae simile; *arpa:* ab ἅρπη; falx, quia in modum falcis ex una parte incurvum est. *Venant. 7. carm. 8. 63.* Romanusque lyra plaudat tibi, Barbarus harpa. Adde *Rund. praef. l. 1. a med.* V. loc. in BOMBICO.

HARPACTĬCON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἁρπακτικόν, proprie adiectiva, qua significatur genus quoddam sulphuris, ita dicti a celeritate avellendi: avelli enim subinde debet, cum in aliqua parte corporis medicinae causa imponitur: ab ἁρπάζω; rapio. *Plin. 35. 50. 4.*

HARPĂGĂ, ae, f. et *Graeca positione*,

HARPĂGĒ, es, f. Vox Graeca, ἅρπαγη, qua significatur instrumentum ferreum aduncum, ut ferrea manus, harpago, rastrum ferreum, aut huiusmodi, quo in murorum oppugnationibus utebantur: ab ἁρπάζω; rapio, quia illo quippiam apprehensum deripitur; *rampicone*. *Sisenn.* apud *Non. 18. 29.* Falces iniectas comminuunt: puteos, propius collocatis harpagis, deiiciunt: *harpagis* potest etiam esse ab *harpagum* neutr. et ita accipitur a *Nonio*.

HARPĂGĬNĔTŬLUS, i, m. Deminut. ab *harpago;* parvus harpago. *Vitruv. 7. 3.* Pro columnis enim statuuntur calami, pro fastigiis harpaginetuli striati, cum crispis foliis, et volutis; *h. e.* parvae harpagae; seu opera in modum harpagae recurva. *Alii leg.* harpages, et mituli: *alii* alia comminiscuntur; *alii* denique locum pro desperato habent, et inexplicabili. Sed quid reapse sint *harpaginetuli*, indicat pictura vetus, cuius explicationem exhibet *Auct.* operis, cui titulus: *Le pitture antiche di Ercolano, T. 1. p. 212.* Ea illius verba: *Sembra che questa pittura ne somministri lume più chiaro per illustrare si fatto stravissimo luogo. Sul colonnato principale della nostra pittura non si vede già un thulus, o sia ciborium, vale a dire quel cupolino, che*

Digitized by Google

comparisce nelle medaglie della Dea Vesta, ma un so che altro di forma circolare e straordinaria, tutto intessuto di certi lavori uncinati, altissimi ad afferrare, e tirarsi dietro qualunque cosa, non altrimenti che gli harpagones, *o sieno que' ferri di punta adunca, con cui si afferrano i navigli o altra cosa. Questi dunque, che nella pittura si vedono tener luogo di fastigio, par che rappresentino bene quel che Vitruvio ha voluto spiegarci.*

HARPĂGĬUS. V. ARPAGIUS.

HARPĂGO, ās, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. inductum a *Plauto*, a Graeca voce ἁρπάζω; rapio; unde ἁρπαγή; rapina. — Est aufero, rapio; *rapire, rubare. Plaut. Aul. 2. 2. 24.* hei misero mihi! Aurum mihi intus harpagatum est. *Id. Bacch. 4. 4. 11.* Improbis, cum improbus sit, harpaget: furibus furetur quod queat. *Id. Pseud. 4. 2. 2.* Nihil etiam dum harpagavit, praeter cyathum. Et *1. 2. 6.* ubi data occasio est, rape, clepe, tene, harpaga, Bibe, es, fuge, hoc eorum est opus. Cf. voc. seq.

HARPĂGO, ōnis, m. Vox Graeca, ἅρπαξ vel ἁρπάγη (ab ἁρπάζω; rapio. Cf. voc. praeced.), qua significatur instrumentum ferreum, in fine aduncum, quo aliquid apprehenditur, et deripitur, attrahiturve, ad varios usus, praesertim bellicos; *uncino, rampicone. Liv. 30. 10. a med.* Asseres ferreo unco praefixi (harpagonas vocat miles) ex Punicis navibus iniici in Romanas coepti. *Curt. 4. 3.* Ferreae quoque manus (harpagonas vocant) quas operibus hostium iniicerent, corvique, et alia tuendis urbibus excogitata praeparabantur. *Plin. 7. 57. 17.* Harpagonas et manus invenit Pericles Atheniensis. *Auct. B. Hisp. 16.* Secum extulerant harpagones ad casas, quae stramenticiae aedificatae erant, diruendas. *Ulp. Dig. 33. 7. 13. §. 21.* Canales autem et harpagones, et hamas instrumento contineri constat; *h. e.* unci, quibus quippiam ex puteis extrahitur. Adde *Caes. 7. B. G. 81.* et *1. B. C. 57.*, qui priore loco idem significat, quod in *Curtii* allatis verbis: posteriore, quod in *Livii*. Cf. HARPAX. — **2)** Translate et ex vi originis rapacem, furacem significat: hinc *Plaut. Trin. 2. 1. 13.* ab re Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes, avarus. — **3)** A similitudine de unguibus avium rapacium usurpavit *Gild. 2. Excid. Britann. 7. n. 1.* Harpagones accipitris.

HARPĂGUM, i, n. V. HARPAGA *fin.*

HARPASTUM, i, n. Vox Graeca, ἁρπαστόν (ab ἁρπάζω; rapio), qua significatur genus pilae grandioris, quam pila paganica, minoris tamen quam follis, ita dictae quod plures proiectum harpastum conentur arripere, et extra ludi limites elicere; *palla del calcio*. Nam hoc pilae genus non repercutitur, sed cum multi ludentes in duas partes divisi sunt, quisque annititur pilam arripere, et ad eos, qui post se sunt viciniores limitibus, transmittere: eiusque partis victoria est, quae pilam extra limites adversariae partis eiecerit. Laboriosum ludi genus est, grandioribusque tantum conveniens. Cum enim multi simul pilam arripere conantur, in terram se iovicem prosternunt, pulvereque et sudore infecti flavescunt. Ludus huiusmodi etiam *sphaeromachia* appellatur: quam vocem vide suo loco. *Martial. 4. 19.* Seu lentum ceroma teris, tepidumque trigona, Sive harpasta manu pulverulenta rapis. *Id. 7. 67.* Harpasto quoque subligata ludit.

HARPAX, ăgis, et *Graeca declinatione*, ăgos, omn. gen. Vox Graeca, ἅρπαξ, proprie adiectiva; quae rapit, vel attrahit, ab ἁρπάζω; rapio, absolute tamen aliquando adhibita. — **b)** Derivata, *harpasticon, harpaga, harpago, harpaginatulus, harpagius, harpago, as,* et *harpago, ōnis, harpastum, harpazomene.*

HARPAX proprie dicitur verticillus ex electro, ita appellatus, quod folia et festucas rapiat. *Plin. 37. 11. 6. de electro.* In Syria feminas verticillos inde facere, et vocare harpaga, quia folia et paleas, vestiumque fimbrias rapiat. Adde *Isid. 16. Orig. 8. 7.*, qui eadem fere habet. — **2)** Item instrumentum illud ferreum, quod et lupus dicitur. *Isid. 20. Orig. 15. ad fin.* Lupus, qui et Canicula, ferreus harpax, quia, si quid in puteum decidit, rapit et extrahit: unde et nomen accepit; harpax enim dictus, quia arripit. V. LUPUS.

HARPAZŎMĔNĒ, *Graeca positione*, es, f. Particip. Graecum, ἁρπαζόμενος, η, ον, verbi ἁρπάζω; rapio; ex quo absolute ἁρπαζομένη; *h. e.* rapta; quo titulo venit comoedia *Caecilii Statii*, cuius fragmenta exstant apud *Charis. 1. p. 117. Putsch.* (ubi *Harpazomenos, is* Ἁρπαζόμενος), *Non. 155. 17. Merc., Donat.* ad *Ter. Eun. 4. 4. 4. aliosque.*

HARPAZOMENOS. V. voc. praeced.

HARPĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ἅρπη, qua significatur ensis falcatus, et incurvus in anteriorem partem; *ronca*: quo Mercurius in Argum, et Perseus in Medusam usi feruntur, ut apud *Lucan. 9. 660.* et *seqq.* et *Val. Flacc. 4. 388.* legitur. *Ovid. 5. Met. 69.* Vertit in hunc harpen spectatam caede Medusae Acrisioniades, adigitque in pectus. Et *176.* Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe. *Id. 1. ibid. 717.* falcatum ensem, *5. ibid. 8.* hamatum, et *4. ibid. 719.* ferrum curvo hamo appellat. *Schol. 21.* ad *Germanic. Arat. 267.* et *268.* Harpe adamantina. V. integr. loc. — Harpe utebantur gladiatores Thraces ex sententia *Lipsii Saturnal. l. 2. c. 9.*, harpes vero figuram habes apud *Grut. 335.* in gladiatore M. Antonio Exocho. — **2)** Deinde, a similitudine,

II. *Harpe* est etiam avis ex vulturum genere, quae contra triorchem inimicitias gerit, teste *Plin. 10. 96. 1.* — Recentioribus est *Falco gentilis, Linn.*

HARPŸIA (et Harpўă), frequentius in plur. num. Harpyiae, ārum, f. Nomen Graecum, Ἅρπυιαι, quo significantur aves quaedam monstrosae atque obscenae, de quibus multa fabulantur Poëtae ac Mythologi, ut dicemus suo loco in ONOM., quae cum rapacissimae ac voracissimae fingantur, factum est, ut eorum nomen transferretur de homine rapaci et avaro. *Rutil. 1. Itin. 607.*

Non olim sacri iustissimus arbiter auri
Circumsistentes reppulit Harpyias?
Harpyias, quarum discerpitur unguibus orbis,
Quae pede glutineo, quod tetigere, trahunt.

Sidon. 3. ep. 7. illi in exactionibus Harpyiae sunt. *Auct. Queroli, 3. p. 110.* ed. *Klinkh.* Harpyias, quaeso, praeteristi, quae semper rapiunt et volant. Cf. voc. seq.

HARPŸĂCUS. V. voc. seq.

HARPŸIĂCUS *(pro quo postius* Harpyacus), a, um. Adiect. ab *Harpyia;* ad harpyas pertinens, eo sensu, quo in voc. praeced. est dictum. *Pott.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 603. Burm.* Perditaque Harpyacis aera rapit manibus.

HARŬGĂ et HARVĬGĂ. } V. ARVIGA.

HĂRUM. V. AROS §. b.

HARUNDO. V. ARUNDO §. b.

HARUSPEX et Aruspex, ĭcis, m. Nomen divini seu harioli, ab *haruga;* hoc est hostia, victima, quae in hara includitur, si *Donato* in *Ter. Phorm. 4. 4. 28.* fides habenda; vel potius ab ἱερεύς; sacerdos, et *spicio*, ut significet sacerdotem extis inspiciendis deditum. *Lanzius* enim *Sagg. di ling. Etr. T. 2. p. 739.* et *alibi saepius*, ostendit, Etrusce *herus* sacerdotem, *heris* sacrum, *herias* sacrificia significare. Cf. *Isid. 8. Orig. 9. 17.* — Aliud etymon proponit *Veratti* in *Opusc. di Mod. T. 4. p. 81.* et *seq.* ab *a* nempe intensiva et *ruspari*, ut *aruspex* idem sit ac investigator futuri universim. V. loc. cit. — **b)** Scribitur et *aruspex:* sed pro aspiratione stant *Manut.* et *Cellar.* ex auctoritate *Donati* ad *Ter. Phorm. 4. 4. 28.* et quamplurium veterum Inscriptionum. Sic in *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1861. p. 207.* « C. Noni Iustini Aruspicis patris, etc. » — Praeterea *Arrespex* est in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. I. n. 1348.* « C. Baebius L. f. Arrespex. » — *Harispex* in *alia, ibid. n. 1581.* « C. Petronius C. f. Harispex. » *Alia* apud *Cavedoni, di due antichi Cimit.* etc. *p. 50.* « Sex. Granio Harispici. » — In his tamen videtur non tantum nomen officii, quantum cognomen alicui ex eo inditum. V. HARUSPEX in ONOM. — **c)** Derivata, *haruspica, haruspicalis, haruspicinus, haruspicium.*

HARUSPEX est qui exta victimarum praesertim inspicit, atque ex iis futura praedicit; *pronosticatore, indovino, aruspice:* et idem est ac *extispex;* differt autem ab *auspice* vel *augure*, qui ab avibus inspiciendis dicti sunt. Proprie autem Romani *haruspices* dixere, qui ex victimae inspectione, antequam ea mactaretur; ex exstispicio autem, postquam eadem occisa esset, variisque flammae, fumique, vini quoque, ac turis, vel farinae, ex qua liba fiebant, observationibus, futura praedicere putabantur. Quod vero *Cic. 1. Divin. 41.* et *Val. Max. 1. 1.* de principum filiis narrant, Etruriae populis in disciplinam datis, id de Etruscorum, non, ut aliqui falso putant, de Romanorum filiis intelligendum est. Hanc enim disciplinam Etrusci semper sibi reservarunt: hinc nusquam inter haruspices, quotquot nominantur, Romanum nomen deprehendas; et fere semper *Etrusci haruspices* dicuntur, ut apud *Cic. 2. Divin. 35.* et *2. Leg. 9.*, tum apud *Gell. 4. 5.*; praeterea *Cic. 6. Fam. 18.* Caesarem carpit, quod haruspicem in senatum Romae legisset. Porro Romae, ut augures honoratissimi erant, ita haruspices despicatui habebantur, quod ex locis Scriptorum mox afferendis maxime patebit. Praecipuum vero haruspicum munus erat sacrificantibus adesse, caesaque victima, eius exta diligenter inspicere, et quid iis portenderetur, significare. Stabant ad hoc officium cincti Gabino incincti, barba rasa, cultrum manu tenentes, quo viscera victimae secabant, et rimabantur: habebantque eorum praedictiones summam fidem, non secus ac augurum. Sed et alia observabant, praeter victimas. Interpretabantur enim prodigia et monstra, quaecumque acciderent, fulmina, et alia huiusmodi piscularia, ut ex *Cic. 3. Catil. 8.* et ex eiusdem oratione *de Haruspicum responsis* apparet. — **2)** Crescente Romae eorum numero, ex eodem sumebantur, qui consulibus, pontificibus, aliisque magistratibus in Urbe, et imperatoribus in exercitu, dum sacrificabant, praesto essent. *Cic. 1. Divin. 39.* Quid enim habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, et proferat diem? quid augur, cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum? *Sil. 5. 102.* dum vos

Digitized by Google

augur, et extis Quaesitae fibrae, vanusque moratur haruspex. *Virg. 11. Aen. 739.* dum sacra secundus haruspex Nunciet; h. e. nuncians prospera esse exta victimarum. *Colum. 1. 8. ante med.* Haruspices, sagasque, quae utraque genera vana superstitione rudes animos ad impensas, ac deioceps ad flagitia compellunt, ne admiserit villicus. — **3)** Haruspicum ordo seu collegium in municipiis et coloniis videtur ad sexagenarium numerum excrevisse, ut constat ex tribus *Inscr.* Beneventana apud *Fabretti, p. 715. n. 349.* D. M. L. Caesennii Sospitani ex ordine haruspic. LX., vixit anni XXV., parentes filio optimo: *alia* Lugdunensi apud *Grut. 504. 8.* D M. M. Oppii Placidi Har. Prim. de LX., cui locum sepulturae ordo sanctissim. Lug. dedit: *alia* Romana apud *Reines. Cl. 5. n. 15.* L. Fonteius Flavianus haruspex Augg. CC. (h. e. Caesarum), pontifex, dictator Alban., Mag. publicus haruspicum ordini haruspicum LX. D. D. — Consule *Orelli*, in n. *2291.* et *seqq.* — **4)** *Haruspex extispicus* alius erat ab *haruspice fulguratore*. V. *Inscr.* in EXTISPICUS et in FULGURATOR §. 2. — **5)** Latiore significatione *haruspex* sumitur interdum etiam universim pro eo, qui est ex qualibet natione, et quacumque ratione futura praedicit. *Iuvenal. 6. 548.* Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi Testamentum ingens, calido pulmone columbae Tractato, Armenius, vel Commagenus haruspex. *Propert. 3. 11. 39.* Proloquar: atque utinam patriae sim vanus haruspex! Frangitur ipsa suis Roma superba bonis. — **6)** *Haruspex* titulus est etiam comoediae *Pomponii* apud *Non. 516. 18. Merc.*

Nota I. Contra haruspices latae sunt leges *Constantini Imp.* a. *319.*, in *Cod. Theod. 9. 16. 1.* et 2. et *Constantii Imp.* a. *357.* et *358.*, *ibid. 16. 4.* et *6.*, quas vide, coll. insuper voce. seqq. — De Haruspicibus insuper alia dabit *Müller, Etrusq. 2. p. 6.* et *seqq.* — **Nota II.** *Magi* et *haruspices, incantatores* et *malefici* ita inter se distinguuntur ab *Isid. 1. Differ. 291.* « *Incantatores* sunt, qui rem verbis peragunt: *magi*, qui de sideribus philosophantur: *malefici*, qui sanguine utuntur et victimis, et saepe contingunt corpora mortuorum: *haruspices*, qui exta pecudum inspiciunt et ex eis futura praedicunt ». — Cf. etiam quae diximus supra §. 1. *init.* de discrimine inter *haruspices, auspices* et *augures*.

HĂRUSPĪCĂ et Aruspica, ae, f. Nomen ab *haruspex*, proprie adiect., absolute tamen adhibitum de muliere, quae haruspicinam facit. *Plaut. Mil. 3. 1. 98.* Praecantatrici, coniectrici, hariolae, atque haruspicae. — **2)** Alio sensu, V. in HARUSPICIUM.

HĂRUSPĪCĀLIS et Aruspicalis, le. Adiect. ab *haruspex;* ad haruspicem pertinens. *Serv.* ad *4. Aen. 56.* dicendo autem *per aras* aruspicalem artem ostendit. *Alii leg.* auspicalem.

HĂRUSPĪCĪNĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 2.

HĂRUSPĪCĪNUS et Aruspicinus, a, um. Adiect. ab *haruspex;* ad haruspices pertinens. *Cic. 1. Divin. 33.* Quod Etruscorum declarant et haruspicini et fulgurales et rituales libri. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HARUSPICINA, ae, f. (*Subaudi* ars *aut* disciplina). Est idem ac haruspicium. *Cic. 2. Divin. 23.* Oratio, qua haruspicinae disciplina continetur. *Id. 6. Fam. 18.* Haruspicinam facere. *Isid. 8. Orig. 9. 34.* Aruspicinae artem primus Hetruscis tradidisse dicitur Tages. Hic ex oris (*lege* exorans *vel* ex arvis) aruspicinam dictavit et postea non apparuit. V. TAGES in ONOM. — *Valentin. Valens et Gratian. Cod. Theod. 9. 17. 9.* Haruspicinam ego nullam cum maleficorum causis habere consortium iudico . . . Nec haruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus. *Spectat haec lex ad a. 371.* Cf. HARUSPEX in *Nota* I. — **3)** *Fulgent.* in haruspicina duas artes distinguit in *3. Mythol. 10.* In omnibus artibus sunt primae artes et sunt secundae . . . In haruspicinis prima haruspicina, secunda paralysis . . . In haruspicinis aliud est fibrarum particularumque inspectio, aliud secundum Battiadem eventuum immutatio. V. PARALYSIS. — Huc spectat *Lactant.* ad *Stat. 4. Theb. 468.* Ars haruspicina haec habet ut et thuris motus et crepitus, et fumi motus et flexus haruspex ipse colligat, quoniam haec primum signa aut testantur extorum promissus, si bona sint, aut si contraria refragantur, ut testatur liber de thuris signis, qui ipsius Tyresiae scribitur. — **4)** Item *Haruspicina, ōrum*, n. Sunt ea, quae ad haruspices et haruspicinam artem pertinent. *Fulgent.* loc. cit. in §. praeced.

HĂRUSPĪCĪUM et Aruspicium, ii, n. Nomen ab *haruspex*, quo significatur disciplina et officium haruspicum. *Catull. 90. 2.* et discat Persicum haruspicium. *Plin. 7. 57. 12.* Haruspicium invenit Delphus. Quidam Codd. MSS. habent *haruspicam* eodem sensu, teste *Harduino.* V. loc. in FISSICULO. *Auson. epigr. 73.* Sed medicus divis fatisque potentior Alcon Falsum convicit illico haruspicium.

HĂSĒNĂ. V. ARENA §. b.

HĂSĪDĂ, ae, f. Vox Hebraica, חֲסִידָה (*Chasidâh*), quam Interpretes modo pro *ciconia*, sive *avi pia* (scilicet ab amore et pietate in pullos), modo pro *struthiocamelo*, sive *avi impia*, propter duritiem in pullos, exponunt. V. *Gesen. Lex. Hebr.* ad h. v. Legitur apud *Vulg. Interpr. Ital. Ierem. 8. 7.* Hasida in caelo cognovit tempus suum. *Vulg.* noster habet *milvius. LXX. Interpr.* retinuerunt ἀσίδα, et *Gloss. Vett.* habent Hasidia, milvius vel herodius. V. *Schleusn. Nov. Thes.* in *Vet. Testam.* sub v. Ἀσίδα.

HĂSĪDĬĂ. V. voc. praeced.

HASTĂ (et Asta), ae, f. Nomen parum certae originis, neque enim ita facile admittendum est etymon *Isid. 18. Orig. 7. 1.* « Nomen autem *hasta* ab *astu* sumpsit, unde et *astutia.* » Vel quod tradit *Varr. 5. LL. 24.* §. *115.* « Asta *(sic)*, quod astans solet ferri. » — **b)** Aliquando sine aspiratione scriptum reperitur. Sic in *Gloss. Lat. Gr.* Asta; ἔγχος. Et hinc derivatum *astatus* in eodem *Gloss. Lat. Gr.* Astatus; κοντοφόρος. Quam scribendi rationem exhibent et *Inscr.* apud *Orelli, n. 5452.* et *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6747.* V. HASTATUS §. 4. Cf. *Varr.* loc. cit. in §. praeced. et *Apul. de Aspirat. n. 9.* — **c)** Derivata, *hastārius, hastātus, hastile, hastīna, hastīnus, hastula.* — **d)** Composita, *hastifer, subhastārius, subhastatio, subhasto*.

HASTA proprie est telum missile; *asta, lancea, pīcea:* inventum Lacedaemoniorum, teste *Plin. 7. 57. 9.* Est autem lignum teres ferrea cuspide praefixum, quo eminus pugnatur. Porro hastarum triplex est genus: unum breviores continet, quae manu emittuntur: alterum longiores, gravioresque, quas et manu retinere, et iaculari etiam quis possit: tertium gravissimas, quae tormentis emittebantur. *Cic. Senect. 6. a med.* Eminus hastis, cominus gladiis uti. *Id. 2. Fin. 30.* Evelli eam iussit, qua erat transfixus, hastam. *(Id. 3. Fam. 12.* hoc idem narrans, *spiculum* vocat). *Id. 1. Orat. 57.* Hastas *(amentatas)* torquere. *Id. 2. ibid. 78.* iactare. Et *80.* vibrare. *Flor. 2. 17.* quatere. *Virg. 12. Aen. 431.* coruscare. *Ovid. 8. Met. 66.* dirigere in aliquem. Et *11. ibid. 8.* mittere in os alicuius. *Val. Flacc. 6. 270.* conlicere. *Virg. 10. Aen. 324.* infensam hastam contendere; h. e. iacere. *Tacit. 2. Ann. 21.* protendere, aut colligere; h. e. extendere, aut reducere, seu receptare (ut *Virg. 10. Aen. 383.* loquitur). Et *20.* mittere e tormentis. *Id. 4. ibid. 49.* iacere. *Id. 13. ibid. 59.* incutere. Et 2. *ibid. 81.* ingerere. *Id. 3. Hist. 17.* Hasta aliquem transverberare. Et *8. ibid. 18.* fodere. *Ovid. 3. Fast. 711.* perforare. *Plaut. Capt. 3. 4. 30.* insectari aliquem. *Curt. 4. 4.* transfigere. *Nep. Chabr. 1.* Hastam proiicere. *Virg. 11. Aen. 612.* adversis Tyrrhenus et acer Aconteus Connixi incurrunt hastis. *Id. 12. ibid. 923.* volat atri turbinis instar, Exitium dirum hasta ferens, orasque recludit Loricae, et clypei extremos septemplicis orbes: Per medium stridens transit femur. — *Id. 12. ibid. 398.* ingentem nixus in hastam Aeneas. *Id. 9. ibid. 329.* Stant longis adnixi hastis, et scuta tenentes. Et *465.* Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis Praefigunt capita. — **2)** Translate *abiicere hastam* est causae diffidere, et de re desperare. *Cic. Mur. 21. ad fin. de candidato.* Vides ne tu illum tristem, demissum? iacet, diffidit, abiecit hastas. — **3)** Porro

II. *Hasta* maximi erat usus in bello apud Veteres, quibus habebatur tanquam insigne belli aut pacis, prout *ferrata* esset, aut *pura*, quae altera etiam inter militaria dona censetur. *Tacit. 4. Ann. 21.* Donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. *Suet. Claud. 28.* Quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donavit. *Plin. 7. 29. 2.* Donatus hastis puris duodeviginti. *Inscript.* apud *Grut. 61. 4.* Cn. Octavius Titinius Capito praef. cohortis, trib. milit., donatus hasta pura. *Hasta pura* est sine ferro, quae dabatur ei, qui primus in proelio vicisset, ut ex *Varrone* docet *Serv.* ad *6. Aen. 760.* et *Fest.* loc. mox cit. — Ideo autem pura dabatur, quia pacis erat insigne, non belli: pacis, inquam, quae victoriam virtute partam sequi solet. Nam hasta cum ferro erat insigne belli: unde mos fuit hastam ferratam, aut sanguineam praeustam in eorum fines emittere, quibus bellum per Fetiales indicebatur, ut est apud *Liv. 1. 32.* et Carthaginienses, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* cum bellum vellent, hastam Romam miserunt (V. *Gell. 10. 27.*). Addit *Varro* apud *Serv.* ad *9. Aen. 53.* duces quoque, cum primum hostilem agrum introitum ierant, ominis causa prius hastam in eum agrum misisse, ut castris locum caperent. — **4)** Hinc explicatur quare *hasta* fuerit olim insigne regum, qui eam pro diademate *(alii legunt* cum diademate) gestabant, sceptrum a Graecis dictam. Nam et ab origine rerum, pro Diis immortalibus Antiqui hastas coluere: ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum simulacris hastae adduntur. Haec *Iustin. 43. 3.* Hanc vero explicationem improbat *Daniele, Numism. Capuan. p. 40.* V. et *Rasche, Lex. rei numm. T. 2. P. 2. p. 64.* — **5)** Hinc etiam patet quare hasta attributa fuerit Marti et Minervae, qui belli praesides habiti sunt, ut liquet ex *Capell. 5.* §. *425.* et *6.* §. *569.* — Minerva autem cum *hasta graminea* repraesentabatur. V. GRAMINEUS §. 2. — **6)** Et quare locum etiam habuerit in nuptiis. Sponsus enim sponsae comam hastae cuspide distinguebat. V. dicta in CAELIBARIS §. 1. — **7)** Quia vero initio mos fuit, ut praeda bello parta cum venderetur, hasta posita exponeretur, ad illud ipsum scilicet denotandum; inde factum est, ut

III *Hasta* in auctionibus poneretur, itemque in locationibus: quae ideo et pro auctione ipsa ponitur; *incanto*. *Cic. 2. Offic. 8. de Sulla*. Est enim ausus dicere, hasta posita, cum bona in foro venderet et bo-

Digitized by Google

norum virorum, et locupletum, et certe civium, praedam suam se vendere. *Id. 4. Phil. 4.* Quos non bonorum damnatio, non agrorum assignatio, non illa infinita Pompeii hasta satiavit. *Id. 12. Att. 5.* Nomen illud, quod a Caesare, tres habet conditiones, aut emptionem ab hasta, aut delegationem a mancipe, aut etc. *Nep. Attic. 6.* Ad hastam publicam nunquam accessit; h. e. ad auctionem, quae publice a magistratu fieret: nam et privatorum auctio erat, ut in proxime allato *Cic.* loco. *Colum. praef. l. 1. med.* Ibi nunc ad hastam locamus, ut etc. *Liv. 24. 18. a med.* Cum censores se iam locationibus abstinerent, convenere ad eos, qui hastae huius generis assueverant. *Id. 23. 38.* Comitibusque eorum sub hasta venditis. *Tacit. 13. Ann. 28.* Ius hastae adversus inopes inclementer augere. — **8)** Huc spectat titulus in *Cod. Theod. 10. 17. De fide et iure hastae.* Et in *Cod. altero, 10. 5. De fide et iure hastae fiscalis* et *de adiectionibus*. — **9)** Hinc *hastam* etiam centumviri, qui hastae praeesse aliquando debebant, adhibuere, cum in foro sedebant iudicaturi, ut dictum est sub v. CENTUMVIRI §. 7. et FESTUCA §. 3., ubi loc. *Cait.* — **10)** Item *praetores* et *quaestores*, quare et *hastarius* dictus est praetor, ut sub v. HASTARIUS §. 2. dicemus. — *Hasta quaestoria* autem visitur in quibusdam Numis, de sententia *Cavedoni* in *Opusc. di Modena, T. 9. p. 358.* et *seq.* V. QUAESTOR et PRAETOR. — Sed *praetor ad hastas*, qui affertur ex *Inscr.* apud *Murat. 750. 9.*, suspectus est *Mommseno* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6453.* Cf. voc. seq. §. 2. — **11)** Hinc etiam translate *hastae* sunt argumenta oratoria. *Cic. 1. Orat. 57.* et *Brut. 78.* et *Top. 17.* — **12)** Latiore significatione et improprie sive a similitudine IV. *Hasta* pro tridente poëtice. *Val. Flacc. 1. 641.* cum subito trifida Neptunus in hasta Caeruleum fundo caput extulit. — **13)** Item pro thyrso. *Virg. 5. Ecl. 31.* Daphnis *(instituit)* thyrsos inducere Baccho Et foliis lentas intexere mollibus hastas. — *Id. 7. Aen. 396. de Furiis.* Pampineas gerunt incinctae pellibus hastas. — **14)** Item *hastam* inter gymnasticas exercitationes enumerat *Plaut. Bacch. 1. 2. 73.* et *3. 3. 24.* et *Most. 1. 2. 73.* — **15)** Insuper *hasta* dicta est acus comatoria *Ovid. 2. Fast. 360.* V. loc. in CAELIBARIS §. 2. — **16)** Item *hasta* dicitur genus cometae hastae figura, Graecis quoque λογχίτης dictae. *Plin. 2. 22. 4.* — **17)** Accipitur etiam pro mentula. *Auct. Priap. 43. 1.* et *Auson.* in *Centone Virg.* — **18)** *Hastae* de dentibus apud *Apul. 7. Met. 16.* Dentium renudatis hastis, totum me commorsitat. V. *Hildebr.* ad h. l., ubi plura ad rem.

Nota. *Hasta* differt a *pilo*, quo legionarii utebantur: hasta vero auxiliarii, ut ex *Tacito 12. Ann. 35.* constat. Differt a *lancea*, quae peregrina est: hasta vero Romana.

HASTĀRĬUM, ii, n. V. voc. seq. §. 3.

HASTĀRĬUS (et Astarius) a, um. Adiect. ab *hasta;* ad hastam pertinens, ut *hastaria fabrica* in *Notit. Dignit. Or. c. 10.* — **2)** Hinc *hastarius praetor* est qui hastae publicae praeest; cum enim unicuique praetorum certa causarum genera attributa fuissent, ita ut esset praetor *fideicommissarius* et *tutelaris*, qui de fideicommissis et tutelis cognoscerent, hinc *hastarius* dictus, qui venditiones sub hasta publica faciendas curaret. *Inscript.* apud *Grut. 579. 7.* C. Caerellio Fuldio quaestori candidato Imp. Caes. M. Aurelii Antonini Pii Felicis Aug., tribuno plebis candidato, *praetori* hastario etc. Male *Orelli* interpretatur ex coniectura *primus hastatus*, ut adnotat *Henzen, Suppl. Orelli*, ad n. *2379.*, qui iubet conferri *praetorem ad hastas* sub n. *6453.* V. voc. praeced. §. 10. — **3)** Absolute, substantivorum more,

HASTARIUM, ii, n. Est locus, ubi fit auctio et ubi colliguntur ea, quae sunt vendenda sub hasta. *Tertull. Apolog. 13.* Deos in hastario vectigales habetis. Item illud *Eiusd. 1. ad nation. 10.* Quos Deos in hastarium regessistis, omni quinquennio inter vectigalia vestra proscriptos addicitis. *Augustin. ep. 96.* de hastario emere. *Gloss. Lat. Gr.* Hastarium; λαφυροπωλεῖα. *Isid. Gloss.* n. *148.* Hastarium, ubi venduntur bona proscriptorum. Eadem habet *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 526.* — **4)** Item

HASTARIUS, ii, m. Est miles hasta armatus. *Ammian. 27. 2. ad fin.* Rex hostilium agminum cum paucis captus ab hastariis suffixus patibulo. Alii leg. *Ascariis*, alii melius *Ascuriis*, qui sunt milites in *Notitia Imp. Orient. p. 1487.* cum Erulis, et Batavis inter auxilia Palatina recensiti, ex Ascura nempe Armeniae maioris oppido. — Haec *Furlanetto*, sed Cf. ASCANII in ONOM. — Apud *Veget. 2. Milit. 2.* hastarii iidem sunt qui hastati in R. militia. Optimae tamen editiones habent *hastati*.

HASTĀTUS (et Astatus), a, um. Adiect. ab *hasta*, participiorum more effictum; hasta armatus; *armato d'asta*. *Tacit. 2. Ann. 14.* Prima utcumque acies hastata: ceteris praeusta, aut brevia tela. *Stat. 2. Theb. 718.* Nec magis ardentes Mavors, hastataque pugnae Impulerit Bellona tubas. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HASTATUS, i, m. Est miles hasta armatus. *Curt. 3. 3. a med.* Currum decem millia hastatorum sequebantur: hastas argento exornatas, spicula auro praefixa gestabant. — **3)** Apud Romanos *hastati milites*, vel absolute,

HASTATI, milites erant unum e quatuor peditum generibus, quibus legio constabat (alii enim erant velites, alii hastati, alii principes, alii triarii), ita dicti, quod primo hastis brevibus pugnabant, uti docet *Varro 5. LL. 16.* Hinc *Enn.* apud *Macrob. 6. Saturn. 1. a med.* Hastati sparguntur hastas: fit ferreus imber. Postea vero pilis et gladiis usi sunt: hastae breves apud velites remanserunt. Erant hi flos iuvenum pubescentium, ut *Liv. 8. 8.* loquitur: qui primi pugnam inibant, et, si profligare hostem non possent, recipiebant se post principes, qui proelium resumebant, etc. Atque haec intellige, republica stante; nam sub Caesaribus immutata res est, et principes hastatis in acie antepositi, ut ex *Veget. 1. Milit. 20., 2. ibid. 2. 8.* et *15.* et *alibi* colligitur. *Liv. 22. 5.* Pugna exorta est, non illa ordinaria per principes, hastatosque, et triarios. V. *Eund. l. 8. c. 8.* — **4)** Hastatorum decem erant ordines, ut est apud *Ovid. 3. Fast. 128.*, quorum primus dicebatur *primus hastatus*, alter *secundus*, et sic deinceps reliqui. *Liv. 42. 34.* In eo exercitu miles gregarius fui: tertio anno virtutis causa mihi T. Quintius decumum ordinem hastatum assignavit; h. e. centurionem fecit in postremo hastatorum ordine. Hic enim primus fuit gradus ascendentium e gregaria militia. *Id. ibid. paulo post.* Hic me imperator dignum iudicavit, cui primum hastatum prioris centuriae assignaret. *Cic. 1. Divin. 55.* Cum signifer primi hastati signum non posset movere loco. *Liv. 26. 5. ad fin.* Signifer secundi hastati. — Huc spectant *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6785.* Hastatus prior... *Alia* apud *Orelli, n. 3452.* Astatus posterior coh. I. Et n. *3455.* III. Hast. post; h. e. tertius Hastatus posterior. *Alia* apud *Renier, n. 653.* VIIII. hast. poster.; h. e. nonus hastatus posterior. Cf. *Henzen* in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1858. p. 53.* — **5)** *Primus* et *secundus hastatus* sunt etiam nomina eius, qui primo et secundo hastato praeest, si fides est *Vegetio*, qui haec de his habet *2. Milit. 8.* Primus hastatus duas centurias, idest ducentos homines ducebat in acie secunda (h. e. *inter hastatos, quando, mutato ordine, post principes in acie locati sunt, ut dictum est)*, quem nunc ducenarium vocant. Et *mox.* Item secundus hastatus centuriam semis, idest centumquinquaginta homines regebat. — **6)** *Hastatus* etiam absolute dicitur, qui primum hastatum ducit, in illo *Flori, 1. 18.* C. Minutius, quartae legionis hastatus, unius proboscide abscissa, etc. Ita *Lips. de militia R. l. 2. dial. 8.*, ubi plura de his. — *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6747.* P. Aelio P. f. Papir. Marcello . . . astato *(sic, non vero, adstato, ut perperam apud Grut. 547. 1)* et principi et primipilo; h. e. primo hastato et primo principi (Cf. *Veget.* l. c. in §. praeced.). *Alia* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1858. p. 15.* Centuria frumentarius, exercitator singularium Imperatoris, hastatus leg. III. Aug. Adde *alias* apud *Orelli, n. 798.* et *4962.*

* HASTĬCUS. V. ASTICUS §. 1.

HASTĬFER (et Astifer), ĕra, ĕrum. Adiect. ab *hasta* et *fero;* hastam ferens, hastatus. — Hinc absolute Hastiferi in *Inscr.* apud *Reines. cl. 1. n. 165.* Mamerius magister astiferorum *(sic)*. *Alia* Mogontiaci nuper reperta, quam misit *B. Borghesius*. In Honorem Domus Divinae Deae Virtuti Bellonae montem Vaticanum vetustate collapsum restituerunt hastiferi civitatis Mattiacorum X. Kal. Sept. Imp. Maximino Aug. et Africano Cos.; h. e. anno a Chr. n. 236. — Cl. *Henzen*, in *Suppl. Orelli*, ad n. *4985.*, ubi haec eadem edita est, adnotat: « Num *hastiferi* pro interpretatione Latina *dendrophororum* habendi sunt? an pro militia quadam municipali? » Hoc alterum unice verum putavit *Momms.*, dubitante nihilominus *Henzen*, in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1857. p. 50.*

HASTĪLĔ (et Astile), is, n. Nomen proprie adiect., absolute adhibitum, sive deminut. ab *hasta*, ut vult *Isid. 18. Orig. 7. 1.*, quo significatur lignum hastae, itemque ipsa hasta; *legno dell'asta*. *Nep. Epam. 9.* Ferrum quod ex hastili in corpore remanserat. *Virg. 1. Aen. 317.* Bina manu lato crispans hastilia ferro. *Vulg. Interpr. 2. Reg. 21. 19.* Cuius *(Goliath)* hastile hastae erat quasi liciatorium texentium. — **2)** De ipsa hasta, aut telo. *Ovid. 8. Met. 28.* Torserat adductis hastilia lenta lacertis. *Senec. Hippol. 396.* laeva se pharetrae dabit: Hastile vibret dextra Thessalicum manus. Adde *Ovid 3. Met. 557.* et *12. ibid. 489.* — **3)** Latiore significatione *hastile* dicitur generatim quodvis lignum teres et oblongum, quale est in hasta; *bacchetta, bastone*. *Cic. Rabir. perduell. 7.* Q. Scaevola confectus senectute, et membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus. *Virg. 3. Aen. 23.* densis hastilibus horrida myrtus. *Id. 2. G. 358.* Tum laeves calamos, et rasae hastilia virgae, Fraxineasque aptare sudes. *Plin. 17. 33. 48.* Gracilitatem vitium firmare circumligatis hastilibus. *Cassiod. 7. Var. 15. de columnis.* Quid dicamus moles illas sublimissimas fabricarum quasi quibusdam hastilibus contineri, et substantiae qualitate concavis canalibus excavatas, ut magis ipsas aestimes fuisse transfusas? — *Vulg. Interpr. Exod. 25. 31.* Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius et calamos, scyphos, etc.

HASTĪNĂ (et Astina), ae, f. Deminut. ab *hasta;* parva hasta. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Hastina, δόρυ, ἐλάτιον. Cf. voc. seq.

Digitized by Google

HASTĪNUS (et Astinus), a, um. Adiect. ab *hasta;* ad hastam pertinens, vel ex hasta. Agnoscitur ab *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.* Hasta, hastile, hastinus.

HASTŬLA (et Astula), ae, f. Deminut. ab *hasta;* parvum telum. *Front. de oration. ep. 1.* (edente iterum *A. Mai*) *a med.* Uti clipeo te Achillis in orationibus oportet, non parmulam ventilare, neque hastulis histrionis ludere. — **2)** Translate parva hasta seu virga; *piccol'asta o bacchetta. Sen. 2. Quaest. nat. 51.* Omnium percussarum arborum contra fulmina hastulae surgunt, *nisi malis assulas legere, aut intelligere.* — **3)** *Hastula regia* a Latinis dicitur caulis asphodeli, ut *Plin. 21. 68. 2.* docet. Tota item herba sic appellatur, ut innuit *Apul. Herb. 32.*, quam Latini fortasse sic appellarunt, quia florens regii sceptri (quod brevis veluti hasta est) speciem refert: vel quia est herbarum clarissima: quam ob causam et heroion, ἡρώιον dicta est, ut *Plin. 22. 32. 1.* scribit. Quare rectius *hastula*, quam *astula* scribitur. — **4)** *Hastula* alio sensu V. in ASSULA §. 1.

HATĔRŎCŎPĬĂ, ae, f. Vox Graeca, ἀτεροκοπία (quae tamen apud Graecos Scriptores non reperitur), qua significatur parvae pilae ludus, qui inter exercitationes a Medicis propositas pro quibusdam morbis recensetur a *Coel. Aurel. 3. Chron. 11. n. 133.* Item alienis laboribus exercitio, hoc est colluctantium vel coërcentium, quam Graeci heterocopian vel τραχηλισμὸν vocant. Quidam pro ἀτεροκοπία legerent ἑκατεροκοπίαν.

* HATUBUS; Μεγαλέως. Ita *Gloss. Lat. Gr.*, sed V. *Thes. Ling. Gr.* sub v. Μεγαλέως (*h. e.* qui impedite loquitur), ed. *Didot*.

I. HAU, interiectio. V. AU I.

II. HAU *pro* haud. V. voc. seq. §. b.

HAUD, Adverb. negativum, quod *Mar. Victorin. 1. p. 2462. Putsch.* derivat ab οὐ Graecorum, adiecta a capite aspiratione, et in fine littera *d*, quam Antiqui plerisque verbis adiiciebant. Idem tradit et *Charis. 1. p. 87. ibid.* « *Haud* similiter *d* littera terminatur; οὔ (*alii minus recte* οὐδέ) enim Graeca vox *d* littera terminari apud Antiquos coepit. » Cf. *Phoc. de aspir. p. 1724. ibid.* et *Isid. 1. Orig. 27. 2.* Contra Recentiorum aliqui ab οὐδέ vel οὐδ', aut ab οὔτε vel οὔτ'; novissime vero *Hand, Tursell. T. 3. p. 16.* ab *a* particula negativa deduceret, unde *au, hau* et *haud*, comparatque ἀ, ἄνευ, ἀτάρ et αὐτάρ et ἀρύω ex quo *haurio;* γαδίω, ex quo *gaudeo*. — **b)** Ad scriptionem quod attinet, haec tradit *Mar. Victorin. l. c.* « *Haud . . . d* litteram conservat, si sequens verbum incipiat a vocali, ut *haud aliter muros*, et *haud equidem*. At cum verbum a consonanti incipit, *d* perdit, ut *haut dudum* et *haut multum* et *haut placitura refert*, et inducit *t*. » Patet ex contextu haec postrema verba *et inducit t* temere huic loco assuta fuisse, et quum dicat *haud* perdere *d*, scribendum esse in exemplis allatis *hau dudum, hau multum, hau placitura*, ut recte animadvertit cl. *Ritschel*, in *Prolegom.* ad *Plaut. p. XCVIII.* et *seqq.*, qui insuper formam *hau* revocavit ex Cod. Ambros. ad *Plaut. Trin. 2. 1. 11.* de hac re mihi satis hau liquet. Et *ibid. 4. 61.* Utrumque, Lesbonice, in aetate hau bonum 'st. Quam scriptionem confirmat quoque *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1007.* Heic est sepulcrum hau pulcrum pulcrai *(sic)* feminae. — **c)** Idem dicendum est etiam de quibusdam cum hac particula compositis, in quibus *hau* reperitur, ut in *hauscio* pro *haud scio*, de qua scriptura testem habemus *Phoc. de aspir. p. 1724. Putsch.* « Omnia quae *au* diphthongum in prima syllaba habebunt, daniam respuerunt, ut *audax*. Designatum est *haud* (fortasse leg. est *hau*): unde *hauscio* compositum simplicis habebit scripturam. » Et reapse *Ritschel, l. c.* in Cod. MS. scriptum vidit apud *Plaut. Most. 3. 2. 96. hauscio* pro *haud scio*, et *Poen. 4. 2. 13. hauscus* pro *haud scus*. — **d)** Ceterum ex consuetudine generatim invaluit, ut *haud* solummodo scribatur, quae optimis aeque libris et doctis viris defenditur; quamvis ex aliquot Codd. MSS. in editis libris aliquando retenta est etiam *haut*, quae forma quoque in quibusdam scriptis Lapidibus reperitur, ut in *Inscr.* apud *Orelli, n. 38.* Haut partem exiguam montis etc. — Huc etiam spectant, quae diximus sub v. AUT §. b. et c., ubi et *aut* pro *haut* sive *haud* aliquando scriptum esse, dictum est, coll. *Wagn. Orthogr. Virg. p. 423.* et *429.* — **e)** De confusione huius particulae cum aliis *aut, at, au, ad*, dixit *Hand, loc. cit. p. 57.*, citatis etiam Auctorum locis. — **f)** Composita, praeter dicta supra §. c., sunt *hauddum* et *haudquaquam*, quae et iam divisim scribuntur.

HAUD particula negativa habet quidem eandem vim quam *non*, sed usu differt, neque enim ubique *non* poni potest, ubi *haud* adhibetur, inquit *Forcellinus*. Est itaque non, nequaquam; *no, non:* et, ut plurimum, cum aliis adverbiis iungitur. *Plaut. Merc. 2. 1. 44.* Illi quidem haud sane diu est quum dentes exciderunt. *Ter. Adelph. 5. 2. 8.* Edepol commissatorem haud sane commodum. *Id. Phorm. 2. 1. 55.* Haud ita est. *Id. Eun. 3. 9. 35.* Eia, haud sic decet. *Id. Adelph. 3. 4. 7.* Haud sic auferent. Et *5. 8. 5.* Haud aliter censeo. *Sall. Iug. 17.* Morbus haud saepe quemquam superat. *Ter. Heaut. 5. 2. 5.* Haud minus aegre patior. *Cic. Senect. 2.* Rem haud sane difficilem admirari videmini. *Id. 7. Fam. 1.* Nae tu haud paulo plus, quam quisquam nostrum, delectationis habuisti. *Liv. 2. 60.* Laudibus haud minus, quam praemio, gaudent militum animi. *Nep. Pausan. 1.* Haud ita magna manu fugatus est. *Id. Datam. 4.* Cognoscit haud longe abesse. *Ter. Heaut. 2. 3. 82.* Haud stulte sapis. *Plaut. Most. 1. 2. 18.* Haud aliter dicetis. *Id. Curc. 2. 3. 26.* haud magis cupis. *Ter. Eun. 2. 3. 67.* haud diu est. *Id. Andr. 3. 1. 2.* haud ferme invenias. *Curt. 3. 3. sub fin.* Inexperta remedia haud iniuria ipsis esse suspecta. *Id. 4. 1. a med.* Haud dubie debilior futurus fuit. *Id. 7. 3.* haud secus, quam continenti incendio. Et *ibid.* haud procul castris. *Suet. Galb. 19.* Haud multo post. *Id. Vesp. 14.* haud ultra verba. *Id. Tit. 6.* haud cunctanter. *Tacit. 11. Ann. 33.* Getae praetorii praefecto haud satis fidebant. *Cic. 1. Rep. 3. fin.* Haud facile dixerim, cur etc. *Quintil. 10. 1. 85.* Virgilius haud dubie proximus. *Sall. Cat. 13.* Animus imbutus malis artibus haud facile libidinibus carebat. *Virg. 9. Aen. 375.* Haud temere est visum. *Plaut. Amph. 1. 1. 199.* Haud familiariter accipi. — *Ter. Hec. 1. 2. 20.* Haud opinor commode Finem statuisse orationi militem. — *Haud dum*. V. HAUDDUM. — *Haud quaquam*. V. HAUDQUAQUAM. — **2)** Deinde, sed non ita saepe,

II. *Haud* iungitur adiectivis. *Plaut. Bacch. 3. 2. 6.* Haud sordidae videntur ambae. *Id. ibid. 2. 77.* Iam pol id quidem esse haud perlongum. Et *2. 42.* Haud mala est mulier. *Enn.* apud *Cic. Senect. 1.* Ille vir haud magna cum re, sed plenu' fidei. *Cic. 2. Rep. 34.* Haud mediocris hic, ut ego quidem intelligo, vir fuit. *Sall. Cat. 3.* Pulchrum est bene facere reipublicae: etiam benedicere haud absurdum est. *Ter. Heaut. 4. 1. 16.* Anus haud impura. *Liv. 21. 1.* Haud ignotae belli artes, sed expertae. *Ter. Andr. 3. 2. 49.* Haud dubium est mihi, quin etc. *Justin. 6. 2.* Haud mediocrem fructum tulit. — *Id. 23. 2.* Fraudi haud laetus eventus fuit. Et *44. 4.* haud inferior velocitate. *Suet. Ner. 5.* Haud ignarus. *Id. Oth. 5.* haud dubia fiducia. *Liv. 2. 34* Haud tam facile dictu est, faciendum ne fuerit, quam potuisse arbitror fieri. — **3)** Item pronominibus. *Ter. Andr. 5. 2. 15.* Hic se ipsum fallit, haud ego. *Id. Hec. 2. 3. 3.* Haud pol me quidem. *Plaut. Amph. prol. 150.* Quum esse credent servum, Haud quisquam quaereret, qui siem aut quid venerim. *Id. ibid. 2. 2. 48.* Eum salutat magis haud quisquam quam canem. *Id. Bacch. 1. 1. 25.* Quum tu aderis, huic mihique haud faciet quisquam iniuriam. *Id. Amph. 3. 3. 17.* Faxo haud quicquam sit morae. *Ter. Andr. 2. 1. 36.* At tu hercle haud quicquam mihi, nisi etc. — **4)** Item verbis. *Plaut. Bacch. 2. 3. 88.* Etiam dimidium censes? *Ch.* Non edepol scio; vero haud opinor. *Id. Trin. 2. 4. 44.* Haud nosco tuum. *Id. Bacch. 4. 9. 135.* Haud ausim dicere. *Id. ibid. 3. 2. 34.* Ego, quod dixi, haud mutabo. Et *5. 1. 30.* Haud moror. *Ter. Andr. 1. 1. 15.* Haud muto factum. *Enn.* apud *Gell. 5. 15. fin.* Haud placet. *Cic. 1. Rep. 15.* Tum ille haud dubitavit postridie palam in castris docere, nullum esse prodigium. *Cic. Har. Resp. 1.* Haud potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam etc. *Phaedr. 3. 2.* Damnum haud recusant. *Plaut. Mil. 3. 1. 34.* Haud sum annos natus praeter quinquaginta et quatuor. *Id. Poen. 4. 2. 36.* Quamquam haud otium est. *Id. Cist. 1. 1. 49.* haud me poenitet. *Id. Bacch. 3. 2. 15.* haud scio, quid eo opus sit. — *Petron. Satyr. 99.* Haud mora, *subaudi* fit. *Quintil. 10. 3. 26.* Quod summo supererit, haud deerit. — *Liv. 27. 48.* Haud tantum eis fidens, quantum ab hoste timeri eos credebat. — **5)** Specialim in formulis

III. *Haud vidi magis* formula est ironica, affirmantis quidem, et assentientis, sed cum ironia et irrisione. *Plaut. Amph. 2. 2. 47.* Exspectatus ne advenio? *So.* haud vidi magis; *nulla mora. Id. Poen. 1. 1. 12.* amans per amorem si quid feci, Milphio, Ignoscere id te mihi, aequum est. *Mil.* haud vidi magis. Et ego nunc amore perco; sine, te verberem. Adde *Capt. 3. 4. 29.* — Simile est illud *Cic. Sext. 51.* Est enim homo iste populo R. deditus. Nihil vidi magis. — **6)** Elliptice, subaudito *magis*, pro non tam. *Tacit. 3. Ann. 8.* Ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu trucem, quam, remoto aemulo, aequiorem sibi sperabat. — **7)** Item *haud scio an* est dubitantis, ita tamen, ut in eam partem, quam dicit, propendeat: estque veluti temperatio alicuius sententiae, quam aperte affirmare non audemus. *Cic. 9. Fam. 15.* Est id quidem magnum: atque haud scio an maximum; *sed forte.* Et *2. Nat. D. 4.* Vir sapientissimus, atque haud scio an omnium praestantissimus. *Cic. Amic. 14.* Atque haud scio, an ne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. Cf. AN §. 16. 17. et 18. — **8)** Item *haud scio ne* in illo *Caes. 3. B. G. 52.* Idque adeo haud scio, mirandum ne sit quum compluribus aliis de causis, tum maxime quod etc. — **9)** Sed aliquando *haud scio an* ponitur pro dubito, non liquet. *Cic. Pis. 17.* Atque haud scio, an malim, te videri nulla pudore fuisse, an amicos tuos plus habuisse pudoris, etc. — **10)** *Haud erit ut;* non fiet, fieri non poterit, ut *Lucret. 3. 716.* Haud erit, ut merito immortalis possit haberi. — **11)** Reperitur etiam cum alia negatione iunctum: et adhuc negans more Graecorum. *Plaut. Epid. 5. 1. 57.* Neque ille haud obliciet mihi. *Id. Aul. 2. 4. 7.* haud non velles dividi. *Id. Bacch. 4. 9. 114.* Neque ego haud committam, ut, si paca-

Digitized by Google

tum siet, Fecisse dicas de mea sententia. — Adde illud *Sallust. fragm.* apud *Donat.* ad *Ter. Andr. 1. 2. in fin.* Haud impigre, neque inultus occiditur. — Elliptice. *Plaut. Amph. 1. 3. 3.* Quid istuc est, mi vir, negotii, quod tu tam subito domo Abeas? *In.* Edepol, haud, quod tui me neque domi distaedeat. — **12)** Affirmat tamen in illo *Livii, 1. 3.* Haud nihil ambigam (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Ascanius, an etc.

Nota I. Ad usum huius particulae non incongruum videtur notare interdum a Poëtis inter eam et vocem, quicum copulatur, aliud interseri, ut *Horat. 1. Sat. 3. 8.* coenantis haud animo aequo Exspectans comites. *Id. ibid. 9. 27.* Haud mihi quisquam. Et *36.* haud mihi deero. *Plaut. Most. 3. 2. 115.* Misericordia stulta haut esse hominem oportet. Ita *Ritschel*, quem videsis in *not. crit.* ad *h. l.* — **2)** Item alteri voci postponitur. *Plaut. Aul. 2. 2. 54.* Tu me bos magis haud respicias, quatus quasi numquam siem. — **3)** *Haudque, et haud* nusquam legimus, sed aliquando *atque haud* apud *Plaut. Poen. 3. 3. 10.* Valeant apud te quas volo atque haud te volo. Adde *Rud. 2. 5. 77.* — **Nota II.** Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Tursell. T. 3. p. 14–39.*

HAUDDUM et Haud dum. Adverb. ex *haud* et *dum*, quod et divisim aliquando scribitur. — Est idem ac nondum; a quo tantum negationis confirmatione differt. *Liv. 2. 52.* Quum et patres haud minus, quam pro Coriolano adnisi essent, et patris Agrippae favor hauddum exolevisset, etc. *Id. 29. 11.* Aesculapium quoque ex Graecia quondam hauddum ullo foedere sociata, etc. *Id. 28. 2.* Quum hauddum quisquam hostium senserat. Adde *10. 23.* et *35. 11.* — **2)** Nonnihil tamen discriminis inesse videtur in illo eiusdem *Liv. 10. 6.* Samnitem, multorum annorum cladibus domitum, hauddum foederis novi poenitebat. Sic et *22. 112.* Constantiam hauddum expertus agitare ac tentare animum movendo crebro castra . . . coepit. — **3)** *Tantum hauddum* pro hoc *unum deest, quod nondum*, usurpavit *Sil. 2. 550.* consilione Libyae . . . Ausonius miles sedet? armaque tantum Hauddum sumpta viro?

* HAUDQUAMQUAM perperam pro sequente ab imperitis Librariis scriptum, testatur *Drakenb.* ad *Liv. 7. 26.*

HAUDQUĀQUAM et Haud quaquam. Adverb. ex *haud* et *quaquam*, quod aliquando et divisim scribitur. Cf. *Charis. 1. p. 192. Putsch.* — Est minime omnium, omnino non, nullo modo, nequaquam; *in eum modo. Ter. Heaut. 1. 2. 1.* Haudquaquam etiam cessant. *Cic. 1. Orat. 9. ad fin.* Homo prudens et gravis haudquaquam eloquens. *Sall. Cat. 3.* Gloria haudquaquam par. *Liv. 7. 26.* Haudquaquam certamine ambiguo. *Virg. 4. G. 454.* tibi has miserabilis Orpheus, Haudquaquam ob meritum, poenas . . . Suscitat. *Cic. Amic. 18.* Accedat huc suavitas quaedam oportet sermonum ac morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiae. *Liv. 3. 7.* Ibi haudquaquam aequo praelio pugnatum est. *Tacit. 2. Hist. 66.* Augebat Vitellium victarum legionum haudquaquam fractus animus. *Enn.* apud *Macrob. 6. Sat. 2.* Haud quaquam quemquam semper fortuna sequuta est. *Virg. 12. Aen. 45.* Haudquaquam dictis violentia Turni Flectitur. *Cic. 3. Orat. 22.* Haudquaquam hercle mirandum est. *Liv. 3. 8.* Romanus corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiae. Adde *1. 37.* et *27. 17.* et *Cic. 2. Orat. 33.*

HAUDSĔCUS. V. SECUS.

HĂVĔ, et HĂVĒO. } V. AVEO §. c.

HAULOCAUSTOMA. V. HOLOCAUTOMA.

HAURĬO, ris, si, stum; *raro*, rīvi *vel* ii, rītum, rīre. Verbum transitiv. ab ἀρύω; educo, extraho. Cf. HAUD §. a. *fin.* — **b)** Omissa aspiratione sequiori tempore scriptum aliquando reperitur, ut in *Inscr.* apud *De-Rossi, Bullett. Crist. a. 1866. p. 50.* — Item *austor* pro *haustor* in *alia* apud *Henzen.* V. HAUSTOR. — **c)** De altero praeterito *hausi*, haec habe. *Varr.* apud *Priscian. 10. p. 905. Putsch.* Cum inde hauserint. *Apul. 2. Met. 15.* Lagena facilis hauritu. *Iuvencus in c. 4. Ioann. 2. Evang. hist. 235.* Hauritura cavis putei penetralibus undas. *Apul. 6. Met. 13.* Indidem mihi de scaturigine rorem hauritum ista deferto urnula. Adde *3. ibid. 24.* et V. *Hildebr.* ad *h. l.*, et quos ibi laudat. — **d)** *Hauribant* pro *hauriebant* (quod in 4. coniugat. frequens est) dixit *Lucret. 5. 1325.* — **e)** *Hausus sum* deponentis forma pro *hausi*. *Solin. 5. circa med.* Foramen, qua Diten patrem, ad raptus Liberae exeuntem, fama est lucem hausum. — **f)** Hinc duplex ex analogia supinum *haustum* et *hausum*, unde et duplex particip. *haustus* et *hausurus* (quamquam hoc non ita certum sit. V. infra §. 4.), quemadmodum ex alia praeteriti forma *hausivi* est *hauritum*, unde *hauriturus*. V. supra §. c. — **g)** Particip. *hauriens* §. *10.*, *hauriendus* §. *7.*, *haustus*, et *hauritus*, V. suo loco, *hausturus* §. *4.*, coll. supra §. f., et *hauriturus*, quod V. supra §. c. — **h)** Derivata, *hauritor*, *hauritorius*, *haustio*, *haustor*, *haustrum*, *haustus*, *us*. — **i)** Composita, *adhaurio*, *dehaurio*, *exhaurio*, *inhaurio*, *perhaurio*.

HAURIO proprie est educo, extraho; *tirare, cavar fuori:* et fere de liquoribus dicitur. *Virg. 9. Aen. 25.* Et sic effatus ad undam Processit, summoque hausit de gurgite lymphas. *Horat. 1. Sat. 1. 60.* is neque limo Turbatam haurit aquam. *Cic. 1. Acad. 2.* Haurire a fontibus. *Id. 1. Offic. 2. ad fin.* et *Arch. 6.* E fonte haurire. *Id. 6. Fam. 6. a med.* Eodem fonte hausturus. — Absolute. *Id. Brut. 83.* Num igitur si potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? — **2)** *Haurire de face* proverbialiter dicitur de eo, qui quod peius habetur sumit. *Cic. Brut. 69.* Tu quidem de face hauris. — **3)** Translate de aliis rebus. *Lucret. 6. 140. de vento.* Arbusta evolvens radicibus haurit ab imis; *svellit*. *Cic. 2. Agr. 13.* sumtum haurire ex aerario. — **4)** Hinc latiore significatione translate ponitur pro sumere, percipere. *Id. 3. Tusc. 6.* Quoque affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem. *Curt. 3. 5. in fin.* Utinam Darius aliquid ex hac indole hausisset! *Horat. 1. Sat. 2. 78.* unde laboris Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus. *Id. 2. ibid. 4. 95.* haurire vitae praecepta beatae. *Cic. Sext. 29. extr.* luctum et dolorem animi. *Virg. 10. Aen. 648.* spem animo; *concepire*. Sic *Tacit. 1. Hist. 51.* Expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserant animo. *Cic. 1. Tusc. 35. extr.* Quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates! *patì:* exantlavit. *Virg. 4. Aen. 382.* Spero equidem, in mediis, si quid pia numina possunt, Supplicia hausurum scopulis; *h. e.* passurum, luiturum, poenas daturum. *Alii leg.* hausturum. *Petron. Satyr. 22.* Minimum veluti gustum hauseram somni. — Huc spectant loca *Vulg. Interpr. Prov. 8. 35.* Haurire salutem a Domino. Et *12. 2.* gratiam. Et *18. 22.* iucunditatem. — **5)** Aliquando transfertur ad sensus, imprimis ad auditum et visum, et est percipere, sentire. *Virg. 4. Aen. 359.* vocemque his auribus hausi; *sentii*. Et *661.* Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus; *vegga, goda dello spettacolo*. *Liv. 27. 51.* Oculis auribusque haurire tantum gaudium cupientes. *Virg. 12. Aen. 26.* simul hoc animo hauri; *attendi, intendi*. Et *10. ibid. 898.* ut auras Suspiciens hausit caelum; *respirò*. Et *2. G. 340.* Cum primae lucem pecudes hausere; *principiarono a vedere*. — **6)** Hinc absolute pro audire. *Val. Flacc. 1. 263.* stupet in ducibus, magnumque sonantes Haurit. — **7)** Deinde, ratione habita finis, ob quem quid hauritur,

II. *Haurio* sumitur pro exhaurire, vacuum reddere, bibere, vorare; et dicitur tam de liquidis, quam de aliis rebus. *Virg. 1. Aen. 742.* Ille impiger hausit Spumantem pateram; *tutta bevve, tracannò*. *Ovid. 14. Met. 277.* Pocula arenti sitientes hausimus ore. *Cic. 11. Phil. 5.* Quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? *Plin. 8. 14. 1.* In India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, ut solidos hauriant cervos, taurosque; *ingoiano*. Sic *Colum. 8. 17. a med.* Quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt. *Ovid. 7. Met. 355.* Stringite, ait, gladios, veteremque haurite cruorem. — *Cic. Sest. 24.* Statim, me perculso, ad meum sanguinem hauriendum, et, spirante re publica, ad eius spolia detrahenda advolaverunt. — **8)** Dicitur quoque de rebus. *Ovid. 3. Fast. 592.* Imoque a gurgite pontus Vertitur, et canas alveus haurit aquas; *h. e.* navis accipit in se insilientes turbati maris undas. — **9)** Translate. *Stat. 1. Theb. 368.* Incertusque viae per nigra silentia vastum Haurit iter; *h. e.* celeri passu conficit, et quasi viam devorat. *Virg. 4. G. 427.* caelo et medium sol igneus orbem Hauserat; *avea trascorso a finito*. *Plin. 36. 24. 15.* Hauriri urbes terrae hiatibus; *restar ingoiate*. — **10)** Hinc etiam ponitur pro consumere, absumere. *Liv. 5. 7.* Horaeque momento simul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit. *Id. 30. 5. extr.* Multos in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma. *Tacit. 16. Ann. 18.* Sua haurientes; *consumare, mangiare il suo*. *Martial. 9. 85.* Hausisti patrias luxuriosus opes; *hai divorato*. — **11)** Huc pertinet et illud *Stat. 1. Theb. 537.* pariter pallorque ruborque Purpureas hausere genas; *h. e.* abstulere purpureum colorem genarum. — **12)** Praeterea, ratione habita effectus, qui hauriendo producitur,

III. *Haurio* ponitur pro perfodere, confodere; *trafiggere, forare, ferire*. *Liv. 7. 10. a med.* Uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit. *Virg. 10. Aen. 315.* huic gladio perque aeris suta, Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum. V. loc. *Isid.* cit. sub V. AURIGA §. a. — Absolute. *Val. Flacc. 6. 354.* peditem pedes haurit Amastrum. — **13)** Huc pertinet illud *Virg. 3. G. 105.* exsultantiaque haurit Corda pavor pulsans; *h. e.* ferit, percellit.

Nota I. Constructio verbi est cum accusat. rei (raro admodum personae, V. §. 12. *fin.* et *Apul. Florid. n. 15.*, ubi *haurire comites*, apud quem V. *Hildebr.*), et ablat. cum praepos. *a* vel *ab*, *e* vel *ex*, *de fin* apud *Vulg. Interpr. Iohn. 4. 11.*), addito aliquando ablativo instrumenti, vel dativo communi. — **Nota II.** Quomodo distinguatur ab *exhaurio*, V. sub h. v. in *Nota*.

HAURĪTOR, ōris, m. Verbale ab *haurio;* qui haurit, haustor. *Petr. Chrysol. serm. 86.* Hierosolymitanus fons abundat, cum impellit Angelus, non cum sitit hauritor.

HAURĪTŌRĬUM. V. voc. seq.

HAURĪTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *haurio;* ad hauriendum

Digitized by Google

aptus. *Gloss. Isid.* Girgillus, rota hauritoria. V. GIRGILLUS §. 1. — **B)** Absolute, substantivorum more,

HAURITORIUM, ii, n. Est vas ad hauriendam aquam. *Gloss. Philox.* Hauritorium; ἀντλητήριον. — **a)** Translate. *Gaudent. Brix. Serm. 16.* Nunc vero sanctarum lectionum puteus altus est, et ego hauritorium verbi non habens, aquam vivam sitientibus vobis interim ministrare non possum.

HAURĪTUS, a, um. Particip. verbi *haurio;* extractus; *cavato. Apul. 3. Met. 24.* Haurito plusculo uncto corporis mei membra perfricui. V. HAURIO §. c.

HAUSCĬO. } V. HAUD §. c.
HAUSĔCUS. }

HAUSTĬO, ōnis, f. Verbale ab *haurio;* actus hauriendi. Agnoscitur a *Priscian. p. 625. Putsch.*

HAUSTOR (et Austor), ōris, m. Verbale ab *haurio;* qui haurit, aut bibit. *Lucan. 9. 591.* Ultimus haustor aquae. Adde *Firmic. 3. Mathes. 29.* — *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5089.* Austoribus *(sic)* in cupa una etc. V. HAURIO §. b.

HAUSTRUM, i, n. Verbale ab *haurio;* machinae genus est, teste *Budaeo,* rotam habens, qua calcata aquam e puteis, vel fluminibus haurimus. Cf. *Isid. 20. Orig. 15. 4.* Sed *Nonius, l. 45.* mavult, haustra esse ipsos cados; h. e. situlas, in huiusmodi machinis, quibus aqua hauritur. Alii dicunt haustra vocari, quae *Vitruv. 10. 9.* sunt modioli rotae additi ad aquam hauriendam: quod cum *Nonii* sententia fere convenit. *Lucret. 5. 517.* Ut fluvios versare rotas, atque haustra videmus. V. GIRGILLUS §. 1.

HAUSTUS (et Austus in *Gloss. Lat. p. 24. n. 168. Hild.*), a, um. Particip. verbi *haurio,* adiectivorum more etiam adhibitum atque iisdem fere significationibus, quibus gaudet verbum. — Est autem proprie extractus, eductus; *cavato fuori. Cic. 1. Fin. 21.* Omnia hausta e fonte naturae. *Id. 1. Divin. 30.* Hausta aqua de iugi puteo. *Ovid. 2. Fast. 294.* palmis hausta duabus aqua. *Id. 14. Met. 129.* et suspiratibus haustis; *e tratto un sospiro.* — **B)** Translate. *Cic. 1. Divin. 11.* Divinitas, unde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. — **b)** Item hauriendo absumptus. *Ovid. 8. Met. 679.* haustum cratera repleri Sponte sua; *votato. Tacit. 16. Ann. 16. extr.* Haustum venenum; *preso, bevuto.* — **d)** Item consumptus; *consumato. Tacit. 12. Ann. 58.* Bononiensis colonia igni hausta. — **e)** Item devoratus, absorptus; *divorato, ingoiato, assorbito. Val. Flacc. 4. 48.* Domus hausta fluctu. *Plin. 2. 82. 1.* Moenia hiatu profundo hausta. *Ovid. 3. Fast. 600.* Puppis et, expositis omnibus, hausta perit. *Liv. 33. 41.* Naves haustae mari. — **f)** Translate. *Stat. 1. Achill. 503.* totisque novum bibit ossibus ignem: Nec latet haustus amor.

HAUSTUS, us, m. Verbale ab *haurio;* actus hauriendi, eductio liquoris ex aliquo loco; *cavamento, estrazione. Colum. 1. 5.* Putealis quaeratur aqua, quae non sit haustus profundi. — **B)** Est etiam ius hauriendi aquam e puteo, aut fonte vicini. Hinc *haustus* mentio fit in lapidibus sepulcralibus, in quibus de *itu, aditu* et *ambitu,* nam praeter haec tria iura aliquando ius haustus addebatur, propter usum aquae in inferiis et sacrificiis mortuorum. *Cic. Caecin. 26.* Aquaeductus, haustus, iter, actus. Adde *Ulp. Dig. 8. 3. 1.* et V. AMBITUS, us §. 5. — **B)** Item actus bibendi, itemque ipsa res quae bibitur. *Ovid. 6. Met. 336.* Haustus aquae mihi nectar erit; *una bibita.* Et *3. Fast. 274.* exiguis haustibus bibere; *a piccoli sorsi. Phaedr. 1. 1. 8.* A te decurrit ad meos haustus liquor. *Virg. 4. G. 229.* Haustu sparsus aquarum Ora, fove. *Lucan. 3. 343.* Haustus undarum. *Id. 7. 450.* Bacchi; h. e. vini. — **d)** Translate. *Lucret. 1. 113.* Usque adeo largos haustus e fontibu' magnis Lingua meo suavis diti de pectore fundet, etc. V. *Interpr.* ad h. l. — **e)** Deinde latiore significatione, et a similitudine,

II. *Haustus* dicitur de quacumque re, quae hauriri potest et absumi vel percipi. *Flor. 3. 21.* Catulus se ignis haustu ludibrio hostis exemit; *coll'ingoiare del fuoco. Curt. 5. 5.* Alium domi esse caeli haustum, alium lucis aspectum; *altra aria, altro clima. Virg. 4. G. 220.* Esse apibus partem divinae mentis, et haustus Aetherios dixere; h. e. divinos spiritus: haurire nempe eas e caelo spiritum. *Lucret. 5. 1068. de canibus.* Suspensis teneros imitantur dentibus haustus; *abboccamento. Ovid. 13. Met. 526.* Haustus arenae. *Stat. 10. Theb. 427.* pulveris. — **B)** Translate. *Quintil. 12. 2. extr.* Iustitiae haustus bibere. *Horat. 1. Ep. 3. 10.* Pindarici fontis qui non expalluit haustus; h. e. ausus est Pindarum imitari.

HAUSUS. V. HAURIO §. e.

HAUT. V. HAUD §. d.

HE

HE et Hae. Interiectio indignantis. Agnoscunt *Cledon. Art. p. 1851. Putsch.* At si qua sunt similia, quae ex affectu mentis colligenda sunt, id est quod sonum suum vocalibus misceant, ut *he, ohe, ve.* — *Asper Iun. p. 1735. ibid.* « Interiectio est . . . aut indignantis, ut *hae (sic).* » — Exemplo tamen nullo confirmatur. V. *Hand, Turnell. T. 3. p. 42.*

II. **HĒ**, indecl. Nomen est quintae alphabeti Hebraici litterae (ה, *he),* quae medium sonum tenet inter *Aleph* lenius et *Caph* sine puncto *Daghesch,* teste *Gesen.* in *Lex. Hebr.* — Habet *Vulg. Interpr.* in *Ps. 118.* et *Ierem.* in *Thren. c. 1-4.,* quae in tot sectiones, more acrostichidum, sunt distributa, quot sunt alphabeti illius litterae. *Ambros. in Ps. 118. Serm. 5. n. 1.* Sequitur quinta littera *He,* quae Latine significat *est:* vel, ut alibi invenimus, *vivo.* Convenit sibi utraque significatio; qui enim est, vivit; et qui vivit, est. *Hieronym. ep. 30. n. 7.* Secunda connexio est, He, Vau, Zai, Ileth; *ista, et, haec, vita.*

HĔAUTONTĪMŌRŪMĔNOS, *Graeca positione,* i, m. Vox Graeca, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, ipse se puniens, ut *Cic.* vertit *3. Tusc. 27.; il macerantesi.* — Ita inscribitur una ex comoediis *Terentii,* in qua senex Menedemus seipsum parce et duriter accipit, excruciatque, quod saevitia sua filium Cliniam in militiam proficisci compulerit. *Ter. Heaut. prol. 5.* Hodie sum acturus Heautontimorumenon. *Gell. 4. 9.* Idcirco ait Terentius in Heautontimorumeno, Tum quod dem ci, etc. — De eadem comoedia loquitur *Horat. 1. Sat. 2. 20.* ita ut pater ille, Terentii Fabula quem miserum gnato vixisse fugato Inducit, non se peius cruciaverit, atque hic.

HEBDŎMĂDA, ae, f. V. HEBDOMAS.

HEBDŎMĂDĀLIS, le. Adiect. ab *hebdomada;* ad hebdomadam pertinens. *Sidon. 9. ep. 3. a med.* Ecclesia dedicata festis hebdomadalibus. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 30. 14.*

* HEBDŎMĂDĀRĬON, *Graeca positione,* ii, n. Est bestia, de qua *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *3. 27.* Bestiam quoque vidimus praegrandi admodum et inopinabili magnitudine, quam hebdomadarion vocant, adeo immensae potentiae, ut illi perfacile insistentes etiam super dorsum elephantos cerneremus. Fortasse est mendum scripturae pro *dromadarion.* Cf. voc. seq.

HEBDŎMĂDĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *hebdomas;* ad hebdomadem pertinens. Hinc *hebdomadarius frater* vel *hebdomadarius, ii,* m. absolute, est qui in monasteriis per unam hebdomadam fratribus in aliquo officio inservit. *Benedict. Reg. 38.* Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum priusquam incipiat legere . . . postea cum coquinae hebdomadariis et servitoribus se reficiat. *Cassian. 4. Instit. 20.* In septimana cuiusdam fratris, cum praeteriens oeconomus tria lenticulae grana in terra iacere vidisset, quae hebdomadario festinanti . . . elapsa sunt, etc. *Hieronym. praef. ad Regul. S. Pachomii.* Habent per singula monasteria patres et dispensatores et hebdomadarios ac ministros.

HEBDŎMAS, ădis, et *Graeca positione,* ădos, f. Vox Graeca, ἑβδομάς, qua significatur numerus septenarius, vel septem. — **b)** Alia forma est *hebdomada, ae,* apud *Gell. 3. 10. 14.* et *17.* et Scriptores Ecclesiasticos. V. infra §. 1. et seq. Quae forma cum alia aliquando est confusa in antiquis MSS. et editis libris. — **c)** Derivata, *hebdomadalis, hebdomadarius, hebdomaticus.* Cf. HEBDOMADARION.

HEBDOMAS et Hebdomada, proprie est septem vel septenarius numerus: et non solum de septem diebus dicitur totius septimanae, sed etiam de annis, et quibuscumque rebus, quae septenario numero comprehenduntur; *settimana, numero settenario. Varr.* apud *Gell. 3. 10.* Septima autem fere hebdomade, idest nono et quadragesimo die, totus homo in utero absolvitur. *Gell. 15. 2.* In conviviis iuvenum, quae agitare Athenis, hebdomadibus lunae, solemne fuit; h. e. septimo quoque lunae die; *ogni quarto di luna. Auson. de XII. Caesarib. 5. 5.* Claudius hebdomadem duplicem trahit; h. e. regnat annos XIV. — *Gell. 3. 10. fin.* Se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse (h. e. *annum quartum et octogesimum*) et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse; h. e. quadringentos et nonaginta. De *Varrone* loquitur. Adde *Ambros. ep. 44. n. 5.* et *Vulg. Interpr. Dan. 9. 24.* et *alibi.* — **B)** Usurpatur etiam de criticis Medicorum diebus, qui conficiuntur ex numero septenario, et in morbis certe vel salutis, vel mortis signa afferre solent. *Cic. 16. Fam. 9.* Symphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam hebdomada incideres. *Manut. legit* hebdomadem, *alii* hebdomadam. *Gell. 3. 10. ad fin.* Eosque dies omnium maxime κριτικοὺς ἢ κριτίμους cuique videri, primam hebdomadam et secundam et tertiam. — **B)** *Hebdomada maior* apud Scriptores Ecclesiasticos dicta est postrema quadragesimalis temporis; *la settimana santa. Auct. Serm. 4. in Dominica Palmar.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 13. p. 650.* Haec autem hebdomada ideo maior dicitur, vel quia maior sobrietas in ea servatur, vel quia maius quam in caeteris hebdomadibus officium in ea celebratur. — **d)** *Hebdomas,* vel *Hebdomades,* inscripti sunt libri Varronis aliorumque ex Veteribus ad Varronis imitationem. *Gell. 3. 10. init.* M. Varro in primo librorum, qui inscribuntur Hebdomades vel de Imaginibus septenarii numeri, quem Graeci ἑβδομάδα appellant, virtutes potestatesque multas variasque dicit. *Auson. Mosell. 306.* Hic habuit decimo celebrata volumine Marci Hebdomas. — Sic *Hebdomades* scripsit *Bonn.*, quas ipse memorat in libello, cui titulus; *Quomodo substan-*

Digitized by Google

tius etc. — Item Hippocrates Cous, teste *Eulog. in Somn. Scipion. p. 466. Orelli*.

HEBDŎMĂTĬCUS, a, um. Adiect. ab *hebdomas;* ad hebdomadem pertinens. *Firmic. 4. Mathes. 14. a med.* Septeni et noveni anni, qui hebdomatici a Graecis, atque enneatici appellantur. Adde *5. ibid. 3.* V. ENNEATICUS.

HĔBĔNUS. V. EBENUS §. b.

HĔBĔO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv. latentis originis. — **b)** *Incert. Gramm. fragm. de Verbo, n. 40. p. 172. Endl.* impersonale *hebet* tantum agnoscit; ait enim: « *Hebesco* a verbo est *hebet*, *hebeo* autem latinum non est. » — Sed certe usus Scriptorum contrarium docet. — **c)** In quibusdam MSS. et editis libris aliquando omittitur aspiratio praesertim in derivatis. Sic *ebes* pro *hebes* apud *Balb. Exposit. mensurar. p. 101. Lachm.*, et *ebetudo* pro *hebetudo* vel *hebitudo* in *Not. Tir. p. 135.* — *Haebes* autem et *haebescere* scribitur in *Gloss. Lat. Gr.*, sed perperam. — **d)** Derivata, *hebas, hebesco, hebetatio, hebetatrix, hebetesco, hebeto, hebetudo, hebetus*.

HEBEO proprie est obtusus sum; *essere ottuso:* et dicitur de ferro, cuius acies obtusa est. *Liv. 23. 45.* Num ferrum hebet, an dexterae torpent? — **2)** Latiore significatione dicitur a similitudine de aliis rebus, quae aliqua causa torpent, et pigrescunt. *Virg. 5. Aen. 395.* Gelidus tardante senecta Sanguis hebet, frigentque effetae in corpore vires. *Ovid. 4. Trist. 1. 48.* Temporis adversi sic mihi sensus hebet. *Val. Flacc. 4. 41.* Corpus hebet somno; *è languido*. Et *5. 371.* Stella hebet; *impallidisce*. *Lucan. 2. 722.* Et iam Pleias hebet. — **3)** Hinc translate est tardum, pigrumque esse, torpere, non sentire. *Val. Flacc. 1. 53.* Olim annis ille ardor hebet; *è smorzato*. *Stat. 11. Theb. 586.* hebent irae. *Tacit. Germ. 15.* Delegata domus cura feminis senibusque, ipsi hebent; h. e. otio torpent, desidia agunt. *Auson. epigr. 69.* Quid stolidi ad speciem nota novitatis hebetis? h. e. obstupescitis. *Hilar. contra Constantium Imp. 14.* Haec audiens hebui, neque credidi, donec etc.

HĔBES (et Ebes, V. voc. praeced. §. b.), ētis, omn. gen. Adiect. ab *hebeo*. — **b)** *Hebem* pro *hebetem* dixit *Caecil.* apud *Charis. 1. p. 107. Putsch.* — **c)** Alia forma, *hebetus, a, um*, habet *Gloss. Lat. Gr.* Ebetus *(sic)*; ἀμβλύς. — **d)** Comparat. *hebetior* §. 1. et seqq., superlat. *hebetissimus* §. 2.

HEBES proprie est obtusus, retusus, minime acutus; *ottuso, spuntato:* et imprimis de ferro dicitur, cuius acies obtusa est. *Cic. Har. Resp. 1. extr.* Tela leviora atque hebetiora. *Id. fragm.* apud *Non. 2. 468.* Lunae alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua. *Ovid. 5. Art. am. 589.* Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. *Id. 12. Med. 85.* hebeti pectus contudit ictu; *con colpo, che non fa piaga*. — **2)** *Hebes angulus* dicitur a Mathematicis qui maior est recto. *Nipsus, Podism. p. 296. Lachm.* et *Boëth. Geometr. p. 413. ibid.* — **3)** *Hebetes rigores* apud Scriptores rei agrariae ita sunt appellati, quia sine lapidibus sunt, ut ait *Dolabell. p. 305. Lachm.* et *Auct. l. 2. Colon. p. 234. ibid.* — **4)** Dicitur et de aliis rebus, ut de coloribus, odoribus, sensibus ad percipiendum tardis, etc. *Ovid. 3. Fast. 368.* hebes color; *non vivace, smorto, pallido:* splendorem non habens. Sic *Stat. 2. Achill. 288.* lampas. Et *Plin. 37. 26. 1.* Hebetiores carbunculi. *Cic. Planc. 27.* aures. *Plin. 9. 20. 1.* Oculus natura hebes. *Sallust. 2. Orat. ad Caes. a med.* Hebes lingua. *Plin. 7. 17. 1.* Puer incessu tardus, sensu hebes. *Id. 9. 48. 2.* Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est. *Id. 21. 39. 1.* Croci genus unum hebes, alterum odoratum. *Colum. 5. 2. a med.* Uva gustu hebes; *insipida*. *Cels. 7. 6.* Caro hebes; *morta*. — **5)** Translate. *Cic. Orat. 64.* Ne spondeus quidem funditus est repudiandus: etsi, quod est e duabus longis, hebetior videtur et tardior. *Id. 2. Fin. 6.* Dicam, si potero rhetorice, sed hac rhetorica Philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est, cum populariter loquatur, esse interdum paulo hebetiorem; *più grossolana*. *Id. 3. Att. 3. circa med.* Dolor hebes. *Ovid. 1. Pont. 10. 7.* Os hebes est, positaeque movent fastidia mensae; h. e. cibi suavitatem non sentit. *Tacit. 2. Hist. 99.* Quantum hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promptior; h. e. tardus, piger, deses. — **6)** Saepe refertur ad animum, estque idem quod stupidus, tardus ad intelligendum, acumine carens. *Cic. 10. Phil. 8.* Hoc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est) aut negligit. *Id. 2. Divin. 50.* Epicurus, quem hebetem et rudem dicere solent Stoici. *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 15.* Neque hebes ad id, quod melius est, intelligendum. *Tacit. 14. Ann. 11.* Quis adeo hebes inveniretur, ut crederet? *tanto sciocco e stupido? Plin. 2. 48. 1.* Hebes ratio; h. e. crassior, et minime ingeniosa.

HĔBESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *hebeo;* hebere incipio, hebes fio; *divenire ottuso*. *Plin. 7. 51. 3.* Hebescunt sensus, membra torpent, praemoritur visus, auditus, incessus. *Id. 37. 20. 1.* Berylli hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. *Tacit. 1. Ann. 30.* Sidera hebescunt; *s'eccissano*. *Suet. Tib. 69.* Deinde rursum hebescebant *(oculi)*. *Novatian. de Trinit. 2.* Ad solis aspectum oculorum nostrorum acies hebescit. — **2)** Translate. *Cic. 1. Tusc. 50.* Mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit. *Id. 1. Catil. 2.* Patimur hebescere aciem horum auctoritatis. *Id. 4. Acad. 2. ad fin.* Quis reprehendet nostrum otium, qui in eo non modo nosmetipsos hebescere et languere nolumus, sed etiam, ut pluribus prosimus, enitimur? *Sall. Cat. 12.* Postquam divitiae honori esse coeperunt, et eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere virtus, paupertas probro haberi; h. e. nitorem ac vim amittere, obscurari, negligi, non tam acriter exerceri, ut antea. *Tacit. 2. Hist. 77.* Hos ira, odium ad virtutem accendit: illi per fastidium et contumaciam hebescunt; h. e. languescunt, pigri fiunt.

Nota. Discrimen inter *hebesco* et *hebetesco* habet *Fronto, de differ. voc. p. 2204. Putsch.* V. loc. in HEBETESCO.

HĔBĔTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *hebeto*, idem quod hebetudo. *Plin. 23. 46. 1.* Medetur et lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, et melancholicis; *debolezza, caligine*.

HĔBĔTĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *hebeto;* quae hebetat et obtundit. *Plin. 2. 10. 2.* Umbra hebetatrix; *che ecclissa*.

HĔBĔTĀTUS, a, um. Particip. verbi *hebeto*, adiectivorum more etiam adhibitum, hebes factus; *reso ottuso*. *Sil. 16. 103.* Iam campi vallesque madent, hebetataque tela. *Plin. 28. 23. 5.* Hebetata aspectu specula recipere nitorem; *appannati*. Et *Lactant. 6. 2.* hebetati oculi. — **2)** Translate. *Suet. Claud. 2.* Animo simul et corpore hebetato. *Iustin. 6. 8.* Reipublicae vires hebetatae. *Plin. 8. ep. 14.* Hebetatum ingenium.

HĔBĔTESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *hebes;* hebes fio, hebescere incipio, hebesco. *Front. de differ. voc. p. 2204. Putsch.* Hebescit, quod natura obstupescit: hebetescit, quod amittit aciem. *Plin. 28. 23. 3.* Aciem in cultris tonsorum hebetescere. *Cels. 6. 6. n. 37.* Acies oculi hebetescit, ac paene caligat.

HĔBĔTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *hebes*. — Particip. *hebetans* §. 2., *hebetatus*, V. suo loco. — Proprie est hebetem reddo, obtundo; *rendere ottuso*. *Liv. 8. 10.* Cum hastas aut perfregissent, aut hebetassent. *Plin. 20. 21. 3.* Porrum oculorum aciem hebetare traditur. *Id. 2. 10. 2.* Lunam convenit umbra terrae hebetari; *ecclissarsi*. *Virg. 2. Aen. 604.* nubes, quae nunc obducta tuenti Mortales hebetat visus tibi. *Cels. 2. 1.* Auster aures hebetat. *Plin. 18. 30. 1.* Faba hebetare sensus existimata. *Id. 37. 18. 2.* Smaragdos in sole hebetari, in umbra refulgere. *Ovid. 7. Met. 210.* Hebetare flammas; *ammorzare*. Et *5. ibid. 414.* alma dies hebetarat sidera; *avea fatto impallidire*. *Sil. 8. 499.* Vipereumque herbis hebetare et carmine dentem; *legare, agghiacciare*. *Plin. 17. 35. 31.* Gemmas vitium frigore hebetari; *perder il vigore*. *Id. 23. 40. 1.* Oleum venena omnia hebetat. *Id. 24. 64. 1.* Hebetare amaritudines; h. e. lenire, minuere. *Id. 21. 18. 1.* Odor suavior e longinquo, propius admotus hebetatur. *Id. 7. 15. 3.* Primores dentes vocis sermonisque regimen tenent, mutilantes, mollientesve, aut hebetantes verba; *rendendole di fiacco suono*. — **2)** Translate. *Id. 23. 22. 1.* Vino tristitia et cura hebetatur. *Ovid. 4. Pont. 1. 17.* Lethe hebetans pectora; *che toglie la memoria*.

HĔBĔTŪDO (et Ebitudo vel Hebitudo. V. HEBRO §. c.), ĭnis, f. Abstractum ab *hebes;* conditio eius, qui hebes est, hebetatio rei alicuius carentis acumine; *ottusità:* et translate stupiditas, vel tarditas mentis, seu ingenii, visus, et similium. *Macrob. 1. Somn. Scip. 14.* Hebetudo sensuum. Est qui *habitudo* malit; sed nihil mutandum. *Augustin. 7. Civ. D. 21.* Propter superbam istorum hebetudinem. *Id. Serm. 4. n. 1.* ed. *Mai*. Grandis hebitudo *(sic)* circumdat eum, qui proprium non agnoscit errorem, et dum revocatur, spernit. *Gaudent. Brix. Serm. 8. a med.* Cordis hebetudine obtusus. Cf. *Gloss. Lat. p. 161. n. 47.* ibique *Hildebr.*

* HĔBĔTUS. V. HEBES §. c.

HĔBĬTŪDO. V. HEBETUDO.

HEBRĬĂ. V. BRIA §. 2.

HEC *pro* hic. V. HIC §. b.

HĔCĀTOMBAEON. V. HECATOMBION II.

HĔCĀTOMBĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ἑκατόμβη, qua significatur sacrificium centum boum, et generatim centuria quarumcumque victimarum, sed tamen unius generis, ut centum suum, centum ovium, etc. quae ad centum aras uno loco constructas ex cespite mactabantur: ab ἑκατόν; centum, et βοῦς; bos. Aliqui dicunt centum pro multis poni. Aliorum opinio est, hecatombem dictam esse a numero sacrificantium, quod centum Peloponnesi urbes eam facerent, sive centum victimas, sive unam immolarent. Si imperatorium sacrificium esset, centum leones, vel centum aquilae, aut centum alia animalia praestantis generis feriebantur. Hecatombas vovere, Graecis et Romanis antiqui moris fuit, cum pestilentia affligerentur. *Capitolin. Maxim. et Balbin. 11.* et *Maximin. duob. 24.* et *Vopisc. Tacit. 12.* Voce ipsa usus est et *Varr.* apud *Non. 2. 482.* Habes, cuius rei causa fecerim hecatombem. — In plurali num. *Trebell. Gallien. 9.* Confecto itinere, celebratisque hecatombis. Cf. voc. seq.

Digitized by Google

HĔCĂTOMBĪON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, *ἑκατόμβοιος*, proprie adiect. absolute adhibita pro hecatombe. *Sidon. carm. 9. 208.* post hecatombion litatum.

II. HĔCĂTOMBĪON, ōnis, m. Vox Graeca, *ἑκατομβοιών, ῶνος*, ex qua rectius Latine scribendum esset *Hecatombaeon*. Ita appellatus est mensis Augustus, quod in eo fieret hecatombe, ab Atheniensibus, teste *Polem. Silv.* in *Kalend.* Augustus . . . vocatur . . . apud Athenienses Ecatonbion *(lege* Hecatombion *vel* Hecatombaeon).

HĔCĂTOMPŎLIS, is, f. Vox Graeca, *ἑκατόμπολις*, centum urbibus insignis, ab *ἑκατον*; centum, et *πόλις*; urbs. Epitheton est Cretae insulae. *Isid. 14. Orig. 6. 15.* Fuit autem *(Creta)* quondam centum urbibus nobilis, unde et Hecatompolis dicta est. Cf. *Strab. 8. p. 362.* et V. CRETA in ONOM.

HĔCĂTOMPŸLOS, *Graeca positione*, on. Adiect. Graecum, *ἑκατόμπυλος, ον*; h. e. centum portas habens: ab *ἑκατον*; centum, et *πύλη*; porta. *Ammian. 22. 16. de Thebis Aegyptiis.* Hecatompylos enim Thebas nemo non novit. Cf. *Hygin. fab. 275.*

HĔCĂTONSTŸLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca proprie adiectiva, absolute tamen adhibita de porticu, quae centum columnis constat; ab *ἑκατον*; centum, et *στύλος*; columna. *Hieronym.* in *Chron.* ad ann. a Chr. n. 249. Theatrum Pompeii incensum et hecatonstylon. — Hinc *Martial. 2. 14.* Inde petit centum pendentia facta columnis, Illinc Pompeii dona, nemusque duplex.

HĔCĂTONTAS, ădis, f. Vox Graeca, et Graece aliquando declinata, ut infra videre erit: *ἑκατοντάς*; centuria. *Capell. 7. p. 244.* Secundus *(versus numerorum)* a decade usque ad nonaginta: tertius vero ab hecatontade usque ad nongentos. *Hieronym. 2.* in *Amos. 5. 3.* Tertia beatitudo in tertio numero; id est in hecatontade. Sicut enim decas decima unione completur, sic hecatontas ex decem decadibus struitur. *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 50. 1.* Numerus nominis bestiae, secundum Graecorum computationem, per litteras, quae in eo sunt, sexcentos habebit et sexaginta et sex; hoc est decades aequales hecatontasin, et hecatontadas aequales monasin. *Hecatontasin.* dativ. plur. Graecae positionis. Adde *1. ibid. 15. 2.*

HECTĂ. V. HEXTA.

HECTĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἑκτικός*; in habitu positus, consuetudinarius, atque hinc proprius. Quare in *Gloss. Isid.* Etica *(lege* Hectica); proprietas. Et Eticon *(lege* Hecticon, *Graeca positione)*; proprium. — Dicitur autem praecipue de febribus, sed hoc sensu apud Latinos Scriptores non reperi.

HĔCŸRĂ, ae, f. Vox Graeca, *ἑκυρά* et Ionice *ἑκυρή*; socrus; h. e. mater uxoris meae, vel mariti mei; *suocera, madonna*. Nomen est Terentianae comoediae, quia per socrus Myrrhinam, et Sostratam multa ibi aguntur, ut ait *Donatus. Ter. Hecyr. prol. 1.* Hecyra est huic nomen fabulae.

HĔDĔRĂ, ae, f. Nomen plantae cuiusdam, de qua mox. Dictam putat *Festus* apud *Paul. Diac. p. 100. Müll.* vel ab *haerendo*: sive quod *edita* petat: vel quia id, cui adhaeserit, *edat*; quod et *Isid. 12. Orig. 1. 15.* placet. V. loc. in HARDUS §. a. At videtur deducenda ex *ἕδρα*; sedes, quia arboribus insidet, ut equisetum ephedra vocatur eadem de causa. — **b)** Quare et sine aspiratione quibusdam placet scribere: quod et apud ipsum *Festum, p. 82. ibid.* legitur in littera H, ubi et illud docet, flamini Diali non licuisse hederam aut nominare, aut tangere, quia vincit, seu ligat quidquid apprehenderit: flamen autem nullum habebat nodum neque in apice, neque in cinctu, neque in parte ulla alia. Ceterum aspirationem retinet *Dausq.* Nam *Manut.* et *Cellar.* ne in dubium quidem vocarunt, quin h adhibenda esset. Cf. *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.* et *Apul. Not. aspirat.* §. *40.* — Contra *Philarg.* ad *3. Ecel. 39.* a Legitur et *aedera* ab *aerendo* arboribus, et sine aspiratione dici debet. a — **c)** Derivata, *hederaceus, hederatus, hederosus*. — **d)** Compositum, *hederiger*.

HEDERA, planta perpetuo virens, quae cum per se stare non possit, arboribus, et parietibus adeo arcte adhaeret, ut rumpat, et arbores necet; *edera, ellera*. Recentioribus est *Hedera helix, Linn.* Cf. ad rem *Molin, Flore poëtiq. anc. p. 215.* et *seqq.* Tria sunt eius genera: alterum album, a baccarum albedine: alterum nigrum, quod eas subnigras ferat: tertium helix dictum, nullis baccis, folio minore, quam cetera, sed anguloso, et multo concinniore. Ita *Plin. 16. 62. 1.* et *seqq.*, ubi plura de ea, et *24. 47. 1.* et *seqq.*, ubi et medicinae ex eis. *Virg. 7. Ecl. 38.* Candidior cycnis, hedera formosior alba. *Id. 4. ibid. 19.* Errantes hederae. *Id. 4. G. 124.* pallentes. *Horat. 1. Od. 36. 18.* nec Damalis novo divelletur adultero Lascivis hederis ambitiosior. *Ovid. 10. Met. 99.* Hederae flexipedes. *Rufin. Apol. 2. 35.* Ionas non habuit umbram cucurbitae, sed hederae. — **2)** *Hederae nigrae* nomina et virtutes habes apud *Apul. Herb. 99.* Graeci eam dicunt cisson melan, alii cissaron, cission, dionysionve, alii chryson meton, Galli colussellon, Daci arboriam, Latini hederam nigram. — **3)** Quamvis *Plin.* loc. cit. in §. 1. affirmet, hederam sepulchra et muros rumpere, Recentiores tamen putant, nihil detrimenti afferre parietibus, quibus adhaeret, hinc est quod veteres Romani saepe solerent eadem convestire parietes et intercolumnia in villis suis, ut constat ex hoc loco *Cic. 3. ad Q. Fr. 1. 1.* Topiarium laudavi: ita omnia convestit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis, ut denique illi palliati topiariam facere videantur, et hederam vendere. — **4)** *Hederas distinguentis* quaenam fuerint, V. in DISTINGUO §. 7. — **5)** Apud Mythologos et Poëtas

II. *Hedera* putatur esse, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 100. Müll.*, in tutela Liberi, quia ut ille iuvenis semper, ita haec viret: vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat. Adde quod frigiditate sua vini calorem temperat, ut *Serv.* docet ad *Virg. 8. Ecl. 12.* Sunt et aliae huius rei causae, quarum alteram tradit *Ovid. 3. Fast. 767.* hedera est gratissima Baccho. Hoc quoque cur ita sit, dicere nulla mora est. Nysiades Nymphae, puerum quaerente noverca, Hanc frondem cunis apposuere novis. Aliam causam V. in cissos §. 3. Bacchus itaque hedera coronatus fingitur, et comites eius, et thyrsi hedera ornantur, et currus, et alia ad eum pertinentia. *Tertull. Cor. mil. 7.* Liberum eundem apud Aegyptios Osirin, Harpocration industria hederatum argumentatur, quod hederae natura sit, cerebrum ab eluce defensare. — **6)** Poëtae hedera coronantur, quasi Libero consecrati, quia et, ut Bacchae, insaniunt: vel quia semper et vivunt, et virent hederae, sicut carmina aeternitatem merentur, inquit *Serv.* ad illud *Virg. 17. Ecl. 25.* Pastores hedera crescentem ornate poëtam. *Varro* apud *Eund.* ad *8. Ecl. 12.* tradit, etiam Musas hedera coronari. Adde *Ovid. 3. Met. 338.* — **7)** *Hederas* hinc *arentes* dixit *Capell. 1. §. 10.*, eo sensu, quo *Ovid. 3. Art. am. 411.* Nunc hederae sine honore iacent; h. e. probae despectui habentur.

HĔDĔRĀCĔUS et Hederacius, a, um. Adiect. ab *hedera*; qui est ex hedera; *di ellera*. *Cato, RR. 111.* Vasculum facito de materia hederacea, vinum eodem mittito: si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit; nam non continet vinum vas hederaceum. *Plin. 16. 63. 1.* eadem narrat. Huiusmodi vas Graeci vocant *κανύβιον*. *Id. 16. 38. 2.* Hederacea folia. — **2)** Translate, quae colore hederam refert. *Vopisc. Aurelian. 49.* Calceos mulleos, et cereos, et hederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit; h. e. coloris hederae, viridis puta, aut prasini.

HĔDĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *hedera*, participiorum more effictum; hedera ornatus. *Gallien. Imp.* in *epist.* apud *Trebell. Claud. 17.* Misi patinam argenteam hederatam librarum viginti, et trium; h. e. in foliorum hederae modum elaboratam et exsculptam. *Nemesian. 3. Ecl. 18.* hederata frons; h. e. hedera coronata. *Paulin. Nolan. carm. 26. 278.* Lascivosque choros hederatis ducere pompis; h. e. pompis Bacchicis, in quibus tum viri, tum mulieres hedera coronati incedere solebant.

HĔDĔRĪGER, ĕra, ĕrum. Adiect. ab *hedera* et *gero*; hederam gerens. *Catull. 63. 23.* Ubi capita Maenades vi iaciunt hederigerae. V. HEDERA §. 5.

HĔDĔRŌSUS, a, um. Adiect. ab *hedera*; hedera abundans. *Propert. 4. 4. 3.* Lucus erat felix hederoso conditus antro.

HĔDŎNĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, *ἡδονή*, quae voluptatem significat, estque unum ex Aeonibus Valentiniani, apud *Tertull. adversv. Valentin. 8.* Cf. voc. seq.

HĔDŎNĪCUS, a, um. Adiect. ab *hedone*, Graece *ἡδονικός*, voluptuarius. *Inscript.* apud *Fabretti p. 524. n. 448.* T. Flavius Liberalis fecit hedonicus maritus.

HĔDRĂ, ae, f, Vox Graeca, *ἕδρα*; sessio, suus Latinis litteris legitur apud *Cosl. Aurel. 4. Chron. 3. n. 45.* Sessioni, quam Graeci hedram vocant. *Id. ibid. 8. n. 87.* autem Graecis litteris habet.

HEDUS. V. HARDUS §. b.

HĒDŸCHRUM, i, n. Vox Graeca, *ἡδύχροον*, qua significatur genus quoddam unguenti, et odoramenti, ab *ἡδύς*; suavis, et *χρόα*; color, quod praeter odorem, grato etiam colore sit, et cuti illitum nitidam reddat; *eunsia. Dioscor. 1. 1. c. 70.* Καὶ τὸ καλούμενον ἡδύχροον, σκευαζόμενον δὲ ἐν Κῷ, τῆς αὐτῆς ἰσχύει δυνάμεως τε, καὶ σκευασίας τῷ ἀμαρακίνῳ, εὐωδέστερον δὲ τυγχάνει. *Cic. 5. Tusc. 19. ad fin.* Collocemus in culcita plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutellam dulciculae potionis. *Al.* cedrum incendamus *leg.*: ii scilicet, inquit *Victorius*, qui cuncta, in quae non passim incidunt, depravata esse censent. Fortasse hinc corrigendum illud *Varron.* apud *Non. 3. 234.* Hic narium Seplasiae, hic hedycrum Neapolis. *Al.* hedycus *leg.*, quod et ipsum ab *ἡδύς* est, et simile quippiam significare potest. Adde *Cael. Aurel. 2. Chron. 7. n. 113.*

HĔDŸCUS. V. voc. praeced.

HĔDŸOSMOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, *ἡδυοσμός*, qua significatur quaedam species menthae, ab *ἡδύς*, suavis, et *ὀσμή* vel *ὀσμή*; odor, propter odoris suavitatem. *Plin. 35. 15. 51.* et *Apul. Herb. 121.* et *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 24. 3.* V. *Interpr.* ad h. l. — **2)** Idem *Apul. Herb. 91.* a Graecis hedyosmon appellatum tradit etiam mentastrum. V. MENTASTRUM.

HĔDŸPĂTHĒTĬCĂ, ōrum, n. Vox Graeca, *ἡδυπαθητικά* proprie adiecti-

Digitized by Google

ta, absolute adhibita ad significanda ea, quae ad ἡδυπάθειαν pertinent; hoc est ad studium percipiendi id, quod sensibus gratum est. Ita inscriptus fuit liber *Q. Ennii*, cuius fragmentum exstat apud *Apul. Apol. 39.* Q. Ennius, qui Hedypathetica versibus scripsit, innumerabilia piscium genera enumerat, quae scilicet curiose cognoverat. Paucos versus memini; eos dicam: Omnibus ut clypea praestat mustela marina, etc. *Alii* hedyphagetica *leg.*, Graece ἡδυφαγητικά. *Alii aliter.* V. *Hildebr. ad h. l.*

HĒDŸPHĂGĒTĬCĂ. V. voc. praeced.

HĒDŸPNŌIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἡδύπνοις, qua significatur quaedam species cichorii, folio latiore: ita dictum, quod in cibis iucundiorem halitum facit: ab ἡδύς; suavis, et πνοή; spiritus. *Plin. 20. 31. 1. de cichorio.* Et silvestre genus, alii hedypnoida vocant, latioris folii.

HĒDYSMĂ, ătis, n. Vox Graeca, et Graece declinata, ἡδυσμα, quae significat condimentum: ab ἡδύς; suavis, iucundus. Ita appellatur succus, seu oleum, quod in unguentis adhibetur: sicut stymma dicitur corpus ipsum unguenti, στύμμα, a στύφω; adstringo. *Plin. 13. 2. 3.* Ratio faciendi unguenta duplex, succus et corpus: ille olei generibus fere constat, hoc odorum: haec stymmata vocant, illa hedysmata.

HĒĔLĬOTRŌPĬUS, a, um. Adiect. Graecum, ἡλιοτρόπιος; *h. e.* qui cum sole vertitur, et dicitur de gemma sive lapide, qui et *heliotropius* et *heliotropium*, absolute, appellatur. *Priscian. Perieg. 254.* Hic lapis, heeliotropius qui nomine vero Dicitur, est: vertit radios nam solis in unda, Si quis eum fusa labris immergat ahenis, Sanguineisque rubens resplendet luce coloris; Purior at solis renitet nudatus ab unda. V. HELIOTROPIUM §. 3.

HĒGĔMON, *Graeca positione*, ŏnis, m. Vox Graeca, ἡγέμων; dux. Ita a metricis appellatur pes dibrachys, sive duarum brevium syllabarum. *Diomed. 3. p. 471. Putsch.* Primus pes dibrachys bibrevis, pyrrichius vel pariambus vel hegemon Graece dicitur. — Tribuitur et *Serv. de cent. metr. p. 1818. ibid.*, coll. ed. *Keil. Gramm. Lat. T. 4. p. 458.* Cf. vocc. seqq.

HĒGĔMŎNĬCON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἡγεμονικόν, proprie adiectiva, absolute adhibita ad significandum id, quod in quolibet genere est praestantissimum. *Tertull. Resurr. carn. 15.* Sed etsi in cerebro, vel in medio superciliorum discrimine, vel ubi Philosophis placet, principalitas sensuum consecrata est, quod hegemonicon appellatur; caro erit omne animae cogitatorium.

HĒGĔMOSCHŎLĬUS, ii, m. Vox ab *hegemon* et *scholius*, qua apud metricos significatur pes ex hegemone seu pyrrichio et scholio seu amphibracho compositus; hoc est ex tribus brevibus, et ex longa et brevi. *Diomed. 3. p. 478. Putsch.* Pes ex pyrrichio et amphibraco, sive tribus brevibus, et longa et brevi, hegemoscholius audit.

HĒGŪMĒNUS, i, m. Vox Graeca, ἡγούμενος, qua significatur is, qui alios ducit, sive aliis praest in aliquo officio. *Iulian. Antiocen. Constit. 115. 55.* Si quis monachus esse velit, si quidem notus sit nulla conditione suspectus esse, hegumenus monasterii, quando aestimaverit, habitum ei praestet. Adde *ibid. 111. 2. Vict. Tunon. Chron.* ad a. 553. Felix Guillensis monasterii provinciae Africanae hegumenus. Adde *Liberat. Diac. Breviar. 18.*

HEHAE, *rectius*

HEHE. Interiectio mentis consternatae, de qua *Varr. 7. LL. 5. Evax* verbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est, ut apud *Ennium:* Hehe ipse clupeus cecidit! *Alii leg.* hehae, *vel* hebae *aut* hebe. Sed *Priscian. p. 1024.* inter has *(interiectiones)* ponunt etiam sonitum illiteratorum imitationes, ut risus *haha*, *hehe*, et *phi* et *heu*, hoe et *hau*. — *Forcellinus* noster minus recte sub *ehe* recensuit, monente *Hand*, *Tursell. T. 3. p. 42.*

HEHEU. V. EHEU.

HEI. Interiectio, quae cum aspiratione rectius scribenda est, licet fuisse videantur, qui aspirationem non adiicerent, ut colligitur ex *Apul. Orthogr. 14.* Cf. infra §. 1. *fin.* Ad rem *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 3.* « Omnis vocalis vocali illata, seu divisa, seu in diphthongo copulata, caret aspiratione, exceptis *heu* et *hei* interiectionibus et verbo *heiulo*, quod ab *hei* vel *heu* traductum est. » — **b)** Scribitur a quibusdam etiam sine aspiratione, cf. V. infra §. 1. *fin.* — **c)** In antiquis MSS. et editis libris saepe Aei cum *heu* confusum est, monente *Hand*, *Tursell. T. 3. p. 45.* et *seqq.*, qui plura habet de hac particula.

HEI usurpatur in perturbatione vel ex timore ac metu, vel ex terrore orta vel per magnitudinem rerum excitata; *ahi, ahimè, uh! Ter. Phorm. 3. 2. 6.* Hei! metuo lenonem, ne quid suo suat capiti. *Id. Andr. 1. 1. 46.* Hei! vereor, ne etc. *Plaut. Amph. 1. 1. 165.* Hei! numam ego obolum? et 2. 2. 36. Hei, perii miser! *Id. Aul. 2. 1. 28.* Hei, occidi! *Id. Amph. 2. 2. 175.* Hei, non placet convivium! — Absolute. *Id. Most. 3. 2. 50. Tr.* Hei! *Si.* Quid est! *Tr.* Me miserum, occidi. — Repetitur in illo *Naev.* apud *Charis. 2. p. 215. Putsch.* Ei ei! etiam se audent mecum una apparere! — **2)** Saepe cum *mihi* iungitur. *Plaut. Amph. 2. 2. 166.* Hei mihi! iam tu quoque huius adiuvas insaniam. *Virg. 2. Aen. 274.* Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo Hectore, etc. *Ter. Adelph. 2. 1. 19.* Hei misero mihi! *Plaut. Aul. 2. 2. 25.* Hei misero mihi! Aurum mihi intus harpagatum est. *Tibull. 2. 1. 69.* Illic indocto primum se exercuit arcu: Hei mihi, quam doctas nunc habet ille manus! *Stat. 5. Silv. 3. 225.* Hei mihi, quod tantum patrias ego vertice frondes . . . Te sub teste tuli! *Virg. 11. Aen. 57.* Hei mihi, quantum Praesidium Ausonia, et quantum tu perdis, Iule! *Ovid. 6. Met. 227.* Hei mihi! conclamat, etc. — *Stat. 12. Theb. 340.* Hei mihi, sed quanto descendit vulnus hiatu! Adde *5. Silv. 2. 160.* — *Plaut. Bacch. 3. 3. 7.* Hei mihi! hei mihi! istaec illum perdidit assentatio.

HEIĂ. V. EIA.

HEI, et
HEIC, heice, heicei. } V. HIC §. b. et c.

HEIIUS *pro* Eius. V. IS, EA, id.

HEIRMOS. V. HIRMUS.

HEIS, heisc, heisce, heise. V. HIC §. b. et c.

HEIŬLO. V. EIULO.

HĒLĂCĂTĒNES. V. ELACATE §. 2.

HELCĬĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiectivum ab *helcium*, quo absolute significatur, qui funibus, sive helciis cymbas adverso flumine trahit, quod et ipsum de navibus dicitur; *alsaia*, *bardotto:* nostrates Veneti vulgo dicunt *tirante*. *Martial. 4. 64.* Quem nec rumpere nauticum celeusma, Nec clamor valet helciariorum. *Sidon. 2. ep. 10. in carm.* Curvorum hinc chorus helciariorum Ad Christum levat amnicum celeusma.

HELCĬUM, ii, n. Vox Graeca, ἕλκιον, quae significat funem illum, quo equi, vel homines naves, currus, oneraque trahunt: ab ἕλκω; traho. Aliqui interpretantur instrumentum ante pectus equorum, et id genus animalium, cui funes annectuntur. *Apul. 9. Met.* Defectum alioqui me, helcio sparteo dimoto, nexu machinae liberatum applicant praesepio. *Id. ibid. a med.* Helcio tandem absolutus.

HELCYSMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ἕλκυσμα, quae significat argenti scoriam, teste *Plin. 33. 33. 1.*, quia scilicet adeo lentum est, ut instar visci trahatur, cum e catinis eximitur: ab ἕλκω vel ἑλκύω; traho.

HĔLĔNĂ, ae, f. Vox Graeca, ἑλένη, fax, qua proprio nomine appellata fuit soror Castoris et Pollucis, uxor Menelai, quae rapta a Paride Priami filio, exstitit fax belli Troiani, ut suo loco dicetur in ONOM. — Hinc a similitudine nautae in tempestate, si, ut fit saepe, geminae faces aliqua navis parte apparent, Castorem et Pollucem vocant, invocantque, quod tranquillitatis praenunciae sint. Si una tantum, appellant Helenam, diramque et minacem detestantur, ut quae naufragium plerumque portendat. *Plin. 2. 37. 1.* Hinc *Stat. 7. Theb. 791.* caeco nocturni turbine Cori Scit peritura ratis, cum iam damnata sororis Igne, Therapnaei fugerunt carbasa fratres. Similia habet *3. Silv. 2. 10. Scit peritura; h. e.* Scit, aut sentit se perituram, *αἰσθάνεται ἀπολουμένη*. Sic *Virg. 2. Aen. 577.* sensit medios delapsus in hostes.

HĔLĔNĬON, *Graeca positione* et *Latina*

HĔLĔNĬUM, ii, n. Vox Graeca, ἑλένιον, qua significatur quaedam herba, quam e lacrimis Helenae natam fabulantur, et ideo in Helene insula laudatissima. *Plin. 21. 33. 1.* et *ibid. 91. 1.* — *Id. 14. 19. 6.* Invenitur et nectarites ex herba, quam alii helenion, alii medicam . . . vocant.

HĔLĔŌSĔLĪNON et Helioselinon, *Graeca positione*, et *Latina*,

HĔLĔŌSĔLĪNUM et Helioselinum, i, n. Vox Graeca, ἡλιοσέλινον, qua significatur genus quoddam apii, quod sponte in humidis nascitur, uno folio, nec hirsutum: ab ἕλειος; palustris, et σέλινον; apium. — Aliud eius genus, quod in montibus nascitur, cicutae foliis, radice tenui, semine anethi, minutiore tantum, dicitur oreoselinum: ab ὄρος; mons. — Aliud item in siccis proveniens, pluribus foliis, simile helioselino, hipposelinum vocatur; *levisticum:* ab ἵππος, qua in compositione auget, quia ceteris maius est. *Plin. 19. 37. 2.* et *Pallad. 3. 5.* — *Colum. 11. 3.* Graecis litteris ἱπποσέλινον adhibet, vertitque *olus atrum.* — Recentioribus est *Apium graveolens*, *Linn.*

HĔLĔPŎLIS, is, f. Vox Graeca, ἑλέπολις, qua significatur militaris machina, qua admota urbium moenia oppugnantur: ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν τὰς πόλεις. Eam ita describit *Ammian. 23. 4.* Testudo compaginatur immanis, axibus roborata longissimis, ferreisque clavis aptata, et contegitur coriis bubulis, virgarumque recenti textura, atque limo aspergunturs eius suprema, ut flammeos detrectet et missiles casus. Conseruntur autem eius frontalibus trisulcae cuspides praeacutae, ponderibus ferreis graves, ut quidquid petierit, aculeis exsertis abrumpat. Hanc ita validam molem rotis et funibus regens numerosus intrinsecus miles, languidiori murorum parti viribus admovet concitis: et nisi desuper propugnantium valuerint vires, collisis parietibus, aditus patefacit ingentes. *Vitruv.* turrim potius, quam testudinem intelligere videtur, cum ait *10. 22.* is autem comparavit helepolim sumptibus immanibus, cuius altitudo fuerat pedum CXXV. etc. Ita eam ciliciis et coriis crudis confirmavit, ut posset pati plagam lapidis ballista immissi, etc. Et *post*. Postero die helepolis accedens, antequam appropinquaret ad murum, in humida voragine acta consedit, etc.

Digitized by Google

HĒLĬĂ, ae, f. Nomen ab *Helius*, quo significatur luna. *Not. Tir. p. 161. 9.* Helius, helia.

HĒLĬĂCĂ (et Eliaca), ōrum, n. Vox proprie adiectiva, *heliacus, a, um*, ab ἡλιακός; solaris, seu ad helium pertinens; h. e. solem; qua absolute posita significantur festa, quae in sacris Mithriacis maxime celebrantur in honorem Solis. *Inscript.* apud *Grut. 1087. 4.* Datiano et Cereali Consulibus (nempe an. a Chr. n. CCCLVIII.) Nonius Victor Olympius V. C. P. P., Aur. Victor Augentius V. C. P. tradiderunt Persica pridie Non. April. feliciter; Consulibus Supra Scriptis tradiderunt Eliaca *(sic)* XVI. Kal. Mai. felic., ostenderunt Cryßos VIII. Kal. Mai. felic. V. MITHRAS in ONOM.

HĒLĬANTHES, *Graeca positione*, eos, m. Vox Graeca, ἡλιανθές, qua significatur genus quoddam herbae folio myrti, sic dicta quasi flos solis: ab ἥλιος; sol, et ἄνθος; flos. *Plin. 24. 102. 5.* V. HELIOCALLIS.

HĔLĬCĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ἑλίκη, qua significatur genus quoddam salicis brevissimae, ita dictae, quia plectilis est, et ad viminum textus idonea: ab ἑλίσσω; volvo. *Plin. 16. 69. 1.* Cf. *Coel. Aurel. 1. Chron. 1. n. 9.* — **B)** Deinde apud Mythologos et Poëtas, II. *Helice* est etiam signum coeleste, alio nomine Cynosura, sive Ursa maior, sic appellatum, quod ἑλίσσεται; h. e. volvitur circa polum. *Ovid. 3. Fast. 108.* Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet. *Val. Flacc. 1. 17.* Graiis Helice servanda magistris. Adde *Cic. 4. Acad. 20.* — **B)** Metonymice pro regione septentrionali. *Senec. Herc. Oet. 1538.* Thraciae si quis Rhodopes alumnus, Durior terris Helices nivosae, Sparget humano stabulum cruore? Adde *Grat. Cyneg. 35.* et V. CYNOSURA.

HĔLĬCHRŸSOS. V. HELIOCHRYSOS.

HĒLĬŎCALLIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἡλιοκαλλίς, qua significatur herba eadem, quae helianthes: ita dicta, quia hac perunctum corpus fit aspectu iucundum: ab ἥλιος; sol, et κάλλος; pulcritudo. *Plin. 24. 102. 5.* V. HELIANTHES.

HĒLĬŎCĂMĪNUS, i, m. Vox Graeca, ἡλιοκάμινος, qua significatur solaris fornax, vaporarium solare, hoc est locus concameratus, et soli expositus, ac hiberno tempore calorem ex illo concipiens: ab ἥλιος; sol, et κάμινος; fornax. *Plin. 2. ep. 17.* In hac *(cryptoporticu)* heliocaminus quidem alia xystum, alia mare, utraque solem prospicit. Adde *Ulp. Dig. 8. 2. 17.*

HĒLĬŎCHRŸSON, *Graeca positione*, i, n. vel

HĒLĬŎCHRŸSOS, *Graeca positione*, i, m. et *Latina*

HĒLĬŎCHRŸSUM, i, n. Vox Graeca, ἡλιόχρυσος, qua genus quoddam herbae significatur, quae melius fortasse *helichrysos* vel *helichrysum* appellanda est, ut alii legunt apud *Plin.* locc. mox citt. ex *Theocrit. Edyll. 1. v. 30.*, ubi scribitur ἑλίχρυσος, nempe ab ἕλος; palus, et χρυσός; aurum, quia in locis palustribus nascens colore aureo est. Memorat *Plin. 21. 38. 1.* et *4.* et *ibid. 96. 1.*, ubi medicinae quoque ex eo indicantur. Recentioribus quibusdam est *Gnaphalium stoechas, Linn.*, vel *Tanacetum annuum, Linn.*; sed cl. *Du Molin, Flore poëtiq. anc. p. 203.* et *seqq.* et *210.* et *seqq.* distinguit *helichrysum* ab *heliochryso*, ac primum quidem esse *Gnaphalium stoechas, Linn.*, alterum vero *Caltha palustris, Linn.* Cf. CALTHA.

HĒLĬŎGNOSTĪ, ōrum, m. Nomen ab ἥλιος; sol, et γνωστός; cognitus, quo appellati sunt quidam haeretici, de quibus *Philastr. haeres. 49.* Heliognosti, qui et Devitiaci *(quod alterum nomen corruptum videtur. V. Interpr. ad h. l.)* dicuntur, solem adorantes, atque dicentes, solem scire omnia, quae Dei sunt, etc.

HĒLĬŎPON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἡλίοπον, qua significatur herba eadem ac heliotropium, quod oculum soli similem habere videatur, ab ἥλιος; sol, et ὤψ, ὠπός; oculus. *Apul. Herb. 49.* A Graecis dicitur heliotropion, quibusdam heliopon. Cf. HELIUROS.

HĒLĬOSCŎPĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, ἡλιοσκόπιον, qua significatur genus quoddam heliotropii ab ima radice ramosum, in pingui solo nascens, semine in foliculis condito, quod messibus colligitur. *Plin. 22. 29. 1. Apul. Herb. 108.* vocat *helioscopum*, sive *helioscopon*, sed *ibid.* §. *63.* et *helioscopion*. Cf. voc. seq.

HĒLĬOSCŎPĬOS, *Graeca positione*, ii, m. Vox Graeca, ἡλιοσκόπιος, qua significatur genus quoddam tithymali, foliis porcilacae, ramulis stantibus a radice quatuor, aut quinque rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis, semine albo, columbis gratissimo. Nomen habet, quia capita cum sole circumagit, ab ἥλιος; sol, et σκοπέω; aspicio. *Plin. 26. 42. 1.*

HĒLĬOSCŎPON. } V. HELIOSCOPION.
HĒLĬOSCŎPUM. }

HĒLĬŌSĔLĪNUM. V. HELIOSELINUM.

HĒLĬOSTRŎPHON, *Graeca positione*, i, n. Idem quod heliotropion, ut de quorundam sententia tradit *Apul. Herb. 49.* V. HELIOTROPIUM. §. 1. — **B)** Item *ibid. 40.* est herba eadem ac malva erratica. — **B)** Item eadem quae solago minor, *ibid. 63.*

HĒLĬŎTRŎPĬON. V. HELIOTROPIUM.

HĒLĬŎTRŎPĬOS. V. HELIOTROPIUS et voc. seq. §. 3.

HĒLĬŎTRŎPĬUM, et, *Graeca positione*, Heliotropion, ii, n. Vox Graeca, ἡλιοτρόπιον, qua significatur herba solaris: ab ἥλιος; sol, et τρέπω; verto, quia solem intuetur semper, eumque eo vertitur, etiam nubilo die; *girasole*. *Varr. 1. RR. 46.* et *Plin. 2. 41. 2.* et *22. 29. 1.* et *seqq.*, ubi etiam genera eius et medicinae ex ea indicantur. V. HELIOPON et SOLSEQUIUM. — Varia huius herbae nomina habes apud *Apul. Herb. 49.* — **B)** Item idem ac intubum agreste. *Veget. 5. Veterin. 41. 2.* — **B)** Item gemma, dicta, quod solis naturam vertere, et immutare videtur, quia aliter eum exhibet vasi aquae iniecta, aliter extra aquam. Nam aquae immissa auget solis fulgorem sanguineo repercussu, extra aquam radios sive fulgorem quasi avertit, solemque velut in speculo exhibet, deprehenditque defectus, subeuntem lunam ostendens. *Plin. 37. 60. 1.* Haec eadem a *Capella, 1. p. 20.* dicitur *heliotropios*. — Haec gemma Recentioribus est *diaspro sanguigno*. V. HELIOTROPIUS.

HĒLĬŪROS, *Graeca positione*, i, n. Herba eadem, quae heliotropion, apud *Apul. Herb. 49., ubi tamen alii rectius leg.* heliopon.

HĒLĬUS, ii, m. Vox Graeca, ἥλιος; sol; quae civitate Latina est donata in pluribus compositis vocibus huc usque recensitis, aliisque. — Simpliciter usurpata reperitur unice, quod sciam, in *Not. Tir. p. 161.* Helius, helia.

HĔLIX, ĭcis, f. Vox Graeca, ἕλιξ et εἵλιξ, qua proprie significatur volumen, gyrus, sive circulus, qualis est qui ab astris suo cursu perficitur. *Apul. de Deo Socrat. 8.* Cum sit aëreis agmen immensum usque ad citimam lunae helicem, quae porro aetheris sursum versum exordium est. — **B)** Deinde a similitudine dicitur species quaedam hederae sterilis, de qua V. in HEDERA §. 1. — **B)** Item ornamentum in capitulo Corinthio in modum caulículi vitei intorti, qui scalpitur in frontibus eiusdem capituli, floribus subiectum: ab εἱλίσσω; circumago, involvo. *Vitruv. 4. 1.* Minores helices floribus, qui sunt in abaco, subiecti scalpantur.

HELLĔBŎRĬNĒ et Elleborine, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca ἑλλεβορίνη, qua significatur herba quaedam similis helleboro, parva, exiguis foliis, iocineris vitilis, et contra venena utilis. *Plin. 13. 35. 1.* et *27. 52. 1.*

HELLĔBŎRISMUS et Elleborismus, i, m. Vox Graeca, ἑλλεβορισμός, qua significatur purgatio helleboro facta. *Coel. Aurel. 1. Tard. 4.* Destillandus etiam helleborismus, sed ex melle decocto.

HELLĔBŎRĪTES et Elleborites, ae, m. Vox Graeca, ἑλλεβορίτης, qua significatur vinum helleboro conditum. *Plin. 14. 19. 7.* V. ABROTONITES. — **B)** Apud *Apul. Herb. 35.* hoc nomine appellatur etiam herba communius dicta Centaurea minor.

HELLĔBŎRO et Elleboro, as, āre. Verbum transitiv. ab *helleborus;* helleboro purgo. *Coel. Aurel. 4. Tard. 3. a med.* Hippocrates helleborandos principio aegros ordinavit.

HELLĔBŎRŌSUS et Elleborosus, a, um. Adiect. ab *helleborus;* qui plus hellebori sumpsit, quam par est: hinc et pro insano ponitur. *Plaut. Rud. 4. 3, 67.* Homo helleborosus.

HELLĔBŎRUM et Elleborum, i, n., *sed frequentius*

HELLĔBŎRUS et Elleborus, i, m. Vox Graeca, ἑλλέβορος et ἐλλέβορος, omissa aspiratione, atque hinc etiam apud Latinos *ellebórum* et *ellebórus* scriptum reperitur. — **b)** Derivata, *helleborins, helleborismus, helleborites, helleboro, helleborosus*.

HELLEBORUM et Helleborus, est herbae species, quae Latine veratrum dicitur; *elleboro*. Praecipuus eius usus est in educendis noxis humoribus principis animae facultatis sedem infestantibus, et melancholicis, furiosis, et comitiali morbo laborantibus dari solet. Hinc factum est, ut, qui haud sano sint animo, helleboro egere dicantur. Duo sunt eius genera, album, quod vomitione causas morborum extrahit; et nigrum, quod per alvum, quicquid noxium est, deiicit. *Virg. 3. G. 451.* Helleborosque graves, nigrumque bitumen. *Plin. 25. 94. 4.* Efficacius helleborum ad vomitiones, et ad bilem nigram extrahendam. *Id. ibid. 21. 1.* Helleborum melampodium. *Id. ibid. 22. 1.* nigrum. *Plaut. Pseud. 4. 7. 89.* Helleborum hisce hominibus opus est. Multa de eo *Plin. 25. 21. 1.* et *seq.* et *ibid. 22. 1.* et *seq.* et *Gell. 17. 15.* Cf. ANTICYRA §. 2. et 3. in ONOM.

HELLĒNISMOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, et Graece adhibenda, ἑλληνισμός, qua a Grammaticis vocatur forma loquendi a Latina consuetudine recedens, et Graecorum leges servans, ut *certare alicui, certus salutis, desino querelarum, triste lupus stabulis, cetera Graius*, et sexcenta huiusmodi, quibus Poëtae abundant. *Lucilius* quoque hellenismum fecit scribens ad *Cic. 5. Fam. 24.* V. CONSUESCO §. 2. — Latinis litteris *Diomed. 2. p. 435. Putsch.* adhibet ad illud *Virg. 1. Aen. 573. urbem, quam statuo vestra est*, ibi enim . . . debuit dicere: *urbs, quam statuo, vestra est*, sed serviens schemati, quod appellatur *hellenismos* tres partes orationis redegit in duas usus per Atticismon.

HELLOPS. V. HELOPS.

HELLŪOR, etc. V. HELUOR, etc.

Digitized by Google

HĔLŎPĒ. V. voc. seq. in *Nota*.

HĔLOPS, Ellops et Elops, ŏpis, m. Vox Graeca, *Ἕλοψ* et *Ἔλλοψ* (Latini tamen etiam cum aspiratione, *Helops*. V. *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.*), qua significatur piscis genus delicatissimi saporis, in mari Pamphylio: quodnam vero piscis genus significetur, V. in ACIPENSER in *Nota*. *Ovid. fragm. Halieut. 96.* Et pretiosus Helops nostris incognitus undis. *Plin. 9. 79. 2.* Muraena in Sicilia, elops Rhodi. *Id. ibid. 27. 1.* Apud Antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser . . . Quidam eum elopem vocant. *Id. 32. 17. 1.* Helopem dicit *(Ovidius)* esse nostris incognitum undis, ex quo apparet falli eos, qui eundem acipenserem existimaverint. Helopi palmam saporis inter pisces multi dederunt. Adde *Varr. 2. RR. 6., Colum. 8. 16., Macrob. 3. Sat. 15., Gell. 7. 16.* et *Quintil. 5. 10. 21.*

Nota. *Forcellinus* noster etiam formam *Hĕlŏpē, ēs*, f. Graeca positione admisit, sed nullum exemplum hac usque apud Scriptores inveni huius formae, quae fortasse debetur falsae lectioni.

HĔLŬĂBUNDUS et Helluabundus, a, um. Adiect. verbale ab *helluor;* qui helluatur. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 533.* Helluabundi, multum bibentes, ebriosi.

HELVĀGĔĂ, ae, f. Nomen ab *helvus*, quo significatur, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 99. Müll.*, genus ornamenti Lydii, dictum a colore boum, qui est inter rufum et album, appellaturque helvus. — Lydorum multam fuisse in corporibus ornandis curam et magnificentiam, tradunt Veteres. Cf. *Müller, Etrusc. rer. l. 3. 7. p. 261.* et *10. p. 270.*

HĔLŬĀTĬO et Helluatio, ōnis, f. Verbale ab *helluor;* voracitas, profusio in sumptibus ciborum; *gozzoviglia, ghiottoneria. Cic. in Senat. 6.* Cur in lustris et heluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessavit?

HĔLŬĀTOR et Helluator, ōris, m. Verbale ab *helluor;* absumptor. — Tribuitur *Tertull.*, loco tamen non indicato.

HĔLŬĀTUS. V. HELUOR §. 2.

HĔLŪCUS. V. ELUCUS.

HELVĔLĂ, seu Helvella, ae, f. Nomen ab antiquo *helus* pro *holus*, sive *olus*, ut videtur posse argui ex *Fest.* apud *Paul. Diac.*, qui eam definit *p. 105. Mull.* « Helvela, olera minuta. » Hinc *Cic. 7. Fam. 26.* Fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. — Eodem sensu *helvola* in *Gloss. Lat. Gr.* Helvola; *λαχανάρια.*

HELVĒNĂCĂ, ae, f. V. voc. seqq. §. 1.

HELVĒNĂCĬUS et Helvēnācus, et Helvennacus, a, um. Adiect. ab *helvus;* qui helvum colore refert. Hinc *helvenacia*, vel *helvenaca vitis*, aut etiam absolute *helvenaca*, dicitur vitis omnium fertilissima, cuius duo sunt genera: altera enim maior est, quam quidam longam: altera minor, quam emarcum appellant, non tam fecundam, sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato: verum utraque gracilis. Furcas subdere his necessarium: alioqui ubertatem suam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, roscido odore. Nulla vitium minus Italiam amat, rara, parva, putrescens in ea, vino quoque quod genuit, aestatem non exsuperans. Haec *Plin. 14. 4. 10. Colum. 3. 2. a med.* Helvenaciae vites. — **B)** Hinc iterum adiective, ad helvenacam pertinens. *Id. 3. 3. a med.* Helvenaci generis palmites. *Plin. 23. 24. 3.* Helvenaco *(vino)* tamen nimio caput tentari convenit.

HELVĒNĀCUS et HELVENNĀCUS. } V. voc. praeced. §. 1. et 2.

HELVĔŎLUS, a, um. Adiect. per deminutionem factum ab *helvus;* idem quod helvolus; *ghiaretto. Cato, RR. 24.* Si helveolum vinum facere voles, dimidium helveoli, dimidium apicii vini indito. *Id. ibid. 3.* Helveolum minutum *(lege* minusculum) conserito. — *Plin. 14. 5. 6.* referens verba modo allata *Catonis*, habet: *helvium minusculum conserito*, vel secundum alios, *helvinum*, ut sit etiam *helvinus, a, um.* V. HELVOLUS.

HELVĪCUS, a, um. Adiect. ab *Helvii;* pertinens ad Helvios, qui sunt populi Galliae Narbonensis, de quibus in ONOM. — Hinc *Helvicum vinum*, quod in eorum agro provenit, apud *Plin. 14. 5. 7.*

HELVĪDUS, a, um. Adiect. ab *helvus;* ad helvum trahens. *Isid. 19. Orig. 28. 7.* Elbidum *(lege* Helvidum) ab *albo (lege* helvo) colore vocatum. V. HELVUS §. a.

HELVĪNUS, a, um. Adiect. ab *helvus;* ad helvum colorem trahens. *Plin. 14. 5. 2.* Helvinum vinum. *Alii leg.* helvium. V. HELVEOLUS in *fin.* — **B)** Helvina Ceres. V. HELVINUS in ONOM.

HELVĬUS, a, um. Adiect. eiusdem originis ac Helvicus, quod V. — Hinc *Helvium vinum* apud *Plin. 14. 5. 2.* V. voc. praeced. §. 1. et HELVEOLUS in *fin.*

HĒLŬO et Helluo, ōnis, m. Verbale ab *eluo, is*, ut docet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 99. Müll.* « Heluo dictus est immoderate bona sua consumens ab *eluendo;* cui aspiratur, ut aviditas magis exprobretur: fit enim vox incitatior. » Cf. *Apul.* loc. mox cit. — **b)** Scribitur et *helluo:* sed *Festi* etymologia *Manutium* movit, ut unicam liquidam praeferret: quod et *Dausquio* placet, immo et *Gell. 2. 3. 3.* quem videsis, coll. *Fest.* loc. cit. in §. praeced. — Sed *Apul.* de *Not. aspir. §. 13.* « Elluo aspirant plerique, sed cum ab *edo* indubitanter sit sumptum, aspirandum non est. » — **c)** Derivata, *heluabundus, heluatio, heluator, heluor.*

HELUO proprie est, qui immoderate bona sua consumit: item universim ganeo, gurges, et in ventre sumptuosus; *mangione, ghiottone, dissipatore. Cic. Sext. 11.* Me ipsum ut contempsit heluo patriae! nam quid ego patrimonii dicam, quod ille, cum quasi quaestum faceret, amisit? *Id. 4. Agr. 4.* Impurus heluo. *Id. in Senat. 6.* immanis. *Id. Dom. 10.* spurcissimus. *Id. Pis. 17. ad fin.* Ille gurges atque heluo, natus abdomini suo. *Ter. Heaut. 5. 4. 10.* gerro, iners, fraus, heluo, Ganeo, damnosus. *Gell. 7. 16.* Pleraque id genus, quae heluones isti terra et mari conquirunt. — **B)** Translate *heluo librorum*, qui legendo satiari non potest. V. HELUOR §. 2.

HELVŌLĂ. V. HELVELA *fin.*

HELVŎLUS, a, um. Adiect. ab *helvus* per deminutionem; aliquantum helvus, ad helvum trahens: et dicitur de uvis, quae colorem habent medium inter purpureum et nigrum; *chiaretto. Colum. 3. 2. a med.* Sunt et helvolae uvae, quas nonnulli varias appellant, neque purpureae, neque nigrae: ab helvo, nisi fallor, colore vocitatae. *Plin. 14. 2. 4. n. 4.* Insignes iam colore inter purpureas nigrasque medio helvolae, saepius varianti, et ob id variatae a quibusdam appellatae. Cf. HELVEOLUS.

HĔLŬOR et Helluor, ĕris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, forma deponens, ab *heluo*. — Particip. *heluans §. 1., heluatus §. 1.* et *3.* — Proprie est devoro, ventre absumo; *divorare, consumare. Cic. Prov. cons. 6. extr.* Cum Graecis iam in exostra heluatur: antea post siparium solebat. *Id. Sest. 53.* Quid? tu meo periculo, gurges ac vorago patrimonii, heluabare? *Virg. Catalect.* in *Anthol. Lat. n. 105. Meyer.* Helluato patrimonio. — *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 533.* Helluantes, avide comedentes. — **B)** Translate. *Cic. 3. Fin. 2. de Catone.* Quo magis tum in summo otio, maximaque copia, quasi heluari libris, si hoc verbo in tam clara re utendum est, videbatur. *Al. leg.* quasi heluo librorum. — **B)** Transitivorum more,

II. *Heluor* cum accusat. eodem sensu translato. *Cic. Dom. 47.* Ille gurges heluatus tecum simul reipubl. sanguinem.

HĔLUS et HĔLŬSĂ. } V. OLUS, eris.

HELVUS, a, um. Adiect. eiusdem fortasse originis ac *gilvus*, ut sub hac voce §. a., coll. FLAVUS §. a., diximus; quamquam *Isid. 19. Orig. 18-7. album* (lege *helvum*) ab *albo* derivatum putat. Cf. HELVIDUS. — **b)** Derivata, *helvacea, helvenacius, helvenaeus, helveolus, helvidus, helvinus, helvolus.*

HELVUS proprie est color medius inter album et rubrum; *color rosso pallido. Varr. 2. RR. 5. de vaccis.* Corium attactu non asperum ac durum, colore potissimum nigro, dein rubeo, tertio helvo, quarto albo; mollissimus enim hic, ut durissimus primus. De mediis duobus prior, quam posterior, melior: utrique pluris, quam nigri et albi; *h. s.* quam nigri et albi simul; *h. o.* varii maculosi. Adde *Fest.* loc. cit. sub V. HELVACEA.

HELXĪNĒ, *Graeca positione, es*, f. Vox Graeca, *ἑλξίνη*, qua significatur herba quaedam a radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum sua fronde: folia habet et caules spinosae lanuginis, aestate florens: vertex summus lacrimam continet iucundi saporis, acanthicen mastichen appellatam. Sed est rara visu, neque in omnibus terris. *Plin. 24. 56. 1.* et *3.* — **B)** Alia est, etiam perdicium dicta, quoniam perdices ea praecipue vescuntur: folia habens mixtae similitudinis plantagini et marrubio: cauliculos densos, leviter rubentes, semina in capitibus lappaceis adhaerentia vestibus: unde et helxinen dictam volunt (nempe ab *ἕλκω*; traho). Sed nos, qualis vera esset helxine, diximus priori libro *(scil.* loc. cit. in §. praeced.) Haec *Plin. 22. 19. 1.* Adde *Apul. Herb. 82.*

HEM. Interiectio originis eiusdem ac *en* sive *em* pro *eum*, quod est pronomen demonstrativum, addita aspiratione incitationis gratia. — **b)** Quod *em* in Cod. aliquo pro *hem* se scriptum reperisse ait *Mai* ad *Cic. fragm. pro Scauro*, fortasse tribuendum est frequenti confusioni huius particulae cum *en*, ut monent Viri docti (V. *Hildebr.* ad *Apul. Apol. 25.*), nam aspirandam esse docet *Apul. de not. aspir. §. 16.* significationis gratia. V. EN §. b. — Item confusam fuisse etiam cum *heus*, V. in HEUS.

HEM varie significat ex variis animi affectibus, quibus demonstrandis inservit; itaque non simplicem quidem significationem demonstrativam habet, sed cum animi affectu coniunctam. Quare est vocantis et admonentis; *olà. Plaut. Poen. 3. 4. 16.* Hem, istaec volo ergo vos commeminisse omnia. *Ter. Phorm. 1. 4. 35.* Hem, istuc serva. — **B)** Item ostendentis, pro *en; ecce. Id. Andr. 3. 2. 1.* Hem Davum tibi. *Plaut. Trin. 2. 4. 140.* Oves scabrae sunt, tam glabrae, hem, quam haec est manus; *vedi, come questa mano. Id. Aul. 4. 4. 22.*

Digitized by Google

Ostende huc manum dexteram. *St.* Hem. *Id. Epid. 5. 2. 17.* Hem, ostendo manus. — **3)** Item offerentis. *Plaut. Bacch. 2. 3. 40.* Hem accipe: trina haec nunc erit. *Id. True. 3. 60.* Hem tibi talentum argenti: Philippicum est, Tene tibi. *Id. Poen. 1. 2. 170.* hem voluptatem tibi! Hem mel, hem cor, hem labellum, hem salutem, hem suavium! — **4)** Item exsultantis. *Ter. Andr. 4. 2. 3.* Hem, Pamphile, optume te mihi offers. — **5)** Et respondentis. *Id. Adelph. 2. 4. 17.* Heus heus Syre. *Sy.* hem, quid est? *Id. Andr. 3. 3. 23.* Hem, id te oro. *Plaut. Rud. 1. 4. 17.* Ampelisca? *Am.* Hem, quis est? — Sequente *ergo. Id. Asin. 2. 2. 68.* Quid tum postea? *Le.* Hem ergo is argentum huc remisit. *Id. ibid. 2. 4. 25.* Hem ergo, huc tibi. — **6)** Item recordantis. *Plaut. Mil. 1. 1. 56.* Hem, scio iam, quid vis dicere. — **7)** Praeterea

II. *Hem* saepe notat animum vehementiore motu concitatum, et est obstupescentis et admirantis, maxime in rebus iucundis. *Plaut. Poen. 5. 2. 86.* Ego sum ipsus, quem tu quaeris. *Poe.* hem, quid ego audio? *Ter. Andr. 3. 1. 4.* Pamphilus firmavit fidem. *Si.* hem. *Id. Eun. 5. 1. 10.* Quamobrem adductu'st? *Py.* Nescio, Nisi amasse credo Pamphilam. *Th.* Hem! misera occidi. *Plaut. Most. 4. 4. 8.* Vidi efferri mortuum. *Th.* Hem, novum! *Id. Capt. 3. 3. 9.* Salve, exoptate gnate mi. *Ty.* Hem, quid gnate mi? *Varr. 1. RR. 2.* Hem, ibi tu quidquam nasci putas posse, aut coli natum? *Cic. Rabir. Post. 17.* Hem, Postume, tune es Curii filius? — *Plaut. Asin. 2. 4. 39.* Non etiam. *Le.* Hem non? *Ter. Andr. 1. 2. 23.* Non hercle intelligo. *Si.* Non? hem. — **8)** In hac miratione interdum servit ironiae. *Id. Phorm. 4. 4. 7.* hem, si quid velis. Huic mandes, quod quidem recte curatum velis. *Id. Andr. 1. 5. 13.* Facta transacta omnia. Hem, repudiatus repetor. *Plaut. Casin. 3. 6. 13.* Hem, sapis sane. Adde *Merc. 4. 3. 5.* — **9)** Sollicitum etiam et laborantem significat. *Ter. Eun. 4. 2. 8.* Occepi mecum cogitare: hem, biduum hic Manendum est soli sine illo. *Id. Adelph. 5. 2. 45.* hem, mea Sostrata, vide quam rem agas? *Id. ibid. 4. 2. 20.* hem, vide ut discidit labrum. — **10)** Item est etiam dolentis et ingemiscentis; *ah, ahimè. Ter. Andr. 4. 3. 8.* Hanc Chrysis? hem! *My.* nos quidem pol miseras perdidit. Cf. *Charis. p. 214. Putsch.* — **11)** Item indignantis et irascentis. *Ter. Andr. 4. 1. 42.* Hem, quid ais, scelus? Et *4. 4. 47.* Audistin', obsecro? hem scelera. Adde *Eun. 4. 7. 35.* et V. HUI. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5.* Hem! nos homunculi indignamur, si etc. *Ter. Andr. 3. 2. 19.* Hem, Dromo, Dromo. — **12)** Et verberantis. *Plaut. Cure. 1. 3. 39.* Hem tibi pro maledictis istis. *Id. Pseud. 1. 2. 22.* Hem, sic datur, si quis herum servus spernit. Adde *Mil. a. 5. v. 12.* et *Ter. Adelph. 2. 1. 18.*

Nota. Haec particula aliquando cum dativo et cum accusativo reperitur copulata, sed id elliptica ratione fit, non vi particulae, quae verbum non attingit. — Ceterum qui plura desiderat, adeat *Hand, Turscll. T. 3. p. 47-55.*

HĔMĀNUS. V. HOMO.

* HEMDEM *pro* Eundem, adverbiorum more, habet *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 469.*, ubi exponitur aeque, similiter.

HĒMĔRĒSĬOS, *Graeca positione*, on. Adiect. Graecum, ἡμερήσιος, ab ἡμέρα; dies. — Est unius diei; *di un giorno. Plin. 35. 40. 2.* Absolvit uno die tabellam, quae vocata est hemeresios, puero picto.

HĒMĔRIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἡμερίς, qua significatur genus quoddam arboris glandiferae, brevioris, et in orbem comosae, alasque ramorum crebro cavatae: quae maximam glandem fert, et gallam optimam. *Plin. 16. 8. 4.*

*HĒMĔRO. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Hemero; ἅρπαξ. *Vulcanius* ad *h. l.* suspicatur fortasse legendum esse inverso ordine: Harpax; ἡμερόκοιτος; *h. e.* qui interdiu dormit: dictum proinde de fure nocturno.

HĒMĔRŎBĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca proprie adiectiva, ἡμερόβιον; *h. e.* unum tantum diem vitae habens: ab ἡμέρα; dies, et βίος; vita. Absolute nomen est cuiusdam volucris quadrupedis circa solstitium nascentis, apud Hypanim fluvium in Ponto. *Plin. 11. 45. 1.*

HĒMĔRŎCALLES, is, n. Vox Graeca, ἡμεροκαλλές, qua significatur quaedam species lilii, diem tantum durans: ab ἡμέρα; dies, et κάλλος; pulcritudo. Usum habuit in coronamentis. *Plin. 21. 33. 1.* et *ibid. 90. 1.*, ubi etiam medicinae ex eo indicantur.

HĒMĔRŎDRŎMUS, i, m. Vox Graeca, ἡμεροδρόμος, qua significatur genus quoddam cursorum, qui die uno ingens spatium cursu emetiuntur; *corriere, lacchè. Liv. 31. 24.* Nisi speculator (hemerodromos vocant Graeci) ingens die uno cursu emetiens spatium, contemplatus regium agmen e specula quadam, praegressus nocte media Athenas pervenisset. *Nep. Mill. 4.* Philippidemque cursorem eius generis, qui hemerodromi vocantur, Lacedaemonem miserunt. Cf. *Plin. 2. 73. 2.*

HĒMĔRŎTON, *Graeca positione*, i, n. Nomen est herbae, quae communius *centaurea maior* vocatur, ita a Graecis quibusdam appellata, teste *Apul. Herb. 34.* — Vox tamen Graeca *hemoroton* in Lexicis Graecis non reperitur; insuper alii leg. *smericos* vel *emerotos*.

HĒMĬASTĂTON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, quae tamen in Lexicis Graecis non reperitur, qua figura quaedam rhetorica significatur, de qua *Claud. Sacerd. Gramm. 1. 185.* Hemiastaton est cum dictio continet speciei ignorantiam et scientiam generis, ut est *(Virg. 8. Aen. 351.)*. *Hunc frondoso vertice collem, Quis Deus incertum est, habitat Deus.* Hic enim certum est de genere, quod sit in loco Deus, sed de specie dubitatur, qui Deus sit.

HĒMĬCĂDĬUM, ii, n. Vox Graeca, ἡμικάδιον, quae proprie dimidium cadi significat, apud *Isid.* vero *20. Orig. 7. 1.* Hemicadium, vas olearium.

HĒMĬCILLUS, i, m. De quorumdam sententia vox est Graeca, ἡμίλλος *(h. e.* dimidius asinus), quae tamen in Lexicis Graecis non reperitur, quaeque de homine per convicium usurpatur apud *Cic. 13. Att. 51.*, ubi tamen alii leg. μικύλος; pusillus.

HĒMĬCRĀNĬA, ae, f. idem origine et significatione ac hemicranium; Graece quoque ἡμικρανία. *Coel. Aurel. 1. Tard. 1. sub init.* Sequitur in passione constitutos dolor vehemens capitis totius, aut dimidii, quem consueto nomine hemicraniam vocant, vel certe temporum, quem dolorem crotaphon appellant. Adde *Marcell. Empir. 2. fin.* Cf. voc. seq. § 2.

HĒMĬCRĀNĬCUS, a, um. Adiect. ab *hemicranium;* ad hemicranium pertinens. — Hinc absolute *hemicranici* dicti, qui hemicranio laborant. *Theod. Priscian. 2. 1.* Item etiam hemicranicis haec sunt adiutoria adhibenda. Cf. voc. seq. § 2.

HĒMĬCRĀNĬUM, ii, n. Vox Graeca, ἡμικράνιον, qua dimidia capitis sive calvariae pars significatur. *Vindiciani epist.* ad *Valentin. Aug.* praemissa *Marcell. Empir.* Dixerunt comburi oportere etiam hemicranium, et raso capite venas secas. — **2)** Est etiam morbus, quo dimidia tantum pars capitis laborat, illaesa altera; *mieranía. Plin. Valer. 1. 8.* et in *lemmate* apud *Seren. Sammon. 2.* et *Marcell. Empir. 2.*

HĒMĬCRĀNĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. eiusdem originis ac praecedens, absolute adhibitum apud *Isid. 12. Orig. 5. 15.* Hemicranius vermis capitis vocatur.

HĒMĬCȲCLĀRIS, re. Adiect. ab *hemicyclus;* hemicycli figuram habens. *Vitalis, de limitib. p. 251. Goes.* Terminos hemicyclares vocavimus nos, quos in capitibus centauriarum sub terra ponimus.

HĒMĬCȲCLĬUM, ii, n. Vox Graeca, ἡμικύκλιον, qua significatur apud Geometras figura, quae diametro et peripheria media, quam eadem diametros distinguit, continetur, ut definit *Capell. 6. §. 712.*, idem quod hemicyclus; *semicircolo. Vitruv. 9. 8.* Describantur hemicyclia duo. — *Serv.* ad *4. G. 64.* Hemicyclia caeli. — **2)** Item horologii quaedam species, forma semicirculari. *Vitruv. 9. 9.* — **3)** Item mensa semicircularis, aut etiam locus pluribus sellis dispositis in modum semicirculi, ubi sedere solebant confabulantes. *Sidon. 2. ep. 2.* Excepto solii capacis hemicyclio. V. voc. seq.

HĒMĬCȲCLUS, i, m. Vox Graeca, ἡμίκυκλος; *h. e.* dimidius circulus, semicirculus: ab ἥμισυ; dimidium, et κύκλος; circulus; *semicircolo. Plin. 5. ep. 6. a med.* Rectus hippodromi limes in extrema parte hemicyclo frangitur, mutatque faciem. — **2)** Item locus in conclavi, vel porticu, ubi sellae disponuntur in semicirculi formam, ad colloquendum. *Cic. Amic. 1.* Cum saepe multa, tum memini domi in hemicyclio sedentem in eum sermonem incidere. *Al. leg.* hemicyclio.

HĒMĬCYLINDRUS, i, m. Vox Graeca, ἡμικύλινδρος, qua significatur dimidiatus cylindrus. *Vitruv. 9. 3.*

HĒMĬDĔUS, i, m. Vox hybrida, a Graeca voce ἥμισυ; dimidium, et Latina *Deus*, idem quod Hemitheus vel Semideus. *Serv.* ad illud *6. Ecl. 24. Satis est potuisse videri.* Quod ideo dicit, quia Hemidei, cum volunt tantum, videntur, ut Pauni, Nymphae, Silenus.

HĒMĬDEXĬUS, a, um. Adiect. Graecum, ἡμιδέξιος, quod tamen in Lexicis Graecis non reperitur, ab ἥμισυ; dimidium, et δέχομαι; complector, ut sit dimidium complectens. Dicitur de quodam genere metri, quod *Hemidexium trimetrum dactylicum* appellatur, de quo *Plot. de metr. 3. 60.* et *11. 6.*

HEMIEPES, is, n. Vox Graeca, sed quae in Lexicis Graecis non reperitur, qua genus quoddam metri Archebulii significatur. *Mar. Plot. de metr. 11. 6.* Archebulium hemiepes constat duobus dactylis et spondeo.

HĒMĪNĂ, ae, f. Vox Graeca, ἡμίνα, qua significatur quoddam mensurae genus, dimidium sextarii habens, ut *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 100. Müll.* docet: item vas eam mensuram continens: ab ἥμισυ; dimidium. Dicitur etiam cotyla; *foglietta. Rhemn. Fann. de ponderib. 67.* At cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit Heminas, recipit geminas sextarius unus. *Plaut. Mil. 3. 2. 18.* Heminas octo exprompsi in urceum. *Senec. 2. Ira, 35.* Propinare heminam alicui. *Pers. 1. 129.* Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus Fregerit heminas Areti aedilis iniquas; *h. e.* iniquas mensuras, quibus institores utuntur in vendendo: (quod erat aedilium officium. Sic *Iuvenal. 10. 102.* vasa minora Frangere pannosus vacuis aedilis Ulubris). *Cels. 4. 15. in fin.* Hemina salis, *ibid. 10. sub fin.* Hemina tritici. — Heminae duodecim congium efficiebant. *Cato, RR. 57.* Cf. voc. seq.

HĒMĪNĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *hemina;* heminae mensuram ha-

Digitized by Google

bens: et per translationem accipitur pro exiguo. *Quintil. 6. 3. circa med.* Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quae amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit.

HĒMĬŎLĬAE, arum, *f.* Vox Graeca, ἡμιολία, qua apud *Theophrast. Charact. c. 25.* significatur genus quoddam piratici navigii (V. HEMIOLIUM in *Verb. Barb.*). Hinc *Gell. 10. 20.* locus, ubi *hemiolias* plurali numero inter species navium recensentur, confirmatur; varia enim lectio in Codd. MSS. habebatur.

HĒMĬŎLĬON. HĒMĬŎLĬOS. HĒMĬŎLĬUM, ii. } V. voc. seq. §. 2.

HĒMĬŎLĬUS, a, um et *Graeca positione*, Hemiolios, on. Adiect. Graecum, ἡμιόλιος, idem quod Latine sesquialter, ab ἥμισυ; dimidium, et ὅλος; totus. — Apud Arithmeticos *hemiolius numerus* dicitur, ut sit *Gell. 18. 14.*, qui numerum aliquem totum in se habet dimidiumque eius. Adde *Vitruv. 5. 4.*, ubi tamen Graecis litteris scribitur. — *Boëth. 1. Arithm. 24.* Hemiolia, idest sesquialtera proportio. *Fulgent. 3. Mythol. 9.* Secunda Symphonia diapente, quod est in arithmeticis hemiolius, quod nos Latine duos ad tres nuncupamus. — **2)** Hinc apud Musicos quoque *hemiolia ratio* dicitur proportio in sonis, qua sunt tres ad duo, et *hemiolia diesis*, quae habet toni tertiam partem ac dimidium tertiae, ut habet *Capell. 9. §. 950.* et *951.* — *Id. 2. §. 107.* Intra eum *(numerum)* iacent tres ad duos, quae hemiolios forma est. — Absolute *Id. 9. §. 954.* Hemiolii ratio. Et §. *959.* Ipsum chroma hemiolion fit ab hemiolia diesi eius, quae sit enarmoniae. — **3)** Apud Metricos quoque *hemiolia divisio* pedum dicitur paeonica. *Iul. Sever. de pedib. §. 15.* Cf. *Mar. Victorin. 1. 10. 12.*

HĒMĬŎNĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, ἡμιόνιον, qua significatur genus quoddam herbae, quae et asplenum dicitur. *Plin. 25. 20. 1., 26. 25. 1.* et *27. 17. 1.* et *Apul. Herb. 56.*, quo altero loco alii legunt *hermonium*. Ita porro appellatur, quia herba ea maxime delectantur ἡμίονοι; *h. e.* muli, ut docet *Theophrast. Hist. plant. 1. 9. c. 19.* — **2)** Item secundum alios herba eadem, quae cynoglossa. *Apul. ibid. 97.*

HĒMĬPŎDĬUS, a, um. V. SEMIPODIUS.

HĒMIS, indecl. V. SEMIS.

HĒMĬSPHAERĬUM, ii, n. Vox Graeca, ἡμισφαίριον, qua significatur dimidia sphaera, ex. gr. dimidia pars caeli, aut terrae, aut rotae; *mezza sfera, emisfero. Varr. 3. RR. 5. ad fin.* Ita circumeunt ad infimum hemisphaerium, ac moventur, ut indicent, quot sint horae. *Macrob. 1. Somn. Scip. 15.* Theophrastus lacteum circulum dixit esse compagem, qua de duobus hemisphaeriis caeli sphaera solidata est. Et *20.* Sol post occasum in inferiore hemisphaerio currens. V. SEMISPHAERIUM. — **2)** Apud *Vitruv. 5. 10. sub fin.* Hemisphaerium vocatur cameratum caelum in membris balinei; *cupola*.

HEMISTĬCHĬON, *Graeca positione*, et *Latina*

HEMISTĬCHĬUM, ii, n. Vox Graeca, ἡμιστίχιον, qua significatur dimidiatus versus; *mezzo verso. Ascon.* in *3. Verr. 18.* Enniano hemistichio usus est, ex ea tragoedia, quae Achilles inscribitur. *Mar. Victorin. 1. 12. 43.* Cum hemistichio iambico iungitur hemistichion trochaicum.

HĒMISTRĬGĬUM, ii, n. Vox hybrida a voce Graeca ἥμισυ; dimidium, et Latina *striga*. Est dimidium strigae. *Hygin. Cromat. p. 1. col. 1.* Quod ad latitudinem hemistrigii pedum XXX. attinet; papilioni dantur pedes X., armis pedes V., iumentis pedes IX.; fiunt pedes XXIV.; hoc bis, XLVIII., quoniam coniuncti tendunt, efficitur striga pedum LX., reliqui pedes XII., qui conversantibus spatio sufficient. Et *mox.* Servata latitudine hemistrigii. Et *p. 2. col. 2.* Quod fuerat signis, tabulino dabimus, et hemistrigia mutabimus ratione tensurae suae. Et *p. 4. col. 1.* Et si minor numerus utrorumque fuerit, ut centenis equitibus hemistrigiis suis laxius tendant, non erit haesitandum.

HĒMĬTHĔUS, i, m. Vox Graeca, ἡμίθεος, idem quod semideus, heros; *semideo. Baebius Macer* apud *Serv.* ad *9. Ecl. 47.* Statuae Caesaris in Capitolio positae subscriptum fuisse, Caesari Hemitheo. *Capell. 2. §. 160.* A medietate aëris usque in montium terraeque confinia Hemithei Heroesque versantur. Adde *ibid. §. 156.* Cf. HEMIDEUS.

HĒMĬTŎNĬUM, ii, n. Vox Graeca, ἡμιτόνιον, idem quod semitonium; idest dimidium toni: *semituono. Vitruv. 5. 4.* Intervalla tonorum, et hemitoniorum. *Capell. 9. §. 950.* Quidquid rite sonuerit, aut tonum esse, aut hemitonium aut quartam partem toni, quae diesis appellatur. *Boëth. 2. Music. 30.* Hemitonium minus. *Id. 5. ibid. 1.* Hemitonium maius. — **2)** De intervallo, sive spatio, quod unam rem ab alia dividit. *Hygin. 4. Astron. Poët. 14. ad fin.* Iovis stella abest a Martis hemitonio. V. SEMITONIUM.

HĒMĬTRĬGLŸPHUS, i, m. Vox Graeca, ἡμιτρίγλυφος; *h. e.* dimidium triglyphi. *Vitruv. 4. 3.*

HĒMĬTRĬTAEUS, i, m. Vox Graeca, ἡμιτριταῖος, qua significatur febris tertianae genus, multo perniciosius, quam tertiana simplex, cum febris tertio quidem die revertitur; *febbre terzana doppia:* ex octo autem et quadraginta horis fere sex et triginta per accessionem occupat (interdum etiam vel minus, vel plus), neque ex toto in remissione desistit, sed tantum levior est. Ita *Cels. 3. 3.*, qui tamen ipsa voce Graece utitur; est enim ab ἥμισυς; dimidius, et τριταῖος; tertius, quasi semitertianus: et subintelligitur πυρετός; febris. *Martial. 12. 91.* Cui gravis et fervens hemitritaeus erat. Et *2. 40.* Uri Tongilius male dicitur hemitritaeo. *Seren. Sammon. 52.* Mortiferum magis est, quod Graecis hemitritaeum Vulgatur verbis: hoc nostra dicere lingua Non potuere ulli, puto, nec voluere parentes. — **2)** *Hemitritaeus* etiam dicitur, qui tali febre laborat. *Martial. 4. 81.* Declamas aeger, declamas hemitritaeus.

HĒMĬTRĬTĂĬCUS, a, um. Adiect. idem origine et significatione quod hemitritaeus, diphthongo soluta. *Marcell. Empir. 30. a med.* Febres acutas compescit, idest hemitritaicas. Adde *Coel. Aurel. 2. Acut. 10. circa med.* et *1. Chron. 1. ab init.* et *4.*

HĔMO, ōnis. V. HOMO.

HEN, indecl. Vox Graeca, ἕν, quod unum significat, sive unitatem. Adhibet *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 11. 3.* Cum hac monade est virtus, eiusdem substantiae ei, quam et eam voco hen. *Id. ibid. 18. 1.* Monas et hen, quae duplicatae quatuor factae sunt.

HENDĔCĂCHORDUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑνδεκάχορδος; undecim fidibus instructus. — Absolute *Boëth. 1. Music. 20.* Sed quoniam in hac vel in superiore hendecachordi dispositione, etc.

HENDĔCĂDĂ, ae, f. idem quod hendecas. *Auct. de Comp. Paschal. 2. circ. med.* Quinque enim sunt octoadae et hendecadae quattuor, quae octoadae, etc. V. voc. seq.

HĒNDĔCĂGŌNUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑνδεκάγωνος; qui undecim angulos habet. — Absolute est figura geometrica apud *Boëth. 2. Euclid. Geom. p. 1549. Migne.* Idem vero de hendecagono ceterisque plurilateris figurarum descriptionibus si feceris, etc.

HENDĔCAS, ădis, f. Vox Graeca, ἑνδεκάς, qua significatur undenarius numerus. *Dionys. Exig. ep. 2. de ratione paschae.* Decem novennalis cyclus per ogdoaden et hendecadem semper in se revolvitur. Et *mox.* Hendecas hac lege decurrit. Incipit anno nono cycli decemnovennalis, etc. Cf. voc. praeced.

HENDĔCĂSYLLĂBOS, *Graeca positione*, on, et

HENDĔCĂSYLLĂBUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑνδεκασύλλαβος, quo significatur versus undecim syllabarum, ex quo variae carminum species componuntur, aliis versibus admixtae: *endecasillabo. Mar. Victorin. 3. 14. 1.* Versus hendecasyllabus. *Id. 1. 12. 12.* Metrorum genera alia a Diis appellata . . . alia a numero syllabarum, ut heptasyllabon, hendecasyllabon. — **2)** Frequentius absolute, substantivorum more,

HENDECASYLLABUS, i, m. Eadem significatione. *Id. 4. 1. 31.* Et quoniam hendecasyllabi mentionem fecimus, occasione admonente satis opportunum arbitror de speciebus eiusdem, quae sunt ferme septem ex una eademque origine descendentes, breviter dicere. *Plin. 4. ep. 14.* Accipies cum hac epistola hendecasyllabos nostros. *Catull. 12. 10.* Quare aut hendecasyllabos trecentos Exspecta, aut mihi linteum remitte. — **3)** Constant porro carmina hoc versu composita undecim quidem syllabis, sed diversis pedibus. Sic spondaeo, dactylo et tribus choreis, ut illud *Catulli, 1. 1. Cui dono lepidum novum libellum.* Dicitur et *Phalaeceum* ab inventore Phaleco. — Alia est species, quae *Sapphicum hendecasyllabum* dicitur, choreo, spondaeo, dactylo, et duobus choreis constans, ut illud *Horat. 1. Od. 2. Iam satis terris nivis, atque dirae.* — Alias hendecasyllaborum species refert *Diomed. 3. p. 509. Putsch.* et *Mar. Victorin.* loc. cit. §. 2. et *alibi*.

HENDĬĂDYS. V. ENDIADIS.

HĔNŌSIS, eos, *Graeca positione*, f. Vox Graeca, ἕνωσις; unio, adunatio, ab ἑνόω; aduno. Ita appellatur unus ex aeonibus Valentiniani, apud *Tertull. advers. Valentinian. 8.* Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 1. 2.*

HĔNŌTES, ētos, *Graeca positione*, f. Vox Graeca, ἑνότης, ητος; unitas. Unus ex aeonibus Valentiniani, apud *Tertull. advers. Valentinian. 37. Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 11. 3.* cum hac monotete est virtus, quam et ipsam voco henotetem.

HĔNŌTĬCON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca proprie adiectiva ἑνωτικός, ή, όν; *h. e.* vim uniendi habens, absolute adhibita, de quadam constitutione Zenonis Imperatoris, quam volebat a Catholicis suscipi ad unitatem Ecclesiae conciliandam. *Liberat. Diac. Breviar. 17.* Henoticum Zenonis, quod Latine dicere possumus unitivum, huiusmodi est, etc. — *Henoticum, i*, Latina positione adhibet *Victor. Tunonens.* in *Chron.* ad a. 482.

HĔNŌTĬCUM, i, n. V. voc. praeced.

HĔŌRUM. V. IS, EA, ID.

HĒPAR, ătis, n. (et m. V. secundo loco). Vox Graeca, ἧπαρ, quae videtur, ut putavit *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon*, esse ab Hebr. כָּבֵד et in forma constructa כִּבְדַ, quod item iecur et grave

Digitized by Google

significat, quia illud viscerum omnium gravissimum est. *Graeci* in eius nominis genitivo Hebraeorum pronunciationem sequuntur: dicunt enim ἧπαρ, ατος, non αρος, quod analogia postulare videbatur. Cf. *Charis. 1. p. 107. Putsch.* — b) Scribitur et *epar*, sed melius cum aspiratione. Cf. *Apul. de nota aspirat. n. 17.* — c) Derivata, *hepatarius, hepateus, hepatia, hepatias, hepaticus, hepatitis, hepatizon.*

HEPAR proprie est idem quod iecur; *il fegato. Marcell. Empir. 14. ad fin.* Hepatis duritia, et hepatis dolores. — 2) Deinde

II. HEPAR, ătis, m. Est etiam piscis ex genere locustarum. *Plin. 32. 53. 3.*

HĔPĂTĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *hepar;* ad hepar pertinens. *Plaut. Cure. 2. 1. 24. Pa.* Tum te igitur morbus agitat hepatarius. *Ca.* Facile est miserum irridere. *Morbus hepatarius* est amatorius; nam hepar, seu iecur est sedes amoris, et omnium affectionum. Hinc libidinosi Tityi poena est intelligenda, de qua *Horat. 3. Od. 4. 77.* Incontinentis nec Tityi iecur Relinquit ales. *Id. 1. Ep. 18. 72.* Non ancilla tuum iecur ulceret ulla, puerve. Et *1. Od. 25. 13.* Cum tibi flagrans amor, et libido Saeviet circa iecur ulcerosum.

HĔPĂTĔUS, a, um. Adiect. ab *hepar;* ad hepar pertinens. V. HEPATICUS §. 2.

HĔPĂTĬA, ōrum, n. Nomen ab *hepar*, quo significantur interanea; *le interiora. Lucil.* apud *Non. 2. 59.* Gigeria sunt, sive adeo hepatia. *Petron. Satyr. 66.* Hepatia in catillis. — *Apul. Apol. 41.* Si cocto *(pisce)* ventrem rusparer, hepatia suffoderem, ita ut etc. *Vett. edd. habent* hepetia, *sed minus recte.*

HĔPĂTĬAS, ae, m. Vox Graeca, ἡπατίας; *h. e.* ad iecur pertinens. Utitur *Coel. Aurel. 3. Tard. 8.* Vocatur hic hydropismus etiam hepatias; aut splenites, a patientibus partibus nomen ducens; hoc est, iecore vel liene.

HĔPĂTĬCUS, a, um. Adiect. ab *hepar*, ad hepar pertinens. *Isid. 4. Orig. 7. 21.* Hepaticus morbus a iecoris passione nomen accepit; Graeci enim iecur ἧπαρ vocant. *Soran. Isagog. 21.* Vena hepatica. — 2) Item colorem hepatis referens, ut *hepatica aloë* apud *Pallad. 11. 14.*, quam *Macer. c. ult. de aloë*, vocat *hepateam.* Cf. HEPATIZON et voc. seq. — 3) Absolute, substantivorum more,

HEPATICUS, i, m. Est qui hepatis morbo laborat; *fegatoso. Cels. 4. 8.* eum morbum describit, eiusque curationem tradit. *Plin. 20. 55. 1.* Hepaticis cum melle et sale bibendum datur. Adde *27. 105. 2.*

HĔPĂTĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἡπατῖτις, proprie adiectiva, ad iecur pertinens. Hinc a similitudine ita gemma quaedam appellata est, quae figuram iocinoris refert. *Plin. 37. 71. 1.* — 2) Item est etiam colorem hepatis referens, ut *Aloë epatitis* apud *Marcell. Empir. 8. 1.*

HĔPĂTIZON, *Graeca positione*, ontis, n. Est Graecum particip. ἡπατίζων; iecoris colorem referens: ab ἡπατίζω; ad iecoris colorem vergo. *Plin. 34. 2. 3.* Aes Corinthium suo colore pretiosum ad iocinoris imaginem vergens, quod ideo hepatizon appellant.

* HĔPĔTĬĀ. V. HEPATIA *fin.*

HĔPHAESTĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἡφαιστῖτις, qua significatur gemma quaedam speculi naturam habens in reddendis imaginibus, quamquam rutilans. *Plin. 37. 60. 2.*

HĔPHAESTUS, i, m. Nomen Graecum Vulcani, Ἥφαιστος, de quo V. in ONOM. — Inde tamen nomen traxit herba artemisia, a quibusdam *Hephaestu gonos* appellata, teste *Apul. Herb. 10.* Cf. GONOS.

HEPHTHĔMĪMĔRĪCUS, a, um. Adiect. ab *ephthemimeris;* ad hephthemimeridem pertinens. *Mar. Plot. de metr. 8. 5.* Antispasticum hephthemimericum Pherecratium fit hippio quarto, hippio primo, hippio tertio, spondeo vel trocheo. Cf. voc. seq.

HEPHTHĔMĪMĔRIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἡφθημιμερίς, proprie adiectiva (subaudi τομή), quasi semiseptenaria, qua significatur species caesurae in versibus heroicis, quae continet tres pedes, et syllabam, quae dictionem finist, quae interdum, etiamsi natura brevis sit, licentia tamen poëtica producitur: ab ἑπτά; septem, ἥμισυ; semis; et μερίς; divisio, vel pars, quasi septima dimidia divisio, vel dimidium septem pedum: ut *Virg. 12. Aen. 15.* Congredior, fer sacra, pater, et concipe foedus. *Serv.* in *Centimetr. p. 1817. Putsch.* et *Diomed. 3. p. 496.* V. SEMISEPTENARIUS.

HEPSĔMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ἥψημα, qua significatur sapa, mustum ad tertiam partem decoctum: ab ἕψω; coquo. *Plin. 14. 11. 1.*

HEPTACHORDUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑπτάχορδος; septem habens chordas: ab ἑπτά; septem, et χορδή; chorda. — Absolute adhibetur de instrumento musico septem fidibus instructo. *Boëth. 1. Music. 20.* In heptachordo enim est unum tetrachordum. Adde *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 488.*

HEPTĂCHRŎNOS, *Graeca positione*, et *Latina*

HEPTĂCHRŌNUS, a, um. Adiect. Graecum; septem temporibus constans, idem ac heptasemus: ab ἑπτά; septem, et χρόνος; tempus. *Mar. Victorin. 1. 9. 13.* Respondet pes imagini hippiorum, quos epitritos vocamus, qui sunt heptachroni; id est e prima brevi, et tribus longis. *Id. 2. 9. 6. Heptachronos* Graeca positione utitur.

HEPTĂGŌNUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑπτάγωνος; qui septem habet angulos; *di sette angoli. Boëth. 2. Arithm. 6. p. 1021.* Numerum, qui sub quinque angulis continetur, pentagonum Graeci nominant; hexagonum, qui sex angulis includitur; heptagonum, qui septem.

* HEPTALISMUS. V. voc. seq.

HEPTĂLYCHNUS, i, m. Vox Graeca, proprie adiectiva, ἑπτάλυχνος; *h. e.* septem lucernas habens, quale fuit candelabrum veteris Legis, ut dicetur in HEPTAMYXUS. — Hinc translate et absolute de Sancta Felicitate, quae septem filios Carlo peperit, *Chrysos. Serm. 154.* Beata quae non solum pro lege patitur, sed ipsius Legis heptalismum *(legis* heptalychnum) meruit mater sancta generare.

HEPTĂMĔTRUM, i, n. Vox Graeca, ἑπτάμετρον; *h. e.* septem metrorum, proprie adiectiva, qua significatur genus quoddam carminis. Sic heptametrum carmen heroicum dicitur a *Diomed. 3. 34. 36.*, si septem pedibus constet, ut *Clio cui dedit ingenium docile, atque libidine vinctum. — Mar. Plot. de metr. 3. 33.* Heptametrum acatalectum iambicum, quod septem integros pedes iambicos tetrasyllabos habet, etc.

HEPTĂMYXUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑπτάμυξος; *h. e.* septem ellychnia habens. — Translate. *Ambros. 2. Apolog. David. 9. n. 49.* Lux Christi in Lege praecessit, cuius postea in Evangelii gratia, quasi in heptamyxo Spiritu, universa mundi huius implevit; *h. e.* in septiformi Spiritu. Allusit *Ambrosius* ad candelabrum veteris Legis, in quo erant lucernae septem, quibus septiformis gratia Sancti Spiritus designabatur. Cf. HEPTALYCHNUS.

HEPTĂNEURON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἑπτάνευρον, qua significatur genus quoddam plantae, quae communius *arnoglossum* appellatur, teste *Apul. Herb. 1.* V. SEPTENERVA.

HEPTĂPHŌNOS, *Graeca positione*, i, f. Vox Graeca, ἑπτάφωνος; septem vocum, proprie adiectiva, qua significatur porticus Olympiae ea arte confecta, ut eadem vox in ea septies redderetur: ab ἑπτά; septem, et φωνή; vox. *Plin. 36. 25. 2.*

HEPTĂPHYLLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἑπτάφυλλον, proprie adiectiva, qua significatur septifolium, idest herbae genus a foliorum numero appellata: ab ἑπτά; septem, et φύλλον; folium. *Apul. Herb. 116.*

HEPTĂPLEURON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἑπτάπλευρον; proprie adiectiva, qua significatur genus quoddam herbae, idest plantago maior, foliis laterum modo inclusa, quia haec septena sunt: ab ἑπτά; septem, et πλευρόν; latus. *Plin. 25. 59. 1.* et *Apul. Herb. 1.*

HEPTĂPŸLOS, *Graeca positione*, on, et *Latina*

HEPTĂPŸLUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑπτάπυλος; *h. e.* septem habens portas: ab ἑπτά; septem, et πύλη; porta. *Apul. 4. Met.* Vix enim Thebas heptapylos accessimus *(Heptapylos* est accusat. plur. Graecae positionis comm. gen.). — *Hygin. fab. 275.* Cadmus Thebas heptapylas condidit.

HEPTAS, ădis, f. Vox Graeca, ἑπτάς, qua significatur septenarius numerus; *numero settenario. Capell. 7. p. 241.* item *Macrob. 1. Somn. Scip. 6.* sed Graece. Uterque autem ibi multa de eo. Cf. *Apul. de nota aspirat. n. 17.*

HEPTĂSĒMUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑπτάσημος; *h. e.* septem temporibus constans, idem ac heptachronus: ab ἑπτά; septem, et σῆμα; nota. *Diomed. 3. p. 505. Putsch.* In dimetris quidem cum prior basis pentasemos fuerit; id est temporum quinque, erit sine dubio secunda heptasemos; id est temporum septem. Adde *Mar. Victorin. 1. p. 2491. ibid.*

HEPTASTĂDĬUM, ii, n. Vox Graeca, proprie adiectiva, ἑπταστάδιον, qua significatur agger septem stadiorum in mare procurrens, quo Pharos insula continenti septem dierum spatio iuncta fuit: ab ἑπτά; septem, et στάδιον; stadium. *Ammian. 22. 16.*

HEPTĂSYLLĂBOS, *Graeca positione*, on, et *Latina*,

HEPTĂSYLLĂBUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑπτασύλλαβος; *h. e.* septem syllabis constans, ut heptasyllabon metrum apud *Mar. Victorin. 1. 12. 12.*, et Dimetrum catalecticum Anacreontium heptasyllabum apud *Mar. Plot. de metr. 3. 13.*

HEPTĂTEUCHUS, i, m. Vox Graeca, proprie adiectiva, ἑπτάτευχος; *h. e.* septem volumina habens: ab ἑπτά; septem, et τεῦχος; liber. Hoc nomine vocantur quinque libri Moysi prophetae, seu pentateuchus, una cum libro Iosue, et libro Iudicum, quicum saepe iungitur etiam Ruth, hinc septenarius fit numerus; si vero separetur, fit octateuchus. *Sidon. 8. ep. 15.* Librum igitur hic ipse deportat Heptateuchi, scriptum velocitate summa, summo nitore. Adde *Ambros.* in *Ps. 118. Serm. 21. n. 12.* et *Augustin. 2. de doctr. Christ. 8.* — Corrupte *heptaticus* legitur apud *Benedict. Reg. 42.* et apud *Caesar. Arel. Homil. 2.* pro *heptateuchus.*

* HEPTATICUS. V. voc. praeced. *fin.*

HEPTĒRES, is, f. Vox Graeca, ἑπτήρης, proprie adiectiva, qua significatur navis, quae septem remorum ordines habet. *Liv. 37. 23.* Maxime exterruit hepteres regis, a minore Rhodia navi uno ictu demersa. *Al.* hepteris *leg.* Adde *24.* et *30.* V. dicta in DECEMREMIS.

Digitized by Google

HEPTĒRIS. V. voc. praecod.

HEPTHĒMĬMĔRĬCUS. } V. HEPHTHEMIMERIS.
HEPTHĒMĬMĔRIS. }

HĔRĂ, ae, f. Nomen ab *Aerus*, qua dominam significat: vel ab Ἥρα, qua nomen est divinitatis apud Graecos, idem quod *Iuno* apud Latinos: vel ab ἦρα, qua idem est ac terra; tria haec enim significat. — **b)** *Herai* in patrio singulari pro *Aerae*, est *Ausonii*, *7. Edyll. 5.* Matre carens, nutricis egens, nescivit herai Imperium. — **c)** Scribitur a quibusdam *era*, omissa aspiratione. Sic in *Gloss. Lat. Gr.* Era; ἔπαυλις. Cf. HERA III. — Est autem

I. HERA proprie domina domus, materfamilias; *padrona:* et dicitur fere cum respectu ad servos, servasve. *Ter. Adelph. 3. 1. 8.* E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est, hera. *Enn.* apud *Cic. Cael. 8.* Numquam hera errans; h. e. Medea. *Plaut. Casin. Prol. 41.* servus detulit *(puellam)* recta domum: Dat herae suae, orat ut eam curet, educet: Hera facit, educavit magna industria. Adde *Auson* loc. cit. supra §. b. — Apud *Eund. Truc. 4. 3. 22.* et *23. Hera mater* est materfamilias, et *hera minor* est eius filia. — **2)** Item domina, ea ratione, qua suas amicas amatores vocant. *Ovid. 9. Heroid. 77. de Hercule.* Crassaque robusto deducis pollice fila: Aequaque famosae pensa rependis herae. Adde *Catull. 68. 136.* — **3)** Translate et universim domina, potens, praeses. *Val. Flacc. 7. 513.* Noctis heram, Ditemque ciens. Et *1. 780.* Tergeminam tunc placat heram. Sic in illo *Ennii* apud *Cic. 1. Offic. 12.* Vos ne velit, an me regnare, hera quidve ferat sors, Virtute experiamur: *hera* dicta est eo sensu, quo *Cic.* dixit *Pis. 2.* fors domina campi. Sic *Plaut. Merc. 3. 4. 12.* Divûm atque hominum quae spectatrix, atque hera eadem es hominibus, Spem speratam cum obtulisti hanc mihi, tibi grates ago. *Catull. 64. 396.* rapidi Tritonis hera; h. e. Minerva. *Id. 63. 18.* Hilarate herae *(h. e. Cybeles)* citatis erroribus animum. Adde *ibid. 92.* — Huc etiam spectare potest *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5665.* Iunoni sanctae Herae, Castorib. et Apollini, etc. — **4)** Deinde

II. HĔRĂ est eadem ac Iuno, Graece Ἥρα, de qua V. HERA in ONOM. — Exinde *Heraea*, dicta in eius honorem festa, de quibus V. HERAEA. — **5)** Hinc *Heras dacryon;* h. e. Iunonis lacryma, dicitur a quibusdam herba eadem, quae peristereon apud *Apul. Herb. 66.*, coll. *5.*, ubi secundum alios eadem est ac *hierabotane*. — **6)** Demum

III. HERA *seu* Era, Graece ἦρα vel ἴρα, dicitur terra; fortasse ab Hebr. אֶרֶץ *(hâretz)* quae idem significat. *Capell. 2. p. 40.* A mediete aëris usque in montium terraeque confinia Hemithei Heroesque versantur, qui ex eo quod heram *(al.* eram) terram Veteres dixerunt, heroes nuncupati. Cf. *Serv.* ad *4. Ecl. 55.* et V. HEROS.

HĔRĂCLĔA et Heraclia, ae, f. Vox Graeca, Ἡράκλεια, proprie adiectiva, ab Ἡρακλῆς; h. e. Hercules; ad Herculem pertinens. Hinc absolute *Heraclea* dicta est herba eadem, quae heliotropion, teste *Apul. Herb. 49.*, quod ab Hercule inventa esset. — **2)** Item herba eadem, quae perdicalis, *ibid. 82.*

HĔRĂCLĔON et Heraclion, *Graeca positione*, i, n. V. voc. seq.

HERACLEOS vel Heraclios, et, *Latina positione*, Heracleus vel Heraclius, a, um. Adiect. Graecum, Ἡράκλειος, idem origine et significatione ac praecedens; h. e. ad Herculem pertinens, ut Heracleon siderion apud *Plin. 25. 13. 1.* V. SIDERION. — **2)** Absolute *Heracleon* dicta est herba eadem, quae Nymphaea, teste *Apul. Herb. 68.* et *Plin. 25. 57. 1.*, quem V. — **3)** Item *Heraclion* est idem quod papaver, ut *Id. 20. 79. 1.* et *Apul. Herb. 83.* habent. — **4)** Item herba quae et origanum Heracleoticum dicitur, triplicis generis: alia nigra, latioribus foliis glutinosa: alia exilioribus, mollior, sampsucho non dissimilis: alia inter has media, et minus, quam ceterae, efficax. Dicitur ab Hercule inventa. *Plin. 25. 12. 1.* et *20. 69. 1.* et seqq. — **5)** Item *Heracleos* dicta est herba lithospermon, teste *Eod. 27. 74. 1.* V. LITHOSPERMON. — **6)** Praeterea

II. *Heracleos* vel *Heracleus*, *a*, *um*, est etiam ad Heracleam urbem pertinens, de qua V. in ONOM. — Hinc *Heracleus* vel *Heraclius lapis* dictus est idem ac Lydius, quod apud Heracleam Lydiae inventur; *pietra del tocco, o pietra di paragone. Plin. 33. 43. 1.* Lapis... quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. *Cic. 6. Verr. 18.* Pocula duo quaedam, quae Heraclea nominantur, Mentoris manu. — Sed *Plin. 36. 25. 1.* Heracleus lapis; h. e. magnes.

HĔRĂCLĔŌTĬCUS, a, um. Adiect. Graecum Ἡρακλειωτικός; h. e. ad Heracleam urbem, de qua in ONOM., pertinens. Hinc Heracleotica nux, quam quidam castaneam vocant, apud *Macrob. 2. Sat. 14.*, et Heracleoticum origanum apud *Plin. 20. 62. 1.*, de quo V. in ORIGANUM.

HĔRĂCLĔUS.
HĔRĂCLĬA.
HĔRĂCLĬON.
HĔRĂCLĬUS. } V. HERACLEA et HERACLEOS.

HĔRAEĂ, ōrum, n. Vox Graeca, proprie adiectiva, τὰ Ἡραῖα, qua absolute posita significantur ludi, qui Argis solemniter celebrabantur in honorem τῆς Ἥρας; h. e. Iunonis. *Liv. 27. 30.* Curatione Heraeorum Nemaeorumque ad eum delata. Et *mox.* Heraeis peractis, ab ipso ludicro extemplo Rhium profectus est. Cf. HERA II.

* HERASINTIMA, vox corrupta in *Gloss. Placid.* V. HILLAR §. 3. *fin.*

HERBA, ae, f. Nomen etymi parum certi. Si *Isid. 17. Orig. 6. 1.* credimus, *arbor* et *herba* ab *arvis* inflexa sunt, eo quod terris, fixis radicibus, adhaerent. V. ARBOR §. 2. Contra Recentiores, in lisque *Doederl. Synon. III. p. 74.*, *herba* et *germen* eiusdem originis suspicantur; utrumque enim a Graeco φέρβω; pasco, nutrico, deducunt, unde φορβή; *herba (h. e.* pabulum) et φέρμα; *germen (h. e.* fructus). — **b)** Derivata, *herbaceus*, *herbanus*, *herbarius*, *herbasco*, *herbaticus*, *herbatum*, *herbesco*, *herbetum*, *herbeus*, *herbido*, *herbidus*, *herbilis*, *herbitium*, *herbo*, *herbosus*, *herbula*, *herbuscula*. — **c)** Composita, *exherbo*, *herbacanthus*, *herbifer*, *herbigradus*, *herbipotens*, *obherbesco*.

HERBA proprie ac universim est germen terrae viride ac tenerum, quo vestitur humus, pascuntur animalia, fruges producuntur; *erba*. *Cic. 2. Orat. 71.* In herba recumbere. Et *1. ibid. 7.* Abiicere se in herbam. *Virg. 3. Ecl. 55.* in molli consedimus herba. *Id. 2. G. 527.* fususque per herbam Agricola. Et *3. ibid. 436.* lacere per herbas. *Horat. 1. Ep. 14. 35.* prope rivum somnus in herba. *Ovid. 2. Met. 864.* viridique exsultat in herba. *Id. 5. ibid. 12.* et qua requieverit herba, Moenia fac condas. Et *7. ibid. 234.* stratis porrexit in herbis; *lo stese, lo corcò. Cic. 1. Divin. 34.* Herbae asperae et agrestes. *Virg. 4. Ecl. 24.* fallax herba veneni. *Id. 7. ibid. 45.* somno mollior herba. *Id. 8. ibid. 13.* ros in tenera pecori gratissimus herba. *Id. 1. G. 90.* novae herbae. Et *3. ibid. 126.* pubentes. *Ovid. 5. Fast. 123.* regentes. *Plin. 2. 63. 5.* Herbas medicas terra fundit. *Ovid. 7. Met. 196.* Herbae polentes; *di gran virtù*. *Virg. 5. Ecl. 26.* nec graminis attigit herbam. *Id. 1. G. 154.* frumenti quaereret herbam. Et *3. ibid. 295.* ovis herbam carpit. *Ovid. 4. Pont. 16. 35.* herbas pascere. *Id. 14. Met. 350.* legere. *Plin. 18. 30. 1.* inutiles evellere. *Lucret. 5. 814.* Terra cibum pueris, vestem vapor, herba cubile Praebebat multa et molli lanugine abundans. — Absolute de tritico. *Vulg. Interpr. Matth. 13. 26.* Cum autem crevisset herba et fructum fecisset. — **2)** Huc spectant elegantes similitudines ex varia herbarum natura petitae. *Plaut. Pseud. 1. 1. 56.* Quasi solstitialis herba paulisper fui: Repente exortus sum, repentino occidi. *Id. Trin. 1. 1. 9.* Interim mores mali Quasi herba irrigua succreverunt uberrume. *Vulg. Interpr. Ps. 89. 6. de vita hominis.* Mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat. *Id. Prov. 19. 12.* Sicut fremitus leonis, ita et regis ira: et sicut ros super herbam, ita et hilaritas eius. — **3)** De oleribus. *Cic. 7. Fam. 26.* Herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. *Plaut. Pseud. 3. 2. 25.* Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt. *Horat. 1. Ep. 12. 8.* Herbis vivis et urtica. — **4)** *In herbis esse* dicuntur frumenta nondum ad maturitatem accedentia. *Caes. 1. B. C. 48.* Neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant. *Ovid. 5. Met. 4.* Primis segetes moriuntur in herbis. *Id. 4. Fast. 643.* Ceres dominum primis fallebat in herbis. — **5)** Hinc proverbium *Catonis* apud *Gell. 13. 17.* Nunc ita aiunt, in segetibus et herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Saepe audivi, inter os atque offam multa intervenire posse, verum vero inter offam atque herbam (ibi vero) longum intervallum est; h. e. cum frumentum in herba est, fructus iam certus videtur esse; nolite tamen nimium confidere, quia si possunt multa intercidere inter os et offam, eo plura poterunt inter herbam et offam. Cf. *De-Vit, Sentent. Varron. p. 44.* — **6)** Hinc etiam translate. *Ovid. 17. Heroid. 263.* Sed nimium properas, et adhuc tua messis in herba est; h. e. nondum potiundi tempus advenit; proverb. — **7)** Hinc eleganti utitur translatione *Front. 1. ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 5.* Ego ne, qui indolem ingenii tui in germine etiam tum, et in herba, et in flore dilexerim, nunc frugem ipsam maturae virtutis nonne multo multoque amplius diligam? — **8)** *Herbam dare* aut *porrigere*, proverbialis dicendi forma de eo, qui se victum fatetur, et adversario cedit, victoremque agnoscit: ductum, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 99. Müll.*, quod pastores in prato cursu et viribus contendentes, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant. *Serv.* ad *8. Aen. 128.* Cum nomine Athenarum Neptunus et Minerva contenderent, et insisset Iuppiter, ut illius nomine diceretur civitas, qui *prius* melius obtulisset hominibus, equum Neptunus, Minerva olivam protulit, et statim vicit: unde cum eius ramus alicui offertur, indicat eum esse meliorem. Hinc est illud proverbium *herbam do;* idest, cedo victoriam. *Varro, ibid.* Cum in agonibus herbam in modum palmae dat aliquis ei, cum quo contendere non conatur, et fatetur esse meliorem. *Plin. 22. 4. 2.* Summum apud Antiquos signum victoriae erat, herbam porrigere victos; hoc est, terra et altrice ipsa humo, et humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio. Adde *Accium*, et *Afran.* apud *Non. 4. 225.* — **9)** Speciatim cum addito, *herba lactaria* est Τιθύμαλος, in *Gloss.*

Lat. Gr. V. TITHYMALUS. — *Herba mercurialis* est Ἀνάξιστις, *ibid.* V. LINOZOSTIS. — *Herba asinaria* est Ῥοδόδαφνη, *ibid.* V. ASINARIUS §. 2. — *Herba verruca* est Ἑλλέβορος, *ibid.* Hoc postremo error in voce *verruca* videtur esse, sed medela non suppetit.

HERBACĂNTHUS, i, m. Nomen ex *herba* et *acanthus*, quo vulgo species quaedam acanthi significatur. *Serv.* ad *1. Aen. 649.* Acanthus, genus virgulti flexuosum, quod vulgo herbacanthum dicunt. V. ACANTHUS.

HERBĀCĔUS, a, um. Adiect. ab *herba;* qui herbae colorem habet, herbeus; *di color d' erba. Plin. 19. 55. 3.* Porri sectivi duo genera: herbaceum, . . . alterum genus pallidioris folii. *Id. 20. 31. 3.* Folia herbacei coloris. *Id. 26. 55. 1.* Flos hic herbaceus est, alterius thymi albus. *Id. 21. 75. 1.* Unum purpureo flore, alterum herbaceum. *Id. 23. 49. 1.* Herbaceum oleum. Et *55. 27. 2.* Herbacea chrysocolla.

HERBANS, antis. V. HERBO.

HERBĀNUS, a, um. Adiect. ab *herba*, idem ac herbarius et herbaticus. *Inscr.* apud *Momms. n. 4065.* P. Baebio P. f. Ter. Iusto. Huic splendidiss. ordo . . . quod munus gla. . . . edidis. . . . q. proces. editio celebrata est ex indulg. paria tria cum ursis II. herban. liventer *(sic)* susceperint; *h. e.* quando processus editio . . . cum ursis II. herbanis libenter susceperint. Male *Visconti, Mon. Gabin. p. 118.* de *Herbano* oppido interpretatus est. Cf. HERBARIUS §. 3.

HERBĀRĬĂ, ae, V. voc. seq. §. 2. et 3.

HERBĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *herba;* ad herbas pertinens, ut *herbarius vicus* in Septima Urbis regione apud *Sex. Ruf. de Regionib.*, qui tamen dubiae est auctoritatis. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HERBARIA, ae, f. *(subaudi* ars). Est ars, quae in cognoscendis herbis, earumque virtutibus versatur; *la botanica. Plin. 7. 57. 3.* Herbariam, et medicamentariam a Chirone volunt repertam. — **3)** Item in plur. num.

HERBARIAE, ārum, f. Dicuntur ferae, seu bestiae, quae herbis pascuntur. *Inscript.* apud *Murat. 654. 1.* in qua miratus honestissimum . . . ex genere herbariarum, et numerosas orientales etc. V. HERBATICUS. Cf. *Inscr.* aliam apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6177.*, ibique *Momms.* — **4)** Item

HERBARIUS, ii, m. Est liber, in quo herbae notantur et describuntur, *erbario* quoque Italis nuncupatus. *Cassiod. Instit. div. litt. 31.* Imprimis habetis herbarium Dioscoridis, qui herbas agrorum mirabili proprietate disseruit, atque depinxit. V. BOTANICUM, ubi pro *orto botanico* repone *erbario*. — **5)** Item

HERBARIUS, ii, m. Qui herbarum peritus est; *erbaiuolo, botanico, erbolato, semplicista. Plin. 20. 75. 3.* Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit. *Id. 25. 109. 2.* Nostri herbarii strumeam vocant. *Id. 21. 85. 3.* Herbariorum scelus. Cf. *26. 12. 1.* Adde *Firmic. 3. Mathes. 4.* et *11.*

HERBASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. ab *herbo*, idem ac herbesco. *Plin. 19. 42. 4.* Quin et ovillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbasceret; *h. e.* herbas emitteret. *Harduin. herbas creat* ex MSS. et ita etiam *Sillig.* Dubiae itaque admodum est auctoritatis. Olim tributum fuit etiam *Vopisc.* in *Prob. 19.*, ubi tamen non reperitur. V. *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 15.* — Nihilominus legitur in *Onom. Lat. Gr.* Herbascere; *βοτανεύεσθαι.* — Sic *gemmasco* et *gemmesco*. Cf. HERBESCO.

HERBĀTĬCUS, a, um. Adiect. ab *herba;* qui herba pascitur; *erbivoro:* ut herbatica animalia, quae herbis pascuntur. *Vopisc. Prob. 19.* Oves ferae, et cetera herbatica animalia. Adde *Inscr.* apud *Civiltà Cattolica*, allatam sub v. DENTATUS §. 3. et Cf. HERBARIUS §. 3.

HERBĔO, es, ēre. V. HERBO.

HERBESCO, is, ere. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *herba* (V. *Charis. 3. p. 226. Putsch.*); herbidus fio, herbam produco. *Cic. Senect. 15.* Terra semen sparsum vapore et compressu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem. Cf. HERBASCO.

HERBĒTUM, i, n. Nomen ab *herba;* herbitium. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 277.* Herbetum et herbarium, locus herba abundans. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 160. n. 55.* — **2)** *Herbetum* nomen est etiam vulgare rhododendri apud *Isid. 17. Orig. 7. 55. Herbitum* (lege *Herbetum*) vocaverunt pastores, eo quod vice herbae praebeatur pecoribus, ubi desunt pascua.

HERBĔUS, a, um. Adiect. ab *herba;* herbae colorem habens, viridis; *verde, di color d' erba. Plaut. Curc. 2. 1. 16.* Cum collativo ventre, atque oculis herbeis.

HERBĬDO, as, āre. Verbum transitiv. ab *herbo* per deminutionem factum; similem herbae reddo. *Capell. 1. p. 20.* Qui lapides coloribus suis terras ratis temporum vicibus herbidabant; *h. e.* herbidas reddebant.

HERBĬDUS, a, um. Adiect. ab *herba*, syllabica adiectione productum; plenus herbis, herbosus; *erboso. Varr. 2. RR. 1.* et *Liv. 9. 2.* Campus herbidus aquosusque. *Ovid. 8. Met. 282.* maiores herbida tauros Non habet Epiros. *Colum. 1. 6. ad fin.* Segetes herbidas reddere; *h. e.* herbis permixtas et infestatas. — **2)** Item herbeus, herbaceus. *Plin. 11. 31. 1.* Herbidus color. *Prudent. Psychom. 865.* volvitque vagos lux herbida fluctus. — **3)** Item ex herba factus. *Plin. 24. 19. 1.* Lactis potus herbidi per montium aestiva; *h. e.* lactis ex recentibus herbis geniti. — **4)** Absolute, substantivorum more,

HERBIDA, orum, n. Sunt partes herbidae. *Tertull. Pall. 3. a mid.* Et arbusta vestiunt, et lini herbida post virorem lavacro nivescent; *h. e. anche gli arboscelli sommistrano le vesti, e gli erbacei gambi del lino, deposta la verdezza, dopo che furon lavati, divengono bianchissimi qual neve.*

Nota. Discrimen inter *herbidum* et *herbosum* habet *Agroit. p. 2273 Putsch.* « *Herbidum* locum dicimus, in quo herba est, etsi aridus esse consueverit: *herbosum*, qui herbam facile generat, etiamsi ad tempus aridus sit. »

HERBĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. ab *herba* et *fero;* herbas ferens, herbidus; *erboso. Ovid. 14. Met. 9.* Herbiferi colles. *Id. 4. Fast. 468.* et ripas, herbifer Aci, tuas. *Plin. 25. 53. 5.* Herbiferum esse et Pelium montem in Thessalia.

HERBĬGRĂDUS, a, um. Adiect. ab *herba* et *gradior;* qui inter herbas graditur. *Pacuv.* apud *Cic. 2. Divin. 64.* Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam. *Al. leg.* tardigradam.

HERBĬLĬĂ, ae, f. Est genus leguminis, eadem ac hervilia, et ervilia; hinc etiam *herbum*, et *hervum* pro *ervum* scribitur. *Edict. Diocl. p. 20.* Lenticlae, herbiliae, pisae. — In *Not. Tir. p. 169.* legitur *Hervilia* pro *Herbilia*. V. ERVILIA.

HERBĬLIS, le. Adiect. ab *herba;* qui herbis pascitur, vel pastus est. *Lucil.* apud *Serv.* ad *1. G. 139.* Herbilis anser. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 100. Müll.* Herbilis anser, herba pastus: qui gracilior est, quam frumento altus. — Agnoscit verbum hoc etiam *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.*

HERBĬPŌTENS, entis. Adiect. ab *herba* et *potens;* qui scit potestatem herbarum. *Boëth. Consol. l. 4. metr. 3. v. 8. de Circe.* Quos ut in varios modos Vertit herbipotens manus, etc.

HERBĬTĬUM, ii, n. Nomen ab *herba*, quo significatur locus, in quo herbae nascuntur, ut exponit *Gloss. Isid. n. 821.* V. HERBETUM.

* HERBITUM. V. HERBETUM §. 2.

HERBO, as, āre. Verbum transitiv. ab *herba;* herbas produco, germino. — Usurpatum reperitur in participio tantum apud *Apul. 7. Met. 15.* Veris initio, pratis herbantibus. *Alii* herbentibus *leg.* ut sit ab *herbeo*, sed priorem lectionem ex Codd. tuetur etiam *Hildebr.* ad *h. l.*, collato exemplo verbi *exherbo*, quod V.

HERBŌSUS, a, um. Adiect. ab *herba*. — Superlat. *herbosissimus* §. *1.* — Est herbidus, herbis abundans; *erboso. Horat. 3. Od. 18. 9.* Ludit herboso pecus omne campo. *Propert. 1. 3. 6.* Apidanus herbosus. *Tibull. 2. 5. 25.* pascebant herbosa Palatia vaccae. *Virg. 2. G. 199.* herbosum flumen; *h. e.* cuius ripae, et loca circum herbida, aquis eius irrigata. *Cato, RR. 54.* Herbosissima stramenta; *h. e.* quae herbas multas permixtas habent. *Ovid. 4. Fast. 867.* herbosum meretum; *h. e.* ex variis herbis compositum. — **2)** Herbosus etiam dicitur, qui herbae colorem imitatur. *Sidon. carm. 5. 58.* de caute Laconum Marmoris herbosi radians interviret ordo; *h. e.* marmoris Lacedaemonii, Italice *serpentino*, de quo *Stat. 2. Silv. 2. 91.* Quod viret, et molles imitatur rupibus herbas. *Capell. 1. p. 17.* Calceos smaragdineae fluctu viriditatis herbosos vestigiis eius tellus annexuit.

Nota. Discrimen inter *herbidum* et *herbosum* supra dedimus sub v. HERBIDUS in *Nota*.

HERBŬLĂ, ae, f. Deminut. ab *herba;* parva herba; *erbetta. Cic. 2. Nat. D. 50.* Perpurgant sese quadam herbula, quae seselis dicitur. Adde *Senec. Vit. beat. 9.* et *Quintil. 1. 5. 5.*

HERBUM, i, n. Est idem quod ervum, apud *Pallad. 1. 24.* V. ERVUM.

HERBUSCŬLĂ, ae, f. Deminut. ab *herbula*, parva herbula; *erbetta. Capell. 2. p. 25.* Quem, dum flores ipsa decerperet, praelectis quibusdam herbusculis conspicata est.

HERCISCO, is, ĕre. Verbum transitiv. specie inchoativ., a *cieo*. Factum est enim a voce *herctum*, et *cisco*, pro *cio;* divide: quod a σχίω, et σχίζω; scindo. *Gloss. Philox.* Cienda; διαιρουμένα. Ergo *hercisco* est quasi *herctum cisco;* *h. e.* patrimonium divido: et *familia*, seu *hereditas hercisscunda*, est hereditas dividunda. V. HERCTUM. — Sunt tamen, qui hoc *hercisco* nihili putant, et tanquam corruptam vocem ex *hercto cito*, ex Latio procul amandandum. Fuisse enim aiunt apud Antiquos actionem hereditatis dividendae his verbis conceptam: *familiae, hereti ciundae:* ex quibus factum esse a lCtis per imperitiam *familias hercisscundas*. Ita *Salmas.* ad *Solin. p. 1262. 1263.* Sed obstant huic sententiae tum loca *Cic.* et *Apuleti* allata, quae non vidisse, aut dissimulasse videtur *Salmas.*, tum auctoritas criticorum aliorum, qui retinendum omnino putant. — **b)** Scribitur et *ercisco*, in *Pandect. Florentin.*, omissa aspiratione, et ἀρχαϊκῶς *ercisco*, ut in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 205. p. 117. lin.*

Digitized by Google

55. « De familia erciscunda, dividunda, etc. » — c) Atque hinc compositum *disertio*, quod V.

HERCISCO proprie est divido; *dividere, partire:* et est antiquum verbum iuris, cuius tamen nulla vox, nisi gerundiva in usu est. *Cic. 1. Orat. 56.* Nec si parvi navigii, et magni eadem est in gubernando scientia, idcirco qui, quibus verbis herctum cieri oporteat, nesciat, idem herciscundae familiae causam agere non possit. *Id. Caecin. 7.* Nomine heredis arbitrum familiae herciscundae postulavit. *Apul. 9. Met.* Nec herciscundae familiae, sed communi dividundo formula dimicabo. Adde *tit. 2. lib. 10. Dig.* Familiae herciscundae. — 2) Translate. *Apul. 6. Met. sub. fin.* in causa finali de proprietate soli, immo vias herciscundae contendentes.

HERCLE. V. HERCULE.

HERCTUM, vel Erctum, sive Horctum, ut quidam dixere; *patrimonio, eraditâ*. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 102. Mull.* Horctum et forctum pro bono dicebant. *Donat.* apud *Serv.* in *8. Aen. 642.* et *Gell. 1. 9. extr.* Herctum non citum; hoc est patrimonium non divisum: Herctum ciendum, hereditas dividenda. — Qui modus dicendi habetur etiam apud *Fest. ibid. p. 82.* Herctum citum fit inter consortes (Ubi genus neutr. animadvertendum est). — *Gloss. Philox.*, Herctus citus, *διαίρεσις τῶν ὑπαρχόντων*. Adde *Cic.* loc. cit. in HERCISCO §. 2., ubi illud *herctum cieri* a *P. Victor. var. lect. l. 35. c. 1.* satis defenditur contra eos, qui lectionem sollicitant.

HERCTUS. V. voc. praeced.

HERCŬLĀNĔĂ, et HERCŬLĀNĬĂ, ae. } V. voc. seq. §. 2.

HERCŬLĀNĔUS et Herculanius, a, um. Adiect. ab *Hercules*, quod est nomen viri proprium, de quo V. in ONOM.; ad Herculem pertinens; et *Herculanea pars; h. e.* pars decima, quam multi Herculi consecrabant. *Plaut. True. 2. 7. 11.* de una mina deminui Modo quinque nummos; mihi detraxi partem Herculaneam. — 2) *Herculania* dicta est etiam herba eadem quae peristereon vel sideritis communius est vocata teste *Apul. Herb. 66.* et *73.* Alii leg. *Hercularia*. — 3) *Herculanea urtica*, apud *Plin. 21. 55. 1.* est urticae species, quae mordax simul et odora est. — 4) *Herculaneus nodus*. V. NODUS. — 5) *Herculaneus* translate sumitur pro maximo; maxima enim statura Hercules traditur fuisse. Hinc *Herculaneae formicae; h. e.* maximae, apud *Plin. 30. 10. 2.* — 6) Item *Herculanea machaera*, magnus ensis, eiusmodi solet Herculi tribui. *Capitolin. Pertin. 8.* — 7) Praeterea HERCULANEUS est etiam ad *Herculanum*, oppidum Campaniae, de quo V. in ONOM., pertinens. Hinc *Herculanea*, et *Herculana ficus*, quam *Cloat.* apud *Macrob. 2. Saturn. 16.*, *Cato, RR. 8.* et *Plin. 15. 19. 3.* memorant, fortasse ab eodem illo oppido, ubi nascitur, denominata est.

HERCŬLĀNĬUS. V. voc. praeced. §. 2.

HERCŬLĀNUS, a, um. Adiect. ab *Hercules*, idem quod Herculaneus, ut *Herculanus pes* apud *Gell. 1. 1.* V. loc. et Cf. voc. praeced. §. 3. — 2) Item *Herculana ficus*, de qua V. in voc. praeced. §. 7.

HERCŬLĀRĬĂ et HERCŬLARĬUS. } V. HERCULANEUS §. 2.

HĔRCŬLE et Hercules, et *per syncopen* Hercle. Adverb. ab *Hercules*, quod tamen adhibetur, ita ut saepe hic ne cogitetur quidem, ut pronum est colligere ex infra propositis exemplis. — b) Etiam *Hercules*, tamquam rectus nominis casus, MSS. Codd. comprobatur *Vellei. 2. 52.* et *Cic. Brut. 16.* et *Coel.* apud *Eund. 8. Fam. 4.* et *Pollion.* apud *Eund. 10. ibid. 33.*, quamquam sunt loca, in quibus *Hercules* cum *hercule* et *mehercule* est confusum. V. MEHERCULE.

HERCULE et Hercle, adverbium est varii usus; ponitur enim saepe ubi dubitatio qualiscumque est removenda, aut ipsa res affirmanda, ut sit: certe, profecto; *sertamente, per fermo:* et est in plerisque speciebus quaedam iuramenti. *Plaut. Asin. 1. 1. 25.* neque hercle ego hinc dico, nec dictum volo. Et *mox*. Cupio hercle. *Id. Epid. 1. 2. 33.* Hercle miserum est, ingratum esse hominem id quod facias bene. *Id. Mil. 2. 3. 40.* Hercle quidquid est, mussitabo potius, quam interea male. *Cic. 3. Leg. 1.* Bene hercle faciunt. — *Plaut. Epid. 1. 2. 18.* Si hercle haberem, non negarem. *Id. Stich. 4. 2. 30.* Si hercle faxis, non opinor dices deceptum fore. *Cic. Quint. 5.* Itaque hercule haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad se in privatam domum revocabat. *Id. 2. Att. 7.* Hercule, verum ut loquamur, subcontumeliose tractatur. *Id. ad Capiton. post ep. 16. l. 16. ad Att.* Sed hercule facile patior. *Id. Brut. 16.* Et hercules hae quidem extant. *Vellei. 2. 52.* Neque hercules quidquam salubrius fuit. *Cic. 2. Fam. 18.* Et hercle tuo dubio erit ignominia. *Quintil. 5. 12. 16.* De omnibus his omnia dicere infinitum est, tam hercule, quam si etc. Adde *Terent.* saepe, et *Plaut.* quam saepissime. — *Plaut. Asin. 3. 3. 110.* Perii hercle. Adde *Ter. Eun. 5. 2. 66.* et *Heaut. 4. 4. 14.* — 2) Iungitur et aliis particulis affirmantibus. *Plaut. Trin. 5. 3. 33.* Scite hercle sane. *Id. More. 1. 2. 74.* Tam hercle certe, quam etc *Id. 2. 1. 40.* Hercle equidem. *Id. Mil. 4. 2. 8.* Nequeo hercle quidem. *Id. Stich. 4. 1. 35.* Hercle ille quidem certo versutus fuit. *Id. Trin. 3. 3. 23.* Minume minume hercle vero. *Id. Men. 5. 9. 55.* Hercle quin tu me admonuisti recte, et habeo gratiam. *Id. Rud. 3. 3. 41.* Heu hercle nae istic fana mutantur cito! — 3) Item cum verbis *credo, opinor, obsecro, quaeso*. *Id. Epid. 2. 2. 72.* Nam ille quidem aut iam hic aderit, credo hercle. *Id. Pseud. 1. 2. 85.* Vix hercle opinor. *Gell. 2. 29.* Hercle puto. *Plaut. Bacch. 2. 3. 20.* Quid ita obsecro hercle? *Ter. Eun. 2. 3. 65.* Quidnam, quaeso hercle? — 4) Aliquando est irascentis et minantis. *Plaut. Amph. 2. 1. 6.* Iam quidem hercle ego tibi istam Scelestam, scelus, linguam abscindam. *Id. Casin. 3. 4. 15.* Haud mentire hercle. — 5) Aliquando significatur admiratio rei horrendae aut odiosae aut insolitae; praesertim in formula *at hercule*. *Tacit. 1. Ann. 26.* At hercule verbera et necem cunctis permitti. *Id. 1. ibid. 3.* At hercule Germanicum Druso ortum octo apud Rhenum legionibus imposuit. *Ter. Andr. 4. 4. 3.* Sed quid hoc? Puer hercle'st. *Donat.* ad h. l. addit *ornativa particula est* hercle.

Nota. « *Per hercle*, seu coniunctim *perhercle*, idem significat ac hercle. *Gell. 3. 6. init.* Per hercle rem mirandam Aristoteles dicit. » — Hoc additamentum est *Furlanetti;* sed illud *per* non ad *hercle* sed ad *mirandam* referendum esse per tmesim divisum pro *permirandam* iam ipse *Forcellinus* viderat. V. PERMIRANDUS. — 2) Haec iurandi formula virorum propria erat; quemadmodum mulieres iurabant per Iunonem. Apud *Plaut.* tamen *True. 2. 1. 1.* ancilla quaedam, Ha ha ha, inquit, hercle quievi, etc. Quamquam alii hic observant Graecam ancillam loquentem induci. Cf. CASTOR §. 2. et MEHERCULE. Sed Recentiores id non admittunt. V. *Hand, Turtell. T. 2. p. 542.* et *T. 3. p. 59.* et *seq.*, quo altero loco alia plura habes de hac particula.

HERCŬLES, is, m. Nomen est proprium herois Thebani inter Deos relati, de quo V. in ONOM. — Ab eo tamen quaedam dicendi genera originem sumpserunt, quae in usum communem vulgo traducta sunt, quemadmodum et de adverbio *Hercule* in voce praeced. observatum est. — Hinc *Herculis cothurnos aptare infanti*, proverb. dicitur de inepte applicatis, ut si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. *Quintil. 6. 1. 56.* — 2) Item *Herculem lacessere* est fortiorem irritare. *Inscript.* apud *Grut. 105. 5.* Nonne dixi tibi, Decebale, funestum est Herculem lacessere? — Haec tamen inscriptio merito ab Eruditis spuria habetur. — 3) Item *nec Hercules adversus duos; h. e.* nemo tantis est viribus, ut contra plures par esse possit. Ducitur proverb. ex eo, quod Hercules adversus Hydram simul et Cancrum pugnaturus, Iolai nepotis imploravit auxilium. Quo respexit *Catull. 62. 64.* noli pugnare duobus. — 4) Item *Herculis quaestum conterere; h. e.* valde prodigum esse, et vel decimas Herculi debitas prodigere. *Plaut. Most. 4. 2. 68.*

HĔRĔ. V. HERI §. b.

HĔRĔBUS. V. EREBUS.

* HERECEDDYN. — *Bolth.* in *Arist. de Interpr. edit. secund. 1. p. 423. Migne*. Nomen vero quamquam subiecet elementis, prius tamen quam ad aliquam subiectae rei significationem ponatur, per se nihil designat, ut cum dicimus *scindapsus* vel *hereceddyn;* haec per se nihil quidem significant, sed si ad subiectae rei alicuius significationem ponantur, ut dicatur vel homo scindapsus, vel lapis hereceddyn, tunc haec, quae per se nihil significabant, positione et secundum ponentis quoddam placitum designant.

HĔRĔDĬFĬCO et Haerediico, as, āre. Verbum transitiv. ab *heres* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum. Est hereditate accipio, heredito. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 22. 1.* Hic est enim finis humani generis heredificantis Deum.

HĔRĔDĬŎLUM et Haerediolum, i, n. Deminut. ab *heredium;* parvum heredium. *Colum. praef. l. 1. ante med. de Cincinnato*. Rursus depositis fascibus, ad eosdem iuvencos, et quatuor iugerum avitum herediolum redierit. *Gell. 19. 7.* Herediolum tenue possidebat. Adde *Auson. 3. Edil. 1.*

HĔRĔDĬPĔTĂ et Haeredipeta, ae, m. Nomen ab *heres* et *peto;* qui blanditiis, assentationibus, muneribus senum ac viduarum gratiam captat, ut ab iis heres scribatur. *Petron. Satyr. 124.* Incidimus in turbam heredipetarum. Adde *Not. Tir. p. 85.*

HĔRĔDĬTĀRĬĔ et Haereditarie. Adverb. ab *hereditarius;* ex hereditate; *per eraditâ*. *Vulg. Interpr. Ezech. 46. 16.* Hereditas eius, filiorum suorum erit, possidebunt eam hereditarie.

HĔRĔDĬTĀRĬUS et Haereditarius, a, um. Adiect. ab *hereditas;* ad hereditatem pertinens; *eraditario*. *Cic. Caecin. 5.* Cum esset haec auctio hereditaria constituta. *Id. 1. ad Brut. 6. ad fin.* Habero cum aliquo controversiam hereditariam. — 2) Item qui ad nos hereditate pertinet. *Plin. 7. ep. 11.* Hereditarii agri. *Flor. 3. 15. extr.* Iure hereditario possidere aliquid. *Curt. 10. 7. ad fin.* Hereditarium imperium vindicare. *Cic. Somn. Scip. 2.* Hereditarium cognomen. *Iustin. 56. 4.* Attalicas gazas hereditarias populi R. Romam deportavit. *Inscr.* in *Giornal. Arcad. T. 168. p. 144.* Monumentum *(sic)* Vibianum, quod ex gradu hereditario possederat. — 3) Apud ICtos *hereditarium aes*

Digitized by Google

alienum, intelligitur etiam id, de quo cum defuncto agi non potuit, veluti quod is, quum moreretur, daturum se promisisset: item quod is, qui pro defuncto fideiussit, post mortem eius solvit. — 4) Translate dicitur de iis omnibus, quae utcumque a maioribus sumimus. *Flor. 3. 17.* Ut hereditarium in posteros suos bellum propagaret. *Quintil. 9. Declam. 14.* Hereditaria odia subire. *Val. Max. 4. 3. n. 8.* Vetus atque hereditaria Urbis nostrae paupertas.

HĔRĒDĬTAS et Haereditas, ātis, f. Nomen abstractum ab *heres*, sive ab *hera*, teste *Cassiod.* in *Psalm. 77. 66.* Hereditas quippe ab hero dicta est, quoniam cum iure legitimo Dominus noscitur possidere. — b) Reperitur in genitivo plur. *hereditatium* pro *hereditatum*. *Inscr.* apud *Grut. 590. 10.* T. Flavio Aug. L. Ianuario adiutori tabular. XX. hereditatium. Adde *alium* apud *Don. el. 3. n. 126.*

HEREDITAS proprie est successio in universum ius, quod defunctus habebat tempore mortis, ut *Caius, Dig. 50. 16. 24.* defuit; *eredità. Cic. 1. Invent. 43.* Hereditate possidere aliquid. Et *ibid.* Hoc mihi hereditate venit. *Varr. 1. RR. 12.* Si istiusmodi mi fundus hereditate obvenerit. *Plin. 17. 1. 3.* Domus, quae mihi hereditate obvenit. *Nep. Annib. 1.* Hereditate relictum quippiam. — 2) Sensu concreto ipsa illa bona et iura, quae hereditate acquirimus. *Cic. Top. 6.* Hereditas est pecunia, quae morte alicuius ad quempiam pervenit iure, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta. *Id. Flacc. 36.* Communem hereditatem, quae aequaliter ad utrumque lege venisset, concessit adolescenti. *Id. 2. Phil. 16. extr.* Hereditatem adire. *Id. 11. Att. 2.* cernere ex testamento. Et *12. ibid. 48.* tenere. *Id. Caecin. 35.* capere ab aliquo. *Id. 1. Agr. 3.* obire. *Id. 1. Offic. 33. extr.* tradere alicui. *Tacit 2. Ann. 19. extr.* usurpare. *Plin. 8. ep. 18.* alicui transmittere. *Modestin. Dig. 24. 3. 58.* repudiare, omittere, acquirere, suscipere. *Ulp. Dig. 28. 3. 4.* obtinere. *Plaut. True. 2. 3. 23.* Si qua mihi obtigerit hereditas magna et luculenta. *Id. Cure. 1. 2. 34.* Haud saepe eveniunt tales hereditates. *Nep. Attic. 21.* Multas hereditates consequi. *Plin. 7. ep. 11.* Hereditas mihi obvenit, in qua ista praedia sunt. *Plin. alter, 2. 112. 10.* Ad quas pertinebat hereditas. Et *ibid. 21. 2.* Caelum in hereditate cunctis relictum. *Iulian. Dig. 29. 2. 44.* Hereditate se abstinere. *Terent. Clem. Dig. ibid. 30. 16. 151.* Delata hereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi. *Ulp. ibid. 56. 4. 5. a med.* Si iacuerit hereditas aliquo tempore; h. e. si nemo erit, qui eam adeat. — 3) *Sine sacris hereditas*, proverb. V. SACRUM. — 4) Translate. *Cic. 1. Offic. 22. ad fin.* Licet mihi, Marce fili, apud te gloriari, ad quem hereditas huius gloriae pertinet. *Iustin. 36. 2.* Paternae scientiae hereditas. *Cic. 2. Offic. 8.* A quo quidem rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos venit hereditas. Adde *ibid. 33.* — 5) Apud *Vulg. Interpr.* saepe *hereditas Dei* dicitur populus electus, et terra sancta. Sic *Psalm. 78. 1.* Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum. *Ierem. 12. 8.* Facta est mihi hereditas mea, quasi leo in silva; dedit contra me vocem; h. e. ipse meus populus contra me insurrexit.

HĔRĔDĬTO et Haeredito, as, āvi, atum, āre. Verbum transitiv. ab *heres;* hereditatem capio; *ereditare. Salvian. 3. advers. avar. 10. a med.* Si illi tui tunc ob Deum donantes omnia sua, etiam se ipsos exhereditavere viventes, discite vos, quaesumus, bona vestra vel ipsi hereditare morientes. *Vulg. Interpr. Psalm. 24. 13.* Semen eius hereditabit terram. — 2) Translate. *Id. Eccli. 17. 9.* Addidit illi disciplinam, et legem vitae hereditavit illos: ἐληρονόμησε. *Id. Oseae, 9. 6.* Desiderabile argentum eorum urtica hereditabit. — *Augustin. Serm. 22. n. 3. ed. Mai.* Flagellat *(Dominus)* omnem filium, quem recipit. Sed dediguaris flagellari? dedignare ergo hereditari; h. e. heredem fieri. — 3) Simpliciter pro obtinere, possidere. *Vulg. Interpr. Eccli. 39. 28.* Ira ipsius gentes, quae non exquisierunt eum, hereditabit. — 4) Absolute, sive intransitivorum more. *Id. Ps. 81. extr.* Hereditabis in omnibus gentibus; h. e. omnes gentes.

HĔRĔDĬUM et Haeredium, ii, n. Nomen ab *heres;* praedium parvulum, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 99. Mull.*, quod hereditate quis possidet; *picciolo podere ereditario. Varr. 1. RR. 10.* Bina iugera, quae a Romulo primum divisa dicebantur viritim: quae, quod heredem sequerentur, heredium appellarunt. *Nep. Cat. 1.* Cato adolescentulus versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat. — 2) Olim hac voce hortus significabatur; *orto. Plin. 19. 19. 2.* In XII. Tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: in horti vero heredium.

HĔREM Martĕam. V. HERES §. c.

HĔRĔMUS, etc. V. HAEREMUS, etc.

HĔRENS. V. voc. seq. §. d.

HĔRES et Haeres, ēdis, m. et f. Nomen parum certae originis. Quidam ab *aereo*, vel ab *aere*, deducunt, sed alii probabilius ab *herus (Apul. Orthogr. 18.)*. Sunt etiam qui conferunt cum Graeco χήρος; viduus. — b) Scribitur et *haeres:* sed contra diphthongum stant *Manut., Dausq., Cellar.* ex lib. veteribus, et innumeris Lapidib. Veteres olim etiam sine aspiratione scripsere *eres*, ut in *Inscr.* apud *Grut. 521. 7., 526. 7.* et *alibi.* Cf. HAERES. — Idem et de derivatis dicendum est. — c) *Herem* pro *heredem* per syncopen in quarto casu olim dictum fuit. *Naevius* apud *Non. 8. 25.* Omnibus bonis ego te herem facam. Adde *Inscr.* infra §. 8. — Huc spectat locus *Festi* apud *Paul. Diac. p. 100. Mull.* Herem Marteam Antiqui, accepta hereditate, colebant, quae a nomine appellabatur heredum. *Alii leg.* Martiam. V. MARTEA in ONOM. — d) *Herens* pro *heres* legitur in *Inscr.* apud *Orelli*, n. *3528.* Iulius Iulianus dec. municeps et herens. — e) Male apud sequioris aevi Poëtas prima in *heres* corripitur, ut in *Anthol. Lat. n. 1125. Meyer.* Dum sis patris heres, teneas et, Bumbule, census. — f) *Heredi* in ablativo pro *heredo* legitur in *fragm. Legis agrar.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 200. lin. 23.* — g) Derivata, *heredium, hereditario, hereditarius, hereditas, hereditio, heredium, herem.* — h) Composita, *coheres, exheredo, exheres, heredifico, heredipeta, inheredito, peteredius, proheres, subheres.*

HERES proprie est qui defuncto succedit in bona et ius, quod habebat; *eredo. Ulp. Dig. 50. 16. 170.* Heredis appellatione omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi. *Cic. 13. Fam. 26.* Mescinius heres est M. Mindio fratri suo. Et *29. a med.* Heres ex parte dimidia et tertia est Capito: in sextante sunt ii, quorum etc. *Id. Quint. 4.* Heredem ex testamento reliquit hunc P. Quintium. *Id. 3. Offic. 18.* scribere. *Modestin. Dig. 28. 6. 1.* substituere alicui. *Cic. Caecin. 6.* Testamento facto mulier moritur, facit heredem ex deunce et semuncia Caecinam, ex duabus sextulis Fulcinium. *Id. 3. Verr. 45.* Testamento facere heredem filiam. *Id. Caecin. 4. ad fin* Quem suis bonis heredem esse cupiebat. *Plin. 5. ep. 3.* Aliquem heredem ex asse instituere. V. AS §. 10. *Cic. 2. Phil. 23.* Autonius nondum in Pompeii locum repentinus heres successerat. *Plin. 9. 39. 1.* Relictus ab eo in amplis opibus heres. *Id. 33. 50. 1.* Libras triginduo argenti Africanus sequens heredi reliquit. — 2) *Heres*, quamvis de femina dicatur, tamen adiectivis semper iungitur masculinis, monente *Charis. 1. p. 79. Putsch.* Nam, inquit, Marcus ait, *heres ipsius secundus*, de muliere loquens. — 3) *Heres secundus* est qui in primi locum substituitur, si is heres esse non possit. *Cic. 13. Fam. 61.* Qui me cum tutorem, tum etiam secundum heredem instituerit. Apud *Modestin.* formulam habes secundi heredis substituendi, *loc. cit.* Filius mihi heres esto: si heres non erit; sive erit, et intra pubertatem decesserit, tunc Caius heres esto. — 4) *Heredis* quoque *tertii* et *quarti* mentio est apud *Sidon. 5. ep. 12.* — 5) *Heres necessarius* apud *Caium, 3. Instit.* (edente iterum *Goeschenio*) §. 153. est servus cum libertate heres institutus; ideo sic appellatus, quia, sive velit, sive nolit, omnimodo post mortem testatoris protinus liber, et heres est. — 6) *Heres suus et necessarius* apud *Eund. ibid.* §. *156.* est filius, filiave, nepos, neptisve ex filio, deinceps ceteri, qui modo in potestate morientis fuerunt: suus quidem heres ideo appellatur, quia domesticus heres est; necessarius vero, quia omnimodo, sive velit, sive nolit, tam ab intestato, quam ex testamento heres est. Adde *Ulp. Dig. 38. 16. 1.* — 7) *Heres extraneus* apud *Eund. ibid.* §. *161*, est, qui testatoris iuri subiectus non est. — Idem et *externus* dicitur. *Papinian. Dig. 29. 2. 83.* Externus heres institutus. — 8) Huc spectant formulae in titulis sepulcralibus satis frequentes. *Inscr.* apud *Orelli, n. 4597.* Hoc monumentum heredem sequitur. Et *n. 4147.* Hoc monumentum heredem futerum *(lege* exterum) non sequatur. Et *n. 4579.* Hoc monumentum herem *(sic)* non sequitur. — Et *n. 5986.* H. L. S. H. N. S.; h. e. Hic Locus Sepulturae Heredem Non Sequitur. Et *n. 4182.* H. M. S. S. E. H. H. N. S.; h. e. Hoc Monumentum Sive Sepulchrum Exteros Heredes Non Sequitur. — 9) *Heres petitor* titulus est comoediae *Pomponii*, cuius fragmentum exstat apud *Non. 511. 18. Merc.*, ubi Cod. Bamb. habet *petitor* loco *petitor*. — 10) Translate. *Cic. Brut. 97.* Illa vetus academia, atque eius heres Aristus. *Ovid. 3. Art. am. 439.* Criminis heres. Et *2. Heroid. 78.* fraudis. Et *9. ibid. 110.* laudis. *Plin. 36. 4. 12.* Praxitelis filius Cephissodorus et artis heres fuit. — 11) *Heres imperii* titulus successoris designati, qui primum collatus fuit Alexandro Severo a. post Chr. 221., ut probat *Borghesi, Oeuvr. T. 5. p. 459.*, coll. *Cavedoni*, ad *h. l.* — 12) Specialim

II. *Heres* apud Antiquos, inquit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 98. Mull.* pro *domino* ponebatur. *Plaut. Men. 5. 2. 12.* Abstuli hanc, cuius heres nunquam erit post hunc diem. *Iustin. Instit. 2, tit. 19. in fin.* Pro herede gerere est pro domino gerere. Veteres enim heredes pro dominis appellabant. — 13) Huc spectare potest illud *Vulg. Interpr. Hebr. 1. 2. dictum de Christo Domino.* Quem *(Patet)* constituit heredem universorum. — 14) Hinc et de discipulis ipsius. *Id. Tit. 3. 7.* Ut iustificati gratis ipsius *(Christi)* heredes simus secundum spem vitae aeternae. Adde *Hebr. 11. 7.* et *Iacob, 2. 5.* — 15) Ironia valde amara est in illo *Mich. 1. 15.* Heredem adducam tibi, quae habitas in Maresa; h. e. hostis praedo tanquam heres occupabit possessionem Israëlis. — 16) Improprie et a similitudine

III. *Heres* dicitur quoque de animalibus. Hinc *Ovid. 9. Met. 70. de Hydra*, nec ullum De centum numero caput est impune recisum. Quia

Digitized by Google

gemino cervix herede valentior esset. — **17)** Item *heredes* etiam dicuntur stolones, quia in locum succedunt arboris suae. *Plin. 16. 67. 1.* Alni caesae densius innumero herede prosunt.

HERES, is, f. Compositio medica, memorata *Cael. Aurel. 2. Chron. 3. n. 68.* Medicamen, quod appellant heren. V. *Interpr.* ad *h. l.*

II. HERES, erinacius. V. ERES.

HERESIS. V. HAERESIS.

HĔRĪ. Adverb. temporis, quod satis inepte *Apul. Orthogr.* ab *haereo* sive *haereo* deducit: « *Heri*, inquit, inde perhibent dictum, quia *hesternus* dies hodierno *cohaereat*, sine diei alterius interpellatione. » — Rectius conferunt alii cum χθές Graecorum; immo *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 99. Müll.* derivat. ab ἐχθές, quod idem significat: quod ea ratione intelligi vult *Voss.*, ut olim *hesi* dixerint: hoc esse ab χθεσι, unde χθές, et ἐχθές. — Ad *Fest. loc. cit.* adnotat *Lindemann* deduci posse a Sanscrito *hias*, mutata *s* in *r* et addita *i* in fine, quasi *hiari* pro *hieri*, ac demum *heri*. Neque haec aliena esse videntur; siquidem littera *s* in hoc vocabulo primitiva redit in *hesternus*. Atque huc etiam pertinet, quod *Hesychius* refert, Eleos pro χθές dixisse σφές. — **b)** Dictum est etiam *here* (sed rarius), quod quidam apud *Charis. 2. p. 189. Putsch.* ita ab *heri* distinguunt, ut illud ad *quamdiu* referatur, hoc ad *quando*: sed est hoc discrimen ineptum. — *Quintil. 1. 7. 22.* testatur, suo tempore *here* dictum fuisse: at, inquit, in veterum comicorum adhuc libris invenio *(Ter. Phorm. 1. 1. 2.) heri ad me venit*: quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit, aut emendavit, deprehenditur. Ergo ex *Quintil.* colligitur, Augusti aevo et antea quoque *heri* usitatius fuisse, quam *here*. — **c)** Ad sonum vocis quod attinet, hoc quoque monet *Quintil. 1. 1. 7.* in *here* neque e plane, neque *i* auditur. — Item et *Eutych.* apud *Cassiod. de Orthogr. 9.* « Heri *(aspiratur)* differentiae causa, ne genitivus putetur ab eo quod est *eri, eris.* » V. HERUS §. b. — **d)** Praeterea *here* utuntur Poëtae etiam quam utramque syllabam corripere volunt. V. exempla infra §. 1. — **e)** De permutatione utriusque formae *here* et *heri* in antiquis MSS. et editis libris, V. *Hand, Tursell. T. 3. p. 62.* et *seq.*, ubi alia habes de hac particula. Cf. HESTERNUS.

HERI et Here, idem prorsus significat, nisi quod *here* fere poëticum est. Prosaici vero Scriptores semper ita loquuntur ex ratione praesentis diei hodierni, non de quacumque die antecedente, sive pro pridie; *ieri*: et opponitur *hodie* et *cras*. *Ovid. 3. Fast. 76.* Dicet, ubi est hodie, quae Lyra fulsit heri? *Cic. 11. Fam. 1.* et *15. Att. 17.* Heri vesperi apud me Hirtius fuit. *Id. 4. Tusc. 27.* Rationibus, quibus heri usi sumus. *Id. 15. Att. 18.* Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, etc. *Martial. 1. 25.* nupsit heri. *Ter. Heaut. 3. 2. 7.* equidem te demiror, Chreme, Tam mane, qui heri tantum biberis. — **2)** Ponitur etiam pro paucis ante diebus, nuper, paulo ante. *Ulp. Dig. 47. 10. 7. circa med.* Nec enim ferre praetor debet heri servum, hodie libertum conquerentem, quod dominus ei convicium dixerit. *Tertull. Apolog. 4.* Vanissimas Papias leges heri Severus, constantissimus principum, exclusit. — **3)** *Ab heri* est a tempore remoto ac iamdiu praeterito, in illo *Vulg. Interpr. Isai. 30. 33.* Praeparata est enim ab heri Tophet. — **4)** Pro alia forma

HĪĀĂ, utraque correpta, haec sequentia sufficiant. *Plaut. Amph. 1. 3. 16.* Here venisti media nocte, nunc abis. Et *Capt. 1. 2. 2.* Captivos duos, here quos emi de praeda. Et *Truc. 6. 28.* Here nudius quintus natus ille est; *ieri furono cinque dì*. Adde *Mil. 1. 139.* et *60. Iuvenal. 3. 23.* Res hodie minor est, here quam fuit: ac eadem eras, etc. *Ovid. 3. Fast. 852.* Hic here Phryxeae vellera pressit ovis. *Martial. 1. 44.* Et positum est nobis nil here praeter aprum. Adde *3. 12.* et *4. 7.* et *alibi.* — A *Priscian. 15. p. 1011. Putsch.* tribuitur etiam *Horatio* (quamvis extra necessitatem corripiendi ultimam) *2. Sat. 8. 2.* Tam mihi convivam quaerenti, dictus here illic De medio potare die. — **5)** Item pro paulo ante, praeterito nuper tempore. *Propert. 2. 22. 1.* Scis here mi multas pariter placuisse puellas. *Ovid. 1. Am. 8. 25.* Scis here te, mea lux, iuveni placuisse beato.

HĔRĪCĬUS. V. ERICIUS.

HĔRĪDĂNUS. V. ERIDANUS.

HĔRĪFŬGĂ, ae, comm. gen. Adiect. ab *herus* et *fugio*; fugiens herum; *chi fugge il padrone*. *Catull. 63. 31.* Ego quam miser relinquens, dominos ut herifugae Famuli soleat.

HĔRĪLIS, le. Adiect. ab *herus*; ad herum, heramve pertinens; *del padrone*. *Ter. Andr. 3. 4. 23.* Herum fefelli, in nuptias conieci herilem filium. *Virg. 7. Aen. 490.* mensaeque assuetus herili. Et *8. ibid. 461.* gressumque canes comitantur herilem. *Horat. 3. Od. 27. 63.* nisi herile mavis Carpere pensum. *Id. 2. Sat. 7. 60.* peccati conscia herilis. *Id. 2. Ep. 2. 6.* Verna ministeriis ad nutus aptus herilis. *Plaut. Aul. 4. 1. 13.* Herile imperium. *Id. Mil. 2. 5. 1.* negotium curare. *Val. Flacc. 4. 383.* arbitrium. *Id. 6. 706.* vitamque effundit herilem. Et *107.* turba canum pugnas capessit herilis; *h. e.* pugnat pro heris.

HĔRĪNĂCĔUS. V. ERINACEUS.

HĔRĪTĬO, ōnis, f. Nomen ab *herus*, verbalium more effictum; conditio eius qui herus est; heritudo; *padronanza*. Legitur in *Gloss. Placidi* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 465.* Heritio dominatio.

HĔRĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *herus*; conditio illius, qui herum suum habet. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.* Eritudo *(scribe* heritudo), servitudo. *Gloss. Cyrill.* Eritudo; δουλοσύνη.

HERMĂ et Hermes, ae, m. Vox Graeca, ἑρμῆς, qua significatur statua, sive signum, tum ex marmore, tum ex trunco arboris, ita dictum ab Hermete; idest Mercurio, quod plerumque statuae Mercurii efficerentur; *busto, erma*. Fiebant autem saepe ex lapide quadrato sine manibus et pedibus. *Iuvenal. 8. 53.* truncoque simillimus Hermae. *Macrob. 1. Saturn. 19.* Pleraque simulacra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignita, quae figura significat, solem mundi esse caput, et rerum satorem, omnemque vim eius non in quodam divisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere. Quatuor latera significant vel totidem mundi plagas, vel quatuor vices temporum. Haec *Macrob.* — Alii putant, ea figura significari vim eloquentiae, cuius Mercurius est praeses, quae sine viribus corporis potens est sola verborum facundia. — *Serv.* ad *8. Aen. 138.* causam, cur sine manibus figuretur, refert ad fabulam, de qua V. in CYLLENIUS in ONOM. — **2)** Hae figurae Athenis fere ad Alcibiadis vultum effingebantur, teste *Clem. Alex. in* λόγῳ προτρεπτ. πρὸς Ἕλλην., quod is aetatis suae multo formosissimus fuit, ut in eius Vita *c. 1. Nepos* tradit. — Mos autem erat has in vicis ad ianuas aedium habere, item circa sepulcra, in gymnasiis, xystis, bibliothecis, et in fronte templorum ad ornatum. *Cic. 1. Att. 6.* Hermae tui Pentelici cum capitibus aeneis me admodum delectant. *Nep. Alcib. 5.* Accidit, ut una nocte omnes Hermae, qui in oppido erant Athenis, deicicerentur, praeter unum, qui ante ianuam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 485. n. 160.* Frontem templi vervis, et hermis marmoreis pecunia sua ornavit. V. VERVA. — *Spon. Miscell. antiq. p. 9.* figuras Hermarum aliquot exhibet. — **3)** Praeterea

II. *Herma, ătis*, n. Est Graecum ἕρμα; firmamentum, ab ἔρω; necto. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 99. Müll.* Herma a Graecis ponitur pro firmamento. Unde etiam Mercurii nomen, inventoris, ut putant, firmae orationis dictum. Interdum etiam saburram significat, quia naves pondere firmat. — Quod *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 160. n. 40.* explicari posse autumat de vinculo seu fibula, qua pueri et histriones impediebantur, quomodo voluptati se dedere possint. — **4)** Atque ita etiam explicat varia veterum *Glossarum* exempla, in quibus *Herma*, castratio, exponitur; ut in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 526.* et *8. p. 276.* et *alibi*.

HERMAEUS, a, um. Adiect. ab *Hermes*, qua Mercurium significat; ad Hermen seu Mercurium pertinens. — Hinc absolute *Hermaeum, i*, n. est cubiculum seu templum Mercurii, ubi nempe Mercurius colebatur, vel ubi hermae plures, nempe *busti*, clarorum virorum servabantur (Cf. voc. praeced. §. 2.), ut dicetur suo loco in ONOM. — **2)** Sed in *Inscr.* apud *Grut. 598. 7.* Symphoro tesserario servo Caesaris de domo Gelotiana fecit Philodespotus servus Caesaris ex Hermaeo fratri b. m.; verba *ex Hermaeo*, inquit *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon*, videntur interpretanda *ex lucro insperato*, Graece enim τὸ ἑρμαῖον lucrum insperatum significat, eo quod illud Mercurii donum habebatur.

HERMĂPHRŌDĪTAE, ārum, f. V. voc. seq. §. 2.

HERMĂPHRŌDĪTUS (et *Latina consuetudine*, Hermafroditus in *Gloss. Lat.* loc. mox cit.), m. Nomen proprium Mythologicum viri cuiusdam, Mercurii et Veneris filii, quod postea in commune ex usu loquendi transiit, Graece ἑρμαφρόδιτος, ab ἑρμῆς; Mercurius, et Ἀφροδίτη; Venus. Narrant enim Mythologi, quod cum hic vir vagabundus in Cariam ad limpidissimum fontem, quem Salmacis Nympha incolebat, pervenisset, illa subito eius amore correpta, cum neque blanditiis, neque precibus flectere posset, simulato recessu post vepres latuit. Is autem Nympham abiisse ratus, fontem nudus intravit. Quod videns Salmacis, subito accurrit, et abiectis vestibus artissime eum complexa est. Sed cum ne tunc quidem obstinatum exorare posset, a Diis petiit, ut ex duobus corporibus in unum redigerentur. Cuius precibus exauditis, ambo in unum corpus coaluerunt, in quo sexus uterque remanebat integer. Quod cum vidisset Hermaphroditus, a Superis petisse dicitur, ut ea fonti natura maneret, ut, qui vir eum intraret, ἀνδρόγυνος; idest utrumque sexum adeptus exiret. Hinc omnes androgyni vocantur hermaphroditi; Italice quoque *ermafroditi*. *Ovid. 4. Met. 285.* et *seqq.* et *ibid. 383.* Hermaphroditus ait, nato date munera vestro. *Plin. 7. 3. 1.* Gignuntur et utriusque sexus, quos hermaphroditos vocamus, olim androgynos vocatos, et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis. Cf. *Gell. 9. 4. 16.* — *Gloss. Lat. p. 161. n. 42.* Hermafroditus *(sic)*, castratus; hoc est nec vir nec mulier. V. ANDROGYNUS §. 1. Cf. HERMAPHRODITUS in ONOM. — **2)** Hinc et feminino genere *Hermaphroditae* usurpat *Isid. 11. Orig. 3. 11.* Hermaphroditae autem nuncupati, eo quod eis uterque sexus appareat . . . Hi dextram mamillam

virilem, sinistram muliebrem habentes vicissim coëundo et gignunt et pariunt. Sed *Augustin. 16. Civ. D. 8. n. 2.* Ex quo *(sexu)* potius debeant accipere nomen, incertum est: a meliore tamen; hoc est a masculino, ut appellarentur, loquendi consuetudo praevaluit. Nam nemo unquam Androgynas aut Hermaphroditas nuncupavit. — **3)** Ceterum, etiam feminino genere, adiectivorum more, *Plin. 11. 109. 2.* Ostentabat Nero hermaphroditas subiunctas carpento suo equas.

HERMĂPHRŎDĪTUS, a, um. V. voc. praeced. §. 3.

HERMĒNEUMĂ, ătis, n. Vox Graeca, *ἑρμήνευμα*; expositio, interpretatio; *interpretazione. Sanct. Controv. 26.* Graece scribit, at Latine *Id.* in *Excerpt. 9. Controv. 3. n. 4.* Numquam magnas mercedes accipere eos, qui hermeneumata docent. — *Append. Probi, p. 199. 6. Keil.* Ermeneumata *(sic)*, non erminomata *(subaudi* dicendum est).

HERMĒNEUTES, ae, m. Vox Graeca, *ἑρμηνεύτης*; h. e. interpres. Ita dictus est ab Antiquis Mercurius, quod Deorum voluntatis interpres est habitus. *Hygin. fab. 143.*

HERMES, ae, m. V. HERMA.

HERMĒSĪAS, ădis, f. Est genus quoddam medicae compositionis, de qua *Plin. 14. 102. 3.* Hermesias a Democrito vocatur, ad liberos generandos pulcros bonosque, non herba, sed compositio e nucleis pineae nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo.

HERMĒUS vel Hermieus. V. voc. seq.

HERMĪNĒUS, a, um. Adiect. parum certae originis et scriptionis, quo, tanquam cognomine, appellatum est genus quoddam smaragdorum apud *Plin. 37. 18. 2.* Democritus in hoc genere ponit Hermineos et Persicos *(smaragdos)*, illos intumescentes pinguiter, Persicos vero, etc. *Alii leg.* hermeos, *alii* hermiaeos vel Hermicos, *alii aliter.* V. *Sillig.* in *not. crit.* ad *h. l.*

HERMĪŎNĪUM. V. HERMIONIUM.

* HERMIRŪDON, *Graeca positione*, i, n. Est herba communius verbascus dicta, teste *Apul. Herb. 72.* Prophetae hermirudon, Latini verbascum: *sed alii aliter legunt.*

HERMONES, genus serpentium. Ita *Gloss. Lat. p. 161. n. 45.* sed videtur leg. *haemorrhoïs*. V. HAEMORRHOIS §. 2.

HERMŎPŌLĪUM, ii, n. Vox, ut videtur, Graeca, quamquam in Lexicis Graecis non recenseatur, quae idem sonat ac taberna meritoria, ab *ἑρμῆς*; statua, et *πωλέω*; vendo. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 263.* Ganea, taberna, caupona, crustaria, cetaria, hermopolium, ganearia, meraria.

HERMU-AEDOEON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ἑρμοῦαιδοῖον*; h. e. Mercurii inguen. Nomen est gemmae apud *Plin. 37. 60. 2.* Hermu aedoeon ex argumento viriditatis in candida gemma vel nigra aliquando vel pallida, ambiente circulo coloris aurei, appellatur. Ita *Sillig.* alii perperam *hermuredion*.

HERMŪ-BĂSĪLĪON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, *ἑρμοῦ βασιλικόν*, qua significatur herba eadem, quae mercurialis. *Apul. Herb. 83.* V. voc. seq. §. 2.

HERMU-BŎTĂNĒ, *Graeca positione*, es, f. Graece *ἑρμοῦ βοτάνη*; h. e. herba Mercurii, communius pentaphyllum dicta. *Apul. Herb. 2.* Prophetae *(vocant)* ibyos onycha, alii pteron ibyos, alii hermu dactylon, alii hermubotaneu. — **2)** Item herba eadem, quae mercurialis. *Id. ibid. 83.* Mercurialis a Graecorum aliis . . . hermubotane . . . prophetae hermubasilion: Itali mercurialem et testiculatam.

HERMŪDACTŸLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ἑρμοῦ δάκτυλος*; h. e. Mercurii digitus. Ita appellatur a quibusdam herba pentaphyllon, teste *Apul. Herb. 2.* V. voc. praeced. §. 1.

HERMŪLĂ, ae, m. Deminut. ab *herma*; parvus herma, sive parvus cippus in modum hermae factus. *Gloss. Isid.* et *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 563.* Hermula, statua sine manibus. — **2)** *Cassiod. S. Variar. 31. de aireo.* Bissena quippe ostia *(carcerum)* ad duodecim signa *(Zodiaci)* posuerunt. Haec ab hermulis funibus demissis subita aequalitate panduntur; docentes totum illic, ut putabatur, consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari. Hic *hermulae* sunt columellae, humanum caput praeferentes, et ostia carcerum disterminantes, unde funes extendebantur ad equos circenses intra carceres coërcendos, ne unus altero celerius prorumpere posset. — **3)** Apud Scriptores rei agrariae ita appellantur etiam termini agrorum. *Balb. de limitib. p. 142. Goës.* Eorum limitum delimitatio est per muros, hermulas, macerias, scorpiones, congeries, etc. Adde *Hygin. de limitib. p. 213. ibid.*

HERMŪPŎĂ, ae, f. Vox Graeca, Ἑρμοῦ πόα; h. e. Mercurii herba, nomen est Graecum herbae Mercurialis, quae et linozostis, et parthenion dicitur. *Plin. 25. 3. 18.*

* HERMŪREDĪON. V. HERMUAEDOEON.

HERNĂ. ae, f. Vox Sabina, qua saxum significabatur, teste *Serv.* ad *7. Aen. 684.* Sabinorum lingua saxa hernae vocantur. *Asper* ad *Virg. loc. cit.* Marsi lingua sua saxa hernas vocant. — *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 100. Mull.* Hernici dicti a saxis, quae Marsi herna *(sic)* dicunt. Hinc etiam Aernum, i, n. videtur usurpatum fuisse. Adde *Schol. Iuvenal. 14. 180.*

HERNĔĂ. V. HIRNEA.

HERNĔUM. V. HIRNEUM.

HERNĬĂ, ae, f. Nomen, ut videtur, a Graeca voce *ἔρνος*; ramus (cf. RAMEX), quo significatur tumor praeternaturalis umbilici, inguinum, scroti, obortus ex relaxatione, aut fractione peritonaei, cuius causa intestina, vel omentum, vel humor aliquis in partes inferiores descendit; *ernia, erepatura, allentatura. Martial. 3. 24.* Ingens iratis apparuit hernia sacris. *Cels. 7. 18.* Ἐντεροκήλην, et ἐπιπλοκήλην Graeci vocant: apud nos indecorum, sed commune his, herniae nomen est. *Id. ibid.* varia huius morbi genera describit, variis quoque nominibus Graece appellata, a Latinis vero, scilicet nullis discriminibus satis cognitis, unum idemque *herniae* nomen habentia. V. ENTEROCELE, et Cf. voc. seq.

HERNĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *hernia*; ad herniam pertinens, enterocelicus; *allentato.* — Sed adhibitum reperitur tantum absolute de eo qui herniam patitur. *Lamprid. Elagab. 23.* Dum sermo esset ortus, quanti herniosi essent in urbe Roma. Adde *Vulg. Interpr. Levit. 21. 20.*

HERNUM, i, n. V. HERNA.

HERO. V. AERO.

HĔRŌDĬO, ōnis, m. V. voc. seq.

HĔRŌDĬOS, *Graeca positione*, et *Latina*

HĔRŌDĬUS, ii, et Herodio, onis, m. Vox Graeca, *ἡρῳδιός*, qua significatur avis quaedam, ita, ut videtur, ab *ἔρως*; amor, appellata; nam Hebraice חֲסִידָה *(chasidà)* vocatur, a חֶסֶד *(chèsed)*, misericordia, pietas, quae ciconiae tribuitur, quippe quae pietaticultrix appellatur. — *Apul. de nota aspirat. n. 18. Herodius* quoque ab *haerendo* unguibus dictum quidam existimantes aspirandum putant: sed revera Graeca dictio est et apud Graecos psilen superpositam habet: unde constat non aspirandum. — Hinc sine aspiratione etiam legitur in *Gloss. Gr. Lat. ἡρῳδιός*; erodius, fuscus. — Porro

HERODIUS genus est avis, quae aliis ardea, aliis milvus, aliis fulica, plerisque autem ciconia videtur esse, cuiusque mentio est apud *Vulg. Interpr. Levit. 11. 19.* Herodionem et charadrion iuxta genus suum, etc. *Id. Deut. 14. 16.* Herodium ac cycnum et ibin, etc. Adde *Ps. 103. 18.* — *Eucher. 2. Instruct. 11.* Herodius in psalmo ardea a quibusdam putatur. — Videtur autem plurium specierum fuisse, quarum una fuit *ἡρῴδιος Ἀφροδίτιος*, qui in quodam monumento prope Ἀφροδίτην sistitur; cui respondere videtur *Platalea leucordia, Linn.* Cf. *Cavedoni* in *Bullett. Napolet. a. 1853. p. 162.*

HĔRŌĬCĒ. Adverb. ab *heros*; heroico modo; *eroicamente. Macrob.* de *Virgilio* versus *Homeri* imitante, *5. Saturn. 14.* Hos quoque, tanquam heroice incomptos, adamavit.

HĔRŌĬCĒ, *Graeca positione*, es, f. V. voc. seq. §. 4.

HĔRŌĬCUS, a, um. Adiect. ab *heros*; ad herões pertinens; *eroico*: ut heroica aetas, in qua herões vixere. *Cic. 1. Divin. init.* Vetus opinio est, iam usque ab heroicis ducta temporibus. *Id. 5. Tusc. 5.* Etiam heroicis aetatibus Ulyssem et Nestorem accepimus et fuisse, et habitos esse sapientes *(Hesiod.* in *Oper. et dieb.* heroica tempora inter aeneam aetatem, et ferream: et herões desiisse ait post Thebarum ac Troiae excidium). *Id. 5. Nat. D. 28.* Medea et Atreus, heroicae personae, nefaria scelera meditantes. — Absolute. *Id. 14. Att. 13.* Quid quaeris? heroica; *azioni da eroe*. — **2)** Speciatim *heroicus versus* dictus est ex eo, quod heroum illo fortia facta canuntur, et spondeis dactylisque constat, qui *pedes heroici* nominantur. V. HEROUS §. 2. *Servius* ad *1. Aen. init.* Heroicum carmen esse dicit, quod constat ex divinis humanisque personis, continens vera cum fictis. Sed hic heroicum poëma describit, non heroicum versum. *Auct. Dial. de Orat. 10.* Nec solum cothurnum vestrum, aut heroici carminis sonum, sed lyricorum etc. *Quintil. 1. 5. 28.* Iambum non recipit versus heroicus. *Prisc. de XII. vers. Aen. p. 1256. Putsch.* Heroicus, qui legitimos habet dactylos, qui trisyllabi sunt, ideo in disyllabum desinere vult, et minuit in fine unam syllabam, ne sit impedimento sequenti versui, quin celeriter incipiat. — **3)** Versus praecipue hexameter, heroicus censetur: sunt tamen alia non una versuum genera, heroica dicta, quod heroicis pedibus et ipsa constant, quae *Diomed.* enumerat *3. p. 511.* et *512. Putsch.* — **4)** Hinc *strophe heroica* dicitur quartus versus in Ode Sapphica. *Diomed. 3. p. 519. ibid.* Versa quarto recipit strophen heroicen telicen dimetron sic, dactylus spondeus: *Mōrē pălaestrae.* — *Heroicon* est accusat. Graecae positionis. — **5)** Item *heroica* dicitur species poëmatos communis, ut est Iliados et Aeneïdos, ut ait *Id. ibid. p. 480.*, quia in his versus heroici usurpantur. — Hinc et *Quintil. 1. 8. 3.* Interim et sublimitate heroici carminis animus assurgat. — **6)** Absolute, substantivorum more,

HEROICI, orum, m. Sunt Poëtae heroici. *Quintil. 10. 1. 51.* Verum Homerus omnes sine dubio, et in omni genere eloquentiae procul a se reliquit, heroicos tamen praecipue. Adde *ibid. n. 88.*

Digitized by Google

HĒRŌĪNĂ, ae, f. Nomen ab *heros*, Graece ἡρωίνη; *h. e.* femina illustris, ut sunt heroum uxores, et filiae; *eroina*. *Propert. 1. 13. 31.* Ita sit Inachiis et blandior heroinis. Adde *ibid. 19. 13.*

HĒRŌĪON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, ἡρώιον, qua significatur species quaedam herbae asphodeli, quae clarissima inter herbas est. *Plin. 22. 52. 1.*

HĒRŌIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἡρωίς; *h. e.* femina illustrior, quales sunt heroum uxores, et filiae; *eroina, donna illustre*. *Suet. Ner. 21.* Heroidum ac Dearum personis effictis. *Ovid. 2. Amor. 4. 33.* Tu quia tam longa es, Veteres heroidas aequas; τὰς ἡρωΐδας. *Id. 3. Trist. 3. 45.* Edidit haec mores illis heroisin aequos; ταῖς ἡρωΐσιν, dativus plur. Graecus, ut *Hamadryasin*. V. DRYADES in ONOM. *Al. tamen aliter leg. Auson. Perioch. Od. 11.* digressus a Circe Avernum pervenit . . . ibi et Heroides plurimas videt. — *Servius* ad *11. Aen. 74.* notat, heroidas conservisse suis manibus vestes contexere. — **2)** *Heroides* inscribuntur epistolae *Ovidii* aliquot, in quibus de heroinarum amoribus agitatur. *Priscian. 10. p. 908. Putsch.*

HĒROS, ōis, m. Vox Graeca, ἥρως, cuius etymi non una est ratio. Herões enim dicti sunt vel ab ἔρα vel ἴρα, terra, ut quidam volunt apud *Capell. 2. p. 40.* et *Serv.* ad *Virg. 4. Ecl. 33.*, quia altero parente mortali procreati sunt: vel ab ἠώς; luno; hoc est aër: quia in aëre habitare finguntur post mortem: vel ab ἴρως; amor, quia nati ex amore Deorum et hominum: vel denique ab εἴρειν; dicere, quia sapientes fuerunt et disertissimi. Sunt etiam, qui, ut rationem nominis inveniant, ad Chaldaeam linguam confugiunt. Cf. *Isid. 1. Orig. 39. 3.* et *Augustin. 10. Civ. D. 21.* — **b)** *Eroi* pro *heroi*, omissa aspiratione, scriptum reperitur in *Inscr.* apud *Murat. 837. 3.* — **c)** Derivata, *heroice, heroicus, heroina, heroion, herois, herous*.

HEROS proprie est vir excellenti, ac supra humanam conditionem se efferente virtute praeditus, ac veluti divinitatis particeps; *eroe:* quales fuere qui ex altero parente Deo, altero homine nati sunt, ut Castor, Orpheus, Achilles, Hercules, Aeneas, qui illustribus gestis proxime ad Deos accesserunt, et post mortem Dii facti sunt. Ἥρως ἐστί, inquit *Lucian. in Dial. 3. mortuor.* ὁ μήτε ἀνθρωπὸς ἐστιν, μήτε θεός, καὶ συναμφότερός ἐστι. *Ita tamen* (inquit *Serv.* ad *1. Aen. 200.*), *ut plus ab Homine habeat:* scilicet quia laboribus, vulneribus, et morti obnoxius est. Hi vocantur etiam *Semidei*, ut est apud *Hesiod. Ἔργ. καὶ ἡμ. v. 159.* Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἱ καλέονται Ἡμίθεοι. — Quidam putarunt, *heroes* eosdem esse, atque δαίμονας: alii hoc nomine appellarunt animas hominum a corporibus disiunctas. *Hesiod. loc. cit.* eos post mortem habitare ait in Fortunatis insulis, ubi beata immortalique vita fruantur. *Capell.* loc. supra cit. §. a. versari ait a medietate aëris usque in montium terraeque confinia. Alii locant in Elysiis Inferorum, ut *Virg. 6. Aen. 648.* Hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles, Magnanimi heroes, nati melioribus annis, Ilusque, Assaracusque, et Troiae Dardanus auctor. *Stat. 3. Theb. 372.* nec robora prosunt Semideûm heroûm; *h. e.* Argonautarum. *Virg. 6. Ecl. 13.* Ille Deûm vitam accipiet, Divisque videbit Permixtos heroas, et ipse videbitur illis. *Horat. 1. Od. 12. 1.* Quem virum, aut heroa lyra, vel acri Tibia sumis celebrare Clio? *Plin. 33. 36. 12.* Puxit et heroa absolutissimi operis. Et *ibid. paulo supra.* Herois *(Aiacis)* nomine se moleste ferre dicebat, etc. — **2)** Deinde

II. *Heroes*, latiore significatione, dicuntur illustres homines, qui ob res praeclare gestas, singularesque virtutes Diis proximi visi sunt, ac de humano genere optime meriti, immortalitatem apud posteros consecuti. *Cic. 14. Att. 6.* Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum; *h. e.* cum Bruto et Cassio, qui, interfecto Caesare, reipubl. libertatem restitui curaverant. *Id. 1. ibid. 17. ad fin.* Heros ille noster Cato. *Id. 5. Rep. 8.* Illorum fuit heroum *(Platonis et Aristotelis)* eam virtutem excitare iacentem. — **3)** Ironice et per contemptum de Clodio. *Id. 4. Att. 3. ad fin.* Ignari quantum in illo heroe esset animi, quantum etiam consilii. — **4)** Improprie *Gonos heroos* (Graeca positione γόνος ἥρωος) est herba eadem ac polygonon, ita a quibusdam appellata, *Apul. Herb. 18.* — **5)** Adiectivorum more et translate pro *heroicus*. *Pers. 1. 69.* Ecce modo heroas sensus afferre videmus, Nugari solitos Graece.

HĒRŌUM. V. voc. seq. §. 3.

HĒRŌUS, a, um. Adiect. ab *heros;* ad heroes pertinens, heroicus; *eroico*. *Stat. 1. Sil. 3. 102.* Sive chelyn tollas heroa ad robora. Et *4. ibid. 7. 2.* Fortis heroos, Erato, labores Differ. *Propert. 3. 2. 18.* quis te Carminis heroi tangere iussit opus? — **2)** *Heroi pedes* sunt dactylus, spondeus, anapaestus, unde *heroi versus* constant, de quibus in HEROICUS §. 2. dictum est. *Cic. 3. Orat. 47.* Quare primum ad heroum nos dactyli, et anapaesti, et spondei pedem invitat. *Quintil. 9. 4. a med.* Herous, qui est idem dactylus. *Atil. Fortunatian. 1. 2. 3.* Nec tamen heroo hexametro se iungit hic versus. *Cic. 2. Leg. 27.* Laus mortui incisa quatuor herois versibus, quos longos appellat Ennius. — Absolute. *Ovid. 2. Amor. 17. 21.* Carminis hoc ipsum genus impar: sed tamen apte iungitur herous cum breviore modo. *Martial. 5. 20.* Lascivus elegis, an severus heros. — **3)** Absolute, substantivorum more,

HEROUM, i, n. Est monumentum heroi viro positum. *Plin. 10. 6. 1.* Quam ob causam incolae, quod vocant heroum, in eo loco fecere, appellatum Iovis et Virginis. *Cic. 2. Leg. 24.* Quod autem heroum, id est vestibulum sepulcri, bustumve usucapi vetat. Alii hic rectius leg. *forum*, quam vocem vide §. 13. *Inscr.* apud *Murat. 889. 8.* Heroum maceria cinctum comparavit. *Alia* apud *Fea, Framm. di Fasti Cons. p. 14. n. 47.* L. Ovinius Curius Proculus Modianus Africanus Cos. heroum coeptum in honorem Claudianae Eusebiae *Carissimae Memoriae Filiae* suae necessaria tutela munitum perfecit ad memoriam L. Ovinii Africani *Carissimae Memoriae Pueri* nepotis, et suam.

Nota. *Herous*, qua ad *Hero*, Leandri amicam, pertinet, V. HERONS in ONOM.

HERPES, ētis, m. Vox Graeca, ἕρπης, ητος, qua significatur ulcus serpens et erodens carnem, usque ad ossa interdum; ab ἕρπω; serpo, repo; *erpete*. Eum describit *Cels. 5. 28. n. 3.*, sed Graece appellat. *Lucil.* apud *Non. 2. 575.* Serpere uti gangraena mala, atque herpes ita posset. *Plin. 26. 87. 6.* Aizoum herpetas quoque, et nomas sanat. — **2)** Deinde

II. *Herpes* quoque animal a Graecis vocatur, quo praecipue sanantur quaecumque serpunt. *Plin. 30. 39. 4.*

HERPESTĬCUS, a, um. Adiect. ab *herpes;* ad herpetem pertinens, repens, serpens. *Lucil.* apud *Non. 2. 575.* Serpere uti gangraena malo ad quem herpestica posset. *Al. aliter rectius leg.* V. vocem praeced. §. 1.

* HERPĬŌSUS, a, um. Legitur apud *Gargil. Cur. Boum post med.* Utriculum cossia herpiosum arbor fuit manu humana haec ipsa concisa.

HERPYLLUM. } V. SERPYLLUM.
HERPYLLUS. }

HERPYZON, ontis, f. Vox Graeca, ἑρπύζων, proprie particip. ab ἑρπύζω; serpo; serpens. Ita appellata est a quibusdam herba viperina, sive serpentaria, *Apul. Herb. 3.*, ubi alii leg. *theriorhizon*.

HĒRŪCĂ. V. ERUCA.

HĒRŪGO, ĭnis. V. AERUGO.

HERVĬLĬĂ. V. HERBILIA.

HĔRŬLUS, i, m. Deminut. ab *herus;* parvus herus; *padroncino*. *Gloss. Isid.* Heruli, Domini.

HĔRUS, i, m. Nomen parum certae originis, fortasse ab ἔρα; terra, scilicet a possessione terrae ita appellatus. — **b)** Hinc quibusdam placet sine aspiratione scribi, *erus*, ut *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 3.* V. loc. in HERI §. c. — **c)** Derivata, *hera, herilis, heritio, heritudo, herulus*. Cf. HERES §. a. — **d)** Compositum, *herifuga*.

HERUS proprie est dominus domus, paterfamilias: et dicitur fere cum respectu ad servos; *padrone*. *Cic. 2. Offic. 7.* Iis, qui vi oppressos imperio coërcent, sit sane adhibenda saevitia, ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt. *Ter. Heaut. 5. 2. 26.* Laudas, qui heros falluot? *Virg. 3. Aen. 324.* Nec victoris heri tetigit captiva cubile. *Cic. 1. Rep. 41.* Non heros nec Dominos appellabant eos, quibus iuste parueruut, denique ne reges quidem, sed patriae custodes, sed patres et Deos. *Plaut. Amph. 2. 1. 20.* Quid mali sum, here, tua ex re promeritus? *Id. ibid. 1. 1. 141.* Me meus herus fecit, ut vigilarem. *Id. ibid. 1. 1. 206.* Quis herus est igitur tibi? Adde *Horat. 2. Sat. 5. 265.* — **2)** Speciatim *maior herus* est paterfamilias; *minor*, herilis filius. *Plaut. Asin. 2. 2. 65.* et *Capt. 3. 5. 49.* et *50.* — **3)** *Herus* de marito. *Catull. 61. 116.* Quae tuo veniunt hero, Quanta gaudia! — Hinc *here, hygiene (h. e.* ὑγίαινε, litteris Latinis), formula salutandi in *Inscr.* edita in *Bullett. dell'Istit. Archeol. a. 1864. p. 52.* Est uxor defuncta, quae sic marito viventi valedicit. — **4)** De quovis domino. *Horat. 2. Sat. 2. 129.* Nam propriae telluris herum natura neque illum, Nec me, nec quemquam statuit. *Catull. 68. 75.* nondum cum sanguine sacro Hostia caelestes pacificasset heros. *Horat. 2. Od. 18. 32.* destinata Aula divitem manet herum. Adde *1. Ep. 10. 2.*

HERVUM. V. ERVUM.

HESPĔRIS, ĭdis, f. Nomen proprie adiect. ab *hesperus*, qua significatur herba quaedam apud *Plin. 21. 18. 3.* sic dicta, quod vespere et noctu magis olent. — Recentioribus est *Hesperis tristis, Linn.*

HESPĔRŪGO, ĭnis, f. Est stella eadem, quae Hesperus. *Senec. Med. 877.* Mergat diem timendum Dux noctis Hesperugo.

HESPĔRĬUS, a, um. Adiect. ab *Hesperus;* ad Hesperum, sive occidentem pertinens, occidentalis. *Ovid. 11. Met. 237.* Hesperium fretum. *Val. Flacc. 8. 91.* Hesperius orbis. *Ovid. 4. Met. 214.* axis. V. reliqua in ONOM. sub h. v. et Cf. voc. seq.

HESPĔROS, *Graeca positione*, et *Latina* Hesperus, i, m. Vox Graeca, ἑσπερος, qua significatur stella, quae et Vesper et Vesperugo dicitur, eadem, quae Lucifer et Venus. Quis autem in fabulis fuerit, V. HESPERUS in ONOM. *Terentian. Maur. de metr. 650.* Hesperum quem dico Graece, Vesperum cognominat *(Italica dialectos)*. *Cic. 3. Nat. D. 20.* Infima est quinque errantium, terraeque proxima stella Veneris, quae Ἕωσφό-

ρος Graece, Latine Lucifer dicitur, cum antegreditur solem; cum subsequitur autem, Hesperos. *Virg. 10. Ecl. 77.* Ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae. *Ovid. 5. Met. 440.* Illam non rutilis veniens Aurora capillis Cessantem vidit, non Hesperus. *Id. 2. Fast. 314.* Hesperus et fusco roscidus ibat equo. V. VESPER. — **2)** Hinc de regione ad occidentem posita. *Plin. 18. 57. 6.* Ad Hesperum incentes terrae; *a sera*.

HESPERUS. V. voc. praeced.

HESTERNUS, a, um. Adiect. ab *heri (Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.)*, pro quo ἀρχαϊκῶς *hesi*, unde addita terminatione *hesternus*, et per syncopen *hesternus*. V. HERI §. a. Cf. HODIERNUS. — **b)** Saepe autem confusum fuit cum *externus*, ut diximus sub h. v. §. a., coll. infra §. 1. *fin.* — Est autem

HESTERNUS, qui heri fuit, vel factus est; *di ieri*. *Cic. 2. Nat. D. 29.* Veluti a te ipso hesterno die dictum est. *Ovid. 19. Heroid. 72.* Hesterna nocte. *Cic. 2. Tusc. 4.* Hesterna disputatio. *Cels. 1. 3. ubi de vomitu.* Hesternus panis; *d' un dì*. *Ovid. 5. Fast. 506.* Ignis in hesterno stipite parvus erat; h. e. heri ad ignem in foco apposito. *Virg. 6. Ecl. 13.* Silenus inflatus hesterno laccho; h. e. vino, quod pridie biberat. Sic *Justin. 24. 8.* Hesterno mero saucii. *Propert. 2. 25. 39.* Me iuvet hesternis positum languere corollis. *Id. 1. 15. 5.* Et potes hesternos manibus componere crines; h. e. ab heri incompositos. Sic *Ovid. 3. Art. am. 153.* Et neglecta decet multos coma: saepe iacere Hesternam credas: illa repexa modo est. *Virg. 8. Aen. 542.* Herculeis sopitas ignibus aras Excitat, hesternumque Larem, parvosque Penates Laetus adit, ubi *Serv.* cui pridie sacrificaverat, et est iteratio; nam male quidam *externum* legunt, id est extraneum. *Pier.* tamen testatur in multis pervetustis Codicib. *externum* haberi. — Absolute. *Quintil. 11. 2. 6.* Excidere proxima, vetera inhaerere; hesternorum immemores, acta pueritiae recordari. — **2)** Sumitur pro novo, nupero; *novellino*. *Pers. 3. 106.* Illum Hesterni capite induto subiere Quirites; h. e. servi heri libertate donati, et cives Romani proinde facti. *Tertull. adv. Prax. 2.* Hanc regulam ab initio Evangelii decucurrisse, etiam ante priores quosque haereticos, nedum ante Praxeam hesternum, probabit tam ipsa posteritas omnium haereticorum, quam ipsa novellitas Praxeae hesterni. — **3)** Absolute, adverbiorum more,

HESTERNO (*subaudi* die); heri. *Sisenn.* apud *Charis. 2. p. 180. Putsch.* Te istuc hesterno quoque haesisse oportuerat, Aristaee. *Auson. epigr. 74.* Alcon hesterno signum Iovis attigit.

HESTIĀTŌRIS, idis, f. Vox Graeca, *ἑστιατορίς*, ab *ἑστιάτωρ*; convivator: herba magica, dicta et protomeia, et gelotophyllis. *Plin. 24. 102. 4.* Democritus tradit, hestiatorida a convictu in Perside nominari, quoniam hilarentur illa. *Hestiatorida* est accusativus Graecae positionis: alii leg. *syssitietaerida*. V. SYSSITIETAERIS.

HĒTĀ. V ETA.

HĔTAERĀ, ae, f. Vox Graeca, *ἑταίρα*; h. e. amica. Hinc *Hetaera* est titulus fabulae *Turpilii*, cuius exstant fragmenta aliquot apud *Nonium*, et fortasse etiam *Novii*, cuius mentio est apud eundem *Non. 505. 31. Merc.* Cf. voc. seq.

HĔTAERĪA, ae, f. Vox Graeca, *ἑταιρία*; h. e. sodalitas, collegium, societas. Apud *Plin. 10. ep. 43.* et *97.* in quibusdam Codicib. legitur Graece scripta, in quibusdam Latine. Cf. voc. praeced.

HĔTAERĪĀCUS vel Hetaericus, a, um. Adiect. ab *hetaeria*, Graece *ἑταιρικός*; ad aliquam hetaeriam pertinens. *Not. Tir. p. 132.* Arariacus; Idensiacus, aetheriacus. *Lege* Arāricus, Dionysiacus, hetaeriacus *sive* hetaericus.

HĔTAERĪCĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, *ἑταιρική*, proprie adiectiva, qua ita vocabatur, honoris causa, ala equitum apud Macedones: ab amicitia, et quasi sodalitate regia: ab *ἑταῖρος*; sodalis. *Nep. Eumen. 1.* — Eadem et *agema* est appellata, quam vocem vide suo loco.

HĔTAERĪCUS. V. HETAERIACUS.

HĔTĔRŎCLĪTUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἑτερόκλιτος*; qui aliene et novo quodam modo declinatur: ab *ἕτερος*; alter, et *κλίνω*; inclino, flecto. *Charis. 1. p. 23.* et *Priscian. 17. p. 1065. Putsch.*, qui Latine *diversiclinius* vertit.

HĔTĔRŎCRĀNĔĀ, et

HĔTĔRŎCRĀNĪĀ, ae, f. Vox Graeca, *ἑτεροκρανία*, qua significatur morbus capitis, cum inaequaliter dolet tumetque, et inter capillos ulcuscula erumpunt, et pus mali odoris. *Plin. 31. 45. 2.*, *Marcell. Empir. 2.*

* HĔTĔRŎGĔNĔUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἑτερογενής*, qua significatur, qui est alterius generis. Itaque a Grammaticis heterogenea nomina dicuntur, quorum genus variat. Sed vox est Graeca, vel potius semibarbara. Haec *Forcellinus*, nullo adducto Latini Scriptoris exemplo.

HĔTĔRŎMĒCES, is. Adiect. Graecum, *ἑτερομήκης*; h. e. altera parte longior. *Boëth. 2. Arithm. 51.* Primum quidem distribuendum est, qui sunt hi *(numeri)*, quos promecas vocant, id est, anteriore parte longiores, vel qui, quos heteromecas, id est, parte altera longiores. Est enim anteriore parte longior, qui sub duobus numeris huiusmodi continetur, quorum latera non possidet unitatis differentia, sed aliorum quorumcumque numerorum, ut ter quinque, vel ter sex, vel quater septem. Parte vero altera longior numerus est, quicumque unitate tantum lateri crescit adiecta, ut sunt sex, scilicet bis ter, vel duodecim tres quater. Adde *ibid. 26.*, quibus locis ex corrupta vocabuli Graeci pronunciatione in editis quibusdam legitur *Asteromikis* pro *heteromeces*. Cf. voc. seq.

HĔTĔRŎMĔRES, is. Adiect. Graecum, *ἑτερομερής*; qui altera parte longior est. *Boëth. 2. Geom. p. 1250.* tetragonus parte altera longior ab Euclide quidem rectiangulus, sed non aequilaterus definitur, a Nicomacho autem heteromeres dicitur. Cf. voc. praeced.

HĔTĔRŎMĔRĪĀ, ae, f. Vox Graeca, *ἑτερομέρεια*; h. e. studium partis alterius. Apud Rhetores tertium asystati genus appellatur *κατ' ἑτερομερειαν*; id est, cum reo nulla defensio est. *Augustin. 1. Rhetor. 16.* Si efferatur aliquid ad defensionem vel mediocriter probabile, admittimus. Sed si evidenter confessa causa est, secundum heteromeriam explodemus. *C. Iul. Vict. Rhetor. 2.* Grecis litteris habet.

* HĔTĔRŎMĪKEIS. V. HETEROMECES.

HĔTĔRŎPLŎCUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἑτεροπλοκής*; h. e. diverse implicitus; quod tamen in Lexicis Graecis non reperitur, quo apud metricos Scriptores significatur pes quidam pentasyllabus, de quo *Diomed. 3. 3. 3.* et *48.* Cf. EPIPLOCE §. 2.

HETH. Octava littera Hebraici alphabeti חֵית *(Cheth)*; quae probabiliter, inspecta eius figura in monumentis Phoeniciis et in numis Hebraeorum, *septum* significat, a radice Syra חַט *(Chat)*, *circumdedit*, ut docet *Gesen.* in *Lex. Hebr.* — Eius mentio occurrit apud *Vulg. Interpr. Thr. 1. 8., 2. 8.* etc. et *Ps. 118. 57.*, in quem locum *Ambros. Serm. 8. n. 1.* Octava littera *Heth*, quae interpretatione Latina dicitur *pavor*. *Hieronym.* vero *ep. 30. n. 3. Aleph* interpretatur doctrina, ... *Heth*, vita. Adde *ibid. n. 7.*

HETTĀ, res minimi pretii, quasi hieta *(al.* hicta); idest hiatus hominis atque oscitatio. Aliqui dicunt esse pusulam, quae in coquendo pane solet assurgere: a qua accipimus rem nullius pretii, cum dicimus, non hettae te facio. Haec *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 99. Müll. ubi* hecta *al. leg.* Sic nos dicimus *non valere un stte*, *non istimare un stte*. — Huc spectant *Gloss. Labb.* Hecta; *ῥλεγγὶς ἄρτου*. — Hecta; *ὑμὴν ῥοίας*. — Hieta; *ὑμὴν ῥοίας*. — Hitta; *ὑμήν*. — Ratione etymi sunt qui conferunt cum Graecorum *ἥττων*; minor. V. voc. seq.

HETTĒMĀTĪCUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἡττηματικός*; h. e. inferior, deterior et qui generis sui praestantiam non est assequutus: ab *ἥττων*; minor. *Firmic. 3. Mathes. 9.* Cf. voc. praeced in. *fin.*

HEU. Interiectio a Graeco *φεῦ*, vel a sono, quod unice verum puto. — **b)** *Cledonius* in *Arte*, *p. 1875. Putsch.* putat esse adverbium, si verbum sequitur; interiectionem, si alteri orationis parti iungatur. — *Diomed. p. 412. ibid.* « Sunt plurimae dictiones incertae inter adverbia et interiectiones, ut est *heus, heu, eia.* » Adde *Donat. p. 1760. ibid.* — **c)** De confusione huius particulae cum *hei*, *heus*, *eu*, *ei*, in antiquis MSS. et editis libris, V. *Hand. Turscll. T. 3. p. 61., 70.* et *73.* — **d)** *Serv.* ad *2. Aen. 69.* « *Heu*, inquit, modo una est syllaba: sed interdum propter metrum duae fiunt, ut *5. Ecl. 100. Eheu* (scribe *heu heu*) *quam pingui macer est mihi taurus in arvo!* Sicut *prendit* et *prehendit*. » — **e)** *Heu* ante vocalem non eliditur a Poëtis, ut in illo *Ovid. 3. Heroid. 150.* Heu! ubi nunc fastus altaque verba iacent? Cf. *Heins.* ad *h. l.*

HEU interiectio est dolentis; *oimè*, *ahi*, *hui*, *hu*. *Plaut. Aul. 3. 5. 8.* Heu, senex, pro vapulando, hercle, ego abs te mercedem petam. *Id. Pseud. 1. 1. 76. seqq. Ca.* Nihilne adiuvare me audes? *Ps.* Quid faciam tibi? *Ca.* Heu! *Ps.* Heu! id quidem tibi hercle, ne parsie, debo. *Ca.* Miser sum; argentum nusquam invenio mutuum, Pseudole. *Ps.* Heu! *Ca.* Neque intus numus ullus est. *Ps.* Eheu! *Enn.* apud *Non. 2. 166.* Heu, mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala! *Id.* apud *Eund. 3. 203.* Heu me miseram, interii. *Plaut. Bacch. 2. 3. 17.* Heu, cor meum et cerebrum, Nicobule, findituv. *Ennius* apud *Cic. 1. Offic. 39.* O domus Anci, heu quam dispari domino dominaris! *Cic. 7. Phil. 4.* Heu me miserum! cur senatum cogor, quem semper laudavi, reprehendere? *Ter. Hecyr. 3. 1. 2.* Heu me infelicem! hancine ego vitam parsi perdere? *Plin. 52. 1. 3.* Heu vanitas humana! *Virg. 6. Aen. 879.* Heu pietas, heu prisca fides, invictaque bello Dextera! *Plin. 7. 1. 3.* Heu dementiam existimantium, etc.! *Id. Mil. 4. 8. 52.* Heu! nequeo quin fleam. *Est qui legit* heu mihi! nequeo, etc. (quod etiam *Cledon.* loc. supra cit. §. b. agnoscit. Sic in illo *Horat. Epod. 11. 7.* Heu me! per Urbem, etc., *quidam* heu mi *leg.*: tametsi mihi nil mutandum censet *Bentleius.*) *Id. Pseud. 1. 3. 26.* Heu, heu! quam ego malis perdidi modis, Quod tibi detuli, et quod dedi! *Virg. 6. Aen. 458.* Funeris heu tibi causa fui. *Id. 7. ibid. 295.* Heu stirpem invisam. *Id.*

Digitized by Google

3. ibid. 44. Heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum. *Lucan. 8. 610.* pudet heu! *Vulg. Interpr. Ierem. 4. 10.* Et dixi: heu, heu, heu! Domine mi. — *Virg. 8. Aen. 557.* Heu quantae miseris caedes Laurentibus instant! *Martial. 1. 1. 3.* Nescis, heu, nescis Dominae fastidia Romae! — Sequente dativo. *Propert. 4. 8. 48.* Lanuvii ad portas, heu mihi! solus eram. *Id. 4. 1. 58.* Heu mihi, quod nostro parvus in ore sonus. *Horat. Epod. 5. 101.* Neque hoc parentes heu mihi superstites Effugerit spectaculum. *Ovid. 5. Trist. 12. 51.* Heu mihi, iamne domus Scythico Nasonis in orbe. *Plaut. Merc. 4. 32.* Heu miserae mihi. — Cum genitivo, Graecorum more. *Propert. 4. 7. 21.* Foederis heu taciti! cuius fallacia verba Non audituri diripuere Noti. Sic *Lucian. Timon. 7.* φεῦ τῆς ἀλλαγῆς. — **2)** Coniungitur cum aliis particulis *heu Hercle, heu ecastor, heu edepol*, quibus vehementior affirmatio vel cum admiratione, vel cum indignatione, vel cum irrisione coniuncta exprimitur. *Plaut. Bud. 2. 4. 2.* Heu edepol specie lepida mulier! *Id. Poen. 53. 447.* Heu hercle mortalem catum! *Id. Men. 5. 2. 119.* heu hercle morbum acrem ac durum! *Id. Most. 4. 2. 65.* Heu edepol patrem cum miserum praedicas. *Id. Pers. 4. 6. 24.* Heu hercle nonea multis modis scriptum 'st tuum. *Id. Stich. 1. 3. 89.* Heu ecastor, risi te hodie multum. — **3)** Item cum particulis *nimis, quantum, quam*, ad exprimendam maiorem animi commotionem. *Virg. 6. Aen. 188.* Quando omnia vere Heu nimium de te vates, Misene, locuta est. *Horat. 1. Od. 35.* Heu nimis longo satiate ludo. *Virg. 6. Aen. 529.* Heu quantum inter se bellum, si lumina vitae Attigerint, quantas acies stragemque ciebunt! *Propert. 2. 29. 30.* Heu! quantum per se candida forma valet. *Ovid. 4. Fast. 405.* Aes erat in pretio: chalybeia massa latebat: Heu! quam perpetuo debuit illa tegi! V. *Heins.* ad *h. l.*

Nota. Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Turselt. T. 3. p. 64-70.*, et quos ibi laudat, coll. *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 9.*

HEURĒMĂTĪCUS, a, um. V. EUREMATICUS.

HEURĒSIS, is, f. Vox Graeca, *ἵυρεσις*, et *εὕρεσις*; inventum. — Ita vocatum est festum, quod celebratur mense novembri in *Kal. Farnesian.* apud *Grut. 159.*, quo fortasse die Ceres, Cyane nympha indice, Proserpinam filiam a Plutone raptam, et omnibus terris perquisitam, invenit.

HEURĒTES, ae, m. Vox Graeca, *ἱυρέτης*; h. e. inventor, auctor: ab *ἱυρίσκω*; invenio. *Plaut. Pseud. 2. 4. 9.* Nimium est mortalis graphicus; heuretes mihi est.

HEUS. Interiectio a sono facta, ut rectius puto, non autem ab Aeolico *αὖς*, pro *οὖς*, ut volebat *Lindemann. p. 447.* in *Comment.* ad locum *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 100. Müll.* « *Heus*, adverbium vocandi a Graeco *ἕῤ* venit. » Ita ex coniectura *Müller* pro *at*, quod alii Codd. praebent, « persuasi enim mihi, inquit idem *Müller*, Etymologos Latinos in verbis: *heus, age*, et: *heus, bone*, honorificam quandam appellationem vidisse. » — **b)** Grammatici veteres de genere vocabuli quaesiverunt. *Donat. p. 1760. Putsch.* « *Heus* et *eu* interiectiones multi, non adverbia putaverunt, quia non semper sequitur verbum. » *Sergius* in *Donat. p. 1832. Putsch.* docet, esse quidem interiectionem, si dolorem significat, ut in illo *Virg. 7. Aen. 446.* heus! etiam mensas consumimus, inquit Iulus. Si vero verbum sequatur, esse adverbium, ut in illo *1. Aen. 325.* heus, inquit, iuvenes, monstrate, mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum. Haec ille. Cf. *Charis. p. 171. ibid.* — **c)** De confusione huius particulae in MSS. et editis libris cum *Aeu* et cum *Aem*, V. quae diximus sub v. HEU §. c. — Ceterum

HEUS particula est vocandi, admonendi, excitandique vim habens, prout sensus expostulare videtur; *olà*, o. *Plaut. Aul. 2. 5. 2.* Heus, Staphyla, te voco. *Id. Merc. 4. 4. 60.* Uxor, heus uxor, quamquam tu irata es mihi, iubeas, etc. *Id. Most. 4. 2. 28.* Heus reclude: heus Tranio, etiam aperis? *Id. Trin. 4. 3. 32.* Heus tu, adsta illico Audi, heus tu. *Id. Asin. 2. 4. 40.* Heus, iam satis tu. Audin' quae loquitur? *Id. Men. 4. 3. 32.* tandem heus tu, tibi dico, mane. *Id. Pseud. 1. 3. 12.* Heus! abiit. *Ter. Andr. 1. 1. 57.* Rogitabam: heus puer, Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? *Id. Adelph. 4. 4. 24.* Heus, heus: Aeschinus ego sum: aperite aliquis actutum ostium. *Id. Heaut. 2. 3. 107.* Syre, Syre, inquam: heus heus, Syre. *Id. Eun. 2. 3. 45.* Heus heus, tibi dico, Chaerea. *Plaut. Merc. 3. 2. 69.* heus aliquis, heus actutum huc foras Exite. *Id. Poen. 3. 2. 138.* Heus ecquis hic est? *Pers. 2. 1.* Heus age, responde. Et *3. 94.* Heus bone, tu palles. *Cic. 1. Att. 16. ad fin.* Sed heus tu, vides ne, consulatum illum nostrum futurum, etc.? *Id. 7. Fam. 14.* Sed heus tu, quid agis? ecquid fit? *Apul. 1. Met. 15.* Et heus tu, ubi es? inquam, valvas stabuli absolve. *Id. 9. ibid. 35.* Et heus, inquit, puer, calathum . . . angulo solito collocato. — *Ter. Phorm. 2. 3. 95.* Si quid opus fuerit, heus, domo me. *Id. Eun. 2. 2. 45.* Omnium rerum heus necessitudo est. — *Id. Heaut. 2. 3. 72* Heus tu, non fit sine periclo facinus magnum et commemorabile.

Nota. Vide plura de hac particula apud *Hand, Turselt. T. 3. p. 70-75.*, coll. *Hildebr.* ad *Apul.* loca supra citata.

HEX, indecl. Nomen numerale, idem quod *ἕξ* Graecorum, pro quo Latini *sex*, *s* aspirationis loco praeposita, dixerunt. — Legitur Latinis litteris apud *Apul. Orthogr. 21.* E ante *x* aspirant Graeci in *Aex*, quod et nos facimus, si alicubi vel dictionem hanc vel aliam, quae ab ea derivatur, locamus; ut *hexametrum, hexagonum*. — Ex hac particula componuntur sequentia, quae V.

HEXĂCHORDOS, *Graeca positione*, i, m. et f. Vox Graeca, *ἑξάχορδος*; sex chordas habens; *di sei corde*. *Vitruv. 10. 13.*

HEXĂCHRŌNOS, *Graeca positione*, on. Adiect. Graecum, *ἑξάχρονος*; sex temporibus constans. *Mar. Victorin. 1. p. 2487.* Trisyllabi autem pedes octo, in quibus mensura temporum a trisemo sive trichrono ad hexasemon sive hexachronon usque porrigitur.

HEXĂCLĪNON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ἑξάκλινον*, qua significatur torus discubitorius sex capiens convivas: ab *ἕξ*; sex, et *κλίνη*; lectus. *Martial. 9. 60.* Et testudineum mensus quater hexaclinon, Ingemuit, citro non satis esse suo.

HEXĂĒMĔRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ἑξαήμερον*, qua significatur spatium sex dierum, ab *ἕξ*; sex, et *ἡμέρα*; dies. Ita appellatur Carmen *Dracontii* de creatione mundi a Deo facta sex diebus. Ita etiam opus *Ambrosii*, quod adhuc exstat, apud *Cassiod. Divin. litter. 1.* Ambrosius exinde sex libros eloquentiae suo more confecit, quos *Hexa meron* appellavit.

HEXAEŌNĬUS, a, um. Adiect. Graecum ab *ἕξ*; sex, et *αἰών*; aeon; h. e. sex aeonibus constans; ut *hexaeonia compago* apud *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 5. 1.*, ubi alii aliter leg.

HEXĂGŌNĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἑξαγώνιος*; h. e. sex angulos habens, sexangulus. *Firmic. 8. Mathes. 3.* Bona autem radiatio trigonica est, aut hexagonica. Cf. voce. seqq.

HEXĂGŌNĬUS, a, um. Adiect. Graecum, idem omnino quod praecedens, origine et significatione. *Ambros. 5. Hexaëm. 21. n. 69.* Quis architectus eas *(apes)* docuit hexagonia illa cellularum indiscreta laterum aequalitate componere, ac tenues inter domorum septa ceras suspendere? Cf. voc. seq. §. 2.

HEXĂGŌNON. V. voc. seq. §. 2.

HEXĂGŌNUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἑξάγωνος*; sex habens angulos: ab *ἕξ*; sex, et *γωνία*; angulus; *di sei angoli, sessagono*, ut *hexagoni numeri*, vel *hexagoni*, absolute, apud *Boëth. 2. Arithm. 18.* — **2)** Saepius vero absolute

HEXAGONON, *Graeca positione*, et Hexagonum, i, n. Est figura geometrica sex angulis pariter constans. *Varr. 3. RR. 16.* In favo sex angulis cella, totidem, quot habet ipsa pedes, quod geometrae *ἑξάγωνον* fieri in orbe rotundo obstenduntque, ut plurimum loci includatur. *Colum. 8. 2. ad fin.* Esto hexagonum quoquo versus lineis pedum XXX. Adde *Balb. ratio mensur. p. 107.* et *249. Lachm.*, quo altero loco *exagonus*, omissa aspiratione scribitur.

HEXĂMĔTER et Hexametrus, a, um. Adiect. Graecum, *ἑξάμετρος*, qui est sex mensurarum, sive pedum: ab *ἕξ*; sex, et *μέτρον*; mensura. — **b)** In recto casu aeque *hexametrus* scribitur. *Aldhelm. de re gramm.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 322. Hexameter* rectius dicitur, an *hexametrus*? Utrumque, ut Evander et Evandrus, quorum unus venit ex Graeca enunciatione, alter ex Latina. Hinc *Terentian. de metr. p. 2450. Putsch.* Integer hexametrus stabit, nec fiet epodus. — Porro

HEXAMETER apud Scriptores rei metricae dicitur, etiam absolute, versus heroicus, qui sex constat pedibus, partim dactylis, partim spondeis, cuius generis omnes Virgiliani sunt; *esametro, di sei misure, di sei piedi*. *Cic. 3. Orat. 50.* Solitus est versus hexametros, aliosque variis modis, atque numeris fundere ex tempore. *Lucil.* apud *Porphyr.* ad *Horat. 1. Sat. 3. 37.* servorum est festu' dies hic, Quem plane hexametro versu non dicere possis. *Gell. 18. 15.* In longis versibus, qui hexametri dicuntur *(longos* appellat etiam *Ennius* apud *Cic. 2. Leg. 27.)*. *Stat. in epist. praefixa 1. Silvar.* Epithalamium ducentos septuaginta septem hexametros habet. *Terentian. de metr. p. 2441. Putsch.* Nam si quatuor his pedes duobus Addas, hexameter profecto fiet. V. *Priscian. loc. allatum* in HEROICUS §. 2. *Quintil. 9. 4. 74.* T. Livius hexametri exordio coepit. — **2)** Est etiam hexameter iambicus, qui ultimo loco iambum habet pro spondeo, ut *Per varios semper currunt mea carmina modos. Diomed. 3. p. 516. Putsch.* — **3)** Huc itorum adiective.

HEXAMETRUS, a, um. Qui ad hexametrum pertinens. *Plot. de metr. 3. 1.* Dactilicum metrum omnibus et simplicius et antiquius est, quod dividitur in species XVI: hexametras quidem quattuor, heroicam hexametram, Bucolicam, Choerileam, Priapeiam.

HEXĂPHŌRĪ, ōrum, m. Vox Graeca, *ἑξαφόρος*, proprie adiectiva, absolute tamen adhibita ad significandos seuos homines lecticam, vel aliud quidpiam portantes: ab *ἕξ*; sex, et *φέρω*; fero. *Vitruv. 10. 8. a med.* Onerum maxima pondera cum feruntur a phalangariis, hexaphoris, et tetraphoris, *tetraphori* sunt quatuor: a *τετρᾶς*, quaternarius numerus.

HEXĂPHŌRUM, i, n. Vox Graeca, *ἑξάφορον*, qua significatur lectica,

quae a sex servis ferebatur. *Martial. 6. 77.* Non debes ferri mortuus hexaphoro. Adde 2. *81.* Cf. voc. praeced.

HEXĂPLĂ, ōrum, n. Vox Graeca, ἑξαπλᾶ, proprie adiectiva, ab ἑξαπλόϊς, ῆ, όον; sextuplex, absolute adhibita de opere Origenis ita inscripto, quod fortasse ex sextuplici versione constaret (Cf. *Euseb. Hist. Eccl. 6. 16.*) *Rufin. 2. Apolog. 36.* Sed et Origenes, inquit, asteriscos fecit, ex translatione Theodotionis assumens, ut componeret volumina, quae appellantur Hexapla. *Eucher. 2. Instruct. 13.* Hexapla, sextuplicia.

HEXAPTŌTĂ, ōrum, n. Vox Graeca, ἑξάπτωτα, ab ἕξ; sex, et πίπτω; cado. Cf. APTOTUS in *Nota*. — *Hexaptota nomina* dicuntur a Grammaticis, quae sex diversos casus habent in singulari numero, ut v. gr. masculina in *us* desinentia, quae in *fus* efferunt genitivum, ut *unus*, *unius*, etc. *Priscian. 3. p. 675. Putsch.*

HEXĂPȳLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἑξάπυλον, proprie adiectiva, absolute adhibita de Syracusarum porta, quae videtur fuisse praecipua: ab ἕξ; sex, et πύλη; porta, quia sex ostia fortasse habebat. Eius meminit *Liv. 24. 21.*

HEXAS, ădis, f. Vox Graeca, ἑξάς; h. e. senarius numerus: ab ἕξ; sex. *Capell. 7. p. 240.* Senarius numerus Veneri est attributus, quod ex utriusque sexus commixtione conficitur; id est, ex triade, qui mas, quod impar est numerus, habetur, et dyade, quae femina, paritate; nam bis terni hexas fit.

HEXĂSĒMOS, *Graeca positione*, on. Adiect. Graecum, ἑξάσημος; h. e. sex tempora habens, hexachronos. *Mar. Victorin. 1. 18. 2.* Harum *(epiplocarum)* species sunt tres, quorum prima trisemos, secunda tetrasemos, tertia hexasemos dicitur, ex eo quod e tribus, et quatuor et sex temporibus subsistant, quae, detractis ab initio versus primis syllabis, diversa metrorum genera informant. Adde loc. cit. sub v. HEXACHRONOS.

HEXASTĪCHUS, a, um. Adiect. Graecum, ἑξάστιχος; sex ordines, seu series habens: ab ἕξ; sex, et στίχος; ordo; *di sei ordini*. *Plin. 15. 37. 1.* Hexasticha myrtus densissima, sex foliorum versibus. Ita *Harduin. ex* MSS. *Alii* exotica. — *Colum. 2. 9. a med.* Hordeum, quod rustici hexastichum appellant. Fortasse *hordeum caeleste*, *Linn.* V. DISTICHUS §. 1.

Nota. *Hexasticha* dicuntur a Grammaticis sex versuum epigrammata. Haec *Forcellinus*, nullo addito Latini Scriptoris exemplo.

HEXASTȳLOS, *Graeca positione*, on. Adiect. Graecum, ἑξάστυλος; h. e. sex columnas habens, ab ἕξ; sex, et στύλη; columna. *Vitruv. 3. 2.* V. AMPHIPROSTYLOS.

HEXĂSYLLĂBUS, a, um. Adiect. Graecum ἑξασύλλαβος; qui sex habet syllabas. *Marius Victorin. p. 2485. Putsch.* Syllabarum incrementa fiunt quinque, incipientia a disyllabis usque ad hexasyllabum. *Id. ibid. p. 2491.* Sed et geminatis trisyllabis hexasyllabi pedes formati videntur. *Plot. de metr. 4. 28.* Tertius *(pes)* hexasyllabus ex tribraecho et dactylo constans.

HEXĒCONTĂLĪTHOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, ἑξηκοντάλιθος, qua significatur lapis adeo diversis insignitus notis, ut sexaginta gemmarum colores referat: ab ἑξήκοντα; sexaginta, et λίθος; lapis. *Solin. 51.* et *Plin. 37. 60. 2.*

HEXĒRĒMIS, me. Adiect. hybridum ex Graeco ἕξ; sex, et Latino *remus*; navis sex remorum ordines habens. — Absolute de navibus. *Isid. 19. Orig. 1. 25.* Triremes et quatriremes trium et quatuor ordinum; sic et penteremes et hexeremes quinos vel senos ordines habentes. *Ita leg. Lindem., alii* hexeres. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 563.* Hexeremes, naves senos ordines remorum habentes. Cf. voc. seq.

HEXĒRES, is, f. Vox Graeca. ἑξήρης, qua significatur navis sex remorum ordines habens. *Liv. 37. 23.* Regia classis tres hepteres, et quatuor hexeres habebat. *Id. 29. 9.* Scipio post paucos dies Locros hexeri advectus. Adde 24. et 30., et V. dicta in DECEMREMIS, coll. voc. praeced.

HI

Hi *pro* ii. V. in IS, EA, id.

HĬANS, antis. Particip. verbi *hio*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum; qui hiat, apertus; *aperto*. *Virg. 1. G. 91.* terrae venas adstringit hiantes. *Gell. 15. 16.* Hians patulis rimis quercus. *Plaut. Merc. 1. 2. 72.* et *Plin. 11. 32. 1.* Hiantes oculi. *Id. 8. 37. 2.* Hiantes fauces. Et *ibid. 58. 3.* Crocodili hiantes ad morsum. *Virg. 6. Aen. 295.* inceptus clamor frustratur hiantes. *Id. 10. ibid. 726.* Leo immane hians; *aprendo smisuratamente la bocca*. *Curt. 4. 16.* Praefluentem aquam hianti ore captantes; *colla bocca aperta e sitibonda*: significat enim etiam cupiditatem eius, qui hiat. — B) Hinc pro cupido translate ponitur, et alicui rei inhiante; *avido*, *vagliose*, *sitibondo*. *Cic. 4. Verr. 54.* Verrem tantum avaritia semper hiante atque immineuti fuisse, ingenio et cogitatione nulla. *Horat. 1. Sat. 2. 58.* emptorem ducat hiantem. Et *1. ibid. 3. 36.* corvum deludet hiantem; h. e. heredipetam. *Tacit. 1. Hist. 13.* Hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbae facilitas intendebat. *Pers. 6. 176.* quem ducit hiantem Cretata ambitio. — B) *Hians oratio* dicitur, in qua est vocalium concursus plurimus, qui *hiatus* dicitur. V. HIO §. 6. *Quintil. 8. 6. post med.* Fit enim aspera, et dura, et dissoluta, et hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba rediguntur. *Auct. ad Herenn. 4. 12.* Crebrae vocalium concursiones, quae vastam atque hiantem orationem reddunt. *Auct. dial. de Orat. 21.* Hians compositio. *Cic. Partit. 6.* Concursu disiuncti atque hiantes. — 4) Alio sensu. *Id. Orat. 9.* Mutila quaedam et hiantia loqui; h. e. inconnexa, inconsequentia, abrupta, et in quibus aliquid desideratur ad plenam orationem. Loquitur de pravis imitatoribus Thucydidis. — 5) De eo, qui stupet, et admiratur. *Virg. 2. G. 508.* hunc plausus hiantem Corripuit. — 6) Item de otioso ac deside. *Sil. 11. 53.* luxus et ignavia lacerabat hiantem Desidia populum.

HĬANTĬA, ae, f. Verbale ab *hio*; actus hiandi, hiatus; *apertura*. *Tertull. Anim. 10.* Tubam pariter, et hiantiam oris illius ostende.

HĬANTĪMEMBRIS, re. Adiect. ab *hians* et *membrum*; qui membris hiantibus est. *Capell. 8. §. 808.*, ubi tamen alii leg. *quadrimembris*. V. hanc voc.

HĬASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *hio*, apud Veteres pro *hisco*, quod V. — Est aperior; *aprirsi*. *Cato, RR. 47.* Ubi primum nuces pineae incipiunt hiascere, tum legi oportet. *Gargil. de re hort. (edente A. A. Scottio)* 2. n. 1. *de amygdalis*. Cum nuces hiascere coeperunt.

HĬĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *hio*; actus hiandi. Agnoscitur ab *Apul. Not. Aspirat. 22. 1* ante *A* aspiratur in his, quae a verbo *hio*, *as*, sunt tracta, ut *hiatus*, *hiatio*.

HĬĂTO. V. HIETO §. b.

HĬĂTUS, us, m. Verbale ab *hio*; apertio; *apertura*, *aprimento*. *Cic. 2. Nat. D. 47.* Animalia cibum partim oris hiatu, et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum. *Id. ibid. 5.* Repentini terrarum hiatus. *Id. 3. Offic. 9.* Cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit. *Plin. 36. 24. 15.* Hauriri urbes terrae hiatibus. *Id. 2. 28. 1.* Fit et caeli ipsius hiatus, quod vocant chasma. *Virg. 6. Aen. 576.* Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra; *bocche aperte*. Sic *Stat. 1. Theb. 552.* imbres, sicco quos asper hiatu Persolidat Boreas. Et *Val. Flacc. 1. 34.* Cleonaeo iam tempora clusus hiatu Alcides; h. e. rictu leonis Cleonaei. Et *Iuvenal. 3. 175.* personae pallentis hiatum formidat infans; *la boccaccia della maschera da scena*. *Plin. 28. 7. 3.* Exspuere in hiatus serpentium. *Id. 16. 23. 2.* Aperitur picea non plaga, sed vulnere ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu. *Quintil. 8. 11. 9.* Observandum erit etiam, ut recta sit facies dicentis, ne labra distorqueantur, ne immodicus hiatus rictum distendat. *Id. 6. 3. 31.* Hiatus extremus exspirantis. *Lucret. 3. 24.* Quid Nemaeus enim nobis nunc magnus hiatus Ille leonis obesset? — B) Urbane. *Iuvenal. 6. 655.* Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu; h. e. patentiore, et plenioribus buccis, ut fit, cum grandia proferuntur. *Horat. Art. P. 138.* Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? h. e. tam grandi promisso, tam plena voce prolato? — B) Translate est cupiditas, aviditas, sitis. *Tacit. 4. Hist. 42.* Libidine sanguinis, et hiatu praemiorum, ignotum adhuc ingenium caede nobili imbuisti. — 4) Speciatim apud Grammaticos

II. *Hiatus* dicitur, cum plures vocales concurrunt, quas cum proferimus, labia diducta apertumque os diutius habemus. *Cic. Orat. 23.* Habet enim ille tanquam hiatus, concursu vocalium molle quiddam, etc. *Gell. 7. 20.* Catullus quoque elegantissimus Poëtarum in hisce versibus *(27. 3.)*: *Ut lex Postumiae iubet magistrae Ebriosi acina ebriosioris*; cum *ebrioso* dicere posset, et, quod erat usitatius, acinum in neutro genere appellare: amans tamen hiatus illius Homerici suavitatem, *ebriosa* dixit propter insequentis *o* litterae concentum. *Quintil. 9. 4. 33.* Tum vocalium concursus; qui quum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio. Pessime longae, quae eadem inter se litteras committunt, sonabunt. Praecipuus tamen erit hiatus earum, quae cavo et patulo maxime ore efferuntur, etc.

HĪBĒRIS. V. IBERIS.

HĪBERNĂ, ōrum, n. V. HIBERNUS §. 4.

HĪBERNĀCŬLUM (et Hybernaculum), i, n. Nomen per deminutionem ab *Hiberna* factum, quo significantur ea aedium membra, in quibus per hiemem versamur; *appartamento d'inverno*. *Plin. 2. ep. 17. 7.* Huius cubiculi et triclinii illius obiectu includitur angulus, qui purissimum solem continet et accendit: hoc hibernaculum, hoc etiam gymnasium meorum est. — De Graecis aedibus usurpat *Vitruv. 7. 4. ad fin.*, et universim de omnibus aedibus *1. 2. ad fin.* — B) Speciatim *hibernacula* dicuntur loca, in quibus milites per hiemem habitant; *quartieri d'inverno*. *Nep. Eumen. 8.* Ad adversariorum hibernacula pervenire. *Tacit. 2. Ann. 23.* Legiones remittere in hibernacula. Et *14. ibid. 38.* Cohortes novis hibernaculis locatae. *Liv. 30. 5.* Hibernacula Carthaginiensium, congesta temere ex agris materia, exaedificata, tigna

ferme tota erant. *Id. 5.* 2. Hibernacula etiam (in Veiorum obsidione), res nova militi Romano, aedificari coepta. Adde *22. 32. Inscr.* apud *Orelli, n. 3673.* In hibernacula milites deducere.

Nota. Quomodo *hibernacula* differant ab *hibernis*, v. HIBERNUS in *Nota*.

HĪBERNĀLIS (et Hybernalis), le. Adiect. ab *hibernus;* ad hibernum tempus pertinens; *invernale. Vulg. Interpr. Sap. 16. 29.* Ingrati spes, tanquam hibernalis glacies, tabescet.

HĪBERNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *hiberno;* actus hibernandi. — Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Hibernatio; παραχειμασία.

HĪBERNO (et Hyberno), as, āvi, ātum, are. Verbum intransitiv. ab *hibernus*. — Particip. *hibernaturus* §. *1.* — Proprie est hibernum tempus transigo in aliqua statione sive aliquo loco; *passare l'inverno. Plin. 8. 20. 5.* Thyni ubicumque deprehensi, ibi hibernant. *Varr. 1. RR. 8. ad fin.* Furcillas reducit hibernatum in tecta, ut sine sumptu earum opera altero anno uti possit. — **β**) Speciatim in re militari, in hibernis sum; *stare nei quartieri d' inverno, svernare. Cic. Manil. 13. ad fin.* Iam vero quemadmodum milites hibernent, quotidie sermones ac litterae perferuntur. *Id. 7. Fam. 17. in fin.* Ubi sis hibernaturus, perscribas velim. Adde *Hirt. 8. B. G. 46. fin., Liv. 22. 16.* et *26. 1.* — **γ**) Translate. *Pers. 6. 6.* mihi nunc Ligus ora Intepet, hibernatque meum mare; *h. e.* cessat, otia agit, nullis navigiis discursantibus: quemadmodum miles hibernans ab armis cessat.

HĪBERNUS, a, um. Adiect. quod quidam deducunt ab *imber*, omissa littera *m* et priore aspirata, ut tradit *Adamant.* apud *Cassiod. Orthogr. 6.* — Contra *Priscian. 2. p. 99. Putsch.* vel ab *hiems* deducit. « Ab hieme, inquit, vel imbre, hibernus fit. » Cf. *Apul. Not. aspirat. 25.* — **b**) Hinc scribitur etiam *hybernus*, quod nempe sit origine ab *ὑγρός*, et hoc ab ὗω, ut quidam volunt. Verum et in *hiems* Latinum *i* pluribus adhiberi placet, et similiter in *hibernus*, quod, etsi Graecae originis sint, in Latinam tamen consuetudinem assiduo usu transierint. Adde auctoritatem librorum veterum, et lapidum cum *Manut., Drusy.* et *Cellar.* — Idem dicendum est etiam de derivatis. — **c**) Derivata, *hibernaculum, hibernalis, hibernatio, hiberno*.

HIBERNUS proprie est ad hiemem pertinens, hiemalis; *d' inverno. Cic. 7. Verr. 10.* Hiberna tempora. Et *ibid.* Hiberni menses. *Id. 15. Att. 25.* Hiberna navigatio. *Id. Senect. 14.* Sol aut ignis hibernus. *Horat. 4. Od. 12. 5.* fluvii hiberna nive turgidi. *Id. Epod. 2. 29.* hibernus annus; *h. e.* hiems. Et *ibid. 13. 8.* hibernum mare; *h. e.* quod tempore hiemis procellosum est. *Virg. 5. Aen. 126.* hiberni venti. *Id. 1. G. 101.* hibernus pulvis; *h. e.* hiberna serenitas, quae pulverem excitat. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 1.* Hibernum cubiculum; *da inverno.* Sic *Plin. 16. 43. 2.* Hiberna pira; *h. e.* quae per hiemem colliguntur. Et *ibid. 13. 1.* Hibernus feminarum calceatus. *Id. 8. 72. 2.* Hiberni agni; *nati d' inverno. Id. 6. 21. 2.* Hibernus solis exortus. Et *5. 5. 4.* Hiberni occasus plaga. *Val. Flacc. 6. 612.* hibernus Caucasus; *h. e.* semper gelidus. Sic *Horat. 2. Sat. 5. 41.* hibernae Alpes. Et *Propert. 2. 6. 18.* hiberni Borysthenidae. *Virg. 4. Aen. 143.* hiberna Lycia; *h. e.* apta hibernare volentibus, ut videtur *Servius* exponere. *Id. 6. ibid. 335.* hibernae noctes; *h. e.* procellosae, asperae, quales hieme esse solent. *Mamertin. Gratiar. act. Iulian. 11.* Hibernae rosae. — *Sust. Cal. 8.* Hibernae legiones; *h. e.* quae degunt in hibernis. — **β**) Absolute, substantivorum more,

HIBERNUM, i, n. Est hiemis tempus, quod *inverno* dicitur Italis recentioribus. *Cael. Aurel. 3. Chron. 1. sub init.* Gravat atque premit haec passio magis mulieribus viros; hiberno, atque nocte magis, quam die, vel aestate. *Merobaud. carm. 4. 11.* Tibris hibernis vada molliat Severis. — **β**) Item adverbiorum more, sive absolute pro tempestate. *Plaut. Rud. prol. 69.* Increpui hibernum, et fluctus movi maritimos; *h. e.* fluctus maritimos et procellam excitavi. — **δ**) In plur. num.

HIBERNA, ōrum, n. Sunt loca, in quibus milites agunt hiberno tempore; *quartieri d' inverno. Cic. 15. Fam. 4. circa med.* Exercitum in hiberna dimittere. *Tacit. Agric. 38.* locare. *Poll.* ad *Cic. 10. Fam. 33. circa med.* Collocare legiones in hibernis. *Liv. 37. 19.* In hiberna copias reducere. *Iustin. 38. 10.* Exercitum per civitates in hiberna dividere. *Caes. 1. B. G. 53.* Exercitum in Sequanos in hiberna deducere: et hibernis aliquem praeficere. *Liv. 26. 20.* In hiberna concedere.

Nota. *Hiberna* proprie differunt ab *hibernaculis*. Nam haec sunt ipsae, et tentoria, in quibus milites degit hibernorum tempore: et aliquando in ipsa expeditione adhibentur, dum in conspectu hostium exercitus est. *Liv. 28. 32.* Hibernaculis mature communitis: tum enim autumni erat tempus. *Id. 57. 59. Sub pellibus militem habere* dixit, quod est in hibernaculis, contra hostilem exercitum. Cf. HIBERNACULUM §. 2.

HĪBEX. v. voc. seq. §. a.

HĪBISCUM, i, n. Vox Graeca, *ἴβισκος*, qua significatur herba quaedam, de qua mox, ita dicta ab *ἴβηξ*, teste *Apul. Orthogr. 25.* « Aspiratur . . . *hibiscus*, quod ab *hibex* est derivatum. Est enim hibiscus terrae fetus hibicibus gratus ad edendum. » — **b**) Hinc formatur etiam forma *hibiscus, i*, m., qua utitur, Graecorum more, etiam *Apul. Herb. 38.* Herba hibiscus pisata cum axungia vetere et imposita, tertia die sanat. — **c**) Scribitur et *ibiscum* vel *ibiscus*. — Imo et *ibiscum*, ut *ἰβίσκος* item apud Graecos. v. *Scribon.* loc. mox cit.

HIBISCUM est herba pastinacae similis, et sola gracilitate ab ea distans, ab herbariis dicta pastinaca latifolia silvestris Dodonaei. Refertur inter lignosiores herbas, et in cartilaginum genere; *malvavischio:* Recentioribus *Althaea officinalis, Linn. Pallad. 11. 14. 11.* Althaeae, hoc est ibisci folia vel radices. v. dicta in ALTHAEA. *Plin. 20. 14. 1.* Pastinacae simile hibiscum. Et *19. 27. 1.* Hibiscum a pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinae utile. *Virg. 10. Ecl. 71.* gracili fiscellam texit hibisco. Et *2. ibid. 50.* Haedorumque gregem viridi compellere hibisco; *h. e.* virga ex hibisco. *Serv.* exponit, ad hibiscum; scil. ad pastum hibisci, quod probat *Heynius* ex *Calpurn. 4. Ecl. 32.* Viridique famem solarer hibisco. — Probat autem cl. *Du-Molin, Flore poëtiq. ane. p. 280.* et *seqq.* apud *Virg. loc. cit.* Sermonem haberi non de *althaea officinali, Linn.*, sed de *malva silvestri, Linn.* — *Scribon. Compos. 80.* Ad strumas bene facit . . . item ebiscum eodem modo factum. Adde *ibid. 82. Aemil. Macer, Herb. de malva*. Hanc ipsam dicunt eviscum (*lege* ebiscum), quod quasi visco illius radix contacta madere videtur. Adde *Plin. Valerian. 1. 6.* — Alia forma *hibiscus*. v. supra §. b.

HĪBISCUS, i, m. v. voc. praeced. §. b.

HĪBRĬDA. v. HYBRIDA.

HIBUS. v. voc. seq. §. d.

HĬC, haec, hoc. Pronomen demonstrativum, quod Recentiores a radice pronominale *i*, ex qua est etiam *is*, deducunt, addito suffixo demonstrativo, sive littera *c*. — **b**) Ad scribendi rationem quod attinet, haec notatu digna occurrunt in antiquis inscriptionibus, editis in *Corp. Inscr. Lat. T. 1.*, nimirum *hec* pro *hic (ibi, n. 32.)*. — *Hoius* pro *huius (ibi, n. 198. lin. 56.)*. — *Honc* et *hoc* pro *hunc (ibi, n. 32.* et *1253.)*. Item *hoic* pro *huic* Antiquos pariter dixisse, testatur *Mar. Victorin. 1. 4. 22.* — Et addita particula *ce* demonstrativa, *hoice* pro *huic (ibid. n. 197. lin. 26.)*. — *Hance* pro *hanc (ibi, n. 197. lin. 9.)*. — *Hoce* pro *hoc* in accusat. *(ibi, n. 1291.)* vel *hoc* in ablat. *(ibid.)*. — *Haace* et *hace* pro *hac (ibi, n. 197. lin. 7.* et *15.)*. — *Heis* et *hei* in nom. plur. pro *hi (ibi, n. 1012.* et *1059.)*. — *Heise*, vel *heisce* pro *his (ibi, n. 565.* et *seqq.* et *575.* — *Horunce* pro *horum (ibi, n. 1007.)*. Sic et *horunc* pro *horum* est *Plaut. Cist. 1. 1. 55.* et *Poen. 3. 1. 48.* quasi *horunce*. — *Haice* in accusat. plur. pro *haec (ibi, n. 196. lin. 25.)*. — *Heisce* in ablat. plur. pro *his (ibi, n. 198. lin. 8.)*. — De qua scribendi ratione cum unico *c*, quoties alterum *c* praecedit, potiusquam cum duplici, v. *Hand, Turnell. T. 3. p. 85.* et *seq.* Nihilominus *hancce* legimus in *Inscr.* apud *Spon, Miscell. p. 292.* « Haec area intra hancce definitionem. » Cf. et *Mar. Victorin.* loc. mox cit. §. c. — **c**) Quoad declinationem vero, haec pariter observanda sunt. — In recto plural. femininum est *hae:* reperitur tamen et *hase. Plaut. Aul. 3. 5. 59.* Haec sunt atque aliae multae in magnis dotibus incommoditates. *Id. Most. 1. 3. 9.* Periere haec oppido aedes. *Ter. Eun. 3. 5. 34.* Continuo haec *(puellae)* adornant, ut lavet. Et *Phorm. 5. 8. 23.* Haeccine erant itiones crebrae. Al. leg. *haec ille:* alii *haecine.* — Tribuitur et *Virg. 3. 5. 303.*, teste *Serv.* et *Philarg.* ad *h. l.* et *Apul. 4. Met. 2. v. Hildebr.* ad *h. l.*, item et *Vulg. Interpr. Num. 3. 1.*, ubi tamen alii leg. *hae*. — Item in recto plurali masculino *heisce* pro *hi* est in *Inscr.* apud *Fabretti, p. 655. n. 298.* — **d**) In dativo plur. *hibus* pro *his* dixit *Plaut. Curc. 4. 2. 20.*, ubi al. leg. *tibus*, pro *tis*. — **e**) Praeterea nota *huiusque* pro *uniuscuiusque. Plin. 34. 19. 5.* Minerva, quam Romae Aemilius Paulus ad aedem Fortunae huiusque diei dedicavit. *Cic. 2. Leg. 11.* Recte a Catalino Spes consecrata est, Portunaque vel huiusque diei: nam valet in omnes dies; vel Respiciens, ad opem ferendam; vel Fors, in quo incerti casus significantur. *P. Victor de regionib. Urb. R. in reg. 10. Palat.* Vicus huiusque diei Fort. sed. Adde fragm. Tab. marmoreae apud *Grut. 155. extr.* quo maxime firmatur lectio locorum allatorum, in quibus alii aliter legendum putarunt. v. *Brisson. de formul. P. R. l. 1. c. 85.* — Huc spectat *Mar. Victorin. 1. 4. 51.* « Et *huiusce* et *huiusque* recte scribuntur, sed suo loco utraque: nam ab *hocce* et ab *hacce* fit *huiusce; huiusque* autem aliud significat, id est *uniuscuiusque*. » — **f**) Ad rem metricam spectant sequentia. — *Hic*, sive pronomen sive adverbium, producitur, ut *Mar. Victorin. de finalib. 16.* et *19. aliique* docent. — Sed nonnunquam ab aliquibus corripitur. *Virg. 6. Aen. 792.* et *4. ibid.* et *22.* et *Claudian. Laud. Hercul. 64.* — **g**) Etiam *hoc*. *Lucil.* apud *Non. 2. 550.* Sed tamen hoc dicas, quid hoc est, si nemo molestum est! Ita *Scalig.* Alii aliter. *Voss. l. 2. de Grammat. c. 24.* offert illud ex *Priap. carm. 32. extr.* Et vos hoc ipsum, quod minamur, invitat. — **h**) Dativus autem singul. *huic* interdum a Poëtis per diaeresin dissolvitur. *Stat. 1. Silv. 1. 107.* Laetus huic dono videas dare tura nepotes. Et *ibid. 2. 155.* Falsus huic pennas etc. *Sidon. carm. 7. 145.* Assurrexit

huic. *Paulin. Nolan.* videtur utramque corripuisse *carm. 16. 64.* Cum subito aut illis corda hostibus, aut huic ora Vertuntur. Sed potest etiam esse versus spondaicus. — **I**) Derivata. *hac, hic, hinc, huc.* — **K**) Composita, *abhinc, antehac, dehinc, exhinc, hacpropter, hactenus, hodie, horsum, hucusque, huiuscemodi, huiusmodi, posthac, posthaec, praeterhac, prohinc.*

HIC pronomen est, ut diximus, demonstrativum, quo res praesentes, et quae apud nos sunt, aut de quibus loquimur, ostendimus; *questi, questo. Cic. Dom. 5.* Fuit maior adhibenda medicina, quae et illud nativum, et hoc delatum malum sanare posset. *Ter. Andr. 1. 1. 99.* Hinc illae lacrimae, haec illa est misericordia. *Id. Eun. 4. 6. 14.* Haec ea est, quam miles a me ereptum venit. *Id. Adelph. 4. 5. 75.* Hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse? *Cic. 5. Tusc. 4.* Hos eosdem motus, perturbationes dixerimus. *Plaut. Amph. 1. 1. 246.* Hic homo sanus non est. *Id. Bacch. 1. 1. 55.* Rapidus fluvius est hic, non hac temere transiri potest. *Cic. 1. Rep. 17.* Haec Deorum regna. *Id. ibid. 25.* Non est enim singulare, nec solivagum genus hoc, sed ita generatum, ut etc. *Id. ibid. 19.* Quid mihi L. Pauli nepos, hoc avunculo, atque in hac tam clara republica natus quaerit? — **2**) Absolute, tacito nomine, quod vel iam praecesserat, vel ex contextu orationis patet. *Plaut. Men. 5. 2. 94.* nisi Occupo mihi aliquod consilium, hi domum me ad se auferent. *Id. Amph. 1. 1. 87.* Quisque, uti steterat, iacet, obtinetque ordinem. Hoc ubi Amphitruo herus conspicatus est, illico equites iubet etc. *Cic. 1. Rep. 15.* Non mihi videtur, quod hi venerunt, alius nobis sermo esse quaerendus, sed agendum accuratius et dicendum dignum aliquod horum auribus. *Id. ibid. 21. fin.* Feceris (ut etiam pro his dicam) nobis gratum omnibus. *Id. ibid. 11.* Haec Scipio quum dixisset. *Id. ibid. 12.* Dixerat hoc ille, quum etc. — *Plaut. Cure. 1. 2. 33.* Hoc vide, ut ingurgitat se in merum. *Hoc*, de *Forcellini* sententia, hic redundat. — **3**) Regit aliquando post se particulas *ut, qui. Cic. 2. Fam. 1. extr.* Hoc animo esse debebis, ut etc. *Id. 3. Offic. 8.* Si sensum hunc haberet, ut etc. *Id. Somn. Scip. 3.* Homines sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, etc. — Sequente infinito. *Cic. 1. Rep. 16.* Erat tunc haec nova et ignota ratio, solem lunae oppositum solere deficere. Cf. infra §. 19. et seqq. — **4**) Ad maiorem vim saepe copulatur cum particula demonstrativa *ce, hicce, haecce, hocce, huiusce, hunece, hancce, hisce, hosce*, etc. *Ter. Andr. 2. 3. 17.* Hocce haud dubium est quin etc. *Plaut. Capt. 4. 2. 85.* Tu Deum hunccc saturitate facias Tranquillum tibi. *Id. Mil. 3. 1. 209.* Ad hancce rem. — Alia exempla v. in CE §. 1. et Cf. quae supra diximus §. b. — **5**) In interrogationibus praeterea additur particula *ne*, cum qua euphoniae gratia *ce* mutatur in *ci*, ut *hiccine, hasccine, hoccine, hunccine, hoscine? Plaut. Most. 2. 2. 76.* Concrepuit foris: Hiccine percussit? *Cic. Mil. 38.* Hiccine vir patriae natus usquam nisi in patria morietur? *Id. 7. Verr. 25.* Hunccine hominem! hanccine impudentiam! iudices, hanc audaciam! *Plaut. Bacch. 3. 3. 45.* Hoccine hic pacto potest inhibere imperium magister! *Ter. Adelph. 4. 7. 40.* O Iuppiter, hoscine mores! *Plaut. Pseud. 1. 2. 68.* Hunccine hic hominem pati colere iuventutem Atticam? v. CE §. 2. — **6**) Eadem ratione saepe etiam coniungitur cum aliis pronominibus, *idem, ille, ipse, iste, talis:* item cum *huiusmodi. Virg. 7. Aen. 255.* Hunc illum, fatis externa ab sede profectum, Portendi generum. Et 272. hunc illum poscere fata, et reor, et . . . opto. *Cic. Flacc. 22.* Huic tali legato, huic publico testi, etc. *Cic. fil.* ad *Tir. 16. Fam. 21.* Quare da operam, ut hunc talem tam iucundum, tam excellentem virum videas quam primum. Adde *Apul. Dogm. Plat. 2. 16.* et *20. Ter. Adelph. 1. 1. 53.* Est ne hic ipsus, de quo agebam? *Cic. 2. Phil. 4.* Cum hoc ipso tempore stent cum gladiis, etc. *Id. 1. Acad. 1.* Ad hunc eum ipsum quaedam institui. *Plaut. Mil. 4. 2. 52.* Tractari ita solere haesce huiusmodi merces. *Cic. Rabir. Post. 9.* Sed huius istius facti stultitiam maior iam superior stultitia defendit. Tribuunt et *Catullo, 107. 7.* Quis me uno vivit felicior, aut magis hac ista Optandam vitam, etc. Sed *al. aliter leg. Sidon. 2. ep. 10.* ista haec epigrammata, quae effingimus. *Cic. 3. Tusc. 4.* Hos eosdem motus perturbationes dixerimus. *Caes. 7. B. G. 15.* Hoc idem fit in reliquis civitatibus. *Id. ibid. 17.* Haec eadem centurionibus tribunisque militum mandabant. *Quintil. 6. 3. 34.* Haec eadem genera commodius in rebus respondent. — **7**) Praeterea

II. *Hic* aliquando ad maiorem evidentiam repetitur. *Virg. 6. Aen. 792.* Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis. — **8**) Frequentius haec repetitio adhibetur ad varia significanda. *Quintil. 6. 1. 3.* Quid responsuri sint adversarii his et his; *a questo a questo.* Et *mox.* Cum sciret haec et haec. — *Id. 7. 5. 9.* Interim hoc quaeritur an hoc? furtum an sacrilegium? — **9**) Item locum habet in partium distributione sive enumeratione, etiam inter se oppositarum. *Cic. 4. Acad. 42.* Has igitur tot sententias ut omittamus, haec nunc videamus, quae diu multumque defensa sunt. *Id. 9. Fam. 16.* Caesar facile diceret: Hic versus Plauti non est, hic est. *Quintil. 4. 4. 8.* Ego hoc dico, adversarius hoc. *Virg. 6. Aen. 621. seq.* Vendidit hic auro patriam . . . Hic thalamum invasit natae. — **10**) Hac acceptione saepius opponitur *illi, isti, alii, alteri, cuidam. Tacit. 14. Ann. 8.* Hi moliam obiectus, hi proximas scaphas scandere, alii vadere in mare, quidam manus protendere. *Cic. Rosc. Am. 6.* Duo isti sunt T. Roscii, homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur, hic autem nuper se ad eum lanistam contulit. *Ovid. 1. Met. 295.* Occupat hic collem, cymba sedet alter adunca. — *Cic. 1. Rep. 1.* In his nudis et tempestatibus ad summam senectutem maluit lactari, quam in illa tranquillitate atque otio iucundissime vivere. *Quintil. 7. 2. 30.* Si deerunt haec remedia, ad illa declinandum est. *Id. 5. 6. 25.* Quum hic testamento, ille proximitate nitatur. *Id. 5. 7. 33.* In his iudicem sibi, in illis alii credere. Adde *6. 1. 8. Cic. 2. Fam. 11.* Putares ne unquam accidere posse, ut mihi verba deessent; neque solum ista vestra oratoria, sed haec etiam levia nostratia? *Id. 4. Acad. 55.* Iisdem enim hic sapiens, de quo loquor, oculis, quibus iste vester, caelum, terram, mare intuebitur. *Id. 2. Invent. 41.* Si hoc modo scripsisset, isto verbo usus non esset. — **11**) Cum hac oppositione interdum *hic* repetitur pro *ille. Virg. 4. Ecl. 58.* Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adsit. *Stat. 8. Theb. 454.* Cultor Ion Pisae cultorem Daphnes Cyrrhae Turbatis prostravit equis, hunc laudat ab alto Iuppiter, hunc tardus frustra miseratur Apollo. — **12**) *Hic* et *ille*, cum de pluribus sermo est, ita ponuntur, ut *hic* ad proximum, *ille* ad remotiorem referatur. Interdum tamen res contra se habet. *Propert. 3. 12. 47.* Qualis et Eurotae Pollux et Castor arenis: Hic victor pugnis, ille futurus equis. *Cic. Rosc. Com. 2.* Quid est, quod negligenter scribamus adversaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae: haec delentur statim, illae servantur sancte: haec parvi temporis memoriam, illae perpetuae existimationis fidem amplectuntur. *Id. Amic. 2.* Quam ob rem cave Catonem anteponas ne istum quidem ipsum, quem Apollo sapientissimum iudicavit (*h. e.* Socratem). Huius enim (*h. e.* Catonis) facta, illius (*h. e.* Socratis) dicta laudantur. *Quintil. 6. 1. 21.* Hoc Cicero atque Asinius certatim usi sunt: pro Scauro hic, ille pro filio. Adde *Cic. 4. Fin. 4.* una cum *Top. 2., 2. Orat. 38. Liv. 30. 30. a med.* Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria: haec in tua, illa in Deorum manu est. Adde *Ovid. 1. Met. 686.* et *1. Trist. 2. 25., Plin. 1. ep. 20. a med., Colum. 2. 2. a med., Quintil. 10. 2. ante med.* et *8. 3. a med.* ubi *de repraesentatione*, et *Senec. 6. Benef. 38.* — **13**) Aliquando, quod ex contexta orationis serie praesertim elucet.

III. *Hic* ponitur pro *is*, et redditur Italice *quegli, quello. Vet. proverb. Graecor.* apud *Cic. 1. Tusc. 18.* Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. *Id. 1. Nat. D. 40. ad fin.* Memoria pronunciabat Epicuri sententias his ipsis verbis, quibus erant scriptae. *Caes. 5. B. G. 7.* Dies circiter viginti quinque in eo loco commoratus, quod eorus ventus navigationem impediebat, qui magnam partem temporis in his locis flare consuevit. *Cels. 2. 2.* In his quae superant, est quod morbus demat: in his quae desunt, non est quod morbum ipsum ferat. *Nep. Annib. 2.* Omnium his temporibus potentissimus rex Antiochus fuit. — **14**) Item pro *talis*. *Horat. 3. Od. 6. 35.* Non his iuventus orta parentibus Infecit aequor sanguine Punico. *Id. 1. Ep. 6. 40.* Ne fueris hic tu. *Id. Art. P. 35.* hunc ego me, si quid componere curem, Non magis esse velim, quam etc. *Virg. 9. Aen. 481.* Hunc ego te, Euryale, aspicio? *Brut.* apud *Cic. 1. ad Brut. 16. a med.* Nos hi sumus, de quorum salute unus homo rogandus videatur? — **15**) Et pro *tantus*. *Cic. 2. Orat. 28.* Quoniam vos his ingeniis homines, tantum operae mihi ad audiendum datis; *di cotanto ingegno.* — **16**) Reperitur etiam adhibitum ad ostendendam primam personam pro *ego, Iuxurioc*, gestu scilicet ostendente se eo ipso, qui loquitur. *Ter. Andr. 3. 1. 10.* Tu si hic sis, aliter sentias. Ubi *Donat.* hic, seipsum ostendens, dicit. *Plaut. Cure. 2. 1. 53.* Solus hic homo est, qui sciat divinitus. *Tibull. 2. 6. 7.* Quod si militibus parces, erit hic quoque miles. Adde *Horat. 1. Sat. 9. 47., Plaut. Epid. 1. 2. 58.* et *Ter. Heaut. 2. 3. 115.* — **17**) Item pro *ille. Ulp. Dig. 33. 11. circa med.* Si quis illicite aedificasset; id est hoc, quod dirui constitutiones iubent. — **18**) Absolute, substantivorum more,

IV. *Hoc* adhibetur cum genitivo. *Cic. Rosc. Am. 52.* Hoc commodi est, quod etc. *Ter. Eun. 2. 1. 19.* Quid hoc morbi est? Et *5. 4. 8.* Quid hoc homins est? *Id. Adelph. 5. 2. 11.* Edormiscam hoc villi? *Plaut. Amph. 1. 1. 1.* Quis me alter est audacior, qui hoc noctis solus ambulem? *h. e.* nocte tam provecta. *Liv. 42. 18. extr.* Hoc copiarum in Hispanias portatum est. — **19**) Aliquando habet post se infinitum. *Cic. 1. Rep. 1.* Unum hoc definio, tantam esse necessitatem virtutis generi hominum a natura, etc. *Quintil. 7. 4. 40.* Hoc tantum admiror, Flavum tam anguste materiam qualitatis terminasse. *Id. 11. 1. 22.* Neque hoc dico non aliquando de rebus a se gestis oratori esse dicendum. — **20**) Sequente *quod. Cic. 1. Rep. 6.* Maxime hoc mihi mirum videri solet, quod qui tranquillo mari gubernare se negent posse, iidem ad gubernacula se accessuros profiteantur, excitatis maximis fluctibus. *Id. ibid. 13.* Quaesierat ex me Scipio, quidnam sentirem de hoc, quod

Digitized by Google

duos soles visos esse constaret. *Quintil.* 12. 9. 6. Propter hoc ipsum ostendenda non sunt, quod apparent. — **21)** Sequente *ut*. *Plaut. Amph. prol.* 64. Nunc hoc me orare a vobis iussit Iuppiter, Ut conquisitores singuli in subsellia Eant per totam caveam. *Cic. 1. Rep.* 24. Neque enim hoc suscepi, ut tanquam magister persequerer omnia. *Quintil. 10. 3. 29.* Frequenter etiam fortuita hoc cogitatio praestat, ut obvios non videamus. — **22)** Aliquando *hoc* locum habet in formula *hoc est*, quae ad explicandum ponitur; *ciò è, cioè. Cic. Divin. Verr.* 4. Dicam de eo prius, quod apud vos plurimum valere debet; hoc est, de voluntate eorum, quibus etc. *Id. Mil.* 9. Ad praeturam gerendam; hoc est, ad evertendam rempublicam. *Id. Caecin.* 34. Solum vertunt; hoc est, sedem ac locum mutant. *Id. 2. Phil.* 28. At quam crebro usurpat, et consul, et Antonius? hoc est dicere et consul, et homo nequissimus. *Id. Quint.* 24. Primum quaero, qua ratione Naevius susceptum negotium non transegerit; hoc est, cur bona non vendiderit. — **23)** Item *hoc est*, vel *erat*, formula est succensentis, aut expostulantis. *Petron. Satyr.* 95. Hoc est, inquam, quod promiseras, ne quem hodie versum faceres? *Virg. 2. Aen.* 664. Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes Eripis, ut etc. — **24)** In illo *Ter. Heaut. 5. 1. 1.* et *Plauti Amph. 1. 3. 48.* Luciscit hoc iam. Et *Mil. 2. 2. 63.* Lucet hoc, inquam; τὸ *hoc* caelum designat, *δεικτικῶς* prolatum; *h. e.* digito, aut vultu in caelum erecto. Sic *Cure. 1. 3. 26.* Nam hoc quidem edepol haud multo post luce lucebit. Et *Lucret. 5. 519.* Denique iam tuere hoc circum supraque, quod omnem Continet amplexu terram. Simile est illud *Ter. Adelph. 2. 1. 8.* Tu quod te posterius purges, huius non faciam; *non lo stimerò un frullo:* dum *huius* dicit, extremum unguis ostendit, aut aliquid huiusmodi. — Eadem ratione Syrus servus apud *Rund. Heaut. 2. 3. 114.* si quid nobis adversi evenerit, Tibi erunt parata verba, huic homini verbera; *huic* cum dicit, se ipsum manu ostendit. — **25)** Item absolute, adverbiorum more,

V. *Hoc* aliquando est ideo, propterea; *per questo; τούτῳ. Horat. 1. Sat. 1. 45.* Millia frumenti tua triverit area centum: Non tuus hoc capiet venter plus ac meus. *Plaut. Pseud. 2. 3. 19.* atque hoc evenit, In labore atque in dolore, ut mors obrepat interim. Adde *3. 2. 35.* et *Mil. 2. 3. 26.* — **26)** Hoc sensu dicimus etiam *hac re. Lucret. 1. 172.* Atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni. *Varr.* apud *Non. 11. 35.* Hac re aeger medicos exquisitim convocabas, ut convalesceres. — **27)** Item *in hoc*. *Vellei. 2. 41.* In hoc scilicet, ne etc. Adde *Phaedr. 3. init. Quintil. 8. praef. 6.* Plurimum in hoc laboris exhausimus, ut ostenderemus etc. — **28)** Item *ad hoc*, est praeterea, insuper. *Sall. Cat. 14.* Praeterea omnes undique parricidae, sacrilegi . . . ad hoc, quos manus atque lingua periurio aut sanguine civili alebat; postremo omnes, etc. *Liv. 6. 11.* His opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque ingenii vehemens et impotens, etc. *Tacit. 1. Hist. 6.* Multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia, etc. Adde *Suet. Ner. 46.* — Etiam *ad hanc* eodem sensu usurpavit *Curt. 3. 10. 7.* Victor ad haec Atheniensium Philippus pater invocabatur, etc. V. *Zumpt.* ad *Curt. 4. 7. 13.*, ubi alia loca indicantur, in quibus vulgo *ad haec* legebantur, pro *ad hoc*, quae unice vera lectio videtur etiam apud *Liv. 21. 32.* V. *Drakenb.* ad *h. l.* — Sed *ad haec* exponitur *hac in re, hac re perspecta* in illo *Horat. 1. Ep. 19. 45.* ad haec ego naribus uti Formido. — Sic et ad hoc quidam exponunt apud *Eund. 9. Epod. 17.* et *1. Sat. 6. 57.*, ubi tamen V. *Orell.*, coll. *Hildebr.* ad *3. Apul. 18.* et imprimis *Hand, Tursell. T. 1. p. 123.* et *seqq.* — **29)** *Hoc quo* est eo quo, vel tanto quanto, cum comparativis. *Cic. 13. Att. 36.* De Bruti amore hoc audio libentius, quo saepius. — **30)** *Hoc quod, hoc quia*, est eo quod, ideo quia. *Caes.* ad *Opp. post Cic. ep. 8. l. 9. ad Att.* Consilio vestro utar libenter, et hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram; *e tanto più di buona voglia*, etc. *Cic. 1. Orat. 3.* Quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia etc. *Plaut. Rud. 2. 3. 57.* hoc mese excruciat animi, Quia etc. *Caes. 5. B. G. 2.* Copiae hoc infrequentiores imponuntur, quod nulli Gallicis tot bellis defecerant. — **31)** *Hos* pro *huc*, *ἀρχαϊσμός* est in *formula Censorum vocantium Quirites ad censum* apud *Varr. 6. LL. 9.* Omnes Quirites voca iulicium hoc ad me. *Virg. 8. Aen.* 425. Hoc tunc ignipotens caelo descendit ab alto. *Verr. Flacc.* apud *Serv.* hic: In adverbiis pro u, o pleruмque Maiores ponere consuevere. *Plaut. Amph. 1. 1. 11.* Nonne idem hoc luci me mittere potuit? *Id. Capt. 2. 2. 79.* Nunc hoc animum advortito. *Id. Mere. 2. 2. 49.* Hoc non voluntas me impulit. Adde *Capt. 5. 1. 20.* et *Inscript.* apud *Grut. 816. 8.* et aliam apud *Maff. Mus. Ver. 108. 2.* Hoc mansum veni. — Sic *illoc* pro *illuc*, quod postea *illo* factum est. — **32)** Huc etiam referri potest illud

Hac apud *Fest. p. 246. Müll.* Si quis magistratus adversus hac; ubi *hac* a nonnullis mutatum est in *haec*, dum contra pro ablativo absolute posito accipit *Müller*, qui ad *h. l.* adnotat: « Illud autem *(hac)* tueor analogia structurae: *interea, propterea, hac propter, posthac* multarumque similium. Etiam ADVORSUM EAD in *SCto de Bacchanal.* ablativo casu dictum est. » — **33)** Specialim autem de adverbio *hac* V. suo loco.

Nota. *Hic* differt ab *iste*, quo significatur aut persona, quacum loquimur, aut res ei proxima. Sic *Cic. Dom. 5.* Hanc istum causam arrepturum fuisse, etc. Cf. supra §. 9. *ad fin.* — Hoc tamen discrimen interdum non servatur. *Stat. 4. Silv. 1. 20.* da gaudia fastis Continua: hos humeros multo sinus ambiat ostro. *Ter. Andr. 3. 2. 30.* Prorsus a me opinionem hanc tuam esse amotam volo. — *Cic.* quoque non semel *hic* pro *iste* posuit, quod ostendit *Manut.* ad *8. Fam. 10.* V. ISTE. — **2)** De *hoc* posito adverbiorum more plura dabit *Hand, Tursell. T. 3. p. 92-96.*

HIC. Adverb. factum ex ablativo, sive dativo, sive, ut alii praecipiunt, locativo pronominis, ut scribit *Hand, Tursell. T. 3. p. 75.* — **b)** Antique *haice* pro *hic* satis frequens legitur in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 551., 590., 1007., 1009.*, etc. — Item *heice* in *alia, ibid. n. 1049.* — Item *heicei*, quod legitur in *alia, ibid. n. 1297.* V. tamen quae adnotat cl. *Mommsen* ad *h. n.* et Cf. infra §. 3. — **c)** De quantitate syllabae, V. quae diximus in voc. praeced. §. f. et g. — **d)** *Hic* in antiquis MSS. et editis libris saepe confusum sive mutatum fuisse in *hunc, hinc, hasc, ac*, aut vice versa, monuit *Hand, loc. cit. p. 85.*

HIC proprie locum significat, in quo ego, qui loquor, sto; quare opponitur *istic* de loco, quem alter obtinet, et *illic* de loco, et a nobis et ab eo, quocum loquimur, remoto: est itaque in hoc loco; *qui, in questo luogo. Plaut. Most. 3. 2. 105.* Ego hic esse et illic simul haud potui. *Cic. 6. Fam. 20. extr.* Hic tui omnes valent. *Ter. Eun. 4. 6. 5.* Ego iamdudum hic adsum. *Id. Adelph. 2. 1. 15.* Hic propter hunc astiste. *Id. Eun. 5. 6. 5.* Quem praestolare hic ante ostium? *Plaut. Most. 5. 1. 76.* Fenus hic, fenus illic. *Ter. Heaut. 4. 7. 1.* eccum hic tibi. *Virg. 1. Ecl. 43.* Hic illum vidi iuvenem. *Cic. 6. Fam. 19.* Quare, ut arbitror, prius hic te nos, quam istic tu nos videbis. — *Virg. 3. Ecl. 12.* Aut hic ad veteres fagos. *Stat. 1. Theb. 434.* Hic in finibus vestris. *Plaut. Poen. 1. 3. 51.* Hic inter nos. — Cum genitivo loci. *Plaut. Mil. 2. 3. 2.* Scio, me vidisse hic proximae viciniae Philocomasium; *h. e.* hic in proxima vicinia. *Ter. Phorm. 1. 2. 48.* Modo vidi virginem hic viciniae miseram. — **2)** *Hic iacet, hic iacet in pace, hic pausat, hic quiescit, hic requiescit, hic quiescit in pace, hic requiescit in pace*, et alia huiusmodi, formulae sunt frequentissime obviae in Lapidibus Christianis. V. *Le-Blant, Inscr. Chrét. de la Gaule, T. 1. préface, p. XXVI.* et apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. n. 501.* et *seqq.* — Item absolute apud Ethnicos. *Inscr.* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1856. p. 118.* M. Ulpius Callistus hic; *h. e.* hoc loco sepultus est. Adde *aliam, ibid.* — **3)** In interrogationibus additur ei in fine particula demonstrativa *ce* et interrogativa *ne* in unam vocem, *hiccine? Seu potius hicine*, ut scribendum esse contendit *Hand, Tursell. T. 3. p. 83.* et *seq. Plaut. Mil. 2. 2. 25.* Philocomasium hiccine etiam nunc est? *Pe.* Quum exibam, hic erat. *Id. Mere. 3. 4. 17.* Ubi ego sum? hiccine, an apud mortuos? *Eu.* Neque apud mortuos, neque hic es. Adde *Cist. 1. 1. 21.* et *Ter. Adelph. 2. 1. 29.* V. haec loco sub particula CE §. 3., coll. voc. praeced. §. b. — *Hic ne?* habes infra §. 13. — **4)** Aliquando coniungitur cum particula *ubi*. *Cic. 7. Verr. 55.* Retineri putatis oportere intra libertatis non modo hic ubi tribuni plebis sunt, ubi . . . sed ubicumque etc. *Ovid. 1. Met. 319.* mons ibi arduus Nomine Parnassus superatque cacumine nubes. Hic ubi Deucalion . . . parva rate vectus adhaesit. — **5)** Repetitur aliquando ad maiorem vim. *Senec. Here. Oet. 595.* Hic meum pectus timor, Altrix, lacessit; hic rapit somnos pavor. *Quidam exponunt pro* hinc; *alii pro* ubique *accipiunt*. V. *Interpr.* ad *h. l.* — **6)** Adhibetur et in distributionibus. *Plin. 10. 71. 2.* Hic clune, alibi pectore tantum *(gallinae)* laudatae. *Virg. 1. G. 54.* Hic segetes, illic veniunt felicius uvae. — **7)** Ponitur etiam pro *ibi*, vel pro *illic*, aut *istic*, ut notat *Servius ad* illud *Virg. 1. Aen. 20.* hic illius arma, Hic currus fuit. *Nep. Attic. 2.* Idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit: eodem magnam partem traiecit fortunarum suarum: hic ita vixit, ut universis esset carissimus. *Plaut. Mil. 1. 1. 28.* At diligenter hic eram. *Alii aliter leg.* V. INDILIGENTER. — **8)** *Hic illic* ita ponuntur, ut *hic* ad proximum, *illic* ad remotam referatur, ut de *hic* et *illic* dictum est in voce praeced. §. 12. Iuveniuntur tamen inverso ordine posita. *Vellei. 2. 49.* Alterius ducis causa melior videbatur, alterius erat firmior: hic omnia speciosa, illic valentia. — *Ovid. 7. Met. 531.* Hic, illic, ubi mors deprenderat, exhalantes; *h. e.* ubique, omnibus locis. — **9)** Deinde

II. *Hic* aliquando refertur ad res; et significat in hac re, in hac parte; *in questo:* qui sensus translatus videri potest. *Cic. 2. Verr. 16. extr.* Hic si quid erit offensum, etc. *Ter. Andr. 4. 1. 14.* Hic, ubi opus est, non verentur: illic, ubi nihil opus est, ibi verentur. *Plaut. Bacch. 4. 9. 66.* Ut scias, quae hic scripta sunt. *Caes. 6. B. G. 35.* Haec in omnibus Eburonum partibus gerebantur . . . Hic quantum in bello fortuna possit . . . cognosci potuit. *Ter. Heaut. 4. 5. 31.* Hic me magnifice refero. *Id. Andr. 4. 5. 5.* Facile hic plus mali est, quam illic boni. — **10)** Item refertur quoque ad tempus, sive praesens, et est *nunc*, sive praeteritum aut futurum, et est *tunc*, ut *Serv.* docet ad illud

Digitized by Google

Virg. 1. Aen. 733. Hic regina gravem gemmis auroque poposcit, Implevitque mero pateram. *Ter. Andr. 2. 3. 15.* Hic reddes omnia, Quae nunc sunt certa ei consilia, incerta ut sient. *Cic. 3. Verr. 28.* Hic illi flentes rogare atque orare coeperunt. *Id. 3. Fam. 8.* Hic ego multa simul cogitavi. *Id. 6. Rep. 11.* Sed cum eris curru in Capitolium invectus . . . Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae lumen animi, ingenii consiliique tui. *Ter. Heaut. 4. 4. 20.* Etiamne tecum hic res mihi est? *Cic. 3. Catil. 9.* Hic quis potest esse, Quirites, tam aversus a vero . . . qui neget, etc. *Tibull. 2. 4. 1.* Hic mihi servitium video dominamque paratam: Iam mihi libertas illa paterna, vale. *Stat. 1. Silv. 2. 49.* Hic, Erato iucunda, doce. *Senec. Here. Fur. 114.* Hic prosit mihi, Iove esse genitum. — **II)** Saepe etiam utrumque complectitur, et rem, qua de agitur, et tempus, in quo agitur. *Cic. Arch. 4.* Hic tu tabulas desideras Heracleiensium, quas etc.? *Possis hoc etiam ita vertere:* cum ita se res habeat. Sic *4. Verr. 44.* Hic vos dubitatis, iudices, tantam istius audaciam vindicare? Et *Caes. 6. B. G. 38.* Praecurrunt equites: quanto res sit in periculo, cognoscunt. Hic vero nulla munitio est, quae perterritos recipiat. *Cic. Manil. 13.* Hic miramur, hunc hominem tantum excellere ceteris, etc. *Id. 8. Phil. 4.* Hic mihi etiam Q. Fufius . . . pacis commoda commemorat. *Plin. 1. ep. 20. 4.* Hic ille mecum auctoritatibus agit. *Id. 2. Nat. D. 53.* Hic quaerat quispiam, cuius nam caussa tantarum rerum molitio facta sit. — **12)** Iungitur hoc sensu etiam aliis particulis. *Cic. Manil. 9.* Hic iam plura non dicam. Fuit enim etc. *Id. Planc. 41.* Hic ego nunc de praetore Macedoniae nihil dicam amplius. Et *3. Verr. 26.* Hic tum alius ex alia parte: enimvero ferendum hoc non est. — **13)** Huc spectat et formula *hic etiam*, in qua quaedam indignatio inesse videtur. *Id. Rosc. Am. 48.* Hic ne etiam esse putat aliquid posse Chrysogonus? Hic etiam potens esse vult? Et *2. Verr. 58.* Hic etiam prior actione Q. Hortensius pupillum Iunium venisse praetextatum in vestrum conspectum . . . questus est.

Nota. *Hic* differt ab *istic* eo modo, quo *hic* ab *iste*. *Cic. 3. Fam. 10. ante med.* Cum hic tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te benevolentiam navare possumus. Cf. supra §. 1. *init.* — Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Turtell. T. 3. p. 75–83.*

HICCĔ, haecce, hocce. } v. hic, haec, hoc, §. b. et §. 4. et ce.
HICCĪNĔ, haeccine, etc. }

HICCĪNĔ. } adverb. v. hic, adverb. §. 3.
HĪCĪNĔ. }

HĪCON. v. icon.

HĪĔMĀLIS et Hyemalis, le. Adiect. ab *Hiems;* ad hiemem pertinens, hibernus; *d' inverno. Ovid. 9. Met. 105.* amnis Uberius solito nimbis hiemalibus auctus. *Cic. 3. Tusc. 27.* Hiemalem vim perferre. *Id. 6. Fam. 20.* Navigationis longae, et hiemalis, et minime portuosae periculum. *Colum. 11. 1. a med.* Hiemalis dies. *Plin. 18. 12. 5.* Hiemales provinciae; *paesi freddi.* Et *ibid. 32. 1.* Hiemalis faba; *h. e.* quae sub hiemem seritur. *Pallad 1. 9.* Hiemalia loca; *stanze da inverno. Plin. 18. 79. 3.* Si luna ante quartam non apparuerit, vento Favonio flante, hiemalis toto mense erit; *h. e.* hiemem, seu pluvias ventosque feret. *Hygin. 3. Astron. 28.* Hiemalis circulus; *il tropico del Capricorno. Vulg. Interpr. Ierem. 36. 22.* Hiemalis domus. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HIEMALIA, ium, n. Sunt hiberna; *quartieri d' inverno. Valerian. Imp.* apud *Vopisc. Aurelian. 11.* Tuum est illic hiemalia, atque aestiva disponere.

HĪĔMANS. v. hiematus.

HĪĔMĀTĬO et Hyematio, ōnis, f. Verbale ab *Hiemo;* actus hiemandi, hiemis traductio; *invernata. Varr. 3. RR. 16. ad fin.* Ne plus terna parte eximatur mellis, reliquum hiemationi relinquatur.

HĪĔMĀTUS et Hyematus, a, um. Particip. verbi *Hiemo;* hieme, seu gelu constrictus; *agghiacciato. Plin. 9. 58. 2.* Autumnali sidere, hiemato lacu. Cf. hiemo §. 4. *Al.* hiemante *leg.* Nam *Hiemantes aquas* dixit etiam *Sallust.* apud *Senec. ep. 114. a med.* Sed haec inter raras locutiones ab ipso *Seneca* refertur, nec passim imitandas. — *Boëth. Dial. 1.* in *Porphyr. init.* Hiemantis anni tempore in Aureliae montibus concesseramus. v. voc. seq. §. 2.

HĪĔMO et Hyemo, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. transitivorum tamen more aliquando adhibitum; ab *Hiems.* — Particip. *hiemans* et *hiematus* v. in voc. praeced. et infra §. 2., *hiematurus* §. 1. et 2. — Proprie est hiemem traduco, hiberno: ac saepius de militibus dicitur; *svernare, passar l'inverno. Cic. 7. Fam. 9.* Cupio scire quid agas, et ubi sis hiematurus. *Nep. Agesil. 32.* Ephesum hiematum exercitum reduxit. *Caes. 3. B. G. 1.* Ut in iis locis legionem hiemandi causa collocaret. Et 2. Alteram partem eius vici cohortibus ad hiemandum attribuit. Et *6. extr.* Legionem in Allobrogas perduxit, ibique hiemavit. — *Horat. 1. Ep. 16. 71.* Naviget, ac medio hiemet mercator in undis. *Suet. Aug. 72.* Assidue in urbe hiemare. *Cic. 6. Att. 1. fin.* Facies me certiorem quomodo hiemaris. Adde *6. Verr. 47.* — *Vulg. Interpr. Isai. 18. 6.* Omnes bestiae terrae super illum hiemabunt. — **2)** De rebus etiam inanimis pro eo, quod hiems est, gelo; *gelare, far fredde. Plin. 18. 64. 1.* Delphini vespertino occasu continui dies hiemat Italiae. *Id. 2. 47. 4.* Ante brumam septem diebus, totidemque postea sternitur mare halcyonum feturae: reliquum tempus hiemat. Sic *Horat. 2. Sat. 2. 17.* atrum Defendens pisces hiemat mare. Adde *Auson. praefatione. 1. Theodos. 3. Arruntius* apud *Senec. ep. 114. a med.* Repente hirmavit tempestas. Et alio loco, inquit *Seneca*, cum dicere vellet, frigidum annum fuisse, ait, totus hiemavit annus. Et alio loco: hiemante Aquilone. *Id. ibid.* hanc loquendi rationem minus probat. v. voc. praeced. — **3)** Hinc impersonaliter,

HIEMAT, ābat, etc. Est procellosum tempus est, hiems est. *Colum. 11. 2.* Decimosexto cal. Febr. Cancer desinit occidere: hiemat, et *ibid.* Idib. Februar. Sagittarius occidit: vehementer hiemat. Et *ibid.* Quinto cal. Novembr. Vergiliae occidum: hiemat cum frigore et gelicidio. *Plin. 18. 79. 2. de luna.* Si coronam circa se habebit, non ante plenam lunam hiematurum, ostendit. — **4)** Transitivorum more,

II. *Hiemo* est congelo; *agghiacciare. Plin. 19. 19. 6.* Decoquant alii aquas, mox et illas hiemant. *Id.* hoc ipsum expheat, cum ait *31. 25. 2.* Neronis principis inventum est, decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare. Cf. hiematus.

HIEMPS apud Veteres (v. loc. *Varr.* mox cit.), et

HĬĔMS et Hyems, emis, f. Vox parum certae originis, quam *Varr.* ab imbre deducit, *6. LL. 2.* Huius temporis pars hiemps *(sic)*, quod tum multi imbres. Alii ab *Hio:* alii a χειμὼς: alii ab ὗω; plio. — **b)** His postremis placet per *y* scribi. Verum ut e Graeco notatio decenda sit, ipsa tamen vox adeo Latina facta est, ut et Latinas plene litteras, et pronunciandi rationem adepta sit. Itaque *hiems* passim habetur in antiquis libris et Lapidibus, testib. *Manut., Cellar., Dausq.* etc. — Haec et de derivatis dicenda sunt. Sic in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 204. II. lin. 9.* et *14.* hiemandi caussa . . . hiement. — **c)** In genitivo plur. habet *hiemum. Priscian. 7. p. 770. Putsch.* — **d)** Derivata, *hiemalis, hiematio, hiemo.* Cf. hibernus §. a. — **e)** Composita, *abhiemat, perhiemo.* Cf. bimus §. a.

HIEMS proprie dicitur ea anni pars, quae frigida est inter autumnum et ver; *inverno.* Secundum veteres Romanos agricolas hiems incipiebat Vergiliarum occasu, quod tempus in III. Id. Novembr. incidere consuevit, uti docet *Plin. 2. 47. 4.* et *18. 59. 2.* Adde *Varron. 1. RR. 28.* et *Colum. 11. 2.* Desinebat autem VII Id. Febr., ut *Varr. ibid.* tradit. *Cic. Rabir. Post. 15.* Hanc vim frigorum, hiememque, quam nos vix huius urbis tectis sustinemus, excipere. *Id. 6. Verr. 40.* Erat hiems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. *Id. Planc. 40.* extr. Maritimos cursus praecludebat hiemis magnitudo. *Caes. 3. B. C. 8.* Gravissima hiems. *Hirt. 8. B. G. 5.* Hiemis difficultate oppressi Carnutes. *Caes. 7. B. G. 32.* Iam probe hieme confecta. *Id. 3. ibid. 7.* Inita hieme. Et *6. ibid. 1.* Ante exactam hiemem. *Id. 3. B. C. 25.* Hiems iam praecipitaverat. Et *Curt. 3. 8.* Cum iam hiems instaret. Et *9. 10.* Iam mitigata hieme. *Horat. 1. Od. 4. 1.* Solvitur acris hiems. Et *2. ibid. 10. 13.* Informes hiemes. *Virg. 2. G. 373.* indignae. *Horat. 3. Od. 1. 32.* iniquae. *Ovid. 3. Art. am. 186.* Pigra hiems. *Id. 1. Pont. 2. 28.* iners. *Liv. 3. 13.* gelida ac nivosa. *Ovid. 15. Met. 212.* Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu, Aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos. *Id. 3. Trist. 10. 44.* dura. *Id. 1. Met. 490.* aspera. Et *4. Pont. 10. 38.* horrida. *Virg. 1. G. 299.* ignava colono. *Id. 2. ibid. 317.* rura gelu claudit. *Id. 4. ibid. 153.* tristis frigore saxa rumpit. Et *5. Aen. 285.* aquilonibus asperat undas. *Tibull. 3. 5. 4.* hiems se remittit. *Tacit 12. Ann. 43.* Hiemis modestia; *inverno moderato.* — **2)** *Hiems* anni est hibernum anni tempus. *Suet. Caes. 55.* Bellum difficillimum gessit, neque loco, neque tempore aequo, sed hieme anni, etc. Sic *aestate* anni dixit *Gell. 19. 8.* — **3)** *Hiems* pro frigore, quod quis patitur. *Martial. 2. 46.* Tu spectas hiemem succincti lentus amici. *Ovid. 2. Met. 827.* letalis hiems paulatim in pectora venit; *h. e.* frigus nexi. v. locum. — **4)** Dicitur et de vento, pluvia, et procellis; *tempesta, procella:* quam et Graeci χειμῶνα dicunt. *Nep. Attic. 10. sub fin.* Gubernator praecipua laude fertur, qui navem ex hieme, marique scopuloso servat. *Virg. 5. Aen. 11.* caeruleus supra caput adstitit imber Noctem hiememque ferens. *Id. 3. G. 470.* creber agens hiemem ruit aequore turbo. *Id. 9. Aen. 671.* Iuppiter horridus austris Torquet aquosam hiemem. Et *1. G. 320.* turbine nigro Ferret hiems culmumque leves. stipulasque volantes. *Val. Flacc. 3. 131.* caeca profundo Currit hiems. Et 2. 22. quatit ipse hiemes, et torquet ab alto Fulmina crebra pater. *Stat. 5. Silv. 1. 56.* Achilleis hiemes affrangere bustis; *h. e* fluctus. — **5)** Item de qualibet vi atque impetu rei, procellae modo ruentis. *Val. Flacc. 4. 508. de Vesuvio,* vix dum ignea moutem Torsit hiems. *Stat. 3. Silv. 5. 72.* Vesuvinus apex, et flammea diri Montis hiems. *Id. 5. Theb. 385.* Instamus iactu telorum, et ferrea nimbis Certat hiems. — **6)** Translate. *Claudian. B. Get. 151.* Hic celer effecit, bruma ne longior una Esset hiems rerum; *h. e.* procella belli et armorum. *Ovid. 5. Heroid. 34.* Illa dies fatum miserae mihi dixit; ab illa Pessima mutato coepit amoris hiems; *raffreddamento.* — **7)** Huc spectare possunt illa *Vulg. Interpr.*, in quibus *hiems* figurate accipiunt plerique, *Cant. 2.*

Digitized by Google

II. Iam hiems transiit, imber abiit et recessit. Et *Matth.* 24. 20. Orate autem ut non fiat fuga vestra in hieme vel Sabbato. — **B)** Apud Poëtas et Mythologos

II. *Hiems*, tanquam nomen divinitatis cuiusdam proprium accipitur, cui olim sacrificabant, placandi gratia, ut febri, ventis, etc. *Virg. 5. Aen. 120.* Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus album. *Ovid. 2. Met. 30.* Stabat . . . Et glacialis Hiems, canos hirsuta capillos. Cf. ad rem *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1861. p. 205.* et *segq.*

HĬĔRĂ, ae, f. Vox Graeca, *ἱερά*; *h. e.* sacra, sed non satis cognita, praesertim illo loco *Senecae ep. 83.*, ubi ait: Quomodo tamen hodiernum certamen nobis ceserit, quaeris? quod raro cursoribus evenit, Hieram fecimus. *Muretus* hieram interpretatur lineam in medio stadio, sic appellatam, quod sacra esset. *Lipsius* morem fuisse suspicatur, ut in ambigua victoria, cum certantes pares essent, Deo sacraretur corona; quod Graeci *ἱερὸν πωλεῖσθαι* dicunt; *h. e. στέφανον*: *Senecam* autem *hieram* dixisse, scil. *coronam*. Vero tamen simile est, allusisse ad mediam ex quinque lineis tabulae aleatoriae, sacram, *ἱερὸν γράμμην* dictam, ad quam lusores paene victi perfugiebant. V. *Pollux. Onomast. l. 9. c. 7.* — **B)** Deinde

II. *Hiera* est etiam nomen antidoti, ita dictae quasi sacrae, ut sub tanta specie nominis commendaretur medicamentum: vel ad verum eius nomen occultandum, quod eius inventor celari volebat. *Scribon. Compos. 99.* Alia quae vocatur *hiera* Pachii, ad paralyticos mire facere dicitur ab *Eod. ibid. 156.* V. PICRA.

HĬĔRĂBŎTĂNĒ (et divisim Hiera botane), *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, *ἱερὰ βοτάνη*; *h. e.* sacra herba, qua nulla plane Romanae nobilitatis plus habet: Latini verbenacam vocant. Haec est, quam legatos ferre ad hostes mos fuit in sacris legationibus. Hac Iovis mensa verrebatur, domus purgabantur, et lustrabantur. Est autem ramulis pluribus, tenuibus, cubitalibus, angulosis, folio minore, quam quercus, et angustiore, divisuris maioribus, flore glauco, radice longa, tenui. Nascitur ubique in planis aquosis. Duo eius genera sunt: foliosa, quam feminam putant; mas autem rarioribus foliis. Haec *Plin. 25. 59. 1.*, coll. *22. 5. 3.* — **B)** Nomina et virtutes hieras botanes, habet *Apul. Herb. 3.* Graeci hieram botanen, iidem peristereona hyplon etc. *Alii corrupte leg.* gerebotanon. Cf. HIEROMATRITA *fin.*

HĬĔRĂCĬĂ, ae, f. Vox Graeca, *ἱερακία*, qua significatur genus quoddam lactucae sponte nascentis rotundis foliis, et brevibus: ab *ἱέραξ*, *ακος*; accipiter: quoniam eam accipitres scalpendo, succoque oculos tingendo, obscuritatem, cum sensere, discutiunt. *Plin. 20. 20. 2.* — *Ἱερακία βοτάνη* est *Horapoll. 1. 6.*

HĬĔRĂCĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, *ἱεράκιον*, qua significatur herba eadem, quae *hieracia*, apud *Apul. Herb. 30.*

HĬĔRĂCĪTĂ, ae, m. Vox Graeca, *ἱερακίτης*, qua secta quaedam Manichaeorum significatur, a *Hierace* aliquo Aegyptio genere cognominatorum. *Rufin. Hist. Monach. 28.* Aiebant praeterea, aliquando venisse ad eum hereticum quemdam hieracitam, quod genus haereseos invenitur apud Aegyptum.

HĬĔRĂCĪTES, ae, m. et

HĬĔRĂCĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, *ἱερακίτης*, et *ἱερακίτης λίθος*, qua significatur gemma, seu lapis, milvinis nigrisque veluti plumis, et a collo accipitris, quod refert, cognominata: ab *ἱέραξ*, *ακος*; milvus, accipiter. *Plin. 37. 60. 2.* et *ibid. 72. 1.* Hoc postremo loco alii leg. *hieracites*, priore omnes *hieracitis*, quod eodem recidit.

HĬĔRĂCĬUM, ii, n. Vox Graeca, *ἱεράκιον*, proprie adiectiva, absolute tamen adhibita de quodam collyrio ita a *Hierace* auctore eius appellato, ut colligitur a *Cels. 6. 6. n. 28.* (ubi vocat *collyrium Hieracis*). Attamen secundum alios dictum est ab *ἱέραξ*; accipiter, quod ea avis quaedam monstravit naturae medicamina oculis adhibenda. V. HIERACIA. — Eius compositionem *Plin. 34. 27. 1.* tradit. Constat autem hammoniaci uncias quatuor, aeruginis Cypriae duabus, atramenti sutorii totidem, misyos una, croci sex. Haec omnia trita aceto Thasio, colligantur in pilulas, excellentis remedii contra initia glaucomatum et suffusionum, etc.

HĬĔRANTHĔMĬS, ĭdis, f. Vox Graeca, *ἱερανθεμίς*, quae tamen in Lexicis Graecis non reperitur, qua genus quoddam herbae significatur, quae communius *chamaemelon* dicitur, teste *Apul. Herb. 23.* V. CHAMAEMELON §. 2., coll. ANTHEMIS.

HĬĔRĀTĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἱερατικός*; *h. e.* sacerdotalis. Hinc *Hieratica charta* dicta antiquitus religiosis tantum voluminibus dicata: ab *ἱερός*; sacer. *Plin. 13. 23. 1.* Charta hieratica appellatur antiquitus religiosis tantum voluminibus dicata, quae ablutione Augusti nomen accepit, sicut secunda Liviae, a coniuge eius. Ita descendit hieratica in tertium nomen. Adde *ibid. 24. 1.*

HĬĔRAX, ācis, m. Vox Graeca, *ἱέραξ*, qua accipiter significatur. — Hinc a similitudine Antiochus Syriae rex, ut tradit *Iustin. 27. 2.*, *hierax* est cognominatus, quia non hominis, sed accipitris ritu in alienos eripiendis vitam sectaretur.

HĬĔRAEPRŌLIS, is, f. Vox hybrida a Graeca voce *ἱερός*; sacer, et Latina *prolis*; *h. e.* prolis sacrae sive regiae. — Legitur apud *Cael. Aurel. 1. Chron. 5. n. 177.* Ferunt Graecorum commenta loquacia et hieraeprolis feminam humanis exercitatam fatis et saevo poenitudinis dolore commotam, suo manu suos exstinxisse successus; *h. e.* feminam regiae prolis, nempe Medeam, quae a Iasone, Creusae Creontis filiae amore capto, repudiata, filios, quos ex eo susceperat, interfecit.

HĬĔREUS, ei, m. Vox Graeca, *ἱερεύς*; sacerdos. *Constantin. Aug. Cod. Theod. 16. 8. 5. Idem A. Hiereis et Archisynagogis et Patribus Synagogarum et ceteris, qui in eodem loco deserviunt.* Hiereos et Archisynagogos, etc.

HĬĔRŎBULBUS, i, m. Vox hybrida, a Graeca voce *ἱερός*, sacer; et Latina *bulbus*, quasi sacer bulbus. Ita est appellata herba quaedam apud *Apul. Herb. 21.* Herbae hieribulbi accipito uncias sex, etc. — Hinc patet in recto casu potius efferendum esse *hierusbulbus*.

HĬĔRŎBUS, i, m. Vox Graeca, ab *ἱερός*; sacer, et *βοῦς*; bos; *h. e.* sacer bos, nempe Aegyptiorum Apis Soli et Lunae sacer. *Inscr.* apud *Grut. 33. 5.* Deo Soli, Hierobo L. Aurelius Bassinus sacerdos numinum V. S. L. M.

HĬĔRŎCĒRYX, ȳcis, m. Vox Graeca, *ἱεροκήρυξ*; sacer praeco: ab *ἱερός*; sacer, et *κήρυξ*; praeco; *h. e.* is, qui sacris silentium indicebat. Legitur in *Inscr.* apud *Don. cl. 1. n. 24.* et in *alia* apud *Grut. 27. 4.* Sunt porro qui putant ibidem *Hierocoracx* esse legendum, *ἱεροκήρυξ* vero esse tantum vocem Graecam. V. CORACICUS. Fatendum tamen est, in *Not. Tir. p. 172.* legi *haerix*, *hierohaerix*, quae quidem mendosa sunt pro *keryx*, *hierokeryx*, seu *eerya*, *hierocerya*. — Sed *Hierococax* dedit *Mayer* in *Anthol. Lat. n. 831.* ex *Grut. loc. cit.* Ulpius Egnatius Faventinus V. C., augur publicus populi Romani Quiritium, Pater et Hierocoras Dei Solis, invicti Mithrae, etc.

HĬĔRŎCŎRĂĬCĂ Sacra. V. CORACICUS §. 1.

HĬĔRŎCŎRAX V. HIEROCERYX.

HĬĔRŎDŪLUS, i, m. Vox Graeca, *ἱερόδουλος*, qua significatur minister sacrorum: ab *ἱερός*; sacer, et *δοῦλος*; servus. *Firmic. 8. Mathes. 21.* et *29.*

HĬĔRŎGLYPHĬCUS, a, um. Adiect. Graecum; *ἱερογλυφικός*, ab *ἱερός*; sacer, et *γλύφω*; sculpo; *geroglifico*. Hieroglyphicae notae, vel litterae apud Aegyptios in usu fuerunt, qui primi (ut ait *Tacit. 11. Ann. 14.*), ante litteras per figuras animalium, aliarumque rerum, saxis lignove insculptas, sensus mentis effingebant. Praecipue vero res sacras, et mysteria sua tali modo mandabant posteris. *Ammian. 17. 4. de obelisco Aegyptio*. Formarum innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus incisas, initialis sapientiae vetus insignivit auctoritas. Volucrum enim ferarumque, etiam alieni mundi, genera multa sculpentes . . . promissa vel soluta regum vota monstrabant. Non enim, ut nunc, litterarum numerus praestitutus et facilis exprimit quidquid humana mens concipere potest, ita prisci quoque scriptitarunt Aegyptii; sed singulae litterae singulis nominibus serviebant et verbis; nonnunquam significabant integros sensus. Per vulturem naturae vocabulum pandunt: perque speciem apis mella conficientis, indicant regem: etc. *Macrob. 1. Saturn. 21.* Osirin Aegyptii, ut solem esse asserant, quotiens hieroglyphicis litteris suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, inque eo speciem oculi exprimunt, significantes, etc. Cf. voc. seq.

HĬĔRŎGRĂPHĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἱερογραφικός*, idem quod hieroglyphicus. *Ammian. 22. 15. ad fin.* Volucrum ferarumque genera multa sculpserunt, quas hierographicas litteras appellarunt. Hic tamen *Iablonskius Panth. Aegypt. l. 5. c. 5. §. 14.* et *Zoega de orig. obelisc. p. 432* hieroglyphicas *legendum putant*.

HĬĔRŎMĀTRĪTĂ, ae, m. Ita fortasse est appellatus institutor sacrorum Matris Deûm, qui scilicet Gallos Deae Cybeles sacerdotes docebat, ut in sacris eiusdem Deae saltationes, et ceteras caeremonias rite peragerent: derivata vox videtur ab *ἱερός*; sacer, et *μήτηρ*, *τρός*; mater; eadem vero est nominis forma in *archimandrita* et *coenobita*. *Edict. Diocles. p. 22.* Hieromatritae in singulis discipulis mensibus X. L.; paedagogo in singulis pueris mensibus X. L. — Hic tamen *Geromatrita* legitur; ex vulgari quippe Romanorum pronunciatione, quae profecto apprime convenit cum nupera Italica lingua, in qua *gerarchia* et *geroglifico*, nunc usurpantur pro Latinorum *hierarchia* et *hieroglyphicus*: idem vero dicendum de ultima vocis diphthongo, quae iam labente Latinitate passim negligebatur.

HĬĔRŎMNĒMON, *Graeca positione*, ŏnis, m. Vox Graeca, *ἱερομνήμων*, qua significatur sacrorum rituum praefectus: ita vocabatur apud Graecos, qui bis quotannis Delphos mittebatur ab unaquaque civitate ad concilium Amphictyonum, quique Pylagoris praeerat. *Inscr.* apud *Murat. 598. 1.* Cum optimus princeps sententiam hieromnemonum sequendam esse praescripsisset. V. *Eckhel. D. N. V. T. 4. p. 218.* — **B)** Est etiam hoc nomine gemma apud *Plin. 37. 58. 1.* V. loc. in EROTYLOS.

HĬĔRŎNĪCĂ, ae, m. Vox Graeca, *ἱερονίκης*, qua significatur victor in sacris certaminibus: ab *ἱερός*; sacer, et *νίκη*; victoria. Sic appellaban-

tur, qui in Nemeaeis, Pythiis, Isthmiis et Olympiis vicissent: illa enim sacra certamina dicebantur. Huiusmodi victoribus publici honores habebantur, ut *Vitrur. praef. l. 1.* tradit. *Suet. Ner. 25.* Neapolim albis equis introiit, dissecta parte muri, ut mos hieronicarum est. *Inscr.* apud *Grut. 331. 1.* P. Aelius Aug. Lib. Pylades pantomimus hieronica instituit. L. Aurelius Augg. Lib. Pylades hieronica discipulus consummavit. *Alia* apud *Eund. 315. 8.* L. Aurelio Apolausto Memphio Augg. Lib. hieronicae coronato. *Alia* apud *Murat. 639. 2.* Aurelio Apolausto hieronico *(lege* hieronicae) bis coronato.

HĬĔRŌPHANTA et Hierophantes, ae, m. Vox Graeca, ἱεροφάντης, ab ἱερὸς; sacer, et φαίνω; in lucem profero, edo, ostendo: est antistes, atque interpres sacrorum apud Graecos et Aegyptios *(Tertull. l. advers. Marcion. 13.)*, qui sacra et caeremonias docet: similisque fuit in multis pontifici maximo apud Romanos. Eius officium erat initiandos docere, initiatos in interiora admittere, mysteria interpretari. *Nep. Pelop. 3.* Allata est epistola Athenis ab Archia hierophante. *Arnob. 5. p. 174.* Qui postea apud Cecropios floruerunt, Caduceatores, hierophantae, atque praecones. *Hieronym. l. in Iovinian. n. 49. ad fin.* Hierophantas Athenienssium usque hodie cicutae sorbitione castrari, et postquam in pontificatum fuerint evecti, virus esse desinere. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod. 16. 10. 14.* Hierophantae agrorum; *h. e.* qui extra urbem per agros degunt. V. HONOFANTAE. *Macrob.* videtur hierophantam designare, cum ait 2. *Saturn. 5.* Ut aedituus responsa numinis sui praedicat.

HĬĔRŌPHANTES, V. voc. praeced.

HĬĔRŌPHANTRĬĂ, ae, f. Vox Graeca, ἱεροφαντρία, eiusdem originis ac praecedens, qua significatur mulier sacerdos ea dignitate ac munere, quo Hierophanta. *Inscr.* apud *Grut. 309. 2.* Fabiae Aconiae hierophantriae Deae Hecatae.

HĬĔRŌPHŸLAX, ăcis, m. Vox Graeca, ἱεροφύλαξ, qua significatur sacrorum custos, aedituus: ab ἱερὸς; sacer, et φύλαξ; custos. Graece habet *Scaevola Dig. 33. 1. 20.*, ut quidem *Haloand.* edidit: at Latine, ut *Torrentin.*

HĬĔRŌSALPINCTES, ae, m. Vox Graeca, ἱεροσαλπιγκτής, qua significatur in sacris tubicen. *Not. Tir. p. 173.* Salpinx, salpinctes, hierosalpinctes.

HĬĔRUSBULBUS, V. HIEROBULBUS.

HIETĂ. V. HETTA.

HĬĔTO et Hiato, as, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, specie frequentativ. ab *Aio.* — **b)** Formam *hiato* pro *hisco* in usu fuisse apud Veteres, testatur *Diomed. l. p. 336. Putsch.* — Hinc et in *Onom. Lat. Gr.* Hiato; χασμάω. — **c)** Particip. *hietans* §. *1.*

HIETO proprie est frequenter hio; *aperiri:* et dicitur de oscitantibus, quia saepe ore hiant. *Plaut. Men. 3. 1. 5.* in concionem mediam me immersi miser: Ubi ego dum hieto, Menaechmus se subterduxit mihi; *mentre sbadiglio. Id. fragm.* apud *Diomed. l. p. 336. Putsch.* Si qua forte concio est, ubi eum hietare nondum in mentem venit. *Caecil. ibid.* Prae hercle tu, qui mihi oscitans hietansque restas. *Cn. Mat. ibid.* Ille hietans herbam moribundo tenuit ore; *aprendo la bocca.* — **2)** Deinde, transitivorum more, et translate

II. *Hieto* est aperio. — Hinc passive. *Laber.* apud *Diomed. l. p. 336. Putsch.* Hietantur fores; *si aprono.*

HILAE. V. HILLAE.

* HĬLAR. V. HILARIS §. b.

HĬLĂRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *Hilaro;* actus hilarandi. — Tribuitur *Tertulliano*, loco tamen non indicato.

HĬLĂRĀTOR, ōris, m. Verbale ab *Hilaro;* qui hilarat. — Tribuitur *Firmico*, loco tamen non indicato.

HĬLĂRĀTUS, a, um. Particip. verbi *Hilaro*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est hilaris factus; *estilarato. Cic. 2. Nat. D. 40.* Sol binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit: quarum intervallo tum quasi tristitia quaedam contrahit terram, tum vicissim laetificat, ut cum caelo hilarata videatur. *Id. Brut. 11. extr.* Periclis suavitate maxime hilaratae sunt Athenae. *Plin. 38. 4. 3.* Hilaratus vultus. — **2)** Translate. *Apul. 5. Met.* Cuius *(Cupidinis)* aspectu lucernae lumen hilaratum increbuit.

HĬLĂRĔ. Adverb. ab *Hilarus.* Cf. *Charis.* loc. cit. sub v. HILARITER. — Comparat. *hilarius* §. *1.* — Est laete, seu cum hilaritate; *allegramente, giocondamente, lietamente. Cic. 5. Fin. 30.* hilare vivere. *Id. 5. Tusc. 27.* Hilarius loqui. *Id. 5. Orat. 8.* Res tragicas paene comice, tristes remisse, serias hilare tractare. *Id. 2. ibid. 71.* Hilare aliquem accipere. *Gell. 18. 2.* Saturnalia agitabamus hilare prorsum, et modeste. *Tacit. 11. Ann. 3.* Hilare epulatus. Adde *Afran.* apud *Non. 11. 56. Sust. Cal. 18.* Hilarius avidiusque vescens. *Tessera* apud *Morcelli, delle Tessere* etc. *p. 24.* Hilare ludere. — **2)** Translate. *Cic. 3. Tusc. 27.* Si quid in domestico luctu hilarius ab his *(pueris)* factum est aut dictum.

HĬLĂRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. ab *Hilaro;* hilaris fio; *farsi allegro, estilararsi. Varr.* apud *Non. 2. 404.* Cum amicorum domus fumàt, hilaresco.

HĬLĂRĬĂ, ae, f. Abstractum ab *Hilaris*, idem ac hilaritas. *Laber.* apud *Non. 108. 4. Merc.* Ebriulati mentem hilaria arripuit. *Ita legit Ribbeck* ex *Bothe; in editis est* hilariam.

HĬLĂRĬĂ, iam. V. HILARIS §. 3.

HĬLĂRĬCŬLUS, a, um. Adiect. per deminut. factum ab *Hilaris;* hilarulus. *Senec. ep. 25. ante med.* Soluto vultu, et, ut isti delicati loquuntur, hilariculo mortem contemnere. *Al. melius leg.* hilari oculo.

HĬLĂRIS, re et Hilarus, a, um. Adiect. a Graeca voce ἱλαρὸς, eiusdem significationis, factum. — **b)** Alia forma *Hilarus* aeque antiqua et probabilis est. V. infra §. *1. fin.* — In recto casu etiam *hilar* videtur prolatum fuisse, quod improbat *Prob. l. p. 1455. Putsch.* « Quidam dicunt *hilar* debere dici; sed barbarismus est: *Hilaris* legi et *Hilarus* in Terentio. » — **c)** Comparat. *Hilarior* §. *1.* et *2.*, superlat. *Hilaritimus* §. *1.* — **d)** Derivata, *hilaratio, hilarator, hilaro, hilaresco, Hilaria, Hilariculus, Hilarisso, Hilaritas, hilariter, hilaritudo, Hilaro, Hilarulus.* — **e)** Composita, *exhilaratio, exhilaro, hilarodus.*

HILARIS et Hilarus, proprie est laetus, iucundus; *allegro, giulivo, ilare. Cic. 1. Tusc. 42.* Esse vultu hilari atque laeto. *Id. 2. Q. Fr. 13.* Hilari animo esse et prompto ad iocandum. *Id. Pis. 8.* Hilarioribus oculis intueri. Et *7. ibid. 25.* Hilariores litterae. *Plaut. Most. 1. 2. 59.* Homo lepidissime atque hilarissime. *Ovid. 2. Pont. 1. 9.* Di quoque ut a cunctis hilari pietate colantur, Tristitiam poni per sua festa iubent. *Quintil. 11. 3. 63.* Vox laetis in rebus plena, simplex, et ipsa quodammodo hilaris fluit. *Horat. 1. Ep. 18. 89.* Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi. *Quintil. 12. 5. 72.* Hoc *(vultu)* tristes, hoc hilares sumus. *Id. ibid. 3. 67.* Si tristia dicamus hilares. *Plaut. Most. 1. 4. 6.* Nunc comissatum ibo ad Philolachetem, Ubi nos hilari ingenio et lepide accipiet. *Id. Poen. 5. 6. 30.* Ut hunc festum diem Habeamus hilarem. — Alia forma, *hilarus. Cic. 5. Fin. 30.* Dicimus aliquem hilare vivere. Igitur si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? *Id. 16. Att. 5.* Hunc *(librum)* lege arcano convivis tuis, sed, si me amas, hilaris et bene acceptis. *Id. 5. ibid. 20. circa med.* Hilara sane Saturnalia. *Caecil.* apud *Gell. 15. 9.* Ii sunt inimici pessumi, fronte hilaro, corde tristi. *Ter. Adelph. 4. 7. 38.* omitte tuam istam iracundiam: Hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis. *Plaut. Stich. 5. 4. 36.* Fac nos hilaros hilariores adventu tuo. — **2)** Dicitur etiam de rebus. *Quintil. 12. 10. 28.* Nescio quomodo, velut hilaris renidet oratio. *Plin. 23. 75. 1.* Cutem in facie corrigit, coloremque hilariorem facit. *Id. 36. 11. 1.* Marmor Lacedaemonium viride, cunctisque hilarius. *Id. 16. 19. 3.* Abies femina prolixior, materie molhior, arbore rotundior, atque hilarior in totum; *di più bella vista.* — **3)** Absolute, substantivorum more,

HILARIA, ium *vel* iorum, n. Sunt dies aequinoctii verni, quem Antiqui celebrabant in honorem Matris Deûm et Attinis, tanquam laetitiae exordium, nempe octavus Kalendas Aprilis, quo fit aequinoctium vernum, quo primum tempore sol diem longiorem nocte protendit. *Vopisc. Aurelian. init.* Hilaribus, quibus omnia festa et ludi debere scimus et dici, impletis solemnibus, etc. *Lamprid. Alex. Sever. 37.* Kalendis Ian. et Hilariis Matris Deûm, et ludis Apollinaribus. *Macrob. 1. Saturn. 21.* Simulatione luctus peracta, celebratur laetitiae exordium a. d. octavum cal. Apr., quem diem Hilaria appellant.

HĬLĂRISSO, as, āre. Verbum transitiv. ab *Hilaris*, idem ac hilaro. *Isid. 1. Orig. 4. 15.* Romani usque ad Augusti tempus pro *s* duo *ss* ponebant, ut Hilarissat. Cf. BETISSO et LACHANISSO.

HĬLĂRĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *hilaris*, laetitia, iucunditas; *gaiezza, allegria. Quintil. 11. 3. 75.* Tristitia deductis supercilliis, hilaritas remissis ostenditur. *Cic. 12. Att. 40.* Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. *Id. 9. Fam. 11.* Hilaritas illa nostra et suavitas, quae te praeter ceteros delectabat, erepta mihi omnis est. *Id. 1. Orat. 57.* Hilaritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit. *Id. 4. Tusc. 7.* Profusa hilaritas. *Quintil. 6. 2. a med.* Verbis elevare quaedam licebit: luxuria hilaritatis, avaritia parsimoniae nomine lenietur. *Plin. 3. 10. 9.* Hilaritatem afferre. *Id. 21. 9. 1.* In potu atque hilaritate. *Id. ibid.* Hilaritate procedente. *Senec. ep. 23.* Ceterae hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt, leves sunt. *Plin. 11. 77. 2.* In praecordiis *(h. e.* septo transverso) praecipua hilaritatis sedes. *Incert. Auct. Paneg. Maximian. et Constant. 6.* Curiose ab hilaritate illius aetatis *(puerilis)* vultus immobiles et serios exigendo. — **2)** Repraesentabatur, tanquam Dea, sub imagine mulieris stolatae dextra ramum palmae tenens, sinistra cornu copiae puerulis circum gestientibus, ut videre est in Numo Hadriani Aug., quem describit *Cavedoni* in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1856. p. 140.*, cum Epigraphe: HILARITAS P. R.; *h. e.* Populi Romani. — **3)** Translate. *Plin. 17. 26. 1.* Qua praecipua cernitur hilaritas arboris; *h. e.* ubi magis arbor viret vigetque. *Colum. 3. 14. ad fin.* Itaque post hoc tempus, cum diei permittit hilaritas, procedere audent in pascua; *h. e.* serenitas.

Digitized by Google

HĪLĂRĪTER. Adverb. ab *hilaris*, idem ac hilare. *Auct. ad Herenn. 3. 14.* Modo acriter, tum clementer, moeste, hilariter, etc. *Charis. 2. p. 180. Putsch. Hilariter* ab eo, quod est *hilaris: hilare* autem ab *hilarus*.

HĪLĂRĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *hilaris*, syllabica adiectione productum. — Est idem quod hilaritas; *allegrezza*. *Plaut. Mil. 3. 1. 85.* Rs, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine. *Ita leg.* etiam *Non. 2. 399. Al.* onerato hilaritus me *perperam leg. Id. Rud. 2. 4. 8.* Ut in ocellis hilaritudo est!

HĪLĂRĪTUS. V. voc. praeced.

HĪLĂRO, as, āvi, atum, āre. Verbum transitiv. ab *hilaris*. — Particip. *hilarans* §. 1., *hilaratus*, V. suo loco. — Proprie est laetitiam inconditatemque do, laetifico; *rallegrare, esilarare*. *Cic. 2. Fin. 3.* Omnem iucundum motum, quo sensus hilaretur, voluptatem vocant. *Ovid. 4. Pont. 4. 57.* Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore. — *Plin. 10. 59. 1.* Picas mirum in modum hilarari. *Virg. 3. Ecl. 69.* Et multo in primis hilarans convivia baccho. — **B)** Translate de rebus. *Stat. 3. Silv. 3. 24.* Festaque pallentes hilarent altaria lucos. V. HILARATUS §. 2.

HĪLĂRŌDOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, ἱλαρός; hilaris, et ᾠδός; cantor. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* Hilarodos lascivi et delicati carminis cantor.

HĪLĂRŬLUS, a, um. Adiect. per deminutionem ab *hilarus* factum; aliquantulum hilarus; *gaietto*. *Cic. 16. Att. 11.* Atticae, quoniam hilarula est, meis verbis suavium des.

HĪLĂRUS, a, um. V. HILARIS §. 6. et §. 1. *fin.*

HILLĂ, ae, f. } V. voc. seq. §. 2. et 3.
HILLĀ, ōrum, n. }

HILLAE (et Hilae. V. *Varr.* §. 3. infra), ārum, f., et Hilla, ōrum, n., *frequentius quam in sing. num.* Hilla, ae, f., et Hillum, i, n. Nomen deminut. ab *hira*, quasi *hirulae*, unde *hillas* vel *hilla*. — Proprie sunt intestina animalium (praeter ovis) priora et minutiora; *intestini, budelle*. *Plin. 11. 79. 1.* Ab hoc ventriculo lactes in homine et ove, per quos labitur cibus: in ceteris hillae: a quibus capaciora intestina ad alvum, etc. V. HIRA. — *Varr.* autem *5. LL. 22. §. 111.* ab *hilo* derivat. Cf. §. 3. *fin.* — In sing. num. generis neutrius. *Gloss. Lat. Gr.* Hillum *(sic)* κάρδιχος τὸ ἐντός. Cf. voc. seq. §. 2. — **B)** Dicitur et de intestinis universim. *Laber.* apud *Non. 2. 410.* Lambit item hillam cocus: si lumbum adussit, flagris caeditur. — **B)** Et de intestinis fartis, vel salitis. *Horat. 2. Sat. 4. 60.* perna magis, ac magis hillis Flagitat, etc. — Hic vero adnotat *Schol. Cruq. Hilla* est deminutivum a positivo *hira*, et significat intestinum salsum, vel, ut alii dicunt, farctum salsicium: alii dicunt *hilla* in neutro. Et haec *Aero: Hilla* dicuntur salsa intestina hirci. Positum est diminutive *haec hilla*. Quidam in diminutione neutri generis esse dicunt: alii dicunt farcta salsicia. — *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 470.* Herasimtima *(corrige* Hira, intima) intestina, quorum deminutio dicuntur hilla. — *Varr. 5. LL. 22. §. 111.* In quo quod tenuissimum intestinum farctum, *hilla* ab *hilo* dicta, quod ait Ennius: *Neque dispendi facit hillum*. Cf. voc. seq. §. 2. — **4)** Translate *caedere hillas* idem est ac paedicare, quod nostrates *(Venetí)* vulgo *budelare* dicunt. *Laber.* apud *Non.* loc. supra cit. §. 2. *A.* Neve hunc aliter paedicabis. *B.* Quomodo? *A.* Video: adolescenti nostro caedis hillas.

HILLUM, vel

HĪLUM, i, n. Vox parum certae originis. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* « *Hilum* putant esse, quod grano fabae adhaeret: ex quo *nihil* et *nihilum*. » — Contra *Varr.* apud *Charis. 1. p. 79. Putsch. Hilum*. « Varro rerum humanarum . . . intestinum dicit tenuissimum, quod alii *hillum* appellaverunt, ut intelligeretur intestinum propter similitudinem generis: unde Antiqui creberrime dempta littera *hilum* quoque dixerunt; unde intellegimus *nihil* sine aspiratione vitiose dici. » Cf. voc. praeced. §. 1. *fin.* et 3. et V. NIHIL et PERNIHILUM. — Est autem

HILUM proprie res minima et nullius pretii, sed fere translate adhibetur. *Enn.* apud *Varr. 5. LL. 22.* neque dispendi facit hilum; *h. e.* neque dispendii facit quidquam, ut *Id. 9. ibid. 87.* exponit. *Vet. Poët.* apud *Cic. 1. Tusc. 8.* Sisyphu' versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum. *Lucret. 3. 224.* nec deëst ponderis hilum. Et *785.* neque inter se contendant viribus hilum. Et *845.* Nil igitur mors est, ad nos neque pertinet hilum. *Id. 5. 1408.* neque hilo Maiorem interea capiunt dulcedine fructum; *punto maggiore*. — Sine negatione, quae praecedere solet. *Lucret. 3. 515.* Addere enim partes *(mentis)* aut ordine traiicere, aequum est, Aut aliquid prorsum de summa detrahere hilum. *Id. 4. 516.* Denique ut in fabrica, si parva est regula prima, Normaque si fallax rectis regionibus exit, Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum. — *Non. 121. 5. Merc.* Hilum, breve quoddam.

HĪMANTŎPŎDES. V. voc. seq. §. 2.

HĪMANTŎPUS, ŏdis, m. Nomen avis cuiusdam apud *Plin. 10. 64. 1.*, de quorumdam lectione, nam aliis legitur *haematopus*. V. HAEMATOPUS. — **2)** *Himantopodes*, um, m. Graece ἱμαντόποδες, dicti sunt homines monstrosi in Aethiopia, qui fluxis nisibus crurum repunt potius, quam incedunt, et pergendi usum lapsu magis destinant, quam ingressu: ab ἱμάς, ἄντος; lorum, et πούς; pes: quoni crura lori modo flexilia habeant. Latine *loripedes* dici possent. *Mela, 3. 10., Solin. 51. sub fin.* et *Plin. 5. 8. 5.* V. LORIPES.

HIN, indecl. m. Vox Hebraica, הִין *(hin)*, qua genus quoddam mensurae solidorum et fluidorum significatur, duos choas Atticos efficiens, ut tradit *Iosephi. Antiq. 3. 9. 4.* Graece apud *LXX. Interpr.* est εἶν, ἶν, ὖν; unde et Latine cum aspiratione (V. *Apul. Not. aspirat. 28.*) apud *Vulg. Interpr. Exod. 29. 40.* decimam partem similae conspersae oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, et vinum ad libandum eiusdem mensurae in agno uno. Adde *30. 24.* et *alibi. Incert. Excerpt. de mensur. p. 575. Lachm.* Est sextarius sexta pars congii, qui in divinis scripturis hin appellatur in liquidis.

HINC. Adverb. loci, ex *hic* effictum, proprie autem ex veteri accusativo *him*, mutata m in n, et addita particula demonstrativa *ce*, in fine decurtata, ut est in *nunc*, quod V. — Integre tamen *hince* reperitur in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 551.* — **b)** De permutatione huius particulae cum *hic* et *hoc*, V. *Hand, Turselt. T. 3. p. 91.* — **c)** Composita ex ea vocabula dedimus supra sub V. HIC §. k.

HINC proprie est ex hoc loco; *di qua, quinci*. *Plaut. Amph. 1. 3. 3.* Mihi necesse est ire hinc. *Id. ibid. 4. 3. 5.* Intro hinc eo. *Enn.* apud *Gell. 19. 10.* Neque domi nunc nos nec militiae sumus: Imus huc: illuc hinc: quum illuc ventum est, ire illuc libet. *Plaut. Amph. prol. 155.* Qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum. *Id. ibid. 2. 2. 9.* Is repente abiit a me hinc ante lucem. *Cic. 3. Fin. 14.* In ea via, quae est hinc in Indiam. *Id. 2. Agr. 34. extr.* Nos hinc Roma qui veneramus, non hospites, sed peregrini nominabamur. *Id. 1. Tusc. 43.* Dii hinc a nobis profecti in caelum. *Liv. 7. 34. sub fin.* Qua pateat hinc exitus. *Cic. 2. Orat. 3.* A se Scaevolam hinc euntem esse conventum. *Ter. Phorm. 3. 3. 26.* Aufer te hinc. *Id. Andr. 3. 1. 14.* Iliam hinc civem esse aiunt; *di questa patria*. *Plaut. Cas. 2. 4. 23.* Abi hinc ab oculis. — Poëtice per ellipsin *Nemesian. Cyneg. 99.* Hinc igitur mecum, quisquis percussus amore Venandi; *h. e.* hinc veniat etc. *Alii leg.* huc. — **2)** Videtur poni pro *illinc* in iis locutionibus, in quibus qui loquitur cogitatione se contulit ex eo loco, ubi est, in alium, de quo verba facit. *Plaut. Amph. 1. 1. 177.* Hinc mihi dextera vox auris, ut videtur, verberat. *Caes. 6. B. G. 39.* Caloues in proximum tumulum procurrunt: hinc celeriter delecti, se in signa manipulosque coniiciunt; *di là*. *Plin. 3. praef. 4.* Hinc intranti dextra Africa est. *Stat. 1. Theb. 199.* spatiis hinc omnia iuxta, Primae quae occidunaeque domus. — **3)** Deinde, qui sensus videri possit translatus,

II. *Hinc* est etiam ex hac parte; *da questa parte*. *Cic. 2. Catil. 11.* Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc etc. *Id. Univ. 14.* Cum speculorum laevitas hinc illincque altitudinem assumpsit. *Liv. 32. 10.* Multis hinc atque illinc vulneribus acceptis. *Plaut. Amph. 1. 1. 75.* Imperatur utrinque hinc et illinc Iovi vota suscipere. *Ovid. 1. Met. 649.* Pudor est qui suadeat illinc: Hinc dissuadet amor. — *Liv. 4. 39.* Diversi Volsci hinc consulem ac legiones sustinere, altera fronte instare Tempanio atque equitibus. — **4)** *Hinc hinc, hinc atque hinc*, ex hac et illa parte: *quinci e quindi*. *Liv. 44. 11.* Cassandrea hinc Toronaico, hinc Macedonico septa mari. *Id. 1. 15.* Hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri generique respergerent. *Virg. 1. Aen. 166.* Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur In caelum scopuli. — **5)** *Hinc inde* eod. sensu. *Plin. 9. ep. 15.* Longum est, quae tunc hinc inde iactata sunt, recensere. *Suet. Ner. 27.* Hinc inde hortantes, ut appelleret. *Tacit. 2. Hist. 70.* Monstrabant pugnae locos: hinc irrupisse legionum agmen, hinc equites coortos: inde circumfusas legionum manus. *Suet. Aug. 96.* duos cervos hinc et inde infestantes. Adde *Tib. 21.* et *Caes. 39.* — **6)** In illo *Ter. Adelph. 4. 5. 58.* an sedere oportuit Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc Illinc veniret, exspectantem? *Donat.* proverbialiter *hinc illinc* dictum docet. Alii leg. *huc illinc*, sed minus recte, V. *Hand, Turselt. T. 3. p. 87.* — **7)** Item,

III. *Hinc* transfertur ex loco ad ipsas res, et est ex hac re, ex hac causa, propterea; *da ciò, per questo, indi*. *Cic. 3. Offic. 8.* Hinc sicae, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur: hinc furta, etc. *Ter. Andr. 1. 1. 99.* Hinc illae lacrimae. *Cic. Flacc. 25.* Hinc totum odium, hinc omnis offensio. *Plin. 2. 43. 1.* Hinc nasci procellas. *Virg. 2. Aen. 97.* Hinc mihi prima mali labes. Adde *Liv. 8. 12.* — **8)** Item dicitur de re, ex qua aliquid efficitur, vel unde aliquid sumitur, ex hoc fonte, ex hac materia. *Cic. 1. Nat. D. 25.* Abuteris ad omnia atomorum regno et licentia. Hinc quodcumque in solum venit, ut dicitur, effingis atque effícis. *Virg. 1. G. 3.* Hinc canere incipiam. *Plin. 33. 54. 3.* Videret hinc dona fortium fieri; *h. e.* ex argento. *Cato, RR. 127.* Ubi voles cibum concoquere et lotium facere, hinc bibito, quan-

Digitized by Google

tum voles, sine periculo. *Virg.* 2. *G.* 444. hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustris Agricolae et pandas rutibus posuere carinas. *Plin.* 27. 59. 1. Hinc temperatur collyrium, quod Medici diaglaucion vocant. — *Id.* 2. 1. 2. Occasione hinc sumpta. *Quintil.* 7. 4. 6. Hinc sunt pietas, fides, continentia. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 6. Hinc omnis pendet Lucilius. — *Quintil.* 8. 3. 40. Iam hinc igitur ad rationem sermonis coniuncti transeamus. — *Tertull.* 1. *adv. Marcion.* 1. *init.* Si quid retro gestum est nobis adversus Marcionem, iam hinc viderit. — **B)** Item refertur ad personas, et homo intelligitur, a quo aliquid sumitur, aut a quo aliquid exit. *Ter. Adelph* 3. 3. 7. Syrum ire video: hinc scibo iam, ubi siet. *Martial.* 2. 10. 1. Basia dimidio, quod das mihi, Postume, labro, Laudo: licet demas hinc quoque dimidium. *Sil.* 3. 106. Hinc patriam clarumque genus referebat Imicle. Cf. *Serv.* ad *I. Aen.* 6. et V. INDE. — **10)** Denique

IV. *Hinc* refertur ad tempus, et significat ex hoc tempore, tum, abhinc, posthac. *Val. Flacc.* 3. 672. atque hinc, operum quae maxima, posco; *sin da ora*. *Tacit. Agric.* 44. Didium Veranius excepit, isque intra annum exstinctus est. Suetonius hinc Paulinus biennio, etc.; *dopo*. Sic *Plin.* 7. 53. 2. Septem et quinquaginta dormisse annis: hinc pari numero dierum senio ingruente, etc. *Id.* 9. 88. 2. Hinc volucrum naturae dicentur; *h. e.* deinceps. *Virg.* 2. *Aen.* 671. Hinc ferro accingor rursus. *Tibull.* 2. 4. 38. Hinc fletus rixaeque sonant. *Plin.* 4. 57. 2. Hinc deinde Africa atque Asia dicentur. *Plaut. Truc.* 2. 3. 19. Me nemo magis respiciet, ubi iste huc venerit, Quam si hinc ducentos annos fuerim mortuus. *Plin.* 14. 4. 19. Septimo hinc anno inventa est. Ita legit *Harduin.* ex MSS. *Alii aliter.* — *Turpil.* apud *Priscian. de metr. com. p.* 1327. Festum ecce diem hinc quartum hodie iterant ita conventum. *Alii leg.* hic.

Nota. Qui plura desiderat de hac particula, adeat *Hand, Turselli. T.* 3. *pag.* 84-91.

HINCĔ. V. voc. praeced. §. 8.

HINNĂ, ae, f. Nomen ab *hinnus;* femina hinni. *Non.* 2. 409. V. HINNUS §. 1.

HINNĪBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *hinnio;* hinniens. *Apul. S. Dogm. Plat.* Quod hinnibile est, equus est. *Cael. Aurel.* 3. *Tard.* 20. Exsecreatus hinnibilis. Adde *Boëth.* 2. *dial. in Porphyr. p.* 83. *Migne* et *de Syllog. Categ.* 1. *p.* 803. *ibid.*

HINNĪBUNDĔ. Adverb. ab *hinnio;* hinniendo. *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* 2. 411. Equi hinnibunde inter se spargentes terram calcibus.

HINNĪENS, entis. Particip. verbi *hinnio*, absolute adhibitum de equis. *Lucr.* (alii *Lucl.*) apud *Apul. Apol.* 30. Hinnientium dulcedines. *Quidam translate de amatoribus hoc dictum putant. Apul. de Deo Socrat.* 3. Balantium, vel hinnientium, vel mugientium greges.

HINNĪENTER. Adverb. ab *hinnio*, idem quod hinnibunde. Est *Nonii*, 2. 411.

HINNĪLĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. ab *hinnio;* saepe hinnio, aut idem quod hinnio. *Lucil.* apud *Varr.* 7. *LL.* 3. *ad fin.* Hic, inquam, rudet e rostris, atque hinnilitabit. *Nonius*, 1. 78. *habet* eiulitabit.

HINNIO, is, Ire. Verbum intransitiv. ab sono factum, ut videtur. — **b)** Particip. *hinniens*, V. suo loco et §. 1. — **c)** Derivata, *hinnibilis, hinnibunde, hinnienter, hinnilito, hinnito, hinnitus.* — **d)** Compositum, *adhinnio*.

HINNIO verbum est proprium vocis equorum; *nitrire, vinghiare. Quintil.* 1. 5. *extr.* Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus. *Id.* 7. 3. 5. Ut si finias equum, genus est, animal; species, mortale; differentia, irrationale; proprium, hinniens. *Lucret.* 3. 1076. concussis artubus hinnit. — Poëtice *Sidon. carm.* 14. 29. *de Chirone centauro*. Quamvis saepe senex biformis illic Carmen rumperet hinniente cantu. — **B)** Translate de hominibus. *Vulg. Interpr. Eccli.* 33. 6. Equus emissarius, sic et amicus subsannator, sub omni supra sedente hinnit. *Id. Isai.* 10. 30. Hinni voce tua, filia Gallion. *Id. ibid.* 24. 14. Cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari. Et 34. 1. Decanta laudem et hinni, quae non pariebas. — *Id. Ierem.* 28. Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat.

HINNĪTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. ab *hinnio;* saepe hinnio. *Gloss. Philox.* Hinnitat; χρεμετίζει.

HINNĪTUS, us, m. Verbale ab *hinnio;* actus hinniendi; *nitrito, vigno. Cic.* 1. *Divin.* 33. *sub fin.* Subito exaudivit hinnitum, respexitque, et equum alacrem laetus aspexit. *Virg.* 3. *G.* 91. et altum Pelion hinnitu fugiens implevit acuto. *Horat.* 2. *Od.* 16. 34. Equa hinnitum tollit. *Ovid.* 2. *Met.* 134. hinnitibus auras implent. Et 669. Edere hinnitus. *Suet. Ner.* 46. Hinnitus canori. Adde *Lucret.* 3. 1072. — **B)** Translate. *Vulg. Interpr. Ierem.* 13. 27. Adulteria tua, *(Ierusalem)*, et hinnitus tuus, scelus fornicationis tuae, etc.

HINNŬLĂ, ae, f. Nomen ab *hinnulus*, femina hinnuli; *h. e.* pulli cervini. *Arnob.* 5. *p.* 185. Nebridarum familiam pellicula cohonestavit hinnulae. *Alii multus leg.* hinnulea; *h. e.* cervina. Cf. *Plin.* 8. 51. 1. V. loc. in voc. seq. §. 2.

HINNŬLĔUS, a, um. Adiect. ab *hinnulus;* ad hinnulum pertinens. V. voc. praeced. — **B)** Absolute, substantivorum more,

HINNULEUS, i, m. Est cervus anniculus, cui necdum cornua sunt, quippe quae secundo anno erumpere incipiunt; *cervetto. Horat.* 1. *Od.* 23. 1. Vitas hinnuleo me similis, Chloe. *Plin.* 28. 42. 2. Summis remediis praefertur hinnulei coagulum. *Id.* 8. 31. 1. In India . . . ferae nomine axin, hinnulei pelle, pluribus candidioribusque maculis, asciorum Liberi patris.

HINNŬLUS, i, m. Deminut. ab *hinnus;* parvus hinnus; hoc est pullus ex equo et asina genitus. *Plin.* 8. 69. 3. Equo et asina genitos mares, hinnulos Antiqui vocabant; contraque mulos, quos asini et equae generarent. *Harduin.* recte contendit legendum *hinnos;* sed *hinnulos* habet etiam *Sillig.* quem V. in *not. crit.* ad *h. l. Gloss. Philox.* Hinnulus; ὁ ἐξ ἵππου, καὶ ὄνου. *Nonius* quoque ex *Varrone* refert. 2. 409. Ex equis et hinnulis qui nascantur, hinnos vocari. Sed falluntur. V. locum *Varron.* in voce sequenti §. 1. — **B)** Deinde

II. *Hinnulus* est etiam pullus cervinus. *Gloss. Philox.* Νεβρός; hinnuli. Hinc *hinnuleus*. — *Vulg. Interpr. Cantic.* 2. 9. Similis est dilectus meus capreae hinnuloque cervorum. Adde 4. 5. et 7. 3. et *Prov.* 5. 19.

HINNUS, i, m. Vox Graeca, ἵννος, qua animal quoddam significatur, de quo mox. — **b)** Graece varie scribitur, nempe γίννος, γίνος, ἴννος, ἶννος et ὖννος (V. *Schneid.* ad *Aristot. Hist. an.* 6. 24. 1.), hinc et Latine *ginnus* quoque pro *hinnus* scribitur. V. infra §. 2. et 3. — **c)** Derivata, *hinna, hinnula, hinnuleus, hinnulus*.

HINNUS proprie est animal quod ex equo et asina nascitur, idem ac mannus, ginnus et burdo; *ronzino. Varr.* 2. *RR.* 8. Ex equa et asino fit mulus: contra ex equo et asina hinnus. Et *ibid. sub fin.* Hinnus est ex equo et asina, minor quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equinis, iubam et caudam similem asini. *Colum.* 6. 37. Qui ex equo et asina concepti generantur, quamvis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur; matri per omnia magis similes sunt. *Non.* 2. 409. Hinnos et hinnas sub quo sensu accipere debeamus Varro designat: ait enim ex equis et hinnulis *(lege* asinabus) qui nascantur, hinnos vocari. Cf. loc. *Plin.* cit. sub voc. praeced. §. 1. — **B)** Sed, et quidem alia forma, *Plin.* 8. 69. 4. In plurimis Graeciae est monimentis cum equa muli coitu natum quod vocaverint ginnum, id est parvum mulum. Ita leg. *Harduin., alii* hinnum. Cf. *Sillig.* in *not. crit.* ad *h. l.* — *Martial.* 6. 77. Non aliter monstratur Atlas cum compare ginno. *Sunt qui h. l. legere velint* mulo. — **B)** *Hinno strigosior* proverbio dicitur de valde macilento. *Maecenas* apud *Suet. in Vita Horatii*. Hinno me videas strigosiorem. *Al. leg.* ginno, *alii aliter*.

HIO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, origine prorsus conferendum cum Graecorum obsoleto χάω pro χαίνω, eiusdem significationis. — **b)** Particip. *hians*, V. suo loco, et §. 2. et 3., *hiandus* §. 8. — **c)** Derivata, *hiantia, hiasco, hiatio, hiatus, histo, hisco, hiulco, hiulcus*. — **d)** Composita, *circumhisco, dehiasco, dehisco, hiantimembris, inhio, inhisco, interhio, semihiulcus*.

HIO proprie est hisco, aperior, pandor, scindor; *aprirsi. Sallust. fragm.* apud *Non.* 4. 228. Atque hiavit humus multa, vasta et profunda. *Plin.* 34. 18. 3. *de colosso Rhodi*. Vasti specus hiant defractis membris. *Propert.* 4. 2. 45. Nec flos ullus hiat pratis. *Lucan.* 3. 611. tumentes hiant undae. *Colum.* 3. 9. Cum terra aestibus hiat. Adde *Horat. Epod.* 8. 3. — **B)** Saepe dicitur de iis, qui ore aperto sunt. *Virg.* 6. *Aen.* 492. pars tollere vocem Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes. *Plin.* 8. 37. 2. Trochilos crocodilum invitat ad hiandum. Et *mox*. Fauces quam maxime hiantes. *Id.* 10. 51. 3. Perdices hiantes, exserta lingua aestuant. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 31. lupus hic Tiberinus, an alto Captus hiet; *boccheggi*. — **B)** De oscitantibus. *Sil.* 11. 33. lacerabat hiantem Desidia populum, ac resolutam legibus urbem. *Cels.* 2. 6. *ant. med.* Mors denuntiatur, ubi aeger supinus cubat, ubi hiat, ubi assidue dormit. — **4)** Et quia os apertum habere est sitientis, cupientisque, *hiare* aliquando est inhiare, quippiam affectare vehementer. *Cic.* 5. *Verr.* 4. Huic homini si qua domus patet, utrum ea patere, an hiare ac poscere aliquid videtur? *Senec. ep.* 72. *a med.* Canis, quidquid excepit, protinus integrum devorat, et semper ad spem futuri hiat. V. alia in HIANS. — **5)** Et qui stupent aliquid, miranturque, *hiare* dicuntur, quia ore aperto mirantem esse mos est. V. HIANS §. 5. — **6)** Specialim apud Grammaticos

II. *Hiare* dicitur, qui in scribendo crebras vocales usurpat, quas ut proferas, diducere labia necesse est, quae non nisi in consonantibus committuntur. *Cic. Orat.* 45. Poëtae, qui, ut versum facerent, saepe hiabant, ut Naevius: Vos qui accolitis Histrum fluvium, atque Algidum. — **B)** Hinc *hians oratio*, in qua frequens est vocalium concursus. *Quintil.* 9. 4. 20. Neque enim aut hiare semper vocalibus, aut destitui temporibus volunt sermo et oratio. Et *post n.* 33. Vocalium concursus cum accidit, hiat, et interstitit, atque laborat oratio. — **8)** *Mu-*

tila et hiantia loqui apud *Cic. Orat. 9. ad fin.* est inaequalia, incomposita, soluta, male cohaerentia dicere. V. HIANS §. 4. — **B)** Transitivorum more,

III. *Hio* est ore aperto aliquid emitto. *Val. Flacc. 6. 705.* subitos ex ore cruores Saucia tigris hiat; *h. e.* ore aperto evomit. *Propert. 2. 25. 6. de statua Apollinis Palatini.* Hic equidem Phoebo visus mihi pulchrior ipso Marmoreus tacita carmen hiare lyra; *h. e.* ore aperto in speciem canentis. Sic *Pers. 5. 3.* Fabula seu moesto ponatur hianda tragoedo; *h. e.* magno ore pronunciando. V. HIATUS §. 2. — **10)** Translate de arboribus. *Gargil. de arborib. 1.* Ac si quid extra hiaverit, luto contegatur.

HIPPĂCĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ἱππάκη, qua significatur equini lactis coagulum. *Plin. 28. 58. 5.* — **2)** Item equinus caseus. *Id. ibid. 34. 1.* — **3)** Item herba, quam ore tenentes equi, famem sitimque non sentiant. *Id. 25. 44. 1., ubi al. leg.* hippice.

HIPPĂCO, as, āre. Verbum intransitiv., quod videtur a Graeca voce ἵππος; equus, factum; ita enim exponitur a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* Hippacare est celeriter animam ducere: ab equi halitu, qui est supra modum acutus. — In *Gloss. Isid. legitur:* Hippitare; sociare. Cf. EXIPPITO.

HIPPĂGĪNES, naves, quibus equi vehuntur: quas Graeci ἱππαγωγοὺς dicunt. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* et *Gell. 10. 25.* V. voc. sequent.

HIPPĂGŌGĪ, ōrum, f. Vox Graeca, ἱππαγωγοί, qua significantur naves eaedem, quae hippagines: ab ἵππος; equus, et ἄγω; duco. *Liv. 44. 28.* Quinque et triginta naves, quas hippagogos vocant, ab Elea profectae, cum equitibus Gallis equisque. Cf. voc. praeced. et seq.

HIPPĂGUS, i, f. Vox Graeca, ἱππαγός, qua significatur navis vehendis equis apta, hippagogos etiam dicta. *Plin. 7. 57. 47.* Hippagum invenere Samii, aut Pericles Atheniensis. Cf. voc. praeced.

HIPPĂLUS, i, m. Est ventus idem qui Favonius, ita appellatus a navigantibus in mari Indico: vel a gubernatore eiusdem nominis, vel voce Arabica. *Plin. 6. 26. 8.* et *9.*

HIPPEUS, ei, m. Vox Graeca, disyll., ἵππειος; eques. — A similitudine *hippeus* dicta est cometa equinae iubae similis, celerrimo motu. *Plin. 2. 22. 3.* V. HIPPIUS §. 2.

HIPPĬĂDES, um, f. Vox Graeca, ἱππιάδες, qua videntur significari statuae equestres, apud *Plin. 36. 4. 21.*

HIPPĬĀTRUS, i, m. Vox Graeca et Graece scribenda, ἱππίατρος; *h. e.* veterinarius; *veterinario*. Legitur Graecis litteris apud *Varr. 2. RR. 7.* ad *fin.*

HIPPĪCĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ἱππική, qua significatur genus quoddam ludi equestris, pyrrhica. *Cod. Iustinian. 3. 43. 3.* V. loc. in MONOBOLOS. — **B)** Alia significatione, V. HIPPACE §. 3.

HIPPĪOS, on. V. HIPPIUS §. 1.

HIPPĪTO, as. V. HIPPACO.

HIPPĬUS, a, um, et *Graeca positione*, Hippios, e, on. Adiect. Graecum, ἵππιος; idest equester (ab ἵππος; equus), cognomen Neptuni, vel quod Pegasus ex eo et Pegaside natus sit: vel quod equuleus, ut putant, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devoraret: vel quod tridentis ictu terra equum excierit: cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare. Haec *Festus* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* — **B)** Apud *Serv.* ad *10. Aen. 272.* est *Hippius* cometa idem, qui *Hippeus*. De eo multa ibi *Servius*. — **3)** Deinde

II. *Hippĭus*, a, um. Est pes metricus. Graece ἵππιος et ἵππειος, quare media etiam produci potest. Est autem idem ac epitritus, equestri pugnae conveniens, ut ait *Diomed. 3. p. 475. Putsch.* De eo V. in EPITRITUS §. 2. — *Mar. Victorin. 1. 9. 15.* Nam licet minor temporum spatio sit *(amphibrachus)*, respondet tamen imagini hippiorum, quos epitritos vocamus, etc. — *Cassius Bass. de pedib. 2. 5. Molossus* ex tribus longis, temporum sex, ut *Aeneas*. Hunc alii *hippion* appellaverunt. Alii leg. *hippiona*.

HIPPŎCĂMĒLUS, i, m. Vox Graeca ἱπποκάμηλος, qua significatur animal quoddam fabulosum, ex equo et camelo compositum; vel magnus camelus: ἵππος enim in compositione auget. *Auson. epigr. 70.* Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus.

HIPPŎCAMPĪNUS, a, um. Adiect. ab *hippocampus*; ad hippocampum pertinens, ut Hippocampinus cinis. *Plin. 32. 25. 1.*, ubi *Hardin.* ex MSS. legit *Hippocampi cinis*.

HIPPŎCAMPOS, *Graeca positione*, et *Latina*

HIPPŎCAMPUS, i, m. Vox Graeca, ἱππόκαμπος et ἱπποκάμπη, piscis marinus parvus, capite et iuba instar equi; *cavallo marino*. *Plin. 32. 53. 8.* — Recentioribus est *Syngnathus hippocampus*, *Linn.* — **B)** Item marinum monstrum, equi simile, quo fabulantur ad currum iuncto vehi maris Numina. *Naevius* apud *Non. 2. 397.*, ut quidem legit *Scalig.*, Sirenes citis Delphino iunctis vehiculis, hippocampisque asperis. V. CAMPE §. 3.

HIPPŎCENTAURUS, i, m. Vox Graeca, ἱππόκενταυρος, qua significatur quoddam fabulosum animal, ex equo et homine conflatum: inde ortum, quod Centauri, qui primi in equis sedisse dicuntur, longe conspecti a rudibus hominibus, unum cum equis ipsi esse visi sunt. *Cic. 2. Nat. D. 2.* Quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimaeram putat? *Quintil. 6. 3. 80.* Iuba quaerenti, quod ab equo suo esset adspersus, Quid? Tu, ioquit, me hippocentaurum putas? — **B)** Nihilominus *Plin. 7. 3. 2.* credere videtur Claudio Caesari scribenti, hippocentaurum in Thessalia natum, eodem die interiisse: subditque statim, vidisse se in principatu eius allatum alium illi ex Aegypto, in melle.

HIPPŎCŎMUS, i, m. Vox Graeca, ἱπποκόμος, qua significatur equiso, equorum curator: ab ἵππος; equus, et κομέω; curam gero. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod. 8. 5. 37.* Hippocomorum sagum usurpare.

HIPPŎCŌUM, i, n. Est vinum generosum ex Coo insula: dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.*

HIPPŎDĂMANTĬUM vinum, apud *Plin. 14. 9. 2.*, unde dictum sit, non constat; nisi forte (quod *Harduin.* coniicit) a δαμάζω; domo, et ἵππος, qua intendendi augendique vim habet: quod scilicet multarum sit virium, et quemlibet perdomans captansque, qui biberit.

HIPPŎDĂMUS, i, m. Vox Graeca, ἱππόδαμος; equorum domitor (ab ἵππος; equus, et δαμάω; domo) et translate eques fr.; seu qui feminam inequitat, nam ἵππος etiam muliebre genitale significat. V. HIPPOPHAMA. *Martial. 7. 57.* Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus. V. PYXAGATHUS.

HIPPŎDRŎMOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, ἱππόδρομος, qua significatur theatrum, ubi agitantur equi, equorum curriculum; hoc est ampla planities, in qua de pernicitate certatur citra pugnae simulacrum: ab ἵππος; equus, et δρόμος; cursus; *luogo, dove corrono i cavalli*. Nam stadium, in quo equites imaginario proelio concurrere solent, *catadromus*, καταδρομος, dicebatur. *Martial. 12. 50.* Pulvereumque fugax hippodromon ungula pulsat. Adde *Plaut. Bacch. 3. 3. 27.* De loco *Plin. 5. ep. 6.* V. HYPODROMUS.

HIPPŎGLOSSĂ, ae, f. Vox Graeca, ἱππογλῶσσα, qua significatur herba quaedam folia habens figura silvestris myrti, concava, spinosa, et in his ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis: ab ἵππος; equus, et γλῶσσα; lingua. *Plin. 27. 67. 1., ubi alii legunt* hypoglossa.

HIPPŎGLOTTĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox eiusdem originis ac praecedens, qua venit herba quaedam, quam alii daphnitin, alii carpophyllon, et Alexandrinam laurum vocant. Ramos spargit a radice dodrantales, coronarii operis, folio acutiore, quam myrti, molliore, candidiore, et maiore: semine inter folia rubro. *Plin. 13. 39. 3., ubi alii legunt* hypoglottion. — *Apul. Herb. 58., item* hypoglossion *appellat*.

HIPPŎLĂPĂTHON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἱππολάπαθον, qua significatur herba quaedam lapatho sativo maior, candidiorque ac spissior. *Plin. 20. 85. 2.*

HIPPŎMĂNES, is, n. Vox Graeca, ἱππομανές, qua significatur humor in inguine equarum ortus ex libidinis ardore, qui in humana viscera descendens furorem facit: ab ἵππος; equus, et μανία; furor. *Virg. 3. G. 281.* Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus: Hippomanes, quod saepe malae legere novercae, Miscueruntque herbas, et non innoxia verba. *Tibull. 2. 4. 58.* Et quod, ubi indomitis gregibus Venus adflat amores, Hippomanes cupidae stillat ab inguine equae. — **B)** Item herba, qua comesa equae incipiunt furere. *Serv.* ad *3. G. loc. cit.* ex *Theocrito*. — Haec alio nomine *Callitrichon* dicitur *Apul. Herb. 47.* V. ADIANTUM. — **3)** Item caruncula in fronte pulli equini, caricae magnitudine, colore nigro, quam statim edito partu mater dentibus avellit et devorat, quam si quis praeripuerit, seu prius abstulerit, pullum ad ubera non admittit. Haec caruncula amoris veneficium est, hac mulieres medicamenta componentes vertere homines feruntur in furorem. Sed generaliter hippomanes dicitur venenum omne amatorium, quod equinae cupidini similem mortalibus amorem accendat. *Plin. 8. 66. 2.* et *28. 49. 2.* et *5.* et *Iuvenal. 6. 132.* — De hoc *Virg. 4. Aen. 515.* Quaeritur et nascentis equi de fronte revulsus, Et matri praereptus amor.

HIPPŎMĂRĂTHRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ἱππομάραθρον, qua significatur quoddam marathri, seu foeniculi genus, foliis maioribus, et gustu acriore, cuius succus auribus instillatur, vermiculosque in iis necat. *Plin. 20. 96. 1.* et seqq.

HIPPŌNACTĒUS et HipponactĭUS, a, um. Adiect. ab *Hipponax*, quod est nomen Graeci poëtae, de quo V. suo loco in ONOM. — Ab eo nomen accepit carmen Hipponacteum dictum. *Plin. 36. 4. 2.*, quod duplicis est generis. Vel enim in iambico senario ultimus pes spondeus est, ut in illo *Catulli, 39. 16. Nam risu inepto res ineptior nulla est*. Vel antibacchius ex brevi et duabus longis additur eidem senario, ut apud *Eund. 25. 6. Remitte pallium mihi meum, quod involasti*. V. *Terentian. Maur. de Metr. p. 2456. Putsch.* — Absolute. *Atil. Fortunatian. 1. 5. 1.* Nunc ad Hipponactea *(subaudi* metra) veniamus. *Serv.*

de Centimetr. p. 1818. Putsch. Hipponactium constat trimetro catalectico, etc. — **2)** Hinc Hipponacteum praeconium; *h. e.* convicium, seu carmen maledicum. *Cic. 7. Fam. 24.*, ubi intelligit carmen Licinii Calvi, quo Tigellinum Sardum designaverat, et quasi praeco inter servos addixerat. Quod et in ADDICTUS §. 8. adnotavimus.

HIPPŌNACTĪUS. V. voc. praeced.

HIPPŎPĒRĂ, ae, f. Vox Graeca, ἱππόπηρα, qua significatur mantica, sacculus, quo eques necessaria itineri secum circumfert: ab ἵππος; equus, et πήρα; pera, saccus; *sacchetto, bisaccia, bolgia, valigia. Sensc. ep. 87.* M. Cato censorius canterio vehebatur, et hippoperis quidem impositis, ut secum utensilia portaret.

HIPPŎPHĂES et Hippophyes, is, m. Vox Graeca ἱπποφαής et ἱπποφυής, qua significatur herba quaedam in sabulosis maritimisque nascens, spinis albis, hederae modo racemosa, candidis et ex parte rubentibus acinis. Radix succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis farinae, ad bilem detrahendam. — **2)** Est et altera hippophyes, sine caule, sine flore, foliis tantum minutis: cuius succus hydropicis prodest. Debent accommodatae esse et equorum naturae, neque ex alia causa nomen accepisse. Haec *Plin. 22. 14. 1.* — Recentioribus est *Euphorbia spinosa, Linn.*

HIPPŎPHAESTON, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, ἱππόφαιστον, qua significatur genus quoddam herbae, quae nascitur in spinis, ex quibus fiunt aeneae fulloniae (*h. e.* implentur cortinae aeneae fullonum), sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus, et foliis parvis, multis, herbacei coloris, radiculas habens albas, molles. *Plin. 27. 66. 1.*, coll. *16. 22. 1.*

HIPPŎPHĀMĂ, ătis, n. Ita appellatum videtur annuum festum, quo Amazones per triginta dies cum viris passim commixtae liberis operam dabant: ab ἵππος, quatenus genitale tum virile, tum muliebre significat, et φᾶμα, ατος Dorice pro φᾶμα; revelatio, a φάω pro φαίνω; appareo; quia scilicet iis tantum diebus Amazones pudenda sua viris nudabant, reliquo anni tempore ab iisdem longe remotae. Celebratum fortasse fuit mense Aprili, hoc enim tempore simile quoddam festum agebant Romanae etiam mulieres. *Verrius Flacc.* in *Kal. Praenest.* apud *Foggin. p. 38.* K. Apr. F. Frequenter mulieres supplicant Fortunae Virili, humiliores etiam *Veneri* in balineis, quod in iis ea parte corporis utique viri nudantur, qua feminarum gratia desideratur. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *3. 71. Amazonum reponsum.* Sicubi nobis ad naturam (*fortasse legend.* genituram) est consulendum, annuum sacrum est, quod hippophama vocitamus. Eius sacri causa ad mares nostros, qui ultra amnem extrinsecus perpelluntur, omnes ferme transimus, atque illic per dies XXX. inter haec, quae Diis aguntur, ubi fuerit ad lubentiam (*lege* adlubentia), nubimus.

HIPPOPHEON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ut videtur, sed quae in Lexicis Graecis non reperitur, qua significatur herba eadem, ac epythymum. *Plin. 26. 33. 1.* Alvum purgant anagallides . . . item epithymum, qui est flos e thymo satureiae simili, differentia quod hic herbaceus est, alterius thymi albus; quidam hippopheon vocant.

HIPPŎPHLŎMOS, *Graeca positione*, i, f. Vox Graeca, ἱππόφλομος, ab ἵππος, quae vox in compositione auget significationem, et φλόμος; verbascum; *h. e.* maius verbascum. Est genus quoddam mandragorae. *Plin. 25. 94. 2.* Album alii arsen, alii morion, alii hippophlomon vocant.

HIPPŎPHŎBAS, adis, f. Vox Graeca, ἱπποφοβάς, ab ἵππος; equus, et φόβος; timor. Herba magica. *Plin. 27. 102. 2.* Eandem Hippophobada appellat (Democritus), quoniam equae praecipue caveant eam.

HIPPŎPHŸES, is, o. V. HIPPOPHAES.

HIPPŎPOTĂMUS, i, m. Vox Graeca, ἱπποπόταμος, qua significatur equus fluvialis, seu aquatilis, in Nilo praecipue nascens, binis ungulis, quales sunt bobus, dorso equi, et iuba, et hinnitu, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis, sed minus noxiis, rostro resimo, tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis, praeterquam si humore madeat. Depascitur segetes, et ex agro ferentibus vestigiis (*cum intrat*), ne quae revertenti insidiae comparentur. *Plin. 8. 39. 1.* et *32. 53. 5.* V. et *Ammian. 22. 15.* et *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 29.*

HIPPOS. V. HIPPUS.

HIPPŎSĔLĪNUM. V. HELIOSELINUM.

HIPPŎTOXŎTAE, ārum, m. Vox Graeca, ἱπποτοξόται, qua significantur sagittarii equestres; *arcieri a cavallo:* ab ἵππος; equus, et τόξον; arcus. *Caes. 3. B. C. 4.* Ducenti ex Syria missi erant: in his plerique hippotoxotae. *Hirt. B. Afr. 19.* Sagittariis, ac funditoribus, hippotoxotisque compluribus. Hos *Tacit. 2. Ann. 16.* et *Curt. 8. 4.* vocant *equites sagittarios.*

HIPPŪRIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἱππουρίς, qua significatur herba eadem, quae equisetum, cauda equina: ab ἵππος; equus, et οὐρά; cauda. *Plin. 26. 85. 1.* et *ibid. 90. 3.* et *Apul. Herb. 39.* V. EQUISETUM.

HIPPŪROS, *Graeca positione*, et *Latina*

HIPPŪRUS, i, m. Vox Graeca, ἱππουρος, qua significatur piscis ex genere locusterum. *Plin. 9. 24. 1.* et *32. 53. 5.* (V. loc. in voc. seq.) item *Ovid. Halieut. 93.* Hippuri celeres, et nigro tergore milvi. — Recentioribus est *Coryphaena hippurus, Linn.*

HIPPUS, et, *Graeca positione*, Hippos, i, m. Vox Graeca, ἵππος, qua significatur piscis marini genus apud *Plin. 32. 53. 3.* Hippos, hippuros, hirundo, etc. *Id. 9. 31. 1.* Cancrorum genera carabi, astaci . . . Carabi a ceteris cancris distant: in Phoenice hippos vocantur, tantae velocitatis, ut consequi non sit. *Hippos* Graeca positione pro *hippi.* Cf. PARHIPPUS.

HIR, indecl. n. Nomen quod *Voss.* in *Etymol.* deducit a χείρ; manus. *Charis.* autem *1. p. 12. Putsch.* et *Priscian. 8. p. 848.* « *Hir* faciunt neutrum et indeclinabile, et interpretantur θύλαρ, quod et ipsum volam manus significat. » Contra *Apul. Not. aspirat. 30.* « *Hir* aspiratur; quoniam ab *haereo* verbo derivatur. *Hir* enim volam significat, etc. » — Sunt nihilominus qui scribunt *Ir* sine aspiratione, ut *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 3.* — Legitur vero

HIR in loco vexatissimo *Lucil.* apud *Cic. 2. Fin. 8.* Quibu' vinum Defusum e pleno siet, hic siphove, cui nil Dempsit, vis aut sacculus abstulerit. Ita lex. *Gosrensius:* et *Scalig.* in *Append. ad coniectan. Varron. 8. LL. 26.* haec verba ita interpretatur: Lucilius proponit vinum integerrimum, et nulla parte periclitans acescere: id quod siphone depletum non est, neque vola manus pitissatum: nam hir est vola manus: et qui vinum furtim deplent, ut gustent, solent id vola manus haurire. *Alii autem aliter leg.* V. OENOPHORUM.

HĪRĂ, ae, f. Nomen latentis originis, de quo *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* Hira, quae deminutive dicitur hilla, quam Graeci dicunt νῆστιν, intestinum est, quod ieiunum vocant. — De ea sic *Macrob. 1. Somn. Scip. 6. ad fin.* Intestina principalia tria: quocum unum dissiptum vocatur: alterum medium: quod Graeci μεσέντερον dicunt: tertium quod Veteres hiram vocarunt, habeturque praecipuum intestinorum omnium, et cibi retrimenta deducit. Haec *Macrob.*, qui intestinorum nomine omnia viscera intelligit: *hiras* vero ea solum, per quae cibus a stomacho ad ima transfertur; *le budella:* quo sensu et *hillas* usurpantur. — Hac eadem significatione *Plaut. Cure. 2. 1. 22.* Pulmones distrahuntur, cruciatur iecur, Radices cordis pereunt, hirae omnes dolent. Cf. HILLAE et HIRCUS §. 2.

* HIRCICOSUS, } V. HIRCUOSUS. *fin.*
* HIRCIGRUS. }

HIRCĪNĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 3.

HIRCĪNUS et Hirquinus, a, um. Adiect. ab *hircus;* ad hircum spectans; *di becco. Plaut. Pseud. 4. 2. 12.* Heus tu, qui cum hircina stas barba. *Al. leg.* hirquina. *Plin. 20. 1 2.* Hircinus sanguis adamantem rumpens. *Id. 12. 40. 2.* Hircinae pelles. *Horat. 1. Sat. 4. 19.* Hircini folles. *Prudent. Apotheos. 621.* Hircinum sidus; *h. e.* Capricornus. — **2)** Ioculariter *Plaut. Poen. 4. 2. 51.* Alae hirquinae volucres erunt; *h. e.* alae brachiorum olentes hircum, pilosae fient. — **3)** Absolute, substantivorum more,

HIRCINA, ae, f. Est caro hircina. *Gloss. Cyrill.* Τράγειον κρέας; hircina.

HIRCĬPES, ĕdis. Omn. gen. Adiect. ab *hircus* et *pes;* hircinos habens pedes. Cognomen Panis apud *Capell. 2. p. 307.* Hircipedem (*h. e.* Pana) pandura, Silvanum arundinis enodis fistula sibilatrix, rurestris Faunum tibia decuerunt.

* HIRCĬPĬLUS. V. HIRTIPILUS.

HIRCO, as, āre. Verbum intransitiv. a sono factum, exprimit enim vocem lyncis. *Auct. carm. de Philom. 51.* Dum lynces hircando fremuot, ursus ferus uncat. *Auct. Carm. de voc. anim.* in *Anthol. Lat. n. 1079. Meyer.* Sic ululare lupos certum est hircareque lynces.

HIRCŎCERVUS, i, m. Vox composita ex *hircus* et *cervus*, qua significatur idem animal, quod tragelaphus a *Plin. 8. 30. 8.* dicitur, cuius descriptionem exhibet *Cuvier* in *Plinii* edit. Parisiensi *T. 6. p. 451. Boëth.* in *Aristot. libr. de interpr. ed. prim. 1. p. 300. Migne.* Hircocervus enim compositum nomen est, significans hircum et cervum.

HIRCŌSUS, a, um. Adiect. ab *hircus;* qui hircinum odorem olet, et speciatim qui olet virus alarum, seu cuius alae foetidum spirant odorem; *che sente di becco. Pers. 3. 77.* aliquis de gente hircosa centurionum. *Plaut. Mere. 3. 3. 14.* Iam plenus aetatis, animaque foetida, Senex hircosus. *Senec. fragm.* apud *Gell. 12. 2. a med.* Licet scripti sint inter hircosos, possunt tamen inter unguentatos placere. *Martial. 10. 98.* Hircosus subulcus. Et *12. 59.* te pilosus Hircoso premit osculo colonus; *h. e.* foetenti ex oris halitu. Cf. HIRCUOSUS.

HIRCŬLUS, i, m. Deminut. ab *hircus;* parvus hircus. *Catull. 19. 15.* aram Barbatus linit hirculus, cornipesque capella. — **2)** Est etiam herba cum Gallico nardo nascens: a gravitate odoris et similitudine. Distat ab eo, quod sine cauliculo est, et quod minoribus foliis, quodque radicis neque amarae, neque odoratae. *Plin. 2. 26. 4.*

HIRCŬOSUS, a, um. Adiect. ab *hircus* (Cf. voc. seq. §. c.), idem omnino ac *hircosus.* — Translate dicitur de homine lascivo; hinc absolute *hircuosus deus* est Pan apud *Apul. 8. Met. 25.*, uti legit *Hildebr.* ex optimis Codd. pro Vulgari *hirtuosus*, quod idem *Hildebr.* ad

Digitized by Google

h. l. improbat, *Borthius* in *Adversar. 34. 18. hircicosum* etiam se reperisse in membranis, testatur; unde vocem finxit *hircicrus*, quae tamen non satisfacit. V. *Hildebr. l. c.*

HIRCUS, i, m. Nomen animalis notissimi, incertae originis, quod tamen ab *haereo* derivat *Apul. Not. aspirat. 30.* V. integr. loc. — **b)** A Sabinis *fircus* dicitur teste *Varr. 5. LL. 19.*, quae antiqua scribendi ratio demonstrat vocem cum h nota aspirationis, cuius loco ii *f* utebantur, efferendam esse. Cf. *Vel. Long. Orthogr. p. 2230. Putsch.* — **c)** Item *hircosus* (*Apul. loc. cit.*), sive potius *hirquus* scribitur, praesertim cum de alarum factore usurpatur, aut de angulo oculi, ut mox dicetur; unde *hircuosus* pro *hircosus*, et *hirquinus* pro *hircinus*, et *hirquitallus*. V. *Vel. Long. loc. cit. p. 2223.* — **d)** Nihilominus Veteres etiam *ircus* sine aspiratione scribebant, teste *Quintil. 1. 5. 19.* — **e)** Derivata, *hircinus*, *hirceo*, *hircosus*, *hirculus*, *hircosus*. — **f)** Composita, *hircipes*, *hircocervus*, *hirquitallio*, *hirquitallus*.

HIRCUS proprie est caper, foedissimum animalium, ut *Plin. 37. 15. 5.* vocat, vir gregis caprini qui iam salire coepit et foetere; *beceo*, *caprone*, *capro*. Huius sanguis duritiem adamantis rumpit, teste *Plin. loc. cit. Virg. 3. G. 311.* Nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci. *Varr. 1. RR. 2.* Sic factum, ut Libero patri repertori vitis hirci immolarentur. V. CAPER §. 3. Adde *2. ibid. 3.*, *Pallad. 12. 15.* et *Plin. 28. 41. 1.*, *ibid. 58. 6.*, *ibid. 68. 1.* etc., ubi de eius usu in medicina. — **2)** Proverbium apud *Horat.* de re impossibili, *Epod. 16. 34.* Ametque salsa levis hircus aequora. — Sic *Virg.* de re absurda, *3. Ecl. 91.* Atque idem iungat vulpes, et mulgeat hircos. — **3)** Deinde *hirquus*, vel *hircus* est angulus oculi; *coda dell'occhio;* ductum ab oculis hircorum, qui ardore libidinis oblique aspiciunt, oculis in angulos retortis. *Virg. 3. Ecl. 8.* Novimus et qui te transversa tuentibus hirquis; h. e. oculis oblique hircorum more intuentibus te praecideriut. Aptius tamen legas *et qui te*, *transversa* etc., et de hircis animalibus intelligas, qui dum praecidereris, obliquis oculis, quasi invidendo, te aspexerint; quod *Virg.* ex *Theocr. Idyll. 5. v. 41.* et *42.* expressit. — **4)** Translate saepe significat gravem odorem alarum, qui hirculi foetoris similis est. *Horat. Epod. 12. 5.* Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis. *Id. 1. Sat. 2. 27.* Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Adde *4. ibid. 92. Catull. 71. 1.* Si quoi, Virro, bono socer alarum obstitit hircus. Cf. CAPER §. 5. — **5)** Interdum est convicium hominis immundi et impuri. *Plaut. Most. 1. 1. 38.* oboluisti allium, Germana illuvies, rusticus, hircus, hara suis. *Id. Cas. 2. 3. 20.* Propter operam illius hirqui, improbi, et edentuli. — *Vulg. Interpr. Zach. 10. 3.* Super hircos visitabo; h. e. malos populi duces et pastores plectam. — Sed *Hircus caprarum* apud *Daniel. 8. 5.*, coll. *21.* figurate rex Graecorum intelligitur. V. integr. loc. — **6)** Item dicitur de homine moribus et luxuria perdito. *Plaut. Merc. 2. 2. 1.* Profecto ego illunc hircum castrare volo, Ruri qui nobis exhibet negotium. Adde *ibid. v. 4.*, *Catull. 57. 5.* et *Vel. poët.* apud *Suet. Tib. 45.*

HIRCŬUS. V. voc. praeced. §. b.

HIRMOS (et Heirmus), *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, εἱρμός, qua significatur figura quaedam verborum, quae sic definitur a *Charis. 4. p. 281. Putsch.* et *Diomed. 2. p. 442. ibid.* Hirmos est cum uniformis continuatur series orationis unius tenorem casus ad clausulam usque custodiens. Eadem habet *Claud. Sacerd. 1. art. grammat. 124.*, ubi scribitur *heirmos*, Graeca diphthongo retenta. — Adde *Isid. 1. Orig. 36. 18.* — **2)** Quomodo differat ab *homaeoptoto*, V. in HOMOEOPTOTON §. 2.

HIRNEA, Hernea et Irnea, Cyrnea et Cirnea (tot enim modis scriptum reperitur), ae, f. Nomen, quo genus vasis vinarii seu poculi significatur; quodque putat *Scalig.* in *Catalect. Virg. p. 490.* olim dictam esse *κυρναν* ἀπὸ τοῦ ὄρνεου, *o* in *e* mutato, quod avis figuram referret. *Non. 15. 29.* legit *cirnea*, vel, ut est in quibusdam libris, *cyrnea*. — Hinc CYRNEARIUS, quod V. suo loco. — Usurpant *Cato*, *RR. 81.* Indito in hirneam fictilem: eam demittito in aulam aeneam, aquae calidae plenam: ita coquito ad ignem; *un boccale*. *Plaut. Amph. 1. 1. 275.* Cadus erat vini plenus: inde implevi hirneam. Et *276.* Vini hirneam ebiberim meri. *Al. scrib.* irnea: Cf. voc. seq. — **2)** Translate pro ipso potatore sumi videtur a *Virg.* in *Catal. 4.* Sed, o superbe Noctuine, non vides, Duas habere filias Atilium? Duas et hanc et alteram, tibi dari? Adeste nunc, adeste, ducit, ut decet, Superbus ecce Noctuinus hirneam; h. e. Noctuinus ductarus est uxorem filiam Atilii, hominis violenti, quem gener secum habiturus est velut hirneam, cum exitio suo et novae nuptae. Ita *Heyne* locum interpretatur.

HIRNĔLLA, *vestius*, *quam* Hirnella *vel* Irnella, ae, f. Deminut. ab *hirnea*; parva hirnea, genus vasis in sacris, ut exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll.*, qui dedit *hirnela* ex Codd. MSS. loco *hirsella*, ut vulgo olim legebatur.

HIRNELLA. V. voc. praeced.

HIRNŬLA. V. URNULA.

HIRPEX. V. IARPEX.

HIRPUS et Irpus, i, m. Est lupus, lingua Sabinorum, ut *Serv.* in *11. Aen. 785.* scribit, vel Samnitum, ut *Festus* in *Irpini* apud *Paul. Diac. p. 106. Müll.*; ab ἅρπος seu ἅρπαξ; rapax, ita dictus ob rapacitatem.

HIRQUĪNUS. V. HIRCINUS.

HIRQUĪTALLĬO, is, īre. Verbum intransitiv. ab *hirquitallus*, sive ab *hirquus* pro *hircus*, et θάλλω, quod tum crescere, tum olere olim significasse videtur, cum etiam apud Latinos *oleo*, in compositis *adoleo*, *redoleo*, utramque habeat significationem: aspiratio vero est omissa, quod etiam in *talla* pro *thalla* factum est. — Est autem *hirquitallio*, hircum lascivia, odore, voce imitari. *Censorin. de die nat. 14.* In secunda hebdomade, vel incipiente tertia vocem crassiorem, et inaequabilem fieri: quod Aristoteles appellat τραγίζειν, Antiqui nostri hirquitallire: et inde ipsos putant hirquitallos appellari, quod tum corpus hircum olere incipiat. Cf. voc. seq.

HIRQUĪTALLUS, Hirquitălus et Irquitalus, i, m. Vox hybrida, qua significatur puer, qui primum ad virilitatem accedit, seu virilitatem suam experitur: ab *hirquus* et θαλλός, seu θάλος; germen, quia pueri pubescentes hircum incipiunt olere, vocem edunt gravem, subraucam, hircinae non dissimilem. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* Hirquitalli pueri primum ad virilitatem accedentes, a libidine scilicet hircorum dicti. *Id. ibid. p. 105.* Irquitallus (*sic*) puer, qui primo virilitatem suam experitur. *Gloss. Philox.* Hirquitali (*sic*), τραγίζοντες. Et: Irquitalus (*sic*), νεηνίσκος. — *Incert. Gramm.* in *Excerpt. p. 207. Endl.* Hirquitalli; βούκηλοι. Adde *Censorin.* loc. cit. in voc. praeced., et *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 3.* et *Vel. Long. Orthogr. p. 2230. Putsch.*

HIRQUUS. V. HIRCUS §. b.

HIRRĬO et Irrio, is, īre. Verbum intransitiv. a sono factum, proprium est enim vocis canum, cum provocantur, quia R multa sonant; *ringhiare*, *digrignare*. *Sidon. 7. ep. 5.* Veluti est canibus innatum, ut, etsi non latrant, tamen hirriant. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* Hirrire, garrire, quod genus est vocis canis rabiosae. *Gloss. Philox.* Hirrit; ὅταν κύων ἀπειλῇ ὑλάττειν. — **2)** Translate de homine. *Vigil. Diac. Reg. monachor. 17.* Praepositus ne fremat, nec hirriat iratus super humiliores. Cf. voc. seq.

HIRRĪTUS et Irritus, us, m. Verbale ab *hirrio*; actus hirriendi sive vox canum, cum irritantur. *Sidon. 9. ep. 16. in carm.* Prodat hirritu rabiem canino.

HIRSĬCŬLUS. V. HIRTIPILUS.

HIRSŪTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *hirsutus*; forma hirsuta; *ispidezza*. *Solin. 25.* Setarum hirsutiae nullae.

HIRSŪTUS, a, um. Adiect. ab *hirtus*, pro quo et *hirsus* dictum videtur. Contra *Apul. Orthogr. 30.* « *Hirsutus* ab *horreo* vel *haereo* traxit aspirationem: hirsutus enim quasi horrens vel haerens setis dictum. *Hirtus* autem per syncopam fit ab eodem. » V. HIRTUS. — **b)** Comparat. *hirsutior* §. 2. et 3. — **c)** Derivata, *hirsutia*, *hirticulus*, *hirtuosus*, *hirtus*. — **d)** Compositum, *hirtipilus*.

HIRSUTUS proprie est spinis, setis, vel pilis horridus, hispidus, hirtus, villosus; *spinoso*, *peloso*, *irsuto*. *Cic. 2. Nat. D. 47.* Bestiae aliae villis vestitae, aliae spinis hirsutae. *Virg. 7. Ecl. 33.* Stant et iuniperi, et castaneae hirsutae. *Id. 3. G. 251.* Frondibus hirsutis, et carice pastus acuta. Et *444.* hirsuti secuerunt corpora vepres. *Propert. 4. 4. 26.* hirsutis brachia secta rubis. *Colum. 10. 375.* hirsuta saepes nunc horrida rusco. *Plin. 24. 116. 1.* Philanthropon herbam Graeci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhaerescat. — **2)** Cum de pilis capillisque dicitur, significat subrectos spinarum instar, atque adeo impexos, incomptos, horridos. *Curt. 9. 10.* Comae hirsutae et intonsae. *Ovid. 9. Heroid. 63.* hirsuti capilli. *Id. 2. Met. 30.* Et glacialis hiems canos hirsuta capillos. *Id. 13. ibid. 766.* hirsuta barba. Et *2. Fast. 359.* fulvi setis hirsuta leonis Vellera. *Virg. 8. Ecl. 34.* hirsutum supercilium. *Propert. 4. 10. 20.* Et galea hirsuta compta lupina iuba. *Virg. 10. Aen. 869.* Aere caput fulgens, cristaque hirsutus equina. *Colum. 7. 2. ad fin.* Duo genera sunt ovilli pecoris, molle, et hirsutum. *Plin. 22. 35. 2.* Hirsutiora folia. *Propert. 1. 1. 12.* hirsutae ferae. Et *4. 9. 49.* Herculis hirsutum pectus. *Martial. 10. 65.* Hirsutis ego cruribus genisque. *Sil. 13. 812.* hirsutos cum sperneret olim Gens vicina procos; h. e. primos illos Quirites sub Romulo, intonsos, impexos, incomptos, rusticos. *Martial. 9. 48.* Hirsutae imagines; *scil.* priscorum virorum. — Sic, intonsus Cato, *Horat. 2. Od. 15. 11.* et, incomptis Curius capillis, *Id. 1. ibid. 12. 41.* — **3)** Translate. *Ovid. 2. Trist. 259.* Sumpserit annales: nihil est hirsutius illis; h. e. incomptum magis, horridumque, et severum, ac nullis deliciis aspersum. — *Prudent. Apoth. 60.* Peccata malis hirsuta doloribus.

Nota. Discrimen inter *asperum*, *hirsutum*, *hirtum*, *hispidum* et *horridum* hoc statui potest, ut *hirtus*, *hirsutus* et *hispidus* dicatur praesertim ratione habita visus, vel pilorum seu villi, qui superficiem velant, cui opponitur *laevis* seu *glaber*: *asper*, ratione habita tactus,

cui opponitur *planus, aequus: horridus* denique, ratione habita morum, cui opponitur *dulcis, gratus*. Sic *Vellei. 2. 11.* « C. Marius, natus equestri loco hirtus atque horridus. » *Plin. 22. 7. 2.* « Herbas aspectu hispidas, tactu truces. » *Virg. 9. Aen. 263.* « Pocula aspera signis. » — Huiusmodi tamen discrimen saepius non observatur.

HIRTĬCŬLUS, a, um. Adiect. per deminutionem ab *hirtus* factum. Legitur in *Gloss. Philox.* hirticulus; *δασύπρωκτος*. *Alii leg.* hirsiculus. Cf. voc. seq.

HIRTĬPĬLUS, a, um. Adiect. ab *hirtus*, et *pilus;* qui hirtis pilis est. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.* Hirtipili duorum pilorum homines. Alii vulgo leg. *Hircipili*, quam lectionem confirmant *Gloss. Lat. Gr.* Hircipili; *δασύτριχες*. Alii vero etiam *histricili*, quam pariter iisdem *Glossis* firmant, in quibus: *Histricilus* (alii *Hirsiculus*, vel *Hystriculus*), *δασύπρωκτος*. Cf. HYSTRICULUS, et voc. praeced. et V. *Voss. Etymol.* sub v. *Hirtipilus*.

* HIRTŬōSUS. V. HIRCUOSUS.

HIRTUS, a, um. Adiect. ab *hirsutus* per syncopen factum. V. HIRSUTUS §. a. — Comparat. *hirtior* §. *1.* — Proprie est idem quod hirsutus, hispidus, villosus; *irsuto, spinoso, peloso, arricciato. Curt. 5. 6. ad fin.* Comae prominent hirtae. *Id. 4. 13.* Scythis hirta ora, et intonsas comas esse; *h. e.* impexis barbis obsita. *Sil. 16. 121.* Hirta frons. *Ovid. 13. Met. 850.* Barba viros, hirtaeque decent in corpore setae. *Varr. 2. RR. 2. in fin.* Harum *(ovium Tarentinarum, et Atticarum)* praesepia ac stabula ut sint pura, maiorem adhibent diligentiam, quam hirtis. *Plin. 11. 70. 2.* Hirto corde quosdam homines nasci, proditur; *peloso. Lucan. 2. 386.* Hirtam membra super, Romani more Quiritis, induxisse togam. *Nep. Datam. 5.* Duplici amiculo circumdatus, hirtaque tunica. *Stat. 3. Silv. 1. 13.* hirta dumis saxa. *Colum. 10. 27.* humus sepibus hirtis claudatur; *spinosis. Apul. Herb. 71.* Hirtiora folia. *Prudent. 9. περὶ στεφ. 53.* aequor hirtum; *h. e.* planities non laevigata, scabra. Et *11. ibid. 120.* spinigeris stirpibus hirtus ager. — **2)** Translate. *Horat. 1. Ep. 3. 22.* non tibi parvum est ingenium, non inculturn est, et turpiter hirtum. *Vellei. 2. 11. C. Marius . . .* hirtus atque horridus, vita sanctus. Cf. *Sall. Iug. 85 de eodem Mario.* Sordidum me et incultis moribus aiunt. V. HIRSUTUS in *Nota*.

HĪRŪDO, ĭnis, f. Est insectum palustre, *sanguisuga* etiam dictum, quoniam eius est usus ad extrahendum sanguinem; *sanguisuga, mignatta*. Quippe eadem ratio earum, inquit *Plin. 32. 42. 2.*, quae cucurbitularum, ad corpora levanda sanguine, spiramenta laxanda, iudicatur. Admotae venis, rostri telo perforant statim, suguntque avide, nec, nisi saturatae, decidunt, et pondere ipso sanguinis detractae, aut sale aspersae. *Plaut. Epid. 2. 2. 4.* iam ego me convortam in hirudinem, Atque horum exsugebo sanguinem. Cf. HIRUNDO §. b. — **2)** Translate. *Horat. Art. P. 476.* Quem vero arripuit, tenet occiditque legendo, Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo. *Cic. 1. Att. 16. a med.* Illa concionalis hirudo aerarii, misera ac ieiuna plebecula.

HĪRUNDĬNĔUS, a, um. Adiect. ab *hirundo;* hirundininus. *Sidon. 2. ep. 14.* Usque ad adventum hirundineum, aut ciconinum. V. etiam ARUNDINEUS §. 6. et CHELIDONIACUS.

HĪRUNDĬNĪNUS, a, um. Adiect. ab *hirundo;* ad hirundinem pertinens; *di rondinella. Plin. 30. 46. 1.* Hirundininus sanguis. *Martial. 11. 18.* et *Plaut. Rud. 3. 1. 12.* nidus.

HĪRUNDO, ĭnis, f. Nomen est avis notissimae, de qua mox. Etymon latet, vix enim probari potest, quod tradit *Isid. 12. Orig. 7. 70.* « *Hirundo* dicta, quod cibos non sumat residens, sed in aëre capiat escas et edat. » — **b)** *Hirudo* et *hirundo* in MSS. confusa inter se fuisse probabili coniectura ostendit *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 26.* — **c)** Derivata, *hirundineus* et *hirundininus*.

HĪRUNDO est avis, initio veris ad nos transvolans, autumno ad calidiores plagas migrans, in tectis nidificans; *rondine, rondinella*. De earum triplici genere, deque solertia in nidis aedificandis, V. *Plin. 10. 49. 1.* Item *ibid. 54. 2.*, ubi alia mira de his. *Virg. 1. G. 377.* Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo. *Id. 12. Aen. 473.* Nigra velut magnas domini cum divitis aedes Pervolat, et penitus alta atria lustrat hirundo Pabula parva legens, nidisque loquacibus escas. *Ovid. 2. Fast. 853.* praenuncia veris hirundo. *Horat. 1. Ep. 7. 12.* te, dulcis amice, reviset Cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima. Adde *Plin. 29. 37. 1., ibid. 38. 9.* et *30. 21. 3.*, ubi etiam de eius usu in medicina. — **2)** Apud *Lucret. 3. 6.* quid contendat hirundo cygnis? *proverb.* cantu enim hirundo a cygnis longe vincitur. — **3)** Adhibetur et in blanditiis amantium. *Plaut. Asin. 3. 3. 104.* Dic me auriculam, hirundinem, monedulam, etc. — **4)** De hirundine fabulam V. in PHILOMELA, etiam in ONOM. — **5)** Deinde a similitudine

II. *Hirundo* est etiam piscis marinus hoc nomine, perquam similis volucri, et volans aliquanto super undas spatio. *Plin. 9. 45. 1.*, coll. *32. 53. 3.* — Recentioribus est *Exocoetus volans, Linn.*

HISCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, specie inchoativ. ab *hio*, unde *hiasco* (quod V.), et per collisionem, seu contractionem *hisco*. V. *Incert. Gramm. in fragm. de Verb. p. 171. n. 40. Endl.* — **b)** Particip. *hiscens* §. *1.*

I. *Hisco* proprie est aperior, fundor; *aprirsi. Lucret. 6. 1068.* vitio venae tabularum saepius hiscunt. *Ovid. 1. Met. 346.* tellus aut hisce, vel istam, Quae facit, ut laedar, mutando perde figuram. *Plin. 17. 24. 6.* Rima hiscit. *Plaut. Pseud. 4. 1. 42.* Tace: aedes hiscunt; *h. e.* patent, aperta ianua. *Poët. vet.* apud *Quintil. 9. 2. 26.* Magnae nunc hiscite terrae. Adde *Lucret. 4. 64.* — *Manil. 4. 834.* et scandat *(Leo)* malis hiscentibus orbem. — **2)** Specialim dicitur de his, qui os aperiunt ad loquendum; *aprir bocca. Cic. 2. Phil. 43. extr.* Respondebis ne ad haec? aut omnino hiscere audebis? *Liv. 6. 16.* Nec attollere oculos, aut hiscere audebant. *Gell. 13. 9.* Petebant omnes, ut vel unum statim diceret. Sed cum homo vultum intorqueret, et non hisceret, et colores mutaret; tum ego, etc. — **3)** Transitivorum more,

II. *Hisco* est loquor, dico, narro; *parlare, dire. Accius* apud *Non. 2. 400.* Hem vereor, plus quam fas est, captivum hiscere. *Ovid. 13. Met. 731.* Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quidquam Ausit. *Propert. 3. 2. 4.* visus eram . . . Tantum operis nervis hiscere posse meis; *h. e.* canere. V. locum similem in nio §. 9. — Absolute. *Virg. 3. Aen. 343.* vix pauca furenti Subilcio, et raris turbatus vocibus hisco: *h. e.* haesitabundus loquor.

HISPĀNĔ. Adverb. ab *Hispanus* (quod est ad Hispaniam pertinens, ut dicetur in ONOM.); more Hispano; *spagnolescamente. Ennius* apud *Charis. 2. p. 180. Putsch.* Hispane, non Romane memoretis loqui me.

* HISPĪDO, as, are. Verbum transitiv. ab *hispidus;* hispidum facio. *Solin. 40.* Spinosis *(al.* spinulentis) fastigiis hispidatur. *Salmas.* legit *hispida turgescit.* Ita etiam *Mommsen*.

HISPĪDŌSUS, a, um. Adiect. ab *hispidus;* valde hispidus, pilosus. *Catull. 16. 10.* Non dico pueris, sed hispidosis. *Al. rectius leg.* his pilosis.

HISPĪDUS, a, um. Adiect., quod ideo aspiratur de sententia *Apul. Not. aspirat. 31.*, quia *horrens pilis* dicitur. Cf. voce. praecedd. — Proprie est pilis densus et horridus, hirsutus, hirtus; *ispido, irsuto. Horat. 4. Od. 10. 5.* Facies hispida; *barbuta. Virg. 10. Aen. 210.* Hispida frons. *Martial. 3. 58.* Hispida mater; *h. e.* capella feta. *Plin. 9. 4. 1.* Nereidum corpus squamis hispidum. *Id. 22. 7. 2.* Herbae aspectu hispidae, tactu truces; *h. e.* horridae. *Id. 2. 22. 1.* Hispidae in vertice stellae. Cf. HIRSUTUS in *Nota. Val. Flacc. 1. 612.* Eurus crinem procellis hispidus. *Horat. 2. Od. 9. 1.* Non semper imbres nubibus hispidos Manant in agros; *h. e.* squalidos et incultos, ut hiemis tempore, vel campis cum messis inhorruit, ut ait *Virg. 1. G. 314. Vulg. Interpr. Gen. 25. 25. de Esau.* Rufus erat et totus in morem pellis hispidus. — **2)** Hypallages genus est in illo *Stat. 6. Theb. 867.* sic hispida turpes Proelia villosis iuvenes complexibus ursi; *h. e.* ipsi hispidi. — **3)** Translate. *Gell. 10. 5. a med.* Si quis est tam agresti aure ac tam hispida, quem lux ista et amoenitas orationis parum delectat; *h. e.* inerudita, indocta.

HISTER, tri, m. Est idem ac histrio, qui illius esse diminut. videtur; idest ludio, Etruscorum lingua. *Liv. 7. 2.* V. HISTRIO §. a.

HISTON, *Graeca positione*, ōnis, m. Vox Graeca, *ἱστὸν*, *ὁος*, quae significatur locus, ubi texitur, textrinum: ut *andron* est locus, ubi plures viri versantur. *Varr. 1. RR. 2. a med.* Ut si habeas plures in fundo textores, atque institutos histonas.

HISTORĬA, ae, f. Vox Graeca, *ἱστορία*; narratio, ab *ἵστωρ*; sciens. — **b)** Derivata, *historialis, historialiter, historice, historicus.* — **c)** Composita, *historiographus, mythistoria, mythistoricus, polyhistor, synhistor*.

HISTORIA proprie est narratio et expositio rerum gestarum; *istoria. Cic. 2. Orat. 9.* Historia testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuncia vetustatis, qua voce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur? Et *12.* Summi oratoris est, historiam scribere. *Id. 1. Leg. 2.* Historiam tractare. Et *5.* instituere et absolvere. *Id. 2. Divin. 32.* Mandare aliquid historiae. *Iustin. praef.* Res Romanas in historiam conferre. Et *ibid.* et *Plin. 1. ep. 1.* Totius orbis historias Latino sermone componere. *Ovid. Ib. 522.* Conditor historiae. — **2)** *Res historia digna* dicitur, quae magni est momenti, et scitu digna. *Cic. 2. Att. 8.* Si quid in ea epistola fuit historia dignum, scribe quamprimum, ne ignoremus. — **3)** *Historiam scribere* proverbialiter dictum videtur in illo *Plaut. Men. 2. 1. 25.* In scirpo nodum quaeris: quin nos hinc domum Redimus, nisi si historiam scripturi sumus? *h. e.* nisi velimus nostris propriis oculis videre, tanquam si historiam exaraturi simus. — **4)** Specialim

II. *Historia* accipitur etiam pro narratione fabulosa. *Propert. 1. 1. 16.* Maxima de nihilo nascitur historia. *Horat. 3. Od. 7. 19.* Et peccare docentes Fallax historias monet *(al.* movet). *Ovid. 2. Amor. 4. 44.* Omnibus historiis se meus aptat amor. — Hinc *Plaut. Bacch. 1. 2. 50.* Satis historiarum est. — *Propert. 4. 1. 119.* Hactenus historiae: nunc ad tua devehor astra. — **5)** Et pro quavis descriptione, interpre-

Digitized by Google

istione, seu expositione. Unde *Plinii* opus *de Historia naturali* inscribitur. *Quintil.* 2. 4. 2. Grammaticis historias poëticas dedimus. *Horat. 1. Sat. 3. 89.* amaras Porrecto iugulo historias, captivus ut, audit. — **6)** C. Iulium Hyginum, propter antiquitatis notitiam, Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant, teste *Suet. Gramm. 20.* — **7)** A *Propertio* dicitur *historia* is ipse, qui historiae materiae et argumentum est, *1. 13. 24.* Quarum nulla tuos potuit convertere mores, Tu quoque uti fieres nobilis historia.

Nota. Apud Romanos ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium Scaevolam Pont. Max. historia nihil aliud fuit, nisi annalium confectio. Post Scaevolam historia scribi coepta est a M. Catone, a Fabio Pictore, ab Antistio Pisone. Sed hi veterem similitudinem scribendi secuti sine ullis ornamentis, monimenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquerunt. Primus, qui ornate historiam scriberet, Coelius Antipater exstitit, qui fuit familiaris L. Crassi oratoris. Haec ex *Cic. 2. Orat. 12.* V. etiam *1. Leg. 2.* et a nobis dicta sub v. ANNALIS in *Nota* II. §. 1. et 2. Notas, quibus distinguuntur inter se historia et oratio, apte enumerat *Plin. 5. ep. 8.* Quid vero distet historia ab annalibus et diariis, docet *Gell. 5. 18.* — **8)** Historiae leges apud *Cic. 2. Orat. 15.* hae sunt: prima, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid vere non audeat: ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis. V. *Tacit. 1. Hist. 1.*

HISTŌRĬĀLIS, le. Adiect. ab *historia;* ad historiam pertinens. *Sidon. 5. ep. 12.* Venerabilis patriarchae Ioseph historialem diligentiam comparemus; *h. e.* quam sacra narrat historia. — **2)** *Historiale opus* dicitur in hortis varia arborum aut herbarum dispositio, qua venationes, animalia, aedificia, et huiusmodi aspectu grata repraesentantur. *Plin. 16. 60. 2. de cupressu.* Trahiturque etiam in picturas operis historialis. *Harduin.* legit *topiarii*, neque tamen alteram lectionem damnat. Cf. *Sillig.* in *not. crit.* ad *h. l.* — **3)** Apud Scriptores Ecclesiasticos *historialis* dicitur ille interpretationis modus, qui historiae nititur. *Bonth. Complex. fidei Christ. ante med.* Omnis divina auctoritas his modis constare videtur, ut aut historialis modus sit, qui nihil aliud nisi res gestas enuntiet, aut allegoricus, ut non illi possit historiae cardo consistere, aut certe ex utrisque compositus, ut et secundum historiam et secundum allegoriam manere videatur. — Hinc *Rufin. de Bened. Patriarch. 1. 5.* Vides quomodo historialem intellectum, ergastulum praecipue, amputat et abscindit? Et *mox*. Sed interruptione intelligentiae historialis exclusi ad spiritualis expositionis ordinem redeamus. — *Id. ibid. 4.* Quod de historiali fuda interpretari, nulla mihi ratio videtur posse permittere.

HISTŌRĬĀLĬTER. Adverb. ab *historialis;* secundum historialem intelligentiam. *Paulin. Diac. de Bened. Patriarch. praef.* Quae ergo historialiter in ipsis verbis intelligere possumus. V. vocem praeced. §. 3.

HISTŌRĬCĒ. Adverb. ab *historicus:* more historicorum; *historicamente. Plin. 2. ep. 5.* Descriptiones locorum non historice tantum, sed prope poëtice prosequi fas est.

HISTŌRĬCĒ, es. V. voc. seq. §. 2.

HISTŌRĬCOS, *Graeca positione*, e, on, et *Latina*.

HISTŌRĬCUS, a, um. Adiect. ab *historia;* ad historiam pertinens; *historico. Cic. Brut. 83.* Earum rerum historiam non tam historico, quam oratorio genere perscripsit. *Ovid. 3. Amor. 12. sub fin.* Exit in immensum fecunda licentia vatum, Obligat historica nec sua verba fide. — *Auson. Edyll. 12. praef.* Laboravi tamen, ut haberet aut historicon quippiam, aut dialecticon. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HISTORICE, *Graeca positione*, es, f. Est pars grammaticae, de qua sic *Quintil. 1. 9. init.* Et finitae quidem sunt partes duae, quas haec professio pollicetur, idest ratio loquendi, et enarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc historicen vocant. — **3)** Est etiam pars quaedam poëseos. *Diomed. 3. p. 480. Putsch.* Exegetici, vel enarrativi poëmatis species sunt tres, angeltice, historice, didascalice: historice est, qua narrationes et genealogiae componuntur. — **4)** Item

HISTORICUS, i, m. Est historiarum scriptor. *Cic. Top. 20.* Oratores, philosophi, poëtae, historici.

HISTŌRĬŌGRĂPHUS, i, m. Vox Graeca, *ἱστοριογράφος*; *h. e.* qui historias conscribit. *Capitolin. Gordian. 11. prope fin.* Ea debent in historia poni ab Historiographis, quae aut fugienda sint, aut sequenda. Adde *Theod. Priscian. 4. 2. ante med. Victorin.* in *Rhetor. Cic. 1. 19., Philastr. de haeres. 107., Ambros. ep. 45. n. 2., Fulgent. 1. Mythol. 26.*, *aliosque*.

HISTRĬCŌSUS. V. HYSTRICOSUS.

HISTRĬCŬLUS, i, m. Deminut. ab *hister;* parvus hister. *Gloss. Philox.* Histriculus; *λοφοειδές*. — **2)** Idem quod *hystriculus*. V. HYSTRICULUS.

HISTRĬCUS, a, um. Adiect. ab *hister;* ad histrum, hoc est, ad histrionem pertinens. *Plaut. prol. Poen. 4.* Audire vos iubet imperator histricus; *idest* praefectus histrionum, vel histrio imperans. Et *44.* Haec imperata quae sunt pro imperio histrico.

HISTRĬŌ, ōnis, m. Nomen ab *hister*, quae vox Tuscis significabat *ὀρχηστήν*; *h. e.* saltatorem, qui et ludio vocatur. A Tuscis enim rem et vocem Romani accepere, ut *Liv. 7. 2.* et *Val. Max. 2. 4. n. 4.* tradunt: neque audiendus videtur *Festus* apud *Paul. Diac. p. 101. Müll.*, qui *histriones* inde dictos putat, quod primum ex *Histria* venerint. — **b)** Derivata, *histrioculus, histricus, histrionalis, histrionia, histrionicus*.

HISTRIO proprie est ludio, qui personatus in scenis fabulas agit; *istrione, commediante. Cic. 3. Fin. 7.* Ut histrioni actio, saltatori motus, non quivis, sed certus quidam est datus. *Id. Parad. 5. 2.* Histrio si paulum se movit extra numerum, aut si versus pronunciatus est syllaba una brevior, aut longior, exsibilatur. *Id. 2. Orat. 46.* Cum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur, spondaulia illa dicentis, etc. Et *paulo post*. Quae si ille histrio, quotidie cum ageret, tamen recte agere sine dolore non poterat, etc. *Plin. 7. 54. 6.* M. Ofilius Hilarus, comoediarum histrio. *Id. 33. 46. 4.* Aesopus tragoediarum histrio. *Id. 37. 6. 4.* Nero sceptra, et personas histrionum, et cubilia amatoria unionibus construebat. *Front. 1. de orat.* (edente iterum *A. Mai*o) *p. 242.* Uti clipeo te Achillis in orationibus oportet, non parmulam ventilare, neque hastulis histrionis ludere. — **2)** Urbane *histrio* dicitur de vano homine, et falsa iactante gloriae causa; *cerretano. Cels. 5. 26. n. 1.* Ut haec prudenti viro conveniunt; sic rursus histrionis est parvam rem attollere, quo plus praestitisse videatur.

HISTRĬŌNĀLIS, le. Adiect. ab *histrio;* ad histriones pertinens; *comico. Tacit. 1. Ann. 16.* Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax lingua et miscere coetus histrionali studio doctus. *Anst. dial. de Orat. 29.* Histrionalis favor, et gladiatorum equorumque studia. Et *26.* Histrionales modos exprimere.

HISTRĬŌNĬĂ, ae, f. Nomen proprie adiectivum, ab *histrio*, absolute adhibitum de arte histrionis; *l'arte del commediante. Plaut. Amph. prol. 90.* Quasi vero novum Nunc proferatur, iovem facere histrioniam.

HISTRĬŌNĬCUS, a, um. Adiect. ab *histrio;* histrionalis; *comico. Ulp. Dig. 32. 1. 73.* Servi, quorum operas locabat vel pistorias, vel histrionicas. *Ambros. ep. 58. n. 5.* Quid utique tam deforme visibili spectaculo, quam histrionicos sinuare gestus et femineo usu mollire membra?

HISTRIX. V. HYSTRIX.

HITTĂ, ae, f. Est membrana mali granati, idem ac cicus. *Gloss. Philox.* Hitta; *ὑμὴν ῥοιᾶς*. — **2)** Idem, quod hetta. V. HETTA.

HITTĬO, is, īre. Verbum intransitiv. a sono factum; est enim proprium canum vestigia indagantium cum aliqua vocis nictatione, ut ait *Scalig.* ad *Fest.* in v. *Hetta*. V. NICTO, is. *Gloss. Philox.* Hittio; *ἰχνεύω*. Cf. voc. seq.

HITTUS, us, m. Verbale ab *hittio;* vox canis vestigia indagantis. *Gloss. Philox.* Hittus; *φωνὴ κυνός*.

HĬULCĀTUS, a, um. Particip. verbi *hiulco;* hiulcus, apertus. *Fortunat. 6. carm. 12. 6.* Et per hiulcatos fervor anhelat agros.

HĬULCĒ. Adverb. ab *hiulcus;* aperte. *Cic. 3. Orat. 12.* Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non aspere, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, et aequabiliter, et leniter; *h. e.* frequenti et insubido vocalium concursu. V. HIATUS §. 4.

HĬULCO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *hiulcus;* hiulcum facio, aperio, findo; *aprire, fendere. Catull. 67. 62.* Cum gravis exustos aestus hiulcat agros. V. HIULCATUS.

HĬULCUS, a, um. Adiect. verbale ab *hio;* hians, apertus, fissus, fatiscens; *aperto, spaccato, fesso. Virg. 2. G. 353.* ubi hiulca siti findit Canis aestifer arva. *Stat. 4. Theb. 708.* Et patris undosi sonitus exspectat hiulca Aegyptus. *Id. 9. ibid. 450.* hiulcae venae fluminis. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 250.* hiulci nimbi; *h. e.* nubes dehiscentes. *Id. praef. ad III. cons. Honor. 4.* Ovaque materna rupit hiulca tepor. *Solin. 38. sub fin.* Mons Taurus, ubi dehiscit hiulcis iugis, facit portas Armenias, Caspias, etc. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 482.* mucrone hiulco scindere latus viri; *h. e.* unguibus ferreis. Sic *5. ibid. 113.* hiulcis ictibus nudare costarum abdita. *Stat. 1. Theb. 26.* hiulcum fulmen; *h. e.* omnia findens, et hiare faciens. — **2)** *Hiulca oratio* dicitur, in qua nimius est vocalium concursus. V. HIO §. 6. et 7. et HIATUS §. 4. *Cic. 3. Orat. 45.* Struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et laevis. *Id. Orat. 44.* Ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat, aut asperas. *Claud. Sacerd. 1. Art. gramm. 116.* Hiulca oratio est, si finiatur in vocalem oratio et excipiatur a vocali, quae facit hiare dictionem. — **3)** Translate est cupidus, avarus, quasi hianti ore praedam captans. *Plaut. Trin. 2. 2. 6.* Novi ego hoc saeculum, moribus quibus sit . . . sacrum profanum, publicum privatum habent Hiulca gens.

HO

HO. Interiect. eadem ac oh, admirantis; oh! *Ter. Phorm. 2. 1. 56.* Ho! bone custos, salve. *Id. ibid. 5. 7. 52.* Ho! tune is eras? *Alii leg.* oh. V. OH. et Cf. loc. *Apul.* in v. INTERASPIRO.

Digitized by Google

HOC. V. hic §. 25. et seqq.

HOCCĔDĬĒ. V. hodie §. a.

HOCTŌBER. V. october.

HŎDĪDŎCOS. V. hodoedocos.

HŌDĬĒ. Adverb. seu potius nomen, adverbiorum more positum, ab *ho* simplici forma, et *die* factum; nam in *hoc* extrinsecus *c* accessisse, iam notum est. Quare quae tradunt *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. p. 2312. Putsch.* « *Hodie* ex *hoc die* compositum, servavit articuli aspirationem. » Et *Mar. Victorin. 1. p. 2457. ibid.* « *Hactenus* autem et *hodie*, non ut Antiqui *haccetenus*, *hoccedie*, » (Cf. hic §. b.) ea e doctrina Grammaticorum fluxisse putat *Hand*, *Tursell. T. 3. p. 96.*, qui vocis originem ita obscurasse videntur, ut eam inter adverbia ponerent, et quidem ex se nata, ut ait *Donat. p. 1738. Putsch.* — **b)** *Odieque* pro *hodieque*, sine aspiratione, in *Cod.* se legisse ad *Gargil. de Persio. 10.* testatur *Mai.* — **c)** Geterum *hodie* et *hoc die* inter se a Librariis saepe confusa aut permutata fuisse, tradit idem *Hand*, *loc. cit. p. 97.*, ut apud *Cic. 15. Att. 2.* et *alibi.* — **d)** Derivatum, *hodiernus.* — **e)** Compositum, *hodieque.*

HODIE proprie est hoc ipso die; *oggi. Cic. 14. Phil. 3.* Scitis enim per hos dies, celeberrimum fuisse sermonem, me pridie Vinalia, qui dies hodie est, cum fascibus descensurum. *Id. 2. Verr. 10.* Nonae sunt hodie sextiles. *Ter. Andr. 2. 1. 22.* Si id facis, hodie postremum me vides. *Id. Eun. 1. 2. 125.* Is hodie venturus ad me constituit domum. *Ovid. 1. Rem. am. 94.* Qui non est hodie, cras minus aptus erit. *Cic. 13. Att. 9.* Trebatium nobiscum habemus: hodie mane Dolabellam. — **2)** Significat etiam hac nocte. *Ovid. 2. Fast. 75.* Illa nocte aliquis tollens ad sidera vultus, Dicet, ubi est hodie, quae Lyra fulsit heri? — **3)** Copulatur cum *die* in illo *Ter. Adelph. 4. 1. 11.* Quam ego hodie toto non vidi die. — **4)** Aliquando coniunctam habet iracundiam quandam in illo *Ter. Andr. 5. 2. 25.* Age nunc iam: ego pol hodie, si vivo, tibi ostendam, quid herum sit pericli fallere. Ita et *Plaut. Cure. 5. 3. 13.* Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes. *Cf. Hand, Tursell. T. 3. p. 100.* — **5)** Item latiore significatione, nunc, hoc tempore; *oggidì*, *oggigiorno. Cic. Cael. 2.* Dignitatem semper in M. Coelio habitam esse summam, hodieque haberi. *Id. 4. Acad. 1. a med.* Hodie stat Asia Luculli institutis servandis. *Nep. Annib. 3.* Is hodie saltus Graius appellatur. *Cic. Sext. 27.* Qui de imperio pene certavit, regnat hodie. *Id. Rosc. Am. 8.* Tria praedia vel nobilissima Capitoni propria traduntur, quae hodie possidet. — **6)** *Hodie*, usque ad hanc diem. *Plaut. Pers. 4. 3. 2.* Ita ancilla mea, quae fuit hodie, sua nunc est. *Cic. 12. Orat. 58.* Vidi enim ego . . . Athenis Charmidam, in Asia quem vivere hodie aiunt. *Id. 2. Rep. 9.* Id quod retinemus hodie. *Plane.* apud *Cic. 10. Fam. 24.* Quod vivit Antonius hodie. — **7)** *Hodie numquam* est ab hoc die. *Naev. apud Macrob. 6. Sat. 1.* Numquam hodie effugies, quin mea manu moriare. *Ter. Adelph. 4. 2. 31.* Scio ubi sit: verum hodie numquam monstrabo. *Id. ibid. 2. 1. 5.* Quamquam est scelestus; non committet hodie unquam, iterum ut vapulet. *Id. Phorm. 5. 5. 22.* Nunquam ne hodie concedes mihi? *Virg. 3. Aen. 670.* Numquam omnes hodie moriemur inulti. — *Donat.* hanc formulam aliter explicat ad priorem *Terentii loc. cit.*, sed parum apte de *Hand, loc. cit. p. 99.* sententia. — **8)** *Hodie quoque* est hodieque. *Cic. Rosc. Am. 25.* Eius porro civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse, eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, conscripserit. *Liv. 3. 27.* Quod hodie quoque in Graecia manet. Adde *1. 26.*, coll. *Suet. Galb. 1.* et *Vesp. 2.*, de quibus loc. V. *Burmann.* in *Addend.* ad *Suet. Claud. 19.* — **9)** Apud *Vulg. Interpr.* quaedam sunt etiam dicendi genera notatu digna, ut *Ps. 2. 7.* Filius meus es tu; ego hodie genui te. *Luc. 13. 32.* Ecce ejicio daemonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia die consummor. *Hebr. 4. 7.* Hodie, in David dicendo, post tantum temporis, sicut supra dictum est: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. *Ibid. 13. 8.* Iesus Christus heri et hodie; ipse et in saecula. V. *Interpr.* ad *hh. ll.*

Nota. Alia, si quis desiderat, de hac particula dabit *Hand*, *Tursell. T. 3. p. 96-100.*, qui insuper *p. 102.* voc. *hodiedum* et *hodienum* improbat.

HŎDĬĒQUĔ. Adverb. post Augusti tempora tantum in usu, ab *hodie* et *que;* hodie quoque (non autem et *hodie*, ut quidam volunt), etiam nunc; *anche al presente*, *anche oggigiorno. Claudius Imp.* in *Tab. aenea* apud *Grut. 502. a med.* Et hodieque in rebus meis detineo. *Plin. 8. 70. 1.* Praegrandes itaque fuere: et hodieque reliquiae stirpium durant. *Id. 30. 1. 2.* Magice in tantum fastigii adolevit, ut hodieque etiam in magna parte gentium praevaleat. Addunt *Quintil. 10. 1. post med.* et *17. Declam. 19.*, *Tacit. Germ. 3.*, *Vellei. 1. 4.* item *Cic. 7. Verr. 25. ad fin.*, *Liv. 1. 17.* et *26. sub fin.* et *3. 4. extr.* et *51. 7.* et *42. 34.* et *Vitruv. 10. 7.*, sed in his vel dubia lectio est, vel *hodieque* pro *et hodie*, non pro *hodie quoque* positum est. — Cf. ad rem *Hand*, *Tursell. T. 3. p. 100-102.*

HŎDĪERNUS, a, um. Adiect. ab *hodie;* huius diei; *odierno. Cic. 4. Phil. 3.* Quod ex hodierno eius edicto perspicere potestis. *Id. 3. Orat. 21. ad fin.* Disputatio hesterni et hodierni diei. *Id. Marcell. 2.* Hodierno die; *oggi. Id. 3. Catil. 8. extr.* Ante hodiernum diem. Et *9.* Hodierno die mane. *Id. Brut. 10.* Multo diutius Athenae iam erant, quam est Roma ad hodiernum diem; *h. e.* ad praesens tempus. — **2)** Poëtice pro hodie. *Tibull. 1. 8. 55.* Sic venias hodierne. — **3)** Absolute in *hodiernum* est usque ad hunc diem. *Plin. 35. 7. 2.* Servatumque in hodiernum est, nequis etc. *sino al presente.* Et *Minuc. Fel. Octav. 22. sub fin.* Ut in hodiernum inopinato visos, caelo missos nominamus; *al presente.* Adde *Dict. Cret. 3. 25.*

HŎDOEDŎCOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, ὁδοίδοκος, ab ὁδός; via, et δοκάω; exspecto. Est latro et obsessor viarum, ut exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 103. Mull.*, *ubi alii leg.* Hodidocos.

HŎDOEPŎRĬCON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ὁδοιπορικόν, ab ὁδοιπόρος; viator, significat itinerarium; *viaggio. Hieronym. ep. 108. n. 8.* Hodoeporicon alicuius scribere. V. itinerarium.

HOE. Interiect. eadem ac ohe, quam agnoscit *Palaemon* apud *Charis. 2. p. 215. Putsch.*, itemque *Priscian. 13. p. 1013. ibid.*, ubi et *Horatii* locum affert: *heu hoe*, *Bacche*, *precor*, de quo loco V. quae adnotat *Keil* in not. crit. ad *Priscian. loc. cit.* — De ratione scribendi Cf. loc. *Apul.* sub v. interaspiro.

HOEDUS et derivata. V. haedus.

HOI et Oi. Interiect., quae olim afferebatur ex *Ter. Phorm. 4. 3. 85.* et *Eun. 4. 4. 47.*, quibus locis alii aliter legunt. V. hoiei, et Cf. oi.

HOICE et HOIUS. } V. hic §. b.

HOLCĔ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ὁλκή; *h. e.* inclinatio, pondus: et ponitur pro certo rerum pondere, de quo *Fann. de ponderib. 19.* Holceque a drachma non re, sed nomine differt.

HŎLCUS, i, m. Vox Graeca, ὁλκός, qua significatur herba quaedam in saxis nascens, aristas habens in cacumine tenui culmo, quale hordeum restibile. Dicta est ab ὁλκω; traho, quia circa caput alligata, vel circa lacertum, educit e corpore aristas: quapropter quidam aristidam vocant. *Plin. 27. 65. 1.*

HOLITOR. V. olitor.

HŎLŎBERUS. V. holoverus.

HŎLŎCARPŌMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ὁλοκάρπωμα, idem quod holocaustum. *Augustin. 3. Quaest. in Heptat. 10.* ex *Vulg. Interpr. Ital. Levit. 6. 11.* Et abiiciet holocarpoma extra castra in locum mundum.

HŎLŎCARPŌSIS, is, f. Vox Graeca, ὁλοκάρπωσις, idem ac holocaustum. *Vulg. Interpr. Ital. Levit. 9. 2.* apud *Augustin. 3. Quaest. in Heptat. 26.* Accipite . . . agnum anniculum in holocarposim sine macula.

HŎLŎCAUSTŌMĂ. V. holocautoma.

HŎLŎCAUSTŌSIS, is, f. Vox Graeca, ὁλοκάυτωσις (quare rectius *holocautosis* scribendum esset, ut *holocautoma*, quod v.), idem ac holocaustum. *Vulg. Interpr. Ital. Levit. 6. 9.* apud *Augustin. 3. Quaest. in Heptat. 10.* Ista holocaustosis super incensionem eius super altare, etc. Adde *ibid. 9.*

HŎLŎCAUSTUM, i, n. Vox Graeca, ὁλόκαυστον, qua significatur sacrificii genus, quo tota comburebatur victima, non sola exta: ab ὅλος; totus, et καύω; uro; *olocausto. Prudent. Apotheos. 537.* At tua congestae tumulant holocausta ruinae. Et *Psychom. 784.* Holocaustis mactatis litare Deo. Adde *Vulg. Interpr. Gen. 8. 10.* et *alibi passim.*

HŎLŎCAUTŌMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ὁλοκάυτωμα (perperam autem ὁλοκάνστωμα, unde tamen Latine etiam *holocaustoma* scriptum reperitur), idem ac holocaustum. *Vulg. Interpr. Ierem. 6. 20.* Holocautomata vestra non sunt accepta. Adde *Marc. 12. 33.* et *alibi.* — *Holocaustoma* habes apud *Tertull. advers. Iud. 5.* et *5. advers. Marcion. 5. ad fin.* — Sed et *holocaustoma* legitur apud *Eundem, de Orat. 28.* ex *Vulg. Interpr. Ital. Isai. 1. 11.* Plenus sum haulocaustomatum arietum.

HŎLŎCAUTŌSIS. V. holocaustosis.

HŎLŎCHRŸSUS, a, um. Adiect. Graecum, ὁλόχρυσος, ab ὅλος; totus, et χρυσός; aurum; qui totus ex auro est. *Not. Tir. p. 163.* Musivum holochrysum; *h. e.* pavimentum ex auratis tessellis structum. — **2)** Absolute, substantivorum more,

I. *Holocrysus*, i, m. Est nomen floris a colore, quasi totus aureus, *Plin. 21. 24. 1.* et *ibid. 85. 1.*, ubi medicinae ex eo. — **3)** Item absolute

II. *Holocrysus* dicitur serpens quidam e genere basiliscorum, qui et *Chrysos* absolute appellatur. *Apul. Herb. 130.*

HŎLŎCŸRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ὁλόκυρον, qua significatur herba eadem ac chamaepitys. *Apul. Herb. 26.*, *ubi alii leg.* holocyrton.

HŎLŎGYRTON. V. voc. praeced.

HOLOGRAFUS. V. holographus.

HŎLŎGRAMMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ab ὅλος; totus et γράμμα; littera, qua significatur quod totum plene est scriptum, non per notas sive per compendium. Legitur apud *Apul. Not. aspirat. 35.* Holocaustum, holocarpoma, hologramma.

Digitized by Google

HŎLŎGRĂPHUS (et Holografus), a, um. Adiect. Graecum, ὁλόγραφος; totus scriptus: ab ὅλος; totus, et γράφω; scribo. *Holographa epistola*, apud *Hieronym. 5. advers. Rufin. 5.* et *Holographa membrana*, apud *Sidon. 9. ep. 11. circa med.* est, quae tota auctoris manu scripta est, quae et *autographa* dicitur. *Isid. 5. Orig. 24.* Holographum testamentum est manu auctoris totum conscriptum, atque subscriptum. Adde *Hilar. Op. Hist. fragm. 2. n. 20.* et *Novell. Valentinian. III. 20. 2.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

HOLOGRAPHUS, i, m. Est qui plene et non per compendia scribit: *h. e.* ὁλογραφάτος, ut Graeci dicunt. *Inscr.* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. n. 1055.* Hic requiescit in pace Iohannis *(sic)* VH. *(h. e.* Vir Honestus) olografus *(sic Latina consuetudine pro* holographus, *omissa aspiratione)* propinc *(sic)* Isidori. V. quae *ibid.* adnotat cl. Vir, coll. *Cavedoni, Opusc. Modon. Ser. II. T. 1. p. 25.*

* HŎLOLAMPUS, a, um. Adiect. Graecum, ὁλολάμπης; totus lucidus. — Invectum est ab *Apuleio*, etymi nominis Olympi explicandi gratia, in *Not. aspirat. 55.* Holympus quasi hololampus, id est totus flammeus.

HŎLŎLĪTHUS, a, um. Adiect. Graecum, ὁλόλιθος; qui est totus lapideus. *Not. Tir. p. 163.* Monolithus, hololithus. *Ibi mendose* mololitum, hololitum *scribitur*.

HŎLŎŌRUS. V. OLOR.

HŎLŎPHANTĂ. V. HALOPHANTA.

HŎLŎPORPHŸRUS, a, um. Adiect. Graecum, ὁλοπόρφυρος; totus purpureus: ab ὅλος; totus, et πορφύρα; purpura. *Isid. 19. Orig. 22.* Vestis holoporphyra est tota ex purpura. V. HOLOVERUS.

HOLOR. V. OLOR.

* HŎLOS, *Graeca positiones*, on. Adiect. Graecum, ὅλος; totus; quod vocum quarumdam ex eo compositarum explicandarum gratia Latinis litteris affertur ab *Apul. Not. aspirat. 55.* O ante L aspiratur in *holon* Graece et venientibus ab eo . . . *holos* enim totus. Sic et *Primas.* in *ep. ad Hebraeos*, *10. Holocaustum* dicebatur sacrificium, quod totum cremabatur in altari, quasi totum incensum; nam ὅλος; *holon*, dicitur totum, καυστόν; *caustum*, vero incensum: sicut *Holovitreum*; totum vitreum. Cf. voce. praecedd. et seqq.

HŎLŌSCHOENOS, *Graeca positiones*, i, m. Vox Graeca, ὁλόσχοινος, qua significatur iunci quoddam genus crassum et carnosum. *Plin. 21. 69. 2.* et *ibid. 71. 1.*

HŎLŌSĒRĬCŌPRĀTĂ, ae, m. Est qui holoserica vendit: ab ὁλοσηρικός; holosericus, et πράτης; venditor. — Omissa aspiratione et vulgari etiam pronunciatione usurpatur in *Inscript.* apud *Marini, Papir. diplom. p. 252.* Pauli olosiricoprate; *h. e.* holosericopratae. Et *p. 113.* Georgius olosiricoprata.

HŎLŌSĒRĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, ὁλοσηρικός; qui totus est ex serico, nulla alia admixta materia: ab ὅλος; totus; *tutto di seta. Varr.* apud *Non. 14. 6.* Mulieres cum stola holoserica. — Usus vestis holosericae apud Veteres rarissimus fuit, et summa eius caritas. *Vopisc. Aurelian. 45.* Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendum permisit. — Primus Romanorum holoserica veste Elagabalus usus est, teste *Lamprid. Elagab. 20.*, cum iam subserica in usu essent. — Tacitus imperator holosericae vestis usum viris omnibus interdixit. *Vopisc. Tacit. 10.* — *Aurelian. Reg. ad Monach. 27.* Pallae holosericae ad altaria de auro aut de gemmis ornatae a vobis numquam comparentur. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HOLOSERICA, orum, n. *(subaudi* vestimenta). Sunt vestes holosericae. *Maxim. Taurin. Homil. 1.* Nam quale erit, si in una eademque domo inter servulos unius Domini alter exsultet in holosericis, alter consumatur in pannis?

HŎLŌSĬDĒRUS, a, um. Adiect. Graecum, ὁλοσίδηρος; totus ferreus, ab ὅλος; totus, et σίδηρος; ferrum: ut Holosidera spatula, *Theod. Prisc. 1. 28.*

HŎLŌSPHŸRĀTOS, *Graeca positiones*, on. Adiect. Graecum, ὁλοσφύρατος Dorice pro ὁλοσφύρητος verbale ab inusit. ὁλοσφυράομαι; totus malleo ducor: ab ὅλος; totus, et σφῦρα; malleus. *Plin. 33. 24. 1.* Aurea statua prima omnium nulla inanitate, et antequam ex aere aliqua illo modo fieret, quam vocant holosphyraton, in templo Anaitidis posita dicitur; *h. e.* solidam, malleo ductam, non conflatam.

HŎLOSTĔON, *Graeca positiones*, ei, n. Vox Graeca, ὁλόστεον, qua significatur quaedam herbae species: ab ὅλος; totum, et ὀστοῦν; os, ossis, per antiphrasin, cum careat omni duritie. Est autem tenuis nasque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen, foliis angustis, adstringens gusto: nasciturque in collibus terrenis. *Plin. 27. 68. 1.* — Recentioribus est *Plantago albicans*, *Linn.*

HŎLŎTHŪRĬĂ, ōrum, n. Vox Graeca, ὁλοθούριον, qua significatur genus tuberis spongiosi et marini. Holothuria, plurali numero, enumerantur inter marinos pisces, qui non moventur, similes ob id spongiis. *Plin. 9. 71. 1.* — Recentioribus sunt *Holothuria Priapus*, *Linn.*

HŎLŎVĔRUS, a, um. Adiect. hybridum; ab ὅλος; totus, et *verus*, ut *Holovera vestimenta* Graece ὁλόβυρα dicta, quod tota ex vero purpurae colore tincta essent. Ita *Salmas.* ad *Trebell. Claud. 17.*, exponit locum *Imp. Theodos. Cod. 11. 8. 4.*: alii minus recte intelligunt, *holoserica*; nam haec habet *Trebell. loc. cit.* Misi chlamydes veri luminis limbatas tuas. — Porro legitur etiam in *Cod.* altero *Theod. 10. 21. 5.* Reddenda aerario holovera vestimenta. *Alii leg.* holobera. Cf. *Interpr.* ad *h. l.*

HŎLŎVITRĔUS, a, um. Adiect. hybridum; ab ὅλος totus, et *vitreus*; qui totus est vitreus. Habet *Primas.* in *ep. ad Hebr. 10.* V. loc. in HOLOS et adde *Gloss. Isid.* et *Gloss. Arab. Lat.*, ubi *olovitreum* sine aspiratione legitur.

HŎLUS. V. OLUS.

HŎMĒLĬUM. V. voc. seq.

HŎMELTĬUM, ii, n. Vox obscurissima, qua pilei genus significatur, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 105. Mull.*, *ubi alii leg.* Homelium. — Videtur esse ab ὁμηλύς; simul veniens, comes viae: nempe ex ὁμοῦ; simul, et ἕλυσις; itio.

HŎMĒRISTĂ, ae, m. Nomen ab *Homerus*, Graecorum more (quibus est Ὁμηριστής) effictum, quo significatur qui Homeri carmina recitat, cuiusmodi in solemni convivio inducit *Petron. fragm. Tragur. 59. Burm.* Adde *Diomed. 3. p. 481. Putsch.* V. HOMERUS in ONOM.

HŎMĒRŌCENTO, ōnis, m. Nomen ab *Homerus* et *cento*, quo significatur carmen ex Homeri hinc inde decerptis versibus, et ad alia significanda traductis compositum. V. CENTO §. 8. et SUTOR. *Hieronym. ep. 53. n. 7.* Quasi non legerimus Homerocentonas, et Virgiliocentonas. Adde locum *Tertull.*, quem vide in CENTONARIUS §. 1. et V. HOMERUS in ONOM.

HŎMĒRŌMASTIX, ĭgis, m. Vox Graeca, Ὁμηρομάστιξ; Homeri flagellum, cognomen Zoili cuiusdam, qui Homerum libris adversus eum editis ausus est inscitiae arguere. *Vitruv. praef. l. 7. ante med.* Zoilus, qui adoptavit cognomen, ut Homeromastix vocitaretur. V. ZOILUS in ONOM. — **2)** Per synecdochen dicitur de omnibus detractoribus, qui insatiabili reprehendendi libidine optima quaeque lacerant. *Plin. prooem. operis n. 22.* Ut obiter caveam istos Homeromastigas. V. HOMERUS in ONOM.

HŎMĒRŌNĬDES, ae, m. Nomen patronym. ab *Homerus*, quasi Homeri imitator, confictum a *Plaut. True. 2. 6. 4.* V. HOMERUS in ONOM.

* HOMPĂGĬUM, non Monofagium. Ita *Auct. Append.* ad *Prob. p. 444. Endl.* — Homfagium fortasse est ὀμφάκιον Graecorum; id est sucus uvae acerbae necdum maturae; obstat tamen aspiratio, qua caret vocabulum Graecum, et quae facilius omittitur a Latinis, potius quam apponatur, ubi non adsit apud Graecos. V. OMPHACIUM.

HŎMĬCĪDĂ, ae, m. et f. Nomen ab *homo* et *caedo* per syncopen effictum, quasi *hominicida*. Est qui hominem necat; *omicida*, *micidiale*. *Cic. 2. Phil. 13.* Fateor, eos plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse. *Iuvenal. 2. 26.* Si fur displicest Verri, homicida Miloni. — De femina. *Senec. 1. Controv. 2.* Quid si tantum homicida? quid si tantum rea fuisses? — **2)** Interdum cum laude dicitur de viro forti, qui in bello multos occiderit. *Horat. Epod. 17. 12.* Luxere matres Iliae addictum feris, Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem.

HŎMĬCĪDĀRĬUS. V. HOMICIDIARIUS.

HŎMĬCĪDĬĀLIS, le. Adiect. ab *homicidium*; ad homicidium pertinens; *micidiale*. *Interpr. Irenaei*, *1. Haeres. 6. 5.* Homicidiale spectaculum. *Id. 5. ibid. 16. 3.* Sententia homicidialis.

HŎMĬCĪDĬĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *homicidium*; ad homicidium pertinens; *micidiale*. Homicidiarius sanguis, apud *Auct. Pansg. ad Constantin. 4.*, *ubi alii leg.* homicidarius.

HŎMĬCĪDĬUM, ii, n. Nomen ab *homo* et *caedo*; hominis occisio; *omicidio*. *Cic. 2. Phil. 13.* extr. Homicidii rei sunt, an vindices libertatis? *Al. leg.* homicidae sunt. *Petron. Satyr. 137.* Homicidium facere. *Plin. 18. 3. 4.* Convictus in homicidio. Adde *Tacit. Germ. 21.* et *Quintil. 3. 10. 1.*

HŎMĪLĒTĬCUS (et Homiliticus), a, um. Adiect. ab *homilia*; ad homiliam pertinens. *Rufin. Prolog. in libros περὶ ἀρχῶν Orig.* Qui *(Hieronymus)* cum ultra septuaginta libellos Originis, quos homileticos appellavit, . . . transtulisset in Latinum. Adde *Hieronym. 1.* in *Rufin. 3.*, ubi *homilitticus* scribitur ex vulgari pronunciatione pro *homileticus*.

HŎMĪLĬĂ, ae, f. Vox Graeca, ὁμιλία; concio. *Isid. 6. Orig. 8.* Homiliae sunt, quas Latini verba appellant, quae proferuntur in populis. Adde *Interpr. epist. Ignatii ad Polycarp. 5.*

HŎMĪLĪTĬCUS. V. HOMILETICUS.

HŎMĬNĬCŎLĂ, ae, m. et f. Nomen ab *homo* et *colo*; qui hominem colit. *Facund. defens. trium Capitulor. 9. 3. a med.* Adversus eosdem Apollinaristas, qui nos videri volunt hominicolas, sic respondit. Si ergo hominem dicentes Christum hominicolae vocari iuste eis videmur, etc.

HOMO, ĭnis, m. Nomen ab *humus*, ut Sacrae Litterae docent, con-

firmatque traditio, quae in mythis antiquis quamquam detorpata, servatur apud *Hygin. fab. 142.* et *Lactant. Placid. Argum., l. 1. Met. Ovid. fab. 2.*, quod etymon, etsi non placet *Quintil. 1. 6. 34.*, comprobat, multis adductis rationibus, *Spalding.* ad *Quintil. loc. cit.* Cf. loc. *Cic. 1. Leg. 7.* — **b)** Olim declinabant *homo, homōnis* et *hemo, hemōnis*, teste *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 100. Müll.* « Hemona, humana, et hemonem hominem dicebant *(Veteres)*. » Cf. NEMO. *Enn.* apud *Priscian. 6. p. 685. Putsch.* Vulturis in silvis miserum mandebat homonem. Adde *Serv.* ad *6. Aen. 595.* et *Naev. fragm. 1. de Bell. Punic. 1.*, in quibus tamen variat lectio inter *hemones* et *homones*. — *Hominus* pro *hominis* legitur in *fragm. leg. agr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 200. lin. 60.* et *65.* — **c)** Derivata, *homullulus, homullus, homuncio, homuncionitas, homunculus, humanus*, quod V. pro suis. — **d)** Composita, *cohomicida, homicida, homicidialis, homicidiarius, homicidium, hominicola, homo-deus, prohomo, semihomo*. Cf. SEMO.

HOMO, animal rationale, intellectu ac libera voluntate praeditum; *homo. Cic. 1. Leg. 7.* Animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem vocamus hominem, praeclara quadam conditione generatum esse a summo Deo . . . Quid est autem, non dicam in homine, sed in omni coelo atque terra ratione divinius? *Ter. Phorm. 5. 8. 52.* Homo adolescens. *Id. Adelph. 4. 2. 25.* senex. *Id. ibid. 3. 4. 76.* amicus. *Id. Phorm. 2. 3. 18.* iam grandior. *Id. ibid. 2. 1. 62.* servus. *Varr.* apud *Non. 4. 48.* homo masculus. *Plaut. Poen. 5. 5. 32.* mares homines. — *Plaut. Cure. 5. 3. 16.* Pro Deûm atque hominum fidem! — *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1865. p. 151.* P. Cornelio Nataliano homini bono. — De homine multa *Plin. procem.* et *c. 1. l. 7.* — **2)** De femina. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5. a med.* Quae si hoc tempore non diem suum obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. *Cic. Cluent. 70.* Mater cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem; ea vis, ut nemo feminam; ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit. *Ovid. 5. Fast. 620.* Quae bos ex homine est, ex bove facta Dea. *Plin. 28. 53. 1.* Dulcissimum ad hominis camelinum lac. *Iuvenal. 6. 282.* clames licet, et mare caelo Confundas, homo sum: *uxor loquitur*. — Monet *Charis. 1. p. 79. Putsch.*, tametsi de femina dicatur, masculinis semper iungi: neque *malam hominem* dici, sed *malum*. — **3)** *Quot homines, tot sententiae*, proverb. apud *Ter. Phorm. 2. 4. 14. quante teste, tante opinioni.* — **4)** *Ut homo est, ita morem gerat*, aliud apud *Eund. Adelph. 5. 4. 67.; lega l'asino dove vuole il padrone*. — **5)** Homo homini Deus, si suum officium sciat, γνώμη est *Caecilii* comici apud *Symmach. 10. 104. al. 114.* — **6)** Huc spectat et illud *Lupus est homo homini* apud *Plaut. Asin. 2. 4. 88.*, quo e contrario monemur, ut ab homine, perinde atque a lupo, caveamus. — **7)** Item illud *Ter. Heaut. 1. 1. 25.* Homo sum, humani nihil a me alienum puto. Cf. infra §. 15. — **8)** Deinde

II. *Homo* adhibetur saepe in bonam partem, sive in laudem, ut *vir*. *Cic. 4. Acad. 24.* Illustres homines. *Id. 1. Fin. 5.* L. Torquatus, homo omni doctrina eruditus. *Id. 5. Fam. 7. a med.* Homo summa prudentia, multa etiam doctrina. *Plaut. Bacch. 5. 1. 25.* et *Cic. Deiot. 12.* Homo optimus. *Nep. Pausan. 1.* Pausanias Lacedaemonius, magnus homo fuit. — Etiam absolute. *Cic. 13. Att. 32.* Quid multa? homines visi sumus; *ho fatto comparsa d'uomo di garbo. Iuvenal. 2. 167.* Hic fiunt homines. *Cic. 4. Att. 15.* Si vis homo esse, recipe te ad nos ad quod tempus confirmasti. Et *2. ibid. 2.* Si homo esset, cum potius legeret; *h. e.* si saperet. *Ter. Adelph. 5. 8. 11.* Si tu sis homo, hic faciat; *h. e.* si constans sis in petendo. *Plaut. Epid. 5. 4. 57.* Homo es, qui me emunxisti, etc. *sei valente*. *Cic. 2. Orat. 10.* Nox te expolivit, et hominem reddidit; *ti ha fatto un uomo*. — **9)** Interdum *homo*, et *vir* coniunguntur. *Id. 5. Fam. 17.* Ut te hortarer, rogaremque, ut et hominem, et virum esse meminisses; idest ut et communem incertumque casum sapienter ferres, et dolori fortiter, ac fortunae resisteres. *Homo* refertur ad conditionem mortalis vitae, qua casibus et calamitatibus obnoxii sumus: *vir* ad fortitudinem et constantiam in perferendis adversis. *Id. 7. ibid. 5. a med.* Probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem: *hominem* ad bonitatem naturae, *virum* ad virtutem retulit. — **10)** Praeterea

III. *Homo* sumitur et in malam partem, sive in vituperationem. *Cic. 5. Offic. 6. a med.* Ut ab homine inerti atque inutili ad sapientem, bonum, fortemque virum transferantur res ad vivendum necessariae. *Id. 2. Agr. 34. ad fin.* Homo contemptus et abiectus. *Id. Amic. 25.* Leves homines atque fallaces. *Id. 1. Tusc. 8.* Homo insulsus. *Ter. Adelph. 2. 2. 10.* Hominum homo stultissime. — **11)** Illa quoque ad contemptum pertinent *Plauti Amph. 2. 1. 26.* Quid hoc hominis sit? *Ter. Eun. 5. 1. 17.* Quid illuc hominis est? Ubi *Donat.* Per genitivum casum iniuriose dicitur. Sic *Cic. 5. Verr. 16.* Quid hoc homine faciatis? *di costui?* — **12)** Et illa contumeliam habent, *Ter. Eun. 4. 4. 29.* Monstrum hominis, non dicturus? *Cic. 12. Fam. 1.* Odium illud hominis impuri. — **13)** Aliquando ita usurpatur, ut mulieri opponatur. *Plaut. Cist. 4. 2. 57.* Mi homo, et mea mulier, vos saluto. Adde *Lactant. 2. 12.* et *Paul. Dig. 48. 19. 38.* — **14)** Refertur et ad humanitatem et mores. *Ter. Adelph. 1. 2. 27.* Tu illum tuum, si esses homo, sineres nunc facere, dum per aetatem licet. *Cic. 5. Fin. 12.* Fugere plane se ipse, et hominem ex homine exuens; naturam edisse videatur. — **15)** Item ad imbecillitatem, et peccandi facilitatem. *Quintil. 10. 1. 24.* Demosthenes, Homerus summi sunt, homines tamen; *h. e.* labuntur aliquando, et oneri cedunt, et indulgent ingeniorum suorum voluptati, ut *Id. ibid.* ait. Adde *Iuvenal. 6. 282.* et *Petron. Satyr. 130.* — **16)** Aliquando de servo dicitur. *Cic. Quint. 19.* Hominem P. Quintii deprehendis in publico: conaris abducere: non patitur Alphenus. Adde *Plaut. Men. 5. 5. 49., Caton. RR. 57., Catull. 10. 16.* etc. — Huc spectat *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1855. p. 51.* HH. Heliodori; *h. e.* Homines, nempe servi Heliodori, ut ibi exponitur. — Huc spectat titulus: *De conductoribus et hominibus domus Augustae* in *Cod. Theod. 10. 26.* — **17)** Adhibetur etiam appellando, et parce increpando. *Ter. Heaut. 5. 5. 1.* Profecto nisi caves tu homo, aliquid gnato confícies mali. *Id. Adelph. 1. 2. 31.* Tu homo adigis me ad insaniam. — **18)** Aliquando de libero et ingenuo, quia servi quidam infra homines habebantur. *Suet. Ner. 31.* Auream domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut se diceret quasi hominem tandem habitare coepisse. *Petron. fragm. Tragur. 59. Burm.* Patrono meo ossa bene quiescant, qui me hominem inter homines voluit esse. — **19)** Specialim

IV. *Homo* in re militari sumitur pro pedite. *Caes. 2. B. C. 39.* Capti homines equitesque producebantur. *Liv. 9. 19.* Cum triginta millibus hominum, et quatuor millibus equitum. Hinc *Caes. 2. B. C. 41. milites*, et *Liv. 21. 27. viros* opponit *equitibus*. — **20)** *Esse paucorum hominum* dicitur is, qui paucorum familiaritate utitur, qui paucis se dat, sapientibus nempe, et bonis, qui utique pauci sunt: vel qui paucis placet, hoc est optimis. *Ter. Eun. 5. 1. 18. Gn.* Regem elegantem narras. *Thr.* imo sic homo Est perpaucorum hominum. *Gn.* Imo nullorum arbitror, Si tecum vivit. — Hinc locus ille, quem refert *Cic. fragm.* apud *Macrob. 2. Saturn. 12.* his verbis: Cum esset apud se ad Lavernium Scipio, unaque Pontius, allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro capitur, sed est piscis, ut ferunt, in primis nobilis. Cum autem Scipio unum et alterum ex his, qui eum salutatum venerant, invitasset, pluresque etiam invitaturus videretur; in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide, quid agas: acipenser iste paucorum hominum est. — **21)** *Inter homines esse* est vivere: *esse desinere* est mori. *Cic. 1. Tusc. 14.* Hercules numquam abiisset ad Deos, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset. *Papinian. Dig. 31. 1. 59.* Si Augustae legaveris, et ea inter homines esse desierit. Sic *Catus, ibid. 58.* Qui, antequam dies legati cedat, ab hominibus ereptus est. Adde *Tacit. 15. Ann. 74.* — Haec autem εὐφημισμοῦ causa dicuntur. Quo pertinet illud *Solini, 52.* Cum maritus homine decesserit. — **22)** *Hominem deponere* dicitur Hercules, cum in Aetna monte incendio sponte absumptus, atque inde inter Deos relatus est. *Hygin.* (edit. ab *A. Mai* in *Class. auct. T. 5. p. 24.*) *fab. 59.* — **23)** *Homo novus*. V. in NOVUS. — **24)** Elegans et frequens est usus, quo ponitur loco pronominis *hic* vel *ille*, ut *Cic. 4. Fam. 4.* Dixit, se senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum. *Nep. Eumen. 2.* Hunc sibi Perdiccas adiunxerat magno studio, quod in homine fidem et industriam magnam videbat. *Plaut. Pseud. 4. 7. 67.* Habes ne argentum ab homine? *Ter. Eun. 2. 2. 50.* Ibi homo coepit me obsecrare, ut etc. *Id. Adelph. 1. 2. 63.* Ita est homo; *egli è così fatto*: huiusmodi sunt eius mores. Cf. §. seq. — **25)** Denique apud Scriptores Ecclesiasticos, praeunte *Vulgato Interprete*, varie adhibetur, nempe

V. *Homo* accipitur pro quidam. *Vulg. Interpr. Matth. 22. 2.* Simile factum est regnum caelorum homini regi; *h. e.* regi cuidam. Adde *18. 23.* — **26)** *Homo homo*, est omnis homo, quicumque homo. *Id. Ezech. 14. 4.* Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, etc. *Augustin. 3. Locut. in Heptat.* ad illud *Vulg. Interpr. Ital. Levit. 24. 15. Homo homo, Si maledixerit Deum, suum peccatum accipiet*. Ecce ubi satis apparet locutionis esse, cum dicitur, *homo homo*, tanquam dicat homo ille aut ille, hoc est quicumque homo. — **27)** Sed in illo *Psalm. 86. 5. Homo et homo natus est in ea*, videtur accipi de diversis gentibus, quae Ecclesiam Mosaicam locupletabit. V. *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad *h. v.* — **28)** *Homo pacis meae* est familiaris, mensae socius. *Psalm. 40. 10.* — **29)** *Homo iniquitatis* est iniquus. *Iob, 34. 36.* — **30)** *Homo peccati* dicetur Antichristus. *Paul. 2. Thess. 2. 3.* — **31)** *Homo Dei* est vir pius ac probus. *Inscr.* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. n. 525.* Quintilianus homo Dei confirmans Trinitatem, etc.

HOMO-DEUS. V. DEUS-HOMO.

HŎMOEŎMĔRĬA, ae, f. Vox Graeca, ὁμοιομερία; similitudo partium, ex ὅμοιος; similis et μέρος; pars. *Lucret. 1. 829.* Hinc et Anaxagorae scrutemur homoeomeriam. *Serv.* super illud *4. Aen. 625.* Exoriare

aliquis nostris ex ossibus ultor: Secundum, inquit, Anaxagoram, qui dicit homoeomeriam; idest omnium rerum similitudinem esse in rebus creandis.

HŎMOEON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ὅμοιον, proprie adjectiva, qua absolute adhibita significatur figura quaedam rhetorica, quae fit cum ex partibus aliqua similitudo colligitur, ut apud *Virg. 3. Aen. 490. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat*. Est species quaedam parabolae. Haec *Iul. Rufinian. de fig. sententiar. 25.* — Paulo aliter *Claud. Sacerd. 1. Arte Gramm. 447.*, quem v.

HŎMOEŎPRŌPHĔRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ὁμοιοπρόφερον: ab ὅμοιος; similis, et προφέρω; profero: est vitium dictionis, cum eadem littera incipientes multae voces proferuntur: ut in illo *Ennii*: O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. *Capell. 5. p. 167.*

HŎMOEOPTŌTON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ὁμοιόπτωτον; similiter cadens: ab ὅμοιος; similis, et πίπτω; cado. Est figura sententiarum, quum in duobus verbis idem habetur casus, vel eadem novissima syllaba. *Capell. 5. p. 174., Rutil. Lup. de figur. sententiar. 15.*, *aliique*. — 2) *Claud. Sacerd.* ita homoeoptoton distinguit ab hirmo, *1. Art. Gramm. 445. Heirmos* ab homoeoptoto hoc distat, quod *heirmos* cum similibus casibus struatur, tum etiam ordines necessario continet et rationem; *homoeoptoton* vero similes tantum exigit casus.

HŎMOIŌSIS, is, f. Vox Graeca, ὁμοίωσις; similitudo. Est figura rhetorica, qua ignotae rei per similitudinem eius, quae nota est, exhibetur descriptio: cuius species sunt tres, icon, parabole, paradigma. *Charis. 4. p. 247. Putsch., Iul. Rufinian. de fig. sentent. 22.* et *Pompei, in lib. Donat. de Barbar. p. 480. Lind.*

HŎMOEŎTĔLEUTON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca ὁμοιοτέλευτον; similiter desinens: ab ὅμοιος; similis, et τελευτή; finis. Est figura rhetorica, quum oratio pari verborum exitu finitur. *Charis. 4. p. 251. Putsch., Rutil. Lup. de fig. sentent. 14.* et *Capell. 5. p. 174.* — Eius contrarium est *paromoeon*. V. hanc voc.

HŎMOEŪSĬOS et Homŏūsios (et Homūsios, *ut quidam etiam scribunt*), *Graeca positione*, on, et *Latina* Homoeusius, a, um. Adject. Graecum, ὁμοούσιος, et ὁμοεύσιος et ὁμούσιος, similem essentiam vel naturam habens, sive, ut Latine a Scriptoribus Ecclesiasticis redditur, *consubstantialis* (v. hanc voc.), ab ὅμοιος, vel ὁμός; similis, par, aequalis, et οὐσία; essentia; *consostanziale*. *Hilar. de Synod. n. 79.* Excusant enim se idcireo homousion et homoeusion taceri voluisse, quia unum atque idem significari verbo utroque existimarent. Rudes credo episcopi et ignorantes homousii significationem: quasi nunquam de hoc aut synodus fuisset aut lites. Sed esto ignoraverunt *homousion*, aut nesciebant *homoeusion* id significari, quod similis esset essentiae. — *Hieronym. ep. 77. n. 2.* Haereticus vocat, homousion praedicans Trinitatem. Adde *Facund. defens. trium Capitul. 10. 6.* et Cf. ANOMOEUSIOS, et HOMOUSIANUS. — *De Homousio recipiendo* titulus est libelli *Marii Victorini*. — 2) Sunt qui inter *Homousion* et *homoeusion* discrimen statuunt, ut *homousios* sonet una substantia et *homoeusios* sit similis substantiae, ut habet *Isid. 7. Orig. 2. 14-16.*, et indicare videtur etiam *Hilar.* loc. cit. in §. praeced.

HŎMŎLŎGUS, a, um. Adject. Graecum, ὁμόλογος; conditionalis; *omologo*. Hinc *homologus colonus* dicitur, qui scilicet se se dedidit alicui ea pactione quadam, et in coloniam receptus fuit; idem appellatus est etiam *lastus*. V. LARTUS, i. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 11. 24. 6.* Functiones publicas et liturgos, quos homologi coloni praestare noscuntur, pro rata sunt absque dubio cognituri. Et *mox*. Hi sane, qui vicis, quibus adscripti sunt, derelictis, et qui homologi more gentilicio nuncupantur, ad alios seu vicos, seu dominos transierunt, ad sedem desolati ruris constrictis detentatoribus redire coguntur.

HŎMŎNȲMĬĂ, ae, f. Vox Graeca, ὁμωνυμία, dicitur cum pluribus rebus, aut nominibus eadem appellatio est: ab ὁμού; simul, et ὄνυμα; nomen. *Quintil. 7. 9. 2.* sed Graece. Latine vero usurpat *Front. de diffr. vocab. p. 535. edit. Rom.* Homonymia una voce multa significat, synonymia multis vocibus idem testatur. Adde *Isid. 1. Orig. 34. 16.* et *Claud. Sacerd. 1. Art. Gramm. 120.*

HŎMŌNȲMUS, a, um. Adject. Graecum, ὁμώνυμος; qui idem nomen habet, ut taurus animalis nomen est, et montis, et sideris, et radicis, et quandoque alicuius hominis. *Quintil. 8. 2. a med.* — *Charis. 2. p. 119. Putsch.* Sunt quoque quaedam homonyma, quae una loquela plura significant, ut *nepos*, *aeiss*; significat enim *nepos* et certum cognationis gradum et rei avitae consumptorem.

* HŎMOS. V. HOMOUSIANUS.

HŎMŎPHĂGĬĂ. V. OMOPHAGIA.

HOMŎTŎNUS, a, um. Adject. Graecum, ὁμότονος, ab ὁμού; simul, et τόνος; extendo, quo significantur ea, quae aequaliter extensa sunt, ut nervi et funes in catapultis, etc. Usurpat *Vitruv. 1. 1. circa med.*

HŎMŎŪSĬĀNUS, a, um. Adject. ab *homousios*; ad homousion pertinens. Hinc *Homousiani*, ut plurimum, absolute dicti sunt, qui homousiam, ὁμοουσίαν, Patris et Filii defendunt, et Ariano opponuntur.

Cassiod. 4. Hist. Eccl. 8. Homousiani Paulum ordinavere pontificem, Ariani vero Macedonium. *Id. 5. ibid. 20.* Homousianis consenserant. *Fulgentius, pro fide Cathol. 2.* Verum quis quidam proprio spiritu actus, eius fidei cultores Homousianos vel Unisubstantianos vocandos esse praesumpsit, eius imperitiae respondendum . . . *Homos* namque unus, *usia* substantia Graeco sermone appellatur. *Edict. Hunerici reg.* apud *Vict. Vit. 4. Pers. Vandal. 2.* Homousiani Sacerdotes. *Alii sine aspiratione leg.* Omousiani. Cf. voc. seq.

HŎMŎŪSĬŌNISTA, ae, m. Nomen ab *homousios*; qui homousion defendit, homousianus; Graece ὁμοουσιωτής. *Vigil. Taps. 3. Trinit. p. 357. Migne.* Numquid homo in hoc principio fuit homousionista?

HŎMŎŪSĬOS, et, HŎMŎŪSĬUS, a, um. } V. HOMOEUSIOS.

HŎMULLŬLUS, i, m. Deminut. ab *homullus*; homunculus. *Priscian. 5. p. 644. Putsch.* Dicitur et homuncio, et homullus, et homullulus.

HŎMULLUS, i, m. Deminut. ab *homo*; parvus homo, homunculus; *uomicino*. *Cic. Pis. 25.* Quid cessat hic homullus ex argilla et luto fictus, etc. *Lucret. 3. 928.* brevis hic est fructus homullis. *Iul. Val. 1. Gest. Alex. M. 54.* Mens quippe homulli non videt variantia. Adde *ibid. 46.* et *Varr.* apud *Non. 2. 873.* Cf. voc. praeced.

HŎMUNCĬO, ōnis, m. Deminut. ab *homo*; parvus aut vilis homo; *uomicciattolo*. *Cic. 4. Acad. 43. a med.* Homuncio hic, qui multa putat praeter virtutem homini cara esse. *Senec. ep. 116.* Nos homunciones sumus: omnia nobis negare non possumus. Horatium Flaccum a brevi statura Augustus appellabat (apud *Suet. in eius Vita*) homuncionem lepidissimum. *Petron. fragm. Tragur. 66. Burm.* Ursus homuncionem comest, quanto magis homuncio debet ursum comesse? *Iuvenal. 5. 155.* homuncio, quantus Ex nihilo fieres!

HŎMUNCĬŌNĀTES. V. voc. seq. §. 3.

HŎMUNCĬŌNĪTAE, ārum, m. Nomen ab *homuncio*, Graecorum more effictum, quo veniunt haeretici illi, qui non noverunt Christum, nisi hominem. *Mar. Mercat. dissert. in XII. Anath. Nestor. 20. p. 929. Migne.* Photinum Romana Ecclesia et participes huiusmodi pravitatis Homuncionitas nominat. — 2) Ab his distinguendi sunt alii haeretici, *Homuncionitae* pariter appellati, qui dicunt in corpore hominis esse imaginem Dei, non in anima. *Auct. Praedestin. 1. 76.* Cf. *Augustin. Haeres. 76.* et *Philastr. 49.* — 3) Contra Catholici ipsi ab Arrianis *Homuncionates* (sic enim scribitur) dicti sunt, quod duas naturas esse in Christo duasque substantias assererent, *Arnob. 1. Conflict 2.*

HŎMUNCŬLUS, i, m. Deminut. ab Homo, idem ac homuncio. *Cic. 1. Tusc. 9.* Ut homunculus e multis, probabilis coniectura sequens. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5.* Hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrûm interiit, cum uno loco tot oppidûm cadavera proiecta iaceant. *Plaut. Capt. prol. 51.* et *Rud. 1. 2. 66.* Hui! homunculi, quanti estis; *h. e.* heu miseri homines, quam nihili estis; *o poveri uomini! Apul. 9. Met.* Dii boni! quales illic homunculi vibicibus depicti, etc. Adde *Plaut. Trin. 2. 4. 90.* et *Cic. 1. Nat. D. 44., 1. Tusc. 9.* et *5. ibid. 25.*

HŎMŪSĬOS. V. HOMOUSIOS.

HONC. V. HIC §. b.

HŎNĔRĀTUS. V. ONERATUS.

HŎNESTĀMENTUM, i, n. Verbale ab *honesto*, syllabica adiectione productum. Est ornatus, decus; *ornamento*. *Sallust. sub fin. orat. 2. ad. Caes.* Omnia honestamenta pacis, et praemia belli. *Senec. ep. 66.* Nullo honestamento eget virtus: ipsa magnum sui decus est. *Apul. Apol.* Gratiam corporis morum honestamentis ornare. *Gell. 10. 26. ad fin.* Translationes habitae pro honestamentis orationis.

HŎNESTAS, ātis, f. Abstractum ab *honestus*; res honesta, et laude digna, qua quis honorem meretur; decus, dignitas, laus, honestum: cui *turpitudo* opponitur; *onestà, decoro, onorevolezza*. *Cic.* definire videtur, tacito nomine, cum ait *Senect. 13.* Esse aliquid natura pulcrum atque praeclarum, quod sua sponte petatur, quodque, spreta et contempta voluptate, optimus quisque sequatur. *Lactant. 3. 8. sub fin.* Quid est honestas, nisi honor perpetuus ad aliquem secundo populi rumore delatus? *Cic. 7. Att. 11.* O hominem amentem et miserum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ viderit! atque haec ait omnia facere se dignitatis causa: ubi est autem dignitas, nisi ubi honestas? *Id. Top. 24.* Iudicii finis est ius: deliberandi utilitas: laudationis honestas. *Id. 1. Offic. 2.* In officio colendo sita vitae est honestas omnis, et in negligendo turpitudo. Et *5. extr.* His rebus, quae tractantur in vita, modum quendam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conservabimus. *Id. Rabir. perduell. 8.* Virtus, et honestas, et pudor cum consulibus esse cogebat. *Id. Arch. 6.* Nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem. *Id. 7. Phil. 5.* Auctoritas senatus decus, honestatem, laudem, dignitatem desiderat. *Id. Rosc. Am. 39. a med.* Amittere honestatem omnem. *Id. Rabir Post. 16.* Honestate spoliatus. *Q. Metell.* apud *Gell. 17. 2.* Omni iure atque honestate interdictus; *h. e.* patria atque honoribus privatus. *Nep. praef.* Quae omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur. *Liv. 1. 47. sub fin.* Fautorem

infimi generis hominum, odio alienae honestatis, ereptum primoribus agrum sordidissimo cuique divisisse; *del decoro e della nobiltà altrui*. Et *Cic. Rosc. Am. 6.* Quas, ut aequum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino; *per la nobiltà e grandezza*. *Gell. 1. 3. a med.* Honestas famae; *h. e.* bona existimatio. — In plur. numero. *Cic. Mur. 40.* Nolite, iudices, hac eum re, qua se honestiorem fore putavit, etiam ceteris ante partis honestatibus, atque omni dignitate fortunaque privare. — **2)** Item sensu concreto pro ipsi, qui honestantur. *Id. Sext. 51.* Causa popularis, in qua omnes honestates civitatis, omnes aetates, omnes ordines una consentiunt; *h. e.* omnes honesti viri, seu qui honoribus functi sunt vel funguntur. — **3)** Videtur etiam sumi pro bonitate, humanitate; *bontà*. *Suet. Gramm. 13.* Tanta eum honestate praeditum, ut temporibus Sullanis proscriptorum liberos gratis et sine mercede ulla in disciplinam receperit. — **4)** Item pro forma et pulchritudine. *Tertull. Carn. Chr. 9. de Christo.* Adeo nec humanae honestatis corpus fuit, nedum caelestis claritatis. V. *Interpr.* ad *h. l.* et Cf. HONESTUS §. 11. — **5)** Tribuitur et rebus inanimis, ut honestas testudinis, apud *Cic. 3. Q. Fr. 1. 1.*; *h. e.* pulchritudo, concinnitas, dignitas porticus cameratae. *Manut.* aliter legi mallet, sed nihil mutandum. *Id. 3. Orat. 51.* Rerum copia verborum copiam gignit: et si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit ex rei natura quidam splendor in verbis. — **6)** In illo *Vulg. Interpr. Eccli. 11. 14.* Paupertas et honestas a Deo sunt. *Textus Graec.* habet πλοῦτος; quare hic *honestas* sumitur pro divitiis. Sic *ibid. 51. 1.* Vigilia honestatis tabefaciet carnes; *h. e.* qui vigilat, ut opes corradat, extabescet. V. HONESTUS §. 4.

HŌNESTĀTUS, a, um. Particip. verbi *honesto*; honoratus, ornatus; *onorato, ornato*. *Cic. in Senat. 1.* A senatu saepe magnificentissimis decretis honestati. *Sall. Cat. 36.* Quod non dignos homines honore honestatos videbam.

HŌNESTĒ. Adverb. ab *honestus*. — Comparat. *honestius* §. *1.*, superlat. *honestissime* §. *1.* — Proprie est cum honestate; *onestamente*. *Cic. 6. Att. 1. circa med.* Thermum, Silium vere audis laudari: valde se honeste gerunt. *Id Amic. 16.* Quae in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. *Id. 3. Offic. 50.* Honestius hic, quam Q. Pompeius. *Senec. 2. Controv. 12. ante med.* Quem honestius subiecit mulier, quam peperit. *Hirt. B. Afr. 31.* Si propius accederetur, quam honestissime se intra munitiones reciperent; *col maggior decoro, che fosse possibile*. *Plaut. Merc. 2. 3. 69.* Neque illa matrem satis honeste tuam sequi poterit comes; *con suo onore*. Et *Rud. 2. 3. 77.* Honeste aliquem accipere; *accogliere con civiltà*. Et *ibid. 2. 5. 8.* Honeste ferre aquam; *con garbo, leggiadramente*: decore. *Suet. Aug. 43.* Adolescentulus honeste natus; *civilmente*. *Ovid. 2. Fast. 833. de Lucretia.* Tum quoque iam moriens, ne non procumbat honeste, Respicit. Graeci dicunt εὐσχήμως πεσεῖν. *Suet. Cass. 82.* Togae sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. *Plin. 7. ep. 33. extr.* Historia non debet egredi veritatem, et honeste factis veritas sufficit; *alle belle azioni*. Et *Ter. Andr. 4. 5. 2.* Quae sese inhoneste optavit parere hic divitias Potius, quam in patria honeste pauper viveret; *pudicamente, onoratamente*. Et *Eun. 4. 4. 49.* Honeste abiro; *con riputazione*. — **2)** Transfertur et ad inanima. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 4.* Fastigium non honeste vergit in tectum inferioris porticus; *h. e.* non concinne, non apte, non cum dignitate. *Varr. 8. LL. 16.* Utilitas et elegantia: quod non solum vestiti esse volumus, ut vitemus frigus, sed etiam ut videamur vestiti esse honeste; *decentemente*. Sic *Lucil.* apud *Non. 3. 24.* Gallinacen' cum victor se gallus honeste Sustulit in digitos, primoresque erigit ungues; *con maestà*.

HŌNESTĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *honestus*, idem quod honestas. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀξιολογότης; honestitas. *Id.* Ἀξιοπρεπία; honestitas.

HONESTĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *honestus*, idem quod honestas. *Accius* apud *Non. 2. 401.* Tua honestitudo Danaos decepit diu. *Id. ibid.* Horrida honestitudo Europae.

HŌNESTO, as, āvi, ātum, are. Verbum transitiv. ab *honestus*. — Particip. *honestans* et *honestandus* §. *1.*, *honestatus*, V. suo loco. — Est honestum reddo, honoro, decoro, orno; *onorare, onestare, ornare, abbellire*. *Plaut. Capt. 2. 2. 106.* Cum me tanto honore honestas. *Cic. 2. Offic. 6.* Quaecumque homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum. Et *1. ibid. 59.* Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. *Id. 4. Catil. 10.* L. Pauli currum rex nobilissimus Persea honestavit. Et *ibid.* Tanta laus, quanta vos me vestris decretis honestatis. Et *1. ibid. 12.* Summi viri Gracchorum et Flacci sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt. *Claudian. 1. Laud. Stilich. 26.* quem vultus honestat, Dedecorant mores. *Curt. 3. 6. sub fin.* Aetas quoque vix tantis matura rebus, omnia eius opera honestabat. *Cic. Mur. 34.* A quibus si domus nostra celebratur; si interdum ad forum deducimur; si uno basilicae spatio honestamur, etc.; *h. e.* si una per basilicam deambulatione honoris causa comitamur. *Auct. ad Herenn. 2. 18.* Exornatio est, qua utimur rei honestandae et collocupletandae causa. *Plin. 10. 2. 1.* Avis aquilae magnitudine, caeruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis fauces, caputque plumeo apice honestante. *Liv. 26. 5. sub fin.* Ingens corpus erat, et arma honestabant. *Curt. 8. 15.* Arma auro et argento distincta corpus rarae magnitudinis honestabant. *Id. 6. 2.* Formam pudor honestabat. *Plaut. Stich. 2. 1. 7.* Honestare dicta factis; *h. e.* comprobare, verba ad rem conferendo. *Eumen. Paneg. Constantin. Aug. 2.* delubra deserriis honestare. — **2)** Pro ditare sumitur apud *Vulg. Interpr. Sap. 10. 10. de Iacobo*. Haec *(Sapientia)* profugum irae fratris *(Esau)* iustum deduxit per vias rectas . . . honestavit illum in laboribus; *h. e.* divitem fecit. V. voc. seq. §. 4.

HONESTUS, a, um. Adiect. ab *honor*, sive *honos*. V. honos §. a. — *Honestas* dicitur *Isid. 10. Orig. 117.* quasi *honoris status*. — **b)** Comparat. *honestior* §. *8.* superlat. *honestissimus* §. *1.* et *8.* — **c)** Derivata, *honestamentum, honestas, honeste, honestitas, honestitudo, honesto*. — **d)** Composita, *cohonesto, dehonesto, inhonestamentum, inhonestas, inhoneste, inhonesto, inhonestus, perhonestus*.

HONESTUS proprie est honore et dignitate plenus, decorus, honoratus, nobilis; *onesto, onorevole, onorato, civile*. *Cic. Brut. 81.* Cum honos sit praemium virtutis, iudicio studioque civium delatum ad aliquem; qui eum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi et honestus et honoratus videtur. *Id. Mur. 7.* Amplae et honestae familiae. *Brut. et Cass. ad Anton. 11. Fam. 3. a med.* Te cupimus in libera republ. magnum atque honestum esse. Et *epist. praeced.* Qui nos salvos et honestos velit. *Cic. 16. Fam. 9. sub fin.* Si poteris, cum Mescinio: caute is solet navigare: si minus, cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate navicularius movetur. *Id. 5. Tusc. 20.* Bonis parentibus et honesto loco natus. *Id. fragm.* apud *Quintil. 11. 1. ad fin.* Honestis parentibus ac maioribus nati. *Id. 13. Fam. 4.* Honestum municipium. Et *1. ibid. 2.* Is dies honestissimus nobis fuerat in senatu. *Sall. Iug. 16.* Exsul patria, atque omnium honestarum rerum egens; *h. e.* quae regem honestare debent. — **2)** Saepe hoc adiuncto *Cic.* appellat Equites R., ut *13. Fam. 14. 31. 62.* etc. — **3)** Absolute, substantivorum more,

HONESTUS, i, m. Qui est honestus. *Plin. 35. 36. 13.* Semper quidem honos picturae fuit, ut ingenui exercerent: mox ut honesti: perpetuo interdicto, ne servitia docerentur. *Ovid. 1. Art. am. 769.* Inde fit, ut quae se timuit committere honesto, Vilis in amplexus inferioris eat. *Suet. Aug. 46.* Necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles; *di persone civili*. — **4)** *Ascon.* in *3. Verr. 47.* notat, *honestos* pro divitibus vetusto more dictos esse: nempe quia Curia pauperibus clausa est: dat census honores, ut ait *Ovid. 3. Amor. 8. 55.* Hinc *Quintil. 1. 1. 28.* Res, quae fere ab honestis negligi solet, cura bene scribendi. — Sic et *Vulg. Interpr. Sap. 10. 11.* in fraude circumvenientium illum adfuit illi et honestum fecit illum; *h. e.* divitem. Referuntur haec ad Iacobum. V. voc. praeced. §. 2. et Cf. HONESTAS §. 6. — **5)** Speciatim

II. *Honestus* dicitur de iis qui honores, seu magistratus gessere in republ. *Horat. 1. Sat. 6. 96.* meis contentus, honestos Fascibus et sellis nollem mihi sumere. *Plin. 18. 4. 4.* Honestis manibus omnia laetius proveniunt; *h. e.* imperatoriis: et alludit ad Serranos et Cincinnatos, qui suos ipsi agros colebant. — **6)** Dicitur et de iis omnibus, quae honorem merentur, praecipue vero quae cum virtute fiunt. Quare et ad morum probitatem, et ad moderationem saepe refertur. *Cic. 8. Att. 11.* Ut civium vita opibus firma, copiis locuples, virtute honesta sit. *Id. Mur. 6.* Convivium moderatum atque honestum. *Id. 3. Verr. 49.* Hominum honestissimorum testimoniis et virorum bonorum tabulis non credere. *Quintil. 1. 2. 9.* Honestissimus conventus. — **7)** Item de iis, quae speciem boni habent; *specioso*. *Cic. Caecin. 25.* Nonnunquam honesto et probabili nomine bono viro error obiici solet. *Lucret. 4. 1174.* causas abeundi quaerat honestas. — **8)** Ponitur et pro recto, convenienti, decenti, aequo. *Auct. ad Herenn. 3. 2.* Utilitas in duas partes in civili consultatione dividitur, tutam, et honestam. Et *mox.* Honesta res dividitur in rectum, et laudabile. *Cic. 15. Fam. 14.* Honestius est de amicorum pecunia laborare, quam de sua. *Id. Rosc. Am. 2. sub fin.* Si vobis aequa et honesta postulatio videtur. *Nep. praef.* Non eadem omnibus esse honesta, atque turpia; *h. e.* decere omnes, aut dedecere. *Quintil. 11. 1. 37.* Honestissima libertas. *Id. 12. 2. 7.* Honestissima praecepta. — **9)** Pudicitiam notat in illo *Horat. 2. Sat. 3. 57.* clamet amica Mater, honesta soror, cum cognatis pater, uxor. — **10)** Absolute, substantivorum more,

HONESTUM, i, n. Est ipsa honestas; *onestà*. *Cic. 2. Fin. 14.* Honestum id intelligimus, quod tale est, ut, detracta omni utilitate, sine ullis praemiis fructibusve, possit iure laudari. Et *5. ibid. 23.* Honestum aut ipsa virtus est, aut res gesta virtute. *Id. 1. Offic. 5.* Facies honesti si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientiae. *Lucan. 2. 389.* Iustitiae cultor, rigidi servator honesti. *Pers. 2. 74.* Incoctum generoso pectus honesto. V. *Senec. ep. 118. a med.* ubi honesti et boni discrimen ostendit. — **11)** Denique

III. *Honestus* refertur interdum ad pulcritudinem corporis, aliarumve rerum. *Nep. Eumen. 11.* Dignitate honesta esse; *di bell'aspetto. Ter. Eun. 5. 2. 20.* hem Eunuchum tibi: Quam liberali facie, quam aetate integra! *Tha.* Ita me Dii ament, honestus est. Et *4. 4. 15.* Ille erat honesta facie et liberali. *Virg. 10. Aen. 183.* Dardanius caput ecce puer detectus honestum. *Id. 5. G. 81. de equis.* honesti Spadices, glaucique: color deterrimus albis. — *Varr. 2. RR. 6. de asinis.* Sumat firmes, omnibus partibus honestos, corpore amplo; *ben fatti.* — *Stat. 2. Theb. 254.* tunc ora riganiur honestis imbribus; *rigò di belle lagrime le gote*, Tassus. — *Varr. 1. RR. 4.* Ager honestior. — **12)** *Honestissimus color dicitur Papinian.* apud *Auct. Collat. Leg. Mosaic. et Rom. 4. 10.* ira, quae titulo aliquo excusari potest, et haberi honesta. V. loc.

Nota. Discrimen inter *divitem*, *fortunatum* et *honestum*, tradit. *Isid. 1. Differ. 166.* « *Dives* est potentia et virtute; *fortunatus*, subito factus beatus: *honestus*, moribus et honore usus. » Cf. et BEATUS §. 2. in *Nota*.

HONOR et Honos, ōris, m. Nomen parum certae originis. Conferendum tamen videtur cum Graeco αἶνος; laus. — **b)** *Honorus ἀρχαϊκῶς*, pro *honoris* legitur in *vet. Inscr.* apud *Grut. 207. sol. 2.* Ut ad aedem Honorus facta sunt. — **c)** *Honos* pro *honor* in recto casu familiarius utitur *Cicero*. — **d)** Derivata, *honestus* (quod V. pro suis), *honorabilis*, *honorabilitas*, *honorabiliter*, *honorarius*, *honorata*, *honoratio*, *honoro*, *honorosus*, *honorus*. — **e)** Composita, *cohonoro*, *dehonorarius*, *dehonoro*, *exhonoratis*, *exhonoro*, *honorificus*, *honorificentia*, *honorifico*, *honorificus*, *honoriger*, *honoripeta*, *inhonorabilis*, *inhonoratio*, *inhonore*, *inhonorificus*, *inhonoris*, *inhonoro*, *inhonorus*, *perhonorifice*, *perhonorificus*, *praehonoratio*, *praehonore*.

HONOR, vel Honos, proprie est reverentia, observantia, quam alicui exhibemus in testimonium virtutis, decus, ornamentum, amplitudo; *onore*. *Cic. Brut. 81.* Honos est praemium virtutis, iudicio studioque civium delatum ad aliquem. *Id. 1. Tusc. 2.* Honos alit artes, omnesque incendantur ad studia gloria. *Id. 5. Fam. 20.* Honorem habere alicui. *Ovid. 6. Fast. 57.* praestare. Et *15. Met. 16.* demere. *Cic. Rosc. Am. 47.* reddere. Et *1. ad Brut. 15.* Decernere honores alicui. *Id. 9. Att. 2.* accipere ab aliquo. Et *Deiot. 5.* Honore amplissimo quempiam afficere. *Caes. 1. B. G. 45.* Gratia, dignitate, honore quempiam augere. Et *5. ibid. 52.* Praecipuo honore habere aliquem. Et *6. ibid. 12.* Esse aliquo numero atque honore. *Cic. 7. Att. 2. ad fin.* Habere aliquem in honore. *Id. Rosc. Am. 28.* Esse in honore et pretio apud aliquem. *Id. 1. Tusc. 2.* Honorem poëtis non fuisse declarat oratio Catonis. *Id. 2. Offic. 17.* Honori summo nostro Miloni fuit, quod Clodii conatus compressit. *Id. 7. Fam. 26.* Adducere aliquem in honorem. *Id. 1. Orat. 34.* Amplissimis honoribus et praemiis decoruri. *Id. Deiot. 5.* Honore amplissimo ornatus. *Virg. 1. Aen. 539.* Aliquem honore dignari. *Phaedr. prol. l. 5.* Honori et meritis dedicans librum tuis. *Vellei. 2. 123.* Certamen iudicrum honori Augusti sacratum. *Horat. 1. Od. 7. 8.* in Iunonis honorem. *Plin. 34. 13. 2.* Obsides a Porsenna redditi in honorem Cloeliae. *Sall. Iug. 11.* Medium et tribus sedere, apud Numidas honori ducitur. *Ovid. 2. Met. 557.* seti sine honore labores. — *Virg. 2. G. 595.* Ergo rite suum Baccho dicemus honorem Carminibus patriis. — **2)** *Honoris causa* est honorandi causa. *Cic. Quint. 2.* Vir fortissimus et clarissimus L. Sulla, quem honoris causa nomino. Et *Rosc. Com. 6.* Toties hunc et virum bonum esse dixisti, et honoris causa appellasti. *Id. 2. Verr. 7.* C. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliae causa nominatum volo. — **3)** *Honorem praefari* est petere veniam, cum quid turpe dicturi sumus, ne offendantur li, qui audiunt: quo ostendimus, omnem nos iis honorem habere. *Cic. 9. Fam. 22. a med.* Si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non praefamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos praefandus est. Huc pertinent illa *Quintil. 5. Declam. init.* Tuis honos sit habitus sanctissimis auribus. Et *Curt. 5. 1. a med.* Honos auribus sit; *sia detto, salvo il rispetto*, etc. Et *Plin. 28. 24. 1.* Haec sunt, quae retulisse fas sit, ac pleraque ex his non nisi honore dicto. — **4)** Frequenter

II. *Honor* est pretium et aestimatio, qua res aliqua magni fit, et quodammodo in honore habetur; *pregio*, *stima*. *Plin. 9. 27. 1.* Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, nullo in honore est: quod quidem miror, cum sit rarus inventu. *Id. 19. 52. 2.* Sunt in honore Creticae caepae. *Id. 56. 67. 3.* Maximus honos vitris in candido transluccntibus. *Id. 14. 6. 2.* Vino Pramnio etiam nunc honos durat. *Cic. 5. Fin. 22.* Physicae quoque non sine causa tributus idem est honos. *Id. 7. Fam. 26.* Dum volunt isti lauti terra nata, quae lege excepta sunt, in honorem adducere; *mettere in credito*. *Id. Orat. 37.* Ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. *Ovid. 2. Art. am. 277.* plurimus auro Venit honos. — **5)** Translate. *Horat. Art. P. 70.* Multa renascentur, quae iam cecidere, cadentque Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus. — **6)** Saepe

III. *Honor* dicitur de magistratu et munere publico; *dignità*, *posto*, *carica*. *Nep. Attic. 8.* Honores non petiit, cum ei paterent, quod neque peti more maiorum, neque capi possent conservatis legibus, neque geri e republ. sine periculo. *Cic. 7. Verr. 14.* Ita quaestor sum factus, ut mihi honorem illum tum non solum datum, sed etiam creditum ac commissum putem. *Nep. Cat. 1.* Honoribus operam dare. *Cic. Sull. 29. extr.* Neminem esse ex illo honoris gradu, qui etc. *Caes. 1. B. C. 77.* Equites R. in tribunicium honorem restituere. *Horat. 1. Sat. 6. 15.* populus stultus honores Saepe dat indignis. *Petron. Satyr. 116.* Ad summos honores pervenire. *Cic. Brut. 68.* Ad honores ascendere. *Id. 6. Verr. 57.* Mandare honores hominibus novis. *Id. 1. Fam. 8.* Honoribus amplissimis perfunctus. *Sall. Iug. 4.* Partim et per latrocinia potius, quam bonis artibus ad imperia et honores niti. *Id. Orat. 2. ad Caes.* Ad honores quempiam extollere. *Id Catil. 49.* Catulus maximis honoribus usus. V. UTOR. *Suet. Aug. 26.* Magistratus atque honores capere. *Suet. Aug. 26.* Abire honore; *deporre il magistrato*. Et *Caes. 20.* Inire honorem. *Justin. 6. 8.* Honores ita gessit, ut ornamentum non acciperet, sed dare ipsi dignitati videretur. — **7)** *Honore usus impensam remisit* in *Inscr.* apud *Maff. Mus. Verr. 122. 1.*, et *honore usus impendium remisit* in *alia* apud *Grut. 445. 6.*, et *titulo honoris usus*, et *honore contentus* dicitur is, qui statuam publice sibi ex decreto decurionum ponendam quidem accipit, eiusdem tamen impensam reipublicae remittit, sibique soli solvendam esse declarat. — **8)** *Honore pleno diligere* feminam aliquam dicitur is, qui eam, quae corpore quaestum fecerit, uxorem sibi adiunxerit. *Papinian. Dig. 34. 9. 16.* Coeceius Cassianus clarissimus vir Rufinam ingenuam honore pleno dilexerat, cuius filiam, quam alumnam testamento Cassianus nepti coheredem datam appellaverat, vulgo quaesitam apparuit. — **9)** *Ad honorem venire* dicebatur nobilis auriga, qui non mercedis et praemii, sed honoris tantum causa bigas, trigas, quadrigas agebat. *Inscr.* apud *Grut. 557. 1.* C. Appuleius Diocles agitator factionis russatae ad honorem venit ∞. *h. e.* millies. *Alia* apud *Maffei, Mus. Ver. 126. 2.* Ad honore (*h. e.* honorem) veni CCCLIIII. — Hinc a Venetis etiam num *ad honorem* vulgo dicitur quispiam munus aliquod, aut magistratum gerere, cum ipsius impensa eundem exercet. — **10)** Item *ad honorem* aliquid alicui tributum dicitur, licet nulla eidem opera propterea praestanda sit. *Vitruv. 10. 22.* Diogneto Rhodio architecto de publico quotannis certa merces pro artis dignitate tribuebatur ad honorem. — **11)** Aliquando, abstracto posito pro concreto, est ipsa persona, quae munus gerit. *Senec. ep. 81. sub fin.* Honori honorem habere; *far riverenza al magistrato*. — *Apul. Florid. 7.* Idem ingenium maximi honoris; *h. e.* hominis honorificentissimi. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* — **12)** Interdum

IV. *Honor* dicitur de sacrificiis, aliisque rebus, quibus honos habetur Diis. *Virg. 3. G. 486.* in honore Deûm medio stans hostia ad aras. *Id. 3. Aen. 118.* meritos aris mactavit honores, Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo. Et *1. ibid. 55.* aris imponere honorem. *Ovid. 8. Met. 740.* nullos aris adoleret honores. *Id. 4. Fast. 409.* Parra Deae, micaeque licet salientis honorem Detis. *Virg. 1. Aen. 636.* Divûm templis indicit honorem. *Liv. 8. 33. ad fin.* Aras sacrificiis fument, honore, donis cumulentur. *Sil. 5. 247.* Martique sub omine fausto instauratus honos. Et *7. 184.* primum Vestae decerpsit honorem Undique (*h. e.* ex omnibus cibis), et in mediam iecit libamina flammam. *Val. Flacc. 6. 152.* in superos saevus honor; *h. e.* sacrificium humanae victimae. — Huc spectare potest *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 2. n. 2405.* Quisquis honorem agitas, ita te tua gloria servet, Praecipias puero ne linat hunc lapidem; *h. e.* si diis sacrificia peragere cupis, et sic eos debito honore habere, curato, ne lapis hic a quoquam foedetur. — **13)** Interdum de sepulcro et exsequiis. *Val. Flacc. 3. 387.* solutus honos cineri. *Ovid. 3. Trist. 3. 45.* Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri Indeploratum barbara terra teget? *Virg. 6. Aen. 353.* Cernit ibi moestos, et mortis honore carentes Leucaspim, etc. — Absolute. *Inscr.* apud *Orelli, n. 4400.* Fecit sibi et suis lib. libertabusq. eis, quibus in testamento meo honorem reliquero et coniugi; *h. e.* honorem sepulturae. — Sic et in *alia* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1852. p. 18.* C. Nonius Flavianus . . . vixit anno uno, m. XI., in cuius honorem basilica haec a parentibus adquisita, confectaque est. Cf. *Minervini* ad *h. l. p. 31.* — **14)** Interdum de pulcritudine, et ornatu quolibet, unde alicui rei pretium et honos accedit. *Virg. 1. Aen. 593.* laetos oculis afflarat honores. *Sil. 12. 243.* niveosque per artus It Stygius color, et formae populatur honorem. *Virg. 2. G. 404.* silvis Aquilo decussit honorem. *Horat. 1. Od. 17. 16.* Ruris honores; *h. e.* poma et fruges (Adde *2. Sat. 3. 13.*). *Stat. 10. Theb. 783.* hi sertis, hi veris honore soluto Accumulant artus; *h. e.* apertis rosis, inquit *Lactant.* Sic *Sil. 3. 487.* aestatis honores. *Ovid. 3. Art. am. 392.* navali cinctus honore caput; *h. e.* corona. Sic *Val. Flacc. 6. 296.* Populeus cui frondis honor. *Horat. Epod. 17. 17.* Volente Circe, mens et sonus Relatus, atque notus in vultus honor; *h. e.* forma, decor. *Val. Flacc. 3. 50.* roseo talis per nubila ductor

Digitized by Google

implet honore nemus. Adde *ibid.* 257. et *Stat. 2. Theb. 160.* et *7. ibid. 225.* — **15)** Speciatim

V. *Honor* nonnumquam donum, praemium, et mercedem significat; *vicognizione, dono, mercede, premio:* unde *honorarium*. *Cic. 16. Fam. 9. a med.* Curio misi, ut medico honos haberetur, et tibi daret, quod opus esset. *Ovid. 11. Met. 216.* nec Telamon sine honore recessit, Hesioneque data potitur. *Virg. 5. Aen. 565.* geminum pugnae proponit honorem. *Ter. Eun. 3. 7. 22.* Hic pro munere illo tibi honos est habitus. *Val. Flacc. 3. 291.* nullos Minyis exsolvet honores. *Sil. 9. 199.* nil victor honoris Ex opibus posco. Adde *Cic. Quint. 27. sub fin.* et *47.* et *3. Verr. 15., Tibull. 3. 4. 5.* et *Ulp. Dig. 50. 13. 1.* Tum quoque apud Graecos tum pretium, tum honorem significat. — **16)** Huc pertinet, quod *honores* dicuntur hereditates, et legata. *Quintil. Declam. 264.* Divisurus cum his, qui non eundem honorem supremis defuncti tabulis habuerunt. *Julian. Dig. 37. 5. 5.* Nec enim quaerimus, cui acquiratur, sed cui honor habitus sit. Adde *Ulp. ibid. 32. 1. 11. post med.* Honorem enim ducebant, heredes institui, et legata accipere: contra contumeliam praeteriri, aut exheredari: quod esset illud testatoris extremum iudicium eorum mores comprobantis. *Cic. Quint. 4.* Heredem testamento reliquit hunc P. Quintium: ut ad quem summus moeror morte sua veniebat, ad eundem summus honos morte perveniret. — **17)** *Honor exstitit* dicitur a *Tacit. 1. Hist. 21.* cum specie honoris submovetur aliquis ab urbe. — **18)** Malum honorem alicui habere, *Q. Metell. Numid.* apud *Gell. 12. 9.* dixit, pro contumelia et iniuria afficere. Tanto, inquit, ille vobis, quam mihi peiorem honorem habuit. *Sed hoc rarissimum est.* — **19)** In illo *Virg. 12. Aen. 56.* Turne, per has ego te lacrimas, per siquis Amatae Tangit honos animum: *Nonio, 4. 234. honos* est dilectus amor. Rectius tamen *Servius:* si quem honorem habes Amatae. — **20)** Pro munere sive spectaculo publice dato sumitur in *Inscr.* apud *Visconti, Oper. Var. T. 1. p. 80.* K. Aug. honorem edederunt *(sic)*.

Nota. Qua *Honor* etiam deus habitus est a Romanis, V. suo loco in ONOM.

HŎNŌRĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *honoro.* — Comparat. *honorabilior* §. 2. — Est honorem afferens; *onorevole. Cic. Senect. 18.* Haec ipsa sunt honorabilia, quae videntur levia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, etc. *Vulg. Interpr. Eccli. 1. 14.* Dilectio Dei honorabilis sapientia. — **2)** Item honore dignus; *degno d'onore. Liv. 4. 10. extr.* Quinque consulatus eodem tenore gesti, vitaque omnis consulariter acta, verendum paene ipsum magis, quam honorabilem faciebant. *Alii melius leg.* honorem. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 37. 7.* Coeleste regnum honorabilius est his, qui cognoverunt terrenum: quanto autem honorabilius, tanto magis diligimus illud. *Vulg. Interpr. Dan. 13. 4.* Eo quod esset honorabilior omnium. *Id. Act. 5. 34.* Legis doctor honorabilis universae plebi. Adde *Isai. 45. 4.* et *alibi*.

HŎNŌRĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *honorabilis.* — Adhibetur tanquam titulus honoris, quo quis compellatur. *Facund. defens. trium Capitul. 4. 2.* Legi libros a tua honorabilitate transmissos. *Id. ibid.* Sic et tua honorabilitas nostram exiguitatem petens.

HŎNŌRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *honorabilis;* cum honore; *onorevolmente. Capitolin. Macrin. 5.* Honorabiliter sepelire. *Ammian. 29. 2.* Honorabiliter colebatur. Adde *Augustin. epist. 159.*

HŎNŌRANDUS, a, um. Particip. verbi *honoro,* adiectivorum more etiam adhibitum; atque hinc superlat. *honorandissimus* apud *Paulin. Nolan. ep. 46.* Domine frater merito honorandissime et desiderantissime. V. HONORO.

HŎNŌRĀRĬUM, ii, n. V. voc. seq. §. 14. et seqq.

HŎNŌRĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *honor;* ad honorem pertinens. *Honorarii ludi* videntur fuisse, qui a magistratibus in honore edebantur, ut ab aedilibus, praetoribus, imperatoribus, etc. *Suet. Aug. 32.* Triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit; *scil.* qui non piaculi, sed honoris tantum et laetitiae causa dabantur. *Paul. ex Festo p. 102. Müll.* docet, honorarios ludos esse Liberalia, in honorem Bacchi. — **2)** *Honorarius tutor* est, qui honoris solius causa sine onere administrationis, datur; qui tamen periculum pati solet, si male passus sit administrari tutelam, ut *Paul.* docet *Dig. 25. 2. 61.* Adde *Ulp. ibid. 26. 7. 5.*, ubi dari docet huiusmodi tutores, quasi observatores et custodes eius, cui administratio commissa est. — **3)** *Honorarius tumulus,* apud *Suet. Claud. 1.* est cenotaphium, in quo scilicet cadaver non est conditum, sed honoris et monumenti causa excitatum est. V. CENOTAPHIUM §. 1. — **4)** *Honorarium munus* apud *Gell. 16. 13.* est munus gerendi honores in republ., quo municipes utebantur, qui quamvis suis viverent legibus, poterant ad magistratus R. ascendere. — **5)** *Honorarii codicilli* praeturae, vel consulatus, praefecturae, . . . erant, qui absque administratione, solius honoris gratia, ab imperatoribus concedebantur; *patenti di onore. Imp. Zeno, Cod. 5. 24. 5. §. 2.* Adde *Cod. Theod. 6. tit. 22.* qui *De honorariis codicillis* inscribitur. Hinc *honorarius consul, honorarius praetor.* V. *Novell. const. 70.* — **6)** *Honorarium frumentum* (aut *vinum*) erat, quod a provincialibus dabatur Romanis magistratibus honoris causa, et pro administratione provinciae. *Cic. Pis. 35.* Qui modus tibi fuit frumenti aestimandi? qui honorarii? si quidem potest vi et metu extortum honorarium nominari. — Sic *Cato* apud *Isid. 20. Orig. 3.* Cum essem in provincia legatus, quamplures ad praetores et consules vinum honorarium dabant: nunquam accepi, ne privatus quidem. — **7)** Speciatim

II. *Honorarius* dicitur saepe de iis, quae a praetore proficiscuntur, quoniam *praetor* nomen est summi magistratus Romae, quo olim et consul, et iudex significabatur (V. PRAETOR). Magistratus autem honor dicitur. Hinc *honoratum* appellat praetorem *Ovid. 1. Fast. 55.* Itaque *honorarium ius* sunt praetorum edicta: *honoraria actio,* quae *civili* opponitur et praetoris iure, non civilibus legibus nititur: sic *honoraria obligatio,* et *honorarius successor, curator,* et similia, quae a praetoris iurisdictione pendent. *Pompon. Dig. 1. 2. 2. §. 10. Ulp. ibid. 30. 1. 28., Martian. ibid. 20. 1. 5., Ulp. ibid. 46. 4. 13. extr.* et *lib. regular. tit. 15.* — **8)** *Honorarius arbiter* est, qui honorarium operam, non pacta mercede, praestat in disceptandis privatis controversiis, quales sunt, qui ab utraque parte litigantium eliguntur. Et *honorarius* dicitur, quia honorabile est arbitrium assumi, et quia solius honoris causa huiusmodi arbitrium exercetur. *Cic. Caecin. 2. ad fin.* Omnia iudicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt: quorum alterum levius est, et persaepe disceptatore domestico diiudicatur: alterum est vehementissimum, et non honorariam operam amici, sed severitatem iudicis ac vim requirit. *Id. 5. Tusc. 41.* Quam controversiam solebat, tanquam honorarius arbiter, iudicare Carneades. Adde *Fat. 17.* — **9)** Erant etiam arbitri, qui non a partibus eligebantur, sed dabantur iis ab ipso praetore, ut in ARBITER §. 5. dictum est. Hi quoque *honorarii* dici possunt. — **10)** *Honorarium est;* honorem parit, gratiam favoremque conciliat. *Cic. opt. gen. Orat. 1. ad fin.* Docere debitum est: delectare honorarium: permovere necessarium. — **11)** *Honoraria vacca* in *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. n. 52. 56.* et *41.* est ea victima, quae pro sacrificio, non pro piaculo Diis offerebatur, nempe ut iisdem honor haberetur; quemadmodum et apud Hebraeos aliae hostiae pro sacrificio, aliae pro peccato immolabantur, ut patet ex plurimis locis libri *Levitici,* et *Numerorum.* — **12)** *Honoraria summa* est, quam quis adeptus honorem aedilitatis, aut decurionatus solvere aerario publico debebat. *Inscr.* apud *Maff. Mus. Ver. 456. 5.* D. Fundanius Pal. Primianus aedilis ob honorem aedilitatis, quem ei ordo suus suffragio decrevit, hanc statuam, imitatus patris exemplum, HS VIII. millibus N. sua liberalitate numerata prius a se reipublicae summa honoraria posuit, eandemque dedicavit. Adde *aliam* apud *Reines, n. 1729.* — **13)** Absolute, substantivorum more,

HONORARIA, ae, f. Est summa honoraria, de qua in §. praeced. *Inscr.* apud *Grut. 408. 1.* Admittendo ad honorum communionem, et usurpationem Romanae civitatis et optimum et locupletissimum quemque, ut scilicet, qui olim erant tantum in redita pecuniario, nunc et in illo ipso duplici quidem per honorariae numerationem reperiantur, ut et ipsi sint, cum quibus munera decurionatus, ut paucis iam onerosa, honeste de plano compartiamur. — **14)** Item

HONORARIUM, ii, m. Dicitur pecunia, quae erogatur ab eo, qui honorem aliquem, seu magistratum init, pro introitu. *Traian. ad Plin. 10. ep. 114.* Honorarium decurionatus omnes, qui in quaque civitate Bithyniae decuriones fiunt, inferre debeant, necne, in universum a me non potest statui. V. DECURIO §. 7. — **15)** Item merces, praemium, quod datur iurisconsultis, medicis, aliisque liberalium artium professoribus, operae ac laboris remunerandi causa: *mercedem* enim dicere, minus honorificum videtur. De quo *Vitruv. 10. 22.* Diognetus fuerat Rhodius architectus: et ei de publico quotannis certa merces pro arte tribuebatur, ad honorem. *Ulp. Dig. 11. 6. 1.* Non crediderunt Veteres, inter tales personas *(mensores agrorum)* locationem esse, sed magis operam beneficii loco praeberi: et id, quod datur, ei ad remunerandum dari: et inde honorarium appellari. *Id. ibid. 50. 13. 1.* In honorariis advocatorum ita versari iudex debet, ut pro modo litis etc. Adde *ibid. 26. 7. 8. a med.* V. HONOR §. 14. — **16)** Item munuscula, quae honoris causa mitti solebant propinquis et cognatis die Charistiorum, seu carae cognationis. *Tertull. Idolol. 10.* Etiam strenae captandae, et septimontium, et brumae, et carae cognationis honoraria exigenda omnia. V. CHARISTIA §. 2.

HŎNŌRĀTĒ. Adverb. ab *honoratus.* — Comparat. *honoratius,* et superlat. *honoratissime,* infra. — Est cum honore et dignitate; *onoratamente. Vellei. 2. 129. ad fin.* Quam illum et honorate, nec secure continet! *Tacit. 4. Hist. 68.* Honorate aliquem custodire. *Justin. 5. 4.* Utrum contumeliosius expulerint, an revocaverint honoratius. *Val. Max. 2. 10. n. 2.* Antiochus filium *(superioris Africani)* honoratissime excepit.

HŎNŌRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *honoro;* actus honorandi, honor.

Digitized by Google

Fest. apud *Paul. Diac.* in *Gradivus p. 97. Müll.* Corona graminea in re militari maximae est honorationis. *Arnob. 7. p. 224.* Video quid agatur in huiusmodi honorationis officio. Adde *Capell. 1. p. 4.*

HŌNŌRĀTUS, a, um. Particip. verbi *honoro*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Comparat. *honoratior* §. *1.* et *2.*, superlat. *honoratissimus* §. *1.* — Proprie est honore affectus, in honore habitus, honestus, illustris; *onorato, civile, onesto. Cic. 9. Att. 12.* Dionysius apud me honoratior fuit, quam apud Scipionem Panetius. *Plaut. Capt. 2. 2. 27.* Quo de genere natus est illic Philocrates? *Phi.* Polyplusio: Quod genus illic unum est pollens atque honoratissimum. *Liv. 31. 25.* Navales socii, relictis nuper classibus, ad spem honoratioris militiae transgressi. *Vellei. 2. 76.* Honoratissimo inter iudices loco a Pompeio lectus. *Tacit. Germ. 11.* Honoratissimum ascensus genus est armis laudare. *Liv. 27. 10.* Honoratissimum decretum; *onorevolissimo.* Cf. HONOROSUS. — **β)** De iis, qui magistratus gessere, geruntve. *Ovid. 4. Pont. 3. 1.* Ite, leves elegi, doctas ad consulis aures, Verbaque honorato ferte legenda viro. Et *2. ibid. 2. 92.* per quem decreta merenti Venit honoratis laurea digna comis. *Cic. 1. Leg. 11.* Propter honestatis et gloriae similitudinem, beati, qui honorati sunt, videntur; miseri autem, qui inglorii. *Vellei. 2. 54. extr.* Qui vir cum summum ei a militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit. *Sust. Tib. 3.* Familia octo consulatibus, censuris duabus honorata. — **γ)** Specialim *honoratus* dicitur praetor. V. HONORARIUS §. 7. — **δ)** Praeterea

II. *Honoratus* est etiam honorabili praemio affectus; *premiato. Vellei. 2. 61.* Honoratus equestri statua. *Ovid. 15. Met. 617.* rus honoratum dicit, honoris ac praemii causa cuipiam donatum. Hinc in *vet. Inscription.* ad milites saepe refertur, qui militari praemio virtutis ergo affecti sunt. Apud *Grut. 595. 4.* P. Cornelius Asper equo publico honoratus, item ornamentis decurionatus. Et *414. 8.* L. Furio L. *f.* Pal. Victorino honorato et donato, etc. — **ε)** *Honoratus ad curam* is dicitur, cui cura aliqua honoris causa est delata. *Inscr.* apud *Grut. 444. 5.* C. Octavio C. *f.* Pal. Modesto honorato ad curam Kalendarii Canusinorum a Divo Traiano Parthico. — **ζ)** Item est ornatus, decoratus; *ornato. Solin. 33.* Phoenix avis, aquilae magnitudine, capite honorato in conum plumis exstantibus. *Honestus* simili notione saepius legitur. V. — Cum genitivo rei. *Pacuv.* apud *Non. 3. 6.* Postquam est honoratus frugum, et floris Liberi. *Al. rectius leg.* oneratus. — **η)** Absolute, substantivorum more,

HONORATUS, i, m. Dicebatur sequiori tempore, qui in aliquo municipio aut colonia duumvir, aut quatuorvir, aut quinquennalis fuisset; item in militia, qui tribunus, aut dux, aut magister militum; item in collegiis, seu corporibus artificum, qui praefectus, aut magister. *Imppp. Gratian., Valentin. et Theodos. Cod. Theod. 9. 27. 6.* Si quis forte honoratorum, decurionum, possessorum, postremo etiam colonorum, aut cuiuslibet ordinis, a iudicibus fuerit aliqua ratione concussus, etc. *Lamprid. Alex. Sever. 40.* Divitiis nullius invidit, pauperes iuvit, honoratos, quos pauperes vere, non per luxuriam aut simulationem vidit, semper multis commodis auxit, agris, servis, animalibus, gregibus, ferramentis rusticis. *Inscr.* apud *Grut. 279. 3.* Imp. Caes. C. Valerio Diocletiano Aug. honorati, et decuriones, et numerus militum caligatorum. *Lamprid. ibid. 28.* Cum quidam ex honoratis, vitae sordidae et aliquando furtorum reus, per ambitionem nimiam ad militiam aspirasset, idcirco quod per reges amicos ambierat, admissus, statim in furto, praesentibus patronis, detectus et damnatus est. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 545. n. 529.* L. Pacatio Tyranno honorato collegii fabrum tignariorum. *Alia* apud *Grut. 649. 7.* Poppilius honoratus corporis utriculariorum. *Alia* in *Giornale di Roma, a. 1864. n. 14.* Sex. Annius Merops Honoratus Dendrophoris Ostiensium signum Terrae matris DD. dedicat. Adde *aliam ibid.*

HŌNŌRĪFĪCĀTUS, a, um. V. HONORIFICO.

HŌNŌRĪFĪCĒ. Adverb. ab *honorificus*. — Comparat. *honorificentius* et superlat. *honorificentissime*, infra. — Est honorate; *onorevolmente. Cic. 6. Verr. 62.* Itaque in curiam venimus: honorifice sane consurgitur. *Id. 9. Fam. 6. a med.* Numquam nisi honorificentissime Pompeium appellat. *Id. Pis. 13.* Nemini triumphus honorificentius, quam mihi, etc. *Id. 7. Phil. 8.* Respondere honorifice alicui. Et *11. ibid. 13.* Quae de illo viro Sulla, quae Lucullus, quam ornate, quam honorifice, quam graviter saepe in senatu praedicaverunt! *Id. 13. Fam. 27.* Nec liberalius, nec honorificentius se potuisse tractari. *Q. Cic. Petit. cons. 11. a med.* Large atque honorifice promittere.

HŌNŌRĪFĪCENTIĀ, ae, f. Abstractum ab *honorificus;* honor, decus; *onore. Vopisc. Aurelian. 25.* Templum Soli posuit, maiore honorificentia consecratum. Adde *Symmach. 6. ep. 56. (al. 55.).* V. INFRAFORANUS. — **β)** Est etiam titulus, quo quis honoris causa compellatur. *Gesta Collat. Carthag. Cognit. 1. n. 149.* Agimus gratias honorificentiae tuae, vir nobilis, quod etc.

HŌNŌRĪFĪCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *honor* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum. — Particip. *honorificans, honorificatus*, et *honorificaturus* infra. — Est honore afficio; *onorare. Lactant. 7. 24. extr.* Ut adorent et honorificent regem magnum. *Id. Ira D. 23.* Debemus Deum honorificare, quod beneficus. *Augustin. ep. 119.* Salvatorem honorificantes. *Vulg. Interpr. Eccli. 24. 16. de Sapientia.* Et radicavi in populo honorificato. *Id. Ps. 138. 17.* Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui. *Hilar. 10. Trinit. 29.* Si enim passio honorificatura eum erat, quomodo tristem eum motus passionis effecerat?

HŌNŌRĪFĪCUS, a, um. Adiect. verbale ab *honorifico.* — Comparat. *honorificentior* §. *1.* et superlat. *honorificentissimus* §. *1.* — Est qui honorem affert; *onorevole, onorifico. Cic. 2. Phil. 13. sub fin.* Numquam ab eo mentio de me, nisi honorifica. *Id. 5. Fam. 2.* Cum tu a me rebus amplissimis atque honorificentissimis ornatus esses. Et *ibid.* Orationem meam in te honorificam fuisse. *Id. 1. ad Brut. 15. circa med.* Imperium illi aetati honorificum. *Nep. Eumen. 1.* Eum habuit ad manum scribae loco: quod multo apud Graios honorificentius est, quam apud Romanos. *Vellei. 2. 45.* Sub honorificentissimo ministerii titulo M. Catonem a republ. relegavit. *Martial. 10. 45.* Si quid honorificum pagina blanda sonat. *Inscr.* apud *Visconti, Monum. Gabin. p. 91.* Cuius honorificae vitae non immemor heros, etc. Adde *Vulg. Interpr. Tob. 12. 7.* — **β)** Est etiam qui alios honore afficit. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 654. n. 290.* In canctis simplex contractibus, omnibus aequus, Ut potui, nec non subveni saepe petenti, Semper honorificus, semper communis amicis.

HŌNŌRĪGER, ĕra, ĕrum. Adiect. ab *honor* et *gero;* honoratus, honorificus. *Tertull. Virg. veland. 10.* Honorigeram notam virginitatis prae se ferre.

HŌNŌRĪPĔTĀ (et Honoripetes), ae, m. Nomen ab *honor* et *peto;* qui honores et dignitates captat. *Apul. 2. Dogm. Plat.* Culpabilium virorum quatuor formae sunt, quarum prima est honoripetarum, etc. — In *Gloss. Placidi* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 469. Honoripetes* etiam scribitur.

HŌNŌRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. forma activa, pro qua et deponentium more etiam passiva aliquando usurpatum est (V. infra §. 3.), ab *honor*. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris saepissime hoc verbum confusum fuisse cum *onero* pluribus monstrat *Hildebr.* ad *Apul. 11. Met. 25.* et *Florid. h. l.* — **c)** Particip. *honorans* §. *1.*, *honorandus* §. *1.* et suo loco, *honoratus*, V. suo loco. — **d)** Derivata et Composita, V. sub v. HONOR suo loco.

HONORO proprie est honore afficio, colo; *onorare, rispettare. Cic. 9. Phil. 2.* Nemo virtutem non honorabat. Et *3.* Alicuius mortem non monumentis, sed luctu publico honorare. *Id. 1. Divin. 40.* Amphiaraum sic honoravit fama Graeciae, Deus ut haberetur. *Petron. Satyr. 83.* Apollo lyram modo nato flore honorabat; *h. e.* ornabat. *Apul. 2. Met. sub fin.* Utinam aliquid de proprio lepore laetificum honorando Deo comminiscaris. *Vulg. Interpr. Baruch. 6. 40.* Adhuc enim ipsis Chaldaeis non honorantibus ea *(idola):* qui cum audierint, etc. — **β)** Significat etiam donare, praemio afficere; *regalare, premiare. Curt. 7. 1. a med.* Cum donis honoramur, cum praemiis onusti revertimur. *Vellei. 2. 129.* Quoties populum congiariis honoravit? *Ulp. Dig. 3. 1. 1. a med.* Nisi in arena passi sunt se honorari. — **γ)** Hinc pro alere, sustentare, fovere apud *Vulg. Interpr. Tim. 5. 3.* Viduas honora, quae vere viduae sunt. — **δ)** Huc pertinet, quod *honorari* dicuntur et hi, qui legato, aut hereditate afficiuntur. *Callistrat. Dig. 48. 10. 18.* Qui per servum, vel filium, dictante testatore, legato honoratur. *Inscr.* apud *Grut. 817. 12.* honorare aliquem testamento. V. HONOR §. 16. — **ε)** Deinde apud sequioris aevi Scriptores

HONORON, aris, atus sum, āri. Deponentis forma pro *honoro* usurpat *Solin. 1. ad fin.* Dionysius cum albis quadrigis Platonem egredientem in litore occurrens honoratus est. *Ampel. 2. circa med.* Ob id factum Iunoni odio esse coepit, Leonemque caelesti dignitate est honorata.

HŌNŌRŌSUS, a, um. Adiect. ab *honor;* honore abunde affectus. *Isid. 10. Orig. 118.* Honorosus plus est, quam honoratus, sicut sceleroaus plus est, quam sceleratus.

HŌNŌRUS, a, um. Adiect. ab *honor;* decorus, et honore dignus: frequentius in usu apud Poëtas. *Stat. 5. Theb. 40.* Advertere animos: maiorque, et honora videri, Parque operi tanto; *maestosa. Auson. 16. Profess. 13.* Doctoque ibi Caesare honorus. — **β)** Item decorus, honorificus; *onorevole. Tacit. 5. Ann. 5.* Quae in Drusum patrem Germanici honora et magnifica Augustus fecisset. *Stat. 2. Theb. 629.* Vos quoque, Thespiadae, cur inficetus honora Arcuerim fama? Et *4. ibid. 230.* honora mors. *Val. Flacc. 4. 542.* Laetus erat nunc laude virum, nunc vatis honoro Carmine.

HŌNOS. V. HONOR §. 6.

HŌNUS, ĕris, HŌNUSTUS. } V. ONUS et ONUSTUS.

HŌPLĪTES, ae, m. Vox Graeca, ὁπλίτης; armatus, miles gravis armaturae: ab ὅπλον; arma. *Plin. 35. 36. 10. de tabula Parrhasii.* Sunt

et duae picturae eius nobilissimae; Hoplites alter in certamine ita decurrens, ut sudare videatur: alter arma deponens, ut anhelare sentiatur. *Alii leg.* Hoplitides, ut sit femin. plur. ab ὁπλίτης; femina armata seu potius pictura armata: alii pelus *Hoplitites;* Graece enim ὁπλίτης ὁπλίτιτης usurpatur.

HŎPLĪTĪTES } V. voc. praeced.
HŎPLĪTĪTIS, idis. }

HŎPLŎMĂCHUS, i, m. Vox Graeca, ὁπλομαχος; armis pugnans: ab ὅπλον; arma, et μάχη; pugna. Gladiatorem significat in illo *Martial. 8. 74.* Hoplomachus nunc es: fueras ophthalmicus ante. Fecisti medicus, quod facis hoplomachus. Adde *Suet. Cal. 55.* — **2)** Porro *hoplomachi* gladiatores a meridianis distinguebantur, qui nullo tecti munimento pugnabant: de quibus *Senec. ep. 7.* Nihil habent, quo tegantur: ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt: non galea, non scuto repellitur ferrum, etc. V. MERIDIANUS.

HOPTĔRIS. V. RUPTERON.

HŌRA, ae, f. Nomen a Graeca voce, ὥρα, quae tempus proprie significat *(Isid. 5. Orig. 292.)*, etsi sit, qui ab *Horo*, qui est apud Aegyptios sol, horam dictam putet *(Macrob. 1. Sat. 21.)*, vel a voce Hebraica הוֹרָה *(Horàh);* indicavit, nuntiavit, monuit. — **b)** *Horabus* pro *horis* legitur in *Inscr.* apud *Donat. 562. 5.* — **c)** *Horaï* ἀρχαϊκῶς pro *horae* in genit. sing. dixit *Lucret. 1. 1015.* — **d)** Poëtica licentia primam corripuit *Ovid. 14. Met. 851.* Mutat, horamque vocat, quae nunc Dea iuncta Quirino est. V. HORA in ONOM. — **e)** Derivata, *horalis, horarius.* Cf. HORNUS. — **f)** Composita, *horologiarii, horologicus, horologium, horoscopium, horoscopo, horoscopus, semihora, sesquihora, trihorium.*

HORA proprie est pars diei vigesimaquarta; *ora*. Is enim in viginti-quatuor spatia aequalia dividitur: quarum duodecim noctem absumunt, totidem diem. Olim Romani cum horologia non haberent, noctem quadrifariam; *h. e.* in primam, secundam, tertiam, quartam vigiliam dividebant, petito more a re militari: diem vero bifariam, ante et post meridiem; vel ortum et occasum: deinde additus est meridies. Solario vero primum, postea aquario horologio in foro positis, invecta est horarum distributio. V. *Plin. 7. 60. 1.* et seq. et *Censorin. de die nat. 23.*, qui insuper refert post reperta solaria Romae diem in XII. horas divisum fuisse ac totidem noctem; quod iam orientales populi solebant observare. Hinc dictum illud apud *Vulg. Interpr. Ioh. 11. 1. Nonne duodecim sunt horae diei?* Itemque divisio dici ac noctis quadripartita trium horarum, nempe *primae, tertiae, sextae, nonae*, de quibus V. etiam sub v. PRIMUS etc. — **2)** Porro ipsae horae diurnae nocturnaeve ita distribuebantur, ut longiores essent aestate diu, breviores noctu, contrariaque ratione per hiemem, quo totum illud spatium duodenis aequarent partibus. Cum itaque Romae, teste *Galen. de sanit. tuend. l. 6. c. 5.*, maximi dies ac noctes paulo maiores quindecim horis aequinoctialibus essent; et minimi paulo infra novem; consequitur, horam aestivam, seu solstitialibus diebus aequalem fuisse horae aequinoctiali cum quadrante, ac paulo etiam amplius; hibernam autem, seu brumalibus diebus paulo minorem horae aequinoctialis dodrante. Unde *Plaut. Pseud. 5. 2. 10.* Credo equidem, potesse te, scelus, Massici montis uberrimos quatuor Fructus ebibere in hora una. *Pseud.* hiberna, addito. Et *Martial. 12. 1.* Otia, Prisce, brevi poteris donare libello: Hora nec aestiva est, nec tibi tota perit. Et *Veget. 1. Milit. 9.* Viginti millia passuum horis quinque dumtaxat aestivis conficienda sunt. — **3)** Praeterea Veteres Romani horam quamlibet dividebant plerumque in partes quartas et vicesimas, quas *scrupulos* nominabant (V. SCRUPULUS), aliquando in partes octaves et quadragesimas, quas *sicilicos* appellabant (V. SICILICUS). Graeci vero, ac praesertim in rebus astronomicis, in partes sexagesimas, quos sequuntur modo Itali recentiores, ceterique orbis terrarum populi. Consule hac de re *Fabretti, Inscr. p. 97. n. 219.*, ubi multa habentur docte disputata. — **4)** De horis lunaribus V. LUNARIS. — **5)** Absolute

II. *Hora* quoties a Latinis Scriptoribus adhibetur, aequinoctialis esse intelligenda videtur, nisi appareat ex ipsa rei narratione, de qua anni tempestate sermo sit: quare de usu vocis universim haec sunto. *Cic. Brut. 54.* Videt oscitantem iudicem loquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, mittentem ad horas; *h. e.* mittentem in forum, qui visant, nuncientque, quota sit hora. *Petron. fragm. Tragur. 71. Burm.* Horas inspicere. *Horat. 2. Sat. 6. 44.* hora quota est? *che ora è? Plin. 7. 53. 54.* Cum a puero quaesisset horas. *Suet. Aug. 78.* Non amplius, quam septem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas. *Brut. ad Cic. 11. Fam. 13. a med.* Hora ante Pollentiam venit, quam etc.; *un'ora prima. Cic. 6. Verr. 43. a med.* Hora amplius iam in demoliendo signo molliebantur; *più d'un'ora. Horat. 1. Ep. 1. 82.* Durare horam; *un'ora. Cic. 9. Fam. 11.* Accubueram hora nona, cum etc. *Id. Quint. 6.* Ut ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. *Id. Mil. 10.* Fit obviam Clodio hora fere undecima. *Id. 4. Att. 2.* Cum horas tres fere dixisset, odio et strepitu coactus est aliquando perorare. Et *10. ibid. 13.* Dormiit ad horas tres; *circa tre ore intere.* Et *15. Fam. 16.* Si haberem, cui darem, vel ternas epistolas in hora darem; *tre in un'ora. Caes. 3. B. C. 79.* Domitius vix quatuor horarum spatio antecedens; *h. e.* spatio, seu itinere, quod quatuor horis confici potest. *Plin. 17. 16. 6.* In horam diei quintam, vel octavam spectare; *h. e.* in eam caeli plagam, in qua sol hora quinta, vel octava esse solet. Sic *6. 57. 1.* Fortunatas *(insulas)* esse contra laeva Mauritaniae, in nonam horam solis. — *Vulg. Interpr. Ioh. 4. 52.* Hora septima. *Id. ibid. 1. 39.* decima. *Id. Matth. 20. 9.* undecima. *Hieronym. ep. 150. n. 15.* Praeter psalmorum et orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad Vesperas, media nocte et mane, semper est exercendum; etc. *Suet. Aug. 94.* Hora partus. *Suet. Domit. 14.* mortis. *Id. Claud. 8.* cenae. *Id. Aug. 16.* pugnae. *Id. Domit. 21.* somni. — *Apul. 8. Met. 21.* Mox hora diutina commoti mittunt, etc. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **6)** Huc etiam spectant varia dicendi genera *ad horam, in horas,* vel *in horam. Cic. 5. Phil. 9.* In horam vivere; *h. e.* nulla cogitatione et cura futuri, quod *in diem vivere, Id. 2. Orat. 40.* dixit. *Senec. 2. Quaest. nat. 16.* Quartana ad horam venit; *sempre all'istessa ora.* Et *Plin. 5. ep. 17.* Exspectare in horas; *d'ora in ora. Horat. 2. Sat. 7. 10.* In horas mutare clavum; *ogni ora.* Sic *Art. P. 160.* mutatur in horas. Et *2. Od. 13. 13.* Quid quisque vitet, nunquam homini satis Cautum est in horas; *h. e.* singulis horis: *ynéμα. Id. 2. Ep. 1. 189.* Quattuor, aut plures aulaea premuntur in horas, Dum fugiunt etc.; *per quattro, o più ore.* — **7)** *Omnium horarum homo* dicitur, qui seriis pariter, ac iocis est accommodatus, et quicum licet assidue convivere; *uomo da bosco e da riviera. Quintil. 6. 3. sub fin.* Illa potius urbana esse dixerim, quae ridicula dicuntur, et tamen ridicula non sunt, ut de Pollione Asinio, seriis iocisque pariter accommodato, dictum est, esse eum omnium horarum. *Suet. Tib. 42.* Iucundissimos et omnium horarum amicos professus. — Sic *Cic. 2. Orat. 67.* C. Publicium solitum dicere, P. Mummium cuivis tempori hominem esse. — **8)** Singulae diei horae quibus officiis occuparentur, habes in illo *Martial. 4. 8.* Prima salutantes, atque altera continet hora: Exerret raucos tertia causidicos, etc. — **9)** In illo *Cic. 5. Verr. 9.* Ne quam ego horam de legitimis horis remittam: *horas* sunt, quas praestituebant causas agentibus, quas ad clepsydram metiri mos erat. V. CLEPSYDRA §. 1. et seqq. — **10)** Aliquando *hora* dicitur de illa, qua nati sumus; *oroscopo. Senec. Apocoloc. post init.* Non est mirum, si mathematici errant: horam eius nemo novit. — *Horat. 2. Od. 17. 18.* pars violentior Natalis horae. — **11)** Speciatim

III. *Hora* sumitur lato sensu pro quacumque diei parte, atque universim pro tempore; *tempo. Horat. 1. Ep. 11. 22.* Tu, quamcumque Deus tibi fortunaverit horam, Grata sume manu. *Id. 2. Od. 16. 31.* Et mihi forsan, tibi quod negarit, Porriget hora. *Id. 3. ibid. 15. 9.* Te flagrantis atrox hora Caniculae Nescit tangere. *Virg. 1. G. 425.* nunquam te crastina fallet Hora. *Sil. 3. 141.* brevitasque vetat mutabilis horae Prolatare diem. *Ovid. 1. Art. am. 249.* Nocte latent mendax, vitioque ignoscitur omni: Horaque formosam quamlibet illa facit; *quel tempo.* — *Vulg. Interpr. Ioh. 16. 21.* Mulier, cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius; *h. e.* dolorum, qui partum praecedunt et comitantur. *Id. Marc. 14. 41.* Venit hora: ecce filius hominis tradetur; *h. e.* tempus certum et statutum, quo tradar. *Id. Ioh. 2. 4.* Nondum venit hora mea. *Id. ibid. 16. 4.* Ut cum venerit hora, eorum reminiscamini. *Id. Luc. 22. 53.* Sed haec est hora vestra. *Id. Apoc. 3. 3.* Veniam ad te tanquam fur, et nescies qua hora veniam ad te. — **12)** Hinc *horis eximi* est vita privari. *Inscr.* apud *Orelli, n. 4624.* Memoriae Fabianae coniugi . . . . et Vitallinae *filiae* . . . . ambae eadem hora horis exemptae. — **13)** Dicitur et de tempore anni, Graeco item more; *stagione. Plin. 12. 7. 1.* Arbor ipsa omnibus horis pomifera est. *Id. 9. 54. 2.* Genitalis anni hora; *h. e.* ver. *Horat. Art. P. 503.* sub verni temporis horam. *Id. 1. Od. 12. 13.* variisque mundum Temperat horis. — **14)** Metonymice *horae* sunt horologium; *orologio. Cic. 2. Nat. D. 38.* Cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut sphaeram, ut horas, ut alia permulta, non dubitamus, quin illa opera sint rationis. — **15)** De Horis, quatenus in fabulis tamquam deae habebantur, V. HORA in ONOM.

HŌRAEON, *Graeca positione, et Latina*

HŌRAEUM, i, n. Vox Graeca, proprie adiectiva, ὡραῖος; pulcher, vernus; qua, absolute adhibita, significatur genus quoddam salsamenti ex pelamide pisce, ita appellatum, quod veris tempore confici solerat. *Plaut. Capt. 4. 2. 71.* Horaeum, scombrum, et trigonum, etc. *Plin. 32. 53. 7.* Tritoo pelamidum generis magni, ex eo horaea cybia fiunt. *Varr. 5. LL. 12.* Thynnus, cuius item partes Graecis vocabulis omnes, ut melandrya, atque horaeon. Apud *Plin.* et *Varr. locc. citt.* alii perperam leg. *uraea* et *uraeon*, inquit *Furlanetto; Sillig.* tamen leg. *terna.* V. *not. crit.* ad *h. l.* — Quod autem addunt quidam ex *Plin. 11. 14. 4.* de *horaeo melle*, hanc vocem ibi *Plin.* Graecis litteris scribit.

* HŌRĀLIS, le. Adiect. ab *hora;* horarius, ut Horale spatium: *h. e.* horae unius apud *Venant. 4. de Vita S. Martini 364.*

HŌRĀMĂ (et Orama), ătis, n. Vox Graeca, *ὅραμα*, qua significatur visio, visum; *visions. Aet. SS. Perpet. et Felicit. 5.* Ostensum est mihi hoc in oramate *(lege* horamate). Et *mox:* Video in horamate huc venisse Pomponium diaconum.

HORARIUM, ii, v. voc. seq. §. 2.

HŌRĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *hora;* qui est unius horae; *di un'ora. Suet. Ner. 37.* Mori tassis non amplius quam horarium spatium dabat. *Id. Domit. 5.* Inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat. Utroque tamen in loco alii rectius leg. *horarum* pro *horarium*. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HORARIUM, ii, n. Est horologium; *orologio. Censorin. de die nat. 25. a med.* P. Cornelius Nasica censor ex aqua fecit horarium: quod et ipsum, ex consuetudine noscendi a sole horas, solarium coeptum vocari. — **3)** Item

HORARIUS, ii, m. Est horologii moderator. *Inscr.* apud *Grut. 642. 7.* Ti. Claudius Secundinus Felici Horario patri suo. — *Horarius* hoc loco quidam de cognomine accipiunt ex eo officio.

HŌRĀTĬĀNĒ. Adverb. ab *Horatius,* quod nomen est *Horatii Flacci* poëtae celeberrimi, de quo v. suo loco in ONOM. — Est Horatii more. *Vet. Grammat. ined. Bibl. Imper. n. 1180. p. 138.* apud *Quicherat, Addend. Lex. Lat. p. 121.* a nomine proprio *(adverbia):* Tullius, tulliane; Virgilius, virgiliane; Oratius, oratiane *(sic).*

HŌRĀTĬO. V. ORATIO.

HORCONĬĂ, ae, f. Genus quoddam vitis in Campania tantum ferax, ut ait *Plin. 14. 4. 13.*, nunc ignota. Quibusdam videtur eadem ac *orcelaea*. V. loc. *Plin.* sub hoc voce in §. 2.

HORCTUS. V. FORTIS §. b.

HORCUS. V. ORCUS.

HORDA. V. FORDA et FORDICIDIUM.

HORDĔĂCĔUS et Hordeacius *(perperam* Hordaecius), a, um. Adiect. ab *hordeum;* qui est ex hordeo; *di orzo:* ut Panis hordeaceus, *Plin. 18. 26. 2.* Hordeacea farina, *Cato, RR. 157. ante med.* et *Plin. 20. 31. 7.* messis, *Id. 18. 71. 1.* farrago, *Colum. 2. 11. a med.* pira, *Id. 5. 10. a med.*, ubi inter generosissima reponit. V. vocem sequent. §. 4. Adde *Vulg. Interpr. Num. 5. 15.* et *alibi*.

HORDĔĂRĬUS (et Hordiarius), a, um. Adiect. ab *hordeum;* ad hordeum pertinens; *di orzo. Vulg. Interpr. Ital. Iudith. 8. 2.* mortuus est in diebus messis hordiariae. — **2)** Item qui hordeo vivit. *Plin. 18. 14. 1.* Et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. — **3)** Aes hordearium, quod pro hordeo equiti Romano dabatur. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 102. Müll. (ubi al. leg.* hordiarium). V. in AES §. 10. *Cati* locum. — **4)** Hordearia prunа, *Plin. 15. 12. 1.* Hordearia appellata a comitatu frugis eius. Sic Hordearia pira, *Id. ibid. 16. 3.* quod scilicet cum hordeo maturescunt: quae *hordeacea* dicuntur a *Colum. 5. 10.* — **5)** *M. Caelius* apud *Suet. Rhet. 2. L.* Plotium, qui accusatori suo Atracino actionem dictaverat, per contemptum appellabat *rhetorem hordearium*, deridens ut inflatum, ac levem, et sordidum. Videtur autem alludi ad hordeaceum panem, qui sordidus est, ac levis, infandique vim habet: vel ad ignominiam militum, qui ob ignaviam hordeo pascebantur.

HORDĔĀTUS et Hordiatus, a, um. Particip. ab *hordeo;* hordeo saturatus; *orzato. Pelagon. Veterin. 19.* Si equus tortionatus, si hordiatus, si lassus, etc.

HORDĔĬUS, a, um. Adiect. ab. *hordeum;* idem quod hordeaceus. Legitur apud *Plaut. Cas. 2. 8. 60.* Varia tamen est eius loci et lectio et interpretatio. V. TRITICEUS.

HORDĔO et Hordio, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *hordeum;* hordeo saturo. — Usurpatur de equo, cum ex itinere vel cursu anhelans hordeum devorsvit, et cruditate vexatur. *Pelagon. Veterin. 5.* Curari debet equus his potionibus, quae ventrem movent: similis est cura his, qui hordiantur.

HORDĔŎLUS, i, m. Deminut. ab *hordeum*, quo apud Medicos significatur apostema nascens in extremitate palpebrae; *orzaiuolo. Marcell. Empir. 8.* Hordeoli oculis infesti. *Theod. Priscian. 1. 10. sub fin.* Si hordeoli in palpebris nascantur. *Isid. 4. Orig. 8.* Hordeolus est parvissima et purulenta collectio in capillis palpebrarum constituta, in medio lata, et ex utroque conducta, hordei granum simulans; unde et nomen accepit.

HORDĔŬM, i, n. Nomen etymi parum certi. *Varr. 5. LL. 22. §. 106.* ab *horrido* deducit, sive ab *horrore*, ut ait *Apul. Not. aspirat. 38.*, qui addit: « Alii putant *hordeum* ab *oriendi* celeritate dictum: ideoque non aspirandum. » — **b)** Sunt itaque qui scribunt *ordeum:* sed aspiratio omnino est adhibenda, inquit *Pier.* ad *Virgil. Ecl. 5.*, tum ex antiquis plerisque Codicibus, tum ex historia: nam *fordeum* prius dicebatur, teste *Vel. Long. Orth. p. 2238. Putsch.* Confirmant *Dausq.* et *Cellar.* in *Orthograph.* Nihilominus *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.* sine illa scribendum esse docet, coll. *Apul.* loc. cit. §. praeced. — Quidam MSS. Codd. et editi libri etiam *ordium* pro *hordeum* habent, quod et de derivatis dicendum est. — **c)** In prosa oratione *hordea* in plurali num. non recte dixeris, monente *Quintil. 1. 5. 16.*, tametsi si quis dicat, defendi possit *Caesaris* auctoritate, qui *vina* dixit *Amic. 19.* et *alibi*. Sed et in carmine *Bavius* aut *Maevius* (teste *Servio* ad *1. G. 210.*) reprehenderunt *Virgilium* illo versu: Hordea qui dixit, superest ut triticа dicat. Nihilominus et *Plin. 18. 10. 5.* « Hordea cum tardissime septem *(diebus)* florere incipiunt. » — **d)** Derivata, *hordeaceus, hordearius, hordeius, hordeo, hordeolus*. Cf. HORDEUM.

HORDEUM proprie est genus quoddam frumenti, Italice *orzo*, de quo multa *Plin. 18. 15. 1.* et *sqq.* ubi frugum omnium mollissimam esse dit, antiquissimum in cibis, et ex omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur, quam triticum occupet rubigo. *Cat. RR. 35.* Hordeum qui locus novus erit, aut qui restibilis fieri poterit, serito. Adde *Varr. 2. RR. 1.* et *Colum. 2. 9.* — **2)** In plur. num. poëtice. *Virg. 3. G. 317.* et fragili iam stringeret hordea culmo. *Id. 5. Ecl. 36.* Grandia saepe quibus mandavimus hordea sulcis, infelix lolium, et steriles nascuntur avenae: *hordea* hic per synecdochen quaevis frumenta significare videntur. Cf. supra §. c. — **3)** Fuit aliquandiu Romanis lumentorum pabulum. Hinc *aes hordearium;* scil. pecunia, quae pro hordeo dabatur equitibus ad equos alendos. Hinc etiam aliquando militibus ipsis, qui peccassent aliquid, ignominiae causa pro tritico datum legimus, quasi lumentis compararentur. *Liv. 27. 15. de M. Claudio Marcello.* Cohortibus, quae signa amiserant, hordeum dari iussit. *Suet. Aug. 24.* Cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pavit. *Veget. 1. Milit. 13.* Ut tirones, qui parum in armorum prolusione profecerant, pro frumento hordeum cogerentur accipere.

HORDĬĀRĬUS. V. HORDEARIUS.

HORDĬCĀLĬĂ. HORDĬCĪDĬĂ. } V. FORDA et FORDICIDIUM.

HORDĬUM. V. HORDEUM §. b.

HŌRĬĂ et Oria, ae, f. Est navicula piscatoria, ut *Non. 15. 3.* definit: ab *ὅρος*; terminalis, quia circa oras et litora eadem navigabant; *barca pescherecia. Plaut. Rud. 4. 2. 1.* Neptuno ago gratias, Cum me ex suis pulcre ornatum expedivit Templis reducem, praeda plurima onustum, Salute horiae, quae in mari fluctuoso, Piscatu novo me uberi compotivit. Adde *4. 3. 81.* et *Gell. 10. 25.* et *Fulgent. Prisc. Serm. 15.* Cf. HORIOLA.

HŌRĬLŎGĬUM. V. HOROLOGIUM §. 1.

HŌRĬŎLĂ et Oriola, ae, f. Deminut. ab *horia;* parva horia. *Plaut. Trin. 4. 2. 100.* Horiola advecti sumus per amnem. Adde *Gell. 10. 25.*

HŌRĬOR. V. HORATOR.

HŌRISMOS, *Graeca positione*, et *Latina*

HŌRISMUS, i, m. Vox Graeca, *ὁρισμός*; definitio. — Apud Rhetores annumeratur inter figuras sententiarum, qua definimus aliquam rem nostrae causae ad utilitatem, neque tamen contra opinionem communem; sed fieri solet hoc schema nonnumquam ratione supposita et tum denique magis illustratur. Haec *Rutil. Lup. 1. de fig. sentent. 5.* — Fortasse hoc schema est idem ac illud, quod *Quintil. 9. 3. 91.* ex *Rutilio* laudat *circumscriptionis* nomine. V. CIRCUMSCRIPTIO §. 4.

HŌRISTĬCĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, proprie adiectiva, *ὁριστική*, qua significatur apud *Diomed. 2. p. 421. Putsch.* ea pars grammaticae finitiva, quae praecepta demonstrat: cuius species sunt partes orationis, vitia et virtutes.

HŌRĬUNDUS. V. ORIUNDUS.

HŌRIZON, *Graeca positione*, ontis, m. Vox Graeca, *ὁρίζων*, proprie adiectiva, et *circulus* vel *linea* subintelligitur, ab *ὅρος*; terminus, finis; unde *ὁρίζω*; finio, termino; Italice quoque *orizzonte*. Latine aliis *finiens* dicitur (ut *Cic. 2. Divin. 44.*), aliis *finitor*, teste *Senec. 5. Quaest. nat. 17.* — **2)** Dupliciter autem intelligi potest, vel circulus terram dividens in duas aequales partes, quarum una supra sit, infra altera: vel eam partem tantummodo circumscribens, quae aspectui nostro patet, quae multo minor dimidia est. Posteriore hac ratione accipitur a *Macrob. 1. Somn. Scip. 15. ad fin.* et *7. Saturn. 14. ad fin.* item a *Manil.* ubi sit, *1. 622.* Et medium plano praecingit limite gyrus, Atque a fine trahens titulum, memoratur Horizon. Similiter *Hygin. 1. Astron. 4.* Horizon appellatur is, qui terminat ea, quae perspici, aut non videri possunt. — **3)** Apud *Vitruv. 9. 8.* dicitur *horizon* linea secans circulum bifariam per centrum, in descriptione horologii solaris.

HORMĔNUS, i, m. Vox Graeca, *ὁρμενος*, qua significatur asparagus silvester, seu corruda: ab *ὁρμή*; conatus, quia ipse promptissime e terra erumpit, unde etiam Latini ab *a* intensivo, et *σπαράσσω*; lacero, illum asparagum appellant. *Plin. 19. 42. 5.* Iudicavimus et corrudam: hunc enim intelligo silvestrem asparagum, quem Graeci hormenum vocant. Adde *20. 43. 1.*

HORMĒSĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, *ὁρμήσιον*, ex *ὁρμος*; monile, et *ζωή*; delectatio, qua significatur gemma, quae inter gratissimas aspicitur, ex igneo colore radians auro, portante secum in extremitate candidam lucem. Haec *Plin. 37. 60. 3.* Adde *Isid. 16. Orig. 14.* in *fin.*, ubi alii minus recte leg. *armisicion*.

Digitized by Google

HORMĪNĀLIS. V. TORMINALIS.

HORMĪNĪUM. V. HORMINUM.

HORMĪNŌDES, is, m. Vox Graeca, ὁρμινώδης, qua significatur gemma vehementis viriditatis, ambiente circulo aurei coloris, ab *horamino*, cui est viriditate similis. *Plin. 37. 60. 2.* Cf. voc. seq.

HORMINOS, *Graeca positione*, i, m., et *Latina*

HORMĪNUM (et Horminium), i, n. Vox Graeca, ὅρμινον et ὅρμινος, ὁ, qua significatur herba hortensis, vulgo salvia trausmarina, dodrantali altitudine, folio marrubii, semine cymino similis, cetera porro odoris optimi. *Plin. 22. 76. 1.* et *18. 22. 1.* — **B)** Est etiam horminum silvestre. *Apul. Herb. 102. de salvia.* Cum foliis paulo asperis . . . et fructu sive semine in summitate ramorum simili orminio agresti. — *Plin. 26. 61. 1.* Horminos agrios, *Graeca positione* appellatur.

HORNAMENTUM. V. ORNAMENTUM.

HORNO, V. HORNUS §. 2.

HORNŌTĪNUS, a, um. Adiect. ab *hornus*, syllabica adiectione productum, ut *diutinus* a *diu*. — Est idem ac hornus; *di quest' anno*. *Cic. 5. Verr. 18.* Hae litterae L. Metelli, hoc, quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exaraverunt. *Cato, RR. 17.* Hornotinae nuces. *Colum. 5. 6. ad fin.* Palmites de hornotinis virgis enati.

HORNUS, a, um. Adiect. quod videtur esse per syncopen pro *hornus*, ab insitato ὥρινος, idem ac ὡρινός, ab ὥρα; tempus, anni tempestas, quasi dicas huius tempestatis. Est enim *hornus;* qui est huius anni; *di quest' anno*. *Horat. Epod. 2. 47.* horna dulci vina promens dolio. *Id. 3. Od. 23. 3.* horna fruge Lares placare. *Id. 2. Sat. 6. 88.* palea porrectus in horna. *Propert. 4. 3. 61.* horni agni. — **B)** Absolute in ablat. sing.

Hornō, adverbiorum more; *quest' anno*. *Plaut. Most. 1. 3. 3.* Horno messis magna fuit. *Lucil.* apud *Non. 2. 405.* Utrum anno, an horno te abstuleris a viro. Adde *Varron. ibid.* Cf. *Serv. Comment. in Donat. p. 1850. Putsch.*

* HŌRŌPHANTAE seu Horophantae, ārum, m. Sunt ὁριηται, seu finitores, qui limitum, agrorumque confinia statuunt, et lites de finibus disceptant: ab ὅρος; terminus. Hinc horofantae agrorum leguntur in *Cod. Theod. 16. 10. 14.*, ut quidem *Reines.* putat *ad suarum Inscription. cl. 1. n. 157.* Nam alii ibi legunt *hierophantae*, et sacerdotes intelligunt, de quibus in HIEROPHANTA dictum est. Quae lectio, atque interpretatio magis profecto congruit et cum lemmate eius tituli, qui est *De paganis sacrificiis et templis*, et cum ipsa re, de qua in ea lege agitur.

HŌRŎLŎGĬĀRIS, re. Adiect. ab *horologium;* ad horologium pertinens. *Inscript.* apud *Grut. 6. 6.* M. Ulpius Mucianus Mil. Leg. XIII. Gem. horologiare templum a solo de suo ex voto fecit; *nempe* templum, in cuius fronte horologium erat. — Eadem *Inscr.* affertur etiam ab *Orelli, n. 925.*, quo loco illud HOROLOGIAR interpretatur *horologiarium*, et *n. 1276.*, ubi ex aliis leg. HOROLOGIARE.

HŌRŎLŎGĬĀRĬUM. V. voc. praeced.

HŌRŎLŎGĬCUS, a, um. Adiect. ab *horologium;* ad horologium pertinens. ut Horologica vasa, *Capell. 6. p. 194.*

HŌRŎLŎGĬUM (et Horilogium in *Inscr.* apud *Grut. 237. 6.* Claudii Imp. aevi), ii, n. Vox Graeca, ὡρολόγιον, qua significatur instrumentum indicans horas: ab ὥρα; hora, et λέγω; dico; *orologio, oriuolo*. *Cic. 16. Fam. 18.* Horologium mittam, et libros, si erit sudum. *Varr. 3. RR. 5. ad fin.* In eodem hemisphaerio medio, circum cardinem, est orbis ventorum octo, ut Athenis in horologio, quod fecit Cyrrestes. *Senec. Apocoloc. 2.* Facilius inter philosophos, quam inter horologia conveniet. — **B)** Primus horologium, quod appellant sciothericon; *da sole*, Lacedaemone ostendit Anaximenes Milesius, ut sit *Plin. 2. 78. 1.* Romanis vero, multo post tempore, primum proposuisse eiusdem generis horologium, ad aedem Quirini, undecim annos ante bellum cum Pyrrho; h. e. circa an. U. C. CCCCLX., L. Papirium Cursorem, *Fabius Vestalis:* statutum in publico secundum Rostra, in columna, bello Punico primo, a M. Valerio Messala Cos. Catina capta in Sicilia, deportatum inde, *M. Varro*, narrat, post triginta annos, quam de Papiriano traditur. Usque ad ea tempora Romani horologio caruerant. Sed neque alterum illud a Messala propositum recti usus fuit, non congruentibus ad horas lineis eius, quia ad clima Siciliae descriptae fuerant. Usi sunt tamen eo annis undecentum: donec Q. Marcius Philippus censor aliud diligentius ordinatum iuxta posuit. Verum quia nubilo die incertae erant horae, proximo lustro Scipio Nasica primus aqua divisit horas, idque horologium sub tecto dicavit, an. U. C. DXCV. Tamdiu populo R. indiscreta lux fuit. Haec *Plin. 7. 60. 4.*, cui similia habet *Censorin. de die nat. 23.*, ubi illud addit, ipsum quoque horarum nomen, credibile esse, ante ea tempora ignoratum Romae fuisse, cum in XII. Tab. nusquam nominatae inveniantur. *Inscr.* apud *Murat. 2012. 3.* Horologium cum suo aedificio, et signis omnibus, et clatris C. Blaesius C. f. Voltinia Gratus ex HS. N. . . . , et eo amplius ad id horologium administrandum aerum (*nempe* aervum) HS. N. IIII. D. S. D. — **B)** De solari horologio agit *Vitruv. 9. 8.*, idemque laudat *Cassiod. 1. Variar. 45.*, cuius tamen ratio paucis tantummodo abhinc annis innotuit ex octodecim antiquis horologiis sciothericis, quae an. 1790. Romae vulgavit, descripsit, illustravitque *Car. Antoninius* in *Serie de' candelabri*, etc., ac praecipue ex simili horologio omnium accuratissimo Romae reperto, quod vulgatum fuit apud *Ios. Ant. Guattanium* in *Mem. Enciclop. T. 8. p. 103.*, quos consulas, necesse est. — **C)** Horologium vero aquarium, sive hydraulicum laudat *Cassiod. loc. cit.*, et de eiusdem conficiendi rationibus agit *Vitruv. 9. 9.*, ita tamen, ut, cum figurae perierint, quas ille in suo libro descripserat, plane intelligi quidquam vix possit.

HŌROSCŎPĬCUS, a, um. Adiect. ab *horoscopium;* ad horoscopium pertinens; ut Horoscopici libri apud *Fulgent. 1. Mythol. 12.* et *Mythogr. 1. fab. 115.* ed. *Mai*.

HŌROSCŎPĬUM, ii, n. Vox Graeca ὡροσκόπιον, ab ὥρα; hora, et σκοπέω; specto: instrumentum est ad perquirenda horoscopa accommodatum. *Sidon. 4. ep. 3.* Tenere cum Archimede radium, cum Euphrate horoscopium, cum Vitruvio perpendiculum.

HOROSCŎPO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *horoscopus;* horoscopum facio, horoscopum praebeo. *Manil. 3. 296.* Iam facile est, si quod quandoque horoscopat astrum, Noscere. *Firmic. 3. Mathes. 1.* Is erit, Ariete horoscopante, semper in Cancro.

HŌROSCŎPUS, a, um. V. voc. seq. §. 3.

HŌROSCŎPUS, i, m. Vox Graeca, ὡροσκόπος, qua significatur ea caeli pars, quae nativitatis tempore ab oriente emergit, ex cuius observatione nataliciae divinationes fiunt; *oroscopo, ascendente:* ab ὥρα, quo nomine non intelligitur particula diei, sed absolute tempus, nempe tempus illud, quo quis primum exit in lucem, et a σκοπέω; speculor, nempe a consideranda caeli parte, quae tempore nativitatis surgit. Aliqui horoscopon definiunt eam caeli partem, quae hora quabbet ab inferiore hemisphaerio surgit ab oriente: deinde addunt, horoscopo item id temporis momentum significari, quo quisque nascitur, quasi horae inspectionem et notationem. Ubi ipsum sidus intelligunt. *Pers. 6. 18.* geminos horoscope varo Producis genio. Adde *Manil. 3. 190. 200. 207. 322.* Plurima habet de horoscopo *Augustin. 5. Civ. D. 2.* et *seqq.* — **B)** Translate de aranearum telis, quae horologii solaris formam repraesentant, nempe a similitudine. *Tertull. Pall. 3.* Prorsus haud latet, bombycem (vermiculi genus est), quae per aërem liquando araneorum horoscopis idonius sedes tendit, dehinc devorat. *Alii alit. leg.* Cf. SCOPAE. — **B)** Adiectivorum more,

Horoscopus, a, um. Est qui horam indicat; ut Vasa horoscopa, in quibus horae dignoscuntur. *Plin. 2. 74. 1.* Vasa horoscopa non ubique eidem sunt usui. Adde *Capell. 6. p. 194.*

HŌRŌTHĔTES, ae, m. Vox Graeca, ὡροθέτης, qua significatur is, qui limites alicuius rei statuit, finitor. Hoc nomine Valentiniani Christum appellant. Hinc *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 2. 3.* Horum vero hunc et Stauron et Lytroten . . . et Horotheten vocant. Et *ibid. 3. 1.* Et Hori et Crucis ipsorum et Redemptoris . . . et Horothetae . . . hexeconia compago.

HORRĔA, ae, f. V. HORREUM §. b.

HORRĔĀRĬUS, ii, m. Nomen ab *horreum;* horrei custos; *custode del magazzino. Gloss. Philox.* Horrearius; ἀποθηκάριος. *Inscr.* apud *Grut. 109. 7.* Genio horreorum Saturninus et Successus horrearii donum dederunt. *Labeo Dig. 19. 2. 60. §. 9.* Rerum custodiam, quam horrearius conductoribus praestare deberet, locatorem totorum horreorum horreario praestare non debere, puto. *Celsus* apud *Ulp. Dig. 19. 4. 5.* Si quis merces, quas exvehendas conduxit, in horreo posuit, cum conductore ad exhibendum agi posse. Item, si, mortuo conductore, heres exsistat, cum herede agendum. Sed si nemo heres sit, cum horreario agendum. Nam si a nullo possidentur, verum est aut horrearium possidere, aut certe ille est, qui possit exhibere. Haec *Cels.* Adde *Ulp. ibid. 9. 5. 5.* et *Inscr.* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. p. 466. n. 1026.*

HORRĔĀTĬCUS, a, um. Adiect. ab *horreum;* ad horreum pertinens, ut Horreaticae species; h. e. fruges, quae in horreo asservantur. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod. 11. 14. 3.*

HORRENDĒ. Adverb. ab *horrendus;* cum horrore. *Vulg. Interpr. Sap. 6. 6.* Horrende et cito apparebit vobis. Adde *ibid. 17. 3.*

HORRENDUS, a, um. Particip. verbi *horreo*, adiectivorum more saepe adhibitum. — Est horrificus, horribilis, timendus; *orrendo, terribile. Liv. 1. 26.* Lex erat horrendi carminis. *Plin. Paneg. 52.* Truces horrendaeque imagines. *Virg. 3. Aen. 26.* Horrendum, et dictu video mirabile monstrum. *Horat. 4. Od. 14. 27.* horrendamque cultis Diluviem minitatur agris. *Id. 1. Sat. 8. 25.* pallor utrasque Fecerat horrendas aspectu. *Val. Flacc. 1. 310.* reddita tandem Vox horrenda viris. *Virg. 4. Aen. 453.* Vidit, turicremis cum dona imponeret aris (Horrendum dictu!) latices nigrescere sacros. *Ovid. 15. Met. 298.* res horrenda relatu. *Id. 6. Fast. 140.* horrenda nox. *Seren. Sammon. 7.* et *Pallad. 1. 18.* et *37.* horrendi odores; *cattivi*. — **B)** Est etiam verendus, venerandus. *Virg. 7. Aen. 172.* Tectum augustum, ingens

horrendum silvis, et religione parentum. Et *6. ibid. 10.* horrendaeque procul secreta Sibyllae. — **β**) Item admirabilis. *Virg. 11. Aen. 870. de Camilla.* Virgo horrenda. — **γ**) Absolute

HORRENDUM, adverbiorum more. *Virg. 6. Aen. 288.* bellua Lernae horrendum stridens. *Id. 9. ibid. 752.* arma horrendum sonuere. Et *12. ibid. 700.* horrendumque intonat armis. *Senec. Herc. Fur. 981.* saevit horrendum Mimas.

HORRENS, entis. Particip. verbi *horreo*, adiectivorum more saepe adhibitum. — Proprie est qui horret: *h. e.* asper, horridus est erectis setis, comis, aculeis, aut eiusmodi, hirtus, hispidus; *arricciato, rabbuffato.* Vox fere poëtica. *Plin. 8. 61. 8. de cane.* Horrentibus per totum corpus villis, ingenti latratu intonuit (Adde *Stat. 2. Theb. 30.*). *Virg. 9. Aen. 506.* horrentisque leonis Exuvias. Et *5. G. 318.* Horrentes rubi. *Ovid. 8. Met. 228.* rigidis horrentia setis Terga apri. *Senec. Herc. Oet. 789.* Cana revinctum populo horrentem comam. *Id. Hippol. 916.* horrens habitus. *Petron. Satyr. 99.* Horrentes barbae. — **β**) Per similitudinem dicitur de aliis rebus. *Sil. 16. 455.* cristis horrens Sidonia cassis. *Senec. Agam. 221.* classibus horrens fretum. *Horat. 2. Sat. 1. 45.* horrentia pilis agmina. *Virg. 10. Aen. 178.* densos acie atque horrentibus hastis. — **γ**) Deinde

II. *Horrens* est etiam horridus, horribilis, terribilis; *orribile, terribile, orrido. Virg. 1 Aen. 4.* at nunc horrentis Martis Arma virumque cano. Et *10. ibid. 257.* Tela inter media atque horrentes Marte Latinos. *Lucan. 1. 443.* horrensque feris altaribus Exus. *Virg. 1. Aen. 169.* horrenti stirpem nemus imminet umbra. *Lucret. 5. 25.* Horrens Arcadius sus.

HORRENTĬA, ae, f. Verbale ab *horreo*, idem atque horror. Est *Tertull. 4. advers. Marcion. 24. a med.*

HORRĔO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum. Passiva tamen voce qui adhiburit, inveni adhuc neminem, inquit *Forcellinus noster*. — **b**) Aliquando confusum fuisse cum *haereo*, diximus sub h. v. §. d. — **c**) *Horre* licenter usurpatur ultima brevi apud *Claud. Mar. Victor. de Genesi, 1. 505.* Dum Vescere, dixit, Arboribus cunctis, hanc tantum horre, memento. — **d**) Particip. *horrens* et *horrendus* V. suo loco. — **e**) Derivata, *horrende, horrentia, horresco, horribilis, horribiliter, horride, horriditas, horridulus, horridus, horror.* Cf. HORDEUM §. a. — **f**) Composita, *abhorreo, adhorreo, cohorreo, cohorresco, exhorreo, exhorresco, horricomis, horrifer, horrificabilis, horrificalis, horrifice, horrifico, horrificus, horriptilatio, horripilo, horrisonus, inhorreo, inhorresco, obhorreo, perhorreo, perhorresco, perhorridus, subhorresco, subhorridus.*

HORREO proprie cum de inanimis dicitur, significat erectum esse, asperum, rigentem, ut de spinis, setis, capillis, et huiusmodi, quae dense et subrecta stant; *arricciarsi, rabbuffarsi. Varr. 6. LL. 6.* Cum valde timetur, in corpore pili, ut arista in spica hordei, horrent. *Tibull. 2. 5. 23.* Saepe horrere sacros doluit Latona capillos. *Senec. Herc. Oet. 707.* Erectus horret crinis. *Ovid. 2. Fast. 502.* Rettulit ille gradus, horruerunque comae. Et *548.* Horrebant densis aspera crura pilis. *Id. 13. Met. 846.* rigidis horrent densissima setis Corpora. *Id. 12. Heroid. 101.* draco squamis crepitantibus horrens. *Sil. 4. 560.* horret thorax Samnitis pellibus ursae. *Senec. Herc. Fur. 786.* viperis horrent iubae. *Stat. 2. Theb. 128.* Qualis ubi, audito venantum murmure, tigris Horruit in maculas; *h. e.* irascitur in retia. *Accius* apud *Non. 5. 7.* Mare cum horret fluctibus; *s'increspa, si turba.* V. alia in HORRENS §. 1. — **β**) Translate de rebus. *Virg. 11. Aen. 601.* late ferreus hastis Horret ager. *Id. 8. ibid. 634.* Romuleoque recens horrebat regia culmo. *Ovid. 3. Pont. 1. 25.* Tristia per vacuos horrent absinthia campos. *Stat. 12. Theb. 495. de templo Clementiae Deae.* Semper habet trepidos, semper locus horret egenis Coetibus: ignotae tantum felicibus aras. *Ovid. 1. Fast. 495.* Nec fera tempestas toto tamen horret in anno; *h. e.* horrida est, et saevit: et praecipue intelligitur de tempore hiemis, quo rigent cuncta, squalent, aspera atque horrida fiunt. *Cic. 2. Nat. D. 7.* Posset ne uno tempore florere, deinde vicissum horrere terra? *Germanic. 2. prognost. 106.* Frigidus at rapidis horrebit Aquarius Eurис. *Colum. 1. 4. ad fin.* Quaedam loca hieme intolerabiliter horrent. *Stat. 4. Theb. 1.* Tertius horrentem Zephyris hiaverat annum Phoebus. — *Ovid.* metaphorice *Rem. am. 664.* Horrebant saevis omnia verba minis; *h. e.* aspera et acerba erant. — **γ**) Hinc horrere dicuntur, qui frigore tremunt; *tremar di freddo. Id. 2. Art. am. 215.* Saepe etiam dominae, quamvis horrebis et ipse, Algenti manus est calfacienda sinu; *tremerai di freddo. Iuvenal. 1. 85.* horrenti tunicam non reddere servo. *Propert. 4. 5. 68.* Horruit algenti tegula curta foco. *Petron. Satyr. 85.* Sola pruinosis horret facundia pannis, *probitas laudatur et alget*, inquit *Iuvenal. 1. 74.* Adde *Ter. Eun. 1. 2. 4.* — **δ**) Pro tremere simpliciter. *Val. Flacc. 8. 81.* ac primi percussus aure soporis Horruit, et dulces excussit ab arbore somnos; *tremò, si scosse.* — *Ovid. 10. Heroid. 139.* Corpus, ut impulsae segetes aquilonibus, horret, Literaque articulo pressa tremente latet. Adde *Art. am. 1. 333.* — **ε**) Hinc saepe

II. *Horreo* significat tremere, et timere vehementer, sive ex eo, quod in timore horrent pili in corpore, ut *Varr. 6. LL. 6.* vult, sive ex eo, quod timor aeque ac frigus horrorem incutit; *temere, aver orrore, raccapricciarsi, tremar di paura. Ter. Eun. 1. 2. 5.* totus Tremo horreoque, postquam aspexi hanc. *Pa.* bono animo es: Accede ad ignem hunc: iam calesces plus satis. *Cic. Dom. 55.* Nemo unquam tam barbarus, tam immanis fuit, qui non horreret animo, cum etc. *Plaut. Cist. 2. 3. 9.* Horret corpus, cor salit. *Liv. 34. 4.* Eo plus horreo, ne illae magis res nos ceperint, quam nos illas. *Cic. 2. Att. 21.* Dominatio tanto in odio est omnibus, ut quorsum eruptura sit, horreamus; *ci viene orrore a pensarci.* Et *7. Phil. 5.* Periculose dico, quemadmodum accepturi sitis, horreo. *Ovid. 15. Met. 516.* adrectisque auribus horrent Quadrupedes monstrique metu turbantur. — *Augustin. Annot. in Iob. 6.* Horrui Angelis. — **β**) Deinde, transitivorum more,

III. *Horreo*, cum accusativo, est horrore habeo; *aver in orrore. Caes. 1. B. G. 32.* Absentis Arioviști crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent. *Cic. 9. Att. 2. a med.* Ingrati animi crimen horreo. *Id. 5. Tusc. 30.* Imbecillius horrent dolorem, et reformidant. *Id. 7. Verr. 29.* Horrere iudicium et crimen. *Horat. 3. Ep. 18. 11.* putum divitis; *tremare al cenno. Plin. Paneg. 27.* Nemo iam parens filio, nisi fragilitatis humanae vices horret. *Ovid. 1. Pont. 3. 16.* Horrent admotas vulnera cruda manus. — Sequente infinito. *Liv. 7. 40.* Horreo dicere. *Cic. 2. Agr. 57. Id. Har. resp. 17.* Quod sacrificium nemo vir aspicere non horruit; *ebbe in orrore.* Et *2. Agr. 57.* Non horrui in hunc locum progredi; *non ebbi paura.* — **γ**) Refertur etiam ad eos, qui obstupescunt, miranturque vehementer, nam et ex ingenti admiratione horror nascitur (*Virg. 2. Aen. 774.* Obstupui, steteruntque comae, etc.). *Cic. 2. Orat. 45.* Quae mehercule ego, Crasse, cum a te tractantur in causis, horrere soleo: tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis, vultu, gestu, digito denique isto tuo significari solet.

HORRĔŎLUM, i, n. Deminut. ab *horreum*; parvum horreum; *piccioi granaio. Val. Max. 7. 1. extr.* Usus necessarii horreolum.

HORRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, specie inchoativ. ab *horreo*. — Particip. *horrescens* §. 3. — Proprie est horrere incipio; asper, horridus fio: ea ratione, qua in HORREO §. 1. dictum est; *arricciarsi, rabbuffarsi. Senec. Agam. 712.* mollis horrescit coma. *Ovid. 14. Met. 279.* horrescere setis. Et *2. ibid. 478.* Brachia coeperunt nigris horrescere villis. *Enn.* apud *Macrob. 6. Saturn. 4.* Horrescit telis exercitus asper utrinque. *Virg. 7. Aen. 526.* Horrescit strictis seges ensibus. *Id. 3. G. 198.* tum segetes altae, campique natantes Lenibus horrescunt flabris. *Cic.* et *Varro* in *fragm.* apud *Non. 3. 7.* Cum subito mare coepit horrescere; *increspasi, turbarsi. Sil. 1. 134.* subitis horrescit turbida nimbis Tempestas. Adde *Lucret. 6. 261.* — **β**) Item tremere ac timere incipio, expavesco, horrore corripior; *raccapricciarsi, inorridire, tremar di paura. Cic. 5. Fin. 11.* Quin etiam ferae, sibi iniecto terrore mortis, horrescunt. *Ter. Adelph. 4. 4. 25.* Horresco semper, ubi pultare hasce incipio fores. *Virg. 2. Aen. 204.* Horresco referens. *Id. 6. ibid. 710.* Horrescit visu subito. *Id. 12. ibid. 455.* miseris, heu, praescia longe Horrescunt corda agricolis. — **γ**) Et cum accusativo, subaudita praepositione, sive transitivorum more,

II. *Horresco* est horrore habeo, pertimesco. *Virg. 3. Aen. 391.* Nec tu mensarum morsus horresce futuros. *Val. Flacc. 6. 455.* nullos horrescere visus. *Stat. 3. Theb. 70.* Pectora et extremam nil horrescentia mortem. *Horat. 2. Od. 10. 5.* dum procellas Cautus horrescis.

HORRĔUM, i, n. Nomen parum certae originis: fortasse ab *hordeum*, quod proprie fuerit locus hordeo asservando accommodatus, ut *farreum*, in quo reponeretur far: sed postea dici coeperit de quarumlibet frugum repositorio. Vel potius ab ὡρεῖον, in quo horna reconduntur. Cf. *Apul. Not. aspir. 38.* — **b**) *Non. 3. 110.* putat *horrea, ae, f.* usurpatum fuisse a *Claudio*: sed quae ex eo affert verba, id non evincunt. V. *Nonii* locum in TABULARIA. — **c**) Derivata, *horrearius, horreaticus, horreolum.*

HORREUM proprie est locus, in quo segetes post messem reponuntur; *granaio. Virg. 1. G. 49.* Illius immensae ruperunt horrea messes. *Cic. 2. Agr. 35.* Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani esse voluerunt. *Horat. 1. Od. 1. 9.* Si proprio condidit horreo Quidquid de Libycis verritur areis. *Cic. 5. Verr. 8.* Ut neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis etc. *Caes. 3. B. C. 42.* Caesar locis certis horrea constituit. *Tibull. 2. 3. 84.* Distendet spicis horrea plena Ceres. Adde *Horat. 3. Od. 16. 27.* — **β**) Quae multa horrea *P. Vict. de Regionib. Urbis R.* sive *Notit.* et *Curios. Urb.* in singulis regionibus enumerat, dici possunt Italice *fondachi*. In illis servabantur frumenta ad publicam annonam. — **γ**) Hinc, ut videtur, *Comes horreorum*, qui iis praesset, memoratus in *Cod. 11. 15. 1.* Quisumque ex mancipibus Comitis horreorum, etc. — **δ**) Deinde

Digitized by Google

II. *Horreum* apud Romanos non ad solum usum condendarum frugum, sed ad alia quoque inserviebat. *Plin. 18. ep. 18. sub fin.* Amplissimos hortos instruxit plurimis et antiquissimis statuis. Tantum illi pulcherrimorum operum in horreis, quae negligebantur. *Lamprid. Alex. Sever. 39.* Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quae conferrent bona ii, qui privatas custodias non haberent. *Paul. Dig. 34. 2. 33.* Argentum, quod in domo, vel intra horreum usibus eius fuit. *Ulp. ibid. 10. 4. 5.* Si quis merces, quas exvehendas conduxit, in horreo posuit; *magazzino. Modestin. ibid. 52. 1. 82.* Cui quae Romae essent, legata sunt; ei etiam, quae custodiae causa in horreis extra urbem reposita sunt, debentur. *Ulp. ibid. 55. 9. 5. §. 11.* Penuarium horreum. *Paul. ibid. 18. 1. 76.* Dolia in horreis defossa; *h. e.* in cellis vinariis. Porro in horreis vina condita fuisse, etiam in APOTHECA §. 2. dictum est. Libros etiam quandoque ibi reponebant, ut colligitur ex illis *Senecae* verbis *epist. 45.* Quoscumque habeo libros, mittere paratus sum, et totum horreum excutere. *Colum.* quoque *12. 50.* Si quando immodica multitudo olearum torcularibus vincit laborem, esse oportere ait pensile horreum, quo imponantur fructus. Porro *horrea pensilia* dicuntur, quae non in plano posita sunt, sed tignis suspensa, quo sicciora sint. V. etiam *1. 6.*, ubi et instrumento rustico locum in horreo dat. — **5)** Improprie et per similitudinem

III. *Horrea* vocat *Virg. 4. G. 250.* apum alvearia, tum quia variis cellulis horreorum more divisa sunt, tum quia in iis condantur mella, quae fruges et annona apum dici possunt. — **6)** *Terrena horrea*, apud *Ovid. 5. Trist. 6. 39.* sunt cava sub terra, in quibus formicae grana condunt. — **7)** Figurate de caelesti regno, quo iustorum animae recipientur post mortem, *Vulg. Interpr. Matth. 13. 30.* Colligite primum zizania . . . triticum autem congregate in horreum meum. Adde *Luc. 3. 17.*

HORRĪBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *horreo*. — Comparat. *horribilior* §. 1. — Proprie est horrendus, horrificus, formidabilis; *orribile. Cic. Quint. 31.* Horribile est causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere. *Caes. 5. B. G. 14.* Britanni se vitro inficiunt: atque hoc horribiliore sunt in pugna aspectu. Et *7. ibid. 56.* Horribilem speciem praebere. *Sall. Iug. 108.* Horribile spectaculum. Et *104.* Ignotus atque horribilis sonitus. *Cic. 1. Fin. 19.* Non conturbamur ignoratione rerum, e qua ipsa horribiles existunt saepe formidines; *che fanno tremare*. Et *Somn. Scip. 4.* Mars rutilus et horribilis terris. — **2)** Interdum, ut *horrendus*, significat sacrum, verendum, admirandum. *Petron. Satyr. 21.* Uterque iuravit, inter nos peritorum esse tam horribile secretum. *Cic. 8. Att. 9. in fin. de Caesare.* Sed hoc *vigil* horribili vigilantia, celeritate, diligentia est. *Vulg. Interpr. 2. Reg. 7. 23.* Quae est autem . . . gens in terra, propter quam ivit Deus, . . . ut faceret eis magnalia et horribilia super terram? Cf. voc. seq.

HORRĪBĬLĬTER. Adverb. ab *horribilis;* horrendum in modum; *orrendamente*. — Translate in bonam partem est mirifice; *ἐκπρεπῶς. M. Aurel.* inter *ep. Front. 2. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*o) *ep. 6.* Postea cavebis de me, praesertim in senatu, tam multa mentiri: horribiliter scripsisti hanc orationem. O si ad singula capita caput tuum basiare possem!

HORRĪCŎMIS, me. Adiect. ab *horreo* et *coma;* qui horridos pilos, vel comam habet, ut Horricomes canes, apud *Apul. 4. Met. 19.* et Horricomis hircus, *7. ibid. 11.*

HORRĪDĒ. Adverb. ab *horridus*. — Comparat. *horridius*, infra. — Est aspere et inculte; *rozzamente, aspramente. Cic. Orat. 9.* Putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. Et *25. sub fin.* iisdem ornamentis utetur horridius. *Tacit. 1. Hist. 82.* Allocuti sunt praefecti ex suo quisque ingenio, mitius aut horridius; *h. e.* asperius, tristius, severius.

* HORRĪDĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *horridus*, idem ac horror. *Naevius*. Omnia mihi horriditati erant maxime. Ita refert *Perottus* in *Cornucop.*, quem penes sit fides.

HORRĪDĬUSCŬLĒ. Adverb. per deminut. factum ab *horridulus;* in modum aliquantum horridum; *alquanto orridamente*. — Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

HORRĪDŬLUS, a, um. Adiect. ab *horridus* per deminutionem factum; subhorridus, aliquantum rigens, exstans, asper, incultus, incomptus; *orridetto. Plaut. Pseud. 1. 1. 66.* Horridulae papillae. *Lucil.* apud *Non. 3. 7.* Caput ungunt horridulum. *Martial. 10. 98.* Tonsus puer, horridulus, rudis, pusillus. — **2)** Translate. *Cic. 2. Att. 1.* Quamquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. *Id. Orat. 45.* Horridulae Catonis orationes. — **3)** Est etiam frigore tremens. *Pers. 1. 54.* Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

HORRĪDUS, a, um. Adiect. verbale ab *horreo*. — Comparat. *horridior* §. 1. *et seqq.* — Proprie est densus et subrectus, hirtus, hispidus, asper, exstans, impexus; *arricciato, rabbuffato, aspro, orrido:* dicitur*que* proprie de pilis, comis, spinis, setis, et huiusmodi. *Cic. Coel. 14.* Non hac barbula, qua ista delectatur, sed illa horrida, quam in statuis antiquis videmus. *Virg. 7. Ecl. 42.* horridior rusco. *Id. 4. G. 407.* sus horridus. *Ovid. 10. Met. 139.* horrida caesaries. *Id. 2. Amor. 6. 8.* pluma. *Plin. 13. 34. 1.* Horrida spinis arbor. *Id. 11. 19. 1.* Apes horridae aspectu; *h. e.* hirsutae. *Virg. 3. Aen. 23.* densis hastilibus horrida myrtus. *Val. Flacc. 5. 558.* horrida signis chlamys: *aspera signis pocula* dixit *Virg. 9. Aen. 263.* — **2)** Dicitur et de loco inculto, squalido. *Ovid. 1. Pont. 5. 85.* nulli datus omnibus aevis Tam procul a patria, horridiorve locus. *Virg. 9. Aen. 381.* silva late dumis atque ilice nigra Horrida. — **3)** Refertur saepe ad cultum, vestitumque hominum. *Virg. 5. Aen. 37.* Horridus in iaculis, et pelle Libystidis ursae. *Ovid. 3. Amor. 6. 47.* Ilia cui placuit, quamvis erat horrida cultu. *Cic. in Senat. 6.* Quem praeteriens, eum incultum, horridum, morestumque vidisses, etiam si agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum et perditum non putares. *Lucret. 6. 1267.* Corpora paedore horrida; *brutti, orridi. Apul. 3. Met. 8.* Anus alia pannis horridis obsita. Adde *5. ibid. 28.* — **4)** Item ad mores duros, asperos, severos, et ad orationem incultam et rudem. *Cic. Brut. 31.* Q. Aelius Tubero ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. *Id. Quint. 30.* Vita horrida atque arida. *Horat. 3. Od. 21. 9.* Non ille, quamvis Socraticis madet Sermonibus te negliget horridus. *Plin. 5. ep. 5.* Vir est emendatus et gravis: paulo etiam horridior et durior, ut in hac licentia temporum. *Virg. 7. Aen. 746.* Horrida gens. *Cic. Orat. 5.* Aspera, tristis, horrida oratio. Et *Brut. 7.* Antiquior Catonis sermo, et quaedam horridiora verba. *Sil. 11. 205.* horrida virtus. Armatumque fide pactus, rectique cupido; *h. e.* severa, incorrupta, et duris rebus exercita. — Eodem fere modo locutus est *Stat. 8. Theb. 172.* — **5)** Praeterea

II. *Horridus* dicitur etiam de iis, quae horrorem incutiunt, terribilia atque horrenda sunt. *Virg. 1. G. 449.* horrida grando. *Id. 10. Aen. 480.* horrida acies. *Id. 10. Ecl. 23.* castra. *Id. 2. G. 282.* praelia. *Id. 4. Aen. 378.* iussa. Et *11. ibid. 96.* fata. *Martial. 10. 62.* lora. *Ovid. 6. Met. 685.* Boreas horridus ira. *Plin. 13. 4. 5.* Aquilae et signa custodibus horrida; *h. e.* metuenda propter milites eorum custodes. — **6)** Hinc saepe refertur ad hiemem et procellas. *Virg. 3. G. 442.* horrida cano Bruma gelu. Et *366.* stiria. *Ovid. 13. Met. 212.* semihiems tremulo venit horrida passu. *Martial. 7. 56.* horridus decembr. *Ovid. 2. Amor. 16. 19.* si premerem ventosas horridus Alpes; *rabbuffato e intirizzito. Horat. Epod. 10. 5.* horridi fluctus. *Virg. 9. Aen. 670.* cum Iuppiter horridus austris Torquet aquosam hiemem. *Plin. 18. 79. 3.* Horrida tempestas. — **7)** Aliquando ad sapores. *Id. 34. 53. 1.* Spodos si tangatur lingua, saporem horridum praestat; *lazzo, aspro, astringente:* qui horrorem, tremoremque aliquem inducit. *Id. 15. 9. 5.* Pomum durum, horridum sapore ferino. — **8)** Pro acri ac vehementi. *Id. 20. 51. 1.* Ruta silvestris horrida ad effectum est, et ad omnia acrior. — **9)** Item de litteris quae asperum habent sonum. *Quintil. 12. 10. ante med.* In locum earum succedent litterae tristes et horridae, quibus Graecia caret; *h. e.* litterae Latinae *f* et *u*. *Id. ibid. mox.* Littera multo horridior fit. Loquitur de *f* in *frangit*.

HORRĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. ab *horror* et *fero;* horrorem tremoremque ferens, horrificus, horribilis, horridus; *orribile, orrido*. Vox poëtica. De frigore. *Ovid. 1. Met. 65.* Scythiam, Septemque trionem Horrifer invasit Boreas. Et *vet. Poëta* apud *Cic. 1. Tusc. 28.* Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives. Et *Val. Flacc. 5. 518.* quem te horrifero sortitus in axe Caucasus. Et *307.* Horrifera nix. — **2)** De aliis rebus. *Lucret. 5. 994.* horriferae voces. *Id. 5. 1038.* horriferi aestus Tartari. Et *5. 219.* genus horriferum, natura ferarum. *Ovid. 1. Met. 725.* horriferamque oculis abiecit Erinyn. *Pacuv.* apud *Cic. Orat. 46.* prodigium horriferûm pavos, *pro* horriferorum.

HORRĪFĪCĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *horrifico;* horrificus. *Acc.* apud *Non. 226. 4. Mere.* Nam etsi apertius qualitate est, metuque horrificabili. Ita leg. *Quicherat* in *Add. Lex. Lat. p. 121.*, itemque *Ribbeck* ex *Vossio* in *Accii fragm. 617.* pro vulgari lectione *horrificali*.

HORRĪFĪCĀLIS, le. V. voc. praeced.

HORRĪFĪCĒ. Adverb. ab *horrificus;* horrorem incutiendo; *con orrore. Lucret. 2. 609.* Horrifice fertur divinae Matris imago; *h. e.* cum religione et metu. *Id. 4. 39.* simulacra luce carentum, Quae nos horrifice languentes saepe sopore Excierunt.

HORRĪFĪCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *horreo* et *facio;* quod alterum vi compositionis est corruptum. — Particip. *horrificans* §. 1. — Proprie est horrere facio, horridum, seu turbatum reddo. De mari. *Catull. 64. 270.* qualis flatu placidum mare matutino Horrificans Zephyrus, proclives incitat undas; *increspando*. — **2)** Item horridum atque horribilem facio; *rendere orribile e spaventoso. Sil. 3. 388.* ore ferarum, Et rictu horrificant galeas. — *Flor. 3. 21.* Carcer, catenae, fuga, exsilium horrificaverant dignitatem. — **3)** Absolute horrorem incutio, terrifico; *spaventare. Virg. 4. Aen. 464.* Multaque praeterea vatum praedicta priorum Terribili monitu horrificant.

HORRĪFĪCUS, a, um. Adiect. verbale ab *horrifico*. — Proprie est

horridus factus. *Lucan.* 2. 372. Horrifica caesaries; *rabbuffata, scarmigliata*. — 3) Item horrorem faciens, horribilis; *orribile, che fa tremare*. *Cic. Dom.* 23. Qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus meis horrificum quoddam et nefarium, omni imbutum odio bellum intulistis. Quidam MSS. habent *hostificum*. *Gell.* 20. 1. *ad fin.* Horrifica poena. *Lucret.* 5. 920. At nos horrifico cinefactum te prope busto insatiabiliter deflebimus. *Virg.* 12. *Aen.* 851. Letum horrificum. Et 3. *ibid.* 571. horrificis tonat Aetna ruinis. *Val. Flacc.* 2. 97. Horrificum fulmen. — 3) Apud *Val. Flacc.* 5. 425. seque horrificis accommodat actis; h. e. sacris, quae horrore religioso venerari mos est.

HORRĬPĬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *horripilo*; horror pilorum, sive erectio capillorum prae horrore *Vulg. Interpr. Eccli.* 27. 15. Loquela multum iuvans horripilationem capiti statuet.

HORRĬPĬLO, as, āvi, ātum, āre, et, deponentium more,

HORRĬPĬLOR, āris, āvi. Verbum intransitiv. ab *horreo* et *pilus*; horridiore asperioreque pilo frutico. *Apul.* 3. *Met.* Aures immodicis horripilant auctibus. — *Hieronym.* vertens *Psalm. 118. 120.* Horripilavit a timore tuo caro mea et iudicia tua timui. *Gloss. Philox.* Horripilo: ἐφρίττομαι: horripilatur; ἐφρίττει.

HORRĬSŎNUS, a, um. Adiect. ab *horreo* et *sonus*; horribilem sonum edens, horrendum sonans; *di orribil suono*. *Virg.* 6. *Aen.* 573. horrisono stridentes cardine sacrae Panduntur portae. Et 9. *ibid.* 54. Clamore excipiunt socii, fremitoque sequuntur Horrisono. *Cic.* vertens carmen *Aeschyli* 2. *Tusc.* 10. horrisonum fretum; *che mugge*. *Lucret.* 5. 140. horrisonus frager. *Val. Flacc.* 7. 148. horrisonum flagellum. Et 2. 384. horrisona buxus. *Lucan.* 2. 454. cum mare possidet auster Flatibus horrisonis.

HORROR, ōris, m. Verbale ab *horreo*, quod proprie usurpatur de pilis, setis, quae dense subriguntur et horrent: quod tum frigore, tum metu fit: item de squalore, atque horrida facie rerum, quae inde nascitur; *orricciamento, rabbuffamento*. *Val. Flacc.* 1. 229. (et *Lucan.* 3. 154.) Non pallore viris, non ullo horrore comarum Terribilis. *Lucan. ibid.* 446. Pontus non horrore tremit; *non s'increspa*. — 2) Metonymice, qui horrere ac tremere facit. *Lucret.* 6. 1009. ferri frigidus horror. Et 2. 410. serrae stridentis acerbus horror; *ribrezzo*. *Val. Flacc.* 4. 663. multifidus ruptis e nubibus horror Effugit. — 3) Translate de incompta horridaque oratione. *Quintil.* 8. 3. *sub fin.* Veterem illum horrorem dicendi malim, quam istam novam licentiam. — 4) Speciatim vero et poëtice est tremor; *tremore*. *Ovid.* 9. *Met.* 345. tremulo ramos horrore moveri. *Flor.* 2. 6. *ante med.* Commissam aciem secutus ingens terrae tremor: sive illum horrorem soli equitum virorumque discursus fecerunt. — 5) Item tremor febrilis. *Cels.* 3. 3. *de febri*. Frigus voco, ubi extremae partes membrorum insalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremit. Sic *Cic.* 12. *Att.* 6. *in fin.* Atticam dulco tam diu: sed quoniam iam sine horrore est, spero esse, ut volumus. *Lucret.* 3. 292. horrorem ciere in membris. — 6) Praecipue vero frigus. *Val. Flacc.* 7. 563. Nix et caerulei Boreae ferus abstulit horror. *Virg.* 3. *Aen.* 29. mihi frigidus horror Membra quatit. — 7) Frequentius

II. *Horror* est pavor, formido vehemens, quae tremoris causa est; *paura, orrore, raccapriccio*. *Cic.* 8. *Att.* 6. Dii immortales, qui me horror perfudit! quam sum sollicitus, etc. *Ovid.* 14. *Met.* 195. me luridus occupat horror, Spectantem vultus etiamnum caede madentes. *Plaut. Amph.* 3. 1. 16. Ea res me horrore afficit. *Plin.* 28. 2. 1. Horror est spectare in arena feras; *fa orrore*. — *Lucret.* 3. 292. Est et frigida multa, comes formidinis, aura, Qua ciet horrorem membris et concitat artus. — 8) Item terror; *terrore*. *Lucret.* 5. 1048. Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror. *Sil.* 15. 340. iacet campis Carthaginis horror. — 9) Item usurpatur de metu religioso. *Val. Flacc.* 2. 433. hic numinis ingens Horror. *Lucan.* 5. 411. Arboribus suus horror inest. *Liv.* 1. 16. Perfusus horrore venerabundusque. *Id.* 39. 8. Nec is, qui aperta religione propalam et quaestum et disciplinam profitendo animos horrore imbueret. — 10) Et de admiratione vehementi. *Lucret.* 5. 28. His ubi me rebus quaedam divina voluptas Percüit, atque horror, quod sic natura etc. — 11) Hinc sumitur etiam in bonam partem. *Stat.* 1. *Theb.* 495. laetusque per artus Horror it. *Auson. Gratiar. act. post init.* Atque in sacrario modo imperialis oraculi, qui locus horrore tranquillo et pavore venerabili raro eundem animum praestat et vultum: sed etc. V. PAVOR.

HORSUM. Adverb. ab *ho* sive *hoc* et *versum*, quasi hoc versum, in usu apud Comicos. — Est ad hunc locum versus; *verso qua*. *Ter. Hecyr.* 3. 4. 36. at at, eccum Phidippum et patrem Video: horsum pergunt. *Plaut. Rud.* 1. 2. 83. Horsum se capessit. *Id. Mil.* 2. 3. 35. Horsum ad stabulum recipiat se e pabulo. Adde *Ter. Eun.* 2. 1. 13.

HORTĀMEN, ĭnis, n. Verbale ab *hortor*, idem ac hortamentum. *Liv.* 10. 29. Ubi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro republica audenda. *Ovid.* 1. *Met.* 277. non est hortamine longo Nunc, sit, utendum. *Val. Flacc.* 6. 93. prisca suorum Facta canunt, veterumque, viris hortamina, laudes. *Tacit. Germ.* 7. Cibos et hortamine pugnantibus gestant. *Pallad.* 4. 11. Boves sint mansueti, timentes hortamen clamoris et verberis.

HORTĀMENTUM, i, n. Verbale ab *hortor*, syllabica adiectione productum; excitamentum; *esortazione*. *Liv.* 7. 11. In conspectu parentum, coniugumque, ac liberorum, quae magna etiam absentibus hortamenta animi, etc. *Sall. Iug.* 103. *extr.* Ea cuncta Romanis magno hortamento erant. *Tacit.* 4. *Hist.* 18. Coniuges parvosque liberos consistere a tergo iubet, hortamenta victoriae, vel pulsis pudorem. *Iustin.* 3. 3. Hortamenta virtutis. *Sil.* 3. 53. aspera quisque Hortamenta sibi referat: meus, heu! meus atris Ticini frater ripis iacet, etc. Adde *Gell.* 13. 24. — *Coel. Aurel.* 1. *Acut.* 13. n. 116. Siquidem velut hortamento quodam humor liquidior faciat ad caput assensum; h. e. stimulo.

HORTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *hortor*; hortandi actus; *esortazione, eccitamento*. *Cic.* 5. *Fin.* 2. Tamen mihi grata est hortatio tua. *Id.* 1. *Q. Fr.* 1. 14. Non hortatione, sed precibus tecum fraternis ago. *Id.* 9. *Fam.* 14. Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est. *Liv.* 40. 4. Hortatio remigum. Adde *Sall. Iug.* 64. et *Quintil.* 5. 8. 54. — Narrat *Suet. Aug.* 85. scripsisse eum multa varii generis, prosa oratione: inter alia *hortationes ad philosophiam*.

HORTĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *hortor*; ad hortationem spectans; *esortativo*. *Quintil.* 3. 10. a *med.* Haec ad hortativum genus maxime pertinent; h. e. deliberativum et suasorium. — 2) *Hortativa adverbia* sunt, quae ad hortandum inserviunt, ut eia, age. *Prisc. ian.* 15. p. 1021. *Putsch.* — 3) *Hortativa coniunctio*, eodem sensu, apud *Diomed.* 1. p. 411. *Putsch.* — 4) Item *hortativus modus* est modus hortandi, quem alii imperativum vocant, alii autem distinguunt, *Diomed.* 1. p. 329. *Putsch.* V. ADHORTATIVUS.

HORTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *hortor*; qui hortatur et suadet, ut aliquid fiat; *esortatore*. *Cic.* 1. *Orat.* 55. Cum eius studii tibi et hortator et magister esset domi. *Id. ad Quirit.* 4. Auctores hortatoresque ad me restituendum multi fuerunt. *Ovid.* 4. *Trist.* 2. 52. Hortator pugnae consiliumque fuit. *Virg.* 6. *Aen.* 529. Hortator scelerum. *Val. Flacc.* 8. 252. hortatorque Cupido Suscitat affixam moestis Aetida curis. *Quintil.* 10. 3. 15. Hortator studiorum. — 2) *Hortator remigum* est porticulus; *comito*. *Plaut. Merc.* 4. 2. 5. Quasi in mari solet hortator remiges hortarier. *Ovid.* 5. *Met.* 618. et qui requiemque modumque Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus. *Serv.* ad illud 3. *Aen.* 176. Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister Hortaturque viros, etc. Aut ipse dicit celeusma (nam hortatores dicuntur), aut *hortatur* ideo, quia consternati fuerant, perdito gubernatore. — Absolute. *Inscr.* apud *Murat.* 2102. 1. D. M. Menandro hortatori fecit Mercurius fratri suo B. M.

HORTĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *hortor*; hortativus. *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat.* tribuit *Ambros.* in *Luc.* 8. 17. Hic igitur locus hortatorius ad fidem. — *Locus tamen perperam est indicatus*.

HORTĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *hortor*; quae hortatur; *esortatrice*. *Stat.* 9. *Theb.* 717. Gloria hortatrix animosi laeti. *Quintil.* 11. 3. a *med.* Hortatrix manus.

HORTATUS, a, um. V. HORTOR §. 3.

HORTĀTUS, ūs, m. Verbale ab *hortor*; adhortatio, monitio. *Cic. Arch.* 1. Haec vox huius hortatu praeceptisque confirmata, nonnullis aliquando saluti fuit. *Ovid.* 5. *Trist.* 14. 45. Qui monet, ut facias, quod iam facis, ille monendo Laudat, et hortatu comprobat acta suo. *Id.* 3. *Met.* 242. At comites rapidum solitis hortatibus agmen Ignari instigant. *Val. Flacc.* 5. 350. Urgere hortatibus. Et 4. 84. alacrem laetis hortatibus implet. Adde *Cic.* 15. *Fam.* 29., *Caes.* 3. *B. C.* 86. et *Lucan.* 6. 517.

HORTENSIS, se. Adiect. ab *hortus*; idem quod hortensius. *Colum.* 9. 4. At in hortensi lira condita nitent lilia candida. *Plin.* 26. 30. 1. Crethmus species est batis hortensis. *Harduin.* legit *hortensias* ex MSS. et ita etiam *Sillig.* — 2) *Hortensis Deus* est, qui horto praeerat, velut Priapus, Vertumnus, Pomona, etc. *Inscr.* apud *Romanelli, Top. Nap. T.* 3. p. 67. Diis vicanis, compitalibus et hortensibus ex voto. — 3) *Hortensis* est etiam appellatus Iuppiter, ignota tamen de causa. *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p.* 390. Cultores Iovis Hortensis.

HORTENSĬUS, a, um. Adiect. ad hortum pertinens; *ortense*. *Plin.* 20. 10. 3. Hortensii bulbi. Cf. voc. praeced. §. 1. — 2) Absolute, substantivorum more.

HORTENSIA (Hortesia apud Veteres, teste *Vel. Long. p.* 2257. *Putsch*), ium, n. Dicuntur ea, quae in hortis seruntur, praesertim cibi gratia. *Plin.* 19. 31. 1. Hortensiis omnibus fere singulae radices, ut raphano, betae, apio, malvae. *Id. ibid.* 42. 1. Omnium hortensiorum lautissima cura asparagis. Sed *alii aliter leg. Id.* 26. 10. 2. Hortensiis abstinere.

HORTĬCŎLA, ae, m. Nomen ab *hortus* et *colo*; qui hortum colit. Legitur in *Gloss. Isid.* et *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T.* 6. *p.* 526. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p.* 463. n. 80.

HORTĬCUS, a, um. Adiect. ab *hortus*; ad hortum pertinens. Agnoscit *Diomed.* 1. *p.* 309. *Putsch.*

Digitized by Google

HORTĬLĬO, ōnis, m. Est horti custos in *Gloss. Isid.*, ubi alii rectius legendum putant *hortulo, onis*, quod habet *Thesaur. nov. Latinit.* apud *Mai, p. 274.*

HORTO, as. V. HORTOR §. a.

HORTŎGONĬUS. V. ORTHOGONIUS.

HORTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. forma quidem deponens, sed significatione commune, pro quo etiam activa forma, *horto, as*, Antiqui dixerunt, teste *Priscian. 8. p. 797.* Hinc quidam tribuunt *Plauto, Amph. 3. 4. 10.* et *Asin. 5. 1. 9.* et *Sallust. 4. Hist. in fin. epist. Mithrid. ad Arsac.*, sed ubique lectio variat. — Quidam legunt ex Codd. MSS. apud *Cic. Arch. 11. hortari* vel *adhortari*, sed *Diomed. 1. p. 398. Putsch.* negat dici *horto*; agnoscit tamen *hortatus* et *hortandus, hortans* et *hortaturus*. — **b**) Videtur frequentativum esse, non quidem ab *orior* (V. *Apul. Not. aspir. 38.*), sed ab *horior*, unde *hortus* et *hortor*; quamquam alii non frequentativum, sed per syncopen ab *horitor, hortor* putant factum. *Horior* autem derivant ab obsoleto ὄρω pro ὄρνυω vel ὄρνυμι, unde ὁρμή, ὁρμάω, etc. — Porro *horitur* pro *hortatur* bis dixit *Enn.* in *Annalibus*, teste atque interprete *Diomed. 1. p. 378. Putsch.* — **c**) *Hortarier* paragoge pro *hortari* legitur apud *Plaut. More. 4. 2. 5.* — **d**) Particip. *hortans* §. 1. *hortandus* §. 5. *hortatus* §. 5. et 9. *hortaturus*, V. supra §. a. *fin.* — **e**) Derivata, *hortamen, hortamentum, hortatio, hortativus, hortator, hortatorius, hortatrix, hortatus, us.* — **f**) Composita, *adhortor, cohortor, dehortor, exhortor, inhortor.*

HORTOR, proprie est verbis quempiam ad aliquid faciendum impello, excito, suadeo; *exortare, excitare, confortare. Ter. Hecyr. 1. 1. 6.* Propterea sedulo et moneo, et hortor, ne cuiusquam miserest. Ubi *Donat.* monemus consilio: hortamur impulsu. *Cic. 15. Fam. 4.* Haec eo spectant, ut te horter et suadeam: reliqua sunt, quae pertinent ad rogandum. Et *4. ibid. 9.* Iisdem te rebus etiam atque etiam hortor, quibus superioribus litteris hortatus sum. *Ovid. 10. Met. 466.* hortari timentem. *Caes. 1. B. G. 19.* Petere atque hortari. *Cic. 1. Fam. 1.* Hortari et orare. *Sall. Cat. 62.* Appellare, hortari, rogare. *Cic. 1. Offic. 1.* Magnopere te hortor, ut legas. *Ovid. 8. Met. 213.* Hortaturque sequi. *Nep. Phoc. 1.* Cum munera repudiaret, legatique hortarentur accipere. *Horat. 1. Ep. 1. 68.* fortunae responsare superbae Hortatur. *Petron. Satyr. 111.* Coepit hortari lugentem, ne perseveraret in dolore. *Caes. 3. B. G. 57.* Hortatur, ne occasionem dimittant. *Id. 1. B. C. 19.* Hortatur, ne animo deficiant. *Id. 6. B. G. 32.* Hortatur, ad eam diem revertantur. Et *1. B. C. 21.* Hortatur, ab eruptionibus caveant. *Liv. 6. 15. a med.* Quid ego vos, de ventre impendatis, hortor? *Cic. Arch. 11.* Hortari aliquem ad perficiendum (V. supra §. a.). *Id. Prov. cons. 4. extr.* milites ad laudem. *Caes. 1. B. C. 26.* Mandat, ut Libonem de conciliandā pace hortetur. *Nep. Milt. 4.* Hortantibus amicis, ut etc. *Sallust. orat. Macri Licin. a med.* Neque ego vos ultum iniuriam hortor; *h. e.* ad ulciscendum impello. — *Virg. 11. Aen. 251.* Et paribus Messapum in praelia dictis Hortatur. *Liv. 43. 19.* Hortarentur in amicitiam iungendam. — Absolute. *Plaut. Amph. 3. 4. 10.* Amanti supparasitor; hortor, asto, admoneo, gaudeo, si etc. *Caes. 7. B. G. 26.* Hortante et iubente Vercingetorige. — **B**) Cum accusativo rei. *Cic. 7. Att. 14. extr.* Equidem pacem hortari non desino. *Al. leg.* ad pacem. *Vet. Poëta* apud *Charis. sub fin. l. 4.* Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam. *Justin. 14. 1.* Ut ultro bellum omnes hortarentur. *Al. plerique leg.* illum, *Stat. 5. Silv. 5. 22.* si gelidas iret mansurus ad arces, Hortarere vias. — **C**) Cum accusativo communi. *Ovid. 19. Heroid. 187.* Me miseram! cupio non persuadere, quod hortor. *Cic. 1. Catil. 5.* Sin tu (quod te iamdiu hortor) exieris, etc. — **D**) Translate de rebus inanimis. *Caes. 1. B. G. 55.* Multae res cum hortabantur, quare sibi eam rem suscipiendam putaret. Et *5. ibid. 18.* Multae res ad hoc consilium Gallos hortabantur. *Cic. Sest. 3. a med.* Reipubl. dignitas me haec minora relinquere hortatur. *Plaut. Pers. 3. 2. 60.* Poi benefacta tua me hortantur, tuo ut imperio paream. *Afran.* apud *Non. 525. 14. Here.* Res, tempus, locus, simul otium hortabatur, ut etc. — **E**) Speciatim

II. *Hortari milites* est eos oratione ad praelium firmare; *incoraggiare. Nep. Milt. 6.* Sic *Caes. 3. B. C. 94.* Ut ipse in hortandis militibus pronunciaverat. Et *Sall. Iug. 53. extr.* Pauca pro tempore milites hortatus. Et *25.* Suos hortando ad virtutem erigere. Et *Ovid. 1. Art. am. 207.* hortari aciem verbis. — **G**) Hortari equos, canes, etc. est incitare, impellere. *Ovid. 4. Heroid. 42.* Hortari celeres per iuga summa canes. *Id. 8. Met. 421.* Terribiles hortatus equos. *Virg. 3. G. 163.* Tu quos ad studium, atque usum formabis agrestem, Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi. — **H**) De portisculo, qui remiges excitat et remigandi modum dat, V. HORTATOR §. 2. — **I**) *Hortari currentem*, proverbium est, de quo V. in CUNEO §. 4. — **K**) Item

III. *Hortor* passive etiam significatione usurpatur, teste *Gell. 15. 13.* Hinc *Varr.* apud *Priscian. 8. p. 793. Putsch.* Ab amicis hortaretur. *Tacit. 12. Ann. 9.* Sententiam expromere, qua hortaretur Claudius despondere Octaviam Domitio. *Al. leg.* oraretur. *Auct. B. Hisp. 1.* Ita paucis commodis hoste hortato, maiores augebantur copiae.

Nota I. Constructio verbi est modo cum accusativo rei vel personae et alio accusat. cum praepos. *ad* vel *in*, vel ablat. et praepos. *de*: modo autem absolute, vel sequente infinito, pro quo frequentius adhibetur subiunctivus cum particula *ut* (quae aliquando etiam subauditur), vel *ne*. — Huc spectat *Macrob. de differ. verb. p. 659.* « Infinitum nonnumquam pro coniunctivo ponunt: *hortor amare focos* pro *hortor, ut ament*. » — **Nota II.** Discrimen inter *hortor* et *moneo*, V. supra §. 1. *post init.*

HORTŬĀLIS, le. Adiect. ab *hortus*; hortensis. *Apul. Herb. 8.* Hortualis pastinaca. Adde *ibid. 74., 80.* et *99.*

HORTŬLĀNUS (Ortolanus in *Inscr.* apud *Orelli, n. 4200.*), a, um. Adiect. ab *hortus*; hortensis. *Tertull. Poenit. 11.* Hortulanus meritumque secessus. *Apic. 8. 7. a med.* Hortulanus porcellus; *h. e.* coctus et olerum condimentis fartus. — **B**) Absolute, substantivorum more,

HORTULANUS, i, m. Est horti cultor, olitor; *ortolano. Macrob. 7. Saturn. 5. a med.* Tharsius Amphias, cum ex hortulano potens esset. Adde *Apul. 4. 9.* et *10. Met.* et *Vulg. Interpr. Ioh. 20. 15.*

HORTŬLO, ōnis, m. V. HORTILIO.

HORTŬLUS, i, m. Deminut. ab *hortus*; parvus hortus; *orticello, giardinetto. Plin. 35. 36. 40.* Hortulus suburbanus. *Iuvenal. 3. 226.* Hortulus hic, puteusve brevis. *Catull. 61. 91.* Talis in vario solet Divitis domini hortulo Stare flos hyacinthinus. *Inscr.* apud *Grut. 585. 4.* Armarium distegum cum taberna et hortulo. — **B**) *Ab hortulis* vel *hortulo* inter munera domus Augustae. *Inscr.* apud *Murat. 928. 1. C.* Octavius C. l. Paccius Aug. Ser. ab hortul. — *Alia* in *Indice* ab *Eod.* male indicata exhibet *ad hortulos Sextianos*. — **C**) Est etiam pars vineae, ubi vites ordine dispositae seruntur, venustatis simul et utilitatis causa. *Colum. 4. 18.* Quin etiam ipse hortulorum descriptio, quanto est minoribus modulis consita, fatigationem veluti minuit. Adde *Cic. 3. Offic. 14.* et *3. Fin. 1.* — **D**) Translate. *Id. 1. Nat. D. 45.* Cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit. V. HORTUS §. 7. — **E**) Hinc a similitudine *hortulus Cupidinis* est muliebre pudendum. *Apul.* Ἀνεχ. *17.* Thyrsumque pangant hortulo in Cupidinis.

HORTUS, i, m. Nomen originis parum certae, alii enim ab *orior* deducunt, quod in eo semper aliquid oriatur, unde sine aspiratione scribi posse, ut mox dicetur (§. b.): alii ab *horctus*: alii a χόρτος; septum, eo quod hortus conclusus esse solet. — Sed etymon *Fest.* satis ineptum apud *Paul. Diac. p. 76. Lind.* « Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi qui arma capere possunt, orirentur. » Cf. ad rem *Lindem. h. l. p. 451.* — **b**) Ad scribendi rationem quod attinet, haec insuper habet *Vel. Long. p. 2250. Putsch.* « *Hortus* quoque non desiderabat aspirationem, quod ibi herbae oriantur, id est nascantur, sed tamen a consuetudine accepit. » — Huc spectat *Inscr.* apud *Hefner, Römische-bayerische Denkmäler, p. 98.* De ortum *(sic)* Olibri V. C. sum. — **c**) Derivata, *hortensis, hortensius, horticus, hortilio, hortualis, hortulanus, hortulo, hortulus.* — **d**) Compositum *horticola.*

HORTUS proprie est locus maceria, aut sepe clausus, in quo olera cibi causa coluntur: item in quo arbores, pomi, flores, et viriditas voluptatis causa; *orto, giardino. Cic. Senect. 16.* Hortum agricolae succidiam alteram appellant. *Plin. 19. 19. 2.* Ex horto pleni macellum. *Cic. 16. Fam. 18.* Nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria. Et *ibid.* hortum conducere. *Colum. 11. 3.* ab incursu hominum pecudumque munire. *Varr. 1. RR. 28.* Hortos sub urbe iste colere. Adde *Cic. 1. Rep. 9.* — De horti cultura scripsit praeter alios *Colum.* carmine quidem toto *l. 10.*, prosa vero *l. 11. c. 3.* item *Plin. 19. 19. 1.* et deinceps. — **B**) Per metonymiam dicitur de ipsis oleribus; *erbaggi, ortaggi. Cato, RR. 8.* Sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus: haec facito uti serantur. *Horat. 2. Sat. 4. 16.* irriguo nihil est elutius horto. — **B**) Interdum dicitur de parte vineae, eo modo, quo in HORTULUS §. 3. dictum est. *Colum. 4. 18.* Quando vineta placuerit ordinare, centenae stirpes per singulos hortos semitis distinguantur. Adde *3. 20.* — **C**) Apud Veteres *hortus* villam significabat, et in XII. Tab. semper villa sic appellabatur, teste *Plin. 19. 19. 2.* Sic *Cic. 3. Offic. 14.*, quos *hortos* dixerat, mox *villam* vocat. — **D**) Speciatim

II. *Hortus*, et frequentius *horti* in plurali num. saepe (non tamen semper) dicuntur de iis, qui deliciarum causa parantur; *giardino.* Hi instruebantur arboribus, ambulationibus, statuis, diaetis, atque id genus deliciis. Huiusmodi Romae fuere Maecenatiani, Sallustiani, Serviliani, Caesaris ad Tiberim, etc. *Cic. 2. Phil. 6.* Hodie non descendit Antonius, cur? dat natalicia in hortis. *Id. 3. Offic. 14.* Dictitabat, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Et *mox.* Ad coenam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Et *paulo post.* Emere hortos instructos. *Plin. 8. ep. 18. sub fin.* Amplissimos hortos, eodem, quo emerat, die, instruxit plurimis et antiquissimis statuis. — De hortis

Digitized by Google

non instructis, V. *Martial. 3. 62.* — **c)** Ex illo *Plin. 2. ep. 17. ante med.* Hortus cingitur diaetis duabus; *da duas cenini*. Et *mox: hortus altius pinguior et rusticus:* apparet priorem esse deliciarum causa, posteriorem olerum. Adde *Colum.* et *Plin.* locis iam citatis. — **7)** Hinc *ab horti* vel *hortorum cultura* inter munera privata recensetur. *Inscr.* apud *Orelli, n. 2998.* Sex. Pompeio Salvio Sex. Pom. á pendice cedri; item ab hort. cult. — **8)** *Epicuri hortos* et *hortum* aliquoties memorat *Cic. 12. Att. 23., 5. Fin. 1., 1. Nat. D. 33.* et *alibi*, quia is Athenis in hortis, quos conduxerat, colebatque, philosophiae ludum aperuit: quod primum eum fecisse, cum antea mos non fuisset hortos in oppidis colere, notat *Plin.* loc. cit. §. 4. — **9)** Denique improprie

III. *Hortus* sensu obsceno significat podicem puerilem apud *Auct. Priap. 5.*, ac praecipue pudendum muliebre, ut et κῆπος Graece. *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. T. 4. p. 886. Burm.* Hortis Hesperidum, Sabelle, cultis Nostrae cultior hortus est puellae, etc. — **10)** Hinc et *olera*, et *olitor* eadem ambiguitate dicta, et Priapi Venerisque tutelae horti assignati, et Satyrica signa in his statui solita, testibus *Varr. 6. LL. 5.* et *1. RR. 1.*, *Festo* in *Rustica*, p. 265. et 289. *Mall.* et *Plin. 19. 19. 2.*, tametsi hoc potius ob eam causam, quod in hortis mundities, elegantia, et amoenitas maxime quaeritur, vel quod ea numina rerum fecunditati praeerant.

HORUNC et HORUNCS. } V. HIC §. b.

HOSĂ. V. OSA.

HOSANNA, indecl. Vox Hebraica, הוֹשִׁיעָה־נָּא *(Hosshiah-nâ)* ex duabus composita, quae significat *serva*, *quaeso*, vel *prosperitatem largire*, *obsecro;* quaeque a Scriptoribus Ecclesiasticis retenta est, atque usu Ecclesiae consecrata, tamquam vox laetitiae, et acclamatio Hebraeis solita, qua adeo prosperitatem omnem precantur et felicitatem, desumpta ex *Psalm. 117. 25.*, Graece Ὡσαννά. V. *Schleusner, Lex. Nov. Testam.* ad h. v. *Vulg. Interpr. Matth. 21. 9.* Turbae autem . . . clamabant dicentes: Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis. Adde *Marc. 11. 9.* et *Ioh. 12. 13.* — *Auct. Serm. IV. Dominic. Palmar.* apud *Migne, Patrolog. Lat. T. 13. p. 649.* Dicitur enim dies Palmarum, sive Florum atque Ramorum, nec non et Hosanna. Cf. *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v.

HOSPES, ĭtis, comm. gen. (V. *Charis. 1. p. 77.* et *Prisician. 7. p. 749. ibid.*). Nomen eiusdem fortasse originis ac *hostis*, quod V. — **b)** Scribendum esse cum aspiratione docet *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9. fin.*, quae aliquando tamen a Seriorib. omittitur. V. HOSPITIUM §. 1. *init.* et HOSPITALIS §. 12. — **c)** *Hospis* pro *hospes* in recto casu vulgo usurpatum fuisse colligi potest ex *Gloss. Lat. Gr.* Hospes; ξένος. — Hospis; ξένος. — **d)** In genitivo plurali ut *civitatium*, *hereditatium* reperitur pro *civitatum*, etc., ita *hospitium* pro *hospitum*. *Sever. Aetn. 127.* Quod si diversas emittat terra canales Hospitium fluviorum, etc. Alii tamen volunt, esse accusativum singularem, quem vocant continuatum, ut canales sint veluti fluviorum hospitium. — **e)** Derivata, *hospita*, *hospitaculum*, *hospitalarius*, *hospitalis*, *hospitalitas*, *hospitaliter*, *hospitatio*, *hospitator*, *hospitatura*, *hospitiolum*, *hospitium*, *hospitivus*, *hospito* et *hospitor*, *hospitus*. — **f)** Composita, *adhospito*, *cohospes*, *cohospitans*, *dehospitor*, *hospiticida*, *inhospitalis*, *inhospitalitas*, *inhospitaliter*, *inhospitus*, *perhospitalis*, *perhospitus*.

HOSPES proprie et universim dicitur advena, peregrinus, qui brevi apud nos diversatur; *forastiere*, *ospite*. *Cic. 1. Orat. 19.* Is, qui nuper Romae fuit, Menedemus hospes meus. Et *50. extr.* Oratorem nulla in re tironem se rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. *Id. Rabir. perduell. 10.* Adeo ne hospes huiusce urbis, adeo ne ignarus es disciplinae, ut haec nescias? *Id. 1. Acad. 3.* Nos in nostra urbe peregrinantes errantesque, tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt. *Id. 1. Offic. 39.* Hospites multos recipere. *Horat. 2. Sat. 4. 17.* Si vespertinus subito te oppresserit hospes. *Ovid. 3. Trist. 12. 50.* Ille meae domui protinus hospes erit. *Cic. 9. Fam. 26.* Non multi cibi hospitem accipies, multi ioci. Et *20.* Habuisses non hospitem, sed contubernalem; h. e. non brevi discessurum, sed diu remanentem. *Id. Cluent. 59. ad fin.* Copo multorum hospitum. *Id. 6. Fam. 6.* Ex multis hospitibus, qui ad me ex Asia venerant. *Id. Amic. 7.* In hospitis et amici mei M. Pacuvii nova fabula. Et *4. Rep. 5.* Polybius noster hospes. *Caes. 5. B. G. 6.* id factum ex suis hospitibus Caesar cognoverat. — Gen. fem. *Ovid. 6. Fast. 310.* Non venit haec nostris hospes amica choris. *Lucan. 5. 11.* Hospes curia. Cf. infra §. 6. — **2)** *Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes*, proverbii locum habet, et est *Ovidii, 5. Trist. 6. 15.* — **3)** Translate pro extraneo. *Vulg. Interpr. Ephes. 2. 12.* Quia eratis illo in tempore sine Christo . . . et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes. — **4)** Interdum est appellatio blanda hominis ignoti, licet hospes non sit. *Cic. Brut. 46. ad fin. de Theophrast.* Hospes, non pole minoris. *Propert. 4. 1. 1.* Hoc quodcumque vides, hospes, qua maxima Roma est, etc. *Varr.* apud *Non. 7. 103.* Hospes, quid miras nummo curare Serapin? Ita leg. *Passerat.* in *Propert. loc. cit.* Adde *Cic. 1. Tusc. 42.* et *Quintil. 8. 1. 2.* — **5)** Praeterea

II. *Hospes* est etiam qui peregrinum domo excipit, notitiae et amicitiae causa; *albergatore*. *Cic. Deiot. 5.* Per dexteram te istam oro, quam regi Deiotaro, hospes hospiti porrexisti. *Ovid. 1. Met. 144.* non hospes ab hospite tutus. *Cic. 1. Divin. 27.* Cum duo Arcades Megaram venissent, alterum ad cauponem divertisse, ad hospitem alterum. *Horat. 2. Sat. 6. 107.* succinctus cursitat hospes, Continuatque dapes. Et *1. ibid. 5. 71.* sedulus hospes. *Cic. 5. Fin. 2.* Scis me quodam tempore Metapontum venisse tecum, neque ad hospitem ante devertisse, quam etc. — **6)** Item *Hospes* est etiam eadem ac coniux: aut vicissim idem ac maritus, etenim cum milites iustam eadem ac coniux habere legibus prohiberentur, concubinam honestiore vocabulo hospitam nominabant. *Inscr.* apud *Grut. 564. 5.* Val. Attico B. V. Cos. Leg. XII. G. P. F. Helia Parthenis hospiti benemerenti. — **7)** Item *Hospes* dictus est Iuppiter, in cuius tutela esse hospites ferebantur. *Ovid. 10. Met. 224.* Ante fores horum stabat Iovis hospitis ara. Cf. *Virg. 1. Aen. 731.* et V. HOSPITALIS §. 5. — Sic et *Dii hospites* in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5902.* — **8)** Adiectivorum more

HOSPES, omn. gen. Idem ac hospitalis. — Translate. *Pallad. de insit. sub init.* Cur non arbor inops pinguescat ab hospite gemma, Et decus externi floris adepta micet? *Claudian. IV. Cons. Honor. 630.* quem non aliena per arva Induit hospes honor. *Stat. 12. Theb. 479.* non plura queruntur Hospitibus tectis, etc. *Id.* de Charonte *5. Silv. 1. 252.* manes placidos locat hospite cymba.

Nota. *Hospes* differt ab *advena* et *peregrino*, qui non sunt nobis amici, aut cogniti, nec a nobis eo titulo excipiuntur. *Cic. 2. Agr. 34. extr.* Nos autem, hinc Roma qui veneramus, iam non hospites, sed peregrini atque advenae nominabamur.

HOSPĬTĂ, ae, f. V. HOSPITUS, a, um, §. 4. et seqq.

HOSPĬTĀCŬLUM, i, n. Verbale ab *hospitor;* locus, ubi hospites diversantur, hospitium; *ospizio*. *Ulp. Dig. 9. 3. 5.* apud *Torrentin.* At apud *Haloandr.* et *alios aliter*.

HOSPĬTĀLĀRĬUS, ii, m. Nomen ab *hospitalis;* qui hospites excipit. *Gloss. Isid. n. 258.* Blato, cubicularius, hospitalarius.

HOSPĬTĀLIS, le. Adiect. ab *hospes*. — Comparat. *hospitalior* §. 6., Superlat. *hospitalissimus* §. 4. — Proprie est ad hospitem pertinens; *ospitale*. *Cic. 2. Agr. 17.* Illam ipsam sedem hospitalem, in quam erit deductus, publicam populi R. esse dicet. *Liv. 25. 18.* Hospitalis caedes; h. e. qua hospes occiditur. *Plin. 35. 24. 1.* Hospitalis coena Augusti; h. e. qua Augustus exceptus est. *Liv. 2. 14. sub fin.* Hospitalia beneficia. *Varr. 3. RR. 2.* Hospitales aves; h. e. hospiti in coena appositae. *Cic. 6. Verr. 22.* Hospitalis mensa. — **2)** *Hospitalis tessera*, quam hospes hospiti dabat. Fuit enim antiqui moris, tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quicumque attulisset ad hospitem, continuo agnosci posset, et hospitio accipi tanquam amicus, et vetus hospes. Hoc ius necessitudinis ad posteros transibat. Propterea tesseram hospitalem diligenter observabant. Qui ius hospitii violabat, is tesseram hospitalem fregisse dicebatur. *Plaut. Poen. 5. 1. 25.* Deum hospitalem et tesseram mecum fero. Adde *5. 2. 87.* V. TESSERA. — **3)** *Hospitalis tabula* est tabula aenea, in qua incisum erat decretum curiae alicuius municipii, vel coloniae. Eam porro ad illum, qui patronus cooptabatur, mittere mos erat per legatos, qui, hospitio cum eodem facto, civitatis suae nomine illum rogabant, ut incolas eiusdem municipii, vel coloniae in clientelam recipere dignaretur. *Inscr.* apud *Grut. 456. 1.* Placere conscriptis, legatos ex hoc ordine mitti ad T. Pomponium Bassum clarissimum virum, qui ab eo impetrent, in clientelam amplissimae domus suae municipium nostrum recipere dignetur, patronumque se cooptari, tabula hospitali incisa hoc decreto in domo sua posita, permittat. Haec pertinet ad an. a Chr. n. Cl., et incisa fuit in municipio Ferentinorum, missa vero ad patronum eorundem, qui Romae degebat. — **4)** Deinde

II. *Hospitalis* accipitur pro liberali et facili ad suscipiendum hospites. *Cic. 2. Offic. 18. extr.* Quendam Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. *Id. 5. Verr. 26.* Hospitalissimus et amicissimus. — **5)** Item pro eo, qui hospitii praeses et vindex est, ut Iuppiter hospitalis, quod in eius tutela hospites esse credebantur. *Id. 2. ad Q. Fr. 12.* Non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Iovis hospitalis. *Vulg. Interpr. 2. Mac. 6. 2.* In Garizim *(templum)* Iovis hospitalis. — Huc spectat *Inscr.* apud *Orelli, n. 1625.* I. O. M. dis deabusque hospitalibus. Cf. HOSPES §. 7. — **6)** *Hospitalis locus* est, in quo commode hospitari licet, ubi clemens caelum et salubre, et copia rerum. *Senec. Oedip. 259.* Non hospitalis exsulem tellus ferat. *Flor. 1. 16. de Campania.* Nihil mollius caelo: denique bis floribus vernat. Nihil uberius solo: ideo Liberi, Cererisque certamen dicitur. Nihil hospitalius mari: hinc illi nobiles portus, Caieta, Misenus, etc. *Plin. 2. 48. 5.* Hospitalis litorum appulsus; *facile da shar-*

Digitized by Google

eo. Et *17. 14. 1.* Sit solum siccum, succosumque, advenis hospitale; h. e. facile excipiens nutriosque plantas aliunde translatas. — **7)** *Hospitalia fulmina* sunt, quae sacrificiis ad nos lovem arcessunt, et invitant. *Senec. 2. Quaest. nat. 49.* — **8)** *Hospitalis alicuius* est, qui aliquem hospitio excipit. *Plin. 9. 8. 4.* Iniuriae potestatum in hospitales ad visendum venientium, Hipponenses in necem eius *(delphini)* compulerunt. *Alii leg. minus recte* inhospitales, *alii* in hospites. V. *Plin. alterum, 9. ep. 33. sub fin.* — **9)** *Hospitales aquas* dixit *Plin. 2. 106. 2.* alicuius fluminis, qui per lacum impermixtis suis aquis transeat: quasi illae aquae hospites lacus sint, neque ibi morentur diutius, quam ad percurrendum spatium lacus opus est. — **10)** Absolute, substantivorum more,

HOSPITALE, is *(Onom. Lat. Gr.* Hospitale; ξενῶνες), et *frequentius*

HOSPITALIA, ium, n. Sunt loca in aedibus destinata hospitibus recipiendis; *foresteria*. *Vitruv. 6. 10. de Graecorum aedificiis*. Dextra ac sinistra domunculae constituuntur, habentes proprias ianuas, triclinia, et cubicula commoda, uti hospites advenientes non in peristylia, sed in ea hospitalia recipiantur. — **11)** Praeterea cum in scena tres essent ianuae, media, utpote nobilior, erat aulae regiae: utrinque vero *hospitalia*; h. e. fores repraesentantes domus hospitibus, et peregre advenientibus in scenam destinatae. *Id. 5. 7. sub fin.* — **12)** Item

HOSPITALIS, is, m. Est qui mercede peregrinos hospitio excipit; *oste, locandiere*. *Inscr.* apud *Gud. 100. 9.* L. Afranius Cerialis L. Eros IIIIII Aug. domo Taracone Ospitalis a gallo gallinacio; h. e. *oste all'insegna del gallo*.

HOSPĬTĀLĬTAS *(Hospitalitas* in *Inscr.* apud *Garrucci*, quae falsa est, iudice *Momms.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. praef. p. III.)*, atis, f. Abstractum ab *hospitalis*; benignitas et facilitas in excipiendis hospitibus; *ospitalità*. *Cic. 2. Offic. 18.* Recte etiam a Theophrasto laudata est hospitalitas. Est enim valde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. *Martial. 5. 64.* Hoc rus (seu potius domus vocanda est) Commendat dominus: tuam putabis: Tam non invida, tamque liberalis, Tam comi patet hospitalitate. — *Inscr. Christ.* apud *Cavedoni, Memor. di Modena, Ser. 2. T. 7. p. 150.* Valentinus vir honestissimus . . . locum . . . ad peregrinorum hospitalitatem . . . reformavit. V. integr. loc. et *ibid. p. 155.* — **2)** Item conditio eius, qui extra patriam hospitatur. *Macrob. 1. Somn. Scip. 21. sub fin.* Animorum origo caelestis est: sed lege temporalis hospitalitatis hic exsulat.

HOSPĬTĀLĬTER, Adverb. ab *hospitalis*. — Superlat. *hospitalissime*, infra. — Est benigne, liberaliter; *ospitalmente*. *Liv. 1. 9.* Invitati hospitaliter per domos. *Id. 6. 26.* Hospitaliter magis, quam hostiliter vocare. *Iustin. 8. 3.* Ingredi hospitaliter ad Deos penates; *da amico*. *Curt. 7. 6. a med.* Hospitaliter aliquem excipere. *Lactant. Placid. 8. fab. 7.* Hospitalissime excepti.

HOSPĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *hospitor*; actus hospitandi. *Anct. de geneal. Patriarch.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 59. p. 529.* Primitivus Adar, qui dicitur hospitatio.

HOSPĬTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *hospitor*; qui hospites excipit. *Apul. 4. Met. 7.* Fidelissimi mei hospitatores. *Al. rectius* sospitatores *leg.* Sed nihil mutandum censet ex optimis Codd. *Hildebr.* ad h. l.

HOSPĬTĀTŪRĂ, ae, f. Verbale ab *hospitor*; negotiatio eius, qui hospitibus diversorium mercede praebet. *Arcad. Dig. 50. 4. 18.* V. OSPRATURA.

HOSPĬTĀTUS, a, um. Particip. verbi *hospito*; hospitio exceptus; *ospitato*. *Vulg. Interpr. 3. Esdr. 9. 2.* Hospitatus illic non gustavit panem.

HOSPĬTĬCĪDĂ, ae, comm. gen. Nomen ab *hospes* et *caedo*; qui, vel quae hospitem occidit; *uccisore*, et *uccidatrice dell'ospite*. *Gloss. Philox.* Hospiticida; ξενοκτόνος.

HOSPĬTĬŎLUM, i. n. Deminut. ab *hospitium*; parvum hospitium; *ospizietto*. *Ulp. Dig. 9. 3. 5.* Si quis amicis suis modica hospitiola distribuerit. *Hieronym. ep. 47. n. 11.* Vos ad eius hospitiolum pergite: quamvis arctum sit, etc. Adde *ep. 108. n. 14.*

HOSPĬTĬUM (et Ospitium in *Inscr.* apud *Orelli, n. 4832 f.*), ii, n. Nomen ab *hospes*, aliquando confusum cum *auspicium*, ut diximus sub h. v. §. b. — Proprie est actus excipiendi hospites; item frequentius sensu concreto locus ipse, ubi hospites accepti diversantur; *ospizio, alloggio, trattamento, albergo, forestería*. *Cic. 2. Att. 16. extr.* Te in Arpinati videbimus, et hospitio agresti accipiemus. *Id. 2. Divin. 57.* Cum ab eo magnificentissimo hospitio acceptus esset. *Id. 12. Phil. 9. extr.* Tota familia occurret: hospitio invitabit. *Id. Senect. ult.* Ex vita ita discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit. *Id. 14. Att. 2. extr.* Puliae paratum est hospitium. Adde *2. Orat. 57. Plin. 35. 38. 1.* Deductus a magistratibus in nemorosum hospitium. *Liv. 5. 28.* Adducere aliquem in publicum hospitium. *Plaut. Poen. 5. 2. 95.* Hospitium praebere. *Virg. 1. Aen. 344.* hospitio prohibemur arenae; h. e. vetamur appellere, et in litore pedem ponere. — **2)** Dicitur et de loco, ubi animalia commorantur. *Plin. 10. 55. 2. de coturnicib.* Iter est his per hospitia certa. Et *paulo post, de gallinis ace.* Nec unquam plus uno die pergit: in proximo hospitio deserit. *Virg. 3. 6. 545.* itque pecus longa in deserta sine ullis Hospitiis; h. e. stationibus, stabulis. *Id. 4. ibid. 24.* vocat *hospitia* loca, ubi apes ut considant, iovitantur. Adde *Pallad. 3. 8.* — **3)** *Servus ab hospitiis* munus erat in familiis nobilioribus, ut patet ex *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6201.* Primigenius L. Volusii Saturnini servus ab hospitiis, etc. — **4)** De hospitiis, sive xenodochiis sive aedificiis ad peregrinos imprimis excipiendos constructis a Christianis, verba facit *Cavedoni* in *Continuaz. delle Memorie di Modena, T. 7. p. 155.* et *seqq.* Cf. et XENODOCHIUM. — **5)** Metonymice pro sepulchro usurpatur in *Inscr.* apud *Orelli, n. 4832.* Amissa incerto vita ospitio *(sic)* sibi comparavit M. Aurelius Helius, in quo nihil est opus. Adde *aliam* allatam sub v. EXPEDIO §. 4. *fin.* et cf. *Nota*. — **6)** Deinde

II. *Hospitium*, sensu abstracto est amicitia, necessitudo, familiaritas, quae inter hospites intercedit, ius se invicem suscipiendi; *ospitalità*. Quae necessitudo non modo inter privatos erat, sed etiam inter populos, ea lege, ut alter alterum in sua terra exciperet, et quibuscumque rebus posset, coleret ac tueretur. Dabatur ob id *hospitalis tessera* (V. HOSPITALIS §. 2.), et praeses hospitii Iuppiter habebatur, idcirco *hospitalis* cognominatus. — Si quem vero contracti hospitii poenituisset, renunciare solebat, ne ius illud sacrum et lovem praesidem violaret: cuius rei exemplum *Liv. 25. 18.* praebet. *Cic. 4. Verr. 8.* Pro hospitio, quod sibi cum eo esset. *Id. 1. Q. Fr. 1. 5.* Optimum quemque hospitio amicitiaque coniungere. *Id. Balb. 18.* Gaditani hospitium cum L. Cornelio publice fecerunt. *Id. 6. Verr. 65.* Decernunt, ut L. fratri hospitium publice fieret. *Id. Rosc. Am. 6.* Gratia et hospitiis florens hominum nobilissimorum. *Id. 4. Catil. 11.* Clientelae hospitiaque provincialia. *Liv. 37. 54.* Cum quo uno maxime regum, et privatum singulis, et publicum civitati nostrae hospitium est. *Id. 25. 18.* Hospitium renunciare. *Auct. B. Hisp. 16.* scelere contaminare. *Plaut. Poen. 5. 2. 94.* repudiare. *Ovid. 17. Heroid. 5.* sacra hospitii temerare. *Nep. Lysand. 1. extr.* Hospitio alicuius contineri. Et *Cim. 3.* alicuius uti. *Cic. Deiot. 3.* Vetus hospitium renovare. Et *14.* coniungere cum aliquo. *Liv. 1. 45.* Publice privatimque hospitia iungere. *Virg. 3. Aen. 85.* iungere hospitio dextras. Et *4. ibid. 51.* indulgere hospitio. *Caes. 2. B. C. 25.* Intercedit mihi paternum hospitium cum aliquo: *paternum* dixit, quia ius hospitii ad filios cum hereditate transibat. V. *Plaut. Poen. 5. 1. 22.* et *5. 2. 90.* Item *Inscr.* apud *Grut. 470. 1.* et 2. et apud *Moff. Mus. Ver. 472.* et *473.*, ubi faciendi hospitii, patroni cooptandi, et in clientelam recipiendi formula continetur. — **7)** Facete et ioculariter *Plaut. Amph. 1. 1. 5.* Quid faciam, si tresviri me in carcerem compegerint? . . . ita Peregre adveniens hospitio publicitus accipiar. Et *ibid. v. 140.* Certe adventem me hic hospitio pugnae accepturus est. *Id. Capt. 5. 5. 8.* Nec confidentiae usquam hospitium est, nec diverticulum dolis.

Nota. Inter *hospitium* et *domum* hoc statuit discrimen *Isid. 1. differ. 160.* « *domus* ad proprios habitatores pertinet. Nam *hospitium* tunc vocatur, cum aut aliquem recipimus; aut cum ab aliquo ipsi recipimur. » Cf. *Eund. 15. Orig. 5. 10.* Nihilominus *hospitium* pro *domo* saepius usurpat *Apul. 9. Met. 5.* Cf. *Barth. Advers. 23. 9.*

HOSPĬTĬVUS, a, um. Adiect. ab *hospes*; ad hospitem, sive hospitium pertinens. *Spartian. Hadrian. 12.* Hadrianus gravissimum periculum adiit apud Tarraconem spatians per hospitiva viridaria, servo in se hospitis cum gladio furiosius irruente.

HOSPĬTO, as, et *frequentius*, deponentium more,

HOSPĬTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. (transitivorum more aliquando etiam adhibitum, V. infra §. 5.), ab *hospes*. — Particip. *hospitans* §. 2., *hospitatus*, V. suo loco. *hospitaturus* §. 1. — Proprie est hospes sum apud aliquem, diversor, hospitii iure utor, paulum alicubi interquiesco; *alloggiare appresso qualcuno*. *Imppp. Valentin., Theodos.* et *Arcad. Cod. Theod. 7. 8. 4.* Mensores postibus hospitaturi nomen adscribunt. *Vulg. Interpr. Act. 21. 16.* Adducentes secum, apud quem hospitaremur, Mnasonem. — **2)** Dicitur etiam a similitudine de rebus. *Plin. 17. 34. 2.* Castanea translata nescit hospitari, pavetque novitatem. *Id. 6. 22. 1.* Gangem in quodam lacu hospitari: inde lenem fluere; *fermarsi alquanto*. — **3)** Translate. *Senec. Vit. beat. 23.* Sapiens magnas opes, munus fortunae non repudiabit, nec excludet, quid enim est, quare illis bonum locum invideat? veniant, hospitentur. *Id. ep. 31. a med.* Quid aliud voces animum, quam Deum in humano corpore hospitantem? — **4)** Forma activa

HOSPITO eodem sensu *Augustin. Serm. 160. n. 3.* ed. *Mai.* Christus in utero Mariae hospitabat et Iohannes in ventre Helisabeth morabatur. — **5)** Passive videtur accipi in illo *Vulg. Interpr. Eccli. 29. 31.* Vita nequam hospitandi de domo in domum: et ubi hospitabitur, non fiducialiter aget; h. e. ubi hospitio excipietur; potest tamen et intransitive accipi. *Gloss. Lat. Gr.* Hospitatur; ξενίζεται. V. HOSPITATUS.

Digitized by Google

HOSPĬTUS, a, um. Adiect. ab *hospes*, cuius alia genera et casus, praeter eos, quos sublicimus, non facile invenies. — Est autem peregrinus, hospes; *forastiero*. *Ovid. 1. Fast. 395.* Nondum pertulerat lacrimatas cortice myrrhas Acta per aequoreas hospita navis aquas. *Virg. 5. Aen. 377.* quo tutior hospita lustres Aequora. *Varro* apud *Arnob. 6. p. 207.* Hirundines hospitae. — *Tertull. 1. adv. Marcion. 2.* Facile novam et hospitam argumentatus est divinitatem in Christo suo revelatam. — **2)** Item hospitalis, qui hospitio excipit. *Virg. 3. Aen. 539.* bellum, o terra hospita, portas. *Horat. 1. Od. 15. 1.* Pastor cum traheret per freta navibus Idaeis Helenen perfidus hospitam. *Stat. 4. Theb. 842.* fessisque libens iterum hospita pandas Flumina; *h. e.* benignas hospitalesque hospitibus undas tuas. *Id. 5. Silv. 3. 75.* Dicharchaei portus, et litora mundi Hospita; *h. e.* quo ex omnibus terrae partibus navigantes appellunt. *Val. Flacc. 2. 650.* hospita pandi Tecta iubet. Et *1. 44.* hunc hospita vina inter, et attonitae mactat solemnia mensae. *Mamertin. Gratiar. act. ad Iulian. 8.* Urbes hospitas populant. — **3)** Translate de unda fluminis gelu concreti. *Virg. 3. G. 362.* Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris. — **4)** Absolute, substantivorum more,

HOSPĬTA, ae, f. Est peregrina, aliunde adveniens, hospes; *forastiera, ospite*. *Ter. Andr. 2. 6. 7.* Num illi molestae quidpiam hae sunt nuptiae Huiusce propter consuetudinem hospitae? *Cic. 3. Att. 1.* At illa, audientibus nobis, ego sum, inquit, hic hospita. — **5)** Item quae aliam hospitio excipit. *Id. 4. Verr. 56. in fin.* Eum multo magis figura et lineamenta hospitae delectabant. Et *8. sub fin.* Servilia, femina primaria, vetus Dionis hospita. — **6)** Item uxor, ea ratione, qua dictum est supra in HOSPES §. 6. *Inscr.* apud *Murat. 853. 9.* Severinae hospitae sanctissimae P. Aelius Tertius 7. Leg. III. Cyr. *Alia* apud *Paulovich, Marm. Tragur. p. 56.* T. Statilio Maximo Mil. coh. VIII. vol. *adiutori cornicularii consulis*. Def. an. XXV. Iulia Fructula hospita et sibi.

HOSTĬA, ae, f. Nomen etymi parum certi; dicta est enim secundum *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 102. Müll.* ab *hostire;* ferire; vel ab eodem, qua significat aequum et propitium reddere, ut *Serv.* ad illud 2. *Aen. 155.* testor vos, arae, ensesque nefandi, vittaeque Deûm, quas hostia gessi. Vel ab *hostibus*, quod primo dicta sit, quae iis devictis mactabatur. Cf. *Ovid.* loc. mox cit. sub §. 1. Alia dabit ad rem *Dolderl. Synon. 3. p. 263.* — **b)** Scribitur cum aspiratione, quae tamen aliquando ab Antiquis quoque omissa videtur, ut patet ex *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 819.* Hanc Ostiam acciiptam habitae *(sic)*. — Huc spectat *Auct. Append. ad Prob. p. 446. Endl.* « Ostiae, non hostiae, » Scilicet scribendum est, quod editor Vindobonensis mutaret: « hostiae, non ostiae, » ex coniectura. — **c)** Derivata et composita V. in HOSTIS suo loco.

HOSTIA proprie dicitur vivum animal, quod in sacris mactatur in honorem Deorum; *vittima, ostia;* quae si ipsa victoria manu caederetur, *victima* vocata est. Utrumque *Ovid.* docet *1. Fast. 585.* Victima, quae dextra cecidit victrice, vocatur: Hostibus amotis *(al.* a domitis) hostia nomen habet. *Serv.* ad *1. Aen. 538.* ita distingnit, ut *hostia* sit, quae caeditur ab his, qui ad hostes pergunt: *victima*, quae a victoribus: sed haec tamen licenter confundi. Alii ita discriminant, ut *victima* de maioribus dicatur, ut tauris, vitulisque; *hostia* de minoribus, ut agnis, capris, et huiusmodi. Sed hoc quoque discrimen vanum est. — Porro universim quamcumque victima *hostia* dicitur. *Virg. 1. Aen. 358.* Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra. *Id. 1. G. 345.* Terque novas circum felix eat hostia fruges. Et *5. ibid. 486.* in honore Deûm medio stans hostia ad aras. *Id. ibid. 489.* mactare hostiam. *Tacit. 5. Hist. 56.* ferire. *Nep. Annib. 2.* immolare Iovi. *Liv. 41. 19.* Quadraginta hostiis sacrificare. *Gell. 4. 6.* Si primis hostiis litatum non est. *Suet. Caes. 81. ad fin.* Pluribus hostiis caesis, cum litare non posset, introiit curiam. *Plin. 8. 70. 8.* Alienа hostia Deos non placari. *Tacit. 5. Hist. 13.* Hostiis piare prodigia. — **2)** Hostiarum varia genera distinguebantur. Sic *Serv.* ad *4. Aen. 56.* duo fecit hostiarum genera: alterum, in quo voluntas Dei per exta exquiritur: alterum, in quo sola anima Deo sacratur. V. ANIMALIS §. 3. et CONSULTATORIUS. *Cic. 2. Leg. 12.* Quibus hostiis immolandum cuique Deo, cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui feminis. *Liv. 22. 1. a med.* Ea prodigia partim maioribus hostiis, partim lactentibus procurarentur *(Maiores hostiae* fere intelliguntur, quae sunt bovilli generis, quas tantum auratis cornibus immolari solitas. *Plin.* tradit *33. 12. 1.* Caeterae coronatae solum ducebantur. V. tamen BICORNIS §. 4. Caeterum *maiores* proprie dicuntur ab aetate, et lactentibus opponuntur, ut hic ex *Cic.* et *Livio* apparet). *Liv. 31. 1.* Maioribus hostiis rem divinam facere. — **3)** *Maxima hostia* dicta est ovilli pecoris, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 126. Müll.* — **4)** *Puras hostias* dicuntur, quae ad sacrificium idoneae. *Plin. 8. 77. 2.* — **5)** *Humana hostia* non unis barbaris nationibus olim sacrificare mos fuit, ut Arcadibus Iovi Lycaeo, teste eodem *Plin. ibid. 34. 5.* et Germanis Marti, teste *Tacit. German. 9.* Quin et a Romanis, initio belli Punici alterius, Gallus et Galla, Graecus et Graeca in foro Boario sub terra vivi demissi sunt, sacro minime Romano, inquit *Liv. 22. 57.* Quamquam hae proprie hostiae non fuerunt, quod sanguis ex iis fusus non est. — **6)** Translate apud Scriptores Ecclesiasticos de quacumque oblatione etiam spirituali. *Vulg. Interpr. Hebr. 13. 15-16.* Per ipsum *(Christum)* ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, idest fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiae autem et communionis nolite oblivisci; talibus enim hostiis promeretur Deus. *Id. 1. Petr. 2. 5.* offerre spirituales hostias. — **7)** Specialim apud Astronomos,

II. *Hostia* est etiam signum in caelo, seu potius pars signi Centauri. Fingitur enim is manu tenere hostiam, quae est animal quadrupes. Quod nemo certo donavit nomine Graiûm, ut ait *Cic. Arat. 211.* Constat autem stellis decem, teste *Hygin. 3. Astron. 37.* V. BESTIA §. 9. et BESTIOLA §. 3.

Nota. « Inter *sacrificium* et *hostiam* haec vetus erat discretio, inquit *Isid. 1. Differ. 325.*, quod *sacrificium* spontanea oblatio erat: *hostia* vero, quae devictis hostibus immolabatur. Haec et *victima* vocabatur. » V. et quae diximus supra §. 1.

HOSTĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *hostia*, participiorum more effictum; hostiis instructus. *Plaut. Rud. 1. 3. 12.* Aequius vos erat Candidatas venire, hostiatasque ad hoc Fanum.

HOSTĬCĂPĂ, ae, m. V. voc. seq.

HOSTĬCĂPAS, hostium captor. Haec *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 102.*, ubi alii *hosticapax* legunt, pro *hosticapas*, quod *Müller* intactum ex bonis Codd. reliquit, quum ad analogiam Graecorum nominum formatum esse possit. Est autem *hosticapas* ab *hostis* et *capio*. — Sed et *hosticapa, ae*, m. pro *hosticapas* recensetur in *Thesaur. Nov. Latin. p. 272.* et *277.* ed. *Mai*.

HOSTĬCĂPAX. V. voc. praeced.

HOSTĬCĔ. Adverb. ab *hosticus*. Legitur in *Gloss. vet. 1. Genov.* apud *Quicherat, Addend. Lex. Lat. p. 121.* Hostice, et hostiliter.

HOSTĬCŬLUS, i, m. Deminut. ab *hostis;* parvus hostis. *Not. Tir. p. 79.* Hostis, hosticulus.

HOSTĬCUS, a, um. Adiect. ab *hostis*, idem ac hostilis; *ostile, nemico*. *Horat. 3. Od. 2. 6.* Hostica moenia. *Ovid. 1. Pont. 3. 65.* Hostica tellus. Et *4. Fast. 893.* vindemia. *Plaut. Capt. 2. 1. 49.* manus. *Senec. Oedip. 757.* Hosticus clamor. *Colum. praef. l. 1.* Quamquam inter ferrum et ignes hosticis incursionibus vastatae fruges. *Liv. 44. 15.* Hosticus ager. *Flor. 3. 10. 17.* tumultus. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HOSTICUM, i, n. Est ager sive territorium hostium (Ita etiam *Dionys. Halic. l. 8.* Ἀπῆλθεν ἐκ τῆς πολιμίας; *h. e.* ex τῆς γῆς πολεμίας). *Liv. 8. 38.* Castra in hostico incuriose posita. *Plin. Paneg. 29.* Rapiae ex hostico messes. *Eumen. Paneg. ad Constantin. 15.* Transire in hosticum. — **3)** *Hosticum canere* est tuba canere, vel ad aciem movendam in hostem, vel ad reum capitalem citandum. *Varr. 6. LL. sub fin.* In arce classicus canat, et ante privati huius T. Quintii Trogi, scelerosi hominis, hosticum canat. *Scalig. tamen legit* hostium; *h. e.* ostium, qua ratione aptius constructio procedit. — **4)** *Hosticum spirare*, hostilem animum habere. *Tertull. Apolog. 35.*

HOSTĪFER, fera, ferum. Adiect. ab *hostis* et *fero;* hostilis; *ostile*. *Manil. 1. 420.* Hostiferum necdum sibi quemquam numina norant.

HOSTĪFĪCE. Adverb. ab *hostificus;* hostiliter; *ostilmente*. *Accius* apud *Non. 3. 205.* Hostifice miscere sanguen.

HOSTĪFĪCUS, a, um. Adiect. ab *hostis* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; hostilis; *ostile*. *Accius* apud *Non. 8. 13.* O dirum hostificumque diem! V. etiam locum *Cic.* in NONNIVICUS.

HOSTĪLIS, le. Adiect. ab *hostis;* ad hostes pertinens, inimicus, infestus; *nemico, ostile*. *Cic. 1. Invent. 55.* Hostili in terra iacuit insepultus. *Id. 3. Offic. 29. sub fin.* Regulus non debuit conditiones pactionesque hostiles perturbare periurio. *Stat. 1. Achill. 618. de Baccho*, thyrsumque virentem Armat, et hostiles invisit fortior Indos; *h. e.* quos hostes sibi domandos elegerat. *Vellei. 2. 101. extr.* Prior Parthus apud Caium in nostra ripa, posterior hic apud regem in hostili epulatus est. *Plaut. Truc. 1. 2. 68.* Hostile oppidum. *Horat. Epod. 9. 19.* Hostiles naves. *Id. 4. Od. 15. 20.* imprimeretque muris Hostile aratrum exercitus insolens. *Sall. Iug. 45.* Metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. *Plaut. Pseud. 4. 4. 10.* Hostiles insidiae. *Tacit. 13. Ann. 57.* Minae hostiles in ipsos vertebant. Cf. *Dietsch*, ad *Sall. Iug. 112.* — **2)** Item inimicus, infestus, noxius, damnosus, qualia sunt, quae ab hostibus proficiscuntur. *Brut.* apud *Cic. 1. ad Brut. 4.* Iaque facis, qui hostilis animi in rempubl. homines, cives appelles. *Cic. Cluent. 3.* Hostili odio esse in aliquem. *Id. Prov. cons. 3.* Hostilem in modum vexata urbe. *Id. Rabir. perduell. 9.* Homo hostilem in modum seditiosus. *Tacit. 4. Hist. 57.* Hostiles spiritus induere. *Sall. Iug. 93. ad fin.* Ne quid ab se hostile timeret. Et *5.* Rerum mutationes, caedem, fugam, aliaque hostilia portendere.

Liv. 21. 16. Legati, qui redierant a Carthagine, Romam retulerunt, omnia hostilia esse. *Tacit. 4. Hist. 13.* Multa hostilia audere. Et *3. ibid. 70.* invicem hostilia coeptare. *Sall. Iug. 113* facere. *Tacit. 12. Ann. 40.* induere adversus aliquem. *Id. 2. Hist. 66.* loqui. *Plin. 11. 21. 1.* Apibus inimica est nebula: aranei quoque vel maxime hostiles; *h. e.* infesti. — **B)** *Hostilis pars* in extis quae sit, v. in FAMILIARIS §. 4.

HOSTĪLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *hostilis;* inimicitia, vexatio, qualis est hostium; *ostilità. Paullin. Pell. 522.* et ipsa meorum Et gravior multo, circumfusa hostilitate, Factio servilis paucorum mixta furori. *Hostīlĭtas* licenter secunda correpta. — *Senec. Ot. sap. sub fin.* Adversus hostes inhumana crudelitas, etiam adversus suos hostilitas. *Al. malius leg.* hostilis. — **B)** Sensu concreto pro ipsis hostibus. *Sirio. pap. ep. 1. n. 2.* Hostilitatis incursus. — **B)** Translate. *Cassiod. 4. Var. 30.* Campani Vesuvii montis hostilitate vastati.

HOSTĪLĬTER. Adverb. ab *hostilis;* ad modum hostium; *ostilmente, da nimico. Cic. 3. Phil. 9.* Quid ille fecit hostiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, et cogitet? *Liv. 9. 38.* Castella hostiliter deleta. *Id. 2. 14.* Bona hostiliter vendere. *Tacit. 2. Hist. 85.* agere. *Gell. 4. 8.* odisse. *Suet. Aug. 26.* legiones ad urbem admovere. Et *Caes. 54.* urbes diripere. — *Ovid. 11. Met. 372. de lupo.* Vulnerat armentum sternitque hostiliter omne.

HOSTĪMENTUM, i, n. Verbale ab *hostio,* syllabica adiectione productum; compensatio, aequamentum; *pariglia, contraccambio, ricompensa. Non. 1. 11.* Hostimentum est aequamentum: unde et hostes dicti sunt, qui ex aequa causa pugnam ineunt. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 102. Müll.* Hostimentum, beneficii pensatio. *Plaut. Asin. 1. 3. 20.* Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. *Enn.* apud *Fest.* in *Redhostire, p. 270. Müll.* Audi, atque auditis hostimentum adiungito.

HOSTĪO, is, Tre. Verbum transitiv. ab *hostis* (qua voc etiam in bonam partem accipitur. Cf. tamen *Apul.* loc. cit. in voc. seq. §. e.); aequa reddo, paria facio, tantundem reddo; *corrispondere, contraccambiare, rendere la pariglia. Plaut. Asin. 2. 2. 109.* Quin promitto hostire contra, ut meruerie. *Fest.* in *Status, p. 314. Müll.* Hostire ponebatur pro aequare. *Pacuv.* apud *Eund.* in *Redhostire, p. 270. ibid.* Nisi coërceo protervitatem, atque hostio ferociam; *h. e.* ferociae respondeo aequali ferocia. *Non. 2. 405.* interpretatur, comprimo, retundo: quod videtur eodem redire. *Serv.* ad *Virg. 2. Aen. 156.* Hostia vero victima est, dicta, quod Dii per illam hostientur *(alii leg.* hostiantur); id est aequi et propitii reddantur, unde *hostimentum,* aequationem. — **B)** Deinde, qua *hostis* in malam, ut plurimum, partem accipitur,

II. *Hostio* est etiam offendere, laedere. *Enn.* apud *Fest. ibid.* Quem mea cominus machaera atque hasta hostivit e manu; *h. e.* machaera cominus, hasta eminus icit. Ita enim *Scalig.* legit. *Pacuv.* (corrige *Laevius)* apud *Non. loc. cit.* Meum admissum nocens hostit voluntatem tuam. *Fest.* in *Hostia, p. 102. Müll.* Hostia dicta est ab eo, quod est hostire; ferire.

HOSTĬŎLĂ, ae, f. Deminut. ab *hostia;* parva hostia. *Gloss. Cyrill.* Θυμάτιον; hostiola.

HOSTIS, is, comm. gen. Nomen parum certae originis. Sunt enim qui vocem ducunt ab ὄστης; impulsor; alii conferunt cum Εστία. *Apul.* autem *Not. Aspirat. 59.* sit: e ideo aspiratur *hostis,* quod a verbo *hostio* derivatur, quod aequo significat, quoniam in hostium conflictu quaedam consuevit fieri aequatio ordinum. a V. integr. loc. et Cf. ad rem *Lindemann.* ad *Fest. p. 480.* et *seq.* et quos ibi laudat. — **b)** Derivata, *hostia, hostiatus, hostice, hosticulus, hostīcus, hostilis, hostilitas, hostiliter, hostimentum, hostio, hostiola, hostorium.* — **c)** Composita, *hosticapas, hostifer, hostifico, hostificus, inhostus.*

HOSTIS proprie apud Maiores nostros, inquit *Cic. 1. Offic. 12.*, is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant XII. Tabulae, ut: *status dies cum hoste.* Itemque: *adversus hostem aeterna auctoritas.* Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum, quicum bellum geras, tam molli nomine appellari? Quamquam id nomen durius iam effecit vetustas: a peregrino enim iam recessit, et proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit. *Plaut. Curc. 1. 1. 5.* Si status conditus cum hoste intercedit dies, Tamen est eundum, quo imperant, ingratiis (Adde *Varr. 3. LL. sub init., Fest.* apud *Paul. Diac. p. 102. Müll.* et *Plaut. Trin. 1. 2. 65.). Virg. 4. Aen. 424.* I soror, atque hostem supplex affare superbum. Ubi *Servius:* Nonnulli iuxta Veteres hostem pro hospite dictum accipiunt. Adde *Cai. Dig. 50. 16. 234.* — **B)** Deinde vero, et quidem nunc communius,

II. *Hostis* is, est, cum quo publice bellum habemus (quamquam etiam de quocumque adversario dicitur), in quo ab *inimico* differt, qui est is, quocum habemus privata odia. Distingui etiam sic possunt, ut *inimicus* sit qui nos odit; *hostis* qui oppugnat; *nemico. Cic. 11. Phil. 1.* Omnes nos statuit ille non inimicos, sed hostes. *Id. Manil. 10.* Qui saepius cum hoste conflixit, quam quisquam cum inimico concertavit. *Curt. 7. 10.* illi, nunquam se inimicos ei, sed bello lacessitos, hostes fuisse, respondent. *Cic. 4. Verr. 6.* Horum omnium communis hostis praedoque fuit. *Id. 2. Phil. 26.* Diis hominibusque hostis. *Id. 14. Phil. 10.* Hostes nefarios prostravit, fudit, occidit. *Pompon. Dig. 50. 16. 118.* Hostes hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus; ceteri latrones aut praedones sunt. — In femin. genere. *Plaut. Stich. 1. 2. 85.* Hostis est uxor, invita quae ad virum nuptum datur. *Ter. Heaut. 3. 2. 23.* Nupta meretrici hostis est. *Liv. 30. 14.* Quo die captum hostem vidit, eodem matrimonio iunctam accepit. *Ovid. 2. Art. am. 461.* cum certa videbitur hostis. *Id. 6. Heroid. 82.* Non exspectata vulnus ab hoste tuli: *Senec. Hero. Oet. 21.* Thermodontia hostis. Adde *Propert. 1. 4. 18.* — **B)** Hinc quando haec duo iunguntur, *hostis* supra inimicum multum addit. *Cic. 3. Fin. 10. ad fin.* Sibi inimicum esse atque hostem. *Id. 4. Verr. 24.* Inimicus, hostis esset, tanta contumelia accepta. *Id. 1. Invent. 54. extr.* Inimicis quoque, et hostibus ea indigna videri. — **4)** *Hostibus eveniat hoc,* formula quippiam abominandi et avertendi. *Ovid. 16. Heroid. 217.* Hostibus eveniant convivia talia nostris. Adde *2. Amor. 10. 16., 3. Fast. 494.* et *4. Pont. 8. 38., Propert. 3. 6. 20. 20., Virg. 3. G. 513.* et *Albinov. 1. 182.* et *450.* — **5)** Translate *hostis* aliquando brutis tribuitur et rebus etiam insanimis. *Horat. 4. Od. 4. 10. de aquila.* Qualem ministrum fulminis alitem . . . in ovilia Demisit hostem vividus impetus. *Ovid. 1. Fast. 359. de capro,* noxae tibi deditus hostis, Spargitur adfuso cornua, Bacche, mero. *Plin. 8. 29. 1.* Rhinoceros hostis genitus elephanto. *Quintil. 2. 2. a med.* Licentia qualiacumque laudandi, studiorum perniciosissima hostis. *Id. 12. 1. 2.* Rerum ipsa natura non parens, sed noverca fuerit, si facultatem dicendi sociam scelerum, adversam innocentiae, hostem veritatis invenit. — **6)** Hinc de ludo latrunculorum, in quo imago pugnae fit, *Ovid. 2. Art. am. 208.* Fac, pereat vitreo miles ab hoste tuus. Et *3. ibid. 358.* Unus cum gemino calculus hoste perit. — **7)** Apud Scriptores Ecclesiasticos *hostis* absolute sensu spirituali dicitur diabolus. *Benedict. Serm.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 66. p. 935.* Sed et illud summopere nobis procurandum est, ne versutia antiqui hostis, unde aliis salus acquiritur, inde nobis tristitiae malo, detrimentum in aliquo ingeratur. — **8)** Denique

III. *Hostis,* adiectivorum more, pro hostili usurpat *Stat. 11. Theb. 22.* Nec iam hostes turmae, aut ferrum mortale timetur. *Al. alitur leg.*

Nota. Discrimen inter *hostem* et *inimicum* dedimus supra §. 2. Cf. ADVERSARIUS §. 4. et INIMICUS.

HOSTŌRĬUM, ii, n. Nomen ab *hostio,* proprie adiect., absolute tamen adhibitum ad significandum lignum, sive regulam, qua modius aequatur, et cumulus deruitur, rutellum; *rasiera. Priscian. 6. p. 688. Putsch.*, ubi agnoscit quidem, ut Latinam vocem, nullo tamen auctore apposito. *Onom. Lat. Gr.* Hostorium; ἁμαλίστρα. Adde *Apul. Not. aspir. 59.*

HOSTUS, i, m. Nomen ab *hauriendo,* quasi *haustus,* factum (V. AU §. c.), quo significatur id, quod ex uno olei facto efficitur; *prodotto. Cato, RR. 6.* Si in loco crasso aut calido oleam severis, hostus aequam erit; *h. e. il prodotto sarà scarso,* aut *di cattiva qualità.* V. *Varronis* locum in v. FACTUS, us, §. 2.

HU

* HU. Interiectio exprimens sonum, quem quis olfaciendo edit, spiritum naribus attrahendo: vel quo quis significat, se odorem deprehendere ac sentire. *Plaut. Mil. 4. 6. 43.* Nescio, ubi hic prope adest, quem expeto videre, hu! hu! olet profecto, olet. *Pyrgop.* Naso pol iam haec quidem videt plus, quam oculis. — Haec *Forcellinus* ex coniectura *Palmerii,* qui ex Cod. aliquo, ubi *huic olet* emendavit in *hu hu olet,* nam alii omittunt hanc vocem. V. *Ritschel,* in *not. crit.* ad *h. l.*, coll. *Hand, Turselt. T. 3. p. 105.*

HŪBER. V. UBER.

HUC. Adverb. ab *hic,* desumptum, ut autumat *Hand, Turselt. T. 3. p. 103.* ex veteri dativi forma *hoic.* — **b)** Nihil frequentius est, quam commutatio verborum *huc, huic, hunc, hinc* in antiquis MSS. et editis libris. V. *Cort.* ad *Lucan. 6. 127.* et criticos Viros ad *Caes. 1. B. C. 39.* et ad *Cic. Cluent. 2.* — **c)** Composita, *adhuc, adhucine, huccine* et *hucusque.*

HUC proprie est ad hunc locum, in hunc locum, in quo ego sum; *qua, qui. Virg. 2. Ecl. 45.* Huc ades, o formose puer. *Horat. 2. Sat. 3. 80.* Huc propius me edite. *Petron. Satyr. 25.* Huc huc convenite. *Ter. Phorm. 1. 2. in fin.* Puer heus, nemon' huc prodit? *Id. Eun. 1. 2. 19.* Huc qua gratia te arcessi iussi, ausculta. *Id. ibid. 5. 6. 26.* Huc intro. *Plaut. Aul. 2. 1. 14.* Huc foras. *Ter. Eun. 4. 7. 4.* Huc in medium agmen. *Id. Heaut. 1. 2. 100.* Huc raro in urbem commeat. *Plaut. Rud. 3. 4. 21.* Tu senex, si istas amas, huc arido argento est opus; *h. e.* huc afferatur argentum. *Id. Poen. 3. 2. 87.* Ostende huc;

Digitized by Google

mostra qua: affer huc, et ostende. *Ter. Eun. 1. 2. 59.* ego cum illo . . . ubi huc. *Cic. Cluent. 2.* Ut ne quid huc praeiudicati afferatis. *Ter. Hec. 3. 5. 32.* renumeret dotem huc, est. *Id. Eun. 4. 7. 26.* Pamphilam ergo huc redde, nisi si mavis eripi. *Virg. 2. G. 243.* Huc ager ille malus dulcesque a fontibus undae Ad plenum calcentur. *Ter. Eun. 4. 4. 4.* Quid huc tibi reditio est? — Omisso verbo. *Sil. 13. 559.* Huc decus, huc nostrum. Alia vide apud *Markland*, ad *Stat. 1. Silv. 4. 62.* — Cum genitivo. *Ter. Andr. 1. 1. 43.* Mulier ex Andro commigravit huc viciniae; *in questo vicinato. Sed alii rectius leg.* huic viciniae. Cf. infra §. 8. *fin.* — **2)** Item in eum locum, de quo loquor; *quivi, colà, là. Caes. 5 B. G. 19.* Locus erat castrorum editus, et paulatim ab imo acclivis. Huc magno cursu contenderunt. *Liv. 33. 19.* Ubicumque vires, ubi arma esse sciam, huc veniam, toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis hostes. Adde *Horat. 3. Od. 5. 24.* — **3)** *Huc illuc, huc atque illuc, huc et illuc*, est ad hanc et illam partem, ad hunc et illum locum; *qua e là, di qua e di là:* et significat saepe iter, vel locum incertum: translate vero varietatem et inconstantiam. *Cic. 9. Att. 9. circa med.* Ne cursem huc illuc via deterrima. *Id. 1. Orat. 40.* Erectum et celsum, alacri et prompto ore ac vultu, huc atque illuc intuentem, vagari magna cum caterva toto foro. *Id. 1. Divin. 53.* Tum huc, tum illuc volant alites. *Cels. 2. 18.* Uni pedi lecti fulcimentum subiiciendum est, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus. *Quintil. 10. 7. 6.* Velut salientes huc illuc. *Cic. 2. Divin. 58.* Volucres huc et illuc passim vagantes. — **4)** *Huc illueve*, et *huc illucque* duriuscula videntur. Prius est *Celsi, 6. 6. n. 36.* et *7. 5.* et *alibi:* posterius *Plinii, 37. 22. 1.* — **5)** *Huc et huc* est huc et illuc. *Horat. Epod. 4. 9.* Ut ora vertat huc et huc euntium Liberrima indignatio. — **6)** *Huc et illo*, huc et illuc. *Senec. 5. Benef. 6. a med.* Sed iam ista sidera huc et illo diducet velocitas sua. — **7)** *Huc usque* et *hucusque* est usque ad hunc locum. *Plin. 6. 34. 5.* Huc usque Sesostris exercitum duxit; *sino a qui.* — **8)** Deinde

II. *Huc* significat etiam ad hanc rem, ad hunc statum; *a questo, a ciò:* qui sensus, nulla habita loci ratione, translatus est. *Cic. 1. Fam. 7. post med.* Ut haec multo ante meditere, huc te pares, haec cogites, ad haec te exercens. *Id. 2. Nat. D. 59.* Adde huc fontium perennitates, etc. *Horat. 1. Sat. 2. 55.* Adde huc, quod merces sine fucis gestat. *Caes. 1. B. C. 36.* Massilienses naves longas expediunt numero decem et septem. Multa huc minora navigia addunt. *Cic. Amic. 18.* Accedat huc suavitas quaedam, oportet, sermonis. *Cels. 5. 19. n. 21.* Rubrum quoque emplastrum, quod Ephesium vocatur, huc aptum est; h. e. ad haec vulnera. *Ter. Eun. 3. 3. 11.* Ubi friget, huc evasit. V. evado §. 4. *Plin. 7. 53. 2.* Huc pertinet nobile apud Graecos volumen Heraclidis. *Cic. Cael. 20.* Huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut etc.; *a tal segno, che* etc. *Id. 2. Catil. 2.* Rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis; *a questo termine. Tacit. 4. Ann. 41.* Huc flexit, ut Tiberium ad vitam procul Roma degendam impelleret; *s'applicò, o piegò a questo, di sortare Tiberio a vivere lontano da Roma.* — Sequente genitivo. *Id. 3. ibid. 73.* Huc arrogantiae venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret; *a tanto di arroganza. Val. Max. 8. 1. ext. 6.* Huc deductum necessitatis, ut abilcere se tam supplieiter . . . cogeretur. — **9)** Eadem ratione *huc* et *illuc* vel *huc* atque *illuc* translata sunt. *Cic. Cael. 6.* Versare suam naturam, et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere. *Id. 5. Fin. 28. ad fin.* In quo utrum respondebo, verses te huc atque illuc necesse est; h. e. dubites, haereas, aestues. *Id. 1. Offic. 28.* Quae (ὁρμὴ) hominem huc et illuc rapit. — **10)** Item *huc usque* vel *hucusque* est usque ad hunc terminum; *a tal punto, a tal segno. Plin. 28. 2. 3.* Mirum esset profecto hucusque profectam credulitatem antiquorum etc. *Quintil. 5. 15. 22.* Simulatio huc usque procedit, ut etc. Adde *Apul. Apol. 85.* — **11)** Apud Seriores *hucusque est etiam* usque ad hoc tempus. *Mamertin. Paneg. Maximin. 12.* Quo solo mortem suam hucusque remoratus est. *Genethl. Maxim. 18.* Sicut hucusque fecistis. *Rumen. Grat. act. 14.* Bibracte quidem hucusque dicta est Iulia, Pola, Florentia. *Paneg. Constantin. 19.* Sed quid ego hucusque iocularia? Adde *Grat. act. Iulian. 17.* — **12)** Addita particula demonstrativa *ce*, quae vi compositionis mutatur in *ci*, et interrogativa *ne*, *hucine* (rectius quam *huccine*. V. hic §. b.)? *qua, a questo segno, a questa miseria? Cic. 7. Verr. 65.* Hucine tandem omnia reciderunt, ut civis R. virgis caederetur? *Pers. 5. 15.* O miser, inque dies ultra miser! hucine rerum Venimus? *Sall. Iug. 14.* Hucine, Micipsa pater, beneficia evasere, uti etc.?

Nota. Qui plura desiderat de hac particula adeat *Hand, Tursell. T. 3. p. 103-108.*, ubi etiam de particulis compositis *hucine* et *hucusque*.

HUCCINE. } V. voc. praeced. §. 12.
HUCINE. }

HUCUSQUE. V. huc §. 6., 9. et 10.

HUDUS. V. udus.

HUGADESSI, indecl. Vox Syra, qua apud Syros nominatur herba bryonia, teste *Apul. Herb. 67.* Graeci bryoniam . . . Syri hugadessi.

HUI. Interiectio sive exclamatio animi vehementius commoti, quem ipsa natura docuit hunc sonum edere! *oh! hui! ah!* — Et est admirantis, aliquando etiam cum quadam miseratione et indignatione. *Plaut. Pers. 5. 2. 25.* Hui! babae! basilice te intulisti et facete. *Ter. Phorm. 5. 5. 25.* Triginta? hui! percara est. *Id. ibid. 1. 4. 40.* Hui! tam graves hos, quaeso? *Id. ibid. 3. 1. 71.* Hui! quantam fenestram ad nequitiam patefeceris! *Plaut. Rud. 1. 2. 65.* Hui! homunculi, quanti estis! — *Ter. Eun. 4. 7. 35. Chre.* Principio eam esse dico liberam. *Thra.* Hem! *Chre.* civem Atticam. *Thra.* hui! Ubi *Donat.* hui, hem, et cetera huiusmodi generis, sanae sunt adversus eos, quibus irascimur. *Cic. 6. Att. 6.* Videbam sermones: hui! fratrem relinquit, num est hoc, non plus annum, retinere provinciam? *ve' che vergogna!* Et *5. ibid. 11.* Hui! toties ne me litteras dedisse Romam, cum ad te nullas darem? Et *15. ibid. 21. ad fin.* Hui quam diu de nugis! de re enim nihil habeo, quod loquar. — **2)** Coniungitur aliquando cum interrogatione de re pene incredibili. *Ter. Andr. 5. 1. 16.* hui! tam cito? *Id. Eun. 2. 1. 17.* Hui! universum triduum? vide, quid agas. *Id. Heaut. 5. 5. 45.* Hui! dubium id est? — **3)** Aliquando ironice inservit. *Id. Phorm. 2. 1. 72.* Hui! dixti pulcre. Et *Heaut. 4. 5. 28.* Prorsum nihil intelligo. *Sy.* hui! tardus es.

Nota. Alia de hac particula dabit *Hand, Tursell. T. 3. p. 109.* et *110.*

HUIUSCĔMŎDĪ et Huiusce modi. Absolute adverbiorum more positum ab *huius, ce* et *modi;* ad hunc modum, huius generis sive modi; *di questa guisa, di tal fatta. Sall. Iug. 9. extr.* Dicitur huiuscemodi verba cum Iugurtha habuisse. *Q. Metell. Numid.* apud *Gell. 6. 11.* Si in eo tempore huiuscemodi homunculum nomines. *T. Castric. rhetor* apud *Rund. 13. 21.* Hic vester huiuscemodi vestitus. Ipse *Gell. 4. 1. ante med.* Vinum, triticum, oleum, lentem, fabam, atque huiuscemodi cetera.

HUIUSMODI et Huius modi. Adverbiorum more positum ab *huius* et *modi*. Est huius generis, similis τοῦ *siusmodi; di questa guisa, di tal fatta, simile. Caes. 2. B. C. 32.* Hordeum ad huiusmodi casus antiquitus paratum. *Cic. 5. Verr. 52.* Ex huiusmodi principio consuetudo introducta est. *Nep. Agesil. 8.* Ille, praeter vitulina, et huiusmodi genera obsonii, nihil accepit. *Ter. Eun. 4. 6. 8.* Haec atque huiusmodi sum multa passa. *Id. Heaut. 2. 3. 98.* Huiusmodi, obsecro, aliquid reperi. *Id. Phorm. 5. 2. 45.* Hic me huiusmodi esse, sciebat: ego hunc aliter esse credidi; *sapea, ch'io son fatto così.* — Et sequente *ut* particula. *Caes. 5. B. G. 5.* Nonnullae huiusmodi sententiae dicebantur, ut etc. *Id. fragm.* apud *Cic. 2. Q. Fr. 12.* Id erat huiusmodi, ut magis optandum, quam sperandum putarem.

HULCUS, etc. V. ulcus, etc.

HULŬLO. V. ululo.

HŪMĀNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *humanor;* assumptio humanitatis. *Vigil. pap. Constitut. praef.* Domini humanationem fideliter repraesentati.

HŪMĀNĀTUS, a, um. Particip. verbi *humanor;* hominis naturam adeptus; *umanato. Cassiod. 6. Hist. Eccl. 22. a med.* Propterea et ipsum Verbum propter nos humanatum, quum quaereretur, abscondi dignatus est, et iterum quum persecutionem pateretur, fugit, et ab insidiis declinavit.

HŪMĀNĒ. Adverb. ab *humanus.* — Comparat. *humanius* §. 1., superlat. *humanissime* §. 2. — Est pro conditione et sorte humanae naturae, more humano; *umanamente. Ter. Adelph. 1. 2. 65.* Vix humane patitur. *Cic. 3. Tusc. 27.* Si qui forte aliquid fecerunt humanius, aut hilarius locuti sunt. *Horat. 2. Ep. 2. 70.* Intervalla vides humane commoda; h. e. satis commoda, εὐφυῶς. — **2)** Item humaniter, benigne, comiter. *Cic. 12. Att. 44.* Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse, facile patior: fecit enim humane. *Petron. Satyr. 8.* Ducem se itineris humanissime promisit. *Cic. 3. Q. Fr. 1.* Humanissime locutus esses. *Cic. fil.* apud *Cic. 16. Fam. 21.* Humanissime nobiscum iocatur.

Nota. *Diomed. 1. p. 402. Putsch.* inter *humane* et *humanitus* ita distinguit, ut *humane* sit ἀνθρωπίνως, et *humanitus;* φιλανθρώπως. Verum hoc discrimen non semper observatur. V. humanitus.

HŪMĀNĬFORMĬĀNUS, a, um. Adiect. ab *humanus* et *forma;* qui humanae est formae. — Hinc absolute *Humaniformiani*, dicti sunt quidam haeretici, qui putabant, Deum humanam formam habere. *Cassiod. 10. Hist. Eccl. 7.* Isti *(Origenistae)* vero sequaces Theophili humaniformianos vocabant. V. integr. loc.

HŪMĀNĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *humanus;* natura humana, seu natura hominis; *umanità:* et sumitur pro illo affectu, qui proprie hominis est erga hominem, et Graece φιλανθρωπία appellatur, quemadmodum *civilitas* erga cives est. Potest autem definiri, necessitudo quaedam nobiscum simul genita, per universum diffusa genus humanum, quae vicissim se homines tuentur, opemque ferunt, hoc duntaxat nomine, quod homines sunt, eademque corporis forma, eodem rationis lumine praediti. *Cic. Quint. 31.* Obsecravit per fratris sui mortui ci-

Digitized by Google

erem, per nomen propinquitatis, . . . ut aliquando misericordiam experet aliquam, si non propinquitatis, at aetatis suae; si non hominis, at humanitatis rationem haberet. *Id. Rosc. Am.* 22. Magna est vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, natura ipsa. Adde 2. *Rep.* 26. et 3. *Offic.* 6. — *Senec. ep.* 65. Homines quidem pereunt: ipsa humanitas, ad quam homo effugitur, permanet. — Agit autem ibi *Seneca* de ideis. — **2)** Sensu concreto pro ipso hominum genere. *Minuc. Fel. Octav.* 8. Timorem omnem, quo humanitas regitur, sustulerunt. *Apul. 1. Dogm. Plat.* p. 11. Et rursum *(vides)* venarum genitale seminium humanitatis exire. — **3)** Specialim

II. *Humanitas* dicitur virtus illa, qua benigni sumus, comes, et faciles in eos, quibuscum agimus; *benignità, bontà. Cic. Manil.* 14. Humanitate tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint *Plin. 9. ep.* 5. Humanitatis praecipua pars est, honestissimum quemque complecti, atque ita a minoribus amari, ut simul a principibus diligare. *Ulp. Dig. 3. 1. 1. ante med.* Humanitatem exhibere alicui; *usar cortesia. Senec. ep.* 88. *a med.* Humanitas vetat superbum esse adversus socios, vetat avarum: verbis, rebus, affectibus comem se, facilemque omnibus praestat: nullum alienum malum putat, bonum autem suum id maxime, quod alicui bono futurum est, amat. — **4)** Et quia ad hanc virtutem praecipue facit animi cultura, litterarum studiis acquisita, ideo ea ipsa studia et eruditio *humanitas* appellatur; παιδεία; *erudizione. Cic. 2. Orat.* 17. Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium litterarum et politioris humanitatis expers. *Id. 1. ibid.* 60. In omni recto studio atque humanitate versari. V. *Gell.* 13. 16. — **5)** Interdum de illa cultura animi dicitur, quae ad urbanitatem, et decentiam, et civilitatem pertinet; *civiltà, creanza. Cic. 1. Offic.* 40. *ad fin.* Ea, quae multum ab humanitate discrepant, ut si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna perversitas, facile apparent. *Id. 2. Orat.* 36. *ad fin.* Humanitatis est responsio. — **6)** Hinc iterum sensu concreto dicitur quodcumque in hominum commoditatem cedit; *commodità, agevolezza. Inscr.* apud *Marini, Arv.* p. 532. Balineus lavat more urbico et omnis humanitas praestatur. Adde *Cassiod. 7. Var.* 35. — **7)** Huc etiam spectare potest illud *Cod. Theod. 9. 3. 7.* Iudices omnibus dominicis diebus productos reos e custodia carcerali videant et interrogent, ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur. — *Humanitas* hoc loco accipi videtur de rebus etiam ad victum necessariis, non tantum utilibus aut ad commoditatem inservientibus.

HŪMĀNĪTER. Adverb. ab *humanus;* more hominum; *umanamente. Cic. 1. Att.* 2. Sin aliter acciderit, humaniter feremus; h. e. aequo animo, honeste, decenter, convenienter naturae humanae. — **2)** Item honeste, iucunde, suaviter, tranquille, more hominis liberi. *Id. 7. Fam. 1. ad fin.* Docebo profecto, quid sit humaniter vivere. — **3)** Item civiliter, moderate, comiter, facile. *Cic.* apud *Non. 11. 1.* Invitus litteras tuas scinderem: ita sunt humaniter scriptae.

HŪMĀNĪTUS. Adverb. ab *humanus;* more humano, secundum humanam conditionem et sortem; *da uomo. Afran.* apud *Non. 11. 40.* Ferre humana humanitus. *Cic. 1. Phil.* 4. Si quid mihi humanitus accidisset; h. e. si mortuus essem. *Plin. 10. 65. 83.* Ursi autem coëunt humanitus strati; h. e. ut homines solent. — **2)** Item humaniter, benigne. *Ter. Heaut. 1. 1. 47.* Ubi rem rescivi, coepi non humanitus, Neque ut animum decuit aegrotum adolescentuli, Tractare. Cf. HUMANE in *Nota.*

HŪMĀNOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. ab *humanus*, forma deponens; humanam naturam induo; *umanarsi. Symbol. Nicaen.* apud *Vigil. pap. Constitut. praef.* Qui *(Filius Dei)* . . . humanatus est, et passus est. *Cassiod. praef. in Psalt.* Quidam psalmorum promittentes Deum propter salutem credentium visualiter humanandum. V. HUMANATUS.

HŪMĀNUS, a, um. Adiect. ab *homo*, priore tamen producta, quod alibi in derivatis observatum est. Huc spectat *Apul. Not. aspir.* 43. « *Humanus* iuxta litteram ab *humo*, secundum sensum ab *homine* convenientius videtur derivatum. » — **b)** Antiqua forma « *homona* humana » Veteres dicebant, teste *Fest.* apud *Paul. Diac.* p. 100. *Müll.* — **c)** Comparat. *humanior* §. 4., et 7., superlat. *humanissimus* §. 6. et 7. — **d)** Derivata, *humanatio, humane, humanitas, humaniter, humanitus, humanor.* — **e)** Composita, *humaniformianus, inhumanatio, inhumanatus, inhumanitas, inhumane, inhumaniter, inhumanus, perhumaniter, perhumanus.*

HUMANUS proprie et universim est ad hominem pertinens; *umano, da uomo. Cic. Rosc. Am.* 22. *sub fin.* Esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut etc. *Id. 4. Fin.* 2. Societas et communitas generis humani. *Id. Somn. Scip.* 3. Humana vita. *Id. 1. Orat.* 8. A fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducere. *Id. 3. Tusc.* 6. Qui vim fortunae, qui omnia humana, quae cuique accidere possunt, tolerabilia ducat. *Plin.* 22. 5. 2. Qua claritate nihil in rebus humanis sublimius duco. *Ovid. 3. Pont.* 2. 91. Ad fratrem mandata dabat, cuique illa dabantur (Humanos casus aspice), frater erat. *Paul. Dig.* 16. 3. 26. Si quid mihi humanum contigerit; h. e. si moriar. *Flor.* 3. 5. Athenas obsidione ac fame ad humanos cibos compulit; h. e. humanae carnis. Sic *Ovid. 9. Heroid.* 68. humana qui dape pavit equos. *Plin. 2. 111. 1.* Humani ignes; h. e. nostri ignes, qui ad vitae humanae usum pertinent. *Id. 17. 6. 2.* Humanae dapes; h. e. hominum exercmenta. — *Paul.* ex *Festo, p.* 103. *Müll.* Humanum sacrificium dicebant, quod mortui causa fiebat. — **2)** *Humanum* absolute, vel *humanum est*, dicitur de iis, quae ab hominis natura non abhorrent. *Cic. 7. Verr.* 44. *sub fin.* Metum virgarum navarchus pretio redemit: humanum: alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit: usitatum est. *Ter. Adelph.* 5. 3. 25. persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: Humanum est. *Id. Hec.* 4. 1. 58. Nonne ea dissimulare nos magis humanum est quam etc.? *Id. Heaut. 1. 1.* 25. Homo sum; humani nihil a me alienum puto. — *Ovid. 2. Fast.* 503. Pulcher et humano maior trabeaque decorus Romulus. — **3)** *In rebus humanis esse*, est vitam agere, vivere. *Inscr.* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. n.* 539. Qui dum in rebus humanis *fuit* omnibus paratissimus, etc. — **4)** *Humanior, ius*, dicitur etiam quidquid homini naturae magis conveniens est. *Cass. Aurel.* 2. *Acut. 1.* Humanior respiratio; h. e. commodior, liberior. *Id. ibid.* 19. *circa fin.* In declinatione passionis aliquid humanius cibo largiatur; h. e. magis nutriens. *Id. 2. Chron.* 6 *med.* Quo purgato ulcere, humanioribus cibis utamur; hoc est ex mediae materiae qualitate. — **5)** Absolute *Humani* interdum sunt ipsi homines. *Lucret. 3. 79.* Et saepe usque adeo, mortis formidine, vitae Percipit humanos odium, lucisque videndae, Ut sibi consciscant morenti pectore letum. *Varr.* apud *Non.* 2. 98., Natura humanis omnia sunt paria. Al. leg. *in humanis*. Adde *Lucret. 5. 849.* — Apud *Cic. 15. Att.* 21. pro *ut humanus* legendum est *ut homo*. V. *Orelli*, ad h. l. — **6)** Specialim

II. *Humanus* est etiam lenis, mitis, facilis, benignus. *Cic. Senect.* 17. Ceteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse. *Ter. Andr. 1. 1. 87.* humani ingenii, Mansuetique animi officia. *Cic. ad Capiton. 1. post ep. 16. l. 16. ad Att.* Homo facillimus atque humanissimus. *Plin. 18. 8. 8.* Catonis humanissimum praeceptum, *scilicet*, Vicinis bonus esto, apud *Catonem, RR.* 4. — **7)** Item cultus, sciens rerum humanarum, eruditus; *civile, erudito. Cic. 1. Divin.* 1. Gens humana atque docta. *Id. 7. Verr.* 28. Syracusani, homines periti et humani, qui non modo ea, quae perspicua sunt, videre, verum etiam occulta suspicari possent. *Varr.* apud *Gell. 15. 16.* Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est, paulo modo humaniori, ignotus; h. e. eruditiori, doctiori, ut ipse *Gell.* explicat. *Cic. 8. Verr.* 44. *a med.* Tu videlicet solus Corinthiis delectaris? Tu illius seria temperationem, tu operum lineamenta solertissime perspicis? haec Scipio ille non intelligebat, homo doctissimus atque humanissimus? tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris intelligis et iudicas? *Id. 2. Qu. Tr.* 10. Humanissimus sermo. Adde 2. *Fin.* 31.

HŪMĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *humo;* actus humandi, sepultura; *sotterramento, sepoltura. Cic. 1. Tusc.* 43. Ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem. Et *ibid.* Humatio ad corpus pertinet, sive occiderit animus, sive vigeat.

HŪMĀTOR, ōris, m. Verbale ad *humo;* qui humat et sepelit; *sotterratore. Lucan. 7. 799.* non illum Poenus humator Consulis, etc.

HŪMĀTUS, ā, um. Particip. verbi *humo;* humo contectus, sepultus; *sepolto, sotterrato:* olim proprie de iis tantum dicebatur, quos humus iniecta contegeret, ut *Cic.* docet 2. *Leg.* 22. et *Plin. 7. 55. 1.* — **2)** Postea communiter de omnibus sepultis dici coeptum. *Cic. 5. Nat. D.* 22. Is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. *Martial. 6.* 28. Hoc sub marmore Glaucias humatus luncto Flaminiae iacet sepulcro.

HŪMECTANS, antis. Particip. verbi *humecto*, adiectivorum more etiam adhibitum; humidus, humens. *Acta SS. Saturnini et Socc. MM. n. 14.* Et adhuc humectantem in ungulis patrium sanguinem cognato filii cruore miscebant. V. HUMECTO.

HŪMECTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *humecto;* actus humectandi; *umettazione. Cassiod. 10. Var.* 26. Quod ager eius nimia inundatione perfusus, sterilitatis vitia de inimica humectatione contraxerit. *Gloss. Cyril.* Ἐμβροχή; humectatio. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres.* 50. 3. et *alibi*.

HŪMECTĀTUS, a, um. Particip. verbi *humecto;* humidus factus; *umettato, bagnato. Sil. 8. 458.* statque humectata Vomano Adria.

HŪMECTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more aliquando adhibitum, ab *humectus*. — Particip. *humectans* §. 4. et suo loco, *humectatus*, V. suo loco. — Proprie est humidum facio, irrigo; *bagnare, far umido. Virg. 4. G.* 126. Qua niger humectat flaventia culta Galesus. *Sil. 13. 85.* Et sacer humectat fluvialia rura Capenas. — **2)** De fluentibus. *Lucret. 1. 918.* Et lacrimis salsis humectent ora genasque. Adde *Virg. 1. Aen.* 469. et 11. *ibid.* 90. et *Ovid. 9. Met.* 655. — **3)** De rore. *Claudian. 2. Rapt. Pros.* 121. Dum meus

humectat flaventes Lucifer agros, Horatii praevectus equo. — **4)** Intransitive

II. *Humecto* est humidus sum, madeo; *esser umido, bagnarsi*. *Plin. 11. 54. 5. de oculis*. Ardent, intenduntur, humectant, connivent. Et *10. 3. 5.* Cogit adversos intueri solis radios, et si conniventem humectantemque animadvertit, praecipitat e nido.

HŪMECTUS, a, um. Adiect. verbale ab *humeo*. — Comparat. *humectior*, et superlat. *humectissimus*, infra. — Est humens, humidus; *bagnato, umido, molle*. *Varr. 1. RR. 24.* et *Cato, RR. 6.* Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, et arundinetum. *Lucret. 4. 633.* et stomachi humectum servare tenorem. *Macrob. 7. Saturn. 15. circa med.* Qui sensim trahunt potum, ventres habent humectiores. Et *6. a med.* Mulier humectissimo est corpore.

HŪMĔFĂCĬO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *humeo* et *facio;* humefacio, humifico. *Lactant. Ira D. 10.* De halitu terrae, aut maris nebula exsistit, quae dispersa humefacit, quidquid texerit. V. voc. seq.

HŪMĔFACTUS, a, um. Particip. verbi *humefacio;* madefactus; *bagnato*. *Plin. 32. 48. 1.* Spongia crebro humefacta.

HŪMENS, entis. Particip. verbi *humeo*, adiectivorum more adhibitum; humidus, humectus; *umido, molle*. *Ovid. 1. Met. 19.* Frigida pugnabant calidis, humentia siccis. *Plin. Paneg. 30.* Necdum satis humentes terrae; *scil.* Nili inundatione. *Ovid. 1. Met. 604.* nebulas humenti tellure remitti. *Suet. Claud. 30.* Risus indecens: ira turpior, spumante rictu, humentibus naribus. *Id. Vesp. 16.* Spongias humentes exprimere. *Flor. 2. 4.* Humens caelum; *aria umida*. — **2)** De nocte. *Virg. 5. Aen. 589.* Humentemque aurora polo dimoverat umbram. *Sil. 2. 469.* Humentis rores noctis, terramque madentem. *Stat. 5. Theb. 2.* Nocte sub ancipiti quamvis humentibus astris. — **3)** De lacrimis. *Ovid. 11. Met. 464.* humentes oculi; *lagrimosi*. Sic *Tibull. 1. 10. 38.* humentes genas tergere. Et *Sil. 9. 30.* quorum oculos atque ora humentia vidi. — **4)** *Humens fluvius* dicitur, ut *humida vina*. V. HUMIDUS §. 2. *Sil. 13. 123.* humenti fluvio revocare colorem.

HŪMĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. quod quidam ab ὑω; pluo, derivant, ut *Apul. Not. aspir. 45.* — **b)** Atque hinc cum aspiratione scribendum esse *Idem, ibid.* affirmat. Contra tamen *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.* sine aspiratione enunciandum docet (V. loc. in HUMERUS §. b), quod et de derivatis dicendum esset, nisi consuetudo contraria obtinuisset. — **c)** Particip. *humens*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *humectatio, humecto, humectus, humesco, humide, humido, humidulus, humidus, humigo, humor, humorosus*. Cf. HUMUS et UVIDUS. — **e)** Composita, *cohumido, exhumoro, humefacio, humifer, humifico, humificus, inhumectus, inhumigo, subhumidus*.

HUMEO est humidus sum, madeo; *esser umido, bagnato:* et est rarioris usus, si particip. *humens* excipias, quod V. *Ovid. 4. Fast. 146.* calida qui locus humet aqua. Et *15. Met. 269.* stagnata paludibus hument. *Id. 8. Heroid. 64.* Hument incultae fonte perenne genae. *Id. 10. Met. 509.* Dat gemitus arbor, lacrimisque cadentibus humet.

HŪMĔRĀLE, is, n. Nomen proprie adiectivum, ab *humerus;* absolute tamen adhibitum, ad significandum sagum militare, tegumentum humerorum, ut tibiale crurum. *Paul. Dig. 49. 16. 14.* Si miles tibiale, vel humerale alienavit, castigari verberibus debet; *cappotto, mantello*. — **2)** Latiore significatione de quacumque veste humeros tegente. *Vulg. Interpr. Levit. 8. 7.* Vestivit pontificem subucula linea . . . et desuper humerale imposuit. Adde *Eccli. 45. 10.*

* HŪMĔRŌSUS, a, um. Adiect. ab *humerus*. — Affertur ex *Colum. 3. 10.* Itaque custodiemus, ut a praedictis locis, quos humerosos rustici vocant, semina legamus. *Alii multo rectius* humeros *leg.* Loquitur *Colum.* de iis surculis, qui e media vite exeunt: nam extremam vitis partem *caput vitis* appellant: imam prope radices, *crus;* quare media et capiti proxima humerorum locum habent. Hinc *Id. arbor. 3.* Optima semina *(vitium)* habentur a lumbis: secunda ab humeris: tertia summa in vite lecta. *Plin. 17. 24. 4.* Certumque est, ab humeris arborum surculos petendos.

HŪMĔRŬLUS, i, m. Deminut. ab *humerus;* parvus humerus. — Translate usurpatur de fulcimento. *Vulg. Interpr. 3. Reg. 7. 30* Per quatuor partes, quasi humeruli subter luterem fusiles. Adde *ibid. 34.* et *Ezech. 41. 26.*

HŪMĔRUS, i, m. Nomen parum certae originis. *Apul. Not. aspir. 45.* ab Humo derivat, atque ideo *humeros* dictos esse affirmat, quod instar humi sufferendis oneribus sunt apti. Contra alii a Graeca voce ὦμος eiusdem significationis ducunt, quae vox ab iousit. ὦω pro φέρω; porto, trahitur. — **b)** Hinc duplex scribendi nominis ratio, nam qui alterum etymon, quod solum probabile videtur, sequuntur, sine aspiratione *humerum* scribunt, confirmantque auctoritate *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.* « Omnis vocalis m sequente leniter enuntiatur: ut . . . umor, umerus, umidus, notatis *humus, Hammon, homo, humus*, et quidquid ab his fit. » Et *A. Mai* ad *Fronton. p. 107. edict. Rom.* testatur, se in *Cod. Frontonis*, et *Symmachi* saepissime *umerum* sine aspiratione scriptum reperisse. — Nihilominus contrarius usus obtinuit, et, quidquid dicatur de eius etymo, *Apuleii* auctoritas ex consuetudine hodie quoque servatur. — **c)** Derivata, *humerale, humerulus*. Cf. HUMEROSUS. — **d)** Compositum, *superhumerale*.

HUMERUS est, de quorumdam sententia, os brachii superius a scapula ad cubitum, quod diligenter describit *Cels. 8. 1.* V. dicta in BRACHIUM §. 1. Dicitur et *lacertus*. Hoc sensu *Propert. 1. 20. 43. de Hyla.* Tandem haurire parat demissis flumina palmis Nixus, et exserto plena trahens humero. Et *Stat. 5. Theb. 459.* Ambo hastile gerunt: humeros exsertus uterque; *sbracciati*. *Id. 4. ibid. 235.* Exserti ingenitos humeros: chlamys horrida pendet. — **2)** Frequentius vere ac proprie

II. *Humerus* est illa corporis pars, a qua brachia dependent, quae in homine ad portandum apta est, quae et *scapulae* dicuntur; *omero, spalla*. *Cic. 6. Verr. 34.* Sagittae pendebant ab humero. *Id. Senect. 10.* Cum Milo humeris sustineret bovem vivum. *Id. 1. Orat. 55.* Quod pupillum filium ipse paene in humeros suos extulisset. *Val. Flacc. 8. 126.* humeris aptare leonem. *Horat. 1. Sat. 1. 47.* reticulum panis onusto humero vehere. *Virg. 11. Aen. 844.* nostras humero gessisse pharetras. *Plin. 18. 4. 2.* Supremo die populi humeris portatus in rogum est. *Plin. alter, Paneg. 24.* Illos humeri cervicesque servorum super ora nostra vehunt. *Plin. senior, 33. 21. 6.* Humeris aliquid egerere. *Ovid. 12. Met. 281.* Attollere in humeros limen revulsum. *Id. 5. Fast. 565.* humeris ferre arma. *Id. 2. Trist. 222.* in humeris fertur onus. *Id. 1. Fast. 565.* niti humeris; *fare sforzo colle spalle*. *Id. 5. Trist. 13. 8.* fulcire ruinam. *Id. 3. Fast. 169.* Atlas humeros oneratus Olympo. Et *3. Art. am. 307.* Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti Nuda sit, a laeva conspicienda manu. Hoc vos praecipue, niveae, decet. Hoc ubi vidi, Oscula ferre humero, qua patet, usque libet. — **3)** Humeri sunt sedes amictuum; *h. e.* vestium superiorum. *Ovid. 5. Trist. 13. 14.* vestis pendet ex humeris. *Id. 4. ibid. 10. 29.* humeris induitur purpura. *Id. 4. Pont. 4. 101.* inicere humeris victoribus ostrum. *Id. 6. Met. 367.* ex humeris deripere velamina. *Id. 5. Heroid. 208.* Deciderint humero pallia lapsa meo. Et *3. Art. am. 288.* ex humeris laxus amictus erat. — **4)** *Quintil. 11. 3. 85.* Humerorum raro decens allevatio atque contractio est. Breviatur enim cervix et gestum quendam humilem atque servilem et quasi fraudulentum facit, cum se in habitum adulationis, admirationis, metus fingunt *(scilicet* Itali nunc dicunt *stringimento delle spalle)*. Hinc *Cic. Rab. Post. 15.* Iam nostis insulsitatem Graecorum: humeris gestum agebant. — **5)** Translate. *Cic. Mil. 9.* Tota ut comitia suis, ut dictitabat, humeris sustineret. *Id. Flacc. 37. extr.* Rempubl. vos universam vestris humeris, vestris, inquam, humeris, iudices, sustinetis. *Plin. Paneg. 10.* Cum expertus esset, quam bene humeris tuis sederet imperium. Et *57. extr.* Consulatus ipse sibi tuis humeris attolli et augescere videtur. — Huc spectant et illa *Vulg. Interpr. Isai. 9. 6.* Factus est principatus super humerum eius *(quod dictum de Christo crucem baiulante, interpretantur)*. *Id. Sophon. 3. 9.* Serviant ei *(Domino)* humero uno; *h. e.* iunctis viribus, omnibus consentientibus. *Id. 2. Esdr. 9. 29.* Et contestatus es eos, ut reverterentur ad legem tuam. Ipsi vero superbe egerunt . . . et dederunt humerum recedentem, et cervicem suam induraverunt; *h. e.* tergum obverterunt, spreto Domino. — **6)** Improprie

III. *Humerus* bestiis quoque tribuitur, quarum proprii sunt *armi*. *Cic. 2. Nat. D. 63. de bob.* Tum vires humerorum, et latitudines ad aratra extrahenda. *Colum. 8. 2. circa med. de maribus gallinaceis.* Iubae variae, vel ex auro flavae, per colla cervicesque in humeros diffusae. — **7)** Interdum et arboribus. V. loca *Colum.* et *Plin.* sub v. HUMEROSUS. — **8)** Interdum et de montibus, aut collibus, de illa scilicet parte, quae prope cacumen est. *Stat. 6. Theb. 744.* longe super aemula signa Consedit, viridesque humeros, et opaca theatri Culmina. *Plin. 2. 44. 5.* Montium flexus, crebrique vertices, et confixa cubito, aut confracta in humeros iuga. — **9)** Similia sunt illa *Eiusd. 3. 6. 8.* Rhegium oppidum in humero Italiae situm, a quo veluti cervicis incipit flexus. Et *4. 11. 1.* Duo haec oppida *(Megara et Pagarum)* excurrente Peloponneso sita sunt, utraque ex parte velut in humeris Helladis. — Huc spectat et illud *Vulg. Interpr. Ezech. 25. 9.* Ecce ego aperiam humerum Moab de civitatibus . . . filiis Orientis, etc.; *h. e.* aperiam urbes vestras munitissimas hostibus vestris.

Nota. *Humeri* differunt ab *armis;* proprie enim *humeri* dicuntur de homine; *armi* de bestiis, ut dictum est in ARMUS §. 1. Hinc *Ovid. 12. Met. 396. de Centaur.* Ex humeris medios coma descendebat in armos. — Hoc tamen discrimen non esse semper servatum patet ex §. 6. supra, et ex allatis in ARMUS §. 2.

HŪMESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *humeo*. — Particip. *Humescens*, infra. — Est humidus fio, humeo; *inumidirsi, bagnarsi*. *Virg. 3. G. 111.* humescunt spumis flatuque sequentum. *Plin. 17. 24. 6.* Calamos aridos inseri non oportet, quia cortex non humescit, neque concorporatur. *Id. 18. 77. 6.* Terra humescens rore occulto. — *Plin. alter, Paneg. 73.* Vidimus humescentes

Digitized by Google

oculos tuos, demissumque gaudio vultum. — *Ambros. ep.* 2. n. 4. Imple ergo greminm mentis tuae, ut terra tua humescat et domesticis irrigetur fontibus.

HUMĬ. V. HUMUS §. 5. et 6.

HŪMĬDĒ. Adverb. ab *humidus;* cum humore; *umidamente. Plaut. Most. 1. 2. 66.* Haec tigna humide putrent. *Al. leg.* humida putent.

HŪMĬDO, as, āre. Verbum transitiv. ab *humidus;* humidum reddo. Tribuunt sensu proprio *Cels. 1. 3. a med.* Humidant autem corpus labor minor, quam ex consuetudine, frequens balneum, cibus plenior, etc. Ita enim leg. quidam: sed alii ex optim. editionib. multis, *humidum autem corpus efficit labor*, etc. Sane illud *humidant* aetate et stilo *Celsi* indignum est, inquit *Forcellinus*. — **2)** Translate. *Verecund. in Cantic. Ionae, 7.* Esse quidem aliquid existimo inter hoc, quod nunc dicitur: *Perfusa est aqua mihi usque ad animam*, et quod David aiebat: *Quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam;* quod enim perfundimur, etiam nolentes de superioribus humidamur.

HŪMĬDŭLUS, a, um. Adiect. deminut. ab *humidus;* aliquantum humidus; *umidetto.* Lectio incerta est in illo *Ovid. 3. Art. am. 629.* Fallet et humidulī quae fiet acumine lini, etc. V. *Interpr.* ad h. l. Certa autem in illo *Auson. epigr. 106.* Humidulis spumas stringit utraque (*manu*) comis.

HŪMĬDUS, a, um. Adiect. verbale ab *humeo*, inserta littera *d*, ut in aliis huiusmodi. — **b)** Scriptio de Grammaticorum sententia parum certa videtur, nam *Eutych.* apud *Cassiod. Ortogr. 9.* sine aspiratione enunciandum esse affirmat (V. loc. in HUMERUS §. b.), contra *Apul. Not. aspir. 45.* omnino cum aspiratione scribendum esse affirmat: quod usus etiam testatur, a Recentioribus quoque receptus. — **c)** In MSS. et editis libris saepe *humidus* et *uvidus* inter se sunt confusa, teste *Heins.* ad *Ovid. 3 Amor. 5. 6.* et *Wagner* ad *Virg. 1. G. 418.*, a quo alii plures etiam excitantur. — **d)** Comparat. *humidior* §. 1., superlat. *humidissimus* §. 1. — **e)** Derivata et composita, V. in HUMEO suo loco.

HUMIDUS proprie est humorem habens; *umido, bagnato, molle. Cic. 1. Tusc. 47.* Terrena et humida suo pondere in terram et in mare feruntur. *Caes. 1. B. C. 58.* Naves ex humida materia factae. *Curt. 4. 12.* Humidi montes effundunt caliginem. *Colum. 4. 19.* Quanto humidius est solum et caelum, humidioresque venti. *Plin. 11. 49. 1.* humidissimum cerebrum. *Varr. 3. LL. 3.* Ager uliginosus humidissimus. *Virg. 2. Aen. 8.* humida nox. Et *603.* nubes. *Id. 1. G. 100.* solstitia; *piovosi.* Sic *Quintil. 11. 3. post init.* humidus dies. *Ovid. 9. Met. 535.* humida lumina; *occhi lagrimosi. Virg. 4. G. 362.* humida regna; h. e. Arethusae fluvii. *Lucret. 3. 948.* Humida saxa. *Horat. 12. Epod. 10.* humida creta. *Cic. 3. Nat. D. 14.* Simplex est natura animantis, ut vel terrena sit, vel ignea, vel animalis, vel humida. — **2)** Quod *Virg. 4. Aen. 486.* mella. *Id. 5. ibid. 394.* maria humida. Et *5. G. 364.* vina humida dixit; est qui putat τὸ *humida* otiosum esse. *Quintil. 8. 6. a med.* in Poëtis haec non reprehendi, ait: conveniunt enim rebus perpetuo. Sic *Ovid. 3. Trist. 10. 25.* uda vina. Et *Enn.* apud *Gell. 4. 17.* humidus imber. At *Servius* humida vina, aquae mixta intelligit, quod gelata esse, et securibus caedi, ibi dicuntur. — **3)** *Humida verba. Gell. 1. 15.* Qui sunt leves, et futiles, et importuni locutores, quibus nullo rerum pondere innixi, verbis humidis et lapsantibus diffluunt; h. e. fluidis, et facile ore excidentibus. — **4)** Absolute, substantivorum more,

HUMIDUM, i, n. Est locus humidus. *Curt. 8. 4.* Castra in humido locare. *Tacit. 1. Ann. 61.* Pontes et aggeres humido paludum imponere. *Plin. 24. 65. 1.* Herba in humidis nascens. — **5)** *Humida* neutr. plurale pro mari. *Avien. Arat. 754.* Cum Lepus occiduum sese inclinavit in aequor, More latebrarum repetens freta, Sirius alto Defluit ab caelo, mersumque per humida quaerit.

Nota. Discrimen inter *humidum* et *uvidum* tradit *Serv.* ad *10. Aen. 20.* « *Humidum* est quod extrinsecus habet aliquid humoris; *uvidum* vero, quod intrinsecus. » Eadem habent *Isid. 1. Differ. 395.* et *Incert. Grammat.* in *Analect. Gramm. p. 209. Endl.* At paulo aliter Recentiores. V. *Wagner* loc. supra cit. §. c. et *Doederl. Synon. 2. p. 12.* — **2)** Quid ab *udus* distet, V. in UDUS.

HŪMĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. ab *humor* et *fero;* humorem afferens; *umido. Cic. prognost. 1. Divin. 9.* Naribus humiferum duxere ex aëre succum.

HŪMĬFĬCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *humificus;* humecto; *far umido. Auson. Edyll. 8. 12.* Sementem Notus humificet, sit bruma nivalis.

HŪMĬFĬCUS, a, um. Adiect. ab *humor* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum. — Est humectans. *Plin. 2. 104. 3.* Spiritus Lunae humificus.

HŪMĬGĀTUS, a, um. Particip. verbi *humigo;* humore perfusus; *bagnato. Apul. Florid. n. 1.* Caespes libamine humigatus. Alii corruptum putant (V. *Hildebr.* ad h. l.), et multo melius leg. *fumigatus.* V. CAESPES §. 4. — Habet nihilominus *Onom. Lat. Gr.* Humigatus: *βεβρεγμένος*. Cf. voc. seq.

HŪMĬGO, as, āre. Verbum transitiv. ab *humor* et *ago;* humecto, humifico. *Vindician.* in *ep.* ad *Valentin. Aug. praemissa Marcell. Empir.* Aeger ad balnea mittitur, ut lavacro eius siccitas humigetur. Cf. voc. praeced. et HUMIDUS.

HŬMĬLĀTUS. V. HUMILIATUS.

HŪMĬLĬĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *humilio;* demissio, actus humiliandi; *umiliazione, abbassamento. Tertull. Virg. veland. 13. advers. Hermog. 7.* et *Patient. 13.*, *Rufin.* vertens *epist. Clement. pap. ad Iacob, 1. ant. fin.* et *Homil. Orig. in Levit. 10. 2.* et *Vulg. Interpr. Eccli. 2. 5.*

HŪMĬLĬĀTUS (et Humilatus V. HUMILIO §. 2. fin.), a, um. Particip. verbi *humilio;* demissus; *abbassato, umiliato. Tertull. Oration. 13.* Publicanus non tantum prece, sed et vultu humiliatus atque delectus. *Sidon. 5. ep. 14. ad fin.* Humiliatae cervices. *Vulg. Interpr. Ps. 50. 19.* Cor contritum et humiliatum.

Nota. Qui *Ciceroni* tribuunt, *2. Nat. D. 47.* frustra sunt; etenim ibi pro *humiliatas* legend. *humilitas*.

HŪMĬLĬFĬCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *humilis* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum. — Est idem quod humilio. *Tertull. Poenit. 9.* Exomologesis prosternendi et humilificandi disciplina est.

HŬMĬLĬO et Humilo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *humilis* (V. hanc voc. §. b.) — Particip. *humilians* §. 2., *humiliandus* §. 2., *humiliatus*, V. suo loco, *humiliaturus* §. 3. — Proprie est humilem facio, abiectum ac vilem; *umiliare, abbassare. Tertull. 5. advers. Marcion. 20. sub fin.* Resurget corpus nostrum, quod humiliatur in passionibus. *Ammian. 30. 4.* Ad humiliandum celsitudinem potestatis. — Alia forma. *Coripp. 6. Iohann. 494.* Humiletque tua virtute superbos. *Id. 7. ibid. 404.* Dum relevat virtute humiles, humiliatque superbos. — **2)** Saepius vero apud Scriptores Ecclesiasticos *humiliare se* vel *humiliari*, sensu medio, est demisse de se cogitare, virtutem humilitatis exercere; *essere umile, umiliarsi;* cui contrarium est *extollere se* vel *extolli. Hieronym. 1. advers. Iovinian. 18.* Frustra nos hic humiliamus, ut ibi possimus esse maiores. *Vulg. Interpr. Philipp. 2. 8. de Christo.* Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. *Id. ibid. 4. 12.* Scio et humiliari, scio et abundare. *Id. Eccli. 35. 21.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit. *Rufin.* vertens *Homil. Orig. 10. in Levit. n. 2.* Tu si vis humiliare animam tuam, omne tibi tempus aptum est totius anni; imo totius vitae tuae dies habeto ad humiliandam animam tuam. *Ambros. ep. 2. n. 22.* Humiliabatur in typo eius, qui se erat humiliaturus usque ad mortem. — Alia forma *Augustin. Serm. 22. n. 2.* Si tantum se humilaret Deus, ut fieret homo, quis ab ipso amplius exigeret? Et *n. 3.* Humilatus est Deus, humila eas (*services tuas*). *Id. ibid. 26. n. 4.* Omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. Cf. *Mai*, ad *hh. ll.* — **3)** *Humiliare se* est etiam servare ieiunium, abstinere a cibis. *Vulg. Interpr. Eccli. 18. 21.* Ante languorem humilia te. V. *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v.

HŪMĬLIS, le. Adiect. ab *humus*, eadem ratione, qua apud Graecos χαμαιτὴς est a χαμαί. — **b)** Ex duplici forma verbi *humilio* et *humilo* suspicatur cl. *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 122.* duplicem quoque fuisse huius adiectivi formam in recto casu, nempe *humilis* et *humilus*, ut alia eiusdem generis: *hilaris* et *hilarus*, *imberbis* et *imberbus*, etc., e quibus diversa eiusdem verbi forma petenda sit; quod haud improbandum videtur, quamquam in usu *humilus* non reperitur. — **c)** Docet *Charis. 1. p. 107. Putsch.* in ablativo casu in *e* terminari, si de homine sermo sit; in *i*, si de re. *Pompon. ibid.* Ex humile rege. Sed hoc a Scriptoribus non servatur. — **d)** Comparat. *humilior* §. 1. et seqq., superlat. *humillimus* §. 1. et seqq. — **e)** Derivata, *humiliatio, humilio, humilitas, humiliter, humilito, humilitudo.* — **f)** Compositam, *humilifico*.

HUMILIS proprie est humo propior, humi declivis, ab humo non alte se extollens, atque adeo demissus, brevis; *basso. Cic. 5. Tusc. 13.* Arbores, et vites, et ea, quae sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt. *Caes. 3. B. C. 63.* Vallus humiliore munitione. *Val. Flacc. 3. 426.* Humiles arae. *Horat. 3. Od. 4. 13.* arvum Pingue tenent humilis Ferenti. *Virg. 3. Aen. 522.* procul obscuros colles, humilemque videmus Italiam; h. e. quae procul ex alto mari cernentibus humilis videtur. *Id. 2. Ecl. 29.* humiles habitare casas. *Id. 4. Aen. 256.* avi similis, quae circum litora, circum Piscosos scopulos humilis volat, aequora iuxta; *radendo l'acque. Iustin. 2. 1. a med.* Humillimo solo aqua diutissime immerata. *Curt. 7. 4.* Quorum neminem adeo humilem esse, ut humeri eius non possent Macedonis militis verticem aequare; *tanto basso di statura.* Sic *Gell. 19. 13.* Brevi atque humili corpore homines. Et *Senec. ep. 66.* Potest ex deformi humilique corpusculo exire formosus animus ac magnus. — **2)** *Humilis fossa* apud *Virg. 7. Aen. 157.* et *Tacit. 1. Ann. 61.* est tenuis sulcus, fossa pa-

Digitized by Google

rum alte depressa. Aliter enim de fossa loquitur, qua urbs condenda designatur, quam alte deprimere, nihil est opus: aliter de munitione ex tempore facta. Sic *humilis radix*, apud *Plin. 8. ep. 20.* est, quae parum alte descendit. — **3)** Translate refertur ad stilum, et sublimi ac magnifico opponitur. *Cic. Orat. 58.* Iambus frequentissimus est in iis, quae demisso atque humili sermone dicuntur. *Id. Brut. 79.* Verbum durum, aut insolens, aut humile. *Id. Orat. 57.* Neque humilem, nec abiectam orationem, nec nimis altam, et exaggeratam probat. *Petron. Satyr. 83.* Ego poëta sum, et, ut spero, non humillimi spiritus. — **4)** Item ad conditionem generis, aut fortunae: et opponitur nobili, potenti, opulento: *di bassa condizione, di basse fortune. Nep. Milt. 8.* In Militade erat mira comitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret. *Phaedr. 1. 27.* Qui humiles nati dici locupletes student. *Caes. 6. B. G. 24.* Potentioresque humiliores possessionibus expellunt. *Hirt. 8. B. G. 51.* Tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores. *Nep. Attic. 19.* Vir dignitate pari, fortuna humiliore. *Caes. 7. B. G. 39.* Ex humili loco ad summam dignitatem perducere. *Plin. 7. 36. 1.* Mulier humilis in plebe, et ideo ignobilis. *Liv. 3. 19. a med.* Humillimus homo de plebe. *Cic. 1. Divin. 40.* Humiles et obscuri homines. *Id. Amic. 19. ad fin.* Humilibus parentibus natus. Et *9.* Humilem sane relinquunt, et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae. *Ovid. 2. Art. am. 254.* humiles manus; *scil.* servorum. *Caes. 3. B. G. 28.* Civitas ignobilis atque humilis; *h. e.* exiguarum virium ac potentiae. Sic *4. ibid. 5.* Vectigales sibi fecerunt, ac multo humiliores infirmioresque reddiderunt. *Liv. 3. 53. sub fin.* Satis superque humilis est, qui aequo iure in civitate vivit, nec inferendo iniuriam, nec patiendo; *h. e.* depressus, et ex alto honorum gradu detractus. Loquitur enim *Liv.* de decemviris, quibus seditione plebs imperium detraxerat. — **5)** Praeterea

II. *Humilis* dicitur et de iis, qui nullas res magnas gessere, vel qui magnum animum et ingenium non habent ad res magnas suscipiendas. *Balb.* et *Opp. ad Cic. post ep. 8. l. 9. ad Att.* Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex evento, non ex voluntate, a plerisque probari solent. — **6)** Refertur item ad animum, et significat abiectum, vilem, parvum, exilem, fractum, demissum: cui opponitur magnus, magnanimus, altus, erectus. *Lucret. 6. 31.* Efficiunt animos humiles formidine Divûm. *Cic. in Senat. 4.* Fuerunt duo consules, quorum mentes angustae, humiles, pravae, oppletae tenebris ac sordibus, etc. *Id. 1. Fin. 15.* Succumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre. *Id. 2. Phil. 32. extr.* Quis unquam apparitor tam humilis, tam abiectus? omnia rogabat: caput in adversam lecticam inferens, beneficia, quae venderet, a collega petebat. *Id. Brut. 6.* Cetera, quae sunt quondam habita in civitate pulcherrima, nemo est tam humilis, qui se non aut posse adipisci, aut adeptum putet. *Ter. Hecyr. 3. 3. 20.* Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Eccli. 15. 11.* Noli esse humilis in sapientia tua; *h. e.* abiecti animi. — **7)** Dicitur et de iis, qui se demittunt data opera, et inferiores fatentur, et ponunt animos, vel metu, vel quippiam obtinendi causa. *Virg. 12. Aen. 930.* Ille humilis supplexque oculos dextramque precantem Protendens. *Vellei. 2. 85.* Humillimus assentator; *villissimo. Cic. 1. Invent. 16.* Prece et obsecratione humili ac supplici uti. *Ovid. 4. Heroid. 149.* Non ego dedignor supplex humilisque vocari. — **8)** Hoc sensu aliquando et in bonam partem accipitur. *Propert. 3. 15. 1.* Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris. Addi possunt et alia Scriptorum loca, de quibus mirae sunt lites inter Criticos, praesertim *Cellar.* et *Borrich.* etc. — **9)** De eo qui demisse, abiecte, et more vulgi de aliqua re sentit. *Quintil. 11. 1. 15.* Neque nos animus tam humiles, ut quae laudamus, inutilia credamus. — **10)** *Humillor* dicebatur, qui post mortem combustus quidem erat, nondum tamen terra coopertus. *Varr. 4. RR. 4.* — **11)** Ratione habita rerum,

III. *Humilis* dicitur de iis, quae viliora sunt, infima, parvi pretii et contemptibilia. *Cic. 5. Fin. 20.* Quo studio cum sedari non possunt, omnium ceterarum rerum obliti, nihil abiectum, nihil humile cogitant. *Id. Arch. 5.* Mediocres homines, et aut nulla, aut humili aliqua arte praediti. *Id. Amic. 9.* Qui cogitationes suas abiecerunt in rem tam humilem atque contemptam. *Plin. 1. ep. 5.* Humiles et sordidae cutor. *Nep. praef. ad fin.* Quae omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur. *Id. Agesil. 8.* Vestitus humilis atque obsoletus. *Plin. 35. 37. 7.* Humilis rei pictor. — **12)** *Humilis galea* apud *Stat. 12. Theb. 701* est cui cristae et pennae detractae sunt. — **13)** *Humilis pavor* dicitur, quia humiles et abiectos facit. *Virg. 1. G. 330.* humilis pavor stravit mortalia corda. *Val. Flacc. 5. 594.* In lacrimas humilesque metus. — **14)** Proverbii speciem habet illud *Iustin. 21. 5.* Humillima quaeque tutissima existimans, in sordidissimum vitae genus descendit (De Dionysio loquitur Corinthi exulante). — **15)** Apud *Vulg. Interpr. Eccli. 43. 24.* Ros obvians ab ardore venienti humilem efficiet eum *(crystallum); h. e.* liquefaciet eum, sive efficiet ut magis ac magis decrescat ac sensim deficiat. V. integr. loc. — **16)** Denique

IV. *Humilis* apud Scriptores Ecclesiasticos, etiam absolute adhibitum, est qui demisse de se cogitat: cui opponitur *superbus. Vulg. Interpr. Luc. 1. 52.* deposuit potentes de sede et exaltavit humiles. *Id. Rom. 12. 16.* Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. *Id. Iacob, 4. 6.* Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *Id. ibid. 4. 9.* Glorietur autem frater humilis in exaltatione, etc.

HŬMĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *humilis;* situs terrae humo vicinus, brevitas; *bassezza:* cui contraria est *altitudo* et *proceritas. Cic. 2. Nat. D. 47.* Aliorum animalium ea est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile contingant. Quae autem altiora sunt, etc. *Id. 5. Tusc. 24.* Sidera multum inter se aut altitudine, aut humilitate distantia. *Sall. Iug. 53.* Neque plane occultati humilitate arborum. *Caes. 5. B. G. 1.* Naves omnes actuarias imperat fieri: quam ad rem humilitas multum adiuvat. — **2)** Translate est ignobilitas generis, conditio eius qui ad honores non ascendit, angustia fortunarum, inopia potentiae; *bassa condizione, basso stato, debolezza, povertà.* Nam quae his contraria sunt, homines extollunt. *Cic. 5. Tusc. 10.* Malorum turba quaedam, panpertas, ignobilitas, humilitas, solitudo, etc. *Id. 2. Offic. 13.* Quorum prima aetas, propter humilitatem, et obscuritatem in hominum ignoratione versatur. *Id. Rosc. Am. 47.* Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. *Id. 15. Phil. 10. extr.* Alicuius humilitatem despicere. *Liv. 26. 51.* Obiicere alicui humilitatem. *Caes. 3. B. G. 27.* Id se facile ex humilitate sua probare posse, quod non adeo sit imperitus rerum, ut suis copiis populum R. se superare posse confidat. *Plin. 18. 7. 5.* Humilitas infima natalium. *Sall. Iug. 76.* Humilitas generis. *Lactant. Mort. persec. 50. de Maximiano.* Humilitatis impatiens. — **3)** Item abiectio aut demissio animi; *abbiezione, viltà, sommessione. Cic. 3. Tusc. 13.* Habet levitatem laetitia gestiens, humilitatem metus. *Id. 1. Orat. 55.* Huic humilitati dicebat vel exsilium fuisse, vel mortem anteponendam. *Liv. 58. 32.* Submittere se in humilitatem causam dicentium. *Cic. 1. Invent. 56.* Saepe virtus et magnificentia, in quo gravitas et auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commovendam, quam humilitas et obsecratio. Adde *Caes. 1. B. G. 85.* — **4)** Sumitur aliquando et in bonam partem pro comitate, humanitate, affabilitate. *Plin. Paneg. 71.* Cui nihil ad augendum fastigium superest, hic uno modo crescere potest, si se ipse submittat, securus magnitudinis suae. Neque enim ab ullo periculo fortuna principum longius abest, quam humilitatis. — **5)** Item pusillus animus, superbiae contrarius, et magnis spiritibus. *Petron. Satyr. 126.* Mirari equidem coepi . . . quod ancilla haberet matronae superbiam, et matrona ancillae humilitatem. — **6)** Dicitur a similitudine etiam de animalibus. *Plin. 10. 85. 9.* Equarum iubas tondere praecipiunt, ut asinorum patiantur humilitatem: comantes enim gloria superbire. — **7)** Item de rebus, et est vilitas, et leve pretium rerum humilium et leviorum. *Plin. praef. l. 14, 1. 5.* Oblitterata quoque scrutabimur: nec deterrebit quarundam rerum humilitas. — **8)** Apud Scriptores Ecclesiasticos

II. *Humilitas* dicitur de virtute animi, quae superbiae vitio opponitur: *umiltà. Vulg. Interpr. Act. 20. 19.* Serviens Domino cum omni humilitate. *Id. 1. Petr. 5. 5.* Omnes autem invicem humilitatem insinuate. Adde *Lactant. 5. 15., Sulpic. Sever. Vita S. Martin. 2. ad fin.* aliosque Ecclesiae Scriptores. — **9)** Item titulus, quo quis se appellat. *Leont. epist. Arelat. ep. ad Hilarum pap.* Haec humilitatis nostrae epistula.

HŬMĬLĬTER. Adverb. ab *humilis.* — Comparat. *humilius* §. 1., superlat. *humillime* §. 1. — Proprie est demisse; *bassamente. Pallad. 3. 15.* In loco clivoso humilius rami arborum servandi sunt: in plano altius. *Plin. 6. ep. 24.* Eadem facta claritate, vel obscuritate facientium vel tolluntur altissime, aut humillime deprimuntur. — **2)** Translate est abiecte; *vilmente, sommessamente. Liv. 24. 25.* et *45. 32.* Haec natura multitudinis est: aut servit humiliter, aut superbe dominatur. *Auct. ad Herenn. 4. 20. ad fin.* Audacter territas, humiliter placas. *Cic. 5. Tusc. 8. extr.* Non est ausus elate et ample loqui, cum humiliter demisseque sentiret. *Senec. ep. 120. ante med.* Animose paupertatem ferre, humiliter infamiam. — **3)** In bonam partem apud Ecclesiasticos Scriptores, eum humilitate. *Vulg. Interpr. Ps. 130. 2.* Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam.

HŬMĬLĬTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *humilis,* idem ac humilio. *Vet. Scholiast. in Cic. 8. Sull.* (edente iterum *A. Maio).* Maternum genus humilitare conatus est.

HŬMĬLĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *humilis,* idem ac humilitas. *Gloss. Cyrill.* Ταπείνωσις; humilitudo, humiliatio.

HŬMĬLO, as, are V. HUMILIO §. 1. et 2. et Cf. HUMILIS §. b.

HŪMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *humus.* — Particip. *humandus* §. 2., *humatus,* V. suo loco, *humaturus* §. 2. — Proprie est humo tegere; *coprire di terra, sotterrare:* et dicitur de iis, qui mortui humo iniecta conduntur, ut in HUMATUS §. 1. dictum est. *Cic.*

Digitized by Google

1. Tusc. 16. In terram cadentibus corporibus iisque humo tectis, e quo dictum est humari. Adde *ibid. 45. Id. 1. Divin. 27.* Cum ignotum quendam proiectum mortuum vidisset, eumque humavisset. — **2)** Universim vero significat quocumque modo sepelire, exsequiis prosequi, funus facere; *seppelire. Suet. Cal. 5.* Caesorum reliquias uno tumulo humaturus. *Virg. 6. Aen. 161.* Corpus humandum. *Propert. 3. 14.* Ne tegat arborea devia terra coma: Aut humet ignotae tumulus vallatus arenae. *Plin. 30. 20. 4.* Mori et humari debere eos obrutos terra. *Nep. Eumen. 13.* Militari honestoque funere humaverunt, ossaque eius in Cappadociam deportanda curarunt. Sunt qui mallent legere *cremaverunt*, sed etiam Graeci θάπτειν usurpant et de sepeliendis, et de cremandis cadaveribus, ut ostendit *P. Wesselingius* ad *Diodor. Sic. l. 3. c. 33., Minuc. Octav. 34.* Veterem et meliorem consuetudinem humandi frequentamus; *loquitur de Christianis. Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1418.* In quibus locis nemo humatus erit. V. integr. loc. *Alia* in *Bullett. dell' Istit. Archaol. a. 1853. p. 159.* Hic humatus est etc. — **3)** Translate de aliis rebus, quae terra obruuntur. *Colum. 3. 9.* Talea ex utraque parte humantur.

HŪMOR, ōris, m. Verbale ab *humeo;* quamquam *Varr. 5. LL. 5.* placet ab *humus* derivari, et alii etiam conferunt cum Graeca voce χυμός; liquidus. — **b)** Ἀρχαϊκῶς *humos* pro *humor* adhibuit *Lucret. 6. 1186.* in recto casu. — **c)** *Apul. Not. aspir. 45.* cum aspiratione scribendum esse docet: contra *Eutych.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.* sine ea. Cf. HUMERUS §. b. Usus tamen priorem scribendi rationem sequitur. — **d)** Derivata et composita V. in HUMEO suo loco.

HUMOR proprie est quidquid madefacit, aqua, liquor; *umore, umidità, liquore, acqua. Cic. 2. Nat. D. 18.* Sidera marinis terrenisque humoribus extenuatis aluntur. Et *2. Divin. 27.* Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus austro, sudorem imitari potest. *Id. 2. Nat. D. 57.* Nares humorem semper habent, ad pulverem multaque alia depellenda non inutilem. Et *10.* Aquilonibus reliquisque frigoribus adiectis, durescit humor. Et *6. ad fin.* Humor et calor, qui est fusus in corpore. *Virg. 2. G. 143.* Bacchi Massicus humor. Et *2. ibid. 295.* dulcis musti humor. *Ovid. 2. Amor. 6. 32.* Pellebatque sitim simplicis humor aquae. *Virg. 3. Ecl. 42.* Dulce satis humor. *Id. 1. G. 43.* gelidus canis cum montibus humor Liquitur. Et *114.* paludis collectus humor. — *Ovid. 1. Met. 50.* circumfluus humor Ultima possedit; *il mare.* — *Id. 15. ibid. 79.* lacteus humor; *latte.* — *Id. 6. ibid. 554.* caret os humore loquentis; *saliva.* — *Catull. 61. 24.* humor roscidus; *rugiada. Horat. 1. Od. 13. 6.* humor in genas furtim labitur; *lagrime.* — *Plin. 7. 52. 1.* Praefandi humoris e corpore effluvium; *urina.* Sic *8. 57. 2.* Lyncum humor ita redditus glaciatur. Et *Lucret. 4. 1022.* humorem saccatum corporis fundere. — *Plin. 8. 48. 1.* Ranarum et in terra, et in humore vita; *in acqua.* — **2)** Festive *Plaut. Mil. 3. 1. 45.* Et ego amoris aliquantum habeo, humorisque meo etiam in corpore, Neque dum exarui ex amoenis rebus et voluptariis. *Id. Rud. 4. 3. 69.* Ego iam hic te, itidem quasi penicillus novus exurgeri solet, Ni hunc amittis, exurgebo quidquid humoris est tibi.

HŪMŌRŌSUS (et Humurosus ex quibusd. MSS. Codd. V. n. §. 2.), a, um. Adiect. ab *humor;* humidus, humectus; *umoroso. Cael. Aurel. 2. Acut. 10. a med.* Item sexus causa mulieribus, et humorosis et vacuis corporibus. *Apul. Herb. 31.* Nascitur in parietibus, et humorosis locis.

HUMOS. V. HUMOR §. b.

HŪMŪRŌSUS. V. HUMOROSUS.

HŬMUS, i, f. Nomen parum certae originis. Quidam ab *humeo*, quod *humorem* habeat, derivant, in quibus est *Apul. Not. aspir. 45.*, alii autem a *mus*, unde *mus*, animal, et *mustum*, in quibus est *Isid. 12. Orig. 3. 1.* « Alii dicunt *mures*, quod ex humore terrae nascuntur. Nam *mus* terra, unde et *humus.* » Eadem habet *20. ibid. 3. 4.*, quae nescio, unde hauserit. Cf. et infra *Nota.* — Alii denique a Graeca radice χαμ, unde χαμαί, χαμόθεν, χαμαλός. — **b)** Caret plurali numero. — **c)** Olim fuit masculini, vel neutrius generis, teste *Prisciano. 6. p. 718. Putsch.* Unde *Liv.* vel *Laev. ibid. p. 719.* Humum humidum pedibus fodit. Et *Graechus ibid.* Mersit sequentis humidum plantis humum. Al. leg. *sequentes humidum plantas humum*, ut necessario neutrum sit. Addunt quidam illud *Sall. Iug. 52.* Genera arborum, quae humo arido atque arenoso gignuntur. Sed alii leg. *humi arido atque arenoso*, ut *Priscian. in fin. l. 18.*, ut sit illis simile *occulta saltuum, lubricum paludum*, quae sunt *Taciti, 1. Ann. 61.* et *65.* Alii *humo arida*, etc. — Sic *Apul. 1. Met. 13.* Parvo contumulet humo. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **d)** In sexto casu olim *humu* pro *humo* dictum est. Probat id *Non. 8. 36.* duobus allatis *Varronis* locis: quorum alterum recitat etiam *1. 238.* — **e)** Derivata, *humatio, humator, humo.* — **f)** Composita, *circumhumatus, inhumo, posthumus.*

HUMUS proprie est solum, quod pedibus calcamus, terra; *suolo, terra, terreno. Cic.* apud *Quintil. 8. 5. 66.* Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis. Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis et spinis cooperta piscium. *Cic. 2. Leg. 22.* Quos humus inlecta contegeret. *Virg. 9. Aen. 214.* mandare humo corpus; *sotterrare. Cic. Senect. 17.* Humus subacta atque pura. *Colum. praef.* Humi natura, quasi quodam morbo, sterilitate affecta. *Id. 4. 24.* Humi atque stirpis laetitia. *Sall. Iug. 21.* Queis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum. *Id. ibid. 37.* Rati, humum aridam vento agitari. *Id. ibid. 81.* Ventus coortus arenam humo excitavit. Et *103.* Humus infecta sanguine. *Virg. 9. Ecl. 19.* humum florentibus herbis Spargere. Et *41.* Fundit humus flores. *Horat. 4. Od. 1. 27.* pede humum quatere; *danzare, ballare.* Sic *Ovid. 1. Art. am. 112.* Ludius sequitam ter pede pulsat humum. *Virg. 11. Aen. 418.* Procubuit moriens, et humum semel ore momordit. *Id. 5. ibid. 432.* ab humo attollere aliquem. Et *5. ibid. 5.* omnis humo fumat Neptunia Troia; *atterrata, rovinata. Val. Flacc. 7. 620.* ense sequaci Aequat humo truncos; *getta a terra. Ovid. 13. Met. 442* humo exire. *Id. 4. ibid. 261.* sedere humo nuda; *sulla nuda terra.* Et *264.* humo se movere; *alzarsi da terra.* Sic *6. Fast. 733.* surgere humo. *Virg. 4. G. 115.* figere humo plantas; *piantare.* Et *2. ibid. 460.* Fundit humo facilem victum iustissima Tellus; *Tellus* numinis hic personam agit. *Ovid. 6. Met. 687.* Directus in humum vultus; *a terra.* Sic *4. Trist. 2. 29.* in humo lumen figere. *Id. de nuce, 170.* sub humo; *sotterra. Id. 8. Met. 258.* Propter humum volitare; *basso, terra terra.* — **2)** Poëtice et in malam partem ad significandam rei humilitatem aut vilitatem. *Horat. 2. Ep. 1. 251.* Sermones repentes per humum. *Id. Art. P. 230.* Ne dum vitat humum, nubes et inania captet. *Id. ibid. 110.* Iuvat aut impellit ad iram, Aut ad humum maerore gravi deducit et angit. *Id. 2. Sat. 2. 79.* Affigit humo divinae particulam aurae. — **3)** Item poëtice pro *regione, paese, contrada. Id. 1. Pont. 2. 90.* Ira Dei mitis non me misisset in istam, Si satis haec illi nota fuisset, humum. *Id. medicam. fac. 74.* Illyrica quae venit iris humo. *Id. 1. Fast. 490.* Aoma. *Id. 7. Heroid. 140.* Punica. Et *5. Pont. 5. 56.* Pontica. *Vulg. Interpr. Amos, 7. 17.* Humus tua funiculo metietur. Adde *Ezech. 11. 17., Ioël. 1. 10.* etc. — **4)** *Humus* pro *Inferis.* V. TERRA. — **5)** Absolute

HUMI genitivus fere semper adverbii more ponitur; *in terra, a terra:* neque solum cum verbis quietis, sed et motus interdum iungitur. *Cic. 3. Orat. 6.* Humi stratus. *Id. 1. Catil. 10.* Humi iacere. *Sall. Cat. 58.* Locus circiter duodecim pedes humi depressus. *Id. Iug. 85.* Humi requiescere. *Tacit. 2. Hist. 64.* Humi proiectum iugulavit. *Virg. 10. Aen. 558.* condere humi; *sotterrare. Id. 5. ibid. 481.* humi procumbere. Et *1. ibid. 380.* anguem premere humi. *Ovid. 5. Met. 197.* Et prosternite humi iuvenem magica arma moventem. *Id. 3. ibid. 105.* Spargere humi dentes; *per terra.* Et *Virg. 11. Aen. 665.* quot humi morientia corpora fundis? *Id. ibid. 648.* Volvitur ille excussus humi. *Curt. 10. 5.* Humi corpus abiicere. Adde *Apul. 1. Met. 11.* — **6)** In malam partem. *Horat. Art. P. 28.* Professus grandia turget, Serpit humi tutus nimium timidusque procellae. *Senec. ep. 124.* Sublimia ad divina humi proiicere.

Nota. Discrimen inter *terram, tellurem* et *humum* ostendit *Isid. 1. Differ. 552.* « *Terra* squalida est et inculta; *tellus* fructifera; *humus* autem inferior et deorsum et humida: unde et *humati*, sepulti. Generaliter autem ubique terra est, non ubique humus. »

HUNNISCUS, a, um. Adiect. ab *Hunni*, quod nomen est populi, de quo V. in ONOM. — Est ad Hunnos pertinens. Hinc absolute *Hunnisci* appellantur a *Veget. 4. Veterin. 6.* equi Hunnorum, quod ipse vulnerum patientes describit.

HURPEX. V. IRPEX.

HY

HŸĂ, n. indecl. Est nomen litterae Graecae Υ, quae et *hypsilon* dicitur, quaeque a recentioribus Italis nunc *fo* vocatur. *Apul. gramm. p. 132. ed. Mai.* Pyrrhus scribitur cum hya et duplici *rr;* ultimum quoque aspirat.

HŸĂCINTHAEUS, a, um. Adiect. a *hyacinthus;* ad hyacinthum gemmam pertinens. *Venant. 8. carm. 8. 20.* Et hyacinthaeus circum ordo domum; *h. e.* hyacinthorum longa series domum ambit et ornat. Adde *carm. 6. 270.*

HŸĂCINTHĬĂ, ōrum, n. Nomen proprie adiect. a *Hyacinthus* (de quo V. in HYACINTHUS §. 2.), absolute adhibitum ad significanda sacra in honorem Hyacinthi pueri, a Laconibus trium dierum spatio celebrata. *Ovid. 10. Met. 219., Macrob. 1. Sat. 18.* et *Hieronym. 1. in Iovinian. 41. a med.* — Haec autem sacra celebrata fuisse verno tempore statuit *Pontedera* in *Antiquit. Lat. et Gr. p. 270.*, aestivo rectius *Dodwellus, Dissert. 8. de cycl.* Hinc mensis *Hyacinthius*, de quo mentio est in *Inscr.* apud *Torremuzza, Inscr. Sic. cl. 15. n. 42-45.*

HŸĂCINTHĪNUS, a, um. Adiect. a *hyacinthus;* ad hyacinthum pertinens; *di giacinto:* ut Hyacinthinus flos, *Catull. 61. 93.* — **2)** Item qui est colore hyacinthi. *Pers. 1. 32.*, cui circum humeros hyacinthina lena est.

HŸĂCINTĬUS, a, um. V. HYACINTHIA.

Digitized by Google

HYACINTHIZONTES, m. Particip. plur. Graecum ὑακινθίζοντες; hyacinthum imitantes; quo nomine dicuntur berylli, qui hyacinthi colorem imitantur. *Plin. 37. 20. 2.*

HYACINTHOS, *Graeca positione*, et *Latina*

HYACINTHUS, i, m. Vox Graeca, ὑάκινθος, qua significatur genus quoddam floris, de quo mox. Etymon *Molin, Flore poëtique* pag. *p. 94.*, ducit a duabus litteris Y et A, αυ pro χυσόν; h. e. ferens, et ἄνθος pro ἄνθος; h. e. flos; ut sit *flos ferens litteras Y* et *A*. Cf. *ibid. p. 59.* et *seqq.*, ubi etiam probat *Hyacinthum* et *Vacinium* eosdem etymi esse. — *Id. ibid. p. 93.* improbat etymon *Fulgent. 3. Mythol. 3.* a *Cynthos* Attice lingua flos nuncupatur: unde *hiacynthus* dicitur, quasi ἰακινθος, quod nos Latine *solus flos* dicimus, quasi omnibus perfectior. a — **b)** De scribendi ratione v. *Vel. Long. Orthogr. p. 2238. Putsch.* — **c)** Derivata, *hyacinthasus*, *hyacinthia*, *hyacinthinus*, *hyacinthizontes*.

HYACINTHUS proprie est genus violae vernae colore, ut plurimum, rubenti, sed ad obscurum nigrumque inclinante; *giacinto. Serv.* ad *3. Ecl. 106.* lilium rubrum esse ait designans litteram Y, quae in ὑάκινθος est prima. Multi volunt, esse illud, quod Latine vaccinium dicitur. Describitur a *Dioscor. l. 4. c. 63.* foliis bulbi, caule dodrantali, laevi, minimo digito graciliore, et herbacei coloris, cui incumbit coma incurva, florum purpurascentium plena, radice bulbacea. Recentioribus est *iris*, speciatim *Iris Germanica*, *Linn.* v. *Molin*, loc. cit. §. a. *p. 76-136.*, ubi diffuse omnia de eo persequitur, coll. *p. 58-75.*, ubi de *Vacinio* agit, quod idem nomen esse ostendit. *Virg. 3. Ecl. 63.* suave rubens hyacinthus. *Id. 6. ibid. 35.* mollis. *Id. 4. ibid. 185.* ferrugineus. *Id. 11. Aen. 69.* languens. Adde *Culic. 400.* et *Cir. 95.*, *Propert. 4. 7. 35.* Hoc etiam grave erat, nulla mercede hyacinthos lanicere. *Manil. 5. 256.* Purpurei hyacinthi. Adde *Avien. Descr. Orb. 132.*, *Calpurn. Ecl. 2. 48.*, *Auson. 6. Idyl. 9.* et *Priscian. Perieg. 1015.* — *Colum. 10. 101.* Nec non vel niveos, vel caeruleos hyacinthos. — **2)** Habet autem in flore ita discurrentes venas, ut Graecarum litterarum figura A I legatur inscripta, ut *Plin.* ait *21. 58. 3.* Qua de causa duplex eum comitatur fabula de Hyacintho puero, et de Aiace, utroque in hunc florem converso. De illo enim fabulantur fuisse Spartanum, filium Amyclae (eius, qui Amyclas urbem in Laconia condidit), vel Eurotae, vel Oebali, puerum formosissimum, a Borea *(al.* ab Zephyro) et ab Apolline adamatum, quocum aliquando disco ludens, projectumque illum nimis propere excipiens, ab resiliente graviter percussus; vel, ut alii volunt, ab ipso Borea zelotypiae causa disco ictus, interiit, et in florem cognominem mutatus est. *Ovid. 10. Met. 163.* et *seqq.*, *Hygin. fab. 272.* et *Serv.* ad *Virg. 3. Ecl. 63.* et ad *11. Aen. 69.* Hinc *Ovid. loc. cit. 211.* Tyrioque nitentior ostro Flos oritur, formamque capit, quam lilia: si non Purpureus color huic, argenteus esset in illis. Non satis hoc Phoebo est (is enim fuit auctor honoris): Ipse suos gemitus foliis inscribit, et *al* al Flos habet inscriptum, funestoque littera ducta est. v. HYACINTHUS in ONOM. — **3)** De Aiace fingunt, cum se ipse interemisset, quod in certamine de armis Achillis victus esset ab Ulysse, ex eius cruore eundem exstitisse florem, qui primas duas nominis Αἴας haberet inscriptas. Itaque, ut sit *Ovid. 13. Met. 397.* Littera communis mediis pueroque viroque Inscripta est foliis: haec nominis, illa querelae. v. AIAX I. §. 10. in ONOM. — **4)** Praeterea

II. *Hyacinthus* est etiam gemma eiusdem coloris, ex Aethiopia veniens, amethysto non absimilis, nisi quod in illa emicans fulgor violaceus est: in hoc dilutus. Primo quoque aspectu gratus (inquit *Plin. 37. 41. 1.*) evanescit, antequam satiet: adeoque non implet oculos, ut paene non attingat, marcescens celerius nominis sui flore (qui maxime durat, ut dixerat *21. 58. 2.*). *Vulg. Interpr. Cant. 5. 14.* Manus illius tornatiles aureae, plenae hyacinthis. Adde *Apoc. 21. 20.* — **5)** In illo *Claudian. Nupt. Honor. et Mar. 88.* trabibusque smaragdis Supposuit caesas hyacinthi rupe columnas; *hyacinthus* videtur dici de marmore. Nisi dicas, hyperbolice loqui poëtam, ut cetera eo loco.

HYADES, um, f. Sidus septem stellis constans, vehemens et terra marique turbidum, quod tam in ortu suo, quam occasu tempestates largosque imbres concitat. A Latinis *Suculae* appellantur. v. SUCULA. — Porro Poëtae fabulantur, Atlanti septem fuisse filias ex Aethra uxore, sorores Hyantis (de quibus v. ATLANTIDES in ONOM.), quae, cum fratrem a leone interemptum lugerent, magnitudine doloris extabuerunt. Iuppiter miseratione motus in stellas convertit, et in capite Tauri collocavit. Ut autem perpetuum maneret tantae pietatis testimonium, a fratris nomine *Hyades* sunt appellatae. *Ovid. 5. Fast. 165.* et *seqq.* Alii dicunt, has stellas olim fuisse Nymphas Dodonidas, ex Dodona urbe Epiri, Bacchi nutrices, quae cum Iunonis iram vererentur, fugerentque Lycurgi saevitiam, a Iove in caelum translatae sunt. Denique multis dictae creduntur ab ὕειν; pluere. — Diversae autem sunt a *Pleiadibus*. Nam Pleiades fuere filiae Atlantis ex Pleione Nympha, et earum nomina sunt Electra, Halcyone, Celaeno, Maia, Asterope, Taygete, Merope. *Horat. 1. Od. 3. 14.* Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti. Adde *Cic. 2. Nat. D. 43.*, *Ovid. 3. Fast. 166.*, *Plin. 2. 39. 39.* et *18. 26. 66.* et *Vulg. Interpr. Iob, 9. 9.* — In sing. num. *Stat. 1. Silv. 6. 22.* Non tantis Hyas inserena nimbis Terras obruit, aut soluta Pleias. Cf. HYAS in ONOM.

HYAENA, ae, f. Vox Graeca, ὕαινα, qua significatur animal in genere luporum, quod colore lupi est, sed magis hirtum, iubamque habet toto tergo perpetuam instar equi, sed duriore seta, qua porcum refert: ab ὗς, porca. Narrant utriusque esse naturae, et alternis annis marem, alternis feminam fieri. Parere sine mare vulgus credit, *Aristoteles*, *Hist. Anim. 6. 32.* negat. Fera est et crudelis, sermonem humanum inter pastorum stabula assimilat, nomenque alicuius addiscit, quem evocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitatur ad sollicitandos canes, quos invadat. Haec fere ex *Plin. 8. 44. 1.* et *seqq.*, ubi et alia mira de ea. *Ovid. 15. Met. 409.* et quae modo femina tergo Passa marem est, nunc esse marem miremur hyaenam. Cf. voc. seq. — De usu hyaenae in medicina, v. *Plin. 28. 27. 1.* et *seqq.*, et *29. 58. 1.* — **2)** Inde proverbium est apud *Vulg. Interpr. Eccli. 13. 22.* Quae pax hyaenae cum cane et quae pax diviti cum paupere? h. e. ut hyaena canes, ita pauperem dives devorat. — **3)** Deinde

II. *Hyaena* est etiam piscis vasto corpore, sic dictus, quia hyaenae terrestri similis est. *Plin. 32. 54. 3.*

HYAENIUS, a, um. Adiect. ab *hyaena;* ad hyaenam pertinens. *Plin. 37. 60. 3.* Hyaeniae gemmae ex oculis hyaenae, et ob id invasae inveniri dicuntur, et, si credimus, linguae hominis subditae futura praecinere. Eadem fere habent *Solin. 27.* et *Isid. 16. Orig. 15.*

HYALINUS, a, um. Adiect. ab *hyalus;* vitreus; *di vetro. Fulgent. 1. Mythol. praef. sub init.* Hyalinae cavitatem sphaerae osseo fastigans tigillo versabat. *Capell. 6. p. 189.* Mensula pulveris hyalini respersione colorata. — **2)** Item coloris viridis; *verde. Id. 8. p. 273.* Alae cum pennis hyalinis. *Id. 1. p. 18.* Vestis eius hyalina.

HYALOIDES, is, omn. gen. Adiect. Graecum ὑαλοειδής; h. e. vitreum colorem referens. *Theod. Priscian. 4. 2. ad fin.* Sensifica virtus limpida ac splendens ad oculos provenit, infusa per humorem vitreum, quem Graeci hyaloiden vocant. Cf. voc. seq.

HYALUS, i, m. Vox Graeca, ὕαλος, vitrum significans: inde et colorem viridem, quia vitra praesertim crassiora, viridia apparent. Mos etiam fuit eo colore tingi: unde et iaspides adulterari eo, *Plin. 37. 37. 3.* tradit. *Virg. 4. G. 334.* Milesia vellera Nymphae Carpebant, hyali saturo fucata colore. *Philarg.* ad h. l. Hyali pro hyalino. *Prudent. 12. περὶ στεφ. 53.* Tum camuros hyalo insigni varie cucurrit arcus. *Auson. Edyll. 10. 418.* hyaloque virentem Pande peplum.

HYANCHE, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ὕαγχη, qua significatur angina porcina, ab ὗς; sus, et ἄγχω; ango. *Coel. Aurel. 3. Acut. 1. n. 3.* In exterioribus atque utraque parte tumore constituto hyanchen appellaverunt.

HYAS, ădis, f. v. HYADES *fin.* — *Hyas* accusat. plur. Graecae positionis. v. HYS.

HYBERNALIS. HYBERNUS, etc. } v. HIBERNALIS, HIBERNUS etc.

HYBRIA et Hibria, ae, comm. gen. Idem ac hybrida. v. HYBRIDICUS.

HYBRIDA et Ibrida, ae, et Hybris, ĭdis, comm. gen. Vox Graeca, proprie adiectiva, ὑβρις (unde et Latine *hybris*), qua absolute etiam adhibita significatur animal adulterinum, de quo mox, ab ὕβρις; iniuria, quia est quaedam iniuria naturae. — **b)** Sunt qui scribunt *hibrida:* sunt, qui *ibrida:* atque hi ab *iber* pro *imber*, et hoc ab *umber*, quod *umbros* dicant appellari arietes ex caprino, et ovillo genere orti. — **c)** Derivata, *hybria*, *hybridious*.

HYBRIDA, ibrida et Hybris proprie est animal ex dissimilibus parentibus natum, ut sus ex porco et apro; h. e. ex domestico, et fero. *Plin. 8. 79. 1. de suibus.* In nullo genere aeque facilis mixtura cum fero, qualiter natos Antiqui hybridas vocabant, ceu semiferos. — *Poët.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 454. Burm.* Apris atque sui setosus nascitur hybris. — **2)** Transfertur ad homines et de iis dicitur, qui altero parente servo, libero altero nascuntur, vel altero Romano, altero peregrino, aut huiusmodi. *Plin. ibid.* Hinc *Martial. 6. 39. in fin.* Iamque hybridarum grex tibi foret plenus, Si spado Coresus, Dindymusque non esset. *Id. 8. 22.* Invitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum. Hybrida sum, si das, Gallice, verba mihi. *Hirt. B. Afr. 19.* Quos ex hybridis, libertinis, servisque conscripserat. *Horat. 1. Sat. 7. 2.* Persius hybrida. Adde *Suet. Aug. 19.*

Nota. Quidam Grammatici *hybridas* vocant eas voces, quae ex duarum linguarum verbis conflantur, ut *monoculus*, *epirhedium*. — Haec *Forcellinus*, nulla Latini Scriptoris auctoritate allata.

HYBRIDICUS et Hibridicus, et Ibridicus, a, um. Adiect. ab *hybrida;* ad hybridam pertinens. *Not. Tir. p. 150.* Hibrida, hibria, hibridicus. v. HYBRIDA §. b.

HYBRIS et Ibris et Hibris, ĭdis. v. HYBRIDA §. a. et §. 1.

HYDATIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ὑδατίς, qua significatur apud *Capell. 1. p. 20.* gemma colore aqueo: ab ὕδωρ, ὕδατος; aqua.

HŸDEROS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, ὕδερος, qua significatur quaedam hydropis species. *Cael. Aurel. 3. Chron. 8. sub init.* Sectarum principes, origini locorum specialia nomina tribuentes, hyderon vocant dispersum sive infusum per viarum raritatem, atque carnis spiramenta, liquorem. Ita dicunt hyderon ex renibus generari, hydropen vero ex duritate iecoris.

HŸDOR, ātos, n. Vox Graeca et Graece omnino scribenda. ὕδωρ; *h. e.* aqua, quam Latinis litteris exhibet *Apul. Not. aspir.* 23. « Hyems indubitanter tractum est a Graeco *hyo*, quod est pluo. Unde *hydor*; aqua, et *hyetos*, quod est pluvia, et *Hyades*, nomen pluvialium stellarum, derivata sunt. » — Ex hac voce aliae plurimae derivantur et componuntur, quarum aliquot civitate quoque Latina donatae sunt, ut videre erit ex seqq., quibus addi possunt, *anhydros*, *chelydrus*, *clepsydra*, *clespydrarius*, *enhydris*, *enhydros*, *exhydrias*, etc.

HŸDRĂ, ae, f. Vox Graeca, ὕδρα, qua serpens quidam aquaticus significatur; *idra*: ita dictus ab ὕδωρ; aqua; speciatim vero *Hydra Lernaea* apud Poëtas serpens fuit, filia Typhonis et Echidnae, septem capitibus in Lerna palude, cum qua Hercules pugnavit, quae, cum Hercules ei unum caput abscidisset, continuo alius septem augebatur, tandem ferro et igne victa et interfecta est, adhibito Iolao, qui incisam cervicem ardente face e vestigio inureret. Alio nomine *Exestra* dicta est. V. EXCETRA §. 1. Alii quinquaginta ei capita tribuunt, centum alii: alii tria, alii octo, alii novem. Sed secundum Historicos constat, Hydram paludem fuisse in Lerna Argivorum regione aquas evomentem, quae vastabant agros vicinarum urbium, in qua uno meatu clauso, multi erumpebant. Hercules igitur avertit in alias partes flumina, quae in paludem excurrebant, atque ita paludem exsiccavit: *Ovid. 9. Met. 69.* Pars quota Lernaeae serpens eris unus Echidnae? Vulneribus fecunda suis erat illa, nec ullum De centum numero caput est impune recisum, Quin gemine cervix herede valentior esset. Adde *Hygin. praef.* et *fab. 30., 34.* et *151.* et *Serv.* ad *6. Aen. 576.*, ubi *Virg.* aliam fingit esse intra moenia Ditis, quinquaginta capitibus instructam, quae interius limen custodiat, ut Cerberus exterius. — Eadem ac Echidna, mater Cerberi habetur *Cic. 2. Tusc. 9.* — **2)** Proverbium sive allegoria est in illo *Eiusd. 2. Orat. 17.* Sed videto, ne in istis duobus generibus hydra sit tibi et pellis; Hercules autem, et alia opera maiora ne in illis rebus, quas praetermittis, relinquantur; *h. e.* vide, ne de oratoris officio disserens, leviora tantum attigeris et faciliora, ea vero quae maioris momenti sunt, et difficiliora, omiseris: quemadmodum si quis facturus Herculis statuam, de hydra et pelle leonis cogitaverit: ipsum vero Herculem, aliaque plura et maiora eius opera neglexerit. V. *in fin. cap. praeced.* — **3)** Apud Astronomos

II. *Hydra* in caelo est sidus, de quo in ANGUIS §. 34. et seqq. dictum est. *Cic. Arat. 292.*, coll. *2. Nat. D. 44.* et *Hygin. Poët. Astron. 2. 40.* et *5. 39.*

HŸDRAEUM, i, n. V. voc. seq. §. 2.

HŸDRAEUS et Hydrēus, a, um. Adiect. ab *hydra*; ad Hydram Lernaeam pertinens. *Capell. 7. p. 257. de Arithmetica.* Quibus miraculis radiorum innumera repente multitudine prorumpente, nonnulli tellustres, silvicolaeque Divi Herculem conspicati, opinantes eam hydraeo germine pullulare, etc.; *h. e.* ut Herculis Hydra plurimos serpentes, sic illa radios innumeros emittebat. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HYDRAEUM, i, n. Est ornamentum in hydrae seu serpentis formam factum, quo Isidis caput redimiri solebat, ut videre est in Tabula Isiaca Bembina a *Laurent. Pignoria* illustrata, illud autem Graece ex duabus vocibus Aegyptiacis Θερμουθις appellatur. V. *Iablonsk. Panth. Aegypt. l. 1. c. 5. §. 10.* et *11. Inscr.* Nomenti reperta, edita vero in *Giorn. Arcad. T. 34. p. 324.* D. Valerius D. f. Cor. Proculus aedil., dictator, quaestor alimentorum hydraeum gemmis exornatum et auratum una cum Valeria Fortunata et Valeria Procula Isidi et Serapi D. D.

HŸDRĂGŌGĬA, ae, f. Vox Graeca, ὑδραγωγία; aquae ductio, canalis: ab ὕδωρ; aqua, et ἄγω; duco; *canale*. — Translate. *Varr.* apud *Non. 3. 114.* Sensus *(sunt)* portae, venae hydragogiae, cloaca intestini; *h. e.* sensus sunt naturae veluti portae, venae veluti canales, intestini veluti cloacae. Cf. voc. seq.

HŸDRĂGŌGOS, *Graeca positione*, et *Latina*

HŸDRĂGŌGUS, a, um. Adiect. ab *hydragogia*; aquiducus; *dissecativo*. *Cael. Aurel. 3. Chron. 8. ante med.* Utendum aquiducis medicaminibus, quae Graeci hydragoga vocaverunt. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HYDRAGOGOS, i, f. Est herbae nomen apud *Apul. Herb. 27.* Chamaedaphne a Graecis quibusdam daphnites, aliquibus vero daphne, aliis hydragogos dicitur.

HŸDRĂGŎNOS, *Graeca positione*, i, f. Vox Graeca, proprie adiectiva, ab ὕδωρ; aqua, et γίγνομαι; nascor; in aqua genita; qua absolute adhibita significatur nymphaea herba, quae in aqua degit. *Apul. Herb. 27.*

HŸDRĂLĔTĂ, ae, f. V. HYDRAULA §. 2.

HŸDRARGŸRUS, i, m. Vox Graeca, ὑδράργυρος, qua significatur species quaedam argenti vivi, quod ex minio fit secundario, aereis mortariis trito ex aceto, aut ferrea concha, argilla super illita, excocto quod argenti vivi vicem praestat, guttis dividi facile, et lubrico humore confluere. Ita *Plin. 33. 41. 1.* Dicitur *hydrargyrus*, qua argenti colorem habet, liquorem aquae: ab ὕδωρ; aqua, et ἀργύριον; argentum. Differt ab argento vivo, quod fit ex lapide in argentariis venis reperto, ut in ARGENTUM §. 23. dictum est. *Plin. loc. cit.* Hydrargyro argentum inauratur. *Id. ibid. 20. 1.* Aes inaurari argento vivo, aut certe hydrargyro, legitimum erat.

HŸDRASTĪNUS, a, um. Adiect. ab *hydra*; ad hydram pertinens. *Apul. Herb. 113.* Cannabis alia est usualis, alia agrestis, quam nonnulli hydrastinam, Itali terminalem appellitant.

HŸDRAULĂ et Hydraules, ae, m. Vox Graeca, ὑδραύλης, qua significatur qui peritus est organi hydraulici pulsandi; *organista*. *Suet. Ner. 54.* Voverat prodituram se, partae victoriae ludis, etiam hydraulam, et choraulam, et utricularium, ac novissimo die histrionem. *Petron. Satyr. 56.* Ut putares essedarium hydraule cantante pugnare. — **2)** Deinde

II. HŸDRAULA, ae, f. Graece ὑδραυλις, machina, quae vi aquae versatur. *Vitruv. 10. 10.*, ubi *de rotis ad molendam farinam*. Eadem ratione versantur hydraulae. *Philand., Turneb., Salmas. leg.* hydromylae; *h. e.* molae, quae aqua versantur: ab ὕδωρ; aqua, et μύλη; mola: atque ita poscere videtur res, de qua ibi agitur. Sed cum ὑδρομύλη vox sit cadentis Graecitatis, ὑδραύλης vero (ab ὕδωρ; aqua, et αὐλέω; molo) usurpata fuerit ab *Strabone, l. 12.*, ac praeterea ab antiquis Librariis *hydraletae* potius, quam *hydromylae* facillime in *hydraulae* commutari potuerit; ideo *Salmasius* recte *hydraletas* in textum recepit. — **3)** *Hydraulia*, est organum hydraulicum apud *Serv. ad 7. Ecl. 21.* Nam aquae motus musicam efficit, ut in hydraulo *(vitreo)* videmus. *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 122.* corruptum pro *hydrauli* vel *hydraulo* putat; nam Graece, inquit, ὑδραυλις et ὑδραυλον, non vero ὑδραυλια. V. HYDRAULUS.

HŸDRAULES et HŸDRAULĬĂ } V. voc. praeced. §. 1. et seqq.

HŸDRAULĬCUS, a, um. Adiect. ab *hydraulus*; ad hydraulum spectans. *Plin. 7. 58. 1.* Laudatus Ctesibius pneumatica ratione, et hydraulicis organis repertis. Adde *Suet. Ner. 41.* — **2)** Hydraulicae machinae dicuntur, quibus aqua per fistulas exprimitur, et in sublime pellitur: hae partim fiunt ad aquarum ludos faciendos, partim ad hydraletas versandas, partim ad excitandas in musicis organis harmonias, ad horologiorum motus, etc. De his V. *Vitruv. 9. 9.* et *10. 13.* Meminit et *Plin. loc. cit.*

HŸDRAULUS, i, m. Vox Graeca, ὑδραυλος, ὑδραυλις, qua significatur instrumentum musicum aquae decursu sonum reddens: ab ὕδωρ; aqua, et αὐλός; tibia. Simile est ei, quod nunc appellatur organum, nisi quod huius fistulae ventis solum inflantur, in hydraulicis aquae decursu sonus redditur; *organo*. *Cic. 5. Tusc. 18.* Hydrauli, hortabere, ut audiat voces potius, quam Platonis? *Plin. 9. 8. 1. de delphino.* Mulcetur symphoniae cantu, et praecipue hydrauli sono.

HŸDRĒUM, i, n. V. voc. seq.

HŸDREUMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ὑδρευμα, qua significatur aquationum ratione disposita mansio. *Plin. 6. 26. 7.* A Copto camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis: prima appellatur hydreum XXXII. M.: secunda in monte diei itinere: tertia in altero hydreumate, etc., ubi *Hardvin.* recte distinguit, ut hydreum, ὑδρειον, sit locus aquationis: hydreuma, ὑδρευμα, ipsa aquatio, ab ὑδρεύω, aquari.

HŸDRĒUS. V. HYDRAUS.

HŸDRĬĂ, ae, f. Vox Graeca, ὑδρια; aqualis; idest, vas aquarium, urna: ab ὕδωρ; aqua; *urna, secchia*. *Cic. 4. Verr. 19.* Dicebant, scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. *Vulg. Interpr. Ioh. 2. 6.* Erant autem ibi lapideae hydriae sex positae secundum purificationem Iudaeorum, capientes singulae metretas binas vel ternas. Adde *Ierem. 52. 19.* et *4. Reg. 12. 13.* — Historiolam de *Hydria* V. apud *Rufin. 2. Hist. Eccl. 26.* — **2)** Hinc titulus comoediae Meandri apud *Quintil. 11. 3. 91.* — **3)** Inserviebant etiam aliis usibus. *Id. ibid. 51.* Conicere sortes in hydriam. *Sulpic. Sever. 1. sacrae hist. 43.* Hydria farris. *Vulg. Interpr. 3. Reg. 17. 14.* Hydria farinae non deficiet. — **4)** Atque hinc accipitur etiam pro olla sepulcrali. *Inscr.* apud *Murat. 1184. 10.* D. M. M. Lollio Aeschini haec hydria posita est. *Alia* apud *Grut. 895. 9.* Hydria Umbriciis piis.

HŸDRĪNUS, a, um. Adiect. ab *hydra* vel *hydro*; ad hydrum vel hydram; *h. e.* serpentem, pertinens. *Prudent. 10. περι στεφ. 88.* ipse praesto tunc erit Hercules, Hydrina suetus ustum ire vulnera.

HŸDRĬUS, a, um. Adiect. ab *hydria*; ad hyriam pertinens. Hinc Hydrius puer est Aquarius, caeleste sidus. *Prudent. Apotheos. 622.*

Digitized by Google

Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta. — In plur. num. *Musa, Compos. 21.* Aselli sub hydriis nascentes.

HĬDRŎCĒLĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ὑδροκήλη, qua significatur hernia aquosa, cum scilicet aqua in scroto colligitur, seu, ut alii definiunt, cum in alterum e testibus humor confluit: ab ὕδωρ; aqua, et κήλη, quod speciatim scroti tumorem significat. *Martial. 12. 84.* Dicentem tumidas in hydrocelas. Cf. voc. seq.

HĬDRŎCĒLĬCUS, a, um. Adiect. ab *hydrocele;* ad hydrocelem pertinens. — Absolute, qui hydrocele laborat. *Plin. 30. 22. 4.* Hydrocelicis stelliones mire prodesse tradunt.

HĬDRŎCHŎUS, i, m. Vox Graeca, proprie adiectiva, ὑδροχόος; hoc est aquam fundens: ab ὕδωρ; aqua, et χέω; fundo. Graece absolute positum Aquarium, unum e duodecim signis Zodiaci, significat. *Catull. 65. 94.* Proximus Hydrochoi fulgeret Oarion.

HĬDRŎGĂRĀTUS, a, um. Adiect. ab *hydrogarum*, participiorum more effictum; hydrogaro conditus. *Apic. 2. 2.* Isicia hydrogarata sic facies: Teres piper, ligusticum, pyretrum minimum: suffundes liquamen, temperans aqua cisternina, etc. V. voc. seq.

HĬDRŎGĂRUM, i, n. Vox Graeca, ὑδρόγαρον, qua significatur genus quoddam liquaminis aqua cisternina temperatum: ab ὕδωρ; aqua, et γάρον: garum. *Lamprid. Elagab. 29.* Hydrogarum Romanorum ducum primus publice exhibuit. Cf. voc. praeced.

HĬDRŎGĔRON, *Graeca positione*, ontis, f. Vox Graeca, ὑδρογήρων, qua significatur herba eadem ac senecio: ab ὕδωρ; aqua, et γήρων; senex, ita fortasse appellata, quod in humectis locis germinat. *Apul. Herb. 75.* V. ERIGERON.

HĬDRŎLĂPĂTHUM, i, n. Vox Graeca, ὑδρολάπαθον, qua significatur quoddam lapathi genus, quod in aqua nascitur. *Plin. 20. 85. 1.*, ubi Graeca positione *hydrolapathon* adhibetur. Cf. LAPATHUM.

HĬDRŎMANTĬA, ae, f. Vox Graeca, ὑδρομαντεία, qua significatur species quaedam divinationis quae fit per aquam. *Augustin. 7. Civ. D. 35.* scribit, Numam Pompilium hydromantiam fecisse, ut videret imagines Deorum, vel ludificationes Daemonum, a quibus audiret, quid in sacris constituere atque observare deberet. Quod genus divinationis *Varro* a Persis dixit illatum, quo et ipsum Numam, et Pythagoram philosophum fuisse usum commemorat. *Plin. 37. 73. 4.* Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines Deorum. *Isid. 8. Orig. 9. 12.* et *13.* eadem fere habet. Est autem haec vox ab ὕδωρ; aqua, et μάντις; hariolus. V. AEROMANTIA et voce. seqq.

HĬDRŎMANTIS, is, comm. gen. Vox Graeca, ὑδρόμαντις; qui vel quae ex aqua divinat futura. *Varr.* apud *Serv.* ad *3. Aen. 359.* V. loc. in AEROMANTIS, et Cf. voc. praeced. ac seq.

HĬDRŎMANTĬUS, ii, m. Idem origine et significatione ac hydromantis. *Isid. 8. Orig. 9. 12.* Hydromantii ab aqua dicti. Est enim hydromantia in aquae inspectione umbras Daemonum evocare, et imagines vel ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibentur sciscitari.

HĬDRŎMĀLUM, i, n. V. HYDROMELUM §. 2.

HĬDRŎMEL, ellis, n. Nomen origine et significatione idem ac *hydromeli*, nisi quod secunda ex duabus, quibus componitur vocibus, *mel*, *mellis*, Latine declinatur. *Theod. Priscian. 2. 2.* Aquam calidam bibent in hydromelle. *Id. 2. 17.* Bene datur et hydromel tepidum. Adde *Plin. Valerian. 1. 52.* et *Coel. Aurel.* loc. cit. in HYDROMELUM §. 1. Cf. et HYDROMELI. — In antiquis *Gloss.* etiam *hydromellum, i*, declinatur.

HĬDRŎMĔLĪ, ĕllis, n. Vox Graeca, ὑδρομέλι, qua significatur quoddam aquae mulsae genus, ex imbre purissimo, et melle temperatum, et iam vetustate vini saporem referens: ab ὕδωρ; aqua, et μέλι; mel; *aequa mulsa*. *Plin. 14. 20. 1.* et *31. 56. 1.*, *Pallad. 8. 7.* et *Colum. 12. 12.* qui, tacito nomine, eius conficiendi rationem docet, et aquam mulsam appellat. *Plin. 22. 15. 4.* Intestinorum animalia pelli cum hydromelite et sale. *Id. 27. 20. 1.* Cum hydromelitis sextario. Cf. HYDROMEL *init.*

HYDROMELLUM. V. HYDROMEL *fin.*

HĬDRŎMĒLON, *Graeca positione*, et *Latina*,

HĬDRŎMĒLUM, i, n. Vox Graeca, ὑδρόμηλον, qua significatur genus quoddam potionis ex aqua et malis confectae, ab ὕδωρ; aqua, et μῆλον; malum. *Isid. 20. Orig. 5.* Hydromeli *(corrige* hydromelum), quod fit ex aqua, et malis Matianis. *Coel. Aurel. 3. Chron. 2. n. 34.* Debinc etiam vina quaedam infundenda, ut murtinum, malinum, vel ex malo Punico confectum, aut hydromel inveteratum vel quod melimelon aut hydromelon. — **2)** *Hydromālum* pro *hydromelum* videtur etiam vulgo usitatum; sic enim legitur in glande missili apud *Cavedoni, Opuscoli di Modena, Ser. 2. T. 2. p. 202.*

PVOMIS OMNIA) (AUR VDRO MALO

quod *Idem* ex coniectura explicaret: PERUSINE VOMIS OMNIA? HAURI

HYDROMALO, idest *hydromalum*, vel allusione etiam facta ad *hydromeli*. Cf. *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 602. a.* et *p. 560.*

HĬDRŎMĬLĂ, ae, f. V. HYDRAULA §. 2.

HĬDRŎPĂRASTĂTAE, ārum, m. Graece ὑδροπαρεστάται, Haereticorum genus, alio nomine Aquarii, ita dicti quod aquam offerunt in poculo Sacramenti, ab ὕδωρ; aqua, et παρίστημι; sisto, praebeo. — De his *Cod. Theod. 16. 5. 7., 9., 11.* et *65.* et *Novell. Theod. II. tit. 3. §. 9.* Cf. AQUARIUS §. 10.

HĬDRŎPHŎBĬĂ, ae, f. Vox Graeca, ὑδροφοβία; hoc est, aquae fuga, miserrimum genus morbi, in quo simul aeger et siti, et aquae metu cruciatur, quod solet accidere iis, qui a rabido cane fuerint morsi: ab ὕδωρ; aqua, et φόβος; timor. *Cels. 5. 27. n. 2.*, sed Graece; at Latine *Coel. Aurel. 3. Acut. 9.* — Hydrophobiam, tacito nomine, signat *Ovid. 1. Pont. 3. 25.* Tollere nodosam nescit medicina podagram. Nec formidatis auxiliatur aquis. Cf. HYGROPHOMIA.

HĬDRŎPHŎBĬCUS, a, um. Adiect. ab *hydrophobia;* ad hydrophobiam pertinens: ut Hydrophobica passio apud *Coel. Aurel. 3. Acut. 9.* V. vocem praeced.

HĬDRŎPHŎBUS, a, um. Adiect. Graecum, ὑδροφόβος, quo significatur aeger, quem canis rabidus momorderit, qui aquam expavescit: a φοβέομαι; timeo, et ὕδωρ; aqua. *Plin. 29. 32. 2.* Est limus salivae sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non patitur. *Veget. 5. Veterin. 51.* Aliquando iumenta aquas timent, quae dicuntur hydrophoba. *Tertull. de Baptism. 5.* Nam et enectos et lymphatos et hydrophobos vocant, quos aquae necaverunt aut amentia vel formidine exercuerunt. Cf. voce. praecedd.

HĬDRŎPHŸLAX, ăcis, m. Vox Graeca, ὑδροφύλαξ; aquarum custos; *soprastante all'acque:* ab ὕδωρ; aqua, et φυλάσσω; custodio. *Imp. Zeno, Cod. 11. 42. 10.* Universos aquarios, vel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, etc.

HĬDRŌPĬCUS, a, um. Adiect. ab *hydrops;* qui hydrope laborat; *idropico. Horat. 1. Ep. 2. 34.* Si noles sanus, curres hydropicus. Adde *Vulg. Interpr. Luc. 14. 2.* — Secundam syllabam licenter corripit *Aemil. Macer cap. de Allio.* Hydropicis sic humores desiccat aquosos. *Sed non est imitandus.*

HĬDRŌPĬSIS, is, f. Idem ac hydrops; *idropisia. Plin. 20. 3. 2.* Sic et contra phthisiasin bibitur, et hydropises.

HĬDRŌPISMUS, i, m. Idem ac hydropisis. *Coel. Aurel. 1. Acut. 14.* Hydropismum fieri censet Asclepiades perforatione carnis in parvam formulam viarum, quae possit solita *(lege* solida) corporis nutrimenta inaquare; *h. e.* in aquam vertere.

HĬDROPS, ōpis, m. Vox Graeca, ὕδρωψ, ωπος, qua significatur genus morbi, quo aqua praeter naturam sub cute nascitur, qua corpus turgescit; *idropisia:* ab ὕδωρ; aqua, et ὤψ; facies. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit, nisi causa morbi Fugerit venis. *Cels. 5. 21.* Ex quartana in hydropa decidere. Cf. voce. praecedd.

HĬDROS. V. HYDRUS.

HĬDRŌSĔLĪNUM, i, n. Vox Graeca, ὑδροσέλινον, qua significatur quaedam infructuosa roris marini species, sive apium silvestre apud *Apul. Herb. 79.*

HĬDRŎTHĒĪTAE, ārum, m. Haereticorum genus, qui aquam deum dixerunt, ita dicti ab ὕδωρ; aqua, et θεός; deus. De his *Auctor Praedestinat. 1. 75.* — Vox Graeca est, sed in Lexicis Graecis desideratur.

HĬDRUS, et, *Graeca positione*, Hydros, i, m. Vox Graeca, ὕδρος, qua significatur certum anguium genus, quod et in aquis degit: ab ὕδωρ; aqua; *biscia acquatica*. Et universim de quibuscumque serpentibus dicitur. *Plin. 29. 22. 2.* In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est, quod et in aqua vivit: hydri vocantur, nullis serpentium inferiores veneno. *Id. 6. 26. 4.* Hydri marini vicenûm cubitorum. *Virg. 4. G. 488.* immanis hydrus. *Id. 7. Aen. 733.* graviter spirantes hydri. *Ovid. 9. Heroid. 85. de Hercule.* immanes elisis faucibus hydros Infantem, etc. — **2)** A Poëtis tribuuntur capitibus Furiarum, et Medusae pro comis, vel immixti capillis. *Virg. 7. Aen. 447.* tot Erinnys sibilat hydris. *Val. Flacc. 4. 413. de Tisiphone.* excussi crinibus hydri. Et *2. 195.* et nigris amplectitur hydris. Et *6. 397.* squalens hydris Medusa. Sic *Ovid. 4. Met. 800.* Gorgoneum turpes crinem mutavit in hydros. — **3)** Translate. *Iuvenal. 7. 70.* Nam si Virgilio puer, et tolerabile desit Hospitium, caderent omnes a crinibus hydri; *h. e.* vis carminis, et poëticus furor: alluditque ad descriptionem Eriunyos *7. Aen. 445.* et *447.* — **4)** Metonymice ponitur pro veneno. *Sil. 1. 322.* Aut hydro imbutas, bis noxia tela, sagittas. — **5)** Improprie

II. *Hydrus* est etiam signum caeleste, de quo in ANGUIS §. 37. dictum est. *German. Arat. 129.* Et spatio triplicis formatus sideris Hydros. — **6)** Item sumitur etiam pro hydrope, sive potius pro uteri tumore, qualis esse solet mulierum gravidarum. *Venant. 8. Carm. 6. 329.* Quando suis iaculis uteri laesura tumescit, Atque voluptatis morbida crescit hydrus.

HYEMS, etc. V. HIEMS.

HŸĔTOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, ὑετός; pluvia, quam Latinis litteris usurpat *Apul. Not. aspir.* 23. V. HYPOS.

* HŸGĬĒNE, vox Graeca, ὑγίεια, Latinis litteris scripta in *Inscr.* quam citavi sub v. HERCUS §. 3., quam V.

HŸGRĂ, ae, f. Vox Graeca, proprie adiectiva, ὑγρά; h. e. liquida, absolute etiam adhibita ad significandum quoddam collyrii genus, quia e liquidis constat; huic opponitur xerocollyrium, quod ex aridis. *Scribon. Compos.* 57. Hygram (*nempe* compositionem) vocant, quia est liquidum medicamentum. Cf. voc. seq.

HŸGREMPLASTRUM, i, n. Vox Graeca, ὑγρέμπλαστρον, qua significatur emplastrum liquidum ac fluens: ab ὑγρός; humidus. *Plin.* 34. 46. 1. Praecipua commendatio eius in hygremplastro, ad purganda vulnera.

HŸGRŎPHŎBĬĂ, ae, f. Vox Graeca, ὑγροφοβία, qua significatur idem fere, quod hydrophobia, nisi quod haec solius aquae, illa omnium humorum liquorumque timorem habet: ab ὑγρός; humidus. *Cael. Aurel.* 3. *Acut.* 9.

HŸLĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ὕλη, qua proprie significatur silva; *selva, materia:* speciatim vero a Philosophis sumitur pro materia prima, quam aeternam existimabant. *Macrob. 1. Saturn. 17. ad fin.* Signa duo aeque feminea, quibus Apollo ambitur, hylen naturamque significant consemulantes. *Id. 1. Somn. Scip. 12. 11.* Haec est autem hyle, quae omne corpus mundi, quod ubicumque cernimus, ideis impressa formavit. — *Ambros. 1. Hexaëm. 7. n. 25.* ad illud *Genes. 1. 2. Terra autem erat invisibilis.* Quid est *erat*, nisi ne forte in infinitum et sine principio extendant opinionem suam, et dicant: Ecce quia materia; id est, hyle, sicut Philosophi dicunt, etiam secundum Scripturam divinam non habuit initium . . . Erat ergo ex quo facta est. Nam si sine principio eam dicunt esse, iam non solum Deum, sed etiam hylen sine principio dicentes, definiant ubinam erat. Adde *ibid. 1. n. 1.* et *Mar. Victorin. 1. in epist. ad Ephes. 2. v. 2.* et V. voc. seq. — **B)** Translate dicitur materia, de qua agitur in libris alicuius facultatis, praesertim in iis, qui variae eruditionis sunt. *Atteius Philologus* apud *Suet. Grammat. 10.* Hylen nostram aliis memento commendare: quam omnis generis coëgimus, ut scis, octingentos in libros.

HŸLĬCUS, a, um. Adiect. ab *hyle;* qui est ex hyle, materialis. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 5. 2.* Patrem itaque et Deum dicunt factum eorum, quae sunt extra Pleroma, fabricatorem esse omnium psychicorum et hylicorum; h. e. rerum omnium spiritualium et corporalium. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium. 62.* Alia igitur anima divinior cum suo νῷ: sensibili enim potentiae hylicus νοῦς est insitus et consubstantialis hylicae. V. integr. loc. et adde *ibid. 24.* et Cf. *Macrob. 1. Somn. Scip. 12. 12.*

HYMBER, V. IMBER.

HŸMĒN, ĕnos, et Hymenaeus, ei, *Graeca positione*, Hymenaeos, i, m. Vox Graeca ab ὑμήν, qua significatur tum membrana quaedam virginalis, tum Deus, nuptiarum praeses, ut mox dicetur. — **b)** Prior in *hymen* communis est; in *hymenaeus* autem semper brevis, ut ab exemplis mox afferendis patebit. — **c)** Utrum autem aspiranda sit vox, V. *Vel. Long. Orthogr. p. 2238. Putsch.* — **d)** Derivata, *hymenaeus*, vel *hymeneius*, a, um, *hymenaicus*.

HYMEN et Hymenaeus, proprie est membrana, qua fetus involvitur, sed speciatim illa, quae claustrum virginitatis est, quaeque virginibus in primo Veneris congressu rumpitur: et hanc esse primam huius vocis notionem, aliqui volunt. *Donat. ad Ter. Adelph. 5. 7. 6.* Alii, quod ὑμήν dicatur membrana quaedam, qua est munita virginitas, quae primo disrumpitur coitu, *hymenaeum* putant, velut *hymnum* vocari virginalium nuptiarum. *Serv.* ad *4. Aen. 99.* Est etiam alia ratio vocabuli. Nam *hymen* quaedam membrana quasi virginalis puellae esse dicitur, qua rupta, quia desinat esse virgo, *hymenaei* nuptiae dictae. — **B)** Aliis autem *hymen* vel *hymenaeus* est carmen nuptiale, hymnus virginalium nuptiarum; *carmen nuziale, epitalamio. Stat. 2. Silv. 7. 87.* Et vestros Hymenaeon ante postes Festis cantibus ipsa personabo. *Ter. Adelph. 5. 7. 6.* Hoc mihi morae est, tibicina, et hymenaeum qui canat. *Ovid. 12. Heroid. 137.* Ut subito nostras hymen cantatus ad aures Venit. Adde *12. Met. 215.* et *Lucret. 1. 48.* — **B)** Inde metonymice *hymenaeus* sunt ipsae nuptiae; *nozze, matrimonio. Virg. 1. Aen. 655. de Helena.* Pergama cum peteret, inconcessosque Hymenaeos. *Id. 5. ibid. 528.* qui deinde secutus Ledaeam Hermionem, Lacedaemoniosque hymenaeos. *Id. 4. ibid. 99.* pactos Hymenaeos exercere. Et *127.* Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Hic Hymenaeus erit. *Stat. 5. Theb. 285.* Hymenaei infausti. *Senec. Troad. 861.* Quicumque Hymen funestus, illactabilis Lamenta, caedes, sanguinem, gemitus habet, Est auspice Helena dignus. Adde *Lucret. 4. 1247.* — **C)** Translate de bestiis. *Virg. 3. G. 60.* Aetas Lucinam, iustosque pati hymenaeos, Desinit ante decem, post quatuor incipit annos. Ubi ὕστερον πρότερον notat *Servius*, quia prius est concubitus, deinde partus. — **D)** Apud Mythographos vero

II. *Hymen* vel *Hymenaeus*, vel coniunctim *Hymen Hymenaeus*, Deus nuptiarum praeses habitus fuit, ut dictum est. Hunc aliqui Liberi et Veneris filium fuisse volunt, alii Apollinis et Calliopes, alii Uraniae, alii Clius; primum certas instituisse nuptias, eoque hunc ei honorem habitum, ut in virginalibus nuptiis memoria eius celebraretur. Alii Magnetis filium, musicae artis peritum, pulcritudine muliebri: dum nuptias Liberi Patris et Althaeae, seu Ariadnes religiosa cantibus celebrat, exspirasse. Alii virum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas a praedonibus virgines, oppressis latronibus, parentibus intactas restituit: vel qui inter bella saevissima virgines liberaverit. Hanc ob causam in nuptiis traduni a Graecis, eorumque imitatione a Latinis eius numen solitum fuisse invocari, quasi liberatoris virginitatis, ut Romani in nuptiis virginalibus invocabant Talassum, seu Talassium, seu Talassionem. Sed, ut alii referunt, apud Romanos cum sponsa duceretur, omnes, respondentibus vicissim pueris puellisque, clara voce concinebant: *Hymen o Hymenaee;* ingrediente vero sponsa mariti aedium limen, *Talassio* magna voce clamabatur, quod in raptu Sabinarum ea vox celebrata virginem praestantissima forma ab impetu aliorum defendisset. Haec sumpta sunt ex *Serv.* ad *8. Ecl. 30.* et ad *4. Aen. 99.* et *127.*, *Donat.* ad *Ter. Adelph. 5. 7. 6.* et *Lactant.* ad *Stat. 5. Theb. 285.* — Usum vocis probant *Catull. 62. 5.* Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee. *Id. 60. 4.* O Hymenaee Hymen, o Hymen Hymenaee. *Ovid. 14. Heroid. 27.* Vulgus Hymen Hymenaee, vocant: fugit ille vocantes. Et *6. ibid. 44.* pronuba Iuno Adfuit, et sertis tempora vinctus Hymen.

HYMĔNAEOS, *Graeca positione*, on, et *Latina*

HŸMĔNAEUS et Hymenēius, a, um. Adiect. ab *hymen* vel *Hymenaeus;* ad Hymenaeum pertinens. *Capell. 8. p. 272.* Lege hymenaeo et culpae velamine licentis obnuberis. *Id. 1. 7. init.* Nec mea mella rapis: quaenam haec hymenaea lex est? *Id. 2. p. 54.* Hymenaea tripudia. *Id. 9. p. 301.* Hymenaea venus.

HŸMĔNĂĬCUS, a, um. Idem quod praecedens, diphthongo soluta. *Plot. p. 2659. Putsch.* Hymenaicum dimetrum. *Serv. Centim. 5. 2.* Hymenaicum constat dimetro acatalecto, ut est hoc: *Tibia personat.*

HŸMĔNĒĬUS, a, um. V. HYMENAEUS.

HYMNĀRĬUM, ii, n. Nomen ab *hymnus*, proprie adiect. absolute adhibitum de libro hymnos continente. *Gennad. Vir. ill. 48.* Paulinus Nolae episcopus fecit et sacramentarium et hymnarium.

HYMNĬDĬCUS, a, um. Adiect. ab *hymnus* et *dico;* qui hymnos canit: absolute vero, David Psalmorum auctor et cantor κατ' ἐξοχήν appellatur. *Faustinus presbyt. de Trinit. 4.* Sed et Hymnidicus cantans ait: *Omnia in sapientia fecisti (Ps. 103. 24.).* Cf. HYMNODICUS.

HYMNĬFER, ĕră, ĕrum. Adiect. ab *hymnus* et *fero;* qui hymnos componit seu cantat. *Ovid. 11. Met. 58. de Orpheo.* hymniferos iubet divellere vultus. *Heinsius*, et alii hunc versum, tamquam spurium, reiiciunt.

HYMNĬFĬCĀTUS, a, um. Particip. verbi *hymnifico;* hymnis instructus. *Commodian. 60. 21.* Ymnificato choro, placitoque Christo placete. *Ymnificato* sine aspiratione scribitur, ut constet ratio carminis abecedarii. Cf. voc. seq.

HYMNĬFĬCO, as, avi, āre. Verbum transitiv. ab *hymnus* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; hymnum facio vel cano. — Translate et intransitive plaudeo; *applaudire*. *Commodian.* 23. 5. Ipse tibi hymnificus etiam incinere *(sic; fortasse* in cinere) de verbo. V. voc. praeced.

HYMNĬGRĂPHUS, i, m. Vox Graeca, ὑμνογράφος (unde rectius *hymnographus* etiam Latine scribendum esset); hymnorum scriptor. — Absolute ita appellatur David, Psalmorum auctor et cantor. *Nicetius, de Psalmod. bono*, 2. Delectat Dominum nostrum de pura conscientia laus emissa, sicut idem hortatur hymnigraphus, dicens, etc.

HYMNĬO, is, īre. Verbum intransitiv. ab *hymnus;* hymnos cano. *Prudent. 1. περὶ στεφ. 118.* Hymnite matres pro receptis parvulis, ὑμνεῖτε. Cf. HYMNIZO.

HYMNĬSŎNUS, a, um. Adiect. ab *hymnus* et *sono;* hymnos sonans, laudes canens. *Paulin. Nolan. carm. 28. 230.* Hymnisoni chori. Adde *carm. 22. 200.*

HYMNIZO, as, āvi, are. Verbum intransitiv., transitivorum quoque more usurpatum, ab ὕμνος; *hymnus*, Graecorum more efflctum (in Lexicis enim Graecis ὑμνίζω non reperitur); hymnum cano, hymnio. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 29. 5.* Et refrigerant in hoc omnia hymnizare magnum Aeona. Adde *ibid. 2. 5.* — **B)** Transitivorum more, HYMNIZO est laudo, laudibus concelebro. *Id. 1. ibid. 25. 2.* Scribens eas, quae vocantur, palinodias, in quibus hymnizavit eam *(Helenam)*.

HYMNŌDĬCUS, i, m. Vox Graeca proprie adiectiva, ὑμνῳδικός, qua absolute adhibita significatur, qui hymnos canit. *Firmic. 8. Mathes. 25.* Cf. HYMNIDICUS.

HYMNŎLŎGUS, i, m. Vox Graeca, ὑμνολόγος; laudator, hymnis celebrans. *Firmic. 3. Mathes. 6.* Sive templorum conditores, aut hymnologos. Adde *12.* et *Inscr.* apud *Grut. 645. 4.* Ti. Glaudius Glyptus Hymnologus de campo Caelemontano.

Digitized by Google

HYMNŎPĔRĪTUS, a, um. Adiect. ab *hymnus* et *peritus;* hymnis cantandis aptus. *Hilarius, Carm. de Evang. 75.* Chorus hymnoperitus.

HYMNUS, i, m. Vox Graeca, ὕμνος, Latina quoque civitate donata, per syncopen pro *hymenus*, ab ὑμέναι, particip. praet. pass. verbi ὑδω; cano. — **b)** Exinde plura vocabula sunt derivata vel composita, a Latinis item Scriptoribus usurpata, ut pronum est colligere ex vocc. praecedd.

HYMNUS proprie est canticum in Deum, sed simpliciter pro cantico et laude accipitur; *hymno, laude. Prudent. praef. Cathem. 57.* Hymnis continuet dies, Nec nox ulla vacet, quin Dominum canat. *Cassian. 3. Instit. 6.* Hymni matutinales. Adde *Lucil.* apud *Non. 4. 261., Vulg. Interpr. 3. Reg. 8. 28.* et *alibi passim.* — Huc spectat *Rufin. in tit. Psalm. 72.* Oportet ergo ut sit hymnus, habeat haec tria, laudem et Dei et canticum. — **2)** Specialim *Hymnus Trinitatis* dictus est, qui Graece τρισάγιον appellatur, et ab utraque Ecclesia Graece et Latine in die Parasceves canitur; nempe *sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis. Marcell. in Chron.* ad a. *512.* Hymnum Trinitatis iuxta morem Catholicorum concinentes. V. integr. loc.

HŸO. V. HYDOR.

HŸOPHTHALMOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, ὑοφθάλμος; h. e. oculus suis, ab ὗς; sus, et ὀφθαλμός; oculus; qua significatur herba, quae et aster Atticus, et buboniou, et inguinalis. *Apul. Herb. 60.* V. loc. in ASTER §. 4.

HŸOSCŸĂMĪNUS, a, um. Adiect. ab *hyoscyamus;* qui est ex hyoscyamo, ut Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. *Plin. 23. 49. 1.*

HŸOSCŸĂMOS, *Graeca positione*, i, m., et *Latina*

HYOSCYĂMUM, i, n. et Hyoscyamus, i, m. Vox Graeca, ὑοσκύαμος, qua genus quoddam herbae significatur, ita dictum ab ὗς; sus, et κύαμος; faba; h. e. faba porcina seu suilla. — **b)** De genere vocis disputant Grammatici; quorum aliqui sunt, qui negant neutro genere adhiberi, nam Graece quoque ὑοσκύαμος, non ὑοσκύαμον usurpatum reperitur. V. *H. Steph. Thes. Ling. Gr.* sub h. v. ed. *Didot.* Attamen *Leon Targa* ad *Cels. 2. 33.* probat ex Codd. MSS. *hyoscyamum* neutro genere non solum *Celsum l. c.*, sed et *Plinium, 25. 38. 1.* et *28. 45. 1.* (V. loca, infra) usurpasse. — **c)** Alia forma *iusquiamus* pro *hyoscyamus* est apud *Pallad. 1. 35. ante med.* et *Veget. 2. Veterin. 12.* — **d)** Derivatum, *hyoscyaminus*.

HYOSCYAMUM et Hyoscyamus, Italice *iusquiamo*, herba est, quae et Apollinaris, et altercum dicitur, plurium generum, quorum primum nigro semine, floribus paene purpureis, spinosum: alterum vulgare, candidius, et fruticosius, altius papavere: tertium semine simile semini irionis: quartum molle, lanuginosum, pinguius ceteris: quod unum a Medicis receptum est: cetera venenum sunt, insaniam gignentia, capitisque vertigines. *Plin. 25. 47. 1.* et *seqq. Cels. 5. 27. n. 14.* Si hyoscyamum aliquis ebibit, fervens mustum bibendum est. — *Cels. 2. 33.* At simul et reprimunt et refrigerant herba muralis, . . . hyoscyamum, muscus, etc. *Plin. 25. 58. 1.* Hyoscyamum confusum cum follis ex vino recte datur. *Id. 28. 45. 1.* Si hyoscyamum potum sit. *Sammon. 20. 20.* Graecus hyoscyamon propria fert dicere lingua. *Ita legendum esse hunc versum* ostendit *Morgagni* ad *h. l.* — Nomina et virtutes hyoscyami habes apud *Apul. Herb. 4.* Cf. e Recentioribus *Sickel. Mém. sur le glaucôme*, Bruxell. *1842. p. 144.* et *seq.*

HŸŌSĔRIS, is, f. Graeca, ὑοσερίς, qua significatur herba intubo similis, sed minor et tactu asperior, quae contusa vulneribus praeclare medetur. Haec *Plin. 27. 64. 1.*; ubi vulgo olim leg. *hyoseris* pro *hyoseris*, quod minus probat *Harduin.* coll. *Sillig.* ad *h. l.*

HŸŌSĪRIS. V. voc. praeced.

HŸPAETHROS, *Graeca positione*, et *Latina*

HŸPAETHRUS, a, um. Adiect. Graecum, ὑπαίθρος; subdialis, sub dio positus; *scoperto:* ab ὑπό; sub, et αἴθρα; aër. *Vitruv. 5. 9. a med.* Hypaethrae ambulationes habent magnam salubritatem. *Id. 5. 9. a med.* In apertis hypaethrisque locis. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HYPAETHRUM, i, n. Est ambulacrum subdiale; *galleria scoperta. Vitruv. 1. 2.* Iovi et Caelo aedificia sub divo, hypaethraque constituuntur; h. e. tecto perforato atque aperto. — *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6588.* M. Sextilius M. l. Eros Genium et ypaetrum *(sic)* straxit. *Ypaetrum*, utraque aspiratione omissa, quod vulgo factitatum esse sequiori praesertim aetate alibi iam adnotavimus.

HYPAETRUM. V. voc. praeced. §. 2.

HŸPALLĂGĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ὑπαλλαγή; h. e. immutatio: est figura dictionis, qua aliquid praepostere effertur, ita tamen, ut facile, quod rectum est, intelligatur, ne pro figura vitium sit: ut in illo *Virg. 3. Aen. 61.* dare classibus Austros. Ubi *Servius:* hypallage est: nam classes Austris damus. — **2)** Ipsa quoque metonymia *hypallage* dicitur a Rhetoribus, teste *Cic.* apud *Quintil. 8. 6. 23.*, Graece tamen.

HŸPAMPĔLUS, i, m. Vox Graeca ὑπάμπελος, qua significatur pergula, seu locus vitibus consitus et contectus; *pergola:* ab ὑπό; sub, et ἄμπελος; vitis. *Inscr.* apud *Grut. 711. 3.* Hypampelus huic *(tabernae)* vedet in rigorem maceriae et furcarum. V. RIGOR.

HYPATĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, Latina quoque civitate donata, ac proprie adiectiva, ὑπάτη; summa, ab ὕπατος, η, ον; summus, supremus, absolute adhibita de summa chorda in fidibus. — **b)** Derivata, *hypatius, hypatoides.* — **c)** Composita, *hyperhypate, parhypate.*

HYPATE proprie est summa chorda in fidibus, quae gravissimum sonum reddit et opponitur τῇ νήτῃ; h. e. infimae, V. NETE. *Vitruv. 5. 4.* et *6. 1. circa med.* et *Boëth. 1. Mus. 20.* et *seqq.*, ubi plura ad rem. Cf. et voc. seq. et CONSUL §. 16. — Porro his locis *hypate hypaton, lichanos hypaton, parhypate hypaton*, etc. illud *hypaton* est genitivus Graeca positione: ὑπατῶν; h. e. supremarum. — **2)** Translate ita appellatur pollex, qui summus, seu maximus digitorum est. *Apul.* in *Fragm. 10. Met. p. 717. Oudend.* Dein digitis hypate, lichano, mese, paramese, et nete hastam mei inguinis nivea spurcitie pluscule excorians emundavit; *h. e.* quinque digitis, summo, indice, medio, anulari, et minimo.

HŸPĂTĬUS, a, um. Adiect. ab *hypate;* ad hypaten chordam pertinens. *Capell. 9. p. 317.* Primo quippe cum hyppatius exorsus harmoniacam vim mortalibus divulgaret.

HŸPĂTŌĪDES, i, m. Vox Graeca, ὑπατοειδής, qua significatur modulatio quaedam musicalis, quae nomen suum ab hypate chorda habuit. *Capell. 9. p. 326.* Melopoeiae species sunt tres, hypatoides, mesoides, netoides: hypatoides est, quae appellatur tragica, quae per graviores sonos constat.

HŸPĒCŎON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, proprie adiectiva ὑπήκοον; h. e. morigerum: ab ὑπακούω; obedio; qua, absolute adhibita, significatur herba in segetibus nascens foliis rutae: natura eius eadem, quae papaveris succo. Haec ex *Plin. 27. 68. 1.*

HŸPĔLĂTĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ὑπελάτη, qua significatur quaedam lauri species, al. daphne, carpophyllon, laurus Alexandrina. *Plin. 15. 39. 3.*

HŸPĒNĔMĬUS, a, um. Adiect. Graecum, ὑπνήμιος; h. e. ventosus, irritus, ex quo nihil gignitur: ab ὑπό; sub, et ἄνεμος; ventus. *Plin. 10. 79. 2.* Pariuntque ova irrita, ex quibus nihil gignitur, quae hypenemia Graeci vocant. Adde *ibid. 80. 1.* V. UNIXUS et ZEPHIRINUS.

HŸPĔRAEŎLĬUS, a, um. Adiect. Graecum, quod tamen in Lexicis Graecis non reperitur, quo unus e quindecim tonis musicis designatur apud *Cassiod. de Music.* Hyperaeolius est hyperphrygium hemitonio *(praecedens)*, etc.

* HŸPERBĂSIS, is, f. Vox Greca, ὑπέρβασις; transgressio: ab ὑπέρ; supra, trans, et βαίνω; gradior. Figura est eadem, quae hyperbaton: et ad eam reducitur etiam *hysteron proteron*, de quo infra. Sed Graece tantummodo usum habet. — Haec *Foreellinus*, nulla addita Scriptoris auctoritate. Cf. voc. seq.

HŸPERBĂTON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, ὑπέρβατον, qua significatur figura grammaticalis et rhetorica, quae Latine *Transgressio* appellatur ab *Auct. ad Herem. 4. 32.*, per quam partes orationis, neglecta simplici et vulgari dispositione, varie et artificiose inter se commutantur, aliis in locum aliarum abeuntibus: ab ὑπερβαίνω; transgredior. Oratio enim est aspera et dura, vel saltem dissoluta et hians, si ad necessitatem ordinis sui verba rediguntur. *Quintil. 8. 6. ad fin.* et *9. 4. 26.* — Hinc *Hieronym. Praef. in Chron. Eusb.* Hyperbatorum anfractus. — **2)** Eius quinque sunt species, *Anastropha*, cum duorum verborum ordo mutatur, nullo alio interposito, ut illud *Virg. 5. Aen. 663.* Transtra per et remos. *Diacope*, cum dividitur verbum, interposito alio, ut *Cic. 1. Att. 20. ad fin.* Per mihi, per, inquam, mihi gratum feceris. *Dialysis* seu *Parenthesis*, cum ordo orationis diducitur, interposita sententia, ut *Plin. 7. ep. 7.* Neque ut magistro magister, neque ut discipulo discipulus (sic enim scribis), sed ut discipulo magister (nam tu magister, ego contra: atque ideo tu in scholam revocas, ego adhuc Saturnalia extendo), librum misisti. *Synchysis*, cum transpositio est obscura, ut *Virg. 1. Aen. 115.* Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras. *Catull. 66. 15.* Non, ita me Divi, vera gemunt, iuerint. *Horat. 1. Sat. 3. 42.* Namque pila lippis inimicum et ludere crudis. *Charis. 4. p. 246. Putsch.* — **3)** Hae tamen ipsae species *hyperbati* nomine appellantur. Unde, quod ad dialysin attinet, *Plin.* post allata verba, subdit statim: Non potui longius hyperbaton facere, atque hoc ipso probare, eum me esse, etc. Quod ad anastrophen et diacopen, *Quintil. sub fin. l. 9.* Sed neque longioribus quam oportet hyperbatis compositioni serviamus, etc. *Idem* vero *8. 6. 67.* docet, cum decoris gratia trahitur longius verbum, proprie hyperbati nomen tenere, ut in illo *Cic. initio Cluentianas.* Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes. — **4)** Est etiam *hyperbaton* apud nonnullos, quod ad apostrophen pertinet, cum scilicet sensus non mutatur, verum forma eloquendi, ut in illo *Virg. 2. G.*

Digitized by Google

169. Extulit haec Decios, Marios, magnosque Camillos, Scipiadas duros bello, et te, maxime Caesar. *Quintil. 9. 3. ante med.*

HYPERBĔRĔTAEUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπερβερεταῖος*, qua extremus anni mensis apud Macedonas et Asiae populos significatur, October *Suidae* dictus aliisque. *Dionys. Exig. Cod. Canon. 38. p. 145. Migne.* Bis in anno episcoporum concilia celebrentur . . . Semel quidem quarta septimana Pentecostes: secundo vero XII. die mensis Hyperberetaei; id est iuxta Romanos quarto idus Octobris. — **2)** *Hyperberetis* absolute dicitur in *Act. SS. Tarachi et Socc. MM. fin.* Die ante quinque idus Octobris, qui est undecimus Hyperberetis; hoc est Octobris. — Fortasse legendum est *hyperbereti*, ut sit *hyperberetus*, i, m., ita enim Graece aliquando etiam *ὑπερβέρετος*. V. *H. Steph. Thes. L. Gr.* sub v. *Ὑπερβερεταῖος*, ed. *Didot.*

HYPERBĔRĔTIS (vel Hyperberetus). V. voc. praeced. §. 2

HYPERBŎLĂ, ae, et Hyperbole, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, *ὑπερβολή*, qua apud Rhetores et Grammaticos tropus quidam significatur; Italice quoque *iperbole*, superlatio a *Cic. 3. Orat. 53.*, superiectio ementiens a *Quintil. 8. 6. ad fin.* appellatus, in quo res aliqua ultra modum, et praeter veritatem augetur, aut minuitur, ut *fulminis ocior alis*, apud *Virg. 8. Aen. 319.* et *vix ossibus haerent*, *3. Ecl. 102.* — **2)** Fit autem pluribus modis, quos *Quintil. ibid.* enumerat, et confirmat exemplis. *Cic. Top. 10. ad fin.* In hoc genere oratoribus et philosophis concessum est, ut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendae rei causa dicatur, aut minuendae, quae hyperbole dicitur. *Senec. 7. Benef. 23.* In hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad verum mendacio veniat. Et *mox.* Nunquam tantum sperat hyperbola, quantum audet: sed incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat. *Quintil. loc. cit.* Huius quoque rei servetur mensura quaedam. Quamvis enim est omnis hyperbole ultra fidem, non tamen debet esse ultra modum, nec alia via magis in *κακοζηλίαν* itur. Cf. vocc. seqq.

HYPERBŎLAEOS, *Graeca positione*, a, on. Adiect. Graecum, *ὑπερβολαῖος*; h. e. superlatus. Adhibetur aliquoties a *Vitruv. 5. 4.* et *5.* ubi agit de sonis musicis: et *hyperbolaeon* genitivus est pluralis, *ὑπερβολαίων*. — Ita et *Boëth. 1. Music. 20.* Tetrachordum hyperboleon (*lege* hyperbolaeon). Et *mox.* Nete hyperboleon (*lege, ut supra*). V. integr. loc.

HYPERBŎLĒ. V. HYPERBOLA, *init.*

HYPERBŎLĔOS. V. voc. praeced.

HYPERBŎLĬCĒ. Adverb. ab *hyperbolicus*; per hyperbolen; *iperbolicamente*. *Hieronym. in Isai. 2. 6. 25.* Nos autem hyperbolice dictum putamus. — Graeca positione. *Rufin. Bened. Patriarch. 1. 5.* Videbantur et haec tantum ad historicam expositionem pertinere: agrum fertilem vitis, et hyperbolicōs vini abundantiam significare. *Graece* est *ὑπερβολικῶς*. Adde *Lactant. ad Stat. 4. Theb. 177.*

HYPERBŎLĬCŌS. V. voc. praeced.

HYPERBŎLĬCUS, a, um. Adiect. ab *hyperbole*; ad hyperbolem pertinens. Hyperbolica instrumenta apud *Sidon. 7. ep. 2. a med.* sunt documenta, seu chirographa, in quibus aliquis ea donat, assignatve, quae non habet, vel aliquid supra dotem sponsae largitur, quod nos dicimus *contraddote*. *Alii* hypobolica *legend. putant*; at *Cuiacius rectius* hypobola; h. e. pigneraticia. Graece enim *ὑπόβολος* est pignorationi obnoxius.

HYPERBŎRĔĀNUS, a, um. Adiect. idem origine et significatione ac Hyperboreus. *Hieronym.* in *Chron. Eusseb.* ad an. 1560. Abraham. Abaris Hyperboreanus ariolus agnoscitur.

HYPERBŎRĔUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπερβόρεος*; quasi supra Boream; dicitur de regionibus ac populis ad Septentrionem positis; *settentrionale*; ab *ὑπέρ*; supra, et *βορέας*: estque per hyperbolen dictum. Hinc *Macrob. 2. Somn. Scip. 7. extr.* tradit, antiquis dictos esse *Hyperboreos* absolute, qui loca incolerent super Scythiam, et ad Tanaim, Istrumque, quasi originem Boreae introrsus recedendo transissent. *Plin.* quoque *4. 26. 11.* Hyperboreos locat pone Riphaeos montes, ultraque Aquilonem, *Gens*, inquit, *felix, si credimus, annoso degit aevo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi*, etc. *Paul.* ex *Festo p. 105. Müll.* docet, Hyperboreos vocari populos, qui humanae vitae modum excedant, vivendo ultra centesimum annum; idest *ὑπερβαίνοντας ὅρον* saeculi humani. Sed haec notatio inepta est. *Cic. 3. Nat. D. 25.* Apollo, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse. V. APOLLO §. 8. et 85. in ONOM. *Virg. 4. G. 517.* Hyperboreae glacies. *Id. 3. ibid. 196.* Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris incubuit. Et *381.* Hyperboreo septem subiecta trioni Gens effrena virûm Riphaeo tunditur Euro. *Lucan. 5. 23.* Hyperboreae plaustrum glaciale sub Ursae. *Val. Flacc. 8. 210.* Hyperboreae pruinae. *Martial. 8. 78.* Hyperborei celebrator Stella triumphi; h. e. quem Domitianus de Cattis Dacisque egit.

HYPERCĂTĂLECTĬCUS. V. voc. seq.

HYPERCĂTĂLECTUS et Hypercatalecticus, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπερκατάληκτος* (*ὑπερκαταληκτικός*, quod quidam afferunt, minus probatur. V. ACATALECTUS §. b.), ab *ὑπέρ*; supra, ac *καταλήγω*; desino. — *Hypercatalectus* autem dicitur a Metricis *versus*, in quo syllaba vel pes redundat, ut in illo *Virg. 5. Aen. 422.* Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque Exuit. *Ascon. in 2. Verr. 10.* Antiquum Naevii est: *Fato Metelli Romae fiunt consules.* Cui tunc Metellus consul iratus, versu responderat senario hypercatalecto, quiet Saturnius dicitur. *Dabunt malum Metelli Naevio poëtae. Serv.* in *Centimetr. p. 1817. Putsch.* Hypercatalecticum metrum est, ubi supra legitimos pedes syllaba crescit. *Priscian. super 12. vers. 1. Aen. p. 1216.* Dicuntur hypercatalectici, quibus abundat una vel duae syllabae. V. CATALECTICUS.

HYPERDŌRĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπερδώριος*, quo significatur unus e quindecim tonis musicis apud *Cassiod. de Music.* Hyperdorius est Lydium hemitonio *(praecedens)*, etc.

HYPĔRHYPĂTĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca proprie adiectiva, *ὑπερυπάτη*, qua significatur chorda, quae in cithara enneachordo addita est chordae, quae hypate seu summa erat in cithara octochordo et heptachordo. *Boëth. 2. Music. 20.* Prophrastus ad graviorem partem *(citharae)* unam addidit chordam, ut faceret totum enneachordum. Quae quoniam super hypaten est addita, hyperhypate vocabatur. Cf. HYPATE.

HYPĔRĬASTĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπεριάστιος*, quo significatur unus e quindecim tonis musicis apud *Cassiod. de Music.* Hyperiastius est hyperdorium hemitonio *(praecedens)*, etc.

HYPĔRĬCON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ὑπέρικον*, qua significatur genus quoddam herbae, Italice quoque *iperico* dictae, quae et chamaepitys, et corisson dicitur, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutae, odore acri, semine in siliqua nigro, maturescente cum hordeo. Aliud est, quod et caros appellant, folio tamaricis, et sub ea nascens, sed pinguioribus foliis, et minus rubentibus, odoratum, palmo altius, suave, leniter acutum. Haec ex *Plin. 26. 53. 1.* et *54. 1.* V. CAROS §. 2. et 3.

HYPERLŸDĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπερλύδιος*, quo significatur unus e quindecim tonis musicis apud *Cassiod. de Music.* Hyperlydius est novissimus et acutissimus omnium hypaeolium hemitonio *(praecedens)*, etc. — *Serg. Explanat. in Donat. 1. p. 532. 20. Keil.* Summus hyperlydius. Cf. HYPERMIXOLYDIUS.

HYPĔRMĔTER et

HYPĔRMĔTRUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπέρμετρος*, quo significatur apud Metricos versus hypercatalecticus, abundans una syllaba, quae plerumque a prima syllaba subsequentis versus absumitur, ut in illo *Virg. 1. G. 295.* Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem, Et foliis undam, etc. *Diomed. 3. p. 495. Putsch.* et *Philargyr.* ad *Virgior 2. G. 349.*

HYPĔRMIXŎLŸDĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπερμιξολύδιος*, quo significatur modus quidam musicus, qui septem aliis modis auctior est. *Boëth. 4. Music. 14.* Modorum nomina sunt haec: hypodorius, hypophrygius, hypolydius, dorius, phrygius, lydius, mixolydius. Et *ibid. 16.* Septem quidem praediximus esse modos, sed nihil videatur incongruum, quod octavus super annexus est . . . Omnibus quidem acutior modis erit, qui inscribitur hypermixolydius; omnibus vero gravis, qui hypodorius.

HYPĔRŎCHĂ, ae, f. Vox Graeca, *ὑπεροχή*; exsuperantia, excessus. *Tryphonin. Dig. 20. 4. 20.* Si post primum contractum tuum eidem credidisset quinquaginta, et hyperocham huius rei, quae tibi pignori data esset, debitor obligasset. Et *mox.* An tibi in quadraginta cederet pignoris hyperocha; *il soprappiù del valore della cosa ipotecata*. Alii minus recte legunt *hypothesa*. Cf. voc. seq.

HYPĔRŎCHĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπέροχος*; aliis praestans; *superiore agli altri*. *Inscr.* apud *Grut. 657. 4.* M. Aurelio Primo, victori hyperochio, alumno dulcissimo, Aurelius Eutychianus. Cf. voc. praeced.

HYPĔRPRŸGĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπερφρύγιος*, quo significatur unus e quindecim tonis musicis apud *Cassiod. de Music.* Hyperphrygium est hyperiastium hemitonio *(praecedens)*, etc.

HYPĔRTHĔSIS, is, f. Vox Graeca, *ὑπέρθεσις*; transpositio. Apud Rhetores est figura, cum aliquam rem opinione omniam notam sententia nostra exsuperare volumus, ut est illud Ciceronis: *Scelus est accipere a reo pecuniam, quanto magis ab accusatore*. Haec et epanaxesis dicitur. Haec ex *Incert. Auct.* inter *Rhetores Min. p. 74. n. 25. ed. Halm*, ubi tamen Graecis litteris scribitur.

HYPĔRTHŸRIS, ĭdis, f., et

HYPĔRTHŸRUM, i, n. Vox Graeca, *ὑπέρθυρις* et *ὑπέρθυρον*, qua significatur ornamentum portae, quod supra limen eius superius ponitur sub corona: et zophori vicem praestat; *soprapporta*: ab *ὑπέρ*; supra, et *θύρα*; ianua. *Vitruv. 4. 6.* Supra cymatium, quod erit in supercilio, collocandum est hyperthyrum crassitudine supercilii, et in eo scalpendum est, etc. Et *infra*. Quemadmodum in Doricis hyperthyridibus. *Schneiderus* in sua editione hic omisit *hyperthyridibus*.

HYPEXAERĔSIS, is, f. Vox Graeca, *ὑπεξαίρεσις*; subtractio. Apud

Digitized by Google

Rhetores est figura, quae Latine *exceptio*, quando aliquid a generali complexione distinguimus, ut ait *Incert. Auct.* inter *Rhetores Min. p. 75. n. 15.* ed. *Halm.* — Haec eadem habet *Fortunatian. art. Rhet. 2. 12.* et *30.* Utroque tamen loco Graecis litteris scribitur.

HYPEZEUGMĔNON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca et Graece scribenda, proprie adiectiva, ὑπεζευγμένον; iniunctum. Apud Rhetores figura est, qua plura in unum coniungimus. *Aquila, de fig. Sentent. 44.*, ubi Graecis litteris scribitur. Quidam adduxt locum *Capell.*, quem v. in ANTIZEUGMENON.

HYPEZŌCŌTĔ, *Graeca positione*, es, f. Adiect. Graecum ὑπεζωκώτη; succingens, ab ὑπεζωκώς, quod est particip. verbi ὑπεζώννυμι; succingo. Adhibet *Cael. Aurel. 2. Acut. 54. n. 181.* de membrana, quae interius latera cingit, quaeque a Graecis etiam *hypozygos* appellatur, teste *Eodem, 2. Chron. 13. n. 127.* v. HYPOZYGOS.

HYPHĔ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ὑφή; textura, textus. — Est hoc nomine figura sententiarum apud *Isid. 2. Orig. 21. 44.* Hyphe est quoties in eodem sensu diutius immoramur. Ita *Lindem.*, sed *Arevал.* dederat *Epimone* pro *hyphe*. V. EPIMONE.

HYPHĂR, ăris, n. Vox Graeca, ὑφαρ, qua significatur quoddam visci genus in abiete, larice et quercu nascens. *Plin. 16. 95. 1.* Adde *ibid. 32. 1.*, ubi et buxo tribuit.

HYPHEN, indecl. n. Vox Graeca, ὑφ' ἓν, ὑφεν, ab ὑπό; sub, et ἓν; unum: dicitur a Grammaticis, cum duae dictiones ita pronunciatione iunguntur, ut sub unum accentum cadant: et solet notari aliquando lineola, quae utramque dictionem copulet, ut *ante-malorum, ante-volans, simul-ae*, quae *Virgilii* sunt, et exempli loco ponuntur a *Diomed. 2. p. 430. Putsch.* Adde *Serv.* ad *1. Aen. 202.* Tale est et illud *Ter. Andr. 1. 2. 4.* et heri *semper-lenitas*, Verebar, quorsum evaderet. Alii tamen volunt τὸ *semper* referri ad *verebar*. Adde et *Lactant.* ad *Stat. 5. Theb. 389.* et *Priscian. de Accent. p. 1288. Putsch.*

HYPNĂLĔ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ὑπναλή, qua species quaedam aspidis significatur, quae morsu somnum et mortem inducit: ab ὕπνος; somnus. *Solin. 27. a med.*

HYPNŌTĬCĒ et HYPNŌTĬCON. } v. voc. seq. §. 2. et 3.

HYPNŌTĬCOS, *Graeca positione*, e, on, et *Latina*,

HYPNŌTĬCUS, a, um. Adiect. Graecum ὑπνωτικός; somnum suadens, inducens; *soporifero:* ab ὕπνος; somnus. *Theod. Priscian. 2. 51.* Derivatio etiam hypnotica convenit. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HYPNOTICE, es, f. Est quaedam herbae soporiferae species, de qua *Apul. Herb. 75.* Strychni species sunt quatuor . . . tertia est quae vocatur hypnotice, sive, ut alii, strychnon manicon, etc. — **3)** Item

HYPNOTICON, i, n. Est nomen sive potius epitheton hyoscyami apud Graecos, teste eodem *Apul. ibid. 4.* Graecis hyoscyamos dicitur . . . alii hypnoticon, alii emmanes . . . appellant.

HYPŌAKŌLĬUS, a, um. Adiect. Graecum, quod tamen in Lexicis Graecis non reperitur, quo significatur unus e quindecim tonis musicis apud *Cassiod. de Music.* Hypoaeolius est hypophrygium hemitonio . . . praecedens.

HYPŌBĂSIS, is, f. Vox Graeca, ὑπόβασις, qua significatur illud fulcimentum, quod sub basi ponitur: basis enim est sedes statuae plerumque eidem iuncta, et eiusdem cum statua materiae; *piedestallo, basamento:* hypobasis vero ipsius baseos est sedes, et quidem marmorea. *Inscr.* apud *Grut. 48. 1.* Sanctissimo Herculi invicto crateram argyrocorinthiam, cum basi sua, et hypobasi marmorea, sua pecunia donum dederunt. Adde *aliam p. 10. 2.*

HYPŌBŌLĬCUS et HYPŌBŌLUS, a, um. } v. HYPERBOLICUS *in fin.*

HYPŌBŌLĬMAEUS, i, m. Vox Graeca proprie adiectiva, ὑποβολιμαῖος; qui in alterius locum succedit, supposititius, subditicius: ab ὑποβάλλω; suppono, subiicio: cui opponitur γνήσιος; legitimus. *Hypobolymaeus Aeschinus* apud *Gell. 15. 14.* et *Hypobolimaeus Cherestratus* apud *Fest.* in *Noxia p. 174. Müll.*, tituli sunt comoediarum *Caecilii:* item *Menandri* apud *Quintil. 1. 10. 18.* v. BASTRABICUS.

HYPŌBRŸCHĬUM, ii, n. Vox Graeca, ὑποβρύχιον, qua significatur vorago in aqua devorans et exsorbens homines et navigia: a βρύχω; devoro. *Tertull. Idolol. 24.* Inextricabile impactis naufragium est; irrespicabile devoratis hypobrychium in idololatria.

HYPŌCAUSIS, is, f. Vox Graeca, ὑπόκαυσις, idem ac hypocaustum. *Vitruv. 5. 10.* Testudines alveolorum ex communi hypocausi calefacientur. *Cf.* voc. seq.

HYPŌCAUSTON, *Graeca positione*, et *Latina*

HYPŌCAUSTUM, i, n. Vox Graeca, ὑπόκαυστον, qua significatur vaporarium, locus in thermis concameratus et fornicatus, qui igne calefit: quasi subaccensum; *stufa, fornello:* ab ὑπό; sub, et καίω sive καύω; accendo. Inventum fuit praecipue ad sudandum. *Vitruv. 5. 10. de balneis.* Est animadvertendum, uti caldaria muliebria, viriliaque coniuncta, et in iisdem regionibus sint collocata. Sic enim efficietur, ut in vasaria ex hypocausto communis sit usus eorum utrisque. Abena super hypocaustum tris sunt componenda, etc. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 1.* vaporarium appellare videtur. *Plin. 2. ep. 17. a med.* Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum, quod angusta fenestra suppositum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet. *Stat. 1. Silv. 5. 59.* tenuem volvunt hypocausta vaporem. — **2)** *Unctuarium hypocauston* apud *Plin. 2. ep. 17. ante med.* est cubiculum in balneis, ubi lavaturi ungebantur. — **3)** Adiective *diaetae hypocaustae* apud *Ulp. Dig. 32. 9. 35. §. 5.*, quid sint, v. in DIAETA §. 3.

HYPŌCAUSTUS, a, um. Adiect. v. voc. praeced. §. 3.

HYPŌCHOERIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ὑποχοιρίς, ίδος, qua significatur species quaedam oleris apud *Plin. 21. 52. 2.*

HYPŌCHONDRĬĂ, ōrum, n. Vox Graeca, ὑποχόνδρια, proprie adiectiva, qua absolute adhibita significatur apud Medicos tota illa corporis humani regio, quae a mucronata cartilagine utrinque ad ilia usque protenditur. *Theod. Priscian. de Diaet. 10.*

HYPŌCHŸMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ὑπόχυμα, qua significatur idem quod hypochysis, suffusio. *Marcell. Empir. 8. ante med.* Cf. voc. seq.

HYPŌCHŸSIS, is, f. Vox Graeca, ὑπόχυσις, Latine *suffusio:* ab ὑπό; sub, et χέω; fundo; *suffusione:* est morbus oculorum, quo visus amittitur. *Plin. 25. 91. 2.* Ad hypochysin et caliginem cyclaminon in pastillos diluunt. Cf. voc. praeced.

HYPŌCISTHIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ὑποκισθίς, qua significatur herba quaedam sub cistho nascens (unde et nomen) duorum generum, candida, et rufa, malo granato immaturo similis. *Plin. 24. 51. 1.* et *26. 48. 1.* item *28. 62. 1.*, ubi quarto casu *hypocisthida* habet, et *ibid. 48. 4.*, ubi *hypocisthidem*.

HYPŌCŌRĬĂSIS, is, f. Vox Graeca, ὑποκορίασις, qua significatur morbus iumentorum sub κόρη; h. e. pupilla oculi. *Vegel. 2. Veterin. 16.*

HYPŌCŌRISMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ὑποκόρισμα, qua significatur apud Grammaticos forma illa, quam habent nomina, quae diminutiva appellantur. *Charis. 1. p. 24. Putsch.* Monoptota hypocorismata non recipiunt.

HYPŌCRISIS, is, et, *Graeca positione*, Yseos, f. Vox Graeca, ὑπόκρισις, qua significatur simulatio, imitatio, pronunciatio, qua aliquam rem aut personam voce, gestu repraesentamus: ab ὑποκρίνομαι; simulo, fingo. *Donat. in Vita Virg. n. 11. Seneca* tradidit, Iulium Montanum poëtam solitum dicere, involaturum se quaedam Virgilio, si vocem posset, et os, et hypocrisin. *Ascon.* quoque habet, sed Graece, ad *5. Verr. 55.* et *62.* — **2)** Apud Rhetores est figura sententiarum, eadem, quae Latine *pronuntiatio*, cum adversarium gestu et pronuntiatione extollimus vel abiicimus et spernimus, ut in illo *(Virg. 3. Ecl. 25.)*: *Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera iuncta fuit?* Auditur enim: Tu nullus alioqui, illum autem magnum in canendo. Haec *Iul. Rufinian. de Schem. Dian. 8.*, ubi Graecis litteris scribitur ab aliquibus, ab aliis autem Latinis. — **3)** Apud Scriptores Ecclesiasticos

Hypocrisis est simulatio virtutis ac pietatis; *ipocrisia. Vulg. Interpr. Matth. 23. 28.* Intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate. *Id. Luc. 12. 1.* Attendite a fermento Pharisaeorum, quod est hypocrisis. *Chrysolog. Serm. 7.* Hypocrisis subtile malum, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, linea sanctitatis. Adde *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 3. 1.* Cf. voc. seq. §. 2.

HYPŌCRĬTĂ, ae, *Latina positione*, et *Graeca*

HYPŌCHĪTES, ae, m. Vox Graeca, ὑποκριτής, qua significatur histrio, qui alienam personam voce, gestu simulat, et repraesentat: ab ὑποκρίνομαι; fingo. Dicitur proprie de histrione secundarum partium, qui primi actionem observat et imitatur. *Suet. Ner. 24.* In quodam tragico actu, cum elapsum baculum cito resumpsisset, pavidus et metuens, ne ob delictum certamine submoveretur, non aliter confirmatus est, quam adiurante hypocrita, non animadversum, etc. *Quintil. 2. 17. ante med.* Demadem remigem, et Aeschinem hypocritem oratores fuisse. — *Isid. 10. Orig. 119.* Nomen autem hypocritae (v. §. seq.) tractum est ab specie eorum, qui in spectaculis contecta facie incedunt, distinguentes vultum caeruleo minioque colore et ceteris pigmentis, habentes simulacra oris lintea, gipsata et vario colore distincta, nonnunquam et colla et manus creta perungentes, ut ad personae colorem pervenirent et populum, dum in ludis agerent, fallerent, modo in specie viri, modo in feminae, modo tonsi, modo criniti et anili et virginali ceteroque diverso vultu. — **2)** Hinc translate apud Scriptores Ecclesiasticos est simulator ac praesertim virtutis et pietatis; *ipocrita:* qui dum intus malus sit, bonum se palam ostendit, ut ait *Isid. 10. Orig. 118. Vulg. Interpr. Iob., 8. 13.* Spes hypocritae peribit. *Id. Matth. 6. 2.* Noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis. Adde *23. 14.* et *seqq.* et *Luc. 6. 42.*

HYPŌDĬĂCŌNUS, i, m. Vox Graeca ὑποδιάκονος, qua significatur qui sub diacono minister est; *suddiacono. Hieronym. ep. 51. n. 2.* Miserunt ad nos diaconos et hypodiaconos. *Imp. Constantin. Cod. Theod. 16. 2. 7.* Lectores divinorum apicum, et hypodiaconi, ceterique clerici. Adde *Cyprian. ep. 5.*

Digitized by Google

HĬPŏDĬDASCĂLUS, i, m. Vox Graeca, *ὑποδιδάσκαλος*, qua significatur qui in ludo litterario secundas agit, et magistri vicem praestat, secundariam operam praebendo; *sottomaestro, ripetitore:* ab *ὑπὸ*; sub, et *διδάσκαλος*; magister. — Translate et ironice. *Cic. 9. Fam. 18. in fin.* Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidascalo; *h. e.* proxima sellae meae, qui utpote magister in sella sedeo curuli. *Id.* autem addit: Eam pulvinus sequetur. *Scil.* quia honoratioribus viris pulvinus etiam subiiciebatur.

HĬPŏDĬĒGĒSIS, is, f. Vox Graeca, *ὑποδιήγησις*, qua significatur ea narrationis species, qua quaestionem narrativo modo approbamus, ut definit *Fortunatian. Art. Rhet. 2. 19. Capell. 5. §. 552.* Graecis litteris habet. Cf. *Anonym. de Rhetor. p. 196. ed. Fischer* et *Rufum* in *Walsii Rhett. Vol. 3. p. 454.*

* HYPODIUM. V. HYPOPODIUM.

HĬPŏDŌRĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑποδώριος*, quo significatur unus e quindecim tonis musicis, qui gravior est dorio apud *Cassiod. de Music.* Hypodorius tonus est omnium gravissime sonans, propter quod et inferior nuncupatur. Cf. HYPERMIXOLYDIUS. — *Serg. Explanat. in Donat. 1. p. 532. Keil. de accentibus.* Infimus hypodorius, quo nullus est gravior, etc.

HĬPŏDRŌMUS, i, m. Vox Graeca, *ὑπόδρομος*, quo significatur locus tectus deambulationi aptus; *luogo coperto da passeggio. Plin. 5. ep. 6. ante med.* Hac latus xysti, et quod prosilit villae, hac adiacentis hypodromi nemus comasque prospectat. *Sidon. 2. ep. 2. ante med.* A parte vestibuli longitudo tecta interius patet: quae quia nihil ipsa prospectat, etsi non hypodromus, saltem cryptoporticus meo mihi iure vocitabitur. *Al. utroque loco* hippodromus *leg.:* quae mutatio perfacilis est: videtur tamen hisce locis *hippodromus* non apte convenire, in quibus de villae membris sermo est. Nihilominus contrariam sententiam amplexus est *Gierigius*, qui ad *Plin. loc. cit.* multis probat legendum *hippodromi*.

HĬPŏDŸMĂ, ătis, n. Vox Graeca, *ὑπόδυμα*, quae exponitur a *Coel. Aurel. 1. Chron. 4. n. 75.* Laxato etiam hypodymate, sive membrana, quae latera ex interioribus contegit, sine ullo periculo poterit collectus spiritus exhalari; *h. e.* pleura et mediastino.

HĬPŎGAEUM et Hypogēum, i, n. Vox Graeca, *ὑπόγαιον* et *ὑπόγειον* (quare duplici ratione recte scribitur), proprie adiectiva, qua absolute adhibita significatur locus subterraneus; *luogo sotterraneo:* ab *ὑπὸ*; sub, et *γαῖα*; terra. *Vitruv. 6. 11.* Aedificia, quae plano pede instituuntur, . . . Sin autem hypogea, concamerationesque instituentur, fundationes fieri debent crassiores. *Ambros. ep. 30. n. 1.* Luxuriosorum est hypogaea quaerere, captantium frigus aestivum, eo quod resoluti deliciis aestus aliter ferre, etc. Adde *ibid. 4. 10.* V. loc. in AUGUSTIUM §. 1. — Adiectivorum more. *Coel. Aurel. 2. Acut. 57. n. 191.* Loca hypogaea vel speluncosa. — **2)** De sepulcro. *Petron. Satyr. 11.* In conditorium prosequuta est defunctum, positumque in hypogeo corpus custodire ac fiere coepit. — *Hypogaeum* est in *Inscr.* apud *Don. cl. 8. n. 14.* et *Grut. 1114. 3.* — Omissa aspiratione *ypogaeum* in *alia* in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1837. p. 305.* et *ypogeum* in *alia* allata sub v. VIDENS §. 3.

HYPOGAEUS et Hypogeus, a, um. Adiect. V. voc. praeced. §. 1. *fin.*

HĬPŎGĒSON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, proprie adiectiva, *ὑπόγειον*, qua absolute adhibita significatur species quaedam aizoi maioris, quoniam in subgrundiis fere nascitur: ab *ὑπὸ* sub, et *γεῖσον* subgrundium. *Plin. 25. 102. 1.*

HĬPŎGĒUM. V. HYPOGAEUM.

HĬPŎGLOSSA, ae, f. V. HIPPOGLOSSA.

HĬPŎGLOTTĬON. V. HIPPOGLOTTION.

HĬPŎGRĂPHUM, i, m. Vox Graeca, proprie adiectiva, *ὑπόγραφον*, qua absolute adhibita significatur exemplum, sive res ab alio dictata et descripta; *copia:* ab *ὑπογράφω*; describo. *Augustus* apud *Donat. Vit. Virg. n. 12.* Vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret. *Burmannus* suspicatur legend. *primam carminis hypographen*, et *Gesnerus* ad *Claudian. p. 630. hypographa* primum in chartas, vel ceras coniecta esse adnotabat, nondum emendate et accurate perscripta. Quod probandum videtur; nam *apographum* Latini dicunt, quod nunc Itali *copia*.

HĬPŎĬASTĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑποϊάστιος*, quo significatur unus e quindecim tonis musicis apud *Cassiod. de Music.* Hypoiastius autem *(est)* hypodorium hemitonio praecedens.

HĬPŎLIPTĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπολειπτικός*; relictus. *Chalcid. Comment. in Tim. Plat. p. 26.* Superest, ut tractatui, qui est habitus de stellis errantibus, illud addatur, quasdam earum sequaces esse, quas appellant hypolipticas Mathematici, ut sol et luna sunt; h. e. *satelliti*. *Alii leg.* Graecis litteris.

HĬPŎLŸDĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑπολύδιος*, quo significatur unus e quindecim tonis musicis apud *Cassiod. de Music.* Hypolydius est hypoaeolium hemitonio . . . praecedens. Adde *Boëth. 4. Music. 14.* V. loc. in HYPERMIXOLYDIUS.

HĬPŎLŸSOS, *Graeca positione*, i, f. Vox Graeca, *ὑπόλυσις*, quae tamen in Lexicis Graecis non reperitur, et qua significatur herba eadem ac Artemisia, ideo sic appellata, quia oculorum, pedum, et intestinorum dolores sedat: ab *ὑπόλυσις*; resolutio. *Apul. Herb. 10.*

HĬPŎMĒLIS, ĭdis, f. Vox Graeca, *ὑπομηλίς*, qua significatur pomum sorbo simile, mediocri arbore nascens, et flore candidulo, dulcedine cum acuto sapore commixta. Ipsa arbor inseri non potest: exigua durat aetate. Haec et alia *Pallad. 13. 4.* — Huiusmodi pomum *lazzerole* Itali dicunt. V. TURBEN.

HĬPŎMNĒMĂ, ătis, n. Vox Graeca, *ὑπόμνημα*, qua significatur commentarius, in quo res perscribuntur memoriae causa, ut fusius postea describantur ac plenius; *libro di memoria, trattato:* ab *ὑπομιμνήσκω*; reminisci facio. Item quilibet commentarius aut liber. Graece *Cic. 2. Att. 1.* Nostrum illud *ὑπόμνημα* cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram. Latine *Cic. fil. ad Tiron. 16. Fam. 21. extr.* Peto a te, ut mihi librarius mittatur: multum mihi enim eripitur operae in exscribendis hypomnematis. — De hoc dativo et ablativo plurali V. EMBLEMA in *Nota*. Cf. voce. seqq.

HĬPŎMNĒMĂTŌGRĂPHUS, i, m. Vox Graeca, *ὑπομνηματογράφος*, qua significatur is, qui hypomnemata scribit, commentariensis. *Impp. Theodos. et Valentinian. Cod. 10. 31. 39.* et *Cod. Theod. 12. 1. 192.* Si quos spontaneos hypomnematographi munificos suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, etc. Cf. voc. praeced.

HĬPŎMNESTĬCUM, i, n. Vox Graeca, *ὑπομνηστικός*, proprie adiectiva, qua absolute adhibita significatur Commonitorium, ab *ὑπομιμνήσκω*; in memoriam revoco. *Rustic. disput. contra Acephal. p. 1176. Migne.* Habemus epistolaria hypomnestica illius sanctissimi Patris, etc. Et max. Ecclesia Dei familiaribus non intendit, neque hypomnesticis. — Utroque loco *hypomnistica* scribitur ex vulgari vitiosa pronuntiatione.

HYPOMNISTICUM. V. voc. praeced.

HĬPŎMŎCHLĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, *ὑπομόχλιον*, qua significatur id, quod vecti subiicitur ad levanda onera; *sollaica, sollaica:* ab *ὑπὸ*; sub, et *μοχλός*; vectis. Adhibetur a *Vitruv. 10. 3.* semel Graecis, itemque semel Latinis litteris. V. PRESSIO.

HĬPŎMŎNĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, *ὑπομονή*; sustentatio. Apud Rhetores appellatur hoc nomine figura quaedam, quae Latine *Sustentatio* vel *Inopinatum* dicitur. *Iul. Rufinian. de fig. sentent. 34.*, ubi quidam Graecis litteris scribunt. V. PARADOXUS.

HĬPŎPHŎRĂ, ae, f. Vox Graeca *ὑποφορά*; obiectio. — Est figura rhetorica. *Capell. 5. p. 186.* Hypophora autem est intentio adversae partis: anthypophora est responsio eius. Adde *Fortunatian. Art. Rhetor. 2. 27.* V. ANTHYPOPHORA.

HĬPŎPHRŸGĬUS, a, um. Adiect. Graecum, *ὑποφρύγιον*, quo significatur unus e quindecim tonis musicis apud *Cassiod. de Music.* Hypophrygius est hypoiastium hemitonio praecedens. Adde *Boëth. 4. Music. 14.* V. loc. in HYPERMIXOLYDIUS.

HĬPŎPĬUM, ii, n. Vox Graeca, *ὑπώπιον*, qua significatur sugillatio sub oculo, sive morbus oculorum, cum nempe ex contusione sanguis ultimam cutem sic subierit, ut appareat *ὑπὸ ὤπτ*, sub oculo; *lividure sotto l'occhio. Theod. Priscian. 1. 10.* Si quidam tumor circa interiorem oculorum angulum apparuerit, quem hypopium dicimus, hoc modo reprimendus erit.

HĬPŎPŎDĬUM, ii, n. Vox Graeca, *ὑποπόδιον*, qua significatur id, quod sub pedibus ponitur, suppedaneum. *Paul. Sentent. recept. 3. 6. 65.* Instrumento balneatorio legato, balneator ipse, et scamna, et hypodia *(lege* hypopodia), fistulae, miliaria, epistomia, rotae aquariae legato cedunt.

* HYPOPOMACE, es, f. Legitur haec vox apud *Gargil. Cur. boum post med.* Ut bene valeant: ypopomaces *(sic)* unc. I. conteris, ex vino dabis potionem. *Quid sit, non assequor; alii leg.* apopanacis; *sed neque haec vox sana videtur.*

HĬPOPSALMĂ, ătis, n. Vox Graeca, *ὑπόψαλμα*; *h. e.* antiphona. *Augustin. 1. Retractat. 20.* Hypopsalma etiam quod responderetur, et prooemium causae, quod nihilominus cantaretur, non sunt in ordine litterarum.

HĬPOSTĂSIS, is, f. Vox Graeca, *ὑπόστασις*, qua significatur subsistens persona; *ipostasi:* ab *ὑπὸ*; sub, et *ἵστημι*; sto. *Imp. Iustinian. Cod. 1. 1. 6.* Unam essentiam divinam in tribus hypostasibus, sive subsistentibus personis, etc. Adde *Hieronym. ep. 15. ad Damas.*, ubi de hac voce multa.

HĬPŎTAURĬUM, ii, n. Vox Graeca, *ὑποταύριον*, qua significatur locus subiectus peni et testiculis inter anum et scrotum. *Veget. 1. Veterin. 46.* A cervice vesicae sub ipso ano ad hypotaurium versus palpabis digitis, et calculum ibi invenies. *Alii perperam leg.* hippocentaurum.

HĬPŎTĒNŪSĂ *(perperam* Hypothenusa), ae, f. Vox Graeca, proprie adiectiva, *ὑποτείνουσα (subaudi γραμμή*; linea), qua absolute adhibita apud Mathematicos significatur linea, quae angulo recto subtenditur; *ipotenusa:* ab *ὑποτείνω*; subtendo. *Hygin. de limitib. p. 176. Goës.*

Eliciamus hypotenusas ex C in A, et ex D in A. Adde *Cai. et Theodos. de limitib. p. 233. ibid.* Cf. voc. seq.

HYPOTĒNŪSĀLIS, le. Adiect. ab *hypotenusa;* ad hypotenusam pertinens. *Boëth. 2. Geometr. p. 1217.* Cathetus autem et basis tali sunt indagandi ratione. Ducatur hypotenusalis summa viginti quinque in se et in sex centum et viginti quinque redundat. Cf. voc. praeced. — **2)** A similitudine *limites hypotenusales* dicti, *Frontin. 1. Colon. p. 27. Goës.*, qui hypotenusam lineam repraesentant.

HYPŎTHĒCA, ae, f. Vox Graeca, ὑποθήκη, qua significatur res, quae pignori datur: *ipoteca, pegno:* ab ὑποτίθημι; suppono, quia supponitur pro pecunia, aliave re, quae debetur. *Cic. 13. Fam. 56.* Philotes Alabandensis ὑποθήκας Cluvio dedit. Hae commissae sunt. Cures velim, ut aut de hypothecis decedat, easque procuratoribus Cluvii tradat; aut pecuniam solvat. *Martian. Dig. 20. 1. 16.* Fundum hypothecae dare. *Id. ibid. 5.* Hypothecam dare pro re aliqua. *Catus, ibid. 4. 11. s med.* Haec res est hypothecae. *Martian. ibid. 12.* Res est in hypotheca. *Id. ibid. in fin.* Hypothecam alicui obligare. Et *ibid. 6. 5.* Hypothecam liberare. — **2)** Inter hanc, et pignus tantum nominis sonus differt, ut ait *Martian. Dig. 20. tit. 1.* qui est *De pignoribus et hypothecis, leg. 5.* cum illa Graeca vox sit, hoc Latinum. Interdum tamen in usu loquendi ita distinguuntur, ut *pignus* de iis rebus dicatur, quae simul etiam creditori traduntur, maxime si mobiles sint: *hypotheca* de iis, quae sine traditione, sola conventione obligantur, uti docent *Ulp. Dig. 13. 7. 9.* et *Iustinian. 4. Institut. tit. 6. §. 7.* Hinc *Papinian. Dig. 20. 1. 2.* Pignora, vel hypothecas suscipere. *Id. ibid. 4. 1.* Pignus sive hypothecam accipere. — **3)** Apud *Martian. ibid. 6. 5.* pignori hypothecam accipere, est rem pignori accipere.

HYPŎTHECĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *hypotheca;* ad hypothecam pertinens; *ipotecario:* ut *hypothecaria actio*, quae datur creditori hypothecae persequendae causa. *Caius, Dig. 20. 4. 1. extr.* Videndum an competat ei hypothecaria actio. *Ulp. ibid. 42. 7. 1.* Hypothecarius creditor: *h. e.* qui sub hypotheca rem, vel pecuniam alteri credidit.

HYPŎTHĒNŪSA. V. HYPOTENUSA.

HYPŎTHESIS, is et, *Graeca positione*, eos, f. Vox Graeca, ὑπόθεσις, qua apud Rhetores significatur quaestio definita et certa, quae versatur circa particulares actiones, aut personas; *questione particolare:* quod si infinita sit, *thesis* dicitur: v. gr. si quaeratur, Num omnino uxor ducenda sit, thesis dicitur; sin hoc in controversiam veniat, An Catoni Marcia ducenda sit, hypothesis vocatur. *Cic. Top. 21.* Quaestionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum: definitum est, quod ὑπόθεσιν Graeci, nos causam; infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare. Adde *Quintil. 3. 5 7.* et *Capell. 5. p. 140.*, sed et ipsos Graece usurpantes. *Augustin. Rhetor. 5.* Porro hypotheseos significatio declaratur ex ipso composito nomine, esse aliquid, quod est ὑπὸ τὴν θέσιν; id est sub illo genere quasi species.

HYPŎTHĔTĬCUS, a, um. Adiect. ab *hypothesis;* ad hypothesin pertinens, conditionalis; *ipotetico. Eulog.* in *Somn. Scip. p. 406. Orell.* Conclusio hypothetica. *Victorin. de laude Sanctor. 11.* Non me hypothetici et categorici syllogismorum modi intricant. — **2)** Absolute, substantivorum more,

HYPOTHETICI, ōrum, m. Dicuntur Mathematici, qui saepissime in propositionibus suis demonstrandis hypothesi utuntur. *Apul. 3. Dogm. Plat. ad fin.* Ut etiam, hypotheticorum more, per litteras ordine propositionum et partium commutato, sed, vi manente, sit primus indemonstrabilis: *A de omni B, et B de omni C, igitur A de omni C.*

HYPŎTHYRUM, i, n. Vox Graeca, ὑπόθυρον, qua ipsum ostii vacuum significatur; *lo spazio, o lume della porta:* ab ὑπό; sub, et θύρα; ianua. *Vitruv. 4. 6.* Lumen autem hypothyri constituatur sic, etc. *Schneiderus* ex Codd. edidit *hypothri* pro *hypothyri*, quod primus ex conjectura induxerat *Iocundus;* nam ὑπόθυρον non ostii lumen, sed eius-dem limen inferius significat, ut ὑπέρθυρον est limen superius: lumen vero ostii *hypothrum* recte dixeris, cum vacuum, nec tectum sit.

HYPŎTRĀCHĒLĬUM, ii, n. Vox Graeca, ὑποτραχήλιον, qua significatur pars colli ad dorsum, infra cervicem: ab ὑπό; sub, et τράχηλος; collum. — Translate dicitur ea columnae pars, quae sub astragalo leniter contrahitur; *collarino:* et sic usurpatur a *Vitruvio, 3. 2.* et *3.*, et *4. 3.* et *7.*

HYPŎTRIMMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ὑπότριμμα, qua significatur genus condimenti ex pipere, dactylis, melle, uva passa, casco, aceto, et aliis, quae *Apic.* recenset *1. 33.*, in cuius lemmate haec vox legitur. Est a τρίβω: tero: et Latine *intritum* dici potest.

HYPŎTYPŌSIS, is, f. Vox Graeca, ὑποτύπωσις, qua significatur figura quaedam oratoria; id est rei alicuius narratio ad vivum expressa. *Cic. 3. Orat. 53.* vocat subiectionem sub aspectum: *Quintil. 9. 2. ante med.* formam rerum verbis expressam: *Celsus* apud *Quintil. ibid.* evidentiam.

HYPOZEUGMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ὑπόζευγμα (quae tamen in Lexicis Graecis non reperitur), qua figura quaedam rhetorica significatur, cum uno verbo sensus complures cluduntur, ut ait *Diomed. 2. p. 439. Putsch.*, ab ὑποζεύγνυμι; subiungo. Cf. ZEUGMA.

HYPOZEUXIS, is, f. Vox Graeca, ὑπόζευξις, qua significatur figura quaedam locutionis, cum diversae clausulae singulis verbis redduntur, ut *Virg. 10. Aen. 149.* Regem adit, et regi memorat nomenque genusque; Quidve petat, quidve ipse ferat; Mezentius arma Quae sibi conciliet; violentaque pectora Turni Edocet: humanis quae sit fiducia rebus, Admonet, admiscetque preces. Haud fit mora: Tarchon lungit opes, foedusque ferit. *Charis. 4. p. 280. Putsch.* et *Diomed. 2. p. 439.* — Latine *subiunctio* dicitur, *Iul. Rufinian. Rhem. lex.*

HYPOZYGOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, ὑπόζυγος, qua significatur membrana illa, quae interius latera cingit, ut definit *Cael. Aurel. 2. Chron. 11. sub init.;* pleura. *Id. ibid. 12. circ. med.* Si vero, qui ex hypozygo membrana fluores venerint, difficiles curationes iudicantur: et magis, si ex diaphragmate. Adde *5. ibid. 10. n. 104.*

HYPSĒLŌGRAMMUS, a, um. Adiect. Graecum, ὑψηλόγραμμος; *h. e.* qui alte inscriptus est. *Frontin. de colon. p. 112. Goës.* Si scriptus hypselogrammus fuerit terminus.

HYPSŌMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ὕψωμα; exaltatio, altitudo: ab ὕψος; altitudo. *Tertull. ad Scapul. 5.* Sol positus in suo hypsomate et domicilio.

HYPTĬOS, *Graeca positione*, a, um. Adiect. Graecum, ὑπτιος; supinus, in dorsum versus. *Apul. Herb. 5.* Graeci hieram botanen *(subaudi* vocant), iidem peristereona hyption, iidem diosclacaten, etc.

HYS, *Graeca positione*, hyos, m. Vox Graeca ὗς, ὑός, unde Latine *sus.* V. sus. Adhibet Latinis litteris *Cael. Aurelian. 3. Heut. 1. n. 5.* Suum colla his saepissime inflationibus afficiuntur, quos Graece hyas appellant; *h. e.* sues. *Hyas* accusat. est Graecae positionis.

HYSGĪNUS, a, um. Adiect., quod frequentius, absolute,

HYSGĪNUM, i, n. Nomen est coloris, ductum ab ὑσγῖνη, quae *Suidae* herba est tingendis lanis apta. Quinam vero proprie color sit, non satis constat. Quidam eum putant, qui nunc Italice *guado:* alii hyacinthinum, qui non multum distat: alii flavum: alii (quod verius esse videtur) e coccino purpureoque mixtum. *Pasq. Amati de restitut. purpur. p. 58. ad fin.* huius coloris conficiendi rationem docet. *Mich.* vero *Rosa, Delle porp. p. 15. ad fin.* statuit, colorem hysginum esse, quem Itali *ponsò* vocant. *Plin. 9. 65. 3.* Cocco tinctum Tyrio tingere, ut fieret hysginum. *Id. 21. 27. 1.* Hyacinthus in Gallia maxime provenit. Hoc ibi fuco hysginum tingunt. Adde *33. 26. 2.* et *Vitruv. 7. 14.* Cf. etiam *Molin, Flor. poetiq. p. 67.*

HYSŌPUM. V. HYSSOPUM §. b.

HYSSŌPĪTES, ae, m. Vox Graeca, proprie adiectiva, ὑσσωπίτης οἶνος; vinum hyssopo conditum. *Colum. 12. 35.* Vinum absinthiten, et hyssopiten, et abrotoniten sic condire oportet. *Plin. 14. 19. 7.* Vinum hyssopites fit e Cilicio hyssopo, unciis tribus in duos congios musti conlectis, aut tusis in unum. Adde *20. 26. 4.* V. ABROTONITES.

HYSSOPUM, i, n. et Hyssopus, i, f. Vox Graeca, ὕσσωπον et ὑσσωπος, ἡ (unde et Latine utroque genere reperitur adhibita), origine tamen orientali; Hebraice enim est אֵזוֹב *(Ezòb)*, qua genus fruticis significatur lignosi et arborescentis, in Orientis praesertim calidioribus terris. — **b)** Unica *s* scripsit, et paenultimam corripuit neutra in re imitandus *Aemil. Macer cap. de hyssopo.* Est hysopum siccum, calidum quoque: tertius illi Est in utroque gradus. — **c)** Derivatum, *hyssopites.*

HYSSOPUM et Hyssopus, Italice quoque *isopo* vel *isapo*, herba est, quae cum nostro hyssopo nomen tantum habere commune creditur, baccas producens, corymborum specie: optima proveniens in Tauro Ciliciae, in Pamphylia et Smyrnaeo agro. *Plin. 25. 87. 1.* et *26. 70. 1.* et *ibid. 76. 2. Dioscorid. l. 3. c. 30.* nulli non cognitam herbam esse ait, et duo eius genera facit, montanum et hortense: neutrum tamen describit. *Cels. 2. 21.* inter ea, quae mali succi sunt, epumerat. — Gen. femin. *Cels. 4. 8.* Mulsa aqua, cum qua vel hyssopus cocta sit. *Colum. 7. 5. ad fin.* Remedio sunt hyssopus, et sal aequis ponderibus contrita. — *Vulg. Interpr. 3. Reg. 4. 33.* disputavit *(Salomon)* super lignis, a cedro . . . usque ad hyssopum, quae egreditur de pariete. — **2)** Varios eius usus fuisse apud Hebraeos, discimus ex Sacris Bibliis. Eam siquidem adhibebant in lustrationibus sacris. *Vulg. Interpr. Levit. 14. 6.* et *Num. 19. 6.*, coll. *Exod. 12. 22.*, ubi usurpata est ad avertendum exterminatorem genium in Aegypto. — **3)** Hyssopi fasciculum aspergilli loco in sacris Leviticis fuisse, apparet ex *Eod. Hebr. 9. 19.* Accipiens sanguinem vitulorum et hircorum cum aqua et lana coccinea et hyssopo: ipsum quoque librum et omnem populum aspersit. — Hinc in *Ps. 50. 9.* Asperges me hyssopo et mundabor; *h. e.* asperge me, Deus (futurum pro imperativo), etc. — **4)** In illo *Ioh. 19. 29.* Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius; *hyssopus* adhibetur pro calamo sive arundine hyssopi.

HYSTĔRĂ, ae, f. Vox Graeca, ὑστέρα, qua apud Medicos et Physicos

significatur vulva, uterus, loci muliebres. — Tanquam nomen personae adhibet *Interpr. Irenaei, l. Haeres. 31.* 2. Collegi eorum *(Catanorum)* conscriptiones, in quibus dissolvere opera Hysterae adhortantur; Hysteram autem fabricatorem caeli et terrae vocant. Cf. *Interpr.* ad *h. l.* et V. voc. seq.

HYSTĔRĬCUS (et Stericus), a, um. Adiect. ab *hystera;* ad hysteram pertinens. Hinc *hystericae mulieres* dictae, quae obnoxiae sunt uteri suffocationi. *Martial. 11. 71.* Hystericam vetulo se dixerat esse marito Leda. *Id. ibid. 7.* Dicet et hystericam se forsitan. *Utroque loco al. leg.* ictericam, *sed minus recte.* — *Aemil. Mac. 1. 15.* Duritias solvit stericas; *h. e.* histericas. V. SUFFOCATIO.

HYSTĔRŎLŎGĬA, ae, f. Vox Graeca, *ὑστερολογία;* *h. e.* locutio praeposterа. Apud Rhetores ita appellatur figura, cum sententia ordine commutatur; scil. cum id, quod priore loco dicendum erat, posteriore dicitur, ut *Virg. 3. Aen. 662.* Postquam altos tetigit fluctus, et ad aequora venit. Nam prius est *ad aequora venit. Servius* hic *hysteron proteron* dicit; *h. e.* posterius prius, *ὕστερον πρότερον:* ut et ad illud *5. G. 60.* Lucinam, iustosque pati hymenaeos: hysterologiam vero ad illud *9. Aen. 816.* ille suo cum gurgite flavo, etc. Adde *Diomed. 2. p. 457. Putsch.*, item *Cic. 1. Att. 16.*, sed Graece.

HYSTĔRON Proteron. V. in voc. praeced.

HYSTRĬCŌSUS, a, um. Adiect. ab *hystrix;* spinosus, aculeatus, hispidus. — Translate *Hieronym. 1. in Rufin. 7.* Hystricosae et lividae mentis homo; *h. e.* ad pungendum et obtrectandum paratus.

HYSTRĬCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. ab *hystrix;* pilis vestitus, ut Hystriculus puer, apud *Tertull. Pall. 4.*, ut legit *Salmasius*, ex puer pubes. *Arnob. 5. p. 174.* in speciem levigari nondum duri, atque hystriculi pusionis. Alii leg. *stricuti*, ut etiam legitur *Spanus* pro *Hispanus. Festus:* Hircipuli *(lege* Hystriculi) durorum pilorum homines. *Gloss. Philox.* Hystriculus; *ἀκανθρωπος.* — Quidam legunt etiam apud *Petron. Satyr. 7.* V. *Interpr.* ad *h. l.* et Cf. HIRTIPILUS.

HYSTRIX et Histrix, ĭcis, f. Vox Graeca, *ὕστριξ, ὕσπριξ* et *ἴστριξ* (unde utraque scribendi ratio apud Latinos probatur), qua animal significatur spinis contectum ex herinaceorum genere; *porco spinoso:* ab ὗς; sus, et ὀρίξ; pilus. *Plin. 8. 55. 1.* Hystrices generat India, et Africa spina contectas ex herinaceorum genere, sed hystrici longiores aculei, et, cum intendit cutem, missiles. Ora urgentium figit canum, et paulo longius iaculatur. Hybernis autem se mensibus condit, etc. *Calpurn. 6. Ecl. 14.* Venit et hirsuta spinosior hystrice barba. *Claudian. Edyll. 4.* agit de hystrice. — De usu eius in medicina *Plin. 29. 34. 3., 30. 9. 1.* et *ibid. 43. 1.*

I

I. Nona alphabeti Latini littera, si *h* quoque inter litteras computetur, et tertia vocalium, si ut talis habeatur; duplicem enim vim habet. Nam quando aliis vocalibus praeponitur, et cum illis in eandem syllabam cohaeret, fit consonans, tum initio, tum medio dictionis, ut *ianua, iecur, iocus, iuvenis*, et *conticio, coniuro, coniungo*. Id intellige in Latinis vocibus: nam in Graecis semper vocalis est, ut *iambus, iaspis*. In Hebraeis modo vocalis est, ut in *Iacobus*, apud *Claudian. epigr. 27.*, modo consona, ut in *Iudaeus*, apud *Horat., Ovid., Iuvenal.* — **b)** Illa autem mutatio, qua *I i* vocalis, *J j* vero consona a nonnullis scribitur, recentior est, et prorsus ignota Veteribus. Quare nos Latinorum veterum scribendi rationem sequentes cum ipso Porcellino unam tantum huiusce litterae figuram admittimus, posthabita Recentiorum quorundam distinctione, quam nonnulli etiam in Lexica Latina invexerunt. — **c)** Originem quod attinet, respondit Orientalium, imprimis Phoenicum et Hebraeorum litterae *Iod*, quae *manum* significat (V. IOD), quaeque pariter modo consona est, modo vocalis, retento etiam eodem sono *i* utroque in casu; quemadmodum et apud Latinos. — Ex *Iod* autem Hebraeorum sive Phoenicum Graeci suum *Iota* (Ἰῶτα) sumserunt, apud quos semper est vocalis, ut supra diximus (V. IOTA). — **d)** Figura et sono ceterarum vocalium gracilima est, quae, ut ait *Mar. Victorin. 1. 6. 8.* « Semicluso ore, impressisque sensim lingua dentibus, vocem dabit. » Cf. *Capell. 3. § 261.* — « Interdum vero haec littera exilis est, interdum pinguis; ut in eo quod est *prodit, vincit, condit*, exilius volo sonare: in eo vero quod significatur *prodire, vincire, condire*, aeque usque pinguescit. » Haec *Vel. Long. Orthogr. p. 2216. Putsch.*, conferendus cum *Quintil. 1. 4. 8.* et *ibid. 7. 21.* et *seqq.* — **e)** Genus quod spectat, eadem et hic dicenda sunt, quae de aliis Alphabeti litteris suo loco diximus. V. c. § f. — **f)** Specialim, qua vocalis est,

I littera eandem potestatem habet, ac Graecorum iota, quae brevis et longa esse potest, *Mar. Victorin. 1. 4. 58.* — **g)** In vocibus compositis, quoties, tanquam particula, coniunctioni unius cum alio vocabulo inservit, brevis est, ut in *aerĭfodina, aerĭpes, altĭtudo, altĭsonus, arcĭtenens*, etc. — Sed in *i* terminatis producitur, ut in *frugī*, Graecis exceptis, ut in *Palladī*, teste *Capell. 3. § 279.* et *280.* — **h)** Nexum habet arctissimum cum vocali *u*, in quam saepe vi derivationis aut declinationis aut simplicis etiam euphoniae transit, rare contrario, ut ex *facilis facultas, similis simultas, famulus familia, ibi ubi*, etc. — **i)** Hinc Veteres saepissime *u* adhibebant, quod in *i* Recentiores mutarunt, ut *optumus, maxumus, finitumus, satura, lubido, lacruma*, etc., loco *optimus, maximus, finitimus, satira, libido, lacrima*, etc. — Sic *capitalis ἀρχαϊκῶς* pro *capitalis* usurpatum reperitur. Cf. *Capell. 3. § 295.* et *Vel. Long. Orthogr. p. 2216. Putsch.*, qui alter plura habet ad rem. — **k)** Idem dicendum est de veteri genitivo in *us* loco *is* in vocibus *Cererus, Venerus, honorus, nominus*, etc. loco *Cereris, Veneris, honoris, nominis*, etc. — **l)** Item aliquando mutata reperitur in *o*, aut e contrario, sed rarius, ut *olius, ollic* pro *illi, illic*. — Sic *sispes* pro *sospes*. — Quod et in compositis observatum est aliquando; ex. gr. in *agnitus, cognitus* a *notus*, et in *illico* ex *in loco*. — **m)** Rarior vero apud Veteres est permutatio *y* cum *i*, ut in *Pinitus* pro *Pinytus*. V. *Bullett. dell' Istit. Archeol.* a. *1865. p. 106.* et *Corp. Inscr. Lat. 1. n. 741., 982., 1173.* et *1501.*, ubi alia habes exempla. — **n)** Vi autem declinationis haec notat *Capell. 3. §. 233.* « *I* vocalis in *A* convertitur, ut *signis, signa;* in *E*, ut *fortis, forte;* in *O*, ut *qui, quo.* » Cf. *Macrob. 1. Sat. 4. 20.* et *seqq.* — Vi autem compositionis *quatinus* pro *quatenus* a quibusdam factum tradit *Mar. Victorin. 1. 4. 40.;* idest *e* in *i* mutata. — Sic et *commircium* pro *commercium* et *Mircurius* pro *Mercurius*, quod Antiquis relinquendum esse, docet *Vel. Long. Orthogr. p. 2256. Putsch.* — Ceterum frequens est mutatio vocalis *a* in *i*, vi compositionis, ut in *insilio, incipio*, etc. pro *in-salio, in-capio*, etc. V. A § l. — **o)** Usus autem litterae *e* pro *i* in *Inscriptionibus Christianis* Galliae sequioris aev. ut animadvertit cl. *Le-Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. Prèf. p. 118.* vulgari, ut videtur, pronuntiationi debetur, quae recentiori dialecto Gallico paulatim locum fecit. Sic *simplecstas* pro *simplicitas* est in *Inscr. ibid. n. 462., nobelis* pro *nobilis* in *alia, n. 471.*, etc. — Contra occurrit etiam *recissit* pro *recessit* in *alia, ibid. n. 596.*, quae spectat ad a. 347. — **p)** Item usus praeponendi hanc vocalem iis vocabulis, quae a littera *s* incipiunt, quoties alia consona sequatur, antiquior videtur esse, namque in Lapidibus quoque secundi saeculi reperitur, itemque in antiquis MSS. (V. *Annali dell' Istit. Archeol.* a. *1863. p. 166.* et *170.*, ubi *iscolasticus* et *ispumosus* pro *scholasticus* et *spumosus*. Sic *istudiosus* in *alia* apud *De-Rossi, Bullett. Crist.* a. *1864. p 26.*, *ispeculator* in *alia* apud *Rénier, n. 489.*, et *isponsa, ibid. n. 1235.*, *ispiritus* in *alia* apud *Lupi, Epit. Sev. p. 107.* Adde alia exempla apud *Reines. cl. 20. n. 328.*, *Fabretti, cl. 8. n. 26.*, *Marini, Arv. p. 55.* et *in Bullett. Archeol. Napolet.* a. *1856. p. 136.* — Hunc morem sequuntur hodie quoque Itali recentiores. — **q)** In antiquis monumentis etiam *i* pro *ii* in genitivo singulari usurpatum reperitur, quoties in nominativo ante *u* habetur *i*, ut ex *Aemilius, Lucius*, etc. AEMILI, LVCI, etc., quam scribendi rationem *Vel. Long. Orthogr. p. 2221. Putsch.*, *Charis.* et *Varr.* apud *Eund. 1. p. 59.* et *60. Putsch.*, improbant; addit nihilominus *Charis. ibid.* eam *Lucilium* approbasse, *Plinium* autem, eam rectam quidem affirmasse, sed multa iam consuetudine superatam fuisse (V. integr. loc.). Quod tamen demum obtinuisse imprimis apud Poëtas, non est cur exemplis confirmemus. Hinc concludit *Capell. 3. §. 293.* « Sed consuetudo et auctoritas Veterum *ingeni, consili, imperi*, per tres syllabas maluit dicere. » Cf. et *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1865. p. 107.* Secus vero tenendum est, si post *ii* littera consona sequitur, ut *filiis, liliis*, etc. — Aliquando tamen geminatur sine necessitate ex Veterum consuetudine, ut in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. 1. n. 1492.* INGENVIIS. Alia exempla dabit *Garrucci, Segni delle Lapidi Latine.* — Huc spectat locus *Caesellii* apud *Cassiod. Orthogr. 10.*, qui genitivis quibusdam in *ii* tertiam adderet, ut a *Pompeius* (sic enim scriberet) *Pompeii, Tarpeius Tarpeii*. V. loc. — **r)** Item mos etiam fuit *I* longum pro duplici *ii* aliquando scribere, ut *deicere, proicio, inferis* in veterib. Inscriptionib., apud *Pier.* ad *Virg. 10. Aen. 67.* et *Cellar.* in *Orthograph.* Hunc autem morem iam inde a temporibus Sullanis, et etiam antea invaluisse, Recentiores testantur. V. *Annali dell' Istit. Archeol.* a. *1863. p. 312.* — Huc spectat Numus

Digitized by Google

in *Corp. Inscr. Lat. 1.* n. *556.* M. CALĪD., qui cursus videtur intra annos 630–650. Itemque *Inscr. ibid. n. 1871.* SĪBEI; ex quibus patet adhibitam fuisse ī longam etiam in vocibus, in quibus brevis est. Cf. et §. q. praeced. — **s**) Neque praetereundum est duplex *ĭ* saepissime pro *e* in toto ferme orbe Romano vulgo usurpatum fuisse, quod innumeris exemplis ostendi potest, tam in fine quam in mediis vocibus. Sic in *Inscr.* apud *Fiorelli, Scavi di Pompei, a. 1861. p. 90.* Muran si qualiriis, spargii multum iit colligii: *h. e.* Si quaeres, sperge et collige. *Alia* in *Corp. Inscr. Lat. n. 829.* Habiias; *h. e.* habeas. *Alia* apud *Grut. 903. 11.* Aurilliaii; *h. e.* Aureliae. *Alia* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1857. p. 103.* Qui istic siipultis iist niic loqui, nec siirmonarii potiist; *h. e.* Qui istic sepultus est, nec loqui, nec sermonare potest. Cf. *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1857. p. 62* et *65.* — Ex his colligimus non tantum pro *e* longa, sed etiam pro *e* brevi hanc scribendi rationem aeque adhibitam fuisse. Cf. *Eckhel, D. N. V. T. 6. p. 46.* et *Inscr.* apud *Renier, n. 4155., 4206.*, etc. — **t**) Item *i* littera diphthongos quoque, si aliis vocalibus subiungatur (ob quod *vocalis subdita* appellatur, *Nigid.* apud *Gell. 19. 14. 6.* teste), efficit, ut *ai, ei, oi, yi*, de quibus v. suo loco. — **u**) Demum ex antiquis monumentis patet aliquando hanc litteram superfluo adiectam esse, aliquando vero omissam, ut in *Circlensibus* pro *Circensibus*, quod legitur in *Corp. Inscr. Lat. n. 206. lin. 64.*, et in *Soldum* pro *Solidum, ibid. lin. 114.* et *115.* Alia exempla habes *ibid.* indicata in *Indice Grammat. p. 607.* — **x**) Deinde

I littera est etiam consona, et quidem, non solum quoties alii vocali praeponitur, initio et medio dictionis, ut supra diximus §. a., sed etiam quum inter duas vocales sita est, ut in *aiisio, maior, aio*, etc. (v. *Capell. 3. §. 236.*). *Diomed. 2. p. 416. Putsch.* et *Mar. Victorin. 1. 4. 102.* — **y**) In his aliquando sibi ipsa subiungitur, ut *aiio, Troiia, Gaiius, Aiiax*, teste *Mar. Victorin. l. c.* quod placuisse Ciceroni, refert *Quintil. 1. 4. 11.* Cf. §. q. supra *fin.* — **z**) Ex quo, quamvis cito obsolevisse videatur (Cf. *Vel. Long. Orthogr. p. 2217. Putsch.* et *Priscian. 1. p. 545. ibid.*), nihilominus patet, cur vocalis, quae praecedit *i* consonae longa sit, ut in *māius, pēius*, etc.; consideratur enim ut duplex (quasi scriptum esset *maiius, peiius*); quemadmodum *x* et *z*. — Excipiuntur vero vocabula composita, in quibus *i* vocalis ante *i* consonam brevis est in fine syllabae, ut in *biiugus, multiiugus, quadriiugus*, etc. Cf. supra §. g. — **aa**) Aliquando vi eiusdem compositionis vocalis, quae *i* consonam sequitur, in *i* vocalem mutatur, ut in *abiicio, coniicio, dsiicio*, etc. ex *ab, con, de* et *iacio*. Sed hoc in casu saepe *i* consona perit, praesertim apud Poëtas, qui etiam corripere solent vocalem praecedentem, ut in *ăbiecit, ădiecit, ŏbiecit*, etc. loco *ābiecit, ādiecit, ōbiecit*, etc. Cf. ad rem *Gell. 4. 17.* — Hinc fortasse explicatur dictum *Quintil. 1. 4. 11.* a Litera I sibi insidit; *coniecit* enim est ab illo *iacit*, a quo loco *Spalding.* rectius fortasse *coniecit* scribendum esse ex mente *Quintiliani* ipsius, monet, ut esse possit exemplum *insidentis sibi I.* — Ceterum haec scribendi ratio cum unico *i* non solum apud Poëtas, sed et apud prosae orationis Scriptores invaluisse, testantur quamplurimi Codd. MSS., quam et Recentiorum plures hodie sequuntur. — **bb**) Praeterea notamus aliquando Poëtas huiusmodi vocales in iis verbis in quibus, *i* consona abiecta, altera *i* cum alia vocali concurrit, per synaeresin in unam syllabam contrahere. Hinc ex *ēiecit* fit *ēicit*, dein *ēiect* disyllabon. — Contra iidem Poëtae aliquando *i* vocalem in *i* consonam mutant metri causa, ut in *ăbiĭtŭ* (trisyllabo) pro *ăbītŭ*. Cf. *Val. Prob. p. 1432. Putsch.* et *Mar. Victorin. p. 2474. ibid.* — **cc**) Item in compositione vocum *i* consona mutatur aliquando in *i* vocalem, ut *etĭam, quonĭam* et *tam*. — Idem etiam obtinet saepe vi declinationis, ut in *Pompeĭ, Caĭ, aĭbam*, etc. ex *Pompeius, Caius, aio*, etc. — **dd**) Denique aliquando etiam in *g* mutatur, vel contra, ut in *magis* a *maior*, ex quadam analogia huius litterae cum illa. — Quod vero valorem huius litterae attinet,

I in notis numeralibus unum significat: sed praeposita maiori numero, unum demit, ut IV. quatuor, IIC. nonaginta octo. — Si vero linea superaddatur (I), mille, ut ex *Auct. de Notis Numer.* patet. V. n. §. 1. — **3**) Apud Scriptores rei agrariae casis designandis inservit. *Innocent. Cas. litter. p. 313. Lactam.* Casa per I nomen habens fines grandes habet. Adde *ibid. p. 328.* et *333.* — **3**) Quid significet in monumentis epigraphis, tanquam littera singularis, v. in *Siglario*. — **4**) Deinde

I in verbis est imperativus singularis ab *eo, is*.

IA

IĂ, n. plur. v. ION, II.

IABEL, indecl. Nomen herbae graminis apud Afros, teste *Apul. Herb. 78.*, ubi tamen alii omittunt.

IACCĂ. v. OCCA.

IACCHUS, i, m. Vox Graeca, Ἴακχος, qua unum ex Bacchi nominibus significatur, de quo v. in ONOM., quodque etiam metonymice adhibetur pro vino, ut sub v. BACCHUS item observatum est §. 2. *Virg. 6. Ecl. 13. de Sileno*. Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho. *Colum. 10. 309.* Et titubante gradu multo madefactus Iaccho.

IĂCENS, entis. Particip. verbi *iaceo*, adiectivorum more aliquando etiam adhibitum. — In genit. plur. *iacentum* quoque pro *iacentium* habent *Sil. 11. 349.* et *Val. Flacc. 2. 216.* — Proprie est cubans, prostratus; *giacente, prosteso. Horat. 2. Od. 11. 15.* Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes sic temere, . . . Potamus? *sdraiati. Senec. Thyest. 480.* capere dapes humi iacentem; *coricato. Ovid. 6. Met. 100.* Iacens saxo. *Id. 12. Heroid. 63.* Iacens in aversa ora; *boccone. Hirt. B. Alex. 52. extr.* Iacentem plagis sauciare. *Petron. Satyr. 119.* Somno iacens. — **2**) Item aeger; *ammalato. Cic. 9. Fam. 20. in fin.* Cura, ut valeas, ne ego, te iacente, bona tua comedim. *Ovid. 5. Trist. 3. 5.* Quid mihi nunc animi dira regione iacenti, Inter Sauromatas esse Getasque putes? — **3**) Item mortuus; *morto. Val. Flacc. 2. 216.* fata iacentum. — **4**) Translate *iacens* est afflictus, oppressus, abiectus, perculsus. *Cic. 12. Phil. 2.* Si iacens vobiscum aliquid ageret, audirem fortasse: stanti resistendum est. *Id. Har. resp. 24.* Homo afflictus ac iacens. *Id. Amic. 16.* Amici iacentem animum excitare. *Ovid. 1. Pont. 5. 7.* mente iacens, et acerbo saucius ictu. *Id. 4. ibid. 5. 27.* insultare iacenti. Et *1. Trist. 8. 15.* iacentem solari. — **5**) De animalibus *iacentes pisces*, apud *Colum. 8. 17. a med.* sunt, quos ibidem prostratos, cubantesque vocat, et *Plin. 9. 56. 1.* planos: quos saxatilibus, et longis, et erectis opponunt, qui rotundiore, crassiore ac longiore sunt corpore. Sunt itaque iacentes pisces, qui corpus habent latum, planum, et gracile, ut rhombi, soleae ac passeres, ut est apud *Plin. ibid.* — **6**) Deinde, de rebus,

II. *Iacens* est situs, positus; *situato, posto. Plin. 18. 57. 6.* Ad Hesperum iacentes terrae. *Ovid. 4. Met. 771.* locus gelido sub Atlante iacens. Et *15. ibid. 850.* gentes ab utroque iacentes Oceano. *Colum. 8. 17.* Aqua iacens infra libram maris. — **2**) *Pontus iacens* apud *Val. Flacc. 4. 712.* est mare, aequor planum extensum, fluctibus minime asperum, tranquillum. Sic *stagna iacentia* apud *Sil. 5. 585.* V. IACEO §. 11. — **3**) Item humilis, depressus, imus; *basso. Cic. Orat. 67.* Depressam, caecam, iacentem domum pluris, quam te, quam fortunas tuas aestimasti. *Tacit. 1. Hist. 86.* Subita inundatione Tiberis non modo iacentia et plana urbis loca, sed secura huiusmodi casuum implevit. *Ovid. 2. Met. 178.* summo despexit ab aethere terras Infelix Phaëthon, penitus penitusque iacentes. — **9**) Item demissus, delectus; *abbassato. Id. 4. ibid. 144.* vultusque attolle iacentes. *Senec. Agam. 238.* Iacensque vultus languido obtutu stupet. *Ovid. 11. Met. 618. de Somno*, tardaque Deus gravitate iacentes Vix oculos tollens. — **10**) Item fusus, diffluens, demissus. *Senec. Hippol. 804.* Coma nulla lege iacens; *h. e.* nescia colligi, perfundens humeros, ut *ibid. 801.* loquitur. *Ovid. 3. Amor. 15. 24.* Praeverrunt latas veste iacente vias. — **11**) Item neglectus. *Id. 18. Heroid. 140.* Crinis in collo iacens. *Id. 2. Met. 201.* Lora iacentia; *h. e.* remissa, et equorum tergis sedentia. — **12**) *Iacentia verba* sunt vulgaria, omnibus nota, et usurpata. *Cic. 3. Orat. 45.* Non enim sunt alia sermonis, alia contentionis verba: neque ex alio genere ad usum quotidianum, alio ad scenam pompamque sumuntur: sed ea nos cum iacentia sustulimus e medio, sicut mollissimam ceram, ad nostrum arbitrium formamus et fingimus. — Hinc *Gell. 1. 11. ad fin.* Demissam iacentemque orationem erigere; *languida, bassa.* — **13**) Translate. *Id. ibid. 7. sub fin.* Surda et iacenti aure esse; *h. e.* non erecta, non attenta.

IĂCĔO, ces, cŭi, cĭtum, cēre. Verbum intransitiv., conferendum cum κεῖμαι Graecorum. — **b**) In antiquis MSS. et editis libris *iaceo* cum *taceo* confusum fuisse, tradunt plures apud *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 30.* — **c**) *Iacit*, pro *iacet*, v. in *Inscr.* allata sub v. GENTILIS §. 7. — **d**) Particip. *iacens*, §. 2. *11. 13.* et suo loco, *iacturus §. 6.* — **e**) Composita, *adiaceo, circumiaceo, contiaceo, interiaceo, obiaceo, praeiaceo, subiaceo, subteriaceo, superiaceo*.

IACEO proprie est cubo, procumbo, prostratus sum; *giacere, star coricato, o prosteso:* et dicitur imprimis de personis. *Val. Flacc. 5. 210.* pater aurato iacet Inachus antro. *Cic. 1. Catil. 10.* Iacere humi. *Id. 7. Verr. 45.* in limine. *Id. Quint. 31.* stratum ad pedes alicuius. Et *2. Phil. 18.* in lecto. *Ovid. 1. Heroid. 7.* lecto. *Id. 2. Fast. 836.* iacere super corpus alicuius. — **2**) Specialim de mensae accumbentibus. *Sil. 11. 349.* Quid? tanto in casu comitum luxtaque iacentum Torpebunt dextrae? — **3**) De iis, qui συνευνάζονται, quod et nos *giacere* dicimus. *Petron. Satyr. 112.* Iacuerunt ergo una, etc. — **4**) De cubantibus in lecto quietis et somni causa. *Horat. 1. Sat. 6. 122.* Ad quartam iaceo: post hanc vagor. *Petron. Satyr. 85.* Forte cum in triclinio iaceremus. — **5**) De aegris; *esser ammalato. Tibull. 1. 5. 9.* cum tristi morbo defessa iaceres. *Id. 2. 5. 109.* Saucius iaceo. *Plin. 5. ep. 9.* Iulius Valens graviter iacet. — **6**) Item de mortuis ac sepultis. *Ovid. 3. Heroid. 106.* Qui bene pro patria, cum patriaque iacent. *Id. 14. ibid. 2.* Cetera nuptarum crimine turba iacet. Et *5. Fast. 703.* Quicumque nefas susi, Morte iacent merita. *Phaedr. 1. 24.* Rupto

iacuit corpore. *Stat. 7. Theb. 777.* vetito nudus iacitare sepulcro. Adde *Apul. 4. Met. 11.* — **7)** Hinc formula *hic iacet* in titulis sepulcralibus obviis iam a saeculo quarto, *Inscr.* apud *De-Rossi, de titul. Carthag. p. 20.* Hic iacet T. Broceu *(sic)* innox, etc. Adde *alias* ibid. citatas, et *aliam* cit. supra §. c. — **8)** Translate dicitur de his, qui neglecti in republica nullo munere funguntur, aut auctoritatem amiserunt: cui contrarium est florere, vigere. *Cic. 10. Phil. 7.* In pace iacere, quam in bello vigere maluit. Quamquam ille quidem nunquam iacuit: nec hoc cadere verbum in tantam virtutis praestantiam potest. Erat enim in desiderio civitatis, in ore, in sermone omnium. *Id. 3. Offic. 20.* C. Marius cum a spe consulatus longe abesset, et iam septimum annum post praeturam iaceret. *Id. 3. Verr. 39. a med.* Iacere in oblivione. — **9)** Item de his, qui perculsi animo sunt, abiecti, de mentis statu deiecti: cui opponitur erecto animo esse. *Id. 7. Att. 21.* Caesar autem noster (o rem miseram et incredibilem!) ut totus iacet! non animus est, non consilium, non copiae, non diligentia. *Id. Pis. 36.* Quid, quod tu toties diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque iacuisti? *Id. 12. Att. 40.* Ne doleam? qui potest? Ne iaceam? quis unquam minus? h. e. dolori non succumbam. Et *10. ibid. 4. ante med.* Iacet in moerore meus frater: neque tam de sua vita, quam de mea metuit. — **10)** Deinde

II. *Iaceo* dicitur quoque de rebus, ac universim de iis quae diu alicubi sunt. *Plaut. Pseud. 1. 2. 33.* Pernam, callum, glandium sumen, facito, in aqua iaceant. *Ovid. 7. Met. 547.* silvisque, agrisque, viisque Corpora foeda iacent. *Id. ib. 306.* Nec tua, quam Pyrrhi, felicius ossa quiescunt, Sparsa per Ambracias quae iacuere vias. *Virg. 7. Ecl. 54.* Strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma. Et *6. ibid. 16.* serta procul capiti delapsa iacebant. — **11)** Nonnunquam significat situm esse, positum esse; *stare, esser situato. Ovid. 4. Fast. 491.* Alta iacet vasti super ora Typhoëos Aethae. *Nep. Agesil. 8.* Portus iacens inter Cyrenas et Aegyptum. *Id. Datam. 4.* Quae gens iacet supra Ciliciam, confinis Cappadociae. *Brut. ad Cic. 11. Fam. 13.* Qui locus iacet inter Apenninum et Alpes. *Justin. 22. 3.* Urbes non in montibus positae sunt, sed in planis campis iacent. *Id. 2. Pont. 7. 63.* tristior ista Terra sub ambobus non iacet ulla polis. — **12)** Praetores *iacere* dicuntur capilli, qui collecti non sunt in nodum, sed lapsi spargantur per humeros: item vestes, quae humi trahuntur. *Ovid. 2. Met. 675.* vagi crines per colla iacebant. *Propert. 2. 7. 22.* sparsas caede iacere comas. *Ovid. 3. Art. am. 236.* capilli Ut iaceant fusi per tua terga. *Id. 3. Amor. 2. 25.* Sed nimium demissa iacent tua pallia terrae: Collige. — **13)** Item quae ima, humilia, aut plana sunt. *Id. 2. Fast. 392.* Quaque iacent valles, maxime Circe, tuae. *Virg. 3. G. 342.* itque pecus longa in deserta sine ullis Hospitiis: tantum campi iacet; h. e. late extenditur. *Lucan. 2. 416.* per plana iacens Aegyptus. — **14)** Mare quoque planum ac tranquillum, nullisque ventis se attollens, *iacere* dicitur. *Stat. 2. Silv. 2. 29.* nulloque tumultu Stagna modesta iacent, dominique imitantia mores. *Lucan. 5. 525.* Et posito Borea, pacemque tenentibus Austris, Servatum bello iacuit mare. *Iuvenal. 12. 62.* postquam iacuit plenum mare. — **15)** Translate est vilescere. *Cic. Rosc. Com. 12.* Accepit agrum temporibus iis, cum iacerent pretia praediorum. *Ovid. 1. Fast. 217.* In pretio pretium nunc est: dat census honores, Census amicitias: pauper ubique iacet. *Id. 3. Art. am. 444.* Nunc hederae sine honore iacent: operataque doctis Cura vigil Musis nomen inertis habet. *Id. Rem. am. 139.* Otia si tollas, periere Cupidinis arcus, Contemptaeque iacent, et sine luce faces. — **16)** Item desidere, otiosum esse, nihil posse. *Id. 4. Trist. 3. 77.* Ars tua, Tiphy, iacet, si non sit in aequore fluctus: Si valeant homines, ars tua, Phoebe, iacet. — **17)** Dicitur quoque de iis, quae inferiora sunt, et ab alio superantur, opprimuntur. *Id. 4. Heroid. 161.* Nobilitas sub amore iacet. *Plin. 8. ep. 6.* Africani, Marii, Sullae, Pompeii infra Pallantis laudes iacebunt. *Ovid. 1. Met. 149.* Victa iacet pietas. *Virg. 3. G. 554.* Sed iacet aggeribus niveis informis, et alto Terra gelu late; h. e. oppleta, onerata stat tellus. — **18)** Item de iis, quae vim amisere, quae exerceri desierunt, quae negliguntur. *Cic. Parad. 4. 1.* Non erat illa tum civitas, cum leges in ea nihil valebant, cum iudicia iacebant. *Id. 2. Orat. 15.* In eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerunt. *Id. 7. Att. 22.* Tota Capua et omnis hic delectus iacet. *Id. 2. Tusc. 2.* Iacent ea semper, quae apud quosque improbantur. *Id. 4. Fam. 4.* Perculsa et prostrata foedissimo bello iacent omnia. *Id. 2. Fin. 35.* Maximas virtutes iacere omnes necesse est, voluptate dominante. *Id. 2. Divin. 51. extr.* Ex falsis verum effici non potest: iacet igitur tota conclusio. *Quintil. 9. 2. 4. de figuris sententiar.* Motus est in his orationis atque actus: quibus detractis iacet, et velut agitante corpus spiritu caret; h. e. languet, non assurgit, cadit, quasi exanimis. — **19)** Item de iis, quae non proferuntur. *Cic. Rosc. Com. 3.* Cur tamdiu iacet hoc nomen in adversariis? Et *1. sub fin.* Quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria iacet? *Plin. 1. ep. 1.* Ita fiet, ut eas *(epistolas)*, quae neglectae iacent, requiram, et si quas addidero, non supprimam. — **20)** *Iacere* etiam pecunia dicitur, quae non collocatur, ut usuras pariat: quam nos dicimus; *danaro morto. Plin. 10. ep. 62.* Pecuniae publicae exactae sunt et exiguntur: quae vereor, ne otiosae iaceant. — **21)** *Iacent rationes*, quid dicam non habeo, rationes nullae sunt. *In suppos. Amph. scena*, Quis tam, *in fin.* — **22)** *Iacent bona*, quae possessore carent. *Papinian. Dig. 37. 3. 1.* Nonne iustius erit proximo cuique bonorum possessionem dari, ne bona iaceant?

IACIO, iacis, ēci, iactum, iacĕre. Verbum transitiv., originis latentis, atque eiusdem fortasse cum *ico*, quod V. — **b)** In MSS. et editis libris aliquando confusum fuisse cum *gero*, adnotatum est sub v. GERO §. c. — **c)** Particip. *iaciens* §. *1. 9.* et *10.*, *iaciendus* §. *9.*, *iactus*, v. suo loco, *iacturus* §. *5.* — **d)** Derivata, *iactabilis, iactabundus, iactanter, iactantia, iactanticulus, iactatio, iactator, iactatrix, iactatus, us, iactitabundus, iactitator, iactito, iacto, iactuosus, iactura, iacturalis, iacturarius, iactus, us, iaculabilis, iaculamentum, iacularis, iaculatio, iaculator, iaculatorius, iaculatrix, iaculatus, us, iaculor, iaculus, iectura.* — **e)** Composita, *abiicio, adiaculatus, adiicio, circumiicio, coniecto, coniicio, deiicio, disiicio, eiaculor, eiicio, iniicio, interiacio, obiicio, praeiacio, proiicio, reiicio, subiicio, subteriacio, superiacio, superiniicio, supraiacio, traiicio, transiacio.*

IACIO proprie est mitto, emitto, iaculor, coniicio; *tirare, gettare, scagliare, lanciare. Cic. 6. Verr. 10. sub fin.* In quem scyphum de manu iacere conatus est. *Virg. 10. Aen. 886.* Tela manu iaciens. *Id. 8. ibid. 643.* Iacere ignem. *Cic. Mil. 15.* lapides. *Id. 2. Divin. 19.* fulmen in medium mare. *Virg. 4. Aen. 79.* flores; *spargere. Hirt. 8. B. C. 41.* Tela tormentis ad aliquem locum. *Ovid. 2. Met. 727.* cum balearica plumbum Funda iacit, volat illud, et incandescit eundo. *Virg. 10. Aen. 683.* ensem iacere mediis fluctibus. *Caes. 7. B. G. 24.* aridam materiem de muro in aggerem. *Ovid. 4. Fast. 821.* fruges iaciuntur in ima, Et de vicino terra petita solo. *Virg. 7. Aen. 712.* saxeam pilam ponto. *Plin. 8. 34. 4.* Ursi praecipitaturi se ex aliqua rupe, manibus capite operto iaciuntur; *si gettano. Ovid. 3. Fast. 645.* humili super arva fenestra Se iacit. *Cic. Sext. 20.* lecissem me potius in profundum. *Lucan. 7. 166.* taurus praeceps se iecit in agros; h. e. prorupit, diffugit. *Virg. 6. Aen. 902.* Ancora de prora iacitur. *Tacit. 4. Ann. 22.* Plautius incertis causis Aproniam coniugem in praeceps iecit; *buttò giù da un precipizio. Plaut. Capt. 4. 2. 17.* Iacere genu ad aliquem; h. e. genu aliquem percutere. *Plin. 10. 34. 1.* Aves aliquae ante se pedes iaciunt, ut ciconiae, grues; h. e. celeriter promovent. *Id. 2. 8. 2.* Sol arborum umbras iacit paribus intervallis. *Tacit. 1. Hist. 36.* Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, iacere oscula; h. e. digitos ori admovens et exosculans, deinde in vulgum extendens. ῥιπίσματα διὰ τῶν δακτύλων ἵπτατο, inquit *Xiphilin.* Sic iactare basia, *Phaedr. 3. 7.* et *Iuvenal. 4. 118.* — **23)** Aliquando *iacere* est abiicere, proiicere; *gettar via. Plaut. Trin. 4. 3. 27.* Scuta iacere, fugereque hostes. — **24)** Item aliquando emittere, exhalare. *Lucret. 2. 843.* Nec iaciunt ullum proprie de corpore odorem. *Ovid. 1. Art. am. 747.* iacturas poma myricae; h. e. producturas. — **25)** Translate. *Cic. Sull. 7. extr.* Iacere contumeliam in aliquem. *Id. Parad. 4. 1.* Iacere et immittere iniuriam in quempiam. *Id. Planc. 12.* adulteria; *rinfacciare. Tacit. 11. Ann. 13.* probra in feminas illustres. *Cic. 1. Fam. 9. ante med.* Iecit quidam casus caput meum, quasi certaminis causa, in mediam contentionem dissensionemque civilem. *Id. 2. Att. 25.* Non mediocres terrores iacere atque denunciare; h. e. spargere, obiicere. *Id. Orat. 26.* Salium duo sunt genera, unum facetiarum, alterum dicacitatis: utetur utroque; sed altero in narrando aliquid venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo; h. e. subito et paucis ridiculum quippiam proferendo. *Id. Partit. 15.* Illa argumentatio prius sumit, quae vult, eaque confirmat: deinde id, quod proponendum fuit, permotis animis, iacit ad extremum. *Id. 2. Agr. 15.* Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera iactum intelligetis. *Al. leg.* factum. *Id. Flace. 2.* Causae fundamenta iacere; τῇ *causae* est dativus. *Id. 1. Phil. 1.* Iacere fundamenta pacis. *Virg. 4. G. 294.* Omnis in hac certam regio iacit arte salutem; *pono, fondo.* — **26)** Aliquando significat enunciare et spargere in vulgus; *disseminare, pubblicare. Tacit. 3. Hist. 75.* Edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium iecerat. *Id. 3. Ann. 8.* Si vera forent, quae iacerentur. Et *1. ibid. 11.* Quaedam de habitu cultuque, et institutis eius iecerat; *avea toccato.* Sic *Liv. 5. 15.* Quisnam esset is, qui per ambages de lacu Albano iaceret. *Id. 6. 14. ad fin.* Omisso discrimine vera an vana iaceret; *se dicesse il vero o il falso. Tacit. 4. Ann. 68.* Fortuitos iacere sermones; *entrar in discorsi.* Et *6. ibid. 31.* Seque invasurum possessa Cyro, et post Alexandro, per vaniloquentiam ac minas iaciebat; *pubblicava con taltanza e minacce. Cic. Flacc. 3.* iacere suspicionem; *dar un motivo di sospetto. Suet. Ner. 37.* Multas nec dubias significationes saepe iecit, ne reliquis quidem se parsurum senatoribus. *Sall. Iug. 11.* Cum multa de administrando imperio dissererent, Iugurtha inter alias res

Digitized by Google

iacit, oportere, etc.; *mucre parola, dire, propone*. *Propert.* 2. *1.* 37. Taliaque illacrimans mutae iace verba favillae. *Cic. prognost. 1. Divin. 8.* Assiduas iacit ore querelas. *Tacit. 1. Ann. 69. extr.* iacere odia; *seminare*. *Vellei.* 2. *65.* mentionem conditionum. — **6)** Specialim

II. *iacio* verbum est nonnunquam alearum, cum talos mittunt. *Plaut. Asin. 4. 1. 33.* Talos cum iaciet, te, ne dicat: nomen nominet. Et *5. 2. 54.* Iace, pater, talos, ut porro nos iacimus. *De.* maxime. Te, Philenium, mihi, atque uxori mortem; hoc Venerium est. Adde *Cic. 3. Fin. 16.* — **7)** Item militare. Nam *iacere vallum, aggerem* est materiam congerendo, aggerem, vallum struere. *Lucil.* apud *Non. 4. 243.* et *Liv. 50. 10.* Cum maxime vallum Romani iacerent, conspecta classis hostium est. *Caes. 2. B. G. 12.* Aggere iacto turribusque constitutis. — **8)** Huc spectat *sub vineam* vel *sub vitem iacere*, de quo V. in VINEA et VITIS. — **9)** Item universim artis aedificatoriae. Hinc *molem iacere; h. e.* congesta materia excitare, *Caes.* apud *Cic. 4. Att. 14.* Sic *Horat. 3. Od. 1. 33.* Contracta pisces aequora sentiunt, iactis in altum molibus. *Virg. 5. Aen. 631.* Muros iacere; *h. e.* exstruere. *Curt. 4. 2.* Sed ante iacienda moles erat, quae urbem continenti committeret. *Liv. 1. 12.* Hic primum urbi fundamenta iaci. — **10)** Hinc translate. *Vulg. Interpr. Hebr. 6. 1.* Non rursus iacientes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis.

Nota I. Constructio verbi frequentior est cum accusat. rei vel personae et alio accusat. cum praepos. *in, per*, vel cum ablat. et praepos. *de; rarius* cum dativo (V. §. 4. *ad fin.*), vel cum ablat. instrumenti vel modi. — **Nota II.** Discrimen inter *iacio* et *iacto* habet *Macrob. 6. Sat. 7. 8.* « *Iactare* multo fusius largiusque est quam *iacere*, unde id verbum traductum est. »

* IĂCŌNUS, i, m. Est idem ac diaconus, sed forma corrupta sequioris Latinitatis aevo, quae legitur in *Inscr.* apud *Cavedoni, Opusc. di Modena, Ser. 2. T. 6. p. 13.* DP. Sulpicii Felicissimi iaconi, qui etc. *Alia, ibid.* Iobinus bixit (*lege* vixit) annos XXXV. M. II. et D. XIV. Iaconus fuit annos V.

IACTĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *iacto;* qui iactari potest *Cassiod. 7. Hist. Eccl. 2.* Cervix inflexibilis, humeri iactabiles, oculi currentes, huc illucque directi et furiose respicientes.

IACTĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *iacto;* iactationis plenus; *agitato, fluttuante*. *Gell. 19. 1. init.* Mare Ionium violentum, et vastum, et iactabundum. — **2)** Item iactantiae plenus; *pieno di iattanza*. *Id. 13. 2.* Homo in Graecae facundiae gloria iactabundus.

IACTANS, antis. Particip. verbi *iacto*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *iactantior* §. *1.* et seq., superlat. *iactantissimus* §. 2. — Proprie est iactationem faciens; *che agita e scuote*. *Liv. 21. 48.* Nec vexationem vulneris in via iactanti ultra patiens. *Horat. 1. Sat. 1. 6.* Austri iactantes navem. *M. Coelius* apud *Quintil. 11. 1. a med.* Vox immoderatior, aut iactantior gestus. *Al. leg.* iactatior. — **2)** Item qui iactat et gloriatur; *pieno di iattanza, millantatore*. *Cic. fragm.* apud *Non. 4. 234.* Insolens, arrogans, iactans. *Quintil. ibid.* Tumidus, ac sui iactans, et ambitiosus institor eloquentiae. *Plin. 5. ep. 9. ante med.* Miserat epistolas iactantes et gloriosas. *Id. 9. ep. 23. in fin.* Neque vereor, ne iactantior videar, cum de me aliorum iudicium profero. *Horat. 1. Sat. 5. 49.* ineptus, Et iactantior hic paulo est. *Spartian. Hadrian. 17.* Plebis iactantissimus amator. — *Auct. Itiner. Alex. M. 23.* Iactans gloriae. — **3)** In bonam partem, ut *superbus*, de eo qui iuste se iactat. *Claudian. IV. Cons. Honor. 1.* Auspiciis iterum sese regalibus annus induit, et nota fruitur iactantior aula. *Stat. 4. Silv. 1. 6.* Et septemgemino iactantior aethera pulset Roma iugo.

IACTANTER. Adverb. a *iactans*. — Comparat. *iactantius*, infra. — Est cum iactantia, seu ostentatione, superbe, gloriose; *con iattanza e ostentazione*. *Tacit. 2. Ann. 77. extr.* Perisse Germanicum, nulli iactantius moerent, quam qui maxime laetantur. *Id. 3. Hist. 53.* Litteras ad Vespasianum composuit, iactantius, quam ad principem. *Ammian. 27. 3.* Minae iactanter sonantes. Adde *Prudent. Hamartig. 170.*

IACTANTĬA, ae, f. Verbale a *iacto;* iactatio, ostentatio; *iattanza, ostentazione, millanteria, vanto*. *Tacit. 2. Ann. 46.* Neque Maroboduus iactantia sui, aut probris in hostem abstinebat. *Id. Agric. 25.* Militari iactantia. *Quintil. 1. 6. ante med.* Abolita atque abrogata retinere, insolentiae cuiusdam est, et frivolae in parvis iactantiae. *Id. ibid. 8. sub fin.* Persequi quod quisque unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiae miseriae, aut insanis iactantiae est. Et *9. 2.* Opinionem iactantiae vereri. *Plin. 1. ep. 8. a med.* Privatae iactantiae studere. *Sidon. 1. ep. 11. post versic.* Nisi quod dico, iactantia est.

IACTANTĬCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *iactans;* aliquantisper iactans. *Augustin. 3. advers. Academ. 8.* Cum se ille Academicus iactanticulus quasi discipulum singulis dederit. *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal. 11. 34.* Iactanticuli, qui tantum buccas inflant, et nihil dicunt.

— **2)** De rebus. *Augustin. 4. Doctr. Christ. 26. n. 56.* Nonnulla non iactanticula, sed quasi necessaria *(solvit)*.

IACTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iacto;* agitatio, concussio; *scotimento, agitazione*. *Cic. Mur. 2. ad fin.* Quo tandem me animo esse oportet, prope iam ex magna iactatione terram videntem? *Id. Orat. 25. extr.* Actio non tragica, nec scenae, sed modica iactatione corporis. *Quintil. 10. ad fin.* Iactatio manus, pedis supplosio. *Curt. 4. 15.* Equi crebra iactatione cervicum iugum excusserant. *Liv. 29. 32. a med.* Ubi primum ducta cicatrix, patique posse visa iactationem, pergit ire, etc. — **2)** Item iaculatio; *scagliamento*. *Hygin. 2. Astron. 28.* Quod maritimis conchyliis hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione. *Al. leg.* iactione. — **3)** Translate est voluptas gestiens, et se efferens insolentius, ut *Cic. 4. Tusc. 9.* definit; *vana e smoderata esultazione*. Ea enim non solum animus, sed etiam corpus iactatur. Hinc est iactantia, ostentatio; *ostentazione, vana mostra, pompa, iattanza*. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 20.* Iactatione verborum et denunciatione periculi pertimefactus. *Tacit. Germ. 6.* Nudi aut sagulo leves: nulla cultus iactatio. *Quintil. 1. 5. 11.* Quidam in iactationem eruditionis sumere illa ex poëtis solent. *Id. 2. 4. 13.* Extemporalis garrulitas circulatoriae iactationis est. *Id. 4. 1. 9.* Inde illa veterum circa occultandam eloquentiam simulatio, multum ab hac nostrorum temporum iactatione diversa. *Coel.* ad *Cic. post ep. 9. l. 10. ad Att. sub fin.* Nonnullorum hominum iactatione et insolentiam ferre non potes. *Curt. 4. 10.* In uuius hominis iactationem tot millium sanguinem impendi; *per la vanità ed ambizione*. — **4)** *Iactatio popularis* est, qua quis se dat populo, eiusque auram captat, ostentando ingenium industriamque suam: unde favor et gratia nascitur: sumpta metaphora a mari et fluctibus, nam qui populo student, variis veluti fluctibus agitantur. *Cic. Prov. cons. 16.* Ab huius ordinis coniunctione depulsi, saepe ex hoc portu se in illos fluctus prope necessario contulerunt: qui si ex illa iactatione cursuque populari, bene gesta republ., referunt aspectum in curiam, etc. *Id. Cluent. 38.* Cum homines se non iactatione populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur. *Id. Har. resp. 20.* Atque hic primus est aditus ad popularem iactationem atque ascensus. *Id. Orat. 3. ad fin.* Eloquentia forensis spreta a philosophis, tamen ornata verbis atque sententiis, iactationem habuit in populo. nec paucorum iudicium, reprehensionemque pertimuit.

IACTĀTOR, ōris, m. Verbale a *iacto;* qui se iactat, atque ostentat; *ostentatore, millantatore*. *Quintil. 11. 1. 17. de Cicerone.* Is quidem rerum a se gestarum maior, quam eloquentiae fuit, in orationibus utique, iactator. *Suet. Claud. 33.* Iactator civilitatis. *Stat. 6. Theb. 857.* Cleonaeae stirpis iactator Agylleus. *Gell. 18. 4.* Iactator et venditator Sallustianae lectionis. — Sequente infinito, Graecorum more. *Sil. 14. 403.* Ille sub hiberno somnos educere caelo Iactator; *h. e.* qui iactat, se sub dio somnos ducere hiberno tempore. *Sunt qui aliter leg.*

IACTATRIX, īcis, f. Verbale a *iacto;* quae se iactat; *millantatrice*. — Tribuitur *Sidonio*, loco tamen non indicato.

IACTĀTUS, a, um. Particip. verbi *iacto*, adiectivorum more aliquando etiam adhibitum. — Comparat. *iactatior* dubiae est auctoritatis. V. loc. *Quintil.* in v. IACTANS §. 1. — Proprie est iactus, emissus; *gettato, scagliato*. *Ovid. 4. Met. 748.* Semina iactata per undas. *Id. 4. Trist. 2. 50.* Undique iactato flore tegente vias. — **2)** Item agitatus; *dibattuto, dimenato*. *Caes. 1. B. G. 25.* Diu iactatum brachium. *Ovid. 5. Trist. 10. 43.* Boreas iactatis insonat alis. *Id. 4. Fast. 244.* Iactatae comae. *Id. 1. Art. am. 22.* Iactatas faces excutere. — **3)** Item tractatus; *maneggiato*. *Virg. 2. G. 249.* Pinguis tellus haud unquam manibus iactata fatiscit. — **4)** Item vexatus, huc illuc impulsus; *agitato, vessato, travagliato*. *Virg. 1. Aen. 7.* multum ille et terris iactatus et alto, Vi Superum. *Plaut. Rud. 2. 2. 59.* ventis fluctibusque iactatae, exemplis plurimis, miserae perpetuam noctem. *Horat. 2. Sat. 2. 31.* Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus, an alto Captus hiet? pontesne inter iactatus, an amnis Ostia sub Tusci? *Cic. Quint. 3.* Ut multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem, in hoc tandem loco consistere atque confirmari patiamini. Et *31.* Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis. *Iustin. 3. 4.* Diu et per varios casus iactati. *Ovid. 4. Trist. 3. 26.* Fessaque iactati corporis ossa dolent. — **5)** Item agitatus; *h. e.* saepe tractatus consultatione, et sermonibus. *Liv. 22. 25.* Saepius iactata in senatu res. *Cic. Mur. 12.* Quae dum erant occulta necessario ab eis, qui ea tenebant, petebantur: postea vero pervulgata, atque in manibus iactata et excussa, inanissima prudentiae reperta sunt. — **6)** Item cum iactantia dictus; *vantato, millantato*. *Curt. 5. 8.* Haec magnificentius iactata, quam verius. *Id. 9. 2.* Multa, quae terrere vos possent, de industria esse iactata.

IACTĀTUS, us, m. Verbale a *iacto*, idem ac iactatio. *Ovid. 6. Met. 703.* Excussit pennas, quarum iactatibus omnis Aflata est tellus. *Plin. 14. 22. 2.* Iactatus maris vetustatem vinis adiicit. *Id. 35. 32. 1.* Argentum vivum auri sordes exspuens crebro iactatu fictilibus in vasis. Adde *Auct. Itin. Alex. M. 60.*

IACTĬTĂBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *iactito;* qui saepe ac lubens se iactat; *vanagloriosо. Sidon. 5. ep. 15. in fin.* Citra nitorem honestatis iactitabundus.

IACTĬTĀTOR, ōris, m. Verbale a *iactito;* frequens iactator. *Alcim. ep. 4. a med.* Si baptizatus aut etiam translatus ab haeresi qualibet parvulus, vel forsitan aevo longiore provectus, celeri post lavacrum fine rapiatur, nec ipse operis iactitator abnuerit, hominem sola fide salvatum, Christianorum rudimenta testantur.

IACTĬTO, as, āre. Verbum transitiv., specie frequentativ. a *iacto.* — Particip. *iactitans,* infra. — Est saepe ac lubens iacto. *Liv. 7. 2. a med.* Ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare coepit. *Phaedr. 2. 5.* Come officium iactitans. *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 51.* Audaciam suam iactitare.

IACTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *iacio.* — **b)** Quidam putant deponentis forma adhiberi in illo *Severi, Aetn. 25. Quidquid in antiquum iactata est fabula crimen.* Alii leg. *Quidquid item* etc., ita ut *antiquum crimen* sit appositum. — **c)** Particip. *iactans* §. *1.* et suo loco, *iactandus* §. *12.*, *iactatus,* v. suo loco, *iactaturus* §. *7.* et *16.* — **d)** Derivata et composita, v. in IACIO suo loco.

IACTO proprie ac universim est saepe iacio, emitto, conicio; *gettare, scagliare. Cic. Har. resp. 18. a med.* Ardentes faces in vicinorum tecta iactare. *Id. 2. Orat. 78.* hastas. *Ovid. 2. Met. 388.* fulmina. Et *1. ibid. 383.* ossa post tergum. *Curt. 5. 6.* se e muris in praeceps. *Caes. 7. B. G. 47.* vestem argentumque de muro. *Virg. 1. G. 62.* lapides in aliquem locum. Et *84.* cinerem per agros; *spargere. Varr. 1. RR. 42.* semen; *seminare. Cels. Dig. 19. 1. 12.* rete. *Ovid. 3. Met. 11.* lumina in vultum; *gettare lo sguardo. Phaedr. 5. 7. 22.* Frustra iactat familia. — Sequente dativo. *Petron. Sat. 44.* Cani iactans candidum panem. *Apul. 7. Met. 22.* Intestina quidem canibus nostris iacta. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* — **2)** De ludo talorum. *Ovid. 2. Art. am. 203.* numerosque manu iactabit eburnos; *h. e.* talos. Sic *Plaut. Cure. 2. 3. 79.* Talos arripio, invoco Herculem: iacto basilicum. — **3)** Item est etiam proiicere, abiicere, iacturam facere. *Senec. 1. Clem. 5.* Consensus est populis sic protegendi amandique reges, et se suaque iactandi, quocumque desideravit imperantis salus. *Paul. Dig. 22. 5. 25.* Iactare suas pecunias et effundere. *Plaut. Rud. 2. 3. 43.* Si quae improbae sunt merces, iactat omnes. — **4)** Item edere, emittere; *mandor fuori. Virg. 2. Aen. 768.* voces iactare per umbram. *Lucret. 5. 576.* suam proprio iactat de corpore lucem. *Virg. 2. G. 131.* arbos . . . simillima lauro. Et, si non alium late iactaret odorem, Laurus erat. — **5)** Item frequenter movere; *dimenare, dibattere, scuotere. Cic. 5. Verr. 19.* Iactare cervicula m. *Lucret. 4. 989.* crura. Et *4. 770.* brachia in numerum. *Ovid. 3. Trist. 8. 5.* pennas. *Id. 10. Met. 721.* corpus in suo sanguine. *Id. 1. Pont. 1. 38.* manu sistra tinnula. *Virg. 2. G. 355.* duros bidentes; *menar la sappa. Cic. Brut. 60.* Nisi se suo more iactavisset, hodie te istic muscae comedissent. *Id. 1. Divin. 29.* Exsultare immoderateque iactari. *Iuvenal. 5. 106.* a facie iactare manus; *h. e.* oscula iacere. V. IACIO §. *1. ad fin.* — *Id. 13. 22.* Iactare iugum; *scuotere il giogo.* — **6)** Item huc illuc impellere, agitare; *sbattere, spingere qua e là. Nep. Attic. 6.* Maritimis fluctibus iactari. *Cic. 2. Invent. 31.* Cum nautae adversa tempestate in alto iactarentur. *Ovid. 3. Trist. 2. 15.* ventis dubius iactabar et undis. *Virg. 1. Aen. 671.* Iactari pelago circum omnia litora. *Cic. Planc. 7.* Si quando, ut fit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor; sed etc. *Id. 5. Verr. 26. a med.* Iactatur domi suae homo honestissimus: pro se quisque manus affert. *Id. 1. Catil. 13.* Aestu febrique iactari. — **7)** Translate est vexare; *agitare, malmenare, travagliare:* et fere passive tum de iis, qui morbis furore, doloribus, curis inquietum habent corpus; tum de iis, qui animo exagitantur. *Plaut. Cist. 2. 1. 4.* Iactor, crucior, agitor, stimulor. *Lucret. 5. 308.* Iactari morbis. *Cic. 1. Fam. 5. a med.* Iactatus est clamore et convicio. *Curt. 4. 14. a med.* Iactari varietate fortunae. *Iustin. 41. 6.* Iactari per varia bella. *Cic. Divin. Verr. 14. de Hortensio.* Te vero, Caecili, quemadmodum sit elusurus, quam omni ratione iactaturus, videre iam videor. *Lactant. 5. 5. a med.* Patrem regno expulit, bello persecutus est, exulem toto orbe iactavit. — *Ovid. 21. Heroid. 41.* Ipsa, velut navis, iactor; *h. e.* animo exagitata sum. *Apul. 9. Met. 3.* Adhucine miserum istum asinum lugi furore iactari credimus? — **8)** Item considerare, animo agitare, versare sermonibus, aut cogitando; *trattare, ventilare, rivolgere, discorrere. Virg. 1. Aen. 234.* tales iactantem pectore curas Tristior alloquitur Venus. *Caes. 1. B. G. 18.* Pluribus praesentibus eas res iactari nolebat. *Ovid. 5. Amor. 1. 21.* Fabula (nec sentis) tota iactaris in urbe; *sei divenuto la favola del volgo. Liv. 10. 46. extr.* Magis iactari, quam peragi accusatio eius potuit; *si potè ben discorrerne, ma non si potè finire.* — **9)** Speciatim *iactari pecunia* dicitur, quae certum pretium non habet, sed subitis frequentibusque incrementis aut decrementis varium et inconstans. *Cic. 3. Offic. 20.* Iactabatur temporibus illis nummus sic, ut nemo posset scire, quid haberet. — **10)** Deinde frequenter refertur ad sermones, atque hinc

II. *Iacto* est saepe dicere, memorare, enunciare. *Coel. ad Cic. 8. Fam. 1. a med.* Neque haec incerta tamen vulgo iactantur, sed inter paucos palam secreto narrantur. *Horat. 1. Ep. 16. 18.* Iactamus iampridem omnis te Roma beatum; *h. e.* praedicamus. *Virg. 1. Aen. 166.* Talia iactanti; *h. e.* nequicquam vociferanti. *Liv. 38. 28. a med.* et *8. 29.* Item iactare sermonibus. *Id. 7. 9.* querimonias ultro citroque. *Virg. 10. Aen. 98.* iurgia. — **11)** Item intentare, iacere in aliquem. *Liv. 29. 9.* Iactare probra in quempiam. *Cic. Quint. 14. a med.* minas. *Id. Sext. 23.* et opponere terrorem. *Propert. 3. 6. 11.* convicia rabida lingua. — **12)** Item cum ostentatione dicere; *millantare, vantare, spacciare, ostentare. Caes. 3. B. C. 85.* Ostentare honorem aetatis, iactare urbanam gratiam et dignitatem, affinitate alicuius confidere. *Quintil. 3. 1. 3.* Admiscere tentavimus aliquid nitoris, non iactandi ingenii gratia, sed etc. *Curt. 8. 1. a med.* Superbe iactare aliquid. *Horat. 1. Od. 14. 13.* genus et nomen iactare. *Ovid. 16. Heroid. 81.* regna et virtutem. — **13)** *Iactare se* est *vantarsi, gloriarsi. Ovid. 12. Heroid. 17.* Iactare se alicui; *h. e.* apud aliquem. *Horat. 1. Od. 2. 17.* Iliae dum se nimium querenti iactat ultorem. *Cic. 2. Orat. 52.* Intolerantius se iactare, et aequabilitatem communis iuris transire. *Virg. 1. Aen. 141.* Illa se iactet in aula Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet. *Auct. ad Herenn. 4. 21.* Se magnifice iactare atque ostentare. — **14)** Sic *iactare se re aliqua,* aut *in,* aut *de re aliqua* dicimus; *vantarsi, gloriarsi, tenersi di qualcosa. Virg. 8. Ecl. 74.* Ne quis sit locus, quo se plus iactet Apollo. *Cic. 2. Att. 1.* Cum in eo se in concione iactavisset. — Et cum infinito. *Id. 6. Verr. 21.* Iactat se iamdudum de Calidio: narrat omnibus, se emisse. *Curt. 8. 1. circa med.* Nobilem apud Chaeroneam victoriam sui operis fuisse, iactavit. — **15)** In illo *Cic. 2. Att. 21.* Vidi de edictis Bibuli concionantem, qui antea solitus esset iactare se magnificentissime in illo loco, summo cum amore populi, cunctis faventibus; *iactare se* est fidenter, libere, et cum auctoritate agere. — **16)** Interdum *iactare se* est satagere, cum labore exerceri, totis viribus incumbere; *esercitarsi, affaticarsi, impiegarsi tutto. Cic. 1. Orat. 38.* Iactare se in causis centumviralibus. *Id. 3. Q. Fr. 5. a med.* Nostrum hoc tempus aetatis forensi labore iactari. *Id. 2. Fam. 15.* Republica nihil mihi est carius: in qua tu non valde te iactas. *Liv. 5. 1.* Iactare se actionibus tribuniciis. *Cael. ad Cic. 8. Fam. 10. a med.* Curionem video se dupliciter iactaturum: primum ut aliquid Caesari adimat; inde, ut aliquid Pompeio tribuat; *h. e.* adnisurum, omni ope tentaturum. — **17)** *Iactare se in pecuniis* est in his insumendis nihil parcere; *allargarsi troppo nello spendere. Cic. 2. Catil. 9. a med.* Hi sunt coloni, qui se insperatis repentinisque pecuniis sumptuosius insolentiusque iactarunt.

Nota I. Verbum construitur frequentius cum accusat. rei vel personae et alio accusat. cum praepos. *in* vel cum ablat. et praepos. *in,* aut *de,* addito saepe etiam alio ablativo modi sive instrumenti. — Aliquanto rarius cum accusat. et dativo. — **Nota II.** Discrimen inter *fatigo* et *iacto,* v. sub v. FATIGO in *Nota.* — Inter *iacio* et *iacto,* v. IACIO in *Nota* II.

* IACTŬĀRĬUS. V. IACTURARIUS.

IACTŬŌSUS, a, um. Adiect. verbale a *iacto;* iactans, iactabundus. Affert *Non. 2. 475.* et *489.* locum *Cic. Orat. 36., ubi plerique omnes rectius leg.* actuosae.

IACTŪRĂ, ae, f. Verbale a *iacio;* actus iaciendi; *getto:* ac proprie dicitur id, quod ex navi in mare iacitur in tempestate, eius exonerandae causa. *Cic. 3. Offic. 23.* Si in mari iactura facienda sit, equi ne pretiosi potius iacturam faciat, an servuli vilis? *Sallust. orat. 2. ad Caes. a med.* De istis potissimum iactura fit, quia pretii minimi sunt. — **2)** Hinc rei damnum, amissio; *perdita, danno, scapito.* Itaque *iacturam facere* est subire, et quidpiam amittere; *scapitare, perdere. Cic. 12. Att. 29.* Si qua etiam iactura facienda sit in repraesentando. *Id. 2. Fin. 24. ad fin.* Iacturae rei familiaris eruut faciendae, labores suscipiendi, adeundum vitae periculum. *Colum. 1. 1. ad fin.* In agricultura voluntas facultasque citra scientiam, saepe magnas dominis afferunt iacturas. *Hirt. B. Alex. 49.* Iacturae et detrimenta rei familiaris. — **3)** *Iacturam pati* est iacturam facere. *Colum. praef. l. 1. ante med.* Cuius praecepta si antiquo more administrarentur, minus iacturae paterentur res rusticae. — **4)** Dicitur quoque de impensis et largitionibus; *spese. Caes. 3. B. C. 29.* Magnis iacturis sibi quorundam animos conciliare. Et *6. B. G. 11.* Aliquem magnis iacturis et pollicitationibus ad se perducere. *Cic. 6. Att. 1.* Provincia sumptibus et iacturis exhausta. *Id. Cluent. 8.* Ipsum Aurium, non magna iactura facta, interficiendum curavit. — **5)** Transfertur ad alia. *Id. 2. Divin. 15.* Concedam hoc ipsum, si vis: etsi magnam iacturam causae fecero. *Id. Planc. 2. ad fin.* Dignitatis iacturam facere. Et *22. ad fin.* suarum tribuum. *Caes. 1. B. C. 32.* honoris et dignitatis. *Liv.*

Digitized by Google

59. 4. temporis. *Id. 4. 52.* parva iactura accepta; *h. e.* levi clade. *Virg. 2. Aen. 646.* facilis iactura sepulcri. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5.* In unius mulierculae animula iactura facta est. *Iustin. 2. 3. ad fin.* Amissis octoginta millibus hominum: quae iactura, abundante multitudine, inter damna numerata non est. *Martial. 3. 80.* Durum est perdere ferias: rogamus, iacturam patiaris hanc, ferasque. *Ovid. 2. Amor. 14. 32.* Iactura soci sanguinis ulta virum; *h. e.* natos suos occidendo. Et *1. ibid. 13. 13.* Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno; *h. e.* nulla temporis iniuria. *Id. 2. Art. am. 253.* Nomine quemque suo (nulla est iactura) saluta. *Cic. 5. Verr. 12.* Iacturam criminum facere; *h. e.* crimina in accusatione omittere.

Nota. Discrimen inter *damnum*, *detrimentum et iacturam*, V. sub v. DAMNUM in *Nota*.

IACTŪRĀLIS, le. Adiect. a *iactura;* damnosus. *Gloss. Philox.* Iacturalis; ἐπιζήμιος.

IACTŪRĀRĬUS, ii, m. Nomen a *iactura*, quod explicat *Gloss. Isid.* Iacturarius, qui frequenter iacturam patitur; id est damnum. *Alii male* Iactuarius.

IACTUS, a, um. Particip. verbi *iacio*, adiectivorum etiam more adhibitum; emissus, coniectus; *gettato, scagliato. Virg. 6. Ecl. 41.* Iacti lapides. *Horat. 3. Od. 1. 34.* Moles iactae in altum; *fondate in mare. Plin. 32. 1. 2.* Iactae ancorae. *Id. 9. 20. 3.* Tridens iactus in thynnos. *Id. 3. 16. 3.* Iacti pontes. Et *ibid. 20. 4.* Tanarus Apennini latere iactus; *h. e.* effusus. *Virg. 2. G. 57.* Iacta semina; *la sementa sparsa.* — **2)** Translate. *Cic. Flacc. 3.* Iacta vox aut suspicio. *Vellei. 2. 65.* Iacta mentio. *Stat. 1. Theb. 411.* Iactis sermonibus irae intumuere satis; *h. e.* dictis mordacibus ultro citroque coniectis.

IACTUS, us, m. Verbale a *iacio;* actus iaciendi, coniectus; *getto, tiro. Cic. 5. Catil. 8.* Iactus fulminum. *Virg. 11. Aen. 608.* Intra teli iactum progressus; *a tiro.* Contra *Curt. 3. 10.* Extra teli iactum esse. Et *11.* Iam ad teli iactum pervenerant. *Virg. 2. G. 123.* ubi aëra vincere summum Arboris haud ullae iactu potuere sagittae. *Plin. 11. 1. 4. de tauris.* Truces in sublime iactus. *Virg. 4. G. 87.* Iactus pulveris exigui. *Vulg. Interpr. Luc. 22. 41.* Avulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis. *Apul. 9. Met. 57.* Lapidum crebris iactibus. Adde *Ovid. 13. Met. 566.* et *Propert. 3. 14. 3.*, in *q. l.* V. *Interpr.* — **2)** De ludo talorum. *Liv. 4. 17.* In prospero tesserarum iactu. *Ovid. 3. Art. am. 355.* talorum ducere iactus. — **3)** Item abiectio, deiectio, imprimis actus iaciendi e navi quidquid eam onerat, tempestatis causa. *Paul. Dig. 14. 2. 1.* Iactum mercium facere levandae navis gratia. *Senec. Troad. 1037.* Facere iactum in medio ponto; *far getto.* — *Virg. 4. G. 528.* se iactu dedit aequor in altum; *di lancio si getto. Lucret. 3. 1030.* horribilis de saxo iactu'deorsum. — **4)** Item emissio. *Plin. 2. 43. 1.* Radiorum multiformi iacto flagellatus aër. — **5)** Metonymice de ipsa re, quae iacitur. *Val. Max. 1. 5. n. 9.* Fortuitus vocis iactus; *parola scappata.* — **6)** Speciatim *iactus retis*, et *iactus* absolute est quidquid uno retis iactu capi potest. *Val. Max. 4. 1. n. 7. extern.* A piscatoribus verriculum trahentibus quidam iactum emerat. *Cels. Dig. 19. 1. 11. §. 18.* Cum futurum iactum retis a piscatore emimus.

IĂCŬLĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *iaculor;* quem iaculari possumus; *che si può lanciare. Ovid. 7. Met. 679.* sed non formosius isto Viderunt oculi telum iaculabile nostri. *Stat. 6. Theb. 638.* ast illud, cui non iaculabile dextrae Pondus? *chi è, che non possa lanciarlo?*

IĂCŬLĀMENTUM, i, n. Verbale a *iaculor*, syllabica adiectione productum; idem ac inculum. *Non. 18. 30.* Ansatae, iaculamenta cum ansis. V. ANSATUS §. 3.

IĂCŬLĀRIS, re. Adiect. verbale a *iaculor.* — Absolute in *Gloss. Lat. Gr.* Iaculares; *ἀκοντιστοί*; *h. e.* iaculatores.

IĂCŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iaculor;* actus iaculandi, iactus, coniectus; *scagliamento, lanciamento. Senec. 2. Quaest. nat. 12.* Fulminatio est iaculatio cum ictu. *Plin. 8. 65. 5.* Diximus in libro de iaculatione equestri condito (*Plin. alter, 3. ep. 5.* narrat, hunc librum ab avunculo compositum fuisse, cum praefectus alae militaret). *Apul. de Mundo.* Iaculatio fulgoris. *Id. 1. Met.* Iaculationes saxorum. — **2)** Translate. *Quintil. 6. 3. ante med.* Genus illud facetiarum, positum non in hac veluti iaculatione verborum, et inclusa breviter urbanitate, sed in quodam longiore actu.

IĂCŬLĀTOR, ōris, m. Verbale a *iaculor;* qui iaculatur; *lanciatore, saettatore, traggitore. Horat. 3. Od. 4. 38.* evulsisque truncis Enceladus iaculator audax. *Stat. 12. Theb. 562.* Iaculator fulminis. — **2)** Speciatim de militibus, qui arma iaculantur; *fonditore. Liv. 36. 18.* Iaculatorum, sagittariorumque, et funditorum manum sub ipsis radicibus montis posuit; *h. e.* qui hastas, seu iacula coniiciunt; hi erant milites levis armaturae. *Id. 21. 21.* Supplementum ex Africa, maxime iaculatorum, petiit. *Senec. Brev. vit. 13. n. 6.* Ad conficiendos eos (*leones*) missis a rege Boccho iaculatoribus. — **3)** Item qui rete iaculo piscatur. *Plaut.* apud *Isid. 19. Orig. 5.* Probus quidem antea iaculator eras.

IĂCŬLĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *iaculor;* ad iaculandum inserviens, ut iaculatorius campus, *Ulp. Dig. 9. 2. 9. extr.*; *h. e.* in quo iaculandi exercitatio habetur.

IĂCŬLĀTRIX, īcis, f. Verbale a *iaculor;* mulier, quae iaculatur; *saettatrice. Ovid. 3. Met. 373.* Pallada nonne vides iaculatricemque Dianam Abscessisse mihi?

IĂCŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *iaculor*, quod et passive adhibetur, etiam adiectivorum more; iactus; *gettato, lanciato. Lucan. 3. 568.* Nec longinqua cadunt iaculato vulnera ferro. *Tertull. Spectac. 30.* Xystici in igne iaculati. *Arnob. 3. p. 163.* Iaculatam combibisse sementem. — **2)** Active, V. in IACULOR suo loco.

IĂCŬLĀTUS, us, m. Verbale a *iaculor;* iaculatio, iactus. *Tertull. Spectac. 18.* Non probabis usquam vanos cursus, et iaculatus, et saltus variores.

IACŬLO, as, V. voc. seq. §. b.

IĂCŬLOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. a *iaculum*, quod a *iacio*, forma deponens, sub qua etiam passiva significatione gaudet in partic. *iaculatus*, quod V. suo loco. — **b)** Etiam activa forma, *iaculo, as, āre*, afferunt plerique Lexicographi, confirmantque exemplo *Claudiani*, Latis iaculabat in arvis. Sed nos exemplum hoc invenire non potuimus. Compositum *eiaculo* certiori auctoritate nititur. V. EIACULO. — Haec *Forcellinus*. Sed et *iaculo* videtur confirmari *Inscr.* apud *Reuter*, *n. 56.* Hastam eminus, quae iaculat refreno ex equo, tuus, Medaure, dedicat Medaurius. Cf. ad rem et *Hildebr.* ad *Apul. de Mund. 3.* — **c)** Confusum aliquando fuisse cum *ioculari* vel *iocari*, V. infra §. 3. — **d)** Particip. *iaculans* §. *1.*, *iaculatus* §. *1.* et seqq. et suo loco. — **e)** Derivata et composita, V. in IACIO suo loco.

IACULOR proprie et universim est aliquid iacio, iniicio; *gettare, vibrare, lanciare. Colum. 10. 329.* duros iaculatur luppiter imbres. *Flor. 1. 14.* In confertissima se hostium tela iaculatus. *Plin. 2. 25. 3.* In quas partes se iaculetur cometes; *h. e.* feratur. *Virg. 2. Aen. 276.* Hector Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes. — *Plin. 8. 41. 3. de panthera.* At fera . . . tam avida eorum (*exercmentorum*), ut a pastoribus ex industria in aliquo vase suspensa altius, quam ut queat saltu attingere, iaculando se appetendoque deficiat. — **2)** Speciatim vero est iaculum, vel aliud telum emitto, coniicio, iacio; *lanciare, tirare, gettare. Cic. 2. Offic. 13.* Magnam laudem consequebare equitando, iaculando, omni militari labore tolerando; *col giocar la picca.* Et *2. Divin. 39.* Quis est enim, qui totum diem iaculans, non aliquando collineet? *Tacit. 2. Hist. 21.* Missilem ignem in obsessos iaculantur. *Ovid. 7. Met. 159.* medios silicem iaculatus in hostes. Et *14. ibid. 184.* Giganteo iaculari saxa lacerto. — Absolute. *Ulp.* in *Collat. Mos.* et *Rom. leg. tit. 9. §. 2.* Quive bestias depugnare locavit, locaverit, praeterquam qui iaculandi causa ad Urbem missus est, erit. V. *Senec.* loc. cit. in IACULATOR §. 2. — **3)** Item emitto; *vibrare. Plin. 11. 55. 4.* Oculi lupo splendent, lucemque iaculantur. *Id. 36. 15. 2.* iaculari umbram. — **4)** Item iaculando ferire; *colpire, ferire. Horat. 3. Od. 12. 12.* Iaculari cervos. *Id. 1. ibid. 2. 2.* rubente Dextera sacras iaculatus arces. *Ovid. Ib. 49.* Ferro acuto iaculari aliquem. Et *389.* Iaculari aëra disco. — **5)** Translate. *Horat. 2. Od. 16. 17.* Quid brevi fortes iaculamur aevo Multa?; *h. e.* concupiscimus quasique iaculo, quae procul sunt, petimus? *Quintil. 9. 2. a med.* Iaculari in uxorem obliquis sententiis; *h. e.* dicta dicere, verbo perstringere. Sic *Petron. Satyr. 109.* Iaculari dicta in calvos. Et *Liv. 42. 54.* Probris procacibus iaculari in aliquem. *Al.* ioculari, *al.* iocari *leg.* Rursus *Quintil. 11. 3. a med.* Sententias vibratis digitis iaculari.

IĂCŬLUM, i, n. V. voc. seq. §. 6.

IĂCŬLUS, a, um. Adiect. verbale a *iacio;* qui iacitur. Hinc *rete iaculum* vel coniuncto *reteiaculum*, ut quidam scribunt, vel *iaculum* absolute est rete, sive retis genus, quod contra pisces iacitur, et Graece *ἄμφιβλον* dicitur, a *ἀμφιβάλλω*; iacio, Latine vero alio nomine *funda*, Italice *giacchio. Plaut. Truc. 1. 1. 14.* Quasi in piscinam rete qui iaculum parat. — *Id. Asin. 1. 1. 86.* Venari autem rete iaculo in medio mari. *Sic vulgo leg., alii vero illud* rete *omittunt.* Cf. *Both.* et *Weise* ad *h. l.* — Absolute. *Ovid. 1. Art. am. 765.* Hi iaculo pisces, illi capiuntur ab hamis. Adde *Auson. epist. 4. 56.* — **2)** Eadem acceptione dicitur etiam rete, quo gladiator retiarius utebatur, ut adversarii caput subito iaciendo implicaret. *Isid. 18. Orig. 54.* — **3)** Item *iaculum* etiam vocat *Minuc. Fel. Octav. 3.* testam seu conchulam teretem et planam, quam super undas maris pueri ludentes inrotant. Huiusmodi ludum Graeci *ἐποστρακισμὸν* vocant. — **4)** Praeterea, item absolute,

IACULUS, i, m. (*subaudi* serpens) est anguis genus, ita dicti, quod in arbores repens, inde se in obvios iaculatur; *iaculo. Lucan. 9. 822.* Ecce procul saevus sterilis se robore trunci Torsit, et immisit (iaculum vocat Africa) serpens, Perque caput Pauli, transactaque tempora fugit. *Id. ibid. 720.* Et patriz violator aquae, iaculique volucres. Adde *Plin. 8. 35. 1.* et *Isid. 12. Orig. 4.* — **5)** Item *iaculi* (*subaudi nodi*) sunt nodi ex fune, qui cornibus boum iniiciuntur; *lacci, nodi. Colum. 6. 2.* Cannabinis funibus cornua iuvencorum ligato: sed iaculi,

quibus copulantur, lanatis pellibus involuti sint, ne tenera fronte sub cornua laedantur. In vett. libris tum MSS., tum excusis leg. *laqueï*, teste *Ponted. ep. 60.*, ideoque hanc lectionem *Schneiderus* in textum recepit. — **β)** Denique, quod frequentius usurpatur,

IACULUM, i, n. *(subaudi* telum) est telum sive hastile, quod manu iaculari possumus; *dardo*. *Cic. 1. Tusc. 42. sub fin.* Solem prae iaculorum multitudine et sagittarum non videbitis. *Liv. 26. 4.* Eis parmae breviores, quam equestres, et septena iacula, quaternos longa pedes, data, praefixa ferro, quale hastis velitaribus inest. *Caes. 5. B. G. 44.* Persuadet, ut litteras ad Caesarem deferat: has ille in iaculo illigatas affert. Et *42.* Fervefacta iacula in casas, quae stramentis erant tectae, iacere coeperunt. *Sall. Iug. 61. extr.* Plerosque iacula, tormentis aut manu emissa, vulnerabant. *Cic. 4. Fin. 9.* Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo traiecisset. — Iaculum cum amento Aetolus Martis filius invenisse dicitur a *Plin. 7. 57. 9.* — **γ)** Latiore autem significatione *iacula* sunt missilia cuiuscumque generis. *Apul. 10. Met. 32.* Hinc Gratiae gratissimae, inde Horae pulcherrimae, quae iaculis floris serti et soluti Deam suam *(Venerem)* propitiantes, scitissimum construxerunt chorum, dominae voluptatis veris coma blandientes. — *Id. de Mund. 5. fin.* Sed telis fulminum et missilium coelestium iaculis ignescit *(aër)*. *Vulg. Interpr. Zachar. 9. 14.* Et exibit, ut fulgur, iaculum eius *(Dei)*. *Cf. 1. Macrob. 6. 51.* « Ignis iacula » et *Capell. 1. §. 43. de sole.* Radiorum iacula. — *Id. 2. §. 151.* Fulminis iaculum.

IAIŪNUS. V. IEIUNUS §. b.

IĀLȳSUS, i, f. Nomen tabulae a Protogene pictae, quod unde ea habuerit, non satis constat. Alii inde putant, quod in oppido Ialysi depicta fuerit (V. IALYSUS in ONOM.): alii veri similius, quod Ialysi Phoebi nepotis, conditoris eius imaginem retulerit. De ea ita *Plin. 35. 36. 38.* Palmam habet tabularum eius Ialysus, qui est Romae, dicatus in templo Pacis: quem cum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustineret et sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturae quater colorem induxit, etc. Persequitur inde, canem in ea fuisse mire factum, cuius in ore spuma ex impacta spongia egregie expressa casu fuerit, irato Protogene, quod ars non succederet: item Demetrium regem incendio urbis Rhodi abstinuisse, ne Ialysum absumeret, quod et *Gell. 15. 31.* narrat. Meminit etiam *Cic. 2. Att. 21.* et *6. Verr. 60.* et *Orat. 2.* Septem ipsos annos in hac tabula conficienda auctorem insumpsisse auctor est *Aelian. 1. 12. Var. hist. c. 41.*

IAM. Adverb. temporis, sive potius demonstrativum cum aliqua temporis notatione coniunctum, de cuius origine varii varia commenti sunt. Recentiores quidam accusativum esse formam adverbiali more positam existimant ex *im*, quod est ab *is*, *ea*. V. quae disputat ad rem *Hand, Turtell. T. 3. p. 110.* et *seqq.* — **b)** Disputant etiam Eruditi viri, utrum prior littera *i* vocalis sit, vel consona. Sed hoc alterum retinendum videtur ex Latinorum consuetudine, apud quos *i* littera vocali praeposita in eadem syllaba, consona est. Cf. 1 §. x. — **c)** Nec obstat, quod aliquando a Poëtis bisyllaba sit habita, ut est apud *Plaut. Pseud. 1. 3. 82.*, adnotante *Rufin. de metr. com. 1. 20.* « Scaurus in commentario Plauti in Pseudolo dicit: *Malaï διαίρεσις* metri causa. Scaurus in eadem fabula sic: *Nunc tam: tam* divisit in duas syllabas metri causa, » quum id, qua ratione factum sit, ostendant Grammatici. Adde *Plaut. Most. 1. 4. 24.* et *alibi.* — **d)** In antiquis MSS. et editis libris saepe commutatam fuisse cum particulis *nam*, *tam* (vel *tamen* per similitudinem compendii), *clam*, *etiam*, *cum*, et *iamque* cum *itaque*, aut saepe etiam temere adiectam vel obliteratam, refert *Hand, Turtell. T. 3. p. 137.* et *seq.* — **e)** Componuntur autem ex hac particula aliae plures, quae modo divisim scribuntur, ut *iam inde*, *iam vero;* modo coniunctim, ut *iampridem;* modo et divisim et coniunctim, ut *iam diu*, *iam dudum* vel *iamdiu*, *iamdudum*. — Ex iis, quae semper coniunctim scribendae sunt, est *etiam*, de qua V. suo loco; ceteras infra ex ordine commemorabimus.

IAM adverbium est multiplicis significationis ususque plurimi; quod universim rem aliquam demonstratione definitiva distincte et exacte designat cum aliqua certi temporis, ut supra diximus, notatione, sive praesentis, sive praeteriti, sive etiam futuri; *già, ora, adesso, in questo o da quel momento, da questo punto, ormai:* et haec est notio praecipua ac vocis propria. — Refertur ad praesens. *Ter. Adelph. 4. 5. 65. Mi.* Abi, ut uxorem arcessas. *Aesch.* Quid? iam uxorem? *Mi.* iam. *Aesch.* iam? *Mi.* iam quantum potest; *adesso, adesso?* et *Andr. 1. 2. 19.* Postulo, ut redeat iam in viam; *ormai. Plaut. Epid. 1. 1. 25.* Iam tu autem nobis praeturam geris? *Id. Mil. 4. 1. 36.* Scio iam, quid vis dicere. *Id. Aul. a. 3. v. 11.* Iamne autem, ut soles, deludis? *mi beffi tu ora?* — Huc pertinet illud *Plin. 2. ep. 11. circa med.* Stabat modo consularis, modo septemvir epulonum, iam neutrum; *poco fa consolare*, etc.; *ora all'improvviso nè l'uno, nè l'altro.* — Item formula *iamne abis?* qua abeuntem aliquem retinere cupimus, apud *Plaut. Men. 2. 3. 86.* et *Rud. 2. 7. 26.* — **2)** Ad futurum. *Ter. Eun. 2. 2. 5.* Accede ad ignem hunc: iam calesces plus satis. *Cic. Brut. 25.* De quibus iam dicendi locus erit, cum de senioribus pauca dixero; *allora*. Et *46.* Id tu, Brute, iam intelliges, cum in Galliam veneris. — **3)** Utrumque tempus est in illo *Plauti, Epid. 2. 2. 72.* Ille quidem aut iam hic aderit, ut iam adest. — **4)** Huc spectant et illa *Cic. Brut. 17. sub fin.* Ipsa verba compone, et quasi coagmenta: iam neminem antepones Catoni. Et *4. Tusc. 24.* Remove perturbationes: iam videbuntur monstra dicere. Et *4. Fin. 23. extr.* Catuli, qui iam despecturi sunt, caeci aeque, et ii, qui modo nati. Et *Har. resp. 25. extr.* Tollatur haec e civitate discordia: iam omnes isti, qui portendantur metus, exstinguentur. — **5)** Ad praeteritum. *Cic. Rosc. Com. 5.* Quam pridem hoc nomen in adversaria retulisti? sunt duo menses iam, dices. *Ter. Andr. 1. 2. 10.* Sperantes, iam amoto metu. *Caes. 1. B. G. 11.* Iam per fines Sequanorum copias transduxerant. Et *6. ibid. 6.* Iamque ab eo non longius bidui aberant, cum, duas venisse legiones, cognoscunt. — **6)** Saepe idem valet, quod usque; *sino. Cic. 1. Orat. 10.* Urgerent philosophorum greges, iam ab illo fonte et capite Socrate. *Id. 2. Fam. 16.* Sententiam meam perspicere potuisti, iam ab illo tempore, cum etc. *Id. 1. ibid. 9.* Etsi iam primis temporibus illis, multis rebus offendebatur animus. Et *ibid. ad fin.* Iam a prima adolescentia. *Nep. Eumen. 11.* Se mirari, quare iam tertium diem sic teneretur. — **7)** Pro antea. *Tibull. 1. 4. 29.* Vidi ego iam iuvenem, premeret cum serior aetas, Moerentem stultos praeteriisse dies. — **8)** Nonnunquam celeritatem significat, et morae increpationem, hortandique vim habet: quam notionem particulae tribuit *Donat.* ad *Ter. Heaut. 4. 6. 18.* et *Andr. 1. 2. 19.*, minus probante *Hand, Turtell. T. 3. p. 112.* — *Ter. Eun. 4. 6. 27.* Omitte: iam adero. Et *ibid. 3. 2. 59.* Iamne imus? *Id. Adelph. 4. 6. 18.* Bono animo es: iam argentum ad eum deferes. — **9)** Quoties autem adsit oppositio, explicari potest *pro tandem*, vel *aliquando. Ter. Heaut. 5. 1. 3.* ohe! iam desine, deos, uxor, gratulando obtundere. *Apul. 6. Met. 28.* Et tu, Fortuna durior, iam saevire desiste. *Cels. 3. 18.* Neque credendum est, si vinctus aliquis, dum levari vinculis cupit, sanum iam se fingat. *Virg. 12. Aen. 178.* et tu Saturnia iuno, iam melior, iam, diva, precor. *Cic. 6. Fam. 2.* Gravitate valetudinis, qua tamen iam paululum videor levari. — **10)** Saepissime coniungendi orationem vim habet, et transitionibus inservit, pro *praeterea*, vel *nunc*. *Id. 3. Nat. D. 34.* Dionysius aureum Iovi detraxit amiculum grandi pondere, . . . iam mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri. *Id. 2. Phil. 8.* Iam illud cuius est, non dico audaciae, sed stultitiae? *Id. Manil. 14.* Iam quantum consilio, quantum dicendi gravitate valeat, saepe cognostis. — **11)** Interdum abundat. *Ter. Heaut. 4. 3. 1.* Nulla mihi res posthac potest iam intervenire tanta, Quae mihi aegritudinem afferat. *Tacit. Germ. 45.* Ergo iam dextro Suevici maris litore Aestyonum gentes alluuntur. — Haec *Forcellinus*, sed Recentiorum plerique negant, particulam hanc stricto sensu abundare in allatis aut aliis id genus exemplis. — **12)** Singularis est usus huius particulae cum nominibus sive adiectivis, sive substantivis apud *Lucan. 9. 158.* Evolvam busto, iam numen gentibus, Isin; *h. e.* Isin, quae ex eo tempore ut numen a gentibus culta erit. Sic *Id. 1. 63. ad Neronem:* Sed mihi iam numen. Et apud *Tertull. Apolog. 6.* Licet Serapidi iam Romano aras restruxeritis, licet Baccho iam Italico furias vestras immolaritis; *h. e.* Serapidi qui ex eo tempore Romanus cultu factus est; dum ante hoc tempus a Romanis ut peregrinus habitus fuisset. — **13)** Interdum geminatur; saepe etiam variis particulis iungitur: quae deinceps omnia ordine subtexam:

II. *Iam ante* et *iam antea*, est multum ab hoc tempore; *già per l'avanti. Cic. 7. Att. 4.* Quod mihi iam ante erat notum. Adde *15. Fam. 16.* et *Brut. 17. Id. 2. Offic. 8.* Sensim hanc consuetudinem iam antea minuebamus. Adde *5. Fam. 10.* et *Sall. Cat. 20.* et *29.* — **14)**

Iam denique, idem est ac iam tandem. *Virg. 2. Aen. 70.* Quid iam misero mihi denique restat? — **15)**

Iam diu et *iamdiu*. V. DIU §. 4. et seqq. — **16)**

Iam dudum et *iamdudum*. V. DUDUM §. 5. et seqq. — **17)**

Iam et, et

Iam etiam indicant tempus vel maturum vel praeoccupatum, et exponi possunt per *et adeo*, *adeoque*, *imo. Liv. 27. 39.* Hasdrubalem movisse ex hibernis et iam Alpes transire. *Cic. 1. Tusc. 4.* In quam exercitationem ita nos studiose dedimus, ut iam etiam scholas Graecorum more haberemus. Adde *Iustin. 2. 4.* — *Liv. 22. 15.* Non modo . . . sed iam etiam *dixit*. — Et inverso ordine *Cic. 10. Fam. 20.* Etiam iam erroris causa sublata est. *Cf. Tacit. Dial. 11.* — *Liv. 29. 23.* Iam enim et nubilis erat virgo. — **18)**

Iam ex quo, V. infra §. 24.

Iam fere.
Iam ferme. } V. infra in *Prope iam.*

Iam iam est nunc, statim, sine mora; *or ora, giusto adesso, già già:* et respicit quidem rem futuram, sed imminentem. *Ter. Adelph. 5. 3. 67. Mi.* Pergis ne? *De.* iam iam desino. *Cic. 3. Orat. 24.* Iam iam intelligo, Crasse, quid dicas. *Horat. Epod. 2. sub fin.* fenerator

Alphius Iam iam futurus rusticus. *Ovid. 1. Trist. 2. 19.* quanti montes volvuntur aquarum! Iam iam tacturos sidera summa, putes. *Plaut. Most. 2. 1. 72.* Iam iam optime praeceptis paruisti! *Id. Curc. 5. 3. 29.* Iam iam faciam, ut iusseris. *Cic. Brut. 14.* Senatum iam iam inclinatum, a Pyrrhi pace revocavit. — **19)** Aliquando figurate indignationem habet. *Virg. 4. Aen. 571.* Iam iam nec maxima Iuno, Nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis. — **20)** Et miserationem. *Sall. Iug. 17.* Iam iam, frater animo meo carissume, laetandum magis, quam dolendum puto casum tuum. — **21)** Et exhortationem. *Quintil. 3. Declam. 17.* Iam iam, commilito, quicumque casus manet, etiam si te imperator damnaturus est, habes solatium. — **22)** *Iam iamque* est celeriter, quamprimum; *presto, quanto prima. Cic. 1. Tusc. 7. extr.* Cum dies et noctes cogitandum sit, iam iamque esse moriendum. *Id. 14. Att.* 22. Quamquam ipse iam iamque adero. *Virg. 3. Aen. 705.* Vela dare et laxos iam iamque immittere funes. Adde *Ovid. 1. Met. 555.* — **23)** *Iam . . . iam* est modo . . . modo. *Virg. 4. Aen. 246.* acri Gaudet equo, iamque hos cursu, iam praeterit illos. *Flor. 2. 17.* Itaque per partes iam huc, iam illuc missi duces, qui ferocissimas gentes servire docuerunt. *Horat. 2. Sat. 7. 20.* Iam contento, iam laxo fune laborat. *Liv. 30. 30.* Iam aetas . . . iam secundae, iam adversae res ita erudierunt, ut etc. Adde *Vellei. 2. 114.* — **24)** *Iam inde* est usque ab, inde usque, iam ab hoc, vel illo tempore; *sino da. Cic. Prov. cons. 13. ad fin.* Iam inde a principio huius imperii. *Id. 2. Nat. D. 48.* Iam inde ab ortu naturae. *Id. Orat. 36. ad fin.* Exercitatio iam inde ab Aristotele constituta. *Ter. Adelph. 3. 4. 76.* Homo amicus nobis iam inde a puero. *Liv. 27. 47. a med.* In destinatis iam inde ante animo latebris subsedit. *Id. 9. 29.* Iam inde antiquitus. *Suet. Tib. 11.* Salubritate insulae Rhodi iam inde captus, cum ad eam ab Armenia rediens appulisset; *sin da quando avea approdato*, etc. — Hoc eodem sensu *iam ex quo* usurpavit *Liv. 42. 11.* Iam ex quo ipse accepisset regnum, multo . . . admirando rerum successu tenuisse. — **25)** Absolute. *Liv. 27. 51.* Ut iam inde, haud secus quam in pace, etc.; *sin d'allora.* Et *Cic. Vatin. 5. ad fin.* Ac tibi iam inde praescribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas; *sin da ora.* — **26)** Additur et *usque. Ter. Heaut. 1. 2. 9.* Nam mihi magna cum eo, iam inde usque a pueritia, Fuit semper familiaritas. — **27)**

Iamne? interrogativa, v. supra §. 1. et 8. — **28)**

Iam non est non amplius; *non più. Phaedr. 1. 8.* Impune abire quia iam non potest. — **29)** Inverso ordine *non iam* est nondum; *non ancora. Nep. Eumen. 12.* Cum admirarentur, non iam de eo sumptum esse supplicium. — In illo autem *Apul. 3. Met. 6.* Sic pace vindicata . . . ac salute communi protecta, non iam impunem me, verum etiam laudabilem publice credebam fore; *h. e.* non solum, non modo. — **30)**

Iam nunc est iam ex hoc tempore; *sin da ora. Cic. Divin. Verr. 15.* Iam nunc mente et cogitatione prospicio, quae tum studia hominum, qui concursus futuri sint. Et *mox.* Quae cum cogito, iam nunc timeo, quidnam etc. Adde *1. Att. 8., Phaedr. 4. 20.* et *Virg. 1. G. 42.* — *Apul. 11. Met.* 2. Tu meis iam nunc extremis aerumnis subsiste. — **31)** Inverso ordine gravior vis accedit vocabulo *nunc. Cass.* apud *Cic. 12. Fam. 12.* Nunc iam sum expeditus. Adde *Liv. 7. 52.* et *10. 19.* — *Ter. Adelph. 2. 1. 21.* I nunc iam. Cf. *Donat.* ad *h. l.* — **32)**

Iam olim est iam a longo tempore; *già gran tempo fa. Ter. Eun. 3. 5. 39. de Iove.* Quia consimilem luserat iam olim ille lusum. *Virg. 2. G. 403.* Ac iam olim seras posuit cum vinea frondes . . . Iam tu acer curas venientem extendit in annum; *e sin da quando.* — **33)**

Iam porro, est idem ac iam vero, et transitioni inservit. *Cic. Rosc. Am. 46.* Videte iam porro cetera. — **34)**

Iam pridem et *Iampridem* fere de longiore tempore dicitur, quam *pridem*, atque etiam quam *iamdudum:* diciturque de re incepta, ac nondum desita; *già da gran tempo. Cic. 2. Att. 5.* Iam pridem cupio Alexandriam visere; *è gran tempo, che desidero* etc. *Id. Prov. cons. 14.* Cum ille iampridem gloriae suae, reipublicae nondum satisfecerit. *Id. 3. Fam. 11. circa med.* Brutus princeps iampridem iuventutis, celeriter, ut spero, civitatis. *Id. 12. Att. 23.* Occidimus, occidimus, Attice, iam pridem nos quidem; sed nunc fatemur, postquam unum, quo tenebamur, amisimus. *Ter. Hecyr. 2. 1. 22.* Iampridem equidem audivi, cepisse odium tui Philumenam. — **35)**

Iam primum, idem ac primum; *primieramente. Ter. Adelph. 3. 2. 40.* Iam primum illum alieno animo a nobis esse, res ipsa indicat. *Liv. 1. 1.* Iam primum omnium satis constat, etc. *Sall. Cat. 15.* Iam primum adolescens Catilina multa nefanda stupra fecerat. *Ovid. 4. Heroid. 101.* Nos quoque iam primum turba numeremur in ista. — *Iam tum primum* habet *Liv. 42. 11.* — Et inverso ordine *primum iam* pro *iam dudum* usurpat *Ter. Andr. 1. 5. 6.* — **36)**

Iam pene.
Iam prope. } v. infra in *Prope iam* §. 52.

Iamque, ex *que* et *iam*, idem est ac et *iam*, si *que* copulativum sit; *e già. Cic. 4. Fam. 6.* Sed quum cogitarem . . . et quum frangerem, iamque ipse me cogerem illa ferre toleranter, habebam quo confugerem. *Nemes. 3. Ecl. 11.* Tum Pan excussus sonitu stridentis avenae Iamque videns. — **37)** Frequentius vero *iamque* ab initio sententiae ponitur et continuandae orationi inservit. *Sil. 8. 158.* Iamque ferebatur vicina per oppida rumor. *Virg. 6. Aen. 477.* Inde datum molitur iter. Iamque arva tenebant Ultima. Adde *12. ibid. 391.* — **38)** Aliquando etiam in media enuntiatione ponitur, quin alteram cum altera sententia coniungat. *Id. 3. Aen. 588.* Postera iamque dies primo surgebat Eoo. *Id. 6. ibid. 81.* Ostia iamque domus patuere ingentia centum Sponte sua. Adde *7. ibid. 637.* et *11. 766.* — **39)** Sequente in altera orationis parte *quum;* quod huius particulae valde proprium est. *Caes. 6. B. G. 6.* Iamque ab eo non longius bidui via aberant, quum etc. *Virg. 3. Aen. 521.* Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis, Quum etc. *Id. 5. ibid. 268.* Iamque adeo donati omnes . . . Quum etc. Adde *Tacit. 2. Ann. 8.* — **40)**

Iam quum et *Quum iam* est simul ac. *Cic. 3. Att. 22.* Sed iam quum adventare milites dicentur, faciendum nobis erit, ut ab eo discedamus. *Virg. 1. G. 4. 50.* Hoc etiam, emenso quum iam decedet Olympo, Profuerit meminisse magis. — *Horat.* eodem sensu *qui iam* usurpavit *Art. P. 158.* Reddere qui voces iam scit puer et pede certo Signat humum, gestit paribus colludere. — Alio sensu *quum iam* v. infra §. 42. et 54. — **41)**

Iam tandem; tandem aliquando; *pur una volta, finalmente. Cic. 2. Agr. 37. in fin.* Polliceor, me esse perfecturum, ut iam tandem illi fateantur, etc. *Virg. 6. Aen. 61.* Iam tandem Italiae fugientis prendimus oras. *Liv. 22. 12. a med.* Assuefaciebant militem, minus iam tandem fortunae poenitere suae. — Inverso ordine. *Apul. 8. Met. 7. tandem iam* pro *iam tandem* usurpavit. — **42)**

Iam tum et *Iam tunc*, iam inde, iam ex eo tempore; *sin d'allora. Cic. Arch. 4.* Census indicat, cum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro cive. *Id. 1. Att. 3.* Quae iam tum, cum aderas, offendere eius animum intelligebam. *Liv. 45. 6.* Iam tum, dum pecunia deferretur, primis tenebris solverat navem. *Id. 29. 1.* Malle, eos sibi iam tum fateri, quam postmodum querentes etc. *Al. leg.* tunc. *Nep. Timoth. 3.* Philippus iam tunc volens, multa moliebatur. *Al. leg.* tum. *Iustin. 15. 3.* Palam iam tunc multae civitates, libertatem bello vindicandam, fremebant. *Nep. Thrasib. 2.* Iam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant. — *Virg. 1. G. 43.* Vere novo, gelidus canis quum montibus humor Liquitur . . . Depresso incipiat iam tum mihi taurus arato Ingenuere; *h. e.* iam primum vere novo. — **43)**

Iam vero; nunc autem, nunc porro; *ora poi, già poi;* et transitionibus inservit. *Cic. 5. Catil. 9.* Iam vero illo Allobrogum sollicitatio, iam etc. *Id. Manil. 11.* Iam vero virtuti Cn. Pompeii quae potest par oratio inveniri? — **44)** *Iam vero* pro *imo vero*, vel *nunc vero*, correctioni servit. *Id. Brut. 76.* C. Sicinius probabilis orator: iam vero etiam probatus, ex hac inopi Hermagorae disciplina. — **45)** *Iam vero* est etiam iam tandem; *ormai. Ter. Adelph. 4. 7. 36.* Iam vero omitte, Demea, tuam istanc iracundiam. — **46)**

Iam usque est usque, iam inde; *sino da. Cic. 1. Divin. init.* Vetus opinio est, iam usque ab heroicis ducta temporibus. Cf. supra §. 6. — **47)**

Iam ut est statim ut, simul ac. *Plaut. Curc. 5. 2. 46.* Postquam illo ventum est, iam ut me collocaverat, Exoritur ventus, turbo, etc. *Ter. Hec. 3. 3. 18.* Iam ut limen exirem, ad genua accidit. — **48)** Aliquando etiam usurpatur alia praecedente particula, quae pariter ex ordine subiiciam.

III. *Ac iam*, v. infra §. 52.

At iam et *At enim iam* est iam vero. *Cic. 4. Fin. 15.* At enim iam dicitis virtutem non posse constitui, si etc. — **49)**

Donec iam est usque dum. *Cels. 8. 2.* Radere, donec iam aliquid cruoris ostendatur. Adde *ibid. 4. extr.* et *2. 1.* — **50)**

Et iam, quae, ubi adsit comparatio, opponitur *nondum*, et significat rem ad certum terminum processisse. *Curt. 9. 6. 23.* Nondum feminam aequavimus gloria, et iam nos laudis satietas cepit? — Omisso *et. Liv. 1. 23.* Ad quorum casum quum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones iam spes tota, nondum tamen cura deseruerat. — **51)** *Et iam* ponitur etiam initio sententiae ad rem in conspectum promovendam. *Liv. 56. 44.* Et iam classes quoque undique concurrerant. *Virg. 1. Ecl. 83.* Et iam summa procul villarum culmina fumant. — *Val. Flacc. 1. 348.* Et iam finis erat. — *Ac iam* usurpavit *Caes. 3. B. G. 9.* Ac iam, ut omnia contra opinionem accidrent, tamen se plurimum navibus posse. — **52)**

Pene iam et *Iam pene*. V. §. seq.

Prope iam, vel inverso ordine *Iam prope* ad designandum eventum haud dubium, sed certum. *Ter. Heaut. 1. 1. 45.* eius filiam ille amare coepit virginem, Prope iam ut pro uxore haberet. — *Caes. 1. B. C. 84.* Quae *(leges)* prope iam matura erat. — *Liv. 2. 25.* Iam prope erat, ut

ne consulum quidem maiestas coërceret iras hominum. Cf. *Cic. 1. Phil. 5.* et *2. Fam. 5.* — Eadem ratione usurpantur *pene iam* vel *iam pene* apud *Quintil. 8. 4. 29.* Demus ergo breviter hoc desiderio iam pene publico. Et *9. 3. 1.* Pene iam quidquid loquimur figura est. — Sic et *iam ferme* habet *Ter. Andr. 1. 3. 19.* et *iam fere, Cic. 1. Offic. 1.* — **52)**

Qui iam. } v. supra §. 40. et infra §. 54.
Quum iam. }

Sed iam est sed adeo, praecedente *non modo*, in illo *Liv. 21. 63.* Non cum senatu modo, sed iam cum diis immortalibus C. Flaminium bellum gerere. — **53)**

Si iam, Nisi iam, Quum iam, conditionem designant ex ipsa re prodeuntem. *Cic. 1. Catil. 2.* Si te iam, Catilina, comprehendi; si interfici iussero, credo, erit verendum mihi, ne etc. *Ovid. 1. Trist. 2. 63.* Mittere me Stygias si iam voluisset ad undas, Caesar, in hoc vestra non equisset ope. *Sall. Cat. 52.* Ignoscite Cethegi adulescentiae, nisi iterum iam patriae bellum fecit. *Liv. 5. 54.* Quae ratio est expertis alia experiri, quum iam, ut virtus vestra transire alio possit, fortuna certe loci huius transferri non possit? Adde *Val. Flacc. 8. 250.* et *Cic. 1. Tusc. 22.* — **54)** *Quod si iam* apud *Cels. Praef. 1. p. 10.* est pro *si vero.* — **55)**

Ut iam locum habet in sententiis quae verum rei successum atque effectum significant. *Cic. 1. Leg. 4.* Tu a contentionibus, quibus summis uti solebas, quotidie relaxes aliquid, ut iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit. *Id. ibid. 7.* Parent autem huic caelesti descriptioni . . . ut iam universus hic mundus una civitas sit communis Deorum atque hominum existimanda. Adde *Orat. 17.*, coll. *1. Acad. 12.* — **56)** *Ut iam* adhibetur aliquando pro quamvis. *Cic. 4. Fin. 24.* Ut iam omnes insipientes sint miseri, quod profecto sunt; non est tamen etc. *Liv. 34. 32.* At enim, ut iam ita sint haec, quid ad vos, Romani? Adde *21. 47.* et *Curt. 5. 8. 12.*

Nota. De hac particula qui plura desiderat, adeat *Hand*, qui fuse de ea disseruit, *Turscll. T. 3. p. 110-138.*

IAMBĔLĔGUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἰαμβέλεγος*, quo significatur versus iambo et elego constans. *Plotius, p. 2662. Putsch.* Iambelegus nomen accepit, quod iambico et elego constat. Adde *Mar. Victorin. 4. 1. 33.* — *Serv. de Centim. p. 1825. Putsch.* Iambelegum *(subaudi* metrum) constat penthemimeri iambica et dactylica, ut est hoc: *Fontes ligabant gramina laetificos.*

IAMBĒUS, a, um. Adiect. Graecum *ἰάμβειος*, idem quod iambicus. *Horat. Art. P. 252.* Trimetris accrescere iussit Nomen iambeis.

IAMBĬCĪNUS, a, um. Adiect. a *iambicus;* ad iambicum versum pertinens, ut Iambicinus numerus, *Capell. 9. p. 358.*

IAMBĪCUS, a, um. Adiect. a *iambus;* ad iambum pertinens, ut Iambicus pes, *Diomed. 3. p. 473. Putsch.* Iambicus versus, *ibid. p. 516.* et *517.* Iambicum trimetrum, *Mar. Victorin. 1. p. 2494. Putsch.* Iambica metra, *Serv. Centim. p. 1817. Putsch.* — **2)** Pro satirico usurpare videtur *Apul. Apol. 10.* Et quidem C. Lucilium, quamquam sit iambicus, tamen improbarim, quod etc. Cf. IAMBUS §. 1.

IAMBUS, i, m. Vox Graeca, *ἴαμβος*, qua pes quidam metricus significatur, de quo mox. Quidam derivant ab Iambe Celei famula, quae cum vidisset Cererem ob amissam filiam dolere, saltans, et versus iambico metro canens Deam consolata est: alii ab Iambe puella quadam, quae turpiter contumelia affecta suspendio vitam finierit: alii ab Iambe anu, quae, cum Hipponax lavanti sibi molestiam facesseret, versu hoc eum amolita sit *Ἄνδρων' ἄπελθε, τὴν σκάφην ἀναστρέψεις, Vir recede, scapham subvertis,* quo postea poëta delectatus est. Aliam affert notationem *Diomed. 3. p. 473. Putsch.* Alii a Marte ortum iambum strenuo duce tradunt, qui cum crebriter pugnas iniret, et telum cum clamore torqueret, *παρὰ τὸ τὸν βάλλειν* iambus appellatur. *Mar. vero Victorin. p. 248. παρὰ τὸ ἶσον βαλεῖν* a Probabilius vero vocis etymon est ab *ἰάπτω*; *iacio*, unde *ἴαβος*, mox *ἴαμβος*, » inquit *Furianetto.* — **b)** Licenter nimis primam litteram tanquam consonam pro vocali usurpat *Sulpicia, Satyr. 3.* Nec trimetro iambo, nec qui pede fractus eodem Fortiter irasci didicit, duce Clazomenio. Nisi sit pes, anapaestus *ὁ ἴαμβο* pro dactylo, ut aliquando etiam *Virgilius*, aliique. — **c)** Derivata, *Iambeus, Iambicinus, Iambicus.* — **d)** Composita, *choliambus, choriambicus, choriambus, deuteriambus, diiambus, elegiambus, galliambus, Iambelegus, mimiambus, molossiambus, pariambodes, pariambus, periambus, triambus.*

IAMBUS est pes metricus constans ex priore brevi et posteriore longa, ut *vĭrōs, rŏgās*, etc. *Horat. Art. P. 251.* Syllaba longa brevi subiecta vocatur Iambus, Pes citus. *Id. 1. Od. 16. 2.* Iambi criminosi. *Criminosos* vocat, quia hic pes versibus maledicis conficiendis est aptissimus. *Id. Art. P. 79.* Archilochum proprio rabies armavit iambo. *Ovid. Ib. 323.* Utque repertori nocuit pugnacis iambi, Sic sit in exitium lingua proterva tuum. V. ARCHILOCHUS in ONOM. *Catull. 36. 5.* Desissemque truces vibrare iambos. Adde *Quintil. 10. 1. 9.* et *59.* et *96.* et *Horat. 1. Ep. 19. 23.* et *2. ibid. 2. 59.* — **2)** Addit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 103. Müll.* Iambi vocabantur, qui singuli ex prosccnio loquebantur: triambi, qui terni. *Martinius* in *Lex.* coniicit, respici ad Graecam originem *ἴος*; solus, et *βάζω*; loquor. Sed, opinor, haec fortasse a *Paulo* interpolata sunt, vel corrupta ad nos pervenerunt. Cf. *Müller* ad h. l. — **3)** Sumitur pro carmine versibus iambicis composito. *Cic. 3. Nat. D. 38.* Quem Hipponactis iambus laeserat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus.

IAMDĬU. V. DIU §. 4. et seqq.

IAMDŪDUM et Iam dudum. V. DUDUM §. 5. et seqq.

IAMIAM et Iam iam. V. IAM §. 18.

IAMPRĪDEM et Iam pridem. V. IAM §. 34.

IAMQUE. V. IAM §. 22.

IĀNĔUS, i, m. Nomen a *ianua;* quod ianitor exponitur a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 102. Müll.*

IĀNĪGĔNĂ, ae. Comm. gen. Adiect. a *Ianus* et *genitus*, quod est a *gigno;* a Iano genitus. *Ovid. 14. Met. 581.* Dum mihi lanigenam servabunt fata Canentem. V. CĂNENS in ONOM.

IĀNĬTOR, ōris, m. Nomen a *ianua*, verbalium more effictum, *ianitos* apud Veteres in casu recto, teste *Varr. 7. LL. 3.* §. 27., quo significatur ianuae custos; *portinaio, ustiere. Cic. 3. Verr. 4.* Hunc vestri ianitores, hunc cubicularii diligunt. *Plaut. Men. 4. 2. in fin.* Heus, ecquis hic est ianitor? aperite. *Cic. 7. Verr. 48.* Ianitor carceris; *carcerier. Firmic. 3. Mathes. 11.* Ianitores sepulcrorum. *Capell. 1. §. 60.* Ianitores terrestres. Adde *Vulg. Interpr. 3. Par. 8. 11.* et *alibi passim.* — **2)** Romani quos habebant servos ad ianuam, catenatos prope ipsam habere solebant: unde ianitores inter vilissima mancipia habebantur. *Ovid. 1. Amor. 6. 1.* Ianitor (indignum!) dura religate catena. *Colum. praef. l. 1. ante med.* An putem fortunatius a catenato repulsum ianitore saepe nocte sera foribus ingratis adiacere? — **3)** Specialim a Poëtis *coeli ianitor* dictus est Ianus. *Ovid. 1. Fast. 125.* et *159.* V. IANUS in ONOM. — Et Inferorum, Cerberus. *Virg. 6. Aen. 400.* et *8. ibid. 296.*

IĀNĬTRIX, īcis, f. Nomen a *ianua*, verbalium more effictum, ut praecedens, quo significatur mulier, cui ianuae custodia est commissa; *portinaia. Plaut. Cure. 1. 1. 76.* Anus hic solet cubitare, ianitrix. *Gloss. Lat. Gr.* Ianitrix; *ἡ πυλουρός.* — **2)** Translate. *Plin. 15. 39. 1.* Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, ianitrix Caesarum, pontificumque; *idest* quae solet plantari ante domos Caesarum et pontificum. *Tertull. Anim. 55.* Rhomphaea Paradisi ianitrix. *Id. contra Gnost. 10.* Quas mihi potestates ianitrices adfirmas iuxta Romanam superstitionem, Cardeam quandam, et Porculum, et Lamentinum. — **3)** Praeterea

IANITRICES etiam dicebantur duorum fratrum uxores, quasi eandem ianuam terentes, vel per eandem ianuam iter habentes. Haec *Isid. 9. Orig. 7.* Alii putant, ita esse appellatas, quod pariter adversum lectum ianuae sibi sterucrent, inque eo tanquam custodiae causa cubare solerent. Nam apud Romanos ea consuetudo fuit, ut quae uxor primum in manum viri convenisset, ea sibi in atrio domus, ante ipsam ianuam, lectum sterneret, qui idcirco *adversus* dictus est, ut habetur apud *Propert. 4. 11. 85.* Seu tamen adversum mutarit ianua lectum. Et *Ascon.* ad *Cic. Mil. 5.* Omni vi ianua expugnata, et imagines maiorum deiecerunt, et lectulum adversum uxoris eius Corneliae. — Sunt tamen qui rectius arbitrantur, *ianitrices* esse vocem corruptam ex *εἰνατέρες*, uxores fratrum, quod fortasse est pro *εἰνατέρες*, etenim *εἰνάτερα* conlugem significat, ex *εἰνή*; cubile. Ita *αἰκλεῖ* vocantur, qui duas sorores in matrimonio habent. V. ENATER et *Inater* in *verb. barb. Modestin. Dig. 38. 10. 4.* §. 6. Duorum fratrum uxores ianitrices dicuntur, apud Graecos *εἰνατέρες*, quod uno versu idem Homerus *(Iliad. l. 6. v. 378)* significat: *Ἕκτ πῆ ἐς γαλόων, ἦ εἰνατέρων εἰνάλιων.* — Hoc sensu in plur. num. semper adhiberi, adnotat *Incert. Gramm.* in *fragm. p. 99. Endl.*

IANTHĪNUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἰάνθινος*; violaceus, colorem floris violae referens, purpurei coloris; *violato:* ab *ἴανθος*; flos quidam, et color purpureus: ab *ἴον*; viola, et *ἄνθος*; flos. *Plin. 21. 14. 1.* Ab his ianthina vestis. *Id. ibid. 22. 1.* Ianthinus color. V. TOR §. 1. *Vulg. Interpr. Exod. 25. 5.* Ianthinae pelles. *Id. Num. 4. 25.* Velamen ianthinum. — **2)** Absolute, substantivorum more,

IANTHINA, orum, n. Sunt vestes violacei coloris. *Martial. 2. 39.* Coccina famosae donas, et ianthina moechae. — In sing. num. *Vulg. Interpr. Ezech. 16. 10.* Et calceavi te ianthino; h. e. calceamento ex pelle ianthina.

IANTHIS, ĭdis, f. Vox Graeca, *ἰανθίς*, qua significatur herba quaedam, sive flos purpurei coloris. *Marcell. Empir. 17.* Cf. voc. praeced.

IANTACULUM, etc. V. IENTACULUM etc.

" IANTILIA, *λίθοι τραχεῖς ἀκανθοπόμονες. Gloss. Lat. Gr.* — Ad h. l. adnotat *Vulcanius:* « nimirum ut sint Termini finales, nullum tamen horum vestigium in libris de Limitib. agrorum. » — Nihilominus vox Latina parum sana mihi videtur.

IĀNŬĂ, ae, f. Nomen, quod vulgo a *Iano*, dei cuiusdam nomine apud Romanos culti, de quo V. in ONOM., factum putatur, quod is

Digitized by Google

ianuis praecesse creditus est. Est autem *ianua* primus ingressus ad interiora domus; *porta*. *Cic. 2. Nat. D. 27.* Principem in sacrificando Ianum esse voluerunt: quod ab eundo nomen est ductum: ex quo transitiones perviae, iani; foresque in limimibus profanarum aedium, ianuae nominantur. *Varr. 6. LL. 3. ante med.* Mittere cornicinem ad ianum privati. *Phaedr. 4. 24.* Nec ulli iuvenes reperti sunt ad ianuam. *Ovid. 2. Art. am. 244.* Atque erit apposita ianua fulta sera. *Id. 1. Amor. 6. 28.* Roboribus duris ianua fulta riget. *Id. 4. Heroid. 141.* Reserare ianuam. *Plaut. Aul. 1. 2. 11.* occludere. *Id. Poen. 3. 4. 30.* pultare; *battere alla porta*. *Id. Asin. 2. 2. 7.* indiligenter observare. *Petron. Satyr. 139.* intrare. *Horat. 1. Sat. 2. 128.* frangere. *Scaevol. Dig. 8. 2. 41.* aperire; *far una porta:* aperto pariete ianuam facere. *Apul. Apol. 75.* ianua calcibus propulsata. Cf. *Propert. 1. 16. 3.* et *Horat. 1. Od. 25. 1.* — De ianuis Veterum V. *Sagitt. c. 57.* in *Thes. Graec. Ant. T. 6. p. 545.* — **2)** Apud *Nep. Hannib. 12.* Ab ianua puer. *Nonnulli explicant de servo atriensi, cui ianuae cura fuerit demandata.* — **3)** Latiore significatione dicitur et de quocumque aditu; *ingresso, entrata*. *Virg. 6. Aen. 106.* quando hic inferni ianua regis, etc. Et *127.* Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. — Huc spectat et *Ovid. 3. Trist. 2. 23.* nostri toties pulsata sepulchri ianua. *Quo loco et proprio et translato sensu vox accipi potest.* — **4)** Translate. *Cic. Plane. 3.* Qua nolui ianua sum ingressus in causam. *Id. 1. Orat. 47.* Si in haec, quae patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis, facillime vos ad ea, quae cupitis, perventuros ab hoc aditu ianuaque patefacta. *Plin. 1. ep. 18.* Ille actio mihi ianuam famae patefecit. *Val. Flacc. 4. 231.* reclusaque ianua leti. *Q. Cic. Petit. cons. 11. a med.* Ianua animi frons est. *Apul. Apol. 7.* Ianua orationis. — *Bachiar. ep. de recip. laps.* Ianuae labiorum. *Sulpic. Sev. de Vit. B. Martin. praef.* Ea tibi fiducia libellum edidi, qua nulli a te prodendum reor; quia id spopondisti. Sed vereor, ne tu ei ianua sis futurus, et emissus semel non queat revocari.

Nota. *Ianuam* ab *ostio* differre quidam arbitrantur, quod hoc sit interiorum domi cubiculorum. Sed confunduntur. *Cic.* enim *2. Orat. 68.* primo dicit *aliquem ab ostio quaerere:* et mox *quaerere aliquem a ianua*, quae significant *dimandar di qualcuno, stando alla porta*. *Plaut.* quoque ubi utrumque coniunxit, duo synonyma coniunxit, *Pers. 3. 1. 6.* Hic volo ante ostium et ianuam meos participes bene accipere. — **2)** A *porta* vero certe differt, quae est castrorum, moenium et urbis. Tametsi ne hoc quidem est perpetuum. V. PORTA

IĀNŬAL, ālis, n. Exponitur a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.* Ianual, libi genus, quod Iano tantummodo libatur.

IĀNŬĀLIS, le. Adiect. a *Ianus;* ad Ianum pertinens. *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Axamenta, p. 3. Müll.* Versus in Deos singulos facti a nominibus eorum appellabantur, ut Ianuales, Iunonii, Minervii. *Müll.* legit ex Codd. bonis *Ianuli*, quam vocem in textu retinuit, expulsa vulgari *Ianualii*, pro qua ex analogia *Ianuales* alii. — V. alia, quae huc quoque spectare possent in ONOM. sub *h. v.*

IĀNŬĀRĬĂ, ōrum et IĀNŬĀRĬAE, ārum. } V. voc. seq. §. 3. et 4.

IĀNŬĀRĬUS, a, um. Adiect. a *Ianus;* ad Ianum pertinens. Hinc *Ianuarius mensis*, et *Ianuarius, ii*, m. absolute; *Gennaro, Gennaio*, olim undecimus, deinde primus anni mensis, Iano sacer: additus anno Romano ab Numa Pompilio, cum antea decem tantummodo mensibus constaret. V. *Ovid. 1. Fast. 64.* et *seqq. Cic. 1. Agr. 2.* Auctio constituta in mensem Ianuarium. *Id. 1. Att. 2.* Ianuario mense cura ut Romae sis. *Caes. 1. B. C. 5.* A. d. VII. Id. Ianuarii. — **2)** Primus dies huius mensis Romanis laetissimus celeberrimusque fuit. Illo enim die, qui designati fuerant, magistratum imibant, et quidem qui curuli fuerant ornati magistratu, curribus, in quibus sellae erant eburc tectae, in Tarpeiam arcem, seu in Capitolium, universo populo sequente, novis induto vestibus, vehebantur, ad sacrificium in Iani honorem peragendum. Illo die ab amicis felicitatis auguria dabantur et accipiebantur. Prima enim in omnibus rebus maximam vim habere censebant. Geterum hoc ipso die mos fuit singulos aliquid attingere in ea arte, quam exercebant. *Ovid. loc. cit. 169.* etc. et *Colum. 11. 2. ad fin.* — **3)** Hinc *Ianuariae calendae*, et *Ianuariae*, absolute, dicitur festum eo die celebratum apud *Tertull. Idol. 14.* Nimirum Saturnalia et calendas Ianuarias celebrans hominibus placebat? Et *ibid.* Nobis, quibus sabbata extranea sunt, et . . . Saturnalia et Ianuariae et Brumae et Matronales frequentantur? — **4)** Hinc et *Ianuaria* absolute eodem sensu apud *Aur. Viet. de Caesarib. 17.* Senatus ob festa Ianuariorum frequens primo luci convenerat.

IANULUS, a, um. V. IANUALIS.

IĀNUS, i, m. Nomen proprium cuiusdam viri, deiu apud Romanos honoribus divinis culti, ut dicemus suo loco in ONOM., quod etiam commune est factum, ut infra patebit. — **b)** Quare etiam alia forma *Ianus, us*, explicatur, de qua V. suo loco. — **c)** Inde aliquot etiam vocabula ab eo derivata, nempe *Ianeus, Ianitor, Ianitrix, Ianua, Ianual, Ianualis, Ianuarius*. — **d)** Et composita, *Ianigena, Ianuspater*.

IANUS proprie dei nomen, qui inter alia praecesse omnium aedium foribus putabatur; itemque viis omnibus tum in urbibus, tum extra urbes. Hinc *Ianus* dictus est Romae locus tectus in foro, quatnor fornicibus pervius, in quo mercatores, et feneratores frequentissime habitabant. *Ovid. Rem. am. 561.* Qui puteal, Ianumque timet, celeresque calendas. — Prima vici pars huic Iano proxima, ubi pecunia fenori dabatur, *summus Ianus*, ultima *imus*, media *medius Ianus* dicebatur. *Horat. 1. Ep. 1. 54.* Haec Ianus summus ad imum Perdocet. *Id. 2. Sat. 3. 18.* Postquam omnis res mea Ianum Ad medium fracta est. Adde *Cic. 7. Phil. 6.* et *6. ibid. 5.* — **2)** Quare *a Iano primo*, vel *a Iano medio* dicebatur artifex, qui prope ea loca officinam, vel tabernam habebat. *Inscr.* apud *Grut. 576. 9.* C. Iulius C. L. Nicomachus a Iano primo. *Alia* apud *Eund. 577. 2.* C. Lepidus C. L. Anicetus a Iano medio. — **3)** Hinc *Iani* dicebantur omnes transitiones perviae, sive aedificia fornicata et pervia, aut arcus, cuiusmodi plures per omnes urbis regiones Domitianum exstruxisse, scribit *Suet. Domit. 13.; volte, o portici fatti a volta*. Ita autem appellabantur, quia Ianus omnibus ianuis et viis praeesse credebatur, ut dictum est. *Id. Aug. 31.* Pompeii statuam contra theatri eius regiam, marmoreo Iano supposuit. *Liv. 41. 27. extr.* Forum porticibus tabernisque claudendum, et Ianos tres faciendos locavit. *Id. 2. 49.* Infelici via dextro Iano portae Carmentalis profecti. Adde *Cic. 2. Nat. D. 27.* — *Ovid. 1. Fast. 257.* Cum tot sint Iani, cur stas sacratus in uno? *h. e.* cum tot sint arcus, etc. — **4)** Praeterea, quum primus anni mensis ab eo nomen acceperit,

II. *Ianus*, qui et *mensis Iani*, dictus est poëtice Ianuarius. *Ovid. 2. Fast. 1.* Ianus habet finem: cum carmine crescit et annus. Et *48.* Primus ut est Iani mensis, et ante fuit. — **5)** Atque hinc in illo *Ausonii, epist. 20. extr.* Vive, vale, et totidem venturos congere Ianos, Quot etc. *Ianos* intellige calendas Ianuarii, quae Iano sacrae: et per synecdochen annus.

IĀNUS, us, m. Idem ac ianus, i (V. voc. praeced. §. a. et b.), qua arcus sive fornix vocabatur. *Inscr.* apud *Matth. Zona, Raccolta d' iscriz. ant. trovate a Calvi, p. 4.* Viam ab angiportu ad Iunonis Lucinae usque ad aedem Matutae, et clivom ab Iano ad cisiarios portae Stellatinae, et viam Patulam ad portam laevam, et ab *foro* ad portam domesticam sua pecunia stravit. V. voc. praeced. §. 3.

IĀNUSPĂTER. Nomen a *Ianus* et *pater*, eadem ratione factum, ac *Marspiter, Iuppiter*, quo coniunctim olim dictus est *Ianus* (V. voc. praeced. §. 1. *init.*), teste *Gell. 5. 12.*

ĬĀO, indecl. Vox fuit inclamantis, et fidem auxiliumque exposcentis: ita enim de aeonibus Valentinianorum, qui ex Gnosticorum genere erant, loquitur *Tertull. advers. Valentinian. 14.* Si non idem Horus tam importune filiae occurrisset, ut etiam inclamaverit in eam, Iao; quasi porro Quirites, aut fidem Caesaris. Inde invenitur Iao in Scripturis. Haec *Tertull.* V. IAO in ONOM.

ĬĀPYX, ўgis, m. Vox proprie adiectiva, qua, absolute adhibita, significatus est ventus Iapygiae regionis, unde nomen sumpsit, ab occidente spiraus orientem versus, commodissimus idcirco ab Italia in Graeciam transvehentibus. Zephyrus ab aliis, ut a *Vegot. 4. Milit. 38.*, ab aliis Caurus, ut a *Favorino* apud *Gell. 2. 22.* creditur. A Zephyro certe *Lucan. 6. 339.* distinguit. *Horat. 1. Od. 3. 1.* Sic te Diva potens Cypri, Ventorumque regat pater, Obstrictis aliis, praeter Iapyga, Navis, quae etc. *Virg. 8. Aen. 710.* undis et Iapygo ferri. V. IAPYX in ONOM.

ĬAR, indecl. Vox Hebraica, Graece ἰάρ (apud *Ioseph. Antiq. 8. 3. 1.*), qua mensis secundus anni vocabatur, nempe Aprilis, ab Hebraeis, quorum annus sacer a mense *Nisan* incipiebat, qui primus proinde dictus est. Hinc *Eucherius, 2. Instruct. 7.* Iar vocatur mensis secundus. *Polem. Silv.* in *Kalend.* Aprilis vocatur apud Hebraeos Iar, apud Aegyptios Parmotin, etc.

ĬAS, ădis, f. Vox Graeca, proprie adiectiva, ἰας, ἄδος, qua significatur dialectus Ionica. *Priscian. 2. p. 585. Putsch.* Sunt patronymicorum formae apud Graecos tres. In *des*, quae dicitur communis apud illos, quod in omni sermone possunt hac uti, qua sola Romanorum quoque poëtae utuntur. Nam aliis duabus non utuntur; id est in ων terminata, quae est propria Iadis linguae. Cf. IAS in ONOM. — Alio sensu, V. in IASPIS §. a.

ĬĂSĬŌNĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ἰασιώνη, qua significatur herba quaedam unius tantum folii, sed ita implicati, ut plura videantur, in terra repens, cum lacte multo, flore candido: Latine *concilium* vocant. *Plin. 21. 65. 1.* et *22. 59. 1.* V. CONCILIUM §. 3. — Recentioribus est *Convovulus sepium*, *Linn.* Cf. *Molin, Flora pottig. anc. p. 51.* et *seqq.*

ĬĂSĬUS. V. IASTIUS.

ĬASPĂCHĀTES, ae, m. Vox Graeca, ἰασπαχάτης, qua significatur gemma ex achatae generibus, quae quandam habet cum iaspide similitudinem. *Plin. 37. 54. 1.*

ĬASPĬDĔUS, a, um. Adiect. a *iaspis;* ad iaspidem pertinens. *Plin.*

Digitized by Google

57. 56. 5. Ceponides gemmae, multis coloribus translucentes, alias vitreae, alias crystallinae, alias iaspideae.

IASPIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἴασπις, qua genus quoddam gemmae, de qua infra, significatur, cuius etymon habet *Isid. 16. Orig. 7. 8.* « *Iaspis* de Graeco in Latinum viridis gemma interpretatur. *Ias* quippe viride, *pina* gemma dicitur. » Licet tamen de eo dubitare. — **b)** Derivata, *iaspideus, iaspius.* — **c)** Composita, *iaspachates, iasponyx.*

IASPIS proprie est gemma, Italice *diaspro*, viridis et translucens, multorum generum: nam et smaragdi similis, et aërei coloris, et caerulei, et purpurei reperitur, etc. V. *Plin. 37. 37. 1.* et *seqq.*, ubi de ea plura. *Virg. 4. Aen. 261.* atque illi stellatus iaspide fulva Ensis erat. *Martial. 5. 11.* Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas uno Portat in articulo. Et *9. 60.* Et pretium magnis fecit iaspidibus. *Vulg. Interpr. Isai. 54. 11.* Et fundabo te in sapphiris, et ponam iaspidem propugnacula tua. Adde *Apoc. 4. 3.* et *alibi* et *Capell. 1.* §. *75.* — Iaspis aëruginosa. V. AËRUGINOSA. — **2)** *August.* iocans in Maecenatem apud *Macrob. 2. Saturn. 4.* Vale, mel gentium, Cilniorum smaragde, iaspi figulorum, berylle Porsenae. Cf. voc. seq.

IASPĬUS, a, um. Adiect. a *iaspis;* ad iaspidem pertinens, iaspideus. *Maecen.* in *epigr. ad Horat.* apud *Isid. 19. Orig. 32.* et in *Anthol. Lat. T. 1. p. 418. Burm.* Nec percandida margarita quaero, Nec, quos Thynica lima perpolivit, Anellos, nec iaspios lapillos. Cf. voc. praeced. §. 2.

IASPŎNYX, ўchis, f. Vox Graeca, ἰασπόνυξ, qua significatur gemma ex iaspidum genere, onychis modo distincta punctis: unde et conflatum habet nomen. *Plin. 37. 37. 4.*

IASTĬUS, a, um. Adiect. Graecum, ἰάστιος, quo significatur unus e quindecim tonis musicis apud *Cassiod. de Music.* Iastius est dorium hemitonio . . . praecedens. — *Capell.* autem *9.* §. *955. tropum appellat iastium eodem sensu.* Tropi sunt quindecim . . . secundus Iastius, cui sociatur ὑπιάστιος et ὑπερίαστιος. V. HYPERIASTIUS et HYPOIASTICUS. — Absolute. *Apul. Flor. n. 4.* Seu tu velles Aeolion simplex, seu Iastium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. *Alii leg.* Iasium; *alii aliter.* V. *Hildebr.* ad *h. l. Ita dicendum est etiam de loco Ciusd. 10. Met. 51.*, ubi *infra tibia* memoratur. Cf. *Cassiod. 2. Var. 40.*

IATRĂLEPTĬCĒ. V. IATRALIPTICE.

IATRĂLIPTĂ vel Iatraliptes (vel Iatroaliptes), ae, m. Vox Graeca, ἰατραλείπτης, qua significatur medicus, qui unctione et perfrictione corporum morbos curat: ab ἰατρός; medicus, et ἀλείφω; ungo: reunctorem medicorum *Plin. 29. 2. 1.* vertit. Primo enim Iatraliptae medicorum servi fuere: postea in medicorum classem transierunt. *Plin. alter, 10. ep. 4.* Gravissima valetudine usque ad periculum vitae vexatus, Iatralipten assumpsi. *Inscr.* apud *Murat. 884. 4.* P. Aelio Aug. Lib. Epaphrodito magistro Iatraliptae puerorum eminentium Caesaris N.; *mastro de' paggi imperiali:* qui eorum unctionibus in gymnicis exercitationibus praeerat. — **2)** Horum opera utebantur in balneis: eoque munere servi quoque fungebantur. *Petron. Satyr. 28.* Tres interim Iatraliptae in conspectu eius falernum potabant.

IATRĂLIPTĬCĒ et Iatraleptice, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, ἰατραλειπτική, qua significatur medicina, quae unctionibus et perfrictionibus curat. *Plin. 29. 2. 1.* Prodicus instituens, quam vocant Iatralepticen, reunctoribus quoque medicorum, et mediastinis vectigal invenit.

IATRĬA, ae, f. Vox Graeca, ἰατρεία; curatio, medela. *Alcim. ep. 74.* Supplicans, ut stomachos multis Saxoniae deliciis nauseantes tandem parcioribus Iatriae vestrae ieiuniis alteratis.

IATRĬCĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, proprie adiectiva, ἰατρική; *scil.* τέχνη, qua, absolute adhibita, significatur ars medica, medicina. *Capell. 3. p. 80.* Hanc igitur feminam *(Grammaticen)* tali multorum curatione callentem cum Deorum nonnulli Iatricen, alii Genethliacen diversis rerum operibus aestimarent, etc.

IATRŎĂLIPTES. V. IATRALIPTA.

IATRŌMAĔĂ et

IATRŌMĒĂ, ae, f. Vox Graeca, ἰατρομαία, qua significatur mulier medica, et obstetrix: ab ἰατρός; medicus, et μαία; obstetrix. Habetur in *Inscr.* inferioris notae apud *Grut. 1110. 1.* Valeriae Berecundae *(sic)*, Iatromeae *(sic)* regionis suae primae.

IATRŌNĪCES, ae, m. Vox Graeca, ἰατρονίκης, qua significatur medicorum victor: ab ἰατρός; medicus, et νίκη; victoria. *Plin. 29. 3. 3.* Thessalus rabie quadam in omnis aevi medicos peroravit, . . . monumento suo, quod est Appia via, Iatronicen se inscripsit.

IATRŌSOPHISTES, ae, m. Vox Graeca, ἰατροσοφιστής, qua significatur is, qui medicam artem doctus est. *Fulgent. 3. Mythol. 7.* Africanus Iatrosophistes.

IBI

IBEI. V. IBI §. b.

IBĒRIS, ĭdis, f. Vox Graeca, ἴβηρις, qua significatur herba quaedam nascens maxime circa vetera monumenta, parietinasque, et inculta itinerum, semper florens, folio nasturtii, caule cubitali, semine tam parvo, ut vix aspici possit. *Plin. 25. 49. 1.* Adde *Apul. Herb. 20.*, ubi et de eius usu in medicina, coll. *Plin. 26. 69. 2.* et *alibi*.

IBERNUS. V. HIBERNUS.

IBEX, ibĭcis, f. Est genus caprae silvestris, celeritatis eximiae, Italice *stambecco* (a Germanica voce *steinbock*). *Isid. 12. Orig. 1.* multa habet de iisdem, quas ibices dictas perperam putat quasi *avices*, quia instar avium ardua et excelsa teneant: sed potius cum *Bochart. Hieroz. P. 1. l. 5. c. 23.* putamus, earum nomen quandam habere cum voce *becco* affinitatem. V. BECCO. — Contra *Hieronym.* putat, ibices esse, quos Graeci τραγελάφους dicunt, hirci et cervi simul simile quippiam habentes: *ibices* enim vertit τραγελάφους in *Iob, c. 31. 1.* — De his *Plin. 8. 79. 2.* Sunt capreae, sunt rupicaprae, sunt ibices pernicitatis mirandae, quamquam onerato capite vastis cornibus, gladiorumque vaginis (h. e. *ipsis cornibus gladiorum vaginas referentibus*); in haec se librant, ut tormento aliquo rotati in petras, potissimum e monte aliquo in alium transilire quaerentes: atque recussu pernicius, quo libuerit, exsultant. Adde *Vulg. Interpr. Iob, 39. 1.* et *1. Reg. 24. 3.*

IBI. Adverb. loci, quod Grammatici fere omnes ex pronomine *is, ea, id*, fortasse ab antiqua dativi forma factum esse autumant; quamquam Recentiorum aliqui ex India radicem eius arcessunt. — **b)** *Ibei* ἀρχαικῶς pro *ibi* saepe scriptum reperitur, ut in *SCto de Bacchanal.*, in *Tab. Gennate*, etc. — **c)** Extrema syllaba anceps est, teste *Serv.* ad *1. Aen. 116.* « *Ibidem* et *ubinam*, multi dubitant, ubi esse debeat accentus; quia *ibi* et *ubi* naturaliter breves sunt; sed ratione finalitatis plerumque producuntur in versu: nescientes hanc esse rationem, quia pronuntiationis causa contra usum Latinum syllabis ultimis, quibus particulae adiunguntur, accentus tribuitur: ut *musaque, illene, huiusce*. Sic ergo et *ibidem*. » Cf. IBIDEM §. b. — Alia ratione ductus hoc ipsum habet *Ritschel, Proleg. ad Plaut. p. 169.* et *seq.*, tradens finalem locativam *i* origine sua longam paullatim pronunciatione attenuatam fuisse; quod probat et vetus scribendi ratio. — **d)** *Ibi, ubi, sibi* et *tibi* saepe inter se commutata sive confusa sunt in antiquis MSS. et editis libris, ut ostendit *Drakenb.* ad *Liv. 2. 7.* et *27. 5.* Cf. *Tacit. 12. Ann. 69.* et *15. ibid. 10.* — **e)** Composita, *alibi, ibidem, inibi, interibi, postibi.*

IBI proprie est in eo loco; *in quel luogo, ivi. Varr. 6. LL. 5.* Ad sepulcrum Accae, quod ibi prope faciunt Diis manibus sacerdotes. *Cic. 6. Fam. 1.* Nemo est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit. *Id. 5. Tusc. 37. extr.* Demaratus fugit Tarquinios Corintho, et ibi suas fortunas constituit. *Ovid. 1. Met. 546.* Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus. *Cic. 2. Phil. 31.* Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperam. *Plin. 5. 16. 1.* Ibi colonia fuerat. — *Caes. 1. B. G. 13.* In eo flumine pons erat. Ibi praesidium ponit. — *Caius, Dig. 13. 6. 18.* §. 3. Qui sciens vasa vitiosa commodavit, si ibi infusum vinum vel oleum, etc. — Abundare videtur apud *Plaut. Cure. 4. 1. 13.* in medio propter canalem, ibi ostentatores meri. Adde *Cist. 1. 1. 18.* — De usu apud ICtos, V. *Dig. 43. 16. 1.* §. *37.* — **2)** Additur et genitivus *loci. Plin. 6. 12. 1.* Ibi loci terrarum orbe portis discluso, etc. — **3)** Iunctum cum verbis motus ad locum rarum est et sequiorum temporum. *Caius, Dig. 1. 2. 1. extr.* Et cum ibi venerimus, etc. *Lactant. argum. Ovid. Met. I. 14. fab. 5.* Novissime Ulysses remedio Mercurii ibi venit. Cf. *Pompei. Gramm. p. 540. Lind.* — **4)** Speciatim

II. *Ibi* aliquando pro *illic* usurpatur. *Cels. 2. 17.* At si temporibus integris primum ibi, deinde alibi sudor incipit, fovendum os aqua calida. — **5)** Aliquando componitur cum *illic. Plaut. Capt. 3. 4. 3.* Illic ibi demum 'st locus, Ubi labore lassitudo omni 'st exigunda ex corpore. — **6)** Item cum *illico. Id. Merc. 2. 3. 27.* Nec sacrum, nec tam profanum quidquam est, quin ibi illico adsit. — **7)** Saepe autem opponitur in altero propositionis membro relativis *ubi, unde, quo loco* et huius generis aliis. *Plaut. Cure. 1. 2. 7.* Nam ubi Tu profusus, ibi ego me pervelim sepultam. *Cic. 6. Fam. 1.* Nemoque sit, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit. — *Id. 3. ibid. 6.* Non modo ibi non fuisti, ubi me quamprimum videre posses. *Cato, RR. 6.* Sic ubi in his locis ripae aut locus humectus erit, ibi cacumina populorum serito. *Liv. 28. 26.* Vicit sententia lenior, ut, unde orta culpa esset, ibi poena consisteret. *Cels. 8. 9.* Quo loco maxime humor intus perseverabit, ibi pus proximum erit. *Varr. 2. RR. 1.* Quo descenderant, ibi processerunt longe. — **8)** Deinde, posthabita notione loci,

III. *Ibi* refertur ad res, et significat aliquando in iis rebus, in eo; *in ciò, in questo. Sall. Cat. 5.* Huic ab adolescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, ibique iuventutem suam exercuit. *Cic. Rosc. Am. 29. extr.* Si quid est quod ad testes reservet, ibi nos quoque paratiores reperiet. *Plaut. Epid. 4. 2. 23.* Numquid ego ibi peccavi? *Ter. Ad. 5. 2. 13.* Duxi uxorem: quam ibi miserum

Digitized by Google

vidi! *Donat.* ad *h. l.* ibi inquit, quasi uxor locus sit. — **9)** *Ibi esse* est in ea re, aut cogitatione esse. *Ter. Heaut. 5. 2. 29.* Irrides in re tanta, neque me quidquam consilio adiuvas. *Sy.* Imo et ibi nunc sum, et usque id egi dudum. Et *5. 1. 65.* Subsensi, illos ibi esse, et id agere inter se clanculum. — **10)** Aliquando sumitur pro *in illo. Ulp. Dig. 47. 8. 4.* §. *6.* Erit haec differentia inter hoc edictum et superius, quod ibi de eo damno praetor loquitur, etc. — **11)** Item ad personas et est apud aliquem. *Liv. 1. 24.* Cum trigeminis agunt reges, ut pro sua quisque patria dimicent ferro: ibi imperium fore, unde victoria fuerit. — **12)** Denique

IV. *Ibi* refertur quoque ad tempus, etiam futurum, ac *tum* significat; *allora. Ter. Andr. 2. 5. 4.* Si tu negâris ducere, ibi culpam in te transferet. *Id. Eun. 2. 2. 29.* Ille ubi miser famelicus videt, me . . . tam facile victum quaerere, ibi homo coepit me obsecrare. *Plaut. Amph. 1. 1. 94.* Perduelles penetrant se in fugam: ibi nostris animus est additus. *Id. ibid. 5. 1. 42.* Postquam parturire hodie uxor occepit tua, ibi utero exorti dolores. *Liv. 3. 71.* Tribuni dedere cupidae audiendi plebi, ut, quae vellet, Scaptius diceret. Ibi infit, annum se tertium etc. *Virg. 2. Aen. 792.* Ter conatus ibi collo dare brachia circum. *Plaut. Most. 5. 2. 57.* Ibi utrumque et hoc et illud poteris ulcisci probe. — **13)** Est etiam illo tempore. *Plaut. Poen. 5. 5. 42.* Sermonem nobiscum ibi copulat. *Ter. Eun. 4. 1. 8.* Invitatu'st: mansit. Ibi illa cum illo sermonem occipit. — **14)** Eodem sensu, sed maiore quadam vi, copulatur cum *tum* vel *nunc. Id. Andr. 1. 1. 79.* Ibi tum filius Cum illis, qui amabant Chrysidem, una aderat frequens. *Plaut. Curc. 5. 2. 47.* Ego pertimesco: tum ibi me nescio quis arripit Timidam atque pavidam. Adde *Cic. Caecin. 10. — Plaut. Amph. prol. 155.* ibi nunc meus pater Memorat, legiones hostium ut fugaverit. Adde *Eund. Curc. 5. 68.*

Nota. Inter *ibi* et *ibidem* discrimen statuit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 103. Müll.* « *Ibi* dicitur, cum locus semel demonstratur; *ibidem*, cum saepius. » — Alia dabit de hac particula, si quis desiderat, *Hand, Turselt. T. 3. p. 161-168.*

* IBICA *pro* Abiga, quidam perperam legunt apud *Apul. Herb. 26.*, quo nomine significatur herba chamaepitys. V. ABIGA.

IBICES. V. IBEX.

IBĪDEM. Adverb. loci ex *ibi* et particula demonstrativa *dem.* — **b)** Secunda est longa. V. IBI §. c. — Nihilominus *ibĭdem* licenter usurpant *Iuvene. 3. 80.* Ille iubet cunctis ibidem convivia poni. *Alii leg.* cunctis illic. Et *Paulin. Nolan. carm. 19. 48.* Cognosces ibidem, ne pergas tradere fatis, etc. — Sed *Lindemann* defendit afferens exemplum *Ter. Andr. 4. 4. 39.*, ubi media corripitur.

IBIDEM proprie est in eodem loco, vel in ipso eo loco; *nel medesimo luogo, in quello stesso luogo. Cato, RR. 37.* Vitis si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato. *Nep. Milt. 2.* Ipse ibidem manere decrevit. *Cic. Rosc. Am. 3.* Ne heic ibidem ante oculos vestros trucidetur. *Iustin. 2. 2.* Ibidem divitiarum cupido est, ubi et usus. *Cic. Quint. 27. ex edicto.* Quod ibidem recte custodire poterunt, id ibidem custodiant. — *Plaut. Most. 2. 270.* ibidem in hisce aedibus. *Id. Cist. 3. 7.* intus ibidem uxor tua est. *Id. Capt. prol. 26.* emit ibidem in Aetide. *Cic. 2. Invent. 51.* Ille cuius merces erant, in gladium in navi ibidem incubuit. — *Lucret. 3. 1093.* Praeterea versamur ibidem atque insumus usque. *Virg. 1. Aen. 116.* Ast illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum. — **2)** Additur et genitivus *loci. Plaut. Cist. 2. 1. 51.* Si redierit illo ad hunc, ibidem loci res erit. — **3)** Cum verbis motus rarum est. *Plaut. Trin. 2. 4. 10.* Quid, quod dedisti scortis? *Lesb.* ibidem una traho. Adde *ibid. 1. 2. 166.* — Sed *ibidem* his locis potest esse: in eadem ratione. — **4)** Praeterea

II. *Ibidem* refertur etiam ad res et significat in eadem re. *Cic. Caecin. 9.* Laesit in eo Caecinam, sublevavit ibidem. *Id. 1. Fin. 6.* Deinde ibidem homo acutus, quum illud occurreret; *h. e.* in eadem argumentatione. Adde *4. Acad. 14.* et *Grat. Cyneg. 114.* Cf. loc. *Plaut.* in §. seq. — **5)** Item ad tempus et est in eodem tempore. *Virg. 3. G. 300.* pede terram Crebra ferit: demissae aures, incertus ibidem Sudor, et ille quidem morituris frigidus. Adde *Apul. Apol. 80. — Plaut. Pers. 4. 4. 62.* tibi ibidem das, ubi tu tuum amicum adiuvas; *h. e.* quando adiuvas, tum etc., vel in qua re adiuvas, in eadem tibi das.

Nota. Discrimen inter *ibidem* et *ibi*, V. sub v. IBI in *Nota.* — Si alia de hac particula cupis, adeas *Hand, Turselt. T. 3. p. 168-171.*

IBIS, ibis *et* Idis (et Ibeos, *Graeca positione, ἴβεως* apud *Galen. Vol. 2. p. 360.* et *alibi*, pro *ἴβεος*, quod est usitatius, vel *ἰβίδος*, atque hinc perperam, *ibyos)*, f. Vox originis Aegyptiae, ut habetur in *Jablonskii Opusc. T. 1. p. 94.* et *465.*, qua significatur avis quaedam serpentes devorans et ob id coli solita ab Aegyptiis. Difficile autem est dictu, quaenam avium species hoc nomine apud eos venerit. Videtur tamen posse statui similem fuisse nostrae ciconiae, sed plumis albis et nigris alis, cruribus rubeis et rostro longo armato. V. omnino *Cuvier* in *Append.* ad *Discours sur les révolutions de la surface du Globe*, Paris, 1830. *p. 367-405.*, ubi doctorum virorum opiniones de hac avi ad examen revocat. *Cic. 1. Nat. D. 36.* Ibes maximam vim serpentium conficiunt, cum sint aves excelsae, rigidis cruribus, corneo proceroque rostro: avertunt pestem ab Aegypto, cum volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo invectas interficiunt atque consumunt, ex quo fit, ut illae nec morsu vivae noceant, nec odore mortuae. *Aemil. Macer* apud *Charis. 1. p. 108. Putsch.* Auxilium sacrae veniunt cultoribus ibes. Adde *Melam, 3. 8. ad fin.* Adde *Vulg. Interpr. Levit. 11. 17., Deut. 14. 16.* et *Isai. 34. 11.* — **2)** Traditur autem ibis clysteris usum prima commonstrasse, quod consuetudinem habet se purgandi, rostri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. *Plin. 8. 41. 1.*, et *10. 68. 2.* et *Cic. 2. Nat. D. 50.* — **3)** Improprie et a similitudine

II. *Ibis* nomen fecit aliquot herbis. Sic *Ibeos onyx* et *Ibeos pteron*, nempe ibeos unguis vel penna, dicta est herba pentaphyllum. *Apul. Herb. 2.* Graeci pentaphyllon . . . Prophetae ibeos onycha, alii pteron ibeos. *Alii leg.* ibyos. — **4)** Item *haema ibeos* dictum est eruscum, *ibid. 88.* V. HAEMA §. 10. — **5)** Deinde per convicium *Ibin* maledico suo carmine *Callimachus* vocat *Apollonium Rhodium*, discipulum ingratum, teste *Suida.* Hunc imitatus *Ovidius* nomine *Ibis* perstringit elegiaco carmine adversarium suum, quem nonnulli *Hyginum* suspicantur. *Id. ibid. 59.* Illius ambages imitatus in Ibide dicar, etc. Et *100.* Et fletu madidis Ibin adite genis.

IBISCUM. V. HIBISCUS §. a.

IBRĬDĂ. } V. HYBRIDA §. b.
IBRIS, idis. }

IBUS. V. IS, EA, ID.

ĪBŸCĬUS, a, um. Adiect., quo genus quoddam carminis dactylici significatur, fortasse ab *Ibyco* poëta, de quo V. in ONOM., denominati. Constat hexametro acatalecto, ut *Sidera pallida diffugiunt face territa luminum.* Aliud constat heptametro hypercatalecto, ut *Versiculos tibi dactylicos cecini, puer optime, quos facias.* Haec *Servius* in *centimetr. p. 1821. Putsch.*

ĪBYS, yos. V. IBIS §. 1. *init.* et §. 3.

IC

IC *pro* hic in *Inscr.* apud *Grut. 697. 2.* Ic sita est. V. HIC §. b.

ĪCĂDES. V. voc. seq.

ĪCAS, ădis, f. Vox Graeca, *εἰκάς*, qua significatur numerus vicenarius. *Plin. 55. 2. 2.* Natali eius *(Epicuri)* vicesima luna sacrificant, feriasque omni mense custodiunt, quas icadas vocant; *scil.* philosophi Epicurei *icadem* vocabant diem cuiuslibet mensis vicesimum, qui mense Gamelione fuit natalis Epicuri. Vide et *Cic. 2. Fin. 31.*

ICCIRCO. V. IDCIRCO.

ĪCHNEUMON, *Graeca positione*, ŏnis, m. Vox Graeca, *ἰχνεύμων*, qua significatur animal magnitudine felis, specie muris, vulgo mus Indicus, quod nascitur in Aegypto, et cum aspide pugnat; *sorice d'India:* ab *ἰχνεύω*; investigo, sive quod instar canis venatici investiget crocodilum et aspidem, ovaque eorum observet, sive potius quod rostro suo, quod est simile rostro suillo, cibum ruspetur et investiget. Eum Aegyptii adorant, quoniam ova crocodilorum conterat, et luto convolutus, cum os aperiunt, ita in ventres eorum insilire soleat, ut exesis intestinis eos interimat. Haec *Plin. 8. 35. 2.* et *ibid. 37. 2.* narrat. *Cic. 1. Nat. D. 36.* Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere. *Martial. 7. 87.* Delectat Marium si perniciosus ichneumon (prima syllaba corripitur more Graeco, n littera liquescente). *Nemesian. Cyneg. 54.* Malumus et placidis ichneumona quaerere ripis. Adde *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 34.* — **2)** Deinde

II. *Ichneumon* dictum est etiam vesperum genus, quae ceteris minores sunt, et phalangiis araneis, ut ichneumones crocodilis, infestissimae. *Plin. 10. 95. 2.* et *11. 24. 2.* — Recentioribus putatur *Sphex sabulosus, Linn.*

ICHNŎGRĂPHĬĂ, ae, f. Vox Graeca, *ἰχνογραφία*, qua significatur vestigii, areae, seu plani descriptio; *descrizione della pianta d'un edifizio:* ab *ἴχνος*; planta, vel plantae vestigium. *Vitruv. 1. 2.* Ichnographia est circini regulaeque modice continens usus, ex qua capiuntur formarum in solis arearum descriptiones.

ICHTHŸŎCOLLĂ, ae, f. Vox Graeca, *ἰχθυοκόλλα*, qua significatur piscis quidam, cui glutinosum est corium: idemque nomen est glutino eius: quod tamen non ex corio, sed ex ventre, quidam fieri dicunt. Haec *Plin. 32. 24. 4.* Composita vox est ab *ἰχθύς*; piscis, et *κόλλα*; gluten. Veneti eundem piscem vulgo nunc *cópese* vocant pro *colla-pesce.* — Recentioribus est *Acipenser huso, Linn.* — **2)** Huiusmodi glutem Daedali inventum fuisse narrat *Id. 7. 57. 6.* Illius meminit etiam *Cels. 5. 2.*

ĪCĬO, cis, ci, ctum, cĕre. Verbum transitiv., quod idem origine videtur ac *iacio*; nam tradit *Priscian. 10. p. 877. Putsch.* « *Abicio* quoque *abiecĭ* facit, *conicio, coniecĭ, inicio, iniecĭ, proicio, proiecĭ;* invenitur tamen etiam simplex, *icio, ictis.* » — **b)** In prima per-

sona praesentis effertur etiam *ico*, teste *Eod. ibid. p. 886.* « *Ico* praeterea paenultima brevi profertur in praesenti, teste *Capro*, sed producit eam in praeterito perfecto, et mutat *o* finale in *i*: ĭco, *īci*; unde *ictus*. » — Nullum tamen adhuc exemplum vidi in hac persona; et quod attinet ad syllabae prioris quantitatem in praesenti contra *Caprum* stat *Lucretii* auctoritas et *Catulli* locis infra afferendis. — **c)** Particip. *ictus*, v. suo loco, *icturus* §. 5. — **d)** Derivatum, *ictus*, *us*.

ICIO proprie est percutio, ferio; *percuotere*, *ferire*, *colpire*. *Lucret. 5. 161.* exin corpus propellit et icit. Et *4. 1043.* Emicat in partem sanguis, unde icimur ictu. *Catull. 116. 3.* neu conarere infestum telis icere, musca, caput. *Plin. 13. 40. 2.* Fulmine laurus sola non icitur. Et *2. 56. 1.* Fulmen lauri fruticem non icit. *Plaut. fragm.* apud *Non. 2. 424.* Ibi ut piscabar, fuscina ici vidulum. *Turpil. ibid.* Si iceris me posthac. *Plaut. Mil. 1. 1. 25. Artotr.* vel elephanto in Indis Quo pacto pugno praefregisti brachium. *Pygopol.* At indiligenter iceram. *Artotr.* pol si quidem Connisus esses, per cortium, per viscera. Perque os elephanti brachium tramitteres. Pro *iceram* male vulgo legitur *hic eram*, quod emendavit *Bothe* ad *Plaut. T. 4. p. 453.* *Ico* scilicet Plautinum verbum huc optime quadrat. *Ritschel* confirmat legens: *Hau diligenter iceram* loco *At indiligenter iceram*. *Cic. 2. Divin. 66.* Quum Ptolemaeus in proelio telo venenato ictus esset eoque vulnere summo cum dolore moreretur. V. ICTUS. — **2)** Specialim *icere femur*, apud *Plaut. Truc. 2. 4. 42.* est indignantis dolentisque. V. *Quintiliani* locum in v. FEMUR §. 2. — **3)** *Icere foedus*, est ferire. *Cic. Balb. 15.* Cum Gaditanis foedus icisse dicitur. *Id. Pis. 12.* Foedus, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras. *Coel.* apud *Priscian. 10. p. 886. Putsch.* Qui cum iis ita foedus icitis. *Alii leg.* icistis. V. FOEDUS §. 2. — **4)** Icere colaphum; *dar un pugno*. *Plaut. Pers. 5. 2. 65.* Quae haec res est? heu! colaphum icit. — **5)** Translate. *Senec. Const. Sap. 5. a med.* Si exsistunt, qui magnitudinem multum ultra se positam non icturi appetant. V. ICTUS §. 2.

Nota. Praeter ea tempora et modos, qui sunt in allatis exemplis, non facile usurpaveris, inquit *Forcellinus* noster.

ĬCO, is. V. voc. praeced. §. b.

ĪCON, *Graeca positione*, ŏnis, f. Vox Graeca, *εἰκών*, *όνος*; effigies, ab *εἴκω*; similis sum. — **b)** Cum aspiratione scribi vult *Apul. de Nota Aspir. 24.* « *I* ante *C* aspiratur in *hicon* Graeco: *hicon*, parabole, paradigma species sunt similitudinis. » Sed usus contrarius obtinuit; neque Graeca vox alioquin aspiratur. — **c)** Derivata, *iconicus*, *iconisma*, *iconismos*, *icontum*, *icos*, *icuncula*. — **d)** Compositum, *iconographia*.

ICON proprie est effigies, imago, statua ex membris ipsis a pictoribus seu statuariis expressa; *immagine*, *effigie*. *Plin. 8. 80. 1.* Mucianus tradit, simias et latrunculis lusisse, fictas cera icones usu distinguente. *Ita Salmas.* et *Harduin. leg. Id. 34. 9. 2.* Statuas dicari mos erat eorum, qui ter tibi *(Olympiae)* superavissent, ex membris eorum similitudine expressa, quas iconas vocant. *Plerique omnes leg.* iconicas. *subaudi* effigies. — **2)** Est etiam rhetorica figura, quae et *ethopaeia*, et Latine *imago* a *Cic.* dicitur *1. Invent. 30.*, definiturque oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem. *Diomed. 2. p. 439.* Εἰκὼν est expressa figurae alicuius descriptio, vel personarum inter se, eorumque, quae personis accidunt, comparatio, ut *(Virg. 1. Aen. 593.) Os humerosque Deo simile*. Et *(Id. 8. G. 89.) Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus*. Eadem fere habet *Charis. 4. p. 247.* et *Claud. Sacerd. 1. Art. Gramm. 466.*, ubi Latinis litteris scribitur. Cf. loc. *Apul.* cit. §. b. et V. ICONISMUS.

ĬCŌNĬCUS, a, um. Adiect. ab *icon*; Graece *εἰκονικός*; *h. e.* ita pictus aut sculptus, ut vivam alicuius imaginem referat; *dipinto o ritratto al vivo*. *Plin. 35. 34. 1.* Adeo ars perfecta erat, ut in eo proelio iconicos duces pinxisse tradatur, Miltiadem, Callimachum, etc. *Suet. Cal. 22.* In templo simulacrum stabat aureum, iconicum. V. ICON §. 1. *fin.*

ĬCŌNISMĂ, ătis, n. V. voc. seq.

ĬCŌNISMUS, i, m. Vox Graeca, *εἰκονισμός*, qua significatur quaedam Rhetorum figura, quae fit quando ad vivum alicuius rei formam ob oculos ponimus. *Senec. ep. 95. ad fin.* Descriptiones has, et (ut publicanorum utar verbo) *εἰκονισμοὺς* ex usu esse confiteor. V. ICON §. 2. — Eadem etiam *iconisma* (Graece *εἴκονισμα*) dicitur in *Gloss. Vatic.* apud *Mai*, *Class. Auct. T. 6. p. 527.* et *7. p. 565.* Iconisma, figura. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 164. n. 14.*

ĬCŌNĬUM, ii, n. Vox Graeca, *εἰκόνιον*, per deminut. ab *εἰκών*; effigies, facta; parva effigies; *figurina*. *Not. Tir. p. 127.* Icon, iconium, iconographia.

ĬCŌNŎGRĂPHĬĂ, ae, f. Vox Graeca *εἰκονογραφία*, qua significatur descriptio per imagines, seu figuras: ab *εἰκών*; imago, et *γράφω*; scribo. V. vocem praeced.

ĬCŌS, ŏtis, n. Vox Graeca, proprie adiectiva, *εἰκός*, quod est particip. praeter. neutr. ab *εἴκω*, *ἔοικα*, qua absolute adhibita significatur id, quod est aequum, consentaneum, itemque verisimile, probabile. Utitur *Boëth. Analyt. Aristot. pr. 2. 17.* Icos est propositio probabilis. Et *ibid.* Syllogismus imperfectus ex icotibus et signis.

ĬCŌSĂHĔDROS. *Graeca positione*, on. Adiect. Graecum, *εἰκοσάεδρος*, quo apud Geometras significatur figura, quae viginti basibus constat: ab *εἴκοσι*; viginti, et *ἕδρα*; sedes. *Chalcid. Comment.* in *Tim. Plat. p. 65.* Innumeras formans figuras: modo pyramidis, et ex ea mox octahedri, dictoque citius icosahedri. Et *mox.* — Eodem modo, nec octahedrum spirabilem silvam, nec icosahedrum, nec cubum *(esse respondebimus)*.

ĬCŌSĂPRŌTĬ, ōrum, m. Vox Graeca, *εἰκοσάπρωτοι*; *h. e.* viginti primi: ab *εἴκοσι*; viginti, et *πρῶτος*; primus. Ita appellabantur in municipiis et coloniis, qui inter decuriones maiori censu aestimabantur, *Arcad. Dig. 50. 4. 18. §. 26.* V. loc. in DECAPROTI.

ĬCŌSAPRŌTĬĂ, ae, f. Vox Graeca, *εἰκοσαπρωτία*, eiusdem originis ac praecedens; dignitas et munus icosaprotorum. *Arcad. Dig. 50. 4. 18. §. 26.* V. loc. in DECAPROTIA.

ICTĔRĬAS, ădis, f. Vox Graeca, *ἰκτερίας*, qua significatur gemma aliti ictero similis colore, et quae ideo existimatur salubris contra regios morbos. *Plin. 37. 61. 1.*

ICTĔRĬCUS, a, um. Adiect. ab *icterus*; qui icteri morbo, sive arquato laborat; *itterico*. *Iuvenal. 6. 564.* Consulit ictericae lento de funere matris. Cf. HYSTERICUS. — **2)** Absolute, substantivorum more,

ICTERICUS, i, m. Qui icteri morbo laborat. *Plin. 20. 54. 3.* Ictericis nec non et phreneticis radicis crudae *(brassicae)* sucum gargarizandum bibendumque demonstrat.

ICTĔRIS, ĭdis, f. Vox Graeca, *ἴκτερις*, anrugo, speciatim vero idem ac *icterus*; idest morbus regius. *Isid. 4. Orig. 8. 15.* Icteris Graece appellatur a cuiusdam animalis nomine, quod sit coloris fellis.

ICTĔROS, *Graeca positione*, i, et *Latina*

ICTĔRUS, i, m. Vox Graeca, *ἴκτερος*, qua significatur avicula flavi coloris, quam Latini galgulum, vel galbulum, vel galbulam vocant, solo aspectu ictericum, seu regium morbum sanans. *Plin. 30. 28. 1.* Avis icterus vocatur a colore, quae si spectetur, sanari id malum tradunt, et avem mori. — **2)** Hinc metonymice morbus ipse; qui communius morbus *regius* seu *arquatus* dicitur. *Priscian. Theod. 4. 8. a med.* Cf. voc. praeced. et ARCUATUS §. 2. — **3)** Item *aurugo*. *Hieronym. 3. in Amos. 4. 9. Aurugine* omnes *icteron* transtulerunt. *Alii leg.* litteris Graecis.

ICTIN, Tnos. V. voc. seq.

ICTĪNUS, i, m. Vox Graeca, *ἰκτῖν*, *ῖνος*, et *ἰκτῖνος* (quare et Latine *ictin* et *ictinus* duplici forma), qua significatur milvus, piscis volans. *Plin. 32. 53. 6.* Hippocampos, hepar, ictinus, iulis. *Alii aliter leg.* V. *Sillig* in *not. crit.* ad h. l. — **2)** Hinc *haema ictinos*; h. e. sanguis milvii, herbae genus apud *Apul. Herb. 71.* V. HAEMA §. 11.

ICTIS, ĭdis, m. Vox Graeca, *ἰκτίς*, qua significatur quoddam mustelae silvestris genus, magnitudine Melitensis catelli, sed pilo, facie, albedine partis inferioris, et morum astutia mustelae simile. *Martem* speciali vocabulo vocant; *martora*, *martorello*. *Plin. 29. 16. 1.* Mustelarum duo genera: alterum silvestre, distans magnitudine: Graeci vocant ictidas. *Ictidas* accusat. est Graecae positionis.

ICTUS, a, um. Particip. verbi *icio*, adiectivorum more etiam adhibitum; percussus; *percosso*, *colpito*, *ferito*. *Caes. 3. B. C. 22.* Lapide ictus periit. *Horat. 4. Od. 6. 9.* mordaci ferro icta pinus. *Liv. 1. 7.* Ibi in turba ictus Remus cecidit. *Cic. 1. Divin. 10.* E caelo ictus; *fulminato*. Et *Har. resp. 21. extr.* Me primum ictum fumantemque vidistis. *Stat. 1. Theb. 516.* vario strepit icta tumultu Regia. — **2)** Translate. *Liv. 34. 17.* Consul rebellione Bergistanorum ictus; *colpito nell' animo*. Et *27. 9. a med.* Nova re consules icti; h. e. animo perculsi; *sorpresi*, *abbattuti d'animo*. *Cic. Sext. 10. sub fin.* Foedus ictum meo sanguine. V. ICIO §. 3. *Horat. 4. Od. 5. 15.* desideriis icta fidelibus Quaerit patria Caesarem; *tocca*, *spinta*. Et *2. Sat. 1. 24.* ut semel icto Accessit fervor capiti, numerusque lucernis; *tocco dal vino; quando il vino ha dato nel capo*.

ICTUS, us (et i, *Claud. Quadrigar.* apud *Gell. 9. 13. ad fin.* Ei sub gladium successit, ne Gallus impetum icti haberet). m. Verbale ab *icio*; percussio, petitio; *colpo*, *percossa*. *Cic. 3. Offic. 25.* Phaëthon ictu fulminis deflagravit. *Id. Mil. 24.* Vulnus in latere, quod acupunctum videretur, pro ictu gladiatorio probari. *Id. Caecin. 13.* Ictus et coniectio telorum. *Caes. 1. B. G. 25.* Scuta uno ictu pilorum transfixa. *Auct. ad Herenn. 3. 12.* Acutas vocis exclamationes vitare oportet: ictus enim fit, et vulnerantur arteriae. *Tacit. 3. Hist. 31.* Intentare ictus. *Curt. 7. 5. sub fin.* Ictu certo destinata ferire. *Plin. 28. 8. 2.* Vibrare ictus. Et *ibid. 7. 2.* eminus cominusque inferre. *Cic.* vertens *Sophoclis* versus *2. Tusc. 8.* infligere *vel* infigere. *Vellei. 2. 69.* Dare cervicem ad ictum servi sui. *Ovid. 12. Met. 375.* ictus excipere galea et scuto. *Id. 3. ibid. 64.* validos cute repellere. *Id. 4. ibid. 498.* diros sentire. *Id. 1. Pont. 7. 52.* graves ferre; h. e. inferre, infligere. Et *4. ibid. 7. 39.* cunctos feliciter effugere. *Caes. 2. B. C. 11.* sustinere; *star saldo ai colpi*. Et *9.* defendere ac repellere; *riparo-*

Digitized by Google

re. *Ovid. 5. Met. 389.* Phoebeos submovere frondibus; h. e. ut ait *Horat. 2. Od. 15. 9.* fervidos excludere sptssa laurea. *Id. 1. ibid. 25. 2.* ictibus crebris fenestras quatere. *Virg. 8. Aen. 439.* pulsare aliquem. *Id. 12. ibid. 715.* crebros congeminare. *Id. 3. G. 255.* Taurus ventos ictibus lacessit; *col zozzo. Id. 7. Aen. 756.* medicari ictum hastae; *la ferita.* Et *12. ibid. 907.* lapis non pertulit ictum; *non giunse a colpire.* Et *Plin. 19. 4. 2.* Ictibus caedere arborem. *Ovid. 4. Met. 124.* fistula tenues Eiaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit; *cogli spruzzi.* Et *8. ibid. 362.* Ictus apri; *morsi.* Sic *Plin. 25. 11. 1.* serpentium: *morsicature. Cic. 2. Offic. 6.* A bestiis ictus, morsus, impetus; *urto, calcio. Horat. 4. Od. 6. 36.* ictus pollicis, *scil.* quo lyra pulsatur. Sic *Plin. 34. 19. 26.* Ad ictus citharae tinnitu resonant. *Id. 10. 5. 4.* Ictus alae; *batter di ale.* Sic *6. 15. 1.* pennarum. *Id. 8. 68. 5.* pedum; *batter di piedi. Id. 35. 36. 44.* murorum; *batteria.* Et *11. 38. 2.* Ictus creber aut languidus; *polso.* Et *Aurel. Vict. Epit. 16.* Ictu sanguinis exstinctus est; d' *un colpo d' apoplessia.* Et *Plin. 37. 35. 2.* Ictu primo; *al primo colpo. Tacit. 2. Hist. 38.* Singulis veluti ictibus bella transigere; *ad un sol colpo, con una sola giornata. Hirt. B. Afr. 18.* Uno ictu contendere, neque remittere, donec ultra ultimos colles hostes repulissent; *con una impressione, spinta, assalto. Gell. 11. 1. a med.* Eodem ictu temporis; *nel momento medesimo. Sil. 4. 42.* sub ictu esse; *esser esposto al colpi.* Sic *Senec. ep. 72. ad fin.* Sub ictu habere aliquid; *averlo a tiro. Tacit. 15. Ann. 39. extr.* Sub ictum dari; *esporsi a' tiri de' nemici. Quintil. 1. Decl. 10.* Ictum librare. — **2)** Translate. *Cic. 2. Agr. 3. sub fin.* Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novae calamitatis, sed suspicione, etc. *Id. in Senat. 7. a med.* Cum ego una cum republica non tribunicio, sed consulari ictu concidissem. *Id. 2. Fin. 10.* Neque enim haec movere potest appetitum animi, nec illum habet ictum, quo pellat animum, etc. *Senec. 2. Benef. 29.* Cogita, quam nihil sit mortale non sub ictu nostro positum; h. e. sub nostra potestate. *Id. Consol. ad Marc. 9. sub fin.* Ille damnatus est, et tua innocentia sub ictu est; *è esposta, è in pericolo.* Contra *Id. 1. Benef. 7.* Deum extra ictum sua divinitas posuit. Adde *Tertull. adv. Gnost. 5. init.* — **3)** Speciatim

II. *Ictus* in re metrica, aut rhythmica ictus dicitur percussio pedum aut digitorum, qua pedes metricos dimetiebantur: quo modo nunc musici notas suas. *Quintil. 9. 4. ante med.* Ioania quoque tempora rhythmi facilius accipient: quamquam haec et in metris accidunt: maior tamen illic licentia est, ubi tempora etiam animo metiuntur, et pedum, et digitorum ictu intervalla signant, etc. *Plin. 2. 98. 5.* In symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum moventur; *battuta.* Et *Horat. Art. P. 252.* unde etiam trimetris adcrescere iussit Nomen iambeis, cum senos redderet ictus Primus ad extremum similis sibi; h. e. sex pedes omnes iambos. — Huc pertinet illud *Rivsd. 1. Sat. 10. 41.* Pollio regum Facta canit pede ter percusso; h. e. trimetris versibus iambicis, qui pedes senos habent, dimensiones tres: unde et *trimeter* habet nomen (De Pollionis carminibus V. 2. *Od. 1.*). Hinc discimus, ictum duo significare, et pedes singulos, ut in priore loco *Horatii*, et binos simul in trimetro versu, qui sex pedes, tres percussiones habet, ut ait *Quintil. loc. cit. circa med.* Sic Musici nunc vel singulas notas singulis ictibus metiuntur, ut in cantu graviore et firmo, ut appellant; vel plures simul, ut in celeriore et theatrali.

ĬCUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. ab *icon;* parva icon, imaguncula; *imaginetta. Suet. Ner. 36.* Icuncula puellaris. V. IMAGUNCULA.

ID

ID. V. IS, EA, ID.

ĬDAEA, herba, V. voc. seq.

ĬDAEUS, a, um. Adiect. ab *Ida;* quod nomen est montis Phrygiae seu Troadis, itemque Cretae insulae, de quo V. IDA in ONOM. — Ab eo nomen accepit herba quaedam *Idaea* dicta, de qua *Plin. 27. 69. 1.* Idaeae herbae folia sunt, quae oxymyrsines; adhaerent iis velut pampini in quibus flos. etc. — **2)** Quidam hoc nomine etiam *helenion* herbam vocant, teste *Eod. 14. 19. 6.* — **3)** Alii vero etiam *laurum Alexandrinam*, ut tradit *Id. 15. 39. 5.* — Hanc *Idaeam Daphnen* quoque vocatam referi, quae communius *herba victoria, Apul. Herb. 58.*

IDCIRCO et Iccirco. Adverb. ex *id* et *circa.* — **b)** « Utrum scribatur, inquit *Hand, Turscll. T. 3. p. 171., idcirco,* an assimilatione facta *iccirco,* non potest Codicum auctoritate demonstrari. In *inscriptionibus* antiquis nusquam inveni *iccirco,* sed *idcirco* legitur apud *Grut. 23. 12.* et *229. 2.* Cf. *Spalding* ad *Quintil. 5. 9. 6.* » — Ad usum vero quod attinet,

IDCIRCO proprie est ob hanc causam, ideo, propterea; *per ciò, per questo:* et adhibetur aliquando absolute. *Plaut. Rud. prol. 28.* Facilius, si qui pius est, a Dis supplicans, Quam qui scelestus est, inveniet veniam sibi. Idcirco moneo vos ego haec, etc. *Ter. Heaut. 5. 2. 5.* Ille Clinine servus tardiusculus est: Idcirco huic nostro tradita 'st provincia. *Caes. 1. B. C. 42.* Neque idcirco Caesar opus intermittit. — *Cic. 1. Invent. 8.* Quod id quod factum sit, aliud alii videatur esse, et idcirco alius alio nomine id appellet. — *Horat. Art. P. 265.* Et data Romanis venia est indigna poëtis. Idcircone vager, scribamque licenter? — **2)** Saepius vero relative cum aliis particulis, sive praecedentibus, sive sequentibus, *quia, quod, quoniam, si. Ter. Andr. 4. 2. 7.* Nam idcirco accersor, nuptias quod ml apparari sensit. *Cic. 9. Fam. 2.* Putaret me idcirco discedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non possent. *Id. 5. Rep. 16.* Negant, sapientem idcirco virum bonum esse, quod eum sua sponte bonitas delectet, sed quod etc. *Id. Amic. 9.* Quia natura mutari non potest, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt. *Id. 1. Invent. 48.* Idcirco, Iudices, quia veram causam habebam, brevi peroravi. *Colum. 7. 3.* Idcirco enumerabimus, non quia cunctis uti necesse sit, sed quoniam etc. *Plaut. Rud. 3. 5. 38.* Ne invisas habeas, neve iccirco nobis vitio vortas, Si quippiam 'st minus quod bene esse lautum arbitrare. *Cic. 2. Orat. 40.* Non, si Opinium defendisti, idcirco te isti bonum civem putabunt. *Horat. 1. Ep. 11. 16.* Nec, si te validus iactaverit Auster in alto . . . Idcirco navem trans Aegaeum mare vendas. — Omissa in priore membro *si* apud *Rund. 1. ibid. 1. 29.* Non possis oculo quantum contendere Lynceus: Non tamen idcirco contemnas lippus inungi. — **3)** Speciatim vero praemittitur, sequente propositione, quae finem rei agendae indicat, cum *ut* vel *ne* aut particula relativa *qui, quo. Cic. 6. Verr. 4.* Idcirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret; *per questo . . . affinchè. Quintil. 4. 2. 24.* Quum prooemium idcirco comparatum sit, ut iudex fiat conciliatior. *Cic. Rosc. Com. 7.* Idcirco capite et supercilio semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur. — *Plaut. Pseud. 1. 5. 130.* Vos suspicarier, Me idcirco haec tanta facinora promittere, Qui vos oblectem, etc. *Caes. 5. B. G. 3.* Sese idcirco ab suis discedere noluisse, quo facilius civitatem in officio contineret, ne omnis nobilitatis discessu plebs propter imprudentiam laberetur.

Nota. Alia pauca de hac particula dabit *Hand, Turscll. T. 5. p. 171-174.*

IDĔA, ae, f. Vox Graeca, *ἰδέα*, et poëtice *ἰδία*, species, ab *εἴδω*; video, dicta, quasi id, quod mente intuemur, et in faciendo imitamur ac sequimur. — **b)** Duas priores syllabas produxit *Mar. Victorin. Comm. in Genes. 2. 21.* Semper adest, tristesque animos idea fatigat. — **c)** Derivatum, *idealis.* Cf. IDOLUM et IDOS.

IDĔA proprie est species, forma, exemplar alicuius rei factae, vel faciendae; *idea, immagine, specie:* quae, cum Graeca vox sit, et Graece ab Antiquis, ut plurimum, adhibita, rectius Latine tum *species*, tum *forma*, tum *exemplar* (ut apud *Cic. Univ. 2.*) dici potest. *Cic. Top. 7.* Formae sunt, quas Graeci *ἰδέας* vocant: nostri, si qui haec forte tractant, species appellant: non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si Latine quidem dici possit, *specierum* et *speciebus* dicere; et saepe his casibus utendum est: at *formis* et *formarum* velim. Cum autem utroque verbo idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Haec *Cic.* de Latina appellatione. De significatione vero *Senec. ep. 58. ante med.* Plato ideas vocat, ex quibus omnia, quaecumque videmus, fiunt, et ad quas cuncta formantur. Hae immortales, immutabiles, inviolabiles sunt. Quid sit idea; id est, quid Platoni esse videatur, audi. Idea est eorum, quae natura fiunt, exemplar aeternum. Adiiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere: exemplar picturae te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens, quem operi suo imponat. Ita illa, quae me docet et instruit, facies, a qua petitur imitatio, idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum, ad quae quodcumque fieri ab illa debet, exprimitur. Hactenus *Seneca.* — Etiam *Cic.* videtur Latine usurpasse, ubi ait *Orat. 3.* Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor, Plato. Sed fortasse *ἰδέας Cic.* scripsit Graecis litteris: quamquam et *1. Acad. 8.* et *1. Tusc. 24.* Latine legitur. *Augustin. de divers. Quaestionib. LXXXIII. n. 46.* Ideas Plato primus appellasse perhibetur. V. integr. cap. — **2)** Qui Philosophi animam ideam esse dixerunt, ut *Posidonius* apud *Macrob. 1. Somn. Scip. 14. a med.*, significasse videntur mentem intelligentem, quae ideas in se formare possit; et pro causa effectum posuisse. V. integr. loc. — **3)** Apud *Tertull. 2. Nat. 7.* Cur Ideae masculus amputatur, si nullus illi fastidiosior adolescens libidinis frustratae dolore castratus est? *videtur tangi fabula Atyos.* V. ATYS in ONOM., et *Idaeas* pro *Ideas*, aut sane aliter, legendum.

ĬDĔĀLIS, le. Adiect. ab *idea;* ad ideam pertinens. *Capell. 7. p. 239.* Idealis forma. Et *8. p. 275.* Idealis quaedam prudentia.

IDEM, ĕădem, Idem. Pronomen ab *is, ea, id*, sive potius ab antiquiore, *i, ea, i* factum (V. IS §. 1.), et *dem* syllabica adiectione auctum, quae quidem laxiorem quasi, nec definitam pronominis significationem ad certam aliquam personam arctius restringere, et determinare videtur. *Priscian. 12. p. 943. Putsch.* et *17. p. 1049.* ab *is* et *demum* conflatum putat. — **b)** Quemadmodum in dativo et abla-

tivo plurali et *iisdem*, et *eisdem* dicimus, sic in recto iidem plurali et *iidem*, et *eidem* Latinum agnoscit *Priscian. 12. p. 946. Inscr.* apud *Grut. 190. 8.* M. Papius M. f., L. Matrius L. f. duoviri I. D. signum Concordiae ex *Centumvirorum Consensu* restituendum coeraverunt, eidemque dedicarunt, et basim, gradum, aram sua pecunia faciunda coer., eidemque probaver. ad IIII. eid. oct., Cn. Domitio, C. Asinio Cos.; *h. e.* an. U. C. DCCXIV. ante Chr. n. XL. — **c)** Item *idem* pro *iidem* in plur. num. *Inscr.* apud *Momms. n. 4488.* II. VIRI VIAM. LAPID. SILIC. EX. D. D. P. P. STERN. CVR. IDEMQ. PROB.; *h. e.* sternendam curaverunt iidemque probaverunt. — Hoc ipsum Codd. quoque MSS. confirmant, teste *Mai, Class. Auct. T. 1. p. 597.* et *2. 210.* Quam apud Veteres scribendi rationem, testatur *Priscian. p. 757. Putsch.* — **d)** Aliquando etiam in nominativo sing. et plur. pro *idem*, et *iidem* vel *eidem* dixerunt antiquitus *eisdem*. *Inscr.* opt. notae apud *Grut. 207. col. 2.* Eisdemque fores clatratas II. cum postibus aesculneis facito. Et *mox.* eisdem parietem cum margine altum facito P. X. Alia apud *Lanzium, Sagg. di ling. Etr. T. 1. p. 163.* M. Manlius M. f., L. Turpilius L. f. duomvires de senatus sententia aedem faciendam coeraverunt, eisdemque probavere. — **e)** *Eidem* in nominat. sing. *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 551.* Eidem praetor . . . eidemque primus fecei. — *Alia ibid. n. 2225.* EIDE . QVE . PROBAVIT; *h. e.* idemque. — **f)** In accusat. sing. masc. et fem. *eundem* et *eandem* pro *eumdem* et *eamdem* scriptum reperitur in *alia, ibid. n. 1012.* et *198, lin. 67.* — Sic et *iden* pro *idem* in *alia* apud *Momms. Inscr. Helvet. n. 154.* — **g)** Ceterum *iden* pro *item* usurpatum est in *Inscr.* apud *Vermiglioli, Inscr. Perug. p. 535. n. 169.* Ti. Claudio Thallo Ti. Claudius Zosimus, iden Claydia *(sic)* Tyche fecerunt benemerenti patrono, iden Claydius Primitius *(sic)*, iden Claydius Ianuarius. — In antiquis autem MSS. *item* et *idem* inter se permutata fuisse, docet *Ritschel* in *Proleg.* ad *Plaut. p. 84.* — **h)** *Eisdem* pro *iisdem* habes in *Lege Iulia Munic. c. 4.*, et *easdem* pro *eadem* (accusat. plur. neutr.), *ibid. c. 4.* — *Eaedem* pro *eidem* (dat. sing. fem.), ut videtur, in *Inscr.* apud *Grut. 957. 15.* Q. Vibius Polybius *Libertae* suae eaedem coniugi. Adde *aliam* apud *De-Lama, Iscriz. di Parma, p. 119.* Nomen Xanthippe, laia eaedem ludicro. — *Hisdem* pro *iisdem* in antiquis MSS. scribi testantur *Mai, Fragm. iur. civ. p. 14.* et *Osann, de pronom. teri. pers. p. 46. not. 1.* V. HEMDEM. — *Emem* pro *eundem* Veteres usurpasse, testatur *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 76. Müll. Emem* autem est *em* geminatum; *h. e.* eum. V. IS. — **i)** Ad syllabarum quantitatem quod attinet, in recto singulari *idem* masculinum primam producit: neutrum corripit, *nempe* quia olim per diphthongum sic *eidem* scribebatur in genit. mascul., non item in gen. neutro. *Virg. 5. Ecl. 44.* Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit. V. *Horat.* loc. cit. infra §. 12. — **k)** *Iidem* rectus pluralis in disyllabum contrahitur. *Ovid. 1. Met. 239.* Iidem oculi lucent. — **l)** *Eodem, eosdem*, et similia interdum Poëtae per crasin disyllaba faciunt. *Virg. 12. Aen. 846.* Quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram Uno eodemque tulit partu. *Propert. 4. 7. 7.* Eosdem habuit secum, quibus est elata, capillos, Eosdem oculos. Al. leg. *Eosdem*, addita syllaba *dem* ad *hic, haec, hoc*, quomodo ad *is, ea, id. Lucil.* apud *Lactant. 5. 9.* Uni se atque eidem studio omnes dedere et arti. — **m)** Ex derivatis et compositis habeto *identitas* et *identidem;* cetera V. in IS. Cf. IDEMMET in *Nota*.

IDEM est is ipse: *il medesimo, lo stesso. Cic. Amic. 21.* Eiusdem generis animantes. *Id. Brut. 91.* Ad causas simillimas inter se, vel potius easdem. *Id. 4. Acad. 44.* Sed ubi Xenocrates, ubi Aristoteles ista tetigit? hos enim quasi eosdem esse vultis. *Id. 4. Acad. 10. sub fin.* Cum idem negares, quidquam certi posse reperiri, idem comperisse te, dixisses; *tu stesso. Id. Univ. 10.* Dedit divinis duo genera motus: unum, quod semper esset in eodem aeque, et idem in omnibus, atque uno modo celeraret. *Id. 9. Fam. 2.* Caninius tuus idem noster. *Id. Amic. 21. a med.* Amicus est tanquam alter idem. *Id. 2. Nat. D. 1.* Cum Academico et eodem rhetore congredi conatus sum. *Id. Brut. 79.* Oratio splendida, et grandis, et eadem in primis facta. *Id. 1. Rep. 14.* Sphaeram ab eodem Archimede factam posuerat in templo Virtutis Marcellus idem. *Sall. Cat. 20.* Nam idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. *Id. Iug. 31.* Quos omnes eadem odisse, eadem metuere in unum coëgit. *Quintil. 10. 7. 28.* Nec id tacendum, quod eidem Ciceroni placet. — **2)** Pertinet commode ad aequabilitatem et constantiam. *Cic. 1. Offic. 26.* Praeclara est aequabilitas in omni vita, et idem semper vultus, eademque frons. *Id. Orat. 31.* Perpetuum et eundem spiritum sine commutatione obtinere. — **3)** Ponitur aliquando pro *unus*. *Id. Brut. 16. a med.* Est mos hominum, unde nolint eundem pluribus rebus excellere. *Id. Top. 22.* Comparationum duo sunt genera: unum de eodem et alio; alterum de maiore et minore. Adde *Liv. 1. 38.* Cf. infra §. 8. — **4)** Saepe etiam

II. *Idem* iungitur cum aliis pronominibus. *Cic. Manil. 7.* Idem iste Mithridates. *Id. Sext. 20.* Quod idem tu una lege tulisti. Et *50.* Eiusdem illius inimici mei concio. *Id. in Senat. 13.* Nec mihi ipse ille animus idem meus, vobis non incognitus, defuit. *Id. 1. Att. 16. circa med.* Idem ego ille (non enim mihi videor insolenter gloriari), idem, inquam, ego recreavi, etc. Et *4. ibid. 1.* Cognoram enim te in custodia salutis meae diligentem: eundemque te acerbissime discidium nostrum tulisse. *Id. Sest. 50.* Habuit de eodem me P. Lentulus consul concionem. Et *ibid. 51.* de me eodem. *Id. 5. Verr. 21.* Huic eidem Sopatro iidem inimici ad C. Verrem eiusdem rei nomen detulerunt. *Id. 1. Rep. 33.* Adsunt optimates, qui se melius hoc idem facere profiteantur. — **5)** Elegantem locum habet post *qui, quae, quod:* habetque et ipsum vim relativi. *Id. Orat. 7.* Videmus fuisse quosdam, qui iidem ornate et graviter, iidem versute et subtiliter dicerent. *Id. 3. Orat. 11.* Musici, qui erant quondam iidem poëtae. *Id. 1. Offic. 7.* Beneficentia, quam eandem benignitatem appellari licet. *Id. 3. Fin. 7. a med.* Quod idem in ceteris artibus non contingit. — **6)** Et post adiectiva. *Id. 1 Offic. 19.* Viros fortes, magnanimos, eosdem bonos, et simplices esse volumus. *Id. Mur. 9.* Asium istam refertam, et eandem delicatam, sic obiit, ut etc. *Id. 10. Phil. 8.* Certissimi, iidemque acerrimi Caesaris actorum patroni — **7)** Et post *ego, tu, ille. Id. 9. Fam. 15.* Neque ego aliter accepi: intellexi tamen idem, non existimasse te, etc. *Id. 5. Att. 12.* Tu quidem sedulo argumentaris, quid sit speraudum: idemque caput rogationis proponi scribis. *Id. 8. ibid. 3. ante med.* Ille Galliae ulterioris adiunctor: ille restituendi mei studiosior: ille absentis in omnibus adiutor: idem etiam tertio consulatu contendit, etc. — **8)** Et cum *unus* aliquando iungitur, ad significationem augendam. *Id. Orat. 3.* Nec diutius esse uno et eodem statu. *Id. 6. Verr. 43.* Uno eodem tempore. — **9)** Praeterea

III. *Idem* inservit comparationi, et habet post se relativum, *qui, quae, quod:* item particulas *et, ac, atque, ut, quam*, quoties nimirum collatio duorum fit, quae inter se nihil distare significemus. *Cic. Har. resp. 11.* Tua eadem virtus fuit, quae in privato quondam tuo proavo. *Id. 4. Fin. 5. extr.* Nihil commutantur animo, et iidem abeunt, qui venerant. *Id. Caecin. 20.* Non idem est servulus, quod familiae. *Caes. 3. B. C. 15.* Iurat, se eundem casum subiturum, quemcumque ei fortuna tribuisset. *Cic. 2. Agr. 12.* Eandem constituit potestatem, quam, si etc. *Id. Top. 25.* Si quaeratur, idem ne sit pertinacia et perseverantia. *Id. Prov. cons. 15. extr.* Imperii nostri, terrarumque idem est extremum. *Id. Sull. 18.* Idem valere debet, ac si pater indicaret. *Id. Dom. 20.* Unum et idem videtur esse, atque id quod etc. *Id. 2. Tusc. 5. extr.* Disputationem habitam non quasi narrantes exponimus, sed eisdem fere verbis, ut actum disputatumque est. *Colum. 3. 2. extr.* Feracitatem potius sequamur, quae non eadem portione vincitur pretio, quam vincit abundantia. — **10)** Item *quasi*. *Cic. 2. Leg. 21.* Eodem loco res est, quasi ea pecunia legata non esset. *Id. Amic. 4.* Sensu enim amisso, fit idem, quasi natus non esset omnino. — **11)** Item cum praepos. *Tacit. 15. Ann. 2.* Hunc eodem mecum patre genitum, etc. *Gell. 18. 11.* Non hercle idem sentio cum Caecilio grammatico. *Curt. 5. 9.* Nabarzanes, qui in eodem consilio erat cum Besso (in *Gell.* et *Curt.* verbis, *cum* locum haberet, quamvis *idem* non esset: quare non videntur eiusdem rationis esse, ac *Taciti* locus). Cf. ad rem *Hand, Tursell. T. 2. p. 140.* et *seq.* — **12)** Cum dativo poëticum esse videtur. *Horat. Art. P. 467.* Invitum qui servat, idem facit occidenti. Adde *Lucret. 3. 1051.* et *4. 1167.* — **13)** Absolute, substantivorum more,

IV. *Idem*, in neutro genere, sequente genitivo. *Cic. Balb. 12.* Si idem nos iuris haberemus, quod ceteri. *Id. 9. Fam. 2.* Tibi idem consilii do, quod etc. — **14)** Item *eodem* in ablativo neutro, sequente pariter genitivo. *Id. 1. Att. 15.* Res eodem est loci, quo reliquisti. *Tacit. 4. Ann. 4.* Quamquam arduum sit eodem loci potentiam et concordiam esse. Adde *Suet. Aug. 65.* et *Cal. 55.* et *Plin. Paneg. 1.* Cf. infra §. 16. — **15)** Item absolute, adverbiorum more,

EĀDEM *(subaudi via)*; *per la stessa via:* tum proprie tum translate. *Liv. 5. 46.* Per medias hostium stationes egressus, in Quirinalem collem pervenit: ibique omnibus solemniter peractis, eadem revertens, etc. *Plaut. Bacch. 3. 4. 26.* stabile est, me patri aurum reddere: Eadem exorabo, Chrysalo causa mea Pater ne noceat. Adde *Poen. 3. 3. 3., Capt. 2. 2. 43.* et *alibi*. — Huc spectat *Charis. 2. p. 187. Putsch.* « Addit *(Scaurus)*, quia Veteres *eadem* soliti sint dicere, non addentes *via*, ut sit κατὰ ἁπλῶν, ut Plautus inquit, *eadem bibas, eadem tibi dedero suavium.* » Locus *Plauti* est ita in *Bacch. 1. 1. 15.* Eadem biberis, eadem dedero tibi, ubi biberis, suavium. — **16)** Item

EODEM *(subaudi* loco); *nel medesimo luogo:* et adhibetur saepius cum verbis motus. *Cic. 1. Att. 14.* Accedit eodem etiam noster Hortensius. *Caes. 1. B. G. 4.* Omnes clientes obaeratosque suos . . . eodem conduxit. *Nep. Pausan. 4.* Quod nemo eorum rediisset, qui tali super causa eodem missi erant. — *Id. Ages. 8.* Quum eodem comites accubuissent. Adde *Suet. Caes. 64.* et *Galb. 19.* — **17)** Sequente particula *quo* vel *unde*. *Nep. Pausan. 5.* Cuius mortui corpus quum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi, qui ad supplicium essent dati. *Plaut. Asin. 1. 2. 13.* Ego pol te redigam eodem, unde orta es, ad egestatis terminos. *Caes. 5. B. G. 11.* Ipse eodem, unde re-

dierat, proficiscitur. — **18)** Translate. *Plaut. Cure. 4. 2. 20.* Eodem, hercle, vos pono et paro; *h. e.* eodem loco habeo. — **19)** Refertur etiam ad res, vel personas, et significat, ad idem; *allo stesso, alla stessa cosa o persona. Liv. 27. 34.* Eodem honores poenasque congeri; *h. e.* in eundem civem. *Cic. Planc. 16.* Eodemque adiungas, quos natura putes asperos? *Id. Rosc. Am. 31.* Quid si accedit eodem, ut tenuis antea fueris? *Id. Amic. 18.* Addendum eodem est, ut etc. *Id. 8. Att. 9.* Eodemque pertinet, quod etc. *Cels. 6. 6. n. 21.* Id quoque . . . eodem valet. — **20)** Denique videtur poni etiam pro *eo* vel *ad haec*, in illo *Cato, RR. 108.* De eo vino, quod voles experiri, eodem infundito. Et *Scribon. Compos. 155.* Inde summantur cyathi tres, et eodem adiiciuntur vini cyathi duo.

Nota. Praeter hucusque allata, monendum est quoque aliquando creditum fuisse usurpari posse etiam *idemmet, eademmet, idemmet*, ex *idem* ac *met*. — Afferebatur enim ad hoc ipsum adstruendum locus *Enn.* apud *Cic. 4. Acad. 27. fin.* Age, adsta: mane; audi: itera dum eademmet ista mihi. *Sed Recentiores lap.*, eadem istaec mihi. Cf. *2. Tusc. 19.* et *14. Att. 14.*

IDEMMET. V. voc. praeced. in *Nota*.

IDEMTIDEM. V. voc. seq. §. b.

IDENTĬDEM. Adverb. ex *idem* geminato et absolute posito, quasi *idem idem*, interposita *t* littera euphoniae gratia, et *m* in priore in *n* mutato (V. *Priscian. 12. p. 943. Putsch.*). — **b)** Quare minus recte videntur scribere qui *idemtidem* praeferunt. — Designat autem IDENTIDEM eiusdem rei crebram repetitionem, et est, saepe, frequenter, per intervalla; *spesso, di frequente, di quando in quando, di tempo in tempo. Plaut. Men. 1. 2. 51.* Ne te uxor sequatur, respectas identidem. *Caes. 2. B. G. 19.* Quum se illi identidem in silvas ad suos reciperent et rursus ex silva in nostros impetum facerent. *Cic. Dom. 55.* Identidem se ipse revocans. *Id. Rabir. Post. 12.* Recitabatur identidem Pompeii testimonium. *Liv. 9. 53.* Quum identidem legem Aemiliam reciteret; *h. e.* plus semel. — **2)** Deinde est etiam continuo, sine intermissione; *di continuo. Acc.* apud *Cic. 3. Tusc. 26.* Scindens dolore identidem intonsam comam. *Plaut. Bacch. 3. 3. 75.* Nullou' pacto res mandata potest agi, nisi identidem Manus ferat ad papillas, labra a labris nusquam auferat? *Auct. ad Herenn. 4. 56.* Nunc identidem nosmetipsi nobis insistamus. *Catull. 51. 5.* Qui sedens adversus identidem te Spectat et audit. — **3)** Item ponitur pro semper, per totum tempus; *sempre. Liv. 3. 59.* Omne id tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram, ut identidem iam in urbem futurus videretur impetus. *Id. 1. 54.* Ipse identidem belli auctor esse; *sè essere sempre dello stesso parere della guerra. Cic. Rosc. Am. 50.* L. Cassius ille . . . identidem in causis quaerere solebat, cui bono fuisset. *Curt. 9. 4. 18.* Novis identidem armis novos hostes exsistere. Adde *4. 15. 33., Suet. Aug. 28.* et *Plin. 9. ep. 6.* — **4)** Hoc eodem sensu speciatim inogitur cum verbis *repetere, revolvere, reverti. Cic. 13. Att. 26.* lisque revolvor identidem in Tusculanum. *Plin. 9. ep. 40.* Illa, quae dictavi, identidem retractantur. *Id. ibid. 31.* Legi enim librum tuum identidem repetens ea maxime . . . quae de me scripsisti. — **5)** Item cum *omnia. Liv. 5. 25.* Camillus identidem omnibus locis concionabatur. *Id. 35. 25.* Nam etsi per legatos identidem omnia explorabantur. — Adde *Liv. 35. 45.* et *Auct. ad Herenn. 3. 22.*, quibus locis adhibetur cum *quisque*. — **6)** Pro itidem usurpatur ab *Augustin. Serm 94. n. 3. ed. Mai.* In undecimo psalmo, ubi pro octavo identidem inscriptio est, etc.

Nota. Vide etiam de hac particula *Hand, Turseli. T. 3. p. 174-178.*

IDENTĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *idem;* conditio eius, qui semper idem est; perseverantia in eodem statu. *Candidus, ep. ad Mar. Victorin. 2.* Identitas naturae. *Mar. Victorin. 1. adv. Ar. 48.* Istud duobus modis sive altera in identitate sive eadem in alteritate. Adde *Rustic. Disput. contra Acoeph. p. 1201. Migne.*

ĬDĔO. Adverb. ex *id* et *eo*, sive ex eodem pronomine geminato, quae propterea videtur composita, ut ex duplicata notione eiusdem generis maior et distinctior vis exsisteret, ut ait *Hand, Turseli. T. 3. p. 179.*, quem videsis. — **b)** In MSS. et editis libris saepe *ideo, id eo, adeo*, vel etiam *id* vel *eo*, si compendio scribantur, inter se sunt confusa, ut adnotat *Id. ibid. p. 184.* — **c)** Ex compositis, Cf. IDONEUS §. a.

IDEO proprie est ob hanc rem, propterea, idcirco; *per ciò, per questo:* et adhibetur absolute. *Plaut. Most. 4. 3. 54.* Te velle uxorem aiebat tuo nato dare, ideo aedificare hoc velle aiebat in tuis. *Phaedr. 1. 25. 16.* Nihil laboras: ideo, quum opus est, nihil habes. *Caes. 3. B. C. 11.* Atque ideo ad Pompeium contendit. *Cic. 5. Fin. 29.* Ideo enim ille summum bonum εὐδαιμίαν appellat. *Nep. Alcib. 9.* Videbat id sine rege Persarum non posse fieri: ideoque eum amicum sibi cupiebat adiungi. *Cels. 2. 2. sub fin.* Considerandum est, num cui saepius horum aliquid eveniat, neque ideo corporis ulla difficultas subsequatur. *Id. 7. 26. n. 2.* Et ideo dixi, ne curandum quidem. *Virg. 2. G. 96.* nec cellis ideo contende Falernis. — **2)** Saepius vero relative adhibetur cum particulis causativis sive praecedentibus sive sequentibus, *quod, quia, quoniam. Plaut. Merc. 3. 1. 46.* Ideo quia uxor rure est. *Varr. 2. RR. 6.* Ideo quod plerique deducuntur ad molas. *Cic. 1. Fam. 8. ad fin.* Ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem meritorum tuorum referenda gratia consequi possum. *Id. 2. Att. 1.* Mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. *Cels. 2. 19.* Quae omnia ideo noscenda sunt, quoniam aliud alii convenit. *Horat. 1. Ep. 19. 26.* Ac ne me foliis ideo brevioribus ornes, Quod timui etc. *Quintil. 10. 1. 131.* Vel ideo quod exercere potest utrimque iudicium. *Liv. 45. 22* Qui ideo felicia bella vestra esse, quia iusta sint, prae vobis fertis. *Senec. ep. 76.* Immo ideo magis propera, quoniam id nunc aggressus es. Adde *Ulp. Dig. 5. 2. 2.* et *Quintil. 9. 2. 69.* — **3)** Speciatim vero praemittitur, sequente propositione, quae finem rei agendae indicat, cum particulis *ut, ne, quo, quin. Cic. 6. Verr. 4.* Idcirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret? ideo C. Claudius retulit, ut C. Verres posset auferre? Et *5. ibid. 41.* An ideo aliquid fecit, ne etc.? *Varr. 3. RR. 16.* Quas *(alvos)* ideo videntur medias facere angustissimas, ut figuram imitentur earum. *Id. 5. LL. 16.* Quod id ideo facerent, quo facilius deminuerent hostes. *Liv. 4. 6.* Ideoque decemviros connubium diremisse, ne incerta prole auspicia turbarentur. *Cic. 2. Invent. 25.* Hanc ideo rationem subiecimus, ut hoc causae genus ipsum, de quo agimus, cognosceretur. *Tacit. 4. Hist. 73.* Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur; sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur. — *Liv. 2. 15.* Non, quia breviter reddi responsum potuerit, non recipi reges, ideo potius delectos patrum ad eum missos, quam legatis eius Romae daretur responsum; sed ut in perpetuum mentio eius rei finiretur. — **4)** Item, sequente vel praecedente negativa, cum propositione conditionali adhibetur, quae aliquando per ablativum absolutum effertur. *Varr. 3. LL. 1.* Non, si non potuero indagare, eo ero tardior, sed velocior ideo si quivero. *Cic. Cael. 9.* Non, si iusta causa est viris fortibus oppugnandi M. Coelium, ideo vobis quoque etc. *Quintil. 2. 17. 24.* Si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator. *Id. 5. 11. 34.* Non, si videri potest, ideo etiam voluisse creditur.

Nota. Alia de hac particula dabit, si quis desiderat, *Hand, Turseli. T. 3. p. 178-184.*

IDĔŌNĔUS. V. IDONEUS §. a.

IDEST. V. is, ea, id.

IDIŌGRĂPHUS, a, um. Adiect. Graecum, ἰδιόγραφος, quo significatur is, qui propria ipsius auctoris manu est scriptus: *scritto di propria mano;* ab ἴδιος, proprius, et γράφω, scribo. *Gell. 9. 14.* Qui scripserunt, idiographum librum Virgilii sese inspexisse, in quo ita scriptum est.

IDIŌLŎGUS, i, m. Vox Graeca, ἰδιολόγος, qua speciatim significatur procurator rationum privatarum sive patrimonii in aliqua provincia (*Graece ἐπίτροπος τοῦ ἰδίου λόγου; h. e.* procurator privatae rationis, ut legitur in *Inscr.* Graeca in *C. I. Gr. n. 3751.*). Eius mentio in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6926.* M. Virgilio M. f. Ter. Gallo Lusio . . . idiologo ad Aegyptum. Cf. *Momms.* in *Memorie dell' Istit. Archeol. T. 2. p. 318.* et *seqq.*

IDIŌMĂ, ae, f. (apud *Simplic. p. 80. Gros.* V. loc. in CLAVICATUS) et

IDIŌMĂ, ătis, n. Vox Graeca, ἴδιωμα, qua significatur proprietas alicuius linguae; *idioma. Charis. 3. p. 255. Putsch.* Idiomata, quae sunt in sermone nostro, innumerabilia quidem debent esse. Ea enim sunt omnia, quae pro nostro more efferimus, tantum secuti Graecos. — *De idiomatibus casuum et generum* libellos habes in *Grammaticis Latinis, T. 4. p. 566.* et *seqq.* ed. *Keil.* — **2)** Translate de sonis musicis, *Fulgent. 3. Mythol. 9.* V. loc. in SIBILO.

IDIŌTĂ et idiotes (V. loc. *Tertull.* infra), ae, m. Vox Graeca, ἰδιώτης, quae proprie notat hominem privatum, seu nullo munere publico fungentem, ab ἴδιος; privatus; *idiota.* Sed quia qui vulgo sunt, fere imperiti indoctique esse consueverunt, accipitur fere pro illiterato, indocto, imperito; *ignorante, rozzo. Cic. 6. Verr. 2.* Quae non modo istum hominem ingeniosum atque intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent; *nulla intendenti di scultura.* Et *Sext. 51.* Rem paternam ab idiotarum divitiis ad philosophorum regulam perduxit, Graeculum se et otiosum putari voluit; *h. e.* ab iis divitiis, quas vulgus imperitum divitias appellat. Stoici autem, qui sapientes haberi volebant, divitias appellabant, cum quis caelo et terra frui posset. *Gell. 1. 2* Quoniam respondere nos tibi non quimus, quos idiotas et rudes vocas. *Lucil.* apud *Non. 1. 177.* Quidni et tu idem illitteratum me atque idiotam diceres? *Nonius* exponit inutilem, sibi tantum, non plurimis utilem. Adde *Vitruv. 6. 11. ad fin.* ubi usurpat de eo, qui architecturae est ignarus. — Item *Vulg. Interpr. Act. 4. 13.* et *1. Cor. 14. 16.* et 23. et 24., quo extremo loco in recto casu est *idiota.* Contra *Tertull. adv. Prax. 9.* Male accepit idiotes quisque aut perversus hoc dictum. *Idiotes* Graeca est positione.

IDIŌTES. V. voc. praeced. in *fin.*

IDIŌTĬCĒ. Adverb. ab *idioticus;* indocte, imperite. *Interpr. Ire-*

Digitized by Google

nasi, 1. Haeres. praef. 3. Sed simpliciter et vere et idiotice, quae tibi cum dilectione scripta sunt, cum dilectione percipies. *Id. 5. ibid. 50. 1.* Alii quidem simpliciter et idiotice usurpaverunt denarium numerum.

ĬDĬŌTĬCUS, a, um. Adiect. ab *idiota;* ignarus, rudis. *Tertull. Testim. anim. 1.* Rudem, impolitam et idioticam compellare; *sensu cultura.*

ĬDĬŌTISMUS, i, m. Vox Graeca, *ἰδιωτισμός*, qua significatur dicendi genus e vulgo sumptum et familiare, ita tamen, ut sordes absint, et vulgaria verba, quibus orator utitur, ita locentur apte, ut ornamento sint, neque illa quaesivisse, sed ut necessaria adscivisse videatur. *Senec. praef. l. 3. Controv. a med.* Idiotismus est inter oratorias virtutes res, quae raro procedit. Magno enim temperamento opus est et occasione quadam. Hac virtute varie usus est *(Albutius).* Saepe illi bene cessit, saepe decidit, nec tamen mirum est, si difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus. *Id. 2. Controv. 11. ad fin.* Hispo Romanus bello idiotismo usus est: Vultis, inquit, amici, eamus ad raptae patrem? occurremus: ille domi est. *Al. minus recte leg.* docismo. — **2)** Apud Rhetores idiotismi species est figura communicatio, *ἀνακοίνωσις*, quia in ea orator cum adversariis ipsis colloquens ac deliberans, familiarem sermonem instituit. *Iul. Rufinian. de fig. Sentent. 10.*, ubi Graeca positione *idiotismos.* Cf. *Voss. Institut. l. 3. c. 7. extr.*

ĬDIPSUM. V. IS, EA, ID.

ĬDŌLĂTRĂ, ĬDŌLĂTRĬS, ĬDŌLĂTRĬCUS. } V. IDOLOLATRA §. b.

ĬDOLĒUM et Idolīum, ii. Vox Graeca, *εἰδωλεῖον* (cuius secundam et tertiam syllabam, *ĭdōlĭum*, corripuit *Prudent.* locis mox citandis, non imitandus); qua significatur delubrum, sacellum, locus, in quo idolum colitur. *Hieronym. ep. 22. n. 29.* Si frater te viderit in idoleo recumbentem. *Tertull. Cor. milit. 10. a med.* Si in idolio recumbere alienum est a fide, quid in idoli habitu videri? Cf. *Vulg. Interpr. 1. Cor. 8. 10.* Adde *Sulpic. Sev. Dial. 3. 8.* — *Prudent. Apoth. 186.* Ecquis in idolio recubans, inter sacra mille. Et *11. περὶ στεφ. 52.* Idolii ardebat dedere perfidia. Adde *1. advers. Symmach. 612.*

ĬDŌLĬCUS *(minus recte* Ĭdŏlĭcus apud *Paulin.* loc. mox cit.), a, um. Adiect. ab *idolum;* ad idola pertinens. *Tertull. Idolol. 15.* Communicantes nationibus in idolicis rebus. *Paulin. Nolan. carm. 22. 61.* Absit, ut idolici videatur filia templi. *Paulin. Petroc. 2. 275.* Idolicum venenum. Et *251.* Idolicae figurae. *Id. 5. 385.* Idolica effigies.

ĬDŌLĬUM, V. IDOLEUM.

ĬDOLŎLĂTRĂ (Idolatra), et *Graeca positione,* Idololatres, ae, m. Vox Graeca, *εἰδωλολάτρης*; *h. e.* idolorum cultor. — **b)** In quibusdam MSS. et editis libris per syncopen *idolatra, idolatria, idolatricus* scribitur pro *idololatra*, etc. Sic apud *Auct. Histor. Datian. 12.* Qui idolatricis excubiis praefuerat. Adde *Salvian. 1. adv. avar. 1.* et *12.*, ubi item in Codd. MSS., teste *Baluzio, idolatria* pro *idololatria.*

IDOLOLATRA est qui idola colit; *idolatra. Tertull. Idolol. 14.* Numquid idololatris idololatres, numquid saecularibus saecularis? Adde *1.* etc. et *Vulg. Interp. 1. Cor. 10. 7.*, ubi *idololatra* in recto casu.

ĬDŌLŎLĂTRES, ae. V. voc. praeced.

ĬDŌLŎLĂTRĬĂ (et Idolatria: V. IDOLOLATRA §. b.), ae, f. Vox Graeca *εἰδωλολατρεία*; *h. e.* idolorum cultus; *idolatria:* ab *εἴδωλον*; idolum, et *λατρεύω*; colo, servio. *Tertull. Idolol. 1.* et *alibi.* — *Vulg. Interpr. 1. Reg. 15. 23.* Quoniam . . . quasi scelus idololatriae, nolle acquiescere.

ĬDŌLŎLĂTRĬCUS et Idolatricus, a, um. Adiect. ab *idololatra;* ad idololatram pertinens. V. IDOLOLATRA §. b.

ĬDŌLŎLĂTRIS *(perperam* Idŏlolatris), Ĭdis, f. Vox Graeca, *εἰδωλολατρίς*; *h. e.* quae idola colit. *Prudent. Hamartig. 405.* Incerat lapides fumosos idololatris Religio. Ita leg. *Gronov.* et *Heins.* Vulgo hab. *idolatrix.*

ĬDŌLŎLĂTRIX, Ĭcis, f. V. voc. praeced.

ĬDŌLON. V. IDOLUM.

ĬDŌLŎTHŸTUM. V. voc. seq. §. 2.

ĬDŌLŎTHŸTUS, a, um. Adiect. Graecum, *εἰδωλόθυτος*; *h. e.* qui idolis immolatus est; ab *εἴδωλον*; idolum, et *θύω*; sacrifico. *Tertull. Idolol. 15.* Quid participas idolothyta solemnia? *Id. Spectac. 13.* Oculos et aures ab idolothytis voluptatibus abstinere. *Mar. Victorin. 1. in ep. ad Galat. c. 4. v. 8.* Idolothyti cibi. *Gaudent. Serm. 9. ante med.* Sanguis idolothytarum victimarum. — **2)** Absolute, substantivorum more,

IDOLOTHYTUM, i, n. Quidquid idolorum cultui est immolatum. *Vulg. Interpr. 1. Cor. 8. 7.* Idolothytum manducare (Cf. *ibid. v. 10.*). *Id. Apoc. 2. 20.* Fornicari et manducare de idolothytis.

ĬDŌLUM, et *Graeca positione*, Idolon, i, n. Vox Graeca, *εἴδωλον*; visum, ab *εἴδω*; video. — **b)** Secunda natura sua longa est, a Poëtis tamen Christianis saepe corripitur, ut a *Sedul. 3. 146.*, *Prudent. 3. contra Symmach. 48. altisque;* quod dicendum est etiam de derivatis et compositis, ut suo loco monuimus. — **c)** Derivata, *idolum, idolicus.* Cf. IDOS et IDEA §. 8. — **d)** Composita, *coidololatra, idololatra, idololatricus, idololatris, idololatrus* (de quibus per syncopen quoque adhibitis V. in IDOLOLATRA §. b.) et *idolothytus.*

IDOLUM proprie est alicuius rei species, seu imago, quae oculis obversatur, aut menti; *specie, simulacro, immagine. Lucil.* apud *Non. 7. 88.* Idola atque atomos vincere Epicuri volam. *Cic. 1. Fin. 6. sub fin.* Atomi, inane, imagines, quae idola nominant, quorum incursione non solum videmus, sed etiam cogitamus. Adde *15. Fam. 16.*, ubi quidem bis legitur, sed Graece tamen: et fortasse etiam priore loco Graece scripsit. — *Plin. 7. ep. 27.* Mox apparebat idolon, senex macie et squalore confectus, etc.; *uno spettro.* — **2)** Ab Ecclesiasticis Scriptoribus dicitur signum, simulacrum inanium Deorum; *idolo. Tertull. Idolol. saepe*, etc. et *Vulg. Interpr. Gen. 31. 19.* et *alibi saepe.* — **3)** Apud *Eund. Zachar. 11. 17.* O pastor et idolum, *videtur figurate intelligi Antichristus.* V. Interpretes ad *h. l.*

ĬDŌNĔĒ. Adverb. ab *idoneus.* — Comparat. *idonius* est *Tertull. Palliat. 5. a med.* V. loc. in SCOPAE. — Proprie est apte, commode; *convenevolmente, acconciamente. Cic. 1. Invent. 15.* Exordium est oratio, auditoris animum idonee comparans ad reliquam dictionem. — **2)** Item satis. *Cato, Dig. 5. 3. 41.* Idonee cavere; *dar sicurtà sufficiente.* Et *Ulp. ibid. 40. 5. 4. §. 8.* Ergo cavendum est idonee: quid est idonee? Satisdato utique, aut pignoribus datis. *Pompon. ibid. 59. 2. 41.* Magis idonee reficere parietem.

ĬDŌNĔĬTAS (et Idonitas), ātis f. Abstractum ab *idoneus;* aptitudo, convenientia. *Augustin. Serm. 106. de divers. 5.* Idoneitatem servi in passione sanguinis quaerit. — *Idonitas* est in *Inscr.* infimae notae apud *Mai, Nov. Collect. T. 5. p. 428. n. 7.* Nimium cito decidisti, Constantia, mirum pulchritudinis atque idonitati, quae vixit etc. *(lege* idoneitatis, *scil.* exemplum). Ipse *Mai* autem annotat: e Puto legendum *bonitatis*, ut est in alio simili Lapide Christiano, quem vidi in atrio Iuliano. s

ĬDŌNĔUS, a, um. Adiect. parum certae originis. Sunt qui suspicantur derivatum ab *ideo*, quasi *ideoneus* (quod usurpari traditur a *Quintil.* in *declam.* aliqua, iubeturque conferri *sursum* pro *seorsum)*, unde *idoneus:* quo sensu responderet etiam Graecae voci *ἐπιτήδειος*, quae pariter est ab *ἐπί* et *τῆδε*. — **b)** De Grammaticorum sententia gradibus caret, nec habere potest (V. *Incert. Grammat.* in *Anal. Gramm. p. 110. Endl.*); quorum vim supplere licet per particulas *magis, maxime.* Reperitur tamen *idoneior* apud *Ulp. Dig. 18. 2. 4. sub fin.* Si persona idoneior accedat ad emptionem. *Paul. ibid. 47. 23. 2.* Si plures simul agant, praetor eligat idoneiorem. Adde *Callistrat. ibid. 50. 6. 5. ad fin.* et *Tertull. advers. Hermog. 18.* et *Anim. 18. Ubique autem al. leg.* idonior. — *Idoneor* autem pro *idonior* legitur apud *Augustin. Serm. 121. n. 6. ed. Mai.* Quis luctus idoneor, quis planctus aequior inveniri potest? — **c)** Derivata, *idonee, idoneitas.* — **d)** Compositum, *peridoneus.*

IDONEUS proprie est aptus, commodus, convenions, sufficiens; *atto, acconcio, conveniente, idoneo. Cic. 1. Orat. 34.* Minus idoneis verbis uti. *Id. 2. ad Brut. 7.* Rem quampiam idonea laude afficere. Et *mox.* Legiones idoneas per te brevi tempore comparasti. *Nep. Themist. 6.* Idoneam causam nactus. *Petron. Satyr. 139. extr.* Idoneam excusationem praeparare. *Nep. Attic. 2.* Tempus idoneum ratus studiis obsequendi suis. *Caes. 2. B. G. 8.* Locus ad aciem instruendam opportunus atque idoneus. *Horat. 4. Od. 1. 12.* Si torrere iecur quaeris idoneum. — Cum dativo. *Cic. 6. Fam. 19.* Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio. *Horat. 2. Ep. 2. 7.* Litterulis Graecis imbutus, idoneus arti Cuilibet; *d'ogni abilità:* quo sensu absolute *Ulp. Dig. 30. 16. 42.* idoneum hominem dixit. *Quintil. 2. 3. 1.* Idoneus rhetori puer; *h. e.* qui rhetori erudiendus committatur. — Cum accusativo et praepos. *ad. Cic. 5. Att. 6.* Consilia idonea ad hoc nostrum negotium. *Id. 2. Leg. 4.* Lex est ratio ad iubendum et deterrendum idonea. *Id. Cluent. 6.* Non essem ad ullam causam idoneus, iudices, si hoc non viderem. — Cum accusat. et praepos. *in. Quintil. 6. 3. 13.* Componere materias in hoc idoneas, ut controversiae permixtis salibus fingantur. *Senec. 3. Controv. 35. a med.* Infirmi et in nullam spem idonei. — Cum infinito. *Horat. 1. Ep. 16. 12.* Fons etiam rivo dare nomen idoneus. Adde *Vulg. Interpr. 2. Tim. 2. 2.* — Cum genitivo. *Id. 2. Cor. 3. 6.* Qui et idoneos nos fecit novi testamenti. — Cum ablativo. *Auct. ad Herenn. 3. 3.* Res humiles et indignas viris fortibus viros fortes propterea contemnere oportere nec idoneas dignitate tua iudicare. — **2)** Absolute, substantivorum more. *Tacit. 4. Ann. 3.* Apud idoneos provinciarum; *h. e.* locis provinciarum opportunis. Cf. infra §. 7. — **3)** Deinde

II. *Idoneus* saepe est bonus, dignus; *buono, degno, meritevole. Cic. Balb. 3.* Qui si adductus gratia, minus idoneum hominem praemio affecisset; qui, etiamsi virum bonum, sed non ita meritum, tamen etc. *Id. Manil. 19.* Pompeius idoneus non est, qui impetret. *Id. 4. Acad. 6. a med.* Res idonea, de qua quaeratur. *Ter. Andr. 4. 4. 18.*

Adeon' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? *Cic. Dom. 51. extr.* Nemo ne horum tibi idoneus visus est, ut cum eo dedicationem communicares? — **A)** Huc pertinet illud *Etiusd. 2. Offic. 15.* Saepe idoneis hominibus indigentibus, de re familiari impertiendum; *bisognosi e meritevoli di soccorso*. Fallitur *Lactant.* qui *6. 11. idoneis* interpretatur, iis, qui restituere, ac referre gratiam possint: et ob id scriter *Ciceronem* reprehendit. Cf. §. seq. — **5)** Item

III. *Idoneus* est etiam sufficiens, et cui fidere possis. *Cic. Brut. 15.* Cuius eloquentiae est auctor et idoneus quidem mea sententia, Q. Ennius. *Liv. 8. 4. ad fin.* Idoneos habeo auctores, ita responsum ab senatu esse. *Papinian. Dig. 40. 4. 50.* Idoneam cautionem offerre. *Martian. ibid. 26. 1. 9.* Non idoneus tutor. *Caius, ibid. 4. 4. 27. ad fin.* Si ab idoneo debitore ad inopem transtulerit obligationem; *h. e.* ab eo debitore, qui est solvendo. Sic apud *Ulp. Dig. 27. 8. 1. a med.* tutores et fideiussores idonei *opponuntur his*, qui lapsi sunt facultatibus. Sic *Id. ibid. 25. 3. 1. extr.* Idoneum esse facultatibus ad alendum aliquem (Ad hanc rationem respexit *Lactant.* Ciceronis citata verba exponens). *Martian. ibid. 55. 2. 88.* Idoneis hominibus collocare pecuniam. *Al. leg.* nominibus; *a buone dette*. *Senec. 4. Benef. 39.* Cum quingentos denarios mutuos cuidam promisisset, et illum parum idoneum comperisset. *Iabolen. Dig. 45. 3. 5.* et *Ulp. ibid. 50. 16. 42.* Idoneus homo; *h. e.* qui integrae existimationis et fidei esse putatur. — Huc spectant etiam loca allata supra §. b. — **6)** Dicitur et de rebus ipsis, quibus fidere possumus. *Paul. ibid. 59. 2. 56.* Idoneum parietem esse dixerunt, si onera, quae modo iure imponantur, sustinere possit. *Ulp. ibid. 19. 2. 15.* Minus idonea navis. *Id. ibid. 22. 1. 55.* Idonea pignora; *h. e.* quae sufficiunt in quantitatem debiti, ut *Caius* loquitur *ibid. 42. 1. 28.* — **7)** Absolute, substantivorum more,

IDONEUS, i, m. Eodem sensu. *Cic. 2. Offic. 18.* In deligendis idoneis radicium et diligentiam adhibere. *Liv. 34. 25.* De praesidio expellendo cum idoneis collocutus. *Suet. Ner. 44.* Nullo idoneo respondente. *Quintil. 7. 4. 39.* Si orbae nuptias indicant pares gradu et si inter propinquos de idoneo quaeratur. *Tacit. 2. Ann. 39.* Tum per idoneos et secreti eius socios crebrescit, vivere Agrippam. Cf. supra §. 2.

Nota I. Constructio huius adiectivi colligitur praesertim ex adductis in §. 1. — **Nota II.** Discrimen vero inter *aptum, utile* et *idoneum*, v. sub v. APTUS in *Nota* II.

* IDŌNĪTAS. V. IDONEITAS.

IDOS, n. Vox Graeca, εἶδος; visum, ab εἶδω; video. Apud *Senec. ep. 58. circa med.* modo Graece, modo Latine scripta legitur. Est autem species, forma ab exemplari; *h. e.* ab idea, sumpta, et operi imposita, ut ait *Senec. loc. cit.* Habet aliquam faciem statua: haec est idos. Habet aliquam faciem exemplar ipsum, quod intuens opifex statuam figuravit: haec idea est. *Id. ibid.*

* IDŪĀRĪUS, a, um. Adiect. ab *idus;* ad idus pertinens. *Iduarii*, orum, sunt qui feneratorum tabulas conficiebant, in quibus perscribebatur pecunia fenori locata, et idibus recepta (v. IDUS §. 3.). *Inscr.* apud *Grut. 478. 9.* L. Val. L. fil Gal. Faventino II. virali, qui annona frumentaria empta plebem adiuvit, et ob alia merita eius collegia Kalendarium *(lege* Kalendariorum), et Iduaria duo *(lege* Iduariorum) civi gratissimo posuerunt. Porro *Kalendariorum* legit *Aptanus*, aliique plures, qui hanc inscriptionem retulerunt; *Iduaria* autem *duo* corruptam esse lectionem ex *Iduariorum* quivis per se facile videt, qui in vetustis Lapidibus perlegendis versatus aliquantisper fuerit: ex qua quidem coniectura iis illa componitur, quae de huiusmodi voce excitata olim est inter Eruditos, quamque pluribus persequitur *Cognolatus* in *praef.* huic Lexico praemissa §. 13. — Haec refutavit *Furlanetto*, qui et usum vocis confirmari putat ex cognomine *Iduarius*, quod legitur in *Inscr.* apud *Donat. 401. 3.* L. Faenius Iduarius. Verum Recentiores commenticiam esse inscriptionem illam ostendunt. V. CALENDARIS §. 2., coll. nihilominus, quae idem *Furlanetto* adnotavit ad *Cognolati praef. loc. cit.*, ubi iterum inscriptionis γνησιότητα defendit.

IDŪLIS, le. Adiect. ab *idus;* ad idus pertinens. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.* Idulis ovis dicebatur, quae omnibus idibus Iovi mactabatur. *Id.* in *Sacram viam, p. 290. ibid.* Sacram viam quidam appellatam esse existimant, quod eo itinere utantur sacerdotes, idulium *(legend. fortasse* in Capitolium) sacrorum conficiendorum causa. De his *Ovid. 1. Fast. 56.* Idibus alba Iovi grandior agna cadit. Adde *Macrob. 1. Saturn. 15. a med.* V. loc. in IDUS §. a.

IDŪO, as, āre. Verbum transitiv. (compositum, ut videtur, ex *in*, et *duo*, vel *sic* δύω), quod lingua Etrusca dividere significat: unde dictae *Idus*, quae mensem fermo dividunt. *Macrob. 1. Saturn. 15. a med.* V. loc. in voc. seq. §. a.

IDUS, uum, ibus, f. plur. Nomen diei cuiusdam in unoquoque mense, ut mox dicetur, quae ita appellatur ab *iduare*, ut tradit *Macrob. 1. Sat. 15. 15.* et *seqq.* « Iduum porro nomen a Tuscis, apud quos is dies *Itis* vocatur, sumptum est (V. ITIS) . . . Alii putant *Idus*, quod ea die plena luna videatur, a videndo *vidus* appellatas, mox litteram v detractam (V. VIDUO) . . . Nonnullis placet Idus dictas vocabulo Graeco εἶδος ἀπὸ τοῦ εἴδους, quod eo die plenam speciem lunae demonstret. Sunt qui aestimant *Idus* ab ove *Iduli* dictas, quam hoc nomine vocant Tusci, et omnibus Idibus Iovi immolatur a flamine. Nobis illa ratio nominis vero propior aestimatur, ut *Idus* vocemus diem, qui dividit mensem. *Iduare* enim Etrusca lingua *dividere* est. » Cf. IDUO et *Horat.* loc. cit. infra §. 1. — **b)** In vetustissimis *Inscriptionibus* scribitur *Eidus*. V. *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 822., 835.* etc., coll. etiam *n. 845., 854., 885.* etc., ubi *edus* pro *idus*. — **c)** Derivata, *iduarius, idulis*, coll. *iduo* et *iduus*.

IDUS, Italice quoque *Idi*, est dies decimus quintus in mensibus Martio, Maio, Iulio et Octobri; decimus tertius in reliquis. *Cic. 1. Fam. 1.* Res ante idus acta sic est: nam haec idibus mane scripsi. *Id. 15. Att. 17.* Duas epistolas accepi postridie idus. *Al. leg.* iduum. *Caes. 1. B. C. 5.* Haec S. C. perscribuntur a. d. VII. id. Ianuar.; *h. e.* ante diem septimum idus Ianuarii, vel Ianuarias. *Tacit. 1. Hist. 26.* Postero iduum die. *Cic. 15. Att. 4.* Stulta iam iduum Martiarum est consolatio. *Tacit. 2. Ann. 32.* Iduum Septembr. dies. — *Horat. 4. Od. 11. 14.* Idus tibi sunt agendae, Qui dies mensem Veneris marinae Findit Aprilem. — *Inscr.* apud *Letronne, Recueil. T. 2. p. 521.* III. IDVS NOVEMBRES, sed in ectipo II. IDVS, quod etiam recte dici potest, ut II. K. IAN. in *alia* apud *Marini, Arv. p. 50.* — **2)** Ut calendae Iunoni sacrae erant, sic idus cuiusque mensis Iovi. Unde *Idulis ovis*. V. IDULIS. Adde *Varr.* apud *Macrob. 1. Saturn. 14.* — **3)** Exigendarum usurarum duo maxime fuere tempora, calendae, et idus, prout in contractu convenisset. De calendis in ea voce §. 13., et in CALENDARIUS §. 2. et 3. dictum est. De idibus *Horat. 2. Epod. 67.* fenerator Alphius, Iam iam futurus rusticus Omnem relegit idibus pecuniam: Quaerit calendis ponere. *Id. 1. Sat. 6. 75.* Ibant *(pueri)* octonis referentes idibus aera. *Cic. 10. Att. 5.* Diem pecuniae Idus Novembris esse. *Id. 14. ibid. 20.* Iam vel sibi habeat nummos, modo numeret idibus. *Id. 1. Catil. 6.* Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis idibus senties.

IDŪUS, a, um. Adiect. verbale ab *iduo;* divisus; *divisa*. *Macrob. 1. Saturn. 15.* Vidua quasi valde idua; id est valde divisa. V. IDUO, et IDUS §. a.

IDYLLĬUM. V. EDYLLIUM.

IE

IĔCĬNĔRŌSUS, a, um. Adiect. a *iecur, iecineris;* qui iecineris vitio laborat. *Marcell. Empir. 22. ante med.* Hircinus sanguis adhuc calens supra prunas excoctus, et libatui datus ieiuno, iecinerose medetur.

IĔCŎRĀLIS, le. Adiect. a *iecur*, idem quod iecinerosus. *Gloss. Philox.* iecoralis; ἡπατικός.

IĔCŎRĪTĬCUS, a, um. Adiect. a *iecur*, idem quod iecinerosus. *Marcell. Empir. 22. a med.* Iecoritico ieiuno per triduum bibendum dabis.

IĔCŎRŌSUS, a, um. Adiect. a *iecur;* qui iecinoris vitio laborat, hepaticus. *Sidon. 5. ep. 14.* Iecorosis, et phthisicentibus languidis medicabilis piscina.

IECTŪRĂ, ae, f. Verbale a *iacio* (unde *iectum* et *iactura*) pro *iacio;* actus iaciendi. *Veget. 2. Veterin. 45.* Si ex iectura fuerit, prius locis suis reponenda. *Alii tamen rectius leg.* eiectura.

* IĔCUNĀNUM, victimarium. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 114. Müll.* sed vox corrupta videtur, pro qua alii alia legenda proponunt. « Facilius, inquit *Müller* ad *h. l.*, *Iscuranum* vel *Iecinoranum* corrigi posset. Nam a iecore, quod extorum significantissimum erat, dictum esse victimarium, apparet. »

IĔCUR, iĕcŏris, et iĕcĭnoris seu iŏcĭnŏris, m. Nomen visceris maximi in animalibus latentis originis. Nam vix puto audiendum *Isid. 11. Orig. 1. 125.* « *Iecur* nomen habet eo quod ignis ibi habeat sedem; » *h. e.* quasi *iacens ur*, nam *ur* Isidoro ignis non uno in loco, ut adnotat *Arevал.* ad *h. l.* — **b)** Olim in recto dictum fuisse *iecinor, seu iecinor*, a nonnullis, testatur *Charis. 1. p. 54. Putsch.* — Hoc explicatur varius nominis exitus in casibus obliquis, et in Adiect. *iecorosus* pro quo et *iecinerosus*. — **c)** *Incert. Grammat.* in *fragm. art. Grammat. n. 125. p. 94. Endl.* dictum a quibusdam testatur *iecinus* in recto casu; et in *Append.* ad *Prob. art. min. p. 444. ibid.* etiam *iocur* pro *iecur*, quod tamen improbatur. — **d)** Derivata, *iecinerosus, iecoralis, iecoritieus, iecorosus, iecusculum*.

IECUR proprie est viscus animalium maximum in dextra parte sub praecordiis situm, Graece ἧπαρ, Italice *fegato*. Eius inspiciendi plurimus fuit in haruspicina usus. *Cic. 1. Nat. D. 55. extr.* Cerebrum, cor, pulmones, iecur: haec enim sunt domicilia vitae. Et *2. ibid. 55.* Ex intestinis et alvo secretus a reliquo cibo succus is, quo alimur, permanat ad iecur, per quasdam a medio intestino usque ad portas iecoris (sic enim appellant) ductas et directas vias, quae pertinent ad iecur, eique adhaerent. *Id. 1. Divin. 52.* Non placet Stoicis, singulis

Digitized by Google

iecorum fissis interesse Deum. V. FISSUS §. 4. *Liv. 8. 9.* Decio caput iecinoris a familiari parte caesum haruspex dicitur ostendisse. *Cels. 2. 8.* Alterius quoque visceris morbus; idest iocinoris, etc. Adde *Labeon.* apud *Fulgent. Prisc. Serm. 4.* — **2)** In deliciis ciborum fuit iecur anseris. *Plin. 10. 27. 1. Martial. 13. 58.* et *Iuvenal. 5. 114.* V. ANSER §. 2. — Item suum. *Plin. 8. 77. 5.* — De capite iecoris, V. in CAPUT §. 13. — **3)** Creditum est olim esse principium omnium venarum, et sanguinis officina. Hinc in eo posuerunt sedem animi et affectuum, quia pro eorum varietate sanguis movetur. *Horat. 1. Ep. 18. 72.* Non ancilla tuum iecur ulceret ulla, puerve. *Senec. Herc. Oet. 574.* Iecur alicuius mercendo flectere; *h. e.* cor vincere, et amorem captare. *Horat. 1. Od. 13. 4.* Fervens difficili bile tumet iecur. *Iuvenal. 1. 45.* quanta siccum iecur ardeat ira. Et *6. 647.* rabie iecur incendente feruntur. *Pers. 5. 129.* intus et in iecore aegro Nascuntur domini. *Senec. Herc. Oet. 708.* cor attonitum salit, Pavidumque trepidis palpitat venis iecur. — Et *1677.* Contine infirmum iecur, mater; *h. e.* dolorem frena. — *Bibaculus* apud *Suet. Grammat. 11.* Encor Zenodoti, en iecur Cratetis; *h. e.* prudentia, sapientia. — **4)** Huc pertinet illud *Pers. 1. 47.* neque enim mihi cornea fibra est. V. FIBRA §. 4. — Et illud *Vulg. Interpr. Thren. 2. 11.* Effusum est in terra iecur meum super contritione filiae populi mei. — **5)** Rumpere tensum iecur. apud *Iuvenal. 7. 117.* est immane vociferantis.

IĔCUSCŬLUM, i, n. Deminut. a *iecur*; parvum iecur; *fegatello. Cic. 2. Divin. 14.* Musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri. *Plin. 11. 76. 1.* Murium iecuscula ad numerum lunae in mense congruere dicuntur. *Apic. 4. 2.* Iecuscula pullorum. — *Onom. Lat. Gr.* Iecusculum: ἡπάτιον.

IEI. V. IS, IA, ID.

IEIŪNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *ieiuno*; ieiunium, actus ieiunandi; *digiuno. Tertull. Ieiun. 13.* Ieiunationibus operari. Adde *ad Seap. 4. Vulg. Interpr. Act. 14. 22.* Et cum . . . orassent cum ieiunationibus. Adde *27. 21.*

IEIŪNĀTOR, ōris, m. Verbale a *ieiuno*; qui ieiunat; *digiunatore. Augustin. ep. 86. ad Casulan. ante med.* Qui ventricolas tanquam magnus ieiunator accusat. Adde *Hieronym. 2. in Iovinian. n. 16.*

IEIŪNĒ. Adverb. a *ieiunus*. — Comparat. *ieiunius*, infra. — Proprie est, cum ieiunio; *a stomaco digiuno*. — Translate ponitur pro tenuiter, exiliter, aride, languide admodum. *Cic. 1. Orat. 11.* Iisdem de rebus ieiune quosdam et exiliter disputavisse. *Id. 5. Fin. 5.* Haec dicuntur fortasse ieiunius. *Gell. 19. 5.* Infecunde atque ieiune laudare. *Plin. 1. ep. 20. a med.* Ut illud immodice et redundanter, ita hoc ieiune et infirme.

IEIŪNĬŌSUS, a, um. Adiect. a *ieiunium*; valde ieiunus; *digiuno*. — In comparativo gradu tantum apud *Plaut. Capt. 3. 1. 6.* Neque ieiuniosorem, neque magis effertum fame vidi.

IEIŪNĬTAS, ātis, f. Abstractum a *ieiunus*; conditio eius, qui ieiunus est, inanitas, vacuitas, venter ieiunus; *fame. Plaut. Mere. 3. 3. 15.* Ieiunitatis plenus, anima foetida. Ita leg. *Non. 4. 2.* Alii minus recte *Iam plenus aetatis* leg. — **2)** Translate ariditas, siccitas; *secchezza, aridità. Vitruv. 2. 6.* Calida humoris ieiunitas aqua repente satiata confervescit. *Id. 7. 4.* Ieiunitas, quae est a fornacibus excocta. Adde *Cyprian. de laud. Martyr. 20.* — **3)** Transfertur etiam ad orationem, et significat tenuitatem, exilitatem, inopiam: cui contraria est ubertas et copia. *Cic. Brut. 35.* Sed cavenda est presso illi oratori inopia et ieiunitas: amplo autem inflatum et corruptum orationis genus. Et *82.* Si ieiunitatem, et siccitatem, et inopiam, dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit, hoc recte dumtaxat. *Id. 2. Tusc. 1.* Qui cum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem et famem se malle, quam ubertatem et copiam dicerent. — **4)** Item ad intellectum. *Id. 2. Orat. 5.* Ieiunitas bonarum artium; *rozzezza*.

IEIŪNĬUM, ii, n. Verbale a *ieiuno*; abstinentia a cibo; *digiuno. Ovid. 1. Met. 512.* Illos longa domant inopi ieiunia victu. Et *5. ibid. 534.* solvere. Et *4. Fast. 553.* ponere. *Cels. 5. 18. a med.* Ieiunio aegrum vexare; *colla dieta. Horat. 2. Sat. 3. 291.* indicere ieiunia. *Liv. 31. 37.* Ieiunium Cereri instituere. *Augustus* apud *Suet. Aug. 76.* Ne Iudaeus quidem tam diligenter sabbatis ieiunium servat, quam ego hodie servavi. *Nigid.* apud *Isid. 20. Orig. 2.* Nos ipsi ieiunia ientaculis levibus polluimus. *Front. 2. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 10.* Nec aliter Kal. Sept. exspecto, quam superstitiosi stellam, qua visa ieiunium polluant; *guastino il digiuno*. — *Cassiod. 11. Hist. Eccl. 17.* Plerumque Theodosius ieiunabat, et maxime quarta feria et sexta studio Christianitatis. — De ieiunio in quadragesima, V. *Eund. 9. ibid. 38.* — **2)** Metonymice est ipsa fames. *Ovid. 8. Met. 820.* faucesque, et pectus, et ora Adflat, et in vacuis spargit ieiunia venis. *Id. 4. ibid. 265.* pascere ieiunia. *Id. 11. ibid. 571.* satiare. *Id. 13. ibid. 83.* sedare. Et *95.* placare voracis ieiunia ventris. — **3)** Item macies, aut infirmitas, quae ex ieiunio sequitur. *Virg. 3. G. 127.* ne blando nequeat superesse labori, Invalidique patrum referant ieiunia nati. *Cf. Philarg. ad h. l.* — **4)** Per catachresin *ieiunia undae* apud *Lucan. 4. 332.* sunt ipsa sitis. — **5)** Transfertur etiam ad alia. *Colum. 5. 12.* Macram ac tenuem terram ieiunio laborare; *h. e.* sterilitate.

IEIŪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando adhibitum a *ieiunus*. — **b)** Est autem in usu apud Scriptores Ecclesiasticos tantum, nisi forte admittas illud *Musae, de iuvend. valet. p. 112.* Decimo quoque die ieiunando. — **c)** Particip. *ieiunans* §. *1.* et *3.*, *ieiunandus* §. *4.*, *ieiunaturus* §. *1.* — **d)** Derivata V. in IEIUNUS suo loco.

IEIUNO proprie est cibo me abstineo; *digiunare. Hieronym. ep. 66. n. 11.* Abraham peregrinis prandentibus cibos ieiunaturus apposuit. *Vulg. Interpr. 20. 26.* Ieiunaverunt die illo usque ad vesperam. *Id. Act. 13. 3.* Tunc ieiunantes et orantes . . . dimiserunt illos. — Cum accusat. eiusdem generis. *Id. Zachar. 7. 5.* Numquid ieiunium ieiunastis mihi? — Passive impersonaliter. *Philastr. de haeresib. 149.* In Natali Salvatoris Domini ieiunandum est. — **2)** Est etiam se ab aliqua re abstinere ieiunando, cum dativo apud *Tertull. Ieiun. 3.* Adam manducavit, et periit, salvus alioquin, si uni arbusculae ieiunare maluisset. — **3)** Item cum ablativo rei pro carere. *Tertull. Anim. 6.* Denique ieiunantes a philosophia, nihilominus vivunt. *Id. Pudic. 16.* Aspice illum a iusta fruge naturae, a matrimonii dico pomo, animas ieiunare cupientem. — **4)** Transitivorum more in particip. passivo apud *Philastr. de haeresib. 149.* Sed cum dicit quatuor ieiunia, veluti dies quatuor ieiunandos decernit; *h. e.* ieiunio transigendos. Cf. supra §. 1. *fin.*

IEIŪNUM, i, n. Est tenue intestinum. V. voc. seq. §. 2. et §. 2.

IEIŪNUS, a, um. Adiect. latentis originis, nisi mavis accipere ab *Isid. 11. Orig. 1. 151.* a *ieiunum* (*h. e.* absolute positum ut substantivum) tenue intestinum, unde et *ieiunum* dicitur. » Tunc enim inquirendum est, unde *ieiunum* dicatur illud intestinum. Cf. §. 2. infra. — **b)** Olim et *iaiunus* pro *ieiunus* scriptum fuisse videtur. V. IENTO §. b. — **c)** Comparat. *ieiunior* §. *6.* — **d)** Derivata, *ieiunatio, ieiunator, ieiune, ieiuniosus, ieiunitas, ieiunium, ieiuno*. Cf. IEIUNO secundo loco. — **d)** Compositum, *semiieiunium*.

IEIUNUS proprie est, qui cibum a nocturno somno nondum gustavit, a cibo vacuus; *digiuno. Cic. 7. Fam. 26.* Cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. *Lucret. 4. 874.* sic expletur ieiuna cupido; *h. e.* fames. Sic *Plin. 10. 3. 3.* Ieiuna aviditas. *Id. 28. 7. 1.* Ieiuna saliva; *h. e.* hominis ieiuni. Et *22. 69. 1.* Faba ieiuno ore commanducata. *Horat. 2. Ep. 2. 29.* lupus ieiunis dentibus acer. *Plin. 11. 30. 1.* Scorpiones ieiunum medicamentum egerunt; *h. e.* ieiuno ore emissum. *Propert. 4. 5. 4.* Cerberus ieiuno sono; *h. e.* latratu famelico. *Ovid. 8. Met. 796.* Pallorque Tremorque, Et ieiuna Fames. *Cic. 1. Att. 16. a med.* Misera ac ieiuna plebecula; *affamata. Caecil.* apud *Gell. 2. 23.* Mihi *(uxor)* extemplo saevium dat ieiuna animā; *a stomaco digiuno*. — **2)** Speciatim *intestinum ieiunum* dicitur a *Cels. 4. 1.* quod semper est inane, acceptumque cibum non continet, sed protinus transmittit: estque inter intestina hominis ordine tertium. Cf. supra §. 2. et Adde *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 75. Lind.* V. loc. in RIRA. — **3)** Videtur etiam dici de sitiente. *Propert. 3. 13. 18.* Vilem ieiunae saepe negavit aquam. Sic *Lucan. 4. 332. de siti* dixit *ieiunia*. V. IEIUNIUM §. 4. — **4)** Transfertur et ad alios sensus. Sic de auditu, cum genitivo. *Cic. Orat. 40.* Ieiunas igitur huius multiplicis orationis aures civitatis accepimus. — **5)** Item de visu. *Varr.* apud *Non. 6. 22.* Consurgimus ieiunis oculis; *h. e.* qui nihil, aut parum admodum viderunt. — **6)** Latiore significatione, effecto posito pro causa,

II. *Ieiunus* est etiam inanis, vacuus, et, si de terra sermo est, sterilis, siccus, humore carens, macer; *vuoto, privo, secco, magro, scarso. Lucret. 2. 844.* Corpora succo ieiuna. *Virg. 3. G. 495.* Summaque ieiuna sanie infuscatur arena. *Id. 2. ibid. 212.* ieiuna glarea. *Colum. 2. 4.* Omnis humus, quamvis laetissima, tamen inferiorem partem ieiuniorem habet. *Senec. Consol. ad Helv. 6.* Quid tam nudum inveniri potest, quam hoc saxum? quid ad copias respicienti ieiunius? quid ad homines immansuetius? — **7)** Hinc iterum translate de rebus quibuscumque etiam abstractis. *Cic. 1. Offic. 44.* Solivaga cognitio et ieiuna; *h. e.* sterilis, infructuosa. *Id. Caecin. 21.* Frigida et ieiuna calumnia; *h. e.* infirma, et nullis viribus. *Id. 15. Fam. 17. a med.* Si non ieiunum hoc nescio quid, quod ego gessi, et contemnendum videbitur, sed tale ac tantum, ut multi, nequaquam paribus rebus, summos honores a senatu consecuti sint. Et *5. ibid. 16. a med.* Nihil in me, non modo perfidiosum, et insidiosum, et fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoscere. *Tertull. Pudic. 1. fin. de fornicatoribus*. Ieiunas pacis lacrimas profusuri; *h. e.* infructuosas ad pacem adipiscendam. — **8)** Refertur quoque ad animum. *Cic. 14. Phil. 6.* Ut quosdam nimis ieiuno animo et angusto moverem, uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia, putarent; *h. e.* exili, tenui, minuto, magnum nihil sentiente. *Id. 2. Fam. 17. sub fin.* Pusillus animus, atque ipsa malevolentia ieiunus

atque inanis. — **B)** Item ad orationem: et copiosae plenaeque opponitur. *Id. 5. Orat. 4.* Si quis aut Antonium ieiuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet. Et *2. ibid. 16.* Ieiuna concertatio verborum. *Quintil. 1. 4. 5.* Artem eloquentiae, ut tenuem ac ieiunam, cavillari. Et *10. 3. 5.* Neque adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici, nisi semel, non possit.

IENS, euntis *et* ientis. V. eo §. g.

IENTĀCŬLUM (et lantaculum. V. IENTO §. b.), i, n. Verbale a *iento*, syllabica adiectione productum; gustatio, comestio, quae ieiunis ante prandium fit, ut a pueris et intemperantibus: Item ipse cibus, qui eo tempore sumitur; *colestione*. Constabat autem pane sicco praesertim, sale vel aliis rebus condito. Cf. *Senec. ep. 83.* V. loc. in PRANDIUM. *Isid. 20. Orig. 2. 10.* Iantaculum *(sic in Codd. optimae notae)* est primus cibus, quo ieiunium solvitur, unde et nuncupatum. *Nigidius:* Nos ipsi ieiunia iantaculis levibus polluimus. *Suet. Vitell. 13.* Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat: in ientacula, et prandia, et coenas, comissationesque: facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine. *Martial. 14. 223.* Surgite: iam vendit pueris ientacula pistor. *Apul. 1. Met.* Eu paratum tibi ientaculum, et cum dicto caseum cum pane ei porrigo. — **B)** Ientaculum Diis offerre, mos fuit. *Plaut. Curc. 1. 1. 72.* Me inferre Veneri vovi iam ientaculum.

IENTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iento;* actus ientandi, ientaculum. *Firmic. 2. Mathes. 10.* Significat etiam convivia, ientationes, dulciaque tragemata.

IENTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., quod origine eiusdem radicis videtur ac *ieiunus*, si recte monuit *Isid.* loc. cit. in V. IENTACULUM §. 1., quae fortasse hausit e *Festo* sub v. *Silatum*, p. *347. Müll.* « Silatum Antiqui pro eo, quod nunc *ientaculum* dicimus, appellabant, quia *ieiuni* vinum soli *(al.* sili) conditum ante meridiem absorbebant. » — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, *Paul. Diac. p. 346. Müll.* eundem locum *Festi* afferens, legit *ientaculum* et *ieiunum;* sed *Areval.* ad *Isid.* loc. supra cit. in melioribus libris *iantaculum* scriptum se reperisse, testatur, quod et *Gloss. Lat. Gr.* et *Gr. Lat.*, in quibus *ianto* et *iantaculum* legimus, confirmant. — **c)** Derivata, *ientaculum*, *ientatio*.

IENTO est ieiunium solvo, sive aliquid ante prandium gusto; *far colestione*. *Varr.* apud *Non. 2. 440.* Quod pulli ientent. *Afran. ibid.* Ientare nulla invitat. *Suet. 7. Vitell. extr.* Ut mane singulos, iam ne ientassent, sciscitaretur; seque fecisse, ructu quoque ostenderet. *Martial. 8. 67.* Ut ientes, sero, Caeciliane, venis.

IF

IFĔRI *pro* inferi. V. INFERUS.

IG

IGGĔRUNT *pro* ingerunt. V. o §. l.

IGĬTUR. Coniunctio rationalis, et quidem composita, ut eam vocat *Prob. art. min. n. 552. p. 366. Endl.*, sed, quibus vocibus, difficile est dictu. Probabilior tamen est sententia *Hand, Turscll. T. 3. p. 184.* et *seq.*, qui, ceteris reiectis, putat compositam ex *ĭo* (quod ex antiquo scribendi usu est *hĭc)* et *ĭta* vel *ĭtus*, e vi compositionis mutata in *g*, et *r* finali addita. V. integr. loc. — **b)** In MSS. et editis libris saepe cum aliis particulis *ergo*, *itaque* et *ideo* confusa vel permutata fuit, ut ex pluribus Criticis docet *Hand, loc. cit. p. 199.*

IGITUR proprie apud Veteres ponebatur, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll.*, pro inde et postea et tum; *quindi, poscià, di poi, in conseguenza:* ad indicandam scilicet consequentiam ex duabus inter se collatis: et fere uni aut duabus vocibus subiicitur. *Fragm. leg. XII. Tab.* apud *Porphyr.* ad *Horat. 1. Sat. 9. 76.* Sei in ius vocat, nec it antistator, igitur in capito. Sic *Hand, loc. cit. p. 185. alii aliter leg. Plaut. Amph. 1. 1. 55.* Sin aliter sient animati, neque dent, quae petat, Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum oppugnassere (Cf. *Non. 2. 436.*). *Id. Casin. 2. 2. 39.* Mox magis quum otium mihi et tibi erit, Igitur tecum loquar. *Id. Mil. 3. 1. 177.* Quando habebo, igitur rationem mearum fabricarum dabo. *Id. Bacch. 3. 4. 17.* Numquam edepol viva me irridebit: nam mihi Decretum est renumerare iam omne aurum patri. Igitur mihi insni atque inopi subblandibitur. *Id. Most. 2. 1. 32.* miserum est opus, Igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet; *allora finalmente che* etc. — *Lucret. 2. 677.* Cetera consimili mentis ratione peragrans, Invenies igitur multarum semina rerum Corpora celare, etc. — **B)** Pleonasmus est in illis, *Plaut. Amph. 3. 1. 16.* Frustrationem hodie hic iniiciam maximam: Post igitur demum faciam, res fiat palam. Et *Stich. 1. 2. 29.* Prius id agam: igitur deinde, ut animus erit meus, faciam palam; h. e. tum deinde, tum postea. Et *Most. 1. 2. 51.* Unum ubi emeritum est stipendium, igitur tum Specimen cernitur. — *Ergo igitur.* V. in ERGO §. 4. — **3)** Item pro enim. *Plaut. Most. 5. 1. 53.* Surge dum huc: est consulere igitur quiddam quod tecum volo. — **4)** Et pro ideo. *Id. Asin. 2. 1. 4.* Iamdiu factum est, cum abiisti ad forum, Igitur inveniendo argento ut fugeres fallaciam. — **5)** Praecipuus autem apud Recentiores usus particulae

II. *Igitur* est tanquam rationalis, quum scilicet ex praecedentibus logicam infert conclusionem, et significat ergo, itaque; *adunque, dunque. Plaut. Aul. 2. 6. 8. St.* Ligna hic apud nos nulla sunt. *Co.* Sunt ussores. *St.* Sunt pol. *Do.* Sunt igitur ligna. *Cic. 4. Tusc. 17.* Sed tamen transire videtur modum: quippe qui ob eam causam a via recesserit. Moderatius igitur fieri debuit. *Id. 1. ibid. 29.* Quod quum ita sit, certe nec secerni, nec dividi, nec discerpi, nec distrahi potest, nec interire igitur. *Id. 3. Nat. D. 17.* Si Nymphae Deae sunt, Paniscí etiam, et Satyri. Hi autem non sunt: ne Nymphae quidem Deae igitur. *Quintil. 3. 11. 9.* Quod si melius geruntur, quae consilio quam quae sine consilio administrantur, mihi autem omnium rerum melius quam omnis mundus administratur: consilio igitur mundus administratur. — Huc spectant etiam *Cic. Ligar. 1.* Habes igitur, Tubero, confitentem reum. *Id. 4. Catil. 11.* Pro his igitur omnibus rebus postulo, etc. *Id. 4. Tusc. 18.* Qui modum igitur vitio quaerit, similiter facit, ut etc. — **6)** Interdum etiam declarat ingressum in disputationem, et propositioni melius declarandae inservit. *Cic. 3. Orat. 3.* Ut igitur ante meridiem discesserunt, paululumque requierunt, etc. *Nep. Attic. 3.* Igitur primum illud munus fortunae, quod in ea urbe etc. *Sall. Cat. 47.* At illum ingens cura atque laetitia simul occupavere. Laetabatur intelligens, coniuratione patefacta, . . . porro autem anxius erat etc. Igitur confirmato animo, vocari ad se iubet Lentulum. *Quintil. 7. 1. 1.* Sit igitur, ut supra significavi, divisio rerum plurium in singulas, partitio singularum in partes discretus ordo. — *Cic. 1. Leg. 6.* Nunc iuris principia videamus. Igitur doctissimis viris proficisci placuit a lege, etc. Adde *Sall. Cat. 54., Quintil. 4. 1. 1.* et *Tacit. 15. Ann. 72.* — **7)** Item locum habet in interrogationibus, in quibus consequentia exponitur. *Cic. 2. Fin. 28.* Dolor igitur, id est summum malum, metuetur semper, etiamsi non aderit, iam enim adesse poterit. Qui potest igitur habitare in beata vita summi mali metus? *Id. 3. Nat. D. 34.* Eam dedisse hominibus rationem, quae vitia culpamque excluderet. Ubi igitur locus fuit errori Deorum? *Id. 8. Att. 14.* Toties ne igitur sententiam mutas? *Id. 1. Tusc. 29.* In quo igitur loco est? credo equidem in capite. — **8)** Item in interrogationibus ironicis. *Plaut. Merc. 2. 3. 20.* Igitur hoccine est amare? arare mavelim quam sic amare. *Cic. Cael. 17.* Dicet aliquis: Haec igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? Adde *10. Fam. 10.* et *Curt. 6. 11.* et *10. 6.* — **9)** Item post parenthesin, aut suspensionem, praesertim longiorem: et vim habet τοῦ *inquam*, qua ratione etiam *ergo* et *sed* usurpantur. *Cic. 1. Tusc. 56.* Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum, confirmato illo, de quo, si mortales animi sunt, dubitare non possumus, quin tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur. Hoc igitur probe stabilito, etc. *Id. 2. Fin. 22. ad fin.* Quid enim mereri velis iam, cum magistratum inieris, et in concionem ascenderis (est enim tibi edicendum, quae sis observaturus in iure dicendo; et fortasse etiam, si tibi erit visum, aliquid de maioribus tuis, et de te ipso dices more maiorum), quid merearis igitur, ut te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse? Adde *3. ibid. 14.* et *4. ibid. 14. a med.* et *20., 4. Catil. 11.* et *1. Fam. 9. ad fin.*

Nota I. Quo loco haec particula in contextu orationis sit collocanda, dictum est initio §. 1., hic addimus aliquando etiam collocari vel initio orationis vel etiam post plures voces aut in fine propositionis. Exemplis allatis §. 7. et alibi addi possunt. *Cic. 3. Verr. 52.* Huic homini parcetis igitur? *Id. Flacc. 10.* In hominem dicendum est igitur. *Id. 1. Tusc. 34.* Ne in animo quidem igitur sensus remanet. *Plaut. Epid. 3. 4. 65.* Quid tibi negoti est meae domi igitur? — Hinc *Quintil. 1. 5. 39. (ubi soloecismos affert turbati ordinis):* « Ex quo genere an sit *igitur* in initio sermonis positum, dubitari potest; quia maximos auctores in diversa fuisse opinione video; quum apud alios sit etiam frequens, apud alios numquam reperiatur. » Cf. etiam *Donat. p. 1765. Putsch., Serv. p. 1797.* et *Prisclan. p. 1210. ibid.* — **Nota II.** *Et igitur*, non reperitur nisi interposita sit alia vox, ut in illo *Cic. 5. Tusc. 16.* Et vita igitur laudabilis, etc. — *Sed igitur*, quod olim legebatur apud *Cic. 2. Phil. 37.*, hodie emendatum est, omissa particula *sed*. — **Nota III.** Qui plura de hac particula desiderat adeat *Hand, Turscll. T. 3. p. 184-199.*

IGNĀRĬUS. V. IGNIARIUS §. 1.

IGNĀRŬRIS, re. V. voc. seq. §. b.

IGNĀRUS, a, um. Adiect. ex *in* privativa et *gnarus*, quod alterum pro *narus*. Cf. *Mar. Victorin. 1. 4. 7.* et V. GNARUS. — **b)** Alia forma, sed obsoleta, est *ignaruris*, quae legitur in *Gloss. Philox.* Ἀγνοοῦντες; Ignarures. Cf. GNARURIS. Quidam legunt etiam apud *Plaut. Poen. prol. 47.*, sed rectius leg. alii *gnarures* pro *ignarures*, quod

contrarium sensum habet, nisi mavis accipere pro valde gnarus. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 5. Met. 31.* — **c)** In antiquis MSS. et editis libris *ignarus* et *ignotus* saepe confusa fuisse, monstrat *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 25.* — **d)** Superlat. *ignarissimus* §. *1.* — **e)** Derivata, v. in IGNORO, suo loco.

IGNARUS proprie est inscius, ignorans; *ignorante, ignaro. Cic. Planc. 16. a med.* Tu me ignaro, nec opinante, inscio, notes et tues, etc. *Id. Orat. 34.* Oratorem ne physicorum quidem esse ignarum volo. *Id. 1. ibid. 14. extr.* Ignarus faciundae ac poliendae orationis. *Caes. 6. B. G. 41.* Eventus belli non ignarus. *Horat. 2. Ep. 1. 114.* Navem agere ignarus navis timet. Et *152.* puella ignara mariti; *h. e.* innupta. *Plin. 11. 36. 2.* Alter alterius ignarus; *non sapendo l'un dell'altro. Tacit. 4. Hist. 50.* Magna pars Pisonis ignari; *h. e.* Pisonem non noverant. *Horat. 1. Sat. 1. 33.* Formica haud ignara, ac non incauta futuri. *Val. Flacc. 8. 195.* ignarus, fixas iam numine rupes Stare. *Cic. 2. Tusc. 1.* Non sumus ignari, multos contra esse dicturos. *Id. Har. resp. 1.* Ignarus ille, qui consules essent. *Id. in Senat. 7.* Ignaro populo R. quid ageretur. *Plaut. Pseud. 4. 7. 62.* An nescis quae sit haec res? *Si.* iuxta cum ignarissimis. — Sequente propositione relativa. *Cic. Sext. 28.* Ignari, quid gravitas, quid integritas . . . quid denique virtus valeret. *Id. Topic. 20.* Nam et pueri saepe indicaverunt aliquid, ad quod pertineret, ignari. *Hirt. B. G. 8. 45.* Quum quid ageretur in locis reliquis, essent ignari. *Quintil. 8. 3. 4.* Quo essent in loco ignari. — **2)** Non sum mihi ignarus, posse etc. *h. e.* non sum nescius; *so benissimo che* etc. *Tacit. 4. Ann. 8.* — **3)** Item imprudens. *Virg. 3. Aen. 558.* Aut quisnam ignarum nostris Deus appulit oris? Cf. *Nota* II. §. 2. — **4)** Item immemor. *Id. 1. ibid. 202.* O socii (neque enim ignari sumus ante malorum), O passi graviora. Cf. *Nota* II. §. 1. — **5)** Translate de rebus etiam inanimis. *Horat. 2. Od. 1. 54.* Qui gurges, aut quae flumina lugubris Ignara belli? *Stat. 2. Silv. 2. 149.* et in vultu curarum ignara voluptas. *Quintil. 1. 4. 4.* Non ignara philosophiae grammatice. *Id. 12. 2. 20.* Ignara huiusce doctrinae loquacitas. — **6)** Deinde

II. *Ignarus* adhibetur etiam passive, et ignotum significat; *non conosciuto;* quod et *Gell. 9. 13. extr.* adnotavit. *Ovid. 7. Met. 404.* Iamque aderat Theseus, proles ignara parenti. *Senec. 5. Ira, 2.* Quibus agrestis vita est, circumscriptio ignara est et fraus. *Sall. Iug. 36.* Plerosque velocitas, et regio hostibus ignara, tutata sunt. *Id. ibid. 98.* More humanae cupidinis, ignara visuodi. Et *21.* Mare magnum, et ignara lingua commercia prohibebant. *Tacit. 2. Ann. 13.* Per occulta et vigilibus ignara. Et *5. ibid. 69.* Non quidem sibi ignara, quae vulgabantur. *Virg. 10. Aen. 706.* Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Adde *Ovid. 1. Met. 453.* et *Sall. Iug. 18.*

Nota I. Constructio huius adiectivi est vel absoluta, sequente aliquando infinito, vel propositione relativa; frequentius cum genitivo, vel cum dativo. — **Nota II.** Discrimen inter *ignarum* et *immemorem* tradet *Isid. 1. Differ. 298.* « *Immemor* est qui oblitus est; *ignarus*, qui inscius. » — **2)** Ad illud *Terentii, Eun. 1. 2. 56.* Imprudens harum rerum, ignarusque omnium: *Donat.* adnotat, *prudentiam* naturalem esse, *gnaritatem* extrinsecus venire: *imprudentem* per se, *ignarum* per alios. Hoc itaque dicere *Terentium:* qui nec suspicatus sit, neque ex alio audiverit.

IGNĀTUS, a, um. Particip. verbi *ignascor* quod pro *innascor* ab Antiquis scriptum, ut *gnasco* pro *nascor*, unde *gnatus* pro *natus*. V. INNASCOR. — Est itaque idem ac innatus; *nato. Minuc. Octav. 21.* Erigone suspensa de laqueo est, ut Virgo inter astra ignata sit. Ita in *Cod. MS.*, quod vulgo in *ingnita* mutatum est, vel *signata*, et quidem minus recte, ut videtur. Nam sensus, ni fallor est; Erigone in terris laqueo suspenditur, ut innascatur Virgo inter astra. Huiusmodi antithesis et in sequentibus observatur. V. integr. loc. — Porro *ignata* pro *innata* tuetur etiam *Ritschel* in *Proleg.* ad *Plaut. p. 104.*, ubi citat *Philolog. Vol. 1. p. 309.*

IGNĀVĒ. Adverb. ab *ignavus*. — Comparat. *ignavius* §. *1.* — Proprie est lente et segniter; *pigramente, lentamente. Cic. 2. Tusc. 23.* Ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterve faciamus. *Virg. 3. G. 465.* carpentem ignavius herbas. — **2)** Translate. *Horat. 2. Ep. 1. 66.* Si quaedam nimis antique, si pleraque dure Dicere credit eos, ignave multa fatetur, etc.; *h. e.* nullo acumine, aut elegantia; *senza spirito*. V. de hoc loco *Weichert, de Laevio poëta, p. 24.*

IGNĀVESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. ab *ignavus;* ignavus fio. *Tertull. Anim. 43. ad fin.* Anima nec quiescit, nec ignavescit.

IGNĀVĬA, ae, f. Abstractum ab *ignavus;* tenuitas animi, segnities, pigritia, inertia; *pigrizia, dappocaggine, codardia, lentezza:* vitium contrarium fortitudini, et alacritati, cum, quod ratio aggredi fortiter suadet, id nos formido aggredi dissuadet, et ab audendo retinet. *Cic. Rabir. perduell. 7.* Atque ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodia tegere. *Id. 2. Invent. 54.* Contraria sunt fortitudini ignavia, iustitiae iniustitia. *Id. 2. Catil. 11.* Aequitas, temperantia, fortitudo certant cum iniquitate, luxuria, ignavia. *Id. 3. Tusc. 7.* Timiditatem et ignaviam recipere. *Sall. Cat. 56.* Socordiae sese, atque ignaviae tradere. *Id. Iug. 2.* Per luxum atque ignaviam aetatem agere. *Plin. 11. 13. 5.* Ignaviam alicuius ad opera excitare. Et *ibid. 14. 5.* Copia cibi ignaviam affert. *Virg. 11. Aen. 735.* quae tanta animis ignavia venit? — **2)** Interdum pro desidia atque otio ponitur. *Cels. 1. 1.* Sanum hominem oportet quiescere interdum, sed frequenter se exercere: siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat. — **3)** Translate tribuitur rebus inanimis, quae vi et efficacia carent. *Plin. 12. 54. 5.* Ignavia odoris.

Nota. Differre videntur haec, quae simul enumerat *Auct. ad Herenn. 1. 3.* Adversariorum inertiam, ignaviam, desidiam proferre. *Inertia* enim est in eo, qui nihil habet ingenii industriaeve, ut strenue agat: *ignavia* in eo, qui potest, sed lentitudine animi non vult strenue agere: *desidia*, praeter animi, corporis etiam pigritiam significat. V. DESIDIA §. 2. Huc pertinet illud *Lactant. 3. 17.* Epicurus desidiosum vetat litteras discere; ignavum prohibet accedere ad rempublicam; pigrum exercere; timidum militare. — V. alia ad rem sub v. DESIDIA in *Nota*.

IGNĀVĬO, is, īre. Verbum transitiv. obsoletum ab *ignavus;* ignavum reddo. *Accius* apud *Non. 2. 441.* Saepe ignavit fortem in spe exspectatio.

* IGNĀVĬO, ōnis, m. Verbale ab *ignavus;* ignavus homo. *Gell. 16. 14.* ex *Verr. Flacc.* Isti ignaviones, qui nihil perficere possunt. Ita leg. *Lips.* at melius alii *ignaviores*.

* IGNĀVĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *ignavus* idem ac ignavia. *Iustin. 43. 3.* Ignavitate et macie terrae. Sed alii melius leg. *exiguitate*.

IGNĀVĬTER. Adverb. in usu apud Antiquos, origine et significatione idem ac *ignave*, forma solummodo discrepante. *Lucil.* apud *Non. 11. 29.* Cur tam ignaviter hoc praesertim tempore quaeris? *Hirt. ad Cic. post ep. 6. l. 15. ad Att.* An ego, cum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam? Adde *Claud. Quadrigar.* apud *Non. loc. cit.* et *Priscian. 15. p. 1010. Putsch.*

IGNĀVUS, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *navus*, pro quo Veteres et *gnavus* dixerunt. Cf. *Mar. Victorin. 1. 4. 7.* Perperam ab *ignavus* et *via* ducitur ab *Isid. 10. Orig. 143.* « *Ignavus*, ignarus viae; idest rationis et vitae. » V. NAVUS. — **b)** Comparat. *ignavior* §. *1.* et *3.*, superlat. *ignavissimus* §. *1.* — **c)** Derivata, *ignave, ignavesco, ignavia, ignavio, is,* et *ignavio, onis, ignavitas, ignaviter*.

IGNAVUS proprie est remissus, lentus, piger, vilis et minuti animi, qui cum possit strenue agere et fortiter, desidia vanove metu periculi aut laboris recusat; *vile, dappoco, codardo, poltrone*. Huic opponitur fortis, alacer, strenuus. *Plaut. Poen. 4. 2. 24.* Ipsus hercle ignaviorem potis est facere Ignaviam. *Id. Bacch. 5. 6. 27.* si non fecero Ei male aliquo pacto, me esse dicito ignavissimum. *Cic. 2. Tusc. 25.* Ignavus miles ac timidus. *Id. Senect. 11.* Iners, ignava, somniculosa senectus. *Liv. 26. 2. a med.* Feroces et inquieti inter socios; ignavi et imbelles inter hostes. *Id. 5. 28.* Ignavissimus et fugacissimus hostis. *Horat. Epod. 6. 1.* Canis ignavus adversum lupos. *Virg. 4. G. 258. de apibus.* Aut intus clausae cunctantur in aedibus omnes, Ignavaeque fame, et contracto frigore pigrae. *Id. 1. Aen. 439.* Ignavum fucos pecus a praesepibus arcent. — Cum genitivo. *Tacit. 11. Ann. 18.* Legiones operum et laboris ignavas, populationibus laetantes, veterem ad morem reduxit. Est qui legit *ignaras*, sed minus recte. — **2)** Absolute, substantivorum more,

IGNAVUS, i, m. Est homo ignavus. *Cic. 1. Rep. 32.* Cedentibus ignavis et imbecillis et arrogantiae divitum succumbentibus. *Id. Caecin. 16.* Quemadmodum in bello paena ignavis ab imperatoribus constituitur. *Sall. Iug. 53.* In victoria vel ignavis gloriari licet, advorsae res etiam bonos detrectant. *Id. Cat. 11.* Gloriam, honorem, imperium bonus, ignavus aeque sibi exoptant. *Ovid. 3. Amor. 2. 73.* Favimus ignavo. — **3)** Deinde

II. *Ignavus* tribuitur rebus etiam inanimis: qui sensus translatus est. *Virg. 2. G. 208.* Et nemora evertit multos ignava per annos; *h. e.* quae sterilia et infructuosa nullas dedere segetes. *Plin. 2. 6. 4.* Ne convolutus aër ignavo globo torpeat, sed findatur; *h. e.* se non commovente ac dividente. *Ovid. 2. Met. 825.* ignave nequeunt gravitate moveri; *h. e.* tarda, immobili. *Id. 1. Art. am. 186.* Ignava mora. *Id. 2. Amor. 6. 47.* ignavo stupuerunt verba palato; *h. e.* nihil loquente. *Lucan. 8. 445.* Ignava stagna iacentis aquae. *Plin. 21. 18. 3.* Quorundam flos tantum iucundus, reliquae partes ignavae, ut violae ac rosae; *h. e.* sine ulla vi, aut odore. *Id. 11. 34. 3.* Aliis insectis cornicula ante oculos praetenduntur ignava, ut papilionibus; *h. e.* nullum ad usum neque pungendi, neque sugendi. *Id. 20. 76. 4.* Succus meconium vocatur, multum opio ignavior; *h. e.* infirmioris virtutis et efficaciae. *Iuvenal. 14. 105.* lux ignava; *h. e.* dies, in quo nihil agitur, cuiusmodi est Sabbatum apud Iudaeos. *Apul. 1. Met. 19.* Flu-

Digitized by Google

vius ignavus; h. e. leniter fluens. *Ovid. 1. Amor. 15. 1.* Ignavi anni; h. e. per ignaviam traducti. *Id. 1. Trist. 7. 25.* Ignava otia. — Absolute. *Lucan. 1. 492.* Ignavum est redituraе parcere vitae. — **4)** *ignavum stipendium conferre* apud *Vellei. 2. 59.* dicitur provincia, quae tributi nomine pecuniam solvit, non viros et arma. Talis erat sub Romanis Gallia. At Batavis, utpote virtute bellica praestantibus, arma virique indicebantur, teste *Tacit. 4. Hist. 12.* et *5. ibid. 25.* — **5)** Metonymice ignavus est, qui ignavos facit. *Ovid. 2. Met. 763.* Ignavum frigus. Et *7. ibid. 529.* ignavi aestus. *Plin. 11. 20. 1. de apibus.* Rege consumpto, moeret plebs ignavo dolore, non cibos convehens, non procedens. — **6)** Hinc *ignava ratio*, de qua sic *Cic. Fat. 12.* et *13.* Nec nos impediet illa ignava ratio quae dicitur. Appellatur enim quidam a Philosophis ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant: si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere; sive medicum adhibueris, sive non, convalesces. Item: si fatum tibi est, ex hoc morbo non convalescere; sive tu medicum adhibueris, sive non, non convalesces, et alterutrum fatum est, medicum ergo adhibere nihil attinet. Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tollitur actio. Hucusque *Cicero.* Haec *ignava ratio* est illud ῥῆμα ἀργὸν *Matth. 12. 36.*, quod a Vulgato interprete vertitur *verbum otiosum*; h. e. omnis oratio captiosa et alias perniciosa, quam *Cic. 1. Off. 10.* et *3. ibid. 13. inutilem* vocat.

IGNĔFĂCĬO, făcis, factum, facere. Verbum transitiv. ab *ignis* et *facio*; ignio. *Onomast. Lat. Gr.* Ignefacio; πυρόω. Cf. voc. seq.

IGNĔFACTUS, a, um. Particip. verbi *ignefacio*; ignitus factus; *infocato. Theod. Priscian. 2. 2. 15.* Lapides ignefacti aceto exstinguuntur. Addunt alii et locum *Plin. 20. 40. 5.*, ubi *igne factus* divisim legendum est.

IGNĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *ignis*; in ignem convertor. Agnoscitur a *Priscian. p. 888. Putsch.* Ab igne, igneo et ignesco.

IGNĔŎLUS, a, um. Adiect. deminut. ab *igneus*; aliquantulum igneus. *Prudent. 3. Cathemer. 186.* Oris opus, vigor igneolus non moritur.

IGNESCO (et Ignisco in *Gloss. Lat. Gr.*), is, ĕre. Verbum intransitiv. transitivorum more aliquando adhibitum, specie inchoativ. ab *igneo*. — Particip. *ignescens* §. 2. et *3.* — Proprie est Ignitus fio, in ignem convertor; *divenir di fuoco, ardere. Cic. 2. Nat. D. 46.* Ex quo eventurum nostri putant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret. — *Ovid. 15. Met. 847. (Animam Caesaris)* lumen capere atque ignescere sensit. — **2)** Translato. *Virg. 9. Aen. 66.* Rutulo muros et castra tuenti Ignescunt irae; h. e. vehementer accenduntur. *Val. Flacc. 5. 320.* Talibus orantem vultu gravis ille minaci Iamdudum fremit, et furiis ignescit opertis. *Colum. 10. 212.* Atque amor ignescit menti, saevitque medullis. *Stat. 11. Theb. 525.* Odia ignescentia. *Sil. 9. 460. de Pallade.* Tum virgo ignescens penitus, violenta repente Suffudit flammis ora. *Claudian. IV. cons. Honor. 348.* Utque tuis primum sonipes calcaribus arsit, Ignescunt patulae nares. *Id. 2. in Rufin. 175.* spumis ignescunt frena. Et *2. in Eutrop. 43.* Tum vates sine more rapi, lymphataque passim Pectora terrifici stimulis ignescere Phoebi. — **3)** Cum infinito. *Sil. 13. 179.* Hinc ardore pari, nisuque incurrere muris Ignescunt animi, penetrataque tecta subire; h. e. ardent, cupiunt. — **4)** Transitivorum more

II. *Ignesco*, passiva voce, *Labor.* apud *Non. 7. 108.* Figura humana inimici ardore ignescitur.

IGNĔUS, a, um. Adiect. ab *ignis*; ad ignem pertinens, ignitus, accensus; *di fuoco, infocato. Cic. 2. Nat. D. 15.* Sidera tota esse ignea. *Virg. 4. G. 426.* Sol igneus. *Auct. ad Herenn. 4. 53.* Igneus ardor. *Horat. 3. Od. 5. 10.* Ignea arces; h. e. aether, caelum. *Id. 1. ibid. 17. 2.* ignea aestas. *Ovid. 15. Met. 340.* Ignea Aetne. *Horat. 2. Od. 17. 15.* Chimaera. *Tertull. adv. Haeret. 36.* Igneum oleum; h. e. ignitum. Adde *Cic. 2. Nat. D. 9.* — **2)** Translate. *Ovid. 9. Met. 540.* Igneus furor. *Lucan. 9. 7.* Ignea virtus; h. e. vivida, ardens. *Virg. 6. Aen. 730.* Igneus vigor. Et *11. ibid. 746.* volat igneus aequore Tarchon; h. e. celeritate igni similis. Sic *Sil. 3. 306.* Autololes, levibus gens ignea plantis. *Stat. 2. Theb. 444.* Ignea corda fremunt; h. e. ira ardentia. *Sil. 6. 308.* Igneus in pugnas, et Martem, et proelia, et hostem; *voglioso, pronto*: ardenter cupidus pugnae, etc. *Claudian. Fescenn. 3.* Quae digna formae laus erit igneae? h. e. clarae, nitentis, illustris. — **3)** De colore. *Plin. 8. 57. 2.* Gemmae igneo colore fulgentes. *Val. Flacc. 1. 427.* Ignea purpura; h. e. ignis modo splendens. Sic *Stat. 12. Theb. 527.* ignea gemmis cingula. — *Vulg. Interpr. Nahum, 2. 3.* Igneae habenae; h. e. auro tectae et ad solem tanquam ignis radiantes. — **4)** *Igneus deus* est ipse Ignis a Veteribus tanquam deus cultus. *Tertull. de Praescript. 7.* Ubi aliquid de igneo deo allegatur, Heraclitus intervenit.

IGNĬA, vitium vasorum fictilium. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll.* ubi quidam intelligunt partes duriores, et magis excoctas, quae facile dililiunt. — Fortasse est Graecum ἔγνον, quod *Hesych.* exponit σάπων, σμῆμα; lixivium, sapo. V. *Müll.* ad h. l.

IGNĬĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *ignis*, quo significatur is, unde ignis elicitur, ut Igniarius lapis; *pietra focaia*: apud *Marcell. Empir. 35. ante med.* Lapidem igniarium contusum resinae mixtum pro emplastro impone ramicoso, statim proderit. *Alii leg.* ignarium. *Gloss. Isid.* Igniarius, ignem continens. — **2)** Absolute, substantivorum more,

IGNIARIUM, ii, n. Est materies arida ad ignem accendendum et servandum; Graeci πυρεῖον, Itali *esca* vocant. *Plin. 16. 76. 9.* Calidae morus, laurus, hedera, et omnes, e quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc usus in castris, pastorumque reperit, quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno ignemque concipit attritu. Haec *Plin.* — Eandem rem docet, *igniarii* tamen voce omissa, *Senec. 2. Quaest. nat. 22.* Videamus, quemadmodum apud nos fieri solet ignis. Duobus modis: uno, si excitatur ex lapide: altero, si attritu invenitur, sicut cum duo ligna inter se diutius trita sunt. Cf. *Visconti, Monum. Borghes. p. 64.* et *seq.*

IGNĪCANS, antis. Particip. ab inusit. *ignico*, idem ac ignescens. *Iul. Valer. 3. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *54.* Granatis etiam malis suam dat gratiam magnitudo; nam grana illis, quo glandes impetu, verum ignicantia.

IGNĪCŎLOR, ōris, omn. gen. et

IGNĪCŎLŌRUS, a, um. Adiect. ab *ignis* et *color*; qui ignei est coloris; *di color di fuoco. Iuvenc. 4. in Matth. 26. 557.* Sub nubibus ignicoloris. — *Id. ibid. 562.* Per nubes ignicolores.

IGNĪCŎMANS, antis. Adiect. ab *ignis* et *coma*, participiorum more effictum; idem quod ignicomus. *Avien. Arat. 8.* calor ignicomantum Hausit stellarum.

IGNĪCŎMUS, a, um. Adiect. ab *ignis* et *coma*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; igneas comas habens. *Auson. epist. 7. 9.* Ignicomus sol. *Nemesian. Cyneg. 214.* ignicomi candentia terga leonis.

IGNĪCŬLUS, i, m. Deminut. ab *ignis*; parvus ignis; *picciol fuoco, focherello. Quintil. 12. 10. sub fin.* Quaedam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. *Plin. 35. 52. 2.* Alumen limpidum lacteumque, cum igniculo quodam caloris. *Iuvenal. 3. 103.* igniculum brumae si tempore poscas, Accipit endromidem. — **2)** Item exiguus fulgor. *Plin. 37. 24. 1.* Onyx Indica igniculos habet. Et *ibid. 25. 2.* Carbunculi, quorum extremus igniculus in amethysti violam exit. — **3)** Translate. *Cic. 15. Fam. 20.* Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui, crebris nos litteris appellato; h. e. dolorem, quo veluti urimur, te absente. — **4)** Est etiam ingenita vis, et veluti stimulus, quo excitamur ad capessendum honestum: item principia quaedam et veluti semina, unde paulatim virtutum ardor excitetur et existat. *Id. 5. Tusc. 1.* Natura parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter, malis moribus opinionibusque depravati, sic restinguimus, ut nusquam naturae lumen appareat. *Id. 5. Fin. 7.* Quorum similia sunt prima in animis quasi virtutum igniculi et semina. *Id. 15. Att. 26.* Reliqua pars epistolae est illa quidem in utramque partem: sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles. *Quintil. procem. l. 6.* Igniculos ingenii ostendere, *in astate puerili*.

IGNĪDUS, a, um. Adiect. verbale ab *igneo*, idem ac igneus. — Adhibet in comperat. gradu *Theod. Priscian. 2. 9.* Utimur ventosis, cucurbitis ignidioribus, violentius evellendis. Alii rectius *ignitioribus* pro *ignidioribus* legunt; perperam vero in edit. Aldina *ignotioribus*.

IGNĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. ab *ignis* et *fero*; ferens ignem; *che porta fuoco. Lucret. 5. 449.* inde aether ignifer ipse. *Ovid. 2. Met. 59.* Non tamen ignifero quisquam consistere in axe Me valet excepto. *Val. Flacc. 8. 342.* Igniferi tauri. *Prudent. 2. in Symmach. 1027.* Igniferi sideris aestus. Adde *Lucan. 3. 41.* — *Incert. Auct. de limitib. p. 505. Goes.* Si lapis albus mixtam venam habuerit, ignifer nomen habet. — **2)** Translate. *Sil. 17. 294.* ignifero mentes furiabat in iras Hortatu.

IGNĪFLŬUS, a, um. Adiect. ab *ignis* et *fluo*; igne fluens, ignem emittens; *chi scorre fuoco. Claudian. III. cons. Honor. 196.* Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis.

IGNĪGĔNĂ, ae, m. Adiect. ab *ignis* et *gigno*; in igne genitus. Epithetum est Bacchi, quia fulminis ictu genitus est. *Ovid. 4. Met. 12.* Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem.

* IGNĪGĔNUS, a, um. Adiect. eiusdem originis ac praecedens; ignem gignens; *chi produce fuoco. Apul. 7. Met. 20. de asino, cuius stuppea sarcina subito igne exarserat.* Quousque frustra pascemus ignigenum istum? *Firenzuola* vertit; *questo cerca-fuoco*. Alii leg. *ignigerum*. Sed *Hildebr.* quorumdam Codd. auctoritate *igninum* in textum recepit, ut sit idem ac ignitus; qui sensus magis convenit Apuleii loco.

IGNĪGER, ĕra, ĕrum. } V. voc. praeced.
IGNĪNUS, a, um. }

IGNĪO, is, īvi, ītum, īre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *ignis*. — Particip. *igniens* §. 2. *ignitus*, V. suo loco. — Proprie est ignitus fio; *infocarsi. Prudent. 10. περὶ στεφ. 1077.* Acus minutas ingerunt fornacibus: His membra pergunt urere,

Digitized by Google

ut igniverint. — **2)** Translate. *Oros. Consult. ad Augustin. 1.* Necesse fuit me festinato edere et coacervare in unum omnes perditionum arbores . . . et offerre igni enti spiritui tuo; *h. e.* accenso; *inflammato*. — **3)** Transitivorum more

II. *Ignio* est accendo, inflammo; *accendere, infocare. Acta SS. Tarachi et Soc. n. 8.* Nunc ignite ferrum, et mittite illi. Et *mox.* Ignite artius ferrum, et stante eo iniicite illi. — *Chalcid.* vertens *Plat. Tim. p. 8.* Ignivit lucem clarissimam Deus rerum omnium conditor e regione secundi a terra globi. — **4)** Translate. *Rufin.* vertens *Orig. homil. 9.* in *Levit. 9.* Ne audientes sermones divinos accendantur ad fidem, incalescant ad charitatem, igniantur ad misericordiam. *Eugypp. 207. Thesaur. fin.* Eloquium Domini ignivit eum *(Iosephum). Venant. 2. Vit. S. Martin. 315.* Spiritus ut verax Martini igoivit acumen.

IGNĬPES, ĕdis, omn. gen. Adiect. ab *ignis* et *pes*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; igneos pedes habens; *chi ha piedi di fuoco. Ovid. 2. Met. 592.* et *Stat. 1. Theb. 27.* ignipedum vires expertus equorum. *Martial. Spectac. 27.* ignipedes posset sine Colchide vincere tauros.

IGNĬPŎTENS, entis, omn. gen. Adiect. participiorum more effictum, ab *ignis* et *potens;* qui potens est igne, vel igne viget. *Avien. Arat. 710.* Bis gemino discreta situ micat ignipotens lux. — **2)** Absolute *Ignipotens* dictus est Vulcanus, quod ignis potestatem habeat. *Virg. 8. Aen. 709.* Illam inter caedes pallentem morte futura Fecerat Ignipotens, etc. Adde *12. ibid. 90.*

IGNIS, is, m. Nomen latentis originis; minus enim attendendus videtur *Isid.*, qui ab *in* privat. et *gigno* derivare videtur *19. Orig. 6. 3.* « *Ignis* autem dictus, quod nihil gigni potest ex eo. » — **b)** Duplicem habet positionem in sexto casu, in e et i, nempe *igne* et *igni*. Cf. *Prob. art. min. n. 315.* et V. *Hildebr.* ad *Apul. 9. Met. 34.* — **c)** Secunda syllaba interdum a Poëtis producitur. *Horat. 1. Od. 15. 35.* Post certas hiemes uret Achaicus Ignis Iliacas domos. — **d)** Derivata, *igneo, igneolus, ignesco, igneus, igniarius, ignicans, igniculus, ignidus, igninus, ignio, ignitabulum, ignitulus, ignitus*. — **e)** Composita, *exignesco, ignefacio, ignicolor* et *ignicolorus, ignicomans* et *ignicomus, ignifer, ignifluus, ignigena* et *ignigenus, ignipes, ignipotens, ignispicium, ignivagus, ignivomus*.

IGNIS unum est, ut Veteres putabant, e quatuor elementis, calorem ac lucem habens; *fuoco. Plin. 7. 57. 7.* Ignem e silice *(invenit)* Pyrodes Cilicis filius; eundem asservare in ferula Prometheus. *Id. 4. 22. 3.* et *Solin. 11.* narrant, in insula Delo ignem prius repertum, ideoque eam Pyrpolem appellatam fuisse. *Cic. 2. Nat. D. 9.* Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus. Et *10.* Subditis ignibus aquae fervescunt. *Id. 2. Orat. 45. ad fin.* Nulla materies, nisi admoto igni, ignem concipere potest. *Id. 1. Offic. 16. a med.* Pati, ab igne ignem capere, si quis velit. *Id. Rosc. Com. 6.* Ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et refrigeratur. *Ter. Andr. 1. 1. 102.* In ignem ponere; *h. e.* in rogum. Et *113.* in ignem sese iniicere. *Id. Eun. 1. 2. 3.* ad ignem accedere. *Horat. 1. Sat. 3. 72.* Iurdos versare in igne. *Caes. 6. B. G. 18.* In ignem inferre quippiam. *Id. 1. ibid. 4.* Igni cremare. Et *33.* Igni necare; *abbruciar vivo. Val. Flacc. 1. 89.* Dare igni aliquid. *Cic. 3. Verr. 27.* Ligna et sarmenta circumdare, iguemque subiicere; *attaccare il fuoco*. Sic *Caes. 2. B. C. 14.* Ignem operibus inferre. *Id. 3. B. G. 42.* Celeriter iguem comprehendere. Et *5. B. C. 30.* facere; *far fuoco. Virg. 5. Aen. 4.* accendere. — *Capell. 6. §. 568.* Vel tibi quod fulget rapiturque triangulus ignis. — **3)** *Aqua* et *Ignis*, cum elementa sint ad usum vitae maxime necessaria, locum fecerunt formulae *aqua et igni interdicere*, de qua V. in AQUA § 13., coll. etiam §. 12. et 14. — **3)** De *ignis* usu in lustrationibus apud Veteres plura congessit *Kopp* ad *Capell. 2. §. 142.* sic *Propert. 4. 886.* Terque meum tetigit sulfuris igne caput. Adde *Ovid. 4. Fast. 553.* — **4)** Item *Ignis* apud Veteres tanquam symbolum divinitatis habebatur, qui deinceps et pro ea ipsa, sive tanquam Deus peculiaris cultus fuit. V. *Firmic. de err. prof. relig. 8.* — Hinc *Ignis* regibus Persarum in pompam exeuntibus praeferebatur. *Curt. 3. 3. de Darii agmine.* Ordo autem agminis erat talis: Ignis, quem ipsi sacrum et aeternum vocabant, argenteis alteribus praeferebatur. Cf. ad rem *Rufin. 2. Hist. Eccl. 26.* — *Vulg. Interpr. Sap. 13. 2.* Sed aut ignem aut spiritum aut citatum aërem . . . Deos putaverunt. — Huc fortasse spectat *ignis arcani* mentio apud *Capell. 9. §. 940.* Cf. IGNEUS §. 4. — **5)** Itemque *flos ignis; h. e.* ignis purissimus, qui divinitati proximus putabatur, quare ipsa Pallas purissima virginitate praedita *flos ignis* appellatur *Capell. 6. §. 571.* Cf. *ibid. 2. §. 206.* et V. *Kopp* ad *h. l.* — **6)** Deinde, a similitudine sive effectu posito pro causa, praesertim apud Poëtas,

II. *Ignis* dicuntur sol, luna et cetera sidera. *Horat. 1. Od. 12. 46.* micat inter omnes Iulium sidus, velut inter ignes Luna minores. *Helv. Cinna* apud *Isid. 6. Orig. 12.* Carmina queis ignes novimus aetherios; *h. e.* quibus cognita sunt nobis sidera. Loquitur de carminibus Arati. Alii minus recte leg. *movimus aëreos*. — **7)** Item fulmen, fulgur. *Horat. 1. Od. 34. 6.* Diespiter Igni corusco nubila dividens. *Virg. 4. Aen. 167.* Fulsere ignes et conscius aether. — **8)** Item aliquando est splendor, fulgor. *Horat. 3. Od. 29. 17.* Iam clarus occultum Andromedae pater Ostendit ignem. *Stat. 2. Theb. 276.* arcano florentes igne smaragdi. *Martial. 14. 109.* Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum; *h. e.* poculum aureum smaragdis Scythicis splendeat. *Claudian. 2. de laudib. Stilich. 92.* Et vario lapidum distinctas igne coronas. *Id. VI. cons. Honor. 51.* aeies stupet igne metalli. *Ovid. 15. Met. 674.* oculi igne micantes; *folgoreggianti*. — **9)** Item calor. *Sil. 16. 99.* Aut cum letiferos accendens Sirius ignes, Torret anhelantem saevis ardoribus orbem. — **10)** Item rubor; *rossore. Cic. Univ. 14.* Ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os suffusus. *Stat. 1. Achill. 516.* igne genas et sanguine torquens. — **11)** Item crepitus flammae, et materiae flagrantis. *Virg. 2. Aen. 705.* et iam per moenia clarior ignis Auditur, propiusque aestus incendia volvunt. — **12)** Item incendium. *Cic. 4. Phil. 14.* Huic urbi ferro ignique minitatur. — **13)** Hinc translate pro bello. *Liv. 10. 24.* Quem ille obrutum ignem *(h. e.* bellum) reliquerit, ita ut toties novum ex improviso incendium daret, eum se exstincturum. — Huc spectare potest et illud *Vulg. Interpr. Habac. 2. 13.* Laborabunt enim populi in multo igne et gentes in vacuum et deficient. V. *Interpr.* ad *h. l.* — **14)** Hinc et de iis, qui bellum suscitant. *Liv. 21. 3.* Ne parvus hic ignis *(h. e.* Hannibal) incendium ingens exsuscitet. *Id. 29. 31.* et Syphacem et Carthaginienses, nisi orientem illum ignem *(h. e.* Masinissam) oppressissent, ingenti mox incendio arsuros. *Cyprian. ep. 49. n. 1. de Novato.* Pax et ignis ad conflanda seditionis incendia. — **15)** Specialim apud Medicos

III. *Ignis*, plenius *ignis sacer*, morbi serpentis genus est, cuius descriptionem *Cels. 5. 28. n. 4.* tradit, duo eius genera faciendo: alterum subrubicundum, aut mixtum rubore atque pallore, exasperatumque per pustulas continuas, in quibus pus fere est, et saepe rubor cum calore: alterum in summae cutis exasperatione, sed sine altitudine, latum, sublividum, inaequaliter tamen. Serpit autem utrumque, et ignis modo exulcerat, et absumit, et difficillime tollitur. Vulgo vocant *fuoco di Sant' Antonio*. Aliud vero esse videtur, de quo *Virg. 3. G. 566.* contactos artus sacer ignis edebat. Ibi enim de contagiosa lue sermo est, graviore malo, et omnino letali. *Sammonic. 41. 1.* Est etiam morbi species, quae dicitur ignis, Languida quo multo torrentur membra calore. — **16)** Est etiam alius morbus pecudum, Galli vocant *la petite varole*, Itali *il vaiuolo del bestiame*. *Colum. 7. 5.* Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pustulam vocant pastores; ea, nisi compescitur intra primam pecudem, quae tali malo correpta est, universum gregem contagione prosternit. — **17)** Hinc translate est furor, interna vis agitans. *Stat. 1. Achill. 309.* Laurigerosque ignes, si quando, avidissimus hauri; *h. e.* furorem oestrumque Apollinis. *Val. Flacc. 1. 748.* et saevos irarum concipit ignes. — **18)** Item saepe amor; *fuoco d'amore. Virg. 4. Aen. 2.* Vulnus alit venis, et caeco carpitur igni. *Ovid. 9. Met. 515.* Littera celatos arcana fatebitur ignes. Et *519.* Hei mihi! quo labor? quem mens mea concipit ignem? *Horat. 1. Od. 13. 8.* Quam lentis penitus macerer ignibus. Et *3. ibid. 7. 10.* et miseram tuis Dicens ignibus uri. *Prudent. 2. περὶ στεφ. 304.* Anus ignis secundi nesciae; *h. e.* secundarum nuptiarum. — **19)** Item is ipse, quem quis amat, vel ea, quae amatur. *Virg. 3. Ecl. 66.* At mihi sese offert ultro meus ignis, Amyntas. — *Horat. 14. Epod. 15.* Quod si non pulchrior ignis Accendit obsessam Ilion, Gaude sorte tua. Adde *2. Sat. 3. 276.* — **20)** Item quicumque animi motus, sive ardor et cupiditas animi. *Virg. 2. Aen. 575.* Exarsere ignes animo: subit ira, cadentem Ulcisci patriam. — *Cic. Rabir. Post. 6.* Cum odium non restinguereris, huic ordini ignem novum subiici non sivistis; *h. e.* novam invidiae flammam. — **21)** Denique apud Ecclesiasticos Scriptores, praeeunte *Vulgato Interprete*,

IV. *Ignis* pro ambitione videtur sumi in illo *Vulg. Interpr. Prov. 30. 15. 16.* Tria sunt insaturabilia . . . ignis vero nunquam dicit: Sufficit. — **22)** Item pro fame in illo apud *Eund. Eccli. 40. fin.* In ore imprudentis conculcabitur inopia et in ventre eius ignis ardebit. — **23)** Item pro quacumque calamitate vel aerumna sive in poenam, sive in experimentum virtutis. *Id. Exech. 15. 17.* De igne egredientur, et ignis consumet eos; *h. e.* aerumna aerumnam excipiet. *Id. Ps. 16. 3.* Igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas. — **24)** Speciatim pro poena, cui sontes in altera vita subiicientur, sive aeterna, sive temporanea. *Id. ibid. 139. 11.* In ignem deiicies eos. *Id. 2. Petr. 3. 7.* Igni reservati in diem iudicii. *Id. 1. Cor. 3. 13.* Uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. V. *Interpr.* ad haec et alia huiusmodi loca, quae longum esset referre. — *Paulin. Nolan. Poëm. 7. 32.* Ignis arbiter. *Tertull. Praescript. 13. fin.* Ignis perpetuus. — **25)** Mos erat apud Veteres aliquando igni cremare exstinctorum corpora super rogo: a qua re tamen alii abhorrebant. De his *Minuc. Octav. 11,* inde videlicet et execrantur rogos et damnant ignium sepulturas. — **26)** Apud

Digitized by Google

Isid. 7. Orig. 5. 23. Spiritus sanctus inde nomine *Ignis* appellatur, propter quod in *Actibus apostolorum (2. 3.)* per divisionem linguarum, ut ignis apparuit, qui et insedit super unumquemque eorum. — **27)** Hinc sumitur pro charitate sive amore Dei. *Tertull. Praescript.* 2. Maioris ignis ardorem inferre; *h. e.* divini. *Vulg. Interp. Luc. 12. 49.* Ignem veni mittere in terram.

Nota. Discrimen inter *ignem* et *focum* tradit *Isid. 1. Differ. n. 307.* « *Ignis* ipse flamma est; *focus* vero fomes ac nutrimentum ignis. » Cf. FOCUS §. 7.

IGNISCO. V. IGNESCO.

IGNISPĬCĬUM, ii, n. Nomen ab *ignis* et *spicio*, quo significatur divinationis genus, quod ab ignis inspectione sumebatur; *arte dell' indovinare dal fuoco. Plin. 7. 57. 12.* Haruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia avium Tiresias Thebanus invenit. *Senec. Oedip. 306.* et *seqq.* Ignispicium luculenter exponit. De eodem consule *Vicent. Dissert. sopra due musaici, Oper. Var. T. 1. p. 143.* et *seqq. edit. Mediol.*

IGNĪTĀBŬLUM, i, n. Verbale ab *ignito* syllabica adiectione productum; igniarium, ignis receptaculum, lignum quod altero ligno atteritur, ut ignem concipiat. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll.* — Ignitabula in Delo insula inventa sunt: quae idcirco inter alia nomina etiam Pyrpole dicta est. *Solin. 11.* — **2)** Translate. *Macrob. 2. Saturn. 3. init.* Plato aestimavit, fomitem esse quendam, et ignitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagret.

IGNĪTŬLUS, a, um. Adiect. deminut. ab *ignitus;* aliquantulum ignitus. *Tertull. 1. ad Nation. 10. ad fin.* Mercurius in calvitio pennatulus, in caduceo ignitulus.

IGNĪTŬS. Adverb. ab *ignis;* per ignem. *Cassiod. 3. Var. 47. a med. de insula Vulcania.* Memorant aevi pristini servatores, hanc insulam ante aliquot annos undarum rupto terrore ignitus erupisse, cum Hannibal apud Prusiam Bithyniae regem veneno secum ipse pugnavit. *Alii leg.* imitus.

IGNĪTUS, a, um. Particip. verbi *ignio*, adiectivorum more etiam adhibitum. Cf. IGNATUS. — Comparat. *ignitior* §. *1.* superlat. *ignitissimus* §. 2. — Proprie est accensus, igneus, calidus; *infocato, caldo. Ovid. 1. Fast. 452.* Uritur ignitis alba columba focis. *Alii leg.* in calidis. *Gell. 17. 8.* Vinum idcirco minus cito coalescere, quod semina quaedam caloris in se haberet, esseque natura ignitius. — **2)** Translate. *Cic. Dom. 55. extr.* Et ab istius inflammato atque ignito furore iam tum me, seque repetebat. Ita opt. quaeque editiones. Cf. *Hildebr. ad Apul. 8. Met. 4. 651.* Hinc apud *Ovid. 9. Met. 540.* est *ignea furor. Prudent. Hamartig 546. de anima*, ignitum quoniam Deus indidit olli ingenium. *Sidon. 1. ep. 11.* Cui satyricus ille morsum dentis ignitis avidius impresserat. *Iul. Valer. 3. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *90.* e nubibus Draconis effigies ignitissima labitur.

IGNĪVĂGUS, a, um. Adiect. ab *ignis* et *vagus;* ignis modo vagus. *Capitl. 9. p. 304.* Ignivaga denunciatio. *Coripp. 6. Iohann. 371.* Ignivagis exurens cuncta procellis.

IGNĪVŎMUS, a, um. Adiect. ab *ignis* et *vomo;* ignem vomens; *chi vomita fuoco. Lactant. serm. de resurrect. Dom. 5.* Altius ignivomum solem caeli orbita ducit. Alii hoc carmen non *Lactantio*, sed *Venantio* tribuunt. — *Onom. Lat. Gr.* ignivomus; πυρίπνοος.

IGNŌBĬLIS, le. Adiect. ab *in* privativa et *nobilis*. Cf. *Isid. 5. Orig. 27. 25.* V. loc. in IGNOMINIUM. — **b)** Comparat. *ignobilior* §. *1.* et *3.*, superlat. *ignobilissimus* §. *1.* — **c)** Derivata, *ignobilitas, ignobiliter*, et *ignobilito*.

IGNOBILIS proprie est non nobilis, ignotus, incognitus; *sconosciuto, incognito;* cui contrarium est *nobilis. Cic. 5. Tusc. 24.* Quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem perventurus. *Plin. 7. 36. 1.* Humilis in plebe, et ideo ignobilis puerpera. *Id. 33. 10. 2.* Ignobilissimi artifices. *Apul. 8. Met. sub init.* Iamque aderat ignobilis maritus. *Virg. 7. Aen. 776. de Hippolyto.* Solus ubi in silvis Italis ignobilis aevum Exigeret. *Caes. 5. B. G. 28.* Civitas ignobilis atque humilis Eburonum. — **2)** Apud Romanos ignobiles erant, qui omnino imaginibus carebant; idest qui in ea familia nati erant, in qua curules magistratus nunquam exstiterant, nec ipsi aliquem huius generis magistratum gesserant. Talis fuit gens Flavia apud *Suet. Vesp. 1.* Alii ignobiles erant, quia magistratus curules obtinere non poterant, ut libertini, et filii libertinorum: alii, quia non petebant, ut patet de T. Pomponio Attico, de maioribus Servii Sulpicii, Ciceronis, Octaviani Augusti et aliis. Non iidem erant ac plebeii. Nam etiam patricii aliqui erant ignobiles, et multi plebeii nobiles erant. Nobilitas enim non in claritate sanguinis, sed in imaginibus posita fuit, sive in magistratibus curulibus, qui etiam plebeio ordini patebant. Haec fere ex *Sigon. de antiq. iur. Civ. Rom. l. 2. c. 20.* — **3)** Translate de rebus. *Plin. 23. 20. 1.* Vinum innocentius est, quodcumque ignobilius. — **4)** Speciatim

II. *Ignobilis* dicitur etiam qui obscuris ortus est parentibus, infimo loco natus; *ignobile. Cic. 7. Verr. 11.* Quo in oppido non isti ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier esset. *Virg. 1. Aen. 149.* Ignobile vulgus. Adde *Ter. Phorm. 1. 2. 70., Liv. 10. 20.* et *Horat. 1. Sat. 6. 3.* — **5)** Hinc sumitur in mediam partem pro vili, abiecto; *ignobile, vile. Plaut. Pseud. 4. 2. 9.* Peregrina facies videtur hominis atque ignobilis. *Cic. Brut. 91.* Apud Demetrium Syrum, veterem, et non ignobilem dicendi magistrum. *Id. Caecin. 4.* M. Fulcinius Romae argentariam non ignobilem fecit. — Absolute. *Vulg. Interpr. 1. Cor. 1. 28.* Et ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus, etc. *Id. ibid. 12. 23.* Ignobiliora membra corporis. — **6)** Hinc etiam convicii loco ponitur. *Plaut. Amph. 1. 1. 284.* Vapulabis, ni hinc abis, ignobilis. — **7)** Absolute, substantivorum more,

IGNOBILIS, is, m. De personis. *Vulg. Interpr. Iob, 30. 8.* Filii stultorum et ignobilium. *Id. Isai. 3. 5.* Tumultuabitur puer contra senem et ignobilis contra nobilem.

IGNŌBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *ignobilis;* humilitas, obscuritas, conditio atque fortuna hominum infimorum; *ignobiltà. Cic. 5. Tusc. 36.* Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? *Plin. 34. 19. 19.* Ignobilitas artificis; *l' essere sconosciuto. Ovid. 6. Met. 309.* Res obscura quidem est ignobilitate virorum. — In plur. num. *Firmic. 5. Mathes. 6. fin.* Sed si benivola stella cum sole in eo loco fuerit inventa, nihilominus maximas ignobilitates faciet. — **2)** Translate de rebus. *Colum. 3. 21. de vino.* Neque enim post annos quindecim deprehendi potest ignobilitas in gustu. — **3)** Speciatim de obscuritate natalium. *Cic. Mur. 8.* Multis viris fortibus ne ignobilitas generis obiceretur.

IGNŌBĬLĬTER. Adverb. ab *ignobilis;* abiecte; *ignobilmente. Eutrop. 7. 23.* Ignobiliter est sepultum. *Solin. 70.* Aedes ignobiliter fastigiata.

IGNŌBĬLĬTO, as, āvi, āre. Verbum transitiv. *ignobilis;* ignobilem reddo. *Not. Tir. p. 12.* Ignobilio, ignobilitas, ignobilitat. *Augustin. Serm. 166. n. 3. ed. Mai.* Quid fecisti, o Israël, tam novam iniustitiam? Ignobilitasti eum, qui te nobilem fecerat.

IGNŌMĬNĬA, ae, f. Nomen ab *in* privativa et *nomen* (V. IGNOMINIUM, *init.*), sive potius abstractum ab *ignominis*. — **b)** In *Lege Iul. Municip. lin. 120.* et *121.* scribitur *ingnominia* loco *ignominia*. — **c)** Derivata, *ignominio, ignominiose, ignominiosus, ignominium.* V. voce. praecedd.

IGNOMINIA proprie est, attenta origine, boni nominis privatio; atque hinc universim quodcumque dedecus, probrum, aut infamia; *ignominia, vergogna, scorno, disonore. Cic. 2. Divin. 9.* Cum ignominia et dedecore. *Id. Quint. 20.* Alicui omnia vitae ornamenta, per summum dedecus et ignominiam diripere. Et *51.* Ignominiis omnibus appetitus. *Id. 4. Tusc. 20.* Ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiis affici se in delicto dolerent. *Id. 5. Verr. 97.* Calamitas ad miseros aratores per summam iniuriam ignominiamque pervenit. *Id. Prov. cons. 7.* Insiguem ignominiam alicui inurere. *Lucil.* apud *Non. loc. sit.* Maculam atque ignominiam imponere alicui. *Plin. 18. 3. 5.* In urbanas tribus transferri, ignominiae est. *Cic. 12. Phil. 8.* Ignominiis concisus. *Quintil. 1. 2. 24.* Ignominiam depellere. *Cic. Cluen. 42. ad fin.* Ignominia notatus. — Cum genitivo. *Id. Prov. Cons. 7.* Hac tamen una plaga conciderit, ignominia senatus. *Id. Rab. perd. 10.* Labes ignominiaque mortis. *Caes. 1. B. C. 100. fin.* Ignominia amissarum navium. *Nep. Timot. 4.* Cum summa ignominia familiae. — **2)** Speciatim vero

II. *Ignominia* dicitur nota infamiae, quae tanquam poena a lege sive civili sive militari inurebatur alicui; *biasimo, smacco. Cic. Fragm.* apud *Non. 1. 93.* Censoris iudicium nihil fere damnato affert, nisi ruborem. Itaque quia omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est. *Id. Cluent. 47.* Ut viderentur per hominum idoneorum ignominiam illa iudicia reprehendisse. *Id. ibid. 46.* Tu non animadvertes in omnes, carpes ut velis, et paucos ex multis ad ignominias sortiere? *Suet. Claud. 9.* Ignominiae causa post omnes interrogatus. — *Cic. 7. Phil. 9.* Ignominia notare eos, qui militiam subterfugerunt. *Liv. 5. 5. extr.* Mille milites, quia serum auxilium post proelium venerant, prope cum ignominia dimissi. *Hirt. B. Afr. 81.* Ob eas res ignominiae causa ab exercitu meo te removeo, hodieque ex Africa abesse, et, quantum potest, proficisci iubeo. *Formula exauctorandi. Caes. 1. B. C. 85.* Ut rebus feliciter gestis, aut cum honore aliquo, aut certe sine ignominia domum revertantur. — **3)** Adhuc autem specialius dicitur etiam de amissa victoria, et de clade accepta, quia deficientem in militibus virtutem arguit. *Id. 7. B. G. 47.* Sic se, illo imperante, meruisse, ut nullam ignominiam acciperent. *Id. 3. B. C. 101.* Milites ignominiam non tulerunt, sed etc. Et *7. B. G. 47.* Hoc se ignominiae laturos loco, si inceptam oppugnationem reliquissent. *Iustin. 32. 3. extr.* Ignominiam bello acceptam virtute delere. Sic *Virg. 3. G. 226. de tauro victo ab rivali.* Multa gemens ignominiam plagasque superbi Victoris.

Nota. *Ignominia* differt ab *infamia* (ut etiam adnotat *Isid. 1. Differ. 302.*), quia ignominia ab eo imponitur, qui animadversione notare potest: infamia vero ex multorum sermone nascitur. Praeterea ignominia minus est, minusque late patet, quam infamia; neque igno-

Digitized by Google

miniosi sunt omnes infames. Interdum tamen promiscue ponuntur, ut in illo *Papinian. Dig. 5. 2. 5.* Ordine moti ex crimine, quod ignominiam importat: ubi *ignominia* infamiam significare videtur.

IGNŌMĬNĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *ignomínio;* ignominia affectus. Legitur in lemmate *c. 18. l. 8. Gellii*. Quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poëta. Cf. voc. seq.

IGNŌMĬNĬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *ignominia;* afficio ignominia; *disonorare*. *Augustin. Serm. 166. n. 3.* ed. *Mai.* Quid fecisti, Israël, tam novam iniustitiam? . . . Ignominiasti eum, qui te glorificaverat. Cf. voc. praeced.

IGNŌMĬNĬŌSE. Adverb. ab *ignominiosus*. — Comparat. *ignominiosius*, et superlat. *ignominiosissime*, infra. — Est cum ignominia; *ignominiosamente, con vergogna, o scorno*. *Eutrop. 4. 24.* et *26.* Ignominiose pugnare. *Arnob. 4. p. 147.* Ignominiosius tractare aliquem. *Oros. 7. 7. extr.* Ignominiosissime fugere.

IGNŌMĬNĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *ignominia*. — Superlat. *ignominiosissimus* §. *1.* — Proprie est ignominia affectus, ignominiae plenus, turpis; *ignominióso, svergognato, infame*. *Quintil. 7. 1. 8.* Exsul eras et ignominiosus. *Macer, ibid. 48. 5. 24.* Ignominiosa filia. — Item de rebus, habita tamen personarum ratione. *Cic. 5. Phil. 14.* Ignominiosa et flagitiosa dominatio. *Liv. 5. 25.* Ignominiosa fuga domum se recipiente. *Horat. Art. P. 247.* Immunda et ignominiosa dicta. *Modestin. Dig. 49. 16. 3.* Poenae militum sunt castigatio, gradus deiectio, ignominiosa missio; *h. e.* cum is qui mittit, addit nominatim, ignominiae causa se mittere, ut *Ulp. Dig. 3. 2. 2.* exponit. *Tertull. Apolog. 15.* Ignominiosissimum caput. — **B)** Absolute, substantivorum more,

IGNOMINIOSUS, i, m. Proprie *Suet. Vitell. 8.* Ignominiosis notas dempsit. *Tacit. Germ. 6.* Nec concilium inire ignominioso fas. Adde *Quintil. 3. 6. 75.* et *7. 3. 3.*

IGNŌMĬNIS, ne. Adiect. ab *in* privativa et *nomen*, quod vi compositionis in adiectivum migravit; qui est sine nomine. Legitur in *Onomast. Lat. Gr.* Ignominis; *ἀνώνυμος*. Cf. voc. seq.

IGNŌMĬNĬUM, ii, n. Abstractum ab *ignominis*, quod sic exponit *Isid. 5. Orig. 27. 25. Ignominium* dictum, eo quod desinat habere honestatis nomen is, qui in aliquo crimine deprehenditur. Dictum autem ignominium quasi sine nomine, sicut *ignarus*, sine scientia, sicut *ignobilis* sine nobilitate. *Commodian. 19. 1.* Non ignominium est, virum seduci prudentem?

IGNŌRĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *ignoro*. — Comparat. *ignorabilior* §. 2. — Proprie est qui ignorari potest. *Hilar. Synod. 79. de generatione Verb. Dei*. Numquid si memorabilis est, ideo et ignorabilis est? — **B)** Frequentius; qui ignoratur, ignotus; *incognito*. *Cic. 2. Invent. 52.* Non ignorabile, non fortuitum, non necessarium. *Plaut. Pseud. 2. 1. 18.* Quis hic est, qui oculis meis obviam ignorabilis obicitur? *Gell. 9. 12.* Alterum illud ignorabilius obscuriusque est. *Apul. 11. Met.* Libri litteris ignorabilibus praenotati.

IGNŌRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *ignorabilis;* cum ignoratione. *Apul. 3. Met.* Laminae ignorabiliter litteratae; *h. e.* ignotis characteribus insculptae.

IGNŌRANS, antis. Particip. verbi *ignoro*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Est qui ignorat; *chi non sa*. *Plin. 30. 17. 1.* Catuli, vel herinacei lienem ex acuto dant ignoranti; *che non s' accorga. Caes. 6. B. G. 42.* Eventus belli non ignorans. — **B)** Item ignarus, inscius; *ignaro, inconsapevole*. *Plaut. Capt. prol. 30.* Ita nunc ignorans suo sibi servit patri. *Virg. 12. Aen. 421.* Fovit ea vulnus lympha longaevus lapys ignorans: subitoque omnis de corpore fugit Quippe dolor.

IGNŌRANTER. Adverb. ab *ignorans;* per ignorantiam; *ignorantemente*. *Cyprian. epist. 65.* Ignoranter vel simpliciter non faciunt, quod etc. Adde *Vulg. Interpr. Eccli. 14. 7.*

IGNŌRANTĬA, ae, f. Verbale ab *ignoro;* ignoratio, inscitia; *ignoranza*. *Cic. Flacc. 20.* Ubi adolescentes nihil possent discere, nisi ignorantiam litterarum. *Alii tamen hunc locum* expungunt; glossa enim videtur. V. *Kloss.* ad *h. l. Caes. 3. B. C. 68.* Ignorantia loci. *Nep. Agesil. 8.* bonarum rerum; *il non aver buon gusto*. Et *Pelop. 1.* Mederi tum satietati, tum ignorantiae lectorum. *Ovid. 7. Met. 92.* Quid faciam video: nec me ignorantia veri Decipiet, sed amor. *Id. 20. Heroid. 187.* Praeteritae veniam dabit ignorantia culpae. *Tacit. Agric. 1.* Ignorantia recti. *Id. 1. Hist. 75.* Mutua ignorantia fallentes; *per non conoscersi l' un l' altro*. Et *Germ. 40.* Sancta ignorantia, quid sit illud, quod etc. *Id. 1. Ann. 59.* Ignorantia Imperii Romani; *h. e.* quod Imperium Rom. non nossent. *Quintil. 12. 5. 5.* Hoc est maximum ignorantiae malum, quod credit eum scire, qui monet. *Cic. 1. Acad. 11.* Errorem et temeritatem et ignorantiam . . . a virtute sapientiaque removebat. Adde *Suet. Cal. 41.* et *Galb. 20.* — **B)** Apud Scriptores Ecclesiasticos sumitur saepe pro delicto, peccato. *Vulg. Interpr. Ps. 24. 7.* delicta iuventutis et ignorantias meas ne memineris. *Id. 1. Mach. 15. 39.* Remittimus quoque ignorantias et peccata usque in hodiernum diem. *Id. Habac. 3. 1.* Oratio Habacuc prophetae pro ignorantiis.

IGNŌRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *ignoro;* actus ignorandi, ignorantia, inscitia; *ignoranza*. *Cic. 2. Divin. 22.* Causarum enim ignoratio in re nova mirationem facit: eadem ignoratio si in rebus usitatis sit, non miramur. *Id. Cluent. 59.* Quod erat odium, Dii immortales! quae superbia! quanta ignoratio sui! *Id. 1. Divin. 1. extr.* In summo errore, atque in maximarum rerum ignoratione versari. *Id. 5. Fin. 12.* Consuetudo dicendi non satis acuta, propter ignorationem dialecticae. *Curt. 5. 12.* Ignorationem nunquam antea visi regis excusans. *Papinian. Dig. 16. 1. 7.* Facti ignorationem praetendere. — Sequente *de*. *Cic. Sull. 13.* Cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri.

IGNŌRĀTUS, a, um. Particip. verbi *ignoro*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *ignoratior* §. *1.* — Proprie est non cognitus; *non saputo, ignorato*. *Cic. 5. Tusc. 23.* Archimedis ignoratum a Syracusanis indagavi sepulcrum. *Horat. Art. P. 262.* Ignoratae artis turpe crimen. *Tacit. 12. Ann. 11.* Clementiam ac iustitiam, quanto ignoratiora barbaris, tanto toleratiora capesseret. *Al. melius leg.* ignara. — **B)** Item ignotus; *non conosciuto, non iscoperto, incognito*. *Sall. Iug. 38.* Cum delectis equitibus Metellum sequitur nocturnis et aviis itineribus: ignoratus Romanos palantes repente aggreditur. *Tacit. 4. Hist. 36.* Servili habitu per tenebras ignoratus evasit.

IGNŌRO, as, āvi, ātum, are. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *ignarus*, quod V. — **b)** *Ignorarier* pro *ignorari*, paragoge apud *Ter. Phorm. 5. 7. 38.* — **c)** Particip. *ignorans* §. *1.* et suo loco, *ignorandus* §. *1. ignoratus*, V. suo loco, *ignoraturus* §. *1.* — **d)** Derivata, *ignorabilis, ignorabiliter, ignoranter, ignorantia, ignoratio*.

IGNORO proprie est, aliquid cognitum non habeo, nescio, non cognosco; *non sapere, non conoscere*. *Ovid. 1. Trist. 5. 18.* Ignoraretur forsitan ista fides. *Ter. Heaut. 1. 1. 52.* Erras, si id credis, et me ignoras, Clinia. *Id. Phorm. 2. 3. 10.* Quia egens relicta est misera, ignoratur parens; *h. e.* non agnoscitur, ignorarique fingitur. *Suet. Vitell. 17.* Sciscitantes quisnam esset, nam ignorabatur; *non era da loro conosciuto*. *Cic. Amic. 7.* Ignorante rege, uter eorum esset Orestes. *Brut.* ad *Cic. 1. ad Brut. 16.* Magnifice loqui decet adversus ignorantes, quid a quoque petendum sit. *Cic. 4. Acad. 8.* Ipsa vero sapientia, si se ignorabit, sapientia sit, nec ne; etc. *Ovid. 13. Met. 915.* monstrumne, Deusne ille sit, ignorans. *Lucan. 8. 626.* Ignorant populi, si non in morte probaris, An scieris adversa pati. *Ovid. 3. Fast. 6.* Qua ferar, ignoro. *Senec. 1. Quaest. nat. 17.* Oculi ignorarunt erant formam solis. *Plaut. Trin. 2. 1. 29.* Mille modis amor ignorandus est. — Cum infinito. *Claudian. Nupt. Honor. 186.* Laetitiae causas ignorat dicere miles, Laetaturque tamen. *Cic. 5. Rep. 1§.* Quis ignorabat, Q. Pompeium fecisse foedus? Adde *Quintil. 1. 1. 17.* et *ibid. 8. 65.* — Cum *quin*. *Cic. Flacc. 27.* Quamquam quis ignorat, qui modo unquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Graecorum genera sint vere? — **B)** Praecedente negativa dicitur de iis, qui optime sciunt. *Nep. Datam. 3.* Non ignorabat, ea vere scripta; *sapea benissimo*. *Horat. 1. Ep 7. 25.* Nec tamen ignorat, quid distent aera lupinis. *Cic. 3. Nat. D. 31. extr.* Non enim ignoro, quanti eius nomen putetis. *Id. Orat. 68.* Quod tu quidem minime omnium ignoras. — **B)** Aliquando est, ignorare me simulo, non agnosco, negligo, aspernor. *Plaut. Asin. 1. 2. 18.* Eadem nunc, cum est melius, me, cuius opera est, ignoras, mala. *Id. Capt. 2. 3. 74.* Ne tu me ignores, cum extemplo meo e conspectu abscesseris. *Cic. 8. Phil. 2. extr.* De proximo bello civili non libet dicere: ignoro causam, detestor exitum. — Huc spectat et *Vulg. Interpr. Iob, 24. 16. de impiis*. Ignoraverunt lucem; *h. e.* aversati sunt, oderunt vias Dei. — **4)** Absolute, intransitivorum more,

II. *Ignoro* est ignarus sum. *Cic. Mil. 12.* An vero tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe versaris? tuae peregrinantur aures? *Cic. 8. Att. 14. sub fin.* Domitius ignorat de filio. *Horat. 2. Ep. 3. 87.* Cur ego, si nequeo ignoroque, poëta salutor? *Quintil. 9. 4. 119.* Ignorabo: sed ut audio hoc, animus accipit plenum sine hac geminatione non esse.

Nota. Discrimen inter *nescire* et *ignorare* hoc tradit *Isid. differ. Append. n. 44.* « Qui *nescit*, omnium notitia caret: qui *ignorat*, aliquid nescit. »

IGNOSCENS, entis. Particip. verbi *ignosco*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *ignoscentior* §. 2. — Est qui ignoscit; *chi perdona*. *Prosp. Aquit. epigr. 28.* Quorum *(hominum)* ignoscentes culpis sua crimina solvunt. — Absolute *Auson. Edyll. 6. 75.* Quaedam ignoscentum specie ludibria tantum Sola volunt. — **B)** Item qui facile condonat et ignoscit; *chi facilmente perdona*. *Ter. Heaut. 4. 1. 32.* te obsecro, Quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior, Ut meae stultitiae in iustitia tua sit aliquid praesidii. *Bothe* hunc Terentii locum ita refingendum putat: Quanto tu me es annis gravior, tanto es ignoscentior, Iniustitiae meae ut iustitia tua sit aliquid praesidii.

IGNOSCENTĬA, ae, f. Verbale ab *ignosco;* condonatio peccati; per-

dono. Gell. 7. 3. a med. Ignoscentias utiles esse rebus humanis docet. Adde *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 18. 2.*

IGNOSCĪBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *ignosco;* cui facile ignosci potest; *pardonabile, excusabile. T. Castritius* apud *Gell. 15. 21.* Si hic vester huiuscemodi vestitus multo iam usu ignoscibilis est.

IGNOSCO, oscis, ōvi, ōtum, oscĕre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more aliquando adhibitum, ab *in* privativa et *nosco.* — **b)** *Ignosset* syncope pro *ignovisset* est *Silii, 8. 619.* — **c)** Particip. *ignoscens* V. suo loco, *ignoscendus* §. *1., ignotus* V. suo loco, *ignoturus* §. *3.* et *ignosciturus* §. *1.* — **d)** Derivata, *ignoscentia, ignoscibilis, ignotitia, ignotus.*

IGNOSCO proprie est, ab etymo allato, quasi nolis de peccato cognoscere, sed ipsum ignorare ac remittere; hinc universim, veniam do, remitto, excusatum habeo, condono; *perdonare, dissimulare.* Cum accusativo rarum admodum est. *Propert. 2. 2. 56.* Iuppiter, ignosco pristina furta tua. *Al. leg.* ignoro. *Virg. Cul. 293.* Dignus amor venia, parvum si Tartara nossent Peccatum ignovisse. *Ter. Heaut. 4. 1. 34.* Equidem istuc factum ignoscam. *Plaut. Bacch. 5. 2. 68.* Ut eis delicta ignoscas. *Id. Amph. 1. 1. 101.* Orant, ignoscamus peccatum suum. *Quintil. 2. Declam. 6.* Ignoscite malorum periculorum metus, ignoscite humana discrimina. — *Pison. Frugi, ibid. p. 887.* Quodcumque deliquisset, ignosciturum affirmabat. — *Cic. 1. Phil. 6.* Hoc ignoscant Dii immortales, velim, et populo R. et huic ordini. — Ὑπώρα est illud *Vellei. 2. 50.* Familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere; *h. e.* indulgere: omnia sibi convenire credere. — Passive. *Ter. Phorm. 5. 7. 26.* Ego, Nausistrata, esse in hac re culpam meritam non nego, Sed eam, quae sit ignoscenda. *Id. Heaut. 2. 1. 6.* Et cognoscendi et ignoscendi dabitur peccati locus. *Virg. 4. G. 488.* Cum subita incautum dementia coepit amantem, Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes. — **2)** Saepius vero

II. *Ignosco* adhibetur absolute, intransitivorum more. *Ter. Phorm. 3. 3. 46.* Ignosce; orat, confitetur, purgat: quid vis amplius? *Cic. Part. orat. 37.* Ad eius facti deprecationem ignoscendi petenda venia est. *Id. Cic. 1. ad Brut. 15. a med.* Sed sceleris poenam praetermittere (id enim est quod vocatur ignoscere) in hoc bello perniciosum puto. *Senec. 2. Clem. 7.* Ignoscere est, quae iudicas punienda, non punire. *Cic. Pis. 41.* Cui non apud senatum, non apud ullum ordinem maximorum scelerum venia ulla ad ignoscendum dari possit. Adde *Quintil. 6. 2. 14.* — Passive impersonaliter. *Ter. Adelph. 5. 5. 28.* Ignotum est, tacitum est, creditum est. — **3)** Item relative cum dativo rei vel personae. *Cic. 7. Att. 12.* Velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. *Id. 2. Agr. 18.* Mihi, quaeso, ignoscite, si appello talem virum saepius. *Id. Har. resp. 17. extr.* Quam iste idcirco Bonam dicit, quod in tanto sibi scelere ignoverit. *Id. 5. Fam. 12.* Ignoscas velim huic festinationi meae. *Plaut. Mil. 2. 6. 62.* Inscitiae meae et stultitiae ignoscas. *Id. Mere. 5. 4. 37.* Ignoscere delictis, et adulescentiae. *Horat. 1. Sat. 4. 131.* vitiis. *Cic. fragm.* apud *Priscian. 10. p. 886. Putsch.* Ignoturus alteri, quod patrem, alteri, quod tutorem secutus esset. — Passive impersonaliter. *Cic. 11. Att. 14.* et *6. Verr. 65.* Deprecatores, quibus non erat ignotum. *Ter. Hecyr. 5. 1. 11.* Iam aetate ea sum, ut non sit peccato mihi ignosci aequum. *Suet. Aug. 33.* Tabellam dedit, qua ignosceretur iis, quos etc. Adde *Auct. ad Herenn. 2. 17., Cic. 2. Invent. 52.* et *Quintil. 4. praef. §. 5.* — **4)** *Ignoscere sibi* est sibi parcere et indulgere; *avarti riguardo, risparmiarsi. Quintil. 10. 3. a med.* Non est indulgendum causis desidiae: nam si non nisi refecti, non nisi hilares, studendum existimaverimus, semper erit, propter quod nobis ignoscamus. *Id. 11. 2. 45.* Ne discamus nobis ignoscere. Cf. *Vellei.* loc. supra cit. §. 1. — **5)** Specialim

III. *Ignosco* pro noscere, discere, ut *in* sit ἐπιτατικὸν, confirmat *Non. 4. 245.* illo *Varronis:* Vosque, in theatro qui voluptatem auribus Hue aucupatum concurristis domo, Adeste, adeste, quae feramque ignoscite, Domum ut feratis e theatro litteras. *Voss.* tamen in *Etymol.* vult legi *gnoscite.* — **6)** Pro ignorare, nescire, adferri solet locus *Lactant. 3. 3. a med.*, ubi lectio dubia est, et plerique *ignoro* reponunt.

IGNŌTĬTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *ignotus,* idem ac ignorantia. *Gell. 16. 13. extr.* Iura, quibus uti per ignotitiam non queunt. Ita legit ex MSS. *Pareus* in *Lex. Crit.* Vulgo legitur *ignorantiam. Gronovius* mallet *innotitiam,* quod magis probandum.

IGNŌTUS, a, um. Particip. verbi *ignosco* (aliquando confusum cum *ignarus,* ut ibi diximus §. c.), adiectivorum more frequentius adhibitum. — Hinc comparat. *ignotior* §. *3.*, superlat. *ignotissimus* §. *3.* — Proprie, ut participium.

I. *Ignotus* est condonatus; *pardonato. Hirt. B. Afr. 31.* Saepe a se fugatis, pulsis et concessam vitam, et ignota peccata. — **2)** *Diomed. 2. p. 425. Putsch.* ex *Varrone* docens, syllabas alias esse asperas, alias lenes, duras alias, aut molles; *duras sunt,* inquit, *ut ignotus.* V. integr. locum. — **3)** Adiectivorum autem more,

II. *Ignotus* proprie, habita ratione etymi (ab *in* privativa et *notus,* unde est etiam *ignosco.* V. hanc voc. §. a.) est minime notus, incognitus; *incognito, ignoto. Nep. Themist. 8.* In navim omnibus ignotus ascendit. *Cic. Flacc. 17.* Dubitatis, iudices, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum civem vindicetis? *paulo ante dixerat:* is, quem nemo vestrum vidit unquam, nemo, qui mortalis esset, audivit. *Id. 9. Att. 5.* Res ignota in vulgus. *Id. 1. Orat. 39.* Ius applicationis obscurum sane et ignotum, patefactum atque illustratum est. *Liv. 5. 32.* Et quod longinqua, eoque ignotior gens erat. *Quintil. 7. 3. 15.* Obscuriora et ignotiora verba. — **2)** *Ignotum habere aliquid* est ignorare. *Volus. Maecian. Ass. distrib. init.* Animadverti aeque ferentem te, quod assis distributionem ignotam haberes. — **3)** Praecedente negativa particula, probe notum significat. *Cic. 5. Att. 15.* Satis habet magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi mei. — **4)** *Ignoti* dicti sunt etiam Dii non solum quod non cogniti habentur, sed etiam quod cognosci nequeunt, tenuis enim, inquit *Lucret. 5. 149.*, natura Deûm, longeque remota Sensibus a nostris animi vix mente videtur. Hinc *Ovid. 14. Met. 366. de Circe.* Ignotosque Deos ignoto carmine adorat. — Huc spectat *Capell. 2. §. 185.* Ignoti vis celsa patris, vel prima propago, Fomes sensificus, mentis fons, lucis origo, Regnum naturae, deus atque assertio divûm. Cf. *ibid. §. 203.* V. INCARTUS. — **5)** Aliquando *ignotus* ponitur pro longinquo, peregrino. *Tibull. 1. 3. 3.* Me tenet ignotis aegrum Phaeacia terris. Et *ibid. 39.* ignotis repetens compendia terris. — **6)** Item est etiam ignobilis, obscuro loco natus, vulgaris, vilis; et dicitur tam de rebus, quam de personis. *Horat. 1. Sat. 6. 6.* naso suspendis adunco Ignotos. Et *24.* Non minus ignotos generosis. *Id. 1. ibid. 3. 108.* Ignotis perierunt mortibus illi. *Ovid 9. Met. 670.* Progenuit tellus ignoto nomine Ligdum. Adde *12. ibid. 600. Horat. 1. Sat. 6. 36.* Quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus. — **7)** Denique

III. *Ignotus,* active, est qui non novit, inscius, ignarus; *chi non conosce. Naev.* apud *Non. 2. 428.* Ignotae iteris sumus. *Callistrat. Dig. 49. 14. 2. sub fin.* Ignotus iuris sui. Ita *Torrentin.*, at *Halouander* edidit *ignarus.* Adde *Curt. 5. 12. in fin.* et *Quintil. 6. Declam. 2.* — **8)** Absolute, substantivorum more,

IGNOTUS, i, m. Eodem sensu. *Cic. 5. Fam. 12. a med.* Illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant. *Phaedr. 1. 11.* Virtutis expers, verbis iactans gloriam, Ignotos fallit, notis est derisui. *Nep. Agesil. 8.* Ignoti, faciem eius cum intuerentur, contemnebant: qui autem virtutem noverant, non poterant admirari satis.

II

Il pro e. V. E §. n. et I §. q. et seqq. — *Ii* praeteritum ab *eo* pro *ivi,* V. EO §. 1. — *Ii,* pronomen ab *is, ea, id.* V. IS.

IIBUS. V. IS, EA, ID.

ĬIM, indecl. Vox Hebraica, אִיִּים, plur. num. ab אִי, qua significantur aves insulanae, striges, vel ululae, ut habet *Vulg. Interpr. Isai. 13. 22.*, quo loco videtur Vetus *Interpres Italus* retinuisse vocem Hebraicam. Nam haec habet *Eucher. 2. Instruct. 9.* Ululae, *in* Isaia, ab omni translatione nomine ipso Hebraeo *iim* appellantur. Septuaginta tantum Interpretes pro his onocentauros in translatione posuerunt. Hinc *Vulg. Interpr. ibid. 34. 14.* onocentauros retinuit.

IIT. V. ET §. b.

IIX. V. EX §. b.

IL

* IL pro illi vult *legere Palmer. Spicil, p. 738.* apud *Plaut. Trin. 4. 2. 61.*, sed, Codicibus repugnantibus (V. *Ritschel* ad *Plaut. l. c.*), patronum invenit neminem.

* ĪLĂ. V. ILLA.

ĪLĔ, is, n. V. ILIA §. c.

ĪLĔOS, *Graeca positione,* et *Latina* Ilĕus, i, m. Vox Graeca, εἰλεός, qua significatur dolor acerbissimus intestini ilei, seu subtilis, vel etiam secundum nonnullos caeci, cum constipatione alvi, tumore ventris chordae instar tenti, subsequente etiam reiectione faecum per os, aliisque gravissimis symptomatibus; *volvolo. Plin. 30. 20. 1.* Gravissimum vitium ileos appellatur. *Id. 20. 23. 3.* Contra ileum allium in oleo et pulte. *Id. 30. 19. 1.* Sevum ovium ileo medetur. Et *32. 31. 7.* Ileos et inflationes castorea sanant. — *Cels.* quoque de hoc morbo verba facit, sed εἰλεὸς Graece scribit *4. 13.* Adde *Isid. 4. Orig. 6. 14.* V. loc. in ILIA §. a. et *Plin. 20. 31. 17.*

ĪLĔŌSUS. V. ILIOSUS.

ĪLĔTUM, i, n. Nomen ab *ilex,* quo significatur locus ilicibus consitus. *Gloss. Cyrill.* Ῥοπών; hoc iletum. Cf. ILICETUM.

ĪLĔUS, i, m. V. ILEOS.

ĪLEX, Īlĭcis, f. Nomen arboris glandiferae, quam ab *eligo* ve-

Digitized by Google

catam refert *Isid. 17. Orig. 7. 28.*, quod homines huius arboris fructum primum ad victum sibi elegerint (!) — **b)** Derivata, *iletum*, *ilicetum*, *iliceus*, *iligneus*, *iligneus*. — Est autem

ILEX, Italice *elce*, *leccio* [*Quercus ilex*, *Linn.*], arbor glandifera, folio aculeato et non deciduo, non florens, fructum novum ferens cum annotino pendentem, materie tota ossea, et sine medulla, quaeque in laminas secari apta est; fructus eius est glans et coccum, de quo V. suo loco. Eius duo sunt genera: unum aculeato folio, ut dictum est: alterum oleae non absimili. Est etiam mascula et femina: illa glandem negatur ferre. Haec ex *Plin. 16. 8. 1.*, *ibid. 12. 1.*, *ibid. 32. 1.*, *ibid. 33. 2.* et *ibid. 38. 1.* et *seqq.* V. etiam dicta in AQUIFOLIUS §. 1. et 2. — *Virg. 7. Ecl. 1.* Forte sub arguta consederat ilice Daphnis. *Id. 12. Aen. 701.* coruscis ilicibus fremit Apenninus. *Lucan. 3. 440.* nodosa ilex. *Martial. 6. 64.* hirsuta. *Horat. Epod. 15. 5.* procera. *Ovid. 3. Art. am. 149.* ramosa. *Id. 2. Amor. 6. 49.* nigra nemus ilice frondens. *Id. 2. Fast. 165.* densa niger ilice lucus. *Id. 16. Heroid. 54.* locus piceis ilicibusque frequens. — **β)** Pro fructu ilicis sive glande, poëtice. *Martial. 14. 70.* Porcus ilice pastus.

ĪLĬA, ium, ibus, n. Nomen. quod *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 81.* et *104. Müll.* ducit ab *ina*, quae pars chartae est tenuissima » (V. INA). Rectius fortasse *Isid.* ab *ileos* ducit *4. Orig. 6. 14.* « *Ileos*, dolor intestinorum, unde et *ilia* dicta sunt, Graece enim εἰλεῖν *obvolvere* dicunt: quod se intestina prae dolore involvant. » V. ILEOS. — **b)** Alia forma est *ilium*, *ii*, in *Not. Tir.* Ilium, pulmo, pulmunculus. — Et in plur. num. *ilia*, ōrum, apud *Cels. 4. 1. sub fin.* Vulva super rectum intestinum progressa, ilia feminae latera sua innectit. Ubi *Celsus* intelligit ossa illa, quae hinc inde, inter coxas et pubem, in imo ventre posita sunt. — **c)** In singulari num. est *ile*, *ilis*, si *Servio* est fides, ad *7. Aen. 499.*, ubi refert frigidum dictum *Marulli mimographi* de guloso homine: *Tu Hectorem imitaris: ab illo nunquam recedis*, monetque *ab illi* debuisse dicere: sed ille ad Ilium Phrygiae alludebat. — Ceterum *ile*, *is*, non est in usu Latino, docente etiam *Charis. 1. p. 72. Putsch.* carere hanc vocem singulari numero. — **d)** Derivata, *iliacus*, *iliosus*. Cf. ILIARIA et EXILIS §. a.

ILIA proprie sunt in animali cavitates sivi utrinque ad latera, ab imis costis, et praecordiis usque ad imum ventrem et pubem; *fianchi*: quae in respiratione attolluntur et contrahuntur, in cursu vero et anhelitu maxime concutiuntur. *Ovid. 3. Met. 216. de cane venatico.* Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon. *Virg. 3. G. 506.* imaque longo Ilia singultu tendunt. *Lucan. 4. 626.* terga viri cedentia victor Alligat, et medium compressis ilibus arctat. *Plin. 20. 13. 1.* Contra iocinoris ac lienis, ilium, lumborum, et renum vitia. *Virg. 7. Aen. 499.* actaque multo Perque uterum sonitu, perque ilia venit arundo. *Sence. Here. Fur. 545.* Aurato religans ilia balthco. — **β)** *Rumpi ilia* dicuntur, cui spiritus deficit. *Virg. 7. Ecl. 25.* Pastores, hedera crescentem ornate poëtam, Arcades; invidia rumpantur ut ilia Codro; *accioccbè crepi di rabbia*. — **γ)** Sic *ducere* vel *trahere ilia* dicuntur, quum prae lassitudine fit respiratio difficilis, et progredi amplius non potest. *Horat. 1. Ep. 1. 8.* Solve senescentem mature sanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus, et ilia ducat; *batta il fianco*. Sic *Plin. 26. 15. 2.* lumentis non tussientibus modo, sed ilia quoque trahentibus verbascum auxiliatur. — **δ)** Deinde

II. *Ilia* universim dicuntur viscera, et venter. *Horat. Epod. 3. 4.* O dura messorum ilia! *Ovid. Ib. 171.* Unguibus et rostro tardus trahet ilia vultur. *Virg. 10. Aen. 778.* Egregium Antoren latus inter et ilia figit. *Ovid. 4. Met. 119.* demittit in ilia ferrum. — **ε)** Hinc *ilia* vocantur etiam intestina quaedam delicatiora in cibis, ut lumbi, sumen, renes, omentum, hillae, et huiusmodi, quae et lactes appellantur. *Horat. 2. Sat. 8. 30.* Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi. *Martial. 10. 45.* Ilia Laurentis cum tibi demus apri. *Iuvenal. 5. 136.* Da Trebio: pone ad Trebium: vis, frater, ab istis ilibus? — **ζ)** Speciatim *Plin. 11. 85. 1.* tradit, *ilia* dici venas inter vesicam et alvum ad pubem tendentes. Et fortasse ibi esse creditum est sedem libidinis, ut eo pertineat illud *Catull. 11. 19.* Nullum amans vere, sed identidem omnium Ilia rumpens. — **η)** Translate *ilia* dicitur venter, seu cavitas vasorum. *Iuvenc. 2. 140.* in *Ioann. 2.* Sex illic fuerant saxis praepulcra cavatis Vascula, quae ternis aperirent ilia metris.

ĪLĬĂCUS, a, um. Adiect. ab *ilia;* ad ilia pertinens. *Cael. Aurel. 5. Acut. 17. ad fin.* Si quisquam iliacam evaserit passionem, necessario ex supradictis dysentericus fiet. *Id. ibid. 20.* Iliacus dolor. Adde *ibid. 21.* — **β)** Absolute, substantivorum more,

ILIACUS, i, m. Qui ilium dolore laborat. *Cael. Aurel. 5. Acut. 17.* ad *fin.* In iliacis, patientis loci causa, potus quantitatem minuendam existimat.

ĪLĬĀRĬĂ, ium, n. *Auct. Append. ad Prob. Art. min. n. 28. p. 441. Endl.* inter nomina generis neutrius et semper pluralia recenset quoque *iliaria*, *iliaribus*, quod cl. editor mutaret in *Hilaria*.

ĪLĬCĔT. Adverb. ab *ire* et *licet* per syncopen, ut docent *Donat.* ad *Ter. Phorm. 1. 4. 31.* et *Serv.* ad *2. Aen. 424.*, seu potius ex imperativo *i* (ab *eo*) et *licet*, quemadmodum ex *vide* et *licet* factum est *videlicet*, formula enim antiquissima fuit ad finem rei significandam, et populum dimittendum. Huic alteri sententiae favere videtur *Celsus* apud *Charis. 2. p. 180. Putsch.*, qui refert Antiquos *ilicet* pro *eas licet* posuisse. Nihilominus Veteres videntur ita vocabulum tractasse, quasi ex *ire* et *licet* compositum esset. — **b)** Male autem quidam *illicet* scribunt geminato *l*. Nam quod aiunt *e* vocis *ire* extrito, relinqui *irlicet*, sed *r* sequente *l*, mutari in *l*, ut fit in *pellicio*, *pellego*, *intelligo*, et aliis, id nihil ad rem facit, quia in *ilicet* non est mutatio, sed totius syllabae syncope, ut fit in *scilicet*, et *videlicet*, ubi eadem syllaba *re* eliditur. — **c)** A Librariis hanc particulam aliquando permutatam fuisse cum *scilicet* (ut in illo *Sall. Iug. 41.*, quem *Forcellinus* attulit in suo *Lexico* §. 2., qui responderet nostro §. 5.), et *illico*, monet *Hand*, *Turscll. T. 3. p. 201.*

ILICET formula est solemnis et antiquissima, quam praeco apud Romanos usurpabat, ad finem rei significandum, ut *Actum est*, in sacrificiis, in dimittendo senatu, in dimittendis iudicibus de consilio, et huiusmodi, ut tradunt *Donat.* in *Phorm. 1. 4. 31.* et in *Heaut. 5. 2. 20.* et *Serv.* in *2. Aen. 424.* Hac etiam voce praefica in funeribus, cadavere ustulato, ceterisque rite peractis, utebatur, teste *Serv.* in *6. Aen. 216.* et *231.*, ubi haec *novissima verba* dicuntur. — **β)** Sed etiam extra solemnes ritus hoc modo loquebantur ii, qui discedendum esse et rem actam significabant. Quare refertur et ad personam eius, qui loquitur et ad alteram personam, ut sit *ire et licet*. *Ter. Phorm. 1. 4. 50.* Ilicet. Quid hic conterimus operam frustra? *Andiamone. Id. Heaut. 5. 2. 21.* Ilicet. Ne te admisce etc. *Finiamola*, *andiamo* vel *vattene* vel *la cosa è fatta* vel *non c'è altro*. Semper enim, ut ait *Donatus*, hic quoque, finem rei significat, ut *actum est*. Adde *Plaut. Truc. 2. 7. 55.* — *Plaut. Capt. 3. 1. 9.* Ilicet parasiticae arti maximam in malam crucem. *Vada alla malora l'arte parasitica* — **γ)** Deinde

II. *Ilicet* transfertur ad rem perditam vel desperatam, ubi quis se ad extremum pervenisse pronunciat; *la è fatta*, *tutto è finito*. *Plaut. Amph. 1. 1. 181.* Neque miser me commovere possum prae formidine. Ilicet, mandata heri perierunt, una et Sosia. *Ter. Eun. 1. 1. 9.* actum est, ilicet, Peristi, eludet, ubi te victum senserit. Et *2. 3. 55.* Ipsa est: ilicet: Desine, iam conclamatum est. *Plaut. Cist. 4. 2. 57.* Actum est: ilicet: me infelicem et scelestam! Adde *Cure. 1. 3. 50.* — His locis Grammatici, re non satis perspecta, ut ait *Hand*, *Turscll. T. 3. p. 200.*, acceperunt tanquam interiectionem graviter ingemiscentis. Cf. *Charis. 2. p. 181. Putsch.* V. infra §. 6. — **δ)** Est etiam animi acquiescentis in re confecta. *Plaut. Epid. 3. 2. 19.* Ilicet: vadimonium ultro mihi facit; *via*, *alla fine*. — **ε)** Quia vero, hac voce pronunciata, cito discedebatur, inde apud Scriptores praesertim aevi Augustei

III. *Ilicet* usurpari coepta est pro cito, celeriter, statim, confestim; *subito*, *in pochissimo tempo*, *tostamente*. *Virg. 2. Aen. 758.* Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento Volvitur. *Id. ibid. 424.* Ilicet obruimur numero. Et *8. ibid. 275.* Fugit ilicet ocior Euro Speluncamque petit. *Tibull. 2. 6. 15.* Acer Amor, tractas utinam, tua tela, sagittas Ilicet extinctos aspiciamque faces. *Stat. 1. Theb. 22.* Ilicet igne Iovis lapsique citatior astris Tristibus exsiluit ripis. — **ζ)** *Festus* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.* exponit *ilicet*, sine dubio: quem sensum habere posset, inquit *Dacerius*, locus *Terentii Eun. 1. 1. 9.* allatus §. 3. supra: quem ipsum locum referens *Charis. 2. p. 181. Putsch.* putat, *ilicet* pro *hem* poni, ut sit *hem peristi!* Cf. *Hand*, *Turscll. T. 3. p. 201.*

ĪLĬCĒTUM, i, n. Nomen ab *ilex*, quo significatur locus ilicibus consitus; *lecceto*. *Martial. 12. 18.* Surgentem focus excipit superba Vicini strue cultus iliceti. *Festus*, sub v. *Tifata*, *p. 366. Müll.* Tifata iliceta.

ĪLĬCĔUS, a, um. Adiect. ab *ilex;* qui est ex ilice; *di elce*. *Stat. 6. Theb. 101.* Ornique, iliceaeque trabes. *Mago et Vegoia, de limitib. p. 257. Goës.* Palos iliceos picatos pro terminis sub terra defiximus. Adde *Sicul. Flacc. de condit. agror. p. 4. ibid.*

ĪLĬCO. V. ILLICO §. b.

ĪLIGNĔUS, a, um. Adiect. ab *ilex*, idem quod iliceus; *di elce*. *Colum. 6. 3. ad fin.* Iligneа, quernea, laurea frons. Et *7. 6.* Ilignei querneique frutices. *Cato*, *RR. 18.* Subscudes ilignеas adindito.

ĪLIGNUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedens. *Ter. Adelph. 4. 2. 46.* Lectulos ilignis pedibus faciundos. *Prisc. an. 2. p. 557. legit* iligneus. *Virg. 3. G. 530.* Currentem ilignis potare canalibus undam.

ĪLĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *ilia;* qui ex ilibus laborat. — Absolute *Plin. 20. 15. 2.* Praxagoras et iliosis dandos censet *(raphanos)*: quo loco sunt qui legunt *ileosus*, et ducunt ab *ileos*, quam vocem vide.

ĪLĬUM, ii, n. V. ILIA §. b. et c.

ĪLĬUS. V. ILLE §. d.

ILLĀ. Adverb. V. ILLE, a, ud. §. 18.

* ILLĂ et Ila, ae, f. Afferunt quidam Lexicographi tanquam deminut. ab *ina*, auctoritate *Festi* apud *Paul. Diac. p. 81.* (sub v. *Exilis*) et

104. Mull., sed in his locis *illa*, non *ila* vel *illa* legimus; quare vox haec, aliunde minime nota, nihili habenda est. V. INA.

ILLĂBĔFACTUS et inlabefactus, a, um. Adiect. participiorum more effictum, ab *in* privativa et *labefactus;* illaesus, minime labefactus; *incorrotto, non guasto, non distrutto. Ovid. 4. Pont. 8. 9.* Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis, Quae semper maneant illabefacta precor. Et *ibid. 12. 29.* haec viridi concordia coepta inventa Venit ad albentes illabefacta comas.

ILLĂBOR et inlabor, ābĕris, apsus sum, ābi. Verbum intransitiv. forma deponens, ab *in* intentiva et *labor*. — **b)** Particip. *illabens* §. 1., *illapsus* §. 2. — **c)** Derivatum, *illapsus, us*.

ILLABOR proprie est supra vel intus labor, incido, influo; *cadere, scorrere dentro, entrare. Plin. 5. 31. 2.* Ad decimum a Mileto stadium lenis illabitur mari. *Cic. 2. Nat. D. 54.* In stomachum primo illabuntur ea, quae accepta sunt ore. *Horat. 3. Od. 3. 7.* Si fractus illabatur orbis; *gli cada sopra. Stat. 1. Achill. 138.* tepet illabentibus astris Pontus. — *Lucan. 3. 281.* Coniugis illabi lacrimis; *h. e.* mori. — **2)** Translate. *Cic. 1. Fin. 11.* Si ea sola voluptas esset, quae quasi titillaret sensus, ut ita dicam, et ad eos cum suavitate affluceret et illaberetur; *s'insinuasse.* Et *2. Leg. 15. ad fin.* Sensim pernicies illapsa civium in animos. *Virg. 3. Aen. 89.* Da, pater, augurium, atque animis illabere nostris.

* ILLĂBŌRĀTUS et inlaboratus, a, um. Adiect. participiorum more effictum, ab *in* privativa et *laboratus;* incultus, sine labore confectus, inelaboratus; *non lavorato. Senec. ep. 90. ad fin.* Terra ipsa fertilior erat illaborata, et in usus populorum non diripientium larga. — **2)** Translate. *Quintil. 10. 1. ad fin. de Ciceron.* Cum interim haec omnia, quae vix singula quisquam intentissima cura consequi potest, fluunt illaborata. *Id. 12. 2. 2.* Virtus obvia et illaborata; *acquistata senza fatica.* Et *ibid. 10. in fin.* Fructus illaborati offerunt sese.

ILLĂBŌRĬŌSUS et inlaboriosus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *laboriosus;* numquam non laboriosus, indefessus. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀκμαστος; inlaboriosus. Cf. voc. seq.

ILLĂBŌRO et inlaboro, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *laboro;* in re laboro; *affaticarsi intorno a qualche cosa. Tacit. Germ. 46. ad fin.* Venari beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus. Cf. voc. praeced.

ILLAC. Adverb. ab *illa*, ablativo absolute posito, et particula *ce* demonstrativa, quod significat motum per locum, remotum tamen ab eo, qui loquitur; *per qual luogo. Plaut. Rud. 1. 3. 30.* Hac an illac eam, incerta consilii sum. *Id. Asin. 3. 3. 152.* Angiporto illac per hortum circuit clam. *Ovid. 8. Met. 186.* At coelum certe patet: ibimus illac. — **2)** Cum oppositione *hac . . . illac;* V. HAC §. 3. — **3)** Refertur etiam ad agendi modum. *Cic. 7. Att. 5. circa med.* Omnes damnatos, omnes ignominia affectos illac facere; *h. e.* illi parti favere. *Est qui legit* illuc.

II. ILLAC *pro* illa, pronomine, V. in ILLE, a, ud. §. 1.

Nota. Vide etiam de hac particula *Hand, Turtell. T. 3. p. 202.*, coll. *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 29.*

ILLĂCĔRĀBĬLIS et inlacerabilis, le. Adiect. ab *in* privativa, et *lacerabilis;* qui lacerari non potest, vel non laceratus. *Sil. 3. 137.* spolium, quod rege superbus Boiorum caeso capiti illacerabile victor Aptarat.

ILLĂCESSĪTUS et inlacessitus, a, um. Adiect. participiorum more effictum, ab *in* privativa et *lacessitus;* minime lacessitus; *non provocato. Tacit. Agric. 20.* Ut nulla Britanniae nova pars illacessita transierit. *Id. Germ. 36.* Marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt.

ILLĂCRĬMĀBĬLIS et inlacrimabilis, le. Adiect. ab *in* privativa et *lacrimabilis;* lacrimis non decoratus; *non compianto. Horat. 4. Od. 9. 26.* sed omnes illacrimabiles Urgentur ignotique longa Nocte, carent quia vate sacro. — **2)** Item inexorabilis, qui tam durus est, ut ad lacrimas, aut ad misericordiam commoveri non possit; *che non si muove a pietà, crudele. Id. 2. ibid. 14. 5.* Non si tricenis, quotquot eunt dies, Amice, places illacrimabilem Plutona tauris.

ILLĂCRĬMĀTUS, a, um. V. voc. seq. §. 3.

ILLĂCRĬMO et inlacrimo, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, sed deponentium more, ab *in* intentiva et *lacrimo*. — **b)** De scribendi ratione V. in LACRIMA. — **c)** Particip. *illacrimans* §. 1., *illacrimatus* §. 3.

ILLACRIMO proprie est valde lacrimo, defleo, fleo, lacrimo; *lagrimare, piangere.* Absolute. *Horat. 2. Sat. 5. 105.* si paulum potes illacrimare, est Gaudia prudentem vultum celare. *Cels. 2. 6.* Oculi lumen refugiunt et illacrimant. *Liv. 25. 24. a med.* Illacrimasse dicitur partim gaudio, partim vetusta gloria urbis. *Albinov. 1. 289.* Saepe Nero illacrimans submissa voce loquetur. *Cic. Senect. 9. de Milone.* Qui asperisse lacertos suos dicitur illacrimansque dixisse. *Suet. Aug. 66.* Ceterum et illacrimavit et vicem suam conquestus est. — **2)** Relative *illacrimare alicui rei* est propter rem quampiam lacrimas fundere. *Cic. 3. Nat. D. 33.* Quid dicam de Socrate? cuius morti illacrimari soleo, Platonem legens. *Liv. 40. 56.* Qui meo infelici errori unus illacrimasti. *Ovid. 5. Trist. 8. 6.* illacrimare malis. *Suet. Vesp. 15.* etiam iustis suppliciis. Adde *Vel. poët.* apud *Cic. 2. Tusc. 9.* — **3)** Deponentium more cum accusativo. *Iustin. 11. 12.* Eiusque mortem illacrimatum Alexandrum. — **4)** Translate. *Virg. 1. G. 480.* Et moestum illacrimat templis ebur aeraque sudant. *Colum. 10. 25.* Aut fons illacrimet putei non sede profunda; *h. e.* modicas fundat aquas.

ILLĂCRĬMOR, aris, ātus sum. V. voc. praeced. §. 2. et 3.

ILLACTĔNUS. V. ILLATENUS §. 2.

ILLAE et ILLAEC. } V. ILLE, a, ud. §. d. et h.

ILLAESĒ et inlaese. Adverb. ab *illaesus;* inoffense, sine laesione. *Paulin. Nolan. 21. carm. 157.* Potuisset illaese periclo abrumpere.

ILLAESĪBĬLIS et inlaesibilis, le. Adiect. ab *in* privativa et *laesibilis*, quod est a *laedo;* qui laedi non potest. *Lactant. Ira D. 17. a med.* Ira in Deo esse non potest, quia illaesibilis est. Adde *Tertull. advers. Valentinian. 27.*

ILLAESUS et inlaesus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *laesus;* minime laesus; *illeso, non offeso. Plin. 18. 40. 4.* Gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium illaesam. *Ovid. 15. Heroid. 168.* illaeso corpore pressit aquas. *Senec. ep. 9. ad fin.* Qui per ferrum, et ruinas, et ignes illaesus et indemnis evasit. *Stat. 6. Theb. 99.* brumaque illaesa cupressus. *Al. leg.* brumaeque. *Martial. 1. 7. de Ganimede ab aquila rapto.* illaesum timidis unguibus haesit onus. — *Plin. 23. 27. 3.* Sentiebat ictum, alias illaeso similis. Adde *Suet. Tib. 68.* et *Claud. 16., Ovid. 2. Met. 826., 12. ibid. 489.* et *Sil. 5. 125.* — Deinde

II. *Illaesus* est etiam ab *in* intentiva et *laesus*, ut sit idem ac laesus: quo sensu quidam afferunt illud *Lactant. 4. 26. ante med.* Quae illaesis affectisque corporibus adhibebat, ea spiritualium figuram gerebant. *At rectius alii leg.* laesis, *alii* in laesis.

ILLAETĀBĬLIS et inlaetabilis, le. Adiect. ab *in* privativa et *laetabilis;* non laetus, iniucundus, tristis; *tristo, malinconioso. Virg. 3. Aen. 707.* Hinc Drepani me portus, et illaetabilis ora Accipit. Et *12. ibid. 619.* Confusae sonus urbis, et illaetabile murmur. *Stat. 5. Theb. 633.* onus illaetabile; *h. e.* infaus mortuus. Et *3. ibid. 706.* grave et illaetabile munus. *Senec. Troad. 861.* Hymen funestus, illaetabilis.

ILLAEVĬGĀTUS vel illevigatus, et inlaevigatus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *laevigatus;* minime laevigatus. — Translate. *Diomed. 3. p. 499. Putsch.* Fragosi versus sunt, qui illaevigato sono et incondito variantur; *h. e.* aspero.

ILLAEUS. V. ILLE. §. d.

ILLĀMENTĀTUS et inlamentatus, a, um. Adiect. participiorum more effictum, ab *in* privativa et *lamentatus;* minime lamentatus, indefletus; *non compianto. Vulg. Interpr. 2. Machab. 5. 10.* Qui insepultos multos abiecerat, ipse et illamentatus et insepultus abiicitur.

ILLANC. V. ILLE, a, ud, §. i.

ILLAPSUS et inlapsus, a, um. V. ILLABOR. §. 2.

ILLAPSUS et inlapsus, us, m. Verbale ab *illabor;* actus illabendi, influxus. *Colum. 2. 2. ante med.* Ne praecludatur humoris illapsus, atque exitus. — *Sil. 3. 463.* At gregis inlapsu fremebundo territus acris Expavit moles Rhodanus. *Alii leg.* allapsu. V. loc. — **2)** Translate. *Chrysolog. Serm. 157. ad fin.* Hinc est, fratres, quod Spiritus Sanctus tunc toto se fudit illapsu, quando etc.

ILLĂQUĔĀTUS et inlaqueatus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *laqueatus*, vel particip. ab *illaqueo*, contraria tamen significatione (V. voc. seq.). Utramque enim complectitur *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 113. Mull.* Inlaqueatum alii pro vincto utuntur, alii pro soluto. — **2)** Deinde, ab *illaqueo* ductum, est laqueo constrictus. V. voc. seq. §. 2.

ILLĂQUĔO et inlaqueo, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *laqueo*. — Particip. *illaqueatus* §. 2. — Proprie est laqueo constringo; *allacciare, prender ne' lacci. Prudent. 3. Cathemer. 41.* Callidus illaqueat volucres Aut pedicis dolus, aut maculis. — **2)** Translate. *Horat. 3. Od. 16. 15.* munera navium Saevos illaqueant duces. *Cic. Har. resp. 4.* Illaqueatus iam omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium. *Primas. 4. Comment.* in *Apoc. 17.* Sub mentita specie veritatis illaqueare desiderat.

ILLARGĬO. V. INLARGIO.

ILLĀTĀBĬLIS et inlatabilis, le. Adiect. ab *in* privativa et *latabilis*, quod est a *latus;* latitudine carens; *che non ha larghezza. Gell. 1. 20. extr.* Euclides γραμμὴ, inquit, est μῆκος ἀπλατές: quod exprimere uno Latino verbo non queas, nisi audeas dicere, illatabile.

* ILLĂTĔBRĂ et inlatebra, ae, f. Nomen ab *in* privativa et *latebra;* locus, ubi latere nihil potest. *Plaut.* apud *Macrob. 2. Saturn. 12.* Cuius ego latus illatebras reddam meis dentibus et manibus; *h. e.* discerpam et comedam. *Al. melius* in latebras *leg.* De acipensere loquitur.

ILLĂTĔBRO et inlatebro, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *latebro;* in latebris abscondo, intus abscondo; *ascondar dentro.*

Claud. Quadrigar. apud *Gell. 17. 2.* et *Non. 2. 466.* Arma plerique abiiciunt, atque inermes illatebrant sese. Ubi *Gell. illatebrant* verbum poëticum visum est, sed non absurdum, neque asperum. *Onom. Lat. Gr.* Illatebro; *ἐνασκερύτω*.

ILLĀTĔNUS. Adverb. ab *illa* et *tenus;* usque ad id vel illud; *sino a quel segno o luogo, sino a tal punto. Apul. Apol. 82.* Ipsas mulieris litteras illatenus, qua dixi, legendas praebebat. *M. Aurel.* ad *Front. de fer. Alsiens 4.* (edente iterum *Mai*). Illatenus dolueris, mi magister, si me compotem voti Dii boni faciunt. — **B)** Pro *illatenus* etiam *illactenus*. Eodem sensu afferunt quidam *Gell. 16. 19.* Precum eius commiseritum esse illactenus, ut ei necem afferre temperarent. *Sed alii leg.* illatenus.

ILLĀTĬO et Inlatio, ōnis, f. Verbale ab *infero;* actus inferendi, invectio; *il portar dentro. Ulp. Dig. 11. 7. 2.* et *4.* Illatio mortui, sepulturae causa. *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. n. 45.* Piaculum factum ob ferri inlationem, scripturae et scalpturae marmoris causa. — **B)** Translate. *Paul. S. Sentent. tit. 4. §. 1.* Iniuriam patimur in corpus, verberibus, et illatione stupri. — *Novatian. de cibis Iudaic. 3.* Legis congruens et spiritalis illatio remittatur. *Alii leg.* retinetur. — **C)** Specialim

II. *Illatio* est tributorum solutio. *Cassiod. 3. Variar. 16.* Sensimus auctas illationes: vos addita tributa nescitis. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 30. 14.* A viginti annis et supra dabunt illationem domino; *h. e.* pretium, ut habet *Vulgata* nostra. — **D)** Item apud Philosophos conclusio argumenti; *illazione. Apul. S. Dogm. Plat.* Dico illationem, vel illativum rogamentum, quod acceptionibus colligitur et infertur. Adde *ibid.* saepe. Cf. INDUCTIO et V. *Hildebr.* ad *Apul. T. 2. p. 269.*

ILLĀTĪVUS et Inlativus, a, um. Adiect. verbale ab *illatus;* inferens, aut concludens, ut illativum rogamentum. V. vocem praeced. §. 4. — **B)** Specialim *Plin.* apud *Diomed. 1. p. 410. Putsch.* Illativae particulae, ut quamquam, quamvis, etsi, tametsi. *Priscian. 16. p. 643. Kr.* Illativae coniunctiones.

ILLĀTOR et Inlator, ōris, m. Verbale ab *infero;* qui infert. — Translate. *Boëth. Cons. Phil. 4. prol. 4. a med.* miserior igitur tibi iniuriae illator, quam acceptor essé videretur.

ILLĀTRIX et Inlatrix, īcis, f. Verbale ab *infero;* quae infert; *apportatrice.* — Translate. *Augustin. 4. contra Iulian. 51.* Sequitur ut pudicitia virginalis sit felicitatis illatrix.

ILLĂTRO et Inlatro, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *latro;* latro, vel intus latro. *Sil. 13. 845.* Illatrat ieiunis faucibus Orcus. *Lucan. 6. 729.* Manibus illatrat, regnique silentia rumpit.

ILLĀTUS et Inlatus, a, um. Particip. verbi *infero;* intus latus; *portato dentro. Curt. 8. 2.* Interiora, nisi lumine illato, obscura sunt. *Id. ibid. 1.* Parmenionis cum honore mentio illata; *fatta.* Et *4. 12.* Temere illati praesidiis hostium; *entrati. Iustin. 2. 8.* Illatum Atheniensibus bellum; *portata contro. Cic.* apud *Colum. 12. 1.* Res illatas custodire; *portate in casa. Plin. 18. 37. 6.* Arbor in domum illata. *Id. 14. 17. 1.* Chium vinum domum suam illatum dicebat tum primum. Et *7. 48. 3.* A quatuor filiis illatus rogo. *Caes. 1. B. G. 39.* Alius alia causa illata; *addottò chi uno, chi un altro pretesto.* Et *50.* Multis et illatis et acceptis vulneribus. *Id. 6. ibid. 14.* Illatas iniurias propulsare. *Paul. Dig. 40. 4. 55.* Illata pecunia; *h. e.* soluta; *danaro contato, sborsato.* V. INFERO.

ILLAUDĂBĬLIS et Inlaudabilis, le. Adiect. ab *in* privativa et *laudabilis;* qui laudari non potest, laude indignus; *indegno di lode, biasmevole. Stat. 3. Silv. 3. 33.* iuvat illaudabile carmen Fundere, et incompte miserum laudare dolorem. Adde *Gell. 2. 6.* V. ILLAUDATUS.

ILLAUDANDUS et Inlaudandus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *laudandus;* non laudandus, illaudabilis. *Cyprian.* vel *Tertull. carm. 3. advers. Marcion. 181.* plebis facta illaudanda revolvit.

ILLAUDĂTUS et Inlaudatus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *laudatus;* laude carens; *non lodato. Plin. 9. ep. 26.* Gubernator cum placido mari vehitur, admirante nullo, illaudatus, inglorius subit portum. *Stat. 11. Theb. 10.* memorandaque facta relinquens Gentibus, atque ipsi non illaudata Tonanti. *Sil. 14. 630.* qui sorte pudenda in morem pecudum effudere cubilibus atris Illaudatam animam. *Claudian. 2. in Rufin. 223.* magno certatur amore, Alternamque fidem non illaudata lacessit Seditio; *non indegna di lode.* — **B)** Notum est illud *Virg. 3. G. 4.* quis aut Eurysthea durum, Aut illaudati nescit Busiridis aras? Ubi *Servius:* Busiridis laudes scripsit Isocrates: unde *illaudati* participium est pro nomine: ut sit illaudabilis, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruerit, ut est illud in *7. Aen. (v. 11.) Dives inaccessos ubi Solis filia lucos*, pro *inaccessibiles:* non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debeat. Haec *Servius.* Non defuere, qui Virgilium reprehenderent, quasi otiosum epitheton Busiridi, qui immanissimus tyrannus fuit, adiunxerit. Quibus duo respondet *Gell. 2. 6.* Primum est eiusmodi. Nemo quisquam tam afflictis est moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat. Sed enim qui omni in re laude omni vacat, is illaudatus est, isque omnium pessimus deterrimusque est. Omnis culpae privatio inculpatum facit: inculpatus autem instar est absolutae virtutis: illaudatus igitur finis est extremae malitiae. Simili ratione *inamabilem undam* Stygis dixit *Virg. 6. Aen. 438.*, et *inamoena regna* Plutonis *Ovid. 10. Met. 15.* Nempe detractione laudis omnem vituperationem, amoris omne odium, amoenitatis omnem horrorem significare voluerunt. — **B)** Altero modo *illaudatus* ita defenditur. *Laudare* significat prisca lingua nominare, appellareque. *Illaudatus* itaque, quasi illaudabilis, qui neque mentione, aut memoria ulla dignus, neque unquam nominandus est. Hoc secundum ponit etiam *Nonius 4. 276.* Ex *Gellio* descripsit more suo *Macrob. 7. Saturn. 7.* Sunt etiam, qui ideo *illaudatum* Busirim dici putant, quia cum ab Isocrate laudatus fuerit, ut dictum est, ipsae illae laudes effecerint, ut vituperabilior, odioque magis dignus videretur. — **C)** Ceterum *Virgilius loc. cit.* videtur exprimere voluisse illud *Homeri, Odyss. l. 19. v. 260.* et *297.*, ubi Penelope Ilion urbem vocat *οὐκ ἐυσφαρὸν*; *h. e.* illaudabilem, abominandam, quia illius causa Ulysses tot annis domo sua aberat.

ILLĂVO et Inlavo, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *lavo;* abluo, lerore, illuo. Legitur in *Gloss. Lat. p. 177. n. 229.* Illavare, illuere. V. *Hildebr.* ad *h. l.*

ILLĔ, illa, illud, illius, etc. Pronomen demonstrativum, de quo mox, originis parum certae. Sunt qui putant derivandum esse ab *is*, ut *ille* sit pro *isle*, qua de re viderint Doctiores. — **b)** Ab Antiquis praeferebatur forma *olle* vel *ollus, a, um*, ut infra videbimus. Ad rem *Quintil. 8. 3. ante med.* « Propriis verbis dignitatem dat antiquitas; namque et sanctiorem et magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat usurus: eoque ornamento acerrimi iudicii P. Virgilius unice est usus: *olli* enim et *quia nam* et *mis* et *pone* pellucent, et aspergunt illam, quae etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. Sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda. » Cf. §§. seqq. c. et d. et §. 1. — **c)** Hinc « *aboloes* vel *ab oloes* dicebant pro *ab illis*, Antiqui enim litteram non geminabant, » inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 19. Mull.* — **d)** Ad scribendi rationem etiam pertinent *illei* pro *illi* plur. num. in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1194.* — *Olorum* pro *illorum* in *alia, ibid. n. 185.* — *olleis* pro *illis*, dat. vel ablat. plur. in *aliis, ibid. n. 202. lin. 1.* et *3.* et *n. 605.* — *illeis* pro *illis* item in *alia, ibid. n. 605.*, ubi OLLEIS LEGIBUS ILLEIS REGIONIBUS. — *Ilius* pro *illius* in *fragm.* lapidis apud *Grut. 1029. 13.* — Item *illaeus* pro *illius* in *titulo* apud *Momms. Inscr. Helv. n. 296.* — *Illui* pro *illius* in *alio* apud *Murat. 2088. 3.* (apud *Momms. n. 5196.*). — *Illut* pro *illud* in *alia* apud *Torremuzza, Inscr. di Palermo, p. 17. n. 31.*, coll. *fragm. Cic.* apud *Mai, Class. Auct. T. 2. p. 7.* et *310.* — Huc etiam spectat *Inscr.* apud *Cavedoni, di due antichi Cemet. Crist. p. 67.* « Parentes fecerunt quod eil. le parentibus facere debuit; » ubi legendum videtur *ille* pro *eil. le*, nisi mavis legere *quode ille*, ut illud e Priscorum more voci praecedenti additum fuerit, ut in *aliute, eume, tame* pro *aliud, eum, tam.* — **e)** *Illae* in genitivo (et etiam in dativo) pro *illius* (et pro *illi*) feminino. *Lucret. 4. 1076.* rabies unde illae haec germina surgunt; *h. e.* rabiei illius. *Alii aliter leg.*, sed nihil mutandum; etenim in *Inscr.* apud *Maff. Mus. Ver. 368. 9.* Patronus emit sibi, et illae, et sueis. — **f)** Item *illi* pro masculino *illius. Cato* apud *Priscian. 6. p. 694. Putsch.* Et quis illi modi esse vult? — **g)** *Illibus* pro *illis* in *Gloss. Placidi* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 498.* « Ibulsis *(lege* illibus *cum Ursino);* idest illis. » Cf. *Osann, de pronom. tert. pers. p. 64.* — **h)** *Illaec* pro *illa haec. Ter. Adelph. 3. 4. 63.* Nimia illaec licentia Profecto evadet in aliquod magnum malum. *Plaut. Amph. 1. 1. 260.* Egomet mihi non credo, cum illaec autumare illum audio. *Id. Merc. 2. 1. 16.* Ut una illaec capra Uxoris simiae dotem ambadederit. Adde *Cist. 2. 2. 2.* et *alibi.* — **i)** *Illanc* pro *illam*, sequente vocali, saepe dixit *Plautus*, ut *Cas. n. 1. v. 45.*, *Cist. 1. 2. 4.*, *Most. 3. 2. 36.* etc. — **l)** *Illae* pro *illa*, ablat. fem. *Plaut. Amph. 1. 1. 275.* « in illac hirnea. » *Id. Poen. n. 2. v. 25.* « de illac pugna. » Adde *Amph. 2. 2. 186.* Cf. *Ovid. 6. Fast. 595.* — **m)** *Illi* pro *illic. Ter. Hec. 2. 1. 20.* « Multo melius hic, quae fiunt, quam illi, ubi sum assidue, scio. » Multa alia afferuntur exempla ex *Terentio*, plurima et *Plauto*, unum etiam ex *Virgilio;* in quibus omnibus alii Codices habent *illi*, alii *illic*. *Donatus* in *Terentii Adelph. 1. 2. 36.* et in *Virg. 2. Aen. 348.* tamen *illi* defendit. — V. quae de hac forma disputat *Hand, Tursell. T. 3. p. 205.* et Cf. ILLIC. — **n)** *Illie* pro *ille* pluribus locis usurpant Comici, *Ter. Andr. 3. 3. 1.* et *4. 4. 3.* etc. et *Plaut. Amph. 1. 1. 107. 167. 171. Asin. 2. 2. 6.* et *alibi saepissime.* Est autem dictum per apocopen pro *illiece*, quo Veteres sunt usi, teste *Priscian. 12. p. 698. Putsch.* Hinc *Ter. Haut. 4. 5. 5.* Illaecine mulierem alere cum illa familia? — **o)** *Illim* pro *ille*, aut *illine* habent *Lucret. 5. 575.* et *Pompon.* apud *Non. 1. 66.* Tribuitur etiam *Plauto*, *Poen. 3. 2. 27.*, *Mil. 4. 6. 64.* et *Merc. 3. 1. 13.*, item *Cic. 9. Att. 11.*

ubique tamen dubia est lectio: quae quamvis certa esset, non tamen inde fieret, non obsoletam hanc vocem esse. — Idem esto iudicium de *illim* pro *illinc*, quod *Ciceroni* multis in locis tribuunt *Pareus* in *Lex. Crit.* et *alii*, ut *9. Att. 14.*, coll. *7. ibid. 13.* et *2. Phil. 31.* — **p)** *Illoc* pro *illo* vel *illuc*. *Plaut. True. 3. 1. 3.* « Illoc veni. » Adde *Ter. Andr. 2. 2. 25. (ubi tamen alii leg.* illo) et *fragm. orat. Claudii Imp.* apud *Grut. 502. col. 1. lin. ult.* — **q)** Item *illoc* pro *illo* ablativo. *Plaut. Bacch. 2. 3. 77.* Si me illoc auro tanto circumduxerit. *Id. Men. 2. 1. 26.* Illoc verbo esse me servum scio. Et *4. 1. 10.* Quid nunc cum illoc agam? *Ter. Eun. 3. 6. 53.* Illoc homine opus est. — Item pro *illud*. *Plaut. Bacch. 4. 8. 29.* Hem illoc, paciscere, si potes. — **r)** *Illuc* apud Comicos saepe legitur pro *illud*. *Plaut. Aul. 3. 5. 11.* In maximam illuc populi partem est optimum. *Id. Asin. 2. 11. 17.* Sed quid illuc, quod exanimatus currit hic Leonida? Adde *Ter. Eun. 4. 7. 12.* V. loc. infra §. 6. — **s)** *Illunc* pro *illum*, sequente vocali, saepe usurpatur a *Plauto*, ut *Cure. 4. 4. extr.*, *Mil. 4. 2. 2.*, *Pers. 1. 2.* et *Rud. 4. 4. 140.* etc., et sequente consonante, *Poen. 5. 5. 2.* — **t)** Ad prosodiam vero quod attinet, adnotant eruditi Viri saepe, quod et de derivatis dicendum est, a Comicis, imprimis autem a *Plauto*, *ille*, *illa*, *illas*, *illanc*, *illac*, *illic*, etc. ut monosyllabon adhiberi, aliquando vero prima correpta. V. exempla apud *Weise* in *Lexico Plautino*, et Cf. ad rem *Ritschel* in *Prolog.* ad *Plaut. p. 122.*, *220.* et *260.* — **u)** Derivata, *illac*, *illic*, *illinc*, *illuc*. — **v)** Composita, *illatenus* vel *illactenus*, *illiusmodi*, *illorsum*.

ILLE, illa, illud, pronomen demonstrativum tertiam personam designans tam a loquente, quam ab audiente remotam; *quegli, colui, quello*. *Cato* apud *Gell. 16. 1. fin.* Si quid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet . . . nequiter factum illud apud vos semper manebit. *Cic. 3. Orat. 55.* Sol ille me admonuit. *Id. 1. Rep. 1.* Ad summam senectutem maluit iactari, quam in illa tranquillitate atque otio iucundissime vivere. Adde *ibid. 3.* — *Ollus, a, um*, ἐκεῖνος. *Varr. 7. LL. 3. §. 42.* Apud Ennium: *Olli respondet suavis sonus Egeriai; olli* valet dictum, *illi*, ab *olla* et *ollo*, quorum alterum, comitiis quom recitatur a praecone, dicitur: *olla centuria*, non illa: alterum apparet in funeribus indictivis, quom dicitur: *Ollus leto datus est*. *Cic. 2. Leg. 9.* Nocturna mulierum sacrificia ne sunto, praeter olla, quae etc. *Lucret. 6. 207.* Flammeus est pleramque colos et splendidus ollis. *Virg. 1. Aen. 254.* Olli subridens hominum sator atque Deorum. *Id. 8. ibid. 197.* olli certamine summo Procumbunt. Cf. supra §. b., c. et d. — **2)** Ponitur aliquando absolute, praesertim cum de persona sermo est satis nota ei, quicum loquimur. *Cic. 11. Att. 17. a med.* Illum ab Alexandrea discessisse, nemo nunciat; h. e. Caesarem. Et *18.* De illius ab Alexandrea discessu nihil adhuc rumoris. *Id. 2. Fam. 9.* Quid quaeris? dum illum video, paene sum factus ille; *un altro lui*. — *Cato* apud *Gell. 10. 3. 17.* Servi iniurias nimis aegre ferunt. Quid illos bono genere gnatos, magna virtute praeditos opinamini animi habuisse? *Cic. 1. Orat. 11.* Tum ille: Non sum, inquit, nescius, etc. Adde *6. Fam. 19.* et *20.*, *1. Rep. 9.* et *Sall. Cat. 52.* — Eodem modo et *ipse* adhibetur. — **3)** Item in neutro genere, sequente aliquando genitivo. *Nep. Attic. 8.* Secundum est illud, occiso Caesare, cum respublica penes Brutos videretur esse. — *Suet. Galb. 14.* Galba erat negligentior quam conveniret principi electo atque illud aetatis. *Id. Ner. 26.* Illud horae. — **4)** Interdum reduudare videtur. *Virg. 11. Aen. 809.* Ac velut ille, prius quam tela inimica sequatur, Continuo in montes sese avius abdidit altos, Occiso pastore, lupus. *Ter. Adelph. 3. 2. 8.* Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illum misericordia Repressit. *Tacit. 14. Ann. 55.* Quidquid illud et qualecumque tribuisset. — **5)** In illo *Plauti*, *Most. 2. 1. 31.* Ita ille fexit Iuppiter: τὸ *ille* διεκτικῶς pronunciatur; h. e. oculis, aut digito caelum ostendendo. Similis est usus τοῦ *hic*. V. Hic §. 16. — **6)** *Illud* aliquando redditur Italice; *questo*. *Cic. Quint. 22.* Unum illud dico, si propter etc.; *dico sol questo*. *Ter. Eun. 4. 7. 12.* Illuc est sapere! *questo è esser savio:* illuc pro illud. *Plaut. True. 2. 3. 46.* Nescio quem praestolata est: credo militem: illud est. *Id. Mil. 3. 2. 7. Pa.* Quid, sorbet? *Lu.* illud, stertit, volui dicere. *Senec.* dixit: hoc voluit dicere, *ep. 49. a med.* — **7)** Saepius vero

II. *Ille* nominibus, vel etiam adiectivis, tam in bonam quam in malam partem additur maioris evidentiae ac emphasis gratia. *Cic. 3. Orat. 50.* Antipater ille Sidonius. *Id. 1. ibid. 11.* Vigebat auditor Panaetii illius tui Muesarchus. *Id. Mil. 34.* Ubi sunt equites R. illi, illi, inquam, tui? *si, que' tanto tuoi*. Et *Brut. 26.* A C. Persio litterato homine orationem scriptam aiebant, illo, quem significat valde doctum esse Lucilius. *Vellei. 2. 41.* Magni illi Alexandro simillimus. *Cic. Manil. 9.* Ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur. *Nep. Thrasyb. 4.* Pittacus ille, qui etc. — *Apul. 4. Met. 13.* generosa illa damnatorum capitum funera. *Id. 4. ibid. 2.* A Plutarcho illo inclyto. V. *Hildebr.* ad *h. l.*, ubi alia plura exempla indicat. — **8)** Hac ratione iungitur cum *ego*. *Virg. 1. Aen. 1.* Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena, etc. *Ovid. 1. Met. 757.* ille ego liber, Ille ferox tacui. — **9)** Item cum verbis secundae personae. *Id. 12. ibid. 608.* ille igitur tantorum victor, Achille, Vinceris a timido Graiae raptore maritae? *tu che sei quel vincitore*, etc. *Senec. Hippol. 925.* Ille efferatus, castus, intactus, rudis, Mihi te reservas? *Stat. 2. Silv. 4. 8.* at nunc aeterna silentia Lethes Ille canorus habes. *Val. Flacc. 2. 455.* tuque Ille ades auguriis promisse et sorte Deorum. — **10)** Praeterea

III. *Ille* iungitur et cum aliis pronominibus. *Cic. 1. Orat. 11.* Qui cum illis una idipsum illum Carneadem diligenter audierat. *Cels. 1. 3. circa med.* Ille quoque ipse confessus est. *Cic. Marcell. 2.* Quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna, etc. *Id. 2. Fam. 9.* Itaque cum primum audivi, ego ille ipse factus sum: scis, quem dicam; *mi son fatto io pieno di lui*. *Plaut. Men. prol. 26.* Imponit alterum geminum in navem pater . . . Illum reliquit alterum apud matrem domi. *Nep. Reg. 3.* Ab illo eodem vita privatus dicitur. *Id. Milt. 6.* Idem ille populus. *Virg. 7. Aen. 255.* Hunc illum fatis . . . Portendi generum. *Cic. 5. Tusc. 15.* Hic est enim ille vultus semper idem, quem etc. *Id. 1. Rep. 42.* Est idem ille tyrannus. — **11)** Saepius iungitur cum *hic*, ita ut *ille* ad prius et remotius, *hic* ad propius et secundo loco positum referatur. Saepe tamen etiam res contra se habet. V. Hic §. 12. — **12)** Item cum *quidem*, sequente in altero membro *sed, autem, verum, tamen*. *Id. 3. Offic. 9.* Philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti. *Id. 1. ibid. 29.* Ludo autem et ioco uti illa quidem licet, sed etc. *Id. Brut. 30.* Q. Mucius enucleate ille quidem et polite, ut solebat, nequaquam autem etc. *Id. 10. Att. 4.* Alter bellum comparat, non iniustum ille quidem, . . . suis tamen civibus exitiabile. — *Id. Fat. 18.* Sequi illud quidem, verum etc. — **13)** Huc spectat et illud *Eiusd. 5. Verr. 20.* Non dicam illiue hoc signum ablatum esse et illud; hoc dico, nullum te Aspendi signum, Verres, reliquisse; *non dico, che sia stata tolta questa o quella statua, ma dico* etc. — **14)** In distributionibus aliquando repetitur. *Martial. 7. 10.* quid ad te, De cute quid faciant ille, vel ille sua? *Ter. Phorm. 2. 2. 18.* In illis fructus est, in illis opera luditur. Primus *illis* est pro *his*. *Cic. Rosc. Am. 21.* Credo cum vidisset, qui homines in hisce subsellis sederent, quaesisse num ille aut ille defensurus esset. *Suet. Caes. 41.* Commendo vobis illum et illum. — **15)** *Hi . . . illi* pro *alii . . . alii*. *Plin. 20. 24. 1.* Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum in Athamante reperiatur. — **16)** Absolute, adverbiorum more,

Ex illo (subaudi *tempore*); ex illo tempore; *da quel tempo, da indi in poi, da indi in qua*. *Virg. 2. Aen. 169.* Ex illo fluere, et retro sublapsa referri Spes Danaûm. *Propert. 2. 22. 42.* Ex illo felix nox mihi nulla fuit. *Ovid. 5. Met. 594.* Solis ex illo vivit in antris. — Addito *tempore* dixit *Virg. 1. Aen. 625.* Tempore iam ex illo casus mihi cognitus Urbis Troianae. — **17)** Sic *ex illo, quo* apud *Ovid. 14. Heroid. 83.* Scilicet ex illo lunonia permanet ira, Quo bos ex homine est, ex bove facta Dea. — **18)** Item absolute

ILLA (subaudi via); illac; *per quella via*. *Plaut. Most. 3. 3. 27.* Nunc ego me illa per posticum ad congeroues conferam. *Id. Mil. 2. 3. 16.* Forte per impluvium huc despexi in proximum: Atque ego illa aspicio osculantem Philocomasium, etc. — **19)** Item ab illa parte; *per quel luogo, per quella parte*. *Tacit. 5. Hist. 8.* Ne pervium illa Germanicis exercitibus foret. *Id. 2. Ann. 17.* Incubueratque sagittariis, illa rupturus. *Id. Germ. 34.* Ipsum quin etiam Oceanum illa tentavimus. Cf. *Hand, Turselt. T. 3. p. 202.* et V. ILLAC. — **20)** Item

ILLO (subaudi loco); illuc; *là, in quel luogo:* et indicat motum ad locum. *Plaut. Amph. 1. 1. 48.* Principio ut illo advenimus. *Ter. Andr. 2. 2. 25.* Cum illo advenio, solitudo ante ostium. *Cic. 5. Verr. 38.* Nam illo non saxum, non materies advecta est. *Caes. 4. B. G. 20.* Neque temere praeter mercatores, illo adit quisquam. *Plin. 6. 26. 3.* Achaemenidas usque illo tenuisse. *Tacit. 13. Ann. 69.* Illo propinqua vespera tribunus venit. Adde *Senec. 4. Q. Nat. 2.* et *Plin. 10. ep. 29.* — **21)** Opponitur *Huc. Plaut. Pers. 4. 4. 26.* Vin' huc vocem? *Lo.* Ego illo accessero. *Senec. 2. Q. Nat. 11.* Positiones huc aut illo versae. — **22)** Translate est ad illud, ad illam rem. *Caes. 4. B. G. 11.* Haec omnia Caesar eodem illo pertinere arbitrabatur, ut etc. *Ulp. Dig. 47. 10. 7. §. 2.* Praeterea illo spectat, dici certum de iniuria, quem etc. — **23)** Cum verbis quietis pro ibi, in illo loco, usurpat *Ulp. Dig. 48. 5. 25. §. 5.* Sed si pater alibi habitet, habeat autem et aliam domum, in qua non habitet, deprehensam illo filiam, ubi non habitat, occidere non poterit. V. supra §. p. — Cf. de hac particula *Hand, Turselt. T. 3. p. 214-246.*

Nota. Ad usum huius vocis, praeter ea, quae ex allatis colligi possunt, insuper adnotamus aliquando cum particulis loquelaribus in unam vocem copulari. Sic cum *met* agnoscitur a *Diomed. 1. p. 320.* et *321. Putsch.* « Egomet, tumet, *illemet;* egomet ipse, tumet ipse, *illemet ipse*. » — **2)** Item cum *c* demonstrativa, quae saepius syncopen patitur in *illanc, illunc, illic, illoc, illuc* (V. supra §. 1. et seqq.), vel, accedente interrogativa *ne*, mutatur in *ci*, ut *illancine?*

Digitized by Google

illinccine? V. supra §. n. et Cf. ad rem *Pompei. Comment. in art. Donat. 27. 6., Consent. de Barbarism. 15. p. 21. Putsch., Curt. Valerian.* apud *Cassiod. Orthogr. 5.* etc. — **3)** *Illaec* putatur ex *illa* et *haec*. V. supra §. h.

ILLĔCĔBRA et Inlecebra, ae. Paulo frequentius in plur. num.

ILLĔCĔBRAE et Inlecebrae, ārum, f. Verbale ab *illicio*, quo significatur id omne, a quo ad aliquid faciendum illicimur, lenocinium, incitamentum, invitamentum; *attrattive, allettamenti, inettamenti, solletico*. V. LACEBRAE. — Sumitur fere in malam partem, raro in bonam. *Cic. Somn. Scip. 7.* Suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus. *Id. fragm.* apud *Augustin. 4. contra Iulian. Pelag. 14.* Voluptates corporis vere et graviter a Platone dictae sunt illecebrae atque escae malorum. *Id. 1. Catil. 6.* Irretire aliquem corruptelarum illecebris. *Id. 13. Fam. 16.* Delinitus illecebris voluptatis. *Id. Senect. 12.* Stupra et adulteria, et omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. *Id. Sext. 66.* Duci voluptatibus, et dedere se vitiorum illecebris, et lenociniis cupiditatum. *Horat. Art. P. 222.* Incolumi gravitate, iocum tentavit, eo quod illecebris erat et grata novitate morandus Spectator. *Iustin. 2. 13. extr. Illecebras avium* vocat cadavera in viis exposita. — In sing. numero. *Cic. 2. Catil. 4.* Quae tanta in ullo homine iuventutis illecebra fuit, quanta in illo? *Id. Mil. 16.* Maxima est illecebra peccandi, impunitatis spes. *Id. 1. Leg. 11.* Voluptas est illecebra turpitudinis. *Liv. 10. 4.* et *3. 51.* Pecus in conspectum praesidii Romani propulsum: ad quam illecebram cum commoveretur nemo, etc. *Plaut. Men. 2. 3. 4.* Munditia illecebra animo est amantum. *Gell. 10. 12.* Fallax illecebra admirationum, qua pleraque capiuntur ingenia. *Id. 12. 5.* Delectatus illecebra quaestionis. Et *18. 6.* Ei libro titulus est ingentis cuiusdam illecebrae ad legendum scriptus. — **2)** Metonymice de ipsa persona, quae illicit. *Plaut. True. 1. 2. 88.* Mala es, atque eadem, quae soles, inlecebra. *Id. Asin. 1. 2. 25.* Atque, eccam, illecebra exit tandem. — **3)** Translate pro incantatione. *Apul. Apol. 47.* Magia ista . . . iam inde antiquitus duodecim tabulis propter lucreduudas frugum illecebras interdicta. — **4)** Improprie atque a similitudine

II. *Illecebra* dicitur herba eadem, quae Graece appellatur *andrachne agria*, similis aizoo minori, pusillis foliis, in petris nascens, et usum habens in cibis. *Plin. 25. 103. 1.* et *26. 79. 1.* V. ANDRACHNE §. 2., coll. et §. 1. — Recentioribus est *Sedum stellatum, Linn.*

ILLĔCĔBRĀTUS, a, um. V. voc. seq.

ILLĔCĔBRO et Inlecebro, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *illecebra*; illecebris capio, pellicio. *Augustin. serm. 113. de divers.* Istam processit in lucem, quae oculos carnis illecebrat. — Particip. *illecebratus* in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 538.*

ILLĔCĔBRŌSĒ et Inlecebrose. Adverb. ab *illecebrosus*. — Comparat. *illecebrosius*, infra. — Est cum illecebris. *Plaut. Mil. 3. 2. 36.* Hui! illecebrose; *h. e.* festive, lepide. Sed locus est valde dubius. *Ammian. 30. 5.* Haec ita illecebrosius atque inhumanius agi, loquebatur rumor.

ILLĔCĔBRŌSUS et Inlecebrosus, a, um. Adiect. ab *illecebra*. — Comparat. *illecebrosior* et superlat. *illecebrosissimus*, infra. — Est illecebrae plenus; *allettativo. Plaut. Bacch. 1. 1. 55.* Istoc illecebrosius Pieri nihil potest, nox, mulier, vinum homini adolescentulo. *Prudent. 2. contra Symmach. 144.* Illecebrosus enim sapor est, et pestifer horum. *Ammian. 30. 1.* Illecebrosis regem insidiis ambiens. *Augustin. ep. 155. n. 7.* Si in istâ vita illecebrosissimae voluptatis blandimenta contempsero, etc.

ILLECTĀMENTUM et Inlectamentum, i, n. Verbale ab *illecto*, syllabica adiectione productum; illecebra; *allettamento. Apul. Apol.* Lenoniis patris illectamentis captus. Et *ibid.* Animus magicis illectamentis adornatus.

ILLECTĀTĬO et Inlectatio, ōnis, f. Verbale ab *illecto*, idem quod illectamentum. *Gell. 18. 2.* Demulcentes animum iucundis sermonum illectationibus.

ILLECTO et Inlecto, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. sive intensiv. ab *illicio*. — Particip. *illectans*, infra. — Est valde vel frequenter illicio; *allettare. Tertull. Carm. adv. Marcion. 2. 56.* Promissum *(Deum futurum)* patribus, quos illectaverat ante. *Ambros.* in *Luc. 7. 12.* (apud *Quicherat.* in *Add. Lex. Lat. p. 125.*) Cupiditatum irrationabilis motus, voluptatis lenociniis illectans. *Onom. Lat. Gr.* Illecto; ἐπάγομαι. Adde *Claud. Sacerd. 1. Gramm. 23.*

ILLECTRIX et Inlectrix, īcis, f. Verbale ab *illicio;* quae illicit; *allettatrice. Cassian. 20. Collat. 10.* Materiam avaritiae, illectricem suae deceptionis, abscindat. Adde *Pseudo-Cassiod. de Amic. 25.*

ILLECTUS et Inlectus, a, um. Particip. verbi *illecto;* invitatus, incitatus; *allettato, invitato, tirato. Sall. Iug. 51.* Illectus ad proditionem. Et *102.* Illectus praemio. *Tacit. 13. Ann. 57.* Tunc primum illecti Insochi, gens ante alias socia Romanis. *Id. 4. Hist. 56. extr.* Vocula Gallorum fraude illectus. — **2)** Deinde

II. *Illectus* est etiam adiect. ab *in* privativa et *lectus;* minime lectus; *non letto. Ovid. 1. Art. am. 469.* Si non accipiet scriptum, illectumque remittet; Lecturam spera. Est qui legit *intactus*, sed minus recte. *Apul. Florid. n. 18.* Nec libris illectus, improbatusve. — **3)** Item non collectus; *non raccolto. Caius, Dig. 50. 16. 30.* Stipula illecta sunt spicae in messe delectae, necdum lectae. V. STIPULA.

ILLECTUS et Inlectus, us, m. Verbale ab *illicio;* blanditiae, illectamentum; *allettamento, carezze. Plaut. Bacch. 1. 1. 21.* Magis illectum tuum, quam lectum metuo. *Auct. Itin. Alex. M. 63.* Urbes illectu nobiles petere. *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 41.* Cuius *(interpretis)* illectu illo veneramus. — *Illictus* pro illectus est in *Gloss. Lat. Gr.* Illictum; συναγωγή.

ILLĒGĬTĬMĒ et Inlegitime. Adverb. ab *illegitimus;* non legitime; *illegittimamente: Caius, 1. Institut.* (edente *Goeschenio*) §. 89. Si ancilla ex cive R. conceperit, deinde manumissa pepererit, qui nascitur, liberum nasci, naturali ratione fit: nam hi, qui illegitime concipiuntur, statum sumunt ex eo tempore, quo nascuntur.

ILLĒGĬTĬMUS et Inlegitimus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *legitimus;* legi repugnans, nullum ius habens; *illegittimo.* Affertur exemplum ex *Val. Max. 2. 1. n. 5.* his verbis: Multorum matrimoniorum experientiam quasi illegitimae cuiusdam intemperantiae signum esse credentes. *Sed al. multo rectius leg.* legitimae.

ILLĔMET. V. ILLE in *Nota* §. 1.

* ILLENTESCO et Inlentesco, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *lentesco;* idem quod lentesco. *Colum. 2. 11. sub fin.* Paulum aquae maceratur, dum illentescat. *Al. melius leg.* lentescat.

ILLĔPĬDĒ et Inlepide. Adverb. ab *illepidus;* sine lepore, inficete, invenuste; *sgraziatamente. Plaut. Bacch. 5. 2. 30.* Qui istoc pacto tam lepidam illepide appelles. *Plin. 8. 77. 3.* Animam sui pro sale datam, non illepide existimatur. *Gell. 18. 15.* Non satis scite, ac paene etiam illepide exponuntur. *Horat. 2. Ep. 1. 76.* Poëma crasse inlepideve compositum.

ILLĔPĬDUS et Inlepidus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *lepidus;* sine lepore, invenustus, inelegans, inconcinnus; *senza grazia, sgraziato, sgarbato. Catull. 6. 1.* Deliciae illepidae atque inelegantes. Et *56. 16.* Votum non illepidum, neque invenustum. *Gell. 11. 7.* Verba dura et illepidae novitatis. — **2)** Transfertur ad mores ingratos, difficiles, tristes, inurbanos, agrestes. *Accius* apud *Cic. 3. Nat. D. 29.* Parentem habere avarum, illepidum, in liberos difficilem. *Plaut. Bacch. 4. 3. 5.* Impos animi, inamabilis, illepidus vivo. *Gell. 18. 5. sub fin.* Stolidos vocari non tam stultos et excordes, quam tetros, et molestos, et illepidos, quos Graeci μοχθηρούς, καὶ φορτικοὺς dicunt.

ILLĒTĀBĬLIS et Inletabilis, le. Adiect. ab *in* privativa et *letabilis;* immortalis. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 528.* Inletabilis, sempiternus.

ILLĒTĀLIS et Inletalis, le. Adiect. ab *in* privativa et *letalis;* idem quod praecedens. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 528.* Inletalis, sempiternus.

ILLĒVĬGĀTUS. V. ILLAEVIGATUS.

ILLEX et Inlex, illĕgis, omn. gen. Adiect. ab *in* privativa et *lex*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit. — Est exlex, qui sine lege vivit, qui legi non paret; *senza legge. Plaut. Pers. 3. 3. 4.* Impure, inhoneste, inique, illex, labes populi. *Caecil.* apud *Non. 1. 53.* Quid narras, barbare, cum indomitis moribus illiterate? illex es.

II. ILLEX et Inlex, illĭcis, omn. gen. Adiect. verbale ab *illicio;* qui illicit, vel qui illiciendi vim habet; *allettativo. Apul. Apol.* Illices oculi. *Prudent. 2. in Symmach. 6.* Quo mage sancta ducum corda inlice flecteret arte. *Id. Psychom. 328.* Halitus illex. *Anonym. Exhort. ad Monach. 5.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 18. p. 76.* Condita blanditiis, afflatu illice, etc. — *Lactant. 7. 27. sub init.* Omittendae sunt huius praesentis vitae illices voluptates, quae animas hominum perniciosissima suavitate deliniunt. — **2)** Translate. *Plaut. Poen. 5. 4. 35.* ne nos leno noverit, Qui illi malae rei tantae fuimus illices; *h. e.* qui eum in fraudem malam illeximus. *Apul. Apol. 51.* Illex animi Venus. — **3)** Absolute, substantivorum more,

Illex pro illicio, illecebra. *Plaut. Asin. 1. 3. 67.* aedis nobis area est, auceps sum ego, Esca est meretrix, lectus illex est, amatores aves. Alii cum *Non. 5. 101.* legunt *illix*, ut distinguatur ab *illex*, quod a *lego*. V. ILLICIO §. b. — **4)** Praeterea, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 113. Müll.* Inlices sunt canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis. V. ELICES. — **5)** Denique *illices* dictae videntur aves quaedam in aucupiis, quae ceteras illicinnt, quales feruntur iynges, quae proinde illices *bicodulae* appellantur a *Laev.* apud *Apul. Apol. 30.* V. BICODULUS.

ILLĪ. Adverb. V. ILLE §. m.

ILLĪBĀBĬLIS et Inlibabilis, le. Adiect. ab *in* privativa et *libare;* qui libari, seu minui non potest. *Lactant. 2. 7.* Sapientia illibabilis est, tanquam lux et claritas solis.

ILLĪBĀTUS et Inlibatus. Adiect. ab *in* privativa et *libatus;* non li-

Digitized by Google

batus, non deminutus, intactus, integer; *intatto, intiero, non sminuito. Cic. Sext. 45.* Ut eorum veteres illibatasque divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat. *Ulp. Dig. 10. 2. 20.* Ut quadrantem illibatum habeat. *Colum. 12. 1.* Villica debet esse integrae valetudinis: nam illibatum robur et vigilis, et aliis sufficiet laboribus. *Id. 5. 10.* Stirpes ex proximo terrae integro atque illibato succo alantur. *Liv. 5. 54.* Illibatum imperium. *Vellei. 2. 48. de Pompeio.* Et quam apud superos habuerat magnitudinem, illibatam detulisset ad inferos; *h. e.* gloriam, felicitatem, culmen bonorum. — **2)** *Illibati versus* apud *Diomed. 3. p. 497. Putsch.* sunt, qui non aucta, vel minuta, aut amputata syllaba, vel littera vitiantur, sed integra et plenissima dictione formantur, ut *(Virg. 1. G. 45.)* Depresso incipiat ism tum mihi taurus aratro. — **3)** Est etiam inviolatus, incorruptus; *illibato, puro. Lucan. 2. 341.* foedera prisci Illibata tori. *Val. Max. 6. 1. n. 4.* Illibata virginitas. *Justin. 28. 4.* Illibata libertas. *Tacit. 2. Ann. 46.* Illibatam gloriam servare. *Victric. de laude Sanctor. 3.* Illibatorum virginum chorus. Cf. ILLIBO.

ILLĪBĔRĀLIS et Inliberalis, le. Adiect. ab *in* privativa et *liberalis;* ignobilis, sordidus, qui contra agit, ac liberum hominem decet, homine libero indignus; *inciuile, basso, ville. Ter. Adelph. 5. 5. 3.* Ex illa familia tam illiberale facinus esse ortum. *Cic. 1. Offic. 29.* Duplex omnino est iocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. *Plin. 19. 26. 1.* Raphano vis mira laxandi ructum: ob id cibus illiberalis. *Ter. Adelph. 5. 3. 5.* Servum haud illiberalem praebes te. *Cic. 1. Offic. 42.* Illiberales ac sordidi quaestus mercenariorum. *Id. 1. Orat. 52.* Res ad cognoscendum non illiberalis. *Id. 1. Fin. 1. extr.* Illiberalis labor. *Quintil. 1. 3. 14.* Si cui tam est mens illiberalis, ut obiurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas durabitur. — **2)** *Illiberalem esse in aliquem* est durum esse, nec precibus flecti. *Cic. 15. Fam. 1. sub fin.* Si audierit, me a te non impetrasse, non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit; *scortese.*

ILLĪBĔRĀLĪTAS et Inliberalitas, ātis, f. Abstractum ab *illiberalis;* vitium hominis illiberalis: et praesertim tenacitas nimiusque amor rei familiaris, qui libero homine est maxime indignus; *tenacità, spilorceria. Cic. 2. Offic. 18. ad fin.* Habenda est ratio rei familiaris, sed ita ut illiberalitatis avaritiaeque absit suspicio. Adde *5. Att. 6. extr.*

ILLĪBĔRĀLĪTER et Inliberaliter. Adverb. ab *illiberalis;* minime liberaliter, aliter ac hominem liberum decet; *inciuilmente, villanamente. Ter. Phorm. 2. 3. 24.* Vestram familiam is aspernatur nunc tam illiberaliter. *Id. Adelph. 4. 5. 29.* Factum a vobis duriter, immisericorditerque: atque etiam si est, pater, Dicendum magis aperte, illiberaliter; *h. e.* male, inhoneste, ut et *Donat.* exponit. — **2)** Item sordide, tenaciter, parce; *scarsamente, da spilorcio. Cic. 6. Att. 5.* Nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter; *scil.* factum esse. Et *4. ibid. 2. a med.* Superficiem aedium consules aestimaverunt HS vicies: cetera valde illiberaliter.

ILLĪBĔRIS et Inliberis, re. Adiect. ab *in* privativa et *liberi;* qui est sine liberis; *senza figliuoli. Tertull. 4. advers. Marcion. 34.* Si frater illiberis decesserit.

ILLĪBO, as, āre. Verbum hoc affertur in *Gloss. Lat. p. 177. n. 250.,* sed quo sensu minime patet, corruptus enim locus videtur. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.*

ILLĪBUS. V. ILLE §. g.

ILLIC (et illi). Adverb. ab *illi* adverbiorum more posito (V. ILLE §. m.) et demonstrativa particula *ce* (V. ILLE in *Nota* §. 2.). — **b)** Quare et *illice* vel *illicce*, accentu gravato, dictum etiam plenius videtur ab Antiquis. Hinc *Priscian. 12. p. 948. Putsch.* Nec non similiter *illicce*, unde *illic*, quasi apocope facta in fine servat accentum. » Cf. tamen quae de hoc Prisciani loco monet *Hand, Tursell. T. 5. p. 205.* et V. *Curt. Valerian.* apud *Cassiod. Orthogr. 5.* — In usum revocavit *Iul. Valer. 5. Gest. Alex. M. 20.* « Operatus igitur illicce Deo. » — **c)** Non est autem confundenda haec particula cum pronomine *illic* posito pro *ille*. V. ILLE §. n. — **d)** A Librariis saepe confusum fuisse *illic* cum *illuc*, monuit *Hand, loc. cit. p. 206.*, quem videsis de hac particula fusius disputantem.

ILLIC proprie statum in loco designat et est in illo loco; *là, in quel luogo:* cui opponitur *hic. Plaut. Men. 2. 2. 54.* Dii illos homines, qui illic habitant, perduint. Et *5. 5. 55.* iam ego illic faxo erit. Et *5. 2. 42.* Sive illic, sive alibi libebit. *Ter. Adelph. 4. 1. 8.* Nunc ubi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio. *Quintil. 4. 1. 68.* Sed in his quidem . . . minor est labor; illic plus difficultatis, ubi etc. — *Plaut. Truc. 1. 1. 7.* Quot illic blanditiae, quot illic iracundiae! Adde *Quintil. 10. 5. 5.* — Ἀρχαϊκῶς *illi* pro *illic*, V. in ILLE §. m. — *Illiccine* est apud *Plaut. Pseud. 4. 1. 54.* Illiccine est? *Pseud.* illic est. *Hand, Tursell. T. 5. p. 206.* legit *illicine*, unica *c*. Cf. HIC §. b. *fin.* — **2)** *Illic*, si praecedat nomen loci, aliquando ponitur pro *ibi. Ter. Adelph. 4. 2. 37.* ibi angiportum propter est *Dem.* Quonam? *Syr.* Illic, ubi etiam caprificus magna est. *Id. Andr. 4. 1. 13.* hic, ubi opus est, Non verentur: illic, ubi nihil opus est, ibi verentur. *Caes. 3. B. C. 102.* Cives R., qui illic negotiarentur. Adde *Liv. 9. 13.* et *Quintil. 11. 1. 34.* — **3)** Refertur etiam ad tempus et est tunc, illo tempore. *Tacit. 2. Hist. 47.* Civile bellum a Vitellio coepit, et ut de principatu certaremus armis, initium illic fuit. — Afferunt etiam *Caes. 5. B. G. 43.* Illic vero occursat ocius gladio, cominusque rem gerit Varenus. Sed verba *illic* vero haberi a librariis corruptelam sanantibus, asserit *Hand, loc. cit.* — **4)** Denique refertur etiam ad res ipsas et est in ea re. *Liv. 2. 48.* Respublica et milite illic et pecunia vacat; *h. e.* in illo bello contra Veientes. — *Plaut. Epid. 5. 5. 59.* Ego illic me autem sic assimulabam quasi Stolidum; *h. e.* in hac re. — *Quintil. 1. 5. 4.* Hi sunt, qui parva facile faciunt, et audacia provecti quidquid illic possunt, statim ostendunt; *h. e.* in audaciore progressu. — **5)** Pro *in eo* non imitandus usurpavit *Consent. de Barbar. 14.* Inter barbarismum et soloecismum quaedam illic distantia a Scriptoribus posita est, quod etc.

ILLICCĔ et ILLICCĪNĔ. } V. voc. praeced. §. b. et §. l.
ILLICĔ. }

* ILLICENTIOSUS *falsa lectio pro* licentiosus, apud *Apul. 2. Met. 20.* V. *Hildebr.* ad *h. l.*

ILLĪCET. V. ILICET.

* ILLĬCĬBĬLIS et Inlicibilis, le. Adiect. verbale ab *illicio;* qui illicit, illecebrosus; *allettativo, attrattivo. Lactant. 7. 27.* Omittendae sunt huius praesentis vitae illicibiles voluptates, quae animas hominum perniciosissima suavitate deliniunt. *Alii melius* illices *leg.;* sed Cf. etiam *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 177. n. 228.*

ILLĬCIO et Inlicio, lcis, exi, ectum, icĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *lacio*, quod vi compositionis est corruptum. V. LACIO. — **b)** In *Not. Tir. p. 149.* legitur *illixit* pro *illexit*. V. ILLEX, icis §. 3. — Item *illexe* syncope pro *illexisse* habet *est. Posta* apud *Cic. 3. Nat. D. 27.* Qui non sat habuit coniugem illexe in stuprum. Et *Plaut. Mere. 1. 1. 53.* Amorem multos illexe in dispendium. — **c)** Particip. *illiciens* §. 1. et 2., *illiciendus* §. 1., *illectus*, V. suo loco §. 1. — **d)** Derivata, *illecebra, illecebro, illecebrose, illecebrosus, illectamentum, illectatio, illecto, illectrix, illectus, us, illex, illicibilis, illicito, illicium.* Cf. ILLICITE in *Nota*.

ILLICIO proprie est attraho, invito, allicio, pellicio; *allettare, adescare, indurre, tirare con lusinghe:* et fere adhibetur in malam partem. *Cic. Amic. 14.* Nihil est quod ad se rem ullam tam illiciat, et tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo. *Al. leg.* alliciat. *Plaut. Aul. 4. 10. 7.* Deus mihi impulsor fuit: is me ad illam illexit. *Id. Truc. 2. 2. 43.* et *Mil. 5. 4. 2.* et *Ter. Andr. 5. 4. 8.* Illicere quempiam in malam fraudem. *Sall. Cat. 59.* Quos ad bellum spes rapinarum illexerat. *Plin. 28. 27. 1.* Vim, qua illiciat ad se homines mente alienatos. *Vellei. 2. 15.* Inescandae, illiciendaeque multitudinis causa. *Lucret. 4. 1158.* cavereque ne illiciaris; *che tu non resti preso.* Et *5. 170.* illicere aliquem, ut cupiat etc.; *fargli desiderare di* etc. — *Quintil. 12. 2. 15.* Pars dialectica utilis saepe illiciendo, implicando. — *Cassian. 20. Collat. 10.* Illicientium ciborum crapulam summa districtione castigare. — **2)** Sumitur aliquando et in bonam partem. *Varr. 6. LL. 9. ad fin.* Cum circum muros itur, ut populus illiciatur ad magistratus conspectum; *h. e.* vocetur, citetur. V. ILLICIUM §. 2. *Paulin. Petroc. 1. 571.* Indectam illiciens toi per miracula plebem. — **3)** Est etiam pro illaqueare, irretire. *Nasv.* apud *Non. 4. 1. 18.* Saltus illicere; *h. e.* laqueis instruere, unde aves capiantur.

ILLĬCĬTĀTOR et Inlicitator, ōris, m. Nomen ab *in* intentiva et *licitator;* falsus emptor; *falso acquirente. Cic. 3. Offic. 15.* et *7. Fam. 2.*, quibus tamen locis alii leg. *licitator*. V. ea in LICITATOR. — Exponitur autem a *Festo* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.* Illicitator, emptor.

ILLĬCĬTĒ et Inlicite. Adverb. ab *illicitus;* non licite, contra ius fasque; *illecitamente. Ulp. Dig. 32. 1. 11. §. 11.* Si quis illicite aedificasset, id est hoc, quod dirui constitutiones iubent, etc. *Papinian. ibid. 48. 5. 38.* Illicite matrimonium contrahere. *Macer, ibid. 49. 16. 9.* Fisco vindicatur praedium illicite comparatum. Adde *Tertull. 4. advers. Marcion. 34.* et *Cod. Theod. 1. 16. 14.* — In *Gloss. Lat. Gr.* Inlicito; παρανόμως.

Nota. *Forcellinus* exponit etiam ab *illicio;* illiciendo, invitando, vocando. Ita enim, inquit, intelligi debere videtur in illo *Varron. 6. LL. 9. extr.* Illicite illexit. *Sed corruptus est locus.* V. *Müller* ad *h. l.*

ILLĬCĬTO et Inlicito, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *illicio;* frequenter illicio; *solleticare. Ennod. Opusc. 2. a med.* Licet nos immanium impensarum pondus illicitet.

* ILLICITO. Adverb. V. ILLICITE *fin.*

ILLĬCĬTUS et Inlicitus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *licitus*. Superlat. *illicitissimus* §. 1. — Est qui per leges non licet, non permissus, vetitus; *illecito, non permesso. Cic. Cluent. 47.* Multitudinem illicitum est contra dicere. *Al. aliter leg. Tacit. 12. Ann. 5.* Illicitus amor. *Id. 13. ibid. 54.* Illicitae exactiones. *Val. Flacc. 1. 627.* illicitas

Digitized by Google

temerare rudentibus undas; *h. e.* per quas ire non licuit. Et *197.* Illicitas tentare vias. *Augustin. ep. 202. a med.* Res illicitissima atque indignissima. — *Lucan. 6. 434.* flammisque severi Illicitis arsere senes. — **2)** *Lampas illicita coeli* apud *Stat. 10. Theb. 470.* est fulmen, quo tacta loca tangere non licet. Est enim bidental evitandum, ut sit *Pers. 2. 27.* — **3)** Absolute, substantivorum more.

ILLICĬTUM, i, n. Est res illicita. *Tacit. 13. Ann. 37.* Per licita atque illicita foedatus. *Stat. 1. Theb. 223.* Ire per illicitum pelago, germane, dedisti; *h. e. per terras*, quod illi interdictum erat. Alludit ad diluvium Deucalionis, quo tempore terris immissum est mare et Neptunus per eas quoque ire poterat. *Alii, sed minus recte, leg.* per illicitum pelagus.

ILLĬCĬUM et Inlicium, ii, n. Verbale ab *illicio;* illecebra, invitamentum; *allettamento, incitamento, attrattiva. Varr. 3. RR. 16. a med.* Si transiturae sunt apes, alvearia apiastro perfricanda, quod illicium hoc illis. *Id. ibid. mox.* Ubi consederunt, adferunt alvum prope iisdem illicils illitam intus. — **2)** Praeterea

II. *Illicium* dicitur, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.*, cum populus ad concionem elicitur; idest vocatur. Hinc, eodem teste, *inlicium vocare* Antiqui dicebant, ad concionem vocare. *Varr. 6. LL. 9. ad fin.* Cum hoc inlicium sit, cum circum muros itur, ut populus inliciatur ad magistratus conspectum. Et *paulo supra referens formulam censorum vocantium ad censuram.* Omnes Quirites, pedites, armatos, privatosque voca inlicium huc ad me. Et *mox.* Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc: Calpurni, voca inlicium omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quirites inlicium visite huc ad iudices.

ILLĬCO. Adverb. ab *in* et *locus*, quasi sit in loco. ut reapse exponit *Fest.* apud *Paul. Diac.* sub v. *Sodes, p. 296. Müll.* — **b)** Ad scriptionem quod attinet, recte, ex etymo allato, *illico* duplici *l* scribendum esse videtur; quod unice approbat *Hand, Turselt. T. 3. p. 205.*, quamquam *Ritschel* in *Prolegom.* ad *Plaut. p. 122.* praefert *ilico* scribens: « Nihil externa specie propinquius *ille* pronomini, quam *illico*, ut plerique scribunt, vel potius *ilico* forma: cuius tamen antepaenultima numquam non producitur. » — Ultima autem communis est. *Sidon. Carm. 7. 361.* « Illico barbaries, nec non sibi capta videri Roma Getis. » — Aliquando dissyllabon est apud *Plaut. Mil. 4. 2. 40., Capt. 3. 2. 12.* et *alibi.* — **c)** Perperam vero *sloco* pro *illico* quidam adstruere conati sunt. V. SLOCO. — De confusis autem inter se particulis *et loco* et *illico*, et de hoc altero temere adiecto a Librariis, V. *Hand, loc. cit. p. 21.*

ILLICO proprie est in eo ipso loco, aut in illo loco, quem designo; *là, in quel luogo. Plaut. Most. 4. 2. 2.* Mane tu atque adsiste illico. *Id. Bacch. 3. 2. 24.* Revertamur intro soror. *Ni.* Illico ambae manete. *Cass. Hemina* apud *Non. 4. 242.* His persuadent, ut illico manerent: pars illico manent. *Accius, ibid.* Illico habitato. *Naevius, ibid.* Septimumdecimum annum illico sedent. Adde *Caecil. ibid.* — Huc pertinet et illud *Terentii, Adelph. 2. 1. 2.* Otiose nunc iam illico hic consiste. Ubi *Donatus:* modo locum, non tempus significat. Et *Phorm. 1. 4. 18.* Sta illico; *fermati là.* — *Apul. 9. Met. 41.* Nec defuit vicinus perfidus, qui nos illico occultari nuntiaret. — **2)** Abundat in illo *Plaut. Epid. 4. 1. 36.* Postquam audivi illico Ex meo servo illam esse captivam, continuo argentum dedi, Ut emeretur. — **3)** Componitur cum aliis particulis, *ibi, ibidem, istic, illic. Plaut. Merc. 2. 3. 27.* Nec sacrum nec tam profanum quidquam est, quin ibi illico adsit. *Id. ibid. 3. 2. 71.* Istic ita illico. *Id. Most. 3. 1. 16.* Illico intra limen adstate illic. *Cic. 2. Att. 12.* Ibidem illico puer abs te cum epistolis. — **4)** Apud Antiquos etiam motum in aliquem locum notat pro illuc, in eum locum. *Turpil.* apud *Non. 4. 242.* Sed quam longe est, cum isti illico? — Quod sequioris Latinitatis scriptor imitatus est *Inscr. de Revel. capitis Ioh. Bapt. 3.* Pergens illico ubi iussus fuerat. — **5)** Deinde

II. *Illico* refertur etiam ad tempus et saepius adhibetur pro statim, mox; *tosto, subito, incontinente:* quasi in eo loco, ubi res agitata est, statim fiat. *Ter. Andr. 3. 2. 33.* Nunc, postquam videt Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico Obstetricem arcessitum ad eam. *Donat.* ad *h. l.* Loci significatio est, etiam brevitatem temporis notans. *Cic. Cluent. 15.* Avidius illico convalescit. *Plaut. Poen. 2. 7.* Abii illinc illico iratus. *Id. ibid. 5. 1. 59.* ut quisque accideret, eum necabam illico. *Id. Stich. 1. 2. 33.* Illico, agite, abscedite. — Cum particula interrogativa. *Ter. Eun. 5. 7. 11.* Quid? illico ne credere ea, quae dixi, oportuit te? *Cic. Quint. 15.* Ad vadimonium non venerat, . . . illico ne ad praetorem ire convenit? continuo ne verum fuit postulare, ut etc.? — **6)** Saepe hac significatione in altera enunciationis parte alias etiam particulas habet sibi correspondentes, nempe *postquam, quum, ubi, simul atque, si, quam extemplo;* ita ut *quum . . . illico* significet *simul atque*, ut et reliqua. *Plaut. Mil. 3. 39.* Nam postquam exierunt porta, nihil cessarunt illico Osculari atque amplexari inter se. *Id. Most. 3. 2. 5.* Non mihi forte visum illico fuit, Melius quom prandium, quam solet, dedit. *Id. Stich. 4. 1. 31.* qui illico, Ubi ille pescit, denegavit se dare granum tritici. *Id. Cas. 4. 4. 6.* Malo maximo suo hercle illico, ubi tantulum peccassit. *Cels. 7. 3. n. 3.* Quum in cavo mucro est, illico duo digiti . . . simul ferramentum id extrahunt et telum; *h. e.* simul atque mucro in cavum incidit, digiti telum extrahunt. *Plaut. Trin. 2. 1. 16.* Quom extemplo eius saviis percussus est, illico res foras Labitur. Adde *Mil. 4. 4. 40. Id. Bacch. 2. 3. 69.* quid illi? *Ch.* tristes illico, Quom extemplo a portu ire nos cum auro vident. *Ter. Eun. 4. 6. 2.* Si illam digito attigerit uno, oculi illico effodientur. *Cic. Mur. 10.* Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostrae conticescunt. — **7)** *Illico atque* pro *simul atque* recentioris est aetatis. *Eumen. Paneg. Constant. 8.* Illico enim atque ille terris fuerat exemptus, universus in te consentit exercitus. — **8)** Huc etiam spectant rariores formulae apud *Plaut. Epid. 3. 1. 4.* Scivi equidem in principio illico nullam tibi esse in illo copiam. *Ter. Heaut. 2. 1. 2.* Nos iam a pueris illico nasci senes. *Donat.* ad *h. l.* statim ac pueri sumus aut quum primum pueri evadimus. *Auct. Paneg. Maxim. 4.* Ab ipso fine pueritiae illico etc. — *Ulp. Dig. 47. 1. 10. §. 8.* Si mater pro filia dotem . . . vel illico stipulata sit, vel etiam postea. Adde *ibid. 45. 1. 1. §. 5.* — **9)** Denique

III. *Illico* refertur etiam ad res, et notat consequentiam, quae ex enunciatis procedit, ut sit idem ac exinde; *di qua, da ciò. Plaut. Aul. 1. 2 31.* Id si relinquo ac non peto, omnes illico Me suspicentur, credo, habere aurum domi. *Cic. Fat. 12.* Nec, si omne enunciatum aut verum, aut falsum est, sequitur illico, esse causas immutabiles. *Liv. 39. 15.* Si dixero multa millia hominum esse, illico necesse est exterreamini, nisi adiunxero, qui qualesque sint.

Nota. Discrimen inter *illico* et *extemplo*, V. sub hac altera voce in *Nota*. — Alia pauca de hac particula dabit *Hand, Turselt. T. 3. p. 207-211.*

ILLICTUS. V. ILLECTUS, us.

ILLĪDO et Inlido, dis, si, sum, dĕre. Verbum transitiv. ab *in* intensiva et *laedo*, mutata euphoniae gratia *ae* diphthongo in *i* longam. — **b)** Particip. *illisus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *illisio, illisus, us.*

ILLIDO proprie est in aliquid impello, impingo, inlicio, frangendi causa; *urtare, percuotere, battere contro. Virg. 1. Aen. 113.* naves in brevia et Syrtes urget, illiditque vadis; *spinge, e fa urtare.* Et *5. ibid. 480.* caestus . . . effractoque illisit in ossa cerebro. *Suet. Aug. 25.* Illidere caput foribus; *dar del capo. Cic. vertens carmen Aeschyli, 3. Tusc. 31. extr.* Non ad gravescens vulnus illidat manus; *percuota colla mani sulla piaga. Quintil. 10. 3. ad fin.* In litus se maximo cum sono fluctus illidit. *Phaedr. 2. 6.* scopulum super Altis ab astris duram illidit corticem; *fa cadere. Horat. 2. Sat. 1. 77.* fragili quaerens illidere dentem, Offendet solido; *dar de' denti, fiecare il dente in cosa fragile. Lucret. 4. 1073.* dentes illidunt saepe labellis. *Val. Flacc. 7. 52.* et quos Rex suus illisit pelago, retuitque reverti; *gli cacciò a forza sul mare:* coëgit navigare. *Stat. 11. Theb. 317.* Avidos illidit in aegrum Cornipedem cursus; *urta correndo:* dirigit cursum in equum urgendi et prosternendi causa. — **2)** Passive est *urtare, spezzarsi. Val. Flacc. 7. 585.* clypeoque illiditur ignis. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 255.* credas illidi cautibus algam. *Val. Max. 1. 1. n. 1. extern.* Vi tempestatis tota cum classe vicinis litoribus illisus est; *si ruppe a' lidi vicini.* — **3)** Pro elidere V. in ILLISUS §. 2.

ILLĪGĂ et Inliga, ae, f. Legitur haec vox in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5495.* Isidi Reg. ob remissa exacta inliga populo. — Quid proprie sit, minus patet. *Borghesi* apud *Henzen, loc. cit.* verbum *liga* cum *lega* Italorum componendum, atque ad monetam referendum esse suspicatus est. Quod si admittatur, deducendum esset ab *illigo*.

ILLĪGĀMĔNTUM et Inligamentum, i, n. Verbale ab *illigo*, syllabica adiectione productum; idem ac ligamentum; *fascia. Salvian. 7. Gubern. D. 18. a med.* Femineis tegminum illigamentis capita velarent *(viri)*.

ILLĪGĀTĬO et Inligatio, ōnis, f. Verbale ab *illigo;* actus illigandi; *legamento. Arnob. 3. p. 136.* Manus, quae contingi laqueis, et nodorum possent illigationibus coërceri. *Capell. 2. p. 45.* Videret circulorum alterna illigatione texturas.

ILLĪGĀTUS et Inligatus, a, um. Particip. verbi *illigo;* vinctus, colligatus; *legato. Caes. 3. B. G. 44.* Litterae in iaculo illigatae. *Liv. 3. 27.* Manibus post tergum illigatis. *Horat. Epod. 1. 25.* Non ut iuvencis illigata pluribus Aratra nitantur mea. *Paul. Dig. 34. 2. 33.* Cymbia argentea crustis aureis illigata; *incastrate. Iabolen. 33. 7. 27.* Dolia ita illigata aedibus, ut ibi perpetuo posita sint. — **2)** Item implicatus, impeditus, irretitus; *impigliato. Virg. 10. Aen. 794.* Ille pedem referens et inutilis, ioque ligatus Cedebat, clypeoque inimicum hastile gerebat. *tmesis. Petron. Satyr. 109.* Volucres viscatis illigatae viminibus deferebantur ad manus. *Tacit. 3. Ann. 21.* Illigatus praeda.

Digitized by Google

— **β**) Translate. *Cic. 1. Orat. 14. ad fin.* Angustis et concisis disputationibus illigati; h. e. involuti, obscuriqne. *Horat. 1. Od. 27. 23.* Vix illigatum te triformi Pegasus expediet Chimaera; h. e. irretitum. *Liv. 32. 22. sub fin.* Familiari amicitia illigati Philippo erant; h. e. innecti. Cf. ILLIMINATUS.

ILLĪGO et Inligo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *ligo*. — **b**) *Alligo* et *illigo* aliquando in MSS. et editis libris inter se confusa fuisse, monet *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 28.* — **c**) Particip. *illigans* §. 2., *illigatus*, v. suo loco, *illigaturus* §. 1. — **d**) Derivata, *illiga*, *illigamentum*, *illigatio*. — **e**) Compositum, *superilligo*.

ILLIGO proprie est vincio, ligo; *legare*. *Liv. 1. 28. sub fin.* In curras distentum illigat Metium. *Plin. 33. 40. 5.* Paciem laxis vesicis illigant. *Cic. 6. Verr. 24. sub fin.* Emblemata ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres. *Horat. Epod. 5. 11.* Ignota tauris illigaturus iuga. — **β**) Translate. *Cic. 3. Orat. 44.* Illigare sententiam verbis. *Liv. 33. 12. in fin.* Non iis conditionibus illigabitur pax, ut movere bellum possit. *Cic. Orat. 64.* Paeon quam commodissime putatur in solutam orationem illigari; h. e. innecti, includi. Et *27. ad fin.* Orationis genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. *Liv. 36. 11.* Invitus se gravioris fortunae conditioni illigans. — **γ**) Pro involvere, implicare, irretire. *Liv. 32. 21.* Neque velle illigari Romano bello. *Tacit. 13. Ann. 40.* Metu, ne impeditis locis seque et equestres copias illigaret. *Id. 6. ibid. 32.* Ut specie amicitiae vocatum ad epulas lento veneno illigaret *(ea ratione, qua dicimus* implicare morbo). Et *15. ibid. 51.* Primores classiariorum labefacere, et conscientia illigare conixa est; h. e. obligare ad coniurationem ineundam, cum rei gnaros consciosque fecisset.

ILLIM. v. ILLE §. 6.

ILLĪMĀTUS et Inlimatus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *limatus*, quod est a *limus*; limo inductus. *Colum. 9. 7.* Convenit, alvearia luto Punico frondibus illimatis adumbrare. Ita edidit, et legendum ex *Codd.* probavit *Schneiderus* pro *illinitis*, quod participium adhuc caret idoneo Latini Scriptoris auctoritate. V. tamen ILLIMITUS. — **β**) Deinde

II. *Illimatus* est etiam ab *in* negativa et *limatus*; non limatus, asper. *Acta S. Vincentii M. n. 8.* Ut quidquid iacentis corporis male incisa fractura tetigerit, illimatis infigat aculeis. *Paulo supra dixerat:* fragmenta testarum exasperata congerite.

* ILLĪMĪNĀTUS et Inliminatus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *limen*; quasi in ipso limine positus, insitus, innatus. *Cic. Brut. 58. extr.* O generosam stirpem, et tanquam in unam arborem plura genera, sic in istam domum multorum insitam, atque illiminatam sapientiam! Alii leg. *illuminatam*, alii melius *illigatam*: translatione scil. sumpta ab insitione, in qua post germen insitum surculi illigari solent, ut docet *Colum. 5. RR. 11. a med.*

ILLĪMIS et Inlimis, me. Adiect. ab *in* privativa et *limus*; sine limo; *senza fango*. *Ovid. 3. Met. 407.* Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.

ILLĪMĪTĀTUS et Inlimitatus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *limitatus*; qui sine limite est; *illimitato*. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *30.* Itinere incerto, et illimitatis locis; *deserti*.

ILLINC (et Illim). Adverb. loci ex *illim*, quae prisca fuit adverbii forma ex *illo*, et particula demonstrativa *ce*, quae vi compositionis syncopen passa est. V. ILLE in *Nota* et Cf. *Hand, Tursell. T. 3. p. 211.* et *seqq.* — **b**) De forma *illim*, v. in ILLE §. 6. — **c**) *Illinc* fortasse monosyllabon est apud *Plaut. Most. 2. 2. 56.* Cf. ILLE §. 1.

ILLINC proprie est de illo loco vel ex eo loco; *di là, da quel luogo*. *Plaut. Most. 2. 2. 56.* Iube illos illinc, amabo, abscedere. *Id. Men. 2. 3. 61.* Nam isthaec mulier illinc venit? *Cic. Har. resp. 20.* Post, exercitu sollicitato, fugit illinc. *Ter. Eun. 4. 1. 14.* Ubi primum poterit, se illinc subducet. *Id. Adelph. 4. 7. 13.* Illinc huc transfertur virgo. Adde *Cic. 9. Att. 14.* — **β**) Aliquando copulatur cum *usque*. *Plaut. Truc. 4. 3. 79.* Nae ista stimulum longum habet, quae usque illinc cor pungit meum. — **γ**) Item componitur cum *inde* et *huc*. *Plaut. Mere. 4. 1. 66.* Iam inde aufugies? deinde item illinc, si item evenerit. *Id. ibid. 3. 2. 70.* Illinc pallium mihi huc ferte. Cf. loc. *Ter. Adelph.* cit. §. 3. — **δ**) Aliquando *hinc . . . illinc* sibi opponuntur ad significanda plura aut multa loca. *Plaut. Men. 5. 2. 48.* Hinc stas, illinc causam dicis. *Virg. 1. G. 509.* Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum. *Curt. 3. 4. 9.* Temperat coelum hinc perpetuum iugum opacum . . . illinc mare adiunctum. — **ε**) Refertur etiam ad res, et significat ab ea parte, re, vel persona. *Cic. 9. Att. 7. circa med.* Cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit. *Id. 2. Phil. 31.* Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse. *Ter. Adelph. 4. 5. 38.* an sedere oportuit Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc illinc veniret? Ubi *Donatus:* hinc illinc, proverbialiter. *Al.* huc illinc *leg.* Adde *Plaut. Rud. 4. 3. 33.*

ILLINGUIS et Inlinguis, gue. Adiect. ab *in* privativa et *lingua*; sine lingua. Legitur in *Gloss. Lat. p. 177. n. 237.* Inlinguis, mutus. Adde *ibid. p. 244.* sub v. *Mutus*.

ILLĪNĪMENTUM et Inlinimentum, i, n. Verbale ab *illinio*, syllabica adiectione productum; idem ac illitus, us. *Cael. Aurel. 3. Tard. 8. a med.* Illinimenta medicamentorum.

ILLĪNĪO et Inlinio, is, īvi, ītum, īre. Verbum transitiv. eiusdem originis et significationis ac *illino*, sed rarioris usus; *ungere*. *Colum. 12. 44. a med.* Creta figulari recentia mala crasse illinire. *Plin. 30. 21. 1.* Murino fimo contra calculos illinire ventrem prodest. *Id. 20. 75. 3.* Phreneticis illinivit anisum recens. *Id. 32. 31. 1.* Donec illiniri possit. V. ILLINO et voc. seq.

ILLĪNĪTUS et Inlinitus, a, um. Particip. verbi *illinio*; inunctus, alicui rei inductus. *Cels. 3. 26. n. 33.* Solani folia illinita linteolo super inicienda. Ita *Lindenius*, at *Targa*, *aliique leg.* illita. *Plin. 25. 91. 2.* Psyllion illinitum fronti. *Harduin. leg.* illitum. — *Theod. Prisc. 1. 10.* Succus earum fronti illinitus. *Apul. Herb. 86.* Capiti et temporibus illinita *(herba)* valde prodest.

ILLĪNO et Inlino, Inis, ēvi, Itum, Inĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *lino*. — **b**) Alia forma est *illinio*, quam v. suo loco, et Cf. LINO. — **c**) Particip. *illinendus* §. 1., *illitus*, v. suo loco. — **d**) Derivata, *illinimentum*, *illinio*, *illitus*, *us*. — **e**) Compositum, *superillino*.

ILLINO proprie est inungo, liquidi quippiam alicui rei induco; *ungere*, *impiastrare*. *Horat. 1. Sat. 8. 50.* Hic oculis ego nigra meis collyria lippus illinere. *Curt. 8. 9.* Demptis soleis, odoribus illinuntur pedes. *Ovid. Medic. fac. 100.* Contereret, teneris illineretque genis. *Iustin. 36. 3.* Mare mortuum materiam nullam sustinet, nisi quae alumine illinatur. *Plin. 28. 58. 3.* Ventrem illinere sanguine. *Prudent. Hamartig. 808.* laqueos ubi callidus aucops Praetendit, lentoque inlevit vimina visco. *Cels. 5. 23. n. 1.* Cum aliquo liquido mixta illinamus. *Cels. 7. 12. n. 1. ab init.* Adustae gingivae melle illinendae, et mulso eluendae sunt. — **β**) Et universim, inducere. *Senec. ep. 119. ad fin.* Si multum auri tecto quoque eius illinitur. *Plin. 33. 20. 1.* Aurum marmori ovi candido illinere. *Id. 18. 73. 3.* Illinere aliquid gypso. — **γ**) Translate. *Horat. 1. Ep. 7. 10.* Quod si bruma nives Albanis illinet agris. *Id. 1. Sat. 4. 36.* quodcumque semel chartis illeverit; h. e. atramento induxerit, conscripserit. — **δ**) Item intexere. V. ILLITUS §. 2.

ILLĪQUĔFACTUS et Inliquefactus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *liquefactus*; idem quod liquefactus; *liquefatto*. *Cic. 4. Tusc. 9.* Quae sunt omnes unius generis ad perfundendum animum tanquam illiquefactae voluptates. Non desunt tamen qui *liquefactas* legunt.

ILLĪQUOR et Inliquor, ĕris. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *liquor*, forma deponens; idem quod liquor, liquefio, dissolvor. *Symmach. 1. ep. 7. (al. 55.).* Aiunt, cochleas, cum illis de caelo nihil illiquitur, succo proprio victitare. Al. leg. *liquitur*.

ILLĪSĬO et Inlisio, ōnis, f. Verbale ab *illido*; actus illidendi. *Hieronym. ep. 43. n. 5.* Navis nostra nunc procellarum concussa turbine, nunc scopulorum illisionibus perforata est. Alii leg. *perturbata*. Adde *Fulgent. Continent. Virg. fin.*

ILLĪSUS et Inlisus, a, um. Particip. verbi *illido*; allisus, in aliquid impactus frangendi causa; *percosso*, *battuto*, *spinto*. *Virg. 3. G. 261.* scopulis illisa reclamant Aequora. *Stat. 5. Theb. 532.* mulier terra illisa nocenti. *Virg. 5. Aen. 205.* acuto in murice remi Obnixi crepuere, illisaque prora pependit. Et *9. ibid. 713.* Saxea pila penitus vadis illisa recumbit. *Tacit. 3. Hist. 25.* Tela arbustis, sine hostium noxa, illisa. *Senec. Thyest. 1043.* pectora illiso sonent Contusa plantu. *Plin. 19. 5. 5.* Linum in filo politur, illisum crebro in silice ex aqua; *sbattuto*. Et *37. 56. 3.* Chalcophonos *(gemma)* illisa aeris tinnitum reddit. Adde *Diomed. 3. 3. 17.* — **β**) Item elisus. *Cic. Har. resp. 25. extr.* Ita serpens compressa atque illisa morietur; *schiacciata*. *Varr. 3. RR. 7. a med.* Qui solent saginare pullos columbinos, relinquunt in nido illisis cruribus, et matribus, uberius ut cibo uti possint, obliciunt.

ILLĪSUS et Inlisus, us, m. Verbale ab *illido*; idem ac illisio. In sexto casu sing. *Sil. 17. 246.* illisu scopulus tremit omnis aquarum. *Plin. 2. 49. 2.* Illisu repercussus ventus. *Apul. 2. Met.* Occursantis linguae illisu nectareo.

ILLITTĔRĀTUS, Illiteratus et Inlitteratus, Inliteratus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *litteratus*. — Superlat. *illitteratissimus* §. 1. — Proprie est sine litteris, indoctus; *indotto*, *senza lettere*. *Senec. 3. Benef. 15.* Illiteratum *(aliquando)* dicimus, non ex toto rudem, sed ad litteras altiores non perductum. *Cic. 2. Orat. 6. ad fin.* Quum cognovimus virum bonum, et non illiteratum. *Quintil. 2. 21. 16.* Litigator rusticus illiteratusque. — **β**) *Illitteratus* est etiam, qui litteras nescit; *chi non sa nè leggere, nè scrivere*. *Colum. 1. 8.* Potest etiam illiteratus, dummodo tenacissimae sit memoriae, rem satis commode administrare. — **γ**) De rebus est rudis, sine arte, vulgaris. *Cic. 9. Fam. 16. circa med.* Incidunt in sermone vario multa, quae fortasse illis

Digitized by Google

cum dixi, nec illiterata, nec insulsa esse videantur. *Plin. 1. ep. 10. a med.* Scribo plurimas, sed illitteratissimas litteras. *Id. 2. ep. 5.* Ἀμάθειαν, illitteratum, iners, ac paene etiam turpe est, non putare tanti cognitionem, qua nulla est iucundior; *è da ignorante. Horat. Epod. 8. 17.* Illiterati num minus nervi vigent? — **A)** Item non scriptus, litteris minime consignatus; *verbale. Gell. 11. 18.* Eius leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto iussoque, sed tacito illitteratoque Atheniensium consensu oblitteratae sunt. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.* Illiterata pax est, quae litteris comprehensa non est. — **B)** Item inarticulatus apud Grammaticos. *Priscian. 15. p. 1024. Putsch.* Inter has *(interiectiones)* ponunt etiam sonituum illiteratorum imitationes, ut risus *ha ha, he he, phi, eu, hos*, et *hu. Boëth. de Interpret. edit. pr. 1. p. 503. Migne.* Illitterati soni, ut ferarum. *Id. de Interpr. edit. sec. 1. p. 423. ibid.* Illiterata vox . . . ut latratus canum, etc.

ILLĬTUS et Inlitus, a, um. Particip. verbi *illino; inunctus; unto, impiastrato, tinto. Cic. 3. Orat. 52.* Color quidam venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus. *Ovid. 8. Met. 670.* pocula illita ceris. *Id. 3. Art. am. 314.* Cera illita sociis Ulyssis. *Id. 9. Heroid. 163.* Illita Nesseo misi tibi tecta veneno. *Curt. 4. 3.* Navis bitumine ac sulphure illita. *Senec. Here. Fur. 1029.* Stipes caede monstrorum illitus. *Lucan. 8. 582.* Illita tela dolis; *sautte avvelenate. Pers. 5. 53.* bracatis illita Medis Porticus; *h. e.* illitis coloribus depicta. — **B)** Item intextus. *Horat. 4. Od. 9. 14.* Aurum vestibus illitum. *Senec. Hippol. 783.* Purpura atque auro illitae vestes. — **C)** Translate. *Liv. 5. 2.* Id donum inimicorum veneno illitum fore. *Senec. Med. 576.* Dona diris illita ac tincta artibus; *h. e.* veneficiis imbuta. *Sil. 11. 45.* Vita illita macula.

ILLĬTUS et Inlitus, us, m. Verbale ab *illino; actus* illinendi. In sexto casu sing. *Plin. 26. 90. 1.* Nec potu tantum, sed et illitu, et suffitu valet. *Id. 28. 61. 1.* Ut possint esse illitu faciles. *Id. ibid. 7. 2.* Illitu assidua salivae.

ILLĬTUSMŎDI. Adverb. ab *illius* et *modi* in genitivo casu coniuncti per modum adverbii; talis; *di quella fatta, tale. Cic. Divin. Verr. 51.* Non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores.

ILLIX. V. ILLEX, icis, §. 3.

ILLO. Adverb. V. ILLE §. 19. et seqq.

ILLOC. Adverb. V. ILLE §. p. — Illoc, pronomen, V. ibid. §. q.

ILLŎCĀBĬLIS et Inlocabilis, le. Adiect. ab *in* privativa et *locabilis; qui* locari non potest, ut Virgo illocabilis, quae ob deformitatem aut inopiam virum invenire non potest; *che non si può allogare. Plaut. Aul. 2. 2. 14.* apud *Varr. 5. LL. 2.* Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem: Neque eam queo locare cuiquam; ἄνυμφον, ἀμνήστευτον.

ILLŎCĀLIS et Inlocalis, le. *Adiect.* ab *in* privativa et *localis; qui* non est in loco, sive spatium non occupat. *Claud. Mamert. 1. Stat. an. 3.* Omne incorporeum corporeo, et illocale locali et insecabile secabili et vivens non viventi in naturae dignitate praeponitur. *Id. ibid.* Tres motus esse, stabilem, illocalem localemque. Stabilis motus est Dei, illocalis animae, localis corporis. *Eucher. Formul. 1. de Deo.* Illocalis est, quia de loco ad locum nequaquam transit.

ILLŎCĀLĬTAS et Inlocalitas, ātis, f. Abstractum ab *illocalis; conditio* illius, qui illocalis est. *Claud. Mamert. 1. Stat. an. 17.* Ut illocalitas animae magis appareat, de motibus disseramus.

ILLŎCĀLĬTER et Inlocaliter. Adverb. ab *illocalis; sine* localitate. *Claud. Mamert. 1. Stat. an. 18.* Unde datur intelligi, animam per tempus illocaliter moveri, atque ab eodem corpus et temporaliter et localiter moveri, eandem vero a corpore localiter non moveri.

ILLŎQUĪBILIS. V. INELOQUIBILIS.

ILLORSUM. Adverb. ab *illo* et *versus* vel *versus; versus* illum locum; *verso quel luogo. Cato* apud *Festum* in *Aliorsum*. V. loc. in ALIORSUM §. 1. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *1. 13.* Eundem advehi illorsum iubet.

ILLŌTUS et Inlotus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *lotus*, quod est a *lavo; unde* est etiam *lautus*. Quare alia forma est *illautus* et *inlotus*, itemque *illutus* et *inlutus*. Quae tres eiusdem vocis formae in MSS. et editis libris saepe inter se confusae sive permutatae reperiuntur. — Proprie

ILLOTUS est minime lotus, atque hinc immundus, sordidus; *non lavato, immondo. Plaut. Poen. 1. 2. 103.* Ut tu quidem huius oculos illotis manibus tractes ac teras? *Plin. 23. 31. 1.* Faex vini illota miscetur medicamentis. *Id. 30. 6. 16.* Illotae cochleae. *Virg. 3. 3. 443.* Illotus sudor. *Horat. 2. Sat. 8. 82.* illotos echinos. Al. leg. *illutos*, vel *inlutos*, quod idem est. Et *ibid. 4. 84.* Illota toralia. Al. hic quoque leg. *illuta*. — *Cato, RR. 147.* Vinaceos illutos et faecem relinquito. — *Plaut. Poen. 1. 2. 22.* Nam quae elauta est, nisi Perculta est, meo quidem animo quasi illauta est; *h. e.* sordida, illuvie foedata. Alii leg. *illuta*. — **B)** Speciatim *illotis pedibus*, aut *manibus* aliquid facere dicitur is, qui imparatus, temere imperiteque quippiam aggreditur: tractum, ut videtur, a sacris, ubi omnia pura mundaque esse conuenit. *Gell. 1. 9.* Nunc isti, qui repente pedibus illotis ad philosophos devertunt, non est hoc satis, quod sunt omnino, ἀπαίδευτοι, sed etc. *Macrob. 1. Saturn. ult. ante med.* Nec his Virgilii verbis copia rerum dissonat, quam plerique omnes litteratores pedibus illotis praeterirent, tanquam nihil ultra verborum explanationem licent nosse grammatico. *Catus Dig. 1. 2. 1.* Si in foro causas dicentibus nefas videtur esse, nulla praefatione facta, iudici rem exponere, quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omissis initiis, atque origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? — **B)** Translate *illotus sermo*, apud *Auctor. declam. in Sallust. init.* est spurcus, obscenus. Et *illotus versus* apud *Rutil. 1. Itiner. 422.*, ut quidem legi volunt *Grav.* et *Heins.* est rudis, incomptus, sed ibi pro *illoto* legend. *illo te.* — **C)** Simplicius.

II. *Illotus* est etiam non madefactus; *non bagnato, asciutto. Arnob. 1. p. 26. de Christo.* Qui per altissimos gurgites pedem ferebat illotum.

ILLŪBRĬCANS et Inlubricans, antis. Adiect. participiorum more effictum, ab *in* intentiva et *lubricans; lubrice* movens. *Apul. 2. Mu.* Simul membra sua leniter illubricans.

ILLUC. Adverb. ab *illo* et *ce* particula demonstrativa, quae vi compositionis syncopen passa est. Cf. ILLIC §. b. et V. *Hand, Turnll. T. 3. p. 216. et seq.* — **b)** Apud Comicos aliquando est monosyllabon. V. *Plaut. Aul. 4. 6. 13., Epid. 3. 2. 48.* et *alibi*. — **c)** Minime vero confundendum est hoc adverbium cum *illuc* pronomine pro *illud*. V. ILLE §. r. — Porro

ILLUC proprie significat directionem et motum in illum locum vel ad illum locum, et est idem ac *illo* vel *illoc; id* est in illum vel ad illum locum; *là, colà, a quel luogo, in quel luogo. Nep. Eumen. 9.* Adversarios illuc suas contraxisse copias. *Plaut. Merc. 3. 4. 64.* Cum illuc, quo ire paritas, veneris. *Ter. Andr. 1. 1. 54.* Filium perduxere illuc meum. *Id. Phorm. 2. 1. 79.* eo: Recta via quidem illuc. *Plaut. Aul. 1. 1. 7.* illuc regredere ab ostio. *Id. Asin. 1. 1. 16.* nunc me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? *Catull. 3. 11.* Qui nunc it per iter tenebricosum, illuc, unde negant redire quemquam. *Plin. 6. ep. 16.* Properat illuc, unde alii fugiunt. *Plaut. Cist. 4. 2. 32.* Hinc illuc exiit. — **B)** Refertur etiam ad res vel personas, et significat ad eam rem vel ad eum: Usitatissima est hoc sensu formula *illuc redire* de oratione revertenda. *Nep. Agesil. 4.* Sed illuc redeamus. *Plaut. Men. 4. 2. 53.* Credit iam tibi de istis: illuc redi. *Horat. 1. Sat. 2. 25.* Quo res haec pertinet? illuc: Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. *Ter. Adelph. 2. 1. 56.* illuc, quaeso, redi, quo coepisti. *Cic. Sext. 53.* Illuc revertor. Adde *Cluent. 41.* et *Tacit. 4. Ann. 40.* — *Id. 1. ibid. 5.* Druso pridem exstincto Nero solus e privignis erat: illuc omnia vergere; *h. e.* ad eum. Adde *3. ibid. 58.* et *2. Hist. 24.* — **C)** Aliquando etiam finem designat rei agendae. *Cic. 1. Fin. 5.* Nam illuc quidem adduci vix possum, ut ea, quae senserit ille, tibi non vera videantur. *Id. 2. Att. 24.* Hic ille omnis, quae voluit, de republica dixit, et qui illuc factus institutusque venisset, primum Caepionem de oratione sua sustulit. — **D)** Saepe etiam opponitur *huc*, ita ut *huc illuc, huc vel illuc, huc atque illuc* significet in omnem partem, vel rem, vel locum. *Sall. Iug. 64.* Huc et illuc, quasi vitabundi, agitare; *qua e là. Cic. 1. Orat. 40. ad fin.* Huc atque illuc intuens. *Ter. Andr. 1. 5. 31.* In dubio est animus, paulo momento huc vel illuc impellitur. *Plaut. Capt. 2. 3. 10.* vel ego huc vel illuc vortar, quo imperabitis. — *Id. Aul. 4. 1. 20.* Nunc sine omni suspicione in ara hic assidam sacra. Hinc ego et huc et illuc potero, quid agunt, arbitrarier. Sic *Ovid.* dixit: *1. Met. 667. unde sedens partes speculatur in omnes*. Cf. HUC §. 3. — **E)** Absolute, substantivorum more,

II. *Illuc* adhibetur cum genitivo apud *Plaut. Mil. 3. 1. 65.* At quidem, illuc aetatis qui sit, non invenies alterum Lepidiorem ad omnes res. — Quae alia exempla afferuntur, pronominis sunt. V. ILLE §. r.

ILLŪCĔO et Inluceo, ces, xi, cēre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *luceo*. — Proprie est lucidus sum, in aliqua re luceo; *lucero, risplendere. Plaut. Capt. 3. 4. 65.* Atra pix agitet te apud carnificem, atque tuo capiti illucent. *Cic. 2. Nat. D. 58.* Cum tertio die sol illuxisset. *Id. 1. Tusc. 47.* Quibus Apollo se id daturum ostendit post eius diri diem tertium: qui ut illuxit, mortui sunt reperti. *Suet. Caes. 81.* Ea nocte, cui illuxit dies caedis, ipse sibi visus est etc. *Cic.* apud *Quintil. 9. 4. 76.* Pro dii immortales, quis hic illuxit dies! *Ovid. 7. Met. 451.* nullos Erechthidis fertur celebratior illo illuxisse dies. — *Vulg. Interpr. Ps. 96. 4.* Illuxerunt fulgura eius *(Dei)* orbi terrae. — **B)** Impersonaliter *illuxit* pro dies factus est; *si fe' giorno. Liv. 2. 65.* Ubi illuxit, Romanus productus in aciem. Adde *Caes. 1. B. C. 25.*, ubi tamen alii *luxit* pro *illuxit* leg. *Vulg. Interpr. Ierem. 20. 3.* Cumque illuxisset in crastinum. — **C)** Translate. *Cic. 4. Fin. 2.* Eaque in maximis ingeniis maxime illucere. *Al. leg.* elucere. *Id. 1. Agr. 8.* Cum populo Ro-

Digitized by Google

vox et auctoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit. *Vellei. 1. 5.* Clarissimum Homeri illuxit ingenium. — *Vulg. Interpr. 2. Cor. 4. 6.* ipse *(Deus)* illuxit in cordibus nostris. Adde *Ps. 117. 27.* — Impersonaliter. *Impp. Diocletian. et Maximian. Cod. 5. 71. 16.* Apud quem si non illuxerit, universa pretia in patrimonium tuum processisse, etc.; h. e. si apparuerit, probatum fuerit. — **4)** Transitivorum more

II. *Illuceo*, cum accusativo, vi insitae praepos. est illustrare; *illuminare:* pro lucere in aliquem. *Plaut. Bacch. 2. 3. 21.* Vulcanus, Sol, Luna, Dies, Dei quatuor, Scelestiorem nullum hominem illuxere alterum. V. vocem sequent. §. 2.

ILLŪCESCO (et Illucisco), et Inlucesco, is, ĕre. Verbum intransitiv. transitivorum more quoque adhibitum, specie inchoativ. ab *illuceo*. — Particip. *illucescens* §. 1. et seq. — Proprie est lucere incipio; *farsi lucido. Cic. Mil. 26.* Illucescet aliquando ille dies, cum tu etc. *Ambros.* in *Luc. 3. 3.* apud *Quicherat* in *Add. Lex. Lat. p. 125.* Cum illucescerent elementa mundi. — *Rufin. 3. Recognit. 3.* Illucescente die. — **2)** Translate. *Chrysol. Serm. 149.* Et, illucescente veritate, fugetur mendacium. — **3)** Transitivorum more

II. *Illucesco* cum accusativo est illuminare. *Plaut. Amph. 1. 3. 48.* Nunc te, nox, mitto, ut cedas diei, Ut mortales illuciscas luce clara et candida *(illucescas* antiquo scribendi more). Nisi velis intelligere; *ut lucescas in mortales*. Al. etiam leg. *mortalibus*. *Inscr.*, quae spectat ad a. post Chr. 586., apud *Murat. 431. 2.* Obiit bonae memoriae Caesarius medium noctis die dominica illucescente VI. Id. decembris indictione quinta. — **4)** Translate. *Eugypp. Thesaur. 551.* Quaestio, quam Dominus . . . si aliquantulum dignatus fuerit illucescere atque revelare, etc.

ILLŪCĬDUS et Inlucidus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *lucidus;* non lucidus, obscurus. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *120.* Exin revertens praerupta per loca caelo inlucido, *ut* iuxtim se viantes vix mutuo noscerentur, etc. V. ILLUTIBILIS.

ILLŪCISCO. V. ILLUCESCO §. 3.

ILLUCTANS et Inluctans, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* intentiva et *luctans;* in aliqua re luctans. *Stat. 4. Theb. 790.* Et teneris meditans verba illuctantia labris; h. e. quae infantis in ore veluti luctantur, aegreque exprimuntur.

ILLŪCŬBRĀTUS et Inlucubratus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *lucubratus;* minime lucubratus; non *istudiato. Sulpic. Sever. epist. 3. ad Bassul.* Scripta negligenter emissa, inlucubrata, atque impolita.

ILLŪCŬLASCO et Inluculasco, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *luceo*, specie inchoativ. — Est idem ac illucesco; *albeggiare. Front. 1. ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 3.* Lucebat in pueritia tua virtus insita, lucebat etiam magis in adolescentia: sed ita, ut cum serenus dies inluculascit lumine inchoato. Nunc iam virtus integra orbe splendido exorta est, et radiis dissemiata est.

ILLŪDĬA et Inludia, ōrum, n. Verbale ab *illudo;* visa, quibus alicui per somnium illuditur; *illusioni. Tertull. Resurr. carn. 16.* Praesumens, nihil aliud se, quam illudia animarum somniaturum, urgentium et inquietantium, etc.

ILLŪDĬO, as, are. V. voc. seq. §. b.

ILLUDO et Inludo, dis, si, sum, dĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *ludo*. — **b)** Alia forma, tamen parum certa, *illudio, as, are*, usurpavit *Gell. 1. 7.* Ne ut in Plauti comoedia moechus (sic enim mendae suae illudiabant), ita in Ciceronis oratione soloecismus esset manifestarius. *Al. leg.* illudebant. Cf. ALLUDIO. — **c)** Particip. *illudens* §. 3. et 6., *illusus*. V. suo loco. — **d)** Derivata, *illudia, illusio, illusor, illusorium*.

ILLUDO proprie est in aliqua re ludo; *scherzare in qualche cosa, divertirsi. Horat. 1. Sat. 4. 138.* ubi quid datur otî, illudo chartis. Et *2. ibid. 8. 62.* Heu, Fortuna . . . ut semper gaudes illudere rebus humanis! *prenderti giuoco. Vulg. Interpr. Ps. 103. 26.* Draco iste, quem formasti ad illudendum ei; h. e. ut homini esset spectaculum et oblectamentum, ut ex *LXX. Interpr.* colligi videtur. — **2)** Est etiam accedendo recedendoque veluti ludere de rebus inanimis, quod saepius explicatur per verbum alludere. V. ALLUDO §. 2. *Tibull. 3. 4. 35.* Ima videbatur talis illudere palla. — **3)** Item; *dileggiare, deridere, farsi beffe, burlare:* in aliquid ludo, deludo, irrideo, ludificor, ludibrio habeo. *Cic. 7. Fam. 22.* Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram, etc. *Id. Rosc. Am. 19.* Alicuius miseri fortunis, et virorum tantam dignitati illudere. *Id. Dom. 59.* Illudere auctoritati summorum virorum. *Ter. Andr. 4. 4. 18.* adeon' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? *Id. Eun. 5. 4. 19.* Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus, Ulciscar, ut ne impune in nos illuseris. *Cic. 5. Orat. 43.* In Albutium illudens Lucilius, ne a me quidem abstinuit. — **4)** Aliquando est quasi ludendo perdere. *Tacit. 2. Hist. 94. extr.* Tanquam in summa abundantia pecuniae illudere. *Virg. 2. G. 374.* Silvestres uri assidue, capraeque sequaces Vitibus illudunt; h. e. insiliunt, praerodunique, et corrumpunt. Et *1. ibid. 181.* Tum variae illudunt pestes. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 10. 2.* Quaecumque illusi Aegyptiis. *Vulgata* nostra habet *quoties contriverim Aegyptios*. — **5)** Sensu obsceno est vim inferre alicui, polluere, violare. *Tacit. 13. Ann. 17.* Tradunt, illusum isse pueritiae Britannici Neronem. *Id. 15. ibid. 72.* C. Caesar etiam matri eius illusit. *Suet. Tib. 45.* Illudere illustrium feminarum capitibus. V. INSULTO. — **6)** Deinde, transitivorum more, iisdem fere significationibus,

II. *Illudo* est derideo, eludo, ludibrio habeo; *deridere, eludere, beffare. Cic. 1. Orat. 13.* Ipse vero praecepta sic illudere solebat, ut etc. Et *2. ibid. 58. sub fin.* Miseros illudi notunt, nisi se forte iactant. *Ter. Phorm. 5. 7. 22.* Satis superbe illuditis me. *Tacit. 14. Ann. 52.* Illudere voces Neronis, quoties caneret. *Virg. 9. Aen. 634.* verbis virtutem illude superbis. *Ovid. 9. Met. 66.* illudens nostras Tirynthius artes. *Nep. Annib. 10.* Sic, conservatis suis rebus, Poenus, illusis Cretensibus omnibus, ad Prusiam in Pontum pervenit; *burlati e ingannati. Cic. 1. Rep. 15.* Pergis ne eam, Laeli, artem illudere, in qua primum excello ipse, deinde etc. — *Vulg. Interpr. Prov. 14. 9.* Stultus illudet peccatum. — **7)** Aliquando est quasi ludendo perdere. *Ter. Andr. 5. 1. 5.* Dum studeo obsequi tibi, paene illusi vitam filiae. — **8)** Item vim turpem inferre, crudeliter vel obscene tractare, polluere, violare; *violare, insultare. Tacit. 1. Ann. 71.* Venia data cunctantius filio, quia Quintilii Vari corpus illusisse dicebatur. — **8)** *Illudere auro vestes* idem est ac pingere acu. V. *Aviani* loc. cit. in ILLUSUS §. 2.

ILLŪI. V. ILLE §. d.

* ILLŬĬBĬLIS. V. ILLUTILIS.

ILLŪMĬNĀBĬLIS et Inluminabilis, le. Adiect. verbale ab *illumino;* qui illuminari potest. *Claud. Mamert. 2. Stat. an. 2. a med.* Mens igitur humana intelligens nonnihil in anima humana esse Deo simile, quia sit ille lumen illuminans et haec lumen illuminabile, etc.

ILLŪMĬNĀTĒ et Inluminate. Adverb. ab *illuminatus;* splendide, et quasi lumine adhibito; *splendidamente, luminosamente. Cic. 3. Orat. 14.* Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus et verbis dicunt.

ILLŪMĬNĀTĬO et Inluminatio, ōnis, f. Verbale ab *illumino;* actus illuminandi; *illuminazione. Macrob. 1. Saturn. 18.* Orpheus *φάναγε* dixit solem a lumine atque illuminatione. Cf. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7128.* — **2)** Translate. *Quintil.* in *declam. Trib. Marian. 3.* Non derivatur a prosvis illuminatio filiorum; h. e. illustratio, nobilitas. — **3)** Speciatim apud Scriptores Ecclesiasticos de effectu gratiae ac fidei. *Tertull. advers. Hermog. 18.* Mala necessaria fuisse ad illuminationem bonorum. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 29. 1.* Uti non fulgeat illuminatio Evangelii gloriae Christi. Cf. *Vulg. Interpr. 2. Cor. 4. 4. Id. Psalm. 26. 1.* Dominus illuminatio mea et salus mea. Adde *2. Tim. 1. 10.* et *2. Mach. 2. 2.*, ubi in plur. num.

ILLŪMĬNĀTOR et Inluminator, ōris, m. Verbale ab *illumino;* qui illuminat, illustrator; *illuminatore*. — Translate, qui aliquid in lucem profert. *Tertull. Cor. mil. 7.* Certe Graecos fuisse constat auctores rei vel illuminatores. — **2)** Speciatim apud Ecclesiasticos Scriptores, ut in voc. praeced. §. 3. dictum est. *Id. 4. advers. Marcion. 17. extr.* Illuminator religionis Christus. *Lactant. 6. 18.* Illuminator noster Deus. Adde *Vulg. Interpr. Prov. 29. 13.*

ILLŪMĬNĀTRIX et Inluminatrix, Icis, f. Verbale ab *illumino;* quae illuminat; *illuminatrice. Isid. 7. Orig. 10. init.* Maria, illuminatrix, sive stella maris.

ILLŪMĬNĀTUS et Inluminatus, a, um. Particip. verbi *illumino*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est lumine perfusus; *illuminato. Cic. 2. Nat. D. 46.* Luna illuminata a sole. — **2)** Translate est ornatus; *ornato. Auct. ad Herenn. 4. 47.* Corona aurea fulgentibus gemmis illuminata. *Lamprid. Commod. 17.* Capillus semper fucatus, et auri ramentis illuminatus. *Inscr.* in *Annal. dell' Istit. Archeol. a. 1859. p. 282.* Capita columnarum duo aerea auro inluminata. Adde *aliam* apud *Renier, n. 1891.* — **3)** Refertur ad intellectum. *Cic. Brut. 58. extr.* Illuminata sapientia. — **4)** Speciatim vero apud Scriptores Ecclesiasticos eo sensu, quo dictum est in ILLUMINATIO §. 3. *Vulg. Interpr. Ephes. 1. 18.* Ut Deus . . . det vobis . . . illuminatos oculos cordis vestri. *Id. Hebr. 10. 32.* Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum. V. ILLUMINO §. 3.

ILLUMĬNO et Inlumino, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *lumino*. — **b)** Particip. *illuminans* §. 1., *illuminatus*, v. suo loco, *illuminaturus* §. 3. — **c)** Derivata, *illuminabilis, illuminate, illuminatio, illuminator, illuminatrix*.

ILLUMINO proprie est lumine perfundo, lucidum reddo, illustro; *illuminare, illustrare. Plin. 2. 75. 1.* Solstitii die medio nullam umbram iaci, puteumque eius experimenti gratia factum, totum illuminari. *Colum. 8. 5.* Tabulata gallinarum parvis fenestellis illuminantur. *Stat. 12. Theb. 275.* ruptoque vias illuminat igni. — **2)** Translate. *Cic. 3. Orat. 54. extr.* Orationem sententiis verborumque conforma-

lionibus illuminare. *Id. Orat.* 25. Concinnitas, quae verborum collocationem illuminat his luminibus, quae Graeci σχήματα appellant. *Vell.* 2. 18. Horum fidem Mitylenaeorum perfidia illuminavit; *fr' comparire.* Et 35. Ille dies virtutem M. Catonis, iam multis in rebus conspicuam atque praenitentem, altissime illuminavit. Et 66. Cicero hoc rerum naturae corpus eloquentia illuminavit. *Plin.* 9. 60. 3. Purpura omnem vestem illuminat. *Tertull. Apolog.* 4. Nonne et vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, etc. *Inscr.* apud *Renier, n.* 1846. *Qui* libertatem, tenebris servitutis oppressam, sua felici victoria nova luce illuminavit. — **B)** Speciatim apud Scriptores Ecclesiasticos refertur ad gratiam et fidem Christi, quae nova luce illustrat mentes fidelium. *Tertull. Poenit.* 2. Quam gratiam universo orbi illuminaturus esset. *Dionys. Exig. Cod. Canon. Laodic.* 166. p. 165. *Migne.* De his, qui nuper sunt illuminati baptismate, quod etc. *Vulg. Interpr. Ephes.* 5. 14. Exsurge a mortuis et illuminabit te Christus. *Id. Hebr.* 6. 4. Qui semel sunt illuminati, etc. — *Id. Ps.* 66. 2. Deus illuminet vultum suum super nos; *h. e.* sereno vultu nos respiciat.

ILLŪMĬNUS et Inluminus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *lumen;* qui est sine lumine; *senza lume. Apul.* 6. *Met.* 2. Et illuminarum Proserpinae nuptiarum demeacula. *Onom. Lat. Gr.* Illuminus; ἀφεγγής. V. ILLUNIS.

ILLUNC. V. ILLE §. 8.

ILLŪNIS et Inlunis, ne. Adiect. ab *in* privativa et *luna;* sine luna, lunae splendore carens; *senza luna. Plin.* 6. *ep.* 20. *a med.* Nox non quasi illunis, aut nubila, sed qualis in locis clausis, lumine exstincto. *Sil.* 15. 619. Illunem nacti per rura tacentia noctem. *Onom. Lat. Gr.* Illunis; σκοτεινή.

ILLŪNĬUS et Inlunius, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedens; *senza luna. Apul.* 4. *Met.* 18. Servato noctis illunio tempore. Ita legit *Hildebr.* auctoritate optimor. Codd. etiam alio loco; nempe 9. *ibid.* 35. Tenebris illuniae caliginis impeditus. *Alii Als locis leg.* illumino *et* illunae. Cf. voc. praeced.

ILLŪNUS et Inlunus, a, um. V. voc. praeced. *in fin.*

ILLŬO et Inluo, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *luo;* influendo alluo; *bagnare. Plin.* 3. 10. 4. Mare Hispanum nuncupatur, quatenus Hispanias illuit. *Ulp. Dig.* 10. 2. 16. Id, quod amnis fundo, post litem contestatam, illuit; *h. e.* fluendo intulit. Ita *Torrentin. Alii* elluit. Cf. ILLUVIES.

ILLŪSĬO et Inlusio, ōnis, f. Verbale ab *illudo;* actus illudendi, derisio; *irrisione, scherno. Vulg. Interpr. Ps.* 78. 4. Facti sumus . . . subsannatio et illusio his, qui in circuitu nostro sunt. *Id. Eccli.* 27. 31. Illusio et improperium superborum. Adde *Isai.* 66. 4. — **B)** *Id. Ps.* 37. 8. Lumbi mei impleti sunt illusionibus; *h. e.* ignominia: ita vertit et *Hieronym.* Alii cum Chaldaica versione: *lumbi mei impleti sunt combustione,* de libidinis igne interpretantur. — **C)** Speciatim

II. *Illusio* enumeratur a *Cic.* 3. *Orat.* 53. inter figuras sententiarum: quam quidem *Quintil.* 6. 3. *post med.* ironiem esse docet: intellige eam, quae cum irrisione coniuncta est. Nam quae sine risu est, de ea *Cicero* eodem loco paulo post verba facit, *dissimulationem* appellans. Porro *illusionem* ait *a praeceptis Caesaris non abhorrere:* Caesar autem (2. *Orat.* 58.) multa de risu tradit: unde fit, ut *Cicero* illusionis nomine vel sarcasmum, quae ironiae species est, vel μυκτηρισμόν; *h. e.* simulatum quidem, sed non latentem derisum, vel aliam huiusmodi, qua per risum aliquis illuditur, intellexisse videatur. Hanc ipsam illusionem *Id.* designat his verbis: *Orat.* 40. Saepe ut extenuet aliquid, saepe ut irrideat. Et *Quintil. loc. cit.* Aliquando cum risu quodam contraria dicuntur iis, quae intelligi volunt: quemadmodum in Clodium: *Integritas tua te purgavit, mihi crede; pudor eripuit, vita anteacta servavit.*

ILLŪSOR et Inlusor, ōris, m. Verbale ab *illudo;* qui illudit; *beffatore. Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 35. *ante med.* Illusor legis. *Augustin. epist.* 253. *prior., sub fin.* illusor potius, quam veritatis doctor. *Vulg. Interpr. Isai.* 28. 14. Audite verbum Domini, viri illusores. Adde *Paulin. Nolan. carm.* 20. 72. et *Vulg. Interpr. Prov.* 3. 32. et 34.

ILLŪSŌRĬUS et Inlusorius, a, um. Adiect. verbale ab *illudo;* derisorius; *illusorio. Ambros.* in *Luc.* 10. 25. apud *Quicherat, Addend. lex. Lat. p.* 126. Illusoria adoratio. — **B)** Hinc absolute, substantivorum more,

ILLUSORIUM, ii, n. Est illusio, ludibrium. *Gloss. Philox.* Χλεύη; illusorium.

ILLUSTER, tris, tre. V. ILLUSTRIS §. b.

ILLUSTRĀMENTUM et Inlustramentum, i, n. Verbale ab *illustro,* syllabica adiectione productum; illustratio, ornamentum; *illustramento, ornamento. Quintil.* 11. 3. *post med.* Haec sunt vel illustramenta pronunciationis, vel vitia.

ILLUSTRĀTĬO et Inlustratio, ōnis, f. Verbale ab *illustro;* actus illustrandi; *illustramento. Cic.* 1. *Nat. D.* 31. Solis illustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. — **B)** Translate. *Quintil.* 6. 2. *ad fin.* Ἐνάργεια, quae a Cicerone illustratio et evidentia nominatur, quae non tam dicere videtur, quam ostendere. — **C)** Sensu spirituali de operatione gratiae divinae. *Verecund.* in *Cantic. Habac.* 1. Ex quo nos *(Deus)* suis illustrationibus illustravit, etc. Cf. *Vulg. Interpr.* 2. *Thess.* 2. 8.

ILLUSTRĀTOR et Inlustrator, ōris, m. Verbale ab *illustro;* qui illustrat. *Lactant.* 2. 9. Deus luminis fons et illustrator rerum. — **B)** Translata. *Inscr.* apud *Reines, cl.* 6. *n.* 129. Inlustratori prosapiae suae.

ILLUSTRĀTUS et Inlustratus, a, um. Particip. verbi *illustro;* lumine perfusus, illuminatus; *illuminato, illustrato. Colum.* 1. 6. Ergastulum angustis illustratum fenestris. — **B)** Translate; *posto in chiaro. Cic.* 5. *Catil.* 1. et 9. Omnia illustrata, patefacta, comperta sunt per me. *Id. Brut.* 64. Genus scriptionis nondum satis Latinis litteris illustratum. — **C)** Item; *reso illustre, famoso. Plin.* 5. 20. 3. Padus poena Phaethontis illustratus. *Id.* 14. 8. 9. Vina maxime illustrata Messalae potu et salute. *Id.* 55. 56. 28. Opus versibus Graecis illustratum.

ILLUSTRĀTUS et Inlustratus, us, m. Verbale ab *illustro;* status, seu dignitas eorum, qui *Illustres* appellabantur, de quibus multa docet *Gothofred.* ad *Cod. Theod.* 6. 7. 1. et 6. 18. 1. *Cassiod.* 6. *Variar.* 11. Cape igitur pro fide ac laboribus tuis comitivae domesticorum illustratum vacantem, ut et tuis civibus decoratus apparens, et, quod est dulcissimum mentibus bonis, iugiter propriis utilitatibus occuperis. *Id. ibid.* 16. Additur etiam perfuncti laboris aliud munus, ut si quo modo ad illustratum vel vacantem meruerit pervenire, omnibus debeat anteponi, qui codicillariis illustratibus probantur ornari. V. ILLUSTRISSIMATUS.

ILLUSTRIS et Inlustris, re. Adiect. verbale ab *in* intentiva, et *lustro,* quod V. — **B)** Alia forma *illuster,* in recto singulari legitur apud *Val. Max.* 4. 1. *n.* 3. et *ibid.* 3. *n.* 11. in multis MSS., quamquam alii habent *illustris.* — Item in titulo proocmii praefixi libro *Marcell. Empir. de medicam.* Marcellus vir illuster ex magno officio Theodosii sen. filiis suis salutem dicit. V. infra §. 4. — Item in *Gesta in Senatu pro recip. Cod. Theod.* Anicius Acilius Glabrio V. C. et illuster. Et *alibi saepe.* — **C)** *Einlustris* scribitur in *Cic. Fragm.* apud *Mai, Class. Auct. T.* 2. *p.* 12. — **D)** Comparat. *illustrior* §. 2. et seq., superlat. *illustrissimus* §. 3. et 4. — **E)** Derivata, *illustramentum, illustratio, illustrator, illustratus, us, illustrius, illustro.* — **F)** Composita, *ex illustre, perillustris.*

ILLUSTRIS proprie est lucidus, clarus, illustratus; *luminoso, chiaro. Cic.* 2. *Nat. D.* 37. Qui sub terra semper habitavissent, bonis et illustribus domiciliis. *Colum.* 1. 6. Balnearia occidenti aestivo advertantur, ut sint usque in vesperum illustria. *Auct. ad Herenn.* 3. 19. Nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos haberi oportet. *Plin.* 9. 23. 1. Pisces noctibus illustribus, aeque quam die, cernunt; *sereni. Id.* 18. 78. 3. Solis radii non illustres. *Val. Flacc.* 6. 528. Illustre caelum. — **B)** Translate est manifestus, patens; *manifesto, chiaro, noto. Cic.* 1. *Nat. D.* 3. *extr.* Habere visum quendam insignem et illustrem. *Id.* 7. *Verr.* 13. Factum illustre notumque omnibus. *Id.* 11. *Fam.* 27. *a med.* Praeter haec, quae sunt testata et illustria, habeo multa occultiora, quae etc. *Id.* 4. *Acad.* 29. A certis et illustrioribus cohibes assensum. *Senec. ep.* 33. Instruenda est vita exemplis illustribus: non semper confugiamus ad vetera. *Cic. Partit.* 6. Illustris oratio est, si et verba gravitate delecta ponuntur, et translata, et superlata, et ad nomen adiuncta, et idem significantia, atque ab ipsa actione, atque imitatione rerum non abhorrentia; *h. e.* figuris ornata. Et *mox.* Est plus aliquanto illustre, quam dilucidum: altero fit, ut intelligamus, altero ut videre videamur. — **C)** Item celebris, clarus, nobilis; *illustre, celebre, insigne. Id. Senect.* 11. Causas illustres defendere. *Id.* 1. *Fam.* 7. *ad fin.* Haec vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint, cum aliquantum ex provincia laudis accesserit. *Caes.* 6. *B. G.* 18. Paterfamilias illustriore loco natus. *Nep. Dion.* 1. Legationes, quae essent illustriores, per Dionem administrabantur. *Id. Pausan.* 1. Huius illustrissimum est proelium apud Plataeas. *Id. Reg.* 1. Xerxi maxime est illustre, quod maximis post hominum memoriam exercitibus terra marique bellum intulit Graeciae. *Cic.* 1. *Offic.* 22. Themistoclis nomen est, quam Solonis, illustrius. *Id. Dom.* 46. Vita remota ab honore populari, et ab hac illustri gratia. Et 52. Eius in omni vita nihil est ad laudem illustrius, quam calamitas ipsa. *Caes.* 7. *B. G.* 5. Ubi maior atque illustrior incidit res, clamore per agros regionesque significant. — **D)** Speciatim hoc sensu

II. *Illustris* dicitur quoque de personis, qui rebus gestis inclaruerunt, aut genere, aut doctrina. *Val. Max.* 4. 3. 11. Si quis hoc seculo vir illustris pellibus haedinis pro stragulis utatur. Adde *ibid.* 15. *Gest. in Senatu pro recip. Cod. Theod. init.* Flavius Paulus, V. C. et illuster, Urbis praefectus. V. supra §. b. *Varr.* 2. *RR.* 1. De antiquis illustrissimus quisque pastor erat. *Gell.* 18. 7. Vos quoque philosophorum illustrissimi. *Vulg. Interpr.* 1. *Mac.* 1. 11. Antiochus illustris. — **E)** Posteriori aevo *illustres* dicebantur supremi ordinis senatores, medii

Digitized by Google

spectabiles, infimi *clarissimi*, ut *Isid.* docet *9. Orig. 4.* At id fortasse obtinuit sequiori tempore; nam olim omnes senatores *clarissimi* sunt appellati. V. CLARUS §. 8. Ceterum consule *Gothofred.* ad *Cod. Theod. 3. 11. 1.* V. et vocem praeced. et seq. — **B)** *Servius* ad *6. Aen. 758. illustrem* docet aliquando in malam partem usurpari, ut *nobilis*, et ideo meretricibus etiam tribui.

ILLUSTRISSĬMĀTUS et Inlustrissimatus, us, m. Nomen ab *illustrissimus*, quod est superlat. ab *illustris*, effictum, ut a *clarissimus*, *clarissimatus*. *Cassiod. 1. Var. 4.* Avus Cassiodorus illustrissimatus honore cinctus, qui eius generi non poterat abnegari. *Alii leg.* illustratus. V. hanc voc.

ILLUSTRĬUS, ILLUSTRISSĬMĒ et Inlustrius, Inlustrissime. Adverb. ab *illustris*, cuius positivus gradus, *illustre* exemplum nondum vidi, inquit *Forcellinus*. — Est autem magis clare, clarissime; *con maggior chiarezza*, *chiarissimamente*. *Cic. 10. Fam. 19.* Sic vidi, quasi ea, quae oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? semper equidem, sed nunquam illustrius. *Gell. 9. 13.* Q. Claudius purissime atque illustrissime, simplicique atque incompta orationis antiquae suavitate descripsit. *Arnob. 2. p. 44.* Haec omnia illustrius commemorabuntur et planius.

ILLUSTRO et Inlustro, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *illustris*. — Particip. *illustrans* §. *1.*, *illustratus*, V. suo loco. — Proprie est rem aliquam illustrem, seu lucidam et splendidam facio, aut reddo, lucem et splendorem alicui rei affero; *illustrare*, *illuminare*. *Cic. Somn. Scip. 4.* Sol cuncta sua luce illustrat et complet. *Plin. 2. 16. 2.* Placida nocte, leniter illustrante stellas. *Horat. 4. Od. 14. 5.* O, qua sol habitabiles illustrat oras, maxime principum. — **B)** Translate est res occultas patefacere. *Cic. 3. Catil. 8.* Ut ea consilia, quae clam essent inita contra salutem urbis, illustrentur. *Id. 1. ibid. 3.* Illustrantur, erumpunt omnia. *Id. Amic. 97.* Patefacere et illustrare veritatem. — **B)** Item explicare, declarare rem aliquam difficilem et obscuram. *Id. 4. Acad. 1.* Philosophiam veterem illam, a Socrate ortam, Latinis litteris illustrare. *Id. 1. Orat. 59.* Ius obscurum et ignotum patefacere et illustrare. — **4)** Illustrare orationem apud Rhetores est figuris, quasi luminibus ornare. *Id. 3. ibid. 56.* et *Orat. 27.* Illustrant orationem, quasi stellae quaedam, translata verba atque immutata. *Id. 2. Invent. 15.* Distinguere atque illustrare orationem. — **5)** Praeterea tam de rebus quam de personis *illustro* est etiam nobilitare, celebrem reddere. *Id. 1. Fam. 6.* Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. *Nep. Themist. 1.* Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur. *Cic. Arch. 9.* Qui libri non modo Lucullum, verum etiam populi R. nomen illustrant. *Lucceii.* ad *Cic. 5. Fam. 14.* Illustrare aliquem laudibus. *Plin. 4. 18. 10.* Illustrant duae urbes utrinque litora. *Id. 34. 19. 32.* Quem Brutus cognomine suo illustravit. *Stat. 2. Achill. 65.* nunc hospitio mea tecta piumque Illustrate larem; *onorate*. *Horat. 2. Sat. 6. 17.* Quid prius illustrem Satiris Musaque pedestri? *Quintil. 10. 1. 22.* Summa, quibus illustratur forum, ingenia. Adde *3. 7.*.*10.* et *10. 1. 67.* — **C)** Specialim apud Scriptores Ecclesiasticos

II. *Illustro* est lumine gratiae divinae perfundo, quo sensu frequentius *illumino* dicitur; *illuminare*, *illustrare*. — *Verecund. in Cantic. Habac. 1.* V. loc. in ILLUSTRATIO §. 3. — **B)** *Vulg. Interpr. Ps. 30. 17. de Deo.* Illustra faciem tuam super servum tuum; *h. e.* oculis benignis aspice et serena.

ILLŪSUS et Inlusus, a, um. Particip. verbi *illudo*, adiectivorum more etiam adhibitum; irrisus, ludibrio habitus, frustratus; *beffato*, *burlato*. *Tacit. 15. Ann. 68.* Saepe asperis facetiis illusus. *Horat. 2. Sat. 5. 26.* Aut spem deponas, aut artem illusus omittas. *Ovid. 1. Amor. 8. 85.* Nec, si quem falles, tu periurare timeto: Commodat illosis numina surda Venus. *Cic. Quint. 16.* Timide et pedetentim istuc descendunt, inviti, multis vadimoniis desertis, saepe illusi ac destituti. *Horat. 2. Sat. 7. 108.* Illusique pedes vitiosum ferre recusant Corpus; *h. e.* crapula gravatum vacillantes ferre recusant. Quo pertinet illud *Plaut. Pseud. 5. 1. 5.* magnum hoc vitium vino est: Pedes captat primum: luctator dolosus est. — **B)** Alio sensu *Virg. 2. G. 464. illusas auro vestes* dixit, in quibus scil. artifex acu veluti ludens, aliquid auro pinxit, atque intexuit. Ita *Servius* recte improbans eos, qui *inclusas* legebant. Sic *Prudent. 14. περὶ στεφ. 104.* Splendore multo structa habitacula, Illusa pictae vestis inania. Sic *Avien. Perieg. 1258. de Persis.* Illudunt auro vestes. *Al. male leg.* illidunt. — **B)** Transfertur quoque ad intellectum et *illusus* dicitur falsis opinionibus captus; *illuso*. *Boëth. Cons. Phil. 1. prol. 2.* Lethargum patitur, communem illusarum mentium morbum.

ILLUT. V. ILLE §. d.

ILLŪTĬBARBUS, et Inlutibarbus, a, um. Adiect. ab *illutus* et *barba*; qui barba sordida est. *Apul. Florid. n. 5.* Vultu ferino trux, hispidus, illutibarbus, spinis et pilis obsitus. *Al. leg.* multibarbus.

ILLŪTĬBĬLIS. V. voc. seq.

ILLŪTĬLIS et Inlutilis, le. Adiect. ab *illutus*; qui elui non potest; *che non si può lavare*. — Translate, qui nequit tolli. *Plaut. Men. 1. 2. 57.* Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore inlutili. Ita legit *Ritschel.*, alii olim legebant cum *Non. 4. 42. 5. illutibili*, alii *illucido*, quod probaverat etiam *Forcellinus*; demum *Quicherat* in *Add. Lex. Lat. p. 125.* proposuit *illubili*; sed ratio metrica priorem tantum lectionem admittere videtur.

ILLŪTUS. V. ILLOTUS.

ILLŬVĬES et Inluvies, ēi, f. Verbale ab *illuo*, quo proprie significatur idem quasi alluvies sive inundatio aquae, atque hinc quidquid mare aut flumina alluendo deponunt; *inondazione*. *Iustin. 2. 1.* Illuvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit. Et *6.* Aquarum illuvies maiorem partem populorum Graeciae absumpsit. — *Apul. 1. Met. 6.* Sordium enormem illuviem operose effrico. — **B)** Apud *Tacit. 12. Ann. 51.* Interim Zenobiam placida illuvie, spirantem ac vitae manifestam advertere pastores: *illuvies* est cursus fluminis ad riparum latera placide in stagni morem inundantis: sed videtur legendum *eluvie*. V. ELUVIES §. 2. — **B)** Deinde universim

II. *Illuvies* dicitur quaecumque immunditia, sordes non lotae in corpore animalis; *sordidezza*, *bruttura*, *muffa*. *Vetus poëta* apud *Cic. 5. Tusc. 12.* Barba intonsa infuscat pectus illuvie scabrum. *Tacit. 4. Ann. 28.* Illuvie ac squalore obsitus. *Id. 4. Hist. 46.* Illuvie deformis. *Ter. Heaut. 2. 3. 53.* Ancillula pannis obsita, neglecta, immunda illuvie. *Virg. 3. G. 561.* Vellera tondere morbo illuvieque peressa. *Colum. 7. 10. a med.* Suillum genus non est contentum potione aquae, nisi obesam illuviem atque distentam pabulis alvum demerserit, ac refrigeraverit; *h. e.* corpus sordibus oblitum. *Ulp. Dig. 21. 1. 12.* Trebatius ait, non esse morbosum, os alicui olere: hoc enim ex illuvie oris accidere solet. Adde *Lucil.* et *Varron.* apud *Non. 2. 457.* — *Apul. 3. Met. 28.* Enormis illuvies et squalentium foederum insuave fastidium. *Alii* ingluvies *leg.*, sed V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **4)** Specialim apud *Vulg. Interpr. Deuter. 28. 57.* Illuvies secundarum. V. SECUNDUS. — **5)** Translate est convicium in hominem sordidum et misere viventem. *Plaut. Most. 1. 1. 38.* te Iuppiter, Dique omnes perdant! oboluisti allium, Germana illuvies, rusticus, bircus, hara suis.

ILLŬVĬŌSUS et Inluviosus, a, um. Adiect. ab *illuvies*; illuvie plenus. *Non. 415. 7. Mere.* Taetrum dicitur illuviosum, foetidum.

ILLYRĬCĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. ab *Illyricus*, *a*, *um*; *h. e.* ad *Illyriam*, regionem, pertinens, de qua V. in ONOM., quo, absolute adhibito, significatur herba, quae plenius *Iris Illyrica* audit. *Theod. Priscian. 1. 13.* Siligo cum Illyricae pulvere commixta, etc. V. IRIS.

ILUL. V. ELUL.

IM

IM *pro* In. V. IN. — Item *pro* Eum. V. IS, EA, ID.

ĬMĀGĬNĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *imaginor*; qui imaginatione sive mente concipi potest; *immaginabile*. *Boëth. 5. Cons. Phil. pr. 4.* Quae cum universalis notio sit, tamen imaginabilem sensibilemque esse rem, nullus ignorat. *Id. ibid. pr. 5.* Quod enim sensibile vel imaginabile est, id universum esse non potest. *Quidam mallent legere* Imaginalis. Cf. IMAGINALIS.

ĬMĀGĬNĀBĬLĬTER. Adverb. ab *imaginabilis*; per imaginationem, sive mentis conceptionem; *in immagine*, *fantasticamente*. *Eugypp. Thesaur. 525. de Christo resurrecto.* Cibum ac potum sumere voluit . . . ne illud non corpus, sed spiritum esse arbitrarentur, et sibi non solide, sed imaginabiliter appareret.

ĬMĀGĬNĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale ab *imaginor*; qui imaginatur. *Apul. 3. Met. init.* Ubertim flebam, iam forum et iudicia, iam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus; *rappresentandomi*.

ĬMĀGĬNĀLIS, le. Adiect. ab *imago*; qui est ex imagine; *immaginale*. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 19.* Si imago Dei Christus, de Deo Christus. Imago enim imaginalis imago. Imaginalis autem Deus; imago ergo Christus. Sed imago imaginalis imago est, et quod imaginale est principale, etc. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 14. 3.* Emanationes imaginales. *Id. 3. ibid. 8. 3.* Imaginalis descriptio.

ĬMĀGĬNĀLĬTER. Adverb. ab *imaginalis*; per imaginem, vel in imagine. *Augustin. 12. de Gen. ad litt. 3.* et *6.* et *Eugypp. Thesaur. 507.*

ĬMĀGĬNĀRĬĒ. Adverb. ab *imaginarius*; tumultuarie; *all' improvvisata*. *Sidon. 2. ep. 10.* Epigrammata, quae imaginarie tantum, et quodammodo umbratiliter effingimus; *h. e.* sine studio, prout quaeque poëtica imago sese obtulit.

ĬMĀGĬNĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *imago*; qui verus non est, sed ita concipitur ac si talis esset; *finto*, *immaginario*. *Liv. 3. 41.* Imaginariis fascibus cedere. *Ulp. Dig. 18. 1. 35.* Imaginaria venditio. *Apul. Apol.* Pontianus ei nuptiarum titulum falsum et imaginarium donavit. *Suet. Claud. 25.* Stipendia instituit, et imaginariae militiae genus, quod vocatur supra numerum, quo absentes, et titulo tenus funge-

Digitized by Google

rentur; h. e. *milizia soprannumeraria*. *Flor. 2. 14.* Imaginarius ac scenicus rex. *Id. 4. 10.* Imaginaria belli indictio. — **B)** Speciatim *imaginarium funus* dicitur, in quo non defuncti cadaver, sed eius imago, quam Itali vulgo vocant *la maschera*, exponitur. *funerale rappresentativo*. *Capitolin. Pertin. 15.* Sub Severo imperatore, cum senatus ingens testimonium habuisset Pertinax, funus imaginarium ei, et censorium ductum est. *Isid. Gloss.* Funus imaginarium dicitur tumulus *(lege* funus) sine cadavere, id est inane sepulcrum. Haec postrema verba glossa videntur esse indocti hominis. At recte *Gloss. Philox.* Imaginarius; εἰκονικός. *Inscr.* in *Atti dell' Accad. Rom. Archeol. T. 2. p. 462.* Quisquis ex hoc collegio servus defunctus fuerit, et corpus eius a domino, dominave iniquitate sepulturae datum non fuerit, ei funus imaginarium fiet. V. INFUSUS. — Consule etiam *Herodian.*, qui *l. 4. c. 2.* totam funeris imaginarii pompam describit, atque *Xiphil. excerpt. Dion. l. 74. c. 4.* — **3)** *Imaginarius cantor artis metricae* est, quem Itali *poeta improvvisatore* dicunt. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 625. n. 218.* Q. Caesidio Q. f. Sabiniano fistulario, cantori imaginario arismetr. *(lege* artis metricae*)*; h. e. qui fistula canit et identidem versus edit imaginarie. — Sed dubia est auctoritas. V. ARITHMETICUS in *Nota*. Cf. TUMULTUARIUS et SUBITARIUS. — **4)** Deinde

II. *Imaginarius* est etiam ad imagines sive effigies pertinens. Hinc *imaginarius pictor, imaginarius plastes*, qui imagines pingit, et qui easdem ex argilla fingit; *pittore di figura*, et *plasticatore*. *Edict. Diocl. p.* 22. Pictori parietario diurni X septuaginta, pictori imaginario X centum quinquaginta, plastae imaginario X septuaginta. — **5)** Absolute, substantivorum more,

IMAGINARIUS, ii, m. Est idem ac imaginifer. *Veget. 2. Milit. 7.* Aquiliferi appellantur, qui aquilam portant; imaginarii, vel imaginiferi, qui imperatoris imagines ferunt. — **6)** Latius tamen accipi videtur in *Onom. Lat. Gr.* Imaginarii, σημειοφόροι. Cf. IMAGINIFER §. 2.

IMĀGĬNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *imaginor;* actus imaginandi; item conceptus rei alicuius; *immaginazione*. *Plin. 20. 26. 6.* Imaginationes libidinum in somno compescere. *Tacit. 15. Ann. 56.* Provincias orientis, maxime Aegyptum, secretis imaginationibus agitans; *con segreti pensieri*. *Cassiod. Complex. Apocal. 18.* Quae *(bestia)* diversis membris ferarum terribili imaginatione formatur. — *Boëth.* in *Aristot. libr. de Interpret. ed. Secund. 1. p. 405. Migne.* Est autem imaginatio diversa ab affirmatione et negatione, etc. — **2)** Definitio per imaginationem apud Rhetores est illa, quam Graeci κατὰ ὑπόστασιν dicunt, *Cassiod. Dialect.* — **3)** Item apud Rhetores figura est eadem quae *energia*. *Auct. Schemat. Dian. p. 71.* ed. *Halm.* Ἐνάργεια est imaginatio, quae actum incorporeis oculis subicit. V. ENARGIA.

IMĀGĬNĀTUS, a, um. Particip. verbi *imaginor;* qui mente concepit; *chi ha immaginato*. Active. *Tacit. 15. Ann. 69.* Pavorem eorum et imaginatus, et irrideus Nero. — **2)** Adiectivorum etiam more, passive; mente conceptus; *immaginato*. *Lactant. 5. 13. in fin.* Qui nec audiant divina, nec sentiant, sed terram digitis suis imaginatam metuant, et adorent; h. e. in imaginem et idolum suis manibus conformatam. — *Hilar. 9. Trinit. 69.* Speculum autem ita, ut non imaginatam speciem naturae emittat, sed etc. — *Firmic. Error prof. relig. 4.* Aërem imaginata figuratione venerantur. Cf. IMAGINO.

IMĀGĬNĔUS, a, um. Adiect. ab *imago;* ad imaginem pertinens. *Sedul. 1. 187.* Imagineae vincunt incendia poenae; h. e. imaginariae. *Venant. Fortun. 2. Vit. S. Martin. 276.* Imagineae figurae; h. e. imaginem alicuius referentes.

IMĀGĬNĬFER, ĕri, m. Nomen proprie adiect. absolute adhibitum, ab *imago* et *fero*, de eo, qui imperatoris imaginem fert. *Veget. 2. Milit. 7.* V. locum in IMAGINARIUS §. 5. — **2)** Item signifer. *Inscr.* apud *Grut. 1107. 1.* Aurelius Secundianus imaginifer Leg. S8. *Alia ibid. 562. 1.* Solemnio Fido milit. Leg. Minerviae, imaginifero. *Alia* apud *Renier, n. 1142.* Sallustio Ianuario Imaginifero leg. III. Aug. — *Gloss. Lat. Gr.* Imaginifer; πρωτομόρρος. *Meursius* vero emendat πορτόμορρος.

IMĀGĬNO, as. ātum, āre, et, forma deponens,

IMĀGĬNOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. ab *imago*, utraque forma adhibitum, rarius tamen activa, si particip. *imaginatus* excipias, quod V. suo loco. — *Imaginans* §. 2. et 4. — Proprie est rei alicuius, quae facta sit, vel fieri possit, vel etiam quae fieri non possit, similitudinem mente concipere; *immaginarsi, figurarsi*. *Plin. 2. ep. 10.* Imaginor, qui concursus, quae admiratio te maneat. *Plin. alter, 9. 58. 2.* Imaginari fercula triumphi. *Quintil. 12. 1. 21.* Ipse etiam Tullius quaerit adhuc eum *(oratorem)* et tantum imaginatur ac fingit. *Id. 9. 2. 42.* Nec solum quae facta sint aut fiant, sed etiam quae futura sint aut futura fuerint, imaginamur. — **2)** Item somniare; *sognare*. *Suet. Caes. 81.* Calpurnia uxor imaginata est, collabi fastigium domus. *Plin. 20. 81. 10.* Venerem crebro per somnia imaginantes. — **3)** Item est etiam imaginem facio, effigio. *Gloss. Cyrill.* Εἰκονίζω; imaginor. — **4)** Frequentius vero hoc sensu activa forma

IMAGINO est imagines facio, repraesento; *rappresentare*. *Gell. 16. 18.* Ut speculum in loco certo positum nihil imaginat, aliorsum translatum facit imagines. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. Apol. 15. fin.* et V. IMAGINATUS §. 2. *Apul. Herm. Trism. 3.* Naturam autem per species imaginans. *Gloss. Lat. Gr.* Imagino; ἀπεικάζω.

* IMĀGĬNŌSUS, a, um. Adiect. dubiae admodum auctoritatis et fortasse corruptum, ab *imago* vel *imaginor;* quod exponitur; qui in fingenda, qua sibi placeat, imagine multum valet: hinc Imaginosa meretrix dicitur, quae licet deformis esset, ingentem pecuniae vim pro concubitu petierat a *Catull. 41. 7.* Non est sana puella; nec rogare, Qualis sit, solet haec imaginosa. *Alii* nec rogate *leg.*, Qualis sit, solet haec imaginosum *scil.* haec pati solet morbum illum, quo plurima turbata phantasmata occurrunt, et mentem de statu deiciunt, qualem describit *Horat. 2. Ep. 2. 128.* et *seqq.*

IMĀGO, ĭnis, f. Nomen ab *imitor* factum, quasi *imitago:* quia imitatur ac repraesentat suo modo id, quod exprimit: vel ab εἰμι, quod ab εἶδος; similis sum. *Porphyr.* ad *Horat. 1. Od. 12. 4.* Imago dicitur quasi *imitago*. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 112. Müll.* Imago ab imitatione. V. IMITOR. — **b)** Derivata, *imaginabilis, imaginabiliter, imaginabundus, imaginalis, imaginaliter, imaginarie, imaginarius, imaginatio, imagineus, imagino* vel *imaginor, imaginosus, imaguncula*. — **c)** Compositum, *imaginifer*.

IMAGO proprie est effigies, simulacrum, species, exemplar, alicuius rei repraesentatio; *immagine, figura, simulacro, ritratto*. *Plin. 35. 44. 1.* Hominis imaginem gypso e facie ipsa primus omnium expressit, ceraque in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lysistratus Sicyonius, frater Lysippi. Hic et similitudinem reddere instituit ante eum quam pulcherrimas facere studebant. *Cic. Orat. 31.* Demosthenes quidem, cuius nuper inter imagines tuas ac tuorum, imaginem ex aere vidi. *Id. 5. Fam. 12. a med.* Spartiates Agesilaus neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse. *Id. 5. Fin. 1. extr.* Epicuri imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis, et in anulis habent. *Ovid. 3. Trist. 11. 43.* Munere in hoc, rex, est usus, sed imagine maior; *maggiore di quel che si vede*. — *Plin. 35. 34. 4.* Cimon Cleonaeus catagrapha invenit, hoc est obliquas imagines. Fortasse *figure in iscorcio*. V. *Helbig* in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1864. p. 45.* et *seqq.* — **2)** Dicitur saepe de effigie imperatorum, quae aliquando honoribus divinis etiam colebantur. *Suet. Calig. 14.* Caesarum imagines adoravit *(Artabanus)*. *Inscr.* apud *Renier, n. 1754.* Posuit imaginem auream Domino nostro *(abrasum est nomen Imp.)* Pio Felici Aug. *Alia, ibid. n. 127.* Qui imagines sacras aureas fecerunt. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6608.* Imagines Domus divinae. — *Alia* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1854. p. 12.* Onesimus Aug. lib. Proc. fecit Imaginibus et Laribus cultoribus Fucini; h. e. fecit sive dicavit aliquid in honorem Imaginum et Larium Augusti vel Augustorum, quae tutela erant Fucini, sive pro cultoribus Fucini lacus. — **3)** Aliquando opponitur *statuae*, ita ut imago sit effigies exhibens vel caput tantum, aut ad summum hominem ad umbilicum usque, Graece πρωτομή; *busto, ritratto*. *Cic. 5. Fam. 12. post med.* Unus Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium, statuasque superavit. *Suet. Tib. 26.* Statuas atque imagines, nisi permittente se, poni *(sibi prohibuit)*. *Id. Calig. 54.* Vetuit posthac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi se consulto et auctore, poni. Adde *Tit. 4.* et *Oth. 7.* — Huc fortasse spectant imagines argenteae septem Deorum in *Inscr.* apud *Grut. 170. 4.* et imago Corinthia Traiani Caesaris in *alia, ibid. 175. 9.* et imago argentea cum aereo clipeo in *alia* apud *Murat. 7185.* V. *Henzen* in *Bullett. cit. a. 1866. p. 100.* et Cf. *Plin. 35. 2. 1.* et *seqq.* — **4)** Saepe etiam

II. *Imago* refertur ad nobilitatem. Nam apud Romanos qui maiorum suorum habuerunt imagines, ii nobiles; qui suas tantum, ii novi; qui nec maiorum, nec suas, illi demum ignobiles appellati sunt. *Cic. Pis. 1.* Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil, praeter colorem. *Fumosas imagines* dixit propter antiquitatem. *Id. 2. Agr. 36. extr.* Si quid deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecentur; *idest* novus homo sum, nulla generis nobilitas me vobis commendabit. *Sall. Iug. 85.* Homo veteris prosapiae ac multarum imaginum. Et mox: Quia imagines non habeo, et quia mihi nova nobilitas est, etc. *Suet. Vesp. 1.* Flavia gens obscura illa quidem, ac sine ullis maiorum imaginibus. V. *Sigon. l. 2. de antiq. iur. civ. R. c. 20.* — **5)** Imaginem porro sui ponere non temere omnibus licuit, sed iis tantum, qui magistratus curules gessissent. Has imagines primi patritii posuerunt, quod iis primis curules magistratus patuerunt, unde ius imaginis fuit. Post autem, ubi plebs eosdem curules magistratus est nacta, tum et ipsa imagines ponere, easque relinquere cum nobilitate posteris suis coepit. *Cic. 7. Verr. 14. de aedilitate sua.* Mihi ludos antiquissimos esse faciundos: mihi sacrarum aedium procurationem: mihi totam urbem tuendam esse commissam: eb earum rerum laborem fructus illos datos, togam praetextam, sellam curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae. *Id. 2. Agr. 1.* Qui beneficio vestro imagi-

Digitized by Google

nes familiae suae consecuti sunt. *Liv. 3. 58.* Vir honoratissimae imaginis futurus ad posteros. — **6)** Huiusmodi imaginibus ornabant atria aedium, uti docet *Plin. 35. 2. 3.*, easque in funebribus pompis proferebant, circumferebantque. *Horat. Epod. 8. 11.* Esto beata: funus atque imagines Ducant triumphales tuum. — **7)** Deinde

III. *Imago* dicitur simulacrum sive species rei vel personae, quae veram simulat, ac repraesentat; *immagine, rappresentazione. Suet. Domit. 14.* Parietes phengite lapide distinxit, e cuius splendore per imagines quidquid a tergo fieret, provideret. *Id. Vit. Horat.* Ut, quocumque respexisset, ibi *(speculato cubiculo)* imago coitus referretur. — **8)** Item species rei vel personae, quae mente praesertim turbata concipitur, aut cogitatione percipitur; *simulacro, ombra, spettro. Cic. 4. Acad. 40.* Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpere. *Id. 1. Fin. 6.* Imagines, quae idola nominant, quorum incursione non solum videmus, sed etiam cogitamus. *Virg. 1. Aen. 411.* Quid natum toties, crudelis, tu quoque falsis Ludis imaginibus? *apparizioni, spettri. Id. 2. ibid. 772.* Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creusae Visa mihi ante oculos, et nota maior imago. Et *4. ibid. 654.* Et nunc magna mei sub terras ibit imago; *ombra, spirito.* V. SIMULACRUM. *Tibull. 3. 4. 36.* Et cum te fusco Somnus velavit amictu, Vanum nocturnis fallit imaginibus; *sogni. Plin. 7. ep. 5.* Magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo; *nel rappresentarmiti al pensiero. Suet. Calig. 50.* Quies pavida miris rerum imaginibus. Adde *Aug. 94.* — **9)** Sic etiam Echo *imago* dicitur; *Eco:* quia vocis imago est quaedam. *Virg. 4. G. 50.* vocisque offensa resultat imago. *Varr. 3. RR. 16. ante med. de loco apibus idoneo.* Secundum villam, potissimum ubi non resonent imagines: hic enim sonus harum fugae causa existimatur esse. *Horat. 1. Od. 12. 5.* cuius resonet iocosa Nomen imago. *Val. Flacc. 5. 596.* Rursus Hylan, et rursus Hylan per longa reclamat Avia: responsant silvae, et vaga certat imago. Adde *Sil. 14. 365.* — **10)** Hinc universim quaecumque rei similitudo et adumbrata veritas. *Cic. Rosc. Am. 16.* Haec conficta arbitror a poëtis, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostrae vitae quotidianae videremus. *Id. Sext. 13.* Si imaginem iudiciorum, aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidisset. *Id. 1. Fam. 6.* Facile me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. *Ulp. Dig. 38. 2. 1.* Imago societatis. — *Callistrat. ibid. 50. 6. 5. a med.* An effugiendorum munerum causa imaginem naviculari induat. *Suet. Claud. 21.* Edidit in Campo Martio expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam. *Tacit. Orat. 34.* Facies eloquentiae, non imago. — **11)** Huc spectat illud *Vulg. Interpr. Ps. 38. 7.* In imagine pertransit homo; *h. e.* vita humana est instar imaginis, species magis, quam res. *Id. Rom. 1. 23.* In similitudinem imaginis corruptibilis. — **12)** Hinc imago est etiam exemplar, imitationi propositum, vel ad quod aliquid exigitur. *Id. Gen. 1. 27.* Et creavit Deus hominem ad imaginem suam. *Id. Sap. 2. 23.* Deus . . . ad imaginem similitudinis suae fecit illum. *Id. Coloss. 3. 10.* Secundum imaginem eius, qui creavit illum. *Id. Rom. 8. 29.* Praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. Adde *2. Cor. 13. 49.* — **13)** Specialim

IV. *Imago* apud Rhetores est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem, ut *Cic. 1. Invent. 30.* definit. Item, imago est formae cum forma cum quadam similitudine collatio, ut est apud *Auct. ad Herenn. 4. 49.* Pertinet autem ad hypotyposin, aut ethopoeiam. — Hinc *imagines* dicuntur descriptiones rerum, et comparationes, et similitudines animo conceptae, et verbis explicatae; *immagini, idee. Senec. ep. 59.* Iovenio translationes verborum: invenio imagines, quibus si quis nos uti vetat, et poëtis illas solis iudicat esse concessas, neminem videtur, etc. Et *mox.* Movit me imago ab illo posita: ire quadrato agmine exercitum, etc. Et *ep. 98. circa med.* Volo hanc contra nos positam imaginem excutere. *Horat. 2. Sat. 3. 320.* haec a te non multum abludit imago. Cf. ICON §. 2. — **14)** Hinc spectat et illud *Claud. Sacerd. 1. Art. Grammat. 20.* Communis *(verborum species)* habet imaginem facientis et patientis, nec tamen subest personae; *ha in sè il concetto dell' agente e del paziente.*

IMĀGUNCŬLA, ae, f. Deminut. ab *imago;* parva imago; *immaginetta. Suet. Aug. 7.* Imaguncula aerea pueriles.

IMĂRĪTĀTUS. V. MARITATUS.

IMBALNĬTĬES et Inbalnities, ēi, f. Nomen ab *in* et *balneum*, quo significatur sordes, squalor, illuvies; *h. e.* balnei seu lotionis privatio. *Lucil.* apud *Non. 2. 457.* Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie.

IMBARBESCO et Inbarbesco, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *barba;* barba cresco. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* Imbarbescere, barbatum fieri. — *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 122. n. 42.* analogia huius autumat defendi posse etiam vocem *imbarbus* pro *imberbis*, quae ibi legitur.

IMBARBUS. V. voc. praeced. et IMBERBIS.

IMBĔCILLĀTUS. V. IMBECILLUS.

IMBĔCILLĔ, adverb. V. IMBECILLITER in *fin.*

IMBĔCILLIS, le. V. IMBECILLUS.

IMBĔCILLĬTAS et Imbecillitas (et Invicillitas), ātis, f. Abstractum ab *imbecillus;* debilitas, infirmitas, ratione habita corporis vel rerum naturae; *debolezza, infermità. Cic. Brut. 85.* Ut infirmitas laterum, et virium imbecillitas. *Id. 11. Att. 6. a med.* Tulliae meae morbus et imbecillitas corporis me exanimat. *Id. 7. Fam. 1. ad fin.* Imbecillitatem valetudinis sustentare et tueri. *Suet. Tib. 11.* Imbecillitate Augusti nunciata; *la malattia. — Caes. 2. B. C. 15.* Ubi imbecillitas materiae postulare videretur, pilae interponuntur. — **2)** Translate. *Cic. 5. Tusc. 1.* Interdum etiam humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. *Id. Amic. 8.* Utrum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia. *Id. 1. ad Brut. 10. a med.* Imbecillitas aetatis. — *Papyr.*, quae spectat ad a. 557. post Chr., apud *Marini*, n. 79. Propter aetatis invicillitatem *(sic)*. — **3)** Ratione habita animi sive intellectus. *Caes. 7. B. G. 77.* Imbecillitas animi. *Plin. 4. ep. 15.* ingenii. *Cic. 1. Offic. 32.* consilii. Et *1. Fam. 4. in fin.* magistratuum. *Tacit. 4. Ann. 8.* Damnare aliquem imbecillitatis; *di pusillanimità. Iustin. 2. 15.* Non virtute, sed imbecillitate sociorum potentiam quaerere. *Quintil. 6. 4. 12.* Fallis plerumque quod probitas vocatur, quae est imbecillitas. — *Vulg. Interpr. Rom. 15. 1.* Debemus autem nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere.

IMBĔCILLĬTER et Imbecilliter. Adverb. ab *imbecillis*, usu tantum in gradu comparativo notum; infirme, remisse, languide; *debolmente. Cic. 4. Acad. 17.* Iis, quae videntur, imbecillius assentiuntur. *Id. 5. Tusc. 30.* Imbecillius horrent dolorem. — Quidam in positivo gradu *imbecille* efferunt, a forma *imbecillus*.

IMBĔCILLO et Imbecillo, as, atum, āre. Verbum transitiv. ab *imbecillus;* imbecillum reddo. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 198.* Eviratus, effeminatus, debilitatus, imbecillatus. — Sensu medio, passive *imbecillor;* imbecillus sum. *Gloss. Cyrill.* Ἀσθενῶ; aegroto, langueo, morbeo, languesco, imbecillor, infirmor.

IMBECILLUS et Imbecillus, a, um. Adiect. ab *in* et *bacillus;* quasi sine baculo, fragilis et inconstans, ut ait *Isid. 10. Orig. 129.*, sed minus recte, nam baculo innititur, qui infirmis est pedibus. Ita dicendum est etiam de alio etymo ab *in* et *vacillo.* V. VACILLO. — **b)** Alia forma est *imbecillis, le*, sed rarior nec tam certae lectionis, si excipias illud *Plin. Paneg. 79.* e Imbecilli ingenio. e Cf. infra §. 1. et seqq. — Exinde tamen explicatur duplex forma superlativi, quae mox indicatur. Cf. IMBECILLITER. — Sequiori aevo tamen frequentior evasit. V. *Vulg. Interpr. 2. Esdr. 4. 2., 1. Cor. 11. 13.* et *Hebr. 5. 11.* V. infra §. 2. in *fin.* — **c)** Comparat. *imbecillior* §. *1.* et *5.*, superlativ. *imbecillissimus* §. *1.* et *5.*, et *imbecillimus* §. *2.* — **d)** Derivata, *imbecillitas, imbecilliter, imbecillo.*

IMBECILLUS proprie est debilis, languidus, infirmus (sive natura, sive arte); *debole, di poche forze, infermo:* et dicitur tam de rebus, quam de personis. *Cic. Senect. 11.* Quam fuit imbecillus P. Africani filius is, qui te adoptavit? *Id. 7. Fam. 1.* Cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur. *Horat. 2. Sat. 2. 85.* tractari mollius aetas imbecilla volet. *Id. 2. ibid. 7. 39.* Imbecillus, iners, sim quidvis, adde, popino. *Plin. 3. ep. 19.* Felicitas terrae imbecillis cultoribus fatigatur. *Cic. Senect. 11.* Multi sunt imbecilles senes. *Al. leg.* imbecilli. *Id. 2. Q. Fr. 10. a med.* Marius et valetudine et natura imbecillior. *Cels. 3. 19.* Exigui imbecillique venarum pulsus. *Senec. 4. Benef. 18.* Imbecillissimus ac facillimus sanguis. — *Vellei. 2. 114.* Nemo e nobis imbecillus fuit, cuius salus ac valetudo non sustenteretur Caesaris cura; *malato:* quo sensu adhibetur etiam a *Colum. 12. 3. a med.* — Absolute. *Lucret. 5. 1022.* Imbecillorum esse aequum misereri omni. — **2)** Transfertur ad animum. *Cic. 2. Divin. 60.* Superstitio imbecilli animi atque anilis. *Id. 2. Q. Fr. 6. a med.* Ab imbecillis accusatoribus accusari. *Id. Amic. 15. a med.* Rebus iniustis iustos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. *Id. fragm.* apud *Non. 4. 178.* Imbecillis est pudoris magister timor. *Al. leg.* imbecillus. *Senec. ep. 85.* Quantulum sapienti damus, si imbecillimis fortior est? — *Vulg. Interpr. Hebr. 5. 11.* Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. — **3)** Et ad alia. *Sall. Iug. 10.* Regnum vobis trado firmum, si boni eritis: si mali, imbecillum. *Cels. 2. 18.* Imbecillissimam materiam esse omne olus; *h. e.* parvi alimenti. Et *ibid. a med.* Ovum durum valentissimae materiae est: molle, vel sorbile, imbecillissimae; *h. e.* parum stomacho resistens, et concoqui facile. *Plin. 14. 27. 2.* Imbecilla vina demissis in terram doliis servanda, valida expositis. *Id. 17. 3. 2.* Anus terra, et ideo infecunda ad omnia, atque imbecilla. *Cic. 10. Att. 14.* Sed nescio quomodo, imbecillior est medicina, quam morbus. *Plin. Paneg. 79.* Imbecilli ingenio esse. *Quintil. 11. 3. 15.* Bona voce, firmaque, ut volumus, uti licet: mala vel imbecilla inhibet multa. Et *12. 5. 4.* Imbecilla frons; *h. e.* quae non facile pudori resistit. *Tacit. 2. Ann. 76.* Imbecillae suspiciones. *Id. Agric. 46.* Simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt: forma mentis aeternae. *Boëth.* in *Aristot. p. 865. Migne.* Imbecilla conclusio.

Digitized by Google

IMBELLĬA et Imbellia, ae, f. Abstractum ab *imbellis;* privatio subsidiorum ad bellum et pugnam, quae sunt arma eorumque tractandorum peritia, et virtus animique robur; *inettitudine alla guerra*. *Senec. t. Benef. 18.* Quaecumque animalia vaga nascuntur, armata sunt: hominem imbellia cingit: non unguium vis, non dentium terribilem ceteris fecit. *Alii leg.* imbecillitas. *Gell. 3. 3.* Poenus eludens ignaviam imbelliamque militum eius pretiose armatorum. Haec *Macrob. 2. Saturn. 2.* suo more descripsit. — *Festus* apud *Paul. Diac. p. 114. Müll.* imbelliam interpretatur belli inscientiam.

IMBELLIS et Imbellis, le. Adiect. ab *in* et *bellum*. — **b)** De scriptura *imbellis* pro *imbellis*, v. in particula IN. — **c)** Comparativ. *imbellior* §. 4. — **d)** Derivatum, *imbellia*.

IMBELLIS proprie est contrarius, aut non aptus bello; *contrario, o non atto alla guerra*. *Horat. 1. Od. 6. 10.* Imbellisque lyrae Musa potens vetat. Et *ibid. 15. 14.* grataque feminis Imbelli cithara carmina divides. *Stat. 10. Theb. 874.* carmenque imbelle secuti Thebarum muri; *h. e.* Arionis lyra canentis carmen molle et pacificum. *Val. Flacc. 3. 562.* vittas, frondemque imbellis olivae; *h. e.* pacem portantis. *Horat. 1. Ep. 7. 43.* Imbelle Tarentum; *h. e.* otio ac deliciis diffluens et a bellicis studiis alienissimum. *Ovid. 1. Amor. 10. 20.* Imbelles Dei; *h. e.* Venus et Cupido. *Quintil. 10. 1. ante med.* Imbellis fulgor auri argentique; *h. e.* ad muniendum ac defendendum ineptus. *Virg. 3. G. 265.* Imbelles cervi. *Val. Flacc. 1. 760.* ferrum ne capessat imbelle, atque aevi senior gestamina primi; *h. e.* ensem iamdiu bello desuetum. *Virg. 2. Aen. 544. de Priamo sene*, telumque imbelle sine ictu Coniecit; ubi *Servius* exponit, *inutile*. — **2)** Item qui nulla amplius bella tentat. *Virg. 2. G. 171.* Qui nunc extremis Asiae iam victor ab oris Imbellem avertis Romanis arcibus Indum. — **3)** Item sine bello. *Claudian. III. Cons. Honor. 80.* Iam negat imbelles epulas; *h. e.* sine bello ac pugna paratas. *Liv. 9. 45.* Ut qui suo nomine per multos annos imbelles egissent. Et *10. 1.* Ne prorsus imbellem annum agerent, parva expeditio in Umbria facta est. — **4)** Cum refertur ad homines, ignavum, timidumque, et horrentem arma significat; *imbelle, timido, poltrone*. *Cic. 1. Offic. 24.* Nunquam periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur. *Liv. 26. 2.* Ignavi et imbelles. *Tacit. 4. Hist. 55. extr.* Caesorum eo die in partibus nostris maior numerus et imbellior; e Germanis ipsa robora. — **5)** Translate. *Stat. 3. Silv. 3. 84.* Quas imbelle fretum torpentibus alluit undis; *h. e.* tranquillum et minime procellosum. Sic *3. Theb. 255.* Non secus ac longa ventorum pace solutum Aequor et imbelli recubant ubi litora somno.

IMBER et Imber, bris, m. Nomen a Graeca voce, Ὄμβρος, ut tradit *Isid. 13. Orig. 10. 4.* « *Imbres* autem et ad nubes et ad pluvias pertinent, dicti a Graeco vocabulo, quod terram *inebrient* ad germinandum. Ex his enim cuncta creantur; unde et Lucretius *(1. 716.)*: Ex igni, terra, atque anima procrescere, et imbri. » Cf. *Serv.* ad *1. Aen. 123.* — **b)** Quidam *Hymber* scribunt apud *Sammonic. 1. 9.*, sed minus recte. Cf. *Apul. Not. aspirat. 25.* — **c)** In ablativo duplicem positionem habet, in *e* et *i*, ut *ignis;* quod V. §. b. — **d)** Generis feminini est unice apud *Vulg. Interpr. Ital.* V. loc. infra §. 8. — **e)** Derivata, *imbrex* (quod V. pro suis), *imbrialis, imbricitor, imbrico, is, imbricus, imbridus*. — **f)** Composita, *december, imbrifer, imbrifico, imbrigenus, november, october, september*.

IMBER proprie est pluvia vehementius cadens, seu (ut *Apul. de Mundo* definit) agmen aquarum largius ex concretis nubibus effusum: sed et de quavis pluvia usurpatur; *pioggia*. *Cic. Dom. 44.* Qui tectum, quo imbris vitandi causa succederet, nullum haberet. *Cato, RR. 2.* Quae opera per imbrem fieri potuerint; *in tempo di pioggia*. *Cic. 6. Verr. 40.* Erat hiems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. Et *paulo post.* Nudus vinctus in aëre, in imbri, in frigore; *sotto la pioggia*. Et *15. Att. 16.* Pedem e villa adhuc egressi non sumus: ita magnos et assiduos imbres habebamus. *Ovid. 11. Met. 516.* cadunt largi resolutis nubibus imbres. *Virg. 1. G. 333.* ingeminant austri, et densissimus imber. *Id. 5. Aen. 695.* ruit aethere toto Turbidus imber aquam. Et *693.* effusis imbribus atra Tempestas sine more furit. — Sic *Liv. 43. 13.* Imbri lapidavit. — **2)** *Hoc tam est in proclivi, quam imber, quando pluit*, proverbium est translaticium, apud *Plaut. Capt. 3. 2. 86.* de re facillima. — **3)** Imbrem in cribrum gerere; *portar l'acqua nel vaglio:* proverb. est apud *Plaut. Pseud. 1. 1. 100.* de irrito conatu et opera perdita. — **4)** In illo *Virg. 3. Aen. 194.* et *5. ibid. 10.* caeruleus supra caput astitit imber Noctem hiememque ferens: *imber* non solam pluviam, sed nimbo et procella mixtam significat, densisque et atris nubibus expressam. — Sic et *Lucret. 6. 106.* Nec cohibere nives gelidas et grandinis imbres. — **5)** Speciatim

II. *Imber* dicitur de aqua pluvia. *Tacit. 5. Hist. 12.* Piscinae cisternaeque servandis imbribus; *l'acqua piovana*. — **6)** Poëtice de quavis aqua dicitur. *Virg. 1. Aen. 126.* laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. *Enn.* apud *Serv. ibid.* ratibusque fremebat Imber Neptuni. *Val. Flacc. 4. 665.* effluit imber Spumeus, et magno puppim procul aequore vestit. *Ovid. 18. Heroid. 104.* Coma imbre aequoris madida. *Id. 2. Amor. 15. 23.* cum calidis perfunderis imbribus artus. *Virg. 4. G. 115.* et amicos irriget imbres. — **7)** Item de quovis humore, aut alia re, pluviae modo incidente. *Cic. 1. Divin. 45. ad fin.* Quid, cum saepe lapidum, sanguinis nonnunquam, terrae interdum, quondam etiam lactis imber effluxit? *Val. Flacc. 6. 610.* magnoque incanuit imbre Caucasus; *h. e.* nive. *Cic. 2. Divin. 28.* Ita te nec terrae fremitus, nec coeli discessus, nec lapidum aut sanguineus imber, nec faces visae terrebunt. *Ovid. 1. Trist. 5. 18.* Imbre per indignas usque cadente genas; *una pioggia di lagrime*. *Stat. 1. Theb. 437.* lacera ora, putresque Sanguineo imbre genas. *Sever. Aetn. 89.* Ioppiter ut Danaë pretiosus fluxerit imbre. *Seren. Sammon. 3. 12.* Cessabitque gravis crebrae porriginis imber; *h. e.* quae, pectendo caput, in morem pluviae, aut potius nivis, depluit. Supra dixerat *ibid. 2.* Cum caput immensa pexum porrigine mugit. *Claudian. Nupt. Honor. 101.* largos haec nectaris imbres irrigat. *Id. Cons. Probi, et Olybr. 43.* sed largior imbre Sueverat innumeras hominum ditare catervas; *h. e.* magis liberalis in congiariis, quam imber. — **8)** A similitudine dicitur quoque de multitudine rerum, quae ut imber cadunt. *Virg. 12. Aen. 284.* it toto turbida caelo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber. — *Vulg. Interpr. Ital. Hebr. 12. 1.* Tantam habentes impositam imbrem in nobis testimoniorum. Ita *MSS. Sangerm. et Clarom. Vulgata nostra* eodem sensu habet *nubem testium*. — **9)** Improprie

III. *Imber*, mulus. V. UMBER.

Nota. *Imber* et *latex* in hoc differunt, quod *imbres* nubium sunt, *latices* fontium, ut scribit *Isid. 1. Differ. n. 65.* — **2)** *Idem*, *ibid.* in *Append. n. 20.* Discrimen etiam tradit inter *imbrem*, *pluviam* et *nimbum:* « *Imber*, qui summa vi cadit et cito descendit; *pluvia* est quam impulsu ventorum nubes exprimunt. *nimbus* etiam erumpit, ut aliquam partem minorem occupet coeli, maiorem serenam relinquat. » Cf. NIMBUS.

IMBERBIS, Inberbis, be, et Imberbus, a, um. Adiect. ab *in* et *barba* (quare sunt qui et *imbarbus* ex *imbarbesco* approbent. V. IMBARBESCO); qui est sine barba; *sbarbato*. *Cic. 3. Nat. D. 34.* Non convenire barbatum esse filium *(Aesculapium)*, cum pater *(Apollo)* imberbis esset. *Id. Dom. 14.* Venire imberbum adolescentulum, etc. Ita legit *Charis. 1. p. 74. Putsch.*, *al.* imberbem. *Varr. ibid.* et apud *Non. 3. 84.* Imberbi iuvenes. *Horat. 2. Ep. 1. 84.* turpe putant parere minoribus, et quae imberbes didicere, etc. *Bentlei.* ex MSS. *legit* imberbi. Et *Art. P. 161.* Imberbus iuvenis, *ubi al. vulgo* imberbis. *Lucil.* apud *Charis. loc. cit.* Imberbi androgyni.

IMBĔTO. V. IMBITO.

IMBĪBO et Inbibo, ibis, ĭbi, ibĕre. Verbum transitiv. ab *in* et *bibo*. Cf. IMBUO §. a. et COMBIBO. — Particip. *imbibendus* §. 4. — Proprie est humorem attraho, et in me recipio, haurio, bibo; *bere, imbevere*. *Plin. 24. 88. 1.* Radix imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. — **2)** Transfertur ad alia. *Nazar. Paneg. ad Constantin. 15.* Oculi imbibunt tenebras; *h. e.* obscurantur, obcaecantur. — **3)** Saepe ad animum, et significat haurire, percipere, concipere, imbui re aliqua; *imbeversi, concepire*. *Cic. 2. Verr. 14.* An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? *Liv. 2. 58.* Tantum certamen animis imbiberant. *Auson. Parental. 13.* ingenio prior Artes paternas imbibit. *Eucher. ep. paraenet. ad Valerian. circa fin.* Ad imbibenda Christiani dogmatis studia animum adiicis. — **4)** Est etiam in animum inducere, constitutum habere in animo. *Cic. Quint. 6. sub fin.* Quod si facere noluerit, atque imbiberit, eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere; *h. e.* constituerit secum, decreverit. *Liv. 2. 47. sub fin.* Neque immemor eius, quod initio consulatus imbiberat, reconcilandi animos plebis, etc. *Lucret. 6. 71.* ut ex ira poenas petere imbibat acres. *Id. 5. 1010.* Qui petere a populo fasces saevasque secures Imbibit.

IMBĪTĀTOR. V. INVITATOR.

IMBĪTO et Inbito, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* et *bito;* ineo, ingredior. *Plaut. Epid. 1. 2. 42.* Meam domum ne imbitas. *Alii leg.* imbetas.

IMBŎLUS. V. IMBULUS.

IMBŌNĪTAS et Inbonitas, ātis, f. Abstractum ab *in* et *bonitas;* incommodum, mala res; *disagio*. *Tertull. ad Martyr. 3.* Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis, et substrictis, ubi omnis duritia, et imbonitas, et insuavitas constitit.

IMBRACTĔĀTUS et Inbracteatus, a, um. Particip. verbi *imbracteo;* bractea obductus. *Ammian. 17. 4.* Aereum opus auro imbracteatum. *Id. 23. 1.* Erant autem omnes catervae Persarum ferratae, ita per singula membra densis laminis tectae, ut iuncturae rigentes compagibus artuum convenirent: humanoruinque vultuum simulacra ita capitibus diligenter apta, ut imbracteatis corporibus solidis, ibi tantum incidentia tela possint haerere. V. CATAPHRACTUS §. 1.

Digitized by Google

IMBRACTĔO et Inbracteo, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *bractea;* bracteis obduco. *Ammian. 14. 6.* Statuas aereas auro imbracteari. Cf. voc. praeced.

IMBREX et Inbrex, ĭcis. m. et f. Nomen ab *imber*, quod nempe imbrices ad imbrem accipiendum comparatae sint. V. *Isid.* loc. mox cit. — **b)** De confusione huius vocis cum *ambrices*, diximus sub hac altera suo loco. — **c)** Ad genus quod attinet, frequentius est in femineo, rarius in masculino, ut apud *Plin. 17. 24. 10.* et *Arnob. 5. 107.* — **d)** Derivata, *imbricatim*, *imbrico*, *as*, *imbriculus*.

IMBREX proprie est fictile segmentum cylindri, quod duarum tegularum labris inter se iunctis imponitur, ne imber per earundem intervalla in domum influat: differt a tegula, quae plana est, et duo labra prominentia, seu latera per longum hinc inde erecta habet. Etrusci, permutato nomine, nunc *embrices* appellant, quam olim Latini tegulam; *tegula* vero, quam illi imbricem appellabant; at Veneti, qui solis imbricibus ad domorum tecta utuntur, eos vulgo vocant *coppi;* prius enim eosdem supinos disponunt, aliosque pronos duobus supinis imponunt. *Isid. 19. Orig. 10.* Tegulae vocatae, quod tegant aedes; et imbrices, quod accipiant imbres. *Plin. 35. 46. 1.* Beneficia terrae vel assiduitate satiant figlinarum opera, ad parietes fundamentaque coctis laterculis, ad tecta imbricibus tegulisque, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis, aut quae rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis. Ita ex MSS. et *Varr. 3. RR. 14.* et *Isid. loc. cit.* reſinxit *Schneiderus* hunc *Plinii* locum ad *Varr. loc. cit.* Sed V. omnino *Sillig* in *notis criticis* ad *Plin. l. c. Plin. 35. 43. 2.* Primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit. *Plaut. Mil. 2. 6. 24.* Meas confregisti imbrices et tegulas. *Id. Most. 1. 2. 28.* Tempestas venit: confringit tegulas, imbricesque. *Sisenn.* apud *Non. 2. 455.* Dissipatis imbricum fragminibus, ac testis tegularum. — *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Patav. p. 539.* Memoriae C. Lutati C. f. Pausiani, figuli ab imbr.; h. e. imbricibus, qui scilicet imbrices tantum, non tegulas, fecit. — **2)** In illo *Virg. 4. G. 296.* locum angusti imbrice tecti, Parietibusque premunt arctis: *imbrex tecti* est tectum imbricis modo curvatum; *una volta.* — **3)** Alios etiam habet usus. *Colum. 9. 13. ante med. de apib. morbo laborantib.* Rorem marinum aqua mulsa decoctum, imbricibus infusum praebent libandum. *Id. 2. 2. ante med.* Fossas patentes, apertas summa parte, declivesque, et ad solum coarctatas, imbricibus supinis similes facere conveniet; nam quarum recta sunt latera, celeriter aquis vitiantur, et superioris soli lapsibus replentur. *Plin. 17. 24. 10.* Pomorum calamos servari inter duos imbrices, iuxta rivos, vel piscinas, utrimque terra obstructos. *Cato, RR. 24. imbrices ferreas* vocat laminas imbricatim undatas, quibus tegitur ea axis pars, quae modiolos orbium implet, ne lignum circumagendo conteratur, et foramen maius fiat. — **4)** Translate. *Martial. 2. 37.* Quidquid ponitur, hinc et inde verris: Mammas suminis, imbricemque porci; h. e. auriculam, quae imbricis modo convoluta est. Alii vultam, aut vertebram, aut costas, vel potius lumbulum (quam vocem V. suo loco), interpretantur. *Suet. Ner. 20.* Quinque amplius millia elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condiscerent (bombos, et imbrices, et testas vocabant), operamque navarent cantanti sibi. V. BOMBUS. — **5)** *Imbrex narium* est cavum interius membrana divisum. *Arnob. 3. p. 107.* Suspensum imbricem narium, munctionibus mucculentis, et spirituli commeabilem tractui.

Nota. Discrimen inter *tegulas* et *imbrices*, V. supra §. 1. *init.*

IMBRĬĀLIS et Inbrialis, le. Adiect. ab *imber;* ab imbre profectus; *piovano. Cael. Aurel. 3. Tard. 10. a med.* Potui aqua imbrialis offerenda, quam vulgo cisterninam vocant.

IMBRĬCĀTIM et Inbricatim. Adverb. ab *imbrex;* imbricum modo. *Plin. 9. 32. 2.* Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

IMBRĬCĀTUS et Inbricatus, a, um. Particip. verbi *imbrico, as*, adiectivorum more adhibitum; imbricum figuram referens; *disposto a guisa di embrici. Vitruv. 2. 8.* Incerta vero caementa alia super alia sedentia inter se imbricata non speciosam, sed firmiorem, quam reticulata, praestant structuram. *Plin. 16. 39. 1.* Laurus folio per margines imbricato. *Id. 11. 1. 2.* Superne tantum imbricatis vertebris; h. e. alia super aliam insidente. *Id. ibid. 101. 1.* Ungues simiae imbricati.

IMBRĬCĬTOR et Inbricitor, ōris, m. Verbale ab *imbrico, is*, vel ab *imber* et *ciso;* imbres ciens. *Enn.* apud *Macrob. 6. Saturn. 2.* Cum spiritus Austri imbricitor, etc. *Macrob. 1. Saturn. 17. a med.* Apollo Deus imbricitor; θεὸς ὄμβρους ἐγείρων. *Apul. de Mundo.* Iuppiter dicitur et fulgurator, et tonitrualis, et fulminator, etiam imbricitor, et item serenator.

IMBRĬCO et Inbrico, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *imbrex;* imbricibus tego, in modum imbricis facio. *Sidon. 2. ep. 2.* Tegulis interiacentibus imbricarentur. *Gloss. Philox.* Imbrico; καλυπτηρίζω. — **2)** Alio sensu, V. in IMBRICATUS.

II. IMBRICO et Inbrico, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *imber;* in modum imbris depluo, madefacio. *Gloss. Philox.* Imbricitur; ὑμβρεύεται, βρέχεται. Cf. IMBRICITOR.

IMBRĬCŬLUS et Inbriculus, i, m. Deminut. ab *imbrex;* parvus imbrex. *Isid. 19. Orig. 10. 14.* Ad tecta imbriculis tegulisque aptantur.

IMBRĬCUS et Inbricus, a, um. Adiect. ab *imber;* imbres ferens, pluvius; *piovoso. Plaut. Mere. 5. 2. 55.* Hic Favonius serenus est, hic Auster imbricus. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* Imbrica tempestas pluviam videtur significare. *Macrob. 5. Saturn. 20. ad fin.* Ut hiems serena sit, solstitium vero imbricum.

IMBRĬDUS et Inbridus, a, um. Adiect. ab *imber*, idem quod imbricus. *Solin. 4.* Caelum imbridum. *Pallad. 2. 13.* Solum siccum potius, quam nimis imbridum.

IMBRĬFER et Inbrifer, ĕra, ĕrum. Adiect. ab *imber* et *fero;* imbres ferens; *che apporta pioggia. Colum. 5. 5.* Ubi aut uliginosa regio est, aut caeli sunt imbriferi. *Virg. 1. G. 313.* Ver imbriferum. *Martial. 1. 62.* Imbrifer Nilus; h. e. qui aquis exundantibus imbrium vices praestat. *Stat. 2. Silv. 1. 217.* Hos *(morbos)* manet imbrifero pallens autumnus hiatu.

IMBRĬFĬCĀTUS et Inbrificatus, a, um. Particip. verbi *imbrifico;* in imbrem resolutus. *Capell. 1. p. 31.* Modo nubibus imbrificatis. Cf. voc. seq.

IMBRĬFĬCO et Inbrifico, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *imber* et *facio;* quod alterum vi compositionis est corruptum; imbre madefacio, irrigo. *Capell. 6. p. 191.* terram Aër complectens imbrificabat aquis. *Primas. in epist. ad Hebr. c. 12. post init.* Sicut enim nubes . . . terram calefacit et plerumque imbrificat illam, etc.

IMBRĬGĔNUS et Inbrigenus, a, um. Adiect. ab *imber* et *gigno;* genitus ab imbre. *Vet. Poëta* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 406. Burm.* Ut mersa imbrigenis unda nivescat aquis. *Alii tamen leg.* indigenis.

IMBRŪMOR et Inbrumor, āris, āri. Verbum intransitiv. ab *in* et *bruma;* ciborum fastidium habeo, ut exponit *Isid. 5. Orig. 35. 6.* V. loc. in BRUMATICUS.

IMBŪBĬNO et Inbubino, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *bubino;* quod sic exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 32. Müll.* Bubinare est menstruo mulierum sanguine inquinare. Lucilius: Haec, inquit, te imbubinat; at contra te imbulbitat. Imbulbitare est puerili stercore inquinare, dictum ex fimo, quod Graeci appellant βόλβιτον. V. BOLBITON.

IMBULBĬTO et Inbulbito, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et Graeca voce βόλβιτον; stercus; stercore inquino. *Fest.* loc. cit. in voc. praeced., quam V.

IMBŬLUS et Inbulus, i, m. Nomen ab *ambulo* factum; ambulatorium, ut exponitur in *Gloss. Isid.* et *Thes. nov. Latinit. p. 294.* ed. *Mai. Isid. 15. Orig. 2. 26.* Imbuli vel quia sub volumine sunt, vel quia sub iis ambulant. Sunt enim porticus hinc inde platearum. Ita *Lindem.*, aliter *Arcval.*, qui insuper *imboli* loco *imbuli* dedit; sed *embolum* legendum putaret; ἔμβολον enim Graece est etiam porticus templi.

IMBŬO et Inbuo, uis, ui, ūtum, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* et *bibo;* quod vi compositionis est corruptum; conferendum proinde cum Graeco πίω, obsoleto, unde πίνω. Huc spectat *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* « *Imbutum* est, quod cuiuspiam rei sucum perbibit. Unde infantibus an velint bibere dicentes, bu syllaba contenti sumus. » *Voss.* ducit a βύω; impleo, unde *buo* et *exbuo.* — **b)** *Imbŭĕrunt* pro *imbŭērunt* apud Poëtas. V. infra §. 1. — **c)** Particip. *imbuens* §. 1., *imbuendus* §. 2., *imbutus*, V. suo loco, *imbuturus* §. 2. — **d)** Derivata, *imbutamentum*, *imbūtio*.

IMBUO proprie est liquore perfundo, tingo, madefacio, ita ut liquor ebibatur, et maneat; *bagnare, tingere, inzuppare. Colum. 9. 14. a med.* Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut insidentes apes succum evocent. *Cn. Matius* apud *Gell. 20. 9.* Tapetes, quos concha purpura imbuens venenavit. *Horat. 1. Od. 13. 16.* Nectare aliquid imbuere. *Plin. 13. 8. 1.* cados amurca. *Virg. 1. Ecl. 7.* illius aram Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus; h. e. mactatus tinget sanguine. *Ovid. Ib. 131.* Gutturaque imbuerunt infantia lacte cruento. *Virg. 7. Aen. 554.* Quae fors prima dedit, sanguis novus imbuit arma. *Ovid. 2. Pont. 1. 65.* Imbuero Scythicas si non prius ipse sagittas; h. e. vulneratus meo inficiam sanguine. *Vellei. 1. 20.* Hoc primum anno sanguine consulis Romani militis imbutae manus sunt. — **2)** Translate. *Cic. 8. Phil. 7.* Cum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem caedendi attulisset. *Acc.* apud *Non. 12. 13.* Credite, amici morte me imbuturum manus. *Curt. 4. 10.* Non esse talibus promissis imbuendas aures militum; h. e. implendas. — **3)** Deinde

II. *Imbuo* est etiam rudem, et, ut ita dicam, recentem animum implere doctrina, opinione, institutione, quae alte insideat, et permaneat: idque in utramque partem. *Cic. Deiot. 10.* Quibus ille studiis ab inenute aetate se imbuerat. *Id. ad Anton. post ep. 13. l. 14. ad Att.* Pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere. *Liv. 1. 21.* Ea pietate omnium pectora imbuerat, ut etc. *Id. 26. 2. a med.* Honeste genitos, liberaliter educatos servilibus vitiis imbuisse. *Flor. 2. 3.* Quotidiani hostes tirocinia militum imbuebant. *Plin. 8. ep. 14.* Ado-

Digitized by Google

lescentuli castrensibus stipendiis imbuebantur, ut imperare parendo assuescerent. *Nep. Dion. 4.* Filium eius sic educari iussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. *Cic. Tusc. 13.* Nemo est tam immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. *Tacit. 4. Hist. 7.* Honestis sermonibus alicuius aures imbuere. *Id. 12. Ann. 32.* Imbuere socios ad officia legum. *Auct. dial. de Orat. 31.* Imbui grammatica, musica et geometria. *Tacit. 4. Hist. 72.* Militem licentia saevitiaque imbuere. *Liv. 9. 45.* Malo tirocinio hostem imbuere. V. alia in IMBUTUS §. 3. 4. et 5. — Cum accusat. communi. *Tacit. 3. Hist. 5.* Nec quidquam prius imbuuntur, quam contemnere Deos. — **4)** Speciatim

III. *Imbuo* est re intacta adhuc, et nullo usu trita uti incipere. *Ovid. 1. Art. am. 654.* Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit, infelix imbuit auctor opus. Adde *3. Trist. 11. 51. Val. Flacc. 1. 69.* ignaras Cereris qui vomere terras imbuit; *h. e.* primus aravit. *Catull. 64. 11.* Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten; *h. e.* prima navigavit. *Martial. 8. 51.* Imbuere phialam nectare; *empiere per la prima volta. Propert. 4. 10. 5.* Imbuis exemplum primae tu, Romule, palmae; *h. e.* inchoas, instituis, primus exemplum praebes. — **5)** Hinc *imbuere bovem* est domare, et iugum pati consuefacere. *Plin. 8. 70. 2.* Optime cum domito iuvencus imbuitur. — **6)** Item *imbuere ministeriis*, exsequi ministeria condocefacere. *Curt. 6. 6.* Paulatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere, et captivis pares facere expetebat.

Nota. Ad verbi constructionem quod attinet, *Charis. 3. p. 266. Putsch.* docet, Latine dici *imbuo puerum rubrica*, et *rubricam:* quod posterius adhibuisse videtur *Martial.*, si accusativum *se* subintelligas, *7. 26.* hoc facetum carmen imbuant aures.

IMBURO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* et *uro*, inserta euphoniae gratia littera *b;* comburo. Tribuitur *Capell. 6. p. 829.* ed. *Vulcan.*, ubi *Grotius* legit *amburit*.

IMBŪRUM, i, n. Falsa lectio pro *imburvum*. V. voc. seq.

IMBURVUM, i, n. Vasis genus, de quo *Varr. 5. LL. 27.* §. *127.* Imburvom fictum ab urvo, quod ita flexum, ut redeat sursum versus, ut in aratro quod est urvom. Ita *Müller, alii aliter olim leg.* Porro *imburvom* et *urvom* pro *imburvum* et *urvum* ἀρχαϊκῶς. — Forcellinus dederat *imburum*.

IMBŪTĀMENTUM et Inbutamentum, i, n. Verbale ab *imbuo*, syllabica adiectione productum. Translate est doctrina, eruditio, institutio. *Fulgent. Mythol. 1. procem.* Variis dogmatum imbutamentis lasciva Graecorum praestruens corda. *Cave usurpes*, inquit *Forcellinus* noster.

IMBŪTĬO et Inbutio, ōnis, f. Verbale ab *imbuo;* actus imbuendi, eruditio. *Cassian. 2. Instit. 12.* Disciplinae imbutio.

IMBŪTUS et Inbutus, a, um. Particip. verbi *imbuo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est madefactus, tinctus, perfusus; *bagnato, tinto, inzuppato, imbevuto:* et dicitur fere de his, quae primum liquore contingantur. *Horat. 1. Ep. 2. 69.* Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu. *Ovid. 3. Met. 153.* Vestis imbuta sanguine. *Id. 4. Trist. 1. 77.* Tela imbuta veneno. *Id. 4. Met. 252.* Imbutum caelesti nectare corpus. — Minus est, quam *madefactus. Cic. 12. Phil. 5.* Imbuti sanguine gladii legionum, vel madefacti potius. — **2)** Translate. *Ovid. 2. Art. am. 714.* Imbutae caede manus. *Cic. Font. 14.* Sociale bellum macula sceleris imbutum. *Id. Dom. 25.* Bellum omni odio imbutum. Et *3. Phil. 2.* Imbutus crudelitate. *Varr. 1. RR. 17.* Qui praesint, aliqua sint humanitate imbuti. *Cic. 1. Divin. 42.* religione. *Id. 1. Fin. 18.* superstitione. *Horat. 1. Ep. 6. 4.* formidine nulla. *Tacit. 1. Ann. 56.* Imbutas praeda manus in direptionem Galliarum eruptaras; *avendo gustata la preda*. Et *13. ibid. 4.* Iuventa armis civilibus, aut domesticis discordiis imbuta. *Id. 2. Hist. 88.* Legiones imbutae favore Othonis; *h. e.* iam antea Othoni faventes. Et *1. ibid. 6.* Miles urbanus longo Caesarum sacramento imbutus; *allevato, assuefatto. Stat. 11. Theb. 661.* saevis imbutus amoribus anus. *Liv. 21. 39. a med.* Imbutus admiratione; *pieno, imbevuto*. — **3)** Saepe etiam

II. *Imbutus* refertur ad institutionem et doctrinam: dicitur*que* de iis, quae primum animo hauriuntur et infiguntur. *Cic. Mil. 4.* Est haec non scripta, sed nata lex . . . ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus; *imbevuti sin da fanciulli. Id. 2. Fin. 3.* Extorquere ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. *Id. 10. Phil. 10.* Nos ita a maioribus instituti atque imbuti sumus, ut etc. *Id. Offic. 32. sub fin.* Parentum praeceptis imbuti. Et *2. Orat. 39.* Qui et doctrina liberaliter institutus, et aliquo iam imbutus usu, et satis acri ingenio esse videatur. — **4)** Dicitur et de iis, qui leviter sunt re aliqua instituti. *Suet. Gramm. 4.* Cum familia alicuius venalis produceretur, non temere quem litteratum, in titulo, sed litteratorem inscribi solitum esse: quasi non perfectum litteris, sed imbutum; *tinto, infarinato*. Et *Cic. 1. Tusc. 7.* An tu dialecticis ne imbutus quidem es? *Quintil. 1. 2. circa med.* Litteris leviter imbutus. *Horat. 2. Ep. 2. 7.* Verna litterulis Graecis imbutus. *Plin. 6. 24. 4.* Set mensium tempore imbutus alloquio; *avendo alquanto appreso la lingua*.

IMDEPREENSIVILIS. V. INDEPREHENSIBILIS.

IMEM. V. IS, EA, ID.

IMFANTIA. V. INFANTIA.

IMFELIX. V. INFELIX.

ĪMĪTĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *imitor*. — Comparat. *imitabilior*, infra. — Est quem quis potest imitari; *che si può imitare, imitabile. Cic. Orat. 25.* Orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. *Plin. 7. ep. 20* Tu mihi maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris. *Virg. 6. Aen. 590.* non imitabile fulmen. *Ovid. 4. Pont. 10. 77.* Est tamen et illo nobis imitabile quiddam: Inque fide Theseus quilibet esse potest. *Plin. 37. 38. 3.* Neque est gemma alia imitabilior mendacio vitri; *più facile ad esser contraffatta*.

ĪMĪTĀMEN, ĭnis, n. Verbale ab *imitor*, fere in usu apud Poëtas; imitatio. *Ovid. 4. Fast. 211.* Priscique imitamina facti. *Id. 4. Met. 445.* Pars alias artes *(celebrant)*, antiquae imitamina vitae. *Id. 11. ibid. 627.* Somnia, quae veras sequent imitamine formas. Et *15. ibid. 199.* Quid? non in species succedere quatuor annum Aspicis, aetatis peragentem imitamina nostrae? Cf. voc. seq.

ĪMĪTĀMENTUM, i, n. Verbale ab *imitor*, syllabica adiectione productum; imitamen, simulatio; *imitazione, somiglianza, simulazione. Tacit. 14. Ann. 57.* Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otii, sed veterum Romanorum imitamenta praeferre. Et *15. ibid. 4.* Peractis tristitiae imitamentis, curiam ingressus, etc. *Gell. 7. 5. de Polo histrione*. Opplevit omnia non simulacris, neque imitamentis, sed luctu atque lamentis veris et spirantibus. *Ammian. 22. 15.* Simulacrum Olympici Iovis imitamenti aequiparans magnitudinem; *della statua, o ritratto*.

ĪMĪTANDUS, a, um. V. IMITOR §. 4.

ĪMĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *imus;* pars inferior. *Remig. testam.* Pratum ad imitatem montium positum.

ĪMĪTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *imitor;* actus imitandi, simulatio, aemulatio; *imitazione, contraffacimento. Cic. 14. Phil. 6.* Uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent. *Id. 3. Offic. 1.* Si minus imitatione tantam ingenii praestantiam consequi possumus, voluntate certe proxime accedimus. *Id. 3. Orat. 37.* In omni re vincit imitationem veritas. *Id. ibid. 12.* Sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut nihil ostentationis, aut imitationis afferre videatur. *Id. 2. ibid. 45.* Si in eiusmodi genere orationis nihil esset nisi falsum, et imitatione simulatum. Et *39.* Ridiculum, quod ex quadam depravata imitatione sumi solet. *Id. Flacc. 11.* Prodere reliquis in posterum periculosam exempli imitationem. *Tacit. 16. Ann. 18.* Vitiorum imitatio. *Plin. 4. ep. 28.* Cum est arduum similitudinem effingere ex vero *(far un ritratto)*, tum longe difficillima est imitationis imitatio; *far la copia d' un ritratto*. — **2)** De imitatione oratoria fuse *Quintil. 10. 2.* et *Cic. 2. Orat. 22.* et *23.* Eam sic definit *Auct. ad Herenn. 1. 2.* Imitatio est, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum similes in dicendo velimus esse. — **3)** Inter hanc et aemulationem discrimen est, quod *imitatio* studium, et diligentiam, et similitudinis amorem fere significat: *aemulatio* saepe habet coniunctam contentionem, et invidiam, et superandi cupiditatem. Similia habet *Non. 3. 59.* Ea tamen perpetua non sunt. Cf. AEMULOR in *Nota* II., et IMITATOR §. 1. — **4)** Apud *Auct. ad Herenn. 4. 31.* imitatio est *ὀνοματοποιία*, ut vagire, rudere, mugire, etc. — V. IMITOR in *Nota*.

ĪMĪTĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *imitor;* qui aliquid imitatur. *Diomed. p. 3. 479. Putsch.* Poëmatis genera sunt tria. Aut enim activum est, vel imitativum, quod Graeci *δραματικὸν*, vel *μιμητικὸν* dicunt, etc. V. ACTIVUS §. 3.

ĪMĪTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *imitor;* qui imitatur; *imitatore, contraffattore, simulatore. Cic. 3. Leg. 14.* Nec enim tantum mali est, peccare principes, quantum illud, quod permulti imitatores principum exsistunt. *Id. Marcell. 1.* Aemulus atque imitator studiorum meorum *(aemulus* est qui cupit, et contendit similia facere: *imitator*, qui imitando assequitur). *Nep. Attic. 18.* Moris maiorum summus imitator fuit. *Cic. Vatin. 9.* Quaero num quis ante te fuerit tam nefarius, qui id fecerit? ut sciamus, utrum veterum facinorum sis imitator, an inventor novorum. *Ovid. 2. Fast. 717.* Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis. — **2)** De iis, qui nihil aliud, quam aliorum vestigiis insistere sciunt. *Horat. 1. Ep. 19. 19.* O imitatores, servum pecus! *Id. Art. P. 134.* Nec desilies imitator in arcum. *Cic. 2. Orat. 84.* Natura fugit homines et creat imitatores et narratores facetos. — **3)** Sensu morali. *Vulg. Interpr. 1. Cor. 4. 16.* Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Adde *Hebr. 6. 12., 1. Thess. 1. 6.* etc.

ĪMĪTĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *imitor;* ad imitandum idoneus. *Augustin. Serm. 57.* ed. *Mai.* Imitatoria disciplina.

ĪMĪTĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *imitor;* quae imitatur; *imitatrice*.

Digitized by Google

Cic. f. Leg. 17. Imitatrix boni voluptas. *Id. 5. Tusc. 2.* Fama popularis, quae se gloriae imitatricem esse vult. *Plin. 10. 33. 4.* Imitatrix alias avis, ac parasita, et quodam genere saltatrix.

IMĪTĀTUS, a, um. Particip. verbi *imitor:* qui imitatione exprimit; *chi imita o ha imitato.* Active. *Ovid. 8. Met. 756.* faciem liquidarum imitatus aquarum. *Virg. 4. G. 72.* Vox sonitus imitata tubarum. — **2)** Passive est imitatione expressus; *imitato. Cic. Univ. 3.* Imitata et efficta simulacra; *fatti ad imitazione. Ovid. 9. Met. 481.* Testis abest somno, nec abest imitata voluptas. *Quintil. 11. 3. 61.* Quum sint alii veri affectus, alii ficti et imitati. V. IMITOR §. 3. et seqq.

IMĪTĀTUS, us, m. Verbale ab *imitor*, idem quasi imitatio, fictio. Reperitur autem tantum in sexto casu *Auson. Perioch. Odyss. 14.* Ulixes ad servum suum . . . accedit, naufragi et mendicantis imitatu; *fingendosi un naufrago. Optatian. Paneg. 9. 29.* Humano operum ut divina imitatu. Cf. IMITOR §. 4.

IMĪTO, as, āre, frequentius vero

IMĪTOR, āris, ātus sum, āri, Verbum transitiv. forma deponens, sed significatione, ut videtur, commune, quamquam haec explicari potest ex forma activa, qua etiam usurpari probatur. — **b)** Ad notationem vocis quod attinet, quidam a Graeca μιμέομαι; simile facio, ducunt, omissa priore littera. Quidam a radice *sim*, unde *similis*, et omissa sibilanti *imilo, imito, imitor*, unde et *imago*. Sed haec valde sunt exquisita. — **c)** *Emitor* pro *imitor* scribitur in *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol.* a. *1861. p. 37.* Et nos antiquorum emitemur tempora. — **d)** *Imitarier* paragoge pro *imitari* est apud *Plaut. Capt. 3. 1. 26.* — **e)** Particip. *imitans* §. *1.*, *imitandus* §. *4.*, *imitatus*, V. suo loco, *imitaturus* §. *1.* — **f)** Derivata, *imitabilis, imitamen, imitamentum, imitatio, imitativus, imitator, imitatorius, imitatus, us.* — **g)** Composita, *coimitator, inimitabilis.*

IMITOR proprie est simile facio, imitatione exprimo, alterius vestigia sequor, simulo; *imitare, contraffare, somigliare, simulare. Cic. 2. Orat. 22.* Accedat exercitatio, qua illum, quem ante delegerit, imitando effingat, atque exprimat. *Id. 2. Phil. 44.* Pactum praeclarum expositum ad imitandum. *Caes. ad Oppium post ep. 8. l. 9. ad Att.* Praeter L. Sullam, quem imitaturus non sum. *Plin. 35. 40. 3.* Quem postea imitati sunt multi, aequavit nemo. *Cic. 2. Divin. 27.* Humor allapsus potest sudorem imitari. *Id. Brut. 18.* Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem; *pajano naturali.* Et *36.* De industria, tum verbis tum etiam ipso sono quasi subrustico prosequebatur atque imitabatur antiquitatem. *Id. 3. Nat. D. 30.* Imitari chirographum alicuius. *Id. Orat. 19.* Imitari atque exprimere aliquem. *Virg. 11. Aen. 895.* robore duro, Stipitibus ferrum, sudibusque imitantur obustis; h. e. robore, et sudibus pro ferro utuntur, eandemque ils edunt pugnam, non secus ac si ferrum haberent. *Id. 3. G. 379.* et pocula laeti Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis; h. e. pro vino, quod non habent, his utuntur. *Tibull. 3. 6. 55.* difficile est imitari gaudia falsa; *fingere, simulare.* Sic *Tacit. 1. Ann. 24.* Vultu, quamquam moestitiam imitarentur, contumaciae propiores. Et *Ovid. 1. Art. am. 617.* faciles imitantibus este puellae; *a chi finge di amare. Tacit. 1. Hist. 53.* Imitari principem; *far da principe. Ovid. 3. Met. 299.* imitantes omnia picae. Et 2. *ibid. 2.* pyropus imitans flammas. *Id. 1. Pont. 2. 45.* omnia veros imitantia casus. Et 2. *Trist. 515.* scribere mimos imitantes turpia; *rappresentanti. Cic. Orat. 22. ad fin.* Imitari penicillo aliquid; *ritrarre, esprimere.* Sic *Stat. 3. Silv. 3. 202.* Nunc ebur, et fulvum vultus imitabitur aurum. *Horat. Art. P. 33.* faber ungues Exprimet, et molles imitabitur aere capillos. *Virg. 2. G. 204.* putre solum arando imitari; h. e. colendo efficere, ut putre reddatur: nam aratione et subactione terra resolvitur. — *Cic. 1. Rep. 18.* Noster ille amicus, dignus huic ad imitandum; *degno di servir da modello. Id. 2. Phil. 44.* Factum praeclarum expositum ad imitandum. — **2)** Sensu morali in usu apud Scriptores Ecclesiasticos. *Vulg. Interpr. 3. Ioh. 11.* Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. *Id. Hebr. 13. 7.* Imitari fidem. Adde 2. *Thess. 3. 7.* et *9.* — **3)** Deinde, forma activa,

II. *Imito*, eadem significatione. *Varr.* apud *Non. 7. 46.* Tuum opus nemo imitare potest. *Liv.* vel *Lacv. ibid.* Si malos imitabo. — **4)** Hinc passive. *Cic. 1. Offic. 24.* In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est. *Plin. 7. ep. 20.* Tu mihi maxime imitandus videbaris. *Horat. 1. Sat. 10. 17.* Hoc stabant, hoc sunt imitandi. *Gell. 9. 9.* Quando ex poëmatis Graecis vertendae, imitandaeque sunt insignes sententiae. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. de Mund. 20.* — **5)** Supinum *imitatu; da imitarsi. Val. Max. 4. 6.* Opera ardua imitatu, ceterum cognosci utilia.

Nota. Discrimen inter *imitari* et *aemulari*, V. sub v. AEMULOR in *Nota* II., coll. IMITATIO §. 3. et IMITATOR §. 1.

IMĪTUS. Adverb. ab *imus;* ex imo, funditus, ex profundo; *sin dal fondo. Gell. 17. 10.* Pontes imitus ignes eructare. *Apul. 9. Met.* Terra dehiscente imitus. Adde *Arnob. 5. p. 165.*

IMMĂCŬLĂBĪLIS et Immaculabilio, le. Adiect. ab *in* et *maculo;* qui maculari non potest. *Auson. Gratiar. act. ad f*
Mente pura, immaculabili conscientia, cogitatione
gustin. contra epist. Manichaei, 5.

IMMĂCŬLĀTĒ et Inmaculate. Adverb. ab *immacu*
caste. *Vetus Interpr. epist. Ignat. ad Rom. 1.* Immaculate [illegible]
Adde *Rustic. contra Acephal. p. 1214. Migne.*

IMMĂCŬLĀTUS et Inmaculatus, a, um. Adiect. ab *in* et *maculo*. Superlat. *immaculatissimus*, §. 2. — Est sine macula, purus, non pollutus; *immacolato, puro. Vulg. Interpr. Exod. 29. 1.* Arietes duo immaculati. *Id. Levit. 25. 12.* Caedetur agnus immaculatus anniculus. — *Id. Cantic. 5. 2.* Amica mea, columba mea, immaculata mea. — **2)** Translate. *Lucan. 2. 756.* Abscondat Fortuna nefas, Romanaque tellus Immaculata sui servetur sanguine Magni. — *Novatian. de cib. Iudaic. 5.* Immaculata natura. *Augustin. de Nat. et Grat. 65.* Immaculatissima puritas. *Vulg. Interpr. Hebr. 15. 4.* Thorus immaculatus. *Id. Iacob, 1. 27.* Religio munda et immaculata. Adde *Ephes. 1. 4.* etc.

IMMĂCŬLO et Inmaculo, as, āvi, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *maculo;* valde maculo, pollue. *Firmic. 4. Mathes. 16.* Nullus invidiae livor immaculet. *Id. 1. ibid. 2.* Sed responsa eius mendacia promissionis immacularunt. *Id. 6. ibid. 20.* Vitia, quae corpus ipsum penitus immaculent ac turpi quadam foeditate deforment.

IMMĂDĔO et Inmadeo, es, ui, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *madeo*, idem quod madeo, madidus fio; *farsi molle, esser bagnato.* Extra praeteritum nullum adhuc usum vidimus. *Ovid. 1. Trist. 9. 34.* Credibile est, lacrimis immaduisse genas. *Plin. 17. 3. 11.* Cum terra a siccitate continua immaduit imbre. Adde *Stat. 3. Silv. 1. 73.* — Afferunt tamen pro praesenti *Ambros. in Luc. 7. 9.* (qui locus male indicatus est). Lucida nubes, quae nos non pluvialibus aquis et humentis alluvione imbris immadet, sed etc. *Alii autem leg.* immadidet. Cf. voc. seq.

IMMĂDESCO et Inmadesco, is, ĕre. Verbum intransitiv. inchoativ. ab *immadeo;* immadere incipio, inebrior. *Gloss. Isid.* Immadescit, bibendo totus infunditur. — **2)** Translate. *Hilar. in Psalm. 142. n. 7.* Sancti anima naturae suae conscia immadescere se dono divini eloquii desiderat. — *Id. in Matth. 6. n. 6.* Voluptatum illecebris primum fides rimis patentibus immadescit.

IMMĂDĪDO et Inmadido, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *madido;* valde madidum reddo. *Ambros. de excess. fratr. 2. 12.* Ut impexum sordibus immadident caput. Cf. IMMADEO *fin.*

IMMĂDĪDUS et Inmadidus, a, um. Adiect. verbale ab *immadeo*, inserta littera *d;* valde madidus. *Avien. Prognost. 84.* Aëris immadidum quidam tellure creatum Spiramenta vomunt. Graece est ὑγρόν.

IMMĀNĔ. Adverb. V. IMMANIS §. 3. et seqq.

IMMĂNĔO et Inmaneo, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *maneo;* totus maneo, duro, perduro, immoror in aliqua re. *Vulg. Interpr. Ital. Act. 21. 24.* Immanebis et ipse custodiens legem. *Vulgata* nostra habet *ambulas. Augustin. 2. de Gen. ad litt. 4. extr.* Si potest aqua ad tantas guttarum minutias pervenire, ut super istum aërem vaporaliter feratur, qui natura levior est aquis, cur non possit et super illud levius caelum minutioribus guttis et levioribus immanere vaporibus? *Est qui leg.* immanare, *sed minus recte.* Cf. IMMANSIO.

IMMĂNESCO et Inmanesco, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *immanis;* immanis fio, furor; *infuriare. Vigil. Tapsens. 1. Contra Eutych. 11.* Tristitia delici, mansuescere lenitate, furore atque ira immanescere.

IMMĂNĪFESTUS et Inmanifestus, a, um. Adiect. ab *in* et *manifestus*. — Comparat. *immanifestior*, infra. — Est non manifestus, obscurus. *Rufinus, p. 2710. Putsch.* Immanifesta vocant haec carmina voce Latini. *Mar. Victorin. 3. 3. 6.* Quae Graeci συγκεχυμένα et ἀκατάληπτα, quae nos confusa et immanifesta dicimus, etc. *Boëth. Aristot. Topic. 8. 1.* Immanifestius est semper in abscessu et inductione, quod secuturum est, etc. Adde *3. ibid. 2. pluries.*

IMMANIS et Inmanis, ne. Adiect. ab *in* et *manus*, quod varie exponitur. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* « Immanis, ferus sive magnus; » ut immanis sit, qui magnitudine immensa est, in utramque intellige partem: quod etymon probabile admodum est. Alii ab *in* privativa, et *manus* seu *manis;* bonus, duce *Macrob. 1. Sat. 4.* Hinc *Isid. 10. Orig. 140.* « *Immanis*, quia non bonus, sed crudelis, et terribilis. *Manum* enim *bonum* dicitur unde κατ' ἀντίφρασιν dii manes, minime boni. » Cf. *Fest.* in v. *Manues. p. 146.* et *147.*, ibique *Müller.* Alii demum a Graeca voce ἰμανής; furens. — **b)** De confusione vocum *immanis* et *inanis*, V. *Burmann* ad *Virg. 4. Aen. 120.* — **c)** Comparat. *immanior* §. *6.*, superlat. *immanissimus* §. *6.* — **d)** Derivata, *immanesco, immanitas, immaniter.*

IMMANIS proprie est ingens, enormis, modum excedens; *smisurato, enorme. Lucret. 4. 1156.* Magna atque immanis cataplexis, plenaque honoris. *Caes. 6. B. G. 43.* Simulacra immani magnitudine. *Cic. 5. Verr. 46.* Ingens immanisque praeda. *Id. Rosc. Com. 8.* Illa fuit pecunia immanis, haec parvula. *Phaedr. 4. 22.* gemitus immanes

Digitized by Google

ciens. *Cic. 2. Phil. 25.* inter coenam, in ipsis tuis immanibus illis poculis. *Virg. 6. Aen. 11.* Antrum immane. *Id. 7. ibid. 666.* tegumen immane leonis. *Id. 8. ibid. 248.* immane beratrum. *Id. 11. ibid. 552.* telum. *Id. 9. ibid. 751.* vulnus. *Id. 6. ibid. 237.* Spelunca vasto immanis hiatu. *Id. 5. ibid. 822.* immania cete. Et *401.* geminos immani pondere caestus. *Val. Flacc. 6. 666.* immanis auster; *h. e.* vehemens, violentus. *Varr. 3. RR. 1.* Immani numero annorum urbanos agricolae praestant. *Virg. 9. Aen. 694.* immani concitus ira. *Gell. 15. 2.* Tam immanem soloecismum nihil veritus est. *Quintil. 11. 3. 32.* Immanis vox. *Vellei. 2. 51.* Immanem exercitum conficere. Et *2.* dissensionem movere. *Sall. Iug. 34.* Immanis aviditia. *Cic. 2. Q. Fr. 15. sub fin.* Ambitus redit immanis: nunquam fuit par. *Ovid. 3. Met. 678.* studium immane loquendi; *voglia sterminata.* — **2)** Aliquando refertur ad laudem, et ponitur pro mirabili. *Virg. 4. Aen. 199.* Templa Iovi centum latis immania regnis, Centum aras posuit. *Ovid. 9. Met. 247.* ipsius *(Herculis)* datur hoc immanibus actis. *Vellei. 2. 46.* Cum deinde immanes res, vix multis voluminibus explicandas, C. Caesar in Gallia ageret. Et *105.* Anni eius aestiva immanis emolumentum fecere victoriae. *Grat. Cyneg. 265. de canib.* Pecus immane; *h. e.* ingentis animi. *Senec. Thyest. 470.* Immane regnum est posse sine regno pati. — **3)** Absolute, adverbiorum more,

IMMANE est idem ac immaniter. *Virg. 3. G. 239.* Fluctus immane sonat per saxa. *Id. 7. Aen. 510.* rapta spirans immane securi. Et *10. ibid. 726.* Leo hians immane. *Claudian. cons. Mall. Theod. 257.* Torrentes immane fremant. — **4)** Hinc *immane quantum* est mirum quantum; *non si può dir quanto:* Graece Δεινότατον ὅσον: ellipsis. *Horat. 1. Od. 27. 6.* Vino et lucernis Medus acinaces immane quantum discrepat. *Tacit. 4. Hist. 34. extr.* Civilis lapsu equi prostratus, immane quantum suis pavoris, et hostibus alacritatis indidit. — **5)** Huic similia sunt illa. *Apul. Apol. 28.* Quod matrimonium Aemiliano huic immane quanto angori, quantaeque invidiae fuit. *Ammian. 25. 8.* Immane quo quantoque ardore festinabunt. — *Sallust. in orat. ad Caes. 1. ante med.* immane dictu est, quanti et quam multi ad Pompeium discesserint. — **6)** Saepissime vero

II. *Immanis* refertur ad personas, itemque ad animalia, et est nocens, ferus, crudelis, importunus; *nocivo, fiero, crudele. Macrob. 1. Saturn. 4.* ab *in* privativa, et *manus*, seu *manis;* bonus. *Cic. 4. Verr. 21.* Hostis ferus et immanis. Et *3. ibid. 3.* Istius immanis atque importuna natura. *Id. 4. Tusc. 20.* Taetra et immanis belua. *Plaut. Trin. 4. 1. 7.* Spurcificus, immanis, intolerandus, vesanus. *Virg. 1. Aen. 351.* scelere ante alios immanior omnes. *Cic. 4. Acad. 34.* Fera et immanis belua. *Id. Font. 10.* Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. *Id. Partit. 25.* Voluptatem immanissimus quisque acerrime sequitur. *Id. Har. resp. 3.* Scelus tam importunum, audacia tam immanis. *Id. Partit. 23.* Patientiam duritia immanis imitatur; *h. e.* agrestis, effera. *Virg. 1. Aen. 620.* quae vis immanibus applicat oris? *Id. 4. ibid. 642.* coeptis immanibus effera Dido; *h. e.* sibi inferendi manus. *Cic. Rosc. Am. 24. extr.* Tantum facinus, tam immane; *h. e.* patris occidendi. *Ovid. 2. Trist. 135.* Edictum immane minaxque; *h. e.* severum, triste. — *Arnob. 2. 34.* Stoliditas inveniri quae immanior potest? — **7)** Utraque significatio iungitur in illo *Ovid.*, ubi Achelous loquitur, *8. Met. 583.* pariterque animis immanis et undis A silvis silvas, et ab arvis arva revelli. — **8)** *Immanis visu*, aspectu terribilis, verendus. *Val. Flacc. 1. 207.* Ecce sacer, totusque Dei, per littora Mopsus, Immanis visu, vittamque, comamque per auras Surgentem, lauruscque rotat. *Scilicet* quia *maiorque videri, Nec mortale sonans*, ut est apud *Virg. 6. Aen. 49.*, cuius similis est locus *ibid. 77.* At Phoebi nondum patiens, immanis in antro Bacchatur vates. — **9)** Est etiam *immanis*, foedus, si *Nonio, 4. 256.* credimus. *Accius, ibid.* Immane te habeat templum, obvallatum ossibus.

Nota. Inter *grande, magnum* et *immane* discrimen tradit *Front. de Differ. p. 2197. Putsch.* « *Grande*, incremento: *magnum*, amplitudine: *immane*, praecipuae amplitudinis. » Cf. GRANDIS §. 1. et in *Nota*.

IMMĀNĪTAS et Inmanitas, ātis, f. Abstractum ab *immanis;* magnitudo immodica; *grandezza smisurata, eccessiva, enormità. Cic. Cael. 6.* Tot vitiorum tanta immanitas. *Iustin. 2. 1.* Immanitas frigoris. *Gell. 6. 3.* Serpens insuitatae immanitatis. — **2)** Frequentius refertur ad animalia, itemque ad mores indolesque hominum, et est feritas, diritas, agrestes efferique mores, saevitia, crudelitas; *fierezza, selvatichezza, crudeltà.* Est autem proprie privatio sensus humanitatis, et quidam veluti stupor animi, vel a natura profectus, vel a genere vitae agrestis et incultae, unde oritur crudelitas, et saevitia, et odium hominum. *Cic. 3. Tusc. 8.* Istuc nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. *Id. Partit. 25.* Prudentiam malitia, temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis imitatur. *Id. 1. Divin. 29.* Feritas atque agrestis immanitas. *Id. Amic. 23.* Asperitas et immanitas naturae. *Id. 1. Nat. D. 23.* Multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio Deorum sit. *Id. Marcell. 3.* Domuisti gentes immanitate barbaras, etc. *Id. 10. Fam. 1.* M. Antonii tanta est, non insolentia (nam id quidem vulgare vitium est), sed immanitas, non modo ut vocem, sed ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam. *Id. Vatin. 3. extr.* Omni diritate atque immanitate taeterrimus. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell. 9. 13.* Nemo audebat *(prodire)* propter magnitudinem et immanitatem facies *(pro facie)*; *viso fiero. Plin. Paneg. 47.* Priorum temporum immanitas studia exsiliis puniebat. — **3)** Ad utramque significationem refertur illud *Tacit. 14. Ann. 2.* Seu conceperit animo tantum immanitatis Agrippina, etc.; *una si grande scelleraggine:* incesti *scil.* cum filio patrandi.

IMMĀNĪTER et Inmaniter. Adverb. ab *immanis*. — Comparat. *immanius* §. 2. — Proprie est immodice, vehementer; *smodatamente. Gell. 1. 26. a med.* Immaniter clamare. *Id. 9. 11.* Tam immaniter arrogans. — **2)** Item ferarum ritu, saeve, crudeliter; *fieramente, crudelmente. Augustin. 10. Confess. 37.* Perdite et immaniter vivere. *Ammian. 18. 7.* Leones per ea loca saevientes immaniter. Et *paulo post.* Immanius efferascunt.

* IMMĀNO, V. IMMANEO *fin.*

IMMANSIO et Inmansio, ōnis, f. Verbale ab *immanso;* actus immanendi. — Translate. *Boëth. Aristot. Topic. 4. 4. p. 691.* Si memoriam immansionem scientiae dicat, nam omnis immansio in mente, et circa illud; quare et scientiae immansio in scientia.

IMMANSUĒTUS et Inmansuetus, a, um. Adiect. ab *in* et *mansuetus*. — Comparat. *immansuetior*, et superlat. *immansuetissimus*, infra. — Est indomitus, barbarus, ferus; *non mansueto, intrattabile, barbaro. Senec. 1. Ira, 15.* Rabidos effigimus canes, trucem atque immansuetum bovem caedimus. *Ovid. 15. Met. 85.* At quibus ingenium est immansuetumque ferumque, etc. *Cic. 1. Leg. 8.* Ipsique in hominibus nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quae etc. *Ovid. 14. Met. 249.* Immansuetus Cyclops. *Senec. Consol. ad Helv. 6.* Quid immansuetius? *Ovid. 18. Heroid. 57.* At tu de rapidis immansuetissime ventis. Adde *Stat. 7. Theb. 42.*, ibique *Lactant. Placid.*, qui *immansueta* explicat *sine quiete.*

IMMARCESCĪBĪLIS et Inmarcescibilis, le. Adiect. ab *in* et *marcescibilis;* incorruptibilis. *Tertull. Cor. mil. 15.* Flos incorruptus, immarcescibilis, sempiternus. *Paulin. Nolan. carm. 15.* Immarcescibilis redimivit honore coronae. Adde *Vulg. Interpr. 1. Petr. 1. 4.* et *5. 4.*

IMMARCESCO. V. INMARRESCO.

IMMARCĪBĪLIS et Inmarcibilis, le. Adiect. ab *in* et *marcibilis*, quod est a *marceo*, idem quod immarcescibilis. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.*

IMMASSO et Inmasso, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *massa;* in massam subigo, cogo. *Isid. 11. Orig. 1. 52.* Ultimi *(dentes)* sunt molares, qui concisa a prioribus atque confracta subigunt et molunt, atque immassant; unde et molares vocati sunt.

IMMASTĪCĀTUS et Inmasticatus, a, um. Adiect. ab *in* et *masticatus;* non masticatus. *Cod. Aurel. 3. Tard. 3.* Immasticata transvoratio.

IMMĀTŪRĀTUS et Inmaturatus, a, um. Adiect. ab *in* et *maturatus;* nondum maturatus. *Musa, Compos. 25.* Gallae immaturatae.

IMMĀTŪRĒ et Inmature. Adverb. ab *immaturus*. — Comparat. *immaturius*, infra. — Est ante tempus; *innanzi il tempo. Colum. 11. 2. sub init.* Neque praefestinatum opus nimium immature videri possit. *Senec. Suasor. 1. ad fin.* Numquid immature ab oceano? *Vellei. 2. 116.* Filius praereptus immature. *Apul. 6. Met. 16.* Sed haud immaturius redito. Cf. *Hildebr. ad h. l.*

IMMĀTŪRĪTAS et Inmaturitas, ātis, f. Abstractum ab *immaturus;* defectio maturitatis, acerbitas; *immaturità. Sust. Aug. 34.* Immaturitas sponsarum. — **2)** Pro anticipatione, celeritate. *Cic. Quint. 26.* Quid haec festinatio, quid haec immaturitas tanta significat?

IMMĀTŪRUS et Inmaturus, a, um. Adiect. ab *in* et *maturus;* non maturus, acerbus; *non maturo, acerbo, immaturo, fuor di tempo:* et proprie de fructibus et frugibus dicitur, cum ante tempus colliguntur. *Cels. 2. 30.* Pira immatura. *Plin. 12. 28. 2.* Quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturum. *Plaut. Pers. 2. 5. 14.* Vomicam immaturam secare. — *Vulg. Interpr. Isai. 18. 5.* Ante messem enim totus effloruit et immatura perfectio germinabit. — **2)** Translate dicitur de eo, quod est intempestivum, ut *mors immatura*, qua quis ante constitutum vitae tempus, et confectam aetatem moritur. *Cic. 2. Phil. 46.* Etenim si ab hinc annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse consulari. *Horat. 2. Sat. 8. 59.* Filius immaturus obit. *Liv. 22. 38. ad fin.* Immaturum consilium ante tempus praecipere. *Ulp. Dig. 47. 10. 25.* Immatura virgo; *h. e.* nondum nubilis, vel viripotens. *Id. ibid. 24. 1. 32. §. 27.* Immatura sponsa; *h. e.* quae minor est annis XII. — *Inscr.* apud *Momms. n. 5042.* Ti. Claudio Basitano Ti. Claudius Baccynius inmaturo.

Nota. Quomodo inter se differant *acerbus* et *immaturus*, v. sub v. ACERBUS in *Nota*.

IMMĔĀBĪLIS et Inmeabilis, le. Adiect. ab *in* et *meabilis;* non meabilis, *Not. Tir. p. 151.* Meabilis, immeabilis.

Digitized by Google

IMMĔDĬĀBĬLĬTER et Immediabiliter. Adverb. ab *in* et *medium*; immediate, sine medio. *Rustic. contra Acephal. p. 1208. Migne.* Quae non immediabiliter sunt unita. Adde *ibid. p. 1210.*

IMMĔDĬĀTĔ et Immediate. Adverb. ab *immediatus*; proxime, sine medio. *Boëth. de Unitat. p. 1275.* Eo quod immediate adhaeret primae unitati, quae creavit eam. V. IMMEDITATE *fin.*

IMMĔDĬĀTUS et Immediatus, a, um. Adiect. ab *in* et *medium*; sine medio, proximus; *immediato. Boëth. Aristot. Analyt. post. 1. 23. p. 543.* Immediatae propositiones sunt principia, altera autem conclusio fit accepta propositione immediata. Adde *Aristot. praedic. 4. p. 203. 523.* et *alibi*.

IMMĔDĬCĀBĬLIS et Immedicabilis, le. Adiect. ab *in* et *medicabilis*; qui medicaminibus sanari non potest; *incurabile. Ovid. 1. Met. 190.* et *10. ibid. 189.* Immedicabile vulnus. *Virg. 12. Aen. 838.* telum immedicabile; *h. e.* armatum felle veneni, atque adeo insanabile vulnus inferens. — **B)** Translate. *Sil. 14. 292.* postquam immedicabile visum Seditio. Et *1. 147.* Immedicabilis ira.

IMMĔDĬCĀBĬLĬTER et Immedicabiliter. Adverb. ab *immedicabilis*; sine remedio. *Hilar. 6. Trinit. 21.* Ab his ego, quae teneo, edoctus sum, his immedicabiliter imbutus sum.

IMMĔDĬCĀTUS et Immedicatus, a, um. Adiect. ab *in* et *medicatus*; medicamentis illitus, inunctus. *Apul. Apol.* Immedicatum os, et purpurissatae genae.

IMMĔDĬĔTAS et Immedietas, ātis, f. Abstractum ab *immediatus*; conditio earum rerum, quae immediatae sunt. *Boëth.* in *Aristot. libr. de interpr. ed. sec. p. 436.* Age enim, sint huiusmodi contraria, quae sint immediata; genitum esse, et ingenitum esse. In contrariis igitur immedietas idem ac privatoria affirmatio, quod negatio, valet. In his autem quae medietatem habent, non idem.

IMMĔDĬTĀTĔ et Immeditate. Adverb. ab *immeditatus*; sine meditatione; *senza premeditare. Gell. praef. ante med.* Nos, ut captus noster est, incuriose et immeditate, ac prope etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum Atticas noctes inscripsimus. Quidam minus recte leg. *immediate*, quae vox barbara est, inquit *Porcellinus* noster. Cf. IMMEDIATE.

IMMĔDĬTĀTUS et Immeditatus, a, um. Adiect. passivae significationis ab *in* et *meditatus*; non meditatus; *non pensato. Apul. 2. Met. sub init.* Immeditatus incessus; *h. e.* non affectatus ad mollitiem. *Id. Florid. n. 17.* Animalium immeditati sonores.

IMMEIO et Inmeio, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *meio*: intus meio. — Translate. *Pers. 6. 75.* Patriciae immeiat vulvae; *h. e.* semen immittat. V. MINGO.

IMMEMOR et Inmemor, ŏris, omn. gen. Adiect. ab *in* et *memor*. — **b)** Alia forma est *immemoris, re*, in usu apud Veteres, *Cassii.* apud *Priscian. 6. p. 699. Putsch.* et *7. p. 772.* Itane Antipho est inventus profluvia fide? itane est immemoris? itane est madida memoria?

IMMEMOR proprie est qui non meminit; *smemorato, scordevole, immemore. Cic. 5. Att. 16.* Ne immemorem mandati tui putares. *Id. Sull. 30.* Adeo ne vobis oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor? *Id. 2. Phil. 22.* Huius rei ne posteritatem quidem omnium saeculorum unquam immemorem fore. *Id. Brut. 60.* Magna haec immemoris ingenii signa. *Catull. 30.* Alphene immemor atque unanimis false sodalibus; *ingrato. Cic. Brut. 47.* Nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandum, nec Romanarum rerum immemor; *h. e.* ignarus. *Tacit. 14. Ann. 56.* Gladiis stragem caedemque continuarent, praedae immemores; *senza pensare alla preda*. Sic *Horat. 2. Od. 18. 18.* sepulcri immemor struis domos. *Curt. 7. 9.* In hostem, salutis immemores, ruere coeperunt. *Suet. Cal. 57.* Immemor, Chaeream Cassium nominari. *Plaut. Pseud. 4. 7. 5.* Qui suum officium facere immemor est. *Catull. 64. 123.* immemori discedens pectore coniux. Et *248.* mente immemori. *Liv. 9. 5.* Qua cibi, qua quietis immemor vox traducta est. Adde *Quintil. 11. 2. 6.* et *Liv. 9. 41.* — **2)** Singulare est illud *Ter. Andr. 1. 1. 16.* Isthaec commemoratio Quasi exprobratio est immemoris benefici; *h. e.* haec recordando quasi exprobras mihi, ut beneficii tui immemori. *Beneficî* vero est pro *beneficii*, ut scribere solebant veteres Latini ante Augusti aetatem, qui numquam i geminabant. V. *Gell. 13. 25.* — **3)** Metonymice est oblivionem inducens. *Sil. 16. 477.* Lethe immemori perstringens gurgite ripas. *Senec. Herc. Oet. 959.* Stabo ante ripas, immemor Lethe, tuas. *Stat. 5. Silv. 2. 96.* immemor amnis; *h. e.* Lethe.

Nota I. Construitur ut plurimum, cum genitivo, vel absolute; aliquando etiam cum infinito. — **Nota II.** Discrimen inter *immemor* et *ignarus* dedimus sub v. IGNARUS in *Nota* II. §. 1.

IMMĔMŎRĀBĬLIS et Inmemorabilis, le. Adiect. ab *in* et *memorabilis*; cuius nulla est memoria, qui commemorari non debet, aut potest; *che non si può ricordare o dire, immemorabile. Plaut. Capt. prol. 56.* Neque spurcidici insunt versus immemorabiles. *Lucret. 6. 487.* Immemorabile per spatium transire; *h. e.* immensum, nullis terminis circumscriptum. — **2)** Active. *Plaut. Cist. 2. 2. 5.* Annus sibi moderatrix, atque immemorabilis; *h. e.* quae recordari non vult, aut se non meminisse simulat: vel quae memorare et dicere recusat.

IMMĔMŎRĀTĬO et Inmemoratio, ōnis, f. Verbale ab *in* et *memoratio*; oblivio; *dimenticanza. Vulg. Interpr. Sapient. 14. 26.* Dei immemoratio, animarum inquinatio.

IMMĔMŎRĀTUS et Inmemoratus, a, um. Adiect. ab *in* et *memoratus*; non memoratus. *Horat. 1. Ep. 19. 33.* Iuvat immemorata ferentem Ingeniis, oculisque legi, manibusque teneri; *h. e.* nova, non prius audita. *Auson. Parental. 20.* Nec tu iam metris, spes unica, ephebe Talisi Consobrine, meis immemoratus eris.

IMMĔMŎRĬĀ et Inmemoria, ae, f. Abstractum ab *immemor*; memoriae privatio, oblivio; *oblivione. Papinian. Dig. 41. 2. 44.* Peregre profecturus pecuniam in terram condiderat: cum reversus locum thesauri immemoria non repeteret, etc. Ita *Torrentin.* et *Pareus* in *Lex. Al. habent* in memoria.

IMMĔMŎRIS. V. IMMEMOR §. b.

IMMENSĪBĬLIS et Inmensibilis, le. Adiect. ab *in* et *mensibilis*, quod est a *metior*; immensurabilis. *Philastr. de haeresib. 95.* Immensibilis est igitur haec Trinitas invisibilis, inenarrabilis.

IMMENSĪTAS et Inmensitas, ātis, f. Abstractum ab *immensus*; infinitas; *immensità, vastità. Cic. 1. Nat. D. 20.* In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. *Id. 2. ibid. 33.* Immensitates camporum.

IMMENSĪTER et Inmensiter. Adverb. ab *immensus*; cum immensitate; *immensamente. Alcim. Homil. de rogat. ante med.* Aedes publica, quam praecelso civitatis vertice sublimitas immensiter fastigiata praetulerat, flammis terribilibus conflagrare crepusculo coepit.

IMMENSŪRĀBĬLIS et Inmensurabilis, le. Adiect. ab *in* et *mensurabilis*; non mensurabilis; *immensurabile. Claud. Mamert. 2. Stat. an. 4. ante med.* Hinc capias oportet indicium illius non pensi ponderis, et immensurabilis mensurae, et innumerabilis numeri.

IMMENSŪRĀTIM et Inmensuratim. Adverb. ab *immensuratus*; sine mensura. *Salvian. 6. Gubern. D. p. 207. Rittersh.* Rideamus quamlibet immensuratim.

IMMENSŪRĀTUS et Inmensuratus, a, um. Adiect. ab *in* et *mensuratus*; non mensuratus; *smisurato. Salvian. 1. advers. avar. 11.* Dura nonnulli haec absque dubio et immensurata causantur.

IMMENSUS et Inmensus, a, um. Adiect. ab *in* et *mensus*. — Superlat. *immensissimus* §. 2. — Proprie est qui mensurari non potest, infinitus, interminatus, profundus; *immenso, sterminato, smisurato. Cic. 1. Nat. D. 20.* Si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. Et *10.* Aëra Deum statuit, eumque gigni, esseque immensum et infinitum. *Id. 1. Tusc. 30.* In mari immenso vehi. *Ovid. 6. Fast. 640.* immensa domus; *vastissima. Horat. 1. Sat. 1. 41.* immensum argenti pondus et auri. *Plin. 4. 27. 6.* Immensus mons. *Cic. 5. Orat. 19.* Ex ingenti immensoque campo. *Id. 2. ibid. 20.* Tanta hac in re tamque immensa. *Id. 1. ibid. 49.* Ingenii fines paene immensi. Et *1. Divin. 7.* Observata sunt haec tempore immenso; *per lunghissimo tempo. Ovid. 5. Pont. 5. 78.* Immensae viae; *h. e.* longissimum iter. *Id. 1. Heroid. 82.* morae. *Id. 9. ibid. 5.* series immensa laborum. Et *10. Met. 136.* immensi fletus; *senza fine. Id. 4. Trist. 3. 25.* nox immensa videtur; *pare che mai non finisca*. Et *4. Met. 620.* per immensum ventis discordibus actus; *per l'aria, pel vasto cielo*. — **2)** Translate. *Cic. 5. Verr. 9.* Immensa vorago ac gurges vitiorum. *Auct. ad Herenn. 2. 22.* Immensae, infinitae, immoderatae cupiditates. *Spartian. Hadrian. 19.* Immensissimae voluptates. *Ovid. 15. Met. 768.* sitis immensa cruoris. *Id. 4. Pont. 2. 56.* immensum gloria calcar habet. *Horat. 4. Od. 2. 7.* immensusque ruit profundo Pindarus ore; *h. e.* mira verborum rerumque copia. *Plin. 28. 1. 2.* Immensa difficultas. Et *36. 5. 4.* differentia. — **3)** Absolute, *immensum est*, finem, modum non habet. *Ovid. 4. Fast. 575.* immensum est errata dicere terras; *non si finirebbe mai. Plin. 8. 42. 4.* Quod persequi, immensum est. Adde *22. 49. 8.* — **4)** Item absolute, substantivorum more,

IMMENSUM, i, n. Est immensitas. *Lucret. 1. 72.* Ergo vivida vis animi pervicit, et extra Processit longe flammantia moenia mundi: Atque omne immensum peragravit mente animoque. *Liv. 21. 39.* Immensum altitudinis. *Id. 5. 37.* loci. *Lucret. 1. 955.* Pervideamus, utrum finitum funditus omne Constet, an immensum pateat vasteque profundum. *Ovid. 4. Met. 620.* Per immensum ventis discordibus actus. *Tacit. 15. Ann. 40.* Prorula per immensum aedificia; *per grandissimo spazio*. — *Plin. 9. 64.* Sciant, qui ista mercantur immenso; *a prezzo eccessivo*. — **5)** Hinc *in immensum* et *ad immensum* adverbii vicem praestant; *smisuratamente. Ovid. 3. Fast. 537.* Creverat immensum: comitem sibi Delia sumpsit. *Tacit. 4. Ann. 40.* Immensum attolli. Et *3. ibid. 50.* Opes, quris domus illa immensum viguit. Et *52.* Luxus immensum proruperat (Adde *Sall. Iug. 97.*). *Ovid. 2. Met. 220.* Ardet in immensum geminatis ignibus Aetne. *Liv. 29. 25.* Ad immensum multitudinis speciem auget. — **6)** *Immensum quan-*

Digitized by Google

tum; immane quantum; *non si può dir quanto. Plin. 4. 34. 1.* Immensum quantum hinc oceano, illinc Iberico mari comprimentibus. Adde *16. 66. 6.* — **γ)** *Immenso plus;* plus quam in immensum; hyperbole. *Id. 20. 36. 1.* Brassicae silvestris immenso plus effectus laudat Cato.

IMMĔO et Inmeo, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *meo;* intro meo, ingredior. *Palladi. 1. 17.* Salutare erit, aquas illuc per tubos ōctiles duci, et opertis immeare cisternis. *Plin. 8. 38. 1.* Delphini immeantes Nilo. Et *11. 22. 1.* Setas suum obstare tenuitati immeantis spiritus.

IMMĔRENS et Inmerens, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *merens;* qui nihil commeruit, immeritus, innoxius; *immeritevole, innocente. Nep. Dion. 10.* Hi falsa suspicione ducti, immerentes ut sceleratos occidunt. *Horat. 2. Od. 13. 11.* Triste lignum, caducum in domini caput immerentis. *Suet. Tit. 10.* Multum conquestus, eripi sibi vitam immerenti. *Val. Flacc. 3. 12. n. 8.* Interdum quaedam immerentia supremi fati titulum occupant; *h. e.* quae nihil nocuerunt. — *Lucret. 2. 1102.* exanimat indignos, inque merentes, *tmesis.*

IMMĔRENTER et Inmerenter. Adverb. ab *immerens;* immerito; *immeritevolmente, a torto. Val. Max. 6. 2. n. 1. extern.* A Philippo rege temulento immerenter damnata. *Stephan. libell. 1.* apud *Bonifac. pap. prope fin.* Exsilium et quantae criminum sunt vicissitudines immerenter exspecto.

IMMERGO et Inmergo, gis, si, sum, gĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *mergo.* — **b)** In secunda coniugatione. *Colum. 5. 9.* Taleas ita immergeri, ut putris terra quatuor digitis alte supervenial. — **c)** *Immersti;* syncope pro *immersisti* est apud *Plaut. Bacch.* V. loc. infra §. 1. — **d)** Particip. *immersus,* v. suo loco. — **e)** Derivatum, *immersio.*

IMMERGO proprie est intus mergo, demergo, immitto, obruo; *immergere, affondare, attuffare. Plaut. Bacch. 4. 4. 26.* Errasti, cum parum immersti ampliter; *scil.* manum in pecuniam. *Plin. 28. 15. 1.* Immergere manus in aquam ferventem. *Id. 34. 41. 3.* ferrum candens aquae. *Id. 11. 50. 4.* se in aquas. *Colum. 5. 6. a med.* partem arboris deflexam terrae. *Curt. 4. 4.* Belua alto se immersit. *Plin. 15. 18. 2.* Immergi melle cotonea. *Virg. 6. Aen. 174.* Unda aliquem immergere. *Plin. 4. 18. 6.* Ubi Ister amnis immergitur; *entra in mare.* Et *18. 68. 7.* Regia in pectore Leonis stella matutino immergitur; *si nasconde.* — **β)** *Immergere se aliquo* est se conlicere, abdere; *cacciarsi. Plaut. Men. 3. 1. 3.* In concionem mediam immersi me miser. Et *3. 1. 3.* immersit aliquo sese, credo, in ganeum. *Justin. 33. 2.* Inter mucrones se hostium immersit. — *Rufin. Hist. Monach. 1.* Immergere se conantur ad clerum. — **γ)** Translate. *Cic. Cluent. 15.* Se blanditiis et assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit. *Liv. 25. 18. a med.* Immergere se in voluptates. *Al. leg.* mergere. *Senec. Consol. ad Polyb. 37.* Immergere se studiis. *Val. Max. 4. 1. n. 1. extern.* Architas se Pythagorae praeceptis penitus immergit.

IMMĔRĪTO. V. voc. seq. §. 4.

IMMĔRĪTUS et Inmeritus, a, um. Adiect. ab *in* et *meritus;* qui non meretur, immerens, innocens; *chi non merita, innocente. Virg. 3. Aen. 1.* Postquam res Asiae, Priamique evertere gentem immeritam visum Superis. *Horat. 3. Od. 6. 1.* Delicta maiorum immeritus lues, Romane. Et *ibid. 2. 21.* Virtus recludens immeritis mori Caelum. *Ovid. 2. Trist. 274.* Protegit haec sontes, immeritosque premit. — **β)** Elegantor tribuitur rebus inanimis. *Horat. 1. Od. 17. 28.* Vestem immeritam scindere. *Propert. 2. 2. 5.* Et saepe immeritos corrumpas dentibus ungues. Et *4. 4. 21.* Saepe illa immeritae causata est omina lunae. Et *ibid. 3. 19.* Occidat, immerita qui carpsit ab arbore vallum. — **γ)** Absolute, substantivorum more,

IMMERITUM, i, n. Est sine merito. *Plaut. Asin. 3. 3. 18.* Cur tu, obsecro, immerito meo me morti dedere optas? *h. e.* nullo meo merito, nulla culpa? — **δ)** Hinc, adverbiorum more,

IMMERITO (et superlat. *Immeritissimo,* infra), est immerenter, indigne; *immeritamente, a torto. Cic. 2. Orat. 79.* Si res crudelis, si infanda, si immerito, si misera, etc. *Senec. ep. 11. ad fin.* Custodem nobis, et paedagogum dedit: nec immerito; *e con ragione.* Sic *Lucan. 8. 324.* Haud equidem immerito Cumanae carmine Vatis Cautum, ne etc. *Ter. Phorm. 2. 1. 39.* Iamdudum te omnes nos accusare audio Immerito, et me omnium horunc' immeritissimo. — **ε)** Deinde

II. *Immeritus,* passive, est, iniustus; *non meritato. Liv. 4. 13. sub fin.* Laudibus haud immeritis onerare aliquem. *Ovid. 2. Fast. 42.* Credulus immerita Phasida iuvit ope. *Martial. 7. 32.* Et rapit immeritas sordidus unctor opes. *Val. Flacc. 8. 158.* Sed quid ego quemquam immeritis incuso querelis? *h. e.* iniustis, indebitis.

IMMERSĂBĬLIS et Inmersabilis, le. Adiect. ab *in* et *mergo;* qui mergi non potest; *insommergibile.* — Translate. firmus, fortis, quique adversis rebus non opprimitur. *Horat. 1. Ep. 2. 22. de Ulysse,* aspera multa Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.

IMMERSĬO et Inmersio, ōnis, f. Verbale ab *immergo;* actus immergendi; *immersione. Arnob. 2. p. 47.* Oleum respuit immersionem in se pati.

IMMERSUS et Inmersus, a, um. Particip. verbi *immergo;* demersus, submersus; *immerso. Cic. Univ. 13.* Immersus in flumen. *Plin. 2. 106. 3.* Immersa in fonte. *Ovid. 4. Fast. 200.* prolem Devorat, immersam visceribusque tenet.

IMMĔTĀTUS et Inmetatus, a, um. Adiect. ab *in* et *metatus;* non metatus; *non misurato. Horat. 3. Od. 24. 9.* Scythae et Getae, Immetata quibus iugera liberas Fruges et Cererem ferunt.

IMMĔTŪENS et Inmetuens, entis, comm. gen. Adiect. ab *in* et *metuens,* participiorum more effictum, non metuens. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Immetuens, ἄφοβος, ἀμέριμνος.

IMMĪGRO et Inmigro, as, āvi, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva, et *migro;* in aliquem locum migro; *entrare ad abitare. Cic. 13. Phil. 17.* Paucis diebus et in domum, et in paternos hortos immigrabit. *Id. Dom. 35.* Ex suis templis in eius aedes immigrare solebant. *Plaut. Most. 1. 2. 23.* Ubi illo immigrat nequam homo, indiligensque, aedibus vitium additur. Adde *Cic. 1. Tusc. 24.* — **β)** Translate. *Id. Brut. 79.* Pleraque verba translata, sic tamen, ut ea non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres. *Liv. procem. ad fin.* Nulla respublica fuit, in quam tam serae avaritia luxuriaque immigraverint. *Plaut. Most. 1. 2. 35.* Immigrare in ingenium suum; *h. e.* abire a cura paedagogi, et vivere arbitratu suo.

IMMĪNENS et Inminens, entis. Particip. verbi *imminco,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est qui imminet, proximus, proxime futurus, impendens; *imminente, che soprasta. Liv. 29. 35.* Imminens prope ipsis moenibus tumulus. *Horat. 3. Od. 22. 5.* Imminens villae pinus. *Id. 1. ibid. 4. 3.* chorus ducit Venus imminente luna; *h. e.* in caelo supra caput fulgente. Et *3. ibid. 27. 10.* Imbrium divina avis imminentium; *h. e.* cornix. *Plin. 8. 43. 1.* Imminentes ruinae. — Absolute. *Tacit. 15. Ann. 10.* Paetus imminentium nescius. — **β)** *Gestus imminens* dicitur, quo orator velut imminet adversario, instat urgetque, tanquam vi et contentione ipsa manuum propulsurus. *Cic. 2. Orat. 55.* Quae fuit illa, quanta vis! cum coniectis oculis, gestu omni imminente, summa gravitate, etc. — **γ)** Translate est promptus, paratus, intentus. *Cic. 4. Verr. 54.* Verres avaritia semper hiante atque imminenti fuit. *Id. Dom. 6.* Homo ad caedem imminens. *Curt. 5. 1.* Imminens Dario, quem nondum Euphratem superasse cognoverat, copias contrahit. *Horat. 1. Od. 12. 54.* Parthi Latio imminentes; *h. e.* graves R. imperio, et iam iam bellum illaturi.

IMMĪNENTĬA et Inminentia, ae, f. Abstractum ab *imminens;* instantia, vicinitas; *vicinanza. Nigid.* apud *Gell. 9. 12.* Is uterque infestus dicitur, ab instantia atque imminentia fraudis, quam facturus est.

IMMĬNĔO et Inmineo, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *maneo,* mutata euphoniae gratia *a* in *i.* — **b)** Dividitur per tmesim a *Lucret. 6. 563.* « in clinata minent. » — **c)** Particip. *imminens* §. 2. et 3. et V. etiam suo loco. — **d)** Derivatum, *imminentia* — **e)** Compositum, *superimmineo.*

IMMINEO proprie est supra maneo, impendeo; *soprastare. Virg. 9. Ecl. 41.* candida populus antro Imminet. *Id. 1. Aen. 169.* nemus desuper imminet. *Id. ibid. 423.* collis plurimus urbi Imminet. Et *6. ibid. 602.* Quos supra atra silex iam iam lapsura cadentique Imminet assimilis. *Val. Flac. 6. 681.* Immiuet e celsis audentius improba muris Virgo; *sta ritta sopra l'alte mura.* Adde loc. *Lucret.* cit. §. b. supra et *Plin. 6. 33. 19.* — **β)** Hinc vicinus sum, adsto; *essere vicino, contiguo. Ovid. 7. Met. 783.* Imminet hic, sequiturque parem, similisque tenenti Non tenet. *Id. 1. ibid. 542.* Immiuere tergo fugacis. *Liv. 1. 3.* Carcer imminens foro. — **γ)** Quum vero quae proxima sunt, aliquando minarum sunt plena, hinc specialim, sensu hostili,

II. *Imminco* est insto, impendeo; *minacciare per la sua vicinanza, essere impendente, essere sospeso. Cic. 3. Offic. 11.* Nimis imminebat propter propinquitatem Aegina Piraeeo. *Id. 2. Agr. 32.* Carthago . . . imminere iam fructuosissimis insulis populi Romani videbatur. *Caes. 1. B. G. 30.* Instabat agmen Caesaris atque universum imminebat. *Nep. Eumen. 10.* Imminebant enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemaeus, opibus iam valentes, cum quibus erat dimicandum. *Cic. Manil. 5.* Imminent duo reges toti Asiae. *Ovid. 1. Met. 146.* Immiuet exitio vir coniugis, illa mariti. *Virg. 10. Aen. 26.* muris imminet hostis. *Hirt. B. Alex. 7.* Hostes immineutes atque insequentes. Adde *Vellei. 2. 18.* et *Horat. 1. Od. 12.* — **α)** Eodem sensu dicitur de rebus proximis. *Cic. 1. Catil. 12.* Sunt, qui ea, quae quotidie imminent, non videant. *Id. 1. Tusc. 58.* Mors, quae propter incertos casus quotidie imminet. — **δ)** Item de personis et refertur ad cupiditatem. *Id. 5. Phil. 7.* Huius mendicitas aviditate coniuncta in nostras fortunas imminebat. *Id. Dom. 18.* Qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem. Et *ibid. 10.* Imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. *Senec. ep. 2. in fin.* Alieno imminere, et non

Digitized by Google

acquisita, sed acquirenda computare. *Liv. 50. 28. a med.* Ii quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, et victoriae spes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, eo curae intentioris erant. — **G)** Et ad cogitationem, et intentionem rei gerendae, et ad captandam opportunitatem. *Liv. 25. 20.* In alterius ducis exercitusque opprimendi occasionem imminebat (Adde *25. 16.*). *Curt. 5. 11.* Occasioni imminens alloquendi regem. *Tacit. 16. Ann. 14.* Quippe Anteium et Ostorium imminere rebus; *h. e.* observare opportunitatem imperii occupandi. Sic *Curt. 6. 10. a med.* Imminere regno. *Virg. Cul. 89.* huc imminet: omnes Dirigit huc sensus: haec cura est subdita cordi. *Senec. Hippol. 834.* Tenet obstinatum Phaedra consilium necis, Pietusque nostros spernit, ac morti imminet; *sta per darsi la morte.*

Nota. Constructio verbi de more est absoluta vel relativa, sive cum dativo rei aut personae, pro quo saepe etiam adhibetur accusat. cum praepos. *in*.

IMMĪNŪO et Iaminuo, uis, ui, ūtum, uĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *minuo*. — Particip. *imminutus*, V. suo loco. — Proprie est idem fere ac minuo, vel valde minuo, diminuo; *sminuire*. *Cic. 5. Fam. 5. ad fin.* Si istas exiguas copias quam minime imminueris. *Sall. Iug. 48.* Aestivorum tempus comitiorum mora imminuerat. *Nep. Eumen. 5.* Exiles res animi magnitudinem etsi non frangebant, tamen imminuebant. *Cic. 1. Orat. 61.* Imminuere aliquid de voluptate. *Suet. Ner. 42.* Nihil imminuit ex consuetudine luxus. *Ovid. 15. Heroid. 113.* se dolor imminuit. *Al. leg.* invenit. *Tacit. 3. Ann. 86.* Agrippa diuidio domum imminuerat; *h. e.* abdicata per divortium coniuge. *Lucret. 3. 625.* Imminuere vires. *Petron. Satyr. 141.* liberalitatem. *Plin. 37. 3. 1.* pretium. *Cic. 1. Att. 18. a med.* auctoritatem. *Id. ad Dolabell. post ep. 17. l. 14. ad Att.* laudem alicuius. *Id. 2. Orat. 25.* maiestatem. *Id. Caecin. 12. extr.* libertatem. V. LIBERTAS. *Id. 3. Verr. 33.* ius legationis. Ubi *Ascon.* Qui potestatem suam in administrando non defenderit, imminuti magistratus, veluti maiestatis laesae, reus est. — Huc pertinet illud *Tacit. 2. Ann. 34.* Quamquam Augusta se violari et imminui quereretur; *h. e.* velut in ordinem cogi; *che le si perdeva il rispetto.* — **B)** Pro debilitare, infirmum reddere. *Id. 2. Hist. 93.* Milites per illecebras urbis, et inhonesta dictu, corpus otio, animum libidinibus imminuebant. *Lucret. 5. 1016.* Imminuit vires *(remis)*. — **C)** Latiore significatione universim

II. *Imminuo* est quocumque modo rem in deterius redigere, infringere, violare; *rompere, violare, deteriorare*. *Cic. Rosc. Am. 38.* Nullam esse ius tam sanctum atque integrum, quod non eius scelus atque perfidia violarit et imminuerit. *Sall. Iug. 85.* Callidus in modo festinabat, Bocchi pacem imminuere; *h. e.* interrumpere: efficere, ne Bocchi pax cum Romanis agitata iungeretur. *Tacit. 14. Ann. 57.* Perculso Seneca, promptum fuit Rufum Fenium imminuere, Agrippinae amicitiam in eo criminantibus; *h. e.* everiere. *Lucil.* apud *Non. 2. 209.* Imminuere imperium alicuius. — **A)** Speciatim sensu obsceno. *Plaut. Cist. 1. 1. 90.* Neque pudicitiam meam mihi alius quisquam imminuit. *Apul. Florid. n. 14.* Coramque virginem imminuisset (Adde *Lactant. 1. 10. ad fin.*, et V. IMMINUTIO §. 3.). — **5)** *Imminuere alicui caput*, pro confringere, comminuere, quidam leg. apud *Plaut. Most. 1. 3. 109.* sed alii *diminuere*. — **G)** *Imminuere mentem;* de statu rationis deturbare. *Gell. 15. 2.* Ebrietas, quae labefacere et imminuere hominum mentes solet. V. IMMINUTUS §. 2.

Nota. Construitur verbum cum accusat. rei vel personae et dativo item rei vel personae, pro quo altero aliquando adhibetur ablat. et praepos. *de* vel *ex*.

IMMĪNŪTĬO et Iaminutio, ōnis, f. Verbale ab *imminuo*, diminutio, actus imminuendi; *diminuzione*. *Cic. 3. Fin. 17.* Si pravitatem imminutionemque corporis propter se fugiendam putamus; *h. e.* debilitatem, aut abscissionem alicuius membri. — **B)** Translate. *Id. 3. Fam. 8.* Ut sumptus egentissimarum civitatum minuerem, sine ulla imminutione dignitatis tuae. *Quintil. 7. 4.* A parte eius, qui causam dicit, aut defensio est criminis, aut imminutio, aut excusatio. — **C)** Sensu obsceno. *Auson. in centone nupt.* seu *Edyll. 13.* vocat *imminutionem* primum viri congressum cum sponsa, quia tunc virginitas imminuitur. — **A)** Speciatim *imminutio* apud *Cic. 3. Orat. 53.* (ubi ait, *augendi minuendive causa veritatis superlatio*) teste *Quintil. 9. 3. ad fin.* inter sententiarum figuras enumeratur: sed in *Oratore (40)* postea scripto, transeundo videtur ipse damnasse.

IMMĪNŪTUS et Iaminutus, a, um. Particip. verbi *imminuo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *imminutior* §. 2. — Proprie est diminutus; *diminuito*. *Plin. 37. 3. 1.* Imminutum pretium. *Id. 33. 13. 3.* Imminutum pondus. *Sall. Cat. 40.* Plebis opes imminutae. — **B)** Translate. *Cic. 6. Verr. 27.* Existimatio atque auctoritas nominis populi R. imminuta. *Id. Manil. 11.* Bellum exspectatione Pompeii attenuatum atque imminutum. *Id. 12. Phil. 3.* Cupiditas imminuta ac debilitata. *Tacit. 2. Ann. 65.* Imminuta claritas; *fama sordidata*. *Id. 6. ibid. 46.* et *Sall. Iug. 69.* Imminuta mens; *h. e.* de recto rationis statu deiecta; *testa debole, poco senno*. — *Vulg. Interpr. Eccli. 47. 28.* Imminutus a prudentia Roboam; *h. e.* imprudens. — *Solin. 1. ante med.* Cum modus intercalandi interdum cumulatior, interdum fieret imminutior. — **C)** *Imminuta libertas* quid sit, V. LIBERTAS. — **A)** Deinde

II. *Imminutus* est etiam ab *in* et *minutus*, et est non diminutus. *Iulian. Dig. 24. 2. 6.* Ita tamen, ut bona gratia dissolutum videatur pristinum matrimonium, et unusquisque ius suum habeat imminutum. *Paul. ibid. 38. 2. 44.* Ut undique patronus suum ius habeat imminutum.

IMMISCĔO et Inmisceo, sces, scŭi, xtum *vel* stum, scēre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *misceo*. — **b)** *Immiscerier* paragoge pro *immiscerі* est apud *Virg.* loc. cit. §. 1. — **c)** Particip. *immiscens* §. 2., *immixtus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *immixtim*, *immixtio*. Cf. voc. seq.

IMMISCEO proprie est multum misceo, vel in aliqua re misceo; *frammischiare*. *Curt. 10. 5.* Vos meorum militum corpori immiscui. *Virg. 5. Aen. 429.* Immiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt; *h. e.* manus conseruut. *Senec. Here. Oet. 850.* corporis palla horridi Pars est, et ipsam vestis immiscet cutem; *h. e.* adeo cuti inhaeret, ut ipsam sibi immiscеat. *Horat. 1. Sat. 2. 75.* immiscere fugienda petendis. *Virg. 1. G. 484.* maculae incipient rutilo immiscerier igni. — **B)** *Immiscere se;* insinuare se, se immittere; *mettersi, frammischiarsi*. *Phaedr. 1. 5.* Graculus se pavonum immiscuit gregi. *Virg. 11. Aen. 815.* medilis se immiscuit armis. Et *10. ibid. 664.* sublime volans nubi se immiscuit atrae. *Liv. 31. 35.* Equites immiscentes se peditibus. — **C)** Translate. *Id. 21. 32. a med.* Cum se immiscuissent colloquiis montanorum. *Id. 45. 14.* Qui sortem omnem fortunae regnique sui cum Romanis immiscuisset. *Id. 3. 8.* Falisci Fidenati bello se iam ante immiscuerant. *Ulp. Dig. 3. 3. 3. ad fin.* Immiscere se negotiis alienis. *Tacit. 4. Ann. 40. extr.* Quibus adhuc necessitudinibus immiscere te mihi parem, omittam ad praesens referre; *h. e.* te mihi adiungere, et penitus meum intimum facere. — **A)** *Immiscere syllabas* apud Metricos dicitur, quum in versibus verba singulos pedes non finiunt, sed unum cum alio connectitur, ut tradit *Mar. Victorin. 2. 2. 13.* — **5)** Ratio immiscens anomaliae. V. IMMUTO §. 3.

IMMISCĪBĬLIS et Inmiscibilis, le. Adiect. verbale ab *in* et *misceo;* qui misceri non potest. *Boëth.* in *Porphyr. Dial. 2. p. 45.* Immixtae sunt contrariae differentiae; id est immiscibiles, quae misceri non possunt. *Vigil. Tapsens. 10. Trinit. circ. fin.* Si ergo ita in homine a Deo collatae immiscibiles permanent substantiae, quid de creatoris tui incarnatione sentire cogaris adverte, qui utique dignatione homini admiscetur, non commiscetur.

IMMISCŬLUS. V. IMMISSULUS.

IMMĪSĔRĂBĬLIS et Inmiserabilis, le. Adiect. ab *in* et *miserabilis;* cuius miseret neminem; *non compassionato*. *Horat. 3. Od. 5. 17.* Si non periret immiserabilis Captiva pubes.

IMMĪSĔRĪCORDĬA et Inmisericordia, ae, f. Abstractum ab *immisericors;* misericordiae privatio, duritia animi; *durezza di cuore*. *Tertull. Spectac. 20.* Numquid et extra limites circi furori studemus, et insolentiae extra stadium, et immisericordiae extra amphitheatrum?

IMMĪSĔRĪCORDĬTER et Inmisericorditer. Adverb. ab *immisericors;* absque misericordia; *senza misericordia*. *Ter. Adelph. 4. 5. 28.* Factum a vobis duriter immisericorditerque.

IMMĪSĔRĪCORS et Inmisericors, cordis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *misericors;* non misericors, immitis; *duro, spietato, inumano*. *Cic. 2. Invent. 36.* Ipsum immisericordem, superbum fuisse. *Gell. 14. 4.* Iudicem oportere esse contra improbos nocentesque immisericordem atque inexorabilem. *Vulg. Interpr. Ierem. 50. 42.* Crudeles et immisericordes.

IMMĪSĔROR et Inmiseror, āris, āri. Verbum transitiv. forma deponens ab *in* intentiva et *miseror*, idem quod miseror. *Plaut. fragm.* apud *Non. 2. 341.* Boni immiserantur illum, hunc irrident mali. *Alii leg.* miserantur.

IMMISSĀRĬUM et Inmissarium, ii, n. Verbale ab *immitto;* locus, quo aqua immittitur. *Vitruv. 8. 7.* Efficiatur castellum, et castello coniunctum, ad recipiendam aquam, triplex immissarium; *h. e.* receptaculum, in quod aqua immittitur.

IMMISSĬO et Inmissio, ōnis, f. Verbale ab *immitto;* actus immittendi. *Ulp. Dig. 8. 5. 8. a med.* Fumi, aut aquae immissio. — **B)** *Immissio sarmentorum* in putaudis vitibus fit, cum ea relinquuntur ad fructum, et crescere sinuntur. *Cic. Senect. 15.* Sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum immissio. — **C)** Sensu hostili de quacumque tribulatione. *Vulg. Interpr. Ps. 77. 49.* Misit . . . et iram et tribulationem: immissiones per angelos malos. Cf. voc. seq.

IMMISSOR et Inmissor, ōris, m. Verbale ab *immitto;* qui immittit. — Translate. *Rucher. 1. Instruct. in 2. ad Corinth. fin.* Angelum Satanae *(appellat)* illum, quo quasi immissore tanta illa pateretur, V. voc. praeced. §. 3. et IMMITTO §. 3.

IMMISSŬLUS et Inmissulus, Immisculus, Immistulus, Immusculus,

Digitized by Google

Immussulus, Immustulus (totidem enim modis legitur), ales est ex genere aquilarum, sed minorum virium, quam aquilae: raro, et non fere, praeterquam veris tempore, apparet, quia aestum algoremque metuit: appellatur autem ita, quod subito et inexspectata se immittat. Haec *Festus* apud *Paul. Diac. p. 113. Müll.*, qui supra *p. 112. ibid.* dixerat: Immusculus, avis genus, quam alii regulum, alii ossifragam dicunt. *Id.* in *Alites, p. 3. ibid.* Alites volatu auspicia facere istae putabantur: buteo, sanqualis, immusculus, aquila, vulturius. *Plin.* quoque de ea verba facit, *10. 8. 1.* Sanqualem avem atque immussulum augures Romani in magna quaestione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, et sanqualem ossifragae. Massurius sanqualem ossifragum esse dicit, immussulum autem pullum aquilae, priusquam albicet cauda. Hactenus *Plin.* Sed haec omnia incerta sunt, et ut nomina, ita ipsa avis admodum ignota. — *Müller.* ad *Fest. ll. cc.* ubique legit *immusulus*, et ita apud *Plin. loc. cit.* legi testatur; additque ex *Gloss. Labb. Immusulus; εἶδος ὄρνεου: immistullus* (sic), *ὄρνεον βασιλικὸν* (i. e. *regulus*). Cf. *Meurs. Exercit. crit. P. II. 1. 13.*

IMMISSŪRĂ et Inmissura, ae, f. Verbale ab *inmitto;* quod alicui rei immittitur, sive adiungitur, assumentum. *Vulg. Interpr. Ital. Luc. 5. 36.* Nemo immissuram tunica rude scindens immittit in tunicam veterem. Sic e MS. Cantabr. Cf. COMMISSURA §. 1. *fin.*

IMMISSUS et Inmissus, a, um. Particip. verbi *immitto*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Proprie est intro missus; *mandato, spinto, posto dentro. Cic. 14. Att. 10.* Servi in tecta nostra cum facibus immissi. *Id. Har. resp. 11.* Vis innumerabilis servorum ab hoc repente fornicibus, ostiisque omnibus in scenam, signo dato, immissa irrupit. *Id. Dom. 15.* Tela in meum corpus immissa. *Ovid. 12. Met. 550.* Lancea costis immissa. *Virg. 10. Aen. 40.* superis immissa repente Alecto. *Id. 12. ibid. 521.* Immissi ignes arentem in silvam. *Id. 3. G. 371.* cervos immissis canibus agitare; *sguinzagliati, aizzati contro.* Et *8. Aen. 246.* trepident immisso lumine Manes. *Caes. 2. B. C. 10.* Ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. *Curt. 8. 14.* Per lubrica atque invia immissi currus excutiebant eos, a quibus regebantur. *Sall. Cat. 49.* Alii Tarquinium a Cicerone immissum aiebant, ne Crassus rempublicam conturbaret; *subornato e introdotto. Virg. 11. Aen. 889.* immissis para caeca, et concita frenis Aricia in portas; *h. e.* remissis. Sic *5. ibid. 662.* furit immissis Vulcanus habenis. Possis etiam *immissis frenis* intelligere, ipsis equis immissis. Sic *ibid. 146.* Nec sic immissis aurigae undantia lora Concussere iugis. — *Apul. 3. Met. 2.* Statim lictores immissa manu trahere me sane non renitentem occipiunt. — **B)** Ad illud *Virg. 2. G. 342.* Immissaeque ferae silvis et sidera caelo, *Philarg.* adnotat: « Immissae pro innatae; neque enim ab alio immissae sunt. — **B)** *Immissum tignum* est aliquo iniectum, proiectum, infixumque. *Caes. 4. B. G. 17.* Haec tigna bipedalibus trabibus immissis distinebantur. *Caius, Dig. 43. 25. 3.* Tignum in parietem immissum habere. *Iabolen. Dig. 50. 16. 242.* Inter proiectum, et immissum hoc interesse, ait Labeo, quod proiectum esset id, quod ita proveheretur, ut et nusquam requiesceret, qualia moenia et subgrundae essent: immissum autem, quod ita ferret, ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quae immitterentur. — **4)** *Immissa barba* est promissa; *lasciata cresceres. Virg. 3. Aen. 593.* dira illuvies, immissaque barba. Adde *Ovid. 12. Met. 551. Sisenn.* apud *Non. 2. 471.* et Graeca constructione *Val. Flacc. 1. 412.* Phlegias immissus patrios de vertice crines.

IMMISSUS et Inmissus, ūs, m. Verbale ab *immitto;* immissio. In sexto casu sing. *Macrob. 1. Saturn. 18.* Sol cuncta vertice summo lustrat lucis immissu.

IMMISTIM. } v. IMMIXTIM et IMMIXTUS.
IMMISTUS. }

IMMĪTĪGĂBĬLIS et Inmitigabilis, le. Adiect. ab *in* et *mitigabilis;* qui mitigari non potest, ut immitigabilis ardor, *Coel. Aurel. 4. Chron. 3. n. 33.*

IMMĪTIS et Inmitis, le. Adiect. ab *in* et *mitis*. — Comparat. *immitior* §. 2. et superlat. *immitissimus* §. 2. — Proprie est immaturus, acerbus, crudus, silvestris, asper; *immaturo, acerbo, selvaggio. Horat. 2. Od. 5. 10.* Immitis uva. *Plin. 13. 6. 1.* Palmae in maritimis Hispaniae fructum ferunt, verum immitem: dulcem in Africa, sed statim evanescentem. *Id. 19. 26. 5.* Immites raphani; *h. e.* silvestres. *Id. 17. 26. 5.* Eaque immitibus tantum, et desertis locis proveniunt. *Tacit. 1. Ann. 69.* Insulam Gyarum immitem et sine cultu hominum esse. *Tibull. 1. 3. 53.* Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus; *h. e.* immatura. — **B)** Frequentius de animantibus, itemque translate de rebus cum allusione ad ea, ratione habita eorum indolis, morum et naturae, est immanis, ferus, crudelis, asper; *fiero, crudele, inumano, severo. Virg. 4. G. 492.* Immitis tyrannus; *h. e.* Pluto. *Liv. 23. 5. a med.* Natura et moribus immitis ferusque. *Ovid. 5. Pont. 2. 71.* Immitis ara; *h. e.* in qua mactantur homines. *Virg. 4. G. 17.* Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam; *h. e.* pullis hirundinibus, qui apibus infestissimi sunt, easque avidissime devorant. *Ovid. 13. Met. 260.* Immitia fata. *Id. 6. ibid. 621.* Immitibus oculis tueri. Et *13. ibid. 894.* calcato immitior hydro. *Plin. 10. 96. 1.* Serpentes, immitissimum animalium genus. *Tacit. 1. Ann. 20.* Antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis ac laboris, et eo immitior, quia toleraverat; *più severo. Id. 6. ibid. 9.* Immite rescriptum. Et *13. ibid. 27.* Immitia mandata. *Propert. 4. 11. 13.* Immites Parcae. — *Vulg. Interpr. 2. Tim. 3. 3.* incontinentes, immites, sine benignitate. Adde *Eccli. 15. 15.* — Absolute. *Ovid. 1. Fast. 625.* ausas immitia nuptas; *h. e.* abortus facere. Cf. ad rem *Plutarch. Quaest. Rom. 56.* — **B)** Transfertur ad inanima. *Tibull. 1. 1. 39.* Quam iuvat immites ventos audire cubantem! *Ovid. 1. Amor. 6. 17.* immitia claustra. *Id. de nuce, 69.* vulnera. *Plin. 8. ep. 17.* Immite et turbidum caelum; *cattivo, piovoso, tempestoso.* Et *Sil. 8. 580.* immite mustum; *h. e.* valde austerum. — **4)** Absolute

IMMĪTE, adverbiorum more. *Sil. 17. 257.* stridorque immite rudentum Sibilat.

IMMITTO et Inmitto, ittis, Tsi, issum, ittĕre. Verbum transtiv. ab *in* et *mitto*. — **b)** *Immisti* pro *immisisti*, syncope, apud *Sil. 17. 334.* v. loc. infra §. 1. — **c)** Particip. *immittens* §. 1., *immittendus* §. 1., *immissus* §. 3. 4. et suo loco. — **d)** Derivata, *immissarium, immissio, immissor, immissura, immissus, us*. — **e)** Compositum, *superimmitto*.

IMMITTO proprie est intus mitto, induco, inicio; *mandar dentro, spingere, cacciare, lanciare. Cic. 6. Verr. 45.* Eo ne tu servos ad spoliandum fanum immittere ausus es, quo etc.? *Caes. 3. B. C. 101.* Completas naves taeda et pice in Pomponianam classem immisit. *Ulp. Dig. 39. 3. 3.* Ex fullonicis immittere aquam in fundum vicini. *Id. ibid. 43. 23. 1. a med.* Immittere cloacam privatam in publicum. *Iustin. 3. 6.* Lacedaemonii Pelopounenses immisere, qui bellum Atheniensibus facerent. *Sil. 17. 333.* iuvenemque ferocem Immisti Latio; *h. e.* misisti contra Latium. *Ovid. 2. Heroid. 133.* corpus immittere in undas. *Id. 6. Met. 615.* aliquem immittere flammis. *Val. Flacc. 2. 614.* Immittitque ratem, mediasque intervolat urbes. *Cic. Dom. 15.* Immittere tela in aliquem. *Alfen. Dig. 9. 2. 52. circa med.* Telum ex manu immittere. *Galba* ad *Cic. 10. Fam. 30.* Repente equum immisi ad eam legionem; *spinsi verso. Ulp. Dig. 21. 1. 14.* Corpus eius in aliquam valetudinem immisisset; *h. e.* in morbum incidere fecisset. *Plin. 28. 58. 4.* Caseus recens immittitur ad utrumque vitium; *h. e.* inlicitur, infunditur. *Cels. 2. 12.* Tum immittenda in alvum est pura aqua. — *Vulg. Interpr. Isai. 32. 20.* Beati qui seminatis super omnes agros, immittentes pedem bovis et asini. — Absolute. *Id. Ps. 35. 8.* apud *Augustin.* in *tract.* ad *h. l.* Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum et eripiet eos; *h. e.* immittet se, castra ponet. — Cum infinito. *Apul. 8. Met.* Canes generosae iuvadere bestias immittuntur. — **B)** Hinc *immittere se;* se coniicere; *cacciarsi. Cic. 1. Tusc. 48.* Codrus in medios se immisit hostes. *Val. Flacc. 8. 35.* Icta timore gravi mediam se immisit. — **B)** Sensu hostili aliquando est subornare; *subornare. Iustin. 9. 7.* Creditum est etiam, immissum ab Olympiade fuisse. *Id. 32. 2.* Insidias sibi paratas conflngit: ad cuius rei probationem immittit iudices. *Tacit. 11. Ann. 1.* Suillium accusandis utrisque immittit. — **4)** Translate. *Plaut. Epid. 3. 1. 14.* Neque ego id immitto in aures meas; *non ci bado, non ascolto. Cic. Parad. 4. 1.* Iactam et immissam a te nefariam in me iniuriam semper duxi: pervenisse ad me nunquam putavi. *Id. Orat. 56.* Hic corrector, in eo ipso loco, quo reprehendit, immittit imprudens ipse senarium. — **5)** Speciatim, attentis rerum adiunctis,

II. *Immitto* adhibetur pro remittere, laxare; *allentare. Ovid. 1. Met. 280.* Immittere habenas. *Virg. 6. Aen. 1.* Sic fatur lacrimans classique immittit habenas. *Plin. 8. ep. 4. a med.* Immittere rudentes, pandere vela. — **B)** Item pro inserere, intexere; *intessere. Ovid. 4. Met. 68.* lentum filis immittitur aurum, Et vetus in tela deducitur argumentum. — **7)** Item pro dimittere; *mandar qua e là. Nep. Annib. 5.* Obducta nocte, sarmenta in cornibus iumentorum deligata incendit, eiusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit. — **8)** Item pro circumdare, cingere. *Petron. Satyr. 32.* Circa oneratas vestecervices laticlaviam immiserat mappam. — **9)** *Immittere arborem* est crescere sinere; *lasciar cresoere. Plin. alter, 16. 60. 2.* Cupressus immittitur in perticas, asseresve. *Varr. 1. RR. 31.* Ea vitis immittitur ad uvas pariendas. *Virg. 2. G. 363.* dum se laetus ad auras Palmes agit, laxis per purum immissus habenis. Sic *Lucil.* apud *Non. 4. 260.* neque barbam immiseris istam. — **10)** *Immittere tignum in parietem* apud ICtos est ita extendere ac proiicere, ut in pariete communi, vel alieno requiescat. *Ulp. Dig. 8. 3. 8.* et *Caius, ibid. 2. 1.* v. IMMISSUS §. 3.

Nota I. Constructio verbi modo est cum accusat. rei vel personae et alio accusat. et praepos. *in* vel *ad;* modo cum accusat. rei et dat. rei vel personae. — **Nota II.** Quid inter *proiicere* et *immittere* intersit, v. IMMISSUS §. 3.

Digitized by Google

IMMIXTIM et Inmixtim, vel Immistim et Inmistim. Adverb. ab *immixtus;* immiscendo. *Plaut. Aulul. 2. 3. extr.* Malum moerorem metuo, ne immixtim bibam. *Al. leg.* mixtum.

IMMIXTĬO et Inmixtio, vel Immistio et Inmistio, ōnis, f. Verbale ab *immisceo;* actus immiscendi, confusio; commistura. *Gennad. de Script. Eccl. 32.* Manente Verbo in sua substantia et homine in sua natura, societate, non immixtione.

IMMIXTUS et Inmixtus, vel Immistus et Inmistus, a, um. Particip. verbi *immisceo;* mixtus; *mescolato. Liv. 3. 30.* Immixti turbae militum togati. *Virg. 2. Aen. 396.* Vadimus immixti Danais. *Plin. 23. 54. 3.* Radicem contusam, immixta calce, in mare sparsere. — *Apul. 3. Met. 25.* Anethi modicum cum lauri foliis immistum rore fontano datur lacrum et poculum. — **2)** Translate. *Ovid. 6. Heroid. 75.* immixtaque vota timori. *Tacit. 4. Hist. 85.* Nec parvis periculis immixtus, et maioribus non defuturus. — **3)** Deinde

II. *Immixtus* est etiam adiect. ex *in* et *mixtus;* non mixtus. *Auson. epigr. 20. in fn.* Potare immixtum sueta, merumque merum.

IMMO et Imo. Adverb., de cuius etymo varia hucusque hariolati sunt eruditi Viri, teste *Hand, Turselt. T. 3. p. 218.* et *seqq.*, qui unice verum prodit ab *immus*, ut etiam scribitur, sive *imus*. « Nam *immo*, inquit, quod ex ablativo adiectivi *immus* sumptum est, proprie significat contrarium partì superiori. Id vero adhibetur ad designandum contrarium, quod non est conspicuum in superficie, sed in adversa parte . . . Hoc transfertur in varium usum unius rationis, qua in locum sententiae ab altero propositae aliam sententiam, quae rem accuratius definiat, aut gravius opponat, aut contrarium affirmet, reiectis prioribus, substituimus. Ita fit, ut particula modo significet *e contrario*, modo *quin potius*. » — **b)** Ad scriptionem quod attinet, duplicem *m* probant *Manut.* et *Cellar.*, unicam *Dausq.*, sed stare ab illis praestat. — **c)** « Commutantur, inquit *Hand, loc. cit. p. 234.*, in libris scriptis vocabula *immo* et *uno*, V. *Schwartz.* ad *Plin. Paneg. p. 30., 180.* et *598.*, et *modo*, V. *Eund. ibid. p. 254.* Librarii adiecerunt *immo* in *Quintil. 12. 11. 24.* et in *Suet. Caes. 65.*

IMMO et Imo, proprie est, ut supra innuimus, e contrario, contra; *al contrario, in niun modo, tutto l'opposto. Plaut. Most. 3. 1. 19.* Etiam fatetur de hospite? *Th.* Immo pernegat. *Ter. Eun. 5. 5. 60.* Ubi? Domin'? *Ch.* Immo apud libertum Discum. *Plaut. Pers. 4. 5. 27.* Hae quid ad me? *To.* Immo ad te attinent. *Ter. Phorm. 5. 8. 54.* Faciet, ut voles. *Naus.* Immo eius iudicio permitto omnia. *Cic. 9. Att. 7.* Causa igitur non bona est? Immo optima: sed agetur foedissime. *Petron. Satyr. 16.* Nec accusat errorem vestrum: immo potius miratur, etc. *Ter. Andr. 1. 2. 30.* Quid? hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? *Da.* Immo callide. *Id. Hecyr. 2. 1. 31.* Non mea opera, neque pol culpa evenit. *Las.* Immo vero maxime. *Id. Andr. 5. 1. 2.* orandi iam finem face. *Si.* Immo enim nunc quam maxime abs te postulo atque oro, ut etc. *Id. Phorm. 3. 2. 43.* Siccine hunc decipis? *Do.* Immo enimvero, Antipho, hic me decipit. *Cic. Rosc. Com. 16.* Venit ad Cluvium. Quem hominem? levem? Immo gravissimum; mobilem? immo constantissimum; familiarem? immo alienissimum. — *Plin. Paneg. 36.* At fortasse non eadem severitate fiscum, qua aerarium cohibes. Immo tanto maiore, quanto etc. — *Plaut. Amph. 1. 1. 194.* Quid apud hasce aedes negotii est tibi? *So.* Immo quid tibi est? — *Id. Cist. 2. 3. 22.* An, amabo, meretrix illa est, quae illam sustulit? *Ca.* Immo meretrix fuit; sed ut fit, de ea re eloquar. — *Ter. Andr. 1. 1. 2. Si.* Paucis te volo. *So.* dictum puta: Nempe ut curentur recte haec. *Si.* Immo aliud. — **2)** Ad maiorem vim coniungitur saepe cum particulis *edepol, hercle, ecastor, vero, potius* et similia. *Cic. 3. Offic. 25.* Si patriam prodere conabitur pater, silebit ne filius? immo vero obsecrabit patrem, ne id faciat; no, *che anzi*, etc. *Plaut. Epid. 3. 4. 30.* Eum ne ego sinam impune? immo etiamsi alterum Tantum perdundum est, perdam potius, quam etc. *Plaut. Casin. 2. 6. 31. St.* Quod bonum atque fortunatum mihi sit. *Ol.* Ita vero et mihi. *Ch.* Non. *Ol.* Immo hercle. *Ch.* Immo mihi hercle. — *Ter. Ad. 5. 8. 3.* Haud aliter censeo. *De.* Immo hercle ita nobis decet. *Plaut. Mil. 2. 3. 53.* Mala es. *Ph.* Immo ecastor stulta multum, quae vobiscum fabuler. *Cic. Q. Fr. 1. 3.* Ego te videre voluerim? Immo vero me a te videri nolui. *Id. 1. Catil. 1.* Hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit. *Id. 12. Att. 45.* Ferendus tibi in hoc meus error. Ferendus? Immo vero etiam admirandus. — *Liv. 41. 24.* et *Labeo, Dig. 33. 7. 5., 38. 2. 31.* et *41. 3. 49.* Immo contra. Cf. ad rem *Hand, T. 3. p. 225.* — **3)** Aliquando *immo* exclamationi inservit. *Ter. Andr. 4. 2. 25.* Veram vis dicam? *Da.* Immo etiam Narrationis incipit mihi initium! *Id. ibid. 4. 1. 5.* Idne est verum? Immo id est genus hominum pessimum. *Plaut. Mil. 2. 2. 86. Pe.* Euge, euge, lepide: laudo commentum tuum. *Pa.* Ut si illic concriminatus sit adversum militem . . . *Pe.* Immo ut optime. — **4)** *Immo ut* eleganter ponitur, cum rem inopinatam dicturi sumus. *Plaut. Curc. 1. 1. 59.* Immo ut illam censes? ut quaeque illi occasio est surripere, etc.; *anzi che stimi tu di lei?* Et *Baech. 2. 2. 30.* Immo ut eum credis? misere amans desiderat. — **5)** Huc spectant formulae Comicis usitatae, *immo si scias, immo si audias*, qua colloquentium alter alteri maius opinione vel peius quid nondum cognitum indicat, eique contrariam sententiam suadet. Similia sunt illa *Ter. Heaut. 3. 3. 38.* Pessima haec est meretrix. *Sy.* Immo si scias hoc, quod inceptat facinus. *Plaut. Curc. 2. 3. 42.* Immo si scias, reliquiae quae sint. *Id. Casin. 5. 3. 35.* Immo si scias dicta, quae dixit hodie. *Ter. Eun. 2. 3. 64.* Immo enim si scias, quod donum dono huic contra comparet, Tum magis id dicas. — *Plaut. Epid. 3. 4. 15.* Immo si audias meas pugnas, fugias manibus dimissis domum. — **6)** Poëtae *immo* pro *at* aliquando usurpant. *Virg. 7. Ecl. 41.* Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis. *Id. 9. Aen. 97.* cui tanta Deo permissa potestas? . . . Immo . . . Mortalem eripiam formam, magnique iubebo Aequoris esse deas. — **7)** Interdum *immo* locum habet, etiam si minus aliquid dicturi simus. *Plaut. Amph. 1. 1. 232.* Obsecro, ut per pacem liceat te alloqui, ut ne vapulem. *Mere.* Immo inducias perumper fiant, si quid vis loqui. *Virg. 9. Aen. 98.* Immo ubi defunctae finem, portusque tenebunt, etc. V. integr. locum. — **8)** Aliquando ponitur pro *vel potius*. *Liv. 38. 43.* Simulacra deûm, deos immo ipsos, convulsos ex sedibus suis, ablatos esse. *Id. 41. 23.* Easpe depulsus, non tamen belli consilia amisit, si vero volumus dicere, iam inchoavit bellum. *Quintil. 2. 2. 8.* Ipse aliquid, immo multa quotidie dicat. *Plin. Paneg. 63.* Qui pauculis diebus gestum consulatum, immo non gestum abiiciebant per edictum. — **9)** Deinde

II. *Immo* significat etiam non contrariam alterius sententiam, sed propositam ab altero confirmat, maiore quadam vi. *Ter. Eun. 4. 7. 42.* Credisne? *Gn.* Immo certe. *Plaut. Men. 5. 7. 18.*, obsecro te, quisquis es, operam ut des mihi, Neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam. *Mes.* Immo et operam dabo et defendam, et subvenibo sedulo. — *Id. Mil. 2. 5. 52.* Visane est ea esse? Immo edepol plane ea est. *Cic. 2. Leg. 10.* An censes . . . non necesse esse optimae reipublicae leges dare consentaneas? *A.* Immo prorsus ita censeo. *Id. Partit. orat. 5.* Omnibus ne igitur ex istis locis argumenta sumemus? *C. P.* Immo vero scrutabimur et quaeremus ex omnibus, sed adhibebimus iudicium. *Ovid. 1. Trist. 2. 98.* A culpa facinus scitis abesse mea: Immo ita: vos scitis: si me meus abstulit error, Stultaque mens nobis, non scelerata fuit. *Senec. ep. 58.* Quanta verborum nobis paupertas, immo egestas sit, nunquam magis quam hodierno die intelexi. *Suet. Aug. 65.* Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem, in insulam transportavit. — **10)** Eleganter item cum aliis particulis sociatur. *Plaut. Baech. 5. 1. 13.* Hoc, hoc est, quod peracescit: hoc est demum, quod pererucior, Me hoc aetatis ludificari; immo edepol sic ludos factum, cano capite atque alba barba. *Id. Mil. 4. 8. 57.* Scis? Immo hodie verum factum faxo post dices magis. *Cic. 3. Offic. 23.* Non igitur patria praestat omnibus officiis? Immo vero, sed ipsi patriae conducit pios habere cives in parentes. Sic *Id. 2. Agr. 35.* Immo vero eo magis. *Plaut. 5. 2. 2.* Immo edepol tu quidem miserum me habes miseris modis. *Id. Most. 3. 2. 79.* Immo edepol vero. *Id. Baech. 2. 2. 35.* Immo hercle abiero potius. Et *4. 8. 81.* Immo est quoque; *anzi sì ch'egli ci è di certo*. — **11)** Huc etiam spectant rariores formulae *immo adeo, immo vel, immo âge. Plaut. True. 1. 2. 100.* Tum pol isti puero quis est pater? *Al.* Babyloniensis miles, Cuius nunc ista adventum expetit: immo adeo, ut nuntiatum'st, iam hic affuturum aiunt. V. *Interpr.* ad *h. l. Plaut. True. 2. 4. 22.* Dan'suavium? *Din.* Immo vel decem. *Suet. Rhet. 5.* Nec eominus, immo vel magis ob hoc Antonio gratus. — *Virg. 1. Aen. 754.* Immo age et a prima dic, hospes, origine nobis Insidias, inquit, Danaûm casusque tuorum.

Nota. Ad usum particulae quod attinet, notandum est, quod raro verbis postponitur. *Plaut. Aul. 4. 10. 34.* Negas? *Ly.* pernego immo. *Tacit. 12. Ann. 6.* Statueretur immo documentum. *Liv. 58. 49.* Nihil immo. *Quintil. 11. 1. 30.* Non immo. *Martial. 6. 94.* Non habet immo suum. *Tacit. Orat. 39.* Ipsam quin immo curam. *Plin. 1. ep. 8.* Quin immo. Adde *Quintil. 1. 1. 31.* et *7. 10. 8.* — **2)** Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Turselt. T. 3. p. 218–234.*

IMMŎBĬLIS et Inmobilis, le. Adiect. ab *in* et *mobilis*. — Comparat. *immobilior* § *1.* — Proprie est qui non movetur, vel moveri non potest; *immobile. Cic. Somn. Scip. 3.* Terra immobilis manens, ima sede semper haeret. *Curt. 8. 14.* Elephas tardum et paene immobile animal. *Plin. 9. 5. 2.* Balaenae ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes. *Lucan. 9. 484.* immobilis Austro; *h. e.* ad Austri flatus. *Ovid. 13. Met. 801.* His immobilior scopulis, violentior amne. *Quintil. 9. 4. 101.* Immobilis vigor. — **2)** Speciatim apud ICtos *immobiles res* sunt immobilia bona; *beni stabili:* res et bona, quae solo continentur, et moveri loco non queunt, ut praedia, aedes, *ex aiuvra. Iabolen. Dig. 41. 3. 23.* et *Macer ibid. 2. 8. 13.* — **3)** Translate. *Tacit. 16. Ann. 10. extr.* Princeps immobilem se precibus, et invidiae iuxta ostendit. *Id. 4. Hist. 3.* Tristes, et truces, et adversum plausum ac lasciviam insultantis vulgi immobiles. *Virg. 7. Aen. 625.* Ardet inexcita Ausonia, atque immobilis ante. *Lactant. 6. 17. a med.* Hominem ad immobilem stuporem mentis perducere; *h. e.* ut nullo affectu moveatur.

Digitized by Google

Gell. 19. 12. extr. Isti apathiae sectatores, qui videri se esse tranquillos et intrepidos et immobiles volunt. *Frontin. Aquaeduct. 54.* Omnia, quae mensura continentur, certa et immobilia congruere sibi debent; *h. e.* immutabilia. — *Suet. Vitell. 3.* Statua pro rostris cum hac inscriptione: Pietatis immobilis erga principem. — **2)** Speciatim apud Metricos *syllaba immobilis* dicitur, quae suo loco in carmine semper manet immutata. *Mar. Victorin. 4. 1. 65.* — **3)** Item apud Musicos *immobiles voces* dicuntur, quae in omnibus tribus generibus eaedem sunt, nec nomina nec loca permutantes, sive pentachorda sive tetrachorda contineant. *Boëth. 4. Music. 12.* et *13.*, ubi et *stantes* dicuntur. — Contra *mobiles*, quae secundum singula genera permutantur; ut *Id. ibid.* docet.

IMMŎBĪLĬTAS et Inmobilitas, ātis, f. Abstractum ab *immobilis*; firmitas, stabilitas; *immobilità*. *Iustin. 36. 3.* Lacus qui, propter magnitudinem, et aquae immobilitatem, mare mortuum dicitur. — **2)** Translate. *Lactant. 6. 17. a med.* Qui immobilitatem animi asserunt; *h. e.* ut sine affectibus sit animus. Adde *Tertull. advers. Hermog. 38. extr.*, et in plurali num. *Arnob. 1. p. 26.*

IMMŎBĪLĬTER et Inmobiliter. Adverb. ab *immobilis*; non mobiliter; *immobilmente*. *Pompei. Comment. art. Donat. p. 190.* Scire debes, quod et immobiliter licet nobis declinare hoc nomen *(paterfamilias)*, et mobiliter, id est cum conversione constare. — *Prosper* in *Psalm. 118.* Illam *(legem)* qua immobiliter fixum est, ut omnis, qui se exaltat, humilietur. *Id. Vit. Contempl. 8.* Inmobiliter credere.

IMMŎDĔRANTĬA et Inmoderantia, ae, f. Verbale ab *in* et *moderor*; immoderatio. *Tertull. Baptism. 20. ad fin.* Tentationes plenitudini et immoderantiae ventris appositas abstinentia elidere; *intemperanza*.

IMMŎDĔRĀTĒ et Inmoderate. Adverb. ab *immoderatus*. — Comparat. *immoderatius* et superlat. *immoderatissime* §. 2. — Proprie est sine certa ratione; *senza regola o modo*. *Cic. Univ. 13.* Totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate et fortuito. *Id. 2. Nat. D. 39. sub fin.* Lingua vocem immoderate profusam fingit et terminat. Adde *Quintil. 11. 6. 5.* — **2)** Translate, sine moderatione, immodice; *senza moderazione, smoderatamente*. *Cic. 12. Fam. 1. sub fin.* Immoderate quidam et ingrate nostra facilitate abutuntur. *Id. 1. Divin. 29.* Exsultare immoderateque iactari. *Id. Univ. 12.* Immoderate et intemperate vivere. *Quintil. 11. 13. ante med.* Non potest esse longus spiritus, cum immoderate effunditur. *Cic. 5. Fam. 16. a med.* Non est gravitatis ac sapientiae tuae ferre immoderatius casum incommodorum tuorum. *Spartian. Sever. 20.* Immoderatissime laetari.

IMMŎDĔRĀTĬO et Inmoderatio, ōnis, f. Verbale ab *in* et *moderor*; defectus in modo, immoderantia, excessus; *eccesso, smoderatezza*. *Cic. Sull. 10.* Interdum effertur immoderatione verborum. *Firmic. 4. Mathes. 4.* Tyrannicae immoderationes. — **2)** Apud Musicos dicitur deficientia mensurae. *Augustin. Music. 9. n. 15.* Illud etiam intelligis, omnem mensuram et modum immoderationi et infinitati recte anteponi.

IMMŎDĔRĀTUS et Inmoderatus, a, um. Adiect. ab *in* et *moderatus*. — Comparat. *immoderatior* et superlat. *immoderatissimus* §. 3. — Proprie est qui modum non servat, sed excedit, immodicus, nimius, non moderatus; *smoderato, eccessivo*. *Cic. 1. Divin. 29.* Immoderato potu et pastu pars animi obstupefacta. *Id. Rosc. Am. 48.* Venti vehementiores, immoderatae tempestates. *Id. Orat. 58.* Ne immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio; *h. e.* sine modo et numero. — **2)** Item immensus, infinitus; *sterminato, immenso*. *Id.* vertens *Eurípid.* locum, *2. Nat. D. 25.* Vides sublime, fusum, immoderatum aethera. *Lucret. 1. 1011.* Simplice natura pateat tamen immoderatum. *Arnob. 2. p. 97.* Immoderata continuatio saeculorum. — **3)** Translate. *Cic. 13. Att. 28.* Ipsum illum Aristotelis discipulum, summo ingenio, summa modestia, posteaquam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse. *Auct. ad Herenn. 2. 22.* Immensae cupiditates, infinitae et immoderatae sunt. *Cic. 1. Acad. 10. extr.* Omnium perturbationum esse matrem immoderatam quandam intemperantiam. *Ovid. 4. Pont. 15. 51.* res immoderata cupido est. *Gell. 19. 12.* Motus animi cum immoderatiores sunt, vitia fiunt. *Suet. Ner. 51.* Immoderatissimae luxuriae esse.

IMMŎDESTĒ et Inmodeste. Adverb. ab *immodestus*. — Comparat. *immodestius*, infra. — Est immoderate, supra modum, immodice; *smoderatamente, eccessivamente*. *Plaut. Poen. 1. 1. 25.* Immodeste amare. *Liv. 22. 27.* Immodice immodesteque gloriari. *Suet. Aug. 24.* Legiones immodeste missionem postulantes exauctoravit; *con petulanza*. *Quintil. 12. 1. 15.* Immodeste proponere, sine pudore affirmare; *sfacciatamente*. *Senec. 1. Quaest. nat. 17.* Processit immodestius, paulatim opibus ipsis invitata luxuria. *Alii leg.* molestius. *Plaut. Rud. 1. 3. 10.* Hoc mihi indecore, inique, immodeste datis, Dii; *h. e.* iniuria, iniuste, non servantes modum, cum detis immereuti.

IMMŎDESTĬA et Inmodestia, ae, f. Abstractum ab *immodestus*; immoderatio, intemperantia; *smoderatezza, eccesso, immodestia*. *Plaut. Merc. prol. 27.* amori accedunt haec: Incogitentia, excors immodestia, Petulantia, cupiditas. *Id. Amph. 1. 1. 9.* Haec heri immodestia coëgit, qui me hoc Noctis a portu ingratis excitavit; *indiscretezza*. *Nep. Alcib. 8.* Ne immodestia militum nostrorum occasio detur hosti opprimendi exercitus; *contumacia, disobbedienza, indisciplinatezza*. *Tacit. 13. Ann. 50.* Crebrae populi flagitationes, immodestiam publicanorum arguentis; *insolenza, estorsione*. Et *4. ibid. 14.* De immodestia histrionum retulit: multa ab iis in publicum seditiose, foeda per domos lentari; *petulanza, insolenza*.

IMMŎDESTUS et Inmodestus, a, um. Adiect. ab *in* et *modestus*; immodicus, immoderatus, intemperans, nimius; *smoderato, sregolato, immodesto*. *Ter. Heaut. 3. 3. 7.* Vel heri in vino quam immodestus fuisti. *Cic. 1. Offic. 29.* Ipsum genus iocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet. *Tacit. 13. Ann. 25.* Immodesti fautores histrionum a praetore in vincula ducti. *Plaut. Cure. 1. 3. 44.* Immodesti mores. *Senec. 1. Controv. 1.* Immodesta largitione effundere.

IMMŎDĬCĒ et Inmodice. Adverb. ab *immodicus*; sine modo, ultra modum; *smoderatamente, smisuratamente, all' eccesso*. *Colum. 2. 16.* Frequenter id potius, quam immodice facere; *h. e.* nimium stercorare. *Plin. 30. 38. 1.* Si sanguis ex vulnere immodice fluat. *Lucan. 10. 137.* Cleopatra immodice formam fucata nocentem. *Pallad. 1. 8.* Situs terrarum arduus tempestates immodice sentit et calores. *Gell. 19. 2.* Immodice caperé voluptatem ex re aliqua. *Id. 1. 11.* Immodice ferocire. *Quintil. 11. 1. 19.* Eloquentiam sibi immodice arrogare. *Cic. 4. Tusc. 17. sub fin.* Quid, si, cum id ferret immodice, mors liberorum accessisset? *Plerique al. leg.* modice. *Liv. 22. 27.* Immodice immodesteque gloriari.

IMMŎDĬCUS et Inmodicus, a, um. Adiect. ab *in* et *modicus*; qui modum excedit, immoderatus, nimius; *smoderato, fuor di misura, eccessivo*. *Ovid. 18. Heroid. 137.* Fluctibus immodicis Athamantides aequora cauent. *Id. 6. Met. 675.* Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum. Et *8. ibid. 808.* immodico prodibant tubere tali. *Id. 3. Pont. 1. 11.* Immodicum frigus. — *Suet. Aug. 46.* Immodicae tempestates. — **2)** Translate. *Horat. 1. Od. 15. 10.* Immodicae mero rixae. *Ovid. 1. Pont. 4. 22.* Immodicus labor. *Id. 3. Art. am. 511.* Immodici fastus. *Colum. 1. 3. ad fin.* Immodica possidendi libido. *Plin. 9. ep. 4.* Immodica oratio; *h. e.* nimis longa. *Vellei. 2. 33.* Immodicus in appetendis honoribus. *Suet. Domit. 12.* Tum verbis, tum rebus immodicus. *Liv. 38. 23. a med.* Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo esse solet. *Lucan. 6. 796.* Gracchi immodici legibus; *h. e.* qui in legibus ferendis sibi non temperarunt. *Martial. 10. 48.* Immodico sexta *(hora)* Nerone calet; *h. e.* thermis Neronianis immodice calentibus. — *Coel. Aurel. 4. Chron. 3. 26.* Si magna fuerit putredo, non erit immodicum etiam ex utraque parte clysteris fistulam cavernare; *h. e.* incommodum. — Cum genitivo, Graecorum more. *Vellei. 2. 11.* Immodicus gloriae; *h. e.* in appetenda gloria. *Stat. 1. Theb. 41.* irae. *Colum. 7. 6.* libidinis. *Tacit. 15. Ann. 25.* laetitiae et moeroris. *Id. 1. Hist. 53.* Caecina corpore ingens, animi immodicus. *Sil. 12. 268.* immodicus fugae. Adde *Auct. Itiner. Alex. M. 114.*

IMMŎDŬLĀTUS et Inmodulatus, a, um. Adiect. ab *in* et *modulatus*; non modulatus, inconditus. *Horat. Art. P. 263.* Non quivis videt immodulata poëmata iudex. — **2)** Item ad modos musicos non efformatus. *Chaleid.* in *Tim. Plat. p. 56.* Animae immodulatae.

IMMOENIS. V. IMMUNIS §. 3.

IMMŎLĀTĪCĬUS et Inmolaticius, vel Immolatitius et Inmolatitius, a, um. Adiect. verbale ab *immolo*; qui immolatus est *(subaudi* idolis), ut Immolaticia caro, apud *Augustin. epist. 154. a med Gloss. Philox.* Immolaticius; Θύσιμος. *Dionys. Exig. decret. Leonis pap. 46.* Immolaticiis cibis polluti. *Vulg. Interpr. Ital. 1. Cor. 10. 28.* Si quis dixerit: hoc immolaticium. *Ita e MS. Sangerm.* Adde *Patric. Confess. 9.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

IMMOLATICIUM, ii, n. Idem quod sacrificium, immolatio. *Gloss. Gr. Lat.* Εἰδωλοθυτία; immolaticium.

IMMŎLĀTĬO et Inmolatio, onis, f. Verbale ab *immolo*; sacrificatio; *sacrifizio*. *Cic. 1. Divin. 52. extrem.* In ipso immolationis tempore eas partes, quae absint, interisse. Adde *2. ibid. 16.* — Et in plurali numero *Tacit. 3. Ann. 13.* Sacra et immolationes nefandae.

IMMOLATOR et Inmolator, ōris, m. Verbale ab *immolo*; qui immolat et sacrificat; *chi sacrifica*. *Cic. 2. Divin. 15.* Ut se exta ad immolatoris fortunam accommodent. — *Prudent. 12. Cathemer. 48.* Primus sator credentium, Nati immolator unici.

IMMŎLĀTĪTĬUS. V. IMMOLATICIUS.

IMMŎLĀTUS et Inmolatus, a, um. Particip. verbi *immolo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est mola aspersus, sacri faciendi causa. *Cato* apud *Serv.* ad *10. Aen. 541.* Boves immolatos, priusquam caederentur, profugisse in Siciliam. *Serv.* ad *4. ibid. 57.* Olim hostiae immolatae dicebantur mola salsa tactae: cum vero ictus et aliquid ex illis in aram datum, mactatae dicebantur. — **2)** Frequentius

Digitized by Google

II. *Immolatus* est mactatus, sacrificatus; *immolato, sacrificato. Horat. 4. Od. 11. 6.* ara . . . avet immolato Spargier agno. *Plin. 8. 34. 3.* Immolati pueri exta degustasse. — Urbane *Phaedr. 4. 5. 9.* Quos immolatos victor avidis dentibus, Capacis alvi mersit tartareo specu. — **3)** Absolute, substantivorum more,

IMMOLATUM, i, n. Res sacrificata. *Vulg. Interpr. Act. 15. 29.* Ut abstineatis vel ab immolatis simulacrorum. *Id. ibid. 21. 25.* Ut abstineant se ab idolis, immolato et sanguine. — **4)** Item

IMMOLATUS, i, m. Qui est sacrificatus, occisus. *Prudent. 12. Cathem. 130. de pueris ab Herode interfectis.* Vos prima Christi victima, Grex immolatorum tener, etc.

IMMŌLĪTUS et Inmolitus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *molior; aedificatus, constructus. Liv. 39. 44.* Quae in loca publica inaedificata immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. *Inaedificata* dicuntur privata aedificia publicis imposita: *immolita* vero, in publico a fundamentis exstructa. In *vet. Tab. aen.* apud *Murat. 552. sub fin.* Ne quis in iis locis quid inaedificatum, inmolitumve habeto. In edicto Praetor. apud *Ulp.* aliis verb. hoc idem significatur. *Dig. 43. 8. 2. init.* Ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, etc.

IMMŌLO et Inmolo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more etiam adhibitum, ab *in* et *mola*. V. MOLA. — **b)** Particip. *immolans* §. 2., *immolandus* §. 1., *immolatus*, V. suo loco, *immolaturus* §. 1. — **c)** Derivata, *immolaticius, immolatio, immolator*.

IMMOLO proprie est mola, hoc est farre tosto, molito, et sale mixto victimam aspergo (V. IMMOLATUS §. 1.): et generatim rei divinae causa macto, sacrifico; *immolare, sacrificare. Cic. 3. Nat. D. 36.* Pythagoras, cum in geometria quiddam novi invenisset, Musis bovem immolasse dicitur. *Id. Font. 10.* Barbara consuetudo hominum immolandorum. *Liv. 1. 45.* Immolare bovem Dianae. *Cic. 2. Invent. 51.* Apud quosdam lex erat ne quis Dianae vitulum immolaret. *Caes. 4. B. G. 16.* Qui in proelia periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant aut se immolaturos vovent. *Horat. 4. Od. 11. 7.* Immolare agnum. *Cic. 3. Rep. 9.* homines. *Quintil. 5. 11. 6.* filiam. *Plin. 8. 34. 3.* puerum. — **2)** Absolute, intransitivorum more. *Cascin.* ad *Cic. 6. Fam. 7.* Nemo nostrum est, quin, etiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, ut quamprimum Caesar superaretur, optaret. *Suet. Caes. 39.* Cum immolanti aufugisset hostia. *Cic. 1. Divin. 35.* Quum Sulla in agro Nolano immolaret ante praetorium. — **3)** Impersonaliter. *Cic. 2. Leg. 12.* Quibus hostiis immolandum cuique Deo, cui maioribus, cui lactentibus, etc. *Id. 2. Divin. 17.* Cum pluribus Diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? — **4)** Latiore significatione pro mactare, interficere. — Ironice. *Virg. 12. Aen. 948.* Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat, et poenas scelerato ex sanguine sumit. Et *10. ibid. 519.* inferias quos immolet umbris.

Nota. Discrimen inter *libare* et *immolare* tradit *Isid. 1. Differ. 349.* « Veteres *immolare* dicebant, quando victimas in mola (*al.* mola) altaris ponentes ignem sacrificiis subiiciebant. *Libare* autem quando pateras mero plenas aris fundebant. » — **2)** Ordinem in sacrificiis hunc tenuisse Veteres, tradit *Lactant.* ad *Stat. 4. Theb. 516.* « Primo est sanguinem libare, deinde immolare, tertio reddere, quarto litare. » V. LIBO, LITO, etc. et *Stat. loc. cit.*

IMMONTŬŌSUS et Inmontuosus, a, um. Adiect. ab *in* et *montuosus; non montuosus. Not. Tir. p. 70.* Montuosus, immontuosus.

IMMŎRANTER et Inmoranter. Adverb. ab *in* et *moror; non morando. Gloss. Philox.* Ἀνυπερθέτως; inmoranter, incunctanter.

IMMŎRĀTĬO et Inmoratio, ōnis, f. Verbale ab *immoror;* actus immorandi; *ritardo, dimora. Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 8. n. 4.* In omnibus passionibus immoratio.

IMMŎRĀTUS et Inmoratus, a, um. Particip. verbi *immoror;* qui moram trahit vel traxit. *Cael. Aurel. 3. Chron. 3. 54.* Ob acrimoniam urinae, quae insuete aliquando renibus immorata in vesicam transit. V. IMMOROR.

IMMORDĔO. V. IMMORSUS, a, um.

IMMŎRĬOR et Inmorior, orĕris, ortuus sum, īri. Verbum intransitiv. forma deponens, ab *in* intentiva et *morior*. — Particip. *immortuus*, V. suo loco, *immoriturus* §. 1. — Proprie est in aliquo loco morior; *morire in qualche luogo. Ovid. 3. Pont. 7. 40.* Fortiter Eurinis immoriemur aquis. *Id. 6. Met. 293.* illa sorori immoritur; *morendo cade sopra la morta sorella. Senec. Hippol. 712.* Ut manibus immoriar tuis; *ti muoia in braccio.* Et *Here. Oet. 869.* immori ferro; *morir cadendo sopra la spada.* Sic *Val. Flacc. 6. 370.* Immoritur hastae. *Quintil. 9. 3. a med.* contra reum, qui se legationi immoriturum dixerat, deinde vix paucis diebus insumptis, re infecta, redierat: *non exigo, ut immoriaris legationi: immorare.* — **2)** *Immori studio alicuius rei* per hyperbolen dicitur de eo, qui ita deditus est, tamque pertinaciter incumbit, ut in illo mori velle videatur; *lasciar la vita. Horat. 1. Ep. 7. 85.* Immoritur studiis, et amore senescit habendi. — **3)** Translate. *Stat. 1. Theb. 579.* ventis ut decertata residunt Aequora, laxatisque diu tamen aura superstes Immoritur velis; *h. e.* desinit vela impellere, et in ipsis quasi moritur.

IMMŎROR et Inmoror, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. forma deponens, ab *in* intentiva et *moror*. — Particip. *immorans* §. 1., *immoratus* V. suo loco. — Proprie est moram traho in aliqua re; *trattenersi, fermarsi. Colum. 8. 5. circa med.* Ut saturae studiosius nidis immorentur. *Plin. 9. 8. 2.* Cum *(puer)* meridiano immorans, fragmentis panis *(Delphinum)* allexisset. — **2)** Translate. *Plin. 1. ep. 8. ante med.* Immorari honestis cogitationibus. *Quintil. 11. 2. 4.* Non arbitror, mihi in hoc immorandum, quid sit, quod memoriam faciat; *trattenermi a spiegare.* Adde *2. 16. 6.*

IMMORSUS et Inmorsus, a, um. Adiect. verbale ab inusit. *immordeo* (Cf. *Hildebr. ad Apul. 1. Met. 4.*); morsu prehensus; *morsicato. Propert. 3. 6. 21.* Immorso aequales videant mea vulnera collo. *Al. leg.* in morso. *Stat.* de eo, qui in os inimici telum receperat, *2. Theb. 628.* donec transmissa morte per artus Labitur, immorsaque cadens obmutuit hasta. — Quidam tribuunt etiam *Horat. 2. Sat. 4. 61.* perna magis ac magis hilla Flagitat immorsus refici; *h. e.* vellicatus, excitatus. Ita *Orelli*. *Alii leg. divisim* in morsus. V. *Orelli*, ad *h. l.* Cf. voc. seq. — **2)** Deinde

II. *Immorsus* est etiam ab *in* et *morsus;* qui non momordit. — Hinc translate in *Gloss. Isid.* Immorsus, ieiunus.

IMMORSUS et Inmorsus, us, m. Verbale ab inusit. *immordeo;* morsus; *morsicatura. Vellei. 2. 87.* Cleopatra, illata aspide, immorsu eius spiritum reddidit. *Plerique al. leg.* morsu.

IMMORTĀLIS et Inmortalis, le. Adiect. ab *in* et *mortalis;* qui nunquam moritur; *immortale. Cic. Senect. 21.* Dii immortales. Et *23.* Animi sunt immortales. *Virg. 12. Aen. 882.* Immortalis ego? *Id. 4. G. 206.* At genus immortale manet. — *Id. 6. Aen. 598.* Rostroque immanis vultur aduncо Immortale iecur *(Promethei)* tondens. — **2)** Absolute, substantivorum more,

IMMORTALES, ium, m. Sunt ipsi Dii. *Varr. 5. LL. 11.* Dictum est quod ad immortales attinet: deinceps quod ad mortales, etc. — **3)** Deinde, a similitudine et translate de rebus,

II. *Immortalis* dicitur qui semper durat, aeternus, sempiternus; *immortale, duraturo, eterno. Cic. Senect. 23.* Ad immortalem gloriam niti. *Nep. Attic. 11.* Praecepta, beneficia immortali memoria retinere. *Cic. 2. Orat. 2.* Alicuius memoriam immortalem reddere. *Id. Pis. 14.* Fructum immortalem cepi vestri in me amoris, et iudicii. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 11.* Immortales gratias agere alicui. *Tacit. 4. Hist. 32.* Immortalia tributa. *Iustin. 29. 1. ad fin.* Quibus velut immortale odium cum Macedonibus regibus erat. *Liv. 1. 16.* Immortalia opera edere. *Martial. 9. 94.* Immortale Valerium; *h. e.* quod diu aetatem fert, vel cuius pretium et fama semper stabit. *Sall. Iug. 90. in fin.* Nemo ignavia immortalis factus est. *Horat. 4. Od. 7. 7.* Immortalia ne speres, monet annus, et almum Quae rapit hora diem. — **4)** Hinc felix, beatus, instar Deorum. *Propert. 2. 11. 9.* Immortalis ero, si altera talis erit. Adde *ibid. 12. 39.* — **5)** Absolute

IMMORTALE, adverbii loco. *Val. Flacc. 7. 362.* Immortale virens.

IMMORTĀLĬTAS et Inmortalitas, ātis, f. Abstractum ab *immortalis;* sempiterna vita, perpetuitas; *immortalità. Cic. Senect. 21.* Quae Socrates supremo vitae die de immortalitate animorum disseruisset. — *Minuc. Octav. 12.* Tu qui immortalitatem postumam somnias, cum periculo quateris, etc. Adde *Cic. 2. Nat. D. 61.* — In plur. numero. *Id. 3. ibid. 18.* Vide igitur, ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus; *h. e.* Deorum naturis immortalibus. — **2)** Translate. *Id. Pis. 7.* Mihi populus R. non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit. *Id. 2. Phil. 13.* Quae tam ingratae litterae reperientur, quae eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? *Id. 2. Orat. 9.* Historia qua voce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur? Et *3. ibid. 16.* Socratis ingenium immortalitati scriptis suis Plato tradidit. *Plin. 13. 30. 5. de cedro.* Referens quandam immortalitatem materiae in tectis, contra vitia omnia incorruptae. — **3)** Pro felicitate, beatitudine. *Ter. Andr. 3. 3. 4.* Mihi immortalitas parta est, si etc.

IMMORTĀLĬTER et Inmortaliter. Adverb. ab *immortalis;* perpetuo; *immortalmente. Augustin. de catechiz. rud. 23. n. 42.* Nec promissum regem Christum carualiter exspectantes, sed immortaliter intelligentes. — **2)** Translate est maximopere, incredibiliter. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 5.* Quod scribis, te a Caesare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

IMMORTĀLĬTUS et Inmortalitus. Adverb. ab *immortalis*, rarioris formae, ut divinitus. *Turpil.* apud *Non. 11. 43.* Immortalitus se obtulit mihi haec facultas; *h. e.* ab Diis immortalibus.

IMMORTŬUS et Inmortuus, a, um. Particip. verbi *immorior;* in aliquo loco mortuus; *morto in qualche luogo. Plin. 29. 22. 2.* Siellio immortuus vino. Et *ibid. 38. 8.* Apes immortuae in melle. *Lucan. 3. 612. de manu resecta*, illa tamen misu, quo prenderat, haesit, Diri-

Digitized by Google

guitque tenens strictis immortua nervis. *Iustin. 44. 2.* Saepe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui. *Cic. 1. Att. 14.* De immortuis reliquiis coniurationis; *h. e.* exstinctis.

Nota. Hoc differunt, inquit *Casaubon.* hic, *mortuus*, et *immortuus*, quod *mortuus* tantum dicitur ἀπὸ ζῶντος: *immortuus*, qui dum moliretur aliquid, in ipso conatu, priusquam rem perficeret, mortuus est.

IMMŌTUS et Inmotus, a, um. Adiect. ab *in* et *motus;* qui non movetur, immobilis; *immoto, immobile, saldo, stabile*. *Virg. 2. G. 293. de aesculo*, non hiemes illam, non flabra, neque imbres Convellunt: immota manet. *Ovid. 4. Fast. 505.* Sub Iove duravit multis immota diebus. *Id. 5. Trist. 10. 38.* Immotae aquae; *scil.* quae gelu constitere. *Tacit. 1. Hist. 86.* Serenus et immotus dies; *h. e.* quo nulli spirant venti. — **2)** Translate. *Virg. 4. Aen. 448.* magno persentit pectore curas: Mens immota manet. *Id. ibid. 15.* Si mihi non animo fixum immotumque sederet, etc. *Tacit. 1. Ann. 47.* Immotum adversus eos sermones, fixumque Tiberio fuit, non omittere etc. *Virg. 1. Aen. 261.* manent immota tuorum Fata tibi. Et *7. ibid. 314.* immota manet fatis Lavinia coniux. *Val. Flacc. 5. 112.* Nympha caelicolis immota procis. Et *3. 593.* At sociis immota fides. *Tacit. 4. Ann. 32.* Immota, aut modice lacessita pax. *Id. 23. ibid. 15.* Immoto animo contumeliam excipere. Et *39.* Immotus ils; *h. e.* ils rationibus nihil motus. *Senec. Agamemn. 178.* Immotus prece; *h. e.* qui prece non flectitur.

IMMŪGĬO et Inmugio, is, ii, Tre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *mugio*. — Particip. *immugiens* §. 2. — Proprie est valde mugio, vel ad aliquid mugio; *muggire*. *Auson. ep. 65. de vacca Myronis*. Me vitulus cernens immugiet. — **2)** Translate est reboo, resono; *risonare, rimbombare*. *Virg. 3. Aen. 674.* curvisque immugiit Aetna cavernis. Et *11. ibid. 38.* moestoque immugit regia luctu. *Sil. 17. 256.* veniensque a rupe procella Antennae immugit. *Hieronym. ep. 14.* ludicatura Domino lugubre mundus immugiet. *Ambros. ep. 62. n. 55.* Immugiens terra in medio plebis scinditur.

IMMULGĔO et Inmulgeo, es, ēre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *mulgeo;* idem quod mulgeo, mulgendo exprimo; *mungere, spremere*. *Virg. 11. Aen. 571.* equae mammis et lacte ferino Nutribat, teneris immulgens ubera labris. *Plin. 28. 21. 1.* in dolore et epiphoris si lac immulgeatur, plurimum prodest.

IMMUNDĀBĬLIS et Inmundabilis, le. Adiect. ab *in* et *mundo;* qui mundari non potest, ut immundabile vitium, *Tertull. Pudic. 20.*

IMMUNDĒ et Inmunde. Adverb. ab *immundus;* sparce; *sordidamente*. *Iul. Obseq. Prodig. 115.* Iunonem profugientem, quod immunde sua templa foedarentur.

IMMUNDĬCĬĂ et Immunditia, Inmundicia et Inmunditia, ae, f. Abstractum ab *immundus;* sordes, spurcitia; *immondezza*. *Cato, RR. 2.* Ex piscina immundicias efferri, mundicias fieri. *Al. omittunt* ex piscina immundicias efferri. *Colum. 1. 6. ante med.* Vinaria cella summota procul ab immundiciis tetrum odorem spirantibus. *Id. 12. 3. a med.* Valetudinaria identidem aperire, et immundiciis liberare. *Plaut. Stich. 5. 5. 3.* Nimio sibi mulier meretrix reperit odium ocius Sua immundicia, quam etc. *Eugypp. Thesaur. 192.* Inmunditia corporalis. — De immunditia legali. V. IMMUNDUS §. 3. — *Immundicies, ei*, alia forma habetur apud *Tertull. Monog. 7.*, ubi tamen alii leg. *immunditia*.

IMMUNDĬCĬĒS, ēi, f. V. voc. praeced. *fin.*

IMMUNDĬTĬĂ. V. IMMUNDICIA.

IMMUNDĬTAS et Inmunditas, ātis, f. Abstractum ab *immundus;* immunditia. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Ἀκαθαρσία; immunditas.

IMMUNDUS et Inmundus, a, um. Adiect. ab *in* et *mundus*. — Comparat. *immundior* et superlat. *immundissimus* §. *1.* — Proprie est inquinatus, spurcus, sordidus; *immondo, lordo, sporco*. *Cic. fragm.* apud *Quintil. 8. 3. 66.* Humus erat immunda, lutulenta vino. *Virg. 3. Aen. 228.* Harpyiae contactu immundo omnia foedant. *Senec. ep. 86. a med.* Liquet, illos immundissimos fuisse: quid putas illos oluisse? militiam, laborem, virum. *Horat. 2. Sat. 4. 63.* Immundae popinae. *Plin. 14. 25. 1.* Supernae deciduo immundiore lapsu aliquo polluta. *Plin. alter, 10. ep. 99.* Cloaca turpis et immundissima aspectu. *Plaut. Most. 1. 3. 24.* Homo indiligens, immundus, instrenuus. *Id. Cist. 1. 1. 115.* siccine, immunda, obsecro, ibis *(h. e.* illota, impexo, capillo, inculta)? *Si.* immundas fortunas aequum est squalorem sequi; *h. e.* miseras, adversas, inopiam rei familiaris. *Horat. 2. Ep. 2. 199.* Pauperies immunda procul absit. *Pallad. 2. 10.* Immundus ager; *h. e.* silva, sentibus, lapidibus obsitus. — **2)** Translate. *Horat. Art. P. 247.* Dicta immunda et ignominiosa. — **3)** Apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulg. Interprete*,

II. *Immundus* dicitur qui talis a lege declaratur. *Vulg. Interpr. Levit. 5. 2.* Anima, quae tetigerit aliquid immundum . . . et oblita fuerit immunditiae suae, rea est. *Id. ibid. 12. 2.* Mulier, si, suscepto semine, pepererit masculum, immunda erit septem diebus, etc. Adde *ibid. 14. 46.* etc. — *Animalia immunda*, quae dicta fuerint, V. sub v. ANIMAL in *Nota* II. §. 2. — **4)** Hinc *Isid. 1. Differ. 4. 424.* « Inter *peccatorem* et *immundum (interest)*, quod omnis peccator immundus est, non tamen omnis immundus peccator. Peccator enim est qui transgreditur praecepta Dei; immundus autem est et qui cum uxore sua dormierit, aut mortuum tetigerit. » — **5)** Absolute, substantivorum more,

IMMUNDUS, i, m. Dicitur ornatus feminarum. V. *Tertulliani* locum in CULTUS §. 9. V. et MUNDUS.

IMMŪNĬFĬCUS et Inmunificus, a, um. Adiect. ab *in* et *munificus;* illiberalis, avarus, sordidus, tenax; *non liberale, avaro*. *Plaut. Trin. 2. 2. 69.* civi immunifico, scis, quid cantari solet? Quod habes, ne habeas: et illud, quod nunc non habes, habeas malum.

IMMŪNĬO et Inmunio, is, Tvi, Ttum, Tre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *munio*. — Particip. *immunitus*, V. suo loco §. 1. — Est idem quod munio, *Tacit. 11. Ann. 19.* Ne iussa eruerent, praesidium immunivit. *Al. leg.* inde munivit.

IMMŪNIS et Inmunis, ne. Adiect. ab *in* et *munus*. — **b)** Scribitur et *ibmoenis*, eadem prorsus ratione, qua *moenus* pro *munus*, et *moenio* pro *munio*. V. MUNUS. — Huc spectat *Quintil. 1. 7. 8.* in *immunis* illud *n* quod veritas exigit, sequentis syllabae sono victum, *m* gemina commutatur. — **c)** *Immanis* et *immunis* in antiquis MSS. et editis libris inter se aliquando sunt confusa, ut apud *Plaut. Trin. 1. 1. 1.* (V. loc. infra §. 8.) et *Apul. Apol. 25.* V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **d)** Derivatum, *immunitas*. — **e)** Compositum, *ex-immunis*.

IMMUNIS proprie est qui vacat a muneribus, quae alii praestare debent; *esente, immune, libero*. Domi immunis dicitur, qui a tributis, vectigalibus, etc. est liber: militiae, qui a valli gestatione, pabuli lignorumque aggestione, obeundis vigiliis, et similibus. *Cic. Font. 4.* Falsum est, ob vacationem pretium datum, cum immunis nemo fuerit. *Liv. 1. 43.* Iode una centuria facta est immunis militia. *Suet. Claud. 25.* Ilienses ab omni onere immunes praestitit. *Liv. 38. 14.* Immunes portoriorum. *Tacit. 1. Ann. 36.* Retineri sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis. *Cic. 3. Offic. 11.* Melius hi quam nos, qui piratas immunes, socios vectigales habemus. *Id. 7. Verr. 21.* Quid immunes? hi certe nihil debent. *Id. 3. ibid. 6.* Quinque praeterea sine foedere immunes civitates ac liberae. *Inscr.* apud *Orelli*, n. *402.* Immunis Cos; *h. e.* Consularis. *Alia, ibid. n. 3527.* Immunis turmae. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6819.* Immunis leg.; *h. e.* legionis *vel* legati? — *Alia* apud *Orelli, n. 4085.* Immuni Romae regionibus XIIII. *Alia n. 4055.* Immunes *(in collegio)*. Et *n. 4255.* IMM. II. HON. III.; *h. e.* Immunis iterum, Honoratus tertium. Adde *alias, n. 106., 2448., 3471., 2975.*, etc. — **2)** *Immunis* etiam dicitur, qui a muneribus municipalibus, ut viis sternendis aut reparandis, liber erat: sic autem saepe vocatur is, qui aliquo sacerdotio insignitus est, ut ostendit haec *Inscr.* apud *Orelli, n. 111.* M. Consius M. L. Cerinthus accensus velatus, immunis cum sim, ex voluntate mea clivom stravi lapide ab imo susum, longum pedes CCCXL., latum cum marginibus pedes VIIII., ut quod stravi milia pedum MMMLX., iterum eundem clivom ab imo levavi, et clivom medium fregi, et depressi impensa mea regioni Piculensi, pago Ulmano et Transulmano Peleciano usque ad Martis, et ultra. — Consule de immunibus tam a militaribus, quam a civilibus muneribus *Io. Labus* in *Mus. Mant. T. 2. p. 308.* — **3)** Eadem ratione *immunes* dicuntur *agri*, qui praestationibus exempti sunt, quibus opponuntur *agri vectigales*. *Cic. 4. Verr. 69.* Qui agros immunes liberosque arant. *Id. 3. Agr. 2.* Immunia commodiore conditione sint, quam illa, quae pensitant. Adde *Hygin. de limit. constit. p. 198. Goes.* V. VECTIGALIS. — **4)** Latiore significatione, sed translata ab hac prima,

II. *Immunis* est expers, vacuus, liber: et dicitur tam de rebus, quam de personis. *Virg. 12. Aen. 558.* aspicit urbem Immunem tanti belli, atque impune quietam. *Ovid. 4. Trist. 2. 62.* Immunes tanti nec simt esse boni. *Id. 8. Met. 690.* vobis immunibus huius Esse mali dabitur. Et *13. ibid. 293.* immunemque aequoris Arcton. *Senec. ep. 88.* Animum immunem esse tristitia. *Senec. alter, Hippol. 1035.* Solus immunis metu. Et *Thyest. 48.* non sit a vestris malis Immune caelum. *Plin. 32. 14. 8.* Dentes immunes a dolore fiunt. *Vellei. 2. 35.* Cato omnibus humanis vitiis immunis. *Id. ibid. 120.* Exercitum immunem tanta calamitate servavit. Et *14.* Ita se eam domum aedificaturum, ut libera a conspectu, immunis ab omnibus arbitris esset. — **5)** Hinc iterum translate. *Cic. Amic. 14.* Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quae etiam populos universos tueri, eisque optime consulere soleat; *che si sottragga dall' operare*. *Horat. 4. Od. 12. 22.* non ego te meis Immunem meditor tingere poculis; *h. e.* asymbolum. *Id 1. Ep. 14. 35.* Quem scis immunem Cynarae placuisse rapaci; *h. e.* nulla ei munera mittentem. *Virg. 4. G. 244.* Immunisque sedens aliena ad pabula fucus; *h. e.* ignavus. — **6)** Speciatim vero

III. *Immunis* est etiam purus, innoxius. *Ovid. 14. Heroid. 8.* Non pigat immunes caedis habere manus. *Vellei. 2. 7.* Immunis delictorum paternorum. — **7)** Item minime munificus, ut est in proverbio veteri:

Digitized by Google

Immunem civem odere sui. Haec *Isid. 10. Orig. 141.* — **S)** In illo *Plaut. Trin. 1. 1. 1.* Amicum castigare ob meritam noxiam Immune est facinus, verum in aetate utile: *immune facinus* videtur esse ingratum, inofficiosum, odiosum, et minime amici hominis. *Munis* enim Veteribus fuit officiosus, amicus, beneficus. Alii exponunt, quod omittere possumus, quod praestare non tenemur. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* interpretatur, improbum. *Cic. 1. Invent. 30.* hunc *Plauti* locum referens, infirmam rationem his verbis contineri, docet. Apud *Plaut.* est qui legit *immane*, sed *immoene* pro *immune* praestat. — Ad firmandam autem, inquit *Furlanetto* in *App.* ad h. v., significationem huius loci Plautini idoneus est *Scholiast.* ad *Cic. Sext. 58.* edit. ab *A. Maio* in *Class. auct. T. 2. p. 150.* O immunes Graii! Haec verba sunt de tragoedia, in qua verbum istud *immunes* ingratos significat, quemadmodum munificos dicebant eos, qui grati et liberales exstitissent. Hinc et *Lactant. Placid. Gloss.* edit. ab *A. Maio* in *Class. auct. T. 3. p. 476.* Immoenis, improbus, culpandus, vel interdum munere liberatus.

Nota. Ad usum vocis quod attinet, construitur modo cum genitivo, modo cum ablativo vel cum praepos. *ab* vel sine ea; aliquando vero absolute.

IMMŪNĪTAS et Inmunitas, ātis, f. Abstractum ab *immunis;* vacatio ab oneribus et tributis; *esenzione, franchigia*. *Cic. 13. Fam. 1.* Tabulae figuntur, immunitates dantur. *Id. Font. 8.* Immunitas et libertas provinciae. *Caes. 6. B. G. 13.* Militiae vacationem et omnium rerum immunitatem habere. *Suet. Aug. 4.* Immunitatem alicui offerre. *Id. Tib. 49.* adimere. *Id. Galb. 15.* donare. *Tacit. 12. Ann. 61.* tribuere. Et *15. ibid. 51.* servare militibus. *Curt. 5. 3.* Immunitate donare aliquem. *Tacit. 5. Hist. 55.* Alios immunitatibus iuvare. — **2)** Translate. *Cic. 4. Acad. 38.* Ecce tibi e transverso Lampsacenus Strato, qui det isti Deo immunitatem. *Lamprid. Commod. 14.* Vendidit etiam suppliciorum diversitates, et sepulturas, et immunitates malorum.

IMMŪNĪTUS et Inmunitus, a, um. Particip. verbi *immunio;* communitus. Hinc *via immunita* est, quae aperta est, complanata, aut strata: uno verbo, per quam iri potest. *Cic. Caecin. 19.* V. MUNIO. — **2)** Deinde

II. *Immunitus* est etiam adiect. ab *in* et *munitus;* non munitus; *non fornito, non fortificato*. *Liv. 22. 11.* Ut quibus oppida castellaque immunita essent, hi in loca tuta commigrarent. *Ovid. 10. Met. 169.* Dum Deus Eurotae, immunitamque frequentat Sparten. — *Vulg. Interpr. Gen. 42. 13.* Inmunita terrae huius considerare venistis.

IMMURMŬRATĬO et Inmurmuratio, ōnis, f. Verbale ab *immurmuro*, idem fere ac murmuratio. *Ennod. Opusc. 3. a med.* Mugitus ursi, aliarumque belluarum minax immurmuratio. — **2)** Translate. *Ambros. ep. 63. n. 58.* Immurmuratio exorta est populi, quod per sacerdotes periisset populus.

IMMURMŬRĀTUS, a, um. V. voc. seq. §. 2.

IMMURMŬRO et Inmurmuro, as, āre. Verbum intransitiv., transitiverum tamen more aliquando adhibitum, ab *in* intentiva et *murmuro*. — Particip. *immurmurans* §. 1., *immurmuratus* §. 2. — Proprie est idem fere ac murmuro, aut valde murmuro. *Virg. 4. G. 261.* silvis immormurat Auster. *Ammian. 12. 16.* Cum saepe immurmurantes audierit ventos. — **2)** Frequentius dicitur de confusione vocum in vulgus sparsarum, itemque de iis, quae submissa voce proferuntur, quorum sonus tantum confusus auditur. *Ovid. 3. Met. 646.* Increpor a cunctis, totumque immurmurat agmen. *Stat. 1. Theb. 552.* Acesten imperat acciri, tacitaque immurmurat aure. *Ovid. 11. Met. 187.* domini quales aspexerit aures, Voce refert parva, terraeque immurmurat haustae. *Pers. 2. 9.* Illa sibi introrsus, et sub lingua immurmurat; *fra'denti.* Adde *Ambros. ep. 62. n. 55.* — *Cod. Theod. 9. 38. 6.* Diris immurmurata secretis mentis et corporis venena composuit. — **3)** Transitivorum more

II. *Immurmuro* est confuse, vel submissa voce loqui. *Augustin. de catech. rud. 10. n. 15.* Decurtata et mutilata verba immurmurare. *Macrob. 6. Saturn. 7.* Ipse publicato nobis, quod immurmurat; h. e. quod tibi in aurem dicit.

IMMUS, a, um. V. IMUS.

IMMŪSĬCUS et Inmusicus, a, um. Adiect. ab *in* et *musicus;* non musicus; *disarmonico*. *Tertull. Apolog. 1.* Immusici iudicantes de musicis.

IMMUSCŬLUS. } V. IMMISSULUS.
IMMUSSŬLUS. }
IMMŪSŬLUS. }

IMMŪTĂBILIS et Inmutabilis, le. Adiect. ab *in* et *mutabilis*. — Comparat. *immutabilior* §. 1. et 3. — Proprie est qui mutari non potest, immobilis, perpetuus, stabilis, constans; *immutabile*. *Cic. Fat. 12.* Esse causas immutabiles, easque aeternas, quae etc. Et *9.* Hoc est immutabile ex vero in falsum. *Id. Univ. 5.* Res stabilis et immutabilis. *Stat. 1. Theb. 212.* grave et immutabile sanctis Pondus adest verbis. *Cic. 1. Rep. 32.* Concordi populo nihil esse immutabilius, nihil firmius. Adde *Quintil. 2. 13. 1.* — **2)** Apud Grammaticos *immutabiles litterae* dicuntur, quae in nominibus per nominativum casum positae in omnibus declinationibus non mutantur. Haec *Mar. Victorin. 1. p. 2455. Putsch.* — **3)** Deinde

II. *Immutabilis* est etiam adiect. verbale ab *immuto;* immutatus; *mutato, diverso*. *Plaut. Epid. 4. 2. 8.* Scio quid erres, quia vestitum atque ornatum immutabilem Habet haec. *Cassiod. de anim. 3.* Animae multo clariores atque immutabiliores efficiuntur, cum a Dei gratia bonis actibus non recedunt.

IMMŪTĂBĬLĬTAS et Inmutabilitas, ātis, f. Abstractum ab *immutabilis;* stabilitas, constantia, perpetuitas, aeternitas; *immutabilità*. *Cic. Fat. 9.* Sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris non item.

IMMŪTĂBĬLĬTER et Inmutabiliter. Adverb. ab *immutabilis;* stabiliter, perpetue; *immutabilmente*. *Cels. Dig. 45. 1. 99.* Immutabiliter verum fuit. *Apul. de Mundo.* Speculatur ad omnia rector mundi, atque immutabiliter incumbit.

IMMŪTĀTĬO et Inmutatio, ōnis, f. Verbale ab *immuto;* mutatio; *mutazione*. *Cic. 4. Acad. 6.* Nihil novi reperiens, sed emendans superiores immutatione verborum. *Id. 3. Orat. 44.* Immutatio ordinis. *Id. Orat. 27.* Quamquam translatio est apud Phalereum multa, tamen immutationes nusquam crebriores; h. e. hypallagae, seu metonymiae: nam ὑπαλλαγὴ immutationem significat. Adde *Brut. 17.* — *Vulg. Interpr. Iob, 14. 14.* Expecto donec veniat immutatio mea. — **2)** Apud Grammaticos *immutatio* ad soloecismum pertinet, cum aliud pro alio ponitur, ut casus pro casu, genus pro genere, tempus pro tempore, etc. *Quintil. 1. 5. a med.* Faciebat barbarismos immutatione, quum *c* pro *g* uteretur. V. TRANSMUTATIO. — **3)** Item apud Rhetores eadem est figura ac paronomasia. *Apul. Rom. de fig. sentent. 27.* et *Capell. 5. §. 552.* V. PARONOMASIA.

IMMŪTĀTOR et Inmutator, ōris, m. Verbale ab *immuto;* qui mutat. *Oros. 7. 43.*

IMMŪTĀTUS et Inmutatus, a, um. Particip. verbi *immuto*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est mutatus; *mutato*. *Cic. 1. Fam. 9. a med.* Conversis rebus ac bonorum voluntatibus immutatis. *Plaut. Amph. 1. 1. 300.* Ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi formam perdidi? — **2)** *Immutata verba* dicuntur a *Cic. Orat. 27.* quae per metonymiam in oratione ponuntur. — **3)** *Immutata mens* est de statu deiecta; *giù di cervello*. *Sall. Iug. 69.* Morbis confectos, et ob eam causam mente paulum immutata *Al. leg.* imminuta. — **4)** Deinde

II. *Immutatus* est etiam adiect. ab *in* et *mutatus;* non mutatus, immutabilis, immotus; *immutabile, costante*. *Cic. 2. Invent. 54.* Veritas est, per quam immutata ea, quae sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. *Ter. Andr. 1. 5. 7.* Id mutavit, quia me immutatum videt.

IMMUTESCO et Inmutesco, escis, ui, escĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *in* intentiva et *mutesco:* mutus fio, obmutesco; *ammutolire, tacere*. *Quintil. 10. 3. 16.* Immutescamus alioqui, si nihil dicendum videatur, nisi quod non invenimus. *Stat. 8. Theb. 548.* ruptis immutuit ore querelis.

IMMŪTĬLĀTUS et Inmutilatus, a, um. Particip. verbi inusit. *immutilo*, ab *in* intentiva et *mutilo;* idem quod mutilatus; *tronco, tagliato*. *Sall. fragm.* apud *Non. 4. 355.* Notissimus quisque aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore, improbo patibulo eminens affigebatur. — **2)** Deinde

II. *Immutilatus* est etiam adiect. ab *in* et *mutilatus;* non mutilatus, integer. *Imp. Constantin. Cod. Theod. 4. 22. 1.* Omnia, quae supererunt, ad disceptationem litigii immutilata permaneant.

IMMUTO et Inmuto, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *muto*. — **b)** *Immutarier* pro *immutari* paragoge apud *Ter. Phorm. 1. 4. 29.* Non possum immutarier; *non posso mutare il mio naturale*. — **c)** Particip. *immutans* §. 3., *immutandus* §. 1., *immutatus*, v. suo loco. — **d)** Derivata. *immutabilis* (v. §. 3.), *immutatio, immutator*.

IMMUTO proprie est idem quod muto, aut valde muto; *mutare*. *Cic. Fince. 11.* Cum successor aliquid immutat de institutis primorum. *Id. Orat. 63.* Immutare verborum ordinem. *Plaut. Trin. 1. 2. 35.* Immutare ingenium moribus. *Id. Men. prol. 40.* Immutare alicui nomen. *Nep. Dion. 10.* Huius de morte cum palam factum est, mirabiliter vulgi immutata est voluntas. *Cic. 5. Fam. 8.* Quaedam pestes hominum et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi; *mi ti fecero comparire un altro*. *Id. 1. Rep. 28.* Illi regi amabili Cyro subest ad immutandi animi licentiam crudelissimus ille Phalaris. Adde *Quintil. 2. 4. 14.* — **2)** Apud *Hygin. fab. 125.* Circe Eurylochi socios ab humana specie immutavit; h. e. transformavit. Cf. loc. cit. supra §. b. — **3)** Apud Rhetores dicitur de figura per metonymiam. *Cic. Orat. 27.* Ennius, *horridam Africam terribili tremere tumultu* cum dicit, pro Afris immutat Africam; h.

Digitized by Google

e. per metonymiam *Africam* ponit pro *Afris*. V. IMMUTATIO §. 1. et IMMUTATUS §. 2. — 4) Apud Grammaticos usurpatur de mutatione, quae per anomaliam fit. *Prob. Art. min.* §. 8. Anomalia est immiscens vel immutans aut deficiens ratio per declinationem. Et §. 10. Immutans anomaliae per declinationem est ratio, ut puta: *hic Iuppiter, huius Iovis*. — 5) Translate. *Vulg. Interpr. Is. 9. 10.* Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus; *h. e.* pro domibus, quae vili materia structae erant, multo pretiosiores e cedro aedificabimus. — In titulo *Psalm. 59.* verbis: *pro his, qui immutabuntur*, Hebraice, *pro hexachordo*, ut saepius nominantur destinata Psalmis instrumenta musica. Alii autem mystice haec verba interpretantur. V. *Wettenauer in Lex. Bibl.* ad *h. v.*

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et dativo, pro quo altero aliquando usurpatur ablativus cum praepos. *a*, aliquando vero absolute.

ĪMO. V. IMMO §. b.

IMPĀCĀTUS et Inpacatus, a, um. Adiect. ab *in* et *pacatus;* non pacatus, pacis inimicus; *inquieto, che non sa stare in pace. Virg. 3. G. 408.* Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. *Licinian. fragm. Annal. 35. n. 8.* Oppida impacata redigit in suam potestatem. — 2) Translate. *Senec. 3. Ira, 27. extr.* Vides, quam impacatam tibi denuncies vitam, qualis enim erit semper tumentis? *Stat. 3. Silv. 1. 137.* Impacata consanguinitate ligavit Fortunam, Invidiamque Deus. *Claudian. 2. in Eutrop. 213.* impacatis odiis urgere rebelles. Et *1. in Rufin. 70.* murmurat alti Impacata quies pelagi.

IMPĀCĬFĬCUS et Inpacificus, a, um. Adiect. ab *in* et *pacificus;* qui pacem non servat, minime pacificus. *Act. Concil. Carthag. III. de Baptismo sub Cyprian. a. 255. post init.* Pacem dat impacificus. — 2) Translate. *Hilar. in Matth. c. 4. n. 18.* Impacifica oratio.

IMPACTIO et Inpactio, ōnis, f. Verbale ab *impingo;* actus impingendi, illisio: *urto, incontro, collisione. Senec. 2. Quaest. nat. 12. ad fin.* Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium.

IMPACTUS et Inpactus, a, um. Particip. verbi *impingo;* illisus, iniectus. *Liv. 8. 6.* Impactus saxo; *h. e.* qui in saxum impegit. *Senec. 2. Quaest. nat. 12.* Nubes vehementer impactae. *Plin. 6. ep. 31. ad fin.* Saxeum dorsum impactos fluctus in immensum elidit et tollit. *Plin. alter, 8. 4. 2.* Elephanti impactos arbori dentes frangunt. Et *14. 28. 7.* Agrippae a temulento scyphus impactus; *gettato in faccia. Tacit. 15. Ann. 40.* Gubernatores Cumanis litoribus impacti, triremium plerasque amisere; *avendo urtato. Ulp. Dig. 48. 3. 13.* Impactus in carcerem; *cacciato. Val. Max. 9. 14. n. 3.* In servilem Serapionis appellationem vulgi sermone impactus est; *h. e.* vulgo est ei appellatio Serapionis imposita; *cadde nel soprannome.*

IMPACTUS et Inpactus, us. m. Verbale ab *impingo;* idem ac impactio. *Chalcid. Comment.* in *Tim. Plat. p. 55.* Ille censet radii visualis impactu in solidam speculi superficiem . . . reverti.

IMPĀGES et Inpages, is, f. Verbale ab *impango* pro *impingo* (V. hanc voc.), quod exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 108. Müll.* Impages dicuntur, quae a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohaereant: a pangendo; idest figere; *chiodi, chiavelli*. — 2) Apud *Vitruv. 4. 6. a med.* impages sunt in valvis ornamenta ex regulis circa tympanum infixis; *riquadrature, riquadri, traverse*. — In singulari num. usurpat. eodem sensu, *Id. ibid.* Latitudo impagis fiat tympani media parte; cymatium sexta parte impagis; scaporum latitudines impagis dimidia parte.

IMPĀGO. V. IMPINGO §. b.

IMPALLESCO et Inpallesco, escis, ui, escĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *in* intentiva et *pallesco;* pallorem contraho, pallidus fio; *impallidire. Pers. 5. 62.* At te nocturnis iuvat impallescere chartis. *Stat. 6. Theb. 803.* eventu impalluit ipse secundo.

IMPALPĀBĬLIS et Inpalpabilis, le. Adiect. *in* et *palpabilis;* qui palpari nequit; *impalpabile. Arnob. Iun. Conflict. de Deo, 3. 7.* Ut impalpabilis palpabilis fieret. Adde *Interpr. Ignatii ep. ad Polycarp. 3.*

IMPALPĔBRĀTĬO et Inpalpebratio, ōnis, f. Abstractum ab *in* intentiva et *palpebrae;* palpebrarum immobilitas. *Cael. Aurel. 2. Tard. 3.* Sequitur vocis amputatio cum oculis patientibus, et impalpebratione.

IMPANGRO et Inpanero, as, avi, āre. Verbum transitiv., de quo *Non. 1. 293.* Impanerare est invadere: verbum a Graeco tractum, quasi πᾶν κρίνω; consumere. *Varro:* Ecclesiam in regiam aream impanerarunt. Apud *Non. l. c.* al. leg. in *Varronis* verbis: *Varro Ecclesia:* ut Ecclesia nomen sit comoediae: alii *Varro, e culina*. Alii pro *aream, aream*. In ceteris quoque dubitare possis, an verba *Nonii* sana sint. V. ad rem *Oehler, Varr. Satur. Menipp. reliq. p. 113.*

* IMPANNIS et Inpannis, ne. Adiect. ab *in* et *pannus;* pannis, seu vestibus carens. *Plaut. Asin. 1. 2. 16.* Sordido vitam oblectabas pane, impannis inopia. Ita leg. *Lipsius, l. 3. antiq. lect. c. 15. Alii leg.* in pannis; *alii aliter*.

IMPAR et Inpar, ăris, omn. gen. Adiect. ab *in* et *par*. — b) Corripitur altera syllaba ab *Auson. 11. Edyll. 54.* Tres primus, par, impar habet, mediumque. Et a *Prudent. 1. in Symmach. 168.* fuit impar utrique. — c) Derivata, *imparilis, imparilitas, imparilĭter, imparitas, imparĭter*.

IMPAR proprie est non par, inaequalis: *dispari, impari, disuguale. Horat. 1. Ep. 1. 96.* si toga dissidet impar. *Lucret. 5. 682.* Sol idem sub terras atque superne Imparibus curris unfractibus. *Cic. 6. Rep. 18.* Qui *(sonus)* intervallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis. *Ovid. 3. Met. 662.* Mensam . . . ponit anus, mensae sed erat pes tertius impar: Testa parem fecit. — 2) *Impares tibiae*, numero foraminum discretae. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* — 3) Translate. *Cic. 4. Fam. 8. a med.* Quos quidem ego ambo unice diligo: sed in Marco benevolentia impari. *Quintil. 7. 7. 6.* Impares leges sunt, quum alteri multa opponi possunt, alteri nihil. *Id. 8. 11. 10.* Ad exhortationem praecipue valent imparia. *Ovid. 10. Met. 95.* Et platanus genialis ăcerque coloribus impar. — *Horat. 1. Sat. 3. 19.* Nil fuit umquam Sic impar sibi. — 4) Speciatim

II. *Impar* dicitur *numerus*, qui in duas partes aequales dividi non potest, ut tres, novem. *Paul. ex Festo, p. 109. Müll.* Imparem numerum antiqui prosperiorem hominibus esse crediderunt. *Virg. 8. Ecl. 75.* numero Deus impare gaudet. V. *Servium* multa ibi de impari numero disputantem. *Cic. 4. Acad. 10. sub fin.* Stellarum numerus par, an impar sit, nescitur. *Horat. 2. Sat. 3. 248.* Ludere par impar; *giuocare a pari o caffo. Ovid. 2. Trist. 220.* Imparibus carmina facta modis; *h. e.* hexametro et pentametro. *Horat. 3. Od. 19. 13.* Qui Musas amat impares, Ternos ter cyathos attonitus petet Vates. Adde *Boëth. 1. Arithm. 3.* et *seqq.*, ubi plura ad rem. — 5) Saepe

III. *Impar* de iis dicitur, quae inaequalibus sunt viribus ad resistendum; et quae male cum alio comparantur. *Horat. 1. Od. 35. 10.* Impares formae atque animi. *Ovid. 3. Met. 610.* Sed tolerare diu cursus ego viribus impar Non poteram. *Virg. 12. Aen. 216.* At vero Rutulis impar ea pugna videri. Et *1. ibid. 479.* Infelix puer atque impar congressus Achilli. *Horat. 4. Od. 6. 5.* Ceteris maior, tibi miles impar. *Sust. Domit. 10.* Thrax munerario impar; *che non può star a fronte. Tacit. 4. Hist. 20.* Batavi impares numero; *inferiori*. Et 2. *ibid. 30.* pater consularis, avus praetorius: maternum genus impar; *inferiore di nobiltà*. — 6) Item de eo, qui alicui rei non sufficit, non idoneus, ineptus; *inabile, insufficiente. Suet. Tib. 67.* Ne mox maiore dedecore impar tantis honoribus inveniretur. *Tacit. 1. Hist. 74.* Imparis bello. Et *14. Ann. 54.* Senex, et levissimis quoque curis impar. Et *15. ibid. 57.* Muliebre corpus impar dolori. Et *6. ibid. 2.* Impar moribus patriis; *non potendo assuefarsi. Val. Flacc. 8. 400.* Ille trahens gemitum, tantis ac vocibus impar, Cunctatur; *non potendo o sapendo resistere o rispondere. Suet. Oth. 9.* Impar militum ardori, pugnam deposcentium; *non potendo raffrenare. Ulp. Dig. 5. 3. 9.* Impar sumptui; *che non può sostenere la spesa*. — Cum ablativo pro dativo. *Ovid. 4. Fast. 306.* Nec facies impar nobilitate fuit. — Cum infinito. *Grat. Cyneg. 61.* Magnum opus, et tangi, nisi cura vincitur, impar.

Nota. Construitur cum dativo vel cum ablativo, vel absolute, et aliquando etiam cum infinito. — Discrimen inter *disparem* et *imparem* V. sub v. DISPAR in *Nota*.

IMPĂRĀTĬO et Inparatio, ōnis, f. Abstractum ab *imparatus;* status stomachi, qui digestioni paraudae ineptus est. *Marcell. Empir. 20. a med.* Cum imparationem stomachi senseris, cochlearia singula *(acuti scillini)* plane tepefacta leinnus accipies.

IMPĂRĀTUS et Inparatus, a, um. Adiect. ab *in* et *paratus*. — Superlat. *imparatissimus*, infra. — Est non paratus; *non preparato, non all'ordine. Caes. 6. B. G. 29.* Ut in ipsum incautum atque imparatum incideret. *Hirt. 8. B. G. 2.* Imparati disiectique. *Nep. Agesil. 2.* Imparati imprudentesque. *Cic. Sext. 37.* inermem atque imparatum adoriri. *Id. Mil. 21.* Paratus in imparatos Clodius inciderat. *Id. 7. Att. 15.* Sumus enim flagitiosi imparati cum a militibus, tum a pecunia; *sprovvisti. Senec. Hippol. 994.* Non imparatum pectus aerumnis gero. *Eumen. Gratiar. act. ad Constantin.* Nec mihi verba, quamvis imparata, defuissent; *Caes. 1. B. C. 50.* Omnibus rebus imparatissimus.

IMPARCO. V. IMPERCO.

IMPĀRENS et Inparens, vel Impariens et Inparieus, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *parens*, quod est particip. a verbo *pareo;* non parens, non obediens. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* Cf. voc. seq.

IMPĀRENTĬĂ et Inparentia, vel

IMPĀRĬENTĬĂ et Inparientia, ae, f. Abstractum ab *imparens;* inobedientia; *disobbedienza. Gell. 1. 15.* Ne, si spes fefellisset, culpa imparientiae, et poena indeprecabilis subeunda esset. *Al. leg.* imparentiae, *al.* impatientiae.

IMPĂRĬLIS et Inparilis, le. Adiect. ab *impar;* et eiusdem significationis; *disuguale. Aurel. Viet. Caes. 14. de Hadriano.* Suspectam aestimantes societatem aevi longe imparilis.

IMPĂRĬLĬTAS et Inparilitas, ātis, f. Abstractum ab *imparilis;* disparilitas, inaequalitas; *disuguaglianza. Gell. 3. 20.* Soloecismus La-

Digitized by Google

tino vocabulo a Sinnio Capitone, eiusdemque aetatis aliis imparilitas appellatus; *h. e.* impar et inconveniens compositura partium orationis, ut mox *ibid.* subditur. — **2)** Item diversitas, varietas; *varietà*. *Id. 14. 1. circa med.* Imparilitas haec turbat observationem. — *Fulgent. fragm. 18. contra Fabian. post init.* Cum similiter facit, non est imparilitas, sed aequalitas naturalis.

IMPĂRĬLĬTER et Impariliter. Adverb. ab *imparilis;* imparili ratione. *Augustin. 2.* in *Heptat. quaest. 177. n. 3.* Impariliter alterutrum incurrebant sex et quinque.

IMPĂRĬTAS et Imparitas, ātis, f. Abstractum ab *impar;* conditio numeri imparis. *Boëth. 1. Arithm. 3. p. 991.* Par numerus est, qui in duo aequalia, et in duo inaequalia partitionem recipit, sed ut in neutra divisione vel imparitati paritas, vel paritati imparitas misceatur.

IMPĂRĬTER et Impariter. Adverb. ab *impar*, idem quod impariliter, inaequaliter; *disugualmente*. *Horat. Art. P. 75.* Versibus impariter iunctis querimonia primum, etc. — **2)** *Imparitur par numerus* dicitur, qui plures divisiones secundum aequalitatem partium dividere potest, non tamen usque ad assem, ut tradit *Cassiod. de Dialect. fin.* Adde *Boëth. 1. Arithm. 11.*

IMPARS et Impars, artis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *pars*, idem ac expers. *Gloss. Isid.* Impartes, expertes, sine parte. — In *Thes. Novo Latinit.* apud *Mai, p. 298.* scribitur *impertes* loco *impartes*. Cf. IMPERTIO.

IMPARTĪBĬLIS. IMPARTĬLIS. IMPARTĬO, is. } v. IMPERTIBILIS etc.

IMPASCOR et Inpascor, scĕris, sci. Verbum intransitiv. forma deponens ab *in* intentiva et *pascor;* in loco aliquo pasco; *pascersi*. *Colum. 6. 5.* In ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus. Adde *2. 18.*

IMPASSĪBĬLIS et Inpassibilis, le. Adiect. ab *in* et *passibilis*. — Comparat. *impassibilior*, infra. — Est qui pati non potest. *Lactant. 1. 5.* Deus incorruptibilis esse debet, perfectus, impassibilis. Adde *Tertull. Apolog. 10.* et *Prudent. Apotheos. 84.* — *Rustic. contra Aceph. p. 1268. Migne.* Nihilo namque impassibilior est, ut ita dixerim, Verbi natura, ab eo cuius natura est.

IMPASSĪBĬLĬTAS et Inpassibilitas, ātis, f. Abstractum ab *impassibilis;* conditio eius, qui pati non potest. *Hieronym. ep. 133. n. 5.* Edidit librum περὶ ἀπαθείας, quam nos impassibilitatem, vel imperturbationem possumus dicere. V. INPATIENTIA §. 2. Adde *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 18. 6.* et *Hilar. in epist. ad Galat. 9.*

IMPASSĪBĬLĬTER et Inpassibiliter. Adverb. ab *impassibilis;* sine passione; *impassibilmente*. *Cassiod. 5. Hist. Eccl. 20.* Credimus in unum unigenitum Filium, natum impassibiliter ex Deo. Adde *Eund. ibid. 54. a med., Mar. Victorin. adv. Arium, 1. 40.* et *Hilar. de Synod. 58.*

IMPASSĪŌNĀBĬLĬTER et Inpassionabiliter. Adverb. ab *in* et *passio*, idem ac impossibiliter. Habet *Mar. Victorin. adv. Arium, 1. 32.*

IMPASTUS et Inpastus, a, um. Adiect. ab *in* et *pastus;* non pastus, ieiunus; *digiuno*. *Virg. 9. Aen. 339.* Impastus ceu plena leo per ovilia turbans, etc. *Lucan. 6. 628.* fugere revulsis Unguibus impastae volucres. — *Eucher. Homil. de S. Blandina*. Impasta feritas.

IMPĂTĪBĬLIS et Inpatibilis, le. Adiect. ab *in* et *patior;* quem quis pati non potest, intolerabilis; *insopportabile*. *Cic. 2. Fin. 17. extr.* Dolorem vos, cum improbis poenam proponitis, impatibilem facitis; cum sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem. *Plin. 20. 76. 3.* Cum valetudo impatibilis odium vitae fecisset. *Apul. Apol.* Impatibile scelus. *Symmach. 9. ep. 103.* Turpe atque impatibile est, attonito animo et fronte moesta laetos adire conventus. Adde *Solin. 40. fin.* — **2)** Sensu activo idem quod impassibilis; *impassibile*. *Laciant. 2. 8. ante med.* Sensu praeditum ex insensibili, sapiens ex bruto, impatibile de patibili nunquam potest oriri.

IMPĂTĪBĬLĬTAS et Inpatibilitas, ātis, f. Abstractum ab *impatibilis;* conditio eius, qui impatibilis est. *Rufin.* vertens *Origen. select. in Psalm. 37. v. 14.* Surditas est impatibilitas, propter quam non audiebat.

IMPĂTĪBĬLĬTER et Inpatibiliter. Adverb. ab *impatibilis;* sine passione. *Mar. Mercat.* vertens *Homil. Procl. n. 23. p. 781. Migne.* Impatibiliter introiit, incorruptibiliter egressus est.

IMPĂTĪENS et Inpatiens, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *patiens;* — Comparat. *impatientior* §. *1.* et superlat. *impatientissimus* §. *1.* et 2. — Proprie est, qui pati ac ferre non potest; *impaziente, intollerante*. *Ovid. 5. Trist. 2. 5.* Corpus laborum impatiens. *Virg. 11. Aen. 639.* vulneris impatiens. *Colum. 7. 11.* Sues ex omnibus pecudibus impatientissimae famis sunt. *Vellei. 2. 23.* Marius quietis impatientissimus. *Sil. 8. 4.* Impatiensque morae fremit. *Tacit. 2. Hist. 99.* Miles impatiens solis, pulveris, tempestatum. *Gell. 12. 1. sub fin.* Impatientissima sollicitudo. *Ovid. 6. Met. 522.* grandior aevo Impatiensque viae. Et *1. ibid. 479.* Impatiens expersque viri; *h. e.* nuptias aversata. *Val. Flacc. 1. 296.* Impatiens somni ductor manet; *h. e.* non passus se somno corripi. *Curt. 3. 2.* Veritatis impatiens; *che non può sentire a dirsi la verità*. *Macrob. 7. Saturn. 5. ad fin.* Nihil est impatientius imperitia. *Ovid. 13. Met. 3.* Impatiens irae. *Liv. 5. 38.* Galli flagrantes ira, cuius impatiens gens est. *Suet. Tib. 59.* Quasi ab impatientibus remediorum. — Cum infinito. *Sil. 11. 98.* Impatiens ultra gemitu cohibere furorem. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 35.* Impatiens nescire torum. — **2)** Translate. *Plin. 21. 57. 1.* Caulis impatiens vetustatis; *che non dura*. Sic *16. 79. 4.* Aesculus impatiens humoris. Et *18. 31. 1.* Pisum impatientissimum frigorum; *che non resiste*. *Ovid. 2. Art. am. 69.* Cera impatiens caloris. *Plin. 35. 32. 1.* Mammae impatientes lactis; *h. e.* quae lac ex nimia abundantia continere non possunt. *Curt. 9. 4.* Verticibus intorta navis, obliqua et gubernaculi impatiens agebatur; *impossibile a reggersi coll'timone*. — **3)** Deinde, sensu activo,

II. *Impatiens* est qui nihil sentit, aut patitur. *Senec. ep. 9.* Epicurus, et hi, quibus summum bonum visum est animus impatiens. *Lactant. 5. 22. ante med.* Qui in rebus prosperis agit, impatiens est, et virtute maxima caret, impatientem dico, quia nihil patitur.

IMPĂTĪENTER et Inpatienter. Adverb. ab *impatiens*. — Comparat. *impatientius*, et superlat. *impatientissime*, infra. — Est cum impatientia, iniquo animo, aegre, moleste; *con impazienza, anziosamente*. *Tacit. 4. Ann. 17.* Aequari adolescentes senectae suae, inpatienter indoluit. *Plin. 2. ep. 7.* Amavi iuvenem tam ardenter, quam nunc impatienter requiro. *Id. 6. ep. 4.* Quo propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas. *Iustin. 12. 15.* Quosdam impatientius dolentes consolari. *Quintil. 5. declam. 12.* Impatientius diligere. *Plin. 9. ep. 22.* Dolet, ut qui impatientissime: laudat, ut qui benignissime.

IMPĂTĪENTĬĂ et Inpatientia, ae, f. Abstractum ab *impatiens;* intolerantia, impotentia, animus impatiens; *impazienza*. *Plin. 11. 27. 1.* Bombycas fieri primo papiliones parvos, nudosque: mox frigorum impatientia villis inhorrescere. *Tacit. 15. Ann. 63.* Ne ipse, visendo eius tormenta, ad impatientiam dilaberetur. *Suet. Cal. 23. ad fin.* Vitare impatientiam nauseae, et molestiam navigandi. — **2)** Affectio animi, qua nihil sentimus, aut patimur; *impassibilità*. *Senec. ep. 9.* In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπάθειαν uno verbo scite voluerimus, et impatientiam dicere. Poterit enim contrarium ei, quod significare volumus, intelligi. — **3)** Obscenum sensum habet apud *Arnob. 4. p. 141. extr.* Rex Saturnius concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus impatientiam suam spargebat passim. *Apul. 2. Met.* Et lacinia remota, impatientiam Veneris Fotidi meae monstrans etc.; *h. e.* impatientiam morae in re veneres patranda.

IMPĂVĪDĒ et Inpavide. Adverb. ab *impavidus;* intrepide, audacter; *arditamente, senza paura*. *Liv. 59. 50.* Et poculo impavide exhausto haud ita multo post exspiravit. *Cael. Aurel. 4. Acut. 11. 97.* Impavide uti. *Id. 4. Chron. 3. 50.* Medicamen erit impavide accipiendum.

IMPĂVĪDUS et Inpavidus, a, um. Adiect. ab *in* et *pavidus;* qui non pavet, intrepidus; *intrepido, senza paura*. *Horat. 3. Od. 3. 7.* Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinae. *Plin. 28. 78. 1.* Pellis asini iniecta impavidos infantes facit. *Liv. 21. 30.* Quinam pectora semper impavida repens terror invaserit. — *Virg. 12. Aen. 8.* leo Impavidus frangit telum, et fremit ore cruento. *Plin. 2. 85. 1.* Impavidae volucres. — **2)** Translate. *Ovid. 2. Fast. 840.* Edidit impavidos ore minante sonos. *Senec. Here. Oet. 645.* impavidos ducere somnos.

IMPAUSĀBĬLIS et Inpausabilis, le. Adiect. ab *in* et *pausa;* qui nunquam cessat, qui non est pausabilis. *Fulgent. 1. Mythol. 6.* Furiarum prima Alecto: ἄληκτος enim Graece impausabilis dicitur.

IMPAUSĀBĬLĬTER et Inpausabiliter. Adverb. ab *impausabilis;* sine pausa. *Coel. Aurel. 3. Chron. 2. ante med.* Plurimi impausabiliter tota die atque nocte cibum sumpsisse veteribus traduntur.

IMPECCĀBĬLIS et Inpeccabilis, le. Adiect. ab *in* et *pecco;* expers peccati; *impeccabile*. *Gell. 17. 19.* is erit impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam. *Gloss. Lat. Gr.* Impeccabilis; ἀναμάρτητος.

IMPECCANTĬĂ et Inpeccantia, ae, f. Abstractum ab *in* et *pecco;* conditio eius qui non potest peccare; *impeccabilità*. *Hieronym. 3. advers. Pelag. 4.* Perpetuitas impeccantiae soli reservatur Deo. Adde *1.* et *praef. l. 4. commentar. in Iesem.*

IMPECTENS et Inpectens, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *pango;* verberans, pulsans. *Varr. RR. 16. de apib.* Itaque impectentes, a se efficiunt fucos. *Al. leg.* impetentes: *alii rectius* insectantes.

IMPĔDĀTĬO et Inpedatio, ōnis, f. Verbale ab *impedo;* actus impedandi. *Colum. 4. 15. init.* Impedationem deinde sequitur alligator.

IMPĔDĬCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *pedica;* pedica constringo; *allacciare, inceppare*. *Ammian. 30. 4.* Si quem semel intra retia ceperint, cassibus mille impedicant.

IMPĔDĪMENTŌSUS et Inpedimentosus, a, um. Adiect. ab *impedimentum;* qui impedimento est. *Cassiod. 1. Variar. 35.* Sed echeneis illis

Digitized by Google

impedimentosa venalitas est; *h. e.* venalitas, tanquam echeneis, impedimento nautis est, ne frumenta publica ex Calabria et Apulia in urbem convehant.

IMPĔDĪMENTUM et impedimentum (*ἀρχαϊκῶς* impelimentum, *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 108. Müll.*) i, n. Verbale ab *impedio;* id, quo quis impeditur, quo minus perficiat, quod cupit, impeditio, mora, obstaculum; *impedimento*. Proprie *Senec. Tranquill. 10.* Compeditos primo aegre ferre onera et impedimenta crurum. *Fest. l. c.* Impelimenta, impedimenta dicebant *(Rhetores)*. — **B)** Translate. *Cic. 2. Agr. 9.* Excipitur hac lege impedimentum legitimum. *Id. 1. Orat. 61.* Demosthenes impedimenta naturae diligentia industriaque superavit. *Id. 1. Invent. 9.* Moram atque impedimentum alicui rei inferre. *Caes. 3. B. C. 17.* Haec res non est impedimenti loco. *Plin. 2. ep. 12. extr.* Epistolam iam recepisse te, colligo, nam festinanti tabellario dedi: nisi quid impedimenti in via passus est. *Cic. Rosc. Am. 51.* Ad dicendum impedimento est aetas et pudor. *Caes. 1. B. G. 25.* Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quod etc. *Hirt. B. Alex. 23.* Nullius periculi timorem multitudini fore impedimento, quominus etc. *Paul. Dig. 40. 5. 38.* Amittit libertum heres, si conditioni impedimentum fecerit. *Tacit. 15. Ann. 9.* Afferre impedimentum alicui rei. — *Quintil. 1. 8. sub fin.* impedimenta vocat Grammaticorum ineptias, et futiles interpretationes, quod studiis impedimento sint. — **3)** Specialim, sensu concreto,

II. *Impedimentum* dicitur saepissime de sarcinis viatorum, et praecipue exercitus; *bagaglio, salmeria:* quo sensu primus usurpavit *Cato*, ut *Senec. ep. 87. ante med.* docere videtur. *Caes. 1. B. G. 26.* Alteri se in montem receperunt, alteri ad impedimenta et carros suos se contulerunt. Et *mox*. Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est. *Id. 3. ibid. 29.* Cum iam pecus atque extrema impedimenta ab nostris tenerentur. *Id. 5. ibid. 42.* Cum sua omnia impedimenta, atque omnes fortunas conflagrare intelligerent. *Id. 1. ibid. 26.* Impedimentis potiri. Et 2. *ibid. 17.* Impedimenta diripere. *Nep. Thrasib. 2.* amittere. — **4)** Neque solum sarcinae, sed homines quoque et iumenta impedimentorum nomine veniunt, quatenus iter impediunt, aut ad pugnam non pertinent. *Cic. Mil. 10.* Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus. Et *mox*. Cum hic veheretur in rheda, vulgi magno impedimento, ac muliebri comitatu. *Frontin. 2. Strateg. 1.* Interfectis omnibus impedimentis, ad pugnam descendit. *Veget. 3. Milit. 6.* Et ideo ad exemplum militum, etiam impedimenta sub quibusdam signis ordinanda duxerunt.

IMPĔDĬO et inpedio, is, īvi *et* ii, ītum, īre. Verbum transitiv. (intransitivorum more aliquando adhibitum. V. infra §. 8.), ab *in* et *pes*. Cf. COMPES. — **b)** Divisit per tmesim *Lucret. 3, 453.* At quaecumque queunt conturbari, inque pediri. — Eadem ratione *inque peditus* pro *impeditus* apud *Enn. 4. 563.* et *1142.* — **c)** Apud Veteres, cum *endo* vel *indu* in usu esset pro *in*, factum est etiam *endopedīri* vel *endupedīri* pro *impedīri*. Sic *Lucret. 4. 68.* quanto minus endopedīri Pauca queunt. — Sic et *endopeditus* vel *indupeditus* pro *impeditus* apud *Enn. 1. 124.* minus aut magis endopedita. Adde 2. *101.* et *alibi*. Cf. IMPEDITE. — *Impetio* pro *impedio*. V. IMPEDIMENTUM *init.* — **d)** Particip. *impediens* §. 7., *impediendus* §. 3., *impeditus*, v. suo loco, *impediturus* §. 7. — **e)** Derivata, *impedimentosus, impedimentum, impeditio, impedito, impeditor*. — **f)** Compositum, *perimpeditus*.

IMPEDIO proprie est impedico, implico, involvo, irretio; *allacciare, impastoiare:* de *pedibus* dicitur, cum aliqua re implicantur. *Ovid. 1. Fast. 440.* Impediunt teneros vincula nulla pedes. *Id. 12. Met. 392.* et illis Crura quoque impediit. *Plaut. Mil. 4. 9. 11.* Ipsus illic sese iam impedivit in plagas. — *Id. Truc. 1. 1. 17.* dum huc dum illuc reti eos impedit pisces. — **B)** Translate. *Id. Rud. prol. 37.* Sed dum alios servat, se impedivit interim: item bene paratam comitate perdidit. *Cic. 4. Verr. 18.* Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege recessisse, ipse te impedies, ipse tua defensione implicabere; *t' imbarazzerai. Ter. Phorm. 2. 4. 2.* Quanta me sollicitudine affecit Gnatus, qui me, et se hisce impedivit nuptiis; *ha intrigato. Id. Andr. 1. 3. 23.* Tot me impediunt curae, quae meum animum divorse trahunt; *imbrogliano. Cic. Har. resp. 1.* Alicuius causam stultissimis interrogationibus impedire; *imbrogliare. Id. Cael. 24. extr.* Mentem dolore impedire. — **3)** Ponitur et pro cingere, alligare; *legare, cingere. Ovid. 2. Met. 423.* Impedire aliquem amplexu. *Id. 3. Amor. 6. 56.* et *Tibull. 1. 7. 74.* Vitta nec evinctas impedit alba comas. *Ovid. 2. Met. 867.* modo cornua sertis impedienda novis. *Horat. 1. Od. 4. 9.* viridi nitidum caput impedire myrto. *Id. 1. Sat. 6. 27.* nigris medium impediit crus Pellibus. *Ovid. 3. Met. 664.* Impediunt hederae remos. *Id. 2. Fast. 736.* frenis impediuntur equi; *s' imbrigliano*. — **4)** Item intricare, obstruere. *Curt. 6. 5.* Iuga montium praealtae silvae saepiunt; ea, quae plana sunt, novo munimenti genere impederant barbari. — **5)** Item poëtice involvere, innectere. *Virg. 8. Aen. 447.* Ingentem clypeum informant, . . . septenosque orbibus orbes impediunt. Et *5. ibid. 585.* Iade alios ineunt cursus, aliosque recursus Adversis spatiis, alternisque orbibus orbes Impediunt; *intrecciano volteggiando, o carracollando*. — **6)** Huc spectat illud *impedire impudicitia mulierem*, quod quidam leg. cum *Non. 4. 267.* apud *Plaut. supposit. Amph.* Quo tam vasto etc. *12.* quasi obstringere et involvere impudicitiae scelere. Sed rectius leg. alii *impetere*. — **7)** Latiore significatione ac universum

II. *Impedio* est retardare, obstare, impedimento esse; *impedire, ostare, sturbare, intrigare. Ovid. 13. Met. 490.* Sacraque Orestae gemitu questuque Dianae Impedit. Et *15. ibid. 745.* lacrimae vocem impediere loquentis. *Id. 1. Tusc. 3. 42.* Singultu medios impediente sonos. *Cic. 9. Fam. 19.* Me quotidie aliud ex alio impedit: sed si me expediero, etc. *Id. 7. ibid. 5.* Impedire aut tardare profectionem. *Ovid. 10. Met. 678.* Impedire cursum gravitate oneris. *Cic. Fat. 1.* Id casus quidam, ne facerem, impedivit. *Id. Senect. 17.* et *1. Fin. 10.* Nec aetas impedit, quominus agri colendi studia teneamus. *Id. 4. Att. 2. ad fin.* Ut nulla re impedirer, quin, si vellem, mihi esset integrum petere, etc. *Al. leg.* impedirer, quod ne, si vellem: *alii aliter*. *Id. Balb. 20.* Impediri a repub. bene gerenda. *Id. Mur. 19.* Nos, qui ab delectatione omni negotiis impedimur. *Sall. Iug. 32.* Eos potentia Scauri a vero bonoque impediebat. *Plin. 10. 83. 2.* Ab opere impedire aliquem. *Tacit. 1. Ann. 59.* Impedire aliquem fuga; *h. e.* a fuga. *Cic. 1. Fin. 1.* Impediri pudore. Et *18.* morbis. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 12.* religione. *Cic. 1. Offic. 9.* negligentia, pigritia, inertia, studiis, occupationibus. *Id. 2. Agr. 12.* Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. — Cum infinito. *Virg. 11. Aen. 20.* Ne qua mora ignaros, pubemque educere castris Impediat. *Ovid. 1. Pont. 1. 21.* nihil impedit ortos exsule Urbe frui. — Absolute. *Cic. 4. Acad. 7.* Omnia removentur, quae obstant et impediunt. *Id. 1. Offic. 1.* Utere tuo iudicio: nihil enim impedio. *Id. 1. Rep. 15.* Tum Laelius: non impedio, praesertim quoniam feriati sumus. Adde *Quintil. 10. 5. 28.* — **8)** Intransitivorum more

III. *Impedio*, eodem sensu, cum dativo. *Varr. 9. LL. 15.* In vestimentis, aedificiis, supellectili novitati non impedit vetus consuetudo.

Nota. Constructio verbi est cum accusativo rei vel personae et ablativo cum praepos. *a*, addito etiam aliquando altero ablativo instrumenti; rarius cum alio accusat. et praepos. *in:* item absolute, vel cum infinito, aut cum coniunctivo et particulis *quominus, quin, ne:* item intransitivorum more cum dativo.

IMPĔDĪTĔ et inpedite. Adverb. ab *impeditus;* cum impedimento. *Lucret. 1. 241.* res inter se nexas minus aut magis endopedite. *Endopedite* vel *indupedite*, *ἀρχαϊκῶς* pro *impedite*. Cf. INPEDIO §. c.

IMPĔDĪTĬO et inpeditio, ōnis, f. Verbale ab *impedio;* implicatio, impedimentum; *impedimento, imbarazzo. Vitruv. 1. 5.* Ut obviam venientes, alius alium sine impeditione praeterire possint. *Cic. 1. Divin. 51.* Viget enim animus in somniis, liberque sensibus ab omni impeditione curarum, etc. *Arnob. 2. p. 52.* Obstacula impeditionis opponere.

IMPĔDĪTO et inpedito, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *impedio* et eiusdem fere significationis. *Stat. 2. Theb. 590.* impeditant numero, seque ipsa vicissim Arma premunt.

IMPĔDĪTOR et inpeditor, ōris, m. Verbale ab *impedio;* qui impedit. *Augustin. 10. Civ. D. 10.* Plus utique valeret beneficus purgator animae, quam malevolus impeditor.

IMPĔDĪTUS et inpeditus (et Endopeditus, et Inque peditus. V. INPEDIO §. b. etc.) a, um. Particip. verbi *impedio*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Illinc comparat. *impeditior* §. 2. et *3.*, superlat. *impeditissimus* §. *3.* — Proprie est implicatus, irretitus, involutus; *impastoiato, allacciato, intricato. Phaedr. 1. 12. de cervo*, silva tum excepit ferum, in qua retentis impeditus cornibus, Lacerari coepit morsibus saevis canum. *Martial. 3. 58.* Aut impeditam cassibus refert damam. *Veget. 1. Veterin. 10.* Caput religabis ad pedes, sensimque iumentum impeditum compelles incedere. — **B)** Translate. *Ter. Andr. 3. 3. 11.* viden' me tuis consiliis Miserum impeditum esse? *Cic. Har. resp. 11.* Cum ille servorum multitudini senatum vinctum ipso consessu, et constrictum spectaculis, atque impeditum turba et angustiis tradidisset. *Id. Cael. 19.* Animus libidini deditus; amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam nonnumquam impeditus. *Id. Sext. 45.* Impeditus malis domesticis. *Id. 10. Fam. 23. a med.* maximis occupationibus. *Id. 5. Verr. 25. a med.* aetate et morbo. *Hirt. B. Alex. 14. extr.* Impeditiores ad receptum fore videbantur. — **3)** Latiore significatione

II. *Impeditus* de rebus, est involutus, retardatus; *imbarazzato, impedito. Tacit. 2. Hist. 25.* Vineae nexu traducum impeditae; *intralciate. Brut. ad Cic. 11. Fam. 5.* Locus impeditissimus ad iter faciendum. *Liv. 9. 2.* Saltus arctior et impeditior. *Hirt. 8. B. G. 18.* Silvae undique impeditissimae. *Caes. 3. B. C. 77.* Impeditissima ilinera. *Tacit. 4. Ann. 46.* Bellum impeditum, arduum, cruentum. *Quintil. 8. 6. circa med.* Longa et impedita oratio; *imbarazzata, imbrogliata:* cum multis appositis, seu epithetis abundat. *Liv. 57. 56.*

Digitized by Google

impedita disceptatio. *Id. 7. 21. a med.* Tarda nomina et impeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, aerarium dissolvit; *più difficili da riscuoterst. Gell. 4. 9.* Dies tristi omine infames et impediti, in quibus et res divinas facere, et rem quampiam novam exordiri temperandum est. *Cic. Pis. 1.* Impedita reipubl. tempora. *Id. Mil. 20.* Quid horum non impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes? h. e. plurimum impedimenti afferens. *Terentian. de Metr. 32.* Illis sonus obscurior impeditiorque.

IMPĔDO et Inpedo, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *pedo;* pedaminibus fulcio; *metter pali alle viti. Colum. 4. 16.* Vehementioribus statuminibus vineo statim impedanda est. *Onomast. Lat. Gr.* Impedo; ἐμπόδιω. Cf. IMPEDATIO.

IMPĔGĬ. V. IMPINGO.

IMPĔLĪMENTUM. V. IMPEDIMENTUM *init.*

IMPELLO et Inpello, ellis, ŭli, ulsum, ellĕre. Verbum transitiv. ab *in* et *pello*. V. PELLO. — **b**) *Impellior* pro *impelli* paragoge est. *Lucret. 6. 1058.* nequeunt impellier unquam. — **c**) *Impellerim* pro *impulerim* quidam leg. apud *Ter. Heaut. 1. 1. 115.*, alii tamen melius leg. *impulerim*. — **d**) Particip. *impellens* §. 1. et seqq., *impellendus* §. 9., *impulsus*, V. suo loco. — **e**) Derivata, *impulsatrix, impulsio, impulsivus, impulso, impulsor, impulstrix, impulsus, us*.

IMPELLO proprie est propello, urgeo, ante, vel in aliquam partem pello; *spingere. Cic. Cluent. 26.* Praecipitantem impellamus, et perditum prosternamus. *Vellei. 2. 70.* Cum mucronem gladii admovisset mamillae, impellens se in vulnus, uno ictu transfixus exspiravit. *Id. ibid.* Impulsis hostibus, castra capit; *fatti piegare. Horat. 4. Od. 12. 2.* Impellunt animae lintea Thraciae. *Virg. 4. Aen. 594.* date vela, impellite remos. *Id. 1. G. 254.* infidum remis impellere marmor. *Id. 5. Aen. 149.* Navem remis impellere. Et *1. ibid. 85.* cavum conversa cuspide montem Impulit in latus. *Ovid. 15. Met. 697.* Impulerat levis aura ratem. *Val. Flacc. 6. 6.* Impellere currum. *Cic. Rabir. perduell. 8.* quempiam in fugam. *Hirt. B. Afr. 16.* in periculum. — **2**) Translate est conjicere, inducere. *Cic. Pis. 1.* Hic in fraudem homines impulit. *Id. 1. ad Brut. 10.* Caesarem impulerunt in spem certissimam consulatus. *Suet. Ner. 35.* Ad spem imperii impellere. *Cic. Mil. 35.* Nisi eum Dii immortales in eam mentem impulissent, ut etc. *Id. 2. Orat. 39.* Si cognossemus, quae te causa in sermonem impulisset. — **3**) Specialim, attento orationis contextu, varias induit significationes pro varia sententiarum vi: hinc

II. *Impello* sumitur pro intro agere, inducere. *Plin. 18. 47. 2.* Mox sues impellere vestigiis semina deprimentes. — **4**) Pro expellere, *Id. 24. 118. 2.* Semen vehementius urinam impellit. — **5**) Pro commovere, *Virg. 4. G. 305.* zephyris primum impellentibus undas. *Petron. Satyr. 114.* Fluctus ventus impulerat. *Lucan. 3. 440.* Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex; h. e. sternitur; *si spinge a terra. Virg. 5. Aen. 5.* Utque aeres concussit equos, utque impulit arma. — **6**) Pro urgere, *Senec. Herc. Oet. 942.* Sisyphia cervix cesset, et nostros lapis impellat humeros. — **7**) Pro percellere, ferire, *Virg. 4. G. 549.* maternas impulit aures Luctus Arimaci. *Lucret. 1. 305.* impellere sensus, *Ovid. 5. Met. 21.* mugitibus impulit auras. *Claudian. 2. Rapt. Pros. init.* Impulit Ionios praemisso lumine fluctus Nondum pura dies. — **8**) Pro mittere, iaculari, *Ovid. 11. Met. 525.* curvavit cornu, nervoque sagittam Impulit. Et *12. ibid. 552.* inque meos ferrum flammamque penates impulit. — **9**) Latiore significatione, attento praesertim fine,

III. *Impello* est incitare, adducere, vi quadam urgere ad quippiam praestandum; *spingere, incitare, indurre, costringere. Cic. Flacc. 9.* Qui praesentem, nullo impellente, fallebant. *Iustin. 4. 5.* Impellente fato. *Cic. 1. Orat. 8.* Voluntates impellere, quo velit; unde autem velit, deducere. *Quintil. 7. 1. 10.* Initio movendus est iudex, et summo impellendus. *Cic. Brut. 5.* Impelli atque incendi ad aliquid faciendum. *Id. 1. Orat. 28.* Impellere et hortari ad aliquam artem. *Id. Flacc. 34.* ad iniuriam faciendam. *Nep. Datam. 5.* ad perniciem alicuius. *Cic. Rosc. Am. 14.* ad scelus. *Id. Suil. 13.* barbaros homines ad bellum. *Iustin. 13. 5.* et *28. 1.* in bellum. *Id. 1. 9.* in caedem. *Caes. 4. B. G. 16.* Germanos tam facile impelli, ut in Galliam venirent. *Cic. 1. Nat. D. 4.* Quae causa nos impulerit, ut haec tam sero litteris mandaremus. — Cum infinito. *Virg. 2. Aen. 520.* quae mens tam dira... Impulit his cingi telis? *Iustin. 5. 1.* Impellit Artaxersem, parricidium parricidio vindicare. *Tacit. 14. Ann. 60.* Quendam ex ministris Octaviae impulit, servilium ei amorem obiicere. *Stat. 10. Theb. 757.* impellunt credere Parcae. — Absolute. *Val. Flacc. 4. 486.* omnes Impulit, et durae commovit imagine poenae. — **10**) Item specialim pro labefactare, evertere, labare facere. *Plin. 35. 55. 2.* Immenso Achaicae victoriae momento ad impellendos mores: *a dar la spinta. Virg. 4. Aen. 22.* animumque labantem impulit. — **11**) Pro interpellare. *Horat. 1. Sat. 3. 64.* ut forte legentem, Aut tacitum impellat quovis sermone molestus. *Al. leg.* appellet: *alii* impediat.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et alio accusat. et praepos. *in* vel *ad*, addito aliquando etiam ablativo instrumenti: item adhibetur absolute vel cum infinito, aut cum coniunctivo et particula *ut*.

IMPENDĔO et Inpendeo, es, ēre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, ab *in* intentiva et *pendeo*. V. PENDEO. — **b**) In praeteritis non est, quod sciam, in usu. — **c**) Particip. *impendens* §. 1., *impensus*, V. suo loco §. 5. — **d**) Derivatum, *impensatio*. — **e**) Compositum, *superimpendens*.

IMPENDEO proprie est supra aliquid pendeo, immineo, insto; *pendere sopra, soprastare, esser imminente. Cic. 2. Nat. D. 39.* Impendentium montium altitudines. *Virg. 1. G. 365.* stellas, vento impendente, videbis Praecipites caelo labi. Et *4. ibid. 191.* Nec vero a stabulis, pluvia impendente, recedunt. *Plaut. fragm.* apud *Macrob. 2. Saturn. 14.* Nucem eius dixit impendere super tegulas. *Ulp. Dig. 43. 26. 1.* Arbor quae ex aedibus tuis in aedes illius impendet. *Cic. 5. Tusc. 21.* Gladium e lacunari, seta equina aptum, demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Et *4. ibid. 16.* Poenae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt. *Lucret. 3. 993.* Nec miser impendens magnum timet aëre saxum Tantalus. *Id. 6. 564.* Protractaeque trabes impendent, ire paratae. — **2**) Translate. *Cic. Mil. 28.* Quae vero aderant iam, et impendebant, quonam modo ea depellere potuissetis? *Id. 4. Fam. 14.* Ut ea, quae partim iam adsunt, partim impendent, moderate feramus. *Id. Dom. 10.* Impendebat fames, incendia, caedes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis. *Id. Rosc. Am. 11.* Licet undique omnes in me terrores, periculaque impendeant omnia. *Plaut. Epid. 1. 1. 77.* Tantae in te impendent ruinae. Et *1. 2. 32.* Nunc alia iam cura impendet pectori. *Cic. 4. Tusc. 16.* Omnibus semper aliquis talis terror impendet. *Id. 7. Verr. 60.* Parum ne multa mercatoribus sunt necessario pericula subeunda fortunae, nisi etiam hae formidines ab nostris magistratibus impendebunt? *Id. Prov. cons. 17. extr.* Tantum reipublicae sceleris impendere a consulibus, non suspicabar. — **3**) Transitivorum more,

II. *Impendeo* cum accusativo (qui tamen ab quibusdam explicatur ex praepositione, quae inest in ipso verbo) est dominor. *Lucret. 1. 327.* Nec mare quae impendent, vesco sale saxa pereas; *scogli che dominano il mare. Ter. Phorm. 1. 4. 2.* Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala. *Lucil.* apud *Fest.* in *Me p. 161. Müll.* ut quae res me impendet, egatur. *Fest.* tamen illud *me* pro *mihi* antique dictum putat.

IMPENDĬA et Inpendia, ae, f. Verbale ab *impendo*, idem quod impendium, impensa; *spesa*. *Inscr.* apud *Grut. 371. 8.* D. M. Flavii Eleuterii Secundiani Asius Soterichus de sua impendia. Et *1070. 6.* Herculi sanctissimo, voto suscepto, C. Herodes de sua impendia D. D. Eid. April. L. Antistio et Claudio Ner. Coss. *Haec vero pertinet ad an. LV. a Chr. n.* Adde *62. 8.*

IMPENDĬO. V. IMPENDIUM §. 4. et seq.

IMPENDĬŌSUS et Inpendiosus, a, um. Adiect. ab *impendium;* qui plus aequo impendit, et plus consumit, quam par est; *che fa molta spesa. Plaut. Bacch. 3. 2. 12.* Nimio praestat, impendiosum te, quam ingratum dicier.

IMPENDĬUM et Inpendium, ii, m. Verbale ab *impendo;* sumptus, impensa; *spesa, sborso. Cic. Quint. 5.* Qui quaestum sibi instituisset sine impendio, posteaquam nescio quid impendit, mediocri quaestu contentus esse non poterat. *Plin. 10. ep. 32.* Impendia maxima facere. *Quintil. 1. 10. 18.* Reposcere rationem impendiorum, quae in educationem contulerat. *Suet. Caes. 54.* Evidentissimis rapinis et onera bellorum civilium, et munerum sustinuit impendia. *Plin. 17. 35. 40.* Impendio fossarum munire vineam; *colla spesa di cavar fossi. Id. 18. 36. 2.* Nullo impendio constat. *Id. 16. 68. 1.* Nullius tutior est reditus, minorisve impendii. *Ulp. Dig. 9. 2. 7.* Impendia pro curatione oculi vitiati. *Paul. ibid. 38. 1. 20.* Unusquisque quod spopondit, suo impendio dare debet; *a sue spese. Plin. 18. 7. 5.* Messes colligere non expedit, si computetur impendium operae. — **2**) Item fenus, usura; h. e. pecunia, quae in fenore sorti accedit: quia impenditur ab eo, qui fenori accepit. *Varr. 5. LL. 36. sub fin.* Usura, quod in sortem accedebat, impendium appellatum. *Cic. 6. Att. 1.* Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scaevola, fenus et impendium recusare; *il capitale e gl' interessi.* — **3**) Translate. *Id. Brut. 4.* Solum ita diligenter colemus, ut impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris; *coi frutti. Stat. 5. Silv. 3. 87.* partaeque per omnes Divitiae populos, magnique impendia mundi; h. e. pecunia, vectigales, et tributa, quae impenduntur ab omnibus R. imperio subiectis. — **4**) Item quodvis damnum, iactura; *danno, perdita, scapito. Curt. 9. 4. a med.* Regi suo, parvo impendio, immortalitatem famae daturos. *Id. 3. 11. extr.* Triginta omnino ex peditibus desiderati sunt; tantulo impendio ingens victoria stetit. *Plin. 18. 3. 3.* Multatio non nisi ovium boumque impendio dicebatur. *Quintil. 6. 3. ante med.* Nimium risus pretium est, si probitatis impendio

Digitized by Google

constat. *Plin. 34. 25. 1.* Impendio miserorum experiri commentaria; *a danno, a rischio.* — **5)** Absolute

IMPENDIO est valde, impense, multo; *molto, assai:* ablativus casus adverbii more positus; quasi de re loquamur, quae impendio constet. Iungitur fere comparativis. *Ter. Eun. 3. 5. 39.* Impendio magis animus gaudebat mihi. *Plaut. Aul. prol. 18.* Ille vero minus minusque impendio curare. *Cic. 10. Att. 4. a med.* At ille impendio nunc magis odit senatum. *Gell. 18. 12.* Nonne hoc impendio venustius gratiusque est, quam si diceret, etc.? Et *19. 13.* Impendio probabilius. Et *11. 18.* Leges impendio acerbiores. — **5)** Extra comparationem cum verbis iungitur. *Apul. 2. Met.* Cum impendio excusarem, negavit veniam. Et *10. ibid.* Impendio suadere. Et *Apolog.* Impendio commoveri. Adde *Laevium* apud *Gell. 19. 7.*

Nota. *Impendium* et *iactura* differunt, quod omnis iactura impendium est, non contra. Nam potest esse impendium sine damno, et amissione, ut cum fiunt sumptus in res utiles, vel alieno periculo. *Liv. 21. 7. ad fin.* Rem difficillimam tractatu, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam iactura sustinuerunt. V. IACTURA §. 4.

IMPENDO et Inpendo, dis, di, sum, dĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *pendo*. V. PENDO. — **b)** *Impesa* pro *impensa* ab *impensus*, scribitur in *Inscr.* apud *Grut. 175. 1.* « Solaria de sua impesa fecerunt. » Adde *aliam* apud *Doni, cl. 17. n. 15. p. 454.* — **c)** Particip. *impendendus* §. 5., *impensus*, V. suo loco, *impensurus* §. 1. et 3. — **d)** Derivata, *impendia, impendiosus, impendium, impensa, impense, impensio, impenso, impensus, us.*

IMPENDO proprie est pecuniam in aliquam rem erogo; a *pendo*, quia olim ante cusos nummos aes pendere, non numerare mos fuit, ut in DEPENDO §. 2., et EXPENDO §. 4. dictum est; *spendere, sborsare. Cic. 6. Verr. 30.* Impendere pecuniam in eas res, quas etc. *Id. Quint. 3.* Postequam nescio quid impendit, et in commune contulit. *Id. 5. Verr. 98.* Certus sumptus impenditur. *Iuvenal. 12. 93.* Tres habet heredes: libet exspectare, quis aegram, Et claudentem oculos gallinam impendat amico Tam sterili. *Cic. 7. Verr. 19.* Ubi tandem istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum? — Cum praepos. *in* rarum est hoc sensu. *Ulp. Dig. 14. 1. 1. §. 9.* Quasi nummos in navem impensurus. *Paul. ibid. 24. 1. 31. extr.* In opsonio, aut in unguentis, aut cibariis familiae pecuniam impendere. *Plin. 10. ep. 46.* In aquaeductum Nicomedenses impenderunt H-S XXX. — **2)** Translate est insumere, ponere, conferre; *porre, impiegare, spendere. Cic. 7. Verr. 20.* Quid censetis in hoc foedere faciendo voluisse Mamertinos impendere laboris, operae, pecuniae, ne haec biremis adscriberetur? Et *6. Verr. 30.* Operam, curam in aliquid impendere. *Quintil. procem. l. 1.* studia eruditionis iuvenibus. *Tacit. 12. Ann. 65.* vitam usui alicuius. *Vellei. 2. 89.* Impensurus omne aevi sui spatium in id opus. *Suet. Aug. 98.* Caprearum secessui quatriduum impendit. *Quintil. 5. 6. a med.* Quamquam tota volumina in hanc disputationem impendisse multos, sciam. *Petron. Satyr. 1.* Haec vulnera pro libertate publica excepi: hunc oculum pro vobis impendi. *Val. Flacc. 4. 381.* impendere preces. *Ovid. 13. Met. 266.* At nihil impendit per tot Telamonius annos Sanguinis in socios. *Stat. 5. Silv. 1. 65.* vitamque impendere famae. *Varr. 9. LL. 15.* Nihil impendunt, ut requirant. *Virg. 3. G. 125.* instant sub tempus, et omnes impendunt curas denso distendere pingui, Quem legere ducem. *Stat. 7. Theb. 215.* Ast ego non proprio diros impendo dolori Oedipodionidas; *non sacrifico al mio dolore. Boëth. 2. Cons. Philos. 2.* Impendere lacrymas. — **3)** Speciatim passive

II. *Impendi* dicitur reus, qui morti iam destinatus, e medio tollitur. *Tertull. Apol. 44.* Illam iniuriam civitatis nullus expendit, cum tot iusti *(Christiani)* impendimur, cum tot innocentes erogamur. *Id. Spectac. 19.* Cum magis competat innocenti dolere, quod homo par eius tam nocens factus est, ut tam crudeliter impendatur. — **4)** Hinc *Manil. 4. 407.* Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso; *h. e.* consumendus est in auro et gemmis effodiendis, in praedis vel navi vel Marte quaerendis, ut scilicet Deus aureis ac gemmeis utensilibus, et opimis hostium spoliis honoretur.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei (rarius personae) et dativo rei vel personae, aut cum ablat. vel alio accusativo et praepos. *in*, rarius cum ablat. et praepos. *pro:* item aliquando cum infinito.

IMPĔNĔTRĀBĬLIS et Inpenetrabilis, le. Adiect. ab *in* et *penetrabilis;* qui penetrari non potest; *impenetrabile. Liv. 36. 25.* Silex saepe impenetrabilis ferro occurrebat. *Senec. 4. Quaest. nat. 2. ante med.* Crocodilis superior pars corporis dura et impenetrabilis est, etiam maiorum animalium dentibus. *Plin. 8. 34. 2.* Specus imbribus impenetrabiles. Et *ibid. 39. 1.* Tergus hippopotami ad scuta galeasque impenetrabile, praeterquam si humore madeat. — **2)** Translate. *Sil. 6. 413.* patet impenetrabilis ille Luctibus, et nunquam submissus colla dolori. Et *7. 361.* pacata fuissent Ni consulta viro, mensque impenetrabilis irae. *Tacit. 4. Ann. 12.* Pudicitia Agrippinae impenetrabilis; *inespugnabile. Senec. praef. 4. Quaest. nat.* Impenetrabilis blanditiis; *inflessibile.*

IMPĔNĔTRĀLĔ et Inpenetrale, is, n. Nomen ab *in* et *penetralis*, quod exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* Impenetrale, cuius ultimum penetrale intrare non licet.

IMPENNĀTUS et Inpennatus, a, um. Adiect. ab *in* et *penna;* qui est sine pennis. *Onomast. Lat. Gr.* Impennatus; ἄπτερος. — **2)** Alio sensu, V. in PENNATUS.

IMPENSĂ et Inpensa, ae, f. Verbale ab *impendo* (quod V. §. b, ubi *impesa* pro *impensa*); expensa, sumptus, pecunia in rem aliquam insumpta; *spesa, sborso. Varr. 1. RR. 2. ante med.* Impensam ac sumptum facere in culturam *(impensa* hic est materies, seu res, quae in colendo impenditur: *sumptus* pecunia. Hoc sensu alia mox afferemus). *Cic. 13. Att. 25. a med.* Quoniam impensam fecimus in macrocola. *Id. 5. Verr. 55.* Omnes illae columnae nullo impensa delectae. Et *5. ibid. 24.* Arationes magna impensa, magno instrumento tueri. *Nep. Phoc. 1. extr.* Nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam; *a mie spese.* Et *Suet. Tib. 7.* Dedit et ludos impensa matris ac victrici. *Plin. 36. 4. 28.* Impensa sua construere aliquid. *Ovid. 7. Heroid. 188.* Instruis impensa nostra sepulcra brevi. *Colum. 2. 2. ad fin.* Reformidans impensam, quae largior est in amplioribus iuvencis. *Id. 12. 37.* Maiorem impensam vitare. *Id. 3. 3. circa med.* Amplissimas impensas vineae poscunt. *Plin. 12. 32. 3.* Iade impensae publicae tolerantur. *Horat. 1. Ep. 19. 37.* Non ego ventosae venor suffragia plebis Impensis cenarum, et tritae munere vestis. *Liv. 35. 44.* Nec impensae, nec labori, nec periculo parsurum. *Hirt. B. Alex. 50.* Maximis impensis onerare provinciam. *Tacit. 4. Hist. 4.* Facere modum impensis publicis. — **2)** Translate. *Ovid. 8. Met. 63.* melius sine caede, moraque, Impensaque sui poterit superare cruoris; *senza costo del suo sangue. Virg. 11. Aen. 228.* Impensa operum. *Liv. 37. 35.* officiorum. — **3)** Speciatim

II. *Impensa* dicitur de iis rebus, quae impenduntur ad farcimen faciendum condiendumque; *ingredienti. Arnob. 7. p. 231.* Farta confectionis iure multiplici, atque impensarum varietate condita. *Apic. 8. 7.* Mittes impensam Tarentinam in vesicam bubulam. Et *ibid.* Teres piperis unciam, mel, vinum: haec impensa porcellum imples. — **4)** Similiter *impensa sacrificii* apud *Petron. Satyr. 137.* sunt res ad sacrificium necessariae. *Impensam* quoque *Frontin. Aquaed. 126.* vocat materiem reficiendis aquaeductibus aptam, terram, lapides, ligna, etc. *Pallad. 1. 15. impensam pumiceam*, et *1. 40. testaceam* appellat pumicem, aut testam tusam, et calce mixtam, vel aceratam, quae inducitur camerae e canna, vel bipedis factae, ut pervia non sit: quod hodieque in huiusmodi fornicibus fieri solet. Nostri structores appellant *grisolo.* — **5)** Denique *impensa*, olim, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 108. Müll.* dicta est stipes, seu aes sacrum, quod nondum erat pensum, sed tantum in cella Dei stipatum ac repositum. Verba *Festi* sunt: *impensam, stipem, aes sacrum, quod nondum erat pensum.* Alii cum *Müllero* primam distinctionis notam tollunt, leguntque *impensam stipem, aes sacrum*, etc. Quod sane rectius est: atque hac ratione *impensam* est adiectivum; *non pesata* vel *non misurata.* Cf. §. seq. — **6)** Item pro arca. *Inscr.* apud *Herzog, Gall. Narb. n. 18.* Sestertia XVI. millia nummum V. K. Maias primas die natali meo impensae vestrae inferam.

Nota. Discrimen inter *impensam* et *sumptum*, V. supra §. 1. *post init.*

IMPENSĀTĬO et Inpensatio, ōnis, f. Verbale ab *impendeo;* inclinatio, inordinatio. *Isid. 4. Orig. 7. 25.* Paralysis dicta a corporis impensatione, orta ex multa infrigidatione.

IMPENSĔ et Inpense. Adverb. ab *impensus*. — Comparat. *impensius* §. 1. et 2., superlat. *impensissime* §. 1. — Proprie est per multam impensam et sumptum, sumptuose; *con molta spesa. Pers. 6. 68.* nunc nunc impensius unge, Unge, puer, caules. *Suet. Domit. 20.* Bibliothecas incendio absumptas impensissime reparari curavit. — **2)** Translate est multa opera, studiose, cupide, valde, multum, vehementer. *Cic. 13. Fam. 64.* Nunc eo facio id impensius, quod eius causam Nero suscepit. *Liv. 40. 55. a med.* Milites in perniciosam, si quis impense retineret, seditionem exarsuri. *Id. 37. 56. sub fin.* Impensius gratias agere. *Suet. Claud. 11.* Impense petere; *istantemente. Virg. 12. Aen. 20.* tanto me impensius aequum est Consulere; *con più studio. Catull. 72. 5.* impensius uror. *Ter. Adelph. sub fin.* Quae vos propter adolescentiam Minus videtis, magis impense cupitis. *Id. Eun. 3. 1. 22.* Illi invidere misere: verum unus tamen Impense. *Gell. 9. 4.* Impensius laudare. Et *9.* Impense demirari. *Ovid. 7. Met. 344.* Impensius venerari numina. Et *7. ibid. 325.* tum vero impensius instant. *Plaut. Epid. 4. 1. 39.* Impense improbus. *Gell. 13. 10.* doctus.

IMPENSĪBĬLIS et Inpensibilis, le. Adiect. ab *in* et *pendo;* qui satis expendi non potest; *che non si può considerare. Gell. 14. 5.* Omniumque rerum fidem veritatemque, mistis confusisque signis veri atque falsi, ita impensibilem videri aiunt, ut quisquis homo est, etc. *Al.*

Digitized by Google

leg. incomprehensibilem: *alii aliter*. — Lectionem firmat *Onomast. Lat. Gr.* Impensibilis; ἀνεπίδρατος.

IMPENSĬO et Inpensio, onis, f. Verbale ab *impendo;* eadem ac impensa. *Pompei. Comment. art. Donat. p. 361.* Similiter *sumptus* si ab eo, quod est *sumor*, sumptus sit, participium est; si ab eo, quod est *sumptus*, huius *sumptus*, erit nomen quartae declinationis, quando impensionem significamus. *Gloss. Cyrill.* Δαπάνη; expensa, sumptus, impendium, impensio.

IMPENSO et Inpenso, as, āre. Verbum transitiv. specie intentiv. ab *impendo*, sed eiusdem fere significationis. Legitur in *Thes. novo Lat. inst.* apud *Mai, p. 291.* Impensare, consumere, abligurire.

IMPENSUS et Inpensus, a, um. Particip. verbi *impendo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Comparat. *impensior* §. 4. et seqq., superlat. *impensissimus* §. 4. — Proprie est insumptus; *speso, sborsato. Cic. 7. Verr. 19.* Ubi tandem istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum? — **B)** Translate. *Lucan. 3. 569.* Aetas impensa labori. *Grat. Cynog. 234.* Impensus labor. *Iustin. 16. 3. extr.* Bene aegrorum suorum populationem impensam existimantes, si, quos hostes habuerant, amicos reddidissent. *Senec. Troad. 298.* Quis iste mos est? quando in inferias homo est impensus homini? — **B)** *Impenso pretio emere*, aut *venire* apud *Cic. 14. Att. 13. Caes. 4. B. G. 2.* et *Liv. 2. 9.* est permagno; *a caro prezzo.* — Absolute. *Horat. 2. Sat. 5. 115.* Luscinias soliti impenso prandere coëmptas. — **4)** Hinc sumitur *impensus* pro magno, vehementi; *molto grande, intenso. Tacit. 1. Hist. 31.* et *Ovid. 2. Met. 405.* Arcadiae tamen est impensior illi Cura suae. *Suet. Tib. 13.* Impensissimae preces. *Gell. 20. 1. a med.* Impensius damnum. *Lucret. 5. 962.* impensa libido. *Gell. 9. 14.* Impensa opera conquirere veteres libros; *h. e.* magna diligentia. *Liv. 35. 44.* Impensa voluntas erga aliquem; *h. e.* magnum studium, favor, amor, propensa voluntas. *Val. Max. 4. 3. n. 1. extern.* Impensioribus verbis laudare. *Front. 2. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 4.* Divum Hadrianum avum tuum laudavi in senatu saepenumero studio impenso, et propenso quoque. — **5)** Animadversione dignum est illud *Lucret. 6. 489.* parvo tempore saepe Tam magnos montes tempestas, atque tenebrae Cooperiant maria ac terras, impensa, superne; *h. e.* soluta, profusa, effusa. *Sed rectius leg.* impensa superne, *ut illud* impensa *sit particip. verbi* impendeo. — **6)** Item illud *Plauti, Baech. 3. 2. 10.* Ingrato homine nihil impensius est; *h. e.* impendiosius, seu quod carius constet, quia beneficia in ingratum collata, impensae sunt et iacturae. *Alii aliter interpretantur.* — **7)** Et illud *Senec. Herc. Oet. 1590.* nulla dominetur aula, Qui putet solum decus esse regni, Semper impensum tenuisse ferrum; *h. e.* occupatum, evaginatum, nunquam otiosum, sicut pecunia otiosa non est, quae impenditur. — **8)** Denique *impensus* pro factus, impletus (unde *impensa*). *Plaut. Capt. 4. 2. 26.* Vae misero illi, cuius cibo iste factus est impensior. *Al. leg.* imperiosior. — **9)** *Impensa stipes* est stipata, et nondum pensa. V. IMPENSA §. 5.

IMPENSUS et Inpensus, us, m. Verbale ab *impendo*, idem quod impensa; *spesa*. In sexto casu sing. *Symmach. 1. ep. 5. (al. 11.)* Maiore impensu.

IMPĔRĂBĬLĬTER. V. IMPERIABILITER.

IMPĔRĂGRĀTUS et Inperagratus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *peragratus*, idem quod peragratus. *Gild. Exsid. Brit. 2. 2.* Ac si pulas amaena quaeque imperagrate putans, per extensos scelerum campos irrevocabili furore raptatus. Cf. IMPERGERE.

IMPĔRANS et Inperans, antis. Particip. ab *impero*, absolute adhibitum pro eo, qui imperat; *chi comanda. Aurel. Vict. Epit. 12. de Nerva.* Conditio imperantium. *Tac. 16. Ann. 28.* Imperantis lenitas. *Al. leg.* imperitantis. V. IMPERATOR §. 12. *Lactant. 1. 21.* Quod est super Hadriano imperante sublatum.

IMPĔRĀTĬO et Inperatio, ōnis, f. Verbale ab *impero;* imperium, iussio. *Boëth. 2. Arithm. 1. p. 1014.* Hoc autem trina rursus imperatione colligitur, eaque resolvendi ars.

IMPĔRĀTĪVĒ et Inperative. Adverb. ab *imperativus*, cum imperio, imperando. *Ulp. ICtus tit. 24. Regular.* Legatum est, quod legis modo; idest imperative, testamento relinquitur. Adde *Cassian. 21. Collat. 14.*

IMPĔRĀTĪVUS et Inperativus, a, um. Adiect. verbale ab *impero;* qui imperat; *imperativo. Salvian. 2. adv. Avar. 9.* Sacerdotibus Salvator ipse in evangelio non, ut ceteris, voluntarium, sed imperativum officium perfectionis indicit. — **B)** *Imperativae feriae* apud *Macrob. 1. Saturn. 16.*, quas praetores, aut consules pro arbitrio extra ordinem indicebant. — **C)** Imperativus modus in verbis, quo imperamus. *Charis., Diomed., Priscian.* etc.

IMPERATOR et Inperator, ōris, m. Verbale ab *impero*. — **b)** *Induperator* vel *endoperator* ἀρχαϊκῶς pro *imperator* Veteres usi sunt. *Lucret. 4. 964.* et *5. 1226.* Endoperatores pugnare ac bella inire. *Enn.* apud *Cic. 1. Divin. 48.* Omnis cura viris, uter esset endoperator. Adde apud *Gell. 18. 9.* Utroque autem loco alii leg. *induperator*, quod habetur etiam apud *Iuvenal. 4. 29.* V. INDU et ENDO et IMPERDIO §. c. et IMPERO §. b.

IMPERATOR proprie est is, cui commissa est belli administratio, ad quem rei militaris summa refertur, supremus belli dux: *capitan generale, imperatore. Varro, 5. LL. 16.* scripsit, imperatorem dictum esse ab imperio populi, non militum. *Cic. 1. Orat. 48.* Nam si forte quaereretur, quae esset ars imperatoris, constituendum putarem principio, quis esset imperator: qui cum esset constitutus administrator quidem belli gerendi, etc. — **B)** Generaliter imperator ponitur pro eo, qui imperat, quocumque id modo fiat. *Id. Dom. 55.* Ille, ille populus est dominus regum, victor atque imperator omnium gentium. *Sall. Cat. 6.* Immutato more annua imperia, binos imperatores sibi fecere; *h. e.* consules. — **B)** Translate. *Id. Iug. 1.* Dux et imperator vitae mortalium animus est. *Plin. 29. 5. 5. de Medici.* Ut quisque inter istos loquendo polleat, imperatorem illico vitae nostrae necisque fieri. — **4)** Specialim

I. *Imperator* veri nominis dicebatur, qui, stante Republica Romana, bellum aliquod cum militari imperio administrabat. *Hirt. B. Afr. 4.* Unus est Scipio imperator hoc tempore Populi Romani. *Cic. Manil. 2.* Unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti, detulerunt. — In Nummis vero apud *Eckhel, D. N. V. T. 1. p. 103.* C. Papius Mutilus, qui belli Samnitici dux fuit adversus Romanos, litteris Samniticis *embratur* dicitur. — De Imperatore contra praedones statuendo lex fuit Gabinia; V. GABINIA *lex* in ONOM. — **5)** Alia fuit *imperatoris* appellatio, et quidem honoris tantum causa, cum scilicet quis belli dux, aliquot hostium millibus in acie caesis, post victoriam, vel militum acclamatione in castris, vel senatus sententia in Urbe imperator vocabatur. *Liv. 27. 19. de Scipione Afric. seniore.* Sibi maximum nomen imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellassent; regium nomen alibi magnum, Romae intolerabile esse. *Plin. Paneg. 12. de Traiano.* Vident enim R. ducem, unum ex illis veteribus et priscis, quibus imperatorium nomen addebant contecti caedibus campi, et infecta victoriis maria. *Cic. 14. Phil. 4.* Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non imperator appellaretur aut minimis rebus gestis, aut plerumque nullis? Et *mox 5.* At si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidisset, non eum hac consuetudine, quae increbruit, imperatorem appellaret senatus? — **6)** *Appian. B. Civ. l. 2. c. 44.* narrat, id antiquitus factitatum ob magnas res bello gestas, at sua quidem aetate; *h. e.* Hadriani Aug. aevo, nemini privato duci hunc honorem habitum fuisse, nisi caesis hostium decem millibus. *Diodor.* tamen *Sic. l. 36. eclog. 3.* sex tantum hostium millibus caesis idem fieri consuevisse, ait. Progresso vero temporis adeo evilescere coepit is honor, ut, teste *Caes. 2. B. C. 25.* et *26.*, C. Curio in bello civili Africano imperator salutatus fuerit caesis tantummodo centum et viginti hostibus. Quin idem *Caes. 3. ibid. 31.* refert, Caecilium Metellum Scipionem, Pompeianarum partium ducem, detrimentis quibusdam circa montem Amanum in Cilicia acceptis, sese imperatorem appellasse. Et *Dio, l. 37. c. 40.* scribit, C. Antonium, Catilina victo occisoque, imperatorem esse dictum, quamquam caesorum numerus minor esset constituto. V. et loca cit. *Cic.* in §. 5. — Praeterea olim non nisi semel bello quo imperator quispiam appellari potuit. Quare praeter Veterum consuetudinem fuit, ut Claudius Aug. uno bello aliquoties imperator diceretur. V. *Dion. l. 60. c. 21.* — **7)** At ex quo Augustus rerum omnium imperio potitus fuit, paucis tantum, iisque illustribus viris, ex victoria imperatoris titulus decretus est. Omnium vero postremum eo honore cumulatum fuisse a Tiberio Aug. ex victo Tacfarinate Iunium Blaesum, narrat *Tacit. 3. Ann. 74.*; ideoque fides abroganda est *Appiano*, qui loc. cit. in §. 6. id moris adhuc obtinuisse Hadriano Aug. imperante, perperam affirmat, ut ex historicorum, veterumque monumentorum auctoritate probat *Eckhel, D. N. V. T. 8. p. 585.* — **8)** Postquam vero Resp. Romana in monarchiam versa est, tertia successit huius nominis appellatio; institutum enim est, ut perpetuum imperatoris nomen summo principi Romani imperii assignaretur. Id a C. Iulio Caesare originem traxit, quem *Suet. Caes. 76.* tradit, praenomen id perpetuum a senatu accepisse. V. et *Dion. l. 43. c. 44.* In quo immutata fuit Veterum consuetudo. Nam cum apud Veteres imperatoris nomen ceteris postponeretur, ut *M. Tullius Cicero Imperator*, Caesar id tanquam praenomen usurpabat, hoc pacto, *Imperator C. Iulius Caesar.* — **D)** A Iulio autem Caesare haec imperatoris appellatio ad successores derivata est. Nec tamen omnino sub Caesaribus sublata fuit vetus consuetudo, de qua egimus in §. 5. et 6. Quippe sub his quoque, qui res praeclare gessissent, imperatores salutabantur. V. §. 7. — Caesares deinceps ex victoriarum numero, quas ipsi suo ductu, vel per legatos suis auspiciis retulissent, eius appellationis numerum augere soliti fuerunt, ut constat ex marmoribus et Nummis, in quibus Augusti IMP. ITERVM, III., IV., V. et sic deinceps nuncupantur, ut in *Inscr.* apud *Grut. 226. 7.* Imp. Caesari Divi f. Augusto Pont. Max. Imp. XIIII. etc. — **10)** De formula tamen Graeca *δὶς αὐτοκράτωρ*; h. e. *bis imperator*,

Digitized by Google

in Numis et Inscriptionibus obvia, V. in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1866. p. 72.* — **11)** *Imperator destinatus*, titulus fuit, quo imperii haeres appellatus est omnium primus Caracalla, ut ex *Inscr.* apud *Grut. 300. 1.* arguit *Borghesi, Oeuvr. T. 5. p. 430.* et *seqq.* — **12)** Improprie

III. *Imperator* etiam dictus est, qui victor in ludo latrunculorum fuisset. *Vopisc. Procul. 13.* Cum in quodam convivio ad latrunculos luderetur, atque ipse decies imperator exisset, quidam non ignobilis scurra *Ave*, inquit, *Auguste;* allataque lana purpurea, humeris eius ingessit, eumque adoravit. V. CALCULUS §. 5. — **13)** *Imperatores* et *imperantes* vocabant Medici aegrotos suos, a quibus pecunia conducebantur, ut quandocumque opus foret, praesto essent. Aliquot in hanc rem exempla congerit *Pareus* in *Lex. Crit.* ex *Pandect.* et *Senec.*, quae tamen non usque adeo certa sunt, ut eodem modo ab Interpretibus et legantur, et explicentur. V. IMPERIUM. §. 2. — **14)** Item *imperator* de apibus usurpavit *Plin. 11. 12. 7.* Regias imperatoribus futuris in ima parte alvei exstruunt. — **15)** De imperatore pro summo sacerdote in *Gloss. Lat. p. 166. n. 54.*, V. *Hildebr.* ad *h. l.*

IMPĔRĀTŌRĬĒ et Inperatorie. Adverb. ab *imperatorius;* ut imperatorem decet. *Trebell. Claud. 6.* Dum se ad id bellum imperatorie instruit.

IMPĔRĀTŌRĬUS et Inperatorius, a, um. Adiect. ab *imperator;* ad imperatorem pertinens; *imperiale, imperatorio. Cic. 2. Verr. 21.* Quae signa atque ornamenta ex urbe hostium virtute capta, belli lege atque imperatorio iure, sustulit. *Id. 4. Acad. 1.* Imperatoria laus. *Vellei. 2. 125.* appellatio. *Caes. 3. B. C. 51.* Imperatorias partes sibi sumere. *Nep. Iphicr. 3.* Fuit et animo magno et corpore, imperatoriaque forma. *Cic. 3. Orat. 5.* Imperatoriae manubiae. *Plin. 19. 3. 1.* Imperatoria navi; *la capitana. Suet. Domit. 10.* Imperatoria genesis; *h. e.* quae imperatorium fastigium pollicetur. *Spartian. Hadrian. 14.* Imperatoria insignia. — *Vulg. Interpr. Dan. 6. 7.* Decretum imperatorium.

IMPĔRĀTRIX et Inperatrix, īcis, f. Verbale ab *impero;* quae imperat; *imperatrice. Cic. Coel. 28. de Clodia.* Deinde fortes viros ab imperatrice in insidiis, atque in praesidio baluearum locatos. — **2)** Adiectivorum more. *Plin. 26. 8. 2.* Imperatrix Italia.

IMPĔRĀTUS et Inperatus, a, um. Particip. verbi *impero*, adiectivorum more etiam adhibitum; iussus, praeceptus; *comandato, imposto. Liv. 40. 34.* Nulla unquam arma, nisi imperata a popolo R. sumere *Cic. Pis. 37.* Mitto rationem exacti imperatique frumenti. *Caes. 3. B. C. 32.* Acerbissime imperatae pecuniae tota provincia exigebantur. — **2)** Absolute, substantivorum more,

IMPERATUM, i, n. Quod iussum est. *Caes. 6. B. G. 2.* Senones ad imperatum non venire; *h. e.* ad constitutam diem, ut imperatum fuerat. Et *5. ibid. 36.* Iussus arma abiicere, imperatum facit; *eseguisce il comando.*

IMPĔRĀTUS et Inperatus, us, m. Verbale ab *impero*, idem quod imperatum, imperium. *Inscr.* apud *Fea, Viagg. ad Ostia, p. 13.* Thiasus Acilii Glabrionis *(servus)* imperatu aram fecit dominae. Hic *Acilius Glabrio* videtur esse, qui consul fuit cum Traiano Aug. an. XCI. a Chr. n. *Ammian. 31. 7.* Imperatu Gratiani.

IMPERCEPTUS et Inperceptus, a, um. Adiect. ab *in* et *perceptus.* — Comparat. *imperceptior*, infra. — Est non perceptus; *non capito o inteso. Ovid. 9. Met. 710.* Impercepta pia mendacia fraude latebant. *Gell. 11. 1. a med.* Minora maioribus imperceptiora sunt.

IMPERCĬTUS. V. IMPERDITUS.

IMPERCO et Imparco, vel Inperco et Inparco, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *parco;* idem quod parco. *Plaut. Amph. 1. 3. 2.* Imperce, quaeso: menses iam tibi esse actos vides; *abbiti riguardo.* Et *Cass. 4. 4. 11.* Amabo, integrae atque imperitae huic imperce. *Est qui leg.* imparce.

IMPERCUSSUS et Inpercussus, a, um. Adiect. ab *in* et *percussus;* non percussus. *Ovid. 3. Amor. 1. 32.* Atque impercussos nocte movere pedes; *h. e.* non offendentes, ac strepitum non cientes.

IMPERDĬTUS et Inperditus, a, um. Adiect. ab *in* et *perditus;* non perditus; non *mandato a male. Virg. 10. Aen. 450.* Et vos, o Grails imperdita corpora, Teucri; *h. e.* quos Graii non occiderunt. *Sil. 9. 161.* ego Sidonius imperditus. *Alii leg.* impercitus. *Stat. 5. Theb. 84.* imperdita Tydeo pectora.

IMPEREGRE et Inperegre. Adverb. ab *in* intentiva et *peregre*, idem ac peregre. *Inscr. Lugdun.* ed. *Boissieu, p. 322.* apud *Quicherat, Add. Lex. Lat. p. 128.* Dum ego inperegre eram.

IMPERFECTĒ et Inperfecte. Adverb. ab *imperfectus;* non perfecte; *imperfettamente. Gell. 2. 8.* Imperfecte atque praeposteree syllogismo uti.

IMPERFECTĬO et Inperfectio, ōnis, f. Abstractum ab *imperfectus;* defectus; *imperfezione. Augustin. 1. de Genesi ad litt. 4.* Formam Verbi semper Patri cohaerentis non imitatur imperfectio.

IMPERFECTUS et Inperfectus, a, um. Adiect. ab *in* et *perfectus.* — Comparat. *imperfectior* §. *1.* — Proprie est nondum absolutus, non perfectus; *imperfetto. Virg. 8. Aen. 438.* Pars imperfecta manebat. *Gell. 1. 7.* Insuavius hoc, imperfectiusque est. *Quintil. 11. 3. a med.* Obambulare sermone imperfecto. *Plin. 25. 24. 3.* et *Stat. 10. Theb. 754.* imperfecta loqui. *Id. 11. ibid. 582.* Imperfecta mors; *h. e.* caecitas. *Iuvenal. 3. 232.* Plurimus hic aeger moritur vigilando: sed illum Languorem peperit cibus imperfectus et haerens Ardenti stomacho; *mal digerito. Lucret. 5. 971.* Vita imperfecta. *Cass. 6. B. G. 35.* Pons imperfectus. *Suet. Caes. 26.* Imperfecto adhuc bello. *Id. Gramm. 12.* Imperfectum librum retinuerat. Adde *Quintil. 5. 1. 7.* et *4. 2. 5.* — **2)** Absolute. *Vulg. Interpr. Ps. 138. 16.* Imperfectum meum viderunt oculi tui; *h. e.* me nondum in utero matris perfectum. Cf. *Hilar. Tract.* in *Ps. 138. n. 32.* et *seqq.* et V. *Interpr.* ad *h. l.* — **3)** Transfertur ad animum. *Senec. Tranquill. 11.* Ad imperfectos et mediocres et male sanos hic meus sermo pertinet, non ad sapientem. *Est qui leg.* imperitos. — **4)** Speciatim apud Grammaticos *tempus imperfectum* et absolute, substantivorum more, *Imperfectum, i*, n., plenius vero *tempus praeteritum imperfectum*, dicitur in verbis species quaedam temporis praeteriti, quae actionem inchoatam quidem significat, sed nondum perfectam. *Charis. 2. p. 142. Putsch.* Praeteriti differentiae sunt quatuor, inchoativae sive imperfectae, ut *legebam. Id. ibid. p. 144.* Verbum finitivum . . . praeteriti imperfecti. *Diomed. 1. p. 325.* Praeteritum perfectum dividuum est, ex eo enim scioditur praeteritum imperfectum, item praeteritum plusquam perfectum. *Incert. Auct. Art. Grammat. p. 120. Endl.* In passivis *(species praeteriti temporis sunt)* quinque, imperfecti, *faciebar;* perfecti, *factus sum*, etc. *Priscian. 8. p. 813. Putsch.* Stoici iure hoc tempus *praesens imperfectum* vocabant, etc. Adde *Macrob. de Differ. verb. p. 654., 668.* etc. — **5)** *Imperfectus numerus* dicitur ille, in cuius partibus minus quam in ipso est. *Capell. 7. p. 164.*

IMPERFOSSUS et Inperfossus, a, um. Adiect. ab *in* et *perfossus;* non perfossus. *Ovid. 12. Met. 486.* manet imperfossus ab omni Inque cruentatus Caeneus Elateius ictu.

IMPERFUNDĬES et Inperfundies, ēi, f. Verbale ab *in* et *perfundo;* illuvies, squalor. *Lucil.* apud *Non. 2. 457.* Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie, imperfundie, incuria. *Al. leg.* improfundie, *minus recte.*

IMPĔRĬĀBĬLĬTER et Inperiabiliter. Adverb. ab *impero;* imperiose et duro. *Cato* apud *Charis. 2. p. 151. Putsch., ubi alii leg.* imperabiliter.

IMPĔRĬĀLIS et Inperialis, le. Adiect. ab *imperium;* ad imperium et imperatorem pertinens. *Aurel. Vict. Epit. 2. de Tiberio.* Imperialis molestiae magnitudinem declinare. *Ulp. Dig. 47. 12. a med.* Imperialia statuta. *Capitolin. M. Aurel. 17.* Imperialia ornamenta. *Id. Pertin. 13.* Imperium et omnia imperialia sic horruit, ut etc. *Ammian. 31. 16.* Imperiale culmen. Adde *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 40.*

IMPĔRĬĀLĬTER et Inperialiter. Adverb. ab *imperialis;* pro imperii, seu imperatoris munere. *Imp. Iustinian. Cod. 6. 51. 1. sub fin.* Nostrum esse proprium subiectorum commodum, imperialiter existimantes.

IMPĔRĬŌSĒ et Inperiose. Adverb. ab *imperiosus.* — Comparat. *imperiosius*, infra. — Est severe, imperiosi domini more, cum ostentatione imperii; *imperiosamente, severamente. Varr.* apud *Non. 4. 138. de Tullo Hostilio.* Sufetium interemit paene imperiosius, quam humanius. *Gell. 2. 29.* Non severe, non imperiose praecipit.

IMPĔRĬŌSUS et Inperiosus, a, um. Adiect. verbale ab *impero.* — **b)** In marmore *Capitol.* apud *Grut. 291.* et *297. col. 1. Imperiossus* scriptum est; sic *Verrucossus sad. pag. col. 2.* Quae tamen sunt cognomina in gente *Manlia* et *Fabia*, de quibus v. in ONOM. — **c)** Comparat. *imperiosior* §. *1.* et *2.*, superlat. *imperiosissimus* §. *1.* et *2.*

IMPERIOSUS proprie est imperandi peritus, aut potens, late imperans; *chi sa o può comandare, potente. Cic. Orat. 54.* Cognoscat rerum gestarum, et memoriae veteris ordinem: maxime scilicet nostrae civitatis, sed et imperiosiorum populorum et regum illustrium. *Id. 1. Rep.* (edente *A. Mai*) *2.* Urbes magnas et imperiosas, ut appellat Ennius, viculis et castellis praeferendas puto. *Quintil. 1. 1. 8.* Imperiosi paedagogi. *Augustin. 13. Civ. D. 19.* Virgilius imperiosissimam civitatem domum appellat Assaraci. *Liv. 7. 40.* Eodem tenore duo insequentes consulatus gessi: eodem haec imperiosa dictatura geretur. *Ovid. 3. Trist. 6. 32.* Virga imperiosa; *h. e.* fasces magistratuum. *Claudian. Fescenn. 2.* Parthis sagittas tendere certior, Eques Golonis imperiosior. *Horat. 2. Sat. 7. 83.* Quisnam igitur liber? sapiens, sibi qui imperiosus; *h. e.* qui sibi imperare novit. *Plin. 34. 19. 15.* Non quivit temperare sibi in eo, quamquam imperiosus sui inter initia principatus. *Id. 30. 1. 1.* Imperiosissimae humanae mentis artes; *h. e.* religio, astrologia, medicina, quae in homines magnum exercent imperium. *Quintil. 6. 3. 8.* Risus habet vim nescio an imperiosissimam, et cui repugnari minime potest. *Front. ad Ver. Imp. 1. ante med.* (edente iterum *A. Mai*) *p. 177.* An-

Digitized by Google

tenius erat cum imperio obsequens, tu autem, Luci, cum obsequio eras prae amore imperiosus. — 2) Item qui imperio nimis utitur, qui impotenter, dure, severe imperat, superbus, arrogans; *imperioso, superbo, severo*. *Cic. Parad. 5. 3.* Cupiditas honoris quam dura est domina, quam imperiosa, quam vehemens! *Id. 5. Fin. 32.* Nimis imperiosi philosophi est vetare meminisse. *Liv. 9. 34. a med.* Familia imperiosissima et superbissima. *Senec. 3. Benef. 28. sub fin.* Imperiosas atque impotens. *Id. praef. 4. Quaest. nat.* Imperiosi nobis ipsis et molesti sumus. *Plin. 29. 8. 7.* Imperiosa inedia. *Horat. 1. Od. 14. 3.* imperiosius aequor; h. e. violentius. — 3) *Imperioso* cognomen fuit Manlio Torquato dictatori tum ob acerbitatem in delectu habendo, tum ob saevitiam, qua filium T. Manlium ab Urbe rus relegaverat, quod infacundior esset, et lingua impromptus. Ita *Liv. 7. 3.* et *4.* et *Senec. 3. Benef. 37.* — Sed et ipse Titus filius, qui consul filium suum T. Manlium, quod extra ordinem, contra edictum pugnasset, securi percussit, idem cognomen habuit, ut est apud *Cic. 2. Fin. 19., Plin. 22. 5. 4.* et *Liv. 4. 29.* — Hinc *Manliana imperia* proverbio dicta de tristibus, severis, ac saevis. *Liv. ibid.* et *8. 7. extr.* Cf. T. MANLIUS TORQUATUS in ONOM.

IMPĔRĪTĂBUNDUS et Inperitabundus, a, um. Adiect. verbale ab *imperito;* qui imperitat. Legitur in *Onomast. Lat. Gr.* Imperitabundus; ἀρχικός.

IMPĔRĪTĒ et Inperite. Adverb. ab *imperitus*. — Comparat. *imperitius*, et superlat. *imperitissime*, infra. — Est sine peritia, indocte; *ignorantemente, imperitamente*. *Cic. Brut. 47.* Dicebat Scipio non imperite. *Id. 2. Phil. 32.* Imperite factum. *Id. Balb. 8.* Quid potuit dici imperitius? *Id. ibid. 11.* Illud est imperitissime dictum. *Plin. 55. 36. 23.* Imperite disserere.

IMPĔRĪTĬĂ et Inperitia, ae, f. Abstractum ab *imperitus;* inscitia; *imperizia, ignoranza*. *Sall. Iug. 38.* At Iugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdolus eius augere amentiam. *Tacit. 15. Ann. 42.* Studiis inertibus et iuvenum imperitiae suetus. Et *56.* Pugnam imperitia poscere. *Plin. 17. 2. 10.* Contra Circium serere, imperitia existimatur. *Gell. praef. circa med.* Homines a turpi agrestique rerum atque verborum imperitia vindicare. Et in *lemmate c. 17. l. 7. dusd. Gell.* Grammaticus insolentiarum et imperitiarum plenus. Adde *Sall. Iug. 85.* et *99.*

IMPĔRĪTO et Inperito, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, specie frequentativ., ab *impero*. — Particip. *imperitans*, §. *1.* — Proprie est idem fere ac impero; *esercitare il comando, comandare*. *Horat. 1. Sat. 6. 4.* Olim qui magnis legionibus imperitarint. *Id. 1. Od. 15. 23.* sive opus est imperitare equis, Non auriga piger. *Liv. 1. 2.* Caere, opulento tum oppido, imperitans. — Absolute. *Tacit. 4. Hist. 61.* Veleda, virgo natione Bructerae, late imperitabat. — Impersonaliter. *Liv. 21. 1.* Quod superbe avareque crederent imperitatum victis esse. *Tacit. 4. Ann. 4. fin.* Quod mihi quoque exsequendum reor, quanto sit angustius imperitatum. — 2) De animalibus. *Plin. 10. 24. 1.* Galli gallinacei imperitant suo generi, et regnum, in quacumque sunt domo, exercent. Sic *Virg. 12. Aen. 718.* mussantque iuvencae, Quis nemori imperitet, quem tota armenta sequantur. — 3) Translate. *Plin. Paneg. 82.* Si his validior toto corpore animus imperitet. — 4) Transitivorum more,

II. *Imperito* cum accusativo. *Plaut. Capt. 2. 1. 47.* Quod antehac pro iure imperitabam meo, nunc te oro per precem. *Horat. 2. Sat. 3. 189.* Aequam rem imperito.

IMPĔRĪTUS et Inperitus, a, um. Adiect. ab *in* et *peritus*. — Comparat. *imperitior* et superlat. *imperitissimus*, §. *1.* — Est non peritus, ignarus, inscitus; *imperito, ignorante*. *Cic. Flacc. 7.* Imperiti hominum, rerum omnium rudes ignarique. *Caes. 4. B. G. 22.* Homines barbari et nostrae consuetudinis imperiti. Et *1. ibid. 44.* Non se tam barbarum, neque tam imperitum esse rerum, ut non sciret, etc. *Nep. Epamin. 7.* Dux imperitus belli. *Cic. 3. Orat. 44.* Imperitus dicendi ignarusque. *Id. Balb. 20.* Imperitus foederis, rudis exemplorum, ignarus belli. *Suet. Aug. 89.* Poëmatum quoque non imperitus, delectabatur etiam comoedia veteri. *Cic. Partit. 26.* Apud indoctos imperitosque dicere. *Plin. 29. 8. 2.* Imperiti expertesque linguae. *Quintil. 12. 3. 5.* In testationibus faciendis imperitum esse. *Vitruv. 1. 1. a med.* Nec in ceteris doctrinis singulariter excellens, sed in his non imperitus. *Ter. Adelph. 1. 2. 18.* Homine imperito nunquam quidquam iniustius: Qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat. *Sall. Iug. 33.* Uti prudentes cum imperitis manus conserrent. *Cic. Rosc. Com. 7.* Probus improbum, periurum castus, callidum imperitus fraudasse dicitur. *Id. Rosc. Am. 46.* Ne quis imperitior existimet, me causam nobilitatis voluisse laedere. *Id. Amic. 25.* Concio, quae ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet, quid etc. Adde *5. Rep. 3.* et *Quintil. 1. 10. 19.* — 3) Translate de rebus. *Plaut. Trin. 3. 2. 39.* Imperitum ingenium. *Quintil. 9. 4. post med.* Poëma imperito quodam initio fusum. *Eugypp. Thesaur. 35.* Infirmitas imperita; h. e. ignara.

IMPĔRĬUM et Inperium, ii, n. Verbale ab *impero*, quod proprie ac universim est iussum, praeceptum, auctoritas, quam habent dominus in servos, pater in filios, maritus in uxorem, et huiusmodi; *comandamento, comando, precetto, autorità*. *Cic. Cascin. 18.* Denique imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. *Ter. Adelph. 2. 1. 2.* Imperium alicuius revereri. *Id. Heaut. 4. 1. 22.* exsequi. *Liv. 25. 9.* accipere. *Plaut. Amph. 2. 1. 75.* somniculose persequi. *Id. Asin. 2. 4. 10.* contemnere. *Id. Aul. 4. 1. 13.* herile ediscere. *Id. Trin. 2. 2. 19.* capessere. *Id. Cas. 2. 6. 57.* exhibere; h. e. exercere. Et eodem sensu *Id. Bacch. 5. 5. 44.* inhibere. *Ter. Eun. 3. 1. 25.* habere in aliquem. *Plaut. Men. 5. 7. 1.* curae habere. *Id. Pseud. 4. 7. 1.* nihili facere. *Id. Pers. 5. 1. 13.* Meum imperium in te, non in me tibi est. *Id. Men. 5. 7. 44.* Iubeo hercle, si quid imperii est in te mihi. *Id. Bacch. 5. 5. 58.* Obsequentem et obedientem esse imperiis patris. *Id. Trin. 2. 2. 21.* Tuis servivi imperiis et praeceptis, pater. *Id. Asin. 1. 2. 21.* Imperio parere. *Id. Capt. 2. 2. 36.* obsequi. *Ter. Heaut. 2. 2. 4.* Esse sub imperio matris; *sott'obedienza*. Et *Phorm. 1. 4. 18. Ant.* sta illico. *Ge.* hem: Satis pro imperio, quisquis es; h. e. satis imperiose. *Cic. Senect. 11.* Appius et senex et caecus tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos. — *Plin. 8. 1. 1.* Elephanti inest imperiorum obedientia. — 2) Etiam Medicorum praescripta *imperia* vocantur; *ordini*. *Plin. Paneg. 22.* Aegri quoque, neglecto medentium imperio, ad conspectum tui prorepere. V. IMPERO §. 12. — 3) Translate. *Cic. Senect. 15.* Agricolae habent rationem cum terra, quae nunquam recusat imperium. V. IMPERO §. 10. — 4) Speciatim

II. *Imperium* saepe dicitur de publica potestate, et auctoritate, et administratione magistratuum civilium, et praecipue militarium; *comando, governo*. *Cic. Pis. 16.* Ex Macedonia aliquot praetorio imperio, consulari quidem nemo rediit, qui non triumpharit. *Id. 1. Offic. 20.* Nec vero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. *Id. 3. Fam. 7. a med.* Ita cepi et gessi maxima imperia, ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendam putarem. Et *1. ibid. 1.* Tres legatos decernit ex iis, qui cum imperio sunt. *Festus* in *Cum* apud *Paul. Diac. p. 50. Müll.* Cum imperio esse dicebatur apud Antiquos, cui nominatim a populo dabatur imperium (De militari imperio loquitur). V. POTESTAS. *Cic. 2. Fin. 20. extr.* App. Claudius, qui tum erat summo in imperio; h. e. in decemviratu. *Al. leg.* summo imperio. *Id. Har. resp. 17.* Sacrificium, quod fit in ea domo, quae est in imperio; h. e. in domo pontificis maximi, vel consulis, vel praetoris. *Plaut. Amph. 1. 1. 41.* Ut gesserit rempubl. ductu, imperio, auspicio. *Nep. Datam. 8.* Pari cum atque illos imperio esse iussit. *Id. ibid.* Summam imperii tradere alicui; *generale comando*. Et *Agesil. 2.* Summum imperium inter praefectos habere. *Cic. 11. Phil. 10.* Privato viro imperium extra ordinem dare. *Caes. 1. B. G. 3.* Obtinere imperium suae civitatis. Et 2. Totius Galliae imperio potiri. *Vellei. 2. 125.* Imperio obtinere provinciam; *governare*. *Caes. 3. B. G. 32.* Populi R. imperia perferre. Et 2. *ibid. 22.* Neque ab uno omnia imperia administrari poterant. *Iustin. 3. 2.* Populum in obsequia principum, principes ad iustitiam imperiorum formavit. *Cic. Font. 1.* Galli sub populi R. imperium ditionemque ceciderunt. — 5) *Lex de Imperio* fuit *Curiata*, quam V. in ONOM. — *Imperia Manliana*. V. IMPERIOSUS §. 3. *fin.* — 6) Deinde post tempora Augustea eo sensu, quo dictum est in IMPERATOR §. 8. *Suet. Tib. 24.* Tandem quasi coactus recepit imperium, nec tamen aliter quam ut depositurum se quandoque spem faceret. Adde *ibid. 53.* etc. — 7) Translate de onere sive aliqua praestatione; *imposta*. *Cic. 5. Verr. 50.* Non illi decumarum imperia, non bonorum direptiones conquerebantur. — 8) Deinde, sensu concreto,

III. *Imperium* sumitur per synecdochen pro eo, qui imperat sive magistratu quocumque, ut *servitia* pro *servis*. *Cic. 3. Leg. 3. a med.* Imperia, potestates, legationes, cum senatus creverit, urbe exeunto. *Val. Max. 1. 1. n. 9.* Quapropter non dubitaverunt sacris imperia serviro. *Caes. 1. B. C. 31.* Nacti vacuas ab imperiis Sardiniam et Siciliam. *Id. 3. ibid. 32.* Erat plena lictorum et imperiorum provincia, differta praefectis atque exactoribus. — 9) Item pro imperatore, quo sensu occurrere notavimus post tempora Augustea. *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1857. p. 57.* Anicio Achilio *(sic)* Praefecto Urbi utriusque inperii *(sic)* iudicii *(lege* indiclis) sublimitato; h. e. utriusque imperatoris auctoritate evecto. — 10) Item pro dominio, ditione, republica, regno; *impero, stato*. *Virg. 1. Aen. 291.* Imperium oceano, famam qui terminet astris. *Cic. Amic. 8.* Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Annibale. *Id. Prov. cons. 12.* Imperii finium propagatio. *Horat. 3. Od. 5. 5.* adiectis Britannis imperio, gravibusque Persis. *Tacit. 1. Hist. 16.* Immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore non potest. *Suet. Aug. 101.* Breviarium totius imperii. *Id. ibid. 28.* Rationarium imperii. Adde *ibid. 48.* — *Horat. 1. Od. 2. 26.* Quem vocet divûm populus ruentis imperi rebus. — 11) *Imperii heres*. V. HERES §. 11.

Digitized by Google

IMPERIŪRĀTUS et Inperiuratus, a, um. Adiect. ab *in* et *periuratus;* ob quem nunquam incassum iuratur. *Ovid. Ib. 78.* Quique per infernas horrendo murmure valles Imperiuratae laberis amnis aquae. De Styge loquitur, Dii cuius iurare timent et fallere numen, ut ait *Virg. 6. Aen. 324.*

IMPERMĔĀBĬLIS et Inpermeabilis, le. Adiect. ab *in* et *permeabilis;* non permeabilis. *Iornand. Get. 1.* Resistente ulva, et ventorum spiramine quiescente, impermeabiles Oceani fines esse sentiuntur.

IMPERMISSUS et Inpermissus, a, um. Adiect. ab *in* et *permissus;* non permissus, illicitus; *non permesso, illecito. Horat. 3. Od. 6. 27.* Cui donet impermissa raptim Gaudia.

IMPERMIXTUS et Inpermixtus, a, um. Adiect. ab *in* et *permixtus.* — Comparat. *impermixtior* §. 2. — Proprie est non permixtus; *non mescolato. Lucil.* apud *Non. 3. 129.* Impermixtum lymphorem. Adde *Ambros. ep. 65. n. 4.* — **B**) Deinde

II. *Impermixtus* est etiam ab *in* intentiva et *permixtus;* hoc est mixtus, permixtus; *mescolato. Boëth. 5. pros. 5. a med.* Sicut enim scientia ipsa inpermixta est falsitati. *Id. de rhet. 8.* (edente *A. Maio* in *Class. auct. T. 3. p. 322.*). Species sibimet impermixtae sunt. Et *9.* Quot controversiae, tot causae: et licet eas unum contineat negotium, causae tamen impermixtae sibi variantur. *Id. 3. Topic. Aristot. 4.* Quae contrariis sunt impermixtiora, . . . ut alius quidem nigro impermixtius.

IMPERMUTĀBĬLIS et Inpermutabilis, le. Adiect. ab *in* et *permutabilis*, idem ac immutabilis; vox est ex pugnantibus conflata. V. IMPERTERRITUS. *Auct. fragm.* quod *Censorino tribuitur 1.* Stoici introduxerunt naturam providam ac sapientem, quam ordo impermutabilis ostenderet.

IMPERMŪTĀBĬLĬTER et Inpermutabiliter. Adverb. ab *impermutabilis*, impermutabili ratione. *Rustic. contra Acephal. p. 1203. Migne.* Convenire autem dicimus secundum unitatem indiscissibilem et impermutabiliter habentem propria carnis Deum Verbum.

IMPERMŪTĀTUS et Inpermutatus, a, um. Adiect. ab *in* et *permutatus;* non permutatus. *Boëth.* in *Aristot. Categ. 2. p. 142.* Quare proprium substantiae ita esse putabitur contrariorum susceptibile, ut ipsa permutata contraria suscipiat, non ut, re mutata, ipsa impermutata immutabilisque permaneat.

IMPĔRO et Inpero, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, ab *in* et *paro*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *e*. V. PARO. — **b**) *Indupero* pro *impero* ἀρχαϊκῶς usurpavit *Enn.* apud *Fest.* in *Navis, p. 169. Mull.* Navorum imperium servare, est induperantum. Sic enim legendum ibi monet *Scaliger*, non *insuperantum. Hygin. fab. 221.* Nosce, inquit, tete Chilon Lacedaemone cretus: Cecropiusque Solon, ne quid nimis, induperavit. *Gloss. Philox.* Indupero, induperat; ἐπιτάττω, ἐπιτάττει. — Sic et *Endoperator* pro *Imperator*. V. IMPERATOR §. b. — **c**) Item *imperassit* pro *imperaverit* apud *Cic. 3. Leg. 3.* — **d**) Particip. *imperans* §. *1.* et seq. coll. supra §. b. et suo loco, *imperandus* §. *12.*, *imperatus*, V. suo loco, *imperaturus* §. *1.* — **e**) Derivata, *imperatio, imperative, imperativus, imperator, imperatorie, imperatorius, imperatrix, imperatus, us, imperiabiliter, imperialis, imperialiter, imperiose, imperiosus, imperito, imperium.* — **f**) Composita, *eximpero, modimperator.*

IMPERO proprie est, ex etymo allato, mando, ut alter paret: quo sensu usurpasse videtur *Cic. Rosc. Am. 21.* Nonnunquam etiam puerum vocaret; credo, cui coenam imperaret; *h. e.* parari iuberet. *Cf.* infra §. 7. — **B**) Universim vero est praecipio, mando, iubeo, praescribo; *comandare, imporre, ordinare:* et usurpatur tum absolute sive intransitive, vel cum dativo rei aut personae, tum cum accusat. aut sequente propositione subiunctiva, vel infinito. *Ter. Heaut. 4. 3. 26.* Bonam atque iustam rem oppido imperas, et factu facilem. Et *5. 5. 11.* Pater, omnia faciam: impera. *Id. Eun. 2. 1. 7.* Numquid aliud imperas? In vet. S. C. apud *Frontin. Aquaed. 104.* Quibus negotium a senatu est imperatum, ut inspicerent aquas publicas. *Ter. Andr. 5. 2. 10.* Imperabat coram, quid opus facto esset puerperae. *Id. Phorm. 1. 4. 46.* Quin tu, quod faciam, impera. *Id. Andr. 5. 2. 1.* Animo otioso esse impero; *voglio, che tu sia* etc. *Virg. 7. Aen. 168.* Ille intra tecta vocari imperat. *Ter. Eun. 2. 2. 21.* Imperavi egomet mihi, omnia assentari; *mi son proposto, ho stabilito.* Et *5. 5. 30.* Mihi, ne abscedam, imperat. *Petron. Satyr. 1.* Imperant filiis, ut patrum suorum capita praecidant. *Plin. 36. 4. 1.* Etiamnum Medis imperantibus. *Caes. 2. B. G. 32.* Finitimis imperaturus. *Ovid. 13. Met. 639.* alantque, imperat, Argolicam caelesti munere classem. Et *1. ibid. 670.* letoque dei, imperat, Argum. *Ter. Eun. 2. 3. 97.* iubes ne? *Chae.* iubeo, cogo atque impero. — Passive. *Horat. 1. Ep. 5. 24.* Haec ego procurare et idoneus imperor, et non invitus. *Sallust. orat. Philippi contra Lepid. ad fin.* Ex lubidine leges imperantur; *h. e.* feruntur, promulgantur, imponuntur. Adde *Gargil. de persicis, 10.* — **B**) Translate. *Sensc. ep. 29. ad fin.* Nunquam volui populo placere: nam quae ego scio, non probat populus; quae probat populus, ego nescio. Quis hoc, inquis? Tanquam nescias, cui imperem. Epicurus; *scil.* quem excolam, et fructum ab eo, velut agro, exigam, nempe praecepta sapientiae. *Id. Tranquill. 4.* Alius patrimonio suo plus imperavit, quam ferre possit. *Plin. 3. ep. 19.* Dum per continuos dies nimis imperat voci, rursus sanguinem reddidit. — **4**) Saepe etiam refertur ad animum, et pro continere, moderari ponitur. *Ovid. 3. Met. 28.* accensae non fortiter imperat irae. *Plin. 8. ep. 19.* Imperare dolori, ut scriberem, potui. *Cic. 3. Tusc. 21.* Cum praecipitur, ut nobismetipsis imperemus, hoc praecipitur, ut ratio coërceat temeritatem. *Sensc. ep. 115. sub fin.* Imperare sibi, maximum imperium est. *Cic. Amic. 23.* Imperare cupiditatibus. *Sil. 2. 652.* lacrimis. *Sensc. Thyest. 919.* menti non satis; *h. e.* extra se esse, insanire. *Petron. Satyr. 85.* amori suo. *Sensc. praef. 1. controv. circa med.* Nemo plus ingenio suo imperavit: nemo plus indulsit. *Liv. 34. 31.* Imperare animo nequivi, quin priusquam perirem, cur periturus essem, scirem. — **5**) Ex allato *Terentii*, loco in *Eun. 2. 3. 97.* supra §. 2. *circa fin.* recte colligit *Donatus* plus esse *imperare* quam *iubere*. Est enim verbum

II. *Impero* maxime proprium magistratuum tum civilium, tum praecipue militarium. *Nep. Con. 3.* Civitas, quae ceteris gentibus imperare consuevit. *Id. Datam. 8.* Si quid, illo imperante, adversi accidisset; *h. e.* habente eo imperium exercitus. *Plin. Paneg. 3.* Recusabas enim imperare; *h. e.* imperator esse. *Sensc. Phoeniss. 384.* durum genus. Saevumque in iras pectus, et nondum imperas; *h. e.* rex es. — **6**) *Ad imperandum* olim erat ad parendum, ad imperata faciendum. *Cic. 9. Fam. 25.* Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius: sic enim Antiqui loquebantur. *Sall. Iug. 66.* Cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur; *h. e.* ut illi imperaretur. *Front. de oration.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 1. a med.* Ubi verborum praesidiis opus sit, non voluntariis tantum, quae ultro obvenerint, utemur, sed latentia eliciemus, atque ad imperandum indagabimus. — **7**) Hinc *imperare naves, pecunias, obsides*, etc. est iubere parari, atque exhiberi; *imporre:* quae significatio maxime respondet etymo vocis in §. 1. allato. *Nep. Attic. 7.* Dum privatis pecunias per epistolas imperaret. *Id. Con. 4.* Imperare maritimis civitatibus naves longas. *Cic. 4. Verr. 55.* denarios trecentos singulis ad statuam praetoris. *Id. Divin. Verr. 16.* frumentum sibi in cellam. *Id. Manil. 12.* obsides. *Plaut. Epid. 2. 2. 43.* tributum. *Caes. 1. B. C. 6.* arma. Et *6. B. G. 4.* equites civitatibus. — **8**) *Imperare exercitum* apud *Varr. 6. LL. sub fin.* est Quirites convocare ad comitia. locatur autem *Plaut.* ubi ait in *Capt. 1. 2. 49. Erg.* huic illud dolet, Quia nunc remissus est edendi exercitus. *Heg.* Nullumne interea nactus, qui posset tibi, Remissum, quem dixti, imperare exercitum? V. *Gronov. l. 1. observation. c. 1.* ubi multa in hanc rem. — **9**) Hinc etiam *imperare* absolute ac praecipue dicuntur, qui imperium populi Romani arripuerunt, ac proinde etiam imperatores sunt appellati. *Trebell. Gallien. 16.* Gallienus natus abdomini et voluptatibus, orbem terrarum triginta prope tyrannis vastari fecit: ita ut etiam mulieres illo melius imperarent. — **10**) Speciatim in re rustica

III. *Imperare agris* est eos impense colere, et quasi cogere, ut fructum reddant. *Virg. 1. G. 99.* Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis. Ubi *Servius:* idest, ut tantum ferant, quantum ipse desiderat. Alii, ne liberius ferant, quae volunt, sed quod fuerit satum, reddant. Adde *Tacit. Germ. 26.* — **11**) Significat autem saepe, nimiam curam impendere. *Colum. 3. 3. circa med.* Sic imperant vitibus, et eas multis palmitibus onerant, ut posteritati non consulant. *Sensc. Tranquill. 15.* Ut fertilibus agris non est imperandum: cito enim exhauriet illos non intermissa fecunditas; ita animorum impetus assiduus labor frangit. — **12**) *Imperare* dicuntur et Medici praecipientes, quae ad curationem pertinent. *Sensc. 1. Ira, 16.* Si intrassem valetudinarium exercitatus et sciens, aut domum divitis, non idem imperassem omnibus per diversa aegrotantibus. *Plin. 24. 1. 4. de Medicis.* Paremus externis, et una artium imperatoribus quoque imperat. *Harduin. leg.* imperaverunt. *Cels. 7. 20.* Si vires patiuntur, imperanda tridui abstinentia est. — **13**) *Imperandi declinatus* apud Grammaticos est declinatio imperativi modi. *Varr. 10. LL. 1. sub fin.*

Nota. Discrimen inter *impero* et *iubeo* supra tetigimus §. 3. Cf. et IUBEO. — De constructione verbi V. paritur supra §. 2. *init.*

IMPERPETUUS et Inperpetuus, a, um. Adiect. ab *in* et *perpetuus;* qui perpetuus non est. *Sensc. ep. 72. a med.* Cui quid abscedere potest, id imperpetuum est.

IMPERS, ertis. V. IMPARS.

IMPERSCRŪTĀBĬLIS et Inperscrutabilis, le. Adiect. ab *in* et *perscrutabilis;* qui inquiri non potest; *impersorutabile. Cassiod. 1. Hist. Eccl. 14. a med.* Sicut et ipse Pater imperscrutabilis est. *Rustic. contra Aceph. p. 1198. Migne.* Imperscrutabilis res.

IMPERSŌNĀLIS et Inpersonalis, le. Adiect. ab *in* et *persona;* qui personis caret: et adhibetur de verbis quibusdam, quae impersonalia dicuntur a Grammaticis, quia in tertiis tantum personis usurpantur. *Diomed. 1., Charis. 2.* et *3.*, *Priscian. 8.* etc. — *Macrob. de Differ.*

Digitized by Google

verb. p. 691. Nullam impersonale in pluralis numeri forma invenitur. — β) *Diomed. 1. p. 328. Putsch.* inter verborum modos refert a quibusdam etiam impersonalem adnumeratum.

IMPERSŌNĀLĪTER et Inpersonaliter. Adverb. ab *impersonalis;* sine personis. *Florentin. Dig. 45. 3. 15.* Sive mihi, sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter dari servus meus stipuletur, mihi acquiret; h. e. non pronunciata persona. — β) Apud Grammaticos verbum impersonaliter construi dicitur, cum in tertiis tantum personis usurpatur. *Donat.* ad *Ter. Andr. 1. 1. 102. Fletur:* Hic paene impersonaliter: fletur ab omnibus.

IMPERSŌNĀTĪVUS et Inpersonativus, a, um. Adiect. ab *in* et *persona.* — Impersonativus dicitur a nonnullis Grammaticis infinitivus verborum modus, quia personis caret. *Diomed. 1. p. 331. Putsch.*

IMPERSPECTUS et Inperspectus, a, um. Adiect. ab *in* et *perspectus;* non perspectus. — Comparative utitur *Gell. 1. 7. sub fin.* Insuavius hoc imperspectiusque est.

IMPERSPĪCĀBĪLIS et Inperspicabilis, le. Adiect. ab *in* et *perspicio;* qui perspici nequit. *Cassiod. de anim. 3.* Ad illam imperspicabilem maiestatem mens humana non penetrat. *Hilar. 2. Trinit. 3.* Imperspicabile lumen. — *Id.* in *Psalm. 9. n. 2.* Quae reconditis et inaccessibilibus et imperspicabilibus occultantur.

IMPERSPĪCŪUS et Inperspicuus, a, um. Adiect. ab *in* et *perspicuus;* obscurus; *non chiaro. Plin. 1. ep. 20. extr.* Non minus imperspicua sunt iudicum ingenia. *Gloss. Lat. Gr.* Inperspicua; ἀδήλα, ἀφανῆ.

IMPERSUĀSĪBĪLIS et Inpersuasibilis, le. Adiect. ab *in* et *persuadeo;* qui persuaderi nequit. *Interpr. epist. Barnabae apost. 12.* Expandi manus meas tota die ad populum impersuasibilem et contradicentem viae iustae.

IMPERSUĀSUS et Inpersuasus, a, um. Adiect. ab *in* et *persuasus;* non persuasus. *Interpr. Ignatii ep. ad Magnes. 8.* V. loc. in CERTIVICO.

IMPERTERRĪTUS et Inperterritus, a, um. Adiect. ab *in* et *perterritus;* qui nulla re terretur; *che non ha paura.* Vox est ex pugnantibus conflata, ut notat *Quintil. 1. 5. ad fin.* Nam *in* negat, *per* auget. *Virg. 10. Aen. 770.* Manet imperterritus ille. *Sil. 14. 187.* quin contra intentior ipse invigilat cautis, frontem imperterritus, armis.

IMPERTIBILIS et Impartibilis et Inpertibilis, le. Adiect. ab *in* et *partior;* qui in partes dividi nequit; *impartibile. Fragm. Vatican. Arianorum XVII.* ab *A. Maio,* edit. in *Script. vet. N. collect. T. 5. P. 2. p. 253.* Confitemur, credimus, Deum patrem omnipotentem sine initio esse, innascibilem, impartibilem, invertibilem, et immutabilem esse. — *Bachiar. Fid. 4.* Deus est impertibilis. *Boëth. 2. in Aristot. posterior. analyt. 18.* Quousque uti impertibilia stent et universalia.

IMPERTĪLIS et Impartilis et Inpertilis, le. Adiect. ab *in* et *pars;* sine parte, individuus. *Augustin. 6. de Mus. c. ult.* Impertilis nota. — *Mar. Claudian. 3. de Stat. an. 3. n. 2.* Pars vero Dei nulla est, quia impartilis non habet partem. Adde *Interpr. Ignat. ep. ad Thrall. 13.* et *ad Philadelph. 6.*

IMPERTĪNENS et Inpertinens, entis. Adiect. ab *in* et *pertinens;* ille, ad quem aliquid non pertinet. *Capell. 1. p. 15.* Item alii caelites, ac Deorum omnium populus absque impertinentibus *(Diis)* convocandi sunt; h. e. qui vocandi non erant, ut Discordia et Seditio, quae ad sacras nuptias corrogandae non fuerant.

IMPERTĬO et Inpertio, is, Tvi *et* ii, Ttum, Tre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *partior,* mutata, euphoniae gratia, *a* littera in *e.* V. PARTIOR. — b) Nihilominus et *impartio* vel *impartior* scribitur, quod et de derivatis dicendum est. Cf. IMPERTIBILIS et IMPERTILIS. — c) Ut *partio* habet etiam *partior,* sic et *impertio* habet deponentium more *impertior, īris,* etc. V. infra §. 3. — d) *Impertibant* pro *impertiebant* apud *Front. de fer. Als. 8.* — e) Particip. *impertiens* §. 1., *impertiendus* §. 2., *impertitus,* V. suo loco, *impertiturus* §. 4. — f) Derivatum, *impertitio.*

IMPERTIO proprie est partem do, participem facio, communico, praebeo, tribuo; *far partecipe, dare, far parte. Horat. 1. Ep. 6. 67.* si quid novisti rectius istis, Candidus imperti: si non, his utere mecum. *Cic. Sull. 5.* Oneris mei partem nemini impertio, gloriae bonis omnibus. *Id. 2. Offic.* Indigentibus de re familiari impertiendum. *Id. ad Cass. post ep. 11. l. 9. ad Att. 4* te peto, ut aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. *Tacit. 14. Ann. 21.* Aures studiis honestis impertire; *applicare.* Et *Cic. 4. Verr. 21.* Tu Syracusanos unum diem festum Marcellis impertire noluisti; *che impiegassero un giorno festivo in onore de' Marcelli.* Et *Mur. 4.* Meum laborem hominum periculis sublevandis impertio; *impiego parte delle mie fatiche,* etc. Et *5. Fam. 2. a med.* Si aliquid impertivit tibi sui consilii; *ti ha comunicato.* Et *2. Att. 25.* Dolorem suum impertire alicui; *comunicare.* Et *Rosc. Am. 4.* Te quaeso, ut qualem te iam antea populo R. praebuisti, talem te et nobis hoc tempore impertias; *ti dia, ti mostri.* Et *5. Att. 15. ad fin.* Nihil impertisti tuae prudentiae ad salutem meam. Et *2. ibid. 12. extr.* Terentia impertit tibi multam salutem; *ti saluta.* Adde *Lucil.* apud *Non 7. 54. Cic. 1 Offic. 42.* Multis sine vanitate impertiens. *Suet. Aug. 10.* Ne publicum quidem ius ulla in re sibi sine pactione gravissimae mercedis impertiente. *Plaut. Mil. 4. 2. 68.* Non hic suo seminio quamquam porculam impertiturus est. — *Apul. 1. Met. 2.* Isto accepto, sititor alioquin novitatis, immo vero, inquit, impartite sermones non quidem curioso, sed qui etc. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* — γ) Translate cum accusat. personae, et ablat. rei, *impertire aliquem aliqua re,* est dono prosequi, tribuo, in partem voco; *chiamare a parte, regalare, mettere a parte. Ter. Eun. 2. 2. 40.* et *Plaut. Epid. 1. 2. 23.* Stratippoclem Salva impertit salute Epidicus. *Id. Pseud. 1. 3. 40.* Herum saluto primum, ut aequum est: postea Si quid supersit, vicinos impertio. *Suet. Ner. 37.* Neque adveniens, neque proficiscens quemquam osculo impertivit, ac ne resalutatione quidem. *Plaut. Stich. 2. 1. 27.* Obsecrat, se ut nuncio hoc impertiam; *gli dia parte, gli faccia sapere.* — Passive. *Cic. 3. Catil. 6.* Viro forti collegae meo laus impertitur. *Id. 2. Att. 18.* Huic signa benevolentiae permulta a bonis impertiuntur. *Nep. Attic. 1.* Omnibus doctrinis, quibus aetas puerilis impertiri debet, filium enutrivit; *fece impiegarsi. Suet. Aug. 23.* Nunquam donis impertiendos putavit. — δ) Deponentium more,

IMPERTIOR, Īris, Itus sum, Īri. Adhibent *Cic. Arch. 5.* Multis gratuito civitatem in Graecia homines impertiebantur. *Ter. Adelph. 5. 2. 22.* Sed cesso heram hoc malo impertiri propere? *dar parte, far sapere alla padrona questa disgrazia.*

IMPERTĬOR, Īris, V. voc. praeced. §. c. et §. 3.

IMPERTĪTĬO et Inpertitio, ōnis, f. Verbale ab *impertio;* actus impertiendi. *Arnob. 2. p. 43.* Honoris impertitione viduari.

IMPERTĪTUS et Inpertitus, a, um. *Particip.* verbi *impertio;* datus, communicatus; *dato, partecipato, donato. Liv. 21. 41. a med.* Veniam dedimus precantibus, emisimus ex obsidione, . . . Pro his impertitis oppugnatum patriam nostram veniunt; h. e. pro his beneficiis collatis. — β) Item donatus; idest munere affectus. *Suet. Claud. 4.* Reliquit eum nullo, praeter auguralis sacerdotii, honore impertitum.

IMPERTURBĀBĪLIS et Inperturbabilis, le. Adiect. ab *in* et *perturbo;* imperturbatus. *Augustin. 4. Confess. 11.* Locus quietis imperturbabilis. Adde *2. ibid. 10.* et *Fulgent. 3. ad Trasim. 16.*

* IMPERTURBĀTĒ et Inperturbate. Adverb. ab *imperturbatus;* non perturbate. *Inscript.* Gregorii I. Pont. Max., qui pontifex fuit ab ann. a Chr. n. DLXXXX. ad DCIV., apud *A. Maium* in *Scriptor. vet. N. Collect. T. 5. P. 1. p. 242.* Ut perseverent imperturbate.

IMPERTURBĀTĬO et Inperturbatio, ōnis, f. V. IMPASSIBILITAS.

IMPERTURBĀTUS et Inperturbatus, a, um. Adiect. ab *in* et *perturbatus;* non turbatus; *non perturbato. Ovid. Ib. 562.* Imperturbato quod bibit ore reus. *Senec. ep. 75. a med.* Imperturbata publicis occupationibus quies.

IMPERVESTĪGĀBĪLIS et Inpervestigabilis, le. Adiect. ab *in* et *pervestigo;* qui investigari nequit. *Primas. in epist. ad Roman. p. 485. Migne.* Occulta atque ab humano modulo impervestigabilis aequitas.

IMPERVĬUS et Inpervius, a, um. Adiect. ab *in* et *pervius;* non pervius; *che non si può passare. Ovid. 9. Met. 106.* Vorticibusque frequens erat, atque impervius amnis. *Val. Flacc. 2. 643.* tellus populis impervia lucis Eoae; h. e. quae adiri non potest. *Tacit. 3. Ann. 31.* Itinera interrupta et impervia. — β) Translate. *Id. 15. ibid. 43.* Lapis ignibus impervius; h. e. qui ignes non sentit.

IMPES et Inpes, ētis, m. Idem quod impetus; *impeto.* Vox poëtica, quae nullum habet usum, quod sciam, in rectis casibus, si *Onomast. Lat. Gr.* e Impes et Impetus; *βύμη, βία,* » excipias et *Priscian. p. 702. Putsch.;* frequentem vero in sexto singulari. *Lucret. 6. 526.* Inde ubi non potuit nubes capere impetis auctum, Exprimitur vis; atque ideo volat impete miro. Et *1. 292.* tradunt res ante ruuntque Impetibus crebris. *Ovid. 3. Met. 79.* Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis, Fertur. *Sil. 13. 247.* ipse secutus Corruit ulterior procursus impete truncus. Adde *Lucr.* apud *Gell. 19. c. 7.* et *Sammonic. 11. 14.* — β) Est etiam amplitudo, vastitas, ut IMPETUS §. 6. *Lucret. 5. 911.* Aut hominem tanto membrorum esse impete natum, Ut etc.

IMPĔSĂ pro Impensa. V. IMPENDO §. b.

IMPESCO et Inpesco, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *pasco,* mutata euphoniae gratia *a* littera in *e.* V. PASCO. — Exponitur a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 108. Müll.* Impescere, in laetam segetem pascendi gratia immittere.

IMPĔTĔ. V. IMPES.

IMPĔTEIUS et Inpeteius, a, um. Adiectiv. ab *impes;* qui impetum facit, violentus. *Gloss. Philox.* Inpeteius; βίαιος.

IMPĔTĪBĬLIS et Inpetibilis, le. Adiect. ab *in* et *peto;* qui peti non debet, aut potest, ut exponit *Gloss. Philox.* et *Gloss. Isid.* — β) Hinc usurpatur pro turpi et reprehensibili, ut impetibile scelus, apud *Apul.*

Digitized by Google

Apol. turpe et impetibile est, apud *Symmach. 9. ep. 103.* (al. *113.*). Sic *Plin. 20. 76. 3.* Impetibilis valetudo; *h. e.* non ferenda, vel quae medicamentis peti et curari non potest, *Al. leg.* impatibilis. Et *23. 24. 1.* Impetibiles cruciatus. *Alii tamen leg.* impatibiles. — **B)** Item qui peti potest, seu in quem impetum facere possumus. *Solin. 40. sub fin. de chamaeleonte.* Impetibilis est coraci.

IMPĔTĪGĪNŌSUS et Impetiginosus (et Impetigosus), a, um. Adiect. ab *impetigo;* impetigine affectus. *Ulp. Dig. 21. 1. 6.* Trebatius ait, impetiginosum morbosum non esse, si eo membro, ubi impetigo est, aeque recte utatur. Adde *Theod. Priscian. 1. 10. a med.* V. loc. in PERBIOSCS. — *Gloss. Philox.* Impetigosus; λιχηνιασές.

IMPĔTĪGO et Impetigo, ĭnis, f. Verbale ab *impeto,* quo significatur summae cutis asperitas cum multa prurigine, squamis, et furfuribus, ita dicta, quod corpus impetat, et infestet scabiei instar; *volatica, serpigine. Plin. 23. 64. 3.* Hiberna capricus in aceto cocta et trita impetigines tollit. *Cels. 5. 28. n. 17.* quatuor impetiginis species enumerat. Cf. IMPETIX. — **B)** Translate. *Tertull. de Pall. 5.* Atqui nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, nulli impetigini. — **B)** Deinde a similitudine

II. *Impetiginis* quoque vel lichenes vocantur squamulae anteriorum crurum in equis sub armorum partibus natae, quas etiam hirundines, callos, verrucas vocant. *Colum. 6. 31.* Impetigines et scabies aceto et alumine defricantur. — **A)** Est etiam vitium quarundam arborum, v. g. ficorum, cum cortici scabrities advenit ex imbre, aut rore putrescente. *Plin. 17. 37. 6.*

IMPĔTĪGŌSUS. V. IMPETIGINOSUS, *fin.*

IMPĔTĪTUS et Inpetitus, a, um. Particip. verbi *impeto;* violenter petitus; *assalito. Cassiod. 5. Hist. Eccl. 34.* Aiebant, non aliter quidquam fieri, nisi impetitorum vita discuteretur. Adde *Eiusd.* loc. cit. in CRIMINALITER. Cf. IMPETO §. b.

IMPĔTIX, idem quod impetigo, ἀρχαϊκῶς, teste *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.*

IMPĔTO et Inpeto, is, ītum ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *peto,* V. PETO. — **b)** Ἀρχαϊκῶς, etiam *indupeto* et *indupetitus* pro *impeto* et *impetitus* usurpata fuisse a *Lucret. 1. 124.* et *241., 2. 101.* et *4. 68.,* optimi Codd. testantur apud *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 172. n. 158. fin.,* quibus locis alii habent *indupedio* et *indupeditus.* V. IMPEDIO §. c. — **c)** Particip. *impetens* §. *1., impetitus,* V. suo loco. — **d)** Derivata, *impes, impetsius, impetiginosus, impetigo* vel *impetix, impetuose, impetuosus, impetus.* Cf. IMPETULANS.

IMPETO proprie est impetum facere in aliquem, ut exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.,* invado, violenter aliquem peto; *assaltare. Stat. 8. Theb. 523.* cedentem Acheloïus heros impetit. *Lucan. 6. 393.* Teque, senex Chiron, gelido qui sidere fulgens, Impetis Haemonio maiorem Scorpion arcu. Et *222. de ursa.* Se rotat in vulnus, telumque irata receptum impetit. *Sil. 5. 274.* impetit os hasta. *Varr. 3. RR. 16.* Apes . . . impetentes a se eiiciunt fucos. — *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* Impite, impetum facite. Alii accipiunt pro *impetite,* per syncopen, ut *oette, ferte;* alii ex coniectura leg. *impete* vel *impetite.* V. *Müll.* ad *h. l.* — **B)** Translate. *Sidon. 7. ep. 9. in concione.* Impetere aliquem edacitatis; *h. e.* insimulare.

IMPĔTRĂBĬLIS et Inpetrabilis, le. Adiect. verbale ab *impetro.* — Comparat. *impetrabilior* §. *1.* et *3.* — Proprie est qui facile impetrari potest; *che di leggieri si può ottenere. Liv. 25. 29.* Omnia impetrabilia et tuta erant apud Romanos. *Id. 36. 35.* Spem impetrabilis veniae ostendebant. *Id. 39. 29.* Cui postulanti triumphum, rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat. *Id. 30. 16. in fin.* Quo impetrabilior pax esset. *Propert. 4. 1. 97.* Iunoni votum facite impetrabile, dixi. — **B)** Item qui facile impetrat. *Plaut. Most. 5. 2. 40.* Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. — **B)** Item qui res facile ad exitum perducit, qui quidquid conatur, assequitur. *Id. Merc. 3. 4. 18.* Salvus sum: immortalitas Mihi data est: hic emit illam: pulcre os sublevit patri: Impetrabilior qui vivat, nullus est. *Ammian. 14. 8.* Nicator Seleucus efficaciae impetrabilis rex. *Plaut. Epid. 3. 2. 6.* Diem facilem atque impetrabilem; *h. e.* quo consecutus sum quidquid optabam. *Al. legunt* impetralem *eodem sensu.*

IMPĔTRĂBĬLĬTER et Inpetrabiliter. Adverb. ab *impetrabilis;* cum facilitate impetrandi. — Utitur in comparativo gradu *Symmach. orat. pro patr.* (edente *A. Maio*) *4.* Impetrabilius cuncta nunc petitis, quam aliquando iussistis.

IMPĔTRĀLIS. V. IMPETRABILIS §. 3. *fin.*

IMPETRASSO. V. IMPETRO §. d.

IMPĔTRĀTĬO et Inpetratio, ōnis, f. Verbale ab *impetro;* actus impetrandi; *impetrazione, guadimento. Cic. 11. Att. 22.* Illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere.

IMPĔTRĀTĪVUS et Inpetrativus, a, um. Adiect. verbale ab *impetro;* qui impetrat; ut impetrativum augurium, quod optatum evenit, et secundum vota. *Serv.* in illud *Virg. 6. Aen. 190.* Vix ea fatus erat, geminae cum forte columbae, etc.

IMPĔTRĀTOR et Inpetrator, ōris, m. Verbale ab *impetro;* qui impetrat. *Impp. Constantius et Constans Cod. Theod. 12. 6. 3.* Nihil impetratoribus beneficii per rescriptum, adversus ordinem constitutionis possint prodesse commenta.

IMPĔTRĀTUS et Inpetratus, a, um. Particip. verbi *impetro;* exoratus; *impetrato. Plaut. Aul. 4. 7. 14.* Quidpiam ab aliquo impetratum auferre; *h. e.* impetrare. *Horat. 4. Od. 2. 42.* super impetrato forte Augusti reditu. *Sall. Iug. 79.* Amicitia et societas impetrata. *Suet. Caes. 7.* Post impetratam veniam rebellaverant. *Plaut. Epid. 1. 1. 43.* Ipse mandavit mihi, ab lenone ut fidicina, Quam amabat, emeretur sibi: id ei impetratum reddidi; *h. e.* perfectum, effectum, ad exitum perductum. — **B)** Translate de rebus *Plin. 17. 21. 3.* Atque hoc blandimento impetratis radicibus etc. V. IMPETRO §. 2.

IMPĔTRĀTUS et Inpetratus, us, m. Verbale ab *impetro;* impetratio. *Ambros. de Fide, 5. 5.* Posito tamen possibili impetratu hominibus quod posceretur.

IMPĔTRĪTUM. V. voc. seq. §. 2.

IMPETRĪO et Inpetrio, is, ītum, īre. Idem quod impetro. — Est autem augurale verbum idem valens in auguriis, quod in sacrificiis *litare,* nempe cum aves admittunt, et ostendunt, impetratum esse quod petebatur. *Cic. 1. Divin. 16.* Ut nunc exstis, sic tum avibus, magnae res impetriri solebant. *Est qui* impertiri *legit.* Adde *2. Ibid. 15. Plaut. Asin. 2. 1. 11.* Impetritum, inauguratum est: quovis admittunt aves. — **B)** Hinc *impetritum* est ipsa augurii captio. *Val. Max. 1. 1. n. 1.* Prisco instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est, precatione; cum exposcendum, voto; cum solvendum, gratulatione; cum exquirendum vel exstis, vel sortibus, impetrito; cum solemni ritu peragendum, sacrificio. Adde *Plin. 28. 3. 1.*

IMPETRO et Inpetro, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *patro,* mutata euphoniae gratia *a* littera in *e.* V. PATRO. — **b)** Alia forma est *impetrio, is,* de qua V. suo loco. — **c)** Item apud Veteres *indupetro* pro *impetro. Auct. Carm. de figur. 66.* Cum suasissem, abii; simulatque abii, indupetravi. — **d)** *Impetrassere* futurum est infiniti antiquum, pro *impetraturum esse. Plaut. Aul. 4. 7. 6.* Et istuc confido a fratre me impetrassere. Adde *Cas. 2. 5. 53.* et *alibi.* — **e)** *Impetraris* syncop. pro *impetraveris* apud *Senec. 1. Controv. 2. ante med.* Cum deprecareris intrantis amplexus, ut omnia alia impetraris, osculo rogasti. — **f)** *Impetrarier,* paragoge pro *impetrari,* apud *Plaut. Rud. 3. 3. 40.* V. loc. in §. 2. infra. — **g)** Particip. *impetrans* in *Gloss. Philox.* Impetrans; ἐνδυς. — *Impetrandus,* §. 2., *impetratus,* V. suo loco, *impetraturus* §. 2. — **h)** Derivata, *impetrabilis, impetrabiliter, impetratio, impetrativus, impetrator, impetratus, us.*

IMPETRO proprie significat perficere, uti docet *Donat.* ad illud *Ter. Hecyr. 3. 1. 3.* Videndum est, ne minus propter iram hanc impetrem, quam possiem. Sic *Plaut. Poen. 5. 2. 14.* Incipere multo est, quam impetrare, facilius. Et *Epid. 1. 1. 46.* Reddere aliquid impetratum alicui. — **B)** Hinc fere ponitur pro exorare, precibus obtinere, petendo inducere: quia qui exorat, iam quod volebat, perficit; *impetrare, ottenere. Cic. 9. Att. 2.* Impetrabis, inquis, a Caesare, ut tibi abesse liceat. *Hirt.* ad *Cic. post ep. 6. l. 15. ad Att.* Utinam, quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, etc. *Liv. 2. 46. extr.* Verbisne istis ut pugnent, te impetraturum credis? *Val. Max. 3. 1. n. 2.* Cum ad eum tribunum plebis Latini de civitate impetranda convenissent. *Caes. 5. B. G. 36.* Sperare se, ab eo de sua ac militum salute impetrari posse. *Cic. 4. Acad. 30.* A me istam exceptionem nunquam impetrabunt. *Epit. Livii, l. 51.* Quae de marito impetrare non potuerat, ut ad victorem transfugerent. *Brut. 1. ad Cic. 16.* Precibus salutem impetrare. *Cic. 13. Fam. 56.* civitatem alicui. *Horat. 2. Ep. 1. 157.* pacem. *Tacit. 12. Ann. 8.* veniam exsilii pro aliquo. *Quintil. 11. 3. 4.* aures alicui; *h. e.* ut audiatur. *Petron. fragm. Tragur. 52. Burm.* Suadeo, a te impetres, ne sis nugax. *Plaut. Rud. 3. 3. 40.* Decet a te id impetrarier. *Val. Max. 4. 3. n. 7.* Nunc quo ventum est? a servis vix impetrari potest, ne eam supellectilem fastidiant, qua tunc consul uti non erubuit. *Caes. 1. B. C. 1.* Aegre ab iis impetratum est, summa tribunorum pleb. contentione, ut etc. — Absolute. *Liv. 9. 30. sub fin.* Impetrato, ut manerent (Adde *Vellei. 2. 107.*). — **B)** Translate de plantis. *Plin. 16. 39. 1.* Illud maxime mirum, ipsas arbores plerumque exorari, ut vivant atque transmigrent: aliquando et a solo impetrari, ut alienas alat: caelum nullo modo flecti. Adde similem locum *17. 21. 2.* — **A)** *Impetrare mulierem* dicitur is, qui eiusdem corporis copiam obtinet. *Plaut. Men. 1. 3. 10. loquitur meretrix.* Superas facile, ut superior sis mihi, quam quisquam, qui impetrant. *Martial. 11. 40.* Formosam Glycerea amat Lupercus, Et solus tenet, impetratque solus. *Alii perperam leg.* imperat. — **5** Est etiam verbum augurale, ut dictum est in IMPETRIO. *Plin. 2. 54. 1.* Exstat sonalium memoria, sacris quibusdam et precationibus vel cogi fulmina, vel impetrari.

Digitized by Google

IMPĔTŬLANS et Inpetulans antis, omn. gen. Adiect. ab *in* intentiva et *petulans;* valde petulans. *Capell. 8. sub init.* Impetulantis prorumpentis sonitum provocare. *Al. aliter leg.*

* IMPĔTŬŌSĒ et Inpetuose. Adverb. ab *impetuosus;* cum impetu. *Auct. de progen. Aug. 5.* Et in litore expositis armis, ad moenia impetuose contendit.

IMPĔTŬŌSUS et Inpetuosus, a, um. Adiect. ab *impetus;* qui magno fertur impetu; *impetuoso. Plin. 35. 36. 1.* Impetuosus animus. Ita vulgo affertur; sed *Harduin.* hanc vocem reiicit: nihil enim tale in MSS. reperiri. *Pindar.* sive *Auct. Epit. Iliad. 919.* qui *(Xanthus)* protinus undique totis Impetuosus aquis, et vasto gurgite praeceps Volvitur, atque virum torrentibus impedit undis. Alii pro *impetuosus* leg. *impediatur*, alii *imperiosus;* at *Wernsdorf.* priorem lectionem retinendam putat.

IMPĔTUS et Inpetus, us, m. Verbale ab *impeto;* quod in aliis casibus, praeter eos, qui sunt in exemplis mox afferendis, non est, quod sciam, in usu. — **b)** *Impetu* in dativo pro *impetui*, ut *aspectu, concubitu. Cicero:* Quibus subito impetu ac latrocinio parricidarum resistat. Ita refert *Pierius* ad illud *Virg. 4. G. 198.* V. ASPECTUS §. 2. — **c)** De ablativo *impete*, V. IMPES §. 1.

IMPETUS proprie est motus, quo aliquid impetimus, et irruimus, incursio, aggressio, vis, conatus; *impeto, moto impetuoso, assalto violento. Cic. Caecin. 13. extr.* Incursio atque impetus armatorum. *Id. Dom. 25.* Infractus furor tuus inanes faciebat impetus. *Id. Har. resp. 1.* Gladiatoris impetum ferociamque comprimere. *Id. 2. Att. penult.* Facere impetum in aliquem. *Liv. 1. 8.* in agros. Et *ibid.* ad aliquem. *Cic. 2. ad Brut. 7.* Impetum alicuius reprimere. Et *1. Fam. 5.* frangere. *Liv. 7. 37. a med.* continere. *Horat. 3. Od. 6. 10.* contundere. *Cic. Divin. Verr. 11.* retardare. *Id. Mur. 1. extr.* propulsare. *Senec. Med. 413.* inhibere. *Plin. 17. 35. 22.* coërcere. *Id. 31. 31. 1.* aquarum domare. *Id. 21. 79. 1.* sistere. *Caes. 1. B. G. 52.* excipere. Et *26.* sustinere. *Liv. 4. 28.* et *2. 19.* Dare impetum in hostem; *h. e.* facere. *Plin. 9. 48. 3.* capere in aliquem, *eod. sensu. Id. 3. 40. 1.* Impetum sumit Hellespontus; *si mette in corso.* Et *10. 32. 1.* Impetu ferri; *andare con impeto. Cic. Dom. 40.* Impetu aliquem percellere. *Id. 1. Fin. 13.* In alios caeco impetu incurrere. *Caes. 2. B. G. 6.* Magno impetu oppugnare oppidum. Et *24.* Primo impetu hostium pulsi. Et *4. ibid. 12.* Hostes impetu facto, celeriter nostros perturbaverunt. — *Plin. 14. 28. 3.* Tribus congiis epotis uno impetu; *in un fiato, in una tirata, in un colpo.* — Impetus biformatus. V. BIFORMATUS. — Poëtice. *Virg. 5. Aen. 219. de Pristi.* Sic illam fert impetus ipse volantem. *Id. 12. ibid. 772.* Hic hasta Aeneae stabat: huc impetus illam Detulerat. — **2)** Saepissime autem refertur ad animum, et significat effervescentem animi commotionem, vim, calorem, cupiditatem; *impeto, calore, voglia. Cic. 4. Tusc. 22.* An fortitudo, nisi insanire coeperit, impetus suos non habebit? *Plin. 7. ep. 9. de lucubrando.* Recalescere ex integro, et resumere impetum fractum emissumque. *Cic. Orat. 68. extr.* Aliter in oratione nec impetus ullus, nec vis esse potest. *Plin. 2. ep. 19.* Actiones, quae recitantur, impetum omnem caloremque perdunt; *la forza.* Et *Cic. 11. Att. 5.* Impetu magis quodam animi uti, quam cogitatione. *Id. 1. Offic. 15. ad fin.* Repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati. *Id. 10. Fam. 5.* Tota mente omnique animi impetu in rempubl. incumbere. *Vellej. 2. 55.* Adolescens impetus ad bella maximi. *Cic. 8. Fam. 2.* Marcelli impetus resederunt, non inertia, sed consilio. *Id. Coel. 5.* Delendi huius imperii conscleratus impetus exstitit. *Id. 1. Divin. 49.* Horum sunt auguria, non divini impetus, sed rationis humanae; *h. e.* instinctus. *Plin. 37. 54. 5.* Impetus hominum et iracundias domare. *Stat. 10. Theb. 704.* Da spatium tenuemque moram: male cuncta ministrat Impetus; *h. e.* temeritas, nimia celeritas. *Senec. Agam. 127.* Feroces impetus animo gerere. *Plin. 1. ep. 8.* Ad munificentiam non impetu quodam, sed consilio trahebamur; *h. e.* considerantia. *Ovid. 5. Fast. 323.* si quid fert impetus, opta: Omne feres; *h. e.* si quid cupis. *Id. 4. Pont. 2. 26.* Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit; *estro.* Et *Tacit. 14. Ann. 16.* Carmen non impetu et instinctu, nec uno ore fluens. *Ovid. 2. Met. 662.* iam latis currere campis Impetus est; *mi viene voglia all' improviso.* Sic *2. Amor. 3. 46.* laniare capillos, Et fuit in teneras impetus ire genas. Adde *5. Heroid. 66.* — **3)** Impetum cepi; *m' è venuta gran voglia:* vehementem appetitum; ὁρμήν. *Senec. initio Consol. ad Helv.* Saepe impetum cepi consolandi te. Adde *Suet. Aug. 42.* et *Cal. 45.* — **4)** Apud *Stat. 7. Theb. 47.* Impetus amens unus est e ministris, sive satellitibus Martis. — **5)** Universim vero

II. *Impetus* dicitur de quocumque motu in rerum natura; *moto, impeto, movimento. Cic. 2. Divin. 38.* Impetum caeli admirabili cum celeritate moveri vertique videmus, constantissime conficientem vicissitudines anniversarias; *corso.* Et *2. Offic. 5.* Quae ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum: partim animalia, quae habent suos impetus et rerum appetitus. *Senec. ep. 58. ante med.* Animantia quaedam impetum habent, incedunt, transeunt: quaedam solo affixa, radicibus aluntur et crescunt. — **6)** *Impetus maris* apud *Caes. 3. B. G. 8.* est spatium et latitudo maris, ubi libere fertur impetu suo, atque agitatur. Similiter *Stat. 4. Silv. 2. 25.* effusaeque impetus aulae Liberior; *h. e.* amplitudo Palatinae Caesarum domus, laxe et late se extendentis. Similiter *Lucret. 5. 201.* quantum caeli tegit impetus ingens; *h. e.* vastus caeli ambitus, qui celerrime in gyrum vertitur. — **7)** De cursu navis. *Enn.* apud *Macrob. 6. 1. a med.* Labitur uncta carina, volat super impetus undas. *Catull. 4. 3.* Neque ullius natantis impetum trabis Nequisse praeterire. — **8)** Translate a similitudine *impetus famae* est, quando maxime fama crebrescit, et diffunditur. *Tacit. Agric. 39. extr.* — **9)** Speciatim

III. *Impetus* in malis dicitur, cum vis morbi maxime intenditur, et veluti impetu quodam celeriter aggreditur, et saevit. Id ita explicare videtur *Senec. ep. 64. §. 7.* Hoc *(collyrio)* vis subita et humor avertitur. *Cels. 2. 15.* Impetum febris sustinere; *il colmo. Plin. 22. 58. 1.* Farina ex hordeo collectiones impetusque discutit. *Id. 21. 89. 3.* Thymum e vino tumores et impetus tollit; *flussioni raccolte all' improviso. Id. 28. 50. 1.* Impetus pituitae in facie butyro illito tolluntur. *Id. 20. 83. 1.* Menta cum amylo inhibet coeliacorum impetus; *dolori.* Et *ibid. 8. 5.* Oculorum impetus; φλεγμονάς; *infiammazioni:* ut est apud *Dioscor. l. 2. c. 162. Inser.* apud *Toehôn, cachets des veul. p. 60.* Diarhodon ad impetum. *Alia ibid. p. 68.* Diarhodon post impetum. V. FERVOR §. 2. — Similiter impetus vulnerum. *Plin. 20. 84. 3.;* et impetus sanguinis, *Aurel. Viet. Epit. 45.; apoplessia;* et impetus podagrae; *gli assalti della gotta. Plin. 28. 9. 1.* et *Scribon. Compos. 160.* — **10)** Apud *Vitruv.* est nisus et pressus rei incumbentis, quod est onus; *pressione, peso, carico.* Sic enim habet *6. 3.* Tetrastyla sunt, quae subiectis sub trabibus angularibus columnis, et utilitatem trabibus, et firmitatem praestant, quod neque ipsae magnum impetum coguntur habere, neque ab interpensivis onerantur.

IMPEXUS et Inpexus, a, um. Adiect. ab *in* et *pexus;* non pexus; *non pettinato, scarmigliato. Virg. 3. G. 566.* Stiriaque impexis induruit horrida barbis. *Horat. 2. Sat. 3. 128.* Caput impexa porrigine foedum. *Ovid. 1. Met. 529.* Et levis impexos retro dabat aura capillos. *Virg. 7. Aen. 666.* tegumen immane leonis Terribili impexum seta. Cf. IMPLEXUS. — **2)** Translate pro inculto ponitur. *Auct. dial. de Orat. 20.* Antiquitas tristis et impexa.

IMPĬĀMENTUM et Inpiamentum, i, n. Verbale ab *impio*, syllabica adiectione productum; impia contaminatio, scelus; *contaminazione, empietà. Cyprian. ep. 63.* Ne tales ad altaris impiamenta et contagia fratrum denuo redeant.

IMPĬĀTUS et Inpiatus, a, um. Particip. verbi *impio;* sceleratus, ut *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* exponit; *h. e.* scelere pollutus, impius factus; *reso empio, contaminato. Senec. Hippol. 1185.* coniugis thalamos petam Tanto impiatos facinore? *Apul. 1. Met.* Cruore humano aspersus atque impiatus. Et *3. ibid.* Reus tot caedibus impiatus.

IMPĬCĀTUS et Inpicatus, a, um. Particip. verbi *impico;* pice illitus; *impeciato. Gargil. de re hort.* (edente *A. A. Scottio*) *4. 11.* Ex veteribus multi Suessatibus ollulis impicato siugula poma clausere umbilico.

IMPĬCO et Inpico, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *pico;* pice illino; *impegolare, impeciare. Colum. 12. 29.* Eamque oblinito et impicato diligenter. Et *45.* Pediculos uvarum impicato dura pice. Cf. voc. praeced.

IMPICTUS. V. IMPUNCTUS.

IMPĬĒ et Inpie. Adverb. ab *impius.* — Superlat. *impiissime*, infra. — Est scelerate, nefarie: et proprie, quando quis de Deo, patria, aut de parentibus male meretur, aut de iis, qui parentum loco sunt; *empiamente, sacrilegamente. Cic. 2. Nat. D. 16.* Quae qui videat, non solum indocte, sed etiam impie faciat, si Deos esse neget. *Id. 5. Tusc. 2.* Impie ingratum esse. *Suet. Domit. 10.* Impie loqui. *Plin. Paneg. 37.* Ratus, improbe, et insolenter, ac paene impie his nominibus inseri publicanum. *Curt. 5. 12.* Impie deserere regem. *Hilar. Op. Hist. Fragm. 10. n. 5.* Impiissime defendere. Adde *Salvian. de Avarit. 3.*

IMPĬĔTAS et Inpietas, ātis, f. Abstractum ab *impius;* sceleratus inhumanusque affectus adversus Deum, patriam, parentes, eosve, qui parentum loco sunt: et generatim scelus, fraus, peccatum; *empietà, empietà. Cic. 4. Fin. 24.* Nihil est, quod tam miseros faciat, quam impietas et scelus. *Ovid. 8. Met. 476.* Et consanguineas ut sanguine leniat umbras, Impietate pia est. *Tacit. 6. Ann. 47.* Albucilla defertur impietatis in principem; *h. e.* criminis laesae maiestatis. Adde *Ovid. 4. Met. 4.* et *Quintil. 7. 1. 32.* — **2)** Poëtice tanquam Numen Inferorum, ut *Furor, Discordia, Scelus. Senec. Herc. Fur. 96.* veniat invisum Scelus, Suumque lambens sanguinem Impietas ferox.

IMPĬĔTĀTĬO et Inpietatio, ōnis, f. Abstractum ab *impiatus*, idem ac impietas. *Cassiod. Complex. Apocal. 29.* Ceteri comites, qui be-

Digitized by Google

stiam sunt secuti, gladio Domini trucidati esse noscuntur, cunctisque avibus, id est sanctis, impietationis pabula praebuerunt.

IMPĪGENS et Iupigens, entis. Particip. ab inusit. *impigeo;* frequens. *Coel. Aurel. 5. Acut. 11.* Oscitatio iugis, et impigens levandi voluntas; *h. e.* levandi stomachum, seu vomendi.

IMPĪGER et Iupiger, grā, grum. Adiect. ab *in* et *piger;* non piger, sed strenuus, et diligens; *diligente, sollecito, pronto. Cic. 2. Fam. 1.* Quis est tam impiger in scribendo, quam ego? *Id. Font. 15.* Vir ad labores belli impiger. *Virg. 1. Aen. 742.* ille impiger hausit Spumantem pateram. *Sall. Iug. 7.* Impigro atque acri ingenio esse. *Id. orat. Macri Licin. ad pleb. circa med.* Impigrae linguae, ignavi animi. *Liv. 3. 5. extr.* Cohortes Latinae, gratiis ob impigram militiam actis, remissae domos. *Cic. 7. Verr. 10.* In itineribus praebere se patientem atque impigrum. *Nep. Timoth. 1.* Fuit enim disertus, impiger, laboriosus. *Tacit. 3. Ann. 20.* Impiger manu, exercitus militis. *Horat. 4. Od. 3. 4.* Impiger equus. *Lucan. 4. 738.* Ceciditque in strage suorum Impiger ad letum. *Horat. Art. P. 121.* Impiger, iracundus, inexorabilis, etc. — Cum infinito, Graecorum more. *Id. 4. Od. 14. 22.* impiger hostium Vexare turmas. — Cum genitivo. *Tacit. 3. Ann. 48.* Impiger militiae. — **2)** Eadem ratione, sed comparativo modo. *Flor. 3. 2.* Impiger fluminum Rhodanus; *h. e.* omnium fluviorum velocissimus.

IMPĪGRĂBĪLIS et Inpigrabilis, le. Adiect. ab *impiger* et eiusdem significationis, verbalium more effictum. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Impigrabile, ἐκργίαστον.

IMPĪGRĒ et Inpigre. Adverb. ab *impiger;* sine mora, diligenter, strenue; *sollecitamente, prontamente, presto. Plaut. Rud. 4. 2. 10.* De nocte multa impigreque exsurrexi. *Sall. Iug. 98.* Marius impigre prudenterque suorum et hostium res pariter attendere. *Liv. 1. 10.* Ne Crustumini quidem, pro ardore iraque Caeninensium, satis impigre se movent. *Id. 2. 47.* Consulem impigre milites secuti sunt. *Curt. 3. 11.* Quod is imperasset, impigre exsequi. *Id. ibid. 12.* Functas supremo in regem officio se impigre morituras. Et *10. 3.* Impigre militiam tolerare. *Liv. 5. 8.* Impigre promissum auxilium. — Comparat. et superlat. gradus non videntur in usu fuisse.

IMPĪGRĪTAS et Inpigritas, ātis, f. Abstractum ab *impiger;* diligentia; *sollecitudine, prontezza. Cic. 5. de Rep.*, ut citat *Nonius*, 2. *434.* Numquam viri fortissimi, fortitudinis, impigritatis, patientiae *fructu caruerunt.* Ita complenda sententia videtur *A. Mai.* Cf. voc. seq.

IMPĪGRĪTĬĂ et Inpigritia, ae, f. Abstractum ab *impiger,* idem quod impigritas. *Ambros. de Noe,* 2. Salus, valetudo bona, pulchritudo, impigritia, divitiae, etc. Adde *Non.* loc. cit. in voc. praeced.

IMPĪLĬĀ et Inpilia, ium, n. Sunt socculi, pedum tegumenta e lana coacta, non quasi sine pilis, sed a Graeco *ἰμπίλλω*; coactilia, quae ita dicuntur, quia πιλωτά; coacta, stipata; *peduli. Plin. 19. 10. 1.* Theophrastus auctor est, esse bulbi genus, cuius inter summum corticem, eamque partem, qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua impilia, vestesque quaedam conficiantur. V. BULBUS §. 4. *Ulp. Dig. 34. 2. 23.* Fasciae crurales, pedulesque, et inpilia, vestis loco sunt. Ita *Torrentin.*, at *Halvander* et item piles.

IMPĪLO et Inpilo, as, āvi, ātre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *pilo;* pilos evellere. — Translate. *Placid. Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 238.* Impilasti, convicio concidisti, interdum castigasti.

IMPINGO et Inpingo, ingis, ēgi, actum, ingĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *pango,* mutata, euphoniae gratia, *a* littera in *i.* — **b)** Ut *compago* pro *compingo*, sic et *impago* pro *impingo* vulgo usitatum fuisse patet ex *Onom. Lat. Gr.* Impago; *ἰμπάγνυμι.* Cf. IMPAGES et V. PANGO. — **c)** *Impingier* paragoge pro *impingi* apud *Plaut. Capt. 3. 5. 76.* — **d)** Particip. *impingens* §. 7., *impingendus* §. 1., *impactus*, V. suo loco. — **e)** Derivata, *impactio, impages.*

IMPINGO proprie est impello: quasi in aliquem locum pango, illido, iacio alicui in os, obiicio, obtrudo; *spingere, gettare contra, urtare. Virg. 3. Aen. 804.* cum Troïa Achilles Exanimata sequens impingeret agmina muris; *spingesse in fuga fin sotto le mura. Tacit. 2. Hist. 41.* Hostes in vallum impingere. Et *3. ibid. 22.* Vitellianus exercitus, indignus rectoris, paratis iam Flavianis impingitur; *urtò, diede ne' Flaviani. Stat. 7. Theb. 28.* impingit Tyriis Danea agmina muris; *spinge all' assalto. Sil. 4. 299.* structo Tyrrhena ad litora saxo Pila immane sonans, impingitur ardua ponto. Et *12. 187.* Propulsum Borea scopulis impingitur aequor. *Quintil. 4. 1. a med.* Qui navem, dum portum egreditur, impegit; *diede in uno scoglio. Plin. 3. ep. 16.* Parieti caput ingenti impetu impingere; *dar del capo. Lactant. 2. 3.* Impingere in lapides. *Phaedr. 3. 3.* Aesopo quidam petulans lapidem impegerat. *Afran.* ad *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Mustricola p. 147. Müll.* Mustricolam in dentes impingam tibi. *Plaut. Rud. 3. 4. 5.* Pugnum in os impinge. *Id. Pers. 4. 4. 24.* et *Capt. 3. 5. 76.* Impingere alicui compedes; *h. e.* indere, invitum compedibus vincire. Sic *Senec. Tranquill. 10.* laqueum alicui. *Plaut. in Suppos. Amph.* Quis tam vasto *sub fin.* vulnus. *Senec. ep. 119.* venenum. *Coel.* ad *Cic. 3. Fam. 8. ad fin.* fustem. *Cic. 3. Tusc. 19.* Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat. *Plaut. Cas. 3. 2. 38.* Impingere alicui suavium; *h. e.* quasi nolenti, aut nil tale exspectanti. *Apul. 2. Met. 26.* Pugnis ille malas ostendere, scapulis alius cubitis impingere, etc. *Auson. Perioch. Il. 21.* In moenia urbis impingitur. — **2)** *Impingere populos in arma*, apud *Lucan. 6. 406.* est compellere, inducere. — **3)** *Impingere calcem* proverbialis locutio est eodem sensu, quo nos quoque dicimus *dar un calcio. Petron. fragm. Tragur. 46. Burm.* Iam Graeculis calcem impingit, et Latinas coepit non male appetere; *h. e.* Graecarum litterarum studium abiecit, deposuit, dimisit. — **4)** *Impingere oculum* est *tirare gli occhi addosso:* apud *Tertull. Idolol. 2.* Si oculum quis impegerit libidinose. — **5)** Translate. *Flor. 3. 12.* Egestas Catilinam patriae suae impegit; *h. e.* compulit patriam impetere. — **6)** Speciatim

II. *Impingere se* est ire impactum; *andar a urtare:* praecipitem ferri in aliquem. *Senec. 1. Ira, 16. a med.* Impingere se in columnas. — **7)** Translate. *Id. 2. ibid. 8.* Quocumque visum est, libido se impingit. *Id. ep. 95. circa med.* Illum libido in contraria impinget. Et *ep. 117.* Impingere aliquem in litem ac molestiam. *Senec. alter, Here. Fur. 991.* Quo se caecus impegit furor? *Val. Flacc. 7. 400.* Obvius ut sera cum se sub nocte magistris Impingit, pecorique pavor; *h. e.* occurrit, incurrit in oculos. — Absolute. *Vulg. Interpr. Ierem. 18. 15.* Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes et impingentes in viis suis, in semitis saeculi, ut ambularent per eas in itinere non trito, etc. — **8)** *Impingere aliquid,* translate, est invito quippiam obiicere, offerre, inferre. *Ter. Phorm. 2. 3. in fin.* Si tu illam attigeris, dicam tibi impingam grandem. *Cic. 6. Att. 1. ante med.* et *Senec. ep. 95.* Impingere alicui ingentem epistolam. *Id. Prov. sub fin.* Renunciare naturae, et munus suum illi impingere; *gettarlo in faccia il suo dono. Id. 1. Benef. 1.* Impingere beneficium; *far per dispetto un benefizio. Plaut. Mil. 3. 3. 53.* Impingere culpam omnem in aliquem; *addossare, gettare. Plerique al. leg.* imponere.

IMPINGUĀTĬO et Inpinguatio, ōnis, f. Verbale ab *impinguo;* actus impinguandi; *l' impinguarsi. Eucher. 1. Instruct. 1.* ad illud *Eccls. 12. 5. Impinguabitur locusta.* In impinguatione locustae tumorem pedum . . . ostendit.

IMPINGUĀTUS et Inpinguatus, a, um. Particip. verbi *impinguo;* pinguis factus; *ingrassato. Vulg. Interpr. Deut. 32. 15.* Impinguatus *(dilectus)*, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum. — **2)** Translate. *Tertull. Ieiun. 6.* Cui cor impinguatum.

IMPINGUO et Inpinguo, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, ab *in* intentiva et *pinguis*. — Particip. *impinguatus*, V. suo loco. — Proprie est pinguis fio; *impinguarsi. Vulg. Interpr. Ital. Deut. 32. 15.* apud *Vercund.* in *Cantic. n. 15.* Impinguavit *(Iacob)* et incrassavit et dilatatus est. *Apic. 8. 7.* Porcellum tamdiu coques, donec lenis fiat, et impinguet; *h. e.* quasi a pinguedine resplendeat. — **2)** Deinde, transitivorum more,

II. *Impinguo* est pinguem facio. *Gloss. Philox.* Impinguo; πιαίνω. Adde *Vulg. Interpr.* loc. cit. in v. IMPINGUATIO. — **3)** Frequentius translate apud eundem *Vulg. Interpr. Ps. 140. 5.* Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. *Id. Prov. 11. 25.* Anima, quae benedicit, impinguabitur. Adde *ibid. 15. 30.* et *alibi.* — **4)** Item apud *Eund. Eccli. 38. 11. impinguare oblationem* est pinguem hostiam afferre.

IMPĪO et Inpio, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *impius*. — Particip. *impiatus*, V. suo loco. — Proprie est impium facio, polluo, contamino; *contaminare con empietà. Pacat. Paneg. Theodos. 43.* Ne oculos istos omnibus salutares homo funebris impiaret. *Prudent. hymn. ante somn. 53.* At qui coinquinatum Vitiis cor impiavit, etc. — **2)** *Impiare se* est se scelere obstringere, impie agere. *Plaut. Rud. 1. 3. 8.* Si erga parentem aut Deos me impiavi. — Impersonaliter. *Minut. Fel. Octav. 25.* Toties Romanis impiatum est, quoties triumphatum.

IMPĪTE, V. IMPETO §. 1. *fin.*

IMPIUS et Inpius, a, um. Adiect. ab *in* et *pius*, quod in gradu comparativo non est in usu; in superlativo tamen *impiissimus* tantum apud serioris aevi Scriptores. V. infra §. 1. — **b)** Derivata, *impiamentum, impie, impietas, impietatio, impio.*

IMPIUS proprie est sceleratus, saevus, ferus, nefarius, non pius; *empio, scellerato:* et dicitur etiam absolute imprimis de eo, qui de Deo, patriave, aut parentibus male meretur. *Cic. Pis. 20.* Me fugerat, Deorum immortalium has esse in impios et conscelleratos poenas certissimas constitutas. *Id. Quint. 6.* Si pietate propinquitas colitur, necesse est, iste, qui alienam fortunis spoliare conatus est, impium se esse fateatur. *Suet. Rhet. 6.* Impius erga parentes. *Tacit. 16. Ann. 31.* Impios Deos invocare; *h. e.* rebus magicis dare operam. *Virg. 1. G. 468.* Impia saecula. Et *2. ibid. 537.* Impia gens. *Id. 1. Ecl. 71.* Impius miles. *Horat. Epod. 5. 43.* Impube corpus, quale posset impia Mollire Thracum pectora. *Auson. Gratiar. act. 17.* Quae ne infantissimus

Digitized by Google

quidem, nisi idem impiissimus, supprimeret. *Martian. Dig. 28. 5. 46.* Impiissimus filius. — **2)** Speciatim cum de Poëtis, aut carminibus sermo est, *impius* interdum est *malus*, indoctus: quia sacros se esse iactant Poëtae, et sacra studia sequi. Impius ergo qui indigna Musis et Apolline carmina facit. *Catull. 14. 6.* Isti Dii mala multa dent clienti, Qui tantum tibi misit impiorum. Contra *pius* est bonus et doctus poëta. *Virg. 6. Aen. 662.* Quique pii vates, et Phoebo digna locuti. Quamquam hoc *Servius* ad veracitatem vaticinantium refert. V. PIUS. — **3)** Translate de rebus etiam abstractis. *Id. 1. ibid. 298.* Impius furor. *Id. 5. ibid. 733.* Impia Tartara. *Horat. Epod. 3. 1.* Impia manu parentis guttur frangere. *Tibull. 1. 3. 32.* dicta in sanctos impia verba Deos. *Ovid. 14. Met. 801.* generique cruorem Sanguine cum soceri permiscuit impius ensis. *Id. 10. Heroid. 100.* Impia facta. *Id. 14. ibid. 26.* Dantur in invitos impia tura focos. Et *1. Amor. 8. 104.* Impia sub dulci mello venena latent. *Virg. 4. Aen. 298.* Impia fama. *Cic. 2. Rep. 17.* Ut omne bellum, quod denunciatum indictumque non esset, id iniustum esse atque impium iudicaretur. — *Quintil. 6. praef. 3.* Impia vivacitas. *Horat. 1. Od. 27. 6.* Impius clamor. *Id. 4. ibid. 4. 46.* tumultus. — *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. n. 1862. p. 7.* Reclusus castris impia *(sic)* morte perit. — **4)** De *impia herba* haec habet *Plin. 24. 113. 1.* Impia herba vocatur incana, rorismarini aspectu, thyrsi modo vestita atque capitata: inde alii ramuli assurgunt, sua capitula gerentes. Ob id impiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellant. Alii potius ita appellatam, quod nullum animal eam attingat, existimavere. Haec *Plin.*

IMPLĀCĀBĬLĬS et Inplacabilis, le. Adiect. ab *in* et *placabilis;* qui placari non potest; *implacabile. Cic. Pis. 33.* Seque mihi implacabilem, inexpiabilemque praeberet. *Id. 1. Q. Fr. 1. 13.* Implacabiles iracundiae. *Id. 3. Fam. 10. a med.* Implacabilem esse in aliquem. *Liv. 3. 55. extr.* Implacabilem esse alicui. *Nep. Datam. 9.* Implacabile odium suscipere in aliquem. *Virg. 12. Aen. 846.* Adiuro Stygii caput implacabile fontis; *h. e.* quod nulla expiatione a periuris placari potest. *Sil. 17. 252.* in classem ruere implacabile caelum.

IMPLĀCĀBĬLĬTAS et Inplacabilitas, ātis, f. Abstractum ab *implacabilis;* obstinatus animus, qui se placari non sinit; *implacabilità, ostinazione. Ammian. 14. 1.* et *26. 10.*

IMPLĀCĀBĬLĬTER et Inplacabiliter. Adverb. ab *implacabilis;* sine placatione; *implacabilmente.* — In comparat. gradu tantum apud *Tacit. 1. Ann. 15.* Cui implacabilius irascebatur.

IMPLĀCĀTUS et Inplacatus, a, um. Adiect. ab *in* et *placatus;* non placatus; *non placato. Ovid. 8. Met. 845.* implacataeque vigebat Flamma gulae. *Virg. 3. Aen. 420.* Implacata Charybdis.

IMPLĂCĬDUS et Inplacidus, a, um. Adiect. ab *in* et *placidus.* — Superlat. *implacidissimus,* infra. — Est non placidus, inquietus; *inquieto:* item implacabilis, inhumanus, immitis, saevus, importunus; *fiero, crudele. Horat. 4. Od. 14. 10.* Genaunos, implacidum genus. *Stat. 9. Theb. 4.* Mars Divûm implacidissimus. *Id. 5. ibid. 198.* Rore madens Stygio morituram amplectitur urbem Somnus, et implacido fundit gravia otia cornu. *Id. 2. Silv. 1. 216.* implacido letalis Sirius igni. Adde *Propert. 4. 9. 14.*

IMPLĂGĬUM et Inplagium, ii, n. Verbale ab *implago;* actus implagandi, et sensu concreto ipsum rete, sed minus. *Isid. 19. Orig. 5. 1.* Minus autem rete implagium dicitur a plagis. *Alii leg.* simplagium vel symplagium. Cf. *Lindem.* ad *h. l.* V. PLĂGA.

IMPLĂGO et Inplago, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *plaga;* in plagas seu retia conicio, irretio. — Translate. *Sidonii* exemplum vide in IMPLICATURA.

IMPLĀNĀTOR et Inplanator, ōris, m. Verbale ab *implano;* qui implanat. V. loc. in IMPLANO §. 2.

IMPLĀNĀTUS. V. voc. seq. §. 2.

IMPLĀNO et Inplano, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *implanus;* implanum redigo; *rendere scabroso. Not. Tir. p. 79.* Planus, implanat, explanat. *Gloss. Philox.* Implano, ἀπεπλανέσμαι. — **2)** Hinc translate est decipio apud *Vulgat. Interpr. Eccli. 15. 12.* Non dicas: ille me implanavit. *Id. ibid. 34. 11.* Qui implanatus est, abundabit nequitia. — *Auct. lib. de singul. Clericr. Cypriano* tributi *n. 3.* et *Gal. 6. 3.* Si quis putat, se aliquid esse, cum non sit, se ipsum implanat. Pro certo implanator proprius suam animam decipit.

IMPLĀNUS et Inplanus, a, um. Adiect. ab *in* et *planus;* non planus; *non piano. Aurel. Vict. Caesar. 27.* Inter implana urbis. Cf. voc. praeced.

IMPLASTRO et Inplastro, as, āre. Verbum transitiv., idem ac *emplastro,* Latina consuetudine. V. EMPLASTRO. — Translate, inserere; *innestare, infondere. Victor., ep.* apud *Fulgent. 9. n. 3. de Elisaeo.* Minoravit se paululum magnitudo, ut cum osculatur mortuum, implastraret animam, et redderet puerum vivum.

IMPLĒBĬLIS et Inplebilis, le. Adiect. verbale ab *impleo;* qui impleri potest. *Coel. Aurel. 3. Chron. 8. n. 139.* Herodicus *(hydropicis)* ventris adhibet purgationem, atque post coenam vomitus, qui suot implebiles potius, quam siccabiles; *h. e.* qui magis faciunt, ut implestur, quam siccetur hydropicus. Adde *Arnob. Iunior. Conflict. de Deo, 2. 8.* et *Leporius, Libell. emend. 4.*

IMPLECTĬCUS et Inplecticus, a, um. Adiect. ab *in* privativa et πλεκτικός, flexilis; ut Implecticus bos apud *Veget. 3. Veterin. 29.*, qui nempe riget, et se difficulter admodum flectit.

IMPLECTO et Inplecto, ctis, exum, ctĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *plecto.* — Particip. *implexus,* V. suo loco. — Est innecto, implico. *Apul. Apol.* Crocodilus, quod est ore amplo, sed elingui, et plerumque in aqua recluso, multae hirundines dentibus implectuntur.

IMPLĒMENTUM et Inplementum, i, m. Verbale ab *impleo,* syllabica adiectione productum; repletio, impletio; *ripienezza. Cael. Aurel. 1. Chron. 5.* Sic etiam in iracundia constitutos capitis implemento affici, atque aestimare se in furorem devenisse.

IMPLĔO et Inpleo, es, ēvi, ētum, ēre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *pleo.* V. PLEO. — **b)** De confusione huius verbi cum *impluo* vel *imploro.* V. IMPLUO §. b. — **c)** Saepe syncopen admittit, *implesti, implerunt, implerint, implessem, implesse,* etc. *Cic., Virg., Horat., Pers.* etc. — **d)** Particip. *implens* §. 8. *implendus* §. 10. *impletus,* V. suo loco, *implaturus* §. 11. — **e)** Derivata, *implebilis, implementum, impletio.* — **f)** Composita, *adimpleo, superimpleo.*

IMPLEO proprie est plenum reddo, expleo, compleo; *empire. Cic. 2. Phil. 25.* Frustis esculentis gremium suum, et totum tribunal implevit. *Id. 9. Fam. 18.* Oliam denariorum implere. *Colum. 12. 56.* Implere amphoram ad summum. *Virg. 1. Aen. 753.* Implevitque mero pateram. Et *7. ibid. 25.* Neptunus ventis implevit vela secundis; *gonfiò.* Et *11. ibid. 274.* scopulos lacrimosis vocibus implent. *Cic. 4. Acad. 27.* De quibus voluminа impleta sunt non a nostris solum, sed etiam a Chrysippo. *Virg. 9. Aen. 72.* manum pinu flagranti fervidus implet; *h. e.* sumit pinum implentem manum. *Val. Flacc. 6. 526.* Barbarica chlamys ardet acu, tremefactaque vento Implet equum; *copre tutto. Plin. 16. 76. 8.* Arboris crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Et *18. 20. 6.* Modius grani sexdecim libras implet; *pesa.* — **2)** Illa notanda sunt. *Plaut. Aul. 3. 5. 6.* Postquam implevisti fustibus istorum caput. *Id. Cas. 1. 1. 33.* Dolia nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris. *Cels. 4. 2. n. 1. a med.* Caput calido oleo implere; *h. e.* totum perfundere. Sic *3. 18. ante med.* Herbarum succo expresso caput impleatur. — **3)** Speciatim

II. *Impleo* refertur aliquando ad tempus aetatis. *Quintil. 3. 1. 14.* et *Plin. 1. ep. 12.* Implevit annum septimum et sexagesimum; *ha compito. Horat. 1. Ep. 20. 27.* Me quater undenos sciat implevisse decembres. *Plin. 7. 16. 3.* Implere cursum vitae; *finire.* Sic *Tacit. 2. Ann. 42. ad fin.* Finem vitae, sponte, an fato, implevit; *finì di vivere.* — **4)** Item ad cibum capiendum. *Virg. 1. Aen. 219.* Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinae. Cf. *Prob. Append. p. 442. Endl. n. 30.*, ubi notat locutionem cum genitivo. *Petron. Satyr. 16.* Praeparata nos implevimus coena. *Cels. 1. 2. extr.* Si quis interdiu se implevit, post cibum neque frigori, neque aestui se debet committere; *ha ben mangiato.* Cf. *Vulg. Interpr. Ioh. 6. 12., ubi passive:* ut autem impleti sunt. — **5)** Et translate. *Val. Flacc. 7. 121.* comitum visu fruitur miseranda suarum, Implerique nequit; *non può saziarsi.* — **6)** *Implere se,* onerare. *Colum. 3. 2. ante med.* Nomentanae vites se frequenter implent, et id, quod ediderunt, optime tuentur; *si caricano d' uva.* — **7)** Hinc ponitur et pro nutrire et pinguem facere; *nutrire, ingrassare. Cels. 1. 3. ante med.* Implet corpus modica exercitatio, frequentior quies, unctio, etc. *Cyprian. ep. 1.* Impletur in sacum cibis corpus. — **8)** Item carnem inducere in vulneribus curandis; *far carne:* cui contrarium est erodere. *Cels. 5. 28. n. 1.* Purusque iam sinus curari potest implentibus. — **9)** Item pro inflare, distendere; *gonfiare. Id. 2. 8. a med.* Si aqua inter cutem quem implevit. — *Plin. 19. 5. 1.* Flatus implet vela. — **10)** Et pro gravidare; *ingravidare. Colum. 7. 6.* Caper quinquennis parum idoneus habetur feminis implendis. *Plin. 9. 39. 1.* Muraenas vulgus coitu serpentium impleri putat. *Id. 8. 77. 1.* Sues implentur uno coitu. *Ovid. 11. Met. 265.* ingentique implet Achille; *scil.* Peleus Thetidem. Adde *Lucan. 8. 409.* — **11)** Translate. *Cic. Orat. 29. extr.* Demosthenes quamquam unus eminet inter omnes, tamen non semper implet aures meas, ita sunt avidae et capaces. *Plin. 1. ep. 10.* Utinam quam spem ille de me concepit, impleverim! *Senec. prooem. l. 3. Controv.* Implere controversiam, quaestionem; *h. e.* totam persequi dicendo. *Tacit. 1. Ann. 22.* Osculis ac lacrimis dolorem suum implere; *sfogare a pieno. Val. Flacc. 2. 167.* tum voce Deos, tum questibus implet; *stordisce.* Et *4. 81.* Implere aliquem hortatibus. *Ovid. 7. Met. 428.* muneribus. *Liv. 1. 46. sub fin.* Celeriter adolescentem suae temeritatis implet. Et *7. 7.* Implere aliquem spei animorumque. *Id. 5. 28.* aliquem religionis. *Id. 10. 14.* hostes fugae et formidinis. *Id. 56. 29.* multitudinem expectatione vana. *Id. 26. 30. sub fin.* Implevit populares laudibus meritis Scipionis. *Id. 24. 46.* Quae virgines impleturae urbem tumultu fue-

Digitized by Google

rint. *Apul. 60. Met. 5.* Ad extremum sobolis implebatur odium. Cf. *Hildebr. ad h. l.* — Absolute. *Stat. 5. Theb. 618.* assensuque furentem implet Achea manus; *h. e.* turba assentiendo furenti addit ei animos, et quadam armorum insania implet. — **12)** Pro complere. *Pallad. 7. 2. in fin.* Ita per paucos itus ac reditus, brevi horarum spatio, tota messis impletur; *si finisce, si fa.* — **13)** Illa quoque poëtica sunt. *Stat. 8. Theb. 292.* visusque sibi nec sceptra capaci Sustentare manu, nec adhuc implere tiaram; *h. e.* oneri regiminis impar esse. Loquitur de regio puero in patris regnum succedente. Et *9. 724.* Nondum tela procax, arcumque implere valebas; *h. e.* tela manu tenere, et arcum sagitta imposita tendere. *Id. 10. 433.* Et toto praecordia protinus Arcas Implevit capulo; *h. e.* ensem capulo tenus immersit in praecordia. *Id. 2. Silv. 1. 25.* dulcibus alloquiis implere noctem; *passar la notte intiera.* — **14)** Universim, attenta orationis serie,

III. *Impleo* sumitur pro praestare, perficere, adimplere. *Cic. Cluent. 18.* Ne id profiteri videar, quod non possim implere. *mantenere. Plin. 2. ep. 12.* Implere promissum, et fidem exsolvere. *Id. 10. ep. 56.* Vereor, ne non implesse officii mei partes videar; *di non aver soddisfatto alle parti del mio dovere. Tacit. 3. Ann. 53.* Implere munia sua; *adempiere le sue incombenze. Ulp. Dig. 48. 1. 5.* Inchoatas delationes implere; *condurre a fine. Vellei. 2. 93.* Cum Paulus vix posset implere censorem; *h. e.* vim auctoritatemque habere censoris. *Plin. 7. ep. 33.* Non advocati fidem, sed inimici amaritudinem impleste; *non aver soddisfatto alla puntualità d' avvocato, ma sfogato l'amarezza di nemico. Tacit. 1. Hist. 16.* Implere consilium; *mettere in esecuzione il disegno.* Et *4. Ann. 38.* locum principem; *h. e.* ita tenere, ut plene, quae sunt principis, exsequare. *Id. Agric. 44.* Vera bona, quae in virtutibus sita sunt, impleverat; *avea compito, adempito. Plin. 10. 20. 2.* Nec multo post prodigium implevit; *comprovò col successo.* Sic *Liv. 1. 7. ad fin.* Implere fata; *h. e.* quod portendebant, praestare. *Plin. 8. ep. 15.* Implere vestigia alicuius; *h. e.* sequi, assequi, imitari, aequare. Et *6. ep. 6.* alicuius vices; *supplire.* Et *Claudian. VI. cons. Honor. 432.* Ut nostras tibi, Roma, vices pro principe consul Impleret. — *Inscr.* apud *Cavedoni, Opusc. di Mod. T. 6. p. 330.* Inplevit *(sic)* in episcopatu an. XVIII. etc. — **15)** Pro assimilare. *Solin. 1. a med.* Oratorem L. Plancum Rubrius histrio sic implevit, ut et ipse Plancus a populo vocaretur. — **16)** Pro plane explicare, plene exprimere. *Tertull. Spectac. 19.* Malo haec non implere, quam meminisse; *non compire questo racconto.* — *Fulgent. 3. Mythol. 9.* Cithara aliqua non implet, quae viva vox potest. — **17)** Apud Scriptores Ecclesiasticos et Vulgatum Interpretem

IV. *Implere manus*, formula Hebraeis usitata, est consecrare, sacerdotio initiare, imponendo novi sacerdotis manibus, quae Deo offerat. *Vulg. Interpr. Judic. 17. 12.* Implevitque Michas manum eius et habuit puerum sacerdotem apud se. — *Id. 3. Reg. 13. 33.* Post verba haec non est reversus Ieroboam de via sua pessima, sed e contrario fecit de novissimis populi sacerdotes excelsorum: quicumque volebat, implebat manum suam et fiebat sacerdos excelsorum; *h. e.* initiabatur, seu initiabat ipse se. — Eodem sensu accipi potest illud *Ezech. 43. 26.* Expiabunt altare et mundabunt illud: et implebunt manum eius. — **18)** *Implere arcum* apud *Eund. Zachar. 9. 13.* est arcum vehementer tendere. — **19)** *Implere proverbia et iudicia*, V. IMPLEO §. 6.

Nota. Construitur verbum cum accusat. rei vel personae et ablat. modi vel instrumenti; pro quo Graecorum more adhibetur aliquando genitivus. Cf. supra §. 4. et 11. — Rarius et apud Seriores tantum cum altero accusat. et praepos. *ad* vel *in*. V. §. 7. et 11.

IMPLĒTĬO et Inpletio, ōnis, f. Verbale ab *impleo*, idem ac implementum, actus implendi. *Salvian. 3. Gubern. D. 3.* Non modo regimen suum Dominus et impletionem, sed etiam vim ac beneficium ipsius impletionis ostendit. *Id. ibid.* Impletio divinitatis.

IMPLĒTUS et Inpletus, a, um. Particip. verbi *impleo*, plenus factus; *empito, pieno. Justin. 29. 4. sub fin.* Ut spe impletos in societatis iure retineret. Et *24. 6.* Mentes vatum Deo impletae. *Liv. 7. 2.* Histriones impletas modis saturas peragebant.

IMPLEXĬO et Inplexio, ōnis, f. Verbale ab *implecto;* implexus. *Capell. 2. p. 42.* Serpentis gemini implexio.

IMPLEXUS et Inplexus, a, um. Particip. verbi *implecto;* involutus, implicatus, innexus; *involto, aggruppato, intricato. Virg. 4. G. 482.* caeruleos implexae crinibus angues Eumenides. *Albinov. 1. 223.* salice implexus, muscoque, et arundine crinis. *Plin. 8. 15. 1.* Dracones quaternos quinosque inter se cratium modo implexos. Et *2. 70. 1.* Tres circuli zonis implexi; *incrocicchiati. Id. 28. 17. 1.* Digitis pectinatim inter se implexis. *Apul. Apol.* Capillus horrore implexus atque impeditus. *Id. 3. Met.* Implexa manibus ambabus collo meo, Paveo, inquit, etc.; *attaccata.* Et *ibid.* Plerique columnis implexi, alii statuis dependuli. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 2.*, ubi *implexus* aliquando cum *impexus* in libris confusum fuisse tradit. — Item et cum *amplexus*. V. AMPLECTOR §. f.

IMPLEXUS et Inplexus, us, m. Verbale ab *implecto;* implicatio, amplexus. In sexto casu sing. *Plin. 9. 74. 3.* Polypus cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. *Id. 2. 66. 1.* Ut terra et aqua mutuo implexu iungerentur.

IMPLĬCĀMENTUM et Inplicamentum, i, n. Verbale ab *implico*, syllabica adiectione productum; implicatio. *Augustin. 1. de serm. Dom. in monte 3. a med.* Miseriarum implicamentis se expedire. Adde *Serm. 48.* ed. *Mai.*

IMPLĬCĀTĬO et Inplicatio, ōnis, f. Verbale ab *implico;* implexus; *raccolgimento, intrecciamento, incrocicchiamento. Cic. 2. Nat. D. 55. extr.* Nervorum implicatio toto corpore pertinens. *Id. 2. Invent. 52.* Oportebit per locorum communium implicationem ostendere, etc.; *h. e.* complexum argumentorum. *Id. Sex. 46.* Qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint, quam suo deflagrare; *h. e.* turbatas, implicatasque rationes, atque aes alienum. — **2)** Est etiam hoc nomine figura rhetorica, eadem quae apud Graecos πλοκή dicta est, teste *Iul. Rufinian. de Schem. lex. 14.* V. PLOCE.

IMPLĬCĀTRIX et Inplicatrix, īcis, f. Verbale ab *implico;* quae implicat. *Gloss. Philox.* Implicatrix; *ἐμπλέκτρια.*

IMPLĬCĀTŪRA et Inplicatura, ae, f. Verbale ab *implico;* implicatio. *Sidon. 9. ep. 9. ad fin.* Vernaculis implicaturis in retia sua praecipites implagabuntur.

IMPLĬCĀTUS et Inplicatus, a, um. Particip. verbi *implico*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Hinc comparat. *implicatior* et superlat. *implicatissimus* §. 2. — Proprie est involutus, innexus, implicitus; *intrecciato, attortigliato, inviluppato, involto. Caes. 7. B. G. 73.* Quini ordines stipitum coniuncti inter se atque implicati, quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis inducbant. *Horat. Epod. 5. 15.* Canidia brevibus implicata viperis Crines. *Plin. 21. 68. 1.* Ionione unum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur. *Id. 11. 5. 1.* Insectis nihil intus, nisi admodum paucis intestinum implicatum. *Tacit. 4. Ann. 53.* Implicatus morbo. V. IMPLICITUS §. 1. — **2)** Translate. *Sallust. orat. 2. ad Caes. de rep. ordin. a med.* Alii iudiciis publicis, alii privatis suis negotiis implicati. *Cic. 1. Leg. 17.* Voluptas penitus in omni sensu implicata insidet. *Id. 5. Tusc. 1.* Animi angoribus et molestiis implicati. *Id. Har. resp. 4.* Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, exspectatione supplicii implicatus. *Id. 2. Phil. 32. ad fin.* Implicata inscitia impudentia est, si etc. *Gell. 19. 12.* Innexus et implicatus. Et *9.* Implicata carmina facere. Et *6. 2. extr.* Obscurissima et implicatissima quaestio. *Amm. 26. 6. ad fin.* Per artus tremore diffuso, implicatior ad loquendum. *Sen. Apocoloc. ante med.* Vox nullum terrestris animalis, sed qualis esse marinis beluis solet, rauca et implicata. — **3)** Refertur et ad coniunctionem necessitudinis et familiaritatis. *Nep. Dion. 1.* Utraque implicatus tyrannide Dionysiorum. Nam ille superior sororem Dionis habuit in matrimonio, etc. *Cic. 6. Fam. 12.* Omnes Caesaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine et benevolentia. *Id. 1. Att. 19. a med.* Novis amicitiis implicati. *Id. Pis. 29.* Revocare se non poterat familiaritate implicatus. *Id. Amic. 22. extr.* Implicati ultro et citro, vel usu diuturno, vel etiam officiis. — **4)** Item ad texturam orationis. *Cic. Orat. 56.* Intervallorum longorum et brevium varietas, quibus implicata atque permixta oratio; *intrecciata, intessuta. Gell. 18. 2.* Versus Ennii uno multifariam verbo concinniter implicati.

IMPLĬCĀTUS et Inplicatus, us, m. Verbale ab *implico*, idem quod implicatio. *Vulg. Interpr. Ital. 1. Petr. 5. 3.* apud *Ambros. Exhort. Virg. 11.* Non implicatu capillorum neque in tortis crinibus. V. IMPLICITUS, us.

IMPLĬCISCO et Inplicisco, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *implico;* animo deficio; *venire, cadere in deliquio. Front. 3. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 13. ex vet. Pōtta. Loquitur Hero ad Leandrum.* Nam ego potius te caruero, tametsi amore ardeo, potius quam te ad hoc noctis natare tantum profundi patiar; ne luna occidat, ne ventus lucernam interemat, ne quid tibi ex frigore implicisear *(fortasse legend.* implicisca), ne fluctus, ne vadus, ne piscis aliquo norsit. *Gloss. Philox.* Implicisco; *ἀκροκοκκάζω.* — **2)** Deponentium more,

IMPLICISCOR, scĕris, sci. Est mente aberro; *delirare. Plaut. Amph. 2. 2. 93. Amph.* Delirat uxor. *Sos.* atra bili pereita est. Nulla res tam delirantes homines concinnat cito. *Amph.* Ubi primum tibi sensisti, mulier, implicisciер? *Ale.* Equidem ecastor sana et salva sum *(implicisciер* est paragoge pro *implicisci).*

IMPLĬCĬTĒ et Inplicite. Adverb. ab *implicitus;* involute, abscondite; *inviluppatamente, implicitamente. Cic. 2. Invent. 23.* Absoluta constitutio est, quae ipsa in se, non ut negotialis, implicite et absconditе, sed patentius et expeditius recti et non recti quaestionem continet. Adde *Boëth. in Topic. Cic. p. 1088. Migne.*

IMPLĬCĬTO et Inplicito, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *implico*. *Plin. 9. ep. 33.* Varios orbes implicitat expeditque; *h. e.* involvit et evolvit. *Al. leg.* implicat.

IMPLĬCĬTUS et Inplicitus, a, um. Particip. verbi *implico*, idem quod implicatus, sed usu minus frequens; *inviluppato, involto. Horat.*

Digitized by Google

Art. P. 423. Litibus implicitum eripere. *Nep. Agesil. 8. ad fin.* et *Liv. 23. 34.* In morbum implicitus decessit. *Caes. 3. B. C. 18.* et *Liv. 25. 40.* Praetor gravi morbo implicitus (Et absolute *Martial. 1. 102.* Ureret implicitum cum scelerata lues. Cf. de hac locutione *Hildebr.* ad *Apul. 10. Met. 9.*). *Liv. 6. 21.* Ni privato, ut fit, periculo publicum implicitum esset. *Martial. Spectac. 11.* Implicita visco fuga. *Stat. 10. Theb. 718.* sic colla manusque tenebat implicitus; *strettamente abbracciato. Ovid. 2. Art. am. 580.* Impliciti laqueis. *Id. 9. Heroid. 94.* Comae angue implicitae; *intrecciate*. Et *1. Art. am. 561.* Implicitam sinu abstulit; *strettasela al seno*. — Absolute. *Cael. Aurel. 3. Acut. 8. 87. de vino dulci.* Denique etiam iam sanos, indigestos atque inutiles et implicitos facit; *h. e.* anxios, moestos. — **2)** Translate. *Plaut. Mere. 1. 1. 14.* Implicitus muliere; *intricato in amor di donna*. *Lucan. 3. 432.* terrore, *vel* torpore. *Plin. 7. ep. 16.* Calestrium familiarissime diligo, et privatis mihi et publicis necessitudinibus implicitum; *legato meco*. Et *3. ep. 9.* Implicitus suspicionibus. *Cic. Manil. 7.* Implicitum esse, et cohaerere cum aliqua re.

IMPLĬCĬTUS et Inplicitus, us, m. Verbale ab *implico*, idem quod implicatus, implicatio. *Vulg. Interpr. Ital. 1. Petr. 3. 3.* apud *Vigil. Taps. contra Vadimar.* Non extrinsecus capillorum implicitus, aut auri circumdatio. Cf. IMPLICATUS, us.

IMPLĬCO et Inplico, cas, cavi *et* cui, cātum *et* cĭtum, cāre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *plico*, cuius variationes sequitur. V. PLICO. — **b)** Et duplici praeterito duplex est supinum, atque hinc duplex quoque particip., *implicitus* et *implicatus*, quae V. suo loco. — Alia particip. *impliceans* §. 4., *implicandus* §. 1., *implicitums* §. 1. — **c)** Derivata, *implicamentum*, *implicatio*, *implicatrix*, *implicatura*, *implicatus*, *us*, *implicisco*, *implicite*, *implicito*, *implicitus*, *us*.

IMPLICO proprie est innecto, involvo, impedio, irretio; *inviluppare*, *intrecciare*, *avvolgere*, *raggruppare*, *intricare*. *Catull. 61. 54.* Ut tenax hedera huc et illuc Arborem implicat errans. *Pompeius ad Domit. 5. post ep. 12. l. 8. ad Att.* Ut te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit. *Virg. 11. Aen. 751.* volans alte raptum cum fulva draconem Pert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus haesit. Et *10. ibid. 892.* calcibus auras Verberat, effusumque equitem, super ipse secutus, Implicat. *Id. 2. ibid. 552.* Implicuitque comam laeva; *press.* Et *72.* dextrae se parvus luius Implicuit; *si attaccò*. Et *Ovid. 1. Met. 763.* implicuit materno brachia collo. Et *2. Amor. 18. 9.* Implicuitque suos circum mea colla lacertos. *Tibull. 1. 4. 51.* Post etiam collo se implicuisse volet. *Catull. 61. 108.* Implicari in complexum alicuius. *Virg. 11. Aen. 652.* totas Implicuere inter se acies; *h. e.* miscuere in pugnam. *Sall. Iug. 63.* Implicare ac perturbare aciem; *intricare e disordinare*. *Martial. 6. 15. de formica.* Implicuit tenuem succina gutta feram. *Curt. 4. 3.* Ad implicanda navigia, quae muros subibant. — *Virg. 4. Aen. 149.* Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro; *annoda*. Et *7. ibid. 133.* frondenti tempora ramo Implicat; *cinge*. *Ovid. 5. Fast. 220.* Sertaque caelestes implicitura comas. (*Implicare caput*, pro ornare, comam religando, ex *Afriano* affert *Non. 2. 430.*). — *Virg. 12. Aen. 748.* Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes; *fa giri e rigiri*. — **2)** Pro penitus immittere, immiscere. *Cic. 1. Divin. 36.* Dii cum vim suam terrae cavernis includunt, tum hominum naturis implicant. *Virg. 7. Aen. 388.* atque ossibus implicat ignem. *Val. Flacc. 7. 598.* propinquanti noctem implicat. — **3)** *Implicari morbo*. V. IMPLICITUS §. 1. — **4)** Translate. *Cic. Dom. 40.* Nisi etiam muliebribus religionibus te implicuisses; *ti fossi impacciato e intricato*. Et *2. Offic. 11.* Contrahendis negotiis implicari; occuparsi. Et *4. Tusc. 27.* Bene adhibita ratio cernit quid optimum sit: neglecta multis implicatur erroribus; *s' inviluppa, s' imbroglia*. Et *4. Verr. 18.* Ipse te impedies: ipse tua defensione implicabere. *Virg. 11. Aen. 108.* Quaenam vos tanto Fortuna indigna, Latini, Implicuit bello? *h. e.* immiscuit et irretivit. *Liv. 40. 46.* Nisi forte implacabiles irae vestrae implicaverint animos vestros; *h. e.* in errorem induxerint, confuderint: *abbiano imbrogliato e confuso le vostre menti*. Al. aliter legunt. *Cic. 1. Invent. 22.* Paucitas in partitione servatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neque permixte cum partibus implicantur; *h. e.* confunduntur, miscentur. *Liv. 2. 21.* Tanti errores implicant temporum, ut nec qui consules, nec quid quoque anno actum sit, digerere possis; *imbrogliano la storia*. Et *27. 45.* Eum primo incertis implicantes responsis. — **5)** Refertur interdum ad coniunctionem amicitiae et propinquitatis. *Cic. Balb. 27.* Aequa lex et nobis, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur. *Id. 2. Fin. 14.* Se implicet primum civium, deinde omnium mortalium societate. V. IMPLICATUS §. 3. — Non absimile est illud *Cic. Brut. 47.* Ita diu vixit, ut multarum aetatum oratoribus implicaretur; *h. e.* versaretur, consuetudinem haberet.

IMPLŌRĀBĬLIS et Inplorabilis, le. Adiect. verbale ab *imploro;* qui implorari potest, aut debet. *Val. Flacc. 1. 572. de apice Castorum:* Iamenque innoxia fudit Purpureum miseris olim implorabile nautis.

IMPLŌRĀTĬO et Inploratio, ōnis, f. Verbale ab *imploro;* invocatio, auxilii petitio in rebus afflictis; *invocazione*. *Cic. 7. Verr. 63.* Si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non inhibebat. *Id. 2. Orat. 47.* Omniumque Deorum, et hominum, et civium, et sociorum imploratio. *Quintil. 2. 2. 38.* Sive in invocationem aliquam convertimur, sive ad invidiosam imprecationem.

IMPLŌRĀTUS et Inploratus, a, um. Particip. verbi *imploro;* plorando invocatus; *implorato, invocato*. *Iustin. 22. 2.* Ad cuius auxilium Amilcar imploratus, praesidia militum mittit. Et *23. 3.* Imploratus a Siculis in auxilium. *Catull. 68. 65.* Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata. — **2)** Pro deploratus. In *Epit. Liv. l. 54.* Ab exercitu suo multum imploratus, ac nobilissime tumulatus. *Al. leg.* comploratus.

IMPLŌRO et Inploro, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *ploro*. — **b)** Ἀρχαϊκῶς *endoploro* pro *imploro* dictum testatur *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 77. Mull.* « Endoplorato, imprecato, quod est cum questione inclamare: implorare namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis. » Hinc et *Cic. fragm. orat. pro M. Tullio* (edente *A. Peyron*) *p. 108. n. 50.* Quod si fur repugnaverit, endoplorato; hoc est conclamato, ut aliqui audiant et conveniant. *Gloss. Philox.* Endoplorato; ἐπιβόησον. — Et his patet veterem formulam serius quoque in usu fuisse. — **c)** De confusione huius verbi cum *impleo* vel *imploro*. V. IMPLUO §. b. — **d)** Particip. *implorans* et *implorandus*, infra, *imploratus*, V. suo loco, *imploraturus*, infra. — **e)** Derivata, *implorabilis*, *imploratio*.

IMPLORO proprie est, ut ex *Fest. l. c.* colligimus, plorando voco, invoco ad auxilium, appello, testor, exposco, peto; *chiedere o pregare piangendo, implorare, invocare*. *Servius* ad *10. Aen. 19.* Implorare est auxilium cum miseratione deposcere. *Cic. Flacc. 2.* Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? *Id. 7. Verr. 72.* Vos etiam atque etiam imploro et appello, sanctissimae Deae. Et *mox.* Deos Deasque omnes imploro atque obtestor. *Id. 2. Catil. 13. ad fin.* Deos precari, venerari, implorare debetis, ut etc. *Id. Mil. 34.* Misericordiam implorare et exposcere. *Id. Rabir. perduell. 5.* Consulis auxilium implorare et flagitare. *Id. Sull. 25.* Implorarem sensus vestros, uniuscuiusque indulgentiam in suos testarer, peterem errato veniam. *Id. Mur. 40.* Vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat. *Id. 5. Verr. 62. ad fin.* Vestram fidem, dignitatem, religionem in iudicando non imploro. *Id. in Senat. 15. ad fin.* Cum me vestra auctoritas arcessierit, populus R. revocarit, respubl. implorarit. *Caes. 1. B. G. 31.* Mulieres flentes implorabant milites, ne se in servitutem Romanis traderent. *Horat. 2. Ep. 1. 153.* Caelestes aquas prece implorare. *Virg. 10. Aen. 18.* O pater, o hominum Divûmque aeterna potestas (Namque aliud quid sit, quod iam implorare queamus?), Cernis, ut insultent Rutuli? *Cic. 3. Verr. 3.* Implorantes iura libertatis et civitatis in crucem sustulit. *Id. 7. ibid. 49.* Mater me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans; *ripetendo con lagrime*. *Id. 4. Acad. 4.* Ille Heraclii memoriam implorans, quaerere ex eo, num ea e Philone audivisset aliquando; *h. e.* petens ab Heraclito, ut memoriam ipse suam consuleret, num etc. *Caes. 1. B. G. 31.* Dixerunt, sese neque auxilium a populo Romano imploraturos. *Cic. Quint. 30. ad fin.* Qui Deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est? — Absolute. *Plin. Paneg. 46.* Mederis erroribus, sed implorantibus.

IMPLUMBO et Inplumbo, as, āvi, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *plumbo;* plumbo ferrumino; *impiombare*. *Vitruv. 10. 6.* Ferreos enodaces in capitibus scoporum implumbavit.

IMPLŪMIS et Inplumis, me. Adiect. ab *in* et *pluma*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; sine plumis, involucris; *senza piume*. *Horat. Epod. 1. 19.* Assidens implumibus pullis avis. *Plin. 11. 64. 2.* Columbarum fetus implumes. *Sil. 8. 421. implumes* dicit *conos* galearum, pennarum et cristae ornatu carentes. — **2)** Per catachresin est sine pilis; *senza pelo*. *Plin. 8. 81. 3.* Lepus . . . aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Ita legit *Harduin.* ex MSS. Suspicatur *Salmas.* in *Solin. p. 283.* legendum *impile*.

IMPLŬO et Inpluo, uis, ui, ūtum, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *pluo*. — **b)** In MSS. et editis libris aliquando *imploro*, *impleo* et *impluo* inter se sunt confusa. V. infra §. 6. — **c)** Particip. *implutus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *impluvia*, *impluviatus*, *impluvium*.

IMPLUO proprie et impersonaliter est supra vel intus pluo; *piover dentro o sopra*. *Varr. 5. LL. 33.* Deorsum, quo impluebat, impluvium dictum. *Colum. 2. 8.* Prius quam impluerit, ab avibus aut formicis sata edi. *Al. leg.* impluverit. *Plin. 2. 97. 1.* Fanum Veneris, in cuius aram (*al.* aream) non impluit. — **2)** Personaliter. *Sidon. 2. ep. 2. a med.* Si turbo austrinus insorduit, lacus immane turgescit; ita ut arborum comis, quae margini insistunt, superiectae adsperginis fragor impluat. *Id. carm. 22. 152.* torrens ipsis adspergine tectis Impluit. — **3)** Pro simplici pluo. *Senec. 1. Quaest. nat. 6.* Si arcus circa

by Google

occasum refulsit, rorabit, et leviter impluet. — **A)** Transitivorum more

II. *Impluo* est pluvia irroro, madefacio, humecto; *bagnare, inumidire. Ovid. 1. Met. 572.* Peneus . . . spumosis volvitur undis, . . . summasque aspergine silvas Impluit. — **B)** Translate. *Plaut. Most. 4. 1. 15.* Malum cum impluit ceteros, non impluat mihi. — **C)** Apud *Vulg. Interpr. Eccli. 18. 29.* Intellexerunt veritatem et iustitiam et impluerunt proverbia et indicia; h. e. velut imbrem effuderunt. *Alii minus recte* impleverunt *vel* imploraverunt *leg.* sed lectionem nostram demonstrant Graeca apud *LXX. Interpr.*

IMPLŪTUS et Inplutus, a, um. Particip. verbi *impluo;* imbutus; *imbevuto, inzuppato. Non. 16. 3.* Impluviatus color, quasi fumato stillicidio implutus. V. IMPLUVIATUS §. 1.

IMPLŪVĬA, ae, f. Idem videtur esse ac vestis impluviata. Quidam censent, genus hoc vestis dictum esse a colore fusco, vel pullo: alii definiunt vestem, qua sacerdotes per imbrem utebantur. *Varro:* Salium quoque sereno tempore impluvia amictum fuisse criminabantur. Ita *Nicol. Perottus*, quem penes sit fides. — **B)** Porro in *Gloss. Philox.* Impluvia; *μανδύη*. Apud *Hesych.* Μανδύας ἢ μαντύας, εἶδος ἱματίου Περσῶν πολεμικόν. Apud *Ducang.* vero *Gloss. med. et inf. Graecit.* legitur haec vox, quae et *μανδύον* scribitur, a pluribus Graecis scriptoribus usurpata pro pallio imperatorum, episcoporum et monachorum, unde profecto derivatum est Italorum *mantello*, ut ex *impluvia* eorumdem *pieviale* seu *piviale*.

IMPLŪVĬĀTUS et Inpluviatus, a, um. Adiect. ab *impluvia;* impluviam qualicumque modo referens. *Non. 16. 3.* Impluviatus color, quasi fumato stillicidio implutus, qui est Mutinensis, quem nunc dicimus, nempe modica fuligine infuscatus. V. INSUASUM. — **B)** Absolute, substantivorum more,

IMPLUVIATA, ae, f. Vestis a colore ita appellata, de qua *Plaut. Epid. 2. 2. 39. Peripl.* Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam? *Epid.* Impluviatam, ut istaec faciunt vestimentis nomina. *Peripl.* Ut? in impluvium induta erat? Ex postremis his *Plauti* verbis *Turneb. l. 14. adversar. c. 19.* coniicit, aliter hoc interpretandum esse: nempe ut vites, inquit, impluviatae, sic et vestis impluviata de similitudine impluviorum dicetur, quae ea figura est, ut quaterna, id est quatuor quadrata lateribus undique corpus ambiat: quae forma est impluviorum in cavaediis. Sed potius *impluviata* vestis erat, quae impluviato colore; h. e. insuaso, tincta erat; constat enim ex picturis Herculanensibus et Pompeianis, olim mulieres saepissime flavo seu luteo colore vestes suas infecisse, quemadmodum et nostrates villicae magnopere gaudent flavo colore; qui, si subpallidus sit, imitatur illum colorem, qui ex stillicidio fumato oriri solet.

IMPLŪVĬUM et Inpluvium, ii, n. Nomen ab *impluo*, quo significatur locus sine tecto in aedibus, quo impluere imber in domum possit, ut ait *Ascon.* ad *Cic. 5. Verr. 25.; cortile interno della casa. Varr. 5. LL. 33.* Cavum aedium dictum, qui locus tectus intra parietes relinquebatur patulus, qui esset ad communem omnium usum. In hoc locus si nullus relictus erat sub divo qui esset, dicebatur testudo. Si relictus erat in medio, ut lucem caperet; deorsum, quo impluebat, impluvium dictum: et sursum, qua compluebat, compluvium: utrumque a pluvia. Hic *Varro* collocat *compluvium* ad tectum, et *impluvium* ad solum, cum alii Auctores contra collocent. V. COMPLUVIUM §. 1. *Cic. 5. Verr. 25.* Duo signa pulcherrima, quae nunc ad impluvium tuum stant. Et *56.* Columnae ad impluvium locatae. *Liv. 45. 15.* Palmam enatam in impluvio suo nuntiabat. *Ter. Eun. 3. 5. 40. de Iove ad Danaën venlente*, per alienas tegulas Venisse clanculum per impluvium, fucum factum mulieri. *Alii melius leg.* clanculum, per pluviam fucum factum, etc. *Vitruv. 6. 4. ad fin.* Impluvii lumen latum latitudinis atrii ne minus quarta, ne plus tertia parte relinquatur. *Alii* pro impluvii *leg.* compluvii.

IMPOENĔ. V. IMPUNE.

IMPOENĪTENDUS et Inpoenitendus, a, um. Adiect. ab *in* et *poenitendus;* non poenitendus; *da non pentirsi. Apul. 11. Met.* Impoenitendae se pauperiei committere. *Cassiod. 1. Var. 30.* Impoenitenda est ultio, quae de legibus venit.

IMPOENĪTENS et Inpoenitens, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *poenitens;* quem non poenitet; *impenitente*. In *Declam.*, quae inscribitur *Tribunus Marianus* (quae perperam *Quintiliano* tribuitur), *c. 5.* ter legitur. *Hieronym. in Isai. 12. 40. 27.* Hi qui habent cor impoenitens. Alibi vero apud *Eund.* saepius. *Vulg. Interpr. Rom. 2. 5.* Impoenitens cor.

IMPOENĪTENTĬĂ et Inpoenitentia, ae, f. Abstractum ab *impoenitens;* conditio illius, quem non poenitet; *impenitenza. Hieronym. in Isai. 13. 65. 25.* Ne comederet Adam ex eo, et impoenitentiae, desperationisque ac superbiae morte moreretur.

IMPOENĪTĪBĬLIS et Inpoenitibilis, le. Adiect. ab *in* et *poenitet;* impoenitendus. Utitur hac voce *Primas.* in *epist. 2. ad Corinth. 7. p. 570. Migne.*

IMPOENĪTUS. V. IMPUNITUS.

IMPŎLĪTĒ et Inpolite. Adverb. ab *impolitus;* sine politione et ornatu; *senza ornamento, alla buona. Cic. 1. Orat. 49.* Cum tibi sensus breviter impoliteque dicenti maximis sit de rebus assensus.

IMPŎLĪTĬĂ et Inpolitia, ae, f. Abstractum ab *impolitus;* incuria, sordes; *non curanza, sordidezza. Gell. 4. 12.* Si quis eques R. equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiae notabatur *(a censoribus)*. Id verbum significat, quasi si tu dicas, incuriae. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 108. Mull.* Impolitias censores facere dicebantur, cum equiti aes abnegabant ob equum male curatum.

IMPŎLĪTUS et Inpolitus, a, um. Adiect. ab *in* et *politus*. — Comparat. *impolitior* §. *1.* — Proprie est non politus, rudis; rozzo. *Quintil. 8. 6. a med.* Structurae lapidum impolitiorum. — **B)** Translate. *Cic. Brut. 85.* Orationes Catonis valde laudo, significant enim quandam formam ingenii, sed admodum impolitam, et plane rudem. *Id. 2. Orat. 51.* Quam sit genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes atque impolitum. Et *14.* Timaeus ipsa compositione verborum non impolitus. *Id. Prov. cons. 14.* Impolitae vero res, et acerbae si erunt relictae, efferent se aliquando, etc.; h. e. non perfectae.

IMPOLLŪTUS et Inpollutus, a, um. Adiect. ab *in* et *pollutus;* non pollutus; *non macchiato, non violato. Tacit. 14. Ann. 53.* Virginitas impolluta. Et *16. ibid. 26.* Intemeratus, impollutus. *Sil. 13. 679.* Pro barbara nunquam impolluta fides!

IMPŌMENTĂ et Inpomenta, ōrum, n. Verbale ab *impono* per syncopen factum pro *imponimenta*, ut docet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 108. Mull.* Impomenta, quasi impouimenta, quae post coenam mensis imponebant. — In sing. num. *Gloss. vet.* apud *Barth. Advers. 28. 19.* Impomentum; cibus, qui mensae extremus imponitur, qui et bellarium dicitur. Cf. *Apul. 9. Met. 26.* ibique *Hildebr.*

IMPŌMENTUM et IMPŌNĪMENTĂ. } V. voc. praeced.

† **IMPŌNO** et Inpono, ōnis, ŏsui, ŏsĭtum, ōnĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *pono*, cuius variationes sequitur. V. PONO. — **B)** Hinc in praeterito *ἐρχαϊκῶς impositvit* pro *imposuit* apud *Plaut. Rud. 2. 3. 27.* — *Imposivi* pro *imposui* est *Caton.* in *fragm.* apud *Front. ep.* ad *Antonin. 1. 1. p. 109.* ed. Rom. — Item *imposisse* apud *Plaut. Most. 2. 2. 4.* pro *imposivisse*, nempe contractum pro *imposisse*, quod est antiquum praeteritum non infrequens in verbo pono et eius compositis. — **C)** Particip. *impositus* syncopen patitur apud Poëtas, quibus satis frequens est *impostus;* unde sunt *impostor* et *impostura*. V. IMPOSITUS. — **D)** Particip. *imponens* §. *16.*, *imponendus* §. *19.*, *impositus*, v. suo loco, *impositurus* §. *10.* — **E)** Derivata, *impomenta, impositicius, impositio, impositivus, imposito*r (et *impostor*), *impositus, us, impostrix, impostura*. — **F)** Compositum, *superimpono*.

IMPŌNO proprie est aliquid super aliqua re pono, superpono; *soprapporre, imporre. Virg. 1. Aen. 65.* molemque et montes insuper altos Imposuit. *Cic. Flacc. 32.* Imponere coronam alicui. *Id. 3. Offic. 7.* Operi absoluto fastigium. *Liv. 45. 19.* frenos animo alicuius. *Cic. 15. Fam. 56.* onus alicui. *Id. 5. Att. 15.* clitellas bovi. *Liv. 7. 24.* claves portis. *Ovid. 1. Met. 327.* laticem igni. *Tacit. 1. Ann. 61.* pontes paludibus. *Iulian. Dig. 6. 1. 59.* fenestras et ostia in aliena aedificia. *Curt. 9. 7. ad fin.* pedem super cervicem iacentis. *Plaut. Most. 2. 2. 4.* pedem in undam; *in acqua*. Et *Pers. 4. 6. 10.* aliquid in collum. *Liv. 33. 35.* aliquem in equum. Et *5. 40. extr.* in plaustrum. *Stat. 6. Theb. 321.* cum natum imponeret axi; h. e. in currum. *Cic. 1. Tusc. 35.* in rogum. *Gell. 20. 1.* iumento. *Ovid. 2. Fast. 473.* Et *1. Met. 250.* mensis; *metter in tavola*. *Plaut. Rud. 2. 6. 6.* pedem in navem. — *Tertull. Pall. 1.* Ubi moenia Statilius Taurus imposuit, solemnia, etc.; h. e. condidit. — **B)** Hoc sensu speciatim pertinet ad sacra. *Virg. 4. Aen. 453.* turicremis cum dona imponeret aris. *Plaut. Aul. 2. 8. 15.* Tusculum emi, et hasce coronas flereas: Haec imponentur in foco nostro Lari. *Ovid. 1. Fast. 127.* Libum Iano imponere. *Iuvenal. 12. 84.* Sertaque delubris et farra imponite cultris. — **B)** Item ad medicos. *Plin. 20. 24. 5.* Porrum imponitur et vulneribus. *Id. ibid. 13. 5.* Raphanos imponi super umbilicum contra tormenta vulvae. *Id. 23. 1.* Allium imponitur in vulnera. Et *23. 71. 4.* Imponuntur et per se folia. — **A)** Item ad admissuram animalium ad sobolem. *Colum. 6. 36. extr.* Ita efficitur, ut *(asinus)* fastiditae imponatur equae. Adde *7. 2. ad fin.* — **B)** Translate. *Cic. 6. Verr. 9.* Quibus tu privatim iniurias plurimas contumeliasque imposuisti. Et *4. ibid. 60.* Mihi impone istam vim, ut omnino mihi non liceat polliceri. *Sallust. orat. 2. ad Caes.* servitutem civibus. *Cic. Sext. 19.* plagam alicui. *Id. 4. Fin. 24.* et *1. Att. 16. circa med.* vulnera reipublicae. — **C)** Item est praeficere. *Id. Plane. 25.* Si enimus, quem villicum imponeremus. *Liv. 40. 12. a med.* Ut quem vellent, imponerent Macedoniae regem. *Id. 37. 25.* Romanos Masinissam in Syphacis regnum imposuisse. *Cic. 1. Nat. D. 20.* Imponere dominum in cervicibus alicuius. — **D)** Item adiicere, adiungere. *Nep. Cim. 4.* Imponere custodem

Digitized by Google

hortis. *Cic. 3. Q. Fr. 1.* 2. imponere fundo servitutem. — **8)** Item injungere. *Id. 15. Att. 26.* Si mihi imposuisset aliquid, animo iniquo tulissem. *Anton.* ad *Cic. 10. Att. 10.* Partes mihi Caesar has imposuit, ne paterer etc. *Cic. 2. Agr. 18.* Vos mihi personam hanc imposuistis. *Ulp. Dig. 22. 3. 18.* Imponere probationem actori. — **9)** Plus est aliquando quam committere; nempe de iis dicitur, quae commissa oneri sunt et molestiae. *Cic. Sext. 28.* Nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putaverunt. — **10)** Item attribuere; *addossare. Id. 4. Att. 5.* Mihi necessitatem volui imponere novae hujus conjunctionis. *Sall. Cat. 44.* Belli invidiam consuli imponere. *Liv. 36. 27.* Ita enim et illis violandi supplices verecundiam se imposituros. — **11)** Deinde ex vi praepositionis, quae non solum *super*, sed etiam *intus* significat,

II. *Impono* est pono aliquid intus, infero; *metter dentro, imporre. Ovid. 11. Heroid. 122.* Sparsa, precor, nati collige membra tui. Et refer ad matrem, socioque impone sepulcro. *Plaut. Rud. 2. 3. 27.* Quidquid domi fuit, in navem imposivit. *Ovid. 6. Met. 511.* Imposita est pietae Philomela carinae. — **12)** Hinc imponere praesidium oppido; *mettere guarnigione. Liv. 24. 7., Curt. 3. 7.* et *9. 8.* et *Justin. 6. 6.* — **13)** Hoc sensu praecipuus est eius usus in re militari navali; *imbarcare. Caes. 3. B. C. 6.* Ipsi expediti navem conscenderent, quo major numerus militum posset imponi. Et *14.* Imponere legiones equitesque Brundusii in naves. *Lentul.* ad *Cic. 12. Fam. 14.* Imponere exercitum in naves. *Caes.* apud *Suet. Caes. 66.* Vetustissima nave imponere. — Absolute. *Cic. 2. Divin. 40.* Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret. Adde *1. Att. 10.* — **14)** Translate. *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 17.* Curio, cujus amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit. — **15)** Hinc imponere aliquem periculo apud *Petron. Satyr. 102.* est exponere, obicere, in periculo ponere. — **16)** Praeterea, cum *in* aliquando simplicem tantum rationem unius rei ad aliam, quae, ut plurimum, per dativum indicatur, designet,

III. *Impono* est etiam simpliciter pono, do, statuo; *porre, dare, mettere. Cic. 5. Verr. 85. a med.* Huic praedae ac direptioni, cellae nomen imponis. *Liv. 35. 47.* Filiis duobus Philippum, atque Alexandrum, et filiae Apamiam, nomina imposuerat. *Horat. 2. Sat. 3. 280.* imponens cognata vocabula rebus. — **17)** Hinc translate. *Liv. 5. 4.* Imponere finem spei. *Id. 4. 24.* modum alicui. *Plin. 9. ep. 13. a med.* modum dolori. *Ovid. 9. Heroid. 76.* manum calathis; *metter la mano sulle cestelle:* vel *prender in mano*. Et *4. Trist. 1. 28.* manum sacris Pieridum; *metter mano, trattare*. Sic *4. Pont. 8. 82.* manum studiis. *Id. Rem. am. 114.* manum supremam bellis; *dar l'ultima mano, por fine*. Sic *Plin. 36. 4. 5.* summam manum operi. Et *Virg. 7. Aen. 372.* extremam manum alicui rei. V. MANUS. *Colum. 3. 19.* clausulam disputationi. *Quintil. 12. 7. sub fin.* pretium alicui rei. *Ulp. Dig. 50. 16. 131.* poenam delicto. — **18)** Item speciatim indicere, imperare. *Cic. 1. Agr. 4.* Agris praegrande vectigal imponere. *Caes. 3. B. C. 32.* tributum in capita. Et *1. B. G. 44.* stipendium victis. *Hirt. 8. B. G. 49.* nova onera civitatibus. *Caes. 3. B. C. 74.* Sibi quisque poenae loco graviores imponeret labores. — **19)** Sic et imponere leges; *dare, o metter leggi. Cic. 2. Phil. 1.* De imponendis, non de accipiendis legibus cogitare. *Id. 1. Orat. 60.* Nimis duras leges imponere visus es huic aetati. — **20)** Imponere vadimonium, V. VADIMONIUM §. 1. *fnit.* — **21)** *Manum imponere* apud Scriptores Ecclesiasticos quid sit, V. in MANUS. — **22)** Denique intransitivorum more, vel subandito accusativo rei (ut *fallaciam, fraudem* et similia),

IV. *Impono* cum dativo personae est decipio; *ingannare, dar ad intendere. Cic. 2. Q. Fr. 6.* Catoni egregie imposuit Milo noster; *gliel'ha fatta bella*. Et *Nep. Eumen. 5. extr.* Simulata deditione, dum de conditionibus tractat, praefectis Antigoni imposuit. *Quintil. 8. 6. 20.* et *33.* Populo imposuimus et oratores visi sumus. *Plin. 5. ep. 15.* Si modo mihi non imposuit recitatio tua. — Impersonaliter. *Petron. Satyr. 102.* Utcumque imponi vel dormienti posset.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et dativo item rei vel personae, pro quo saepe etiam adhibetur vel alter accusat. aut ablat. cum praepos. *in*. — Intransitive autem cum dativo personae tantum. V. §. ult.

IMPŎPŬLĂBĬLIS et Inpopulabilis, le. Adiect. ab *in* et *populor;* qui populationi non subiacet, incolumis. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 529.* Impopulabile, illaesum. Adde *Gloss. Lat. p. 179. n. 286. Hild.*

IMPŎPŬLĀRIS et Inpopularis, le. Adiect. ab *in* et *popularis;* minime popularis, inusitatus, ut exponitur in *Gloss. Isid.*

IMPORCĀTUS et Inporcatus, a, um. Particip. verbi *imporco;* in porcas redactus. *Colum. 2. 10.* Cum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatumque occabimus; *e ridotto sulla sommità dalle porche l'erpicheremo.*

IMPORCĬTOR et Inporcitor, ōris, m. Verbale ab *imporco;* qui porcas facit in agro arando. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 108. Müll.* — **2)** Item Deus quidam apud Romanos. Docet etiam *Serv.* ad *1. G. 21. Fabio Pictore*, hos Deos invocari a flamine, sacrum cereale faciente Telluri et Cereri: Vervactorem, Reparatorem (*al.* Redaratorem), (*Pontedera* vero *Op. posth. T. 2. p. 320. Repastinatorem* reponendum censet) Imporcitorem, Insitorem, Oberatorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem (*al.* Subruncatorem), Messorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem: nempe a diversis officiis, quae praestant in rusticis rebus. *Vervactor* enim praecerat primae agrorum arationi, quae vere fiebat: *Reparator* (lege *Repastinator*) alteri; tertiae *Imporcitor*, nam post tertiam arationem, porcas facere mos erat. Reliqua nomina faciem intellectum habent.

IMPORCO et Inporco, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *porca;* porcas in agro facio. *Gloss. Philox.* Imporco; αὐλακίζω. V. vocc. praecedd.

IMPORTĂBĬLIS et Inportabilis, le. Adiect. ab *in* et *portabilis;* qui portari non potest; *che non si può portare. Cassiod. 7. Var. 6.* Arbores sunt quidam moenium importabiles arietes. — **2)** Translate, qui nequit sustineri; *insopportabile. Tertull. 4. advers. Marcion. 27. a med.* Excusandos censuisset, si importabilia portare non possent. *Cassiod. 12. Var. 11.* Importabilis fraus. *Id. 9. ibid. 2.* Importabile malum. Adde *Vulg. Interpr. Matth. 23. 4.*

IMPORTĂBĬLĬTER et Inportabiliter. Adverb. ab *importabilis;* intolerabiliter; *incomportabilmente. Cassiod. 7. Hist. Eccl. 29.* Importabiliter omnia facere. Adde *Victor. Tunon.* in *Chron.* ad a. *449.*

IMPORTĀTĬCĬUS et Inportaticius vel Importatitius et Inportatitius, a, um. Adiect. verbale ab *importo;* qui importatur, advecticius. *Hirt. B. Afr. 20.* Frumento se in Africa, nisi importaticio, uti non posse.

IMPORTĀTUS et Inportatus, a, um. Particip. verbi *importo;* illatus, aliunde invectus; *portato dentro, venuto altronde. Caes. 3. B. G. 12.* Ferri exigua copia est: aere utuntur importato. Et *4. ibid. 2.* Germani jumentis importatis non utuntur. *Cic. 1. Orat. 9.* Plura detrimenta publicis rebus, quam adjumenta per homines eloquentissimos importata. *Id. 2. de Rep.* (edente *A. Maio*) *13.* Facile patior, non esse nos transmarinis et importatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus.

IMPORTO et Inporto, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *porto*. — Particip. *importandus* §. *1., importatus,* V. suo loco. — Proprie est infero, inveho; *portar dentro, introdurre. Caes. 1. B. G. 1.* Minime ad eos mercatores commeant, atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, important. *Id. 4. ibid. 2.* Vinum ad se omnino importari non sinunt. Et *5. B. C. 40.* Commeatus importare in oppidum. *Plin. 7. 31. 4.* Importare Graecam linguam. *Varr. 1. RR. 16.* Fructuosior sit fundus, quam si longe sint importanda. — **2)** Translate est afferre; *apportare:* cum dativo. *Horat. 1. Ep. 13. 4.* Ne studio nostri pecces, odiumque libellis Sedulus importes. *Cic. 2. Offic. 5. extr.* Si quid importetur nobis incommodi, propulsemus. *Id. Sext. 69. sub fin.* Importare alicui calamitatem. *Id. 4. Tusc. 18.* aegritudines anxias. *Id. Deiot. 13. ad fin.* pestem alicui, aut incolumem famam. *Phaedr. 1. 28.* luctum alicui. *Cic. fil. 16. Fam. 21. a med.* suspicionem. *Liv. 59. 14.* fraudem aut periculum. *Papinian. Dig. 50. 2. 5.* Crimen, quod ignominiam importat. *Plin. 14. 22. 1.* Vinum in Arcadia fieri, quod fecunditatem feminis importet, viris rabiem. *Id. 2. 48. 1.* Grandines Septentrio importat et Corus. Adde *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 15. 26.*

IMPORTŪNĒ et Inportune. Adverb. ab *importunus*. — Comparat. *importunius*, superlat. *importunissime*, infra. — Est praeter loci, aut temporis, aut personarum rationem: atque adeo perperam, aut moleste; *importunamente, malamente. Paul. Dig. 13. 6. 17.* Si pugillares mihi commodasti, non recte facies importune repetendo. *Plin. 7. 10. 4.* Perquam importune fortuitum hoc quoque fuit. *Cic. 4. Acad. 25.* Confidere suis testibus, et importune insistere. *Gell. 10. 16. in fin.* Potest medius eximi versus, qui de Pyrrho importune immissus est. *Justin. 1. 42.* Tyrannica crudelitate multas civitates importune vexavit. *Lactant. 5. 2.* Importunius veritati insultare. *Gell. 20. 6. sub fin.* Importunissime fecerunt, qui scripturam istam sincerissimam corruperunt.

IMPORTŪNĬTAS et Inportunitas, ātis, f. Abstractum ab *importunus; importunità, noia:* intempestivitas, quae neque loci, ut ait *Donatus*, neque temporis observat commoditatem. *Ter. Andr. 1. 4. 4.* Importunitatem spectate aniculae. *Tertull. Exhort. Castit. 12.* Importunitas liberorum. *Id. Fug. in Persecut. 1.* Importunitas quarumdam personarum. — **2)** *Importunitas loci* est *svantaggio del sito*, apud *Gell. 5. 7.* — **3)** Accipitur non raro pro immanitate, feritate, impotentia, nimia licentia, audacia. *Cic. Cluent. 69.* Importunitatem matris a filii capite depellite. *Id. ibid. 61.* Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto vellet. *Id. Pis. 9. extr.* Animal ex omnium scelerum importunitate, et omnium flagitiorum impunitate concretum. *Id. 4. Verr. 50.* Homo incredibili importunitate atque audacia. *Id. 5. ibid. 16.* Vide inter importunitatem tuam, senatusque bonitatem quid interesit. *Id. Senect. 5.* Moderati, et nec difficiles, nec inhumani senes tole-

Digitized by Google

rabilem agunt senectutem: importunitas autem, et inhumanitas omni aetati molesta est; *indiscretezza:* morosa ac molesta natura. *Plaut. Rud. 3. 3. 6.* Tanta importunitas, tantaque iniuria Facta in nos est modo heic intus ab nostro hero; *insolenza. Cic. 5. Verr. 54.* Ex tuo scelere, importunitate, avaritia, crudelitate. *Hirt. B. Afr. 87.* Sedandae eorum importunitatis gratia, singulis H-S centum divisit. — *Nazar. Panag. Constantin. Aug. 31.* Diffidens sibi audacia et importunitas catenata.

IMPORTUNUS et Inportunus, a, um. Adiect. ab *in* et *portus*. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando *importunus* et *inopportunus* inter se sunt confusa, ut animadvertit *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 15.*, quippe quae eiusdem sunt significationis, ut patet vel ex *Gloss. Gr. Lat.* "Ἀκαιρος; importunus, inopportunus, intempestivus. Cf. *Döderl. Synon. 6. p. 166.* et V. infra §. 3. — **c)** Comparat. *importunior* §. 5., superlat. *importunissimus* §. 4. et 5. — **d)** Derivata, *importune, importunitas*.

IMPORTUNUS proprie est portu carens, atque adeo periculosus, infestus; *senza porto, pericoloso. Ovid. 11. Met. 481.* Quos communis hiems, importunusque Caphareus Mersit aquis. *Al. leg.* importunisque. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 108. Müll.* Importunum, in quo nullum est auxilium, velut esse solet portus navigantibus. *Tacit. 12. Ann. 12. in fin.* Armeniam petunt, id temporis importunam, quia hiems occipiebat. — **2)** Hinc, de loco quocumque, est non idoneus, ineptus. *Sall. Iug. 97.* Aggeribus, turribusque, et aliis machinationibus locus importunus. — Absolute *Sil. 5. 340.* importuna locorum; *h. e.* non apta itineri; *luoghi disastrosi.* — **3)** Translate ponitur pro intempestivo, incommodo, molesto; *importuno, fuor di tempo, molesto. Cic. 2. Orat. 5.* Num aut locus hic non idoneus videtur, aut importunum tempus in tanto otio? *Lambin. mallet* inopportunus. *Gell. 5. 4.* Nunquam tam importuna atque audaci argutia fuit noster Probus, ut Sallustium, vel subtilissimum brevitatis artificem, periphrasin poëtarum facere diceret. — *Cels. 4. 5.* Neque alius importunior, acutiorque morbus est, quam etc. *Horat. 3. Od. 16. 37.* Importuna tamen pauperies abest. *Ovid. 3. Amor. 9. 19.* omne sacrum mora importuna profanat. — **4)** Speciatim de personis

II. *Importunus* dicitur, qui modum non habet, ac sine ullo discrimine loci, temporis, rerum, aut personarum, incommodus omnibus, durus, iniquus, difficilis est, neque alios quiescere patitur, ut maria, quae portu carent; *indiscreto, importuno, fastidioso, rigido, noioso. Ter. Heaut. 1. 2. 25.* Immo Ille fuit senex importunus semper. *Horat. 2. Sat. 5. 96.* Importunus amat laudari? . . . Crescentem tumidis infla sermonibus utrem. *Id. 2. Ep. 2. 185.* alter Dives, et importunus, ad umbram lucis ab ortu Silvestrem flammis et ferro mitiget agrum. *Id. 1. ibid. 6. 55.* Cui libet, is fasces dabit, eripietque curule Importunus ebur. *Plaut. Asin. 1. 1. 47.* Uxor importuna atque incommoda. *Cic. in Senat. 6. extr.* Ut omnes suas libidines latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum in forum detulisset; *h. e.* durum, et severitatem prae se ferentem. *Id. 6. Verr. 50.* Importunissimae libidines; *h. e.* quae nullo non loco, aut tempore, et contra omnis generis homines insolescunt. *Horat. 4. Od. 13. 9.* Cupido importunus transvolat aridas Quercus etc. *Gell. 1. 15.* Leves, et futiles, et importuni locutores. — *Virg. 1. G. 470.* Obscenaeque canes, importunaeque volucres. — **5)** Item immanis, saevus, crudelis, ut qui nullo non tempore furit, nocetque sine discrimine. *Liv. 29. 17. in fin.* Crudelissimus atque importunissimus tyrannus. *Cic. Cluent. 63.* Crudelis atque importuna mulier. *Id. 5. Verr. 3.* Singularem quandam poenam istius immanis atque importuna natura desiderat. Et *5. ibid. 54.* Importunissima pestis. Et *2. Catil. 6.* Importunissimus hostis. *Liv. 5. 2.* Importuni decemviri; *prepotenti. Cic. 7. Verr. 40.* Importunus atque amens tyrannus. *Ovid. 4. Met. 480.* Nec mora: Tisiphone madefactam sanguine sumit Importuna facem. — **6)** Item nequam, malus, improbus. *Cic. 9. Fam. 21. in fin.* Quare ad patres censeo revertare: plebeii quam fuerint importuni, vides. *Lege totam epistolam.*

IMPORTŪŌSUS et Inportuosus, a, um. Adiect. ab *in* et *portuosus*. — Superlat. *importuosissimus*, infra. — Est non portuosus, portu carens; *senza porto. Sall. Iug. 20.* Mare saevum, importuosum et ager frugum fertilis. *Plin. 6. ep. 31. in fin.* Litus importuosum. *Plin. alter, 4. 23. 9.* importuosissima insula.

IMPOS et Inpos, ōtis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *potis*, idem est quod impotens; *h. e.* qui rem aliquam in sua potestate non habet: cui contrarium est *compos*. Hinc *impos animi* aut *sui* est, qui aegritudine aliqua extra se est, cui mens sana non est; *fuori di sè. Plaut. Trin. 1. 2. 93.* quid interest, dare te in manus Argentum amanti homini adolescenti, animi impoti? *Id. Cas. 5. 5. 7.* Eripite isti gladium, quae sui est impos animi. *Senec. Agam. 117.* Impos sui amore caeco. — **2)** *Impos veritatis*, qui veritatem assequi non valet. *Apul. de Deo Socrat. post init.* — **3)** *Impos damni* apud *Auson. Edyll. 10. 274.* est impatiens iacturae. — **4)** Absolute *impos* est, inquit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* qui animi sui potens non est, qui animum suum in potestate non habet. *Apul. 2. Dogm. Plat.* Impotem ipsum aliorum addici potestati.

IMPŌSĪTĪCĬUS et Inpositicius vel Impositītius et Inpositītius, a, um. Adiect. verbale ab *impono;* qui imponitur, ut *impositicia nomina* apud *Varr. 8. LL. 2.*, de quibus V. in DECLINATUS, a, um §. 2. — **2)** *Impositicia res* dicitur, quae cum alia coniuncta non est tanquam pars eius, sed extrinsecus est imposita; *posticcia. Paul. Dig. 30. 1. 41. §. 11.* Cantheri per quos aquae saliunt, poterunt legari, maxime si impositicii sint. — **3)** *Impositicia causa* distinguitur a naturali, et a publica a *Sexto Pedio* apud *Ulp. Dig. 39. 1. 5. ante med.* V. IGtos.

IMPŌSĪTĬO et Inpositio, ōnis, f. Verbale ab *impono;* actus imponendi; *imposizione. Plin. 27. 118. 1.* Succus vel semen impositione spicula e corpore eiicit. — **2)** Apud *Varr. 5. LL. 1.* et *10. ibid. 3. impositio verborum* et *nominum* est eorum inventio, et usus ad significanda ea, quibus imponuntur. Adde *Martyr.* apud *Cassiod. Orthogr. 8.* — **3)** Apud Scriptores Ecclesiasticos *manuum impositio*, quid sit, V. in MANUS.

IMPŌSĪTĪVUS et Inpositivus, a, um. Adiect. verbale ab *impono;* idem quod impositicius, ut *impositiva nomina* apud *Varr. 10. LL. 3. a med.* et *Plin. 28. 6. 3.*; *h. e.* quae imponuntur rebus significandis.

IMPŌSĪTOR et Inpositor, et *per syncopen* Impostor et Inpostor, ōris, m. Verbale ab *impono;* qui imponit. *Varr. 7. LL. circa princip.* Cum haec adminicula addas ad eruendam voluntatem impositoris; *h. e.* eius qui rei nomen imposuit. — **2)** Saepius vero *impostor* est qui decipit; *impostore. Ulp. Dig. 21. 1. 4.* Nec gulosos, nec impostores, aut mendaces, aut litigiosos. *Id. Dig. 50. 13. 1.* Si incantavit, si imprecatus est, si, ut vulgari verbo impostorum utar, exorcizavit; non sunt ista medicinae genera (Impostoris lepide puniti historiam V. apud *Trebell.* loc. cit. in voce sequenti). *Hieronym. ep. 58. in fin.* Si tunica non canduerit, statim illud e trivio: impostor et Graecus est. *Id. ep. 34. n. 3.* hoc idem Graece habet, ὁ Γραικὸς, ὁ ἐπιθέτης: ex quo apparet proverbiale quoddam dictum fuisse: et maxime in Christianos illorum temporum. Adde *Paulin. Nolan. carm. 21. 338.* V. IMPONO §. 22.

IMPŌSĪTUS et Inpositus, et *per syncopen* Impostus et Inpostus, a um. Particip. verbi *impono*, adiectivorum more etiam adhibitum, iisdem fere significationibus, quibus gaudet verbum; positus, intus positus, supra positus; *posto, imposto, sovrapposto. Cic. 5. Att. 13.* Clitellae bovi impositae. *Virg. 4. G. 477.* Impositique regis iuvenes ante ora parentum. *Stat. 2. Silv. 1. 65.* Impositus stratis. *Horat. 4. Od. 14. 12.* Arces impositae alpibus. *Id. 1. Ep. 7. 77.* Impositus mannis. *Petron. Satyr. 114.* Imposita scaphae. *Ovid. 15. Met. 820.* Ferre onus impositum. *Id. 2. Amor. 2. 24.* Imposita gremio stertere fronte potes. *Lucret. 6. 741.* Nomen ab re impositum. *Sall. Cat. 49.* Contumelia imposita alicui. *Ovid. 19. Heroid. 28.* impositas servet arena notas; *h. e.* impressas. *Suet. Caes. 73.* Imposita stigmata; *h. e.* inusta. *Cic. 1. Att. 18.* Consul impositus nobis; *h. e.* praepositus, praefectus. *Id. Font. 5.* Vectigal impositum frugibus. *Id. Balb. 18.* Impositae leges. — *Impostus* poëticum est. *Virg. 9. Aen. 716.* Inarime imposta Typhoeo. *Lucret. 5. 544.* Imposta pondera. *Propert. 4. 2. 29.* Imposta corona. *Val. Flacc. 4. 186.* arma imposta aris. *Stat. 1. Theb. 227.* Mens cunctis imposta manet; *è superiore, sta al di sopra.*

ᵗIMPŌSĪTUS et Inpositus, us, m. Verbale ab *impono*, idem ac impositio. In sexto casu sing. *Plin. 24. 6. 1.* Ulcera commanducato imposituque efficacissime sanari. *Al. leg.* commanducato impositoque, *et ita recte Sillig.*

IMPOSSĪBĬLIS et Inpossibilis, le. Adiect. ab *in* et *possibilis*. — Comparat. *impossibilior*, infra. — Est qui fieri non potest; *impossibile. Quintil. 5. 10. 18.* Non longum tantum, sed etiam impossibile, ac potius infinitum est. *Id. ibid. 13. 55.* Impossibilia aggredi. *Iustin. 2. 4.* Imperare aliquid quasi impossibile. *Apul. 1. Met.* Nihil impossibile arbitror. *Ulp. Dig. 43. 11. 1. circa med.* Impossibile est, ut alveus fluminis publici non sit publicus. — Absolute. *Apul. 3. Dogm. Plat.* Sextus modus per impossibile tantum approbatur. Adde *Macrob. 7. Saturn. 3. ante med. Boëth.* in *Aristot. de Interpr. ed. pr. 2. p. 365. Migne.* Si ergo illud impossibilius est, hoc erit magis eligendum. — *Cels. Dig. 50. 17. 185.* Impossibilium nulla obligatio est. — *Fulgent. 2. Mythol. 6.* Impossibilis latro. *Alii leg.* improvisibilis.

IMPOSSĪBĬLĪTAS et Inpossibilitas, ātis, f. Abstractum ab *impossibilis;* conditio eius, qui est impossibilis, impotentia; *impossibilità. Apul. 6. Met.* Impossibilitate ipsa mutata in lapidem Psyche. Adde *Tertull. Baptism. 2. in fin.* — *Chrysolog. Serm. 31.* Ut fieret de impossibilitate contemptus. Adde *Salvian. adv. Avar. 1. post med.*

IMPOSTOR. V. IMPOSITOR §. 2.

IMPOSTRIX et Inpostrix, īcis, f. Verbale ab *impono*, quasi *impostrix* per syncopen; quae imponit. Legitur in *Thesaur. Nov. Latinit.* apud *Mai*, p. 295. Impostrix, deceptrix. Cf. IMPONO §. 22.

IMPOSTŪRA et Inpostura, ae, f. Verbale per syncopen quasi *impositura* ab *impono*. Cf. IMPOSITOR §. 2. — Proprie est fraus, deceptio;

Digitized by Google

impostura. *Trebell. Gallien.* 12. Impostoram fecit et passus est. — *Ulp. Dig.* 47. 20. 3. Si quis impostoram fecerit, vel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit postulari (Fortasse *impostura* hoc loco veneficium, incantamentum significat). Sic *Interpr. Irenaei*, 1. *Haeres.* 13. 1. Imposturae magicae.

IMPOTENS et Inpotens, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *potens*. — **b)** In ablativo casu sing. num. habet *impotente* et *impotenti*. *Catull.* 55. 12. Illum deperit impotente amore. *Plin.* apud *Charis.* 1. p. 108. *Putsch.* antique dictum ait *impotente* pro *impotenti*. Contra idem *Plin. ibid. p.* 101. statuit ex *Verr. Flacco* (qui fuit Augusti aequalis) nominum, quae in *ns* finiuntur, ablativum in *e* exire: additque auctoritatem *C. Caesaris* in *ep. ad Cic.* Confirmat *Bentlei.* ad *Horat. 1. Od.* 25. 17. afferens loca plus quam 60. eiusdem et alior. in e desinentia. — **c)** Comparat. *impotentior* et superlat. *impotentissimus* §. 4.

IMPOTENS proprie est non potens, infirmus; *impotente, debole. Cic. Mur. 28. ad fin.* Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam: valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum. *Id. 1. Fin.* 16. Neque homini infanti atque impotenti iniuste facta conducunt. *Sallust. in orat. Macri Licin.* Neque me praeterit, quanto opes nobilitatis, solus, impotens, pellere dominationem incipiam. *Horat. 2. Od. 1.* 25. Iuno ... inulta cesserat impotens. — **2)** Frequentius

ii. *Impotens* est incontinens, insolens, effrenatus, vehemens, impatiens, qui in sua potestate non est, qui affectus suos regere non potest, sed ab iis vincitur et aufertur. *Cic. 4. Fam. 9.* Victoria etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit; *più smoderati*. Et *5. Phil. 9.* Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus, semper poscens, semper rapiens, semper ebrius. Et *16.* Homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnes bonos; *trasportatissimo. Vellei. 2. 11.* Marius immodicus gloriae, insatiabilis, impotens, semperque inquietus; *incapace di soggezione. Cic. 11. Phil. 7.* Ipse est confidens, impotens, etc. *Id. Har. resp.* 2. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo; *con animo appassionato. Curt. 4. 7.* Quidam ob olim impotentes sui; *non potendosi trattenere*. — Absolute *Quintil. 6. 1. 12.* Si contra impotentem, invisum, perniciosum suscepta causa est. — Cum genitivo. *Liv. 29. 9.* Impotens irae. Et *30. 42.* laetitiae. *Curt. 8. 1. sub fin.* animi. *Tacit. 4. Hist. 44.* amoris. *Senec. Agam. 126.* consilii; h. e. prudentiae et moderationis impatiens aut incapax. *Liv. 9. 14.* Gens impotens rerum suarum prae domesticis seditionibus; h. e. quae res suas regere nescit, aut nequit. *Id. 35. 11.* Equi impotentes regendi; h. e. qui regi nequeunt. — Cum infinito. *Horat. 1. Od. 37. 10.* quidlibet impotens sperare. *Liv. 27. 48.* Elephanti impotentes regi, et inter duas acies versari. *Al. melius leg.* impotentius. — **3)** Specialim *impotentem esse alicui* est impotenter, insolenter, superbe agere. *Iustin. 26. 3.* Statim a principio superbus, regiae familiae militibusque impotens erat; *era intollerabile*. — **4)** De rebus. *Cic. 3. Tusc. 7.* Impotenti laetitia efferri; *smoderata*. Et *10. Fam. 27.* Ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est; *propotenza* (Adde *Nep. Lysand. 1.*). *Liv. 29. 9.* In multo impotentiorem subito rabiem accensi. *Quintil. 12. 1. 6.* Impotentissimae cogitationes cupiditatis, avaritiae, invidiae. *Curt. 4. 10.* Superstitio impotens, saeva, mutabilis; *che non si può reggere. Tacit. 3. Ann. 33.* Pervicacia et impotentia mulierum lassa. *Liv. 7. 41. extr.* Impotens postulatum; *dimanda spropositata*. Et *38. 56. ad fin.* Impotens iniuria; *insolente violenza. Senec. Med. 143.* Sceptro impotens; h. e. qui propter regiam potentiam insolescit. *Id. Hippol. 276.* Cupido impotens flammis simul et sagittis; h. e. saeviens in omnes sine discrimine, aut modo. *Id. Here. Oet. 715.* Quis tam impotens, o misera, te casus rotat? h. e. saevus, immanis, nimis potens, cuius violentiae resisti nequit. *Catull. 4. 18. de phaselo*. Et inde tot per impotentia freta Herum tulisse; h. e. procellosa, et quae regi nequeant. — *Quintil. 8. 13. 21.* Impotens actio.

IMPŎTENTER et Inpotenter. Adverb. ab *impotens*. — Comparat. *impotentius*, V. in voc. praeced. §. 2. *fin.*, superlat. *impotentissime*, infra. — Est impotenti animo, effrenate, intemperanter, immodice; *sregolatamente, senza riguardo, con insolenza. Hirt. B. Alex. 33.* Impotenter regnare. *Iustin. 16. 4.* Cum plebs novas tabulas, et divisionem agrorum divitum impotenter flagitaret; *con istanza insolente. Quintil. 6. 3. a med.* Impotenter dicere aliquid; *con troppa passione*. Et *1. 3. 13.* Ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus est puer. *Senec. ep. 42.* Subita et magna potentia impotenter uti. Et *4. Benef. 17.* Quis est, qui non ipsis, quae impotentissime fecit, speciem aliquam induat recti?

IMPŎTENTĬA et Inpotentia, ae, f. Abstractum ab *impotens*, quod caret plurali numero. — Est imbecillitas, infirmitas; *impotenza, debolezza. Ter. Adelph. 4. 5. 16.* Magis propter suam impotentiam se semper credunt negligi. — **2)** Saepe sumitur pro animi effrenatione, qua se quis continere non potest, ut in IMPOTENS §. 2. dictum est. *Cic. 4. Tusc. 15.* Inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi, a temperantia et moderatione plurimum dissidentem. Et *5. ibid. 7.* Impotentia efferri. *Horat. Epod. 16. 61.* nullius astri Gregem aestuosa torret impotentia. *Vellei. 2. 29.* Nunquam potentiae sua ad impotentiam usus; *alla prepotenza, all'abuso*. Sic *Tacit. 1. Ann. 4.* Muliebris impotentia. *Plin. 34. 6. 2.* Impotentia libidinis; *sfrenatezza. Suet. Caes. 77.* Nec minoris impotentiae voces propalam edebat; *di non minore trasporto. Tacit. 14. Ann. 51.* Fovere militum impotentiam; *l'insolenza*. Adde *Sisenn.* apud *Non. 12. 51.*

IMPRAEGNĀTUS et Inpraegnatus, a, um. Particip. verbi *impraegno*; praegnans factus; *impregnato. Lactant. Plac. fab. 85.* apud *A. Maium* in *Class. Auct. T. 3. p. 117.* Illa ab eo impraegnata vidit in somnis per fauces introisse Solem et exisse per ventrem.

IMPRAEGNO et Inpraegno, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *praegnans*; praegnantem seu gravidam facio; *impregnare. Pseudo-Matth. Evang. 10.* Angelus Domini impraegnavit eam. — **2)** Translate. *Augustin. Serm. 1. n. 1. ed. Mai.* Illic verni temporis amoenitate dies inspirat et alumnis flatibus patrona temperies amicas auras impraegnat. V. voc. praeced.

IMPRAEIŪDĬCĀTUS et Inpraeiudicatus, a, um. Adiect. ab *in* et *praeiudicatus*. Habet *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 476.* Impraeiudicata, non iudicata.

IMPRAEPĔDĪTĒ et Inpraepedite. Adverb. ab *impraepeditus*; sine impedimento, nullo impediente. *Ammian. 27. 10.* Impraepedite abduxit. Cf. voc. seq. §. 2.

IMPRAEPĔDĪTO. V. voc. seq. §. 2.

IMPRAEPĔDĪTUS et Inpraepeditus, a, um. Adiect. ab *in* et *praepeditus*; non praepeditus. *Ammian. 21. 5.* Impraepedito cursu tendentes, Daciarum fines occupemus. — **2)** Absolute, adverbiorum more, *impraepedito*, idem quod impraepedite. *Id. 26. 6.* Ut impraepedito ipse pergeret, quo tendebat.

IMPRAEPŪTĬĀTUS et Inpraeputiatus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *praeputiatus*, idem quod praeputiatus, habens praeputium. *Tertull. Monogam. 11. ad fin.* ex *1. Cor. 7. 18.* Impraeputiatus vocatus es? ne circumcidaris.

IMPRAESCĬĒNTĬĂ et Inpraescientia, ae, f. Abstractum ab *in* et *praescientia*; praescientiae carentia. *Tertull. 2. advers. Marcion. 7.* Deceptus ex impraescientia futuri.

IMPRAESENTIĀRUM, Inpraesentiarum et *divisim* in praesentiarum. Adverb., sive potius dictio adverbiorum more usurpata et ex vocibus *in praesentia rerum* conflata, ut putat *Voss.* in *Etymol.*, de qua tamen silent Grammatici veteres, quae dubiae admodum auctoritatis statuitur ab *Hand, Turtell. T. 3. p. 235.* et *seqq.*, si recentiores Scriptores minus probatae Latinitatis excipias. Is enim putat loca, quae ex antiquis afferuntur, lectionis non sinceras esse, vel interpolatae. Sed pace tanti viri non ita iudicarim. Cf. et *Hildebr.* ad *Apul. Florid. n. 18.* — Porro

INPRAESENTIARUM significat idem, quod *in praesens, in praesentia, in praesenti*: neque solum dicitur de eo, quod praesens nunc est, sed et de eo, quod praesens fuit, aut erit. *Cato, RR. 144.* Extra quam si quem socium impraesentiarum dixerit. *Nep. Annib. 6.* Exhaustis iam patriae facultatibus cupivit in praesentiarum bellum componere, quo valentior congrederetur; *per allora. Fannius 1. Annal.* apud *Priscian. 13. p. 960. Putsch.* Cum in vita agenda didicimus multa, quae impraesentiarum bona videntur: post inventa, etc.; *sul fatto d'imparare. Auct. ad Herenn. 2. 11.* In praesentiarum hoc interdicere non alienum fuit. *Ita et Kayser legit. Tacit. 4. Ann. 59.* Plerumque tamen, quid in praesentiarum conduceret, oblitus. *Ulp. Dig. 43. 5. 1.* Tempus ei dandum est, si non potest in praesentiarum exhibere. *Apul. Apol.* Quamquam sedule in praesentiarum a laudibus tuis tempero. *Id. Florid. n. 16.* Nam nunc impraesentiarum laetitia facundiae obstrepit. Adde *Sidon. 2. ep. 3., Symmach. 1. ep. 94., Minuc. Octav. 3. 1., Cyprian. ep. 1. n. 8., Ulp. Dig. 11. 1. 11. §. 8.*, etc. Cf. PRAESENS et PRAESENTIA.

IMPRAESTĀBĬLIS et Inpraestabilis, le. Adiect. ab *in* et *praesto*; qui nihil praestat. *Firmic. 8. Mathes. 29. a med.* Longaevi et impraestabiles. — *Salvian. 4. Gub. D. 11.* Dicentes Deum non gubernantem, ac per hoc et immisericordem et impraestabilem; *che non si presta all'altrui bene*. Cf. voc. seq.

IMPRAESTANS et Inpraestans, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *praestans*; idem quod impraestabilis. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 38. 4.* Quamvis Deus secundum simplicitatem bonitatis suae hoc fecerit, ne quis eum putet invidiosum aut impraestantem. Cf. voc. praeced.

IMPRAEVĂRĪCĀBĬLIS et Inpraevaricabilis, le. Adiect. ab *in* et *praevaricor*; qui non potest praevaricare. *Vulg. Interpr. Ital. ad Hebr. 10. 23.* Teneamus spei confessionem impraevaricabilem. *Ita MSS. Sangerm.* et *Clarom. Vulgata nostra habet* indeclinabilem.

IMPRANSUS et Inpransus, a, um. Adiect. ab *in* et *pransus*; qui non-

Digitized by Google

dum pransus est; *che non ha ancora desinato. Horat. 2. Sat. 2. 7.* Verum hic impransi mecum disquirite. *Plaut. Amph. 1. 1. 98.* Hoc adeo, hoc commemini magis, quia illo die impransus fui. Adde *Aul. 3. 5. 54.* et *Rud. 1. 2. 56., Horat. 2. Sat. 3. 257.* et *1. Ep. 18. 29.*

IMPRĂVĀTUS et Inpravatus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *pravus;* depravatus. *Augustin Serm. 90. n. 5.* ed. *Mai.* Severus est *(Deus)*, quum impravatum *(hominem)* refrenare pietate non potuit.

IMPRĔCĀTĬO et Inprecatio, ōnis, f. Verbale ab *imprecor;* exsecratio, devotio, dirae; *maledizione, imprecazione. Senec. 6. Benef. 35.* Exsecraris enim illum, et caput sanctum tibi, dira imprecatione defigis. *Plin. 5. 8. 2.* Solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur. — **2)** Deinde

II. *Imprecatio* est etiam eadem ac precatio. *Hieronym. ep. 150. n. 2.* V. loc. in FLAMEUM §. 4.

IMPRĔCĀTUS. V. voc. seq. §. 2. et 3.

IMPRĔCOR et Inprecor, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. forma deponens (sed passivae significationis in particip. *imprecandus*, quod v. §. 4. infra), ab *in* intentiva et *precor*. — **b)** Alia participia, *imprecans* §. 2., *imprecatus* §. 2. et 3. — **c)** Derivatum, *imprecatio*.

IMPRECOR proprie est mali quippiam precor; *maledire, pregar male. Virg. 4. Aen. 628.* Litora litoribus contraria, fluctibus undas imprecor. *Plin. 8. 7. 5.* Diras Pompeio imprecari. *Quintil. Declam. 18. in fin.* Imprecari debilitates, naufragia, morbos. *Martial. 7. 24.* Hoc tibi pro meritis, et talibus imprecor ausis, Ut etc. *Suet. Aug. 65.* Deprecanti saepe populo Romano, et pertinacius instanti tales filias, talesque coniuges (quales Iuliae filia et neptis erant) pro concione imprecatus; h. e. *augurando*. — **2)** In bonam partem quandoque accipitur. *Apul. 9. Met.* Solito sermone salutem ei fuerat imprecatus. *Petron. fragm. Tragur. 78. Burm.* Ut totus mihi populus bene imprecetur. *Hieronym. ep. 97. in fin.* Cui multos imprecamur annos. *Vulg. Interpr. Gen. 24. 60.* Imprecantes prospera sorori suae. — **3)** Deinde

II. *Imprecor* est etiam simpliciter idem ac *precor*. *Apul. 2. Met.* Tunc orientem obversus, et incrementa solis augusti tacitus imprecatus, etc. — **4)** Hinc *imprecandus* significatione passiva. *Hieronym. in Helvid. n. 2.* Deus pater est imprecandus, ut matrem filii sui virginem ostendat fuisse post partum.

Nota. Discrimen inter *deprecor*, *imprecor* et *precor*, V. sub v. DEPRECOR in *Nota* II.

IMPRENSĪBĬLIS et Inprensibilis, le. Adiect. per syncopen factum loco *imprehensibilis*, ab *in* et *prehendo;* incomprehensibilis. *Gell. 11. 5.* Omniumque rerum fidem veritatemque ita imprensibilem videri aiunt, etc. *Alii aliter leg.*

IMPRESSĒ et Inpresse. Adverb. ab *impressus*. — Comparat. *impressius*, infra. — Est *Cael. Aurel. 3. Tard. 6. a med.* Dehinc rursus defricandus, tenacius quidem, sed non impressius. — **2)** Translate efficaciter, attente, graviter. *Tertull. Exhort. cast. 3.* Alte et impresse recogitare. *Id. Car. Christi 12.* Ut impressius dixerim.

IMPRESSĬO et Inpressio, ōnis, f. Verbale ab *imprimo;* actus imprimendi, seu premendi in aliquid; *impressione, urto. Cic. 4. Acad. 18.* Cum visa in animos imprimuntur, non vos id dicere, inter ipsas impressiones nihil interesse, sed inter species, et quasdam formas earum. *Id. 3. Fam. 2. a med.* Vi atque impressione evertere aliquem. *Augustin. 2. Doctr. Christ. 25.* Impressiones nummorum. *Apul. 1. Dogm. Plat.* Initium omnium corporum materiam esse: hanc signari impressione formarum. — *Cael. Aurel. 3. Acut. 8. 92.* Omnis impressio et tumentia provocat et dolorem geminat; h. e. rudis tractatio. — **2)** Saepe dicitur de impetu atque aggressione militari, cum hostis in hostem incurrit, eumque aggreditur, premit, instatque ut loco depellat; *assalto, carica, incalzamento, il dar addosso. Varr. 2. RR. 4.* Hostes arbitrati occasionem se habere victoriae, impressionem facere coeperunt in castra. *Liv. 8. 9.* Hastati non ferentes impressionem Latinorum, se ad principes recepere. *Id. 4. 28. ad fin.* Dant impressionem, qua Albinus cohortes obiecerat. *Id. 25. 37.* Dein valida impressione pulsi, terga vertunt. *Id. 2. 70.* Impressione una totum equitatum fudere. *Hirt. 8. B. G. 6.* Impressionem facere in fines hostium; *una irruzione.* — **3)** Significat etiam turbam hominum sese prementium, Itali *calca* dicunt. *Front. 3. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 30. ita scribit Kal. Ian.* Metui ego, invalido adhuc corpore, turbae et impressioni me committere. Si Dei iuvabunt, perendie vos vota nuncupantes videbo; *nempe* III. Non. Ian. vota nuncupabantur pro salute principis. — **4)** Est item expressio. *Cic. 1. Acad. 5.* In pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, in lingua explanatam vocum impressionem. *Est qui mallet* expressionem. — **5)** In sonis et vocibus *impressio* est, ubi altius quodammodo vox imprimitur, et insistit, et percussio quaedam intervallorum fit; *cadenza, posa. Id. 3. Orat. 48.* Si numerosum est id in omnibus sonis et vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus intervallis aequalibus.

IMPRESSO et Inpresso, as, āre. Verbum transitiv. specie intentivum ab *imprimo;* saepius imprimo. *Coripp. 3. Iohann. 371.* siccis tunc faucibus ipsi *(milites)* Impressant flores. Et *6. ibid. 347.* ipsos impressat arenas Belliger ore, super foedant quas saepe movendo Quadrupedes.

IMPRESSUS et Inpressus, a, um. Particip. verbi *imprimo;* signatus, inustus, expressus; *impresso; improntato, scolpito. Cic. 2. Att. 21.* Ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus. *Id. 4. Acad. 27.* Signa anulis impressa. *Virg. 6. Aen. 536.* Cratera impressum signis. *Tibull. 1. 7. 14.* Impressus dens. *Cic. Orat. 3.* Vestigia in aliquo loco impressa. *Id. 3. Fam. 20. a med.* Locus tot vestigiis impressus. *Petron. Satyr. 103.* Stigmata captivorum frontibus impressa. *Lucan. 9. 176.* et impressas auro, quas gesserat olim, Eruvias; h. e. intextas, aurum impressum habentes. *Cic. 2. Divin. 23.* Sulcus altius impressus. *Virg. 4. Aen. 659.* Dido os impressa toro; *colla facia sul letto.* — **2)** Translate. *Cic. 4. Acad. 11.* Verum impressum in animo atque mente. *Id. 2. Orat. 45.* Motus in ipso oratore impressi atque inusti. *Id. Mil. 27.* Memoria tabulis publicis impressa. — **3)** Item premendo impositus. *Virg. 12. Aen. 303.* Impressoque genu nitens, terrae applicat ipsum. Et *357.* Pes collo impressus. *Ovid. 8. Met. 455.* Impresso pollice nere stamina. — **4)** Deinde

II. *Impressus* est etiam adiect. ab *in* et *pressus;* non pressus. *Propert. 2. 25. 70.* Missus et impressis haedus ab uberibus; h. e. non mulctis. Ita *Scalig., Passerat., Broukus.*, qui et illud *Statii* affert *3. Theb. 403.* At levis, et miserae nondum mihi notus Iason, Transtra per et remos, impressaque terga virorum, etc. *Utergue tamen locus intelligi aliter potest.*

IMPRESSUS et Inpressus, us, m. Verbale ab *imprimo*, idem ac impressio. *Prudent. Psychom. 275.* Sub pectoris impressu.

IMPRĔTĬĀBĬLIS et Inpretiabilis, le. Adiect. ab *in* et *pretium;* omne pretium superans, inaestimabilis; *impresabile. Cassiod. 4. Variar. 1.* Indicamus, nos impretiabilis quidem rei, sed more gentium, suscepisse pretia destinata, equos argenteo colore vestitos, quales decuit esse nuptiales. *Id. 9. ibid. 6.* Impretiabili munere sanitatis expleri. *Id. 11. ibid. 1. ante med.* Impretiabilis notitia litterarum.

IMPRIMIS. V. PRIMUS.

IMPRĬMO et Inprimo, imis, essi, essum, imĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *premo*, mutata euphoniae gratia littera e in *i*. V. PREMO. — **b)** Particip. *imprimens* §. *1.* et *6.*, *imprimendus* §. *3.*, *impressus*, v. suo loco, *impressurus* §. *1.* — **c)** Derivata, *impresse, impressio, impresso, impressus, us*.

IMPRIMO proprie est premendo immitto, ita premo quippiam, ut nota aut vestigium exsistat, signo, inscribo, exprimo; *premere, calcare, imprimere, segnare. Cels. 2. 11.* Os cucurbitulae sic corpori aptatur imprimiturque, donec inhaereat. *Cic. 1. Divin. 3.* Sus rostro si humi A litteram imprimeret. *Id. 4. Acad. 26. extr.* Anulo sigilla in cera imprimere. *Petron. Satyr. 80.* Nudo ecce iugulum: convertite huc manus, imprimite mucrones; *conficcate. Cic. 13. Phil. 18.* Non sentis, te, extra munitiones tuas, vestigium ubi imprimas, non habere? *Horat. 1. Od. 13. 15.* Imprimere dente notam labris. *Plin. 8. 37. 1.* et *Colum. 6. 17.* morsum. Et *7. 11.* vulnus. *Lucan. 9. 806.* dentes alicui. *Horat. 1. Od. 16. 20.* aratrum muris. *Virg. 1. G. 263.* pecori signum, aut numeros acervis. *Martial. 10. 42.* basia. *Val. Flacc. 6. 111.* gressus dorso alicuius; *camminar sulla schiena. Calpurn. 3. Ecl. 84.* Impressurus ovi tua nomina; *scil.* insturus notas in armo ovium. — *Auct. Hist. Dalian. 12.* Christi vexillum suis imprimens manibus; h. e. manibus extensis signum crucis efformans. — Passive. *Cic. 1. Tusc. 25.* An imprimi, quasi ceram, animum putamus? — **2)** Pro simplici premo. *Pers. 1. 37.* num levior cippus non imprimit ossa? — **3)** Pro effodere, infodere; *scavare. Pallad. 1. 34.* Si fons desit, imprimendus est puteus. — **4)** Est etiam inserere, immittere. *Plin. 17. 26. 1.* Exempta scutula cortici, imprimitur ex alia cortex par, cum sui germinis mamma. *Id. 23. 107. 1.* Radix ephemeri cavis et exesis dentibus imprimitur. — **5)** Item affigere sive promulgare. *Id. 33. 10. 1.* Idem in curia quoque duas tabulas impressit parieti. *Tertull. Apolog. 5.* Quales ergo leges, quas . . . nullus Pius, nullus Verus impressit. — **6)** Item adprimere. *Propert. 3. 4. 17.* Humidaque impressa siccabat lumina lana. *Plin. 8. 40. 1.* Ubi acutissimum videt stirpem, imprimens corpus. — **7)** Translate est introducere, inserere, infigere. *Cic. 1. Nat. D. 16.* In omnium animis Deorum notionem impressit ipsa natura. *Id. 4. Fat. 19.* Visum obiectum imprimet, et quasi signabit in animo suam speciem. *Id. 4. Acad. 18.* Cum visa in animos imprimuntur. Et *7.* Quo e genere nobis notitiae rerum imprimuntur. *Id. 5. Phil. 6.* Ut hos iudices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur reipubl. dedecus. Et *2. ibid. 24.* Horum flagitiorum iste vestigiis totam Italiam impressit. — **8)** Pro immergere; *affondare. Act. S. Vincentii M. n. 11.* In medium maris iniectum fluctibus impresserunt.

IMPRINCĬPĀLĬTER et Inprincipaliter. Adverb. ab *in* intentiva et *principaliter*, idem ac principaliter, imprimis. *Cael. Aurel. 2. Acut. 9. ad fin.* Quae non imprincipaliter dicenda suscepit.

Digitized by Google

IMPRŎBĀBĬLIS et Inprobabilis, le. Adiect. ab *in* et *probabilis;* qui probari non potest; *che non si può provare. Cic. 4. Acad. 11.* Quamobrem sive tu probabilem visionem, sive improbabilem, et quae non impediatur, sive aliud quid praeferres. *Cels. praef. ante med.* Rationes sequi non improbabiles. *Senec. ep. 75. a med.* Affectus sunt motus animi improbabiles, subiti et concitati; *disapprovati dalla ragione. Plin. 4. 13. 27.* Haud improbabili argumento. — *Ulp. Dig. 30. 14. 5.* Non improbabilis mos.

IMPRŎBĀBĬLĬTER et Inprobabiliter. Adverb. ab *improbabilis;* improbabili ratione; *improbabilmente. Sidon. 1. ep. 11. a med.* Si obiecta non improbabiliter cassaverimus.

IMPRŎBĀTĬO et Inprobatio, ōnis, f. Verbale ab *improbo;* actus improbandi; *riprovazione. Auct. ad Herenn. 2. 6.* Haec et ad improbationem et approbationem testium pertinebunt. *Cic. 3. Verr. 74.* Siciliae omne frumentum improbas, . . . ista omnis improbatio cogendae pecuniae causa nata est.

IMPRŎBĀTOR et Inprobator, ōris, m. Verbale ab *improbo;* qui improbat; *disapprovatore. Apul. de Deo Socr.* Malorum improbator, bonorum probator. Adde *Tertull. Patient. 5.*

IMPRŎBĀTUS et Inprobatus, a, um. Particip. verbi *improbo,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc superlat. *improbatissimus,* infra. — Est reiectus, improbus; *disapprovato. Cic. Font. 4.* Si coacti sunt munire omnes, et multorum opera improbata sunt. *Ulp. Dig. 10. 2. 4.* Libri improbatae lectionis; *proibiti. Id. ibid. 2. 2. 3.* Illicitum iusiurandum improbatae religionis. *Id. ibid. 13. 7. 24. in fin.* Si prostituit ancillam, vel aliud improbatum facere coëgit. *Apul. 8. Met.* Iuvenis morum improbatus; *h. e.* ob mores perditos improbatus. In *Iammate c. 13. l. 18. Gellii.* Sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset.

IMPRŎBĒ et Inprobe. Adverb. ab *improbus.* — Comparat. *improbius* §. *1., 4.* et seqq., superlat. *improbissime* §. *1.* — Proprie est non probe, nequiter, male, inique; *malvagiamente. Cic. Rosc. Am. 36.* Multa scelerate, multa audaciter, multa improbe fecisti. *Id. 5. Verr. 60.* Est aliquid, quod improbius fieri potest. *Id. 16. Att. 15.* Improbissime tractare aliquem. *Id. Sull. 10.* Quid ego miror, si quid ab improbis de me improbe dicitur? *Id. 1. Fin. 16.* Praeda improbe parta. *Id. Pis. 6.* Improbissime respondere; *sfacciatissimamente:* ut qui aperte mentitur. Eodem sensu *Plaut. Amph. 2. 1. 21.* Improbe rogare. *P. Syr.* in *Mimis* apud *Gell. 17. 14.* Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit; *h. e.* iniuste. *Quintil. 12. 7. 5.* Improbe litigare. — **2)** Est etiam rustice, duriter, quasi improbando. *Plin. 6. ep. 28.* Tantum mihi copiarum tuo nomine oblatum est, quas omnes improbe quidem, accepi tamen; *con isgarbatezza.* — **3)** Item perperam, minus recte; *malamente. Gell. 15. 5.* Ignorantia et inscitia improbe dicentium, quae non intelligunt. Et *9.* Improbe indocteque. Adde *Plin. 16. 32. 1.* — **4)** Item enormiter, prave, modum excedendo; *enormemente. Suet. Vesp. 23.* De quodam procerae staturae, improbisque nato; *h. e.* cui natura virilis enormiter magna erat. *Charis. 1. p. 78. Putsch.* Chilones improbius labrati. *Marcell. Empir. 31. a med.* Ad eos, quibus intestinum improbe promiuet. — **5)** Pertinet etiam ad obscenitatem et nequitiam. *Catull. 68. 126. de columba:* quae multo dicitur improbius Oscula mordenti semper decerpere rostro. *Petron. Satyr. 26.* Per rimam improbe diductam applicuerat oculum curiosum, lusumque puerilem libidinosa speculabatur diligentia.

IMPRŎBĬTAS et Inprobitas, ātis, f. Abstractum ab *improbus;* malitia, pravitas morum, perversitas animi; *malizia, cattivezza, improbità, malvagità. Cic. 1. Att. 16. circa med.* Non ita, ut speraruut mali, alacris exsultat improbitas in victoria. *Id. Mur. 4.* Amicorum neglectio improbitatem coarguit. *Id. 1. Q. Fr. 1. 13.* Cum te alicuius improbitas perversitasque commoverit. — **2)** Item audacia, temeritas, imprudentia; *sfacciataggine. Quintil. 6. 4. a med.* Improbitas licet adversario molesta sit, iudici invisa est. *Ovid. 1. Art. am. 676.* improbitas muneris instar habet; *h. e.* audacia illius, qui puellam vi comprimit, pro munere habetur: *habet* enim hic intransitive usurpatur. *Plin. 2. 21. 4.* Mirum, quo procedat improbitas cordis humani, parvulo aliquando invitata successu. — **3)** Item aviditas, insatiabilitas cum audacia coniuncta. *Id. 19. 34. 3.* Adversus improbitatem alitum semina depascentium. *Id. 29. 5. 11.* Homero fastidio non fuit inter proelia Deorum improbitatem muscae describere. — **4)** Aliquando in bonam partem sumitur pro assiduitate, pertinacia sive instantia assidua et audax quidem, sed citra malitiam. *Vulg. Interpr. Luc. 11. 8.* Propter improbitatem tamen illius surget et dabit illi. — Paulo aliter *Petron. Sat. 87.* Nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat. — **5)** Translate de rebus etiam abstractis. *Verecund. in Cant. Deuter. 11.* Protectio divina aquilae comparatur, quae generosos filios . . . ab universis improbitatibus servat; *h. e.* malis. — **6)** Item a *Plin. 18. 13. 3.* tribuitur improbitas et acerbitas quibusdam malis silvestribus; *h. e.* mala natura, malus sapor.

IMPRŎBĬTER et Inprobiter. Adverb. ab *improbus,* rariore forma pro improbe. *Petron. fragm. Tragur. 66. Burm.* Unde quidam etiam improbiter nos pugno sustulerunt.

IMPRŎBĬTO et Inprobito, as, āvi, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *improbo;* saepius improbo, reiicio. *Gell. 20. 1.* Sicut illud quoque inhumaniter scriptum improbitavit.

IMPRŎBO et Inprobo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *probo* (vel etiam ab *improbus.* V. infra §. 4.). — **b)** Particip. *improbans, improbandus, improbaturus* §. *1.* — *Improbatus,* V. suo loco. — **c)** Derivata, *improbatio, improbator, improbito.* Cf. IMPROBABILIS et IMPROBABILITER.

IMPROBO proprie est non probo, reiicio, damno; *disapprovare, rigettare. Cic. 4. Acad. 30.* Hoc negas te posse nec approbare, nec improbare. Et *ibid.* Ex his sequendas esse alias, alias improbandas. *Id. 2. Orat. 37.* Ego ista studia non improbo, moderata modo sint. *Id. 1. Divin. 72.* Haec improbantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur. *Caes. 2. B. C. 31.* Curio utrumque improbans consilium. *Horat. Epod. 5. 8.* Per improbaturum haec Iovem. *Plin. 17. 3. 4.* Virgilius terram, quae filicem ferat, non improbat vitibus. *Id. 37. 23. 4.* Sardonyches melleae et faeculentae improbantur. *Id. 9. 65. 2.* Dibapha Tyria Lentulus primus in praetexta usus improbabatur. — Absolute. *Caes. 1. B. C. 32.* Qui si improbasset, cur ferri passus esset? sin probasset, cur etc.? *Quintil. 11. 1. 17.* Inde invident humiliores, rident superiores, improbant boni. — **2)** Est etiam contemnere, deridere. *Ovid. 14. Met. 320.* Nymphae Ad numerum motis pedibus duxere choreas. Improbat has pastor, saltuque imitatus agresti, etc. — **3)** Item irritum reddere. *Cic. 4. Verr. 28.* Quod C. Sacerdotis iudicium improbare istum ausurum, non arbitrabatur. — **4)** Deinde

H. *improbo* est etiam improbum reddo, seu dedecoro. *Plaut. Merc. 5. 4. 9.* Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo, Suopte culpa (damnum) capiunt, genus ingenio quom improbant; *h. e.* sibi ipsi culpam tribuunt, si damnum capiunt, quum ingenio proprio genus suum dedecorant. Ita *Ritschel; alii aliter leg. et interpretantur.*

IMPRŎBRO et Inprobro, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *probrum;* exprobro. — Tribuitur *Plauto True. 2. 3. 25.* (al. *15.*) Rus tu mihi improbras? ut nacta es hominem, quem pudeat probri! *Plerique alii leg.* opprobras. Cf. IMPROPERO II.

IMPRŎBŬLUS et Inprobulus, a, um. Adiect. deminut. ab *improbus;* audaculus ex aviditate; *sfacciatello, arditello. Iuvenal. 3. 71.* dextram cohibere memento: Salva sit artoptae reverentia: fuge tamen te Improbulum: superest illic, qui ponere cogat.

IMPRŎBUS et Inprobus, a, um. Adiect. ab *in* et *probus.* — **b)** Comparat. *improbior* §. *1.* et seqq., superlat. *improbissimus* §. *1.* et *9.* — **c)** Derivata, *improbe, improbitas, improbiter, improbulus.* Cf. IMPROBO §. 3 et §. 4.

IMPROBUS proprie est minime probus, malus, nequam, sceleratus; *cattivo, malvagio, tristo. Cic. 2. Orat. 73.* Improbus homo et perfidiosus. *Plaut. Mil. 3. 1. 137.* Improbi et scelesti. *Id. True. 2. 3. 12.* Improbe nihilique homo. *Brutus* ad *Cic. 1. ad Brut. 11.* Homo nequissimus atque improbissimus. *Cic. 9. Att. 13. sub fin.* Te ipsum quodam modo hic violavit, cum in me tam improbus fuit. *Plaut. Bacch. 4. 4. 11.* Improbis improbum esse. *Cic. 1. Orat. 46.* Populum inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare. *Plaut. Pseud. 1. 2. 16.* Vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo. *Id. True. 4. 3. 39.* Improbum esse ab ingenio. *Id. Epid. 4. 1. 39.* Eam rem adeo sobrie et frugaliter Accuravit, ut alias res est impense improbus: *alias res* Graecus accusativus, atque idem significat ac *cetera,* quam vocem vide §. 3. *Cic. 14. Fam. 4.* Improbissima lex; *iniquissima. Quintil. 12. 7. 6.* Improba causa. *Senec. Herc. Fur. 406.* Improba cupidine acti. *Plaut. True. 2. 7. 4.* Improba facta facere. *Id. Rud. 2. 3. 43.* Improbae merces. *Id. Most. 3. 2. 139.* Postes improbiores, quia ab infimo tarmes secat. *Cic. 3. Verr. 42.* Improbum testamentum; *h. e.* contra leges, ut *Ascon.* exponit. *Ovid. 1. Trist. 11. 41.* Improba hiems. *Id. 3. Fast. 686.* Improba verba; *h. e.* periura. *Martial. 10. 3.* Panis improbus. — *Coel. Aurel. 3. Acut. 18. 176.* Medicamina . . . acria, atque incentiva et nervis improba; *h. e.* nocentia. — **2)** Aliquando est improbatus, neglectus, abiectus, vilis, infamis, nullo loco, pretiove habitus; *vile, da nulla, infame. Plaut. Cas. a. 1. v. 31.* Postilla ut semper improbus, nihilque sis. In *leg. XII. Tab.* apud *Gell. 15. 13.* Ni testimonium fariatur, improbus intestabilisque esto. *Inscr.* opt. notae apud *Grut. 207. col. 2.* Quod eorum viginti iurati probaverint, probum esto: quod iei improbarint, improbum esto. — **3)** Item protervus, petulans. *Iuvenal. 3. 282.* improbus annis, Atque mero fervens. — **4)** Item lascivus, obscenus, impudicus; *osceno, lascivo. Ovid. 3. Art. am. 796.* Improba verba. *Id. 2. Trist. 441.* carmina. *Martial. 5. 78.* Improbae Gades. *Id. 3. 86.* Non sunt haec nimis improbiora. *Id. 5. 78.* improba satureia; *h. e.* salacia, et Venerem excitantia. — **5)** Item turpis, deformis; *brutto. Lucil.* apud *Non. 4. 250.* Omnes formosi fortes: ergo improbus es tu. *Alii aliter leg.* — **6)** Item dolosus; *furbo. Stat. 1. Silv. 2. 74.* Hunc egomet tota quondam (tibi

Digitized by Google

dulce) pharetra Improbus, et densa trepidantem cuspide fixi. *Martial. 14. 16.* Quaerit compositos magna improba mittere talos. — **7)** Item audax, inverecundus, impudens; *audace, sfacciato. Plin. 7. ep. 9.* Audax haec, non tamen improba, quia secreta contentio. *Stat. 6. Theb. 804.* assurgentem alio puer improbus ictu Perculit, eventuque impalluit ipse secundo. (Hoc loco in bonam partem positum videri potest. Pro callido et fraudulento ponitur in illo *Virgilii, 11. Aen. 312.* Aeneas equitum levia improbus arma Praemisit: quaterent campos.) *Senec. praef. l. 4. Quaest. nat. ante med.* Quo apertior adulatio, quo improbior, hoc citius expugnat. *Quintil. 11. 3. post med.* Perfricare faciem, et quasi improbam facere. *Martial. 8. 24.* Improba non fuerit si mea charta, dato; h. e. libellus supplex, si inverecundus non fuerit. *Suet. Grammat. 15.* Oris improbi homo. *Quintil. 12. 1. ante med.* Improbae spes; *temerarie. Cic. 4. Verr. 41.* Mala et improba defensione uti. *Plin. 2. 112. 9.* Improbum ausum. — **8)** Item avidus, insatiabilis, et ob id audax et perstans; *insaziabile, audace. Virg. 3. G. 430. de angue.* Stagna colit, ripisque habitans, hic piscibus atram Improbus ingluviem, ranisque loquacibus explet. Et *10. Aen. 727. de leone praedam tenente*, haeret Visceribus superincumbens: lavit improba teter Ora cruor. Et *2. ibid. 356.* lupi, quos improba ventris Exegit caecos rabies. — Cum genit. *Stat. 7. Theb. 298.* Dircetis expertem thalami, crudumque maritis Ignibus, ante diem cupido violavit amore Improba connubii. — **9)** Item simpliciter non probus. *Auson. Idyll. 11. praef.* Ut avidus foenerator, improbum nummum malui occupare, quam condere; *moneta scadente, che cala, di cattiva lega.* — **10)** Aliquando tamen videtur media significatione usurpari, ut sit

II. *Improbus*, idem ac obstinatus, perstans, continuus, pertinax, sed citra malitiam, si de personis agatur; *lungo, assiduo, pertinace, ostinato, continuo. Virg. 1. G. 145.* labor omnia vincit Improbus. *Martial. 12. 18.* Ingenti fruor improboque somno, Quem nec tertia saepe rumpit hora. — *Inscr.* apud *Bottari, Roma Sotterr. T. 2. p. 21.* Gabinia Gaudentia H. F., in qua fuit inimitabilis castitas, improbissima verecundia, etc. — *Vulg. Interpr. Eccli. 13. 12.* et *seq.* Advocatus a potentiore discede: ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus sis, ne impingaris: et ne longe sis ab eo, ne eas in oblivionem; h. e. importunus. *Isid. 10. Orig. 136.* Improbus dictus, quod instat etiam prohibenti. Cf. IMPROBITAS §. 4. — **11)** Item nimius, immodicus, modum excedens. (Ad hanc notionem reduci potest non una ex praedictis.) *Senec. ep. 94. ante med.* Non est, quod imbecillam aciem committas improbo lumini. *Virg. 12. Aen. 687.* Fertur in abruptum magno mons improbus actu. *Senec. 4. Quaest. Nat. 4. extr.* Aquilone flante, minutae pluviae sunt: Austro, imber improbior est, et guttae pleniores. *Stat. 6. Theb. 838.* sic grandibus alte Insurgens humeris, hominem super improbus exit. *Val. Flacc. 6. 702.* Improba barbaricae procurrunt tegmina plantae; h. e. modum pedum longe excedentia. *Plin. 12. 37. 1.* Improbus barbarum villus in capris; h. e. praelongus. *Id. 14. 3. 3.* Vites improbo reptatu pampinorumque superfluitate atria media complentes. *Sallust. fragm.* apud *Non. 4. 333.* Immutilato corpore improbo patibulo eminens affigebatur; h. e. altissimo. *Charis. 1. p. 78. Putsch.* Chilones ex Graeco, a labris improbioribus. *Colum. 6. 1. ad fin.* Parandi sunt boves cornibus proceris, cervice longa, . . . eruribus compactis, nec genibus improbis. — **12)** *Improbus color* dicitur de purpureo valde saturo et excellenti, quasi superbus ille sit, et colores ceteros tum venustate, tum pretio longe excedens: vel quod initio, cum adhiberi coepit, civilem vestiendi modum excedere visus sit. *Senec. ep. 114. a med.* Qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucentem togam; *assai carico, di troppo lusso.* Hinc *Martial. 10. 16.* Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno.

IMPRŌCĔRUS et Inprocerus, a, um. Adiect. ab *in* et *procerus;* non procerus, humilis; *non alto, basso. Gell. 4. 13.* Corpora eorum improcera fieri. *Tacit. Germ. 5.* Improcera pecora.

IMPRŌCRĔĂBĬLIS et Inprocreabilis, le. Adiect. ab *in* et *procreo;* qui procreari non potest. *Apul. 1. Dogm. Plat.* Materia improcreabilis et incorrupta.

IMPRŌFESSUS et Inprofessus, a, um. Adiect. ab *in* et *professus;* qui conditionem suam professus non est; *che non s'è dato in nota. Suet. Domit. 12.* Deferebantur qui vel improfessi Iudaicam intra Urbem viverent vitam. *Al. aliter leg. Martian. Dig. 39. 4. 16.* Si quis improfessus servus fuerit, et probetur in commissum occidisse. — **2)** Passive, non declaratus. In *lemmate Declam. 341.* earum, quae tribuuntur *Quintiliano.* Quod quis per publicanos improfessum transtulerit, commissum sit.

IMPRŌFĬCŬUS et Inproficuus, a, um. Adiect. ab *in* et *proficuus;* non proficuus, inutilis. *Rustic. contra Acesh. p. 1231. Migne.* Cogita illic inutilem poenitentiam, . . . improficuas pluvias lacrymarum, etc.

IMPRŌFUNDĬĒS. V. IMPERFUNDIES.

IMPRŌLES, Inproles, is, et

IMPRŌLIS, Inprolis, le, vel Improlus et Inprolus, a, um. Adiect. ab *in* et *proles*, quod exponit *Festus* apud *Paul. Diac. 103. Müll.* Improlus vel Improlis, qui nondum esset adscriptus in civitate. — **2)** In *Glossar. Philox.* exponitur ἄγονος; sine prole. — **3)** Hinc *Mar. Victorin. 1. 4. 73.* Improles *(sic)* est, qui nondum vir est.

IMPRŌLŌQUĬBĬLIS et Inproloquibilis, le. Adiect. ab *in* et *proloqui;* qui proloqui, lingua uti non potest. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Ἀλάλητον; Improloquibile.

IMPRŌLUS. V. IMPROLIS.

IMPRŌMISCŬUS et Inpromiscuus, a, um. Adiect. ab *in* et *promiscuus;* non promiscuus, non admixtus, sincerus, purus. *Gell. 12. 4.* In his versibus suavitas tam impromiscua, tamque a fuco omni remota est, ut etc. *Id. 1. 7.* Verbum neque numeris, neque generibus praeserviens, sed liberum undique, et inpromiscuum; h. e. separatum, neque cum alio concordans. Utroque loco leg. al. *impromiscus*, nam et *promiscus* legitur.

IMPRŌMISCUS. V. voc. praeced. *fin.*

IMPROMPTUS et Inpromptus vel

IMPROMTUS et Inpromtus, a, um. Adiect. ab *in* et *promptus;* tardus; *non pronto. Liv. 7. 4.* Quia infacundior sit, et lingua impromptus. *Auson. Edyll. 2. 9.* Sermone impromptus Latio.

IMPRŎPĔ et Inprope. Adverb. ab *in* intentiva et *prope;* idem quasi prope. *Tertull. Exhort. ad cast. 10.* Si orationem facit ad Dominum, imprope est carlo.

IMPRŎPĔRANTER et Inproperanter. Adverb. ab *improperans;* pedetentim, sensim. *Auson. Epitaph. 35.* Improperanter agens primos e carcere cursus.

IMPRŌPĔRĀTUS et Inproperatus, a, um. Adiect. ab *in* et *properatus;* non festinatus; *non affrettato. Virg. 9. Aen. 798.* Haud aliter retro dubius vestigia Turnus Improperata refert. — **2)** Alio sensu. V. IMPROPERO §. 3.

IMPRŌPĔRĬUM et Inproperium, ii, n. Verbale ab *impropero;* dedecus, probrum; *improperio*, Legitur in *Declam.* quae inscribitur *Tribunus Marianus*, perperam olim *Quintiliano* attributa, *1.* Sempiternum incussit improperium paludatis. *Al. leg.* opprobrium. *Gloss. Philox.* Improperium; ὀνείδισις. — *Cassiod. 2. Hist. Eccl. 12. ante med.* Propter delictum suum improperia digna portans Arius. *Fragm. IV. Vatic. Arianorum* apud *Mai, Nov. Coll. T. 3. P. 219.* Ne ab aliquo super eos improperium accipiat. *Vulg. Interpr. Tob. 3. 4.* In fabulam et in improperium omnibus nationibus. *Id. Eccli. 29. extr.* Improperium foeneratoris. Cf. voc. seq. §. 2. et 3.

IMPRŌPĔRO et Inpropero, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *propero;* intro propero; hoc est festinanter et properanter ingredior. *Varr.* apud *Plin. 36. 19. 7.* Quo si quis improperet, sine glomere lini, . . . exitum invenire nequeat. Adde *Not. Tir. p. 98.* — **2)** Deinde

II. *Impropero* est etiam ab *in* et *probro*, quasi *improbero*, unde *improberium*, et mutata b in p, *impropero*, *improperium*. Cf. PROPERO. — Particip. *improperans*, infra. — Est autem aliquod probrum alicui obiicio; *rimproverare, improperare;* et est vox cadentis Latinitatis. *Petron. fragm. Tragur. 38. Burm.* Non impropero illi. *Gloss. Philox.* Impropero; ὀνειδίζω. *Vulg. Interpr. ad Rom. 15. 3.* Improperia improperantium. *Iacob. 1. 5.* Qui dat omnibus affluenter, et non improperat. — **3)** Transitivorum more cum accusat. tribuitur *Plaud. Rud. 3. 4. 28.* Etiam vim improperas, flagitii flagrantia? *Alii tamen melius leg.* opprobras. — *Vulg. Interpr. Sap. 2. 12.* Improperat nobis peccata legis. *Cassiod. 6. Hist. Eccl. 6.* illum vero solum improperasse caecitatem. — Passive. *Lactant. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 374. fab. 250.* Cui dum improperatum foisset, se genus suum ignorare, ivit ad templum, ut quaereret. *Vulg. Interpr. Ital. 1. Tim. 4. 10.* Laboramus et improperamur, quoniam speramus in Deum vivum. *Sic in MS. Clarom. Vulgata nostra habet:* maledicimur.

IMPRŌPĔRUS et Inproperus, a, um. Adiect. ab *in* et *properus;* tardus, non properus; *tardo. Sil. 3. 96.* Improperae cui ducant filia sorores.

IMPRŎPRĬĒ et Inproprie. Adverb. ab *improprius;* non proprie; *impropriamente. Plin. 8. 10. 2. de elephantis.* Spirant, et bibunt, odoranturque haud improprie appellata manu. *Gell. 17. 1.* Ut scribere ausi sint, M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconsiderate locutum. *Id. 6. 6.* In his Virgilii versibus reprehendit Hyginus *praecipitibus pennis*, quasi improprie et inscite dictum. Adde *Interpr. Irenei, 2. Haeres. 28. 9.*

IMPRŎPRĬĔTAS et Inproprietas, ātis, f. Abstractum ab *improprius;* conditio eius, qui improprius est; *improprietà. Gell. 1. 22. extr.* Cavenda est improprietas verbi. *Gloss. Lat. Gr.* Improprietas; ἀκυρολογία.

IMPRŎPRĬUS et Inproprius, a, um. Adiect. ab *in* et *proprius*. — Comparat. *improprior* §. 1. — Est non proprius, non conveniens. *Plin. 37. 37. 3.* Iaspis terebinthizusa, improprio, ut arbitror, cognomine dicta. *Quintil. 12. 10. a med.* Falsa et impropria ratio. *Mar. Victo-*

Digitized by Google

rin. Praef. in Genes. 122. Sermo impreprius. *Interpr. Irenaei*, 3. *Haeres.* 25. 7. Est enim austero medicamini similis, absumens impropriorem ac superfluum vulneris carnem. — **B)** Absolute, substantivorum more,

IMPROPRIUM, ii, n. Dicitur vitium orationis, de quo V. in ACYROLOGIA; *impropriété. Quintil.* 8. 3. 4. Proprietati contrarium est vitium id, quod apud nos improprium, *ἄκυρον* apud Graecos vocatur: quale est *(Virg. 4. Aen. 419.) tantum sperare dolorem*, etc.

IMPRŎPŪGNĀTUS et Inpropugnatus, a, um. Adiect. ab *in* et *propugnatus;* non propugnatus; *non difeso. Ammian.* 29. 6. Impropugnata civitas. Adde 26. 5.

IMPROSPECTĒ et Inprospecte. Adverb. ab *improspectus*. — Translate est improvide, incaute. *Tertull. Anim.* 24. Satis improspecte. *Hieronym. 1. advers. Jovinian.* n. 25. lephie improspecte voverat.

IMPROSPECTUS et Inprospectus, a, um. Adiect. ab *in* et *prospectus;* non prospectus, non visus; *non veduto. Sever. Asin.* 339. vel qua liberrimus Aetna Inprospectus hiat.

IMPROSPER et Inprosper, ĕra, ĕrum. Adiect. ab *in* et *prosper;* infelix. *Tacit.* 14. *Ann.* 65. Orta insidiarum magna moles, sed improspera. Et 4. *ibid.* 44. Multa claritudine generis, sed improspera. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Mil.* 38. apud *Mai, Class. Auct. T.* 2. p. 120. Elegantissime declinavit invidiam, dicturus, ut sibi videbatur, id quod esset improsperum reipublicae.

IMPROSPĔRĒ et Inprospere. Adverb. ab *improsper;* non prospere, infeliciter; *infelicemente. Colum.* 1. 1. *a med.* Ubi quid perperam administratum cessit improspere. *Tacit.* 1. *Ann.* 8. Libertas improspere repetita. *Gell.* 3. 3. Nihil quicquam tam improspere Virgilium et Homero vertisse, quam etc.

IMPROSPĔRĬTAS et Inprosperitas, ātis, f. Abstractum ab *improsper;* infelicitas. *Rufin.* vertens *Homil. Orig.* 7. *in Exod.* 4. Etenim cum . . . de prosperitatibus aliorum et de aliorum improsperitatibus causamur, etc.

IMPRŎTECTUS et Inprotectus, a, um. Adiect. ab *in* et *protectus;* non protectus, defensore destitutus, indefensus; *senza difesa. Gell.* 13. 27. *extr.* Neque in re adversa et repentina incursio imparatis improtectisque nobis oboriatur. *Id.* 7. 3. *a med.* Sed Cato non nudam, neque solitariam, nec improtectam hanc epagogen facit, sed multis eam modis praefuleit. *Ammian.* 21. 13. Ne mox partes petiturus Actiosa, improtectum Mesopotamiae reliqueret latus. Adde 31. 15.

IMPRŌVĬDĒ et Inprovide. Adverb. ab *improvidus;* incaute; *incautamente, improvidamente. Liv.* 27. 27. *ad fin.* Neque pro veteris prudentia ducis tam improvide se collegamque in praeceps dederat. *Colum.* 6. 17. Et caecilia saepe, cum bos improvide supercubuit, lacessita onere morsum imprimit.

IMPRŌVĬDENTĬĂ et Inprovidentia, ae, f. Abstractum ab *improvidus;* providentiae defectus; *improvidenza. Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 23. Improvidentia sententias vertere.

IMPRŌVĬDUS et Inprovidus, a, um. Adiect. ab *in* et *providus;* qui non praevidet, incautus; *improvido, incauto, malaccorto, inconsiderato. Cic. Lig.* 6. Fatalis quaedam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse. *Id.* 7. *Att.* 20. Improvidi et negligentes duces. *Id. Amic.* 26. *sub fin.* Stultissima persona improvidorum et credulorum senum. *Liv.* 23. 19. Improvidos incautosque hostes opprimere. *Virg.* 2. *Aen.* 200. Obiicitur magis, atque improvida pectora turbat. *Cic.* 5. *Tusc.* 20. Iis enim se adolescens improvida aetate irretierat erratis, ut etc. — Cum genitivo. *Liv.* 26. 39. Velis tum forte, improvidus futuri certaminis, Romanus veniebat. *Plin.* 36. 3. 1. Indis et improvida huius mali civitas. *Tacit.* 3. *Hist.* 56. Sed praecipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiae, improvidus consilii; h. e. consilio et consultatione nihil providens. — **B)** Passive (ut videtur), qui non praevidetur; *improveduto. Plin.* 4. *ep.* 22. *a med.* Tela, quae caeca et improvida feruntur. — Cum infinito. *Sil.* 4. 386. *de hasta.* Ac nimio lactu servasse improvida campi Distantis spatium, propiorem transvolat hostem.

IMPRŌVĪSĒ et Inprovise. Adverb. ab *improvisus;* improviso; *improvvisamente. Tertull. carm. advers. Marcion.* 2. 12. Improvise necans incautos morte suprema. *Hic perperam ultima corripitur.* Adduat et *Plauti* locum *True.* 2. 7. 3. Atque improvise partibus exspoliet. *Sed legendum*, atque improbis sese artibus exspoliet.

IMPRŌVĪSĪBĬLIS. V. IMPOSSIBILIS *fin.*

IMPRŌVĪSO. V. voc. seq. §. 4.

IMPRŌVĪSUS et Inprovisus, a, um. Adiect. ab *in* et *provisus*. — Comparat. *improvisior* §. 1. — Est non provisus, subitus, repentinus, inopinatus; *improvviso, non preveduto. Cic.* 3. *Tusc.* 14. Omnia quae mala putantur, sunt improvisa graviora. *Id.* 2. *Agr.* 22. Unde iste amor tam improvisus ac tam repentinus? *Id.* 4. *Verr.* 38. Cum hoc illi improvisum atque inopinatum accidisset. *Id. Font.* 13. Cum tot bella subito atque improvisa nascantur. *Id.* 4. *Tusc.* 17. Sapienti nihil improvisum accidere potest, nihil inopinatum, nihil omnino novum. *Virg.* 2. *Aen.* 182. pelagoque remenso, Improvisi aderunt. *Id.* 1. *ibid.* 598. eunctisque repente Improvisus ait. Et 8. *ibid.* 524. Namque improviso vibratus ab aethere fulgor Cum sonitu venit, *ἐπαλλαγή*. *Tacit.* 2. *Ann.* 47. Quo improvisior graviorque pestis fuit. *Cenotaph. Pisan. Tab.* 2. *lin.* 21. Pro magnitudine tantae ac tam improvisae *(sic)* calamitatis. — **B)** Absolute, substantivorum more,

IMPROVISUM, i, n. Est res improvisa. *Tacit.* 3. *Hist.* 16. Dux sibi delectos retinuerat ad improviso; *per gli accidenti*. — **B)** Hinc *de improviso* et *ex improviso*, et coniunctim *deimproviso* (quod agnoscitur a *Diomed.* 1. p. 404. *Putsch.*), et *eximproviso*, adverbiorum more; *di repente, inopinatamente. Plaut. Rud.* 4. 3. 2. Quis me est fortunatior, Qui ex improviso filiam inveni meam? *Caes.* 2. *B. C.* 6. Nostris de improviso, imprudentibus atque impeditis vulnera inferebant. *Cic. Rosc. Am.* 32. De improviso in milites incidere. *Id.* 3. *Verr.* 45. *sub fin.* Ex improviso si quae res natae essent. Adde *Ter. Andr.* 2. 2. 25. — **A)** Hinc iterum absolute

IMPROVISO, adverbiorum item more; subito, repente, ita ut praevideri non potuerit; *improvvisamente, all' improvviso. Cic.* 4. *Verr.* 74. Sane homini praeter opinionem improviso incidi. *Id.* 1. *Divin.* 24. Improviso eos in castra irrupisse. *Caes.* 1. *B. G.* 13. Quod improviso unum pagum adortus esset. Et 1. *B. C.* 84. Collem improviso occupat. *Virg.* 12. *Aen.* 576. Scalae improviso, subitusque apparuit ignis. *Plaut. Asin.* 2. 2. 44. Tantum adest boni improviso.

IMPRŪDENS et Inprudens, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *prudens*. — Comparat. *imprudentior* §. 5., et superlat. *imprudentissimus* §. 4. — Proprie est non prudens; h. e. ignarus, inscius; *chi non sa, ignaro. Cic. Brut.* 77. *extr.* Imprudens M. Servilium praeteriisse videris. *Ter. Phorm.* 2. 1. 38. Probe horum facta imprudens depinxit senex; *senza saperlo. Id. in fin. Hecyr.* Plus hodie boni Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam. *Id. Heaut.* 4. 1. 20. scio, Te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia. *Nep. Agesil.* 2. Omnes imparatos imprudentesque offendit. *Caes. B. C.* 58. Imprudentes atque inopinantes hostes aggrediuntur. *Hirt. B. Afr.* 11. Ne imprudentes suae naves in classem adversariorum inciderent. — Eleganter adhibetur in sexto casu. *Cic. Rosc. Am.* 8. Haec omnia imprudente L. Sulla facta esse, certe scio; *senza saputa di L. Silla*. Et *Caes.* 3. *B. G.* 29. Ne quis inermibus imprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset. — Cum infinito. *Curt.* 8. 8. Non imprudens, cum permisissem huic latroni dicere, usurum eum rabie, qua etc. — Cum genitivo. *Ter. Eun.* 1. 2. 56. Imprudens harum rerum ignarusque omnium. Ubi *Donatus:* Prudentia naturalis est: gnaritas extrinsecus venit: *imprudens* per se, *ignarus* per alios. *Cic.* 2. *Invent.* 51. Imprudentes legis. *Liv.* 31. 14. religionis. Et 34. 9. maris; *mal pratici. Colum.* 3. 18. Antiquitatis imprudens consuetudo. — **B)** Translate de rebus inanimis. *Virg.* 2. *G.* 372. *de vite*. Praecipue dum frons tenera, imprudensque laborum; h. e. nondum caeli iniurias experta. — **B)** Deinde

II. *Imprudens* est etiam improvidus; *imprudente. Petron. Satyr.* 102. Non imprudens consilium, si aditum haberet. *Senec. Const. Sap.* 19. Quidquid horum ab imprudentioribus fiet (fieri autem nisi ab imprudentibus non potest), negligendum. — **A)** Hinc opponitur *sapienti*, in illo *Senecae, ep.* 90. *post med.* Ilia sapiens licet, invenerit, non qua sapiens erat, invenit: multa enim facit, quae ab imprudentissimis aut aeque fieri videmus, aut peritius, aut exercitatius. — **B)** Pro valde prudenti quidam accipiendum putant in illo *Virg.* 1. *G.* 373. nunquam imprudentibus imber Obfuit. Sed contra stat *Serv.*, qui optime ita interpretatur: Nunquam imber obfuit non ante provisus, ut *imprudentibus* pro *ignaris* accipiamus.

Nota. Discrimen inter *imprudentem* et *ignarum* dedimus sub v. IGNARUS in *Nota* II. §. 2. Sed V. etiam supra §. 1. *fin.*

IMPRŪDENTER et Inprudenter. Adverb. ab *imprudens*. — Comparat *imprudentius* §. 2. — Proprie est per ignorantiam, inscienter; *ignorantemente. Cic.* 4. *Acad.* 6. Illud imprudenter, si alios esse Academicos, alios Peripateticos arbitrantur. *Vellei.* 1. 2. Pastoralem cultum induit, immixtusque castris hostium, de industria, imprudenter, rixam clens, interemptus est; *per ignoranza, non essendo conosciuto*. Tò *imprudenter* ad *interemptus est* refertur. — **B)** Item incaute, improvide; *imprudentemente, incautamente. Nep. Annib.* 2. *extr.* Si quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris, si me celaris. *Caes.* ad *Cic. post ep.* 8. 1. 10. *ad Att.* Etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram. *Ter. Andr.* 1. 1. 103. Ad flammam accessit imprudentius, satis cum periculo.

IMPRŪDENTĬĂ et Inprudentia, ae, f. Abstractum ab *imprudens;* inscitia, ignorantia, error; *ignoranza, errore. Cic.* 2. *Invent.* 31. Imprudentia est, cum scisse aliquid is, qui arguitur, negat. *Id. Har. resp.* 17. Quod sacrificium tam occultum, quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes? quo non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? *Ter. Eun. prol.* 27. peccatum imprudentia est Poëtae. *Petron. Satyr.* 79. Imprudentia

Digitized by Google

locorum. — 2) *Per imprudentiam* est imprudenter; *per ignorantiam*. *Cic. 4. Verr. 23. extr.* Perperam iudicare: quod saepe per imprudentiam fit. — 3) Excludit etiam interdum voluntatem et libertatem. *Id. 1. Invent. 27.* Imprudentiae partes sunt, inscientia, casus, necessitas. *Id. Orat. 56.* Inculcamus per imprudentiam saepe etiam minus usitatos *(versus in oratione)*, sed tamen versus; *inavvertentemente*. Et *3. Orat. 39.* Imprudentia teli emissi; *h. e.* si telum manu fugit, ut *Enn.* ait. — 4) Est etiam improvidentia, consilii defectus; *imprudenza*. *Nep. Epam. 7.* Totum exercitum propter praetorum imprudentiam inscitiamque belli periturum. *Id. Dion. 8.* Se armat imprudentia Dionis. *Gell. 6. 4.* Quo modo prudentia esset, nisi foret contra imprudentia? Adde *Apul. 2. Met. 14.* V. IMPUDENS §. b.

IMPŪBER. V. voc. seq. §. 1. *init.*

IMPŪBES et Impubes vel Impubis et Inpubis, is *et* ĕris, omn. gen. Adiect. ab *in* et *pubes*. — Qui rectum casum *impuber* ponunt, nullo probant exemplo. — Proprie est qui pube et barba caret; *giovinetto senza peli in viso:* dicturque de pueris, qui annum quartumdecimum et puellis, quae duodecimum nondum attigerunt, ut *Iustinian. 1. Institut. tit. 22.* docet. *Ovid. 2. Fast. 259.* Nam puer impubes, et adhuc non utilis armis. *Virg. 5. Aen. 546.* comitemque impubis Iuli. *Plin. 28. 4. 9.* Capillus impubium impositus. Et *23. 7. 64.* Corticem puer impubis si detrahat dentibus. *Horat. 2. Od. 9. 13.* nec impubem parentes Troilon flevere. *Cic. 4. Catil. 6.* Filium impuberem in carcere necatum esse dixit. *Suet. Claud. 43.* Impubi teneroque togam dare. *Lucret. 5. 672.* Impubem pubescere. *Ulp. Dig. 29. 5. 1. §. 32.* Solet hoc in usu observari, ut impuberes non torqueantur: terreri tantum solent, et habena vel ferula caedi. *Id. ibid. 30. 47. 2. §. 1.* Impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere. — Cum accusativo, more Graeco. *Sil. 2. 112.* Impubem malas Lyxum. — 2) Translate de rebus etiam abstractis. *Horat. Epod. 5. 15.* Impube corpus. *Virg. 9. Aen. 731.* Impubes malae. *Ovid. 9. Met. 416.* impubibus annis. — 3) Deinde

II. *Impubes* est etiam idem ac caelebs, castus; *celibe:* qui nempe tanquam impubes se gessit. *Caes. 6. B. G. 20.* Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem.

IMPŪBESCO et Inpubesco, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *pubesco*, idem fere ac pubesco; et universim cresco, ut exponitur in *Thes. Nov. Latinit.* apud *Mai, p. 292.* et *409.* — Hinc translate. *Plin. 23. 64. 4.* Corticem eius impubescentem puer impubis si detrahat. *Harduin.* intumescentem *mallet;* et sic legit *Sillig*, allato etiam loco *Plin. Valerian. 3. 29.*

IMPŬDENS et Inpudens, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *pudens*. — b) *Impudentia* et *imprudentia* in antiquis MSS. et editis libris saepe inter se confusa fuisse, monet *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 14.* et *8. ibid. 8.* — c) Comparat. *impudentior* et superlat. *impudentissimus*, infra. — d) Derivata, *impudenter*, *impudentia*, *impudentiusculus*. — e) Compositum, *subimpudens*.

IMPUDENS est quem non pudet, inverecundus, petulans, perfrictae frontis; *sfacciato*, *sfrontato*. *Ter. Eun. 5. 1. 22.* Vide, amabo, si non cum aspicias, os impudens Videtur? *Cic. 3. Fam. 12.* Qui semel verecundiae fines transierit, eum bene et naviter oportet esse impudentem. *Id. fragm.* apud *Non. 4. 4. 250.* Debes odisse improbitatem eius, quia impudentissimum nomen delegerit. *Id. 7. Att. 2. a med.* Impudentissimae litterae. *Ter. Heaut. 2. 3. 72.* O hominis impudentem audaciam! *Cic. Cluent. 60.* Magnum et impudens mendacium. *Ter. Phorm. 3. 2. 14.* Incogitans atque impudens. *Gell. 6. 11.* Impudentes et improbi homines. *Cic. 4. Verr. 78.* Ut cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. *Ter. Andr. 4. 10.* Impudentissima oratio. *Quintil. 11. 1. 29.* Impudens actio. *Plaut. Asin. 3. 1. 39.* Te quidem edepol nihil est impudentius.

IMPŬDENTER et Inpudenter. Adverb. ab *impudens*. — Comparat. *impudentius* et superlat. *impudentissime*, infra. — Est inverecunde, petulanter; *sfacciatamente*, *sfrontatamente*. *Cic. 3. Fam. 12.* Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui etc. *Id. 4. Verr. 54.* Callide, audacter, impudenter. *Id. 9. Fam. 2. a med.* Batuit, impudenter: depsit, multo impudentius. Et *6. Verr. 7.* Impudentissime mentiri. *Plaut. Men. 5. 2. 69.* Nimio haec impudenter negas. *Alii aliter leg.* Adde *Rud. 4. 3. 38.* et *Ter. Andr. 4. 4. 16.*

IMPŬDENTĬA et Inpudentia, ae, f. Abstractum ab *impudens* (quod V. §. b.), inverecundia, audacia, petulantia; *sfacciataggine*, *impudenza*, *sfrontatezza*. *Cic. Orat. in fin.* Verecundia negandi scribendi impudentiam suscepi. *Id. Flacc. 15.* Impudentia atque audacia fretus. *Id. Har. resp. 1.* Reprimere alicuius impudicam impudentiam. *Id. Dom. 38.* An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim, ut possim intueri etc.? *Plaut. Bacch. 1. 2. 32.* quom istanc nactus's impudentiam. *Cato* apud *Gell. 17. 2. 20.* Qui illius impudentiam noram et duritudinem. *Caes. 3. B. C. 20.* Cuius animi aut cuius impudentia est? — 2) Pro impudicitia, prostitutione. *Lactant. Placid. 10. fab. 8.* Pygmalion offensus impudentia vulgari Propoetidum statuit caelebs permanere. — 3) Hinc *impudentiae* tanquam Deae fanum Athenis fuisse tradit *Cic. 2. Leg. 11.* — 4) Deinde

II. *Impudentia* cum genitivo obiecti pro eo, cuius aliquem pudet. *Tertull. 4. adv. Marcion. 21.* Ut, quoniam homo non erubuerat lapidem et lignum adorans, eadem constantia non confusus de Christo, pro impudentia idololatriae, satis Deo faceret per impudentiam fidei, *h. e.* ut, quoniam hominem non puduit adorare lapides et ligna, sic nec puderet Deum credere natum et crucifixum.

IMPUDENTĬUSCŬLUS et Inpudentiusculus, a, um. Adiect. deminut. ab *impudens;* aliquantum impudens; *sfacciatello*. *Cic. 7. Fam. 3. in fin.* Simos enim impudentiusculi, quam per te vix licet, verum, etc. *Plerique Codd. habent* putidiusculi.

IMPŬDĒRĀTUS. V. IMPUDORATUS.

IMPŪDĪBUNDUS et Inpudibundus, a, um. Adiect. ab *in* et *pudibundus*. Legitur in *Thesaur. nov. Latinit.* apud *Mai, p. 262.* Frontosus, impudibundus.

IMPŬDĪCĀTUS et Inpudicatus, a, um. Adiect. ab *in* et *pudicus*, quod exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* impudicatus, stupratus, impudicus factus. Cf. DEPUDICO.

IMPŬDĪCĒ et Inpudice. Adverb. ab *impudicus*. — Superlat. *impudicissime*, infra. — Est impure, lascive; *impudicamente*. *Tertull. Idolol. 2.* Si quis animam commoverit impudice. *Eutrop. 8. 22.* Impudicissime et obscenissime vixit.

IMPŬDĪCĬTĬĂ et Inpudicitia, ae, f. Abstractum ab *impudicus;* impuritas: et praecipue τὸ παιδικόν; *impudicizia*, *disonestà*. *Plaut. Amph. 2. 2. 189.* Tu si me impudicitiae captas, non potes capere. *Id. Pers. 2. 2. 11.* Impudicitiam opprobrare alicui. *Tacit. 3. Ann. 3.* obiectare. *Suet. Aug. 71.* Infamiam impudicitiae facillime refutavit, circa libidines haesit. *Gell. 18. 3.* Aliquem de impudicitia accusare. *Ulp. Dig. 1. 6. 2.* Ad impudicitiam compellere. *Apul. Apol. 74.* Negatur enim quicquam histrionis habuisse praeter impudicitiam; *h. e.* paederastiam. Adde *Suet. Caes. 52.* et *Vesp. 13.* — *Senec. praef. 4. Excerpt. Controv. ad fin.* Impudicitia in ingenuo crimen est, in liberto officium, in servo necessitas.

IMPŬDĪCUS et Inpudicus, a, um. Adiect. ab *in* et *pudicus*. — Comparat. *impudicior* §. 2., superlat. *impudicissimus* §. 2. — Proprie est impudens, temerarius. *Plaut. Rud. 2. 3. 67.* O facinus impudicum! Quam liberam esse oporteat, servire postulare. — 2) Frequentius vero est impurus, lascivus, et praesertim qui est pudicitiae suae prodigus, Graece, παιδικός; *impudico*, *disonesto*. *Cic. 2. Catil. 10.* In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur. *Id. 2. Phil. 28.* Et consul, et impudicissimus. *Id. Har. resp. 1.* Impudica impudentis. *Id. 2. Catil. 5.* Complexi mulieres impudicas. *Plaut. Curc. 1. 1. 52.* A me pudica est . . . nisi Si est osculando quidpiam impudicior. — 3) Item impudicatus, violatus. *Auct. Priap. 60.* Si fur veneris, impudicus ibis. V. PUNICUS. — 4) Translate de rebus. *Martial. 6. 70.* Digitus impudicus; *h. e.* medius, *di ὑπερόχην τῶν ὑπολλων*. — *Id. 12. 32.* Odor impudicus urcei; *h. e.* teter, foedus.

Nota. Inter *impudicum* et *impurum* hoc interesse tradit *Auct. Append. ad Prob. Art. min. n. 47. p. 447. Rudl.* « *Impurum* patientem turpitudinem significat; *impudicum* vero facientem turpitudinem demonstrat. »

IMPŬDŌRĀTĒ et Inpudorate. Adverb. ab *impudoratus;* sine pudore; *spudoratamente*. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 27. 2.* Impudorate blasphemans eum (Deum). *Alii leg.* Impurate.

IMPŬDŌRĀTUS et Inpudoratus (vel Impuderatus et Inpuderatus), a, um. Adiect. ab *in* et *pudor;* qui est sine pudore; *spudorato*. *Lucif. Caral. 1. pro S. Athanas. p. 879. Migne.* Non despicis revera conviperinos tuos Arianos, natos videlicet de impuderato *(sic)* patre vestro diabolo. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 198.* Irreverens, impudoratus.

IMPUGNĀTĬO et Inpugnatio, ōnis, f. Verbale ab *impugno;* oppugnatio; *oppugnazione*. *Cic. 4. Att. 3.* Ipse domum P. Sullae pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat.

IMPUGNĀTOR et Inpugnator, ōris, m. Verbale ab *impugno;* qui impugnat; *assedianto*. *Liv. 27. 15.* Caulonis impugnatores. *Ita legit Gruter. Ast alii melius* oppugnatores. *Cassiod. 1. Var. 9.* Volumus, impugnatores eius *(episcopi)* legitima poena percellere; *h. e.* *calunniatori*. Adde *Cassian. 5. Instit. 31., Vincent. Lirin. Commonit. 43.* et *Gennad. de Script. Eccl. 44.*

IMPUGNĀTUS et Inpugnatus, a, um. Particip. verbi *impugno;* oppugnatus, victus. *Plin. 5. 24. 20.* Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert. *Hard.* ex MSS. et *Sillig* leg. *illic in pugna*. — 2) Deinde

II. *Impugnatus* est etiam ab *in* et *pugnatus*, non oppugnatus, sine certamine relictus. *Gell. 1. 6.* Turpe est rhetori, si quid in mala causa destitutum atque impugnatum relinquat.

IMPUGNO et Inpugno, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in*

Digitized by Google

intentiva et *pugno*. — Particip. *impugnans* et *impugnandus* §. 1., *impugnatus*, v. suo loco §. 1. — Proprie est contra aliquem pugno, oppugno, aggredior; *assalire*, *attaccare*, *combattere*, *impugnare*. *Caes. 3. B. G. 26.* Nostri, redintegratis viribus, acrius impugnare coeperunt. *Justin. 22. 4.* Et qui sua tueri non poterat, impugnaret alienа. Et 2. Syracusae a cive hostili odio impugnatae sunt. *Id. 38. 4.* Quin sit resistendum impugnantibus. *Liv. 3. 70.* Impugnare terga hostium. *Cic. 1. ad Brut. 15. a med.* Sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrere. *Plin. 26. 76. 1.* Morbus regius impugnatur centaurio maiore poto. *Sust. Cal. 5.* Veneficiis et devotionibus impugnari se comperit. — 2) Translate est adversari, contra dicere; *contrastare*. *Cic. 3. Fam. 12.* Nullam ne in tabellae quidem latebra fuisse absconditam malivolentiam, quae te impugnare auderet. *Id. fragm.* apud *Non. 5. 63.* et *Hirt. 8. B. G. 53.* dignitatem alicuius. *Tacit. 4. Hist. 8.* sententiam. *Ovid. 3. Met. 151.* meritum et fidem. *Quintil. 7. 5. 22.* finitionem. *Id. 2. 17. ad fin.* Saepe quae in aliis litibus impugnarunt actores causarum, eadem in aliis defendunt. *Sall. Iug. 31.* Acerrime impugnare aliquem. Adde *Horat. 2. Ep. 1. 89.* — 3) Passive impersonaliter, et cum dativo. *Inscr.* sub Hadriano, apud *Fabretti, p. 430. n. XIII.* Cum commodis eorum impugnaretur. — *Pugno* quoque et *certo*, similiter a Poëtis, Graecos imitatis, usurpantur.

* IMPULSATOR. V. voc. seq. in *fin.*

IMPULSĀTRIX et Inpulsatrix, trīcis, f. Verbale ab *impulso;* quae impulsat. *Verecund.* in *Cant. Deuter. 24.* Dentes vero impulsatrices sunt cogitationes, quibus animam rodunt. *Id. in Cant. Manass. 14.* Impulsatrix consuetudo malorum. Cf. IMPULSTRIX et *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 479. n. 298.*, ubi et *impulsator* pro *impulator*, quod ibi corrupte legitur, defenderet.

IMPULSĬO et Inpulsio, ōnis, f. Verbale ab *impello;* actus impellendi, impulsus; *urto*, *spinta*. *Cic. Univ. 5.* Omnis coagmentatio corporis vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur et frangitur. — 2) Translate. *Id. 2. Invent. 5.* Impulsio est, quae sine cogitatione, per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, aegritudo; *trasporto*, *passione*. Et *mox.* Cum aliquid impulsione factum esse dicet, illum impetum et quandam commotionem animi, affectionemque verbis amplificare debebit. — 3) Pro exactione violenta. *Iustinian. Novell. 128. 6.* Impulsionis et ipsum vocabulum de cetero perimimus. Cf. IMPULSOR. — 4) *Cic. 3. Orat. 53.* Ad hilaritatem impulsio; *h. e.* χαριεντισμός, figura sententiarum. V. CHARIENTISMUS §. 2.

IMPULSĪVUS et Inpulsivus, a, um. Adiect. verbale ab *impello;* qui impellit. *Fortunat. Art. Rhet. 2. 2.* Omnis causa . . . aut impulsiva . . . aut ratiocinativa . . . Impulsivam Graeci vocant ὁρμητικὴν αἰτίαν.

IMPULSO et Inpulso, as, āre. Verbum transitiv. specie intentiv. ab *impello;* saepius impello, pulso. — Legitur apud *Vulg. Interpr. 2. Reg. 6. 16.* ex *Cod. Goth.* apud *Vercellone*, *Var. Lect.* ad *h. l.*, ubi *Vulgata* nostra habet *saltans.* pro *impulsans*.

IMPULSOR et Inpulsor, ōris, m. Verbale ab *impello;* qui impellit et incitat ad aliquid faciendum; *impulsore*, *instigatore*. *Cic. 16. Att. 7.* Quamvis non fueris suasor et impulsor profectionis meae, approbator certe fuisti. *Id. Prov. cons. 8.* Impulsor atque adiutor. *Ter. Adelph. 4. 2. 21.* Me impulsore hanc esse emptam ait. *Tacit. 4. Hist. 68.* Ne ferocia aetatis et pravis impulsoribus, paci belloque male consuleret. — 2) Item exactor, qui compellit ad tributa solvenda. *Iustinian. Novell. 128. 6.* Si vero non opportunus inveniatur canonicarius, non impulsor mittatur, sed illo remoto alter dirigatur canonicarius. Cf. IMPULSIO §. 3. et EXPELLEUTA.

IMPULSTRIX et Inpulstrix, trīcis, f. Verbale ab *impello;* quae incitat ad aliquid faciendum; *instigatrice*. *Nonius, 2. 631.* usurpari hanc vocem affirmat, quemadmodum et tonstrix, curatrix, plaustrix, assestrix. Cf. IMPULSATRIX.

IMPULSUS et Inpulsus, a, um. Particip. verbi *impello;* pulsus, propulsus, protrusus; *spinto*, *respinto*, *cacciato*. *Caes. 3. B. C. 40.* Biremes, subiectis scutulis, impulsas vectibus in interiorem partem transduxit. *Virg. 12. Aen. 856.* nervo per nubem impulsa sagitta. *Id. 2. G. 211.* rudis enituit impulso vomere campus. *Lucan. 3. 387.* impulsae tonsis tremuere carinae. *Horat. 4. Od. 6. 11.* impulsa cupressus Euro procidit. *Tacit. 4. Ann. 22.* Tiberius visit cubiculum, in quo reluctantis et impulsae vestigia cernebantur. *Vellei. 2. 51.* Proelium, quo graviter impulsi sunt Caesaris milites. *Lucan. 3. 380.* Impulsum bellum; *h. e.* profligatum. — 2) Item ictus, pulsus; *percosso*, *battuto*. *Ovid. 10. Met. 148.* Impulsas tentavit pollice chordas. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 175.* collesque canoris Plausibus impulsi. — 3) Translate. *Caes. 1. B. G. 40.* Furore atque amentia impulsus. Et 7. *ibid. 1.* Hac impulsi occasione. Et 2 *ibid. 14.* Impulsos a suis principibus ab Aeduis defecisse. *Virg. 10. Aen. 68.* Cassandrae impulsus furiis. *Ter. Hecyr. 3. 5. 34.* Impulsus ira. *Nep. Milt. 3.* Eius auctoritate impulsi. *Justin. 1. 9.* In eadem regis impulsus.

IMPULSUS et Inpulsus, us, m. Verbale ab *impello*, idem quod impulsio; *spinta*, *urto*. *Cic. Somn. Scip. 11.* Sonus, qui impulsu et motu ipsorum orbium conficitur. *Id. 2. Nat. D. 12.* Is ardor non alieno impulsu, sed sua sponte movetur. *Id. Caecin. 15.* Impulsu scutorum, conflictu corporum, coniectione telorum. *Apul. de Mundo.* Ventus, qui inferiora repentinis impulsibus quatit. *Senec. Here. Oet. 1414.* Dolor impulsu gravi anhelum pectus quatit. — 2) Translate est; *sovvertimento*, *instigazione*. *Caes. 3. B. G. 25.* Ne civitas eorum impulsu deficeret. *Cic. Rosc. Am. 37.* Ipsos non negare, ad haec bona Chrysogenum accessisse impulsu suo. *Gell. 1. 11. ad fin.* Impulsu et instinctu extraneo indigere. — 3) Pertinet etiam ad affectus, et impetus animi; *impeto*, *stimolo*, *trasporto*. *Cic. Somn. Scip. 9. in fin.* Impulsu libidinum voluptatibus obedientium, Deorum et hominum iura violaverunt. *Id. 2. Invent. 5. sub fin.* Qui simili impulsu aliquid commiserint. — *Val. Max. 9. 8.* Temeritatis etiam et subiti et vehementes sunt impulsus, quorum ictibus mentes concussae etc. V. IMPULSIO §. 2. Adde *Quintil. 9. 4. 20.*

IMPULVĔRĔUS et Inpulvereus, a, um. Adiect. ab *in* et *pulvis;* qui est sine pulvere, hoc est sine labore. *Gell. 5. 6.* Impulverea incruentaque victoria. V. ACONITI.

IMPUNCTUS et Inpunctus, a, um. Adiect. ab *in* et *punctus;* non punctus, nullis asper punctis. *Apul. 2. Met.* Hic vitrum fabre sigillatum, ibi crystallum impunctum. *Alii perperam leg.* impictum. V. ACENTETA.

IMPŪNĒ et Inpune (ἀρχαϊκῶς impoene). Adverb. ab *impunis.* — Comparat. *impunius* et superlat. *impunissime* §. 1. *fin.* — Est sine poena, seu punitione, absque periculo aut damno, tuto, impunite; *impunemente*, *senza castigo*. *Cic. 2. Fin. 17.* Id Sextilius factum negabat, poterat autem impune, quis enim redargueret? *Id. 15. Fam. 77.* Cum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. *Id. 1. Leg. 15.* Ut dictator quem vellet civium, indicta causa, impune posset occidere. *Id. 1. Att. 16. ad fin.* Qui nummos in tribu pronunciarit, si non dederit, impune sit. *Virg. 9. Aen. 685.* Sit satis, Aeneide, telis impune Numanum Oppetiisse tuis; *h. e.* te illaeso. *Sall. Iug. 35.* Impune iniuriam accipere; *senza vendicarsi*. Sic *Phaedr. 4. 5. extr.* Impune laedi; *h. e.* nullam poenam expetendo. *Ter. Adelph. 5. 3. 58.* Hoc licet impune facere huic, illi non licet. *Sall. Iug. 56.* Impune quaelibet facere, id est regem esse. *Cic. Quint. 5.* Libertate usus est, quo impunius dicax esset; *più liberamente*. *Ter. Eun. 5. 2. 13.* Credin' te impune abiturum? *di riuscirne senza castigo*. Et *5. 7. 18.* Siquidem istuc impune habueris; *h. e.* si consequeris, ut istud tibi impune sit. *Tacit. 3. Ann. 70.* Neque tantum maleficium impune habendum; *h. e.* impunitum relinquendum. *Cic. 2. Agr. 4.* Maiorum nostrorum labore factum est, ut impune in otio esse possemus; *senza pericolo*. Sic *Horat. 1. Od. 31. 11.* Mercator ter et quater Anno revisens aequor Atlanticum impune. *Iuvenal. 4. 152.* impune ac vindice nullo. *Senec. 2. Controv. 13. a med.* Aliquod tempus impune a legibus. *Virg. 11. Aen. 134.* Per silvas Teucri, mixtique impune Latini Erravere iugis; *h. e.* altero alterum nihil laedente per inducias. (Similem locum habes *Aurelii Opilii* apud *Gell. 1. 25.*) *Horat. Art. P. 351.* Ne spissae risum tollant impune coronae; *liberamente*, *e senza timore o riguardo*. *Iuvenal. 1. 5.* Impune ergo mihi recitaverit ille togatas, Hic elegos? impune diem consumpserit ingens Telephus? *h. e.* ut non tantundem audiat. *Virg. 2. G. 52.* Et saepe alterius ramos impune videmus Vertere in alterius; *senza danno:* de insitione loquitur. *Plin. 18. 36. 3.* Lupinum impune iacet, vel derelictum etiam, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum. *Cic. 2. Divin. 27.* Cum creduntur facilius, tum finguntur impunius. *Plaut Poen. 1. 3. 2.* Impunissime tibi vendere hasce aedes licet; *liberissimamente*. — *Impoene* usurpat *Cato* apud *Front. 1. ad Antonin. Aug.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 2. ad fin.* Ita inductum est male facere, impoene; bene facere, non impoene licere. — 2) Vult *Nonius, 1. 468.* significare impudenter; *sfacciatamente:* in illo *Lucilii:* Homo impuratus, et impune est rapinator.

IMPŪNIS et Inpunis, ne. Adiect. ab *in* et *poena*, quod alterum vi compositionis corruptum est ac insuper in adiectivum migravit. — Est impunitus, illaesus; *senza gastigo*, *impunito*. *Solin. 27. ante med.* Mulier obtestata occursantes feras, impunis rediit. *Al. leg.* immunis. — Huc referri possunt illa (nisi malis esse adverbia) *Ovid. 11. Met. 67.* Haud impune tamen scelus hoc sinit esse Lyaeus. *Tacit. 3. Ann. 70.* Neque tantum maleficium impune habendum.

IMPŪNĪTAS et Inpunitas, ātis, f. Abstractum ab *impunis;* poenae remissio, licentia, libertas, securitas a poena, venia; *impunità*, *libertà*, *sicurezza*. *Liv. 3. 7. ad fin.* Cum aut morte tua sancienda sint consulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda. *Cic. Rabir. Post. 10.* Quorum impunitas fuit non modo a iudicio, sed etiam a sermone; *h. e.* impune tulerunt non solum apud iudices in foro, sed etiam apud populum in sermonibus. *Id. Mil. 16.* Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem? Et *31.* Quem si vi-

Digitized by Google

cisset, habiturus esset impunitatem et licentiam sempiternam. *Id. 4. Tusc. 20.* Impunitas peccatorum data videtur eis, qui et ignominiam et infamiam ferunt sine dolore. *Id. 1. Phil. 11.* Cum praesertim tanta gladiorum sit impunitas. *Id. Pis. 9. extr.* Funestum animal, ex omnium scelerum importunitate, et flagitiorum impunitate concretum. *Id. 8. Phil. sub fin.* Ceteris, si errorem suum deposuerint, veniam et impunitatem dandam puto. *Tacit. 3. Ann. 60.* Grebrescebat licentia atque impunitas exyla statuendi. Et *13. ibid. 56.* Promittere impunitatem. Adde *Quintil. 7. 7. 6.* — **B)** Translate. *Cic. Brut. 91. sub fin.* Is dedit operam, ut nimis redundantes nos, et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret.

IMPŪNĪTĒ et Inpunite. Adverb. ab *impunitus*. — Comparat. *impunitius*, infra. — Est idem fere ac impune; *impunemente*. *Matius* ad *Cic. 11. Fam. 28.* O superbiam inauditam! alios in facinore gloriari, alios ne dolere quidem impunite licere. *Al. leg.* impune. *Fest.* in *Non.* Quo impunitius uxor eius moecharetur. *Ennod. Vit. S. Epiphan.* Qui criminosos patitur impunite transire.

IMPŪNĪTUS et Inpunitus (*ἀχρικὼς* impoenitus), a, um. Adiect. ab *in* et *punitus*. — Comparat. *impunitior* §. 1. — Poprie est non punitus, liber a poena; *impunito. Cic. 7. Verr. 58.* Possemus hanc iniuriam, ignominiamque nominis R. inultam impunitamque dimittere. Et *Divin. Verr. 16.* Ceterorum quoque iniuriae sint impunitae atque inultae. Et *6. Verr. 50.* Si istius haec tanta iniuria impunita discesserit. *Id. 2. Offic. 8.* Nisi multorum impunita scelera tulissemus. *Id. 1. Catil. 7.* Tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. *Horat. 2. Sat. 7. 105.* Qui tu impunitior illa opsonia captas? *Liv. 3. 50.* Libidinem Appii, quo impunitior sit, eo effrenatiorem fore. — *Gell. 12. 7.* Veneficium non admittendum impoenitum videbatur. Et *11. 18.* Furta omnia fuisse licita et impoenita. — **B)** Translate. *Cassiod. 2. Var. 39.* Sanitas impunita; h. e. recuperata sine labore ac poena.

* IMPŪNO et Inpuno, ōnis, m. Nomen ab *impunis;* qui impunitatis spe est impudens, legitur a quibusdam in verbis *Lucilii*, quae habet *Non. 2. 468. Sed alii melius leg.* impune. V. locum in RAPINATOR.

IMPŪRĀTĒ. V. IMPUDORATE.

IMPŪRĀTUS et Inpuratus, a, um. Particip. verbi *impuro*, adiectivorum more adhibitum. — Hinc superlat. *impuratissimus;* infra. — Est impudicatus, violatus, impurus. *Ter. Phorm. 4. 3. 64.* Impuratus me ille ut etiam irrideat? *Plaut. Rud. 3. 4. 46.* Scio probiorem hanc esse, quam te, impuratissime. Et *2. 6. 59.* Iam postulabas te, impurata belua, Totam Siciliam devoraturum insulam. *Convicium. Apul. 8. Met.* Impuratissima illa capita *(hominum)*.

IMPŪRĒ et Inpure. Adverb. ab *impurus*. — Superlat. *impurissime*, infra. — Est spurce, foede; *lordamente, impuramente, sozzamente.* Translate ponitur pro impudice, turpiter, flagitiose. *Cic. 3. Fin. 11.* Quis animo aequo videt eum, quem impure atque flagitiose putet vivere? *Id. 1. Divin. 29.* Multa facere impure atque tetre. *Id. 2. Phil. 21.* Ea, quae ipse in se, atque in domesticum dedecus impure atque intemperanter fecerit. *Id. 9. Att. 12.* Impurissime ab aliquo despici.

IMPURGĀBĬLIS et Inpurgabilis, le. Adiect. ab *in* et *purgabilis;* inexcusabilis. *Ammian. 22. 3.* Impurgabile crimen.

IMPURGO et Inpurgo, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *purgo*, idem fere ac purgo. *Not. Tir. p. 120.* Purgat, impurgat.

* IMPŪRĬMUS. V. IMPURUS, *init.*

IMPŪRĬTAS et Inpuritas, ātis, f. Abstractum ab *impurus;* spurcities, foeditas; *lordura, impurità.* Translate impudicitia, improbitas, scelus. *Cic. 2. Phil. 3.* Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino lustrisque confectus.

IMPŪRĬTĬA et Inpuritia, ae, f. Abstractum ab *impurus*, idem ac impuritas. *Plaut. Pers. 3. 3. 7.* trecentis versibus Tuas impuritias traloqui nemo potest.

IMPŪRO et Inpuro, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *impurus;* impurum reddo, conspurco, foedo. *Senec. ep. 87. circa med.* Utrum illum pecunia purum effecit, an ipse pecuniam impuravit? quae sic in quosdam homines, quomodo denarius in cloacam, cadit. V. IMPERATUS et FLAGITIO.

IMPURPŪRĀTUS et Inpurpuratus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *purpura;* ornatus purpura. *Charis. 1. p. 19. Putsch.* Hic clarus; id est impurpurata vestis; id est *ἐμπόρφυρος ἐσθὴς, καὶ ὁ ἔλεος.*

IMPŪRUS et Inpurus, a, um. Adiect. ab *in* et *purus*. — Comparat. *impurior* et superlat. *impurissimus* §. 2. (pro quo *impurimus, ἀνάγνοτον*, habet *Gloss. Lat. Gr.*, quod emendandum videtur in *impurrimus)*. — Proprie est non purus, foedus, spurcus, contaminatus; *immondo, sporco, impuro. Ovid. Ib.* 223. impurae matris prolapsus ab alvo. *Flor. 2. 20.* Impura medicamina; h. e. venena. — **B)** Translate est impudicus, impuratus, obscena libidine contaminatus. *Petron. Satyr. 81.* Impurus omni libidine. *Cic. in Senat. 5.* Impura intemperantia. *Id. 2. Catil. 10.* In his gregibus omnes alearores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur. *Id. Rosc. Com. 7.* Persona illa lutulenta, impura, invisa. *Plaut. Rud. 3. 2. 38.* Impudens, impurus, inverecundissimus. *Cic. Dom. 18.* Omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimus. Et *3. Phil. 6.* Quis illo maledico impurior? *Ovid. 2. Trist. 416.* Eubius impurae conditor historiae. *Catull. 108. 2.* Impuri mores. Et *66. 34.* Impurum adulterium. *Senec. ep. 87. circa med.* Homo tam improbus linguae, quam impurae. Adde *Martial. 11. 61.* — **B)** Item universim sceleratus, improbus; *scellerato, malvagio. Sall. Cat. 15.* Namque animus impurus neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat. *Ter. Adelph. 2. 1. 28. Aesch.* Usque ad necem operiere loris. *Sa.* loris liber? *Aesch.* sic erit. *Sa.* O hominem impurum! *Cic. Amic. 16. a med.* Nec se adduci posse, ut hoc a Bianto dictum crederet; sed impuri cuiusdam aut ambitiosi esse sententiam. *Ter. Eun. 2. 2. 3.* Conveni hodie quendam mei loci hinc atque ordinis, Hominem haud impurum, itidem qui patria obligurierat bona; h. e. non avarum, non improbum, inquit *Donat.* Et sic laudamus eos, in quibus nihil est, quod magnopere efferamus. Sic *Haut. 4. 1. 16.* erat hic Corinthia anus haud impura: ei dedi Exponendam. — **C)** *Impurus* post mortem cognominatus est Elagabalus, teste *Lamprid. Elagab. 17.*, quod eius corpus in cloacam detrusum fuit.

Nota. Discrimen inter *impurum* et *impudicum* dedimus sub hac altera voce in *Nota*.

IMPŪTĀTĬO et Inputatio, ōnis, f. Verbale ab *imputo;* actus imputandi. *Callistrat. Dig. 35. 1. 80.* Legendas offerre rationes, deinde computare, ut explorari possit, Imputationes probe an improbe referantur, recte relata accepta, an non recte; *le partite di credito:* espensilationes. *Cassiod. 12. Var. 3. ante med.* Pretia, quae antiquus ordo constituit, ex iussione rerum Domini cognoscite temperata . . . Imputationum summas infrascriptis brevibus credidimus exprimendas, ut nemo vobis vendat beneficium, quod publica noscitis largitate collatum; h. e. *le somme ai generi prescritte.*

IMPŪTĀTĪVUS et Inputativus, a, um. Adiect. verbale ab *imputo;* qui imputari potest, accusatorius. *Tertull. 2. advers. Marcion. 25.* Non simplici modo; idest interrogatorio sono legendum est, Ubi es Adam? sed impresso, et incusso, et imputativo.

IMPŪTĀTOR et Inputator, ōris, m. Verbale ab *imputo;* qui imputat, et expensum fert; *chi mette a conto.* Translate *Senec. 2. Benef. 17. a med.* Multi sunt tam pravae naturae, ut malint perdere, quae praestiterunt, quam videri recepisse, superbi et imputatores.

IMPŪTĀTUS et Inputatus, a, um. Particip. verbi *imputo;* in rationes illatus, in computationem adductus. *Plin. 10. ep. 32.* Eidem civitati imputata sunt terna millia, quae viatici nomine annua dabantur legato eunti ad eum, qui Moesiae praeest, publice salutandum. Cf. voc. seq. §. 1. — **B)** Deinde

IMPŪTATUS est etiam adiect. ab *in* et *putatus;* non putatus; h. e. non amputatus; *non potato, non reciso. Horat. Epod. 16. 43.* Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret usque vinea. *Plin. 17. 35. 9.* Imputata buxus. *Id. 14. 14. 4.* vitis. — **B)** *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 103. Mull.* imputatum, nondum purgatum, putum enim est purum. V. PUTO.

IMPŪTO et Inputo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *puto*. — **b)** Particip. *imputans* §. 4., *imputandus* §. 4., *imputatus*, V. suo loco §. 1., *imputaturus* §. 4. — **c)** Derivata, *imputatio, imputativus, imputator*.

IMPUTO proprie est verbum rationum, et significat inferre in rationes, adscribere, expensum ferre, in computationem adducere; *mettere a conto, in conto, computare. Colum. 1. 7. ad fin.* Villici servi longe plus imputant seminis iacti, quam quod severint. *Ulp. Dig. 17. 2. 52. a med.* Si quis ex sociis propter societatem profectus sit, eos duntaxat sumptus societati imputabit, qui in eam rem impensi sunt. Viatica igitur et vecturas recte imputabit. *Mocsian. ibid. 55. 2. 90.* In quartam hereditatis, quam per legem Falcidiam heres habere debet, imputantur res, quas iure hereditario capit. *Caius, ibid. 73.* Si a statu libero peculiares nummos accipiat, pro sua parte quadranti eos imputare debet. *Paul. ibid. 25. 2. 61.* Nec in numerum trium tutelarum haec imputantur. — Addunt quidam *Catonis* fragmentum, ne *reipublicae imputaret naulum:* sed ea verba translata sunt e Graeco ex *Plutarcho in Cat. mai.* — **B)** Translate. *Senec. 3. Ira, 42.* Stat super caput fatum, et perennis dies imputat; *mette a conto della vita.* Simile est illud *Martial. 5. 20.* Nunc vivit sibi neuter, heu! bonosque Soles effugere atque abire sentit, Qui nobis pereunt et imputantur. *Senec. ep. 8. in fin.* Hoc non imputo in solutum: de tuo tibi; *nol computo in pagamento.* — **B)** Hinc

II. *Imputo* saepe est collati beneficii loco ponere, obicere, vel iactare tanquam beneficium: quod *Ter. Andr. 2. 1. 31.* dixit, postulare, quippiam gratiae apponi sibi. *Phaedr. 1. 21.* Noli imputare vanum beneficium mihi. *Senec. Tranquill. 6.* Quidam ultro officia nostra nobis imputant. *Tacit. Germ. 21.* Gaudent muneribus: sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. *Id. 3. Hist. 86. ad fin.* Imputare perfidiam non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere. Et *5. ibid.*

Digitized by Google

21. Dolo a se flexos, imputavit Civilis. *Plin. 8. ep. 21.* Alii transeunt quaedam, imputantque, quod transeant. *Martial. 4. 83.* Hos quoque commenda Venuleio, Rufe, libellos: imputet et nobis ostia parva, rogo: h. e. concedat: et sic tanquam beneficium agnoscemus, patiemurque imputari nobis. *Id. 12. 48.* Imputet ipse Deus nectar mihi, fiet acetum; h. e. largietur pro magno munere. — Absolute. *Tacit. 1. Hist. 38.* Hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet; h. e. quis maius mihi beneficium contulisse se dicat, et magis me sibi obnoxium esse ostendat. *Plin. Paneg. 24.* Copiam tui, non ut imputes, facis. *Quintil. 1. Declam. 2.* Ut heredem filium scriberet, non est res, quae imputetur. *Plin. Paneg. 59.* Ipsum sibi eripere tot beneficiorum occasiones, tam numerosam obligandi imputandique materiam. — **4)** Et latiore significatione

III. *Imputo* est assignare, adscribere; *ascrivere, imputare:* et fere in malam partem. *Ovid. 2. Met. 400.* Saevit enim, natumque obiectat, et imputat illis. Et *15. ibid. 470.* mortem senioribus imputet annis. *Tacit. Agric. 34.* Approbate reipubl. nunquam exercitui imputari potuisse aut moras belli, aut causas rebellandi. Et *27.* Prospera omnes sibi vindicant: adversa uni imputantur. *Id. 4. Hist. 31.* Imputare alicui initium belli. Et *4. ibid. 14.* ambiguam fortunam. *Quintil. 5. 10. a med.* An ei caedes imputanda sit. *Val. Max. 5. 7. n. 1. extern.* Imputans ipsius pudori. *Senec. ep. 86.* Suum exsilium reipublicae imputaturus. *Plin. 18. 1. 2.* culpam. *Id. praef. Hist. nat.* Hanc igitur audaciam tibi imputabis, et in nostra culpa tibi ignosces. *Ulp. Dig. 42. 7. 1. a med.* Sibi imputent, cur minus idoneum fideiussorem acceperint. *Id. ibid. 4. 8. 27.* Stari debet sententiae arbitri, sive aequa, sive iniqua sit: et sibi imputet, qui compromisit. *Plin. 6. ep. 29. in fin.* Et tibi scilicet, qui requisisti, imputabis, si digna ne epistola quidem videbuntur. *Ulp. Dig. 27. 4. 3. a med.* Si non postulavit, sibi imputet; *suo damno.* — **5)** In bonam partem. *Iustin. 38. 6.* Huic imputari victum Annibalem, huic captum Syphacem, huic Carthaginem deletam.

IMPŪTRESCO et inputresco, trescis, trui, trescĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *putresco;* intus putresco; *marcirsi*. *Colum. 6. 17.* Et cum imputruit oleo mus, conteritur.

IMPŪTRĬBĬLIS et inputribilis, le. Adiect. ab *in* et *putresco;* qui non putrescit. *Hieronym. ep. 64. n. 9.* Ligna imputribilia. Adde *Augustin. in Psalm. 95.* et *21. Civ. D. 7.*

IMPŪTRĬBĬLĬTER et inputribiliter. Adverb. ab *imputribilis;* incorrupte; *incorrottibilmente*. *Augustin. ep. 32. ad Paulin.* Cedri Libani mundi huius fluctus imputribiliter secant.

ĬMŬLUS, a, um. Adiect. deminut. ab *imus* et eiusdem significationis. *Catull. carm. 25. ad Thall.* mollior cuniculi capillo, Vel anseris medullula, vel imula oricilla; h. e. auricula infima mollior, ut ait *Cic. 2. Q. Fr. 15.*

IMUS (et immus), a, um. Adiect. quod per syncopen ab *infimus* (quod est ab *infer*) factum est. V. INFIMUS. — **b)** De confusione frequenti in MSS. et editis libris inter *imum* et *unum*, V. *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 18.* — **c)** De scribendi ratione cum duplici m, *immus*, V. IMMO §. b. — **d)** Derivata, *imitas, imitus, imulus.* Cf. IMMO §. a.

IMUS proprie est infimus, infimo loco, vel in fundo positus; *imo, basso, infimo*. *Cic. Rosc. Com. 7.* Ab imis unguibus usque ad verticem summum. *Id. Somn. Scip. 3.* Terra immobilis manens, ima sede semper haeret. *Virg. 6. Aen. 581.* fundo volvuntur in imo. *Phaedr. 2. 4.* ad imam quercum; *alle radici*. *Plin. 11. 103. 2.* Est in ima aure memoriae locus; h. e. in ima auris parte. *Horat. 1. Sat. 3. 8.* voce modo summa, modo ima; *bassa, grave*. *Martial. 10. 80.* Et gemitus imo promit de pectore; *dal fondo del cuore*. Sic *Ovid. 3. Art. am. 675.* suspirare ab imo. *Virg. 10. Aen. 464.* magnumque sub imo Corde premit gemitum. *Id. 3. G. 457.* ima ossa; *le midolle*. Sic *Ovid. 1. Trist. 5. 9.* imis infixa medullis. Adde *Quintil. 11. 3. 15.* — Cum genitivo. *Ovid. 5. Fast. 663.* superis imisque Deorum. — **2)** Refertur etiam ad ordinem, et ultimum significat. *Id. 2. ibid. 11.* imus mensis; h. e. Februarius, ultimus anni. Hinc in convivio *imus*, qui imo lecto accumbit, vel ima lecti parte. V. ACCUMBO §. 2. *Horat. 2. Sat. 8. 40.* secutis omnibus imis. *Al. aliter leg. Martial. 6. 74.* Medio recumbit imus ille qui lecto. — **3)** Absolute, substantivorum more.

IMUM, i, n. Est pars ima alicuius rei. *Plin. 4. 18. 1.* Amnis ambiens ima montis; *le radici, il piede*. Et *33. 21. 3.* Ima maris; *il fondo*. *Horat. 2. Sat. 4. 57.* Ima petere; *andare a fondo*. — *Ovid. 3. Met. 588.* aquas perspicuas imo; *in fondo*. — **4)** Hinc *ima ventris* sunt genitalia. *Apul. 8. Met.* Quendam fortissimum rusticanum, industria laterum, et imis ventris bene praeparatum, comitem coenae secum adducunt; h. e. hominem bene mutoniatum. Hoc idem *imum ventrem* dixit *Iustin. 38. 1.* Scrutatori curiosius imum ventrem pertractanti ait, Caveret, ne aliud telum inveniret, quam quaereret. Et *ima corporis* dixit *Capell.* loc. cit. sub v. SUBSCALPO. — **5)** Translate. *Aust. ad Herenn. 3. 18.* Nihil interest, utrum a summo, an ab imo dicere incipiamus. *Horat. 2. Sat. 3. 308.* ab imo Ad summum totus moduli bipedalis. *Id. Art. P. 126.* servetur ad imum, Qualis ab incepto processerit; h. e. ad finem. — **6)** Hinc ima summis mutare, *Id. 1. Od. 34. 12.* et miscere, *Velleio, 2. 2.*, est vertere omnia, permiscere, turbare. — **7)** Et adverbiorum more *ad imum* est ad extremum, denique; *finalmente, alla fine*. *Horat. 1. Ep. 18. 55.* Cum pueris tunicis sumet nova consilia, et spes: Dormiet in lucem: scorto postponet honestum Officium: nummos alienos pascet: ad imum Threx erit, aut olitoris aget mercede caballum.

Nota. « Inter *imum* et *intimum* hoc interest, ait *Isid. Differ. App. n. 174.*, quod *imus* loco, *intimus* ordine. »

IN

IN. Praepositio ablativum et accusativum casum regens, eadem, ratione habita originis, ac ἐν vel εἰς Graecorum, sive ἰν Cretensium; nulli enim sunt, qui aliunde particulae originem arcessunt, ut monet *Hand, Tursellin. T. 3. p. 243.* et *seq.* — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, haec adnotanda occurrunt in Lapidibus scriptis et in libris. Im pro *in* habetur in *Inscr.* apud *Doni, cl. 1. n. 21.* « Matri Deum porticus im memoriam etc. » *Alia* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1104.* « Im fronte. » Adde *alias* apud *Fabretti, n. 443. p. 323.* et *Grut. 1088. 4.* etc. Sic in *fragm. Cic.* apud *Mai, Class. Auct. T. 2. p. 540.* « Im meo. » — En pro *in* in *Inscr.* columnae rostratae et in *Sententia* inter *Genuates et Viturios* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 198.* et *199. lin. 12.* — **c)** Apud Veteres *indu* et *endo* pro simplici *in* usurpata reperiuntur etiam in compositis. V. ENDO et INDU. — **d)** Ad quantitatem quod spectat, eadem dicenda sunt, ac de particula *ad*, quae hic quoque essent repetenda. V. AD §. c. — **e)** In compositione sunt qui ante omnes litteras integram servari volunt, ex veterib. MSS. et Lapidib., ut est apud *Noris.* in *Cenotaph. Pisan. dissert. 4. c. 6.*, *Pier.* ad *8. Aen. 3.* et *Cellar.* in *Orthogr.;* itaque scribunt *inmitto, inpono, inligo, inrito*. Quod tamen improbant veteres Grammatici, ut *Mar. Victorin. 1. 4. 73.* — Nos in hoc opere utramque scribendi rationem posuimus. — Ceterum monendum est, frequentius et communius ante *b, m, p* mutari *n* in *m*, ut *imbuo, immitto, impono:* ante *l* et *r* in easdem verti, ut *illigo, irrito:* ante *gn* amitti, ut *ignarus* (Cf. tamen IGNOMINIA §. b.); ante alias consonantes vero integram servari, si excipias *infantia* et *infelix* sic aliquando praeter morem scripta in Lapidibus, ut suo loco dicemus. — **f)** In antiquis monumentis aliquando composita ex hac praepositione separatim scribuntur, ut *in aedificatum* pro *inaedificatum, in douetmus* pro *indouetmus* sive *inducimus*, ut videbimus suo loco. — **g)** Contra plura sunt, quae semper coniunctim scribuntur, ut *inde, infra, inter*, etc. — Itemque plura, quae modo divisim, modo coniunctim, ut *inanis* et *in anis, invicem, inusque*, etc. — Haec autem quod attinet ad composita cum aliis particulis; secus vero, cum composita sunt ex hac particula et nominibus aut verbis; si excipias in quibus integrum vocabulum adverbiorum more usurpatur, ut *incassum, impraesentiarum, imprimis*, etc. quae utraque ratione scribi possunt. — **h)** De confusione huius particulae cum aliis pluribus nempe *en, et, ex, ad, de, an, eum, ab, ei, ni, hi, id, inter, intra, tamen, ut*, in antiquis MSS. et editis libris, V. *Hand, Tursell. T. 3. p. 338.*, et quos ibi laudat, collatis etiam locis sub unaquaque particula adnotatis. — **i)** Composita ex hac particula non est necesse recensere, cum omnia hic habeantur litterarum ordine digesta, si aliquot excipias, per syncopen prolata, *dein, exin, proin*, pro *deinde, exinde, proinde*, etc. in quibus *in* vel subinuncta vel aliis interposita est. Cf. infra *Nota* III. §. 3.

IN praepositio nusquam adverbialiter, ut aliae plures particulae, usurpatur; significatio autem eius ita multiplex atque frequens est, ut, si omnia persequi velimus, vix nimiae subtilitatis notam effugeremus. In universum dici potest, quod haec particula statum rei vel personae designat in loco, in re vel persona, aut in tempore, sive his status actu habeatur, qui, ut plurimum, per ablativum exprimitur, sive motu acquiratur, qui, ut plurimum, per accusativum. Atque haec est notio, quae fere ubivis particulae inest, quacumque demum ratione adhibeatur; quare cum ablativo constructa

I. *in* designat statum, quem quis, aut quid actu habet in loco sive spatio, et verti potest *in, dentro, sotto, sopra, verso, circa, presso:* prout sensus expostulare videtur. *Cic. Cluent. 28.* In occulto stare. *Id. 2. Divin. 54.* In sensu dicere. *Id. 1. ibid. 28.* Manere in villa. *Id. 2. Fin. 21.* In solio sedens. *Id. 6. Fam. 8.* Esse in Sicilia. *Id. 2. Nat. D. 49.* Aves, quae se in mari mergunt. *Id. Mil. 6.* Tulit de caede, quae in Appia via facta esset. *Liv. 22. 56.* In via fornicata. *Caes. 2. B. C. 25.* Plures in eo loco sine vulnere, quam in praelio aut fuga intereunt. *Id. 1. ibid. 66.* Copias in castris continent. — *Cic. 7. Verr. 40.* Sedere in equo. *Plin. 17. 36. 1.* in leone. *Liv. 5. 40.* In flumine pons erat. *Nep. Milt. 5.* Pontem fecit in Istro flumine. *Propert.*

Digitized by Google

1. 3. 6. Qualis in herboso concidit Apidano. Et *ibid. 2. 11.* Surgat et in solis formosius arbutus antris. *Cic. 2. Orat. 14.* Ambulare in sole. — **2)** Cum nominibus urbium, villarum aliorumque id genus propriis. *Id. 8. Att. 3.* Navis et in Caieta est parata nobis et Brundusii. *Ter. Eun. 3. 4. 1.* Heri aliquot adolescentuli coiimus in Piraeo. *Caes. 2. B. C. 18.* Complures *(naves)* praeterea in Hispali faciendas curavit. *Plaut. Mil. 3. 1. 182.* Omnis se ultro sectari in Epheso memorat mulieres. — *Cic. 11. Att. 16.* Quum ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negotio, in ipsa Alexandria, in urbe, in Italia. *Quintil. 12. 10. 24.* Caesos in Marathona ac Salamina. Cf. ad rem *Sillig.* ad *Plin. 37. 25. 1.* — *Cic. Senect. 11.* Vigebat in illa domo mos patrius et disciplina. V. DOMUS §. 1., coll. 17. et seqq. et RUS. — **3)** Aliquando tamen et cum verbis motus ablativum regit. *Plaut. Amph. 4. 3. 14.* Introrumpam in aedibus. *Ovid. 20. Heroid. 48.* Inque tui cupido rapta ferere sinu. *Phaedr. 3. 1.* In conspectu meo audet venire. *Manil. 3. 585.* Cum venit in regione tuae, Capricorne, figurae. *Ascon.* ad illud *Cic. 3. Verr. 1.* Si fortes fueritis in eo, . . . Ideo *in eo* dixit, et non *in eum*, quia hoc in utrumque casum profertur, sicut Virgilius *(2. Aen. 544.) Talis in hoste fuit Priamo:* cum *in hostem Priamum* dicere debuit. — **4)** Interdum vacare videtur. *Propert. 2. 7. 52.* Maximaque in parva sustulit ossa manu. *Id. ibid. 10. 33.* Et sit in exiguo laurus superaddita busto. Adde *ibid. 18. 44.* — Nunquam tamen apud Afros redundare, notat *Hildebr.* ad *Apul. 10. Met. 30.* et *11. ibid. 2.* pluribus allatis exemplis. — **5)** Refertur aliquando ad personas. *Caes. 1. B. C. 61.* Caesaris in barbaris erat nomen obscurius; *h. e.* apud barbaros. *Cels. Praef. 1.* Apud Graecos aliquanto magis quam in ceteris nationibus exculta est. *Cic. 2. Orat. 61.* Ridiculum est illud vetus in furace servo . . . quod idem in bono servo dici potest. *Quintil. 11. 1. 52.* In iuvenibus etiam uberiora paulo et paene periclitantia feruntur. *Anton.* ad *Cic. post ep. 8. l. 10. ad Att.* Reponere aliquem in suis. *Cic. Flacc. 19.* Esse in clarissimis civibus. *Id. 2. Nat. D. 27.* Luna in septem numeratur tanquam vagantibus. *Id. 1. Offic. 19. ad fin.* Hic in magnis viris non est habendus. *Ovid. 2. Art. am. 297.* Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabit amictus. *Cic. 2. Leg. 11.* Thales, qui sapientissimus in septem fuit. *Nep. Phoc. 4. in fin.* In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut etc. — *Cic. 3. Fam. 8.* Studia eorum mihi placere, qui in te benemerito grati essent; *h. e.* erga te. — **6)** Item ad tempus, quo quidem in casu *in* recte abesse potest. *Id. Brut. 93.* In hoc spatio, et in iis post aedilitatem annis. *Ter. Andr. 4. 5. in fin.* Nolo, me in tempore hoc videat senex. *Cic. Quint. 1.* Haec contra nos faciunt in hoc tempore. In *fragm. 2. ep. Cornel. matr. Gracchor.* inter *fragm. Nepot.* In eo tempore. V. TEMPUS. — *Cic. 6. Att. 3.* Pompeio talenta in sex mensibus promissa; *dentro sei mesi.* Sic *Top. 10.* Si filius natus esset in decem mensibus. — Suo casui nonnumquam postponitur. *Nep. Milt. 5.* Hoc in tempore. *Avien. Arat. 402.* longis hoc tempore in anni Otia sunt remis. — **7)** Huc etiam spectant. *Nep. Attic. 1.* In pueritia; *h. e.* dum puer fuit. *Id. Cim. 4.* In bello, in pace; *h. e.* tempore belli et pacis. *Id. Pausan. 5.* Cum iam in eo esset, ut comprehenderetur; *sul punto d'esser preso.* Et *Plaut. Trin. 1. 1. 2.* In aetate est utile; *alle volte:* in vita, seu aliquo vitae tempore. *Cic. 4. Tusc. 13.* In tota vita inconstans. *Id. 5. Verr. 91.* Nihil in vita se simile fecisse. — Apud *Eund. 3. Offic. 25.* In eo quidem anno, *alii leg.* eo quidem anno. — *In praesentia* et *in praesenti.* V. PRAESENTIA et PRAESENS. — **8)** Specialim cum gerundivis aut participiis. *Id. 1. ibid. 3.* Fit, ut distrahatur in deliberando animus. *Id. 3. Catil. 3.* Credo quod in litteris daudis praeter consuetudinem proxima nocte vigilaret *(Lentulus). Caes. 2. B. G. 21.* Ne in quaerendis suis pugnandi tempus dimitteret. *Plin. 12. 54. 6. a med.* Lacrima in fricando odorata; *h. e.* dum fricatur. *Id. 8. 66. 2.* In bibendo profundius nares mergit. *Cic. 2. Orat. 1.* Patris studium in filiis erudiendis. — **9)** Item ad res, etiam abstractas. *Id. 2. Catil. 8.* Qui magno in aere alieno maiores etiam possessiones habent. *Id. Cluent. 8.* Larinum in summo timore omnium cum armatis advolavit. *Suet. Cal. 32.* Processit aliquando cycladatus: ac modo in crepidis, vel cothurnis, modo in speculatoria caliga. *Val. Flacc. 1. 641.* trifida Neptunus in hasta. Et *3. 549.* Colchis in vittis. *Virg. 5. Aen. 37.* Horridus in iaculis. Adde *Tacit. 4. Hist. 5.* (De dictionibus *in vestibus, in armis* etc. V. *Interp.* ad *Flor. 1. 1. 15., Liv. 9. 37.; Sil. 2. 132., Ovid. 8. Met. 515.* etc.) — *Nep. Attic. 25. extr.* Cavit, ne qua in re iure plecteretur. *Id. Timol. 4.* Se in ea re maximas Diis gratias agere. Et *Pausan. 2.* In quo facto domum revocatus etc. *Cic. Senect. 19.* Omnia, quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. *Id. 1. Leg. 11.* Dolor in maximis malis ducitur. *Liv. 27. 12.* Concidere in pugna fugaque ad duo millia et septingenti civium sociorumque; in his quatuor Romani centuriones. — **10)** Deinde constructa cum accusativo periter designat statum, quem quis aut quid per motum acquirit; quare

II. *In* relata ad locum aut res opponitur *ab* vel *ex* cum verbis, quae motum quemcumque, etiam figuratum, significant. *Plaut. Bacch. 2. 3. 2.* Ibo in Piraeum, visam, ecquae advenerit in portum ex Epheso navis mercatoria. *Cic. Rep. 19.* Se contulisse Tarquinios in urbem Etruriae florentissimam. *Id. 1. Orat. 55.* Pupillum filium paene in humeros extulisset. *Plaut. Cure. 5. 2. 15.* Ludere in chlamydem. *Cic. 1. Catil. 8.* Abire in aliquas terras. *Caes. 4. B. G. 6.* In fines Eburonum pervenerant. *Nep. Milt. 3.* Ex Asia in Europam exercitum traiicere. Et *4.* In Asiam mittere. — Haec quoque notanda sunt. *Albinov. 2. 88. de Iove in bovem, Europae causa, mutato.* Dicitur in nitidum procubuisse bovem. *Apul. 5. Met.* In lapidem steti gelidus. *Id. 6. ibid.* Iuppiter mugivit in bovem. — Cf. *Ovid. 15. Met. 670.* In serpente Deus praenuntia sibila misit. — **11)** Quod idem et in propriis locorum nominibus reperitur interdum. *Plaut. Cure. 4. 4. 6.* Salvus cum advenis in Epidaurum. *Id. 2. Mil. 1. 55.* Invitam mulierem in Ephesum advehit. Cf. supra §. 2. — **12)** Saepe directionem designat versus locum, addito *versus*. *Caes. 7. B. G. 8. fin.* Castra ex Biturigibus movet in Arvernos versus. *Sall. Cat. 56.* In Galliam versus movere. *Frontin. 1. Strat. 1. 11.* In Italiam versus. — Subaudito *versus*. *Plaut. Cist. 2. 3. 58.* Quid nunc supinas susum in caelum conspicis? *Caes. 1. B. G. 1.* Belgae spectant in septentrionem et orientem solem. *Stat. 2. Theb. 218.* In laevum prona nixus sedet Inachus urna. Sic *Cels. 2. 3.* Cubare in latus aut dextrum aut sinistrum. — **13)** Et saepius cum verbis quietis, Graecorum more, qui eadem ratione εἰς cum accusativo efferunt. *Cato, RR. 53.* Eum qualum in arborem relinquito. Et *156.* Brassicam in aquam macerare oportet. *Plaut. Amph. 1. 1. 25.* Nunc mihi in mentem fuit Diis gratias agere *(V. Gell. 1. 7.). Id. Cas. 2. 3. 26.* Ubi in lustra iaculati? *Id. Aul. 4. 8. 6.* Me collocavi in arborem. *Caes. 4. B. G. 19.* Ut liberos uxores suaque omnia in silvas deponerent. — *Liv. 22. 25.* et *Tacit. 1. Hist. 87.* Habere in custodiam. *Plaut. Poen. 5. 4. 108.* Habere in memoriam. *Cic. 5. Phil. 7.* Adesse in senatum iussit a. d. XIII. Kal. Octobr. *Id. 5. ibid. 4.* Retinere in alicuius potestatem. *Id. Divin. Verr. 21.* Ab exteris nationibus, quae in amicitiam populi R. ditionemque essent, iniurias propulsare. *Id. Manil. 12.* Vestros portus in praedonum fuisse potestatem, sciatis. V. *Gell. loc. cit.* et *17. 2.* Plura in hanc rem congessere *Voss. de Grammat. l. 7. c. 63. Gifan.* in *Lucret., Parens* in *Lex. Crit., Sciopp.* et *al.* — **14)** Eandem vim status ac motus habet ratione personae, aut rei. *Cic. Orat. 64.* Paeon commodissime putatur in solutam orationem illigari. *Id. Quint. 30.* Ea res nunc in discrimen versatur, utrum etc. *Id. 5. Verr. 21.* In publicas tabulas ad aerarium perscribenda curavit. *Id. 1. Q. Fr. 2. 4.* In custodiam, vel in pistrinum tradere aliquem. *Id. 1. Att. 15. ad fin.* In illam orationem Metellinam addidi quaedam. *Coel. Aurel. 5. Acut. 3. 35.* Siquidem omnis lethargus in febrem fiat; *h. e.* post febrem. *Plaut. Cas. 5. 8. 47.* Vocare aliquem ad se in nuptias. *Cic. 2. Divin. 54.* Ut iidem versus alius in aliam rem posse accommodari videantur. *Sisenn.* apud *Non. 2. 470.* Servulum in populum perduxit armatum. *Cic. 2. Q. Fr. 6.* In eam tabulam magni risus consequebantur. *Id. 2. Att. 22.* In eam sententiam cum multa dixisset. *Id. procem. Parad.* Cato ea sentit, quae non sane probantur in vulgus. *Id. Quint. 20.* Iudicium quin acciperet in ea ipsa verba, quae Naevius edebat, non recusasse. — **15)** Saepe etiam animi sive studii directionem designat sive in bonam partem pro erga. *Id. 1. Orat. 44.* Inflammati amore in patriam. *Id. 2. ibid. 40.* Indulgentia in liberos. *Id. 1. Leg. 15.* Obsequia in homines, religiones in Deos. *Id. Orat. 58.* Facta, consilia, merita in rempublicam. — **16)** Sive in malam pro contra. *Id. 1. Orat. 46.* Populum inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare. *Id. 3. Nat. D. 54.* Ita ad impietatem in Deos, in homines adiunxit iniuriam. *Id. 2. Att. 22.* Impetum facere in aliquem. *Id. Rabir. perduell. 6.* Quod in hunc maius crimen exspectas? — **17)** Saepe notat causam finalem. *Plaut. Aul. 2. 6. 2.* hos ut accipias cocos, Tibicinamque, obsoniumque in nuptias; *per le nozze. Vellei. 2. 41.* Qui semper et somno et cibo in vitam, non in voluptatem uteretur. Et *ibid.* In hoc scilicet, ne suspectus his foret; *a fine di non rendersi sospetto.* Et *Senec. 7. Benef. 23.* In hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad verum mendacio veniat. *Cic. Cluent. 66. a med.* In familiae luctum atque in privignorum funus nupsit. *Id. Rabir. Post. 12.* Nullam pecuniam Gabinio, nisi in rem militarem, datam. *Id. 16. Att. 1. ad fin.* Haec scripsi in eam partem, ne me motum putares. — **18)** Finalem causam notant et illa *Petron. Satyr. 89.* scissaque in molem caduut robora; *h. e.* caesa caduut robora, ut equus ligneus fiat. Sic *Lucan. 1. 506.* In classem cadit omne nemus. *Suet. Caes. 8.* Conscriptae in Ciliciam legiones; *h. e.* ut in Ciliciam deducerentur. — *Apul. Florid. n. 3.* Ita Marsyas in poenam cecinit et cecidit. — **19)** Refertur etiam ad tempus. *Cic. 2. Phil. 50.* Qui in proximum annum consulatum peteres; *per l'anno prossimo. Id. 6. Att. 3.* Renovato in singulos annos fenore; *h. e.* singulis annis. *Id. 14. ibid. 20. ad fin.* Consilia temporum sunt, quae in horas commutari vides; *d'ora in ora. Id. 5. Tusc. 11.* Vivere in diem. V. DIES §. 11. *Id. 3. Offic. 14.* Ad coenam invitavit in posterum diem; *pel dì venturo.* Et *1. Tusc. 38.*

Digitized by Google

Non deterret sapientem mors, quo minus in omne tempus reipublicae consulat. — *Plin. 18. 77. 6.* Vulturnus si a serena caeli parte coeperit flare, non durabit in noctem: at Subsolanus in maiorem partem noctis extenditur. *Varr. 2. RR. 5.* Boves pariunt in decem annos. — **20)** Huc spectat formula: *quattuor in quintos annos*, et *sex in septem* in titulis Christianis apud *Le-Blant, Inscr. de la Gaule, T. 1. p. 469.* et *470.* — **21)** Saepe etiam divisionem ac distributionem notat. *Caes. 1. B. G. init.* Gallia est omnis divisa in partes tres. *Liv. 2. 33. extr.* Sextantibus collatis in capita. *Cic. Flacc. 26.* Leges in omnes terras distributae. — *Colum. 12. 24.* In partem dimidiam decoquere aquam. — *Cic. 2. Orat. 79.* Est id quidem in totam orationem confundendum, nec minime in extremam. — **22)** Praeterea ex hac particula varia dicendi genera, etiam adverbiorum more usurpata, componuntur, ut *in universum, in totum, in plenum, in maius, in melius, in peius, in deterius, in supervacuum, in barbarum, in incertum, in tantum, in quantum, in omnia, in modum, in numerum, in antecessum* et alia plura id genus, quae suo loco sunt quaerenda sub vv. UNIVERSUS, TOTUS, etc. — **23)** Formula *in honorem* pro *in honore* aut *honoris ergo* a nonnullis depravatae Latinitatis notatur. V. *Hildebr.* ad illud *Apul. 3. Met. 25.* « In honorem Dei, » coll. *Flor. 3. 20. 8.* « De desertore latro, deinde in honorem virium gladiator. » — **24)** *In se* est simul, insimul, unde Italorum recentiorum *insieme*. *Inscr.* apud *Marini, Arv. p. 447. de Coniugalibus.* Vixerunt in se annis quadraginta. *Alia* in *Corp. Inscr. Lat. T. 3. n. 2534.* P. Statio Vitali et Statiae Fortunatae, qui vixerunt annos XXXV. in se. *Alia, ibid. n. 2115.* Qui in se bene laboraverunt *(lege* laboraverunt). — Sic *facere in se* eodem sensu in *alia* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. n. 151.*, quem vide. Cf. SUI.

Nota I. De usu huius particulae cum ablativo vel cum accusativo vix norma aliqua assignari potest praeter generalem illam, qua secundum Grammaticos cum verbis quietem significationibus iungitur ablativo, et cum verbis motus accusativo, cuius tamen tot ac tam variae occurrunt exceptiones, quae usu magis discendae sunt ex collatis exemplis, quam praeceptis determinandae. Cf. tamen ad rem *Hildebr.* ad *Apul. 1. Met. 4.* et *6. ibid. 29.*, et quos ibi laudat. — His adde, quod saepe, praesertim apud Scriptores sequioris aevi, itemque in scriptis Lapidibus multa habentur, quae nulla ratione explicari possunt, nisi solaecismum vel peculiarem sive vulgarem idiotismum consuetudine inductum admittamus, profecto non ita facile imitandum. Sic legimus in *Inscr.* apud *Orelli, n. 2446.* « Templum, quod est in Palatium. » Et in *alia* apud *Grut. p. 214.* « In curiam fuerunt. » Cf. supra §. 13. et 14. — **2)** Huc spectat etiam formula sepulcralis obvia in Lapidibus *in fronte . . . in agro*, quae in pluribus aliis, modo *in frontem . . . in agrum* (in *Inscr.* Pompeiana in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1248.* et *alia* apud *Furlanetto, Lap. Pat. p. 343.*); modo, quod saepius occurrit, *in fronte . . . in agrum* (in *alia* Romana in *Corp. Inscr. cit. n. 1659.*, et in *aliis* extra urbem, *ibid. n. 1415.*, apud *Furlanetto loc. cit. p. 362.*, *De-Lama, Iscriz. Parm. p. 104. aliosque* (V. FRONS §. 11.) exhibetur. — Disputant de hac constructione eruditi Viri, sed haec postrema, cum firmari possit etiam exemplis *Horatii* et *Petronii* allatis sub v. FRONS loc. cit., certe non est improbanda. Vide quae disputat hac de re *Cavedoni, Questione grammaticale risguardante un antico cippo sepolcrale*, in *Atti e Memor. della Deputaz. di Stor. patr. Vol. III. Modena, 1865.* — **Nota II.** De usu huius particulae suo casui postposita V. supra §. 6. — **Nota III.** In compositione haec particula multiplicem vim habet, modo enim intendit augetque, ut *increpo, insono, infractus:* modo, idque saepius, negat privatque, ut *insanus, ineptus (Cic. Top. 11.* Praepositio *in* privat verbum eo vi, quam haberet, si *in* praepositum non fuisset, ut dignitas indignitas, humanitas inhumanitas): modo contra significat, ut *insulto:* modo intro, ut *ingredior:* modo intus, ut *inaedifico, inambulo:* modo supra, ut *immineo.* — **3)** Praeterea ita agit in significationem verbi, quicum componitur, ut ex intransitivo, transitivum faciat, ut *ineo* ab *eo, ingredior* a *gradior*, etc. — Huc spectat etiam, quae diximus de particula AD in *Nota* XII. — **3)** Componitur saepe cum aliis particulis in unam vocem, ut supra monuimus §. g., ut *inante, inetsum, incoram, inde, indidem, infra, inibi, insecus, insemel, insimul, insuper, inter, interea, interibi, interim, intra, intrinsecus, intro, introrsum, intus, invicem.* His adde *deinde, exinde, proinde, abintus, abinvicem*, etc. — De singulis suo loco agemus in altera, ex qua componuntur, voce. — **Nota IV.** Discrimen inter *in* et *ad*, dedimus sub particula AD in *Nota* VIII. — **Nota V.** Qui plura desiderat de hac particula, adeat *Hand, Turselt. T. 3. pag. 245-356.*

ĪNĂ, ae, f. Vox origine Graeca ab ἰς, *ἰνός*; vena: cuiusmodi sunt in chartis, et in ovorum vitellis, in quibus fecunditatis vis inesse putatur. — Sumitur pro vena seu parte in chartis tenuissima, ut exponit *Fest.* apud *Paul. Diac.* sub v. *Ilia p. 104. Müll.* Ilia dicta ab ina, quae pars chartae est tenuissima. Adde *ibid.* sub v. *Exilas p. 81. Marcell. Empir. 31.* Ad ulcera in ano facta chartae combustae, seu inarum eius drachma I. etc. — Affert *Voss.* in *Etymol. v. Inane*, exempla ex *Plin. 13. 23. 1.* et ex *Varrone, 3. RR. 9.* Ibi tamen in optimis Codicib. *vena* legitur. V. tamen *Scalig.* et *Schneider.* in loc. *Varron.* cit. et *Sillig.* in notis criticis ad *Plin. l. c.*

ĪNABRUPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *abruptus;* non abruptus; *non rotto. Stat. 3. Silv. 1. 43.* Nec mirum, si vos collato pectore mixtos lunxit inabrupta concordia longa catena.

ĪNABSCONDĪBĬLIS, le. Adiect. ab *inabsconditus;* qui abscondi non potest. *Gloss. Philox.* Inabscondibile; ἄκρυπτον.

ĪNABSCONDĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *absconditus;* non absconditus. *Gloss. Cyrill.* Ἄκρυπτος; incelatum, inabsconditum.

ĪNABSCONSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *absconsus;* inabsconditus. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 3. 4.* Ignorantiam omnibus tribus passionibus inabsconsam docent.

ĪNABSŌLŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *absolutus;* non absolutus, imperfectus; *non finito. Apul. 1. Dogm. Plat.* Quas *ἀτελεῖς* idem vocat, inabsolutas, informes.

ĪNABSTĪNENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *abstinens;* impatiens. *Gloss. Isid.* Inabstinentes, impatientes. Cf. voc. seq.

ĪNABSTĪNENTER. Adverb. ab *inabstinens*. — Exponitur in *Gloss. Lat. p. 178. n. 269. Hild.* Impatienter, inabstinenter. Adde *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 527.* et V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 166. n. 65.*

ĪNABSTĪNENTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *inabstinens;* frequentia. *Ennod. 4. ep. 12.* Illi fuit inabstinentia tabellarum non circa omnes in Liguria custodita.

ĪNABSTRACTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *abstractus;* inseparabilis. *Boëth. de Trinit. 2.* Mathematica sine metu inabstracta.

ĪNACCENSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *accensus;* non accensus. *Sil. 1. 96.* Inaccensi flagrant altaribus ignes; *h. e.* non ab aliquo accensi, sed sponte ardentes. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 225.* Pectus inaccensum Veneri. Utrumque ita restituit *Heins.* ex veterib. libris: nam priore loco alii leg. *in accensis:* posteriore *inaccessum.*

ĪNACCESSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *accessibilis;* inaccessus; *inaccessibile. Mamertin. Genethl. Maximian. 9.* Tanta facilitate illa *(loca)*, quae tunc aliis forent inaccessibilia, superastis. Adde *Tertull. advers. Prax. 15.* ex *1. Timoth. 6. 16. Chromat. de Beatitud. 6.* Inaccessibilis Dei claritas.

ĪNACCESSĪBĬLĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *inaccessibilis;* locus inaccessus. *Arnob. Iun. in Psalm. 138.* Ubicumque inaccessibilitas solet fugitivum abscondere.

ĪNACCESSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *accessus;* quo non accediter, vel accedi non potest; *inaccessibile, dove non si può andare. Plin. 12. 30. 1.* Mare scopulis inaccessum. Et *6. 32. 5.* Oppidum circumdatum montibus inaccessis. *Senec. Herc. Fur. 606.* Loca inaccessa omnibus. *Sil. 3. 346.* Rumpit inaccessos aditus. *Virg. 7. Aen. 11.* Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu; *h. e.* ad quos nemo debet accedere. V. ILLAUDATUS §. 2. — **2)** Translate *Macrob. 5. Saturn. 17. ante med.* Pindarus, quem Flaccus *(4. Od. 2. 1.)* imitationi inaccessum fatetur. Adde *Ambros. ep. 28. n. 3.*

ĪNACCRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *accresco;* accresco, cresco. *Tertull. advers. Gnost. 1. a med.* Nausea nominis inaccrescit. *Al. leg.* inacrescit; *h. e.* inacescit.

ĪNACCŪSĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *accusabilis;* qui accusabilis non est. *Gloss. Philox.* Inaccusabilis; ἀνέγκλητος. Adde *Interpr. Irenaei* loc. allato sub v. CHOICUS, et *Pseudo-Cyprian. de singul. cleric. 44.*

ĪNACCŪSĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *accusatus;* non accusatus; *non accusato. Tertull. Apolog. 49.* Inaccusati et impuniti. *Id. 1. ad Nat. 2.* Inaccusati et indefensi.

ĪNĂCERBO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *acerbus;* exacerbo; *esacerbare. Gloss. Philox.* Inacerbo; *ἐπικραίνω.*

ĪNĂCESCO et Inacisco, cescis, cui, cescĕre. Verbum intransitiv. ab *in* et *acesco*, idem quod acesco; *inacetire, inforzare. Plin. 28. 56. 1.* Acido lacte addito in recens, quod velis inacescere. *Scribon. Compos. 104.* Quibus frequenter inacescit cibus. — *Inacisco* est apud *Gargil. de pom.* apud *Mai, Class. Auct. Tom. 3. p. 421.* Cf. ACESCO §. 2. — **2)** Translate. *Ovid. Rem. am. 507.* Haec tibi per totos inacescant omnia sensus: Haec refer: hinc odii semina quaere tui; *h. e.* acria fiant, pungant, displiceant. Sic *Plaut. Bacch. 5. 1. 15.* Hoc, hoc est, quod peracescit: hoc est demum, quod percrucior. Al. apud *Ovid.* leg. *marcescant*, sed minus recte. *Apul. 5. Met.* Si tibi etiam, ut par est, inacuit nostra contumelia.

ĪNĂCISCO. V. voc. praeced. §. 1.

ĪNĂCRESCO. V. INACCRESCO.

ĪNACTŪŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *actuosus;* segnis, deses. *Augustin. 4. Civ. D. 16.* Faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, idest nimis desidiosum et inactuosum. Adde *Serv.* ad *3. Aen. 587.*

Digitized by Google

INACTUS. V. INIGO.

INĂDĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *adibilis;* qui adiri non potest, inaccessus; *inaccessibile*. *Sidon. 2. ep. 2. a med.* In lacus solo palustri voraginosus, et vestigio inspectoris inadibilis est. Adde *Cassiod. fragm.* edit. *a Carolo de Vesme* in *Memorie dell' Accad. di Torino, T.8. p. 192.*

INADP. V. INAPP.

INADS. V. INASS.

INADSCENSUS. V. INASCENSUS.

INADT. V. INATT.

INĂDŪLĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *adulabilis;* non adulabilis, non obnoxius adulationi; *non soggetto alle adulazioni*. *Gell. 14. 4.* Iudicem oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem.

INĂDULTĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *adulteratus;* minime adulteratus. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 26. 3.* Id quod est sanum . . . et inadulteratum et incorruptibile.

INĂDUSTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *adustus;* non adustus. *Ovid. 12. Heroid. 93.* Iungis et aeripedes, inadusto corpore, tauros. *Prudent. Apotheos. 151.* Inadustis fratribus; *h. e.* tribus pueris in fornace Babylonis.

INAEDĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inaedifico;* aedificatio. *Plaut. Mil. 2. 2. 54.* Ecce autem aedificat: columnam mento suffulsit suo. Apage; non placet profecto mihi illa inaedificatio.

INAEDĬFĬCĀTUS, a, um. Particip. verbi *inaedifico;* aedificatus in aliquo loco. *Caes. 2. B. C. 16.* Cum paene inaedificata in muris ab exercitu nostro moenia viderentur. *Cic. Har. resp. 14.* In domo tua ita est inaedificatum sacellum, ut alius fecerit, tibi tantummodo sit demoliendum. *Liv. 39. 44.* Et quae in loca publica inaedificata, immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. Adde *Colum. 6. 37.* et *Hirt. 8. B. G. 5.* — **2)** Translate. *Lucret. 6. 264.* Multa nubila multis inaedificata; *h. e.* alia super alia extructa; *nuvole ammontate*. — **3)** Item aliquo aedificio occupatus, impeditus; *occupato con fabbriche*. *Cic. Har. resp. 15.* A Sex. Serrano sanctissima sacella suffossa, incensa, inaedificata, oppressa, summa denique turpitudine esse foedata nescimus? Cf. voc. seq.

Nota. Discrimen inter *inaedificatum* et *immolitum*, V. sub v. IMMOLITUS.

INAEDĬFĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *aedifico*. — Particip. *inaedificatus*, V. suo loco. — Proprie est aedificando occupo, obstruo, impedio; *occupare con fabbriche*. *Liv. 44. 43.* Nec clausae modo portae, sed etiam inaedificatae erant; *h. e. murate*. *Caes. 1. B. C. 27.* Portas obstruit, vicos plateasque inaedificat, fossas transversas viis praeducit. *Hirt. 8. B. G. 9.* Castra imperat vallo muniri, coronisque pro ratione eius altitudinis inaedificari. *Scaevola Dig. 43. 7. 45.* Inaedificare locum aliquem. — **2)** Item in aliquo loco aedifico. *Plin. 10. 4. 1.* Quinto aquilarum generi inaedificatur nido lapis aetites; *h. e.* inseritur, immittitur. *Al. leg.* innidificatur. *Pompon. Dig. 41. 1. 30. extr.* Inaedificare supra pilas. Ita *Torrentin.*, aedificare *alii*. — **3)** Translate. *Senec. Consol. ad Marc. 2.* Adolescens patiens laboris: quantumcumque imponere avunculus, et, ut ita dicam, inaedificare voluisset, laturus.

INAEPŎDIXIS, is, f. Nomen ab *in* et *aepodixis;* *h. e.* facilis probatio. Legitur in *Not. Tir. p. 152.* V. APODIXIS.

INAEQUĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *aequabilis;* inaequalis; *disuguale*. *Varr. 1. RR. 6. extr.* Campester locus inaequabilis. *Plin. 7. 52. 1.* Venarum inaequabili, aut formicante percussu. *Cic. Partit. 4.* Inaequabili varietate distinguere.

INAEQUĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *inaequabilis;* inaequalitas; *disuguaglianza*. *Arnob. 2. p. 81.* Inaequabilitas elementorum.

INAEQUĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inaequabilis;* inaequaliter; *inegualmente*. *Varr. 3. RR. 9. ante med.* Ova inaequabiliter maturescunt. *Suet. Galb. 9.* Varie et inaequabiliter provinciam rexit.

INAEQUĀLIS, le. Adverb. ab *in* et *aequalis*. — Comparat. *inaequalior* et superlat. *inaequalissimus* §. *1.* — Proprie est non aequalis, dispar; *disuguale, ineguale*. *Martial. 1. 56.* Pinguis inaequales onerat cui villica mensas. *Ovid. 1. Met. 117.* Inaequalis autumni; *h. e.* varii, ac modo sereni, modo pluvii: modo frigidi, modo calidi. *Horat. 2. Od. 9. 2.* mare Caspium Vexant inaequales procellae; *h. e.* quae aequor inaequale et asperum faciunt. *Id. 1. Ep. 1. 24.* Inaequalis tonsor; *h. e.* qui inaequaliter tondet. *Id. 2. Sat. 6. 58.* Siccat inaequales calices conviva, solutus Legibus insanis; *h. e.* modo plenos, modo dimidios, ut libet. Alii interpretantur, modum excedentes et numerum. *Id. 2. ibid. 7. 10.* Vixit inaequalis, clavum ut mutaret in horas; *h. e.* varius, inconstans, mutabilis. *Senec. Vit. brat. 12.* Illi ipsi stulti, et inaequales, et sub ictu poenitentiae positi, etc. *Ovid. 4. Heroid. 29.* Quam male inaequales veniant ad aratra iuvenci; *h. e.* qui non aequis sunt viribus. *Plin. 9. ep. 5.* Nihil est ipsa aequalitate inaequalius. *Suet. Aug. 75.* Inaequalissimarum rerum sortes; *disparatissime*. *Quintil. 1. 10. 41.* Triangula inaequalibus lateribus. — **2)** *Inaequalia verba* dicuntur, quae in praesenti tempore activa sunt, et in praeterito quasi passiva, ut *Soleo, es, solitus sum. Cledon. Art. p. 1915. Putsch.* Cf. voc. seq. §. 2.

INAEQUĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *inaequalis;* disparilitas; *disuguaglianza, inegualità*. *Varr. 8. LL. 15.* Cum dissimillima sit virilis toga tunicae muliebri, tamen inaequalitatem hanc sequimur. *Quintil. 12. 9. ad fin.* Inaequalitas coloris. *Plin. 2. 70. 1.* Inaequalitates temporum. — **2)** Apud *Varr. 9. LL. init.* est anomalia. Sic *Gell. 2. 25.* Ἀνωμαλία est inaequalitas declinationum, consuetudinem sequens.

INAEQUĀLĬTER. Adverb. ab *inaequalis;* cum inaequalitate; *inegualmente*. *Colum. Arbor. 7. a med.* Sicubi inaequaliter findi videbitur. *Liv. 37. 33.* Inaequaliter alios deprimere, alios extollere. *Cels. 2. 6.* Brachia inaequaliter dispergere.

INAEQUĀTUS, a, um. Particip. verbi *inaequo*, idem quod aequatus. aequalis; *uguagliato, uguale*. *Tibull. 4. 1. 45.* Qualis *(libra)* inaequatum si quando onus urget utrinque, instabilis natat alterno depressior orbe. *Alii aliter vel legunt vel interpretantur*.

INAEQUĬMŎDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *aequimodus;* qui modi est minime aequi. *Boëth. Syllog. hypot. 2. 1.* Aequimoda propositio est . . . inaequimoda vero etc. V. AEQUIMODUS.

INAEQUĬPĂRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *aequiparabilis;* minime aequiparabilis; *imparaggiabile*. *Gildas, Excid. Brit. 5. 2.* Inaequiparabilis pulchritudo.

INAEQUO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *aequo;* adaequo, complano, planum et aequum facio; *uguagliare, spianare*. *Caes. 1. B. C. 27.* Haec levibus cratibus terraque inaequat. V. INAEQUATUS.

INAERO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *aero;* idem quod aero, sive aere tego vel orno. *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 27. 6.* Et inaerabis ea aeramento. *Augustin. 2. Quaest. in Heptat. 131.* Altare non inaerari, sed inaurari iussit.

INAESTĬMĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *aestimabilis;* qui aestimari non potest, quia nullius est pretii; *di niun prezzo, di niun conto*. *Cic. 3. Fin. 5.* Aestimabile appellamus id, quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit: contraque inaestimabile, quod sit superiori contrarium. — **2)** Item pretium omne excedens; *inestimabile*. *Liv. 29. 32.* Id vero inaestimabile gaudium fore. *Val. Max. 4. 8. n. 1.* Accedit pretio rei inaestimabile monumentum occasionis. — **3)** Utramque significationem habere potest illud *Livii, 35. 14. extr.* Perplexum Punico astu responsum, et improvisum assentationis genus Scipionem movisse, quod e grege se imperatorum, velut inaestimabilem, secrevisset. — **4)** Item de quo iudicium fieri non potest. *Id. 31. 34.* Nihil tam incertum, nec tam inaestimabile est, quam animi multitudinis.

INAESTĬMĂBĬLĬTER. Adverb. ab *inaestimabilis;* inaestimabili ratione. *Mar. Mercat. de Anathem. Cyr. p. 328. Migne.* Incomparabiliter et inaestimabiliter . . . illud Verbum Dei Filius etc. Adde *ibid. p. 964. Faustin. de Trinit. 7. n. 1.* Quorum natura a divina substantia inaestimabiliter discreta est.

INAESTĬMĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *aestimatus;* non aestimatus; *non istimato*. *Ulp. Dig. 25. 3. 10.* Si pretiis inaestimatis aliquid accesserit. *Tryphonin. ibid. 75.* Si in dotem fundum inaestimatum dedit.

INAESTŬO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *aestuo*. — Particip. *inaestuans* §. *2.* — Proprie est in aliqua re aestuo. *Boëth. Cons. Phil. 1. Metr. 6.* Cum Phoebi radiis grave Cancri sidus inaestuat. — **2)** Translate. *Horat. Epod. 11. 15.* si meis inaestuet praecordiis Libera bilis; *s' accenda e bolla*. *Prudent. 1. Symmach. praef. 58.* Sed dum forte latens impietas viget . . . Succensi stomacho felis inaestuans.

INAFFECTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *affectatus;* non affectatus: *non affettato*. *Quintil. 11. 1. extr.* Quia simplicitas illa, et securitas inaffectatae orationis mire tenues causas decet. *Plin. Paneg. 67.* Inaffectata veritas verborum. *Quintil. 9. 4. 17.* Inaffectatus color. *Apul. 2. Met. 2.* Flavum et inaffectatum capillitium. Adde *Quintil. 8. 3. 57.*

INAFFLĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *inaffio;* valde afflatus. *Paulin. Petrocor. 2. 341.* Vidit inafflatis iam mixta incendia tignis.

INAGGĔRĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *inaggero;* in aliquo loco aggeratus. *Sidon. 3. ep. 12. in carm.* Ne fors tempore postumo, victor, ignorans reverentiam sepulti Tellurem tereres inaggeratam.

INAGGRESSĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *aggredior;* inaccessibilis: *intangibile*. *Iustinian. Novell. 104. 1.* Sint eis inaggressibilia omnino ex legibus beneficia.

INĂGĬTĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *agitabilis;* qui agitari non potest. *Senec. 5. Quaest. nat. 5.* An existimas, aërem inertem, inagitabilem relictum esse?

INĂGĬTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *agitatus;* minime agitatus;

Digitized by Google

non agitato. Senec. ep. 75. ad fin. Inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus, nec mortem horrebimus, nec Deos. Id. Suasor. 1. Inagitata remigio vastitas; h. e. mare nullis remis pulsatum.

INALBĀTUS, a, um. Particip. verbi *inalbo;* albus factus. *Musa, Compos. 21.* Asellos inalbatos terito.

INALBĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *albeo;* albus fio; *imbianchirsi. Apul. 7. Met. init.* Ut primum tenebris abiectis dies inalbebat. Sunt qui leg. *inalbabat*, et putant esse sumptum ex *Annali 6. Ennii;* sed perperam, nam etiam *albeo, es* neutrum est, et *albo, as*, activum. Quare errat *Eutych. p. 2188. Putsch.* eiusdem potestatis faciens *albo* et *albeo*.

INALBESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *inalbeo;* albus fio; *imbianchirsi. Cels. 2. 7. sub fin.* Venae sub lingua inalbescunt.

INALBO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *albo*. — Particip. *inalbatus*, v. suo loco. — Proprie est album facio; *imbiancare. Apul. 10. Met. 20.* Cerei nocturnas tenebras inalbabant. *Id. 9. ibid. 24.* Viminea cavea lacinias circumdatas, suffusa candido fumo sulfuris inalbabat. V. INALBEO. — 2) Translate. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 12. 2.* Hi enim sermones obstructi sunt, quousque intellectores intelligant et albi inalbentur. *Optat. 5. Schism. Donat. 5.* Ecce in Esaia se promisit Deus inalbare peccatis affectos.

INALBESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *albesco;* una cresco. *Not. Tir. p. 110.* Inalescit, inaluit.

INALGESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *algesco*, idem ac algesco; *divenir freddo. Cels. 5. 5.* Ubi extremae partes membrorum inalgescunt.

INALIĒNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *alienatus;* non alienatus, incorruptus. *Scribon. Compos. 214.* Adiicitur propolis inalienatae, sincerae, bonae selibra.

INĀLO, lis, lui, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *alo*, idem ac inalesco. *Not. Tir. p. 110.* V. loc. in INALESCO.

INALTĀTUS, a, um. Particip. verbi *inalto;* in altum sublatus. *Apul. Trismeg.* Inaltata est cava mundi rotunditas in modum sphaerae.

INALTĔRO, as, āvi, are. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *altero;* unum cum alio simul coniungo, complector. *Tertull. Virg. vel. 4.* Quas non divisit, tacendo inalteravit.

INALTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *alto;* exalto, extollo. *Vulg. Interpr. Eccli. 20. 30.* Qui operatur terram suam, inaltabit acervum frugum. *Id. ibid. 22. 30.* Fumus ignis inaltatur. — 2) Translate. *Paulin. carm. 21. 758.* Quia qui superbos deprimit, Humiles inaltat. V. INALTATUS.

INĂMĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *amabilis*. — Comparat. *inamabilior* §. 2. — Proprie est non amabilis; *disamabile. Plin. 2. ep. 10.* Genus operis inamabile, inamoenum, magisque laboribus ruris, quam voluptatibus simile. — 2) Item odio dignus, invisus; *odioso. Virg. 6. Aen. 438.* tristique palus inamabilis unda. V. ILLAUDATUS §. 2. *Ovid. 14. Met. 590.* Inamabile regnum; *scil.* Inferorum. *Id. 1. Pont. 6. 5.* Non cadit in mores feritas inamabilis istos. *Id. 3. Art. am. 289.* Ille sonat raucum, quiddamque inamabile stridet. *Plaut. Bacch. 4. 3. 3.* Incredibilis, imposque animi, inamabilis, illepidus vivo. *Senec. 5. Controv. 29. a med.* Nihil est inamabilius, quam diligens stultitia.

INĂMĀRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *amaresco*, idem ac amaresco. *Horat. 2. Sat. 7. 107.* Nempe inamarescunt epulae sine fine petitae; h. e. cruditate acescunt. *Alii minus recte leg.* immarcescunt.

INĂMĀRĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *amarico;* valde amarum reddo: et translate exasspero, ad iram provoco. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Augustin.* in *Ps. 5. 11. n. 13.* ad illud: « *Quoniam inamaricaverunt te, Domine* » . . . Ipsi ergo inamaricaverunt Deum, qui peccando in eam aegritudinem devenerunt. Adde eundem *Vulg. Interpr. Ital. Deut. 32. 16.* V. loc. in EXECRABILIS §. 3.

INĂMĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *amatus;* non amatus, invisus; non *amato, odiato. Sil. 12. 526.* hinc Alfanus laccho Haud inamatas ager.

INAMBĬTĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *ambitiosus;* non ambitiosus; *senza ambizione. Ovid. 11. Met. 765.* Secretos montes et inambitiosa colebat Rura.

INAMBŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inambulo;* ambulatio, deambulatio; *passeggio, passeggiamento. Auct. ad Herenn. 3. 15.* Si contentio fiet, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara supplosione uti oportebit. *Cic. Brut. 43.* Non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio, non crebra supplosio pedis. — 2) Translate est lecti hac illac nutantis quassatio; *scottimento. Catull. 6. 10.* tremulique quassa lecti Argutatio inambulatioque. — 3) Item locus ipse, ubi inambulatur. *Plin. 14. 3. 2.* Una vitis subdiales inambulationes umbrosis pergulis opacat. Adde *Vitruv. 1. 3.*

INAMBŬLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *ambulo*. — Particip. *inambulans*, §. 1. — Est spatior, spatia ambulando conficio. *Cic. 6. Att. 2. circa med.* Ante lucem inambulabam domi. *Liv. 23. 45.* Per muros inambulare. *Asin.* ad *Cic. 10. Fam. 32.* Cum quidem pransus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis, inambularet. *Cic. 1. Leg. 5.* In viridi opacaque ripa inambulantes. *Id. 1. Rep. 2.* Cum paululum inambulavisset in porticu. Adde *Tertull. ad Martyr. 3.* — *Minuc. Oct. 2.* Itaque cum diluculo ad mare, inambulando littore, pergeremus; h. e. ambulando in littore. V. *Interpr.* ad h. l. — 2) Translate. *Vulg. Interpr. 2. Cor. 6. 16.* Et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus; et ipsi erunt mihi populus.

INĀMĪSSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *amissibilis;* qui amitti non potest. *Augustin. 22. Civ. D. 30. circa med.* — *Maxim. Taurin. Serm. 72.* In pauperum victu atque vestitu inamissibiles condiderat facultates.

INĂMOENUS, a, um. Adiect. ab *in* et *amoenus;* non amoenus, asper, horridus, tristis; *non ameno, orrido. Ovid. 10. Met. 15.* Persephonen adiit, inamoenaque regna tenentem Umbrarum Dominum. *Stat. 2. Silv. 2. 32.* Qua prius obscuro permixti pulvere soles, Et feritas inamoena viae, nunc ire voluptas. V. ILLAUDATUS §. 2.

INĂNĔFACTUS, a, um. Adiect. ab *inanis* et *factus;* inanis, atque irritus factus. *Ulp. Dig. 40. 4. 18.* Solutione chirographo inanefacto, et pignoribus liberatis. *Al. rectius leg.* inani facto.

INĀNESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *inanis;* inanis fio. *Ammian. 25. sub fin.* Concholae concussae metu fulgurum inanescunt. Adde *Augustin. 6. de Music. 13.* et *Onom. Lat. Gr.* Inanesco; κενοῦμαι.

INĀNĬĀ, ae, f. Abstractum ab *inanis;* inanitas, ut *Non. 2. 421.* docet. *Plaut. Aul. 1. 2. 3.* Hic apud nos nihil est aliud quaesti furibus: Ita inaniis sunt oppletae *(aedes)* atque araneis.

INĀNĬLŎGUS. V. voc. seq.

INĀNĬLŎQUUS, a, um. Adiect. ab *inanis* et *loquor;* qui inania loquitur. *Plaut. Pseud. 4. 3. 24.* Surdus sum: profecto inaniloquus es. Al. leg. *inanilogus;* alii *inanilogista*, quae idem significant, sed voces hybridae sunt. *Glox. Philox.* Inaniloguus; κενολόγος. Hic fortasse *inaniloquus* legendum est. Et reapse in *Onom. Lat. Gr.* Inaniloquus; κενολόγος.

INĂNĬMAL, alis, et

INĂNĬMĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *animal* vel *animalis;* inanimatus, non animalis; *inanimato. Apul. Trismeg.* Animalia omnia et inanimalia. *Macrob. 4. Saturn. 6.* Sermo dirigitur ad inanimalia. *Tertull. 2. ad Nat. 11.* Umbrae inanimales. Adde *Apolog. 48.* — *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 7. 1.* Quae *(caro)*, posteaquam exierit anima sine spiratione et inanimal efficitur. *Alii leg.* inanimale.

INĂNĬMANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *animans;* inanimalis. *Senec. ep. 88.* Corpus quomodo divido? ut dicam, aut animantia sunt, aut inanimantia. *Al. leg.* inanimata. *Firmic. 1. Mathes. 1. a med.* Stellae animantes et inanimantes. Adde *Rufin. 3. Recognit. 9.*

INĂNĬMĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *animatus;* anima carens; *inanimato. Cic. 3. Nat. D. 16.* Singulas stellas numeras Deos, eosque aut beluarum nomine appellas, ut Capram, etc., aut rerum inanimatarum, ut Argo, etc. *Id. Amic. 19.* In iis etiam, quae sunt inanimata, consuetudo valet. *Id. Top. 18.* Ut anteponantur animata inanimatis. *Lambin.* qui vocem hanc minus Latinam putat, ubique *inanimus* reponit. *Voss. de vitiis serm.* reiicere non audet, sed certius esse *inanimus*, vere affirmat. Sed omnino retinent ac tuentur *Manut., Cellar. in Cur. poster., Borrich. in Voss.* et alii, a quibus standum profecto est, ita evincentibus libris melioribus et analogia. Usurpat vero etiam *Boëth. Aristot. Analyt. prior. 1. 4. p. 471.* Rursum *a* quidem nulli *b* insit, *b* autem alicui *c* non insit, et sint termini, inanimatum, homo, album, deinde sumantur alba, de quibus non praedicatur homo, cygnus et nix, nam inanimatum de hoc quidem omni praedicatur, de illo vero nullo. Adde *p. 472.*

INĂNĬMENTUM, i, n. Verbale ab *inanio*, syllabica adiectione productum; inane, res inanis. *Plaut. Stich. 1. 3. 19.* Inanimentis explementum quaerito.

INĂNĬMIS, me. Adiect. ab *in* et *animus;* sine anima. *Apul. 1. Met.* Mare pigrum colligari, ventos inanimes exspirare; h. e. sine flatu, quae *anima* dicitur. Et *ibid.* Humi proiectus, inanimis, nudus et frigidus; h. e. exanimis. Et 2. *ibid.* Inanimis et indigens alio custode. Cf. INANIMUS, coll. INANIS §. c.

INĂNĬMO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *animo;* animam indo, translate animum addo, incito. Usurpat *Lucifer Calar.* loc. cit. sub v. CONCARNIFEX.

INĂNĬMUS, a, um. Adiect. origine et significatione idem ac inanis, sine anima; *inanimato. Cic. 4. Acad. 12.* Cum inter inanimum, et animal hoc maxime interesit, quod inanimum nihil agit, animal agit aliquid. *Id. 1. Tusc. 23.* Inanimum est enim omne, quod pulsu agitatur externo. *Liv. 41. 18.* Satiati caede animantium, quae inanima erant parietibus adfligunt. *Tacit. 4. Ann. 69. extr.* Etiam muta atque

Digitized by Google

inanima, tectum et parietes circumspectabantur. Adde *Quintil. 8. 6. 9.* et *5. 5. 25.*

INĀNĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum transitiv. ab *inanis*. — Particip. *inaniens* §. 4., *inanitus*, v. suo loco. — Proprie est inanem reddo, vacuo; *vuotare*. *Lucret. 6. 1005.* Hoc ubi inanitur spatium, multusque vacefit in medio locus, etc. — **2)** Apud Medicos idem est ac exonerare; *svacuare*. *Plin. 20. 8. 1.* Herbacea arefacta per se inanit alvum. *Id. 21. 84. 1.* Polium vesicas inanit. *Id. 2. 102. 1.* Sidus Lunae accedens corpora impleat, abscedens inaniat. — **3)** Translate, vi privo. *Commodian. Carm. Apolog. 311.* Et sic per occulta inanivit fortia mortis. — **4)** Item minuo. *Hilar. in Psalm. 68. n. 25.* Ipse enim est et se ex forma Dei inaniens et formam hominis assumens. Adde *Optat. Schism. Donat. 5. 1.*

INANIS, ne. Adiect. originis parum certae, quod tamen quidam putant a Graeco ἴσος; vacuo, derivari posse. — **b)** Alia forma est *inanus*, *a*, *um* in *inscr.* apud *Murat. 1282. 11.* Zetema plenum et inanum. — **c)** De frequenti *inanis* et *inanimis* permutatione in MSS. et editis libris V. *Creuzer* ad *Cic. 2. Nat. D. 55. p. 551.* — **d)** Comparat. *inanior* §. 1. et *10.*, superlat. *inanissimus* §. 1. — **e)** Derivata, *inanesco*, *inania*, *inanimentum*, *inanio*, *inanitas*, *inaniter*, *inanitio*. — **f)** Composita, *exinanio*, *inanefactus*, *inaniloquus*, *obinanis*, *prinanis*, *seminanis*, *subinanis*.

INĀNIS proprie est vacuus, cassus, vanus; *vuoto*. *Cic. Fat. 11.* Cum vas inane dicimus, non ita loquimur, ut Physici, quibus inane esse nihil placet, sed ita ut, verbi causa, sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus. *Id. 14. Att. 3.* Structores ad frumentum profecti, inanes redierunt; *colle mani vuote*. Et *4. Verr. 34.* Domum eius exornatam atque instructam, fere iam iste reddiderat nudam atque inanem. *Plin. 18. 45. 4.* Granum inane cassumque. *Plin. alter, Panog. 31.* Inde navigia inania et vacua, hinc plena et onusta mittantur. *Cic. 2. Att. 8.* Permoleste tuli; nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili et suavi venerat. Et *5. Verr. 52.* Agyrinensis ager centum septuaginta aratoribus inanior est. *Ovid. 3. Heroid. 60.* Sanguinis atque animi pectus inane fuit. *Cic. 1. Orat. 9.* Omnia consiliorum plena, inania verborum. *Hieronym. ep. 58. n. 2.* Verba omni inaniora fumo. *Cic. Mur. 12.* Quae inanissima prudentiae reperta sunt. *Virg. 3. G. 134.* Surgentem ad Zephyrum paleae iactantur inanes; *h. e.* leves. *Id. 4. ibid. 196.* Inania nubila. *Id. 6. Aen. 740.* Inanes venti. Et *3. G. 170.* rotae inanes; *h. e.* sine pondere; *carra vuote*. Sic *Plaut. Amph. 1. 1. 174.* et *Asin. 3. 3. 70.* Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes. Et *Propert. 4. 5. 47.* Ianitor ad dantes vigilet: si pulset inanis, Surdus, etc.; *h. e.* nihil muneris afferens. *Plaut. Most. 3. 1. 44.* Hic homo est inanis; *non ha un soldo*. *Cic. 4. Verr. 66.* Equus inanis; *h. e.* nullo sessore. *Horat. 1. Sat. 6. 127.* Inani ventre diem durare. — Cum ablat. et praepos. *ab. Prudent. 2. περὶ στεφ. 104.* Inanis a marsupio; *h. e.* crumenam inanem denariorum habens. — **2)** Absolute, substantiorum more,

INANE, is, n. Est locus inanis. *Lucret. 1. 439.* Scilicet hoc id erit, vacuum quod inane vocamus. *Virg. 12. Aen. 906.* lapis vacuum per inane volutus; *per aria*. Et *Cic. 1 Nat. D. 23. extr.* Corporibus omnis obsidetur locus: ita nullum inane. *Plin. 3. 68. 3.* Pes per inane emicat. *Id. 9. 54. 3.* Species inflata inani; *di aria*. Et *30. 4. 1.* Ars oceanum quoque transgressa, et ad naturae inane pervecta. *Virg. 6. Ecl. 32.* magnum per inane coacta Semina terrarum. *Stat. 1. Theb. 310.* sublimes raptim per inane volatus Carpit; *per l'aria*. Sic *Ovid. 2. Met. 506.* celeri raptos per inania vento Imposuit caelo. Adde *Tibull. 4. 1. 150.* et *Lucret. 1. 351.* et *570.* et *2. 256.* — **3)** Deinde speciatim

II. *Inania tempora* in rhythmis sunt, quae nostri Musici *sospiri*, et *pause* appellant. *Quintil. 9. 4. ante med.* Inania quoque tempora rhythmi facilius accipient: quamquam haec et in metris accidunt: maior tamen illic licentia est, ubi tempora etiam animo metiuntur, et pedum et digitorum ictu intervalla signant. — **4)** *Inane vulgus* apud *Stat. 1. Theb. 93.* sunt manes, quia vita carent et corpore. Sic *inanis imago* apud *Ovid. 5. Fast. 465.* est umbra defuncti. Et *inanis umbra*, *5. Trist. 11. 23.* — Hinc *inania regna Ditis*, ubi sunt manes, *Virg. 6. Aen. 269.* et *inania Tartara*, *Ovid. 11. Met. 670.* et *inane* absolute, *Stat. 4. Theb. 477.* — **5)** *Inane corpus* est mortuum, et *inane animae*. *Ovid. 13. Heroid. 116., 3. Amor. 9. 6.* et *lb. 154.* et *Cic. 2. Leg. 18.*, ubi quidam minus recte leg. *inanima*. — **6)** *Inanes vultus* appellat *Senec. Phoeniss. 45.* hominis caeci, cui oculi effossi sunt. — **7)** *Inanem leonem* vocat *Stat. 1. Theb. 485.* leonis pellem avulsam a corpore. Sic *tigrin inanem*. *Id. 6. ibid. 722.* — **8)** Hinc item varie eleganterque adhibetur sensu translato, quare

III. *Inanis* est otiosus, ut *inane tempus*, in quo nihil agitur. *Val. Flacc. 3. 657.* moras, et inania tempora. *Virg. 4. Aen. 435.* Tempus inane peto, requiem spatiumque labori. — **9)** Item vanus, supervacuus, sine vi, aut effectu. *Id. 9. ibid. 219.* causas nequicquam nectis inanes; *ragioni frivole*. *Horat. Epod. 6. 3.* Inanes minae. *Id. ibid. 5. 7.* Inane decus purpurae. *Id. Art. P. 435.* Inanem operam insumere. *Sallust. orat. Macri Licinii.* Inanis species magistratus. *Virg. 4. G. 348.* Cura inanis. Et *400.* Doli inanes. *Cic. 5. Orat. 2.* O inanes nostras contentiones, quae in medio cursu saepe frangantur et corruunt! *Virg. 10. Aen. 627.* Spes inanes pascere. *Val. Flacc. 1. 707.* visu lassatur inani; *h. e.* frustra lassatur intenta oculorum acie, cum nihil cernat. *Id. 3. 661.* vacuos cur lassant aequora visus? — **10)** Item vanus; hoc est superbus, et ea ostentans, quae re vera non habet; *vano*, *glorioso*. *Cic. 1. ad Brut. 3.* Nihil est in me inane: neque enim debet: sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, gratulatioque me commovet. *Liv. 45. 23. ad fin.* Non negaverim, et totam Asiae regionem inaniora parere ingenia, et nostrorum tumidiorem sermonem esse. *Sall. Iug. 68.* Homo inanis et regiae superbiae. — **11)** Item futilis, levis: cui opponitur *gravis*. *Lucret. 1. 639. de Heraclito*. Clarus ob obscuram linguam, magis inter inanes. Quamde graves inter Graios, qui vera requirunt. — **12)** Item falsus, *falso*. *Virg. 10. Aen. 639.* dat insania verba: Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis. Ubi *Serv.* nec a membris, nec a mente venientia. — **13)** Hinc iterum absolute

INANE est inanitas. *Pers. 1. 1.* O curas hominum! o quantum est in rebus inane! *Horat. 1. Sat. 2. 115.* Inane abscindere solido; *h. e.* superfluum a solido sive necessario. *Id. Art. P. 230.* Dum vitat humum, nubes et inania captat. — *Inania famae* sunt rumores, qui spargantur in vulgus incerto auctore. *Tacit. 2. Ann. 76.* Neque suspiciones imbecillas, aut inania famae pertimescenda.

INĀNĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *inanis*; vacuitas; *vacuità*. *Cic. Fat. 9.* Cum duo individua per inanitatem ferantur. *Plaut. Cas. 4. 3. 5.* Mihi inanitate iamdudum intestina murmurant. — **2)** Item cavitas; *cavità*. *Quintil. 1. 11. 6.* Nec verba in faucibus patietur audiri, nec oris inanitate resonare. — **3)** Pro vanitate. *Cic. 1. Fin. 15.* Ut sapiens solum, amputata circumcisaque inanitate omni et errore, naturae finibus contentus sine aegritudine possit, et sine metu vivere. *Gell. 13. 8.* Inanitates verborum et imaginum. Adde *Cic. 3. Tusc. 2.*

INĀNĪTER. Adverb. ab *inanis*; vane; *vanamente*. *Cic. 4. Tusc. 6.* Cum tamen inaniter et effuse animus exsultat. *Horat. 2. Ep. 1. 211.* mire laudat poëtam illum, qui pectus inaniter angit, irritat, mulcet; *h. e.* rebus inanibus quidem et fictis, moventibus tamen. Adde *Cic. 4. Acad. 15.* — **2)** Item frustra; *in vano*. *Ovid. 2. Met. 618.* et medicas exercet inaniter artes.

INĀNĪTIO, ōnis, f. Verbale ab *inanio*; actus inaniendi; *svacuazione*. *Isid. 4. Orig. 6. 11. de spasmo*. Fit autem duobus modis, aut et repletione, aut ex inanitione.

INĀNĪTUS, a, um. Particip. verbi *inanio*; vacuatus, inanis; *vuotato*. *Lucan. 6. 1022.* rarior aër Factus, inanitusque locus magis, et vacuatus.

INANTĔ et in ante. Praepositio, quae modo divisim, modo coniunctim scribitur et locum habet praecipuum in formula *in ante diem*, ut dictum est sub v. ANTE §. 15. — **2)** Extra Kalendas adverbiorum more usurpatur; *innanzi*, *avanti*. *Propert. 25. 11.* Si quis vult fami tabulas anteire vetustas, Hic dominam exemplo ponat in ante meam. *Alii leg.* in arte. *Ovid. 2. Met. 324.* Argolica quod in ante Pheroniden fecit. *Alii aliter leg. Veget. 1. Milit. 20. ad fin.* Sinistrum pedem in ante habere. Et *ibid. 24.* ita ut inante sit fossa. *Vulg. Interpr. Ierem. 7. 24.* Factique sunt retrorsum et non in ante.

Nota. De hac particula docte disserit more suo *Hand*, *Tursell. T. 3. p. 557.*

INANTĔĀ et in antea. Adverb. ab *in* et *antea*, idem ac inante. Legitur apud *Augustin. Serm. p. 248. ed. Mai.*

INANTESTĀTUS. V. INATTESTATUS.

INANUS, a, um. V. INANIS §. b.

INĂPERTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *apertus*; non patens, non expositus. *Sil. 7. 26.* Fraudique inaperta senectus.

INAPPĂRĀTĬO et Inadparatio, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *apparatio*; incuria, negligentia apparationi contraria; *negligenza*. *Auct. ad Herenn. 2. 4.* Ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse.

INAPPRĔHENSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *apprehensibilis*; qui nequit apprehendi; *che non si può comprendere*. *Tertull. advers. Valentin. 11.* et *advers. Hermog. 43.*

INAPPRĔHENSĪBĬLĬTER. Adverb. ab *inapprehensibilis*; modo inapprehensibili; *incomprensibilmente*. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 7. 1.* Inapprehensibiliter et invisibiliter intra Pleroma ingressi.

INAPPRĔTĬĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *appretio*; qui pretio aestimari nequit; *inapprezzabile*. *Acta S. Ignatii epist. et M. n. 7.* Thesaurus inappretiabilis.

INAPPROXĪMĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *approximo*; qui nequit approximari. *Interpr. ep. S. Ignatii ad Philadelph. 8.* Inapproximabilis principia.

INAPTUS. V. INEPTUS §. a.

Digitized by Google

INĂQUO, as, are. Verbum transitiv. ab *in* et *aqua;* in aquam vertor. *Cael. Aurel. 1. Chron. 14.* V. loc. in HYDROPISMUS.

INĂQUŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *aquosus;* siccus, aridus. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 1. a med.* Dum per inaquosa loca *(Alexander M.)* properaret cum Macedonibus. — Absolute. *Tertull. Baptism. 1.* Serpentes arida et inaquosa sectantur. Adde *Vulg. Interpr. Ps. 103. 11.* et *106. 4.*

INĂRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *aratus;* non aratus, incultus; *non arato, inculto. Virg. 11. G. 81.* Nec nulla interea est inaratae gratia terrae. *Stat. 10. Theb. 512.* quanta pariter cervice gementes Profringunt inarata diu Pangaea iuvenci. *Horat. Epod. 16. 45.* Inarata tellus. — Cf. INARO §. 1. *init.*

INARCŬLUM, i, n. Nomen ab *in* intentiva et *arcus;* virgula erat ex malo Punica incurvata, quam regina sacrificans in capite gestabat; ut exponit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 113. Müll.* V. ARCULUM.

INARDĔO, des, si, dēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *ardeo,* idem quod ardeo, aut valde ardeo. *Enn.* apud *Cic. 2. Orat. 54.* Flammam a sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. *Al leg. divisim* in ardente. *Horat. Epod. 3. 17.* Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit aestuosius. Cf. voc. seq.

INARDESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *inardeo.* — Particip. *inardescens* §. *1.* — Proprie est flammam concipio, accendor, ignesco; *accendersi. Virg. 8. Aen. 622.* cum caerula nubes Solis inardescit radiis, longeque refulget. *Plin. 15. 31. 1.* Arbusculas in igne, ut ferrum, inardescentes. — 2) Translate. *Quintil. 11. 3. 2.* Affectus omnes languescant, necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. *Tacit. 6. Ann. 32.* Cupidine vindictae inardescere. — 3) Est etiam rubore suffundi; *arrossire. Senec. Herc. Oet. 251.* Nunc inardescunt genae.

INĂRĔFACTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *arefactus;* aridus factus, siccatus; idem ac arefactus; *seccato, inaridito. Plin. 32. 42. 1.* Ad sanguinem sistendum ranarum illinunt sanguinem inarefactum.

INĂRESCO, escis, ui, escĕre. Verbum intransitiv. ab *in* et *aresco,* idem quod aresco, vel in aliqua re, aut penitus aresco; *inaridirsi, seccarsi. Colum. 4. 24.* Nec patiuntur ante maturitatem fructum inarescere. Et *1. 6. circa med.* Cum tectorium inaruerit. *Vitruv. 7. 3.* Non patiatur uno tenore opus inarescere. *Cels. 3. 17. sub fin.* Medicamenta inarescunt. *Plin. 31. 32. 3.* Coenum illitum sole inarescit. *Id. 28. 40. 1.* Inarescere in sole. *Id. 28. 46. 1.* Ut paulum capiti inarescant. *Quintil. 6. 1. 27.* Nihil facilius, quam lacrimas, inarescere. — 2) Translate. *Plin. 2. ep. 4.* Liberalitas e frugalitate, velut e fonte, decurrit: quae tamen ita temperanda est, ne nimia profusione inaresca.

INARGENTĀTUS, a, um. Particip. verbi *inargento;* argento obductus, illitus; *inargentato. Plin. 21. 3. 2.* Lamina aerea tenuis inaurata, aut inargentata. *Paul. Dig. 33. 10. 3.* Lecti inargentati vel inaurati. *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 27.* apud *Augustin. 2. Quaest.* in *Heptat. 9.* Bases inargentatae argento.

INARGENTO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *argento;* argento aliquid obduco; *inargentare. Not. Tir. p. 126.* Argentum, inargentat. V. voc. praeced.

INARGUTĒ. Adverb. ab *inargutus;* non acute; non *argutamente. Gell. 21. 13. a med.* Non mehercule inargute, inquit, nec incallide opposuisti hoc Tullianum.

INARGŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *argutus;* non argutus; non *arguto. Ulp. Dig. 7. 5. 5.* Sententia non inarguta.

INĀRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *aro.* — Particip. *inaratus* habet *Quicherat* in *Addend. Lex. Lat.* ex *Ambros.,* sed locis minus recte indicatis, quae inveniri non potuerunt. — Proprie est idem quod aro, vel in aliquo loco aro; *arare. Plin. 18. 36. 4.* Inrari protinus solum opus est. *Ulp. Dig. 43. 23. 3.* Si quis vi aut clam agrum inraverit, vel fossam fecerit. — 2) Item arando obruo; *coprire arando. Cato, RR. 37.* Vitis si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato aut infodito. *Colum. 2. 3.* Dissectum fimum inarari et obrui convenit. *Plin. 18. 47. 2.* Inarare semina abiecta. *Varr. 1. RR. 23.* Faballa pro stercore inarare. *Colum. 2. 2. ante med.* Arboribus, si rarae sunt, tantum succidendis, incendendisque, et inarandis; *posti a rovescio.* — 3) Item scribo. *Commodian. 70. 15.* De breviori titulo non tot inararem.

INARTĬCŬLATUS, a, um. Adiect. ab *in* et *articulatus;* non expressus, et nihil significans, ut *coax, era* (quod affert exemplum *Priscian. initio, l. 1.),* quae a nullo affectu mentis proficiscuntur; non *articolato. Arnob. 2. p. 59.* Nonne vocem si fuerit coactus emittere, ut solemne est mutis, inarticulatum nescio quid ore hiante clamabit? Adde *Lactant.* ad *Stat. 12. Theb. 472.*

INARTĬFĬCĬĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *artificialis;* non arte confectus; *non artificioso. Quintil. 5. 1. 1.* Illas *(probationes)* ἀτέχνους, idest inartificiales vocaverunt. Adde *ibid. 5. 2. Capell. 5. p. 183.* Inartificialia argumenta.

INARTĬFĬCĬĀLĬTER. Adverb. ab *inartificialis;* sine artificio; *senz'artifizio. Quintil. 2. 17. ad fin.* Qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

INARTĬFĬCĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *artificiosus;* nullo artificio confectus. *Boëth. Topic. Cic. 3. p. 846.* apud *Quicherat* in *Addend. Lex. Lat.*

INASCENSUS et inadscensus, a, um. Adiect. ab *in* et *ascensus;* non ascensus, inaccessus. *Plin. Paneg. 65.* Procedere in rostra, inascensumque illum superbiae principum locum tenere.

* INASCĬĀBĬLĬTER. V. INEXPLICABILITER.

INASPECTUS et inadspectus, a, um. Adiect. ab *in* et *aspectus;* non visus, non conspectus; *non visto. Stat. 1. Theb. 50.* imaeque recessu Sedis inaspectos caelo, radiisque Penates Servantem.

INASPĬCĀBĬLIS et inadspicabilis, le. Adiect. ab *in* et *aspicio;* invisibilis. *Gloss. Philox.* Inaspicabilis; ἀόρατος.

INASPĬCŬUS et inadspicuus, a, um. Adiect. ab *in* et *aspicuus;* inaspectus; *non veduto. Auson. Epist. 25. 22.* Lacte incide notas: arescens charta tenebit Semper inaspicuas: prodentur scripta favillis. *Male alii divisim leg.* in aspicuis.

INASPĪRĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *in* intentiva et *aspiratio,* idem quod aspiratio. Legitur in *lemmate* opusculi *Phocae* Grammatici, cui titulus: *De Psila; id est inaspiratione.*

INASSĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *inasso,* ab *in* intentiva et *assatus,* idem ac assatus; *arrostito. Plin. 30. 22. 2.* Verendorum formicationibus, verrucisque medetur arietini pulmonis inasseati sanies. Adde *33. 47. 4.* et *alibi.*

INASSĔRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *assero;* asseribus contego; *coprire con travicelli. Vet. Inscr.* apud *Grut. 207. col. 2.* Trabiculas inasserato asseribus abiegneis sectilibus; *cuopri le travette con travicelli di abete segaticci.* Ita locum vertendum putat *Zannonius.* V. ABIEGNEUS. *Alii leg. divisim* in asserato.

INASSĪGNĀTUS et inadsignatus, a, um. Adiect. ab *in* et *assignatus;* non assignatus. *Aggen. Controv. agr. p. 70. Goës.* Superfuit inadsignatus agrorum modus.

INASSUĒTUS et inadsuetus, a, um. Adiect. ab *in* et *assuetus;* non assuetus; *non assuefatto, non avezzo. Ovid. 4. Fast. 449.* Panditur interea Diti via: iamque diurnum Lumen inassueti vix patiuntur equi. *Id. Art. am. 299.* Ipse novas frondes, et prata tenerrima tauro Fertur inassueta subsecuisse manu. *Sil. 3. 253.* at vestigia nuda sinusque Cingere, inassuetum; *h. e.* inusitatum est, non est in more positum. *Fragm. orat.* Claudii Aug. apud *Grut. 502. col. 2. l. 37.* Cum ad census *(alii leg.* a censu), novo tum opere et inadsueto Galliis, ad bellum avocatus esset.

INATTĀMĬNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *attaminatus;* non contaminatus; *non contaminato. Tertull. Cor. mil. 15.* Serva Deo rem suam inattaminatam. *Scioppius rectius leg.* intaminatam.

INATTENTĒ. Adverb. ab *in* et *attente;* minime attente; *senz'attenzione, senza badare. Ammian. 30. 8. ad fin.* Ad pavores irritos aliquoties abiectius pallens, et quod nusquam erat, inattente formidans. *Al. melius leg.* ima mente.

INATTĔNŬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *attenuatus; non estenuato. Ovid. 8. Met. 843.* Attenuarat opes, sed inattenuata manebat Tum quoque dira fames.

INATTESTATUS, a, um. Adiect. ab *in* et *attestatus;* qui testatus non est, qui in ius non est vocatus. *Plaut. Curc. 5. 3. 17.* Hoccine pacto indemnatum atque inattestatum me arripi? *Al. leg.* intestatum; *alii* inantestatum.

INATTRĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *attritus;* non attritus. *Paulin. Nolan. carm. 10. 254. de trabea.* Fulget inattrito longum venerabilis auro.

INĂVARĬTĬES, ēi, f. Abstractum ab *in* intentiva et *avarities,* idem ac avarities. *Inscr.* opt. notae apud *Fabretti, p. 421. n. 388.* Fido fida viro vixit studio parili, quam *(in Lapide* est QVM; *sed videtur exaratum fuisse* QVM *pro* QVAM, *ut saepe alias)* Nulla inavaritiae cessit ab officio; *ritrasse dal dovere:* ita ut *cessit* sit active usurpatum.

INĂVĀRUS, a, um. Adiect. ab *in* et *avarus;* non avarus. *Cassiod. 1. Var. 3.* Publica privataque commoda inavarus arbiter aestimabas. *Id. 6. ibid. 9.* Ut inavarum iudicem palatia nostra testentur.

INĂUDAX, ācis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *audax;* timidus; *timido. Horat. 3. Od. 20. 3.* Dura post paulo fugies inaudax Proelia raptor.

INAUDĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *audibilis;* qui nequit audiri. *Censorin. de die nat. 15.* Ut dulcissimam concinant melodiam, sed nobis inaudibilem.

INAUDĪENTĬA, ae, f. Abstractum ab *in* et *audientia;* inobedientia. *Cyprian. ep. 28.,* ubi tamen alii leg. *inobedientia.* — Lectionem firmat *Hilar.* in *Psalm. 2. n. 44.* Cum inobedientiae atque inaudientiae iudicium differens a Salomone atque a Iona Christus auctor accumulet.

INAUDĬO, is, īvi et ii, ītum, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva

Digitized by Google

et *audio*, idem quod audio, intelligo; *udire, intendere, rilevare*. *Plaut. Mil.* 2. 2. 56. Nam os columnatum poëtae esse inaudivi barbaro. *Alii leg.* indaudivi. — **2)** Fere de rebus nondum vulgatis dicitur. *Cic. 9. Fam.* 24. Fabraterine consilia sunt inita de me; quae te video inaudisse. *Id. 6. Att. 1. a med.* Num quid de quo inaudisti? *Id. fragm.* apud *Non.* 2. 442. Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram. *Plaut. Aul.* 2. 2. 88. Credo, iam illum inaudiisse, mihi esse thesaurum domi. *Id. Most.* 5. 1. 11. Metuo, ne de hac re quippiam hic inaudiverit. *Alii leg.* indaudiverit. *Afran.* apud *Non.* 2. 442. Novis dictis (*alii* Nobis dicatis), quaeso, ne ille inaudivit. Adde *Nov., Pacuv.*, apud *Non. l. c.* Cf. INAUDITUS §. 4. et INDAUDIO.

INAUDĪTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *auditio;* surditas. Ita reprobatur haec vox a *Boëth.* in *Aristot. Categ.* 3. *p.* 185. Surditas cum sit auditus privatio sine negatione profertur, eodem quoque modo caecitas. Nullus enim dicit *inauditio*, neque *invisio*, nec aliquid huiusmodi, sed tantum surditas caecitasque nominantur propriis nominibus.

INAUDĪTĬUNCŬLĂ, ae, f. Abstractum ab *in* intentiva et *auditiuncula;* parva lectio, auditiuncula. *Gell.* 5. 21. Habebatque nonnullas disciplinae grammaticae inauditiunculas partim rudes inchoatasque, partim non probas.

INAUDĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *auditus*. — Comparat. *inauditior* §. 1. — Proprie est non auditus; *non ascoltato. Senec. Med.* 199. Qui statuit aliquid, parte inaudita altera, Aequum licet statuerit, haud aequus fuit. *Tacit.* 2. *Ann.* 77. Ut te inauditum et indefensum primo rumore rapiant. *Iustin.* 22. 2. *ad fin.* Inauditum per iniuriam damnare. Adde *Senec. Med.* 199. et *Suet. Vitell.* 14. — **2)** Item novus, insuitatus; *inaudito, nuovo. Cic. 1. Orat.* 51. Nihil dicam reconditum, nihil exspectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. *Id. Balb.* 3. *in fin.* Incredibili quadam atque inaudita gravitate, virtute, constantia praeditus. *Id. Sext.* 39. *in fin.* Insignis quaedam, inaudita, nova magnitudo animi. *Id. Vatin.* 14. Quod in hac republica non modo factum ante nunquam est, sed in omni memoria est omnino inauditum. *Id. Caecin.* 15. Novum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum. *Id. Har. resp.* 27. Sacra maribus non invisa solum, sed etiam inaudita. *Iul. Valer.* 3. *res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 23. Hominum nescias invisitatius, an inauditius genus. — **3)** Item non audiens. *Gell.* 7. 6. Quaedam animalium aut caeca natura gignuntur, aut inodora, inauditave. Ita legit *Non.* 2. 463., *alii* inora, inauritave; h. e. sine ore et auribus. Sed prior lectio magis placet. — **4)** Deinde

II. *Inauditus* est etiam particip. verbi *inaudio*, idem ac auditus. *Cic. Balb.* 18. Re denique multo ante Gadibus inaudita, fore etc. *Alii tamen leg.* iam audita.

INĀVERSĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *aversus;* qui averti et evitari non potest. *Apul. Trismeg. prope fin.* Aeternitas inaversabilis, immobilis, insolubilis est. *Al. leg.* inaversibilis *eod. sensu*.

INĀVERSĬBĬLIS. V. voc. praeced.

INĀVERTĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *averto;* qui averti nequit. *Vulgat. Interpr. Ital. Iob, 9. 13.* apud *Augustin. Annot.* in *Iob, loc. cit.* Ipsius (*Dei*) enim inavertibilis ira.

INAUGŪRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inauguro;* augurium, principium. *Tertull. advers. Valentin.* 11. Inauguratio quaedam dividendae doctrinae Valentini.

INAUGŪRĀTO. V. voc. seq.

INAUGŪRĀTUS, a, um. Particip. verbi *inauguro;* auguriis captis electus, dedicatus. *Cic. Dom.* 53. Simulacrum in templo inaugurato dedicare. — **2)** Absolute, adverbiorum more,

INAUGURATO est idem ac auzurato; idest, captato augurio, praecedente augurio, et addicentibus avibus. *Liv. 1. 36.* Id quia inaugurato Romulus fecerat. Et *44.* Locum inaugurato consecrare.

INAUGŪRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *augurio*. — Particip. *inauguratus*, V. suo loco. — Proprie est augurium capio; *prender gli auguriі. Plaut. Asin.* 2. 1. 11. Impetritum, inauguratum est. *Liv. 1.* 7. Palatinum Romulus, Aventinum Remus ad inaugurandum, templa capiunt. *Varr. 5. LL.* 8. Per sacram viam augures ex arce profecti solent inaugurare. — **2)** Interdum est divinare; *indovinare. Liv. 1. 36.* Agedum, divine, inaugura, fieri ne possit, quod nunc ego mente concipio. — **3)** Deinde, transitiverum more,

II. *Inaugure* aliquem, ex. gr. flaminem, *Liv.* 27. 8. est flaminem creare et consecrare. — **4)** Inaugurare locum est, captio augurio, locum rei gerendae auspicatum deligere. *Id. 5. 20.* Augures iussos adesse ad Regillum lacum; locumque inaugurari, ubi auspicato cum populo agi posset. — **5)** Transfertur etiam ad homines, cum munus aliquod publicum suscipiunt; nefas enim erat veteribus magistratum aliquem, aut sacerdotium assumere, aut aedem Dis sacrare, nisi captis prius auguriis. *Cic.* 2. *Phil.* 43. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? Sume diem; vide qui te inauguret. *Liv. 30. 26.* Augur in locum eius inauguratus est filius. *Apul. 7. Met.* Singulos exosculatus, et in summo pulvinari locatus, coena et poculis magnis (*deus*) inauguratur.

INAURĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inauro;* qui aurum obducit; *doratore. Inscr.* apud *Murat. 971. 1.* Philomusus Teri (*corrige* ex *Gor. Columb. Liv. p. 150.* Tertii) L. inaurator. V. BRACTEARIUS §. 2. *Firmic. 5. Mathes. 4.* Aurifices aut ex auro vestes pingentes aut inauratores. Adde *8. ibid. 26.*

INAURĀTŪRĂ, ae, f. Verbale ab *inauro;* actus inaurandi, vel ipsa res inaurata: *Balbus, ratio mensur. p. 97. Lachm.* Per quae metimur agros . . . inauraturas, tabulas, etc.

INAURĀTUS, a, um. Particip. verbi *inauro*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *inauratior* §. 2. — Proprie est auro illitus, obductus; *dorato. Cic. 4. Verr.* 21. Inauratam statuam alicui ponere. *Id. 1. Divin.* 24. Columna extrinsecus inaurata. *Ovid. Medic. fac.* 18. Vultis inaurata corpora veste tegi; h. e. auro texta. Sic *Auct. ad Herenn. 4. 47.* Citharoedus palla inaurata indutus. — **2)** Translate. *Tertull. Pall. 5. init.* Omni patagio inauratior pavo. — **3)** Deinde

II. *Inauratus* est etiam adiect. ab *in* et *auratus;* non auratus, auro carens. *Titin.* apud *Charis. 2. p. 181. Putsch.* Inauratae atque inlautae mulieris.

INAURES, ium, f. Nomen ab *in* intentiva et *aures;* ornamenta ex auro, margaritis, aut gemmis, ab auribus pendentia; *orecchini, pendenti. Isid. 19. Orig. 31.* Inaures, ab aurium foraminibus nuncupatae, quibus pretiosa grana lapidum dependent. Harum nanus in Graecia; puellae utraque aure, pueri tantum dextra gerebant. *Plaut. Men. 5. 5. 17.* Inaures da mihi Faciundas, pondo duum nummum stalagmia. *Plin. 9. 81. 1.* Muraenae, quam diligebat, inaures addidit. *Id. 33. 7. 1.* Anguillae inaures additas gerunt. Cf. AURIS §. 2. et 3. — In sing. num. *Vulg. Interpr. Prov. 25. 12.* Inauris aurea. — **2)** Improprie *inauris* vocatur anulus, qui in Arabia, ornamenti causa, ex femininarum naribus pendet. Huius meminit *Hieronym. 4.* in *Ezech. 16. 12.*

INAURĬO, is, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *auris;* auribus usum tribuo. *Lactant. Epit. 45.* Christus caecis visum restituebat, mutis eloquium dabat, surdos inauribat. — **2)** Item exaudio. *Vulg. Interpr. Ital. Psalm. 54.* apud *Hilar.* ad h. l. Inaurire Deus orationem meam et ne despexeris orationem meam. *Hilar. ibid.* n. 4. Triplex autem in exordio Oratio precationis est edita. Prima enim ea est, ut inauriatur oratio . . . et quia de inaurienda oratione quid intelligi posset ostendimus, etc.

INAURIS, is, f. V. INAURES §. 1. *fin.* et 2.

INAURĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *auris;* carens auribus; *chi non ha orecchie. Gell. 7. 6.* V. loc. in INAUDITUS §. 3.

INAURO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *auro*. — Particip. *inauratus*, V. suo loco. — Proprie est auro obduco, aurum illino; *dorare. Plin. 33. 18. 1.* Laquearia primo inaurata sunt in Capitolio, censura L. Mummii. Inde transiere in cameras quoque et parietes, qui iam et ipsi, tanquam vasa, inaurantur: cum aetas varia de Catulo existimaverit, quod tegulas aureas Capitolii inauraverit primus. Adde *Vitruv. 7. 8.* — **2)** Translate est divitiis cumulare. *Horat. 1. Ep.* 12. 9. ut te Confestim liquidus fortunae rivus inauret. *Cic. 7. Fam.* 13. Moriar, ni (quae tua gloria est) puto, te malle a Caesare consuli, quam inaurari.

INAUSPĬCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *auspicabilis;* non auspicabilis. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Ἄῤῥητος; invisibilis, inauspicabilis.

INAUSPĬCATO. V. voc. seq.

INAUSPĬCATUS, a, um. Adiect. ab *in* et *auspicatus*. — Superlat. *inauspicatissimus* §. 1. — Proprie est non auspicatus, infelix, sine auspicio. *Senec. Oedip.* 723. Inauspicata bos. *Plin. 28. 5. 4.* Bibenti conviva mensam tolli, inauspicatissimum iudicatur. *Id. 18. 1. 3.* Inauspicatarum animantium vice. *Id. 10. 14. 1.* Ales inauspicatissima. *Id. 7. 15. 1.* Res exempli inauspicati. — **2)** Etiam in partem meliorem accipitur pro bono improviso et insperato. *Ennod. 1. ep. 5.* Inauspicatis successibus illi provectuum incrementa ventura sunt, quem coepisse videmus a fascibus. *Id. 4. ep.* 29. Inauspicata bona de Deo merentibus bona tribuuntur. Adde *9. ep. 33.* — **3)** Absolute, adverbiorum more,

INAUSPICATO est non captatis, vel perperam captatis auspiciis; *senza auspizi, con auspizi contrarii. Cic. 1. Divin.* 17. Quod inauspicato pomoerium transgressus esset. *Val. Max. 1. 1. n. 6.* Inauspicato consul creatus.

INAUSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *ausus;* audacter non susceptus, intentatus; *non tentato, non impreso con audacia. Virg. 8. Aen.* 205. ne quid inausum, Aut intentatum scelerisve dolive fuisset. *Val. Flacc. 1. 107.* si quod inausum Arcanumque nefas superest. *Senec. ep. 91. a med.* Scist animus, nihil inausum esse fortunae. *Id. Thyest.* 20. Audere inausa. *Id. Troad. 669.* Fuerat hoc prorsus nefas Danais inausum. *Tacit. 1. Ann.* 43. Quid enim per hosce dies inausum intermeratumve vobis?

INAUXĬLĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *auxiliatus;* qui sine auxilio est. *Vulg. Interpr. Sap.* 12. 6. Parentes animarum inauxiliatarum.

Digitized by Google

INB. — V. IMB.

INBICTUS. V. INVICTUS.

INCĂDŪCUS, a, um. Adiect. ab *in* et *caducus;* non caducus. — Translate. *Rusticus, disput. contra Acephal. praef.* Merces incaduca.

INCAEDŬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *caeduus*, quod est a *caedo;* qui non caeditur; *che non si taglia. Ovid. 2. Fast. 435.* Multis incaeduus annis lunonis magnae nomine lucus erat. *Id. 3. Amor. 1. 1.* Stat vetus, et multos incaedua silva per annos. *Serv.* ad *Virg. 3. Ecl. 65.* Intensi montes, silvosi, incaedui. Adde *Stat. 6. Theb. 90.*, quo loco, sicut etiam in *Ovid. loc. cit.*, alii leg. *inoiduus*.

INCAELĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *caelatus;* non caelatus; *non intagliato. Gloss. Philox.* Incaelatus; ἀτόρνευτος, ἄγλυφος.

INCAENATUS, INCAENIS, INCAENO. — V. INCORNATUS, etc.

INCAESPĪTĀTOR. V. CAESPITATOR.

INCĂLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incalo;* invocatio. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* Incalationes; invocationes.

INCĂLĀTĪVĒ. Adverb. ab *incalo*. Exponit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* Incalative; vocative.

INCALCĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *calcatus;* non calcatus. *Paulin Nolan. carm. 16. 110.* Monstrat inaccessos humus incalcata recessus.

INCĂLĔO, es, ui (quod in praeteritis tantum reperitur) et

INCĂLESCO, escis, ĕscĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *in* intentiva et *calco*, unde *calesco*. — Particip. *incalescens* §. *1.* — Proprie est valde calidus fio; *scaldarsi, divenir caldo. Colum. 2. 4.* Prosciudendi sunt anni tempore iam incalescente. *Liv. 1. 57.* Incaluerant vino. *Id. 22. 6.* Incalescente sole depulsa nebula. *Propert. 4. 7. 28.* Atram quis *(vidit)* lacrimis incaluisse togam? Adde *Ovid. 9. Met. 161.* — **B)** Translate. *Ovid. 2. Met. 87. de equis:* acres incaluere animi, cervixque repugnat habenis. Et *640.* fatidicos concepit mente furores, incaluitque Deo. *Id. 3. Pont. 4. 29.* Plausibus ex ipsis populi, lactoque favore ingenium quodvis incaluisse potest. *Id. 11. Heroid. 25.* Ipsa quoque incalui; *h. e.* amorem concepi. *Id. 8. Met. 574.* Vidit et incaluit pelagi Deus. Adde *3. ibid. 371.*

INCALFĂCĬO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *calfacio* (syncope pro *calefacio*); idem ac calefacio; *scaldare. Ovid. 15. Met. 735.* Ictaque coniectos incalfacit hostia cultros. *Id. 4. Fast. 919.* si culmos Titan incalfacit udos.

INCALLĬDĒ. Adverb. ab *incallidus;* non callide, simpliciter; *senza astuzia, semplicemente. Cic. 3. Offic. 33.* in his tribus generibus non incallide tergiversantur; *h. e.* non sine industria. *Gell. 12. 13.* Nec incallide opposuit hoc Tullianum.

INCALLĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *callidus;* non callidus, simplex; *semplice, non astuto. Cic. 1. Invent. 3.* Arbitror, alios fuisse non incallidos homines. *Id. Cluent. 16.* Servus non incallidus. *Tacit. 3. Ann. 8.* Incallidus alioqui, et facilis iuventa; *semplicietto.* Et *Capitolin. Maecrin. 13.* Fuit in iure non incallidus; *h. e.* non imperitus. *Sabin. 3. Heroid. 55.* Atque utinam formae iudex incallidus essem Creditus.

INCALLO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *callum;* in callum verto. *Veget. 2. Veterin. 27. init.* Carnem indurat, et incallat.

INCĂLO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *calo;* invoco. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 114. Müll.* Incalanto; invocanto. *Cf.* INCALATIO et INCALATIVE.

INCANDĔO, es, ui (quod in praeteritis tantum reperitur) et

INCANDESCO, escis, escĕre. Verbum intransitiv. ab *in* et *candesco;* candens et ignitus fio, vehementer incendor; *divenir infocato. Ovid. 2. Met. 729.* Volat illud, et incandescit eundo. Et *12. ibid. 12.* vetus accensis incanduit ignibus ara. *Virg. 3. G. 478.* morbo caeli miseranda coorta est Tempestas, totoque autumni incanduit aestu; *h. e.* exarsit, increvit. *Plin. Paneg. 30.* Pars magna terrarum alto pulvere incanduit. — **B)** Translate. *Senec. 5. Quaest. nat. 16.* Aetas suo tempore incanduit.

INCANDĬDO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *candido;* candidum facio. — Translate. *Firmic. err. relig. 28.* Maculas Christi sanguis incandidat.

INCANDĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *candidus;* non candidus. *Gloss. Philox.* Incandidus; ἀλείπαντος.

INCANĔSCO, es, ui, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *canesco;* albus vel canus fio; *farsi bianco, o canuto. Catull. 64. 13.* Tortaque remigio spumis incanuit unda. *Virg. 2. G. 71.* ornusque incanuit albo Flore piri. *Val. Flacc. 6. 611.* gelu, magnoque incanuit imbre Caucasus. *Sil. 3. 328.* cum pigra incanuit aetas. Adde *Vulg. Interpr. 1. Reg. 12. 2.*

INCANTĀMENTUM, i, n. Verbale ab *incanto*, syllabica adiectione productum; incantatio; *incantesimo. Plin. 28. 3. 1.* Valeant ne aliquid verba, et incantamenta carminum. *Id. ibid. 4. 5.* Virgilii incantamentorum amatoria imitatio. — Tmesi utitur in hac voce *Commodian. 48.* Falluntur volucres, silvarum bestiae silvis, ipsis *incanta*, iactura quibus est tradita, *mentis*.

INCĀNTĂTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incanto;* incantamentum. *Firmic. 3. Mathes. 3.* Magicas insequentur incantationes. *Tertull. Habit. mul. 2.* Incantationum vires. — *Vulg. Interpr. Ierem. 8. 17.* Serpentes regulos, quibus non est incantatio.

INCANTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *incanto;* qui incantat; *incantatore, stregone. Tertull. Idolol. 9.* Nusquam invenias aut incantatores, aut coniectores, aut magos, nisi plane punitos. *Vulg. Interpr. Deut. 18. 11.* Nec incantator, nec qui pythones consulat, nec divinos, etc. V. HARUSPEX in *Nota* II., ubi discrimen habes inter *incantatores, magos, haruspices* et *maleficos*.

INCANTĀTUS, a, um. Particip. verbi *incanto;* cantatus; *incantato. Horat. 1. Sat. 8. 48.* Canidiae dentes, altum Saganae calicndrum Excidere, atque herbas atque incantata lacertis Vincula; *h. e.* verbis magicis illigata. *Apul. Apol.* Cum illi incantatam mulierem dicerent.

INCANTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. intransitivorum more, sive absolute etiam adhibitum, specie intentivum ab *incino*, seu ab *in* intentiva et *canto*. V. INCINO. — **b)** Particip. *incantans* §. *1.* et *2.*, *incantatus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *incantamentum, incantatio, incantator*.

INCANTO proprie et absolute est idem ac canto, aut in aliquo loco canto; *cantare. Apul. 8. Met.* Dum forte passerem incantantem sepiculae consectatur arripere. — **B)** Frequentius est carminibus necare, aut quocumque modo nocere. In *leg. XII. Tab.* apud *Plin. 28. 4. 5.* Qui malum carmen incantasset; *h. e.* magico carmine quippiam supra naturam nocendi causa molitus esset. *Apul. Apol.* Quaesisti, quod mihi emolumentum fuerit incantandi: responderunt, ut mulier rueret. *Cf.* voc. praeced. — Absolute. *Vulg. Interpr. Ps. 57. 6.* Quae non exaudiet vocem incantantium et venefici incantantis sapienter.

INCĀNUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *canus*, idem quod canus, aut valde canus; *canuto. Catull. 64. 346.* Cum cinere incanos solvent a vertice crines. *Colum. 8. 2. a med.* Gallinaceorum palcae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent. *Virg. 3. G. 311.* barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci. *Catull. 93. 5. de Smyrna Cinnae.* Smyrnam incana diu saecula pervoluent; *h. e.* antiqua, multorum annorum saecula. *Ovid. 8. Met. 804.* Incana labra famis situ. *Sust. Domit. 20.* Incanum caput.

INCĂPĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *capabilis;* qui capi non potest, incomprehensibilis. *Arriani* apud *Augustin. ep. 174.* dicebant, credere se Deum patrem invisibilem, ingenitum, incapabilem. *Gloss. Philox.* Incapabilis; ἀχώρητος. Adde *Augustin. Serm. 199. n. 2. ed. Mai* (et alium locum *Eiusd.* sub v. CAPABILIS §. 2.), *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 2. 1.* et *ibid. 17. 11.*

INCĂPĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *incapabilis;* incomprehensibilitas. *Augustin. 2. contra Maxim. 9.* Ecce incapabilitatem habet Pater, quae non est tua. Sed quoniam veraciter dictum est, quod Veritas dixit, et omnia, quae habet Pater, Filii sunt, non potest non esse Filii quantacumque sit incapabilitas Patris.

INCĂPAX, ācis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *capax;* non capax; *incapace. Prudent. 10. περὶ στεφ. 388.* Scio, incapacem te sacramenti, impie. Et *548.* Aedes incapax solvi. *Mar. Mercat.* verteus *ep. 2. Nestorii ad Cyrill. 9.* Passionis incapax Deitas. Adde *Augustin. de Nat. et grat. 21.*

INCĂPISTRO, as, āvi, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *capistro;* capistro vincio. *Onomast. Lat. Gr.* Incapistro; χαλιόω. — **B)** Et translate irretio. *Apul. 11. Met.* Cum me malis incapistrasset erroribus.

INCĂPĬTĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *caput;* sine capite. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀκέφαλος; incapitalis.

INCĂPĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *caput;* auspicor, initium sum. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Incapito; ἐκάρχομαι.

INCARCĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *carceratus;* in carcere detentus. — Absolute. *Zenon. 1. Tract. 34.* Incarceratis medendo plus carcerem novit blanda pervigil cura. — *Augustin. Serm. 48. n. 3. ed. Mai.* Post incarceratam vocem.

INCĂRĔO, es, ui, et

INCĂRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* et *careo*, unde et *caresco:* idem ac caresco, vel multum caresco; *esser privo. Not. Tir.* carescit; incaruit.

INCARNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *carnatus;* qui incarnari nequit *Mar. Mercat.* in *Collect. 1. Excerptor Nestorii, p. 874. Migne.* Incarnabilis in carne fit.

INCARNĀLĬTER. Adverb. ab *incarno;* in carne. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 26.* Intelligibiliter enim erat et intellectualiter, sensibiliter et incarnaliter tunc manifestatus est.

INCARNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incarno*, quo significatur assumptio nominis, quae facta est a Filio Dei; de quo mysterio abunde Ecclesiae Patres *Ambros.*, *Augustin.*, *Hieronym.* etc. *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 18. 3.* Rationem reddere incarnationis eius *(h. e.* Filii Dei). *Hilar. 2. Trinit. 35.* Dei incarnatio. *Id. 5. ibid. 22.* Verbi in-

Digitized by Google

carnatio. *Cassian. 1. de Incarnat. 2.* Incarnatio dominica. Adde *Fulgent. 1. ad Trasam. 3.* Cf. INCORPORATIO §. 2. et INHUMANATIO.

INCARNĀTUS, a, um. Particip. verbi *incarno;* caro factus, inhumanatus; *incarnato. Cassiod. 6.° Hist. Eccl. 22. a med.* Dominus haec etiam ante incarnatam sui praesentiam in sanctis locutus est. *Id. 2. ibid. 9.* Incarnatus, homo factus est. *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 7. 1.* Verbum incarnatum. — *Salvian. 5. adv. Avar. 2. ante med.* Scivimus parentes testamenta facturi, quid iustitia Dei posceret, sed subacti fatemur, sumus iugo incarnatae necessitatis, cessit sanguini fides; *scilicet* ut improbis filiis aliquid divitiarum relinquamus. Adde *Cassian. 1. Incarn. 3., Ambros.* etc. et V. voc. seq.

INCARNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *caro;* carnem assumo, homo fio: et dicitur de Filio Dei, qui homo factus est, assumpta humana natura in unitate suae divinae personae. *Claud. Mamert. 1. Stat. an. 12. a med.* Sicut et Deum dicimus incarnatum, et sicut ipsa anima humana incarnatur, utique cum administrandam suscepit carnem. *Fulgent. de Incarn. 14.* Quoniam illi, qui incarnatus est, per consortium carnis, fratres facti sumus. Adde *Petr. Diac. de Incarn. 3.* V. loc. in INCORPORO §. 2.

INCĀSĔĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *caseatus*, idem ac caseatus, caseo abundans. *Augustin. 3. Confess. 3.* Dimisisti ei peccata super terram, in monte incaseato, monte tuo, monte uberi. *Vulg. Interpr. Ital. Ps. 67. 17.* Mons incaseatus, mons uber. *Vulgata* nostra habet *coagulatus*. V. CASEATUS.

INCASSUM. V. CASSUS.

INCASTĔ. V. INCESTE *fin.*

INCASTĪGĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *castigatus;* non castigatus; *impunito. Horat. 1. Ep. 10. 45.* Nec me dimittes incastigatum. *Boëth. in Topic. Cic. 4. init.* Ut quaeque iniudicata atque etiam incastigata promuntur.

INCASTRĀTŪRĂ, ae, f. Nomen ab *in* intentiva et *castratura;* commissura; *incastratura. Vulg. Interpr. Exod. 26. 17.* In lateribus tabulae duae incastraturae fient, quibus tabula alteri tabulae connectatur. Adde *Eund. ibid. 36. 23.* et *24.*

INCASTUS, a, um. V. INCESTUS.

INCĀSŬĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *casualis;* qui non habet casus. Legitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 60. Mai.* Aptota nomina, incasualia, ut *frugi*.

INCĂTHŎLĪCUS, a, um. Adiect. ab *in* et *catholicus;* non catholicus; *incattolico. Cassiod. de Anim. 12. ante med.* Ab incatholicis catholica lacerabatur Ecclesia.

INCĂVILLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incavillor;* per despectum irrisio, ut exponit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.*

INCĂVILLOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cavillor*, forma deponens, idem ac cavillor. *Gell. 3. 3.* in *lemmate*. Cuiusmodi loco incavillatus sit Antiochum regem Poenus Hannibal.

INCĂVO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cavo*, idem quod cavo, excavo, effodio; *cavare, incavare. Colum. 4. 25.* Cum allevare quid debet, scalpro; cum incavare, rostro falcis utitur.

INCAUTĒ. Adverb. ab *incautus*. — Comparat. *incautius* et superlat. *incautissime*, infra. — Est improvide, imprudenter; *incautamente, inconsideratamente. Cic. 7. Att. 10.* Stulte omnia et incaute. *Liv. 7. 15. ad fin.* Incaute atque inconsulte pugnare. *Plin. 1. ep. 15. extr.* Potes apparatius coenare apud multos: nusquam hilarius, simplicius, incautius; h. e. securius, ita ut cauto minus sit opus, liberius et minori sollicitudine. *Liv. 21. 7.* Sed dum murum incautius subit, femur trabula ictus cecidit. *Augustin. mor. Manich. 6. ult.* Ut se ipsos incautissime proderent.

INCAUTĔLĂ, ae, f. Abstractum ab *incautus;* actus illius, qui incaute aliquid agit. *Salvian. 6. Gubern. D. a med.* Unus incautior perit, ne multi per incautelam depereant. Adde *Fucund. defens. trium Capitul. 10. 2.*

INCAUTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *cautus*. — Comparat. *incautior* et superlat. *incautissimus* §. *1.* — Proprie est qui sibi cavere nescit; *incauto, mal avveduto. Cic. Planc. 22.* Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimovere potuerunt. *Virg. 4. G. 488.* Cum subita incautum dementia cepit amantem. *Id. 10. Aen. 586.* incautum crudeli morte sodalis Excipit. *Liv. 30. 15.* Iuventa incautior. *Sidon. 8. ep. 11.* Incautissimus, quia credulus. Adde *Caes. 6. B. G. 30.* et *Cic. Rosc. Am. 7., Brut. 70.* et *11. Phil. 2.* — Cum ablat. et praepos. *a*, vel *ab*. *Liv. 40. 8.* Incautus a fraude fraterna iuvenis. *Id. 8. 44. sub fin.* Ab secundis rebus incauti. — Cum genitivo. *Stat. 6. Theb. 766.* at ille nocendi Prodigus, incautusque sui, ruit omnis, etc. — **3)** Est etiam qui non cavetur, passive. *Tacit. 1. Ann. 50.* Iter impeditius, et intentatum, eoque hostibus incautum; *non guardato da' nemici*. *Sil. 2. 98.* rueretque inopina sub ictu Ante fera incauto, quam sibila ponderet arcus. *Liv. 25. 38. a med.* Quod neglexeris, incautum atque apertum habes. *Lucan. 5. 500.* Sponte per incautas audet tentare tenebras, Quod iussi timuere, fretum; h. e. in quibus nihil cavere possumus. *Propert. 2. 1. 80.* Sic est incautum quidquid habetur amor. Adde *Lucret. 6. 590.*

INCĒDO, ēdis, essi, essum. ĕdĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *cedo*. V. cedo primo loco. — **b)** Praeteritum *incessi* commune habet cum verbo *incesso*, quod V. — **c)** In MSS. et editis libris confusum fuisse cum *incido*, monent *Interpr.* ad *Liv. 1. 28.* §. *6.* et *9. 24.* §. *10.* — **d)** Particip. *incedens* §. *1.* et *7.*, *incessurus* §. *1.* — **e)** Derivata, *incessibilis, incessabiliter, incessanter, incessio, incesso, incessus*, vi.

INCEDO proprie est ingredior, eo, ambulo; *camminare, andare Cic. 1. Divin. 24.* Belluam, quacumque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta pervertere. *Liv. 8. 36. a med.* Incessit deinde, qua dexit praedae spes, victor exercitus. *Id. 28. 9. ad fin.* Etiam si pedes incedat, memorabilem fore; *vada a piedi. Iustin. 41. 3.* Servi pedibus, liberi non nisi equis incedunt. *Ovid. 6. Fast. 653.* vagus incedit tota tibicen in urbe. *Plaut. Cure. 1. 1. 32.* Caute incedere via. *Id. Merc. 2. 3. 71.* per vias. *Id. Most. 4. 3. 6.* a foro domum. *Id. Poen. prol. 10.* Nimia est stultitia, sessum impransum incedere. *Virg. 8. Aen. 188.* media socios incedens nave per ipsos. *Lucan. 2. 673.* Incedere super fretum. *Val. Flacc. 7. 581.* per moenia deficit urbis Incedens. *Apul. 2. Met. ab init.* Iam statuas et imagines incessuras, parietes locuturos, etc. — **2)** Pro venire, advenire; *venire, capitare. Plaut. Most. 1. 3. 132.* Est ne hic meus sodalis, qui huc incedit cum amica sua? *Tacit. 11. Ann. 32.* Undique nuncii incedunt, qui afferrent etc. — **3)** Pro intrare; *entrare. Iustin. 34. 3.* Mittitur legatus Popilius ad Antiochum, qui abstinere illum Aegypto, aut, si iam incessisset, excedere iuberet. — **4)** Pertinet etiam ad gravitatem et tarditatem gressus. *Senec. 7. Quaest. nat. 31.* Tenero et molli ingressu suspendimus gradum: non ambulamus, sed incedimus. — Huc illa spectant *Sall. Iug. 54.* Incedunt per ora vestra magnifice. *Cic. 2. Fam. 9.* Repente vero incessi omnibus laetitiis; *mi posi a camminare trionfo ed esultante. Virg. 1. Aen. 500.* Regina ad templum forma pulcherrima Dido incessit, magna iuvenum stipante caterva. *Horat. Epod. 15. 18.* quicumque es felicior, et meo Superbus incedis malo. — **5)** Item illa, in quibus pro apparere, aut esse ponitur, si quidque gravitatem incessus significat. *Virg. 1. Aen. 50.* Ast ego quae Divûm incedo regina, Iovisque Et soror et coniux. *Propert. 2. 2. 57.* Fulva coma est, longaeque manus, et maxima toto Corpore: et incedit vel love digna soror. Et *8. 11. 11.* Matrona incedit census indota nepotum. *Plaut. Bacch. 4. 9. 146.* Ut ovans praeda onustus incederem. — **6)** Non desunt Grammatici, qui verbum impersonale faciunt, vel ab *incesso* ducunt. Apparet tamen, duci ab *incedo* ex sequentibus. *Liv. 9. 24.* Periculum erat, ne timor in exercitu incederet. *Al. leg.* in exercitum incederet. *Tacit. 3. Ann. 26.* Ubi pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, provenere dominationes. Et *56.* Incedebat deterrimo cuique licentia impune probra in bonos excitandi. Et *15. ibid. 37.* Postquam tenebrae incedebant. — **7)** Specialim

II. *Incedo* in re militari est accedere, progredi; *accostarsi, marciare, avanzarsi. Sall. Cat. 60.* Tuba signum dat: cohortes paulatim incedere iubet. *Id. Iug. 50.* Pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere. *Id. ibid. 107.* Barbari in perculsos Romanos acrius incedere. *Liv. 9. 21.* Incedere in erumpentes. *Id. 21. 35.* Prima deinde luce castra mota et agmen reliquum incedere coepit. *Tacit. 4. Ann. 47.* Propius incedentes. — **8)** Translate pro obviam ire, occurrere. *Plaut. Rud. 3. 3. 34.* Praesidio Veneris. Malitiae lenonis contra incedam; *mi farò incontro, mi opporrò. Cic. 2. Invent. 14.* Facilius ad inventionem animus incedet, si etc. — Cum dativo. *Tacit. 1. Ann. 51.* Incessit itineri et proelio; h. e. viae pariter et pugnae compositus. — **9)** Saepe est advenire, intrare, ingruere, invadere, occupare: et fere in praeteritis usurpatur; *venire addosso, sopravvenire. Colum. 2. 10.* Si sterilitas annonae incessit hominibus. *Id. 11. 1. a med.* Ubi crepusculum incesserit. *Id. 12. 50.* Cum maiora frigora incesserunt. Et *11. 3. sub fin.* Ubi nocta incesserunt animalia. *Sallust. ep. Mithrid. ad Arsac.* Inopia ambos incessit. *Id. orat. 1. ad Caes. circa med.* Is incessit mos, ut adolescentuli sua atque aliena consumere, pulcherrimum putent; *s' è introdotto*. Et *Iug. 18.* Ubi Romam legati venere, tanta commutatio incessit, ut etc. *Liv. 29. 10.* Tanta incessit in ea castra vis morbi, ut etc. *Sall. Iug. 45.* Ubi formido illa mentibus decessit, licet ea, quae secundae res amant, lascivia atque superbia incessere. *Liv. 4. 57. a med.* Gravior cura patribus incessit. *Ter. Andr. 4. 3. 15.* Nova nunc religio in te istaec incessit. — **10)** Apud Grammaticos *incedere* dicuntur nomina, quae per casus flectuntur. *Pompei. Grammat. p. 128. Lind.* Quoniam incedere habent ista nomina, quae sint contra istas regulas. — **11)** Transitivorum more, eodem sensu,

III. *Incedo* cum accusativo, qui tamen explicari etiam possit et praepositione, quae inest in ipso verbo. *Tacit. 1. Ann. 61.* Incedunt moestos locos, visuque ac memoria deformes. *Liv. 1. 17.* Timor pa-

Digitized by Google

tres incessit, ne etc. *Id. 24. 13.* Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi. Et *3. 60.* Indignatio hostes incessit. *Iustin. 22. 6.* Stupor omnes et admiratio incessit. — Absolute. *Liv. 3. 17.* Religio deinde incessit, vitio eos creatos. *Tacit. 2. Ann. 55. fin.* Haud invito imperatore ea fieri occultus rumor incedebat; *si spargeva*.

INCEIDO. V. INCIDO §. b.

INCĒLĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *celatus;* non celatus; *non nascosto. Gloss. Philox.* incelatus; ἀκρυπτος.

INCĔLĔBRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *celebratus;* non celebratus; *non pubblicato. Tacit. 6. Ann. 7. extr.* Nobis pleraque digna cognitu obvenere, quamquam ab aliis incelebrata.

INCĔLĔBRIS, re. Adiect. ab *in* et *celebris;* non celebris; *non celebre. Sil. 8. 579.* Incelebri valle. *Gell. 3. 15.* Non incelebres libri. *Id. 1. 22.* Non incelebris advocatus.

INCĒNĀTUS. V. INCORNATUS.

INCENDĔFĂCĬO, ăcis, ēci, ăcĕre. Verbum transitiv. ab *incendo* et *facio. Trebell. Claud. 8.* Qui carraginem tantam nunc incendefecit. Ita legit *Salmas.* *Alii* incendi fecit; *alii* incendio affecit.

INCENDĬĀLIS, le. Adiect. ab *incendium;* ad incendium pertinens. *Tertull. 1. ad nation. 18.* Si crucem, configendi corporis machinam, nullus ex vobis regulus pepigit, attamen iam ignis contemptus evasit, ex quo se quidam proxime vestiendum incendiali tunica ad certum usquequaque tempus auctoravit. V. MOLESTUS et TUNICA.

INCENDĬĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *incendium;* ad incendium spectans. *Ammian. 20. 11.* Malleolos atque incendiaria tela torquentes. *Vegt. 4. Milit. 8.* et *18.* Oleum incendiarium; *h. e.* naphtha. — **2)** De incendiaria ave ita *Plin. 10. 17. 1.* Inauspicata est incendiaria avis, propter quam saepe numero lustratam Urbem, in Annalibus invenimus, sicut L. Cassio, C. Mario Coss., *(h. e.* an. U. C. DCXLVII.), quo anno et bubone viso lustrata est. Quae sit avis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur incendiariam esse quaecumque apparuerit carbonem ferens ex aris, vel alteribus. Alii spinturnicem eam vocant. Sed haec ipsa quae esset inter aves, qui se scire diceret, non inveni. Haec *Plinius* — **3)** Absolute, substantivorum more,

INCENDIARIUS, ii, m. Est qui aedificiis ignem inlicit; *incendiario. Quintil. Declam. 9. 21.* Morabar inter sacrilegos, incendiarios, et (quae gladiatoribus una laus est) homicidas inclusos turpiore custodia. *Tacit. 15. Ann. 67.* Auriga, et histrio, et incendiarius exstitisti. Adde *Suet. Vitell. 17.*

INCENDĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *incendium*. — Comparat. *incendiosior*, infra. — Est incendio, seu calore plenus. *Apul. Herb. 58.* Folia gustu remordentia, et incendiosa. *Fulgent. 1. Mythol. 15.* Solis fervor incendiosior. — *Cael. Aurel. 3. Chron. 3. 30.* Acrior et incendiosa defluxio.

INCENDĬUM, ii, n. Verbale ab *incendo;* actus incendendi, combustio; *incendio, abbruciamento. Cic. Dom. 24.* Domus ardebat non fortuito, sed oblato incendio. *Id. 2. Catil. 8.* Eructant sermonibus suis caedem bonorum atque urbis incendia. *Id. Parad. 4. ad fin.* Incendium facere. *Id. Mur. 25. extr.* excitare et restinguere. *Ovid. Rem. am. 117.* sedare. *Plin. 10. ep. 42.* compescere. *Suet. Ner. 16.* arcere. *Curt. 3. 4. extr.* inhibere. *Petron. Satyr. 124.* portare terris. *Virg. 10. Aen. 606.* immittere silvis. *Ovid. 14. Met. 559.* iactare incendia dextra; *h. e.* faces, flammas. Sic *Virg. 2. Aen. 529.* incendia miscere. Et *2. G. 311.* glomeratque ferens incendia ventus. *Nep. Themist. 4.* Oppidum incendio delere. *Caes. 7. B. G. 55.* Incendio frumentum corrumpere. *Tacit. 4. Hist. 60. extr.* Cunctos, qui proelio superfuerant, incendium hausit. *Plin. 36. 14. 8.* Incendio consumi. *Cic. 1. Catil. 11. extr.* conflagrare. *Iustin. 1. 3.* Se et divitias suas in incendium mittere; *nel fuoco. Virg. 3. Aen. 680.* Sed non idcirco flammae atque incendia vires indomitas posuere. — **2)** Item inflammatio, ignis dilatatio et augmentum; *accensione, infiammamento. Plin. 2. 68. 2.* Incendium siderum. *Id. 18. 76. 3.* Auster Africae incendia cum serenitate affert. *Id. 3. 14. 3.* Aetna nocturnis mirus incendiis. — **3)** De nimio calore stomachi. *Lucret. 4. 869.* glomeratque multa vaporis Corpora, quae stomacho praebent incendia nostro, Dissipat advenies liquor. — **4)** Sensu concreto est ipsa res, quae incendit, fax, ignis. *Virg. 9. Aen. 74.* socios incendia poscit evantes. Adde *Ovid. 14. Met. 559.* — **5)** Translate est calamitas, exitium, periculum. *Cic. Mur. 23. extr.* Si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. *Id. 4. Tusc. 32.* Amor Medeae quanta miseriarum excitavit incendia! *Iustin. 9. 3.* Ne, victis Atheniensibus, bellum, veluti vicinum incendium, ad se transiret. *Cic. Marcell. 9.* Belli civilis incendium salute patriae restinguere. *Id. 1. Catil. 11. extr.* Invidiae incendio conflagrare. *Liv. 22. 40.* Se populare incendium priore consulatu semiustum effugisse. — **6)** Item vehemens animi commotio ex cupiditate, amore, et huiusmodi. *Cic. 5. Fin 24.* Cupiditatum incendiis inflammatus. *Plaut. Merc. 5. 4. 3.* Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium: Ni oculos lacrimae defendant, iam ardeat, credo, caput. *Ovid. 1. Fast. 411.* aliae Satyris incendia mitia praebent. *Id. 2. Art. am. 301.* movere incendia; *h. e.* excitare amorem. *Cic. Orat. 8.* Restinctis iam animorum incendiis. *Id. 2. Orat. 47.* Qui accusando quaestore meo tantum incendium non oratione solum, sed multo etiam magis vi et dolore, et ardore animi concitaras, ut ego ad id restinguendum vix conarer accedere. *Vellei. 2. 130.* Abstruso pectus eius flagravit incendio; *h. e.* dolore. Et *125.* Plurimo igne emicans incendium militaris tumultus; *h. e.* seditionis vis. *Apul. 8. Met.* Aper incendio feritatis ardescens. — **7)** Τρόπῳ est illud *Flor. 3. 8.* Exstincta parum fideliter incendia maiore flamma reviviscunt. — **8)** *Incendium annonae* est eius pretii incrementum; *il rincarare de' viveri. Quintil. Declam. 12. 4.* Si quid residui erat, ut carius venderent, ad annonae incendium suppressum est. *Manil. 4. 168.* Et gravia annonae speculantem incendia, ventis Credere opes. V. vocem sequent. §. 8.

INCENDO, dis, di, sum, dĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cando*, pro *candeo*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *e*. V. CANDEO. — **b)** In praeterito *incendit* pro *incenderit*, olim dictum est, *Festo* teste apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* — **c)** Particip. *incendens*, tanquam nomen proprium, legitur apud *Vulg. Interpr. 1. Paral. 4. 23.*, *incendendus* §. *1.*, *incensus*, V. suo loco, *incensurus* §. *1.* — **d)** Derivata, *incense, incensio, incensio, incensor, incensum*. — **e)** Compositum, *superincendo*.

INCENDO proprie est accendo, inflammo, comburo; *accendere, infiammare, abbruciare. Caes. 2. B. C. 11.* Cupas taeda ac pice refertas incendunt, easque de muro in musculum devolvunt. *Id. 1. B. G. 5.* Oppida, vicos, aedificia incendere. *Cic. 9. Att. 6.* Naves omnes aut praecidisse, aut incendisse. *Id. 6. Verr. 35.* Tus et odores incendere. Et *7. ibid. 38.* Classem inflammare et incendere. *Virg. 1. G. 81.* agros. Et *271.* vepres. *Id. 3. Aen. 279.* aras votis; *h. e.* votivas victimas aris cremare. *Lucan. 4. 68.* Incendere diem nubes oriente remotae; *h. e.* effecere, ut sol esset ardentior, et diem calore accenderet. *Liv. 9. 9.* Si spopondissemus, urbem hanc relicturum populum Romanum? si incensurum? *Caes. 7. B. G. 30.* Quod primo incendendum Avaricum, post deserendum censuerat. — **2)** Item calefacere; *riscaldare. Colum. 12. 19.* Levi igne et tenuibus lignis fornacem incendemus. — **3)** Item illuminare, ignem colorem inducere. *Virg. 5. Aen. 87.*, maculosus et auro Squamam incendebat fulgor. *Ovid. 2. Pont. 1. 41.* Deque triumphato, quod sol incenderit, auro etc. *Stat. 2. Silv. 1. 134.* vivis digitos incendere gemmis; *h. e.* ornare ita ut splendeant. — **4)** Translate est affectum aliquem vehementer commovere, concitare. *Cic. 13. Fam. 21.* Cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendae nostrae. *Id. 9. Att. 1.* Ne odia improborum rursus in nos, quae iam exstincta erant, incendamus. *Ter. Hecyr. 4. 1. 47.* Incendor ira, esse ausam facere haec te iniussu meo. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 5.* Incendi amore. *Id. Orat. 19.* desiderio. *Id. 1. Tusc. 2.* gloria ad studia. *Ter. Andr. 2. 1. 8.* Lubidinem alicuius incendere. *Senec. Brevit. vit. 16.* Quid est aliud vitia nostra incendere, quam auctores illis inscribere Deos? *Suet. Cal. 15.* studia hominum omni genere popularitatis. *Virg. 4. Aen. 147.* animum dictis. Et *6. ibid. 890.* animum famae venientis amore. *Val. Flacc. 6. 92.* proelia cornu; quod *Virg. 6. Aen. 165.* Martemque accendere cantu. *Iuvenal. 6. 647.* Rabies iecur incendit. — Cum infinito. *Enn.* apud *Non. 2. 696.* Deum me incendit facere pietas, civium porcet pudor. — **5)** Specialim

II. *Incendo* cum accusat. personae est commovere, incitare, irritare. *Virg. 4. Aen. 260.* Desine meque tuis incendere teque querelis. *Sall. Iug. 27.* Ne amplius morando, Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet (Adde *Ter. Phorm. 1. 4. 9.*). *Horat. 2. Sat. 8. 47.* acris ubi me Natura incendit. *Val. Flacc. 6. 207.* Tyndariden incendit amor. *Quintil. 4. 2. a med.* Incendere aliquem, et plenum irae relinquere. *Sall. Cat. 13.* iuventutem ad facinora. Et *39.* plebem largiundo atque pollicitando. — **6)** Pro implere per catachresin, ut *Servius* notat in illo *Virg. 10. Aen. 893.* clamore incendunt caelum. Adde *11. ibid. 447.* Sic *Iustin. 38. 8. sub fin.* Ut regia omnis repentino luctu incenderetur. Simile est illud *Silii, 14. 209.* atque hinnitibus aëra flammat. — **7)** Pro amore accendere; *innamorare. Ovid. 3. Met. 426.* pariterque incendit et ardet. Adde *Virg. 1. Aen. 664.* — **8)** Pro augere. *Id. 5. ibid. 455.* pudor incendit vires. Et *9. ibid. 500.* incendere luctus. — *Varr. 3. RR. 2. ad fin.* annonam; *rincarare i viveri:* quod *(paulo sup.)* dixerat *exacandefacere*. V. INCENDIUM §. 8. — **9)** *Incendere genus suum* est perdere, et quasi incendio consumere, apud *Plaut. Trin. 3. 2. 42.*; *rovinar la casa*. — **10)** *Opus artificem incendit* apud *Sever. Aetn. 187. h. e.* accendit cupiditate intelligendi, acuit, stimulat. — **11)** In illo *Stat. 1. Theb. 650. de Phoebo.* Pestifera arma incit, camposque, et celsa Cyclopum Tecta superiecto nebularum incendit amictu. *Incendit* est corrumpit, absumit, velut incendio, nebulis, aestuque pestilenti. — **12)** *Rogum incendere*, apud *Plaut. Men. 1. 2. 44.* proverbiali locutione est opipare vivere, genio indulgere, vino et epulis diem consumere. Versu praecedenti dixerat *diem comburere*. V. COMBURO §. 3. Simile est quodam-

Digitized by Google

modo quod nos dicimus *dar fuoco alla casa*. — **12)** Apud *Vulg. Interpr. Ps. 9.* 23. Dum superbit impius, incenditur pauper; h. e. pauper uritur pensationibus sive suspicionibus de divina providentia, cur nempe improbis bona, bonis mala eveniant.

INCĒNIS. V. INCOENIS.

INCENSĒ. Adverb. ab *incensus;* vehementer, ardenter. *Gell. 10. 5. circa med.* Odium in Verrem incense, atque acriter, atque inflammanter facit.

INCENSĬO, ōnis, f. Verbale ab *incendo;* incendium, combustio; *accendimento, incendio. Cic. 3. Catil. 4.* Annus post Capitolii incensionem vicesimus. *Id. Sull. 11.* Incensione urbem, internecione cives liberavi. — *Arnob. 7. p. 234.* Incensio turis.

INCENSĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *censitus;* non censitus. *Cod. Theod. 10. 23. 1.* Classicorum numerus ex incensitis vel accrescentibus compleatur.

INCENSO, as, āre. Verbum transitiv. specie intensivum ab *incendo*, quod legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 291.* Incensare, irritare, incendere, incitare, commovere. — *Gloss. Placid. ibid. T. 3. p. 475.* Incensant, recusant.

INCENSOR, ōris, m. Verbale ab *incendo;* qui incendit; *incendiario. Claud. Saturnin. Dig. 48. 19. 16. §. 9.* Messium incensores. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* edidit *incisores*. Sed *incensores messium* habetur etiam apud *Paul. 5. Sentent. tit. 20.* — **2)** *Incensores speculaarum* apud *Apul. de Mundo* sunt qui in speculis ignes accendunt significandi gratia. V. SPECULA. — **3)** Translate est concitator. *Ammian. 31. 9.* Metuendus antehac incensor turbarum.

INCENSUM, i, n. Verbale ab *incendo;* actus incendendi, incensio. *Ambros. de Virgin. 3. 4.* Solemnes orationes cum gratiarum actione sunt deferendae, cum e somno surgimus, cum prodimus, cum cibum sumimus, cum sumpserimus, et hora incensi, cum denique cubitum pergimus. — Sic hymnus vespertinus eiusdem *Ambrosii* inscribitur *Ad horam incensi*. V. *Biraghi, Inni di S. Ambrogio, p. 125.* Et *Prudent. Cathem. 5.* pariter inscribitur *Ad incensum lucernae*. — **2)** Metonymice est ipsa res, quae incenditur, tus, thymiama; *incenso. Isid. 4. Orig. 12.* Incensum dictum, quia igne consumitur, dum offertur. *Inscr.* apud *Martini, Frat. Arv. p. 659.* Et praeterea omnibus *Kalendis*, Nonis, Idibus suis quibusque mensibus lucerna lucens sibi ponatur, incenso imposito. *Gloss. Philox.* Incensum, θυμίαμα. Adde *Sulpic. Sev. 1. Hist. Sacr. 47.* V. loc. in PRAESUMO. Cf. voc. seq. §. 5.

INCENSUS, a, um. Particip. verbi *incendo*, adiectivorum more etiam adhibitum; accensus; *acceso, infiammato. Virg. 1. Aen. 730.* dependent lychni laquearibus aureis incensi. *Id. 3. G. 459.* Profuit incensos aestus avertere. *Id. 8. Aen. 285.* Incensa altaria. — **2)** Item combustus; *abbruciato. Sall. Cat. 48.* Vigesimus annus ab incenso Capitolio. *Nep. Milt. 7.* Lucus nocturno tempore incensus. *Plin. 35. 36. 1.* Aiax fulmine incensus. — **3)** Translate est aliqua animi perturbatione commotus, concitatus, inflammatus. *Sall. Cat. 49.* Incensus odio. *Nep. Lysand. 2.* dolore. *Id. Pelop. sub fin.* ira. *Virg. 4. Aen. 376.* Furiis. *Id. 5. ibid. 298.* magnoque incensum pectus amore, Compellare virum, etc. *Id. 8. ibid. 719.* Talibus incensus dictis. *Cic. Rosc. Am. 16.* Incensus studio, quod ad agrum colendum pertinet; *innamorato, dilettantissimo. Id. opt. gen. Orat. sub fin.* Inimicitiis incensa contentio. — **4)** Absolute. *Hirt. 8. B. G. 48.* Equus incensus calcaribus. *Nep. Eumen. 10.* Adeo erat incensus, ut leniri non posset; *adirato, irritato.* Sic *Cic. 4. Verr. 36.* Vehementer Sthenio incensus. *Al. leg.* infensus. *Phaedr. 3. 10.* Incensus ille falso uxoris crimine. *Virg. 4. Aen. 300.* totamque incensa per urbem Bacchatur. *Cic. Prov. Cons. 14.* Nec imperatorem incensum ad rempubl. bene gerendam revocare debemus; *portato, desideroso, vogliosо. Iustin. 18. 4.* Incensus pecuniae; h. e. pecuniae cupiditate. *Cic. 1. Fam. 9.* Caesar a Crasso in me incensus; *incitato contra di me. Plin. Paneg. 75.* Hoc magis incensi sumus, ut precaremur. — **5)** Absolute, substantivorum more,

INCENSUS, i, m. Est idem ac incensum, sive thus. *Vulg. Interpr. Ital. Dan. 3. 38.* Neque sacrificium, neque oblatio, neque incensus. *Vulgata* nostra habet *incensum*. — **6)** Deinde

II. *Incensus* est etiam adiect. ab *in* et *census;* non census, in censu non descriptus; *non dato, o posto in nota. Cic. Caecin. 34.* Hominem incensum vendere. *Liv. 1. 44.* Lex de incensis lata. *Id. 4. 8.* Populus per multos annos incensus.

INCENTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incino;* cantio, sonus. *Gell. 4. 13.* Democritus docet, plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum. *Onom. Lat. Gr.* Incentio; ἐπῳδή. — **2)** Speciatim sumitur pro incantamento, quod vocis modulatione fiebat. *Gell. 16. 11.* Et incentionibus, herbarumque succis faciant medelarum miracula.

INCENTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *incino;* qui ad canendum inservit. Tibia incentiva, quae a dextra canit, sicut succentiva, quae a sinistra succinit. *Varr. 1. RR. 2. a med.* Dextera tibia alia quam sinistra, ita ut tamen sit quodammodo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva. — **2)** Translate incentivus dicitur qui prior est, ut succentivus qui posterior. *Id. ibid.* Aliud pastio, aliud agricultura, sed affinis. Et licet adiicias, pastorum vitam esse incentivam, agricolarum succentivam, quae succinit pastorali, quod est inferior, ut tibia sinistra dextrae. — **3)** Item ad incitandum aptus: quia incentione tubarum solent milites ad pugnam inciteri. *Prudent. Hamartig. 250.* terras lues incentiva fatigat. — **4)** Absolute, substantivorum more,

INCENTIVUM, i, n. Est invitamentum, stimulus; *incentivo. Hieronym. ep. 52. n. 5.* Incentiva vitiorum, et carnis titillationes. *Incertus Auct. Panag. ad Constantin. 1.* Non tubae solum, sed etiam Spartanae tibiae incentivum aliquod ferunter habuisse. *Prudent. Apotheos. 929.* Est incentivum peccaminis. — **5)** Item

INCENTIVA, ae, f. Eodem sensu. *Ennod. libell. Apolog. 199. Migne.* Ad incentivam confusionis aptatur.

INCENTOR, ōris, m. Verbale ab *incino;* qui incinit. V. ACCENTOR. *Paulin. Nolan. carm. 15. 32.* Carminis incentor Christus. *Avien. Perieg. 895.* Incentore canam Phoebo, Musisque magistris. — **2)** Translate est concitator, stimulator. *Ammian. 15. 1.* Apudemius, quoad vixerat, igneus turbarum incentor. *Oros. 7. 28.* Persecutionis Christianorum incentor. *Id. 5. 19.* Civilis belli incentor.

INCEPS. Adverb. ab *in* et *caput*, per syncopen, in usu apud Veteres pro *deinceps*, teste *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Mull.* Cf. DEINCEPS.

INCEPTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incipio;* inceptum, principium, actus incipiendi; *cominciamento, principio. Cic. 4. Acad. 38.* Tam praeclari operis inceptio intermitti non debet. *Ter. Andr. 1. 5. 12.* Audire eorum est operae pretium audaciam: Nam inceptio est amentium, haud amantium; Quidquid peperisset, decreverunt tollere; *attentato, risoluzione.*

INCEPTO (et Incoepto), as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie intentivum ab *incipio*, et eiusdem fere significationis: aggredior, ordior; *cominciare, mettersi a fare. Plaut. Curc. 1. 1. 23.* Numquid tu, quod te aut genere indignum sit tuo, Facis, aut inceptas facinus facere? *Id. True. 1. 2. 28.* Quo iter inceptas? *Id. Trin. 4. 3. 25.* Basilica hic facinora inceptat loqui. *Ter. Eun. 5. 8. 1.* Qua spe, aut quo consilio huc imus? quid inceptas, Thraso? *Gell. 1. 11.* Tibicines canere inceptabant.

INCEPTOR, ōris, m. Verbale ab *incipio;* qui incipit; *cominciatore. Ter. Eun. 5. 9. 4.* O mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector!

INCEPTUM, i, n. V. voc. seq. §. 2.

INCEPTUS, a, um. Particip. verbi *incipio*, adiectivorum more etiam adhibitum; captus, susceptus; *principiato, impreso. Ter. Andr. 5. 3. 7.* Amicitia, quae incepta a parvis, cum aetate accrevit. *Virg. 2. G. 39.* inceptumque una decurre laborem. *Caes. 7. B. G. 17.* Inceptam oppugnationem relinquere. *Virg. 8. Aen. 80.* iter inceptum celerare. Et *12. ibid. 832.* inceptum frustra submitte furorem. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INCEPTUM, i, n. Est principium, institutum; *cominciamento, imtativo. Cic. 2. Catil. 12.* Si cuius ego non modo factum, sed inceptum ullum, conatumve contra patriam deprehendere. *Vellei. 2. 68.* Incepto pari similis fortuna Milonis fuit. *Lucret.* ad *Cic. 5. Fam. 14. extr.* Cupio deterrere, ne permaneas in incepto. *Ovid. 6. Met. 50.* Persist in incepto. *Plin. 4. 5. 2.* Inceptum infaustum. *Liv. 31. 26.* Absistere incepto. *Virg. 1. Aen. 41.* me ne incepto desistere victam? *Sall. Cat. 4.* Detinere ab incepto aliquem. *Nep. Dion. 8. extr.* deterrere. *Sall. Cat. 7. extr.* Ea res longius nos ab incepto trahit. Et *Iug. 4. extr.* Nunc ad inceptum redeo; h. e. ad rem redeo. *Virg. 3. Aen. 678.* Figet incepti. *Id. 7. ibid. 259.* Dii nostra incepta secundent. *Id. 11. ibid. 469.* Magna incepta deserere. *Id. 2. ibid. 654.* haerere in incepto. Et *4. ibid. 452.* inceptum peragere. *Sall. Iug. 73.* patrare. *Id. Cat. 17.* Favere inceptis alicuius. *Nep. Milt. 1.* Incepta prospera. *Ovid. 3. Amor. 2. 56.* inceptis annue, Diva, meis. *Horat. Art. P. 127.* ab incepto: *dal cominciamento.* — **2)** Deinde

II. *Inceptus* est etiam adiect. ab *in* et *captus;* non captus, initium non habens. *Apul. de Mundo sub fin.* Saturnum illi appellant Χρόνον, quasi χρόνον; idest quendam inceptum ab origine, interminum ad finem.

INCEPTUS, us, m. Verbale ab *incipio;* inceptio, inceptum. *Nep. Iphicr. 2.* Epaminondae retardavit inceptus. *Al. leg.* impetus. *Val. Flacc. 6. 124.* inceptus iam lancea temnit heriles.

INCĒRĀMENTUM. V. INTERAMENTUM.

INCĒRĀTUS, a, um. Particip. verbi *incero;* cera obductus; *incerato. Cels. 8. 8.* Ex ferula facto canaliculo, eoque intus incerato.

INCERNĬCŬLUM, i, n. Verbale ab *incerno*, deminutivorum more effictum. Est genus cribri minutioribus foraminibus praediti, quo fa-

Digitized by Google

rina a furfuribus secernitur; *staccio*. *Lucil.* apud *Non.* 2. *183.* Cribrum incerniculum, lucernam in laterem, in telam licium. *Alii putant hic divisim scribendum* Cribrum in cerniculum. *Cato, RR.* 13. Cribrum unum, incerniculum unum. *Plin.* 8. *69.* 8. Athenienses decretum fecere, ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum *(mulum)* arcerent; nempe in quibus furfures, seu potius farina, venui exponebantur, ut habet *Suidas*. Τηλία, πιρίρρημα σανίδων ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐν ᾗ ἄλφιτα ἐπιπράσκοντο.

INCERNO, cernis, crēvi, cretum, cernĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cerno;* dirimo, seiungo. — Particip. *incretus*, V. suo loco. — Proprie est unam rem in aliam cribro, sive incerniculo cerno; *sparger sopra collo staccio*. *Cato, RR.* 48. Et eo terram cribro incernito. *Varr.* apud *Non.* 2. *353.* Liba cum sunt facta, incerni solent farris semina. *Vitruv.* 7. 1. Super fricaturam incernatur marmor. *Colum.* 5. 6. Atque ita cribro putrem terram duos aut tres digitos incernemus.

INCĒRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cero*. — Particip. *inceratus*, V. suo loco. — Proprie est aliquid cera lego vel abduco; *inserare*. *Varro* apud *Non.* 2. *108.* Itaque eas inceravi et conscribillavi Herculis athlis. *Ita e Codd. MSS., alii leg.* Itaque in ceram conscribillavit. V. INCERATUS. — **2**) Speciatim *genua Deorum incerare*, erat tabellis sua vota inscribere, eaque Deorum genibus affigere. *Iuvenal.* 10. *55.* Propter quae fas est genua incerare Deorum. Ita *Rutgers.* l. 3. *Variar. lect.* c. 8., ubi multa congerit in hanc rem. Idem sentire videtur *Turneb.* l. 1. *adversar.* c. 17. — **3**) Alii tamen *incerare* interpretantur, saepe repetitis osculis et amplexibus, unguen ac sordes, velati ceram, inducere. *Prudent.* 1. *contra Symmach.* 203. saxa illita ceris Viderat, unguentoque Lares humescere nigros. *Id. Hamartig.* 404. Inerat lapides fumosos idololatris Religio.

INCERTĒ. Adverb. ab *incertus;* minime certe; *incertamente*. *Enn.* apud *Gell.* 19. 10. Incerte meus errat animus. *Pacuv.* apud *Non.* 7. 2. Incerte errans vagat.

INCERTĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *incertus;* obscuritas, incerta rei conditio; *incertezza*. *Philastr. Haeres.* 112. in *lemmate.* De annorum mundi incertitudine haeresis.

INCERTO, adverb. V. INCERTUS §. 18.

INCERTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *incertus*. — Particip. *incertans*, infra. — Est incertum seu dubium reddo; *far dubbio, render incerto*. *Plaut. Epid.* 4. 1. 18. Longa dies meum incertat animum. *Apul.* 11. *Met.* Cursus spatio prospectum suum nobis incertat. Et 5. *ibid.* Singultu lacrimoso sermonem incertans. Adde *Pacuv.* apud *Non.* 2. *423. Onom Lat. Gr.* Incerto; ἀδηλόω.

INCERTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *certus*. — **b**) In genitivo plur. *incertûm* pro *incertorum* dixit *Pacuv.* apud *Non.* 3. 1. — **c**) Comparat. *incertior* §. 1. superlativ. *incertissimus* §. 1. — **d**) Derivata, *incerte, incertitudo, incerto*. — **e**) Compositum, *perincertus*.

INCERTUS proprie est non certus, dubius: et cum de rebus dicitur, obscurus, non plane cognitus; *incerto, dubbioso*. *Cic.* 2. *Agr.* 25. Nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe, et caeca expectatione pendere. *Id. Orat.* 28. Ancipites dicendi, incertique casus. *Id.* 7. *Verr.* 52. Aetas puerilis maxime lubrica atque incerta. *Plin.* 2. *65.* 2. Mihi incerta haec videtur coniectatio. *Caes.* 3. *B. G.* 36. Incertis itineribus per silvas in hiberna perveniunt. Et 7. *ibid.* 16. Incertis temporibus diversisque itineribus ire. *Sence. Agam.* 748. Incertos vultus gerere; *che non si ravvisano*. Et *Ovid.* 1. *Amor.* 11. 1. Colligere incertos, et in ordine ponere crines; h. e. turbatos, incompositos. *Martial.* 2. 66. comarum Annulus incerta non bene fixus acu; h. e. non stabili. *Virg.* 6. *Aen.* 270. per incertam lunam sub luce maligna; h. e. quae non plene apparet nubibus involuta. Sic 3. *ibid.* 203. Incerti soles; h. e. obscuri. *Id.* 2. *ibid.* 253. fugit cum saucius aram Taurus, et incertam excussit cervice securim; h. e. quae certum ictum non fecit. *Cic. Mur.* 17. Nihil est incertius vulgo. *Id. Sext.* 22. *a med.* Vitam suam ad incertissimam spem reservare. — Absolute. *Plin.* 17. 1. 6. Incerta atque dubia tractare. — **2**) Habet post se particulas dubitandi vim habentes. *Cic.* 1. *Att.* 9. Cum incertus essem, ubi esses. *Virg.* 5. *Aen.* 7. Incerti, quo fata ferant. Et 5. *ibid.* 35. Incertus, Geniumne loci, famulumne parentis Esse putet. *Ter. Heaut.* 1. 1. 45. Habeam, nec ne, incertum est. *Id. Hecyr.* 3. 4. *extr.* Quid dicam hisce, incertus sum. *Id. Phorm.* 4. 3. 54. Incertus sum, utrum etc. *Liv.* 3. 27. Quid quaeque nox aut dies ferat, incertum esse. *Sall. Iug.* 74. Incerti ignarique, quid potissimum facerent. Et 106. Incertus, quonam modo aciem instrueret. *Plin.* 4. *ep.* 11. Confessus est quidem, sed incertum, utrum quia verum erat, an quia etc.; *ma non si sa, se* etc. — **3**) Passive. *Sall. Iug.* 53. Neque plane occultati humilitate arborum, et tamen incerti, quidnam esset; h. e. non bene cogniti. *Plin.* 34. 19. 42. Est et una *(statua)* non praeferenda, quamquam auctoris incerti. — **4**) Cum genitivo Historicorum est ac Poëtarum. *Liv.* 24. 30. Solliciti incertique rerum suarum Megaram referri signa iubent. Et 4. 25. Tubero incertus veri est. Et 37. Incertus sententiae. *Tacit.* 2. *Ann.* 75. ultionis. Et 6. *ibid.* 46. animi. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 4. salutis. *Stat.* 5. *Theb.* 324. sui. *Senec. Oedip.* 342. viae. *Id. Troad.* 898. voti. *Hirt. B. Afr.* 7. 21. et 28. Naves incertae locorum. — **5**) *Incertus* absolute. *Plaut. Epid.* 5. 4. 1. Cave, praeterbitas ullas aedes, quin roges: Incertus tuum cave ad me retuleris pedem; *senza saper qualche cosa di certo*. — **6**) *Incerto me*, insciente me. *Plaut. Asin.* 2. 4. 60. Ego certe, me incerto, scio hoc daturum nemini homini. — **7**) Sententia est illud *Ennii* apud *Cic. Amic.* 17. *extr.* Amicus certus in re incerta cernitur; h. e. in dubiis et adversis rebus. — **8**) Singularis constructio est in illa *Apul.* 7. *Met.* 8. Sumpta veste muliebri florida . . . et in sequiorem sexum incertus atque absconditus . . . per medias acies infesti militis transabivi. V. *Hildebr.* ad h. l. — **9**) Speciatim

II. *Incertus* apud ICtos est ignoratus. Sic *Paul. Dig.* 50. 16. 59. §. 3. Incertus possessor est, quem ignoramus. — **10**) In re augurali *incertus ager* qui sit, V. PEREGRINUS. — **11**) *Certi Dii* apud *Varronem* dicti sunt, quorum officia erant determinata ac fixa, et quorum cultus usu ac legibus sanctus erat: *incerti* autem, quorum officium nec tam constans nec tam determinatum erat, et quorum cultus a veteribus non probatus ac recens inductus fuerat: unde patet, quare etiam distingui debeant *incerti Dii* ab *ignotis;* quorum ne nomen quidem cognitum erat. V. IGNOTUS §. 4. Ita colligunt Viri docti ex *fragm. Varr. libri XIV. Antiquitatum Roman.*, qui erat *de Diis certis;* et *XV.*, qui erat *de Diis incertis*. *Augustin.* 7. *Civ. D.* 17. Nam trium extremorum *(librorum)* primum quum de Diis certis absolvisset librum, in altero de Diis incertis dicere ingressus, ait . . . Ita non solum istum de Diis incertis, sed etiam illum de certis incertum fecit. Adde 5. *ibid.* 12. Cf. ad rem *Boissier, Étude sur la vie et les ouvrag. de Varron, Paris, 1861. p.* 229. et *seqq.* — Huc spectat *Tertull.* 1. *adv. Marcion.* 8. Invenio plane ignotis Diis aras prostitutas, sed Attica idololatria est (Cf. *Vulg. Interpr. Act.* 17. 23.); item incertis Diis, sed superstitio Romana est. Porro incerti Dii minus noti, ut minus certi; et proinde ignoti, qua minus certi. Quem titulum incidemus ex duobus Deo Marcionis? etc. — **12**) *Incerti martyres* dicti sunt, quorum fides minus spectata, neque satis explorata, apud *Tertull. de Iciun.* 11. Plane vestrum est in carceribus popinas exhibere martyribus incertis, ne consuetudinem quaerant, etc. — **13**) Absolute, substantivorum more,

INCERTUM, i, n. Est res incerta; *incertezza*. *Liv.* 4. 13. Ne cuius incerti vanique auctor esset. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 69. Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, Nunc liquet. *Tacit.* 3. *Ann.* 54. Incerta maris et tempestatum. *Plin.* 3. *ep.* 19. Incerta fortunae experiri. *Liv.* 30. 2. Duas legiones scripserunt ad incerta belli. — **14**) *Incerti agere*, de re incerta et indeterminata actionem instituere. *ICti* in *Dig.* saepe: sic *incerti stipulatio, incerti condicere*, etc. — **15**) Hinc *in incerto esse* est incertum esse: *in incerto*, vel *in incertum habere*, pro incerto habere. *Hirt. B. Alex.* 16. Omnia victoribus erant futura in incerto. *Sall. Iug.* 42. Postremo, fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. Et 30. Absens an praesens perniciosior esset, in incerto habebatur. *Id. Cat.* 41. Allobroges diu in incerto habuere, quidnam consilii caperent. *Tacit.* 2. *Hist.* 33. In incerto relinquere. — **16**) *In incertum* est in incertum tempus, vel in incertum casum; *sull' incerto, a tempo indeterminato*. *Liv.* 4. 15. Minucius praefectus annonae in incertum creatus. — **17**) *Ad* vel *in incertum revocare* est incertum reddere. *Cic. Caecin.* 15. Ad incertum revocari possessiones omnium. Et 27. In dubium incertumque revocare. — **18**) Hinc, adverbiorum more,

INCERTO est idem ac incerte. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 7. Quotumas aedes dixerit, id ego admodum incerto scio. Adde *Epid.* 3. 4. 68. Sic 4. 1. 18. Incerto autumo.

INCESPĪTĀTOR. V. CAESPITATOR.

INCESSĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *cesso;* qui non cessat; *incessante*. Est *Orosii sub fin. procem. l.* 7., *Coel. Aurel.* 4. *Chron.* 6., et *Capell.* 1. *p.* 14. — *Vulg. Interpr.* 2. *Petr.* 2. 14. Oculos habentes plenos adulterii et incessabilis delicti.

INCESSĀBĬLĬTER. Adverb. ab *incessabilis;* incessante. *Hieronym. ep.* 64. *n.* 19. Incessabiliter velut rotam in suo axe torqueri. Adde *Capell.* 2. *p.* 503. et *Fulgent. sub initio l.* 1. *Mythol.* et *Salvian. adv. Avar.* 3.

INCESSANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *cesso;* qui non cessat, indesinens. *Cassiod. Complex. Act. Apost.* 11. Verbum Domini incessanti virtute praedicabant.

INCESSANTER. Adverb. ab *incessans;* indesinenter; *incessantemente*. *Imp. Zeno Cod.* 11. 42. 10. *extr.* Excubiis aquae custodiendae incessanter inhaerent. Adde *Sidon.* 8. *ep.* 11. *a med. Vulg. Interpr. Ital. Act.* 12. 5. Oratio autem incessanter fiebat ab Ecclesia ad Deum pro eo; h. e. sine intermissione, ut habet *Vulgata* nostra.

* INCESSĬO, ōnis, f. Verbale ab *incesso;* actus incessendi. Affertur locus *Cic.* 12. *Att.* 5. *sub fin.* Mihi et calendae vitandae fuerunt, incessionumque ἀρχέτυπα fugiendae. Sed ibi legendum *Nicasionumque*.

Digitized by Google

feneratorum nempe nomen proprium, qui Romae pecuniam fenori dabant, quorumque ἀρχίτυπα; h. e. calendaria sibi fugienda ait *Cicero*, qui solvendo tunc non fuisse videtur.

INCESSO, is, īvi et i, ĕre. Verbum transitiv. (specie frequentativ. ab *incedo*. Sed V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 168. n. 86.*). — Particip. *incessens* §. 1. et seqq. — Proprie est invado, appeto, impeto, aggredior, molestus sum, lacesso; *assalire, molestare*. *Liv. 8. 24. ad fin.* Cum iaculis saxisque procul incesseretur. *Colum. 8. 11. a med.* Cum tot unum incesserent manus. *Plin. 33. 16. 1.* Feras noxii incessivere. *Suet. Rhet. 6.* Aliquem, ut impium, incessere. *Id. Cal. 25. extr.* Infestis digitis ora et oculos infantium incessere. *Ovid. 14. Met. 402.* saevisque parent incessere telis. *Stat. 1. Silv. 4. 76.* Bello quempiam incessere. *Sil. 1. 475.* cuncta e muris unum incessentia tela. *Suet. Vitell. 17.* Quibusdam stercore et coeno incessentibus. — **B)** Translate. *Ovid. 13. Met. 132.* Ausus erat incessere dictis Thersites . . . protervis. *Suet. Claud. 12.* exsecrationibus. *Id. Tib. 11.* convicio. *Sil. 11. 209.* verbis amaris. *Stat. 1. Theb. 245.* poenis. *Tacit. 2. Hist. 23.* criminibus; h. e. accusare. Sic *5. ibid. 63.* occultis suspicionibus. Et *77.* Fuere, qui uxorem Vitellii incesserint, tanquam superbe et severe egisset; h. e. arguerint, criminati sint. *Gell. 1. 2.* Iuvenes obiurgatione iusta incessivit. *Stat. 11. Theb. 390.* Incessere moras; *riprendere gl'indugi*. *Quintil. Declam. 5. 2.* Famam alicuius incessere. *Symmach. 1. ep. 2. (al. 3.)* Nequicquam taciturnitatis incessimur. Adde *Quintil. 5. 7. 23.* et *6. 3. 21.* — **C)** In illo *Stat. 11. Theb. 561.* Tecta incessentem, *Eutyches, 2. p. 2184. Putsch.* legi ait *incessantem*, ut a prima coniugatione. Sed depravato codice videtur usus.

INCESSUS, us, m. Verbale ab *incedo;* gressus, ambulatio, actus et modus incedendi; *passo, il camminare, andatura:* et dicitur tum de hominibus, tum de aliis animalibus. *Cic. 1. Offic. 35. a med.* Status, incessus, sessio, accubitio teneant illud decorum. *Id. 2. Fin. 24.* Incessum fingere, quo gravior videaris; *contraffare il passo, il portamento della persona*. *Sall. Cat. 15.* Citus modo, modo tardus incessus. *Ovid. 3. Art. am. 306.* In incessu molliorem esse. *Quintil. 5. 9. sub fin.* Incessus fractus. *Tacit. 1. Hist. 53.* Caecina decora iuventa, cito sermone, erecto incessu. Et *4. ibid. 11.* Apparatu, incessu, excubiis vim principis complecti. *Ovid. 11. Met. 636.* Exprimere incessus, vultumque, sonumque. *Virg. 1. Aen. 409.* Et vera incessu patuit Dea; *all'andare*. *Plin. 10. 54. 1.* Omnibus animalibus certus et uniusmodi incessus est. *Cic. Orat. 18.* Rarus incessus, nec ita longus; *il passeggio del pulpito:* quem *Quintil. 5. 11. a med.* ambulationem vocat. Adde *Cic. Cael. 20.* et *Virg. 12. Aen. 219.* — **B)** Item ingressus, invasio; *ingresso, invasione*. *Tacit. 12. Ann. 50.* Incessu Parthorum sine acie pulsi Iberi. Et *4. ibid. 24.* Primo incessu solvit obsidium; *al primo accostarsi*. — **C)** Item aditus; *entrata, passo*. *Id. 6. ibid. 53.* Cum alios incessus hostis clausisset, unum reliquum, mare inter et montes, aestas impediret.

INCESTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *incesto;* qui incestat, sive incestum perpetrat. *Zenon. 2. Tract. 40.* Veneficus, homicida, adulter, incestator.

INCESTĀTUS, a, um. Particip. verbi *incesto;* pollutus incesto, contaminatus. *Symmach. 2. ep. 129.* Praefecto urbi incestatae Primigeniae virgini, quae sacra Albana curabat, a collegio nostro vindicta delata est. *Lactant.* ad *Stat. 4. Theb. 460.* Incestatae familiae.

INCESTĒ (et Incaste quod V. infra, *in fine*). Adverb. ab *incestus*. — Comparat. *incestius*, infra. — Est non caste, inquinate, impure, turpiter; *impuramente*. *Cic. Cael. 14. extr.* Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceste uterere? *Liv. 1. 48. sub fin.* Inceste sacrificium Dianae facere. *Lucret. 1. 98.* Inceste nubere. *Arnob. 5. p. 170.* Agit incestius res suas. — *Incaste* pro *incesta* legitur a quibusdam apud *Senec. 2. Controv. 13. init.* V. INCESTUS §. b.

INCESTĬFĬCUS, a, um. Adject. ab *incestus* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; incestuosus; *incestuoso*. *Senec. Phoeniss. 223.* Nefandus, incestificus, exsecrabilis.

INCESTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *incestus*. — Particip. *incestans* §. 1., *incestatus*, V. suo loco. — Proprie est incestum reddo, polluo, contamino; *macchiare, violare*. *Virg. 6. Aen. 150.* totamque incestat funere classem. *Stat. 11. Theb. 120. de Furiis.* Incestare diem, trepidumque Hyperionis orbem Suffundi maculis. *Id. 5. Silv. 3. 4.* quas incestavimus aras. *Claudian. cons. Mall. Theod. 267.* Turpia non Latios incestant nomina fastos. *Salvian. 6. Gubern. D. circa fin.* Iacebant passim utriusque sexus cadavera Urbis oculos incestantia. — **B)** Refertur ad impudicitiam, illicitosque concubitus. *Suet. Tib. 45.* Ut monstrosi concubitus repertores invicem incestarent se. *Tacit. 6. Ann. 19.* Sex. Marius defertur incestasse filiam, et saxo Tarpeio deiicitur. — **C)** Simpliciter pro violare, corrumpere. *Plaut. Poen. 5. 2. 136.* Neque puellam incestavit unquam.

INCESTUM. V. INCESTUS §. 3.

INCESTUŌSUS, a, um. Adject. ab *incestus;* qui incestum committit, incestificus, incestus; *incestuoso*. *Val. Max. 6. 3. n. 7.* Quae sacris Bacchanalium incestuosae fuerant. *Al rectius leg.* incestu usae.

INCESTUS, a, um. Adject. ab *in* et *castus*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *e*. Contra *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* a Graeco ἀνάγεστον; inexpiabile, incurabile, ducit. *Lactant.* vero ad *Stat. 2. Theb. 283.* putat ducendum a cesto; h. e. cingulo, quod in honestis nuptiis nova uxor marito tradit; hinc eas vocari nuptias incestas, quae sine cesto fiunt. V. CESTUS §. 3. — **b)** *Incastus* pro *incestus* legitur in *Gloss. Philox.* Incastus, ἀνάγνος; ut et *incaste* pro *incestis*. V. hanc voc. *in fine*. Sed hanc scribendi rationem improbat *Mar. Victorin. 1. 4. 14.* — **c)** Derivata, *incaste*, et *incesto, incestator, incesto, incestuosus, incestus, us*. — **d)** Compositum, *incestificus*.

INCESTUS proprie est non castus, contaminatus, pollutus; *impuro, macchiato*. *Cic. 11. Phil. 2.* Verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerare. *Tacit. 5. Hist. 4.* Profana illic omnia, quae apud nos sacra: rursum concessa apud illos, quae apud nos incesta. *Stat. 9. Theb. 27.* subtexunt astra catervae Incestarum aviem; h. e. corvorum, et huiusmodi, quae humani sanguinis et cadaverum pastu polluuntur. *Horat. 3. Od. 2. 30.* Saepe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum; h. e. reo innocentem. *Horat. Art. P. 472.* an triste bidental Moverit incestus. — **B)** Refertur ad impudicitiam et illicitos concubitus; impurus; *incestuoso, impuro*. *Senec. Hippol. 1184.* Morere, si casta es, viro: si incesta, amori. Et *1195.* Iuvenisque castus crimine incestae iacet. *Cic. Dom. 40.* Incesto flagitio et stupro polluit caeremonias. *Stat. 1. Achill. 45.* Incestus praedo; h. e. Paris adulter. *Ovid. 2. Trist. 503.* incestis temerari vocibus aures; *oscene*. Sic *Liv. 8. 28.* Perlicere aliquem incesto sermone. *Tacit. 12. Ann. 4.* Incestus amor. Et *11. ibid. 25. extr.* Incestae nuptiae. *Horat. 3. Od. 5. 19.* Ilion fatalis incestusque iudex . . . vertit in pulverem. *Plin. Paneg. 63.* Incestae noctes. *Suet. Claud. 26.* Coniugiorum, quae ad id tempus incestu habebantur. — **C)** Absolute, substantivorum more,

INCESTUM, i, n. Est flagitium impudicum, illicitus cum aliqua congressus, lege aut moribus prohibitus; *incesto*. *Cic. 4. Tusc. 35.* Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique (Duo priora παιδοφθόρων sunt, reliqua ἀνατρωπίων.). *Id. 1. Invent. 40.* Si peperit, cum viro concubuit: peperit autem, fecit igitur incestum; *fornicazione*. *Paul. Dig. 23. 2. 39.* Incestum committere. *Quintil. 7. 8. 3.* Incesti damnata. *Suet. Domit. 8.* Incesta Vestalium virginum coërcuit. *Id. Cal. 56.* Super sororum incesta. — *Cic. 2. Leg. 9.* Incestum pontifices supremo supplicio sanciunto.

Nota. Discrimen inter *incestum, stuprum* et *adulterium* statuit ita *Isid. 1. Differ. 502.* « *Stuprum* in virgine; *incestum* in parente vel vidua; *adulterium* in nupta. » Cf. ADULTERIUM in *Nota* I. et II.

INCESTUS, us, m. Verbale ab *incesto;* idem quod incestum. *Cic. Brut. 32.* Sunt enim et aliae, et pro Ser. Fulvio de incestu nobilis oratio. *Id. Mil. 22.* De servis nulla quaestio est in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium.

INCHĂRAXO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *charaxo;* aperio, perforo. *Apic. 6. 5.* Avem incharaxas, et perfundis; h. e. perforas ad accipiendum emittendumve humorem.

INCHŌĀMENTUM, i, n. Verbale ab *inchoo*, syllabica adiectione productum; actus inchoandi, principium. — *Rutic. Help. carm. 72.* qui nobilis aevi Inchoamenta gerens. Hic licenter tertia syllaba corripitur. — **B)** Translate rudimentum significat. *Capell. 5. p. 93.* Scholaris inchoamenta. *Id. 5. p. 159.* Haec inchoamentorum primordia detrectaret excurrere. Adde *6. p. 189.*

INCHŌĀTĒ. Adverb. ab *inchoatus;* inchoando. *Augustin. Genes. ad litt. 6. 11. n. 19.* Neque tunc causaliter vel consummate inchoatus, vel inchoate consummatus. Adde *Eugypp. Thesaur. 51.*

INCHŌĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inchoo*, idem ac inchoamentum. *Augustin. ep. 120.* (al. 222.) *3.* Non enim parva est inchoatio cognitionis Dei. *Id. 1. de Genesi in Manich. 14.* Vespera propter transactionem consummati operis, et mane propter inchoationem futuri operis. Adde *Vulg. Interpr. Ital. 1. Petr. 4. 17.*

INCHŌĀTĪVĒ. Adverb. ab *inchoativus;* inchoativorum verborum ratione. *Charis. 3. p. 225. Putsch.* Inchoative declinare.

INCHŌĀTĪVUS, a, um. Adject. verbale ab *inchoatus;* ad inchoationem pertinens; *cominciativo*. — Hinc *inchoativa verba* a Grammaticis dicta, quae rem modo inchoatam et futuram significant, carentque praeterito, quia quod inchoatum est, perfectum habere nequit; licet quaedam eorum primitivum in usu non habeant. Haec *Charis. 3. p. 225. Putsch., Diomed. 3. p. 324. ibid., Capell. 3. p. 84., Macrob. de Differ. verb. p. 891.* et *892.* et *Cassiod. de Grammat.* — **B)** *Inchoativae coniunctiones* dictae, quae primum in oratione sibi vindicant locum, ut ait *Cledon. Art. Grammat. p. 1931. Putsch.*

INCHŌĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inchoo;* inceptor; *cominciatore*. *Prudent. praef. Hamartig. 27.* ille mortis inchoator; h. e. Cain, qui primus occidit hominem. Adde *Augustin. 1. de Gen. ad Litt. 4. n. 28.*

Digitized by Google

INCHŌĀTUS, a, um. Particip. verbi *inchoo*, adiectivorum more etiam adhibitum; inceptus, ac nondum perfectus; *cominciato, imperfetto. Cic. 1. Orat. 2.* Quae adolescentulis nobis, ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt. *Id. 3. Offic. 2.* Ut nemo pictor esset inventus, qui Coae Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret. *Id. 1. ibid. 43. a med.* Cognitio manca atque inchoata. *Id. Brut. 55.* Praeclare inchoata multa, perfecta non plane. *Id. 1. Nat. D. 20. extr.* Erat autem difficile, rem tantam tamque praeclaram inchoatam relinquere. — **2)** Translate. *Plaut. Trin. 1. 2. 95.* Qui exaedificaret suam inchoatam ignaviam. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INCHOATUM, i, n. Est res inchoata. *Cic. Topic. 18.* Perfecta anteponuntur inchoatis. — **4)** Hinc *ab inchoato* formula adverbiorum more adhibita; *dal fondamenti. Colum. 4. 3.* Ab inchoato domos exstruere. *Inscr.* apud *Grut. 170. 3.* Scholam ab inchoato refecerunt, marmoribus cenaverunt, etc. Et *169. 6.* Schola ab inchoato exstructa, solo dato ab T. Furio, etc. — **5)** Speciatim de quorumdam sententia

II. *Inchoatus* est confectus, perfectus; *perfezionato, ridotto a fine.* Sic enim multi intelligunt illud *Catulli, 55. 13.* Nam quo tempore legit inchoatam Dindymi dominam, etc. Et *mox.* est enim venuste Magna Caecilio inchoata Mater; *h. e.* poëma de Cybele. Sed nihil vetat, quo minus interpretemur, huius carminis primam tantum partem Caecilium scripsisse, nondum vero idem absolvisse.

INCHŌO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more etiam adhibitum, quod, ut tradit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.*, videtur ex Graeco originem trahere, quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos. *Scaurus* quoque *de Orthogr. p. 2251. Putsch.* et *Modestin.* apud *Diomed. 1. p. 361.* a *chaos* deducunt. Sed *Verrius Flacc.* et *Tranquill. ibid.* a *cohum*, quod apud Veteres mundum significat. — **b)** Unde et *incoho* scribi volunt: quod a maioribus factitatum fuisse, *Servius* ad *3. G. 223.* testator. Ita etiam scriptum se reperisse in *Codd. palimpsestis* ait *A. Maius* tum ad *Cic. 1. de Rep. 38.* et *3. ibid. 2.*, tum ad *Front. p. 154. edit. Rom.*; *Marinius* vero *Frat. Arv. p. 363.* hanc scriptionem Augusteo aevo frequentatam fuisse affirmat. Sed scribendi usus *inchoo* obtinuit: et ex vett. Lapidib. probatur a *Cellar.* in *Orthogr.*, a quo stant *Manut.*, *Dausq.* et *alii*. Cf. et *Claud. Sacerd. 2. Gramm. 168.* — Huc spectat *Inscr.* quae pertinet ad a. post Chr. 102., apud *Orelli, n. 783.* « Incohatam *(scil.* viam) a divo Nerva patre suo perficiendam curavit. » — *Incuhandus* pro *inchoandus* scribitur in *Tab. Arval. 32. col. 1. lin. 22.* apud *Marini, Arv. p. CXLIV.* « Operis incuhandi causa. » — **c)** Particip. *inchoans* §. *1.*, *inchoandus* §. *1.* et supra §. b., *inchoatus*, V. suo loco, *inchoaturus* §. *1.* — **d)** Derivata, *inchoamentum, inchoate, inchoatio, inchoative, inchoativus, inchoator.*

INCHOO proprie est incipio, exordior; *cominciare, dar principio. Cic. Arch. 11.* Quas res nos in consulatu nostro gessimus, attigit hic versibus, atque inchoavit. *Id. Orat. 3. extr.* Referamus nos igitur ad eum, quem volumus, inchoandum, et eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognovit Antonius. *Id. Dom. 51. a med.* Novum delubrum inchoare. *Plin. 11. 14. 3.* Inchoandae vindemiae dies. Et *16. 39. 1.* Favonius ver inchoans. *Curt. 6. 7.* Dixit, ab illo capite coniuratos pulcherrimum facinus inchoaturos. *Cic. 1. Acad. 3.* Philosophiam multis locis inchoasti. *Id. Brut. 3.* Quod mihi nuper in Tusculano inchoasti de oratoribus. *Id. 4. Fin. 15.* Qualem igitur natura hominem inchoavit? V. integr. loc. — *Quintil. 2. 1. 12.* Is ne statuam quidem inchoari credet, quum eius membra fundentur. *Id. 4. 3. 15.* Abrupto, quem inchoaverat, sermone. — Cum infinito. *Pallad. 13. 2.* Post idus pastina inchoëmus effodere. *Lucan. 10. 173.* longis Caesar producere noctem Inchoat alloquiis. *Lucret. 3. 184.* Quam si mens fieri proponit et inchoat ipsa. — **2)** Translate. *Plin. 11. 16. 4. de apib.* Reges plures inchoantur, ne desint. — **3)** Speciatim pro aras sacrificio facto dedicare, usui tradere, *ἐγκαινίζειν. Virg. 6. Aen. 552.* Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. *Servius* hic monet esse verbum sacrorum. Sed fortasse pro simplici incipio positum est. — **4)** Deinde, intransitivorum more,

II. *Inchoo* est initium sumo; *dar principio. Symmach. 7. ep. 75.* Moris est, ut munus huiusmodi a proficiscentibus inchoëtur. *Pallad. 2. 25. sub fin.* Inchoante mense. — **5)** Speciatim *Stat. 8. Theb. 623.* post longa silentia rursus Inchoat Ismene; *h. e.* infit, fari incipit.

INCĪBO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cibo*, idem ac cibo. *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal. 10. 230.* Hirundo pleno ore volat, dum incibat filios suos; *h. e.* eis ingerit in os cibum.

INCĪCUR, ūris *vel* ŏris, omn. gen. Adiect. ab *in* et *cicur*; non cicur, immansuetus, ferus. *Pacuv.* apud *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 108. Müll.* Reprime incicorem iracundiam.

INCĪDENS, entis. Particip. verbi *incĭdo*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui cadit. Hinc *incidentes quaestiones* dictae, quae, dum tractatur causa, nascuntur, ut si principalis: *Utrum Clodium iure occiderit* Milo, incidens, *uter utri insidias comparavit.* Haec *Capell. 5. §. 443.* — *Iul. Viet. Rhet. 4. §. 1.* Sunt et incidentes quaestiones, sed et incidentium incidentes. — *Sulpic. Viet. Instit. Orat. 48.* Finis est incidens: an actio illud fuerit, an vero conclusio. *Finis incidens* dicitur qui Graecis est *ὅρος ἐμπίπτων.* — **2)** Apud Geometras *linea recta incidens*, quae dicatur, docet *Boëth. 1. Geom. Eucl. p. 1311. Migne.* Si in duas rectas linea incidens alternatim sitos angulos fecerit aequos, rectas lineas alternas esse necesse est.

INCĪDENTĬA, ae, f. Abstractum ab *incidens;* status incidens; *incidenza. Iul. Viet. Rhet. 3. §. 13.* Hic enim ipsae leges contrariae non erant, sed incidentia, quam peristasin dicimus; ita eas ex adverso comminus adegit, ut repugnare sibi videantur.

INCĬDO, cĭdis, cĭdi, cāsum, cidĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *cado*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. V. CADO. — **b)** In praeterito *incidĕrunt* penultima correpta utitur *Lucret. 6. 1174.* V. loc. infra §. 1. — **c)** Quomodo confusum fuerit cum *incudo*, V. INCUDO §. c. — **d)** Particip. *incidens* §. *6.* et suo loco, *incasurus* §. *5.* — **e)** Derivata, *incidentia, inciduus.* — **f)** Compositum, *superincido.*

INCIDO proprie est in vel supra aliquid cado; *cadere. Cic. 4. Phil. 5.* Incidere in foveam. *Id. Fat. 3.* Ex spelunca saxum in crura eius incidit. *Ovid. 3. Met. 104.* Demetit ense caput, quod protinus incidit arae. *Liv. 21. 10. a med.* Sagunti ruinae capitibus vestris incident. *Virg. 2. Aen. 466.* turris Danaum super agmina late Incidit. *Stat. 8. Theb. 255.* sic illa iacenti Incidit; *cade addosso. Virg. 12. Aen. 926.* incidit ictus Ingens ad terram duplicato poplite Turnus. *Lucret. 6. 1174.* Multi praecipites lymphis putealibus alte Inciderunt. *Id. ibid. 145.* Ubi e nube in nubem vis incidit ardens Fulminis. *Virg. 2. Aen. 305.* In segetem veluti quum flamma furentibus Austris incidit. *Id. 2. G. 107.* Ubi navigiis violentior incidit Eurus. *Liv. 27. 25. fin.* Pestilentia incidit in urbem agrosque. *Alii leg.* per urbem. — Cum accusat. vi praepositionis, quae inest in verbo. *Nep. Attic. 10.* Ne quod periculum incideret, praesidium ei misit. *Al. leg.* in periculum. *Solin. 11.* Coturnices vela incidunt. *M. Aurel.* apud *Vulcat.* in *Avid. Cass. 2.* Ipse sponte sine nostra crudelitate fatales laqueos inciderit. *Vet. Schol.* ad *Cic. Vatin. 9.* ed. *Mai, Class. Auct. T. 2. p. 176.* Deinde occultantem se, ne periculum salutis incideret, extrahere domo sua contenderit. — **2)** Translate. *Cic. 13. Fam. 29. circa med.* Ille in morbum continuo incidit, ex quo non convaluit. *Plane.* apud *Cic. 10. Fam. 21. fin.* Incidere in febriculam ex labore. *Cic. Pis. 20.* Incidere in furorem et insaniam. — *Caes. 3. B. C. 13.* tantus terror incidit eius exercitui. *Cic. 1. Orat. 7.* Ut nihil incidisset postea civitati mali, quod non impendere illi tanto ante vidissent. — Cum accusat. eadem ratione qua supra in §. praeced. *fin. Virg. 9. Aen. 721.* Bellatorque animos Deus incidit. *Al. leg.* animo. *Lucret. 4. 969.* pars vocum non aures incidit ipsas. *Al. leg.* accidit. — **3)** Dicitur et de iis, quae in idem tempus congruunt. *Cic. Pis. 4.* Cum tert. Kal. Ian. Compitaliorum dies incidissent; *essendo caduti.* Et *6. Att. 1. in fin.* Facies me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem. *Id. Orat. 12.* Quorum aetas in eorum tempora, quos nominavi, incidit. — **4)** Deinde

II. *Incido* saepe dicitur de rebus aut personis, quae casu incurrunt; *incorrere, incappare, abbattersi. Cic. Mil. 1.* Quocumque oculi inciderint. *Id. Rosc. Am. 32.* In eo loco, quo fugam hostium fore arbitrantur, milites collocant, in quos, si qui ex acie fugerint, de improviso incidant. *Liv. 25. 39.* Incidunt inermes inter catervas armatorum. *Sallust. fragm.* apud *Non. 13. 8.* Incidit forte per noctem in lenunculo piscantis. *Cic. Cluent. 7.* Adolescentulus bello captus in Q. Sergii manus incidit. *Id. 7. Fam. 3.* Incidere in insidias. Et *ibid.* Si quando in vituperatores meos incidisses. *Id. 2. ibid. 7.* Quod in reipubl. tempus non incideris, sed veneris (iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum), profecto vides, etc. *Id. 5. ibid. 8.* Non me fortuito ad tuam amplitudinem amplectendam incidisse. — **5)** Item accido; *accadere. Plin. 2. 27. 2.* Ea accidisse, non quia haec facta sunt, arbitror; verum haec ideo facta, quia incasura erant illa. *Liv. 1. 46.* Forte ita inciderat, ne etc. *Id. 26. 25.* Forte ita incidit, ut comitiis perfectis nunciaretur, etc. *Cels. 5. 27. n. 3.* Si cucurbitula non est (quod tamen vix incidere potest) tum etc. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 21.* Si casus inciderit. — **6)** Item advenio, supervenio, insto: *venir addosso, sopravvenire. Liv. 28. 15. sub fin.* Acrius ultimis incidebat Romanus, neque sustineri impetus poterat. *Cic. 4. Verr. 74.* Saue homini improviso incidi. *Virg. 11. Aen. 699.* Incidit huic, subitoque adspectu territus haesit Apenninicolae bellator filius Auni. *Ovid. Rem. am. 662.* nulla simultas Incidit. *Ter. Heaut. 2. 4. 13.* Incidit amori vestro calamitas. *Caes. 6. B. G. 14.* Cum aliquod bellum incidit. *Liv. 3. 11. sub fin.* Cum fuga trepidum, plenum vulnerum ac pavore, incidentem portis exercitum viderint; *h. e.* accedentem, et prae lassitudine veluti in portis cadentem. Adde *3. 3.* et *27. 15.* — **7)** Item casu venire. *Cic. Divin. Verr. 15. ad fin.* Quoniam non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi; *son venuto a far*

Digitized by Google

menzione di loro. Liv. 1. 57. Potentibus his apud Sex. Tarquinium, incidit de uxoribus mentio. *Cic. 1. Orat. 24.* Fortuito in aliorum sermonem incidere; *sopravenire per accidente, mentre altri discorrono. Id. Amic. 1.* Memini in eum sermonem illum incidere, qui etc.; *eh' egli venne a discorrere di ciò, che* etc. *Id. Brut. 2. extr.* Cum in eam memoriam et recordationem nuper ex sermone quodam incidissemus; *essendo venuti a ricordarci*, etc. *Ter. Phorm. 1. 3. 5.* Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset; *fosse venuto in mente.* Et *Heaut. 3. 3. 57.* Aliud ex alio incidit; *da una cosa ne viene in mente un' altra.*

Nota. Constructio verbi est cum accusat. et praepos. *in*, pro qua aliquando est *ad* vel *supra* et fortasse *per* (V. §. 1.); vel cum accusat. sine praepositione *in*, quae inest in ipso verbo; vel cum dativo rei aut personae.

INCĪDO, dis, di, sum, dĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *caedo*, mutata, euphoniae gratia, *ae* diphthongo in *i* longam. V. CAEDO. — **b)** Scribitur et *incoido* ἀρχαικῶς pro *incido* in *SCto de Bacchanal. lin. 25.* — **c)** Particip. *incidens* §. 5. et 7., *incidendus* §. 1., *incisus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *incilis*, *incise*, *incisio*, *incisor*, *incisorius*, *incisura*, *incisus*, *us*. Cf. INCILO §. 1. — **e)** Compositum, *superincido*.

INCIDO proprie est caedo, praecido, amputo; *tagliare, troncare. Cic. 4. Att. 2. a med.* Qui mihi pinnas inciderant, nolunt easdem renasci. *Quintil. 2. 12. sub fin.* Si rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint. *Cels. 5. 27. n. 5.* Scalpello circa vulnus incidere. *Id. praef. l. 1.* Nocentes homines vivos incidere; *far la notomia.* Et *ibid.* Incidere vivorum corpora. *Id. 7. 19.* Si inguen incidendum est. *Plin. 14. 14. 4.* Palmes inciditur in medullam. *Id. 29. 38. 7.* Incidere venam; *salassare. Virg. 3. Ecl. 11.* vites incidere falce; *potare.* Et *3. Aen. 667.* funem. *Cic. Catil. 3. 5.* Tabellas proferri iussimus . . . ostendimus Cethego signum: cognovit. Nos linum incidimus, legimus. — **2)** Veteres in morte cariorum lacertos sibi incidere solebant et crinibus caput nudare. Hinc *Vulg. Interpr. Deut. 14. 1.* Non vos incidetis, nec facietis calvitium super mortuo. Adde *Ierem. 16. 6.* V. LACERTUS. — **3)** Est etiam instruere, caedendo, acutum reddere. *Virg. 8. Ecl. 29.* Novas incide faces: tibi ducitur uxor. *Ovid. 8. Met. 425.* Ferroque incidit acuto Perpetuos dentes, et serrae repperit usum. — **4)** Translate est abrumpere. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 4.* Poëma ad Caesarem, quod composueram, incidi. *Horat. 1. Ep. 14. 36.* Non lusisse pudet, sed non incidere ludum. *Liv. 44. 6. a med.* et *5. 38.* Incidere spem. *Id. 32. 37. ad fin.* Longiorem exorsis orationem, brevis interrogatio sermonem incidit. *Albinov. 3. 7.* non omnia dixit: inciditque pudor, quae prope dixit amor. *Stat. 9. Theb. 884.* Tandem haec singultu verba incidente profatur. *Sil. 3. 78.* Si quis forte Deûm tantos inciderit actus. — **5)** Item auferre, tollere, delere. *Senec. ep. 101.* Ipsam, quam premimus, horam casus incidit. *Cic. 2. Orat. 82.* Inciditur omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri. *Marcell. Dig. 28. 4. 3.* Incidere testamentum. — **6)** Item decidere, dirimere. *Virg. 9. Ecl. 14.* Incidere lites. — **7)** Deinde, specialim,

II. *Incido* est inscribere, insculpere; *scolpire, incidere, intagliare. Virg. 10. Ecl. 53.* teneriaque meos incidere amores Arboribus. *Ovid. 9. Met. 528.* verba ceris. *Cic. 1. Phil. 10.* leges in aes. *Id. 13. Fam. 56.* nomina in tabula. *Plin. Paneg. 54. extr.* Non trabibus, aut saxis nomen tuum, sed monumentis aeternis laudis inciditur. V. loc. *Tertull.* sub v. INCERTUS §. 11. — **8)** Eodem sensu *incidi* pro inscribi in tabulis publicis, dixit *Id. ibid. 26.* et *28. Plin. alter, 16. 9. 14.* Incidens litteras in fago recenti. V. INCISUS, a, um §. 4. — **9)** Apud Rhetores vel Grammaticos est incisim sive per caesa dicere. *Aquil. de fig. Sententt. 11. fin.* Cum commoti sumus, hoc modo incidere solemus.

INCĪDŬUS, a, um. Adiect. verbale ab *incīdo;* qui cadit. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 79.* Deciduus, qui cito cadit, quod . . . et cadabundus et inciduus dicitur.

INCĪDUUS, a, um. V. INCARDUUS.

INCĪENS, entis, f. Adiect. eiusdem, ut videtur, originis, ac Graecum ἔγκυος, ἐγκύμων, vel ab *inciso*, quod V.; femina praegnans, propinqua partui; *gravida vicina al parto. Plin. 11. 84. 2.* Incientes sues occidere. *Varr. 2. RR. 2.* Faciendum quoque acpta secreta ab aliis, quo incientes oves secludere possis. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 97. Müll.* sub v. *Gravida.* Inciens, propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 476.* Inciente, innitente, pariente, a ciendo et invocando proximos quosque adiutores. V. INCINCTUS §. 3.

* INCĪĒO et Incio, is, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cio* vel *cio*, quod proprie est moveo; *muovere. Lucret. 5. 960.* Et Venus in silvis incibat corpora amantum. Al. leg. *inciebat*, ut sit synaeresis: sed et *inciebat* ab *incio* esse potest, ut *ienibant* a *ienio*, et *servibat* a *servio*, et *nutribant* a *nutrio*, etc. Al. *iungebat.* — Hinc valde dubia est auctoritas. Cf. tamen voc. praeced. et seq. §. 2. et INCILO §. 1. *init.*

INCĪLE, is, n. Est locus depressus ad latus fluminum, aquae derivandae causa; *fossa da condur acqua, rigagnolo. Ulp. Dig. 43. 21. 1.* deducit ab *incidendo*, quia inciditur lapis, vel terra, unde aqua et flumine agi possit: alii ab *inciso. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* Incillae *(lege* incilia) fossae, quae in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factae. *Colum. 5. 9.* A superiore parte, si olea in clivo sit, incilia excitentur, quae limosam aquam ad codicem deducant. *Cato, RR. 155.* Cum pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculis exire oportet, incilia aperire, aquam deducere in vias. *Ulp. Dig. 43. 13. 1.* Incile ducere. *Apul. 9. Met.* Via lacunosis incilibus voraginosa. Cf. voc. seq. §. 2. — **3)** Translate. *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 5.* Sane tanquam in quodam incili iam omnia adhaeserunt. *Alii aliter leg.* — **4)** Item

INCILES, ium, m. Eodem sensu *in Gloss. Philox.* Inciles; διώρυγες.

INCĪLO, as, āre. Verbum transitiv., quod *Voss.* vellet esse ab *incito;* commoveo. Alii ab *incīdo;* concido. — Proprie est increpo, obiurgo, improbo, dictis asperis mordeo. *Lucret. 5. 977.* Iure, ut opinor, agat, iure increpet, inciletque. *Accius* apud *Non. 2. 450.* Spernere, incilare probris. *Id. ibid.* Incilare factum alicuius. *Pacuv. ibid.* Si quis hoc me oratione incilet, quid respondeam? *Lucil. ibid.* Incilans nos inedis vicissim. — **2)** Deinde

II. *Incilo* pro incilia facere. *Pallad. 12. 3.* Vinea vetus viridissima parte corticis feriatur, et fossa frequentius inciletur. *Al. aliter leg.*

* INCINARĬUM. V. INCINERARIUM.

INCINCTUS, a, um. Particip. verbi *incingo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est idem quod cinctus, amictus, circumdatus; *cinto, circondato, vestito. Cic.* vertens *Euripidis* versus *4. Acad. 28.* Furiae incinctae igni incedunt. *Liv. 8. 9.* Incinctus cinctu Gabino. *Petron. Satyr. 135.* Anus incincta quadrato pallio. *Virg. 4. G. 343. de Nymphis.* Ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae; h. *e.* succinctae. Sic *Ovid. 2. Fast. 634.* Nutriat incinctos missa patella Lares (V. SUCCINCTUS.). Et *3. ibid. 673.* incinctus tunicas mercator. *Al. leg.* tunica. Et *337.* capilli incincti phlyra. *Solin. 15. ante med.* Capitum ossa auro incincta. *Mela, 2. 6.* Hispania pelago undique incincta est. *Ovid. 3. Met. 162. de fonte.* Margine gramineo patulos incinctus hiatus. — *Scribon. Compos. 165.* et *164.* Habere aliquid incinctum; h. *e.* in zona habere; *in saccoccia.* Suspicatur *Rhodius*, legendum esse *in cinctu.* Cf. infra §. 3. — *Vellei. 2. 106.* Gens Marcomannorum incinctos Herciniae silvae campos incolebat; h. *e.* campos cinctos ab Hercinia silva, vel active fortasse, qui cingunt. — **2)** Deinde

II. *Incinctus* est etiam ab *in* et *cinctus;* non cinctus, discinctus; *scinto, discinto. Tibull. 3. 2. 18.* ossa incinctae nigra candida veste legant. Sic *Suet. Aug. 100.* Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati, et discincti, pedibusque nudis. Potest tamen apud *Tibull. loc. cit.* intelligi *incinctae nigra veste*, amictae, indutae, ut apud *Petron. loc. cit.* incincta pallio. — **3)** Hinc *incincta femina* dicitur quae gravida est. *Isid. 10. Orig. 132.* Incincta, id est, sine cinctu: quia praecingi fortiter uterus non permittit. At alii rectius fortasse ducunt ab *incinto;* hinc Itali *incinta*, Galli *enceinte*, Hispani *encinta* eandem vocant. V. INCIENS.

INCĪNĔFACTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva, *cinis* et *factus;* in cinerem conversus, cinefactus. *Commodian. 41. 12.* Tunc Babylon meretrix incinefacta favilla. Aliis pro *incinefacta* videtur legendum *cinefacta.*

INCĪNĔRĀRĬUM, ii, n. Verbale ab *incinero;* actus incinerandi. *Charis. 1. p. 78. Putsch.* Mulierbre ministerium, incinerarium dicitur; nam Cato in Originibus, Mulieres, inquit, nostrae capillum cinere inunigitabant, ut rutilus esset crinis. Haec *Charis.* Porro hoc ministerium erat eorum, qui cinerarii, et cinifones dicebantur. V. CINERARIUS, ii §. 4. Apud *Charis.* al. leg. *incinarium;* quod corruptum videtur. *Keil.* vero *cinerarius.*

INCĪNĔRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cinis;* cinere involvo. *Sex. Placit. de Medic. ex anim. 20. 1.* Mustelam incinerabis et eiusdem sanguine cinerem miscebis et laborantem inde linies.

INCINGO, gis, xi, ctum, gĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cingo*, idem quod cingo, circumdo; *cingere, circondare. Ovid. 3. Amor. 8. 47.* turritis incingere moenibus urbes. *Id. 7. Met. 242.* Aras verbenis, silvaque incinxit agresti. *Id. 14. ibid. 720.* nitidaque incingere lauro; *incoronati.* Et *9. Heroid. 66.* incingi zona. — **2)** Translate *Mela, 2. 5. ante med.* Arcadiam Peloponnesiacae gentes undique incingunt. *Catull. 64. 258.* Pars sese tortis serpentibus incingebant. — V. INCINCTUS, a, um §. 1. et voc. seq.

Digitized by Google

INCINGŬLUM, i, n. Verbale ab *incingo*, idem quod cingulum. *Non. 1. 214.* Cingulum a cingendo, quod incingulum plerumque dicitur.

INCĬNO, inis, inui, entum, inĕre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *cano*, cuius variationes sequitur. V. CANO. — **b)** Praeteritum *incinui* tribuitur *Varr. RR.*, loco tamen non indicato. — **c)** Derivata, *incanto* (quod V. pro suis), *incentio*, *incentivus*, *incentor*.

INCINO proprie est cano, accino, insono; *cantare*, o *sonare*. *Propert. 2. 18. 6.* varios incinit ore modos. *Gell. 1. 11. a med.* Si ut plasipedi saltanti, ita Graecho concionanti, numeros et modos et frequentamenta quaedam varia tibicen incineret. — **2)** Absolute, sive intransitivorum more. *Id. 4. 15.* Si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores.

INCĬO. V. INCINO.

* INCĬPĔRĂ pro impera, quidam legunt apud *Plaut. Truc. 5. 2. 8.* V. INCITEGA §. 1.

INCĬPESSO. V. voc. seq. §. d.

INCĬPIO, cĭpis, cēpi, ceptum, cipĕre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *capio*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. V. CAPIO. — **b)** Praeteritum *incepi* habent praeter *Plaut. Truc. 2. 5. 14.* et *alibi*, etiam *Virg. 3. Aen. 8.* et *Ter. Andr. 5. 1. 15.* et *Adelph. 2. 2. 19.* Ceterum prosae Scriptores, *Cicero* praesertim, *Caesar*, *Nepos*, et huiusmodi, *coepi* libentius usurpant. Ex quo quidam non *incepi*, sed *incoepi* scribendum putarunt, tanquam non a *capio*, aut *incipio*, sed vel a *coepi*, vel a *coepio* dic. Cf. ENDOCORPTUS. — **c)** *Incepsit* pro *inceperit* olim dictum est. *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Incensit*, *p. 107. Müll.* — **d)** Alia forma in usu apud Veteres est *incipisso* vel *incipesso* pro incipio. *Plaut. Capt. 5. 5. 17.* Maximas nugas ineptiasque incipisso. Et *4. 2. 22.* Quid hic incipissit facere cum tantis minis? *Id. Mil. 2. 2. 73.* Magnam rem incipissis. Et *82.* Hic rationem incipissam. *Id. Capt. 2. 1. 19.* Brevem orationem incipisse. — **e)** Particip. *incipiens* §. 5., *incipiendus* vel *incipiundus* §. 1., *inceptus*, V. suo loco. — **f)** Derivata, *inceptio*, *incepto*, *inceptor*, *inceptus*, *us*. — **g)** Composita, *coincipio*, *reincipio*.

INCIPIO proprie est initium alicuius rei facio, inchoo; *cominciare*, *principiare*. *Plaut. Cas. 4. 4. 2.* Sospes iter incipe hoc. *Liv. 7. 34. sub fin.* Opus incipit nemo. *Virg. 8. Ecl. 21.* Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus. *Id. 1. G. 250.* Incipere sementem. — Passive. *Tacit. 5. Hist. 17. et Sall. Iug. 61.* et *77.* Dein proelium incipitur. *Lactant. 2. 8. ante med.* Nec incipi, aut fieri, aut consummari quidquam potest, nisi etc. *Ovid. 5. Fast. 570.* A tantis princeps incipiendus erat. *Ter. Phorm. 1. 4. 48.* In re incipiunda. — Cum infinito (qui etiam subintelligi aliquando potest). *Plaut. Truc. 2. 5. 14.* Si bene facere incepit. *Virg. 1. G. 5.* Hinc canere incipiam. *Caes. 2. B. G. 2.* Cum pabuli copia esse inciperet. Et *1. B. C. 80.* Iter facere incipere. *Cic. 2. Nat. D. 5.* bella gerere. *Id. 1. Tusc. 49.* mortem optare. Et *5. ibid. 1.* diffidere. *Apul. 4. Met. 31.* Et ipsum quod incipit velle. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* — Absolute. *Cic. 1. Offic. 37. extr.* Ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. *Sall. Iug. 109.* Statim rex sic incipit: Nunquam ego ratus sum fore, etc. *Iustin. 15. 6.* Quibusdam placebat, bellum in Macedoniam transferri: sed in rem visum est, ab Aegypto incipere. *Virg. 3. Ecl. 58.* Incipe, Damoeta, tu deinde sequere, Menalca. — Impersonaliter. *Quintil. 9. 4. a med.* Optime incipitur a longis: recte aliquando a brevibus. — **2)** Interdum ponitur pro suscipio, aggredior; *imprendere*. *Ter. Eun. 5. 5. 25.* Quid igitur faciam miser, quidve incipiam? *Id. Adelph. 2. 2. 19.* Hoccine incipere Aeschinum, ut hanc mihi eripere postulet? *Sall. Cat. 20.* Ausus est pulcherrimum facinus incipere. *Id. orat. Cottae ad Coss.* Quare indigna vobis, nobisque, et republica incipitis? — **3)** Intransitivorum more

II. *Incipio* est in initio sum, aggredior; *essere al principio*, *imprendere*. *Cic. 7. Att. 8.* Epistola, quam incipiente febricula scripseras. *Curt. 5. 1. a med.* Unde nexus inciperet, quove se conderet, perspici non poterat. *Plaut. Capt. 5. 3. 5.* Quam diu id factum est? *Stat.* hic annus incipit vicesimus. *Virg. 2. Aen. 268.* Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris incipit. *Plin. 5. 14. 2.* Mox Idumaea incipit et Palaestina. *Id. 27. 109. 1.* Incipiente aestate. *Id. 8. 5. 5.* Menander Syracusanus incipientis iuventae. *Id. 24. 80. 3.* Trixago incipientibus hydropicis efficax. *Quintil. 1. 2. 26.* Incipientibus et teneris iucundior; *a' principianti*. *Sall. Cat. 21.* Tantummodo incepto opus est; *bisogna sol principiare*. *Ter. Andr. 4. 2. 26.* Narrationis mihi incipit initium. *Cic. 7. Verr. 10.* Cum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. *Quintil. 9. 4. 67.* Quoties incipit sensus aut desinit. — **4)** Item proximus sum. *Vulg. Interpr. Ioh. 4. 47.* Incipiebat enim mori.

INCIPISSO. V. voc. praeced. §. d.

INCIPPO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cippus*; cippo vincio. Legit in *Gloss. Isid.* Incippat, illudit (*lege* includit). Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 169. n. 96.* et V. CIPPUS §. 7.

INCIRCUM. Praepositio ab *in* et *circum*, rarissimi usus, neque fortasse certi; idem quod circa. *Varr. 5. LL. 4. §. 25.* A puteis oppidum Puteoli, quod incircum eum locum aquae frigidae et calidae multae. Ita *Müll.* — Apud *Macr. Dig. 11. 7. 37.* pro *incircum* alii rectius leg. *in circuitu*.

INCIRCUMCĪSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *circumcisus*; non circumcisus; *incirconciso*. *Prudent. Psychom. 389.* nec *(Samuel)* victum vivere regem incircumcisum patitur. Adde *Tertull. Advers. Iud. 2.* — **2)** Absolute *incircumcisi* dicuntur in Sacris Litteris homines infideles, populi Iudaici hostes, impii. *Vulg. Interpr. Iudic. 14. 3.* Incidam in manus incircumcisorum. *Id. Isai. 52. 1.* Non adiiciet ultra, ut pertranseat per te incircumcisus et immundus. — **3)** Translate. *Id. Act. 7. 51.* Dura cervice et incircumcisis cordibus et auribus. Adde *Exod. 6. 12.* et *30.*

INCIRCUMSCRIPTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *incircumscriptus*; natura incircumscripta. *Hilar.* in *epist. ad Ephes. 21.* Totus enim in unumquemque est, propter naturae incircumscriptionem, non secundum partes divisus.

INCIRCUMSCRIPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *circumscriptus*; non circumscriptus; *incircoscritto*. *Prudent. Apotheos. 863.* Incircumscriptus Dominus. *Hilar. 1. de Trinit. sub init.* Ut illam incircumscriptam infinitatem in aliquo pulchrae intelligentiae esse opinaretur ornatu.

INCĪSĒ. Adverb. ab *incisus*; per incisa, incisis, seu minutis particulis; *a membretti*. *Cic. Orat. 65.* Quo pacto debeat incise, membratimve dici, iam videbimus. V. voc. seq.

INCĪSIM. Adverb. ab *incisus*, quod forma tantum discrepat a praeced. incise. *Cic. Orat. 65.* Haec quidem duo binis pedibus incisim: dein membratim. Adde *67.*

INCĪSĬO, ōnis, f. Verbale ab *incīdo*; actus incidendi, incisura; *taglio*, *incisione*. *Colum. Arbor. 8.* Infra incisionem et alligaturam vitem vulnerato. Sed hic legendum, ut habent *Gesneri* et *Schneideri* editiones, *insitionem*. — **2)** *Incisiones interiorum* sunt tormina ventris apud *Veget. 1. Veterin. 39.* Dolorem ventris in iumentis torsiones vocant, et interiorum incisiones. — **3)** In re oratoria est brevissima periodi pars. V. vocem seq. *Cic. Orat. 61.* De eorum particulis, et tanquam incisionibus disserendum est. Et *64.* In incisionibus et in membris. — **4)** Apud Grammaticos *incisiones* sunt, quae alias *caesurae* appellantur. V. CAESURA §. 4. *Diomed. 3. p. 496. Putsch.*

INCĪSOR, ōris, m. Verbale ab *incido*; qui incidit, scissor; *trinciante*. *Aleim. ep. 77.* Gula, aliquantula temporis mora, sub docti incisoris pependit arbitrio.

INCĪSŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *incido*; ad incidendum idoneus. Legitur apud *Auct. Append. ad Prob. art. min. p. 449. Endl. n. 81.* Forfices incisoriae.

INCĪSUM, i, n. V. INCISUS, a, um. §. 6.

INCĪSŪRĂ, ae, f. Verbale ab *incido*, idem ac incisio. *Plin. 11. 94. 5.* Pili recisi, non, ut herbae, ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Adde *Colum. 12. 54.* et *Auct. vet agr. p. 360. Lachm.* — **2)** Incisurae etiam dicuntur in manibus, quae vulgo linene vocantur. *Plin. 11. 114. 2.* Et in manu duas incisuras longas habentes. — **3)** Item in foliis plantarum, in insectis, . . . quae et divisurae appellantur. *Id. 26. 29. 1.* Astragalus folia habet longa incisuris multis. *Id. 11. 1. 1.* Insecta appellata ab incisuris, quae nunc cervicum loco, nunc pectorum, atque alvi, praecincta separant membra. *Id. 15. 10. 1.* Chrysomela incisuris distincta. — **4)** Denique in pictura incisurae dicuntur divisiones umbrarum ab lumine, ut *Id.* docet *53. 57. 2.* V. HARMOGE. — **5)** Metonymice pro ipsa re incisa. *Vulg. Interpr. Ital. Ezech. 21. 4.* Mitte in eum *(lebetem)* divisiones, omnem incisuram bonam, crus et humerum; *tagliо buono*. *Vulgata* nostra habet *partem*. — **6)** Apud *Cael. Aurel. 2. Chron. 12. 145.* Externam corporis eruptionem recentem dicimus incisuram. V. integr. loc.

INCĪSUS, a, um. Particip. verbi *incido*, adiectivorum more etiam adhibitum; caesus, abscissus; *tagliato*, *troncato*. *Tacit. 16. Ann. 19.* Incisae venae. *Caes. 2. B. G. 17.* Teneras arbores incisae atque inflexae. *Plin. 11. 88. 1.* Incisi nervi non solidantur. *Id. 28. 23. 2.* Incisus forficulis. *Stat. 5. Theb. 317.* squamisque incisus adnatat amnis. — **2)** Translate. *Liv. 2. 16.* et *5. 38.* Incisa spes; *troncata*, *tolta*. — **3)** Item incisuris divisus; *diviso*. *Cic. 1. Divin. 59.* Cur pulmo incisus in bonis extis proferat diem. *Plin. 25. 29. 1.* Eupatoria foliis per ambitum incisis. — **4)** Item insculptus, inscriptus; *intagliato*, *inciso*. *Cic. 4. Verr. 63.* Videmus in basi statuarum maximis litteris incisum, A communi Siciliae datas. *Id. Balb. 23.* Foedus in columna incisum et perscriptum. *Id. Font. 14.* Incisus ac notatus in monumentis rerum gestarum. *Liv. 5. 37. sub fin.* Leges in aes incisas in publico proponere. *Horat. 4. Od. 8. 13.* incisa notis marmora publicis. *Suet. Grammat. 17.* Fasti marmoreo parieti incisi. — **5)** Item *incisus* etiam dicitur is, cuius nomen in tabulis aereis publicis incisum est. *Inscr.* apud *Murat. 116. 11.* Eutycheti filio, qui vixit ann. VI. diebus

Digitized by Google

VI. incisus, ingenuusque accepit congiarium (*ostio*) XC. *Senec. 4. Benef. 28.* Frumentum publicum tam fur, quam periurus, et adulter accipiunt, et sine delectu morum quisquis incisus est. V. INCĪDO §. 8. — **C)** Absolute, substantivorum more,

INCISUM, i, n. Est pars periodi brevior apud Rhetores: nam longior membrum est. *Quintil. 9. 4. a med.* incisum, quantum mea fert opinio, erit sensus non expleto numero conclusus: plerisque pars membri. Tale est enim quo Cicero utitur (*Orat. 67.*) *Domus tibi deerat? at habebas, Pecunia superabat? at egebas.* Fiunt autem etiam singulis verbis incisa, ut *Diximus; testes dare volumus.* Incisum est *diximus. Cic. ibid. 62.* Nescio, cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte incisa et membra dicamus.

INCĪSUS, us, m. Verbale ab *incido;* idem ac incisio. *Plin. 16. 25. 4.* Fructum quaedam proximo anno ab incisu largiuntur.

INCĪTĀ, V. INCITUS, a, um. §. 3.*

INCĪTĀBĪLIS, le. Adiect. verbale ab *incito;* qui incitari potest. *Gloss. Philox.* Incitabilis; παροξυντικός.

INCĪTĀBŬLUM, i, n. Verbale ab *incito* idem ac incitamentum. *Gell. 15. 2.* Fomitem esse quendam dicens, et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret. *Onom. Lat. Gr.* Incitabulum; ὁπλισμός. Cf. loc. *Macrob.* sub v. IGNITABULUM §. 2.

INCĪTĀMENTUM, i, n. Verbale ab *incito,* syllabica adiectione productum; stimulus, invitamentum; *incitamento, stimolo. Cic. Arch. 10.* Hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. *Curt. 9. 5.* Desperatio magnum ad honeste moriendum incitamentum. *Tacit. 1. Ann. 35.* Incitamenta irarum. Adde *Plin. Paneg. 27.* et *Cyprian. ep. 54. n. 5.*

INCĪTĀTĒ. Adverb. ab *incitatus,* quod in comparativo gradu tantum reperitur usurpatum; cum incitatione; *con incitazione. Cic. Orat. 20.* Locutio, quod incitatius feratur, etc. Et *63.* Tum incitatius, tum tardius.

INCĪTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incito;* actus incitandi; *incitamento. Cic. 2. Orat. 9.* Languentis populi incitatio, et effrenati moderatio. Et *43.* Inflammatur animus iudicis acri et vehementi quadam incitatione. — **2)** Passive est motus incitatus, impetus, celeritas; *vemenza, celerità. Cic. 4. Acad. 26.* Sol tanta incitatione fertur, ut celeritas eius quanta sit, ne cogitari quidem possit. — **3)** Translate. *Id. 1. Orat. 33.* Sic evolavit oratio, ut eius vim atque incitationem aspexerim, vestigia ingressumque vix viderim. *Caes. 3. B. C. 92.* Est quaedam animi incitatio atque alacritas innata omnibus, quae studio pugnae incenditur. *Cic. 1. Divin. 40.* Helenus et Cassandra divinantes, alter augurliis, altera mentis incitatione divina; *h. e.* furore. V. INCITATUS, a, um §. 4.

INCĪTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *incito;* qui incitat; *incitatore. Front. de eloq.* (edente iterum *A. Maio*) *ante med.* Apollo paeanum auctor, Liber dithyramborum cognitor, Fauni vaticinantium incitatores. — *Prudent. 10. περὶ στεφ. 67.* Incitator et fax omnium. *Ammian. 28. 1. ad fin.* Male sanus incitator. Adde *Cyprian. ep. 14. 4. 2.*

INCĪTĀTRIX, tricis, f. Verbale ab *incito;* quae incitat; *incitatrice. Arnob. 2. p. 64.* Incitatrix ad vitia. *Lactant. Ira D. 23.* Opulentia libidinum incitatrix. *Nazar. Paneg. ad Constantin. 34.* Incitatrix licentiae.

INCĪTĀTUS, a, um. Particip. verbi *incito;* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *incitatior* §. *1.* et *3.*, superlat. *incitatissimus* §. *1.* — Proprie est citatus, impulsus, vehementer motus; *incitato, commosso, spinto con vemenza. Cic. 3. Nat. D. 6.* Equo incitato se in hostes immittens. *Id. Orat. 59.* Incitatior cursus. *Senec. Troad. 999.* Incitato gradu accurrere. *Id. Hippol. 1256.* Incitati turbines. *Caes. 7. B. G. 60.* Lintres magno sonitu remorum incitatae. *Cic. Somn. Scip. 3.* Mundi incitatissima conversio. — **2)** Translate. *Id. 1. Fam. 7. a med.* Cum beneficiis tuis, tum amore incitatus meo. *Id. Senect. 12.* Incitatus voluptate. *Caes. 3. B. C. 78.* celeritate et studio. *Cic. 2. Leg. 22.* acerbiore odio. *Id. 3. Tusc. 24.* Esse studio incitato ad investigandam veritatem. *Id. 1. Orat. 46.* Populum incitatum in bonos mitigare. *Liv. 44. 30.* Incitatus ad Romanum bellum. *Caes. 1. B. G. 4.* Cum civitas, ob eam rem incitata, armis suum ius exsequi conaretur; *irritata.* Sic *4. ibid. 14.* Milites pristini diei perfidia incitati. *Hirt. 8. B. G. 35.* Acrius incitati contra armatos. — **3)** Refertur et ad vim, impetumque dicendi. *Cic. Orat. 12.* Herodotus sine ullis salebris, quasi sedatus amnis fluit: Thucydides incitatior fertur, et de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. — **4)** Item ad furorem divinum. *Id. 4. Acad. 5.* Exclamant quasi mente incitati. *Catull. 63. 93.* Alios age incitatos, alios age rabidos.

INCĪTĀTUS, us, m. Verbale ab *incito,* idem ac incitatio. *Plin. 2. 54. 1.* Venti sive assiduo mundi incitatu, et contrario siderum occursu nascuntur, etc. *Alii leg.* incitu.

INCĪTĔGĂ, ae, f. Est machinula, in qua constituebatur in convivio amphora, de qua subinde deferrentur vina. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* Usus eius erat, ne amphora fundo suo maculam mensae imprimeret. Nomen ex eo, quod tegeret mensae partem: ab *incitego,* pro *intego,* interiecta syllaba *ci* per epenthesin, quod Veteres in multis faciebant, ut *conciplo* pro *compilo, recipero,* sive, ut nunc dicimus, *recupero* pro *reparo, reciprocus* pro *reprocus. Scaliger.* — Ceterum, ut observat *Fea* ad illud *Horat. 1. Sat. 6. 116.* et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet; *incitega* videtur esse vox corrupta ex ἐγγυθήκη (ab ἔγγυς pro ἔγγυς; vas, et θήκη; repositorium), quae plerumque marmorea erat, ut ait *Iabolen. Dig. 32. 1. 100. §. 5.*, basis vasorum collocandorum causa parata, quamque ita describit *Sidon. carm. 17. 7.* Nec per multiplices abaco splendente cavernas Argenti signa ponderis defodiam. Ubi *abaco* est pro mensa seu delphica multiforatili, in cuius *cavernis,* seu foraminibus pocula fundo olim sphaerico praedita, non, ut apud nos, plano, inserebantur in convivarum usum a pocillatore identidem depromenda. V. REPOSITORIUM.

INCĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cito,* frequentativ. ab *cieo,* quod V. — **b)** Particip. *incitandus* §. *7.*, *incitatus,* V. suo loco, *incitaturus* §. *2.* — **c)** Derivata, *incitabilis, incitabulum, incitamentum, incitatio, incitator, incitatrix, incitatus, us.*

INCITO proprie est vehementer impello, concito, commoveo; *muovere con vemenza, spingere, incitare, commuovere. Cic. 2. Nat. D. 40.* Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur: saepe etiam insistunt. *Sallust. fragm.* apud *Non. 18. 16.* Incitare saxa per prenum. *Lucret. 3. 744.* pavor incitat artus. *Val. Flacc. 1. 409.* Incitare hastas. *Caes. 2. B. C. 41.* vehementius equos. *Id. 3. ibid. 24.* Scaphae se in hostes incitaverunt. *Id. 3. B. G. 12.* Cum ex alto se aestus incitavisset. Et *2. B. C. 14.* Nostri ex castris se incitant; *h. e.* se proripiunt. — **2)** Translate est excitare. *Cic. 2. Orat. 38.* Ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat. *Id. Brut. 92.* Duo tum excellebant oratores, qui me imitandi cupiditate incitarent. *Id. 1. Orat. 20.* Consuetudo exercitatioque et intelligendi prudentiam acuit, et eloquendi celeritatem incitat. *Id. 2. Divin. 2.* Quorum studio legendi meum scribendi studium in dies incitatur. *Plin. 20. 26. 3.* Incitare aviditatem; *eccitar l' appetito. Ovid. Rem. am. 652.* Et multam salicns incitat unda sitim. *Liv. 54. 33.* Maximae partis sententia erat, ipsum multos incitaturum. — **3)** *Incitare currentem* proverb. V. CURRO §. 4. — **4)** Speciatim

II. *Incito* est etiam divino afflatu concitare. *Cic. 1. Divin. 36. a med.* Nam terrae vis Pythiam Delphis incitabat, naturae Sibyllam. V. INCITATUS, a, um §. 4. — **5)** Item irritare, provocare. *Id. Flacc. 33.* Neque enim desunt, qui istos in me atque in optimum quemque incitent. *Id. 4. Acad. 67.* Opifices si undique omnes convenerint, facile contra vos incitabuntur. *Quintil. 6. 4. 10.* Iracundia nonnunquam iudices incitat. — **6)** Item hortari, impellere, stimulos admovere. *Cic. 1. Orat. 61.* Cohortationibus ad studium et ad laborem incitare iuvenes. *Id. 3. Fin. 20.* Natura incitari ad servandum genus hominum. *Caes. 3. B. G. 10.* Multa Caesarem ad id bellum incitabant. *Id. 1. B. C. 56.* Incitare aliquem praemiis et pollicitationibus. *Suet. Caes. 7.* Incitare ad amplissimam spem. — **7)** Item vexare, agitare. *Id. Cal. 50.* Incitabatur insomnia maxime. — **8)** Item augere, intendere. *Tacit. 3. Ann. 23.* Relatum de moderanda Papia Poppaea, quam Augustus post Iulias rogationes, incitandis caelibum poenis, sanxerat. — **9)** *Incitare arborem* est cultu promovere, ut libere crescat. *Colum. 4. 22.* Frequentibus fossuris terra permiscetur, ut incitari vitis possit. Et *33. in fin.* Castanea ferro repetenda est, ut incitetur eius proceritas. *Id. 3. 21.* Interest, plures ne, an pauciores vehementer materias vinitor submittat, prolixisve flagellis incitet, an etc. *Cic.* hoc sensu verbo *excitare* usus est *2. Orat. 21.* Nova sarmenta cultura excitare. *Colum. 4. 28.* eadem ratione *concitare* adhibuit.

INCĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *citus;* incitatus, concitatus, vehementer impulsus, velox; *spinto con vemenza, incitato, veloce. Lucret. 1. 271.* venti vis verberat incita portus. *Virg. 12. Aen. 492.* apicem tamen incita summum Hasta tulit. *Val. Flacc. 1. 723.* talem incita longis Porticibus coniuxque fugit, natique Lycurgum. *Sil. 1. 491.* pronoque silex ruit incitus ictu. *Polit.* apud *Cic. 2. Nat. D. 58.* Sic inciti atque alacres rostris perfremunt Delphini. *Virg. 11. Aen. 334.* crebro super ungula pulsu incita. — **2)** Deinde

II. *Incitus* est etiam ab *in* negativa et *citus;* qui cieri, et ulterius promoveri nequit, immotus. Hinc in ludo calculorum seu latrunculorum proprie incitus dicebatur lusor, qui pluribus calculis spoliatus reliquos habebat nullos, nisi alligatos seu incitos, quos nempe sine damno ciere non poterat: nos dicimus *ho scacco matto. Isid. 18. Orig. 67.* Calculi partim ordine moventur, partim vage. Ideo alios ordinarios, alios vagos appellant: at vero qui moveri omnino non possunt, incitos dicunt. Unde et egentes homines inciti vocantur, quibus spes ultra procedendi nulla restat. Haec *Isid.* — **3)** Hinc *ad incitas* scil. calces, seu *ad incita,* scil. loca, *redactus* is translate dicitur, qui fortunis atque opibus accisus in summa rerum difficultate, consilique inopia ita versatur, ut inde expediri nequeat. Hinc *Gloss. Isid.*

Digitized by Google

incitae, ultima conditio fortunarum. *Plaut. Poen. 4. 2. 85. Sy.* Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas *(puellas)* abduxerit. *Mi.* Quin prius disperibit, faxo, quam unam calcem civerit (Hic *calcem calculum* significat. V. CALX secundo loco §. 7.). *Id. Trin. 2. 4. 156.* Ut ad incitas redactus est! *Lucil.* apud *Non. 2. 422.* Illud ad incita cum redit, atque internecionem. *Id. ibid.* Villicum Aristocrates, mediastinum, atque bubulcum Commenducatus corrupit, ad incita adegit. *Mamertin. Gratiar. act. ad Iulian. 9.* Epirotae ad incitas, intolerandi tributi mole, depressi. *Apul. 5. Met. sub fin.* Ad extremas incitas deducti; *h. e.* ad ultima salutis iam detrusi, ut ait *Id. 9. ibid.* Plura huc pertinentia vide apud *Wernsdorf.* ad *Poët. Lat. min. T. 4. p. 415. et seqq.* Cf. *Not.* seq.

Nota. Hanc vocem *incitas Charis. 1. p. 73. Putsch.* docet, unius tantum casus esse, ut *inficias, suppetias, adfatim*, etc., si tamen *adincitas*, ut *adfatim*, unica voce effertur. — Huc fortasse spectat locus *Onom. Lat. Gr.* ingitas *(sic* in editis); *ἐνδεια*; *h. e.* indigentia. — Cl. *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat.* sub v. INDIGITAS, atis, cum *ingitas* barbara sit vox, emendaret in *indigitas*, iuberetque conferri *prodigitas*. Obstat tamen litterarum ordo. Fortasse rectius pro *incitas* scriptum dixerit *ingitas*, *g* pro *c* littera, ut solet, permutata.

INCĪTUS, us, V. INCITATUS, us.

INCĪVĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *civilis;* immoderatus, superbus, inhumanus, inter cives insuetus, iniquus, rationi aequitatique non consentaneus; *superbo, crudele, ingiusto, improprio. Gell. 10. 6.* Ob haec mulieris verba tam improba ac tam incivilia. *Aurel. Vict. Caesar. 20.* Horum nihil, praeter saevos atque inciviles animos, interim reperimus. *Ulp. Dig. 48. 19. 9.* Sunt quidem hae poenae inciviles, invitum hominem iubere facere, quod facere non potest. *Id. ibid. 50. 13. 5.* Incivile factum coërceat praetor. *Paul. ibid. 23. 2. 67.* Libertam eam pupillam, cuius patronus res administrat, uxorem ducere, satis incivile est. *Eutrop. 9. 27.* Homo ferus et incivilis ingenii. *Cels. Dig. 1. 4. 24.* Incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita iudicare vel respondere. — *Excerpta Rhetor. p. 585. 4. Halm.* Est etiam incivilis quaestio, quae ad communem animi non pertinet intellectum, ut si de pondere aut spatio mensurare quaeratur: cuius rei qualitatem ignorare non est erubescendum.

INCĪVĪLĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *incivilis;* inhumanitas, saevitia, vis; *crudeltà, insolenza, soperchieria. Ammian. 18. 2.* Ut saepe contigit per incivilitatem militis occurrentis vastantis. Adde *Cassiod. 4. Var. 12.* et *7. ibid. 39. ad fin.*

INCĪVĪLĪTER. Adverb. ab *incivilis*. — Comparat. *incivilius*, infra. — Est incivili modo, iniuste, inhumaniter, inusitate; *superbamente, ingiustamente, con soperchieria. Suet. Tit. 6.* Praefecturam egit aliquanto incivilius et violentius. *Flor. 1. in fin.* Manlius altius se et incivilius efferens. *Apul. 7. Met.* An te nos tractamus inciviliter, qui nostrum asinum furatus abducis? *Ulp. Dig. 50. 13. 2.* Novi rivi inciviliter instituti. *Id. ibid. 4. 2. 23.* Iudex inciviliter extorta restitui iubet. Adde *Ammian. 29. 5.*

INCLĀMĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inclamo;* exclamatio. *Tertull. 4. adver. Marcion. 41.* Inclamatio imprecationis.

INCLĀMĀTUS, a, um. Particip. verbi *inclamo;* clamando vocatus; *chiamato. Plin. 9. 8. 5.* Delphinus quocumque diei tempore inclamatus a puero, ex imo advolabat. Et *ibid. 10. 1.* Ultro, neque inclamati, praesto sunt. *Cael. Aurel. 2. Acut. 10. 71.* Et inclamati *(aegrotantes)*, respicientes lacrymantur, nihil dicentes, etc. *Id. 3. ibid. 3. 34.* Inclamatus aegrotans palpebram movet, atque labia conducit, significans sese audire vocantem posse. *Edict. Theod. Reg. 5.* Qui edictis solemniter inclamatus adesse contempserit.

INCLĀMĬTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *inclamo;* saepius inclamo. *Plaut. Epid. 5. 2. 46.* Etiam inclamitor quasi servus; *vengo sgridato*. — *Gild. 1. Excid. Brit. 2.* Inclamitans montes ipsos aut colles vel fluvios; *h. e.* saepe invocans. *Datian. Hist. 15.* Dedecus Reipublicae futurum inclamitant.

INCLĀMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *clamo*. — b) Particip. *inclamatus*, V. suo loco, *inclamaturus* §. 4. — c) Derivata, *inclamatio, inclamito.*

INCLAMO proprie est clamore voco; *chiamare ad alta voce. Cic. 2. Invent. 4.* Comitem illum suum inclamavit semel ac saepius. *Liv. 26. 15. a med.* Inclamare aliquem nomine. *Cael.* apud *Quintil. 4. 2. 124.* Alicuius nomen inclamare. *Gell. 17. 19.* Inclamabat Deum atque hominum fidem. *Vulg. Interpr. Dan. 6. 20.* Danielem voce lacrymabili inclamavit. — 2) Absolute est exclamo, clamo; *gridare. Cic. 1. Orat. 33. extr.* Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam dolnit. *Gell. 5. 9. in fin.* Repente in eum, qui id faciebat, sese videre, quid faceret, magnum inclamavit. *Aurel. Vict. Epit. 12. sub fin.* Voce quam maxima inclamare contra aliquem. *Cic. 2. Att. 18. extr.* Ita te para, ut, si inclamaro, advoles. — 3) Deinde

II. *Inclamo* est etiam clamando obiurgo, alta voce increpo; *sgridare. Festus* apud *Paul. Diac. p. 108. Müll.* Inclamare, conviciis et maledictis insectari. *Plaut. Stich. 2. 2. 4.* Tuos inclama: tui delinquunt. *Id. Cist. 1. 1. 110.* Nolito scriter cum inclamare. Adde *Mil. 4. 2. 45.* et *Truc. 3. 2. 4.* et *Stich. 2. 2. 4.* — Absolute. *Horat. 1. Sat. 9. 76.* Quo tu, turpissime, magna inclamat voce. — 4) Eodem sensu, intransitivorum more,

III. *Inclamo* cum dativo. *Ovid. 1. Amor. 7. 48.* Nonne satis fuerat timidae inclamasse puellae? *Liv. 1. 25.* Inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri. *Chrysolog. Serm. 92.* O quanta taciturnitate tuba saeculis inclamatura generatur!

INCLĀRĔO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *clareo;* clarus sum, manifestus, notus; *esser chiaro, famoso. Plin. 35. 40. 7.* Inclaruit maxime discipulo Nicia Atheniensi, qui diligentissime mulieres pinxit. *Suet. Gramm. 17.* Docendi genere inclaruit. *Plin. 33. 33. 1.* In auro caelando inclaruisse neminem. *Id. 7. 38. 1.* Quae artes pluribus inclaruere exemplis. Adde *Vulg. Interpr. Exod. 19. 16.*

INCLĀRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *inclareo;* clarus fio. *Boëth. 3. Consol. Phil. pros. 4.* Si multis honoribus inclarescant.

INCLĀRUS, a, um. Adiect. ab *in* et *clarus;* non clarus, obscurus; *oscuro. Symmach. 3. ep. 4.* An ita vel mei animi fides inclara est, vel meriti tui angusta monumenta sunt, ut etc?

INCLAUDĬBĪLIS. V. voc. seq.

INCLAUDĬCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *claudico;* qui non claudicat. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 471. Inclaudicabilis* ad pedem refertur; *inclausibilis* ad locum; *inclaudibilis* vero ad irrationale.

INCLAUSĬBĪLIS. V. voc. praeced.

INCLAUSUS. V. INCLUDO §. c.

INCLĒMENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *clemens*. — Comparat. *inclementior* et superlat. *inclementissimus*, infra. — Est durus, asper; *crudele, aspro. Liv. 8. 32. a med.* Increpabant inclementem dictatorem. *Id. 9. 34. sub fin.* Inclementiori verbo appellare. *Macrob. 1. Somn. Scip. 10.* Dionysius aulae Siculae inclementissimus incubator. Adde *Sil. 8. 440.*

INCLĒMENTER. Adverb. ab *inclemens*. — Comparat. *inclementius*, infra. — Est dure, aspere; *crudelmente, aspramente. Plaut. Amph. 2. 2. 110.* Iterum hic iam in me inclementer dicit. *Id. Pseud. 1. 1. 28.* Inclementer dicere alicui. Et *Poen. 5. 5. 44.* Alicui inclementer loqui. *Plin. 18. 7. 5.* Inclementer censuit; *troppo rigorosamente. Liv. 3. 48.* Si quid inclementius in te sum invectus.

INCLĒMENTĬA, ae, f. Abstractum ab *inclemens;* crudelitas, asperitas; *crudeltà, asprezza. Virg. 2. Aen. 602.* inclementia Divûm Has evertit opes. *Id. 5. G. 68.* durae inclementia mortis. *Stat. 1. Silv. 4. 50.* gravis inclementia fati. — 2) Translate. *Claudian. B. Get. 210.* maris inclementia. *Iustin. 9. 2.* caeli; *aria cattiva. Claudian. 1. Rapt. Pros. 82. de Plutone*, dirae rigent inclementia formae.

INCLĪNĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *inclino;* qui facile inclinat et propendet. *Senec. ep. 94. circa med.* Dubios et in pravum inclinabiles animos revocat ad rectum bonorum virorum conversatio.

INCLĪNĀMENTUM, i, n. Verbale ab *inclino*, syllabica adiectione productum; inclinatio, clima. *Aggen. Urb. Controv. agr. p. 62. Lachm.* Ex his argumentaliter inclinamentorum conditio cognoscetur, intra quae ager imperii Romani spatioso fine diffunditur. — 2) Speciatim apud Grammaticos est declinatio et positio verborum; *terminazione. Nigid.* apud *Gell. 4. 9.* Inclinamentum huiuscemodi verborum, ut vinosus, mulierosus, nummosus, signat copiam quandam immodicam rei, super qua dicitur.

INCLĪNANS, antis. Particip. verbi *inclino*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui inclinat, et propendet. *Cic. 2. Orat. 44. extr.* Tantam vim habet oratio, ut non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etc.; *chi piega per cadere.* Et *4. Tusc. 23.* Danais inclinantibus, proelium restituit; *che piegavano alla fuga. Tacit. 13. Ann. 54. extr.* Libertate ignota magis ad servitium inclinantes; *inclinati.* Et *4. Hist. 68.* Suopte ingenio ad mitiora inclinantes. *Plin. 27. 105. 1.* Color ad crocum inclinans; *h. e.* accedens, proximus, similis; *che tira al zafferano.* — *Sulpic. Sev. 1. Dial. 15.* Inclinante vespero.

INCLĪNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inclino;* actus inclinandi; *piegamento, inchinamento. Cic. 1. Nat. D. 54.* Ingressus, cursus, accubitio, inclinatio, sessio. *Plin. 16. 85. 2.* Alterna inclinatione egerunt scobem. *Id. 8. 77. 4.* Merso navigio inclinatione lateris unius. *Tacit. 2. Hist. 35.* Cum variis trepidantium inclinationibus mixti remiges, propugnatoresque turbarentur. *Plin. 37. 38. 1.* Eristalis gemma, cum sit candida, ad inclinationes rubescere videtur; *al piegarsi.* — 2) Inclinatio caeli est clima; *clima. Vitruv. 1. 1.* Propter inclinationes caeli, quae Graeci κλίματα dicunt. *Id. 6. 1.* Inclinationes mundi. *Gell. 14. 1. ante med.* Sub ea inclinatione caeli, sub qua Chaldaei fuerunt. — *Quintil. 11. 3. ad fin.* Inclinationes vocis; *inflessioni. Cic. Orat. 18.* vocat *flexiones.* — 3) Translate est conversio, et mutatio,

Digitized by Google

cum quippiam in aliam rationem inclinatur et vertitur. *Id. Balb. 26.* Fuit hoc sive meum, sive reipubl. fatum, ut in me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. *Id. 2. Agr. 29.* An ignoratis illa magnifica populi R. vectigalia perievi saepe momento fortunae, inclinatione temporis, pendere? *Id. Sext. 54.* Pieri quaedam ad meliorem spem inclinatio visa est. *Id. Mur. 26.* Magna est autem comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, praesertim cum incubuit ad virum bonum, etc. *Id. 2. Orat. 29.* Necesse est ut is, qui nobis causam adiudicaturus est, inclinatione voluntatis propendeat in nos. *Sen. 2. Clem. 4. a med.* Crudelitas est inclinatio animi ad asperiora. *Tacit. 4. Ann. 20.* Principum inclinatio in hos, offensio in illos; *inclinazione, propensione.* Et *1. ibid. 28.* Utendum ea inclinatione Caesar ratus; *di quella mutazione d' animi. Quintil. 5. 13. sub fin.* Inclinatio causae; *il pisgar della causa a favore d' una delle parti.* — **4)** Speciatim apud Grammaticos

II. *Inclinatio* est variatio verbi per suos modos. *Diomed. 1. p. 328. Putsch.* — **5)** Item *inclinationes verborum* sunt eorum derivationes ab uno ad aliud, ut a *vino vinosus. Varr. 9. LL. in princ. et fin.* V. DECLINATIO §. 10. et INCLINO §. 5.

INCLĪNĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *inclino;* qui inclinat, encliticus. *Priscian. de XII. vers. Aen. p. 1225. Putsch.* Haec *(que)* et aliae duae coniunctiones, ve videlicet et ne, sunt apud Latinos inclinativae, quas Graeci ἐγκλιτικὰς vocant; solent enim suos accentus in extremam syllabam praecedentis dictionis remittere, ut *virumque, subiective, tantane.*

INCLĪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *inclino,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *inclinatior* §. 4. — Proprie est inflexus, declinatus; *inclinato, piegato. Cic. 3. Tusc. 3.* Inclinato in postmeridianum tempus die. — *Plin. 15. 10. 1.* Cotonea colore ad aurum inclinato; *che tira all' oro.* Sic *24. 86. 2.* Herba coloris in luteum inclinati. — **2)** *Inclinata domus,* quae ruinam minatur. Allegorice *Virg. 12. Aen. 59.* in te omnis domus inclinata recumbit. — **3)** *Inclinata vox* est demissa, simulque plena, quam βαρύτονον Graeci dicunt; *voce bassa e piena:* opponiturque altiori et erectae, quae acutiore sono funditur. *Cic. Orat. 5. extr.* Inclinata ululantique voce, more Asiatico, canere. Et *17. sub fin.* Volet igitur ille, qui eloquentiae principatum petet, et contenta voce atrociter dicere, et summissa leniter; et inclinata videri gravis, et inflexa miserabilis. — **4)** Item proclivis, propensus. *Liv. 25. 46.* Plebs ante inclinatior ad Poenos fuerat. *Tacit. 1. Hist. 81.* Inclinatae ad suspicionem mentes. — **5)** *Inclinatus* etiam dicitur, qui optimum statum, seu tenorem non amplius servat; *chi ha preso cattiva piega. Cic. 2. Fam. 16.* Inclinata fortuna et prope iacens. *Liv. 42. 59.* Inclinata res. Sic inclinatae copiae; *h. e.* ad fugam versae, *Nep. Pelop. 5.* Sic *Cic. 1. ad Brut. 18.* Ferre praesidium labenti et inclinatae reipublicae. — **6)** *Inclinatus morbus* est *malattia in declinazione. Cels. 3. 2.* et *Plin. 23. 40. 2.* — **7)** *Inclinati mores,* in peius mutati; *deteriorati. Id. 35. 46. 3.* — **8)** Absolute. *Inclinata rerum* sunt res inclinatae et adversae. *Sil. 6. 119.* Quidquid adest duri, et rerum inclinata feramus.

INCLĪNĀTUS, us, m. Verbale ab *inclino,* idem ac inclinatio. *Gell. 5. 13.* Neque aliud est, quod simili inclinatu dicatur; *idest* derivatione. V. DECLINATIO §. 10.

INCLĪNIS, ne. Adiect. verbale ab *inclino;* qui inclinatur et flectitur. *Val. Flacc. 4. 307.* sonat omnis vulnere cervix inclinis, cadituque malis. *Minuc. Fel. Octav. 5. ad fin.* Inclinis atque humilis. — **2)** Deinde

II. *Inclinis* est etiam ab *in* negativa et *clino;* non inclinans. *Manil. 1. 396.* His eadem est via, quae mundo pariterque rotantur inclines.

INCLĪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *clino,* quod V. — **b)** Particip. *inclinans,* V. suo loco, *inclinandus* §. 1., *inclinatus,* V. suo loco, *inclinaturus* §. 7. — **c)** Derivata, *inclinabilis, inclinamentum, inclinatio, inclinativus, inclinatus, us, inclinis.*

INCLINO proprie est torqueo, flecto, inflecto, declino; *inchinare, piegare. Ovid. 11. Met. 338.* Pariterque boum fulvis genua inclinarat arenis. Et *208.* omnes inclinavit aquas ad avarae litora Troiae. *Id. 2. ibid. 720.* super Actaeas agilis Cyllenius arces inclinat cursus. *Martial. 1. 77.* arbor inclinat varias ponderе nigra comas. *Lucret. 6. 573.* terra inclinatur, retroque recellit. *Propert. 4. 7. 25.* At mihi non oculos quisquam inclinavit euntes; *h. e.* clausit oculos iam morte natantes. — *Quintil. 11. 3. 152.* Inclinari ad iudicem. *Cels. 7. 7. n. 14.* Inclinanda acus ad ipsam suffusionem est. — **2)** *Inclinare se* vel *inclinari* dicitur dies, sol, cum ad vesperam vergit. *Liv. 9. 32.* Prius sol meridie se inclinavit, quam etc. — Alio sensu dixit *Vulg. Interpr. Cantic. 2. 17.* et *4. 6.* Donec aspiret dies et inclinentur umbrae; *h. e.* donec plene illucescat dies. — Sic *Id. Psalm. 143. 5.* Domine, inclina coelos tuos et descende. Ἀλληγορικῶς. — **3)** Speciatim in re militari *inclinari* et *inclinare acies* dicitur, cum retro cedit, et ad fugam spectat. *Liv. 1. 12.* Ut Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies. *Id. 7. 35.* Tum primum referri pedem, atque inclinari rem in fugam apparuit. — **4)** Sensu obsceno *inclinare puerum,* vel *virum* est illum pronum ita obvertere, ut stuprum patiatur. *Iuvenal. 10. 224.* quot discipulos inclinet Hamillus. *Id. 9. 26.* atque ipsos etiam inclinare maritos. V. INCURVO. — Aliter vero interpretandus est locus, qui huc referri a quibusdam solet, *Plauti Pers. 4. 8. 7.* Nam iam inclinabo me cum liberta tua: hic enim significat tantum *accumbam,* ut patet ex *Bod. ibid. 5. 1. 4.* — **5)** Apud Grammaticos *inclinare* est ab una voce aliam formare, inclinatione postremae syllabae (quod et *declinare* dicitur), ut *ingeniosus, formosus, officiosus,* quae ab *ingenio,* et *forma,* et *officio* inclinata sunt, inquit *Gell. 4. 9. a med.* Adde *3. 12.* et *18. 5. a med.* — **6)** Item in casus variare. *Id. 10. 18.* Nam *partim* hoc in loco adverbium est, neque in casus inclinatur. — **7)** Translate, *inclinari* vel *inclinare* dicitur fortuna, aut respubl. aut quid simile, cum in melius, aut deterius mutatur. *Caes. 1. B. C. 32.* Magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinaverat: ut nostri inopia rerum conflictarentur, illi omnibus abundarent rebus. *Liv. 1. 18.* Quamquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde sumpto, videbantur. — Παράλ. est illud *Iustini, 5. 1. extr.* Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat. *Liv. 27. 45.* Alii, ipsos rem omnem inclinaturos. — **8)** Saepe refertur ad animum, et significat flecti, propendere, proclivem esse. *Cic. 3. Fin. 3.* Inclinare se ad Stoicos. *Liv. 7. 9.* Ut belli causa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. *Id. 29. 35. extr.* Haec animum inclinant, ut credam, etc. — *Id. 5. 8. ad fin.* Quum omnem culpam in collegam inclinaret. — *Quintil. 4. 1. 14.* Iudicem inclinat miseratio. — **9)** Aliquando significat imminuere, in deterius vertere. *Quintil. 10. 1. a med.* Quin etiam Phalereum illum Demetrium (quamquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur) multum ingenii habuisse et facundiae fateor. — **10)** *Inclinari,* mutare, demitti. *Cic. 5. Att. 13.* Ut me paulum inclinari timore viderunt, sic impulerunt, ut etc. — **11)** Deinde, intransitivorum more, iisdem fere sensibus, quibus active,

II. *Inclino* proprie est flector, inflector; *inchinarsi, piegarsi. Lucret. 2. 243.* Paullum inclinare necesse est corpora. — **12)** Speciatim de motu astrorum, ut supra §. 2. *Iuvenal. 3. 316.* Sed lumenta vocant, et sol inclinat, eundum est. *Horat. 3. Od. 28. 5.* Inclinare meridiem sentis. — **13)** In re militari, ut supra §. 3. *Liv. 7. 35.* Ita conflixerant, ut aliquandiu in neutram partem inclinarent acies. *Id. 34. 28. ad fin.* Tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. — **14)** Translate ut supra §. 8. *Cic. 2. Orat. 44.* Si se dant, et sua sponte quo impellimus, inclinant et propendent, etc. *Curt. 10. 7.* In stirpem regiam inclinavere studiis; *pisgarono col favore. Liv. 4. 26. in fin.* Ita dubii quoque inclinant ad nomina danda. *Cic. Senect. 6.* Cum sententia senatus inclinaret ad pacem, et foedus faciendum cum Pyrrho. *Liv. 27. 46. a med.* Multorum eo inclinabant sententiae, ut tempus pugnae differretur. *Id. 32. 15.* Inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen dimittere. *Al. leg.* demittere. — Cum dativo. *Horat. 1. Sat. 3. 69.* amicus dulcis, ut aequum est, Cum mea compenset vitiis bona, pluribus hisce (Si modo plura mihi bona sunt) inclinet, amari Si volet; *h. e.* his faveat; haec magis spectet, quam vitia. — **15)** Item motor sive in melius sive in deterius. *Lucan. 5. 732.* Inclinant iam fata ducum; *h. e.* Pompeii in deterius, in melius Caesaris.

INCLĪTUS. V. INCLUTUS.

* INCLOCTOR, ōris, m. Vox ficta de lorariis, qui crebris ictibus servorum terga caedentes κλωγμὸν, seu strepitum edebant. Quidam tribuunt *Plauto, Asin. 3. 2. 6.,* ubi alii alia. V. INDUCTOR.

INCLŪDO, dis, si, sum, dĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *claudo,* quod vi compositionis in *cludo* mutatum est. V. CLAUDO §. 2. et seqq. — **b)** *Endoclusus* ἐγκλείστως pro *inclusus* legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Endoclusa; *ἐνκεκλεισμένα (lege ἐγκεκλεισμένα).* — **c)** Etiam *inclausus* pro *inclusus* reperitur in antiquis MSS. Sic in *Excerpt.* quae edi solent in calce *Ammiani, n. 43.* Inclausus cum uxore et filiis. — **d)** Particip. *includens* et *includendus* §. 1., *inclusus,* V. suo loco. — **e)** Derivata, *inclusio, inclusor.*

INCLUDO proprie est intus claudo; *rinchiudere, serrare dentro, inchiudere. Cic. Senect. 21.* Nam dum sumus inclusi in his compagibus corporis. *Id. Univ. 10.* Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat. *Id. 7. Verr. 55.* Includere in custodias. *Id. 5. Phil. 12.* Armatos in cella Concordiae inclusit. *Virg. 2. Aen. 19.* corpora furtim includunt caeco lateri. *Lucret. 4. 1119.* grandes viridi cum luce smaragdi Auro includuntur; *si legano in oro. Ulp. Dig. 19. 2. 13. §. 5.* Si gemma includenda aut insculpenda data sit, etc. *Plin. 37. 56. 2.* Ophicardelon *(gemmam)* barbari vocant, nigrum colorem binis lineis albis includentibus. *Cic. 6. Verr. 24. sub fin.* Illa *(emblemata)* ex patellis et turibulis quae vellerat, ita apte in scyphis aureis includebat, ut etc.; *incastrava.* — **2)** Translate. *Id. 15. Att. 19.* Constituebam, neminem includere in dialogos eorum, qui viverent; *introdurre a parlare. Id. 5. Orat. 48.* Includere verba versu; *mettere in verso.* Et *1. Att. 15. ad fin.* Τοπαθεῖσιν, quam postulas, includam orationi meae. *Horat. 1. Ep. 1. 5.* quaeris . . . antiquo me includere ludo. — **3)** Deinde

Digitized by Google

B. *Includo* sumitur aliquando pro simplici *claudo*. *Horat. 4. Od. 13. 14.* tempora, quae notis condita fastis inclusit volucris dies. *Senec. 3. Ira, 10. a med.* Os alicui inserta spongia includere. — **A**) Item pro inserere. *Virg. 2. G. 76.* huc alienа ex arbore germen includunt, udoque docent adolescere libro. — **B**) Item pro induere, aut circumdare. *Id. 11. Aen. 488.* surasque incluserat auro; h. e. ocreis aureis. Adde *12. ibid. 430.* — **C**) Translate est etiam claudere, finire. *Propert. 2. 12. 34.* Forsitan includet crastina fata dies. *Plin. 11. 15. 4.* Mellatio idib. Novembr. fere includitur. *Sil. 13. 685.* peracta est illa suprema dies, et laude inclusimus aevum. *Cels. 1. 8. ad fin.* Omnes potiones aqua frigida includere. — **D**) Item praecludere, impedire. *Liv. 27. 26.* Circulere, qui a tergo includerent viam. *Plin. 11. 84. 1.* includere spiritum. *Cic. Rabir. Post. 17. extr.* Me dolor debilitat, includitque vocem. *Stat. 12. Theb. 518.* inclusitque dolor lacrimas. — **E**) Pro definire, terminare. *Plin. 5. 28. 5.* Asiam in duas partes Agrippa divisit: unam inclusit ab oriente Phrygia, etc.

INCLŪSĬO, ōnis, f. Verbale ab *includo;* actus includendi; *rinchiudimento. Cic. Vatin. 10.* Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere volueras. — **B**) Apud Rhetores est etiam figura eadem quae a Graecis epanadiplosis dicitur, teste *Iul. Rufinian. de schem. lex. n. 8.* V. EPANADIPLOSIS.

INCLŪSOR, ōris, m. Verbale ab *includo;* qui includit. *Vulg. Interpr. Ierem. 24. 1.* et *29. 2.* Principes Iuda et Ierusalem et faber et inclusor. Cf. ad rem *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — **B**) Speciatim vero, qui aurum in argento, vel in aere; et qui gemmas in auro, vel in argento includit; *intarsiatore in oro*, et *incastonatore di gemme. Hieronym. 5. in Ierem. 24.* Artifices, inclusoresque auri, atque gemmarum, quae ars apud barbaras nationes pretiosissima est. — Eiusdem, suppresso tamen nomine, mentionem facit *Apul. Florid. n. 9.* Ipse et anuli orbiculum circulaverat, et palam cluserat, et gemmam insculpserat. V. EXCLUDO §. 3. et loc. cit. *Cic. 6. Verr. 24.* in INCLUDO §. 1. *fin.* Cf. quae de hac voce congessit cl. *Vercellone, Var. lect. T. 2. p. 643.* ad *4. Reg. 24. 14.*

INCLŪSUS (et Inclausus, V. INCLUDO §. c.), a, um. Particip. verbi *includo*, adiectivorum more etiam adhibitum, atque iisdem fere significationibus, quibus gaudet verbum; clausus, conclusus; *rinchiuso. Cic. Rabir. perduell. 7. sub fin.* Inclusum atque abditum latere in occulto. *Id. Har. resp. 12.* Populus R. septus atque inclusus. Et *2. Divin. 35.* Avis inclusa in cavea. *Ovid. Ib. 321.* Inclusus cavea. *Caes. 3. B. C. 66.* et *67.* Minora castra inclusa maioribus. *Cic. 2. Catil. 8.* Intus inclusum periculum est. Et *1. ibid. 2.* Senatusconsultum inclusum in tabulis, tanquam in vagina reconditum. *Id. 2. Nat. D. 24.* Physica ratio inclusa est in impias fabulas. Et *15. Att. 4.* Illa, quae mihi sunt inclusa medullis. *Liv. 24. 8.* Nullis neque temporis, neque iuris inclusus angustiis; *ristretto. Cic. 1. Fam. 9. a med.* Inclusum odium effundere. *Ovid. 5. Trist. 1. 63.* Strangulat inclusus dolor, atque exaestuat intus; *trattenuto, e non isfogato.* Et *ibid. 9. 31.* lege data vincta atque inclusa Thalia; *legata e ristretta. Stat. 4. Silv. 4. 11.* Verba inclusa modis; *versi.* Et *Horat. Art. P. 76.* Sententia inclusa versibus; *massa, spiegata in versi. — Pers. 1. 5.* Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber; h. e. seclusi, secreti a turba.

INCLŪTUS, Inclitus et Inclytus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *cluo*, coll. Graeca voce κλυτὸς, eiusdem significationis. V. CLUO et CLUTUS. — **b**) Ad scribendi rationem quod attinet, Veteres dixere *inclutus*, more Latinis usitato Graecam υ in u vertendi: quod et in *cluo* et *cluo* a κλύω derivatis factum est, et hodieque a nonnullis usurpatur. Sunt etiam qui *inclitus* scribunt, quod verba, quamvis Graecae originis, paulatim usu longo in Latinam scriptionem transeunt, ut *fama, silva*, etc. Recentiores frequentius *inclytus*. — **c**) Quid sit apud *Cic. Orat. 48.* inclytus prima brevi, etc. diximus in BREVIS §. 14. — **d**) Superlat. *inclutissimus* §. *1.*

INCLUTUS proprie est qui valde cluet, illustris, clarus, nobilis; *inclito, glorioso, illustre, famoso, celebre. Vet. Poëta* apud *Cic. 1. Divin. 50.* iudicavit inclytum iudicium inter Deas tres aliquis. *Liv. 1. 18.* Inclyta iustitia religioque ea tempestate Numae Pompilii erat. *Cato* apud *Gell. 3. 7.* Inclutissima claritudo. *Colum. 1. 4.* Dux inclytissimus. *Plaut. Pseud. 1. 2. 41.* Inclutae amicae. *Id. Pers. 2. 3. 1.* Iovi opulento, inclyto. *Virg. 2. Aen. 241.* Inclyta bello Moenia Dardanidum. Et *82.* Gloria inclyta fama. *Id. 6. ibid. 479.* inclytus armis Parthenopaeus. *Plin. 5. 1. 3.* Sagaris fluvius ex inclytis. *Enn. 1. Annal. 116.* Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est. *Vulg. Interpr. Isai. 13. 19.* Inclyta superbia Chaldaeorum. Adde *Horat. 2. Sat. 3. 197.* et *Lucret. 5. 8.* — Cum genitivo. *Sil. 13. 821.* Inclutus leti Lucretia. *Vulg. Interpr. Ierem. 51. 41.* Quomodo capta est Sesach et comprehensa est inclyta universae terrae? Adde *Isai. 23. 8.* — **B**) Absolute. *Id. Nahum, 3. 11.* Super inclytos eius *(urbis)* miserunt sortem. *Id. 2. Reg. 1. 19.* Inclyti, Israël, super montes tuos interfecti sunt. Adde *Isai. 62. 2.*

INCLŸTUS. V. voc. praeced. §. b.

INCŎACTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *coactus;* non coactus, voluntarius; *non isforzato, spontaneo. Senec. ep. 66. ante med.* Omne honestum iniussum, incoactumque est. *Val. Max. 4. 7. init.* Voluntas incocta. *Cassiod. 11. Var. 3. fin.* Quod generaliter debeo, incoactus absolvo. Adde *Apul. 8. Met. 12.*, in quem loc. v. *Hildebr.*

INCOCTĬLĬS, le. Adiect. verbale ab *incoquo;* qui incoctus est. *Gloss. Philox.* Incoctile; ἐνεφθμένον. — **B**) Absolute, substantivorum more,

INCOCTILIA, ium, n. Sunt vasa aenea, quibus plumbum incoctum est, ne quid ex aere ingrati saporis accedat; *vasi di metallo stagnati. Plin. 34. 48. 2.* Album plumbum incoquitur aereis operibus, Gallicarum invento, ita ut vix discerni queat ab argento, eaque incoctilia vocant. — **B**) Item

INCOCTILES, ium, m. Eodem sensu. *Inscr.* apud *Renier, n. 1891.* Incoctiles numero X., Scyphi dependentes, auro inluminati, numero V., etc.

INCOCTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incoquo;* actus coquendi. *Cael. Aurel. 4. Chron. 3. post med.* Incoctio aquosi liquoris.

INCOCTUS, a, um. Particip. verbi *incoquo;* in aliquo coctus; *incotto. Plin. 18. 29. 7.* Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert. *Horat. Epod. 2. 7.* Cruor incoctus herbis. *Plin. 20. 23. 8.* Allium fractae incoctum fabae. *Id. 37. 11. 18.* Glessum incoctum adipe suis lactentis. *Cels. 5. 22. sub fin.* Plantaginis succus cum melle incoctus. *Virg. 3. G. 307.* vellera Tyrios incocta rubores; h. e. tincta purpurarum sanguine cum iis cocto. *Sil. 15. 684.* spicula incocta cerastis; h. e. cocto cerastarum sanguine venenato imbuta. *Gell. 2. 26.* Fructus non admodum sole incocti. — **B**) Translate. *Pers. 2. 74.* Incoctum generoso pectus honesto; h. e. imbutum. — **B**) Item valde coctus. *Sil. 17. 655.* incocti corpora Mauri; h. e. nimio sole adusti. — **A**) Hinc *incoctae mulieres* dicuntur *Festo* apud *Paul. Diac. p. 107. Mull.* plus aequo calamistris usae. *Fortasse legend.* ustae. — **B**) Deinde

II. *Incoctus* est etiam adiect. ab *in* privativa et *coctus;* non coctus. *Plaut. Mil. 2. 2. 33.* Incoctum non expromit, bene coctum dabit. *Fab. Pict.* apud *Gell. 10. 15.* Incocta caro. *Hieronym. adv. Lucif. n. 19.* Cicatrix male obducta, incocto pure, dirumpitur.

INCOENĀTUS et Incenatus, a, um. Adiect. ab *in* et *coenatus;* non coenatus; *chi non ha cenato. Cato, RR. 156.* Bibat aquam mulsam, cubet incoenatus. *Plaut. Cas. 4. 2. 39.* Incoenatum senem foras extrudere. *Id. Aul. 2. 7. 6.* Superi incoenati sunt, et coenati inferi. *Scribon. Compos. 140.* Pridie incoenato dare medicamenta.

INCOENIS et Incenis (V. COENA §. b.), ne. Adiect. ab *in* et *coena*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; qui sine coena est, qui non coenavit. *Plaut. Cas. 4. 1. 18.* Illae autem senem Extrudere cupiunt incoenem ex aedibus.

INCOENO et Incено, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *caeno*, idem quod coeno. *Suet. Tib. 39.* Incoenante eo complura et ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt. *Alii leg.* coenante.

INCOEPTO, etc. } V. INCEPTO et INCEPTUS et Cf. INCIPIO §. b.
INCOEPTUM. }

INCŌGĬTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *cogito;* qui non solet cogitare, cum quid rerum gerit; *sconsiderato, spensierato. Plaut. Mil. 2. 6. 65.* Nunc demum scio, Me fuisse excordem, caecum, incogitabilem. *Lucret. 1. 8.* Tam caeci, tam incogitabiles, tam excordes. — **B**) Passive, incredibilis. *Fragm. iur. civ.* (edente *A. Maio*) *p. 23.* Etenim esse incogitabile, eandem esse causam cuique et amittendi, et recipiendi. *Ammian. 15. 3.* Incogitabilis dementia. *Capell. 9. p. 312.* Incogitabilis efficientiae immensitas; h. e. quae mente concipi nequit.

INCŌGĬTANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *cogitans;* non cogitans, inconsideratus; *sconsiderato. Ter. Phorm. 1. 5. 5.* Quod ni fuissem incogitans, ita eum exspectarem, ut par fuit. Et *5. 2. 14.* Adeon' te esse incogitantem atque impudentem, ut etc? *Auson. Sept. Sapient. ad fin.* Incogitantes fors, non consilium regit.

INCŌGĬTANTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *incogitans;* inconsideratio; *inconsiderazione, sconsideratezza. Plaut. Mere. 1. 1. 27.* Amori accedunt . . . temeritas, incogitantia, excors immodestia.

INCŌGĬTĀTĒ, Adverb. ab *incogitatus;* cum incogitantia. Est *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 16.* apud *L. Quicherat, Addend. Lex. Lat. p. 151.*

INCŌGĬTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *cogitatus;* non cogitatus; *non pensato. Senec. 6. Benef. 25. a med.* Scias non esse hominem tumultuarium, et incogitatum opus. *Id. ep. 57.* Ad primum conspectum redditae lucis alacritas incogitata rediit et iniussa. — **B**) Item incogitans; *sconsiderato. Plaut. Bacch. 4. 3. 1.* iracundo animo, indomito, incogitato, Sine modo et modestia sum. *Lamprid. Alex. Severr. 16.* Dato spatio ad disquirendum, ne incogitati dicere cogerentur.

INCŌGĬTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cogito*, idem quod cogito, vel valde cogito, molior; *macchinare. Horat. 2. Ep. 1. 122.* Non fraudem socio, puerove incogitat ullam Pupillo.

INCOGNĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *cognitus;* non cognitus; *in-*

Digitized by Google

cognito. Cic. Caecin. 10. a med. Dum incognita re iudicare voluisset. *Id. 2. Nat. D. 29.* Ceteros causa incognita condemnare. *Id. ad Quirit. 2.* Parentes mihi fratrem, incognitum, qualis futurus esset, dederunt. *Id. 1. Offic. 6.* Ne incognita pro cognitis habeamus. *Ovid. 2. Met. 46.* Diis iuranda palus, oculis incognita nostris. *Suet. Aug. 94.* Habere aliquem incognitum; *non conoscere. Caes. 4. B. G. 20.* Quae omnia fere Gallis incognita erant. *Liv. 5. 16.* Biduum ad recognoscendas res datum dominis, tertio incognita sub hasta veniere. *Virg. 1. Aen. 515.* Avidi coniungere dextras Ardebant, sed res animos incognita turbat. — *Cic. 4. Acad. 35.* Nihil eiusmodi invenio; itaque incognito nimirum assentiar. Adde *ibid. 56.* et *45.*

INCOGNOSCĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *cognoscibilis;* qui nequit cognosci. *Candidus Arian. de generat. div. 5.* Si infinitum, incomprehensibile, incognoscibile. Adde *Mar. Victorin. adv. Arium, 4. 25.* et *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 15. 5.* V. INCONGRESSIBILIS.

INCOGNOSCĪBĬLĬTER. Adverb. ab *incognoscibilis;* incomprehensibiliter. *Mar. Victorin. adv. Arium, 1. 3.* Propter magnam divinitatem nobis incognoscibiliter operante patre.

* INCOGNOSCO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cognosco,* idem quod cognosco. *Apul. Florid. n. 18.* Propius accessit, ut etiam incognosceret, quisnam esset. *Alii fortasse melius leg.* ut ne cognosceret. *Hildebr.* vero, *qui verbum* incognosco *improbat, legit* inde cognosceret.

INCŎHAERENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *cohaerens;* minime cohaerens. *Boëth. 1. Music. 1.* Aurium vis ita sonos captat, ut . . . delectetur saepius, si dulces coaptatique modi sint, angatur vero, si dissipati atque incohaerentes feriant sensum.

INCŎHĀTUS. V. INCHOO §. b.

INCŎHĪBĔO, es, ēre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cohibeo;* nullo modo cohibeo, impotens sum ad cohibendum. *Lucret. 3. 445.* Aëre qui credas posse hanc *(animam)* cohiberier ullo, Corpore qui nostro rarus magis incohibescit. *Alii fortasse melius leg.* am cohibescit. V. AM §. 2.

INCŎHĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *cohibeo;* qui cohiberi nequit. *Ammian. 24. 1. ante med.* Pars maxima *(cervorum)* incohibili cursu evasit ad solitudines notas. *Id. 14. 2. 14.* Ardore incohibili in excidium urbium . . . efferebantur. Cf. voc. seq.

INCOHO. V. INCHOO §. b.

INCŎĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *coëo;* qui coire et coniungi non potest. *Gell. 5. 5.* Eo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili. *Alii leg.* incohibili.

INCŎINQUĪNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *coinquino;* qui coinquinari nequit. *Fulgent. 1. ad Trasim. 5.* Incoinquinabilis sapientiae status. Adde *Fulgent. Ferrand. ep. 5. n. 4.*

INCŎINQUĪNĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *incoinquinabilis;* conditio eius, qui coinquinari nequit. *Fulgent. 1. ad Trasim. 5.* Sapientiae incoinquinabilitas.

INCŎINQUĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *coinquinatus;* non coinquinatus. *Vulg. Interpr. Sap. 3. 13.* Mulier incoinquinata, quae nescivit torum in delicto. *Interpr. ep. S. Ignat. ad Magnes. 7.* Incoinquinatum gaudium. Adde *Eund. ep. ad Trall. 1.* et *Bachiar. Reparat. laps. 8.*

INCŎLĀ (Encola in *Inscr.* apud *Reinter, n. 1653.*), ae, comm. gen. Verbale ab *incolo;* qui incolit, qui in alieno loco colit, seu habitat; *abitatore, abitante.* Differt a cive, et municipe, quos vel origo, vel manumissio, vel adoptio: incolam vero solum domicilium facit, ut *Ulp. Dig. 50. 1. 1.* docet. *Cic. 6. Verr. 11. extr.* Quam crucem incolis vestris, civibus Rom. ostendere soletis, quo minus etc. *Pompon. Dig. 50. 16. 239.* Incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quem Graeci πάροικον appellant. Nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolae sunt; sed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum se, quasi in aliquam sedem, recipiant. *Caius Dig. 50. 1. 29.* Incola et his magistratibus parere debet, apud quos incola est; et illis, apud quos civis est. *Cic. 2. Nat. D. 56.* Sunt enim e terra homines, non ut incolae atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum. *Id. 1. Offic. 54. ad fin.* Peregrini et incolae officium est, nihil praeter suum negotium agere, minimeque in aliena esse republica curiosum. — Absolute. *Inscr. apud Murat. 151. 4.* P. Rutilius P. l. Menelaus incola ex D. D. Municip. municipii pontif. D. S. P.; *h. e.* ex Decreto Decurionum Municipii, municipii pontifex De Suo Posuit. — **2)** Dicitur et universim de omnibus alicubi habitantibus. *Nep. Milt. 1.* Cum accessisset Lemnum, et incolas eius insulae sub potestatem redigere vellet Atheniensium. *Plin. 18. 6. 3.* Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur. — *Vulg. Interpr. Ps. 118. 19.* Incola ego sum in terra; *h. e.* advena, peregrinus. Adde *ibid. 104. 13.* — **3)** Adiective, seu potius poëtice per appositionem. *Ovid. 5. Fast. 582.* Cameren incola turba vocat. — **4)** Translate. *Horat. 1. Od. 16. 6.* Non Dindymene, non adytis quatit Mentem sacerdotum incola Pythius, etc.; *h. e.* incolens afflatu suo mentem sacerdotum. — **5)** Improprie et a similitudine

II. *Incola* dicitur quoque de animalibus. *Cic. 5. Tusc. 15.* Bestiae nantes aquarum incolas esse voluit. *Plin. 9. 29. 2.* Novum incolam *(piscem)* mari dedit. *Id. 8. 82. 1.* Incolae domuum mures. *Phaedr. 1. 6.* Rana stagni incola. — **6)** Item de rebus. *Plin. 13. 7. 1.* Quae *(arbores)* incolarum numero esse coepere, dicentur inter frugiferas. *Id. 3. 23. 4.* Adduam, Ticinum, Mincium, omnes Padi incolas; *h. e.* in Padum influentes. *Horat. 3. Od. 10. 3.* Proiectum ante fores obicere incolis Aquilonibus.

Nota. Discrimen inter *civem, incolam* et *municipem* V. supra §. 1. *init.* — **2)** Item inter *incolam, advenam* et *accolam,* V. ADVENA, *Nota* §. 2. — **3)** Item inter *inquilinum, advenam* et *incolam,* V. *ibid.* §. 3. et Cf. INQUILINUS in *Not.* §. 2.

INCŎLĀTUS, us, m. Verbale ab *incolo* (quod V. §. b.); habitatio in aliena patria: item tempus, quo quis alicubi incola est; *abitazione. Inscr.* apud *Grut. 484. 2.* Sex. Venecio Iuventiano flamini Divi Aug., adlecto in curiam Lugudunensium nomine incolatus a splendidissimo ordine eorum. Adde aliam apud *Reines. cl. 7. n. 32.*, quae tamen subiectae fidei est. *Modestin. Dig. 50. 1. 34.* Incola iam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest. — *Vulg. Interpr. Ps. 119. 5.* Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est; *h. e.* peregrinatio. — *Tertull. Apolog. 23.* Incolatus aëris. — **2)** Translate. *Tertull. Resurr. carn. 26.* Sancta sit terra, vere sancta per incolatum Spiritus Sancti.

INCOLLECTĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *collectus* (quod est a *colligo*); qui colligi nequit. *Boëth. 1. Elench. Sophist. Aristot. 4.* Incollectiles igitur simpliciter non sunt huiusmodi orationes, sed ad propositum incollectiles.

INCŎLO, lis, lŭi, lĕre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *colo.* — **b)** Quidam suspicantur etiam forma *incolo, as, are* usurpatum aliquando fuisse, ex qua verbale *incolatus* derivatum sit; sed non est necesse id admittere. — **c)** Particip. *incolens* §. *1.* — **d)** Derivata, *incola, incolatus.* Cf. INQUILINUS.

INCOLO proprie est in aliquo loco habito; *abitare. Cic. 5. Verr. 17.* Qui Delum incolebant. Et *6. ibid. 10.* Incolere urbem. *Id. 1. Tusc. 6.* aliquem locum. Et *2. Nat. D. 16.* terras. *Tibull. 1. 11. 18.* Sic veteris sedes incoluistis avi. *Plin. 4. 27. 6.* Portionem tantum eius *(insulae).* Hillevionum gente quingentis incolente pagis. *Cic. 2. Rep. 4.* Iam qui incolunt eas *(maritimas)* urbes, non haerent in suis sedibus, sed etc. *Id. ibid. 2.* Incolere agros. *Caes. 4. B. G. 10.* Alpes. — Passive. *Cic. 1. Divin. 42.* E locis quoque ipsis, qui a quibusque incolebantur. *Id. 2. ibid. 44.* In omni terra, quae incolatur. — **2)** In illo *Plin. 2. ep. 17. in fin.* Iustisne de causis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere secessum? *incolere* videtur referri ad animum, et ad curam cultumque villae, quae domino valde placet: *inhabitare* ad corpus et mansionem. Simile est illud *Sil. 14. 672.* indulgens templa vetustis Incolere atque habitare Deis. — *Tertull. de Spect. 10.* videmus igitur etiam artes eorum *(daemonum)* honoribus dicatas esse, qui nomina incolunt auctorum earum; *h. e.* qui (daemones) habitant in simulacris, nominatis ab auctoribus suis. — **3)** Deinde, intransitivorum more.

II. *Incolo,* eodem sensu, absolute vel relative. *Plaut. Rud. 4. 2. 2.* Neptuno, qui salsis locis incolit. *Caes. 1. B. G. 1.* Germani, qui trans Rhenum incolunt. *Id. 4. ibid. 1.* Neque longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet. *Sall. Iug. 47.* Erat oppidum Vaga, ubi et incolere et mercari consueverant multi mortales.

* INCŎLŌNĀTUS, us, m. Idem ac incolatus. Afferebatur olim haec vox ex *Imp. Iulian. Cod. 12. 1. 32.*, sed falso esse videtur lectio: nam eodem loco et *incolatus* habetur, et haec vocem, non illam res, de qua ibi agitur, postulat. Itaque in posterum e Lexicis emendanda erit.

INCŎLOR, ōris, omn. gen. Adiect. ab *in* et *color;* colore destitutus. *Gloss. Philox.* Incolor; ἄχροος.

INCŎLŌRĀTĒ. Adverb. ab *in* et *coloratus.* Usurpat *Ulp. Dig. 4. 4. 18.* Denique Glabrionem Acilium, Divus Severus, et Imp. Antoninus non audiverunt, incolorate restitui desiderantem; *h. e.* nullo colore, seu causa allegata.

INCŎLŪMIS, me. Adiect. ab *in* intentiva et *columis;* quod a *columen,* quo stante fulcitur domus. — **b)** In sexto singulari, fere in *i* desinit: interdum et in *e. Cic. fragm. Charis. 1. p. 108. Putsch.* Quo stante et incolume. *Pompon. ibid.* Incolume illo. *Liv. 5. 14. in fin.* Nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni nocere posset. — **c)** Comparat. *incolumior,* infra. — **d)** Derivatum, *incolumitas.*

INCOLUMIS proprie est salvus, sanus, integer; *sano e salvo, intero. Cic. Mil. 34.* Valeant cives mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati. *Horat. 1. Sat. 4. 118.* vitam famamque tueri incolumem possum. *Cic. Rosc. Am. 47.* Se ad eos iungere, quibus incolumibus dignitas retineretur. *Id. sub fin. Divin. in Verr.* Ut haec quae dixi, retinere per populum R. incolumia ac salva possimus. *Id. 4. Fin. 8.* Se et salvum et incolumem velle. *Id. 5. Catil. 10. extr.* Urbem et cives integros in-

Digitized by Google

colomesque servavi. *Caes. 1. B. C. 64.* Transducto incolumi exercitu, copias instruit. Et *S. ibid. 6.* Omnibus navibus ad unam incolumibus. *Horat. Art. P. 222.* Incolumi gravitate iocum tentavit; *salva. Id. 4. Od. 10. 8.* incolumes non redeunt genae; *h. e.* integrae et florentes, quales in puero fuerunt. *Id. 3. ibid. 24. 31.* Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quaerimus invidi; *h. e.* virtutem eorum, qui vivi et incolumes sunt. *Plin. 16. 62. 7. de hedera.* Totidem initia radicum habet, quot brachia, quibus incolumis et solida arbores sugit et strangulat. *Ulp. Dig. 39. 2. 15.* Non vitio incolumium aedium hoc factum, si aliae in eas incidentes damnum mihi dent. *Plaut. Trin. 5. 3. 14.* Dotem incolumem sistere alicui; *presentare tutta intiera. Claud. Quadrigar.* apud *Gell. 17. 2. a med.* Deteriores sunt incolumiores. — Cum ablativo et praepos. ab. *Cic. Planc. 5.* Equestrem splendorem incolumem a calamitate retinere.

Nota. Discrimen inter *incolumem* et *columem*, V. sub v. COLUMIS in *Nota* II.

INCŎLŪMĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *incolumis;* conditio eius, qui incolumis est, salus; *salvezza, salute, conservazione. Cic. 2. Invent. 56.* Incolumitas est salutis tuta atque integra conservatio. *Id. 2. Nat. D. 46.* Quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturae. *Brut.* ad *Cic. 1. ad Brut. 16. ante med.* Habere precariam incolumitatem ab aliquo. *Nep. Attic. 10. extr.* Qui ex tot procellis civilibus ad incolumitatem pervenit. *Caes. 3. B. C. 28.* Incolumitatem deditis polliceri. *Hirt. B. Afr. 95.* concedere. *Tacit. 1. Hist. 66.* Salutem et incolumitatem alicuius commendare. Et *S. ibid. 60.* alicui quaerere. — In plur. numero. *Cic. ad Quirit. 1.* Reliqua mea fortunae recuperatae plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tunc incolumitates afferebant. *Al. aliter leg. Arnob. 2. p. 52.* Non omnes pro illarum geritis incolumitatibus curas?

INCŎMES, ĭtis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *comes;* sine comite. *Festus,* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* incomitem, sine comite *(subaudi* Veteres dicebant).

INCŌMIS, me. Adiect. ab *in* et *comis;* non comis, inculus; *disadorno. Macrob. 1. Saturn. 7. a med.* Ab incomi et tenebrosa vita quasi ad lucem et bonarum artium scientiam editi sumus.

INCŎMĪTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *comitatus;* non comitatus, comite destitutus; *scompagnato. Cic. 1. Orat. 55.* Cuius artem cum nudatam esse atque incomitatam videres, etc. *Varr. 2. RR. 10. a med.* Virginibus in Illyrico incomitatis vagari licet; *sole. Ovid. 2. Pont. 3. 33.* per seque petenda est Externis virtus incomitata bonis. *Id. Rem. am. 592.* Certa necis causa est: incomitata fuit. *Stl. 9. 401.* Incomitata vestigia ferre; *h. e.* solum ire, sine comite. *Lucret. 6. 1225.* Incomitata funera; *h. e.* sine pompa exsequiarum.

INCŎMĪTĬO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *comitium,* quod exponitur a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* Incomitiare significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum venire. Plautus *(Curc. a. 3. v. 30.):* quaeso ne me incomities. Haec *Festus.* Ceterum verbum est nove a *Plauto* fictum ex persona Curculionis parasiti: neque facile usurpandum.

INCOMĪUM, ii, n. Legitur inter ea, quibus componitur caustium aliquod ad nervos crassos apud *Vegt. 6. Veterin. 28. 18.*, sed quid proprie sit ignoratur.

INCOMMĂ (et Encomma), ătis, n. Vox Graeca, *ἔγκομμα;* incisura, qua proprie videtur significari palus defixus in castris, ad cuius altitudinem statura exigeretur eorum, qui militiae nomina dabant, ut *Salmas.* putat ad illud *Lamprid. Alex. Sev. 4.* Fuit et staturae militaris. Nam instrumentum illud incisuras habebat, quibus pedum et unciarum notae insculptae erant. *Vegt. 1. Milit. 5.* Proceritatem tironum ad incommata scio semper exactam ita ut senos pedes, vel certe quinos et denos uncias habentes in primis legionum cohortibus probarentur. Alii leg. *incommam,* ut sit ab *incomma, ae,* f., quod admiserat etiam *Forcellinus* noster. *Hieronym. 2. in Iovinian. n. 34.* Si tollis ordinem tabernaculi, templi, ecclesiae; si omnes qui a dextris sunt, unum, ut vulgo dicitur, encomma ad militiam probat; nequidquam episcopi, frustra presbyteri, sine causa diaconi sunt. *Gloss. Isid.* Incomma, mensura militum. V. INCOMMO.

INCOMMĀTUS, a, um. V. INCOMMO.

INCOMMĔĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *commeabilis;* non commeabilis; *che non si può passare. Ammian. 16. 11.* Vias clivosas, et incommeabiles clausere sollerter. *Alii rectius leg.* clivosas concaedibus clausere.

INCOMMENDĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *commendatus;* non commendatus; *non raccomandato. Ovid. 11. Met. 434.* Nil illis *(ventis)* vetitum, incommendataque tellus Omnis, et omne fretum; *h. e.* impune violata.

INCOMMENSŪRĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *commensurabilis;* qui commensurabilis non est; *incommensurabile. Boëth. Aristot. Topic. 3. 5. p. 751.* Ut latus incommensurabile esse diametro, si oportest ostendere. *Id. 1. Arithm. 17. p. 999.* Si quoslibet illos numeros secundum suam in semetipsos multiplices quantitatem, qui procreantur, ad alterum comparati nulla mensurae communione iunguntur. Si quinque et septem, quos procreant, compares, incommensurabiles erunt. Quinquies enim quinque viginti quinque, septies septem faciunt novem et quadraginta: quorum mensura nulla communis est, nisi forte omnium horum procreatrix et mater unitas.

* INCOMMĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *comminatus,* idem quod comminatus. Legitur hoc vocabulum a quibusdam apud *Apul. 10. Met. 6.*, sed *Hildebr.* improbat et legit divisim *in comminata nocercae nece* loco *incomminata,* unica voce.

INCOMMISCĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *commiscibilis;* qui misceri non potest. *Tertull. Anim. 12.* Simplex et incommiscibilis animus. Adde *Vigil. Taps. 10. Trinit. post med.*

INCOMMO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *incomma;* incommati sive mensurae apto. Legitur in *Act. S. Maximiliani M. n. 1.* Rogo ut *(tiro)* incometur *(sic)* . . . cumque incumetus *(lege* incommatus) fuisset, etc.

INCOMMŌBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *in* et *commobilitas. Apul. 2. Dogm. Plat.* Incommobilitas dicta Graece *ἀοργησία;* ita enim dixerim, quae non exstinguit incitamenta irarum, sed ea stupore defigit immobili.

* INCOMMŎDĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incommodo;* incommoditas; *incomodità. Cic. 1. Att. 17.* Atque in ista incommodatione alienati animi et offensi, illud inest tamen commodi. Ita referunt cum *Nizolio* plerique Lexicographi: at libri habent *incommoditate.*

INCOMMŎDĒ. Adverb. ab *incommodus.* — Comparat. *incommodius,* superlat. *incommodissime,* infra. — Est moleste, intempestive, sine modo; *con incomodo, scomodamente, fuor di tempo o di proposito. Cic. 7. Att. 8.* Posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire. *Ter. Eun. 2. 3. 37.* Incommode fieri obviam alicui. *Caes. 3. B. G. 53.* Quod consilium, etsi in huiusmodi casu reprehendendum non est, tamen incommode accidit; *ebbe cattiva riuscita. Plaut. Trin. 5. 1. 8.* Fores hae sonitu suo mihi moram obiiciunt incommode. *Liv. 40. 51.* Ab his columnis, quae incommode opposite videbantur, signa amovit; *senz' ordine, disacconciamente. Gell. 9. 13.* Quod genus Graeci *ἄτοπον* vocant, Latine non nimis incommode inexplicabile dici potest. Et *11. 4.* Hos versus Q. Ennius non sane incommode aemulatus est. *Colum. 1. 3. a med.* Ut rusticos, qui modo non incommode se gessissent, saepius, quam urbanos, familiariusque alloquerer; *avessero fatto il debito loro mediocremente.* Et *Varr. 1. RR. 7.* Non incommode Cato videtur dicere, cum scribit, optimum esse agrum, qui sub radice montis situs sit, et spectet ad meridianam caeli partem; *h. e.* non absurde. *Cic. Amic. 4.* Quamobrem cum illo quidem actum optime est, mecum autem incommodius. *Id. 3. Att. 9.* Incommodissime navigare.

INCOMMŎDISTĬCUS, a, um. Adiect. a parasito effictum apud *Plaut. Capt. 1. 1. 19.*; *h. e.* incommodus. Al. leg. *incommodesticus,* vel *incomedesticus,* ab edendo. V. INVENATICUS.

INCOMMŎDĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *incommodus;* incommodum, damnum, res intempestiva et noxia; *danno, disordine, incomodo, disturbo. Ter. Andr. 3. 3. 33.* Nempe incommoditas denique huc omnis redit, Si eveniat, quod Dii prohibeant, discessio: At si corrigitur, quot commoditates, vide. *Liv. 10. 11.* Romae tum desiderio viri, tum incommoditate temporis, tristis nuncius fuit; *h. e.* quia maxime inopportuno tempore acciderat. *Plaut. Mil. 3. 1. 49.* Incommoditate abstinere me apud convivas commode Commemini; *importunità, molestia.* V. INCOMMODATIO. — In plurali num. *Plaut. Aul. 3. 3. 38.* Hae sunt in magnis dotibus incommoditates. *Arnob. 2. p. 54.* et *3. p. 128.* Morborum incommoditatibus frangi.

INCOMMŎDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, ab *incommodus.* — Particip. *incommodaturus* §. *1.* — Proprie est incommodum affero, officio, molestus sum: *recare noia, disturbo, danno, scomodo, incomodare. Cic. Quint. 16.* Cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit. *Ter. Andr. 1. 1. 135.* magis id adeo, mihi ut incommodet, Quam ut obsequatur gnato. *Apul. 8. Met.* Et puellae, si vellet, furatrinae coniugalis incommodaret rudimentum; *h. e.* imperitia obstaret. — *Cic. 1. ad Q. Fr. 2. 3.* Te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommodaturum. *Alii leg.* incommoda laturum *vel* illaturum. *Id. 3. Fin. 19.* Ipsa scientia, etiam si incommodatura sit, gaudeant. — Impersonaliter. *Gell. 7. 17.* Obnoxium eum dici, cui quid ab eo, cui esse obnoxius dicitur, incommodari et noceri potest. — **2)** Deinde

II. *Incommodo,* transitivorum more, est incommodum reddo, impedio. *Ulp. Dig. 43. 11. (Torrentino, 12.) 1. §. 15.* Si quid aliud fiat, quod navigationem incommodet, difficiliorem faciat, vel prorsus impediat. *Haloander habet* incommodiorem difficilioremve *facial. Id. ibid. 21. 1. 14.* Si incommodatur ad usum manus; *h. e.* impeditur, inepta redditur.

Digitized by Google

INCOMMŎDUM, v. voc. seq. §. 3.

INCOMMODUS, a, um. Adiect. ab *in* et *commodus*. — **b)** Comparat. *incommodior* §. *1.*, superlat. *incommodissimus* §. *1.* — **c)** Derivata, *incommode*, *incommoditicus*, *incommoditas*, *incommodo*. — **d)** Composita, *perincommode*, *perincommodus*.

INCOMMODUS proprie est damnum, molestiam afferens, adversus, inutilis, alienus, intempestivus; *incomodo*, *scomodo*, *molesto*, *dannoso*. *Cic. Brut. 34.* Valetudine incommoda Calvinus fuit. *Id. Cluent. 59.* Huius illum opes in rebus eius incommodissimis sublevarunt; *nelle sue disgrazie*. *Ter. Hecyr. 4. 2. 27.* Rem incommodam pati. Et *3. 4. 1.* incommodum iter. *Plin. 8. 50. 2.* pondus. Et *35. 51. 3.* incommodi oculorum pili. *Liv. 5. 14. sub fin.* Nec voce quidem incommoda, nedum, ut ulla vis fieret, paulatim permulcendo mansuefecerant plebem; *detto improprio*, *parola aspra e spiacevole*. *Id. 27. 51.* Periculosum et viris et parentibus erat, moram incommoda severitate libidini regiae fecisse; *h. e.* in re praesenti sibi importuna. *Cic. 14. Att. 6.* Colloquium pro re nata non incommodum. *Ulp. Dig. 10. 4. 11. a med.* Ut actori incommodior esset exhibitio. — *Vopisc. Tacit. 6.* Si recolere velitis vetusta illa prodigia, Nerones dico, et Elagabalos, et Commodos, seu potius semper incommodos; certe non hominum magis vitia illa, quam aetatum, fuerunt. — **2)** De personis est importunus, molestus. *Plaut. Asin. 1. 1. 47.* Uxor importuna atque incommoda. *Id. Poen. 1. 2. 189.* Incommodum esse alicui. *Cic. 3. Nat. D. 29.* Idem facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio disputat. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INCOMMODUM, i, n. Est res incommoda, calamitas, detrimentum, clades, damnum, molestia; *danno*, *disturbo*, *disordine*, *disgrazia*, *incomodo*. *Cic. 1. Offic. 7. sub fin.* Cum is, qui noceri alteri cogitat, timet, ne nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. *Id. 7. Att. 7.* Te commoveri incommodo valetudinis tuae nolo; *con pregiudizio della tua salute*. Et *12. ibid. 46.* Nec id incommodo tuo feceris; *con tuo incomodo*. *Ulp. Dig. 43. 13. 1. §. 6.* Neque ripae cum incommodo accolentium muniendae sunt. *Cic. Brut. 1. ad fin.* Nostro incommodo detrimentoque doleamus. *Id. Divin. Verr. 3.* Multis incommodis difficultatibusque affectum esse. *Id. 1. Q. Fr. 2. 3.* Ferre incommodum alicui. *Id. 3. Fin. 19.* dare. *Caes. 3. B. C. 63.* afferre. *Cic. 2. Offic. 5.* importare. *Lucret. 3. 878.* conciliare alicui. *Cic. 5. Verr. 46.* capere. *Caes. 8. B. G. 10.* accipere. *Id. 3. B. C. 9.* sustinere. Et *73.* sarcire. *Cic. 3. Invent. 5.* relicere, deminuere, devitare. *Caes. 5. B. C. 48.* Accidit repentinum incommodum: tanta enim tempestas coorta est, etc. *Nep. Attic. 12.* In deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis. *Plin. 24. 102. 2.* Incommoda corporum; *h. e.* morbi. Sic *28. 21. 3.* pulmonum. Et *27. 101. 1.* vesicae.

INCOMMŌTĒ. Adverb. ab *in* et *commotus*; firmiter; *immobilmente*. *Iustinian. ep. ad Ioann. Papam*, *post leg. 7. tit. 1. lib. 1. Cod.* Statum Ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet, et incommote permanet.

INCOMMŪNĪCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *communicabilis*; qui communicari nequit; *incommunicabile*. *Vulg. Interpr. Sap. 14. 21.* Affectui aut regibus deservientes homines incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt. *Rufin. 5. Recognit. 20.* Omnibus contumeliis nomen incommunicabilo *(Dei)* subiecerunt. Adde *Boëth.* loc. cit. in COMMUNICABILIS.

INCOMMŪNĪCĀBĬLĬTER. Adverb. ab *incommunicabilis*; incommunicabili ratione. *Fulgent. ep. 14. n. 8.* Divinitas in singulis personis voluit incommunicabiliter nominari. *Alii leg.* incommutabiliter.

INCOMMŪNĪCĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *communicatus*; non communicatus. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *1. 3.* Potiare, inquit, o rex, Cleopatrae, potiare: e qua tibi spero privatos filios atque incommunicatos alteri proventuros.

INCOMMŪNIS, ne. Adiect. ab *in* et *communis*. — Comparat. *incommunior*, infra. — Est non communis. *Tertull. Pall. 3. ad fin.* Variae indumentorum formae, quarum pars gentilitius inhabitantur, ceteris incommunes. *Boëth. 3. Topic. Aristot. 2.* Et quod magis proprium, eo quod communius. Et quod magis incommunius, etc.

INCOMMŪTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *commutabilis*; non commutabilis, immutabilis. *Varr. 9. LL. 56.* Omnia verbi principia incommutabilia viderentur. *Cic. 2. de Rep.* (edente *A. Maio*) *33.* Incommutabilem rei publicae conservare statum. *Augustin. 1. Retract. 9.* Incommutabile bonum.

INCOMMŪTĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *incommutabilis*; immutabilitas. *Augustin. 12. Confess. 12.* Aeternitas et incommutabilitas. Adde *Dionys. Exig.* vertens *epist. Procli ad Armen. ante med.*

INCOMMŪTĀBĬLĬTER. Adverb. ab *incommutabilis*; immutabiliter. *Augustin. ep. 3. 3.* Incommutabiliter immortalis. Adde *7. Trin. 1.* V. INCOMMUNICABILITER.

INCOMMŪTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *commutatus*; non commutatus. *Augustin. de morib. Manich. 11. de Deo.* Nec incommutatus, qui ex aliqua parte mutatus est.

* INCOMPĀBĬLIS. V. INCOMPARABILIS, *init.*

INCOMPACTUS et Incompactus, a, um. Adiect. ab *in* et *compactus*, non compactus. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Incompactum; ἀσύστατον.

INCOMPĂRĀBĬLIS (Incopabilis, *vitiose in Inscr.* apud *Murat. 1139. 3.*) et Inconparabilis, le. Adiect. ab *in* et *comparabilis*. — Comparat. *incomparabilior* et superlat. *incomparabilissimus*, infra. — Est cui nihil potest comparari; *incomparabile*. *Plin. 7. 26. 1.* Illa fuit vera et incomparabilis invicti animi sublimitas. *Quintil. 1. 2. 11.* Incomparabilis magister. *Ambros. de Isaac et anim. 8.* Et quanto incomparabilior est illa divinitatis gloria. *Inscr.* apud *Grut. 486. 7.* P. Vettio P. f. Cam. Sabino Cornelia Maximina marito incomparabili, et sibi vivi posuit. *Alia* apud *Eund. 432. 8.* Iuliae Chrysanthidi T. Lusidienus Nestor coniugi incomparabili. *Alia* apud *Fabretti, p. 147. n. 185.* L. Percennio Lascivo alumno Karissimo et incomparabilissimo L. Percennius Pollio parens. *Alia* in *Giorn. Arcad. T. 168. p. 174. n. 84.* Coniugi inconparabili *(sic)*. Adde *aliam* in *Bullett. Archeol. Napolit. a. 1854. p. 112. n. 21.* In *alia*, *ibid. a. 1857. p. 168. n. 5.* Coniugi dulcissimae et inconparabilissimae *(sic)*. — *Alia* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. n. 207.* Confuse incomparabiles *(lege* incomparabilis). *Alia* apud *Grut. 840. 3.* coiugi inconparavili *(sic)*. *Alia* apud *Mommsen. n. 1549.* Coniugi incomparabili *(sic)*. *Alia* apud *Fabretti, p. 253. n. 50.* incoparavili *(sic)* pudicitiae.

INCOMPĂRĀBĬLĬTER et Inconparabiliter. Adverb. ab *incomparabilis*; sine comparatione; *senza paragone*. *Augustin. 21. Civ. D. 3. a med.* Incomparabiliter plura. *Id. ad Hieronym.* inter *epist. Eiusd. ep. 67. n. 7.* Incomparabiliter pulcrior est veritas Christianorum, quam Helena Graecorum. Adde *Mam. Claudian. 1. Stat. an. 16.*

INCOMPĂRANDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *comparandus*; non comparandus. *Cassiod. 1. Varr. 1.* V. INCONPORANDUS.

INCOMPARĀTUS et Inconparatus, a, um. Adiect. ab *in* et *comparatus*, idem quod incomparabilis. — Legitur in gradu superlativo tantum in *Inscr.* apud *Fabretti, p. 421. n. 586.* L. Cordio Agatocleti Flavia Vera coniux coniugi incomparatissimo.

* INCOMPARAVILES. V. INCOMPARABILIS *fin.*

INCOMPASSĪBĬLIS et Inconpassibilis, le. Adiect. ab *in* et *compassibilis*; qui simul pati non potest. *Tertull. in Prax. 29.* Tam incompassibilis Pater est, quam impassibilis etiam Filius, ex ea conditione, qua Deus est. *Phoebadius, contra Arian. 19.* Si impassibilis Deus, utique et incompassibilis.

INCOMPELLĂBĬLIS et Inconpellabilis, le. Adiect. ab *in* et *compello*; innominabilis, qui compellari non potest. *Rufin. 2. Invect.* in *Hieronym. n. 9. ad fin.* Ignosce mihi, quod nesciebam, te ἀκατονόμαστον dici, et incompellabilem nominari. *Id. 8. Recognit. 15.* Aristoteles quintam introducit elementum, quod ἀκατονόμαστον; id est incompellabile nominavit.

INCOMPĔRENDĪNO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *comperendino*, idem quod comperendino. Legitur in *Gloss. Arab. Lat.* Incomperendino, dilato.

INCOMPERTUS et Inconpertus, a, um. Adiect ab *in* et *compertus*; incognitus, et de quo nihil certi habemus; *non trovato*, *incognito*. *Liv. 4. 23.* Cetera vetustate incomperta. *Plin. 12. 16. 1.* Qualis sit ea, incompertum habeo; *non trovo*. *Id. 34. 38. 1.* Origo atque natura eius incomperta est mihi. *Id. 2. 39. 1.* Incomperta ratio. Adde *ibid. 12. 2.* et *112. 6.*

INCOMPĔTENS et Inconpetens, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *competens*; non competens; *incompetente*. *Theod. Priscian. 2. 17. init.* Cum vero corruptis stomachi humoribus incompetentibus, etc.

INCOMPĔTENTER et Inconpetenter. Adverb. ab *incompetens*; non competenter, inconvenienter; *inconvenientemente*. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. 1. 3. 19.* et *Cassiod. 3. Variar. 14.* et *Gesta Collat. Carthag. Cognit. 3. n. 238.*

* INCOMPĔTUS et Inconpetus, a, um. Adiect. ab *in* et *competo*, idem ac incompetens. *Ennii fragm.* in *Thesaur. N. Latinit.* edit. ab *A. Maio* in *Class. auct. T. 8. p. 554.* Squarrosa et incompeta rostra; *h. e.* quorum pars superior non convenit cum inferiore. Ita *Furianetto* in *Append.*, sed locus est *Lucilii*, non *Ennii* (nisi mavis hunc ab eo mutuatum fuisse) apud *Fest.* sub v. *Squarrosa* p. *328. Mull.* Varronum ac rupicum squarrosa incondita rostra. Cf. *Fragm. Lucil. ex Incert. libr. n. 43. Gerl.* Quare videtur Grammaticus pro *incondita* legisse *incompeta*, et vocabulum hoc in suo thesauro descripsisse.

INCOMPLĒBĬLIS et Inconplebilis, le. Adiect. ab *in* et *complco*; qui compleri nequit, non implebilis. *Gloss. Philox.* incomplebilis; ἀκόρεστος.

INCOMPLĒTUS et Inconpletus, a, um. Adiect. ab *in* et *completus*; non completus; *non compito*, *imperfetto*. *Firmic. 3. Mathes. 2.* Et qui semper imperfecta incompletaque sua consilia derelinquant.

INCOMPLEXĪVUS et Inconplexivus, a, um. Adiect. ab *in* et *complexivus*; non complexivus, qui non complectitur. *Gloss. Philox.* ἀσυμπλήκτος; incomprehensibilis, incomplexivus.

Digitized by Google

INCOMPLEXUS et Inconplexus, a, um. Adiect. ab *in* et *complexus;* non complexus. *Gloss. Philox.* Incomplexus; ἀπερίληπτος.

INCOMPŎSĪTĒ et Inconposite. Adverb. ab *incompositus;* inordinate: *senza ordine. Liv. 25. 37.* Et in hostem negligenter et incomposite venientem incurrunt. — **2)** Translate. *Quintil. 10. 2. 17.* Qui horride atque incomposite quidlibet frigidum extuleruut, antiquis se pares credant; *h. e.* aspera verborum compositione.

INCOMPŎSĪTUS et Inconpositus, a, um. Adiect. ab *in* et *compositus;* male compositus, inordinatus; *disordinato, mal unito. Liv. 5. 28.* Incomposito agmine negligentius ab re bene gesta euntem adorti Aequi, terrore iniecto, in proximos perpulere tumulos. *Id. 44. 38. fin.* Incompositi hostes. *Virg. 1. G. 330.* Del motus incompositos; *h. e.* incondite saltet. — **2)** Translate. *Horat. 1. Sat. 10. 1.* Nempe incomposito dixi pede currere versus Lucili; *h. e.* duris pedibus fluere: *duram componere versus,* supra dixerat *Sat. 4. 8. — Quintil. 9. 4. ab init.* Si ordo vitiosus est, licet et iuncta sit, et apte cadens oratio, tamen merito incomposita dicatur; *h. e.* si nimis longas transgressiones habeat, et asperam compositionem. *Id. ibid. sub init.* opponit *incompositum* in oratione *iuncto et bene collocato.* — **3)** Apud *Eund. 4. 5. 10. incompositus moribus* dicitur, qui moderatus ac patiens non est, sed facile ira, aliove affectu turbatur. — **4)** *Incompositus numerus* dicitur, qui a nullo alio componitur, nisi ab unitate. *Boëth. 1. Arithm. 14. p. 997.* Incompositus numerus est, qui nullam partem habet, nisi eam, quae a tota numeri quantitate denominata sit, ut ipsa pars non sit, nisi unitas, ut sunt tres, quinque, septem, undecim, etc. Adde *Cassiod. de Arithm.*

INCOMPRĔHENSĪBĪLIS et Inconprehensibilis, le. Adiect. ab *in* et *comprehensibilis.* — Comparat. *incomprehensibilior* §. 2. — Proprie est qui comprehendi, seu capi non potest. *Solin. 30.* Alces incomprehensibili fuga pollet. *Colum. praef. l. 10. in fin.* Ut, quod aiunt Graeci, ex incomprehensibili parvitate arenae funis effici non possit. *Suidas.* Εἰ ἄμμου σχοινίον πλέκειν. — **2)** Translate. *Senec. ep. 94.* Si praecepta singulis damus, incomprehensibile opus est. *Cels. praef. ante med.* Cum igitur illa incerta incomprehensibilisque sit, a certis potius et exploratis petendum esse praesidium. *Plin. 1. ep. 20.* Ut est in disputando incomprehensibilis et lubricus, ita eludit, ut etc. *Senec. Consol. ad Helv. 11.* Vitiosae consuetudinis immensum et incomprehensibile arbitrium est; *h. e.* quod coërceri, et intra certos fines contineri non potest. *Rufin.* verteus *Homil. 17. Orig. in Num. 4.* Ubi quanto magis scrutatus fuerit, tanto ea ineffabiliora et incomprehensibiliora deprehendet; incomprehensibilis enim et inaestimabilis est Dei sapientia.

INCOMPRĔHENSĪBĪLITAS et Inconprehensibilitas, ātis, f. Abstractum ab *incomprehensibilis;* conditio eius, qui comprehendi nequit; *incomprensibilità. Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 9. 3.* Inveniet autem nunquam Deum, sed semper incomprehensibilitatis profundo natabit. *Dionys. Exig. de Creat. hom. 11.* et *Fulgent. 2. ad Trasam. 1.*

INCOMPRĔHENSĪBĪLĬTER et Inconprehensibiliter. Adverb. ab *incomprehensibilis;* ratione incomprehensibili. *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 16. 1.* Sunt qui dicunt, Iesum . . . incomprehensibiliter et invisibiliter intrasse in Pleroma. *Dionys. Exig.* vertens *epist. Proeli ad Armen. p. 415. Migne, de Verbo Dei.* Incomprehensibiliter factum hominem se demonstrans.

INCOMPRĔHENSUS et Inconprehensus, a, um. Adiect. ab *in* et *comprehensus;* non comprehensus; *non compreso. Cic. 4. Acad. 29. extr.* Quae nos incomprehensa et non percepta dicimus. — Et per syncopen *Prudent. Apoth. 812.* Incomprensa manet virtus.

INCOMPRENSUS. V. voc. praeced.

INCOMPTĒ et Incomte. Adverb. ab *incomptus;* inornate. *Ammian. 31. 2.* Effigiati stipites dolantur incompte. *Stat. 5. Silv. 55.* Iuvet illaudabile carmen Fundere, et incompte miserum laudare dolorem.

INCOMPTUS et Incomtus, a, um. Adiect. ab *in* et *comptus.* — Comparat. *incomptior* §. 1. — Proprie est non comptus, incompositus, inornatus; *rabbuffato, disadorno, incolto. Horat. Epod. 5. 16.* Incomptum caput. *Suet. Aug. 69.* Incomptior capillus. *Horat. 1. Od. 13. 11.* Incomptis Curium capillis. *Cic. Acad. fragm.* apud *Augustin. 3. contra Acad. 7.* Quem incomptis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant. *Tacit. Germ. 14.* Epulae, et quamquam incompti, largi tamen apparatus pro stipendio crepunt. — **2)** Translate. *Cic. Orat. 23.* Ut mulieres esse dicuntur nonnullae inornatae, quas id ipsum deceat; sic haec subtilis oratio, quasi incompta, delectat. *Id. 2. Att. 1.* Quamquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. Adde *1. Orat. 55.* et *Quintil. 8. 6. 41. Virg. 2. G. 386.* et *Horat. A. Poët. 446.* Versus incompti.

INCOMTE et INCOMTUS. } V. vocc. praecedd.

INCONCEPTĪBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *concipio;* qui concipi nequit; *inconcepibile. Hilar.* in *Psalm. 118. litt. 6. n. 9.* Patulum enim domicilium inconceptibili Deo opus est. Adde *4. de Trinit. 8.*

INCONCESSĪBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *concedo;* qui concedi non potest. *Tertull. Pudic. 9. sub fin.* Delicta inconcessibilia.

INCONCESSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *concessus;* non concessus, negatus, prohibitus, illicitus; *non concesso, illecito. Virg. 1. Aen. 658.* Pergama cum peteret, inconcessosque hymenaeos. *Quintil. 10. 2. ad fin.* Cum totum exprimere, quem elegeris, paene sit homini inconcessum. *Hilar.* in *Psalm. 2. n. 12.* Inconcessa expetere.

INCONCĬLĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *inconcilio;* qui nunquam conciliatur. *Boëth. Introd.* ad *Syllog. Categ. p. 771. Migne.* Perpetua atque inconciliata discordia.

INCONCĬLĬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *concilio.* — Particip. *inconcilians* §. 1., *inconciliatus* V. suo loco. — Proprie est sibi alium conciliare sive per dolum, sive ab altero eum alienando. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* Inconciliasti, comparasti, commendasti, vel, ut Antiqui, per dolum decepisti. *Plaut. Trin. 1. 2. 99.* Inconciliastin' eum, qui mandatu 'st tibi? — *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *82.* Sed inconciliantibus Bessi sociis, iugumque gentium nominantibus; *h. e.* improbantibus. — **2)** Latiore significatione est alium ab alio alienare, inimicum reddere, irritare; *alienare, indisporre, render nemico. Plaut. Most. 3. 1. 84.* Ne inconciliare quid nos porro postules. *Id. Pers. 5. 2. 55.* Eo credo, quia non inconciliavit, cum te emo. *Id. Bacch. 5. 6. 22.* Ille, quod in se fuit, accuratum habuit, quod posset mali Facere et in me inconciliare copias omnes meas.

INCONCINNĒ. Adverb. ab *inconcinnus;* inconcinniter, incomposite. *Apul. 1. Met.* Perspiciens malum istum verberonem blaterantem, atque inconcinne causificantem; *h. e.* futiles ineptasque causas afferentem. Adde *Eugypp. thesaur. 268. Cf.* INCONCINNITER.

INCONCINNĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *inconcinnus;* incompositio et praepostera rerum coagmentatio, incongruentia, ineptiae; *disaccoucezza. Suet. Aug. 86.* Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum, vitatis sententiarum ineptiis atque inconcinnitate. *Alii rectius leg.* concinnitate. *Apul. 2. Dogm. Plat.* Quae a semetipsa tot modis discrepet, et non solum disparilitatem, sed etiam inconcinnitatem prae se gerat.

INCONCINNĬTER. Adverb. idem origine quod *inconcinne,* a quo discrepat tantum forma; incomposite, incongrueuter, inornate, inepte; *disacconciamente. Gell. 10. 17.* Vertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter.

INCONCINNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *concinnus;* incompositus, incongruens, ineptus, rudis, inelegans; *scomposto, malacconcio, rozzo. Cic. 2. Orat. 4.* Qui in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus esse dicitur. *Horat. 1. Ep. 17. 29.* Personamque feret non inconcinnus utramque. *Id. ibid. 18. 6.* Asperitas agrestis, et inconcinna, gravisque.

INCONCĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *concitus;* non concitus, non concitatus. *Ammian. 24. 6.* Leni et inconcito gradu. *Alii melius leg.* leni ante, dein concito.

INCONCRĒTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *concretus;* non concretus. *Nazar. Paneg. Constantin. 14.* Quamvis caelestia sub oculos hominum venire non soleant, quod crassam et caligantem aciem simplex et inconcreta substantia naturae tenuis eludat; *h. e.* materia et corpore carens.

INCONCULCĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *conculco;* qui conculcari nequit. *Fulgent. de Incarnat. 50.* Tale est autem quod dicuntur mali Spiritum Sanctum contristare et Filium Dei conculcare, cum et Filius Dei et Spiritus Sanctus incontristabilis inconculcabilisque permaneat.

* INCONCŬPISCENDUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *concupiscendus;* valde concupiscendus. *Apul. Florid. n. 17.* Mihi vestra amicitia inconcupiscenda. *Alii vestius leg.* concupiscenda. V. *Hildebr.* ad *h. l.*, ubi vocem improbat, coll. *10. Met. 6.*

INCONCURRO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *concurro;* incurro simul. Legitur in *Excerpt. Quintil.* 2. Quaedam in tanto aëris spatio inconcurrere possunt.

INCONCUSSĒ. Adverb. ab *inconcussus;* constanter, firmiter; *fermamente. Augustin. 1. Retract. 11.* Hoc sane inconcusse retinendum esse, non dubito. *Imppp. Gratian., Valens et Theodos. Cod. 11. 61. 6.* Inconcusse possidere aliquid.

INCONCUSSĬO, ōnis, f. Abstractum ab *inconcussus;* firmitas, tranquillitas. *Acta S. Ignatii episc. et M. n. 1.* Laetabatur Ecclesiae inconcussione, quiescente ad paucum persecutione.

INCONCUSSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *concussus;* non concussus, immobilis, constans, firmus; *inconcusso, stabile, fermo, immobile, costante. Lucan. 2. 267.* caelestia semper Inconcussa suo volvuntur sidera lapsu. *Id. 2. 248.* Inconcussa vestigia. — **2)** Translate. *Senec. 5. Ira, 25.* Qui non irascitur, inconcussus iniuria perstitit: qui irascitur, motus est. *Stat. 5. Silv. 1. 142.* Florebant hilares inconcussique Penates. *Plin. Paneg. 82.* Inconcussus et immotus. *Senec. ep. 67. ad fin.* In otio inconcusso iacere. *Tacit. 2. Ann. 44.* Fratres pro-

Digitized by Google

ximorum certaminibus inconcussi. *Id. 2. Hist. 2.* Inconcussa pax. Adde *Senec. Vit. beat. 5.*

INCONDEMNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *condemnatus;* non condemnatus. *Cato* apud *Gell. 13. 24.* Decem hominibus vitam eripis, indicta causa, iniudicatis, incondemnatis. *Alii leg.* indemnatis. *Vulg. Interpr. Ital. Act. 16. 37.* Caesos nos publice incondemnatos homines Romanos miserunt in carcerem. *Vulgata* nostra habet *indemnatos.*

INCONDĪTĒ. Adverb. ab *inconditus;* confuse, inordinate, incomposite; *confusamente, senz'ordine, sgarbatamente. Cic. 2. Divin. 71.* Nihil tam praepostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare. *Id. 3. Orat. 44.* Ille rudis incondite fundit, quantum potest; et id quod dicit, spiritu, non arte determinat: orator autem sic illigat sententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur et adstricte et soluto. *Gell. praef.* Indigeste et incondite. *Id. 12. 14.* Temere et incondite. *Spartian. Carac. 2. sub fin.* Involute et incondite questus est.

INCONDĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *conditus;* non factus, non creatus. *Tertull. advers. Hermog. 18.* Ne quid innatum et inconditum, praeter solum Deum, crederemus. — **2)** Item non conditus; *non riposto. Colum. 3. 3.* Inconditum fructum mercantibus vendere. Et *1. 3.* Situs inconditos conditosque fructus corrumpit. — **3)** Item insepultus; *insepolto. Lucan. 6. 101.* dum mixta iacent incondita vivis Corpora. — **4)** Translate est incompositus, inordinatus, inconcinnus, agrestis; *confuso, disordinato, incondito, mal composto, sgarbato. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* Inconditum, non ordinate compositum. *Cic. 3. Orat. 44.* Incondita antiquorum dicendi consuetudo. *Id. 1. ibid. 44.* Incredibile est, quam sit omne ius civile, praeter hoc nostrum, inconditum, ac paene ridiculum. *Id. Orat. 70.* Si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam. *Id. ibid. 44.* Quamvis suaves gravesque sententiae, tamen si inconditis verbis efferuntur, offendent aures; *h. e.* hiulca, aut aspera iunctura compositis. *Liv. 44. 39.* Acies incondita et inordinata. Et *24. 24.* Dum turbata omnia nova atque incondita libertate essent. *Plin. 16. 33. 2.* Inconditus ramorum ordo. *Id. 8. 2. 1. de elephantis.* Inconditos motus edidere saltantium modo. Et *9. 15. 1.* Vituli marini incondito fremitu, nomine vocati, respondent. *Id. 8. 5. 6.* Inconditae blanditiae. *Id. 17. 35. 45.* Inconditam spargi vitem. *Plin. alter, 3. ep. 15.* Inconditus turbidusque clamor. *Sever. Aetn. 233.* Incondita sidera; *stelle erranti. Liv. 30. 28.* Syphax inconditae barbariae rex. *Id. 24. 29.* Multitudo incondita ac tumultuosa. Et *26. 40.* Syracusis nova pace inconditas componere res. *Apul. 6. Met. 10.* Incondita et inextricabilis moles. V. *Hildebr.* ad *h. l. Casl. Aurel. 5. Chron. 8. 97.* Repentina atque incondita curatio. — **5)** *Incondita carmina* sunt versus, quibus, ut ait *Atil. Fortunatian. p. 2680. Putsch.*, Antiqui usi sunt, non observata lege, nec uno genere custodito inter se versus. V. SATURNIUS. *Liv. 4. 20.* Longe maximum triumphi spectaculum fuit Cossus spolia opima regis interfecti gerens: in eum milites carmina incondita, aequantes eum Romulo, canere.

INCONFECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *confectus;* non confectus; *non fatto, non finito. Hieronym. ep. 119. n. 1.* Quae mihi ad vestram tunicam paraveram, vobis inconfecta transmisi. — **2)** Item non concoctus; *non digerito;* ubi de cibo sermo est. *Cels. 4. 16.* Intestinorum laevitas, qua continere nihil possunt, et quidquid assumptum est, inconfectum protinus reddunt. *Alii leg.* imperfectum.

INCONFESSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *confessus;* non confessus. *Ovid. 2. Met. 357.* Servandum dederat, sed enim inconfessa quid esset. *Heinsius* hunc versum spurium esse pronunciat, ideoque in plerisque editionibus abest. *Augustin. Serm. 5. n. 1.* ed. *Mai.* Humani iudicii est audita tractare, obiecta discutere, occulta perquirere, . . . cogere inconfessum, proferre sententiam.

INCONFŪSĒ. Adverb. ab *inconfusus;* non confuse. *Facund. 9. defens. trium Capitul. 7.* Consideret ergo lector quomodo asseratur quod in Christo, naturis inconfuse manentibus, subsistentiae quoque permanserunt.

INCONFŪSĪBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *confusus;* qui confundi nequit. *Fulgent. 1. ad Trasim. 7.* In unitate personae, in qua Deus et homo unus Christus, inconfusibilem atque inseparabilem utriusque veritatem naturae commendans, etc. Adde *3. ibid. 4.* — **2)** Translate, qui erubescere nequit. *Vulg. Interpr. Paul. 2. ad Timoth. 2. 15.* Sollicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.

INCONFŪSĪBĪLĪTER. Adverb. ab *inconfusibilis;* non confuse. *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 15. init.* Inconfusibiliter misceri. *Fulgent. 3. ad Trasim. 6.* Inconfusibiliter ergo unit utrumque natura, quamvis inseparabiliter discernat utrumque persona.

INCONFŪSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *confusus;* non confusus. *Senec. 2. Quaest. nat. 45.* Dei consilio huic mundo providetur, ut inconfusus eat, et actus suos explicet. *Claudian. VI. Cons. Honor. 622.* Armatos hic saepe choros certaque vagandi Textas lege fugas, inconfusosque recursus, etc.; *giri e rigiri spediti.* — **2)** Translate. *Senec. 3. Quaest. nat. prooem. ad fin.* Animus, qui sciet fortunam non exspectare, sed facere; et adversus utramque intrepidus inconfususque prodire. Et *1. Ira, 12.* Officia sua vir bonus exsequitur inconfusus, intrepidus.

INCONGĔLĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *congelo;* qui non potest congelari; *che non si può congelare. Gell. 17. 8. sub fin.* Mare omne incongelabile sit. *Alii leg.* ingelabile.

INCONGRESSĪBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *congredior;* quem alloqui non possumus, cum quo congredi non licet. *Tertull. 2. advers Marcion. 27.* Invisibilis, et incongressibilis Deus. *Alii perperam leg.* incognoscibilis.

INCONGRUE. Adverb. ab *incongruus;* incongruenter. *Macrob. 5. Saturn. 13. a med.* Hoc idem Maro de fama dixit, sed incongrue. *Augustin. ad Hieronym.* inter *epist. Eiusd. ep. 67. n. 3.* Nec mendaciter, nec incongrue faceret. Adde *Capell. 9. sub init.*

INCONGRŬENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *congruens.* — Superlat. *incongruentissimus,* infra. — Est qui non congruit rei, de qua agitur; *disconvenevole. Plin. 4. ep. 9. a med.* Illam alteram dissolutam atque etiam incongruentem vocant. *Gell. 12. 5. ante med.* Stoica disciplina pleraque est et sibi, et nobis incongruens. *Augustin. de dono perseverant. 61.* Ita sane, sed improbissimum, importunissimum, incongruentissimum.

INCONGRŬENTER. Adverb. ab *incongruens;* sine congruentia, inconvenienter; *sconvenientemente. Tertull. Baptism. 19.* Nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur. *Augustin. 1. in Heptat. 59.* Non incongruenter hoc dici videtur.

INCONGRŬENTIĂ, ae, f. Abstractum ab *incongruens;* inconvenientia; *sconvenienza. Tertull. Anim. 6.* Incongruentia definitionis. *Id. 2. Advers. Marcion. 25.* Ad incongruentias interpretandas.

INCONGRŬĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *incongruus,* idem ac incongruentia. *Rustic. disput. contra Acoeph. p. 1200. Migne.* Non enim vel Apostolus sive incongrue scripsit, vel illa universalis Synodus ita desipuit, ut hanc incongruitatem velut ex persona S. Gregorii exponeret. — *Priscian. 18. p. 1119. Putsch.* Quando vero ex duobus obliquis constructio fit, *ἀνώμαλα;* id est incongruitatem, dicebant. *Alii leg. ἀνωμάλματα;* id est incongruitates.

INCONGRŬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *congruus;* incongruens, inconveniens. *Val. Max. 4. 1. n. 12.* Quam incongruo ambitu amplectar. *Al. leg.* quam augusto. *Apul. 3. Dogm. Plat.* Incongruae inter se propositiones. Adde *Vegel. 2. Milit. 19.* et *Symmach. 4. ep. 8.*

INCONIŬGUS, a, um. Adiect. ab *in* et *coniugus;* qui cum alio definite coniungitur. *Priscian. 17. p. 1065. Putsch.* Coniuga sunt personis pronomina, cum similiter et coniuncte per omnes personas definiuntur vel demonstratione, vel relatione: verba vero inconiuga, cum in prima quidem et secunda persona finiuntur, in tertia vero non, nisi praecipuus sit ad aliquem unum pertinens actus, ut *fulminat* et *tonat* de Iove solo intelligimus, non quod verbum tertiae personae finitum est, sed quod is, qui eius significationem agit, proprium habet hunc actum; *scil.* prima et secunda persona verbi definiuntur a pronomine *ego* et *tu,* tertia vero inconiuga est; *h. e.* non definitur a solo pronomine *illo,* sed ab infinitis nominibus personarum, quae eam significationem agunt.

INCONIUNCTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *coniunctus;* non coniunctus; *incongiunto. Boëth. Aristot. Analyt. prior. 1. 25. p. 488.* Plures erunt, et inconiuncti syllogismi ad invicem.

INCONNEXĬO, ōnis. f. Abstractum ab *inconnexus;* dissolutio. Est figura rhetorica elocutionis, eadem, quae a Graecis asyndeton appellatur. *Iul. Rufinian. de Schem. Lex. 18.* V. ASYNDETON.

INCONNEXUS, a, um. Adiect. ab *in* et *connexus;* non connexus. *Auson. Edyll. 12. ad Paulin.* Res exigua est, et fastiditur, inconnexa, et implicatur. *Mar. Victorin. p. 2534. Putsch.* Quae commutatio plerumque inter initia versuum fit, nec facile in medietate, nisi in eo genere versuum, quae *ἀσυνάρτητα;* idest inconnexa sunt reperitur.

INCONNĪVENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *connivens;* qui palpebras non movet; *che non muove le palpebre. Gell. 2. 1.* A summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconnivens. — **2)** Translate. *Ammian. 29. 2.* Inconnivens iustitiae oculus.

INCONNĪVUS, a, um. Adiect. ab *in* et *conniveo,* idem ac inconnivens, ut Inconnivi oculi, Inconniva vigilia, apud *Apul. 2.* et *6. Met.*

INCONP. V. INCOMP.

INCONR. V. INCORR.

INCONSCĬENTIĂ, ae, f. Abstractum ab *inconscius;* conditio eius, qui inconscius est. *Gloss. Philox.* Inconscientia; *ἀσυναίσθησία.*

INCONSCĬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *conscius;* non conscius; non *consapevole. Liv. 21. 12.* Alcon inconscius Saguntinis cum ad Annibalem noctu transiisset. Meliores libri *insciis* habent. *Cassian. 6. Instit. 20.* Si pro necessitate naturae, nobis inconsciis concretiones egerantur

Digitized by Google

obscenae. *Cassiod. 10. Variar. 4.* Praesumpsistis me inconscio subserrare, quod palam non poteratis assumere.

INCONSCRIPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *conscriptus;* non conscriptus; non *iscritto*. *Serv.* ad *Virg. 2. Ecl. 4.* Incondita; id est inconscripta.

INCONSENSUS, us, m. Abstractum ab *in* et *consensus;* dissensus, discrepantia. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀσυμφωνία; inconsensus.

INCONSENTĀNĔUS, a, um. Adiect. ab *in* et *consentaneus;* non consentaneus. *Capell. 5. post init.* Nihil magis inconsentaneum atque indecens.

INCONSENTĪENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *consentiens;* non consentiens. *Boëth.* in *Aristot. libr. de interpr. ed. sec. p. 453.* Videntur utraque quasi quodammodo inconvenientia esse, quippe cum illud unum etiam impossibile sit, ut affirmatio negatioque consentiant, illud alterum non secundum esse vel non esse fieri oppositiones, inconsentiens sit aliis propositionibus, in quibus hoc modo fieri contradictionem, manifestum est.

INCONSĔQUENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *consequens;* qui non consequitur. *Ascon. 2. Verr. 9.* Inconsequens locutio, similisque soloecismi. Adde *18. Cael. Aurel. 2. Chron. 13. 172.* Non inconsequentis ordinans adiutoria. V. PERINCONSEQUENS.

INCONSĔQUENTER. Adverb. ab *inconsequens;* non consequenter. *Cael. Aurel. 5. Acut. 4.* Clysteribus utendum ob avertendam materiam, vel avocandam a locis patientibus, inconsequenter iubet Asclepiades. *Rufin. 5. Recognit. 25.* Quod inconsequenter interrogas, non recte facis. Adde *Hilar. in epist. ad Galat. 65.* V. INCONSONANTER.

INCONSĔQUENTĬA, ae, f. Abstractum ab *inconsequens;* vitium orationis, cum aut res, aut verba praetermittuntur, quae ad superiora subsequi deberent. *Quintil. 8. 6. a med.* Quae est inconsequentia rerum foedissima.

INCONSĪDĔRANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *considerans*. — Superlat. *inconsiderantissimus*, infra. — Est inconsideratus. *Cic. 2. Divin. 27.* Nos ita leves atque inconsiderantes sumus. *Al. leg.* inconsiderati. *Tertull. 2. advers. Marcion. 29.* Inconsiderantissime Marcion.

INCONSĪDĔRANTER. Adverb. ab *inconsiderans;* inconsiderate. *Ulp. Dig. 26. 10. 3. sub fin.* Tutor, qui inconsideranter pupillum, vel dolo abstinuit hereditate; *inavvertentemente*. Ita *Torrentin.*, at *Haloander* edidit *inconsiderate*. *Hieronym. ep. 108. n. 20.* Non quod inconsideranter, et ultra vires sumpta onera probem.

INCONSĪDĔRANTĬA, ae, f. Abstractum ab *inconsiderans;* inconsulta ratio; *inavvertenza, inconsideratezza*. *Suet. Claud. 39.* In eo mirati sunt homines et oblivionem et inconsiderantiam. *Est qui legit* inconsiderationem. *Cic. ad Q. Fr. 3. 9.* Cuius in hoc uno inconsiderantiam ego sustinebo, ut potero. *Alii leg.* considerantiam. *Tertull. Resurr. Carn. 51.* Maxima inconsiderantia. *Salvian. 4. Gub. D. 11.* Sed quid ego de his dico, quorum inconsiderantia quodammodo Deum tetigit?

INCONSĪDĔRĀTĒ. Adverb. ab *inconsideratus*. — Comparat. *inconsideratius*, infra. — Est inconsulte, temere: *sconsideratamente. Cic. 1. Offic. 29.* Temere et fortuito, inconsiderate, negligenterque agere. *Val. Max. 1. 5. n. 9.* Inconsideratius procliando.

INCONSĪDĔRĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *inconsideratus*, idem quod inconsiderantia. *Salvian. 4. Gub. D. 11.* Percussi a Deo, qui sola mentis inconsideratione peccassent. V. INCONSIDERANTIA.

INCONSĪDĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *consideratus*. — Comparat. *inconsideratior* §. 1., superlat. *inconsideratissimus* §. 2. — Proprie est qui non considerat; *sconsiderato, temerario*. *Nep. Con. 5.* Inconsideratior in secunda, quam in adversa fortuna. *Cic. 2. Divin. 27.* Nos ita leves atque inconsiderati sumus. — **2)** Passive, qui non consideratur, sine consideratione; *senza riflessione, precipitato. Id. Quint. 25.* O rem incredibilem, o cupiditatem inconsideratam! *Id. Har. resp. 26.* Plenus inconsideratissimae ac dementissimae temeritatis.

INCONSĪLĬUM, ii, n. Abstractum ab *in* et *consilium;* consilii defectus. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀβουλία; inconsilium.

INCONSĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *consitus;* incultus; *non seminato, incolto*. *Varr. 5. LL. 4.* Inconsitus ager.

INCONSŌLĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *consolabilis;* cui consolatio nulla mederi potest; *inconsolabile*. *Ovid. 5. Met. 426.* inconsolabile vulnus Mente gerit tacita. *Optat. Schism. Donat. 1. 2.* Inconsolabiles lacrymae.

INCONSŎNANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *consonans;* non consonans, male sonans; *di cattivo suono*. *Pompei. in lib. Donati de barb. et metapl. 6. de metaplasmo.* Non enim videris dicere *hominem amicum*, sed *homine mamicum*, quod est incongruum et inconsonans.

INCONSŎNANTER. Adverb. ab *inconsonans;* sine consonantia, discrepanter. *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 20. 1.* propter hoc inconsonanter et inconsequenter dispersa sunt vestigia doctrinae ipsorum. *Id. 1. ibid. 21. 2.* Et esse hanc eam *(redemptionem)*, quae ab ipsis varie et inconsonanter traditur.

INCONSŎNANTĬA, ae, f. Abstractum ab *inconsonans;* discrepantia in sono. *Priscian. 8. p. 784. Putsch.* Incommoditate vero vel inconsonantia, quam Graeci ἀσυμφωνίαν vocant, deficiunt quaedam *(nomina)*. — **2)** Translate. *Rufin. 2. Recognit. 54.* Si consonantia prophetam non facit, multo magis nec inconsonantia.

INCONSŎNĒ. Adverb. ab *inconsonus;* incongrue. *Verecund.* in *Cantic. Deuteron. 22.* Concurrit tamen ut et de spiritali igne, quem Dominus emisit in mundo, non inconsone sentiatur.

INCONSŎNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *consonus*, idem ac inconsonans. *Boëth. 1. Music. 20. p. 1075.* Nil in eis esset inconsonum, ad imitationem scilicet musicae moudanae, quae ex quatuor constat elementis, cuius quadrichordi Mercurius dicitur inventor.

INCONSPECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *conspectus;* inconsideratus. *Gell. 17. 21.* Ne in sermonibus inconspectum aliquid temere diceremus.

INCONSPĪCĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *conspicabilis;* qui conspici nequit. *Hilar.* in *Psalm. 135. n. 8.* Inconspicabilis Deus. *Id. ibid. n. 21.* Natura inconspicabilis. *Id. 5. Trinit. 23.* Claritas inconspicabilis. Adde *11. ibid. 4.* et *Fulgent. pro fide Cathol. sub fin.*

INCONSPĪCŪUS, a, um. Adiect. ab *in* et *conspicuus;* non conspicuus, incelebris. *Flor. 4. 2. a med.* Non inconspicua tamen morte.

INCONSPRĒTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *consperno;* minime spretus. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 107. Müll.* Inconspretus, non improbatus.

INCONSTĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *consto;* qui constare nequit. *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 19. 2.* Argumenta eorum omnium enarravimus et invalidum ipsorum et inconstabile ostendimus.

INCONSTĂBĬLĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *inconstabilis;* conditio eius, qui instabilis est. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 4. 3.* De pavore autem et inconstabilitate, corporalia mundi elementa.

INCONSTĂBĬLĪTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *constabilitio;* conditio eius, qui non est constabilitus. *Vulg. Interpr. apocr. 4. Esdr. 18. 16.* Erat inconstabilitio hominibus.

INCONSTANS, antis, comm. gen. Adiect. ab *in* et *constans*, quod est a *consto*. Cf. CONSTANS §. b. — **b)** Comparat. *inconstantior* §. 2., superlat. *inconstantissimus* §. 1. — **c)** Derivata, *inconstabilis; inconstabilitas, inconstabilitio, inconstanter, inconstantia*.

INCONSTANS proprie est qui sibi non constat, levis, mobilis, volubilis, varius; *inconstante, instabile*. *Cic. Rosc. Com. 6.* Mihi ridiculo es visus esse inconstans, qui eundem et laederes, et laudares. *Senec. ep. 99. circa med.* Populus in omnibus inconstantissimus. — **2)** Translate de rebus etiam abstractis. *Cic. 10. Fam. 16.* Cum is frigidas sane et inconstantes recitasset litteras Lepidi. *Plin. 18. 80. 2.* Inconstantes venti. *Id. 29. 1. 1.* Medendi arte nulla inconstantior. *Cic. 2. Divin. 62.* Si ea quoque divina, quid inconstantius Deo? *Gell. 13. 30.* Accepit librum inconstantissimo vultu et moestissimo.

INCONSTANTER. Adverb. ab *inconstans*. — Camparat. *inconstantius* et superlat. *inconstantissime*, infra. — Est leviter, nulla constantia; *incostantemente*. *Cic. 4. Tusc. 10.* Iactantibus se opinionibus inconstanter et turbide. *Id. 4. Acad. 17.* Inconstanter loqui. *Hirt. B. Afr. 82.* Inconstanter immoderateque prodire. *M. Aurel.* apud *Front. 3. ad Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 2.* Inconstantius agens. *Cic. 2. Fin. 27.* Haec dicuntur inconstantissime.

INCONSTANTĬA, ae, f. Abstractum ab *inconstans;* levitas, mutabilitas; *leggerezza, incostanza, instabilità. Cic. 3. Nat. D. 24.* Portunam nemo ab inconstantia et temeritate seiunget. *Id. 7. Phil. 3.* Quid est inconstantia, mobilitate, levitate, cum singulis hominibus, tum vero universo senatui turpius? *Id. Vatin. 1.* Inconstantia levitate implicata. *Id. 1. Fam. 9. ante med.* Famam inconstantiae pertimescere. *Plin. 11. 114. 3.* Inconstantiae notam habere. *Cic. 16. Att. 7.* Nemo doctus unquam mutationem consilii inconstantiam dixit esse. — **2)** De rebus etiam abstractis. *Id. 4. Tusc. 33.* Inconstantia mutabilitasque mentis. *Id. Dom. 2.* Varietas, et inconstantia, et crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. *Quintil. 9. 3. sub fin.* Frontis ac luminum inconstantia trepidare. *Plin. 37. 76. 1.* Inconstantia fulgoris. *Id. 7. 50. 2.* artis. *Id. 6. 30. 7.* mensurae.

INCONSUBSTANTĬĂLIS, le. Adiect. ab *in* et *consubstantialis;* minime consubstantialis. *Rustic. disp. contra Aceph. p. 1247. Migne.* Aliud est enim de Trinitatis communi substantia, et aliud de propriis unius loqui personae, et hoc de servi, quae illic inconsubstantialis est, forma.

INCONSUĒTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *consuetus;* non consuetus, inusitatus; *inusitato, insolito*. *Vitruv. praef. l. 5.* Inconsueto sermone obiiciunt sensibus obscuritatem. Et *1. 4. ad fin.* Inconsueta salsitudo. — **2)** Et non assuetus; *non assuefatto*. — Cum genitivo. *Sil. 11. 282.* stupet inconsuetus opimae Sidonius mensae miles.

INCONSULTĒ. Adverb. ab *inconsultus*. — Comparat. *inconsultius*, infra. — Est inconsiderate, stulte, temere, nullo consilio; *inconsideratamente, sconsigliatamente*. *Cic. 1. Nat. D. 16.* Haec, qui consideret, quam inconsulte ac temere dicantur. *Liv. 4. 37. a med.* Proelium incaute inconsulteque commissum. *Senec. 1. Benef. initio.* Temere inconsulteque vivere. *Cass. 1. B. C. 45.* Incitati studio inconsultius processerant. Adde *Plin. Paneg. 83.*

INCONSULTO. V. voc. seq. §. 7.

INCONSULTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *consultus*. — Comparat. *inconsultior* §. 4., superlat. *inconsultissimus* §. 5. et 4. — Proprie atque passive est is, a quo consilium non est petitum; *non consultato*. Afferunt Lexicographi haec verba ex *Varr. 1. RR. 10.* Etenim inscio atque inconsulto domino, servi saepe ex agro discedunt. *Sed locum neque ego reperi:* sensus tamen vocis probatur. *Cod. Theod. 15. 1. 37.* Nemo iudicum in id temeritatis erumpat, ut inconsulta pietate nostra novi aliquid operis existimet inchoandum. Sic *ibid. 1. 44.* Inconsulta clementia nostra. Et *15. 1.* Nobis insciis atque inconsultis. *Augustin. ep. 65. n. 2.* Inconsulto fratre Carcedonio. Cf. voc. seq. — **2)** Deinde active

II. *Inconsultus est* is, cui non datum est consilium. *Virg. 3. Aen. 452.* Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllae. — **3)** Item qui consilio non utitur, temere agens, imprudens; *sconsigliato, imprudente, sconsiderato, temerario*. *Cic. Deiot. 6.* Haec homo inconsultus et temerarius non videbat. *Iul. Valer. 2. Gest. Alex. M. 6.* Idem iam coepimus de te quoque velle, iuvenis inconsultissime. *Tryphonin. Dig. 23. 2. 77. §. 6.* Si inconsultus hoc fecerit: cui opponitur *ibid.* si optimo consilio usus sit. — **4)** Translate de rebus. *Cic. Rabir. Post. 4.* Qui illam Postumi sive inanem spem, sive inconsultam rationem, sive temeritatem vituperandam putet. *Liv. 5. 21.* Turbam inconsultam imitari. *Plaut. Mil. 3. 1. 6.* Bene consultum inconsultum est, si inimicis sit usui. *Val. Flacc. 4. 302.* vacuas agit inconsulta per auras Brachia. *Senec. ep. 40.* Inconsultae aures turbae. *Liv. 5. 20.* Largitionem novam, prodigam, inconsultam arguens. *M. Aurel.* apud *Front. 4. ad Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 2.* Si quod verbum absurdius, aut inconsultior sensus, aut infirmior littera istic erit, id tempori apponas. *Nazar. Paneg. Constant. 15.* Confessus est se inconsultior dolor, nec timuit deprehendi. *Gell. 19. 1. a med.* Motus rapidi et inconsulti, officium mentis atque rationis praevertentes; *indeliberati*. *Salvian. 1. de avarit. p. 18. Rittersh.* Inconsultissimum est. — Cum infinito. *Sil. 8. 546.* Capua rebus servare serenis Inconsulta modum. — **5)** Absolute, substantivorum more,

INCONSULTUM, i, n. Est inconsiderantia, inconsulta ratio. *Iul. Valer. res. gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *1. 52.* Implicati ordines universi non tam discriminum necessitate, quam multitudinis inconsulto; *per inavvertenza*. — **6)** Hinc *ex inconsulto*, ex temerario et inconsulto decreto senatus. *Sil. 8. 217.* iam bellum atque arma senatus Ex inconsulto posuit Tiryuthius heros. — **7)** Item absolute

INCONSULTO, adverbiorum more, idem ac inconsulte. *Auct. ad Herenn. 3. 3.* Inconsulto se in periculum mittere. *Ulp. Dig. 28. 4. 1.* Quae in testamento legi possunt, ea inconsulto deleta et inducta, nihilominus valent; consulto non valent.

INCONSULTUS, us, m. Abstractum ab *inconsultus, a, um*, in usu in ablativo tantum casu apud *Plaut. Trin. 1. 2. 150.* Me absente atque insciente inconsultu meo Aedes venales inscribit; *h. e.* me inconsulto. V. voc. praeced. §. 1.

INCONSUMMĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *consummo*; qui non consummitur. *Eucher. de laud. Eremi, 14.* Vestitus inconsummabilis.

INCONSUMMĀTĒ. Adverb. ab *inconsummatus*; imperfecte. *Eugypp. Thesaur. 51.* Neque tunc consuliter vel inconsummate inchoatus vel inchoate consummatus.

INCONSUMMĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *inconsummatus*; imperfectio, ut inconsummatio generationis, apud *Tertull. advers. Valentinian. 10.* — *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 2. 3.* Primo quidem contristatam propter inconsummationem generationis. Adde *Vulg. Interpr. Sap. 3. 18.* Cf. voc. seq.

INCONSUMMĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *consummatus*; non perfectus. *Ammian. 31. 14.* Ut erat inconsummatus et rudis. Et *21. 16. extr.* Inconsummatus et subagrestis; *h. e.* Omnis ingenii culturae expers. *Vulg. Interpr. Ital. Sap. 3. 16.* apud *Optat. Schism. Donat. 4. 3.* Filii adulterorum inconsummati. Adde *Boëth. Consol. Phil. 3. pr. 10.* et *Eugypp. Thesaur. 6.*

* INCONSUMPTĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *consumptibilis*; qui non potest consummi. Tribuit *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 155.* *Cypriano* (seu potius *Pseudo-Cyprian.*) *de Caena Dom. init.*, sed ego locum non reperi.

INCONSUMPTUS et inconsumtus, a, um. Adiect. ab *in* et *consumptus*; non consumptus; non *consumato*. *Ovid. 7. Met. 592.* Inque manu turis pars inconsumpta reperta est. *Id. 1. Pont. 2. 41.* Tityi iecur inconsumptum semperque renascens. *Id. 4. Met. 17. ad Bacchum*, tibi enim inconsumpta iuventa: Tu puer aeternus.

INCONSŪTĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *consutilis*, idem ac inconsutus. *Vulg. Interpr. Ioann. 19. 23.* Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum; *h. e.* a summa parte uno continuo textu facta usque ad imam. Adde *Fulgent. de Trinit. 1.* Cf. voc. seq. et V. *Cavedoni* in *Specim. Lexici Evang.* ad *h. v.*

INCONSŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *consutus*; non consutus, qui nullis suturis iunctus est, sed uno tenore contextus, ut *inconsuta tunica* (quae et *inconsutilis* dicitur. V. voc. praeced.), eadem ac *recta*, qua apud Romanos utebantur tum tirones seu adolescentes, cum, toga praetexta deposita, puram seu virilem sumerent; tum virgines pridie nuptiarum diem. V. RECTA. *Hieronym. ep. 22. n. 19.* Consuet tunicas, qui inconsutam desursum tunicam perdiderunt; nempe vir, et femina, qui continentiam servare nequiverint, tunica inconsuta deposita, consutam induant; *h. e.* nubant. V. INERUMPIBILIS.

INCONTĀMĬNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *contaminabilis*; qui contaminari non potest. *Tertull. 4. advers. Marcion. 9.* Incontaminabilis Deus. Adde *Facund. defens. trium Capit. 8. 5.* et *Doroth. epist.* ad *Horsmid. Pap.* et *Salvian. Gubern. D. 3. post init.*

INCONTĀMĬNĀBĬLĬTER, Adverb. ab *incontaminabilis*; incontaminabili ratione. *Augustin. de Genes. ad litt. c. ult.* et *Facund. defens. trium Capit. 9. 4.*

INCONTĀMĬNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *contaminatus*; impollutus, purus; *non contaminato, puro*. *Liv. 4. 2.* Ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit. *Varr. 3. RR. 2.* Gallinae rusticae aspectu et facie incontaminatae; *h. e.* non fucatae coloribus. Adde *Vulg. Interpr. 1. Petr. 1. 4.* et *19.*

INCONTANTER. V. INCUNCTANTER.

INCONTĀTUS. V. INCUNCTATUS.

INCONTEMPLĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *contemplabilis*; quem contueri et contemplari non licet. *Tertull. Resurr. carn. 55.* Incontemplabilis claritas. Ita legit *Iunius*. *Id. 5. advers. Marcion. 11.* Facies Moysi incontemplabilis filiis Israël.

INCONTEMPLĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *contemplatus*; minime contemplatus. *Dionys. Exig. de Creat. homin. 3.* Dignum vero est, ut nec ista res incontemplata praetereat.

INCONTEMPTĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *contemptibilis*; non contemptibilis. *Tertull. Apolog. 45.* Incontemptibilis dispector Deus, ubi *alii leg.* intentibilis *eodem sensu*.

INCONTENTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *contentus*; non contentus, non tensus; *non tirato, lento*. *Cic. 4. Fin. 27.* Ut in fidibus, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit, omnes aeque incontentae sint, etc.

INCONTERRĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *conterritus*; qui non territur. *Lactant.* ad *Stat. 4. Theb. 406.* Qui non terretur, ac per hoc inconterritus.

INCONTEXTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *contextus*; non contextus. *Boëth.* in *Aristot. libr. de interpr. ed. pr. p. 240.* Cum illa, quae nomine aequivoco significantur, iuncta fuerint, neque in unam substantiam convenerint talis iuncturae, quae res sibimet contextas copulent, non erit ullus intellectus.

INCONTĪGŬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *contiguus*; non contiguus, qui non tangitur. *Arnob. 7. post init.* Deus omni est incontiguus tactu.

INCONTĪNENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *continens*; qui non continet, seu retinet, quod infusum est; *chi non ritiene*. *Plin. 8. 68. 2.* Incontinens uterus urinam reddit. — **2)** Item intemperans, qui se non continet a foedissimis praecertim voluptatibus gustus et tactus, ut *Gell. 19. 2.* docet; *intemperante, incontinente*. *Plaut. Asin. 3. 2. 9.* Madidus, nihili, incontinens. *Horat. 3. Od. 4. 77.* Incontinens Tityus. Et *1. ibid. 17. 26.* Incontinentes manus iniicere. — **3)** Translate. *Senec. 3. Quaest. nat. sub fin.* Nihil est tam violentum et incontinens sui, tam contumax infestumque retinentibus, quam magna vis undae.

INCONTĪNENTER. Adverb. ab *incontinens*; intemperanter, sine continentia; *incontinentemente, intemperantemente*. *Cic. 3. Offic. 8. extr.* Nihil tam avare, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. *Cels. 1. 3.* Periclitatur et qui semel, et qui bis die cibum incontinenter contra consuetudinem assumit.

INCONTĪNENTĬ. V. CONTINENS §. 13.

INCONTĪNENTĬA, ae, f. Abstractum ab *incontinens*; imbecillitas, qua infusum quippiam contineri, seu retineri non potest; *debolezza*. *Plin. 20. 57. 2.* Cumino urinae incontinentiam cohiberi. Adde *28. 27. 9.* — **2)** Item intemperantia et effusa libido gustus, aut tactus; *incontinenza, intemperanza*. *Cic. Cael. 11.* Multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. — **3)** Refertur etiam ad nimiam cupiditatem habendi: cui abstinentia opponitur. *Id. 6. Verr. 15.* Est boni iudicis, parvis ex rebus coniecturam facere uniuscuiusque et cupiditatis et incontinentiae: qui reus, re et opinione hominum paene damnatus.

Digitized by Google

temperare non potuerit maximo convento, quin L. Sisennae argentum tractaret et consideraret, etc.

INCONTINGENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *contingens;* qui nequit contingi. *Quintil. Excerpt. 8.* Inauditum incontingens postulat. *Varro* in *Sentent. n. 65.* ed. *De-Vit.* Contrarie opinati pluribus, nec in omnibus inconveniens, nec in aliquibus est incontingens.

INCONTINGĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *contingo;* qui contingi non potest. *Apul. de Mundo.* Mundi cardo robustus et incontingibilis. *Al. melius leg.* immobilis: *Aristoteles* enim, quem hic *Apuleius* imitatur, ἀκίνητος habet.

INCONTĪNŬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *continuus;* non continuus. *Boëth. 2. Music. 22. p. 1101.* Verisimile est, ut est consonantia diatessaron consonantiae, diapente continua, ita si diatessaron in duplici statuitur, diapente incontinua duplicis poni; id est triplici.

INCONTRĀ. Adverb. ab *in* et *contra;* e regione; *in faccia. Inscr.* quae pertinet ad a. post Chr. 432. apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. p. 352.* Deposita die Iovis Idnum Maiarum incontra columna *(lege* columna) VII. (Videtur hic tamen adhiberi ex usu vulgari tanquam praepositio cum ablativo). Cf. *Marini, Papir. p. 346.*

INCONTRĀDĪCĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *contradicibilis;* cui contradici non potest. — In comparativo tantum gradu reperitur usurpatum a *Tertull. 4. advers. Marcion. 39.* Quid incontradicibilius confessione simplici?

INCONTRECTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *contrectabilis;* non contrectabilis. *Vigil. Taps. 4. contra Eutych. 14.* Deinde necesse erit, ut et caro, sicut et Verbum, si unius cum eo est naturae, increata sit et invisibilis atque incontrectabilis. *Eleuther. epise. Serm. in festo Ascens.* Incontrectabilis Deus dignatus est contrectari.

INCONTRISTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *contristo;* qui contristari nequit. *Fulgent. de Incarn. 30.* V. loc. in INCONCULCABILIS.

INCONTRŌVERSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *controversus;* qui in dubium vocari non potest. *Cic. 1. Orat. 57.* Licet impune oratori omnem hanc partem iuris incontroversi ignorare. Ita legit *Lambinus.* Sed MSS. et antiquae editt. *in controversiis.*

INCONTŬMĀCĬA, ae, f. Abstractum ab *in* et *contumacia;* idem ac inconstantia. V. CONTUMACIA §. 5. *Salvian. 4. Gub. D. 2.* In eodem crimine punimus alios, nos absolvimus: intolerabilis prorsus et incontumaciae, et praesumptionis.

INCONVĔNĬENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *conveniens;* qui cum alio non convenit, dissentaneus, disconveniens, incongruens; *discordante, ripugnante. Cass.* ad *Cic. 12. Fam. 13.* Nostra facta, non subita, nec inconvenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum ete. *Senec. Vit. beat. 12.* Desinant ergo inconvenientia iungere, et virtuti voluptatem implicare. — **2)** Item indecorus; *inconveniente, disconvenevole. Apul. de Mundo.* Si regi indecorum est, per semetipsum procurare omnia; multo magis Deo inconveniens erit. — **3)** Item dissimilis; *dissimile. Phaedr. 3. 13. de fucis et apib.* Non inconveniens est corpus, et par est color. — **4)** Absolute apud Rhetores figura est, Anascevae species. *Isid. 2. Orig. 12. 5.* Anascevae prima divisio est in inconveniens et mendacium. Inconvenientis species sunt: quod inhonestum est et quod inutile, etc.

INCONVĔNĬENTER. Adverb. ab *inconveniens.* — Superlat. *inconvenientissime*, infra. — Est incongrue; *inconvenientemente. Augustin. 11. de Gen. ad litt. 13.* Cui testimonio non inconvenienter aptatur illud, etc. *Boëth.* in *Aristot. libr. de interpr. p. 264.* Inconvenientissime praedicabitur. Adde *Augustin. 2. de Trinit. 9.* et *Hilar. in epist. ad Galat. 29.*

INCONVĔNĬENTĬA, ae, f. Abstractum ab *inconveniens;* convenientiae defectus; *inconvenienza, incongruenza. Tertull. 4. advers. Marcion. 16. a med.* Inconvenientia voluntatis et facti. *Fulgent. de Incarnat. 30.* Inconvenientia naturarum. *Macrob. de Differ. verb. p. 696.* Litterarum inconvenientia deficiunt *(verba)*, quoties etc.

INCONVENTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *conventus;* non conventus, non consultus, actione non petitus. *Valentinian. Novell. 8. §. 3.* Qui quod legibus debuerat postulare, inconvento possessore, pervasit *(domum). Id. ibid. §. 2.* Inconvento domino.

INCONVERSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *conversibilis;* non conversibilis, qui converti nequit. — Adhibet in comparativo gradu *Augustin. 5. Music. 21.* Itaque inconversibiliores, ut ita dicam, sunt quam illi, qui aut omnibus brevibus, aut longis omnibus constant.

INCONVERTĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *convertibilis;* qui converti et immutari non potest. *Tertull. advers. Hermog. 12.* Deus inconvertibilis et indemutabilis. *Faustin. de Trinit. 1. 14.* Deus autem ipse solus sine initio bonus et perfectus et inconvertibilis. Adde *Tertull. Anim. 21., Hilar. contra Constantin. Imp. 25.* et *Cassiod. de Dialect. fin.*

INCONVERTĪBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *inconvertibilis;* impossibilitas convertendi, seu immutandi. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 14. ante med.* Divinae Scripturae, quibus palam designatur inconvertibilitas Verbi; *h. e.* immutabilitas. *Rustic. Disp. contra Acoph. p. 1243. Migne.* Nos competenter superexaltamus misericordiam eius, salva inconvertibilitate eius.

INCONVERTĪBĬLĬTER. Adverb. ab *inconvertibilis;* immutabiliter. *Dionys. Exig. de Creat. hom. 28.* Stat autem per omnes has mutationes species inconvertibiliter, in se signa, quae sibi semel a natura sunt impressa, non deserens. Adde *Mar. Mercat. p. 936. Migne.*

INCONVICTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *convictus;* non convictus. Legitur in *Gloss. Lat. p. 170. n. 126.* Inconvicta, non parata ad convincendum.

INCONVŎLŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *convolutus;* convolutus, involutus, vel potius explicatus, evolutus. *Ammian. 29. 2.* Post inconvolutos multiplices casus.

INCONVULSĒ. Adverb. ab *inconvulsus;* immote. *Auct. Histor. Dalian. 17.* More primitivae Ecclesiae inconvulse retento.

INCONVULSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *convulsus;* immotus. *Rustic. Disp. contra Acoph. p. 1184. Migne.* In Christo autem inconvulsibilis unitio facta est.

INCONVULSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *convulsus;* non convulsus; non *distaccato. Fragm. Cod. Theod. 8. 13. 14.* (edente *A. Peyronio*) *Priusquam* securitatis publicae firmaverint cautionem, susceptos scilicet semel fundos, post emensa immunitatis spatia, inconvulsa a se vectigalium pensione, retinendos; *h. e.* manente apud se praestandorum vectigalium obligatione. *Boëth. Cons. Philos. 4. pros. 1.* Quae paulo ante conclusa sunt, inconvulsa servantur. *Dionys. Exig. Cod. Canon. Eccl. praef.* Inconvulsa Ecclesiastici ordinis disciplina. Adde *Valentinian. Novell. 30.* et *31.*

* INCOPARAVILIS. V. INCOMPARABILIS *fin.*

INCŎPĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *copiosus;* non copiosus, ut Incopiosa solitudo, apud *Tertull. Ieiun. 3.*

INCŎPRĬO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *copria;* conspurco. *Commodian. Instruct. 19.* Incopriat cives qui detestabilis omnes. *Gloss. Isid.* Scurra, qui incopriatur. Cf. COPRRAE et COPRIA.

INCOQUO, ĕquis, oxi, octum, ŏquĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *coquo*, cuius variationes sequitur. V. COQUO. — **b)** Particip. *incoquens* §. *1., incoquendus* §. *1., incoctus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *incoctilis, incoctio.*

INCOQUO proprie est in aliqua re coquo; *cuocere in qualche cosa. Virg. 4. G. 279.* Huius odorato radices incoque Baccho. *Plin. 15. 18. 2.* Cotonea incoqui melle oportet. *Id. 12. 37. 1.* Succum incoqui solet. *Cels. 6. 7. n. 6.* Incoquendum mel est, et eo utendum. *Lactant. Narrat. fab. 7. 2.* Herbarum genera, quarum scientiam habebat *(Medea)*, incoquens, etc. — **2)** Apud *Plin. 34. 48. 3.* Incoquere stannum sereis operibus; *h. e.* coquendo illinere; *stagnare.* Et *ibid.* Incoquere argentum; *inargentare.*

INCŌRAM. V. CORAM §. 5.

INCŎRŌNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *coronatus;* corona privatus. *Apul. 4. Met.* Simulacra incoronata, et aras viduae frigido cinere foedatae.

INCORPŎRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *corpore;* qui corporari nequit, incorporalis. *Tertull. 3. advers. Marcion. 17.* Habitus incorporabilis. *Alii leg.* in corporali. *Boëth.* in *Porphyr. Dial. 1. p. 8.* Sic igitur mens rerum nixa primordiis, altiori atque incorporabili intelligentia sublimatur. Adde *Maxim. Taurin. Tract. contra Iudaeos, p. 803. Migne.*

INCORPŎRĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *corporalis;* qui non habet corpus; *incorporeo. Senec. ep. 90. a med.* Deinde a corporibus se ad incorporalia transtulit (Adde *Brevit. Vit. 8.*). *Quintil. 3. 10. ad fin.* Ius, quod sit incorporale, apprehendi manu non posse. *Claud. Mamert. Stat. an. 1. 9.* Sed incorporales oculi solem incorporeum requirebant. *Tertull. adv. Hermog. 36.* Si qua incorporalia eis adsunt, . . . non portiones deputamus. *Quidam* incorpora *leg.* ut sit ab *incorpus, oris*, vel *incorporis, re;* quae tamen forma etsi alibi non reperitur, non est prorsus damnanda. Adde *Hilar. 6. Trinit. 30.* et *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 7. 1.* — **2)** *Incorporalia nomina* apud *Priscian. 2. p. 579. Putsch.* sunt, quae rem incorporalem significant, ut *virtus:* et *corporalia*, quae corporalem, ut *homo.* Adde *Pompei. Gramm. p. 90. Lind.*

INCORPŎRĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *incorporalis;* corporis deficientia. *Macrob. 1. Somn. Scip. 8.* et *11.* et *Tertull. Anim. 7.* et *Boëth. 2. Arithm. 31.* — *Id.* in *Porphyr. Dial. 1. post init.* Animi incorporalitas.

INCORPŎRĀLĬTER. Adverb. ab *incorporalis;* sine corpore. *Tertull. 2. ad Nat. 12.* Potest incorporaliter fingi, quod vis. *Claud. Mamert. 3. de statu anim. 14.* Memoria incorporaliter etiam corporalium reminiscitur. Adde *2. ibid. 6.* et *Eugypp. Thesaur. 101.*

INCORPŎRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incorporo;* actus incorporandi, corporis constitutio; *incorporazione, corporatura. Chalcid.* in *Tim. Plat. p. 13.* De incorporatione animae vivificantis sensilem mundum.

Digitized by Google

Claud. Mamert. 2. Stat. an. 3. ante med. Per hoc incorporatum corpus dici non potuit, velut in corpus missum: quia incorporatio ad illam pertinet absque ambiguitate naturam, quae et prius quam incorporata est, non fuit corpus; et postquam incorporata est, non est corpus. — **2)** Saepius sumitur a Scriptoribus Ecclesiasticis pro incarnatione Verbi Dei. *Philastr. haeres. 69.* Alii sunt, qui circa incorporationem aberrant, dicentes non animam veram hominis rationalem accepisse Salvatorem. *Gaudent. Serm. 14.* Si omnia opera eius in fide, quanto magis istud opus sacratissimae incorporationis eius? Adde *Serm. 2.* et *19.* et *Cassiod. Instit. Divin. 2. 32. a med.* — **3)** Item simpliciter coniunctio, additio unius rei alteri. *Cod. Theod. 10. 9. 2.* Post allegationem beneficii principalis omnem bonorum . . . vestium, pecuniae fiscus incorporationem traditionemque percipiat. *Id. ibid. 9. 3.* Incorporatio bonorum.

Nota. Olim tribuebatur etiam *Colum. 6. 2. ad fin. de bobus.* Custodiendum est, ne incorporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore iungatur. *Sed alii multo melius leg.* in comparatione; h. e. *nel far la compera*, atque ita edidit *Schneiderus* loco gemino fretus *Pallad. 4. 11.* Curandum est, ut viribus ad trahendum comparentur aequales.

INCORPŎRĀTUS, a, um. Particip. verbi *incorporo;* cum corpore coniunctus; *incorporato. Augustin. ep. 56.* (al. *31.*) *n. 5.* Aliud est enim nolle incorporare, quae desunt; aliud iam incorporata divellere. V. voc. praeced. §. 1. — **2)** Item incarnatus; *incarnato. Prudent. 12. Cathemer. 80.* Ducem salutis caelitus incorporatum gignere. — **3)** Est etiam qui corpori alicui, seu collegio est adscriptus. *Inscr.* apud *Reines. cl. 11. n. 36.* Civis Lugdunensis incorporatus inter utriclarios Lugduni consistentes. V. CORPORATUS §. 3.

INCORPŎRĔUS, a, um. Adiect. ab *in* et *corporeus;* corpore carens; *sensa corpo, incorporeo. Macrob. 7. Saturn. 15.* De incorporeis disputat. *Claud. Mamert. 1. Stat. an. 3. fin.* Si imago Dei est humana anima, incorporei videlicet imago est. Si incorporei imago est, incorporea utique ipsa est. Adde *ibid. 6.*

Nota. *Gellius Macrobio* antiquior *3. 15.* testatur, fictam esse hanc vocem a quibusdam ad explicandam Graecam ἀσώματος. Quare prudenter dubitari potest, an ea usus fuerit *Cicero*, cuius haec verba afferuntur ex *3. Fin. 14.* Omnis ista rerum incorporearum aestimatio etc. *Alii enim leg.* in corpore sitarum, *quod rectius; alii* corporearum.

INCORPŎRIS, re. V. INCORPORALIS §. 1.

INCORPŎRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *corpus.* — Particip. *incorporandus* §. 3., *incorporatus*, V. suo loco. — Proprie est unio, coniungo in uno corpore; *incorporare. Solin. 22. extr.* Variae animalium effigies incorporantur. V. INCORPORATIO §. 1. — **2)** Apud Scriptores Ecclesiasticos dicitur de assumptione humanae carnis facta a Filio Dei. *Petrus Diac. de Incarnat. 3.* Quomodo, inquiunt, incarnatur Deus, quomodo incorporatur? V. INCORPORATUS §. 2. — **3)** Item est aliquid in unum corpus coacervo, aggrego, coniungo: et dicitur tam de rebus, quam de personis. *Fragm. vet. ICti de iure fisci* (edente iterum *Goeschenio*) §. *14.* Eorum bonorum, quae ad fiscum pertinere dicuntur, si controversia moveatur, ante sententiam nec obsignari, nec describi, aut incorporari possunt. *Cassiod. 1. Var. 7.* Ut incorporanda militi nostro sine aliqua dilatione restituas. — *Lactant.* ad illud *Stat. 3. Theb. 126. luctus atrox:* Hoc totum poëtice incorporavit. — *Augustin. 2. Doctr. Christ. 6.* Ecclesia . . . sibimet quodammodo incorporat *(homines). Id. de Catech. rudib. 6. n. 10.* Incorporari Ecclesiae.

INCORPUS, ŏris. V. INCORPORALIS §. 1.

INCORRECTUS et Inconrectus, a, um. Adiect. ab *in* et *correctus;* non correctus; *incorretto, scorretto. Ovid. 5. Trist. 14. 23.* Nunc *(opus)* incorrectum populi pervenit ad ora.

INCORRĪGĪBĬLIS et Inconrigibilis, le. Adiect. ab *in* et *corrigo;* qui corrigi non potest. *Pseudo-Cassiod. de Amicit. 13.* Qui se incorrigibiles exhibuerunt.

INCORRUPTĀLĬTAS et Inconruptalitas, ātis, f. Abstractum ab *in* et *corrumpo*, idem ac incorruptibilitas; vox tamen minus probanda est. Legitur apud *Vulg. Interpr. Ital. 1. Cor. 15. 54.* Cum corruptibile hoc induerit incorruptalitatem. Sic e *MS. Sangerm. Vulgata* nostra habet *immortalitatem.*

INCORRUPTĒ et Inconrupte. Adverb. ab *incorruptus.* — Comparat. *incorruptius*, infra. — Est pure, sincere; *puramente, incorruttamente. Cic. 1. Fin. 9.* Incorrupte atque integre natura iudicante. *Gell. 13. 31.* Scite atque incorrupte loqui. *Cic. Marcell. 9.* Qui multis post saeculis de te iudicabunt, et quidem haud scio an incorruptius, quam nos.

INCORRUPTĒLĂ et Inconruptela, ae, f. Abstractum ab *in* et *corruptela;* incorruptio. *Tertull. Car. Christ. 15.* et *Resurr. carn. 51.*, item *Augustin. ep. 146. ad Consent. n. 13.* ex *1. Cor. 15. 53.* et *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 6. 1.*

INCORRUPTĪBĬLIS et Inconruptibilis, le. Adiect. ab *in* et *corruptibilis;* qui corrumpi non potest; *incorruttibile. Lactant. 1. 5.* et *Tertull. Anim. 50.*

INCORRUPTĪBĬLĬTAS et Inconruptibilitas, ātis, f. Abstractum ab *incorruptibilis;* incorruptio; *incorruttibilità. Tertull. Apolog. 48. sub fin.* V. loc. in INCORRUPTORIUS. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 30. 4.* et *4. ibid. 38. 4.* et *Lucifer. Caral. Moriendum esse pro Fil. Dei, p. 1053. Migne.*

INCORRUPTĪBĬLĬTER et Inconruptibiliter. Adverb. ab *incorruptibilis.* — Comparat. *incorruptibilius*, infra. — Est incorrupte; *incorruttibilmente. Augustin. 5. Confess. 2. de Deo.* Qui purius et incorruptibilius misereris, quis nullo dolore sauciaris. *Maxim. Taurin. Tract. 3. in Pagan. 795. Migne.* Deus non sicut homines, sed sicut decuit Deo generare impassibiliter et incorruptibiliter de se ipso.

INCORRUPTĬO et Inconruptio, ōnis, f. Abstractum ab *incorruptus;* integritas, conservatio; *incorrusione. Tertull. Resurr. carn. 51.* et *1. Cor. 15. 53.*, *Augustin. 13. de Trin. 7.*, *Hieronym. ep. 119. n. 2.* et *Vulg. Interpr. Ital. Sap. 6. 19.* apud *Lucif. Caral. 1.* pro *Athanas. p. 865. Migne.*

INCORRUPTĪVUS et Inconruptivus, a, um. Adiect. ab *in* et *corruptus;* incorruptibilis. *Hieronym. ep. 119. n. 7.* Corruptivum hoc incorruptivum efficitur.

INCORRUPTŌRĬUS et Inconruptorius, a, um. Adiect. ab *in* et *corrumpo;* incorruptus. *Tertull. 2. advers. Marcion. 16.* Incorruptorios sensus in Deo efficit incorruptibilitas substantiae divinae.

INCORRUPTUS et Inconruptus, a, um. Adiect. ab *in* et *corruptus.* — Comparat. *incorruptior* §. *1.*, superlat. *incorruptissimus* §. *3.* — Proprie est non corruptus, integer; *incorrotto, incorruttibile, intiero. Cic. Brut. 3.* Succus et sanguis incorruptus. *Plin. 15. 30. 5.* Immortalitas materiae contra omnia vitia incorruptae. *Id. 2. 106. 10.* Incorruptae aquae. *Id. 16. 8. 4.* Fortius lignum quercus habet, et incorruptius. *Liv. 32. 33.* Nicephorium, Veneriscque templum, quae spoliasset evastasseque, pro incorruptis restitui. — **2)** Item sincerus, non adulterinus. *Plin. 10. 3. 3.* Quintum aquilarum genus γνήσιον vocatur, velut verum solumque incorruptae originis. — **3)** Translate nullo affectu, aut cupiditate labefactatus, inviolatus, integer, purus, fidus, certus, sincerus. *Cic. 1. Fin. 21.* Incorrupti atque integri testes. *Id. 4. Acad. 7.* Integri incorruptique sensus. *Id. 1. Tusc. 19.* Animus incorruptus suique similis. *Liv. 4. 6.* Incorruptum iudicium. *Horat. 1. Sat. 6. 81.* Custos incorruptissimus. *Tacit. 1. Hist. 53.* Adversus blandientes incorruptus. *Id. 2. Ann. 12.* Explorandos militum animos ratus, quonam id modo incorruptum foret, agitabat; h. e. quonam modo ea exploratio sincera et tuta esset. Et *12. ibid. 41.* Libertus incorrupta fide. *Cic. Orat. 19.* Virgo incorrupta. *Id. Brut. 35.* Incorrupta quaedam Latini sermonis integritas. — Cum accusativo, Graeco more. *Stat. 2. Silv. 3. 68.* Incorrupte fidem, nullosque experte tumultus.

INCOXO, as, āvi, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *coxa;* inflecto. Hinc *incoxare nates* est inflectere, demittere, ut qui sedendi gratia subsidunt. *Pompon.* apud *Non. 1. 180.* Neque interim cacandi causa unquam incoxavi nates. — Absolute *Pacuv.* Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat. *Ita referunt plerique Lexicographi.* Etiam in verbis *Pomponii* al. leg. *incoxavi nate.* Cf. cossim in *Nota.*

INCRASSĀTUS, a, um. Particip. verbi *incrasso;* crassus factus; *ingrossato. Tertull. 5. advers. Marcion. 6.* ex *Isai. 6.* et *Ieiun. 6.* ex *Deuter. 32.*

INCRASSO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. transitivorum tamen more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *crasso;* crassus fio; *impinguarsi. Vulg. Interpr. Ital. Deut. 32. 15.* Impinguatus est et incrassavit. — **2)** Passive media significatione. *Vulg. Interpr. Deut. 31. 15.* Incrassatus est dilectus et recalcitravit. — **3)** Translate. *Id. Matth. 13. 15.* Incrassatum est cor populi huius. *Id. Isai. 34. 6.* Gladius Domini . . . incrassatus est adipe. Cf. voc. praeced. et IMPINGUO §. 3.

INCRASSESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ., ab *incrasso*, et eiusdem significationis. *Rufin. vertens Orig. homil. 2.* in *Psalm. 58. n. 8.* Sicut autem peccatum incrassescere facit, ita e contrario virtus subtilem animam reddit.

INCRĔĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *creo;* qui creari nequit. *Mar. Mercat.* vertens *Nestorii Serm. 1. n. 7.* Non peperit natura eum, qui est increabilis.

INCRĔĂTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *creatus;* non creatus; *increato. Claud. Mamert. 2. Stat. an. 4. sub init.* Si nihil increatum, nisi creator, est, haec ergo creata sunt; *scil.* mensura, pondus, et numerus. *Onom. Lat. Gr.* Increatus; ἄκτιστος. Adde loc. *Vigil. Taps.* cit. in INCONTRECTABILIS, et *Ambros. 1. Hexaem. 1.* et *2.*

INCREBESCO. V. voc. seq.

INCREBRESCO (et Increbesco. V. CREBRESCO §. b.), brescis, brēvi et bŭi, brescĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *crebresco.* — Particip. *increbrescens*, infra. — Est creber fio, crebresco, augeor, invalesco; *crescere, aumentarsi. Cic. 7. Fam. 20. extr.* Ventus in-

Digitized by Google

crebrescit. *Virg. 1. G. 559.* Litora misceri, et nemorum increbrescere murmur. *Plaut. Merc. 5. 1. 9.* Ubi mores deteriores increbrescunt in dies. *Liv. 7. 12.* Gallici belli fama increbrescebat. *Cic. Orat. 20.* Ipse numerus increbruit. *Id. 11. Phil. 5.* Haec consuetudo, quae increbruit. *Id. Opt. gen. Orat. 4.* Nonnulliorum sermo increbruit, partim seipsos Attice dicere, partim neminem. *Liv. 8. 8. a med.* Inde rem ad triarios redisse, proverbio increbruit; *è passato in proverbio. Val. Max. 3. 7. n. 3.* Increbrescente annonae caritate. — *Vulg. Interpr. Iud. 11. 39.* Exinde mos increbruit in Israël. — *Gloss. Lat. Gr.* Increbesco; *ἐπαύξω.*

INCREBRO, as, āvi, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *creber*; creber sum in aliqua re; *frequentare, far sovente. Plaut. True. 1. 1. 29.* Sin increbravit, ipsus gaudet, repperit. *Alii leg. minus recte* crebrarit: *alii* increparit.

INCRĔDENDUS et incredundus, a, um. Adiect. ab *in* et *credendus*; non credendus, incredibilis. *Apul. 2. Met.* Incredenda fabula. Et *Florid. n. 15.* Incredendae potentiae. *Id. Apolog.* habet *incredundus*.

INCRĔDĬBĬLIS (et incredilis in *Onom. Lat. Gr.*, vitiose), le. Adiect. ab *in* et *credibilis*. — Comparat. *incredibilior* §. *1. fin.* — Proprie est qui credi non potest, fidem superans, improbabilis; *incredibile. Cic. 2. Invent. 15.* Quae rem credibilem aut incredibilem facere possunt. *Id. Partit. 4.* Incredibilia probabilibus intexere. *Id. 7. Phil. 5.* Si erit vel acerbum auditu vel incredibile. *Id. 2. ibid. 27.* Incredibile ac simile portenti est quonam modo illa effuderit. *Id. 13. Fam. 54.* Singularis et prope incredibilis fides. *Id. 1. Orat. 58.* Incredibilis quaedam, et prope singularis, et divina vis ingenii. *Id. Sull. 27.* Incredibilis ac singularis furor. *Vellei. 2. 99.* Mira et incredibilis, atque inenarrabilis pietas. *Q. Cic.* ad *Tiron. 16. Fam. 27.* Incredibile est, quae ego illos scio in aestivis fecisse. *Ter. Phorm. 2. 1. 9.* Praeter spem, atque incredibile hoc mihi obtigit. *Cic. 15. Att. 25.* Incredibile est, quam ego ista non curem; *non si può credere, quanto* etc. Et *13. ibid. 1.* Incredibile est, quanta me molestia affecerit. Et *5. ibid. 16.* Incredibilem in modum concursus fiunt ex agris. *Sall. Cat. 6.* et *7.* Incredibile memoratu est, quam facile coaluerint. *Nep. Annib. 6.* et *Iustin. 12. 9.* Incredibile dictu est, ut eum non multitudo hominum, non vis magna telorum terruerit. *Id. 1. 10.* Incredibile prorsus, tanta patientia cessisse eo, quod etc. Et *36. 2. extr.* Quorum iustitia religione permixta, incredibile quantum coaluere. *Senec. 3. Quaest. nat. 17.* Quanto incredibiliora sunt opera luxuriae, quoties etc.! — **2)** De personis est is, cui non creditur. *Plaut. Bacch. 4. 5. 5.* Incredibilis imposque animi, inamabilis, illepidus vivo. — **3)** Item active, is, qui non credit; incredulus. *Apul. Trismeg.* Incredibiles enim post delicta cogentur credere non verbis, sed exemplis. *Vulg. Interpr. Ital. Osee, 9. 15.* Omnes principes eorum incredibiles. Ita *Ranke, p. 14. Vulgata* nostra habet *recedentes. Id. Tit. 1. 16.* Cum sint exsecrabiles, incredibiles et ad omne opus reprobi. Ita *MSS. Sangerm.* et *Clarom.* Itemque *Vulgata* nostra. *Id. Eccli. 2. 15.* Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius.

INCRĔDĬBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *incredibilis*; conditio eius, qui incredibilis est; *incredibilità. Ulp. Dig. 48. 5. 29.* Adumbrare patientiam praetextu incredibilitatis. — **2)** Item defectus fidei. *Apul. Trismeg.* Mors, quam ignoratio, aut incredibilitas contemnit humana.

INCRĔDĬBĬLĬTER. Adverb. ab *incredibilis*. — Comparat. *incredibilius*, infra. — Est supra fidem, incredibilem in modum; *incredibilmente. Cic. Senect. 15.* Quibus ego incredibiliter delector. *Id. 1. Phil. 13.* Incredibiliter consentiens populi R. voluntas. *Id. 8. Att. 7.* Incredibiliter pertimuit. *Eugypp. Thesaur. 142.* Quasi non incredibilius sit vegetari, quam cruciari talibus rebus.

* INCRĔDĬBĬLIS. V. INCREDIBILIS *init.*

INCRĔDĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *creditus*; cui non creditur; *non creduto. Senec. 5. Controv. 30.* Increditam adhuc inertiam miratus est. *Apul. de Deo Socrat.* Incredita vaticinia Cassandrae.

INCRĔDŬLĔ. Adverb. ab *incredulus*; non crediliter. *Augustin. Serm. 75. n. 3.* ed. *Mai, de Thoma.* Quamquam hoc non tam incredule, quam sollicite faciebat.

INCRĔDŬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *incredulus*; defectus fidei; *incredulità. Apul. 1. Met.* Obstinata incredulitate sermonem eius respuebat. *Paulin. Nolan. carm. 6. 95.* poenas incredulitate meretur.

INCRĔDŬLUS, a, um. Adiect. ab *in* et *credulus*; qui non credit; *incredulo. Horat. Art. P. 188.* Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi. *Quintil. 12. 8. 11.* Optimus est patronus incredulus. — **2)** Passive est incredibilis. *Gell. 9. 4.* Res inauditae, incredulae.

INCRĔDUNDUS. V. INCREDENDUS.

INCRĔMĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *crematus*, seu potius particip. ab inusit. *incremo*, idem ac crematus; *abbruciato. Flor. 4. 2. ante med.* Viginti centurionibus incrematis.

INCRĒMENTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *increscо*, specie intentivum, idem ac cremento; *dar incremento, accrescere. Chrysolog. Serm. 99. ad fin.* In conspersione scientia nunc divina est, aspergit sensus, levat corda, incrementat ingenia. Adde *Gloss. Lat. p. 169. n. 125., ibiq. Hildebr.* — Tribuitur et *Augustino*, loco tamen perperam indicato.

INCRĒMENTŬLUM, i, n. Demiout. ab *incrementum*; parvum incrementum. *Apul. 8. Met.* Miratur de brevi punctulo tantum incrementulum incompletis uteri. V. PUNCTULUM.

INCRĒMENTUM, i, n. Verbale ab *increscо*, syllabica adiectione productum, augmentum; *aumento, accrescimento. Cic. Senect. 15.* Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem? *Colum. 8. 15. a med.* Parvi incrementi animalia. *Id. 9. sub fin.* Incrementi minuti pisces. — **2)** Translate. *Cic. 2. Fin. 27.* Negat summo bono afferre incrementum diem. *Curt. 9. 3.* Virtus tua semper in incremento erit, nostra vis in fine iam est. *Id. 3. 1. a med.* Incremento novare exercitum; *rimettere con recluta. Spartian. Hadrian. 7.* Pueris et puellis, quibus etiam Traianus alimenta detulerat, incrementa liberalitatis adiecit. — **3)** De augmento dignitatis, et ascensu honorum; *avanzamento, promozione. Vellei. 2. 51.* Illis incrementis fecit viam, quibus in triumphum, et pontificatum assurgeret. *Sust. Vitell. 3.* Existimatus initium et causa incrementorum patri fuisse. — **4)** Et pro usura. *Papinian. Dig. 34. 1. 9.* Eandemque summam penes te esse volo, cuius ex incremento eos *(alumnos)* alere te volo. *Inscr.* apud *Grut. 1028. 5.* Rei *(h. e.* summae) incrementa postea ad epulum plebis urbanae voluit pertinere. — **5)** Item pro interpretio. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 14. 16. 1.* Incrementa, quae venundato tritico accesserint, etc. — **6)** Deinde, sensu concreto,

II. *Incrementum* dicitur de semine, unde increscit soboles. *Ovid. 3. Met. 102.* molaeque iubet supponere terrae Vipereos dentes, populi incrementa futuri. Cf. CREMENTUM §. 2. — **7)** Item de filiis. *Apul. 3. Met.* Nimirum istud incrementum lenam me putavit. Hic loquitur Venus indignabunda de Cupidine filio suo. *Inscr.* apud *Murat. 981. 9.* C. Valerius . . . incrementum maximum annor. XI: M. V. D. VII. P. *(fortasse* H.) III. — **8)** Item de alumnis. *Virg. 4. Ecl. 49.* Cara Deûm soboles, magnum Iovis incrementum. — *Curt. 5. 1. a med.* Magnorum praefectorum et ducum haec incrementa sunt et rudimenta; *nempe* hi aluntur et eruduntur, ut sint aliquando praefecti et duces. *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 423.* Niceratus Augustorum N. servus paedagogus fecit sibi et duobus incrementis Victori, et Chrysomallo. — **9)** Item de curiae praetextatis. *Inscr.* apud *Grut. 461.* Ex quorum reditu quot annis daretur pueris curiae incrementis crustulum, mulsum, et H-S. VIII. N. — **10)** Item de nutrimento. *Front.* apud *Putsch. p. 2198.* Alitudo *(est)* incrementum corporis, alimentum incrementum infantis. — **11)** Speciatim apud Rhetores

III. *Incrementum* pars est etiam amplificationis rhetoricae. *Quintil. 8. 4. 28.* Quatuor maxime generibus video constare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est potentissimum, cum magna videntur, etiam quae inferiora sunt. Id aut uno gradu fit, aut pluribus. Per id venitur non modo ad summum, sed interim quodammodo supra summum. Omnibus his sufficit vel unum Ciceronis exemplum *(7. Verr. 66.)*. Facinus est vincire civem R.; scelus, verberare; prope parricidium, necare; quid dicam in crucem tollere? Haec, et plura *Quintil. ibid.* — **12)** Item apud Grammaticos est adiectio syllabica vel temporalis, quae fit verbo in sua declinatione, *Macrob. de Differ. verbi, p. 655.*

INCRĔMO. V. INCREMATUS.

INCRĔPĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *increpo*; obiurgatio. *Tertull. 4. advers. Marcion. 7. sub fin.* et *5. ibid. 20.* et *Vulg. Interpr. Ps. 103. 7.* et, in plur. num., *Id. Sap. 12. 26.* et *alibi saepe.*

INCRĔPĀTĪVĒ. Adverb. ab *increpativus*; increpando. *Sidon. 6. ep. 9.* Non increpative, sed consolatorie aliquem compellare.

INCRĔPĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *increpo*; increpationi inserviens. *Auct. Praedestinati, 5. 14.* Verba increpativo modo legenda. Adde *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 25. 2.*

INCRĔPĀTOR, ōris, m. Verbale ab *increpo*; qui increpat. *Gloss. Lat. Gr.* Increpator; *ἐπιτιμητής.*

INCRĔPĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *increpo*; ad increpandum inserviens; *riprensivo. Sidon. 9. ep. 7.* Nostra iudicia nil minantur increpatorium.

INCRĔPĀTUS, a, um. Particip. verbi *increpo*, idem significatione, sed alia forma, quod increpitus. *Prudent. 7. Cathemer. 195.* Sed increpata fraude, post tergum ruit. *Lactant. 4. 11.* Iudaei a Prophetis increpati. V. INCREPITUS.

INCRĔPĪTĀTUS, a, um. Particip. verbi *increpito*; obiurgatus. *Schol.* ad *Iuvenal. 1. Sat. 71.* Haec *(Locusta)* increpitata a Nerone, quod lentum venenum Britannico parasset.

INCRĔPĪTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *increpo*. — Particip. *increpitans* §. *1.* et seqq., *increpitatus*, v. suo loco. — Proprie est saepe increpo aut simpliciter increpo; *riprendere, insultare, rimbrottare, sgridare. Cass. 2. B. G. 15.* Increpitare atque accusare reliquos Belgas, qui se populo R. dedidis-

Digitized by Google

sent. Et *30.* Irridere ex muro atque increpitare vocibus. *Liv. 1. 7.* Cum verbis quoque increpitans, adiecisset, sic deinde quicumque alius transiliet moenia mea. *Virg. 10. Aen. 900.* Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris? *Id. 4. G. 158.* Aestatem increpitans seram, zephyrosque morantes; *h. e.* incusans. *Sil. 9. 6.* Increpitare aliquem segnitiae. *Val. Max. 3. 3. n. 2. extern.* Increpitare ignaviam alicui. — Cum dativo. *Propert. 2. 20. 15.* Et tibi prae invidia Nereides increpitarent. — **2)** Adhibetur aliquando pro obiicere; *vinfaceiare. Id. 3. 13. 34.* Et speculo rugas increpitante tibi. — **3)** Item pro ferire ut *increpo. Festus* apud *Paul. Diac. p. 114. Müll.* increpitato, ferito. *Stat. 10. Theb. 132.* increpitans languentia pectora dextra. — **4)** Deinde

II. *Increpito* est etiam excitare, hortari: qui sensus ab aliquibus primitivus ac verbi proprius putatur. *Virg. 1. Aen. 742.* Tum Bitiae dedit increpitans: ille impiger hausit Spumantem pateram, et pleno se proluit auro. *Servius* exponit *inclamans. Vulpius* ad *Propert.* loc. cit. §. 2. refert ad crepitum vini in libatione humi fusi. Alii explicant *increpitans moram ad bibendum*, sed simpliciter intelligendum est, *invitans, ut ipse biberet.*

INCRĔPĬTUS, a, um. Particip. verbi *increpo*, quod forma tantum discrepat ab *increpatus* (quod V.); *ripreso, sgridato. Liv. 25. 26.* Praefecti, post classem per pavorem desertam, graviter increpiti. Et *24. 17. ad fin.* Graviter ab consule increpitus. *Est qui legit* increpatus (Adde *43. 9. ad fin.*). *Apul. Apol.* Levitatis et inconstantiae increpitus. *Vellei. 2. 55.* Increpita fortuna. Adde *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 17.* et *Auct. Itiner. Alex. 88.* Cf. INCREPO §. b.

INCRĔPĬTUS, us, m. Verbale ab *increpo;* increpatio. In sexto casu sing. *Apul. de Deo Socrat.* Increpitu indignatum Amorem recinendo placare. *Tertull. 4. advers. Marcion. 8.* Iussu et increpitu daemonia expellens.

INCRĔPO, as, ui *et raro* āvi, ĭtum *et* ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more saepius etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *crepo*, cuius variationes sequitur. V. CREPO. — **b)** A duplici praeterito *increpui* et *increpavi* duplex est etiam particip. *increpitus* et *increpatus:* hoc alterum tamen rarius, quamquam ab eo alia potius derivata habeantur. — Particip. *increpans* §. *10.* et *11.* — **c)** Derivata, *increpatio, increpative, increpativus, increpator, increpatorius, increpito, increpitus, us.*

INCREPO proprie est crepo, crepitum edo, sono, insono; *sonare, risonare, fare strepito. Cic. 2. Orat. 3.* Simul ut discus increpuit. *Virg. 1. G. 582.* Corvorum increpuit densis exercitus alis. *Id. 12. Aen. 733.* vividus Umber increpuit malis, morsuque elusus inani est. *Propert. 4. 7. 12.* at illi Pollicibus fragiles increpuere manus. *Minuc. Fel. Octav. 5.* Flare ventos, grandines increpare, tonitrua mugire. Adde *Propert. 3. 12. 6.*, ubi de trocho agit, *Virg. 12. Aen. 332.* et *Macrob. 2. Somn. Scip. 1.* — **2)** Translate. *Cic. 1. Catil. 7.* Quidquid increpuerit, Catilinam timeri. *Id. Mur. 10.* Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostrae conticescunt. *Liv. 4. 40. ad fin.* Si quid increpet terroris. *Senec. Troad. 302.* Timide cum increpuit metus. — **3)** Sumitur etiam pro disrumpor, findor; *crepare. Theod. Priscian. 1. 28.* Quibus vero pervisiones increpuerint, et vulnerati fuerint, his spuma argenti trita, mixto adipe porcino, pro emplastro apponi debet. — **4)** Deinde, transitivorum more,

II. *Increpo* est insonare facio; *far risuonare. Propert. 1. 17. 6.* saevas increpat aura minas; *h. e.* magno strepitu ventus minatur. *Sil. 5. 188.* Increpuere simul feralia classica signum. *Sever. Aetn. 62.* validos tum Iuppiter ignes increpat. *Virg. 9. Aen. 503.* At tuba terribilem sonitum procul aere canoro increpuit. — **5)** Item simpliciter insono, personо. *Enn.* apud *Non. 4. 65.* Sonitus aures meas pedum pulsu increpat. *Calpurn. 3. Ecl. 56.* simul argutae nemus increpuere cicadae; *assordarono.* — **6)** Item dictito, iacto, in ore habeo, canto, intono. *Propert. 3. 8. 9.* Alcyonum positis requiescant ora querelis: Increpet absumptum nec sua mater Itys. *Id. 4. 11. 59.* ille sua nata dignam vixisse sororem, Increpat. *Turpil.* apud *Non. loc. cit.* Age tu, hymenaeum increpa. — **7)** *Sabella carmina increpant pectus,* apud *Horat. Epod. 17. 28.*; *h. e.* quasi vehementi sonitu penetrant in pectus, percellunique animum, ac de statu deiiciunt. — **8)** Latiore significatione

III. *Increpo* est etiam percutere, ferire, quia percutiendo crepitus, aut sonitus fit; *battere, percuotere. Ovid. 1. Trist. 4. 24.* Increpuit quantis viribus unda latus! *Id. 14. Met. 820.* conscendit equos Gradivus, et ictu Verberis increpuit. *Id. 12. ibid. 51.* Iuppiter atras Increpuit nubes. *Id. lb. 250.* Terque cruentatas increpuere manus; *h. e.* manibus plausere. *Id. 5. Heroid. 118.* et *2. Amor. 11. 32.* Threicium digitis increpuisse lyram. — **9)** Increpare hibernum. V. HIBERNUS §. 3. — **10)** Translate est reprehendere, incusare, obiurgare; *riprendere, accusare, rimbrottare:* quasi crepare, et altius loqui in aliquem. *Plaut. Most. 3. 2. 63.* Numquid increpavit filium? *Sall. Cat. 22.* Maledictis increpare omnes bonos. *Liv. 25. 45.* Gravibus probris increpare. *Suet. Cal. 59.* Modo avaritiae singulos increpans. *Id. Galb. 15.* Saevitiae populum increpuit. *Liv. 4. 50.* Saxo ictus turba eiecit: insuper increpante, qui vulneraverat, habere quaestorem, quod imperator esset militibus minatus. *Id. 25. 47.* Increpare ignaviam alicuius. *Cic. 2. Q. Fr. 3.* perfidiam. *Ovid. 1. Heroid. 82.* moras. *Cic. 4. Acad. 23.* arrogantiam. *Ovid. 3. Met. 646.* Increpor a cunctis. — **11)** *Increpare aliquid* est quippiam dicere obiurgandi atque accusandi causa. *Liv. 1. 51.* Haec Aricinus in regem increpans, et concilio abiit. Et *6. 37.* Haec indigna miserandaque auditu, cum apud timentes sibimet ipsos, increpuissent, etc. *Sallust. orat. 1. ad Caes. de Rep. ordin. ante med.* Illa quae in Cn. Pompeium, victoriamque Sullanam increpabantur. — **12)** Ponitur et pro stimulare, acuere, hortari. *Tibull. 1. 1. 10.* Aut stimulo tardos increpuisse boves. *Virg. 9. Aen. 127. et 10. ibid. 278.* Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro. — **13)** Et pro mordere, carpere, pungere, arguere. *Flor. 1. 1.* Cuius dum irridet angustias Remus, idque increpat saltu, etc.

INCRESCO, escis, ēvi, escĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *cresco*, cuius variationes sequitur. V. CRESCO. — **b)** Particip. *increscens* §. *3.* — **c)** Derivata, *incremento, incrementulum, incrementum.* — **d)** Composita, *adincresco, superincresco.*

INCRESCO proprie est cresco in aliqua re; *crescere. Plin. 28. 46. 1.* Taedia animalium capillis non increscunt; *h. e.* in capillis non crescunt. *Id. 29. 119. 1.* Increvit caro unguibus. — **2)** Universim vero est idem ac cresco; *crescere, aumentare, svilupparsi. Cels. 1. 3. ad fin.* Maxime cibo eget, qui increscit. *Id. 3. 2.* Videndum est, morbus an increscat, an consistat, an minuatur. *Colum. 3. 21.* Ne, cum increverint *(arbores)*, inumbrent. *Inscr.* apud *Murat. 339. 1.* Ne patiare meis tumulis increscere silvas. *Ovid. 4. Met. 476.* cuti squamas increscere sentit. *Id. 1. Trist. 4. 5.* increscunt aequora ventis. *Plin. 20. 90. 1.* Serpyllum ad palmae altitudinem increscit. — **3)** Translate (V. TARDIUS). *Virg. 9. Aen. 688.* increscunt animis discordibus irae. *Pers. 5. 32.* libris increvit opimum Pingue. *Senec. Med. 951.* Increscit dolor. *Ulp. Dig. 35. 7. 12. circa med.* Quam sententiam quotidie increscere et invalescere videmus. *Liv. 1. 35. sub fin.* Increscens audacia. Adde *Vulg. Interpr. Iudic. 19. 8.* — *Id. 1. Reg. 25. 10.* Hodie increverunt servi, qui fugiunt Dominum. — **4)** Apud *Quintil. 8. 4. 2.* Hoc genus increscit, et fit manifestius. *De incremento amplificationis loquitur.*

INCRĒTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *creta; creta* illino, obduco; *incretare. Petron. Satyr. 102.* Pertunde aures, ut imitemur Aethiopes; increta facies, ut suos Gallia cives putet.

INCRĒTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *cretus*, quod est particip. verbi *cerno;* non cretus, non purgatus; *non crivellato. Apul. 7. Met.* Mihi vero furfures apponebat incretos ac sordidos. *Oudendorp.* interpretatur cribro a farina separatos, et sordibus ac lapillis salebrosos. — **2)** Item indivisus, confusus, admixtus. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 82. Lind.* Increta, indivisa. Sed *Müller ibid. p. 110. leg.* inercta. *Horat. 2. Sat. 4. 74.* piper album cum sale nigro incretum. *Plin. 37. 23. 2.* Minium incretum candido pingui. V. INCERNO.

INCRĪMĬNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incrimino;* criminationis, vel criminis, vel accusationis defectus. *Tertull. Resurr. carn. 25.*

INCRĪMĬNO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *crimino;* accuso. Legitur in *Gloss. Lat. p. 181. n. 339.* Insimulat, accusat, incriminat. Cf. voc. praeced. et V. CRIMINOR §. 2.

INCRISPĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incrispo;* actus incrispandi; *increspamento. Augustin. ep. 112. ad Paulin. 22.* ex *1. Petri, 3. 3.* Ornatus capillorum incrispationibus. *Hilar. libell. 11.* Studere capillorum incrispationibus.

INCRISPO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *crispo; idem fere ac crispo; increspare. Tertull. Idolol. 8.* Incrispare ornamenta parietibus. Ita legit *Iunius*, alii *inerustare.*

INCRŬCĬO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *crucio;* valde crucio. *Not. Tir. p. 109.* Cruciat, incruciat, excruciat, discruciat.

INCRŪDESCO, descis, dui, descĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *crudesco*, idem ac crudesco. *Incrudescit* et *incruduit* habentur in *Not. Tir. p. 81.*

INCRŬENTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* privativa et *cruentatus;* non maculatus cruore. *Ovid. 12. Met. 496.* manet imperfossus ab omni Inque cruentatus Coeneus Elateius ictu. *Tmesis.* — **2)** Deinde

II. *Incruentatus* est etiam ab *in* intentiva et significat idem ac cruentatus. *Tertull. 1. ad nation. 7. a med.* Quis unquam semeso puero supervenit, quis incruentato pene vestigia dentium deprehendit?

INCRŬENTĒ. Adverb. ab *incruentus;* non cruente; *senza sangue. Prudent. 10. περὶ στεφ. 1094.* Si vos sinatis, incruente vivimus.

INCRŬENTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *cruentus;* sine sanguine, sine caede: ut Incruenta victoria, in qua nullus cruor effusus est ab his, qui vicere: in qua nulli, aut pauci ex victoribus caesi sunt; *senza sangue, incruento. Liv. 2. 56. ad fin.* Certatum haud incruento proelio foret, ni etc. Et *7. 8. extr.* Nec Romanis incruenta victoria fuit.

Digitized by Google

Et *8. 39. ad fin.* Uno proelio cecidit Vestinorum res, haudquaquam tamen incruento milite suo. Et *9. 17. ad fin.* Alexander Darium incruentus devicit. *Sall. Iug. 57.* Multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento.

INCRUSTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incrusto;* affixio crustae marmoris, aut laminae ad parietem, pavimentum, aut vas; *incrostatura. Procul. Dig. 8. 2. 12. extr.* Incrustatio parietis. *Paul. ibid. 50. 16. 79.* Voluptuariae impensae sunt viridaria, incrustationes, loricationes, picturae. *Gloss. Lat. Gr.* Incrustatio; πλάκωσις.

INCRUSTĀTUS, a, um. Particip. verbi *incrusto;* crusta obductus; *incrostato. Poll.* apud *Schol. Cruq.* ad *Horat. 1. Sat. 3. 56.* Nam vel regionibus illis Incrustato' calix ruta caulique bibetur. Adde loca allata sub v. CRUSTATUS §. 2.

INCRUSTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *crusto;* crusta marmoris, aliusve rei operio, obduco; *incrostare. Varr. 3. RR. 14. in fin.* Ollam incrustare sapa et farre. *Id. ibid. 15.* Tota macerie levi lapide aut tectorio intrinsecus incrustetur. *Horat. 1. Sat. 3. 56.* Sincerum vas incrustare. *Procul. Dig. 8. 2. 12.* parietem. Cf. voce. praeceedd. et V. INCRUSTO.

INCŬBĂ, ae, f. Verbale ab *incubo;* quae incubat. *Gloss. Isid.* Incuba, quae res alienas tenet. Cf. INCUBO, onis.

INCŬBĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incubo;* actus incubandi, cum aves ova excludunt; *covatura, covasione. Plin. 10. 75. 1.* Incubationi datur initium post novam lunam. *Est qui legit* incubitioni. *Id. ibid. 77. 1.* Incubatio ovis noxia. Et *ibid. 80. 1.* Incubationem derelinquere. — **2)** Translate. *Impp. Aread. et Honor. Cod. 7. 58. 3.* Diuturna incubatio; *h. e.* occupatio et detentio alicuius fundi, seu domus. V. INCUBO §. 14.

INCŬBĀTOR, ōris, m. Verbale ab *incubo;* qui alicubi incubat. *Tertull. Anim. 49.* Incubatores fani. V. INCUBO, as, §. 3. — **2)** Item possessor anxius aut iniquus alicuius rei. *Macrob. 1. Somn. Scip. 10. ad fin.* Dionysius aulae Siculae inclementissimus incubator. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. 16. 10. 20.* Omnia loca, quae sacris error veterum deputavit, nostrae rei iubemus sociari, ita ut fructus ab incubatoribus exigantur. *Serv.* ad *7. Aen. 266.* Apud nos incubator imperii, tyrannus dicitur. V. INCUBO §. 14. *Viet. Turon. in Chronic. ad a. post Chr. 458.* Timotheus Alexandrinae Ecclesiae incubator.

INCŬBĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *incubo;* quae incubat. *Augustin. Serm. 23. n. 4.* ed. *Mai.* Incubatricem noctem dissimulato iure contradictionis ammisit.

INCŬBĀTUS, us, m. Verbale ab *incubo,* idem ac incubatio. *Plin. 10. 75. 2.* Si incubatu tonuerit, ova pereunt. *Al. leg.* incubitu.

INCŬBĬTĀTUS, a, um. Particip. verbi *incubito,* quod adhibetur de eo, super quo quis incubitat. *Plaut. Pers. 2. 4. 15. Sa.* Video ego te: iam incubitatus es. *Pae.* ita sum: quid id attinet ad te? At non sum ita, ut tu, gratis. *Sunt qui interpretantur* in cubitum nixus, seu cubitissim obversus stuprum passus es.

INCŬBĬTĬO. V. INCUBATIO §. 1.

INCŬBĬTO, as, ātum, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. ab *incubo,* sed eiusdem significationis. *Colum. 8. 14. ad fin.* Cellas, in quibus incubitant, siccissimas esse oportet, substratasque habere paleas; *h. e.* incubant ovis excludendis. *Plin. 8. 68. 5.* Asini non nisi spatiosa incubitant laxitate; *h. e.* decumbunt dormiendi causa. Cf. INCUBITATUS.

INCŬBĬTUS, a, um. Particip. verbi *incubo;* cubatus; *covato. Plin. 29. 5. 11.* Cum ova triduo incubita tolluntur. — *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 473.* Incubitus dicitur ab incumbendo, sive incendo, sive alieno optando.

INCŬBĬTUS, us, m. Verbale ab *incubo;* idem ac incubatio. *Plin. 10. 75. 2.* Quaedam autem citra incubitum sponte naturae gignunt. *Id. 28. 6. 2.* Incubitus gallinarum. Adde *10. 76. 2.* — **2)** Incubitus dextri lateris est, dum aliquis supra dextrum latus cubat. *Id. 28. 14. 2.* Celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a supinis.

INCŬBO, as, ui, itum, *et (cum refertur ad aves ova foventes)* āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *cubo;* cuius variationes sequitur. V. CUBO. — **b)** Praeteritum *incubui* commune habet cum *incumbo,* cum quo saepe proinde confunditur, ita ut nonnulla, quae huic ascribuntur, etiam ad illud referri possint, vel contra, licet distincta sint verba. Sic *incumbere ova* pro *incubare* quidam leg. apud *Petron. Satyr. 58.,* sed admodum dubia est lectio. V. *Bücheler* ad *h. l.* — **c)** Particip. *incubans* §. *6.* et *15.*, *incubandus* §. *3.*, *incubatus,* V. suo loco, *incubaturus* §. *2.* — **d)** Derivata, *incuba, incubatio, incubator, incubatrix, incubatus, us, incubito, incubitus, us, incubo, onis, incubus.* — **e)** Compositum, *superincubans.*

INCUBO proprie est super aliqua re cubo, incumbo, quiesco; *posare, giacere su qualcosa.* Differt ab *incumbo,* quod fere ad actionem refertur: *incubo* autem fere ad quietem. *Virg. 7. Aen. 88.* Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit. *Iustin. 23. 1.* Sine veste, quam induerent, vel cui incubarent. *Senec. Thyest. 909.* Resupinus ipse purpura atque auro incubat. *Plin. 11. 105. 1.* Omnia animalia a dextris partibus incedunt, sinistris incubant. *Senec. Vit. beat. 25.* Super tomentum incubabo. — **2)** *Servius* ad *Virg. 7. Aen. 88. incubare,* inquit, dicuntur proprie hi, qui dormiunt ad accipienda responsa. Unde est, *ille incubat Iovi;* id est dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere. Haec *Servius.* Solebant id facere et qui opem a Diis petebant. *Plaut. Cure. 1. 1. 61.* Hic leno aegrotus incubat in Aesculapii fano. Et *ibid. 2. 2. 16.* incubare satius te fuerat Iovi, Tibi qui auxilium in iureiurando tulit. *Ca.* Siquidem incubare velint, qui peieraverint. Locus non praeberi potis est in Capitolio. *Tertull. Anim. 48.* Superstitio *(est),* ut cum apud oracula incubaturis ieiunium indicitur, ut castimoniam inducat. — **3)** Transitivorum more

II. *Incubo* saepe dicitur de avibus, quae insidendo fovent ova, et excludunt; *covare. Varr. 3. RR. 9. circa med.* Quae velis, incubent, negant, plus vigintiquinque oportere ova incubare. Et *paulo post.* Ova, quae incubantur. *Colum. 8. 5. ante med.* Gallinas incubare fetibus alienigenis patiemur. *Plin. 10. 79. 3.* Ova gallinis incubanda subiicere. Cf. supra §. b. *fin.* — **4)** Metonymice est soboli operam dare. — Absolute. *Id. 11. 15. 5. de apib.* Nam nisi incubavere, favos lividos faciunt. Cf. §. seq. *fin.* — **5)** Item immorari, incolere, habitare. *Apul. 7. Met.* Tabernulam quandam litori proximam incubabat. *Id. ibid. 4.* Hoc genus bestiae lucos consitos et colles amoenos semper incubare. — Absolute. *Plaut. Cas. 1. 1. 21.* Quando ego eam mecum rus uxorem duxero, Rure incubabo in praefectura mea. — Hic vero ea etiam innititur significatio, de qua in §. praeced. — **6)** Praeterea, intransitive,

III. *Incubo* est etiam incumbere, inclinari, inniti; *piegare, posare, appoggiarsi. Plin. 2. 53. 4.* Omnia contrarias incubant in partes: homo, nisi convertatur in percussas *(fulmine),* non exspirat. *Id. 6. 20. 1.* Iugum incubans mari. — **7)** Item supra extendi, superiacere, premere, contegere. *Val. Flacc. 2. 494.* caelumque, quod incubat urbi. *Plin. 5. 5. 15.* Incubuere maria tam longo aevo: alibi processere litora; *si stesero dentro terra, formando seni.* — **8)** Et translate. *Horat. 1. Od. 3. 30.* macies, et nova febrium Terris incubuit cohors. *Senec. Hippol. 99* Sed maior alius incubat maestae dolor; *sta addosso, le pesa, e la opprime.* Et *268.* Incubat menti furor. — **9)** De iis, qui nituntur in gladium, ut sibi necem inferant. *Id. ibid. 259.* Laqueo ne vitam finiam, an ferro incubem? — **10)** Et qui moriendo procumbunt. *Ovid. 9. Heroid. 87.* Ut Tegeaeus aper cupressifero Erymantho incubet, et vasto pondere laedat humum. — **11)** Pro sedere, haerere, stare. *Id. 6. Met. 592.* Vite caput tegitur: lateri cervina sinistro Vellera dependent: humero levis incubat hasta. — **12)** De iis, qui vigilant. *Senec. Thyest. 570.* pavidusque pinnis *(murorum)* Anxiae noctis vigil incubabat. — **13)** Hinc est etiam instare alicui rei faciendae, curam gerere. *Tertull. de Poenit. 1.* Contra poenitentiae malorum levius incubant; *si curano poco.* — **14)** Et translate de iis, qui mala fide possident, et alienam rem iniuste detinent: quasi ei rei assidue immineant, vigilentque, ne elabatur. *Ascon.* in *3. Verr. 45.* Quasi iam probaverit, possessorem esse eum, qui incubavit. Et *mox.* Nec adimere tibi licet possessionem incubanti, nec dare iure poscenti. *Servius* ad illud *1. Aen. 93.* ponto nox incubat atra: *incubat* dixit, quod alienum tempus invasit; nam *incubare* proprie dicitur per vim rem alienam velle tenere. Sic *Flor. 2. 6. sub fin.* Ut inhaerentem atque incubantem Italiae extorqueret Annibalem. — **15)** Et universim de iis, qui alicui rei inhiant, et cupide adhaerent, arcteque custodiunt. *Cic. Cluent. 26. ad fin.* Hic ille planus improbissimus, quaestu iudiciario pastus, qui illi pecuniae, quam condiderat, spe iam atque animo incubaret. *Virg. 2. G. 507.* Condit opes alius, defossoque incubat auro. *Id. 6. Aen. 610.* Aut qui divitiis soli incubuere repertis. — **16)** Transitivorum more, eodem sensu. *Apul. 4. Met.* Pannosus ac sordidus aureos folles incubabat. — *Paulin. Vit. S. Ambros. 6.* Auxentius Mediolanensem incubabat Ecclesiam.

Nota I. Constructio verbi est cum dativo rei vel personae, vel absoluta, si intransitive adhibetur, aut cum accusativo rei, si transitive. V. supra §. 3., 5. et 15. — **Nota II.** Discrimen inter *incubo* et *incumbo,* V. supra §. 1. *init.*

INCŬBO, ōnis, m. Verbale ab *incubo, as;* qui incubat alicui rei custodiae causa. *Petron. fragm. Tragur. 38. Burm.* Cum modo incubonem pileum rapuisset, thesaurum invenit. *Gloss. Philox.* Incubones; ἐγκαθήμενοι. — **2)** Item qui cubantibus insilire videtur, et praefocare, ἐφιάλτης, ut in voce sequenti §. 1. dicetur. *Scribon. Compos. 100.* Haec compositio facit ad eos, qui saepius existimantur ab incubone deludi. *Tertull. Anim. 44.* Genus fuerat gravioris aliquanto soporis, ut de incubone praesumptio est. Adde *Cael. Aurel. 1. Tard. toto c. 3.* — **3)** Tertium incubonum genus V. INCUBUS §. 2. Cf. INCUBA.

INCŬBUS, i, m. Verbale ab *incubo;* quo significatur quidam morbus, Italice quoque *incubo* dictus, noctu quiescentes infestans, cum externa quaedam vis dormientes videtur invadere, et veluti suo pon-

Digitized by Google

dere pressos gravare. *Onom. Lat. Gr.* Incubi; ἐφιάλται. — **2)** Hinc *Incubos* vulgo vocant Silvanos, et Faunos, qui feruntur improbi saepe exstitisse mulieribus, ut *Augustin. 15. Civ. D. 23.* Adde *Hieronym. Vit. Hilarion.* et *S.* in *Isai. 15. 21.*, *Isid. 8. Orig. 11.* et *Serv.* ad *6. Aen. 776.*, ubi *Incubones* appellat, Itali vero *fantasime* dicunt.

Nota. Vana est autem opinio illorum, qui aut daemonem, aut Cupidinem, aut vetulam quandam pectus supine cubantis comprimentem esse putaverunt. Haec *Forcell.* noster. V. INCUBO, onis, §. 2.

* INCŪDO, is, V. INCUSUS.

INCUHANDUS. V. INCHOO §. b.

INCULCĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inculco;* actus inculcandi; *l'inculcare. Tertull. Apolog. 39.* Disciplinam praeceptorum inculcationibus densamus.

INCULCĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inculco;* qui pedibus calcat. *Tertull. advers. Gnost. 6.* Deus hominem diaboli inculcatorem voluit efficere. Adde *Maxim. Taurin. Serm. 91. ad fin.* — **2)** Translate. *Cassiod. 12. Variar. 1.* Plus agit inculcator rationis, quam possit exercere terribilis; h. e. suasor.

INCULCĀTUS, a, um. Particip. verbi *inculco;* calcatus, infartus, calcando impressus; *calcato. Plin. 29. 9. 5.* Lana succida canis rabiosi morsibus inculcata. *Colum. 8. 15.* Solum stagni lapidibus inculcatis ac tectorio munire. *Gell. 2. 6. sub fin.* Quidquid nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem, id squalere dicebatur. — **2)** Translate. *Cic. Orat. 69.* Apud alios autem, et Asiaticos maxime, numero servientes inculcata reperias inania quaedam verba, quasi complementa numerorum. *Id. 16. Att. 3.* Idem σύνταγμα misi ad te retractatius, et quidem ἀρχέτυπον ipsum, crebris locis inculcatum et refectum; *riempiuto, arricchito:* additis quibusdam, ubi quid inane esse videbatur. *Brut.* ad *Cic. 1. ad Brut. 16. a med.* Traditam atque inculcatam libertatem recipere; h. e. impressam, ac veluti impactam infixamque; *inculcata.* Sic *Lucan. 9. 292.* sic voce Catonis Inculcata viris iusti patientia Martis; *impressa la necessità della tolleranza.*

INCULCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *calco,* mutata euphoniae gratia *a* littera in *u*. V. CALCO. — **b)** Particip. *inculcans* §. 2., *inculcandus* §. 3., *inculcatus,* V. suo loco. — **c)** Derivata, *inculcatio, inculcator.*

INCULCO proprie est idem quod calco, calcando immitto; *calcare. Colum. 2. 20.* Area molari lapide condensetur, et rursus subiectis paleis inculcetur. *Id. 11. 3. circa med.* Semen obrutum inculcare pavicula. — **2)** Translate est obtrudere, ingerere, ac veluti infarcire. *Cic. 1. Offic. 31.* Sermone eo debemus uti, qui nobis notus est, ne, ut quidam, Graeca verba inculcantes, iure optimo irrideamur. *Id. Orat. 15. extr.* De firmissimis alia prima ponet, alia postrema; inculcabitque leviora. *Senec. Vit. beat. 21.* Quibusdam non dabo, quamvis desit: quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo. — *Cic. 2. Orat. 3.* Graeci, qui se inculcant auribus nostris; h. e. obtrudunt se, ut audiantur. — **3)** Item dicendo instare, urgere; *inculcare. Id. Vatin. 11.* Inculcaris nè, ut C. Pisonem, generum meum nominaret? *Id. 1. Nat. D. 39.* Vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis. *Id. 1. Orat. 28.* Et id quod tradatur, vel etiam inculcetur, posse percipere animo. *Quintil. 6. 4. 5.* Firmissima quaeque memoriae iudicis inculcanda sunt. — **4)** Apud Scriptores Ecclesiasticos

II. *Inculco* est etiam conculco, proculco; *calpestare. Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 24. 4.* Quinque reges Amorrhaeorum in speluncis concludens Iesus Nave, capita eorum inculcari dedit populo. — **5)** Translate. *Vulg. Interpr. Ital. Hebr. 10. 29.* Qui Filium Dei inculcaverit et sanguinem testamenti communem aestimaverit. Ita in *MSS. Sangerm.* et *Clarom. Vulgata* nostra habet *conculcaverit.* — *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 12. 2.* Spiritum autem *(datum dicens)* his, qui inculcant terrenas concupiscentias.

INCULPĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *culpabilis;* qui culpari non potest; *incolpabile. Prudent. Apotheos. 1015.* solum inculpabile Numen. *Avien. Arat. 28.* Inculpabiles mores. — **2)** Translate. *Solin. 50. sub fin.* Hyacinthus, lapis pretiosus, siquidem inculpabilis inveniatur; h. e. sine vitio aut macula.

INCULPĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inculpabilis;* non culpabiliter, sine culpa; *incolpabilmente. Rufin. 5. Recogn. 66.* Petrus oravit, ut inculpabiliter episcopatus sui *(Zacchaeus)* servaret officium. *Augustin. Serm. 115. n. 1. ed. Mai.* Lex optime et inculpabiliter custodita. *Cassiod. 5. Variar. 27.* Inculpabiliter necesse vivat, qui suam praesentiam novit principibus offerendam. *Id. 7. ibid. 32. ad fin.* Ita irremuneratum non relinquimus, si te egisse inculpabiliter senserimus. Adde *11. ibid. 18.* et *19.*

INCULPĀTĒ. Adverb. ab *inculpatus,* idem quod inculpatim, a quo forma tantum discrepat. *Zenon. 2. Tract. 28.* Inculpate Deo servire. *Zosim. ep.* apud *Dionys. Exig. Collect. decret. p. 264. Migne.* Inculpate se gerere. V. voc. seq.

INCULPĀTIM. Adverb. ab *inculpatus;* sine culpa. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 6. 30. 20.* Qui inculpatim ad calcem terminumque militiae pervenerint. V. voc. praeced.

INCULPĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inculpo,* idem fere ac culpatio; *incolpazione. Boëth. Aristot. Topic. 8. 4. p. 720.* Inculpatio vero orationis et secundum ipsam orationem, et quando interrogatur, non eadem. Et *mox.* Orationis autem secundum se ipsas quinque sunt inculpationes. V. INCULPO.

INCULPĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *culpatus.* — Superlat. *inculpatissimus,* infra. — Est qui culpa caret; *senza colpa, incolpabile. Ovid. 9. Met. 671.* sed vita fidesque inculpata fuit. *Impp. Diocl. et Maximian. Cod. 8. 4. 1.* Recte possidenti ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenebat, inculpatae tutelae moderatione illam vim propulsare licet; *nempe* licita defensio, quae fit sine culpa illius, qui iniuste impetitur. *Gell. 11. 2.* Vita inculpatissima.

INCULPO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *culpo,* idem fere ac culpo, reprehendo; *incolpare, riprendere. Boëth. Aristot. Topic. 8. 4.* Manifestum igitur, quoniam non similiter inculpandum et interrogantes et orationes. Et *mox.* Eos autem, qui per falsa verum concluduut, non iustum est inculpare.

INCULTĒ. Adverb. ab *incultus.* — Comparat. *incultius* §. 1. — Proprie est sine cultu et vitae commodis; *senz'agi, senza cultura, alla buona. Cic. Quint. 18.* Vixit enim semper inculte atque horride. *Sall. Iug. 22.* et *94.* Gaetulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare. — **2)** Item inornate; *senza ornamenti, rozzamente. Cic. Orat. 9.* et *Brut. 28.* Horride inculteque dicere.

INCULTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *cultus.* — Comparat. *incultior* §. 1. — Proprie est non cultus, neglectus, incomptus, inornatus, rudis, horridus; *incolto, negletto, orrido, rozzo. Cic. Rosc. Com. 12.* Tunc erat ager incultus, sine tecto: nunc est cultissimus, cum optima villa. *Plin. 19. 42. 1.* Genus incultius asparago, mitius corruda. *Cic. Brut. 74.* Inculta et silvestris via. *Id. Prov. cons. 12.* Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis? *Id. 1. Nat. D. 10.* Regiones inhabitabiles atque incultae. *Id. Brut. 4.* Incultum et derelictum solum. *Id. in Senat. 6.* Quem praeteriens, cum incultum, horridum, monstumque vidisses, etc.: *mal in ordine. Horat. 1. Sat. 3. 34.* Incultum corpus; *mal vestito, disadorno. Ovid. 8. Heroid. 64.* Hument incultae fonte perenne genae; *squallide.* Et *3. Fast. 470.* incultae comae. — Absolute. *Plin. 25. 49. 1.* Inculta itinerum. — **2)** Translate. *Cic. Brut. 51.* Homo, ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. *Id. Quint. 50.* Rusticana atque inculta parsimonia. *Horat. 2. Ep. 1. 255.* Inculti versus. Et *1. ibid. 3. 22.* Ingenium incultum et turpiter hirtum. *Tibull. 4. 1. 59.* Inculti Laestrygones; h. e. nullo cultu mitigati, feri, saevi, crudeles.

INCULTUS, us, m. Abstractum ab *incultus, a, um.* — Est omisso cultus; *negligenza, squallidezza, rozzezza, orridezza. Sall. Cat. 55. de carcere Tulliano.* Incultu, tenebris, odore foeda atque terribilis eius facies. *Al.* inculta tenebris *leg.* Et *Iug. 2.* Ingenium incultu atque socordia torpescere sinunt. *Liv. 42. 12. ad fin.* Suos honores partim desertos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse. *Terentian. de Metr. 504.* Laudem ab incultu ferre.

INCUMBĂ, ae, f. Verbale ab *incumbo,* quo significatur membrum in architectura, proiectum instar mutuli, cui fornix incumbit; *impostatura. Vitruv. 6. 11.* Cum cunei ab oneribus parietum pressi, per coagmenta ad centrum se prementes, extruderint incumbas. V. *Bald.* in *Lexic. Vitruv.*

INCUMBO, umbis, ŭbŭi, umbĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum (sed accusativus etiam explicari potest cum *Forcellino* nostro ex praepositione, quae inest in ipso verbo Cf. *Nota* I. infra), ab *in* intentiva et *cubo,* pro quo saepe in compositis est *cumbo*. V. CUBO §. c. — **b)** In MSS. et editis libris saepe etiam permutatum sive confusum fuit cum *incubo,* cum quo commune habet praeteritum *incubui,* ut dictum est in INCUBO §. b. — **c)** *Incumbuverim* pro *incubuerim,* quod ita postulet metri ratio, quidam legunt apud *Phaedr. prol. l. 3.* ut *fuvi* pro *fui,* etc. — **d)** Particip. *incumbens* §. 1. et seqq. — **e)** Derivatum, *incumba.* Cf. INCUBO §. d. — **f)** Compositum, *superincumbo.*

INCUMBO proprie est in aliquid inclinor, innitor, incubo; *appoggiarsi, posare, andar addosso, piegarsi a qualcosa. Virg. 8. Ecl. 16.* Incumbens tereti Damon sic coepit olivae. *Ulp. Dig. 39. 2. 28.* Onera, quae in parietem incumbunt. *Virg. 4. Aen. 650.* Incubuitque toro, dixitque novissima verba. *Petron. Satyr. 80.* Super praedam incumbere. *Curt. 6. 9. ad fin.* Linquente animo, in eum, a quo tenebatur, incubuit. *Ovid. 9. Met. 585.* Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est, Erigite huc artus *(Est qui aliter leg.). Senec. Herc. Oet. 1764.* Herculi totus aether pondus incubuit leve. *Plin. 2. 65. 2. de coelo.* Cava in se convexitas vergit, et cardini suo; hoc est terrae, undique incumbit. — Cum accusativo. *Id. 5. 40. 1.* Impetum deinde sumit Hellespontus, et mare incumbit; h. e. vi influit in mare Aegaeum, et veluti pondere aquarum premit. Praepositio omittitur, quae inest in

Digitized by Google

ipso verbo. *Sic Sallust. fragm.* apud *Serv.* ad *9. Aen. 229.* Fessi arma sua quisque stantes incumbere. — *Tertull. de Pall. 2.* Fungitur et ipso mundus interim iste, quem incumbimus; *h. e.* habitamus. Cf. INCUBO §. 5. — **2)** Translate. *Cic. Balb. 26.* Fuit hoc fatum, ut in me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet; *h. e.* in me caderet, me opprimeret. — Cum accusativo. *Avien. Perieg. 849.* Asiam incumbit Taurus. Cf. §. praeced. *fin. Tertull. de Spect. 21.* Idem in amphitheatro . . . in suo sanguine squalentia corpora patientissimis oculis desuper incumbat. — **3)** De iis, quae vergunt, propendent, imminent. *Virg. 8. Aen. 236.* Silex prona iugo laevum incumbebat ad amnem *(Iul. Rufinian. de Schem. lex. 53. legit* in amnem). Et *2. ibid. 314.* Laurus incumbens aras. — **4)** Et quae procumbunt. *Virg. 10. Aen. 894.* ejectoque incumbit cernuus armo. *Val. Flacc. 5. 162.* summo pariter cum monte secutae incubuere trabes. *Senec. Troad. 11.* Pergamum incubuit sibi; *h. e.* in se ruit, subsidit in ignem, et in cinerem versum est. — **5)** Et qui pectore gladium premunt, sui occidendi causa. *Cic. 2. Invent. 51.* Incumbere in gladium. *Auct. ad Herenn. 1. 11.* gladio. *Phaedr. 3. 10.* ferro. — Cum accusativo *Plaut. Cas. 2, 4. 29.* et *Lucil.* apud *Non 9. 19.* gladium. — **6)** Et qui cursu, vel fuga inclinantur aliquo. *Val. Flacc. 6. 722.* Tempestate pari versis incumbere turmis. — **7)** Et qui imminent, instant, ingruunt, urgent, impellunt. *Virg. 11. Aen. 674.* incumbens eminus hasta. *Liv. 30. 34.* Pugna Romana stabilis et suo, et armorum pondere incumbentium in hostem. *Virg. 2. G. 311.* si tempestas a vertice silvis incubuit. *Val. Flacc. 2. 59.* venti veloque marique incumbunt. — **8)** Et translate. *Cic. 2. Orat. 79. in fin.* Impelli primo iudicem leviter, oportebit, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio. — **9)** Pro supervenire, ingruere. *Iuvenal. 6. 291.* saevior armis Luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem. *Horat. 1. Od. 3. 30.* macies et nova febrium Terris incubuit cohors. *Frontin. Aquaeduct. 117.* Necessitas incubuit in aliquam regionem. — **10)** Pro accedere, vel sequi. *Virg. 11. Aen. 638.* ne vertere secum Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere vellet. — **11)** Pro reclinare se, et veluti accingi ad aliquid faciendum. *Id. 12. ibid. 774.* Incubuit, voluitque manu convellere ferrum Dardanides. — **12)** Praeterea, attento actionis fine,

II. *Incumbo* saepe est enixe operam dare, insistere, intendere in aliquid; *attendere, mettersi a far qualcosa*. *Virg. 1. G. 213.* incumbere aratris. Et *10. Aen. 294.* remis. *Quintil. 6. 2. 7.* Huc igitur incumbat orator: hoc opus eius, hic labor est. *Flor. 3. 16.* Rogandis legibus ita vehementer incubuit, ut etc. *Plin. 7. ep. 27. a med.* Ceris et stilo incumbere. *Sil. 4. 820.* laborl. *Auct. dial. de Orat. 3.* toto pectore novae cogitationi. *Caes. 7. B. G. 76.* et animo et opibus in bellum. *Hirt. B. Alex. 12. extr.* omni studio ad parandam classem. *Cic. 1. Orat. 8.* in aliquod studium. *Id. 4. Phil. 3.* in causam. Et *6. ibid. 1.* acrius graviusque ad ulciscendas reipublicae iniurias. *Id. 10. Fam. 3.* et *16. Att. 10.* tota mente in aliquam curam et cogitationem. *Id. 10. Fam. 10.* toto pectore ad laudem. Et *ibid. 1.* omni cogitatione curaque in rempublicam. *Iuvenal. 8. 76.* Miserum est aliorum incumbere famae, Ne conlapsa ruant subductis tecta columnis. *Claudian. Cons. Mall. Theod. 64.* Et vitae pars nulla perit: quodcumque recedit Litibus, incumbit studiis. *Tertull. Apolog. 12.* In Deos vestros per omnia membra validius incumbunt asciae et runcinae et scobinae. — Cum coniunct. et *ut* particula. *Liv. 10. 13.* Appius cum suis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut se consulem dicerent. Adde *Vulg. Interpr. Isai. 22. 4.* — Cum infinito. *Virg. 4. G. 249.* hoc acrius omnes incumbunt generis lapsi sarcire ruinas. — Absolute. *Ovid. 10. Met. 657.* nunc, nunc incumbere tempus, Hippomene; *ora è tempo di maneggiarsi, di attendere di proposito*. — Cum accusativo. *Stat. 6. Theb. 375.* tunc Palladios non inscius haustus lucubuit; *h. e.* oleo et palaestrae adiecit animum. — **13)** Hinc iterum translate est propendere, inclinari, voluntate, oratione, etc. studere, velle, curare. *Cic. 3. Orat. 14. in fin.* Ut eos, qui audiunt, quocumque incubuerit, possit impellere. *Id. 6. Phil. 7.* Idem volunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia, coloniae, cuncta Italia. *Id. 1. Att. 19. ante med.* Pompeius ad voluntatem perferendae legis incubuerat. *Id. Mur. 26.* Magna est comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, praesertim cum incubuit ad virum bonum. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 11.* In quam *(causam)* incubuisse cum senatu Pompeius videtur, ut Caesar id. Novembr. decedat. — **14)** Incumbere in cupiditatem, iram, etc. est se incitare ad cupiditatem. *Cic. 5. Att. 13.* Cuius in cupiditatem, te auctore, incubui, nec me piget. *Senec. Med. 902.* Incumbe in iras, teque iacentem excita. — **15)** *Hoc mihi incumbit*, mel officii est; *tocca a me, è mio debito:* apud ICtos. *Ulp. Dig. 48. 2. 6.* Accusandi necessitas incumbet domino. *Paul. ibid. 22. 3. 2.* Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. *Ulp. ibid. 21. 1. 25. med.* Iudici omnium rerum officium incumbit. Adde *Vulg. Interpr. 1. Cor. 9. 16.* et *1. Mac. 6. 37.*

Nota I. Constructio verbi est cum dativo rei vel personae, vel cum accusativo aut ablativo et praepos. *ad, in, super*. Cf. §. 1. Monet autem *Quintil. 9. 3. init.* Veteres libentius dixisse *incumbere in illum*, quam *illi*. Cf. alia ad rem in §. 12. — Transitive cum accusativo, qui tamen aliter explicari potest, v. supra §. 2. et §. 1. *fin.*, §. 2. *fin.*, §. 3. *fin.* et §. 12. *fin.*, coll. INCUBO §. b. — **Nota II.** Discrimen inter *incubo* et *incumbo* habes in v. INCUBO §. 1. *init.*

INCUMPĂRĂBĬLIS, V. INCOMPARABILIS *fin.*

INCŪNĀBŬLĂ, ōrum, n. Nomen ab *in* intentiva et *cunabula*, quo universim significantur ea, quae cunis insunt, quae ad cunas muniendas et ornandas pertinent; idest lectulus, et fasciae lineae laneaeque, quibus infantes involvuntur. *Plaut. Truc. a. 3. v. 13.* Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis. *Incunabula* hic sunt lora, aut vincula, quibus in cunis illigantur infantes, ne excidant. — **2)** Translate sumitur pro loco, unde orti sumus, vel pro natalibus et origine generis. *Cic. 2. Att. 15.* Ego vero ad montes patrios, et ad incunabula nostra pergam. *Ovid. 8. Met. 99.* Iovis incunabula Creta. *Iustin. 31. 8.* Maiorum incunabula. — *Liv. 4. 56.* Ab incunabulis imbutus odio tribunorum; *h. e.* a pueritia. — **3)** Denique generatim pro principio et origine. *Cic. Orat. 13. extr.* Non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. *Id. 1. Orat. 6.* Ab incunabulis nostrae veteris puerilisque doctrinae. *Quintil. 1. procem. 6.* Ab ipsis dicendi velut incunabulis.

INCUNCTĀBĬLIS et incontabilis, le. Adiect. ab *in* et *cunctor;* qui moram, vel dubium non patitur. *Arnob. Dig. 22. 3. 21.* Illud quoque incunctabile est, ut, si res exigat, testimonium dicant.

INCUNCTĀBĬLĬTER et incontabiliter. Adverb. ab *incunctabilis*, idem ac incunctanter. *Aleim. Sentent. ex ep. ad Philipp. 4.* Triplicis linguae pagina fuit, ut a toto mundo incunctabiliter crederetur.

INCUNCTANS et incontans, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *cunctans;* non cunctans, promptus. *Paulin. Petroc. Vit. S. Martin. 5. 135.* Incunctante fide praesentia munera poscunt. *Hilar. 10. Trinit. 68.* et *70.* Incunctans religio. Adde *Paulin. Petroc. ad Nepotul. 40.*

INCUNCTANTER et incontanter. Adverb. ab *incunctans;* non cunctando. *Lactant. 6. 12.* Incunctanter ac fortiter mortem subire (Adde *1. 15. ad fin.*). *Apul. 11. Met.* Incunctanter continuare pompam. *Ulp. Dig. 40. 2. 20.* Incunctanter debet ei permitti. Adde *Aurel. Vict. Orig. gentis R. 13.* Cf. vos. seq.

INCUNCTATUS et incontatus, a, um. Adiect. ab *in* et *cunctatus;* non cunctatus, qui omnem cunctationem sustulit, qui sine mora facit. *Apul. 5. Met.* At illae incontatae, statim conferto vestigio domum penetrant. *Al. leg.* incontanter.

INCŬPĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *cupidus;* non cupidus. — In gradu comparativo tantum usurpatur ab *Afran.* apud *Non. 9. 1.* Maiores vestri incupidiores liberûm fuere. *Al.* valde cupidi *interpret.*, ut *in* sit intentiva.

INCŪRĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *curabilis;* non curabilis, qui curari non potest; *incurabile*. *Gloss. Philox.* Incurabilis; ἀθεράπευτος. *Cassiod. 2. Hist. Eccl. 6.* Confusionem incurabilem suo providit auctori.

INCŪRĀTĒ. Adverb. ab *incuratus;* non curate; *trascuratamente*. *Boëth.* in *Aristot. libr. de interpret. ed. II. p. 384.* Quod autem dicitur, perhoscurum est, et expositum a pluribus incurate.

INCŪRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *curatus;* non curatus. *Horat. 1. Ep. 16. 24.* Stultorum incurata pudor malus ulcera celat. *Vopisc. Aurelian. 28.* Neque quidquam vir fortis reliquit, quod aut imperfectum videretur, aut incuratum.

INCŪRĬĂ, ae, f. Abstractum ab *in* et *cura;* defectus curae, negligentia; *negligenza, poca cura, trascuraggine*. *Cic. Amic. 25.* Vituperanda est rei maxime necessariae tanta incuria. *Id. Prov. cons. 3.* Milites populi R. incuria, fame, morbo, vastitate consumpti. *Horat. Art. P. 351.* non ego paucis Offendar maculis, quas haud incuria fudit, Aut humana parum cavit natura. Ita legend. monuit *Sibiliatus* pro vulgari *aut incuria fudit, Aut humana* etc. *Cato* apud *Ammian. 16. 5.* Magna cura cibi, magna virtutis incuria. — **2)** De negligentia in capillis comendis. *Apul. Apol.* Capillus prorsus inemendabilis diutina incuria. *Tertull. Poenit. sub fin.* Capilli incuria horrorem leoninum praeferens. *Arnob. 3. p. 174.* Partem illam corporis, per quam secus femineum et sobolem prodere, et nomen solet acquirere generi, eam longiore ab incuria liberat; *h. e.* a pilis in eadem iam silvescentibus volsella, seu novacula purgat. — **3)** Incuria Dei, apud *Tertull. 4. advers. Marcion. 13. circa med.* neglectus, impietas.

INCŪRĬŌSĒ. Adverb. ab *incuriosus*. — Comparat. *incuriosius*, infra. — Est sine cura, negligenter; *negligentemente*. *Liv. 8. 38.* Castra in hostico incuriose posita. *Tacit. 1. Hist. 13.* Otho puerilium incuriose egerat; *h. e.* sine cura pudoris, et custodia sui. *Gell. praef. ante med.* Incuriose et immeditate. *Id. 19. 9.* Homines amoeni, et nostras quoque litteras haud incuriose docti. *Tacit. 4. Hist. 28.* Caesae cohortes incuriosius agentes.

INCŪRĬŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *incuriosus;* indiligentia; *negligenza*. *Cassiod. 7. Variar. 4.* Nec nostros ad gentes sub incurio-

Digitized by Google

sitate transmittas. *Gloss. Philox.* Incuriositas; *ἀπραγμοσύνη*. *Salvian. 4. Gub. D. 4.* Incuriosus a quibusdam, et quasi negligens humanorum actuum Deus dicitur. Et *mox*. Probamus igitur, ne illos quidem de incuriositate ac negligentia ista sensisse, qui verae religionis expertes etc.

INCŪRĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *curiosus;* negligens, socors, curam non habens; *trascurato, non curante, negligente*. *Tacit. 3. Hist. 22.* Remeabat disiecto agmine, incuriosis vigiliis. *Id. 4. Ann. 23.* Ptolemaeus Iubae filius, inventa incuriosus. Et *14. ibid. 58.* Sed nihil aeque, quam fames affligebat serendis frugibus incuriosos. *Suet. Aug. 79.* In capite comendo tam incuriosus, ut etc. — Cum genitivo. *Plin. 8. ep. 20.* Ita natura comparatum, ut proximorum incuriosi, longinqua sectemur. *Tacit. 2. Ann. 88.* Vetera extollimus, recentium incuriosi. *Id. 1. Hist. 49.* Incuriosus famae. Et *4. Ann. 32.* imperii proferendi. *Gell. 6. 3.* Alfenus rerum antiquarum non incuriosus. — **2)** Eo sensu, quo nos dicimus *non curioso:* qui scire non curat, *Gell. 2. 28. sub fin.* M. Cato incerta et incuriosa super ea re opinatus est. V. integrum loc. — Proximum est illud *Solin. praef.* Nonnulla etiam digna memoratu, quae praetermittere incuriosum videbatur. — **3)** Passive, neglectus, remissus, non curatus. *Suet. Galb. 3.* Multiplicem nec incuriosam historiam edidit. *Tacit. 6. Ann. 47. extr.* Acribus, ut ferme talia, initiis, incurioso fine. — **4)** Speciatim *agnum incuriosum* apud *Apul. Florid. n. 2. extr.* quidam exponunt pinguem, quasi qui nulla cura maceat, ut contra *Plaut. Aul. 3. 6. 28. agnum curiosum* macrum intelligit. V. curiosus §. 6. Alii melius interpretantur *agnum incuriosum*, qui nullas cavet insidias, et sine cura in prato oberrat, atque hinc facile ab aquila rapitur.

INCURRO, curris, curri *et* cŭcurri, cursum, currĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum cum accusativo, qui tamen explicari potest et per praepos., quae inest in ipso verbo (Cf. infra §. 1. *ad fin.*), ab *in* intentiva et *curro*, cuius variationes sequitur. V. curro. — **b)** Particip. *incurrens* §. 7. et *8., incursus*, V. suo loco, *incursurus* §. 2. — **c)** Derivata, *incursatio, incursax, incursim, incursio, incursito, incurso, incursorius, incursus, us*.

INCURRO proprie est in aliquem curro, intus curro; *correre contra, e addosso alcuno, o dentro*. *Cic. Orat. 67.* Incurristi amens in columnas. *Id. Planc. 7.* Incurrere atque incidere in aliquem. — Cum dativo. *Ovid. 7. Met. 545.* Non aper irasci meminit, nec fidere cursu Cerva, nec armentis incurrere fortibus ursi. *Tacit. 2. Ann. 16.* Ut proeliantibus Romanis desuper incurrerent. *Liv. 28. 15.* Peditum signa cornibus incurrerunt. *Al. aliter leg. Sil. 13. 179.* ardore pari nisuque incurrere muris. — Cum accusativo sine praepos. *Sallust. fragm.* apud *Rufinian. de schem. lex.* Atque eos a tergo incurrerunt. *Sall. Iug. 107.* Rediens ab latere Mauros incurrit. *Al. leg.* Mauris. *Tacit. 1. Ann. 51.* Tota vi hovissimos incurrunt. Et *2. ibid. 17.* Validissimos equitum incurrere latus iubet. Cf. supra §. a. — **2)** In re militari est incursionem facere; *fare un' irruzione o scorreria*. *Liv. 26. 25.* Incurrere ea gens Macedoniam solita erat. *Al. leg.* in Macedoniam. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 10.* Ut decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca, in quae incurrerit. *Liv. 29. 5.* Dixit, extemplo infestos utrinque exercitus in agrum suum incursuros. — **3)** Translate est invehi, insectari; *investire*. *Trebon.* ad *Cic. 12. Fam. 16. ad fin.* In quos tanta libertate verborum incurreret. — **4)** Item libidinose aliquem, vel aliquam aggredi. *Apul. 10. Met.* Ne quo casu nescius nesciam sororem incurreret. V. incurso §. 5. — Impersonaliter. *Iuvenal. 6. 331.* Si nihil est, servis incurritur. — **5)** Item protendi, dilatari; *stendersi*. *Cic. 2. Agr. 30.* Ut privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, coëmeret. — **6)** Latiore significatione dicitur de rebus, quae quacumque ratione praeter voluntatem accidere possunt. Hinc

II. *Incurro* saepe ponitur pro incidere; *incorrere, cadere*. *Cic. 3. Offic. 13.* Per errorem in maximam fraudem incurrere. Et *1. ibid. 42.* Quaestus, qui in odia hominum incurrunt. *Id. 4. Fam. 2. ad fin.* Nihil constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. *Id. 1. Fin. 1.* Ut hic noster labor in varias reprehensiones incurreret. Et *14.* Incurrere in morbos, in damna, in dedecora. *Id. 9. Fam. 2.* Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? *non urti? non inciampi? Ulp. Dig. 24. 1. 15.* Nihil vitii mulier incurrit. *Paul. 1. Sentent. tit. 15.* Incurrere periculum plus petendi, et causam perdere. *Lamprid. Alex. Sev. 12.* In milites gravissime animadvertit, qui forte incurreruut aliquid, quod videretur iniustum; *h. e.* commiserunt. — **7)** Item pro obiici, occurrere. *Cic. 12. Att. 21. a med.* In oculos incurrentibus ils, quos aequo animo videre non possum. *Quintil.* eodem sensu dixit *Declam. 247.* Incurrere in frontem. *Senec. 1. Benef. 5.* Id quod oculis incurrit, solum notant. *Cic. 2. Fam. 16.* Incurrit haec nostra laurus non solum in oculos, sed etiam in voculas malevolorum. — **8)** Item pro obtingere, accidere, incidere; *accadere, cadere, venire*. *Id. 5. Tusc. 10.* Casus, qui in sapientem potest incurrere. *Id. 15. Fam. 11. extr.* Si me navigatio non morabitur, quae incurrebat in ipsos etesias. *Id. 7. Att. 7.* Tus λῆξις in quem diem incurrat, nescio. *Suet. Tib. 26.* Natalem suum plebeiis incurrentem Circensibus, vir unius bigae adiectione honorari passus est. *Cic. Top. 21.* Illud intelligendum, nec ullam esse disputationem, in quam non aliquis locus incurrat, nec fere omnes loces incidere in omnem quaestionem. *Papinian. Dig. 39. 6. 41.* Quaerebatur, an mulier, . . . incurrebat haesitatio, etc.; *nascevа un dubbio;* emergebat, interveniebat. — **9)** Item pro venire, incidere dicendo. *Cic. Sext. 6.* Neque quemquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non invasisse, sed incurrisse videamur. *Id. Brut. 69.* Ordinem sequens, in memoriam notam et aequalem necessario incurro. *Quintil. 1. 5 a med.* Neque enim artem grammaticam componere aggressi sumus: sed cum in ordinem incurreret, inhonoratam transire noluimus; *essendo venuta a proposito*, vel *a suo luogo*.

Nota. Constructio verbi est cum dativo, saepius vero cum accusat. rei vel personae et praepos. *in*, quae aliquando et omittitur, cum insit in ipso verbo. Cf. supra §. a. et V. incursus, a, um.

INCURSĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incurso;* incursio, ut Larvarum incursatione animo vexari, apud *Non. 1. 215.*

INCURSĀTUS, a, um. Particip. verbi *incurso;* infestatus, aggressus; *infestato, assaltato*. *Liv. 21. 41.* Agmen Romanum impune incursatum ab equitibus hostium fuerat. — **2)** Translate. *Hilar. 2. Trinit. 22.* Optimum est, quidquid a plurimis incursatum, a nullo tamen poterit impelli.

INCURSAX, ācis, omn. gen. Adiect. verbale ab *incurro;* qui incursiones crebro facit. *Sidon. 8. ep. 12.* Incursaces Massagetae.

INCURSIM. Adverb. ab *incursus;* incurrendo, celeriter. *Caecil.* apud *Non. 2. 443.* Rem omnem incursim perdere. *Front. ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 6.* Omnium opinione compertum et traditum est, sanguinem, ubi abundet, incursim detrahendum, postea pedetemptim esse reparandum.

INCURSĬO, ōnis, f. Verbale ab *incurro;* actus incurrendi, cursus, excursio; *il correr addosso*. *Cic. 1. Nat. D. 40.* Cum sine ulla intermissione pulsetur, agiteturque incursione atomorum sempiterna. *Id. Caecin. 15. extr.* Incursio atque impetus armorum; *assalimento*. — **2)** Irruptio militaris; *irruzione, scorreria*. *Liv. 1. 11.* Antemnatium exercitus hostiliter in fines Romanos incursionem facit. *Caes. 6. B. G. 9.* Prohibere hostem ab iniuriis et incursionibus. *Hirt. B. G. 11.* Subitas hostium incursiones sustinere. *Plin. 8. 52. 3.* Incursionem molientes Parthos inundatione arcere. — **3)** Translate. *Vulg. Interpr. 2. Mac. 6. 5.* Universis gravis erat malorum incursio. — *Tertull. Pudic. 19.* Sunt quaedam delicta quotidianae incursionis, quibus omnes sumus obiecti.

INCURSĪTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. ab *incurso*. — Particip. *incursitans*, infra. — Est saepius ac lubens incurso. *Senec. Vit. beat. 27.* Si exercere istam licentiam placet, alter in alterum incursitate. *Id. ep. 110.* Tota vita incursitamus. *Id. 2. Ira, 33.* Incursitans, vastans, fugans. — Impersonaliter. *Id. 3. ibid. 6.* Per frequentia urbis loca properanti in multos incursitandum est.

INCURSO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. transitivorum tamen more etiam adhibitum, specie frequentativ. ab *incurro*. — Particip. *incursans* §. 1. et 2., *incursatus*, V. suo loco. — Proprie est curro adversus aliquem, incurro, invado, aggredior; *correr addosso o contra, assaltare*. *Liv. 36. 14. a med.* Iuventus omnis armata in agmen Romanum incursavit. *Plaut. Bacch. 3. 2. 29.* Arietes truces non erimus: iam in vos incursabimus. *Cels. 3. 22.* Febris incursat. *Plin. 11. 54. 3.* Oculi labrici propter incursantia; *h. e.* incidentia; *scil.* in oculos. — Cum dativo. *Ovid. 1. Met. 303.* silvasque tenent delphines, et altis Incursant ramis. Et *11. ibid. 190.* Praetentatque manu silvas, et luminis orbus Rupibus incursat; *h. e.* incidit, impingit; *inciampa, urta*. *Quintil. 10. 3. a med.* Nihil eorum, quae oculis, vel auribus incursant, ad animum perveniet; *h. e.* occurrunt, obiiciuntur. *Plin. 28. 28. 4.* Lana ovis nigrae, cui nullus alius color incursaverit; *h. e.* intercurrerit. Sic *29. 27. 1.* Reliqua parte corporis nigra, albis incursantibus respersum guttis. — **2)** Translate. *Cic. 12. Att. 41.* Quod nisi fieri videro (audebo hoc dicere, et tu, ut soles, acciples), incursabit in te dolor meus. *Auct. ad Heren. 4. 59.* In omnes amicos atque inimicos, notos atque ignotos incursans. — **3)** Transitivorum more, cum accusativo, qui tamen explicari etiam potest ex praepositione, quae inest in ipso verbo,

II. *Incurso*, eodem sensu. *Plaut. Rud. 3. 4. 16.* Ego te follem pugilatorium Faciam, et pendentem incursabo pugnis. *Id. Aul. 2. 2. 57.* Asini me mordicus scindant, boves incursent cornibus. *Id. Asin. 1. 1. 22.* Ubi vivos homines mortui incursant boves; *h. e.* lora bubula incidunt et pulsant. *Liv. 3. 31.* Volsinienses superbia elati, ultro agros Rom. incursavere; *fecero un' irruzione o scorreria*. *Tacit. 3. Hist. 18.* Nutantem aciem victor equitatus incursat. *Sever. Astn. 351.* Aura incursat corpora. Adde *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 32.* — Absolute.

Digitized by Google

Auct. Itiner. Alex. M. 98. Egressi cum equitibus octoginta naviter satis et impigre incursarant, quae ducebantur. — Hinc et passive. *Tacit. 13. Ann. 1.* Eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur. V. INCURSATUS §. 1. — **4)** Translate. *Arnob. 1. p. 5.* Pestilentia et bellis negotia incursantur humana. *Jul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 6.* Abiecta Olimpias coniux et Alexander filius incursatur. V. INCURSATUS §. 2. — **5)** Speciatim *incursare mulierem* est libidinose comprimere. *Tertull. Pudic. 4.* Nec interest nuptam alienam, an viduam quis incurset, dum non suam feminam. V. INCURRO §. 4.

INCURSŌRIUS, a, um. Adiect. verbale ab *incurro* qui incurrit, ut incursorius terminus apud *Auct. de casis Litter. p. 336. Lachm.* V. MODIUS.

INCURSUS, a, um. Particip. verbi *incurro;* iniectus; *venuto addutto. Sidon. 8. ep. 9.* Si quid asperum aut triste *(acciderit)*, non statim se poëtica teneritudo a vinculo incursi angoris elaqueat.

INCURSUS, us, m. Verbale ab *incurro;* incursio, aggressio, invasio, impetus in aliquem; *impressione, assalto, irruzione. Cic. Cascin. 8.* Impetum armati, ceterorumque tela atque incursus effugit. *Caes. 1. B. C. 71.* Vix equitum incursus sustinere. Et *72.* Incursus atque impetus militum. *Liv. 2. 25.* Primo statim incursu pulsi hostes. — **2)** Translate. *Quintil. Declam. 8. 9.* Morborum incursibus mederi. Et *Declam. 9. 4.* Saevos tempestatis incursus perferre. *Vulg. Interpr. Ps. 90. 6.* Non timebis . . . ab incursu et daemonio meridiano. — *Tertull. Coron. 8.* Tene interim hanc fidem, dum incursum quaestionis cavetio; h. e. impetum. — *Id. Carn. Chr. 17.* Et tamen, ne mihi vacet incursus nominis Adae, unde Christus Adam ab Apostolis dictus est? h. e. occursus. — **3)** Speciatim *incursus fluminis* apud *Plin. 10. ep. 73.* est cursus atque impetus, quo aliquem locum impetit, et evertit, abraditve. Simile est illud *Lucani, 7. 700.* Respice turbatos incursu sanguinis amnes.

INCURVĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *curvo;* qui curvari non potest. *Cassiod. 10. Variar. 30.* Pedes eorum *(elephantum)* nullis articulis inflectuntur, sed in modum columnarum rigentes atque incurvabiles inviter perseverant. Adde *Fulgent. Contin. Virgil.*

INCURVĀTĬO, onis, f. Verbale ab *incurvo;* actus incurvandi; *curvamento. Plin. 17. 35. 45.* Flagello infra relicto, et nasci coacto incurvatione materiae. *Cassian. 2. Instit. 7.* Incurvatio genuum; *genuflessione.*

INCURVĀTUS, a, um. Particip. verbi *incurvo;* curvatus; *incurvato. Cic. 2. Fin. 11.* Incurvatum bacillum. *Ovid. 6. Met. 246.* Incurvata dolore Membra. V. DUPLICATUS §. 4. — *Vulg. Interpr. Exod. 12. 27.* Incurvatusque populus adoravit. Adde *Gen. 43. 28.*

INCURVESCO et Incurvisco, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *incurvo;* incurvus fio; *divenir curvo, torto. Vet. Poëta apud Cic. 3. Orat. 38.* Ramos baccarum ubertate incurvescere. *Al.* incuriviscere *leg.*, ut *Non. 2. 412. Onom. Lat. Gr.* incurvesco; *κυρτοῦμαι.*

INCURVĬCERVĬCUS, a, um. Adiect. ab *incurvo* et *cervix;* qui incurvat cervicem. *Pacuv. apud Quintil. 1. 8. a med.* Nerei repandirostrum, incurvicervicum pecus. *Id. ibid. mox,* Cum *κυρταύχενα* mirati sumus, incurvicervicum vix a risu defendimus.

INCURVISCO. V. INCURVESCO.

INCURVO, as, āvi, atum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *curvo.* — **b)** Particip. *incurvans* §. 1., *incurvatus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *incurvatio, incurvesco.* Cf. INCURVUS. — **d)** Composita, *incurvicervicus* et *superincurvatus.*

INCURVO proprie est incurvum facio; *incurvare, torcere. Virg. 8. Aen. 500.* Tum validis flexos incurvant viribus arcus. *Plin. 16. 81. 1.* Robur et olea incurvantur, ceduntque oneri. *Catull. 64. 183.* lentos incurvans gurgite remos. — **B)** *Incurvare se* et *incurvari*, media significatione, est inclinari, flecti; *piegarsi.* — *Vulg. Interpr. 3. Reg. 19. 18.* Quorum genua non sunt incurvata ante Baal. — *Id. 1. ibid. 6. 19.* Audito nuntio *(uxor Phinees)* . . . incurvavit se et peperit. *Id. 1. ibid. 4. 34.* Et incurvavit se super eum, et calefacta est caro pueri. *Id. 2. Esdr. 86.* Et incurvati sunt et adoraverunt Deum. — *Id. Gen. 27. 29.* Incurventur ante te filii matris tuae. — **3)** Translate. *Senec. 3. Ira, 8. extr.* Non est magnus animus, quem incurvat iniuria; h. e. affligit, deprimit (Adde *ep. 82. ante med.*). *Pers. 1. 90.* verum, nec nocte paratum Plorabit, qui me volet incurvasse querela; h. e. flectere animum meum ad misericordiam. — *Vulg. Interpr. Habac. 3. 6.* Incurvati sunt colles mundi, *ἐλλυγισθήσαν.* *Id. Isai. 2. 17.* Et incurvabitur sublimitas hominum. *Id. 2. Reg. 22. 40.* Incurvasti resistentes mihi subtus me. Adde *Isai. 59. 2.* et *Rom. 11. 10.* — **4)** Speciatim apud *Eund. Prov. 20. 26.* Dissipat impios rex sapiens et incurvat super eos fornicem; h. e. addicit eos supplicio rotae. — *Id. Isai. 9. 14.* Disperdet Dominus ab Israël caput et caudam, incurvantem et refrenantem; h. e. (secundum textum Hebraicum) ramum et iuncum; idest opulentos, qui significantur per ramum fructibus onustum, et pauperes, qui significantur per iuncum. Cf. *Interpr.* ad h. l. — **5)** Obsceno sensu usurpat *Martial. 11. 45.* Incurvabat Hylam posito Tiryntbius arcu. V. INCLINO §. 4. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Iob. 31. 10.* Scortum alterius sit uxor mea et super illam incurventur alii.

INCURVUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *curvus* idem quod curvus, aut valde curvus; *curvo, torto. Cic. 1. Divin. 17.* Lituus; idest incurvum, et leviter a summo inflexum bacillum. *Id. 4. Verr. 55.* Stesichori poëtae statua senilis, incurva. *Ter. Eun. 2. 3. 45.* Incurvus, tremulus, labiis demissis. *Plin. 11. 114. 2.* Longae vitae esse incurvos humeris. *Virg. 1. G. 494.* Agricola incurvo terram molitus aratro. *Plin. 21. 41. 1.* Herba incurvo folio. *Ovid. 14. Met. 554.* Incurva carina. Et *15. ibid. 690.* incurvo munitos aggere portus. *Id. 4. Trist. 6. 2.* Incurvum iugum. *Id. 1. Amor. 15. 12.* Incurva falx. *Lucret. 2. 576.* Incurvum litus.

INCUS (et Incudis, in *Gloss. Lat. Gr.* Incudis; *ἄκμων*), ūdis, f. Nomen ab *incudo*, quod verbum tantum in particip. *incusus* usurpatum reperitur. V. INCUSUS. — Proprie est instrumentum e solido ferro, super quod fabri ferri massas cudunt et formant; *ancudine, incudine. Virg. 2. G. 540.* Impositos duris crepitare incudibus enses. *Id. 7. Aen. 629.* Quinque adeo magnae, positis incudibus, urbes, Tela novant; h. e. officinis ferrariis institutis. *Id. 8. ibid. 419.* Antra Aetnea tonant, validique incudibus ictus Auditi referunt gemitum. *Lucan. 7. 146.* Martius incaluit Siculis incudibus ensis. *Horat. 1. Od. 35. 38.* o utinam nova Incude delingas retusum in Massagetas Arabasque ferrum. *Ovid. 2. Amor. 17. 19.* Incude relicta. *Plin. 7. 57. 4.* Cinyra Agriopae filius invenit forcipem, martulum, vectem, incudem. *Vulg. Interpr. Iob. 41. 15.* malleatoris incus. — **2)** Translate. *Horat. Art. P. 441.* incudi reddere versus; *rifare. Auct. dial. de Orat. 20.* Invenes, et in ipsa studiorum incude positi; h. e. dum adhuc formantur in scholis. *Plaut. Pseud. 2. 2. 20.* Ille mihi incus est: procudam ego hodie hinc multos dolos. — **3)** *Incudem eandem tundere* proverbio dicitur idem opus assidue urgere, in eodem labore perseverare. *Cic. 2. Orat. 39.* Si quem plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis, uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus.

INCŪSĀBILIS, le. Adiect. verbale ab *incuso;* accusabilis. — In gradu tantum comparativo reperitur usurpatum a *Tertull. 1. ad Nation. 12.* Hoc quidem vos incusabiliores, etc.

INCŪSĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *incuso;* reprehensio, querela, actus incusandi; *riprensione, accusa. Cic. 3. Orat. 27.* Quorum partim habent vitiorum, et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem, aut querelam.

INCŪSĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *incuso; Incusativus casus*, et absolute *Incusativus*, idem est ac accusativus apud *Diomed. 1. p. 296. Putsch.*

INCŪSATOR, ōris, m. Verbale ab *incuso;* accusator; *accusatore. Imp. Anastas. Cod. 12. 36. 18. §. 8.*

INCŪSATUS, a, um. Particip. verbi *incuso;* accusatus, reprehensus. *Colum. 3. 17.* Sterilitas cacuminis iure incusata. *Plin. 7. 46. 2.* Augusto incusatae liberorum mortes; h. e. adscriptae, quasi is in causa fuerit, cur mortui sint. *Spartian. Sever. 8.* Incusati proscriptionis.

INCŪSO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *causo* (quod est pro *causor*, a *causa*), quod alterum vi compositionis est corruptum, ut in *accuso*. V. CAUSOR §. 6. — **b)** Particip. *incusans* §. 1., *incusatus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *incusabilis, incusatio, incusativus, incusator.*

INCUSO est accuso, arguo, quasi causam, seu culpam, *in alium* transfero, reprehendo cum querela; *accusare, riprendere, dar la colpa, lamentarsi. Virg. 2. Aen. 743.* Quem non incusavi amens hominumque Deorumque? *Plaut. True. 1. 2. 58.* Qui alterum incusat probri, eum ipsum se intueri oportet. *Caes. 1. B. G. 40.* Convocato concilio, vehementer eos incusavit, quod etc. *Ter. Phorm. 3. 1. 7.* Nos iamdudum hic te absentem incusamus, qui abieris. *Curt. 7. 7.* Deos quoque incusans querebatur, se iacere segnem, etc. *Val. Flacc. 8. 158.* Sed quid ego quemquam immeritis incuso querelis? — *Virg. 11. Aen. 471.* Multaque se incusat, qui non acceperit ultro Dardanium Aeneam. — Cum genitivo. *Tacit. 2. Ann. 78.* Incusare aliquem luxus et superbiae. *Sil. 9. 15.* contraria Paullo Auspicia incusante. — **2)** Refertur etiam ad res, et est queri de aliqua re; *lamentarsi, dolersi. Tacit. 1. Ann. 35.* angustias stipendii, duritiam operum. Et *6. ibid. 25.* casum. — **3)** Item improbo, reprobo. *Ovid. Rem. am. 479.* Incusare factum alicuius. *Cael. Aurel. 1. Acut. 15. 116.* Asclepiades contradicens primo incusat clysteres; h. e. reprobat usum clysterum.

Nota. *Incuso* in re forensi usurpari non solet: in quo ab *accuso* differt. Neque enim verum est alterum illud discrimen, quod tradit *Servius* ad *1. Aen. 414. incusare* esse, superiorem arguere; *accusare*, parem vel inferiorem: quod et *Valla, l. 6. elegantiar. c. 13.* monuit. Cf. Accuso in *Nota* II.

INCUSSĬO, ōnis, f. Verbale ab *incutio;* impressio; *impressione. Ior-*

Digitized by Google

nand. Gel. 40. Cum nil ageret *(Attila)* vel prostratus abiectum, sed strepens armis, tubis canebat, incussionemque minitabatur. *Alii leg.* incursionem.

INCUSSOR, oris, m. Verbale ab *incutio;* qui incutit et percutit. *Paulin. Petroc. Vit. S. Martin. 5. 285.* Incussor laceri quatiebat corporis artus.

INCUSSUS, a, um. Particip. verbi *incutio;* immissus, impactus, illisus. *Val. Flacc. 2. 539.* et incussae sonitum mirabere massae. *Curt. 6. 11.* Flagellorum ictus nudis ossibus incussos ferre non poterat. *Senec. ep. 45. ad fin.* Grando incussa tectis crepitat. *Lucan. 5. 490.* aries incussus densi compagem solvere muri Tentat; *spinto. Tacit. 4. Hist. 50.* Turrim promoti contra validi asseres, et incussae trabes perfregere. *Plin. 16. 72. 1.* Cortex in moro lapide incussus manat; altius fractus, siccus videtur; *ammaccato. Id. 9. 48. 4. de polypo.* Afflatu terribili canes agebat, nunc extremis criminibus flagellatos, nunc robustioribus brachiis clavarum modo incussos; *percossi.* — **2)** *Incussi articuli*, et absolute *incussa* (subintellige *membra*) sunt quae alicubi incutiendo et impingendo quis laesit. *Id. 30. 25. 5.* Incussos articulos aranei telae commodissime curant; *ammaccati. Id. 29. 9. 4.* Succidam lanam imponunt percussis, lividis, incussis, collisis, contritis, delectis. Et *22. 16. 1.* Medetur contusis incussisque. — **3)** Translate. *Vellei. 2. 126.* Recte faciendi omnibus aut incussa voluntas, aut imposita necessitas; *h. e.* iniecta; *fatto venir voglia.*

INCUSSUS, us, m. Verbale ab *incutio;* actus incutiendi; *urto, l'urtare.* In sexto casu sing. *Tacit. 4. Hist. 23.* Armorum incussu praecipitati. *Senec. Const. Sap. 6.* Munimenta incussu arietis labefieri.

INCUSTŌDĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *custoditus;* non custoditus, non servatus; *non guardato o non custodito. Ovid. 1. Trist. 6. 10.* Incustoditum captat ovile lupus. *Martial. 1. 55.* Incustodita et aperta limina. *Sil. 13. 245.* Incustoditam sine milite liqueral urbem. *Et 555.* Incustodita penetravit moenia nocte; *h. e.* qua vigiliae habitae non sunt. *Tacit. 12. Ann. 4.* Incustoditus amor; *non celato. Id. 15. ibid. 50.* Cum per noctem huc illuc cursaret incustoditus; *senz' accompagnamento di guardie. Id. 2. ibid. 12. extr.* Cum secreti et incustoditi, inter militares cibos, spem aut metum proferrent; *non osservati.* Et *15. ibid. 55.* Tabulas testamenti saepius a se, et incustodita dierum observatione, signatas; *senz' osservazione di giorni.* — **2)** Active, qui minime se custodit, qui non observat. *Plin. 6. ep. 29. sub fin.* Iulius Bassus, ut incustoditus nimis et incautus, ita minime malus; *che non istà sulla guardia.*

INCŪSUS, a, um. Particip. ab inusit. *incudo* (V. INCUS *init.*); cudendo impressus. *Virg. 1. G. 275.* Iapidemque revertens Incusum, aut atrae massam picis urbe reportat; *h. e.* molam cudendo asperatam. *Al. leg.* incisum. *Pers. 2. 52.* Si tibi crateras argenti, incusaque pingui Auro dona feram; *h. e.* caelata, aspera signis. *Alii male interpretantur*, non cusa, non elaborata, sed ex rudi massa auri. — **2)** Translate est percisus. *Auson. epigr. 151. 4.* Et teris incusas pumice Clazomenas. V. CLAZOMENAE in ONOM.

INCŪTĬO, ūtis, ussi, ussum, ūtĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *quatio*, quod alterum vi compositionis est corruptum. V. QUATIO. — **b)** Particip. *incutiens* §. *1.* et *6.*, *incussus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *incussio*, *incussor*, *incussus*, *us.*

INCUTIO proprie est quatio aliquid contra aliquam rem, impingo; *scuotere, urtare. Plin. 7. 54. 2.* Incutere pollicem limini cubiculi; *urtare col pollice nel limitare. Quintil. 2. 12. a med.* Terrae pedem incutere; *batter col piede in terra. Curt. 9. 9.* Incutiebantur puppibus prorae. — **2)** Pro infligere. *Senec. Here. Fur. 88.* Viperea saevae verbera incutiant manus. *Iuvenal. 9. 5.* colaphum incutimus lambenti crustula servo. *Liv. 5. 41. sub fin.* Incutere scipionem in caput alicuius. *Seren. Sammon. 47. 872.* scorpius incussit vulnus atrox. — **3)** Pro mittere, iacere; *scagliare. Tacit. 15. Ann. 39.* Tormentis faces, et hastas incutere. *Id. 3. Hist. 51.* Tela saxaque incutere. *Curt. 8. 4.* Repente imber grandinem incutiens, torrentis modo effunditur. — **4)** Item simpliciter pro quatere, pulsare. *Avien. Perieg. 827.* incute doctam, Phoebe, chelyn: totis Helicon adspiret ab antris. — **5)** Frequentius vero (qui tamen sensus est translatus)

II. *Incutio* est inicio, immitto, obicio, infundo; *infondere, ispirare, mettere:* et dicitur fere de iis, quae animum subito quatiunt, turbant, immutant. *Cic. 2. Orat. 51. sub fin.* Timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 4.* Incutit multis magnum metum. *Cic. 1. Att. 16. circa med.* Incutere alicui dolorem. *Al. leg.* inurere. *Id. Univ. 10.* errorem. *Pers. 5. 187.* alicui Deos; *h. e.* obiicere, et iniicere Deorum timorem. *Ovid. 1. Trist. 11. 42.* se rigidas incutiente minas. *Liv. 22. 42. a med.* religionem animo. *Id. 2. 8.* alicui foedum nuncium; *recare all' improvviso trista novella. Curt. 4. 10.* formidinem. Et *5. 6.* ingentem sollicitudinem. *Horat. 1. Ep. 18. 17.* pudorem. *Lucret. 6. 592.* tremorem. Et *772.* morbos. *Iustin. 38. 7. a med.* Adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum. *Horat. 1. Ep. 14. 23.* fornix, et uncta popina incutiunt urbis desiderium; *fanno venir voglia.* Et *2. Sat. 1. 80.* ne forte negoti Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum; *h. e.* aliquod negotium facessat. *Lucret. 1. 19.* et *922.* amorem per pectus, et in pectus. — **6)** Pro indere, addere. *Virg. 1. Aen. 75.* Incute vim ventis. — **7)** Pro concutere, percellere. *Val. Flacc. 3. 551.* Crebrior incussit mentem pavor.

Nota. Constructio verbi ordinaria est cum accusat. rei et dativo rei vel personae, rarius cum alio accusativo et praepos. *in:* V. loc. *Liv.* in §. *2.* et *Lucret.* in §. *6. fin.*

INDĀGĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *indago;* reus, in quem quaestio de crimine aliquo haberi potest. *Varr. 5. LL. 5.* §. *28.* Qui aliter facit, indagabilis ex ambitu causam dicit. *Al. leg.* indagabili: *alii eam vocem omittunt.* V. *Müll.* ad *h. l.* — **2)** Active, qui indagat. *Cassiod. de Astron.* et *Boëth. demonstr. art. Geom. p. 594. Lachm.* Aliquid indagabili ratione discutere. Adde *Isid. 5. Orig. 25.*

INDĀGANTER. Adverb. ab *indagans;* cum indagatione; *seguendo la traccia diligentemente. Colum. 5. 1.* Boni venatoris est indaganter quamplurimas feras capere. *Schneid. rectius leg.* indagantem.

INDĀGĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *indago;* inquisitio ferarum: et translate omnis inquisitio, seu perscrutatio; *investigazione, ricerca. Cic. 1. Offic. 5.* Velut ex ea parte, quae primo descripta est, inest indagatio, atque inventio veri. *Gell. 18. 2.* Inopinati fortuitique verbi indagatio; *esame, interpretazione.*

INDĀGĀTOR, ōris, m. Verbale ab *indago;* venator, qui nempe, ut ait *Virg. 4. Aen. 121.*, saltus indagine cingit; *cacciatore. Isid. 18. Orig. extr.* Quatuor sunt venatorum officia, vestigatores, indagatores, alatores, pressores. — **2)** Dicitur et de aliis rebus. *Colum. 2. 2. a med.* Indagator aquarum. — **3)** Translate inquisitor in genere. *Colum. 9. 8. ad fin.* Sed indagatorem conveniet matutina tempora vestigandi eligere. *Plaut. Trin. 2. 1. 15.* Celati indagator. *Alii leg.* celatûm. V. INDICATOR.

INDĀGĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *indago;* quae indagat; *indagatrice. Non. 1. 86.* Feminae ad libidinem virorum indagatrices. — **2)** Translate. *Cic. 5. Tusc. 2.* O vitae philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 1.* Subtilissima rerum indagatrix ratio.

INDĀGĀTUS, a, um. Particip. verbi *indago;* venando conquisitus. *investigato, ricercato.* Translate. *Cic. 2. Att. 7.* Eaque etiam velim, omnibus vestigiis indagata, ad me afferas.

INDĀGĀTUS, us, m. Verbale ab *indago;* indagatio. In sexto casu sing. *Apul. 7. Met.* Tota factione militarium vexillationum indagatu confecta atque concisa.

INDĀGES, is, m. Verbale ab *indago;* indagatio. *Claud. Mamert. Stat. anim. 2. 2.* Quid dignum tanta indage sentirent. *Prudent. 2. Symmach. 845.* Quaesitura Deum variata indage latentem.

INDĀGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. forma activa, pro qua et *indagor, āris*, deponentium more etiam adhibetur (V. infra §. 3.), ab *indu* pro *in* et *ago*, duabus vocalibus in unam longam contractis. — **b)** Particip. *indagatus*, V. suo loco, *indagaturus* §. *1* — **c)** Derivata, *indagabilis, indaganter, indagatio, indagator, indagatrix, indagatus, us, indages, indago, inis*, et *indagus.*

INDAGO proprie est verbum venatorum, et canum feras investigantium; *indagare, investigare, cercare. Cic. 2. Fin. 15.* Canis natus ad indagandum. *Apul. 8. Met.* Die quadam Tlepolemus indagaturus feras. — **2)** Translate est diligenter inquirere, exquirere, investigare. *Cic. 4. Verr. 54.* Acutissime tota provincia, quid cuique esset necesse, indagare et odorari solebat. *Id. Mil. 37.* Cum illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exstinxi. *Id. Orat. 5.* Inusitatas vias indagare, tritas relinquere. *Id. 2. Att. 4. a med.* Tu quidquid indagaris de republica, et maxime quos consules futuros putes, facito ut sciam. — **3)** Deinde, deponentium more,

INDAGOR, āris, āri. Sensu proprio. *Varr. 5. LL. 18.* Vestigator a vestigiis ferarum, quas indagatur.

INDĀGO, ĭnis, f. Verbale ab *indago, as*, quod proprie in re venatoria significat inclusionem ferarum, quae fit retibus seu plagis, vel etiam serie seu corona hominum itinera obsidentium, item formidine, fossa, aut sepibus, ita cingendo saltus et nemora, ut ibi latentes ferae qua evadant, non habeant. *Virg. 4. Aen. 121.* Dum trepidant alae, saltusque indagine cingunt. *Tibull. 4. 3. 7.* densos indagine colles Claudere. *Claudian. 2. in Rufin. 373.* Sic ligat immensa virides indagine saltus Venator. — *Flor. 4. 2. ante med.* Missae quoque in auxilium eius rates, nova arte, actis sub mare funibus, captae quasi per indaginem. Et *12. a med.* Partito exercitu totam amplexus Cantabriam, efferam gentem ritu ferarum quasi indagine debellabat. *Hirt. 8. B. G. 18.* Campus patens, silvis undique impeditissimis, aut altissimo flumine, velut indagine munitum. *Auson. 4. ep. 29.* cervos Circumdas maculis et multa indagine pinnae. — **2)** Translate *indago* dici potest septum fossa, agere, turribus longo spatio ductum, arcendis hostium incursibus; *linea, cordone. Lucan. 6. 38.* planumque per ardua Caes-

Digitized by Google

sar Ducit opus, pandit fossas, turritaque summis Disponit castella iugis; magnoque recessu Amplexus fines, saltus, nemorosaque tesqua, Et silvas, vastaque feras indagine claudit. — **β)** Dicitur et de aliis rebus. *Arnob. 4. p. 151. sub fin.* Hercules pestiferi tegminis circumretitus indagine; *h. e.* veste tanquam rete. *Plin. Paneg. 53.* Delatores in aeternum repressisti, mille poenarum indagine inclusos. — *Tacit. 15. Ann. 42.* Testamenta, et orbos velut indagine capi. — **4)** Universim est inquisitio, investigatio; *vicerea*. *Plin. 9. 6. 1.* In qua sententia fuisse Aristotelem video, et multis persuasisse doctrinae indaginibus. *Gell. 7. 16.* Has undiquevorsum indagines cupediarum maiori detestatione dignas censebimus. *Imp. Iustinian. Cod. 4. 31. 14.* Si invenerint, eas maiorem et ampliorem exposcere indaginem; *esame*.

Nota. Instrumenti huius venatorii figuram describit *Cavedoni* in *Marmi Moden. p. 139.* et *seq.*

INDĀGUS, a, um. Adiect. verbale ab *indago;* qui indagat. Legitur in *Placid. Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 471.* — Olim tribuebatur *Capell. 1. p. 9.* Quodque indaga veri Cura facit dubium. *Sed alii melius leg.* indiga veri, nam secunda syllaba male corriperetur in *indaga*.

INDAMNUS. V. INDEMNIS.

INDAUDĬO, is, īvi *et* ii, ītum, īre. Verbum transitiv. ab obsoleto *indu* et *audio* (non autem ab *in* et *audio*, inserta littera *d*, eadem ratione qua in *prodeo*. Cf. *Ritschel* in *Prolog.* ad *Plaut. p. 145.*), in usu apud *Plaut. Mil. 2. 2. 56.* et *2. 5. 32., Capt. prol. 30., Most. 3. 1. 10., Stich. 1. 2. 19.* Et alibi, quibus aliisque locis olim simpliciter *inaudio* legebatur, sed *indaudio* ex MSS. Codd. Recentiores revocarunt. Sic *Id. Merc. 3. 2. 101.* Rogito, quis eam vexerit, quis habeat, si indaudiverit. Et *ibid. 104.* Sed de amica se indaudisse autumet. Cf. INAUDIO §. 1. et 2.

INDĔ. Adverb., quod alii ab *in* et *de* factum putant, alii autem a Graeca voce ἔνδεν derivant. V. *Hand, Tursell. T. 3. p. 558.* et *seq.* — **b)** Penultima correpta apud *Plautum* aliquando adhiberi, animadvertit cl. *Ritschel* in *Prolegom.* ad *Plaut. p. 126.* — **c)** De commutatione sive confusione huius particulae in antiquis MSS. et editis libris cum *unde, deinde, vide, idem, vim*, V. eundem *Hand, loc. cit. p. 571.* — **d)** Composita, *abinde, deinde, exinde, indidem, perinde, proinde, subinde*.

INDE proprie est adverbium locale et significat ex illo loco, unde aliquid exit vel emittitur; *da quel luogo, di là, indi*. *Plaut. Stich. 1. 2. 9.* Ad meam maiorem filiam inviso domum; Si quis me quaeret, inde vocatote aliqui. *Ter. Andr. 2. 2. 51.* etiam puerum inde abiens conspexi Chremis. *Cic. 7. Att. 21.* Eo die mansi Calibus: inde has litteras dedi. *Caes. 1. B. G. 33.* Ut in provinciam exirent, atque inde in Italiam contenderent. *Liv. 8. 22.* Palaepolis fuit haud procul inde ubi nunc Neapolis sita est. *Curt. 5. 8.* Clavium triginta inde stadia abesse praemissi indicabant. *Val. Flacc. 5. 62.* triplici pulsans fastigia crista Inde ciere virum. *Liv. 25. 35.* Salutare in praesens credebat cedere inde. — **2)** Aliquando est ex ea parte, ibi; *da quella parte, ivi*. *Liv. 8. 6.* Comparant inter se, ut ab utra parte cedere Romanus exercitus coëgisset, inde se consul devoveret pro populo Romano. *Curt. 5. 8.* Alii in iugum montis evaserunt, ut hostium agmen inde prospicerent. *Lucan. 4. 708.* Qua stetit, inde favet. — *Liv. 8. 15.* Licet delere omne Latium, vastas inde solitudines facere, unde sociali egregio exercitu . . . saepe usi estis. — **3)** *Inde loci* est ex eo loco: sed per catachresin ponitur pro ex eo tempore, vel deinde. *Lucret. 5. 789.* inde loci mortalia saecla creavit. *Enn.* apud *Fest.* in *Lituus, p. 116. Müll.* Inde loci lituus sonitus effudit acutos. *Lucil.* apud *Non. 4. 105.* Multis inde loci sermonibus concelebrarunt. *Al. hic aliter leg. Cic. Arat. 327. (373.)* Humidus inde loci collucet Aquarius orbe. Adde *Lucret. 5. 458.* et *540.* — **4)** Componitur etiam cum aliis particulis relativis, *inde-unde, inde-ubi, inde-quo*. *Cic. 13. Att. 39.* Nec enim inde venit, unde mallem. *Auct. 9. ad Herenn. 14.* Si inde incipiemus narrare, unde necesse erit. *Id. Caecin. 12.* Nunc vero delectum nullo modo esse inde, ubi non fuerit. *Virg. 3. Aen. 69.* Inde ubi prima fides pelago. *Id. 6. ibid. 201.* Inde ubi venere ad fauces graveolentis Averni. *Caes. 3. B. C. 43.* Si legiones sese recepissent inde, quo temere essent progressae. — **5)** Deinde, sensu translato,

II. *Inde* refertur interdum ad res ipsas. *Cic. Rosc. Am. 27.* Ex avaritia erumpat audacia, necesse est; inde omnia scelera gignuntur. *Id. 1. Invent. 30.* Si unde necesse est, inde luitium sumetur. *Liv. praef.* Inde tibi, quod imitere, capias. *Plin. 7. ep. 5.* Inde est, quod etc.; *quindi è, che* etc. *Plaut. Bacch. 4. 9. 83.* Inde a principio iam impudens epistola est. *Id. Amph. 1. 1. 275.* cadus erat vini, inde implevi birneam. *Virg. 3. G. 489.* Aut si quam ferro mactaverat ante sacerdos, Inde neque impositis ardent altaria fibris. *Quintil. 1. 11. 15.* A lavando lotus, et inde versus illitus. *Liv. 2. 8.* Inde cognomen factum Publicolae est. — **6)** Componuntur ex ea formulae *hinc-inde, hinc et inde, hinc atque inde*. *Tacit. 2. Ann. 80.* Hinc militum, inde locorum asperitas. *Martial. 3. 58. 19.* gemit hinc palumbus, inde cereus turtur. *Id. 1. 118. 11.* Scriptis pestibus hinc et inde totis. *Id. 3. 57. 1.* Quidquid ponitur hinc et inde, verris. *Plin. Paneg. 22.* Videres alacrem hinc atque inde populum. V. HINC §. 3. — **7)** Aliquando repetitur, *inde-inde* pro *hinc-inde*. *Lucan. 7. 511.* Inde sagittae, inde faces et saxa volant. — **8)** Item refertur interdum ad personas. *Ter. Adelph. 1. 1. 21.* uxorem duxit: nati filii Duo: inde ego hunc maiorem adoptavi mihi. Sic et *Plaut. Pseud. 2. 2. 38.* Quia videre inde esse; *h. e.* ab illo milite. *Apul. Florid. n. 18.* Protagoras . . . Democriti physici civis aequaevus: inde ei suppeditata doctrina est. — **9)** Item

III. *Inde* saepe refertur ad tempus, et significat ex eo tempore; *indi, da quel tempo, poscia*. *Nep. Phoc. sub fin.* Ne perorandi quidem ei data est facultas. Inde iudicio damnatus, etc. *Suet. Tib. 9.* Exhinc Rhaeticum bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. *Liv. 1. 3.* Agrippa inde, post Agrippam Romulus Silvius regnat. *Caes. 5. B. C. 9.* Eodem impetu altera castra sunt adorti, inde tertia, deinceps reliqua. *Cic. Prov. cons. 15.* Iam inde a principio huius imperii; *sin dal principio*. *Liv. 4. 56.* Iam inde ab incunabulis. *Cic. Arch. 1.* Quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis: inde usque repetens, hunc video etc.; *sin d'allora*. Et *Brut. 90. extr.* Prima causa pro Sex. Roscio dicta: deinceps inde multae; *e dopo quella sussegueniemente molte*. *Ter. Heaut. 1. 1. 1.* Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum est: Inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus ee; *h. e.* omnino ex eo tempore, quo etc. *Ovid. 1. Met. 181.* Talibus inde modis ora indignantia solvit. *Val. Flacc. 5. 225.* Inde canens. *Stat. 4. Silv. 4. 26.* Certum est: inde sonus geminus mihi circuit aures. — *Plin. 19. 23. 2.* Palma Romae Amiterninis datur, inde Nursinis, tertia nostratibus.

Nota. Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Tursell. T. 3. pag. 558-571.*

INDĔBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *in* intentiva et *debilitas;* idem quod debilitas. *Primas.* in *epist. ad Corint. 1. 15.* Quibus respondendum est, quod in resurrectione non indebilitatis vitium, sed natura reparetur.

INDĔBĬTĒ. Adverb. ab *indebitus;* immerito, iniuria; *indebitamente, contro il dovere*. *Paul. Dig. 22. 3. 25. sub fin.* Si cautio indebite exposita esse dicatur. Adde *Chrysolog. Serm. 161. a med.* Cf. INDEBITUS §. 3.

INDĔBĬTŌ. V. INDEBITUS §. 3.

INDĔBĬTOR, oris, m. Nomen ab *in* intentiva et *debeo;* qui debet, devotus, officiosus. Legitur haec vox in *Gloss. Arab. Lat.* apud *Ducange*.

INDĔBĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *debitus;* qui non debetur; *non dovuto, indebito*. *Virg. 6. Aen. 66.* et *Ovid. 16. Heroid. 19.* Praemia magna quidem, sed non indebita posco. *Val. Flacc. 5. 509.* Non aliena peto terrisve indebita nostris. — *Augustin. de catechiz. rudib. 10. n. 14.* Indebitum quippe est, ut etiam ipse faciam in hoc volumine, quod fieri oportere praecipio. — **β)** Absolute, substantivorum more,

INDEBITUM, i, n. Est res vel pecunia indebita. *Paul. Dig. 12. tit. 6.* qui *De condictione indebiti* inscribitur, *leg. 65. in fin.* Indebitum est, non tantum quod omnino non debetur, sed et quod alii debetur, si alii solvatur, aut si id, quod alius debebat, alius, quasi ipse debeat, solvat. — **γ)** Item, adverbiorum more,

INDEBITO, idem ac indebite. *Ulp. ibid. 12. 6. 25.* Tria indebito soluta sunt.

INDĔCENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *decens*. — Comparat. *indecentior* §. 2., superlat. *indecentissimus* §. 2. — Proprie est non decens, deformis, indecorus, turpis; *brutto, indecente, indecoroso, sconvenevole*. *Petron. Satyr. 128.* Numquid indecens sum? numquid incompta? *Martial. 5. 14.* Oculoque lodos spectat indecens uno. — **β)** De rebus. *Id. 2. 11.* indecens nasus. *Id. 11. 61.* morbus; *vergognoso*. *Suet. Claud. 30.* risus. *Quintil. 11. 3. post med.* In hac cunctatione sunt quaedam non indecentes, ut appellant scenici, morae, caput mulcere, manum intueri, etc. *Vitruv. 7. 5. a med.* Ita indecens inter locorum proprietates status signorum, publice civitati vitium existimationis adiecit. V. INDECENTIA. *Senec. 3. Controv. praef. a med.* Nihil indecentius, quam ubi scholasticus forum, quod non novit, imitatur. *Sidon. 9. ep. 1.* Indecentissimum est materiae unius simplex principium, triplices epilogos inveniri. — *Mar. Victorin. 2. 2. 14.* Qui per singulos pedes verba terminavit, erit indecens. *Cael. Aurel. 3. Chron. 11. 129.* Indecens difficultas patientes afficit.

INDĔCENTER. Adverb. ab *indecens*. — Comparat. *indecentius*, superlat. *indecentissime*, infra. — Est non decenter, parum decenter; *indecentemente, sconvenevolmente*. *Quintil. 1. 5. ad fin.* Non indecenter efferri. *Martial. 12. 22.* Quam sit lusca Philaenis indecenter, etc.; *quanto sia bruttamente losca*. *Petron. fragm. Tragur. 64. Burm.* Catella indecenter pinguis. *Senec. ep. 27.* Nunquam vidi hominem beatum indecentius. *Quintil. 8. 3. 45.* Intersistere indecentissime.

INDĔCENTĬA, ae, f. Abstractum ab *indecens;* deformitas, inconvenientia; *indecenza, sconvenienza*. *Vitruv. 7. 5. a med.* Non magnum indecentiae vitium. Loquitur *Vitruv.* de Alabandeis, quorum in gymna-

sio omnes statuae erant causas agentes, in foro autem discos tenentes, aut currentes, seu pila ludentes: quod contra esse oportuerat. *Cael. Aurel. 5. Chron. 8.* Siquidem hydropismus et difficultatem et indecentiam et periculum infert aegrotanti.

INDĔCĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* negativa et *deceo;* dedeceo; *essere sconveniente, star male. Plin. 5. ep. 1.* Iuvenes adhuc confusa quaedam, et quasi turbata non indecent; *non isconvengono.* — **2)** Est etiam (ab *in* intentiva) idem ac deceo. *Gell. 7. 12.* Feminis solis vestem longe lateque diffusam indecere existimaverunt. *Alii* indecorem *leg.* Possis etiam conlicere legendum *addecere.* — **3)** Impersonaliter

INDECET, ēbat, ēre. Reperitur in *Not. Tir. p. 111.* Decet, indecet, condecet.

INDĔCEPTĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *deceptibilis;* qui decipi non potest. *Boëth. Aristot. Top. 5. 3.* Quia de geometra non verificatur indeceptibilem esse ab oratione. Cf. PSEUDOGRAPHIA.

INDĔCEPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *deceptus;* non deceptus. *Gloss. Lat. Gr.* Indeceptus; *μὴ ἐπιχρησθείς.* — **2)** Sensu contrario ab *in* intentiva. *Id.* Indeceptus; *ἀκατοχῶν.*

INDĔCERNO, cernis, crēvi, cernĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *decerno,* idem ac decerno. *Gargil. de re hortens.* (edente *A. A. Scottio*) *5. 1.* Iulius Atticus ex Novembri in Februarium mensem serere *(castaneam)* indecrevit. *Scottius* hic putat scribendum esse *inde decrevit.*

INDĔCET. V. INDECEO §. 3.

INDĔCĪBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *in* et *decibilis;* conditio eius, qui minime decibilis est; *sconvenevolezza. Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 4. 2.* Quod quidem indecibilitatem universo Pleromati afferre inciperet.

INDĔCĪDŬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *deciduus;* non deciduus. *Boëth. Aristot. Topic. 6. 2. p. 706.* Alius *(locus est)*, si secundum metaphoram dixit: ut scientiam indeciduam, terram autem nutricem, aut temperantiam consonantiam.

INDĔCLĪNĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *declinabilis;* qui nullam in partem declinat, rigidus, firmus, constans; *costante, inflessibile, fermo. Sense. ep. 66.* Virtus animum rectum et indeclinabilem praestat. Et *ep. 74. a med.* Exacta prudentia, indeclinabilis iustitia. *Gell. 6. 2.* Fatum est sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum. — **2)** De personis. *Ammian. 25. 4.* Indeclinabilis iudex. — **3)** *Indeclinabile nomen* dicitur a Grammaticis, quod in casus non flectitur. *Diomed. 1. p. 288. 289. Putsch.* et *Priscian. 5. p. 668.* etc.

INDĔCLĪNĂBĬLĬTER. Adverb. ab *indeclinabilis;* firmiter, constanter. *Chalcid.* vertens *Tim. Plat. p. 8.* Figuram eius figurae mundi intelligibilis accommodans indeclinabiliter venustabat. *Maxim. Taurin. Homil. 77.* Fides indeclinabiliter ab eo servata. *Eugypp. Thesaur. 175.* Alicui constanter et indeclinabiliter haerere.

INDĔCLĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *declinatus;* indeclinabilis, firmus, constans; *costante, fermo. Ovid. 4. Trist. 5. 23.* Teque, quod est rarum, praesta constanter ad omne indeclinatae munus amicitiae. — **2)** De personis. *Id. 4. Pont. 10. 85.* qui perstas indeclinatus amico.

INDĔCLĪVIS, ve. Adiect. ab *in* et *declivis;* non declivis. *Chalcid.* in *Tim. Plat. p. 51.* Ad indeclivem rotunditatem redactum membrum.

INDĔCOR, ŏris, umn. gen. et Indĕcŏris, re. Adiect. ab *in* et *decor,* quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit. *Servius* in *7. Aen. 251.* putat compositum esse a nomine *decor,* et paenultimam obliquorum naturaliter produci, sed a Poëtis corripi per systolen, vel certe carere nominativo singulari. Etiam *Priscian. 6. p. 699. Putsch.* ponit nominativum *indecor.* Sed *Nonius* asserit, apud Antiquos fuisse in usu nominativum *indecoris* et *indecore.* Utcumque sit, *indecor* hodie non est in usu.

INDECOR et Indecoris, proprie est idem ac indecorus; *indecòro, di disonore. Accius* apud *Non. 8. 45.* Cuius sit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenit. *Virg. 7. Aen. 231.* Non erimus regno indecores. *Id. 12. ibid. 24.* Sunt aliae innuptae Latio, et Laurentibus arvis, Nec genus indecores. *ἀσχήμονες τὸ γένος,* Graeca loquendi ratio. *Val. Flacc. 1. 810.* pudibunda exitia, indecoresque obitus. *Claudian. 2. 1. Cons. Stilich. 145.* non indecores aeraria lassant Expensae.

INDĔCŎRĂBĬLĬTER. Adverb. ab *indecoro;* indecore. *Accius* apud *Charis. 2. p. 182. Putsch.* Indecorabiliter alienos aluot.

INDĔCŌRĔ. Adverb. ab *indecorus.* — Comparat. *indecorius,* infra. — Est indecenter, turpiter; *indecentemente. Cic. 1. Offic. 4.* Ne quid indecore, effeminateque faciat. *Tacit. 5. Hist. 23.* Captae lintres sagulis versicoloribus haud indecore pro velis iuvabantur. *Front. 1. ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 2. ante med.* Nec mediocriter laborandum est, ne procerae illae sententiae male sint amictae, neve indecorius cinctae, neve sint seminudae.

INDĔCŎRIS, re. V. INDECOR.

INDĔCŎRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *decoro.* — Particip. *indecorans,* infra. — Est dedecus affero; *disonorare. Accius* apud *Non. 2. 400.* Me spernens, incilans probris, sermone indecorans. Quidam tribuunt et *Horatio, 4. Od. 4. 56.* Indecorant bene nata culpae. *Al. leg.* dedecorant, *sed prius praestat.*

INDĔCŎRUS, a, um. Adiect. ab *in* et *decorus;* indecens, turpis; *indecòro, indecente, disonorevole. Cic. 1. Offic. 27.* Quod animo magno fit, id dignum viro et decorum videtur: quod contra, id ut turpe, sic indecorum. *Id. 5. Fin. 4.* Nihil malum, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, pravum, flagitiosum, foedum. *Id. Orat. 21. extr.* Quam indecorum est, de stillicidiis cum dicas, amplissimis verbis et locis uti communibus; de maiestate populi R. submisse et subtiliter! *Plin. Paneg. 46.* Effeminatae artes et indecora saeculo studia. *Quintil. 1. 10. 1.* Indecorus gestus. *Plin. 18. 68. 1.* Pecora exsultantia et indecora lascivia ludentia. *Id. 14. 4. 7.* Uva indecora visu; *brutta a vedersi.* Et *13. 24. 2.* Charta indecoro visu pertranslucida; *di brutta vista.*

INDĔFĂTĪGĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *defatigabilis;* qui defatigari non potest; *instancabile. Sense. 2. Ira, 12.* Vigiliam indefatigabilem extendit.

INDĔFĂTĪGĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *defatigatus;* non defatigatus; *instancabile. Senec. Consol. ad Marc. 18.* Intratura ea urbem indefatigata caelestium officia volventem.

INDĔFECTĪBĬLĬTER. Adverb. ab *in* et *defectus;* perpetue, constanter. *Maxim. Taurin. Homil. 7.* Indefectibiliter credere.

INDĔFECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *defectus;* indeficiens, perpetuus; *indefettente. Apul. de Deo Socrat.* Vivacitas aeterna et indefecta. *Tertull. Pall. 3.* Chamaeleon ieiunus semper et indefectus. *Cassiod. 1. Var. 45.* Indefecta rotatio.

INDĔFENSĔ. Adverb. ab *indefensus;* sine defensione et munimine iuris, legum, consuetudinis. *Imp. Iustinian. Cod. 4. 18. 2. extr.* Quae negotiatores indefense constituerint.

INDĔFENSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *defensus;* non defensus; non *difeso. Liv. 25. 15.* Ut Capuam desertam indefensamque populo R. tradat. Et *4. 28.* Hic praebituri vos telis hostium estis, indefensi, inulti? *Tacit. 3. Ann. 77.* Ut te inauditum et indefensum vulgus imperitum primo rumore rapiat. Et *11. ibid. 34.* Ne indefensa coniux exitio daretur. *Sil. 6. 652.* Campania bellum indefensa recepit.

INDĔFESSĔ. Adverb. ab *indefessus;* sine defessione. *Spartian. Ael. Ver. 5.* Cursores suos indefesse atque inhumaniter faciens cursitare; *indefessamente, continuamente.* quasi non fatigarentur. *Auson. Gratiar. act. 35.* Omnia agere indefesso et benigne; *instancabilmente.* Adde *Hilar.* in *Psalm. 65. n. 7.*

INDĔFESSIM. Adverb. ab *indefessus;* indefesse. *Sidon. 5. ep. 2. sub fin.* Honorum amicitias indefessim expetere. Adde *Claudian. Mamert. 1. Stat. an. 7. 1.*

INDĔFESSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *defessus;* non fessus, indefatigatus; *indefesso, instancabile. Virg. 12. Aen. 651.* Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem. *Ovid. 9. Met. 198.* defessa inbendo est Saeva Iovis coniux: ego sum indefessus agendo. *Tacit. 16. Ann. 22.* Assiduus et indefessus.

INDĔFĪCIĒNS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *deficiens;* qui non deficit; *indefettente. Tertull. advers. Iud. 14.* Decor indeficiens.

INDĔFĪCIENTER. Adverb. ab *indeficiens;* indesinenter. *Augustin. 12. Confess. 11.* et *Eugypp. Thesaur. 166.*

INDĔFĪNĪTĔ et Indiffinito. Adverb. ab *indefinitus;* non determinatedo. *Gell. 2. 24.* Promiscue atque indefinite largiri. *Aggen. Urb. de agror. qualit. p. 8. Lachm.* In ambiguo videtur hic ager et velut indefinite remansisse. Adde *Hilar.* in *Psalm. 118. litt. 9. fin.* — *Boëth. 2. in Aristot. Categ. p. 257. Migne.* Indiffinito autem non sciet, quod hoc est peiore melius. Cf. DEFINITO §. b.

INDĔFĪNĪTUS (et Indiffinitus), a, um. Adiect. ab *in* et *definitus;* nullis rationibus circumscriptus, obscurus, implexus; *infinito. Gell. 16. 4.* Indefinitus inexplicabilisque sermo fiet. — **2)** *Indefinitus modus* apud Grammaticos est idem ac infinitivus. *Gell. 1. 7.* Plautus *aectirum,* Laberius *facturum* indefinito modo dixerunt; *h. e.* absolute, et nulla habita ratione numeri, personae, generis.

INDEFLĔBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *defleo;* qui defleri non potest. *Gloss. Philox.* Indeflebilis; *ἀκλαυτος.*

INDEFLĔTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *defletus;* non defletus, cuius mortem nemo lacrimis est prosecutus; *non pianto. Ovid. 7. Met. 611.* indefletaeque vagantur Natorum matrumque animae.

INDEFLEXĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *deflecto;* qui nequit deflecti. *Cassian. 5. Instit. 17.* Non currit in incertum, qui caelestem Hierusalem conspiciens, defixum habet, quo sibi cordis sui indeflexibilis sit diligenda pernicitas.

INDEFLEXUS, a, um. Adiect. ab *in* et *deflexus;* qui non flectitur, non inclinatur; *non piegato. Plin. Paneg. 4.* Ad hoc aetatis indeflexa maturitas; *h. e.* nondum deflexa in senii debilitatem. *Apul. de Deo Socrat. ab init.* Indeflexo cursu; *diritto. Hilar.* in *Psalm. 126. n. 18.* Indeflexa linea. *Id. ibid. 142. n. 3.* constantia.

Digitized by Google

INDEGENA et INDEGENITUS. } V. INDIGENA et INDIGENITUS.

INDEIECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *deiectus;* non deiectus; *non abbattuto. Ovid. 1. Met. 288.* Si qua domus mansit, potuitque resistere tanto Indeiecta malo. *Al. leg.* indiiecta.

INDĒLASSĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *delassatus;* non delassatus; *non istancato. Manil. 5. 63.* Indelassato properantia corda labore. *Alii leg.* vigore.

INDĒLĒBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *delebilis;* qui deleri non potest; *indelebile, sempiterno, perpetuo. Ovid. 15. Met. 876.* nomenque erit indelebile nostrum. *Id. 2. Pont. 8. 26.* saecli decus indelebile nostri. *Gaudent. Serm. 2.* Redemptionis nostrae indelebilem memoriam teneamus.

INDĒLECTATUS, a, um. Adiect. ab *in* et *delectatus;* non delectatus; *non dilettato. Petron. Satyr. 87.* At ille non indelectatus nequitia mea.

INDĒLĪBĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *delibatus;* illibatus, intactus; *non tocco, intiero, puro. Ovid. 1. Trist. 5. 28.* Indelibatas cuncta sequuntur opes. *Sil. 15. 271.* Indelibata virgo.

INDĒLĪBĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *deliberatus;* non deliberatus; *indeliberato. Cassiod. 7. Variar. 3.* Nil subitum aut indeliberatum iubemus assumi. *Id. 12. ibid. 22. ad fin.* Inaequalis quippe arbiter, qui sententiam mittit in casum, et mali sibi probatur conscius, qui est indeliberata dicturus.

INDĒLICTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *delictus;* non malus, nihil delicti in se habens. *Attius* apud *Fest.* in *Probrum, p. 229. Müll.* Qui nisi probrum, omnia alia indelicta aestimant. — *Indelicta* alii substantive accipiunt; h. e. non delicta, ut *inquies*, non quies, *incultus* substant. non cultus, quae V. suo loco.

INDĒMĪNŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *deminutus;* non deminutus. *Zenon. 2. Tract. 13. 3.* Indeminutae deitatis paterna substantia.

INDEMNĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *indemnis;* vacuitas a damnatione. *Gloss. Gr. Lat.* Ἄζημιον; indemnatio, indemnitas.

INDEMNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *damnatus,* quod alterum vi compositionis est corruptum; non damnatus; *non condannato. Cic. 2. Agr. 21.* Cum bona indemnatorum civium funesta illa auctione sua venderet. *Vellei. 2. 45.* Indemnatum civem interimere. *Plaut. Curc. 5. 3. 17.* Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi? *Cato Dir. 84.* Exsul ego, indemnatus, egens mea rura reliqui. — 2) Idem ac innocens. *Apul. 10. Met. ad fin.* Mihi vero quasi indemnato et innocio parceret.

INDEMNIS, ne. Adiect. ab *in* et *damnum,* quod alterum vi compositionis corruptum est et in adiectivum migravit; nullo affectus damno; *senza danno. Senec. 9. ad fin.* Illaesus et indemnis evasit. *Ulp. Dig. 17. 2. 23.* Socios praestare indemnes. — *Non. 4. 567.* tribuit etiam *Ciceroni, 3. Offic. 16. a med.,* ubi in editis aliter leg. — In *Gloss. Lat. Gr.* scribitur *Indampnus;* ἄζημιος. (Cf. DAMNUM §. b.) et *Gloss. Gr. Lat.* Ἄζήμιος; indemnus. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 171. n. 147.*

INDEMNĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *indemnis;* ratio damni vitandi, securitas; *indennità, sicurezza. Papinian. Dig. 3. 5. 31.* Alicuius indemnitati consulere. *Ulp. ibid. 12. 4. 5.* Indemnitatem alicui praestare. *Ammian. 21. 16.* Provinciarum indemnitati prospicere. — In plur. num. *Gloss. Lat. Gr.* Indemnitates; τὰ ἀζήμια.

INDEMNUS, a, um. V. INDEMNIS.

INDĒMONSTRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *demonstrabilis;* qui demonstrari non potest, vel demonstratione non eget. *Apul. Dogm. Plat. 3.* Primi quatuor *(modi)* indemonstrabiles nominantur, non quod demonstrari nequeant, sed quod simplices tamque manifesti sunt, ut demonstratione non egeant. Adde *Boëth. Aristot. Analytic. posterior. 1. 2.*

INDĒMONSTRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *demonstratus;* non demonstratus; *indimostrato. Boëth. Aristot. Analyt. prior. 2. 1.* Indemonstrata propositio.

INDEMPTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *demptus;* ablatus. *Gloss. Lat. Gr.* Indempti; ἀπομόσαντες.

INDĒMŪTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *demutabilis;* qui mutari non potest. *Tertull. advers. Hermog. 12.* Deus inconvertibilis et indemutabilis. Adde *Zenon. 2. Tract. 2., Ennod. 6. ep. 1.* et *Hilar. in Psalm. 120. n. 14.*

INDĒMŪTĀBĬLĬTER. Adverb. ab *indemutabilis,* idem ac immutabiliter. *Ennod. 5. ep. 21.* Ego ut tarde amicos eligo, ita in bis indemutabiliter persevero. *Mar. Marcal. Refutatio Theod. Symb. 12.* Deus hominem, indemutabiliter caro factus, suscepit et gessit.

INDĒMŪTANDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *demuto;* non demutandus; *da non mutarsi. Hilar. in Psalm. 118. litt. 20. fin.* Haec itaque indemutandae veritatis est constitutio. Adde *11. Trinit. 28. fin.*

INDĒMŪTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *demutatus;* non mutatus. *Hilar. in Psalm. 122. n. 8.* Fides usque ad consummationem misericordiae Dei immobilis et indemutata permaneat.

INDENTĀTĬO, ōnis, f. V. voc. seq. *fin.*

INDENTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *dens;* dente infringo. *Lucifer Caral. prol. Athanas. 2. p. 924. Migne.* Conspicis interea mandasse Apostolum, ut vos veritati resistentes indentemini episcopi interventu; h. e. ut infringamini et conteramini sana doctrina et auctoritate talis episcopi. Sic et *Pacian. ep. 2.* De similibus quidem Apostolus, quos oportet indentari. Cf. *Ducange* in *Gloss. med.* et *inf. Latin.* ad h. v. — *Idem* habet etiam verbale *indentatio* ex *Gloss. Gr. Lat.,* ubi tamen in editis est *bidentatio.* V. hanc alteram voc.

INDĒNUNCĪĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *denunciatus;* non denunciatus; *non denunziato. Senec. Sunior. 5.* Arma indenunciata. *Id. ibid. 2.* Indenunciata sorte rapi.

INDĔPISCOR. V. INDIPISCOR.

INDEPLŌRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *deploratus;* indefletus; *non pianto. Ovid. 3. Trist. 3. 46.* Indeploratum barbara terra teget.

INDEPRĀVĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *depravatus;* incorruptus; *non guasto. Senec. ep. 76. circa med.* Si una indepravata virtus est, et sola permanet tenoris sui.

INDEPRĔCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *deprecabilis;* qui nullis precibus potest averti. *Gell. 1. 15.* Et poena indeprecabilis subeunda esset. *Onom. Lat. Gr.* Indeprecabilis; ἀπαραίτητος.

INDEPRĔHENSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *deprehensibilis;* qui deprehendi non potest. *Quintil. Declam. 8. 11.* Inerrabile, indeprehensibile est, quidquid nos elementorum varia compago formavit. *Id. ibid. 4. 15.* Nec *(mathematicus)* per varias ambages indeprehensibilem sparsit errorem. *Inscr.* in *Biblioth. Ital. T. 3. p. 54.* Signum indeprehensibilis Dei *(h. e.* Mithrae) C. Valerius Sacerdos *sua pecunia posuit. Orelli,* qui hanc *Inscr.* bis refert *n. 1912.* et *5000.,* leg. *indeprehensivilis (minus autem recte priore loco imdeprensivilis).*

INDEPRĔHENSĪBĬLĬTER. Adverb. ab *indeprehensibilis;* incomprehensibiliter. *Vigil. Tapsens. contra Eutychet. 5. 25.* Verbum et substantialiter, ineffabiliter et indeprehensibiliter factus sit homo.

INDEPRĔHENSUS, et *per syncopen apud Poëtas,* Indeprensus, a, um. Adiect. ab *in* et *deprehensus;* non deprehensus, incognitus. *Virg. 5. Aen. 591. de labyrintho.* Falleret indeprensus et irremeabilis error. *Stat. 8. Theb. 565.* quis Maenaliae Atalantes Nesciat egregium decus, et vestigia cunctis indeprensa procis? — *Mamert. Claudian. 2. Stat. an. 8. de anima.* Illocalis atque indeprehensa vis quaedam, quae sine spatio capax, corpus haurit et continet.

* INDEPRENSIVILIS. V. INDEPREHENSIBILIS *fin.*

INDEPRENSUS. V. INDEPREHENSUS.

INDEPTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *indipisco,* unde *indeptus;* adipiscor. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 106. Müll.* Indeptare, consequi.

INDEPTUS, a, um. Particip. verbi *indipisco;* adeptus; *conseguito. Plin. praef. Hist. nat. 7.* Cato repulsis tanquam honoribus indeptis gaudens. *Al. male leg.* ineptis. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. 12. 24. 11.* Indeptae dignitatis honore potiantur. — 2) Activa significatione ab *indipiscor; che ha conseguito. Paullin. Pell. 112.* Hoc quoque me indeptum divino munere novi. *Auson. Praefatiuns. ad Syagr. 37.* Et prior indeptus fasces Latiamque curulem, Consul, collega posteriore, fui. Adde *Plin. 2. 55. 5.*

INDESCRIPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *descriptus;* non descriptus. *Colum. 3. 21. ante med.* Quod indescriptis vitibus contingere potest. *Male qui separatim leg.* in descriptis, *at melius qui (cum Pontedera) leg.* indiscretis. V. INDISCRETUS. *Sidon. carm. 2. 412.* Halant rura rosis, indescriptosque per agros Fragrat odor; h. e. nullis privatorum terminis definitos.

INDĒSERTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *desertus;* qui non deseritur; *non abbandonato. Ovid. 2. Amor. 9. 52.* Indeserta meo pectore regna tene.

INDĒSES, ĭdis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *deses;* non deses, strenuus; *non pigro. Gell. 7. 22. extr.* Existimandum est, non omnino inculpatum, neque indesidem visum esse, cuius corpus in tam immodicum modum luxuriasset, exuberassetque.

INDĒSĪNENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *desino;* qui non desinit, continuus. *Rufin. 8. Recognit. 17.* Continuationes atomorum indesinenti cursu venientium. *Ennod. 6. ep. 10.* Indesinentes pro vobis ducat excubias.

INDĒSĪNENTER. Adverb. ab *indesinens;* semper, sine intermissione; *incessantemente, continuamente. Varr. 2. RR. 9. extr.* Et, si alter indesinenter aeger est. Quae tamen lectio *Scaligero, P. Victorio, Borrich.* et *aliis* mendosa, at *Schneidero* abundare videtur. *Veget. 1. Milit. 26.* Ut assiduo exercitio milites in acie dispositos ordines indesinenter observent. *Al. recte omittunt* indesinenter. *Cyprian. ep. 59. ad fin.* Sacrificia indesinenter offero. *Hieronym. praef. in translat. Isai.* Obtrectatio, qua me indesinenter aemuli lanient. *Augustin. 12. Confess. 11.* Indesinenter et indeficienter cohaerere.

INDESPECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *despectus;* qui despici, seu

aspici nequit. *Lucan. 6. 748.* Indespecta tenet vobis qui Tartara. *Al. leg.* inspectata.

INDESPĬCĬO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *despicio.* — Exponitur sic in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 473.* Indespicere, aliquid incipere, et perficere ac potiri.

INDESPONSĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *desponsatus;* innuptus. *Ambros.* in *Luc. 2. n. 2.* Causam mentiendi indesponsata habuit, desponsata non habuit.

INDESTRICTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *destrictus;* non destrictus, illaesus; *non ferito, illeso. Ovid. 12. Met. 91.* removebitur omne Tegminis officium, tamen indestrictus abibo. *Al. leg.* indistrictus.

INDĒTERMĬNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *determinabilis;* qui terminari, seu definiri non potest. *Tertullian. advers. Haeret. 7.* Indeterminabiles quaestiones. Adde *2. adv. Marcion. 3.* et *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 28. 3.*

INDĒTERMĬNĀTĒ. Adverb. ab *indeterminatus;* non determinate; *indeterminatamente. Boëth. Aristot. Elench. Sophist. 8. 5.* Necesse est respondentem sustinere orationem, ponendo aut probabilem aut improbabilem positionem, aut neutram, et aut simpliciter probabilem, aut improbabilem, aut indeterminate, ut huic, alicui, vel alii. Adde *Dionys. Exig. de Creat. homin. 22.*

INDĒTERMĬNĀTĬO, onis, f. Abstractum ab *indeterminatus;* defectus seu carentia determinationis; *indeterminazione. Mar. Victorin. 4. adv. Arium, 23.* Quod vere dicitur ἀορισία; idest infinitas et indeterminatio.

INDĒTERMĬNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *determinatus;* non determinatus. *Tertull. advers. Haeret. 33.* Indeterminatae genealogiae. Adde *Mar. Victorin. de generat. Verbi div. 10.*

INDĒTONSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *detonsus;* non tonsus, intonsus; *non tosato. Ovid. 4. Met. 15.* Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus.

INDĒTRĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *detero;* qui deteri non potest. *Paulin. Nolan. ep. 16.* Soliditas indetribilis. Cf. voc. seq.

INDETRĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *detritus;* non detritus; *non logorato. Tertull. Resurr. carn. 58.* Indetrita vestimenta.

INDĒVĬTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *devitatus;* non devitatus; *non ischivato. Ovid. 2. Met. 605.* Indevitato traiecit pectora telo.

* INDĒVŎRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *devorabilis.* Sunt qui astruunt hanc vocem ex *Alcim. ep. 77.*, legentes *indevorabili* pro *devorabili*, ut in editis habetur. V. loc. in DEVORABILIS. Cf. *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 74.*

INDĒVŎRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *devoratus:* tribuitur a quibusdam *Martiali, 7. 20.* Indevorato capite turturem truncum; h. e. devorato, comeso. *Sed rectius leges* et inde vorato: *vel* et devorato.

INDĒVŌTĒ. Adverb. ab *indevotus;* sine devotione, irreligiose. *Ambros.* in *Luc. 7. 9.* apud *Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 153.* Indevote Dominum refutantes. V. voc. seq. *fin.*

INDĒVŌTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *indevotus;* devotionis, seu pietatis, et obedientiae legibus debitae defectus. *Imp. Iustinian. Cod. 7. 2. 15.* et *ibid. 4. 17. extr.* et *8. 54. 35. ad fin.* Addunt etiam *Ulp. Dig. 33. 9. 1. extr.* Sed ea verba alii *Triboniani* esse putant, qui *Ulpiano* recentior est, et *Iustiniani* aequalis. *Iustinian. Novell. 1. 3.* indevotionem appellat repugnantiam heredis solvendi legata. Et *ibid. praef.* eos, qui adeunt hereditates, et legata non implent, *indevote eas percipere* dicit. V. DEVOTIO §. 6. — 2) *Indevotio* est etiam idem fere ac irreligiositas; *indevozione. Salvian. 3. advers. avar. 11.* Reddere siquidem post mortem patri pietas filii non poterit, quod unicuique indevotio sua et infidelitas denegarit. Adde *Alcim. ep. 84.*

INDĒVŌTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *devotus;* devotionis, pietatis, et obedientiae legibus ac principi expers. *Imp. Iustinian. Cod. 8. 55. 35. sub fin.* Donator non solum indevotus, sed etiam impius. *Acta S. Quirini Mart. n. 4.* Diis et Romano Imperio indevotus. Adde *Cassiod. 2. Var. 16.* et *Alcim. ep. 84.*

INDEX, Icis, m. et f. Verbale ab *indico;* qui aliquid indicat, manifestat, defert, ostendit; *discovritore, delatore, manifestatore, spia.* In re forensi is est, qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita, ut *Ascon. in Divin. Verr. 11.* docet: ubi etiam tradit, certas esse personas, quae indices fieri possunt: itaque neque repetundarum causas per indices agi solere; neque senatoriam personam posse indicium profiteri, salvis legibus. Universim autem de eo dicitur, qui occultum quippiam patefacit ei, cuia interest sciri. *Cic. 4. Catil. 5.* Haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt. *Id. 2. Q. Fr. 5. a med.* Sextius ab indice Cn. Nerio de ambitu est postulatus. *Id. Cluent. 7.* Venit index ad Dineam, neque obscurus, neque incertus, qui nunciaret ei, filium eius vivere. *Iustin. 32. 2. extr.* Ad cuius rei probationem immittit indices, testes subornat. *Tacit. 4. Ann. 28.* Structas principi insidias, index idem et testis, dicebat. — *Cic. Mur. 24.* Catilinam vallatum indicibus atque sicariis. *Id Sest. 41.* Septus armatis indicibus. — *Liv. 28. 46.* Indici praemium constitutum, quantae pecuniae ager indicatus esset, pars decima. — 2) Translate est quidquid rem quampiam indicat. *Cic. 11. Phil. 2.* Complexus summae benevolentiae falsi indices exstiterunt in amore simulato. *Id. Rabir. perduell. 6.* Quin continetis vocem, indicem stultitiae vestrae, testem paucitatis? *Ovid. 2. Pont. 10. 3.* auctoris annulus index. *Id. 4. Fast. 595.* non est opus indice causa. *Plin. 18. 67. 1.* Herbae horarum indices, heliotropium ac lupinum. *Cic. Orat. 18.* Imago animi vultus, indices oculi. *Stat. 1. Achill. in fin.* partus index Lucina resolvit. — 3) De *Hercule Indice* v. HERCULES in ONOM. — 4) Speciatim de rebus *silex index* est, qui tactu indicat auri et aliorum metallorum bonitatem; *paragone. Ovid. 2. Met. 706.* In durum silicem, qui nunc quoque dicitur index. V. BATTUS II. in ONOM. — Sunt tamen qui recte putant, hic non esse intelligendum, Battum in illud genus lapidis fuisse conversum, qui *Lydius* dicitur, a Latinis vero *coticula* appellatur; sed in lapidem seu scopulum fuisse mutatum, cui, ob perfidum indicium, indicis nomen haeserit, et cum nomine etiam infamia. Hinc *Lactant. Placid.* in *Argum. eiusd. fab.* Mercurius perfidia eius offensus, in lapidem eum mutavit, qui ab eventu index circa Pylum vocatur. — 5) *Digitus index* vel *index* absolute est primus a pollice, quo res indicare solemus; *indice. Horat. 2. Sat. 8. 25.* qui, si quid forte lateret, indice monstraret digito. — *Cic. 13. Att. 46.* Pollex quidem, ut dixerat, praesto fuit; sed plane pollex, non index. Adde *Plin. 28. 5. 6.* — 6) *Index* ab Hetruscis est appellata herba Vettonica, ut habet *Auct. libelli de Vettonica.* — 7) Praeterea

II. *Index* in libris est summa, seu elenchus, quo res, quae in iis continentur, summatim indicantur; *indice, tavola. Varro, 1. RR. 1.* Scribam tibi tres libros indices, ad quos revertare, si qua in re quaeres, quemadmodum quidque te in colendo oporteat facere. *Senec. ep. 39.* Sume in manus indicem philosophorum: haec ipsa res expergisci coget, si videris, quam multi tibi laboraverint: *il catalogo* (Adde *Plin. 3. ep. 5. init.*). Sic *Quintil. 10. 1. circa med.* Indicem poëtarum ex bibliotheca sumptum transferre in libros suos. *Macrob. 2. Saturn. 9.* Refero vobis pontificis vetustissimam coenam, quae scripta est in indice quarto Metelli pontificis; *sommario, compendio, ristretto.* — 8) Hinc *per indicem rem exponere,* apud *Ascon. in 3. Verr. 9.* est summatim exponere indicando summa capita; *in ristretto.* — 9) Est etiam idem ac sillybus; *cartella, biglietto. Cic. 4. Att. 4.* Glutinatores sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci, ut opinor, σιλλύβους appellatis. V. SILLYBUS. — 10) Item titulus et frons prima, quae indicat, qua de re in libro agatur; *titolo, frontispizio. Id. 2. Orat. 14.* In philosophos vestros si quando incidi, deceptus indicibus librorum, quod sunt fere inscripti de rebus notis et illustribus, etc. *Suet. Cal. 49.* Reperti sunt duo libelli diverso titulo: alteri Gladius, alteri Pugio index erat. *Liv. 38. 56.* Index orationis P. Scipionis, nomen M. Naevii trib. pleb. habet. *Gell. praef.* Neque desunt qui indices libris suis fecerint, aut *Epistolarum moralium,* aut *Epistolicarum quaestionum.* — 11) In statuis, et similibus est inscriptio, titulus; *inscrizione, titolo. Tibull. 4. 1. 30.* Nec quaeris, quid quaque index sub imagine dicat. *Liv. 41. 28.* Tabula in aede Matris Matutae cum indice hoc posita est: Ti. Sempronii Gracchi consulis imperio auspicioque legio exercitusque populi R. Sardiniam subegit, etc. — 12) *Curator ab indicibus,* vel absolute *ab indicibus* pro *ab indicibus* (V. CAESAR in ONOM.) is dicebatur in militia, qui nomina militum legionis, vel cohortis servabat, et in latereulis insculpenda curabat. *Inscr.* apud *Donat. 275. 4.* M. Apicio T. f. Cam. Tironi evocato salariariorum, curatori ab indicibus etc. *Alia* Romae penes *Alois. Biondium V. C.* L. Antistio L. f. Sab. Quieto evoc. ab indices *(sic)* fecit Maria Iusta mater filio pientissimo.

INDĬCĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *indico;* qui indicat. *Cael. Aurel. 2. Acut. 3.* Signum facere indicabile lethargi.

INDĬCĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *indico;* aestimatio, taxatio, et propositio pretii alicuius rei a venditore facta; *stima e proposta del prezzo di qualche cosa. Plin. 22. 50. 4.* Mellis causas atque differentias, nationesque, et indicationem in apium, ac deinde florum natura diximus. *Plaut. Pers. 4. 4. 57. Sa.* Indica, fac pretium. *Do.* Tua mercest, tua indicatio est. *Ulp. Dig. 19. 1. 13. §. 5.* Hic *(venditor sciens)* praemonere debuit, furem esse *(servum)*, hic *(venditor ignorans)* non debuit facilis esse ad temerariam indicationem. V. INDICATURA.

INDĬCĀTĪVĒ. Adverb. ab *indicativus;* indicando. *Paullin. de benedict. Patriarchar. 1.* Haec autem non ideo indicative protulit, quod etc. *Priscian. 16. p. 1029. Putsch.* Est quando indicative dicuntur, est quando dubitative: indicative, ut: *aut lux est, aut tenebrae,* etc. Adde *de praexercit. Rhet. p. 533. 8. Halm.*

INDĬCĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *indico;* indicationi inserviens, ut *indicativae sententiae* apud *Isid. 2. Orig. 21. 17.* — 2) Apud Grammaticos *indicativus modus* est unum ex attributis verborum. Dictus est, quia eo praesentem actionem indicamus. *Diomed. 1. p. 329. Putsch., Priscian. 8. p. 819.* etc. — Indicativus modus, teste *Macrob. de Differ. verb. p. 668.*, a Stoicis vocabatur *rectus,* velut nomi-

Digitized by Google

nativus, et reliqui modi *obliqui*, ut reliqui nominum casus. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INDICATIVUM, i, n. Est verbum in modo indicativo, sive ipse modus indicativus. *Incert. Gramm.* in *fragm. de Verbo p. 160. Endl.* Latini sibi quadam licentia usurpationis modo indicativa pro coniunctivis ponunt, modo coniunctiva pro indicativis.

INDĪCĀTOR, ōris, m. Verbale ab *indico*, qui indicat. *Solin. 40.* Anaxagoras naturae indicator. *Al. melius leg.* indagator.

INDĪCĀTŪRĂ, ae, f. Verbale ab *indico;* idem ac indicatio; *stima, prezzo, tassa. Plin. 37. 7. 1.* Neque est hodie murrhini alterius praestantior indicatura. *Id. 29. 8. 6. de Medicis.* Dolorum indicaturam, et mortis arrham, aut arcana praecepta; *h. e.* pretium a Medicis constitutum pro morbis sanandis. *Id. praef. 15.* Haec fiducia operis est, haec indicatura. V. INDICATIO.

INDĪCĀTUS, a, um. Particip. verbi *indico;* indicio delatus, manifestatus, delatus; *palesato, scoperto, denunziato. Caes. 3. B. C. 112. in fin.* Indicati deprehensique internuncii. *Cic. Cluent. 65.* A puero conscio indicatus. — **2)** Item paucis monstratus, ostensus; *mostrato brevemente, indicato. Plin. 31. 44. 2.* Haec obiter indicata sint desideriis vitae. *Id. 6. 38. 1.* Abunde orbis terrarum extra intra indicatus. — **3)** Item aestimatus, taxatus vendendi causa; *stimato, tassato, proposto in vendita col suo prezzo. Plin. 37. 3. 1.* Indicatus sex aureis denariis smaragdus. *Id. 28. 37. 2.* Emi lienem vituli, quanti indicatus sit, iubent magi.

INDĪCENDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dico;* qui dici nequit. Legitur in *Gloss. Philox.* Indicendus; ἄλεκτος. Cf. voc. seq. et INDĪCO §. d.

INDĪCENS, entis, omn. gen. Particip. ab *in* et *dicens;* non dicens. *Liv. 22. 39.* Nam et duo boni consules, etiam me indicente, omnia e republica faceretis. Al. leg. *tacente*, invitis sanioribus criticis. *Ter. Adelph. 3. 5. 62.* Non me indicente haec fiunt; *h. e.* ita ut non ego aliquando haec dixerim, seu praedixerim. *Cic. 2. Fin. 5. ad fin.* Etiam indicente te, intelligo. Al. leg. *non dicente*. Cf. voc. praeced. et INDĪCO §. d.

INDĪCĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dico;* qui non potest dici. *Maxim. Taurin. Tract. 8. contra Iudaeos, p. 805. Migne.* Ceterum illud inexplicabile est et indicibile, quod etc. Cf. INDĪCO §. d.

INDĪCĪNĂ, ae, f. Abstractum ab *index;* indicium, delatio, pretium indicii. *Apul. 7. Met.* Ob indicinae praemium. *Id. 8. ibid.* Accipere aliquid indicinae nomine. *Excerpta ex Charis. p. 106. Endl.* Indicina; μήνυτρον. Cf. INDICIVUS §. 2.

INDĪCĪVĂ. V. INDICIVUS §. 2.

INDĪCĪUM, ii, n. Verbale ab *indico;* delatio, manifestatio, detectio rei occultae, praesertim criminis; *dinunzia, accusa, manifestazione:* et quidem proprie, quae ab eo fit, qui delicti est conscius. V. INDEX §. 1. *Sall. Cat. 49.* Frequens senatus decernit, Tarquinii indicium falsum videri. *Cic. 2. Divin. 20.* Eo ipso tempore, quo fieret indicium coniurationis in senatu. *Plaut. Cist. 4. 2. 9.* Facite indicium, si quis vidit. *Ter. Adelph. 4. 4. 7.* Id anus mihi indicium fecit; *mi ha palesato. Cic. Dom. 53.* Afferre ad aliquem indicium rei alicuius. *Tacit. 2. Ann. 28.* Deferre indicium ad aliquem. *Caes. 1. B. G. 4.* Ea res est Helvetiis per indicium enunciata. *Auct. B. Hisp. 18.* Indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Caesar, etc. *Sall. Cat. 57.* Convictus indicio alicuius. — **2)** Hinc *profiteri* et *offerre indicium* est proprie eius, qui, cum sit sceleris particeps, ultro indicat, et manifestat socios, aut auctores sceleris, ut impunitatem obtineat; *pigliare l'impunità. Id. Iug. 39.* Sed ipse deprehensus, multis hortantibus, indicium profitetur; *h. e.* palam fatetur et indicat. Sic *Tacit. 11. Ann. 38.* Indicium offerre. — **3)** Simile est *indicium postulare*, de quo *Cic. 2. Att. 24.* Vettius reus, cum esset damnatus, erat indicium postulaturus: quod si impetrasset, iudicia fore videbantur. Ubi male alii leg. *iudicium*. Adde *Divin. Verr. 11.* — **4)** Speciatim *indicium* sumitur etiam pro praemio indicii. *Ulp. Dig. 12. 5. 4.* Si tibi indicium dedero, ut fugitivum meum indices, vel furem rerum mearum. *Petron. Satyr. 97.* In lance argentea indicium et fidem praeferebat. *Cic. 3. Offic. 20.* Conscripserunt communiter edictum cum poena atque indicio; *h. e.* poena proposita, et praemio promisso indicanti eos, qui contra fecissent. Ita leg. *Facciolat.* ex coniectura: editi vero libri habent *indicto; h. e.* indicii formula, quam vocem vide. — **5)** *Indicium* metonymice pro ipsa re ablata. *Lactant. Placid. 2. tab. 11.* Mercurius ut indicium premeret, Batto ex armentis formosissimam vaccam concessit; *per occultare il furto.* — **6)** In illo *Vitruv. 9. 5.* Postquam indicium est factum, dempto auro, tantundem argenti in id coronarium opus admixtum esse; *indicium* videtur esse ab indice lapide, quo de auri argentique bonitate experimentum capitur. V. INDEX §. 4. Sunt tamen qui putant, hic *indicium* significare tantum suspicionem. — **7)** Deinde

II. *Indicium* universim est etiam signum, argumentum; *indizio, contrassegno. Cic. Cluent. 10. extr.* Indicia et vestigia veneni. *Id. 3. Catil. 5.* Certissima argumenta atque indicia sceleris. *Id. Har. resp. 12.* Scelerum indicia ostendere, et periculorum signa patefacere. *Id. Sull. 27.* Notae scelerum, indicia parricidiorum. *Id. in Senat. 4.* Hoc specimen virtutis, hoc indicium animi sui fore putavit. *Id. 7. Fam. 6.* Insigne indicium meae erga te benevolentiae. *Ter. Heaut. 4. 1. 51.* Res indicium haec facit, quo pacto factum volueris; *dimostra.* — **8)** Hinc *indicium dare* est ostendere, indicare. *Varr. 9. LL. 15.* Sic indicium edere. *Lucret. 2. 556.* indicium mortalibus edant, infidi maris insidias, viresque, dolumque Ut vitare velint. — **9)** *Indicio esse*, argumento esse. *Cic. Dom. 42.* Quae domus erat ipsa indicio tui crudelissimi dominatus. *Ter. prol. Adelph. 4.* indicio de se ipse erit. *Nep. Attic. 16.* Ei rei indicio sunt sexdecim volumina epistolarum. *Id. Lysand. 3.* Quam vere de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit. *Id. Tymol. 2.* Quem non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quod etc. *Ter. Heaut. 2. 4. 4.* Mihi, quale ingenium haberes, indicio fuit oratio.

INDĪCĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *indico;* qui indicat. *Not. Tir. p. 90.* Iudicium, indicivus. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INDICIVA, ae, f. Pretium indicii. *Iul. Viet. Art. rhet.* (edente *A. Maio*) *4. 4.* Quidam mortuum filium ostendit, petit indicivam. Cf. INDICINA.

INDICO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *dico, as*, quod V. §. a. — **b)** In MSS. et editis libris cum *iudico* aliquando videtur confusum, sicut etiam *indicium* cum *iudicium*. V. INDICIUM §. 4. — Item cum *induro*. V. infra §. 5. — **c)** *Indicasso, is*, pro *indicavero, is*, est *Plauti Poen. 2. 4. 66.* et *Rud. 4. 3. 89.* — **d)** Particip. *indicans* §. 2., *indicandus* §. 1., *indicatus*, V. suo loco, *indicaturus* §. 2. — **e)** Derivata, *index, indicabilis, indicatio, indicative, indicativus, indicator, indicatura, indicina, indicium, indicivus, indiculus.* — **f)** Compositum, *subindico*.

INDICO proprie est manifesto, detego, patefacio; *palesare, dinunziare, rilevare:* et dicitur praesertim de iis, qui crimen deferunt, cuius sunt ipsi conscii, ut in INDEX, et INDICIUM §. 1. diximus. *Cic. Cluent. 64.* Puer ille conscius pertimuit: rem omnem dominae indicavit. *Id. Mur. 25.* Catilina, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque induit. *Sall. Cat. 49.* Nisi de eo indicasset, cuius consilio etc. Et *31.* Indicare de coniuratione. *Cic. 2. Tusc. 22.* Conscios delendae tyrannidis indicare. *Ulp. Dig. 50. 16. 197.* Indicasse est detulisse, arguisse, accusasse et convicisse. *Val. Max. 5. 5. extern. 3.* Indicandorum consciorum gratia. — **2)** Est etiam universim ostendere, monstrare, indicare. *Cic. Univ. 2.* Indicare aliquid in vulgus; εἰς πάντας λέγειν. *Id. 1. Leg. 9.* Vultus indicat mores. *Id. Brut. 94.* Dicendi genus, quod fuerit in utroque, orationes utriusque etiam posteris indicabunt. *Id. Flacc. 37.* Quis tibi, Laeli, de epistolis istis indicavit? *Nep. Attic. 4. extr.* Lacrimis indicare dolorem. *Ter. Eun. 4. 5. 16.* Hoc, quod fecit, res ipsa indicat. *Id. Adelph. 4. 4. 19.* Non me hanc rem patri, Ut ut erat gesta, indicasse? *Liv. 8. 24. a med.* Indicans iter. *Id. 8. 18.* Ancilla quaedam indicaturam sese causam publicae pestis, professa est. *Hirt. B. Alex. 54.* Ne ex eo quid sensisset, indicaretur. *Phaedr. 1. 15.* Id esse verum parva haec fabella indicat. *Plin. 11. 51. 1.* Supercilia maxime indicant fastum. *Id. ibid. 64. 1.* Aetas veterinorum dentibus indicatur. *Id. 34. 16. 1.* Indicare se Deum. — **B)** Aliquando est brevi, et paucis verbis, et quasi per indicem, ut *Ascon.* loquitur in *3. Verr. 9.*, dicendo aliquid attingere; *mostrar brevemente, toccare. Plin. 6. 26. 1.* Priusquam haec generatim persequamur, indicare convenit, quae prodit Onesicritus. *Id. 33. 3. 2.* Indicare aliquid obiter. *Id. 15. 15. 1.* nominatim. *Id. 36. 24. 11.* Signa aerea, ut indicavimus, fuerunt tria millia. — **4)** Speciatim

II. *Indicare* est vendentium, cum rem venalem proponunt, et pretium statuunt, et quanti vendituri sint, indicant; *stimare, tassare. Cic. 3. Offic. 13.* Cum postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur. *Plaut. Pers. 4. 4. 25.* Hanc eme. *Do.* modo ut sciam, quanti indicet. Et *37.* indica, fac pretium. *Apul. 1. Met. 24.* Et percontato pretio, quod centum numis indicaret, aspernatus, viginti denariis praestinavi. — **5)** Apud *Tertull. 1. adv. Marcion. 19.* Nec poterunt negare discipuli eius, quod in summo instrumento habent, quo denique initiantur et indicantur in hanc haeresim; *h. e.* inscribuntur et quasi in indicem sui ordinis referuntur. *Alii leg.* indurantur. Cf. INDEX §. 7.

Nota I. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et dativo personae: aliquando vero absolute, vel cum ablativo instrumenti aut modi, vel cum ablat. et praepos. *de*. — **Nota II.** Discrimen inter *indicare* et *confiteri* tradit *Donat. ad Ter. Adelph. prol. 4. Indicat* is, qui de se volens aliquid, et de aliis etiam prodit: sed *confitetur*, qui de se tantum, et qui invitus.

INDĪCO, Tcis, ixi, ictum, icĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *dico, is*, quod V. §. c. — **b)** *Indices* pro *indis* antiquum est, *Plaut. Pseud. 1. 5. 135.* Iudice ludos nunc iam, quando lubet. — **c)** *Indixtei* pro *indixisti* apud *Front. de Fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 5.* — **d)** Particip. *indicens* §. 1., *indictus*, V. suo loco,

§. 3. et seqq. — Tamen monendum est, quod tam *indicens*, quam *indictus* possunt etiam esse ab *in* negativa et *dico*, ut videre erit suo loco. Idem dicendum est etiam de verbalibus *indicendus* et *indictibilis* eadem ratione explicandis. — **c)** Derivata, *indictivus*, *indictio*, *indictionalis*, *indictivus*. — **f)** Composita, *indictoaudiens*, *indictoaudientia*, *superindico*, *superindictio*, *superindictum*.

INDICO proprie est dicendo significo, denuncio; *dinunziare*, *intimare*, *pubblicare*. *Caes. 7. B. G. 63.* Totius Galliae concilium Bibracte indicitur. Et *ibid. 90. in fin.* Romae dierum viginti supplicatio indicitur. *Liv. 31. 49. sub fin.* Comitiis diem indixit. *Id. 6. 12.* indicere exercitum in aliquem locum; *h. e.* ut conveniat. *Cic. 2. Catil. 6. extr.* Bellum populo R. suo nomine indixit. *Id. 5. Phil. 12.* lustitium indici, saga sumi dico oportere. *Liv. 1. 9.* Indici finitimis spectaculum iubet. *Suet. Claud. 22.* Ut ferias, advocata concione, praetor indiceret. *Id. Cal. 55.* Viciniae silentium per milites indicere solebat. *Id. Ner. 27.* Iudicebat et familiaribus coenas; *h. e.* iubebat, eos sibi coenam apparare. *Virg. 7. Aen. 467.* Indicere lier. Et *1. ibid. 632.* honorem templis Divûm. Et *5. ibid. 758.* forum. *Liv. 1. 50.* concilium. *Varr. 5. LL. 7.* et *Suet. Caes. 84.* funus; *h. e.* vocare ad exsequias. *Cic. 4. Verr. 53.* mercatum. *Tacit. 3. Ann. 49.* ultimum supplicium alicui. *Virg. 11. Aen. 737.* choros indixit tibia Bacchi. *Vulg. Interpr. Iudic. 11. 27.* Indicens mihi bella non iusta. *Id. Act. 13. 16.* Et manu silentium indicens, ait, etc. — **2)** Pro imponere; *imporre*, *comandare*. *Cic. 5. Verr. 1.* Legem sibi ipsi indicunt innocentiae, qui ab altero rationem vitae reposcunt. *Al. leg.* dicunt. *Plin. 18. 3. 3.* Indicere multam. *Liv. 4. 60.* tributum. *Tacit. 3. Hist. 58.* servorum numerum et pondus argenti senatoribus.

INDICTĪCĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *indīco;* indictivus. *Cassiod. 5. Variar. 14.* Indicticia onera.

INDICTĬO, ōnis, f. Verbale ab *indīco;* genus tributi, quod non in pecunia, sed in frugibus imponitur agris, seu possessionibus, ut pro modo reditnum solvatur; *imposizione*. Hoc significatur illis verbis *Cic. 4. Verr. 2.* Quando illa frumentum, quod deberet, non ad diem dedit? quando id, quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? quando id, quod imperaretur, recusavit? Ubi *Ascon.* Omne genus pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis. *Plin. Paneg. 29.* Nec novis indictionibus pressi, ad vetera tributa deficiunt. *Ulp. Dig. 19. 1. 13. ante med.* Si qua tributorum, aut vectigalis, indictionisve nomine praestare oporteret. *Paul. ibid. 55. 2. 28.* Si fundo indictiones temporariae indictae sint. Adde *Lactant. Mort. persecut. 7.* qui *ibid. 31.* auri, argentique indictiones memorat. Ex quibus omnibus satis colligi videtur, *indictionem* esse, cum quippiam extra ordinem, ac de novo solvendum, publice indicitur. — **2)** Dicitur et de praestatione personali. *Vulg. Interpr. 3. Reg. 5. 13.* et *14.* Elegitque Salomon operarios de omni Israël et erat indictio triginta millia virorum . . . Et Adoniram erat super huiuscemodi indictione. — **3)** Speciatim apud Scriptores lobentis Latinitatis

II. *Indictio* est quaedam temporum supputatio, quae per singulos annos usque ad quintum decimum veniens, rursus ad primi anni principium revolvitur, ut ait *Isid. de rer. natur. 6.* Itaque unaquaeque indictio spatium sive cyclum quindecim annorum complectitur. Cl. *De-Rossi* in *Prolegom.* ad *Inscr. Christ. T. 1. p. XCVII.* et *segg.* probat, hanc annorum supputandorum rationem primos adhibuisse Aegyptios anno a Chr. n. 312., ut patet ex *Chron. Pasch. Alexandr. 1. 522. ed. Dindorf.* Extra Aegyptum vero serius hic usus receptus est: frequentari cepit seculo quinto, in Lapidibus autem et in Numis potissimum a seculo sexto. *Cod. Theod. 1. 5. 7.* Dat. III. Id. Iun. Mediolani, indictione XV.; *h. e.* a. 388. *Id. 8. 5. 11.* Dat. XVI. Kal. Dec. indictione IV.; *h. e.* a. 300. *Inscr.*, quae spectat ad a. 483. Comi reperta, apud *De-Rossi*, *Bullett. Crist.* a. *1864. p. 79.* Recessit sub die prid. idus Maias p. c. (*h. e.* post consulatum) Herculani V. C. Iud. VI. — **4)** Qua ratione indictio possit reperiri, docet *Dionys. Exig. Argum. Pasch. 2.* Si vis scire quota est indictio, ut puta consulatu Probi iunioris, sume annos ab incarnatione Domini Nostri Iesu Christi DXXV. His semper adiice III., fiunt DXXVIII. Hos partire per XV., remanent III. Tertia est indictio. Si vero nihil remanserit, decima quinta indictio est.

INDICTĪŌNĀLIS, le. Adiect. ab *indictio;* ad indictionem pertinens; *h. e.* ad tributum. *Ammian. 17. 3.* Indictionale augmentum oblatum sibi humi proiecit.

INDICTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *indīco;* qui indicitur, indictus, ut *Indictivum funus*. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 106. Müll.* Indictivum funus *(erat)*, ad quod per praeconem evocabantur. Adde *Varr. 7. LL. 5.* — Formulam, qua usi, docebit *Ter. Phorm. 5. 8. 57.* Exsequias Chremeti, quibus est commodum ire, iam tempus est. His adde ex *Varr. loc. cit.* Olius leto datus est. Et ex *Festo* in *Quirites p. 254. Müller.* Olius Quiris leto datus.

INDICTŎAUDĪENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *indicto* et *audiens*, quod et divisim scribitur; inobediens. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 2. 6.* Principes tui indicto audientes sunt. Cf. voc. seq.

INDICTŎAUDĪENTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *indictoaudiens*, quod et divisim pariter scribitur; inobedientia, rebellio. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 27. 4.* Propter plurimorum indicto audientiam.

INDICTUM, i, n. V. voc. seq. §. 5.

INDICTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dictus;* non dictus; *non detto*. *Ter. Phorm. 5. 7. 58.* Quod dictum, indictum est: quod modo erat ratum, irritum est. *Liv. 5. 15.* Quae tum cecinerit, ea se nec, ut indicta sint, revocare posse, etc. *Virg. 7. Aen. 735.* Nec tu carminibus nostris indictus abibis, Oebale. *Gell. 1. 23.* Nescio quid aliud indictum inscitumque dicit; *h. e.* non dictum a Veteribus, non usurpatum, insolitum. *Horat. 3. Od. 25. 7.* Dicam insigne, recens, adhuc indictum ore alio. *Apul. Dogm. Plat. 1.* Deum caelestem, indictum, innominabilem; *h. e.* qui dici non potest; *ἄῤῥητον*. — **2)** *Indicta causa* est non audita defensione; *senz' ascoltar le difese, senza lasciar, che uom si discolpi*. *Cic. 1. Leg. 15.* Ut dictator, quem vellet civium, indicta causa, impune posset occidere. *Id. 5. Fam. 2. a med.* In aliquem animadvertere, indicta causa. *Id. Rabir. perduell. 4.* Indicta causa, civem R. capitis condemnare. *Id. 4. Verr. 47. extr.* Indicta causa, fortunis omnibus everti. *Id. 2. Phil. 23.* Res iudicata, indicta causa. — **3)** Deinde

INDICTUS est etiam particip. verbi *indīco;* denunciatus, significatus: *intimato, pubblicato, fatto sapere*. *Cic. 1. Offic. 11.* Bellum denunciatum ante, et indictum. *Id. 7. Verr. 72. extr.* Quorum *(Deorum)* templis et religionibus iste bellum sacrilegum semper impiumque habuit indictum; *ebbe intimato*. *Id. Dom. 16.* Indictum funus. *Id. 7. Verr. 71.* Tacitae magis et occultae inimicitiae timendae sunt, quam indictae et apertae. *Ovid. 4. Fast. 354.* indictas concelebrare dapes; *convili accordati*. *Tacit. 2. Ann. 60.* Indicta gentibus tributa; *imposti*. Et *12. ibid. 65.* Indicta mora; *intimata*. — **4)** *Senatus indictus* opponitur *legitimo*. Est legitimus, qui habetur certis anni diebus lege vel more constitutis. *Suet. Aug. 35.* Sanxit, ne plus, quam bis in mense legitimus senatus haberetur. *Indictus* autem, qui aliis diebus vocabatur, prout respublica postulabat: quare hic extraordinarius erat, ille ordinarius. *Capitolin. Gordian. 11.* Non legitimo, sed indicto senatus die consul domi conventus, etc. — **5)** Absolute, substantivorum more,

INDICTUM, i, n. Est res indicta, praescriptum, constitutum. *Gloss. Lat. Gr.* Indictis, constitutis *(voæ Graeca excidit)*. — *Id.* Edictum; *ἐπιβλητόν*. — In plur. numero. *Id.* Indicta; *ἐπιβλήματα*. Cf. INDICTOAUDIENS et INDICTOAUDIENTIA.

INDĬCŬLUM, i, n. et

INDĬCŬLUS, i, m. Deminut. ab *Index;* brevis epistola vel scriptum, in quo res breviter, et per indicem conscriptae sunt. *Symmach. 6. ep. 49.* (al. *48.*) Quae ad urbem pertinent, indiculi cohaerentis lectione noscetis. *Id. 7. ep. 81.* (al. *82.*) Capita rerum subiecto indiculo strictim notavi. — *Alcim. ep. 28.* Quaedam responsionis nostrae indicula. *Auct. de Computo Pasch. 1. p. 547. Migne.* In cancellis autem feriarum per numerum septenarium quaerenti datur indiculum; ab A enim usque ad G septem litterae adnotantur. *Onom. Lat. Gr.* Indiculum; *διαγράμμιον*.

INDĬCUS, a, um. Adiect. ab *India*, quae regio est Asiae, de qua V. INDIA in ONOM. — Est ad Indiam pertinens, ut *Indicus color*, de quo V. infra §. 3. *fin.*, et *Indicum cornu* apud *Martial. 1. 73.*; *h. e.* dens elephanti. V. INDICUS in ONOM. — **2)** Speciatim *indicum milium* est genus quoddam milii, de quo haec habet *Plin. 18. 10. 4.* Milium intra hos decem annos ex India in Italiam invectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem, praegrandibus culmis: lobas vocant: omnium frugum fertilissimum. Haec *Plin.* In quibusdam Italiae regionibus dicitur *sorgo*, et *sorgo rosso*, et *saggina*. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INDICUM, i, n. Est, quod Italice quoque *indaco*, genus coloris caerulei, non pridem, inquit *Plin. 33 67. 2.* ex India apportari coeptum, cuius usus in pictura ad incisuras, hoc est umbras dividendas ab lumine. Aliud est Indicum antiquius, Romanisque magis cognitum et pretiosius, indidem veniens, arundinum spumae adhaerescente limo: cum teritur, nigrum; at in diluendo mixturam purpurae caeruleique mirabilem reddens. Alterum genus eius est in purpurariis officinis innatans cortinis, et est purpurae spuma. Qui adulterant, vero Indico tinguut stercora columbina, aut cretam Selinusiam: vel anulariam vitro inficiunt. Probatur carbone. Reddit enim, quod sincerum est, flammam excellentis purpurae, et dum fumat, odorem maris. Haec *Id. 35. 27. 1. Vitruv. 7. 11.*, quod *Plin. loc. cit.* vocat absolute *Indicum*, ipse appellat *colorem Indicum*. Adde *Plin. 35. 12. 1.* et *25. 1.* et *2.*

INDIDEM. Adverb. ab *inde* et particula *dem* demonstrativa decurtata pro *idem*, est enim; ex eodem loco; *da quello stesso luogo*. *Cic. Rosc. Am. 27.* Indidem ne Ameria, an hosce ex urbe sicarios? *Nep. Epam. 5.* Habuit obtrectatorem Meneclidem indidem Thebis; *h. e.* ipsum quoque Thebanum, ut erat Epaminondas. *Liv. 39. 12.* Indidem ex Aven-

Digitized by Google

tino. *Plaut. Mil. 3. 1. 72.* Hilarissimum convivam hinc indidem expromam tibi. Adde *Pseud. 2. 4. 49.* et *Apul. de Mund. p. 64.* — *Frontin. 2. Strat. 4. 5.* Iussit muliones clam in montes cum mulis abire, et indidem conserto proelio, etc.; *h. e.* ex ipsorum montium regione. — **2)** Item ex eadem re. *Cic. 3. Orat. 40.* Unde simile duci potest (potest autem ex omnibus) indidem verbum unum, quod etc. *Liv. 39. 8.* Falsi testes, falsa signa ex eadem officina exibant: venena indidem, intestinaeque caedes. *Cato, RR. 25.* Indidem, si voles, lavito. *Pacuv. apud Cic. 1. Divin. 57.* Indidemque eademque oriuntur de integro atque eodem occidunt. *Gell. 2. 22.* Oritur enim sol non indidem semper. *Apul. 3. Met.* Impartire nobis unctulum indidem; *h. e.* ex eadem pyxide. — *Plaut. Cist. 1. 1. 64.* Indidem, unde oritur, facito, ut facias stultitiam sepelibilem; *h. e.* eodem loco, in animo. Adde *Varr. 7. LL. 2.* — **3)** Item ex eadem persona. *Apul. 2. Met. 1.* Ut et lapides, quos offenderem, de homine duratos, et aves, quas audirem, indidem plumatas; *h. e.* ex iisdem hominibus.

Nota. Cf. de hac particula alia pauca apud *Hand, Tursell. T. 3. p. 371-373.*, ubi et de eius confusione in MSS. et editis libris cum particulis *eidem, in diem, in idem, itidem.*

INDIFFĔRENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *differens;* qui non differt, qui nec bonus, nec malus est; *indifferente. Cic. 3. Fin. 16.* Quod illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens diceremus. Adde *Senec. ep. 82. circa med.* — **2)** *Indifferens homo,* qui non est difficilis aut morosus in re aliqua. *Suet. Caes. 53.* Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem fuisse docet, ut ab hospite conditum oleum pro viridi appositum, aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse. — **3)** *Indifferens syllaba,* quae nihil refert longa, an brevis sit. *Quintil. 9. 4. a med.* Clausula e longis firmissima est: sed cludent et breves, quamvis habeatur indifferens ultima.

INDIFFĔRENTER. Adverb. ab *indifferens;* indiscriminatim, promiscue; *indifferentemente, senza differenza. Quintil. 11. 3. 1.* Utraque appellatione indifferenter uti licet. *Gell. 10. 24.* Consuetum veteribus litteris his uti indifferenter, sicuti *praefiscine* et *praefiscini*, etc. *Paul. Dig. 48. 5. 10.* Cum scierint, sibi quoque molestiae futurum magistratum, si facile solverint vinctos, non indifferenter de cetero facient; *h. e.* passim, promiscue, et quacumque de causa. *Serv. Centim. 1. 2.* Indifferenter accipi. — **2)** *Indifferenter ferre* est aequo animo ferre, neque dolendo, neque gaudendo. *Suet. Domit. 23.* Occisum eum populus indifferenter, miles gravissime tulit. — **3)** *Indifferenter vivere* apud *Scribon. Compos. 122.* est quocumque cibo uti, more eorum, qui sani sunt, et nullis medicorum legibus subiici volunt.

INDIFFĔRENTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *indifferens;* similitudo, affinitas, convenientia; *indifferenza, similitudine. Gell. 13. 3.* Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indifferentia. Adde *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 32. 2.* — **2)** *Syllabae indifferentia* apud *Mar. Victorin. 2. 1. 11.* eodem sensu, de quo in INDIFFERENS §. 3.

INDIFFĬCULTER. Adverb. ab *in* et *difficulter.* — Comparat. *indifficultius,* infra. — Est non difficulter; *facilmente. Claud. Mamert. Stat. anim. 1. 21. ante med.* Aquas indifficulter hauriemus. *Verecund. in Cantic. Exod. 11.* Attamen, si desuper acceperit flammam, indifficultius liquatur; *più facilmente.*

INDIFFĪNĪTĔ. V. INDEFINITE.

INDĪGĔNĂ (et Indegena. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 2. n. 10.*), ae, omn. gen. Adiect. ab *indu* pro *in* et *geno* pro *gigno.* — Genitivus plur. *indigenûm* pro *indigenarum* est apud *Symmach.* loc. mox cit. — Est genitus in eo loco, ubi degit; *nativo del paese:* et dicitur proprie de personis etiam absolute. *Virg. 12. Aen. 835.* Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos, Neu Troas fieri iubeas. *Colum. 1. 7.* Felicissimum fundum esse, qui colonos indigenas haberet. *Liv. 21. 30.* Ne maiores quidem eorum indigenas, sed advenas Italiae cultores, etc. *Prudent. 2. Symmach. 500.* Perfidia ne Deûm indigenûm cecidere tot urbes? — Absolute. *Vulg. Interpr. Exod. 12. 19.* Tam de advenis, quam de indigenis terrae. *Id. Levit. 18. 26.* Tam indigena, quam colonus, qui peregrinantur apud vos. Cf. INDIGENUS. — **2)** Dein et de animalibus. *Ovid. 3. Amor. 13. 4.* Casta sacerdotes Iunoni festa parabant Per celebres ludos, indigenamque bovem. *Colum. 6. 2. a med.* Longe omnis bos indigena melior est, quam peregrinus. *Ovid. 14. Met. 545.* Apri indigenae. — **3)** Tribuitur et aliis rebus. *Plin. 14. 8. 10.* Indigena vinum. *Flor. 2. 18. a med.* Cum sese implevissent carnis semicrudae, et celiae: sic vocant indigenam ex frumento potionem. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 181. de Aetna.* Nunc vomit indigenas nimbos. *Id. Cons. Probi et Olybr. 254.* Indigenae fluvii. *Id. VI. Cons. Honor. 8.* Indigenus habitus nativa Palatia sumunt; *h. e.* vere Romanos. *Prudent. 2. Symmach. 341.* Indigena pietas; *h. e.* orta inter nos. *Rutil. 2. Itiner. 65.* Indigenis saxis.

Nota. Discrimen inter *advenas, indigenas* et *convenas* tradit *Serv.* ad *Virg. 8. Aen. 314.* Omnes terrae habitatores aut indigenae sunt, aut advenae. Indigenae sunt inde geniti, quos vocant Aborigenes Latini, Graeci αὐτόχθονας, de Faunis *Virgilius* dixit *loc. cit.* Advenae de uno loco venientes, ut Saturnus. Convenae de diversis, ut Ausones et Sicani.

INDĪGĔNĪTUS. V. INDIGENUS.

INDĪGENDUS, a, um. V. INDIGEO §. 4.

INDĪGENS, entis. Particip. verbi *indigeo,* adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Hinc comparat. *indigentior* §. 1., superlat. *indigentissimus* §. 1. — Est qui indiget, pauper, egens, indigus; *bisognoso. Cic. Amic. 9.* Quid enim? Africanus indigens mei? minime hercle: at ne ego quidem illius. *Nep. Reg. sub fin.* Alienarum opum indigens. *Auct. B. Hisp. 17.* Cives R. indigentes praesidii. *Val. Max. 1. 4. n. 8.* Nullo vocis ministerio indigens. *Gell. 14. 2. circa med.* Disceptatio multa cura indigens. *Plin. 36. 47. 1.* Cotes oleo indigentes. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *2. 1.* Aquarum indigentissimae terrae. *Eugypp. Thesaur. 45.* Subdit primitus omnia sibi, deinde creaturam corporalem creaturae spiritali . . . indigentiorem copiosiori. — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. Prov. 11. 12.* Qui despicit amicum suum, indigens corde est. *Id. ibid. 28. 16.* Dux indigens prudentia multos opprimet. — **3)** *Indigens numerus* est qui de paribus descendit, sed quantitatis suae summam partium habet inferiorem. *Cassiod. Arithm.* — **4)** *Dii Indigentes,* V. INDIGETES §. 1. — **5)** Absolute, substantivorum more,

INDIGENS, entis, m. Est qui indiget, pauper, egenus. *Cic. 2. Offic. 18.* Indigentibus benigne facere. *Vulg. Interpr. Deut. 15. 4.* Et omnino indigens et mendicus non erit inter vos.

INDĪGENTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *indigens;* inopia, egestas, penuria; *bisogno. Cic. Amic. 8.* A natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia. — **2)** Item aviditas, appetentia, effectu pro causa. *Id. 4. Tusc. 9.* Indigentia est libido inexplebilis. — **3)** *Definitio per indigentiam pleni* est, quam Graeci vocant κατὰ τὴν πλήρη. *Cassiod. de Dialect.*

INDĪGĔNUS (et Indiginus), a, um. Adiect. origine et significatione idem ac indigena. *Apul. 1. Met. ab init.* Mox in urbe Latia advena studiorum Quiritium indigenum sermonem excolui. — In *Gloss. Lat. Gr.* Indigenitus; αὐτόχθων. Et *Gloss. Gr. Lat.* Αὐτόχθων; indigina, indegenitus. Cf. INDIGENA §. 1. et *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 2. n. 10.* et *p. 171. n. 146.* et ad *Apul. loc. cit.*

INDĪGEO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *indu* pro *in* et *egeo,* sive potius ab *in* intentiva et *egeo,* mutata euphoniae gratia e littera in *i* et inserta *d,* ut in *prodeo.* — **b)** Particip. *indigens,* V. suo loco, *indigendus* §. 4. — **c)** Derivata, *indigentia, indiges* et *indigetes, indigus* et *indiguus.* — **d)** Compositum, *perindigeo.*

INDIGEO proprie est idem fere ac egeo, aut valde egeo; *aver bisogno:* et construitur cum genitivo vel ablativo. *Cic. Orat. 54.* Iam illa non tam artis indigent, quam laboris. *Id. 6. Fam. 4.* Quae ad consolandum maioris ingenii, et ad ferendum singularis virtutis indigent. *Id. 12. Att. 35.* Indigeo tui consilii. *Id. Amic. 14.* Qui minime alterius indigeant. *Id. 1. Q. Fr. 3.* Ut, vivo me, aliis indigeres. *Id. Rosc. Com. 15.* Indigere bona existimatione. *Nep. Agesil. 7.* pecunia. *Id. Attic. 21.* medicina. *Caes. 2. B. C. 35.* iis rebus, quae ad oppugnationem castrorum sunt usui. *Cass. ad Cic. 12. Fam. 11.* cohortatione. *Sulpic. ad Cic. 5. Fam. 8.* consolatione. *Varr. 1. RR. 51. extr.* Quod indigent potui, poma dicta esse possunt. Ita leg. *Non. 9. 20. al.* potu. — Passive impersonaliter. *Plin. 10. 59. 1.* Cum praesidio earum indigetur. Adde *Pallad. 7. 4.* — **2)** Pro cupere aut sectari, metonymice. *Cic. Sull. 8.* Contemnere omnes libidines: non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Indigeo* cum accusativo, sensu proprio. *Afran.* apud *Non. 9. 19.* Male merentur de nobis heri, qui nos tantopere indigent in pueritia. *Varr. 3. LL. 17.* Dives, qui, ut Deus, nihil indigere videtur. — Cum infinito. *Gell. 4. 1.* Hoc plane indigeo addiscere. — **4)** Apud *Cael. Aurel. 3. Chron. 10. 122.* Plurima sitis aegrotantibus indigenda; *h. e.* iniungenda.

INDĪGĔRĬES, ēi, f. Abstractum ab *in* et *digeries;* indigestio. *Benedict. Regul. 39.* Nunquam subripiat monacho indigeries.

INDĪGES, is, omn. gen. Adiect. verbale ad *indigeo;* indigens. *Pacuv. apud Cic. 2. Orat. 46.* Quem aetate exacta, indigem Liberum lacerasti, orbasti, exstinxsti.

INDĪGES, ĕtis. V. INDIGETES.

INDĪGESTĒ. Adverb. ab *indigestus;* inordinate, incomposite; *disordinatamente. Gell. praef.* Quas breviter, et indigeste, et incondite annotationibus, tractationibus, lectionibusque variis feceramus.

INDĪGESTĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *digestibilis;* qui concoqui in ventriculo non potest; *indigestibile. Theod. Priscian. 1. 9.* Duritiei indigestibiles. Adde *de diaet. 6.* et *Cael. Aurel. 4. Chron. 6. 90.*

INDĪGESTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *digestio;* cruditas; *indigestione. Hieronym. ep. 22. n. 17.* Ad orationem tibi nocte surgenti non indigestio ructum faciat, sed inanitas. *Gargil. de pom.* edente *A.*

Digitized by Google

Maio in *Class. Auct. T. 5. p. 479.* Persicorum caro eius *(stomachi)* indigestionem facit. Adde *Cael. Aurel. 2. Acut. 39. 225.*

INDĪGESTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *digestus;* non digestus, confusus, perturbatus, sine ordine; *mal composto, disordinato, confuso. Ovid. 1. Met. 7.* Chaos, rudis indigestaque moles. *Plin. 13. 30. 2.* Indigesta simplicitas. *Id. 17. 12. 1.* Turba indigesta. *Auct. Itin. Alex. M. 46.* Miles indigestus. — **2)** Est etiam idem ac crudus; *non digerito. Macrob. 7. Saturn. 7. ante med. de menstruo.* Indigestum est enim et crudum, quod egeritur e corpore muliebri, et quasi infirmum effluit.

INDIGESTUS, us, m. Nomen verbalium more effictum ab *in* et *digestus,* idem ac indigestio. *Schol. ad Iuvenal. 4. 67.* Escis futuris stomachi indigestum praeparare.

INDĪGĔTES (et Indigentes, *Serv.* loc. mox cit.), um, *varius in sing. num.* Indiges, ĕtis, m. Nomen etymi parum certi, quo significantur qui ex hominibus Dii facti sunt. Nonnulli ducunt ab *in* et *dico, as;* hoc est dedico, consecro, unde *indices,* et e in *g* converso *indiges,* inter Deos consecratus: alii ab *indigito,* invoco, quod ab *indu* pro *in,* et *cito,* voco, quia una cum ceteris Dis invocantur: vel a *Deus,* et *ago,* quasi in Diis agentes. Aliqui censent, Deos Indigetes esse Deos patrios, seu Deos topicos, qui Graecis Θεοὶ πατρῷοι, et ἐγχώριοι, et τοπικοί, vel ἐντόπιοι vocantur, et dici ab *indu* pro *in* et *ago,* habito, ut Indiges sit, qui locum aliquem incolit. *Serv. ad 12. Aen. 794.* Sed hac acceptione dicti potius fuerunt ab *inde* et *geno,* quod in eo loco geniti sint, in quo coluntur. Ceterum *Servius* aliorum opinionem hic recitat. Nam in *1. G. 498.* Deos patrios ab Indigetibus distinguit, his verbis: Patrii Dii sunt, qui praesunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Iuno Carthagini: Indigentes autem proprie sunt Dii ex hominibus facti, quasi in Diis agentes. — **2)** Sunt qui stricte intelligunt Semideos Curetes. *Gloss. Philox.* Indigetes, ἡμίθεοι Κούρητες. *Arnob. 3. p. 125.* Aut si Curetas pro Laribus invocaro, quos Indigetes Samothracios pars vestrorum adseverat auctorum. *Al. melius leg.* Digitos. — **3)** Universe dicebantur Indigetes, qui Dii ex hominibus facti essent. Aliqui Indigetes dicunt esse Deos tutelares, quorum nomina vulgari non licet. Aliqui omnes Deos Indigetes appellari volunt ab *indigeo,* quod nullius rei indigeant, vel quod nos eorum indigeamus. Sed verius esse videtur, Indigetes esse Deos ex hominibus factos, et ibi maxime cultos, ubi nati sunt. *Hesiod.* apud *Macrob. 1. Somn. Scip. 9.* et *Serv. ad cit. 12. Aen.* etc. *Liv. 8. 9.* Lares, Dii Novensiles, Dii Indigetes, Divi quorum est potestas nostrùm hostiumque. *Virg. 1. G. 498.* Dii patrii, Indigetes, et Romule, Vestaque mater. — **4)** In singulari numero

INDIGES, ĕtis, m. Dicitur interdum, inquit *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 474.,* hemitheus, ab *indigendo* divinitate, qui cum homines fuerint, indiguerint tamen divinis. Dicunt etiam quidam *indigentes,* Deos naturales et caelestes, a contrario, quod nullis indigeant. *Virg. 12. Aen. 794.* Indigetem Aeneam scis ipse, et scire fateris, Deberi caelo. Adde *Gell. 2. 16. sub fin.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 106. Müll.* V. AENEAS §. 15. in ONOM. — **5)** *Iuppiter Indiges,* apud *Plin. 3. 9. 4.* V. LUCUS IOVIS INDIGETIS. — **6)** Denique, adiectivorum more,

INDIGES, etis, omn. gen. Est etiam idem ac indigena. *Chalcid. Tim. Plat. ante med.* Dea, quae utramque urbem condidit, educavit, instituit . . . ex indigete agro et Vulcanio semine. — **7)** Alio sensu *Id. ibid. p. 7.* Coagmentatus indigete motu; *h. e.* continuo sive renascente.

INDĪGĔTO et Indigito, as, āre. Verbum transitiv. ab *indu* pro *in* et *cito;* proprie significat invocare; *invocare. Macrob. 1. Saturn. 17.* Namque Virgines Vestales ita indigetant, Apollo Medice, Apollo Paean. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 114. Müll.* Indigitanto, imprecanto; *h. e.* invocanto. — **2)** *Indigitare precem* apud *Tertull. Ieiun. 16.* est precari. — **3)** Quia Deos invocans, nomine eos appellare solet, *indigitare* et pro nominare ponitur. *Arnob. 4. p. 144.* Qui Patrocles Thurius scriptorum in titulis indigitatur. *Al. leg.* indicatur. — *Gloss. Lat. Gr.* Indigito; ἀνομάζω. Cf. *Hildebr. ad Gloss. Lat. p. 171. n. 152.*

INDĪGĪTĀMENTĂ, ōrum, n. Verbale ab *indigito,* syllabica adiectione productum. — Indigitamenta appellantur libri pontificales, qui Deorum nomina et eorum invocandorum rationem ritusque continent, ἱερατικὰ βιβλία. *Arnob. 2. p. 95.* Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta nescire. Adde *Serv. ad 1. G. 21.* — *Festus* apud *Paul. Diac. p. 114. Müll.* Indigitamenta, incantamenta vel indicia (Sic autem indicat *Lucret. 6. 380.* Non Tyrrhena retro solventem carmina frustra Indicia occultae Divûm perquirere mentis. Ea igitur erant *indicia mentis Divûm; h. e. Deorum). Gloss. Lat. Gr.* Indigitamenta, ἱερατικά. Adde *Varr. Fragm. p. 379. Bip.*

* INDIGITAS, ātis, f. V. INCITUS in *Nota.*

INDĪGĪTO. V. INDIGETO.

INDIGNĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale ab *indignor;* indignationis plenus; *pieno di sdegno. Liv. 38. 57.* Illa muliebriter indignabunda, nihil de communi filia secum consultatum. *Suet. Aug. 40.* Indignabundus et clamitans. *Gell. 19. 9.* Animo irritato indignabundus.

INDIGNANDUS, a, um. V. INDIGNOR §. 3.

INDIGNANS, antis. Particip. verbi *indignor,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc superlat. *indignantissimus* §. *1.* — Proprie est qui indignatur et detrectat, impatiens; *chi si sdegna, sdegnoso, irato. Colum. 8. 17. circa med.* Mullorum genus mollissimum est, et indignantissimum servitutis. *Ovid. 6. Met. 585.* dolor ora repressit, Verbaque quaerenti satis indignantia linguae Defuerunt. *Id. 4. Fast. 893.* cadit Mezentius iugens, Atque indignanti pectore plangit humum. *Id. 12. Met. 553.* qui pressos montibus ursos Ferre domum vivos, indignantesque solebat. — **2)** Translate. *Id. 11. ibid. 491.* Bella gerunt venti, fretaque indignantia miscent. V. INDIGNOR §. 4.

INDIGNANTER. Adverb. ab *indignans;* cum indignatione; *sdegnosamente. Arnob. 3. p. 103.* Mussitare indignanter. *Ammian. 15. 1.* Indignanter ferre. Adde *Augustin. Quaest. in Heptat. 2. 33.*

INDIGNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *indignor;* ira, stomachus, dolor ob rem indignam, quam ferre quis non potest; *indignazione, disdegno, stizza. Hirt. 8. B. G. 44.* Drapes sive indignatione et dolore vinculorum, sive timore gravioris supplicii, paucis diebus sese cibo abstinuit, atque ita interiit. *Horat. Epod. 4. 9.* Ut ora vertat huc et huc euntium Liberrima indignatio. *Vellei. 2. 66.* Cogit excedere propositi formam operis erumpens animo ac pectore indignatio. *Iustin. 12. 4.* Indignatio omnium totis castris erat, a Philippo illum patre tantum degenerasse. *Plin. 33. 6. 2.* Tanta senatus indignatio exarsit, ut etc. *Id. 8. 64. 5.* Equus indignatione accensus. *Id. 9. 48. 3.* Alicuius indignationem in se convertere. *Liv. 4. 50.* Indignationem movere. *Id. 8. 48.* Publicae indignationes. — *Cael. Aurel. 1. Acut. 3. 33.* Mentis indignatio. V. integr. loc. — **2)** Pro indignitate. *Quintil. Declam. 3. 1.* Nec intelligit, maiorem se factis meis auctoritatem hac indignatione conferre. — **3)** Specialim

II. *Indignatio* apud *Cic. 1. Invent. 53.* est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offensio concitetur. Et *mox.* Ex iis rebus, quae personis atque negotiis attributae sunt, quaevis amplificationes et indignationes nasci possunt. — *Iul. Rufinian. de figur. Sentent. 11.* Ἀγανάκτησις, indignatio, quae fit maxime pronuntiatione, etc. — **4)** A *Vegetio Veterin.* saepe usurpatur de laesione alicuius membri, ex qua veluti indignatur, irritatur, et dolet (Itali dicunt *irritazione),* v. gr. *1. 63., 2.* prol. et *13.* et *16., 5. 15.* etc. Sic *Cael. Aurel. 3. Acut. 3.* Potum dabimus paulatim, ne tumentia indignentur.

INDIGNĀTĬUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. ab *indignatio;* parva indignatio. *Plin. 6. ep. 17.* Indignatiunculam, quam in cuiusdam amici auditorio cepi, non possum mihi temperare, quo minus apud te per epistolam effundam.

INDIGNĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *indignor;* qui indignatur. *Tertull. Anim. 16.* Indignativum, quod appellant θυμικόν; *l'irascibile.* — **2)** Apud Grammaticos *coniunctio indignativa* dicitur, quae indignationi inservit, ut *et quisquam numen Iunonis adoret. Diomed. 1. p. 411. Putsch.*

INDIGNĀTUS, a, um. Particip. verbi *indignor;* qui indignatur: active. *Virg. 8. Aen. 728.* Pontem indignatus Araxes. *Id. 2. G. 162.* Indignatum magnis stridoribus aequor. — Cum infinito. *Stat. 1. Theb. 720.* Indignata sequi.

INDIGNĒ. Adverb. ab *indignus.* — Comparat. *indignius* et superlat. *indignissime* §. *1.* — Est contra dignitatem, contra ius fasque, inhoneste, ignominiose; *indegnamente, ignominiosamente, ingiustamente, miseramente. Ter. Adelph. 3. 2. 10.* Cui miserae, indigne per vim vitium obtulerat. *Id. Phorm. 3. 1. 3.* Indigne aliquem iniuria afficere. *Cic. 7. Verr. 57.* Cervices in carcere frangebantur indignissime civium R. *Ter. Phorm. 5. 8. 20.* An quidquam est hodie factum indignius? *Caes. 7. B. G. 38.* Persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt. *Plaut. Cist. 2. 5. 21.* Tute tibi indigne dotem quaeras corpore. *Id. Bacch. 3. 3. 66.* Meretricem indigne deperit. — **2)** Item cum indignatione, aegre, moleste. *Nep. Eumen. 1.* Macedones, eum sibi antetponi, indigne ferebant. *Cic. 7. Verr. 12.* Cum indigne pateretur uxor Cleomenis, in conventum suum mimi filiam venisse. *Phaedr. 3. 18.* Pavo ad Iunonem venit, indigne ferens, Cantus luscinii quod sibi non tribuerit.

INDIGNĬTAS, ātis, f. Abstractum ad *indignus;* contrarium dignitatis; *indegnità:* de personis. *Cic. Vatin. 6.* Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspersa videatur. *Id. 2. Orat. 52.* Si quid affert praeterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra quaestionem est. *Id. Caecil. 19.* Quorum nemo propter indignitatem repudiatus est. — **2)** De rebus est inconvenientia, turpitudo. *Caes. 7. B. G. 56.* Infamia atque indignitas rei. *Cic. Mur. 25.* Neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit. *Id. 7. Verr. 46. extr.* Indignitas calamitatis. *Id. 3. ibid. 53.* iniuriae. — **3)** Item refertur ad actionem ipsam, propter quam quis indigne se gerit, facinus, dedecus, iniquitas.

Digitized by Google

atrocitas; *villà, condotta indegna, oltraggio, avaria. Id. 8. Fam. 14.* Cum venissem mane ad Caesarem, atque omnem adeundi et conveniendi illius indignitatem et molestiam pertulissem. *Caes. 2. B. G. 14.* Omnes indignitates contumeliasque perferre. *Liv. 42. 52.* Omnibus indignitatibus compulsus ad rebellandum. *Id. 5. 48. extr.* Rei foediissimae per se adiecta indignitas est: pondera ab Gallis allata iniqua, et adiectus ab insolente Gallo ponderi gladius. — **4)** Est etiam indignatio; *indignazione. Liv. 3. 45.* Inde primum miseratio sui, deinde indignitas, atque ex ea ira animos cepit. *Justin. 3. 3.* Cum hinc iniuria, inde indignitas animos acuerit. *Cic. 10. Att. 8.* Tacita esse poterit indignitas nostra?

INDIGNĪTER. Adverb. ab *indignus*, idem quod indigne, a quo forma tantum discrepat. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 176. Burm.* Vixit bis decem annis nata indigniter.

INDIGNOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more etiam adhibitum (infra §. 4.), ab *indignus:* forma deponens, sub qua passiva significatione etiam adhibetur in particip. *indignandus.* — **b)** *Indignarier* pro *indignari* paragoge est apud *Lucret. 3. 884.* — **c)** Particip. *indignans* §. *1. 2.* et *4.* et suo loco, *indignandus* §. *3.*, *indignatus*, v. suo loco. — **d)** Derivata et composita, v. sub INDIGNUS, suo loco.

INDIGNOR proprie est rem indignam esse aio, ferre non possum, stomachor, cum ira detrecto, graviter fero; *non poter sopportare, sdegnarsi, corrucciarsi. Cic. 1. Invent. 17.* Ea, quae indignantur adversarii, tibi quoque indigna videri. *Nep. Dion. 4.* Id cum factum multi indignarentur. *Caes. 7. B. G. 19.* Indignantes milites, quod conspectum suum hostes ferre possent. *Horat. Art. P. 359.* Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5.* Nos homunculi indignamur, si quis nostrûm interiit. *Virg. 2. Aen. 93.* Et casum insontis mecum indignabar amici. *Claudian. IV. Cons. Honor. 557.* Ipse tibi famulos praeberet Pegasus alas, Portaretque libens, melioraque pondera passus Bellerophonteas indignaretur habenas. *Senec. Tranquill. 10.* Ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet. *Quintil. 1. 3. 6.* Sunt quidam, nisi institeris, remissi: quidam imperia indignantur. — Cum infinito. *Id. ibid. 1. 8.* Cedere peritis indignantur. *Ovid. 10. Met. 604.* a tanto non indignabere vinci. *Sall. Iug. 54.* Taciti indignabamini, aerarium expilari. *Luran. 10. 444.* Et timet incursus, indignaturque timere. *Caes. 3. B. C. 108.* Queri atque indignari coepit, regem ad dicendam causam evocari. *Quintil. 1. 11. ad fin.* Quod facere oportet, non indignandum est discere. — **2)** Eleganter tribuitur rebus inanimis. *Virg. 1. Aen. 59.* Venti indignantes circum claustra fremunt. *Sil. 3. 606.* Clausus ubi exusto liquor indignatur aheno. v. alium locum *Caelii Aurel.* huc pertinentem in voce INDIGNATIO §. 4. et Cf. INDIGNATUS. — **3)** Passive *indignandus* apud *Ovid. 8. Met. 688.* sed et haec vilisque vetusque Vestis erat, lecto non indignanda saligno. Adde *Val. Flacc. 1. 547.* et *Cic. 2. Invent. 18. a med.* — **4)** Intransitivorum more,

II. *Indignor* cum dativo. *Ulp. Dig. 48. 5. 2.* Quique contaminationi non indignatur. Ita *Torrentin.*, at *Haloander*, contaminatione. *Avian. fab. 2.* Indignans sibimet. *Vulg. Interpr. Ioh. 7. 23.* Mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci. *Id. Isai. 66. 14.* Et indignabitur inimicis suis. — Huc spectant *Id. Dan. 11. 30.* Indignari contra aliquam rem. *Id. 2. Mac. 8. 4.* super aliqua re. *Id. Sap. 12. 27.* in aliqua re. *Id. Iob. 32. 3.* adversus aliquem. *Id. Matth. 20. 24.* Et indignati sunt de duobus fratribus. — *Id. Exod. 22. 24.* Et indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio.

INDIGNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dignus*. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando confusum est cum *indiguus*, ut adnotat *Hildebr.* ad *Apul. 9. Met. 12.* — **c)** Comparat. *indignior* §. *2.* et *4.*, superlat. *indignissimus* §. *1. 2.* et *7.* — **d)** Derivata, *indignabundus, indignanter, indignatio, indignatiuncula, indignativus, indigne, indignitas, indigniter, indignor.* — **e)** Composita, *perindigne, perindignus.*

INDIGNUS proprie est non dignus, qui non meretur, qui non convenit, alienus: tum in bonam, tum in malam partem; *indegno.* In malam. *Cic. 3. Tusc. 16.* Divitias quivis, quamvis indignus, habere potest. *Id. Rosc. Am. 41.* Ii ne, qui postulabant, indigni erant, qui impetrarent? *Id. Vatin. 16.* Te omni honore indignissimum iudicat. *Ter. Adelph. 5. 4. 44.* haec te admittere indigna genere nostro? *Caes. 7. B. G. 17.* Nulla vox est audita populi R. maiestate, et superioribus victoriis indigna. Et *5. ibid. 35.* Nihil, quōd ipsis esset indignum, committebant. — Cum genitivo. *Virg. 12. Aen. 649.* magnorum haud unquam indignus avorum. — Cum infinito. *Ovid. 1. Art. am. 681.* Fabula nota quidem, sed non indigna referri. — **2)** Cum de rebus dicitur, iniquum, foedum, crudelem, turpem significat. *Liv. 29. 9.* Lictoribus indignum in modum mulcatis. *Ter. Adelph. 2. 1. 12.* Indignis cum egomet sim acceptus modis. *Id. Andr. 1. 1. 118.* Indignum facinus. *Id. Eun. 5. 5. 4.* Indigna exempla. *Virg. 6. Aen. 162.* Misenum indigna morte peremptum. *Liv. 1. 40.* Antea semper pro indignissimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulsos. *Cic. 2. Offic. 8. circa med.* Hoc uno sol quidquam non vidit indignius. *Virg. 9. Aen. 505.* digna atque indigna relatu Vociferans. Et *12. ibid. 811.* Digna, indigna pati; *d' ogni sorta.* — **3)** *Indignae hiemes* sunt asperae, saevae, horridae. *Id. 2. G. 373.* — **4)** *Indignum est*, res est indigna, aliena. *Cic. Quint. 31.* Indignum est a pari vinci, aut superiore: indignius ab inferiore. *Lucan. 10. 102.* Sat fuit indignum, Caesar, mundoque tibique, Pompeium facinus meritumque fuisse Pothini. *Sall. Iug. 81.* Sed quoniam in has regiones venimus, non indignum videtur, egregium facinus duorum Carthaginiensium memorare. — **5)** *Indignum* aliquando interiectio est indignantis, ut *infandum, nefas. Ovid. 5. Met. 56.* nisi post altaria Phineus . . . isset: et (indignum!) scelerato profuit ara. *Id. 1. Amor. 6. 1.* Ianitor (indignum!) dura religate catena. — **6)** Deinde

II. *Indignus*, in bonam partem, dicitur de eo, qui malum non meretur, immerito, immerente. *Cic. 4. Tusc. 20.* Ad calamitates hominum indignorum sublevandas. *Horat. 2. Sat. 2. 103.* Cur eget indignus quisquam, te divite? *Plaut. Cure. 4. 2. 27.* Indigni si male dicitur, maledictum id esse dico. *Lucret. 3. 1101.* saepe nocentes Praeterit, exanimatque indignos atque merentes. *Ovid. 5. Heroid. 8.* Quae venit indignae poena, dolenda venit. *Ter. Adelph. 2. 1. 12.* Indignus iniuria. *Ovid. 2. Amor. 3. 14.* Forma indigna perire situ. *Id. 1. Met. 508.* Crura indigna laedi. *Sil. 2. 111.* indignumque sagittae Impubem malas tam certae occurrere Lyxum. — **7)** Item quem non decet, qui non debet. *Cic. Pis. 23.* L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus. *Ter. Eun. 5. 2. 26.* nam si ego digna hac contumelia Sum maxime; at tu indignus qui faceres tamen. — **8)** Pro non dignato. *Avian. fab. 12.* Hunc *(rusticum)* Fortuna novis gaudentem provida rebus Admonet, indignam se quoque ture dolens; *h. e.* dolens se quoque non dignatam ture, etc. — **9)** Pro incongruo, non idoneo. *Cael. Aurel. 1. Acut. 3. 59.* Etenim praesaucialis viribus quidquid adhibetur, grave atque indignum est adiutorium. Sic *Id. 2. Chron. 15. 185.* Adiutorii genus . . . indignum ad constrictionem. — **10)** Pro magno, ingenti, vult *Servius* poni in illo *Virg. 10. Ecl. 10.* indigno cum Gallus amore periret. Additque *Ennium* dixisse *indignas turres;* idest magnas. Sed *Scaligero indignus* his locis est ἄρρητος; ineffabilis, inenarrabilis, quique aestimari non potest. Nam *dignum*, inquit, quod aestimari ac monstrari potest. Sic Attici τὸ ἄξιον vocabant, quod facile aestimari poterat, παρὰ τὸ δυνάσθαι. Haec ille ad illud *Virg. Cir. 310.* Verum haec tum nobis gravia atque indigna fuere.

INDĪGUS, a, um. Adiect. verbale ab *indigeo*, frequentius in usu apud Poëtas; indigens, egenus; *bisognoso. Stat. 5. Silv. 1. 102.* mihi pauper et indigus uni. *Lucret. 1. 60.* Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri. *Virg. 2. G. 438.* Vi propria nituntur, opisque haud indiga nostrae. — *Plin. 8. 61. 1.* Canes fidelissima auxilia, nec stipendiorum indiga. *Id. 4. 11. 2.* Civitas non indiga ullius praeconii. *Capell. 1. p. 9.* Quodque indiga veri Cura facit dubium. *Alii leg.* indaga. — Cum ablativo. *Lucret. 5. 224.* indigus omni Vitai auxilio. *Apul. 9. Met. 12.* Refectione virium vehementer indigus. *Hildebr.* ad *h. l.* leg. *indignus*, ac tuetur hanc lectionem prae aliis. Cf. voc. seq. — **2)** Item cupidus. *Lucan. 9. 254.* et omnis indiga servitii fervebat litore plebes.

INDĪGŬUS, a, um. Adiect. origine et significatione idem ac indigus. *Paulin. Nolan. carm. 27. 4.* Quos magis indiguos opis, et virtute carentes Affectu rimante vident. Adde *carm. 16. 196. Apul. de Deo Socrat. 1. De luna.* Alienae lucis indigua. Cf. voc. praeced. §. *1. fin.* — *Caseli.* apud *Cassiod. Orthogr. 10.* At *exiguae* non habent *s*, sicut *indiguae*, quae egeant. Cf. INDIGNUS §. b.

INDĪLĪGENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *diligens*. — Comparat. *indiligentior* §. *1.* — Est non diligens, negligens; *negligente, non curante, trascurato. Ter. Adelph. 4. 5. 50.* Vereor, ne indiligens nimium sies. *Plaut. Bacch. 2. 2. 23.* Vide, quaeso, ne quis tractet illam indiligens: Scis tu, ut confringi vas cito Samium solet. *Caes. 7. B. G. 71.* Si indiligentiores fuerint. — Cum genitivo. *Gell. 15. 28.* Cornelius Nepos rerum memoriae non indiligens. — **2)** Passive. *Plin. 19. 19. 7.* Nequam esse in domo matremfamilias, ubi indiligens esset hortus; *h. e.* non diligenter cultus, neglectus.

INDĪLĪGENTER. Adverb. ab *indiligens*. — Comparat. *indiligentius*, infra. — Est negligenter, remisse: *negligentemente, spensieratamente, trascuratamente. Cic. 16. Att. 5.* Nihil ab eo arbitror neque indiligenter neque illiberaliter factum. *Gell. 4. 12.* Agrum suum indiligenter curare. *Plaut. Mil. 1. 1. 28.* At indiligenter iceram; *alii leg.* Hau diligenter. v. sco §. *1. Caes. 2. B. G. 33.* Nostros praesidia deducturos, aut denique indiligentius servaturos crediderant.

INDĪLĪGENTĬA, ae, f. Abstractum ab *indiligens;* negligentia; *negligenza, trascuraggine. Cic. 1. Q. Fr. 2. 2.* Litterarum missarum indiligentiam reprehendere. *Caes. 7. B. G. 17.* Summa difficultate rei frumentariae affecto exercitu, indiligentia Aeduorum. *Plin. 14. 5. 4.* Praedia per indiligentiam neglecta. *Tacit. 4. Hist. 49.* Gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia veri, et adulandi libidine; *per trascuraggine di rintracciare il vero.* Adde *Cyprian. ep. 1. n. 2.*

Digitized by Google

INDĪLŪCESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *dilucesco*, idem fere ac dilucesco. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *3. 42.* Cum iam ferme dies insequens indilucesceret.

INDĪMENSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dimensus;* non dimensus, immensus, innumerabilis. *Ammian. 19. 2.* Gerentes populos tam indimensos in nostrorum conversos exitium.

INDĪMĬNŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *diminutus;* non diminutus. *Paschas. Diac. de Spir. Sanct. 1. 1.* Die mihi si unquam ex creaturis ullam legeris potestatem atque virtutem, quae multa simul impleat atque possideat, et quod magis est, indiminuta atque divisa permaneat. *Fulgent. ep. 16. n. 6.* Divina sapientia, sicut antequam se exinanisset, indiminuta permansit, ita etc.

INDĪMISSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dimissus;* non dimissus. *Tertull. 4. advers. Marcion. 34.* Illicite dimissam uxorem pro indimissa ducens, adulter est.

INDĬPĬSCO (et Indepisco): V. voc. seq. §. 3.

INDĬPISCOR (et Indepiscor), piscĕris, eptus sum, ipisci. Verbum transitiv. forma deponens, pro qua etiam activa aliquando adhibitum est (V. infra §. 3., coll. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 170. n. 143.*), ab *indu* pro *in*, sive potius ab *in*, inserta littera *d*, et *apiscor*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. V. APISCOR. — **b)** Veteres dicebant etiam *indepiscor*, ut *Festus* apud *Paul. Diac. p. 106. Müll.* docet: atque ita quidam leg. in priore loco *Plauti*, quem infra §. 3. afferemus: item *Rud. 5. 2. 28.* — **c)** Particip. *indeptus*, V. suo loco. — **d)** Derivatum, *indepto.*

INDIPISCOR proprie est adipiscor, assequor, nanciscor, invenio; *conseguire, trovare. Plaut. Rud. 5. 2. 28.* Magna hercle praeda est: largiter mercedis indipiscar. *Id. Epid. 3. 4. 15.* Divitias magnas indeptus: *Lucret. 5. 212.* simul atque hominem leti secūra quies est indepta; *h. e.* mors hominem occupavit. *Liv. 26. 39. circa med.* Quam quis indeptus navem erat ferrea iniecta manu, etc. *Plaut. Trin. 2. 1. 2.* Indipisci multum dolorem. *Gell. 17. 2.* Indipisci animo; *h. e.* mandare memoriae. *Apul. 6. Met.* Nec indipisci iam maritum volatilem quiens; *arrivare.* — **2)** Pro incipere. *Gell. 1. 11.* Achaeos pugnam indipisci, non tibiarum concentu, sed mentium animorumque conspiratu. — **3)** Activa forma

II. *Indipisco, is, ĕre.* Eadem significatione propria. *Plaut. Asin. 2. 2. 15.* Nunquam aedepol quadrigis albis indipiscet postea. *Id. Aul. 4. 10. 45.* Neque partem tibi Ab eo, quiqui est, indipisces, neque furem excipies? Ita leg. *Non. 2. 460.*, alii *inde posces.* V. vocem sequent. §. 3. *Onom. Lat. Gr.* Indipisco; *ἐπιτυγχάνω.*

INDĪRECTO. V. voc. seq. §. 2.

INDĪRECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *directus;* non directus. *Quintil. 5. 13. 2.* Cum accusatori satis sit plerumque, verum id esse, quod obiecerit: patronus neget, defendat, transferat, excuset, deprecetur, molliat, minuat, avertat, despiciat, derideat: quare indirecta fere, atque, ut sic dixerim, clamosa est actio; hinc mille flexus, et artes desiderantur. — **2)** Absolute, adverbiorum more,

INDIRECTO; non directo. *Venant. Fortun. ep. ad Syagr. 5. 4.* Quia, etsi indirecto, pervenit *(epistola)* ad terminum.

INDĪREPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *direptus;* non direptus. *Tacit. 5. Hist. 71. extr.* Sic Capitolium clausis foribus indefensum et indireptum conflagravit.

INDĪRUMPĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dirumpo;* qui dirumpi nequit. *Rustic. contra Acoph. p. 1208. Migne, de Filio Dei.* In sua ipsius indirumpibili unitione *(scilicet*, duarum naturarum).

INDĪRUPTĒ. Adverb. ab *indiruptus;* indissolubiliter. *Cassian. 21. Collat. 14.* Si quis ieiuniorum rigidam observantiam indirupte voluerit retentare, necesse est, etc. *Id. 2. ibid. 25.* et *Gild. Excid. Brit. 3. 22.* Aliquid indirupte custodire.

INDIRUPTUS et Indisruptus, a, um. Adiect. ab *in* et *diruptus;* non diruptus, non fractus. *Cassian. 2. Collat. 22.* Castimoniae puritatem indirupta iugitate servare. *Fulgent. ad Monim. 2. 9.* Caritatis unitas iugiter indisrupta servetur. *Verecund. in Cantic. Ezech. 3.* Succedente ergo altero, illius filii ruptura ligata est, et sic fit, ut tela ista continuet indisrupta.

INDISCERNĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *discernibilis;* qui nequit discerni. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 49.* Supra enim haec, immensum, invisibile, indiscernibile universaliter, et his, quae in ipso, et his, quae post ipsum, etiam quae ex ipso. Adde *4. ibid. 23.*

INDISCERPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *discerptus;* non discerptus; *non lacerato.* — Translate. *Interpr. epist. Ignatii ad Ephes. 20.* Obedire vos episcopo et presbyterio indiscerpta mente.

INDISCĬPLĪNĂ, ae, f. Abstractum ab *in* et *disciplina;* defectus disciplinae. *Gloss. Philox.* Indisciplina; *ἀμαθία. Boëth. Aristot. Analyt. prior. 1. 3.* Termini, ut inesse, bonum, habitus, prudentia; ubi non inesse, bonum, habitus, indisciplina.

INDISCĬPLĪNĀTĒ. Adverb. ab *indisciplinatus;* sine disciplina, inordinate. *Commodian. Instruct. 76.* Indisciplinate loqueris.

INDISCĬPLĪNĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *indisciplinatus;* defectus disciplinae. *Cassiod. 7. Variar. 3.* Ne qua inter consortes, ut asseit, indisciplinatio nasceretur. *Acta S. Sereni M. n. 1.* Intelligo te non causa deambulandi huc venisse, sed indisciplinationis et lasciviae. *Maxim. Taurin. Serm. 14.* Indisciplinatio secularis. Adde *Dionys. Exig. Cod. Can. Eccl. 84.* et *Primas.* in *ep. ad Coloss. c. 3.* — In plur. num. *Possid. Vit. S. Augustin. 25.* Indisciplinationes quoque et transgressiones suorum a regula recta . . . arguebat.

INDISCĬPLĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *disciplinatus;* non disciplinatus, disciplina carens. *Interpr. 4. Haeres. 9. 1.* Et servis quidem et adhuc indisciplinatis condignam tradens legem. *Cyprian. ep. 62. ad fin.* et *Augustin. ep. 169.* et *Lucif. Calar. de non conven. cum haeret. post init.* — Absolute. *Vulg. Interpr. Ital. Prov. 5. 23.* Ille moritur cum indisciplinatis.

INDISCĬPLĪNŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *disciplinosus* idem ac indisciplinatus. *Fragm. IV. Vatic. Arianorum* apud *A. Maium* in *Scriptor. vet. N. Coll. T. 5. P. 2. p. 219.* Consueverunt homines, quando aliquos vident ineruditos et indisciplinosos esse, improperare eis, qui circa se, vel sub se eos habent. — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. Ital. Eccli. 25. 7.* Indisciplinosa loquela.

INDISCISSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *discindo;* qui nequit discindi. *Rustic. contra Acoph. p. 1205. Migne.* Convenire autem dicimus secundum unitionem indiscissibilem, etc.

INDISCISSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *discissus;* non discissus. *Hieronym. ep. 18. n. 1.* Indiscissa Domini tunica; *h. e.* inconsutilis. *Poëta in Anthol. Lat. ep. n. 664. Meyer.* Dissidiis indiscissis in mutua saepe Vulnera, non una perituri clade, ruerunt. Adde *Liberat. Breviar. 4.*

INDISCRĔPANTER. Adverb. ab *in* et *discrepans;* sine discrepantia. *Boëth. 2. Arithm. 58.* Id si in infinitum facere libeat, indiscrepanter incurrit.

INDISCRĒTĒ. Adverb. ab *indiscretus.* — Comparat. *indiscretius*, infra. — Est indifferenter, indiscriminatim; *indifferentemente, alla rinfusa. Plin. 11. 65. 3.* Avium et animalium vocis indiscrete editae imitatio. *Spartian. Nigr. 3.* Cum indiscrete subsellia Circi repleta essent. *Anet. Itin. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *57.* Additur, Hephaestionem una cum vidissent mulieres indiscretius cultum, de auctu corporis melius opinatas, ipsum pro Alexandro salutasse; *egualmente vestito.* Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 26. 3.*

INDISCRĒTIM. Adverb. origine et significatione, sed alia forma, idem ac indiscrete. *Solin. 30.* Locus opiparis epulis semper refertus, quibus indiscretim omnes vescuntur.

INDISCRĒTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *indiscretus;* conditio eius, qui est indiscernibilis. *Rufin. de Benedict. Patriarch. 1. 2. fin.* Recte propheta stupore tantae Patris et Filii unitatis et indiscretionis attonitus dicit, etc. — **2)** Translate est defectus discretionis, iniquitas; *indiscrezione, indiscretezza. Coripp. 2. Iohann. 56.* Heu, ducis ignavi quale indiscretio bellum Movit!

INDISCRĒTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *discretus;* qui discerni non potest, maxime similis; *che non si può discernere, indistinto. Plin. 35. 36. 26.* Imagines adeo similitudinis indiscretae pinxit. *Virg. 10. Aen. 392.* simillima proles Indiscreta suis. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 44.* Haeccine vita iuvat silvestribus abdita lustris, Indiscreta feris? *Varr. 3. RR. 1.* Cum agriculturam primo propter paupertatem maxime indiscretam haberent, quod a pastoribus qui erant orti in eodem agro et serebant, et pascebant; qui postea creverunt, peculia diviserunt, ac factum, ut dicerentur alii agricolae, alii pastores. — **2)** *Indiscretum nomen* idem est ac indifferens. *Cels. 4. 3.* Quamvis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur; *usano indistintamente questi nomi.* Et *indiscreta familiaritas* apud *Sidon. 7. ep. 9.* in *conc. a med.* est ea, quae quemque obvium in familiaritatem admittit. — **3)** Item indivisus, coniunctus; *indiviso. Plin. 11. 37. 46.* Quibusdam indiscretum caput est, ut caucris. *Tacit. 4. Hist. 52.* Suum cuique sanguinem indiscretum, sed maxime principibus. *Colum. 3. 11. ante med.* Quod indiscretis vitibus contingere solet; *nempe* vitibus, quae diversae sunt notae seu qualitatis, coniunctim positis. *Alii minus recte* indescriptis *leg.*: opponuntur enim iis vitibus, quas *Id. paulo supra* vocat *discreta semina. Paullin. Petroc. 2. 220.* Nam semper sancto comes indiscreta cohaeret Gratia. — **4)** Item par. *Imppp. Valentinian., Valens et Gratian. Cod. Theod. 6. 7. 1.* Praefectum urbi, praefectum praetorio, magistros equitum ac peditum indiscretae ducimus dignitatis.

INDISCRĪMĬNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *discrimino;* indiscretus. *Claud. Mamert. Stat. anim. 2. 10.* Ut sint et negotio, et sensu, et verbo indiscriminabilia.

INDISCRĪMĬNĀTIM. Adverb. ab *in* et *discriminatim;* indifferenter, et sine discrimine; *indifferentemente. Varr. LL.* apud *Non. 2. 449.* Quibus nos in hoc libro utemur indiscriminatim et promiscue.

INDISCUSSĒ. Adverb. ab *indiscussus;* sine discussione. *Augustin. Serm. 35. n. 2. ed. Mai.* Ut quidquid dixeris, indiscusse credaris.

Digitized by Google

Mar. Mercat. Excerpt. ex Nestor. 21. p. 902. Migne. Laudastis vocem, sed indiscusse nolo faveatis.

INDISCUSSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *discutio;* qui discuti non potest, certissimus. *Claud. Mamert. 2. Stat. anim. 12. circa med.* Sed quoniam et tres esse caelos, et non omnes corporeos, vel indiscussibilis auctoritas docet, vel ratio manifesta convincit, etc.

INDISCUSSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *discussus;* non examinatus. *Claud. Mamert. Stat. anim. 3. 11.* Illud indiscussum restat. *Cassiod. 4. Variar. 50.* Quia nobis dubia est uniuscuiusque indiscussa calamitas, etc. Adde *Oros. presb. Vit. S. Euseb.* et *Cassiod. Divin. Instit. 1.*

INDĪSERTĒ. Adverb. ab *indisertus;* non diserte; *senz'eloquenza. Cic. 2. Q. Fr. 1.* Orationem meam non indiserte collaudavit.

INDĪSERTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *disertus;* non disertus; *senz'eloquenza. Cic. 2. Nat. D. 1.* Neque indisertum Academicum pertimuissem. — **2)** Translate. *Id. 3. Orat. 38.* Malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem. Adde *Claud. Mamert. Gratiar. act. 1.* — **3)** Absolute *indisertus* vel *indissertus* (sic enim etiam scribitur) dicitur *infans* in *Gloss. Lat. p. 171. n. 152.* V. *Hildebr.* ad h. l., et *Cf.* DISSERO III. §. c.

INDISIECTUS. V. INDIRECTUS.

INDISIUNCTIM. Adverb. ab *in* et *disiunctim;* non disiunctim, continuo; *immediatamente. Claud. Mamert. Stat. anim. 1. 12. a med.* Indisiunctim namque mox adiicit, ac dicit: etc.

INDISPENSĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dispensatus;* non dispensatus, immoderatus. *Sil. 16. 340.* at queis prudentia Circi Altior, effusas primo certamine vires Damnare, et cassis longe increpitare querelis Indispensato lassantem corpora usu. *Senec* dixit eodem sensu *praef. l. 1. Controvers. a med.* Nesciebat dispensare vires suas, sed immoderati adversum se imperii fuit.

INDISPŌSĪTĒ. Adverb. ab *indispositus;* incomposite; *senza ordine. Senec. ep. 124. a med.* Quid ergo, inquis? Muta animalia perturbate et indisposite moventur?

INDISPŌSĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dispositus;* incompositus; *disordinato, confuso. Tacit. 2. Hist. 68.* Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta pervigilio ac bacchanalibus, etc. — **2)** Translate, imperatus. *Augustin. ep. 59. Victorino.* Me valde indispositum invenit *(epistola)*, ut occurrere omnino non possem.

INDISPŪTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *disputabilis;* is, de quo disputari non potest. *Cassiod. 12. Variar. 21. de Scribis.* Indisputabile testimonium, vox antiquarum chartarum. *Maxim. Taurin. Homil. 77.* Indisputabilis deitas.

INDISRUPTUS. V. INDIRUPTUS.

INDISSĔCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *disseco;* qui nequit dissecari. *Paschas. Diac. de Spir. Sanct. 2. 4.* In hoc tamen indissecabili malestatis amplexu, etc. Adde *Isid. 3. Orig. 5.*

INDISSERTUS. V. INDISERTUS §. 3.

INDISSĪMĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dissimilis;* non dissimilis. *Varr. 9. LL. 29.* Formae vocum indissimiles. Adde *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 7. 2.*

INDISSĪMŬLĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dissimulo;* non dissimulatus; *che non si può dissimulare. Gell. 10. 22.* Cum quadam indissimulabili veritate disseruit.

INDISSĪMŬLANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *dissimulo;* qui non dissimulat. *Commodian. Instruct. 17. 4.* Indissimulantes concussi numine quodam. Ita leg. *Pitra* in *Spicil. Solesm. T. 4. p. 235. v. 210.* ex Cod. MS.. In editis est *Indo simulantes concuti.*

INDISSĪMŬLANTER. Adverb. ab *indissimulans;* non dissimulanter. *Dionys. Exig. Decret. Leon. pap. 13.* Terni semper ex vobis ad diem tertium calendarum Octobrium Romam, fraterno concilio sociandi, indissimulanter concurrant. Adde *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 439.*

INDISSŎCĬĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dissociabilis;* non dissociabilis; *che non si può disgiungere. Lactant. Opif. D. 10.* Indissociabilem praetendunt unitatem.

INDISSŎCĬĀBĬLĬTER. Adverb. ab *indissociabilis;* ita ut non possit dissociari. *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 18.* Anima conspicatur incorporeus illocaliter formas, quibus indissociabiliter iuncta, etc. Adde *Rufin.* vertent. *Origin. 2.* Περὶ ἀρχ. *3.*

INDISSŎLŪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dissolubilis;* qui dissolvi non potest, insolubilis; *che non si può slegare, indissolubile. Plin. 11. 28. 3.* Maculasque paribus intervallis, indissolubili nodo implicat. — **2)** Translate. *Cic. Univ. 11.* Sed quoniam orti estis, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis.

INDISSŎLŪBĬLĬTER. Adverb. ab *indissolubilis;* ita ut non possit dissolvi. *Claud. Mamert. Stat. anim. 2. 2.* Indissolubiliter nexum. Adde *Fulgent. ep. 14. fin.* et *Chalcid.* vertent. *Tim. Plat. p. 6.*

INDISSŎLŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dissolutus;* non dissolutus, non solutus, colligatus; *legato. Cic. Univ. 11.* Haec sunt indissoluta, me invito. *Plerique al. leg.* non sunt dissoluta. *Boëth. 1. Music. 8.* Idcirco definitur sonus aëris percussio indissoluta usque ad auditum.

INDISSUĀSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dissuadeo;* qui dissuaderi non potest. *Boëth. Aristot. Topic. 6. 4.* Si scientiam definivit opinionem indissuasibilem. Adde *ibid. 8. 2.*

INDISTANTER. Adverb. ab *in* et *distanter;* sine distantia, nulla mora interposita. *Priscian. 2. p. 563. Putsch.* Syllaba est vox litteralis, quae sub uno accentu, et uno spiritu indistanter profertur. — **2)** Translate idem est ac indifferenter. *Ammian. 27. 9.* Imperator puniens gregariorum errata, parcens potioribus, qui ex eo anhelantes, ex nutu suo indistanter putant omnium pendere fortunas.

INDISTINCTĒ. Adverb. ab *indistinctus;* indiscriminatim; *indistintamente, confusamente. Gell. praef.* Ita quae libitum erat, cuius generis cumque erant, indistincte atque promiscue adnotabam. *Ulp. Dig. 32. 1. 75.* Nummis indistincte legatis, hoc receptum est, ut exiguiores legati videantur; h. e. generaliter. *Paul. ibid. 4. 8. 52.* Iulianus indistincte scribit, si per errorem etc.; h. e. absolute, omnino, sine ulla distinctione.

INDISTINCTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *distinctus;* inordinatus, confusus; *non distinto, confuso, indistinto. Quintil. 8. 2. ad fin.* Neque inordinata, neque indistincta. *Catull. 64. 285.* Indistinctae corollae. — **2)** *Indistinctus orator;* qui indistincte et obscure loquitur. *Quintil. 12. 10. circa med.* An non in privatis et acutus, et non asper, et non indistinctus, et non supra modum elatus M. Tullius?

INDISTRICTUS. V. INDESTRICTUS.

INDĬTUS, a, um. Particip. verbi *indo,* adiectivorum more etiam adhibitum; datus, impositus, immissus; *imposto, dato. Senec. Ot. sap. 31.* Utrum Deus extrinsecus *(operi suo)* circumfusus sit, an toti inditus; *internato.* Et *Curt. 10. 10.* Venenum potioni inditum. *Flor. 3. 1. ad fin.* Iudita monti urbs; h. e. imposita. *Tacit. 11. Ann. 2.* Vinclisque inditis in urbem raptus. Et *12. ibid. 57.* Inditi pontes. Et *3. ibid. 28.* Inditi custodes; h. e. additi, appositi. Et *14.* Iuditus lecticae; h. e. impositus. *Plaut. Men. 2. 1. 38.* Huic urbi nomen Epidamno inditum est. *Senec. Troad. 884.* Ferrum inditum visceribus; *caeciato.*

INDĬVĬDŬĒ. Adverb. ab *individuus;* indivise. *Acta SS. Mart. XXXVII. Aegyptior. n. 2.* Adhaerere alicui individue. — **2)** Item specialiter; *individualmente. Boëth. introd. ad Sillog.* Singulariter atque individue differentias quantitatis habere.

INDĬVĬDŬĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *individuus;* proprietas eius, qui est individuus; *indivisibilità. Tertull. Monog. 5.* Individuitas matrimonii. *Id. Anim. 51.* animae. *Boëth. Cons. Philos. 4. pros. 6. ante med.* Quantum a puncti media individuitate discedit orbis circa eundem cardinem se se vertens, tanto etc. Adde *Phoebad. contra Arian. 18.*

INDĬVĬDŬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dividuus;* qui non potest dividi, vel qui non separatur; *individuo, che non si può separare, indivisibile. Cic. 1. Fin. 6.* Ille atomos, quas appellat; id est, corpora individua. — **2)** Translate. *Tacit. 6. Ann. 10.* E vetustissimis familiarium Rhodum secuti, et apud Capreas individui; *compagni indivisibili. Manil. 1. 128.* Sive individuis in idem reditura soluta Principiis natura manet post saecula mille. *Quintil. 8. Declam. 3.* Individua pietas. *Cyprian. epist. ad Antonian. 21.* Perseverante Catholicae Ecclesiae individuo Sacramento. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INDIVIDUUM, i, n. Res individua. *Boëth. in Porphyr. 2. p. 97. Migne.* Individuum autem pluribus dicitur modis: dicitur individuum, quod omnino secari non potest, ut unitas vel mens; dicitur individuum, quod ob soliditatem dividi nequit, ut adamas; dicitur individuum, cuius praedicatio in reliqua similia non convenit, ut Socrates. *Cic. 4. Acad. 17.* Ex illis individuis, unde omnia Democritus gigni affirmat. *Cassiod. de Dialect.* Haec definitio semper in individuis versatur, quae Graeci ἄτομα appellant.

INDĪVĪSĒ. Adverb. ab *indivisus;* sine divisione. *Ascon. in 3. Verr. 55. Particeps,* qui certam habet partem, et non indivise agit, ut *socius.* Adde *Rustic. contra Acceph. p. 1209.* et *1236. Migne,* et *Vigil. pap. Constit. pro Damnat. trium Capitul. p. 146. ibid.*

INDĪVĪSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *divisibilis;* individuus; *indivisibile:* ut Indivisibilis materia, apud *Diomed. 2. p. 415. Putsch.* Indivisibilis anima, apud *Tertull. Anim. 51.* Cf. voc. seq.

INDĪVĪSĪBĬLĬTER. Adverb. ab *indivisibilis;* indivise; *indivisibilmente. Tertull. Anim. 31.* Mors indivisibili animae indivisibiliter accidens. Adde *Boëth. Analyt. poster. Aristot. 1. 11.*

INDĪVĪSĬO, ōnis, f. Abstractum ab *indivisus;* id, quod dividi non potest. *Boëth. Aristot. Analyt. poster. 1. 12.* Manifestum igitur, quod utrisque falsis *(propositionibus)* et altera solum, erit syllogismus deceptivus in indivisionibus; h. e. in propositionibus, quae divisionem non admittunt. *Isid. 13. Orig. 2. 4.* Nam τομὴ Graece sectio dicitur; ἄτομος, indivisio.

INDĪVĪSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *divisus;* non divisus; *indiviso. Varr. 2. RR. 7.* Equorum, qui ungulas indivisas habent. *Stat. 8. Theb.*

Digitized by Google

512. O rerum media, indivisaque magnis Fratribus; *h. e.* tellus communis Iovi, Neptuno, Plutoni. — **2)** Absolute, substantivorum more, INDIVISUM, i, n. Res indivisa. Hinc *pro indiviso* est pariter et ex aequo commune; *in comune. Cato, RR. 137.* Vineam curandam partiario: partiario foenum et pabulum: cetera omnia pro indiviso. Sic *Plin. 17. 1. 1.* Pro indiviso possessa a feris; *h. e.* pari iure simul cum homine. *Id. 9. 64. 1.* Ius temperatur aqua, et pro indiviso humani potus excremento; *h. e.* aequis portionibus. *Id. 16. 39. 2.* Mutari naturam in iisdem *(arboribus)* et pro indiviso valere; *h. e.* aeque, perinde, similiter. Adde *Senec. Consol. ad Helv. 17.* et *Frontin. limit. p. 41. Goës.*

INDIVULSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *divulsus;* non divulsus. *Macrob. 1. Saturn. 11. circa med.* Gracchum servus indivulsus comes tutatus est. Adde *Paullin. Petroc. 2. 225.*

INDO, dis, dĭdi, dĭtum, dĕre. Verbum transitiv. ab *in* et *do,* cuius variationes sequitur. V. DO. — **b)** Particip. *indens* §. *1., inditus,* V. suo loco, *inditurus* §. *1.* — **c)** Composita, *adindo, subindo.*

INDO proprie est immitto, iniicio; *mettere, metter dentro. Plaut. Mil. 2. 3. 1.* Inde ignem in aram. *Id. Men. 1. 1. 5.* Fugitivis servis indunt compedes. *Id. Merc. 1. 2. 92.* Quasi in aquam indideris salem. *Id. Cas. 2. 3. 31.* Si in os meum vini guttam indidi. *Tacit. 15. Ann. 57.* Vinclo fasciae indidit cervicem. *Cato, RR. 21.* Uti cupam in columella indere possis. *Plaut. Rud. 1. 1. 6.* fenestras; *porre.* Et *Asin. 3. 2. 7.* cicatrices in scapulas; *imprimere, fare. Ulp. Dig. 48. 13. 1.* aliquid in aurum argentumve; *frammischiare. Gell. 1. 23.* Catonis verba huic commentario indidissem, si etc.; *aver posto, inserito. Cato, RR. 100.* Oleum sic in metretam novam inditurus eris. V. alia in INDITUS. — *Gloss. Lat. p. 171. n. 148. Hild.* Indens, inserens. — **2)** Translate est, induco, impono. *Tacit. 2. Ann. 56.* Indere alicui vocabulum. *Id. 5. Hist. 4.* novos ritus; *introdurre.* Et *4. ibid. 54.* pavorem suis, alacritatem hostibus. *Gell. praef.* titulos libris. *Liv. 1. 54.* Puero ab inopia Egerio inditum nomen.

II. INDO, V. ENDO.

INDŎCĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *docibilis,* idem ac indocilis. *Gloss. Philox.* Indocibilis; *ἀνεπιδεής. Cassiod. de anim. 12. ad fin.* In schola siquidem Christi cor indocibile non potest inveniri. Adde *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 14. 2.* Cf. INDOCILIS §. 1.

INDŎCĪBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *indocibilis;* defectus docibilitatis; *durezza d' ingegno, mente indocile. Apul. 2. Dogm. Plat.* Prudentiam indocibilitas impugnat, quae non abolitionem infert scientiae, sed contraria est disciplinae discendi.

INDŎCĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *docilis;* qui doceri non potest: et ad eum refertur, qui docetur; *indocile, incapace d' imparare. Cic. 1. Nat. D. 3.* Quia nimis indociles quidam tardique sunt. *Plin. 10. 62. 1.* E volucribus hirundines esse indociles, e terrestribus mures. *Cat.* apud *Plin. 29. 7. 1.* Vincam nequissimum et indocile esse genus illorum *(Graecorum). Alii leg.* indocibile. V. *Iordan, fragm. Cat. p. 77.* — Cum genitivo. *Sil. 12. 726.* vir indocilis pacisque modique. — Cum dativo. *Id. 11. 11.* gens vana, indocilisque quieti (Sic *Iuvenal. 14. 40.* dociles imitandis turpibus). *Al.* quietem *leg.,* Graeco more. — Cum infinito. *Horat. 1. Od. 1. 18.* Mercator indocilis pauperiem pati. *Lucan. 3. 338.* quamquam plebeio tectus amictu, Indocilis privata loqui. *Stat. 6. Theb. 513.* equus ferus, indocilisque teneri. — **2)** Aliquando refertur ad rem, quae docetur; *che non si può insegnare. Cic. 4. Acad. 1.* Sed incredibilis quaedam ingenii magnitudo non desideravit indocilem usus disciplinam. — **3)** Est etiam indoctus; *ignorante. Virg. 8. Aen. 321.* Is genus indocile, et dispersum montibus altis Composuit, legesque dedit. *Plin. 18. 60. 2.* Indocilis caeli agricola. *Senec. Troad. 82.* Non indociles lugere sumus. — **4)** Translate est rudis, ineruditus. *Ovid. 4. Trist. 1. 3.* Hoc est cur cantet vinctus quoque compede fossor, Indocili numero cum grave mollit opus. Et *5. ibid. 12. 8.* Indocilique loquax gutture vernat avis. — **5)** Item culturam non recipiens. *Sil. 1. 257.* Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho. *Plin. 14. 1. 1.* Arbores indociles nasci alibi, quam ubi coepere. — **6)** Item non doctus, non monstratus, nulla arte paratus. *Propert. 1. 2. 12.* Et sciat indociles currere lympha vias.

INDŎCĪLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *indocilis;* defectus docilitatis; *indocilità. Philastr. Haeres. 110.* Necessitate indocilitatis cogente, sacrificia temporalia . . . fuerunt indicta Iudaeis.

INDOCTĒ. Adverb. ab *indoctus.* — Comparat. *indoctius,* infra. — Est imperite, inscite; *indottamente, da ignorante. Cic. 2. Nat. D. 16.* Quae qui videat, non indocte solum, verum etiam impie facint, si Deos esse neget. *Plaut. Pers. 4. 4. 14.* Verba haud indocte fecit. *Gell. 12. 3.* Dicam ego indoctius, ut aiunt, et apertius, quae fuisse dicturum puto sinuosius atque solertius, si quis nunc adesset Stoicorum. Nosti enim credo, verbum illud vetus et pervulgatum, *ἀμαθέστερόν πως εἰπεῖ, καὶ σαφέστερον λέγε.* Haec *Gell.,* unde colligitur *indoctius* et *apertius* proverbium esse.

INDOCTOR, ōris, m. Nomen ab *in* intentiva et *doctor,* quod pro servorum castigatore usurpatur a *Plaut. Asin. 3. 2. 6.,* quemadmodum indoctores puerorum virgis eos castigare solent. Est tamen ibi lectionis mira varietas. V. INDUCTOR. — Ita *Forcellinus,* sed *indoctor* defendit *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 30.* V. INDOCTUS §. 3.

INDOCTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *doctus.* — Comparat. *indoctior* §. *1.,* superlat. *indoctissimus* §. *1.* — Proprie est non doctus, imperitus, inscitus, ineruditus, rudis, ignarus; *non addottrinato, ignorante, indotto. Plaut. Bacch. 3. 1. 3.* Omnes longe anteeo stultitia, et moribus indoctis. *Auct. ad Herenn. 4. 46.* Homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad virtutem non potest pervenire. *Cic. Brut. 48.* T. Iuventius nec indoctus, et magna cum iuris civilis intelligentia. *Id. Partit. 23.* Hominum duo esse genera: alterum indoctum et agreste, alterum humanum et politum. *Id. 1. Fin. 21.* Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui etc. *Id. 1. Tusc. 2.* Themistocles cum in epulis recusaret lyram, habitus est indoctior. *Id. 2. Divin. 65.* Hominum levissimum et indoctissimum genus. — Cum infinito. *Horat. 2. Od. 6. 2.* Cantabrum indoctum iuga ferre nostra. — Cum genitivo. *Id. Art. P. 380.* Indoctusque pilae, discive, trochive quiescit. — Cum accusat., Graecorum more. *Gell. 2. 10.* Homo pleraque alia non indoctus. — **2)** Dicitur et de ipsis rebus imperite factis. *Cic. 3. Orat. 58.* Rudis et indocta loquacitas. *Al. leg.* impolita. *Horat. 2. Ep. 2. 2.* Quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti. *Senec. Here. Oet. 139.* Ille Thessalicus pastor in oppido Indocta referens carmina fistula. *Quintil. 1. 11. ad fin.* Ut recta sint brachia, ne indoctae rusticitate manus, ne status indecorus. — **3)** Deinde

II. *Indoctus* est etiam ab *in* intentiva et *doctus,* ita ut *indoctus* sit idem ac valde doctus. Ita enim legit *Hildebr.* locum satis vexatum *Apul. 3. Met. 30.* Sed male prima pueritia indoctus es et acutas manus habes, et maiores tuos irreverenter pulsasti toties, etc. Idem *Hildebr. ibid.* iubet conferri locum *Plauti* allatum sub v. INDOCTOR, quam V.

INDŎLĀTĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dolatilis;* qui dolari nequit. — Translate. *Sidon. 5. ep. 5.* Corporibus ac sensibus rigidi, indolatilesque. *Al. leg.* indociles.

INDŎLĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dolatus;* non dolatus. *Arnob. 7. p. 255.* Lapis indolatus et asper. Et *6. p. 196.* Indolatum lignum.

INDŎLENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *dolens;* non dolens. *Hieronym. Comment. in ep. ad Ephes. c. 4.* Exprimamus, si possimus, verbum de verbo, ut dicamus *ἀνωδύνους* indolentes sive indolorios.

INDŎLENTĬA, ae, f. Abstractum ab *indolens;* vacuitas doloris; *privazione di dolore. Cic. 2. Fin. 4.* Num propterea idem voluptas est, quod, ut ita dicam, indolentia? Adde *3. Offic. 3.* et *Senec. ep. 66. post med.* et *ep. 87.* et *Macrob. 7. Saturn. 9. Onom. Lat. Gr.* Indolentia: *ἀνωδυνία.* — *Cicero* libentius usurpat *doloris vacuitas.* V. INDOLORIA.

INDOLES, is, f. Nomen ab *indu* pro *in* et *oleo* sive *oleseo;* cresco; sive ab *in* intentiva et *oleo,* inserta littera *d* euphoniae causa. Hinc *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 106. Müll.* indolem, *incrementum* interpretatur et *industriam,* qua crescit vis innata in pueris, et in virtutem roboratur. — **b)** Extra eos casus, qui sunt in afferendis exemplis, non facile usurpaverim.

INDOLES proprie est vis innata et ingenita: et per metaphoram egregia spes in pueris, seu significatio quaedam futurae probitatis, et in viris signum praesentis virtutis: et generatim praestantia, seu generositas quaedam virtutis atque animi; *natura, indole, il naturale. Cic. Senect. 8.* Ut enim adolescentibus bona indole praeditis sapientes senes delectantur, etc. *Id. 3. Offic. 4.* Homines, in quibus est virtutis indoles, commoventur. *Id. Cael. 17.* Si qui hac indole virtutis ac continentiae fuit, ut respueret omnes voluptates. *Id. Orat. 13.* Ad virtutem maior indoles. *Id. 1. ad Brut. 18.* Videtur in eo esse indoles: sed flexibilis aetas, multique ad depravandum parati; *buona inclinazione. Tacit. 12. Ann. 26.* Segnis indoles; *ingegno tardo.* Et *1. Hist. 15.* Praeclara indoles. *Gell. 19. 9.* Adolescens laetae indolis; *spiritoso. Liv. 21. 4. de Annibale adolescente.* Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Asdrubale meruit. Et *2.* Gener ob altam indolem adscitus. *Id. 1. 3.* Tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina stetit; *tanta abilità.* — In plurali numero rarum est. *Gell. 19. 12.* Ne bonas quoque et utiles animi indoles amittamus. — **2)** Transfertur ad muta atque inanima. *Liv. 38. 17.* In frugibus pecudibusque non tantum semina ad servandam indolem valent, quantum terrae proprietas caelique, sub quo aluntur, mutat. *Gell. 12. 1.* Arborum indolem vel deterere, vel augere. *Plaut. Rud. 2. 4. 10.* quae indoles in savio est! *quanta grazia!* — *Gell. 20. 6.* In plures libros mendae istius indoles manavit.

INDŎLESCO, lescis, lēvi, lescĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *doleo.* — Particip. *indolescendus* §. *3.* — Proprie est idem quod doleo, aut queror; *dolersi, lamentarsi. Senec. 1. Ira, 16. a med.* Mihi videtur veternosi et infelicis animi, imbecillitatis sibi conscii, saepe indolescere. *Cels. 3.*

Digitized by Google

3. Tactu is locus leviter indolescit. *Plin. 34. 27. 2.* Tanta intentione oculorum opus est, ut indolescant. *Ovid. 5. Trist. 11. 5.* Indolui, non tam quod, . . . Quam quia etc. *Id. 9. Met. 261.* Seque indoluisse notatam. — Cum dativo. *Id. 2. Trist. 570.* Non igitur nostris ullum gaudere Quiritem, Auguror, si multos indoluisse malis. — Cum genitivo. *Id. 2. Met. 788.* successorumque Minervae Indoluit. *Al. aliter leg.* — Sequente infinito. *Cic. 2. Phil. 25.* Quis fuit, qui non indoluerit, tam sero se, quem hominem secutus esset, cognoscere? — Impersonaliter. *Minuc. Octav. 5.* Itaque indignandum omnibus, indolescendum est, audere quosdam etc. — **B)** Deinde, transitivorum more,

II. *Indolesco*, cum accusativo Graeco more. *Ovid. 2. Met. 468.* id ipsum Indoluit Iuno. *Iustin. 12. 13. sub fin.* Tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia posceret, tactumque hominum, velut vulnera, indolesceret. — **B)** Hinc passive *indolescendus* apud *Sidon. 2. ep. 12.* Moeroris relia amicis et externis indolescenda.

INDŎLŌRĬĂ, ae. f. Abstractum ab *indolorius*, idem ac indolentia. *Sidon. ep. praefixa carmini 14.* scribit, *Ciceronem* ipsum hac voce usum, scil. *2. Fin. 4.*, ubi tamen Viri docti *indolentia* substituunt: ipsum etiam *Sidonium* eodem modo corrigendum censent, quamquam *Sirmondus* eam lectionem tueri videtur; et reapse habet *Augustin. de Morib. Eccl. 1. 5. n. 7.* Est ergo summum corporis bonum, non voluptas eius, non indoloria, non vires, . . . sed omnino anima.

INDŎLŌRĬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dolor;* expers doloris: item dolorem sedans. *Hieronym.* loc. cit. in v. INDOLENS, et *Cael. Aurel. 2. Chron. 4.* V. loc. in ANODYNUS. — *Forcellinus* noster invexerat formam *indoloris, re,* pro *indolorius, a, um,* ex *Gloss. Philox.* Indoloris; ἀνώδυνος.

* INDŎLŌRIS, re. V. voc. praeced. *fin.*

INDŎMĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *domabilis;* qui domari non potest; *indomabile. Plaut. Cas. 4. 5. 12.* Aedepol nae tu, si esses equus, esses indomabilis. *Fulgent. Contin. Virg. post med.* Indomabile adamas. *Lactant. Plac.* (edente *A. Maio* in *Class. Auct. T. 3. p. 136.*) *fab. 136.* Tauros ignem naribus efflantes, qui apud Colchos indomabiles erant, iungens Iason. *Cassiod. 10. Variar. 29.* Indomabilis cervix illa passionis flectitur; h. e. podagra.

INDŎMĪNĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dominor;* qui dominum pati nequit. *Gloss. Philox.* Indominabilis; ἀδέσποτος.

INDŎMĪNĪCĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dominicus;* dominio exemptus. Legitur in *Diplom. Chlodov.* anni 499. apud *Pardess. Diplom. T. 1. p. 35.* Trado etiam illam villam meam indominicatam.

INDŎMĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *domitus;* qui domari et mitescere non potest: et qui nondum domitus est, ferus, ferox, pervicax, contumax; *indomitus, indomabilis, disobbedientis, contumacis, sfrenato. Caes. 1. B. C. 57.* Pastores indomiti, spe libertatis excitati. *Liv. 21. 20.* Ferocia atque indomita ingenia Gallorum. *Tacit. 13. Ann. 27.* Indomitae et praeferoces nationes. *Auct. ad Herenn. 4. 46.* Equus indomitus, quamvis natura bene compositus, idoneus non potest esse ad eas utilitates, quae desiderantur ab equo. *Varr. 2. RR. 5. a med.* Boves indomitos emere. *Plin. 8. 69. 2.* Mula effrenis et indomitae tarditatis; h. e. quae compelli non potest, ut gradum celeret. *Id. 33. 19. 2.* Aurum igni indomitum. Et *37. 15. 3.* Adamantis indomita vis. Et *17. 14. 5.* Indomita ponderibus immensis prela. — **B)** Translate. *Cic. Rosc. Am. 14.* Indomitae animi cupiditates. *Id. Cluent. 6.* O libidinem effrenatam et indomitam! *Id. Har. resp. 24.* Indomiti atque effrenati furores. *Plaut. Men. 1. 2. 1.* Mulier indomita imposque animi. *Id. Trin. 3. 3. 22.* Adolescens indomitus, plenus amoris ac lasciviae. *Virg. 12. Aen. 594.* Indomitae irae. Et *440.* Mars indomitus; h. e. pugna ac vis hostium crescens, et cui resisti non potest. *Plin. Paneg. 14. extr.* Hercules indomitus semper indefessusque; *invitto. Ovid. 13. Met. 355.* Dextra indomita; h. e. fortis, insuperabilis. *Id. 15. Heroid. 9.* Euri indomiti. *Stat. 5. Silv. 3. 192.* indomitus tumultus; h. e. Achilles. *Virg. 5. Aen. 880.* Sed non idcirco flammae atque incendia vires indomitas posuere. *Plaut. Bacch. 4. 9. 93.* Animo cupido atque oculis indomitis fui; *che non si seppero trattenere. Tibull. 2. 6. 27.* Indomitum mare. *Pers. 5. 3.* falernum; h. e. quod vix concoqui potest, atque edormiri: vel quod austerissimum est, et difficile frangitur. *Iuvenal. 14. 175.* saeva cupido indomiti census; h. e. magnarum opum, quibus homines indomiti fiunt ac superbi. *Horat. 2. Od. 14. 4.* Indomita mors. *Id. Epod. 12. 9.* Indomitam rabiem sedare. *Id. 3. Od. 24. 28.* licentiam refrenare. *Ovid. 2. Fast. 585.* indomito captus amore. *Quintil. 10. 2. a med.* Porte quidem sed indomitum ingenium; h. e. quod nulla arte mollitur, aut flectitur. *Sever. Aetn. 184.* Rupes igni indomitae. — **B)** *Indomitum argentum* apud *Arnob. 6. p. 200.* est infectum.

INDŌNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *donatus;* non donatus; *non regalato. Lamprid. Elagab. 28.* Nec quemquam facile indonatum relinquebat. *Valerian. epist. Homil. 8.* Ne cum indignos erogatio nimis cauta praeteriret, etiam dignus misericordia indonatus abscederet. Adde *Ennod. Paneg. Theod. n. 14.*

INDORMĬO, is, īvi, ītum, ire. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *dormio*. — Particip. *indormiens* §. *4.* — Proprie est in re aliqua, vel super rem aliquam dormire; *dormire sopra qualche cosa. Horat. 1. Sat. 1. 70.* congestis undique saccis Indormis. *Petron. Satyr. 79.* Indormivit alienis amplexibus. — *Ambros. ep. 55. n. 2.* Ac si forte indormierit, excitet eum. — **B)** Specialim apud *Veget. 3. Veterin. 24.* et *47. indormire* dicitur membrum, quod torpescit, induratur: eodemque sensu utitur verbo *obdormio*, eod. *c. 47.* Itali dicunt *indormentire*. — **B)** Item peculiare est illud in *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 62.* T. Curvius T. l. Heliades, in quo nunquam indormivit timor. — **4)** Universim accipitur pro cessare, tardum ac segnem, sive negligentem esse in aliqua re. *Cic. 2. Q. Fr. 15.* Qui in isto homine colendo tam indormivi diu. *Id. 2. Phil. 12.* An faces admovendae sunt, quae te excitent tantae causae indormientem? *Senec. Vit. beat. 10.* Desidiam dissolutionemque segnis animi indormientis sibi; h. e. sibi uni vacantis et securi. *Plin. 1. ep. 2.* Longae desidiae indormiens. *Curt. 6. 10. ante med.* Cum me malis indormientem mei inimici vinciendo excitarunt; h. e. securum malorum imminentium dormientem.

INDORMIS, me. Adiect. ab *in* et *dormio;* qui non dormit; insomnis. *Gloss. Philox.* Indormis; ἀκοίμητος.

INDORMĪTĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dormito;* qui dormire non potest. *Faustin. libell. prec. 6.* Indormitabilis vermis et ignis inextinguibilis. *Dionys. Exig. de Creat. hom. 12.* Propterea quod et mentis et ignis indormitabilis probetur esse substantia. — **B)** Translate. *Id.* vertens *epist. Procli ad Armen. post init.* Quod accepimus igitur indormitabili cura servemus; h. e. vigili, diligenti.

INDOSTRŬUS. V. INDUSTRIUS §. a.

INDŌTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dotatus;* non dotatus, dote carens; *senza dote, indotato. Ter. Phorm. 5. 7. 45.* vos me indotatis modo Patrocinari fortasse arbitramini: Etiam dotatis soleo. *Horat. 1. Ep. 17. 46.* Indotata mihi soror est, paupercula mater. — **B)** Translate. *Cic. 1. Orat. 33.* Cuius artem cum indotatam esse, atque incomitatam et incomptam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. *Ovid. 7. Met. 608.* corpora missa rogo Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos Indotata rogos; h. e. nullis ductis exsequiis, nullis ornamentis ac muneribus, quae alias in rogum una cum cadavere conicere mos erat. — **B)** Varie a variis exponitur illud *Eiusdem 4. Met. 756. de Perseo.* Protinus Andromeden, et tanti praemia facti Indotata rapit. Hic *praemia* per appositionem additum videtur; *indotata* vero, quia ipse puellam, spreto regno, quod parentes dotis loco promiserant supra v. *704.*, sibi vindicat.

INDŎTŬĔOR. V. INTUEOR.

INDOUCO. V. INDUCO §. b.

INDŬ. Praepositio apud Veteres pro *in*, a Syracusano ἔνδα, sive ἔνδοι pro ἔνδον; *intus*. Nam ab *indoi* fit *endos*, et converso os in u fit *indu*, quomodo a *poena* est *impune*, a *Poenus* est *Punicus*. *Gifanius* negat, invenire se *indu* a Veteribus dictum pro *in*, sed *endo*, unde *endo procinctu, endoperator, endogredi, endoitium, endoplorato*, etc. Sed dubium non est, quin *indu* quoque dixerint, quia in veteribus libris *Lucretii*, aliisque non tantum *endo*, sed et *indu*, et corrupte interdum *inds* legitur, quod *Gifanius* ipse agnovit: et quia in compositis *indu* non minus reperitur, quam *endo*, ut induperator, indigena, induciae, indigito, industrius, etc. Haec *Voss.* in *Etymol.* Quando autem obsoleverit non constat, nec omnibus communis fuisse videtur usus, ut observat *Hand, Tursell. T. 3. p. 573.* — Distinctam autem hanc formam ab alia *endo*, licet in antiquis MSS. et editis libris saepe sit confusa, monstrat *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 172. n. 158.*, quem videsis. — Porro

INDU pro in, intra, intus, usurpant *Enn.* apud *Macrob. 6. Saturn. 2.* Indu mari magno fluctus extollere certant. *Lucil.* apud *Lactant. 3. 9.* Iactare indu foro se omnes, decedere nusquam. *Enn.* apud *Gell. 12. 4.* Concilio indu foro lato, sanctoque senatu. *Lucret. 2. 1095.* quis habere profundi indu manu validas potis est moderanter habenas? *Id. 5. 103.* nec iacere *(possis)* indu manus. *Id. 6. 891.* Indu mari. Adde etiam, de quorundam lectione, locum *Lucil.* apud *Non. 348. 5. Merc.* — *Placid. Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 476.* Indu te, erga te vel ante te. Cf. ENDO.

INDUBIAE. V. INUTIAE §. c.

INDŬBĬĒ. Adverb. ab *indubius;* indubitate; *indubitatamente. Mar. Victorin. Comment. in Gen. 3. 568.* Qui nostri indubie servato foedere pacti Haeres certus erit. *Cassiod.* in *clausula Institut. div. litt.* (edente *A. Maio* in *Class. Auct. T. 3. p. 355.*) Ista sic admiranda sunt, ut constanter indubieque credantur. Adde *Hilar. in epist. ad Galat. 2.* et *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 16.*

INDŬBĬTĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *dubitabilis;* certus, de quo dubitari non potest; *certo, indubitato. Quintil. 4. 5. 15.* Illo sequenti (si modo indubitabile sit) utendum solo. Adde *1. a med.* et *Ulp. Dig. 28. 5. 9. circa med.* et *Salvian. adv. Avar. 3.* — *Boëth. 1. in Categ. Aristot. p. 196. Migne.* Indubitabile et verum est. — **B)** Item cui certo fidere possumus. *Patric. Confess. 14.* Aequaliter debeo susci-

Digitized by

pere et Deo gratias semper agere, qui mihi ostendit, ut indubitabilem eum sine fine crederem.

INDŬBĬTĀBILITER. Adverb. ab *indubitabilis;* indubitanter. *Arnob. 5. p. 183.* Cunctis indubitabiliter notum est. Adde *Vigil. pap. ad Aurel. Arelat.* et *Constit. pro damnat. trium Capitul. 8.*

INDŬBĬTANDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dubito;* indubitatus. *Augustin. ep. 19. 2.* Ut veritas indubitanda persistat.

INDŬBĬTANTER. Adverb. ab *in* et *dubito;* certo; *certamente, indubitatamente. Plin. 18. 29. 1.* Quae palma frugum indubitanter Italiam contegit. *Harduin.* legit *indubitata* ex MSS. *Ulp. Dig. 37. 11. 2. a med.* Indubitanter probatur. *Augustin. de vera relig. 46.* Indubitanter invictus. *Venant. 9. carm. 14. 10.* Et fidei tribuis indubitanter opem. Adde *Mar. Mercat.* in *Theod. Mopsuest. Excerpt. 9.*

INDŬBĬTĀTĒ. Adverb. ab *indubitatus.* — Superlat. *indubitatissime* infra. — Est indubitanter, sine dubio, haud dubie; *indubitatamente. Liv. 33. 40.* Quaedam ex proxima Thracia, quae indubitate Lysimachi fuerint. *Vellei. 2. 60.* Falsi indubitateque corrupti commentarii. *Oros. 5. sub fin.* Indubitatissime probatur. Adde *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 2. 2.* Cf. INDUBITATUS §. 2.

INDŬBĬTĀTIM. Adverb. origine et significatione idem ac indubitate. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 528.* et *T. 7. p. 564.*

INDŬBĬTĀTO. V. voc. seq. §. 2.

INDUBĬTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dubitatus.* — Comparat. *indubitatior* §. *1.* — Est certus, de quo dubitari non potest; *certo, sicuro, indubitato. Quintil. 9. 4. 2.* In iis ero, quae indubitata sunt, brevior. *Plin. 31. 27. 2.* Indubitata spes. *Stat. 2. Achill. 72.* cubilia praedae indubitata tenens, multo legit arva molosso Venator. *Plin. 23. 21. 1.* Alvo citae Signinum *(vinum)* maxime conducere, indubitatum est. *Paul. Dig. 42. 1. 49.* Indubitati iuris est. *Ulp. ibid. 45. 13. 1. §. 8.* Filius aestatis fluxus indubitatior est. — **2)** Absolute, adverbiorum more, in ablativo casu

INDUBITATO, idem ac indubitate. *Tertull. 1. advers. Marcion. 9.* Maior indubitato eo, quem abscondit.

INDŬBĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *dubito;* dubito, diffido; *dubitare, diffidare. Virg. 8. Aen. 404.* absiste precando Viribus indubitare tuis. *Stat. 5. Silv. 5. 110.* sed ingratus, qui plura adnecto, tuisque Moribus indubito. — *Servius* notat, ante *Virgil.* usum hoc verbo fuisse neminem.

INDŬBĬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *dubius;* minime dubius; *indubitato. Tacit. 14. Ann. 43.* Plurimorum indubia innocentia. *Hilar. in epist. ad Galat. 28.* Indubia bonorum fruitio.

INDŪCĬĂ et INDŪCĬAE. } V. INDUTIAE.

INDŪCO, ūcis, uxi, uctum, ucĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *duco*, cuius variationes sequitur. V. DUCO. — **b)** *Induco* pro *induco*, ἀρχαϊκῶς, V. in DUCO §. b. — **c)** De permutatione verborum *induo* et *induco* in antiquis et editis libris, V. infra in *Nota* II. — **d)** *Induco* pro *indue*, antique, est *Varron. 5. RR. 2. extr.* et *Pomponii* apud *Non. 14. 5.* — **e)** *Induxti* syncope est pro *induxisti* apud *Ter. Andr. 5. 5. 12.* et *Hecyr. 4. 4. 67.* — **f)** Particip. *inducens* §. *12.*, *inducendus* §. *13.*, *indutus*, V. suo loco, *inducturus* §. *2.* — **g)** Derivata, *inducibilis, inducticius, inductive, inductivus, inductor, inductorius, inductrix, inductura, inductus, us.* — **h)** Composita, *obinduco, subinduco, superinduco.*

INDUCO proprie est in aliquem locum duco, introduco, infero, adduco; *condur dentro, introdurre. Varr. 1. RR. 2. ante med.* Oves et armenta inducere in rura. *Stat. 12. Theb. 526.* age, moenibus induc, Et patrios ostende lares. *Suet. Ner. 16.* Fossa mare urbi inducere. *Hirt. B. Alex. 8.* aquam in privatas domos. *Plin. 2. ep. 12.* aliquem in senatum. *Plin. alter, 7. 33. 1.* aliquem Romam. *Varr. 3. RR. 2. extr.* aliquem in viam; *metter in istrada. Liv. 51. 28.* exercitum in Macedoniam. *Suet. Aug. 43.* Parthorum obsides per arenam mediam ad spectaculum induxit. *Virg. 1. G. 516.* messorem induceret arvis Agricola. *Sall. Cat. 65.* Inducere cohortem praetoriam in medios hostes; *spingere. Liv. 30. 34. ad fin.* principes triariosque in cornua. *Caes. 3. B. C. sub fin.* Pars erat regiae, in quam ipse habitandi causa initio erat inductus. *Horat. 1. Sat. 3. 9.* Iam nox inducere terris Umbras . . . parabat. *Plin. 2. ep. 17.* Inducunt venti nubilum. — **2)** Translate multiplices elegantesque habet usus. *Cic. 2. Orat. 28.* Qui hoc primum in nostros mores induxit. *Id. Rabir. Post. 4.* Inducere morem novorum iudiciorum in rempublicam. *Id. 15. Phil. 19.* Inducere novum verbum in linguam Latinam. *Id. 1. Offic. 25.* seditionem atque discordiam in civitatem. *Id. Amic. 16.* Amici lacentem animum excitare, et inducere spem cogitationemque meliorem; *e introdurvi.* Et *3. Q. Fr. 3. sub fin.* Si nobiscum eum rus aliquo eduxerimus, in hanc nostram rationem consuetudinemque inducemus; *lo ridurremo, lo tireremo.* Et *2. Offic. 15.* Inducere aliquem in spem; *metter in isperanza.* Et *Brut. 85.* et *3. Offic. 15.* in errorem; *far errare.* Et *Catull. 50. 8.* in amorem; *far innamorare. Ter. Hecyr. 4. 4. 67.* animum ad aliquid; *applicare. Plaut. Pers. 4. 4. 91.* aliquem in memoriam; *far sovvenire.* Et *Cic. 3. Verr. 41.* pecuniam in rationem; *metter in conto, in partita.* Et *2. Agr. 26.* agrum alicui pecunia ingenti; *h. e.* adscribere alicui, emptum alicui referre, tanquam si ingenti pecunia coëmptus sit. *Hirt. B. Afr. 90.* Edicit, se bonorum venditionem inducturum. — Cum accusativo sine praepos., quae inest in ipso verbo, *Tertull. adv. Valentinian. 11. extr.* Et veram inducerentur quietem; *h. e.* in quietem ducerentur. — **3)** Speciatim

II. *Induco* adhibetur de spectaculis scenae, et arenae. *Cic. opt. gen. Orat. 6.* A me autem gladiatorum par nobilissimum inducitur. *Plin. 8. 6. 2.* Elephantos in circum inducere. *Suet. Ner. 11.* Inducta est et Afrani togata, quae Incendium inscribitur; *si rappresentò.* — **4)** Hinc est etiam aliquem loquentem facere; *introdurre a parlare:* ducta metaphora ab actoribus fabularum, a gladiatoribus, a ceteris spectaculis, quae proprie induci dicuntur, cum ad agendum scenam aut arenam ingrediuntur. *Cic. 3. Offic. 9.* Hinc ille Gyges inducitur a Platone. *Id. Cael. 15.* Sed quid ego, iudices, ita gravem personam induxi? *Id. 3. Tusc. 59.* Augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poëtae, nunquam inducunt deplorantem caecitatem suam. *Sic. 15. Att. 19.* Puero me, hic sermo inducitur. — **5)** In re iudiciaria est etiam producere, sistere. *Suet. Claud. 40.* Teste inducta in senatu, etc. *Id. Domit. 11.* Quosdam maiestatis reos in curiam induxerat, et facile perfecerat, ut condemnarentur. *Plin. 2. ep. 11.* Marcianus inductus est, absente Prisco. *Apul. 3. Met. 7.* Reus capitis inducor. *Id. 10. ibid. 7.* Tum demum clamatus inducitur etiam reus. — Huc spectare potest illud *Plin. Paneg. 11.* Dicavit coelo Tiberius Augustum, sed ut maiestatis crimen induceret; *h. e.* ut reos facile posset facere. — **6)** *Inducere alicui novercam* dicitur pater, qui filios habens ex priore coniuge, post eius mortem aliam ducit uxorem. *Plin. 6. ep. 55.* — Sic *inducere pelicem*, qui, viva uxore, cum alia vivit. *Val. Flacc. 2. 132.* charasque toris inducere Tressas. — **7)** Item saepe est adducere, impellere, cogere; *indurre. Cic. Rosc. Am. 28.* Pretio, gratia, spe, promissis aliquem inducere. *Id. Rosc. Com. 16.* Quem ego, ut mentiatur, inducere possum. *Id. Brut. 50.* Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. *Nep. Annib. 8.* Si forte Carthaginienses ad bellum posset inducere. *Id. Con. 3.* Induci ad credendum. *Ter. Andr. 2. 3. 25.* Vide, quo me inducas; *che cosa m' induci a fare.* Et *Heaut. 4. 4. 1.* Me Syri promissa huc induxerunt. — **8)** Hinc etiam saepe est decipere; *dar ad intendere, far credere quel che non è, ingannare:* ducta metaphora a feris, quae in casses pertrahuntur. *Cic. Pis. 1.* Hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit. *Id. Rosc. Am. 40.* Socios induxit, decepit, destituit. *Tibull. 1. 7. 1.* Semper ut inducas, blandos offers mihi vultus. *Al. melius leg.* indycar. — **9)** Item pro instituere, imbuere aliqua re. *Gell. 16. 8.* Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, etc. Cf. *Hildebrand.* ad *Apul. 3. Met. 30.* et V. INDOCTUS. — **10)** Praeterea cum accusativo rei, item speciatim

III. *Induco* ponitur interdum pro induere; *vestire, mettere. Suet. Aug. 92.* Si sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur. *Cic. 2. Invent. 50.* Ligneae solene in pedes inductae sunt. *Stat. 5. Silv. 2. 67.* albentique humeros induxit amictu. *Virg. 8. Aen. 457.* tunicaque inducitur artus. Graeca constructio. *Apul. Florid. n. 3.* Omnia . . . suis sibi manibus confecerat, et indumenta, quibus indutus et calceamenta quibus erat inductus. *Tertull. de Pall. 4.* Impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum. — **11)** Item pro illinere, allinere, obducere. *Vitruv. 7. 3. in fin.* Inducere arenatum, et marmor, et omne tectorium. *Plin. 33. 38. 58.* colorem picturae. *Id. ibid. 26. 2.* purpurissum. Et *ibid. 17. 1.* aurum ligno. *Id. 33. 40. 4.* parieti ceram liquefactam. Et *24. 53. 1.* cuti nitorem. *Iustin. 21. 6.* ceram desuper. *Horat. Art. P. 1.* Humano capiti cervicem pictor equinam Iungere si velit, et varias inducere plumas; *h. e.* appingere capiti humano plumas. *Ovid. 7. Met. 642.* humanam membris inducere formam; *h. e.* apponere, dare. — **12)** *Inducere pontem* apud *Curt. 5. 5.* est supra flumen ducere. — **13)** *Inducere cicatricem*, curare ut vulnus cicatricem ducat. *Cels. 7. 8.* Coniicienda eo pinna est illita medicamento cicatricem inducente. *Id. 5. 22. n. 6.* Ad inducendam cicatricem, squamae aeris, turis fuliginis, singulorum P. X. 1. V. et §. 9. Adde *Plin. 8. ep. 5. in fin.* — **14)** Item pro obtegere. *Caes. 2. B. G. 33.* Scuta ex cortice facta pellibus inducere. Et *2. B. C. 10.* coria supra lateres. *Plaut. Most. 3. 2. 142.* postes pice; *impeciare. Ovid. 4. Met. 408.* brachia penna. — **15)** Et aequare, complanare, quod fit inducenda in rimas materia, qua impleantur. *Plin. 2. 82. 1.* Ita inducto solo, ut nulla vestigia exstent. — **16)** Hinc delere significat; *cancellare, cassare:* verso stilo ceram complanando, ut litterarum ductus tollantur: et translate abrogare, tollere, abolere. *Cic. 15. Att. 14.* Nomina iam facta sunt: sed vel induci, vel mutari possunt. *Id. 1. ibid. 20.* Inducendi senatus consulti maturitas nondum est. *Liv. 39. 44.* Quas locationes cum senatus, precibus et lacrimis publicanorum victus, induci, et de integro locari inssisset, etc. Adde *Ulp.* et *Mar-*

Digitized by Google

cell. Dig. 28. tit. 4., qui *De his quae in testamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur*, inscribitur. Ubi *delere* est inverso stilo litteras omnino tollere. Itali *cancellare* dicunt; *inducere*, per ipsas litteras lineam ducere, Itali *dipennare* vocant, ut appareat voluisse tollere, quod et perducere dicitur. V. INDUCTIO §. 6., et INDUCTUS §. 9. — **17)** Interdum est pro emittere, proferre; *produrre, mandar fuori*. *Colum. 5. 9. ad fin.* Arbores musco infestantur, quem nisi ferramento resecueris, nec fructum nec laetam frondem olea inducet. — **18)** Nonnunquam in medium afferre, adducere, proponere; *addurre*. *Cic. Fat. 10. sub fin.* Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quod etc. *Id. Cael. 25. extr.* Si ei tanta consuetudo, quanta a vobis inducitur, non erat, quae cum servis potuit familiaritas esse tanta? — **19)** *Inducere iniuriam*, infere. *Caius Dig. 5. 2. 4.* Non est consentiendum parentibus, qui iniuriam adversus liberos suos testamento inducunt. — **20)** Denique

IV. *Inducere animum* (quasi *ducere in animum*) sequente fere infinito, est sibi persuadere, adduci; *indursi, persuadersi a far qualcosa*. *Cic. 7. Att. 3. a med.* Id quod animum induxerat, paulisper non tenuit. Et *14. ibid. 12. extr.* Etenim ille, quoniam semel induxit animum, sibi licere quod vellet, fecisset nihilominus, me invito. *Id. 1. Divin. 15.* Tu igitur animum poteris inducere, de divinatione dicere, qui etc.? *Id. 5. Tusc. 10.* Inducant animum opes contemnere. *Ter. Heeyr. 1. 2. 24.* quod nunquam credidi fore, ut, ille viva, posset animum inducere, Uxorem habere. — Sequente coniunctivo, et *ut* aut *ne* particula. *Cic. Rosc. Am. 19.* Vitia filii, quibus incensus pater potuerit animum inducere, ut patrem esse sese, obliviscereture. *Plaut. Asin. 5. 1. 3.* Possum inducere animum, ne aegre patiar. — **21)** *Inducere in animum* eodem sensu dicitur. *Cic. Sull. 30.* In animum inducam, eius vitam defendere. *Ter. Heeyr. 4. 2. 27.* Non tute incommodam rem in animum inducas, pati? *Id. Heaut. 5. 4. 3.* Ne istuc in animum inducas tuum, alienum esse te. *Plin. 9. ep. 13. ante med.* Non sustinui inducere in animum, quo minus illi indicarem. *Liv. 27. 29.* Quod consules in senatu ut pronunciarent, in animum inducere non possent. — *Cf.* ad rem quos laudat *Hildebr.* ad *Apul. Apol. 56.*

Nota I. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae, et dativo item rei vel personae, pro quo saepe adhibetur alter accusativus cum praepos. *in* (quae aliquando etiam omittitur. V. §. 2. *fin.*), vel *ad*, addito aliquoties et ablativo instrumenti vel modi. — **Nota II.** *Induco* et *induo* quoties de rebus, quae corpori circumdantur, adhibentur, a quibusdam ita inter se distinguuntur, ut *inducere* potius de calceamentis dicatur, *induere* autem de vestibus; verum omnibus perpensis, *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 8.* promiscue de his omnibus utrumque adhiberi posse animadvertit (*Cf.* supra §. 10.). — Huc accedit quod haec verba in antiquis MSS. et editis libris aliquando inter se sunt permutata, ut *Idem* quoque observat *loc. cit.* et *2. ibid. 28.*

INDUCTĪBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *induco;* qui potest induci et illini. *Cael. Aurel. 2. Acut. 37.* Coagulata, inductibiliaque, et digitis convoluta.

INDUCTĪCĬUS et Inductitius, a, um. Adiect. verbale ab *induco;* qui inductus fuit. *Gloss. Philox.* Inducticius; *ἐπίσακτος*.

INDUCTĬO, ōnis, f. Verbale ab *induco;* actus inducendi, immissio, introductio; *introducimento, introduzione*. *Cic. 2. Nat. D. 60. extr.* Nos aquarum inductionibus terris fecunditatem damus. *Liv. 44. 9.* Horum *(iuvenum)* inductio *(in circum)* in parte simulacrum decursatis exercitus erat. *Cic. 3. Orat. 53. ad fin.* Personarum ficta inductio; h. e. prosopopoeia. Et *ibid.* Inductio erroris; h. e. apoplanesis. V. — **2)** *Inductione velorum* in circo, et theatris; *il tirar il tendone:* cum vela expanduntur soli arcendo. *Vitruv. praef. 10.* — **3)** *Inductio animi* est persuasio, cum quis in animum induxit, aliquid facere; *persuasione*. *Cic. 1. Q. Fr. 1. 11.* Nam esse abstinentem, continere omnes cupiditates, facilem se praebere, praeclarum magis est, quam difficile; non enim est positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi atque voluntate. *Id. 1. Fam. 8.* Tantum enim animi inductio, et mehercule amor erga Pompeium apud me valet, ut etc. — **4)** Est etiam genus argumentationis oratoriae, *ἐπαγωγή*, qua rebus dubiis captatur assensio eius, quicum instituta est; quibus assensionibus facit, ut illi dubia quaedam res, propter similitudinem earum rerum, quibus assensit, probetur. Ita describit *Cic. 1. Invent. 31.*, et exemplum subicit. *Quintil. 5. 11. init.* Inductio, qua plurimum Socrates est usus, hanc habuit viam: cum plura interrogasset, quae fateri adversario necesse esset, novissime id, de quo quaerebatur, inferebat, cui simile concessisset. — **5)** Item tectorii, aut coloris appositio: et ipsa calx, quae inducitur, tectorium; *intonaco, intonaco*. *Pallad. 1. 18.* Prima trullis frequentetur inductio: cum siccari coeperit, iterum inducatur. Et *ibid.* Quae inductio tamdiu subigenda est, ut rutrum, quo calx subigitur, mundum levemus. — **6)** Item rei scriptae deletio; *cancellazione:* abrogatio; *annullazione*. *Ulp. Dig. 28. 4. 1.* Lituras, inductiones, superductiones ipse feci. Adde *ibid. 2.* et V. INDUCO §. 16.

INDUCTĪTĬUS. V. INDUCTICIUS.

INDUCTĪVĒ. Adverb. ab *inductivus;* indulgendo, obsequendo, quasi inductione, et persuasione. *Cael. Aurel. 1. Chron. 5. n. 157.* Sed inductive nunc indulgeant consentientes, nunc insinuando corrigant, etc.

INDUCTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *induco;* qui inducit, allicit; *induttivo*. *Boëth. Aristot. Analyt. poster. 1. 9.* Non oportet autem instantiam in ipsum ferre, si sit propositio inductiva. — **2)** Item hypotheticus. *Priscian. 18. p. 1144. Putsch.* Nec aliter possunt suppositive sive inductiva, quae ὑποθετικά Graeci vocant, proferri nisi per subiunctivum.

INDUCTOR, ōris, m. Verbale ab *induco;* qui aliquid inducit. *Gloss. Philox.* Inductor; *εἰσαγωγεύς*. — **2)** Translate *inductores* sunt, qui servos caedunt, quod exercitum ulmorum in eorum terga tanquam tectorium in parietes, inducunt. *Plaut. Asin. 5. 2. 6.* Inductores acerrimi, guerique nostri tergi, Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt. *Alii male leg.* indoctores; *alii potius* incloctores. — Haec *Forcellinus* et *Furlanetto*, sed V. quae adnotavimus sub vv. INDOCTOR et INDOCTUS §. 3.

INDUCTŌRĬUM. V. voc. seq. §. 2.

INDUCTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *induco;* qui inducit, allicit; *allettativo*. *Augustin. 1. contra Acad. 1. n. 4.* Quamvis tuam sitim bene noverim, gustum tamen mittere volui, quem tibi suavissimum, et, ut ita dicam, inductorium fore, peto, ne frustra speraverim. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INDUCTORIUM, ii, n. Est medicamentum quod inducitur. *Plin. Valerian. 1. 3.* Figatum perdicis cum pelle aut certe de vulture totum insimul cum aliis speciebus facies inductorium.

INDUCTRIX, Tcis, f. Verbale ab *induco;* quae inducit. *Apul. Florid. n. 23. extr.* Corvus crocire adortus, praedae, quam ore gestabat, inductricem compotivit; h. e. vulpem, quae fraude illum ad canendum induxerat, ac deceperat. Adde *Capell.* loc. cit. in v. DYSPHONUSNON.

INDUCTŪRĂ, ae, f. Verbale ab *induco*, idem ac inductio, appositio. *Cael. Aurel. 3. Acut. 17. ante med.* Sicut fit, cum grave quisquam cataplasma apponendum putarit ex plurima atque corporosa inductura; *scil.* ex multa et magnae molis materia.

INDUCTUS, a, um. Particip. verbi *induco*, adiectivorum more, saepe etiam adhibitum, atque iisdem fere sensibus, quibus gaudet verbum. — Proprie est intro ductus; *introdotto*. *Plin. 2. ep. 12.* Firminus inductus in senatum respondit crimini. — **2)** Item perductus, adductus. *Nep. Annib. 5.* Sempronium in insidias inductum sustulit. *Plin. alter, 7. 35. 1.* Inducta Romam Deûm mater. *Propert. 4. 10. 34.* Vineaque inductum longa tegebat opus; h. e. perductum usque intra muros urbis. — **3)** Item impulsus, persuasus; *indotto, persuaso*. *Cic. Quint. 5.* Inductus familiaritate fecit societatem. *Id. Planc. 42.* falsa spe. *Id. 5. Fam. 6.* odio. *Id. Mur. 30.* auctoribus eruditissimis. *Id. Coel. 16.* cupiditate. *Phaedr. 2. 6.* verbis. *Plin. 7. 44. 2.* argumentis. — **4)** Item deceptus; *ingannato, gabbato*. *Cic. 2. Phil. 32.* Dolabella impulsus, inductus, elusus. *Id. 5. Att. 15. ad fin.* Proditus, inductus, coniectus in fraudem. — **5)** Item ad loquendum adductus; *introdotto a parlare*. *Id. Cael. 11.* Verebar, ne illa subtiliter ad criminandum inducta oratio, ad animos vestros sensim accideret. — **6)** Item illitus, appositus, impositus. *Id. 5. Verr. 55. sub fin.* Tectorium vetus delitum, et novum inductum. *Ovid. 7. Heroid. 25.* inducto ceratae sulphure taedae. — **7)** Et translate adscitícius, aliunde arcessitus. *Plin. 4. ep. 5. extr.* Neque enim coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, cum hoc insitício et inducto tam praeclara opera perfeceris. *Id. 5. ep. 6. sub fin.* Si nihil inductum, et quasi devium loquimur, non epistola, quae describit, sed villa, quae describitur, magna est. — **8)** Item obductus. *Pallad. 1. 38.* Podia inducta testaceo. *Ovid. 7. Met. 151.* inductaque cornibus aurum Victima vota cadit. — **9)** Item deletus; *cancellato*. *Ulp. Dig. 28. 4. 1.* Quae in testamento legi possunt, ea inconsulto deleta et inducta nihilominus valent. *Suet. Ner. 32. extr.* Multa *(in libellis)* et deleta, et inducta, et superscripta inerant. V. INDUCO §. 16. — **10)** Item indutus, immissus, circumdatus. *Auct. ad Herenn. 1. 15.* Soleae ligneae pedibus inductae. *Plin. 28. 81. 2.* Pellicula collo inducta. *Ovid. 2. Art. am. 495.* laurus sacris inducta capillis. V. INDUCO §. 10. et in *Nota* II. — **11)** Item illatus, adductus. *Ovid. 1. Met. 99.* inducta latos caligine terras Occuluit. Et *11. ibid. 251.* inductum aequor arenis.

INDUCTUS, us, m. Verbale ab *induco;* inductio, persuasio, impulsus; *indotto, persuasione*. — In sexto casu sing. *Cic. fragm.* apud *Quintil. 5. 10. 69.* Utrum velitis, casu illo itinere Varenum usum esse, an huius persuasu et inductu. *Auct. ad Herenn. 2. 17.* Num concedi reo conveniat, quod alieno inducto fecerit.

INDŪCŬLĂ, ae, f. Verbale ab *induco*, quo significatur vestis interioris genus; *sottana, giustacore*. De vestitu femineo usurpat *Plaut.*, sed quae eius forma fuerit, incompertum est. *Epid. 2. 2. 39. Periph.* Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam? *Epid.* impluviatam, ut istaec faciunt vestimentis nomina. Videtur *Non. 14. 15.*

Digitized by Google

legere *tuniculam*. Certe in tunicarum genere *inducula* ponenda videtur.

INDŪGRĔDĬOR. V. INGREDIOR.

INDULCĀTUS, a, um. Particip. verbi *indulceo;* edulcatus, dulcis factus; *addolcito*. *Theod. Priscian. 1. 10.* Foenograeci succus palmarum indulcatus decoctione. — **2)** Translate. *Optat. 6. Schism. Donat. 6.* O aqua, quae sub Moyse, ut naturalem amaritudinem perderes, indulcata ligno, tot populorum pectora suavissimis haustibus satiasti.

INDULCĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *dulceo;* valde dulceo. *Gloss. Philox.* Indulceo; *ἡγλυκαίνω*.

INDULCĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *in* et *dulcitas;* non dulcitas, amaritudo, apud *Non. 2. 215.*, ubi *Caecilius:* Tanta huic invasit in corda indulcitas.

INDULCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *dulcis*. — Particip. *indulcatus*, V. suo loco. — Proprie est dulce facio, idem ac edulco; *addolcire*. *Tertull. advers. Iud. 13.* Hoc lignum, quo Moyses aquam amaram indulcavit. *Vulg. Interpr. Eccli. 38. 5.* Nonne a ligno indulcata est aqua amara? — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. Eccli. 49. 2.* In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria. — **3)** Absolute sive intransitivorum more, indulcor, dulcis fio. *Id. ibid. 12. 15.* In labiis suis indulcat inimicus.

INDULCŌRO, as, āvi, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *dulcoro;* valde dulcoro. *Gloss. Philox.* Indulcoro; *ἡδύνω*. *Theophil. Vit. S. Macar. 15.* Odor suavissimus . . . venit nobis, et sicut de mellis favo dulcissimo os nostrum indulcoravit.

INDULGENS, entis. Particip. verbi *indulgeo,* adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — Hinc comparat. *indulgentior* §. *1.* et superlat. *indulgentissimus* §. *1.* et *4.* — Proprie est qui indulget et obsequitur, facilis, clemens; *indulgente, condiscendente, cortese, benigno*. *Cic. Amic. 24.* Molesta veritas: sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens praeciptem amicum ferri sinit. *Liv. 22. 61.* Civitas minime in captivos, iam inde antiquitus, indulgens. *Cic. Cluent. 5.* Quo ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum, hoc illius matris singulare scelus, etc. *Suet. Vesp. 21.* Nec ullo tempore facilior, aut indulgentior traditur. *Senec. Consol. ad Helv. 2. a med.* Avunculus indulgentissimus. *Vellei. 2. 117.* Indulgens alicui in re aliqua. *Quintil. Declam. 18. 10.* Si filio obtigerit indulgentior facies, vultus erectior; *h. e.* cui plus natura indulserit decoris: vel quia decori aspectu mites et indulgentiores esse videntur: vel quia pulcris indulgere facile solemus. — Cum genitivo. *Liv. 24. 25.* Non ferme desunt irarum indulgentes ministri. — **2)** Apud *Nep. Att. 1. indulgens pater* in laude ponitur: et de eo dicitur, qui ex naturali caritate nihil omittit eorum, quae ad honestam filii educationem pertinent, eodemque modo *indulgentia* usurpatur. — Sic *Plin. Paneg. 90.* Indulgentissimus imperator. — **3)** Est etiam deditus, proclivis. *Suet. Aug. 70.* Notatus est et ut aleae indulgens. — **4)** Deinde

II. *Indulgens*, passiva significatione, de eo, cui quis indulget, usurpari videtur a *Quintil. Declam. 10. 15.* Fili, indulgentissime adolescens, vidi te, nec semel vidi.

INDULGENTER. Adverb. ab *indulgens*. — Comparat. *indulgentius* et superlat. *indulgentissime*, infra. — Est indulgendo, obsequenter, blande, facile, ad gratiam; *cortesemente, benignamente, con piacevolezza, condiscendendo*. *Cic. 9. Att. 9. circa med.* Illud me praeclare admones, cum illum videro, ne nimis indulgenter, et ut cum gravitate potius loquar. *Liv. 36. 14.* Athamanum captivis indulgenter habitis. *Plin. 7. 44. 2.* Abunde atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infelix potest. *Cic. 2. Fin. 33.* Bestiae multa faciunt indulgenter vel cum labore; *h. e.* in gratiam aliorum. *Solin. 9.* Voluptati aurium indulgentissime deditus. *Senec. 4. Benef. 32.* Dii alios indulgentius tractant. *Id. Consol. ad Helv. 8.* Omnia illa, quae fortuna in me indulgentissime conferebat. *Pacat. Paneg. Theodos. 8.* Indulgenter habere.

INDULGENTĬA, ae, f. Abstractum ab *indulgens;* facilitas et remissio animi, lenitas, obsequentia, qua faciles sumus ad concedendum, remittendum, gratificandum, connivendum; *indulgenza, condiscendenza, compiacenza, cortesia, clemenza:* idque fere in deteriorem partem, cum scilicet plus gratiae amorique tribuitur, quam par est (in bonam usurpavit *Tacit. Agric. 4.* Mater Iulia Procilla fuit, rarae castitatis. In huius sinu indulgentiaque educatus, per omnem honestarum artium cultum puritiam adolescentiamque transegit; *amorosa attenzione*). *Cic. 1. Leg. 23.* Cum animus, cognitis perceptisque virtutibus, a corporis obsequio indulgentiaque discesserit. Et *15.* Homines inter se naturali quadam indulgentia et benevolentia contineri. *Plane. ad Cic. 10. Fam. 23.* Eius nimia indulgentia in Lepidum, ad haec pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. *Balb. et Opp. ad Cic. (in fin.) post ep. 8. l. 9. ad Att.* Et hoc Caesarem, pro sua indulgentia in suos, probaturum putamus. *Liv. 37. 52. ad fin.* Cum aliquandiu, hinc indulgentia, hinc modestia, inter permittentes invicem, certatum esset. *Vellei. 2. 80.* Vir omnium vanissimus, neque ulla virtute tam longam fortunae indulgentiam meritus. *Plin. 10. ep. 3.* Experiri alicuius plenissimam indulgentiam; *h. e.* benignitatem, liberalitatem; *grazia, benignità. Ulp. Dig. 29. 1. 1.* Nerva plenissimam indulgentiam in milites contulit; *h. e.* amplam facultatem condendi testamenta sine solemnitatibus legum. *Plin. 10. ep. 107.* Rogatus a P. Accio, ut misterem tibi libellum, per quem indulgentiam pro statu filiae suae implorat; *h. e.* ut civis Romana fiat. — *Inscr.* apud *Momms. n. 1352.* Impetrata editione ab innulgentia *(sic)* max. principis. — **2)** Praecipue vero dicitur de caritate et facilitate in liberos, parentes, auctos. *Cic. ad Quirit. 1., 3. Verr. 44.* et *2. Orat. 40.* et *alibi. Nep. Att. 17.* et *Quintil. 1. 2. 6.* — **3)** Item Dei erga homines. *Apul. de Mund. 25.* Pro intervallorum modo indulgentiarum Dei ad nos usque beneficia pervenire. — *Arnob. 2. 14.* Se ad indulgentias *(Christi)* applicare. V. integr. loc. *Vulg. Interpr. Iudith. 8. 14.* Indulgentiam eius *(Domini)* fusis lacrymis postulemus. Adde *Isai. 63. 7.* et *9.* — **4)** Translate, a similitudine, *indulgentia caeli* apud *Virg. 2. G. 343.* et *Plin. 17. 2. 3.* et *18. 30. 2.* est temperatus aër, tepidum caelum, bonitas climatis, qua fruges facile proveniunt. — **5)** Specialim

II. *Indulgentia* sumitur pro remissione poenae. *Capitolin. Antonin. 6.* Iis, quos Hadrianus damnaverat, in senatu indulgentias petiit. — In plur. numero usurpavit etiam *Auson. Gratiar. act. ad Gratian. 32.* et *Inscr.* apud *Labusium, Colonna di Maguzz. p. 10.* Inter plurima indulgentiarum suarum in Aquileienses providentissimus princeps restituit. — **6)** Pro remissione tributi; *rilascio*. *Eumen. Gratiar. act. ad Constantin. 8.* et *10.* et *Ammian. 16. 5. ad fin.* — **7)** Apud Medicos dicitur de corporali quadam benigna dispositione, sive natura sive arte adiuta. *Cael. Aurel. 1. Acut. 17. 172.* Somnus enim laxatis fiet corporibus indulgentia naturali. *Id. ibid. n. 175.* Debinc omnis somnus in corpore spirabili atque indulgentia laxato nascetur. Et *mox*. Cum sit impossibile turbore corpus impletum, somni tunc indulgentia temperari. Adde *2. ibid. 3. 51.*

INDŪLGEO, ges, si, tum, gēre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, quod quidam volunt esse ab *in* privativa, et *urgeo:* nam qui indulgens est, non urget, aut severe exigit, sed remittit facile et condonat; vel potius ab *indu* et *algeo*, quia indulget is, qui aegre quidem et exoratus aliquid alicui, ceteroquin non concessurus, permittit. Rectius tamen puto deducendum esse ab *in* intentiva et *dulcis*, a quo et *dulceo*, mutata euphoniae gratia e littera in *g*. Cf. et DULCIS §. a. — **b)** Particip. *indulgens* §. *4.*, et suo loco, *indulgendus* §. *6.*, *indultus*, V. suo loco, *indulturus* §. *3.* et *5.* — **c)** Derivata, *indulgenter, indulgentia, indulgitas, indultio, indultor, indultus, us.* — **d)** Compositum, *perindulgens*.

INDULGEO proprie est indulgens sum, facile concedo, plus aequo permitto, conniveo, gratificor, inservio; *condiscendere, compiacere, permettere, secondare, esser indulgente. Caes. 1. 7. B. G. 40.* Aeduorum civitati Caesar praecipue indulserat. *Senec. 5. Benef. 21.* Dominus servo indulsit, liberalius educavit. *Iustin. 32. 4. ad fin.* Annibal coenans nunquam plus, quam sextario vini indulsit; *non si allargò a bere più di due foglielle. Nep. Lysand. 1.* Sic sibi indulsit, ut eius opera in odium Graeciae Lacedaemonii pervenerint; *h. e.* tantum licentiae sibi sumpsit. *Id. Chabr. 3.* Indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere; *si trattava* etc. *Ter. Adelph. 1. 1. 38.* Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris? Vestitu nimio indulges. *Liv. 3. 55. ad fin.* Irae vestrae magis ignoscendum, quam indulgendum est. *Lucil.* apud *Non. 4. 246.* Tu quid irae indulges nimis? manus a muliere abstinere melius est. *Cic. 4. Tusc. 18.* ipsa sibi imbecillitas indulget, in altumque provehitur imprudens. *Liv. 9. 43.* Indulgent consules legionum ardori; *secondano. Nep. Reg. 1.* Indulgere dolori. *Plin. 1. ep. 14. extr.* amori. *Id. 4. ep. 13.* precibus. Et *5. ep. 13.* gaudio. *Val. Flacc. 3. 371.* lacrimis. *Plin. 10. ep. 54.* desiderio alicuius. *Pers. 5. 151.* Genio. V. GENIUS §. 20. *Ovid. 12. Met. 397.* et *1. Trist. 3. 37.* animo: *secondare la voglia. Virg. 2. G. 276.* Sin tumulis acclive solum, collesque supini, indulge ordinibus; *h. e.* vitium ordines laxa, maius eis da spatium atque intervallum. — **2)** Est etiam libenter inservire, eniam operam, etiam plus aliquanto, quam par est, dare; *attendere, andar dietro vogliosamente. Cic. Amic. 15.* Veteres amicitias spernere, indulgere novis. *Id. 16. Fam. 18.* Ut ut est, indulge valetudini tuae: cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis. *Id. 3. Verr. 24.* Cives R. coluit, his indulsit, eorum voluntati et gratiae deditus fuit. *Virg. 8. Aen. 138.* Indulgere labori. *Id. 9. ibid. 618.* choreis. Et *163.* vino. *Id. 4. ibid. 31.* hospitio. *Ovid. Rem. am. 731.* theatris. *Quintil. 10. 1. a med.* eloquentiae. *Traian. ad Plin. 10. ep. 49.* Gymnasio indulgent Graeculi; *sono dilettanti. Tacit. 16. Ann. 19.* Indulgere somno. — Passive impersonaliter. *Liv. 43. 53.* Nihil relicturus, si aviditati indulgeretur, quod in aerarium referret. *Colum. 5. 7. a med.* Si segetibus indulgetur. — **3)** Pro remittere, indulgentiam concedere, veniam dare apud Christianos Scriptores. *Celerin.*

Digitized by Google

apud *Cyprian. ep. 20. a med.* Credo . . . iam Christum eis, vobis martyribus suis petentibus, indulturum. — **4)** Deinde, transitivorum more,

II. *Indulgeo*, cum accusativo personae, est aliquem benignius quam par est aut plus aequo habere; *trattare con indulgenza*. *Afran.* apud *Non. 3. 19.* Male merentur de nobis heri, qui nos tantopere indulgent in pueritia. *Ter. Heaut. 3. 2. 54.* Dum istis fuisti solus, te indulgebant, tibi dabant. *Id. Eun. 2. 1. 16.* Eiciunda est mollities animi: nimis me indulgeo. *Al. legunt* mi. — **5)** Cum accusativo rei, et dativo personae significat permittere, concedere, largiri; *concedere, permettere*. *Suet. Aug. 41.* Usum eius pecuniae gratuitum iis, qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indulsit. *Id. Claud. 24.* Ornamenta consularia etiam procuratoribus indulsit. *Id. Domit. 11.* Indulgere damnatis arbitrium mortis. *Val. Flacc. 2. 336.* moras et spatium amori. *Quintil. 2. 17. a med.* nomen oratoris malis moribus. *Martial. 1. 103.* improbaeque tigres indulgent patientiam flagello; *h. e.* praebent, praestant; *portano con pazienza le sferzate*. *Ulp. Dig. 42. 6. 1. §. 14.* De his autem omnibus an admittenda separatio sit, nec ne, eius erit notio, qui separationem indulturus est. — Cum infinito. *Sil. 14. 672.* Iussit stare domos, indulgens templa vetustis Incolere atque habitare Deis. *Stat. 1. Theb. 500.* Indulgens reparare animum. Adde *9. ibid. 317.* — **6)** *Indulgere se alicui*, facilem se praebere. *Stat. 4. Silv. 6. 36.* Deus, ille Deus, seseque videndum Indulsit, Lysippe, tibi. *Iuvenal. 2. 165.* ardenti sese indulsisse tribuno. — **7)** Passive. *Gell. praef.* Animus, interstitione aliqua negotiorum data, lasari indulgerique potuisset; *h. e.* recreari. *Modestin. Dig. 48. 16. 17.* Abolitio reorum, quae publice indulgetur; *h. e.* conceditur. *Ulp. ibid. 4. 3. 9. extr.* Neque enim passim haec actio indulgenda est.

Nota I. Constructio verbi intransitive est cum dativo rei vel personae: item impersonaliter vel absolute; transitive autem cum accusativo personae, addito aliquando dativo item personae (V. §. 3.) aut cum accusat. rei et dat. personae. — **Nota II.** Inter *indulgere* et *ignoscere* hoc interest, quod illud ad peccata futura refertur, hoc ad praeterita; et illud ad miseros et obsecrantes, hoc ad reos tantummodo spectat. Videtur tamen pro hoc illud poni a *Quintil. Declam. 10. 11.* Indulge sane vanae rei; ignosce: libenter se orbitas decipit.

INDULGĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *indulgeo*, in usu apud Veteres pro indulgentia. *Coelius* apud *Serv.* ad *2. G. 345.* Consuetudine uxoris, indulgitate liberûm. *Sisenn.* apud *Non. 2. 439.* Bassus assiduitate, indulgitate victus. — *Gloss. Philox.* Indulgitas; συγχώρησις.

INDULTĬO, ōnis, f. Verbale ab *indulgeo;* actus indulgendi, indultus. *Imppp. Valentin. Theod. et Arcad.* in *Append. Cod. Theod. a Sirmondo* edita *n. 7.* Placida beneficia lenitatis pro felicitate saeculi publicamus, ut illos, quos imminentis supplicii terror exagitat, inseratae miserationis indultio, securitati perpetuae restitutos, ad communis vitae gaudia, depulsa culparum acerbitate, perducat.

INDULTOR, ōris, m. Verbale ad *indulgeo;* qui indulget. *Tertull. 4. advers. Marcion. 9. ad fin.* Malus iam, quando legis eversor; si bonus, cum legis indultor. Adde *Chrysolog. Serm. 58.* et *Laurent. Novar. homil. 2.*

INDULTUM. V. voc. seq. §. 2.

INDULTUS, a, um. Particip. verbi *indulgeo*, adiectivorum more etiam adhibitum; permissus, concessus; *concesso*. *Callistrat. Dig. 50. 5. 6. circa med.* Non potest privilegiis naviculariis indultis uti. *Ammian. 14. 1.* Licentia crudelitati indulta. *Sidon. 4. ep. 24.* Indultis tantisper indutiis. *Ovid. de nuce 39.* Non odium facit hoc, sed spes indulta rapinae. *Al. leg.* inducta: *al.* indicta. *Pallad. initio l. de insit.* Habes aliud indultae fidei testimonium; *h. e.* datae fidei. — **B)** Absolute, substantivorum more,

INDULTUM, i, n. Est concessio, permissio; *concessione, indulto*. *Imp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 4. 15. 1.* Iuxta Constantinianae legis indultum. *Idem ibid. 5. 10. 1.* Indultum principis.

INDULTUS, ūs, m. Verbale ab *indulgeo;* concessio, venia; *concessione*. In sexto casu sing. *Sidon. 1. ep. 11. a med.* Oro, ut indultu clementiae tuae in accusatorem meum, quae volo, scribam.

INDŪMEN, ĭnis, n. Verbale ab *induo;* indumentum. *Vetus Interpr. Iosph.* apud *Auct. Thesaur. novi Latinit. p. 282.* ed. *Mai*. Unde Iosephus in XVII: Quando in civitatem intrabat privatis indumentis utebatur.

INDŪMENTUM, i, n. Verbale ab *induo*, syllabica adiectione productum; vestis; *veste, vestimento*. *Gell. 16. 19. de Arione*. Oravit, ut priusquam mortem oppeteret, induere permitterent sua sibi omnia indumenta. *Gabius Bassus* apud *Eund. 5. 7. de persona*. Indumentum illud oris clarescere et resonare vocem facit. *Aurel. Vict. Caesar. 21.* Indumenta in talos demisso. — **B)** Translate. *Prudent. 9. Cathemer. 99.* Patres carnis indumenta sumunt, eque bustis prodeunt; *h. e.* e mortuis resurgunt corpus assumendo. — *Lactant. 6. 18.* Danda igitur opera, ut indumento institiae pietatisque velemur, quo nos exsuat nemo, quod nobis sempiternum praebet ornatum. Adde *Vulg. Interpr. Isai. 61. 10.* et *Prov. 31. 25.*

INDUO, uis, ui, ūtum, uĕre. Verbum transitiv. a Graeco ἐνδύω, quod idem significat, ductum, ut plures putant; vel, si mavis, ab *in* intentiva et *duo*, obsoleto pro *do*, eadem ratione qua est *adduo* pro *addo* et *accreduo* pro *accredo*. Cf. DO §. c. et ADDO §. b. — **b)** Quomodo in antiquis MSS. et editis libris fuerit aliquando confusum cum *induco*, v. sub v. INDUCO in *Nota* II. — **c)** Particip. *induens* §. *1.*, *induendus* §. *1.*, *indutus*, v. suo loco. — **d)** Derivata, *inducula, indumen, indumentum, indutilis, indutorius, indutus, us, induviae*. Cf. INDUSIUM. — **e)** Composita, *redinduitus, superinduo*.

INDUO proprie est corpori circumdo, induco, vestio; *vestire:* et dicitur tam de eo, qui ipse se, quam qui alium vestit: item tam de vestibus, quam de aliis, quae corpori circumdantur, seu inducuntur. *Cic. 2. Tusc. 8.* Cum Deianira Herculi sanguine Centauri tinctam tunicam induisset. *Id. 2. Fin. 22.* Ex eius spoliis sibi torquem induit. *Caes. 2. B. G. 24.* Induere galeam. *Ter. Eun. 4. 4. 34.* vestem. *Curt. 4. 6.* loricam. *Val. Flacc. 2. 599.* vincula. *Plin. 28. 7. 5.* calceamentum. *Virg. 7. Aen. 417.* albos cum vitta crines. *Plin. 37. 25. 1.* smaragdos et sardonychas. Et *33. 49. 1.* Induere soleas ex auro iumentis. *Ovid. 2. Amor. 15. 4.* et *Cic. 3. Offic. 9.* anulum articulis. *Ovid. 1. Art. am. 197.* et *Liv. 30. 31.* arma alicui. *Ovid. 21. Heroid. 90.* vestes humeris. *Id. 6. Met. 598.* alicui insignia Bacchi. *Virg. 11. Aen. 76.* vestem inveni. Et *3.* Ingentem quercum, decisis undique ramis, Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma; *h. e.* trophaeum erigit. *Vulg. Interpr. Levit. 8. 7.* Induens eum tunica hyacinthina. *Id. Gen. 28. 20.* Dederit mihi *(Deus)* panem ad vescendum et vestimentum ad induendum. — Cum duplici accusativo *Augustin. Serm. 22. n. 2.* ed. *Mai, de Christo*. Induit se carnem de massa propaginis nostrae. — Sic et translate. *Id. ibid. 132. n. 4.* Spiritus tuus bonus deducet nos in viam rectam . . . affectum pietatis nos induens. — Passive. *Ter. Eun. 4. 4. 40.* Indui veste. *Ovid. 4. Trist. 10. 29.* Induiturque humeris cum lato purpura clavo. — Et cum accusativo rei, Graeco more. *Virg. 2. Aen. 393.* Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur. Et *7. ibid. 659.* clypeumque auroque trilicem Loricam induitur. *Ovid. 6. Met. 568.* Induiturque atras vestes. — **B)** Speciatim *induere scalas* est ferre humeris: quia saepe fit, ut scalas qui ferunt, caput collumque gradibus inserant. *Id. 14. ibid. 649.* Induerat scalas: lecturum poma putares. — Huc facit illud *Stat. 10. Theb. 841.* Innumerosque gradus, gemina latus arbore clusus, Aërium sibi portat iter. — **3)** Translate est sumere, assumere, inire, capere. *Cic. 1. Tusc. 38. extr.* Habes somnum imaginem mortis, eamque quotidie induis. *Virg. 1. Aen. 688.* notos pueri puer indue vultus; *prendi la sembianza*. *Cic. 3. Offic. 19. a med.* Ponit enim personam amici, cum induit iudicis. *Liv. 1. 56.* Iuvenis longe alius ingenio, quam cuius simulationem induerat. Et *3. 33.* Induere sibi novum ingenium. *Cic. 2. Fin. 22.* sibi cognomen. *Martial. 2. 41.* vultus severos. *Petron. Satyr. 113.* supercilium domini. *Tacit. 11. Ann. 7.* magnum animum. *Claudian. III. cons. Honor. 157.* Indue mente patrem. *Curt. 6. 6.* Induere mores Persarum. *Tacit. 15. Ann. 45.* animum bonis artibus. *Id. 1. ibid. 69.* mania ducis. Et *4. Hist. 38.* falsos pavores. *Stat. 8. Theb. 592.* et *Sil. 1. 58.* iras. *Tacit. 4. Hist. 57.* hostiles spiritus. *Id. 4. Ann. 12.* habitus ac voces dolentum, simulatione magis, quam libenter. *Id. 2. ibid. 15.* seditionem. *Id. 12. ibid. 15.* societatem. Et *16. 28.* palam proditorem et hostem; *h. e.* personam proditoris. *Id. 6. ibid. 55.* Sceptuchi, utrinque donis acceptis, more gentico diversa induere; *h. e.* alii aliis partibus adhaesere. *Quintil. 1. 1. 8.* Induere sibi falsam persuasionem scientiae. *Plin. 23. 22. 5.* Vino fumi amaritudine vetustas induitur; *s'acquista*. — **4)** Item indere, inicere, immittere. *Senec. Phoeniss. 180.* Nunc manum cerebro indue. *Petron. Satyr. 4.* Eloquentiam pueris iniuunt adhuc nascentibus. *Gell. 12. 5.* Induere alicui amorem sui. Et *2. 29.* aliquid in mentes hominum. *Sil. 13. 759.* cunctis pavorem. Et *4. 13.* splendorem ferro. *Senec. Hippol. 574.* frenos alicui. *Stat. 1. Silv. 4. 17.* Nec tantum induerint Fatis nova saecula crimen. — **5)** Item affingere, attribuere. *Quintil. 4. 1. ante med.* Fictam orationem induere personis. — **6)** Singularia sunt haec *Statii, 9. Theb. 281.* Induit a tergo Mucalesia cuspis Agyrten; *h. e.* transfigit. — Et *Val. Flacc. 4. 309.* civis induit urbes; *h. e.* obtegit. — Et *Virg. 7. Aen. 19.* Quos hominum ex facie Dea saeva potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarum; *h. e.* verterat, et sub specie ferarum occuluerat. Cf. *Iul. Rufinian. Schem. lex. 55.* — **7)** Propterea cum accusativo personae, sensu item translato,

II. *Induere aliquem* est eum munire, armare. *Val. Flacc. 2. 19. de gigantibus*. Quos scopulis trabibusque parens miserata iugisque Induit, et versos exstruxit in aethera montes. *Id. 7. 571.* Talibus infelix contra sua regna venenis Induitur. — **8)** *Induere se* est se immittere, implicare. *Cic. 2. Divin. 19.* Cum venti se in nubem induerint. *Plaut. Cas. a. 4. v. 23.* Mea praeda est illa: proin tu te in laqueum induas; *vatti appiccu*. *Caes. 7. B. G. 73.* et *82.* Quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant. *Virg. 10. Aen. 681.* Induere se mucrone; *trafiggersi*. Et *Liv. 44. 41. extr.* Induere se

hostis. Sic *Ovid. 12. Met. 339.* Decidit in praeceps, et pendere corporis ornum ingentem fregit, suaque induit ilia fractae. *Gronov.* malit *fracta*. — **B)** Hinc iterum translate. *Cic. 7. Verr. 64.* Sua confessione induatur ac iuguletur, necesse est; *s' imbrogli, s'intrichi, si sonopra reo. Id. 4. ibid. 42.* Videte, in quot se laqueos induerit, quorum ex nullo se unquam expediret. Et *2. Divin. 17.* induere se in captiones. *Lucret. 4. 845.* in fraudem. *Quintil. 12. 1. 3.* Qui in gravissimas frequenter legum, semper vero malae conscientiae poenas a semetipsis, improviso rerum exitu, induantur. *Senec. 1. Clem. 4. extr.* Ita se induit reipublicae Caesar, ut seduci alterum non possit sine utriusque perniciе; h. e. iunxit, immiscuit, inseruit. — **10)** Illa quoque translata sunt. *Virg. 1. G. 187.* cum nux se plurima silvis induet in florem; *metterà i fiori*, vel *si metterà in fiori*. Et *4. ibid. 143.* pomis se induit arbos. — **11)** Denique haec item translata occurrunt apud *Vulg. Interpr. Psalm. 34. 26.* induantur confusione et reverentia. *Id. ibid. 92. 1.* Indutus est Dominus fortitudinem. *Id. Sap. 5. 19.* Induet pro thorace iustitiam. *Id. Eccli. 15. 1.* Induere superbiam. Et *43. 22.* Et sicut lorica induat se agnis. *Id. Isai. 50. 3.* Induere caelos tenebris. *Id. Ezech. 7. 27.* Indui moerore. *Id. 1. Cor. 15. 53.* Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem. — **12)** In illo apud *Eund. Ps. 64. 14.* Induti sunt arietes ovium; h. e. ovibus sive copioso grege; genitivus *ovium* est Graecorum more pro ablativo.

Nota I. Constructio verbi varia est, modo enim adhibetur cum accusativo rei et dativo personae; modo cum accusat. personae et ablat. rei (passive cum accusat. rei, Graecorum more, loco ablativi vel genitivi. V. infra §. 12.), aliquando etiam additur alter accusat. et praepos. *in*; modo denique cum duplici accusat. V. supra §. 1. — **Nota II.** Discrimen inter *amicio* et *induo*, V. sub AMICIO in *Nota* II. — Item inter *induco* et *induo*, V. in INDUCO *Nota* II.

INDŬPĔDIO et INDŬPĔDĪTUS. } V. IMPEDIO §. c.

INDŬPĔRANS. INDŬPĔRĀTOR. INDŬPĔRO. } V. IMPERO §. b.

INDŬPĔTO. V. IMPETO.

INDŬPĔTRO. V. IMPETRO.

INDŪRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *induro*; actus indurandi. *Rufinus* vertens *Originis* περὶ ἀρχῶν, *3. 9.* Et ostendet nobis quomodo Deus, quem utique et ipsi iustum fatentur, iuste faciat cor hominis indurari, ut ex ipsa induratione peccet et pereat. — Hinc *haeresis de indurationе Dei* legitur apud *Philastr. haeres. 138.* in *lemmate*. Cf. INDURO §. 3.

INDURĀTOR, ōris, m. Verbale ab *induro*; qui indurat, sive ferrum temperat. *Gloss. Gr. Lat.* Στομωτής; indurator.

INDŪRĀTUS, a, um. Particip. verbi *induro*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *induratior* §. 2. — Proprie est durus factus; *indurato. Stat. 4. Theb. 64.* Robora indurata flammis. — **B)** Translate. *Liv. 30. 18.* Induratus praeter spem resistendo hostium timor. *Senec. 1. Ira, 11.* Germanis quid induratius ad omnem patientiam?

INDŪRESCO, escis, ui, escĕre. Verbum intransitiv. ab *induro*. — Particip. *indurescens* §. 1. — Proprie est durus fio; *indurarsi*. *Cels. 6. 18. n. 8.* Si vetus condyloma iam induruit. *Colum. 2. 21.* Antequam ex toto grana indurescant. *Virg. 3. G. 366.* Stiriaque impexis induruit horrida barbis. *Plin. 37. 11. 13.* Succinum indurescens. Adde *16. 64. 2., 17. 53. 24.* etc. — **B)** Translate. *Tacit. 5. Hist. 61.* Gregarius miles indurueraat pro Vitellio; h. e. constantiam induerat. *Quintil. 1. 3. 12.* Frangas citius, quam corrigas, quae in pravum indurueruut. *Ovid. 5. Trist. 2. 5.* corpus ipso vexatum induruit usu; *s'è fatto vigoroso*. — Cum accusativo, Graecorum more. *Lucan. 4. 631.* totosque indurult artus.

INDŪRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *duro*. — **b)** Particip. *indurans* §. 1., *indurandus* §. 2., *induratus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *induratio*, *indurator*, *induresco*. Cf. INDURUS.

INDURO proprie est durum reddo; *indurare*. *Plin. 31. 8. 2.* Cicero in admirandis posuit, Reatinis tantum paludibus ungulas iumentorum indurari. *Ovid. 5. Trist. 9. 14.* nivem indurat Boreas, perpetuamque facit. *Plin. 8. 78. 3.* Sues indurantes attritu arborum costas. — **B)** Translate. *Tacit. 2. Hist. 46.* Quas inter voces, ut flexerat vultum, aut induraverat Otho, etc.; h. e. ad constantiam composuerat. *Senec. ep. 51.* Indurandus est animus, et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. *Id. ep. 4. circa med.* Adversus omnia, quae accidere possunt, adhortare te, et indura. — *Id. 7. Benef. 28. ad fin.* Indurare frontem; h. e. pudorem exsuere. — **C)** Sensu morali de obstinatione animi in pravitate sive impietate, frequens est apud *Vulg. Interpr. Exod. 4. 21.* Ego indurabo cor eius *(Pharaonis)* et non dimittet populum. Et *15. 15.* Cum induratus esset Pharao et nollet nos dimittere. *Id. 2. Par. 30. 8.* Nolite indurare cervices vestras, sicut patres vestri. *Id. Isai. 63. 17.* Indurasti cor nostrum, ne timeremus te? *Id. Ierem. 5. 3.* Induraverunt facies suas supra petram. *Id. Bar. 2. 18.* Quem vult, indurat *(Deus)*.

* INDŪRUS pro valde durus, legitur a quibusdam apud *Ovid. 11. Met. 151.* et induro laedi quoque corpore ferrum. *Sed alii divisim* in duro, *rectius*.

INDUS, a, um. Adiect. ab *India*; ad Indiam, quae Asiae regio est, de qua V. in ONOM., pertinens, ut Indus deus; h. e. ebur, apud *Catull. 64. 48.*, et Indae conchae; h. e. margaritae, apud *Propert. 1. 8. 39.* etc. V. INDUS in ONOM. — **B)** Speciatim et absolute *Indus*, tanquam nomen commune, usurpatum est de quolibet magistro sive duce elephantorum, eadem prorsus ratione, qua et hodie in oriente huiusmodi homines *Indiani* appellantur. Hinc *Vulg. Interpr. 1. Mac. 6. 37.* Super singulas bestias *(elephantos)* viri virtutis (h. e. strenui) triginta duo, qui pugnabant desuper, et Indus magister bestiae.

INDŪSĬĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. absolute adhibitum ab *indusium*; qui conficit indusia; *chi fa camicie*. *Plaut. Aul. 5. 3. 55.* Patagiarii, indusiarii, flammearii, violarii. *Gloss. Isid.* Indusiarii, vestiarii; *ubi alii leg.* induciarii, *alii* indutiarii.

INDŪSĬĀTUS (et Intusiatus), a, um. Adiect. ab *indusium*, participiorum more effictum; indusio vestitus. *Apul. 2. Met.* Pueri calamistrati, pulcre indusiati. Et *8. ibid.* Variis coloribus indusiati. Et *10. ibid.* Pulcre indusiatus adolescens. — **B)** *Indusiatam vestem* nominat *Plaut. Epid. 2. 2. 47.* inter varia femineorum vestium nomina: ab indusio certe denominatam, quod interioris vestimenti genus est. — *Varr. 5. LL. 30.* hunc eundem *Plauti* locum referens *intusiatam* legit. V. INDUSIUM §. 1., coll. §. a.

INDŪSĬO, as, āre. Verbum transitiv. ab *indusium*; vestio, induo. *Capell. 1. p. 17.* Cum ipsum Tonantem exsuviis indusiari publice reverenti. Et *2. p. 28.* Ex illa herbarum felicium lana, qua indusiari perhibent Indicae prudentiae vates.

INDŪSĬUM (et Intusium), ii, n. Nomen, quod quidam ab *indus* ducunt, ut etiam *inducula*; alii vero ab *intus*, ut *Varroni* placet *5. LL. 30. §. 131.* (V. loc. infra): quare et *intusium* loco *indusium* scribunt. — **b)** Derivata, *indusiarius*, *indusiatus*, *indusio*.

INDUSIUM genus est vestis interioris et adstrictae membris, corpori adhaerens intra plurimas vestes, ut *Non. 14. 18.* definit, quod proprium fuisse videtur mulierum, ut *subucula* virorum. *Plaut.* enim *indusiarios* ponit inter eos, qui matronarum cultui operantur. *Varr.* loc. supra cit. cum palla coniungit, quae muliebris est. Similiter in afferendis *Plauti* verbis patagiata, caltula, crocotula femineae vestes sunt. Non tamen ausim hoc perpetuum dicere. Nam *Apul.* ter de viris usurpat. V. INDUSIATUS §. 1. Ceterum in illis *Apuleii* locis sermo est de pueris mollibus, et quasi muliebriter indutis. — Porro haec sunt verba *Varr. loc. cit.* Alterius generis (h. e. *earum vestium, quas corpus amictiunt*) unum quod foris, et palam, palla: alterum quod intus, a quo intusium: id quod Plautus *(Epid. 2. 2. 47.)* dicit: intusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam. Adde *Eund.* apud *Non. 14. 38. Gloss. Philox.* Indusium; χειρωνίκης.

INDUSSĀTUS, a, um. Adiect. vulgo, ut videtur, adhibitum pro abunduuter collatus, elargitus. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Indussatus; ἐπιδεξιωθείς. Cf. *Thesaur. Ling. Gr.* ed. *Didot*, sub v. ἐπιδεξιόω.

INDUSTRĬĂ, ae, f. Abstractum ab *industrius*; solertia, diligentia, sedulitas, vis ingenii, qua quippiam excogitamus, et adipiscimur; *industria, diligenza ingegnosa, studio*. Itaque supra naturam et ingenium addit studium, et artem, et laborem. *Cic. 1. ad Brut. 15.* Messala tanta industria est, tantumque evigilat in studio, ut non maxima ingenio, quod in eo summum est, gratia habenda videatur. *Id. Cael. 19.* Ingenium industria alitur. *Id. Manil. 11.* Virtutes imperatoriae, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo. *Id. ibid. 1.* Nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere. *Id. ad Quirit. 10.* Hoc vobis repromitto, mihi in perferendo labore industriam non defuturam. *Id. 3. Fam. 9. a med.* Qui in scribendo tantum industriae ponam. *Id. ad Pompei. post ep. 11. l. 8. ad Att.* Vibullii virtutem industriamque libenter agnovi. Et *15. Att. 13.* Enitar, ne desideres aut industriam meam aut diligentiam. *Nep. Agesil. 3.* Magna industria bellum apparavit. Et *ibid.* Quorum egregia in ea re fuisset industria. *Id. Cat. 3.* In omnibus rebus singulari fuit prudentia et industria. *Caes. fragm.* apud *Gell. 13. 3.* Mihi videor non labore, non opera, non industria defuisse. Et *11. 16.* Res obire plurimas cum industria et celeritate. Et *5. 3. in fin.* Quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior. *Suet. Aug. 8.* Industria itineris; h. e. in itinere faciendo. — In plurali num. *Plaut. Most. 2. 1. 1.* Summis opibus atque industriis. Adde *Vulg. Interpr. Eccl. 4. 4.* — **B)** Significat etiam vim, robur. *Dictys Cret. 2. B. Troi. 2.* Quem rex ob industriam virium, atque ingenii inter duces habuerat. *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal. 10. 156.* Usque adeo infelix sum, ut vix industria inguinis ad victum sufficiat. — Eod. sensu de libidinoso *Apul. 8. Met. 29.* dixit *fortissimum rustisanum*

Digitized by Google

industria laterum bene praeparatum. — **3)** Absolute, adverbiorum more, in ablativo casu,

INDUSTRIA, est data opera; *a bello studio, a bella posta, appostatamente*. *Plin. 16. 2. 1.* Velut industria fluctibus agerentur in proras. — **4)** Frequentius vero *ex industria, de industria*, eodem sensu. *Liv. 1. 56.* et *sub fin. l. 26.* Ex industria famam captae Carthaginis compresserunt (Adde *Quintil. 1. 3. 8.* et *10. 1. ad fin.*). — *Ter. Andr. 4. 4. in fin.* Paulum interesse censes, ex animo omnia, Ut fert natura, facias, an de industria? *Cic. Orat. 44.* Ubi etiam de industria id faciendum fuit. *Id. 1. Offic. 7.* Iniuriae, quae nocendi causa de industria inferuntur. Adde *Curt. 6. 16. 14.* — **5)** Item *ob industriam*, idem est. *Plaut. Cas. 4. 3. 6.* Quid illaec nunc Tam diu intus remoratur, quasi ob industriam?

INDUSTRĬĒ. Adverb. ab *industrius*. — Comparat. *industrius*, infra. — Est cum industria, diligenter, solerter; *industriosamente, diligentemente*. *Cato* apud *Charis. 2. p. 181. Putsch.* Rempublicam curare industrie, summum periculum esse. *Caes. 7. B. G. 60.* Ut ea, quae imperasset, diligenter industrieque administrarent. *Id. 3. B. C. 35.* Castra industrie defendere. *Cic. Dom. 11.* Quis apud populum R. de illius dignitate industrius, quis senatui saepius dixit? *Al leg.* illustrius. *Suet. Galb. 3.* Causas industrie actitare. *Iustin. 43. 3.* Auxiliis industrie socios iuvare.

INDUSTRĬO, as, are. Verbum transitiv. ab *industria;* industrium reddo. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 564.* Industriare, docere. Adde *Gloss. Isid.*, ubi *docere* emendandum in *docere*.

INDUSTRĬŌSĒ. Adverb. ab *industriosus*. — Comparat. *industriosius* et superlat. *industriosissime*, infra. — Est industrie; *industriosamente*. *Suet. Vit. Iuvenal.* Genus scripturae industriose excoluit. *Front. 4. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 3. ante med.* Rari admodum veterum Scriptorum in eum laborem, studiumque, et periculum verba industriosius quaerendi sese commisere. *Cato* apud *Charis. 2. p. 181. Putsch.* Duas res industriosissime persequitur, rem militarem et argute loqui.

INDUSTRĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *industria;* industria praeditus, industrius; *industrioso, ingegnoso, diligente*. *Sence. Prov. 2.* Cui non industrioso otium poena est? *Val. Max. 5. 4. n. 2.* Industriosum pro ignominioso, pro invviso gloriosum reddidit. *Al. hic aliter leg. Cassiod. 8. Variar. 33.* Quidquid praecipuum industriosa mittit Campania.

INDUSTRĬUS, a, um. Adiect. ab *indu* et *struo:* quia, ut docet *Festus* apud *Paul. Diac. p. 106. Müll.* industrium Antiqui dicebant *indostruum*, quasi qui quidquid ageret, intro strueret et studeret domi. — **b)** Comparat. *industrior*, vel *industriior*, antiquum est. V. loca infra *in fin.* — **c)** Derivata, *industria, industrie, industrio, industriose, industriosus*.

INDUSTRIUS, sedulus, promptus, solers, laboriosus, multum artis et operae ponens in rebus agendis; *industrioso, ingegnoso, fatichevole, destro*. *Cic. 5. Verr. 21.* Homo navus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. *Id. ad Pompei. post ep. 11. l. 8. ed Att.* Vigilans homo et industrius. *Iustin. 29. 3. extr.* Quem promptum in bella, industriumque cognoverant. Et *4. 7.* Gens industria. *Cic. Coel. 31.* Quae nisi vigilantes homines, nisi sobrii, nisi industrii, consequi non possunt. *Id. 5. Tusc. 20.* Vir acer et industrius in rebus gerendis. *Tacit. 12. Ann. 12.* Industrios ac ignavos pax in aequo tenet. — *Plaut. Most. 1. 2. 71.* Quo neque industrior de iuventute erat: Arte gymnastica, disco, hastis, pila, Cursu, armis, equo victitabam volupe. *Cato* apud *Priscian. 3. p. 601. Putsch.* Imperator exercitum meliorem et industriiorem facit. *C. Gracch. ibid.* Ut in me industriior sis, quam in te.

INDŪTĬĀ et inducia, ae (V. infra §. 2. *in fin.*), *frequentius vero*,

INDŪCĬAE et Induciae, ārum, f. Nomen etymi parum certi. *Gell. 1. 25.* originem vocis sumit ex *inde uti iam:* quod sit pactum, ut ante certam diem ne pugnetur; ex eo die postea uti iam omnia belli iure agantur. *Aurel. Opil.* autem *ibid.* ab *initus*, seu *introitus*, quasi *initiae*, quod hostes inter se utrinque utroque alter ad alterum impune, et sine pugna ineant. Sed haec grammaticae nugae videntur. Aliis *inducias* appellatae videntur, quia per id tempus exercitus in hostes non ducitur; alii vero aptius deducunt ab *in* vel *indu*, et *otium*, quod antiquitus scribebatur *oitium* vel *ostium*, unde recte, diphthongo *ae* in *u* contracta, ut in *punio* a *poena, indutiae* derivatae, quia per id tempus otiantur arma. — Fortasse ab hac voce sumpta est illa Italorum *indugia* et *indugio*. — **b)** Utrique etymo convenit quantitas antepaenultimae, quae longa est; item scribendi varietas: *Manut.* enim, *Cellar.* et *Dausq.* per *i*, nonnulli per *e* scribi volunt. — **c)** In *Gloss. Isid.* scriptum reperitur *indubias* et *indubiss* perperam pro *inducias* vel *indutias*.

INDUTIAE proprie est belli cessatio ad tempus; *tregua:* differuntque a pace et foedere, quae in perpetuum dantur. *Varr.* apud *Gell. 1. 25.* definit, *indutiae sunt pax castrensis paucorum dierum*. Item *Indutias sunt belli feriae*. Quas definitiones *Gell. ibid.* reprehendit. *Cic. 1. Offic. 10.* Cum triginta dierum essent cum hoste pactae indutiae, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactae, non noctium indutiae. *Liv. 10. 3. ad fin.* Pax negata: indutiae biennii datae. *Id. 1. 15.* Agri parte multatis in centum annos indutiae datae. Et *4. 30.* Indutias octo annorum impetraverunt. *Cic. 8. Phil. 7.* Indutias facere. *Plin. Paneg. 11.* inire aequis conditionibus. *Nep. Agesil. 2.* petere. Et *ibid.* conservare. *Liv. 30. 4.* tollere. *Sall. Iug. 31.* agitare. *Id. Cat. 50.* et *Liv. 30. 37.* Per indutias; *h. e.* indutiarum tempore. — **2)** Translate. *Ter. Eun. 1. 1. 15.* In amore haec omnia insunt vitia, iniuriae, Suspiciones, inimicitiae, indutiae. *Plin. 8. ep. 14.* Postulabam, ut tribus sententiis constaret suus numerus, nec se brevibus indutiis duae iungerent. *Plaut. Amph. 1. 1. 233.* Imo indutiae parumper fiant, si quid vis loqui. *Apul. 2. Met.* Noctis indutias cantus perstrepebat cristatae cohortis; *h. e.* nocturnam quietem fiiiebat cantus gallorum. *Prudent. 2. περι στεφ. 125.* Unum sed orans flagito, Induciarum paululum, Dum fungar efficacius Promissionis munere. — In singulari num. *Acta SS. Scillitanor. n. 3.* Quales nos hodie cernis, tales post induciam futuros esse non dubites. — **3)** *Indutias* vocatur etiam dilatio solvendi tributi. *Cassiod. 3. Varr. 34.* Ille omnia confessus reddere se posse constituit, si ei largae praeberentur indutiae.

INDŪTĬLIS, le. Adiect. verbale ab *induo;* qui indui seu inseri potest. *Cato, RR. 155.* Vomis indutilis optimus erit. *Al. leg.* in Rutilis, *alii rectius* inde utilis.

INDŪTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *induo;* ad induendum pertinens, ut Indutoria pellis, apud *Paul. 3. Sentent. tit. 7. a med.*

INDŬTŬĔOR. V. INTUEOR.

INDŪTUS, a, um. Particip. verbi *induo;* atque iisdem sensibus, quibus gaudet verbum usurpatum. — Proprie est vestitus, circumdatus; *vestito*. *Virg. 3. G. 364.* vestesque rigescunt Indutae. *Cic. 3. Orat. 32.* Pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. V. AMICTUS, a, um §. 1. *Horat. 1. Ep. 17. 28.* Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet. *Aust. ad Herenn. 4. 47.* Citharoedus palla inaurata indutus. *Curt. 7. 3.* Thoracem indutus. *Virg. 2. Aen. 275.* Hector exuvias indutus Achillis. *Id. 3. ibid. 674.* Indutus galea. Et *668.* Indutus capiti, *pro* caput. *Ovid. 14. Met. 262.* pallamque induta nitentem. — **2)** Item cinctus, circumdatus; *cinto*. *Plin. 15. 7. 2.* Vitilem sibi arborique induti circulum. *Alii aliter leg.* V. INDUVIAE §. 2. *Coel. Sabin.* apud *Gell. 7. 4.* Mancipia iure belli capta, coronis induta venibant. *Virg. 11. Aen. 83.* Truncі induti hostilibus armis; *trofei*. — **3)** Translate. *Cic. 1. Offic. 30.* Duabus quasi nos indutos esse personis. *Id. 2. Nat. D. 24.* Dii induti specie humana. *Petron. Satyr. 127.* Terra vario gramine induta.

INDŪTUS, us, m. Verbale ab *induo;* vestitus; *vestito*. *Tacit. 16. Ann. 4.* Ne sudorem, nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret. *Ammian. 3. 7.* Indutibus imperatoriae maiestatis ornatus. V. AMICTUS, a, um §. 1.

INDŬVIAE (et Indubiae), ārum, f. Verbale ab *induo*, sicut *exuviae* ab *exuo;* indumenta, quibus quis indutur; *vestimenti*. *Plaut. Men. 1. 3. 9.* Induviae tuae, atque uxoris exuviae, rosa; *h. e.* quibus tu induaris, exuatur uxor. *Prudent. Psychom. 578.* omnibus ibat Nudata induviis. Adde 2. *in Symmach. 288.* et *Isid. 12. Orig. 4. 47.* — **2)** Translate de corticibus arborum. *Plin. 15. 7. 2.* Utilem sibi arborisque induviis circulum mira pernicitate tum homine subeunte. Ita leg. *Palmer.* ex quibusdd. Codd., approbante *Wesseling.* ad *Diod. 2. 55. p. 165.*, alii tamen totum locum aliter leg. V. *Sillig.* in *not. crit.* ad *Plin. loc. cit.* et INDUTUS, a, um §. 2. — Sunt etiam qui ex hoc *Plinii* loco formam *induvium, ii*, n. adfirmant, quod necessarium non est.

* INDŬVĬUM, ii, n. V. voc. praeced. *in fin.*

INDŬVŌLANS. V. INVOLO.

* ĪNĔAE, ārum, f. Astruitur haec vox a quibusdam ex *Plin. 24. 68. 1.* et *27. 66. 1.*, ubi tamen alii leg. *aenas*, alii *cortinas* (V. loc. sub v. CORTINA §. 2.), alii etiam aliter. V. *Sillig.* in *not. crit.* ad *Plin. ll. cc.* et quos ibi laudat.

ĪNĔBER, bra, brum. Adiect. quod ab *inhibendo* factum videtur, unde *inebra*, ae, absolute, vel plur. num. *inebrae*, dictae sunt aves, quae in auguriis aliquid fieri prohibent (*scil.* ab inhibendo): et prorsus omnia inebra appellantur, quae tardant, vel morantur agentem. Haec *Festus* apud *Paul. Diac. p. 109. Müll.* Haec fere eadem habent etiam *Isid. 12. Orig. 7.* et *Servius* ad *Virg. 3. Aen. 246.*, ubi et *inhibras* legitur. *Gloss. Philox.* Inebra; *ὄρνεα μαντευτικόν*. — **2)** Adiective pro

II. *Ineber* etiam *eniber, bra, brum*, antique fuit usurpatum eodem sensu. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 76.* Enibro, inhibenti. *Müller* leg. *enubro* pro *enibro*. V. loc. *Gloss. Philox.* Eniber *(picus)*; *ὄρνις πανσκή*; enibra; *ἐναντία*; enibrum; *πραγματος ἐπιβλαβής* (voc. *picus* priori loco alii omittunt).

ĪNĔBRĀ, ae, et ĪNĔBRAE, arum. } V. voc. praeced.

Digitized by Google

INĔBRĬĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inebrio;* actus inebriandi. — Tribuitur *Firmico*, loco tamen non indicato.

INĔBRĬĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inebrio;* qui se inebriat. *Tertull. 5. advers. Marcion. 18.* Inebriatores increpantur.

INĔBRĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *inebrio;* ebrius factus; *inebriato. Plin. 8. 42. 2.* Dracones inebriati sanguine. *Id. 35. 26. 1.* Purpurissum fervente aheno rudibus medicamentis inebriatum. *Id. 17. 46. 1.* Inebriatae radices; *h. e.* nimis irrigatae. *Sidon. 1. ep. 5. a med.* Spiritus aëris venenatis flatibus inebriatus; *pregno.* V. voc. seq.

INĔBRĬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intensiva et *ebrio*. Cf. EBRIUS. — **b)** Particip. *inebrians* §. *1.* et *3.*, *inebriatus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *inebriatio*, *inebriator*.

INEBRIO proprie est ebrium reddo; *inebbriare. Plin. 12. 47. 1.* Palma, quae vocatur adipsos, vescentes inebriat. *Id. 14. 3. 6.* Conduntur et musto uvae, ipsaeque vino suo inebriantur. *Id. 9. 65. 1. de colorib.* Amethystum absolutum inebriatur Tyrio; *h. e.* saturatur. — *Vulg. Interpr. Gen. 43. 34.* Biberunt et inebriati sunt cum eo. *Id. Ephes. 5. 18.* Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. — *Id. Psalm. 22. 5.* Et calix meus inebrians quam praeclarus est! — **2)** Translate. *Iuvenal. 9. 113.* Miseram vinosus inebriet aurem; *h. e.* impleat, garrulitate obtundat, ut ebrii solent. — **3)** Sensu morali in utramque partem frequentissime usurpat *Vulg. Interpr. Psalm. 35. 9.* Inebriabuntur ab ubertate domus tuae. *Id. ibid. 64. 10.* Visitasti terram et inebriasti eam. *Id. Prov. 5. 19.* Ubera eius *(sapientiae)* inebrient te in omni tempore. *Id. ibid. 7. 18.* Veni, inebriemur uberibus. *Id. Eccli. 32. 17.* Benedicto Domino, qui fecit te et inebriantem te ab omnibus bonis suis. — *Id. Thren. 3. 15.* Inebriavit me absynthio.

INĔDAX, ācis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *edax;* non edax, seu parum edax. *Gloss. Philox.* Inedax; ἀλιγοφάγος.

INĔDĬĀ, ae, f. Abstractum ab *in* et *edo;* abstinentia a cibo, et tempus, quo quis ab edendo abstinuit; *dieta, digiuno, inedia. Plin. 8. 65. 5.* Sarmatae longinqua itinera acturi, inedia pridie praeparant eos *(equos). Cic. 5. Fin. 27. extr.* Vigiliis et inedia necatus. *Plin. 3. ep. 7.* Modo nunciatus est Silius Italicus in Neapolitano suo inedia vitam finisse. *Id. Paneg. 15.* Cum milites tecum inediam, tecum ferrent sitim. *Cels. 1. 3. a med.* Inediam sustinere. *Gell. 3. 10.* Inedia mori. *Vulg. Interpr. Iob, 18. 12.* Attenuetur fame robur eius, et inedia invadat costas illius. — In plur. num. *Plin. 11. 118. 1.* Septimo die inedias durasse. Adde *Chronic. Anonym.* sub *Alex. Imp. p. 660. Migne.*

Nota. *Inedia* differt a *fame;* nam fames semper est cum cupiditate edendi, inedia non item, ut in aegrotis, et in iis, qui voluntaria ciborum abstinentia sibi mortem inferunt.

INĔDĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *editus;* non editus, non promulgatus; *non pubblicato, inedito. Ovid. 4. Pont. 16. 39.* Essent et iuvenes, quorum quod inedita cura est, Appellandorum nil mihi iuris adest.

INEFFĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *effabilis*. — Comparat. *ineffabilior*. V. sub v. INCOMPREHENSIBILIS §. 2. *fin.* — Est quem effari non possis, aut exprimere; *ineffabile, che non si può esprimere. Plin. praef. l. 3. §. 1.* Populorum eius oppidorumque nomina vel maxime sunt ineffabilia, praeterquam ipsorum linguis. *Id. 28. 4. 6.* Ineffabilia verba. *Fulgent. 1. Mythol. 1.* Ineffabilis affectus.

INEFFĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *ineffabilis;* status illius qui enarrari nequit; *ineffabilità. Augustin. ep. 147. (al. 112.) 15.* Necesse est, abstrahi ab hac vita mentem, quando in illius ineffabilitatem visionis assumitur.

INEFFĀBĬLĬTER. Adverb. ab *ineffabilis;* ineffabili ratione; *ineffabilmente. Augustin. Enchir. 89.* Deus ineffabiliter artifex. *Id. ep. 32. ad Paulin.* Ineffabiliter gaudere. Adde *Serm. 112. n. 1.* ed. *Mai.*

INEFFECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *effectus;* non factus. *Rufin. 3. Recognit. 4.* Audes autem dicere factum a semetipso, quod ineffectum est.

INEFFĪCĀCĬĀ, ae, f. Abstractum ab *inefficax;* inutilitas; *inefficacia. Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *24.* De prioris inefficacia libertatis etc.

INEFFĪCĀCĬTER. Adverb. ab *inefficax;* inutiliter, frustra; *senza effetto, indarno. Paul. Dig. 49. 8. 2.* Rum qui in rebus humanis non fuit sententiae dictae tempore, inefficaciter condemnatum videri. *Symmach. 6. ep. 54. (al. 53.)* Verecundiam creant inefficaciter postulata.

INEFFĪCAX, ācis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *efficax*. — Comparat. *inefficacior* et superlat. *inefficacissimus*, infra. — Est non efficax, inutilis; *inefficace, inutile. Senec. 1. Ira, 3.* Vox inefficax verborum; *h. e.* quae verba non potest exprimere. Et *10.* Ratio sine affectu inefficax est. *Plin. 34. 25. 2.* Fit et ex candido aere squama, longe Cypria inefficacior. *Inscr.* apud *Grut. 415. 10.* Parentes inefficacissimi; *h. e.* imbecillimi. *Senec. 4. Benef. 4.* Alloqui surda Numina, et inefficaces Deos; *h. e.* nihil agentes, et nihil boni hominibus facientes, ut deliravit Epicurus.

INEFFĪGĬĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *effigio;* qui effingi non potest. *Tertull. Anim. 21.* Anima invisibilis, ineffigiabilis.

INEFFĪGĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *effigiatus;* effigie carens, informis; *senza forma, che non ha alcuna effigie. Gell. 17. 10.* Ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque. *Tertull. Anim. 9.* Anima indissolubilis et ineffigiata.

INEFFRĒNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *effrenatus;* sine freno, infrenatus; *sfrenato. Auct. Collat. Mosaic. et Rom. leg. tit. 6. §. 4.* De futuro nemo audeat ineffrenatis cupiditatibus obedire. *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 8. 2.* Irrationabiliter vivunt et ineffrenati deliciuntur in sua desideria. *Auct. Incert. Serm. 1.* in *Septuag. n. 1.* (apud *Migne, Patrol. Lat. T. 13. p. 645.*) Ineffrenata voluptas.

INEFFŪGĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *effugio;* qui evitari nequit; *inevitabile. Apul. de Mundo ad fin.* Ineffugibilis necessitas ultionis. Adde *Vulg. Interpr. Sap. 17. 16.*

INEFFUSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *effusus;* non effusus; *raccolto. Apul. 2. Met.* Sed, ut mihi morem plenius gesseris, ineffusum laxa crinem et capillo fluenter undante ede complexus amabiles. *Alii* eod. *sensu* in effusum laxa crinem *leg.*, ita ut *laxa* non verbum, sed nomen sit.

INĔLĂBŌRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *elaboratus;* artificio non satis exultus; *non lavorato, rozzo. Quintil. 4. 1. a med.* Sed saepe simplici atque inelaboratae similis. *Alii leg.* illaboratae. *Senec. Tranquill. 1.* Inelaborata oratio. *Cassiod. 8. Var. 31.* Inelaboratae divitiae.

INĔLĔGANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *elegans;* non elegans, sine elegantia; *rozzo, senza eleganza. Cic. Brut. 81.* Ineratque et ingenium satis acre, et orationis non inelegans copia. *Catull. 6. 1.* Deliciae illepidae atque inelegantes. *Plin. 21. 96. 1.* Odor non inelegans. *Id. 37. 66. 1.* Carmen non inelegans.

INĔLĔGANTER. Adverb. ab *inelegans;* sine elegantia; *senz' eleganza. Cic. Brut. 26.* Historia non ineleganter scripta. *Gell. 17. 2. in fin.* Non hercle inscite, nec ineleganter. — **2)** Item sine delectu, iudicio, ratione. *Cic. 2. Fin. 9.* Primum divisit ineleganter. Duo enim genera quae erant, fecit tria; hoc est non dividere, sed frangere rem.

INĔLĔGANTĬĀ, ae, f. Abstractum ab *inelegans;* inconcinnitas; *ineleganza*. Translate. *Caius, 1. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. *84.* Divus Hadrianus iniquitate rei, et inelegantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut, cum ipsa mulier libera permanet, liberum pariat. Adde §. *85. Gloss. Philox.* Inelegantia; ἀφροσύνη.

INĔLĪMĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *elimatus;* non limatus. *Ennod. 5. ep. 7.* Domnae meae Cynegiae epitaphium vix una hora habens tractandi spatium, inelimata velocitate composui.

INĔLŎQUENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *eloquens;* non eloquens. *Lactant. Opif. D. 20.* Tullius eloquentiae unicum exemplar, ab indoctis et ineloquentibus, qui tamen pro vero nitebantur, saepe superatus est. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Augustin. locut.* in *Heptat. 2.* ex *Exod. 6. 12.* Ego enim ineloquens sum.

INĔLŎQUĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *eloquor;* ineffabilis; *ineffabile. Lactant. 7. 11.* Ineloquibilis et divinus fructus. Et *ibid. 5.* Aeternae vitae ineloquibile praemium. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 47.* Ineloquibilis generatio. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 14. 3.*, *ubi tamen alii leg.* inloquibilis.

INĔLUCTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *eluctabilis;* qui evitari non potest, ut ut eluctere, et exire coneris; *inevitabile. Stat. 9. Theb. 862.* Ineluctabile coenum. *Virg. 2. Aen. 526.* Venit summa dies, et ineluctabile tempus Dardaniae. *Id. 8, ibid. 334.* et *Vellei. 2. 57.* Ineluctabile fatum.

INĔLUCTĀBĬLĬTER. Adverb. ab *ineluctabilis;* sine remedio; *irrimediabilmente. Auct. Histor. Datian. 11.* Ineluctabiliter Decorum cultura contemnitur.

INĔLUCTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *eluctatus;* non eluctatus. *Ennod. Opusc. 1. sub init.* Cui ille advocandus est, qui ineluctatae nobiscum semper pondus propositionis exsuperat. *Id. Diet. 1. ante med.* Novellis se adhuc impositae dignitatis labantem vestigiis ineluctati temporis suscepit adversitas.

INĔLŪĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *eluo;* qui elui et deleri non potest. — Translate. *Lactant. 7. 20. a med.* Ineluibilem quendam fucum trahant, labemque terrenam. *Id. Ira D. 23.* Ineluibiles sibi maculas inusserunt.

INĒMENDĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *emendabilis;* qui emendari non potest; *incorreggibile.* — Translate. *Quintil. 1. 1. in fin.* Pravitas inemendabilis. *Senec. 3. Ira, 41.* Inemendabilis affectus, cum ex ira in odium occaluit.

INĒMENDĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *emendatus*. — Comparat. *inemendatior*, §. *1.* — Est non emendatus; *inemendato. Hieronym. in Ezech. 40. 5.* Ut sciat, omnia prope verba Hebraica, et nomina, quae in Graeca et Latina translatione sunt posita, nimia vetustate corrupta, scriptorumque vitio depravata; et dum de inemendatis scribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facto esse Sarmatica, imo

Digitized by Google

nullius gentis, dum et Hebraea esse desierint, et aliena esse non coeperint. *Rufin. 2. Invect. in Hieronym. n. 44.* Meos vero non codices sed schedulas imperfectas, inemendatas, furto cuiusdam nebulonis et fraude subtractas, sibique delatas ad Orientem mitteret. — **B)** Translate. *Hilar.* in *Matth. 22. 6.* Vitium inemendatae voluntatis.

INĒMENSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *emensus;* non emensus. *Not. Tir. p. 18.* Mensus, emensus, immensus, inemensus, permensus, peremensus.

INĒMĔRĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *emereor;* quem mereri, seu consequi non possumus. *Tertull. Resurr. carn. 18.*

INĒMĪTĀBĬLIS. V. INIMITABILIS.

INĒMŎRĬOR, rĕris, ri. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *emorior*, forma deponens; immorior, in aliqua re morior. — Translate. *Horat. Epod. 5. 54.* mutatae dapis inemori spectaculo.

INEMPTUS et Inemtus, a, um. Adiect. ab *in* et *emptus;* non emptus; *non comperato. Virg. 4. G. 153.* dapibus mensas onerabat inemptis. *Horat. Epod. 2. 48.* Dapes inemptas apparet. *Tacit. 2. Hist. 60.* Consulatus innoxius, et inemptus.

INĒNARRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *enarro;* qui enarrari non potest; *che non si può narrare, indicibile. Liv. 44. 5.* Inenarrabilis labor descendentibus cum ruina iumentorum sarcinarumque. *Senec. 3. Quaest. nat. 23.* Flumina, quorum inenarrabilis natura est. *Plin. 8. 7. 5. de elephantis.* Misericordiam vulgi inenarrabili habitu quaerentes, supplicavere. *Id. 37. 21. 1.* Inenarrabilis difficultas. *Id. 8. 65. 1.* Inenarrabilia equorum ingenia; *indescrivibili.*

INĒNARRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inenarrabilis;* ineffabiliter; *indicibilmente. Liv. 41. 15.* Iecur omne inenarrabiliter absumptum. Adde *Eusseb. Vercell. ep. 2. n. 5., Faustin. de Trinit. 8.* et *Hilar. de Trinit. 3. 3.*

INĒNARRANDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *enarro;* inenarrabilis. *Hilar. de Trinit. 5. 32.* Inenarranda caelestium mysteriorum audiens sacramenta. Adde *ibid. 11. 25.*

INĒNARRĀTĪVUS, a, um. Adiect. ab *in* et *enarro;* inenarrabilis. *Tertull. adv. Valentin. 27.* Christum substantia corporali inenarrativa stipant. *Id. ibid. 26.* hoc idem his verbis offert: Christum volunt corporalem ex animali substantia, sed miro et inenarrabili rationis ingenio constructum. V. SOTERICIANUS.

INĒNARRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *enarratus;* inexplicatus; *non ispiegato. Gell. 12. 6.* Quod reliquimus inenarratum, ut legentium coniecturas in requirendo acueremus. *Id. 19. 14.* Verba inenarrata.

INĒNĀTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *enato;* qui enatari non potest, ut inenatabile profundum, apud *Tertull. Idolol. 24.*

INĒNŌDĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *enodo;* qui enodari et dissolvi non potest, inextricabilis, perplexus; *che non si può snodare o sciogliere. Apul. Apol.* Capillus prorsus inenodabilis diutina incuria non modo comendi, sed saltem expediendi et discriminandi. — **B)** Translate. *Cic. Fat. 9.* Et uno tempore suscipiat res duas inenodabiles. *Acc.* apud *Non. 1. 49.* Tam obscurum dicunt esse, tamque inenodabile.

INĒNŌDĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inenodabilis;* inexplicabiliter. — Translate. *Vigil. Taps. contra Arian. 3. 4.* Nexibus propositionum aliquem inenodabiliter vincire.

INĒNORMIS, me. Adiect. ab *in* et *enormis;* non enormis. *Apul. 2. Met. sub init.* Inenormis proceritas, succulenta gracilitas, rubur temperatus.

INĒNUNTĪĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *enuntio;* qui enuntiari non potest, inenarrabilis. *Censorin. de die nat. 19.* Incomprehensibile quiddam, et inenuntiabile.

ĪNĔO, is, īvi vel ii, ĭtum, īre. Verbum origine intransitiv., vi particulae, ex qua componitur, transitivum factum, sed aliquando et intransitive adhibitum, ab *in* intentiva et *eo*, cuius variationes sequitur. V. EO. — **b)** Hinc *inietur* pro *inibitur*, et *iniet* pro *inibit*, V. in EO, is §. 6. — *Ini* pro *initi* apud *Stat.* V. loc. infra §. 1. *circa fin.* — **c)** Particip. *iniens, ineuntis* §. 7., 23., et suo loco, *inundus* §. 18., *initus*, V. suo loco, *initurus* §. 1. — **d)** Derivata, *initalia, initialis, initiamenta, initiatio, initiator, initiatrix, initio, initium, inito, initus, us.*

INEO proprie est ingredior; *entrare. Cic. Deiot. 5.* Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renovare voluisti. *Liv. 5. 24.* Triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt. — *Cic. 1. Offic. 11. extr.* Monet igitur, ut caveat, ne proelium ineat; *non entri in battaglia. Id. 1. Divin. 24.* Inire audacius pericula proeliorum; *incontrare, mettersi ne' pericoli.* Et *Rosc. Am. 18.* Convivia cum patre non inibat; *non andava a conviti. Ovid. 7. Met. 723.* Palladias ineo non cognoscendus Athenas. *Id. 4. Fast. 565.* Hinc init Aegaeum. *Id. 2. ibid. 787.* Inire penetralia. *Id. 15. Met. 722.* templa. *Id. 3. Fast. 160.* domos. *Id. 4. ibid. 551.* et *6. ibid. 605.* Filia, carpento patrios initura penates, etc. *Id. 14. Met. 763.* Inire tectum. *Id. 3. Fast. 617.* coelum. *Virgil. Catal. 11. 8.* choros. *Ovid. 10. Met. 695.* recessum. — *Stat. 8. Theb. 107.* Argolicas acies non ignarus ini; h. e. inii. — Passive. *Ovid. 2. Fast. 266.* nemus nullis illud initur equis. — **B)** Cum accusativo *iter, viam* est *entrar in cammino, mettersi in istrada. Cic. Mur. 12., Curt. 3. 4. ad fin.*, et *Val. Flacc. 3. 629.* — **B)** Et translate. *Liv. 1. 25. sub fin.* Ineamus viam aliquam, qua utri utris imperent, decerni possit; *troviamo qualche via, qualche ripiego. Ovid. Rem. am. 578.* ignotas cogor inire vias. — **A)** Est etiam *συνουσιάζειν*: et ad mares refertur, tum voce activa, tum passiva; et tam de hominibus, quam de animantibus usurpatur. *Cic. Har. resp. 18., Varr. 2. RR. 7., Plin. 10. 63. 83.* et *M. Anton.* apud *Suet. Aug. 69.* — *Ovid. 4. Met. 328.* Inire thalamum. — *Id. 5. ibid. 293.* Qualem Saturnia, dixit, Te solet amplecti, Veneris cum foedus initis, etc. Et *2. Amor. 7. 21.* Inire connubia Veneris. Adde *Rem. am. 402.* — **5)** Deinde ex hoc verbo plura dicendi genera componuntur, in quibus significatio, ut plurimum, pendet ab ipso nomine, quicum copulatur. Sic

Inire aestimationem est *far la stima. Senec. 3. Benef. 8. extr.* Horum quomodo iudex inibit aestimationem? — **6)**

Inire amicitias, V. infra §. 19.

Inire bellum, certamen, proelium et similia, est bellare, proeliari; *pugnare. Ovid. 10. Met. 177.* Ineunt certamina dinci. *Virg. 7. Aen. 647.* Inire bellum. *Id. 3. ibid. 114.* certamina. *Id. 4. G. 314.* proelia. *Id. 11. Aen. 912.* pugnas. Adde loc. cit. §. 1.

Inire consilium; h. e. capere; *prendere partito. Ovid. 3. Fast. 580.* Consilium multae calliditatis init. *Caes. 7. B. G. 9.* Si quid de sua salute ab Aeduis consilii iniretur. (Et alio sensu *45.* Consilia inibat, quemadmodum a Gergovia discederet; *deliberava, consultava.*) *Nep. Lysand. 3.* Iniit consilia, reges Lacedaemoniorum tollere; *fece delle trame per* etc. *Vellei. 2. 58.* Interficiendi Caesaris consilia inierat. *Cic. Deiot. 2.* Inire consilium facinoris contra vitam alicuius. — **7)**

Inire cursus et *recursus* est *andare e tornare. Virg. 5. Aen. 585.* V. RECURSUS.

Inire formam vitae est *imprendere una regola, un tenore di vita. Tacit. 1. Ann. 74.* Formam vitae iniit, quam postea celebrem miseriae temporum fecerunt. — **8)**

Inire foedus. V. infra §. 19.

Inire gratiam est *entrare in grazia, farsi merito:* quasi *ire in gratiam. Cic. Brut. 57. extr.* Plures ineuntur gratiae, si uno tempore dicas pro pluribus. *Id. Har. resp. 25.* et *alibi, Caes. 6. B. G. 44.* et *Nep. Alcib. 9. extr.* Inire gratiam ab aliquo. *Liv. 36. 5.* Apud regem initam gratiam volebant (Adde *Curt. 5. 7.*). *Cic. 7. Att. 9. a med.* Quod si ille faciat, iam cum bonis omnibus summam ineat gratiam. Ita *Aldus:* alii *iam tam a bonis:* alii et *a*, et *cum* omittunt, ut *P. Victor.* etc. *Id. 4. Fam. 2.* Gratiam ab eo *(Caesare)* inire arbitrabamur. — **9)**

Inire imperium, magistratum, munus, alia id genus, est *entrare, prender possesso, cominciare. Cic. 3. Phil. 1.* Quod confido equidem, consules designatos, simulac magistratum inierint, esse facturos. *Liv. 24. 9.* Consulatum ineuntes. *Suet. Cal. 1.* Inire honorem. *Id. Tib. 67.* imperium. — **10)** Sed *inire imperia* alicuius; h. e. subire, et iis parere, *obbedire, eseguire. Stat. 1. Achill. 280. de equo,* non aspera praebet Ora lupis, dominique gemit captivus inire imperia. — **11)** Item *inire munus* alicuius; *sottentrare, far le veci. Virg. 5. Aen. 546.* Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo. — **12)**

Inire indutias apud *Plin. Paneg. 11.; entrare in tregua.* — **13)**

Inire fugam est fugere. *Vulg. Interpr. Gen. 16. 6.*

Inire iter. V. supra §. 2.

Inire mensuram agrorum; *misurare. Colum. 5. 3.* — **14)**

Inire munus. V. supra §. 9. et 11. — **15)**

Inire nexum est *sottoporsi, obbligare la persona per debiti. Liv. 7. 19.* Sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. — **16)**

Inire numerum est *annoverare, fare il compute. Liv. 38. 23.* Numerus interfectorum haud facile iniri potuit. *Caes. 7. B. G. 76.* Numerus inibatur, praefecti constituebantur. — **17)**

Inire pugnas. V. supra §. 6.

Inire rationem est supputare; *far il conto. Cic. 3. Nat. D. 29.* Inire et subducere rationem. *Cato, RR. 2.* Rationem inire oportet operarum, dierum. — **18)** Translate vero est considerare, videre, invenire cogitando; *pensare, trovar la via, il modo. Cic. 13. Fam. 28.* Rogo, ut adiuves, ineasque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. *Id. 5. Verr. 46.* Mihi inenuda ratio, et via reperiunda est, qua ad Apronii quaestum possim pervenire. *Id. 5. Fam. 20.* Ut multa tam gravis ipsi T. Mario depelleretur, a me inita ratio est. *Id. 5. Phil. 19.* Ut inirent rationem de commodis militum veteranorum augendis. *Nep. Annib. 10.* Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. *Liv. 28. 8.* Vix rationem iniri posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus, geratur bellum; *potersi appena ravvisare, comprendere.* — **19)**

Inire societatem, amicitias, foedus, pactum cum aliquo; *entrare in società, far amicizia, alleanza*, etc. *Planc.* ad *Cic. 10. Fam. 8.* Ut potius cum pluribus societatem defendendae libertatis iniremus.

Digitized by Google

Vulg. Interpr. 2. Paral. 20. 35. Post haec iniit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israël. *Id. Gen. 24. 54.* Inire *foedus* (Alio sensu V. supra §. 4.). *Id. Exod. 34. 15.* pactum. — **20)** *Inire somnum* est *mettersi a dormire. Virg. 1. Ecl. 56.* — **21)** *Inire suffragium* est *entrar a ballottare. Liv. 3. 17.* et *25.* — **22)** *Inire viam.* V. supra §. 2. — **23)** Praeterea, intransitivorum more, it. *Ineo* adhibetur aliquando pro simplici eo; *andare. Liv. 24. 9.* Quia in urbem non inierat. *Aurelius Opilius* apud *Gell. 1. 25. in fin.* Indutiae dicuntur, cum utrinque utroque alter ad alterum impune et sine pugna ineunt; *vanno a trovarsi l'un l'altro.* — **24)** Translate. *Vulg. Interpr. Dan. 11. 24.* Et contra firmissimas cogitationes inibit *(hostis).* — **25)** Saepius vero pro incipere; *cominciare. Virg. 4. Ecl. 11.* Teque adeo decus hoc aevi, te consule, inibit, Pollio. — *Suet. Tib. 54.* Anno ineunte; *cominciando, entrando. Nep. Alcib. 2.* Ineunte adolescentia; *sul principio della gioventù. Cic. 1. Orat. 21.* Ab ineunte aetate; *sin da fanciullo. Nep. Them. 1.* Huius vitia ineuntis adolescentiae.

Nota. Constructio verbi transitive est cum accusat. rei vel personae, addito aliquando ablativo cum praepos. *cum* vel *de;* intransitive cum accusat. et praepos. *in* vel *ad*, aut absolute. Reliqui casus si adsunt, proprie verbi non sunt.

INĔOPTE. V. is, ea, id.

INEPTĒ. Adverb. ab *ineptus.* — Comparat. *ineptius* et superlat. *ineptissime*, infra. — Est minus apte, inconvenienter, stulte, sine ratione; *inettamente, disadattamente, sconciamente, mal a proposito, sciocchamente. Cic. 1. Tusc. 6.* Inepte disserere. *Id. Brut. 82.* Qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide. *Horat. 1. Sat. 10. 2.* quis tam Lucili fautor inepte est, Ut non hoc fateatur? *Id. Art. P. 140.* nil molitur inepte. *Gell. 15. 24.* Inepte et frigide uti verbis. *Id. ibid. 30.* Homo inepte gloriosus. *Id. 18. 3.* Inscite inepteque argutus. *Lactant. 3. 17. a med.* Quo sano nullus aeger ineptius deliravit. *Quintil. 11. 3. a med.* Moneor, ineptissime fieri, cum inter moras laudationum in aurem alicuius loquuntur.

INEPTĬĀ, ae, f., *frequentius*,

INEPTĬAE, ārum, f. Abstractum ab *ineptus;* res absurdae, incongruae, nugae futiles; *inezie, sciocchezze. Cic. 2. Orat. 4.* Omnium ineptiarum, quae sunt innumerabiles, haud scio an ulla sit maior, quam ut illi solent, quocumque in loco, quoscumque inter homines argutissime disputare. Et *1. ibid. 24.* Petamque a vobis, ne meas ineptias efferatis. *Id. Rosc. Am. 16.* Quid ad istas ineptias abis? *Id. 1. Tusc. 59.* Pellantur istae ineptiae paene aniles. *Colum. 1. 8.* Socors et somniculosum genus mancipiorum, otiis, campo, circo, theatris, aleae, popinae, lupanaribus consuetum, nunquam non easdem ineptias somnint. *Ter. Eun. 4. 6. 3.* Ferre ineptias alicuius. *Suet. Aug. 86.* Sententiarum ineptiae, atque inconcinnitas. *Catull. 6. 14.* Ni tu quid facias ineptiarum. — In sing. numero. *Plaut. Merc. prol. 26.* Ineptia, stultitiaque adeo, et temeritas. *Ter. Adelph. 4. 7. 51.* Video ego tuam ineptiam. *Hilar.* in *Matth. 5. 9.* Ineptiam inutilissimae quaestionis Deus arguens, etc.

INEPTĬO, is, Tre. Verbum intransitiv. ab *ineptus.* — Particip. *ineptiens*, infra. — Est inepte ago, ineptias dico aut facio; *far inezie, o sciocchezze, esser pazzo. Ter. Adelph. 5. 8. 10. Dв.* Hanc te aequum est ducere. *Mi.* me? *De.* te. *Mi.* ineptis. *Catull. 8. 1.* Miser Catulle, desinas ineptire. *Inscr.* apud *Grut. 660. 1.* Venusta, amoena, ineptiens et garrula. De puella annos tres nata et menses novem. (At eadem apud *De Lama, Iscrizioni di Parma p. 119.* Venusta, amoena, inter morbum garrula.) *Onom. Lat. Gr.* Ineptire; ἀβλαβῶς.

INEPTĬŎLĂ, ae, f. Deminut. ab *ineptia;* parva ineptia. *Auson. epist. Edyll. 11. praemissa.* Fuit ineptiolae huius ista materia.

INEPTĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *ineptus*, idem quod ineptia; *inettitudine. Caecil.* apud *Non. 2. 488.* Homo ineptitudinis cumulatus.

ĬNEPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *aptus*, mutata, euphoniae gratia, vi compositionis, *a* littera in *e. Isid. 10. Orig. 148.* e *Ineptus*, apto contrarius, est quasi *inaptus.*" — **b)** Comparat. *ineptior* §. *1.*, superlat. *ineptissimus* §. *1.* — **c)** Derivata, *inepte, ineptia, ineptio, ineptiola, ineptitudo.*

INEPTUS est qui non est aptus, qui a quovis reprehendi potest, qui sui aliorumque, rei, loci, temporis, modi nec habet, nec callet rationem; *sciocco, inetto, improprio, mal a proposito. Cic. 2. Orat. 4.* Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus. Idque in sermonis nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is ineptus esse dicitur. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Graecorum natio. Itaque quod vim huius mali Graeci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Ut enim quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellent, non reperies. *Id. 1. Leg. 2.* In orationibus multus, et ineptus ad summam impudentiam. *Catull. 39. 16.* Nam risu inepto res ineptior nulla est. *Quintil. 11. 3. 100. de actione oratoria.* Discursare, ineptissimum. *Horat. 1. Ep. 17. 32.* Sine, vivat ineptus. *Cic. Orat. 9.* Nihil insolens aut ineptum. *Id. 1. Tusc. 33.* Ineptum sane negotium et Graeculum. *Ter. Andr. 1. 5. 22.* Causa inepta. *Gell. 12. 2.* Sententiae inepte inanique impetu. Et *14. 1.* Ineptum absurdumque. *Horat. 2. Ep. 1. 270.* quidquid chartis amicitur ineptis. *Cic. 16. Att. 15.* Longulum sane iter, et via inepta: *incomoda, disastrosa.* Al. leg. *amara*, al. *madida*, al. *molesta*, al. aliter. — **2)** Adhibetur et in conviciis. *Ter. Eun. 3. 7. 6.* Quid est, inepta? quid rides? *Ovid. Rem. am. 472.* Officio natam laedis, inepte, tuo.

INĔQUĬTĂBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *in* et *equitabilis;* qui equo adiri non potest. *Curt. 8. 14.* Imber campos lubricos et inequitabiles fecerat.

INĔQUĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *equito.* — Proprie est in aliquo loco equito; *cavalcare. Apul. 5. Met. initio.* Commodum punicantibus phaleris Aurora caelum inequitabat. *Flor. 4. 12.* Sarmatae patentibus campis inequitant. — **2)** Translate. *Macrob. 7. Saturn. 15.* Medicina audet inequitare philosophiae, de incorporeis et vere divinis tractanti; *h. e.* insultare. Sic *Arnob. 7. p. 235.* Sed frustra, inquit, inequitas nobis. Simile est illud *Cic. 6. Verr. 20.* lactabit se, et in his equitabit equuleis: emi, pecuniam solvi. Adde *Ambros. ep. 70. n. 21.* — **3)** Obsceno sensu. *Arnob. 4. p. 131.* Cuius *(Mutini)* immanibus pudendis, horrentique fascino vestras inequitare matronas et auspicabile ducitis et optatis. V. EQUITO §. 4.

INERCTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *erectus;* non erectus, indivisus. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 110. Müll.* Inercta, indivisa. *Alii leg.* increta. Sed altera lectio praestat. V. *Müll.* ad *h. l.*

ĬNERMIS, me. Adiect. ab *in* et *arma*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit, atque insuper corruptum est, mutata euphoniae gratia *a* littera in *e.* — **b)** Alia forma est *inermus, a, um*, rarius tamen usurpata. — **c)** Aliquando in MSS. et editis libris confusum fuit cum *inerte.* V. INERS §. 7. — **d)** Derivatum, *inermo.*

INERMIS vel Inermus proprie est non armatus, sine armis; *inerme, disarmato. Caes. 3. B. G. 29.* Ne quis inermibus militibus ab latere impetus fieri posset. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 10.* Cum parvulam manum peditum haberet inermium. *Sall. Iug. 113.* Nec decere quemquam, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere. *Sisenn.* apud *Non. 8. 73.* Plerique inermi in castra perfugiunt. *Cic. 11. Fam. 13.* Cum paucis inermis, perterritis metu, fugisse Antonium. *Lepid.* ad *Cic. 10. Fam. 34.* Multitudo inermorum. *Ovid. 5. Met. 175.* trepidum Perseus, et inermia frustra Brachia tendentem confodit. *Cic. Dom. 29.* Ne eam civitatem, quam servassem inermis, armatus in discrimen adducerem. *Liv. 29. 4. a med.* Praedas agens ex agro inermi ac nudo praesidiis. *Plin. 8. 10. 1.* Nilus fama tantum, inermi quaesitu cognitus, sine bellis, quae ceteras omnes terras invenere. *Cassiod. 8. Hist. Eccl. 2.* Navis inermis. *Suet. Cal. 48.* Vocatas *(legiones)* ad concionem inermes, atque etiam gladiis depositis, equitatu armato circumdedit; *h. e.* sine loricis, scutis et galeis, haec enim proprie arma dicuntur. — **2)** Translate. *Ovid. Ib. 2.* Omne fuit Musae carmen inerme meae; *h. e.* innoxium, et neminem laedens. *Cic. 1. Fin. 7.* In altera philosophiae parte, quae est quaerendi ac disserendi, inermis ac nudus est; *h. e.* minime instructus. *Propert. 4. 6. 32.* Aut testudineae carmen inerme lyrae; *h. e.* imbelle, armis minime aptum. *Stat. 1. Sil. 2. 80.* illum parcentes inermi strinximus arcu; *h. e.* levem sagittam iaculante. *Iuvenal. 10. 200.* Praugendus misero gingiva panis inermi; *h. e.* dentibus carente. *Claudian. Cons. Probi et Olybr. 27.* iam caligantibus armis Debilis Orion dextram miratur inermem; *h. e.* exigua et maligna luce fulgentem. *Prudent. 3. Cathemer. 154.* inerme virus.

INERMO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inermis;* inermem facio: *disarmare. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 110. Müll.* Inermat, armis spoliat.

INERMUS, a, um. V. INERMIS §. b.

INERRĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *errabilis;* non errans. *Apul. 1. Dogm. Plat. 11.* Globorum caelestium omnium supremum esse eum, qui inerrabili meatu censetur. Adde *de Mundo, 2. Ambros. ep. 44. n. 5.* Stellae inerrabiles. — **2)** Est etiam qui non fallitur. *Victorin. de fabr. mundi circa fin.* Nunc igitur de inerrabili gloria Dei in providentia videas memorari; tamen ut mens parva poterit, conabor ostendere. *Augustin. 21. Civ. D. 8.* Computatio inerrabilis astrologorum.

INERRANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *errans;* non errans. Unde *inerrantes stellae* dicuntur, quae et fixae appellantur. *Cic. 2. Nat. D. 21.* Nec vero eae stellae, quae inerrantes vocantur, non significant eandem mentem atque prudentiam, quarum est quotidiana, conveniens constansque conversio. Et *8. ibid. 20.* Si Luna Dea est, ergo etiam Lucifer, ceteraeque errantes numerum Deorum obtinebunt: igitur etiam inerrantes.

INERRO, as, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more

Digitized by Google

aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *erro*. — Proprie est idem ac erro, vel in loco quopiam erro. *Plin. 1. ep. 6.* Non magis Dianam montibus, quam Minervam inerrare. *Id. 7. ep. 27.* Memoria imaginis oculis inerrabat; *h. e.* obversabatur. *Stat. 1. Silv. 5. 38.* ubi languidus ignis inerrat Aedibus. — Cum accusativo, et praepos. *in*. *Minuc. Fel. Octav. 31.* Dum etiam domi natos alienae misericordiae frequenter exponitis, necesse est in vestros recurrere, in filios inerrare. — **B**) Translate. *Tibull. 4. 1. 201.* Quod tibi si versus noster tetusve minusve, Vel bene sit notus, summo vel inerret in ore; *ti stia in sulla punta della lingua*. — **C**) Transitivorum more,

II. *Inerro* cum accusativo (qui potest etiam explicari ex praepositione, quae ipsi verbo inest). *Apul. 10. Met.* Puelli puellaeque, dispositis ordinationibus, decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi; *h. e.* saltantes choreas ducebant.

INERS, ertis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *ars*, quod vi compositionis in adiectivum migravit, atque insuper corruptum est, mutata *a* littera in *e*, euphoniae gratia. — **b**) In sexto casu singulari fere in *i* desinit. Poëtice autem etiam in *e*. *Ovid. 1. Pont. 5. 8.* estque minor factus inerte situ. Et *ibid. 10. 14.* Stabit et in stomacho pondus inerte diu. — **c**) Confusum aliquando est cum *inermis*. V. infra §. 7. — **d**) Comparat. *inertior* §. 2., superlat. *inertissimus* §. 2. — **e**) Derivata, *inersitudo*, *inerter*, *inertia*, *inerticulus*, *inerticus*.

INERS proprie et de personis, est qui nullam exercet artem; *senz'arte*. *Cic. 2. Fin. 34.* Lustremus animo has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur. *Lucil.* apud *Serv.* ad *6. Aen. 138.* Ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla. Cf. *Philarg.* ad *Virg. 4. G. 25.* — **B**) Deinde universim

II. *Iners* dicitur de nihil agente, nihil moliente, otioso, segne, ignavo, deside, pigro, ut sunt qui nullam artem exercent; *ozioso*, *pigro*, *da nulla*. *Cic. Senect. 11.* Quae vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavae, somniculosae senectutis. *Id. 4. Verr. 78.* Homo inertior, ignavior proferri non potest. *Ter. Andr. 3. 5. 2.* Quandoquidem tam iners, tam nullius consilii sum. *Id. Heaut. 5. 4. 10.* Gerro, iners, fraus, heluo. *Cic. 2. Agr. 35.* Inertissimum et desidiosissimum otium. *Id. 1. Fin. 2.* Rudem esse in nostris poëtis, inertissimae segnitiae est. *Plin. 8. 52. 1.* Pera iners membris; *pigra*, *tarda*. *Plaut. Bacch. 3. 6. 13.* Lingua factiosi, inertes opera. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 20.* vacui Averni vulgus iners; *h. e.* animae mortuorum, quae et vita carent et actione. *Colum. 6. 27.* Iners in aliquam rem. *Id. 8. 2. ad fin.* Gallinae inertes ad incubandum. *Naevius* apud *Macrob. 6. Saturn. 5.* Silvicolae homines, bellique inertes. — **B**) Translate refertur ad res inanimas. *Ovid. 18. Heroid. 121.* et *Senec. 5. Quaest. nat. 15.* inertes aquae; *stagnanti*, *morte*. Et *Ovid. 1. Pont. 10. 14.* Iners stomachus; *h. e.* qui non concoquit. *Virg. 1. G. 94.* Inertes glebae; *h. e.* steriles et nihil gignentes. *Sil. 5. 571.* stipula crepitabat inani Ignis iners, cessamque dabat sine robore flammam. *Id. 6. 146.* Lucus iners; *h. e.* inutilis, nulli usui patens, inhabitabilis. *Horat. 3. Od. 4. 43.* Qui terram inertem, qui mare temperat Ventosum; *h. e.* gravem, immobilem, brutum. *Grat. Cyneg. 44. de lino.* Ipse in materia damnosus candor inerti; *h. e.* inutili, venationi inepta. *Ovid. 16. Heroid. 314.* et *1. Pont. 15. 44.* iners tempus; *h. e.* in quo nihil fit. Cf. loca supra allata §. b. — **C**) Ad cibos, qui insipidi et sine acrimonia. *Horat. 2. Sat. 4. 41.* Curvet aper lances carnem vitantis inertem. *Plin. 20. 93. 1.* Blitum iners videtur, ac sine sapore aut acrimonia ulla. *Id. 31. 39. 7.* Iners sal. *Id. 23. 45. 1.* oleum. — **D**) Metaphorice. *Horat. Art. P. 443.* inertes versus reprehendere; *senza spirito*, *insulsi*. — **E**) Metonymice dicitur de iis, quae pigros et inertes faciunt. *Cic. Fat. 13.* Iners genus interrogationis. V. IGNAVUS §. 6. *Ovid. 8. Met. 790.* Prigus iners. Et *2. Amor. 10. 19.* inertes somni. *Plin. 16. 83. 2.* Viridia ligna serrarum dentes replent aequalitate inerti; *h. e.* quae serram reddit secando ineptam. — **F**) Praeterea

III. *Iners* ponitur et pro minime strenuo, inepto, imbelli, infirmo; *debole*, *imbelle*. *Virg. 4. Aen. 158.* Spumantemque dari pecora inter inertia votis Optat aprum. *Horat. 1. Ep. 5. 17.* Spes iubet esse ratas, ad proelia trudit inertem. *Alii leg.* inermem. *Cic. 2. Catil. 5.* Quis ferre possit inertes homines fortissimis viris insidiari? *Tacit. 1. Hist. 46.* Iners pro strenuo in manipulum redibat. — **G**) Item pro minime vafro, incallido. *Propert. 2. 25. 70.* Tendis iners docto retia nota mihi. — **D**) *Iners censoria nota* apud *Liv. 24. 18.* est quae a censoribus inuritur iis, qui militiam detrectarunt, et sine causa vacatione armorum usi sunt. — **I**) *Iners victoria*, quae nullo aut exiguo labore ac certamine, et fortuna potius, quam virtute parta est. *Claud. Quadrigar.* apud *Non. 4. 432.* — **K**) Denique

IV. *Iners* sumitur etiam in bonam partem pro quieto, curis vacuo, sine negotiis, Graece ἀπραξία καὶ ἀπραξίᾳ. *Tibul. 1. 1. 5.* Me mea paupertas vitae traducat inerti. — *Horat. 2. Sat. 6. 60.* quandoque licebit Nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis Ducere sollicitae iucunda oblivia vitae?

Nota I. Construitur generatim cum ablat. modi vel instrumenti, aut cum accusat. et praepos. *ad* vel *in*, et aliquando etiam cum genitivo. — **Nota II.** Discrimen inter *inertem* et *segnem* tradit *Isid. 1. Differ. n. 296.* « *Iners* sine arte et ob hoc neque operi utilis: *segnis*, quasi sine igne, quomodo securus, sine cura, hoc est frigidus, per quod inutilem accipimus. » — **B**) Inter *inertem*, *desidem* et *ignavum*, V. DESIDIA et IGNAVIA in *Nota*.

INERSĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *iners* idem ac inertia. *Gloss. Philox.* Inersitudo; ἀδρανία. — *Rectius tamen legendum videtur* inertitudo.

INERTER. Adverb. ab *iners*. — Superlat. *inertissime*, infra. — De hoc adverbio haec habet *Charis. 2. p. 165. Putsch.* Neque omnia tamen, quae *rs* litteris terminantur in adverbia transeunt, sicut *concors*. *Iners* quoque habuit dubitationem an omnino in adverbium transire possit, quamvis in vulgari consuetudine sit *inertior*. Non statim tamen adnuere debemus, nisi auctoritas eruditi alicuius accesserit: nam *inertissime* quin recte dicatur dubitare non possumus, cum ab eo quod est *inertissimus* veniat.

INERTĬA, ae, f. Abstractum ab *iners;* ignoratio omnis artis, imperitia; *ignoranza*, *il non saper far nulla*. V. INERS §. 1. *Cic. Partit. 10.* Animi spectantur, quomodo affecti sint, virtutibus, vitiis; artibus, inertiis. *Petron. Satyr. 155.* Illa inertiam meam accusans, etc. dentibus folliculos perite spoliat. — **B**) Item artis defectus, cum scilicet artem aliquam exercere non licet, vel cum nihil agi potest. *Sallust. orat. 2. ad Caes. ante med.* Ubi eos paulatim expulsos agris, inertia atque inopia incertas domos habere coëgit. — **C**) Item saepissime pigritia, desidia, ignavia; *poltroneria*, *pigrizia*, *ozio*. Ab ignavia, et desidia quomodo differat, in iis vocibus dictum est. *Cato* apud *Gell. 11. 2.* Inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio. *Cic. 1. Orat. 15.* Duo illa relinquamus: idque largiamur inertiae nostrae. *Id. 1. Catil. 2.* Iam me ipsum inertiae nequitiaeque condemno. *Id. 1. Orat. 41.* Castigare segnitiem hominum atque inertiam. *Sall. Cat. 56.* Inertia et mollitia animi. *Cic. Rosc. Com. 8.* Propter inertiam laboris; *h. e.* fugam. *Liv. 35. 45. sub fin.* Inertia operis; *il non far nulla*. *Horat. 1. Ep. 11. 28.* Strenua nos exercet inertia. *Sallust. orat. 2. ad Caes. a med.* Libertatem per inertiam amittere.

Nota. Discrimen inter *inertiam*, *desidiam* et *ignaviam* dedimus sub vv. DESIDIA et IGNAVIA in *Nota*. Cf. et INERS in *Nota*.

INERTĬCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. ab *iners;* aliquantulum iners. *Gloss. Lat. p. 173. n. 177.* Inerticus (*lege* inerticulus), remissus, pessimus. Adde *Gloss.* apud *Mai*, *Class. Auct. T. 8. p. 292.* et V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. loc. cit.*, ubi formam *inertiosus* pro *inerticulus* improbat, quae tamen legitur etiam in *Thesaur. nov. Latinit.* edito a *Mai*, *ibid. p. 5.* et *9.* — **B**) Speciatim *inerticula* appellatur genus vitis, de qua ita *Colum. 3. 2. a med.* Inerticula tamen nigra, quam quidam Graeci amethyston (ἀμέθυστον) appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod et boni vini est, et innoxia: unde etiam nomen traxit, quod iners habeatur in tentandis nervis, quamvis gustu non sit hebes. *Plin. 14. 4. 9.* Inerticulam e nigris appellavere, iustius sobriam dicturi, inveterato praecipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam: siquidem temulentiam sola non facit.

* INERTĬCUS. V. voc. praeced. §. 1.

INERTĬTŪDO. V. INERSITUDO.

INĒRŪDĪTĒ. Adverb. ab *ineruditus;* non erudite; *ignorantemente*, *rozzamente*. *Quintil. 1. 10. a med.* Non inerudite ad declamandum ficta materia. *Gell. 7. 5.* Inerudite et ἀνεπιτρόπως principio nimis insolenti usus est *(Cato)*.

INĒRŪDĪTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *ineruditus;* eruditionis defectus; *ineruditione*. *Gloss. Philox.* Ineruditio; ἀπαιδευσία. Usurpat etiam *Vulgat. Interpr. Eccli. 4. 30.*

INĒRŪDĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *eruditus*. — Superlat. *ineruditissimus* §. *1.* — Proprie est non eruditus, indoctus, illitteratus; *ignorante*, *indotto*. *Cic. 1. Fin. 21.* Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui etc. *Id. 4. Acad. 43.* Ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat. *Quintil. 10. 1. 32.* Ineruditus iudex. *Suet. Gramm. 15.* Sallustius Catonis verborum ineruditissimus fur. — **B**) Translate. *Quintil. 1. 12. extr.* Quanto plus delectationis habiturus, quam ex ineruditis voluptatibus?

INERUMPĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *erumpo;* qui rumpi non potest. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 14. ante med.* Inerumpibilem Christi tunicam, quam milites dividere noluerunt, isti sciudere nunc praesumunt. V. INCONSUTUS.

INERVO. V. ENERVO §. b.

INESCĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inesco;* actus inescandi. Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

INESCĀTUS, a, um. Particip. verbi *inesco;* esca repletus. *Apul. 7. Met.* Canes largissimae coenae reliquiis rapinisque inescati atque distenti. — **B**) Translate. *Apul. 9. Met.* Gravi odore sulphuris iuvenis inescatus atque obnubilatus; *pieno la gola*. — **C**) Item esca captus,

Digitized by

deceptus; *adescato, allettato*. *Liv.* 22. 41. Quin potius credere velut inescatam temeritatem ferocioris consulis. Adde *Flor.* 3. 5.

INESCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *esca*. — Particip. *inescans* §. 2., *inescandus* §. 2., *inescatus*, v. suo loco. — Proprie est pisces et aves esca captare; *adescare, pigliare all'esca*. *Petron. Satyr.* 140. Sicut muta animalia cibo inescantur, sic homines non caperentur spe, nisi aliquid morderent. — 2) Translate sumitur pro decipere, allicere. *Ter. Adelph.* 2. 2. 12. Nescis inescare homines, Sannio. *Liv.* 41. 23. Specie parvi beneficii inescamur. *Senec. ep.* 74. *ante med.* Nec quidquam ex his hominem inescantibus ad Deum pertinet. *Vellei.* 2. 13. Inescandae multitudinis causa. *Auspicius, sp. ad Arbog.* 49. Quam *(cupiditatem)* si forte improvidus quandoque inescaveris, Cito flagrabit nimium augendum incendium.

INĒSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *esus;* non comesus. *Gloss. Philox.* Inesus; ἄβρωτος.

INĒVECTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *svectus*, idem ac evectus. *Virg. Cul.* 340. Cur aliquis propriae fortunae munere dives Tendit inevectus caelum super? Adde *ibid.* 100.

INĒVĪDENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *svidens;* non evidens. *Boëth.* in *Porphyr.* 1. p. 46. Sed eas imaginationes confusas atque inevidentes sic sumunt, ut nihil ex earum coniunctione ac compositione efficere possint.

INĒVINCĪBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *svinco;* qui evinci non potest, invincibilis. *Cassiod.* 3. *Hist. Eccl.* 7. Vota vestra inevincibilia esse contenditis.

INĒVĪTĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *svitabilis;* qui vitari non potest; *inevitabile*. *Senec.* 2. *Quaest. nat.* 50. Mala inevitabilia. *Albinov.* 2. 445. Sed rigidum ius est, et inevitabile mortis. *Curt.* 4. 6. Inevitabile fatum. *Tacit.* 1. *Ann.* 74. crimen.

INĒVĪTĀBĪLĪTER. Adverb. ab *inevitabilis;* non evitando; *inevitabilmente*. *Augustin. Enchir.* 43. Inevitabiliter nos compellit. Adde *de catechiz. rudib.* 15. n. 19., *Boëth. Consol. Philos.* 5. *pr.* 3. et *Eugypp. Thesaur.* 331.

INĒVŌLŪBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *svolvo;* qui evolvi nequit. *Hilar.* 9. *de Trinit.* 11. Inevolubiles quaestiones.

INĒVŌLŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *evolutus;* non evolutus. *Martial.* 11. 1. *ad librum suum*. Vadas et redeas inevolutus.

INĒVULSĪBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *svello;* non evellendus, indissolubilis, indivulsus. *Augustin.* 5. *Baptism. contra Donatist.* 10. Universae Ecclesiae inevulsibile membrum esse gaudebat.

* INEXAEQUĀBĪLĪTER. V. INEXPLICABILITER.

INEXĀMĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *examinatus;* non examinatus; *non esaminato*. *Firmic.* 1. *Mathes.* 2. Inexaminatae partis allegationes. *Capell.* 9. p. 303. Inexaminatas mulieres explodere.

INEXCEPTĪŌNĀLĪTER. Adverb. ab *in* et *exceptio;* sine exceptione. *Chlodov. diploma* (anni 508.) apud *Mabill. diplom.* p. 463. Inexceptionaliter tradimus quidquid etc.

INEXCESSĪBĪLĪTER. Adverb. ab *in* et *excedo;* non excedendo. *Rustic. contra Acoph.* p. 1186. *Migne*. Sed una et sola divinitas inexcessibiliter omnium trium natura est personarum. Adde *ibid.* p. 1187.

INEXCESSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *excessus;* non excessus. *Hilar.* 11. *Trinit.* 28. Sed quia finis propositae beatitudinis inexcessus modus est etc.

INEXCĪTĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *excitabilis;* qui excitari non potest. *Senec. ep.* 83. *circa med.* Oppressus inexcitabili somno.

INEXCĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *excitus;* non excitus, non excitatus. *Virg.* 7. *Aen.* 623. Ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante.

INEXCOCTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *excoctus;* non excoctus. *Sidon. carm.* 7. 380. pando pronus aratro Vertit inexcoctam per pinguia iugera glebam.

INEXCŌGĪTĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *excogito;* qui excogitari nequit; *inescogitabile*. *Interpr. Irenaei*, 1. *Haeres.* 15. 2. Inexcogitabilis et inenarrabilis gratia. *Lactant.* 1. 8. Inexcogitabilis, et nulli alii satis notus. Adde *Tertull. Advers.-Valentin.* 37.

INEXCŌGĪTĀBĪLĪTER. Adverb. ab *inexcogitabilis;* ita ut excogitari non potest. *Cassiod. clausula Instit. div. litt.* (edente *A. Mai* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 382.). Cognoscat, Dominum Christum, qui tanta tamque mirifica opera providentia excogitavit, ratione disposuit, virtute perfecit, nunc spiritu divino sustentare, potestate terrere, pietate moderari, inexcogitabiliter, ineffabiliter et nulli alii plenissime notus, quam ipse sibi.

INEXCŌGĪTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *excogitatus;* qui excogitatus et praemeditatus non est; *impensato*. *Plin.* 36. 24. 5. Novum et inexcogitatum antea posteaque remedium invenit ille rex.

INEXCULTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *excultus;* inornatus; *incolto, rozzo*. *Gell.* 13. 22. Villas suas inexcultas et rudes, ne tectorio quidem praelitas fuisse dicit.

INEXCŪSĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *excusabilis*. — Comparat. *inexcusabilior*, infra. — Est qui excusari non potest; *inescusabile*. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 38. ne te retrahas, et inexcusabilis abstes. *Ovid.* 7. *Met.* 511. felix et inexcusabile tempus; *h. e.* in quo nulla excusatio afferri potest. *Ulp. Dig.* 3. 4. 50. Inexcusabilia onera; *h. e.* quae detrectare non licet. *Auct. de Vocat. Gent.* 2. 4. Sed malitia pertinax facta est, inde inexcusabilior, unde debuit esse correctior.

INEXCŪSĀBĪLĪTER. Adverb. ab *inexcusabilis;* inexcusabili ratione. *Aleim. ep.* 3. Inexcusabiliter iam perseverabis incredulus. Adde *Facund. Defens. trium Capitulor.* 11. 7. *post med.*

INEXCŪSĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *excusatus;* non excusatus, excusationem non habens. *Zenon.* 2. *Tract.* 25. Facinus inexcusatum. *Hilar. libell.* 2. Et ideo inexcusatus est omnis homo, qui factorem suum non agnoverit.

INEXCUSSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *excussus;* non excussus. *Virg. Cul.* 300. Assidet hac iuvenis, sociat quem gloria, fortis, Acer, inexcussus. — 2) Item inexaminatus. *Scaevola, Dig.* 35. 8. 25., sed ibi est interpretatio Graecae vocis ἀνεξέταστος.

INEXERCĪTĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *exercito;* qui nequit exercitari. *Interpr. Irenaei*, 4. *Haeres.* 58. 2. Quoniam infirmum adhuc et inexercitabilem sensum erga Deum conversationis habebant.

INEXERCĪTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *exercitatus;* non exercitatus; *non esercitato*. *Cic. Senect.* 18. Nec tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. *Id.* 2. *Tusc.* 16. Rudis et inexercitatus miles. *Id.* 2. *Orat.* 17. Homo non hebes, neque inexercitatus. Et *Brut.* 56. Promptus et non inexercitatus ad dicendum. *Auct. dial. de Orat.* 5. Inexercitata eloquentia. *Cels. praef. ad fin.* Famem facilius inexercitatus, quam exercitatus homo sustinet.

INEXERCĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *exercitus*, idem ac inexercitatus. *Macrob.* 7. *Saturn.* 5. Disarium nostrum inexercitum non reliquo. *Cael. Aurel.* 1. *Acut.* 6. 49. Medici inexerciti. Adde 3. *ibid.* 4. 37. — Affertur et locus *Cic.* 3. *Tusc.* 39. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philosophum. *Alii melius leg.* non ignobilem Eretricum philosophum.

INEXĒSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *exesus;* non exesus. *Minuc. Fel. Octav.* 33. Poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur.

INEXHAUSTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *exhaustus;* qui exhauriri non potest, indeficiens, nunquam desinens; *che non si può votare, inesausto*. *Cic.* 3. *Fin.* 2. Erat enim in eo inexhausta aviditas legendi. — 2) *Inexhausta metalla*, fodinae, quae exhauriri non possunt prae abundantia. *Virg.* 10. *Aen.* 174. Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

INEXĪNĀNĪBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *exinanio;* qui exinaniri non potest. *Mar. Mercat. Collect. pr. Excerptor. Nestor.* p. 574. *Migne*. Verbum exinanitur, quod natura inexinanibile est.

INEXISTENS et Inexsistens, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* intentiva et *existo;* qui existit seu est in aliqua re. *Boëth. Aristot. Analyt. prior.* 1. 11. In utrisque affirmativis et privativis existentibus syllogismis necesse est alteram propositionem similem esse conclusioni. Dico autem similem, si inesse quidem, inexistentem, si autem necessaria, necessariam.

INEXISTĪMĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *existimabilis;* qui existimari nequit. *Sever. episc. Maior. ep. de Iudaeis, a med.* Inexistimabilis exsultatio.

INEXOPTĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *exoptabilis;* non exoptabilis. *Not. Tir.* p. 106. Optabilis, exoptabilis, inexoptabilis.

INEXŌRĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *exorabilis;* implacabilis, qui exorari non potest; *che non si può placare, inesorabile*. *Cic. Sull.* 31. Ego ille, qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum. *Liv.* 34. 4. *sub fin.* Adversus te, et rem tuam, et liberos tuos inexorabiles. *Tacit.* 11. *Ann.* 18. Inexorabilis delictis. *Gell.* 14. 4. Contra improbos noxiosque immisericors atque inexorabilis. *Id.* 1. 13. Ferox, durus, indomitus, inexorabilis. *Liv.* 2. 5. Leges rem surdam, inexorabilem esse. *Tacit.* 1. *Hist.* 51. Inexorabilis disciplina; *h. e.* quae nunquam remittitur. *Ovid.* 5. *Met.* 244. sed inexorabile durus Exercet odium. *Virg.* 2. *G.* 491. inexorabile fatum. — 2) Item qui impetrari non potest; *non impetrabile*. *Val. Flacc.* 5. 321. Annuit ipse, reor: neque inexorabile certe, Quod petimus. — 3) Translate. *Val. Max.* 4. 8. *extern.* n. 2. Arcae inexorabilibus claustris obseratae.

INEXŌRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *exoratus;* non rogatus; *non chiesto*. *Arnob.* 3. p. 114. Hoc est proprium Dei, inexorata beneficia praebere.

INEXORTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *exortus;* exordio carens. *Gloss. Lat. Gr.* Inexortum; ἄναρκτον.

INEXPECTĀTUS. V. INEXSPECTATUS.

INEXPĔDĪBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *expedio;* inexplicabilis. *Ammian.* 31. 15. *a med.* Ne per moras inexpedibiles populandi amitteret copiam.

INEXPĔDĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *expeditus*. — Superlat.

Digitized by Google

inexpeditissimus, infra. — Est non expeditus, non promptus, impeditus. *Arnob. 7. p. 247.* Inexpeditus in rebus obeundis. *Id. 5. p. 182.* Quia cuncta, quae scripta sunt, inexpeditissimum vobis est traducere, invertere, derivare.

INEXPĔRĬENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *experiens;* idem ac inexpertus; *inesperto. Boëth. de Divis. p. 638.* Nec putet supervacuam loquacitatem harum rerum inexperiens, rudis, insolensque novi, audientium mentes habere.

INEXPĔRĬENTER. Adverb. ab *inexperiens;* non experienter; *inesperto, inesperientemente. Boëth. Aristot. Topic. 2. 3.* V. loc. in EXPERIENTER.

INEXPĔRĬENTĬA, ae, f. Abstractum ab *inexperiens;* imperitia; *inesperienza. Tertull. Anim. 20.* Obtundunt inscitiae, inexperientiae, otia, vitia.

INEXPERRECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *experrectus;* non experrectus; *non isvegliato. Ovid. 12. Met. 537.* In tanto fremitu ductis sine fine iacebat Sopitus vinis, et inexperrectus Aphydnas.

INEXPERS, tis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *expers.* — Comparat. *inexpertior*, infra. — Est non expers, inexpertus. *Avien. descr. Orb. 919.* Ignorant flavae Cereris commercia, Bacchi Semper inexpertes, animam traxere ferinam. *Cyprian. de Laudib. Martyr. sub init.* Inexpertes cuiusdam cladis initia et strages populatarum urbium intuemur. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. praef.* Transducunt sensum eorum, qui sunt inexpertiores.

INEXPERTĔ. Adverb. ab *inexpertus*, idem ac inexperienter. *Boëth. Aristot. Elench. Sophist. 2. 1.* Circa omnia exercitatus esse videbitur, et in nullo se inexperte habere.

INEXPERTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *expertus;* passive, non expertus, intentatus; *non provato, non isperimentato. Virg. 4. Aen. 418.* Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat. *Plin. 8. ep. 14. ante med.* Genus quaestionis inexpertum. *Tacit. 2. Hist. 75.* Legiones civili bello inexpertae. *Liv. 28. 18. ad fin.* Committere se in fidem inexpertam. *Id. 25. 18. a med.* Exercitum in tectis habuit, adversus omnia humana saepe ac diu durantem, bonis inexpertum atque insuetum. *Id. 6. 18.* Animus ad contumeliam inexpertus. *Val. Flacc. 1. 97.* inexpertos tentare parentibus Austros Aesoniden. — **2)** Active, qui expertus non est, qui periculum non fecit; *chi non ha provato, inesperto. Horat. 1. Ep. 18. 86.* Dulcis inexpertis cultura potentis amici. Expertus metuit. *Ovid. 12. Heroid. 23.* Iussus inexpertam Colchos advertere puppim. *Tacit. 16. Ann. 5.* Quique per longinquas provincias lasciviae inexperti. — **3)** *Inexpertum carmen* apud *Stat. 4. Silv. 3. 11.* est adhuc contentum domi, necdum prolatum, recitatumve.

INEXPĬĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *expiabilis;* qui expiari non potest; *inespiabile, che non si può purgare. Cic. 1. Tusc. 12.* Nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent. *Id. Har. resp. 27.* Inexpiabile scelus. — **2)** Translate sumitur pro implacabili. *Liv. 39. 51.* Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem. *Id. 4. 35.* Inexpiabile bellum. *Cic. Pis. 3.* Sese alicui implacabilem inexpiabilemque praebere.

INEXPĬĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inexpiabilis;* modo inexpiabili. *Augustin. 11. de Gen. ad litt. 13.* Inexpiabiliter corruptus atque perversus; *senza rimedio.*

INEXPĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *expiatus;* non expiatus. *Augustin. ep. 56. ad Dioscor. post init.* Dedecus inexpiatum remanet.

INEXPLĀCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *explacabilis;* non explacabilis. *Not. Tir. p. 106.* Placabilis, implacabilis, explacabilis, inexplacabilis.

INEXPLĀNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *explanabilis;* inexplicabilis. *Capell. 4. p. 93.* Nescio quid vulgo inexplanabile loquebatur.

INEXPLĀNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *explanatus;* non planus, impeditus, ut inexplanata lingua; *h. e.* impedita; *impedito. Plin. 11. 65. 5.* Metellum pontificem linguae adeo inexplanatae fuisse accepimus.

INEXPLĒBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *explebilis;* qui expleri non potest, insatiabilis; *che non si può empire, insaziabile. Cic. 5. Tusc. 6.* Omnia rapide appetentem cum inexplebili cupiditate. *Liv. 28. 17.* Vir inexplebilis virtutis veraeque laudis. *Plin. 11. 30. 3.* Scorpiones cum sitiunt *(sunt)*, inexplebiles potu. *Iustin. 31. 8.* Inexplebile desiderium videndi. *Senec. ep. 89. extr.* Inexplebilis stomachus. *Id. Consol. ad Helv. 13.* Ubi colloquia, quorum inexplebilis eram? *Apul. Apol. 20.* Ad omne lucrum inexplebilis.

INEXPLĒBĬLĬTER. Adverb. ab *inexplebilis;* ratione inexplebili. *Dionys. Exig. Cod. Canon. Eccles. 55.* Inexplebiliter haerere criminibus.

INEXPLĒTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *expletus;* non expletus, inexplebilis. *Ovid. 3. Met. 439. de Narcisso.* Spectat inexpleto mendacem lumine formam. *Stat. 3. Silv. 3. 8.* inexpleto rumpentem pectora questu. *Id. 2. Theb. 518.* Inexpleta alvus. *Val. Flacc. 6. 762.* Semper inexpletis agnoscit lasona curis. *Stat. 6. Theb. 705.* Ardet inexpleto saevi Mavortis amore. Et *4. ibid. 473.* et formidabile regnum Mortis inexpletae. Et *8. ibid. 482.* inexpleto rapitur per millia ferro; *che non si sazia di sangue.* Sic *667.* Inexpletae caedes; *h. e.* plurimae quidem, sed quae nondum tamen crudelitatem explevere. Adde *4. ibid. 474.* — **2)** *Inexpletum*, adverbii more, *Virg. 8. Aen. 559.* Inexpletum lacrimans; *insaziabilmente.*

INEXPLĬCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *explicabilis;* involutus, impeditus, difficilis, unde se facile expedire quis nequit; *involuppato, imbrogliato, intricato. Cic. 8. Att. 5. ad fin.* O rem, inquis, difficilem et inexplicabilem! atqui explicanda est. *Liv. 40. 33.* Inexplicabiles continuis imbribus viae. *Id. 37. 32.* Cum aliquandiu hinc indulgentia, hinc modestia, inter permittentes invicem, non magis mutua, quam inexplicabili facilitate certatum esset. *Quintil. 5. 10. a med.* Laquei inexplicabiles. *Curt. 3. 1.* Inexplicabile vinculum. *Tacit. 3. Ann. 75.* bellum. *Plin. 36. 19. 4.* Inexplicabilis error viarum. *Gell. 14. 2.* ambiguitas. — **2)** Item inenarrabilis; *inesplicabile. Cic. 4. Acad. 29. extr.* Haec inexplicabilia esse dicitis (ἄπορα Graece haec dici, *Gell. 9. 15.* docet: et ad Dialecticos pertinent). *Plin. 34. 17. 2.* Inexplicabilis multitudo. *Id. 25. 19. 1.* De generibus singulis disserere immensum et inexplicabile est. — *Apul. 2. Dogm. Plat. 16.* Inexplicabili siti haurire aret omnia genera voluptatis.

INEXPLĬCĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inexplicabilis;* modo inexplicabili; *inesplicabilmente. Augustin. ep. 253. a med.* Inexplicabiliter implicare. Adde *Rustic. contra Acaph. p. 1242. Migne.* — *Apul. 2. Met.* Cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia; *h. e.* ita ut explicari verbis non possit. *Hildebr. legit* inextimabiliter, *alii* inexaequabiliter, *alii* inasciabiliter, *alii* inextricabiliter. V. *Hildebr.* ad *h. l.*

INEXPLĬCĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *explicatus;* non explicatus. *Arnob. 7. p. 219.* Quas tamen nos partes inexplicatas transcurrimus, atque intactas.

INEXPLĬCĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *explicitus;* inexplicatus, inexplicabilis. *Stat. 2. Theb. 310. de Sphinge.* Conlustrat campos, si quis concurrere dictis Hospes inexplicitis, aut comminus ire viator Audeat. *Martial. 9. 48.* Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas. *Prudent. 3. Cathem. 155.* Tractibus anguis inexplicitis . . . virus revomit.

INEXPLŌRĀTĔ. Adverb. ab *inexploratus;* sine exploratione et inquisitione. *Gell. 5. 19.* Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur.

INEXPLŌRĀTO. V. voc. seq. §. 2.

INEXPLŌRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *exploratus;* non exploratus, non investigatus, non ante cognitus, incompertus, obscurus; *non iscoperto, non riconosciuto, incerto, oscuro. Liv. 26. 43.* Inexplorata stagni vada. *Plin. 33. 23. 2.* Apportatur et Indicum ex India, inexplorata adhuc inventionis mihi. *Auct. Itiner. Alex. M. 56.* Inexploratum iter. — *Cassiod. 2. Var. 15.* Inexplorata posteritas. — **2)** Absolute, adverbiorum more,

INEXPLORATO est idem ac inexplorate. *Liv. 21. 25.* Ibi inexplorato profectus, in insidias praecipitatus, etc. *Id. 22. 4.* Inexplorato angustiis superatis; *h. e.* non explorato itinere per speculatores praemissos; *senza scoprire prima il paese.*

INEXPUGNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *expugnabilis;* qui expugnari non potest; *inespugnabile. Liv. 2. 7.* Ibi alto et munito loco arcem inexpugnabilem fore. — **2)** Translate. *Cic. 5. Tusc. 14.* Volumus enim, eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum. *Senec. ep. 57.* Naturalis affectio inexpugnabilis rationi. *Quintil. 7. 3. 18.* Verborum finitio inexpugnabilis. *Plin. 33. 21. 6.* Terra prope inexpugnabilis; *h. e.* quae perfringi et cavari non potest. *Ovid. 5. Met. 486.* inexpugnabile gramen; *h. e.* inexstirpabile. *Plin. 33. 47. 1.* Lapis undis inexpugnabilis; *h. e.* qui ab undis non eroditur, consumiturve. *Ovid. 11. Met. 767.* Non agreste tamen, nec inexpugnabile amori Pectus habens. *Arnob. 7. p. 218.* Inexpugnabilis necessitas. *Cels. 3. 20.* In hoc *(morbo)* marcor est, et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas. — *Cyprian. ep. 57. n. 1.* Inexpugnabiles martyres.

INEXPUGNĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inexpugnabilis;* inexpugnabili ratione; *inespugnabilmente. Aleim. Homiliar. fragm. 5.* Inexpugnabiliter plus haec basilicis, quam propugnaculis urbs munitur.

INEXPUGNANDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *expugnandus;* inexpugnabilis. *Iornand. Get. 7.* Taurus mons naturali constructione praestat gentibus inexpugnanda munimina.

INEXPUGNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *expugnatus;* non expugnatus, non victus. *Paulin. Nolan. ep. 18. ad Victric. n. 5.* Voluntas sanctis operibus, et pio ministratu inexpugnata.

INEXPŬTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *exputo;* cuius ratio et numerus iniri non potest; *innumerabile. Colum. 9. 4.* Nam inexputabilis erat numerus. — **2)** Translate. *Onom. Lat. Gr.* Inexputabile; ἀνυπόλογιστον.

INEXQUĪSĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *exquisitus;* non exquisitus. *Mar. Mercat.* vertens *Cyrilli Apolog. p. 963. Migne.* Quae unice et inexquisita fide creduntur. *Fulgent. pro Fide Cathol. circa fin.* Inexquisitus decor.

INEXSĂTĬĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *exsatiabilis;* non exsatiabilis. *Not. Tir. p. 33.* V. loc. in EXSATIABILIS.

INEXSĂTŪRĀBĬLIS et inexaturabilis, le. Adiect. ab *in* et *exsatura-*

Digitized by Google

bilis; insatiabile. Virg. 5. Aen. 781. Iunonis gravis ira, et inexsaturabile pectus. *Al. leg.* nec exsaturabile. *Arnob. 2. p. 71.* Inexsaturabilis appetitus.

INEXSCRŪTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in, ex* et *scrutor;* non scrutabilis. *Hilar. 11. Trinit. 47.* Inexscrutabilia iudicia Dei.

INEXSĔCRĀBĬLIS et inexecrabilis, le. Adiect. ab *in* et *exsecrabilis;* non exsecrabilis. *Not. Tir. p. 152.* Exsecrabilis, inexsecrabilis. *Gloss. Lat. Gr.* Inexecrabile; ἀνεπάρατον.

INEXSISTENS. V. INEXISTENS.

INEXSŌLŪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *exsolvo;* qui exsolvi nequit. *Ambros. ep. 19. n. 18.* Nodo adstrinxit inexsolubili *(vulpes),* etc.

INEXSPECTĀTUS et inexpectatus, a, um. Adiect. ab *in* et *exspectatus;* non exspectatus; *inaspettato. Cic. 2. Orat. 55.* Pro Dii immortales, quae fuit illa, quanta vis! quam inexspectata! *Senec. ep. 107.* Nihil insolitum, nihil inexspectatum est. *Ovid. 12. Met. 65.* Inexspectatus in armis Hostis adest.

INEXSTINCTUS et inextinctus, a, um. Adiect. ab *in* et *exstinctus; non estinto. Ovid. 6. Fast. 297.* Ignis inexstinctus templo celatur in illo. — **2)** Translate. *Id. Ib. 424.* inexstincta conficiare fame; *insaziabile.* Et *5. Trist. 14. 35.* Aspicis, ut longo maneat laudabilis aevo, Nomen inexstinctum, Penelopea fides? *Id. 1. Fast. 413.* Inexstincta libido.

INEXSTINGUĪBĬLIS et inextinguibilis, le. Adiect. ab *in* et *exstinguibilis;* qui exstingui non potest; *inestinguibile. Lactant. 7. 19.* Flamma inexstinguibilis. Adde *Fulgent. Rem. peccat. 2. 8.* et *14.* — **2)** Translate. *Varr.* apud *Non. 2. 479.* Mala consuetudo diu importata est inexstinguibilis.

INEXSTIRPĀBĬLIS et inextirpabilis, le. Adiect. ab *in* et *exstirpo;* qui non potest exstirpari; *che non si può estirpare. Plin. 15. 22. 1.* Radices multae atque altae, et ideo inexstirpabiles.

INEXSŪPĔRĀBĬLIS et inexuperabilis, le. Adiect. ab *in* et *exsuperabilis.* — Comparat. *inexsuperabilior,* infra. — Est qui superari non potest; *insuperabile. Liv. 5. 54. de Alpib.* Quas inexsuperabiles visas, haud equidem miror. *Id. 44. 33.* Natura et operibus inexsuperabilis ripa videbatur. *Id. 8. 7.* Inexsuperabilis vis fati. *Senec. ep. 85. circa med.* Beata vita bonum in se perfectum habet, inexsuperabile; *h. e.* quod a nullo alio bono vincitur. *Inscr.* apud *Donati, 33. 9.* Inexsuperabile donum. *Momms.* tamen hanc eandem referens divisim legit: IN. IXVPERABILE; sensus tamen idem est. — *Liv. 56. 17.* Inexsuperabilior saltus ad amnem Aonum fuit, quam hic etc. Ita recte leg. *Weissenb.*

INEXTERMĪNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *exterminо;* qui exterminari non potest. *Claud. Mamert. 2. Stat. anim. 10.* ex *Vulg. Interpr. Ital. Sap. 2. 23.* Deus creavit hominem inexterminabilem.

INEXTĪMĀBĬLIS et inaestimabilis, le. Adiect. ab *in* et *extimo,* sive *aestimo;* qui extimari nequit. *Gloss. Lat. Gr.* Inextimabilis; ἀτίμητος. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀνεξίμητος; inestimabilis *(lege* inaestimabilis).

INEXTĪMĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inextimabilis.* V. loc. *Apul.* in INEXPLICABILITER.

INEXTRĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *extero;* qui exteri nequit. — Translate *Acta S. Mariae, n. 10.* Hinc *(scil.* a Deo) est robur illud invictum, hinc inextribilis animus et mens in ipsa dolorum acerbitate sublimior.

INEXTRĪCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *extricabilis;* unde se facile extricare atque expedire quis nequit; *d'onde niuno può disbrigarsi ed uscire. Virg. 6. Aen. 27. de labyrintho.* Hic labor ille domus, et inextricabilis error. *Plin. 20. 85. 2.* Stomachi inextricabilia vitia. — **2)** Item qui avelli non potest. *Plin. 16. 74. 1.* Caedi tempestivum, quae decorticentur, cum germinant: alias cortice inextricabili. — **3)** Translate est inexplicabilis, inenarrabilis. *Cic. 4. Acad. 29. extr.* Haec inextricabilia esse dicitis; ἄπορα. *Al.* inexplicabilia *leg.* Et *Plin. 11. 1. 1.* Inextricabilis perfectio.

INEXTRĪCĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inextricabilis;* inextricabili ratione; *inestricabilmente. Apul. 11. Met.* Inextricabiliter contorta fatorum licia.

INEXTRĪCĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *extricatus;* non extricatus. *Gloss. Philox.* Inextricatus; ἄπορος.

INFĂBRĒ. Adverb. ab *in* et *fabre;* inartificiose, inornate, impolite; *senza artifizio, rozzamente. Liv. 56. 40.* In Gallicis vasis, non infabre suo more factis. *Horat. 2. Sat. 3. 22.* Quid sculptum infabre, quid fusum durius esset. — **2)** *Non. 1. 192.* exponit etiam foede, ut *affabre,* pulcre: affertque illud *Pacuv.* (quem loc. habet etiam *4. 46.*). Barbaricam pestem subinis *(sic)* nostris obtulit, Nova figura factam, commissam infabre. Ita leg. *Ribbeck.* Cf. SUBINA.

INFĂBRĬCĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fabricatus;* non fabricatus, impolitus; *rozzo. Virg. 4. Aen. 400.* Frondentesque ferunt ramos et robora silvis Infabricata fugae studio. — **2)** Translate. *Ennod. epigr. 16.* Infabricata nobilitas. — **3)** Item inelegans. *Id. 2. ep. 6.* Infabricata verba. *Id. 5. ibid. 19.* Infabricata confabulatio.

INFĂCĒTĒ et inficete. Adverb. ab *infacetus.* — Superlat. *infacetissime,* infra. — Est minime facete, rustice, ineleganter, insulse; *rozzamente, sgraziatamente, insulsamente:* et saepe praecedente negativa particula ponitur. *Vellei. 2. 35. extr.* Quem haud infacete Pompeius Xerxem togatum vocare assueverat. *Suet. Tit. 20.* Unde quidem urbanorum non infacete, Dicam, inquit, cum etc. *Plin. 35. 8. 2.* Ostendens in tabula pictum inficetissime Gallum exserentem linguam *(Cn. 2. Orat. 66.* eandem rem narrat). Adde *7. 15. 2.*

INFĂCĒTĬAE, ārum, f. Abstractum ab *infacetus;* res, aut dicta infacete, ineptiae; *insipidezze, insulsaggini. Catull. 56. 19.* At tu interea venite in ignem Pleni ruris et infacetiarum, Annales Volusi. *Al. leg.* inficetiarum.

INFĂCĒTUS et inficetus, a, um. Adiect. ab *in* et *facetus.* — Comparat. *infacetior* §. 2. — Proprie est minime facetus, insipidus, insulsus, inurbanus, illepidus; *insipido, insulso, sgraziato.* Fere particulae negativae postponitur. *Cic. 3. Offic. 14.* Canius nec infacetus, et satis litteratus. *Id. Coel. 29.* Non inficetum mendacium. *Suet. Gramm. 23.* Non infaceto dicto notatus. *Martial. 5. 78.* Sed quod grave sit, nec infacetum Parvi tibia condyli sonabit; *spiacevole. Plin. 19. 42. 1.* Dicto non inficeto. — **2)** Item rudis, rusticus, fatuus, elegantiarum expers atque ignarus. *Catull. 45. 1.* Tecum Lesbia nostra comparatur? O saeclum insipiens et inficetum! *Plaut. Truc. 2. 4. 4.* Qui tam inficetus Lemno adveniens, qui tuae Non des amicae suavium? *malcreato. Catull. 22. 14.* Idem inficeto est inficetior rure. *Plin. 37. 4. 2.* Non infaceto lepore.

INFACTUS. V. INFECTUS.

INFĀCUNDĬĂ, ae, f. Abstractum ab *infacundus;* imperitia loquendi aut dicendi, infantia; *infacondia. Gell. 11. 16. in fin.* Huius tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere, quod a Graecis perfectissime uno verbo, et planissime dicitur.

INFĀCUNDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *facundus.* — Comparat. *infacundior,* infra. — Est non facundus, infans, imperitus dicendi aut loquendi; *infacondo, inesperto, o rozzo nel dire o parlare. Liv. 4. 49. a med.* Tribunus plebis vir acer, nec infacundus. *Gell. 18. 5.* Vir inopi lingua et infacundus. *Liv. 7. 4. ad fin.* Quod filium iuvenem in opus servile dederit, quia infacundior sit et lingua impromptus.

INFAECO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *faex;* face polluo, maculo, conspurco. — Translate. *Tertull. Anim. 33. ad fin.* Animam concretione carnis infaecat.

INFALSĀTUS, a, um. Particip. verbi *infalso;* corruptus; *falsificato. Augustin. 13. contra Faust. 4. sub fin.* Infalsati codices.

INFALSO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *falso;* corrumpo, falsum reddo. *Vincent Lerin. Commonit. 39.* Antequam infalsarii vetustae fidei regulas. Cf. voc. praeced.

INFĂMĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *infamo;* actus infamandi; *diffamazione. Facund. defens. trium Capitul. 1. 2.* Nominis alicuius infamatio.

INFĀMĀTOR, ōris, m. Verbale ab *infamo;* qui infamat; *diffamatore. Gennad. de script. Eccl. 24.* Adversus querulos et infamatores peregrinationis suae.

INFĂMĀTUS, a, um. Particip. verbi *infamo;* vituperatus; *infamato. Nep. Alcib. 11.* Hunc infamatum a plerisque tres historici laudibus extulerunt. *Ovid. 14. Met. 448.* infamataeque relinquunt Tecta Deae.

INFĀMĬĂ, ae, f. Abstractum ab *infamis;* nota ex mala fama, probrum, turpitudo nominis, macula; *infamia, cattivo concetto. Caes. 7. B. G. 56.* Cum infamia atque indignitas rei impediebat. *Plaut. Pers. 3. 1. 27.* Pater, hominum immortalis est infamia: Etiam tum vivit, cum esse credas mortuam. *Ter. Andr. 2. 6. 13.* Haec res est mihi infamiae. *Cic. Cluent. 22.* Illa iudicia senatoria insigni turpitudine notata, atque operta dedecore et infamia. *Id. 1. Catil. 6.* Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? quod privatarum rerum dedecus non haeret infamiae? *Id. 4. Tusc. 20.* Ignominiam et infamiam ferre sine dolore. *Ter. Heaut. 2. 3. 18.* In summa infamia esse. *Cic. 4. Att. 18.* Flagrare infamia. *Iulian. Dig. 5. 2. 1.* notari. *Ulp. ibid. 6.* laborare. *Nep. Alcib. 3.* aspergi. *Cic. 2. Verr. 12.* urgeri. *Id. 5. ibid. 60. extr.* Ex infamia eripere. Et *ibid. 13.* liberare. *Hirt. 8. B. G. 50.* De re aliqua infamiam capere. *Iustin. 3. 4.* colligere. *Caes. 6. B. G. 21.* habere. *Ulp. loc. cit. 13.* alicui irrogare. *Cic. Cael. 18.* inferre. *Liv. 44. 25. extr.* movere. *Tacit. 14. Ann. 22.* ferre alicui. Et *56.* alicui parare. *Iustin. 5. 7.* acquirere alicui; *tirar addosso. Caes. 3. B. C. 74* sarcire. *Iustin. 30. 3.* expiare. *Suet. Caes. 79.* discutere. *Id. Aug. 71.* refutare. *Id. Domit. 1.* Primae adolescentiae tempora tanta infamia gessisse fertur, ut etc. *Id. Aug. 33.* Libellos ad infamiam cuiusquam edere. *Tacit. 12. Ann. 4.* Trahere aliquid ad infamiam; *h. e.* infamem reddere. *Suet. Aug. 68.* Variorum dedecorum infamiam subire. — In plur. num. *Plaut. Pers. 3. 1. 19.* si ad paupertatem admigrant infamiae, Gravior paupertas fit. *Tacit. 4. Ann. 33.* Qui, Tiberio regente, poenam vel infamias subiere. — **2)** Sensu concreto est ipse

Digitized by Google

malus sermo dissipatus, malus rumor, mala fama; *mala fama. Ovid. 1. Met. 211.* Contigerat nostras infamia temporis aures. Et *215.* minor fuit ipsa infamia vero. — **β)** Metonymice de eo, qui infamat. *Id. 1. Fast. 551.* Cacus Aventinae timor atque infamia silvae; *h. e.* qui silvam Aventinam infamem reddidit. Sic *8. Met. 97.* Dii te submoveant, o nostri infamia saecli, Orbe suo.

Nota. Discrimen inter *ignominiam* et *infamiam* dedimus supra sub v. IGNOMINIA in *Nota*.

INFĀMIS, mo. Adiect. ab *in* et *fama*, quod alterum vi compositionis in adiectivum transiit. — **b)** Alia forma, *infamus, a, um*, legitur in *Gloss. Lat. p. 1. n. 1.* e Abaga, infama domus. » V. *Hildebr. ad h. l.* et loc. cit. sub v. DENOMINATUS. — **c)** Superlat. *infamissimus* §. 2. — **d)** Derivata, *infamatio, infamator, infamia, infamiter, infamium, infamo*. — **e)** Compositum, *perinfamis*.

INFAMIS proprie est qui ob scelus aut turpitudinem mala fama est, male audit, turpis, famosus, vitiis notus; *infame, di malo concetto. Cic. Font. 11.* Turpis adolescentia, vita infamis. *Tacit. Germ. 14.* Infamis et probrosus. *Cic. Cluent. 47.* Homines ceteris vitiis, atque omni dedecore infames. *Id. 6. Verr. 9.* Multas familias in perpetuum infames tuis flagitiis fecisti; *svergognate, disonorate. Tacit. 2. Hist. 56.* Valens ob lucra et quaestus infamis. *Id. 1. Ann. 73.* Infamis corpore; *h. e.* flagitiis. Et *6. ibid. 7.* Infamis per flagitia. — **β)** Metonymice. *Plin. 7. ep. 27.* Spatiosa et capax domus; sed infamis et pestilens. *Cic. Divin. Verr. 7.* Ceratam unicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami et nefaria; *h. e.* quae corruptis iudicibus infamiam peperit. V. *Ascon. ibid. Imppp. Gratian., Valent. et Theodos. Cod. 10. 31. 34.* Infamissima utilitas. — **γ)** *Infamis in aliquem* dicitur, qui alicui infamiam creat, praesertim stupro oblato. Interdum enim *infamis* absolute dicitur, qui libidinum probro laborat. *Quintil. 9. 2. a med.* et *Declam. 19.* Pater, qui infamem in matrem filium secreto occidisset. *Petron. Satyr. 92.* Nescio quis eques Romanus, ut aiebant, infamis. *Quintil. 6. 3. ante med.* Dicebantur infames feminae ad eam conveniro solitae. — **δ)** *Infamis digitus* est medius, qui et impudicus ob penis similitudinem dicitur. V. IMPUDICUS §. 1. *Pers. 2. 33.* uda labella infami digito, et lustralibus ante salivis Expiat. — **ε)** Praeterea

II. *Infamis* dicitur de rebus inanimis, et de locis, in quibus aut scelus aliquod commissum est, aut periculum inest ac pernicies. *Ovid. Rem. am. 254.* Non anus infami carmine rumpet humum. *Liv. 8. 18.* Quorum mors infamem annum pestilentia fecit. *Id. 21. 31.* Infames frigoribus Alpes. *Id. 44. 24. extr.* Quae colloquia occulta et legationes infames quidem erant, sed quid actum esset, ignorabatur; *pieno di sottico sospetto. Horat. 2. Sat. 2. 47.* Gallonl praeconis erat acipensere mensa infamis; *h. e.* propter nimios sumptus (De hac re extant *Lucilii* versus apud *Cic. 2. Fin. 8.*). *Id. 1. Od. 3. 20.* Infames scopulos Acroceraunia; *h. e.* propter crebra naufragia. *Stat. 1. Theb. 333.* Infames Scirone petrae; *h. e.* propter latrocinia et caedes Scironis. — **ζ)** *Infames materias* appellat *Gell. 17. 12.*, quas Graeci ἀδόξους ὑποθέσεις; *h. e.* ignobiles, viles, et de quibus mala apud omnes opinio est, ut febris, Thersites, asinus, musca, quorum laudes non defuere, qui, animi causa, ostendendique ingenii, luculentis scriptionibus persequerentur.

Nota. Discrimen inter *famosum* et *infamem*, V. sub v. FAMOSUS in *Nota*.

INFĀMĪTER. Adverb. ab *infamis*, in usu tantum in superlativo gradu *infamissime* apud *Capitolin. Pertin. 13. extr.* Corneficiae infamissime dicitur adhaesisse; *infamissimamente*.

INFĀMĬUM, ii, n. Idem origine et significatione ac infamia. *Isid. 5. Orig. 27. 26.* Hoc quoque est infamium quasi sine bona fama.

INFAMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *infamis*. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando confusum est cum *inflammo*, ut apud *Ovid. 3. Pont. 6. 43.* et *Sil. 3. 273.* V. loc. in INFLAMMO. — **c)** Particip. *infamans* §. 2., *infamandus* §. 2., *infamatus*, V. suo loco, *infamaturus* §. 3. — **d)** Derivata, V. in INFAMIS suo loco.

INFAMO proprie est infamem reddo, infamia afficio, ignominiam vel notam inuro; *infamare, svergognare. Cic. 3. Fam. 12.* Ut tua moderatio et gravitas aliorum infamet iniuriam. *Propert. 3. 9. 28.* Iuppiter infamat seque suamque domum. *Stat. 7. Theb. 416.* Acheloon utroque Deformem cornu vagus infamabat Acarnan; *h. e.* vulgabat, diffamabat. *Colum. 9. 8.* Non sunt degeneres apes intermiscendae, quae infament generosas. — *Tertull. Apolog. 23.* Porro si et magi phantasmata eduut, et iam defunctorum infamant animas. *Loquitur de superstitione animarum evocatione.* — **β)** Translate de rebus est dehonesto, vitupero, dedecoro, polluo, traduco. *Claudian. B. Gild. 515.* insanos infamat navita montes; *h. e.* infami nomine insanos appellat. *Colum. 1. 7.* Ita fit, ut et actor et familia peccent, et ager saepius infametur; *h. e.* agro imputatur peccatum familiae, et domini damnum. *Petron. Satyr. 6.* Sententias rident, ordinemque totius dictionis infamant; *h. e.* carpunt, damnant, explodunt. *Quintil. 10. 1. 74.* Infamare fidem. *Tertull. 4. adv. Marcion. 36.* Infamare patientiam alicuius. *Id. de Coron. 6.* Circa voluptates spectaculorum infamata conditio est *(Christianorum)*. Et *13.* Christianus nec laquam suum laureis infamabit, si etc. — **β)** Est etiam accusare, incriminari. *Senec. ep. 22.* Non est, quod quisquam illos apud te temeritatis infamet. *Quintil. 2. Declam. 4.* Mulier instituit, ut innocentissimus iuvenis interrogaretur repente, subito infamatura velut deprehensi trepidationem. *Tertull. ad Scap. 2.* Sic et circa maiestatem imperatoris infamamur. — *Senec. ep. 99.* Hi sunt qui nobis obiiciunt nimium rigorem et infamant praecepta nostra duritia. *Apul. Apol. 2.* Magia facilius infamatur quam probatur.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae, addito aliquando genitivo vel ablativo, aut etiam alio accusat. et praepos. *circa*, vel ablativo instrumenti.

INFĀMUS, a, um. V. INFAMIS §. b.

INFANDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fandus*, quod est a *for, faris*. — Superlat. *infandissimus* §. 2. — Proprie est inenarrabilis, nefandus, exsecrandus: is, de quo quis fari non debet, vel non potest; *da non dirsi, nefando*. Fere in malam partem sumitur, scilicet de rebus turpissimis, aut miserrimis. *Cic. 2. Orat. 79.* Res crudelis, infanda, praeter opinionem. *Id. Sext. 53.* Vix homines odium suum a corpore eius impuro atque infando represserunt. *Virg. 2. Aen. 3.* Infandum, regina, iubes renovare dolorem. *Id. 4. ibid. 85.* infandum si fallere possit amorem. *Id. 1. ibid. 601.* infandos Troiae miserate labores. *Id. 4. ibid. 613.* Infandum caput; *h. e.* homo exsecrabilis. *Id 7. ibid. 585.* infandum contra omina bellum. *Id. 8. ibid. 578.* infandum casum, Fortuna, minaris. *Id. 10. ibid. 673.* infanda mors; *obbrobriosa. Id. 2. ibid. 133.* infanda dies. *Id. 3. ibid. 644.* Infandi Cyclopes. Et *8. ibid. 483.* infandae caedes. — **β)** Absolute. *Lucan. 5. 307.* Passurasque infanda nurus. *Senec. Oedip. 15.* infanda timeo. *Quintil. Varius* apud *Quintil. 3. 8. a med.* Iam fero infandissima, iam facere cogor. — **γ)** Ritu adverbii. *Virg. 1. Aen. 255.* Navibus (infandum!) amissis, unius ob iram, etc. *Id. 8. ibid. 489.* infanda furentem Armati circumsistunt.

INFANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *fans*, quod est particip. verbi *for, faris*. — **b)** *Infas* pro *infans* scribitur in *Inscr.* apud *Cavedoni, Cimit. Crist. p. 71.* et *Grut. 688. 2. alibique.* — Item *infantia* pro *infantia*, in *alia* apud *Perret, Catac. de Rome, tab. 34. n. 44.* INFANTIAE. — **c)** Comparat. *infantior* §. 2., superlat. *infantissimus* §. 2. — **d)** Derivata, *infandus, infantarius, infantia, infantilis, infanto, infantula, infantulus*. — **e)** Composita, *coinfantia, infanticida, infanticidium*.

INFANS proprie est non fans, sive qui fari nescit vel nequit; *chi non sa, o non può parlare. Cic. 1. Divin. 55.* Scribit Herodotus, Croesi filium, cum infans esset, locutum. — **β)** Item indisertus, infacundus, dicendi imperitus. *Id. Brut. 26. ad fin.* Quae historia neque nimis est infans, neque perfecte diserta. *Id. 3. Q. Fr. 4.* Gabinius absolutus est. Omnino nihil accusatore infantius. *Id. Cluent. 18. extr.* Ut timerem, si nihil dixissem, ne infantissimus; si multa, ne impudentissimus existimarer. *Auct. ad Herenn. 2. 11.* Dialectici dum caute et expedite loqui volunt, infantissimi reperiuntur. *Horat. 1. Sat. 6. 57.* Infans namque pudor prohibebat plura profari. — **γ)** Proverbium est in illo *Varr.* apud *Non. 1. 275.* Infantior, quam meus est mulio. — **δ)** *Infans* est etiam infandus. *Accius* apud *Non. 1. 275.* et *4. 478.* Infans facinus. — **ε)** Saepius vero, etiam absolute,

II. *Infans* dicitur de puero, qui nondum fari coepit; *fanciullo, infante, bambino. Varr. 6. LL. 7.* Fatur is, qui primum homo significabilem ore emittit vocem: ab eo, antequam ita faciant pueri, dicuntur infantes. *Cic. Cluent. 9.* Cum haberet ex Naevia infantem filium. *Id. 2. Orat. 39.* Omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. *Id. Rosc. Am. 53.* Infantium puerorum incunabula. Et *3. Verr. 58.* Iste infanti pupillae fortunas patrias ademit. *Ovid. 6. Fast. 143.* Pectoraque exsorbent avidis infantia linguis; *h. e.* pectora puerorum. *Id. 4. ibid. 268.* Tutus ut infanti vagiat ore puer. *Id. 9. Heroid. 86.* infans manus; *mano bambina*. Et *11. ibid. 119.* infantes umbrae; *h. e.* manes puerorum. *Cael. Aurel. 1. Chron. 4. 77.* Infans aetas. — Absolute. *Cic. 2. Fin. 11.* Nec vero, ut voluptatem expetat, natura movet infantem. *Caes. 7. B. G. 28.* Non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. *Liv. 31. 12.* In Sabinis incertus infans natus, masculus, an femina esset. *Virg. 6. Aen. 427.* infantumque animae flentes. — *Vulg. Interpr. Isai. 65. 20.* Non erit ibi amplius infans dierum *(scil.* paucorum) et senex, qui non impleat dies suos. — **β)** Dicitur et de fetu in utero. *Liv. 24. 10.* Infantem in utero matris clamasse, etc. Adde *Cels. 7. 29.* et *8. 21.* — **γ)** *Ab infante* est a puero; *sin da fanciullo. Colum. 1. 8.* et *Senec. 2. Ira, 5.* Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus. *Cels. 7. 7. n. 15.* In his, qui ab infantibus id vitium habent. — **δ)** In *Inscr.* apud *Grut. 682. 9.* et in *alia* apud *Murat. 1160. 11.* dicitur *infans* puer annorum novem; in *alia* apud *Grut. 671. 13.* itidem puella annorum duodecim; et suriga in *alia*, quam vide in V. BIGARIUS §. 1. *Inscr.*

Digitized by Google

apud *Guarini, Ricerche di Eolano, p. 113.* C. Pontio Hygino infanti dulcissimo decurioni C. Cogitatus pater. V. DECURIO §. 5. *Alia* apud *Labusium, Ant. marm. p. 4.* C. Iulio Ingenuo *Clarissimo* iuveni Trib. Leg. III. Ital. Tib. Claudius Victor *Vir Egregius* infanti benigno plura de se merenti. V. *Eund. ibid. p. 31.*, ubi plurima huc pertinentia. Cf. *Inscr.* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1858. p. 195.* — **9)** Huc spectat *Hieronym. Quaest. in Gen. 21. 14.* Verum est igitur illud Hebraeorum linguae idioma, quod omnis filius in comparatione parentum infans vocetur et parvulus. Nec miremur barbaram linguam habere proprietates suas, cum hodieque Romae omnes filii vocentur infantes. — **10)** Hinc translate *Vulg. Interpr. 1. Ioh. 2. 14.* Scribo vobis, infantes, quoniam cognovistis Patrem. Scribo vobis, iuvenes, etc. *h. e.* recens nati in fide Christi, nulla habita ratione aetatis. Cf. INFANTIA §. 4. — *Cic. 10. Att. 18.* Illa Hortensiana omnia fuere infantia; *h. e.* puerilia, non enim, quae promiserat, praestitit. — **11)** Improprie

III. *Infans* per catachresin usurpatur de brutis animalibus. *Plin. 10. 49. 1. de halcyonibus.* Nidum mollibus plumis consternunt, ne durus sit infantibus pullis. *Id. ibid. 81. 1. de vespertilione.* Mater geminos volitat ampiexa infantes. Et *29. 52. 5.* Infantes catuli; *cagnolini.* Adde *Martial. 13. 97. Vulg. Interpr. Ital. Isai. 11. 7.* Bos et ursus simul pascuntur et simul infantes eorum erunt. — **12)** Item de rebus inanimis. *Plin. 22. 46. 2.* Infans boletus; *h. e.* recens editus. *Horat. 2. Sat. 3. 39. (fortasse ex persona alterius poetae)* rubra Canicula findet infantes statuas; *h. e.* e recenti et viridi ligno factas: *alii rectius exponunt* mutas.

Nota. Discrimen inter *puerum* et *infantem* statui potest ex etymo et definitione vocis allatis §. 2. et §. 1.; quod tamen non semper observatum fuisse patet quoque ex allatis exemplis §. 8. Cf. et PUER.

INFANTĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *infans*, absolute adhibitum in gen. fem. de muliere, quae infantes amat, vel quae infantem gestat. *Martial. 4. 88.* Infantem secum semper tua Bassa, Fabulle, Collocat . . . Et quod mireris magis, infantaria non est. — **2)** Item *infantarii* dicebantur, quos olim in Christianorum coetus infantem sacrorum causa mactandum, et comedendum portare falso putabant Ethnici. *Tertull. 1. ad nation.* 2. Porrigenda quaestio in socios, consciosque. Perducerentur infantarii *(qui infantem attulerunt)*, et coqui *(qui coxere)*, et ipsi canes pronubi *(eversores luminum)*; emendata res esset. V. PRONUBUS.

INFANTĬA (et Imfantia, v. INFANS §. b.), ae, f. Abstractum ab *infans;* inscitia, aut impotentia loquendi. *Lucret. 5. 1029.* ipsa videtur Protrahere ad gestum pueros infantia linguae. — **2)** Item imperitia dicendi, ieiunitas, orationis inopia; *mancanza d' eloquenza, difficoltà di spiegarsi. Cic. 4. Att. 16. circa med.* Accusatorum incredibilis infantia. *Id. 3. Orat. 55.* Neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, esse laudandam. *Suet. Gramm. 4.* Quae quidem omitti iam video desidia quorundam et infantia. — **3)** Saepius vero

II. *Infantia* est aetas hominis, qua nondum fari coepit, vel, si loquitur, non rationabiliter tamen et congruenter; *infanzia, puerizia.* Ea usque ad septimum annum fere producitur, ut colligitur ex *Ulp. Dig. 26. 7. 1.* (V. AETAS in *Nota* I. *init.*) *Quintil. 1. 1. 19.* Quantum in infantia praesumptum est temporis, adolescentia acquiritur. — **4)** Translate. *Inscr.* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. n. 304.* Infantiaetas *(sic, lege:* infantiae aetas), virginitatis integritas, morum gravitas *(lege* gravitas). Sunt qui vellent novum vocabulum *infantietas, ātis,* hinc in Latium inducere. *Vulg. Interpr. Prov. 1. 22.* Usquequo, parvuli, diligitis infantiam. Et *9. 6.* Relinquite infantiam et vivite. — *Infantiam ad suos annos perducere.* V. INTREPIDANS. *Tertull. Monog. 11.* infantia fidei. — **5)** Hinc *ab infantia;* a puero; *sin da fanciullo. Tacit. 1. Ann. 4.* Prima ab infantia eductus in domo regnatrice. Adde *Vulg. Interpr. Gen. 46. 34., Marc. 9. 20.* etc. — **6)** Metonymice pro ipsis infantibus. *Plin. 32. 11. 4.* Surculi curalii, infantiae adalligati, tutelam habere creduntur. — **7)** Translate. *Iuvenal. 10. 199.* madidique infantia nasi; *h. e.* destillatio nasi in senectute, qualis in infantia esse solet. — **8)** Improprie

III. *Infantia* per catachresin dicitur de prima brutorum aetate. *Plin. 8. 69. 1.* Infantia asini. *Id. 11. 108. 2.* Solidipedes in infantia scabunt aures posterioribus cruribus. *Id. 10. 83. 10.* Cervi ab infantia educati. — **9)** Item de rebus inanimis recentibus. *Id. 15. 21. 1.* Culices lacteum humorem; hoc est infantiam pomi, absumunt. *Colum. 5. 5. ante med.* Posito semini arundo adnectitur, quae velut infantiam eius tueatur. *Macrob. 7. Saturn. 7. a med.* Vinum cum in infantia est, dulce; cum pubescit, magis suave, quam dulce est.

INFANTĬCĪDA, ae, m. et f. Nomen ab *infans* et *caedo;* qui infantem occidit. *Tertull. Apolog. 4.*

INFANTĬCĪDĬUM, ii, n. Abstractum ab *infanticida;* caedes infantis. *Tertull. Apolog. 2.*

* INFANTĬĔTAS, ātis, f. Abstractum ab *infans*. V. INFANTIA §. 4.

INFANTĪLIS (vel Imfantilis, v. INFANS §. b.), le. Adiect. ab *infans;* ad infantem pertinens; *infantile, puerile. Iustin. 17. 3.* Parvulum infantilibus blandimentis inductus diu protexit. *Ulp. Dig. 34. 2. 26.* Infantilis vestis. — *Apul. 5. Met.* Hic adhuc infantilis uterus gestat nobis infantem alium: si tetueris nostra secreta silentio, divinum; si profanaveris, mortalem; *h. e.* parvus, paucis ab diebus praegnans; de Psyche vero loquitur ex Cupidine gravida. Adde *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 19. 3.* et *4. ibid. 38. 1.*

INFANTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *infans;* infantis instar nutrio. *Tertull. 1. advers. Marcion. 14.* Lactis et mellis societatem, qui suos infantat.

INFANTŬLA, ae, f. Deminut. ab *infans;* parva infans; *fanciullina. Apul. 10. Met.* Habebat filiam parvulam de marito: huic infantulae quod leges successionem deferrent, etc. Adde *Hieronym. 4. in Ezech. 16. 4.* et *5.* — *Caesar. Regula ad Virgin. 3.* In monasterio infantula parvula, nisi ab annis sex aut septem . . . suscipiatur.

INFANTŬLUS, i, m. Deminut. ab *infans;* parvus infans; *fanciullino. Apul. 8. Met.* Gerebamus infantulos et mulieres. *Vulg. Interpr. Tob. 4. 21.* Dum adhuc infantulus esses. *Nazar. Paneg. 16. ad fin.* Ut iam in infantulo indoles futuri roboris emicaret. Adde *Exod. 2. 3.* et *7., Levit. 12. 3.* etc. et *Iornand. de reb. Get. 52.* — Item adde carmen lapidi incisum apud *Murat. 1514. 3.*, quod tamen sublestae fidei esse, iamdiu Critici monuerunt ad *Anthol. Lat. Burm. T. 2. p. 80.*, ubi legitur: Cresce puer, tu cresce infans, infantule cresce.

INFARCĬO et Infercio, cis, cīvi *et* si, sum, *vel* ctum, *aut* tum, cīre. Verbum transitiv. ab *in* et *farcio;* quod alterum vi compositionis etiam corrumpitur, *a* in *e* mutata. V. FARCIO. — **b)** Particip. *infercions* §. 3. *infarsus*, v. suo loco. — **c)** Praeteritum *infersisti;* replesti, habet *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 474.*

INFARCIO proprie est implendi causa immitto, conicio; *empire, insaccare. Colum. 12. 55.* Et maxime in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito. *Plin. 33. 6. 1.* Bracteas infarcire leviore materia. *Prudent. Psychom. 459.* infarciro crumenis Turpe lucrum. V. FORMACEUS. — **2)** Translate. *Auct. Itiner. Alex. M. 120.* Cuius *(tituli terebrati)* damnum mille quingentis mox aureis inferciverit. — **3)** *Infercire verba;* inculcare et sine ordine inserere. *Cic. Orat. 69.* Neque infercions verba, quasi rimas expleat.

INFARSUS et Inferaus, vel Iufartus et Iufertus, a, um. Particip. verbi *infarcio;* impletus. *Tertull. Pall. 4.* et *5. advers. Marcion. 10.* — *Apul. 4. Met. 26.* Inferti mucrones. V. *Hildebr.* ad *h. l.* Cf. INFERTUS et CALCEATUS §. 4.

INFARTUS. V. voc. praeced. et Cf. INFERTUS.

INFAS, antis. V. INFANS §. b.

INFASCĪNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *fascino;* qui fascinari non potest. *Gloss. Philox.* Infascinabilis; ἀβάσκαντος.

INFASCĪNĀTĒ. Adverb. ab *in* et *fascino;* sine fascino. *Gloss. Philox.* Infascinate; ἀβασκάντως.

INFASTĪDĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *fastidibilis;* non fastidibilis. *Cassiod. Instit. div. litt. 16. a med.* Sancti Augustini viginti duos libros, quos de Civitate Dei confecit, infastidibili sedulitate percurramus.

INFASTĪDĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fastiditus;* non fastiditus; *che non dà fastidio. Sidon. carm. 16. 124.* Infastiditum fers ipse ad busta cadaver. *Cassiod. 5. Var. 41.* Infastidita suggestio.

INFĂTĪGĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *fatigabilis;* qui non defatigatur; *che non si stanca, infaticabile. Plin. 28. 78. 1.* Dentes quidem eorum maximi equis quoque alligati, infatigabilem cursum praestare dicuntur. *Sedul. Vit. beat. 7.* Altum quiddam est virtus, regale, invictum, infatigabile. *Id. ep. 66. a med.* Animum servare infatigabilem. *Inscr.* apud *Grut. 517. 6.* Ob infatigabilem pietatem eius. *Alia* apud *Eund. 408. 1.* Rempublicam nostram infatigabili cura gubernat.

INFĂTĪGĀBĬLĬTER. Adverb. ab *infatigabilis;* sine fatigatione; *infaticabilmente. Augustin. ep. 32. ad Paulin.* Infatigabiliter gaudere. *Cassian. 5. Instit. 17.* Infatigabiliter currere. Adde *Augustin. Serm. 94. n. 3.* ed. *Mai.*

INFĂTĪGĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fatigatus;* indefatigatus. *Capell. 6. p. 190.* Crepidas permenso orbe contritas viatrix infatigata gestabat.

INFĂTĪGO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *fatigo;* non fatigo. *Not. Tir. p. 118.* Fatigat, fatigabilis; infatigat, infatigabilis.

INFĂTŬĀTUS, a, um. Particip. verbi *infatuo;* fatuus et stolidus factus; *infatuato. Lactant. 1. 3. extr.* Nisi eos retrorsum infatuata previs opinionibus consuetudo rapuisset. Ita legit *Bunemannus, Heumannus,* et optimae habent editt.: olim legebant *infucata.* Adde *Vulg. Interpr. Eccli. 23. 19.* V. voc. seq.

INFĂTŬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *fatuus.* — Particip. *infatuatus*, v. suo loco. — Proprie est fatuum atque stolidum facio; *render balordo, far impazzire. Cic. 3. Phil. 9.* Ut hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. *Id. Fluct.* 20.

Digitized by Google

Neminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. *Senec. Suasor. 2. in fin.* Sed ne vos diutius infatuem, finem suasoriae faciam. Adde *ep. 59. a med.* — *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Ambros. 1. Hexaëm. 3. n. 9.* infatuatus est homo a scientia sua. — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. Ital. Matth. 5. 13.* Quod si sal infatuatum fuerit. *Vulgata* nostra habet *evanuerit. Id.* apud *Tertull. de Idolol. 9.* Nonne infatuavit Deus sapientiam huius saeculi?

INFĂVŌRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *favorabilis;* non favorabilis; *da non favorirsi. Cels. Dig. 57. 6. 6.* Nec infavorabilis sententia est.

INFĂVŌRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *infavorabilis;* sine favore. *Ulp. Dig. 50. 2. 2. ad fin.* Non infavorabiliter quis medium tempus illi prodesse respondebit.

INFAUSTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *faustus;* non faustus, improsper, infelix, mali ominis; *infausto, di cattivo augurio, sfortunato. Virg. 8. Aen. 655.* infaustas exurite puppes. *Id. 7. ibid. 717.* Allia, nomen infaustum. Et *11. ibid. 347.* auspicium. *Senec. Agam. 416.* omnium. *Tacit. 2. Hist. 91.* infaustus dies. *Id. 1. Ann. 50.* Castra infausta temerataque. *Id. 4. ibid. 74.* Infaustae amicitiae gravis exitus imminebat. Et *1. Hist. 6.* infaustus omine. *Ovid. 6. Heroid. 45.* sed tristis Erinnys Praetulit infaustas sanguinolenta faces. *Id. 3. Met. 36.* lucum infausto tetigere gradu. *Val. Flacc. 8. 515.* infausto sese occulit antro Certa mori. *Sust. Oth. 8.* Quod antiquitus infaustum haberetur. *Tacit. 12. Ann. 10.* Socors domi, belli infaustus. *Plerique al. leg.* bellis. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INFAUSTUM, i, n. Infortunium, res infausta. *Plin. 16. 66. 4.* Quod notatum apud Chaeroniam infausto Atheniensium; *h. e.* infortunio. Ita *Harduin.* legi vult. *Alii aliter.*

INFE. V. INFIT.

INFECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inficio;* actus inficiendi, sive tingendi, tinctura; *tintura. Gloss. Philox.* Infectio; *βαφή, βάμμα. Theod. Priscian. 1. 1.* De infectionibus capillorum. — **2)** Translate est contaminatio, violatio: *infezione. Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) *3. 51.* Neque enim animus barbari improvisa formidine incitatus ab infectione raptae mulieris temperavit. — **3)** Deinde

II. *Infectio* est etiam abstractum ab *infectus; h. e.* non factus; defectus actionis; *il non far niente. Eumen. Paneg. ad Constantin. Caes. 18.* Nec idcirco minoribus gaudiis feruntur, dempto periculi metu, quod experiundi necessitate caruerunt; sed hoc ipso et in administratione providentiae vestrae, et infectione fortunae impensius gratulantur, quod etc.; *più consolansi e dell'operato dalla vostra providenza, e della fortuna, che nulla fece.* Alii leg. *effectione*, vel *festinatione*, vel *confectione.*

INFECTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *inficio;* ad inficiendum, seu tingendum pertinens. *Vitruv. 7. 14. sub fin.* Haec autem infectiva appellantur.

INFECTO, as, āre. Verbum transitiv., specie intentivum ab *inficio;* vitio, corrumpo. *Apul. 2. Met. 18.* Nam vesana factio nobilissimorum iuvenum pacem publicam infectat. Alii leg. *infestat;* sed *Hildebr.* ita leg. statuit auctoritate Codicis alicuius. Cf. INFESTUS §. b. *Gloss. Lat. Gr.* Infectantes; *ἀπεχθανομένους.*

INFECTOR, ōris, m. Verbale ab *inficio;* qui lanam colore aliquo inficit; idest tingit; *tintore. Cic. 2. Fam. 16. sub fin.* Curtius dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. *Plin. 29. 25. 1.* Infectores lanarum. Adde *Plaut. Aul. 3. 5. 42.* — **2)** Adiective *infector succus*, quo lanae, vel quidpiam aliud tingitur et inficitur. *Plin. 11. 2. 4.* Purpurarum generi infector ille succus. — *Augustin. Grammat. n. 6.* ed. *Mai.* Et pluraliter infectores et haec infectricia.

INFECTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *inficio;* infectivus. *Marcell. Empir. 4.* Infectorium alumen. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INFECTORIUM, ii, n. Est officina tinctoris; *tintoria. Gloss. Philox.* Infectorium; *βαφεῖον.*

INFECTRIX, īcis, f. Verbale ab *inficio.* — Adiective adhibitum, V. in INFECTOR *fin.*

INFECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *factus*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *e*, pro quo et *infastus* a nonnullis apud *Tertull. Apolog. 11.* legitur. Cf. etiam INFESTUS §. b. et *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 174. n. 185.*, ubi refert ex bono Cod. illud *Arnob. 2. 74.* « Ut infecta fiant, quae facta sunt. »

INFECTUS proprie est non factus; *non fatto. Cato, RR. 2.* Ubi cognovit, opera quae facta infectaque sient. *Plaut. Amph. 3. 2. 3.* Ea, quae sunt facta, infecta referi. *Cic. 2. Invent. 27.* Et id, quod iudicatum non sit, pro infecto haberi oportere. *Liv. 9. 11.* Si sponsionis factae poenitet, restituat legiones: omnia pro infecto sint; *s'abbia il tutto per non fatto. Ter. Phorm. 5. 8. 45.* Quando accusando fieri infectum non potest, ignosce. *Id. Eun. 4. 4. 8.* Infecta pace ultro ad eam venies. *Horat. 3. Od. 29. 47.* Diffingere aliquid, infectumque reddere. *Cic. Top. 4.* Si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit (V. DAMNUM §. 6.). *Caes. 1. B. C. 33.* Infectis iis, quae agere destinaverat, ab urbe proficiscitur. *Id. 6. B. G. 11.* et *Liv. 9. 32.* Re infecta abire; *senza aver fatto nulla. Id. ibid. 23. a med.* Infecta victoria; *non ottenuta.* Et *34. 10.* Argentum infectum; *h. e.* non signatum, aut caelatum; *non lavorato.* Sic *Virg. 10. Aen. 527.* sunt auri pondera facti Infectique mihi. *Plaut. Most. 1. 3. 27.* Infecta dona facere; *h. e.* dona promissa revocare. *Id. ibid. 4. 3. 25.* Speras, dissimulando infectum hoc reddere; *h. e.* irritum. *Stat. 3. Theb. 450.* Facta, infecta loqui; *h. e.* vera et falsa. De fama sermo est, de qua etiam *Virg. 4. Aen. 190.* pariter facta atque infecta canebat. *Petron. Satyr. 114.* Rudis atque infecta materies; *h. e.* non dolatum, non politum lignum. — **2)** Item non confectus, imperfectus. *Ovid. 4. Met. 10.* Telasque, et calathos, infectaque pensa reponunt. Et *6. ibid. 202.* et *Val. Flacc. 3. 117.* Infectaque sacra relinquunt. *Propert. 2. 19. 63.* infecto deposcit praemia cursu. — **3)** Specialim *infecta verba* dicuntur a *Varr. 9. LL. 35.* et *seqq.*, quae rem non iam factam, sed quae vel nunc fit, aut fiebat, aut faciendi est, ostendunt: ut *pungebam, pungo, pungam;* contra *perfecta*, quae rem iam factam significant, ut *pupugeram, pupugi, pupugero.* — **4)** Item non fictum; *h. e.* non ornatum, non politum, non fucatum, in illo *Plaut. Stich. 5. 5. 3.* Ita est ingenium muliebre: Bene cum lauta est, tersa, ornata, ficta est, infecta est tamen; *h. e.* nondum perfecta. — **5)** Ubi de corio, et de pellibus sermo est, infectus dicitur, qui non medicatus est; *non conciato.* V. CONFECTUS §. 3. — **6)** Deinde

II. *Infectus* est etiam particip. verbi *inficio*, adiectivorum more etiam adhibitum; tinctus; *tinto, colorito. Propert. 2. 13. 58.* infectos imitare Britannos; *h. e.* fucatos. *Plin. 11. 56. 1.* Pulpebrae infectae mulieribus. *Id. 33. 25. 1.* Infecta conchylio lana. *Propert. 2. 13. 58.* infectas sanguine habere manus; *macchiate, intrise. Plin. 6. 22. 7.* Infecti sole populi; *imbruniti.* Sic *Stat. 5. Silv. 1. 123.* coniux sole infecta Sabino. *Plin. 57. 57. 4.* Veluti infecta fumo iaspis. *Claudian. B. Gild. 360.* invenci Semineces, et adhuc infecta mapalia tabo. Et *3. in Rufin. 151.* Infectae pallore genae. — **7)** Item veneno imbutus, corruptus; *corrotto, infetto. Virg. 7. Aen. 341.* Gorgoneis Alecto infecta venenis. *Iustin. 21. 4.* Pocula veneno infecta. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 205.* infectae spumis vitiantur arenae. — Absolute. *Claudian. Nupt. Honor. et Mariae 229.* infecti enses; *avvelenati.* Et *1. in Rufin. 301.* infecto morbus crudescere caelo incipiens; *aria infetta.* — **8)** Translate. *Plin. 30. 2. 4.* Magica arte infectus orbis. *Liv. 40. 11.* Imbuti et infecti delenimentis Romanis. *Lucan. 4. 736.* infectaque semper Punica bella dolis. *Tacit. 2. Ann. 88.* Homines superstitione infecti. *Id. Germ. 24.* Nullis aliarum nationum connubiis infecti. *Virg. 6. Aen. 741.* aliis sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus; *h. e.* animus scelere infectus; hypallage. Vel *scelus infectum; h. e.* penitus immissum in animo: quasi intus factum. — **9)** Item simpliciter imbutus. *Plin. 9. 6. 4.* Odorem quidem non aliud, quam infectum aëra, intelligi potest. *Id. 11. 13. 1.* Mel optimum et minime fronde infectum. *Manil. 2. 337.* Aëraque infectum nostras dimittit ad auras; *h. e.* imbutum vi siderum. — **10)** Ornatum significat in illo *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 264.* Ostroque infecta corusco Humida gemmiferis illuxit regia mensis.

Nota. *Infectus* plus est quam *inquinatus*, ut patet ex *Senec. ep. 59. circa med.* Vitia eiui difficile est, non enim inquinati sumus, sed infecti.

INFECTUS, us, m. Verbale ab *inficio;* actus inficiendi, tinctura; *tintura. Plin. 8. 73. 4.* De reliquarum lanarum infectu suo loco dicemus.

INFĒCUNDĒ. Adverb. ab *infecundus;* non fecunde; *sterilmente. Gell. 19. 3.* Infecunde atque ieiune laudare; *h. e.* parce, frigide.

INFĒCUNDĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *infecundus;* sterilitas; *infecondità, sterilità. Colum. prooem. 1. 1.* Culpantes agrorum infecunditatem. *Tacit. 4. Ann. 6.* Infecunditas terrarum. *Plin. 11. 16. 5.* apum.

INFĒCUNDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fecundus.* — Comparat. *infecundior*, infra. — Est non fecundus, sterilis; *infecondo, sterile. Virg. 2. G. 48.* Infecunda quidem, sed laeta et fortia surgunt. *Sall. Iug. 17.* Ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus. *Colum. 2. 4.* Ut infecundior materia mixta pinguiori segetem minus uberem reddat.

INFĒLĪCĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *infelix;* adversa fortuna, calamitas; *infelicità. Cic. 2. Fin. 27.* Beate autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis: item omnem infelicitatem in dolore. *Ter. Adelph. 4. 2. 5.* Quid hoc, malum, infelicitatis? — *Vulg. Interpr. Rom. 3. 16.* Contritio et infelicitas in viis eorum. — Plurali num. *Apul. 2. Dogm. Plat.* Miseriae et infelicitates.

INFĒLĪCĬTER. Adverb. ab *infelix.* — Comparat. *infelicius*, infra. — Est misere, incommode, improspere; *infelicemente, disgraziatamente. Ter. Eun. 2. 3. 36.* Fit mihi obviam infeliciter. *Liv. 1. 45.* Ob rem toties infeliciter tentatam in armis. — **2)** Translate. *Quintil. 8. 6. 32.* Sed hoc feliciter, *evaluit;* at contra *vio* pro *eo*, infelicius. Adde *Senec. 8. Controv. 33.*

Digitized by Google

INFĒLĪCĪTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *infelix;* infelicem reddo *Caecil.* apud *Non. 2. 445.* Ut te Dii omnes infeliciteut cum male monita memoria. *Alii leg.* infelicent. Cf. voc. seq.

INFĒLĪCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *infelix;* infelicem et miserum facio; *fore infelices. Plaut. Cas. 2. 8. 50.* Dii me et te infelicent. Adde *Merc. 2. 3. 99.* et *Poen. 2. 1. 1.* etc. Sunt qui ubique legend. putent *infelicitent;* at *Taubmann.* et *Parsus* in *Lex. Crit.* et *Bothe* in *Poet. Scen. Lat. T. 2. p. 139.* contendunt, legendum esse *infeliceut*, ita enim in MSS. esse. *Gloss.* vero *Philox.* Infelixeu; ἀνιστοῦσιν. Quae profecto mendosa ita quisque corrigenda putet: Infelicent; διστῶσιν. Cf. voc. praeced.

INFĒLIX, līcis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *felix.* — **b)** Scribitur *infelix* in *Inscr.* apud *Momms. n. 927.* c Allia Herois, mater infelix. s — **c)** Comparat. *infelicior* §. *1.*, superlat. *infelicissimus* §. *1.* — **d)** Derivata, *infelicitas, infeliciter, infelicito, infelico.*

INFELIX proprie est infortunatus, calamitosus, miser, cui nihil succedit; *infelices, sfortunato, misero. Cic. 7. Verr. 62. extr.* Crux infelici et aerumnoso comparabatur. *Id. Rosc. Am. 41.* Postulabant pro homine miserrimo atque infelicissimo. *Virg. 12. Aen. 608.* totam infelix vulgatur fama per urbem. Et *9. ibid. 786.* infelix patria. *Liv. 8. 12.* Ne infelicior domi, quam militiae esset. — Cum genitivo. *Virg. 4. Aen. 529.* infelix animi Phoenissa. *Sil. 12. 432.* fidei Petilia. Et *9. 627.* susi. — **2)** Translate *Quintil. Declam. 18. 1.* Mulier infelicissimi pudoris. — **3)** Per metonymiam dicitur de iis, quae infelicem faciunt. *Cic. 2. Phil. 26.* Si quis reipublicae sit infelix, felix esse non potest. *Propert. 3. 3. 29.* O prima infelix fingenti terra Promotheo. *Virg. 6. Aen. 521.* infelix thalamus. *Id. 10. ibid. 850.* exsilium. *Id. 12. ibid. 941.* balteus. *Id. 2. ibid. 245.* monstrum. Et *5. ibid. 246.* vates; *h. e.* quae infelicia praedicit. — **4)** Pro inauspicato, tristi, adverso. *Propert. 3. 5. 29.* Infelix Aquilo, raptae timor Orithyiae, Quae spolia ex illo tanta fuere tibi? *Claudian. IV. Cons. Honor. 496.* infelices tabulae. — **5)** Aliquando est infecundus, sterilis; *sterile. Cic. Rabir. perduell. 15.* Arbori infelici suspendito. *Virg. 2. G. 259.* Tellus infelix frugibus. Et *344.* oleaster. *Id. 5. Ecl. 37.* lolium. — **6)** *Plin. 16. 46. 1.* et *24. 41. 1.* Infelices arbores existimantur damnataeque religione, quae neque seruntur unquam, neque fructum ferunt. V. FELIX §. 2. et ARBOR §. 4. et 5.

INFELLOX. V. voc. seq.

INFELOX et Infellox, ōcis, m. Affert hanc vocem *Priscian. de Accent. p. 1295. Putsch. Ox* syllaba finita breviantur, ut infelox, velivox, esox, atrox, celox, et in obliquis producuntur, ut infelocis, velivocis, esocis, atrocis, celocis. *Alii leg.* infellox *duplici l.* — Quid tamen significet, non assequor.

INFENDĬTOR, ōris, m. Verbale ab *infendo;* qui in alicuius rationes inquirit; *sindaco:* est autem illius contrarium *defensor. Gloss. Philox.* Infenditor; σύνδικος. V. vocem sequent.

INFENDO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* et obsoleto *fendo*, quod V. — Est inquiro in rationes alicuius; *sindacare:* opponitur autem verbo *defendo. Gloss. Philox.* Infendere; ἐκτείνω, ἐγκληματίσω. V. INFINDO §. 2.

INFENSĒ, Adverb. ab *infensus.* — Comparat. *infensius*, infra. — Est infenso animo, inimice; *da nemico. Cic. Orat. 51.* Quis Isocrati est adversatus infensius? *Al. leg.* impensius. *Liv. 34. 15.* Infensius hostes pro vallo pugnabant. *Tacit. 3. Ann. 5.* Tiberius etsi infense invectus, cetera ambigua reliquerat.

INFENSO, as, āre. Verbum transitiv. intransitivorum more etiam adhibitum, ab *infensus.* — Particip. *infensus* §. *3.* — Proprie est infesto, turbo, insector; *infestare, travagliare, molestare. Tacit. 13. Ann. 57.* Palam bello infensare Armeniam. Et *6. ibid. 34.* Adequitare castris, infensare pabula. — **2)** Intransitive

II. *Infenso* est infensus sum, hostem ago; *trattar da nemico. Id. 13. ibid. 41.* Ut quasi infensantibus Diis, exitio tradi crederetur.

INFENSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fendo.* — Comparat. *infensior*, infra. — Est iratus, qui ira in alium elatus est; *adirato, nemico. Cic. 4. Verr. 61.* Infenso atque inimico animo venire. *Virg. 3. Aen. 641.* prima infensum vi corripit ignem; *h. e.* ipsa infensa, hypallage. *Id. 10. ibid. 321.* procul infensam contenderat hastam. Et *11. ibid. 122.* Drances infensus Turno. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 201.* Phlegra nobis infensior aether. *Tacit. 11. Ann. 1.* Opes principibus infensae; *h. e.* inimicae, noxiae. *Id. 1. ibid. 81. in fin.* Infensius servitium; *h. e.* magis obnoxium, gravius. *Id. 14. ibid. 56.* Rarus per urbem, quasi valetudine infensa; *h. e.* adversa. Et *4. Hist. 23.* Infensior illius miles culpam cladis in Hordeonium vertebat.

Nota. *Infensus* differt ab *infestus*, quia *infensus* est vehementer iratus; *infestus* vehementer molestus, et qui alicui malum infert: et plus est quam inimicus.

INFER, era, rum. V. INFERUS §. b.

INFĔRĀ. V. INFRA.

INFĔRAX, ācis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *ferax;* non ferax. *Hieronym. Homil. 2. translata ex Orig. ante med.* Silvae inferaces existimantur. — **2)** Translate. *Boëth. 2. Arithm.* Ne autem hoc liberc . . .-inferaci fiat, . . . investigandum est, etc.

INFERCĪO. V. INFARCIO.

INFĔRĪ, ōrum. V. INFERUS §. 5. et seqq.

INFĔRĬAE, ārum, f. Nomen ab *infori*, quod caret singulari numero, monente etiam *Gell. 19. 8. Cf.* INFERILIA. — Sunt autem *inferiae* sacrificia, quae Diis Manibus inferebant, ut *Festus* apud *Paul. Diac. p. 112. Müll.* definit; *exequie, funerali, sacrifizii de' morti.* Eae fiebant tum victimis mactandis, tum liquoribus libandis, aqua, vino, lacte, sanguine: neque Diis solum, sed propinquis etiam, amicis, et viris illustribus: nec tantummodo eorum mortis tempore, sed alia deiceps temporibus. V. INFERNO §. 7. *Cic. 3. Nat. D. 16.* Tertius Hercules est ex Idaeis Dactylis; cui inferias afferunt. *Virg. 3. Aen. 303.* Absenti ferat inferias, decoretque sepulcro. In *Cenotaph. Pis. L. Caesaris:* Inferias alicui mittere. *Ovid. 5. Fast. 422.* Inferias tacitis Manibus illa dabunt. *Tacit. 2. Hist. 95.* Quod exstructis in campo Martio aris, inferias Neroni fecisset. *Suet. Cal. 15.* Inferias his annua religione instituit. *Catull. 101. 8.* Tradita sunt tristes munera ad inferias. *Ovid. 8. Met. 490.* magnoque paratas Accipite inferias uteri mala pignora nostri. *Id. 13. ibid. 618.* alasque, adversaque pectora lassant. Inferiaeque cadunt cineri cognata sepulcro. Et *Ib. 455.* Vulnera tolque feras, quot dicitur ille tulisse, Cuius ab inferiis culter abesse solet. *Inscr.* apud *Marini, Arv. p. 125.* Moestus uterque parens, postquam miserabile funus Fecit, inferiis munera summa dedit. — **2)** Aliquando cum altero accusativo iungitur. *Virg. 4. G. 545.* Inferias Orphei Lethaea papavera mittes. *Id. 10. Aen. 519.* inferias quos immolet umbris. Et *11. ibid. 81.* quos mitteret umbris Inferias. *Sil. 4. 252.* Mactare aliquem inferias alteri. *Horat. 2. Od. 1. 27.* victorum nepotes Rettulit inferias Iugurthae.

INFĔRĬĀLIS, le. Adiect. ab *inferiae;* ad inferias pertinens, feralis. *Apul. 8. Met. 7.* Officiis inferialibus statim exactis.

INFĔRĬLĬA, ōrum, n. Idem origine et significatione ac inferiae, seu infernalia. *Gloss. Philox.* Inferilia; κατοχῶδικα.

INFĔRĬOR. V. INFERUS §. 8. et seqq.

INFĔRĬUS. Adverb. V. INFRA.

INFĔRĬUS, a, um. Adiect. ab *infero;* qui infertur. Hinc *inferium vinum*, idem ac calpar; idest vinum novum, quod ex dolio demebant sacrificii causa, in honorem Iovis, antequam vina gustarent. Nisi enim id facerent, vinum omne in apothecis sacrum fiebat, usibusque humanis eripiebatur: vini parte libata, hac religione solvebantur. Dictum est inferium, quia solum inferretur, his verbis: *Macte hoc vino inferio esto.* Festum quo id fiebat, *Vinalia* appellabatur. Haec ex *Trebatio Arnobius 7. p. 236.* V. CALPAR. Meminit et *Festus* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.* his verbis; *Inferium vinum, id quod in sacrificando infra paterae labrum ponebatur.* Quibus hoc fortasse significat, eo vino, cum Iovi libabatur, moris fuisse pateram infra labra tantummodo impleri. — Ceterum etiam extra Vinalia inferium vinum Iovi libare solitos fuisse Veteres, constat ex *Caton. RR. 132.* et *134.*, unde colligas *inferium* universim dictum, quod Iovi inferretur. Etiam Minervae hoc vinum libari potuit, ut est apud *Arnob. 4. p. 138.* — **2)** De inferiis rebus, V. INFERIAE §. 1.

INFERMENTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fermentatus;* non fermentatus, ut infermentati panes; *azzimo. Paulin. Nolan. carm. 25. 47.* — In *Gloss. Philox.* Infermentum; ἄρρατον, τὸ μὴ ἐζυμωμένον. Infermentatum *fortasse legendum.*

INFERMENTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *fermento;* valde fermento. — Translate. *Rufin.* vertens *Orig. Homil.* in *Num. 23. n. 7.* Si nequitiae spiritu infermentetur anima et intumescat ad flagitia.

INFERMENTUM, i, n. id quod fermentatum non est. V. INFERMENTATUS.

INFERNĀLIS, le. Adiect. ab *Infernus;* ad inferos pertinens, infernus; *infernale. Aloim. Avit. 2. 290.* infernali iamdudum nocte sepultis. — *Prudent. 1. advers. Symmach. 389.* Haec sunt deliciae Iovis infernalis.

INFERNAS, ātis, omn. gen. Adiect. ab *infernus;* qui est ex regione infera. *Inscr.* apud *Grut. 1086. 6.* Imp. Pl. Val. Constantino codicarii navicularii infernates devoti N. M. Q. eius; *h. e.* qui infero mari navigant. — **2)** *Infernas arbor* dicitur, quae ex Apennino, qua parte mare inferum Etruriamque spectat, caeditur: sicut *supernas*, quae averso parte, et ad superum. *Plin. 16. 76. 2.* Ideo Romae infernas abies supernati praefertur. *Vitruv. 2. 10.* Ideo infernates, quae ex apricis locis apportantur, meliores sunt, quam quae ab opacis de supernatibus advehuntur. V. INFERUS §. 2.

INFERNĒ. Adverb. ab *infernus;* ab inferiori parte; *a basso, di sotto.* Ultima corripitur a *Lucret. 6. 596.* Tecta superne timent, metuunt inferne cavernas. Et *765.* hinc animas Acherontis in oras Ducere forte Deos manes inferne reamur. Adde *186.* — Ita corripitur ultima etiam in *interne* et in *superne*. V. has quoque voces.

Digitized by Google

INFERNUS, a, um. Adiect. ab *infer;* ut *supernus* a *super;* inserta nempe littera *n*, et addita terminatione. — Proprie est in inferiore parte positus, et infra nos, sicut *supernus*, qui supra; *posto di sotto, inferiore, basso*. *Cic.* vertens *Arati* versus 2. *Nat. D.* 44. Huc sese infernis e partibus erigit Hydra. *Liv.* 25. 38. *ad fin.* Superi, infernique Dii. *Id.* 8. 24. Amnis fluens in stagna inferna. *Senec.* 2. *Quaest. nat.* 49. Inferna fulmina sunt, cum e terra exsiliunt ignes. *Plin.* 2. 48. 4. Auster infernus ex imo maris spirat. *Lucan.* 2. 400. mare infernum; *h. e.* Tyrrhenum. — *Inferna porta*. V. PORTA. — **2)** Specialim de iis dicitur, quae ad inferos pertinent; *infernale*. *Virg.* 6. *Aen.* 106. infernl lacuna regis; *h. e.* Plutonis. Et 138. luno inferna; *h. e.* Proserpina. *Id.* 6. *ibid.* 244. Infernae sedes. *Id.* 5. *ibid.* 586. Inferni lacus. Et 7. *ibid.* 325. Infernae tenebrae. *Tacit.* 2. *Ann.* 28. Infernas umbras carminibus elicere. *Ovid.* 2. *Fast.* 610. Inferna palus; *h. e.* Styx. *Propert.* 3. 5. 36. Inferna ratis; *h. e.* cymba Charontis. *Id.* 4. 9. 29. Inferna rota; *h. e.* Ixionis. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 27. Infernae sorores; *h. e.* Furiae, et ceterae pestes inferorum. *Tacit. Germ.* 43. Nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum; *vista, aspetto infernale*. *Sil.* 2. 426. supplex infernis Annibal aris; *h. e.* quae sacrae sunt Diis infernis. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INFERNUS, i, m. dicitur de ipso loco inferorum; *l' Inferno*. Graece Ἅιδης: et frequenter usurpatur a Christianis Theologis. Dubium est tamen, utrum ab Antiquioribus dictum sit unquam: tametsi contra Latinam consuetudinem non est, cum *locus* facile subintelligatur. Afferunt locum *Varronis* apud *Non.* 4. 226. *Infernus tenebrosus καταχθόνιος tenet*. Verum is locus dubiae est lectionis, varieque ac multum exagitatur a Criticis. Hucusque *Forcellinus*. — Usum tamen vocis hoc sensu probant Scriptores Ecclesiastici, imprimis *Vulg. Interpr. Sap.* 5. 14. Talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt. *Id. Luc.* 16. 22. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. — *Id.* 2. *Petr.* 2. 4. Sed rudentibus inferni detractos *(angelos malos)* in Tartarum tradidit *(Deus)* cruciandos. V. TARTARUS. — *Id. Psalm.* 85. 13. Eruisti animam meam de inferno inferiori. Cf. INFERUS in *Nota*. — **4)** Saepe tamen nomine *inferni* intelligitur sepulchrum, ubi corpus, aut limbus, ubi spiritus hominis mortui servabatur, sive potius conditio aut status illarum animarum in altera vita, quicumque is sit. *Vulg. Interpr. Gen.* 37. 35. *de Iacobo*. Descendam ad filium meum lugens in infernum. *Id. Iob.* 14. 13. Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me? *Id. Ps.* 17. 6. Dolores inferni. *Id. Apoc.* 20. 13. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant; et mors et infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant. Cf. INFERUS §. 6. et seq. — **5)** Ponitur etiam pro ira in aenigmate Salomonis de rebus quatuor insatiabilibus apud *Rund. Prov.* 30. 12. V. SANGUISUGA. — **6)** Item absolute, in plurali numero,

INFERNI, ōrum, m. Sunt ipsi Inferi. *Propert.* 2. 1. 57. Theseus infernis, superis testatur Achilles. Et *ibid.* 21. 49. sunt apud infernos tot millia formosarum. — *Vulg. Interpr. Philipp.* 2. 10. Omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum. Cf. INFERUS §. 5. — **7)** Item

INFERNA, ōrum, n. Sunt res infernae, loca inferna. *Tacit.* 5. *Hist.* 5. Eadem de infernis persuasio: caelestium contra. *Senec. Here. Fur.* 435. Inferna tetigit, posset ut supera assequi. — **8)** Item loca inferiora corporis, per quae stercus et urina secernuntur. *Plin.* 26. 42. 1. Helioscopion trahit bilem per inferna. *Id.* 25. 87. 1. Hyssopum cum fico sumptum purgat per inferna. Et 26. 83. 5. Si sanguis per os redditus est, fluxitve ab infernis. *Tertull. Resurr. carn.* 61. Forata sunt inferna in viro, et in femina, nimirum qua libidines fluitent; cur non magis qua defluxura colentur?

Nota. Discrimen inter *infernum* et *inferum*, V. sub v. INFERUS in *Nota*.

INFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre. Verbum transitiv. ab *in* intentivo et *fero*, cuius variationes sequitur. V. FERO §. 2. et seqq. — **b)** Praeteritum *intulsi* pro *intuli* vulgo usurpatum esse, testatur *Inscr.*, quae spectat ad medium circiter saeculum IV. post Chr., apud *De-Rossi, Bullett. Crist.* a. 1864. p. 30. « Si quis post obitum nostrum aliquem *(sic)* corpus intulserint *(sic)*, non effugiunt *(sic pro* effugient) ira *(lege* iram) Dei et Domini nostri. » — Hinc Itali recentiores a simplici *tollo* vel *tulo* (a quibus Latini praeteritum *tuli)* fecerunt praeteritum *tolse*. — *Inferent* pro *inferrent* scribitur in *Inscr.* apud *Grut.* 608. 4. Et *intolerunt* pro *intulerunt* in *alia* apud *Eund.* 959. 6. — **c)** Particip. *inferens* §. 1. et 20., *inferendus* §. 6. et 15., *illatus*, V. suo loco, *illaturus* §. 16. — **d)** Derivata, *illatio, illativus, illator, illatrix, infertus*. Cf. INFERTUS et INFERTUS. — **e)** Composita, *coinfero, subinfero*.

INFERO proprie est intro fero, importo, inveho; *portar dentro, introdurre*. *Colum.* 12. 1. Quae domum inferuntur, diligenter inspicere. *Cic. Dom.* 39. Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit. *Id.* 5. *Catil.* 9. Tectis et templis ignes inferre conati sunt; *appiccar fuoco*. *Horat.* 1. *Od.* 5. 28. Iapeti genus ignem fraude mala gentibus intulit; *introdusse fra gli uomini*. *Caes.* 6. *B. G.* 18. Inferre aliquid in ignem; *gettare*. *Tacit.* 11. *Ann.* 15. Inferre fontes urbi. Et 13. *ibid.* 54. semina arvis. *Plaut. Poen.* 1. 2. 106. ignem in aram; *metter sull' altare*. *Liv.* 32. 24. scalas ad moenia. *Cic.* 1. *Offic.* 40. Turpe est in re severa delicatum aliquem inferre sermonem; *introdurre*. *Liv.* 4. 1. mentionem; *far menzione, introdur discorso*. — *Apul.* 9. *Met.* 4. Caput inferens *(vasi)* . . . illas aquas hauriebam. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **2)** Translate saepe est pro afferre; *apportare, recare*. *Caes.* 7. *B. G.* 8. Inferre hostibus terrorem maximum. Et 54. alicui iniuriam. *Id.* 1. *ibid.* 12. calamitatem. *Cic.* 14. *Phil.* 5. *sub fin.* turpitudinem. *Id. Sext.* 1. periculum civibus. *Id. Coel.* 18. probrum castis, labem integris, infamiam bonis. *Id.* 1. *Invent.* 9. moram et impedimentum alicui rei. *Id. Har. resp.* 18. iniuriam stupri in aliquem. *Id. Sext.* 27. iniurias in socios. *Id. Mil.* 7. mortem alicui per scelus. *Id. Har. resp.* 2. excisionem, inflammationem, aversionem, depopulationem, vastitatem tectis atque agris. *Suet. Caes.* 20. necem. *Hirt.* 8. *B. G.* 18. magna detrimenta. *Caes.* 2. *B. G.* 23. spem alicui; *dare speranza*. *Cic. Mil.* 19. vim; *usare o far violenza*. Adde *Suet. Ner.* 28. et *Claud.* 16. *Vellei* 2. 45. vim vitae suae; *ammazzarsi da sè*. Sic *Hirt. B. Afr.* 93. sibi manus. Et *Cic.* 1. *Catil.* 8. *ad fin.* vim et manus cuipiam; *metter le mani addosso*. *Ovid. Ib.* 615. in aliquem. *Caes.* 1. *B. G.* 39. Inferre causam; *addurre scusa o motivo*. Et *Auct. B. Hisp.* 1. Aliqua ei inferebatur causa, ut etc.; *se gli dava qualche occasione*. *Suet. Caes.* 7. Inferre stuprum. — *Suet. Gramm.* 2. Studium *(scil.* Grammaticae) in Urbem intulit Crates. — **3)** Item ponitur pro infligere. *Caes* 2. *B. C.* 6. Inferre vulnera hostibus. *Hirt.* 8. *B. G.* 21. poenam. — **4)** Item pro interponere. *Caes.* 3. *B. C.* 75. Neque vero Pompeius, cognito consilio eius, moram ullam ad insequendum intulit. — **5)** Et pro imponere. *Caes.* 6. *B. G.* 29. *extr.* Illum in equum quidam ex suis intulit: fugientem silvae texerunt. — **6)** Et pro obiicere. *Cic. Amic.* 18. Delectari criminibus inferendis; *in dar delle accuse*. — **7)** Et pro offerre, Diis libare. *Plaut. Curc.* 1. 1. 72. Me inferre Veneri iam vovi ieiunium; *offerire, portare*. *Virg.* 5. *Aen.* 66. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte, Sanguinis et pateras. Cf. INFERIAE §. 1. — **8)** Item pro inducere, impellere. *Ter. Phorm.* 4. 4. 9. Qui te ad scopulum e tranquillo inferat; *ti spinga, ti faccia urtare*. *Plaut. Truc.* 2. 7. 19. Meum herum miserum sua blanditia intulit in pauperiem. — **9)** Et pro intentare. *Cic. Cluent.* 41. *ad fin.* et *Rabir. Post.* 4. Inferre litem capitis in aliquem. *Id.* 7. *Verr.* 41. Inferre alicui crimen proditionis. — **10)** Et pro concludere, colligere, conficere; *inferire*. *Id.* 1. *Invent.* 47. Cum concesseris propositionem, et assumptionem, complexio est infirmanda: aliud enim, quam cogebatur, illatum est. Adde *Apul.* 3. *Dogm. Plat. p.* 269. *Hildebr.* — **11)** Inferre oculos in curiam; *volgere, fissare*, apud *Cic. Font.* 15., *ubi al. leg.* inserere. — **12)** *Inferre iudicium*, iudicare. *Maxim. Dig.* 3. 2. 4. Parentes maligne circa sanguinem suum, inferentes iudicium, novercalibus delinimentis corrupti. — **13)** Specialim

II. *Infero* est tricliniare verbum, et significat *portar in tavola*. Habet passim *Apicius*, praesertim l. 4. Sic *Plin.* 9. 58. 4. Inferri secundam mensam iussit. *Id.* 33. 32. 1. Lancem, quam multi conservi eius inferrent. — **14)** Item funebre; *seppellire*. *Cic.* 2. *Leg.* 26. Ne quis sepulcra deleat, neve alienum inferat. *Nep. Pausan. sub fin.* Mortui corpus cum eodem dicerent inferri oportere, quo etc. *Iustin.* 11. *in fin.* Reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit. — **15)** Item tributi conferendi; *pagare, sborsare*. *Colum.* 1. 1. *a med.* Tributum alicui inferre. *Plin. Paneg.* 39. Ne remotus quidem vigesimam inferre cogetur. *Id.* 2. *ep.* 11. *a med.* Septingenta millia aerario inferenda. — **16)** Item rationum. *Cic. Flacc.* 19. Cum pro frumento pecuniam accepisset, celavit suos cives, utroque iis sumptum intulit; *mise a loro carico, spesa o conto*. Et 9. Inferre rationes falsas; *presentar conti falsi*. *Colum.* 1. 7. *extr.* Nec frumentum conditum cum fide rationibus inferunt; *mettono in partita*. *Iulian. Dig.* 34. 3. 12. Inferre aliquid in rationes. — **17)** Item saepe pertinet ad rem militarem. Sic *inferre bellum* est *portare o far la guerra*. *Cic.* 9. *Att.* 1. Bellum Italiae terra marique inferamus. *Id.* 2. *Phil.* 22. Inferre bellum contra patriam. *Liv.* 1. 30. Inferre arma. *Id.* 22. 2. Ut appareret, Amilcare duce Poenos arma Italiae illaturos esse. — **18)** Hinc *inferre signa* est acie instructa milites in hostem movere, signa eodem promovendo. *Caes.* 2. *B. G.* 26. Ut paulatim sese legiones coniungerent, et conversa signa in hostes inferrent. *Liv.* 5. 18. *a med.* Trepidare tum hostes, nec ulli satis rei fidere: trepidantibus inferunt signa Romani. *Id.* 4. 18. Dictator dextro cornu adversus Faliscos, sinistro contra Veientem Quintius intulit signa. *Hirt. B. Afr.* 69. Legionarios iubet celeriter signa hostibus inferre. — **19)** *Inferre pedem* vel *gradum* est progredi, procedere, instare; *avanzarsi, incalzare*. *Curt.* 7. 9. Turbatis acriter pedem inferre coeperunt. *Liv.* 10. 33. Inferunt pedem, urgentique, et impulsos semel terrore eodem agunt. — *Id.* 35. 1. Gradum acrius intulere Romani, cessitque Lusitanus. — **20)** Extra

Digitized by Google

rem militarem, inferre pedem est ingredi; *entrare, mettar piede in qualche luogo. Cic. Cascin. 14.* Pedem cum intulero, atque in possessionem vestigium fecero. *Plaut. Men. 5. 2. 67.* Inferre pedem in aedes. — *Virg. 4. G. 358.* iubet discedere late Flumina, qua iuvenis gressus inferret. — **21)** Denique

III. *Infero* cum accusativo personae *me, te, se*, est intro ire, se conferre; *entrare, mettersi, cacciarsi. Liv. 1. 21.* Lucus erat, quo se Numa sine arbitris inferebat. *Virg. 1. Aen. 445.* Infert se septus nebula per medios, miscetque viris. *Id. 11. ibid. 56.* Aeneas foribus sese intulit altis. *Vellei. 2. 74. extr.* Transfixum se gladio flammae intulit. *Cic. Cascin. 5.* Atque etiam se ipse inferebat, et intrudebat; *h. e.* non vocatus aderat. *Al. aliter leg. Apul. 1. Met. 22.* Modico deinde regressa, patefactis foribus; Rogat te, inquit. Intuli me eumque accubantem . . . invenio. — *Suet. Caes. 81.* Avem Pompeianae curiae se inferentem volucres discerpserunt. — **22)** Translate. *Cic. Balb. 40.* Inferre se in periculum capitis, atque in vitae discrimen. — **23)** Item se offerre. *Gell. 19. 1. a med.* Visa vi quadam sua inferunt sese hominibus noscitanda. — **24)** Aliquando est cum fastu incedere. *Plaut. Mil. 4. 2. 54.* Viden' ignavum, ut se inferat! *come si pavoneggia!* Et *Pseud. 4. 1. 7.* Ut magnifice infert sese! — **25)** Interdum vi progredi, irruere, acriter pedem inferre. *Liv. 2. 14.* Adeo concitato impetu se intulerant Etrusci, ut funderent ipso incursu Aricinos. *Id. 4. 33.* Effreno equo in medios ignes infertur. *Virg. 10. Aen. 66.* Inferre se hostem alicui.

Nota. Constructio verbi est cum accusativo rei vel personae et dativo item rei vel personae, pro quo aliquando adhibetur etiam alter accusat. cum praepos. *in, contra*, addito interdum etiam ablativo modi vel instrumenti.

INFERSUS. V. INFARSUS.

INFERTĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *fertilis;* non fertilis, infecundus. *Gloss. Philox.* Infertilis; ἄγονος. *Iulian. Antecess. Constit. 111. 2.* Fertiles et infertiles possessiones. Cf. voc. seq.

INFERTĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *infertilis;* sterilitas. *Gloss. Philox.* Infertilitas; ἀγονία.

INFERTOR, ōris, m. Verbale ab *infero;* qui dapes in convivium infert, structor. *Gloss. Philox.* Infertor; παρασίτης. Adde *Gloss. Cyrill.* et *Schol.* ad *Iuvenal. 9. 109.* et *11. 145.* Cf. voc. seq. — *Cledon.* tamen *Art. p. 1916. Putsch.* negat dici *infertor*, sed *illator*.

INFERTUS, a, um. Particip. verbi *infercio* sive *infarcio*, quod tamen quidam ab *infero* derivant. Idem dicendum est etiam de voc. praeced. (V. INFARSUS et FERTUS §. 1. et 2.). — Legitur apud *Isid. 20. Orig. 3. 7.* Infertum vinum dicitur, quod altario libatur atque offertur. *Alii aliter leg.* V. *Arcval.* ad *h. l.* et Cf. INFERIUS §. 1.

INFERVĔFĂCĬO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *infervco* et *facio;* infervere facio, aut simpliciter fervefacio, vel intus fervefacio. *Cato, RR. 156.* Infervefacio paulisper. *Colum. 12. 17.* Liquatumque acetum infervefaciant. — **2)** Passive

INFERVEFIO, fis, factus sum, fieri. Est fervens fio, infervesco. *Scribon. Compos. 271.* Tertio die cum infervefiunt. Cf. voc. seq.

INFERVĔFACTUS, a, um. Particip. verbi *infervefio;* fervens factus. *Colum. 9. 13.* Omnia eadem aequis ponderibus in unum levigata, et fictili vase cum Aminneo vino infervefacta.

INFERVĔFĬO. V. INFERVEFACIO §. 2.

INFERVĔO, ves, bui, vēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *ferveo*, idem quod ferveo aut valde ferveo. *Cato, RR. 108.* Facito, bis aut ter inferveat. *Horat. 2. Sat. 4. 67.* Hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis. *Cels. 2. 30.* Mulsum, quod inferbuit. *Id. 3. 25. n. 4.* Cum eo humore passum misceatur infervesatque. Cf. vocc. praecedd. et seq.

INFERVESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *infervco*, idem ac fervesco. *Cato, RR. 90.* Et fabae tertia pars ut infervescat. *Sil. 341. 1.* Obtendensque manum, solem infervescere fronti Arcet. *Plin. 19. 60. 1.* Ne infervescat aqua sole.

INFĔRUS, i, m. V. voc. seq. §. 7.

INFERUS, a, um. Adiect. etymi incerti. « *G. Vossius,* inquit *Hand, Turtell. T. 3. p. 574.*, mira opinione *inferum* derivavit ab *inferre*. Alii Graecum ἔνερ comparaverunt, sive digamma interposito ἔνΓερ, nec negari poterit similitudo. Latini id, cui contrarium est *supra*, designabant voce *inf*, idque natum est ex *in*. » — Aliud etymon habet *Isid. 14. Orig. 9. 10.* « *Inferus* appellatur eo, quod *infra* sit. » Et *11.* « Philosophi autem dicunt, quod *inferi* pro eo dicantur, quod animae hinc ibi *ferantur!* » V. INFRA §. 2. — **b)** Rectus casus *infer* per *inferus* legitur apud *Cato, RR. 149.* Ubi semper inferque vicinus permittet, tum decedito; *h. e.* qui pratum super te, quique infra te habet. Cf. *Prisoian. 14. p. 992. Putsch.* V. INFRA §. 2. — **c)** *Iferi* pro *inferi* scriptum reperitur in *Inscr.* apud *Gori, 345. 20.* « Ad Iferos non recipiatur. » — **d)** *Infernm* pro *inferorum*. *Senec. 2. Ira, 35.* Teterrimae infernm exeunt Furiae. Adde *Varron.* apud *Macrob. 1. Saturn. 16.* — **e)** Comparat. *inferior* §. 3. et seqq., superlat. *infimus* §. 16. et seqq. — Ex hoc altero tanquam positivo est comparat. *infimior* §. 22. — **f)** Derivata, *inferiae, inferialis, inferilia, infernalis, infernas, inferne, infernus, infimas, infimatus, infimitas, infimo*.

INFERUS proprie est qui infra est, inferior, ut *superus*, qui est supra; *inferiore, basso, di sotto. Liv. Andron.* in *Odyss.* apud *Priscian. 3. p. 606. Putsch.* Inferus, an superus Deus, etc. *Cic. 1. Tusc. 26.* Ut omnia supera, infera, prima, ultima, media videremus. *Plaut. Mere. 5. 1. 1.* Limen superum inferumque salve. *Liv. 31. 31.* In Deos superos inferosque. *Plin. 2. 55. 2.* Cum sit illa ratio non inferi ictus, sed adversi. Et *ibid. 80. 1.* Illis in supera succum evocari, his in inferas partes depelli. *Plaut. Cist. 2. 1. 36.* At ita me di deaeque superi atque inferi, medioxumi. Adde *Ter. Phorm. 4. 4. 6.* et *Cic. Amic. 5.* — **2)** Speciatim *inferum mare*, est mare illud, quod Etruriam alluit, et Tuscum ac Tyrrhenum dicitur; *mar di sotto, mar di Toscana:* sicut *mare superum* est Adriaticum et Ionium. Dictum est tum quia vergit ad meridiem, et occidentem Italiae; superum vero ad septemtriones, quae pars caeli altior esse videtur: tum quia ex Urbe versus Adriaticum euntes fere semper ascendunt; contra ex Urbe ad mare Tuscum, descendunt: tum quia mare Adriaticum et Ionium revera altius est, cum per fretum Siculum assidue in Tuscum defluat. *Plin. 3. 6. 6.* et *25. 5.* Inter duo maria, inferum et superum. Adde *Cic. 3. Orat. 19.* et *Lucan. 2. 400.* — **3)** *Plin. 2. 55. 1. Infera fulmina* vocat, quae e terra erumpunt. V. integr. loc. — De inferis avibus, V. PRAEPES. — **4)** *Nonius 1. 221.* docet, *inferum* dici posse quidquid desuper mittatur. *Varr. ibid.* Nubes aquam vomentes inferam mortalibus. — **5)** Absolute, substantivorum more,

INFERI, ōrum, m. Sunt loci inferi terrae, itemque Dii, qui iis praesunt, vel etiam homines mortui, qui in centro terrae habitare creditti sunt; *l' inferno, gl' inferi, i morti, gli Dei infernali. Cic. 1. Tusc. 5.* Num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transvectio Acherontis, etc. *Liv. 26. 32.* Si ab inferis exsistat rex Hiero. *Cic. 2. Catil. 9.* Si salvi esse velint, Sulla sit iis ab inferis excitandus. *Id. Vatin. 6.* Inferorum animas elicere. *Id. 14. Phil. 12.* Illi igitur impii, etiam ad inferos poenas parricidii luent: vos vero piorum estis sedem et locum consecuti; *h. e.* apud inferos. — *Lactant.* ad *Stat. 1. Theb. 801.* Inferis sinistra manu immolamus pocula. Adde *ibid. 810.* et Cf. supra §. 1. — **6)** Item apud Scriptores Ecclesiasticos pro sepulchro, vel iis ipsis, qui in sepulchro conditi sunt: item pro morte et pro inferno. V. INFERNUS §. 3. et 4. *Vulg. Interpr. Gen. 41. 38. De Iacobo.* Deducetis canos meos cum dolore ad inferos; *h. e.* ad sepulchrum. Adde *ibid. 44. 29.* et *Tob. 6. 15.* — *Id. 1. Reg. 2. 6.* Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit. — *Id. Eccle. 9. 10.* Nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. *Id. Sap. 1. 14.* Inferorum regnum; *h. e.* mortis, vel mortuorum. *Id. Eccli. 21. 11.* Via peccantium complanata lapidibus et in fine illorum inferi et tenebrae et poena. — **7)** In sing. numero

INFERUS, i, m. lisdem sensibus. *Id. Psalm. 48. 16.* Deus redimet animam meam de manu inferi. V. MANUS. *Id. Eccli. 51. 7.* De altitudine ventris inferi. *Id. Ion. 2. 3.* De ventre inferi clamavi. *Id. Isai. 38. 10.* Vadam ad portas inferi. V. PORTA. — *Id. Matth. 16. 18.* Portae inferi non praevalebunt adversus eam *(Ecclesiam).* — **8)** In comparativo gradu

II. *Inferior, ius*, refertur ad locum; *inferiore, più basso. Caes. 7. B. G. 35.* Iisdem subliciis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere coepit. Et *2. ibid. 25.* Ex inferiore loco subeuntes. Et *7. ibid. 46.* Inferiore omni spatio vacuo relicto. *Stat. 4. Theb. 532.* inferior vultu Dea visa; *h. e.* demissa, humilis, atque adeo minime laeta. *Ovid. 4. Pont. 14. 12.* Si quid et inferius, quam Styga, mundus habet. *Id. 15. Met. 240.* suoque Pondere in inferius tellus atque unda ferantur; *al basso. Plin. 16. 36. 1.* Foliorum pars inferior a terra herbido viret colore. *Tacit. 1. Hist. 61.* Inferior exercitus; *h. e.* Germaniae inferioris. — **9)** Item ad ordinem pro *posterior. Ovid. 1. Amor. 1. 1.* Arma gravi numero, violentaque bella parabam Edere, materia conveniente modis. Par erat inferior versus. *Varr. 6. LL. 3.* Inferiores quinque dies. — **10)** Item ad tempus. *Cic. 3. Q. Fr. 5.* Maximos motus nostrae civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores, quam illorum aetas, qui loquebantur. *Id. Brut. 64.* Inferioris aetatis erat proximus L. Sisenna. Et *49.* Aetate inferiores paulo, quam Iulius, sed aequales propemodum fuerunt Cotta, Sulpicius, etc. — **11)** Item ad numerum. *Caes. 1. B. C. 57.* Erat multo inferior numero navium Brutus. — **12)** Item ad genus et dignitatem. *Id. 1. ibid. 46.* Qui propter eximiam virtutem, ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerant. *Ovid. 1. Art. am. 770.* Vilis in amplexus inferioris eat. *Cic. Quint. 31.* Indignum est a pari vinci aut superiore: indignius ab inferiore atque humiliore. — **13)** Item ad vires et virtutem, fortunam, etc. *Nep. Datam. 8.* Inferior copiis. *Cic. 1. Q. Fr. 3. a med.* Dignitate, auctoritate, existimatione, gratia non inferior, quam qui unquam fuerunt amplissimi. *Id. Brut. 48.* In iure civili non

Digitized by Google

inferior, quam magister, fuit. *Sallust. fragm.* apud *Arusian. Mess.* Nulla arte cuiquam inferior. *Propert.* 2. 7. 27. Inferior multo cum sim vel matre, vel armis. *Iustin.* 44. 4. Inter cervorum greges, haud inferior velocitate, peragravit. *Cic.* 15. *Fam.* 5. Gravissimum est, cum superior factus sit ordine, inferiorem esse fortuna. *Auct. ad Herenn.* 40. 4. In superiores contumax, in inferiores crudelis. *Caes.* 5. *B. G.* 24. Romanos sub sarcinis inferiores animo adoriri cogitabant. — **14)** Dicitur et de iis, qui vincuntur tum in acie, tum in iudicio. *Propert.* 1. 4. 9. si levibus fuerit collata figuris, inferior duro iudice turpis est. *Cic. Brut.* 8. Docere se profitebantur, quomodo causa inferior dicendo fieri superior posset. *Curt.* 5. 1. Alexandrum, quibus antea vicisset, inferiorem fore. — **15)** *Dii inferiores*, iidem qui inferi, apud *Varr. fragm.* p. 570. *Bip.* — **16)** In superlativo gradu

II. *Infimus* et ἀρχαϊκῶς infumus, a, um. Refertur ad locum vel partem; *infimo, più basso*. *Cic.* 1. *Nat. D.* 6. Omnia supera esse meliora: terram autem esse infimam, quam crassissimus circumfundat aër. *Id.* 1. *Divin.* 55. Ut ab infima ara subito anguis emergeret; *h. e.* ab infima parte aræ (Sic *Plaut. Cure.* 4. 1. 41. In foro infumo. Et *Caes.* 2. *B. G.* 18. Infimus collis). *Cic.* 3. *Q. Fr.* 1. 6. Cum scripsissem haec infima, quae sunt mea manu; *quasi ultime righe*. *Tacit.* 13. *Ann.* 5. Quod Italiam, velut infimam nationum, afflictavisset. *Cato, RR.* 110. Testam demittito in dolium infimum leniter; *sino al fondo della botte*. — *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T.* 1. n. 199. *lin.* 10. Usque ad rivum Vinelascam infumum. Adde *ibid. lin.* 14. et 20. — **17)** *Infimus Deus* est idem ac diespiter apud *Varr.* 5. *LL.* 10. V. loc. — **18)** Saepe refertur ad conditionem, genus, fortunam. *Cic.* 2. *Q. Fr.* 6. *a med.* Infima faex populi. *Id.* 1. *Offic.* 13. Est autem infima conditio et fortuna servorum. *Id. Flacc.* 11. Infimo loco natus. *Plin.* 18. 7. 5. L. Tarius Rufus infima natalium humilitate. *Liv.* 8. 2. *a med.* Precibus infimis petiere, ut etc.; *umilissime*. — **19)** Absolute, substantivorum more,

INFIMI, ōrum, m. Qui extremo loco sunt, conditione vel genere. *Cic.* 2. *Offic.* 12. Summos cum infimis pari iure retinebat. — **20)** Item

INFIMUM, i, n. Est pars extrema cuiusvismque rei. *Caes.* 2. *B. G.* 18. Collis passus circiter CC. infima aperitur; *nell' estremità o nella sua parte inferiore*. — **21)** Hinc *ab infimo* est ab infima parte; *nel fondo, al basso*. *Plaut. Most.* 3. 2. 114. *(postes)* ambo ab infumo tarmes secat; *h. e.* ab infima parte. *Caes.* 7. *B. G.* 19. Collis erat leniter ab infimo acclivis. Et 73. Stipites demissi et ab infimo revincti. — **22)** Item *ad infimum*, eodem sensu. *Id. ibid.* Scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim angustiore ad infimum fastigio. — **23)** Denique ex *infimo* est

INFIMIOR, ius. Adiect. comparat. eodem sensu ac inferior. Usurpat *Interpr. Irenaei*, 2. *Haeres.* 12. 7. Utrum quasi sint isti infimiores illorum, et ideo indignos esse Aeonum appellatione et numero. *Graecorum more est cum genitivo*.

Nota. Discrimen inter *infernum* et *inferum* tradit *Isid.* 1. *Differ.* n. 288. « Pars superior inferni *inferus* est, ubi quieverunt ante adventum Christi animae iustorum. Pars vero inferior *infernus*, in quo tunduntur animae impiorum, qui plurimum peccaverunt, de quo Propheta animam suam liberatam esse gaudet, dicens: *Quia liberasti animam meam ab inferno inferiori*. » Cf. INFERNUS §. 3.

INFESSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fessus;* non fessus, indefessus. *Gloss. Philox.* Infessus; ἄκοπος.

INFESTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *infesto;* vexatio, molestia; *infestazione, molestia*. *Tertull. Apolog.* 1. Sectae huius infestatio obstruit viam defensioni. *Salvian.* 5. *Gub. D.* 9. Iubet Deus, ut omnes nos invicem cari simus; omnes autem nos mutua infestatione laceramus. Adde *Cassiod.* 9. *Var.* 2.

INFESTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *infesto;* qui molestiam affert; *infestatore*. *Plin.* 6. 32. 2. Nomadas, infestatoresque Chaldaeorum Scenitae claudunt. Adde *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Mai*) 81.

INFESTĀTUS, a, um. Particip. verbi *infesto;* vexatus, molestia affectus; *molestato, infestato*. *Vellei.* 2. 75. Latrociniis ac praedationibus infestatum mare. — Superlat. *infestatissimus*, legitur apud *Oros. praef. ad Augustinum*, etsi al. legunt *infestissimus*.

INFESTĒ. Adverb. ab *infestus*. — Comparat. *infestius* et superlat. *infestissime*, infra. — Est noxie, inimico animo; *ostilmente, nimichevolmente*. *Liv.* 26. 13. Age contra, quae illi infeste in nos fecerint, repetite. *Id.* 2. 55. Quo ferocius clamitabat, eo infestius circumscindere et spoliare lictor. *Cic. Quint.* 21. Sin inimicissime atque infestissime contendere perseveret. *Quintil.* 12. 8. *a med.* Infestissime interrogare et premere.

INFESTĪVĒ. Adverb. ab *infestivus;* non festive; *spiacevolmente*. *Gell.* 9. 9. Cetera vertit non infestiviter.

INFESTĪVUS, a, um. Adiect. ab *in* et *festivus;* infacetus, iniucundus; *spiacevole, non faceto*. *Gell.* 1. 5. Homo subagresti ingenio et infestivo. *Onom. Lat. Gr.* Infestivus; ἐπιτήδειος.

INFESTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *infestus* (quod V. §. a. et b.) — **b)** *Endofesto* vulgo Antiquorum more pro *infesto* olim usurpatum fuisse, patet ex *Gloss. Lat. Gr.* Endofestabat; ἐφρίζετο. — **c)** Particip. *infestans* §. 1., *infestatus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, V. suo loco in voc. seq.

INFESTO proprie est infestus sum, saepe nocere aggredior, molestiam infero, vexo; *infestare, molestare, incomodare*. *Hirt. B. Alex.* 5. Unoque tempore et nostras munitiones infestabant, et suas defendebant. *Colum.* 6. 14. *ad fin.* Clavorum, qui fere cervicem *(boum)* infestant, minor molestia est. *Id.* 1. 5. *a med.* Assiduis divertentium hospitiis infestat rem familiarem. *Ovid.* 15. *Met.* 730. Scylla latus dextrum, laevum irrequieta Charybdis infestant. *Plin.* 6. 37. 5. Infestari eas *(insulas)* belluis, quae expellantur assidue, putrescentibus. *Sil.* 2. 277. Ductorem infestans odiis gentilibus Hanno. — **2)** Item corrumpere, vitiare; *mandar a male, guastare*. *Plin.* 2. 106. 8. Pons amaritudine infestatur. *Id.* 27. 5. 5. Aloë non infestat stomachum. *Cels.* 4. 12. Si exulceratio stomachum infestat. *Plin.* 13. 23. 1. Infestare saporem; *amareggiare*. *Colum.* 11. 2. *ante med.* Materia sic caesa iudicatur carie non infestari. *Plin.* 25. 22. 2. Vinum infestat nervos. *Claudian.* 5. *Rapt. Pros.* 165. attonitus stabulo ceu pastor inani, Cui pecus aut rabies Poenorum inopina leonum, Aut populatrices infestavere catervae. *Colum.* 11. 1. *a med.* Haruspicem, sagamque sua sponte non noverit, quia utraque genera vana superstitione rudes animos infestant.

INFESTUS, a, um. Adiect. parum certi etymi. Plerique Etymologi ducunt ab *in* et *festus*. *Nigid.* autem apud *Non.* 1. 255. et *Gell.* 9. 12. ducit a *festinando*. Nam qui instat alicui, eumque properans urget, et opprimere studet, festinatque, is infestus dicitur. Haec ille. Sunt etiam qui ab *infero* utcumque derivant. Alii denique ab *in* et *fendo*, unde *infensus, infenstus* et *infestus*. Viderint Doctiores. — **b)** In MSS. et editis libris aliquando inter se sunt confusa *infestus, infensus* et *infectus;* quod dicendum est etiam de verbis *infecto* et *infesto*. — **c)** *Infistae* pro *infestae Parcae* scribitur in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T.* 1. n. 1009. — **d)** Comparat. *infestior* §. 5., superlat. *infestissimus* §. 1. et 5. — **e)** Derivata, *infestatio, infestator, infeste, infesto*.

INFESTUS proprie est inimicus, adversus, molestus, hostilis, qui crebro malum infert; *nemico, insolente, infesto, molesto, odioso*. *Cic. Quint.* 2. *sub fin.* Cum ei summam per iniuriam omnia inimica atque infesta fuerint. *Id.* 10. *Phil.* 10. Gallia, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit. *Id.* 5. *Verr.* 5. Clamore populi R. infesto atque inimico excitatus. Et 7. *ibid.* 53. Qui nunc animo te iniquissimo infestissimoque intuetur. Et 56. Sic iste in omnia maria infestus ex omnibus Siciliae partibus imminebat. *Nep. Amilc.* 5. Fidenti animo atque infesto Romanis. *Hirt. B. Alex.* 61. In regionibus alienis, et sibi infestis. *Sall. Cat.* 56. Dii irati infestique sunt. *Catull.* 66. 72. Infestis quempiam dictis discerpere. *Tacit. Agric.* 1. Saeva et infesta virtutibus tempora. *Cic. Ligar.* 8. Veniebatis in provinciam, unam ex omnibus huic victoriae maxime infestam. *Auct. ad Herenn.* 4. 40. Ingratus in amicos, infestus in cognatos. *Al. leg.* infestus cognatis. *Cic. Cluent.* 66. Infestum et immane scelus. — **2)** Speciatim *infesta signa* sunt vexilla militaria, quae in hostes pugnandi, caedendi, fugandique animo inferuntur. *Caes.* 6. *B. G.* 7. Ubi praeter spem, quos fugere credebant, infestis signis ad se ire viderunt. Et 7. *ibid.* 51. Legiones infestis contra hostes signis constiterunt. Et 3. *B. C.* 93. Infestisque signis tanta vi in equites impetum fecerunt, ut etc. *Cic. Font.* 16. Infestis prope signis inferuntur Galli in Fonteium; *gli vanno contra armata mano*. — **3)** Huc spectant *Caes.* 3. *B. C.* 93. Milites, dato signo, cum infestis pilis procucurrissent. *Tacit.* 1. *Ann.* 69. Infesto agmine Gallias petere. *Iustin.* 37. 1. Infesta arma contra populum R. tulerant. — **4)** Deinde passive

II. *Infestus* est is, cui sunt alii infesti, vexatus, impetitus, infestatus, plenus discriminis; *infestato:* uti docent *Gell.* 9. 12., affertque illud *Cic. Plane.* 1. Si huius salus ob eam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua custodia texisset. *Id. Rosc. Am.* 11. Filii vita infesta, saepe ferro et insidiis appetita. *Id. fragm.* apud *Non.* 2. 432. et *Liv.* 26. 24. Uno myoparone mare infestum habere; *h. e.* infestare. Sic *Iustin.* 40. *in fin.* Syriam latrociniis infestam reddere. *Cic. Prov. cons.* 2. Via Barbarorum incursionibus infesta. *Id.* 11. *Phil.* 10. Iter infestum et periculosum. *Id.* 2. *Fam.* 10. *a med.* Infestissima Ciliciae pars. *Sall. Cat.* 94. Alia omnia vasta, inculta, infesta serpentibus.

Nota. Discrimen inter *infensum* et *infestum* dedimus sub v. INVENSUS in *Nota*.

INFIBLO. V. INFIBULO.

*INFĪBŬLĂ, ae, f. Verbale ab *infibulo*, quo significatur uncus fibulam iniens. *Tertull. Pall.* 1. Pallii habitus infibulae morsu humeris acquiescebat. Ita *iunius* legit: *alii mollius* in fibulae.

INFĪBŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *infibulo;* fibula vinctus; *affibbiato*. *Festus* apud *Paul. Diac.* p. 113. *Müll.* Infibulati sacrifica-

Digitized by Google

bant flamines, propter usum aeris antiquissimum, aereis fibulis; h. e. fibulis vestes subnexi.

INFĪBŪLO (et *per sincopen* Infībio), as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *fibula*. — Particip. *infibulatus*, V. suo loco. — Proprie est fibula necto; *affibbiare*. *Cels. 7. 25.* Infibulare quoque adolescentulos interdum valetudinis causa quidam consueverunt. V. ibi cetera, et quae in FIBULA §. 3. et seqq. diximus. *Acta S. Perpetuae M.* apud *Ruinart, 6. 5.* Dispersos capillos infibulavit. — **B)** Simpliciter pro cingere, ligare. *Apic. 8. 7.* Postea charta praecludes et infibulabis *(porcellum)* et praeparabis aliam impensam. *Alii leg.* infiblabis.

INFĪCĒTUS. V. INFACETUS.

INFĪCĪĀLIS. V. INFITIALIS.

INFĪCĪAE. V. INFITIAE.

INFĪCĪĀTĪO, etc. V. INFITIATIO.

INFĪCĪENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *faciens*, quod alterum vi compositionis est corruptum. — Est non faciens, iners, nihil agens. *Varr. 3. RR. 16. de apib.* Neque ipsae sunt inficientes; necnon oderunt inertes. *Id. 6. LL. 3.* Dicimus, qui aliquid agit, non esse inficientem.

INFĬCĬO, fēcis, fēci, fectum, fĭcĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *facio*, quod vi compositionis est corruptum. V. FACIO §. n. — **b)** Particip. *infectus*, §. 6. et seqq. et suo loco — **c)** Derivata, *infectio*, *infectivus*, *infecto*, *infector*, *infectorius*, *infectrix*, *infectus*, *us*.

INFICIO proprie est imbuo, tingo (scil. colore), quasi *intus facio*: color enim inditus, se immittit, et intro pervadit; *tingere*, *colorire*. *Caes. 5. B. G. 14.* Omnes se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem. *Plin. 7. 57. 3.* Textilia Aegyptii invenere: inficere lanas Sardibus Lydi. *Ovid. 6. Met. 65.* Qualis ab imbre solet percussis solibus arcus Inficere ingenti longum curvamine caelum. *Senec. Here. Oet. 537.* Scythasque tepida Phoebus inficiet rota; h. e. illustrabit et calefaciet. *Tibull. 3. 4. 32.* virgo Inficitur teneras ore rubente genas. *Horat. 7. Epod. 15.* Ora pallor albus inficit. — **B)** De sapore. *Plin. 15. 4. 5.* Dulcem succum olivas bibere, et alieno sapore infici. — **B)** Translate est instituere. *Cic. 5. Fin. 2. sub fin.* Infici debet iis artibus, quae si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior. *Id. 1. Leg. 17.* Teneros et rudes animos inficiunt et flectunt, ut volunt. — **C)** Item leviter tingere. *Senec. ep. 71. ad fin.* Sapientia nisi alte descendit, et diu sedit, animum non coloravit, sed infecit. — **D)** Pro immiscere. *Virg. 12. Aen. 417.* hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit, occulte medicans. — **E)** Deinde

II. *Inficio* est etiam vitiare, corrumpere; *guastare*, *avvelenare*. *Virg. 3. G. 481.* Corruptique lacus, infecit pabula tabo. *Plin. 18. 1. 2.* Inficere flumina. *Ovid. 15. Met. 601.* nigrique volumina fumi Inficere diem. — *Cael. Aurel. 1. Chron. 1. 43.* Utuntur etiam purgativis medicaminibus, . . . ex quibus stomachus inficitur et omnis nervositas vitiatur. — **F)** Translate. *Cic. 3. Tusc. 27. a med.* Umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus. *Id. 3. Leg. 13.* Cupiditatibus principum, et vitiis infici solet tota civitas. *Id. 3. Tusc. 2.* Inficimur opinionum pravitate. *Vulg. Interpr. Ps. 105. 38.* Infecta est terra in sanguinibus, etc. — **G)** Item infero, induco apud *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 18. 7.* Avo autem ipsorum haec eadem inquisitio . . . timorem et consternationem infecit.

INFĪCĪOR. V. INFITIOR.

INFICTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fictus;* non fictus. *Gloss. Philox.* Inflctus; ἀνυπόκριτος. — **B)** Deinde

II. *Infictus* est etiam particip. ab *infigo* pro infixus. *Callistrat. Dig. 47. 9. 7.* Navi vel inficta, vel fracta intra fines agri cuiusque. Ita *Torrentin.* probante *Cuiacio*, et *aliis: Haloander* infixa *edidit*.

INFĪDĒLĬTAS, ātis, f. Idem origine et significatione ac infidelitas. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Infidelia; ἀπιστία. *Vulcan.* ad *h. l.* monet fortasse legendum *infidia*, ut mox. *Id. Gloss.* Infidia; ἀπιστία. Sed ob hanc rationem nihil immutandum est.

INFĪDĒLIS, le. Adverb. ab *in* et *fidelis*. — Comparat. *infidelior* §. 1., superlat. *infidelissimus* §. 1. — Proprie est non fidelis, qui promissis non stat, nec fidem promissam exsolvit, quin potius violat; *infedele*, *senza fede*. *Cic. 3. Offic. 29.* Nullam esse fidem, quae infideli data sit. *Id. 15. Fam. 4. ad fin.* Ut ex infidelissimis sociis firmissimos redderem. *Plaut. Capt. 2. 3. 85.* Infidelior mihi ne fuas, quam ego sum tibi. *Horat. Epod. 3. 49.* o rebus meis Non infideles arbitrae, Nox et Diana. — **B)** Translate. *Plin. 36. 49. 2.* Silex ad structuram infidelis, nisi multa suffrenatione devinctus. *Plin. Paneg. 45. extr.* Infidelis recti magister est metus; h. e. non diuturnus magister officii, ut est apud *Cic. 2. Phil. 36.* Ἐνόμῳ: cui simile est illud *Eiusd. 2. Offic. 7.* Malus custos diuturnitatis metus. — **B)** Apud Scriptores Ecclesiasticos

INFIDELIS, is, m. Saepe etiam absolute usurpatum, est qui christianam fidem non recipit, aut receptam deserit, aut minime profitetur; *infedele*, *pagano*, *apostata*. *Vulg. Interpr. Luc. 9. 41.* O generatio infidelis et perversa. *Id. ibid. 12. 46.* Partem eius cum infidelibus ponet. *Id. 2. Cor. 4. 4.* Excaecavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio. Adde *1. Tim. 3. 8.* et *Tit. 1. 15. Salvian. de Gub. D. 3. init.* Infideles Christiani. *Gloss. Lat. Gr.* Infideles; ἄπιστοι. Adde *Augustin.*, *Hieronym.* etc. passim.

INFĪDĒLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *infidelis;* fides violata, perfidia; *infedeltà*. *Cic. 3. Tusc. 22.* Quantopere vero amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat. *Id. Mil. 26.* Quantae infidelitates in amicis. *Caes. 2. B. C. 35.* Infidelitatis suspicionem sustinere. — **B)** Apud Scriptores Ecclesiasticos, est defectio a fide. *Vulg. Interpr. Sap. 14. 25.* Omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum et fictio, corruptio et infidelitas.

INFĪDĒLĬTER. Adverb. ab *infidelis*. — Superlat. *infidelissime*, infra. — Est sine fide; *infedelmente*. *Cic. 2. ad Brut. 1.* Minus me putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid senatui suaserim, quam si infideliter. *Salvian. 3. contra avarit. a med.* Quaerunt infidelissime, quos propinquos suos aut affines suos dicant. Adde *Vulg. Interpr. Isai. 21. 2.*

INFĪDĬĀ. V. INFIDELIA.

INFIDIBULUM. V. INFUNDIBULUM.

INFĪDŪCĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *infiducio*, idem ac fiduciatus. *Vet. Instrum.* apud *Marini, Papir. p. 55. col. 2.* Nulli antea *(res)* a se donatas, cessas, commutatas, infiduciatas.

INFĪDŪCĬO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *fiducio*, idem ac fiducio. *Gloss. Isid. n. 880.* Infiduciare, impignerare. V. FIDUCIO. — Particip. *infiduciatus*, V. suo loco.

INFĪDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fidus;* non fidus, infidelis; *infido*, *infedele*. *Cic. Amic. 15.* Se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos. *Liv. 1. 14.* Infida societas regni. *Sall. Cat. 50.* Rhodiorum civitas infida atque adversa nobis fuit. *Id. Iug. 96. extr.* Genus hominum mobile, infidum. *Iustin. 1. 11.* Barbarae gentes fidei dubiae et mentis infidae. *Liv. 9. 45.* Aequi sub specie infidae pacis quieti. *Val. Flacc. 2. 578.* promissa infida tyranni. *Liv. 34. 28. ad fin.* Fuga infida ac trepida; h. e. intuta. — **B)** Translate. *Plin. 36. 24. 15. de amphitheatro versatili Curionis.* Sedere ausi tam infida instabilique sede. *Lucret. 2. 537.* Infidi maris insidias, viresque, dolumque Vitare.

INFĪGO, gis, xi, xum, gĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *figo*. — **b)** Particip. *infigendus* §. 2., *infixus* V. suo loco, pro quo etiam *infictus*, de quorumdam lectione, ut suo loco diximus sub v. INFICTUS §. 2.

INFIGO proprie est intus figo, immitto; *figgere*, *ficcar dentro*. *Cic. 2. Divin. 31.* Timide signifer evellebat, quod fideuter infixerat. *Id. 4. Tusc. 22.* Gladium hosti in pectus infixit. *Virg. 9. Aen. 746.* portaeque infigitur hasta. Et *5. ibid. 504.* adversique infigitur arbore mali. *Nemesian. Cyneg. 221.* Infigere morsus. *Sil. 13. 788.* natis infigunt oscula matres. — **B)** Translate. *Quintil. 9. 2. 4.* Alia repetitione, alia commemoratione infigere; *imprimere*. Et *ibid. 4. ad fin.* Docere aliquid et infigere animis. *Plin. 1. ep. 20.* Quae sint inculcanda, infigenda, repetenda. — *Vulg. Interpr. Ps. 37. 3.* Quoniam sagittae tuae *(Deus)* infixae sunt mihi. *Id. ibid. 68. 3.* Infixus sum in limo profundi.

INFĪGŪRĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *figurabilis;* non figuratus, informis, deformis. *Ammian. 24. 4.* Compage scutorum, velut testudine infigurabilium fornicum, operiebantur.

INFĪGŪRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *figuratus;* non figuratus. *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 19. 1.* Primum quidem est dicere, quoniam imperfecti et infigurati et informes hi sunt angeli. *Id. 4. ibid. 38. 3.* Ipsa mater . . . informis et infigurata quasi abortivum projecta foras. *Cassiod. de Anim. 4.* Forma animae valde infigurata atque incorporalis. Adde *Mar. Victorin. de Gener. Verb. 3.*

INFĪMAS, ātis, comm. gen. Adiect. ab *infimus* (quod est ab *inferus*); qui ex infima plebe est, ut *summas*, qui nobilis, ac summae est nobilitatis; *d'infima condizione*. *Plaut. Stich. 3. 2. 36.* Ergo oratores populi, summates viri, Summi accumbent: ego infimatis infimus. *Infimatis* pro *infimas* dictum est, quod et *Priscian.* adnotavit *7. p. 761. Putsch.* et *12. p. 965.* V. CUIAS §. c. et d. — Absolute. *Gloss. Philox.* Infimates; *oi ὑστερούντες*.

INFĪMĀTIS, is, V. voc. praeced.

INFĪMĀTUS, a, um. Adiect. ab *infimus;* infimus factus; *abbassato*. *Apul. de Deo Socrat.* Ingenia ad miserias infimata.

INFĪMĔNĀTUS pro *effeminatus*, vulgo usurpatum fuit, teste *Ascl. Append.* ad *Prob. p. 198. 22. Keil.* Effeminatus, non infimenatus.

INFĪMĬOR, ius, V. INFERUS §. 23.

INFĪMĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *infimus;* humilitas, abiectio: *bassezza*. *Ammian. 17. 13.* Ad infimitatem obsequiorum venire servilium. *Id. 29. 2.* Ipsa sortis infimitate omnia praeceps.

INFĪMO, as, āre. Verbum transitiv. ab *infimus;* deprimo, infimum facio; *abbassare*. *Apul. 1. Met. 8.* Manes sublimare, Deos infimare. V. *Hildebr.* ad *h. l.*, ubi et de confusione huius verbi cum *infirmare* in antiquis MSS.

Digitized by Google

INFĪMUS, a, um. V. INFERUS §. 16. et seqq.

INFINDO, indis, īdi, issum, indĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *findo*, idem quod findo, vel in aliqua re findo; *fendere, aprire, spaccare*. *Virg. G. Aen. 142.* Infindunt pariter sulcos. Et *4. Ecl. 35.* telluri infindere sulcos. *Val. Flacc. 1. 687.* volat immissis cava pinus habenis, Infinditque salum. — 2) *Paul.* ex *Festo:* Infindere, intercipere, interponere; *h. e.* interlicere: ducta metaphora a surculis, qui insissis truncis arborum inseruntur, inquit *Scaliger:* vel potius *infindere* hic scribitur pro *infendere*. V. INFENDO.

Nota. Tribuunt hoc verbum etiam *Cic. Brut. 16.* Cum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus. At omnino legend. *infunderentur; h. e. s' intrudessero.*

INFĪNĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *finio; qui* finem habere non potest. *Apul. 1. Dogm. Plat.* Cum vidusta sit fine, infinibilis recte videri potest. *Capell. 2. p. 45.* Universumque totum infinibilis patris profunditate cŏĕrcitum veneratur.

INFĪNIS, ne. Adiect. ab *in* et *finis; qui* finem non habet, infinitus. V. DEFINIS.

INFĪNĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *infinis;* immensitas; *infinità. Cic. 1. Nat. D. 26.* Infinitas locorum, innumerabilitasque mundorum. *Id. 5. Tusc. 59.* Infinitatem omnem peregrinabatur. *Ammian. 15. 1.* Infinitates mundorum. *Augustin. 1. Music. 2. n. 15.* Illud etiam intelligis, omnem mensuram et modum immoderationi et infinitati recte anteponi; *h. e.* ei, quod fine caret. Adde *Mar. Victorin. 4. adv. Arium, 23.*

INFĪNĪTĔ. Adverb. ab *infinitus;* sine fine, immense; *infinitamente. Cic. Parad. 6. 3.* Supellectilem et vestem infinite concupiscenti. *Id. 1. Acad. 7.* Infinite secare ac dividere aliquid. — 2) Item universim; *universalmente. Gell. 14. 7. a med.* Referri oportere *(ad senatum)* aut infinite de republica, aut de singulis rebus finite. *Cic. 2. Orat. 13.* Res infinite posita; *h. e.* sine limite constituto, indeterminate. Adde *Mar. Victorin. 1. 4. 94.*

INFĪNĪTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *infinitus,* idem ac infinitas. *Cic. 1. Fin. 6. ad fin.* Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est.

INFĪNĪTĪVUS, a, um. Adiect. ab *infinitus;* indeterminatus. — Hinc *infinitivus* modus est unus ex modis verborum: quia nullum certum numerum, nec personam sibi aperte definit. Nam numeri et personae in infinitivo sunt incerta, obscure latent, evolvenda sunt beneficio pronominum, ut me amare, illos amare, etc. *Diomed. 1. p. 331. Putsch.* et *Priscian. 8. p. 808.* et *822.* V. INFINITUS §. 12.

INFĪNĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *finitus.* — Comparat. *infinitior* §. 9., superlat. *infinitissimus* §. 1. — Proprie est qui finem, seu terminum non habet, immensus, interminatus; *infinito, sterminato. Cic. 2. Divin. 50.* Nihil, cum habeat extremum, infinitum sit, necesse est. Et *45.* Intervalla infinita et immensa. *Id. 1. Offic. 16.* Infinita multitudo eorum, qui his egent. *Gell. 14. 1.* Infinitus prope et innumerabilis annorum numerus. *Cic. Deiot. 5.* A Pompeio discessit: spem infinitam persequi noluit. *Id. 6. Verr. 48.* Spelunca infinita altitudine; *senza fondo. Id. 1. Nat. D. 9.* Ab infinito tempore; *abeterno. Id. Balb. 27.* Si qui sunt, quibus infinitum sit odium. Et *1. Orat. 1.* Infinitus rerum forensium labor. *Plin. 25. 25. 1.* Singultus infiniti, aut sternutamenta. *Boëth. 1. Arithm. 1.* Magnitudo a finita inchoans quantitate modum in divisione non recipit; infinitissimas enim sui corporis suscipit sectiones. — *Id. ibid.* Cuncta vis multitudinis ab uno progressa termino ad infinita progressionis augmenta concrescit. — 2) Absolute, substantivorum more,

INFINITUM, i, n. Est res infinita. *Eutrop. 9. 9.* Infinitum auri. — 3) Adverbiorum more; *infinitamente, assaissimo. Plin. 16. 74. 1.* Infinitum refert et lunaris ratio. — 4) *Infinitum quantum,* eodem sensu; *oltre ogni misura. Plin. 18. 68. 11.* Infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat; *non si può dir quanto.* — 5) *Infinito plus* vel *magis* est *infinitamente più. Quintil. 8. 4. 25.* et *11. 3. 172.* — 6) Item *infinito* absolute. *Plin. 25. 53. 2.* Quidquid in Creta nascitur, infinito praestat ceteris alibi genitis; *è infinitamente migliore. Senec. procem. l. 2. excerpt. controvers. ante med.* Ex tempore coactus dicere, infinito se antecedebat. — 7) Item *in infinito, in infinitum* et *ad infinitum. Plin. 34. 3. 1.* Cum ad infinitum operum pretia creverint. *Ulp. Dig. 38. 16. 2.* Deincepsque ceteri, si qui sunt, in infinitum. *Plin. 17. 38. 2.* In infinitum ne abeamus. *Paul. Dig. 8. 1. 13.* Cuius aedificium iure superius est, ei ius est, in infinito supra suum aedificium imponere; *h. e.* in infinitum. *Cels. ibid. 1. 9.* Si cui simpliciter via per fundum cuiuspiam cedatur, in infinito, videlicet per quamlibet eius partem, ire, agere licebit. *Cassiod. de Geom.* Linea producta in infinitum. *Plin. 34. 16. 3. de arte statuaria.* Haec ad infinitum efflorait. *Id. 34. 8. 1.* Ad infinitum crescere. *Id. 13. 18. 1.* durescere. — 8) Deinde

II. *Infinitus* est etiam indefinitus; *indeterminato, universale.* Hinc *infinita quaestio* dicitur a Rhetoribus, in qua aliquid indefinite et universim quaeritur, v. g. *expetenda ne sit eloquentia:* cui opponitur *finita,* in qua certum quippiam ac determinatum disputatur. V. FINITUS §. 3. *Cic. 1. Orat. 31.* Esse omnem orationem aut de infinitae rei quaestione, sine designatione personarum et temporum; aut de re certis in personis ac temporibus locata. Adde *Partit. 18.* — 9) Item amplus, multiplex, numerosus. *Id. 1. Orat. 15.* Si cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita posui. *Id. Top. 8.* Formarum certus est numerus, quae cuique generi subiiciantur: partium distributio saepe est infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio. — 10) Item immodicus. *Iabolen. Dig. 35. 2. 61.* Cum heres fundum emere, nisi infinito pretio non posset. *Liv. 3. 9.* Duos pro uno dominos acceptos, immoderata, infinita potestate. — 11) Absolute *Iuridicus de infinito.* V. IURIDICUS. — 12) Speciatim apud Grammaticos

III. *Infinitus* verborum *modus* est qui nullas designat personas, aut numerum. V. INFINITIVUS. *Quintil. 1. 6. 7.* Dummodo per eandem litteram in infinito exeant. — 13) *Infinitum verbum* est verbum infinitivi modi. *Id. 9. 3. 9.* (ad illud *Pers. 1. 9.* nostrum istud vivere triste). Cum infinito verbo usus sit pro appellatione. — 14) Sic *infinitum tempus* apud *Cassiod. Grammat.* — 15) *Infinitum nomen* est, quod rem indefinitam significat, ut *qualis, quantus, quot,* cum sine interrogatione ponuntur. *Priscian. 2. p. 580. Putsch.* — 16) *Infinitum pronomen* est, quod personas non recipit, ut *quis, quae, quid:* contra *finitum,* quod recipit, ut *ego, tu, ille. Varr. 10. LL. 1.* et *Donat. edit. 2. p. 1752. Putsch.* — 17) *Infinitae coniunctiones* apud *Cic. Fat. 8.* et *infinita connexa* sunt propositiones, quas vocant *particulares; h. e.* de re aliqua indefinita, ut Si quis natus est oriente Canicula, in mari non morietur.

Nota. Discrimen inter *immensum* et *infinitum* tradit *Vet. Schol.* ad *Cic. de Invent. Rhet.* apud *Suringar, Histor. Schol. P. 1. p. 251.* « *Infinitum* plus est quam immensum, et ad numerum refertur: *immensum* autem, ad quantitatem. »

INFĬO, it. V. INFIT §. b.

INFIRMANS, antis. Particip. verbi *infirmo,* adiectivorum more etiam adhibitum. Hinc absolute *infirmans* pro infirmo ponitur. *Augustin. Serm. 141. n. 1.* ed. *Mai.* In omni pauperum et infirmantium atque tribulantium cura fortissime dimicemus. Adde *Serm. 79. n. 1. ibid. Chrysolog. Serm. 90.* Infirmantem curat de vulnere. *Maxim. Taurin. Serm. 94.* Consuetudo infirmantium.

INFIRMĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *infirmo;* actus infirmandi; *indebolimento, confutazione. Cic. 2. Agr. 3.* Sed suspicione ac perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum. — 2) Specialim sumitur pro argumento, quo ratio infirmatur. *Id. 1. Invent. 15.* Iudicatio est, quae ex infirmatione et confirmatione rationis nascitur controversia. Adde *2. ibid. 21.*

INFIRMĀTUS, a, um. Particip. verbi *infirmo; debilitatus,* fractus; *indebolito. Cic. Pis. 19.* Infirmatus conscientia scelerum. *Ammian. 17. 5.* Infirmato imperii robore. *Hermogenian. Dig. 49. 14. 46.* Infirmatus contractus; *h. e.* rescissus. — 2) Deinde

II. *Infirmatus* est etiam ab *in* intentiva et *firmatus;* confirmatus. *Cael. Aurel. 3. Acut. 4. 56.* Locales detractiones, insidente atque infirmata et stante passione, adhibendas reprobamus.

INFIRMĒ. Adverb. ab *infirmus.* — Comparat. *infirmius,* infra. — Est debiliter; *debolmente. Cic. 15. Fam. 1.* Etsi intelligebam socios infirme animatos esse. *Plin. 1. ep. 21. ad fin.* Ut illud immodice et redundanter, ita hoc ieiune et infirme. *Suet. Aug. 9.* Tonitrua et fulgura paulo infirmius expavescebat.

INFIRMIS, me. Adiect. origine et significatione, sed rarioris usus, idem ac infirmus. *Ammian. 2. 6.* Coagmenta lapidum recens structorum, madoreque etiamnum infirmium. *Augustin. Specul. 143.* ed. *Mai.* Omnibus vobis demonstrari, quoniam sic laborantes oportet auxiliari infirmibus. Adde *ibid. 32.*

INFIRMĪTAS, atis, f. Abstractum ab *infirmus;* invaliditas, imbecillitas, debilitas illa, quae vel ex aetate, vel ex morbo contingit; *debolezza. Cic. Senect. 10.* Infirmitas est puerorum, et ferocitas iuvenum, et gravitas iam constantis aetatis. *Id. Brut. 91.* Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis. *Id. 7. Fam. 1.* valetudinis. *Plin. 7. ep. 21.* oculorum. — 2) De iis, qui infirmi sunt. *Liv. 34. 7. extr.* Patiendum huic infirmitati est, quodcumque vos censueritis; *h. e.* mulieribus. — Huc spectat *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 2. n. 1423.* Cum multis difficultatibus infirmitatem vestram premi indicetis, permitto vobis, etc. — 3) Translate. *Cic. Rosc. Am. 4.* Impositum onus propter infirmitatem animi depouere. *Senec. ep. 11.* Infirmitas mentis. *Papinian. Dig. 41. 2. 44.* memoriae. — 4) Ponitur et pro levitate et inconstantia; *incostanza, leggerezza. Caes. 4. B. G. 5.* Infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles, et novis plerumque rebus student. Adde *Colum. 3. 10.* — 5) Refertur etiam ad res. *Plin. 18. 18. 1.* Hordeo contra tempestates maximae infirmitas. *Alphen. Dig. 39. 2. 45.* aedificii. — 6) Speciatim *infirmitas vini* est imbecillitas, qua ferre aetatem nequit. *Colum. 12.*

Digitized by Google

20. sub fin. Propter nimiam infirmitatem vini, quod vix triginta diebus integrum permanebat. — 7) Deinde

II. *Infirmitas* apud Medicos sumitur pro morbo; *infermità. Suet. Tib. 72.* Ne quam suspicionem infirmitatis daret, castrensibus ludis interfuit. *Iustin. 28. 3.* Infirmitate correptus in itinere decedit (Adde *11. 3. et 26. 3.*). *Plin. 10. ep. 6.* Proxima infirmitas mea obligavit me Marino medico. *Ulp. Dig. 4. 6. 38.* Si infirmitate impeditus continuare iter non potuit. Adde *Auct. dial. de Orat. 23. a med.* — *Vulg. Interpr. Luc. 13. 11.* Quae habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo. — 8) Apud Scriptores Ecclesiasticos de morbis animi et corruptione naturae. *Vulg. Interpr. Rom. 6. 19.* Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. *Id. ibid. 8. 26.* Spiritus adiurat infirmitatem nostram. *Id. Hebr. 4. 15.* Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris.

Nota. Discrimen inter *infirmitatem* et *valetudinem* statuit *Isid. 1. Differ. n. 576.* « *Valetudo* prospera esse potest et adversa: *infirmitas* semper infesta est. »

INFIRMĬTER. Adverb. ab *infirmis;* infirme. *Arnob. 7. p. 230.* Quam infirmiter invalideque dicatur. Adde *Vulg. Interpr. Sap. 4. 4.*

INFIRMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *infirmus.* Cf. INFIMO. — Particip. *infirmans* et *infirmatus,* v. suo loco. — Proprie est infirmum reddo; *indebolire. Cels. 2. 12.* Alvus, si vehementius fluit, hominem infirmat. *Sallust. fragm.* apud *Non. 2. 534.* Ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur. *Tacit. 15. Ann. 10.* Legiones promiscuis militum commeatibus infirmaverat. — 2) Saepius translate sumitur pro confutare, refellere, dissolvere; *confutare, sciogliere:* ostendendo *scil.* verbis, nullam in re, quae obiicitur, aut teste vim inesse ad probandum. *Cic. Rosc. Am. 15.* Ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam, reperire non possum. *Id. 2. Nat. D. 59.* Quanta vero illa sunt, quae vos Academici infirmatis et tollitis? *Id. 1. Orat. 51. extr.* Quae pro adversariis sunt, infirmare et frangere. *Id. Rosc. Com. 13.* Infirmare fidem testis. *Id. 15. Att. 26.* Dubitans, utrum morem gerat Leptae, an fidem infirmet Silio. — 3) Item pro rescindere, irritum reddere; *annullare, sciogliere. Hermogenian. Dig. 49. 14. 46.* Infirmare contractum. *African. ibid. 30. 105. circa med.* legatum. *Ulp. ibid. 28. 4. 2.* testamentum. — 4) *Infirmare legem,* est vim et atque auctoritatem adimere. *Liv. 34. 3.* et *Quintil. 7. 1. ad fin.* — 5) Deinde apud Scriptores Ecclesiasticos

II. *Infirmor* passive est aeger sum, aegroto. *Vulg. Interpr. Ioh. 11. 3.* Domine, ecce quem amas infirmatur. Adde *ibid. 4. 46., 6. 2.* etc. — 6) Translate. *Id. Rom. 4. 19. de Abraham.* Et non infirmatus est fide. *Id. 2. Cor. 11. 29.* Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? *Id. ibid. 12. 10.* Cum enim infirmor, tunc potens sum. — *Id. 1. Mac. 11. 49.* Et infirmati sunt mente et clamaverunt. *Id. ibid. 2. 61.* Omnes qui sperant in eum, non infirmantur. — *Id. Mich. 1. 12.* Infirmata est in bonum *(Ierusalem); h. e.* vigorem amisit ad bene agendum.

INFIRMUS, a, um. Adiect. ab *in* et *firmus.* Contra *Isid. 10. Orig. 129.* « *Infirmus,* quia *sine formo;* idest calore. » Cf. VOMUOSUS §. 2. — b) Alia forma et *infirmis,* de qua v. suo loco. — c) Comparat. *infirmior* §. 1. et seqq., superlat. *infirmissimus* §. 1. et 4. — d) Derivata, *infirmatio, infirme, infirmitas, infirmiter, infirmo.* — e) Compositum, *perinfirmus.*

INFIRMUS proprie est non firmus, imbecillus, debilis; *debole, infermo. Cic. 6. Verr. 43.* Nemo aetate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit, qui non surrexerit. *Id. Brut. 48. extr.* Infirma atque etiam aegra valetudine esse. *Id. 7. Verr. 33.* Classis inops et infirma. *Lucan. 5. 343.* Infirmum lumen solis; *poca luce. Cels. 2. 18.* Infirmior est panis ex pollice: infirmissimus cibarius panis; *h. e.* minoris alimenti; *di minore sostanza. Colum. arbor. 3. extr.* Infirmi saporis vinum, nec perenne; *di poca forza e durata, vino debole. Plin. 17. 37. 2.* Infirmissimae arbores. *Id. 23. 28. 1.* Infirmi nervi. *Id. 36. 37. 2.* Infirmior ad omnia haec est, quem schiston appellant; *h. e.* minoris virtutis adversus haec mala. *Ovid. Ib. 44.* Infirmum pecus; *h. e.* oves. *Curt. 4. 14. circa med.* Famam, infirmissimum adversus fortes viros telum, contemnite. *Caes. 7. B. G. 17.* Alteri non magnis facultatibus, quod civitas erat exigua et infirma. *Id. 3. B. C. 9.* Cum essent infirmi ad resistendum. *Front. 3. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 29.* Sum adhuc a cubito et cervice infirmus. — 2) Translate saepe refertur ad animum. *Caes. 1. B. C. 32.* Tenuis et infirmus animus. Et *3.* Quorum vocibus et concursu terrentur infirmiores, dubii confirmantur; *coloro che hanno minore spirito.* — 3) Et quoniam ex infirmitate metus, sic ex metu religio sive superstitio oritur, hinc infirmus dicitur superstitiosus; *δεισιδαίμων. Horat. 1. Sat. 9. 70.* nulla mihi, inquam, Religio est. At mi: sum paulo infirmior; *alquanto scrupoloso.* — Eod. sensu *Cic. 2. Divin. 39.* Imbecilli animi superstitiosa ista concipient. — 4) Specialim

II. *Infirmus* de iis dicitur, qui inconstantes sunt ac leves animo, aut fide: quo sensu et *infirmitas* a *Caesare* adhibetur. *Colum. 3. 10.* Veniunt imprudentissimi ad rem maxime necessariam: deinde etiam infirmissimi. — 5) Praeterea refertur ad ea, quae minus valent ad probandum, minusque habent auctoritatis ac ponderis. *Cic. Caecin. 25.* Omnino ad probandum utraque res infirma et nugatoria est. *Id. Rosc. Com. 2.* Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur? *Id. 7. Fam. 18.* Vestrae cautiones infirmae sunt. — 6) *Infirma* vocatur a Grammaticis *h* littera, quia in metricis plerumque despicitur, nec consonantis tenet locum, ut scribit *Mar. Victorin. 1. 3. 23. Cf.* MUTUS. — 7) Absolute, substantivi more. *Plin. 3. 67. 3.* Glutinat usque ad infirma linear; *sin dove la corda dell' amo è men salda.* — 8) Deinde

III. *Infirmus* apud Medicos ponitur saepe de eo, qui aeger est; *infermo. Plin. 7. ep. 26.* Nuper me cuiusdam amici languor admonuit, optimos esse nos, dum infirmi sumus. *Vulg. Interpr. Act. 14. 7.* Quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat. *Cyprian. ep. 52.* Moyse, nunc iam martyre, subscribente, ut lapsis infirmis et in exitu constitutis pax daretur. — 9) Absolute. *Vulg. Interpr. Marc. 6. 56.* In plateis ponebant infirmos. *Id. Luc. 9. 12.* Misit illos . . . sanare infirmos. — 10) Translate. *Id. Rom. 5. 6.* Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? *Id. ibid. 14. 2.* Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet.

INFISTUS. V. INPESTUS §. c.

INFIT. Verbum defectivum, cuius haec sola in usu est persona de qua ita *Festus:* Infit, incipit, sed diversae significationis est ab eo, quod est *fit,* nam *infit* agentis, *fit* autem patientis est. — b) Attamen *Priscian. 8. sub fin.* docet *infio* apud *Varron.* inveniri. In *Gloss.* quoque *Philox.* legitur *infe; ἐρξαι; h. e.* incipe: et *infiant* apud *Capell. 2. ad fin.* Nunc ergo mythis terminatis, infiunt Artes libelli qui sequentes asserent. Immo et *infio; προσλαλῶ* in *Gloss. Lat. Gr.*

INFIT proprie significat, incipit; *comincia. Plaut. Aul. 2. 4. 38.* Homo ad praetorem deplorabundus venit: infit ibi postulare, ut etc. *Id. Asin. 2. 2. 76.* Me infit percontarier. *Id. Mare. 2. 1. 25.* Infit mihi praedicare, sese abduxisse, etc. *Id. Rud. prol. 51.* Infit laudare. *Virg. 3. Aen. 708.* his Aeneam solatus vocibus infit. Et *11. ibid. 242.* ita farier infit. *Lucret. 3. 516.* Commutare animum quicumque adoritur, et infit. Et *5. 1207.* caput erigere infit. Adde *Lucr.* apud *Gell. 19. 7 10.* — 2) Absolute est, incipit dicere; *comincia a dire. Virg. 10. Aen. 860.* alloquitur moerentem, et talibus infit. Et *100.* Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, infit: eo dicente, etc. *Liv. 3. 71.* Ibi infit, annum se tertium et octogesimum agere, etc. *Ovid. 4. Met. 475.* Atque ita, non longis opus est ambagibus, infit. — 3) Item loquitur; *parla. Prudent. Apoth. 805. de anima.* Imperat, antevidet, perpendit, praecavet, infit.

INFĪTENS, entis. V. voc. seq.

INFĪTĔOR, ēris, ēri. Verbum transitiv. ab *in* et *fateor,* mutata euphoniae gratia, *a* littera in *i,* vi compositionis, forma deponens. — b) Particip. *infitens,* infra. — c) Derivata, *infitialis, infitias, infitiatio, infitiator, infitiatrix, infitior,* quod v. §. 2.

INFITEOR proprie est nego, non fateor. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 112. Müll.* Infiteri; non fateri. *Gloss. Philox.* Infitentes; *ἀρνούμενοι.*

INFĪTĬAE et Inficiae, ārum, f. Nomen verbale ab *infiteor;* actus negandi; *negazione. Hilar. in Matth. 24. n. 4.* Hinc illae sunt veritatis inficiae. — 2) Saepius vero, defectivorum nominum more, in quarto plurali usurpatur, cum verbo *eo, ire.* Itaque *infitias ire* est negare; *sconfessare,* ea ratione, qua *exsequias, suppetias ire* dicimus: omissa *ad* praepositione, quae tamen exprimitur in illo *Pauli Dig. 10. 2. 44.* Non calumniae causa ad infitias ire. Ita *Torrentin.,* nam *Haloand. τὸ ad* omittit. Fere dicitur de iis, quae vera sunt, et probe scimus, sed fateri nolumus. — *Ter. Adelph. 3. 2. 41.* Si hoc palam proferimus, ille infitias ibit. *Plaut. Cist. 4. 1. 9.* Omnia infitias ire ea, quae dudum confessa est mihi. *Id. Bacch. 2. 3. 25.* Infitias ire coepit filio. *Nep. Epam. in fin.* Huius de virtutibus satis erit dictum, si hoc unum adiunxero, quod nemo eat infitias. *Quintil. 3. 7. 3.* Neque infitias eo, quasdam esse ex hoc genere materias. *Liv. 6. 40.* Quorum alterum neque nego, neque infitias eo, nos enixe operam dedisse, etc. *Frontin. Aquaed. 72.* Nec eo infitias, quin etc.

INFĪTĬĀLIS et Inficialis, le. Adiect. ab *infiteor;* negativus; *negativo.* Sic *Constitutio infitialis* dicitur illa, qua negamus quod obicitur, vel quod petitur. *Cic. Top. 24.* Itaque aut infitialis, aut coniecturalis prima appellatur.

INFĪTĬANS et Inficians, antis. Particip. verbi *infitior,* adiectivorum more etiam adhibitum, atque hinc absolute pro negatore. *Caius, 4. Instit. §. 9.* Ex his causis adversus infitiantem in duplum agimus.

INFĪTĬAS. V. INFITIAE.

INFĪTĬĀTĬO et Inficiatio, ōnis, f. Verbale ab *infitior;* negatio; *negazione. Cic. 2. Orat. 25.* Ac nostrae fere causae, quae quidem sunt criminum, plerumque infitiatione defenduntur. — 2) Item negatio pecuniae debitae, aut depositi. *Senec. 2. Ira, 9.* Circumscriptiones, furta,

Digitized by Google

fraudes, infitiationes. *Cels. Dig. 47. 2. 69.* Infitiatio depositi. *Terent. ibid. 46. 7. 16.* Compellere ad infitiationem.

INFĪTIĀTOR et inficiator, ōris, m. Verbale ab *infitior;* qui infitiatur: et praesertim qui debitam pecuniam, aut depositum, aut huiusmodi negat fraudandi causa; *negatore. Cic. 1. Orat. 57.* Si ille infitiator probasset iudici, ante petitam esse pecuniam, etc. *Id. 2. Catil. 10.* Hos non tam acres milites, quam infitiatores lentos esse arbitror. *Martial. 1. 104.* In ius, o fallax atque infitiator, ramus. *Senec. 5. Benef. 17. ad fin.* Tristis et sollicitus, qualis esse infitiator ac fraudulentus solet.

INFĪTIĀTRIX et inficiatrix, īcis, f. Verbale ab *infitior;* quae infitiatur. *Prudent. Psychom. 650.* Fidei fraus infitiatrix.

INFĪTIĀTUS, a, um. V. voc. seq. §. 1.

INFĪTIOR et inficior, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. forma deponens ab *infitias,* quod est ab *infitior,* quare scribitur per *i.* Quibusdam tamen placet esse ab *in* privativa, et *facio,* quasi quis aiat, se non fecisse: itaque per *e* scribunt. Illos inter sunt *Fest., Manut., Cellar.,* inter hos *Dausquius.* In neutram partem *Voss.* inclinat: nos in priorem; ita tamen ut alteram non damnemus. — **b)** Particip. *infitians* §. *1.* et suo loco, *infitiandus* §. *1.* — **c)** Derivata, V. in INFITIOR §. b.

INFITIOR proprie est nego, pernego; *sconfessare, negare:* et dicitur fere de iis, qui quae vera sunt, et sibi nota optime, tamen negant. *Cic. 3. Offic. 16.* Quae qui infitiatus esset; dupli poenam subiret. *Id. 3. Catil. 3.* Cum id posset infitiari, repente confessus est. *Id. Sext.* 22. Neque enim, in hoc me hominem esse, infitiabor unquam. *Varr. 5. LL. ad fin.* Infitiari de re aliqua. *Cic. 6. Verr. 47.* Earum rerum nullam sibi iste neque infitiandi, neque defendendi facultatem reliquit. *Id. Partit. 29.* Is qui defendit, resistat oportet aliquo statu, aut infitiando, aut desiliendo, etc. *Flor. 1. 22.* Postumium infitiantem, quas promiserat, praedas, lapidavit. *Nep. Annib. 1.* Non est infitiandum, Annibalem tanto praestitisse, etc. *Ovid. 4. Pont. 6. 42.* cum magna meorum Notitiam pars est infitiata mei. *Id. 9. Heroid. 4.* fama Decolor, et factis infitianda tuis. *Martial. 5. 50.* Varro, Sophocleo non infitiande cothurno; *h. e.* quem tragica poësis nunquam infitiabitur suum maximum cultorem. — **2)** De iis, qui pecuniam debitam, depositum, aliudve id genus negant, fraudandi causa. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 112. Müll.* Infitiari, creditum fraudare. *Cic. 1. Q. Fr. 2. 3.* Quid, si infitiatur? quid, si omnino non debetur? *Iuvenal. 13. 60.* si depositum non infitietur amicus. V. INFITIATOR et INFITIATIO §. 2.

INFIXUS, a, um. Particip. verbi *infigo,* adiectivorum more etiam adhibitum; intro fixus, immissus, iniectus; *ficcato dentro, fitto. Caes. 7. B. G. 73.* Talese pedem longae, ferreis hamis infixis, totae in terram infodiebantur. *Cic. 5. Tusc. 24.* Sidera certis infixa sedibus. *Liv. 27. 14.* In quorum tergis infixa stetere pila. *Virg. 4. Aen. 689.* infixum stridet sub pectore vulnus. *Id. 9. ibid. 699.* hasta stomacho infixa sub altum Pectus abit. *Pompon. Dig. 33. 7. 21.* Quaecumque infixa inaedificataque sunt, fundo legato continentur. *Plin. 26. 79. 1.* Omnia infixa corpori extrahunt folia tussilaginis, daucum, etc. — **2)** Translate. *Cic. ad Quirit. in fin.* Haec cura erit infixa animo meo sempiterna. *Id. 1. ad Brut. 15.* Animus semper infixus est in patriae caritate. *Id. Cluent. 6.* Si hoc, quod in communibus hominum sensibus, atque in ipsa natura positum atque infixum est, non viderem. *Liv. 3. 71.* Rem se vetustate oblitteratam, ceterum suae memoriae infixam afferre. *Ovid. 1. Trist. 3. 9.* Haec mihi semper erunt imis infixa medullis. *Virg. 4. Aen. 5.* haerent infixi pectore vultus; *scolpiti in cuore. Senec. ep. 11.* Quidquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. Γνώμη. *Tacit. 13. Ann. 5.* Vologesi vetus, et penitus infixum erat, arma Romana vitandi. — **3)** *Infixum est;* decretum est, certum est. *Sil. 4. 331.* nec leti cura decori, Sed fugere infixum est. Adde *10. 644.*

INFLĀBELLĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *inflabello;* flabella excitatus, acceusus. *Tertull. advers. Valentinian. 25.* His omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus est; *h. e.* stando immissus. V. FLABELLO.

INFLĀBĪLIS, le. Adiect. verbale ab *inflo;* qui inflari potest. *Lactant. Opif. D. 11.* pulmonem vocat viscus inflabile, atque aëris capax. — *Cael. Aurel. 2. Acut. 40. 253.* Inflabiles cibi.

INFLACCĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *flacceo;* flaccidus, infirmus, inutilis fio. *Enn.* apud *Non. 2. 525.* Inflaccebunt conditiones.

INFLĂGRO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *flagro;* intus flagro, vel accendor. *Solin. 5. ad fin. de Sicilia.* Sarmenta, licet viridia, ignem sponte concipiunt, et, nullo inflagrante halitu, ab ipso Numine fit accendium.

INFLĀMEN, ĭnis, n. Verbale ab *inflo;* inflatio. *Fulgent. 3. Mythol. 2.* Minerva ex osse tibias invenit, quibus cum in convivio Deorum cecinisset, eiusque tumentes bucces Dii omnes irrisissent, illa ad Titoniam paludem pergens, in aqua faciem suam speculata, dum turpia adiudicasset buccarum inflamina, tibias iecit.

INFLAMMANTER. Adverb. ab *inflammans;* cum ardore; *con ardore. Gell. 10. 3. circa med.* Acriter et inflammanter facit complorationem tam acerbae rei.

INFLAMMĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inflammo;* actus inflammandi; *infiammazione, accensione, incendio. Flor. 4. 2.* Caesaris furor totum, qua patebat, imperium quodam quasi diluvio et inflammatione corripuit. *Nazar. Paneg. Constantin. 21.* Cum portarum inflammatio ignem late distulisset. — **2)** Apud Medicos sic dicitur, cum noxius humor collectus in aliqua parte corporis eum doloris sensum facit, qui ignis ardore sentitur. *Cels. 6. 6. n. 1.* Oculos interdum inflammatio occupat. *Plin. 22. 64. 1.* Inflammatio aurium. Et *ibid. 58. 2.* nervorum. *Id. 28. 37. 6.* ulcerum. Et *ibid. 13. 1.* sedis. *Cels. 4. 5.* stomachi. Et *6.* Laterum inflammatio se remittit. *Plin. 21. 86. 1.* Inflammationem discutere. *Id. 22. 74. 2.* sedare. *Id. 24. 55. 1.* refrigerare. *Id. procem. l. 25.* mitigare. *Cels. 7. 25.* reprimere. *Id. 6. 6. extr.* lenire. *Id. 5. 26. n. 20. extr.* solvere. Et *n. 21.* et *23.* movere; *promuovere, cagionare.* Et *n. 28.* excitare. V. INFLAMMO §. 4. — **3)** Translate. *Cic. 2. Orat. 46. extr.* Poëtam bonum neminem sine inflammatione animorum existere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris.

INFLAMMĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *inflammo;* quae inflammat, incitat et accendit. *Ammian. 14. 1.* Megaera inflammatrix. *Mamertin. Paneg. Iulian. 5.* Eaedem odii causae, quae amoris inflammatrices.

INFLAMMĀTUS, a, um. Particip. verbi *inflammo,* adiectivorum more etiam adhibitum; flamma correptus, accensus; *acceso, infiammato. Suet. Ner. 38.* Horrea labefactata atque inflammata sunt. — **2)** *Inflammatum membrum* est noxio humore, ardentique dolore laborans, ut in INFLAMMATIO §. 2. dictum est. *Plin. 28. 62. 3.* Inflammata omnia sedat fimi vitulini cinis. — **3)** Translate est aliqua vehementi animi aegritudine correptus. *Cic. Dom. 23. extr.* In quos propter eorum crudelitatem inflammatae nostrae mentes fuerunt; *infiammate di sdegno. Id. 1. Fam. 7. a med.* A pueritia inflammatus ad gloriam. *Id. 1. Fin. 18.* Voluptatum potiendi spe inflammati. *Id. 3. Tusc. 6.* Libidinibus inflammatus et furens. *Id. 1. Orat. 44.* amore in patriam. *Id. 7. Verr. 62.* scelere et furore. *Martial. 10. 86.* amica. *Hirt. B. Afr. 19.* audacia. *Plin. 8. 17. 3.* cupidine noscendi animalium naturas. *Claudian. 1. in Rufin. 251.* Inflammata semel nescit mitescere virtus. *Id. 1. Cons. Stilich. 285.* pretio inflammata manus; *h. e.* corrupta, et stimulata pecunia.

INFLAMMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *flamma.* — **b)** In antiquis MSS. et editis libris saepe est confusum cum verbo *infamo.* V. INFAMO §. b. Cf. et INFLUO §. 4. — **c)** Particip. *inflammans* §. *3., inflammandus* §. *2.* et *3., inflammatus,* V. suo loco. — **d)** Derivata, *inflammanter, inflammatio, inflammatrix.*

INFLAMMO proprie est flammam infero, accendo, igne corripio; *appiccare il fuoco, accendere, infiammare. Cic. 6. Verr. 48.* Ceres dicitur inflammasse taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt. — **2)** Item exuro, comburo; *abbruciare. Id. 8. Att. 2. extr.* Cum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam. *Id. ibid.* Patriam diripiendam et inflammandam reliquimus. *Id. 7. Verr. 58.* Classem populi R. inflammari incendique iussit. — **3)** Translate est excitare, permovere, incitare. *Id. 2. ibid. 1.* Cum sint parati, qui concionibus et legibus hanc invidiam senatus inflammare conantur. *Id. 1. Orat. 14.* Admovere orationem ad sensus animorum atque motus vel inflammandos, vel etiam exstinguendos. *Id. 1. Tusc. 19.* Cum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes fere cupiditates. *Id. Har. resp. 19.* Animos imperitorum excitare et inflammare. *Id. 1. Fin. 16.* cupiditates. *Id. Marcell. 10.* odium. *Id. 1. Orat. 46.* populum in improbos. *Virg. 4. Aen. 54.* aliquem amore. *Claudian. III. Cons. Honor. 31.* Inflammare magis amorem pugnae. *Cic. Amic. 25.* Inflammari cupiditate honorum. — *Ovid. 5. Pont. 6. 45.* Desine mitem animum vano inflammare timore. *Alii leg.* infamare. *Sil. 3. 275.* ferrum inflammare veneno; *h. e.* imbuere. *Alii leg.* infamare. *Ambros. 1. Hexaëm. 8. n. 31.* In nobis est etiam . . . inflammare iracundiam, aut inflammanti aurem accommodare. — *Vulg. Interpr. Ps. 104. 19.* Eloquium Domini inflammavit eum *(Ioseph);* *h. e.* suo igne purgavit. Adde *Iacob, 3. 6.* V. loc. in NOTA. — **4)** Speciatim

H. *Inflammo* apud Medicos est nimium calorem, noxio humore collecto, in corpore accendere, et ardoris sensum facere. V. INFLAMMATIO §. 2. *Plin. 22. 49. 3.* Laser tauros inflammat, naribus illitis. *Id. 30. 10. 2.* Buprestis bovem ita inflammat, ut rumpat. Et *25. 5. 5.* Inflammari vulnera ac morbos. Et *ibid. 55. 3.* Equi pasti inflammantur rabie. — **5)** Item *inflammare pretium* est augere; *rincarire. Tertull. de cult. femin. 1. 9.* Sic et pretia rebus inflammavit, ut se quoque accenderet. Cf. ACCENDO §. 6. — **6)** Intransitivorum more,

INFLAMMO est accendor. — Translate. *Auson. Gratiar. act. post init.* Quis, inquam, locus est, qui non beneficiis tuis agitet, inflammet?

INFLĀTĒ. Adverb. ab *inflatus.* — Comparat. *inflatius,* infra. — Est tumide; *gonfiamente, superbamente.* — Translate. *Caes. 2. B. C. 17.* Atque haec ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat. *Id. 3.*

Digitized by Google

ibid. 79. Latius inflatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat.

INFLĀTĬLIS, le. Adiect. verbale ab *inflo* idem ac flatilis. *Cassiod. de Music. sub init.* Instrumentorum musicorum genera sunt, percussionale, tensibile, inflatile: inflatilia sunt, quae spiritu reflante completa, in sonum vocis animantur, ut sunt tubae, calami, organa, panduria, et cetera huiusmodi.

INFLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inflo;* actus inflandi, dilatatio. *Vitruv. 8. 3. 3.* Ea *(aqua)* autem propter naturalem raritatem in se recipiens fervidis validam inflationem, non modo implet vas, sed spiritibus extolliens operculum et crescens abundat. — **B)** Item flatus; *fiato, ventosità. Hieronym. 15. in Isai. 47. 2.* Inflationem ventris crepitu digerere. — **C)** Speciatim apud Medicos est tumor, praesertim in corpore, ex morbo; *gonfiamento, enfiatura. Cic. 1. Divin. 30.* Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus. *Cels. 2. 26.* Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus, etc. Periculum vero et anethum inflationes etiam levant. *Colum. 12. 11.* Si bibatur, inflationem stomachi facit. *Plin. 23. 57. 1.* Mala dulcia inflationes pariunt. *Id. 27. 28. 3.* Inflationes discutere. *Id. 25. 40. 2.* Inflationem sedare. *Senec. 3. Quaest. nat. 4.* In nostris corporibus ex cibo fit inflatio, quae non sine magna narium iniuria emittitur, et ventrem interdum cum sono exonerat, interdum secretius. — **D)** Item inflammatio. *Suet. Aug. 81.* Initio veris praecordiorum inflatione tenebatur. — **E)** Translate, tumor, superbia, elatio. *Cyprian. ep. 55. n. 3.* Exaltatio, et inflatio et arrogans ac superba iactatio . . . de Antichristi spiritu nascitur. *Vulg. Interpr. 2. Cor. 12. 20.* Ne forte contentiones, aemulationes . . . inflationes, seditiones sint inter vos.

INFLĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inflo;* qui inflat. *Gloss. Graec. Lat.* Φυσητής; inflator, *Id.* Ἐμφυσητής; inflator.

INFLĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *inflo;* quae inflat. — Translate. *Augustin. Serm. 118. n. 3. ed. Mai.* Venit Christus, mutavit legem in gratiam, illam inflatricem, istam adiutricem.

INFLĀTUS, a, um. Particip. verbi *inflo,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *inflatior* §. 2. et 3. — Proprie est flatu impletus, inspiratus; *empito di fiato o vento. Cic. Brut. 51.* Si tibiae inflatae non referant sonum, abiiciendas eas sibi tibicen putat. *Ovid. 1. Met. 340.* buccina cecinit iussos inflata receptus. *Plin. 9. 34. 5.* Species modo inani inflata, sine corpore. *Senec. Agam. 90.* Tela secundis inflata Notis. *Cic. 3. Orat. 11.* Nolo verba exiliter exanimata exire: nolo inflata et quasi anhelata gravius; *profferite con troppo fiato.* — **B)** Item tumidus, turgidus; *enfiato, gonfio. Id. Vatin. 2.* Serpens inflato collo, tumidis cervicibus. *Virg. 6. Ecl. 15.* Inflatum hesterno venas, ut semper, laccho; ἐλληνισμός. *Liv. 40. 58.* Inflati amnes. *Ovid. 3. Art. am. 148.* capilli; *h. e.* laxi, sparsi, fluentes. *Tertull. Pall. 4. a med.* Vestis inflatior. — **B)** Translate est superbiens, elatus. *Cic. 2. Agr. 35.* Quibus illi rebus elati et inflati non continebuntur. *Id. 5. Tusc. 9.* Inflatus et tumens animus. *Id. Mur. 15.* Cum hostium classis Italiam, spe atque animis inflata, peteret. Et *24.* inflatus promissis. *Id. 14. Phil. 6.* Inflati laetitia atque insolentia impii cives. *Curt. 10. sub fin.* Titulo Spartanae victoriae inflatus. *Liv. 29. 37.* Intempestiva iactatione severitatis inflatus. *Id. 24. 6.* Inflatus assentationibus. *Cic. 4. Acad. 36.* Est ne quisquam tanto inflatus errore, ut sibi, se illa scire, persuaserit? *Id. 1. Offic. 26.* Homines inflati opinionibus turpiter irridentur. *Liv. 39. 53.* Et ipse iuvenis haud dubie inflatior redierat, subnixus erga se iudiciis senatus, concessisque sibi, quae patri negata essent. *Iuvenal. 8. 72.* quem nobis fama superbum Tradit, et inflatum, plerumque Nerone propinquo. *Vulg. Interpr. Coloss. 2. 18.* Frustra inflatus sensu carnis suae. — **C)** Refertur etiam ad orationem nimis elatam ac turgidam. *Auct. ad Herenn. 4. 10.* Gravis oratio saepe imperitis videtur ea, quae turget et inflata est. *Auct. dial. de Orat. 18.* Ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens . . . videretur. *Propert. 2. 25. 32.* non inflati somnia Callimachi. *Quintil. 12. 10. 16.* Attici pressi et integri, Asiani inflati et ioanes.

INFLĀTUS, us, m. Verbale ab *inflo;* actus inflandi, inflatio; *il soffiar dentro. Cic. Brut. 51.* Oratori populi aures, tanquam tibiae sunt: eae si inflatum non recipiunt, etc. Et *4. Acad. 7.* Primo inflatu tibicinis. — **B)** Item afflatus; *inspirazione. Id. 1. Divin. 6.* Instinctu inflatuque divino futura praenuncial.

INFLECTO, ctis, xi, xum, ctĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *flecto,* cuius variationes sequitur. V. FLECTO. — **b)** Participia *inflexus, implexus* et *flexus* in antiquis MSS. et editis libris aliquando sunt inter se confusa, ut tradit *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 2.* V. etiam INFLEXUS §. 2. — **c)** Particip. *inflectens* §. 1., *inflexus,* V. suo loco. — **d)** Derivata, *inflexibilis, inflexibiliter, inflexio, inflexus, us.*

INFLECTO proprie est idem quod flecto; *piegare. Colum. 5. 6.* Radices in nodum inflectere. *Cic. 7. Verr. 12.* Ubi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur. *Id. 2. Nat. D. 49.* Stellae nunquam cursus sui vestigium inflectunt. *Propert. 4. 8. 77.* Colla cave inflectas ad summum obliqua theatrum. *Plin. 6. 20. 1.* A Caspio mari in Eoum cursus inflectitur. *Caes. 1. B. G. 25.* Cum ferrum se inflexisset. *Cic. ad Quirit. 3.* Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret; *h. e.* in se converteret. *Catull. 64. 256.* Euoe bacchantes, euoe capita inflectentes. — **B)** Translate est mutare, deflectere, movere, in aliam mentem inducere. *Virg. 4. Aen. 22.* Solus hic inflexit sensus, animumque labantem impulit. *Id. 12. ibid. 800.* Desine iam tandem, precibusque inflectere nostris; *piegati.* Et *Stat. 8. Theb. 716.* Lacrimis aliquem inflectere. *Cic. Caecin. 26.* Ius civile neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia potest. — **C)** Grammatice *inflectere* est circumflexum accentum verbo apponere. *Arnob. 1. p. 35.* Inflectatur quod acui, an acuatur quod oportebat inflecti. V. INFLEXIO §. 2. — **d)** Item de vocis inflexione in cantu. *Tibull. 1. 8. 37.* Voces inflectere cantu; *h. e.* variare. V. INFLEXUS, a, um, §. 2.

INFLĔTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *flatus;* indefletus; *non pianto, non compianto. Virg. 11. Aen. 372.* animae viles, inhumata, infletaque turba. Adde *Val. Flacc. 6. 681.* et *Auson. Parent. 10.*

INFLEXĪBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *inflecto;* qui inflecti non potest; *inflessibile. Plin. 28. 52. 1.* Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) levat urinae caprae. *Id. 16. 25. 1.* Inflexibilis cortex. — **B)** Translate. *Senec. ep. 95. a med.* Necessaria sunt decreta, quae dant animis inflexibile iudicium; *h. e.* certum et immutabile. *Plin. 10. ep. 97.* Pervicaciam et inflexibilem obstinationem debere puniri. Adde *Plin. alter, 7. 18. 3.*

INFLEXĪBĬLĬTER. Adverb. ab *inflexibilis;* inflexibili ratione; *inflessibilmente.* — Translate. *Augustin. 2. Quaest. in Heptat. 18.* Quia non flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resistebat. Idem locus affertur ab *Eugypp. Thesaur. 106.*

INFLEXĬO, ōnis, f. Verbale ab *inflecto;* inflectendi actus; *piegamento, inflessione. Cic. Orat. 59.* Laterum inflexione hac forti et virili, non ab scena et histrionibus, sed ab armis, aut etiam a palaestra. — **B)** Speciatim apud Grammaticos est vocis variatio per declinationem, aut accentum. *Incert. Grammat.* in *fragm. de Verbo, n. 28. p. 162. Endl.* Significationes temporum in adverbio non de eiusdem soni vel vocis inflexione nascuntur, sed etc. *Boëth. Aristot. de interpret. edit. pr. 1. p. 505. Migne.* Unde fit, ut hi casus inflexiones quoque dicantur, sed omnis inflexio alicuius inflexio est. Quod autem inflectitur, ab eo quod ipsa inflexio fit, prius est, etc.

INFLEXŬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *flexuosus;* non flexuosus, rectus. *Isid. 12. Orig. 14.* Conchris, serpens inflexuosus. Adde *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 528.*

INFLEXUS, a, um. Particip. verbi *inflecto,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est flexus; *piegato. Cic. 1. Divin. 17.* Incurvum et leviter a summo inflexum bacillum. *Plin. 4. 15. 2.* Montes inflexi theatrali modo. *Propert. 3. 13. 34.* inflexo genu cadere. *Colum. 4. 26. ad fin.* Meminerit, ne retorqueat sarmentum, sed tantum inflexum devinciat. *Suet. Aug. 79.* Capillus leniter inflexus. — **B)** Translate de voce. *Cic. 2. Orat. 46.* Ut idem, inflexa ad miserabilem sonum voce, flens ac lugens dicere videatur. *Id. Orat. 17.* Volet igitur ille, qui eloquentiae principatum petet, et contenta voce atrociter dicere; et submissa, leniter; et inclinata, videri gravis, et inflexa, miserabilis. Utrobique *Schützius* pro *inflexa* legit *flexa:* nam hic mox sequitur *inflexus sonus* alia significatione; et apud *Eund. 3. Orat. 57.* habetur *flexus sonus; h. e.* ad misericordiam compositus. V. FLEXUS, a, um §. 6. *ad fin.* — **C)** *Inflexus sonus* est idem ac flexus vel circumflexus. *Id. Orat. 17. extr.* Mira est enim quaedam natura vocis: cuius quidem, e tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta sit et tam suavis varietas perfecta in cantibus. V. INFLECTO §. 3. Apud *Capell. 3. p. 61.* et *62. circumflexus, inflexus* et *flexus* idem significant. *Cf. Serv. de Accent. init.* — **d)** Item placatus. *Stat. 8. Theb. 752.* iamque inflexo Tritonia patre Venerat. — **e)** Deinde

II. *Inflexus* est etiam adiect. ab *in* privativa et *flexus;* non flexus, non declinatus. *Capell. 3. §. 269.* Inflexi (sonus) proprium est, ut nisi longis natura syllabis non adhaereat. *Id. ibid. §. 305. Virus* Lucretius *viri* dicit, quamquam rectius inflexum maneat. Adde *Cassiod. de Grammat.*

INFLEXUS, us, m. Verbale ab *inflecto;* inflexio; *piegamento. Iuvenal. 5. 336.* rhedarum transitus arcto Vicorum inflexu; *volta stretta. Arnob. 2. p. 57.* Nec sit introitus rectus, sed adeatur inflexibus flexuosis. — **B)** Translate. *Senec. Brevit. vit. 12.* Vocem, cuius rectum cursum natura et optimum et simplicissimum fecit, inflexu modulationis inertissimae torquent.

INFLICTĬO, ōnis, f. Verbale ab *infligo;* actus infligendi. *Imp. Constant. Cod. Theod. 9. 17. 2.* Factum, solitum sanguine vindicari, multae inflictione corrigimus.

INFLICTUS, a, um. Particip. verbi *infligo; percussus; percosso. Val. Flacc. 4. 281.* iam ecce ruunt, inflictaque late Terga sonant.

Digitized by Google

— **2)** Item illatus, incussus. *Imp. Gordian. Cod. 5. 71. 2.* Damnum inflictum alicui. *Imp. Antonin. ibid. 10. 8. 1.* Summa poenae nomine inflicta. *Prudent. Apoth. in fin.* Inflictos casus contemnite; h. e. illatas calamitates. — **3)** Item illisus. *Virg. 10. Aen. 303.* Puppis inflicta vadis.

INFLICTUS, us, m. Verbale ab *infligo;* inflictio, collisio, ut inflictus dentium et labiorum, quo nempe sonos articulamus: apud *Arnob. 3. p. 111.* Adde *Zenon. 2. Tract. 62.*

INFLĪGO, gis, xi, ctum, gĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *figo*, quod v. — Particip. *inflictus*, v. suo loco. — Proprie est impingo; *lanciar contro. Cic. Plane. 29.* Infligere alicui securim. *Lactant. de mort. persecut. 49.* Caput parietibus infligere. — **2)** Item infero. *Cic. Vatin. 8.* Mortiferam plagam infligere. *Id. Pis. 15.* Infligere vulnera. — **3)** Translate. *Id. Pis. 26.* sempiternam alicui turpitudinem; h. e. inurere. *Justin. 3. 5.* detrimenta civitati; h. e. inferre. *Ulp. Dig. 42. 9. 6. ad fin.* Infligere alicui damnum. *Paul. ibid. 22. 1. 11.* graviores usuras; h. e. imponere. *Cic. 2. Orat. 65.* Cum in altercatione arripitur ab adversario verbum, et ex eo in eum ipsum aliquid, qui lacessivit, infligitur. *Iulian. Dig. 5. 5. 50.* Infligere alicui pretium rei emptae; *addossare;* imponere onus solvendi pretii. *Alii tamen leg.* affligere. *Vulg. Interpr. Levit. 24. 20.* Qualem infligerit maculam, talem sustinere cogetur. Cf. INFLICTIO.

INFLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *flo*. — **b)** Particip. *inflans* §. 1., *inflandus* §. 2., *inflatus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *inflate, inflatilis, inflatio, inflator, inflatrix, inflatus, us.* — **d)** Composita, *adinflans, subinflatus.*

INFLO proprie est intus flo, inspiro, flatu impleo, tumentem facio; *soffiar dentro, gonfiare. Cic. 4. Acad. 27.* Simul inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur. *Virg. 8. Ecl. 2.* calamos inflare leves; *sonare.* Cf. *Iul. Rufinian. de Schem. lex. 38., Cic. Orat. 60.* Inflare sonum aliquem. *Virg. 3. Aen. 357.* tumidoque inflatur carbasus Austro. *Horat. 1. Sat. 1. 20.* merito quin illis Iuppiter ambas iratus buccas inflet. *Cels. 2. 26.* Inflant *(corpus)* omnia fere legumina, omnia pinguia, omnia praedulcia. *Ovid. Medic. fac. 70.* Et simul inflantes corpora frige fabas. *Cato, RR. 90.* Ex ore in os palumbi inflare aquam; h. e. flando inlicere. — **2)** Translate. *Horat. 2. Sat. 5. 98.* Crescentem tumidis infla sermonibus utrem; *adula e gonfiala. Cic. Pis. 36. extr.* Cum tibi spe falsa animos rumor inflassel. *Liv. 35. 42.* Quibus mendaciis creverat multorum animos, iisdem et regis spem inflabat. *Id. 45. 31.* Inflavit ad intolerabilem superbiam animos. *Paul. Dig. 39. 4. 9.* Locatio vectigalium, quae calore licitantis ultra modum solitae conductionis inflatur; *erasee, s'alza, rincara. Quintil. 11. 1. a med.* Ipse *(iudex)* erit gloria inflandus. — *Vulg. Interpr. 1. Cor. 8. 1.* Scientia inflat, charitas vero aedificat. Adde *ibid. 13. 4.* — **3)** Refertur et ad orationem. *Cic. 1. Leg. 2.* Quid tam exile, quam isti omnes? Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem, sed etc.; h. e. fuit in historia scribenda plenior: ducta, opinor, metaphora ab inflandis tibiis.

INFLŌRĔO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *floreo;* in aliquo loco floreo, vigeo. *Claudian. II. cons. Stilich. 124.* Pristina Romuleis infloruit arcibus aetas.

INFLŬENS, entis. Particip. verbi *influo*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui influit. *Curt. 8. 9.* et *Plin. 3. 6. 6.* Amnis influens in mare; *che sbocca. Iustin. 11. 8.* Flumen per mediam urbem influens. *Quintil. 1. 2. ad fin.* Humor sensim influens. — **2)** Item ingruens, irruens. *Cic. Prov. cons. 13.* Influentes in Italiam Gallorum copias reprimere. *Plin. Paneg. 8.* Si quando cum influentibus negotiis paria fecisti. — **3)** Item incurrens, immeans. *Cic. Univ. 13.* Influens atque effluens divinus animus. — **4)** *Fortuna influens est* favens, propitia. *Senec. Thyest. 536.* Quis influentis dona Fortunae abnuit? — **5)** *Influentes capilli* apud *Cels. 6. 1.* sunt excidentes, decidui.

INFLŬESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *influo*, idem quod influo. *Cassiod. 12. Var. 12.* Non guttis impluit, sed quibusdam repentinis torrentibus influescit.

INFLŬO, is, xi, xum, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more fortasse etiam adhibitum (v. infra §. 4.), ab *in* intentiva et *fluo*, cuius variationes sequitur. V. FLUO. — **b)** Particip. *influens*, v. suo loco, *influendus* §. 4. — **c)** Derivata, *influesco, influvium, influus, influxio, influxus, us.* — **d)** Compositum, *subinfluo.*

INFLUO proprie est intro fluo, illabor; *scorrere, inondare dentro. Cic. 1. Tusc. 39.* Apud Hipanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit; *sbocca. Id. 2. Nat. D. 55.* In quem sanguis a iecore per venam illam cavam influit. *Id. 1. Divin. 35.* Atque in amnes mare influxerit. *Caes. 7. B. G. 57.* Palus influit in Sequanam flumen. — Cum accusativo sine praepos. quae inest in ipso verbo. *Id. 1. ibid. 8.* Lacus Lemanus, quem flumen Rhodanum influit. *Alii leg.* in flumen. Adde *3. ibid. 9. Plin. 6. 28. 1.* Oceanum qui influit, Azanium appellant. Cf. §. 4. — Cum adverbiis motus ad locum. *Caes. 4. B. G. 1.* Non longe a mari, quo Rhenus influit. *Ovid. 4. Pont. 10. 48.* Huc Lycus, huc Sagaris influit. — **2)** Translate ponitur pro *sese insinuare*, sensim irrepere. *Cic. 2. Offic. 9.* Ut in universorum animos tanquam influere possimus. *Id. Amic. 21.* Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in aures concionis? *Id. 2. Leg. 15.* Nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos. *Quintil. 12. 10. 16.* Paulatim sermone Graeco in proximas Asiae civitates influente; *introducendosi. Ambros. ep. 69. n. 4.* Et quidem Graeco more influxit, ut feminae virilibus quasi succinctioribus tunicis utantur. — **3)** Item irrumpere magna vi et copia instar fluminum. *Plin. 6, 7. 7.* Influxisse eo Scythas tradunt. V. INFLUENS §. 2. — Cum dativo. *Quintil. 5. Declam. 13.* Influxit Italiae inaudita multitudo. *Albinov. 1. 395.* dolor menti influit aegrae. *Senec. ep. 50. circa med.* Illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere. — **4)** Transitivorum more, passive

II. *Influo* adhibetur in illo *Cic. 2. Orat. 53.* Ex illa lenitate ad hanc vim acerrimam influat, oportet, aliquid; et ex hac vi nonnunquam animi aliquid influendum est illi lenitati. Sunt qui *infundendum*, sunt qui *inflandum* reponunt, sunt qui multo rectius *inflammandum*. Cf. §. 1. supra, et INFLUXUS, a, um.

* INFLŬVĬUM, il, n. Verbale ab *influo;* profluvium; *flusso. Veliei. 2. 120. extr.* Ut protinus pariter sanguinis cerebrique influvio exspiraret. *Alii legunt* profluvio, *alii rectius* effluvio.

INFLŬUS, a, um. Adiect. verbale ab *influo;* qui influit. *Paulin. Nolan. carm. 18. 107.* tam largiter influa traxit Dona Dei.

INFLUXĬO, ōnis, f. Verbale ab *influo;* influxus, illapsus, actus influendi. *Macrob. 1. Somn. Scip. 12.* Materialis influxio in corpus. *Cael. Aurel. 2. Acut. 37. sub init.* Ea, quae influxione sui, quam Graeci ἐπιῤῥοιαν vocant, spirationem facilem aegrotantibus facere valent.

INFLUXUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fluxus;* non fluxus, constans. *Avien. Or. Marit. 256.* Eamque *(insulam)* pridem, influxa et est satis fide, tenuere Cempsi.

INFLUXUS, us, m. Verbale ab *influo;* actus influendi; *influsso. Firmic. 1. Mathes. 1.* Si ex solis stellarum influxibus pendeamus.

INFŎDĬO, ōdis, ōdi, ossum, ŏdĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *fodio*. — Particip. *infodiens* §. 3., *infodiendus* §. 1., *infossus*, v. suo loco. — Proprie est idem quod fodio, vel in aliquo loco fodio; *scavare. Colum. 3. 15.* Atque ita sequentem sulcum infodiunt. Et *ibid.* Campestris locus alte duos pedes infodiendus est. — Absolute *Pers. 1. 120.* Hic tamen infodiam *(subaudi* scrobem). — **2)** Item terra obruo, sepelio, planto. *Cato, RR. 37.* Sarmenta concidito minute, et ibidem inarato, aut infodito. *Virg. 2. G. 348.* squalentes infode conchas. *Id. 3. ibid. 555.* Unguibus infodiunt fruges. Et *11. Aen. 200.* corpora multa virûm terrae infodiunt. *Caes. 7. B. G. 73.* Talese totae in terram infodiebantur. *Nep. Pausan. 3.* Procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. *Plin. 12. 1. 2.* Gemmas infodere corpori; h. e. una cum corpore sepelire. — **3)** Translate est intus impingere. *Sil. 10. 235.* saxum perfractae cassidis aera Ossibus infodiens. Sic *Lucan. 6. 193.* Et galeae fragmenta cavae compressa perurunt Tempora.

INFOECUNDUS. V. INFECUNDUS.

INFOEDĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *foederatus;* foedere non iunctus. *Tertull. Praescript. 12.* Qui miles ab infoederatis, ne dicam ab hostibus regibus, stipendium captat, nisi plane desertor?

INFOEDISSĬMUS, a, um. Adiect. superlativi gradus ab *in* intentiva et *foedissimus;* maxime foedus. *Rugypp. Thesaur. 178.* Fieri enim potest, ut sine aliquo vitio . . . voracitatis pretiosissimo cibo sapiens utatur, insipiens autem infoedissima gulae flamma in vilissimum ardescat. — Positivum *infoedus* nondum inveni.

INFORMĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *formabilis;* qui formari et creari nequit. *Tertull. advers. Prax. 27.* Deus immutabilis et informabilis.

INFORMĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *informo;* proprie dicitur prima illa et rudis forma, quae ab artifice operi alicui inducitur; *il primo schizzo. Vitruv. 4. 6. in fin.* Aedium sacrarum informationes. — *Apul. Herb. 67.* Bryonia thyrsos emittens prima informatione e radice; *nel primo getto o sviluppo.* — **2)** Translate accipitur pro notione a natura animo impressa; hoc est, quasi praesumpta notitia et anticipata. *Cic. 1. Nat. D. 16.* Quae est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus; id est anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quaeri, nec disputari possit. *Id. 2. Orat. 37. extr.* Unius verbi imagine totius sententiae informatio. *Id. Partit. 29.* Informatio verbi; h. e. explicatio et ostensio significationis. — **3)** Est etiam institutio, imbutio in illo *Ennod. diet. 6.* Stat apud conscientias vestras quanta Nestorius et Eutyches, gemina diabolicae informationis ostenta, diu etc. — **4)** Apud Rhetores est etiam figura eadem, quae Graece characterismus dicitur, teste *Auct. de schem. dian. 10.* ed. *Halm.* Χαρακτηρισμός est, quod Latine informatio vel descriptio appellatur. V. CHARACTERISMUS.

INFORMĀTOR, ōris, m. Verbale ab *informo;* qui informat, et instruit.

Digitized by Google

Tertull. 4. advers. Marcion. 22. Moses populi informator. *Id. Pall.* 6. Primus informator litterarum; *h. e.* qui pueros formam litterarum docet. V. ABECEDARIUS §. 2. et ABRENARIUS §. 3.

INFORMĀTUS, a, um. Particip. verbi *informo;* delineatus, deformatus, institutus, sed rudis adhuc, impolitus, imperfectus; *abbozzato, disegnato. Varr.* apud *Gell. 3. 10.* Quarta hebdomade caput et spina, quae est in dorso, informatur. *Virg. 8. Aen. 426.* His informatum manibus, iam parte polita, Fulmen erat. — **B)** Translate. *Cic. 1. Att. 1.* Petitorum haec est adhuc informata cogitatio. *Id. Quint. 10.* Ab illo, qui ante dixit, informata iam causa est. *Id. 11. Att. 6.* Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata. *Id. 1. Nat. D. 27.* Ita est informatum anticipatumque mentibus nostris, ut homini, cum de Deo cogitet, forma occurrat humana. *Id. 1. Offic. 4.* Ut nemini parere animus bene a natura informatus velit, nisi etc. — **B)** Item convenieus, proficuus. *Cael. Aurel. 4. Chron. 3. 55.* Si igitur medicaminis iniectio aliquo fuerit peccato vitiata, ut non omnibus adiutorii partibus informata videatur, mox medicamenti monstrabit errorem.

INFORMĪDĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *formidabilis; non formidabile. Coripp. 2. Laud. Iustin. 554.* Omnis erit iudex informidabilis illi.

INFORMĪDĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *formidatus;* non formidatus; *non temuto. Sil. 13. 241.* Hac tacite nitens informidatus adire.

INFORMIS, me. Adiect. ab *in* et *forma,* quod alterum vi compositionis in adiectivum transiit. — **b)** Alia forma, *informus,* tribuitur a quibusdam *Tertull. Pall. 2.,* sed alii melius legunt divisim *in forma.* — **c)** Comparat. *informior* §. 2. — **d)** Derivata, *informitas, informiter.*

INFORMIS proprie est sine forma, inchoatus, rudis; *informe, rozzo, sformato. Auct. ad Herenn. 4. 55.* Cum res muta aut informis sit eloquens et formata. *Liv. 21. 26. extr.* Alveos informes (nihil, dummodo innare aquae, et capere onera possent, curantes) raptim faciebant. *Plin. 7. 15. 1.* Mola est caro informis, inanima, ferri ictum respuens. *Id. 10. 85. 5.* Leaenae et vulpes informia pariunt, postea lambendo figurant. — **B)** Item deformis, squalidus, turpis, foedus; *deforme, brutto, orrido. Priscian. 1. p. 841. Putsch.* Informis dicitur mulier, non quae caret forma, sed quae male est formata. *Virg. 8. Aen. 264.* pedibusque informe cadaver *(Caci)* Protrahitur. *Horat. 2. Od. 10. 15.* Informes hiemes. *Id. 2. Ep. 2. 118.* Informis situs. *Val. Flacc. 4. 245.* horrendosque toris informibus artus. *Propert. 1. 3. 16.* Et timor informem ducet in ora notam. *Tibull. 4. 4. 6.* Informis color. *Stat. 12. Theb. 528.* Informes sanguine peltae. *Lucan. 6. 224.* imbre cruento Informis facies. *Tacit. 6. Ann. 49.* Papinius repentinum et informem exitum delegit, lacto in praeceps corpore. Et *12. ibid. 37.* Sors mea mihi informis, tibi magnifica est. *Virg. 12. Aen. 605.* Et nodum informis leti trabe nectit ab alta; *h. e.* suspendii. *Senec. ep. 94. a med.* Nihil est illis *(metallis),* dum fiunt, et a face sua separantur, informius.

Nota. Discrimen inter *informem* et *deformem,* V. sub v. DEFORMIS in *Nota* §. 2.

INFORMĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *informis;* formae, figurae privatio. *Solin. ep. priore ad Advent.* Scabra informitas. Adde *Augustin. 12. Confess. 12.* et *Tertull. advers. Hermog. 43.*

INFORMĬTER. Adverb. ab *informis;* sine forma. *Augustin. 12. Confess. 29.* Adde *Eugypp. Thesaur. 522.*

INFORMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *formo.* — **b)** Particip. *informans* §. 2. et seqq., *informandus* §. 1., *informatus,* V. suo loco, *informaturus* §. 1. — **c)** Derivata, *informabilis, informatio, informator.*

INFORMO proprie est primam et rudem alicui rei formam induco, deformo, describo, inchoo; *formare, disegnare, abbozzare. Virg. 8. Aen. 447.* Ingentem clypeum informant. *Colum. 2. 2. ante med.* Sarmentis connexus velut funis informabitur in eam crassitudinem, quam etc. *Id. 11. 3. ante med.* Areae sic informandae sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant. *Sil. 17. 525.* Informare effigiem. *Plin. carm. ep. 3. l. 7.* Et nunc *(cera)* informet Martem castamque Minervam, Nunc Venerem effingat. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 331.* Noctivago taedas informatura labori. — **B)** Translate. *Cic. Orat. 2.* Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Et *9. extr.* Inchoare et informare oratorem. *Id. 1. Nat. D. 15.* Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum Deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne coniectura quidem informare possimus, cum mens nostra quidvis videatur coniectura posse depingere; *idearseli, adombrarli, immaginarseli.* — *Boëth. de Persona et natur. 1.* Natura est unamquamque rem informans specifica differentia. — **B)** Est etiam prima institutione imbuere, instituere, docere. *Cic. Arch. 3.* Artes, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet. *Maxim. Taurin. Serm. 52.* Omnes barbaras nationes propriis earum linguis informabat ad fidem. *Eugypp. Thesaur. 251.* Informans nos ad dilectionem proximi. — **4)** Est etiam enunciare, quod *informare* dicunt Itali recentiores. *Ennod. 9. ep. 33.* Frequenter de his, quae vobiscum agnntur, vel acta sunt, informantes.

° INFORMUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *formus;* valde calidus. *Arnob. 2. p. 72.* Nec informis erubesceret calamistris masculorum vibrare caesariem. Ita legendum censet *Stewechius;* sed *reelius alii* in formis. V. FORMA §. 1. *in fin.* — **2)** Item *informus* pro *informis,* V. INFORMIS §. b.

INFŎRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *foro;* intus foro; *forar dentro. Plin. 17. 24. 2.* Timebant prisci truncum findere, mox inforare ausi medio. Hic *Harduin.* ex MSS. legit *imperare,* quod melius videtur. V. IMPERO §. 10. *Sillig* tamen in texto retinuit *inforare.* — **B)** Deinde

II. *Inforo, as, āre.* Est etiam ab *in* et *forum;* in forum, sive in ius vocare: quod verbum ioculariter fictum est a *Plaut. Curc. a. 5. v. 50. Curc.* Quaeso, ne me incomities. *Ly.* Licetne inforare, si incomitiare haud licet? *Curc.* Non inforabis me quidem: nec mihi placet Tuum profecto nec forum, nec comitium. *Ubi* tamen alius latet, et obscenus quidem sensus. V. PERFORO §. 2.

INFORTŪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fortunatus.* — Comparat. *infortunatior* §. 1. et superlat. *infortunatissimus* §. 1. — Est infelix, miser, calamitosus, aerumnosus; *infelice, misero, sfortunato. Ter. Eun. 2. 3. 7.* O infortunatum senem! *Plaut. Bacch. 5. 1. 20.* Homo miser et infortunatus. *Cic. 2. Att. 24. ad fin.* Nihil me infortunatus. *Apul. 4. Met.* Infortunatissimus maritus. Adde *Pacat. Paneg. Theod. 11.* — **B)** Absolute, substantivorum more,

INFORTUNATUM, i, n. Est res adversa, infortunium. *Boëth. Consol. Phil. 4. prol. 1.* Malis infortunata contingunt.

INFORTŪNĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *in* et *fortuna;* idem ac infortunium. *Gell. 6. 1.* Itidem sunt bona et mala, felicitas et infortunitas, dolor et voluptas. In eodem loco a *Lactant. Epit. 29.* allato pro *infortunitas* legitur *importunitas,* quod postremum quidam praeferendum arbitrantur.

INFORTŪNĬUM, ii, n. Abstractum ab *in* et *fortuna,* infelicitas, calamitas, aerumna; *infelicità, disgrazia, malanno. Ter. Adelph. 2. 1. 24.* Si attigisses, ferres infortunium. *Liv. 1. 50. extr.* Ni pareat patri, habiturum infortunium esse; *h. e.* meritam poenam. *Horat. Art. P. 105.* Tunc tua me infortunia laedent. *Ammian. 19. 7.* His turbinum infortuniis percitus. *Plaut. Amph. 1. 1. 130.* Modo sis, veni huc: invenies infortunium. Et *4. 2. 14.* Mactare aliquem infortunio. Et *Merc. prol. 21.* multare. — **B)** *Vitare infortunio* dixit *Id. Curc. 2. 3. 19.* pro *infortunium,* quemadmodum *Rud. 5. 3. 48.* cave sis infortunio: et *Bacch. 1. 2. 39.* cavere malo.

INFOSSĬO, ōnis, f. Verbale ab *infodio;* actus infodiendi. *Pallad. 3. 16.* Vetus vinea mergis melius reparabitur, quam si infossione totius corporis obruatur.

INFOSSUS, a, um. Particip. verbi *infodio;* fossus; *cavato, scavato. Colum. 9. 1.* Infossi lacus Signino consternuntur. *Stat. 8. Theb. 554.* Vulnera penitus infossa cerebro. — **B)** Item sepultus; *seppellito. Horat. Epod. 8. 33.* Infossus puer. *Plin. 15. 27. 1.* Libri tot infossi duraverunt annis.

INFRĀ. Adverb. itemque praepositio accusativum post se habens, ab *infer,* sive *inferus, a, um,* absolute posito in ablat. casu fem. *infera,* unde per syncopen *infra.* Minus autem recte contrarium decuit *Priscian. 14. p. 992. Putsch.* « Ex hoc *(infra)* derivatur *inferus . . .,* quod approbat *Caper,* vel *infer,* ut *citer, exter.* » V. INFERUS §. a. et b. — **b)** Hinc *infera* pro *infra* habetur in *Inscr.* apud *Grut. 171. 8.* « L. Betilienus L. f. Varus haec, quae infera scripta sunt *(sic),* de senatu *(sic)* sententia faciunda coiravit. » Sed fortasse hoc debetur aut vitiosae pronunciationi aut inscitiae artificis. — **c)** Comparat. *inferius* §. 6. et 7. — **d)** In antiquis MSS. et editis libris *infra* et *intra* aliquando inter se commutantur. V. *Drakenb.* ad *Liv. 34. 50.* et *59. 45.* et *Oudend.* ad *Apul. T. 2. p. 16.* Cf. *Nota,* infra. — **e)** Composita, *infraforaneus, infrascribo.*

INFRA, prout adverbium, proprie est contrarium τῷ *supra* aut *alto; di sotto, nella parte inferiore. Pompeius* ad *Cons.* apud *Cic. 8. Att. 6.* et *6. Fam. 8. extr.* Earum litterarum exemplum infra scripsi. *Cic. Somn. Scip. 4.* Infra nihil est nisi mortale: supra lunam sunt aeterna omnia. *Cels. 5. 25. sub fin.* Ferro candente in occipitio, et infra, qua summa vertebra cum capite committitur, adurere. — Sequente *quam. Varr. 1. RR. 41.* In qua vite inserunt, in ea paulo infra, quam insitum est, inciduni. *Cic. 2. Nat. D. 54.* Partes eae, quae sunt infra, id quod devoratur, dilatantur; quae autem supra, contrahuntur. *Plin. 16. 53. 2.* Si infra, quam rami fuere, praecidatur. — **2)** Absolute inferos significat in illo *Tibulli, 1. 11. 55.* Non seges est infra, non vinea culta, sed audax Cerberus, etc. — **3)** In discumbendo *infra* est, qui ad dexteram est alterius; *supra,* qui ad sinistram. *Infra* autem locus erat honoratior. *Cic., Sallust. Horat.* V. loca in ACCUMBO *Not.* II. — **4)** Translate refertur ad dignitatem. *Tacit. 2. Ann. 43.* Vix Tiberio concedere: liberos eius, ut multum infra despectare. — **5)** Comparativum

INFERNUS proprie est in parte inferiori; *più sotto, più basso. Ovid. 2. Met. 136.* Altius egressus caelestia tecta cremabis, inferius terras. *Id. 2. ibid. 208.* Inferiusque suis fraternos currere Lunа Admiratur equos. Et *12. ibid. 420.* inferius, quam collo pectora subsunt, Cyllare, tuit. — **6)** Translate. *Id. 2. Trist. 265.* Persequar inferius, . . . Posse nocere animis carminis omne genus; *dirò più sotto, più a basso. Senec. ep. 79.* Virtutem non flamma, non ruina inferius adducet. *Solin. 2. circa med.* Quae praeterire, quam inferius exsequi, tutius duximus. — **7)** Deinde, qua est praepositio,

II. *Infra*, eodem sensu proprio, cum accusativo copulatur. *Cic. 6. Verr. 25.* Argentum, in lectica cubans, ad mare infra oppidum exspectabat. *Tacit. Agr. 20.* Infra caelum et sidera nox cadit. — *Cic. Quint. 15.* Is non modo ex numero virorum exturbatur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos amandatur. — *Cato* apud *Gell. 7. 13.* In M. Catonis oratione, qua Voconiam legem suasit, quaeri solet, quid sit classicus, quid infra classem. V. integr. loc. — **8)** Refertur interdum ad tempus. *Cic. Brut. 10.* Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit. — **9)** Et ad magnitudinem. *Caes. 6. B. G. 27.* Uri sunt magnitudine paulo infra elephantos. Adde *Plin. 10. 69. 1.* et *20. 2. 1.* — **10)** Item ad numerum. *Id. 18. 62. 1.* Ternadena *(ova)* subjicito, hieme pauciora, non tamen infra novena; *meno di nove.* Adde *6. 6. 1* et *17. 4. 3.* — **11)** Translate saepe refertur ad dignitatem. *Ter. Eun. 3. 2. 36.* Tace tu, quem ego esse infra infimos omnes puto homines. *Cic. 5. Tusc. 7.* Qui invictus sit, eum res humanas despicere, atque infra se positas arbitrari. *Id. 5. Fin. 7.* Sapientia et animi magnitudinem complectitur, et ut omnia, quae homini accidant, infra se esse judicet. *Propert. 1. 20. 5.* Est tibi non infra speciem, non nomine dispar Thiodamanteo proximus ardor Hylae; *h. e.* est tibi eiusdem formae, et nominis puer non inferior Hyla. *Horat. 2. Ep. 1. 15.* Uril . . . artes infra se positas. *Tacit. 13. Ann. 12.* Neque Neroni infra servos ingenium. *Vellej. 2. 85.* infra servos cliens. — **12)** Huc et illa pertinent *Plin. 6. ep. 2.* Conferant se Marii, Sullae, Pompeii: infra Pallantis laudes jacebunt. Et *1. ep. 20. a med.* Non minus non servat modum, qui infra rem, quam qui supra dicit; *h. e.* minus, quam res et causa postulat. *Quintil. 1. 7. 1.* Id quidem infra grammatici officium est; *è da meno, che grammatico.* — **13)** *Infra esse* est inferiorem esse. *Plin. 25. 38. 2.* Multum infra hunc succum est, qui in Gallia fit. *Id. 19. 15. 2.* Laser in Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum. — **14)** *Magis infra* pro *inferius*, seu potius interius, penitius, altius. *Lucret. 5. 274.* penitus prorsus latet haec natura subestque, Nec magis hanc infra quicquam est in corpore nostro.

Nota I. Differunt *infra* et *intra* non uno discrimine. *Intra* contrarium habet *extra: infra, supra.* Praeterea *intra* ad numerum et spatium refertur, ut *intra viginti dies*, et *intra muros: infra* ad dignitatem, ut dictum est. Quibus locis *intra* non videtur locum habere. Ita *Valla elegant. l. 2. c. 53.* Reperitur tamen *infra* relatum ad numerum. V. loc. *Plinii* §. 10. supra. — *Petron.* posuit *infra* pro *intra, Satyr. 137.* Infra manus meas camellam vini posui. *Intra* tamen est, qui reponat. Cf. supra §. d. — **Nota II.** Iuncta cum ablativo reperitur apud *Incert. de casis litter. p. 316. Lachm.* Infra vinea memoriae sunt. — **Nota III.** Alia pauca de hac particula dabit *Hand, Turtell. T. 3. p. 374-379.*

INFRACTĬO, ōnis, f. Verbale ab *infringo*, idem quod fractio. V. loc. *Prisciani.* in voc. seq. — **2)** Translate dicitur de animo pro torpore, demissione, pusillanimitate. *Cic. 5. Tusc. 7.* in eundem cadere timorem, et infractionem quidem animi, et demissionem.

INFRACTOR, ōris, m. Verbale ab *infringo;* qui infringit. Agnoscitur a *Prisciano. Partit. XII. vers. Aen. p. 1282 Putsch.* Nomen verbale masculinum *infractor*, femininum *infractrix*, ipsa res *infractio* et *infractus* et *infractura*.

INFRACTRIX, icis, f. Verbale ab *infringo;* quae infringit. V. *Prisciani.* loc. cit. in voc. praeced.

INFRACTŪRA, ae, f. Verbale ab *infringo*, idem quod infractio. Agnoscitur a *Prisciano.* loc. cit. in INFRACTOR.

INFRACTUS, a, um. Particip. verbi *infringo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *infractior* §. 3. — Proprie est idem omnino quod fractus, vel valde fractus; *rotto, spezzato, infranto. Colum. 8. sub fin.* Nuces digitis infractae. Et *12. 55.* Sal mola infractum. *Plin. 25. 16. 3.* Infracta ossa extrahere. *Id. 8. 54. 4.* Caput ursi colapho infractum. *Val. Flacc. 6. 199.* infracta est vulnere cervix. *Plin. 8. 76. 2.* Mares caprarum longis auribus infractisque probant; *h. e.* deciduis *(flaccidas* et *praegravantes* vocat *Colum. 7. 6.)*, quasi fractae sint. — **2)** Item inflexus. *Cic. 4. Acad. 25.* Infractus remus. *Plin. 2. 38. 2.* Infracti radii resiliunt. — **3)** Translate quoque eandem, ut *fractus*, vim habet apud probatum quemque scriptorem. Neque audiendus est *Servius*, qui illud *Virg. 12. Aen. 1.* Turnus ut infractos adverso Marte Latinos Defecisse videt, . . . exponit, antea semper infractos. Sunt enim hic Latini debilitati, afflicti, dejecti, demissi, abjecti, accisis viribus; *abbattuti, snervati, avviliti, mortificati, perduti d'animo.* Sic *Cic. Dom. 23.* Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Et *ad Quirit. 8.* Cum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato. *Attic. ad Cic. 9. Att. 12. ad fin.* Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certe minus infracta. *Virg. 9. Aen. 499.* torpent infractae ad proelia vires. *Id. 5. ibid. 784. de Iunone.* Nec Jovis imperio, fatisve infracta quiescit; *vinta, domata.* Et *Ovid. 6. Met. 627.* Mota quidem est genetrix, infractaque constitit ira. *Stat. 2. Achill. 215.* Infracta virtus. *Liv. 58. 14.* Oratio submissa et infracta. *Val. Max. 5. 10. n. 1. extern.* Oratione nulla ex parte infracticre concionatus est. *Cels. 3. 7. n. 2.* Infractus calor; *h. e.* domitus et sublatus. *Liv. 7. 51.* Infractos animos gerere. *Val. Flacc. 3. 256.* infracti languescunt frigore cursus; *h. e.* debilitati, retardati. *Tacit. 1. Hist. 1.* Veritas pluribus modis infracta; *h. e.* corrupta, adulterata. *Id. 3. ibid. 42.* Fides metu infracta; *h. e.* violata. *Id. 4. ibid. 57.* Infracta tributa; *h. e.* imminuta. Et *13. Ann. 12.* Infracta paulatim potentia matris. — **4)** *Infracta fama* apud *Virg. 7. Aen. 332.* et *Tacit. 2. Hist. 22.* est imminuta et corrupta. — **5)** Refertur et ad sermonem. *Cic. Orat. 51.* Infracta et amputata loqui: *h. e.* interrupta, et veluti confragosa collocatione comprehensa. — **6)** Hinc *infracta loquela*, seu *vox*, est effeminata et mollis, qualis esse cinaedorum solet, ac praecipue nutricum, quae de industria decurtata et fracta verba coram infantibus loquuntur. *Gell. 3. 3.* Cum vocem eius *(delicati)* infractam, capillumque arte compositum, et oculos ludibundos, atque illecebrae voluptatisque plenos videret. *Lucret. 5. 231.* Almae nutricis blanda atque infracta loquela. *Arnob. 4. p. 141.* Ergone Iuppiter ad somnos inductus est in mollissimis cunis iacens, et vocibus delinitus infractis? Huc spectat locus *Philodemi de musica* apud *Visconti, Iscriz. Triop. p. 310. edit. Mediol.*, ubi κεκλασμένη φωνὴ legitur, quae in loco simili *Aristoph. Nub. v. 973.* μαλακὴ dicitur. Adde *Minuc. Fel. Octav. 2.* et *Hieronym. ep. 79. n. 6.* — **7)** Deinde

II. *Infractus* est etiam adiect. ab *in* privativa et *fractus;* non fractus. — Translate. *Symmach. 1. ep. 3.* (editionis *Ger. Wingendorpii 1653.:* nam apud *Iuret.* deest) *a med.* Fractae opes infractos animos repererunt. Et a *Hieronym.* in *Vita Pauli ante med.* Infractus et hoc Antonius spectaculo.

INFRACTUS, us, m. Verbale ab *infringo;* fractio, infractio. Agnoscitur a *Prisciano.* loc. cit. in INFRACTOR et ab *Auct. Append.* ad *Prob. p. 437. Endl.*

INFRAENO, etc. V. INFRENO etc.

INFRĀFŌRĀNUS, a, um. Adiect. ab *infra* et *forum;* qui infra forum est, ut *circumforaneus*, qui circum forum. *Inscr.* apud *De-Vita, AA. BB. 26. 5.* C. Umbrio Eudrasto collegium Martensium infraforanum memor liberalitatis et honorificentiae.

INFRĂGĬLIS, le, Adiect. ab *in* et *fragilis;* qui frangi nequit; *che non si può spezzare. Plin. proocm. l. 20.* Adamantem infragilem omni cetera vi, et invictum, sanguine hircino rumpente. — **2)** Translate firmus et validus: *fermo, saldo. Ovid. 1. Trist. 5. 53.* Si vox infragilis, pectus mihi firmius aere, etc. *Senec. Vit. beat. 9.* Summum bonum est infragilis animi rigor. *Ubi minus recte al. leg.* infrangibilis. *Albinov. 1. 554.* Infragilemque animum, quod potes, usque tene.

INFRANGĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *frango*, v. voc. praeced.

INFRASCRĪBO et intrascribo, ĭbis, īptum, ĭbĕre. Verbum transitiv. ab *infra* et *scribo;* quod et divisim scribitur. Hinc particip. *infrascriptus, a, um;* subtus scriptus. *Cassiod. 4. Var. 21.* Infrascriptis brevibus. *Marcell. Empir. 29.* Ad coli dolorem scribere debes in lamina aurea de graphio aureo infrascriptos characteres. — *Infrascripturus* est in *Papyr.* apud *Marini, Pap. diplom. n. 115.* (V. loc. in ARCA §. 4. *fin.*), ubi tamen pro mendoso *infrasuscripturi* cl. *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon* monet legendum esse *infrascripturis.*

INFRASCRIPTUS et *INFRASUSCRĪBO. } V. voc. praeced.

INFRĒGI, praeteritum. V. INFRINGO.

INFRĔMO, is, ui, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *fremo*, idem quod fremo; hoc est, murmure indignationem ostendo. *Virg. 10. Aen. 711. de apro.* Infremuitque ferox. — *Vulg. Interpr. Ioh. 11. 33.* Infremuit *(Iesus)* spiritu et turbavit seipsum. *Alii leg.* tremuit. — **2)** Accipitur aliquando pro personare, et sonitu horrorem incutere. *Sil. 3. 230.* Nec bellum raptis tam dirum mille carinis Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem.

INFRĒNĂBĬLIS et infraenabilis, le. Adiect. ab *in* et *freno;* qui frenari nequit. *Chalcid. Comment.* in *Tim. Plat. p. 55.* Instabile atque infrenabile agmen.

INFRĒNĀTĬO et infraenatio, ōnis, f. Verbale ab *infreno;* freni iniectio; *imbrigliamento. Tertull. 1. advers. Marcion. 29.* Infrenatio libidinis.

Digitized by Google

INFRĒNĀTUS et infraenatus, a, um. Particip. verbi *infreno;* frenum habens; *frenato, imbrigliato. Liv. 37. 20.* Non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos. *Sil. 4. 315.* undique nudi Assiliunt frenis, infrenatique manipli. — **B)** Deinde

II. *Infrenatus* est etiam adiect. ab *in* negativa et *frenatus;* non frenatus; *sbrigliato, sfrenato. Liv. 21. 44.* Video generosissimarum gentium equites frenatos et infrenatos. — **B)** Translate. *Cassiod. 12. Hist. Eccl. 4. ante med.* Infrenata lingua.

INFRENDĔO, es, ēre, et infrendo, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *frendo*. — Particip. *infrendens* §. *1.* — Proprie est dentes irascendo quatere, et invicem collidere, *fremere. Virg. 3. Aen. 664.* Dentibus infrendens gemitu. *Stat. 8. Theb. 380.* Saepius infrendentem aliis, aliosque sequentem. Cf. *Lactant.* loc. cit. in voc. seq. — **B)** Alia forma

INFRENDO, is, est apud *Tertull. Apolog. 12.* Infrendite, inspumate.

INFRENDIS, de. Adiect. ab *in* et *frendo;* qui infrendere non potest. *Lactant. ad Stat. 5. Theb. 663.* Infrendere est dentes dentibus quatere; ut *Virg. (5. Aen. 664.)* Dentibus infrendens. Infantes enim sine dentibus infrendes dicuntur. *Onom. Lat. Gr.* Infrendes; ἀνόδοντες.

INFRENDO, is, ĕre. V. INFRENDEO §. 2.

INFRĒNIS et infraenis, ne; et infrenus vel infraenus, a, um. Adiect. ab *in* et *frenum;* sine freno; *sfrenato, sbrigliato. Virg. 10. Aen. 750.* Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem etc. *Id. 4. ibid. 41.* Et Numidae infreni; h. e. infrenis equis utentes. *Colum. 10. 215.* Infreno volitare per aethera cursu Passus equos; h. e. celeri, praecipiti. — **B)** Translate. *Gell. 1. 15. a med.* Quorum lingua tam prodiga infrenisque sit, ut fluat semper colluvione verborum teterrima. *Seren. Sammon. 43. 804.* infrenus manat de vulnere sanguis.

INFRĒNO et infraeno, as, avi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *freno*. — Particip. *infrenatus*, v. suo loco. — Proprie est frenum impono; *imbrigliare, frenare. Liv. 37. 20. ad fin.* Pauci stabant impavidi equi: eos ipsos non sternere, non infrenare, aut ascendere facile poterant. *Virg. 12. Aen. 287.* Infrenant alii currus; h. e. equos, qui currus trahant. *Vulg. Interpr. Ital. 1. Tim. 5. 18.* Bovi trituranti os non infrenabis. *Vulgata* nostra habet *alligabis*. Adde *Deuter. 25. 4.* — **B)** Translate est cohibere, detinere, coërcere. *Plin. 9. 51. 4.* Statim pluribus ancoris navigia infrenant. Et *32. 1. 2. de echeneide.* Infrenat impetus, et domat mundi rabiem. Adde *Vulg. Interpr. Isai. 48. 9.*

INFRĒNUS et infraenus, a, um. V. INFRENIS.

INFRĔQUENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *frequens*. — Comparat. *infrequentior* §. *1.*, superlat. *infrequentissimus* §. *4.* — Proprie de personis est non frequens; h. e. parum frequentans; *poco frequente, scarso, non numeroso, rado. Horat. 1. Od. 34. 1.* Parcus Deorum cultor et infrequens. *Cic. 3. Q. Fr. 9.* De mancipiis, quod mihi polliceris, valde te amo: et sum equidem, ut scribis, et Romae, et in praediis infrequens; h. e. sensu passivo et mea domus Romae, et praedia mea servis frequentia non sunt. Alii sensu activo de ipso Ciceronе explicant, qui raro Romae esset et in praediis, minus recte. — Cum genitivo. *Auct. ad Herenn. 4. 27.* Te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt. *Gell. 15. 24.* Non usque eo infrequens sum vocum Latinarum, ut ignorem etc.; h. e. parum assuetus. — **B)** Item rarus aut parvi numeri. *Cic. 2. Q. Fr. 12.* Cum Appius senatum infrequentem coëgisset. *Caes. 3. B. C. 2.* Eae copiae ipsae hoc infrequentiores imponuntur, quod multi Gallicis tot bellis defecerant. — **B)** Speciatim *infrequens miles*, inquit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 112. Müll.* qui abest, abfuitque a signis. Confirmat *Cincius, 3. Milit.* apud *Gell. 16. 4. ad fin.* — **4)** Hinc de amante, qui domi infrequens est. *Plaut. Truc. 2. 1. 19.* Ubi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum. V. EMANSOR. — **5)** Dicitur et de loco non frequentato; *non frequentato, solitario. Liv. 31. 23.* Paulo ante lucem, qua infrequentissima urbis sunt, paucis militibus turrim scalis cepit. *Colum. 9. 14. a med.* Alvi, quae paucitate plebis infrequentes sunt. *Liv. 37. 32.* Altera pars *(urbis)* infrequens aedificiis. *Id. 10. 20.* Signa infrequentia armatis. Adde *7. 8.*, ubi *signa infrequentia* absolute. — *Cic. 2. Orat. 79.* Causa infrequens; h. e. quae raros auditores sortitur, sensu passivo. — **6)** Et de iis, quae raro fiunt. *Ulp. Dig. 45. 31. 1.* Infrequens est hoc interdictum. *Gell. 9. 12. sub fin.* Infrequens usus. *Id. 2. 22.* Infrequens vocabulum; *poco usato.*

INFRĔQUENTER. Adverb. ab *infrequens;* non frequenter; *infrequentemente.* — In comparativo gradu usurpat *Boëth.* in *Aristot. libr. de interpr. ed. sec. p. 578.* Contingit ut rarius infrequentiusque contingant.

INFRĔQUENTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *frequentatus;* non frequentatus; *non frequentato. Sidon. 9. ep. 15.* Metrum infrequentatum durius texitur.

INFRĔQUENTĬA, ae, f. Abstractum ab *infrequens;* paucitas, raritas; *infrequenza. Cic. 3. Q. Fr. 2.* Summa infrequentia. *Liv. 2. 23. a med.* Nec agi quicquam per infrequentiam poterat senatus. *Tacit. 13. Ann. 10.* Unde famam aucti exercitus sperat, prodita infrequentia: *la scarsezza, il picciol numero.* — **B)** Item defectus incolarum. *Id. 14. ibid. 27.* Veterani Tarentum et Antium adscripti: non tamen infrequentiae locorum subvenere; *solitudine.*

INFRĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *infrio;* friatus, comminutus; *stritolato sopra. Colum. 7. 5. circa med.* Superfusoque aceto, vel aeris aerugine infriata. *Plin. 20. 51. 8.* Dare rutam cum bitumine infriatam potioni, propter anhelitum. *Id. 26. 87. 7.* Infriata nymphaea.

INFRĪCĀTUS, a, um. Particip. verbi *infrico*, idem ac infrictus; *fregato. Plin. 30. 34. 1.* Muscae infricatae digito medico. *Id. 31. 45. 5.* Sal infricatus. *Colum. 6. 32. extr.* Puligo ulceri infricata. V. INFRICTUS et voc. seq.

INFRĪCO, cas, cui, ctus *vel* cātus, cāre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *frico*, cuius variationes sequitur. V. FRICO. — **b)** Particip. *infrictus* et *infricatus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *infricole, infrictio*.

INFRICO, proprie est fricare, et fricando contundere, vel etiam illinere; *fregare. Colum. 12. 50.* Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato et oblinito. *Plin. 30. 8. 5.* Cinerem ex aceto infricare. *Id. 28. 49. 1.* Infricare dentes. *Id. 20. 75. 1.* Sacopenium potui datur et cum oleo infricatur.

INFRĪCŌLO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *infrico;* saepe infrico. *Pelagon. Veterin. 51. ad fin.* Misces simul; et deinde secundo, vel tertio ad diem oculum infrigolato *(lege* infricolato*)*; *due o tre volte al giorno fregherai*, seu *strofinerai l'occhio:* Veneti nunc vulgo dicunt *sfregolare*.

INFRICTĬO, ōnis, f. Verbale ab *infrico;* actus infricandi; *fregagione. Cels. 8. 11. sub fin.* Infrictionem membro adhibere. *Targa* in 2.ª editione habet *frictionem*, atque ita legend. probat.

INFRICTUS, a, um. Particip. verbi *infrico*, idem ac infricatus. *Marcell. Empir. 10.* Infrictus naribus. Adde *Plin. Valerian. 1. 4.*

INFRĪGEO, ges, si, gēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *frigeo;* frigidus fio; *raffreddarsi. Cels. 5. 25. n. 4.* Cum infrixit, catapotia ex eo fiunt.

INFRĪGESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *infrigeo;* infrigere incipio; *raffreddarsi. Veget. 3. Veterin. 28.* De caude parum sanguinis demis: nam si amplius tuleris, infrigescet.

INFRĪGĬDĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *infrigido;* actus infrigidandi; *raffreddamento. Veget. 1. Veterin. 29.* Sudoris subita infrigidatio. Adde *Isid. 4. Orig. 7. 23.*

INFRĪGĬDĀTUS, a, um. Particip. verbi *infrigido;* refrigeratus; *raffreddato. Aemil. Mac. de herb. 3. 3.* Et sic sub dio prius infrigidatus bibatur. V. INFRIGIDO §. b.

INFRĪGĬDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *frigidus*. — **b)** Secunda syllaba perperam corripitur ab *Aemil. Macr.* locis cit. infra et in voc. praeced. — **c)** Particip. *infrigidans*, infra; *infrigidatus*, v. suo loco. — **d)** Derivatum, *infrigidatio*.

INFRIGIDO proprie est frigidum facio, refrigero; *raffreddare. Cael. Aurel. 1. Chron. 1. a med.* Navigationes fluminales caput infrigidant. *Vet. Scholiast. ad Iuvenal. 7. 194.* Infrigidatus fuit. *Aemil. Mac. de herb. 40. 38.* Leniter infrigidans, corpusque sopore resolvens.

INFRINGO, ingis, ēgi, actum, ingĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *frango*, mutata, euphoniae gratia, *a* littera in *i*. Cf. FRANGO. — **b)** Particip. *infringens* §. *1.*, *infringendus* §. *7.*, *infractus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *infractio, infractor, infractrix, infractura, infractus, us*.

INFRINGO proprie est idem quod frango, aut valde frango; *frangere, spessare, rompere. Ovid. 10. Met. 190.* Ut si quis violas, riguoque papaver in horto, Liliaque infringat. Et *5. ibid. 82.* Ingentem manibus tollit cratera duabus, Infregitque viro; *gliela ruppe sul capo.* Sic *Plaut. fragm. Amph.* apud *Non. 15. 1.* Optimo iure infringatur sub cineris in caput. *Al. leg.* refrigatur. *Horat. Epod. 11. 22.* postes et Limina dura, quibus lumbos et infregi latus. *Val. Flacc. 5. 412.* genibusque tumens infringitur unda. *Ovid. 9. Met. 208.* infringere vestes; *lacerare. Stat. 2. Theb. 536.* Infringens cautibus manus. — **B)** *Infringere manus* est etiam inter se usque ad articulorum strepitum constringere, seu conterere, ut *Petron. Satyr. 17.* loquitur. *Id. ibid. 25.* Qui ut infractis manibus congemuit, eiusmodi carmina effudit. *Quintil. 11. 3. ad fin.* eodem sensu dixit *infringere articulos*. V. CONTERO §. 3. — **B)** *Digitos citharae infringere*, apud *Stat. 1. Achill. 575.* est illidere chordis, easque pulsare. — **4)** *Infringere alicui colaphum* est infligere, illidere. *Ter. Adelph. 2. 1. 46.* Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. — **5)** *Infringendo* passive, *Lucret. 6. 141.* Sunt etiam fluctus per nubila, qui quasi murmur Dant infringendo graviter; *frangendosi.* — **6)** Translate est minuere, debilitare, reprimere. *Senec. ep. 67.* Nondum me committo frigidae: adhuc rigorem eius infringo; *tempero. Lucret. 3. 156.* Infringi linguam *(metu)*, vocemque aboriri; h. e. retardari et haerere. *Senec. 3. Con-*

Digitized by Google

trov. 19. Vocem de industria infringere; *h. e.* demittere, submittere, ad miserationem mollire. *Plin. 7. ep. 31.* Nunquam officiorum varietate continuam laudem humanitatis infregit; *h. e.* interrupit, corrupit. *Caes. 3. B. C. 92.* Ut primus excursus visque militum infringeretur. Et *2. ibid. 21.* Infringere conatus adversariorum. *Liv. 38. 16. sub fin.* animos hostium. *Cic. Balb. 6.* florem dignitatis. *Id. Mil. 2.* gloriam. *Tacit. 11. Ann. 1.* potentiam. Et *11. ibid. 19.* ferociam. *Cic. Orat. 2.* spem. *Propert. 1. 14. 17.* vires. *Colum. 2. 4. ad fin.* difficultatem; *superare, vincere. Ovid. 2. Trist. 411.* Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem, infregisse suis fortia facta modis. *Cic. 1. Orat. 7.* Cum Drusi tribunatus infringi iam debilitarique videretur. *Id. 7. Att. 2.* Vehementius esse quiddam suspicor, quod te infringat; *ti abbatta, ti faccia perder d' animo. Tacit. 4. Ann. 19.* Infringere ius consulis; *minuire, restringere. Paul. Dig. 34. 9. 5. ad fin.* testamentum; *rompere, annullare. Modestin. ibid. 30. 4. 11.* immunitatem; *togliere, levare.* — *Vulg. Interpr. 1. Mac. 1. 66.* Et voluerunt infringere legem Dei sanctam; *h. e.* violare. — **2)** Refertur ad dictionem. *Cic. 3. Orat. 48.* Membra illa modificata esse debent: quae si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus; *si rompe il numero e il giro.* Et *Orat. 69.* Infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abiectum incidunt. — **3)** Pro placare. *Stat. 1. Achill. 144.* humilique Deos infringe precatu.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei et dativo rei vel personae, addito aliquando ablativo modi sive instrumenti; saepius vero cum simplici accusativo.

INFRĪO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *frio.* — Particip. *infriatus*, V. suo loco, *infriandus*, infra. — Proprie est idem ac frio; hoc est comminuo, vel rem friatam et comminutam rei alicui impono; *stritolare, o fregare sopra, o in qualche cosa. Cato, RR. 79.* Eos melle ungito, papaver infristo. *Colum. 8. 5. ad fin.* Atque ita paulum triti salis vulneribus infriatur. *Cato, RR. 156.* Farinam infriet in aquam. *Varr.* apud *Non. 3. 177.* et *Charis. 1. p. 61. Putsch.* Infria seni papaverem. *Cels. 7. 12.* Arida medicamenta infrianda sunt.

INFRONS, ondis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *frons*; sine frondibus; *privo di frondi. Ovid. 4. Pont. 10. 51.* Hic agri infrondes; *h. e.* sine arboribus. *Est qui leg.* infirmes.

INFRONTĀTĒ. Adverb. ab *in* et *frons, tis*; petulanter; *sfrontatamente. Fulgent. de priso. serm. n. 22.* Catillare est per alienas domos infrontate gyrare. V. CATILLO.

INFRONTŪŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *frontuosus*, vel *frontosus*; verecundus. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 198.* Infrontuosus, irreverens, impudoratus.

INFRUCTĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. ab *in* et *fructifer*; non fructifer. *Papyr.* Ravennas a. a Christ. n. 591. apud *Marini, Papir. Dipl. n. 132. p. 187.* Arbores pomiferae, fructiferae et infructiferae.

INFRUCTŪŌSĒ. Adverb. ab *infructuosus*; sine fructu; *infruttuosamente. Hieronym. ep. 112. n. 16.* et *Augustin. ep. 67. n. 6.* et *de Catechiz. Rudib. 24. n. 43.* — Comp. *infructuosius* apud *Sidon. 1. ep. 9.*

INFRUCTŪŌSĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *infructuosus*; inanitas. *Tertull. Resurr. carn. 53.* Iudaica infructuositas.

INFRUCTŪŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *fructuosus*; qui non fert fructum; *infruttuoso, senza frutto, inutile. Colum. 11. 2. ante med.* Post quem diem sera et infructuosa fit huiusmodi rerum cultura. *Id. arbor. 8.* Infructuosae vites. — *Vulg. Interpr. Iudae, 12.* Arbores autumnales, infructuosae. — **2)** Translate est vanus, inutilis, sterilis, perditus, frustra factus. *Plin. 8. ep 23.* Obversantur oculis cassi labores, et infructuosae preces. *Senec. 3. Controv. 19. ad fin.* Infructuosa epistola. *Tacit. 1. Hist. 51.* militia. *Vulg. Interpr. Ephes. 5. 11.* Nolite communicare operibus infructuosis. Adde *Tit. 3. 14.*

INFRŪNĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *frunitus*, quod est a *frunisco*, quod V. — Proprie est insipiens, stultus, insulsus, fatuus, quasi qui communi sensu caret, et rebus recte frui nescit; *sciocco, stolto, che non ha buon gusto delle cose. Senec. Vit. beat. 23.* Sapiens nec iactabit opes, nec abscondet: alterum infruniti animi est, alterum timidi et pusilli. *Id. 3. Benef. 16.* Infrunita et antiqua est, quae nesciat matrimonium vocari, unum adulterium. *Gell. 4. 9. sub fin.* Verba infrunita; *h. e.* insipida. *Al. leg.* infinita. *Macrob. 3. Saturn. 1. a med.* Dicendi genus, in quo nec praeceps brevitas, nec infrunita copia, nec ieiuna siccitas, nec laetitia pinguis. — **2)** Item impudens, invereundus. *Vulg. Interpr. Eccli. 25. 6.* Animae irreverenti et infrunitae ne tradas me. Adde *31. 23.*

INFRUSTRANDUS. V. FRUSTROR §. 5. *fin.*

INFŪCĀTUS, a, um. Particip. verbi *infuco*; fuco tinctus. *Cic. 3. Orat. 25.* In scriptis et in dictis, non aurium solum, sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur. — **2)** Deinde

II. *Infucatus* est etiam adiect. ab *in* privativa et *fucatus*; non fucatus. *Arnob. 2. p. 75.* Si infucata vultis audire, nec ab aliqua vocis ostentatione deducta. Adde *Vincent. Lerin. Commonit. 37.*

INFŪCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *fuco*, quod in MSS. et editis libris fere cum *infusco* confusum est. — Proprie est fuco tingo; *imbellettare*: translate vero sumitur pro tegere, simulare. *Plaut. Mil. 2. 6. 46.* Nunc pol ego metuo, ne quid infucaverit. Ubi *infucare aliquid* dixit, pro fallaciam aliquam latenter struere, et quibusdam quasi coloribus ita simulare, ut deprehendi vix possit. *Al. melius leg.* infuscaverit. V. INFUSCO §. 3. *Id. Cist. 1. 1. 21.* Infucare merum; *h. e.* aqua diluere. *Sed ibi quoque legitur* infuscare. V. INFUSCO §. 2. — Usus tamen verbi satis firmatur participio *infucatus*, quod V. suo loco §. 1.

INFUDĪBŪLUM. V. INFUNDIBULUM.

INFUIT. V. INSUM.

INFŪLA, ae, f. Nomen etymi parum certi. *Furlanetto* ab *involvo* factum putavit. At *Lindemann* ad *Fest. p. 467.* tradit e *Dacer.* a *Infularum* nomen Latinum est. Nam *infilare* sive *infulare* Veteres dicebant amicire, velare, ut contra exuere *exfilare* vel *exfulare*: et *exinfulare* (V. hanc voc.) supra *Festus* (apud *Paul. Diac. p. 81. Müll.*): *Exinfulabat, exuebat: infulas enim sacerdotum filamenta vocabant.* » Alia *Festi, Varronis* et *Servii* loca V. infra §. 1. et 3. — **b)** Poëtae singulari numero, prosae Scriptores, ut plurimum, plurali usurpant. — **c)** Derivatum, *infulo*. — **d)** Compositum, *exinfulo*.

INFULA proprie est ornamentum capitis sacerdotale; *fascia, benda, mitra. Festus* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.*, ita describit: Infulae sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes, et hostiae, templaque velabantur. Plenius vero *Serv.* ad illud *10. Aen. 538.* Phoebi Triviaeque sacerdos, Infula cui sacra redimibat tempora vitta. Infula, *inquit*, fascia in modum diadematis, a qua vittae ab utraque parte dependent: quae plerumque lata est, plerumque tortilis, de albo et coceo. *Cic. 6. Verr. 50.* Praesto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. — **2)** Metonymice *Prudent. Apoth. 486.* genus hoc hominum *(Christianorum)* tremit infula, et omne Pulvinar Divûm. Hinc *Lactant. 4. 27.* Cum Diis suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant. — Huc spectare videtur illud *Tertull. Monog. 12.* Cum ad persequationem disciplinae sacerdotalis provocamur, deponimus infulas et impares sumus; *h. e.* deponimus personam sacerdotalem. — **3)** De ornatu hostiarum. *Varr. 7. LL. 3.* Infulas dictas apparet in hostiis, quod velamenta e lana, quae adduntur, infulae etc. Sed aliter *Müller* legit. V. voc. seq. §. 1. *Lucret. 1. 87. de Iphigenia*, infula virgineos circumdata comptus Ex utraque pari malarum parte profusa est. *Virg. 3. G. 486.* Saepe in honore Deûm medio stans hostia ad aram, Lanea dum nivea circumdatur infula vitta, etc. *Flor. 4. 2. sub fin.* Quae omnia velut infulae in destinatam morti victimam congerebantur. — **4)** Item supplicantium. *Liv. 30. 36.* Velata infulis ramisque oleae Carthaginiensium occurrit navis; *scil.* tanquam sacra esset, et pacem prae se ferret. *Is* enim mos fuit pacem petentium. *Caes. 2. B. C. 12.* Inermes cum infulis sese porta foras universi proripiunt, ad exercitum supplices manus tendunt. *Tacit. 1. Hist. 66.* Velamenta et infulas praeferentes, genua, vestigia prensando, flexere militum animos. Adde *5. ibid. 31.* — **5)** Item sepulcrorum, et hastarum militarium. *Frontin. 1. Strateg. 12. n. 5.* Epaminondas, contristatis militibus, quod ex hasta eius ornamentum, infulae more dependens, ventus ablatum in sepulcrum Lacedaemonii cuiusdam depulerat: Nolite, inquit, milites, trepidare; Lacedaemoniis significatur interitus. Sepulcra enim funeribus ornantur. — **6)** De ornatu aedium et templorum. *Lucan. 2. 355.* Infulaque in geminos discurrit candida postes; *festoni, nastri.* — **7)** *Infularum loco esse*, vel *habere* est sacrum, ac religiosum esse, ac veneratione dignum. *Senec. ep. 14. circa med.* Hae litterae, non dico apud bonos, sed apud mediocriter malos, infularum loco sunt. *Id. Consol. ad Helv. 13.* Qui adversus saevissimos casus se extollit, et ea mala, quibus alii opprimuntur, evertit, ipsas miserias infularum loco habet. — **8)** Speciatim

II. *Infulae* dicuntur etiam ornamentum et insignia magistratuum. Hinc Infulas honorum, *Imp. Constantin. Cod. 7. 65. 1.* et Infulas imperiales, *Imp. Iustinian. ibid. tit. 37. in fin.* — **9)** Hinc et pro ipso magistratu ponuntur, ut fasces. *Spartian. Hadrian. 6.*, ut quidem legit *Salmas.*, Martium Turbonem, post Mauritaniae praefecturam, infulis ornatum Pannoniae, Daciae quoque ad tempus praefecit. — **10)** Recensetur quoque inter ornamenta et insignia mulierum. *Iulian. Antecess. Constit. 98. 1.* Uxor autem consulis decoranda est maritalibus infulis, . . . quod si non habeat uxorem, matri suae talem honorem praestet, si velit. — **11)** Translate. *Rufin.* verteos *Homil. Orig. in lit. Iudic. 3. n. 1.* Postquam indeptus fuerit summas infulas potestatum, et ad ipsa superbiae fastigia summa conscenderit, etc. — **12)** Improprie

III. *Infulae* usurpantur de qualibet fascia, aut tabella oblonga. *Cic. 3. Orat. 21. ad fin.* In infulis rem aliquam depingere.

Nota. *Infula, taenia* et *vitta* indiscriminatim usurpare videntur Scriptores, imprimis Poëtae; aliquam tamen inter eas differentiam de-

Digitized by Google

prehendit *Visconti* in *Museo Pio-Clem. T. 5. p. 97.* et *seqq.*, ubi plura ad rem.

INFŪLĀTUS, a, um. Particip. verbi *infulo*, adiectivorum more adhibitum; infula ornatus: et dicitur in primis de hostiis. *Cenotaph. Pis.* apud *Orelli, n. 642.* Bosque et ovis atri infulis caerulis infulati diis manibus eius *(L. Caesaris)* mactentur. — Huc spectat *Varr. 7. LL. 5. §. 4.* Dictas apparet infulatas hostias, quod velamenta his e lana, quae adduntur, infulae. Ita leg. *Müller.* V. voc. praeced. §. 3. — **2)** Item de homine, qui hostiae in modum per vicos ageretur, ex aggere mox praecipitandus, *Suet. Cal. 27.* Alterum, qui se periturum pro salute sua voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum, infulatumque. — **3)** Item de insigni magistratuum ac regum, ut dictum est in voc. praeced. §. 8. et 9. *Prudent. 9. Cathemer. 5.* Christus est, quem rex sacerdos adfuturum infulatus concinebat voce, chorda et tympano; *h. e.* rex David diademate cinctus.

INFULCĬO, cis, si, tum, cīre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *fulcio*, cuius variationes sequitur. — Particip. *infultus*, V. suo loco. — Proprie est idem ac infercio, ingero, inculco. *Suet. Tib. 53.* Mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum iussit. *Frontin. 3. Strateg. 13. n. 4.* Aliqui et iumentum *(lege* iumento) in aversam partem infulserunt *(litteras)*, dum stationes transeunt; *h. e.* in podicem intruserunt. — **2)** Translate. *Senec. ep. 114.* Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire. *Id. ep. 106.* Ut aliud quoque, de quo non quaeris, infulciam. *Id. ep. 24. a med.* Quaeris, quid huic epistolae infulserim, quod dictum alicuius animosum, quod praeceptum utile. Adde *5. Benef. 28. Capitolin. Macrin. 5.* Infulsit praeterea nomen Severi, cum illius nulla cognatione tangeretur; *h. e.* inseruit Severi nomen propriis nominibus: nam, cum ille adhuc privatus *M. Opellius Macrinus* appellaretur, imperio arrepto vocatus est *Imp. Caes. M. Opel. Sev. Macrinus Aug.*, ut constat ex eius Nummis apud *Eckhel, D. N. V. T. 7. p. 237.*, ac proinde reiicienda est coniectura *Salmasii*, qui legend. putavit *Infulsit praeterea in nomen Severi se.* Alii vero male *infulsit* ab *infulgeo* derivant.

INFULGĔO, ges, si, gēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *fulgeo*, idem quod fulgeo. — Translate. *Cassiod. de anim. 8.* Quum tamen ei *(animae)* gratia divinitatis infulserit. Cf. voc. praeced. §. 2. *fin.*

Nota. Sunt qui particip. *infulgens* legunt in illo *Catull. 64. 388.* Saepe pater Divûm templo infulgente revisens Annua sacra. *Alii melius leg. divisim* in fulgente.

INFULGĔRAT, ābat, āre. Verbum intransitiv. specie impersonale, ab *in* intentiva et *fulgerat*, idem ac fulgerat, seu fulgurat, vel valde fulgurat; ut *fulgerator* pro *fulgurator*, quam vocem vide §. 1. *Not. Tir. p. 118.* Fulgerat, infulgerat.

INFULLŌNĬCĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *fullonicus*, participiorum more effictum; qui fullonicam pilam non est expertus. *Gloss. Philox.* Infullonicatus; ἄναιρος.

INFŪLO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *infula;* infula orno: translate propitio. *Gloss. Isid.* Infulat; propitiat. *Schol* ad *Lucan. 1. 550.* Romanus magistratus cum infularetur, etc. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 166. n. 50. fin.* et V. INFULATUS.

INFULTUS, a, um. Particip. verbi *infulcio;* infixus. *Rufin. 2. Hist. Eccl. 28.* Parum dixerim, si omnes, quae erant Alexandriae, per singulas pene columnas cuiuscumque daemonis aediculae infultae, cecidernnt.

INFŪMĀBŬLUM. V. INFURNIBULUM.

INFŪMĀTUS, a, um. Particip. verbi *infumo;* fumo expositus aut siccatus; *posto o seccato al fumo. Plin. 28. 63. 1.* Asini cerebrum infumatum. Et *ibid. 48. 4.* Putant haec efficaciora, in cornu caprino per dies viginti infumata. Adde *ibid. 37. 5.*

INFŪMĬBŬLUM. V. INFURNIBULUM.

INFŪMO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *fumo;* fumum excito, accendo. *Onom. Lat. Gr.* Infumo καπνίζω. — Idem verbum ex *Macro* apud *Isid. 12. Orig. 4. 34.* coniectura exhibet cl. *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 159.* Eo locum *Isid.* Hic *(chelydros serpens)*, per quam labitur, terram fumare facit: quem sic *Macer* describit:

. . . seu terga expirant spumantia virus,
Seu terram infumat, qua teter labitur anguis.

Alii leg. *terram fumat*, alii *terra fumat*, alii *terras fumant*. Sed sic, ait vir doctus, legendum, ut Isidorum ipsum interpretem sequamur.

INFŪMUS *pro* infimus. V. INFERUS §. 16.

INFUNDĬBŬLUM, i, n. Verbale ab *infundo*, syllabica adiectione productum, quo significatur vas in summo latum et expansum, in imo angustum, et in fistulam desinens, quo in vasa angusti oris liquores infundimus; *imbottatoia, pevera, imbuto. Colum. 3. 18. in fin.* Illa quae reflexa et resupina, more infundibuli per medullam transmittit quidquid aquarum superfluit. Adde *Caton. RR. 10. 11.* et *13., Pallad. 7. 7.* et *Vitruv. 10. 10. 12.* et *15.*, quibus locis MSS. habent *infidibulum*, quasi ab *infindendo*, quia eo tanquam infinduntur vasa angusta. *Al. leg.* infudibulum. — **2)** Est etiam instrumentum, per quod frumentum in molam infunditur; *tramoggia. Vitruv. 10. 10.* In qua machina impendens infundibulum subministrat molis frumentum.

INFUNDO, undis, ūdi, ūsum, undĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *fundo*, cuius variationes sequitur. V. FUNDO. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando est confusum cum INFINDO. V. hanc voc. in *Nota.* — Item cum *infigo*. V. §. 8. infra. — **c)** Particip. *infundens* §. *1.* et *5.*, *infundendus* §. *5.*, *infusus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *infundibulum, infusio, infusor, infusorium, infusura, infusus, us.* — **e)** Composita, *praeinfusus, superinfundo.*

INFUNDO proprie est intro fundo, iniicio; *infondere, versar dentro. Colum. 6. 5. extr.* Visci folia cum vino trita per nares infundere iubet. *Id. ibid. 4.* Spicas allii cum vino conteras, et in naribus infundas. Et *6.* Vini sextarium faucibus infundere. *Senec. 7. Benef. 19.* Vinum infundere reticulo, aut cribro. *Plin. 20. 69. 2.* Tritum cum oleo in nares infunditur. *Id. 55. 14. 1.* Mithridates Aquilio capto aurum in os infudit. *Id. 24. 40. 2.* Clystere aliquid infundere. Et eod. sensu *27. 5. 5.* Aloe dysenteriae infunditur. *Id. 20. 84. 4.* Malvas tenesmo et dysentericis utilissime infundi. *Id. 31. 59. 6.* Infundere mare in salinas. Et *ibid. 46. 4.* salinis. *Id. 5. 1. 2.* Oceanus Atlanticum mare infundens; *h. e.* per Gaditanum fretum immittens. *Id. 2. 38. 5.* Tellus inani caelo spiritum infundit; *sparge pel cielo.* — **2)** *Infundere alicui* est miscere, dare, porrigere. *Cic. 11. Phil. 6.* Hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit. *Horat. Epod. 5. 77.* malus infundam tibi Fastidienti poculum. *Iuvenal. 8. 154.* infundet iumentis hordea lassis. — **3)** *Infundere sibi aliquid* est se proluere, aut perfundere. *Auct. B. Hisp. 35.* Ipse de tempore coenavit: resinam et nardum identidem sibi infudit. *Plin. 10. 65. 1.* Bibunt aves suctu, et capite resupinato, velut infundentes sibi. — **4)** Pro perfundere, aspergere. *Colum. 12. 47.* Olivas aceto non acerrimo infundere. Et *54.* Rapa sinapi et sccto infundere. *Pallad. 11. 9.* Si avam nimius imber infuderit. — **5)** Pro superfundere. *Virg. 4. Aen. 121.* nigrantem commixta grandine nimbum Desuper infundam. *Id. 1. G. 385.* Certatim largos humeris infundere rores. *Cels. 1. 5.* Multa aqua per caput infundenda. — **6)** Pro effundere. *Curt. 8. 9.* Gemmas, margaritasque mare litoribus infundit. *Suet. Caes. 94.* Infundere merum super altaria. — **7)** Pro iniicere, immittere. *Flor. 3. 21.* Collina porta geminum agmen Urbi infudit. *Curt. 7. 9.* Barbari ingentem vim sagittarum infudere ratibus. — **8)** Translate. *Cic. 2. Orat. 87.* Ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere. *Id. 3. Leg. 14.* Vitiosi principes vitia infunduat in civitatem. *Senec. Hippol. 154.* Rebus lumen infundere. *Pers. 1. 79.* monitus pueris. *Auct. Declam.* quae inscribitur *Tribun. Marian. 3.* opprobrium alicui. *Iustin. 5. 3.* civitati detrimenta. *Al. leg.* infligere.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei et dativo rei vel personae, pro quo saepe est etiam alter accusat. cum praepos. *in, per, super.*

INFURCO, as, are. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *furca;* furcae appendo. Legitur in *Thes. Nov. Latinit. p. 294. Mai.* Infurcare: suspendere.

INFURNĬBŬLUM, li, n. Est instrumentum ad fumum excipiendum, quasi parvus furnus. *Plin. 24. 83. 1.* Radix eius imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Ita in quibusdam MSS. legit *Harduin.*, in aliis *infundibulum.* Sunt etiam, qui leg. *infumibulum.* In *Gloss. Philox.* Infumabulum: καπνοδόχη.

INFUSCĀTUS, a, um. Particip. verbi *infusco;* fuscus factus; *infoscato. Colum. 11. 2. a med.* Si vinacea iam infuscata, et nonnulla propemodum nigra fuerint. — *Senec. praef. 1. Controv. a med.* Vox robusta, sed sordida lucubrationibus, et negligentia, non natura, infuscata. — **2)** Translate ponitur pro obumbrato, vel inquinato. *Cic. Plane. 9.* Vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuscata malevolentia, non assueta mendaciis, non fucata, non fallax.

INFUSCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *fusco*, quod est a *fuscus*. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris confusum est cum *infuco*, ut ibi dictum est, *init.* — **c)** Particip. *infuscans* §. *1.*, *infuscatus* §. *1.* et suo loco. — **d)** Derivatum, *infuscus.*

INFUSCO proprie est fuscum reddo; *infoscare, imbrattare. Plin. 9. 45. 1.* Sepiae, ubi sensere, se apprehendi, effuso atramento infuscata aqua, absconduntur. *Id. 2. 52. 1.* Humida fulmina non urunt, sed infuscant. *Aurel. Vict. Orig. gentis R. 14.* Subitis turbinibus infuscato aëre. *Virg. 3. G. 388.* Nigra subest udo tantum cui lingua palato, Relice, ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. Et *495.* Summaque ieiuna sanie infuscatur arena. *Gell. 2. 26.* Rufum colorem nigro infuscantes. — **2)** Speciatim *infuscare vinum* apud *Plaut. Cist. 1. 1. 21.* est diluere; nam merum nigrum est: addita aqua ad fuscum accedit. V. INFUCO. — **3)** *Infuscare saporem* est aliquo modo cor-

Digitized by Google

rumpere, hebetare. *Colum.* 12. 19. Nec omnino quidquam *(vino)* permiscendum, quo naturalis eius sapor infuscetur. — 4) *Infuscare sonum* est graviorem, et obscuram, et minus claram vocem edere. *Plin.* 10. 43. 1. *de luscinias cantu*. Copulatur intorto spiritu, promittitur revocato, infuscatur ex inopinato. — Sic *infuscata vox* apud *Senec.* V. INFUSCATUS §. 1. — 5) Translate. *Cic. Brut.* 74. Omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur. *Plaut. Mil.* 2. 6. 46. Metuo ne quid infuscaverit; h. e. turbaverit. V. INFUCO. *Justin.* 12. 11. Ne gloriosam militiam seditionibus infuscarent; *oscurassero*. Et 5. Ne victoriae gloria saevitiae macula infuscaretur; *si denigrasse*. *Tertull. de Anim.* 5. candidum et purum aërem veritatis infuscant. Adde *de Resurr. carn.* 10. *Ambros.* in *Serm. II.* (ed. ex Cod. Sess. *Mai*) n. 1. Sed hanc fidem pravi doctores frivolis et futilibus verbis infuscant.

INFUSCUS, a, um. Adiect. verbale ab *infusco*, idem quod fuscus; *fosco, infoscato*. *Colum.* 9. 5. Apes infusci coloris, horridique pili. Et 10. Quidam *(reges apum)* infusci atque hirsuti reperiuntur.

INFŪSĬO, ōnis, f. Verbale ab *infundo;* actus infundendi. *Plin.* 20. 84. 5. Vulvas et cibo, et infusione mollit in oleo; h. e. iniectione per clysterem. V. INFUNDO §. 1. *Al.* insessione *leg.* invitis MSS., inquit *Hardoin.* Et eodem sensu *Id.* 27. 115. 1. Thlaspi et ipsum utile ischiadicorum infusioni; διαχύσει. — *Pallad.* 3. 25. *a med.* Rigandae sunt, quoties caelestis negatur infusio; h. e. aqua pluvia. Et *ibid.* 28. Theriacae infusione assidua vim succi senescentis iterare; *infusione*. — *Soran. Isag.* 25. Oculorum infusio.

INFŪSOR, ōris, m. Verbale ab *infundo;* qui infundit; *infonditore*. — Translate. *Prudent. 4. Cathemer. 11.* infusor fidei.

INFŪSŌRĬUM, ii, n. Verbale ab *infundo*, quo significatur instrumentum ad aliquid infundendum opportunum. *Vulg. Interpr. Zachar.* 4. 2. V. SUFFUSORIUM.

INFŪSŪRA, ae, f. Verbale ab *infundo;* infusio. — Specialim intrita; *intingolo. Gloss. Philox.* Infusura; τρίμμα προσφαγίου. V. INTRITUS.

INFŪSUS, a, um. Particip. verbi *infundo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est intro, aut supra fusus; *infuso, sparso. Lucret. 1. 496.* infuso lympharum rore superne. *Plin.* 20. 27. 1. Succus infusus auribus. *Id.* 30. 8. 3. Cinis infusus in aurem. Et *mox*. Fimus auriculae infusus. *Justin.* 32. 4. Aurum in statuis infusum. *Plin.* 25. 98. 2. Succus per nares infusus. *Ovid. 1. Art. am.* 437. Cera infusa tabellis. *Id.* 7. *Met.* 185. nudos humeris infusa capillos; h. e. capillos habens infusos humeris; *hypallage*. *Catull.* 64. 224. Canitiem terra atque infuso pulvere foedans. *Plin.* 32. 53. 1. Maria tot millibus passuum terrae infusa. *Virg.* 9. *Aen.* 461. Iam sole infuso, iam rebus luce retectis. Et 8. *ibid.* 406. Coniugis infusus gremio; *abbandonatosi in grembo*. Sic *Ovid.* 2. *Heroid.* 93. collo infusus amantis. *Id.* 11. *Met.* 386. collo infusa mariti. *Plin.* 23. 27. 2. Acetum sistit alvum et rheumatismos interaneorum infusum; h. e. per clysterem iniectum. V. INFUNDO §. 1. — 2) Translate. *Cic.* 2. *Orat.* 74. Nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, unquam effluere potuisse. *Val. Flacc.* 4. 551. tam largus honor, tam mira senectae Maiestas infusa; h. e. indita, addita. *Virg.* 5. *Aen.* 552. populus circo infusus; h. e. magno numero circum ingressus, ac totum occupans more aquarum inundantium. — 3) Est etiam perfusus, aspersus. *Pallad.* 6. 1. Si foena pluviis infusa fuerint. — 4) *Infusus vino*, apud *Macrob.* est vino madens, temulentus, 7. *Saturn.* 3. Vino vel infusum, vel aspersum parvus quoque dolor incitat in furorem. Et 5. Infusus vino fit similis insano. — 5) Item madefactus, mollitus. *Cael. Aurel.* 2. *Acut.* 37. 205. Panis assus aceto infusus. *Id. ibid.* n. 215. Aquata... cum pane dissoluto atque infuso danda. Et n. 200. Palmulae saepe vino infusae, aut aceto, aut posca vehementius, profuerunt. — 6) Item diffusus. *Virg.* 6. *Aen.* 726. totamque infusa per artus Mens agitat molem. *Sil.* 7. 258. sensim infuso tranquilla per aequora pace. — 7) Apud *Quintil.* 6. 1. *a med.* imago senis cadaveri infusa, est e cera facta, quae in mortui facie infusa sit; *stampata sul volto d'un cadavere*. V. IMAGINARIUS §. 2. *Plin.* 35. 44. 1. Hominis imaginem gypso e facie ipsa primus omnium expressit, ceraque in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lysistratus Sicyonius. *Apul. Apol.* Quod luto fictum, vel aere infusum, vel lapide incisum, vel cera inustum, vel pigmento illitum, vel alio quopiam humano artificio assimulatum.

INFŪSUS, us, m. Verbale ab *infundo*, idem ac infusio. In sexto casu singul. *Plin.* 24. 15. 1. Sonitus aurium emendat infusu, strumas illita.

INGĔLĀBĬLIS. V. INCONGELABILIS.

* INGĔLĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *gelidus;* non gelidus, tepidus. *Prudent.* 2. in *Symmach.* 1084. Discit et ingelido nova nupta tepescere lecto. *Al. divisim* in gelido *rectius legunt*.

INGĔMESCO. V. INGEMISCO.

INGĔMĬNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *ingemino;* actus geminandi, geminatio. *Mall. Theod. de metr.* 11. Metrum unius pedis ingeminatione expletur.

INGĔMĬNĀTUS, a, um. Particip. verbi *ingemino;* geminatus, *raddoppiato, doppio*. *Virg.* 3. *G.* 45. Et vox assensu nemorum ingeminata remugit. *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 43. Maternos Cottas cui, Messallasque paternos Maxima nobilitas ingeminata dedit.

INGĔMĬNO, as, avi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *gemino*. — b) Particip. *ingeminans* §. 1., *ingeminatus*, V. suo loco. — c) Derivatum, *ingeminatio*.

INGEMINO proprie est idem quod gemino, aut frequenter gemino, duplico, itero; *raddoppiare, ripetere*. Vox poëtica. *Virg.* 1. *G.* 410. Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant. *Id.* 3. *Aen.* 457. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Et 7. *ibid.* 578. Terrorem ingeminat. — Absolute. *Ovid.* 1. *Met.* 635. Me miserum! ingeminat; *va ripetendo*. Sic *Val Flacc.* 4. 328. Salve vera Iovis, vera o Iovis, undique, proles, Ingeminant. — 2) Deinde, intransitivorum more,

II. *Ingemino*, eodem sensu. *Virg.* 1. *G.* 355. ingeminant austri et densissimus imber; *si rinforzano, crescono*. *Id.* 1. *Aen.* 751. Ingeminant plausu Tyrii, Troesque sequuntur. *Id.* 3. *ibid.* 227. Ingeminat clamor. Et 4. *ibid.* 351. Ingeminant curae.

INGĔMISCO et Ingemesco (de qua forma V. *Hildebr.* ad *Apul.* 9. *Met.* 39.), is, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, specie inchoativum, ab *ingemo*. — b) Particip. *ingemiscens* §. 1. et 3., *ingemiscendus* §. 3.

INGEMISCO proprie est ingemere incipio, aut simpliciter ingemo, queror; *gemere, dolersi*. *Cic.* 3. *Tusc.* 27. Pueri Spartani non ingemiscunt, verberum dolore laniati. *Suet. Aug.* 63. *extr.* Ad omnem eius mentionem ingemiscens. *Cic.* 7. *Att.* 23. In quo tu quoque ingemiscis. *Id.* vertens *Sophoclis* carmina 2. *Tusc.* 8. *extr.* Quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo. *Plin. Paneg.* 33. Laetemur his, quibus fruimur: ingemiscamus illis, quae patiebamur. — Passive impersonaliter. *Cyprian. de Zelo et Liv.* 6. Suspiratur semper, ingemiscitur et doletur. — 2) Translate etiam de inanimis. *Vulg. Interpr. Iacob.* 5. 9. Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum; *far lagnanze*. — 3) Transitivorum more,

II. *Ingemisco* cum accusativo, deploro; *deplorare*. *Cic.* 13. *Phil.* 10. Quid ingemiscis hostem Dolabellam iudicatum? *Ammian.* 30. 7. Clades ingemiscendas Illyrici vindicasset; *lagrimevoli, degne di pianto*. *Ambros. de Bono mort.* 2. Sapientes viri, qui longaevitatem peregrinationis ingemiscebant. *Acta SS. Saturnini et Socc. MM.* 8. Ingemiscenda supplicia. *Apul.* 9. *Met.* 39. Hortulanus suos casus graviter ingemescens. Sic *Hildebr.* leg. e Cod. optimae notae, et ita haberi testatur apud *Cic.* 2. *Tusc.* 9. et *Diet. Cret.* 3. 3. et 15. — 4) Transfertur ad inanima. *Senec. Here. Oet.* 1752. Tantum ingemiscit ignis.

INGĔMĬTUS, us, m. Verbale ab *ingemo*, idem ac gemitus. *Gloss. Philox.* Ingemitus; ἐπιστεναγμός.

INGEMMESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *gemmesco*, idem ac gemmesco; gemma fio. *Isid.* 16. *Orig.* 14. 7. Dracontites ex cerebro draconis eruitur, quae nisi viventibus abscissa fuerit, non ingemmescit. V. GEMMESCO.

INGĔMO, is, ui, ĭtum, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *gemo*. — b) Particip. *ingemens* §. 1. — c) Derivata, *ingemisco, ingemitus*.

INGEMO proprie est idem quod gemo, aut valde gemo, queror, doleo; *gemere, lamentarsi*. *Cic.* 2. *Phil.* 26. Una illa in re, servitutis oblita civitas ingemuit. *Horat. Epod.* 3. 30. Ligonibus duris humum Exhauriebat, ingemens laboribus. *Liv.* 36. 28. *extr.* Ingemuerunt quidem principes conditioni suae; parendum tamen victori censebant. *Suet. Vesp.* 15. Iustis suppliciis illacrimavit etiam et ingemuit. *Tacit. Germ.* 46. Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus; h. e. in agris excolendis. *Ovid.* 2. *Pont.* 5. 8. Diceris exilibis ingemuisse meis. *Virg.* 1. *G.* 45. Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere. — 2) Tribuitur et rebus inanimis. *Ovid.* 15. *Met.* 407. Ingemuitque solum, vicinaque palluit arbos. Et 4. *ibid.* 449. sacroque a corpore pressum Ingemuit limen. — 3) Transitivorum more,

II. *Ingemo* cum accusativo, deploro, lamentor; *lamentare, deplorare*. *Virg.* 5. *Ecl.* 27. tuum Poenos etiam ingemuisse leones Interitum; h. e. ob mortem tuam. *Senec. Here. Oet.* 1785. caesos ingemunt nati patres. *Stat.* 9. *Theb.* 2. ingemuere iacentem. Adde 4. *ibid.* 554. *Tertull.* 1. *Nat.* 1. Quotidie adolescentem numerum Christianorum ingemitis. — Cum infinito. *Martial.* 9. 60. Ingemuit, citro non satis esse suo.

INGĔNĔRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *genero;* qui nequit generari. *Mar. Victorin.* 1. *adv. Arium*, 34. *de Verbo Dei*. Imago ipsa filius est eius, in quo est ineffabili generatione et maxime ingenerabili generatione, etc.

INGĔNĔRASCO. V. GENERASCO.

INGĔNĔRĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *ingeneratus;* h. e. non gene-

Digitized by Google

ratus (V. voc. seq. §. 3.); conditio eius, qui non est generatus. *Dionys. Exig. de Creat. hom. 24.* Si quis . . . supponat sempiternam omnium conditorum materiam, quam tunc Manichaeus suorum dogmatum favorem defensionemque reperiet, qui materialem causam iuxta ingeniti ingenerationem bonae naturae coaequare contendit?

INGĔNĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *ingenero;* genitus; *generato. Cic. 1. Leg. 8.* Animum esse ingeneratum a Deo. — **2)** Item ingenitus, inditus, insitus; *ingenito, inserito, innato. Id. 2. Divin. 46.* Si haec astro ingenerata et tradita essent, nulla res ea mutare posset. *Id. Sext. 9.* Ut ingenerata familiae frugalitas videretur. — **3)** Deinde

II. *Ingeneratus* est etiam adiect. ab *in* privativa et *generatus;* non generatus. *Ambros. 1. Hexaëm. 7. n. 27.* Si species rerum velut ingeneratae ab initio, non postea additae viderentur. *Boëth. 2. Arithm. 27.* Ingenerata unitas.

INGĔNĔRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *genero*. — Particip. *ingeneratus*, V. suo loco. — Proprie est idem ac genero, vel intus genero, insero; *ingenerare, inserire. Cic. 1. Offic. 4.* Natura ingenerat praecipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt. *Id. 2. Agr. 35.* Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, etc. *Liv. 5. 27.* Societas, quam ingeneravit natura. *Cic. fragm.* apud *Non. 2. 417:* In tanta animalium varietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiae. — **2)** Translate. *Colum. 10. 196.* Ingenera *(tellurem):* nunc sunt genitalia tempora mundi; *h. e.* generationem plantarum in horto tuo promove.

INGĔNĪĀTUS (et Ingenuatus), a, um. Adiect. ab *ingenium;* ingenio seu natura praeditus, natura aptus alicui rei. *Plaut. Mil. 3. 1. 135.* divos dispertisse vitam humanam, aequum fuit: Qui lepide ingeniatus esset, vitam longinquam darent; Qui improbi essent et scelesti, iis adimerent animam cito. *Est qui leg.* ingenuatus. *Gell. 12. 1. a med.* Corpus et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum degeneri alimento corrumpere. *Apul. Florid. n. 18.* Versutus alioquin et ingeniatus ad astutiam. *Chalcid. Comment. in Tim. Plat. p. 66.* Quosdam ita ingeniatos, ut cito discant.

INGĔNĪCLĀ. V. INGENICULUS §. 1.

INGĔNĪCŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *ingeniculo;* nixus genibus; *posto inginocchioni*. Dicitur a *Vitruv. 9. 6.* de sidere illo, qui et ingeniculus vocatur.

INGĔNĪCŬLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum ab *in* intentiva et *geniculo*. — Particip. *ingeniculans* §. 1. — Est dextrum genu flecto, altero eminente, unico genu nitor; *inginocchiarsi. Lamprid. Elagab. 5.* Nudusque ingenicularet, posterioribus eminentibus in subactorem reiectis et oppositis. *Hygin. 2. Astron. 6. ad fin.* Herculem se ingeniculasse, multis iam vulneribus acceptis. *Gloss. Philox.* Ingeniculari; γονυπετεῖν. — Absolute. *Vulg. Interpr.* in *apocr. 3. Esdr. 8. 74.* Et consurgens a ieiunio . . . ingeniculans et extendens manus ad Dominum, dicebam, etc. — **2)** Deponentium more,

INGENICULOR, āris, etc. Eodem sensu. *Gloss. Gr. Lat.* Γονυπετεῖν; ingeniculari. Cf. GENICULO.

INGĔNĪCŬLUS (et *per syncopen* Ingenclus), a, um. Adiect. verbale ab *ingeniculo;* qui dextro genu nititur. *Manil. 5. 645.* Ingenicla imago. V. ENGONASI §. 2. — **2)** Absolute *Ingeniculus* dicitur sidus Herculis in caelo, dextro genu nitentis, de quo V. in ENGONASI §. 1. *Firmic. 8. Mathes. 17.* In extremis partibus oritur *Ingeniculus*, qui a Graecis ὁ ἐγγόνασι dicitur. V. GENICULATOR §. 2.

INGĔNĪŎLUM, i, n. Deminut. *ingenii;* parvum ingenium; *ingegnetto. Arnob. 5. p. 157.* Apparet, puerilium esse ingeniola fictionum. *Hieronym. 3. advers. Rufin. 4. extr.* Hoc est, quod destruit strophas ingenioli tui.

INGĔNĪŌSĒ. Adverb. ab *ingeniosus*. — Comparat. *ingeniosius* et superlat. *ingeniosissime*, infra. — Est acute, solerter; *ingegnosamente. Cic. 4. Acad. 27.* Tractantur ista ingeniose, disputantur etiam eleganter. *Id. 1. Invent. 6.* Ingeniose et diligenter electas res collocare. *Plin. 13. 12. 2.* Nec aliud pomum ingeniosius geminatum est. *Vellei. 2. 48.* Homo ingeniosissime nequam, et facundus malo publico.

INGĔNĪŌSĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *ingeniosus;* proprietas eius, qui ingeniosus est, solertia. Legitur in *Inscr.* apud *Perret, Catac. de Rome, Pl. XLVII. n. 20.* Dalmatio filio dulcissimo fidius ingeniositatis ac sapientiae puero.

INGĔNĪŌSUS et Ingenuosus, a, um. Adiect. ab *ingenium*. — Comparat. *ingeniosior* §. 1., superlat. *ingeniosissimus* et *ingenuosissimus* §. 1. *fin.* — Proprie est qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habet, qui ingenio pollet, solers, acutus; *ingegnoso. Cic. 1. Tusc. 33.* Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse. *Id. 5. Fin. 13.* Docilitas, memoria, quae fere appellantur uno ingenii nomine: easque virtutes qui habent, ingeniosi vocantur. *Id. 14. Att. 20.* Vir ingeniosus et eruditus. *Id. Rosc. Com. 11.* Quo quisque est solertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius. *Id. Mur. 30.* Homo ingeniosissimus. *Ovid. 11. Met. 315.* furtum ingeniosus ad omne. *Id. 1. Amor. 11. 4.* dandis ingeniosa notis. *Martial. praef. l. 1.* Ingeniosum esse in aliqua re. *Ovid. 2. Trist. 342.* Inque meas poenas ingeniosus eram. *Id. 1. Amor. 8. 62.* Crede mihi, res est ingeniosa, dare. — *Inscr.* apud *Murat. 1742. 15.* C. Serius Ingenuus ingenuosissimus. *Alia* apud *Renier. n. 3335.* Homini ingeniosissimo. — **2)** De iis, quae ingeniose excogitata, vel facta sunt. *Plin. 35. 36. 8.* Pinxit demon (δῆμον) Athenicnsium argumento quoque ingenioso. — **3)** Tribuitur et rebus inanimis. *Ovid. 2. Amor. 6. 18.* vox mutandis ingeniosa sonis; *h. e.* apta, accommodata. *Id. 6. Heroid. 117.* terra ingeniosa colenti; *fertile per natura*. Et *4. Fast. 685.* nec olivis apta ferendis Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

INGĔNĪTĒ. Adverb. ab *ingenitus;* ratione ingenita. *Candidus Arian. ap. ad Mar. Victorin. 1. de Verbo Dei*. Ingenitogenitus est, semper Filius, simul Pater, simul Filius consubsistit ingenite Filius Patri: semper genitus est, etc.

INGĔNĪTŌGĔNĪTUS, a, um. Adiect. ex *ingenito* et *genitus* in unam vocem coalescentium apud *Candid. Arian.* loc. cit. in voc. praeced.

INGĔNĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *genitus;* non genitus. *Arnob. 1. p. 17.* Deus infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, solus. *Paulin. Nolan.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 379.* Tu, Pater, ingenitus; genitus tibi Filius; ex te Non genitus Sanctus Spiritus egreditur. — **2)** Deinde

II. *Ingenitus* est etiam particip. verbi *ingeno;* ingeneratus, insitus, a natura inditus; *innato, naturale. Senec. ep. 11.* Quidquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. *Plin. 27. 120. 1.* Ingenitae animalibus morborum omnium medicinae. *Colum. 3. 7.* Vites natali et ingenita sterilitate laborantes. *Auct. Poneg. ad Pis. 92.* ingenitae stat nobilitatis in illo Pulcher honos. *Sust. Ner. 1.* Ut tamen vitia cuiusque, quasi tradita et ingenita retulerit.

INGĔNĪUM, ii, n. Abstractum ab *ingeno* sive *ingigno*, quod V. — Proprie est vis, natura, indoles, insita facultas cuiusque rei; *natura, naturalezza. Colum. 3. 1.* Arbores silvestres ac ferae sui cuiusque ingenii poma gerunt. *Virg. 2. G. 177.* Nunc locus arvorum ingeniis, quae robora cuique, etc. *Tacit. 5. Hist. 14.* Campi suopte ingenio humentes. *Gell. 3. 6.* Ingenium eiusmodi ligni est, ut urgenti bus non cedat. *Id. 12. 1.* Lactis ingenia et proprietates. *Sever. Aetn. 214.* Ingenium velox igni, motusque perennis. *Sallust. fragm.* apud *Non. 4. 255.* Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur; *pel sito naturale del luogo*. Et *Sil. 14. 283.* Ingenio portus urbs invia. *Petron. Satyr. 126.* Crines ingenio suo flexi; *naturalmente*. Et *Naev.* apud *Non. loc. cit.* Ingenio arbusta nata sunt, non obsita; *h. e.* sua sponte, naturaliter; *da sè, non per arte*. — **2)** Frequentius vero

II. *Ingenium* dicitur de hominibus et significat naturam, indolem, mores; *natura, costume, indole. Ter. Andr. 1. 1. 50.* Ut ingenium est omnium hominum ab labore proclive ad lubidinem. *Id. Adelph. 4. 5. 49.* Ingenium novi tuum liberale. *Id. Hecyr. 1. 2. 77.* pium ac pudicum. *Id. Phorm. 5. 2. 12.* durum atque inexorabile. *Id. Eun. 5. 1. 41.* inhumanum. *Id. Heaut. 1. 1. 99.* lene io liberos. *Plin. 2. ep. 11. ad fin.* mobile. *Varr. 7. LL. 5.* cicur et mansuetum. *Ter. Andr. 5. 2. 7.* Ingenio bono esse; *di buona natura, di buona pasta*. Et *Eun. 4. 7. 42.* novi ingenium mulierum: Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. *Enn.* apud *Cic. 5. Orat. 38.* Alter terribilem minitatur vitae cruciatum, et necem: Quae nemo est tam firmo ingenio et tanta confidentia, Quin refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu; *d'animo si coraggioso e imperterrito*. Et *Liv. 5. 68.* Vera loqui, etsi meum ingenium non moneret, necessitas cogit. *Ter. Hecyr. 5. 4. 20.* Tu ecastor morem antiquum atque ingenium obtines. *Plaut. Mere. 4. 1. 2.* Feci ego ingenium meum; *ho secondato, ho soddisfatto il mio naturel talento*. Et *Liv. 5. 56.* Ingenio suo vivere; *a suo modo, a suo genio*. Et *Ter. Adelph. 1. 1. 45.* Redire ad ingenium; *h. e.* ad pristinum animi pravitatem, et vitiosos mores, quos diu quis dissimulatione celaverit. Sic *Liv. 2. 22.* Volscis levatis metu suum rediit ingenium; *la primiera voglia di far la guerra*. — **3)** Apud *Plaut.* vero *ingenium ingenii* est ipsa vis, proprietas, inclinatio ingenii. Aedepol (inquit *Stich. 1. 2. 69.*) vos lepide tentavi, vestrumque ingenium ingenii. — **4)** Saepissime

III. *Ingenium* sumitur pro solertia, et vi animi ac facultate insita excogitandi, percipiendi, addiscendi; *capacità, ingegno, mente. Plin. 10. 5. 2.* Ingenium est aquilae, testudines raptas frangere, e sublimi iaciendo. *Id. Font. 14.* Multum habet ingenii ad fingendum. *Id. 2. Orat. 74.* Crassi responsum excellentis cuiusdam est ingenii, ac singularis. *Id. Orat. 5.* Vir acerrimo ingenio. *Id. 2. Orat. 27.* Tardum ingenium. *Id. 1. Divin. 36.* acutum aut retusum. *Id. 5. Tusc. 24.* eximium. *Id. 2. Fin. 16.* praestantissimum. *Id. 4. Acad. init.* magnum. Et *Cael. 1.* illustre. *Quintil. 2. 8. 12.* imbecillum. *Id. 10. 2. a med.* tenue. Et *ibid.* forte, sed indomitum. *Plin. 8. ep. 12.* pulcherrimum et maximum. Et *ep. 14.* hebetatum, fractum, contusum. *Id. 1. ep. 16.* varium, flexibile, multiplex. *Cic. 1. Orat. 25.* Celeres

Digitized by Google

ingenii motus. *Id. 3. ibid. 5.* Ingenii acies. *Id. Brut. 15.* lumen. *Id. Place. 14.* acumen. *Id. 3. Phil. 18.* vis. *Horat. 2. Od. 18. 9.* vena. *Ovid. 8. Met. 254.* vigor. *Quintil. procem. l. 6.* igniculi. Et *ibid.* vires. Et *1. 1. 1.* tarditas. *Nep. Eumen. 1.* celeritas. *Id. Attic. 1.* docilitas. *Cic. 4. Fam. 3.* Ingenio abundare. *Quintil. 1. 8. 8.* valere. *Cic. 4. Acad. 36.* divino esse. *Id. 10. Phil. 8.* hebeti. *Id. Coel. 19.* elucere in re quapiam. *Plaut. Trin. 2. 2. 16.* Colere et imbuere ingenium artibus. *Quintil. 1. 4. 6.* acuere. *Id. ibid. 8. 8.* alere. Et *2. 4. 20.* exercere multiplici variaque materia. *Auson. praefatiunc. ad Theod. 11.* Non habeo ingenium: Caesar sed iussit: habebo, Cur me posse negem, posse quod ille putat? — **5)** Speciatim

IV. *Ingenium* interdum dicitur de ipsis hominibus ingeniosis. *Senec. Consol. ad Polyb. 8.* (al. *27.*) Intentatum Romanis ingeniis opus. *Id. ep. 2.* Certis ingeniis immorari, et innutriri oportet, si velis aliquid trahere. — *Virg. 2. G. 382.* Praemiaque ingeniis pagos et compita circum Thesidae posuere. *Vulgo olim lectum* ingentes, *sed* ingeniis *quosdam legisse, testatur Philarg.* ad *h. l.* — **6)** Item de opera, facultate, industria. *Tacit. 1. Hist. 90.* In rebus urbanis Galerii ingenio utebatur. *Id. 14. Ann. 3.* Obtulit ingenium Anicetus. — **7)** Item de re ingeniose excogitata. *Plin. Paneg. 49. ad fin.* Exquisita ingenia coenarum; *h. e.* ingeniosi apparatus. *Tacit. 3. Hist. 28.* Hormi ne id ingenium, ut Messalla tradit; an potior auctor sit Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreverim. *Tertull. Pall. 1. ad fin.* Arietem dicitur Carthago prima omnium armasse in oscillum penduli impetus, quem tamen iam Romanum stupuere Carthaginienses, ut novum extraneum ingenium. *Cassiod. 10. Var. 30. ante med.* Elephantes, dum ingeniis cubationis, arte hominum succisis arboribus, ingentia membra commiserint, etc. — **8)** *Cum ingenio*, adverbiorum more, est ingeniose, et cum delectu. *Cic. 13. Fam. 10.* Versabatur in hoc studio nostro et cum ingenio, ut nosti, nec sine industria. *Ulp. Dig. 1. 16. 9.* Patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur. — **9)** Item *ex ingenio* vel *de ingenio* est proprio marte aut ex proprio penu, ex se. *Inscr.* metrica apud *De-Rossi, Bullett. Crist. a. 1864. p. 28. in fine.* Ex ingenio Asterii. *Tertull. Apolog. 39.* Ut quisque de scripturis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere. — **10)** *Ex ingenio* est sponte in *Inscr.* apud *Momms. n. 5648.* P. T. Sex. Herennicis Sex. f. Ser. Supinates ex ingenio suo. — **11)** Absolute *ingenio* est propria excogitatione et voluntate. *Novatian. de Trinit. 3.* Nec eum, qui ingenio haereticus factus sit.

INGĔNO, is, ŭi, ĭtum, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *geno* pro *gigno*, quod V. — **b)** Sunt etiam qui afferunt *ingigno, is*, pro *ingeno, is*, sed in praesentibus usurpatum non reperitur. — **c)** Particip. *ingenitus*, V. suo loco §. 2. — **d)** Derivata, *ingeniatus, ingeniolum, ingeniose, ingeniositas, ingeniosus, ingentum, ingenuus, ingenuitas, ingenuus*. Cf. INGUEN §. 2. — **e)** Composita, *coingenitus, dubingeniosus*.

INGENO est intus gigno, ingenero, insero; *ingenerare, inserire. Manil. 3. 157.* His etiam ingenitur visendi nota cupido. *Lucan. 6. 458.* herbasque nocentes Ilupibus ingenuit tellus. *Cic. 2. Fin. 14.* Natura cupiditatem ingenuit homini veri videndi. Adde *5. ibid. 21. Id. 2. Nat. D. 48. extr.* Tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam. — *Vorsellinus* tribuit etiam *Lucret. 3. 745.* Ex incunte aevo ingenerascunt, inque genuntur; *tmesi* pro *ingenuntur*. Sed alii leg. *ingenioque*.

INGENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* intentiva et *gens* vel *genus*; de quo etymo ita *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 114. Müll.* Ingens dicitur augendi consuetudine, ut inclamare, invocare, quia enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnum. Ex *Festi* mente locutus videtur *Sall. Cat. 10.* Nationes ferae et populi ingentes. Et *Virg. 8. Aen. 475.* ingentes populos, opulentaque regnis Castra. *Scalig.* tamen, et *Voss.* ducunt a *censeo*: ut sit quasi *incens*, nempe ita magnus, ut censeri non possit. — **b)** Comparat. *ingentior* §. 2., superlat. *ingentissimus* §. *1. fin.* Attamen hic superlativus non agnoscitur a *Grammat. Valla.* edito ab *A. Mai, Class. Auct. T. 3. p. 164.* « Interdum nomina in positivo et comparativo tantum inveniuntur, ut *ingens, ingentior*, et cetera talia. »

INGENS proprie est immanis, immensus; *grande, ingente. Ter. Adelph. 4. 7. 3.* Ingentia flagitia. *Cic. 5. Verr. 46.* Ingens immanisque praeda. *Id. 3. Orat. 19.* Ingens immensusque campus. *Id. Provcons. 5.* Ingens pecunia; *gran somma di danaro. Liv. 35. 9.* Aquae ingentes eo anno fuerunt. *Horat. 1. Od. 7. extr.* Ingens aequor. *Id. 2. ibid. 3. 9.* pinus. Et *2. Sat. 3. 111.* acervus. *Val. Flacc. 8. 186.* ingens exitus Istri; *gran foce. Liv. 2. 23.* clamor. Et *22. ad fin.* gloria. *Ovid. 1. Met. 166.* ira. *Horat. 2. Sat. 7. 103.* virtus atque animus. *Flor. 4. 12. in fin.* Ingentia facta. *Senec. Here. Fur. 441.* Ingens vir. *Vegct. 4. Milit. 3.* Rotae de ligois viridibus ingentissimae fabricantur. — **2)** Ingens aliqua re dicitur, qui abundat, polletve. *Virg. 11. Aen. 124.* Vir fama ingens, ingentior armis. Et *641.* Ingentem animis, ingentem corpore et armis Deiicit Herminium. *Stat. 1. Silv. 4. 71.* Ingens eloquio. — Cum genitivo. *Tacit. 1. Ann. 69.* Femina ingens animi. Et *4. Hist. 66. extr.* Vir ingens rerum; *grande per le imprese*. — Sequente infinito. *Sil. 10. 216.* Ingens ferre mala; *h. e.* magni animi in ferendis malis. — **3)** Interdum notat gravitatem, auctoritatem, vim, robur. *Sil. 11. 67.* coetu patrum, ingentique senatu. *Id. 17. 297.* Ingens Paulus. *Liv. 21. 1.* Ingentis spiritus vir. — **4)** Et nobilitatem, antiquitatem, in illo *Virg. 12. Aen. 225.* Cui genus a proavis ingens.

Nota. Quod vero *ingens* plus significet, quam *magnus*, colligitur ex illo *Ter. Eun. 3. 1. 1. Thr.* Magnas vero agere gratias Thais mihi? *Gn.* Ingentes *(Cic. Amic. 26.* Satis erat respondere *magnas: ingentes*, inquit: semper auget assentator).

INGĔNŬĀTUS. V. INGENIATUS.

INGĔNŬĒ. Adverb. ab *ingenuus*; liberaliter, et ut hominem ingenuum decet; *civilmente. Cic. 3. Fin. 11.* Honeste in familia institutus, et educatus ingenue. — **2)** Item aperte, simpliciter, vere; *ingenuamente, schiettamente. Id. 8. Fam. 2.* Me abs te cupisse laudari, aperte atque ingenue confitebar. Adde *13. Att. 27.* — **3)** Item libere, *liberamente, francamente. Quintil. 12. 3. 3.* Potest autem, quae tum audiet, fortiter affirmare, aut ingenue pro suis dicere?

INGĔNŬĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *ingenuus*; conditio ingenui hominis, honestas, nobilitas; *libertà, civiltà, nobiltà. Cic. 5. Verr. 44.* Eripies igitur pupillae togam praetextam? detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? *Liv. 8. 28.* Cum ingenuitatis magis, quam praesentis conditionis memorem videret. *Suet. Aug. 74.* Assertus in ingenuitatem. *Auct. dial. de Orat. 32.* Eloquentia olim omnium artium domina, nunc circumcisa et amputata, sine apparatu, sine honore, paene dixerim, sine ingenuitate, quasi una ex sordidissimis artificiis discitur. — **2)** Est etiam titulus hominis ingenui. *Patricius, Confess. 15.* Ut darem ingenuitatem meam pro utilitate aliorum. — **3)** Item probitas, pudor, honestas morum; *probità, onestà. Cic. 1. Acad. 9.* Vir ita moratus, ut prae se probitatem quandam, et ingenuitatem ferat. *Id. 2. Orat. 59. extr.* Praestare ingenuitatem et ruborem, verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda. — **4)** Item simplicitas, veritas; *ingenuità, schiettezza. Plin. 35. 36. 5.* Fertur Zeuxis pinxisse puerum uvas ferentem: ad quas cum advolasset avis, eadem ingenuitate processit iratus operi, et dixit: uvas melius pinxi, quam puerum. — In plur. num. usurpavit *Arnob. 2. p. 98. sub fin.*

INGĔNŬŌSUS. V. INGENIOSUS §. 1. *fin.*

INGĒNŪUS, a, um. Adiect. verbale ab *ingeno*, sive *ingigno*. — **b)** *Incenuus* pro *ingenuus* scribitur in *Inscr.* columnae rostratae in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 195.* — Item *ingenuitis* pro *ingenuis* in *alia, ibid. n. 1492.*

INGENUUS proprie est nativus, innatus, naturalis, natura insitus, non manu, aut arte factus, non adventicius, non fucatus; *nativo, naturale. Lucret. 1. 250.* Unde mare, ingenui fontes, externaque longe Flumina suppeditant? *Iuvenal. 3. 20.* nec ingenuum violarent marmora tophum. *Plaut. Mil. 3. 1. 38.* Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles. *Propert. 1. 4. 15.* Ingenuus color. *Prudent. 3. Cathem. 51.* Fundit opes ager ingenuus. — **2)** *Ingenuus homo* olim dicebatur, qui certo patre natus esset: quasi ex eo genitus, non aliunde adscitus. *Liv. 10. 8. a med.* Eo unquam fando audistis, patricios primo esse factos, non de caelo demissos, sed qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos? — **3)** Deinde strictiore significatione ita dicitur qui statim ac nascitur, liber est; *libero, civile:* et servo ac libertino opponitur, Graece ἐλεύθερος, εὐγενής. Quo sensu etiam absolute aliquando usurpatur. Talis autem est tum qui ex duobus ingenuis matrimonio natus est; sive ex duobus libertinis; sive ex altero libertino, altero ingenuo; sive ex matre libera, et patre servo, aut etiam incerto: et sufficit liberam esse matrem, quo tempore peperit, licet serva conceperit: aut si libera conceperit, quamvis ancilla facta pariat. Ita enim *Iustinian. 1. Institut. tit. 4.* docet. *Plaut. Mil. 4. 1. 15.* Ea ingenuan', an festuca facta e serva libera est? *Id. ibid. 3. 1. 189.* Ingenuam ne an libertinam? *Cic. 4. Catil. 7.* Omnis ingenuorum adest multitudo. *Horat. 1. Ep. 19. 35.* Ingenuis oculisque legi, manibusque teneri. *Id. 1. Sat. 6. 91.* Ingenui clarique parentes. V. infra *Nota*. — **4)** Item *ingenuus* aliquando opponitur ei, qui aliquando servus fuit. *Liv. 40. 18.* Naves sociis civibus R., qui servitutem servissent, complerentur, ingenui tantum ut iis praecessent. — **5)** Praeterea

II. *Ingenuus* usurpatur in iis, quae ingenuum hominem decent: et sumitur pro honesto, liberali: cui opponitur servilis, abiectus, illiberalis, sordidus. *Cic. 3. Phil. 11.* Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens; *onesto, civile, da galantuomo. Id. 1. Offic. 42.* Opifices omnes in sordida arte versantur: nec enim quidquam ingenuum potest habere officina. *Id. 2. Orat. 3.* Pudore a dicendo, et timiditate ingenua quadam refugisti. *Id. 10. Phil. 9.* Ad servitutem propulsandam ingenuo dolore excitari. *Id. 5. Fam. 21. sub fin.*

Digitized by Google

Vita ingenua in beata civitate et libera vivere. *Id. 2. ibid. 6.* Est animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere. *Id. 5. Fin. 18.* Ingenuis studiis atque artibus delectari. *Id. 5. Orat. 6.* Ingenuae et humanae artes. Et *32.* Liberales doctrinae atque ingenuae. *Juvenal. 11. 154.* Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris, Quales esse decet, quos ardens purpura vestit. *Horat. 1. Od. 27. 16.* Ingenuus amor. *Auson. Edyll. 10. 442.* Ingenui mores. *Martial. 10. 82.* Per gemitus nostros, ingenuasque cruces; *h. e.* quae cum sint servile supplicium, ab homine ingenuo feruntur. — **G)** Item mollis, delicatus. *Id. 6. 11.* Non minus ingenua est et mihi, Marce, gula; *h. e.* delicata et scitus, qualis est ingenui et domini. Servi enim cum vilioribus cibis pascantur, nosse nequeunt, quid magis sapiat. *Ovid. 1. Trist. 5. 73.* Illi corpus erat durum, patiensque laborum: Invalidae vires, ingenuaeque mihi; *h. e.* moderatae, aut delicatae: non immensae, ut in servis labori assuetis. — **7)** Interdum est liber, verax, sincerus; *franco, sincero. Cic. Brut. 67.* Respuere aliquid ingenuo liberoque fastidio. *Id. Amic. 18.* Aperte enim vel odisse, magis ingenui est, quam fronte occultare sententiam. *Horat. 2. Sat. 5. 186.* Astuta ingenuum vulpes imitata leonem.

Nota. *Ingenuus* differt a *libero* in eo, quod *ingenuus* est ex natali: *liber* etiam ex manumissione, quamvis servus sit natus. Hinc *Isid. 9. Orig. 4. 46.* « *Ingenui* dicti, qui in genere habent libertatem, non in facto, sicut *liberti*. Unde et eos Graeci εὐγενεῖς vocant, quod sint *boni generis*. » Cf. supra §. 3.

INGĔRO, ĕris, essi, estum, erĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *gero*, cuius variationes sequitur. V. GERO. — **b)** *Iggerunt* pro *ingerunt* apud Veteres aliquando usurpatum est. V. G. §. 1. — **c)** *Inger* in imperativo, ut *fer*. *Catull. carm. 27. ad puer. suum.* Minister veteris puer Falerni, Inger mi calices amariores; *h. e.* misce ac porrige. *Al. leg.* infer, *alii* misce. — **d)** Particip. *ingerens* §. 3. et 6., *ingerendus* §. 6., *ingestus*, V. suo loco. — **e)** Derivata, *ingestio, ingesto, ingestus, us*. — **f)** Composita, *adingero, superingero*.

INGERO proprie est intro gero, infero, importo; *portare, o porre dentro. Plaut. Pseud. 1. 2. 24.* Tu, qui ornam habes, aquam ingere: face plenum ahenum sit cito. *Tibull. 2. 1. 22.* Ingeret ardenti grandia ligna foco. *Petron. Satyr. 136.* Collocavit iguem cassis arundinibus collectum, ingestisque super pluribus lignis, etc. *Plin. 31. 39. 7.* E puteis aquam in salinas ingerunt. *Colum. 2. 16.* Stercus ingerere vitibus. Et *10.* lupinum novalibus; *seminare*. — **2)** Translate. *Cael. Aurel. 5. Chron. 10. 105.* Ad arteriam maiorem . . . facta eruptio spirationis ingerit difficultatem et tussiculam: ad stomachum vero, nauseam atque fastidium et eversionem vel vomitum ingerit aegrotanti. *Id. 3. ibid. 8. 152.* Ingerere sitim. *Id. 1. Acut. 1. 25.* passiones. — **3)** Proverbium est illud *Plauti, Pseud. 1. 5. 133.* In pertusum ingerimus dicta dolium; *gettiamo le parole al vento:* operam ludimus. V. DANAUS, in ONOM. — **4)** *Ingerere se* est se immiscere, se conicere alicuo; *mettersi, cacciarsi. Iustin. 11. 14.* Ubi confertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset, eo se semper ingerebat. *Senec. Here. Fur. 1052.* Quo te obvium morti ingeris? *Sil. 10. 4.* In medios fert arma globos, seseque periclis Ingerit. — **5)** Dicitur etiam *ingerere se*, qui ultro, nec vocatus se operamque offert suam; *ingerirsi, offerirsi. Plin. Paneg. 86.* Praefectum praetorii, non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere. — **6)** Specialim

II. *Ingero*, prout ex contexta orationis serie evincitur, est porrigo, praebeo; *dare, porgere. Plin. 20. 48. 4.* Ocimum equis asinisque ingeritur. *Pallad. 1. 30.* Saginandis anseribus polentae duas partes, et furfuris quatuor ingerunt, pro appetentia voluntate sumenda. *Nemesian. Cyneg. 5.* Castaliusque mihi nova pocula fontis alumno Ingerit. *Suet. Gramm. 23. extr.* Cum in turba osculum sibi ingerentem devitare non posset. *Cels. 5. 27.* Vinum merum calidum cum ruta quamplurimum ingerendum est. Adde *Catull.* loc. supra allato §. c. — **7)** Item infligere, incutere. *Tacit. 3. Hist. 35.* Ac deinde ingestis vulneribus concidit. *Ter. Phorm. 5. 7. 95.* Nisi sequitur, pugnos in ventrem ingero. *Senec. Med. 461.* Ingerere supplicia. *Curt. 6. 11.* verbera. *Senec. ep. 99. circa med.* manus capiti. *Val. Flacc. 6. 230.* Fulmineumque viris proturbans ingerit ensem. — **8)** Item pro iacere, conicere; *scagliare, gettare. Virg. 9. Aen. 765.* fugientibus ingerit hastas in tergum. *Liv. 2. 65.* Saxa ingerere in subeuntes. *Stat. 9. Theb. 303.* tela. *Plin. 10. 1. 2.* lapides contra aliquem. *Horat. 1. Sat. 3. 11.* convicia alicui. *Plaut. Asin. 5. 2. 77.* dicta in aliquem. *Liv. 2. 45.* probra. *Ter. Andr. 4. 1. 16.* mala multa. *Suet. Aug. 54.* E curia per iram se proripienti quidam ingesserunt, licere oportere etc. *gli gridaron dietro.* — **9)** Item sistere, obiicere, offerre; *offerire, presentare. Val. Flacc. 7. 651.* nec si ipse sibi terga ingerat ultro, Qui pepigit, velit in pacem dextramque reverti. Et *8. 53.* modo ne quis abactam Huc referat me forte dies, oculisque parentis ingerat. *Aust. dial. de Orat. 7.* Quorum nomine prius parentes liberis suis ingerunt; *suggeriscono, ripetono*. Sic *Senec. 1. Benef. 12.* Oblivisci non sinit, sed auctorem suum ingerit et inculcat. *Liv. 5. 68.* Vocis verborumque quantum voletis, ingerent et criminum in principes, et legum, et concionum; *ve ne daranno. Petron. Satyr. 140.* Filium filiamque ingerebat orbis senibus; *h. e.* obtrudebat. Et *56.* Ingerebat lentissima voce, carpe, carpe; *h. e.* repetebat, dictitabat. Sic *Senec. 7. Benef. 22.* Hoc sobrii loquuntur, hoc ebrii non continent, hoc ignotis ingerunt. — **10)** Item aggerare, adiicere; *aggiungere. Senec. Thyest. 731.* Puero ne parcit? an scelus sceleri ingerit? *Iustin. 6. 8.* Quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et dativo item rei vel personae, pro quo saepe etiam adhibetur alter accusat. cum praepos. *in, contra*.

INGESTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *gestabilis;* qui gestari non potest, importabilis. *Plin. 7. 5. 1.* Ingestabile onus.

INGESTĬO, ōnis, f. Verbale ab *ingero;* actus ingerendi. *Cael. Aurel. 5. Chron. 8. 152.* In vespertino cibo utendum mediocri potu, ut necessitis aegros afficiat, nec plurima liquoris ingestio etc. *Cod. Theod. 9. 24. 1. §. 1.* Eis meatus oris et faucium, qui nefaria hortamenta protulerit, liquentis plumbi ingestione claudatur. — **2)** Translate. *Capitol. 5. p. 148* Primae vocis ingestio.

* INGESTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *ingero;* sed eiusdem fere significationis. — Particip. *ingestans* quidam tribuunt *Apulejo, 11. Met.*, sed lectio variat.

INGESTUS, a, um. Particip. verbi *ingero*, adiectivorum more etiam adhibitum; illatus, impositus; *portato o posto dentro. Ovid. Ib. 46.* Saucius ingesta contumuleris humo. *Plin. 19. 36. 2.* Paxillo caverna facta, ac fimo ingesto. *Id. 31. 25. 5.* Aqua frigida ingesta sistitur sanguis. Et *30. 38. 1.* Adeps pastillis ingestus; *h. e.* praebitus. Sic *29. 8. 7.* Cibi saepius die ingesti. *Stat. 4. Theb. 130.* Summis ingestum montibus Aepy; *h. e.* Aepy oppidum Messenae impositum montibus. — **2)** Item oblatus, obtrusus. *Tacit. 1. Ann. 72.* Numen patris patriae Tiberius, a populo saepius ingestum, repudiavit. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 81.* facies ingesta sopori; *presentata in sogno.* — **3)** Item inditus. *Id. B. Gild. 388.* ingesta vincula unguibus.

INGESTUS, us, m. Verbale ab *ingero;* actus ingerendi et immittendi, ingestio. — Translate. *Tertull. Resurr. carn. 42.* Immortalitatis ingestus.

INGIGNO. V. INGENO §. b.

* INGĪTAS. V. INCITUS in *Nota*.

INGLŎMĔRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *glomero*, idem ac glomero; idest coacervo, accumulo, et veluti in globi formam involvo. *Stat. 1. Theb. 350.* sed plurimus Auster Inglomerat noctem.

INGLŌRĬĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *gloriatio;* ignominia, humilitas. — In bonam partem sumit *Interpr. Ignatii ep. ad Polycarp. 5.* Si quis potest in castitate manere, in honorem carnis Domini, in ingloriatione Domini maneat.

INGLŌRĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *gloriosus;* non gloriosus, humilis, demissus. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 33. 12.* Quidam autem hominem infirmum et ingloriosum et scientem ferre infirmitatem. *Arnob. in Psalm. 150.* Iudex ille refertur humilis, nos superbi; ille ingloriosus, nos e contrario gloriosi. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀδόξως; ingloriosus, ignobilis, sine gloria.

INGLŌRĬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *gloria;* quod alterum vi compositionis in adiectivum transiit. — Proprie est qui nullam gloriam sua virtute consecutus est, inhonoratus, ignobilis; *senza gloria, ignobile. Cic. 1. Leg. 11.* Beati, qui honorati sunt, videntur; miseri, qui sunt inglorii. *Virg. 9. Aen. 548.* Parmaque inglorius alba. *Id. 4. G. 94.* horridus alter Desidia, latamque trahens inglorius alvum. *Tacit. 12. Ann. 14.* Brevi et inglorio imperio perfunctus est. *Id. Agric. 9.* Vincere inglorium arbitrabatur. *Id. ibid. in fin.* Multos veterum, velut inglorios et ignobiles, oblivio obruet. *Cic. 3. Tusc. 34.* Vita inhonorata et ingloria. — Cum genitivo. *Tacit. 3. Hist. 59.* Inglorius militiae. *Sil. 12. 39.* inglorius ausi. — **2)** Translate. *Stat. 9. Theb. 105.* convulsae cuspide longe Diffugere iubae, patuitque ingloria cassis; *h. e.* indecora, sine cristis, sine ornamentis. — **3)** Apud *Isid. 10. Orig. 139.* exponitur etiam: inglorius, immemor gloriae.

INGLŪTĬNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *glutinatus;* non glutinatus. *Gloss. Philox.* Inglutinatus; ἀκόλλητος.

INGLŪTĬNO, as, atum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *glutino*, idem ac glutino. — Translate. *Prosp. de Vit. contempl. 2. 4.* Quibus *(feminis)* tanto inglutinentur affectu, ut etc.

INGLŪTĬO et Inglutio, is, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *glutio;* deglutio; *inghiottire. Isid. 4. Orig. 9. 9.* Catapotia *(dicta)*, eo quod modicum potetur seu inglutiatur. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 581.* Vorat, inglutit. Cf. INGLUVIES in *Nota*.

INGLUTTIO. V. voc. praeced.

INGLŬVĬĀ, ae, f. V. voc. seq. §. c.

INGLUVĬES, ēi, f. Nomen, cuius etymon ducitur a *gula*, ut placet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 112. Müll.* (V. loc. in voc. seq.), ita ut sit pro *ingluvies*. — *Isid.* tamen ab *inglutio* deducit. V. infra in

Nota. — **b)** Saepe in MSS. et editis libris confusum fuit cum *illuvies*, ut pluribus demonstrat *Hildebr.* ab *Apul. 3. Met. 28.* — **c)** Alia forma est *ingluvia, ae*, apud *Hilar. Hymn. Serotin.* ed. *Mai* in *Bibliot. Nov. Patr. T. 1. p. 491.* Canendo venit fistula ingluvia. — **d)** Derivatum, *ingluviosus*.

INGLUVIES proprie est sinus ille in gutture avium, in quem demittunt cibos, priusquam in ventrem recondant; *gozzo. Colum. 8. 5. a med. de pullis gallinaceis*. Singuli tentandi, ne quid hesterni habeant in gutture, nam si vacua non est ingluvies, cruditatem significat. *Varr.* apud *Philarg.* ad *Virg. 3. G. 431.* Ingluvies sunt tori circa gulam, qui propter pinguedinem fiunt, atque interiectas habent rugas. — **2)** Deinde universim gula, guttur; *gola. Virg. 3. G. 480. de angue*, hic piscibus atram improbus ingluviem, ranisque loquacibus explet. *Apul. 1. Met.* Restis ad ingluviem adstricta. Et *5. ibid.* Priusquam bestia ingluvie voraci me miseram hauriret. *Front. 2. ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 12.* iis margaritis collos filiarum suarum despoliabis, ut cuius tandem ingluvies turgida ornetur? — **3)** Hinc translate est voracitas, liguritio; *golosità. Ter. Eun. 3. 4. 15.* Harum videre ingluviem, sordes, inopiam: Quam inhonestae solae sint domi, atque avidae cibi. *Al. leg.* illuviem. *Horat. 1. Sat. 2. 7.* avi cur atque parentis Praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem. *Gell. 7. 16.* Nomina edulium, quae profunda ingluvies vestigavit. *Petron. Satyr. 119. ad fin.* Venoris ingluvies.

Nota. Discrimen inter *ingluviem* et *illuviem* habet *Isid. Append. Differ. n. 112.* « Inter *illuviem* et *ingluviem* hoc interest, quod *illuvies* sordium, *ingluvies* ventris. Illud a *non lavando*, hoc ab *ingluviendo* dictum. »

INGLŬVĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *ingluvies;* gulosus, vorax, heluo. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 112. Müll.* Ingluvies a gula dicta: hinc ingluviosus. Adde *Isid. 10. Orig. 138.*

INGNŌMĬNĬĀ. V. IGNOMINIA §. b.

* INGONIA falsa lectio pro *Idioma* apud *Simplic.* V. loc. in CLAVICATUS.

INGRĀMĬNĀTUS, a, um. Particip. verbi *ingramino;* gramine contectus, sive abundans. *Victor Vict. 1. Persec. Vandal. 11.* Ut ager non cultus et ingraminatus, vomere praedicationis evangelicum susciperet semen et imbre sacri baptismatis rigaretur, etc.

INGRĀMĬNO, as, ātum, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *gramen;* in gramen erumpo, herbosus fio. Legitur in *Gloss. Lat. p. 176. n. 214.* Ingraminat; in gramina erumpit. Adde alia apud *Hildebr.* ad *h. l.* et Cf. voc. praeced.

INGRANDESCO, descis, dui, descĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *grandesco;* grandior fio. augeor, cresco; *ingrandirsi, crescere. Colum. 2. 10. circa med.* Lens ut celeriter prodeat et ingrandescat. Et *5. 6.* Ne difficulter acinus ingrandescat. Et *11. 3.* Licet porrum, si iam ingranduit, transferre. *Onom. Lat. Gr.* Ingrandesco; *μεγύνομαι*.

INGRĀTĒ. Adverb. ab *ingratus;* non iucunde, sine gratia; *spiacevolmente. Plin. 37. 19. 1.* Ingrate virens gemma, atque intus sordida. *Ovid. 2. Art. am. 455.* Sunt, quibus ingrate timida indulgentia servit; *h. e.* nullam gratiam iocundo. — **2)** Item non libenter, ingratiis; *di mala voglia. Plin. 18. 5. 1.* Non ingrate nominando M. Varrone. — **3)** Item ingrato animo; *ingratamente. Cic. 12. Fam. 1.* et *Deiot. 11.* Ingrate nostra facilitate abutuntur. *Plin. 27. 2. 3.* Quae si quis ab homine excogitari potuisse credit, ingrate Deorum munera intelligit. *Tacit. 1. Hist. 32.* Infensus Galbae, tanquam oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset. — **4)** Translate de iis dicitur, quae fructu spei non respondent. *Pallad. 7. 8.* Ubi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt quaecumque vitiosa, ut succus, qui ingrate his posset impendi, ad meliora vertatur; *h. e.* sine utilitate, tanquam ingratis.

INGRĀTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *in* et *gratia;* contrarium gratiae; *spiacevolezza. Tertull. Poenit. 1.* Poenitet fidei, amoris, simplicitatis, prout quid in ingratiam incidit. Et *2.* Viderit ergo ingratia hominum, si etiam bonis factis poenitentiam cogit. V. INGRATIIS §. a. — **2)** Absolute in ablat. plur. *ingratiis*, V. suo loco.

INGRĀTĬFĬCUS, a, um. Adiect. ab *in* et *gratificus* (vel ab *ingratus* et *facio*); ingratus, beneficii immemor. *Cic. Sest. 57.* ex *Accio.* O ingratifici Argivi, immoenes (*al.* immunes) Grail, immemores beneficii.

INGRĀTĬIS et *per contractionem* ingratis; Latini enim veteres litteram *i* nunquam geminabant. Adverb. ab *in* et *gratiis* (a quo recentiores in singulari num. nomen *ingratia* induxerunt. V. INGRATIA), quod quidam male putarunt esse ab *ingratus*, et eiusdem rationis atque *alternis, omnimodis.* — **b)** Apud Poëtas aliquando *ingratiis* videtur esse pro *ingratiis* per synaeresin metri causa; apud Scriptores autem prosae orationis saepe in antiquis MSS. et editis libris *ingratis* et *ingratiis*, immo aliquando et *ingratus*, sunt inter se confusa, teste *Hand, Tursell. T. 3. p. 581.*

INGRATIIS et Ingratis proprie est inuito animo, non ultro, praeter voluntatem, nullo gratio; *contra genio, contra voglia, o di mala voglia, per forza. Donat.* ad *Ter. Eun. 2. 1. 14.* Nam ingratiis non ultro significat, quia ultronea grata (*male alii* ingrata) sunt, ingrata, quae ab invitis (*male aliis* inimicis) fiunt ac recusantibus. *Plaut. Curc. 1. 1. 6.* Tamen est eundum, quo imperant, ingratiis. *Ter. Phorm. 3. 7. 3.* Nam idem hoc argentum ita ut datum 'st ingratiis Ei datum erit. *Plaut. Merc. 2. 4. 11.* nimium multum scis. *Eu.* tuis ingratiis. *Nep. Themist. 4.* Ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. *Codd. habent* ingratis. *Ter. Eun. 2. 1. 14.* Ingratiis dormire. *Cic. fragm. orat. pro Tull.* (edente *A. Peyronio*) *n. 5.* Tametsi postulat causa, tamen, olsi plane cogit ingratiis, ad maledicendum non soleo descendere. *Id. Quint. 14.* Extorquendum est invito atque ingratiis; *h. e.* velit, nolit. *Hoc altero loco quidam scribunt* ingratis. *Apul. 1. Met. 26.* Iam obstinationis (*alii leg.* obstinationi) suae me ingratis obedientem perduxit ad illum suum grabatulum. V. *Hildebr.* ad *h. l. Lucret. 3. 1085.* Effugere haud potis est, ingratis haeret et angit. Adde *5. 48.* et *6. 215.* Sic *Lactant. 2. 10.* Ingratis tamen Epicurus eripiet. *Al. leg.* ingrate. *Dig. 47. 1. 56. §. 2.* Ingratis eas retineat. Ita *Cod. Florent., alii leg.* ingratus. — *Plaut. Mil. 2. 3. 59.* Vi atque invitam ingratiis, Nisi voluntate ibis, rapiam te domum. *Scipio* apud *Isid. 2. Orig. 21. 4.* Vi atque ingratiis coactus cum illo sponsionem feci. — Cum genitivo. *Plaut. Cas. 2. 3. 7.* Vobis invitis, atque amborum ingratiis.

Nota. Alia pauca de hoc adverbio dabit *Hand, Tursell. T. 3. p. 579-581.*

INGRATIS. V. voc. praeced.

INGRĀTĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *ingratus;* ingrati animi vitium; *ingratitudine. Firmic. 3. Mathes. 1. a med.* Ingratitudinis vitio inquinati. Et *Cassiod. 5. Variar. 8.* Sine ingratitudinis naevo. — **2)** Pro ingratia, indignatione; *spiacere. Cassiod. 1. Variar. 30.* Noverit, se nostrae ingratitudinis pericula subiturum.

Nota. Legitur praeterea apud *Curt.* in quibusd. editionib. *sub fin. l. 5.* At is locus *Curtii* non est, sed ex Supplementis *Freinshemii*. — Item perperam ponitur in titulo *l. 3. c. 3. Val. Max.*, ut diximus in v. GRATITUDO §. 1.

INGRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *gratus*. — **b)** *Ingratus, ingratiis* et *ingratis* inter se aliquando confusa fuisse, diximus sub v. INGRATIIS §. b. — **c)** Comparat. *ingratior* §. 3., superlat. *ingratissimus* §. 3. — **d)** Derivata, *ingrate, ingratitudo*. Cf. INGRATIA et INGRATUS §. a. — **e)** Compositum, *peringratus*. Cf. INGRATIFICUS.

INGRATUS proprie est non gratus, non acceptus, iniucundus, molestus; *spiacevole, ingrato, noioso. Cic. 5. Fam. 5. a med.* Quae si ego non profundere videbor, omnibus meis viribus sustinebo: sin autem ingrata esse sentiam, non committam, etc. *Tacit. 2. Ann. 5.* Tiberio haud ingratum accidit, turbari res orientis. *Horat. 3. Od. 10. 9.* Ingratam Veneri pone superbiam. *Caes. 7. B. G. 50.* Fuit haec oratio non ingrata Gallis. *Virg. 3. G. 97.* Ingratus labor. *Ovid. 3. Fast. 738.* Ingrati ioci. *Colum. 7. 8. extr.* Non ingrati saporis caseus. — **2)** Translate dicitur de iis, ex quibus exiguus, aut nullus fructus percipitur, etsi plurimus labor impendatur. *Ovid. 1. Amor. 15. 6.* Ingrato vocem prostituisse foro. *Martial. 10. 47.* Non ingratus ager. Et *3. 19.* colit ingratas pauper amicitias. *Ter. Heaut. 3. 1. 60.* Ignosces tamen post; et id erit ingratum; *h. e.* nullam tibi pariet gratiam. *Horat. 1. Sat. 2. 7.* Hunc si perconteris, avi cur atque parentis Praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem, etc.; *h. e.* gula, et ventre, qui cito voluptatis, et ingestorum ciborum obliviscitur, nec unquam satiatur. Sic apud *Eund. 2. Ep. 1. 187.* migravit ab aure voluptas Omnis ad ingratos oculos; *h. e.* qui cito spectacula obliviscuntur, et nova poscunt. Ita enim legit *Bentley.*: incertos *alii*. — **3)** Saepe de personis

II. *Ingratus* est, qui beneficium non agnoscit; *sconoscente, ingrato. Senec. 3. Benef. 1.* Ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus, qui dissimulat: ingratus, qui non reddit: ingratissimus omnium, qui oblitus est. *Cic. 8. Att. 4.* Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non inest. *Id. 2. Att. 2. a med.* Ingrati animi crimen; *dell'ingratitudine.* Et *1. Nat. D. 35. extr.* et *Liv. 38. 50.* Ingratum esse in aliquem. *Paul. Dig. 4. 2. 21.* Ingratus contra aliquem. *Vellei. 2. 69.* Vir adversus merita Caesaris ingratissimus. — *Caes. 3. B. C. 1.* Ne aut ingratus in referenda gratia, aut arrogans in praeripiendo populi beneficio videretur. *Bentleio* insolens hic loquendi modus visus est, cui substituerat: *ne aut cessator in referenda gratia.* — Cum genitivo. *Virg. 10. Aen. 666.* Ingratus salutis; *h. e.* ob salutem acceptam. Graecismus est: *ἀχάριστος σωτηρίας, scil. ὤν*. — **4)** Passive de eo, cui gratiae actae non sunt. *Stat. 1. Theb. 700. de Phoebo.* Seu Troiam Thymbraeus habes, ubi fama volentem Ingratis Phrygios humeris subiisse molares.

INGRĂVĀTĒ. Adverb. ab *in* et *gravate;* non gravate; *di buona voglia. Ammian. 17. 10. extr.* Obsecundabant imperiis ingravate. Adde *18. 2.*

INGRĂVĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *ingravo;* vexatio, molestia, onus. *Imppp. Valentinian., Valens et Gratian. Cod. Theod. 7. 13. 7.* Perpetuae ingravationi addici.

Digitized by Google

INGRĂVĀTUS, a, um. Particip. verbi *ingravo;* gravis factus. *Plin. 28. 48. 1.* Ingravatas aures sic perluendas putant; *h. e.* quae gravitate et difficultate audiendi laborant. *Spartian. Sever. 21.* Ingravatus morbo; *aggravato.*

INGRĂVESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. ab *ingravo.* — **b)** Per tmesin dividitur apud *Lucret. 4. 1242.* Suscipiunt aliae pondus magis, inque gravescunt. — **c)** Particip. *ingravescens* §. 2. V. etiam INGRAVIS. — **d)** Derivata, V. sub v. INGRAVO suo loco.

INGRAVESCO proprie est gravior et molestior fio; *divenir più grave, più molesto. Plin. 31. 39. 8.* Vix credibili pondere ingravescit. *Plin. alter 2. ep. 17. a med.* Patentibus fenestris Favonios accipit, transmittitque, nec unquam aëre pigro et manente ingravescit. — **2)** Translate. *Cic. 1. ad Brut. 10.* Ingravescit in dies malum. *Id. Dom. 5.* Annona ingravescit; *h. e.* carior fit. *Id. 2. Divin. 6.* Ingravescens morbus. *Id. Senect. 2. sub fin.* Ingravescens aetas. *Id. 10. Att. 4.* Alter ardet furore et scelere: nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit. *Hilar. in Psalm. 67. n. 18.* Ingravescentia tonitrua. — **3)** In bonam partem. *Cic. 4. Fam. 4. ad fin.* Hoc studium quotidie ingravescit; *h. e.* crescit, augetur. *Id. Senect. 11.* Et corpora quidem defatigatione et exercitatione ingravescunt; *si fortificano.* — **4)** Pro gravidam fieri adhibet *Lucret.* loco allato supra §. b.

INGRĂVĬDĀTUS, a, um. Particip. verbi *ingravido;* gravidus, seu gravis factus. *Augustin. 7. Confess. 5. sub fin.* Pectus meum ingravidatum curis mordacissimis. V. voc. seq. §. 2.

INGRĂVĬDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *gravido,* idem quod gravido. *Paulin. Nolan. carm. 24. 233.* Ingravidat coëuntes. — **2)** Translate, gravem facio. V. voc. praeced.

INGRĂVIS, ve. Adiect. verbale ab *ingravo;* valde gravis, molestus. *Ulp. Dig. 29. 5. 3. init.* Si quis ingravi valetudine affectus. *Al. leg.* ingravescente.

INGRĂVO, as, āvi, ātum, are. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam usurpatum, ab *in* intentiva et *gravo,* quod est a *gravis.* — **b)** Particip. *ingravans* §. 4., *ingravatus,* V. suo loco. — **c)** Derivata, *ingravatio, ingravesco, ingravis.*

INGRAVO proprie est gravem reddo; gravitate ponderis deprimo; *aggravare, premere col peso. Stat. 8. Theb. 404.* puppemque alternus utrinque ingravat, et medias ardet descendere in undas. — **2)** Translate. *Virg. 11. Aen. 220.* Ingravat haec saevus Drances; *h. e.* exaggerat et graviora facit. *Ovid. 5. Trist. 4. 60.* Illa meos casus ingravat, illa levat. *Ambros. ep. 18. n. 15.* Ingravare querelam. *Athanasic. ep. ad Iohannem pap. post init.* Ingravare facultates pauperum; *h. e.* oneribus premere. — *Vulg. Interpr. Exod. 8. 15.* Ingravavit *(Pharao)* cor suum et non audivit eos. — **3)** Saepius passive media significatione. *Id. ibid. 7. 14.* Ingravatum est cor Pharaonis. Adde *ibid. 8. 32.* et *9. 7.* — Sic *Id. Iudic. 20. 34.* Ingravatum est bellum. Et *1. Mac. 9. 17.* Ingravatum est praelium. — **4)** Intransitivorum more,

II. *Ingravo* est gravis fio. *Phaedr. 3. 10.* canis Languere coepit annis ingravantibus. *Plin. 19. 51. 1.* Iisdem fruticibus utuntur, si non saevitia hiemis ingravat.

Nota. Discrimen inter *gravo* et *ingravo,* V. sub v. GRAVO in *Nota.*

INGRĔDIOR, ĕdĕris, essus sum, ĕdi. Verbum origine intransitiv. et intransitive quoque adhibitum, sed vi praepositionis transitivum quoque factum, forma deponens, ab *in* intentiva et *gradior,* mutata euphoniae gratia *a* littera in *e.* V. GRADIOR. — **b)** Ab Antiquis pro *ingredior* etiam *endogredior* aut *indugredior* dictum est. *Lucret. 1. 82.* viamque Endogredi sceleris. Adde *4. 318.* et *567., quibus locis alii leg.* indugredi. — **c)** *Ingredier* paragoge pro *ingredi* est apud *Phaedr. 5. 7.* — **d)** Tmesis est in illo *Lucret. 4. 885.* ut velit ire, inque gredi. — **e)** Particip. *ingrediens* §. 9., *ingrediendus* §. 2., *ingressus* §. 2. et seqq. et suo loco, *ingressurus* §. 2. — **f)** Derivata, *ingressio, ingressor, ingressus,* us.

INGREDIOR proprie, transitivorum more, est intro gradior, introeo; *entrare, penetrare. Cic. 2. Phil. 27. ad fin.* Tu ingredi illam domum ausus es? *Id. 3. Catil. 2. extr.* Cum pontem Milvium ingredi inciperent. *Id. Senect. 10. sub fin.* Ingredi iter pedibus; *incamminarsi, mettersi in viaggio. Id. Senect. 2. extr.* Via, quam nobis quoque ingrediendum sit. *Al. leg.* qua nobis etc. — **2)** Translate. *Cic. 1. Offic. 32. a med.* Quam quisque viam vivendi sit ingressurus. *Id. 1. Orat. 28.* Cum istam disputationem mecum ingressus esset. *Id. Arch. 1.* Hunc video mihi principem ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. *Vellei. 2. 61.* et *Quintil. procem. l. 6.* Caesar decimum nonum annum ingressus. *Id. 6. 1. a med.* Ingredi consulatum. *Val. Flacc. 5. 70.* primo inctos sic tempore rector Ingreditur cursus: *si mette colla nave in corso.* — **3)** Pro incipere, aggredi; *cominciare, accingersi. Virg. 2. G. 174.* tibi res antiquae laudis et artis Ingredior; *h. e.* aggredior. *Suet. Aug. 99.* Terra marive ingrediens longinquam profectionem. — Cum infinito. *Cic. 1. Acad. 1. extr.* Postea quam sum ingressus eas res mandare monumentis. *Id. 15. Att. 11.* Cum ingressus essem dicere, quid oportuisset. *Vellei. 2. 119.* Fuga Rhenum petere ingressus est. *Virg. 4. Aen. 167.* Sic contra est ingressa Venus, *subaudi* dicere. Sic *6. ibid. 867.* Anchises lacrimis ingressus obortis. — **4)** Pro adire. *Cic. Mur. 2.* Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur. — **5)** Intransitivorum more,

II. *Ingredior* eodem sensu proprio, introeo; *entrare. Cic. Caecin. 8.* Ingrediens intra finem eius loci, quem etc. *Caes. 5. B. G. 9.* Ingredi intra munitiones. *Lucan. 10. 224.* fluvius, ingresso vere, tumescit. *Iustin. 8. 5.* Non Diis Penatibus, ad quos paulo ante ingressus hospitaliter fuerat, pepercit. — **6)** Translate. *Cic. Brut. 96.* In vitam paulo serius, tanquam in viam, ingressus. *Id. 12. Fam. 25.* Quo primum die in spem libertatis ingressus sum. *Id. 7. Phil. 5.* Magna spe ingredior in reliquam orationem. *Id. 2. Catil. 6.* Quem iam ingressum in bellum esse dicebam. *Id. Plane. 5.* Qua nolui tanua ingressus sum in causam. *Id. 1. Orat. 21.* Antequam ad discendum ingressi sumus. *Caes. 3. B. C. 18.* Ingredi in sermonem. *Hirt. B. Afr. 22.* Ingredi in rempubl.; *h. e.* in administrationem reipubl. — **7)** Pro venire, prodire. *Plaut. fragm. apud Non. 6. 32.* Nihil te pudet, sceleste, populi in conspectum ingredi? — **8)** *Ingredi ad aliquam,* de viro, aut *ad aliquem,* de muliere, apud *Vulg. Interpr.* adhibetur de maritali congressu. Sic *Genes. 30. 3.* Habeo, inquit *(Rachel),* famulam Balam, ingredere ad illam, ut pariat super genua mea et habeam ex illa filios . . . deditque illi Balam in coniugium, quae, ingresso ad se viro, concepit et peperit filium. Adde *ibid. 19. 31.* et *seqq., 29. 21.* et *24.* etc. — **9)** Praeterea

III. *Ingredior* saepe ponitur pro simplici gradior, incedo, ambulo; *camminare, andare. Cic. 1. Tusc. 31.* Qui in compedibus semper fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur. *Id. 2. Att. 23.* Si stas, ingredere: si ingrederis, curre. *Cels. 5. 28. n. 14.* Clavus in pedibus dolorem ingredienti movet. *Colum. 11. 3. ante med.* Ingredi per semitas. *Curt. 5. 6.* Rex pedes per nivem et glaciem ingredi coepit. *Ovid. 4. Fast. 481.* Quacumque ingreditur, miseris loca cuncta querelis implet. *Virg. 10. Aen. 762.* quatiens Mezentius hastam Turbidus ingreditur campo. Et *4. G. 177.* Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit: *campo* et *solo* ablativi casus sunt. Et *3. ibid. 73.* pecoris generosi pullus in arvis Altius ingreditur. *Plin. 8. 5. 5.* Elephanti gregatim semper ingrediuntur. — **10)** Translate. *Cic. Somn. Scip. 8.* Ingredi vestigiis patris; *camminare sulle vestigia, imitare.* (Eodem sensu dixit *Liv. 37. 53.* Ingredi vestigia patris). *Ovid. 2. Fast. 16.* per titulos ingredimurque tuos; *h. e.* carmine procedimus. *Quintil. 9. 4. ad fin.* Sublimia debent ingredi, lenia duci, aspera currere, delicata fluere; *h. e.* alte velut incedere. — **11)** De pedibus in carminibus. *Attil. Fortunatian. Part. 2. c. 4.* Dactilica sola simplicibus pedibus ingrediuntur. V. INGRESSIO §. 4.

Nota. Constructio verbi est, transitivorum more, cum accusat. rei, vel absolute cum infinito; intransitivorum autem more cum accusat. et praepos. *intra, in, ad,* vel cum ablat., rarius cum dativo, vel demum absolute.

INGRESSĬO, ōnis, f. Verbale ab *ingredior;* actus ingrediendi; *entrata. Cic. 8. Phil. 4.* Ita ab ingressione fori populum tribunosque plebis propulsari videres. — **2)** Translate. *Id. Orat. 3.* Ac video hanc primam ingressionem meam e media philosophia repetitam, etc. — *Cyprian. ep. 77. n. 8.* Cum inde *(a baptismo)* incipiat omnis fidei origo et ad spem vitae aeternae salutaris ingressio. — **3)** Item ambulatio, incessus. *Cic. Orat. 59.* Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. — **4)** Translate de pedibus in carminibus. *Attil. Fortunat. Part. 2. c. 4.* Ili sunt *(pedes),* qui in usum, excepto dactylo, omnium carminum veniunt, qui gressibus alternatis quasi incedunt, per versus moventur. Hic est motus et ingressio, quam Graeci *basin* appellant.

INGRESSOR, ōris, m. Verbale ab *ingredior;* qui ingreditur. *Petricius, Synod. can. 27.* Clericus episcopi in plebe quislibet novus ingressor, baptizare et offerre illum non licet.

INGRESSUM. V. INGRESSUS, a, um. §. 3.

INGRESSUS, us, m. Verbale ab *ingredior;* actus ingrediendi, introitus; *ingresso, entrata. Caes. 1. B. C. 84.* Prohiberi ingressu. *Plin. 10. ep. 28.* Haec tibi, domine, in ipso ingressu meo scripsi, scil. in provinciam. — **2)** Item initium; *principio. Quintil. 9. 4. circa med.* Si pars posterior in clausula, deprehendatur rursus in ingressu. *Id. procem. l. 8.* Affectus maxime in ingressu causae ac fine dominantur. *Id. 10. 1.* In ingressu operis. *Virg. 4. G. 316.* Unde novo ingressus hominum experientia cepit? *h. e.* novum hoc experimentum hominum undenam mitia sumpsit? *Vitruv. 1. 1. ad fin.* Operum ingressus, qui manu aut tractationibus ad elegantiam perducuntur: *il metter mano all' opera: il cominciamento d'una fabbrica.* — *Tertull. de Anim. 37.* Legitima nativitas ferme decimi mensis ingressus est. — **3)** Item ambulatio, incessus; *il camminare. Cic. 1. Nat. D. 34.* Ingressus, cursus, accubitio, inclinatio, sessio. *Plin. 2. 96. 1.* Quaedam terrae ad ingressus tremunt. *Id. 11. 16. 4.* Crura recta, ingre-

Digitized by Google

sus celsior. *Id.* 38. 7. 2. Animalis ingressum corrigere. — **A**) Item ianua, porta, aditus. *Vulg. Interpr. Iudith.* 14. 9. Ingressus cubiculi. *Id. Eccli.* 50. 5. Ingressus domus et atrii. Adde *Ezech.* 46. 19. — **B**) Translate. *Prudent. Psychom.* 843. trinis ingressibus aram Cordis adit.

INGRESSUS, a, um. Particip. verbi *ingredior;* qui incessit; *chi è entrato;* active. V. INGREDIOR §. 2. et seqq. — **2**) Passive, aditus, petitus. *Paulin. Petrocor.* 3. *Vit. S. Martin.* 96. Sepserat ingressam praetento gurgite terram. — **3**) Hinc absolute, substantivorum more,

INGRESSUM, i, n. Est aditus, introitus. *Dolabellae Excerpta* inter *Scriptt. rei agr. p.* 505. Quod si inter tres (pedes) trea *(sic)* ingressa habet: inter duas dua ingressa habet templum.

INGRŬENS, entis. Particip. verbi *ingruo*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui ingruit et adventat; *chi viene addosso, imminente. Tacit. G. Ann.* 38. Ingruentes accusatores. *Plin. 8. 21. 4.* Sago contra ingruentis ferae impetum obiecto. *Flor. 4. 2. a med.* Ingruentia tela et saxa. — **2**) Translate. *Liv. 5. 21.* Quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset. Et 37. Adeo occaecat animos fortuna, ubi vim suam ingruentem refringi non vult. *Colum. 11. 3. ante med.* Ingruente aestate. *Curt. 3. 1.* Ingruentes morbi.

INGRŬENTĬA, ae, f. Verbale ab *ingruo;* actus ingruendi, imminentia. *Augustin. Serm.* 52. *n.* 2. *ed. Mai.* Si aliqua nos ingruentia periculorum temptare coeperit, exemplo Apostolorum, clamemus ad Dominum, etc.

INGRUO, is, i, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *ruo*, inserta littera *g*, potius quam a *gruibus*, unde quidam derivant, ut *Auct. Gloss. Lat. p.* 176. *n.* 217. *Hild.* V. *Voss. Etym.* — **b**) Particip. *ingruens*, v. suo loco. — **c**) Derivatum, *ingruentia*.

INGRUO proprie est advento, inruo, cum vi accedo, prope sum; *venire addosso, assalire, soprastare, esser vicino. Plaut. Amph. 1. 1. 81.* Hostes crebri cadunt: nostri contra ingruunt Vicinius, vi feroces. *Virg. 12. Aen. 628.* Ingruit Aeneas Italis, et proelia miscet. — **2**) Translate. *Liv. 28. 44. sub fin.* Illuc terror fugaque, populatio agrorum, defectio sociorum, ceterae belli clades, quae in nos per quatuordecim annos ingruerunt, vertantur. *Id. 37. 25.* Ingruere morbi vulgo, maxime in remiges, coeperunt. *Plin. 7. 51. 4.* Et universis gentibus ingruunt morbi. *Virg. 12. Aen. 284.* ferreus ingruit imber. Et 3. *ibid. 535.* Si bellum ingrueret. *Plin. 9. 50. 1.* Si nullus ingruat metus. *Colum. 4. 29.* Frigus ingruit. *Tacit. 4. Ann. 2.* Si quid subitum ingruit. Et 35. Ingruit damnatio. *Id. 1. ibid. 68.* Tela ingruunt.

Nota. *Ingruo* differt ab *imminco* et *impendeo*, quae dicuntur de iis, quae licet sint prope, et supra caput, tamen interdum non eveniunt: at quae *ingruunt*, et imminent, et certo in nos irruunt, et invadunt, ac nocent.

INGUEN, ĭnis, n. Vox parum certae originis, quam *Voss.* in *Etymol.* ab *ingruo* derivat, quia ibi sunt partes genitales: alii ab ἐν, in, et γονὴ; genitale; nisi potius *inguen* dictum sit quasi *unguen*, quod ab iocus. ὑγρὸς; succosus sum, unde ὑγρὸς; madidus; inguen enim semper madescit: alii ob eandem causam ab *inquino* deducunt: ita etiam *anguen* dicitur serpens, quia quasi unguine oblitus esse solet. — Haec *Furlanetto* in *Lexico* et in *Append.* — **b**) Adhibetur tum in singulari numero, tum in plurali, ut mox videbimus; saepius tamen in plurali. — **c**) Derivata, *inguinalis, inguinarius*.

INGUEN proprie est pars corporis humani anterior, ad latera pubis, ubi coxendices imo ventri iunguntur; *anguinaia, inguine. Cels. 4. 28.* Aliqua cataplasmata imo ventri inguinibusque circumdare. *Plin. 22. 55. 1.* Si inguen tumeat. *Vulg. Interpr.* 2. *Reg.* 23. Percussit eum Abner aversa hasta in inguine. Adde *ibid. 3. 27.* et *4. 6.* — **2**) Interdum sumitur pro tumore inguinum; *tumore, bubbone. Lucil.* apud *Fest.* in *Tama p.* 360. *Müll.* Inguen ne exsistat, papulae, tama, ne boa nexit. *Cels. 5. 5.* Si febris vel ex inguine, vel ex lassitudine, vel ex aestu fuit. Adde 2. 7. *ante med.* — **3**) Et pro tumore in genu exulcerato. *Front. 3. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 44. Ita genuum mihi simul abrasum, et ambustum est, postea etiam inguen ex ulcere exstitit. — **4**) Deinde speciatim

II. *Inguen* a loci vicinitate dicitur de pudendis virilibus ac femineis. *Horat., Petron., Ovid., Martial., Iuvenal.* etc. Cf. INGUINARIUS. — **5**) Per synecdochen de toto imo ventre. *Stat. 6. Theb. 900.* procumbentemque secutus Colla simul dextra, pedibus simul inguina vinxit. — **6**) Improprie a similitudine dicitur in arboribus sinus ille, qua ramus trunco adhaeret. *Plin. 16. 66. 4.* de arundine. Et 17. 35. 2. de vite.

* INGUĪNĂ, ae, f. V. INGUINARIUS.

INGUĪNĀLIS, le. Adiect. ab *inguen*, ad inguina pertinens. *Plin. 26. 59. 1.* Inguinalis *(herba)*, quam quidam argemonem vocant, passim in vepribus nascens, ut prosit inguinibus, etc. *Alii leg.* inguinalia. Sed et *Apul. Herb. 60. habet* inguinalem. V. BUBONION et ASTER §. 3. et 4.

INGUĪNĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *inguen*, idem ac inguinalis. *Gloss. Paris.* et *Thes. nov. Latinit. p.* 329. ed. *Mai.* Clades inguinaria. *Isid. 4. Orig. 6. 19.* Ipsa *(pestilentia)* et inguinaria *(dicitur)* ab inguinum percussione. *Alii leg.* inguina, inguinia *alii:* sed prior lectio confirmatur a *Glossis* apud *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p.* 76. *n.* 373. V. voc. praeced.

* INGUĪNĬA. V. voc. praeced.

* INGUISSĀTUS. V. INQUASSATUS.

INGURGĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *ingurgito;* actus ingurgitandi; *il mangiare, o bere con troppa voracità. Firmic. 3. Mathes. 8.* Qui conviviis et ingurgitationibus delectantur.

INGURGĬTĀTUS, a, um. Particip. verbi *ingurgito;* qui se ingurgitavit. *Petron. Satyr.* 79. Anus diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum sensit. *Macrob. 1. Somn. Scip. 5.* Temeto ingurgitatus aut distentus.

INGURGĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. (fortasse aliquando etiam intransitive usurpatum. V. infra loc. *Plin.* §. 1.) ab *in* intentiva et *gurges*. — **b**) Particip. *ingurgitans* §. 1., *ingurgitatus*, v. suo loco. — **c**) Derivatum, *ingurgitatio*.

INGURGITO proprie est redundare, exundare. *Plin. 17. 2. 4.* Humor ex nivibus non universus ingurgitans, diluensque, sed, quomodo altitur, distillans. Ita exponit *Forcellinus*, alii subaudiunt *se* et active accipiunt. — **2**) Saepius est immergere, immittere; *immergersi. Plaut. Curc. 1. 2. 55.* Ingurgitat se in merum. *Ubi alii legunt:* ingurgitat in se merum. — *Lactant. 4. 17.* Sus se ingurgitat coeno. — **3**) Hinc translate est cum vehementia devoro, gulam impleo, cibo aut potu intemperanter me obruo; *bere o mangiare con troppa voracità.* V. quaeras §. 4. *Cic. 2. Fin. 8.* Crudique postridie se rursus ingurgitant. *Gell. 15. 2.* Ingurgitare ingenium crebris et ingentibus poculis. *Apul. 4. Met.* Merum saevienti ventri tuo soles aviditer ingurgitare. — **4**) Sensu morali tum in bonam, tum in malam partem sumitur pro immergere se, immittere; *ingolfarsi. Cic. Pis. 18.* Ingurgitare se in flagitia. *Id. 2. Phil. 27.* In eius copias cum se subito ingurgitavisset. *Gell. 5. 16.* Ingurgitare se in philosophiam. *Ambros. ep. 58. n. 16.* Ingurgitare se luxuriae ac libidini.

INGUSTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *gustabilis;* qui gustari non potest; *ingustabile, che non si può gustare. Plin. 16. 43. 1.* Fert baccas acerbas et ingustabiles cunctis animantibus. *Id. 3. 110. 3.* Fons ille ingustabilis.

INGUSTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *gustatus;* non gustatus; *non gustato. Horat. 1. Sat. 8. 30.* Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi; h. e. quae ante nunquam gustaveram.

INGUSTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *gusto;* gustandum do, apud *Tertull. advers. Gnost. 7.* Iovi in media urbe sanguis humanus ingustatur.

ĬNHĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *habilis;* qui facile haberi; h. e. adhiberi et tractari non potest; *difficile da maneggiare. Liv. 24. 34.* Quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est. *Id. 35. 30.* Navis regia, inhabilis prope magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant. *Curt. 8. 9. a med.* Telum inhabili pondere oneratur. Et 9. 2. *de elephantis.* Ubi nec stare, nec fugere potuerint inhabiles vastorum corporum moles. *Tacit. Agric. 36.* Quod et ipsis vetustate militiae exercitatum, et hostibus inhabile; h. e. impeditum, incommodum. *Ulp. Dig. 8. 3. 4.* Inhabile iter; *strada cattiva.* — **2**) Item non aptus; *inabile. Cic. fragm. Oecon. 4. ed. Orelli.* Mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit. *Quintil. 11. 3. 46.* Habet enim acre quiddam atque expeditum, et calori concitationique non inhabile. *Senec. ep. 15.* Reddere aliquem inhabilem studiis. *Colum. 2. 1.* Progenerandis esse fetibus inhabilem. Et 6. 1. Boves labori et culturae non inhabiles. Adde *Ambros. 21. n. 3.* — Cum praepos. *ad. Liv. 26. 16. a med.* Multitudinem nullius rei inter se sociam, inhabilem ad consensum fore. — Cum infinito, *Callistrat. Dig. 50. 2. 11.* Illi, quasi inhabiles rempublicam tueri, ad tempus excusantur.

ĬNHĂBĬTĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *habitabilis;* qui habitari non potest; *non abitabile. Cic. 1. Nat. D. 10.* Atque terrae magnas regiones inhabitabiles incultasque videmus. *Mela, 3. 7. ad fin.* Iudi ostia inhabitabilia. *Plin. 6. 20. 1.* Inhabitabilis eius prima pars. — **2**) Deinde

II. *Inhabitabilis* est etiam adiect. verbale ab *inhabito*, idem ac habitabilis; *abitabile. Arnob. 1. p.* 3. Quos homines per inhabitabiles oras terrae sparsit prima incipiensque navitas.

ĬNHĂBĬTĀCŪLUM, i, n. Verbale ab *inhabito*, syllabica adiectione productum; locus, in quo quis inhabitat. *Not. Tir. p.* 113. Habitat, habitaculum; inhabitat, inhabitaculum.

ĬNHĂBĬTANS, antis. Particip. verbi *inhabito*, absolute substantivorum more adhibitum; qui habitat, habitator; *abitante, abitatore. Plin. 7. ep. 27.* Inhabitantibus tristes noctes per metum vigilabantur. *Apul. 1. Met.* Densa inhabitantium aedificia. V. INHABITO §. 1. et 5.

ĬNHĂBĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inhabito;* habitatio, domicilium. *Tertull. 3. advers. Marcion. 24.* ex *Gen. 27. 40.* De opimitate terrae erit inhabitatio tua. *Vulg. Interp. Sap. 8. 18.* Terrena inhabitatio de-

Digitized by Google

primit sensum. Adde *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 12. 9.* et *Interpr. ep. Barnab. n. 6.*

INHĂBĬTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inhabito;* qui inhabitat. *Ulp. Dig. 9. 3. 5.* Nisi vel dominus fuerit aedium, vel inhabitator. *Hieronym. advers. Helvid. 1.* Iesus sacri ventris decem mensibus inhabitator fuit. Adde *Vulg. Interpr. Sap. 12. 5.*

INHĂBĬTĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *inhabito;* quae inhabitat; *abitatrice. Isid. 12. Orig. 7. de turture.* Domorum semper blanda inhabitatrix.

INHĂBĬTĀTUS, a, um. V. voc. seq. §. 2.

INHĂBĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *habito.* — **b)** Particip. *inhabitans* §. *1.* et *3.*, et suo loco, *inhabitatus* §. *2.*, *inhabitandus* §. *3.* — **c)** Derivata, *inhabitabilis* (v. §. 2.), *inhabitaculum, inhabitatio, inhabitator, inhabitatrix.*

INHABITO proprie est in aliquo loco habito, incolo; *abitare. Petron. Satyr. 116.* Cum diligentius exploraremus, qui homines inhabitarent nobile solum. *Plin. 6. 20. 1.* Inhabitatur illa regio. *Vulg. Interp. Ps. 32. 8.* Commoveantur omnes inhabitantes orbem. — **2)** Translate. *Id. 1. Tim. 6. 16. de Deo.* Et lucem inhabitat inaccessibilem. *Id. Isai. 62. 4.* Non vocaberis ultra Derelicta, et terra tua non vocabitur amplius Desolata; sed vocaberis Voluntas mea in ea et terra tua inhabitata; quia complacuit Domino in te, et terra tua inhabitabitur. *Augustin. 2. Serm. Domin. 18.* Invitatur ad inhabitandum animum Deus. — **3)** Speciatim *inhabitare* apud *Tertull.* est in habitum seu vestem assumere, vel potius habere, usurpare, uti, *Pall. 5. sub fin.* Varias indumentorum formas promulgavere, quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes; pars vero passivitus omnibus utiles. — Tribuitur etiam *Livio, 24. 5.*, sed *alii leg.* habito. — **4)** Deinde, intransitivorum more,

II. *Inhabito* est inesse, versari, commorari, habitare in aliqua re. *Vulg. Interpr. Act. 17. 26.* Fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terrae. *Id. ibid. 1. 20.* Fiat commoratio eorum deserta et non sit, qui inhabitet in ea. — *Apul. 8. Met.* Ut in asini corio hominem inhabitare credas. — **5)** Translate. *Vulg. Interpr. Iob, 10. 22.* Ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. *Id. Psalm. 84. 10.* Ut inhabitet gloria in terra nostra. *Id. Sap. 7. 28.* Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. *Id. Rom. 8. 11.* Propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. Adde *2. Cor. 6. 16.* et *13. 9.*

INHAERĒDĬTO. V. INHEREDITO.

INHAERREDO. V. INHEREDITO.

INHAERĔO, res, si, sum, rēre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *haereo*, cuius variationes sequitur. V. HAERREO. — **b)** Particip. *inhaerens* §. *1.* et *3.*, *inhaesurus* §. *1.* et *3.* — **c)** Derivata, *inhaereseo* et *inhaesio.*

INHAERREO proprie est in aliqua re haereo, adhaereo, infixus sum; *esser attaccato, star unito. Cic. 2. Divin. 46.* Quorum linguae sic inhaererent, ut loqui non possent. Et *2. Nat. D. 39.* Partim fluitantes et innantes belluae, partim ad saxa nativis testis inhaerentes. *Id. Univ. 10.* Sidera suis sedibus inhaerent, et perpetuo manent. *Id. 1. Divin. 50.* Animi, qui corporibus non inhaerent. *Id. 2. Tusc. 8.* Inhaerere visceribus. Et *4. ibid. 11.* in visceribus. *Id. 2. Orat. 59.* En, quae sunt foris, neque inhaerent in rei natura. *Ovid. 1. Met. 555.* inhaesuro similis, iam iamque tenere Sperat. *Calum. 9. 8. circa med.* Prioribus inhaerens vestigiis; *insistendo. Cael. Aurel. 2. Acut. 24. 157.* Haec quoque sunt acria et stomacho inhaerentia. — **2)** De iis qui arcte amplectuntur. *Virg. 8. Aen. 124.* Excepitque manu, dextramque amplexus inhaesit. *Plin. 8. ep. 16.* Ut illa patris cervicibus inhaerebat! — **3)** Translate. *Cic. 1. Tusc. 15.* Sed, nescio quomodo, inhaeret in mentibus quoddam augurium etc. *Ovid. 4. Trist. 3. 19.* Vultibus illa tuis, tanquam praesentis, inhaeret. *Id. 1. ibid. 6. 3.* pectoribus tu nostris, uxor, inhaeres. *Id. 3. ibid. 7. 11.* Inhaerere studiis; *h. e.* incumbere. Et *3. Art. am. 561.* semper alicui; *essergli sempre allato. Vellei. 1. 14.* oculis animisque. *Id. 2. 56.* ingenia inhaerentia oculis. *Petron. Satyr. 88.* Lysippum statuae unius lineamentis inhaerentem, inopia exstinxit; *h. e.* nimis assidue intentum statuae perficiendae. *Cic. 4. Tusc. 11.* Opinatio inhaerens, et penitus insita. *Id. 1. Fin. 20.* Virtutes semper voluptatibus inhaerent; *h. e.* voluptates habent coniunctas. *Iul. Val. 1. Gest. Alex. M. 33.* Quaerenti, an nominis sui inhaesura appellatio videretur, visus est etc. — **4)** Transitivorum more,

II. *Inhaereo*, cum accusativo, translate. *Apul. 8. Met. 16.* Frustra timorem illum satis inanem perfuncti, longe peiores inhaesimos laqueos. V. *Hildebr.* ad *h. l.*

Nota. Constructio verbi intransitivorum more est absoluta, aut relativa cum dativo, pro quo aliquando adhibetur vel accusat. cum praepos. *ad*, vel ablat. cum praepos. *in:* transitive autem cum accusativo.

INHAERESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *inhaereo;* inhaerens fio, adhaeresco; *attaccarsi, appiastricciarsi. Cic. 2. Nat. D. 57.* Ut si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tanquam in visco, inhaeresceret. *Caes. 2. B. C. 9.* Ne quid emineret, ubi ignis hostium inhaeresceret. *Plin. 12. 37. 2.* Succum villis inhaerescere. — **2)** Translate. *Cic. 3. Tusc. 2.* Poëtae audiuntur, leguntur, ediscuntur, et iuhaerescunt penitus in mentibus.

INHAESĬO, ōnis, f. Verbale ab *inhaereo;* actus inhaereudi. Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

INHĀLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inhalo;* actus inhalandi, exhalatio. *Cassiod. de Anim. 17.* Eorum et ipse odor acerbus est, nisi cum suavissimis inhalationibus superstites condiuntur.

INHĀLĀTUS, a, um. Particip. verbi *inhalo;* afflatus. *Apul. 2. Met.* Surculis, et lapillis, et huiusmodi frivolis inhalatis; *h. e.* magico carmine afflatis.

INHĀLĀTUS, us, m. Verbale ab *inhalo;* afflatus, spiritus. *Apul. 1. Met.* Patentis oris inhalatu cinnameo.

INHĀLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *halo.* — **b)** Particip. *inhalans* §. *2.*, *inhalatus,* v. suo loco. — **c)** Derivata, *inhalatio* et *inhalatus, us.*

INHALO proprie est halitu inspiro, affio; *spirare. Lactant. Ira D. 10. ante med.* Si cerae inhalaveris, paulatim per minutissimos rores aqua concrescit. *Tertull. Apolog. 23.* Qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt. — **2)** Item exhalo, odorem emitto. *Cic. Pis. 6.* Cum isto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalasses. — Absolute. *Gargil. de persic. 8.* Inhalantibus fibris de radice purgatis. — **3)** De magicis incantationibus, V. INHALATUS, a, um.

INHĀMO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *hamus;* hamo involvo. — Translate. *Sidon. 9. ep. 9. a med.* Ligati syllogismis uncatis, volubilem tergiversantum linguam inhamantibus.

INHAURĬO, is, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *haurio*, idem quod haurio. — Translate usurpat *Auct. Vitae M. Annaei Senecae*, e Commentario Vaccae sublatae, *ante med.* Dulcem iam tum spiritum eius inhaurientes. *Alii leg.* haurientes.

INHĒRĒDĬTO (inheredo) et inhaeredito, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *heredito*, idem ac heredito. *Valerian. Homil. 4. a med.* Ita hereditatem, cui solet unus inhereditare, frequenter videmus, inter multos numero accrescente, sufficere. *Vulg. Interpr. apocr. 4. Esdr. 7. 67.* Si enim non multiplicaverit misericordias suas, non vivificabitur saeculum cum his, qui inhaereditabunt in eo. — *Inheredo* vel *inhaeredo* pro *inheredito* per syncopen scriptum de quorundam lectione reperitur apud *Salvian. contra Avar. 2.*

INHĒRĒDO. V. voc. praeced. *fin.*

INHĬANTER. Adverb. ab *inhians;* inhiando, cupide. *Augustin. 9. Confess. 8.* Plenos mero caliculos inhianter haurire. Et *ep. 112. n. 8.* Videre Deum cupiunt, et inhianter ardescunt.

INHĬĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inhio;* actus inhiandi. *Trebell. Poll. Gallien. 9.* Uniuscuiusque vultum mira inhiatione mirantes; *h. e.* intentione oculorum et animi, quae oris hiatu interdum significari solet. — **2)** Item aviditas. *Cod. Theod. 10. 10. 15.* Plerumque ita in nonnullis invereunda petentum inhiatione constringimur, ut etc.

INHĪBĔO, es, ui, ĭtum, ēre. Verbum transitiv. ab *in* privativa (et in quibusdam etiam intentiva. V. infra §. 4.) et *habeo*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. V. HABEO. — **b)** Particip. *inhibens* §. *4.* et *6.*, *inhibendus* §. *3.*, *inhibitus*, v. suo loco. — **c)** Derivatum, *inhibitio.*

INHIBEO proprie est rem coeptam, ne ultra progrediatur, impedio, prohibeo, sisto; *impedire, trattenere, fermare. Virg. 12. Aen. 623.* Parcite iam, Rutuli, et vos tela inhibete, Latini. *Petron. Satyr. 105.* Inhibete crudelissimas manus. *Liv. 1. 48.* Inhibuit frenos is, qui iumenta agebat; *tirò a sè. Ovid. 2. Met. 128.* equos. *Id. 1. ibid. 311.* fugam. Et *7. ibid. 849.* cruorem; *stagnare. Plin. 19. 40. 3.* alvum; *fermare il flusso.* — **2)** *Inhibere remos* est a remigando cessare, quemadmodum *inhibere tela* apud *Liv. 50. 10. a med.* est cessare a telorum iactu. *Quintil. praef. l. 12.* Hoc mare ingressus contrahit vela, inhibetque remos; *h. e.* ulterius progredi non audet. — Sed alia significatione, V. infra sub §. 5. et seq. — **3)** Translate. *Liv. 39. 21. extr.* Inhibere impetum victoris. *Catull. 91. 4.* turpi mentem inhibere probro. *Petron. Satyr. 108.* Inhibere facinus. *Plin. 34. 14. 1.* Nec tamen potuit inhibere *(Cato)*, quominus Romae quoque ponerentur *(statuae)*. — Cum infinito. *Id. 2. 13. 10.* Inhibentur rectum agere cursum. *Senec. Herc. Oet. 1050.* Inhibenda tamen est *(mater mori)*. — **4)** Deinde

II. *Inhibeo* significat etiam habere, exercere, uti, adhibere; ita ut *in* intentiva sit, non privativa. *Cic. 3. Agr. 2.* Sed tamen inhibet illis legibus spem nonnullam ille, cui ademptus est. *Al. leg.* habet in illis. *Liv. 38. 28.* Dum ego imperium inhibeam in deditos. *Al. leg.* id habeam: *alii* adhibeam. *Id. 3. 50. a med.* Imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se esse, respondetur. *Al. leg.* imperio. *Plaut. Bacch. 3. 3. 45.* Istoccine hic pacto potest inhibere imperium magi-

Digitized by Google

ster, si ipsus primus vapulet? *Id. Stich. 5. 4. 17.* utrum Postinoli, an Libero imperium te inhibere mavis? *h. e.* utrum aquae, an vino praecesse mavis? *Liv. 4. 53.* Damnum et coërcitionem inhibenti auxilio futuros esse. *Al. leg.* ferenti. *Cic. 13. Phil. 18.* Ut Brutum, Cassium discruciatos necaret, eademque inhiberet supplicia nobis. *Al. leg.* adhiberet. — **5)** Speciatim

III. *Inhibeo* pertinet interdum ad rem nauticam. *Liv. 37. 30. sub fin.* Cum, divellere se ab hoste cupientes, inhiberent Rhodii. *Cic.* ipse explicat, quid hoc sit. Ita enim scribit *13. Att. 21.* Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet, est enim verbum totum nauticum: quamquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent iussi remiges. Id non esse eiusmodi, didici heri, cum ad villam nostram navis appelleretur, non enim sustinent, sed alio modo remigant, id ab *ἐσχάτῃ* remotissimum est. Et *mox*. Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. Hactenus *Cic.*, qui tamen alibi *inhibere* inm posuerat eo sensu, quem hic damnat, nempe *1. Orat. 33.* ubi sic habet: Ut concitato navigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum. — **6)** Dicitur etiam *inhibere remis*, et *inhibere retro* eo sensu, quem *Cic. 13. Att. 21.* probat. *Iustin. 2. 12.* At vos, commisso praelio, ite cessim, inhibete remis, et a bello discedite. *Gronov. l. 4. Observat. c. 26.* (ubi multa in hanc rem) reprehendit eos, qui *remos* legunt. *Curt. 4. 4.* Tyrii inhibentes remis aegre evellere navem, quae haerebat. *Liv. 26. 39.* Cum rostris concurrissent, neque retro navem inhiberent. *Lucan. 5. 659.* Postquam inhibent remis *(alii leg.* remi) puppes, ac rostra reducunt.

Nota I. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae, addito aliquando dativo, aut ablat. et praepos. *a* vel *ab*, aut sequente infinito, aut cum particula *quominus*. — **Nota II.** « Inter *prohibere* et *inhibere* hoc interest, ait *Isid.* in *App. Differ. n. 215.*, quod *prohibere* est iure non habere; *inhibere*, vi dicitur, quod inhibemus iure, prohibemus imperio. »

INHĪBĪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inhibeo;* actus inhibendi. *Hilar.* in *Matth. 24. n. 4.* Hinc adeundae ceteris salutis inhibitio et regni caelestis obseratio. — **2)** Speciatim est rei adhibitio in contrarium; *ii vinculare. Cic. 13. Att. 21.* Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. V. INHIBEO §. 4.

INHĪBĪTUS, a, um. Particip. verbi *inhibeo;* cohibitus, frenatus; *formato, trattenuto. Curt. 10. 6.* Futuri exspectatio, inhibitis lacrimis, silentium fecit. *Id. 4. 16.* Inhibitus cursus. — **2)** Deinde

II. *Inhibitus* est etiam adhibitus, usurpatus. *Liv. 37. 51.* Magnis contentionibus certatum est, et imperia inhibita ultro citroque, et pignora capta, et multae dictae; *fatte intimazioni*. V. INHIBEO §. 4. — **3)** Speciatim in re nautica *inhibita navis* est ad puppim conversa. V. INHIBEO §. 5. *Liv. 30. 10. ad fin.* Ut quaeque retro inhibita rostrata onerariam haerentem unco traheret.

INHĪBRAE. V. INBER §. 1.

* INHINNĪO, is, īvi, īre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *hinnio;* valde hinnio. — Translate, tribuitur de quorundam lectione *Prudent. 1. Symmach. 57.*, ubi rectius alii leg. *adhinnivit* pro *inhinnivit*. V. loc. in ADHINNIO §. 3.

INHIĀ, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. (transitive quoque adhibitum cum accusativo, qui tamen communius explicatur ex praepositione, quae inest in ipso verbo), ab *in* intentiva et *hio*. — **b)** Particip. *inhians* §. *1.* et seqq. — **c)** Derivata, *inhianter, inhiatio, inhisco*.

INHIO proprie est valde hiare; hoc est ore aperto esse; *stare colla bocca aperta:* tractum a lupis famelicis, qui aperto ore cibum appetere dicuntur. Unde illud *Stat. 1. Theb. 626.* Oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum; *h. e.* aperto rictu, et morsu non illato. — **2)** Translate dicitur de admiratione ac stupore. *Virg. 4. G. 485.* tenuitque inhians tria Cerberus ora. *Id. 7. Aen. 812.* Illam omnis lectis agrisque effusa iuventus, Turbaque miratur matrum, et prospectat euntem, Attonitis inhians animis. — **3)** Deinde est vehementer cupere, appetere: et adhibetur absolute. *Plaut. Aul. 2. 2. 17.* Inhiat, aurum ut devoret. — **4)** Item cum dativo. *Cic. 3. Catil. 8.* Romulus lactens uberibus lupinis inhians. *Senec. Herc. Fur. 166.* Hic nullo fine beatus Componit opes, gazis inhians. *Val. Flacc. 2. 551.* Inhiare praedae. *Vulg. Interpr. Esth. 9. 1.* Hostes eorum inhiabant sanguini. — **5)** Item cum accusativo (V. supra §. a.) *Plaut. Stich. 4. 2. 25.* Illic homo tuam hereditatem inhiat, quasi saurius lupus. *Cascil.* apud *Gell. 2. 23.* mortem alicuius. *Virg. 2. G. 463.* varios pulcra testudine postes. — **6)** Item vehementer in aliquid intendere, cognoscendi causa, aut videndi. *Virg. 4. Aen. 65.* pecudumque reclusis Pectoribus inhians, spirantia consulit exta. *Val. Flacc. 5. 462.* postquam primis inhiantia dictis Agmina, suppressumque videt iam murmur Iason.

INHISCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *inhio*, idem ac inhio. *Gloss. Philox.* Inhisco; *ἐπιχάινω*.

INHŌNESTĀMENTUM, i, n. Verbale ab *inhonesto*, syllabica adiectione productum; dehonestamentum, dedecus; *disonore, vergogna. Gracchus* apud *Isid. 2. Orig. 21.* Puerilia tua adolescentiae tuae inhonestamentum fuit, adolescentia senectuti dedecoramentum, senectus reipublicae flagitium. *Apul. Apol. 3.* Sedulo laboro, ne quid maculae aut inhonestamenti in me admittam. Cf. *Oreili* ad *Arnob. II.* in *App. p. 21.*

INHŌNESTAS, ātis, f. Abstractum ab *inhonestus;* inhonestamentum, dedecus. *Tertull. 3. advers. Marcion. 3. sub fin.* Stultitiae, et infirmitati, et inhonestati, et contemptui deputari possunt. *Id. advers. Iud. 14.* Omni inhonestate prostratus.

INHŌNESTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inhonesto;* actus inhonestandi. Tribuitur *Hieronymo*, loco tamen non indicato.

INHŌNESTĒ. Adverb. ab *inhonestus*. — Comparat. *inhonestius*, infra. — Est indecore, turpiter; *vergognosamente, disonoratamente. Ter. Andr. 4. 3. 2.* Inhoneste optavit parere hic divitias, Potius quam in patria honeste pauper vivere. *Cic. 2. Att. 1. ad fin.* Accusavit Nasicam inhoneste: modeste tamen dicit. *Gell. 10. 19.* Inhoneste et improbe facere aliquid. *Vellei. 3. 57.* Inhoneste submitti alicui; *con viltà e disonore. Capitolin. Ver. 8.* Libertis inhonestius indulsit.

INHŌNESTĬTAS, ātis, f. Abstractum origine et significatione idem ac inhonestas, rarioris tamen formae, quod legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Ἀσχημοσύνη inhonestitas.

INHŌNESTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *inhonestus;* dedecoro, dehonesto; *deturpare, disonorare. Ovid. 4. Trist. 8. 19.* Ne cadat, et multas palmas inhonestet adeptas, Languidus in pratis gramina carpit equus. *Heinsius* hoc distichon illegitimum esse suspicatur. *Hilar.* in *Psalm. 118. litt. 7. n. 2.* Quum contumeliis inhonestatur. Cf. voc. seq. §. c.

INHŌNESTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *honestus*. — **b)** Comparat. *inhonestior* §. *1.*, superlat. *inhonestissimus* §. *1.* — **c)** Derivata, partim ab *inhonestus*, partim ab *inhoneste* haec sunt: *inhonestamentum, inhonestas, inhonestatio, inhoneste, inhonestitas*.

INHONESTUS proprie est turpis, inhonorus, foedus; *vergognoso, disonorato, disonesto. Cic. Dom. 41.* Cum expeti nihil ab iis, quod sit iniustum atque inhonestum, arbitrere. *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 6.* Omnia foeda et inhoneste sunt. *Cic. 1. Q. Fr. 1. 6. extr.* Inhonestissima cupiditas. *Val. Max. 7. 8. n. 9.* Quid hoc loco inhonestius? *Horat. 1. Sat. 6. 56.* Ignota matre inhonestus; *di sangue vile. Cic. Rosc. Am. 18.* Homo turpissimus atque inhonestissimus. *Propert. 2. 7. 39.* Mors inhonesta. *Virg. 6. Aen. 497.* Truncas inhoneste vulnere nares. *Ovid. 2. Fast. 211.* hostes inhoneste vulnera tergo Accipiunt. *Gell. 7. 3. ex med.* Velle id facere, si liceat, inhonestum non est. — Absolute. *Vulg. Interpr. Eccli. 37. 15.* Cum inhoneste *(tracto)* de honestate. Cf. *1. Cor. 12. 23.* — **2)** Pro sordido, deformi; *brutto, sporco. Ter. Eun. 2. 3. 65.* Illum ne, obsecro, inhonestum hominem, quem mercatus est heri, senem, mulierem? Et *5. 4. 15.* Harum videre illuviem, sordes, inopiam, Quam inhonestae solae sint domi, atque avidae cibi. — **3)** Passive non honestatus, non honoratus; *inonorato, disonorato. Sall. Cat. 20.* Nonne emori per virtutem praestat, quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere? *Propert. 2. 20. 38.* Exitus hic nobis non inhonestus erit.

INHŌNŌRĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *inhonoro;* inhonorus. *Tertull. 3. advers. Marcion. 17.* Si inglorius, si ignobilis, si inhonorabilis. Adde *Hilar.* in *Matth. 14. n. 2.*

INHŌNŌRĀTĒ. Adverb. ab *inhonoratus;* cum dedecore. *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 30. 1.* Spiritales esse volunt inhonorate, cum sint carnales.

INHŌNŌRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inhonoro;* dehonestamentum; *ignominia. Vulg. Interpr. Sap. 1. 38.* Ne forte adducas animae tuae inhonorationem. — Habuerat et *Vulg. Interpr. Ital. Prov. 12. 16.* Abscondit autem inhonorationem suam astutus. *Vulgata* nostra habet *iniuriam*. Adde *Hilar. 4. de Trinit. 41.* et *11. ibid. 50.*

INHŌNŌRĀTUS, a, um. Particip. verbi *inhonoro*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *inhonoratior* §. *1.*, superlat. *inhonoratissimus* §. *2.* — Proprie est non honoratus; *senza onore, disonorato. Liv. 35. 25.* Inhonoratior triumphus. *Cic. 3. Tusc. 34.* Vita inhonorata et ingloria; *h. e.* eius, qui nullos honores in republica gessit. *Ovid. 8. Met. 280.* Inhonorata Dea; *h. e.* cui nulli turis et sacrificii honores sunt habiti. — **2)** Item indonatus, nullo praemio affectus; *non regalato, non premiato. Liv. 37. 54.* Ne regem amicum inhonoratum dimitteretis. *Id. 35. 12.* Omnium Graeciae gentium inhonoratissimi. *Flor. 2. 8.* Inhonoratam apud Romanos querens militiae suae societatem. Adde *Ovida 15. Met. 41.*

INHŌNŌRĒ. Adverb. ab *inhonorus;* sine honore; *disonorevolmente. Cassiod. 3. Var. 35.* Ut nec aspera (aqua) dispendioso labore debeat quaeri, nec dulcis necessariaque inhonore contemni. *Id. 6. ibid. 18.*

Digitized by Google

Qui ne aliquando inhonore diceretur, cum nominis taxatione vocabatur et Magnus (*scil.* Pompeius).

INHŌNŌRĬFĬCUS, a, um. Adiect. ab *inhonorus* et *facio;* inhonorum faciens; *non onorifico. Senec. Const. sap. 10.* Ob factum dictumque inhonorificum. — *Hilar. Liball. 10.* Temporalibus aeterna sunt praeponenda, . . . inhonorificis clariora. Adde *7. de Trinit. 20.*

INHŌNŌRIS, re. Adiect. origine et significatione idem ac *inhonorus*, a quo tantum discrepat forma. *Iul. Valer. 1. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *33.* Et Parmenion quidem iussa complet, ipse quoque non inhonoris hoc labore. — *Onom. Lat. Gr.* inhonores; ἀδοξοῦντες.

ĬNHŌNŌRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *inhonorus*. — **b)** Particip. *inhonorans*, infra, *inhonoratus*, V. suo loco et infra. — **c)** Derivata, partim ab *inhonoro*, partim ab *inhonorus*, sunt, *inhonorabilis, inhonorate, inhonoratio, inhonore, inhonoris*. — **d)** Compositum, *inhonorificus*.

INHONORO proprie est dedecoro, deturpo, honore debito privo; *disonorare, privare del dovuto onore. Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 23. 2.* Quemadmodum inhonoratus est a non credentibus ei. *Id. 5. ibid. 18. 5.* Tunc a Christo confundentur omnes, qui inhonoraverunt eorum martyrium. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Tichon. de sept. reg. 4. p. 56. Migne.* Dederunt terram tuam sibi in possessionem cum iucunditate inhonorantes animas. Adde *Tertull. Resurr. carn. 10.* et *Fug. in persecut. 5., Augustin. de spirit.* et *litt. 8., Vulg. Interpr. Rom. 2. 23.* etc. et *Eucher. laud. Erem. 5.*

INHŌNŌRUS, a, um. Adiect. ab *in* et *honorus;* sine honore, ignobilis; *senza onore, ignobile. Plin. 5. 33. 4.* Aliaeque inhonorae civitates. *Id. 15. 28. 1.* Inhonorum pomum; *h. e.* nullo in pretio habitum. *Id. 36. 4. 26.* Inhonorus Hercules; *h. e.* cui nullus honor sacri habetur. *Mamertin. Gratiar. act. Iuliano Aug. 50.* Qui ideo tantum honorem in suos, ne inhonoros contemnerent, conferebant. — **B)** Item turpis, tristis, miserandus, dehonestatus. *Tacit. 4. Hist. 62.* Revulsae imperatorum imagines, inhonora signa. *Sil. 10. 591.* heu rebus facies inhonora sinistris.

ĬNHORRĔO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *horreo*, frequentius usurpatum in praeteritis. — **b)** Apud *Rutil. 1. Itin. 617. insordeo* confusum fuisse cum *inhorreo*, demonstrat *Zumpt.* ad *h. l.* V. INSORDEO. — **c)** Particip. *inhorrens* §. *1.* — **d)** Derivatum, *inhorresco*.

INHORREO proprie est valde horreo, horridus flo: et dicitur de spinis, setis, capillis (V. HORREO §. 1. et HORRENS §. 1.); *arricciarsi, incresparsi, rabbuffarsi, divenir orrido. Lucret. 6. 1193.* inhorrebat rictum; *h. e.* ore rigebat. *Virg. 10. Aen. 711.* Aper ferox infremuit, et inhorruit armos. *Graeca constructione. Apul. 8. Met.* Aper pilis inhorrentibus corio squalidus. *Petron. Satyr. 17.* Tam periculoso inhorrui frigore, ut tertianae etiam impetum timerem. *Virg. 8. Aen. 495.* et inhorruit unda tenebris. *Ovid. 3. Pont. 3. 9.* agitatus inhorruit aër. *Val. Flacc. 3. 348.* inhorruit aether, Luctificum clangente tuba. *Vulg. Interpr. Iob. 4. 15.* Inhorruerunt pili carnis meae. — **B)** A similitudine dicitur quoque de aliis rebus. *Virg. 1. G. 314.* Spicea iam campis cum messis inhorruit. *Liv. 8. 8.* Hastas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus quam vallo septa inhorreret acies, tenentes. *Ambros. 1. Hexaëm. 8. n. 28.* Terra inhorrere consuevit palustri uligine. *Id. ep. 63. n. 57. de Maria sorore Moysis.* Leprae maculis inhorruit. Adde *Cyprian. de laud. Mart. 20.* — **B)** Item de iis, qui horrore frigoris percelluntur in febris accessione. *Cels. 3. 12.* Cum primum aliquis inhorruit, et ex horrore incaluit. V. HORRESCO §. 2. — Huc spectare potest etiam locus *Petron.* allatus §. 1. — **4)** Item qui metu, aut stupore. *Cic. fragm.* apud *Non. 3. 7.* Horum severitate dicitur inhorruisse primum civitas; *essersi inorridita. Al. leg.* severitatem. *Tacit. 11. Ann. 28.* Igitur domus principis inhorruerat. — **5)** *Inhorruit* dixit *Stat. 1. Theb. 309. de Mercurio*, ad explicandum eius transitum ab aura caelesti ad terrestrem.

INHORRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, specie inchoativ. ab *inhorreo*. — Particip. *inhorrescens* §. *1.* — Proprie est horrere incipio, horresco; *arricciarsi, rabbuffarsi, divenir orrido. Plin. 10. 57. 1.* Gallinae inhorrescunt, edito ovo, exeuntuntque sese; *si rabbuffano. Id. 11. 27. 1.* Frigoris impatientia papiliones villis inhorrescunt. *Pacuv.* apud *Cic. 1. Divin. 14.* inhorrescit mare, tenebrae conduplicantur; *s' increspa, si turba. Curt. 4. 3. a med.* Inhorrescens mare paulatim. *Plin 18. 89. 1.* Trifolium inhorrescere, et folia contra tempestatem subrigere. *Solin. 24.* Atlas manat fontibus, nemoribus inhorrescit, rupibus asperatur. — **B)** Dicitur etiam de iis, qui horrore febrili corripiuntur. *Cels. 3. 12. a med.* Antequam inhorrescere possit, operiatur. *Id. 4. 3.* Frigidae potio inutilis est iis, qui facile inhorrescunt; *intirizziscono.* — **B)** Item qui frigore. *Apul. de Mundo.* Aër nivibus et glacie inhorrescit. — **4)** Et qui horrorem ac metum sentiunt. *Apul. 5. Met. sub fin.* Rusticae feminae colloquium prius adhibendum est? inhorresco; *inorridisco al pensarlo. Tacit. 3. Hist. 83.* Terret solitudo, et tacentes loci: tentat clausa, inhorrescit vacuis. — **5)** Translate. *Quintil. 9. 4. a med.* Adeo rebus accommodanda compositio, ut asperis asperos etiam numeros adhiberi oporteat, et cum dicente aeque audientem inhorrescere. *Ambros. 1. Hexaëm. 8. n. 32.* Aut unde antrum . . . vocaverunt, nisi quod atro inhorrescat situ atque effusione tenebrarum? — **6)** Transitivorum more,

II. *Inhorreseo* cum accusat. est horrore habeo; *avere in orrore. Aurel. Viet. Caesar. 24.* Dum tantae severitatis vim milites inhorrescunt.

INHORTĀTUS, a, um. Particip. verbi *inhortor*, passivae significationis; stimulatus, excitatus; *esortato. Apul. 9. Met. sub fin.* Canes pastoricios in eorum exitium inhortatos immitti praecepit. V. voc. seq.

INHORTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. forma deponens (sub qua aliquando etiam passiva in praeteritis significatione adhibetur. V. voc. praeced.), ab *in* intentiva et *hortor;* valde hortor, aut simpliciter hortor. *Apul. 8. Met.* Iubilationibus solitis, et cuiuscemodi vocibus nobis inhortantur. *Id. ibid.* Inhortari canes alicui.

INHOSPĬTĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *hospitalis;* qui nullos recipit hospites, inhabitabilis; *inabitabile, inospitale, disabitato. Plin. 6. praef. 1.* Pontus Euxinus ante ab inhospitali feritate Axenos appellatus. *Horat. 1. Od. 22. 8.* Facturus iter per inhospitalem Caucasum. *Plin. Paneg. 34. extr.* Nuda saxa et inhospitale litus incolere. *Senec. Troad. 215.* Inhospitale regnum. — **B)** Translate. *Plin. 17. 24. 4. de insitione.* Reliqua observatio, ne fissura in nodo fiat: repudiat quippe advenam inhospitalis duritia. — *Mall. Theod. de metr. 7. 5.* Metrum anapaesticum dactylo inhospitale est.

INHOSPĬTĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *inhospitalis;* vitium contrarium hospitalitati; *inospitalità. Cic. 4. Tusc. 11. extr.* Ut inhospitalitas sit opinio vehemens, valde fugiendum esse hospitem, eaque inhaerens et penitus insita. Adde *Vulg. Interpr. Sap. 19. 15.*

INHOSPĬTĀLĬTER. Adverb. ab *inhospitalis;* crudeliter, inciviliter. *Tertull. 4. advers. Marcion. 24.* Populum inhumane, et inhospitaliter copiis defraudare.

INHOSPĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *hospitus;* inhospitalis, hospitio non aptus; *inospitale, inabitabile:* sive propter asperitatem loci, sive propter inhumanitatem incolarum. Vox poëtica. *Ovid. 15. Met. 18.* Ipse domum magni, nec inhospita tecta Crotonis intrasse. *Virg. 3. Aen. 41.* Inhospita Syrtis. Et *5. ibid. 627.* inhospita saxa. *Horat. 1. Ep. 14. 19.* deserta et inhospita tesqua. — **B)** Translate. *Sil. 1. 257.* Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho. — **B)** Substantive. *Id. 4. 783.* tanta inter inhospita. *Id. 6. 508.* Et durus facilem per inhospita ducere vitam.

INHOSTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *hostis*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; inimicus, iniquus. *Tacit. 2. Hist. 51.* Vitellius ventre et gula sibi inhostus. Et *15. Ann. 25.* Pax inhosta. Ita leg. *Parcus* et *Gravius:* Alii priore quidem loco, *sibi ipse hostis:* posteriore vero *inhonesta*.

INHŪMĀNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inhumanor;* incarnatio; *incarnazione. Imp. Iustinian. Cod. 1. 5.* et *6. sub fin.* Unigeniti Dei Filii inhumanationem, sive humanitatem, etc. Adde *Facund. defens. trium Capitul. 9. 5., Rustic. contra Acoph. p. 1157. Migne*, et *Cassiod. 9. Hist. Eccl. 14.* V. INHUMANOR.

INHŪMĀNĀTUS, a, um. Particip. verbi *inhumanor;* homo factus; *incarnato. Imp. Iustin. Cod. 1. 1. 6.* Iesus Christus inhumanatus, sive homo factus est, et passus crucem pro nobis. *Cassiod. 10. Hist. Eccl. 10. ante med.* Si Serapio clericus mortuus fuerit, Christus inhumanatus non est. Adde *Facund. defens. trium Capitul. 9. 5.* et *alibi passim.* V. INHUMANOR.

INHŪMĀNĔ. Adverb. ab *inhumanus*. — Comparat. *inhumanius*, infra. — Est duriter et contra legem humanitatis, inurbane, inciviliter; *inumanamente, crudelmente. Cic. 3. Offic. 6.* Inhumane fecerio, contraque naturae legem. *Ter. Heaut. 5. 3. 1.* Nimis graviter crucias adolescentulum, nimisque inhumane. *Nazar. Paneg. ad Constantin. 16.* Tenebo hunc orationis modum, ut nec inhumane de ceteris meta sit, nec odiose de instantibus loquatur; *h. e.* maligne, cum invidentia. *Cic. Amic. 13.* Inhumanius dicere.

INHŪMĀNĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *inhumanus;* vitium humanitati contrarium, immanitas, crudelitas; *inumanità, crudeltà. Cic. 7. Verr. 44.* Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem inhumanitatemque esse conversam? *Id. Deiot. 12.* Quae est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? — **B)** Interdum quiddam minus significat, scil. rusticitatem, incivilem animum, et qui se minus comem et obsequentem praebet, et quidquid universim humanae societati vitaeque civili opponitur; *inciviltà, scortesia, mala volontà. Cic. 1. Orat. 22.* Me tibi cupienti atque instanti saepissime negasse, dixisti: quod ego non superbia, neque inhumanitate faciebam, etc. Affinis huic est alter locus *Eiusd. 2. Phil. 4.*, ubi *inhumanitatem* Antonio obicit, quod litteras a se amice missas, offensione interposita, palam recitasset; hoc enim esse, tollere e vita vitae societatem. *Id. Mur. 4.* Quod si licet desinere, si te auctore

Digitized by Google

possum, si nulla inertiae, nulla superbiae turpitudo, nulla inhumanitatis culpa suscipitur: ego vero libenter desino. — *Id. Senect. 5.* Importunitas autem et inhumanitas omni aetati molesta est. — **B)** Item aliquando avaritiae sordida; *taccagneria, spilorceria. Id. Mur. 36.* Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit, non amat profusas epulas, sordes et inhumanitatem.

INHŪMĀNĪTER, Adverb. ab *inhumanus;* inhumane; *incivilmente, scortesemente. Cic. 3. Q. Fr. 1. 6.* Me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse, ut sine meis litteris ad te proficisceretur.

INHŪMĀNOR, āris, ātus, sum, āri. Verbum transitiv. forma deponens, ab *in* intentiva et *humanus* (quod ab *homo*. V. HOMO §. a. et HUMANUS §. a.). Particip. *inhumanatus*, V. suo loco, *inhumanandus*, infra. — Proprie est homo fio, humanam formam assumo; et dicitur a Scriptoribus Ecclesiasticis de Filio Dei, qui caro factus est. V. INHUMANATIO. *Rustic. contra Aceph. p. 1242. Migne.* Haec nos sequi oportet et verba et dogmata, intelligentes quid hoc quod est incarnari et hoc quod est inhumanari, significet id quod ex Deo est Verbum. *Id. ibid. p. 1190.* At vero Deus Verbum, non ad incarnandum et inhumanandum subsistit, sed sempiternus est. *Liberat. Breviar. 17.* Qui *(Dei Filius)* secundum veritatem inhumanatus est. V. INHUMANATUS.

INHŪMĀNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *humanus*. — Comparat. *inhumanior* §. 2., superlat. *inhumanissimus* §. 2. — Proprie est humanitatis expers, crudelis, immanis; *inumano, crudele. Cic. 3. Fin. 19. extr.* Vox inhumana et scelerata eorum, qui negant se recusare, quo minus, ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur *(Suet. Ner. 38.* Dicente quodam, Ἕως ἀνὴρ ζῶντος γεῖσε μιχθέντω πυρί, imo, inquit, ἕως ζῶντος). *Id. 7. Verr. 46.* Quis tam fuit durus et ferreus, quis tam inhumanus, qui non illorum miseria commoveretur? *Ovid. 3. Trist. 9. 2.* Inter inhumanae nomina barbariae. *Tacit. 2. Hist. 70.* Inhumana via; *h. e.* cadaveribus strata, et strage recentis pugnae. Et *5. ibid. 83.* Inhumana securitas; *h. e.* quae in media caede, et urbis direptione voluptatibus tamen dat operam. — **B)** Interdum mitiore sensu usurpatur de eo, qui agrestibus est moribus, qui humanae naturae ac societatis ignarus, qui incivilis, durus, difficilis; *villano, scortese, incivile, zotico, duro. Cic. 4. Verr. in fin.* At mores commodi; quis contumacior, quis inhumanior, quis superbior? At haec sine cuiusquam malo; quis acerbior, quis insidiosior, quis crudelior unquam fuit? *Id. Senect. 5.* Moderati et nec difficiles nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem. *Id. 12. Att. 46.* Isto animo nihil agreste, nihil inhumanum est. *Id. 1. Offic. 40. ad fin.* Si quid attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem si in convivio faciat, inhumanus videatur; *incivile, malcreato.* Et *36.* Adhibenda est munditia, non odiosa et exquisita nimis, tantum quae fugiat agrestem et inhumanam negligentiam. *Ter. Eun. 5. 2. 41.* Non adeo inhumano ingenio sum Chaerea, Neque ita imperita, ut quid amor valeat, nesciam. *Id. Phorm. 5. 2. 24.* Homo inhumanissimus. — **B)** Pro non humanus, sed caelestis, divinus. *Apul. 5. Met.* Lavacro pulcherrimo, et inhumanae mensae lautitiis eas opipare reficit.

INHŪMĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inhumo;* qui inhumat, vespillo. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 540.* Pollinctores, inhumatores.

INHŪMĀTUS, a, um. Particip. verbi *inhumo;* non humatus, insepultus; *insepolto. Cic. 2. Divin. 69.* Is cum esset proiectus inhumatus, ab omnibusque desertus iaceret, amica corpus eius texit suo pallio. *Virg. 11. Aen. 29.* Interea socios, inhumataque corpora terrae Mandemus. *Lucan. 7. 820.* cui dant poenas inhumato funere gentes.

INHŪMECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *humectus;* non humectus, siccus. *Cael. Aurel. 2. Acut. 37. a med.* Cum inhumectum atque siccum fuerit corpus.

INHŪMĪGO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *humigo;* madefacio; *bagnare. Livius Andron.* apud *Non. 1. 311.* Confluges ubi convento campum totum inhumigant.

INHŪMO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *humus;* humo intego, terra obruo; *sotterrare. Plin. 17. 30. 3.* Non inhumare taleas, aut siccare prius, quam serantur, utilius compertum. V. INHUMATUS.

INIĀCENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *iacens;* derelictus, abiectus. *Simplic. de re agrar. p. 80. Goes.* Etiamsi si partes quaedam proximae et iniacentis culturae fuerint. *Lachm. leg.* interiacentes.

INĪBĪ. Adverb. loci ex *in* intentiva et *ibi;* in eo ipso loco; *in quello stesso luogo. Varr. 1. RR. 18.* Inibi lapides silices. *Argum. Comoed. Plaut. Captiv. 5.* Et inibi emit olim amissum filium. *Cic. 1. Agr. 7.* Superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur. *Cato, RR. 18.* Prelum longum pedes viginticinque: inibi lingulam pedes duos; *h. e.* in eo. — Sic *Gell. 17. 8.* Aula lentis Aegyptiae, et cucurbitae inibi minutim caesae. Et *12.* Inibi in iisdem laudibus; *h. e.* in eodem libro: *pleonasmus.* — **B)** Refertur etiam ad res, et est in ea re. *Plaut. Pers. 1. 3. 46.* Marsupium habeat: inibi paulum praesidii. *Inscr.* apud *Reinesium, n. 2172.* et *2173.* Et H-S. XXXIV. inibi legitima ob honorem auguratus R. P. intulit. — **B)** Refertur etiam ad tempus. *Gell. 1. 3.* Cum die vitae suae postremo eum inibi mors occuparet. — **4)** *Inibi esse* est in eo esse. *Cic. 14. Phil. 2.* Quod sperare debemus, aut inibi esse, aut iam esse confectum. *Pacuv.* apud *Non. 2. 427.* Profecto aut inibi est, aut iam potiuntur Phrygum. *Caecil. ibid.* Liber ne es? non sum: verum inibi est.

INĪCIO, Inīcio, V. INICIO §. b. et c.

INIECTĪO, ōnis, f. Verbale ab *iniicio;* actus iniicendi; *il metter dentro. Cael. Aurel. 4. Chron. 4. 69.* Vel per ferramentum, quod Graeci κολπίτιρα vocant, iniectio faciunda *(eorum)*, quae medendo constringant. *Alii vulgo leg.* secunda *pro* faciunda. *Theod. Priscian. 4. 8.* Clysteris iniectio. — *Victorin. 4. 1. 9.* Rursus haec eadem *(metra)* connectens per cola et commata inter se, innumerabiles edidit species, quarum aliae per coniunctionem, aliae per iniectionem metrorum diversi generis compositae formataeque noscuntur. — **B)** Translate. *Tertull. Praescript. 14.* Iniectio sollicitudinis. — *Id. de Anim. 34.* Et se quidem finxit *(Simon)* summum patrem, illam *(Helenam)* vero iniectionem suam primam, qua inieceral angelos et archangelos condere. — **B)** Pro suggestione. *Id. 1. adv. Marcion. 22.* Sed quomodo funditus evertetur Antichristus, nisi quoque ceteris iniectionibus eius elidendis locus detur. — *Id. de Pudicit. 13.* vertens illud *Vulg. Interpr. 2. Cor. 2. 11.* Ne fraudemur a Satana, quoniam non ignoramus iniectiones eius. *Vulgata* nostra habet *cogitationes.* — **4)** Pro obiectione usurpat *Tertull. advers. Hermog. 10.* et *3. advers. Marcion. 21.* — **5)** Speciatim apud ICtos

II. *Iniectio manus* est ius domini in re capienda, quam suam agnoscit, seu vindicatio rei nobis debitae, nulla iudicum auctoritate exspectata. *Quintil. 7. 7. sub fin.* Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit. *Ulp. Dig. 2. 4. 10.* Venditor manus iniectionem excepit. *Lex XII. Tab.* apud *Gell. 20. 1. a med.* Aeris confessi debitique iure iudicatis triginta dies iusti sunto: post deinde manus iniectio esto, in ius ducito, etc.; *h. e.* iniecta manu et obtorto collo, ut ait *Plaut. Poen. 3. 5. 45.*, in ius ducere fas esto. — **6)** Hinc iterum translate. *Senec. Const. sap. 5.* Habebat secum vera bona, in quae non est manus iniectio; *h. e.* in quae fortuna ius non habet, ut auferat, cum libuerit. — **7)** Item apud Rhetores

III. *Iniectio* est figura eadem, quae epibole. *Aquil. Rom. de fig. sentent. 44.* Sin autem haec figura *(iniunctum)* fit ita, ut tum in postremo sit pars orationis, quae duo aut plura membra coniungat, tum in primo, tum in medio, iniectionem sive ἐπιβολὴν vocemus licet. V. EPIBOLE. — **8)** Item *Iniectio qualitatum* figura est eadem, quam Graeci ἐπιβολὴν ποιοτήτων vocant; et habetur quum qualitas qualitati supernascitur, ut definit *Fortunatian. Rhetor. 1. 18.* et *2. 3.*, coll. *Iul. Viet. Art. rhet. 3. §. 5.*

INIECTĪŌNĀLĔ, is, n. Verbale ab *iniicio;* id quod iniicitur, clyster. *Theod. Priscian. 4. 8.* Ut neque clysteris iniectio accipiatur *(ab intestino)*, omnibus concidentibus et obstantibus iniectionali.

INIECTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *iniicio;* ad iniectionem pertinens. *Aggen. in Frontin. de limit. agr. p. 63. Goes.* Iniectivus status est generalis. Nam sive de possessione, sive de fine controversia nascatur, per hoc repetitio iusta iniustaque iniicitur.

INIECTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *iniicio*. — Particip. *iniectans*, infra. — Est idem fere ac iniicio. *Stat. 9. Theb. 155.* Ausus erat furto dextram iniectare Leonteus, Pone viros atque arma latens, positumque trahebat, Prenso crine, caput; *stender la mano. Lucan. 3. 611.* Ausus Romanae Graia de puppe carinae Iniectare manum. *Ammian. 14. 2. 2.* Sese, suspensis passibus, iniectantes in scaphas. — *Sil. 3. 183.* Iamque videbatur dextram iniectare, graduque Laetantem trahere in Saturnia regna citato. Cf. INIECTIO §. 5.

INIECTUS, a, um. Particip. verbi *iniicio* (quod V. §. f.), adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est intro iactus, immissus; *gettato dentro. Caes. 1. B. C. 58.* Iniecta manu ferrea, et retenta utraque nave. *Cic. Cluent. 29.* Iniectus in flammam. *Hirt. B. Alex. 29.* Repentino aggere iniecto, flumen transierunt. — **B)** Item coniectus; *gettato, lanciato. Auct. B. Hisp. 25.* Multis telis iniectis, complures vulneribus affecere. — **B)** Item impositus; *gettato o posto sopra. Liv. 27. 32.* Raptus ab suis, atque alteri equo iniectus fugit. *Cic. 1. Divin. 27.* Se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum, et supra stercus iniectum. *Catull. 64. 155.* neque iniecta tumulabor mortua terra. *Nep. Agesil. 8.* Ut terra tecta esset stramentis, neque huc amplius quam pellis esset iniecta. *Caes. 4. B. G. 17.* Haec directa materia iniecta contexebantur. *Liv. 1. 31. sub fin.* Turno iniectae catenae. *Ovid. 14. Met. init.* Gigantels iniectam faucibus Aetnen. Et *11. ibid. 770.* Iniectos humeris siccantem sole capillos; *h. e.* sparsos, diffusos. — *Id. 3. Art. am. 266.* Iniecta lateant fac tibi veste pedes. *Apul. 2. Met. 28.* Iuvenis linteis amiculis iniectus. Adde *11. ibid. 10.* V. INDUCTO §. 4. — **4)** *Iniectus vestem* Graeca loquendi ratione, est vestem inie-

Digitized by Google

etiam, seu super indutam habens. *Apul. 9. Met.* Raptim tunicam iniectus, procurrit cubiculo. V. TEGILE. — **5)** Translate. *Cic. 7. Verr. 9. sub fin.* Hominem pecuniosissimum, sine aliqua causa quaestus iniectum ad tam incredibile crimen; *h. e.* inductum. *Al. leg.* electum. *Cic. Cluent. 58.* Tam atrocis rei suspicio iniecta; *h. e.* mota. Et *Prov. cons. 18.* et *Liv. 27. 28.* Terror alicui iniectus; *h. e.* illatus. *Cic. Mur. 23.* Plaga iniecta petitioni tuae; *h. e.* inflicta. *Id. Caecin. 29.* Periculum mortis iniectum; *h. e.* obiectum. *Id. Cluent. 28.* Iniectus scrupulus. *Id. 7. Att. 3.* Cogitatio de triumpho nobis iniecta; *pensiero messo in capo. Horat. 1. Sat. 4. 94.* Iniecta mentio; *fatta menzione. Cic. Har. resp. 21.* Iniecta fax luctuosa reipublicae; *h. e.* conlecta. *Phaedr. 1. 27.* Iniecta illi divitiarum cupiditas.

INIECTUS, us, m. Verbale ab *iniicio*, idem ac iniectio. *Plin. 8. 21. 1.* Quamvis levi iniectu operto capite; *h. e.* iniectu vestis operto leonis capite. *Id. ibid. 21. 6.* Secutus, qua trahebat vestem unguium levi iniectu; *h. e.* immissis leviter in vestem unguibus. *Id. 11. 18. 3.* Quae dimicatio iniectu pulveris discutitur; *coll' intraspargimento. Stat. 4. Silv. 3. 22.* novoque iniectu solidat graves arenas; *col gettar sopra.* — **2)** Translate. *Lucret. 2. 738.* In quae corpora si nullus tibi forte videtur Posse animi iniectus fieri, procul avius erras; *h. e.* immissio, infusio.

ĬNĬĒNS, ĕuntis. Particip. verbi *ineo;* qui init; *chi entra o comincia. Cic. 4. Fin. 12.* Magnum et difficile certamen iniens. *Curt. 5. 1. a med.* Feminarum convivia incuntium modestus est habitus. *Iustin. 25. 4. in fin.* Prima bella incunti aquila in clypeo consedit. *Gell. 2. 15. extr.* Consulatum incuntes. — **2)** Saepe refertur ad tempus anni, aut aetatis incipiens, ut incunte aestate, *Cic. 4. Att. 2. ad fin.* incunte vere, *Id. Manil. 12. extr.* ab incunte aetate, *Id. ibid. 1.* adolescentia, *Id. Divin. Verr. 2.* incuntis aetatis inscientia, *Id. 1. Offic. 34.* ex incunte aevo, *Lucret. 5. 857.* incunte anno novo et *Suet. Tib. 61.*

INIEXIT. V. INIICIO §. e.

ĬNĬGO, ĭgis, ēgi, actum, ĭgĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *ago*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. V. AGO. — Particip. *inactus* §. 1. — Proprie est intro ago, induco, impello; *condurre o cacciar dentro;* cui contrarium est *exigo:* verbum rusticorum, et de pecudibus usurpatum. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 110. Müll.* Inigere pecus, agere; idest minare. *Varr. 2. RR. 2.* Quibus locis messes sunt factae, oves inigere est utile; *h. e.* ad pastum inducere. Et *paulo post:* Inigunt in stabula ea, quae habent ad eam rem seclusa. Et *1. ibid. 2. a med.* Capram Athenis in arcem non inigi, praeterquam semel ad sacrificium. *Front. 2. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 15.* Ubi id audivi, calcar equo subringo, equum in oves inigo. *Varr. 2. RR. 53.* Apud alios exteritur *(seges)* grege lumentorum inacto et ibi agitato perticis. — **2)** De aliis rebus. *Senec. ep. 105.* Nunquam feras ad nocendum nisi necessitas inigit. *Apul. 4. Met.* Anus repentino pulsu nutantem ac pendulum praeceps inegit; *h. e.* in praeceps egit, praecipitem dedit. *Front. B. Parth.* (edente iterum *A. Mai*) *p. 205.* Si eorum *(Poenorum)* linguas resecari imperasset *(Scipio)*, navem onustam linguis hostium Romam inegisset.

ĬNĬĬCĬO, ĭcis, ēci, ĕctum, ĭcere. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *iacio, is*, mutata, euphoniae gratia, *a* littera in *i*. V. IACIO, IS. — **b)** Scribitur et *iniicio*, *inicis*, ut testantur Grammatici, et Cod. in *fragm. iur. civ.* apud *Mai, p. 2.* et *Iul. Valer. Gest. Alex. M. 1. 65.* ed. *Mai*, etc. — **c)** Hinc prima syllaba, quoties trisyllabon est, corripitur, ut in *ĭnĭcit* (apud *Sil. 10. 570.* fulgentis pingui Murice suspirans inicit velamina); producitur autem, quoties est tetrasyllabon, ut in *īnīcio*, teste *Serv. de finalib. n. 4. p. 492. Rudl.* V. loc. in AD §. e. — **d)** *Endoiacito* ἐρχικῶς pro *iniicito* est in *fragm. XII. Tabular.* apud *Fest.* in *Struere, p. 310. Müll.* « Si calvitur, manum endoiacito. » — **e)** *Iniexit* pro *iniecerit* usurpavit *Plaut. Pers. 1. 2. 18.* V. loc. infra in §. 12. — **f)** *Iniectus* et *intectus* in antiquis MSS. et editis libris aliquando inter se confusa fuisse, monet *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 28.* et *11. ibid. 10.* — **g)** Particip. *iniiciens* §. 3. et 6., *iniiciendus* §. 1., *iniectus*, V. suo loco, *iniecturus* §. 2. — **h)** Derivata, *iniectio, iniectionale, iniectivus, iniecto, iniectus, us.* — **i)** Composita, *circuminiicio, subiniicio.*

INIICIO proprie est intro iacio, immitto, conicio; *gettar dentro. Plaut. Pers. 1. 3. 7.* Struthea, coluthea appara, Bene ut in scutris concaleant: calamum inice. *Plin. 18. 48. 2.* Semen protinus iniiciunt, cratesque supertrahunt. *Colum. 12. 22.* Aquae decoctae congios duos iniicito. *Cels. 5. 26. n. 23.* Utraque *(sutura* vel *fibula)* neque nimis rara, neque nimis crebra iniicienda est. — *Id. 8. 5.* Linamenta intus iniicienda. *Id. 7. 26. n. 2.* Iniiciendus a superiore parte uncus est. — **2)** Translate est immittere, afferre, obiicere. *Cic. 5. Catil. 5.* Iniicere tumultum civitati. *Id. 5. Verr. 28.* formidinem alicui. *Id. 5. Att. 22.* spem. *Id. 5. Fin. 11.* terrorem mortis. *Plaut. Cas. 5. 5. 26.* metum alicui in pectus. *Cic. Caecin. 35.* religionem. *Id. Cluent. 28.* scrupulum. *Nep. Eumen. 9.* suspicionem. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 10.* cupiditatem. *Caes. 1. B. G. 46.* alacritatem et studium pugnandi exercitui. *Cic. Mil. 31.* alicui mentem, ut audeat etc. *Id. 7. Att. 5.* cupiam cogitationem de triumpho. *Liv. 27. 4.* curam, ne etc. *Virg. 10. Aen. 728.* iras stimulis haud mollibus. *Plaut. Amph. 3. 1. 15.* frustrationem; *h. e.* fallere, decipere. *Id. Pseud. 2. 1. 15.* metum et fugam perduellibus. *Nep. Iphicr. 3.* admirationem sui; *h. e.* excitare. *Varr. 1. RR. 17.* alicui voluptatem praefecturae; *far venir voglia. Al. leg.* voluntatem. *Liv. 34. 4.* certamen; *h. e.* praebere occasionem certaminis. *Id. 33. 25.* cunctationem. *Stat. 1. Theb. 241.* arma regnis; *h. e.* bellum inferre. *Cic. Caecin. 2.* Sperarunt, se iniecturos vobis causam deliberandi, et indicandi iustam moram; *h. e.* praebituros. — Absolute. *Tertull. adv. Prax. 26.* Nec pudet illos iniicere, quod si esset, scriptum fuisset. — **3)** Praeterea

II. *Iniicio* est etiam super iacio, impono; *gettar sopra o addosso. Quintil. procem. l. 6.* Infaustum opus super immaturum funus consumpturis viscera mea flammis iniicere. *Plin. 3. 12. 1.* Ab excelsa arbore se iniicit. *Caes. 2. B. C. 10.* Eo super tigna bipedalia iniiciunt. *Liv. 26. 6.* Iniicere pontem. *Hirt. B. Afr. 85.* Tela in elephantos iniicere. *Cic. Mur. 24.* securim alicui; *h. e.* impingere, illidere, infligere. *Val. Flacc. 2. 235.* taedas ad fastigia tectorum. *Plaut. Epid. 5. 2. 25.* tragulam in aliquem. *Id. Capt. 3. 5. 1.* manicas alicui. *Virg. 6. Ecl. 19.* et *Cic. 3. Fin. in fin.* vincula. *Id. curm. de suo consulatu 1. Divin. 12.* Et Capitolinis iniecit sedibus ignem; *h. e.* fulmen iecit. *Liv. 40. 51. extr.* Iniicere ignem castris. *Horat. 4. Od. 15. 10.* et *Cic. 5. Phil. 9.* frenos cuipiam; *mettere freno. Virg. 6. Aen. 365.* terram alicui; *sotterrare. Ovid. 5. Met. 389.* iniiceret sperato brachia collo. *Catull. 58. 9.* manusque collo Ambas iniiciens. *Ovid. 1. Met. 184.* Iniicere anguipedum captivo brachia caelo. *Vulg. Interpr. Gen. 39. 7.* Iniecit domina sua oculos suos in Ioseph. — *Id. 1. Cor. 7. 35.* Iniicere laqueum alicui; *h. e.* offendiculum. — **4)** Hoc sensu dicitur speciatim de vestibus. *Plaut. Truc. 2. 5. 26.* Pallium inice in me huc, Archilis; *h. e.* indue me; *mettimi il mantello.* Sic *Ovid. 3. Pont. 4. 101.* Prome, quod iniicias humeris victoribus, ostrum. Et *Cic. 5. Nat. D. 34.* Eique laneum pallium iniecit; *gli mise addosso. Quintil. 11. 3. ad fin.* Togam ex integro iniicere; *vestirsi.* V. INIECTUS, a, um, §. 3. et 4. — **5)** Locum etiam habet in quibusdam dicendi generibus. Sic

III. *Iniicere se* est se conlicere; *gettarsi. Ter. Andr. 1. 1. 115.* Quae se in ignem iniicere voluit. *Virg. 2. Aen. 408.* Et sese medium iniecit periturus in agmen. *Id. 8. ibid. 257.* seque ipse per ignem Praecipiti iniecit saltu. Et *9. ibid. 552.* fera sese haud nescia morti Iniicit, et saltu supra venabula fertur. *Plin. 8. 61. 2.* Iniicere se flammae. *Cic. Dom. 24.* Iniicere se in medios hostes ad perspicuam mortem. — **6)** Translate. *Cic. 1. Nat. D. 20.* In quam *(magnitudinem)* se iniiciens animus et intendens, ita longe lateque peregrinatur, ut etc. — **7)** *Iniicere alicui nomen cuiuspiam* est inculcare, et veluti imprimere. *Id. Dom. 6.* Meum nomen operis ediderat, imperitis iniecerat; *h. e.* servis quidem iusserat, ut me nominarent, imperitis vero suaserat. — **8)** *Iniicere* absolute pertinet etiam ad sermonem, et significat inferre mentionem, et in medio sermone de re quapiam leviter et paucis meminisse. *Cic. Quint. 21.* An vero id, quod Hortensium, quia nuper iniecit, dicturum arbitror, etc.; *ne ha fatto parola; ne ha dato un motivo. Trebon.* ad *Cic. 12. Fam. 16.* Cum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere. — *Cic. 16. Att. 5.* Bruto cum saepe iniecissem de ἐμπλοκῇ, etc. — *Tertull. de Anim. 54.* Qua iniecerat, angelos et archangelos condere; *h. e.* mente conceperat. V. INIECTIO §. 2. — **9)** *Iniicere manum*, est extensa manu prehendere, ἐπιβάλλειν χεῖρα; *mettere le mani addosso, prendere colla mano. Petron. Satyr. 115.* Iniicio ego phrenetico manum, iubeoque etc. — **10)** Translate. *Cic. Rosc. Com. 16.* Ipsa mihi veritas manum iniecit, et paulisper consistere et commorari cogit. *Senec. procem. 1. controv. a med.* At cum sibi manum iniecerat, et se blandiendo, unde abduxerat, revocarat, tantis viribus incumbebat in studium, ut etc. *Vellei. 2. 41.* Scribenti manum iniicere; *h. e.* retinere et morari. — **11)** Speciatim apud ICtos

IV. *Iniicere manum* verbum est iuris, et significat manu capere, sibi vindicare, possessionem apprehendere alicuius rei, aut personae, tanquam nostri sit iuris, non exspectata sententia iudicis, ut in INIECTIO §. 5. dictum est: quod in quibusdam casibus lex permittit, ut domino in servum fugitivum, etc. *Liv. 3. 44.* Virgini venienti in forum minister decemviri manum iniecit, serva sua natam (servamque appellans) esse: sequique se iubebat: cunctantem vi abstracturum. *Ovid. 8. Heroid. 16.* Iniice non timidas in tua iura manus. Adde *Paul. Dig. 18. 7. 9.* — **12)** Translate. *Virg. 10. Aen. 419.* Iniecere manum Parcae, telisque sacrarunt Evandri; *h. e.* tanquam suum vindicarunt, et ad mortem traxere. *Senec. Consol. ad Helv. 11. extr.* Animus sacer et aeternus est; et cui non possint iniici manus. *Plin. 10. ep. 19.* Quieti eius iniecci manum, et exegi, ut me in Bithynia consilio instrueret; *h. e.* otiosum eum unctus, quasi iniecta manu me sequi iussi, eiusque operam mihi vindicavi. — **13)** Etiam qui in ius vocant, *iniicere manum* dicuntur. *Plaut. Pers. 1. 2. 18.* Ubi quadruplator quem-

Digitized by Google

piam iniexit manum; Tantidem idem illi rursus iniicit manum: *iniexit* antique dictum pro *iniecerit:* praepositionem autem omittit, quia inest in ipso verbo: scil. *in quempiam iecerit manum.* Sic *Truc. 4. 3. 49.* Post id ego te manum iniiciam quadrupli, veneфica. — **B)** Huc etiam spectat illud *Eiusd. Pseud. 2. 2. 47.* Nunc certo scio, Hoc febrim tibi esse, quia non licet hoc iniicere ungulas; *non puoi metterci su l'ugne.*

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et dativo item personae vel rei, vel cum alio accusat. et praepos. *in*, et aliquando etiam *ad*. Reliqui casus, si adsunt, proprie ad verbum non pertinent.

INIMĪCĀLIS, le. Adiect. ab *inimicus;* ad inimicum pertinens. *Sidon. 1. ep. 3.* Stimulis inimicalibus excitari in aliquem.

INIMĪCĒ. Adverb. ab *inimicus*. — Superlat. *inimicissime*, infra. — Est hostiliter, adverso animo et infenso; *da nemico. Cic. 2. Phil. 14.* Ego autem, vide, quam tecum agam non inimice. *Id. 1. Nat. D. 3.* Quempiam inimice insectari. *Quintil. 1. 11. a med.* Inimice corripere. *Cic. Quint. 21.* Inimicissime atque infestissime contendere.

INIMĪCĪTER. Adverb., forma quidem discrepans, sed origine et significatione idem ac inimice: et in usu tantum apud Veteres. *Acc.* apud *Non. 11. 41.* Placare hostem ferocem, inimiciterque accensum. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell. 5. 8.* Nos pro tuis iniuriis commoti inimiciter. *Tubero* apud *Charis. 1. p. 181. Putsch.* Inimiciter irasci. Adde *Enn.* apud *Priscian. 15. p. 1010.*

INIMĪCĪTIĂ, ae, f. Abstractum ab *inimicus;* simultas, alienatio, disiunctio; *inimicizia. Cic. 4. Tusc. 9.* Inimicitia est ira ulciscendi tempus observans. *Enn.* apud *Gell. 19. 8.* et *Non. 2. 467.* Amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero. *Plaut. Stich. 3. 1. 8.* Cum eo reveni ex inimicitia in gratiam. Adde *Ulp. Dig. 3. 1. 15.* et *Aecium* apud *Charis. 1. p. 75. Putsch.* — Saepius usurpatur in numero plur. *Ter. Phorm. 2. 3. 25.* Capere inimicitias in familiam aliquam. *Cic. 2. Fam. 18.* Suscipere inimicitias graves. *Id. Cael. 15.* Intercedunt mihi inimicitiae cum aliquo. *Id. Rosc. Am. 6.* Erant ei veteres inimicitiae cum Rosciis. *Id. Front. 11.* insitas habere et gerere cum aliquo. *Caes. 3. B. C. 10.* habere conceptas ex re aliqua. *Sall. Cat. 49.* exercere cum aliquo. *Quintil. 7. 1. a med.* contrahere. *Cic. 7. Verr. 71.* subire. *Id. Flacc. 1.* denunciare alicui. *Anton.* ad *Cic. post ep. 13. l. 14. ad Att.* deponere. *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 6.* simpliciter et candide ponere. *Cic. Prov. cons. 9.* exstinguere, et ad amicitiam consuetudinemque traducere. *Id. 3. Fam. 4.* suas deponere reipubl. *Id. Sext. 55. extr.* temporibus reipubl. permittere. *Tacit. 3. Ann. 12.* privatas ulcisci. Et *11. ibid. 6.* fovere.

INIMĪCĪTOR, ōris, m. V. INIMICUS §. b.

INIMĪCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inimicus;* inimicum facio; *inimicare. Horat. 4. Od. 15. 20.* Et miseras inimicat urbes; *h. e.* hostilium loco habet. *Stat. 2. Theb. 419.* hostiles inimicant classica turmas; *h. e.* ad pugnam incitant. *Cic. 2. Att. 19.* Noster autem Publius mihi inimicatur. *Alii rectius leg.* mioitatur. *Sidon. 5. ep. 19. init.* Quod vos nosque inimicat. Adde *Auson. ep. 24. 63.* — **B)** Passive, media significatione, sive potius deponentium more,

II. *Inimicor, aris, āri;* inimico ago, inimicitias contraho, inimicus fio; *diventar nemico, inimicarsi. Vulg. Interpr. Eccli. 28. 6.* Memento novissimorum et desine inimicari. *Rufin.* vertens *Homil. Select. Orig.* in *Psalm. 5. 12.* Videtis quanti periculi sit inimicari iustis vel male loqui de sanctis. — *Onom. Lat. Gr.* Inimicor, aris; ἀπεχθάνομαι.

INIMĪCOR, āris, āri. V. voc. praeced. §. 2.

INIMĪCUS, a, um. Adiect. ab *in* et *amicus*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. — **b)** Comparat. *inimicitior* praeter morem usurpavit *Eugypp. Thesaur. 4.* Quis autem illo *(diabolo)* est inimicitior sanctis? — Hinc fortasse recte quaedam MSS. habent *inimicitius* pro *inimicius* in illo *Cic. 3. Fam. 8. sub fin.* Sententia, qua nihil mihi potest esse inimicitius. Sed Recentiores *inimicius* leg. Simile quiddam in AMICUS, a, um §. d. adscripsimus. — **c)** Comparat. *inimicior* §. 1., coll. §. praeced., et superlat. *inimicissimus* §. 1. et 2. — **d)** Derivata. *inimicalis, inimice, inimicitor, inimicitia, inimico.*

INIMICUS proprie est non amicus, alienatus, aversus, infensus, infestus; *nemico, inimico, contrario, nocevole. Cic. 4. Verr. 61.* Quod eos infenso animo atque inimico venisse dicatis. *Id. Divin. Verr. 13.* Inimicum infensumque esse alicui. *Id. 10. Phil. 10.* Gallia, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit. *Id. Quint. 10.* Cum ei omnia inimica atque infesta fuerint. *Id. 2. Att. 21.* Clodius inimicus est nobis. *Plaut. Baceh. 5. 6. 18.* Inimicos ipsi in sese omnes habent. *Cic. 4. Tusc. 15.* Animorum motus inimicissimi mentis vitaeque tranquillae. *Id. Cael. 15. extr.* Mulier semper amica omnium potius, quam cuiusquam inimica. *Id. 11. Att. 10.* Qui mihi tam crudeliter inimici sunt. — **B)** Translate de rebus. *Id. Orat. 57.* Nec quidquam inimicius, quam oratio versibus. *Nep. Pausan. 3.* Consilia capere cum patriae, tum sibi inimica. *Ovid. 2. Pont. 8. 58.* Numina sint precibus non inimica meis. *Virg. 9. Aen. 558.* lux inimica propinquat. Et *1. ibid. 127.* naves Accipiunt inimicum imbrem. *Horat. 2. Sat. 4. 35.* Odor nervis inimicus. *Varr. 2. RR. 2. sub fin.* Ne parum aut nimium saturentur; utrumque enim ad corpus alendum inimicum. *Plin. 19. 26. 6.* Raphani dentibus inimici, quoniam atterunt. *Id. 20. 38. 1.* Brassica inimicissima stomacho. — Absolute. *Id. 17. 35. 59.* Maritare ulmos, nisi validas, inimicum. — **B)** Deinde

II. *Inimicus* aliquando ponitur, praesertim apud Poëtas, pro hostili; *nemico, ostile. Virg. 11. Aen. 85.* Indutosque iubet truncos hostilibus armis ipsos ferre duces, inimicaque nomina figi. Et *809.* Tela inimica. *Id. 12. ibid. 944.* insigne; *h. e.* spolium caesi hostis. *Id. 8. ibid. 575.* casurasque inimicis ignibus arces. Et *10. ibid. 295.* terra inimica. — **A)** Absolute, qui odit et aversatur; *nemico. Cic. 4. Verr. 24.* Si eo animo esset, quo quivis liber debet esse, aspicere te non potuisset, inimicus, hostis esset. *Id. Prov. cons. 8.* Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? *Id. Mil. 9.* Ubi vidit fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum consulem. *Liv. 59. 28. sub fin.* Aliquem insectari tanquam inimicum et hostem. V. HOSTIS §. 2. — **B)** Speciatim

III. *Inimicus* apud ICtos appellatur interdum maritus respectu uxoris, divortio facto. *Tryphonin. Dig. 25. 3. 78. circa med.* Cuivis magis gratiam praestare, quam relinquere apud inimicum, ius a se translatum. — **C)** Item apud Scriptores Ecclesiasticos dicitur diabolus. *Vulg. Interpr. Matth. 13. 25.* et *39.* Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius et superseminavit zizania . . . Inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus. — *Benedict. ep. ad Maurum.* Quae inimicus humani generis molimine calliditatis suae in vos concitabit.

Nota I. Inter *inimicum* et *dolosum* hoc statuit discrimen *Isid. 1. Differ. n. 174.* « *Dolosus* est qui occulta machinatione grassatur: *inimicus* vero, qui mala facit apertius. » Cf. *Eund. 10. Orig. 76.* — **Nota II.** Alia discrimina, quae tamen non semper a Scriptoribus servantur, inter *adversarium, hostem* et *inimicum* colligi possunt ex iis, quae diximus sub vv. HOSTIS §. 2. et ADVERSARIUS §. 4.

INIMITĀBĬLIS (et Inemitabilis, *infra*), le. Adiect. ab *in* et *imitabilis;* quem imitari non possumus; *inimitabile. Quintil. 10. 2. 19.* Quaedam sunt inimitabilia, quibus infirmitas naturae non sufficit. *Id. 8. 3. ante med. Illi* enim, et *quianam*, et *mis*, et *pone* aspergunt illam, quae etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. *Id. 1. 10. 7.* Muta animalia mellis illum inimitabilem humanae rationi saporem perficiunt. *Vellei. 2. 97.* Morum dulcedo inimitabilis. *Inscr.* apud *Grut. 1093. 8.* Patronus inimitabilis. — *Alia* apud *Perret, Catac. de Rome, pl. XXXV. n. 104.* Mire *(sic)* bonitatis adque *(sic)* inemitabilis sanctitatis, etc. *Alia* apud *De-Rossi, Bullett. Crist. a. 1863. p. 68. fin.* Virgo dei inimitabiles *(sic)*. — Absolute. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 14. 7* Imitationes inimitabilium.

ININCŪSĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *incusabilis;* qui incusari nequit; *che non si può accusare. Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 17. 10.* Si impossibile erat Patri notum semetipsum . . . facere, inincusabilis erat, qui non poterat ignorantiam auferre eorum, qui post se sunt.

ININĪTIĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *initiabilis;* qui initiari nequit, qui initio caret. *Hilar. de Synod. 26.* Sic enim ad unum ininitiabilem, omnium initium, per Filium universa referimus. *Id.* in *Psalm. 118. litt. 19. n. 9.* Ininitiabilis divinitatis exceptio. — *Id. 4. Trin. 6.* Confitetur et Filii originem ab aeterno: non ipsum ab initio, sed ab ininitiabili.

ININĪTIĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *initiatus;* initio carens. Tribuunt *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 23.* Operante Deo, principali potestate, et stabili motione, atque ininitiato substantiarum cardine. *Alii leg.* in initiato.

ININTELLĬGENTIĂ, ae, f. Abstractum ab *in* et *intelligentia;* defectus intelligentiae. *Hilar. 8. Trinit. 58.* Namque post illud divitiarum . . . et inscrutabilium iudiciorum confessam ininteligentiam, etc. Adde *11. ibid. 47.*

ININTELLĬGĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *intelligibilis;* non intelligibilis. *Ambros. 1. Offic. 14.* Ininteligibilis Dei splendor. *Hilar. 3. Trinit. 1.* Sed quo ininteligibile est homini, Deo esse possibile est. Adde *Mar. Victorin. de Generat. Verb. 15.*

ININTELLĬGĪBĬLĬTER. Adverb. ab *ininteligibilis;* ratione ininteligibili. *Rustic. contra Acceph. p. 1197. Migne.* Ineffabiliter atque ininteligibiliter factus est homo.

ININTENSĪBĬLIS, le. Ab *in* et *intendo;* qui intendi nequit. *Boëth.* in *Porphyr. 3. p. 155. Migne.* Et differentia quidem ininteusibilis est et irremissibilis.

ININTERPRĔTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *interpretabilis;* non interpretabilis. *Tertulliano* tribuunt *advers. Valentinian. 14.* Ininterpretabile nomen. *Alii male leg.* interpretabile. Sic *Vulg. Interpr. Hebr. 5. 11.* Sermo ininterpretabilis. Ceterum haud digna vox est, pro qua labores. Haec *Foreellinus* noster. — *Rufin.* vertens *Orig. homil. 10. in Genes. 1. fin.* Nam et Apostolus dicit de huiuscemodi sermonibus, quia ininterpretabiles sunt ad dicendum. Adde *Primas.* in *epist. ad Hebr. 5. p. 717. Migne.*

Digitized by Google

ĪNINTERPRĔTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *interpretatus;* non interpretatus. *Hieronym. ep. 29. n. 4.* Quod quare alibi interpretari voluerint, alibi ininterpretatum reliquerunt, etc. *Al. leg.* non interpretatum.

ĪNINVENTĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *invento;* qui inveniri non potest. *Tertull. advers. Hermog. 45.* ex *Vulg. Interpr. ad Rom. 11. 33.* Ininventibilia iudicia eius. Cf. voc. seq. *fin.*

ĪNINVESTĪGĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *investigabilis;* qui investigari non potest. *Tertull. adv. Hermog. 45.* ex *Vulg. Interpr. Rom. 11. 33.* Ininvestigabiles viae eius. *Hilar. 11. Trinit. 70.* Causas ininvestigabilium sacramentorum retractare. Adde *8. ibid. 58.*

Nota. *Forcellinus* noster, qui hanc et praeced. vocem ex unico *Tertull.* attulerat, admonuit, has voces ipsi relinquendas esse. Cf. vocc. seqq.

ĪNINVESTĪGANDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *investigo;* qui non debet investigari. *Verecund.* in *Cantic. Habac. 28.* Sufficit ad factum rei Dominica Voluntas, quae non humanis rationibus discuti, sed ininvestigandis debet dispensationibus contremisci.

ĪNINVESTĪGĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *investigatus;* non investigatus. *Relatio Synodi Constantinop. de Ordinat. Epiphanii episc.* apud *Hormisd. p. 483. Migne.* Innumerabilem et ininvestigatam magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi sapientiam . . . considerantes etc.

ĪNINVĪCEM et in invicem. Adverb. ab *in* praepos. et *invicem;* unus erga alium vel contra alium, aut unus per alium. *Vulg. Interp. Ioh. 6. 45.* Nolite murmurari in invicem. *Id. Rom. 1. 27.* Exarserunt in desideriis suis in invicem. *Id. ibid. 14. 19.* Quae aedificationis sunt, in invicem custodiamus. *Prosper, de Promiss. Dei, 1. 7.* Quinarius et senarius numerus coniuncti numeri ac multiplicati ininvicem. Cf. INVICEM.

INIOŪRĬA. V. INIURIA.

ĪNĪQUĒ. Adverb. ab *iniquus*. — Comparat. *iniquius* §. *1.*, superlat. *iniquissime* §. *3.* et *4.* — Proprie est non aeque; *in modo ineguale, con disuguaglianza. Aurel. Vict. vir. illustr. 25.* Praedam inique dividere. *Ter. Adelph. 2. 2. 5.* Nunquam vidi iniquius Concertationem comparatam . . . ego vapulando, ille verberando, etc. *Id. Phorm. 1. 5. 7.* Quam inique comparatum est. — **2)** Translate est iniuste, iniuria; *iniquamente, ingiustamente. Cic. Dom. 35.* Qui expulsi sunt inique, sed tamen legibus reducti. *Horat. 1. Ep. 14. 12.* Inique causari aliquem. *Gell. 4. 13.* Inique interpretari. *Id. 6. 2.* Poenae legibus inique constitutae. *Liv. 29. 18.* Inique an iure accepissent. — **3)** Item indebite, immerito, inconvenienter; *indebitamente, in modo sconvenevole, a torto. Cic. Deiot. 11.* Vide, quid intersit: etsi inique Castorem cum Domitio comparo. *Id. Cluent. 21.* Iam hoc prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis medicus nobilissimus quaeritur; in periculis capitis deterrimus patronus adhibetur. *Brut.* ad *Cic. 1. ad Brut. 4.* Inique facis, qui hostilis animi in rempubl. homines, cives appelles. — **4)** Item aegre, iniquo animo; *di mala voglia. Suet. Caes. 43.* Ut calvitii deformitatem iniquissime ferret. *Lactant. 6. 4. ante med.* Inique ferunt, id habere aliquem, quod ipsi non habent.

ĪNĪQUĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *iniquus;* inaequalitas; *ineguaglità, disuguaglianza:* et dicitur proprie de loco; quo sensu in re bellica intelligitur locus inaequalis, ubi cum hostibus ut congrediaris, ascensu opus est, aut transitione fluminis, etc. unde incommodum oritur, et victoriae difficultas. *Liv. 38. 22.* Subsidia in talibus iniquitatibus locorum maximo saepe usui fuerunt. *Caes. 7. B. G. 45.* Quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit; *il disvantaggio.* — **2)** Hinc *iniquitas rerum* est, cum et loca iniqua sunt, et alia simul obstant, quo minus prospere res geratur. *Caes. 2. B. G. 22. extr.* In tanta rerum iniquitate, fortunae quoque eventus varii sequebantur; *in tanti disvantaggi e difficoltà.* — **3)** Item de ponderibus. *Apul. 7. Met.* Lapidibus additis insuper, sic iniquitati ponderis medebatur; *h. e.* sarcinae in alterum latus praeponderantis. — **4)** Hinc *iniquitas mensurarum* et *ponderum* dicitur poena pecuniaria, qua multantur fraudolenti promercalium rerum venditores. *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1840. p. 96.* Ex iniquitatibus mensurarum et ponderum C. Septimius Candidus et P. Munatius Celer Aed. stateram aeream et pondera decret. decur. ponenda curaverunt. — **5)** Item difficultas quae oritur, cum quippiam gravius est, quam vires ferre possint. *Colum. 2. 4. circa med.* Boves iniquitate operis maxime multantur; *malagevolezza.* — **6)** Item illud vitium, quod nos dicimus *indisereteza:* cum scil. plus postulatur, quam praestare quis possit. *Cic. 1. Orat. 48.* Quae si vobis non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quaesieritis, quae ego nescirem. — **7)** *Iniquitas corporis* apud *Cael. Aurel. 5. Chron. 10.* est inquietudo, iactatio, vexatio. — **8)** Temporum iniquitas; *tempi calamitosi, disgrazie. Liv. 38. 16. sub fin.* Quod aliquando servierunt, temporum iniquitate pressi. *Curt. 7. 7.* Terrebat cum non hostis, sed iniquitas temporis. — **9)** Apud *Cic. Rosc. Am. 1. iniquitas temporum* respicit nimiam Sullae potentiam, qua vis et libido dominabantur. — **10)** Saepissime vero, sensu morali et quidem translato, sed proprio etiam ex usu loquendi facto,

II. *Iniquitas* dicitur vitium aequitati contrarium, iniustitia, iniuria; *ingiustizia, iniquità. Cic. 2. Catil. 11.* Aequitas, temperantia, fortitudo certant cum iniquitate, luxuria, ignavia. *Id. Quint. 2.* Id accidit praetoris iniquitate et iniuria. *Id. 1. Fam. 2. a med.* Dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia et iniquitate, retinebimus. *Id. 5. Verr. 89.* Locus intra oceanum nullus est, quo non nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit; *insolenza, sopercheria.* Sic *Plin. 12. 42. 6.* Ob iniquitatem praepotentium. Et *28. 27. 12.* Iniquitates potestatum. *Tacit. 2. Hist. 84.* Vespasiano ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante; *h. e.* tributa subditorum vires excedentia. *Id. 16. Ann. 17.* Iniquitas exitii; *ingiustizia. Caes. 7. B. G. 19.* Summae se iniquitatis condemnari debere, nisi eorum vitam sua salute habeat cariorem. — **11)** Hinc apud Scriptores Ecclesiasticos iniquitas est universim quodcumque vitium et peccatum item pravitas cordis et morum. *Vulg. Interpr. 1. Ioh. 5. 4.* Omnis, qui facit peccatum, et iniquitatem facit: et peccatum est iniquitas, etc. *Id. Sap. 5. 7.* Lassati sumus in via iniquitatis. *Id. ibid. 19. 5.* Qui gaudet iniquitate, denotabitur. *Id. Eccli. 30. 29.* Mercedes iniquitatis. Adde *Isai. 5. 18.* et *alibi passim.* — **12)** De loco *Eccli. 42. 14.* Melior est iniquitas viri, etc. V. BENEFACIENS §. 1.

ĪNĪQUO, as, āre. Verbum transitiv. ab *iniquus;* iniquum facio. *Laber.* apud *Non. 2. 444.* Aequum animum indignanti iniquat contumelia.

ĪNĪQUUS, a, um. Adiect. ab *in* et *aequus*, mutata cuphoniae gratia *ae* diphthongo in *i* longam. V. AEQUUS. — **b)** *Iniqus* pro *iniquus* scribitur in Cod. *Append. ad Prob. p. 459. Endl*, et in *Inscr.* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. p. 475. n. 1044. inica* pro *iniqua*, nisi mavis corrupte exaratum pro *inimica*, ut quidam etiam dederunt. V. loc. — **c)** Comparat. *iniquior* §. *2.* et *4.*, superlat. *iniquissimus* §. *2.* et seqq. — **d)** Derivata, *inique, iniquitas, iniquo.* — **e)** Compositum, *periniquus.*

INIQUUS proprie est, ut definit *Isid. 10. Orig. 135.*, qui non est aequus, sed inaequalis, impar; *disuguale, ineguale. Virg. 10. Aen. 503.* Puppis, inflicta vadis dorso dum pendet iniquo, Anceps, sustentata diu, etc. *Id. ibid. 889.* urgetur pugna congressus iniqua; *scil.* quia pedes contra equitem stabat. *Val. Flacc. 3. 486.* Haeret Hylas lateri *(Herculis)*, passusque moratur iniquos; *h. e.* suis grandiores. *Ulp. Dig. 35. 1. 5.* Si adiectum sit, pensionibus iniquis, inaequales debebuntur. — **2)** Refertur ad locum et est difficilis, arduus, incommodus; *faticoso, difficile, disvantaggioso:* ut sunt loca non plana, sed inaequalia. *Liv. 2. 51.* Loco iniquo subeundum erat ad hostes. *Id. 28. 16.* Cum hostis nequicquam subire iniquo ascensu conatus esset. *Caes. 5. B. G. 52.* Iniquissimo nostris loco proelium committere coeperunt. *Id. 2. ibid. 10.* In locum iniquiorem progredi pugnandi causa. Et *27.* Ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum. *Tacit. 1. Ann. 63.* Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam necessitati; *h. e.* inviam. *Virg. 5. Aen. 202.* dum proram ad saxa suburget Interior, spatioque subit Sergestus iniquo; *h. e.* angusto, atque adeo difficili transitu (Adde *4. G. 147.*). *Liv. 8. 38.* Iniqua ad transitum loca. — **3)** Item ad res, et est modum excedens, vel a modo deficiens, ut in ponderibus et mensuris, quando communi et iustae rationi non respondent. *Pers. 1. 130.* Pregerit heminas Arretl aedilis iniquas; *scarse. Seren. Sammon. 37.* Pocula iniqua siccare; *h. e.* maiora. *Ulp. Dig. 19. 1. 52.* Oleum adhibitis iniquis ponderibus accipere. *Paul. Dig. 40. 5. 51.* Iniquum pretium. *Virg. 1. G. 164.* iniquo pondere rastri; *h. e.* ingenti, nimio; *straordinario. Id. 7. Aen. 226.* et si quem extenta plagarum Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui; *h. e.* nimis ardentis. *Val. Flacc. 5. 66.* Iniquum merum; *h. e.* nimis large potum. — *Cael. Aurel. 1. Acut. 13. 126.* Iniquae curationis causa; *h. e.* pravae, incommodae, absurdae. — **4)** Sensu morali saepissime

II. *Iniquus* est iniustus; *ingiusto, iniquo. Ter. Heaut. 2. 1. 1.* Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes iudices. *Horat. 1. Sat. 3. 67.* Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam! *Ter. Heaut. 5. 3. 9.* Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules. *Cic. Quint. 2.* Quid hoc iniquius, aut indignius dici potest? *Id. Har. resp. 3. extr.* Cui praeripere destinatam laudem, valde est iniquum. *Ter. Andr. 1. 5. 22.* Inique causa; *motivo ingiusto.* Et *Adelph. 2. 1. 55.* Iniqua loqui. *Cic.* ad *Pomp. 2. post ep. 11. l. 8. ad Att. a med.* Pacem vel iniqua conditione retinere. — **5)** Item improbus, malignus; *cattivo, maligno. Horat. 2. Od. 6. 9.* Parcae prohibent iniquae. *Virg. 10. Aen. 380.* fatis adductus iniquis. — *Inscr.* apud *Orelli*, n. *2379.* Dis iniquis, qui rapuerunt animulam tuam innocuam, etc. *Auson. Perioch. Iliad. 20.* Aeneas, Diis et viribus iniquis cum Achille congressus. — **6)** Apud Scriptores autem Ecclesiasticos universim est malus, impius, peccator; *malvagio, empio:* quo sensu saepe etiam absolute adhibetur. *Vulg. Interpr. Act. 24. 15.* Spem habens in Deum . . .

Digitized by Google

resurrectionem futuram iustorum et iniquorum. *Id. Luc.* 22. 37. Et cum iniquis reputatus est. *Id. 1. Cor. 6. 9.* An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? *Id. Iacob.* 2. 4. Cogitationes iniquae. *Id. 2. Petr.* 2. 8. Opera iniqua. — 7) Item *iniquus κατ' ἐξοχήν* dicitur antichristus. *Id. 2. Thess.* 2. 8. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. — 8) Praeterea, sensu hostili,

II. *Iniquus* est inimicus, infestus; *nemico, contrario, malevolo:* quo sensu pariter etiam absolute adhibetur. *Cic. Planc.* 16. Homines natura asperi, atque omnibus iniqui. *Ter. Heaut. prol.* 27. Ne plus iniquum possit, quam aequum oratio; *pro* iniquorum. *Virg. 8. Aen.* 291. ut duros mille labores Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquae Pertulerit. *Cic. 7. Verr.* 55. Haec frequentia, quae nunc animo te iniquissimo infestissimoque intuetur. *Id. 1. Fam. 5. sub fin.* Partim sunt obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. *Gell. 19. 3.* Qui maledicit et vituperat, pro iniquo et inimico ducitur. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 25. Iniquum esse in aliquem. *Ovid. 1. Art. am.* 343. vultu iniquo spectare; *h. e.* malevolo, invido. *Cic. 1. Fam. 9. a med.* Quorum iniqui sermones ad me perferuntur; *h. e.* obtrectationes. *Horat. 2. Sat.* 2. 96. adde Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum, Et frustra mortis cupidum. — Absolute. *Cic. Planc.* 16. Notes et tuos, et tuorum necessarios, vel iniquos meos, vel etiam defensorum meorum. Et 23. *a med.* Nonnulli nostri iniqui. *Id. 11. Fam.* 27. Me scio a te contra iniquos meos solere defendi. — 9) Item iratus, alienatus. *Horat. 1. Od.* 2. 46. Neve te nostris vitiis iniquum Ocior aura Tollat. — 10) Item noxius, gravis. *Plin. 15. 9. 4.* Vina iniqua capiti. *Virg. 6. Aen.* 475. casu percussus iniquo. *Liv.* 2. 23. Tributum iniquo suo tempore imperatum; *calamitoso: quando si trovava scomodo.* — 11) Item miser, infelix; *infelice, misero. Virg. 12. Aen.* 243. et *6. ibid.* 532. sortem miseratus iniquam. — 12) Item aeger, invitus. *Cic. Senect.* 25. Iniquissimo animo mori; *di malissima voglia.* Et 3. *Tusc.* 2. Iniquo animo ferre aliquid. *Ter. Eun.* 2. 1. 6. Iniquo animo pati. *Ovid. 3. Met.* 654. Paupertas non iniqua mente ferenda. *Horat. 1. Sat.* 9. 20. Demitto auriculas, ut iniquae mentis asellus, Cum gravius dorso subiit onus. — 13) Translate. *Colum. 5. 5. a med.* Nullus vel iniquissimus locus non maiorem quaestum reddet, quam acceperit impensam; *h. e.* ut incultus sit, et minus respondens laboribus atque impensis agricolarum.

Nota I. Construitur aliquando cum dativo aut cum accusat. et praepos. *in*, rarius cum *ad*. — **Nota II.** Discrimen inter *iniquum* et *impium* tradit *Isid. 10. Orig.* 153. « Omnis *impius*, iniquus; non tamen omnis *iniquus* est impius. *Impius* namque pro infideli ponitur; et dictus impius, quod sit a pietate religionis alienus. *Iniquus* vero dicitur pro eo, quod non est aequus, sed pravis operibus maculatur. »

INIRASCĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *irascibilis;* non irascibilis. *Interpr. ep. Ignatii ad Philadelph.* 1. Immobile ipsius et inirascibile in omni mansuetudine Dei viventis; *h. e.* immobilitas et lenitas instar mansuetudinis Dei vivi.

INĪTĀLĬA et Initialia. V. INITIALIS §. 3.

INĪTĬĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *initio;* qui initiari potest. *Vigil. Taps.* 2. *Trinit. p.* 247. *Migne.* Profiteri unum verum, sempiternum, inimitabilem, infectum; et alterum initiabilem, de creaturis profectum. *Id. 10. ibid. p.* 292. Ita ut nec novellus Pater, sed nec initiabilis genitor declaretur.

INĪTĬĀLIS, le. Adiect. ab *initium;* ad initium pertinens. *Apul. 4. Met.* Rerum naturae prisca parens, elementorum origo initialis. Et *11. ibid.* Saeculorum progenies initialis. *Aggen.* in *Frontin. de limit. p.* 63. *Goes.* Initialis controversiae status. — *Victorin.* 2. 2. *10.* Quas partiunculas, si necesse sit, ausim dicere initiales et finales . . . Igitur tetrametrus versus herous initialis erit talis, etc. — 2) Absolute, substantivorum more,

INITIALES, ium, m. Dicuntur, qui primo in collegium aliquod conluerunt, ac proinde eiusdem initium constituerunt. *Inscr.* apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 12. Initiales collegii Silvani Aureliani. V. GLADIATOR §. 3. — 3) Item

INITIALIA, ium, n. Sunt sacra et caeremoniae initiorum. *Capitolin. M. Aurel.* 27. Athenis fuit, et initialia Cereris adiit. Al. leg. *initatia:* alii melius *inter alia Cereris templum adiit*. Lectionem *initalia* defendit *Salmas.*

INĪTĬĀLĬTER. Adverb. ab *initialis;* initiando. *Augustin. Serm.* 175. n. 2. ed. *Mai.* Deus sine fine natus, initialiter nasceretur. *Fulgent. ep.* 17. 4. *n.* 9. Sic initialiter *(Verbum Dei)* secundum humanam naturam concipi carne non abnuit. Adde *ep.* 14. *n.* 24.

INĪTĬĀMENTA, ōrum, n. Verbale ab *initio*, syllabica adiectione productum; rudimenta, principia, initia; *incominciamento. Boëth. Euclid. Geometr.* 2. *p.* 1350. *Migne.* His vero brevibus initiamentis de circularibus theorematibus dicendum esse censuimus. — 2) Referuntur etiam ad initia sacrorum. Hinc translate. *Senec. ep.* 90. *a med.* Haec eius *(sapientiae)* initiamenta sunt, per quae non municipale sacrum, sed ingens omnium Deorum templum, mundus iste reseratur.

INĪTĬĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *initio;* actus initiandi; *introduzione. Priscian. de declin. nom. p.* 1316. *Putsch.* Hoc interest inter *amandum* et *amatum*, quod *amandum* necessitatem amoris significat, *amatum* initiationem ad amorem. — 2) Item actus cooptandi in participationem sacrorum: quod quibus ritibus peragereturdocet *Apuleius, 11. Met.* — 3) Item ipsa initiorum sacrorum celebratio. *Suet. Ner.* 34. Peregrinatione quidem Graeciae, Eleusiniis sacris, quorum initiatione impii et scelerati voce praeconis submoventur, interesse non ausus est.

INĪTĬĀTOR, ōris, m. Verbale ab *initio;* qui initiat, auctor. *Novatian. de Trinit.* 4. Nec enim potest fieri, ut sit initiator aut artifex ullius mali operis, qui nomen sibi perfecti vindicat et parentis et iudicis. *Augustin. 4. Civ. D.* 11. Ipse Iuppiter sit in merce Mercurius, in iano initiator, in termino terminator. — 2) Translate. *Tertull. 4. advers. Marcion.* 14. Novi Testamenti initiator. — *Ambros. ep.* 31. *n.* 3. Non sicut domesticum me vocabas et patrem et initiatorem virginitatis tuae. *Interpr. Irenaei, 3. Haeres.* 4. 3. Initiatores et inventores perversitatis.

INĪTĬĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *initio;* quae initiat. *Tertull. 2. ad Nation. 7. ad med.* Denique per hanc initiatricem litteraturae ingenuitatis studia producitis. *Salvian. de Avarit. 4. post med.* Initiatrix virtutum omnium.

INĪTĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *initio;* constitutus a principio, inchoatus; *principiato. Impp. Honor. et Theodos. Cod. 5. 6. 3.* Absque conventione personae legitimae initiatum iurgium videtur. *Mamert. Claudian. 1. Stat. an.* 23. Initiato substantiarum cardine. — 2) Item sacris initiorum imbutus, ad initia praeparatus. *Liv. 31. 14.* Acarnanes duo iuvenes, per initiorum dies, non initiati templum Cereris ingressi sunt. *Iustin. 14. 7.* Mida ab Orpheo sacrorum solemnibus initiatus Phrygiam religionibus implevit. *Cic. 1. Tusc.* 13. Reminiscere, quoniam initiatus es, quae tradantur mysteriis. — 3) Translate significat imbutum in primis alicuius rei initiis: item absolute instructum, edoctum. *Aurel. Arcad. Dig. 1. 11. 1.* His cunabulis praefectorum auctoritas initiata in tantum augeri meruit, ut etc. *Plin. 3. ep.* 15. Aliis enim chartis, aliis sum litteris initiatus. V. INITIO §. 2. — 4) Absolute, substantivorum more,

INITIATUS, i, m. Est religione Christiana imbutus, baptizatus, fidelis. *Auson. Gratiar. act. prope fin.* Aeternae omnium genitor . . . qui templa tibi et aras penetralibus initiatorum mentibus condidisti, etc. Addé *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 5.*

INĪTĬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *initium*. Particip. *initians* §. 1. et 5., *initiandus* §. 7., *initiatus*, V. suo loco, *initiaturus* §. 4. — Proprie est initium facio vel pono, inchoo, incipio; *principiare, cominciare. Firmic. 2. Mathes.* 12. Ver enim tunc initiatur, cum primam eius signi *(Arietis)* partem sol fuerit ingressus. *Pallad. 7. 4.* Brassicam seremus vel irriguo loco, vel pluvia initiante madefacto; *h. e.* post caniculam redeunte. *Tertull. advers. Valentinian.* 15. Ex his initiata sunt cetera. *Hilar. Libell. 1.* Sic enim gloriosus Evangelista Iohannes initiat dicens: *In principio* etc. — 2) Translate est imbuo, instruo, praeparo. *Quintil. 1. 2. a med.* Neque enim est sanctius sacris iisdem, quam studiis initiari. *Id. 1. Declam.* 13. Maritum et uxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporum vinculis inhaerere. *Symmach. 4. ep.* 20. Dum filius meus Graecis litteris initiatur. V. vocem praeced. §. 3. — 3) Speciatim

II. *Initio* est sacris imbuo, ad sacra praeparo, admittoque; *ordinare, consacrare, instruire nelle cose sacre*. Dicitur enim primo de sacris Cereris, et usurpatur saepius passiva voce. *Cic. 2. Leg.* 9. Neve quem initianto, nisi ut assolet Cereri, Graeco sacro. *Id. ibid.* 15. Initianturque eo ritu Cereri, quo Romae initiantur. *Vitruv. praef. l. 7. sub fin.* Ita aucto vestibulo, laxamentum initiantibus adiecit. — 4) Deinde ad alia quoque sacra refertur. *Liv. 39. 14.* et 15. Initiari Bacchis. *Id. ibid. 9.* Bacchis cum se initiaturam vovit. *Plin. 30. 6. 1.* Magicis etiam coenis eos initiaverat. *Ter. Phorm. 1. 1. 15.* Geta Ferietur alio munere, ubi hera pepererit: Porro autem alio, ubi erit puero natalis dies: Ubi initiabunt. *Al.* Initiabitur *leg.* Ubi *Donat.* Legitur apud Varronem, initiari pueros Eduliae, et Potinae, et Cubae, Divis edendi, et potandi, et cubandi; Ubi primum a lacte et cunis transierunt. Sed Terentius Apollodorum sequitur, apud quem legitur, in insula Samothracum a certo tempore pueros initiari, more Atheniensium. Haec *Donat.* Porro *Varronis* verba sunt apud *Non.* 2. 510. Cum pro cibo et potione initiarent pueros, sacrificabatur ab edulibus Edusae, et a potione Potinae nutrici. — 5) Translate. *Cic. 1. Att.* 18. M. Luculli uxorem Memmius suis sacris initiavit *(h. e.* stupravit). Menelaus *(h. e.* M. Lucullus) aegre id passus, divortium fecit. Quamquam ille pastor Idaeus Menelaum solum contempserit: hic noster Paris *(h. e.* Memmius) tam Menelaum, quam Agamemnonem *(h. e.* L. Lucullum Marci fratrem) liberum non putavit. *Plaut. Cas.* 2. 3. 2. Postquam amo Casinam,

Digitized by Google

magis initio munditiis munditianti Deo; *h. e.* magis do operam munditiis, quasi sacra faciens Amori, Deo munditiarum. *Alii tamen aliter leg.* V. MUNDITIA. — **G)** Apud Scriptores Ecclesiasticos

III. *Initio* sumitur pro baptizare; *battezzare*. *Tertull. Monogam. 8. de Io. Bapt.* Qui non tantum praedicaverit, verum etiam baptizaverit Christum. Quis enim corpus Domini dignius initiaret, quam eiusmodi caro, etc.? V. INITIATUS §. 4 — **7)** Item ad sacra Christianorum praeparo. *Symmach. papa, ep. 8. ad Maxim. Patav.* Bene venerandis initiandus altaribus et in laica conversatione quod sacrum esset elegisti. — **8)** Translate de rebus est consecro, dedico. *Rufin.* vertens *Homil. 12. Orig. in Num. 2.* Initiate, inquit, illi puteum. V. integr. loc.

ĬNĬTĬO, ōnis, *f.* Verbale ab *ineo;* actus ineundi, invectio, insectatio; *invettiva*. *Fenestella* apud *Non. 4. 405. C.* Cato initionibus assiduis invidiam Ptolemaeo concitare coepit.

ĬNĬTĬUM, ii, n. Verbale ab *ineo*, unde *initum* et *initium*. — **b)** Ἀρχαϊκῶς *endoitium* (ab *endo* pro *in* et *eo*) loco *initium* est *Festi* apud *Paul. Diac. p. 76. Müll.* Endoitium, initium. — **c)** *Enitium* pro *initium* habetur in *Inscr.* apud *Marini, Arv. p. 517.* Qui vixerunt abenitio *(sic)* aetatis suae annis LXX. *Abenitio*, unica vox e duabus conflata pro *ab initio*. — **d)** Derivata, *initiabilis, initialis, initialiter, initiamentum, initiatio, initiator, initiatrix, initio, as.* — **e)** Composita, *ininitiabilis, ininitiatus*.

INITIUM proprie est actus ineundi, principium, introductio, ingressus in rem aliquam; *principio, cominciamento*. *Cic. 1. Tusc. 38.* Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster affert, sic exitum mors. *Id. Brut. 34.* Bonis initiis ortus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus. *Id. 2. Orat. 13.* Ab initio rerum Romanarum usque ad etc. *Id. 1. ibid. 26.* Sic initio accusationis exanimatus sum, ut etc. *Id. 1. ad Brut. 10.* Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. *Id. 2. Leg. 1.* Dicendi initium sumere. *Caes. 1. B. G. 1.* Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano. *Quintil. 3. 2. 3.* Initium dicendi dedit natura, initium artis observatio. *Cic. 14. Phil. 14.* Facere initium confligendi cum hostibus; *cominciare a combattere*. *Id 3. ibid. 7.* Caedis initium a me fecisset; *avrebbe principiato da me*. *Id. 10. Att. 18.* Ut male posuimus initia, sic cetera sequuntur. Et *9. ibid. 9.* Bellum exitiosum impendet, cuius initium ducetur a fame. *Quintil. 1. 9. 3.* Ethologiae initium ex lectione ducunt. *Justin. 1. 2.* Primis initiis. *Id. 21. 1.* Inter initia regni. *Auct. ad Herenn. 1. 9.* Ab ultimo initio rem repetere. *Cic. 4. Fam. 5.* Ab initio aetatis. Adde *Inscr.* allatam supra §. c. — **2)** Metonymice pro id, quod primum est in aliqua re, caput. *Vulg. Interpr. Act. 10. 11.* Et vidit . . . tanquam linteum magnum quattuor initiis submitti de coelo in terram; *capi*. Cf. *Fest.* loc. cit. §. 6. infra. — **3)** *Initio* adverbii ritu ponitur pro in principio; *da principio*. *Cic. 1. Fam. 7. ante med.* Quemadmodum senatus initio censuit. Et *paulo post*. Redeo ad illud, quod initio scripsi. *Nep. Timol. 3.* Quod ab his initio Syracusae erant conditae. — **4)** De origine et conditione natalium. *Vellei. 2. 76.* Qui natus obscurissimis initiis, parum habebat summa accepisse. — **5)** De principiis alicuius scientiae. *Cic. 4. Acad. 56.* Non quaero ex his illa initia mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt: punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat, etc. — **6)** Item elementa rerum naturalium. *Id. 5. Tusc. 24.* Inde est indagatio nata initiorum, et tanquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta. — *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 110. Müll.* Initium est principium, sed alias, quo quid incipiat, ut viae Appiae porta Capena: alias, ex quo quid constat, ut aqua terra, aër. — **7)** Item, id, quod in aliqua re principatum tenet. *Vulg. Interpr. Eccli. 11. 5. de ops*. Initium dulcoris habet fructus illius. — **8)** Pro auspiciis, quia haec omni rei gerendae initium praebent. *Curt. 8. 9.* Novis initiis et omnibus opus est. — **9)** Speciatim

II. *Initia* saepe sunt mysteria et sacra Cereris, ita dicta, quod ab ea initium vitae sit, vel quod ea sacra essent initium melioris vitae. *Varr. 3. RR. 1.* Nec sine causa Terram eandem appellabant et Cererem, et qui eam colerent, piam et utilem agere vitam credebant: atque eos solos reliquos esse ex stirpe Saturni regis. Cui consentaneum est, quod initia vocantur potissimum ea, quae Cereri fiunt, sacra. *Cic. 2. Leg. 14.* Nam cum multa eximia divinaque videntur Athenae tuae peperisse, atque in vita hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem, et mitigati sumus; initiaque ut appellantur, ita re vera principia vitae cognovimus: neque solum cum laetitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. *Justin. 2. 6.* Per ordinem deinde successionis regnum ad Erechtheum descendit, sub quo frumenti satio apud Eleusin a Triptolemo reperta est: in cuius muneris honorem noctes initiorum sacratae. — **10)** Item res, quae in huiusmodi initiis adhiberi solent. *Catull. 63. 8.* Niveis citata cepit manibus leve tympanum: Tympanum, tubam, Cybele, tua, mater, initia. — **11)** Alia quoque sacra aliquando *initia* appellantur. *Varr. 2. RR. 4.* Initiis pacis, foedus cum feritur, porcus occiditur. *Curt. 8. 1.* Initia Samothracum. *Apul. Apol. 55.* Sacrorum pleraque initia in Graecia participavi. V. PRINCIPIUM. — **12)** Speciatim

III. *Initium* apud Scriptores Ecclesiasticos varie adhibetur tum proprie, tum translate, ut colligi potest ex sequentibus. *Vulg. Interpr. Mich. 5. 2. de Verbo Dei.* Et egressus eius ab initio, a diebus aeternitatis; *h. e.* ab ipso Deo Patre, apud quem ab aeterno erat. *Id. Marc. 10. 6.* et *13. 19.* Ab initio creaturae; *h. e.* ab exordio creationis. Adde *1. Petr. 5. 4.* — *Id. Iacob. 1. 18.* Ut simus initium aliquod creaturae eius. *Id. Apocal. 21. 6.* Ego sum A et Ω: initium et finis. — *Id. Eccli. 25. 16.* Timor Dei initium dilectionis eius; fidei autem initium agglutinandum est ei. *Id. ibid. 25. 33.* A muliere initium factum est peccati. *Id. ibid. 29 28.* Initium vitae hominis, aqua et panis.

Nota. Discrimen inter *principium* et *initium* habet *Vetus Grammat.* in *Append.* ad *Prob. p. 450. Endl.* « *Principium* primam partem carminis significat: *initium* vero uniusculiusque rei incidentis coeptum esse demonstrat. » Cf. *Isid. 1. Differ. n. 289.* et *475.*

ĬNĬTO, as, āre. Verbum origine intransitivum, sed transitivorum more etiam adhibitum, specie frequentativ. ab *ineo;* saepe ac lubens ineo. *Pacuv.* apud *Diomed. 1. p. 336. Putsch.* Loca horrida initas. *Gloss. Philox.* Inito; ἐμβατεύω.

ĬNĬTUS, a, um. Particip. verbi *ineo*, adiectivorum more etiam adhibitum, atque iisdem fere significationibus, quibus gaudet verbum. *Cic. 3. Leg. 19.* Altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat, nondum initis seditiosis tribunis plebis. *Alii tamen leg.* Et nondum natis seditiosis etc. *idest* nondum creato vel constituto magistratu tribunorum. *Vellei. 2. 65.* Inita potentiae societas; *contratta*. *Caes. 2. B. G. 2.* Inita aestate; *principiata*. *Liv. 28. 12. ad fin.* Hispania prima Romanis inita; *h. e.* adita, intrata; *entrata, invasa*. *Cic. 3. Nat. D. 29.* Inita subductaque ratione; *fatti i conti*. *Vellei. 2. 45.* Initum adulterium; *h. e.* patratum. Et *88.* certamen; *attaccata la battaglia*. *Ter. Andr. 5. 1. 8.* Ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes; *principiato, promesso, accordato*. *Colum. 5. 9. ad fin.* Arbores terebrari Gallica terebra convenit, atque ita in foramen viridem taleam demitti: sic velut inita arbor fecundo semine fertilior exstat; *h. e.* veluti mare admisso gravidata.

ĬNĬTUS, us, m. Verbale ab *ineo;* ingressus, adventus. *Lucret. 1. 12.* Aëriae primum volucres te, Diva, tuumque Significant initum, perculsae corda tua vi. *Al.* initium *leg.* ut sit synaeresis. — **2)** Item initium; *principio*. *Lucret. 1. 584.* Unde initum primum capiat res quaeque movendi. *Id. 2. 269.* Ut videas initum motus a corde creari. — **3)** Speciatim de coitu brutorum animalium. *Ovid. 4. Fast. 94. de Venere*. Perque suos initus continet omne genus. *Plin. 8. 69. 2.* Et quae non primo initu generare coeperit. *Id. 10. 83. 9.* Sues initam matutinum appetere.

INĪUCUNDĒ. Adverb. ab *iniucundus;* ingrate, insuaviter; *spiacevolmente*. — Adhibet in comparativo gradu *Cic. 1. Att. 20.* Iles quae mihi asperius a nobis atque nostris, et iniucundius actae videbantur.

INIŪCUNDĬTAS, ātis, *f.* Abstractum ab *iniucundus;* insuavitas; *spiacevolezza*. *Cic. 2. Nat. D. 55.* Ne quid habeat iniunditatis oratio.

INIŪCUNDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *iucundus*. — Comparat. *iniucundior* §. 1. — Proprie est non iucundus, qui displicet, minimeque gratus, insuavis, tristis, molestus; *noioso, spiacevole*. *Cic. 1. Fin. 1. extr.* Minime nobis iniucundus labor. *Id. 3. Q. Fr. 8. a med.* Rumor dictatoris iniucundus bonis. *Plin. 25. 36. 1.* Herba odore non iniucundo. *Gell. 15. 20.* Iniucundus et laxior vocis sonus. *Quintil. 10. 1. ad fin.* Levis quidem, sed non iniucundus tamen auctor. — *Cael. Aurel. 1. Chron. 4. 125.* Odoramenta ex pice, bitumine . . . virtutis iniucundioris, adeo ut etiam recte valentium impleant caput. — **2)** Est etiam sermone asper, severus, acerbus. *Tacit. Agric. 22.* Apud quosdam acerbior in conviciis narrabatur, ut bonis comis, ita adversus malos iniucundus: ceterum ex iracundia nihil supererat.

INIŪDĬCĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *iudicatus;* non iudicatus. *Cato* apud *Gell. 15. 25.* Decem hominibus vitam eripis, indicta causa, iniudicatis, indemnatis. *Quintil. 10. 1. ante med.* Id iniudicatum relinquo; *indeciso*. *Cael. Aurel. 2. Acut. 1. 8.* Causa occulta atque apud Veteres discrepans et iniudicata.

INIŬGĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *iugatus;* qui iugum non habet. *Sidon. 3. ep. 16. in carm.* Vinxit ad tauri latus iniugati.

INIŪGIS, ge. Adiect. ab *in* et *iugis*, ut *Iniuges hostiae*, dictae quae nunquam domitae, aut iugo subditae fuerant. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.* et *Macrob. 3. Saturn. 5.* Addit *Manilius Chrestus* apud *Fulgent. Planc. de prisco serm.* Iniuges boves Minervae sacrificari, quia virginitas iugum nescit maritale, et virtus nunquam est iugo prementi subiecta. — In sing. num. *Gloss. Isid. n. 885.* Iniux bos, nondum iugo iunctus. — **2)** *Iniuges versus* sunt, qui nulla coniunctionis syllaba copulantur, quos Graeci ἀσυνδέτους nuncupant, sicut *(Virg. 7. Aen. 170.) Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis*. Nullus enim coniunctionis nexus occursat. Haec *Diomed. 3. p. 498. Putsch.*

Digitized by Google

INIUNCTĬO, ōnis, f. Verbale ab *iniungo;* actus iniungendi; *commissions, comando. Sidon. 9. ep. 2.* Quae litterae plurimum nobis honoris, plus oneris imponunt: unde et ipsarum sic benedictione laetor, quod iniunctione (hac *sollic.* oneris) confundor.

INIUNCTĬVUS, a, um. Adiect. verbale ab *iniungo;* iniunctus, additus. *Inscr.* edita a *Garrucci* in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1852. p. 51.* Provinciae Samniticum iniunctivae vicis merito. *Momms.* qui eandem edidit in *Inscr. Regni Neapol. n. 4620.* legit *adiunctiva*, sed minus recte, si fides sit *Garrucci loc. cit.*

INIUNCTUS, a, um. Particip. verbi *iniungo*, idem quod iunctus, coniunctus; *unito, congiunto. Liv. 5. 7.* Cum agger promotus ad urbem, vineaeque tantum non iniunctae moenibus essent. *Scaevola Dig. 19. 1. 32. extr.* Ante domum mari iniunctam. *Iabolen. ibid. 2. 57.* Area iniuncta domui. *Pallad. 3. 10.* Vitis transferatur ad scrobem, cui arbor iniuncta est; *h. e.* implantata, vel prope plantata. — **2)** Item mandatus; *ingiunto, commesso. Liv. 32. 3.* Seu iniuncta seu suscepta foret militia. *Al. leg.* invita. *Tacit. Agric. 13.* Iniuncta imperii munera impigre obeunt. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INIUNCTUM, i, n. Figura Rhetorica, eadem, quae a Graecis *antistoichon* aut *hypozeugmenon* dicitur, de qua *Aquila* et *Capella* locis citatis in VV. ANTIZEUGMENON et HYPEZEUGMENON. — **4)** Deinde

II. *Iniunctus* est etiam adiect. ab *in* negativa et *iunctus;* non iunctus. *Tertull. 2. ad Uxor. 2.* Fideles iniuncti; *h. e.* non iuncti matrimonio.

INIUNGO, gis, xi, ctum, gĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *iungo*, cuius variationes sequitur. V. IUNGO. — **b)** Particip. *iniunctus*, V. suo loco. — **c)** Derivata. *iniunctio, iniunctivus.*

INIUNGO proprie est idem quod iungo. adiungo, innecto, coniungo. *Liv. 44. 5.* Duo validi asseres in terra defigebantur: in eos transversi incumbentes tigni, ut pons esset, iniungebantur. *Id. 37. 26.* Vineas et aggerem muro iniunxit. *Colum. 8. 5. a med.* Fenestellis scandulae iniungantur. *Id. 6. 2.* Iugum quarto die accipiunt, cui ramus illigatur, et temonis vice trahitur: interdum et pondus aliquod iniungitur; *h. e.* adalligatur. Sic *5. 21.* Singulis brachiis licebit bina iniungere flagella. *Al. leg.* iungere. *Pallad. 1. 6. circa med.* Pro macie, vel soliditate vitium, nutrienda sarmenta putator iniungat; *h. e.* non amputet, sed reservet, et pedamento suo iniungat. — **2)** Translate. *Aurel. Viet. vir. illustr. 30.* Ne respublica male administraretur, amicitiam cum eo iunxit. *Plerique al. leg.* iunxit. — **3)** Pro plantare, serere; *piantare. Pallad. 1. 6. ante med.* Inter novellas vites omnino nihil est conserendum. Graeci iubent, exceptis caulibus, tertio anno, quae libebit iniungere. — **4)** Saepe est imponere; *imporre. Cass. 7. B. G. 77.* Civitatibus aeternam servitutem iniungere. *Liv. 5. 4.* alicui novum laborem. Et *26. 35. extr.* seu aequum, seu iniquum onus. *Id. 39. 37.* leges alicui. *Traian.* ad *Plin. ep. 10. 35.* Iniungo mihi, ut mittam nova diplomata; *h. e.* legem mihi impero, statui. *Hirt. B. Alex. 44.* moram sibi aut necessitatem. *Tacit. Agric. 15.* delectus. Et *Germ. 25.* tributum. *Liv. 8. 32.* ignominiam. *Plin. Paneg. 86.* sibi tormentum; *h. e.* sibi ipsi vim facere, se macerare. *Ulp. Dig. 47. 15. 2.* alicui poenam extraordinariam. — **5)** Item demandare; *commettere, ingiungere. Liv. 5. 55.* Iniungere alicui munus comitiorum habendorum. *Plin. Paneg. ult.* In istis officiis, quae e studiis nostris circa tuendos socios iniunxeratis. *Id. 2. ep. 18.* Quid a te iucundius mihi potuit iniungi, quam ut praeceptorem fratris tui liberis quaererem? *Id. 5. ep. 9.* Mihi Bassus iniunxerat, ut defensionis fundamenta iacerem. Et *ep. 13. ad fin.* Iniungo autem, et pro rei magnitudine rogo, ut etc. — **6)** Item afferre, inferre, irrogare; *recare, fare. Liv. 5. 55. extr.* Iniuriam a nobis repulsam iniungimus aliis. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 13. a med.* Ne quod detrimentum respub. iniungant. *Ulp. Dig. 50. 16. 133.* damnum alicui. — **7)** Item addere, indere. *Val. Max. 6. 9. n. 12.* Crasso pecuniae magnitudo locupletis nomen dedit: sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem iniunxit.

INIŪRĀTUS, a, um. Particip. verbi *iniuro;* qui non iuravit; *chi non ha giurato. Cic. Caecin. 4.* Cum id iurati dicunt, quod ego iniuratus insimulo. *Plaut. Amph. 1. 1. 251.* Iniurato scio plus credet mihi, quam iurato tibi. *Liv. 10. 41. a med.* Pariter iurati iniuratique fugiunt. *Cic.* vertens *Euripidis* versum, *3. Offic. 29.* Iuravi lingua, mentem iniuratam gero.

INIŪRĬA (et Iniuria), ae, f. Abstractum ab *iniurius* (quod V. §. b.), quo significatur omne id, quod non iure fit, sive re fiat, ut cum manus inferuntur, sive verbis, ut in convicio et contumelia; *ingiuria, torto, ingiustizia. Ulp. Dig. 47. tit. 10.* qui est *De iniuriis, l. 1.* Iniuria ex eo dicta est, quod non iure fiat; omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur: hoc generaliter. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia. Interdum iniuriae appellatione damnum culpa datum significatur: interdum iniquitatem iniuriam dicimus. *Auct. ad Herenn. 4. 25.* Iniuriae sunt, quae aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam violant. *Cic. 5. Fin. 21.* Alienum est a sapiente non modo iniuriam cui facere, verum etiam nocere. *Ulp. Dig. 47. 10. 1. a med.* Nulla iniuria est, quae in volentem fit. *Ter. Adelph. 2. 1. 35.* Tibi a me nulla orta est iniuria. *Virg. 5. Aen. 604.* Si sceleris tanta est iniuria nostri, Spargite me in fluctus; *l'ingiustizia, la gravità. Ter. Hecyr. 5. 1. 14.* Iniuriam offerre alicui. *Cic. 1. Offic. 7. extr.* alicui inferre. *Id. 6. Verr. 9.* imponere. *Id. Parad. 4.* facere et immittere in aliquem. *Id. Divin. Verr. 18.* accipere ab aliquo. *Id. Amic. 21.* pati. *Id. Rosc. Am. 50.* propulsare. *Caes. 1. B. C. 7. extr.* defendere. *Id. 1. B. G. 20.* condonare alicui. Et *7. ibid. 38. extr.* persequi. *Ter. Hecyr. 1. 2. 90.* ferre. *Caes. 1. B. G. 12.* ulcisci. *Ter. Phorm. 5. 1. 5.* Iniuria afficere. *Id. Andr. 5. 1. 8.* Iniuriis onerare. *Id. ibid. 1. 5. 9.* Quo iure, quaque iniuria, praecipitem me in pistrinum dabit; *a ragione o a torto.* Et *Hecyr. 4. 4. 70.* Facis iniuriam, cum fingis causas ad discordiam; *h. e.* iniuste facis. — **2)** Adverbiorum more, in ablativo casu,

INIURIA est iniuste, immerito, cum iniuria; *ingiustamente, a torto, senza ragione. Cic. 1. Catil. 7.* Si me meis civibus iniuria suspectum viderem. *Plaut. Poen. prol. 37.* Ne palma detur cuiquam artifici iniuria. — **3)** Hac ratione saepe habet ante se negantem particulam. *Cic. 3. Q. Fr. 8. ad fin.* Hoc horret Milo, nec iniuria; *e con ragione. Ter. Eun. 3. 1. 45.* Metuebant omnes iam me, Gna. non iniuria. *Id. Heaut. 3. 3. 20.* Credo: neque id iniuria. *Curt. 5. 3. sub fin.* Inexperta remedia haud iniuria ipsis esse suspecta. — **4)** Item *per iniuriam* est iniuste, cum iniuria. *Cic. 5. Verr. 97.* Quid potest esse in calamitate residui, quod non ad miseros aratores per summam iniuriam ignominiamque pervenerit? — **5)** Speciatim

II. *Iniuria* aliquando refertur ad stuprum. *Plaut. Aul. 4. 10. 64.* Ego me iniuriam fecisse filiae fateor tuae. *Id. Cist. 1. 3. 32.* Eius se ex iniuria peperisse gnatam. Adde *Petron. Satyr. 25.* et *140.* — **6)** *Iniuriarum* actio est, cum damnum quodvis culpa alicuius nobis illatum persequimur. *Cic. Caecin. 12. extr.* Actio iniuriarum non ius possessionis assequitur, sed etc. *Plaut. Poen. 5. 5. 37.* Iniuriarum multam dicere. *Ter. Phorm. 2. 2. 15.* Iniuriarum dicam alicui scribere. *Paul. Dig. 47. tit. 10.* qui est *De iniuriis, l. 6.* Agere iniuriarum. *Ulp. ibid. l. 11.* Teneri iniuriarum. *Id. ibid. sub fin.* experiri. Et *l. 13.* Iniuriarum iudicio convenire quempiam. — **7)** De rebus, quae per iniuriam ablatae sunt. *Liv. 29. 1. a med.* Partim edicto, partim iudiciis, etiam in pertinaces ad obtinendam iniuriam, redditis, suas res Syracusanis restituit. — **8)** Nonnumquam active sumitur; scil. ratione eius, qui iniuriam facit; *ingiustizia. Cic. Quint. 2.* Id accidit praetoris iniquitate et iniuria. *Id. Parad. 2. ad fin.* Quocumque aspexisti, ut furiae, sic tuae tibi occurrunt iniuriae, quae te respirare non sinunt. *Id. Caecin. 11.* Ut meum ius teneam, et tuam iniuriam persequar. *Plaut. True. 1. 2. 66.* Vostra hercle factum iniuria, quae properavistis, etc. — **9)** Videtur etiam sumi pro iniudicta iniuriae. *Liv. 42. 1. extr.* Iniuria consulis, etiam si insta, non tamen in magistratu exercenda. *Est qui ira vult legi. Virg. 5. Aen. 236.* dira fames, nostraeque iniuria caedis. — **10)** Et pro nimia severitate et saevitia. *Ter. Heaut. 5. 2. 59.* matres omnes filiis in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria Solent esse. Et *1. 1. 85. filius* carens patria ob meas iniurias. — **11)** Denique

III. *Iniuria* frequenter significat laesionem, damnum, detrimentum, quod vel ex rebus inanimis proficiscitur, vel ipsis rebus inanimis infertur; *lesione, danno, strapazzo, incomodo. Plin. 5. ep. 5.* Orabat, ut se ab iniuria oblivionis assereret. *Colum. 11. 3.* Veprem post ignis iniuriam melius renasci. *Id. 9. 1.* Quidquid sub iniuria pluviarum magis diuturnum est. *Id. 3. 18.* Nulla stirps vexata et infracta melius proveuit, quam quae integra et inviolata sine iniuria deposita est. *Id. 5. 6. ante med.* Ut novae virgae ab iniuria pecoris tutae sint. *Plin. 15. 47. 4.* Cytisus non aestuum, non frigorum, non grandinum, aut nivis iniuriam expavescit. *Id. 19. 60. 1.* Porrum, raphani, apium in translatione desinunt sentire iniurias. *Iustin. 43. 2.* Puellam vinculis onerat, ex quorum iniuria decessit. *Suet. Aug. 13.* Qui desiderabatur, repente comparuit incolumis, ac sine iniuria. *Cels. 2. 10. ante med.* Opportuniores hae partes iniuriae sunt, quam quae iam male habent; *più esposte a risentirsi.* Et *Plin. 33. 35. 3.* Tam opportuna iniuriae subtilitas erat; *tanto facile a rompersi.* — Iniurias *Id. 22. 8. 1.* vocat ictus, morsusque animalium. *Seren. Sammon. 35. 452.* Cum saevit penitis haerens iniuria lumbis; *h. e.* morbus et dolor. — *Rutil. 1. Itiner. 119.* Abscondat tristem deleta iniuria casum. *Alludit ad Urbem ab Alarico captam.*

Nota. Discrimen inter *contumeliam* et *iniuriam* V. sub v. CONTUMELIA in *Nota* I.

INIŪRĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *iniurio;* iniuria affectus. *Boëth.* in *Aristot. Anal. poster. 2. 14.* Achilles et Aiax quid unum omnes habent? Non tolerare iniuriati. *Cassiod. 12. Var. 11.* Nullis maculis iniuriata. V. INIURIO §. 1.

INIŪRĬĒ. Adverb. ab *iniurius.* — Superlat. *iniuriissime,* infra. — Est idem ac iniuriose. *Naevius* apud *Non. 2. 429.* Iniurie facere. *Ammian. 16. 12. ad fin.* Quidam Iulianum iniuriissime Victorinum nominabant. *Alii rectius leg.* irrisive.

Digitized by Google

INIŪRĬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. forma activa, pro qua etiam intransitive, deponentium more, usurpatum reperitur. — Particip. *iniuriatus* §. 1. et suo loco. — Proprie est iniuriam facio, iniuria afficio; *ingiuriare*, *far ingiuria*. *Acta SS. Victoris et Socc. n. 5.* Pius Domini confessor ab omnibus iniuriatur. *Acta SS. Firmi et Faustini, n. 2.* Solventes eum ministri iniuriaverunt eum. *Cassiod. 10. Var. 30.* Elephas laesus servat offensam et longo post tempore reddere dicitur, a quo iniuriatus esse sentitur. *Optat. 3. Schism. Donat. 4.* deponitis sub Leontio, sub Ursacio iniuriatos esse quam plurimos. — *Rustic. Disp. contra Acoph. p. 1248. Migne.* Deus quidem Verbum, quia iniuriatus sit carne, minime denegamus. Adde *Boëth.* in *Aristot. Anal. poster. 2. 14.* — **2)** Deponentium more,

INIURIOR, aris, ātus sum, āri. Intransitive est iniuriam facio. *Senec. Constant. 3.* Omne fortuitum citra nos saevit atque iniuriatur. *Al. aliter leg.* — Impersonaliter *Tertull. advers. Gnost. 6.* Plus victoriatum est, quam iniuriatum. *Alii aliter leg.* V. VICTORIOR.

INIŪRĬŌSĒ. Adverb. ab *iniuriosus*. — Comparat. *iniuriosius* et superlat. *iniuriosissime*, infra. — Est cum iniuria; *ingiuriosamente*. *Cic. 1. Q. Fr. 1. 7.* Quae in magistratibus iniuriose decreverant. *Id. Manil. 6.* Maiores vestri saepe, mercatoribus ac naviculatoribus iniuriosius tractatis, bella gesserunt. *Augustin. de 83. quaestionib. n. 82.* Quae in eos, qui iuste vivunt, iniuriosissime cogitantur.

INIŪRĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *iniuria*. — Comparat. *iniuriosior* et superlat. *iniuriosissimus* §. 1. — Proprie est qui iniuriam infert, iniurius, iniustus. *Cic. 1. Offic. 14.* In eo peccant, quod sint iniuriosi in proximos. *Id. 1. Leg. 14.* Iniuriosa et facinorosa vita. *Auct. ad Herenn. 4. 25.* Avaritia, iniuriosa appetitio alienorum. *Senec. 2. controv. 12. ante med.* Adversus patrem iniuriosior. *Hadrian. Imp. in ep.* apud *Vopisc. Saturnin. 8.* Genus hominum seditiosissimum, iniuriosissimum. — **2)** Translate. *Horat. Epod. 17. 33.* donec cinis iniuriosis aridus ventis ferar. — **3)** Item damnosus, perniciosus; *nocevole*, *dannoso*. *Plin. 17. 37. 9.* Cum circum fossor iniurioso ictu vitem verberavit. *Cic. Balb. 9.* In socios vero ipsos iniuriosum et contumeliosum est. *Horat. 1. Od. 35. 13. ad Fortunam.* Iniurioso ne pede proruas Stantem columnam.

INIŪRĬUM, V. INIURUS.

INIŪRĬUS, a, um. Adiect. ab *in* negativa et *ius*, *iuris*, quod V. — **b)** *Iniouria* scribitur ἀρχαικῶς in *Tabula Genuate* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 199. lin. 45.* « Ob iniourias iudicati. » — **c)** Alia forma est *iniurus*, quacum est etiam in antiquis MSS. et editis libris confusum. V. suo loco. — **d)** Derivata, *iniuria*, *iniurie*, *iniurio*, *iniurior*, *iniuriose*, *iniuriosus*. — **e)** Compositum, *periniurius*.

INIURIUS est qui contra ius agit, iniuriosus, iniustus, iniquus; *ingiurioso*, *ingiusto*. *Cic. 3. Offic. 23.* Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebit ne eam sapiens, si potuerit? negat, quia sit iniurium. *Ter. Andr. 2. 3. 2.* Si id succenseat, ipsus sibi esse iniurius videatur. *Id. Hecyr. 1. 1. 15.* Iniurium autem est ulcisci adversarios. V. INIUNUS.

INIŪRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* negativa et *iuro*. — Particip. *iniuratus*, V. suo loco. — Est non iuro; *non giurare*. *Inscr.* opt. notae apud *Marini Frat. Arv. p. 70.* Ex hac lege magister, magistrive iudicium danto: Qui iniuraverit . . . , recuperatorem unum communem adeunto, simulque iuranto.

INIŪRUS, a, um. Adiect. origine et significatione idem ac *iniurius*, (quod V. §. c.); qui contra ius agit, iniustus, exlex, ut *periurus*. *Plaut. Pers. 3. 3. 4.* Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi. *Al. leg.* iniurie. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 110. Müll.* Iniurum, periurum. *Alii leg.* Iniurium. V. *Müll.* ad h. l.

INIUSSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *iussus;* non iussus; *non comandato*. *Horat. 1. Sat. 3. 2.* inter amicos Ut nunquam inducant animum cantare rogati, Iniussi nunquam desistant. *Lucan. 7. 38.* Iniussus puer. — **2)** Item de animalibus pro spontaneo. *Horat. Epod. 16. 49.* iniussae veniunt ad mulctra capellae. — **3)** Translate de rebus pro naturali. *Virg. 1. G. 55.* atque iniussa virescunt Gramina. *Colum. 10. 16. tellus* iniussi consternitur ubere mali.

INIUSSUS, us, m. Abstractum ab *in* et *iussus;* sine iussu, alio non praecipiente; *senza comandamento*. Usurpatur fere in ablativo. *Cic. Balb. 15.* Populus Rom. non potest iniussu suo religione obligari. *Id. Senect. 20.* Vetatque Pythagoras, iniussu imperatoris, id est, Dei, de praesidio et statione vitae decedere. *Liv. 3. 63.* Senatus in unum diem supplicationes decrevit: populus iniussu et altero die frequens it supplicatum. *Id. 4. 32. ad fin.* Magistro equitum praecipit, ne iniussu pugnam incipiat. *Hirt. B. Afr. 61.* Pars equitatus iniusso ac temere longius progressi, etc.

INIUSTĒ. Adverb. ab *iniustus*. — Superlat. *iniustissime* §. 3. — Proprie est sine iustitia; *a torto*. *Cels. 7. 3.* Morbus ipse, sive subito solutus est, sive permanet, non iniuste terret; *non senza ragione*. — **2)** Item extra modum. *Sammonic. 29. 4.* Post partum tumidas iniuste assurgere mammas interdum aspicies. — **3)** Frequentius est inique, iniuriose; *ingiustamente*. *Cic. Flacc. 17.* Facis iniuste, Laeli, si putas periculo nostro vivere tuos contubernales. *Nep. Themist. 7.* Lacedaemonios male et iniuste facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universae Graeciae utile esset. *Sall. Iug. 90.* Iniustissime luxuria et ignavia, pessimae artes, illis qui coluere eas, nihil officiunt, reipublicae innoxiae cladi sunt. *Plaut. Capt. 2. 2. 58.* Iniuste imperare alicui. *Id. Bacch. 5. 5. 39.* Dicere iniuste in aliquem. Et *Poen. 5. 2. 77.* Loqui iniuste alicui; *sparlare*.

INIUSTĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *iustifico;* conditio eius, qui non est iustificatus. — Translate pro iniuria. *Interpr. ep. S. Ignatii ad Rom. 5.* In iniustificationibus autem ipsorum magis erudier.

INIUSTĬTĬA, ae, f. Abstractum ab *iniustus;* iniquitas; *ingiustizia*, *iniquità*. *Cic. 1. Offic. 7.* Sed iniustitiae duo genera sunt: unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam. *Id. ibid. 13. extr.* Totius autem iniustitiae nulla capitalior est, quam eorum, qui tum cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. — **2)** Item nimia severitas. *Ter. Heaut. 1. 1. 82.* Ego cum hinc eieci iniustitia mea; *indiscretezza*.

Nota. Discrimen inter *delictum* et *iniustitiam* dedimus sub v. DELICTUM in *Nota*.

INIUSTĬTĬUM, ii, n. Abstractum ab *in* et *iustitium*, idem quod iniustitia. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Iniustitium; ἀδικία.

INIUSTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *iustus*. — Comparat. *iniustior* §. 2., superlat. *iniustissimus* §. 4. — Proprie est non iustus, qui a modo et ratione recedit, sive excedendo, sive deficiendo; *irragionevole*, *indiscreto*. *Cic. Orat. 10. extr.* Ut, si sustinere tantam quaestionem non potero, iniusti oneris impositi tua culpa sit; *h. e.* immodici, et meas vires excedentis. *Stat. 6. Theb. 774.* iniustis collatum viribus hostem: *h. e.* iniquis, imparibus, maioribus. *Liv. 42. 3.* Iniustum foenus. — **2)** Item qui a iustitia; *ingiusto*. *Cic. 5. Tusc. 20.* Vir maleficus natura et iniustus. *Ter. Adelph. 1. 2. 18.* Homine imperito nunquam quidquam iniustius, Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat. *Cic. Flacc. 38. extr.* Nemo erit tam iniustus, quin potius de praemiis meis, quam de poena cogitandum putet. *Virg. 3. Ecl. 35.* Iniusta noverca. — **3)** Translate. *Liv. 7. 29.* Samnites Sidicinis iniusta arma quum intulissent. *Ovid. 12. Heroid. 176.* iniustis auris apta loqui; *h. e.* iniquis, inimicis. *Id. 3. Pont. 4. 75.* laedere vivos Livor, et iniusto carpere dente solet; *h. e.* invido, maligno. *Id. 2. Amor. 11. 12.* Iniustum mare; *h. e.* aeque iniquum omnibus. *Senec. Troad. 345.* Est quidem iniustus dolor rerum aestimator. — **4)** Passive, non debitus, immeritus; *indebito*, *non meritato*. *Cic. 2. Orat. 30.* Ut illa non Norbani seditionem, sed populi R. iracundiam, neque eam iniustam, sed meritam ac debitam fuisse, defenderes. *Id. 3. Offic. 21.* Id quam iniustum in patriam, quam inutile, quam turpe esset, non videbat. *Id. 5. Fam. 17.* Iniustissima atque acerbissima incommoda. Sic *Virg. 3. G. 346.* acer Romanus in armis Iniusto sub fasce viam cum carpit. *Ovid. 5. Met. 277.* Iniustaque regna tenebat. — **5)** Absolute, substantivorum more,

INIUSTUM, i, n. Est iniustitia; *ingiustizia*. *Horat. 1. Sat. 3. 111.* Iura inventa metu iniusti, fateare necesse est.

INIŬVĔNESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *iuvenesco;* valde iuvenesco. *Lactant. Plac.* (edente *A. Maio* in *Class. auct. T. 3. p. 157.*) *fab. 158.* Eisdem remediis, quibus et Aeson iniuvenescebat, Liberi nutrices in iuvenilem vigorem redigens (*Medea*), Libero aeternum secum beneficii pignus firmavit.

INIUX, ūgis. V. INIUGIS §. 1. *fin.*

ĪNIXŬPĔRĀBĬLIS. V. INEXSUPERABILIS §. 2. *fin.*

INL. — V. **ILL.** — praeter sequentia.

INLĀMENTĀBĬLIS et Illamentabilis, le. Adiect. ab *in* et *lamentabilis;* non lamentabilis. *Hormisd. pap. ep. 70.* Dignissimus dolor, qui dedita Deo corda contristat; nec enim est apud eos lapsus inlamentabilis, quibus est ignieulus caritatis.

INLARGĬO et Illargio, is, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *largior*, idem quod largior. *Cato* apud *Non. 7. 19.* Pecuniam inlargibo tibi. *Alii tamen leg.* largibo. Cf. *Iordan, Catonis fragmm. p. 52.*

INLŪCĬDO et Illucido, as, are. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *lucido;* lucidum reddo. *Mar. Victorin. de Verbis: factum est vespere et mane, 1.* Sed dico, cum hic dies sit, ostendite mihi, in qua parte noctem esse asseveretis, quando totae plagae coeli per diem inlucidentur.

INLŪDUS et Illudus, a, um. Adiect. ab *in* et *ludus*, quod vi compositionis in adiectivum transiit; qui est sine ludo. *Inscr.* Pompeiana apud *Garrucci, tab. XX.* Ianuarius inludus.

INM. — V. **IMM.** — praeter sequens.

INMĪRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* intentiva et *mirabilis;* valde mirabilis. Legitur in titulo sepulchrali apud *Perret, Catac. de Rome pl. XXVIII. n. 165.*

INNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *no;* innavigabilis; *che non si può*

Digitized by Google

nuotare o navigare. *Ovid. 1. Met. 16.* Sic erat instabilis tellus, innabilis unda.

INNARRĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *narrabilis;* inenarrabilis. *Lactant. carm. de Phoenic. 54. ex MS. Voss.* Innarrabilibus nocte dieque sonis. *Al. aliter leg. Not. Tir. p. 72.* Narrabilis, innarrabilis.

INNASCĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *nascibilis;* qui nasci non potest. *Tertull. Praescript. advers. Haeret. 46.* Innascibilem virtutem; idest Deum. Adde *Interpr. Irenaei*, 2. *Haeres. 34. 2.* et *Hilar.* in *Psalm. 134. n. 8.*

INNASCĬBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *innascibilis;* conditio eius, qui innascibilis est. *Hilar. 9. Trinit. 54.* Maior itaque Pater Filio est: et plane maior, qui tantum donat esse, quantus ipse est: cui innascibilitatis esse imaginem sacramento nativitatis impertit, etc. Adde *De Synod. 26. Vigil. Taps. 1. contra Arian. 12.* Patri novum innascibilitatis nomen Ecclesia imposuit.

INNASCOR, scĕris, tus sum, sci. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *nascor*, forma deponens. — **b)** Antiquis etiam *ignascor* pro *innascor* scriptum fuisse monstrat particip. *ignatus* pro *innatus*. V. IGNATUS. — **c)** Particip. *innascens* §. 1., *innatus*, V. suo loco.

INNASCOR proprie est idem ac nascor, vel simul aut in aliqua re nascor; *nascere; Horat. 1. Sat. 3. 37.* Neglectis urenda filix innascitur agris. *Mel. 3. 10. 2.* Fortunatae insulae abundant sua sponte gentilis, et subinde aliis super aliis innascentibus. V. INNATUS §. 1. — **2)** Translate. *Cic. 1. Offic. 19.* Quod in hac elatione et magnitudine animi facillime pertinacia, et nimia cupiditas principatus innascitur. *Plaut. Mil. 4. 2. 71.* Non mihi avaritia unquam innata est. *Caes. 1. B. G. 41.* Conversae sunt omnium mentes, summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est.

INNĀTĬVĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *in* et *nativitas;* innascibilitas. *Hilar. Op. Histor. fragmm. 14. n. 2.* Similem esse per omnia Filium Patri, excepta innativitate.

INNĀTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *nato*, sive frequentativ. ab *inno*, quod V. — Particip. *innatans* §. 2. et 3. — Proprie est in aliquem locum nato, adnato; *entrare notando. Cic. 2. Nat. D. 48.* Cum pisciculi parvi in concham hiantem innataverint. — **2)** Item super aquam nato, fluito, supernato; *galleggiare, star sopra l'acqua. Id. ibid. 59.* Beluae partim submersae, partim fluitantes et innatantes. *Colum. 4. 1. sub fin.* Humus condensata subsidit, ac velut innatantes, radices vitium summo solo destituit. Et *12. 4. sub fin.* Ubi non innatent, sed semper sint iure submersa. *Plin. 8. 38. 5.* Homines fluminl innatant. *Horat. 2. Sat. 4. 39.* Iactuca innatat acri Post vinum stomacho. — **2)** Translate. *Quintil. 10. 7. sub fin.* Ita enim servabitur pondus, et innatans illa verborum facilitas in altum reducetur; *superficiale ed esterna*. Loquitur de extemporali dicendi facultate. *Id. 7. 1. a med.* Haec veluti innatantia videbunt; *h. e.* exstantia, manifesta, in oculos incurrentia. — **4)** Pro influere, inundare. *Plin. 8. 10. 5.* Nilus fecundus innatat terrae; *si spande*. Adde *Plin. alter, 8. ep. 17.* — **5)** Eleganter de comis dicitur. *Val. Flacc. 3. 525.* tenui vagus innatat unda Crinis, ad obscurae decurrens cingula mammae. — **6)** Transitivorum more.

II. *Innato*, cum accusativo, qui tamen potest etiam explicari ex praepos. *in*, quae inest in ipso verbo. *Virg. 2. G. 451.* torrentem undam levis innatat alnus. — *Apul. 1. Met. 9.* Et nunc senex ille dolium innatans vini sui, etc. Cf. *Hildebr.* ad *Eund. 3. ibid. 17. fin.* et V. INNO.

INNĀTŪRĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *naturalis;* non naturalis; *innaturale. Boëth.* in *Aristot. Categ. 3. p. 178.* Quoniam cum verecundia fit, in os omnis sanguis egreditur, ita quoque fit ruber ex sanguinis progressione. Quocirca si hoc ex innaturali passione contigerit, naturali facies rubore perfunditur.

INNĀTUS, a, um. Particip. verbi *innascor;* in aliqua re natus, intus natus, insitus; *nato in qualche cosa, innato, naturale. Ovid. 7. Heroid. 57.* innataque rupibus altis Robora. *Horat. Art. P. 245.* Fauni innati triviis. *Iustin. 2. 6.* Eodem innati solo, quod incolunt. *Plin. 8. 50. 6.* Innata in cornibus cervi hedera. *Id. 11. 47. 2.* Calvitium uni tantum animalium homini, praeterquam innatum; *h. e.* exceptis iis, quibus naturale est, ut corvis aquaticis, etc. *Id. 57. 25. 2.* Carbunculi innato fulgore radiantes. — **2)** Translate. *Cic. 4. Fin. 2.* Nos habere insitam quandam, vel potius innatam cupiditatem scientiae. *Id. 6. Varr. 48.* Hoc Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur. *Id. Top. 18.* Innata atque insita anteponantur assumptis atque adventitiis. *Caes. 7. B. G. 42.* Iracundia et temeritas, quae maxime illi hominum generi est innata. Et *3. B. C. 92.* Alacritas naturaliter innata omnibus. *Quintil. 9. 3. a med.* Affectatio innata, non arcessita. *Cael. Aurel. 1. Chron. 5. 175.* Fervor innatus sine dubio tumoris est signum. — **3)** Deinde

II. *Innatus* est etiam ab *in* negativa et *natus;* non natus; *non nato. Tertull. advers. Hermog. 5.* et *18.* Innatus Deus: an non et innata materia? *Prudent. Apotheos. 245.* natum scimus ab innato. Adde *ibid. 80.* et *Nicet. de Spirit. Sanct. potent. 2.*

INNĀVĬGĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *navigabilis;* ubi quis navigare non potest; *innavigabile. Liv. 5. 15.* Adeo ut viae clausae, Tiberis innavigabilis fuerit. Adde *Iornand. de reb. Geth. 5.*

INNĀVĬGO, as, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *navigo*. Particip. *innavigans* §. 1. — Est idem ac navigo; *navigare. Mela, 2. 1. ab init.* Europe est modo sinistro latere innavigantium apposita. *Avien. Or. marit. 167.* Et si quis hanc innavigando accesserit. *Alii leg.* in navigando. — **2)** Transitivorum more, passive. *Apul. Mercur. Trism. 25.* Tunc nec terra constabit, nec innavigabitur mare.

INNECTO, ectis, exui, exum, ectĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *necto*. — **b)** *Innectier* pro *innecti*, paragoge, apud *Prud. Psych. 375.* V. loc. infra §. 1. *fin.* — **c)** Particip. *innectens* §. 1., *innexus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *innexo*, *innexus*, *us*.

INNECTO proprie est colligare, adnectere, circumligare; *legare, cingere, stringere, aggruppare. Virg. 7. Aen. 351.* fit tortile collo Aurum, ingens coluber: fit longae taenia vittae, innectitque comas. *Id. 8. ibid. 661.* lactea colla Auro innectuntur. Et *5. ibid. 425.* Et paribus palmas amborum innexuit armis; *h. e.* caestibus palmas induit. *Ovid. 5. Trist. 5. 5.* Innectere tempora sertis. *Id. 10. Met. 578.* fauces laqueo. Et *ibid. 11. 240.* colla lacertis. *Stat. 4. Theb. 26.* brachia collo. *Horat. Epod. 17. 72.* vincla guttori. *Sil. 11. 250.* huic meritas innecte catenas *(Bentlei. ad Horat. loc. cit.* negat *innectere vincula alicui* Latine dici: sed non videtur probare). *Stat. 1. Theb. 511.* ambos innectens manibus, tecta ulterioris ad aulae Progreditur; *prendendoli per la mano*. *Tacit. 4. Hist. 46.* Innecti cervicibus; *h. e.* amplecti cervices. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 241.* innectere retia lustris; *tendere*. *Prudent. Psychom. 357.* rigidas nodis innectier ulnas, *paragoge*. — **2)** Translate. *Virg. 4. Aen. 31.* causas innecte morandi; *h. e.* aliam super aliam affer morandi causam. *Stat. 5. Theb. 745.* plures moras innectere. *Tacit. 6. Ann. 37.* Byrcanis per affinitatem innexus erat. *Senec. Hippol. 446.* Innectere mentem; *h. e.* veneficio illigare.

INNERVIS, ve. Adiect. ab *in* et *nervus*, quod alterum vi compositionis in adiectivum transiit; sine nervis, effeminatus, enervis; *molle. Sidon. 1. ep. 6.* Ad maiora se pingui otio marcidus et innervis animus attollat.

INNEXO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *innecto;* saepe ac lubens innecto. *Gloss. Gr. Lat.* Ἐμπλέκω; implico, innexo. *Id.* Ἐνδέω; innexo, innodo.

INNEXUS, a, um. Particip. verbi *innecto;* illigatus, nexus; *legato, aggruppato. Colum. 11. 1. a med.* Mancipia compedibus diligenter innexa. — Cum accusativo, Graeco more. *Virg. 5. Aen. 510. de columba:* nodos et vincula rupit, Queis innexa pedem malo pendebat ab alto. *Id. 6. ibid. 281.* Vipereum crinem vittis innexa cruentis. Et *7. ibid. 669.* Herculeoque humeros innexus amictu. — **2)** Translate. *Tacit. 3. Ann. 10.* Innexus conscientiae alicuius; *consocio, complice. Virg. 6. Aen. 804.* fraus innexa clienti; *h. e.* conflata, parata. *Gell. 19. 12.* Motus animi innexi implicatique vigoribus quibusdam mentium.

INNEXUS, us, m. Verbale ab *innecto;* actus innectendi. *Apul. 2. Met. 3.* Innexu germanitatis una coaluimus. *Alii leg.* in nexu.

INNĪDĪFĪCO. V. INAEDIFICO §. 2.

INNĪGRĀTUS, a, um. V. voc. seq.

INNĪGRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *niger;* nigrum reddo. *Vulg. Interpr. Ital. Iob. 30. 30.* Cutis mea innigrata est valde. *Vulgata* nostra habet *denigrata. Sex. Placit. de Medic. 28. 1.* Debebit autem tamdiu in ore oleum tenere, donec siccescant capilli, ne et dentes innigrentur.

INNĪSUS. V. voc. seq. §. 1. et 3. et INNIXUS.

INNĪTOR, ĭtĕris, ixus *vel* ĭsus sum, ĭti. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *nitor*, cuius variationes sequitur. V. NITOR. — **b)** Hinc in particip. tam *innixus*, quam *innisus* scriptum reperitur. V. §. 1. et 3. infra et suo loco.

INNITOR proprie est in aliqua re nitor, incumbo, inhaereo; *appoggiarsi, sostentarsi:* cum dativo aut ablativo. *Plin. 17. 35. 26.* Vineis breves ad innitendum cannas circumdare. *Ovid. 14. Met. 685.* Innitens baculo. *Caes. 2. B. G. 27.* Ut etiam qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi proelium redintegrarent. *Stat. 12. Theb. 144.* Debile carpit iter, fractaeque innititur hastae. *Ovid. 5. Met. 599.* Doque leves saltus, udaeque innitor arenae; *fermo il piede sull' arena*. Et *15. ibid. 726.* Innixus moderamine navis. *Liv. 4. 19.* Et ipse hasta innixus se in pedes excepit. *Ovid. 7. Met. 401.* Avis innixa alis; *che si sostenta sull' ali, e vola. Id. 3. Pont. 2. 49.* templa vastis innixa columnis. Et *3. Amor. 1. 31.* pictis innixa cothurnis. *Plin. 16. 36. 1.* Arbores radicibus innituntur. *Tacit. 2. Ann. 29.* Lectica delatus ad fores curiae, innisusque fratri, etc. — Cum accusat. et *in* praepos. *Plin. 7. 34. 5.* In Pansam fratrem innixus. — **2)** *Innitti*

Digitized by Google

etiam dicitur de eo, qui incumbit premendi causa. *Hirt. B. Afr. 84.* Cum elephantus lixam sub pede subditum, deinde genu innixus, pondere suo premeret atque enecaret. — **B)** Translate. *Cic. Har. resp. 27. extr.* Vix haec, si undique fulciamus, iam labefacta, vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohaerebunt. *Tacit. 3. Ann. 50.* Praecipuus, cui secreta imperatorum inniterentur; *si confidassero.* Et *15. ibid. 60.* Salutem suam incolumitate Pisonis inniti. *Quintil. 6. 1. a med.* Omnia curae tutelaeque unius innixa. — **4)** Apud Grammaticos est finire, desinere. *Id. 12. 10. ante med.* Syllabae nostrae in *b* litteram, et *d* innituntur; h. e. desinunt, et veluti incumbunt.

INNIXUS et Innisus, a, um. Particip. verbi *innitor*, quod V. §. 1. et 3., adiectivorum more etiam adhibitum. Hinc *innixum sidus* apud *Avien. Arat. 205.* est Engonasi. V. hanc vocem.

Nota. Discrimen inter *annisum, innisum, obnisum* et *subnisum*, V. sub v. ANNISUS in *Nota*.

INNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *no, as.* — **b)** Particip. *innans* §. *1.* et *2.* — **c)** Derivatum, *innato*.

INNO proprie est in aliquo loco nare, innatare; *nuotare*. *Virg. 10. Aen. 222.* innabant pariter, fluctusque secabant. Et *8. ibid. 93.* fluvio pictas innare carinas. Et *691.* pelago credas innare revulsas Cycladas. *Liv. 21. 26. extr.* Alveos informes (nihil, dummodo innare aquae, et capere onera possent, curantes) raptim faciebant; *stare a galla. Suet. Ner. 12.* Marina aqua innantes beluae. — **B)** Translate est exundare. *Horat. 3. Od. 17. 7.* dicitur Princeps et innantem Maricae Littoribus tenuisse Lirim. — **B)** Transitivorum more, cum accusativo, qui etiam explicari potest ex praepos. *in*, quae inest in ipso verbo,

II. *Inno* est trano, navigando vel nando transeo. *Virg. 5. Aen. 142.* fluviosque innare rapaces; *passare a nuoto*. Sic *8. ibid. 631.* Et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis. *Id. 6. ibid. 134.* Innare Stygios lacus.

INNOBĪLĬTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *nobilitatus;* ignobilis. *Lamprid. Elagab. 4.* Quae nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatae remanerent.

INNŎCĂ. V. INNOCUUS *init.*

INNŎCENCĬĂ. V. INNOCENTIA *init.*

INNŎCENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *nocens.* — **b)** *Innoces* pro *innocens* scribitur in titulo sepulchrali apud *Perret, Catac. de Rome, pl. XXXVI. n. 110.* dulcis et innoces hic dormit Severianus, etc. — **c)** In genitivo plur. habet *innocentum* et *innocentium.* — **d)** Comparat. *innocentior* §. *5.*, superlat. *innocentissimus* §. *1.* — **e)** Derivata, *innocenter, innocentia*.

INNOCENS proprie est qui nemini nocet, innocuus; *che non nuoce, innocuo. Cic. 5. Fam. 18. in fin.* Epistolam tuam conscidi innocentem, nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset. *Martial. 1. 85.* Innocens ruina. *Horat. 1. Od. 17. 21.* innocentis pocula Lesbii ducere. *Plin. 23. 67. 1.* Nec est alius eis pomis innocentior cibus. — **B)** Sensu morali, qui damni in culpa non est, innocuus, innoxius; *innocente, senza colpa. Cic. 5. Tusc. 14.* Innocens is dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet. *Id. Rosc. Am. 20.* Innocens si accusatus sit, absolvi potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. *Id. 6. Verr. 4.* Vir integer, innocens, religiosus. *Id. Brut. 48.* Erat et bonus vir, et innocens. *Martial. 3. 44.* Vir iustus, probus, innocens. *Ter. Adelph. 2. 1. 1.* Verte misero atque innocenti auxilium. *Tacit. 4. Ann. 34.* Verba mea arguuntur: adeo factorum innocens sum. *Flor. 4. 1.* Innocens parricidii. *Cic. 4. Verr. 55.* Innocentissimo patre privatus est. *Tacit. Agric. 45.* Innocenti sanguine perfundi. *Plin. procem. l. 33.* Innocens et beata vita. *Vellei. 1. 11.* Innocentes contentiones. — *Vulg. Interpr. 2. Mac. 8. 4.* Mortes parvulorum innocentum. *Id. Rom. 16. 18.* Seducunt corda innocentium. — *Id. Matth. 27. 4.* Innocens ego sum a sanguine iusti huius. — **B)** Speciatim *innocens* dicitur, qui abstinet se ab alieno, et manus continet, ne quidquam cuiquam detrimenti in re sua inferat: quae laus est praecipua magistratuum provincialium. *Cic. 2. Verr. 4.* Siciliam ita vexavit ac perdidit, ut vix per multos annos, innocentesque praetores recreari posse videatur. *Sall. Cat. 54. de Catone.* Cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat.

INNŎCENTER. Adverb. ab *innocens*. — Comparat. *innocentius*, et superlat. *innocentissime*, infra. — Est sine noxa, sine culpa, innoxie; *innocentemente. Quintil. 7. 4. circa med.* Innocenter vivere. *Tacit. 4. Ann. 44.* Opes innocenter paratae, et modeste habitae. *Plin. 18. 75. 1.* Omnia, quae caeduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiunt; h. e. salubrius, melius, a damno magis procul. *Tacit. 1. Hist. 9.* Innocentius agere. *Auct. declam. in Sallust. 2.* Vita innocentissime acta.

INNŎCENTĬĂ (et Innocencia in *Gloss. Lat. Gr.*), ae, f. Abstractum ab *innocens;* conditio eius, qui est innocens; *innocenza. Plin. in fin. Hist. nat.* Italia principatum obtinens nemorum salubritate, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, etc. *Pallad. 1. 35. a med.* Nocentes spiritus innocentia fumi graveolentis exagitat. — **B)** Saepius refertur ad mores et est probitas, integritas, iustitia, sanctitas; *innocenza. Cic. 5. Tusc. 8.* Innocentia, quae apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest ἀβλάβειαν. Nam est innocentia affectio talis animi, quae nocet nemini. *Crassus* apud *Cic. Orat. 65.* Ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est. *Cic. 3. Phil. 10.* Vir summa integritate atque innocentia. *Plin. 12. 32. 1.* Silva turis, divisa certis portionibus, mutua innocentia tuta est; h. e. dum nemo eorum, quibus ese portiones contigere, alteri nocet. *Liv. 39. 40.* Rigidae innocentiae Cato erat. *Id. 2. 5.* Periculosum esse in tot humanis erroribus sola innocentia vivere. — **B)** Speciatim est abstinentia, ut in INNOCENS §. 3. dictum est: et rapacitati, atque avaritiae opponitur. *Cic. Manil. 13.* Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores! Adde *Nep. Arist. 1.* et *2.* — *Caes. 1. B. G. 40.* Suam innocentiam perpetua vita esse perspectam. — **4)** Apud Scriptores Ecclesiasticos est puritas conscientiae. *Vulg. Interpr. Ps. 85. 13.* Non privabit *(Deus)* bonis eos, qui ambulant in innocentia. *Id. ibid. 100. 2.* Perambulabam in innocentia cordis mei. Adde *Iob. 2. 3.* et *alibi*.

INNŎCES. V. INNOCENS §. b.

INNŎCŬĒ. Adverb. ab *innocuus;* non nocendo. *Suet. Domit. 13.* Sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent. *Ovid. 1. Art. am. 640.* Innocue vivere. *Alii fortasse recetius leg.* innocuae.

INNŎCŬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *nocuo.* — *Innoca* pro *innocua* in titulo apud *Perret, Catac. de Rome, pl. VII. n. 10.* Hic posita est anima dulces *(sic)*, innoca, sapiens, etc. — Active est qui non nocet, innoxius; *chi non nuoce. Ovid. 4. Met. 299.* Spargimur innocuae succis melioribus herbae. *Plin. 8. 32. 1.* Luporum genus innocuum homini. *Id. 18. 44. 3.* Imber leguminibus innocuus. *Virg. 7. Aen. 229.* Diis sedem exiguam patriis, litusque rogamus Innocuum; h. e. quod sine aliorum damno possideamus. — **B)** Translate innocens, integer, honestus. *Ovid. 9. Met. 375.* Viximus innocuae. *Id. 2. Trist. 273.* Agere causas innocuas; h. e. innocentium. Et *5. ibid. 9. 26.* Innocuum rigido perforat ense latus. — **B)** Deinde

II. *Innocuus* passive est cui non nocetur; *senza lesione. Virg. 10. Aen. 301.* sedere carinae Omnes innocuae. *Ovid. 4. Fast. 800.* Aeneas, Innocuum cui dedit ignis iter. *Claudian. Cons. Mall. Theod. 350.* Fida per innocuas errent incendia turres; *illese*.

Nota. Discrimen inter *innocuum* et *innoxium* habet *Isid. 1. Differ. 295.* « *Innocuus* est, cui non nocetur: *innoxius*, qui non novit nocere. » — Huc spectat et illud *Eiusd. 10. Orig. 126.* « *Innox*, quod non nocet: *innocuus*, cui nocitum non sit. Sed apud Veteres utrumque indifferens. »

INNŎDĀTUS, a, um. Particip. *innodo;* vinctus, nodo constrictus; *legato. Ammian. 28. 6. ad fin.* Innodato gutture laquei nexibus interire. — **B)** Translate. *Imp. Iustinian. Cod. 4. 31. 14.* Si causa liquida sit, et non multis ambagibus innodata; h. e. implicata, involuta, obscura.

INNŎDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *nodus*. — Particip. *innodatus*, V. suo loco. — Proprie est nodo constringere. *Ambros.* in *Psalm. 118. Serm. 8. n. 44.* Noli ergo alta ambulare cervice, sicut filiae Iudae: altis enim cervicibus cito laqueus innodatur. — **B)** Translate. *Sidon. 9. ep. 9. sub fin.* Spiris categoricis lubricas quaestiones innodare. *Rufin. 10. Recogn. 66.* Animas diabolicis laqueis innodare. Adde *Ambros. ep. 75. n. 2.* V. loc. in ILLAQUEO.

INNOFITUS. V. NEOPHYTUS.

INNŌMĬNĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *nominabilis;* qui nomine significari non potest; *che non si può nominare. Tertull. advers. Valentinian. 37.* Inexcogitabilis, inenarrabilis, innominabilis. *Apul. 1. Dogm. Plat.* Indictus, Innominabilis. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 6. 4.* et *14. 1.* et *Rufin. 2. Apol. 29.*

INNŌMĬNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *nominatus;* non nominatus. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 24. 4.* Innatum autem et innominatum Patrem, videntem perditionem ipsorum, misisse primogenitum Nun suum, etc. *Boëth.* in *Aristot. libr. de interpr. 2. ed. secund. p. 250.* Subiectum illud aut nomen est, aut quod apud Veteres quidem fuit innominatum, ab Aristotele vero infinitum nomen vocatum est: prius enim dictum est, quod homo nomen esset, non homo vero innominatum quidem apud Antiquos, sed nunc infinitum nomen. Adde *ibid. p. 523. Cf.* voc. seq.

INNŌMĬNIS, ne. Adiect. ab *in* et *nomen*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; carens nomine. *Apul. Mere. Trism. 20.* Hunc *(omnium rerum patrem)* vero innominem vel potius omninominem, siquidem is sit unus et omnia, ut sit necesse aut omnia esse eius nomine, aut ipsum omnium nominibus nuncupari.

INNORMIS (et inormis) me. Adiect. ab *in* et *norma*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; sine norma, immunis. *Fecund. 6. defens. trium Capitulor. 5. a med.* Si quis autem experiri

Digitized by Google

voluerit, quod non sententias tantum, verum etiam ipsa verba posnimus, legat innormem librum, etc. — *Tab. edicti*, quae pertinet ad ann. a Chr. n. 664. vel 672. apud *Grut. 647. 7.* Interdicentes, ne inormia illa indebitaque praestentur, quae tam tribunus, quam patroni diversi, et varia consequebantur officia.

Nota. Quidam ex *Gloss. Lat. p. 178. n. 268.*, ubi *inormis* scribitur, hanc scribendi rationem defendunt etiam apud *Spartian. Ael. Ver. 1. extr.*, sicut et *inormitas* in *Cod. Theod. 8. 5. 30.*, verum aut emendanda haec vocabula sunt in *enormis*, *enormitas*, aut scribenda *innormis*, *innormitas*. Secus vero dicendum videtur de exemplo ex *Grut.* prolato; nam Veteres litteras non geminasse iam notum est.

INNŌTĀTUS, a, um. Particip. verbi *innoto;* nota insignitus. *Prudent. 6. Cathem. 128.* Cultor Dei, memento . . . Te chrismate innotatum.

INNŌTESCO, tescis, tui, tescĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *notesco*. — Particip. *innotescendus*, infra. — Proprie est notus fio; *farsi noto. Phaedr. 1. 10.* Quicumque turpi fraude semel innotuit, Etiam si verum dicit, amittit fidem. *Ovid. 3. Amor. 12. 7.* nostris innotuit illa libellis. *Plin. 33. 40. 15.* Ctesilochus petulanti pictura innotuit. *Suet. Ner. 42.* Carmina, quae vulgo innotuerunt; *si pubblicarono. Justin. 12. 2.* Ubi Appulis oraculum innotuit. *Val. Max. 8. 14. n. 3. extern.* Etiam sceleribus innotescere non dubitarunt. *Auct. dial. de Orat. 10.* Quando enim rarissimarum recitationum fama per tot provincias innotescat? *Capitolin. Maximin. 2.* Innotescendi sub Severo imperatore prima haec fuit causa. *Macrob. 1. Somn. Scip. 1.* Ut liquido mens operis innotescat. *Ulp. Dig. 4. 9. 5.* Ut innotesceret praetorem curam agere reprimendae improbitatis. Al. leg. *Praetor* Graeca loquendi ratione. *Vulg. Interpr. Philipp. 4. 6.* Petitiones vestrae innotescant apud Deum. — **2)** Pro cognoscere. *Id. ibid. 26. 7. 4. sub fin.* Ex quo innotuit tutor, se esse tutorem. Ita *Torrentin., alii* tutori. — **3)** Deinde apud sequioris aevi Scriptores, transitivorum more,

II. *Innoteseo* est notum facio; *notificare, appalesare. Cassiod. 6. Hist. Eccl. 15.* Cum propter hoc multi comprehensi ad supplicium ducerentur, illi semetipsos innotuerunt; h. e. *si palesarono. Id. ibid. 44.* Qui in vicinae civitatis itinere aggressus imperatorem, suam voluntatem, et abdicationem patris innotuit; h. e. *gli manifestò. Id. 1. Variar. 24.* Innotescenda sunt magis Gothis, quam suadenda certamina. *Liberat. Breviar. 11.* Innotuit hoc concilio Eusebius Episcopus.

Nota. *Forcellinus* noster hac postrema paragrapho haec monet: « Etiam pro notum facere usurpari posse, affirmat *Salmas.* non uno in loco Historiae Augustae: et legitur in *c. 7. Soliloquior.* quae olim *Augustino* tribuebantur. Sed neque hic, neque praecedens dicendi modus satis Latinus est. »

INNŌTĬTĬĂ. V. IGNOTITIA.

INNŌTO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *noto;* adnoto, noto. — Tribuunt quidam *Hygino 4. Astron. 4.*, sed dubia est eius loci scriptura. Usum vocis tamen confirmat particip. *innotatus*, quod V. suo loco.

INNŌTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *notus;* non notus, ignotus. *Ammian. 29. 2.* Ultimi sanguinis et innoti. *Alii leg.* ignoti.

INNŌTŪO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *notus;* notum facio. Legitur apud *Vulg. Interpr. Ital. Act. 15. 20.* Innotuere eis, ut abstinerent contaminationibus. Ita *MS. Landian. Vulgata* nostra habet *Scribere eis.*

INNŌVĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *innovo;* actus innovandi, renovatio; *rinnovazione. Tertull. 1. advers. Marcion. 1.* Innovationis eius occasio aliquid adiicere persuasit. *Arnob. 1. p. 7.* Rerum innovatio. *Vulg. Interpr. 1. Mac. 12. 17.* Innovatio fraternitatis. Adde *Apul. Trismeg.* et *Mar. Victorin. 4. adv. Ar. 2.*

INNŌVĀTOR, ōris, m. Verbale ab *innovo;* qui innovat, instaurator. *Auct. de genealog. Patriarch.* apud *Migne* in *Patrolog. Lat. T. 59. p. 536.* Esdras legis innovator. *Gloss. Cyrill.* Καινοστής; innovator.

INNŌVĀTUS, a, um. Particip. verbi *innovo;* renovatus; *rinnovato. Minuc. Fel. Octav. 11. ad fin.* Vellem sciscitari, utrum ne sine corpore, an cum corporibus; et corporibus quibus, ipsis ne, an innovatis resurgatur. *Inscr.* in *Giorn. di Firenze an. 1789. p. 454.* Villa fundi Barbani a solo innovata Antonino Aug. et Advento Cos.; *scil.* an. a Chr. n. 218. Adde *Lactant. 7. 22. circa med.* — *Acta SS. Saturnini et Socc. 9.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 8. p. 695.* Qui cum validos ictus, innovato carnifice, pateretur; h. e. alio carnifice in locum alterius substituto.

INNŌVO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *novus*. — Particip. *innovans* §. 1., *innovatus*, V. suo loco, *innovaturus* §. 1. — Proprie est novum facio, renovo; *rinnovare, mutare. Pompon. Dig. 1. 2. 2. ad fin.* Labeo fiducia doctrinae fretus, plurima innovare instituit. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 34. 1.* Novitas veniet innovatura et vivificatura hominem. *Dionys. Exig. de creat. hom. 14.* Itaque se ipsa natura mutationum vicibus innovante, etc. — **2)** Translate. *Cic. Pis. 36. extr.* Cum tibi spe falsa animos rumor inflasset, quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti? h. e. iterum ad intemperantiam rediisti. — *Vulg. Interpr. Ps. 50. 12.* Spiritum rectum innova in visceribus meis. *Id. Eccli. 38. 30.* Vox mallei innovat aurem eius.

INNOX *pro* Innoxius habetur in tribus *Inscr.* apud *Reines. cl. 20. n. 144., 145.* et *317.*, quae monumenta Christianorum sunt, et sequioris aevi. Haec *Forcellinus* noster. Sed usum vocis satis confirmant *Isid.* loc. cit. sub v. INNOCUUS in *Nota*, et *Gloss. Philox.* Innox; ἀβλαβής. — In *Inscr.* autem apud *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaule T. 2. n. 417.* legitur *snox* pro *innox*.

INNOXĬĒ. Adverb. ab *innoxius;* innocue. *Plin. 31. 45. 4.* Sal emollit alvum in vino mixtus, innoxie. *Vopisc. Aurel. 4.* Quod vinctum fasciola Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverit; *senza lesione. Minuc. Fel. Octav. 33.* Deum caste, innoxie, religioseque coluerunt; *innocentemente*.

INNOXĬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *noxius*. — Comparat. *innoxior* §. 2. — Proprie est, qui nemini nocet, innocuus; *che non nuoce. Tacit. 4. Hist. 20.* Innoxium iter; h. e. in quo miles nemini nocet. *Plin. 8. 84. 1.* Quaedam animalia indigenis innoxia, advenas interimunt. *Id. 14. 4. 9.* Vitis viribus *(bibentium)* innoxia. *Id. 21. 103. 3.* Innoxia medicamina. *Id. 10. 52. 6.* Innoxia vulnera; h. e. sanabilia. *Id. 3. 6. 3.* Innoxii saltus; h. e. in quibus nullum est a noxiis animalibus periculum. *Tacit. 5. Hist. 47. extr.* Hinc vel illinc appellere, indiscretum et innoxium est. — **2)** Translate, sensu morali, est innocens; *innocente. Plaut. Capt. 5. 5. 7.* Decet, innocentem servum atque innoxium, Confidentem esse, suum apud herum potissimum. *Ovid. 9. Met. 627.* non possum innoxia dici. *Nep. Milt. 8. in fin.* Maluit eum innoxium plecti, quam etc. *Cato* apud *Prisician. 3. p. 601. Putsch.* Animus innoxior. *Al. leg.* innoxiior. — Cum genitivo. *Sever. Aetn. 554.* fax innoxia rapti; h. e. quae nihil corripit, uritve. *Al. aliter leg.* — **3)** Deinde

II. *Innoxius* passive (ut INNOCUUS §. 3.) est is, cui non nocetur; *illeso. Colum. 2. 10. ante med.* Faba sic condita, a curculionibus erit innoxia. *Lucan. 9. 892.* gens a saevo serpentum innoxia morsu. *Sall. Cat. 40.* Hi magistratus, provincias, aliaque omnia tenere; ipsi innoxii, florentes, sine metu aetatem agere. *Colum. 12. 38. extr.* Quod non decoxeris, poterit innoxium durare biennio; *incorrotto*. Sic *ibid. 45.* Mel exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conservat. — **4)** Pro impunito. *Vulg. Interpr. Num. 14. 18.* Dominus patiens . . . nullumque innoxium derelinquens, etc.

Nota. *Innox, innoxius* et *innocuus*, quomodo inter se differant, V. sub v. INNOCUUS in *Nota*.

INNŪBĂ, ae, f. Adiect. ab *in* et *nubo;* quae nunquam nupsit; *che mai non s'è maritata:* vox poëtica, quae tantum de muliere usurpata reperitur. *Ovid. 14. Met. 141.* contempto munere Phoebi Innuba permaneo. *Auson. epigr. 106.* Innuba Pallas. — **2)** Translate *laurus* dicitur *innuba* propter Daphnen virginem, quam fabulantur in laurum fuisse conversam. *Ovid. 10. Met. 92.* Nec tiliae molles, nec fagus, et innuba laurus.

INNŪBĬLO, as, āvi, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *nubilo;* nubilum induco, obscuro. *Solin. 53. a med.* Orbiculi lapillorum rufo colore innubilantur. — **2)** Translate. *Augustin. ep. 238.* Serenitatem gaudii foeda innubilare tristitia. *Cassiod. 11. Variar. 2.* Vigor ille rationabilis animae nobis consilium praestet: facies veritatis albescat, ne mentem nostram innubilet caligo corporea. — **3)** Apud *Vulg. Interpr. Ital. Gen. 9. 14.* Cum innubilavero nubes super terram; h. e. cum obduxero nubibus caelum, ut habet *Vulgata* nostra.

INNŪBĬLUS, a, um. Adiect. ab *in* et *nubilus;* non nubilus, clarus, serenus; *non nuvoloso, sereno, chiaro. Lucret. 5. 21.* semperque innubilus aether integit.

INNŪBIS, be. Adiect. ab *in* et *nubes*, quod alterum vi compositionis in adiectivum transiit; qui est sine nubibus; *senza nuvole. Senec. Here. Oet. 238.* Et fulsit Iole, qualis innubis dies. — Pro *innubis* etiam *innubus* eodem sensu videtur agnosci in *Gloss. Lat. p. 178. n. 269.* Cf. *Hildebr.* ad *h. l.*

INNŪBO, bis, bsi, btum, bĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *nubo*. — Proprie est transire ad domum mariti; *andare a marito.* Unde *innubere in illustrem familiam* dicuntur mulieres, quae nobili viro nubunt. *Liv. 1. 34.* Ea cum innupsisset. *Al. leg.* Ea, quae innupsisset. *Ovid. 7. Met. 856.* Ne thalamis auram patiare innubere nostris. — **2)** Per catachresin sumitur pro *transire* in genere. *Lucil. 6. Sat.* Invadere atque innubere censent. Ita *Nonius 2. n. 451.*

INNŪBUS, a, um. V. INNUBIS.

INNŪCLĔĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *nucleo;* qui nucleo caret. *Plin. Valer. 1. 47.* Uncias uvae passae innucleatae quatuor, nuclei duas, croci unam accipies.

INNULGENTĬĂ. V. INDULGENTIA §. 1. *fin.*

INNŪMĔRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *numerabilis;* qui numerari non potest; *innumerabile. Cic. in Senat. 5.* Cum innumerabilis mul-

Digitized by Google

titudo honorum de Capitolio ad eum supplex sordidata venisset. *Id. Quint. 11.* Doce, te petiisse ab eo istam nescio quam innumerabilem pecuniam. *Horat. 3. Od. 30. 4.* Innumerabilis annorum series. *Gell. 14. 1. ante med.* Infinito prope, et innumerabili numero annorum. *Plin. 2. 21. 5.* Innumerabilis multiplicatio.

INNŪMĔRĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *innumerabilis;* infinitas. *Cic. 1. Nat. D. 26.* Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemque mundorum. *Id. ibid. 39.* Innumerabilitas atomorum.

INNŪMĔRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *innumerabilis;* sine numero; *innumerabilmente. Lucret. 5. 274.* Aëra nunc igitur dicam, qui corpore toto Innumerabiliter privas mutatur in horas. Adde *Augustin. ep. 118. (al. 56.) n. 12.*

INNŪMĔRĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *numeralis,* idem ac innumerabilis. *Lucret. 2. 1084.* Non esse unica, sed numero magis innumerali.

INNŪMĔRANDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *numero;* non numerandus, innumerabilis. *Iornand. de reb. Get. 54. in fin.* De innumeranda vero, variaque multitudine hostium, qui valuerunt evadere, effugati vix ad sua inglorii pervenerunt.

INNŪMĔRŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *innumerosus,* idem ac numerositas. *Cassian. 1. Instit. 3.* Innumerositas sanctorum Patrum.

INNŪMĔRŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *numerosus,* idem ac numerosus; *innumerabile. Coripp. 3. Ioann. 662.* iam crescit iniquis Innumerosa manus. *Iuvenc.* in *Exod. 61.* Innumerosa creantur Corpora. Adde *Cassian. 2. Instit. 10.*

INNŪMĔRUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *numerus,* quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit. — **b)** *Innumerum* poëtice pro *innumerorum* dixit *Val. Flacc. 2. 130.* V. loc. infra §. 1. *fin.* — Proprie

INNUMERUS est idem ac innumerabilis, plurimus, infinitae multitudinis; *innumerabile, senza numero. Cic. 3. Orat. 22. extr.* Isocrates, cuius e ludo, tanquam ex equo Troiano, innumeri principes exierunt. *Al. rectius leg.* meri. *Virg. 6. Aen. 706.* Hunc circum innumerae gentes, populique volabant. *Ovid. 5. Trist. 13. 20.* Cinctus ab innumero me tenet hoste locus. *Id. 16. Heroid. 366. de Hectore.* Unus is innumeri militis instar habet. *Martial. 3. 55.* Innumero quoties silva leone furit. *Plin. 6. 19. 1.* Multitudo populorum innumera. *Id. 18. 66. 3.* Innumera rusticos cura distringit. *Id. 29. 10. 1.* Innumeros prope usus habent. *Lucret. 2. 1052.* innumero numero semina. *Val. Flacc. 2. 130.* innumerum flatus confingis equorum; *pro* innumerorum. — **2)** Apud *Plaut.* in epitaphio, quod sibi ipse composuit, teste *Varrone* apud *Gell. 1. 24.* Scena est deserta, dein Risus, Ludu', locusque, Et numeri innumeri simul omnes collacrumarunt; *h. e.* innumerabiles versus comici, quos conscripsit. *Turneb. l. 10. adversar. c. 12.* alterum ab altero distinguit commate, et per *numeros* comicos versus, per *innumeros* prosam orationem intelligit, quae sine numeris est: ut *in* sit privativo. Additque eodem modo interpretandum esse illud *Auson. 4. Edyll. 47.* tu flexu et acumine vocis Innumeros numeros doctis accentibus effer. *Scalig.* in *Lect. Auson. l. 2. c. 17.* nihil distinguendum censet, sed versus comicorum *innumeros* appellari, quia numeri quidem sunt, sed lege soluti, ut ait *Horat. 4. Od. 2. 12.*, et prosae orationis similes. Sunt etiam qui ita scribi apud *Auson.* voluat, *in numeros numeros,* ut dicat, effer numeros doctis accentibus in numeros; *h. e.* ad musicae leges. *Barthius l. 37. adversar. c. 11.* putat etiam *Cic. 1. Divin. 21. extr.* dixisse *innumerum,* numeris non inclusum: *sed ibi longe aliter alii leg.* — **3)** Adverbiorum more absolute

INNUMERUM est plurimis vicibus. *Tertull. Exhort. castit. 6.* Innumerum nubere.

INNŬO, is, ui, ūtum, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *nuto,* quod in compositis syncopen patitur. V. NUTO. — **b)** Particip. *innuens* §. 1. — **c)** Compositum, *praeinnuo*

INNUO proprie est signo aliquo capitis voluntatem ostendo; *far cenno. Ter. Eun. 4. 5. 9.* Abiens innuit mihi. *Id. Adelph. 2. 1. 17.* Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus in mala haereat. *Plaut. Rud. 3. 4. 26.* Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si ne ei caput exoculassitis, . . . ego vos virgis circumvinciam. *Auct. ad Herenn. 4. 26.* Si iste suos hospites rogasset, immo innuisset modo, hoc facile perfici posset. *Al. aliter leg. Iuvenal. 3. 317.* Nam mihi commota iamdudum mulio virga Innuit. *Vulg. Interpr. Luc. 1. 22.* Ipse *(Zacharias)* erat innuens illis, et permansit mutus. — **2)** Deinde, transitivorum more,

II. *Innuo* est aliquid indico aliquo signo. Hinc passive. *Vitruv. 8. 3. extr.* Aqua innuetur his signis esse tenus, et in summa salubritate.

INNUPTĂ. V. voc. seq. §. 3.

INNUPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *nuptus;* non nuptus, coelebs, *Tertull. Monog. 3.* Christus innuptus in totum. *Id. Pudicit. 16.* Quia innupti de Domino curent, quomodo placeant Deo, nupti vero de mundo recogitent. *Gloss. Lat. Gr.* Innuptus; ἄγαμος. — **2)** Frequentius autem in genere femmino usurpatur de mulbere, quae non nupsit; *non maritata, vergine. Virg. 4. G. 476.* pueri, innuptaeque puellae. *Id. 2. Aen. 31.* Innupta Minerva. *Sil. 2. 75.* Innupta manus; *h. e.* Amazones. — **3)** *Innupta bos,* apud *Senec. Oedip. 573.*, quae marem nondum est experta. Al. tamen leg. *infausta.* — **4)** Translate *innuptae nuptiae,* quae contra ius fasque factae sunt. *Vet. Poëta* apud *Cic. 3. Orat. 59.* Qua tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis. Sic *insepulta sepultura* apud *Cic.* et *funera ne funera* apud *Catull.* et Graecis ἄγαμος γάμος. — **5)** Absolute, substantivorum more,

INNUPTA, ae, f. Virgo, mulier non nupta. *Catull. 62. 6.* Cernitis, innuptae, iuvenes? consurgite contra. Et *64. 78.* Electos iuvenes simul et decus innuptarum. *Virg. 12. Aen. 24.* Sunt aliae innuptae Latio et Laurentibus agris. — **6)** Huc spectat *Inscr.* apud *Furlanetto, Mus. di Este, p. 114.* Crispinillae filiae def. ann. IIII., innuptae infelici. Hic *innuptae* videtur esse pro puellula, ut exponit idem *Furlanetto, ibid. p. 113.*

INNŪTRĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *nutribilis;* qui non nutrit. *Coel. Aurel. 2. Acut. 9. sub fin.* Iuscellum innutribile; *brodetto magro.*

INNŪTRĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *nutrio;* in aliquo loco nutrio, vel simul nutrio; *nodrire. Sil. 2. 286.* ne castris innutriretur et armis. — **2)** Translate. *Senec. ep. 2.* Vide ne ista lectio multorum auctorum habeat aliquid vagum et instabile. Certis ingeniis immorari et innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat.

INNŪTRĪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *innutrio;* actus innutriendi. Tribuitur *Codici,* loco tamen non indicato.

INNŪTRĪTUS, a, um. Particip. verbi *innutrio;* nutritus in aliqua re, vel loco; *nutrito, allevato. Plin. 9. ep. 33.* Donec homines innutritos mari subiret timendi pudor. *Suet. Aug. 3.* Innutritus amplis opibus. *Senec. Consol. ad Polyb. 21. ad fin.* Liberalibus disciplinis non innutritus tantum, sed imbutus est. *Plin. Paneg. 16.* Innutritus bellicis laudibus. — **2)** Deinde

II. *Innutritus* est etiam adiect. ab *in* negativa et *nutritus;* non nutritus. *Cael. Aurel. 1. Acut. 17. a med.* Aegrotantem innutritum reliquere.

INŌBAUDĬENTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *inobaudiens* sive *inobediens,* inobedientia; *inobbedienza. Tertull. 4. advers. Marcion. 17. sub fin.* V. INOBEDIENTIA.

INŌBAUDĬO, is, īre. Verbum transitiv. ab *in* et *obaudio;* non obedio. *Tertull. 3. advers. Marcion. 16.* ex *Exod. 23. 21.* V. INOBEDIO §. b.

INŌBAUDĪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inobaudio;* actus inobaudiendi; *disobbedienza. Vulg. Interpr. Ital.* apud *Pacian. Serm. de Bapt. 7.* Delens, quod adversus nos erat, chirographum inobauditionis. *Vulgata* nostra habet *decreti.*

INŌBĒDĬENS, entis. Particip. verbi *inobedio,* adiectivorum more etiam adhibitum; non obediens; *disobbediente. Vulg. Interpr. Ital. Iob. 36. 12.* Et cum monerentur, inobedientes erant. *Augustin. 11. de Gen. ad litt. 1. extr.* Cum in corpore inobedientium hominum motissimo reciprocatu inobedientium membrorum tumultum mors concepta versaret.

INŌBĒDĬENTER. Adverb. ab *inobediens;* inobediendo; *con inobbedienza. Augustin. 14. Civ. D. 17.* Voluntatem libido inobedienter movebat. Adde *Quaest. in Heptat. 2. 149.*

INŌBĒDĬENTĬĂ (et Inobaudientia, quod V. suo loco), ae, f. Abstractum ab *inobediens;* inobauditio; *inobbedienza. Augustin. 14. Civ. D. 17.* Damnata culpa inobedientiae. *Hieronym. Quaest. Hebraic. ad 2. Reg. 1.* Saulus per inobedientiam periit. *Tertull. 4. adv. Marcion. 17.* Inobedientiam exprobrare. Adde *Hilar.* in *Psalm. 126. n. 21.*

INŌBĒDĬO, is, īvi *et* ii, īre. Verbum intransitiv. ab *in* et *obedio.* — **b)** Scribitur et *inobaudio,* ex diphthongi *au* in primitivo *audio* mutatione in *e* longam. V. OBEDIO. Hinc derivatae *inobaudientia* et *inobedientia.* — **c)** Particip. *inobediens,* infra, et suo loco. — **d)** Derivata, *inobauditio, inobedienter, inobedientia, inobedus.*

INOBEDIO proprie est obedire detrecto, non obedio; *disobbedire. Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 19. 1.* Et si ea inobedierat Deo, sed haec suasa est obedire Deo, uti virginis Evae virgo Maria fieret advocata. *Hilar.* in *Matth. 2. n. 6.* Plebi infidae et prophetis inobedienti testimonium . . . mittitur. *Ambros. Serm. Epiph. 1.* A paradiso recessistis superbiendo, inobediendo, etc. *Vulg. Interpr. 3. Reg. 13. 21.* Quia inobediens fuisti ori Domini, etc.

INŌBĒDUS, a, um. Adiect. verbale ab *inobedio;* non obediens; *disubbidiente. Arnob. 7. p. 248.* Ut ab ipso patre terror coërcitionis inciperet, apud quem causa tanti fuerat motus, et inobeda cessatio. *Al. leg.* et in obeundo.

INOBIURGĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *obiurgatus;* non obiurgatus. *Charis. 1. p. 11. Putsch.* Utcumque dixeris, iure inobiurgatum est; *h. e.* irreprehensum.

INOBLECTOR, āris, āri. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *oblector;* in aliqua re oblector. *Tertull. advers. Hermog. 18.* Inoblectabatur in filiis hominum.

Digitized by Google

INOBLITTĔRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *oblitero;* qui oblitterari non potest. *Eucher. ep. paraenet. ad Valerian. post init.* Certa quippe et inoblitterabilis haec gloria est, aeternitate gloriari.

INOBLITTĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *oblitteratus;* non oblitteratus, non deletus. *Tertull. Anim. 24.* Scientia inoblitterata.

INOBLĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *oblitus;* perpetuo memor. *Ovid. 4. Pont. 15. 37.* Semper inoblita repetam tua munera mente.

INŌBRŬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *obrutus;* non obrutus; *non oppresso. Ovid. 7. Met. 356.* Deucalioneas effugit inobrutus undas.

INOBSCŪRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *obscuro;* qui obscurari non potest. *Tertull. Anim. 3.* Inobscurabilis regula.

INOBSCŪRO, as, are. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *obscuro;* obscurum reddo; *oscurare. Cic. 9. Phil. 5.* Nulla eius legationem posteritatis inobscurabit oblivio. *Al. leg.* obscurabit.

INOBSĔCRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *obsecro;* qui obsecrari non potest. *Pacian. ep. 1. n. 3.* Gratuita Domini bona inobsecrabili asperitate prohibere.

INOBSEPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *obseptus;* non septus. *Lactant. Opif. D. 8.* Aurium foramina inobsepta.

INOBSĔQUENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *obsequens;* contumax, non obsequens; *disubbidiente. Senec. Hyppol. 1068.* Inobsequentes protinus frenis equi Rapuere currum. *Senec. alter praef. Quaest. nat. sub fin.* An a magno artifice prave formentur multa, non quia cessat ars, sed quia id, in quo exercetur, saepe inobsequens arti est. Adde *Iul. Valer. Gest. Alex. M. 51.*

INOBSĔQUENTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *inobsequens;* inobedientia. *Iul. Valer. Gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *2. 21.* Quod eorum culpa inobsequentiae argueremini.

INOBSERVĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *observo;* qui observari non solet, aut potest; *inosservabile. Plin. 2. 15. 1.* Cuius est maxime inobservabilis cursus. *Catull. 64. 115.* Ne labyrintheis e flexibus egredientem Tecti frustraretur inobservabilis error.

INOBSERVANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *observans;* non observans. *Pallad. 1. 25. a med.* Quod si inobservantes homines sub aëre deprehendant, etc. — Cum genitivo. *Hilar.* in *Psalm. 125. n. 5.* Honestatis immemor, amicitiarum inobservans.

INOBSERVANTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *inobservans;* indifferentia circa rem aliquam; *non curanza. Quintil. 4. 2. 107.* Quae ne fecisse inobservantia quadam videantur, etc. — **2)** Item intemperantia. *Suet. Aug. 76.* Ex hac inobservantia nonnunquam solus vel ante initum, vel post dimissum convivium coenitabat.

INOBSERVĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *observatus;* non observatus; *non osservato. Martial. 8. 32.* Luserat hos casus, nisi inobservata maneret. *Ovid. 5. Fast. 111.* Inobservata sidera. *Senec. 3. Quaest. nat. 26. a med.* Tempus inobservatum et incertum.

INOBSŎLĒTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *obsoletus;* non obsoletus; *non invecchiato. Tertull. Resurr. carn. 58.* Vestimenta inobsoleta et indetrita. *Chalcid. Tim. Plat. p. 5.* Inobsoleta nota.

INOBTEMPĔRANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *obtemperans;* non obtemperans. *Gloss. Cyrill.* Ἀπειθής, *ὁ ἀνυπάκοος;* contumax, inobtemperans, inobediens.

INOBVĬAM et in obviam. Adverb. ex *in* et *obviam,* quae in unam vocem coaluerunt, quamquam et divisim scribuntur. *Augustin. Spesul. 27. ed. Mai.* Nos, qui vivimus, simul cum illis rapiemur in nubibus inobviam Christo in aëre, et ita semper cum Domino erimus. Cf. OBVIAM.

INOCCĀTUS, a, um. Particip. verbi *inocco;* occatus. *Colum. 3. 15.* Pastinatio emundata, inoccata et aequata.

INOCCĪDŬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *occiduus;* qui occasu non absconditur; *che non tramonta. Lucan. 8. 175.* Axis inocciduus, gemina clarissimus Arcto. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 400.* ignes inoccidui; *inestinguibili. Arnob. 2. p. 68.* Vita continua et inoccidua. *Poëta* in *Anthol. Lat. n. 769. Meyer.* Praefulget stellis Arctos inoccidiuis. — **2)** Translate. *Stat. 6. Theb. 277.* Spectat inoccidiuis stellatum visibus Argum; *h. e.* oculis semper vigilantibus.

INOCCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *occo.* — Particip. *inoccatus,* V. suo loco. — Est semen cooperire; *coprire:* quod fit, cum semen in agro seminatum est, et glebas sarculis, aut cratibus dissolvimus, ut semen humo contegatur: ex *in* et *occo. Colum. 2. 8.* Semen, quod sicco solo ingestum, et iam inoccatum est. *Id. 11. 2. a med.* Sementi facta, inoccare oportet quod sparserit.

INOCCULTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *occultus;* non occultus. *Quintil. 7. 9. ante med.* Tertia amphibologiae species est ex compositis, ut si quis corpus suum inocculto loco poni iubeat, circaque monumentum multum agri ab heredibus in tutelam cinerum, ut solent, leget, sit litis occasio inoccultum. Ita legend. probat *Spaldingius* in sua editione, alii perperam leguut *in occulto loco,* et mox *sit litus occultum.*

INŎCŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inoculo;* actus inoculandi, insitio per oculum, cum gemma seu oculus arboris cum exiguo cortice, alterius arboris delibrato cortici inseritur: quae et emplastratio dicitur; *innesto d occhio, o a impiastro:* ut *Cato, RR. 42., Colum. 5. 11.* et *11. 2. a med.* et *Pallad. 7. 5.* docent. — **2)** Olim inoculatio alio modo fiebat, scil. fistula aperiendo in arbore oculum cortice inciso; semenque seu surculum includendo, eadem fistula sublatum ex alia: quae sunt verba *Plin. 17. 23. 1.*, qui proinde *ibid. 26. 4.* recte eam ab emplastratione distinguit. Consule *Schneiderum* ad *Colum. 5. 11.*

INŎCŬLĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inoculo;* qui inoculat; *innestatore. Plin. 18. 76. 3.* Hunc caveat insitor calamis, gemmisque inoculator.

INŎCŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *inoculo;* per inoculationem insitus; *innestato a occhio.* — Translate. *Apul. 6. Met.* Bullis aureis inoculatus; *h. e.* distinctus, ornatus.

INŎCŬLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *oculus.* — Particip. *inoculandus* §. 2., *inoculatus,* V. suo loco. — Proprie est insitionem per oculum facere, eo modo, quo in INOCULATIO §. 1. dictum est; *innestare a occhio, inocchiare, ingemmare. Colum. 11. 2. a med.* His diebus arbores ficorum inoculantur: quod genus insitionis emplastratio vocatur. *Pallad. 12. 7. ante med.* Mense Iunio persicus inoculari potest: quod emplastrari dicitur. — **2)** Translate. *Macrob. 1. Somn. Scip. 1.* Ad hunc iustitiae affectum pectoribus inoculandum; *h. e.* inserendum, imprimendum.

INŌDĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *odi;* minime exosus; *non odiato. Not. Tir. p. 77.* Odiosus, inodiatus, perosus, perodiatus.

INŎDŌRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *odoratus;* non odoratus. *Gloss. Cyrill.* Ἄοσμος; inodoratum. — **2)** Alio sensu, V. in INODORUS.

INŎDŌRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *odor;* odore inficio; *render odoroso. Colum. 11. 3. ante med.* Allium sic satum, et rursus sic reconditum, existimatur neque acerrimi saporis exsistere, neque mandentium halitus inodorare.

INŎDŌROR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. forma deponens, ab *in* intentiva et *odoror.* — Est indagare, quod in occulto latet. *Cic. 2. Att. 25.* Mirabiliter enim inodoratus est, sicut nosti. Ita *Manut.* legit. *Alii melius* moratus.

INŎDŌRUS, a, um. Adiect. ab *in* et *odorus;* qui est sine odore; *senza odore. Pers. 6. 33.* urnae Ossa inodora dabit; *h. e.* nullis unguentis condita. *Al. leg.* inhonora. *Apul. 4. Met.* Flos inodorus. — **2)** Item carens sensu odoratus. *Gell. 7. 6.* V. loc. in INAUDITUS §. 3.

INOFFENSĔ. Adverb. ab *inoffensus.* — Comparat. *inoffensius,* infra. — Est sine offensione. *Gell. 6. 2.* Omnem illam vim, quae de fato extrinsecus ingruit, inoffensius tractabiliusque transmittunt. *Ambros. ep. 37. n. 20.* Qui vero recte facit omnia, utique inoffense et irreprehensibiliter. *Auct. Itinar. Alex. M. 57.* Id aequor inoffensius equitabile. Adde *Cassiod. 11. Var. 35.* et *Theod. Priscian. 2. 2.*

INOFFENSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *offensibilis;* non offensibilis. — Translate. *Cledon. Art. praef. p. 1861. Putsch.* Ut inoffensibili cursu fructus sibi lector colligat.

INOFFENSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *offensus;* qui non offenditur, illaesus; *non offeso. Plin. 6. ep. 4.* Voluptates, regionisque abundantiam inoffensa transmitteres. *Gell. 2. 1.* Ut omnia fere vitae suae tempora valetudine inoffensa viserit. *Tibull. 1. 8. 62.* Inoffensum pedem referre. *Pallad. 1. 3.* Inoffensum lumen oculorum; *chiara e buona vista. Ovid. 1. Trist. 9. 1.* Detur inoffensae vitae tibi tangere metam; *h. e.* felicis, nullis vexatae malis. — **2)** Translate est qui procedit liber, expeditus et nullo obstaculo impeditus. *Virg. 10. Aen. 292.* Qua vada non spirant, nec fracta remurmurat unda. Sed mare inoffensum crescenti allabitur aestu. *Quintil. 1. 1. ad fin.* Inoffensa atque indubitata litterarum inter se coniunctio; *h. e.* ad quam quis legendo non offendit, nec moratur. *Id. ibid. 10. 2.* Structura quaedam et inoffensa copulatio vocum; *h. e.* plana, aequabilis, ut in proferendo quis non offendat et retardetur. *Senec. ep. 52.* Inoffensa et molliter lapsa oratio. *Martial. 14. 209.* Inoffensa via currere; *h. e.* expedita. *Tacit. 1. Hist. 48.* Cursu honorum inoffenso, legioni post praeturam praepositus; *h. e.* expedito et non interrupto. — *Lucan. 8. 201.* Cogit inoffensae currus accedere metae; *non toccata.* — *Ambros. ep. 5. n. 5.* Inoffensus igitur affectus testium quaeritur.

INOFFĬCĬŌSĬTĀS, ātis, f. Abstractum ab *inofficiosus;* illiberalitas; *inofficiosità, scortesia. Salvian. ep. 5.* Si excusare inofficiositatem meam apud sanctimoniam tuam cupiam, magis accusandus sim, qui etc. Adde *ep. 4. ante med. Valerian. Homil. 14. n. 4.* Fingit se de omnibus esse sollicitum, non quod absentem desideret, sed ut reum inofficiositatis accuset. Adde *Ruric. ep. 2. 15.* et *Alcim. ep. 62.*

INOFFĬCĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *officiosus;* qui contra officium facit, qui officio deest; *che non osserva il suo dovere, negligente. Ulp. Dig. 37. 14. 1.* Si libertus inofficiosus patrono sit, castigari eum et dimitti oportet. *Tertull. Apolog. 40.* Humana gens inofficiosa Dei; *h. e.* negligens. — **2)** *Inofficiosum testamentum,* inquit *Paul. 4.*

Digitized by Google

Sentent. tit. 5. est, quod frustra liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur esse conscriptum. *Cic. 5. Verr. 42.* Testamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficiosum, non inhumanum. Ubi *Ascon.* Haec testamenta non solent valere, nam improbum, contra leges: inofficiosum, contra merita: inhumanum, contra pietatem. — Absolute. *Ulp. Dig. 5. tit. 2.* qui *De inofficioso testamento* inscribitur, *l. 1.* Sciendum est, frequentes esse inofficiosi querelas. Omnibus enim tam parentibus, quam liberis de inofficioso licet disputare. *Cod. Theod. 4. 4. 7.* Si quis defuncti agnoverit voluntatem, de inofficioso agere prohibetur. — **3)** Speciatim *inofficiosus* est illiberalis, inhumanus; *scortesse, disobbligante. Cic. 15. Att. 27.* De epistola ad Caesarem, nobis vere semper rectissime placuit, ut isti ante legerent; aliter enim fuissemus et in hos inofficiosi, et in nosmetipsos periculosi.

INŎLENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *olens;* non olens; *chi non ha odore alcuno. Lucret. 2. 849.* inolentis olivi Naturam, nullam quod mittat naribus auram.

INŎLĔO, es, ēvi (*et* uī) ĭtum, ēre (in *Gloss.* apud *Mai*) et

INOLESCO, scis, scĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *olesco*, vel specie, si formam spectes, inchoativ. ab *inoleo*, quod apud Scriptores in praeteritis tantum reperitur in usu. Cf. ADOLESCO in *Nota* I. — Habent tamen *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 292.* Inolere, crescere, adolere, etc — *Inoluit* pro *inolevit* habent aliae *Gloss.* apud *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 178. n. 363.* — Particip. *inolescendus* §. 3., *inolitus*, V. suo loco.

INOLESCO proprie est idem quod cresco, in, vel cum aliqua re adolesco, coalesco; *crescere. Virg. 2. G. 76.* huc alienа ex arbore germen Includunt, udoque docent inolescere libro. *Colum. 4. 29. a med.* Tradux a materno sustinetur ubere, dum inolescat; h. e. in aliena vite crescat. Et *22.* Vastior plaga nisi habeat superpositam valentem materiam, qua possit inolescere, solis halitu torretur; h. e. crescente circa cortice claudi. *Virg. 6. Aen. 739.* Multa diu concreta modis inolescere miris. *Sil. 8. 583.* Duritiem lapidum mersis inolescere ramis; h. e. circum ramos crescere. *Prudent. Hamartig. 830.* sanxit edaces Perpetuis scelerum poenis inolescere vermes. — **2)** Translate. *Gell. 5. 21.* Assidua veterum scriptorum tractatione inoleverat linguae illius vox, quam saepe offenderat; h. e. inhaeserat, et simul quodammodo creverat. *Auson. epigr. 141.* Quae nosti, meditando velis inolescere menti; h. e. inseri, et simul cum ea crescere. — *Tertull. Apolog. 40.* Omnibus vitiis et criminibus inolescere. — *Id. de Patient. 13.* Cineri et sacco inolescere; h. e. poenitentiam sibi assuetudine familiarem reddere. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Inolesco* est insero, et crescere facio; *inserire. Gell. 12. 5.* Natura induit nobis, inolevitque amorem nostri et caritatem. *Auson. Gratiar. act. ad Gratian. 36.* Gratiano eiusmodi semina nostri amoris inolesti, ut etc. *Gell. 12. 1. a med.* in moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis, et natura lactis tenet. Cf. voc. seq.

Nota. Discrimen inter *adolesco, exolesco* et *inolesco* dedimus sub V. ADOLESCO in *Nota* II. — Huc spectat *Isid. 1. Differ. n. 24.* « *Adolescere*, augmenti est; *inolescere*, consuescere. »

INŎLĬTUS, a, um. Particip. verbi *inoleo*, adiectivorum more etiam adhibitum; insitus, inditus. *Iul. Valer. Gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *1. 35.* Inolitum nomen urbi. *Cassiod. Divin. Institt. praef.* Inolitus error. *Vulg. Interpr. Levit. 13. 11.* Lepra inolita cuti.

INŌMĪNĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *ominalis;* mali ominis, inominatus; *infausto, di cattivo augurio. Gell. 5. 17.* Tanquam inominalem diem, plerique vitant. Adde *Macrob.*, qui e *Gellio* descripsit, *1. Saturn. 16. a med.*

INŌMĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *ominatus*, idem quod inominalis, male ominatus; *malagurato, malagurioso. Horat. Epod. 16. 38.* mollis et exspes inominata perprimat cubilia.

INŎPĀCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *opacus;* opacum reddo, obumbro; *render opaco, inombrare. Colum. 8. 15.* Viridia quae inopacant avium receptacula.

INŎPĀCUS, a, um. Adiect. ab *in* et *opacus;* non opacus. *Gloss. Philox.* Inopacus; ἄσκιος.

INŎPĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inoperor;* actus inoperandi. *Rufin.* vertens *Orig. περὶ ἀρχ. 3. 4.* Boni vero spiritus recipit quis energiam; id est, inoperationem, cum movetur et provocatur ad bona. Adde *Petr. Diac. de Incarnat. 5.* et *Fulgent. ep. 16. n. 5.* — *Hilar.* in *ep. ad Galat. 46.* Ab inoperatione illa Spiritus Sancti, quae tunc ostendebatur. Adde *Rufin. loc. cit. 1. 9.*

INŎPĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *operatus;* qui non operatur, otiosus. *Tertull. 2. advers. Marcion. 11.* Nec natura inoperatam debuit continuisse bonitatem. — **2)** Passive, non factus, infectus. *Gloss. Cyrill.* Ἀκατέργαστον; inoperatum, infectum. Adde *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 22. 1.*

INŎPĔRĬO, is, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *operio*, idem quod operio, cooperio; *coprire*. Usum verbi probat *Isid. Differ. Append. n. 157.* « Inter *operire, adoperire, inoperire* hoc interest, quod *operimus* operculo, *adoperimus* fores, *inoperimus*, quum aliquid iacenti superponimus. »

INŎPĔRO, as, āvi, ātum, āre, et. deponentium more,

INŎPĔROR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *operor;* operor in aliqua re, facio. *Tertull. 5. advers. Marcion. 17.* ex *ad Ephes. 1.* Ille inoperatus est in Christum valentiam suam, suscitando eum a mortuis. *Rufin.* vertens *Orig. περὶ ἀρχ. 1. 2. n. 11.* Per quem *(Filium)* inoperatur Pater, vel cum creat, vel cum providet, etc. — *Petr. Diac. de Incarnat. 5.* Propterea etiam essentialem sive naturalem factam naturarum unitionem omnimodis confitemur; non sicut illi, qui tanquam in propheta, ita in Christo Deum Verbum inoperasse contendunt. — Eadem habet *Fulgent. ep. 16. n. 5.*

INŎPERTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *opertus;* non opertus; *scoperto. Senec. Vit. Beat. 15.* Capite inoperto. *Alcim. 5. 57.* Membra inoperta. — **2)** Translate. *Senec. Ot. sap. 30.* Inoperta ac confessa veritas.

INŎPĬA, ae, f. Abstractum ab *inops;* opum carentia, indigentia: *mancanza, mancamento, bisogno. Cic. 1. Invent. 47.* Si propter inopiam in egestate estis. *Id. Amic. 8.* Num propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia. Et *9.* Amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt. *Id. 2. Catil. 11.* Neque vero ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo. *Id. 3. Offic. 12.* Magnum frumenti numerum Rhodum advehere in Rhodiorum inopia et fame, summaque annonae caritate. *Id. Dom. 30.* Propter inopiam tecti in foro pernoctans. *Id. ibid. 7.* Inopia frugum. Et *3.* frumentariae rei. *Liv. 29. 16.* aerarii. *Caes. 5. B. G. 2.* summa rerum omnium. *Plaut. Curc. 2. 3. 55.* argenti. *Id. Pseud. 3 2. 9.* Si me arbitrabare isto pacto, Cur conducebas? *Bal.* inopia: alius non erat. *Suet. Cal. 56.* Aliis per inopiam occasionis cunctantibus. *Caes. 5. B. G. 24.* Mederi inopiae frumentariae. *Id. 1. B. C. 48.* Inopiae subsidium. Et *3. ibid. 17.* Inopiam vitare. *Plaut. Rud. 3. 2. 3.* Inopiae opem ferre. *Suet. Tib. 47.* Alicuius inopiam sustentare. *Tacit. 2. Ann. 57. extr.* Defendere ab inopia aliquem. Et *38. extr.* Ad pudendam inopiam delabi. *Id. 3. Hist. 48.* Inopiam alicui facere; h. e. afferre. *Id. Agric. 28.* Ad extremum inopiae venire. *Sall. Iug. 88.* Pati inopiam rei alicuius. Et *96.* Inopiam frumenti levare. *Id. Cat. 58.* Manuum mercede inopiam tolerare. *Iustin. 9. 1.* Mercibus distractis anhelantem inopiam recreare. *Modestin. Dig. 2. 4. 25.* Inopia laborare. *Curt. 4. 1. a med.* Inopiam patientia ferre. *Nep. Attic. 2.* Suis opibus aliorum inopiam levare. *Plaut. Bacch. 3. 3. 154.* Inopia excruciatum mori. — **2)** Translate. *Tacit. 13. Ann. 57.* Inopia remedii. *Id. 1. Hist. 38.* veri; *di non potersi sapere la verità.* Et *Liv. 1. 55.* loci; *mancanza di sito.* Et *Cic. 6. Att. 3.* Affari inopia consilii. *Id. Rosc. Am. 16 extr.* criminum. *Tacit. 11. Ann. 7.* advocatorum. *Cic. Quint. 1.* Praesidio esse contra vim et gratiam solitudini atque inopiae; h. e. eius, qui inops est ab advocatis. *Velleï. 2. 54.* Ingenti cum difficultate itinerum locorumque inopia. Adde *Senec. ad Helv. 12.* — **3)** Refertur ad dicendi facultatem. *Cic. Brut. 53.* Cavenda est presso illi oratori inopia et ieiunitas. — **4)** Speciatim *inopia* est etiam negatio noctis, et opponitur copiae, quam sui facit meretrix. *Ter. Heaut. 2. 3. 125.* haec arte tractabat virum, Ut illius animum cupidum inopia incenderet.

Nota. *Inopia* differt a *paupertate*, ut maius a minori; gravior enim inopia est, et latius patet. *Sust. Gramm. 11.* Vixit in summa paupertate ac paene inopia. V. EGESTAS §. 1., coll. *ibid. Nota*, in qua traditur differre etiam ab *egestate*.

INŎPĪNĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *opinabilis*. — Comparat. *inopinabilior*, infra. — Est non opinabilis, qui opinione concipi non potest, vel de quo non facile opinamur; *strano, difficile da concepire. Gell. 17. 9. sub fin.* Profunda quaedam et inopinabilis latebra. Et *12.* Inhumes materias, sive quis mavult dicere inopinabiles, quas Graeci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant. *Aurel. Vict. Caesar. 39. ante med.* Quae res post memoriam humanam nova atque inopinabilis fuit. Adde *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 9.* — *Boëth. Aristot. Topic. 8. 5.* Ut faciat respondentem dicere inopinabiliora, quam ea, quae etc. Adde *Rustic. contra Acoph. p. 1250. Migne.* V. INOPINALIS.

INŎPĪNĂBĬLĬTER. Adverb. ab *inopinabilis;* inopinanter. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 3. ante med.* Conscriptor quoque inopinabiliter apparebit, non inops Deo. *Id. 8. ibid. 1. ante med.* Plurima inopinabiliter miracula faciebat.

• INŎPĪNĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *opinor;* inopinabilis. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 30. 6.* Conturbatis autem omnibus ad novam vocem et inopinali nuncupatione. Ita legit *L. Quicherat.* in *Addend. Lex. Lat.*, sed *rectius alii* inopinabili.

INŎPĪNANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *opinans;* improvidus, incogitabilis, incautus, nec opinans; *spensierato, sorpreso, incauto, che non pensa a ciò, che può accadere. Caes. 4. B. G. 4.* Omni hoc itinere una nocte confecto, inscios inopinantesque Menapios oppresserunt. *Id. 1. ibid. 12.* Impeditos et inopinantes aggressus. *Id. 2. B. C.*

Digitized by Google

38. Imprudentes atque inopinantes hostes aggredi. Et *3.* Freto Siciliae, imprudente atque inopinante Curione, provehitur. Et *6. B. G. 36.* Inopinantes nostri re nova perturbantur. Adde *Nep. Datam. 3.* et *Liv. 27. 48. ad fin.* — Absolute. *Plin. 30. 47. 4.* Lapillus inopinantis praeciso capite exemptus.

INŎPĪNANTER. Adverb. ab *inopinans;* praeter opinionem, inopinate, inopinato; *impensatamente, improvvisamente. Suet. Tib. 60.* Piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, etc. Adde *Flor. 2. 6. 52.* et *Lactant.* ad *Stat. 8. Theb. 365.*

INŎPĪNĀTĒ. Adverb. ab *inopinatus,* idem ac inopinanter. *Senec. Consol. ad Helv. 5.* Hostium adventus eos prosternit, quos inopinate occupavit. Adde *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 53. 4.*

INŎPĪNĀTO et INŎPĪNĀTUM, i. } v. voc. seq. §. 2. et seqq.

INŎPĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *opinatus,* distinguendum a participio verbi *inopinor,* quod V. suo loco. — Superlat. *inopinatissimus* §. *1. fin.* — Proprie est qui praeter opinionem evenit, improvisus, subitus; *impensato, inopinato, improvviso. Cic. 4. Verr. 8.* Nova tibi haec sunt et inopinata. Et *28.* Cum hoc illi improvisum atque inopinatum accidisset. *Suet. Caes. 87.* Finis vitae repentinus et inopinatus. *Plin. Paneg. 53.* Ac sic quoque plura inopinata, plura subita. *Cic. Parad. 3. 1.* Nec hoc tam re est, quam dictu inopinatum atque mirabile. *Id. Dom. 4.* Allata est a me res inopinata et recens. *Sil. 7. 135.* si praecipitare sequentem, Atque inopinata detur circumdare fraude. *Caes. 2. B. C. 12.* Hostes inopinato malo permoti. *Justin. 13. 1.* Principes regnum, vulgus militum thesauros, velut inopinatam praedam, spectabant. *Gell. 4. 11.* Verba ipsa Plutarchi, quoniam res inopinata est, subscripsi; *fuor dell'opinione comune. Augustin. 7. Trin. 1.* Ex quo conficitur inopinatissimus sensus. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INOPINATUM, i, n. Est res inopinata; *una cosa inaltesa, avvenimento inaspettato. Cic. 3. Tusc. 31.* Nihil inopinati accidit. *Alii leg.* inopinanti. *Quintil. 8. 6. 51.* Inopinata delectant magis. — **3)** Apud Rhetores figura est eadem ac παράδοξον apud Graecos, ut docet *Iul. Rufinian. de figur. sententiar. 34.* V. PARADOXUS. — **4)** Hinc adverbiorum more *ex inopinato* idem ac inopinate. *Cic. 2. Nat. D. 48.* Aliae ut ex inopinato observant, et, si quid incidit, arripiunt. *Suet. Galb. 10.* Repente ex inopinato prope cuncta turbata sunt. Adde *Quintil. 8. 5. 15.,* ubi perperam alii legunt *ex opinato.* — **5)** Item absolute

INOPINATO, eodem sensu. *Liv. 26. 6. a med.* Cum inopinato in castra Romana Numidae irrupissent.

INŎPĪNOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *opinor.* — Particip. *inopinatus,* infra. — Est idem fere ac opinor; *sospettare, opinare. Gell. 18. 7.* Misit librum, quem promiserat, Verrii, inopinor, Flacci erat. *Alii leg.* opinor. *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 32.* Sed id consilium Persae disici *(pro* disiici) Alexander facilius inopinatus.

INŎPĪNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *opinus;* idem quod inopinatus; *inopinato, improvviso:* sed vox magis poëtica. *Virg. 5. Aen. 857.* Inopina quies. *Id. 6. ibid. 103.* nulla laborum, O virgo, nova mi facies inopinave surgit. Et *8. ibid. 476.* fors inopina salutem Ostentat. *Ovid. 4. Met. 232.* inopino territa visu. *Val. Flacc. 5. 659.* Vel tu sola polo tacitis inopina tenebris Labere. *Plin. Paneg. 30.* Aegyptus inopina siccitate exaruit.

INŎPĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *inopia;* qui inopia laborat; *bisognoso.* — Translate. *Plaut. Poen. 1. 1. 2.* Saepe ego res multas tibi mandavi, dubias, egenas, inopiosas consilii.

INOPPĬDĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *oppidatus;* oppidis carens. *Sidon. 5. ep. 13.* Singulos Gabalitanos sparsos, inoppidatos nunc inauditis indictionum generibus exhaurit, nunc etc. *Gloss. Philox.* Inoppidatus; ἀοίκητος.

INOPPORTŪNĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *inopportunus;* intempestivitas; *inopportunità. Idac. Chron.* ad ann. a Chr. n. 467. Expeditio ad Africam adversus Vandalos ordinata metabolarum commutatione, et navigationis inopportunitate revocatur.

INOPPORTŪNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *opportunus;* non opportunus. *Cic. 5. Orat. 5.* Est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni. *Oros. de libert. arbitr. 29.* Inopportunam historiam obscenissimo sermone contexens. — De confusione huius vocabuli cum *importunus,* V. IMPORTUNUS §. b.

INOPS, Inŏpis, omn. gen. Adiect. ab *in* privativa et *ops,* ut docet *Festus* apud *Paul. Diac. p. 190.* et *191. Müll.* Ops Antiqui dicebant, quem nunc opulentum dicimus, ut testimonio est ei contrarius inops. Et *Varr. 5. LL. 17.* Ab ope inops, qui eius indiget. Hoc sensu usurpant *Virg. 9. Aen. 290., Cic. 7. Verr. 34.* et *Liv. 9. 1.* V. loca §. 1. infra. — Contra *Serv.* ad *6. Aen. 535.,* atque hinc *Isid. 10. Orig. 146.* « *Inops,* qui sine terra est; *opem* enim terram intelligimus, quia opem fert fructificando. Alii *inopem* intelligunt, non sepultum, inhumatum, cui nec inanis absenti surrexit tumulus. » — Haec tamen facili ratione inter se possunt conciliari. — **b)** Derivata, *inopia, inopiosus.*

INOPS proprie, ex etymo allato, qui est sine ope, egens, carens, nudus; *mancante, bisognoso, privo, sprovvisto. Virg. 9. Aen. 290.* At tu, oro, solare inopem et succurre relictae; *h. e.* matri, quae, unico amisso filio, non habet praeterea, unde opem exspectet; *abbandonata. Cic. 7. Verr. 34. a med.* Inopes relicti a duce; *lasciati senz'aiuto. Liv. 9. 1.* Nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi. *Ovid. 14. Heroid. 14.* Cum sene nos inopi turba vagamur inops. *Cloat.* apud *Gell. 16. 12.* Commodi esse videantur inopibus nummos desiderantibus. *Petron. Satyr. 133.* Inops et rebus attritis egenus. *Plaut. Rud. 4. 3. 24.* Hic pauperes res sunt inopesque. *Suet. Ner. 6.* et *Grammat. 8.* Adeo inops atque egens, ut etc. *Cic. 3. Verr. 70.* Aerarium inops et exhaustum. — **2)** Translate. *Ovid. Ib. 24.* nostras inopes nolult esse vias; *h. e.* abitum meum et exsilium, quia opes mihi non ademit. *Horat. 1. Sat. 4. 17.* Inopis et pusilli animi esse; *h. e.* sine audacia. *Ovid. 14. Met. 425.* Sex illam noctes, totidem redeuntia solis Lumina viderunt inopem somnique cibique. *Liv. 3. 7. a med.* Inops senatus auxilii humani, ad Deos vota vertit. *Cic. 2. Orat. 10.* humanitatis. *Id. Amic. 15.* amicorum. *Ovid. 2. Pont. 2. 96.* Terra inops pacis; *h. e.* in qua perpetua sunt bella. *Id. 4. Fast. 457.* Inops mentis; *fuor di sè.* Sic *Virg. 4. Aen. 300.* animi. Et *Stat. 1. Theb. 575.* rationis; *non sa quel che far debba.* Sic *Liv. 26. 18.* consilii. *Plin. 16. 2. 1.* remedii. *Id. 6. 35. 4.* Inops aquarum iter. *Tacit. 2. Hist. 6.* Provinciae nec virorum inopes, et pecuniae opulentae. *Stat. 10. Theb. 556.* tumuli inops; *insepolto* (Quo sensu absolute *Virg. 6. Aen. 325.* Haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est). *Horat. 2. Ep. 2. 50.* Inops paterni Et laris et fundi; *spogliato. Iuvenal. 7. 60.* aeris; *senza danari. Sil. 9. 334.* miles Martis inops; *h. e.* cui non datur pugnandi facultas. *Stat. 12. Theb. 444.* tuque exsul ubique Semper inops aequi; *h. e.* cui omnes negant, quod aequum est. *Lucret. 4. 1158.* Adversus atque inops amor. — Cum ablat. *Cic. Dom. 22. a med.* et *1. Att. 1.* Sic inopes et ab amicis, et ab existimatione sunt. — Cum infinito. *Propert. 2. 8. 27.* inopes laudis conscendere carmen; *h. e.* carens viribus ingenii, quibus conscendam, etc. — **3)** Refertur ad facultatem dicendi. *Cic. Brut. 67.* Non erat abundans, non inops tamen. Et *70.* Non tardus sententiis, non inops verbis. Et *76.* Ex hac inopi ad ornandum, sed ad inveniendum expedita Hermagorae disciplina. *Id. 1. Fin. 3. sub fin.* Latinam linguam non modo non inopem, sed locupletiorem etiam esse, quam Graecam. *Gell. 18. 5.* Vir inopi lingua, et infacundus. *Calpurn. 3. Ecl. 60.* carmen inops. *Horat. Art. P. 322.* versus inopes rerum, nugaeque canorae. — **4)** *Inops* qui parvo emitur. V. locum *Martial.* in STURNUS.

Nota. *Inops* plus est quam *pauper* et *egens,* et latius patet: quin *egens* ab *inope* fit, ut effectus a causa. V. INOPIA in *Nota,* coll. EGENS et EGENUS pariter in *Nota.*

INOPTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *optabilis;* non optabilis. *Apul. 9. Met.* Inoptabilis officinae disciplina.

INOPTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *optatus;* non optatus. *Senec. 8. excerpt. controv. 6.* Lacrima est indicium inoptatae rei. — **2)** *Poëta* in *Anthol. Lat. n. 1402. Meyer.* Ibis inoptatas sedes: nam Iuppiter aethram Pandit, Peste, tibi, candidus ut venias. *Inoptatas* positum est fortasse pro *exoptatas,* ut sit particip. ab inusit. *inopto* ex *in* intentiva et *opto.* Potest tamen etiam commode explicari, ut in §. praeced.

INŌRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *oro;* inexorabilis; *inesorabile. Acc.* apud *Non. 8. 28.* Sed pervico Aiax animo atque inorabili. Ita legit *Lips. epist. Quaest. 1. 4. e. 8., alii melius* immemorabili.

INŌRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *oratus;* non oratus. *Cic. Rosc. Am. 10.* Legati Ameriam re inorata reverterunt; *id est* re non exposita. *Enn.* apud *Non. 2. 745.* Quo nunc incerta re, atque inorata gradum regredere conare? *Ambros. ep. 6. n. 1.* Itane oportuit inoratam atque inauditam virginitatis causam adiudicari, ut non possit absolvi?

INORDĪNĀBĬLIS. V. INORDINALIS.

INORDĪNĀBĬLĪTER. V. INORDINALITER.

INORDĪNĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *ordinalis;* inordinatus, deficiens ab ordine. *Pseudo-Cyprian. de singul. Cleric. 6.* O quam inordinalis foeminae propinquitas iaculatur, cuius vicinia est delictorum latrocinium! *Alii leg.* inordinabilis.

INORDĪNĀLĪTER. Adverb. ab *inordinalis;* inordinate. *Coel. Aurel. 3. Acut. 4. circa med.* Inordinaliter scarificandum. *Pseudo-Cyprian. de singul. Cleric. 2.* Ipsi ergo nos fallimus, quoties inordinaliter credimus. *Alii leg.* inordinabiliter.

INORDĪNĀTĒ. Adverb. ab *inordinatus;* sine ordine; *disordinatamente. Cels. 3. 3.* Febres inordinate redire. Et *in fin. 1. 4.* Inordinate agere. Adde *Cyprian. ep. 73. n. 10.*

INORDĪNĀTIM. Adverb. idem origine et significatione ac inordinate. *Ammian. 19. 7.* Acies non inordinatim incedebant.

INORDĪNĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *inordinatus;* confusio; *di-*

Digitized by Google

sordine, confusione. Apul. Trismeg. Senectus mundi, inordinatio, irrationabilitas bonorum. *Imp. Justinian. Cod. 3. 43. 3.* Quidam nec ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione tantum suas substantias perdiderunt, die noctuque ludendo. Consequenter ex hac inordinatione blasphemare Deum conantur, et instrumenta conficiunt. *Vulg. Interpr. Sap. 14. 26.* Inordinatio moechiae et impudicitiae.

INORDĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *ordinatus*. — Superlat. *inordinatissimus* §. *1.* — Proprie est non ordinatus: *disordinato. Liv. 22. 50.* Inordinati et incompositi milites. *Plin. 16. 38. 2.* Inordinata folia. — **2)** Refertur etiam ad sermonem. *Apul. 2. Met.* Non operosus, sed inordinatus ornàtus addebat gratiam. *Plin. 22. 45. 1.* Inordinatissimi pili. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INORDINATUM, i, n. Est res inordinata. *Cic. Univ. 3.* Idque ex inordinato in ordinem adduxit. *Quintil. 8. 2. a med.* Inordinata, aut indistincta dicere.

INORDĪNO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *ordino*, idem quod ordino, dispono. *Colum. 11. 3. ante med.* Mox inordinandi pastinandique soli duo sunt tempora; *h. e.* in areolas distribuendi. *Alii melius leg.* ordinandi.

INŌRĪOR, ĕris, īri. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *orior*, cuius variationes sequitur. V. ORIOR. — Est idem quod orior. *Tacit. 11. Ann. 23.* Quid, si memoria eorum inoriretur, qui etc. *Al. aliter leg. Orelli* oreretur *leg.*, sed totum hunc *Taciti* locum sane corruptum ex Cod. bibl. Laurentianae refinxit *Al. Chrys. Ferrucci* in *Album di Roma a. 1856. p. 132.* Quid si memoria eorum inureretur, quae Capitolio et aëre Romano manibus eorum patrata scitis? Pruerentur ne vocabulo civitatis, insignia patrum decora magistratu ne vulgarent?

INŌRIS, re et INŌRUS, a, um. Adiect. ab *in* et *os, oris*, quod in adiectivum vi compositionis migravit. — Est sine ore; *senza bocca. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 85. Müll.* Inori, inores. *Al. leg.* Inori, sine ore. *Turpil.* apud *Non. 3. 152.* In acta cooperta alga inoras ostreas. Ita *Ribbeck* leg. *alii aliter*. V. etiam INAUDITUS §. 3.

INORMIS, me, et INORMĪTAS, ātis. } V. INNORMIS in *Nota*.

INORNĀTĒ. Adverb. ab *inornatus*. — Comparat. *inornatius*, infra. — Est sine ornatu; *senza ornamenti, rozzamente. Auct. ad Herenn. 4. 31.* Hoc pacto non inornate poterimus dicere. *Front. ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 1. ante med.* Quod Paterculus res inornatius scripsisset.

INORNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *ornatus;* non ornatus, incultus, rudis; *disadorno, senza ornamenti, rozzo. Cic. Orat. 23.* Mulieres esse dicuntur nonnullae inornatae, quas id ipsum deceat. *Ovid. 8. Heroid. 9.* clamantem nomen Orestae Traxit inornatis in sua tecta comis. — **2)** Refertur ad orationem, quae exornationibus et figuris careat. *Cic. Orat. 9.* Lysias tenuis atque inornatus. *Auct. ad Herenn. 4. 56.* Ne nuda atque inornata inventio vulgari sermone efferatur. *Horat. Art. P. 254.* Nomina et verba inornata et dominantia; *h. e.* vulgaria, passim usurpata, omni urbanitatis aut troporum ornamento carentia. — **3)** Item illaudatus. *Id. 4. Od. 9. 31.* non ego te meis Chartis inornatum silebo, Lolli.

INORNO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *orno*, idem quod orno; *ornare. Tertull. Anim. 19.* Et folia formantur, et flosculi inornantur. Cf. voc. seq.

INŌRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *ora;* circa oram ornare. *Tertull. Resurr. carn. 16.* Calix de coronis quoque potatoris sui inorabitur. *Al. leg.* inornabitur.

INŌRUS, a, um. V. INORIS.

INOSCŬLĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *in* intentiva et *osculatio;* actus osculandi; *baciamento. Cyprian. ep. 62. n. 3.* Ipsa confabulatio et inosculatio et coniacentium duorum turpis et foeda dormitio quantum dedecoris et criminis confitetur!

INOSTENSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *ostensus;* non ostensus. *Maxim. Taur. Serm. 37.* Ut ignara mortalitas inostensam credendi disceret veritatem.

INŌTĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *otiosus;* non otiosus, ut inotiosa actio; *h. e.* gestus non lentus et gravis, sed celer et velut cursitans. *Quintil. 11. 3. extr.* Non immerito reprehenditur pronunciatio vultuosa, et gesticulationibus molesta, et vocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex Graecis veteres transtulerunt: quod ab his sumptum Laenas Popilius posuit, esse hanc inotiosam actionem. V. MOCOSUS.

INŎVANS, āntis, omn. gen. Adiect. ab *in* intentiva et *ovans;* valde ovans. *Apul. 11. Met.* Inovanti gradu. *Alii* in ovanti *leg.* sed priorem lectionem recte tuetur *Hildebr.*, quem videsis ad *h. l.* disputantem.

INP — V. IMP —

INQUĔ est ex *in* et *que*. V. in IN et in QUE.

INQUAESĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *quaesitus;* non quaesitus. *Tertull. 5. carm. advers. Marcion. 5.* Inquaesita ergo, sed non erepta probatur. — *Porcellinus* exposuerat pro inquisita; *ercata.*

INQUAM. V. INQUIO.

INQUASSĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *quassatus;* non quassatus. *Gloss. Philox.* Inquassatus; ἄθραυστος. — Idem vocabulum habet *Id. ibid.* sub vv. Graecis ἀκάλυντος, ἄκλαστος, ἀκύστρωτος, ἀτίναχτος. — *Gloss.* autem *Lat. Gr.* Inquassatus *(sic);* τετραυπάνος. — *Inquassatus* videtur ex vulgari pronunciatione repetendum. Cf. *Ducange, Gloss. med. et inf. Latinit.* sub v. INQUISSATUS.

* INQUERITUS.
* INQUESITIO.
* INQUESTUS. } V. INQUIRO §. c.

INQUID. V. INQUIO §. c.

INQUĬES, ētis, omn. gen. Adiect. eiusdem originis ac praecedens, idem ac inquietus; *inquieto. Sallust. 1. Hist.* apud *Priscian. 6. p. 704. Putsch.* Hominem lingua peritum et inquietem. *Id. 5. ibid. p. 656.* Humanum genus inquies atque indomitum. *Vellei. 2. 68.* Vir inquies. *Plin. procem. Hist. nat. 12.* Animus inquies pascitur opere. *Tacit. 1. Ann. 68.* Haud minus inquies Germanus spe, cupidine. *Id. 3. ibid. 4.* Dies modo per silentium vastus, modo ploratibus inquies. Et *16. ibid. 14.* Inquies animo, et occasionum haud segnis. *Apul. 2. Met.* Nec animo tantum, verum etiam corpore ipso ad libidinem inquies et petulans.

INQUĬESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *quiesco*. — Particip. *inquiescens*. — Proprie est idem ac quiesco seu quietem habeo in aliqua re; *riposare. Hilar.* in *Psalm. 120. n. 16.* Custodiet ergo Dominus exitum, dum de corpore exeuntes, secreti ab impiis, interiecto chao, inquiescant. — **2)** Translate. *Apul. 9. Met. sub init.* Immo vero ism virus, inquiescente saevitia, prorsus exstinctum. *Alii melius leg.* increscente. — **3)** Deinde, ab *in* negativa et *quiesco*,

II. *Inquiesco*, transitivorum more, pro inquieto. *Auct. incert. de idiomatib. casuum, p. 569. Keil.* Inquiesco te, σὲ ἐπιχαράζω sc. — Verbum ἐπιχαράζω ignorant Lexica Graeca.

INQUĬĒTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inquieto;* actus inquietandi. *Liv. 22. 27. de bobus, quorum cornibus sarmenta succensa alligaverat Annibal.* Capitum inquietatio excitans flammas, hominum passim discurrentium speciem praebebat; *dibattimento. Alii tamen melius leg.* irrita quassatio. *Senec. Suasor. 2. de Euripo.* Qua vix minimo aditus navigio est: et huius quoque remigium arcet inquietatione, quod circumfluit, mare. *Marcell. Empir. 8. §. 1.* Collyrium, quod ad omnem epiphoram, et inquietationem, et tumorem facit sedandum.

INQUĬĒTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inquieto;* qui inquietat. *Tertull. Spectac. 25.* Inquietator animarum. *Gesta Collat. Carthag. 3. Cognit. n. 188.* Dilucide claruisset, utrum nos inquietatores essemus, an inquietati ad iudicium veniremus. *Cod. Theod. 6. 10. 1.* Si quis . . . inquietator exstiterit.

INQUĬĒTĀTUS, a, um. Particip. verbi *inquieto;* turbatus, vexatus: *inquietato, molestato. Petron. Satyr. 100.* Inquietatus ille moleste tulit. *Suet. Cal. 26.* Inquietatus fremitu. Et *ibid. 59.* umbris.

INQUĬĒTĒ. Adverb. ab *inquietus*. — Comparat. *inquietius*, infra. — Est sine quiete, sine intermissione. *Solin. 30.* Mons ingenito igne per aeternum fervidus, et inquiete iugis flagrantibus. *Ammian. 27. 3.* Eaque confidentia deinceps inquietius agitans multa. *Vulg. Interpr. 2. Thess. 3. 11.* Inquiete ambulare.

INQUĬĒTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *inquietus*. — Particip. *inquietans* §. *4.*, *inquietatus*, V. suo loco. — Proprie est turbo, quietem agere non sino; *inquietare, turbare. Colum. 8. 5.* Ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur. *Petron. init. Satyr.* Num alio genere furiarum declamatores inquietantur? *Senec. Vit. beat. 12.* Opiniones inter se contrariae mentem inquietabunt. *Plin. 1. ep. 9.* Nullo timore sollicitor, nullis rumoribus inquietor. *Suet. Aug. 53.* Officii causa inquietare aliquem. *Vulg. Interpr. Act. 15. 19.* Ego iudico, non inquietari eos. — Cum infinito. *Gesta Collat. Carthag. 1. Cognit. n. 12.* Qui de meis sedibus evocari, qui me laborem itineris pati inquietavit; *h. e.* me coëgit pati. — **2)** Translate. *Tacit. 3. Hist. 84.* Inquietare victoriam. — **3)** Specialim apud *ICtos* in *Digest.* frequens est pro accusare, in ius vocare, actionibus et litibus inferendis turbare. *Suet. Ner. 34.* Inquietare aliquem litibus. *Modestin. Dig. 31. 1. 38. ante med.* Sciant heredes mei, nullam pecuniam esse penes uxorem meam: ideoque eam hoc nomine inquietari nolo. *Ulp. Dig. 48. 5. 26.* Quiescens matrimonium non debet alius turbare atque inquietare; *scilicet* uxorem adulterii accusando. — **4)** Intransitivorum more,

II. *Inquieto* est inquietus sum. *Tertull. de Pall. 2.* De tranquillo probum *(mare)*, de illustris temperatum, et extemplo de decumanis inquietat; *h. e.* inquietatur. *Sulpic. Sev. ep. 3. ad Bassul.* Tu Treveris constituta et tam longe a patria, filio inquietante, divulsa.

Nota. Etiam deponentium more *inquietor, āris, āri* agnoscitur

s *Priscian. 8. p. 799.* « Quieto et quietor; inquieto et inquietor, » si recte *nequito et nequitor:* ita *inquieto et inquietor* emendatum est a cl. *Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 142. Keil.* loc. cit. *Priscian.* legit *nequit et nequitur*, quod recte reiiciendum esse vidit idem *Quicherat loc. cit.*

INQUĬĒTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *inquietus;* privatio quietis; *inquietudine, perturbazione. Senec. 2. Benef. 8.* Tametsi inquietudinem Tiberius ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere. *Al. aliter leg. Solin. 1.* Iam inde incipiet capitis inquietudo, et caligine visus hebetabitur. *Impp. Dioclet. et Maximian. Cod. 7. 14. 5.* Ne de cetero inquietudinem sustineres. Adde *Hieronym. ep. 108. n. 20.* — **2)** Est etiam febricula, commotiuncula. *Marcell. Empir. 20. ante med.* Stomachum corrobora: herba absinthii decocta cum vino austero, si febres non erunt: quod si inquietudo fuerit, cum aqua coqui et dari debet.

INQUĬĒTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *quietus*, quod est a *quies.* — **b)** Alia forma est *inquies, ētis*, quod V. secundo loco. — **c)** Comparat. *inquietior* §. 1. et superlat. *inquietissimus* §. 2. — **d)** Derivata, *inquietatio, inquietator, inquiete, inquieto, inquietudo.*

INQUIETUS; qui est sine quiete; *inquieto, senza riposo. Horat. 3. Od. 3. 3.* auster Dux inquieti turbidus Adriae. *Liv. 1. 46.* Animus inquietus. *Id. 22. 21.* Ingenia inquieta, et in novas res avida. *Ammian. 22. 5. extr.* O Sarmatae, tandem alios vobis inquietiores inveni. *Al. leg.* inertiores. — *Apul. 4. Met. 19.* Quidam servulûm strepitu scilicet divinitus inquietus proserpit leniter etc. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **2)** Translate. *Senec. Herc. Oet. 1557.* Si quis fecerit aper silvas inquietas. *Senec. 7. Benef. 22.* Inter affectus inquietissimos rem quietissimam, fidem, quaeris? — *Vulg. Interpr. Iacob, 3. 8.* Inquietum malum.

INQUĬLĪNĀ, ae, f. V. INQUILINUS, i, §. 3. et 5.

INQUĬLĪNĀTUS, us, m. Abstractum ab *inquilinus;* incolatus, habitatio inquilini. *Tertull. Anim. 58. ad fin.* Desiderabit inquilinus toto inquilinatus sui tempore. Adde *Sidon. 5. ep. 19.* et *Eugypp. Thesaur. 508.*

INQUĬLĪNO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inquilinus;* incolo, habito. *Gloss. Philox.* Inquilino; *ἐνοικῶ.*

INQUĬLĪNUS, i, m. et Inquilina, ae, f. Verbale ab *incolo*, quasi *incolinus*, unde *inquilinus.* Cf. *Isid. 9. Orig. 4. 37.* et V. infra *Nota.* — **b)** In feminino genere sensu translato tantum adhibitum huc usque repperi, et adiectivorum more. V. infra §. 4., 5. et 6. — **c)** Derivata, *inquilinatus, inquilino.* — **d)** Compositum, *coinquilinus.*

INQUILINUS est qui in alienis et privatis aedibus habitat: et proprie dicitur in conducticiis; *chi abita in casa d' altri, o a pigione, pigionale.* — *Cic. 2. Phil. 41.* At vero, te inquilino (non enim domino), personabant omnia vocibus ebriorum. *Suet. Ner. 44.* Iussit, inquilinos privatarum aedium atque insularum pensionem annuam repraesentare fisco. — *Marcell. Dig. 41. 2. 37.* Ut is, qui hypothecam dedit, pro colono in agro, in aedibus pro inquilino sit. *Ulp. ibid. 43. 31. 1.* Hoc interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare, nam colono non competit. — **2)** Latiore significatione est, qui habitat in regione non sua, quasi in aedibus alienis; universim vero incola alicuius loci, pagi vel urbis. *Iustin. 43. 4.* Massilienses, qui nunc inquilini videntur, quandoque dominos regionum futuros. *Plin. 21. 43. 1.* Hostilia vicus alluitur Pado. Huius inquilini, pabulo circa deficiente, imponunt navibus alvos, etc. — **3)** Dicitur etiam *inquilinus*, qui in domo mea habitat. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 79. Lind.* Inquilinus, qui eundem colit focum. *Martial. 1. 87.* Vicinus Novio, vel inquilinus Sit, si quis Novium videre non vult. Adde *Vulg. Interpr. Iob. 19. 15.* — **4)** Translate. *Cic. 15. Fam. 18.* Ubi igitur, inquies, philosophia? Tua quidem inquilina. *Al. melius leg.* in culina. V. CULINA §. 1. *Senec. ep. 108.* Quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos voco. *Ammian. 30. 5.* Cum non suppeteret, quod daretur, erant perpetui carcerum inquilini. *Varr.* apud *Non. 4. 444.* in quarum locum subierunt inquilinae, impietas, perfidia, impudicitia. *Tertull. Resurr. carn. 46. sub fin.* Anima inquilina est carnis. — **5)** Adiectivorum more.

INQUILINUS, a, um. Est locum aliquem incolens. *Sall. Cat. 32. extr.* Cum eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romae. — **6)** Item ad inquilinos pertinens. *Salvian. 5. Gub. D. 8.* Qui habere amplius vel sedem, vel dignitatem suorum natalium non queunt, iugo se inquilinae abiectionis addicunt.

Nota. *Inquilinus* differt a *colono:* quia inquilinus proprie nihil praeter domum alienam colit: colonus agros quoque. Cf. loca e *Digestis* allata in §. 1. — **2)** Item ab *incola*, quia incola habitatorem notat in genere: inquilinus est habitator alienae domus. — Huc spectat *Isid. 1. Differ. 522.* « Inquilinus dicitur quandiu peregrinatur: *incola*, cum invenerit sedem. » Cf. §. 2. — **3)** Item ab *advena*, quia advena non perpetuo habitat, sed brevi migrat: inquilinus manendi animo incolit. Cf. loca *Cic.* et *Suet.* allata in §. 1. *init.* Sed haec non semper ab Auctoribus servata esse, loca plura testantur. Cf. et *Isid. 9. Orig. 4. 38.* V. loc. sub v. ADVENA in *Nota* §. 3.

INQUĬNĀBŬLUM, i, n. Verbale ab *inquino*, idem ac inquinamentum. *Gloss. Philox.* Inquinabulum; *μίλυμμα.*

INQUĬNĀMENTUM, i, n. Verbale ab *inquino*, syllabica adiectione productum; sordes et immunditia; *lordura. Vitruv. 8. 3. extr.* Si neque inquinatus ab aliquo inquinamento is locus fuerit. *Gell. 2. 6. extr.* Ut iam squalor de re nulla alia, quam de solis inquinamentis dici coeperit. — **2)** Translate de sorde animorum. *Vulg. Interpr. 2. Cor. 7. 1.* Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus. Adde *Ezech. 36. 25.* et *29.*

INQUĬNĀTĒ. Adverb. ab *inquinatus.* — Comparat. *inquinatius* §. 1. — Proprie est sordide; *lordamente. Auct. Praedestinat. 1. 46.* Arctius, et inquinatius colligare. — **2)** Translate *inquinate loqui* est nimis vulgaribus, sordidis, inelegantibus aut barbaris verbis uti: ut *Cic. Brut. 37.* et *74.* docet.

INQUĬNĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inquino;* pollutio; *contaminazione. Gloss. Lat. p. 180. n. 305. Hild.* Inquinatio; sordes. — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. Sapient. 14. 26.* Dei immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio. Adde *Herm. Post. 5. Simil. 10. 3.*

INQUĬNĀTUS, a, um. Particip. verbi *inquino*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *inquinatior* §. 2., superlat. *inquinatissimus* §. 2. et *3.* — Proprie est foedatus, contaminatus, pollutus; *imbrattato, macchiato, lordo, sozzo. Cic. 5. Tusc. 34.* Darius in fuga, cum aquam turbidam, et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit, unquam se bibisse iucundius. — **2)** Et translate. *Cic. Rosc. Am. 24.* Nisi turpis adolescentia, nisi omnibus vitiis inquinata. *Id. Flacc. 22.* Nihil hoc homine egentius, nihil inquinatius. *Id. 2. Offic. 6.* Quae sordidissima quidem est ratio et inquinatissima. *Id. Har. resp. 24.* An ille foedior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quam in universo senatu accusando fuit? *Id. Coel. 6.* Quis in voluptatibus inquinatior? Et *32.* Ore, lingua, manu, vita omni inquinatus. *Id. Har. resp. 12.* Quid magis deformatum, inquinatum, perversum, conturbatum dici potest? *Q. Cic. Petit. cons. sub fin.* Comitia largitione inquinata. *Catull 53. 3.* Nam dextra pater est inquinatiore; h. e. multis furtis polluta et contaminata. — **3)** Pro tinctus, infectus; *tinto. Martial. 4. 4.* bis murice vellus inquinatum. V. infra *Nota.* — **4)** Refertur ad orationem, in qua adhibentur verba aut barbara, aut sordida, aut nimis vulgaria. *Cic. opt. gen. Orat. 3.* Est vitiosum in verbis, si inquinatum, si abiectum, si non aptum, si durum, si longe petitum. *Id. Orat. 49.* Splendidis nominibus illuminatus est versus: sed proximus inquinatus, insuavissima littera finitus. *Auct. dial. de Orat. 20.* Exigitur iam ab oratore etiam poëticus decor, non Accii, aut Pacuvii veterno inquinatus, sed etc. — **5)** Et in qua inhonesta, ac turpia dicuntur. *Cic. 5. Verr. 26.* Tantum eius sermo inquinatissimus, et blanditiae flagitiosae valuerunt. — **6)** De eo, qui leviter est imbutus. *Petron. fragm. Tragur. 46. Burm.* Nam litteris satis inquinatus est. *Senec. ep. 59. circa med.* Diu in istis vitiis iacuimus, elui difficile est, non enim inquinati sumus, sed infecti.

Nota. Discrimen inter *infectum* et *inquinatum*, dedimus sub v. INFECTUS in *Nota.*

INQUĬNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *cunio*, ut docet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 39. Lind.* « *Cunire* est stercus facere, unde *inquinare.* » V. INCUNULENTAE. — **b)** Particip. *inquinans* §. 2., *inquinatus*, V. suo loco, *inquinaturus* §. 1. — **c)** Derivata, *inquinabulum, inquinamentum, inquinate, inquinatio.* — **d)** Composita, *coinquino, coinquo, incoinquinabilis, incoinquinabilitas, incoinquinatus.*

INQUINO proprie est sordibus aspergo, polluo, foedo, maculo; *imbrattare, lordare. Plaut. Capt. 2. 2. 17.* Ne id quidem involucre inicere voluit, vestem ut ne inquinet. *Phaedr. 1. 29.* Inquinari sanguine. *Horat. 1. Sat. 8. 37.* Mentior at si quid, merdis caput inquinet albis Corvorum. *Ovid. 4. Fast. 938.* Ruris opes niteant: inquinet arma situs. *Id. 14. Met. 55.* Inquinare aquas venenis. *Ulp. Dig. 9. 2. 27. ante med.* Si lolium in segetem alienam inieceris, quo eam inquinares. *Novatian. de cib. Iudaic. 2.* Quaedam *(animalia)* interdixit, quasi non munda, et ipsos edentes inquinatura. — **2)** Translate. *Varr.* apud *Non. 2. 757.* Saepe unus puer petulans atque impurus inquinat gregem puerorum. *Cic. Plane. 19.* Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. *Id. Deiot. 12.* Idcirco in hanc urbem venisti, ut huius urbis iura et exempla corrumperes, domesticaque tua immanitate inquinares? *Liv. 9. 46.* Senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat. *Cic. 2. Phil. 17.* Quos iste agros, ereptos reipublicae, turpissimis possessoribus inquinavit. *Id. 3. Fin. 8.* Obscurantis est omnem splendorem honestatis, ne dicam inquinantis. *Liv. 29. 37. a med.* Inquinare famam alterius. *Cic. 5. Tusc. 2.* se parricidio. Et *1. ibid. 30.* vitiis atque flagitiis. *Curt. 6. 11. sub fin.* innoxios; *infamare, e far rei. Horat. 3. Od. 6. 17.* Fecunda culpae saecula nuptias Primum inquinavere et genus et domos. *Id. Epod., 16. 64.* Iuppiter inquinavit aere tempus aureum. Cf. INQUINATUS, ubi alia huc quoque spectantia.

Digitized by Google

INQUĬO, et *saepius*, inquam, is, it. Verbum anomalon et defectivum, coniugationis tertiae secundum *Priscian. 10. sub init.*, et quartae secundum *Diomed. 1. p. 373. Putsch.* Putat *Voss.* esse *iniquio* ab *ἰνίπω*, et *inquam* per syncopen ab *inquiebam*, ut olim fuerit imperfectum, nunc vero usu pro praesenti usurpetur. Rectius tamen duxeris ab inusit. *ἴνημι*, compos. ex *ἐν*; in, et *φημί* Dorice pro *φημί*; dico; deinde, absorpta ultima vocali *e*, ortum *inquam*, et Latina desinentia *inquio*. — **b)** Quibus temporibus et personis usurpatum fuerit, docetur infra §. 1. — *Inquio* rarissime adhibetur, nec agnoscere videtur *Macrob. de differ. verb. p. 647.* — **c)** *Inquid* pro *inquit* saepe scribitur, sequente *t*, aut alia consonante, ut *inquid Tubero* apud *Cic. 1. de Rep.* (edente *A. Mai*) *15.*, et *inquid tam mane* apud *Eund. ibid. 9.*, et *inquid Philus* apud *Eund. ibid. 11.* — **d)** Particip. *inquiens* §. *1. fin.*

INQUIO et inquam proprie est dico, loquor; *dire:* et adhibitum reperitur sine casu ac tantum in sequentibus temporibus ac personis. *Horat. 1. Sat. 5. 66.* Communi sensu plane careat, inquimus, etc. *Arnob. 2. p. 44.* Non credimus, inquitis, vera esse quae dicit. *Cic. 6. Verr. 14.* Ubi sunt, Pamphile, inquiunt, scyphi? *Id. Top. 12.* Inquiebat Gallus noster. *Al. leg.* inquiebat. *Catull. 10. 14.* At certe tamen, inquiit, quod illic etc. *Al. leg.* inquiunt. *Cic. 2. Orat. 64.* Tu vero, inquisti, molestus non eris. *Catull. 24. 7.* non est homo bellus, inquies? est. *Cic. 4. Verr. 18.* Ergo, inquiet aliquis, donavit, etc. *Auct. ad Herenn. 2. 21.* Quid amor? inquiet quisquam. *Ter. Heaut. 1. 7. 1.* Eccum me, inque. *Plaut. Aul. 4. 10. 58.* et *Rud. 5. 2. 55.* Ita Dii faxint, inquito. *Auct. ad Herenn. 4. 3.* Quid enim tibi vis? inquiat aliquis. Ita *Priscian. 10. sub init.* legit, *alii* inquiet. *Act. SS. Perpetuae et Felicit. 1. n. 2.* Pater, inquio, vides, verbi gratia, vas hoc etc.? — *Auct. Histor. Datian. 9.* Nisi granum frumenti, inquiens, moriatur, etc. Adde *Mamert. Claudian. 1. Stat. anim. 3. n. 4.* legitur pariter particip. *inquiens*. V. loc. — **2)** Usitatissima sunt *inquam*, *inquis*, *inquit*, quae poni non solent in oratione, nisi post unum aut alterum verbum. *Nep. Alcib. 8.* Ab hoc discedens Alcibiades, quoniam, inquit, victoriae repugnas, etc. *Cic. Plane. 26. extr.* Cum respondissem, me ex provincia decedere, etiam, mehercules, inquit, ut opinor, ex Africa. Huic ego iam stomachans fastidiose, immo ex Sicilia, inquam, etc. *Hoc loco per praeteritum Italice reddi potest.* Sic *5. Catil. 5.* Quaesivi, cognosceret ne signum? annuit. Est vero, inquam, signum quidem notum, etc.; *disse'to.* — **3)** Cum dativo personae. *Id. 5. Att. 1.* Tum Quintius, en, inquit mihi, haec ego patior quotidie. *Catull. 10. 27.* minime, inquio puellae. *Est qui leg.* inquii. — **4)** Item cum accusat. et praepos. *ad. Apul. 8. Met. 18.* Unus illinc denique de summo cacumine ad nos inquit: Non vestrorum, etc. V. *Hildebr.* ad h. l. — **5)** Speciatim

II. *Inquam* adhibetur saepe in repetitione. *Cic. 2. Phil. 44.* Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem defende, si potes. *Id. 1. Att. 20. ad fin.* Per mihi, per, inquam, mihi gratum feceris, si etc. *Id. 2. Fin. 23.* Delector enim: quamquam te non possum, ut ais, corrumpere: delector, inquam, et familia vestra et nomine. — **6)** *Inquam*, *inquit* in dialogis locum habent, qui aliorum nomine referuntur. *Id. Amic. 1.* Quasi ipsos induxi loquentes, ne *inquam* et *inquit* saepius interponeretur. *Id. 5. Att. 1.* At illa audientibus nobis, ego sum, inquit, hic hospita. Adde *15. ibid. 12.* — **7)** *Inquam* servit etiam indignationi. *Lucret. 2. 257.* Libera per terras unde haec animantibus exstat, Unde est haec, inquam, fatis avulsa voluntas? — **8)** Praeterea *inquit* veluti formula est, ubi aliquid ex adverso nobis obiici et opponi fingimus; sive ab uno, sive a pluribus; sive a praesente, sive ab absente fiat. *Cic. Cluent. 34.* Hoc vos Cluentio putatis obesse oportere, quam ob causam? Si ex lege subsortitus non erat Iunius, aut si in legem aliquando non inraverat, idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio iudicabatur? Non, inquit: sed ille idcirco his legibus condemnatus est, quod etc. (*pro* inquitis). *Id. Flacc. 25.* Nunc tantum a Trallianis requiro, quam pecuniam a se ablatam queruntur, suam ne dicant, sibi a civitatibus collatam in usum suum: cupio audire. Non, inquit, dicimus. Quid igitur? delatam ad nos, creditam nobis L. Flacci patris nomine, ad huius dies festos atque ludos. Quid tum? hanc te, inquit, capere non licuit (*pro* inquiunt). *Horat. 1. Sat. 4. 78.* laedere gaudes, inquit, et hoc studio pravus facis (*pro* inquis). *Al.* inquis *leg.*: sed contradicit *Bentleius* (a quo haec desumpsimus), alia quoque congerens in hanc rem. — **9)** Interdum *inquit* omittitur. *Phaedr. 3. 3.* Turpemque aperto pignore errorem probans, En, hic declarat, quales sitis iudices. Adde *1. 30.*, *Ter. Hecyr. 1. 2. 75.*, *Val. Flacc. 1. 626.* et *Virg. 4. G. 536.*

Nota. Discrimen inter *aio* et *inquam* dedimus sub v. AIO in *Nota* II.

INQUĪRO, īris, īsīvi, īsītum, īrĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *quaero*, mutata euphoniae gratia *ae* diphthongo in *i* longam. V. QUAERO. — **b)** De confusione huius verbi cum *anquiro*, V. dicta sub v. ANQUIRO §. 6., coll. infra §. 2. — **c)** In *Gloss. Lat. Gr.* Inqueritus; ἐξήτητος. Et in *Gloss. Gr. Lat.* Ἐξήτητος; inquestus. — *Inqueritus* et *inquestus* videntur scripta pro *inquisitus*, nisi velis admittere haec vocabula ita quoque vulgo usurpata fuisse. — Idem dicendum est etiam de vocibus *inquesitio* et *inquesitor* pro *inquisitio* et *inquisitor*, quae leguntur in *Gloss. Lat. p. 180.* ed. *Hild.* — **d)** Particip. *inquirens* §. 4. et seqq., *inquirendus* §. 1., *inquisitus*, V. suo loco. — **e)** Derivata, *inquisite*, *inquisitio*, *inquisitivus*, *inquisitor*, *inquisitrix*. — **f)** Composita, *adinquiro*, *praterinquiro*.

INQUIRO proprie est exquiro, anquiro, perquiro, quasi in aliqua re quaero; *cercare*, *ricercare*. *Cic. 5. Tusc. 2.* Vera illa honestas, quam natura maxime inquirit. *Liv. 22. 7. a med.* Priusquam omnia ordine inquisissent. *Iustin. 3. 4.* Ad sedes inquirendas proficiscuntur Partheniae. — **2)** Pro requiro. *Diomed. 3. 10. 1.* Quoniam extremitas nominum ad metricam compositionem necessario indaginem inquirit, iccirco etc. — **3)** Translate est investigo; *investigare*. *Cic. 3. Orat. 29.* Consecutio autem tractatur, cum, quid quamque rem sequatur, inquiritur. *Quintil. 3. 11. a med.* Ne parum diligenter inquisisse de opere, quod aggressi sumus, videremur. *Horat. 2. Sat. 3. 41.* Primum nam inquiram quid sit furere. *Id. 1. ibid. 3. 28.* Vitia alicuius inquirere. *Cic. 1. Offic. 34.* De alieno negotio nihil inquirere. *Al. leg.* anquirere. *Id. 1. Leg. 1.* diligenter in ea, quae memoriae sunt prodita. *Al. leg.* anquirere. — **4)** Huc spectant loca *Vulg. Interpr. Ps. 55. 11.* Inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono. *Id. ibid. 57. 13.* Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates. *Id. 1. Petr. 3. 11.* Inquirere pacem. *Id. Sap. 12. 14.* Neque rex neque tyrannus in conspectu tuo inquirent. *Id. Eccli. 4. 12.* Suscipit (*Deus*) inquirentes se. *Id. Tob. 14. 10.* Inquirite, ut faciatis, quae placita sunt ei. — **5)** Deinde

II. *Inquiro* est etiam verbum forense, et dicitur de iis, qui accusandi causa, aut iudicandi, quaerunt qui mores eius sint, quae crimina, quo de agitur; *far inquisizione o processo*, *informarsi*, *inquisire*, *inquerire*. *Cic. 2. Verr. 2.* Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem. *Id. Mur. 21. sub fin.* Scis tu, illum accusationem cogitare? inquirere in competitores? testes quaerere? *Caes. 1. B. G. 18. sub fin.* Reperiebat Caesar inquirendo, initium eius fugae a Dumnorige factum esse. *Curt. 6. 8. extr.* Inquirere de rebus capitalibus. — **6)** Hinc translate. *Cic. Brut. 82.* Nimium inquirens in se, atque ipse sese observans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. *Ovid. 1. Met. 148.* Pilius ante diem patrios inquirit in annos; h. e. aetatem sciscitatur et valetudinem, eius mortem cupit, adeundae hereditatis impatiens. Et *12. ibid. 62. de Fama*. Ipsa quid in caelo rerum, pelagoque geratur, Et tellure videt, totumque inquirit in orbem. *Tacit. Germ. 34.* Obstitit oceanus, in se simul, atque in Herculem inquiri.

Nota. Inter *inquiro* et *quaero* hoc discrimen statuit *Isid. 1. Differ. n. 313.* « *Inquirimus* ea, de quibus dubitamus: *quaerimus* ignota. »

INQUĪSĪTĒ. Adverb. ab *inquisitus*. V. ANQUISITE.

INQUĪSĪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inquiro;* investigatio, disquisitio; *ricerca*, *investigazione*. *Plaut. Cass. 3. 1. in fin.* Sed tu cave, inquisitioni mihi sis; *guarda di non ti far cercare*. *Plin. 8. 41. 2.* Ab uno animali sepulcra erui, inquisitione corporum. — **2)** Item conquisitio; *leva*. *Curt. 4. 6.* Amyntam in Macedoniam ad inquisitionem novorum militum misit. V. INQUISITOR §. 2. — **3)** Translate. *Cic. 1. Offic. 4.* Hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. — **4)** Speciatim apud IGtos

II. *Inquisitio* dicitur investigatio vitae et criminum alicuius, qui accusandus, aut iudicandus est; *inquisizione*, *processo*, *informazione*. *Cic. 4. Verr. 4.* Equem existimatis unquam ulla in provincia reum absentem, contra inquisitionem accusatoris, tantis operibus esse defensum? *Id. Mur. 21.* Non placet mihi inquisitio candidati, praenuncia repulsae. *Tacit. 13. Ann. 43.* Inquisitionem annuam impetrare; h. e. annum ad inquirendum. Sic *Ascon. in argum. orat. pro Scauro.* Inquisitionem in Sardiniam, itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt; h. e. veniam, et facultatem inquirendi. Sic *Plin. 3. ep. 9.* Postulare inquisitionem in aliquem. Et *3. ep. 20.* Dare inquisitionem alicui. *Plin. alter, 29. 8. 4.* agere. *Id. 30. 5. 2.* Inquisitiones alicui mandare. *Tacit. Agric. 2.* Ademptum per inquisitiones loquendi audiendique commercium.

INQUĪSĪTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *inquiro;* inquisitioni inserviens, qui inquirit. *Priscian. 18. p. 1163. Putsch.* desiderativa vel inquisitiva (*verba*) accusativo sociantur, ut quaero te. — **2)** Translate, qui multus est in indagatione veritatis. *Boëth. Aristot. Top. 1. 2.* Cum dialectica sit inquisitiva, ad omnium methodorum principia viam habet.

INQUĪSĪTOR, ōris, m. Verbale ab *inquiro*, qui inquirit; *ricercatore*. *Plin. 8. 61. 5.* Scrutatur vestigia (*canis*), atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro traheus; h. e. venatorem. *Suet. Caes. 1.* Ut prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecunia redimere; *spie*. *Iuvenal. 4. 49.* di-

Digitized by Google

spersi protinus algae inquisitores agerent cum remige nudo; *spic.* — **2)** Item conquisitor. *Traian.* ad *Plin. 10. ep. 39. de tironibus.* Lecti si sunt, inquisitor peccavit: si vicarii dati, penes eos culpa est, qui dederunt. *Al.* inquisitio *leg.* quam vocem vide §. 2. — **3)** *Inquisitor Galliarum* munus fuit provinciale, quod non satis definiri adhuc posse videtur. Sunt tamen qui accipiunt de iis, qui extra ordinem in provinciis delegantur, de tributis ac vectigalibus cogniturі. Occurrit in *Inscr.* apud *Orelli, n. 5655.* L. Cassio . . . omnibus honoribus apud suos functo inquisitori G . . . III. Prov. Gall. Adde *alium* apud *Grut. 476. 4.* et Cl. *Momms.* in *Memorie dell'Istit. Archeol. T. 2. p. 317.* — **4)** Translate est investigator; *investigatore. Cic. fragm. Acad.* apud *Augustin. 3. contra Acad. 11.* Non enim vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. *Senec. 6. Quaest. nat. 15.* Rerum naturae inquisitor fuit. — **5)** Specialim

II. *Inquisitor* apud ICtos est, qui in alterius vitam inquirit, accusationis, aut iudicii causa; *inquisitore, chi fa processo. Cic. 2. Verr. 2.* Ille Achaicus inquisitor ne Brundusium quidem pervenit. *Plin. 3. ep. 9. a med.* Norbanus legatus et inquisitor reum postulavit. *Senec. 3. Benef. 23.* Inquisitorem habebat veterem amicum; *h. e.* putabat veterem amicum esse inquisitorem sui; *tenuta per ispia.* Adde *Tacit. 13. Ann. 66.*

INQUĪSĪTRIX, Icis, f. Verbale ab *inquiro;* quae inquirit; *che ricerca. Lactant.* ad *Stat. 1. Achill. 105.* Solers inquisitrix.

INQUĪSĪTUS, a, um. Particip. verbi *inquiro;* investigatus; *ricercato, investigato. Liv. 10. 40. a med.* Iuvenis rem inquisitam, ne quid incompertum deferret ad consulem, detulit. *Id. 22. 7.* Flaminii corpus magna cum cura inquisitum, non invenit. — **2)** Deinde

II. *Inquisitus* est etiam adiect. ab *in* negativa et *quaesitus;* non quaesitus; *non cercato, non esaminato. Plaut. Amph. 2. 2. 217.* Istam rem inquisitam certum est non amittere. Et *4. 1. 9.* Quaestionem inquisitam amittere.

INR — V. IRR — praeter seq.

INRECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *rectus;* non rectus. *Non. 1. 226.* Vulpinari dictum est ab inrecto, seu intorto vulpium cursu. V. VULPINOR. — *Gloss. Arab. Lat.* Inrectum, falsum.

INSAEVĬO, is, īre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *saevio;* valde saevio, desaevio. *Cassiod. 1. Variar. 37.* Videmus arietes pro suis ovibus capitaliter insaevire. *Vulg. Interpr. Ital. Gen. 37. 38.* Insaeviebant, ut occiderent illum.

INSALLĬO, is, īre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *sallio,* idem ac sallio. *Gloss. Cyrill.* Ἁλίζω; insallio.

* INSĂLŪBER. V. voc. seq. *init.*

INSĂLŪBRIS, re. Adiect. ab *in* et *salubris.* Quidam *insaluber* recto casu efferunt, sed nondum mihi occurrit. — Comparat. *insalubrior* §. *1.*, superlat. *insalubrerimus* §. *1.* — Proprie est non salubris, gravis, noxius; *insalubre, mal sano. Colum. 1. 4.* et *Plin. 18. 6. 8.* Fundum sicuti ne fecundissimi quidem soli, cum sit insalubris; ita nec effeti, si vel saluberrimus sit, parandum. *Gell. 19. 5. a med.* Manet, quod est gravius, sordidius et insalubrius. *Plin. 25. 22. 2.* Vinum fumo inveteratum, insaluberrimum est. — **2)** Translate, inutilis, non profícuus. *Plin. 17. 2. 9.* Meridiem vineae spectare colono insalubre est.

INSĂLŪBRĬTER. Adverb. ab *insalubris;* non salubriter, inutiliter. *Salvian. in avar. 3. ab init.* Loco et causae huic non insalubriter coptatur. *Id. paulo post.* Parcentibus naturae insalubriter indulgentibus.

* INSĂLŪTĀRIS, re. Adiect. ab *in* et *salutaris.* — Pro salutaris, quidam legunt apud *Apul. 2. Met. 6. fin.* Licet insalutare non erit, Fotis illa tentetur. Sed *alii multo rectius* salutare. V. *Hildebr.* ad *h. l.*

INSALŪTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *salutatus;* non salutatus. *Sidon. 4. ep. 19.* Annis iam multis insalutatus. Adde *Ennod. 7. ep. 4.* — Per tmesin *Virg. 9. Aen. 288.* Inque salutatam linquo.

INSĂNĂBĬLIS (et Insanibilis, V. *Nota*), le. Adiect. ab *in* et *sanabilis.* — Comparat. *insanabilior* §. 2. — Proprie est qui sanari non potest; *insanabile. Cic. 3. Tusc. 1.* Insanabiles morbi. *Colum. 7. 3.* Vulnus insanabile. *Plin. 7. 15. 2.* Insanabili veneno morsus inficitur. — **2)** Translate. *Horat. Art. P. 300.* tribus Anticyris caput insanabile. *Liv. 28. 25.* Laetari, quod nihil tristius, nec insanabilius esset. *Id. 1. 28.* Insanabile ingenium. *Cic. Orat. 26.* Insanabiles contumeliae. *Curt. 10. 2.* Remediis insanabilibus adhibere. *Plin. 24. 100. 1.* Insanabili leto perire; *irreparabile.*

Nota. Apud *Lactant. 4. 19.* legitur (si locus mendo caret) Insanibili furore correpti; *h. e.* insanienti. Ut *infinibilis* a *finio* fit, a *partio partibilis,* ita *insanibilis* ab *insanio.*

ĪNSĂNĂBĬLĬTER. Adverb. ab *insanabilis;* sine remedio. *Vulg. Interpr. Ital. Ierem. 8. 17.* Mittam vobis serpentes mortiferos et mordebunt vos insanabiliter. Adde *Cael. Aurel.* loco tamen perperam indicato. — **2)** Translate. *Faustin. de Trinit. 10.* In hac quaestione insanabiliter aegrotas. Adde *Fulgent. ep. 9. n. 2.*

INSANCTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sanctus;* non sanctus. *Gloss. Gr. Lat.* Ὁ μὴ ἅγιος; insanctus.

INSĀNĒ. Adverb. ab *insanus.* — Comparat. *insanius* §. *1.*, superlat. *insanissime* §. *1.* — Proprie est insipienter, stulte; *pazzamente. Plaut. Curc. 1. 3. 20.* Bonum est puerillum amare sane: insane non bonum est. *Horat. 1. Sat. 10. 34.* In silvam non ligna feras insanius, ac si etc. *Augustin. ep. 238.* Insanissime desperare. *Plin. 4. ep. 2.* Insane lugere. — **2)** Item vehementer, immodice. *Varr. 7. LL. 8.* Plautus vehementer cum vellet dicere, dicit insane: quod insani faciunt omnia vehementer. *Plauti* locus est *Mil. 1. 1. 24.* Esurieus insane bene.

INSĀNĬĂ, ae, f. Abstractum ab *insanus;* morbus animi, quo de suo statu deducitur, dementia, insipientia, stultitia; *pazzia, insania. Cic. 3. Tusc. 4.* Nomen insaniae significat mentis aegrotationem et morbum, idest insanitatem et aegrotum animum, quam appellarunt insaniam. Et *mox.* Sanitatem animorum positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant: his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam, propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non possit. Et *5. extr.* Furorem esse rati sunt, mentis ad omnia caecitatem: quod cum maius esse videatur, quam insania, tamen eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. V. FURON §. *1. Id. Pis. 20.* Mihi non venerat in mentem, furorem et insaniam optare vobis, in quam incidistis. *Val. Flacc. 2. 525.* vanique insaniа coepti. *Virg. 7. Aen. 461.* Saevit amor ferri, et scelerata insania belli. *Martial. 9. 71.* Nulla est insania ferri; *h. e.* bellicus furor. *Plin. 9. 60. 5.* purpurae; *h. e.* nimia cupiditas; *pazza e sterminata voglia.* Sic *Martial 8. 48.* foedique insania lucri. *Cic. 4. Verr. 33.* Concupiscere aliquid ad insaniam; *sino ad impazzire.* Sic *Suet. Cal. 55.* Favere alicui ad insaniam. *Plin. 21. 105. 1.* Insaniam facere. *Id. 25. 17. 2.* gignere. Et *31. 4. 1.* abolere. *Ter. Adelph. 1. 2. 31.* Adigere ad insaniam. — In plur. num. *Plaut. Aul. 4. 4. 18.* Larvae hunc, atque intemperiae, insaniaeque agitant senem. *Cic. 4. Fam. 1.* Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. *Plin. 26. 72. 1.* Contra insanias vettonica bibitur. — **2)** A *Celso* dicitur de morbo, qui φρενῖτις Graece appellatur; *h. e.* continua dementia cum febri: de qua plura ille *3. 18.* — **3)** Translate, de immodica magnitudine, aut impensis. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 2.* Ea villa, quae nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quae obiurget ceterarum villarum insaniam. *Plin. 15. 29. 1.* Insania mensarum. *Id. 19. 3. 1.* Vestium insania. *Cic. Sull. 25.* Insania libidinum; *h. e.* immodicae, immensae libidines. *Liv. 7. 2. extr.* Ut appareret, quam ab sano initio res in hanc, vix opulentis regnis tolerabilem, insaniam venerit; *eccesso.* — **4)** Hinc *Optimum est aliena insania frui,* (proverb. apud *Plin. 18. 6. 6.*) *h. e.* parvo emere, quae alii maximis impensis comparaverunt. — **5)** Item de mentis alienatione poëtica; *delirio poetico. Horat. 3. Od. 4. 5.* Auditis? an me ludit amabilis insania? audire, et videor pios Errare per lucos. — **6)** Transfertur et ad orationem. *Cic. Brut. 82.* Insulsitatem et insolentiam, tanquam insaniam quandam orationis, odit: sanitatem autem et integritatem, quasi religionem et verecundiam oratoris, probat.

Nota. *Furor* et *insania* inter se differunt, in eo, quod *furor* vitium temporis est; *insania* perpetua, inquit *Isid. Differ. Append. n. 30.* — Aliud discrimen V. sub v. FURON §. 1.

INSĀNĬBĬLIS, le. V. INSANABILIS in *Nota.*

INSĀNĬENS, entis. Particip. verbi *insanio* adiectivorum more etiam adhibitum; insania laborans; *chi impazzisce, furibondo. Ter. Adelph. 4. 2. 22.* Verum venit post insaniens: nihil pepercit. *Curt. 8. 7.* Scelere et malis insanientem ultra negat audiendum. *Petron. Satyr. 5.* Necesse habent cum insanientibus furere (proverbii genus, de quo *Horat. 2. Sat. 3. 59.* pudor, inquit, te malus angit, insanos qui inter vereare insanus haberi). *Plin. 25. 22. 1.* Elleborum nigrum medetur insanientibus. — **2)** *Insaniens,* phrenitide laborans, non semel apud *Cels. 3. 18.* — **3)** *Insanientem sapientiam* appellat *Horat. 1. Od. 34. 2.* sectam Epicuri, qui Deos ac religionem sustulit. — **4)** Translate. *Id. 3. ibid. 4. 30.* Insanientem navita Bosphorum Tentabo; *h. e.* furentem undis, procellosum.

Nota. Inter *insanientem* et *insanum* hoc discrimen statuit *Isid. 1. Differ. n. 297.* « *Insanus* est qui perpetuo animi furore tenetur; *insaniens,* subito incitatus indignatione vel ira. »

INSĀNĬO, is, īvi *et* ii, ītum, īre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum Graeca constructione, ab *insanus.* — **b)** *Insanibat* pro *insanisbat,* ut *audibat, lenibat,* etc. usurpat *Ter. Phorm. 4. 3. 37.* V. loc. infra in §. 1. — **c)** Particip. *insaniens,* V. suo loco, *insaniturus* §. *1.* — Proprie

INSANIO est insanus sum, furo, desipio; *impazzire. Cic. 1. Att. 29.* Nec tamen insaniturum illum puto. *Id. Orat. 67.* In alienos insanus insanisti. *Ter. Phorm. 4. 3. 37.* Primo homo insanibat; *scilicet* nimis multam pecuniam postulando. *Cic. 6. Verr. 18.* Usque eo est commotus, ut insanire omnibus ac furere videretur. *Id. 9. Fam. 21.* Ain' tan-

Digitized by Google

dem? insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses. *Id. 7. Att. 10.* Adhuc certe, nisi ego insanio, stulte omnia et incaute. *Plaut. Merc. 2. 2. 53.* insanire ex amore. *Ter. Adelph. 2. 1. 45.* et *Liv. 7. 39.* ex iniuria. *Plin. 10. 55. 1.* amore alicuius rei. — **2)** Dicitur et de brutis animalibus, cum ex morbo furunt. *Plin. 27. 76. 1. de bobus.* Alligari ad praesepia oportet, donec purgentur, insanire enim solent. — **3)** Translate, de eo, qui ut insanus agit in aliqua re. — Passive impersonaliter. *Senec. 2. Controv. 9. ante med.* Domus in qua totiens aut insanitur a patre, aut peccatur in liberos. — Cum accusat. et praepos. *in*. *Horat. 1. Sat. 2. 49.* Insanire in libertinas; *impazzire per, scialacquare il suo per*, etc. — **4)** Speciatim refertur ad contentionem, et oestrum poëtici certaminis. *Virg. 3. Ecl. 36.* Insanire libet quoniam tibi. — **5)** Et ad ardorem pugnandi. *Stat. 3. Theb. 668.* Illic augur ego, et mecum quicumque parati Insanire manu. — **6)** Et ad orationem nimis veluti bacchantem. *Quintil. 12. 10. sub fin.* Vitiosum et corruptum dicendi genus, quod aut praecipitia pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit. — **7)** Dicitur de eo, qui cupide aedificat. *Auct. ad Herenn. 4. 50. extr.* Tametsi in Tusculano quidem coepi insanire, et in iisdem fundamentis aedificare. — **8)** *Insanire cum ratione* de iis est, quae fieri nullo modo possunt. *Ter. Eun. 1. 1. 18.* et *Horat. 2. Sat. 3. 270.* — **9)** Denique

II. *Insanio* cum accusat. Graeco more. *Horat. 2. Sat. 3. 63.* errorem. *Id. 1. Ep. 1. 101.* solemnia. Et *2. Sat. 3. 301.* stultitiam. *Al. leg.* stultitia. *Propert. 2. 25. 23.* amores alicuius; h. e. deperire eam, quam ille quoque amat. *Senec. Vit. beat. 12.* Hilarem insaniam insanire ac per risum furere.

INSĀNĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *insanus;* mala valetudo, morbus; *malattia, malsania. Cic. 3. Tusc. 4.* Nomen insaniae significat mentis aegrotationem et morbum; idest insanitatem et aegrotum animum. Et *3* Sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam. Adde *Varr.* apud *Non. 1. 245.* et *2. 414.*

INSĀNĪTER. Adverb. significatione et origine idem ac insane, sed rarius usurpatum. *Pompon.* apud *Non. 11. 4.* et apud *Priscian. 18. p. 1010. Putsch.* Ludit nimium insaniter.

INSĀNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sanus*. — **b)** Comparat. *insanior* §. 2., superlat. *insanissimus* §. 2. — **c)** Derivata, *insane, insania, insanio, insanitas, insaniter*.

INSANUS proprie est non sanus (v. infra §. 8.): sed refertur ad animum, qui aegritudine, quasi morbo, perturbatur (V. *Cic. 3. Tusc. 4.* et *5.*), amens, demens, furens, vesanus; *pazzo, matto, insano, mentecatto, forsennato. Ter. Eun. 2. 2. 23.* Hic homines prorsus ex stultis insanos facit. Et *5. 2. 22.* Abin' hinc, insana? *Cic. Parad. 4.* Ego vero te non stultum, ut saepe; non improbum, ut semper; sed amentem et insanum rebus addicam necessariis. *Id. 4. Acad. 17.* Quod idem contingit insanis, ut incipientes furere, sentiant. *Id. Rosc. Am. 12.* Hominem longe audacissimum, et, quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum. *Id. Sext. 7.* Homo flagitiis insanus. *Horat. 2. Sat. 3. 102.* uter est insanior horum? *Cic. 6. Verr. 13.* Acrior et insanior cupiditas. *Id. Mil. 17.* Insanissima concio. *Virg. 9. Aen. 760.* caedisque insana cupido. *Id. 10. Ecl. 44.* Insanus amor duri me Martis in armis Detinet. *Tibull. 2. 3. 116.* insana mente nefanda loqui. *Propert. 4. 8. 60.* Omnis et insana semita nocte sonat; h. e. feminis noctu insanientibus. *Id. 4. 1. 134.* insano verbo tonare foro; h. e. ubi homines actionibus strepunt, ac veluti insaniunt. *Id. 2. 18. 16.* Et Phrygis insanos caeditur ad numeros; h. e. ad sonum tibiae Berecynthiae, quando cultris se ipsos secabant, qui illis sacris operabantur. *Calpurn. 1. Ecl. 59.* Insani enses; h. e. eorum arma, quos belli insania cepit. — **2)** Dicitur etiam de iis, qui divino furore, oestroque percelluntur. *Virg. 5. Aen. 443.* Insanam vatem aspicies, quae rupe sub ima Fata canit. — **3)** Metonymice de iis, qui insanos faciunt. *Seren. Sammon. 20. sub fin.* Insana herba; h. e. hyoscyamus, quia insaniam gignit. Cf. *Apul. Herb. 4. Plin. 16. 89. 1.* Laurum insanam vocant, quoniam si quid ex ea decerptum inferatur navibus, iurgia fiunt, donec abiiciatur. Sic *Lucan. 7. 415.* insana fames; h. e. quae ad insaniam redegit. Et *Ovid 4. Fast. 364.* Amnis it insana, nomine Gallus, aqua; h. e. quae pota insaniam inducit. — **4)** Tribuitur rebus etiam inanimis. *Virg. 9. Ecl. 45.* Huc ades: insani feriant sine litora fluctus. *Tibull. 2. 4. 9.* insanis cautes obnoxia ventis. *Stat. 1. Theb. 566.* Insanus turbo. *Senec. Phoeniss. 420.* insanae procellae. *Id. Agam. 398.* maris asperi insana coris; h. e. procellosa. Sic *Horat. 3. Od. 7. 6.* insana Caprae sidera. *Virg. 1. G. 481.* Proluit insano contorquens vortice silvas Fluviorum rex Eridanus. *Pers. 5. 5.* insana Canicula. *Stat. 3. Theb. 575.* puppemque insana flagellat Arbor; h. e. malus navis, impellente procella, nutat, casuro similis, et frangi proximus, quasi insanus sit, et loco stare nesciat. — **5)** Speciatim, sensum item translato.

II. *Insanus* saepe significat magnum, immodicum, vehementem, qualia sunt, quae insani faciunt; *smoderato, spropositato, smisurato. Cic. Mil. 31.* Arae, quas ille praeceps amentia, caesis prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus oppresserat. *Auson. Sapient. de Solone 20.* Dives insanum in modum. *Liv. 32. 17. extr.* Insana trepidatio. *Virg. 6. Aen. 155.* insano iuvat indulgere labori. — **6)** De insanis vilibus. *Plin. 16. 50. 1.* Vites quidem et triferae sunt, quas ob id insanas vocant, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. — **7)** *Insani montes* apud *Liv. 30. 39.* et *Flor. 2. 6. a med.* sunt praealti in Sardinia, e quorum vertice validi venti et maxime incerti (unde nomen) in mare ruunt, et periculum navigantibus afferunt. *Claudian. B. Gild. 513.* insanos infamat navita montes. — **8)** Praeterea

III. *Insanus* pro non sanus; *malato:* ut ad corporis valetudinem referatur, videtur quibusdam usurpari tum in ipsis Sardiniae *insanis montibus*, quod dicantur ob altitudinem prohibere septentrionales ventos, unde pars eius insulae meridionalis pestilens sit: tum ex loco *Silii*, ubi narrat de Annibale *1. 230.* vertice nudo Excipere insanos imbres, etc. Sed non satis id probant. — **9)** Absolute

INSANUM, adverbiorum more, ponitur pro insane; h. e. valde. *Plaut. Most. 3. 3. 5.* quid porticus? *Theu.* insanum bonam. *Id. Bacch. 4. 3. 1.* Insanum magnum molior negotium. *Id. fragm.* apud *Non. 2. 430.* Insanum valde uterque deamat.

Nota. Discrimen inter *insanientem* et *insanum*, v. supra sub v INSANIENS in *Nota*. — Huc etiam spectant, quae adnotata sunt sub v INSANIA in *Nota*.

INSĀPIENS. v. INSIPIENS.

INSĀPŌRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sapore;* idem ac saporo; *rendere saporito. Cassiod. 12. Variar. 4.* Licet ingeniosa Graecia vina sua aut odoribus condiat, aut marinis permixtionibus insaporet.

INSĀTĬĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *satiabilis*. — Comparat. *insatiabilior* §. 2. — Est qui satiari nequit, insaturabilis, inexplebilis; *insaziabile. Cic. 1. Tusc. 19.* Natura inest mentibus nostris insatiabilis quaedam cupiditas veri videndi. *Sall. Cat. 11.* Avaritia semper insatiabilis est. *Cic. 5. Tusc. 25.* Insatiabili gaudio compleri. *Id. 11. Phil. 3.* Insatiabilem crudelitatem exercere. *Liv. 4. 15.* Est humanus animus insatiabilis eo, quod fortuna spondet. *Iuvenal. 14. 135.* sequirendi insatiabile votum. *Ovid. Ib. 175.* Deque tuo fiet (licet hac sis laude superbus) Insatiabilibus corpore riza lupis. — Cum genitivo. *Iustin. 1. 8. extr.* Insatiabilem esse sanguinis. *Val. Max. 8. 14. n. 3. extern.* Pectus insatiabile laudis. — **2)** Absolute. *Plin. 11. 79. 3.* Insatiabilia animalium, quibus a ventre protinus recto intestino transeunt cibi, ut lupis cervariis et inter aves mergis. — **3)** Deinde

II. *Insatiabilis*, active, qui satietatem et fastidium non affert. *Cic. 2. Nat. D. 39.* Terra universa cernatur, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus: quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. *Id. fragm.* apud *Non. 4. 441.* Caeli signorum admirabilem ordinem, insatiabilemque pulcritudinem spectare. *Id. 2. Nat. D. 62.* Nulla est enim insatiabilior species, nulla pulcrior.

INSĀTĬĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *insatiabilis;* cupiditas inexplebilis; *insaziabilità. Ammian. 31. 4. a med.* Quantos undique insatiabilitas colligere potuit canes.

INSĀTĬĀBĬLĬTER. Adverb. ab *insatiabilis;* sine satietate; *insaziabilmente. Lucret. 3. 921.* Insatiabiliter deflebimus, aeternumque. Et *6. 978.* Insatiabiliter toti *(sues)* ut volvantur ibidem *(in coeno). Plin. 9. ep. 6.* In re inani insatiabiliter desidere. *Tacit. 4. Ann. 58. extr.* Insatiabiliter parare memoriam sui. *Lactant. Epid. 4. a med.* Opes congerere.

* INSĀTĬĀTRIX, īcis, f. Nomen ab *in* et *satio;* insatiabilis. Est *Venant. 2. 4. 12.* Insatiatrici morti famis occidit illinc.

INSĀTĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *satiatus;* non satiatus; non *sazio. Stat. 6. Theb. 305.* Insatiatus ardor eundi. *Chrysolog. Serm. 165.* Avis insatiata sanguine.

INSĀTĬĒTAS, ātis, Abstractum ab *in* et *satius* (quod est a *satis*); insatiabilitas; *insaziabilità. Plaut. Aul. 3. 5. 13.* Quorum animis avidis, atque insatietatibus Neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.

INSATĪVUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sativus;* qui non seritur, sed sponte provenit. *Plin. 19. 60. 2.* Hoc insativum rumex vocatur. *Al. rectius leg.* in sativis. Cf. INSITIVUS.

INSĀTŪRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *saturabilis;* inexsaturabilis, insatiabilis; *insaziabile. Cic. Sext. 51. extr.* Manebat insaturabile abdomen, copiae deficiebant. *Oros. 3. 18. ad fin.* Alexander insaturabilis sanguinis humani.

INSĀTŪRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *insaturabilis*, idem ac insatiabiliter. *Cic. 2. Nat. D. 23.* Annisque praeteritis insaturabiliter expletur. *Venant. 5. carm. 9. 79.* Inferus *(Deus)* insaturabiliter cava guttura pandens.

INSĀTŪRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *saturatus;* insatiatus. *Avien. Phaenom. Arat. 185.* Noverca insaturata odits.

Digitized by Google

INSĂTŪRUS, a, um. Adiect. ab *in* et *saturus;* insaturabilis; *non satiollo. Coripp. 3. Ioann. 368.* et tantis implevit praedia rebus insaturus.

INSAUCĬĂTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sauciatus;* non sauciatus. — Translate. *Cassian. 12. Instit. 6. de superbia.* Domini implorat auxilium, ut huius inimici telum possit insauciatus evadere.

INSCALPO et INSCALPTUS. } V. INSCULPO.

INSCENDO, dis, di, sum, dĕre. Verbum transitiv. intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *scando*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *e*. V. SCANDO. — **b)** Particip. *inscensus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *inscensio*, *inscensus*, *us*.

INSCENDO proprie est idem quod ascendo; *ascendere, salire, montare. Plaut. Amph. 1. 1. 294.* Quadrigas Iovis inscendere. *Suet. Ner. 48.* equum. *Tacit. 14. Ann. 15.* scenam; *montar in iscena*. — Passive. De bucephalo *Gell. 5. 2.* Haud unquam inscendi sese ab alio, nisi a rege, passus est. — **2)** *Inscendere mulierem* est inire; *συνουσιάζειν*, apud *Apul. 7.* et *10. Met.* Cf. INSCENSUS, us. — **3)** Intransitivorum more,

II. *Inscendo* eodem sensu proprio. *Cato, RR. 127.* Supra pilam inscendat. *Plaut. Aul. 4. 6. 12.* Inscendere in arborem. *Id. Asin. 4. 1. 31.* in lectum. *Id. Men. 5. 2. 110.* in currum. — **4)** Absolute inscendere pro in navem inscendere, conscendere; *imbarcarsi*. *Plaut. Mil. 2. 1. 57.* Ubi amicam avectam scio, Inscendo, ut eam rem Naupactum ad herum nunciem.

INSCENSĬO, ōnis, f. Verbale ab *inscendo;* ascensio. *Plaut. Rud. 2. 6. 19.* Quid hinc abitio, quidve in navem inscensio est? *Auct. Itin. Alex. M. 99.* Inscensio saxi.

INSCENSUS, a, um. Particip. verbi *inscendo;* ascensus; *assaso, montato. Apul. 7. Met.* Properiter inscensum *(asinum)* baculo obverberans per obliquam ducebat viam. *Id. 2. ibid.* Inscenso grabatulo. *Suet. Tit. 4.* equo.

INSCENSUS, us, m. Verbale ab *inscendo;* pro initu (in sexto casu sing.) *Apul. 7. Met.* Daturus dominis equarum inscensu generoso multas mulas alumnas.

INSCĬĒ. Adverb. ab *inscius;* inscienter. *Apul. de Deo Socrat.* Hos Deos plurimi, sed non rite, venerantur; omnes, sed inscie, metuunt; pauci, sed impie, diffitentur.

INSCĬENS, entis. Adiect. ab *in* et *scio;* qui nescit, ignarus; *ignorante. Cic. 5. Fam. 2.* Nihil in ea re per collegam meum, me insciente, esse factum; *senza mia saputa. Ter. Phorm. 1. 2. 9.* Abi, sis, insciens. *Id. Heaut. 4. 1. 18.* Si peccavi, insciens feci. Et *20.* Certo scio, te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia. *Cic. Balb. 5.* Utrum inscientem vultis contra foedera fecisse, an scientem? — **2)** Deinde

II. *Insciens*, ab *in* intentiva et *sciens*, est idem ac sciens. *Alfen. Dig. 41. 3. 34.* Si servus, insciente domino, rem peculiarem vendidisset, emptorem usucapere posse. In *fragm. legis Mamilias, p. 540. Goth.* In terminos singulos, quos circumcirca, locove moverit insciens dolo malo, H-S XXV. dare damnas esto. *Al.* sciens *leg.* et de loco etiam *Digestor.* mirae lites a Criticis excitantur. Adde *Auct. Itiner. Alex. M. 48.* ed. *Mai*.

INSCĬENTER. Adverb. ab *insciens*. — Superlat. *inscientissime*, infra. — Est per imprudentiam, sive ignorantiam; *ignorantemente. Cic. Top. 5.* Ut si partiri velis tutelas, inscienter facias, si ullam praetermittas. *Liv. 25. 10.* Tuba inscienter a Graeco inflata. *Hygin. 2. Astron. 12.* Ut quidam inscientissime interpretantur.

INSCĬENTĬA, ae, f. Abstractum ab *insciens* (Cf. INSCITUS §. b.); ignorantia; *ignoranza. Cic. Sull. 14.* Vos in tantis tenebris erroris et inscientiae clarissimum lumen praetulistis menti meae. *Id. 1. Orat. 46.* Neque solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. *Caes. 5. B. G. 9.* Inscientia locorum. Et *13.* limi; *h. e.* limi elaborandi. Et *7. ibid. 45.* vulgi. *Nep. Epam. 7.* belli. *Plin. 26. 4. 1.* medicorum. — *Vulg. Interpr. Sap. 17. 12.* Dum ab intus minor est exspectatio, maiorem computat inscientiam eius causae, de qua tormentum praestat.

INSCINDO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *scindo*, idem ac scindo, lacero. *Apul. 8. Met. 17.* Cerneres . . . canes copiosos ardentibus animis alios fugientes arripere . . . quosdam iacentes inscindere. *Alii aliter leg.* V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **2)** Translate. *Chrysolog. Serm. 149.* Et ideo . . . rabie furoris exarsit, ut inscinderet concordiam, ut convelleret charitatem.

INSCĪSĬO, ōnis, f. Verbale ab inusitato *inscido*, sive potius, si scribatur *inscissio*, ab *inscindo;* actus inscindendi, sive abscindendi; *scissura. Rustic. Disput. contra Acoph. p. 1218. Migne.* Si Christum unum et Dominum confitebimur, non tanquam consorantes hominem Verbo (ut non inscisionis phantasia subintroducatur ob id, quod dicitur eum), sed ut unum et eundem adorantes, etc.

INSCISSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *scissus;* non scissus. *Hilar. 10. Trinit. 33.* Neque tripartita Christum fide sciudit, cuius desuper texta vestis inscissa est.

INSCĪTĒ. Adverb. ab *inscitus*. — Superlat. *inscitissime*, infra. — Est imperite, inelegenter, incompte, impolite; *goffamente, ignorantemente, rozzamente. Cic. 3. Fin. 7.* Inscite autem medicinae et gubernationis ultimum cum ultimo sapientiae comparatur. *Id. 2. Divin. 13.* Democritus non inscite nugatur. *Liv. 36. 45.* Romanas naves inscite factas, immobiles esse. *Gell. 10. 16.* Inscitissime petit.

INSCĪTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *inscitus* (V. hanc voc. §. b.); defectus facultatis applicandi id, quod alioquin scimus, imperitia; *imperizia. Cic. Prov. cons. 5.* Negotii gerendi inscitia. *Id. 1. Orat. 22.* rerum. *Horat. 2. Sat. 1. 81.* sanctarum legum. Et *ibid. 3. 45.* quemcumque inscitia veri Caecum agit. *Tacit. 1. Hist. 1.* Inscitia reipublicae. *Suet. Ner. 41.* artis. *Plin. 7. 49. 2.* temporum. *Tacit. Germ. 16.* aedificandi. *Id. Agric. 28.* Amissae naves per inscitiam regendi. *Id. 1. Hist. 54.* Per inscitiam occidere aliquem. *Id. 15. Ann. 58.* Quo fidem inscitiae pararet, atrox adversus socios; *per far credere, ch'ei non era conscio*. Et *11. ibid. 23. extr.* Isque illi finis inscitiae erga domum suam; *h. e.* rerum domesticarum. — **2)** Est etiam stultitia; *sciocchezza, stoltezza:* quod et *Festus* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* monuit. *Plaut. Cure. 1. 5. 29.* Male mereri de immerente inscitia est. *Id. Poen. 4. 2. 99.* Si eadem hic iterem, inscitia est. Adde *Vet. Poët.* apud *Cic. Sext. 48.* et *Ter. Eun. 3. 9. 41.* et *Phorm. 1. 2. 27.* — Plurali num. *Front. Princip. Hist.* (edente iterum *A. Mai*) *p. 349.* Sed forte temere Syrorum munditias introspicere, et Pannoniorum inscitias.

INSCĪTŪLUS, a, um. Adiect. per deminutionem factum ab *inscitus;* aliquantulum inscitus; *goffetto, sciocchetto. Afran.* apud *Non. 1. 41.* Novi non inscitulam ancillulam vestiplicam et vestispicam.

INSCĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *scitus* (quod est a *scio*. V. hanc voc.) — **b)** In antiquis MSS. et editis libris saepe *inscitus* et *inscius*, quemadmodum etiam *inscientia* et *inscitia*, inter se sunt confusa, ut monstrat *Hildebr.* ad *Apul. Apol. 84.* — **c)** Comparat. *inscitior* §. 2., superlat. *inscitissimus* §. 1. — **d)** Derivata, *inscite*, *inscitia*, *inscitulus*.

INSCITUS proprie est qui, quod sciat, scite applicare nescit, stultus, imprudens; *ignorante, sciocco, goffo. Plaut. Most. 1. 3. 31.* Inscita ecastor tu quidem es, quae istuc cures . . . Ut te ille amet. Et *2. 3. 88.* Mulier haec stulta atque inscita est. *Id. Mil. 3. 1. 141.* Qui Deorum consilia culpat, stultus inscitusque est. *Id. Most. 5. 2. 14.* Sed tu quid istuc confugisti in aram inscitissimus? *Auson. Epigr. 138.* Inscite magister. — **2)** Translate de rebus. *Cic. 2. Nat. D. 15. a med.* Quid est autem inscitius, quam eam naturam, quae omnes res sit complexa, non optimam dici? *Plaut. Merc. 3. 4. 37.* Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus scortarier, Cum eo lege agemus: inscitum arbitrabimur; *h. e.* invenustum, illepidum, ineptum, risu dignum. Sic *Suet. Ner. 28.* Exstatque cuiusdam non inscitus locus. *Gell. 2. 23.* Ancilla non inscito ministerio, et facie non illiberali; *di qualche abilità*. *Plaut. Rud. 3. 1. 5.* Mirum atque inscitum somniavi somnium; *h. e.* absurdum, ineptum, et quod, quid portendat, non facile dignoscas; *stravagante, strano*. — **3)** Deinde

II. *Inscitus* passive est non scitus; *non saputo. Gell. 1. 22. a med.* Nihil istorum vult dicere, sed nescio quid aliud indictum inscitumque dicit.

INSCĬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *scius* (quod aliquando est confusum cum *inscitus*, V. hanc voc. §. b.); qui minime scit, nescius, ignorans, rudis, imperitus; *ignorante, rozzo. Cic. 4. Acad. 7. sub fin.* Artem si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? *Colum. proocm. l. 6.* Maius dispendium sequitur inertem et inscium pastorem, quam prudentem diligentemque compendium. *Varr. 10. LL. 5. a med.* Naturam usu inscio depravare. *Cic. Brut. 85.* Socrates se omnium rerum inscium fingit et rudem. *Id. 2. Leg. 5. sub fin.* Neque medicorum praecepta dici vere possent, si quae inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint. *Id. 3. Phil. 5.* Perfĭcite, ut is, quem vos ad mortem inscii misistis, immortalitatem habeat a vobis; *senza saperlo*. Et *Plane. 16.* Tu, me ignaro, nec opinante, inscio, notes et tuos, et tuorum necessarios? *Virg. 1. Aen. 722.* Inscia Dido, insideat quantus miserae Deus. *Caes. 7. B. G. 77.* Inscii quid in Aeduis gereretur; *non sapendo*. Et *4. ibid. 4.* Inscios inopinantesque Menapios oppresserunt. *Hirt. B. Afr. 37.* Itaque, omnibus insciis, neque suspicantibus, iubet legiones educi. — Cum ablativo et praepos. *de*. *Plaut. Trin. 1. 2. 178.* Ego de eorum verbis famigeratorum inscius, Prosilui etc. Potest tamen *inscius* cum *prosilui* coniungi. *Tryphonin. Dig. 16. 3. 31.* Latro spolia deposuit apud Seium inscium de malitia deponentis. — Cum accusativo communi. *Turpil.* apud *Non. 9. 14.* At enim scies ea, quae fuisti inscius. — Cum infinito. *Varr.* apud *Non. 2. 760.* Qui sutrinas facere inscius, nihil homo agis. — **2)** Translate. *Virg. 12. Aen. 648.* Sancta anima, atque inscia culpae; *h. e.* non conscia, non rea. *Id. 3. G. 189.* equus inscius aevi; *h. e.* etiamnum pullus, et qui quasi per aetatem nondum vivere didi-

Digitized by Google

cit. *Ovid. 4. Fast. 750.* Pabulaque in bustis inscia carpsit ovis. *Val. Flacc. 4. 56. de Argo.* lumina inscia somni; *h. e.* oculi, qui nunquam somno clauduntur. *Senec. Oedip. 543.* humor lucis et Phoebi inscius; *h. e.* quem solis radii nunquam vident. *Iuvenal. 11. 66.* Haedulus inscius herbae; *h. e.* qui nondum attigit herbam, et solo lacte est nutritus. — **B)** Praecedente negativa *non inscius* commode et eleganter de eo dicitur, qui probe omnino scit. *Cic. 5. Fin. 19.* Nec vero sum inscius, esse utilitatem in historia; *so benissimo. Sallust. orat. 2. ad Caes. ante med.* Non inscius, neque imprudens sum, quae saevitia, quaeque tempestates futurae sint, etc. *Virg. 10. Aen. 907.* inguloque haud inscius accipit ensem. — *Val. Flacc. 2. 278. de vate vestro assueta*, et flatu non inscia gliscit anhelo. — **4)** Deinde

II. *Inscius* passive usurpatur pro ignoto, non cognito. *Apul. 5. Met.* Psyche inscio quodam tramite accedit quandam civitatem.

INSCRĪBO, bis, psi, ptum, bĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *scribo*, cuius variationes sequitur. V. SCRIBO. — **b)** Hinc *inscriptura* pro *inscriptura* habetur apud *Hygin. de limit. p. 111. Lachm.* et *alibi*. Cf. INSCRIPTURA. — **c)** Particip. *inscribens* §. 7., *inscribendus* §. 6., *inscriptus*, v. suo loco. — **d)** Derivata, *inscriptio, inscriptor, inscriptura*. — **e)** Compositum, *subinscriptus*.

INSCRIBO proprie est supra, vel in aliqua re scribo; *scrivere sopra, o dentro, soprascrivere. Cic. 2. Divin. 41. a med.* Quis robur illud cecidit, dolavit, inscripsit? *intagliò? Id. 4. Verr. 69.* Statuae illae equestres, quas tu poni, inscribique iussisti. *Id. Pis. 38.* Ut esset, quod in basi tropaeorum incidi inscribique posset. *Id. Arch. 11.* Philosophi etiam illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. *Al. leg.* in illis libellis. *Id. 12. Fam. 3.* In statua, quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti optime merito. *Id. Har. resp. 27.* Vestris monumentis nomen suum inscripsit. *Id. 5. Tusc. 26.* Epicurus, qui tantummodo induit personam philosophi, et sibi ipse hoc nomen inscripsit; *h. e.* in suis libris inscripsit, et sibi imposuit. Sic *Plin. 29. 5. 3.* Cum monumento suo latronicen se inscripserit. *Gell. 1. 25. ad fin.* Opilius in primo librorum, quos *Musarum* inscripsit. — *Cic. 4. Att. 1.* Ea inscribam brevi, quae te puto potissimum ex meis litteris velle cognoscere. — **B)** Translate. *Cic. 2. Orat. 87.* Ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere. — **3)** Speciatim, prout ex contexta orationis serie etiam eruitur.

II. *Inscribo* varie sumitur. Sic *inscribere aedes* est scripto affixo venales, vel locandas proponere. *Plaut. Trin. 1. 2. 151.* Inconsultu meo aedes venales hasce inscribit litteris. *Ter. Heaut. 1. 1. 92.* Inscripsi illico aedes mercede; *posti sulla casa l'appigionasi.* — **4)** *Inscribere librum* est titulum apponere; *intitolare. Cic. 15. Fam. 2.* Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendavi. *Id. 5. Orat. 51.* Aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis, eosque rhetorices inscribunt. *Plin. 4. ep. 14. ad fin.* Cogito has nugas meas ita inscribere, Hendecasyllabi: qui titulus etc. *Cic. 2. Offic. 24. extr.* In eo libro, qui Oeconomicus inscribitur. — **5)** Hinc translate. *Id. 1. Catil. 13.* Sit inscriptum in fronte uniuscuiusque civis, quid de republ. sentiat. *Ovid. 6. Met. 75.* sua quemque Deorum inscribit facies; *h. e.* ostendit, qui Deus sit. *Senec. Vit. beat. 12.* Vitiis suis sapientiam inscribit, et abscondenda profitetur; *h. e.* dat vitiis suis titulum sapientiae. — **6)** *Inscribere alicui aliquid* est tribuere, auctorem facere; *attribuire. Id. 1. Benef. 15.* Quod ostentare libet, et inscribere sibi. *Ovid. 15. Met. 128.* ipsos inscripsere Deos sceleri. *Sil. 10. 619.* Adversis etenim frangi, non esse virorum, Qui Martem inscribant genti; *h. e.* Martem suae genti auctorem faciant. *Ovid. 10. Met. 198.* mea dextera leto inscribenda tuo est. — **7)** Interdum est notare, signare; *segnare. Virg. 1. Aen. 482.* et versa pulvis inscribitur hasta. *Sil. 13. 327.* et imo Vix ulla inscribens terrae vestigia coryn. — **8)** Ioculariter. *Plaut. fragm.* apud *Serv.* ad *loc. Virg. cit.* Corpus tuum virgis ulmeis inscribam; *h. e.* dilacerabo. V. CONSCRIBILLO et CONSCRIBO §. 7. — **9)** Apud *Senec. 4. Benef. 37. sub fin.* Inscribere alicui stigmata; *bollare.* — **10)** Pro subscribere accusandi gratia. *Imp. Zeno Cod. 9. 35. 11.* V. INSCRIPTIO §. 3. — **11)** Item *inscribere* est etiam veteri scripturae aliam ita inducere, ut, priore obscurata, recentior tantum appareat: differt autem a *superscribere*, id enim est, intacta remanente priore scriptura, aliud superius scribere. *Dig. l. 28. tit. 4. De his, quae in testamento delentur, inducuntur, inscribuntur.* V. INDUCO §. 16. et SUPERSCRIBO. — **12)** Apud Geometras de figuris, quae in aliis declinantur. *Boëth. 1. Geom. Eucl. p. 1313. Migne.* Figura intra figuram dicitur inscribi, quando ea, quae inscribitur, eius, in quam scribitur, latera unoquoque suo angulo ab interiore parte contingit; circum inscribi vero figura figurae perhibetur, quotiens ea, quae circum inscribitur, figura, eius, cui circum inscribitur, suis omnibus lateribus omnes angulos tangit.

Nota. Discrimen inter *ascribo, conscribo, describo, exscribo, inscribo, transcribo*. V. sub v. ASCRIBO in *Nota* II.

INSCRIPTĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *scriptilis;* qui scribi nequit. *Diomed. 2. init. p. 413. Putsch.* Vox litteralis vel scriptilis appellatur, quia litteris comprehendi potest. Confusa est irrationalis vel inscriptilis, simplici vocis sono animalium effecta, quae scribi non potest, ut est equi hinnitus, tauri mugitus.

INSCRIPTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inscribo;* actus inscribendi. *Cic. Dom. 20.* Quid? operum publicorum exactio: quid? nominis inscriptio, tibi num aliud videtur esse, ac bonorum meorum direptio? — **B)** Speciatim est titulus, qui in fronte libri inscribitur; *intitolazione. Id. 16. Att. 11. a med.* Quod de inscriptione quaeris; non dubito, quin καθῆκον officium sit; sed inscriptio plenior, *de officiis. Id. Top. init.* Incidisti in Aristotelis topica quaedam: qua inscriptione commotus etc. *Plin. 5. ep. 19.* Et ars quidem eius, et quasi inscriptio comoedus, in qua plurimum facit. — **3)** Item epigramma, quod statuis, sepulcris et huiusmodi inscribi solet; *inscrizione. Cic. 13. Phil. 4.* Haec causa fuit, cur decerneretis statuam in rostris cum inscriptione praeclara. In *monum. Ancyr.* apud *Grut. 232. 13.* Opus impensa grandi refeci sine ulla inscriptione nominis mei. *Plin. 29. 5. 5.* Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, *turba se medicorum periisse.* Et *Petron. Satyr. 39.* Hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, dein dispensator factus esset, omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. *Vellei. 2. 104.* Bellum ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter: eoque nomine decreta ei cum speciosissima inscriptione operum triumphalia ornamenta: *elogio. Flor. 3. 19. a med.* Fuit de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret; *h. e.* ne, cum mos esset perscripta devictorum nomina praeferre in triumpho, cogeretur id facere de servis, quos devicerat. — **4)** Item stigma, compunctio, nota. *Petron. Satyr. 103.* Frontes notans inscriptione solerti, ut videamur stigmate esse puniti. Et *106.* Utinam quidem hac se inscriptione frontis maculassent! — **5)** Item perscriptio, delatio nominis eius, quem quis accusare aggreditur; *accusa, querela. Ulp. Dig. 48. 2. 2. ad fin.* Si pater praevenerit, et libellos inscriptionis deposuerit. *Paul. ibid. tit. 2.* (qui *De accusationib. et inscriptionib.* est) *l. 3.* Libellorum inscriptionis conceptio talis est: consul et dies: apud illum praetorem vel proconsulem L. Titius professus est, se Maeviam adulterii ream deferre, etc. Et *mox*. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur. *Impp. Sever. et Antonin. Cod. 9. 1. 1.* Inscriptionem deponere.

INSCRIPTOR, ōris, m. Verbale ab *inscribo;* qui scribit in aliquo loco; speciatim qui nomina candidatorum in parietibus domorum aliorumque locorum scribit. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Or. n. 6977.* Inscriptor, rogo te, ut transeas hoc monumentum Ast .... quoius candidati nomen in hoc monumento inscriptum fuerit, repulsam ferat, etc.

INSCRIPTŪRA (et Inscribtura), ae, f. Verbale ab *inscribo;* inscriptio, seu nota impressa alicui rei. *Tertull. advers. Valentinian. 30.*, ubi alii divisim leg. *in scriptura. Dolabella de limitib. p. 299. Goës.* Hoc deprehendi potest ex lapidum positione et inscriptura. *Var. Auct. de limitib. p. 301. Goës.* Haec inscriptura demonstrat tibi, quomodo debeas typum in re praesenti collocare. *Lachmann h. l.* ex *Cod.* leg. *inscribtura*. Cf. et INSCRIBO §. b., sed alibi apud *Rund. p. 193.* et *293.* habetur *inscriptura*.

INSCRIPTUS, a, um. Particip. verbi *inscribo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est scriptus, notatus; *scritto, intagliato, inciso. Cic. Dom. 53.* Ut si quae essent incisae, aut inscriptae litterae, tollerentur. Et *37. extr.* Sepulcrum inimico nomine inscriptum. *Id. 5. Tusc. 23.* Senarioli in monumento inscripti. *Suet. Cal. 5.* Aras ostendi inscriptas, Ob Agrippinae puerperium. *Virg. 5. Ecl. 106.* flores inscripti nomina regum (Graeca loculio). *Cic. 6. Att. 5.* Q. Cicero puer legit epistolam inscriptam patri suo, solet enim aperire; *diretta*. — *Frontin. de controv. agr. 2. p. 59. Lachm.* Terminus inscriptus. *Hygin. de condit. agr. p. 114. ibid.* Lapides inscripti. — **B)** Item titulo notatus; *intitolato. Cic. 2. Divin. 1.* Eo libro, qui est inscriptus Hortensius. *Id. 2. Orat. 14.* Deceptus indicibus librorum, quod sunt fere inscripti de rebus notis et illustribus. *Suet. Caes. 55.* Oratio inscripta pro Metello. *Martial. 11. 43.* inscriptae limina cellae; *h. e.* quae praefert perscriptum nomen prostantis. *Stat. 8. Theb. 269.* solos stat puppe magister Pervigil, inscriptaque Deus, qui navigat alno; *h. e.* navi pictum aut insculptum habente Deum aliquem in tutelam, et ab eius nomine appellata. — **3)** Item stigmate notatus; *bollato. Iuvenal. 14. 24.* Inscripta ergastula. *Plin. 18. 4. 5.* Nunc eadem illa vincti pedes, damnatae manus, inscriptique vultus exercent. — Absolute *Martial. 8. 75.* Quatuor inscripti portabant vile cadaver; *h. e.* stigmatiae. — **4)** Absolute, substantivorum more,

INSCRIPTUM, i, n. Est inscriptio, titulus. *Gell. praef. ante med.* Et quaedam alia inscripta nimis lepida, multasque prorsus concinnitates redolentia. — **5)** Deinde

II. *Inscriptus* est etiam ab *in* privativa et *scriptus;* non scriptus. *Quintil. 5. 6. ante med.* Unde et illa divisio est, alia esse scripta, alia inscripta, ἔγγραφα et ἄγραφα. — **6)** *Inscriptae merces* sunt, quas

Digitized by Google

mercatores, ne portoria solvant, apud publicanos non profitentur; *di contrabbando*. *Varr.* 2. *RR.* 1. *circa med.* Greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium aestivatum, atque ad publicanum profitentur, ne, si inscriptum pecus paverint, lege censoria committant. *Lucil.* apud *Non.* 1. 169. Facit idem, quod illi, qui inscriptum ex portu exportant clanculum, ne portorium dent. — 7) *Inscriptum maleficium* est, de quo nihil in legibus scriptum cautumque est; ἔγγραφον ἄδικημα. *Sense. praef.* l. 5. *excerpt. controv. ad fin.* Postulavi, ut praetor nomen eius reciperet, lege inscripti maleficii. Adde *tit. controv.* 1. l. 3. *excerpt.* et *Quintil.* 7. 4. *ad fin.*

INSCRŪTĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *scrutabilis*. — Comparat. *inscrutabilior*, infra. — Est qui investigari non potest; *imperscrutabile*. *Augustin. ep.* 106. n. 4. Non valentes inscrutabilia Dei iudicia perscrutari. *Id. de dono persever.* 21. Inscrutabiliora sunt iudicia Dei. Adde *Prosp. Aquit. de Ingrat.* 36. — Absolute. *Vulg. Interpr. Iob*, 5. 9. Qui *(Deus)* facit magna et inscrutabilia.

INSCRŪTĂBĬLĬTER. Adverb. ab *inscrutabilis;* inscrutabili ratione. *Mar. Mercat.* vertens *Serm. Nestor.* 7. n. 6. Verbum inenarrabiliter atque inscrutabiliter factus homo, appellatus est Filius hominis.

INSCRŪTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *scrutor*, forma deponens. — Est idem quod scrutor. *Macrob.* 7. *Saturn.* 1. *a med.* Si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius. *Al. leg.* scruteris. *Vulg. Interpr. Ital. Gen.* 31. 35. apud *Augustin. locut. in Heptat.* 1. Intravit autem Laban et inscrutatus est in domo Liae.

INSCULPO, psi, pси, ptum, pĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sculpo*. — b) Legitur etiam *inscalpo* apud *Lactant. Phoen.* 153. — Item et *inscalptus* apud *Plin.* 36. 4. V. loca infra § 1. — Hanc scribendi rationem confirmat *Inscr.* apud *Herzog. Gall. Narbon.* n. 18. Arreae tabulae inscalptae. — c) Particip. *insculpendus* § 1., *insculptus* § 1. *fin.* et suo loco.

INSCULPO proprie est in aliqua re sculpo, incido, inscribo; *scolpire, intagliare, incidere*. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 90. cum summam patrimoni insculpere saxo Heredes voluit. *Ovid.* 15. *Met.* 620. Cornuaque ceratis, miram referentia formam, Postibus insculpunt. *Quintil.* 1. 1. *a med.* Litteras tabellae quam optime insculpere. *Suet. Claud.* 1. *sub fin.* Elogium tumulo alicuius versibus insculpsit. *Ulp. Dig.* 19. 2. 3. § 3. Si gemma insculpenda data sit, etc. — *Lactant. Phoen.* 153. Protinus inscalpunt sacrato in marmore formam. *Alii tamen leg.* insculpunt, *vel* exsculpunt. *Plin.* 36. 4. 28. Sunt etiamnum in columnarum spiris inscalpta nominum eorum argumenta. — 2) Translate. *Cic.* 1. *Nat. D.* 17. Natura insculpsit in mentibus, ut Deos aeternos et beatos haberemus. *Plin.* 8. *ep.* 6. Incisa et insculpta sunt publicis aeternisque monimentis.

INSCULPTUS (et Inscalptus. V. voc. praeced. § b.), a, um. Particip. verbi *insculpo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est inciscus, inscriptus; *scolpito, inciso, intagliato*. *Cic.* 2. *Divin.* 41. Sortes in robore insculptae. Adde *Plin.* 7. 19. 2. — 2) Translate. *Id.* 2. *Nat. D.* 4. *in fin.* Omnibus innatum est et quasi insculptum, esse Deos. *Id.* 4. *Acad.* 1. *a med.* Res habere insculptas in animo. — 3) *Praecordia insculpta scenam* more Graecorum pro *habentia insculptam scenam* dixit *Tertull. Apolog.* 35. *a med.* Si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset, cuius non praecordia insculpta apparerent novi ac novi Caesaris scenam congiario dividundo praesidentis, etiam illa hora, qua acclamant: De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos?

INSĔCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *secabilis;* qui secari aut dividi non potest; *che non si può tagliare o dividere*. *Senec. ep.* 118. *in fin.* Aliquid difficulter secari, cogitavimus: novissime, crescente difficultate, insecabile inventum est. *Quintil.* 2. 17. *ad fin.* Corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerunt; h. e. atomos. Adde *Vitruv.* 2. 2. *Mamert. Claudian.* 1. *Stat. anim.* 5. *init.* Omne autem incorporeum corporeo . . . et insecabile secabili . . . in naturae dignitate praeponitur. — *Boëth.* 1. *Arith.* 10. Numeri insecabiles; h. e. impares. *Id.* 2. *ibid.* 4. Punctum natura insecabile, quod Graeci atomon vocant.

INSĔCĔ et INSĔCENDO. } V. INSEQUOR § b. et c. et § 10.

INSĔCO, cas, cui, ctum, cāre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *seco*, cuius variationes sequitur. V. SECO. — b) Veteres etiam *sequo* pro *seco* scripsisse videntur ex *Gell.* 18. 9. 8. V. loc. in INSEQUOR § b. et c. et § 10. — Exinde praeteritum *insecui*, quod V. *ibid.* § 10. — c) Particip. *insecandus* § 1., *insectus*, V. suo loco. — d) Derivata, *insectio, insectura, insicia*, quod V. pro suis.

INSECO proprie est idem quod seco, sive intus seco; *tagliare*. *Auct. ad Herenn.* 4. 49. Insecare aliquid dentibus. *Colum.* 6. 15. Sequente deinde anno insecatur superior pars curvaturae usque ad medullam. *Id.* 12. 47. Olivam acuta arundine insecare. Et *mox*. Sive contuderint, sive insecuerint olivas, etc. *Plin.* 19. 26. 6. Corpora mortuorum insecare ad scrutandos morbos. *Colum.* 9. 15. Insecandi sunt favi. — 2) De rebus. *Colum.* 4. 29. *circa med.* Vimen cum inaruerit, penetrat et insecat corticem. — 3) Alia significatione V. in INSEQUOR § 10.

INSĔCRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sacro*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *e;* exsecro. *Gloss. Gr. Lat.* Ἐπαράομαι; insecro.

INSECTĂ, ōrum. V. INSECTUS § 2.

INSECTĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *seco*, unde *insectus* et *sectabilis;* qui secari nequit. *Gloss. Gr. Lat.* Ἄτμητος; insectabilis.

INSECTANTER. Adverb. ab *insector;* cum insectatione, infeste; *oltraggiosamente*. *Gell.* 19. 5. Insectanter et graviter vituperari.

INSECTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insector;* actus insectandi; *persecuzione*. *Brut.* in *ep. Cic.* 11. *Fam.* 1. Tanta est hominum insolentia, et nostri insectatio. *Liv.* 21. 47. Ut ratibus, sine tumultu atque insectatione hostis, copias traiiceret. — 2) Translate, persequutio, iniuria, vituperium; *oltraggio, ingiuria*. *Id.* 22. 54. C. Terentius Varro plebi insectatione principum conciliatus. *Suet. Gramm.* 9. Ne principum quidem virorum insectatione abstinuit. Et 19. Insectatio studiorum et morum alicuius. *Tacit.* 2. *Ann.* 55. Insectationibus petere aliquem. Et 12. *ibid.* 14. Hostem ad proelium per insectationes et nuncios vocare. *Quintil.* 6. 3. *ante med.* et 11. 1. *ad fin.* Insectatio fortunae; h. e. qua miseram alicuius fortunam insectamur et deridemus. — 3) Est etiam figura rhetorica, eadem, quae a Graecis *chlevasmos* dicitur. *Iul. Rufinian. de Schem. Dian.* V. CHLEVASMOS.

INSECTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *insector;* qui insectatur; *perseguitatore*. *Liv.* 3. 35. *a med.* Trux et saevus insectator plebis. — 2) Translate. *Quintil.* 10. 1. *sub fin.* Seneca egregius vitiorum insectator.

INSECTĀTUS, a, um. Particip. verbi *insector;* persequutus, agitatus; *incalzato, perseguitato*. *Hirt. B. Afr.* 71. Gravis armaturae miles, simul atque ab his insectatus constiterat, illi veloci cursu periculum vitabant. — 2) Active, V. in INSECTOR § 1.

INSECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insecо*, vel ab *insequor* (Cf. *Gell.* 18. 2. 8. et V. SECO). — Est narratio, sermo apud Veteres, ut exponit *Gell. loc. cit.* § 11. Eadem ratione Antiqui nostri narrationes sermonesque *insectiones* appellitaverunt.

INSECTO, as, āre et

INSECTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *insequor*, deponentium, ut plurimum, et aliquando etiam activorum forma. adhibitum. — Hinc et passive in particip. *insectatus*, quod V. — b) Particip. *insectans* § 4., *insectatus* § 2. et suo loco. — c) Derivata, *insectanter, insectatio, insectator*.

INSECTOR proprie est persequor, insequor, insto, urgeo; *perseguitare, esser addosso, incalzare*. *Plaut. Capt.* 3. 4. 17. Hic hostis insectatus est domi matrem et patrem. *Cic.* 4. *Leg.* 14. Impios agitant insectanturque furiae. *Tacit.* 1. *Ann.* 20. Insectari verberibus. — 2) Translate, est invebo in aliquem verbis, vitupero; *oltraggiare, invettre*. *Plin.* 1. *ep.* 10. et 6. *ep.* 21. Insectari vitia. *Brut.* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 4. miserorum fortunam. *Id.* ad *Attic. ibid.* 17. dolores alicuius. *Tacit.* 4. *Ann.* 12. contumaciam. *Id.* 4. *Hist.* 8. aliquem ut tumidum infestumque. *Cic.* 10. *Att.* 1. audaciam improborum. Et 5. *ibid.* 17. *a med.* iniuriam alicuius. *Id.* 2. *Fin.* 25. quempiam maledictis. *Ulp. Dig.* 1. 18. 6. calumniosis criminibus innocentes. *Tacit.* 1. *Ann.* 20. aliquem irrisu et contumeliis, postremo verberibus. *Cic. Amic.* 16. Acerbius in aliquem invehi, insectarique vehementius. *Id.* 1. *Nat. D.* 5. inimice insectari quempiam. *Id. Font.* 1. Insector ultro, atque insto accusatori, iudices: insector, inquam, et flagito testes. *Id. Plane.* 19. *ad fin.* Quid taces? quid dissimulas? etiam atque etiam insto, atque urgeo, insector; posco, atque adeo flagito crimen. *Auct. ad Herenn.* 4. 26. O virtutis comes invidia, quae bonos insequeris plerumque, atque adeo insectaris. *Tacit.* 2. *Hist.* 96. In hunc modum Vitellius apud milites disserit, praetorianos nuper exauctoratos insectatus; *avendo invetto*. *Phaedr.* 3. 11. Insectari damnum amissi corporis; h. e. obicere, exprobrare. — 3) Specialim de rebus. *Virg.* 1. *G.* 155. assiduis terram insectabere rastris; h. e. assidue rastris versabis, et veluti infeste exercebis. Simile est illud *ibid.* 101. incto qui semine protinus arva Insequitur. — 4) Activorum forma

INSECO, as, āre. Eodem sensu proprio apud Veteres. *Plaut. Capt.* 5. 4. 61. Iam illic nos insectabit lapidibus. *Iustin.* 13. 5. Insectanti regi quosdam palantes hostes. *Cic.* 2. *Divin.* 70. Aquila insectans alias aves et agitans.

INSECTŪRĂ, ae, f. Verbale ab *insecо;* incisura; *incisura, taglio*. *Senec.* 1. *Quaest. nat.* 7. Virgula totidem redderet soles, quot habuisset insecturas.

INSECTUS, a, um. Particip. verbi *insecо*, adiectivorum more etiam adhibitum; concisus, sectus, dissectus; *tagliato*. *Varr.* 5. *L.L.* 22. Insecta caro. *Ovid.* 6. *Met.* 57. insecti pectine dentes. *Colum.* 12. 52. Napi integri, si minuti sunt; maiores autem insecti, eodem iure, quo rapa, condiri possunt. *Gell.* 10. 10. Insecta apertaque humana corpora. *Plin.* 16. 38. 1. Folia divisa platano, insecta pectinum modo piceae, abieti. — 2) Absolute, substantivorum more,

Digitized by

INSECTA, ōrum, n. Sunt parva animalia; *insetti*. *Plin. 11. 1. 1.* et 2. Restant immensae subtilitatis animalia . . . alia pennata, ut apes; alia utroque modo, ut formicae; aliqua et pennis et pedibus carentia: inre omnia insecta appellata ab incisuris, quae nunc cervicum loco, nunc pectorum atque alvi, praecincta separant membra, tenui modo fistula cohaerentia. Aliquibus vero non tota incisura, eam ambiente ruga: sed in alvo, aut superne tantum, imbricatis flexili *(incisura)* vertebris: nusquam alibi spectatiore naturae rerum artificio. Haec *Plin.*, qui et sequentibus capitibus multa de his. *Id. ibid. 33. 1.* Insectorum quaedam binas gerunt pinnas, ut muscae, quaedam quaternas, ut apes. — **B)** Deinde

II. *Insectus* est etiam ab *in* privativa et *sectus;* non sectus. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* Insecta, non secta; sed et aliquotiens significantur secta.

INSĔCUNDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *secundo;* qui non secundat, inobsequens. *Not. Tir. p. 95.* Secundus, insecundus, obsecundus, obsecundatus.

INSĔCUS. Adverb. ab *in* et *secus* in unam vocem coalescentibus. Habet *Gloss. Lat. Gr.* Insecus; εἰς ἐγγύς. Cf. *Hand, Tursell. T. 3. p. 382.*

INSĔCŪTĬO et Insequutio, ōnis, f. Verbale ab *insequor;* actus insequendi; *l'inseguire*. *Apul. 8. Met.* Nequissimi fugitivi, caecae festinationis temeritate, ac metu incertae insecutionis, non exspectata luce, etc. Adde *Hieronym.* in *Euseb. Chronic. exord. 1.*

INSĔCŪTOR, et Insequutor, ōris, m. Verbale ab *insequor;* qui quempiam insequitur nocendi causa; *persecutore*. *Tertull. Apolog. 8.* Tales semper nobis insecutores, iniusti, impii. *Prudent. 12. Cathemer. 126.* Quos lucis ipso in limine Christi insecutor sustulit. *Apul. 7. Met. sub init.* Nam et praesidium fugae, quo velocius, frustratis insecutoribus, procul abderet sese, eidem facile suppeditasse, etc.

INSĔCŪTUS et Insequutus, a, um. Particip. verbi *insequor;* insequens. *Plin. 7. 9. 1. fin.* Quae septem mensium edito puerperio, insecutis mensibus geminos enixa est. V. INSEQUOR §. 1.

INSĔDĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *sedo;* qui sedari non potest. *Gloss. Philox.* Insedabilis; ἀκατάπαυστος.

INSĔDĂBĬLĬTER. Adverb. ab *insedabilis;* sine ulla sedandi ratione. *Lucret. 6. 1174.* Insedabiliter sitis arida corpora mersans.

INSĔDĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sedatus;* non sedatus, turbulentus, commotus; *non acquietato, turbato*. *Cic. Partit. 22. sub fin.* et omne, quod est eius generis, grave, insedatum, turbulentum. *Al. leg.* sedatum.

INSĔDŬLUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sedulus;* non sedulus. *Gloss. Philox.* Insedulus; ἀκοπώδαστος.

INSEGNIS, gne. Adiect. ab *in* et *segnis;* non segnis. *Gloss. Philox.* Insegnis; ἀδρανής.

INSĔMEL. Adverb. ab *in* et *semel* in unam vocem coalescentibus, quae, cum insolita visa esset, mutata est a Criticis in *insimul*, improbante *Hand, Tursell. T. 3. p. 582.* et *seq.* — Est autem idem ac semel. *Cat. Dig. 18. 1. 35. §. 7.* Nec interest unum pretium omnium centum metretarum insemel dictum sit, an in singulas eas. *Flor. Praef. 3.* In brevi quasi tabella totam eius imaginem amplectar, nonnihil, ut spero, ad admirationem principis populi collaturus, si pariter atque insemel universam magnitudinem eius ostendero. *Id. 2. 20. 1.* Relictae regiis hereditatibus opes et tota insemel regna veniebant.

INSĒMĬNĀTUS, a, um. Particip. verbi *insemino;* satus; *seminato*. *Arnob. 2. p. 93.* Ex conventu Iovis inseminati et nati sunt. — **B)** Item fecundatus. *Vitruv. prooem. l. 8.* Terra ex caelestium conceptionibus inseminata. — **B)** Translate. *Lucifer Calar. pro S. Athanas. 2. p. 889. Migne.* Diaboli in te inseminati amarissimi fructus.

INSĒMĬNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *semino*. — Particip. *inseminans* §. *1., inseminatus*, V. suo loco. — Proprie est semen spargo, sero; *seminare*. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 15. 2.* Inseminans granum sinapis in bonam terram. Adde *Macrob. 1. Sat. 17. 68.* — **B)** Translate. *Gell. 19. 5.* Tabem et morbos sensim atque in diem longam visceribus inseminare. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 7. 5.* Spiritalia vero inseminat Achamoth.

INSĒMĬTĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *semita;* ubi nulla est semita, iter impervium. *Gloss. Philox.* Insemitatio; ἀνοδία.

INSĔNESCĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *senesco;* qui senescere non potest. *Gloss. Philox.* Insenescibilis; ἀγήρως, ἀγήρατος.

INSĔNĔO, es, ui, *in praeteritis tantum*, et

INSĔNESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *seneo* vel *senesco*. — Particip. *insenescens*, infra. — Est diutissime immoror in aliqua re, quasique in ea aetatem consumo, et senex fio; *divenir vecchio in qualche cosa*. *Tacit. 4. Ann. 6.* Cum plerique iisdem negotiis insenescerent. *Horat. 2. Ep. 2. 82.* Insenuit libris et curis. *Quintil. 10. 3. 11.* Quomodo sufficere civilibus officiis possit, qui singulis actionum partibus insenescat? *Ovid. 1. Pont. 4. 47.* Te quoque, quam iuvenem discedens Urbe reliqui, Credibile est nostris insenuisse malis; *h. e.* ob calamitatem exsilii mei. — *Boëth.* in *Aristot. de Interpr. edit. sec. 3. p. 491. Migne.* Hominem canescere senescentem vel hominem non canescere insenescentem.

INSENSĀTĒ. Adverb. ab *insensatus;* irrationabiliter, stupide. *Vulg. Interpr. Sap. 12. 23.* Qui in vita sua insensate et iniuste vixerunt.

INSENSĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *insensatus;* conditio eius, qui insensatus est, dementia, stoliditas. *Interpr. Irenaei, praef. 2.* Praecipias eis observare se a profundo insensationis. *Id. 4. Haeres. 41. 4.* Dementiam insensationis ostendere.

INSENSĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sensatus;* rationis sensu carens; *insensato, irragionevole*. *Tertull. Praescript. 27.* ex *Gal. 3. 1.* et *4. advers. Marcion. 43.* ex *Luc. 24. 25.* et *Augustin. 3. de Gen. ad litt. 12.* ex *Psalm. 48. 13.*

INSENSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *sensibilis;* qui non sentitur, qui sub sensum cadere non potest; *insensibile*. *Gell. 17. 10.* Inenarrabile esse ait, et propemodum insensibile; *incomprensibile*. *Seren. Sammon. 3. de porrigine.* Est insensibilis morbus, sed noxia formae, etc. — **B)** Item qui expers est sensus. *Lactant. 6. 13. ad fin.* Insensibilia simulacra.

INSENSĪBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *insensibilis;* qualitas eius, qui insensibilis est. *Ambros. de Bono mort. 7. n. 26.* Igitur suscipit in se anima insensibilitatem defuncti corporis. *Mamert. Claudian. 1. Stat. anim. 3. a med.* Quid dicis? Divinitas vulnus in passione non sensit? Si ita est, vulnerari ergo potuit, etsi sentire non potuit; unumque fuit insensibilitatis, aliud corruptibilitatis. Adde *Boëth. Aristot. Topic. 3. 4.*

INSENSĪBĬLĬTER. Adverb. ab *insensibilis;* insensibili ratione; *insensibilmente*. *Cassian. 2. Instit. 10.* Quae insensibiliter cordi subrepserit. Adde *Mar. Mercat.* vertens *Serm. Nestorii p. 1087. Migne.*

INSENSĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *sensilis*, idem ac insensibilis. *Lucret. 2. 864.* necesse est Ex insensilibus tamen omnia confiteare Principiis constare. Adde *Chalcid. Tim. Plat. p. 13.*

INSENSŬĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *sensualis;* sensu carens. *Cassiod. 2. Variar. 40. a med.* Res insensuales.

INSĒPĂRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *separabilis*. — Comparat. *inseparabilior*, infra. — Est qui separari non potest; *inseparabile*. *Sence. ep. 118.* Bonum honestumque aliquid inter se habent mixtum et inseparabile. Et *ep. 85. ante med.* Ei iuncta semper est, et inseparabilis. *Gell. 1. 9. extr.* Coire societatem inseparabilem. *Apul. 9. Met.* Anus quotidie inseparabilis aderat. *Augustin. 15. Trin. 23.* Trinitas inseparabilior.

INSĒPĂRĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *inseparabilis;* coniunctio inseparabilis; *inseparabilità*. *Augustin. 15. Trin. 23.* In Trinitate tanta est inseparabilitas, ut etc. Et *ep. 29. 2.* Inseparabilitas virtutum. Adde *Faustin. de Trinit. 8.*

INSĒPĂRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *inseparabilis;* non separabiliter; *inseparabilmente*. *Macrob. 1. Somn. Scip. 22.* Quae inseparabiliter involuta rerum necessitas in se vinxit. *Lactant. 3. 11.* Inseparabiliter connexa. Adde *Mar. Victorin. 4. adv. Arium, 2.*

INSĒPĂRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *separatus;* non separatus; *non separato*. *Tertull. advers. Prax. 9.* Inseparatos ab alterutro Patrem, et Filium, et Spiritum testor. Adde *18.* et *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 54.*

INSEPTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *septus*, idem quod septus; *circondato*. *Senec. 4. Benef. 19.* Hunc inseptum ingenti mare, divisumque a conspectu mortalium, etc. — **B)** Deinde

II. *Inseptus* est etiam ab *in* negativa et *septus;* non septus. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* Inseptum, non septum; ponitur tamen et pro non aedificatum. Cf. *Müller* hoc loco contra *Salmas.* disputantem.

INSĔPULTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *sepultus*, idem ac sepultus; *sepolto;* ut *in* ea ratione sumatur, qua in *infractus, insanus*, etc. *Cic. 14. Phil. 12.* Vestra virtus nec oblivione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. *Est qui leg.* sepulta. — **B)** Frequentius vero

II. *Insepultus* est ab *in* negativa et *sepultus;* non sepultus, inhumatus; *insepolto*. *Cic. 4. Cat. 6.* Cerno animo miseros, atque insepultos acervos civium. *Liv. 29. 9. ad fin.* Nec satiatus vivorum poena, insepultos proiecit. *Horat. Epod. 5. 99.* Post insepulta membra different lupi. *Senec. Tranquill. 14.* Mortem insepultam minari alicui; *h. e.* sine sepultura. — **B)** *Insepultam sepulturam* (τάφον ἄταφον, ex *Euripp.* in *Phoeniss.*) appellat *Cic. 1. Phil. 2.* tumultuarias exsequias et funus illegitimum C. Caesari occiso factum in foro. Cum enim, ut narrat *Sust. Cass. 84.*, rogus ei in campo Martio fuisset exstructus, ut ibi cremaretur; lectus autem cum cadavere in forum delatus esset, ut inde per exsequias ad locum rogi transferretur, repente immisso igne congestisque subselliis et tribunalibus, in medio foro combustus est. Verba *Cicer.* sunt: Nam cum serperet in Urbe infinitum malum, lidemque bustum in foro facerent, qui illam insepultam se-

Digitized by Google

pulturam effecerant, etc. *Al. perperam* refecerant *leg.* quia Caesari, inquiunt, instauratum funus fuit. Porro *bustum facere* hoc loco significat monumentum excitare, ubi Caesar crematus fuit. Populus enim ei combusto columnam ibidem statuit, ad quam longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam distrahere perseveravit, donec a Dolabella consule eversa est. Quod vero *bustum* etiam monumentum significet, in ea voce iam est dictum. — **A**) Paulo aliter accepisse videtur *Optat. 5. Schism. Donat. 4.* Cum aliqui in Basilicis sepeliri coepissent, Clarus presbyter in loco Subbulensi, ab episcopo suo coactus est, ut insepultam faceret sepulturam; *h. e.* ut corpus humatum aut mox humandum exhumaret aut abiiceret.

INSĔQUĔ. V. INSEQUOR §. b. et c. et §. 10.

INSĔQUENS, entis. Particip. verbi *insequor*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est qui post sequitur; *seguente, vegnente, venturo. Cic. Orat. 44.* Ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat, aut asperas. *Liv. 2. 18.* Insequens annus Postumum Cominium, et T. Lartium consules habuit. *Id. 26. 14.* Cum noctem totam, et diei insequentis partem animam egissent. *Plin. 18. 67. 7.* Prata restitui debent, faba in his sata, mox insequenti anno frumento. *Gell. 3. 2.* Unum et eundem diem esse a meridie ad insequentem meridiem. *Vellei. 1. 6.* Insequenti tempore imperium Asiaticum ab Assyriis translatum est ad Medos. *Suet. Aug. 31.* Ut illorum veluti ad exemplar insequentium aetatum principes exigerentur a civibus. *Hirt. 8. B. G. 23.* Nocte insequenti legati responsa referunt. — **2**) Item pone sequens. *Petron. Satyr. 31.* Discubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus infundentibus, aliisque insequentibus ad pedes, et paronychia tollentibus. *Iustin. 32. 3.* Vestigia Argonautarum insequentes. — **3**) Translate. *Hieronym. praef. in Eusb. Chron.* Difficile est, alienas lineas insequentem non alicubi excidere. *Loquitur de interpretandi exercitio.* — **4**) Apud Rhetores absolute est idem ac consequens: et opponitur antecedenti. *Quintil. 1. 10. 37.* Ex prioribus geometria probat insequentia. *Id. 5. 5. 2.* Si tempora non congruunt; si vel antecedentia vel insequentia tabulis repugnant. *Id. ibid. 10. 48.* Argumenta aut ex iis, quae ante rem facta sunt, aut ex coniunctis rei, aut insequentibus dicuntur. — **5**) Praeterea

II. *Insequens*, sensu hostili, est qui persequitur nocendi causa. *Sall. Iug. 24.* Multitudo Numidas insequentes moenibus prohibuit; *che davano loro alla coda.* Et *Caes. 1. B. C. 45.* Hostem insolenter atque acriter insequentem supprimere.

INSĔQUENTER. Adverb. ab *insequens;* insequenti tempore, ut exponit *Non. 376. 19. Merc.;* protinus, insequenter, deinceps. Hinc *Verecund. in Cantic. Azariae, 26.* Merito enim unam virtutem posuit. Multorum insequenter dicere debuerat. — **2**) Deinde

II. *Insequenter* est etiam ex *in* negativa et *sequenter;* inconsequenter. *Gell. 10. 29.* Obscure et insequenter particula illa posita. *Al. aliter leg.*

INSĔQUO, is, V. voc. seq. §. b. et c. et §. 10.

INSĔQUOR, ĕquĕris, ĕquutus et ĕcūtus sum, ĕqui. Verbum transitiv. forma deponens, ab *in* intentiva et *sequor*, quod V. — **b**) Olim activorum forma *insequo, is*, usurpatum fuisse colligi potest ex *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 477.* « Insequis, narras, refers et interdum pergis. » — Huc spectant, quae tradit *Gell.* de verbo Catonis *insecendo 18. 9. 8.* « Nam et *sequo* et *sequor*, et item *secta* et *sectio* consuetudine loquendi differunt: sed, qui penitus inspexerit, origo et ratio utriusque una est. » Hinc patet non solum verbum *sequor* idem esse origine ac *sequo* et *seco*, sed quatenus significat narrare, etiam *insequor* idem esse ac *insequo* seu *inseco*, ita ut utrumque apud Veteres eadem ratione, sed diversa acceptione usurpatum fuit, quo Recentiores minus fortasse attendentes, inter se permutarunt, sive confuderunt, monente ipso *Gellio* in *lemmate:* « Quod *insecendo* potius legendum sit, quam, quod plerique existimant, *insequendo*. » V. integr. loc. et Cf. SECO et SEQUOR. — **c**) Huc itaque spectant formulae in usu tantum apud Veteres *insece* vel *insequa* et *insecendo* vel *insequendo*, de quibus infra §. 10. — **d**) Porro ex allata notatione etiam explicatur duplex scribendi ratio in praeteritis *insecutus* et *insequutus*, et in derivatis ab eo, *insecutio, insecutor* et *insequutio* et *insequutor*. Cf. INSECTOR et SEQUOR. — **e**) Particip. *insequens*, V. suo loco, *insequendus* §. 5., *insecutus* §. 1. et seqq. et suo loco, *insecuturus* §. 1. — **f**) Derivata, *insector* (quod V. pro suis), *insecutio, insecutor, insequenter*.

INSEQUOR proprie est statim sequor, post venio, subsequor; *seguire, venir dietro, o dopo. Virg. 5. Aen. 320.* Proximus huic, longo sed proximus intervallo insequitur Salius. *Ovid. 11. Met. 468.* insequitur fugientem lumine pinum; *tiene dietro collo sguardo. Val. Flacc. 1. 715.* qua te, infelix, quibus insequar oris? *Cic. Orat. 48.* Postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequebatur. *Id. 1. Fin. 16.* Plerumque improborum facta primo suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum index. *Id. Brut. 40.* Hunc proximo saeculo Themistocles insecutus est. *Plin. 18. 78. 1.* Arundinem impendente pluvia seri iubent, et fruges insecuturo imbre. — Absolute: *Cic. 1. Divin. 29.* At mors insecuta Gracchum est; *sopravvenne. Lucret. 3. 174.* Si minus offendit vitam vis horrida leti, Attamen insequitur languor. *Phaedr. 3. 2.* Nox insecuta est: abeunt securi domum. *Virg. 1. Aen. 91.* Una Eurusque, Notusque ruunt, . . . Insequitur clamorque virûm, stridorque rudentum. *Id. 1. ibid. 105.* Insequitur cumulo praeruptus aquae mons. *Id. 4. ibid. 161.* Insequitur commixtus grandine nimbus. Adde *7. ibid. 793.* — **2**) Translate. *Id. 9. ibid. 276.* Te vero mea quem spatiis propioribus aetas Insequitur. — *Id. 1. G. 104.* Iacto qui semine protinus arva Insequitur. Cf. INSECTOR §. 3. — **3**) Pro conor, cum infinito. *Id. 5. Aen. 52.* Rursus et alterius lentum convellere vimen Insequor; *seguo a svellere.* — **4**) Interdum est instare, urgere; *instare, incalzare. Cic. 2. Orat. 3.* Nec vero te, frater, rhetoricis quibusdam libris insequor, ut erudiam. — *Id. 6. Verr. 20.* Pergam atque insequar longius. — *Id. 3. Nat. D. 17.* Haec Carneades aiebat, non ut Deos tolleret, sed ut Stoicos nihil de diis explicare convinceret. Itaque insequebatur. — **5**) Speciatim

II. *Insequor* saepe est militare verbum, et est instare fugientibus; *dar dietro, dar alla coda. Caes. 1. B. G. 48.* Qui cupidius novissimum agmen insecuti, alieno loco proelium committunt. Et *7. ibid. 55.* Ne tum quidem insecutis hostibus, tertio die pontem refecit. *Virg. 12. Aen. 748.* Insequi et urgere. *Liv. 26. 6.* Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit. — **6**) Translate. *Virg. 1. Aen. 244.* Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos Insequitur. — **7**) Hinc latiore significatione est persequi, insequi, insectari ultionis causa; *perseguitare. Cic. 2. Phil. 9.* Cum tu illum in foro, gladio stricto insecutus es. *Ovid. 8. Met. 150.* Insequi crimen. *Virg. 8. Aen. 146.* crudeli bello aliquem. *Ovid. 12. Met. 254.* ora alicuius protervis manibus; *h. e.* pulsare, caedere. Et *15. ibid. 868.* morsibus. *Val. Flacc. 3. 638.* saevis dictis. *Cic. 14. Att. 14. a med.* homines benevolos contumelia. *Id. Sext. 11.* irridendo. *Id. Cluent. 8.* clamore ac minis. — **8**) Et translate. *Id. Sull. 29.* Insequi turpitudinem vitae. *Plin. Paneg. 38.* Insequi dissimiles. — **9**) Demum

III. *Insequor* est etiam narrare, persequi. *Liv.* apud *Senec. Suasor. 7. circa med.* Vir memorabilis fuit, et in cuius laudes insequendas Cicerone laudatore opus fuerit. *Al. leg.* sequendas *sed. sensu.* — **10**) Frequentius tamen hoc eodem sensu apud Veteres activorum forma

INSEQUO, is (insexi, ctum), ĕre (V. supra §. b. et c.) usurpatum est. Hinc formulae *insece* vel *insequa* pro narra, dic, prosequere; et *insecendo* vel *insequendo* pro fando, narrando. *Enn.* apud *Gell. 18. 9.* Insequo, Musa, manu Romanorum induperator, Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo. *Cato* apud *Eund. ibid.* Eiusmodi scelera nefaria, quae neque insecendo, neque legendo audivimus. *Liv. Andron. ibid.* Virum mihi, Camoena, insece versutum. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* inseque apud Ennium dic. Insexit, dixerit. Cf. *Müll.* ad *h. l. Gloss. Philox.* Inseque; *dici.* Adde *Gloss. Placidi* loc. cit. §. b. supra.

Nota. Discrimen inter *consequor* et *insequor*. V. sub v. CONSEQUOR in *Nota* §. 1.

INSĔQUUTIO et INSĔQUUTOR, INSEQUUTUS. } V. INSECUTIO, etc.

INSĔRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *in* et *sera*, ita ut sera removeri nequeat. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *100.* Et aditu reserato, quem inserabiliter obstruxerant.

INSĔRĒNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *serenus;* non serenus, nubilus; *nuvoloso. Stat. 1. Silv. 6. 21.* Non tantis Hyas inserena nimbis Terras obruit.

INSERINO. V. voc. seq. secundo loco §. c.

INSĔRO, ĕris, ĕvi, ĭtum, ĕrĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sero*. — **b**) Saepe in antiquis MSS. et editis libris confusum est cum sequenti, a quo tantum discrepat in praeteritis; quamquam et *inserui* et *insertus* pro *insevi* et *insitus* usurpatum est a *Colum.* (V. loca in voc. seq. §. 1. et 2.), quod indicio est unam eandemque utriusque verbi originem esse et significationem, ut probant etiam derivata. Cf. CONSERO I. §. b. et V. SERO. — **c**) Particip. *insitus*, V. suo loco, *insiturus* §. 2. — **d**) Derivata, *insitivus, insiticius, insitio, insitium, insitivus, insitor, insitus, us*.

INSERO proprie est in aliquo loco sero, insemino; *seminare, piantare. Colum. 5. 7. a med.* Arboribus rumpotinis, si frumentum non inseritur, in utramque partem vigiti pedum spatia interveniunt: at si segetibus indulgetur, quadraginta pedes, etc. — **2**) Item unius arboris surculum alteri arbori includere; *innestare, incalmare. Varr. 1. RR. 40. a med.* Si in pirum silvaticam inseveris pirum quamvis bonam. *Colum. arbor. 8.* Vitem, quam insiturus es, resecato, et plagam laevato. *Id. 5. 11.* Omne genus surculi omni generi arboris inse-

Digitized by Google

rere. *Cato, RR. 50.* Quem ramum insiturus eris, praecidito, inclinato aliquantum, ut aqua defluat. — *Virg. 1. Ecl. 74.* Insero nunc, Meliboee, piros, pone ordine vites. *Id. 2. G. 69.* Inseritur vero et nucis arbutus horrida fetu. *Id. ibid. 303.* neve oleae silvestres insere truncos. — **β)** Translate. *Horat. 1. Sat. 3. 34.* denique teipsum Concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim Natura; h. e. immiserit, introduxerit. — **γ)** Pro iungere; *unire. Cic. Univ. 12.* Cum autem animis corpora cum necessitate insevisset, etc.

II. **INSERO,** ĕris, ĕrŭi, ertum, ĕrĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sero*, ut praecedens. — **b)** Huc spectant quae notata sunt in voc. praeced. §. b., coll. CONSERO II. §. b. et V. SERO. — **c)** *Inserinuntur* pro *inseruntur* habet *Fest.* ex *Odyss. Vet. p. 532. Mull.* Millia alia in isdem inserinuntur. V. *Müller in suppl. ad h. l. p. 597.* — **d)** Particip. *inserens* §. 3. et 8., *inserendus*, §. 5., *insertus*, V. suo loco. — **e)** Derivata, *insertatio, insertitius, insertim, insertio, insertivus, insertor, insertorium.*

INSERO proprie est, habita ratione originis et significationis, ut dicimus in voc. praeced. §. b., surculum arboris in alium arborem immitto; *innestare, inserire, incalmare. Colum. arbor. 8.* Quidquid inseueris, vimine diligenter ligato. Et *ibid.* Nocet nimius humor, nec patitur surculos insertos comprehendere. — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. Rom. 11. 17.* Tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis et socius radicis et pinguedinis olivae factus es . . . dices ergo: fracti sunt rami ut ego inserar? Adde *ibid. vv. 23.* et *24.* — **3)** Frequentius vero, et quidem proprie, ex consuetudine loquendi,

II. *Insero* est immitto, ingero, inicio; *porre dentro, inserire. Cic. 6. Verr. 17.* Homini collum in laqueum inserenti subvenisti. *Phaedr. 1. 26.* Ciconia lagenae rostrum inserens. *Cic. 2. Orat. 59.* Omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. *Propert. 5. 12. 30.* Nec digitum angusta est inseruisse via. *Ovid. 3. Amor. 2. 65.* potes, si forte iuvabit, Cancellis primos inseruisse pedes. *Id. 2. Met. 93.* utinamque oculos in pectora posses inserere; *penetrar colla vista nell' interno del cuore. Cic. Coel. 31.* Amputanda plura sunt illi aetati, quam inserenda. *Val. Max. 3. 3. extern. 1.* Inserere oculos alicui rei; h. e. intendere, intueri. *Liv. 8. 36.* Inserere in tentoria caput. *Senec. Here. Oet. 493.* caput astris. *Quintil. 2. 20. 5.* grana ciceris in acum; *infilzare. Curt. 9. 1.* gemmas aureis soleis; *incastrare. Ter. Heaut. 3. 3. 2.* meretrici manum in sinum. *Ovid. 2. Amor. 15. 12.* Et laevam in tunicis inseruisse manum. *Colum. 6. 4.* Inserere integrum crudum ovum ieiuni bovis faucibus. *Gell. 2. 3.* H litteram plerisque vocibus. *Stat. 3. Theb. 250.* ensem; h. e. adigere. Sic *Senec. Hippol. 1177.* Inserere ferrum pectori. — **4)** Translate. *Cic. 2. Invent. 53.* Ius est, quod non opinio genuit, sed quaedam innata vis inseruit. *Vellei. 2. 103.* Inserere manum coelo. — **5)** Praeterea

III. *Insero* ponitur pro admiscere; *frammischiare. Colum. 12. 57.* Cum viridia, quae dicta sunt, contriveris, nuces iuglandes inserito. *Ovid. 2. Trist. 444.* nec obfuit illi Historiae turpes inseruisse locos. *Id. 3. Amor. 7. 9.* Osculaque inseruit cupidae luctantia linguae. *Tacit. 1. Hist. 25.* Inserendo saepius querelas, et ambiguos de Galba sermones. *Liv. 27. 25.* Adeo minimis etiam rebus prava religio inserit Deos; *ci fa entrare. Iustin. 38. 3. in fin.* Trogus in Livio et Sallustio reprehendit, quod conciones directas operi suo inserendo, historiae modum excesserint. — **6)** Translate. *Senec. Thyest. 522.* Quid est necesse liberos sceleri meo inserere? h. e. implicare, et una mecum auctores sceleris ac reos facere. *Ovid. 13. Met. 33.* Inserit Aeacidis alienae nomina gentis. *Tacit. 6. Ann. 2.* Ignobilitatem suam magnis nominibus inserit. — Cum ablat. sine praepos. quae inest in ipso verbo. *Quintil. 8. 2. a med.* Interiectio, qua et oratores frequenter utuntur, ut medio sermone aliquem inserant sensum; h. e. interponant. — **7)** *Inserere se*, immittere, immiscere. *Id. 2. Hist. 19.* Iamque totis castris modesti sermones, et insecutibus se centurionibus, laudari providentia ducis, etc. *Ovid. 1. Art. am. 603.* Inserere se turbae. *Id. 3. Met. 117.* bellis civilibus. *Val. Max. 6. 2. extern. 1.* Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis. — **8)** *Inserere aliquem vitae* apud *Stat. 5. Silv. 3. 72.* Poscentemque novas tremulis ululatibus auras Inserui vitae; h. e. asserui, servavi, ut viveret, curavi. — **9)** *Inserere nomen famae* apud *Auct. dial. de Orat. 10.* est committere, mandare.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et dativo item rei vel personae, pro quo aliquando adhibetur alter accusat. cum praepos. *in*, vel ablativo cum eadem praepos., rarius sine ea. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. de Deo Socrat. 2.*

INSERPO, pis, psi, ptum, pĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *serpo*, idem ac serpo, vel in aliquo loco serpo. *Stat. 1. Theb. 340.* iam somnus avaris Inserpit curis. *Apul. 7. Met. 8.* Ei lanugo malis inserpebat. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 256.* raucum bibulis inserpere murmur arenis. *Gest. Collat. Carthag. Cognit. 1. n. 40.* Ut igitur in eliciendae veritatis examen non inserpat aliquatenus calumniosa suspicio.

INSERTĀ. V. INSERTUS §. 4.

INSERTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inserto;* actus inserendi, insitio, immissio. *Cael. Aurel. 4. Tard. 1. ad fin.*

INSERTĀTUS, a, um. Particip. verbi *inserto*, idem ac insertus, immissus. *Prudent. Apotheos. 464.* Iamque insertato reserarat viscera cultro.

INSERTĪCĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *insero, is, ui*, idem ac insitīcius, qui inseri potest. *Gloss. Philox.* Inserticius; ἐγκεντρίσιμος. *ἐνκέντριος.*

INSERTIM. Adverb. ab *insertus;* inserendo, immittendo. *Lucret. 2. 114.* cum solis lumina cumque Insertim fundunt radios per opaca domorum.

INSERTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insero, ui;* actus inserendi; *innesto. Augustin. ep. 120. n. 20.* Insertio oleastri. *Macrob. 1. Saturn. 7. a med.* Huic Deo insertiones surculorum tribuunt. — **2)** Translate. *Oros. Commonit. 1.* Tu tamen malignas aliorum plantationes vel insertiones erue atque succide, et veram sparge sementem.

INSERTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *insero, is, ui;* qui inseritur. *Calpurn. Declam. 24.* Nemo unquam sacra gentilicia insertiva stirpe corrupit; h. e. filiis illegitimis. Sic *insitivi liberi* apud *Phaedr. 5. 3.*

INSERTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *insero, is, ui.* — Particip. *insertans*, infra; *insertatus* V. suo loco. — Est saepe insero, vel insero simpliciter; *por dentro. Petron. Satyr. 97.* Insertans commissuris secures, claustrorum firmitatem laxavit. *Virg. 2 Aen. 672.* clypeoque sinistram Insertabam aptans. *Sil. 5. 482.* arbor nubibus insertans caput. *Prudent. 2. in Symmach. 726.* Quos spargam flores? quibus insertabo coronis Atria?

* INSERTŌRĬUM, ii, n. *Cael. Rodig. l. 10. c. 4.* ait esse lorum scuti in modum anuli, inter quod et scutum laeva manus inseritur. Hoc adstruit loco *Plinii 33. 4. 8.* qui varie a variis legitur, et ab *Harduino* expeditur in *not. et emend. n. 2.*, itemque a *Sillig.* in *not. crit.* ad eundem *Plin. loc. cit.*

INSERTUS, a, um. Particip. verbi *insero, is, ui*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est immissus, iniectus; *posto dentro, tramesso, inserito. Enn.* apud *Donat.* ad *Ter. Phorm. 2. 2. 25.* Insertae malae. V. CALCEATUS, a, um, §. 4. *Plin. 10. 78. 1.* Pinna per transversas inserta nares. *Id. 33. 12. 2.* Inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant; *infilzate. Virg. 3. G. 309.* Profuit inserto latices infundere cornu; h. e. immisso faucibus. *Ovid. 2. Amor. 1. 27.* Sera inserta posti. *Caes. 5. B. G. 14.* Falces praeacutae, insertae affixaeque longuriis; *conficcate. Senec. Agam. 92.* Nubibus ipsis inserta caput Turris, pluvio vapulat Austro; h. e. tam alta, ut cacumen inter nubila immittere videatur. Graeca constructio. *Virg. 11. Aen. 770.* quem pellis ahenis in plumam squamis, auroque inserta tegebat; h. e. habens aurum assutum, et quasi intextum. *Al.* auro conserta *leg.* Et *5. ibid. 181.* multo manifesti lumine, qua se Plena per insertas fundebat luna fenestras; h. e. luna inserta per rimas fenestrae, hypallage. *Servius* praeter hanc, aliam quoque interpretationem addit. Aut, inquit, clathratas, aut non secatas, ut sit quasi inseratas; idest non clausas: et dictum quomodo aspros, compostus, vixet, pro asperos, compositus, vixisset. *Plin. 3. ep. 19.* Praedia agris meis vicina, atque etiam inserta, venalia sunt; h. e. immissa, et veluti permixta. *Quintil. 8. 3. 28.* Clavus et purpurae in loco insertae. — **2)** Item infusus. *Senec. Here. Oet. 521.* Tabum fluentem vulneris insertum ungulae. *Cels. 5. 25. initio.* Veneno vel per morsus, vel per cibos aut potiones corporibus inserta. — **3)** Translate. *Quintil. 2. 4. 30.* Vix ullus est tam communis locus, qui possit cohaerere cum causa, nisi aliquo proprio quaestionis vinculo copulatus; apparealque, cum non tam insertum, quam applicitum. *Auct. Dial. de Orat. 25.* Supersunt aliqua, epistolis eorum inserta, ex quibus mutua malignitas detegitur. *Suet. Tib. 3.* Insertus Liviorum familiae, adoptato in eam materno avo. *Id. Aug. 42.* Manumissi insertique civium numero. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 8.* — **4)** Absolute, substantivorum more.

INSERTA, ae, f. *P. Syrus* apud *Gell. 17. 14.* et *Macrob. 2. Saturn. 7.* Frugalitas inserta est rumoris boni; h. e. ornamentum bonae existimationis. Volunt enim alii, *insertam* esse emblema quod insertur ornatus causa: alii vittam, institam, fasciam, ornatus item causa sutam vesti: alii denique rectius leg. *miseria;* h. e. frugaliter vivere perinde est ac misere vivere, nisi quod cum rumore fit bono, non malo, ut in avaritie.

INSERVĪENS, entis. Particip. verbi *inservio*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui inservit. *Tacit. 2. Hist. 81.* Antiochus inservientium regum ditissimus; h. e. imperio R. subiectorum. *Boëth. Cons. Philos. 4. pr. 6.* Inserviens natura.

INSERVĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum transitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *servio.* — **b)** *Inservibat* pro *inservisbat*, apud *Sil. 7. 341.* (V. loc. §. 1. *fin.*) ἀρχαϊκῶς, ut *lenibat, insanibat*, etc. — **c)** Particip. *inserviens* §. 3. et suo loco, *inserviendus* §. 8., *inservitus* §. 8., *inservaturus* §. 8.

INSERVIO proprie est servio in aliqua re, praesto sum, obsequor,

Digitized by Google

obsequius sum; *servire*, *prestarsi a qualche cosa*. *Cic. 1. Offic. 13. extr.* A quo plurimum sperant, ei potissimum inserviunt. *Tac. Hist. 3. 1. 8.* Inservire amico atque aequali suo; *h. e.* gratificari, adesse; *assistere*. — *Sil. 7. 544.* feroci Pervigil inservibat equo; *attendeva a governare*. — **2)** Translate. *Gell. 1. 25.* Non id fuit Varroni negotium, ut legibus rationibusque omnibus definitionis inserviret; *di assoggettarsi*. — **3)** Saepissime autem est dare operam, more eorum, qui serviunt, incumbere, studere, attendere; *attendere, applicare, studiare, aver cura*. *Cic. 16. Fam. 17.* Valetudo tua me valde sollicitat: sed inservi, et fac omnia. *Id. 2. Fin. 35.* Quos suis commodis inservituros, et quidquid ipsis expediat facturos arbitramur. *Nep. Alcib. 1.* Temporibus callidissime inserviens. *Cic. 2. Offic. 1. ad fin.* Inservire honoribus. *Id. Orat. 4.* artibus. *Tacit. 15. Ann. 8.* famae. Et *16. ibid. 27.* hortorum amoenitati. *Colum. 9. 14.* fortiter operibus; *attendere valorosamente al lavoro*. *Hirt. B. Alex. 12.* Accurate alicui rei studere atque inservire. Et *8. B. G. 8.* Omnibus rebus inserviendum statuit, quo celerius etc. *Gell. 13. 20.* inservire auribus; *h. e.* curare, ne aures offendantur. Adde *Vulg. Interpr. 4. Reg. 17. 17.* et *2. Par. 35. 6.* — Passive impersonaliter. *Liv. 2. 21.* Plebi, cui ad eam diem summa ope inservitum erat, iniuriae a primoribus fieri coepere; *h. e.* indultum et curatum erat, ut in omnibus satisfieret; *s'era procurato di compiacere*: eodem modo *Id. 43. 37.* locutus est. — **4)** Transitivorum more,

II. *Inservio*, cum accusativo, sensu proprio. *Plaut. Most. 1. 3. 89.* Si illum inservibis solum. Et *35.* Unum inservire amantem. — **5)** Passive et translate. *Id. Poen. 4. 2. 105.* Et illud autem inserviendum est consilium vernaculum; *h. e.* adiuvandum, promovendum. *Cic. 6. Fam. 12.* Nihil est a me inservitum temporis causa.

Nota. Discrimen inter *servire* et *inservire* statuit *Isid. 1. Differ. n. 517.* « *Servire* tantum dominis: *inservire* cuiusque praeceptis. »

INSERVĪTUS, a, um. V. voc. praeced. §. 5.

INSERVO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *servo*. — Particip. *inservans*, infra. — Est idem quod servo, observo; *osservare*. *Stat. 10. Theb. 886.* gemit, inservante noverca, Liber. *Id. 6. ibid. 955.* piget inservare; *h. e.* servare de caelo. Sic *8. ibid. 194.* Elysias dedit inservare volucres.

INSESSOR, ōris, m. Verbale ab *insideo*; qui insidet. *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 33.* Currus aureus visebatur una scilicet equis atque insessore aureo laboratus. — **2)** Translate, obsessor. *Merobaud. Paneg. 24.* Insessor Libyes. — **3)** Sumitur et in malam partem. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* Insessores; latrones, quod circa vias insidientur sedentes. *Symmach. 2. ep. 48.* Insessor viarum.

INSESSUS, a, um. Particip. verbi *insideo*; cui aliquis insidet, et insistit, occupatus, possessus; *occupato, tenuto*. *Liv. 7. 34.* Consul exercitum incauto in saltum cava valle pervium, circaque insessum ab hoste, induxit. *Tacit. 15. Ann. 39.* Commeatus per montes ducebantur praesidiis nostris insessos. Et *12. ibid. 45.* Insessum diris avibus Capitolium. *Stat. 12. Theb. 256.* horrendis insessa cubilia monstris. Et *1. Silv. 1. 58.* insessaque pondere tanto Subter anhelat humus. — **2)** Deinde

II. *Insessus* est etiam adiect. ab *in* negativa et *sedeo*; qui certam non habet sedem, vagans. *Sicul. Flacc. de cond. agr. p. 3. Goes.* Accidit autem insessarum earum gentium populis saepe mutantibus id *(solum)* in Italia, et in provinciis, ut Phryges in Latio, ut Diomedes cum Gallis in Apulia.

INSEXIT. V. INSEQUOR §. 10.

INSĪBĪLO, as, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *sibilo*. — Particip. *insibilans* §. 2. — Proprie est idem ac sibilo; *fischiare*. *Ovid. 15. Met. 605.* Qualis succinctis, ubi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt. *Stat. 6. Theb. 421.* densis insibilat aër Verberibus. *Sil. 12. 613.* ictae in turmas per nubila flammae Stridorem servant, membrisque insibilat ignis. — **2)** Translate, affio. *Cassian. 5. Instit. 14.* Donec Dei gratia, spiritu oris sui in cordibus nostris insibilante, aestus carnalis concupiscentiae penitus valeant consopiri. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Insibilo* est aliquid sibilando inspiro; *inspirare fischiando*. *Sil. 2. 625.* verbera Erinnys incutit, atque atros insibilat ore tumores. *Ennod. Opusc. 2. p. 192. Migne.* Astutior in vobis, quam in Athanasii adversariis novelli virus serpentis insibilat.

INSICCĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *siccabilis*; qui siccari non potest. *Sidon. 9. ep. 16.* Licet antiquarium moraretur insiccabilis gelu pagina, et calamo durior gutta.

INSICCĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *siccatus*; non siccatus; *non seccato*. *Stat. 3. Theb. 364.* Vulneraque ista ferens putri insiccata cruore. Et *8. ibid. 246.* Insiccatus cruor.

INSĪCIĀ, ae, f. Verbale ab *inseco*, ut patet ex *Varr.* loc. mox cit. in §. 1., quod tamen varie admodum scribitur, nempe *insitia*, et *isicium*. Quidam vellent et *esitium*, vel *esicium*. Ex *Macrob.* autem discimus *isicium* frequentius esse; unde *salsicia* pro *salis isicia*, quod nempe ex suilla concisa atque salita, inque intestinis insita fit, mox *salsicia*; hinc Italice *salsiccia*. *Caper. p. 2246. Putsch.* « *Insecitia (sic)* dicendum, non *isicia*; quia nusquam sine n pronuntiatur. » — Eadem dicenda sunt etiam de derivatis, *insiciarius*, *insiciatus*, *insiciolum*.

INSICIA et Isicium proprie est genus farciminis, seu obsonii ex carne concisa; *salsiccia*. *Varr. 5. LL. 22.* Insicia, ab eo, quod insecta caro, ut in carminibus Saliorum est: quod in extis dicitur nunc prosectum. — *Macrob. 7. Saturn. 8.* Dicas, quae causa difficile facit insicium: quod ab insectione insicium dictum, amissione litterae postea, quod nunc habet, nomen obtinuit. *Donat.* ad *Ter. Eun. 2. 2. 26.* Fartores, qui insicia et farcimina faciunt.

INSĬCIĀRĬUS, ii, m. Nomen ab *insicium*; qui insicia facit. Legitur in quodam ludicro testamento M. Grunii Corocottae Porcelli, quod habetur apud *Brisson. de Formul. l. 7. c. 57.* Alii esiciarius leg. Eius meminit etiam *Hieronym. procem. l. 12. in Isai.* et *1. in Rufin. n. 17.* V. BUBULARIUS.

INSĬCIĀTĂ, ae, f. V. voc. seq.

INSĬCIĀTUS, Isiciatus et Esiciatus, a, um. Adiect. ab *insicium*; insicio conditus, vel ad modum insicii conditus. *Apic. 8. 7. ad fin.* Isiciatus pullus. — *Coronat.* in *Anthol. Lat. n. 550. Meyer*, in *Lemmate*: De esiciata gallina. — Et absolute. *Incert. Poëta, ibid. n. 1088.* Pariter in *Lemmate*: De esiciata.

INSĬCIŎLUM et Isiciolum, i, n. Deminut. ab *insicium*; insicium minutum. *Apic. 8. 4.* Isiciola porcina. Adde *2. 2.* etc.

INSĬCIUM. V. INSICIA.

INSĪDENS, entis. Particip. verbi *insideo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc *Insidens* absolute dictus videtur deus quidam ex genere eorum, qui putabantur insidere mensis, gustaturi cibos eis appositos. *Inscr.* apud *Labus, Marmi Brescian. p. 126.* Insidenti sacr. L. Roscius Crescens V. S. Cf. EPITRAPEZIUS.

INSĪDĔO, ēdes, ēdi, essum, ĭdēre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *sedeo*, mutata euphoniae gratia *e* littera in *i*. V. SEDEO. — **b)** In multis hoc verbum cum *insido*, *is*, confunditur, et in libris saepissime invicem commutantur. V. INSIDO §. b. — **c)** Insuper praeteritum *insedi* commune habet cum eodem. V. INSIDO §. b. et c. — **d)** Particip. *insidens* §. 3. et suo loco, *insidendus* §. 3., *insessus*, V. suo loco. — **e)** Derivata, *insessor*, *insidiae*, *insidianter*, *insidiatio*, *insidiator*, *insidiatrix*, *insidio* et *insidior*, *insidiosus*, *insidiosus*. — **f)** Compositum, *superinsideo*.

INSIDEO proprie est super aliqua re sedeo; *sedere sopra qualche cosa*. *Liv. 7. 6.* Insidere equo. *Senec. Med. 29.* curru. *Ovid. 20. Heroid. 154.* toro. — **2)** Dicitur de his, qui in aliquo loco habitandi causa considunt; *mettersi ad abitare*. *Virg. 8. Aen. 479.* ubi Lydia quondam Gens bello praeclara iugis insedit Etruscis. — **3)** Item pro occupare animo hostili. *Id. 11. ibid. 331.* Arripuitque locum et silvis insedit iniquis. — **4)** *Insidere alicui; h. e.* insidiari. *Lactant. Opif. D. 1.* Adversarius noster saluti insidet. *Al. melius leg.* saltus insidet. — **5)** Praeterea

II. *Insideo* saepe est consistere, haerere, inhaerere, incumbere; *fermarsi, posarsi, stare addosso*. *Cic. 2. Nat. D. 51.* Cum in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese. *Horat. Epod. 3. 15.* Nec tantus unquam siderum insedit vapor Siticulosae Apuliae. *Plin. 1. ep. 12. circa med.* Dolor non pedibus solis insidebat, sed omnia membra pervagabatur. *Senec. Oedip. 224.* Torpor insedit per artus. *Cels. 3. 1.* Longus morbus, cum penitus insedit, acuto par est. *Tacit. 2. Ann. 21.* Insidens capulo manus; *h. e.* arcte haerens gladii manubrio, et fortiter tenens, ac vibrans. — **6)** Translate. *Cic. 2. Orat. 28.* Nihil quisquam unquam, me audiente, egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit. *Id. Orat. 5.* Insidebat in eius mente species eloquentiae, quam cernebat animo, re ipsa non videbat. *Id. 1. Leg. 17. extr.* Voluptas, quae penitus in omni sensu implicata insidet. *Id. 4. Tusc. 10. extr.* Cum hic fervor concitatioque animi inveteraverit, et tanquam in venis medullisque insederit, tunc exsistit morbus, etc. *Id. Manil. 5.* Macula, quae penitus iam insedit atque inveteravit in populi R. nomine. *Lucret. 3. 932.* Insidet mihi desiderium alicuius rei. — **7)** Transitivorum more, iisdem fere significationibus gaudet. Hinc

III. *Insideo* est idem fere ac sedeo super aliqua re. *Enn.* apud *Varr. 5. LL. 22. a med.* insidere currum. *Alii leg.* insidĕre. *Senec. Phoeniss. 122.* saxum. — **8)** Apud Geographos de locis est situm esse. *Plin. 5. 14. 8.* Ioppe insidet collem; *sta, giace su un colle*. *Id. 5. 24. 1.* Insidere verticem. — **9)** Item dicitur de his, qui exspectandi, aut spectandi gratia alicubi se locant. *Plin. Paneg. 26.* Adventante congiarii die, observare principis egressum, insidere vias examina infantium solebant. — **10)** Est etiam verbum militare; et universim significat locum aliquem morando occupare, tenere, obsidere; *occupare*. *Liv.*

Digitized by Google

31. 54. Mago locum monstrabit, quem insidentis. *Id. 24. 51.* Quibusdam ad itinera insidenda missis. *Tacit. 2. Ann. 16.* Cherusci iuga insedere, ut procliantibus Romanis desuper incurrerent; *si postarono. Sil. 5. 5.* Silvarum anfractus caecis insederat armis; *s'era posto in aguato. (Al. leg.* insiderat). *Liv. 26. 44.* Quingentis militibus arcem insedit; *presidiò.* — **11)** Translate, in bonam partem. *Val. Flacc. 4. 445.* mea quod vates insedit Apollo Pectora.

INSĬDĬĂ, ae, et *frequentius*

INSĬDĬAE, ārum, f. Verbale ab *insideo*, quo significatur occulta et dolosa expectatio ad aliquem aggrediendum; *insidiis, aguato. Cic. 2. Q. Fr. 3. a med.* Insidias facere vitae alicuius. *Id. 13. Att. 10.* Marcellus insidiis interfectus est; *a tradimento.* Sic *Dom. 23.* Per insidias quempiam interficere. *Id. Sext. 18.* Insidias ponere vitae alicuius. *Id. 2. Agr. 18.* Insidias penitus abstrusas ponere contra aliquem. *Id. Rosc. Am. 9.* alicui parare. *Id. Caecin. 28.* opponere. *Id. Rosc. Com. 16.* tendere. *Id. Mil. 10.* collocare. *Id. Cluent. 16.* comparare. Et *66. extr.* instruere. *Ovid. 1. Met. 198.* struere. *Tacit. 5. Hist. 22.* et *Propert. 2. 25. 69.* componere in aliquem. *Tibull. 1. 7. 4.* componere alicui. *Quintil. 4. 2. ante med.* disponere. *Plaut. Mil. 2. 5. 32.* et *Cas. 2. 7. 13.* dare alicui; *h. e.* facere. *Calpurn. 1. Ecl. 40.* afferre ovilibus. *Virg. 1. G. 271.* avibus moliri. Et *5. Ecl. 60.* pecori lupus meditatur. *Suet. Caes. 86.* undique imminentes satius est subire semel, quam cavere semper. Et *74.* evadere. *Justin. 7. 5.* Insidiarum fraude decipere. *Sall. Iug. 7.* Insidiis opprimere aliquem. *Caes. 1. B. G. 42.* Per insidias circumvenire. *Nep. Annib. 4.* Insidiis circumventum occidere. *Id. ibid. 5.* In insidias inducere; *tirar negli aguati.* Et *Justin. 44. 5.* deducere. — *Insidia prima*, singulari num. dixit *Sallust. fragm.* apud *Charis. 1. p. 75. Putsch.* Sic et *Vulg. Interpr. Ital. Act. 20. 3.* Facta illi insidia ab Iudaeis. Cf. infra *Nota.* — **2)** Ad locum ipsum, in quo insidiae collocantur, videntur ea, quae sequuntur, pertinere posse. *Cic. Deiot. 7.* Quid? ille signa aenea in insidiis posuerat? *Id. 2. Catil. 1.* Illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. *Caes. 3. B. G. 20.* Milites in insidiis collocare. *Liv. 25. 1.* disponere. Et *ibid.* Trahere in insidias. *Caes. 3. B. C. 38.* Intrare insidias. Et *37.* Subito illi ex insidiis consurrexerunt. *Sall. Iug. 121.* Ex insidiis invadere aliquem. *Ter. Phorm. 1. 4. 52.* Nunc prior adito tu: ego in insidiis hic ero Succenturiatus; *starò in aguato. Virg. 3. G. 537.* Nec lupus insidias explorat ovilia circum; *h. e.* captat locum insidiis idoneum. — **3)** De ipsis insidiatoribus. *Hirt. 8. B. G. 19.* Qui sustinuerant primos impetus insidiarum. *Tacit. 2. Hist. 24.* Equites procedere longius iussi, donec insidiae coirirentur. — *Vulg. Interpr. Ital. Iudic. 16. 9.* apud *Augustin. Locut.* in *Heptat. 7.* Et insidiae ei sedebant in cubiculo. — **4)** Translate. *Cic. Orat. 51.* Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. Et *61. extr.* Compositae orationis insidiis fidem alicuius attentare. *Petron. Satyr. 3.* Adulatores insidias auribus faciunt. *Virg. 1. G. 426.* neque insidiis noctis capiere serenae. *Id. 3. Ecl. 18.* caprum excipere insidiis; *furtivamente.* Et *Cic. Orat. 12.* Non ex insidiis, sed aperte ac palam elaborare. *Val. Flacc. 1. 416.* Nosse insidias maris. *Virg. 2. Aen. 36.* Aut pelago Danaûm insidias, suspectaque dona Praecipitare iubent; *h. e.* id, quo insidiae fiunt, nempe equum durateum. — **5)** *Insidias* tanquam Divinitatem, eadem ratione, qua *Dolum* et *Poenam*, adhibuit *Plin. Paneg. 49. de Domitiano.* Ille tamen, quibus sibi parietibus et muris salutem suam tueri videbatur, Dolum secum et Insidias et ultorem scelerum Deum inclusit: dimovit perfregitque custodias Poena, etc.

Nota I. *Augustin.* loc. cit. supra §. 3. negat Latine dici singulari numero *insidia*. — **Nota II.** Discrimen inter *insidias, dolum* et *fraudem*, v. sub v. DOLUS in *Nota* §. 2.

INSĬDĬANS, antis. Particip. verbi *insidio*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui insidiatur; *insidiante. Plin. 37. 2. 2.* Manus Fortunae insidiantis. *Id. 8. 57. 1.* Ferae insidiantes. — **2)** Hinc absolute pro insidiatore. *Inscr.* apud *Reniar, n. 3255.* Arbiter silentiosus, cui fallere insidiantes fas est.

INSĬDĬANTER. Adverb. ab *insidians;* per insidias, cum insidiis. *Justin. 6. 6.* Securi insidianter absentiam Arcadum speculati. *Al. leg.* insidiantes.

INSĬDĬĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insidior;* actus insidiandi. *Gloss. Lat. Gr.* Insidiatio; ἐπιβουλή.

INSĬDĬĀTOR, ōris, m. Verbale ab *insidio;* qui tendit insidias; *insidiatore. Cic. 2. Catil. 12.* Nullus est portae custos, nullus insidiator viae. *Id. Mil. 7.* Insidiator in foro collocatus. *Horat. 2. Sat. 5. 25.* si vafer unus et alter Insidiatorem praeroso fugerit hamo.

INSĬDĬĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *insidio;* quae insidias tendit; *insidiatrice.* — Adiectivorum more. *Ammian. 24. 4. sub fin.* Insidiatrix manus; *h. e.* hostilis. *Diocles. Edict. rer. venal. post init.* Insidiatrix audacia.

INSĬDĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *insidior;* qui insidias posuit; *chi insidia o ha insidiato. Plin. 9. 85. 3.* Ferunt discordem socium duci insidiatum. *Virg. 9. Aen. 60.* Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili. Adde *Curt. 8. 8. 6.* — *Ovid. 10. Heroid. 5.* et tu, Per facinus somnis insidiate meis.

INSĬDĬO, as, āvi, ātum, are (v. §. 4.), et

INSĬDĬOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *insidiae.* — Particip. *insidians* §. 1. et suo loco, *insidiandus* §. 3., *insidiatus*, v. suo loco, *insidiaturus* §. 1. — Proprie est insidias facio; *insidiare. Nep. Datam. 3.* Cum nunciatum esset, quosdam sibi insidiari. *Cic. 1. Catil. 3.* Quamdiu mihi, Catilina, insidiatus es, me privata diligentia defendi. *Id. Mil. 14.* Haec sica intentata nobis est: haec insidiata Pompeio est. *Id. 1. Catil. 10.* Vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis occisorum. *Al. leg.* ad insidiandum. *Id. 1. Orat. 30.* Quod neque precibus, nec insidiando, nec speculando assequi potui. *Martial. 12. 14.* Insidiari apris. *Hirt. B. Afr. 65.* Cum magno equitatu levique armatura insidiaturus locis idoneis consedit. — **2)** Translate. *Liv. 23. 35.* Nocturnum erat sacrum, ita ut ante mediam noctem compleretur. Huic Gracchus insidiandum tempori ratus, vigilia prima tolli iussit signa; *h. e.* hostibus hoc tempore. Alio sensu *Vellei. 2. 21.* Ita se dubium mediumque partibus praebuit, ut omnia ex proprio usu ageret, temporibusque insidiari videretur; *h. e.* tempora captaret, occasionesque: et ad mutationes temporum consilia mutaret sua. Sic de Amynta *Curt. 4. 1. a med.* Utrique regi hostis, et semper ex accipiti mutatione temporum pendens. Adde *Vulg. Interpr. 2. Mach. 9. 25.* — **3)** Transitivorum more,

II. *Insidior* est insidiis circumvenio. — Passive. *Cic. Cael. 21.* Magnum crimen, vel in legatis insidiandis, vel in servis sollicitandis. — **4)** Activa forma

INSIDIO, as. Est idem ac insidior, sensu proprio. *Callistrat. Dig. 48. 19. 28. a med.* Servi, qui saluti dominorum suorum insidiaverint. Ita *Torrentin.* edidit. *Al. leg.* insidiati erunt.

INSĬDĬŌSĒ. Adverb. ab *insidiosus.* — Superlat. *insidiosissime*, infra. — Est ex insidiis, cum insidiis, dolose, fraudulenter; *insidiosamente. Cic. Rabir. Post. 12.* Insidiose in gratiam rediit cum illo. *Id. 1. Q. Fr. 3. ad fin.* Me sceleratissime insidiosissimeque tractavit. Adde *Vulg. Interpr. Eccli. 32. 19.*

INSĬDĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *insidiae.* — Comparat. *insidiosior* et superlat. *insidiosissimus*, infra. — Est qui saepe insidiatur, plenus insidiis, fallax; *insidioso, fallace, pericoloso. Cic. 8. Att. 16.* Humo insidiosa clementia delectantur. *Plin. 3. 11. 2.* Capraria insidiosa naufragiis. *Ovid. 20. Heroid. 210.* Verba insidiosa. *Id. 13. ibid. 22.* O facies oculis insidiosa meis! *Id. 14. Met. 294.* Insidiosa pocula Circes. *Caius Dig. 6. 1. 36.* Qui per insidiosa loca servum misit. *Cic. 4. Verr. 78. ad fin.* Quis acerbior, quis insidiosior, quis crudelior unquam fuit? *Plin. 29. 8. 11.* In qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt.

INSĪDO, ĭdis, ēdi, essum, ĭdĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *sido.* — **b)** Origine et significatione idem est quod *insideo*, adeoque commune cum illo habet praeteritum, et in aliquibus temporibus facile cum illo commutatur. Cf. §. 1. infra. — **c)** *Insidi* praeteritum pro *insedi* quidam leg. apud *Sil. 5. 5.* et *12. 487.*, sed varia est lectio; et apud *Damas. Carm. 5.* — **d)** Particip. *insidens* §. 5:

INSIDO proprie est sido sive sedeo super aliqua re, aut in aliquo loco; *porsi a sedere, posarsi. Virg. 6. Aen. 707.* ubi apes aestate serena Floribus insidunt variis. Ad hunc locum *Serv.* adducit illud *Biusd. 1. Aen. 722.* nescia Dido, Insidat quantus miserae Deus. Et ita legit etiam *Donat.*, *alii* insideat. — **2)** Est etiam haerere, inhaerere. *Colum. 2. 2. a med.* In opere boves arcte iunctos habere convenit, quo iugum melius aptum cervicibus insidat. — **3)** Translate. *Quintil. 10. 7. 2.* Dum illa verba fabricentur, et memoriae insident. *Id. 6. 2. 31.* Insidere animo. Et *1. 6. 44.* Non, si quid vitiose multis insederit, pro regula sermonis accipiendum erit. Cf. *ibid. 1. 11. Alcim. 3. 78.* terror Mentibus insidens latebram tentare coëgit. — **4)** Est etiam sidere, descendere, immergi. *Ovid. 10. Met. 257.* Et credit tactis digitos insidere membris. *Quintil. 6. Declam. 7.* Insident ossibus catenae. *Pallad. 1. 4.* Aqua sit perspicui coloris: nullus illi limus insidat. — **5)** Quid significet dictum illud *Quintil. 1. 4. 11. Littera l sibi insidit,* v. sub litt. l. §. ult. — **6)** Transitivorum more,

II. *Insido* est sedendo occupo. *Stat. 2. Theb. 150.* locumque. Quo serere arcanas aptum atque evolvere curas, Insidunt. *Id. ibid. 55.* Stat sublimis apex ventosque imbresque serenus Despicit, et tantum fessis insiditur astris; *h. e.* ab astris insidentibus premitur.

Nota. Sunt qui inter *insido* et *insideo* hoc statuunt discrimen, ut *insido* interpretentur demitto me ad sedendum, cum *insideo* sit sedeo alicubi, locum teneo obsessum.

INSIGNANTER. Adverb. ab *insigne;* insigniter; *segnalatamente. Primas. Comment. in Apoc. 1. p. 817. Migne.* Matthaeus in Christo regiae dignitatis et prosapiam narrat et gloriam insignanter praedicat.

INSIGNĀRĬUS. V. INSIGNIARIUS.

Digitized by Google

INSIGNĔ, is. V. INSIGNIS §. 7. et seqq.

INSIGNĬĀRĬUS, ii, m. Nomen ab *insigne;* qui insignia servat et profert. *Gloss. Philox.* Insigniarius; ἐπλοποιός. *Alii leg.* Insignarius.

INSIGNĬFĬCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *significabilis;* qui non potest significari. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 564.* et in *Thesaur. Nov. Latinit. p. 289. ibid.*

INSIGNĬFĬCĀTĪVUS, a, um. Adiect. ab *in* et *significativus;* non significativus. — *Insignificativus* dicitur a nonnullis Grammaticis infinitivus modus, quia per se nullam personam significat. *Diomed. 1. p. 334. Putsch.*

INSIGNĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum transitiv. ab *insignis.* — **b)** *Insignibam* et *insignibo*, pro *insigniebam* et *insigniam* in imperfecto et futuro in 4. coniugat. frequens est apud Poëtas. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 246.* Hic elementorum seriem, sedesque paternas insignibat aeu. — **c)** Particip. *insigniens* §. *1., insignitus,* V. suo loco. — **d)** Derivata V. in INSIGNIS suo loco.

INSIGNIO proprie est signis noto, exorno, distinguo; *ornare, adornare, distinguere. Virg. 7. Aen. 790.* At laevem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. Et *11. ibid. 585.* passimque tropaeis insignis agros. *Plin. 9. 17. 30.* Multi insigniuntur barba gemina inferiori labro. *Auct. dial. de Orat. 26.* Malim oratorem vel hirta toga induere, quam fucatis et meretriciis vestibus insignire. *Senec. ep. 18.* Illud temperatus, non excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus; *rendersi singolare, distinguersi dagli altri. Macrob. 3. Saturn. 6. ante med.* Tarquinius Priscus filium suum annos quatuordecim natum bulla aurea praetextaque donavit, insigniens puerum ultra annos fortem praemiis virilitatis et honoris. — **2)** Item insignem reddo sive in bonam sive in malam partem. *Liv. 4. 29. ad fin.* Imperioso, Manlio cognomen inditum: Postumius nulla tristi nota est insignitus. *Suet. Cal. 31.* Queri de conditione suorum temporum solebat, quod nullis calamitatibus insignirentur. *Tacit. Agric. 44.* Cum omnis annus funeribus et cladibus insigniretur. *Id. 16. Ann. 13.* Tot facinoribus foedum annum etiam Dii tempestatibus et morbis insignivere. — **3)** Item denotare, nominare, notum facere. *Plin. 8. ep. 22. in fin.* Quisquis ille est, qualiscumque, sileatur: quem insignire, exempli nonnihil; non insignire, humanitatis plurimum refert: *palesare, nominare.* — **4)** Simpliciter pro signare videtur sumi in illo *Boëth. 2. Euel. Geom. p. 1343. Migne.* Cathecus quatuor summa insigniatur.

INSIGNIS, gne. Adiect. ab *in* intentiva et *signum*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit. — **b)** Comparat. *insignior* §. *3.*, superlat. *insignissimus* §. *3.* — **c)** Derivata, *insigniarius, insignio, insignite, insigniter, insignitivus, insignitor.* — **d)** Compositum, *perinsignis.*

INSIGNIS proprie est qui signo aliquo vel nota inter alia eminet: in quo est aliquod signum, unde ab aliis dignoscitur, insignitus; *segnato, contrassegnato. Festus* apud *Paul. Diac. p. 84. Lind.* Insignes appellantur boves, qui in femine et in pede album habent, quasi insigniti. *Tertull. Resurr. carn. 57.* Itaque caeci, et claudi, et paralytici, et ut quis insignis excesserit, ita et revertetur. *Virg. 3. G. 56.* maculis insignis et albo. — *Frontin. de controv. agror. 2. p. 44. Lachm.* Arbores insignes aut notae; *h. e.* quae finibus designandis inserviunt. — **2)** Item ornatus, distinctus; *insigne, distinto, adorno. Virg. 4. Aen. 134.* ostroque insignis et auro Stat sonipes. *Ovid. 1. Amor. 1. 11.* Crinibus insignis Phoebus. *Virg. 9. Aen. 585.* Puer insignis facie. *Liv. 1. 20.* Insigni cum veste et curuli regia sella adornavit. *Plin. 35. 46. 3.* Insignes officinae; *bottegha insigni e famose.* — **3)** Translate dicitur de eo, qui ob decus aliquod facile incurrit in oculos, et ab aliis distinguitur, singularis, praestans, eximius, egregius; *insigne, segnalato, singolare, notabile. Cic. Amic. 27.* Virtus Scipionis etiam posteris erit clara et insignis. *Virg. 1. Aen. 14.* Vir pietate insignis. *Ovid. 4. Trist. 10. 15.* excolimur teneri, curaque parentis Imus ad insignes Urbis ab arte viros. *Cic. 2. Nat. D. 51.* Sol et luna, quorum insignem vim et illustrem faciem videmus. *Propert. 5. 23. 4.* Versibus insignem te pudet esse meis. *Ovid. 5. Heroid. 121.* Insignia facta. *Cic. Orat. 14.* Haec sunt insignia ad maximam laudem. *Id. 2. Orat. 22.* Aut ea, quae facilia sunt, aut etiam illa, quae insignia ac paene vitiosa, consectantur imitando. — **4)** Refertur etiam ad deformitatem, vitium, vituperationem. *Id. 3. Leg. 8. extr.* Insignis ad deformitatem puer. *Id. Har. resp. 17.* Maxime illustre atque insigne periurium. *Id. Rabir. puerduell. 9.* Hominem omnibus insignem notis turpitudinis accusare. *Horat. 2. Sat. 1. 46.* Flebit, et insignis tota cantabitur urbe; *h. e.* notatus, infamatus. — **5)** Ponitur et pro ingenti, vehementi, in utramque partem. *Lucil.* apud *Non. 4. 266.* Coquus non curat, caudam insignem esse, illa dum pinguis siet. *Cic. 2. Fin. 22. circa med.* Cuius studium insigne fuit erga me. *Id.* ad *Anton. post ep. 13. l. 14. ad Att.* Insigne odium in aliquem. *Id. 2. Orat. 38. sub fin.* Insignis improbitas, insignis miseria. *Id. 1. Acad. sub fin.* temeritas. *Id. 6. Verr. 29.* impudentia. *Liv. 4. 4.* An esse ulla maior aut insignior contumelia potest? *Id. 22. 7. ad fin.* Feminarum praecipue et gaudia insignia erant, et luctus. *Ter. Eun. 5. 6. extr.* Iamdiu aliquam causam quaerebat senex, Quamobrem insigne aliquid faceret iis; *qualche notabile ingiuria.* — *Tertull. Spectac. 12.* Spectaculum insignissimum. *Id. Apolog. 21.* Insignissima religio. — Cum genitivo. *Id. Pall. 4. circa med.* Qui, nisi insignes libidinum, alias reges nemo nosset. — **6)** Speciatim *insignes versus* in metris sunt aut dactylici, aut *σπονδειάζοντες*, aut in monosyllabum desinentes aut quatuor orationis partibus decurrentes, ut propositis exemplis demonstrat *Mar. Victorin. 2. 2. 18-20.* — **7)** Absolute, substantivorum more,

INSIGNE, is, n. Proprie est nota, signum, quo quis distinguitur. *Plin. 8. 71. 1.* Bos in Aegypto etiam numinis vice colitur: Apim vocant. Insigne ei in dextro latere candicans macula. — **8)** Deinde universim signum, indicium, nota, monimentum, id quod in veste, vexillo, et huiusmodi insignitum est, aut ipsa vestis, vexillum, etc.; *insegna. Cic. 5. Verr. 33.* Bulla erat ornamentum pueritiae, indicium et insigne fortunae. *Id. 13. Att. 5.* Minerva singulare est insigne eius gymnasii. *Virg. 2. Aen. 589.* Danaûmque insignia, nobis Aptemus clypeos. *Id. 12. ibid. 944.* atque humeris inimicum insigne gerebat; *h. e.* balteum Pallantis a se occisi. *Id. 2. ibid. 592.* Deinde comantem Androgei galeam clipeique insigne decorum Induitur. *Id. 7. ibid. 657.* Clipeoque insigne paternum, Centum angues cinctamque gerit serpentibus hydram. — **9)** Speciatim de ornamentis propriis regum, consulum, magistratuum. *Id. 11. ibid. 334.* Et sellam regni trabeamque insignia nostri. *Id. 12. ibid. 289.* Messapus regem regisque insigne gerentem Tyrrhenum Aulesten . . . Adverso proterret equo. *Cic. Sext. 26.* Sedebat cum purpura et sceptro et insignibus illis regiis. *Sall. Cat. 56.* Cum fascibus atque aliis imperii insignibus in castra ad Manlium contendit. *Id. ibid. 51.* Maiores nostri . . . insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt. — **10)** Item *insignia* apud *Caesarem* videntur fuisse ornatus quidam peculiaris in galea, aut veste, quo nobiliores quique milites, centuriones, tribuni, etc. dignoscebantur. *Caes. 1. B. G. 22.* Dicit montem ab hostibus teneri: id se a Gallicis armis atque insignibus cognovisse. *Id. 2. ibid. 21.* Temporis tanta fuit exiguitas, ut non modo ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas tempus defuerit. Et *7. ibid. 45.* Tectis insignibus suorum, occultatisque signis militaribus. — Sic *Veget. 2. Milit. 15.* et *16.* ursinas pelles, et argenteas cristas in galeis commemorat. — **11)** Item navium, *Caes. 2. B. C. 6.* Navem Bruti, quae ex insigni facile agnosci poterat. *Vulg. Interpr. Act. 28. 11.* In navi Alexandrina, . . . cui erat insigne castrorum. — Huiusmodi insignia habebantur in prora navium, quae ab iis videntur etiam nomen accepisse, ut colligi potest ex pictura MS. Vaticani Virgilii, quae figuram *pristin* exhibet, a qua vocabatur navis apud eundem *Virg. 5. Aen. 116.* velocem Mnestheus agit acri remige Pristin. V. PISTRIS. — **12)** Translate ponitur pro omni honorum genere. *Cic. 5. Fam. 15.* Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt. *Id. Sull. 9.* Sibi habeant honores, imperia, triumphos, et alia praeclara laudis insignia. — **13)** Item pro aliquo insigni ac pretioso ornatu: unde et ad orationem transfertur. *Id. Orat. 39.* Et reliquas ex collocatione verborum, quae sumuntur, quasi lumina, magnum afferunt ornatum orationi. Sunt enim similia illis, quae in amplo ornatu scenae aut fori appellantur insignia: non quod sola ornent, sed quod excellant. Eadem ratio est horum, quae sunt orationis lumina, et quodammodo insignia, cum aut duplicantur iteranturque verba, etc. — **14)** Accipitur etiam simpliciter pro signo; *segno, segnale. Id. 3. Orat. 35.* Quod erat insigne, eum, qui ita faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam. *Caes. 2. B. G. 20.* Vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret. — **15)** *Lucret. 5. 699.* solem vocat *radiatum insigne diei.*

INSIGNĪTĒ. Adverb. ab *insignitus.* — Comparat. *insignitius,* infra. — Est insigniter, valde, summe, clare; *segnalatamente, notabilmente. Cic. Quint. 25.* Neque quisquam inventus est tam insignite improbus. *Plaut. Cas. 3. 4. 31.* Mihi quidem edepol insignite facta est magna iniuria. *Id. Poen. 3. 6. 14.* Postulare aliquid insignite a quopiam; *h. e.* aperte, aut enixe. *Gell. 6. 15.* Neque se tam insignite locuturum, absona inauditaque ut diceret; *h. e.* perperam, vel deformiter, nam et *insignitus* in malam partem sumitur. *Cic. 2. Orat. 85.* Nec bonum virum proprie et copiose laudari, sine virtutum; nec improbum notari ac vituperari, sine vitiorum cognitione, satis insignite atque aspere posse; *segnalatamente, espressamente. Al. tum hic, tum apud Gell. leg.* insigniter. *Liv. 8. 15.* Quo insignitius omissa res consuli exprobraretur. *Al. leg.* insignius.

INSIGNĪTER. Adverb. ab *insignis.* — Comparat. *insignius* et superlat. *insignissime,* infra. — Est insignem in modum, eximie, valde, clare: in utramque partem; *insignemente, segnalatamente, notabilmente. Suet. Tib. 14.* Pullus insigniter cristatus apparuit. *Cic. Partit. 25.* Amicos praecipue atque insigniter diligere. *Id. 8. Phil. 4.* Quis unquam fuit tam insigniter impudens? *Al. leg.* insignite. *Iustin. 7. sub fin.* Amyntas propria virtute insigniter clarus. *Id. 33. 2.* Dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat. *Plin. 9. ep. 29.* Satius

Digitized by Google

est unum aliquid insigniter, quam facere plurima mediocriter. *Id. 2. ep. 11. a med.* Dixit pro Mario Pronto Catius insigniter; *insignemente bene. Gell. 18. 5.* Graviter insigniterque accusare aliquem. *Id. 19. 7.* Verba nove et insigniter dicta; *degne d'esser notate.* Et *1. 15.* Neque minus insigniter Veteres nostri hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios, et blaterones dixerunt; *h. e.* significanter, expresse. *Nep. Agesil. 5.* Et quo studiosius armarentur, insigniusque ornarentur, praemia proposuit. *Hieronym.* in *Euseb. Chron.* ad an. Chr. 46. Clodius Quirinalis rhetor Arelatensis Romae insignissime docet.

INSIGNĪTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *insignio;* qui insignit. *Boëth.* in *Porphyr. Dial. 1. p. 14.* Ratio . . . insignitiva proprietatis illius.

INSIGNĪTOR, ōris, m. Verbale ab *insignio;* qui gemmas anulis includendas insculpit, easque signis seu imaginibus, ad cellas, litteras, testamenta, aliaque his similia obsignanda, exornat; *intagliatore di gemme. Augustin. 21. Civ. D. 4.* Adamantem lapidem multi apud nos habent, et maxime aurifices, insignitoresque gemmarum; qui lapis nec ferro, nec igni, nec alia vi ulla perhibetur, praeterquam hircino sanguine, vinci.

INSIGNĪTUS, a, um. Particip. verbi *insignio*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *insignitior* §. 3. — Proprie est signatus, notatus: in utramque partem; *segnato, notato. Plaut. Mil. 3. 1. 127.* Ne uxor mihi insignitos pueros pariat postea, Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum, aut bronchum filium. *Petron. Satyr. 110.* Non translaticia deformitate insignitus. — **2)** Item insignibus ornatus. *Varr. 3. LL. 52.* Muri summa, pinnae, ab his, quas insigniti milites habere in galeis solent. — **3)** *Insigniti milites,* per signa descripti, sub signis dispositi. *Enn.* apud *Priscian. 1. p. 556. Putsch.* Insignita fere tum millia militum octo Duxit, dilectos, bellum tolerare potentes. — **4)** Translate. *Cic. 2. Orat. 87. ad fin.* Utendum imaginibus agentibus, acribus, insignitis, quae occurrere, celeriterque percutere animum possint; *h. e.* expressis, notabilibus, et veluti signo impressis. *Id. Top. 5.* Conformatio insignita, et impressa intelligentia. *Id. 1. Divin. 50. sub fin.* Plenus est aër immortalium animorum, in quibus tanquam insignitae notae veritatis apparerent; *impresse, sigillate.* — **5)** Est etiam insignis, singularis, apertus, notabilis; *insigne, notabile. Cato* apud *Gell. 10. 3. ad fin.* Insignitae iniuriae. *Liv. 7. 15. ad fin.* Qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi R. insignitior fuit. *Al. leg.* insignior. *Tacit. 4. Ann. 31.* Insignitius flagitium. Et *5. ibid. 70.* Insignitior infamia. — **6)** Absolute, substantivorum more,

INSIGNITA, ōrum, n. Sunt in corpore signa et livores ex percussione, praesertim circa oculos; *lividure, contusioni. Plin. 27. 5. 4.* Oculorum vitia sanari ea, convenit: privatim prurigines, et scabiem genarum, item insignita, ac livida. Et *ibid. 105. 1.* Epiphoras oculorum sedat, ex passo illita: insignita cum melle, et alia liventia, ex aceto.

INSIGNO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *signo*, idem ac signo. *Gloss. Philox.* Insigno; ἐγχαράσσω.

INSĬLĬA, ium, n. Est instrumentum textorum, aut nentium, quod quidam volunt, esse binas regulas ligneas, pedibus textorum suppositas, quae alternis depressae stamen diducunt, aut contrahunt: ab *insiliendo*, quia in eas textor insilit. *Lucret. 5. 1351.* Nec ratione alia possunt tam laevia gigni lasilia, ac fusi, radii, scapique sonantes. Illud adiunctum *laevia* hanc interpretationem videtur evertere, ut recte monet *Creech.* Sed dici potest, quod alterno motu invicem alteruntur, et laevigantur, ideo *laevia* appellari. *Voss.* in *Catull.* legit *ensilia. Lambin.* vero *insubula*, vel *insubla*, *Salmas.* ad *Trebell. ex XXX. Tyrann. 1.* dicta esse ait pro *ansilia*, haec esse κανόνες; telae. Porro *Schneiderus*, in Indice *Script. RR.* in v. *Tela*, recte putat, *insilia* apud *Lucretium*, et *insubulum* apud *Isid. 19. Orig. 29.* esse *liciatorium;* perticam scilicet licia onera gerentem, quae in tela plana scamillis sursum deorsumque calcatis trahitur, simulque filorum strata gemina alternat, dum radius tramae insertus subtemen immittit. Vocantur autem *insilia* ab insiliendo; *insubulum* vero, quia, ut *Isid. loc. cit.* ait, insubulatur; *h. e.* inter licia, quasi subulo, traiectum est. V. INSUBULUM, et LICIATORIUM. Hinc *Hesych.* habet: Κανών, κτένιον, ἢ τὸ ξύλον, περὶ ὃ ὁ μίτος. *Scholiast. Homer.* ad *Iliad. ψ v. 761.* Κανών, ὁ κάλαμος, περὶ ὃν εἱλεῖται ὁ μίτος ὁ ἐστουργμένος.

INSĬLĬO, is, ui *et* ii, īre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *salio*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*, V. SALIO. — **b)** In praeterito pro *insilui*, legitur et *insilii* apud *Lucan.* et *Claudian.* sed inconstanti lectione. — Item pro *insilii* et *insilivi* (ut a *salio, salivi*) vulgo usurpatum fuisse videtur. Sic *Vulg. Interpr. 1. Reg. 11. 6.* Et insilivit Spiritus Domini in Saul. Ita et *Vulg. Interpr. Ital. 3. ibid. 13. 28.* apud *Lucifer. Caralit.* testante cl. *Vercellone, Var. lect.* ad *h. l.* in *Append.* — **c)** Particip. *insiliens* §. 2. et 3. — **d)** Derivata, *insilia, insula*, quod V. pro suis, *insulto*, quod V. pro suis, *insultura, insultus.*

INSILIO proprie est saltu ingredior, aut ascendo; *saltar dentro, o sopra. Plaut. Rud. 2. 3. 56.* E navi in scapham insiluimus. *Ovid. 11. Met. 751.* Insilit huc: miromque fuit potuisse; volabat. *Plin. 8. 19. 4.* Leo dum sequitur, insilit saltu: quo in fuga non utitur; ea a *salti. Liv. 6. 7.* In equum insilit, et ante signa etc. *Phaedr. 1. 2.* Tignumque supra turba petulans insilit. — Cum dativo. *Ovid. 1. Trist. 4. 7.* Monte nec inferior, prorae, puppique recurvae Insilit, et pictas verberat unda Deas. *Id. 8. Met. 367.* Arboris insiluit, quae stabat proxima, ramis. Et *12. ibid. 345.* Insilire tergo centauri. — Cum accusativo sine praepos. quae inest in ipso verbo. *Caes. 1. B. G. 52.* Reperti sunt milites, qui phalanges insilirent. *Horat. Art. P. 465.* ardentem frigidus Aetnam Insiluit. *Suet. Claud. 21.* Tauros defessos insiliunt. *Val. Flacc. 8. 138.* et *Lucan. 3. 625.* attonita cum virgine puppim Insilit. — **2)** Ponitur aliquando pro aggredi; *assalire. Apul. 8. Met.* Insilire aliquem; *h. e.* aggredi; *assalire. Vulg. Interpr. 1. Mac. 2. 24.* Insiliens trucidavit eum super aram. — **3)** Translate. *Plin. 17. 35. 18.* Palmes in iugum insilit. *Plaut. Mil. 2. 3. 8.* Metue, ne hodie Maximum in malum cruciatum insiliamus. *Sil. 14. 540.* subito cum pondere victus, Insiliente mari, submergitur alveus undis. — *Vulg. Interpr. 1. Reg. 10. 10.* Et insiluit super eum Spiritus Domini.

INSĪMĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *similis;* non similis, dissimilis. Tribuitur *Festo*, loco tamen non indicato.

INSĪMUL. Adverb. ab *in* et *simul* in unam vocem coalescentibus, a Librariis etiam cum *insemel* confusam apud *Flor. praef. 3.* et *2. 20. 1.* (V. loca in INSEMEL). — Est idem ac simul; *insieme. Stat. 1. Silv. 6. 56.* Et gentes alis insimul togatas. *Anonym.*, qui sub Alexandro Severo vixit, in *Chronic. fin.* Fiunt insimul anni CCCXLVI. *Inscr.* apud *Momms. n. 1618.* Qui insimul viximus annis sexaginta.

INSĪMŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insimulo;* accusatio; *accusa. Cic. Font. 13.* In falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur. *Id. 7. Verr. 9.* Insimulatio repentina capitalis atque invidiosi criminis. *Apul. 10. Met.* Falsis insimulationibus Palamedes proditionis damnatur. *Hilar.* in *Matth. 12. n. 1.* Pharisaeorum insimulatio. — **2)** Pro simulatione videtur usurpasse *Apul. 7. Met. 11.* Interdum tamen insimulatione promendi, quae poscebat usus, ad puellam commeabat assidue. *Alii leg.* insinuatio. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.*

INSĪMŬLĀTOR, ōris, m. Verbale ab *insimulo;* accusator; *accusatore. Pacat. Paneg. Theodos. 45.* Nisi te purgare eodem teste, quo insimulatore voluisses. Adde *Apul. Apol.*

INSĪMŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *insimulo;* accusatus; *incolpato, accusato. Cic. Cluent. 65.* At is et ex servula insimulatus, et a puero conscio est indicatus. *Plaut. Amph. 3. 2. 7.* neque me perpetior probri Falso insimulatam. *Caes. 7. B. G. 58.* Insimulatus proditionis. *Liv. 6. 16.* Senatus insimulatus falso crimine. — **2)** Deinde

II. *Insimulatus* est etiam adiect. ab *in* negativa et *simulatus;* non simulatus, verus. *Vulg. Interpr. Sap. 18. 16.* Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans.

INSĬMŬLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *simulo*. — **b)** Tmesis est in illo *Plauti, Stich. 1. 2. 19.* Quasi nunquam quicquam in eas simulem; *h. e.* eas insimulem. — **c)** Particip. *insimulatus*, V. suo loco, *insimulaturus* §. 2. — **d)** Derivata. *insimulatio, insimulator.*

INSIMULO proprie significat crimen confingo in aliquem, ut docet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.*, sive illud verum sit, sive falsum, quod confirmat *Donat.* ad *Ter. Phorm. 3. 5. 12.*, accuso, criminor, arguo; *incolpare, incolpare a torto, apporre. Ter. Phorm. 2. 3. 12.* Si herum insimulabis avaritiae, male audies. *Plaut. Men. 3. 2. 54.* Male facit, si istuc facit: si non facit, tu male facis. Quae insontem insimules. *Id. Amph. 1. 2. 13.* Amphitruo uxorem insimulabit probri. *Ter. Heaut. 1. 2. 50.* Et quod illum insimulat durum, id non est. *Cic. 4. Acad. 10. ad fin.* Queruntur, quod eos insimulemus omnia incerta dicere. *Id. 10. Att. 10.* De diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitii insimularem. *Id. 5. Tusc. 27.* Peccati se insimulant, quod dolere intermiserint. *Caes. 7. B. G. 20. sub fin.* Insimulare aliquem proditionis. *Ovid. 6. Heroid. 21.* utinam temeraria dicar Criminibus falsis insimulasse virum. *Cic. 7. Verr. 41.* Non possum quemquam insimulare falso. — **2)** Universim vero accusare significat, culpam conferre, arguere, reum facere; *accusare. Cic. Caecin. 1.* Si testes sunt boni viri, me adiuvant, cum id iurati dicunt, quod ego iniuratus insimulo. *Id. 6. Verr. 13.* Mirari stultitiam ibi, quod in ipso iudicio, eius ipsius cupiditatis, cuius insimularetur, suspicionem augeret. — Cum altero accusativo rei. *Plaut. Amph. 2. 2. in fin.* collibitum est Meo viro sic me insimulare falsum facinus tam malum. *Id. ibid. 188.* Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet. Et *ibid. 3. 2. 21.* Nisi etiam hoc falso dici insimulaturos es. — **3)** Deinde, de quorundam sententia,

II. *Insimulo* est etiam, simulo, fingo, in quem sensum afferunt locum *Cic. 4. Verr. 24. extr.*, qui ad rem non facit, et *Pacuv.* apud *Eund. 3. Offic. 26.*, ubi plerique leg. *assimulo*, aut *simulo*. Cf. tamen INSIMULATIO §. 2.

Digitized by Google

INSINCĒRE. Adverb. ab *insincerus:* non sincere. — Translate. *Oros. Commonit.* ad *August. praef.* Terra illa, quae nunc ingratos fructus *insincere* cultu exhibet, etc.

INSINCĒRUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sincerus;* non sincerus, non integer, corruptus; *non sincero, corrotto. Virg. 4. G. 284.* quoque modo, caesis iam saepe iuvencis, Insincerus apes tulerit cruor. *Prudent. Hamartig. 4.* Insincera acies duo per divortia semper Spargitur, in geminis visum frustrata figuris; *vista imperfetta.* — **B)** Translate. *Gell. 5. 3. sub fin.* Protagoras insincerus quidem philosophus, sed acerrimus sophistarum fuit; *h. e.* fallax, captiosus. *Hilar.* in *Psalm. 124. n. 10.* Negotiandi insincerus profectus.

INSĬNŬĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insinuo;* actus insinuandi; *insinuazione. Avien. Perieg. 597.* eadem insinuatio Ponti Europam et Lybiam rapido disterminat aestu; *h. e.* ingressus Oceani per fretum Gaditanum. — *Cael. Aurel. 4. Chron. 8. 107.* Item totius vultus paulatim nimia insinuatio; *h. e.* velut in sinus excavatio. — **B)** Apud Rhethores quid sit, loca docent, quae subiicio. *Auct. ad Herenn. 1. 4.* Exordiorum duo sunt genera: principium, quod Graece προοίμιον appellatur; et insinuatio, quae ἐφοδος nominatur. Et 7. Inter insinuationem et principium hoc interest, quod principium huiusmodi esse debet, ut statim apertis rationibus aut benevolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorem: ac insinuatio eiusmodi debet esse, ut occulte per dissimulationem eadem illa omnia conficiamus. *Cic. 1. Invent. 15.* Exordium in duas partes dividitur, in principium, et insinuationem. Principium est oratio perspicue et protinus perficiens auditorem benevolum, aut docilem, aut attentum. Insinuatio est oratio, quadam dissimulatione et circuitione obscure subiens auditoris animum. Adde *Quintil. 4. 1. circa med.* — **C)** *Imp. Constantin. Cod. 8. 34. 32.* et *Imp. Iustinian. ibid. 56.* usurpant pro denunciatione cuiuspiam rei apud magistratum facta, per quam res ipsa publice nota fit; *notificazione.* — **D)** Insinuatio monumentorum. V. in NUPTIAE. — **E)** Translate est adhortatio, suasio; hinc Itali suum repetunt *insinuazione. Capell. 9. p. 595.* Verum Superûm pater, licet insinuatione germanae, ut properaret, admonitus, etc. — *Gloss. Philox.* Insinuatio: διδασκαλία.

INSĬNŬĀTĪVĂ, ōrum, n. Verbale proprie adiect. ab *insinuo*, absolute adhibitum ad significanda ea munera, quae a clericis ordinandis dabantur aliis clericis, ut eos in matricula describerent. *Iustinian. Novell. 56. 1.* V. integr. loc. et Cf. EMPHANISTICA.

INSĬNŬĀTOR, ōris, f. Verbale ab *insinuo;* qui insinuat. *Arnob. 1. p. 59.* Insinuator, magister, atque auctor. *Tertull. 2. ad Nation. 1.* Insinuatores Deorum; *h. e.* qui Deos introducunt. — **B)** More adiectivi usurpat *Salvian. 4. advers. avar. 1.* Nec exspectandum, ut insinuatorem salutis atque animarum sermonem ament.

INSĬNŬĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *insinuo;* quae insinuat. *Augustin. ep. 110.* (al. *138.*) *n. 1.* Epistola rem quidem mihi in te notissimam insinuavit; verumtamen etsi non mihi rei novae insinuatrix, nova tamen rescriptorum exactrix fuit.

INSĬNŬĀTUS, a, um. Particip. verbi *insinuo;* in sinu positus, seu conditus. *Apul. 9. Met.* Siccine vacuus, et otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi? *colle mani alla cintola.* Sed aliqui explicant manibus inflexis, complicatis, compressis; *colle mani in mano.* Sic *Liv. 7. 13.* Cur veteranus dux compressis, quod aiunt, manibus sedeas? — **B)** Item qui se insinuavit. *Lucret. 3. 699.* intrinsecus insinuatam Permanare animam nobis per membra solere. Et *4. 525.* vox insinuata in aures. — **C)** Translate est qui se insinuavit, et alicuius familiaritatem et gratiam est adeptus. *Suet. Oth. 2.* Per hanc insinuatus Neroni; *insinuatosi.* V. vocem sequent. §. 5. — **D)** Item penetratus, pervasus; *penetrato. Gell. 1. 13.* Ne ulla tua aedificatio e ligno, correpta atque insinuata flammis arderet.

INSĬNŬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *sinuo*, quod est a *sinus.* — **b)** Particip. *insinuans* §. 6. et 8., *insinuandus* §. 6., *insinuatus*, v. suo loco, *insinuaturus* §. 6. — **c)** Derivata, *insinuatio, insinuativo, insinuator, insinuatrix.*

INSINUO proprie est in sinum immittere; *insinuare, introdurre. Tertull. Resurr. carn. 28.* Moyses manum in sinum condit, et emortuam profert; et rursus insinuat, et vividam explicat. — **B)** Translate paulatim introducere, sensim intromittere, inficere. *Caes. 4. B. G. 33.* Cum se inter equitum turmas insinuavere, ex essedis desiliunt, et pedibus proeliantur. *Liv. 44. 41. ad fin.* Romani quacumque data intervalla essent, insinuabant ordines suos. *Id. 9. 2.* Aut eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda. *Curt. 5. 5.* Tigris leni tractu aquarum Persico mari se insinuat: *entra pian piano. Lucret. 6. 859. de sole.* cum vix possit per septa domorum insinuare suum radiis ardentibus aestum. *Brut.* ad *Cic. 1. ad Brut. 16. ad fin.* Futura mala explores, ne se insinuent. *Cic. 2. Orat. 35.* Penitus insinuare se in causam; *entrare, penetrare:* causam penitus perspicere. *Auct. ad Herenn. 1. 6.* His nos rebus insinuabimus ad causam; *h. e.* ingrediemur, aditum nobis faciemus (V. INSINUATIO §. 2.). *Cic. 5. Tusc. 11.* Zeno insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. *Propert. 3. 7. 27.* Et tibi ad effectum vires det Caesar, et omni Tempore tam faciles insinuentur opes; *h. e.* ad te veluti ingrediantur, accedant, ingerantur. *Avien. Arat. 312.* Insinuare ratem terris; *h. e.* appellere; *approdare.* Cf. §. 8. infra. — Omissa praepos. quae inest in ipso verbo. *Lucret. 1. 116. de anima.* An pecudes alias divinitus insinuet se. — **B)** Saepe

II. *Insinuo* de iis dicitur, qui paulatim et quasi latenter ad amicitiam et familiaritatem alicuius perveniunt. *Plaut. Mil. 2. 1. 27.* Miles insinuat se ad illam amicam heri mei. *Cic. Caecin. 5.* Insinuare se in familiaritatem alicuius. *Plaut. Cist. 1. 1. 94.* in amicitiam cum aliquo. *Cic. 4. Fam. 13. ad fin.* in consuetudinem alicuius. *Liv. 40. 21. extr.* Per omne obsequium insinuare se in quam maxime familiarem usum. *Iustin. 3. 2.* Insinuare se alicui officii comitate, et obsequendi gratia. *Cic. 2. Agr. 5.* Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar. — **A)** Speciatim *insinuari sacris* est initiari, introduci. *Apul. 11. Met.* — **B)** Item *insinuare aliquem alicui* est commendare, tradere alicui in amicitiam; *introdurlo nella grazia, farlo amico. Suet. Gramm. 21.* Quare cito manumissus, Augusto et insinuatus est. *Plin. Paneg. 62.* Hoc est igitur, quod penitus illos animo Caesaris insinuavit. — **C)** *Insinuare alicui aliquid*, est in eius animum suadendo, aut rogando infundere; *insinuare. Aurel. Vict. Orig. gent. R. 5.* Vitam moresque feris etiam tum mentibus insinuans. *Claudian. epist. 5. 24.* littera Labris atque animis insinuanda meis. *Facund. defens. trium Capitul. 1. 2.* A veritate agnoscenda, quum insinuaturi sumus, avertunt. Adde *Vulg. Interpr. 1. Petr. 3. 8.* et *Rutil. 1. Itin. 390.* — **D)** Pro notum facere; *far sapere. Ulp. Dig. 32. 1. 11.* Voluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare. *Solin. ep. 2. a med.* Quod cum primis industriae tuae insinuatum velim. — **E)** Intransitivorum more,

III. *Insinuo*, translate, omisso accusativo *se*, qui tamen facile subintelligitur. *Cic. 1. Orat. 20.* Quod ita nati essemus, ut et blandiri, et suppliciter insinuare iis, a quibus esset petendum, possemus. *Virg. 2. Aen. 229.* tremefacta novus per pectora cunctis Insinuat pavor. *Manil. 4. 602.* Italiaeque urbes dextram insinuantis in undam; *h. e.* procurrentis. *Lucret. 4. 550.* semina possidet ignis Multa, dolorem oculis quae gignunt insinuando. Adde *Gell. 5. 7.* — Et omissa praepositione, quae inest in ipso verbo, cum accusativo. *Sisen.* apud *Non. 1. 267.* Agmen perturbatum pedites insinuant ac loco commovent. *Lucret. 1. 408.* caecasque latebras Insinuare omnes; *h. e.* se in latebras insinuare. *Stat. 2. Sil. 1. extr.* desolatamque sororem, Qua potes, et miseros perge insinuare parentes. Cf. supra §. 2.

INSĬPĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sapidus*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*, ut et in sequenti. — Comparat. *insipidior* §. 2. — Proprie est non sapiens, saporis expers, insulsus; *insipido. Firmic. 2. Mathes. 12. a med.* Significat saporem salsum, et insipidum. — **B)** Translate. *Gell. 6. 1.* Nihil est prorsus istis imperitius, nihil insipidius, qui opinantur, etc. *Al. leg.* insubidius.

INSĬPĬENS (et Insapiens. V. infra §. 2.), entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *sapiens*. Cf. voc. praeced. *init.* — Comparat. *insipientior* et superlat. *insipientissimus* §. 1. — Est non sapiens, desipiens, stultus, qui non cogitat, quae agenda sunt; *pazzo, sciocco, stolto. Cic. Amic. 15.* Neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. *Id. Fin. 15.* Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere. *Id. Divin. 23.* Ego insipientior, quam illi ipsi. *Senec. 2. Quaest. nat. 59.* Timidissimus omnium et insipientissimus. — **B)** Item simpliciter non sapiens, infirmus, ignorans. *Vulg. Interpr. 2. Cor. 12. 11.* Factus sum insipiens, vos me coëgistis. *Id. Rom. 1. 14.* Sapientibus et insipientibus debitor sum. Adde *2. Cor. 11. 16.* et *19.* — *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Sext. 55.* (edente *A. Mai* in *Class. Auct. T. 2. p. 147.*) De Alfio clementer loquitur, magis quasi de viro insapiente, quam de malo.

INSĬPĬENTER. Adverb. ab *insipiens;* imprudenter; *sciocamente, stoltamente. Cic. Senect. 19.* Sperat adolescens diu se victurum: insipienter sperat. *Plaut. Mil. 2. 6. 78.* Insipienter a me factum, at non malitiose tamen.

INSĬPĬENTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *insipiens;* dementia, amentia, imprudentia; *sciocchezza, stoltezza, pazzia. Cic. 5. Tusc. 5.* Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam, quae est insania, eademque dementia. Et *28.* Neque insipientia ullum maius malum est. *Plaut. Amph. prol. 56.* Iusta ab iniustis petere, insipientia est. *Id. Poen. 5. 2. 130.* Subdolum esse amico, insipientia est. *Id. Mil. 3. 3. 5.* Stultitia atque insipientia insulsa atque maxima. — **B)** Pro simplici ignorantia sive sapientiae defectu: item infirmitate. *Vulg. Interpr. Ps. 21. 3.* Clamabo per diem et non exaudies, et nocte et non ad insipientiam mihi. *Id. ibid. 68. 6.* Deus, tu scis insipientiam meam; et delicta mea a te non sunt abscondita (Cf. *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* ad *h. v.*). *Id. 2. Cor. 11. 21.* In quo quis audet (in insipientia dico), audeo et ego.

Digitized by Google

INSĬPO, as, et
INSĪPO, is, ui, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sipo* (quod significat iacio); Iniicio, coniicio; *gettar dentro*. *Cato, RR. 85.* Ita insipito in aulam novam. *Pompon.* apud *Non. 10. 3.* Facite, ut ignis fervat: ligna insipite, far concidite. Et *1. 181.* Partem insipui, conclusi, condepsui. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll.* Insipere, farinulam iacere pullis. — *Id.* in *Supat p. 311. ibid.* Supat, iacit: unde *insipat;* hoc est iniicit. Cf. SAPO.

INSISTO, sistis, stĭti, sistĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum; ab *in* intentiva et *sisto;* cuius variationes sequitur. V. SISTO. — **b)** Praeteritum *institi* commune habet cum *insto,* quod v. §. b. — **c)** Particip. *insistens* §. *1., instaturus* §. *8.* — **d)** Derivata, *instita, institio, institium, institio, institor, institorius.*

INSISTO proprie est super, vel in aliqua re me sisto, consisto, innitor, incumbo; *stare, fermarsi, appoggiarsi, tenere il piede su qualcosa*. *Cic. Somn. Scip. 6.* Cingulus australis, in quo qui insistunt, adversa vobis urgent vestigia. *Id. 6. Verr. 49. extr.* Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum Victoriae. *Plin. 8. ep. 8. ad fin.* Villae, quae secutae fluminis amoenitatem, margini insistunt. *Caes. 4. B. G. 26.* Quod neque ordines servare, neque firmiter insistere, neque signa subsequi poterant. Et *53.* Per temonem percurrere, et in iugo insistere. *Stat. 7. Theb. 765.* iam lubrica tabo Frena, nec insisti madidus dat temo. *Caes. 2. B. G. 27.* Ut cum primi eorum cecidissent, proximi iacentibus insisterent; *h. e.* sisterent se supra iacentes. *Tacit. 15. Ann. 57.* Nam, dissolutis membris, insistere nequibat; *tenersi in piedi*. *Quintil. 11. 3. a med.* Indecora in dextrum, ac laevum latus vacillatio alternis pedibus insistentium. *Aurel. Vict. Vir. illustr. 27.* Hastae insistens, se Diis Manibus devovit; *appoggiato all' asta*. *Quintil. loc. cit.* Insistere in sinistrum pedem. — **2)** Item resistere, subsistere, gradum sistere: cuius contrarium est progredi; *fermar il passo, fermarsi*. *Cic. 2. Nat. D. 40.* Stellarum, quas vagas dicimus, motus tum incitantur, tum retardantur, saepe etiam insistunt. *Id. 12. Phil. 3. extr.* Ut non referat pedem, insistet certe. *Id. 5. Fin. 23. a med.* Quae cum dixisset, paulumque institisset, etc. *Id. Orat. 56.* Circuitus ille incitatior numero ipso fertur et labitur, quoad perveniat ad finem, et insistat. *Gell. 9. 11.* Corvus repente improvisus advolat, et super galeam tribuni insistit. *Cic. Orat. 66.* Saepe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum. *Ovid. Rem. am. 315.* Vitiis alicuius insistere; *fermarsi a considerare*. — **3)** Sic *Plin. 13. 30. 4.* Inter pauca nitidioris vitae instrumenta haec arbor est: quapropter insistendum ei paulum videtur; *discorrerne, trattarne alquanto*. — **4)** Deinde

II. *Insisto* est etiam urgere, instare, premere; *incalzare, esser addosso*. *Nep. Eumen. 4.* Neque eo magis ex proelio excessit, sed acrius hostibus institit. *Liv. 26. 44.* Adeo effusis insteterunt, ut, nisi receptui cecinisset, permixti fugientibus etc. — **5)** Item persistere, pergere; *insistere, continuare, persistere*. *Cic. 4. Acad. 25.* Conīdere suis testibus, et importune insistere. *Nep. Attic. 11.* Ceterosque pari fortuna perculsos institit tueri. *Cic. 10. Fam. 16.* Flagitare senatus institit Coruutum, ut referret, statim de tuis litteris. *Liv. 24. 46.* Arpos institit oppugnare. Et *27. 2. ad fin.* Ubi lux fugam hostium aperuit, vestigiis institit sequi. *Plaut. Capt. 3. 4. 55.* Vide, ne quid tu huic temere insistus credere; *h. e.* credere pergas. — **6)** *Insistere vestigiis* est haerere, vestigia alicuius sequi; *calcar l'orme, seguir le pedate*. *Quintil. prooem. l. 1.* Ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem. *Liv. 5. 30.* Insistere omnes vestigiis laudum suarum. — **7)** Translate. *Plin. 4. ep. 8.* Laetaris enim, quod honoribus eius insistam, quem aemulari in studiis cupio; *h. e.* sequar eum per eosdem honorum gradus. — **8)** *Insistere alicui rei*, vel *in aliquam rem* est incumbere, attendere, animo instare; *badare, attendere*. *Caes. 6. B. G. 5.* Totus et mente et animo in bellum Trevirorum insistit. *Plaut. Mil. 2. 4. 4.* Age, iam nunc insiste in dolos. *Quintil. 1. 12. 10.* Insistere studiis. *Plin. 28. 1. 2.* curae rerum. *Tacit. 5. Hist. 77.* perdomandae Campaniae. *Tibull. 4. 1. 155.* magnis rebus. *Plin. 7. 55. 5.* funeri; *h. e.* curare, et interesse. *Eucher. Passio Agaunens. Martyr. 3.* Affirmantes, se . . . sacrae et divinae religionis cultui instituros. — Passive impersonaliter. *Tacit. 2. Ann. 63.* Utque fracto iam Maroboduo, usque in exitium insisteretur; *h. e.* persisteretur usque ad exitium creandum. — **9)** Pro insectari, persequi. *Id. 4. ibid. 60.* Insistentibus contra, irridentibusque, qui Seiano fautores aderant. — **10)** Pro urgere, sollicitare, instare; *insistere*. *Augustin. in Psalm. 65. n. 4.* Institit quantum potuit, ut illum ex eorum manibus liberaret; *insistè*. *Macrob. 1. Saturn. 6. a med.* Papirius, quid ipsi mater audire institisset, quid matri ipse simulasset, enarrat. *Inscript.* portae antiquae Veronensis ab Imp. Gallieno constructae, apud *Maff. Mus. Ver. 197.* Muri Veronensium fabricati ex die III. Non. Aprilium, dedicati prid. Non. Decembris, iubente sanctissimo Gallieno Aug. N., insistente Aur. Marcellino V. P. Duc. Duc., curante Iul. Marcellino. — **11)** Transitivorum more,

III. *Insisto*, proprie, cum accusativo, praesertim cum motum aliquem adsignificat. *Virg. 11. Aen. 575.* Utque pedum primis infixa vestigia plantis Institerat, etc.; *h. e.* stare in vestigia, et ambulare coeperat. *Stat. 5. Theb. 518.* ira Iovis si quando nivalem Othryn, et Arctone gelidum caput institit Ossae. *Virg. 6. Aen. 565.* Nulli fas casto sceleratum insistere limen; *h. e.* adire, ingredi; *por piede*. *Plaut. Cas. 4. 4. 21.* Institit plantam; *h. e.* pedem pede pressit. Adde *Acc.* apud *Non. 1. 30.* — **12)** Translate *insistere viam, rationem*, est ire, perstare in via, ratione, quam semel sis ingressus; *incamminarsi, insistere*. *Plaut. Cist. 4. 2. 11.* Facite indicium, utrum hac, an illac iter instituerit. *Ter. Eun. 2. 3. 3.* Ubi quaeram? ubi investigem? quam insistam viam? *Al. leg.* qua via. *Liv. 37. 7.* Iter, quod insistis, ego quoque approbo. *Caes. 3. B. G. 14.* Neque satis constabat, quam rationem pugnae insisterent. *Virg. 3. G. 164.* Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi. — **13)** Pro incumbere, attendere. *Plaut. Mil. 3. 3. 54.* Agite igitur, intro abite, insistite hoc negotium sapienter. *Cic. 3. Orat. 45.* Quonam igitur modo tantum munus insistemus, ut arbitremur, nos hanc vim consequi posse?

INSĬTĬA, V. INSICIA.

INSĬTĪCĬUS et Insititius, a, um. Adiect. verbale (quod aliquando confusum est cum *insuticius*. V. hanc voc.) ab *insero;* ex insitione proveniens; *d' incalmo*. Illinc insiticios vocat mulos *Varr. 2. RR. 8.*, quia non ex suo genere, sed ex alienis parentibus, quasi insitione nascuntur. — **2)** Translate est adventicius, aliunde adscitus, et naturali seu nativo opponitur. *Plin. 4. ep. 3. in fin.* Neque enim coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, cum hoc insiticio et inducto tam praeclara opera perfeceris. — **3)** *Insiticius somnus* dicitur a *Varr. 1. RR. 2.*, qui aestivo tempore diurnis operibus meridie inseritur.

INSĬTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insero;* inserendi actus; *innestamento, innestagione*. *Cic. Senect. 15. extr.* Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agricultura solertius. *Colum. 5. 9. a med.* Vitis celerrime insitionibus ad maximum numerum perducitur. — **2)** Item ipsa arbor insita. *Pallad. 3. 2.* Insitionem prope infra terram nutricmus. — **3)** Item inserendi tempus. *Ovid. Rem. am. 195.* Venerit insitio: fac, ramum ramus adoptet. — **4)** De variis insitionum generibus V. *Colum. 5. 11.* et *arbor. 26.* et *Plin. 17. 24. 40.* Est praeterea *de insitione* integer *lib. 14. Palladii*. — **5)** De mira vero insitione V. in CATACHANNA.

INSĬTĬUM, ii, n. Verbale ab *insero;* interpositio. *Gloss. Philox.* Insitium; ἐνθεσις.

INSĬTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *insero;* ex insitio proveniens, insiticius; *d' incalmo*. *Horat. Epod. 2. 19.* Insitiva decerpens pira. V. SECURICULA. — **2)** Translate. *Phaedr. 5. 5.* Insitivi liberi; *h. e.* illegitimi. *Cic. Sext. 48.* Cum insitivum Gracchum censu prohibuisset; *h. e.* qui se Gracchum esse simulabat, mentitus conditionem ac nomen. *Sence. 2. Controv. 9. a med.* Tota familia expellere insitivum heredem cupiente; *h. e.* per adoptionem heredem factum. *Gell. 13. 1. a med.* Insitivum et degener alimentum lactis alieni; *h. e.* aliunde, quam a matre sumptum. Adde *Ambros. ep. 2. n. 8.*

INSĬTOR, ōris, m. Verbale ab *insero;* qui inserit; *innestatore*. *Propert. 4. 2. 17.* Insitor hic solvit pomosa vota corona. *Plin. 18. 86. 3.* Hunc caveat insitor calamis, gemmisque inoculator. — **2)** *Insitoris* nomine flamen Cerealis Deum invocabat, sacrum Telluri ac Cereri faciens. V. IMPORCITOR.

INSĬTUS, a, um. Particip. verbi *insero*, adiectivorum more etiam adhibitum; insertus, impositus; *incalmato, innestato*. *Colum. arbor. 20.* Arbor insita fructuosior est, quam quae insita non est. *Virg. 2. G. 33.* mutatamque insita mala Ferre pirum, et prunis lapidosa rubescere corna. *Plin. 15. 17. 4.* Insita nucibus arbutus, cerasis ulmus. — **2)** Item immissus, iniectus. *Colum. 6. 36. de mulis.* Equam convenit membris fortibus eligere, ut discordantem utero suo generis alieni stirpem insitam facile recipiat ac perferat. — **3)** Translate est nativus, innatus, ingenitus, inhaerens; *insito, innato, naturale*. *Cic. 6. Verr. 48.* Hoc Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur. *Id. 7. ibid. 55.* Reliqua est ea causa, quae non iam recepta, sed innata; neque delata ad me, sed in anima sensuque meo penitus affixa atque insita est. *Id. 1. Nat. D. 17.* Insitas Deorum, vel potius innatas cognitiones habemus. *Id. 1. Fin. 9. ad fin.* Notio quasi naturalis atque insita in animis nostris. *Id. 1. Nat. D. 24.* Habere notiones tot rerum insitas, et quasi consignatas in animis. *Id. Cluent. 1. sub fin.* Evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam, *Id. Har. resp. 25.* Haud obscurum odium, atque id insitum penitus, et inustum animis hominum. *Id. 4. Fin. 7. a med.* Insitus menti cognitionis amor. *Liv. 28. 24.* Insita hominum libido alendi de industria rumores. *Al. leg.* hominibus. *Cic. Sull. 30.* Hoc natura est insitum, ut etc. *Liv. 25. 16.* Industria insita animis. Et *34. 20.* Silvestrem gentem insita feritas continebat in armis. *Horat. 4. Od. 4. 33.* Doctrina sed vim promovet

Digitized by Google

insitum. — **A)** Item adscriptus, adscitus; *ascritto, inserito*. *Cic. Sext. 33.* Ex deserto Gavii horreo in Calatinos Atilios insitus. *Tacit. 13. Ann. 14.* Insitus, et adoptivus. — **B)** Absolute, substantivorum more,

INSĪTUM, i, n. Est surculus insitus; *incalmo, nesto*. *Colum. 5. 11. circa med.* Terram circa arborem adaggerato usque ad ipsum insitum. *Varr. 1. RR. 41.* Aqua recenti insito inimica, tenellum enim cito facit putre.

Nota. Discrimen inter *insitum* et *assitum* dedimus sub v. ASSITUS in *Nota*.

INSĪTUS, us, m. Verbale ab *insero;* insitio; *innestagione*. In sexto casu sing. *Plin. 15. 15. 5. de malis*. Est quibusdam sanguineus color, origine ex mori insitu tracta. Adde *14. 4. 4.*

INSŌCIĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *sociabilis;* qui sociari, seu coniungi non potest, qui societatem commerciumque cum aliis non habet; *insociabile*. *Liv. 27. 39.* Homines omni generi humano insociabiles. *Al. leg.* insociales. *Id. 37. 4.* Indomita et insociabilis gens. *Plin. 17. 36. 8.* Inserendi nova ratio Columellae excogitata, qua vel diversae insociabilesque naturae arborum copulentur. *Id. 16. 85. 1.* Et glutinum abdicant quaedam, et inter se, et cum aliis insociabilia glutino. *Tacit. 13. Ann. 17.* et *Curt. 10. 9.* Insociabile est regnum; *h. e.* socium non admittit: quia, ut ait *Lucan. 1. 92.* Nulla fides regni sociis, omnisque potestas impatiens consortis erit. *Tacit. 4. Ann. 12.* Anum suapte natura potentiae anxiam, insociabilem nurui efficiebat.

INSŌCĬĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *socialis*, idem ac insociabilis. *Porphyr.* ad *Horat. 1. Ep. 18. 6.* Inconcinna, insocialis.

INSŌLĀBĬLĬTER. Adverb. ab *in* et *solor;* sine consolatione; *inconsolabilmente, senza conforto*. *Horat. 1. Ep. 14. 7.* rapto de fratre dolentis insolabiliter.

INSŌLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insolo;* siccatio in sole; *l'esporre al sole*. *Plin. 21. 49. 2.* Candidissima cera fit post insolationem etiamnum recocta.

INSŌLĀTUS, a, um. Particip. verbi *insolo;* in sole expansus, sole calefactus, siccatus; *esposto al sole, soleggiato*. *Colum. 4. 27.* Uvae commodius insolatae percoquuntur. *Id. 12. 45.* Uva sine noxa servari potest, si sereno caelo, post horam quartam, cum iam insolata est, nec roris quidquam habet, viti detrahatur. — **B)** *Insolati dies* sunt sereni, et sole perfusi. *Id. 11. 3. a med.* Tepidis diebus et insolatis sub divo ponat.

INSOLENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *solens*, quod est a *soleo*. — **b)** Comparat. *insolentior* §. 4. et superlat. *insolentissimus* §. 4. — **c)** Derivata, *insolenter, insolentia, insolesco*. — **d)** Compositum, *perinsolens*.

INSOLENS proprie est non solens, insuetus; *non solito, non avvezzo*. *Ter. Andr. 3. 4. 4.* Quid tu Athenas insolens? *Cri.* evenit. *Horat. 1. Od. 3. 7.* aspera Nigris aequora ventis Emirabitur insolens. *Cic. Sext. 56.* Non sum tam ignarus causarum, non tam insolens in dicendo, ut etc. *Tacit. 15. Ann. 67.* Nero ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi, quae faceret, insolens erat. — Cum genitivo. *Cic. 2. Att. 21.* Ille amicus noster, insolens infamiae, semper in laude versatus. *Caes. 2. B. C. 36.* Multitudo insolens belli diuturnitate otii. *Gell. 19. 12. a med.* Ruris colendi insolens. *Sall. Cat. 5.* Insolens malarum artium. — **B)** *Insolens locus* dicitur a *Pallad.*, qui infrequens est, ubi non solent homines saepe versari, *12. 4.* Si regio insolens, et incustodita contigerit. — **C)** Item insolitus; *insolito, non usato, strano, nuovo*. *Cic. Orat. 8.* Nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. *Gell. 11. 7.* Verbis uti aut nimis obsoletis, exculcatisque, aut insolentibus. *Id. 2. 27. in fin.* Non corporis dehonestamento laetus, quod est insolens et immodicum, sed etc. Et *7. 3. ante med.* Principio nimis insolenti usus est. Adde quae congessit *Non. 4. 234.* — **D)** Translate est intemperans, immodicus, nimius, solitum morem excedens, nimium elatus, atque adeo superbus, arrogans, audax, immodestus; *eccessivo, insolente, superbo, smoderato, tracotante*. *Cic. Marcell. 3.* Victoria natura insolens et superba est. *Id. 3. Tusc. 14. extr.* Temperantia insolenti alacritate gestire non sinit. *Id. Parad. 6.* Quae est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? *Hirt. B. Alex. 51.* Insolenti voluptate efferri. *Horat. 2. Od. 5. 2.* Mentem in rebus bonis servare ab insolenti temperatam laetitia. *Cic. Senect. 12.* Nec erat ei verendum, ne vera de se praedicans, nimis videretur aut insolens, aut loquax. *Id. 3. Orat. 54.* Non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia. *Horat. 1. Od. 16. 21.* imprimeretque muris Hostile aratrum exercitus insolens. *Nep. Timol. 4.* Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore eius exiit. *Vellei. 2. 110.* Pannonia insolens longae pacis bonis. *Plin. 55. 58. 3.* Insolens fortuna; *h. e.* quae saepe humiles homines nimium extollit, et contra omnem morem ac fas sua bona distribuit. *Auson. Gratiar. act. 11. extr.* Eum pagina Fastorum suorum fecit insolentem. *Hirt. 8. B. G. 13. extr.* Utrum secundis rebus insolentiores, an adversis timidiores essent. *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 12. a med.* Insolentissimi hominum, summis ludis circensibus meis, postulandum me lege Scantinia curant. *Quintil. 4. in procem. 14.* Nomen sibi insolentissimum arrogare. *Suet. Vesp. 13.* Non ante succensuit, quam altercationibus insolentissimis paene in ordinem redactus. *Val. Max. 2. 7. n. 1.* Insolentissimos Numantinae urbis spiritus contundere. *Plin. Paneg. 31.* Insolens natio.

INSŎLENTER. Adverb. ab *insolens*. — Comparat. *insolentius* §. 1. et seqq., superlat. *insolentissime* §. 5. — Proprie est praeter id, quod fieri solet, praeter morem et consuetudinem; *fuor del costume, stranamente, contra l'usanza*. *Cic. 1. Invent. 28.* Evenire ne vulgo soleat, an insolenter et raro. *Gell. 1. 21. ad fin.* Non enim primus finxit hoc verbum Virgilius insolenter, sed in carminibus Lucretii inventum est. Et *10. 13.* Insolentius paulo hac figura usus est. *Catull. 25. 12.* Insolenter aestuare; *h. e.* immodice, vehementer iactari. — **B)** Item praeter id, quod decet, par est, opus est: atque adeo immodice, intemperanter; *eccessivamente, smoderatamente, oltre il dovere*. *Cic. Orat. 52. ad fin.* Gorgias his festivitatibus insolentius abutitur, quas Isocrates moderatius temperavit. — **C)** Item superbe, arroganter, *insolentemente, arrogantemente, superbamente*. *Caes. 1. B. G. 14.* Victoria sua insolenter gloriari. *Id. 1. B. C. 45.* Hostem insolenter atque acriter nostros insequentem supprimit. Et *3. ibid. 46.* Insolentius atque audacius nostros premere coeperunt. *Cic. 2. Catil. 9.* Qui se insperatis repentinisque pecuniis sumptuosius insolentiusque tractarunt. *Id. 9. Phil. 3.* Auctorem senatus exstinctum, laete atque insolenter tulit. *Id. 4. Tusc. 17.* Efferre se insolenter. *Flor. 1. 26.* Insolenter irridere aliquem. *Val. Max. 3. 2. n. 21.* Insolentissime obequitantem consectatus interemit.

INSŎLENTĬA, ae, f. Abstractum ab *insolens;* insuetudo, novitas; *stranezza, novità, modo insolito*. *Cic. Rosc. Am. 31. extr.* Qui propter fori iudiciorumque insolentiam, non modo subsellia, verum etiam urbem ipsam reformidat; *per non esser avvezzo*. Sic *Liv. 30. 42. ad fin.* Ex insolentia, quibus nova bona fortuna sit, impotentes laetitiae insanire. *Sall. Iug. 99.* Timidus insolentia itineris; *per la stranezza e difficoltà*. *Cic. Deiot. 2.* Moveor etiam ipsius loci insolentia, quod tantam causam dico intra domesticos parietes, etc.; *la novità*. Et *Cael. 31.* Fama adolescentis paulum haesit ad metas, notitia nova mulieris, et infelici vicinitate, et insolentia voluptatum. — **B)** Refertur etiam ad sermonem et usum loquendi. *Id. 1. Orat. 22.* Insolentia disputationis. *Id. 13. ibid. 13.* verborum; *h. e.* verba inusitata. Et *12.* Peregrina insolentia; *modo di parlare forastiero, e non usato fra noi*. — *Horat. Epod. 17. 75.* Meaeque terra cedet insolentiae; *h. e.* novis ausis, insolitis ac novis viribus, quibus ulciscar, et deprimam omnes. — **C)** Saepe in malam partem

II. *Insolentia* accipitur pro intemperantia, et excessu ab eo, quod ex laudabili consuetudine fieri solet, praesertim in coenarum sumptibus; *eccesso*. *Cic. 2. Phil. 6.* Mirifice Sulpicius maiorum continentiam diligebat, huius saeculi insolentiam vituperabat. *Id. 9. Fam. 20.* In Epicuri nos castra coniecimus: nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam, etc. *Suet. Vitell. 10.* Plurimum meri propalam hausit, passimque divisit. Pari vanitate atque insolentia lapidem *Memoriae Othonis* inscriptum intuens, dignum eo mausoleo ait. — **A)** Item pro arrogantia, superbia; *superbia, insolenza, arroganza*. *Cic. 6. Verr. 41.* Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. *Id. 2. Orat. 32.* Non esse tanti ulla merita, quanta insolentia hominis, quantumque fastidium. *Id. 1. Agr. 6.* Modeste insolentiam suam continere. *Id. 2. ad Brut. 2.* Coeperat esse tanta insolentia, ut neminem liberum duceret. *Sall. Iug. 4.* Ne per insolentiam quis existimet memet studium meum laudando extollere. Et *44.* Insolentia ex secundis rebus. *Nep. Epam. 5.* Insolentiam alicui obiicere. *Id. Agesil. 5.* Tantum abfuit ab insolentia gloriae, ut etc. *Iustin. 39. 2.* Superba insolentia spernere aliquem. *Quintil. 1. 6. 20.* Abolita atque abrogata retinere, insolentiae cuiusdam est, et frivolae in parvis iactantiae. *Senec. 3. Benef. 29.* Hominum insolentiam contundere. — In plur. num. *Phaedr. 3. epil.* A noxiorum premitur insolentiis. *Gell. 15. 20. ad fin.* Insolentias verborum respuere.

INSŎLEO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *soleo*, idem ac soleo; *solere*. *Caecil.* apud *Gell. 3. 16.* Insolet ne mulier decimo mense parere? Pol nono, etiam septimo, atque octavo.

INSŎLERS, ertis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *solers;* non solers. *Boëth. de syllog. categ. 2. p. 591.* Si domus artificis compositionem aequabilem solertemque fuerit nacta, ipsa quoque constructio merito stabilitatis erit laudabile fundamentum. Si vero insolertior compositio fiat, tota quoque quamvis ex bonis ordinata lapidibus, nulla se se gerens fabrica stabilitate nutabit.

INSŎLERTER. Adverb. ab *insolers;* non solerter. *Boëth.* in *Porphyr. Dial. 1. p. 1.* Quod intentionem cuiusque libri insolerter interpretaretur, de inscriptione quoque operis apud quosdam minus callentes haesitatum est.

INSŎLESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativum ab

Digitized by Google

insolesco. — Particip. *insolescens* §. *1.* et *2.* — Proprie est insolens, immodicus, superbus fio; *insolentire, insuperbirsi, lasciarsi trasportare*. *Cato* apud *Gell. 7. 3. ante med.* Ne Romani, Persa quoque rege victo, ad superbiam, ferociamque, et immodicum modum insolescerent. *Sall. Cat. 6. extr.* Per licentiam animus humanus insolescit. *Tacit. 2. Hist. 7.* Rebus secundis etiam egregios duces insolescere. *Id. 2. Ann. 73.* Neque ipse gaudium moderans, et magis insolescente Plancina. — **2)** Translate. *Hieronym. in Helvid. n. 18.* Novem mensibus uterus insolescens; *h. e.* intumescens praeter solitum. Adde *Tertull.* loc. cit. in LAPILLISCO.

INSŎLĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *solidus;* non solidus, infirmus, mollis; *non saldo, debole, tenero*. *Ovid. 15. Met. 202.* tunc herba nitens, et roboris expers Turget, et insolida est.

INSŎLĬTĒ. Adverb. ab *insolitus;* praeter consuetudinem, insolenter; *insolitamente*. *Augustin. 2. Doctr. Christ. 25. extr.* Si forte insolite acciderint. *Gellio* quoque tribui solet, *1. 2.* Multa atque immodica intempestive atque insolite disserebat. *Sed plerique omnes leg.* insubide. *Coripp. 2. Iohann. 451.* intremuit crescentia sidera credens Insolite esse polis.

INSŎLĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *solitus;* qui non assuevit, insuetus, insolens; *non avvezzo*. *Cic. 5. Verr. 37.* Cur pudentissimas feminas in tantum virorum conventum insolitas invitasque prodire cogis? *Cass. 3. B. C. 85.* Ut insolitum ad laborem Pompeii exercitum quotidianis itineribus defatigaret. *Sall. Iug. 45.* Civitas insolita rerum bellicarum, timere libertati. *Id. fragm.* apud *Arusian. Mess.* Genus armis ferox, et servitii insolitum. *Virg. 3. G. 543.* insolitae fugiunt in flumina phocae; *h. e.* quae non solent in fluminibus versari. — **2)** Passive est non solitus, novus; *insolito, strano, straordinario*. *Cic. 2. Orat. 88. extr.* Quae causa me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulerit. *Id. Brut. 81.* Aestus quidam non insolitae adolescentibus gloriae. *Id. Balb. 16.* Priscum aut insolitum verbum interpretari. *Tacit. 12. Ann. 57.* Novum et moribus veterum insolitum. *Plin. Paneg. 60.* Sed in principe rarum ac prope insolitum est, ut se putet obligatum. *Tacit. 4. Hist. 23.* Machinas etiam, insolitum sibi ausi; *cosa insolita loro*. *Id. 2. ibid. 95.* Ingenti paratu, et ante illum diem insolito. Et *4. ibid. 62.* Insolito spectaculo frui. *Quintil. 11. 3. ante med.* Insolitus labor. *Stat. 1. Theb. 451.* Insolitus clamor. *Virg. 1. G. 475.* insolitis tremuerunt motibus Alpes. *Tacit. 1. Hist. 86.* Insoliti animalium partus. — **3)** *Insolitum est fieri*, fieri non solet. *Callistrat. Dig. 48. 19. 27.* Suam mutare sententiam neminem posse; idque insolitum esse fieri.

INSOLLĬCĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sollicitus;* non sollicitus, securus. *Gloss. Philox.* Insollicitus dies; ἀμέριμνος ἡμέρα. Ubi legend. videtur ἀμέριμνος.

INSŌLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sol*. — Particip. *insolatus*, V. suo loco. — Est ad solem expando, sicco ad solem; *soleggiare, seccare al sole, solorinare*. *Colum. 12. 39.* Uvae, quas per triduum insolaveris. *Id. 4. 17. sub fin.* Sic facilius insolatur humus, et fructus percoquitur. *Gloss. Lat. Gr.* Insolo; ἡλιάζω. Cf. INSOLATIO.

INSŎLŪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *solubilis;* qui solvi non potest; *insolubile*. *Macrob. 1. Somn. Scip. 6. ante med.* Insolubili inter se vinculo elementa devinxit. *Senec. 4. Benef. 12.* Beneficium, creditum insolubile est; *che non si può pagare*. — **2)** Translate. *Quintil. 5. 9. 3.* Ubi est signum insolubile, ibi ne lis quidem est; *h. e.* indubitatum, et quod solvi et infirmari non potest.

INSŎLŪBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *insolubilis;* difficultas, ambages. *Sidon. 4. ep. 11.* Quaestionum insolubilitas labyrinthica.

INSŎLŪBĬLĬTER. Adverb. ab *insolubilis;* ita ut solvere non possis; *insolubilmente*. *Macrob. 1. Somn. Scip. 6. ante med.* Non tenaciter tantum, sed etiam insolubiliter vinciuntur. Adde *Fulgent. ep. 14. n. 25.*

INSŎLUM, i, n. V. SOLUM, i.

INSŎLŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *solutus;* constrictus, devinctus. — Translate. *Sicul. Flacc. de condit. agror. p. 5. Goës.* Insoluti agri. V. SOLUTUS. — *Incert. Auct.* in *Gestis Pilati, 20.* Qui sunt in insolutis vinculis peccatorum constricti.

INSOMNĬA, ae, f. Abstractum ab *insomnis;* privatio somni, vigilia; *vigilia*. *Caecil.* apud *Non. 3. 113.* Consequitur comes insomnia: ea porro insaniam affert. *Sall. Cat. 28.* Vigilare, neque insomniis, neque labore fatigari. *Id. epist. Mithrid. ad Arsac.* Persen, acceptum in fidem, insomniis occidere; *h. e.* prohibendo, ne somnum caperet. *Pacuv.* apud *Charis. 1. p. 78.* Perdita illuvie atque insomnia. *Suet. Cal. 50.* Incitabatur insomnia maxime; neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat. *Gell. 6. 4. in fin.* Captivos insomnia cruciatos interisse.

INSOMNĬĔTAS, ātis, f. Abstractum ab *insomnis*, idem ac insomnia. *Theod. Priscian. 2. 1.* Febris procurat capitis dolorem, linguae asperitatem, aliquando insomnietates. Adde *Plin. Valer. 1. 55.*

INSOMNĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *insomnium;* qui insomniae morbo laborat. *Cato, RR. 157. circa med.* Omnis qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies; *h. e.* brassica adhibita: de qua etiam *Plin. 20. 33. 4.* Insomnia etiam, vigiliasque tollere decoctam, si ieiuni edant. Ubi *insomnia* neutro gen. pro *insomnias* posuisse videtur. At *Pontedera Op. posth. T. 1. p. 290.*, approbante *Schneidero*, locum *Catonis* ex Cod. *Politiani* ita legit: *Insomnis, vel qui seniosus est*, etc. ita ut *insomnis* apud *Cat.* ad *insomnia* apud *Plin.*, et *seniosus* ad *vigilias* referantur, quippe senes vigiliis tentantur. — Vocis tamen usum testatur *Onom. Lat. Gr.* Insomniosus; ἀνυπνώδης.

INSOMNIS, ne. Adiect. ab *in* et *somnus*, quod vi compositionis in adiectivum migravit; sine somno, vigil; *senza sonno, vigilante*. *Tacit. 1. Ann. 65.* Cum ipsi passim adiacerent vallo, oberrarent tentoriis, insomnes magis, quam pervigiles. *Virg. 9. Aen. 166.* noctem custodia ducit Insomnem ludo. *Horat. 3. Od. 7. 6.* frigidas Noctes non sine multis Insomnes lacrimis agit. *Stat. 3. Theb. 328.* Insomnes oculos rubor excitat. *Ovid. 9. Met. 190.* Pomaque ab insomni male custodita dracone. *Lucan. 2. 259.* Invenit insomni volventem publica cura Fata virum. Et *5. 552.* insomni dente creati Terrigenae; *h. e.* dentibus satis draconis insomnis.

INSOMNĬUM, ii, n. Nomen ab *in* intentiva et *somnium*, idem quod somnium; *sogno*. Fit, cum cura oppressi animi, corporisve, sive fortunae, qualis vigilantem fatigaverat, talem se ingerit dormienti: animi, si amator deliciis suis aut fruentem se videat, aut carentem; corporis, si temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, vel ex abundantia praefocari se existimet, vel gravantibus onerari: fortunae, cum se quis aestimat vel potentia, vel magistratu aut angeri pro desiderio, aut exui pro timore. Haec et his similia, quoniam ex habitu mentis quietem sicut praevenerant, ita et turbaverant dormientis, una cum somno avolant, et pariter evanescunt; hinc et insomnio nomen est, non quia per somnium videtur, sed quia in ipso somnio tantummodo esse creditur, dum videtur, post somnium nullam sui utilitatem, vel significationem relinquit. Haec *Macrob. 1. Somn. Scip. 3.*, ubi quinque species enumerat eorum, quae videre sibi dormientes videntur. *Arnob. 7. p. 244.* Rusticulo cuidam Iovem per insomnium dixisse, etc. — Usurpatur fere in plurali num. *Plin. 3. 8. 2.* Atlantes insomnia non visunt, qualia reliqui mortales. — **2)** Saepius de malis somniis dicitur. *Cic. Senect. 13.* Carent etiam vinolentia, eruditate et insomniis. *Virg. 6. Aen. 897.* Sed falsa ad caelum mittunt insomnia Manes. *Tibull. 3. 4. 1.* Dii meliora ferant, nec sint insomnia vera. *Sil. 10. 357.* Exercent rabidam truculenta insomnia mentem. Et *11. 102.* furibunda insomnia. — **3)** Deinde

II. *Insomnium* est etiam ab *in* privativa et *somnus*, sive ab *insomnis*, idem ac insomnia, somni privatio. *Plin. 20. 33. 4.* V. loc. in INSOMNIOSUS.

INSŎNO, as, ui, āre. Verbum intransitiv. transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *sono*. — Particip. *insonans* §. *1.* — Proprie est idem quod sono, in aliqua re sono, resono; *sonare, risonare*. *Virg. 2. Aen. 53.* Insonuere cavae, gemitumque dedere cavernae. *Ovid. 11. Met. 161.* calamis agrestibus insonat ille. *Lucan. 1. 578.* Insonuere tubae. *Virg. 5. Aen. 579.* insonuitque flagello; *fischiò*. Et *12. ibid. 366.* Edoni Boreae cum spiritus alto Insonat Aegaeo; *sibila, fischia*. *Ovid. 6. Met. 386.* insonuit contento nervus ab arcu. Et *4. ibid. 688.* unda insonuit. *Vulg. Interpr. Ital. Ezech. 25. 6.* Insonuisti pede et insultasti ex animo tuo; *h. e.* percussisti pede, ut habet *Vulgata nostra*. — *Petron. Satyr. 137.* alto Insonuit gemitu turbatum murmure pectus. *Quintil. 11. 3. a med.* Si memoria fefellerit, quasi faucibus aliquid obstiterit, insonare; *h. e.* ingenti sonitu fauces purgare conari. *Terentian. de litter. p. 2389. Putsch.* Graecus pueros ut docet insonans magister. — *Vulg. Interpr. 3. Reg. 1. 40.* Et insonuit terra a clamore eorum. — **2)** Transitivorum more,

II. *Insono*, cum accusativo, qui tamen explicari etiam potest ex in, quae inest in ipso verbo; insonare facio; *far sentire il suono*. *Virg. 7. Aen. 450.* geminos erexit crinibus angues, Verberaque insonuit; *h. e.* per verbera, inquit *Serv.* ad *h. l.*

INSONS, ontis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *sons*. — Comparat. *insontior* et superlat. *insontissimus*, agnoscuntur a *Rhemn. Palaem. p. 1369. Putsch.* — Proprie est innocens, innoxius, minime reus; *innocente*. *Horat. 1. Sat. 6. 69.* vivo purus et insons. *Plaut. Amph. 3. 1. 9.* Insontem probri accusare. *Id. Baech. 3. 3. 70.* Aliquem falso atque insontem arguere. *Liv. 4. 15.* Regni crimine insons. *Id. 22. 49.* Insons culpae cladis hodiernae. *Al. leg.* culpa. *Id. 34. 52.* Insontes publici consilii. *Ovid. 15. Met. 149.* fraterni sanguinis insons. — Absolute. *Sall. Cat. 16.* Insontes, sicuti sontes, circumvenire, iugulare. — **2)** Eleganter *Val. Flacc. 6. 150.* et qui tua fugera nondum Eruis, ignotis insons. Arimaspe, metallis; *h. e.* abstinens, integer, et nulla habendi cupiditate flagrans: atque adeo a vitiis immunis. *Senec. Hippol. 486.* Non illum avarae mentis inflammat furor, Qui se dicavit montium insontem iugis. — **3)** Item qui non nocet; *non nocevole*.

Digitized by Google

Horat. 2. Od. 19. 29. Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum. *Stat. 12. Theb. 682.* ille quidem ramis insontis olivae Pacificus. *Val. Flacc. 1. 103.* quibus arvorum, studiumque insontis aratri. *Ovid. 3. Trist. 10. 66.* Et cremat insontes hostica flamma casas.

INSŌNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sono;* non sonans, sono, seu strepitu carens; *senza suono o strepito. Apul. 3. Met.* Ad cubiculum suspenso et insono vestigio me perducit. *Ammian. 27. 12.* Insonis passibus repens. — **2)** *Insonae litterae* apud *Apul. de Mundo* sunt mutae; *ἄφωνα γράμματα. Isid. 1. Orig. 4. 4.* A Veteribus mutae dictae sunt insonae.

INSŌPĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *sopio;* qui sopiri non potest. *Capell. 1. p. 4.* Insopibilis perennitatis igniculos incendere. *Id. 9. p. 308.* Insopibilis flamma.

INSŌPĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sopitus;* insomnis, pervigil; *vigilante. Ovid. 7. Met. 56.* Terrigenasque feros, insopitumque draconem. Adde *Lucan. 9. 557.* — **2)** *Insopitus ignis,* inexstinctus. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 401.*

INSORDĔO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *sordeo* (pro quo Lexicographi *insordesco* efferunt, cuius tamen formae nullum adhuc exemplum vidi). — Proprie est sordidus fio. *Sidon. 5. ep. 15.* Delecto caducae frondis agger insorduit. — **2)** Translate. *Id. 2. ep. 2. a med.* Si turbo austrinus insorduit, lacus immane turgescit. *Rutil. 1. Itin. 647.* subitis tectus nimbis insorduit aether.

INSORDESCO, is, V. voc. praeced.

INSORS, ortis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *sors;* infelix. — Absolute pro infelicitate adhibitum fuisse monstrat *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 477.* Insortem, infelicitatem.

INSORTĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *sortitus;* non sortitus. *Plaut. Cas. 2. 4. 27.* Spicula etiam insortita sunt mihi. *Al. melius leg.* Etiam specula in sortitu est mihi.

INSPARGO et INSPARSUS, V. INSPERGO §. b.

INSPĀTĬANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* intentiva et *spatians;* in aliquo loco spatians. *Prudent. Apoth. 130.* quem videat Babylonis ab arce tyrannus Innocuus inter flammas procul inspatiantem. *Al. melius leg.* exspatiantem.

INSPĔCĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *speciatus;* in suas species non divisus. *Tertull. advers. Valentin. 10. extr.* Substantia informis et inspeciata.

INSPĔCĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *speciosus;* non speciosus, deformis. *Petron. fragm. Tragur. 74. Burm.* Non inspeciosus puer.

INSPECTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inspecto;* actus inspectandi, inspectio. *Senec. 6. Quaest. nat. 4.* Quorum adeo mihi dulcis inspectatio. *Alii* inspectio *melius leg.* At *inspectatio* legitur apud *Eund. 1. ibid. 7.* Si apte fabricata foret (virgula vitrea, striata, vel tortuosa), totidem redderet soles, quot habuisset inspectationes. Loquitur hic *Senaca* de *prismate,* quod non habet inspectationes, itali dicunt *faceiate,* in quas sol radios recte immittat. Adde *Chalcid. Comment. in Tim. Plat. p. 40.*

INSPECTĀTĬVUS, a, um. V. INSPECTIVUS.

INSPECTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inspecto;* inspector. *Symmach. 6. ep. 9.* Adhibiti inspectatores, muro dividi loca nostra dixerunt. *Alii leg.* inspectores. *Hygin.* (edente *A. Mai* in *Class. auct. T. 3. p. 34.*) *fab. 130.* Inspectator suarum calamitatum.

INSPECTĀTUS. V. INDESPECTUS.

INSPECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inspicio;* actus inspiciendi; *il guardare. Colum. 1. 4.* Ager prima inspectione neque vitia, neque virtutes abditas ostendit, quae mox retractantibus facilius apparent. *Apul. Apol.* Inspectio speculi. — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. Eccli. 2. 21.* et *15. 8.* Inspectio Dei. — **3)** Item diligens alicuius rei consideratio, examen; *ispezione, esame. Quintil. 3. 5. extr.* Tabularum inspectio saepe falsum deprehendit; *lettura. Traian.* ad *Plin. 10. ep. 57.* Eos, qui pro consulibus hanc provinciam obtinuerunt, abstinuisse inspectione rationum; *revisione de' conti. Inscr.* apud *Grut. 208.* Necessariam fuisse inspectionem aedificiorum, et loci, de quibus apud me actum est, re ipsa manifestatur. — **4)** In re augurali quid sit, V. SPECTIO. — **5)** Refertur ad animum; *considerazione, speculazione, contemplazione. Quintil. 2. 18. 1.* Artium aliae positae in inspectione, idest cognitione et aestimatione rerum, qualis est astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta, quae *θεωρητική* vocatur: aliae in agendo, etc.; *scienze speculative e pratiche. Tryphonin. Dig. 41. 1. 65.* Inspectio in illo est, num ex operis servi acquiratur, etc. *Id. ibid. 16. 5. 51.* Incurrit hic et alia inspectio, an etc. Adde *Sulpic. Vict. Instit. Orat. 3.*

INSPECTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *inspicio;* qui inspectat, sive attente inspicit; *speculativo. Cassiod. de Astron.* Inspectiva mentis sublimitate ex aliqua parte colligere. Adde *Priscian.* loc. cit. in INTELLECTIVUS. — **2)** Hinc *philosophia inspectiva* dicitur ea, quae alibi speculativa audit; quaeque potissimum in inspectione intellectus consistit. *Cassiod. de Dialect.* apud *Isid. 2. Orig. 24. 10.* Alii definierunt, philosophiae rationem in duabus consistere partibus, quarum prior inspectiva est, secunda actualis. Inspectiva dicitur, qua supergressi visibilia, de divinis aliquid et caelestibus contemplamur, eaque mente tantum inspicimus, quoniam corporeum supergrediuntur obtutum. Dividitur in naturalem, doctrinalem et divinalem. *Alii leg.* Inspectativa. V. SPECTATIVA.

INSPECTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *inspicio.* — Particip. *inspectans,* infra. — Est attente inspicio, diligenter intueor; *guardare attentamente, considerare. Plaut. Poen. 3. 5. 69.* Illinc procul nos istuc inspectabimus. *Id. Rud. 3. 6. 51.* Viden' me, ut rapior? *Char.* video atque inspecto libens. *Id. Mil. 2. 2. 18.* Nescio quis inspectavit per impluvium. *Cic. 1. Fam. 9. a med.* Quoniam, me inspectante, saepe cum amplexarentur; *sugli occhi miei. Caes. 2. B. C. 20.* Legio ex castris Varronis, adstante et inspectante ipso, signa sustulit. *Brut.* ad *Cic. 1. ad Brut. 4. sub fin.* Quod utinam inspectare possis timorem de illo meum! *se tu potessi vedere.* — *Stat. 5. Silv. 3. 1.* Summa Deum Pietas, cuius gratissima caelo Rara profanatas inspectant numina terras; *h. e.* aequis oculis aspiciunt. — *Hygin. de limitib. p. 205. Goës.* Sic inscribi debet, ut inspectanti scriptura sursum versus sit.

INSPECTOR, ōris, m. Verbale ab *inspicio;* qui aliquid inspicit; *spettatore. Plin. 37. 28. 1.* Accedit religio narrata, a siderum cognatione, ab inspectoribus. *Sidon. 2. ep. 2. a med.* Lacus a vestigio inspectoris inadibilis est. — **2)** Translate. *Augustin. 2. de serm. Domini, 5.* Inspector cordis Deus. Adde *Vulg. Interpr. Prov. 24. 12.* — **3)** Item qui considerat et examinat aliquid venale, ut videat, probum ne sit, pretiumque statuat; *inspettore. Ulp. Dig. 13. 6. 10.* Si rem inspectori dedi, dum volo pretium exquirere, etc. — **4)** In lemmate *tit. 57. l. 11. Cod. Iustin.* et in *Cod. Theod. 11. 1. 31.* et *33.* Et *ibid. 28. 2.* inspectores sunt, quos princeps dimittit per provincias, ut inspiciant, quae praedia vectigalibus subilcienda sint.

INSPECTRIX, Tcis, f. Verbale ab *inspicio;* quae inspicit. *Lactant. 4. Narrat. fab. 4.* Morus arbor, quae foedissima spectaculi fuerat inspectrix. *Ambros. ep. 3.* (al. *84.*). Legimus etiam in veteri Testamento obstetrices, sed non inspectrices; ad parturientes ingrediebantur, non ad virgines; ut partus susciperent, non ut pudorem examinarent.

INSPECTUS, a, um. Particip. verbi *inspicio;* inspiciendo considerantus; *mirato, riveduto, considerato. Plaut. Trin. 3. 5. 65.* Si epistolas obsignatas non feret, dici hoc potest. Apud portitorem eas resignatas sibi, Inspectasque esse. Et *in argum. 2. Aul. 7.* Re omni inspecta, compressoris servulus Id surpit. *Tacit. 2. Hist. 6.* Auditi saepius Caesares, quam inspecti. — **2)** Item cognitus. *Colum. 1. 8.* Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus, et inspectus experimentis; *conosciuto alle prove.* — **3)** Item de eo, qui emendi causa inspicitur. *Martial. 6. 82.* Quidam me modo, Rufe, diligenter Inspectum velut emptor, aut lanista, etc. V. INSPICIO §. 4. — **4)** In re augurali *inspectus,* quid sit, V. in INSPICIO §. 5. et voc. seq. *fin.*

INSPECTUS, us, m. Verbale ab *inspicio;* inspectio, intuitus. *Senec. ep. 92.* Vacat animus molestia, liber ad inspectum universi. *Apul. 10. Met.* Oculis inspectu minacibus. *Poëta* in *Anthol. Lat. n. 878. Meyer.* Pasce tuos inspectu oculos et singula lustra. — **2)** In re augurali *Ammian. 22. 1.* Inspectu iecoris praedoctus. V. INSPICIO §. 5.

INSPĒRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *sperabilis;* qui sperari non potest; *insperabile. Gell. 4. 18.* Pacem et victoriam vobis peperi insperabilem. Adde *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 20. 1.*

INSPĒRANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *sperans;* qui non sperat; *chi non ispera.* In obliquis casibus fere adhibetur. *Cic. 1. Orat. 21.* Insperanti mihi, sed valde optanti cecidit, ut in istum sermonem delaberemini. *Id. Marcell. 7.* Quibus tu salutem insperantibus reddidisti. *Ter. Andr. 3. 4. 24.* Feci hodie ut fierent *(nuptiae),* insperante hoc, atque invito Pamphilo. *Catull. 107. 3.* Restituis cupido, atque insperanti ipsa refers te. Adde *Cyprian. de laude Martyr. 16.* — **2)** In recto casu sing. et de re tristi. *Inscr.* apud *Grut. 1155. 13.* Manlius hic situs est Montanus, raptus iniqua Femineaque manu, insperans incidit aetas. V. INSPERATUS §. 2.

INSPĒRĀTĒ. Adverb. ab *insperatus.* — Comparat. *insperatius,* infra. — Est praeter spem. *Val. Max. 3. 8. n. 2. extern.* Et quo vehementius noceat, insperatius prodest. *Cassiod. 7. Variar. 6.* Claudia *(aqua)* dum recedit, limus est; dum venit insperate, diluvium. Adde *Vulg. Interpr. Sap. 11. 8.* Cf. INSPERATUS §. 4. et 5.

INSPĒRĀTO. Adverb. V. voc. seq. §. 5.

INSPĒRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *speratus.* — Superlat. *insperatissimus* §. 1. — Proprie est non speratus, inexspectatus; *insperato, inaspettato, improveiso. Cic. 10. Phil. 11.* Insperatum et repentinum praesidium. *Id. 2. Catil. 9.* Insperatae repentinaeque pecuniae. *Plaut. Men. 3. 2. 72.* O salve, insperate, multis annis post quem conspicor, Frater. *Id. Poen. 5. 5. 8.* Hanno, insperatissime Mihi tuisque filiis, salve. *Front. 4. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 5.* Inspera-

Digitized by Google

tum, atque inopinatum verbum appello, quod praeter spem atque opinionem audientium aut legentium promitur. — **2)** De re tristi. *Cic. 3. Tusc. 13.* Insperatum et necopinatum malum. *Liv. 5. 26.* Nihil tam necopinatum nec insperatum accidere potuit; *h. e.* quod hostes castra R. adorirentur, obsiderentque. *Inscr.* apud *Grut. 671. 15.* M. Aurelius Lucidius infelicissimus pater insperatos tumulos dedit, misitque ultima dona. — **3)** Absolute, substantivorum more.

INSPERATUM, i, n. Est res insperata. *Plaut. Most. 1. 3. 40.* Insperata accidunt magis saepe, quam quae speres. — **4)** Hinc formula adverbialis *ex insperato*, pro insperate; *insperatamente, fuor d'ogni speranza. Plaut. Stich. 2. 1. 32., Liv. 2. 53.* et *30. 10. extr.* et *Plin. 25. 6. 2.* — **5)** Item absolute, omissa praepositione,

INSPERATO, eodem sensu. *Lucil.* apud *Non. 1. 150.* Insperato abiit, quem una angina abstulit hora. In *argum. 1. Aul. Plauti, 14.* Aulam insperato invenit. *Apul. 9. Met.* Insperato et contra opinionem.

INSPERGO, gis, si, sum, gĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *spargo*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *e*. — **b)** Nihilominus et *inspargo, argis, arsi, arsum* in antiquis MSS. et editis libris scriptum reperitur. V. infra §. 1. et Cf. INSPERSUS, a, um. — **c)** Particip. *inspergendus* §. 1., *inspersus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *inspersio, inspersus, us.*

INSPERGO proprie est super aliquam rem spargo; *spargere sopra. Cic. 2. Divin. 16.* Caput est in iecore, cor in extis: iam abscedet, simul ac molam et vinum insperseris. *Cato, RR. 65.* Oleam sale inspergito. *Colum. 11. 2. ante med.* Stercoris pars in prata digerenda, pars oleis et ceteris arboribus inspergenda. *Plin. 19. 55. 1.* Papaver panis rustici crustae inspergitur, affuso ovo inhaerens. *Id. 26. 46. 1.* Farina potioni inspergitur. Et *25. 5. 1.* Oenanthe vulneribus inspergitur. — *Inspargo. Plin. 18. 29. 6.* Postea gypsi pars quarta inspargitur. *Id. 34. 32. 4.* Ursorum in arena, et leonum ora atramento inspargere. — **2)** Translate, V. in INSPERSUS §. 2.

INSPERSIO, ōnis, f. Verbale ab *inspergo;* actus inspergendi, aspersio; *lo sparger sopra. Pallad. 4. 9. a med.* Ruta seritur locis apricis, solius cineris inspersione contenta.

INSPERSUS et Insparsus, a, um. Particip. verbi *inspergo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est supra sparsus, in aliqua re sparsus; *sparso sopra. Plin. 28. 60. 5.* Suis cinis potioni inspersus. *Id. 24. 92. 1.* Aron aridum in potione inspersum. Et *ibid. 98.* Siccata in farinae modum, et inspersa vino albo. — *Insparsus. Plin. 26. 87. 2.* Farina eius carnes excrescentes, per se insparsa consumit. — **2)** Translate. *Horat. 1. Sat. 6. 67.* Egregio inspersos reprehendas corpore naevos. — *Minuc. Fel. Octav. 28. a med.* Fama semper insparsis mendaciis alitur. *Dionys. Exig. de creat. hom. 24.* Insparsa dulcedo.

INSPERSUS, us, m. Verbale ab *inspergo;* inspersio. In sexto casu siog. *Apul. 7. Met.* Corium affirmatum cineris inspersu. Et *9. ibid.* Comae sordentes inspersu cineris.

INSPĬCĬO, ĭcis, exi, ectum, icĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *specio*, mutata euphoniae gratia *e* littera in *i*. V. SPECIO. — **b)** Particip. *inspiciens* §. 1., *inspiciendus* §. 4., *inspectus*, V. suo loco, *inspecturus* §. 2. — **c)** Derivata, *inspectatio, inspectativus, inspectator, inspectio, inspectivus, inspecto, inspector, inspectrix, inspectus, us, inspicium.* — **d)** Composita, *circuminspectans, superinspicio.*

INSPICIO proprie est in aliquid aspicio, intueor: *guardare, mirare, osservare. Plaut. Bacch. 4. 4. 72.* Intro inspice. *Petron. fragm. Tragur. 71. Burm.* Inspicere horas. *Ter. Adelph. 3. 4. 51.* Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium lubeo. *Ovid. 4. Fast. 589.* cum Romam inspexerit Eos. *Id. 3. Trist. 1. 9.* Inspice quid portem: nihil hic, nisi triste, videbis. *Id. 3. Art. am. 252.* Inspice quam tenuis bracteа ligna tegat. *Id. 12. Met. 39.* Orbe locus medio est . . . Unde quod est usquam, quamvis regionibus absit, inspicitur; *si vedo, si scuopre. Iustin. 4. 1.* Ea est procul inspicientibus natura loci, ut etc. *Inscr.* apud *Grut. 208.* Plane cum in re praesenti inspexerim lituratum A G., et erasum. — **2)** Translate est considerare, cognoscere. *Cic. 2. Phil. 17. extr.* Vis ne igitur, te inspiciamus a puero? *Quintil. 11. 1. 8.* Eum demum dicere apte, qui non solum quid expediat, sed etiam quid deceat, inspexerit. *Plaut. Mil. 2. 1. 51.* Inspexi mulieris sententiam; *conobbi, intesi il suo sentimento. Plin. 29. 8. 10.* Satis esse ingenia Graecorum inspicere, non perdiscere. *Traian.* ad *Plin. 10. ep. 57.* Inspicere rationes; *rivedere i conti. Petron. Satyr. 15.* Flagitabant, ut postero die iudex querelam inspiceret; *h. e.* de querela cognosceret. *Martial. 1. 55.* Inspice, an possit fieri, etc. *Virg. 2. Aen. 46.* in nostros fabricata est machina muros, Inspectura domos. — **3)** Speciatim

II. *Inspicio* dicitur de iis, qui legunt. *Ovid. 3. Art. am. 471.* Inspice, quodque leges, ex ipsis collige verbis, etc. *Id. 4. Fast. 257.* Carminis Euboici fatalia verba sacerdos Inspicit. *Cic. Balb. 14.* Si neque Poenorum iura calles, neque nostras leges inspicere potuisti; *studiare, imparare. Plaut. Stich. 3. 2. 4.* Inspicere libros. *Vulg. Interpr. Exod. 25. 40.* inspice et fac secundum exemplar. — *Id. Eccli. 24. 45.* Inspiciam omnes dormientes et illuminabo. — **4)** Item de iis, qui quippiam considerant examinantque, quale sit, quantique, ut fit in rebus venalibus; *esaminare, considerare. Cic. 6. Verr. 28.* Petit a rege, ut candelabrum ad se mittat: cupere se dicit inspicere. *Plaut. Most. 3. 2. 65.* te hoc orare iussit, Ut sibi liceret inspicere has aedes. *Si.* Non sunt venales. *Colum. 1. 3.* In emendo inspiciendoque agro praecipue duo esse consideranda, etc. *Ulp. Dig. 19. 3. 18.* Si rem tibi inspiciendam dedi, et dicas, te perdidisse. Adde *Martial. 9. 60.* et *10. 80.* et *Suet. Oth. 6.* — **5)** *Inspicio* est etiam verbum augurale secundum ea, quae dicta sunt in EXTA §. 2. *Ovid. 15. Met. 577.* Inspicere exta. *Tacit. 2. Hist. 78.* Inspecta exta. — **6)** Item est Medicorum, quorum est sedem morborum spectare pro curationibus adhibendis. *Plaut. Pers. 2. 5. 15.* Inspicere morbum tuum lubet. — Absolute *Apul. Apol. 51.* Igitur cum ad inspiciendum mulier aegra curationis gratia ad me perducta sit, etc.; *all'ispezione.* Sic *Id. ibid. 48.* et *Diet. Cret. 2. 6.*, ubi pro *inspecta cura* legendum *inspecto crure* proponit *Hildebr.* ad *Apul. Apol. 51.*

Nota. Varia discrimina inter *aspicio, despicio, inspicio, respicio*, etc. V. sub v. ASPICIO in *Nota* II. §. 1., 3. et 4.

INSPĬCĬUM, ii, n. Verbale ab *inspicio*, idem ac inspectio. *Tertull. carm. 1. advers. Marcion. 12.* posse videre Extorum inspiciis, resque exspectare futuras.

INSPĪCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *spico*. — Proprie est findo in modum spicarum, cui multae sunt aristae, ut exponit *Philarg.* ad *Virg.* loc. mox cit. — Hinc *inspicare faces* est ligna in usum facium ita incidere, ut in acutum desinant, et multis praeterea incisuris dividantur, in morem spicae, et aristarum: quas ideo *multifidas* vocat *Ovid. 8. Met. 644.* V. MULTIVIDUS *Virg. 1. G. 292.* ferroque faces inspicat acuto. Hinc *Grat. Cyneg. 484.* spicatae faces. Et *Gloss. Philox.* Inspico; *διαστραχίζω.*

INSPĪRĀMEN, ĭnis, n. Verbale ab *inspiro;* inspiratio. *Cassiod. de anim. 7.* Absque peccato sine dubio venit, qui erat omnium peccata soluturus, conceptus mystico inspiramine, natus ex Virgine. *Vulg. Interpr. Ital. Gen. 2. 7.* apud *Vigil. Taps. 12. de Trinit. prope fin.* Et inspiravit Deus in faciem Adae inspiramen vitae.

INSPĪRĀMENTUM, i, n. Verbale ab *inspiro*, syllabica adiectione productum; inspiratio. *Coel. Aurel. 2. Tard. 13.* Inspiramentis inserere.

INSPĪRĀTĒ. Adverb. ab *inspiratus;* inspirando. — Legitur in gradu tantum comparativo apud *Val. Max. 3. 8. n. 2. extern.* Blandum animum sane temeritati casus facit, ubi pravo consilio propitius adspirat: et quo vehementius noceat, inspiratius prodest; *h. e.* magis inspirando, seu adspirando, benignius, prolixius.

INSPĪRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inspiro;* actus inspirandi; *inspirazione. Vulg. Interpr. Act. 17. 25.* Cum ipse *(Deus)* det omnibus vitam et inspirationem; *h. e.* spiritum, sive intellectum. *Id. Iob. 32. 8.* Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. — *Id. 2. Reg. 22. 16.* Revelata sunt fundamenta orbis . . . ab inspiratione spiritus furoris eius. — **2)** Translate. *Solin. 7. a med.* Fontes *(Agonippes et Hippocrenes)* poti inspirationem litterariam faciunt. — **3)** Apud Scriptores Ecclesiasticos *inspiratio divini Spiritus*, ut definit *Philastr. Haeres. 98.*, est quaedam gratia et profectio dignitatis, ut possit homo capax legis caelestis existere.

INSPĪRĀTOR, ōris, m. Verbale ab *inspiro;* qui inspirat et inicit. *Coel. Aurel. 1. Tard. 3.* Apollo furoris inspirator.

INSPĪRĀTUS, a, um. Particip. verbi *inspiro;* spirando immissus, iniectus; *soffiato dentro. Colum. 6. 17. ad fin.* Facit idem trita sepiae testa, et per fistulam ter die oculo inspirata. — **2)** Translate. *Id. 3. 10. ante med.* Videmus hominibus inspiratam, velut aurigam rectricemque membrorum, animam. *Iustin. 18. 5.* Cum inspirati vates canerent, non impune laturum; *inspirati.* — *Vulg. Interpr. 2. Petr. 1. 21.* Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti. *Id. 2. Tim. 3. 16.* Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est, etc.

INSPĪRĬTĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *spiritalis;* non spiritalis. Est vox *Paulin. Nolan. ep. 22.* (al. *7.*).

INSPĪRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *spiro*. — **b)** Particip. *inspirans* §. 1. et 2., *inspiratus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *inspiramen, inspiramentum, inspirale, inspiratio, inspirator.*

INSPIRO proprie est intro spiro, spiritum seu ventum immitto; *soffiar dentro. Cels. 7. 27.* Siqua *(medicamenta)* erunt arida, per scriptorium calamum inspirabuntur. *Flor. 3. 19.* In ore abdita nuce, quam sulphure et igne stipaverat, leniter inspirans, flammam inter verba fundebat. *Senec. Hippol. 1008.* Nullus inspirat salo ventus. *Quintil. 10. 3. 24.* Inspirantes ramis arborum aurae. *Colum. 1. 6. ante med.* Granaria modicis fenestellis aquilonibus inspirentur. *Plin. 34. 32. 4.* Si gravitati aurium per fistulas inspiretur. — Cum accusativo. *Vulg. Interpr. Gen. 2. 7.* Inspiravit in faciem eius spiraculum vitae.

Digitized by Google

Id. Sap. 15. 11. Inspiravit illi animam. — Cum accusativo, omissa praepositione *in*, quae inest in ipso verbo. *Plin. 10. 43. 3.* Qui luscinine sonum, addita in transversas arundines aqua, foramen inspirantes, linguaeque parva aliqua opposita mora, indiscreta redderent similitudine. *Gell. 1. 11. a med.* Fistula sensim graviusculum sonum inspirare; *h. e.* in foramen. — **2)** Apud *Eund. 2. 5.* Atticos ἰχθύν, *ipsv* inspirantis primae litterae dixisse; *h. e.* prima littera aspirata. Al. leg. *inspirantes primas litteras:* alii *primam litteram*, sed eodem reciduat omnia. — **3)** Translate est immittere, infundere; *inspirare, infondere. Virg. 1. Aen. 692.* Occultum inspires ignem. *Id. 1. ibid. 351.* ripeream inspirans animam. *Id. 4. G. 236.* Iaesaeque venenum Morsibus inspirant. *Stat. 1. Silv. 2. 194.* Inspirare amorem. *Curt. 4. 13.* fortitudinem. *Quintil. 12. 10. ad fin.* iram, misericordiam. *Id. 2. 5. 8.* Quanta in dividendo prudentia, quam subtilis argumentatio: quibus viribus inspiret, qua iucunditate permulceat; *h. e.* inserat, imprimat quod dicit. *Vulg. Interpr. Eccli. 4. 12.* Sapientia filiis suis vitam inspirat. — *Iustin. 43. 1.* Unde adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicuntur; *h. e.* divino spiritu oestroque impleri. *Virg. 6. Aen. 11.* magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates. *Apul. Apol. 9. in carmine.* Quod si animum inspires, etc. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — *Hilar. Libell. 1.* Spiritus enim Dei, qui omnia scit, inspirabat homines sanctos, qui loquerentur.

INSPISSĀTUS, a, um. Particip. verbi *inspisso;* conspissatus. *Veget. 2. Veterin. 50.* Meliceris est tuber, in quo caro inspissata, quomodo in verrucis, invenitur.

INSPISSO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *spissus*. — Particip. *inspissatus*, V. suo loco. — Est spissum reddo; *inspessire. Boëth. de unit. p. 966.* Ad similitudinem aquae, quae in ortu suo subtilis et clara nascitur, sed paulatim deorsum fluens in paludibus et stagnis inspissatur et obscuratur.

INSPLENDESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *splendesco;* in aliquo loco splendesco. *Gloss. Philox.* Insplendesco; ἐπιλάμπω. Adde *Gloss. Cyrill.*

INSPŎLĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *spoliatus;* non spoliatus; non *ispogliato. Quintil. 7. 1. circa med.* Occisus est non praedae gratia, quia inspoliatus est. *Virg. 11. Aen. 594.* corpus et arma inspoliata feram tumulo.

INSPŪMO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *spumo;* spumas emitto. *Tertull. Apolog. 12.* O sacrilega convicia! infrendite, inspumate: iidem estis, qui etc.

INSPŬO, uis, ui, ūtum, uĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *spuo;* super aliquid spuo; *sputar addosso. Plin. 22. 25. 1.* Commanducata ea si inspuatur, mori serpentem. *Id. 31. 45. 7.* Datur lingendus *(sal)* et oculis iumentorum inspuitur. — **2)** Transitivorum more,

II. *Inspuo* est spuendo emitto vel immitto. *Senec. 3. Ira, 38. extr.* Inspuere alicui in frontem mediam. *Id. Consol. ad Helv. 15.* Inspuere in faciem alicuius. *Suet. Vesp. 7.* Restituturum oculos, si inspuisset. *Augustin. de catech. rud. 10. n. 15.* Suavius est matri minuta mansa inspuere parvulo suo, quam ipsam mandere ac devorare grandiora.

INSPŪRCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *spurco;* inquino, spurco. *Not. Tir. p. 86.* Spurcus, inspurcat.

INSPŪTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *inspuo*, sed eiusdem fere significationis; *sputare addosso. Plaut. Capt. 3. 4. 21.* Ain' eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier? *He.* Ne verere: multos iste morbus homines macerat. Quibus insputari, saluti fuit. Loquitur *Plaut.* de comitiali morbo (de quo *Plin. 28. 7. 5.* V. INSPUO), et paulo ante dixerat *7. 2.* Illic isti, qui inspuatur, morbus interdum venit. Ex quo intelligimus, non solum evertendi eius morbi causa, sed etiam sanandi, in eum, qui laboraret, inspui morem fuisse. Nam saliva hominis in multis vim medicinae habere creditur. V. *Plin. loc. cit.*

INSTĂBĬLĬO, is, īre. Verbum transitiv. ab *in* et *stabilio;* instabilem reddo, non stabilio, infirmo; *indebolire. Hygin. Gromat. ad fin.* Angulos castrorum circinare oportet, et, quia cotas efficiunt, instabilientque opus, propugnatione tutari. Hinc porro *Vitruv. 1. 5.* In quibus *(locis)* anguli procurrunt, difficulter defenditur, quod angulus magis hostem tuetur, quam civem.

INSTĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *stabilis;* qui stare, et firmiter haerere non potest; *instabile. Ovid. 1. Met. 16.* Sic erat instabilis tellus, innabilis unda. *Liv. 27. 18. a med.* Hostis instabilis ad cominus conserendas manus. *Curt. 8. 11.* Instabili et lubrico gradu praecipites recidebant. *Tacit. 1. Ann. 64.* Locus uligine profunda: idem ad gradum instabilis, procedentibus lubricus. *Plin. 31. 35. 2.* Vomitiones instabili voluntatione commotae; *h. e.* excitatae navis agitatione. — **2)** Translate est inconstans, incertus, mutabilis, brevi durans; *incostante, incerto, instabile, non durevole. Caes. 4. B. G. 23.* Res maritimae celerem atque instabilem motum habent. *Pacuv.* apud *Auct. ad Herenn. 2. 23. de Fortuna.* Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilis sit. *Tacit. 13. Ann. 19.* Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiae non sua vi nixae. *Virg. 4. G. 105.* Instabiles animos ludo prohibebis inani. *Senec. Thyest. 215.* Ubi non est pudor, nec cura iuris, instabile regnum est. *Curt. 7. 8.* Iam etiam ad pecora nostra avaras et instabiles manus porrigis; *h. e.* quae huc illuc veluti vagantur praedandi causa, neque ullo pretio aut lucro implentur.

INSTĂBĬLĬTAS, atis, f. Abstractum ab *instabilis;* inconstantia; *instabilità, incostanza. Plin. 24. 102. 2.* Herbam hanc comedi contra omnia corporum incommoda, instabilitatemque mentis. *Arnob. 6. p. 196.* Luna vobis ducibus et figuratoribus femina est, quae per habitus mille quotidiana instabilitate mutatur.

INSTĂBĬLĬTER, Adverb. ab *instabilis;* non stabiliter; *instabilmente. Augustin. 13. Confess. 20.* Genus humanum profunde curiosum, et procellose tumidum, et instabiliter fluidum.

° INSTĂBĬLĬTUS *pro* Constabilitus, improbat *Auct. Append.* ad *Prob. p. 199. Keil.* Constabilitus, non instabilitus *(subaudi* dicitur).

INSTAGNO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *stagno;* in aliquo loco stagno. *Not. Tir. p. 185.* Stagnat, instagnat, restagnat.

INSTANS, antis. Particip. verbi *insto*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc Comparat. *instantior* et superlativ. *instantissimus* §. 4. — Proprie est qui stat in aliquo loco. *Suet. Tib. 72. extr.* Instans in medio triclinio, singulos valere dicentes appellavit. Cf. INSTO §. 1. et seqq. — **2)** Translate, qui instat, praesens, imminens; *presente. Cic. 4. Tusc. 6.* Quae enim venientia metuuntur, eadem afficiunt aegritudine instantia. *Id. 2. Orat. 25.* In deliberationibus plerumque ex controversia futuri, raro etiam ex instantis, aut facti. *Id. 11. Phil. 10.* Vereor ne exercitus nostri tardentur animis, si quidquam aliud a nobis, nisi de instanti bello, cogitatum putent. *Auct. ad Herenn. 2. 5.* Id dividitur in tempora tria, praeteritum, instans, consequens. *Nep Pausan. 3.* Pecunia et potentia instans periculum depellere. In *vet. S. C. circa an. U. C. DCCC.* apud *Reines. el. 7. n. 11.* Convenit felicitati saeculi instantis; *del secolo che corre.* — **3)** Apud Grammaticos *tempus instans* in verbis est tempus praesens. *Charis. 2. p. 147. Putsch.* et *Diomed. 1.* saepe. Adde *Auct. ad Herenn.* loc. cit. in §. 2. — Absolute. *Philargyr.* ad *Virg. 3. G. 19. linquens:* Participium instantis pro praeterito. — Alio sensu V. infra in §. 5. — **4)** Est etiam urgens, flagitans. *Virg. 1. Aen. 508.* instans operi, regnisque futuris; *sollecitante, insistente. Suet. Aug. 63.* Deprecanus, et pertinacius instans. *Hirt. 8. B. G. 31.* Non dubitabat, quin dato spatio ac tempore, eodem instante Dumnaco, possent concitari. *Id. ibid. 44.* Ut discedere ex eo loco, sine periculo, barbari, militibus instantibus, non possent; *incalzandogli i soldati.* Et *B. Afr. 69.* Cum et proficiscentes insequerentur, et refugerent instantes. *Iustin. 23. 3.* Instantibus hinc Carthaginiensibus, inde Romanis; *essendogli addosso.* Et *Virg. 5. Aen. 167.* ecce Clonthum Respicit instantem tergo, et propiora tenentem; *che gli era alle spalle.* Et *Horat. 3. Od. 3. 1.* Iustum et tenacem propositi virum Non vultus instantis tyranni Mente quatit solida; *h. e.* urgentis, minitantis. *Quintil. 11. 3. circa med.* Gestus in exprobrando et arguendo acer atque instans. Et *ibid. ad fin.* Argumentatio plerumque agilior, et acrior, et instantior, consentientem orationi postulat etiam gestum; idest fortem celeritatem. *Tacit. 2. Ann. 56.* Nota haec Germanico: sed praeverti ad Armenios instantior cura fuit; *più pressante, più urgente. Gell. 15. 24. a med.* Duplex eadem compellatio admonitionem facit instantiorem. *Augustin. 1. Retract. 19. extr.* Instantissima petitio. — **5)** Absolute, substantivorum more,

INSTANS, antis, n. Est tempus praesens. *Cic. Fat. 12.* Ut praeterita ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerint instantia; sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instantia, ea vera dicemus. *Alii* vera fuerit, *et* erit instantia *leg.*, ut sit substantiv. singulare. V. INSTANTIA §. 1.

INSTANTER, Adverb. ab *instans.* — Comparat. *instantius* et superlat. *instantissime*, infra. — Est instando, urgendo, vehementer, magna vi et contentione; *instantemente, con vigore e veemenza. Quintil. 9. 4. ad fin.* Ubicumque acriter erit, et instanter, pugnaciterque dicendum, membratim caesimque dicemus. Et *ibid. 5. circa med.* Dissolutio est apta, cum quid instantius dicimus, nam et singula inculcantur, et quasi plura fiunt. *Plin. 5. ep. 19.* Dum intente instanterque pronunciat, sanguinem rejecit. Et *7. ep. 22.* Instanter petere. *Suet. Claud. 5.* Instantius flagitare. *Tacit. 6. Ann. 33.* Pharasmanes instantius concurrit; *con maggior impeto. Gell. 4. 18. a med.* Instantissime desiderare. Adde *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. praef.*

INSTANTĬA, ae, f. Abstractum ab *instans;* conditio eius, qui instans est, praesentia temporis; *presenza, il presente. Boëth. 5. Cons. Phil. pr. 6.* Non est praescientia quasi futuri, sed scientia numquam deficientis instantiae; *di un presente, che mai non cessa.* — Huc spectare potest etiam loc. *Cic.* allatus sub INSTANS §. 5. — **2)** Translate est attentio, sedulitas, assiduitas; *applicazione assidua, zelo,*

Digitized by Google

premura. *Plin. 3. ep. 5. ad fin.* Quid est enim, quod non aut illae occupationes impedire, aut haec instantia non possit efficere? *Inscr.* apud *Maff. Mus. Ver. 351. 3.* L. Fabius Modestus sibi et suis omnibus instantia et laboribus suis fecit. *Alia* apud *Reines. cl. 6. n. 15.* Ordo splendidissimus civi ob memoriam et instantiam erga patriam civesque. *Solin. 2. a med.* Duces duo sunt: alter agmen anteit, alter insequitur: ille ut iter dirigat; hic ut instantia urgeat tarditatem. — **3)** Item actus urgendi aliquid; vis, vehementia; *l'instare, forza, veemenza*. *Nigid.* apud *Gell. 9. 12.* Is infestus dicitur ab instantia atque imminentia fraudis. *Plin. 3. ep. 8. a med.* Oratio maxime vi, amaritudine, instantia: historia tractu et suavitate, atque etiam dulcedine placet. *Ennod. Dict. 11.* Sicut artium in suo quaeque opere invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis negligentia. *Boëth. Aristot. Top. 8. p. 755.* Maxime circa propositiones et instantias est dialecticus propositivus et instantivus. Est autem proponere quidem unum facere, quae sunt plura; instare autem, quod unum est, facere plura. — **4)** Item diligens et assidua petitio, flagitatio, exactio; *instanza*. *Papinian. Dig. 32. 1. 32.* Omissa est repetendi debiti instantia. *Scaevola, ibid. 45. 7. 43.* Cullei instantia Cali reciperati sunt. *Apul. 2. Met.* Sed instantia Byrrhaenae perfecit, ut vellet.

INSTANTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *insto;* qui multum instat. Est *Boëthii* loc. supra allato in voc. praeced. §. 3.

INSTAR, indecl. n. Nomen, de cuius origine alii alia comminiscuntur Etymologi. V. *Voss.* et *Martinium*. — **b)** Falluntur autem qui adverbium esse putant et *adinstar* loco *ad instar* coniunctim scribunt. — Hanc autem compositionem improbat *Agroët. p. 2269. Putsch. Instar illius rei* dicere debemus, non *ad instar*. Cf. tamen §. 2. et 3. — **c)** *Val. Prob.* in *Cathol. p. 1444. Putsch.* tribuit genitivum *instăris;* sed usu caret. Cf. *Serv.* ad *2. Aen. 15.* — **d)** Derivatum, *instauro*, quod tamen v. §. a.

INSTAR proprie est similitudo, exemplar, aequiparatio; *similitudine, esemplare, uguaglianza*. *Virg. 6. Aen. 866.* quantum instar in ipso est! *Plin. 34. 18. 6.* Quod primum operis instar fuit; *il primo disegno o modello*. *Cic. 1. Tusc. 17.* Terra ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinet. *Id. 3. Offic. 3.* Omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar habent. *Liv. 28. 17.* Parvum instar eorum, quae spe ac magnitudine animi concepisset, receptas Hispanias ducebat. *Ovid. 2. Heroid. 29.* Unum in me scelus est, quod te, scelerate, recepi: Sed scelus hoc meriti pondus et instar habet. *Id. 16. ibid. 366. de Hectore.* Unus is innumeri militis instar habet. Et *1. Art. am. 675.* Quaecumque est subita Veneris violata rapina, Gaudet, et improbitas muneris instar habet. *Cic. Brut. 51.* Plato mihi unus instar est omnium; *val per tutti. Iustin. 4. 4.* Auxilium a Lacedaemoniis petierunt. Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. *Flor. 3. 5. a med.* Classem aggressa tempestas tam foeda strage laceravit, ut navalis belli instar efficeret. *Ulp. Dig. 39. 1. 21.* Si proponatur instar quoddam, et quasi facies quaedam operis facta. Cf. §. 4. infra *in fin.* — **2)** *Ad instar* (apud serioris aevi Scriptores. Cf. supra §. b.) est ad modum, ad formam, ad rationem; *a guisa, a modo, come. Iustin. 36. 3.* Vallis continuis montibus ad instar castrorum clauditur; *a guisa, a foggia*. *Ulp. Dig. 6. 2. 7.* Ad instar proprietatis, non ad instar possessionis. — Adde *Vulg. Interpr. Ios. 3. 16.* et *Iob 20. 3.* et *38. 27.* — **3)** *Usque ad instar* apud *Auson. Sept. Sapient. in Chil. 12.* Noctu diuque quae geras, quae gesseris, Ad usque puncti tenuis instar quaerere; *h. e.* usque ad minimum punctum. — **4)** Deinde, sequente pariter genitivo, etiam elliptice,

II. *Instar* notat relationem unius rei ad alteram, et est vis tantundem valens, circiter, fere; *a un di presso, all'incirca, come, tanto quanto*, et similia: et refertur ad qualitatem. *Cic. 2. Offic. 20.* Clientes appellari, mortis instar putant. *Caes. 2. B. G. 17.* Ut instar muri, hae sepes munimenta praeberent; *a guisa di muro:* vel *tanto quanto un muro*. *Varr. 3. LL. 30.* Laena, quod de lana multa, duarum enim togarum instar. *Cic. Pis. 22.* Unus ille dies mihi immortalitatis instar fuit, quo in patriam redii. *Cod. Theod. 1. 6. 9.* Sacrilegii instar est, dubitare an is dignus sit, quem elegerit imperator. — Huc spectant etiam quaedam supra allata in §. 1. — **5)** Item ad quantitatem et magnitudinem. *Cic. 18. Fam. 4. ante med.* Eranam, quae fuit non vici instar, sed urbis, cepimus. *Id. 10. Att. 4.* Epistola, quae voluminis instar erat. *Virg. 2. Aen. 15.* Instar montis equus. *Colum. 8. 14.* Porri succus instar heminae pari olei mensurae miscetur. Et *4. 8.* Recedere ab ipso codice instar unius digiti spatio conveniet; *tanto che sia lo spazio di un dito*. — *Apul. Florid. n. 12.* Psittacus, avis Indiae, avis est instar illi minimo minus quam columbarum. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* — **6)** Item ad numerum. *Caes. 3. B. C. 66.* Animadversum est, cohortes quasdam, quod instar legionis videretur, esse post silvam. *Hirt. B. Alex. 19.* Cohortium trium instar in terram exposuit. *Cic. 16. Att. 5. extr.* Mearum epistolarum nulla est συνταγμα: sed habet Tiro instar septuaginta; *alla somma*. *Varr. 1. RR. 1. sub fin.* In quae volumina de Graecis libris adiecit non pauca, et de Magonis dempsit instar librorum octo; *al numero di otto*. *Vellei. 2. 29.* Cuius viri magnitudo multorum voluminum instar exigit; *un'opera di molti volumi. Colum. 12. 28.* Irim cribratam, quae sit instar pondo quincuncem et trientem; *che arrivi al peso di* etc.

INSTAURĀTĪCĬUS et instauratitius, a, um. Adiect. verbale ab *instauro;* instaurationi inserviens. — *Instauraticius*, dictus est dies additus ludis circensibus, senatus consulto et lege Maevia, placendi Iovis causa, quod cum quidam ante spectaculi commissionem servum suum verberatum, patibuloque constrictum per Circum egisset; ea re iratus Iuppiter Annio cuidam per quietem significaverat, non sibi placuisse plenum crudelitatis admissum (Quod narrat etiam *Liv. 2. 36.*) Dictus est autem non a patibulo, ut quidam putant, Graeco nomine ἀπὸ τοῦ σταυροῦ; sed a redintegratione, ut Varroni placet, qui instaurare ait esse, instar novare. Haec *Macrob. 1. Saturn. 11. Inscr.* apud *Maff. Mus. Ver. 126. 2. de agitatore circensi*. Instauratium tertias l. h. e., ut *Id. ibid.* interpretatur, die instauraticia (pro mendosa voce *instauratium*) tertias palmas semel tulit.

INSTAURĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *instauro;* renovatio, repetitio, *rinnovazione*. *Cic. Har. resp. 11.* Si ludi sunt non rite facti, inceptio Deorum immortalium, ludorum instauratione, placantur. *Liv 2. 36* Ludi forte ex instauratione magni parabantur. *Gell. 18. 18.* Instauratio pugnae. *Paul. 5. sentent. tit. 5. sub fin.* Instaurationem causae deposcere; *chiedere di rimettere in piedi la causa*. Bursus *Gell. 13. 24. ante med.* Quid valet haec repetitio instauratioque eiusdem rei sub alio nomine, in *manubiis* et in *praeda? ripetizione e replica* — **2)** Item refectio, restitutio, reparatio; *risarcimento, restaurazione*. *Eumen. Paneg. ad Constant. 20.* Civitas Aeduorum exstructione veterum domorum, et refectione operum publicorum, et templorum instauratione consurgit. *Id. Restaur. Schol. 4.* Divinae imperatorum nostrorum providentiae huius quoque operis instauratione parendum est.

INSTAURĀTĬTĬUS. V. INSTAURATICIUS.

INSTAURĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *instauro;* qui instauratur et renovatur; ut Instaurativi ludi, qui in locum eorum, qui aut praetermissi erant, aut perperam facti, instaurabantur. *Cic. 1. Divin 26.* Itaque ludis intermissis, instaurativi constituti sunt.

INSTAURĀTOR, ōris, m. Verbale ab *instauro;* qui instaurat et renovat; *restauratore*. *Inscr.* apud *Reines. cl. 2. n. 31.* Instauratori moenium. *Ammian. 27. 3.* Nomen proprium inscribebat, non ut veteram instaurator, sed conditor.

INSTAURĀTUS, a, um. Particip. verbi *instauro;* renovatus, repetitus; *rinnovato, replicato*. *Cic. Har. resp. 10.* Quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur. *Id. Rosc. Am. 53.* Cavete, ne nova et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. *Id. Prov. cons. 8 ad fin.* Instauratae maximi belli reliquiae ac renovatae. *Iustin. 12. 15.* Instaurata commissatio. *Virg. 2. Aen. 669* proelia. — **2)** Item refectus, restitutus; *restaurato*. *Mamertin. Gratiar. act. ad Iulian. 7.* Levati status, instauratae fortunae. *Virg. 2 Aen. 451.* Instaurati animi; *rinfranchati; ripreso coraggio*.

INSTAURO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., quod, si *Varronem* audias (apud *Macrob. 1. Saturn. 11.*) et *Festum* apud *Paul. Diac. p. 82. Lind.*, est ab *instar*, et significat, instar novare, h. e. aliquid ad pristinam similitudinem et comparationem reficere. Cf. *Serv.* ad *2. Aen. 15.* et *Isid. 19. Orig. 10. 1.* et loc. *Macrob.* in INSTAURATICIUS. — **b)** Particip. *instaurans* §. *1.*, *instaurandus* §. *1.*, *instauratus*, v. suo loco, *instauraturus* §. *1.* — **c)** Derivata, *instauraticius, instauratio, instaurativus, instaurator*.

INSTAURO proprie est renovo, repeto; *rinnovare, replicare*. *Cic 1. Att. 11. circa med.* Instaurare sacrificium. *Id. 2. Q. Fr. 6.* Latinas. *Id. Dom. 3.* caedem, *Id. 2. Verr. 4.* et renovare scelus pristinum. *Liv. 37. 19.* novum de integro bellum. *Id. 24. 42.* Poeni gens nata instaurandis reparandisque bellis. *Virg. 3. Aen. 62.* funus. Et *4. ibid 65.* diem donis; *h. e.* diei celebritatem sacris renovare (Sic *Stat. 2. Theb. 88.* Instaurare diem, festasque reponere mensas). Et *445.* choros; *ripigliar le danze*. Et *7. ibid. 146.* epulas. *Val. Flacc. 8. 691.* mensas. *Sust. Ner. 37.* societatem. *Stat. 3. Theb. 9.* vias; *ripigliar il cammino*. Sic *2. ibid. 745.* iter ad Argos. *Val. Max. 8. 1. n. 4* quaestionem. *Colum. 11. 2. sub fin.* omne genus operis, anspicandi causa; *ripigliare, riassumere*. *Sil. 1. 591.* Mox instaurantis pugnam circumsilit arma. — *Chrysolog. Serm. 57.* Instauraturus *(Christus)*, quae in coelo sunt, et quae sunt reparaturus in terra, etc. Cf. *Vulg. Interpr. Ephes. 1. 10.* — Absolute. *Id. Rom. 15. 9.* In hoc verbo instauratur: diliges proximum etc. — *Gloss. Lat. Gr.* Instauranduc litis πολυδικίας. — **2)** Item reparare, reficere, resarcire; *restaurare*. *Eumen. Restaur. schol. 3.* Instaurare opera, reparare templa. *Plin. 14. 25. 3.* Cinere aut gypso instaurare vina. — **3)** Item conficere, parare, facere; *fabbricare, fare*. *Plin. 11. 27. 1.* Bombycas frigorum impatientia villis inhorrescere, et adversum hiemem tunicas sibi instaurare densas. *Id. 31. 3. 1.* Instaurare sibi monumenta.

Digitized by Google

INSTERNO, ternis, trāvi, trātum, ternĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sterno*, cuius variationes sequitur. V. STERNO. — **b)** Particip. *instratus*, V. suo loco. — **c)** Derivatum, *instragulum*. — **d)** Compositum, *superinsterno*.

INSTERNO proprie est supersterno, superextendo, operio; *distendere di sopra, coprire*. *Plin. 19. 26. 5.* Si palo adacto caverna palea insternatur. *Virg. 2. Aen. 722.* fulvique insternor pelle leonis. *Stat. 3. Theb. 215.* terraque insternar avita; h. e. humer, sepeliar. *Vet. poëta*, fortasse *Enn.* apud *Terentian. p. 2408. Putsch.* Pontibus instratis coniunxit litora Xerxes. *Gell. 20. 1. a med.* In ius vocato, qui ingredi non quiret, plaustrum esse dandum censuerunt, neque insterni tamen delicate arceram iusserunt. V. ARCERA. *Horat. Art. P. 279.* modicis instravit pulpita tignis. — **2)** Item prosterno, prostro. *Stat. 12. Theb. 800.* Turbine quo sese caris instraverit audax Iguibus Euadne; *si sia gettata sul fuoco*.

INSTĪGĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *instigo;* instigandi actus; *stimolo*. *Auct. ad Herenn. 2. 50.* Amplificatio est res, quae per locum communem instigationis auditorum causa sumitur. *Calus Dig. 5. 2. 4.* Novercalibus instigationibus corrupti. Adde *Lactant. 5. 19.*

INSTĪGĀTOR, ōris, m. Verbale ab *instigo;* qui instigat; *instigatore*. *Auson. ep. 17.* Superfluus instigator agitabo. *Papinian. Dig. 5. 2. 20.* Instigator accusationis. *Tacit. 1. Hist. 38.* Sibi quisque dux et instigator.

INSTĪGĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *instigo;* quae instigat: *instigatrice*. *Tacit. 1. Hist. 51.* Acerrima instigatrix adversus Galbianos.

INSTĪGĀTUS, a, um. Particip. verbi *instigo;* incitatus; *instigato*. *Plin. 29. 22. 1.* Neque anguis venenatus est, nisi per mensem luna instigatus.

INSTĪGĀTUS, us, m. Verbale ab *instigo;* instigatio. *Ulp. Dig. 9. 1. 1.* Si instigatu alterius fera damnum dederit.

INSTĪGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., quod quidam ab *in* intentiva et στίζω; pungo, derivant; alii ab *insto*, qui instat et urget, is proprie instigat. Ita *Forcellinus*. Sed videtur verborum *instigo* et *instinguo* una eademque origo esse ab radice inusit. *stigo*. Cf. CONIUGATIO in *Nota*. — **b)** Etiam *instigo, is*, declinatum fuisse colligitur ex *Onom. Lat. Gr.* Instigo, is; ἐπαναστίζω. — Instigo, as; παροξύνω. — **c)** Particip. *instigans* §. 1. et 2., *instigandus* §. 1., *instigatus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *instigatio, instigator, instigatrix, instigatus, us*. — *Instinctor, instinctus, us, instinguo*.

INSTIGO proprie est aliquem ad aliquid incito, impello; *instigare, stimolare*. *Ter. Andr. 4. 2. 9.* Age; si hic non insanit satis sua sponte, instiga. *Cic. Pis. 11.* Cum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis, instigante te. *Liv. 53. 47.* Infensi et irati Romanos in Annibalem instigabant. *Vellei. 1. 12.* Instigare in arma. Et *Tacit. 1. Hist. 75.* Ad instigandum in arma Clodium Macrum. *Petron. Satyr. 95.* Canem instigare in aliquem. — **2)** Translate. *Senec. Thyest. 27.* mentes caecus instigat furor. *Stat. 4. Silv. 4. 55.* vires instigat alitque Tempestiva quies; maior post ostia virtus; h. e. excitat. *Senec. ep. 10. 1.* Instigare iracundiam. — Absolute. *Mar. Victorin. 4. 4. extr.* Et ipsi a nobis nova, instigante gloria, comminisci ac proferre possimus. — Cum infinito. *Lucret. 4. 1075.* Et stimuli subsunt, qui instigant laedere idipsum.

INSTILLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *instillo;* infusio stillatim et guttatim facta. *Plin. 29. 59. 1.* Instillatio lactis sedat dolorem. *Pallad. 12. 10.* Urinae quatuor cotylas circa truncum debere suffundi, ut ad radices instillatio ipsa descendat.

INSTILLĀTUS, a, um. Particip. verbi *instillo;* guttatim infusus; *instillato*. *Ovid. 3. Trist. 3. 21.* Si iam deficiat suppresso lingua palato, Vix instillato restituenda mero. *Quintil. 1. 2. a med.* Vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt; sensim autem influentibus, vel etiam instillatis complentur. *Plin. 32. 14. 8.* Testudinum sanguis instillatus cerebro capitis dolores sedat. Et *30. 8. 1.* Instillatus cinis ex oleo cyprino per aurem. *Gargil. de pom.* (edente *A. Mai* in *Class. auct. T. 3. p. 424.*) 22. Folia earum *(nucum)* cum aceto trita, auribus instillata, auditum praebent.

INSTILLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *stillo*. — **b)** Particip. *instillandus* §. 1., *instillatus*, V. suo loco. — **c)** Derivatum, *instillatio*. — **d)** Compositum, *superinstillo*.

INSTILLO proprie est intro stillo, guttatim infundo; *instillare, goccioiare, goccolare*. *Cic. Senect. 11.* Haec quoque, nisi tanquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute. *Horat. 2. Sat. 2. 62.* Oleum instillare caulibus. *Ovid. 19. Heroid. 155.* merum in ignes. *Plin. 20. 53. 4.* auribus succum brassicae. *Id. 24. 47. 4.* Hederae acinos tritos in rosaceo oleo instillavit dentium dolori. *Cels. 8. 10. n. 1.* Diu instillandum vinum est. *Cato RR. 157.* In aurem intro tepidum *(vinum)* instillato. — Cum accusat. sine praepos., quae inest in ipso verbo. *Cic.* vertens *Aeschyli* carmina, *2. Tusc. 10.* Guttae, quae saxa assidue instillant Caucasi; h. e. cadunt guttatim in saxa. — **2)** Translate est sensim immittere, paulatim infundere. *Cic. 9. Att. 7.* Uberrimae tuae litterae mihi quiddam quasi animulae instillarunt. *Al. leg.* restillarunt. *Horat. 1. Ep. 8. 16.* subinde Praeceptum auriculis hoc instillare memento. *Senec. 6. Benef. 15. ad fin.* Praeter illa, quae a praecipientibus in commune dicuntur, aliqua instillavit ac tradidit.

INSTĪMŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *instimulo;* actus instimulandi; *stimolazione*. Legitur haec vox apud *Vulg. Interpr. Ital. Iudic. 11. 36.*, monente *Vercellone* in *Var. Lect.* ad h. l. V. hoc.

INSTĪMŬLĀTOR, ōris, m. Verbale ab *instimulo;* qui instimulat; *instigatore*. *Cic. Dom. 5.* Seditionis instimulator et concitator. *Alii leg.* stimulator.

INSTĪMŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi *instimulo;* incitatus, instigatus; *instigato, stimolato*. *Marcell. Dig. 3. 2. 5.* Falso instimulati parentes liberos suos vel exheredant, vel praetereunt. *Poëta* apud *Mar. Victorin. 3. 1. 8.* Instimulato choris quales socrus excutit ulnas.

INSTĪMŬLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *stimulo*. — Particip. *instimulans*, infra, *instimulatus*, V. suo loco. — Est idem ac stimulo, instigo; *instigare, stimolare*. *Ovid. 6. Fast. 308.* Latius Saturnia Bacchas Instimulat fictis insidiosa sonis. *Sil. 3. 545.* Sic voce instimulans.

INSTINCTOR, ōris, m. Verbale ab *instinguo*, stimulator, impulsor; *stimolatore*. *Tacit. 1. Hist. 22.* Nec deerat sceleris instinctor. Et *4. ibid. 68.* Acerrimus instinctor belli. *Tertull. 2. adv. Marcion. 10.* Instinctor delicti.

INSTINCTUS, a, um. Particip. verbi *instinguo*, adiectivorum etiam more adhibitum; instigatus, stimulatus, incitatus; *instigato, inspirato*. *Cic. 7. Verr. 72.* Quorum templis et religionibus iste nefario quodam furore et audacia instinctus, bellum sacrilegum semper impiumque habuit indictum. *Liv. 9. 40.* et *6. 14.* His vocibus instinctos milites in proelium ducit. *Lucan. 5. 150.* sacro mens instincta furore. *Sil. 12. 518.* Instincti glomerant gressus; h. e. hortationibus ducis incitati. *Iustin. 12. 7.* Exercitus repentino impetu mentis in sacros Dei ululatus instinctus, sine noxa discurrit. *Vellei. 1. 12.* Universa instincta in bellum Achaia. *Lucret. 1. 923.* Instinctus amore. *Liv. 1. 47.* furiis. *Quintil. 12. 10. ante med.* divino spiritu. Et *10. 1. a med.* oraculo. *Val. Max. 1. 5. extern. 1.* arrogantia. *Suet. Caes. 19.* iniuria. *Apul. 9. Met. 18.* Atque hac ipsa potissimum famosa castitate . . . instinctus atque inflammatus. Cf. INSTRUCTUS §. 2.

INSTINCTUS, us, m. Verbale ab *instinguo;* instigatio, incitatio, impulsus; *instinto, impulso, inspirazione;* et proprie is, qui intus in animo fit. *Cic. 1. Divin. 18.* Oracula, quae instinctu divino afflatuque funduntur. *Suet. Vesp. 7. extr.* Tegeae in Arcadia, instinctu vaticinantium, effossa sunt vasa operis antiqui, etc. *Gell. 1. 11. a med.* Effervescente impulsu et instinctu extraneo. *Id. 16. 17.* Vaticinia, quae vi atque instinctu eius Dei fiunt. *Tacit. 1. Hist. 70.* Milites instinctu decurionum transiere in partes. *Plin. Paneg. 75.* Multa fecimus sponte: plura instinctu quodam et imperio, nam gaudio quoque cogendi vis inest; *per impeto d'allegrezza*. *Quintil. Declam. 4. 19.* Tanquam sequar classici vocantis instinctum. — *Lactant. 4. 30.* Instinctibus daemonum populus Dei scissus est.

INSTINGUO, inguis, inxi, inctum, inguĕre. Verbum transitiv. eiusdem originis ac instigo, quod V. §. 2. — Particip. *instinctus*, V. suo loco. — Est idem ac instigo, stimulo; *incitare, instigare*. *Gell. 17. 20.* Haec admonitio non modo non repressit, sed instinxit nos ad elegantiam Graecae orationis verbis Latinis affectandam.

INSTĪPO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *stipo;* in aliquid stipo, infercio, impleo; *empire, stipare*. *Cato, RR. 115.* Post quatriduum in culleum *(lege* post quadriennium in cuneum) amphoras componito, et instipato; h. e. ita invicem proximas colloca, ut cadere nequeant. V. CUNEUS §. 8. *Marcell. Empir. 10. a med.* Ficus veteres contritae naribus instipantur. *Gloss. Lat. Gr.* Instipat; ἐνσωρεύει.

INSTĪPŬLĀTUS, a, um. V. voc. seq.

INSTĪPŬLOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *stipulor*, forma deponens, rarissimi usus. — Est idem ac stipulor. *Plaut. Pseud. 4. 6. 7.* Quas minas abs te est instipulatus Pseudolus. *Id. Rud. 3. 3. 25.* Ni dolo malo instipulatos sis.

INSTĪTĂ, ae, f. Verbale ab *insisto* (unde *institum* et *instita*); limbus, seu fascia, quae matronarum stolae ad oram assuebatur: et per synedochen ipsa stola: ita appellata quod ea vesti insistat; *lembo, orlo, pedana*. *Horat. 1. Sat. 2. 29.* Quarum subsuta talos tegit instita veste; h. e. instita subsuta vesti: hypallage. V. hos. *Acronis* in suasso. *Ovid. 1. Art. am. 32.* Quaeque tegis medios, instita longa, pedes. Et *2. ibid. 600.* Luditur in nostris instita nulla locis; h. e. matrona, metonymia. — **2)** Item fascia ad vinciendum; *fascia, legaccio*. *Petron. Satyr. 20.* Duas institas ancilla protulit de sinu *(al. leg.* de suis), alteraque pedes nostros alligavit, altera manus. *Scribon. Compos. 133.* Ventrem constringere instita longa. Adde *Vulg. Interpr. Ioh. 11. 44.* — **3)** Speciatim *Petron. Satyr. 97.* Ut raptim grabatum subiret, annecteretque pedes et manus institis, quibus sponda culcitam ferebat; *le cinghie*. In *Gloss. Isid.* Institae, grabati resticulae.

Digitized by Google

— 4) Item taenia, quae ex thyrso Baccharum dependet. *Stat. 7. Theb. 634.* Candida pampineo subnectitur institia pilo.

INSTĬTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insisto;* actus insistendi, quies, mora; *il fermarsi*. *Cic. 1. Tusc. 25.* Qui errantium stellarum cursus, progressiones, institiones notavit. *Al. male leg.* institutiones, *alii vero* regressiones.

INSTĬTĬUM, ii, n. Verbale ab *insisto*, idem quod institio; *il fermarsi*. In vet. *Kalend.* apud *Grut. 138.* mense Iunio, quando solstitium fit, *solis institium* legitur. Sed illud Kalendarium habetur apocryphum a *Pontedera* in *Antiqu. Gr.* et *Lat. ep. 46.*, genuinum vero a *Morcell. de Stil. Inscr. Lat. T. 1. p. 79. edit. Patav.*

INSTĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. ab *insto;* saepe urgeo, contra sto, repugno. *Caes. 1. B. G. 25.* Rursus institare, et proelium redintegrare coeperunt. *Al. plerique leg.* instare. — 2) Deinde

II. *Institio* ab *institia* est etiam mortuum involvo, ut exponitur in *Gloss. Arab. Lat.*

INSTĬTOR, ōris, m. Verbale ab *insisto;* qui a mercatore negotiationi est praepositus; *agente o fattore di mercatante, ricenditore:* ita dictus, quod negotio gerendo instet, ut *Ulp. Dig. 14. tit. 3.* qui *De institoria actione* inscribitur, *l. 3.* docet. Itaque institor est, qui vel tabernae est praepositus, vel cuilibet alii negotiationi, ut qui a vestiario, vel linteario vestem accipit circumferendam et distrahendam: item mulio: item fullonum et sarcinatorum praepositus: item stabularius: item qui peregre mittitur ad merces comparandas, ut *Id. ibid. l. 5.* tradit: denique praepositus apud mensam pecuniis mutuis dandis et accipiendis, ut *Papinian. ibid. 19.* et *Paul. ibid. 5. 8.* docet. *Liv. 22. 25. extr.* Patrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis. *Iuvenal. 7. 221.* Institor hibernae tegetis, niveique cadurci. *Senec. 4. Quaest. nat. 13. a med.* Habet institores aqua, et annonam, pro pudor! variam. *Inscr.* apud *Murat. 935. 7.* Adiecto Sex. Avidii Eutychi seplasiarii negotiantis ser. institor Communis amico B. M. — 2) Apud Poëtas allatos *institores* praecipue sunt, qui variis mercibus extraneis, ad mundum muliebrem pertinentibus, ad mulieres ventitabant: quarum amorem propterea omni cura captabant, allicichantque: quod adnotavit *Broukus.* ad *Propert. 4. 2. 37.* et ibo Mundus demissis institor in tunicis. — Huc spectat et *Horat. Epod. 17. 20.* Amata nautis multum et institoribus. *Ovid. 1. Art. am. 421.* Institor ad dominam veniet discinctus emacem, Expediet merces teque sedente suas. — 3) Translate. *Quintil. 8. 3. 12.* et *11. 1. 30.* Ambitiosus institor eloquentiae; *h. e.* ostentator, iactator. Sic *Val. Max. 6. 1. n. 9.* vocat *institorem libidinis*, qui in pueritia corpore quaestum fecerat. — 4) Sidus Vergiliarum *institorem vestis* dici ait *Perott.* in *Cornucop.*, quia in eius occasu fiat coniectura futurae hiemis: quae, si nubilus fuerit, pluviosa exspectatur: unde institores lacernarum pretia augent. Haec ille ex *Plin. 18. 60. 1.* hausit, ubi tamen res aliter se habet. *Plinii* enim verba sunt, ut ex MSS. legit *Harduin.*, Hoc, ipso Vergiliarum occasu fieri putant aliqui, a. d. III. Id. Novembris; servantque id sidus etiam vestis institores, . . . statimque augent lacernarum pretia. *Sed alii etiam aliter leg.* V. *Sillig.* in notis critic. ad *h. l.*

INSTĬTŌRĬUS, a, um. Adiect. ab *institor;* ad institorem pertinens. *Hieronym. in Helvid. n. 21.* Ad virginem veniam, quae institorias exercet artes, nescio an corpore; quod scio, spiritu virgo non permanet. — 2) *Institoria actio*, de qua est integer titulus *3. lib. 14. Dig.*, est quae datur ex contractu cum institoribus facto. — 3) Item *institoria formula* apud *Caium, 4. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. *71.* est ea, qua agitur in institores. Cf. §. seq. — 4) Absolute, substantivorum more,

INSTITORIA, ae, f. Est institoria formula. *Ulp. Dig. 14. 3. 5. a med.* Non institoria, sed ex locato tenebitur. Et *ad fin.* Institoriae locus erit. — 5) Item absolute

INSTITORIUM, ii, n. Est institoris munus, vel locus, ubi institor merces vendendas proponit. *Suet. Ner. 27.* Matronae institorio copas imitantes. *Alii melius leg.* Matronae institorias operas imitantes: *alii vero* institorum loco invitantes. — Usum vocis, si non significationem, quae parum certa videtur, confirmat *Interpr. Irenaei*, 2. *Haeres. 15. 2. de superbia Ebionitarum*. Iste talis neque in coelo, neque in terra putat se esse, sed intra Pleroma introisse, et complexum iam angelum suum, cum institorio et supercilio incedit, gallinacei elationem habens.

INSTITUO, uis, ui, ūtum, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *statuo*, mutata, euphoniae gratia, *a* littera in *i*. V. STATUO. — b) Particip. *instituens* §. *3.*, *instituendus* §. *6.*, *institutus*, V. suo loco. — c) Derivata, *institutio*, *institutor*, *institutorius*.

INSTITUO proprie est in aliquo loco statuo, pono, constituo; *piantare, porre, mettere in piedi, instituire, stabilire. Cic. 2. Agr. 25.* Iugera tercenta, ubi institui vineae possunt. *Varr. 1. RR. 37. a med.* Instituere segetes. *Plin. 15. 8. 1.* plantaria. *Cic. Font. 5.* Instituere portorium vini. *Id. 6. Verr. 24.* officinam. *Id. 5. Phil. 12.* mercatum. *Id. Rosc. Com. 2.* codicem, et conscribere. *Plin. 35. 2. 6.* bibliothecam. *Varr. 3. RR. 2.* ὀρνιθοβοσκεῖον. *Val. Flacc. 5. 427. seqq.* — 2) Translate, cum accusativo, et *in* praepos. *Plaut. Most. 1. 2. 2.* Argumenta in pectus multa institui; *h. e.* versavi, excogitavi. *Ter. Adelph. 1. 1. 13.* Quemquam ne hominem in animum instituere, ut parare, quod etc.; *h. e.* in animo statuere, ponere. *Al. leg.* in animo. — 3) Deinde, prout verbum est multiplicis usus, variis quoque gaudet significationibus, quae praesertim ex orationis serie dignoscuntur, licet omnes ex primaria notione pendeant. Quare

II. *Instituo* ponitur pro facere, construere; *fabbricare, fare. Caes. 5. B. G. 39.* Magnus muralium pilorum numerus instituitur. Et *11.* Instituere naves. Et *4. ibid. 18.* pontem. Et *7. ibid. 69.* munitionem. *Val. Flacc. 1. 16.* delubra. *Horat. Art. P. 23.* amphora coepit institui, currente rota, cur urceus exit? *Suet. Tit. 7.* conviva. *Virg. 7. Aen. 109.* dapes. *Sil. 11. 272.* epulas de more. *Caes. 5. B. G. 56.* Longior consulto ab Ambiorige instituitur sermo; *si pianta un discorso*. — 4) Item pro comparare, ordinare, cogere; *raccogliere, fare. Caes. 3. B. C. 95.* Quartae aciei, quam instituerat sex cohortium numero, signum dedit. Et *1. ibid. 16.* Instituere delectum. Et *5. B. G. 8.* remiges ex provincia. *Cic. 1. Orat. 19.* civitates; *fondare delle comunità*. Et *Plin. 35. 46. 1.* collegium figulorum. — 5) Et pro creare; *dichiarare, fare. Cic. 13. Fam. 61.* Qui me cum tutorem, tum etiam secundum heredem instituerit. *Id. 1. Orat. 53.* Populum R. tutorem instituit filiorum orbitati. *Val. Max. 5. 9. n. 3.* Instituens heredem. — 6) Et pro decernere, inducere; *stabilire, introdurre. Plin. 18. 79. 69.* Instituere ferias diesque festos. *Ovid. 1. Met. 446.* Instituit sacros celebri certamine ludos. *Val. Max. 2. 4. n. 4.* Instituendorum ludorum causa. *Caes. 5. B. G. 1.* Discedens ab hibernis in Italiam, ut quotannis facere instituerat. — Sequente coniunctivo et particula *ut*. *Cic. 2. Fin. 1.* Arcesilas instituit, ut iis, qui se audire vellent, ipsi dicerent, quid sentirent. — Et omissa *ut* particula *Suet. Caes. 41. extr.* Instituit, quotannis subsortitio a praetore fieret. — 7) Item pro invenire, auctorem esse; *inventore, introdurre. Plin. 7. 57. 15.* Biremem Damastes Erythraeos, triremem Thucydides Amphoclem Corinthium, quadriremem Aristoteles Carthaginienses, quinqueremem Maesigiton Salaminios ferunt instituisse. — 8) Pro suscipere; *intraprendere. Cic. 1. Acad. 12.* Cum Zenone Arcesilas sibi omne certamen instituit. — 9) Pro ire. *Plaut. Stich. 3. 1. 26.* Ubi coenas hodie, si hanc rationem instituis? *Caes. 1. B. C. 42.* In praesentia similem rationem operis instituit. — 10) Pro statuere, decernere. *Cic. Dom. 48.* Instituere poenam in aliquem. *Id. Mur. 23. extr.* Iniquam legem et miseram conditionem instituere periculis hominum. *Virg. 6. Aen. 142.* Hoc sibi pulcra suum ferri Proserpina munus instituit. — 11) Pro consilium capere, constituere. *Nep. Caton. 3.* Senex scribere historias instituit. *Id. Alcib. 3.* Itaque tempus eius interficiendi quaerere instituerunt. — 12) Et pro parare, adiungere, acquirere. *Cic. Quint. 3.* Qui ab adolescentulo quaestum sibi instituisset sine impendio. *Id. 6. Verr. 9. extr.* Instituere aliquos sibi amicos. — 13) Et pro applicare, adhibere; *applicare. Ter. Phorm. 2. 1. 10.* Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere. Ubi *Donat.* bene *instituere* dixit, quo verbo quies ostenditur cogitativae mentis; *fermarsi a pensare*. — 14) Pro ordinare, disponere, componere. *Cic. Mur. 9. sub fin.* Tu actionem instituis, ille aciem instruit. *Id. 14. Fam. 18.* Velim tabellarios instituatis certos, ut quotidie aliquas a vobis litteras accipiam. — 15) Praeterea

III. *Instituo* saepe est incipere, aggredi, ordiri; *cominciare, ordire, dar principio. Cic. 1. Leg. 5.* et *16. Att. 13. ad fin.* Historia nec institui potest, nisi praeparato otio, nec exiguo tempore absolvi. *Id. 2. Orat. 28.* Tu vero, Antoni, perge, ut instituisti. *Id. Mur. 32.* Ut ad id, quod institui, revertar. *Plaut. Poen. 4. 2. 105.* Id negotium institutum est: non datur cessatio. *Ter. Andr. 1. 1. 40.* Sapienter instituere vitam. *Sall. Iug. 15.* amicitiam cum aliquo. *Cic. 7. Fam. 19.* Ut primum Velia navigare coepi, institui Topica conscribere. Et *16 ibid. 20.* Confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito te firmum fore. *Q. Cic. Petit. cons. 14.* Perge tenere istam viam, quam instituisti. *Plaut. Epid. 5. 2. 27.* Instituere astutiam. *Cic. 1. Acad. 1.* Iam pridem ad hunc ipsum quaedam institui, quae et sunt magna sane, et limantur a me politius; *h. e.* orsus sum quaedam, ad haec ipsum dirigens sermonem. — 16) Item

IV. *Instituo* frequenter est erudire, docere; παιδεύω; *instruire, ammaestrare, insegnare:* praesertim adolescentulos, et nulla adhuc praeditos disciplina. *Cic. Cael. 17.* Haec igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? *Id. 2. Orat. 39.* Aliquem plane rudem instituere ad dicendum. *Id. Quint. 21.* Quem tu a puero sic institueras, ut ne gladiatori quidem cederet. *Quintil. 1. 1. 10.* Instituere aliquem disciplinis Graecis. *Id. ibid. 5. 18.* artibus. Et *ibid. 10. 15.* lyra. *Cic. 5. Verr. 69.* Filios instituere atque erudire ad maiorum instituta, atque

Digitized by Google

civitatis disciplinam, non ad tua flagitia atque ad tuas turpitudines debuisti. *Colum. 6. 2.* Sic perdomiti boves mox ad aratrum instituantur. *Sall. Iug. 17.* Nos ita instituit, ne quem coleremus, nisi populum R. *Cic. Senect. 9.* Senectus adolescentulos docet, instituit, ad omne officii munus instruit *(docere* est rem monstrare: *instituere* est, re monstrata, ad recte agendum dirigere, et quasi in honesta re monstrata statuere et collocare: *instruere* est oruare, et veluti apparare). Etiam cum dativo pro accusativo usurpatur. *Alcim. ep. 78.* Deposcit, ut artificem figulum e vestigio dirigatis, qui nobis, qualibus strui possit mensuris crebrati coenaculum furni, instituat. — Cum infinito. *Colum. 1. 1. a med.* M. Cato censorius agricolationem Latine loqui primus instituit. *Frontin. 3. Strateg. 15. extr.* Disposito quibusdam locis cibo, columbas illuc devolare instituerat; *avea avvezzato*.

INSTĪTŪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *instituo;* actus instituendi, et praesertim docendi, educatio, eruditio, disciplina; *institusione, ammaestramento, instruzione. Cic. 2. Orat. 1.* L. Crassum non plus attigisse doctrinae, quam quantum prima puerili illa institutione potuisset. Et *1. Nat. D. 4.* Complures Graecis institutionibus eruditi. — *Id. 1. Offic. 2. extr.* Omnis, quae a ratione suscipitur, de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci; *trattato*. Et *1. Q. Fr. 1. 6.* Haec institutio, atque haec disciplina potest sustinere in rebus statuendis et decernendis eam severitatem, qua etc.; *massima, regola.* — **2)** Item institutum, propositum, scopus. *Id. 1. Att. 17. ad fin.* Sic ego conservans rationem institutionemque nostram, tueor, ut possum, concordiam.

INSTĪTŪTOR, ōris, m. Verbale ab *instituo;* qui instituit et edocet; *maestro. Lamprid. Commod. 1.* Qui in aula institutores habentur. — **2)** Item qui aliquid instituit et facit. *Tertull. Spectac. 2.* Multum interest inter institutorem, et interpolatorem. *Ammian. 14. 8.* Institutores veteres urbium; *fondatori. Inscr.* apud *Orelli, n. 1071.* Institutor libertatis ac fundator publicae securitatis; *seil.* Licinianus Licinius, qui ann. a Chr. n. CCCVII. dictus est Augustus, obiit autem laqueo strangulatus a Constantino M. ann. CCCXXIII.

INSTĪTŪTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *instituo;* ad institutionem pertinens. *Evagrius, Vit. B. Anton. 15.* Cum rogaretur *(Antonius)*, ut eis institutoria largiretur praecepta, etc.

INSTĪTŪTUM, i, n. V. voc. seq. §. 6.

INSTĪTŪTUS, a, um. Particip. verbi *instituo*, adiectivorum more etiam adhibitum; in aliquo loco statutus, positus, plantatus, excitatus; *piantato. Caes. 5. B. G. 50.* Institutas turres, testudines, munitionesque hostium admiratur. *Suet. Galb. 1.* Arborem ab ipso institutam elanguisse. — **2)** Item inceptus; *cominciato. Caes. 1. B. C. 83.* Munitiones institutas Caesar parat perficere. *Horat. 3. Od. 27. 5.* Rumpit et serpens iter institutum. *Cic. 5. Fam. 12.* Quantis oneribus premerere susceptarum rerum, et iam institutarum. *Quintil. ad Triphon.* Institutum opus. *Id. 1. 8. a med.* Institutum ordinem sequi. — **3)** Item eruditus, doctus; *istruito, ammaestrato. Cic. Brut. 47.* Graecis doctrinis institutus. — **4)** Item declaratus, factus; *instituito. Plin. 7. 36. 2.* Heres bonis omnibus institutus. — **5)** Item inventus, inductus, in more positus. *Plin. 29. 8. 10.* Luctatus, ceromate valetudinis causa instituto. *Id. 9. 59. 2.* Mulcta instituta alicui; *h. e.* statuta, imposita, inflicta. — **6)** Absolute, substantivorum more,

INSTITUTUM, i, n. Est scopus, propositum, inceptum; *instituto, oggetto, soggetto. Cic. Top. 6.* Sed ad huius libri institutum illa nihil pertinent. *Id. fragm. Hortens.* Eius omne institutum voluntatemque omnem successio prospera consecuta est. — **7)** Sumitur etiam pro more, seu certa quadam vitae ratione ad mores spectante; *usanza, costume. Id. 4. Att. 18.* Me nunc oblitum consuetudinis et instituti mei, rarius ad te scribere. *Id. Coel. 20.* Si qua mulier sit vita institutoque meretricio; *professione. Caes.* ad *Oppium post ep. 8. l. 9. ad Att.* Meo instituto usus sum, et eum statim missum feci; *ho fatto, come son solito. Cic. 4. Fin. 15.* Institutum vitae capere; *un tenor di vita, una maniera.* — **8)** Et specialim dicitur de publicis moribus consilio et ratione sumptis, et civili disciplina, quae litteris non mandatur, sed observatur communi opinione bonorum virorum per quandam consuetudinem. Unde *De institutis externis* titulus est apud *Val. Max. 2. 6.;* id est, de moribus usu et consuetudine receptis. *Cic. Brut. 77.* Sed bene iuris publici leges et instituta cognoverat. *Id. 2. Agr. 1.* Est hoc in more positum institutoque maiorum. *Id. Divin. Verr. 2.* Adductus sum consuetudine institutoque maiorum, ut onus hoc suscipiendum putarem. *Nep. Agesil. 4.* Institutis patriae parere. — **9)** Item institutio, doctrina. *Cic. 1. Offic. 1.* Abundare praeceptis institutisque philosophiae. *Quintil. 1. 1. 1.* Optimis institutis mentem infantium informare. — **10)** Item conventio, pactum; *patto, convenzione. Liv. 6. 10. ad fin.* Cur per eos annos militem ex instituto non dedissent.

INSTO, as, Iti, ātum, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *sto*, cuius variationes sequitur. V. STO. — **b)** Praeteritum *institi* commune habet cum *insisto:* hinc exempla unius saepius cum illius alterius sunt commutata, praesertim quod utriusque verbi eadem sit origo atque in pluribus significatio. — **c)** Particip. *instans* §. 1. et seqq. et suo loco, *instaturus* §. 4. — **d)** Derivata, *instanter, instantia, instantivus.* — **e)** Compositum, *circumsto*.

INSTO proprie est in vel super aliqua re sto, insisto; *stare sopra, o addosso, o in qualche cosa. Virg. 11. Aen. 529.* instare iugis, et grandia volvere saxa. *Lucret. 1. 65.* Horribili super aspectu mortalibus instans. *Lucan. 8. 177.* instabit summis minor Ursa cerucbis. *Calpurn. 4. Ecl. 121.* Iamque palam presso magis ac magis instat aratro; *h. e.* innititur, stat super ac premit, ut altius tellurem sulcet. — **2)** Item vicinum esse, imminere; *essere imminente:* quo sensu in praeteritis non tam saepe invenitur. *Caes. 2. B. C. 43.* Ut alii dicerent, cum legionibus instare Varum, iamque se pulverem venientium cernere. *Cic. 2. Catil. 5.* Quibus ego confido impendere fatum aliquod, et poenas iamdiu debitas aut instare iam plane, aut certe iam appropinquare. *Id. Pis. 27.* Instant apparatissimi magnificentissimique ludi. *Id. 15. Att. 25.* Cum illi iter instaret et subitum, et longum. *Sall. Cat. 58.* Optimum factu ratus, noctem, quae instabat, ante capere. *Ter. Adelph. 3. 2. 9.* Partus instabat prope. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 20.* Tibi ab iis instat periculum; *ti soprasta. — Ovid. 9. Met. 768.* dilataque tempora taedae Institerant, nunsque dies restabat. *Id. 1. Fast. 515.* Institerint Nonae, etc. — Cum accusativo vi praepositionis quae inest in ipso verbo. *Plaut. Poen. 4. 2. 96.* Tantum eum instat exitii. — **3)** Hinc formula *quod instat*, quod imminet, et praesentem postulat curam; *ciò che preme. Cic. 2. Invent. 11. extr.* Quare, ante factis omissis, illud quod instet, agi oportere. *Virg. 3. Ecl. 66.* Desine plura, puer, et quod nunc instat, agamus. — **4)** Deinde

II. *Insto* est etiam urgere, insistere, premere; *incalzare. Cic. 5. Verr. 27.* Cardere ianuam saxis, instare ferro. *Liv. 10. 36.* Diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum, timuissent. *Caes. 5. B. C. 46.* Audacius nostros premere et instare coeperunt. Et *1. ibid. 80. extr.* Instabat agmen Caesaris, atque universum imminebat. *Plaut. Curc. a. 5. v. 6.* Si me instabunt, ad praetorem sufferam. *Al. leg.* mi. — **5)** Translate. *Cic. 13. Att. 32.* Quamobrem, ut facis, urge, insta, perfice. *Id. Font. 1.* Insector ultro, atque insto accusatori, iudices; insector, inquam, et flagito testes. *Ter. Andr. 1. 1. 120.* ego illud sedulo Negare factum: ille instat factum; *h. e.* contendit factum esse; *persiste a dire.* — **6)** Hinc *instare alicui rei* est urgere, sedulam dare operam sine intermissione. *Virg. 1. Aen. 508.* instans operi regnisque futuris. *Tacit. Agric. 18.* Non ignarus instandum famae, ac, prout prima cessissent, fore universa; *non doversi lasciar languire.* — Et cum accusativo. *Naev.* apud *Non. 3. 134.* Instat mercaturam, spero, rem faciet: frugi est homo. *Virg. 8. Aen. 435.* Parte alia Marti currumque rotasque volucres Instabant; *h. e.* urgebant fabricando. Est enim sermo de Cyclopibus Vulcani ministris. — **7)** *Instare viam* est insistere, pergere. Translate. *Plaut. Asin. 1. 1. 59.* Est ne hoc, ut dico, Libane? *Li.* rectam ut instas viam! *come tocchi il punto!* — **8)** Praeterea

III. *Insto* ponitur pro flagitare; *insistere, fare instanza. Cic. 3. Q. Fr. 2.* Nolo cum Pompeio pugnare: satis est, quod instat, de Milone. *Id. 3. Att. 15.* Quod profecto cum sua sponte, tum, te instante, faciet; *ad instanza tua.* Et *1. Orat. 22.* Cupienti atque instanti negare. *Liv. 2. 4.* Evincunt instando, ut etc. — Cum infinito. *Cic. 5. Verr. 59. extr.* Instat Scandilius poscere recuperatores, *insiste, persiste.* — Cum coniunctivo, et *ut* particula. *Id. Quint. 10.* Tibi instat Hortensius, ut eas in consilium. *Plaut. Cas. 2. 5. 33.* Uxor acriter tua instat, ne mihi detur. *Ter. Heaut. 5. 1. 22.* Unum instat, ut conficiantur nuptiae. — Passive impersonaliter. *Liv. 2. 41. sub fin.* Profecto, si instetur, suo milite vinci Romam posse. *Tacit. 3. Ann. 21.* Ubi instaretur, cedens: ac rursum in terga remeans.

Nota. Constructio verbi est cum dativo relationis, aliquando autem cum accusativo, qui regitur a praepositione, quae inest in ipso verbo (§. 2. et 7.); aliquando autem cum infinito vel cum coniunctivo et particula *ut*, vel impersonaliter (§. 8.).

INSTRĀGŪLUM, i, n. Verbale ab *insterno*, syllabica adiectione corrupto. Cf. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 475.* — Est idem ac stragulum; *coperta. Cato, RR. 10.* et *11. extr.* Culcitas quatuor, instragula quatuor, pulvinos sex. Cf. STRAGULUM.

INSTRANGŪLO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *strangulo*, idem ac strangulo. *Plin. 35. 36. 4.* Hercules infans dracones instrangulans. *Alii leg.* strangulans.

INSTRĀTUS, a, um. Particip. verbi *insterno*, adiectivorum more etiam adhibitum; stratus. *Liv. 34. 7.* Et equus tuus speciosus instratus erit, quam uxor vestita? *bardato.* Et *Virg. 7. Aen. 277.* instratos ostro alipedes. *Suet. Aug. 73.* Ne toro quidem cubuisse aiunt, nisi humili, et modice instrato; *coperto, fornito. Gell. 20. 1. a med.* Arcera instrata vestimentis. *Lucret. 5. 985.* instrata cubilia fronde. *Virg. 2. G. 230.* Instrato saxa cubili; *h. e.* cubili instrato saxis; hypallage. — **2)** Absolute, substantivorum more,

Digitized by Google

INSTRATUM, i, n. Est vestis stragula. *Ulp. Dig. 34. 16. 43.* Instrato omne vestimentum contineri, quod iniiciatur, Labeo ait *(Torrentin.* habet *in stratum* divisim: quod verius videtur). *Cato, RR. 10.* Stirpeas stercorarias tres, semuncias tres, instrata asinis tria; *barde, bardelle.*

INSTRĒNŬĒ. Adverb. ab *instrenuus;* non strenue. *Justin. 17. 2.* In eo bello Lysimachus non instrenue moriens.

INSTRĒNŬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *strenuus;* imbellis, timidus, piger, ad res gerendas minime promptus; *non valente, non generoso. Plaut. Most. 1. 2. 25.* Atque ubi illo immigrat nequam homo, indiligens, Cum pigra familia, immundus, instrenuus, etc. *Ter. Heaut. 1. 1. 67.* Tamen animi est pudentis signum, et non instrenui. *Suet. Vesp. 4.* Dux non instrenuus.

* INSTRĔPĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. ab *instrepo;* saepius instrepo. *Venant. 3. carm. 9. 26.* Floribus instrepitans *(apis)* poplite mella rapit.

INSTRĔPO, pŭi, pĭtum, pĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *strepo.* — **b)** Particip. *instrepens* §. 2. — **c)** Derivatum, *instrepito.* — **d)** Compositum, *superinstrepo.*

INSTREPO proprie est idem ac strepo, cum quadam tamen intensione soni ex vi praepositionis accedentis, ut sit gravem strepitum et sonum emittere; *fare strepito. Virg. 3. G. 172.* Post valido nitens sub pondere fagineus axis instrepat. *Liv. 4. 45. ad fin.* Unde si quid instrepat terroris, etc. *Al. leg.* increpet. *Claudian. Cons. Mall. Theod. 222.* nec dentibus unquam lustrepis horrendum; *h. e.* infrendes. — **2)** Translate. *Mar. Victorin. 1. 6. 16.* Superest, ut septem reliquas semisonas *(litteras)* spiritu quoque instrepentes ordine quodam prosequamur. — **3)** Deinde transitive

II. *Instrepo* cum accusat. (more Graecorum) est strependo emitto. *Apul. 2. Met. 27.* Sic ille senior lamentabiles questus singultim instrepebat. *Hildebr.* legit *singulis* pro *singultim.*

INSTRICTŪRĂ, ae, f. Verbale ab *instringo,* idem quod strictura. *Isid. 19. Orig. 10. 1.* Intinctio ferri in aquam instrictura est. *Areval.* leg. *strictura*, *Lindem* autem *instructura*, sed *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat.* ex praecedente *instringo* conjicit leg. *instrictura.* Cf. INSTRINGO §. 1.

INSTRICTUS, a, um. Particip. verbi *instringo* (aliquando confusum cum *instructus*, quod V.), idem quod strictus, aut valde strictus. *Apul. 10. Met. 12.* Feralibus amiculis instrictus atque obditus. — **2)** Translate, perstrictus. *Id. 8. ibid.* 22. Dolore pellicatus uxor eius instricta. V. *Hildebr.* ad *h. l.*

INSTRĪDENS, entis. V. voc. seq.

INSTRĪDEO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *strideo;* valde strideo, aut in aliquo loco strideo. *Sil. 14. 455.* Fax nidore gravi foedavit comminus auras Ambusto instridens pelago.

INSTRINGO, ingis, inxi, ictum, ingĕre. Verbum transitiv. (quod in antiquis MSS. et editis libris saepe est confusum cum *instinguo* et *instruo* V. hanc voc. §. b.) ab *in* intentiva et *stringo.* — **b)** Particip. *instrictus*, V. suo loco. — **c)** Derivatum, *instrictura.*

INSTRINGO proprie est idem quod stringo, aut valde stringo; *stringere. Quintil. Declam. 5. 16.* Iacet inter vincula, quibus instringat adhuc recentem pirata captivum. *Isid. 19. Orig. 10. 1. Constructio* autem vel *structio* vocata, eo quod instringat et cohaerere faciat, ut lapides luto, et ligna et lapides invicem. Cf. INSTRUCTURA. *Vulg. Interpr. Exod. 28. 28.* Et instringetur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina. Ita ex Cod. Amiatino cl. *Vercellone*, *Var. Lect.* ad *h. l. Vulgata* nostra *habet:* Et stringatur. — **2)** Translate. V. INSTRICTUS §. 2.

Nota. Tribuitur etiam *Catullo, 76. 11.* Quin tu animo obfirmas, teque instringisque, reducisque. *Alii melius leg.* teque istinc usque reducis.

INSTRUCTĒ. Adverb. ab *instructus,* tantum in comparativo gradu reperitur adhibitum. — Est cum apparatu, aut ordine. *Liv. 1. 55.* Ludos opulentius instructiusque, quam priores reges, fecit. *Apul. Apol.* Instructius accusare.

INSTRUCTĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *structilis;* non structilis. *Tertull. Anim. 14.* Instructilis animo.

INSTRUCTĬO, ōnis, f. Verbale ab *instruo;* actus instruendi, aedificatio; *fabbrica. Traian.* ad *Plin. 10. ep. 33.* Si instructio novi balinei oneratura vires Prusensium non est. *Vitruv. 5. 9. a med.* Tubulorum instructio in cloacas; *h. e.* immissio in parietibus cloacarum, et in ipsas cloacas inclinatio. — **2)** Item praeparatio, dispositio, ordinatio; *disposizione, ordinanza. Cic. Caecin. 15.* Saepe clamore ipso militum, aut instructione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse audivimus. — **3)** Item institutio; *instruzione. Arnob. 5. p. 167.* Illam *(historiam)* quotidie perlegi, et futuri temporis pro instructione per ordinem succedentium tradi. *Gloss. Lat. Gr.* Instructio; *διδασκαλία.* Adde *Eulog.* in *Somn. Scip. p. 404.* ed. *Orell.*

INSTRUCTOR, ōris, m. Verbale ab *instruo;* qui instruit et apparat, *apparecchiatore. Cic. in Senat. 6. ad fin.* Hi sunt conditores instructoresque convivii. — **2)** Item institutor, doctor. *Rufin.* vertens *ep. Clement. ad episcop.* etc. *3. a med.* Petrus, instructor et ordinator noster . . . manifeste cunctos audientes instruebat, dicens, etc.

INSTRUCTŪRĂ, ae, f. Verbale ab *instruo;* constructio; *struttura, costruzione. Primas. 5. in Apocal. 19.* Instructura vasorum. — **2)** Item in re militari, instructio et dispositio aciei; *ordinanza. Frontin. 2. Strateg. 3. a med.* Quadrigae exterritae clamore turbaverunt Macedonum instructuram. — **3)** Est etiam quaelibet lapidum structura. *Frontin. de colon. p. 122. Goës.* Variis autem locis per instructuras, arcas, rivorum vel fluminum cursus, sed et iuga montium, atque supercilia fines servantur. *Auct. agr. p. 254. Goës.* Defectionibus *(fossatis)* terminos ponimus, aut certe instructuram facimus, deinde limitem opere manu factum constituimus. Cf. INSTRICTURA. — **4)** Translate, verborum structura. *Front. 2. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 1.* Ut in compositionis instructura aeque mollitia sit delictum, quam in sententiis impudentia.

INSTRUCTUS, a, um. Particip. verbi *instruo*, quod saepe in antiquis MSS. et editis libris confusum est cum *instinctus* et *instrictus*, ut fusius ostendit *Hildebr. ad Apul. 3. Met. 22.*, *9. ibid. 11* et *10. ibid. 12.* — **b)** Comparat. *instructior* §. 5. et 6., superlat. *instructissimus* §. 5.

INSTRUCTUS propr e est ordinatus, dispositus, in re militari; *ordinato. Liv. 4. 18.* Exercitus ita stetit instructus, ut dextrum cornu Veientes, sinistrum Falisci tenerent. *Caes. 1. B. G. 48.* Instructa acies *Sall. Cat. 62.* Instructi ordines. *Virg. 11. Aen. 449.* Instructae acie descendere Teucros. — **2)** Translate. *Ter. Phorm. 2. 2. 7.* Cedo mihi nunc: iam instructa sunt mihi in corde consilia omnia. *Cic. 1. Leg. 15 extr.* Res satis scite instructae et compositae. — **3)** Item ornatus, paratus, munitus; *fornito, provveduto. Id. 2. Nat. D. 57.* Domicilia ornata signis atque picturis, instructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii, qui beati putantur. *Id. 4. Verr. 54.* Domum exornatam et instructam iste reddiderat nudam et inanem. Et *7. ibid. 51.* Instructae ornataeque naves. *Id. Manil. 8.* Mithridatis copiae omnibus rebus ornatae atque instructae. *Id. 10. Phil. 4.* Graecia copiis non solum instructa, sed etiam ornata. *Id. 15. Fam. 1.* Nos quemadmodum instructos, et quibus praesidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari. *Ovid. 4. Met. 762.* convivia pulcro instructa paratu. *Cic. 6. Verr. 27.* Omnibus rebus instructum et paratum convivium. *Virg. 12. Aen. 124.* Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis Pugna vocet. *Ovid. 11. Met. 167.* Fides instructa gemmis et dentibus Indis; *ornata, intarsiata.* — *Ulp. Dig. 30. 16. 185.* Instructam autem tabernam sic accipiemus, quae et rebus et hominibus ad negotiationem paratis constat. — **4)** De *instructo fundo* V. INSTRUMENTUM §. 8. — **5)** Saepe refertur ad animum. *Cic. Orat. 8. sub fin.* Ad permovendos et convertendos animos instructi et parati. *Id. 2. Fin. 17. sub fin.* Instructus ad mortem contemnendam, ad exilium, ad dolorem etiam. *Id. 3. Orat. 8. extr.* Ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videatur. Et *1. ibid. 58. a med.* Satis instructi in iure civili. Et *16. extr.* Omnibus ingenuis artibus instructus. *Ovid. 15. Met. 479.* Talibus atque aliis instructo pectore dictis; *instruito. Justin. 20. 4.* Pythagoras instructus legibus Minois et Lycurgi; *informato, fatto pratico. Liv. 34. 61.* Aristonem instructum mandatis ab Annibale venisse; *con istruzioni; incaricato di commissioni. Cic. Brut. 45. extr.* Nisi qui a philosophia, a iure civili, ab historia esset instructior. — **6)** In malam partem. *Id. Vatin. 1. sub fin.* Accusatores instructi et subornati. *Virg. 2. Aen. 152.* dolis instructus et arte Pelasga. *Ter. Heaut. 5. 1. 41.* Instructa pulcre ad pernicium. *Horat. 1. Ep. 18. 23.* Vitiis instructior. — **7)** Absolute

INSTRUCTA, ōrum, n. In *Gloss. Lat. Gr.* Instructa; *κατασκευασματα.*

INSTRUCTUS, us, m. Verbale ab *instruo;* apparatus; *apparecchio.* — Sensu concreto, ipsa res instructa, sarcinae, impedimenta. *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 12. 37.* Sexcenta millia peditum viri, praeter instructum. — *Apul. 11. Met. 2.* Instructum teletae comparo. V. TELETA. — **2)** Translate, copia, ornatus; *provvisione, apparecchio. Cic. 3. Orat. 6.* Oratio, quocumque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata.

INSTRŪMENTĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. ab *instrumentum*, absolute adhibitum de eo, qui instrumenta conficit. *Decret. Justiniani Imp.* apud *Vigil. pap. p. 57. Migne.* Stephanus notarius et instrumentarius recitavit.

INSTRŪMENTUM, i, n. Verbale ab *instruo*, syllabica adiectione productum; copia et apparatus earum rerum, sine quibus tueri, aut exercere quippiam non licet, supellex; *masserizie, mobili, fornimento, arredo, suppellettile, arnesi. Cic. 6. Verr. 44.* Hostium spolia, monumenta imperatorum, decora atque ornamentum fanorum posthac, his praeclaris nominibus amissis, in instrumento ac supellectili C. Verris numerabuntur. *Id. Dom. 24.* In fundum vicini conso-

Digitized by Google

lis non modo instrumentum aut ornamenta villae, sed etiam arbores transferebantur. *Suet. Aug. 71.* Cum nihil sibi, praeter unum murrhinum calicem, ex instrumento regio retinuerit. *Caes. 6. B. G. 30.* Omni militari instrumento, quod circum se habebat, erepto; *bagaglio, equipaggio. Cic. 5. Verr. 21.* Cum arationes magnas conductas haberet, easque magna impensa, magno instrumento tueretur. *Colum. 4. 5.* Liberos avare nutrire, nec disciplinis, aut ceteris corporis instrumentis excolere. *Cato, RR. 1.* Villa instrumenti magni ne siet; *non sia di grande apparato e spesa. Id. ibid. 1.* et *11.* et *Pallad. 1. 43.* instrumentum rusticum enumerant: quod *Varr. 1. RR. 17.* ex quorumdam sententia in tria genera dividit, *vocale*, in quo sunt servi; *semivocale*, in quo sunt boves; *mutum*, in quo sunt plaustra: ex aliorum in duo, homines scilicet, et adminicula hominum. *Suet. Caes. 37.* Primum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, diverso quemque apparatu et instrumento. *Plin. 5. ep. 19.* Instrumentum venatorium. *Martian. Dig. 33. 2. 17.* piscatorium et balnearium. *Horat. 1. Sat. 3. 131.* artis; *gl' instrumenti.* Sic *Ovid. 5. Met. 697.* crudelia iussae Instrumenta necis, ferrumque, ignisque parantur. *Plin. 7. 51. 5.* Ciborum instrumenta; *h. e.* omnia membra, per quae cibus conficitur. — Fabrilium instrumentorum figuras habes apud *Grut. 644. 1.* et *2.* — **2)** Ponitur pro ornamento simpliciter. *Ovid. 1. Trist. 1. 9.* Felices ornent haec instrumenta libellos; *ornamenti, abbellimenti.* — **3)** Item pro vestitu et cultu et mundo muliebri. *Id. 14. Met. 766.* in iuvenem rediit, et anilia demit Instrumenta sibi. *Tertull. de virgin. vel. 12.* Iam et consilium formae a speculo petunt . . . calceum stipant multiformem, plus instrumenti ad balneas deferunt. Adde *de cult. femin. 1. 2.* — **4)** *Instrumentum coquinatorium* vel *coquinatorium* apud *Ulp. Dig. 34. 2. 9. §. 12.* dicitur, quo Veteres utebantur in culinis. — **5)** Item *instrumentum triclinitorum* in *Inscr.* apud *Grut. 215. 2.* est omne vasorum genus, quo in triclinliis Veteres utebantur. — **6)** *Instrumenta itineris* apud *Quintil. Declam. 339.* dicuntur res, quae viantibus necessaria sunt, quaeque vectigali obnoxia minime habentur. — **7)** De lecto dixit *Augustin. Serm. 113. n. 1.* ed. *Mai.* Dum itaque in unius discubitionis instrumento iactati diabolus et anima lasciviret, etc. — **8)** In *Dig.* titulus est *7. lib. 33.*, qui *De instructo, vel instrumento legato* inscribitur: ubi *instructo* subintelligitur *fundo: instrumentum* itidem ad fundum pertinet. Porro haec duo ita differunt, ut si *fundus cum instrumento* legatus sit, omnia instrumenta, quae ad fundi culturam pertinent, legato continentur: si vero *fundus instructus*, non tantum agri instrumentum, sed et proprium suum instrumentum dominus legasse videtur: quae sunt verba *Ulpiani* in *Dig. 33. 7. 12. §. 27.* Quare *instructo legato* et supellex continebitur, quae illic fuit usus ipsius domini gratia, et vestis non solum stragula, sed et qua uti solebat: mensae quoque eboreae, item vitreа, et aurum, et argentum, vina quoque etc. — **9)** Speciatim apud ICtos

II. *Instrumentum sive instrumenta litis* sunt ea, quibus causa instruitur, et probationibus firmatur, et speciatim tabulae, chirographa; *instrumenti, carte, scritture, processi. Quintil. 12. 8. a med.* Opus est intueri omne litis instrumentum: quod videre non est satis, perlegendum est. *Modestin. Dig. 2. 14. 55.* Instrumentum divisionis. *Paul. ibid. 24. 3. 49.* et *25. 7. 42.* dotis. *Scaevola, ibid. 24. 1. 58.* emptionis. — **10)** Etiam acta publica *instrumenta* dicuntur. *Suet. Cal. 9.* Ego in Actis Antii editum *(Calum)* invenio. Et *mox.* Sequenda est igitur, quae sola restat, publici instrumenti auctoritas. — **11)** Huc spectat universim locus *Ulp. Dig. 50. 16. 39. § 1.* Instrumentorum appellatione quae comprehendantur, perquam difficile est separare; quae enim proprie sint instrumenta, propter quae dilatio danda sit, inde dinoscemus, si in praesentiam personae, quae instruere possit, dilatio petatur. — **12)** *Instrumentum imperii* dicitur tabularium publicum in Capitolio, ubi senatusconsulta et plebiscita servabantur. *Suet. Vesp. 8.* Aerariarum tabularum tria millia, quae simul conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus; instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum, quo continebantur pene ab exordio Urbis senatusconsulta, plebiscita de societate, et foedere, ac privilegio, quicumque concessis. *Tertull. adv. Gnostic. 15.* Et si fidem Commentarii voluerit haereticus, instrumenta imperii loquuntur, et lapides Ierusalem. — **13)** Huic inter officia domus Augustae fuit servus *ab instrumentis*, qui scilicet eorum conficiendorum curam habebat. *Inscr.* apud *Grut. 586. 2.* Valentinus, qui et Potinianus Aug. N. vern. libr. ab instrum. *Alia* apud *Murat. 913. 2.* Phrygio Augg. NN. ab instrumentis. — Haec *Furlanetto*, sed v. §. 15. — **14)** *Instrumentum auctoritatis* videtur esse illud, quod auctoritatem facit in publicis iudiciis et cuius ope quaestio definiri potest. *Scaevola, Dig. 15. 7. 43.* Locum purum pignori creditori obligavit eique instrumentum emptionis tradidit, et quum eum locum inaedificare vellet, mota sibi controversia a vicino de latitudine, quod alias probare non poterat, petiit a creditore, ut instrumentum a se traditum auctoritatis exhiberet; quo non exhibente minorem locum aedificavit, atque ita damnum passus est. — **15)** Hinc cl. *Momms.* ex *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 3. n. 1995.* (quae eadem est ac allata supra §. 13. ex *Murat.*) et *n. 1998. servum ab instrumentis* et *servum ab auctoritatibus* nihil inter se differre, nisi nomine, diiudicavit. Porro haec est *Inscr.* cit. sub *n. 1998.* M. Ulpius Alexander Aug. lib. ab auctoritatibus. — V. supra §. 13. — **16)** Translate. *Cic. 1. Orat. 56.* In oratoris instrumento tam lautam supellectilem nunquam videram. Et *2. ibid. 54.* Hoc instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus. *Tacit. 4. Hist. 7.* Nullum maius boni imperii instrumentum, quam bonos amicos. — **17)** Itaque commode sic dicitur omne subsidium ac praesidium ad aliquid agendum; *mezzo, aiuto. Cic. 1. Leg. 22. sub fin.* Quanta instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. *Id. 2. Catil. 8.* industriae subsidia, atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumere. *Id. Brut. 97.* Eloquentiam locupletare graviorum artium instrumento. *Plin. 15. 30. 4.* Vitae nitidioris instrumenta. *Quintil. 12. 11. a med.* Quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit? *Gell. 18. 7.* Utinam muti omnes homines essemus! minus improbitas instrumenti haberet. *Iustin. 1. 1.* Cum proxima quaeque victoria instrumentum sequentis esset. — **18)** Denique

II. *Instrumentum* apud Scriptores Ecclesiasticos item translate dicitur complexus Librorum Sacrorum, qui *Biblia Sacra κατ' ἐξοχήν* appellantur. *Gaudent. Brix. Serm. 8.* Eundem Deum tam veteris esse instrumenti auctorem, quam novi, rebus ipsis testantibus comprobamus. *Eucher. formul. praef.* Universam porro Scripturam tam veteris instrumenti, quam novi, ad intellectum allegoricum esse sumendam, admonet etc. — Huc spectant *Tertull. Apolog. 18.* Sed quo plenius . . . dispositiones eius *(Dei)* et voluntates adiremus, instrumentum adiecit litteraturae; *h. e.* Sacras Litteras. *Id. ibid. 19.* Primam igitur instrumentis istis auctoritatem summa antiquitas vindicat. *Id. adv. Hermog. 19.* Originale instrumentum Moysi; *h. e.* pentateuchus. Adde *de resurr. carn. 39.* et *4. adv. Marcion. 1.* et *5. ibid. 6.* — **19)** Hinc et monumenta litteraria quaecumque veterum nationum *instrumenta* dixit *Id. de Spectac. 5.* de originibus quidem . . . altius nec aliunde investigandum fuit, quam de instrumentis ethnicarum litterarum.

INSTRŬO, uis, uxi, uctum, uĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *struo.* — **b)** *Instruo* et *construo* passim a Librariis confusa fuisse, tradit *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 6.* cum aliis. — Sic et participium *instructum* saepe confusum fuisse cum *instricto* vel *instincto*, diximus sub v. INSTRUCTUS, a, um §. a. — **c)** Particip. *instruens* §. *4.* et *5.*, *instruendus* §. *4.*, *6.* et *8.*, *instructus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *instructe, instructio, instructor, instructura, instructus, us, instrumentarius, instrumentum.* — **e)** Compositum, *superinstruo.*

INSTRUO proprie est in aliquo loco struo, aedifico, construo, exstruo; *fabbricare. Nep. Themist. 6.* Postquam audierunt, muros instrui, legatos Athenas miserunt. *Plin. 35. 48. 1.* Ex terra parietes inferciuntur verius, quam instruuntur. *Tacit. 2. Hist. 22.* Instruere aggerem. *Curt. 9. 10.* tuguria conchis, et ceteris purgamentis maris. *Caes. 2. B. C. 9.* Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem, eam *(contabulationem)* in parietes instruxerunt ita, ut capita tigurum extrema parte structura tegerentur; *h. e.* struendo immiserunt. Sic *Vitruv. 5. 9. a med.* Instruere tubulos in parietibus. — **2)** Item dispono, ordino; *ordinare, disporre:* praesertim in re militari. *Plaut. Amph. 1. 1. 66.* Nos nostras more nostro et modo instruximus legiones: item hostes contra legiones suas instruunt. *Cic. Mur. 9.* et *Caes. 1. B. G. 22.* Copias in collem subducit, aciem instruit. *Sallust. fragm.* apud *Arusian. Mess.* Antequam Sertorius instrueret pugnae suos. *Cic. 2. Catil. 11.* Instruite nunc contra has Catilinae copias vestra praesidia, vestros exercitus. — **3)** Item compono, construo. *Id. Brut. 59. extr.* Cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit. *Colum. 11. 2. ante med.* His diebus commode instruuntur horti. — **4)** Item colloco, struo, paro, molior. *Cic. Cluent. 66. extr.* Instruere insidias in loco aliquo. *Liv. 23. 35.* Instruendae fraudi aliquanto intentior. *Id. 6. 25.* Locum insidiis instruere; *h. e.* parare. *Al. aliter leg. Catull. 21. 7.* Insidias mihi instruens. — **5)** Item apparo, adorno: de rebus necessariis prospicio: *provvedere, fornire, allestire, corredare, armare. Cic. 6. Verr. 5.* Instruere domum. Et *27.* et parare convivium omnibus rebus. *Ovid. 8. Met. 371.* mensas epulis. *Iustin. 6. 5.* classem. *Liv. 6. 5.* agrum; *h. e.* cultoribus, et instrumento rustico ornare. *Ovid. 2. Fast. 518. de Omphale.* Cultibus Alcideo instruit illa suis; *veste e adorna. Colum. 4. 3.* navigia armamentis ministrisque. *Virg. 8. Aen. 80.* socios armis. *Iustin. 6. 6. extr.* frumento et stipendio victorem. *Suet. Vesp. 14.* Filiam splendidissime maritavit, dotavit etiam et instruxit; *e provvide di tutto il bisognevole.* — Singularis est loquendi ratio in illo *Plauti Mil. 4. 1. 51.* Instruere mulieri aurum atque ornamenta. Adde *4. 3. 7.* — Absolute. *Ennod. Panag. Theod. 5.* Quemadmodum fit, ut iciunae cornipedis sessor visceribus cibos extrahat, quos illa ne conderet, diligentia instruente, prospexit. — **6)** Speciatim

II. *Instruo accusationem, litem*, etc. est tabulis, testibus, ceteris-

Digitized by Google

que ad agendum necessariis adornare ac munire. *Cic. Cluent. 6.* Hoc ipsum iudicium, hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia, a matre initio est adornata, a matre hoc tempore instruitur. *Plin. 10. ep. 83.* Ut longiorem diem ad instruendam causam darem, petit. — **7)** Instruere se; *provvedersi, mettersi all'ordine, allestirsi. Cic. 6. Verr. 26. extr.* Ne cui forte nimium negligens fuisse videatur, neque se satis, cum potestatem habuerit, instruxisse et ornasse. Et *19.* Ad iudicium nondum se satis instruxerat. Et *5. Att. 6.* Instruar etiam consiliis idoneis ad hoc negotium. *Ovid. 13. Met. 544.* seque armat et instruit ira. — **8)** Saepe significat docere, erudire; *instruire, informare, insegnare. Cic. Coel. 30.* Disciplinae et artes, quibus instruimur ad hunc usum forensem, ad capessendam rempubl., ad honorem, gloriam, dignitatem. *Quintil. 4. 2. ante med.* Protinus iudex notitia rerum instruendus videtur. *Petron. Satyr. 140.* Salubribus praeceptis iuvenes instruere. *Plin. 10. ep. 97.* ignorantiam alicuius. *Quintil. procem. l. 1. sub fin.* aliquem scientia alicuius rei. *Ovid. 6. Met. 590.* Deique Ritibus instruitur. — Absolute. *Pacat. Paneg. Theod. 47.* Compensabo tibi istam, Imperator, iniuriam, si, quando de te ipse nihil dixerim, quod legendum sit, instruam, qui legantur.

Nota I. Constructio verbi est cum accusativo rei vel personae et ablativo instrumenti, addito aliquando altero accusat. cum praepos. *ad;* rarius cum accusat. rei et dat. personae. Denique aliquando adhibetur etiam absolute. — **Nota II.** Discrimen inter *instruo, construo* (de quo v. et *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 6.), exstruo, substruo,* dedimus sub v. ASTRUO in *Nota*.

INSTŪDĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *studiosus;* non studiosus. *Apul. Apol.* Medicinae neque instudiosus, neque imperitus.

INSTŬPĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *stupeo;* valde stupeo, stupidus vel exspers sensus fio. *Plin. 28. 7. 5.* Torporem sedari, quocumque membro instupente, si quis in sinum exspuat.

INSUĀBIS, v. INSUAVIS *fin.*

INSUĀDĪBĬLĬS, le. Adiect. ab *in* et *suadeo;* qui suaderi nequit. *Hilar.* in *ep.* ad *Galat. 70.* Ne ista insuadibilia esse viderentur. Adde *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 564.*

INSUĀSUM, i, n. Nomen ab *in* intentiva et *suasum,* idem ac suasum. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* Insuasum appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio. *Plaut. Truc. 2. 2. 16.* Quia tibi insuaso infecisti, propudiosa, pallulam. *Alii melius leg.* Quia tibin' suaso etc. v. SUASUS. *Gloss.* tamen *Philox.* Insuasum, εἶδος δοκαρίου κεκαπνισμένου. V. IMPLUVIATUS §. 1.

INSUĀSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *suasus;* non suasus. *Gloss. Philox.* Insuasum; ἀσυμβούλευτον.

INSUĀVIS, ve. Adiect. ab *in* et *suavis.* — Comparat. *insuavior* et superlat. *insuavissimus,* infra. — Est non suavis, iniucundus, tristis, asper; *ingrato, spiacevole, scipito, noioso. Colum. 12. 51. extr.* Oleum non insuavis odoris. *Vitruv. 8. 1.* Aqua limosa et insuavis. *Plin. 24. 97. 1.* Herba cibo non insuavis. *Cic. 10. Att. 4.* Ipsius videmus vitam insuavem reddidisse. *Horat. 1. Sat. 3. 84.* paulum deliquit amicus, Quod nisi concedas, habeare insuavis. *Auct. ad Herenn. 3. 12.* Quid insuavius, quam clamor in exordio causae? *Gell. 18. 11.* Voces dictu profatuque ipso tetrae, aut insuaves. *Cic. Orat. 47.* Ipsum meridiem cur non medidiem? credo quod erat insuavius. Et *49.* Versus insuavissima littera inquinatus. V. in A §. 1. V. voc. seq. — In *Gloss. Gr. Lat.* Ἀνήδονος; iniucundus, insuabis *(sic).*

INSUĀVĪTAS, ātis, *f.* Abstractum ab *insuavis;* acerbitas, molestia; *spiacevolezza. Tertull. Poenit. 10.* Per insuavitatem medentur. *Gell. 1. 21.* Insolentia et insuavitas dictionis. *Cael. Aurel. 2. Acut. 19. 115.* Etiam in sorbilibus dantur deductoria, quae non valde sunt insuavia, aut amaritudinis causa, aut alia qualibet insuavitate.

INSUĀVĪTER. Adverb. ab *insuavis;* non suaviter. *Boëth. 1. Music. 8. p. 1069.* Cum alter sonus alteri officit, ad sensum insuaviter uterque transmittitur. Et *5. ibid. 10. p. 1107.* Voces dissonae sunt, quae non permiscent sonos, atque insuaviter feriunt sensum. Adde *Eugypp. Thesaur. 200.*

INSUBDĬTĪVUS, a, um. Adiect. ab *in* et *subdo;* qui subdi nequit, non subditivus. *Tertull. advers. Valentin. 27.* Proinde nec matris semen admisit iniurias, aeque insubditivum, et ne ipsi quidem demiurgo compertum; h. e. non obnoxium passioni. Sermo autem est de Virgine Maria, quae viri vim passa non est.

INSUBDĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *subditus;* nulli subditus; *non soggetto ad alcuno. Zenon, 2. Tract. 17. n. 1.* Insubdita humanis gressibus liquidi aequoris terga.

INSŬBĬDĒ. Adverb. ab *insubidus;* praecipitanter, priusquam subeat, aut veniat in mentem, quid faciamus, aut quid dicamus; *senza considerazione.* Alii exponunt, invenuste, rustice. V. vocem seq. *Macrob. 7. Saturn. 14.* Ipsam vero videndi naturam non insubide introspexit Epicurus. *Gell. 1. 2.* Multa atque immodica de philosophiae doctrinis intempestive atque insubide disserebat. *Al.* insolite.

INSŬBĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *subeo.* — Comparat. *insubidior,* infra. — Est improvidus, inconsideratus, cui non subdit, quid agendum sit: vel a *subidus* (quam vocem vide suo loco), ut praepositio in augeat vim significationis. Alii exponunt, invenustus, rusticus, truculentus, durus. *Gell. 19. 9.* Sed ne nos, idest nomen Latinum, tanquam profecto vastos quosdam et insubidos ἀναρρᾳδίας condemnetis. *Id. 6. 1.* Nihil est prorsus istis imperitius, nihil insubidius, qui opinantur, bona esse potuisse, si non essent ibidem mala. Et *13. 20.* Relato Virgilii versiculo *Urbis ne invisere, Caesar* etc. subdit: Verte, et muta, ut *urbes* dicas, insubidius nescio quid facies, et pingnius. In duobus his posterioribus locis sunt qui legant *insipidius. Lamprid. Commod. 17.* Fuit vultu insubido, ut ebriosi solent.

INSUBIECTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *subiectus;* non subiectus, nulli subditus. *Prudent. Hamartig. 699.* Insubiecte, potens, rerum arbiter. *Al. melius leg.* In subiecta potens.

INSUBLUM, v. INSEBULUM.

INSUBSĬDĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *subsidior;* qui caret subsidio. *Vulg. Interpr. apocr. 3. Esdr. 9. 11.* Non possumus insubsidiati stare.

INSUBSTANTĬĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *substantialis;* non substantialis. *Candidus Arian. de generat. div. 8.* Si ergo insubstantialis est Deus, consubstantiale nil Deo; etiamsi a Deo appareat nasci aut natum sit. Adde *Mar. Victorin. de generat. div. 15.*

INSUBSTANTĬĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *substantia;* qui in eadem substantia est. — Absolute. *Mar. Victorin. adv. Arium, 1. 26.* Si igitur omnia unum, quippe in substantia, multo magis Deus et filius, non solum insubstantiatum, sed consubstantiatum. Insubstantiata enim sunt omnia ἑνικᾶ in Iesu, hoc est ἐν τῷ λόγῳ, sicut dictum est: *Omnia in isto sunt condita (Coloss. 1. 16.).*

INSUBSTANTĪVUS, a, um. Adiect. ab *in* et *substantivus;* non substantivus, substantia carens. *Ambros. 1. Hexaëm. 2. n. 7.* sed indicavit, quod telam aranese texerent, qui sic minuta et insubstantiva principia coelo et terris darent; h. e. atomos. *Hilar. de Synod. n. 46.* Haeretici . . . Dei filium verbum esse tantum confitentur . . . et insubstantivae vocis incorporalem sonum. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 9. 4.* et *14. 1.* et *Rufin. in Symbol. Apost. 7.* et *8.*

INSUBTĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *subtilis;* non subtilis, crassus; *grossolano.* — Translate. *Papinian. Dig. 50. 1. 11.* Iulianus non insubtili ratione motus.

INSUBTĪLĬTER. Adverb. ab *insubtilis;* insubtili ratione; *grossolanamente. Ulp. Dig. 2. 14. 7. ante med.* Quod non insubtiliter dici potest. Adde *ibid. 28. 5. 1. ad fin.*

INSŬBŬLO, as, āre. V. INSILIA et voc. seq.

INSŬBULUM, i, n. Est lignum teres, circa quod licia involvuntur; hinc porro factum est, ut apud Italos nunc *subbio* appelletur lignum illud, circa quod tela textoris involvitur. *Isid. 19. Orig. 29.* Insubulum textoris instrumentum, sic dictum, quod infra et supra sit, vel quia insubulatur. *Gloss. Philox.* Insubulum, et insublum; ἄνιον. V. INSILIA.

INSUCCĀTUS, a, um. Particip. verbi *insucco;* succo imbutus; *inzuppato, intinto. Colum. 9. 15.* Uvae passae austero vino insuccatae. *Id. 7. 5. a med.* Lanae oleo atque vino insuccatae. *Cael. Aurel. 3. Acut. 8. 77.* Panis ex mulso, vel panis insuccatus ex eodem mulso.

INSUCCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ex *in* intentiva et *succus.* — Particip. *insuccandus,* infra, *insuccatus,* v. suo loco. — Est succo imbuo, tingo, immergo; *bagnare, inzuppare, intingere. Colum. 7. 4.* Lana vino et oleo insuccanda.

INSŪDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *sudo.* — Particip. *insudans* §. 2. — Est idem quod sudo, aut valde sudo, vel in aliqua re sudo; *sudare. Cels. 2. 2.* Si corpus dormientis circa partes aliquas, contra consuetudinem, insudat. — **2)** Translate. *Horat. 1. Sat. 4. 71.* Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos, Queis manus insudet vulgi. *Cassiod. Var. praef.* Mediocribus fascibus insudans.

INSŪDUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *sudus,* idem ac sudus. *Gloss. Philox.* Insudus; ἄνυδρος, ἄβροχος.

INSUĔFACTUS, a, um. Adiect. ab *insuesco* (quod est ab *in* et *suesco*) sive *insuesso* per syncopen et *factus;* assuefactus; *assuefatto. Caes. 4. B. G. 24.* Paululum in aquam progressi equos insuefactos incitarent.

INSUESCO, escis, ēvi, ētum, escĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *suesco.* — **b)** *Insuetus* quadrisyllabon est aliquando apud Poëtas, ut *assuetus* et alia huiusmodi. V. loc. *Phaedri* in INSUETUS §. 1. — **c)** Particip. *insuetus,* v. suo loco §. 3. — **d)** Compositum, *insuefactus.*

INSUESCO proprie est assuefio; *assuefarsi, avvezzarsi. Ter. Adelph. 1. 1. 50.* Nam qui mentiri, aut fallere insuevit patrem, etc. *Tacit. 11. Ann. 29.* Duas pellices, quarum is corpori insueverat. *Liv. 5. 6.* Ad disciplinam certe militiae plurimum intererat insuescere militem nostrum, non solum parata victoria frui. *Sall. Iug. 8.* Largiri insuescere. — **2)** Deinde, transitivorum more,

Digitized by Google

II. *Insuesco* est suetum facio, assuefacio; *assuefare*. *Horat. 1. Sat. 4. 105.* Insuevit pater optimus hoc me, Ut fugerem etc. *Colum. 6. 4. sub fin.* Maxime tamen habetur salutaris amurca, si tantundem aquae misceas, et ea pecus insuescas. — Et passive. *Id. 11. 3.* Ubi coeperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, ut etc.

Nota. Discrimen inter *assuescere*, *consuescere* et *insuescere* dedimus sub v. ASSUESCO in *Nota* II.

INSUĒTĒ. Adverb. ab *insuetus*. — Comparat. *insuetius*, infra. — Est praeter consuetudinem. *Cael. Aurel. 3. Tard. 3.* Insuete immorari. *Augustin. ep. 5.* Insuetius perscrutari.

INSUĒTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *insuetus*, quod exponitur in *Gloss. Lat. p. 181. n. 347. Hild.* Insuetare; insolenter invadere. V. *Hildebr. ad h. l.*, ubi alia ex aliis *Gloss.* exempla profert.

INSUĒTŪDO, ĭnis, f. Abstractum ab *insuetus;* cui non est alicuius rei consuetudo. *Spartian. Sever. 16.* Fluente quoque per insuetudinem cibi alvo militum.

INSUĒTUS (et insŭētus), a, um. Adiect. ab *in* negativa et *suetus;* non suetus, qui rei alicui non assuevit; *non avvezzo*. *Cic. 2. Att. 21.* Tam acer in ferro, et tam insuetus contumeliae. *Caes. 7. B. G. 50. extr.* Homines insueti laboris. *Id. 5. ibid. 6.* Insuetus navigandi. Et *3. B. C. 49.* Insueti operum. *Nep. Dion. 7.* Insuetus male audiendi. — Cum dativo. *Liv. 28. 18.* Syphax barbarus insuetusque moribus Romanis. — Cum infinito. *Id. 4. 31.* Moesta civitas vinci insueta. Et *31. 18.* Insuetus vera audire. *Virg. 10. Aen. 564.* Arcadas insuetos acies inferre pedestres. — Cum accusat. et praepos. *ad. Liv. 31. 35.* Eques insuetus ad stabilem pugnam. Et *41. 21. ad fin.* Insueti ad tale spectaculum. *Caes. 1. B. C. 78.* Corpora insueta ad onera portanda. — Absolute. *Phaedr. 1. fab. 2. 8.* Sed quoniam grave Omne insuetis onus et coepissent queri. Adde *ibid. 11. 5.* — **2)** Item imperitus. *Auct. ad Herenn. 4. 4.* Videte, ne insueti rerum maiorum videamini. — **3)** Dicitur et de rebus ipsis, quibus non assuevimus, et insolitum significat; *non usato, insolito*. *Virg. 3. Ecl. 56.* insuetum miratur limen Olympi. *Id. 1. ibid. 30.* Insueta pabula. Et *6. Aen. 16.* Insuetum iter. *Liv. 5. 33.* Insueta solitudo. *Ovid. 3. Pont. 4. 49.* reformidant insuetum lumina solem. *Suet. Domit. 2.* Poëticae studium tam insuetum antea sibi. — **4)** Absolute in plur. num. et neutro genere

INSUĒTA, adverbiorum more; insuete. *Virg. 8. Aen. 248. de Caco.* Inclusumque cavo saxo, atque insueta rudentem. — **5)** Deinde

II. *Insuetus* est etiam particip. verbi *insuesco*, et idem est ac suetus; *assuefatto*. *Liv. 24. 48.* Ita maiores suos bello gessisse, ita se a pueris insuetos.

INSUFFĬCĬĔNS, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *sufficiens;* qui non est satis idoneus ad aliquid faciendum, *insufficiente*. *Tertull. advers. Hermog. 18.* Nisi si insufficiens fuit divina virtus omnibus producendis.

INSUFFĬCĬĔNTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *insufficiens;* contrarium sufficientiae; *insufficienza*. *Tertull. 1. ad Uxor. 4.* Concupiscentia causas habet gloriam, cupiditatem, ambitionem, insufficientiam. Adde *Boëth. Consol. Phil. 3. pr. 3.*

INSUFFLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ad *insuffio;* actus insufflandi. *Cael. Aurel. 1. Chron. 4.* Aceti insufflatio naribus. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 5. 6.* et *30. 9.* et *3. ibid. 29. 2.* et *Leo pap. Serm. 1. de Ascens.* V. voc. seq. §. 2.

INSUFFLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *suffio;* intro suffio, inflo; *soffiare*. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 920.* Insufflat, ipsos ceu videret daemonas. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Ambros. 2. de Excess. Satyr. 73.* ex *Ezech. 37. 9.* Veni, spiritus, et insuffla in mortuos istos et vivant. Adde *Vulg. Interpr. Ioh. 20. 22.* — **2)** Deinde, transitivorum more.

II. *Insuffio* est suffiando emitto, vel immitto. *Tertull. Resurr. carn. 5.* Et finxit Deus hominem, limum de terra: et insufflavit in faciem eius flatum vitae. *Veget. 2. Veterin. 21.* Per fistulam os plenum vino insuffiet. — **3)** Translate. *Vulg. Interpr. Ital. Ezech. 22. 21.* Et insuffiabo in vos insufflationem ignis irae meae.

INSŬLA, ae, f. Nomen ab *insilio*, quasi supra saliens e mediis undis, ut *exsul* ab *exsilio;* quamquam alii alias origines comminiscuntur. Cf. loc. *Festi* infra §. 8. — **b)** Derivata, *insulaneus, insulanus, insularis, insularius, insulatus, insulensis, insulosus*. — **c)** Compositum, *paeninsula*.

INSULA proprie est terra in medio mari, undique aquis cincta; *isola*. *Cic. 15. Fam. 16.* Si insulam Britanniam coepero cogitare. *Id. Manil. 11. extr.* Quam multas existimatis insulas esse desertas? *Virg. 3. Aen. 210.* Strophades Graio stant nomine dictae Insulae Ionio in magno. Et *386.* Aeaeaeque insula Circes. — *Inscr.* apud *Orelli*, n. *1059.* Aurelius Acanthus Gennadius V. P. praes. prov. insul.; *h. e.* praeses provinciae insularum. — **2)** Item terra seu locus flumine, aut lacu clausus. *Cic. Mil. 27.* Ut insulam in lacu Prilio venderet. *Liv. 2. 5.* Insulam inde paulatim, et alias, quae tenore fert flumen, eodem invectis factam. — **3)** De poena relegationis in insulam V. DEPORTO §. 3. et INSULANUS §. 1. — **4)** Metonymice pro incolis insularum. *Vulg. Interpr. Ps. 71. 10.* Reges Tharsis et insulae munera offerent. *Id. Isai. 49. 1.* Audite insulae et attendite populi de longe. Adde *ibid. 41. 5.* et *alibi.* — **5)** Improprie et a similitudine

II. *Insula* pro promontorio usurpatur in illo *Hygin. fab. 79.* Qui cum per insulam Taenariam ad inferos descendisset, etc. — **6)** Item apud *Vulg. Interpr. Isai. 20. 6.* Et dicet habitator insulae huius in die illa, etc. *Insula* hic dicitur Iudaea; quia, inquit *Hieronym.*, ut insula mari, sic Iudaea hostilium agminum fluctibus undique tundebatur, Assyriorum maxime et Aegyptiorum. — **7)** *Insulam* dictum fuisse quodvis templum, V. in INSULARIS §. 2. — **8)** Item frequentius, et, ut plurimum, in plur. num.

III. *Insulae* dicuntur domus urbanae, quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico, aut privato cinguntur, ut *Festus* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* docet; *case in isola, isolate*, ita ut eae via, tanquam insulae mari, cinctae essent. *Donat. ad Ter. Adelph. 4. 2. 59.* Domos vel portus vel insulas veteres dixerunt. *Cic. 3. Offic. 16.* Claudius proscripsit insulam, vendidit. — **9)** Huiusmodi insulae plura saepe coenacula, et cubicula habebant, quae pluribus familiis locabantur, et fere pauperiorum; Italice dicimus *casa di più affittanze*. Quare *insula* in *Gloss. Philox.* dicitur συοικία; *h. e.* plurium simul habitatio. *Senec. 3. Ira, 35. extr.* Parietes insularum exesi, ruinosi, inaequales. Et *6. Benef. 15. sub fin.* Agentem ex imo rimas insulam incredibili arte suspendere. *Martial. 4. 37.* Ex insulis fundisque tricies solidum, Ex pecore redeunt ter ducena Parmensi. *Suet. Caes. 41.* Recensum populi nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit. — Huc spectat *Inscr.* apud *Orelli, n. 4324.* Insula Arriana Polliana Cn. Alifi Nigidi Mai. locantur ex I. (*fortasse* K.) Iulis primis tabernae cum pergulis suis et coenacula equestria et domus conductor convenito primum Cn. Alifi Nigidi Mai. Ser. V. *Orelli* ad *h. n.* — **10)** Hinc licet aliud discrimen colligere inter domum, et insulam, ut illa sit, in qua una familia habitat, quod fere ditiores faciunt (sive aliis aedibus iuncta sit, sive insulae modo separata); haec, in qua plures, et pauperiores: sive itidem aliis aedificiis cohaereat, sive ab aliis disiungatur. *Tacit. 6. Ann. 45.* Exsolutis domuum, et insularum pretiis. *Suet. Ner. 16.* Formam aedificiorum urbis novam excogitavit: et ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur. Et *38.* Tunc, praeter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatae. Et *44.* Inquilini privatarum aedium atque insularum. — **11)** Promiscue adhiberi haec duo videntur a *Capitolin. Antonin. 9.* Incendium, quod trecentas quadraginta insulas vel domos absumpsit. — **12)** Hinc absolute *ad insulas* aut *exactor ad insulas* vel *supra insulas* inter officia servilia vel libertorum domus Augustae aut nobilium virorum, memoratur in *Inscr.* apud *Murat. 887. 1.* Helenus Liviae ad insulas. *Alia* apud *Orelli, n. 2928.* Diophantus exactor ad insulas. Et *n. 2927.* Narcisi Ti. Claudi Britannici supra insulas. — Hi autem videntur fuisse iidem ac *insulares*. *Cf. Marini, Arv. p. 299. not. 71.* et V. INSULARIUS §. 1. — Sunt tamen qui *exactorem ad insulas* distinguunt ab eo, qui *supra insulas*. Hic alter *Ph. Aur. Visconti* apud *Orelli* ad *ll. cc.* videtur potius custos insularum; *intendente de' palagi imperiali*. — Huc spectat et *procurator insulae* memoratus *Petron. Sat. 96.*, qui idem pariter habetur ac insularius.

Nota I. *Muratorius, p. 2125. suar. Inscription.* cum animadvertisset, numerum insularum in descriptione Urbis Romae esse 46602., domuum vero 1790., dubitare se scripsit, an eorum opinio praeferenda sit, qui *insulas* fuisse putant aedes privatas, plerasque conducticias, parietibus tantum a vicinis divisas, quas nos dicimus *affittanze:* domos autem, quas nunc appellamus *palazzi*. Fortasse haec ita componuntur, ut *Festus* loc. cit. supra §. 8. recte et proprie *insulas* definierit, ut posuimus: qui vero Urbem postea descripserunt, *insularum* nomine improprie, et per synecdochen partes ipsarum appellaverint, quae a singulis familiis incolebantur: unde in tantum earum numerus excreverit. — **Nota II.** Discrimen inter *domum* et *insulam* V. supra §. 10., coll. §. 9.

INSULANEUS (in *Gloss. Philox.* insulaneus; νησιώτης) et

INSŬLĀNUS, a, um. Adiect. ab *insula;* ad insulam pertinens. Hinc *Insulanae preces* apud *Sidon. 9. ep. 3.* Peritus precum insulanarum, quas de palaestra congregationis eremitidis, et de senatu Lirinensium cellulanorum in urbem quoque transtulisti; *h. e.* ex monasterio percelebri in insula Lirina prope Antipolim, Galliae Narbonensis urbem. — **2)** Frequentius absolute, substantivorum more,

INSULANI, ōrum, m. Sunt incolae alicuius insulae; *isolani*. *Cic. 5. Nat. D. 18.* Achillem Astypalaeenses insulani sanctissime colunt. *Pacat. Paneg. Theodos. 25.* Cum pauci homines, et insulani totius incendium continentis adolerent.

INSŬLĀRIS, re. Adiect. ab *insula;* ad insulam pertinens; *d'isola*. *Auct. Priap. 35.* Ductor ferreus insularis; *h. e.* qui in insula ad me-

Digitized by Google

talia damnatus, ferrum ducit. *Ammian. 15. 11.* Matrona et Sequana, post circum clausum ambitu insulari Parisiorum castellum, consociatim meantes. Et *7.* Insulari poena multavit; *h. e.* deportatione in insulam. *Id. 14. 5.* Insulari solitudine damnare. V. DEPORTO §. 3. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INSULARES, ium, m. Sunt apud *Iustin. 32. 2.* insularii, seu custodes templi (nam et templa *insulae* dicta sunt, quia seiuncta ab aedibus privatorum), vel etiam inquilini, qui in conductis aedibus templo adhaerentibus habitant. Locus *Iustin. cit.* est: Quare prodita concursu insularium cum omni militia interficitur.

INSŬLĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. ab *insula*, absolute adhibitum pro servo, qui insulas; *h. e.* aedes conducticias custodit, et pensiones locationum exigit. *Pompon. Dig. 7. 8. 16.* Dominus proprietatis, etiam invito usufructuario vel usuario, fundum vel aedes per saltuarium vel insularium custodire poterit. Et *ibid. 50. 16. 166.* Insularius urbanorum servorum numero est. *Impp. Sever. et Antonin.* apud *Ulp. Dig. 1. 15. 4.* Insularios, et eos, qui negligenter ignes apud se habuerunt, potes fustibus et flagellis caedi iubere. *Id. ibid. 14. 3. 5. §. 1.* Si quid cum insulario gestum sit, vel eo, quem quis aedificio praeposuit. *Inscr.* apud *Grut. 624. 10.* M. Antonius Felix insularius. *Alia* apud *Visconti Monum. degli Scip. tab. 6. n. 10.* T. Flavius Augusti L. Daphnus praepositus insulariorum. Sic *alia* in *Memor. dell' Accad. Arch. Rom. T. 1. p. 173.* Narcissus Ti. Claudii Imp. Lib. supra insulas. In *Gloss. Philox.* insularius; *ἐνοικιλόγος*; *h. e.* exactor pretii pro habitatione. Cf. INSULA §. 12. *Gloss. Isid.* Vilicus *(lege* Villicus), actor, exactor villae pensionum, insularius. — **2)** Insularii videntur recensendi etiam inter officia domus Augustae, potiusquam inter officia minora, ut adnotat *Orelli* ad *Inscr. n. 2926.* Cerdo insular. *Alia* apud *Murat. 925. 12.* Antiochus Iuliani insularius. — **3)** Item inquilinus, qui in conducta insula, seu aede habitat. *Petron. Satyr. 95.* Interim coctores, insulariique mulcant exclusum.

INSŬLĀTUS, a, um. Adiect. ab *insula*, participiorum more effictum; in insulam redactus; *isolato. Apul. de Mundo.* Audivimus, terras, quae prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus insulatas. *Augustin. 4. Civ. D. 2.* eadem verba habet.

INSULCĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insulco;* humi dispositio in modum sulci. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *1. 20.* Omnia *(flumina)* vergentia iuxtim in mare, sicuti nunc etiam ad memoriam veteris insulcationis datur visere.

INSULCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sulco;* in modum sulci humum converto. *Not. Tir. p. 155.* Sulcat, insulcat.

INSŬLENSIS, se. Adiect. ab *insula;* insularis. *Solin. 54.* Ab insulense, ut consequens est, ad continentem.

INSŬLŌSUS, a, um. Adiect. ab *insula;* insulis abundans; *pieno d' isole. Ammian. 23. 6.* Mare Persicum ex omni latere insulosum et celebre.

INSULSĒ. Adverb. ab *insulsus.* — Comparat. *insulsius*, superlat. *insulsissime*, infra. — Est inepte, frigide, insuaviter; *insipidamente, insulsamente, sciocamente. Cic. 13. Att. 4.* Nescio quid ab eo litterularum, uti me sibi restituerem: sane insulse, ut solet: nisi forte, quae non ames, omnia videntur insulse fieri. Et *5. ibid. 10.* Ita multa vel iracunde, vel insolenter, vel in omni genere stultitiae insulse, arroganter et dicuntur, et tacentur quotidie. *Gell. 16. 12.* Sive hoc ipse Claudius, sive nescio qui alius nebulo effutivit, nihil potest dici insulsius. Et *12. 2.* Postea hoc etiam addidit insulsissime.

INSULSĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *insulsus;* ineptia, stultitia; *scipitezza, sciocchezza, inezia. Cic. 13. Att. 29.* In villa, cuius insulsitatem bene notam, video nihil, aut pauca mutata; *disacconcezza. Id. Rabir. Post. 13.* Iam nostis insulsitatem Graecorum. Et *Brut. 82.* Insulsitatem et insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit: sanitatem autem et integritatem, quasi religionem et verecundiam oratoris, probat.

INSULSOR, āris, āri. Verbum intransitiv. ab *insulsus;* insulsus fio, insulse ago. *Gloss. Gr. Lat.* Βλαρεύμαι; insulsor. *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat.* monet leg. Βλαδαρεύμαι. Sed neutrum verbum in Lexicis Graecis reperitur.

INSULSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *salsus*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *u*. V. SALSUS. — **b)** Comparat. *insulsior* §. 1., superlat. *insulsissimus* §. 2. — **c)** Derivata, *insulse, insulsitas, insulsor.* — **d)** Compositum, *subinsulsus.*

INSULSUS proprie est non salsus, non salitus, insipidus, fatuus; *insipido, non salato, scipito. Colum. 2. 9. a med.* Amurca insulsa perfundunt sulcos. *Hieronym. ep. 22. n. 40.* Si cibus insulsior fuerit, contristamur. — *Cic. 13. Att. 31. extr.* O gulam insulsam! *h. e.* quae insulsa appetit. — **2)** Translate est ineptus, frigidus, insuavis, absurdus; *insulso, scipito, scimunito, sciocco. Cic. 2. Orat. 64.* Est etiam in verbo positum non insulsum genus *(ridiculi)* ex eo, cum ad verbum, non ad sententiam rem accipere videare. *Id. 9. Fam. 16. ante med.* Incidunt in sermone vario multa, quae fortasse illis, cum dixi, nec illitterata, nec insulsa esse videantur. *Id. Coel. 29.* Adolescens non tam insulsus, quam non verecundus. *Id. 1. Tusc. 8.* Mihi videris Epicharmi, acuti, nec insulsi hominis, ut Siculi, sententiam sequi. *Plane. ad Cic. 10. Fam. 24. ad fin.* Insulsa effagitatio. *Ter. Eun. 5. 4. 9.* Fatuus, insulsus, tardus. *Catull. 17. 12.* Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar bimuli. *Prudent. 1. in Symmach. 215.* insulsus usus; *h. e.* stulta consuetudo, ineptus mos.

INSULTĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *insulto;* cuius malis atque infortuniis laetamur. *Vulg. Interpr. Ital. Prov. 11. 5.* Promptus autem et insultabilis impiorum interitus.

INSULTĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale ab *insulto;* valde insultans. *Augustin. ep. 86. ad Casulan.* In temulenta convivia, et nequissimas ebrietates insultabundus invehitur. Adde *Acta SS. Iacobi* et *Mariani Mm. n. 8.*

INSULTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insulto;* actus insultandi; *salto. Solin. 52. ante med.* Adeo proceri, ut elephantus, velut equus, facillima insultatione transiliant. — **2)** Translate est insolens iactatio in re, de qua nihil amplius dubitamus. *Quintil. 8. 3. ante med.* Et addita in clausula est, epiphonematis modo, non tam probatio, quam extrema quasi insultatio. — **3)** Item irrisio alienae calamitatis cum superbia et contemptu. *Flor. 4. 12. circa med.* Nihil insultatione Barbarorum intolerantius. *Ennod. Paneg. Theoder. 13.* Sirmiensium civitas . . . in Gepidarum iura concessit: hinc quotidiana insultatio et incomposita legationum frequentia mitterbatur.

INSULTĀTŌRĬĒ. Adverb. ab *insultatorius;* insultando. *Sidon. 1. ep. 7.* Libere queror, non insultatorie.

INSULTĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *insulto;* ad insultandum et irridendum inserviens, ut insultatorium verbum, apud *Tertull. 3. advers. Marcion. 10. extr.*

INSULTĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *insulto;* quae insultat; *insultatrice. Hieronym. 3. in Isai. 23. 1.* Tyrus inimica, et insultatrix subversionis Ierusalem.

INSULTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum (V. infra §. 2. et 3.), specie frequentativ. ab *insilio.* — **b)** Particip. *insultans* §. 1., *insultaturus* §. 4. et 6. — **c)** Derivata, *insultabilis, insultabundus, insultatio, insultatorie, insultatorius, insultatrix.* — **d)** Compositum, *superinsultans.*

INSULTO proprie est in aliquam rem insilio, irruo; *saltare. Virg. 3. G. 116.* atque equitem docuere sub armis insultare solo, et gressus glomerare superbos. *Enn.* apud *Charis. 2. p. 214. Putsch.* Iuvenum coetus Bacchico insultans modo. *Virg. 4. G. 10.* neque oves haedique petulci Floribus insultent; *calpestino. Id. 11. Aen. 599.* fremit aequore toto Insultans sonipes. *Horat. 3. Od. 3. 40.* Dum Priami Paridisque busto insultet armentum. — **2)** Transitive cum accusat., qui tamen potest etiam explicari ex praepos. *in*, quae inest in ipso verbo. *Virg. 7. Aen. 380.* attonitae Baccho nemora avia matres Insultant thiasis; *h. e.* saltant per nemora. *Ter. Eun. 2. 2. 54.* Nae tu istas *(fores)* faxo, calcibus saepe insultabis frustra; *busserai.* — **3)** Translate est, ex confidentia, aut superbia, et contemptu quippiam calcare, et tanquam victum premere. *Ovid. 1. Met. 155.* quaeque diu steterant in montibus altis, Fluctibus ignotis insultavere carinae. *Tacit. 2. Ann. 8.* Batavi, dum insultant aquis, artemque nandi ostentant, turbati, et quidam hausti sunt. — **4)** Deinde

II. *Insulto* est etiam irridere, dictis aggredi, alienae calamitati illudere, in alienum dolorem gaudere, insolenter se gerere, ludibrio habere; *insultare. Ovid. 2. Trist. 371.* Insultare iacenti. Et *3. ibid. 8. 4.* casibus alicuius. *Stat. 2. Theb. 18.* malis, rebusque aegrescere laetis. *Auct. ad Herenn. 4. 59.* in alicuius miserias. *Cic. 7. Verr. 30.* alicui in calamitate. *Id. Mil. 52.* in rempublicam. *Propert. 3. 4. 24.* Si placet, insultet, Lygdame, morte mea. *Liv. 4. 45.* Quippe impune se insultaturos, etc. — **5)** Cum accusativo, ut supra §. 2. *Sallust. fragm.* apud *Donat.* ad *Ter. loc. cit.* et *Serv.* ad *9. Aen. 643.* Multos ab adolescentia bonos insultaverat. *Lucil.* apud *Non. 4. 262.* Insultat miserum te quoque, Muti. *Tacit. 4. Aen. 59. extr.* Insultare patientiam et segnitiam cuiuspiam. — **6)** *Insultare capiti alicuius* est aliquem irrumare. *Suet. Caes. 22.* Proinde frequenti curia iactaret, se insultaturum omnium capitibus. Hinc *Lactant. 6. 23. ante med.* De istis loquor, quorum teterrima libido, et exsecrabilis furor ne capiti quidem parcit. V. ILLUDO §. 5.

Nota. Constructio verbi est cum dativo rei vel personae, pro quo etiam adhibetur accusativus cum praepos. *in*, vel sine ea, quae inest in ipso verbo.

INSULTŪRA, ae, f. Verbale ab *insilio;* actus insiliendi. *Plaut. Mil. 2. 3. 8.* ne hodie Maximum in malum cruciatumque insiliamus. *Pa.* tu sali Solus; nam ego istam insulturam et desulturam nihil moror. *Onom. Lat. Gr.* Insultura; *ἐπιπήδησις.*

INSULTUS, us, m. Verbale ab *insilio;* insultatio; *insulto. Lactant. Carm. de pass. Chr. 30.* Collige consilia, insidiasque, meique nefan-

Digitized by Google

dum Sanguinis innocui pretium, et simulata clientis Oscula, et insultus, et sacvae iurgia turbae.

INSUM, ines, inest, infui, inesse. Verbum intransitiv. specie anomalum, ab *in* intentiva et *sum,* cuius variationes sequitur. V. SUM. — Huc spectat *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 476.* *Infuit*, dictum ab *eo*, quod praeter tempus significat. — **b)** Particip. *infuturus* habetur in *Not. Tir. p. 7.* Futurum, infuturum.

INSUM proprie est in aliqua re aut loco sum; *esser dentro, trovarsi. Lucret. 3. 1094.* Praeterea versamur ibidem, atque insumus usque. *Val. Flacc. 5. 405.* Iamque inerat populo, mediaeque incognitus urbi. *Ovid. 4. Fast. 658.* nec digitis anulus ullus inest. *Id. 1. Amor. 14. 52.* Comae insunt capiti. *Id. 9. Met. 687.* Inerant lunaria fronti Cornua. *Plaut. Rud. 3. 5. 5.* Omnia ut infuere, ita salva sistentur tibi. *Id. Amph. prol. 144.* Meo patri torulus inerit aureus sub petaso. *Id. Rud. 3. 2. 26.* Nummi octingenti aurei in marsupio infuerunt. — **2)** Translate. *Cic. 3. Fam. 15. a med.* Manere in vita, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. *Id. 1. Nat. D. 42.* Superstitio, in qua inest timor inanis Deorum. Et *45.* Imagines divinitate praeditas inesse universitati rerum. *Plin. 10. 32. 3.* Columbis inest quidam gloriae intellectus. *Ovid. 17. Heroid. 150.* Tarda solet magnis rebus inesse fides. *Sallust. orat. Cottae ad pop. in fin.* Multa cura summo imperio inest. *Id. Cat. 20.* Cui virile ingenium inest. *Inscr.* apud *Smet. 69. 8.* et *Grut. 561. 2.* Ille ego sum Proculus, totus qui natus honori: Aut dic, quis sit honos, quem mihi inesse negas. — Absolute. *Cic. 11. Phil. 1.* Inest tamen aliquid, quod reipublicae profuturum arbitror. *Sall. Iug. 64.* Inerat contemptor animus et superbia. *Liv. 9. 16.* Praecipue pedum pernicitas inerat, quae cognomen etiam dedit. — Cum infinito. *Tacit. Agric. 39.* Inerat conscientia derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum.

INSŪMO, mis, mpsi, mptum, mĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *sumo.* — **b)** In praeteritis *insumpsi* et *insumsi, insumptum* et *insumtum* scribitur, et quidem rectius secundo modo de sententia *Mar. Victorin. 1. 4. 81.* et *82.* — **c)** Particip. *insumens* §. *1., insumptus*, V. suo loco. — **d)** Derivatum, *insumptio.*

INSUMO proprie est sumo aliquid ad aliquam rem, consumo, impendo; *consumare, spendere, impiegare. Cic. 5. Att. 17.* Sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus terruntius insumatur in quemquam. *Id. 2. Invent. 38.* Quid sumptus in eam rem, aut laboris insumpserit. *Gell. 2. 24. a med.* Sestertios tricenos in coenam insumere. *Tacit. 2. Ann. 55.* Paucos dies insumpsit reficiendae classi. *Cael. Aurel. 3. Acut. 17. 151.* Aquam . . . cum hibisco coquere, donec aqua insumatur. — *Id. 2. Chron. 1. 60.* Ea quae stomachum vitiant, fugienda, ut sunt corpus insomnentia; *h. e.* debile reddentia. — **2)** Translate est ponere, adhibere. *Liv. 10. 18. extr.* Frustra operam insumere. *Tacit. 3. Ann. 44.* Insumere operam libellis accusatorum. *Auct. dial. de Orat. 29.* Nec in evolvenda antiquitate satis operae insumitur. Et *ibid. 9.* Insumere vitam versibus. *Plin. 9. 70. 3.* Omnis cura ad speculandum hoc malum insumitur. — **3)** Aliquando est sumere, assumere; *pigliare. Stat. 12. Theb. 645.* dignas insumite mentes Coeptibus. Et *2. ibid. 38.* medium cava nubila montis Insumpsere latus; *h. e.* sibi veluti sumpsere ad insidendum, immorandumque. *Tacit. 14. Ann. 44.* Creditisne servum interficiendi domini animum insumpsisse?

INSUMPTĬO et insumtio, ōnis, f. Verbale ab *insumo;* actus insumendi, impensa; *spesa, consumo. Impp. Valentinian. et Valens Cod. Theod. 6. 24. 3.* Ita etiam sportularum diversa esse debebit insumptio. — **2)** Item consumptio, dissipatio. *Cael. Aurel. 2. Acut. 58. 220.* Sed aiunt coacervatam atque celerem per superficiem corporis insumptionem retineri, cum etc.

INSUMPTUM, i, n. V. INSUMPTUS §. 2.

INSUMPTŬŌSUS et insumtuosus, a, um. Adiect. ab *in* et *sumptuosus; non sumptuosus. Hilar. epist. ad Abram, n. 3.* Sed illi dabo eam, quae contenta sit, non serico habitu, sed nativis coloribus et insumptuoso textu vestiri.

INSUMPTUS et insumtus, a, um. Particip. verbi *insumo;* consumptus, dissipatus, exhaustus. *Cael. Aurel. 2. Acut. 57. 213.* Non aliter corporis virtus insumpta immodicis nutrimentis oppressa mortis dabit effectum. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INSUMPTUM, i, n. Idem est ac impensa, id quod insumptum est; *spesa. Not. Tir. 68.* Sumptus, insumptum.

INSUMTĬO. } V. INSUMPTIO, etc., coll. INSUMO §. b.
INSUMTUS. }

INSUO, ŭis, ui, ūtum, ŭĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *suo* (Cf. *Caesell.* apud *Cassiod. Orthogr. 10.*). V. suo. — **b)** Particip. *insutus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *insuticius* et *insutus, us.*

INSUO proprie est in aliqua re suo, suendo includo, consuo, adsuo; *cucire, inchiudere in qualche cosa. Varr. 2. RR. 9. sub fin.* Cingulum cum clavulis capitatis, quae intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. *Colum. 3. 13.* Linea insuitur purpura, vel alio conspicuo colore. *Plin. 29. 32. 1.* Alii vermem adalligavere, aut intus caudae pilos insuere vulneri. *Senec. 1. Clem. 23.* Insuere aliquem culeo. *Cic. 1. Q. Fr. 2. 2.* Quoniam Smyrnae duos Mysios insuisses in culeum. — **2)** Specialim *insuere* dicuntur, qui acu, et Phrygio opere vestes ornant. *Tertull. Habit. mulier. 1.* Si Milesii oves tonderent, et Seres arbores nerent, et Tyrii tingerent, et Phryges insuerent, et Babylonii intexerent. — **3)** Translate. *Liv. 40. 51.* Censores opera ex pecunia attributa haec confecerunt: Lepidus molem ad Tarracinam: ingratum opus, quod praedia habebat ibi, privatamque publicae rei impensam insuerat; *h. e.* implicaverat, coniunxerat. *Alii leg.* imposuerat.

INSUPER. Praepositio, quae copulatur cum accusativo vel ablativo: itemque adverbium, ab *in* intentiva et *super.* — **b)** Quidam malunt divisim scribere *in super*, ut *ab usque, in ante, in coram:* afferuntque illud *Plauti Mere. 1. 2. 82.* Neque quisquam hominem conspicatus est, donec in navi super. — Contendunt alii, iunctim scribendam esse: quibus ego libentius accessero. Neque enim quidquam *Plauti* locus conficere videtur. — Haec *Forcellinus;* sed nuperus *Plauti* editor *Ritschel* legit *donec in navim subit*, ita ut actum sit de illa scribendi ratione. — **c)** *Insuper* et *super* a Librariis fere ubique commutata sunt. V. *Drakenb.* ad *Liv. 21. 34. 6.* — **d)** Compositum, *deinsuper*, quod V.

INSUPER, tanquam praepositio, idem est ac *super*, a qua praeter particulae *in* intentionem nihil differt; *sopra, di sopra:* et adhibetur modo cum accusativo. *Cato, RR. 18.* Insuper arbores, stipitesque trabem planam imponito. *Vitruv. 5. 12.* Insuper eam exaequationem pila struntur. Adde *10. 20. Colum. 12. 39.* tum insuper cannas ponere et in sole pandere uvas. — Apud *Caes. 2. B. C. 9.* videtur potius accipi tanquam adverbium. V. *Herzog.* ad *h. l.* — **2)** Modo cum ablativo. *Vitruv. 5. 1. sub fin.* Supra eas trabes evergarcae sunt collocatae: quibus insuper transtra cum capreolis collocata sustinent culmen, etc. Et *10. 21.* Erigebantur arrectaria duo, coniuncta capitibus transversario tigno, quo insuper collocata erat materies, etc. — *Virg. 9. Aen. 274.* Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus. *Alii leg.* insuper id. — **3)** Apud *Lucret. 6. 490.* Aut ubi per magnos montes cumulata videbis Insuper esse aliis alia. Et *521.* Atque aliis aliae nubes nimbique rigentes Insuper . . . feruntur; *si quis dativum intelligi mallit, non deerit ei iusta causa.* — **4)** *Insuper* pro *de*, V. in CACHINNO §. 2. — **5)** Frequentius vero

II. *Insuper* adhibetur tanquam adverbium, eodem pariter sensu, absolute. *Liv. 22. 2. a med.* Cumulatis in aquas sarcinis, insuper incumbebant. *Virg. 3. Aen. 579.* ingentemque insuper Aetnam Impositam. *Sall. Cat. 58.* Eum muniunt undique parietes, atque insuper camera, etc. *Liv. 44. 8.* Humusque insuper iniiciebatur. *Vitruv. 5. 12. 6.* Ita erit, ut possit turris insuper aedificari. *Cato, RR. 160.* Ferrum insuper iactato. Adde *Tacit. Germ. 12.* — *Plin. 15. 27. 2.* In eo lapide insuper libros impositos fuisse. — **2)** Pro desuper. *Lucan. 3. 610.* Ausus Romanae Graia de puppe carinae Iniectare manum: sed eam gravis insuper ictus Amputat. *Liv. 21. 34.* Ubi in angustiorem viam ex parte altera subiectam iugo insuper imminenti ventum est. — *Tacit. Germ. 16.* Solent et subterraneos specus aperire eosque multo insuper fimo onerant. Adde *Cato, RR. 76.* — **3)** Deinde, pariter ut adverbium,

III. *Insuper* significat ad haec, praeterea; *oltre a ciò, di più:* et adhibetur etiam cum aliis particulis: *etiam, quoque, adhuc. Plaut. Amph. 3. 2. 8.* ego illum aut deseram, Aut satisfaciat mihi, atque adiuret insuper. Nolle esse dicta, quae etc. *Id. Merc. 4. 2. 1.* Parum ne est, quod amat, Ni sumptuosus insuper etiam siet? *Ter. Adelph. 2. 2. 38.* Etiam insuper defraudat? *Liv. 3. 67.* Si id parum est, insuper poenas expetite. *Virg. 2. Aen. 595.* roseoque haec insuper addidit ore. *Liv. 23. 7.* Haec pacta: illa insuper, quam quae pacta erant, facinora Campani ediderunt: *h. e.* ultra quam. *Al. leg.* Alia insuper, quam etc. *Auct. ad Herenn. 4. 23.* Non modo id non fecit, sed etiam insuper ipse grandi sponsione victus est. — *Cels. 4. 10.* Ac insuper quoque recte quaedam malagmata inuciuntur. *Cyprian. ep. 68. n. 6.* Basilides adhuc insuper, praeter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, etc. — **4)** Pro etiam. *Suet. Vit. 2.* Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit. *Id. Aug. 98.* Inter varia munuscula togas insuper ac pallia distribuit. Adde *Eund. Tib. 1.* — **5)** *Insuper habere* est negligere, tanquam rem supervacaneam, et non necessariam, nihili facere, posthabere, non curare, contemnere; *trascurare, non far conto, sprezzare. Gell. 1. 19.* Tarquinius eam constantiam confidentiamque non insuper habendam intelligit. Et *4. 1. ad fin.* Haec ego, cum philosophiae me dedissem, non insuper tamen habui discere. *Apul. 1. Met.* Hic est, qui, meis amoribus insuper habitis, non solum me diffamat probris, verum etc. Adde *Papinian. Dig. 11. 7. 45. Vulg. Interpr. Eccli. 19. 1.* Qui deliquit in animam suam, insuper habebitur.

Nota. Differt *insuper* a *praeterea*, quod haec simpliciter significat accedere aliquid; *insuper* autem novum quid accumulando adiici. Cf. *Doederl. Synonym. T. 3. p. 108.*

Digitized by Google

INSŬPĔRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *superabilis;* qui nequit superari; *insuperabile*. *Liv.* 21. 23. Insuperabilis Alpium transitus; *inaccessibile*. Et 36. via. — **2)** Translate, qui nequit vinci aut domari; *invincibile, indomabile*. *Virg.* 4. *Aen.* 40. genus insuperabile bello. *Sever. Aetn.* 353. nil insuperabile ab igni. *Plin.* 2. *ep.* 2. Insuperabilis valetudo; *incurabile*. Adde *Ovid.* 12. *Met.* 615. — **3)** Item qui evitari nequit; *inevitabile*. *Id.* 13. *ibid.* 807. insuperabile fatum.

INSŬPĔRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *insuperabilis;* invincibiliter; *insuperabilmente*. *Augustin.* 5. *Civ. D.* 8. Dei potestas insuperabiliter per cuncta porrigitur. Adde *Fulgent.* 2. *Remiss. peccat.* 2. et 3. *praedest.* 2.

INSŬPĔRANS. V. IMPERO §. b.

INSŬPĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *superatus;* invictus. *Maximian. Gall.* 1. 35. tolerantia rerum Spernebat cunctas insuperata minas.

INSŬPĔRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *supero*, quam vocem vide. — Particip. *insuperans*, V. sub IMPERO §. b. — Est idem ac supero, superior sum; *rimanere superiore*. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) 3. 3. Qua fortitudine ego princeps semper militiae, laborisque semper dux in proeliis insuperavi.

INSURGO, gis, rexi, rectum, gĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, ab *in* intentiva et *surgo*, cuius variationes sequitur. V. SURGO. — **b)** Particip. *insurgens* §. 1. et seqq. — **c)** Derivatum, *insurrectio*.

INSURGO proprie est erigor, assurgo, tollor; *alzarsi, levarsi*. *Tacit. Germ.* 39. Si forte prolapsus, attolli et insurgere haud licitum. *Virg.* 9. *Aen.* 33. nigro glomerari pulvere nubem Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis. Et 11. *ibid.* 734. Arrectisque horret squamis, et sibilat ore, Arduus insurgens. *Val. Flacc.* 5. 671. coeperat ardens Hic iterum alternis Mavors insurgere dictis; *saltar su*. *Sil.* 10. 546. Sibilat insurgens capiti. — **2)** *Insurgere remis*, dicuntur nautae, cum vehementius remigant, tunc enim, ut totis viribus in remos incumbant, e transtris assurgere solent. *Virg.* 5. *Aen.* 560. et 5. *ibid.* 189. Sic *Val. Flacc.* 1. 450. Insurgit transtris, et remo Nerea versat Canthus. — Passive impersonaliter. *Id.* 2. 14. Vela legunt: remis insurgitur. — **3)** Et qui incumbunt, dant operam, animum intendunt in aliquid. *Plin. Paneg.* 66. Universos adhortatus es resumere libertatem, capessere imperii curas, invigilare publicis utilitatibus, et insurgere. — **4)** Et qui alterum aggreditur, aut ei resistit. *Val. Flacc.* 4. 274. paulatim insurgere fesso Integer. *Horat. Epod.* 16. 7. Insurgat Aquilo, quantus altis montibus Frangit trementes ilices. *Virg.* 12. *Aen.* 902. Altior insurgens, et cursu concitus heros. *Senec. Hippol.* 1064. Contra feroci gnatus insurgens minax Vultu, etc. *Ovid.* 9. *Met.* 444. Insurgere regnis alicuius; *h. e.* ad regna invadenda. *Vulg. Interpr. Thren.* 3. 62. Labia insurgentium mihi. *Id. Eccl.* 46. 2. Expugnare insurgentes hostes. — *Id.* 1. *Mac.* 6. 4. Insurrexerunt in praelium. Cf. *Nota* 1. — **5)** Praeterea

II. *Insurgere* dicuntur, quae praealta sunt et imminentia. *Virg.* 8. *Aen.* 253. Stabat acuta silex, praecisis undique saxis, Speluncae dorso insurgens. *Tacit.* 2. *Ann.* 16. Pone tergum insurgebat silva, editis in altum ramis, etc. — **6)** Item qui fortuna, opibus et honore crescunt. *Id.* 1. *ibid.* 2. Insurgere paulatim, munia senatus, magistratuum, legum in se trahere, etc. Et 11. *ibid.* 16. Romanas opes insurgere. — **7)** Pro oriri, excitari. *Val. Flacc.* 2. 82. Insurgunt fremitus. — **8)** Transfertur et ad orationem. *Quintil.* 10. 1. *a med.* Lyricorum Horatius fere solus legi dignus, nam et insurgit aliquando, etc.; *h. e.* stilo sublimi utitur. *Id.* 9. 4. *ante med.* Augeri debent sententiae, et insurgere. *Id.* 12. 2. *sub fin.* Haec sunt, quibus mens pariter, et oratio insurgant. Et 11. 3. *ab init.* Vox imbecilla inhibet multa, ut insurgere, exclamare: et aliqua cogit, ut summittere, deflectere; *invelire*. — **9)** Deinde, transitivorum more,

III. *Insurgere* pro ascendere usus est *Apul.* 1. *Met. sub init.* Iugi, quod insurgimus, aspritudinem fabularum iucunditas levigabit.

Nota I. Constructio verbi est frequentius absoluta, vel cum dativo, pro quo apud *Vulg. Interpr.* saepe, sensu hostili, adhibetur accusativus cum praepos. *adversus, contra*, in et *super*, ut *Iudith.* 8. 20. et 16. 20., *Esther*, 2. 21. et *Psalm.* 26. 12. — Transitivorum autem more cum accusativo. — **Nota II.** Discrimen inter *consurgo, exsurgo, insurgo* et *surgo*, V. in EXSURGO in *Nota*.

INSURRECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insurgo;* idem ac surrectio; *risorgimento*. *Gloss. Philox.* Insurrectio; ἐπανάστασις.

INSUSCEPTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *susceptus;* non susceptus; *non pigliato*. *Albinov.* 1. 197. Vota insuscepta reliquit.

INSUSPECTĒ. Adverb. ab *in* et *suspecte;* citra suspicionem. *Boëth. Aristot. Topic.* 8. 1. *p.* 724. Insuspecte se habent respondentes ad eos, qui videntur iuste argumentari.

INSUSPĪCĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *suspicabilis;* non suspicabilis; *inaspettato*. *Vulg. Interpr. Eccli.* 11. 5. Multi tyranni sederunt in throno et insuspicabilis portavit diadema. *Id. ibid.* 25. 9. Novem insuspicabilia cordis magnificari. *Zenon.* 2. *Tract.* 3. Arcanum insuspicabile. Adde *Maxim. Taurin. Homil.* 94.

INSUSTENTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *sustento;* qui ferri nequit, intolerabilis; *insoffribile*. *Lactant.* 7. 16. Insustentabili dominatione vexare orbem. *Id. Mort. persecut.* 49. Insustentabilis dolor. *Rustic. Disput. contra Aceph. p.* 1251. *Migne*. Cogita insustentabilia gehennae tormenta. Adde *Cael. Aurel.* 2. *Acut.* 16. 100.

INSŬSURRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *insusurro;* actus insusurrandi *Capitolin. M. Aurel.* 19. Cum suos mores semper teneret, neque ullius insusurratione moveretur. Adde *Chalcid. Comment.* in *Tim. Plat. p.* 41.

INSŬSURRĀTUS, a, um. Particip. verbi *insusurro;* in aurem dictus *Senec. Brevit. vit.* 14. Insusurratum millies nomen ocsitatione superbissima reddent.

INSŬSURRO, as, āvi, atum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *susurro*. — **b)** Particip. *insusurrans* §. 2., *insusurratus*, V. suo loco. — **c)** Derivatum, *insusurratio*.

INSUSURRO proprie est idem ac susurro, submissa voce in aurem loquor; *parlare all'orecchio*. *Cic.* 5. *Tusc.* 36. Demosthenes illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculae, insusurrantisque alteri: Hic est ille Demosthenes. *Id.* 7. *Verr.* 41. Eum vident sedere ad latus praetoris, et ad aurem familiariter insusurrare. — Passive impersonaliter. *Id.* 1. *Q. Fr.* 1. 4. Sint aures tuae, quae id, quod audiunt, existimentur audire, non in quas ficte et simulate insusurretur. — **2)** Deinde, transitivorum more,

II. *Insusurro* est susurrando dico; *dire parlando all'orecchio*. *Cic.* 1. *Att.* 19. *a med.* Ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmos cantilenam illam suam. *Senec. ep.* 10. Turpissima vota Diis insusurrare. V. MURMUR. — Absolute. *Maxim. Taurin. Homil.* 3. Qui *(Deus)* cum verba omnia quamlibet secreto insusurrantis audiat, etc. Adde *Ruffin.* vertent. *Orig. Homil.* 20. *in librum Iosue*, 1. — **3)** Translate, sequente infinito. *Cic.* 4. *Acad.* 48. Quoniam non solum nauta significat, sed etiam Pavonius ipse insusurrat, navigandi nobis tempus esse.

INSŪTĪCĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *insuo;* insutus, ut Insuticius asinus et fartilis; cuius scil. corio latrones puellam quandam insuere volebant; apud *Apul.* 6. *Met. sub fin.* Cf. INSITICIUS §. 1.

INSŪTUS, a, um. Particip. verbi *insuo;* consutus, adsutus; *cucito*. *Virg.* 4. *Aen.* 508. Terga boum plumbo insuto ferroque rigebant; *h. e.* caestus. *Cic. Rosc. Am.* 11. Insutus in culeum. *Val. Max.* 1. 1. n. 13. culeo. *Ovid. Ib.* 331. pelle iuvenci. *Id.* 3. *Art. am.* 131. insutum vestibus aurum; *h. e.* assutum, consutum Phrygio opere. V. INSUO §. 2.

INSŪTUS, us, m. Verbale ab *insuo;* actus insuendi. *Apul.* 7. *Met.* 4. Expromptis mille aureûm, quos insutu laciniae contexerat. *Alii minus recte leg.* insutos. V. *Hildebr.* ad *h. l.*

INTĂBĔO, es, ui, ēre, *frequentius*, inchoativorum more,

INTĂBESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *tabeo* vel *tabesco*. — Proprie est idem ac tabeo vel tabesco, macie consumor, succum et vigorem paulatim amitto, maceror, languesco; *smagrire, seccarsi, intristire*. *Cic.* 3. *Nat. D.* 38. Diuturno morbo intabescere. *Al. leg.* tabescere. *Horat. Epod.* 5. 39. Interminato cum semel fixae cibo intabuissent pupulae. *Colum.* 4. 3. Novella vitis dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad ultimam redigitur maciem, et sic intabescit, ut nullis deinceps impensis recreari possit. *Ovid.* 2. *Met.* 780. *de Invidia*. Sed videt ingratos, intabescitque videndo, Successus hominum. *Senec. Consol. ad Polyb.* 24. Intabescere dolore *Pers.* 5. 38. Virtutem videant, intabescantque relicta. — **2)** Translate est liquesco; *struggersi, disfarsi*. *Ovid.* 3. *Met.* 487. ut intabescere flavae Igne levi cerae, matutinaeve pruinae Sole tepente solent.

INTACTĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *tactilis;* qui tangi nequit, qui sensui tactus non est subiectus; *che non si può toccare*. *Lucret.* 1. 455. Cui si tactus erit, . . . Corporum augebit numerum, . . . Sin intactile erit, . . . Scilicet hoc id erit, vacuum quod inane vocamus.

INTACTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *tactus*. — Comparat. *intactior*, §. 3. — Est non tactus, integer, illaesus; *intatto, non toccato, illeso, intiero*. *Plin.* 37. 4. 1. Polyeratis gemma, quae demonstratur, illibata intactaque est. *Id.* 16. 2. 2. Hercyniae silvae roborum vastitas intacta aevis. Et 25. 1. 2. Herbarum folia quadrupedum pabulo intacta. *Iuvenal.* 14. 104. Caput intactum buxo; *h. e.* impexum, nullo pectine culta coma. *Sall. Iug.* 53. *extr.* Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus profugit. *Liv.* 2. 12 *sub fin.* Intactum aliquem inviolatumque dimittere. Et 3. 58. *ad fin.* Integri intactique fugerunt. *Curt.* 5. 9. *sub fin.* Intactae regionis opulentia; *h. e.* bello non vastatae. *Virg.* 4. *G.* 540. intacta cervice iuvencae; *h. e.* quae nondum passa est iugum. *Id.* 11. *Aen.* 419. et opes nobis, et adhuc intacta iuventus; *h. e.* nullis proeliis imminuta, nullo bello adhibita. *Horat. Epod.* 7. 7. Intactus Britannus; *h. e.* nondum Romanis armis petitus, aut domitus. Sic *Iustin.* 2. 5. Scy-

Digitized by Google

thae perpetuo ab alieno imperio aut intacti, aut invicti. *Sall. Iug. 85. extr.* Tempus procedere, bellum intactum trahi; *h. e.* non inceptum. *Stat. 5. Silv. 1. 77.* intacta fides; *h. e.* intemerata, integra. *Curt. 9. 7.* Intactae vires; *h. e.* integrae, non imminutae, non domitae. *Id. 4. 6.* Intactus superstitione; *h. e.* carens, expers, vacuus. Sic *Liv. 5. 13.* Vir haud intacti religione animi. *Id. 38. 51.* Intactus infamia; *h. e.* nulla infamia notatus. Et *10. 40.* et *Senec. ep. 41.* Intactus cupiditate; *h. e.* non cupidus; *non tocco di desiderio*. Et *Coel. ad Cic. 8. Fam. 2.* Intactus a sibilo pervenit Hortensius ad senectutem; *h. e.* numquam exsibilatus, numquam adverso clamore proscissus. — **β)** Item intractatus, intentatus. *Virg. 3. G. 40.* Dryadum silvas, saltusque sequamur intactos; *h. e.* agriculturam a nullo adhuc Latino poëta tractatam. Sic *Horat. 1. Sat. 10. 66.* intacti carminis auctor. *Sall. Iug. 70.* Prorsus nihil intactum, neque quietum pati. *Plin. 34. 19. 16.* Nova intactaque ratione. *Iuvenal. 7. 87.* Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven; *h. e.* tragoediam nullis manibus tractatam, nulli lectam, non editam. — **γ)** Item Veneris expers, castus; *casto, vergine*. *Horat. 1. Od. 7. 5.* Intacta Pallas. *Virg. 1. Aen. 349.* Cui pater intactam dederat, primisque iugarat Ominibus. *Iuvenal. 6. 162.* Intactior omni Crinibus effusis bellum dirimente Sabina.

INTACTUS, us, m. Abstractum ab *in* et *tactus*, ea ratione qua *inusus;* non usus. — Est non tactus; *il non toccare*. *Lucret. 1. 455.* Pondus uti saxis, calor ignibus', liquor aquai, Tactus corporibus cunctis, intactus inani.

INTĂMĪNĀTĒ. Adverbium ab *intaminatus;* incontaminate, pure. *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 2. 2.* Se vero indubitate et intaminate et sincere absconditum scire mysterium. *Alii leg.* incontaminate.

INTĂMĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *tamino;* incontaminatus, purus; *incontaminato*. *Horat. 3. Od. 2. 18.* Virtus, repulsae nescia sordidae, Intaminatis fulget honoribus (Adde *Sulpic. Sever. 2. Hist. sacr. 14.* et *Tertull. Cor. mil. 13. init.* V. INATTAMINATUS). *Al. leg.* Virtus, repulsae nescia sordidae, in-Contaminatis etc., propterea quod *intaminatus* in *Gloss. Philox.* exponitur μιαιφόνος; *h. e.* pollutus, inquinatus: qua de re multa *Bentleius*. — *Incert. Grammat.* in *fragm. de Verbo, p. 149. Endl.* Intaminata verba.

INTANTUM. V. TANTUS.

* INTAPHA. Legitur haec vox, a nullo huc usque interprete intellecta, apud *Iornand. de reb. Geth. 10. de Dario*. Ponteque rursus in Danubio pari modo constructo, duobus mensibus crebris fatigatus intaphis octo millia perdidit armatorum. — Nuper vero cl. *Closs* suspicatus est ex loco *Oros. 2. 8.* excidisse ante hanc vocem aliam *(incursibus)* et pro *intaphis* legendum esse *in Taphis*, nempe *crebris fatigatus incursibus in Tapis octo* etc.; ita ut *Tapae* nomen loci fuerit, cuius et *Dio, 67. 10.* et *68. 8.* meminerit *ἐν Τάπαις*, ubi res gestae a Domitiano et Traiano describuntur. V. TAPAE in ONOM.

INTARDĀTUS, a, um. Particip. verbi *intardo*, idem ac tardatus. *Cael. Aurel. 2. Chron. 3. extr.* Sic enim intardata corporibus emoveri, atque excludi mutatione poterunt curationis.

INTARDO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tardo*, idem fere ac tardo, moram traho. *Cael. Aurel. 1. Acut. 4. a med.* Magis intardans atque perseverans perspicitur. V. voc. praeced.

INTECRUM. V. INTEGER §. b.

INTECTĀMENTUM, i, n. Verbale ab *intego*, unde *intectus* et *intectamentum;* integumentum tecti. *Gloss. Philox.* Intectamentum; *σκέπασμα στέγης*.

INTECTUS, a, um. Particip. verbi *intego*, aliquando confusum cum *iniectus* (V. INIICIO §. f.); tectus, contectus; *coperto*. *Liv. 27. 5.* Stramento intecta omnia. *Plin. 9. 16. 1.* Pisces crustis intecti. *Lucret. 1. 404.* canes montivagae persaepe ferai Naribus inveniunt intectas fronde quietes. — **β)** Deinde

II. *Intectus* est etiam adiect. ab *in* negativa et *tectus;* non tectus, non vestitus; *nudo, scoperto*. *Tacit. 3. Hist. 22.* Dux semisomnus, ac prope intectus. *Id. Germ. 17.* Tegumen omnibus sagum: cetera intecti. *Id. 2. Ann. 59.* Sine milite incedere, pedibus intectis, et pari cum Graecis amictu; *h. e.* non calceis pedes indutus, sed soleis. *Apul. 10. Met.* Nudum et intectum corpus. — **β)** Translate. *Tacit. 4. Ann. 1.* Tiberium devinxit adeo, ut obscurum adversus alios, sibi uni incautum intectumque efficeret; *aperto e confidente*. *Ambros. ep. 49. n. 4.* Nudus sum Deo, apud quem nuda et intecta sunt omnia.

INTĔGELLUS, a, um. Adiect. deminut. ab *integer;* aliquantum integer. *Cic. 9. Fam. 10.* Sed tamen suavissimum *συμβιωτὴν* nostrum praestabo integellum. *Catull. 13. 4.* Quod castum expeteres et integellum.

INTĔGER, ĕgra, ĕgrum. Adiect. ab *in* et antiquo *tago* pro *tango*, ut rem intactam significet, cuius partem nullam quisquam tetigit abstulitque. — **b)** *Integrum* pro *integrum* scribitur in *Tab. Heracl. c. 8.* apud *Maxoch. p. 425.* — **c)** Comparat. *integrior* §. 4. et 9., superlat. *integerrimus* §. 5., 9. et 15. — **d)** Derivata, *integellus, integralis, integrasco, integratio, integrator, integre, integritas, integriter, integritudo, integro*. — **e)** Composita, *deintegro, perintegro, redintegro, seminteger*.

INTEGER proprie est, ut supra §. a. innuimus, cui nihil deest, totus, solidus, intactus, plenus; *intiero*. *Caes. 7. B. G. 35.* Iisdem sublicis, quorum pars inferior integra remanebat, pontem reficere coepit. *Id. 1. B. C. 49.* Loca integra; *h. e.* bello non vastata, atque adeo omni copia abundantia. *Horat. 2. Od. 17. 7.* Nec carus aeque, nec superstes integer. *Id. 4. ibid. 5. 38.* Integro die. *Cic. Prov. cons. 8.* Annus est integer vobis exspectandus. *Plaut. True. 4. 2. 13.* Integer et plenus thesaurus. *Liv. 5. 38. ad fin.* Non tentato certamine, integri intactique fugerunt. *Plaut. Bacch. 4. 9. 118.* Domum reduco integrum omnem exercitum. — *Stat. 8. Theb. 487.* puer malasque comamque integer. *ἀλληνυμές*; *h. e.* barbatus, et capillatus. — **β)** *Integer numerus* apud Mathematicos dicitur, qui sine fractione, sive partibus est; *numero intero*. *Boëth. 4. Music. 1.* Sed hoc in integro numero nullo modo poterit inveniri. Adde *3. ibid. 1.* — **γ)** Item purus, incontaminatus, incorruptus; *puro, netto, incorrotto*. *Horat. 1. Od. 26. 6.* integri fontes. *Id. 2. Sat. 4. 54.* integer sapor. *Cic. Top. 18.* Ut anteponantur integra contaminatis, iucunda minus iucundis, etc. *Horat. 2. Sat. 2. 91.* Vitiatum aprum commodius, quam integrum consumere. *Colum. 12. 20.* integrum vinum; *sano*. — **δ)** Speciatim, et sensu quidem translato,

II. *Integer* refertur ad valetudinem et vires, quibus nihil aut morbus, aut labor demsit, aut actas; *sano, vegeto, forte*. *Cic. 2. Fin. 30.* Integra valetudo. Et *11.* Natura movet infantem, ut se ipse diligat, ut integrum se, salvumque velit. *Ter. Andr. 1. 1. 43.* Mulier egregia forma, atque aetate integra. *Stat. 4. Theb. 94.* iam laetus et integer artus; *sano dalle ferite*. Et *1. ibid. 444.* Integer annorum; *d'età fresca*. Sic *Virg. 9. Aen. 255.* integer aevi Ascanius; *h. e.* adolescens, et robustae aetatis. *Albinov. 3. 3.* Pectore maturo fuerat puer, integer aevo. *Propert. 4. 5. 57.* rugis integer annus. *Quintil. procem. l. 8.* Corpora sana et integri sanguinis. *Nep. Eumen. 9.* Ad lassitudinem sedandam militum, quo integriore exercitu decerneret; *più fresco*. *Caes. 3. B. G. 4.* Integris viribus repugnare; *con forze fresche*. Et *26.* Cohortes integrae ab labore. *Id. 5. ibid. 16. extr.* Integri et recentes defatigatis succederent. Et *3. B. C. 94.* Cum recentes atque integri defessis successissent. *Cic. 1. Divin. 29.* Somnia vera multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo et vino, perturbata et confusa cernimus; *sobrii, e sani di capo e di mente*. *Inscr.* apud *Grut. 954. 4.* Vixit annis *(fortasse legend.* annos) LXXX. integer integros; *h. e.* vixit incolumis annos octoginta totos, et decessit natali suo. Sic *alia* apud *Don. cl. 10. n. 50. Quae vixit annos* XV. integros integra. — **ε)** A *Celso* dicuntur *integri*, qui febri carent, *3. 4. ad fin.* Quam integerrimis corporibus cibum offerre. Et *mox*. Antequam ex toto integer fiat; *totalmente libero di febbre*. — **ζ)** Item ad ordinem aciei, nam integri milites dicuntur, qui in acie ordinem servant. *Caes. 2. B. C. 42.* Partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt. *Tacit. 4. Hist. 12.* Integris turmis Rhenum perrumpere. — **η)** Item ad pudorem, et florem virginitatis, et inviolatum castumque significat; *casto, vergine, inviolato, intatto*. *Ter. Heeyr. 1. 2. 70.* Narratque, ut virgo ab se integra etiam tum siet. *Cic. 2. Verr. 3. ad fin.* Quibus liberos coniugesque suas integras ab istius petulantia conservare non licitum est. — **θ)** Item ad fortunam, quam nulla imminuit calamitas: et ad conditionem et statum florentis, salvi et incolumis. *Id. 13. Fam. 4. a med.* Si Volaterranos omnibus rebus integros incolumesque esse volueris. *Id. Planc. 33.* Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram. *Caes.* ad *Cic. post ep. 8. l. 10. ad Att.* Ne quo progredereris, inclinata iam re, qua integra etiam, progrediendum tibi non existimasses. *Horat. 2. Sat. 2. 113.* Integris opibus novi non latius usum, Quam nunc accisis. *Attic.* ad *Cic. 9. Att. 10. ad fin.* Non scilicet integra re, sed certe minus infracta. *Cic. Quint. 15.* Dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. *Ovid. 3. Trist. 3. 55.* Integer hanc potui nuper bene reddere lucem: Exsul ut occiderem, nunc mihi vita data est. Et *3. ibid. 1. 7.* Integer et laetus laeta et iuvenilia lusi, . . . Ut cecidi, perago subiti praeconia casus. *Sallust. orat. Cottae ad popul.* Fama et fortunis integer. *Liv. 9. 41.* Gens integra a cladibus belli. — **ι)** Item ad vitam omni ex parte honestam, et mores nullo vitio corruptos; *dabbene, senza taccia, integerrimo*. *Cic. 1. Orat. 53.* Cum esset ille vir exemplum innocentiae, cumque illo nemo neque integrior esset in civitate, neque sanctior. *Id. 6. Verr. 3.* Homines integri, innocentes, religiosi. *Id. Planc. 1.* Integerrima vita, modestissimi mores. *Horat. 1. Od. 22. 1.* Integer vitae, scelerisque purus. Et *3. ibid. 2. 29.* saepe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum. *Cic. 1. Fin. 21.* Incorrupti atque integri testes. *Papinian. Dig. 22. 3. 15.* Eius testimonii fidem, quod integrae frontis homo dixerit, perpendere. *Tacit. 2. Hist. 97.* Integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius egerat; *h. e.* innocentem, abstinentem. *Curt. 10. 2.* Quo facilius ab integris sumptuosos secerneret; *i frugali, i parchi*. — Huc spectare potest *Vulg. Interpr. 1. Thess. 5. 23.* Ut integer spiritus vester . . .

Digitized by Google

servetur. *Id. Iacob. 1. 4.* Ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. *Id. Act. 3. 16.* Integra sanitas. — **10)** *Integer urbis* apud *Val. Flacc. 2. 571.* est qui urbis deliciis se corrumpi non est passus. — **11)** Praeterea

III. *Integer* dicitur et de iis, qui nullo affectu et cupiditate perturbantur; *indifferente, spassionato. Horat. 3. Od. 7, 21.* scopulis surdior Icari Voces audit, adhuc integer; *h. e.* intactus amore. Sic *2. ibid. 4. 21.* Brachia, et vultum, teretesque suras integer laudo. *Id. 2. Sat. 3. 219.* Si quis gnatam pro muta devovet agna, integer est animi? *sano di mente. Id. ibid. 65.* integer mentis. Et *1. Od. 31. 18.* integra mens. *Cic. 7. Att. 26.* Integrum se servare; *h. e.* neutrius partis studiosum; *neutrale. Tacit. 15. Ann. 52.* Integer a coniuratione. — **12)** Et de iis, qui rem quampiam nondum experti sunt. *Cic. 3. Nat. D. 3.* Quia sic aggredior ad hanc disputationem, quasi nihil unquam audierim de Diis immortalibus, nihil cogitaverim; rudem me discipulum, et integrum accipe. *Sallust. fragm.* apud *Priscian. 10. p. 902. Putsch.* Curionem quaesivit, uti adolescentior, et populi suffragiis integer, aetati concederet Mamerci. — **13)** *Res integra est*, de qua nondum quidquam est deliberatum, intacta, libera; *negozio vergine:* atque adeo facilior, quae transigatur. *Cic. 5. Att. 21. sub fin.* Praesertim cum integram rem et causam reliquerim. *Id. 2. Offic. 25.* Rem integram ad reditum suum iussit esse. *Id. 15. Fam. 4.* Integram omnem causam reservare alicui. *Id. Mur. 21.* Ea dicam, vobis audientibus, amisso iam tempore, quae ipsi soli, re integra, saepe dixi; *quando ci era ancor tempo. Caes. 1. B. C. 85.* Qui etiam bona conditione et loco confligere noluerit, ut quam integerrima essent ad pacem omnia. — **14)** *Integrae offensiones*, apud *Tacit. 3. Ann. 24.* sunt, quae nondum sedatae sublataeque, et adhuc durant; *disgusti vivi.* — **15)** Absolute, substantivorum more,

INTEGRUM, i, n. Est res integra. Hinc *integrum est mihi*, res est mihi integra, alterutram partem eligere possum, res est in mea potestate. *Cic. 15. Att. 25.* Quousque? inquies: quoad erit integrum; *sino che starà in mia mano.* Et *1. Phil. 10.* Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum vobis. *Id. Pis. 24. a med.* Non est integrum Cn. Pompeio consilio iam uti tuo; *non è più in libertà: non è più a tempo.* Et *5. Tusc. 21.* Ei ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret. *Id. Partit. 38.* Defendet, eam sententiam quemvis prudentem hominem, si integrum daretur, scripturum fuisse. *Id. 4. Verr. 40.* Cum tibi in integro tota res esset. — **16)** *In integrum restituere*, est in pristinum statum reponere; id enim est integrum, inquit *Hirt. B. Alex. 33.*, quod ita est, ut fuit; *rimettere in pristino. Caes. 3. B. C. 1.* et *Cic. Cluent. 56.* et *ICti* in *Dig.* saepe. — **17)** *De integro, ab integro, ex integro* est rursus, denuo; *di nuovo, nuovamente. Cic. 13. Att. 27.* Ut mihi de integro scribendi causa non sit. *Liv. 21. 8.* Acrius de integro obortum est bellum. *Virg. 4. Ecl. 5.* Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. *Cic. 3. Verr. 56.* Unam columnam efficere ab integro novam, an quatuor illas reponere; *di pianta. Colum. 9. 15. circa med.* Ut omnes vitiosi favi eximantur, et cibus ex integro recens ponatur. *Quintil. 10. 3. 6.* Calor ille cogitationis, qui scribendi mora refrixit, recipit ex integro vires. *Suet. Aug. 16.* Navibus ex integro fabricatis; *di pianta.* — **18)** *Ad integrum;* integre, omnino. *Macrob. 1. Somn. Scip. 3. ante med.* Haec est prima incorporea natura, post corporea, sed non pure, nec ad integrum carens corpore. — **19)** Deinde apud Grammaticos

II. *Integrum* vel *integra* (subaudi *nomen* vel *nomina*) dicuntur vocabula, quae solas partes orationis designant, ut puta: *Cicero, tu* vel *ego*, inquit *Prob. Art. min. 49.*, cui opponitur *corruptum*, quod, ut *Id. ibid. 50.*, nullam partem orationis demonstrat, ut puta: *les, por, nas, vas, eal, par, ti, sa* et cetera talia, quae ad nullam partem orationis convenire inveniuntur. — **20)** Hinc *ex integris, ex integro et corrupto, ex corrupto et integro*, etc. figurae nominum sunt, de quibus fuse idem *Prob. ibid. 52.* et *seqq.*

Nota. Construitur aliquando cum accusat. more Graecorum (V. §. 1. *fin.*), saepe cum genitivo (V. §. 4. 9. et 10.), et quandoque etiam cum ablat. et praepos. *a* (V. §. 7.).

INTĔGO, gis, xi, ctum, gĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tego*, cuius variationes sequitur. V. TEGO. — **b)** Particip. *integendus* vel *integundus*, ἀρχαϊκῶς, §. 1. et 2., *intectus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *intectamentum, integumentum*. — **d)** Compositum, *superintego*.

INTEGO proprie est idem quod tego; *coprire, vestire. Caes. 7. B. G. 22.* Turres coriis intexerant. Et *73.* Reliqua pars scrobis, ad occultandas insidias, viminibus ac virgultis integebatur. *Plaut. Rud. 1. 2. 15.* Villam integundam intellege totam mihi: Nam nunc perlucet ea, quam cribrum, crebrius. *Senec. Oedip. 551.* ipse funesto integit Vates amictu corpus. *Stat. 4. Theb. 505.* casside crines integere. *Plin. 34. 9. 1.* Statuas auro integere; *indorare.* Et *11. 80. 1.* Intestina tenui omento integuntur. *Propert. 2. 13. 25.* Qua formosa suo Clitumnus flumina luco Integit; *inombra. Hirt. 8. B. G. 5.* Tentoriorum integendorum gratia. — **2)** *Integere viam*, non est lapide sternere, *lastricare:* ut quidam putarunt, verum fornice viam tegere: id enim indicat locus ipse camera tectus perpetua, in quo reperta Tiburi est *Inscr.* apud *Grut. 150. 1.* C. Rustius C. F. Flavos iterum, L. F. Vitulus IIII. VIR. De *Sententia* viam integendam curavere. Hinc *Propert. 2. 18. 33.* quaenam nunc porticus illam *(puellam)* Integit. V. VOMICATUS §. 2.

INTĔGĪMENTUM. } V. INTEGUMENTUM.
INTEGMENTUM. }

INTĔGRĀLIS, le. Adiect. verbale ab *integro;* qui integrat; *integrale, integrante. Schol.* ad *Cic. de Invent. vet.* apud *Suringar, Hist. crit. Scholiast. Lat. P. 1. p. 223.* dictae partes ad similitudinem partium integralium, quae si conveniunt, totum existat. Adde *ibid. p. 248.*

INTĔGRASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *integro;* integror, in pristinum statum redeo, in integrum restituor. *rinnovarsi, rintegrarsi. Ter. Andr. 4. 2. 5.* Perii! hoc malum integrascit. *Onom. Lat. Gr.* Integrasco; αὐξάνομαι. Cf. *Priscian. 8. p. 824. Putsch.*

INTĔGRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *integro;* instauratio, renovatio, in integrum restitutio; *rinnovamento, rintegrazione. Ter. Andr. 5. 5. 23.* Amantium irae amoris integratio est. *Symmach. 3. ep. 75.* Amici inopiam rei familiaris integratione solare. Adde *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 7.*

INTĔGRĀTOR, ōris, m. Verbale ab *integro;* restitutor, instaurator, *rinnovatore, ristoratore. Tertull. Apolog. 46. extr.* Veritatis integrator.

INTĔGRĀTUS, a, um, Particip. verbi *integro;* in integrum restitutus, instauratus; *integrato, rinnovato. Flor. 4. 10.* Integrata amicitia. *Papinian. Dig. 29. 5. 21.* Integratum ius. *Auson. epist. 14. 7.* Integratus vigor. Adde *Auct. Itin. Alex. M. 45.* et *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 56.*

INTĔGRĒ. Adverb. ab *integer*. — Comparat. *integrius* §. 2., superlat. *integerrime* §. 2. — Proprie est in totum, omnino; *intieramente. Tacit. 1. Hist. 53.* Sordem et avaritiam Fonteii Capitonis, admendo assignandisve militiae ordinibus integre mutaverat. — **2)** Nisi mihi hoc ad vitae integritatem, morumque innocentiam, et abstinentiam referre, ut *Cic. 1. Fin. 9.* incorrupte atque integre iudicare; *disappassionatamente, sinceramente.* Et *Manil. 1.* In amicorum periculis caste integreque versatus; *senz' interesse.* Et *Plin. 7. ep. 25.* Procuratione Narbonensis provinciae integerrime functus: *con ogni integrità.* Et *Suet. Vesp. 4.* Asiam integerrime administravit. Et *Tacit. 1. Hist. 48.* Provinciam severe integreque regere. Et *13. Ann. 46.* Integre sancteque agere. *Cic. Mil. 22.* Quid hac quaestione dici potest integrius? quid incorruptius? — **3)** Refertur et ad orationem, quae sana est, nullaque barbarie aut vitio corrupta. *Cic. opt. gen. Orat. 4.* Integre, et ample, et ornate dicere; *sanamente, emendatamente, correttamente. Gell. 7. 11.* Proprie atque integre loqui. *Id. 15. 6.* Pure atque integre locuti sunt. Et *18. 9.* Recte atque integre scriptum.

INTĔGRĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *integer;* totum aliquod integrum; *interezza. Macrob. 2. Somn. Scip. 14.* Ex accidenti moventur, quae in eo sunt, quod movetur, ut in navi sarcina, aut etiam cum pars movetur, quiescente integritate. *Inscr.* apud *Renier, n. 109.* Aquaeductum ... in melius reformatum ad integritatem restituerunt. — **2)** Item qualitas rei integrae, soliditas, incorruptio, sanitas; *sanità, incorruzione. Colum. 8. 11. circa med.* Pavones perticis insistentes emittuntur ova, quae quo propius ac mollius deciderint, illibatam servant integritatem. *Cic. 5. Fin. 14. extr.* Integritas corporis, *quod est* membra omnia tum integra habere, tum bene valentia: *intieri e sani*, quae duo alibi distinxit, ut *2. ibid. 11.* Non ingenii motum, non integritatem corporis, non valetudinem, etc. *Phaedr. 3. 11.* Integritatis testes desunt mihi; *h. e.* testiculi, qui ἀφαιστότατοι testes sunt. Verba sunt eunuchi. *Cic. 5. Fin. 27.* Valetudo, vires, integritas unguiculorum omnium. *Id. 5. Tusc. 34.* Integritas valetudinis; *sanità intiera, compita, perfetta, totale.* Vocat *Celsus, 3. 5.* integritatem, cum omnino febri caret is, qui febri intermittente laborat: quod idem habet *ibid. 5. sub fin.* et *Vitruv. 8. 7. a med.* Integritas saporis *(in aqua).* — **3)** Translate, *Labeo, Dig. 28. 1. 2.* Integritas mentis; *sanità, saviezza.* — **4)** Saepe refertur ad animum, vitam, mores; *innocenza, integrità, probità. Cic. Divin. Verr. 9.* Multa esse oportet in eo, qui alterum accuset: primum integritatem atque innocentiam singularem, etc. *Nep. Phoc. 1.* Integritas vitae. *Cic. Lig. 1.* Sic provinciae praefuit in pace, ut et civibus et sociis gratissima esset eius integritas et fides. *Tacit. Agric. 9.* Integritas et abstinentia. *Cic. 1. Q. Fr. 1. 16.* Ut omnes aequitatem tuam, temperantiam, severitatem, integritatemque laudent. Et *15.* Omnes ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, ut etc. Et *6.* Tua integritas et continentia. Et *6. Att. 2. a med.* Laudator integritatis et elegantiae nostrae. Adde *Vulg. Interpr. Tit. 2. 7.* — **5)** Specialim ad castitatem, pudicitiam, virgini-

Digitized by Google

tatem. *Cic. 3. Verr. 25.* Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiaque existimari. *Flor. 2. 6. a med.* Nequid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis videretur. — **B)** Interdum ad orationem puram, emendatam, vitio carentem. *Cic. Brut. 35.* Incorrupta quaedam Latini sermonis integrites.

INTĔGRĬTER, Adverb. rarioris formae ab *integer*, de quo *Charis. 2. p. 181. Putsch.* Integriter vitiose putant dici, sed integre et impigre.

INTĔGRĬTŪDO, ĭnis, f. Idem origine ac significatione, quod integritas, sed rarioris et sequioris usus. *Imp. Traian.* apud *Ulp. Dig. 29. 1. 1.* Secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosque commilitones; *h. e.* voluntatem integre propensam, bonitatem, benevolentiam.

INTĔGRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *integer*. — Particip. *integratus*, v. suo loco. — Proprie est instauro, in integrum restituo; *rinnovare, rintegrare, rimettere. Tacit. 4. Hist. 81.* Elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari; *h. e.* in integrum restitui et sanari. *Lucret. 2. 1145.* Omnia debet enim cibus integrare novando; *ristorare. Accius* apud *Non. 2. 445.* Huc venio, ut mea ope opes Troiae integrem; *per rimetter in piedi. Lucret. 1. 1039.* ut largis avidum mare fluminis undis integrent amnes; *empiano*. — **B)** Item renovo, repeto. *Liv. 1. 29. a med.* Et conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrimas. *Id. 7. 7. extr.* Equites provolant ante signa, et novam integrant pugnam. *Stat. 8. Theb. 657.* Integrare bellum. *Liv. 5. 25.* seditionem. *Sisenn.* apud *Non. loc. cit.* eadem. *Pacuv. ibid.* inimicitiam. *Virg. 4. G. 514.* ramo sedens philomela miserabile carmen integrat; *h. e.* de integro repetit. Quod quidem suavius expresserat *Homer. Odyss. l. 19. v. 521.* Ἥτε θαμὰ τρωπῶσι χέει πολυηχέα φωνήν. *Stat. 5. Theb. 29.* immania vulnera, rector, integrare iubes; *h. e.* quod *Virg.* dixit *2. Aen. 5.* infandum renovare dolorem. — **B)** Pro reficere, recreare. *Cic. 1. Invent. 17. extr.* Animus defessus audiendo aut admiratione integratur, aut risu renovatur. *Gell. 13. 2.* Modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia.

INTĔGŬLĀTUS, a, um. Particip. verbi inusit. *integulo;* tegulis coopertus. *Augustin. Enarrat. in Psalm. 128. n. 11.* Fenum tectorum herba est, quae nascitur in tectis, in solario integulato.

INTĔGŬMENTUM et integimentum (et *per syncop.* integmentum), i, n. Verbale ab *intego*, syllabica adiectione productum. — Proprie est id, quo quippiam integitur, tegumentum, velamentum; *coprimento, coperta. Liv. 40. 59. in fin.* Lana (*al.* laena) cum integumentis, quae Iovi opposita (*al.* apposita) fuit, decidit. Adde *10. 38.* — *Hilar. 10. de Trinit. 53.* Numquid haec totiens voluit congregatos pullos eius pennarum integimento obumbrare? *Alii* integmento *leg.* Eadem scriptionis varietas est apud *Ambros. ep. 7. 44.*, testante *Quicherat* in *Addend. Lex. p. 145.* — **B)** Translate. *Cic. 2. Orat. 86.* Libenter te aliquando evolutum illis integumentis dissimulationis tuae, nudatumque perspicio. *Id. 1. ibid. 53.* Sic modo in oratione Crassi divitias atque ornamenta eius ingenii per quaedam involucra atque integumenta perspexi. *Id. Pis. 6.* Vereor, ne qui sit, qui istius insignem nequitiam, frontis involutam integumentis, nondum cernat. *Id. Cael. 20.* Huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea non modo solitudinem ac tenebras, atque haec flagitiorum integumenta non quaerat, sed etc. *Plaut. Bacch. 4. 2. 19.* dic mihi, Quis tu es? *Parasitus*, illius sum integumentum corporis; *h. e.* latus eius tego tanquam satelles et custos: comes assiduus, sodalis, mensaeque assecla.

INTELLECTĪBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *intelligo;* qui intellectu percipitur; *intellettibile. Boëth.* in *Aristot. Categ. 1. p. 129.* Cum naturaliter primae intellectibiles sint substantiae, ut Deus et animus, cur non has primas substantias nuncupaverit? Adde *Philastr. haeres. 130.* — Absolute. *Mar. Victorin. de general. Verb. Div. 7.* Intellectibilia sunt ea, quae vere sunt, alia, quae tantum sunt, intellectualia. Adde *Candid. Arian. de general. Verb. Div. 11. ad fin.*

INTELLECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intelligo;* actus intelligendi; *l'intendere, intendimento. Sulpic. Viet. Instit. Orat. 4.* Sunt autem (*officia oratoris*) tria: intellectio, inventio, dispositio. Etenim causa proposita, primum intelligere debemus etc. — **B)** Item notio, sententia. *Tertull. 2. ad Nat. 12.* Quid sibi vult intellectio ista, nisi foedas materias mentitis argumentationibus colorare? — **B)** Apud Rhetores dicitur figura eadem, quae Graeco vocabulo *synecdoche. Auct. ad Herenn. 4. 33.* Intellectio est, dum res tota parva de parte cognoscitur, aut de toto pars. — **4)** Apud *Cael. Aurel. 1. Acut. 9. 73.* Tum post intellectionem medias partes cataplasmate curamus; *h. e.* inclinationem.

INTELLECTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *intelligo;* in cogitatione positus; *intellettivo. Boëth. Aristot. Analyt. post. 1. 1. p. 332.* Omnis doctrina, et omnis disciplina intellectiva ex praexistente fit cognitione. *Priscian. Praexercit. p. 1542. Putsch.* Nominaverunt autem quidam has (*quaestiones*) activas, illas inspectivas sive intellectivas.

INTELLECTOR, ōris, m. Verbale ab *intelligo;* qui intelligit; *intenditore*. Est *Augustini*, *2. Doctr. Christ. 15.* et *8. de Gen. ad litt. 2.* et *2. de morib. Manich. 5.* et *epist. 111. ad Fortunatian. a med.*, qui videtur alicubi, v. gr. postremo loco laudato, pro attento lectore usurpare. — Haec *Forcellinus*, quibus adde *Interpr. Irenaei, Haeres. 21. 2.* Quos habebant perfectiores scripturarum intellectores. Itemque *1. ibid. 19. 2.* et *Maxim. Taurin. Serm. 107.*

INTELLECTŬĀLIS, le. Adiect. ab *intellectus;* ad intellectum pertinens; *intellettuale. Rufin. 1. Apolog. 17.* Noscere intellectualis naturae est. *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 5. n. 2.* Intellectualis lux. Adde *Apul. 1. Dogm. Plat.* et *Augustin. 12. de Gen. ad litt. 7.*

INTELLECTŬĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *intellectualis;* intellectus. *Tertull. Anim. 38. extr.*

INTELLECTŬĀLĬTER, Adverb. ab *intellectualis;* intellectuali ratione. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 26.* Fuit ergo *Verbum Dei*) antequam esset in carne . . . intelligibiliter enim erat et intellectualiter. *Boëth. de Trinit. 2.* In divinis intellectualiter versari oportet. Adde *Claud. Mamert. 2. Stat. anim. 5.*

INTELLECTŬO, as, āre. Verbum transitiv. ab *intellectus;* intellectu instruo. *Mar. Victorin. de generat. Verb. Div. 7.* Excitatus enim in anima ὁ νοῦς, intellectualem potentiam animae illustrat et illuminat et intellectuat ac figurat.

INTELLECTUS, a, um. Particip. verbi *intelligo*, adiectivorum more etiam adhibitum; perceptus, cognitus; *inteso, conosciuto. Ovid. 7. Met. 759.* Carmina non intellecta. *Plin. 32. 1. 4.* Intellecta causa. Et *35. 36. 6.* Intellectus error. *Gell. 18. 13.* Captio parum intellecta. Et *16. 19.* Intellecta pernicies. *Iustin. 2. 8.* Iussis matronis solito clamore ac strepitu, etiam in accessu hostium, ne intellectos se scutiant, sacra celebrare; *affinchè non s'accorgano d'essere stati scoperti*. Et *Ovid. 11. Met. 41.* os illud Auditum saxis, intellectumque ferarum Sensibus.

INTELLECTUS, us, m. Verbale ab *intelligo;* actus intelligendi, intelligentia; *intendimento, conoscimento. Tacit. 6. Ann. 56.* Queis neque boni intellectus, neque mali cura. *Quintil. 1. 1. ante med.* Capere intellectum disciplinarum. *Senec. 3. Benef. 17.* Alicuius rei intellectum amittere. *Quintil. 2. 5. a med.* Intellectu consequi aliquid; *arrivar a capire.* Et *Senec. ep 120. a med.* Facere multis intellectum sui; *farsi conoscere.* Et *Plin. 8. 65. 1.* Equi in circo ad currus iuncti non dubie intellectum adhortationis et gloriae fatentur; *mostrano d'intendere.* Et *ibid. 1. 1.* Elephantis intellectus sermonis patrii, et imperiorum obedientia. *Id. 29. 34. 2. de musois.* Nullum animal minus docile existimatur, minorisve intellectus. *Tacit. 13. Ann. 58.* Dissimulare intellectum insidiarum; *fingere di non accorgersi.* — **B)** *Intellectu carere*, est non intelligi, apud *Quintil. 1. 1. ad fin.* Stilus rudis et confusus intellectu caret. — **B)** *Intellectum habere*, est intelligi, apud *Tacit. Germ. 26.* Hiems, et ver, et aestas intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur. — **4)** Est etiam notio, sententia; *significato, senso. Quintil. 7. 9. ab init.* Verba quaedam diversos intellectus habent, ut *cerno. Id. 8. 3. circa med.* Mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus. *Id. ibid. 3. 85.* Ἔμφασις altiorem praebet intellectum, quam verba per se ipsa declarant; *fa intendere, significa più.* Et *1. 7. 2.* Cum eadem littera alium atque alium, prout correpta vel producta est, intellectum facit; *fa diverso senso.* Et *ibid. 3. sub fin.* Translata alium naturae intellectum, alium loco praebent. — **5)** Raro sumitur pro intelligendi vi, facultate, quae animo inest, quam *mentem* et *intelligentiam* saepius dicimus: *intelletto. Senec. ep. 120.* Per analogiam nostro intellectu et honestum et bonum iudicante. *Apul. 1. Dogm. Plat.* Nostrae enim super stellarum cursibus opiniones disputationesque possunt in errorem intellectum inducere. *Paul. Dig. 29. 2. 93.* Mutus dominus, si intellectu non careat, nutu iubere potest, etc. — **6)** Refertur etiam ad perceptionem, quae sensu fit; *sentimento, senso. Plin. 11. 65. 3.* Intellectus saporum est ceteris in prima lingua, homini et in palato. *Id. 19. 54. 1.* Citra intellectum acrimoniae. *Id. 11. 116. 1.* Nec est intellectus ullus in odore vel sapore; *h. e.* neque ex odore neque ex sapore sentitur venenum. *Id. 16. 76. 1.* Intellectus in cortice protinus peritis; *h. e.* periti ex cortice statim intelligunt, quaenam arbor sit. *Vellei. 1. 15.* Magis pro republica fuit, manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quam in tantum eos intelligi; *la cognizione, la pratica.* V. INTELLIGENTIA §. 3. et INTELLIGO §. 3. — **7)** Speciatim II. *Intellectus* apud *Vulg. Interpr.* varie sumitur. Sic in titulis Psalmorum absolute *ad intellectum* in *Psalm. 43.* et *44.*, vel, sequente genitivo, *intellectus Asaph, Ethan, David*, etc. in *altis 75., 88., 141.* etc., ponitur tanquam signum ad excitandam attentionem lectorum. — **B)** *Intellectus manuum* in illo *Psalm. 77. extr.* Pavit eos in innocentia cordis sui et in intellectibus manuum suarum deduxit eos; *h. e.* quam innocenter et attente David pastor agnos et oves curaverat, tam integre et prudenter, rex factus, eos rexit pavitque. — **B)** *Intellectus bonus* in illo *Psalm. 100. 10.* Initium sapientiae timor Domini; intellectus bonus omnibus facientibus eum; *h. e* quisquis et ti-

Digitized by

morem Domini et sapientiam secutus vivendo fuerit, is vere intelligens dicendus erit. Haec *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v.

INTELLĔGĪBILIS, INTELLĔGENTĬA, INTELLĔGO, etc. } v. INTELLIGO §. b.

INTELLĪGENS et Intellegens, entis. Particip. verbi *intelligo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *intelligentior* §. 1. — Proprie est qui intelligit, sciens, peritus, ingeniosus; *intendente, conoscitore, perito, ingegnoso*. *Cic. Brut. 48.* Semper ne vulgi iudicium cum intelligentium iudicio congruit? Et *54.* Intelligens dicendi existimator. *Id. opt. gen. Orat. 4.* Si teretes aures habent, intelligensque iudicium. *Id. 3. Fin. 5. extr.* Doctus et intelligens vir. Et *2. ibid. 20.* Erat et cupidus voluptatum, et cuiusvis generis eius intelligens. *Plin. 6. ep. 27.* Omni specie adulationis abstinui, non tanquam liber et constans, sed tanquam intelligens principis nostri; *pratico del suo genio*. *Tacit. 3. Ann. 9.* Imminentium intelligens. *Augustin. 1. Retract. 19. circa med.* Aliquid vigilantiore atque intelligentiore mente discutere. — Absolute *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 25. n. 4.* Intelligisne intelligibile et intelligens nequaquam posse seiungi? — **2)** Speciatim dicitur de eo, qui in iudicandis dignoscendisque operibus artificum callidus est et peritus; *intendente*. *Cic. 6. Verr. 2.* Signa pulcherrima, quae non modo istum hominem, ingeniosum atque intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent. Et *15.* Ita studiosus est huius praeclarae existimationis, ut putetur in istis rebus intelligens esse. V. INTELLIGO §. 3.

INTELLĪGENTER et Intellegenter. Adverb. ab *intelligens;* cum intelligentia; *con intelligenza*. *Cic. Partit. 8.* Sumuntur autem trium rerum gratia, ut amice, ut intelligenter, ut attente audiamur. *Plin. 3. ep. 16.* Quam studiose, quam intelligenter lectitabat! *intelligibilmente*.

INTELLĪGENTĬA et Intellegentia, ae, f. Verbale ab *intelligo;* facultas animae nobilissima, qua res, etiam incorporeas, percipimus et contemplamur; *intelletto, perspicacia, intendimento*. *Cic. 2. Invent. 53.* Intelligentia est, per quam animus ea perspicit, quae sunt. *Id. Univ. 5.* Deus intelligentiam in animo, animum inclusit in corpore. *Id. 1. Divin. 52.* Pars animi, rationis atque intelligentiae particeps. *Id. 1. Nat. D. 18. extr.* In eas imagines mens intenta, infixaque nostra intelligentia capit, quae sit beata natura. Et *17.* Haec quamquam dicta sunt subtilius, quam ut quivis ea possit agnoscere; tamen fretus intelligentia vestra, dissero brevius, quam causa desiderat. *Id. 3. Offic. 4.* Id honestum, quod in nostram intelligentiam cadit. Et *17.* Ratione et intelligentia tenere aliquid. *Id. 1. ibid. 4.* Quod in nostram intelligentiam cadit. *Id. 1. Orat. 3. extr.* Quod longissime est ab imperitorum intelligentia sensuque disiunctum; *capacità*. — **3)** Dicitur item de particularibus notionibus, quas mente assequimur ac tenemus; *cognizione, notizia, scienza*. *Id. 1. Leg. 22. sub fin.* Rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo ac mente concipere. *Id. 1. Tusc. 22.* Quia difficilis erat animi, quid, aut qualis esset, intelligentia, nullum omnino animum esse dixerunt. *Id. 3. ibid. 24.* Quae nos magis ad cognitionem intelligentiamque convertant. Et *9. Phil. 3.* Habere intelligentiam iuris civilis. *Iustin. 36. 2.* Somniorum primus intelligentiam condidit; h. e. artem interpretandi. — **3)** Et speciatim de cognitione et peritia in rebus artefactis; *cognizione, pratica*. *Cic. Rosc. Am. 17.* Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium? quo studio, et qua intelligentia esse in rusticis rebus? *Id. 6. Verr. 21.* Ut intelligatis in homine intelligentiam esse, non avaritiam: artificii cupidum, non argenti fuisse. *Id. 1. Invent. 29.* Pecuniae quaerendae intelligentia. Adde *6. Verr. 44. extr.* V. ELEGANS §. 7. et INTELLIGO §. 3. — **4)** Refertur etiam ad ea, quae sensibus percipiuntur. *Id. 4. Acad. 7.* In gustu et odoratu intelligentia, etsi vitiosa, est quaedam tamen.

INTELLĪGENTĬĀLIS et Intellegentialis, le. Adiect. ab *intelligentia;* ad intelligentiam pertinens. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 52.* Potentia intelligentialis.

INTELLĪGENTĬĀLĬTAS et Intellegentialitas, ātis, f. Abstractum ab *intelligentialis;* proprietas eius, qui est intelligentialis. *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 50.* Intelligentialitas, vitalitas, optimitas.

INTELLĪGENTĬTAS et Intellegentitas, ātis, f. Abstractum ab *intelligens;* intelligentialitas. *Mar. Victorin. de generat. Verb. Div. 7.* Existentialitas, vitalitas, intelligentitas.

INTELLĪGĬBILIS et Intellegibilis, le. Adiect. verbale ab *intelligo*. — Comparat. *intelligibilior* §. 2. — Proprie est qui intelligi potest; *intelligibile*. *Senec. ep. 124.* Quicumque voluptatem in summo ponunt, sensibile iudicant bonum: nos contra intelligibile, quia illud animo damus. — **2)** Item qui sub sensum cadit; *sensibile*. *Macrob. 1. Somn. Scip. 6. ante med.* In corporis intelligibilis lineam *(dyas)* prima defluxit. *Boëth. de Divis. 1. p. 642.* Divisio autem . . . debet ad intelligibiliora deducere.

INTELLĪGĬBĬLĬTER et Intellegibiliter. Adverb. ab *intelligibilis;* ita ut intelligi, sentirive possit; *intelligibilmente, sensibilmente*. *Augustin. ep. 218.* Multa nos ad corpus pertinentia intelligibiliter posse percipere. *Id. 1. Soliloquior. 1.* Deus intelligibilis lux, in quo, et a quo, et per quem intelligibiliter lucent, quae intelligibiliter lucent omnia. Adde *Mar. Victorin. 1. adv. Arium, 26.* V. loc. in INTELLECTUALITER.

INTELLĬGO et Intellego, ĭgis, exi, ectum, igĕre. Verbum transliv. ab *inter* et *lego, is*, mutata, euphoniae gratia, e littera in i. Cf. tamen INTERLEGO. — **b)** *Intellego* per secundam vocalem saepissime apud *Plaut.* legitur, et *Terent.*, itemque in multis opt. MSS. aliorum Scriptorum inveniri, plures Critici testantur: non desunt etiam, qui ita omnino scribendum putant. Quare non est ea scriptio damnanda: alteram tamen per i communior usus tuetur, ut *Dausquius* docet. Recentiores quidem alteram scribendi rationem in usum revocare videntur. — Idem dicendum est etiam de derivatis. Sic *intellegentia* pro *intelligentia* scribitur in Pandectis Florentinis *Dig. 20. 1. 20. sub fin.* et *alibi*. — **c)** *Intellexti* pro *intellexisti*, et *intellexes* pro *intellexisses* syncopae sunt: illa *Cic. 15. Att. 32.* et *Ter. Eun. 4. 6. 30.*, haec *Plauti, Cist. 2. 3. 81.* — **d)** Particip. *intelligens*, v. suo loco, *intelligendus* §. 5., *intellectus*, v. suo loco, *intellecturus* §. 7. — **e)** Derivata, *intellectibilis, intellectio, intellectivus, intellector, intellectualis, intellectualitas, intellectualiter, intellectuo, intellectus, intelligenter, intelligentia, intelligentialis, intelligentitas, intelligibilis, intelligibiliter*. — **f)** Composita, *inintelligibilis, praeintelligentia, subintelligo*.

INTELLĪGO proprie est mente percipio, intelligentia comprehendo, cognosco, animadverto; *intendere, capire, conoscere*. *Cic. 2. Orat. 14.* Haec dumtaxat in Graecis intelligo, quae ipsi qui scripserunt, voluerunt a vulgo intelligi. *Id. 1. Nat. D. 39.* Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. Et *26. extr.* Corpus, quid sit intelligo? quasi corpus quid sit, nullo prorsus modo intelligo. *Id. 3. ibid. 14.* Non intelligo, quo modo, calore exstincto, corpora intereant. Et *Rosc. Am. 31.* Quam sis audax, hinc omnes intelligere potuerunt, quod etc. *Nep. Pausan. 3.* E vultu eiusdem insidias sibi fieri intellexit; *comprese, s'avvide*. *Cic. 1. Offic. 41.* Magna saepe intelligimus ex parvis. *Id. 6. Att. 9.* Intellexi ex tuis litteris, te audisse, etc. *Id. Vatin. 15.* De gestu intelligo, quid respondeas; *dal gesto*. *Id. 8. Att. 12.* Aliquid penitus intelligere. *Id. 2. Offic. 14.* Intelligere et sapere plus quam ceteros. *Id. Top. 8.* Cernere aliquid animo, atque intelligere. *Nep. Dion. 9.* Facile intellectu est, quam invisa sit singularis potentia. *Id. Attic. 15.* Difficile intellectu est, utrum ete. *Id. Marcell. 1.* Intellectum est enim mihi quidem in multis, et maxime in me ipso, te auctoritatem huius ordinis tuis doloribus anteferre. *Tacit. Ann. 49.* Et quidam bonorum caesi, postquam, intellecto, in quos saevirentur, pessimi quoque arma rapuerant: *intesoni, saputosi*. — **2)** In responsionibus *intelligo* est annuentis se percipere, quae dicuntur. *Ter. Eun. 2. 3. 79. Par.* Pro illo te deducam. *Chae.* audio. *Par.* te esse illum, dicam. *Chae.* intelligo. *Id. Phorm. 2. 3. in fin.* Si quid opus fuerit, heus, domo me. *Ge.* intelligo. Adde *Plaut. Epid. 2. 2. 65.* — **3)** Speciatim

II. *Intelligere* dicuntur, qui artefacta optime dignoscunt, et in statuis, picturis, et huiusmodi aestimandis peritiam habent. *Cic. 6. Verr. 43.* Simulacrum, quo non facile quidquam dixerim me vidisse pulcrius: tametsi non multum in istis rebus intelligo. Et *14. extr.* Ego autem nugatorium sciebam, ista intelligere. *Plin. 36. 22. 4.* Et praeter ingenium artificis ipsa materia ingenii, quamvis occulta, in pretio operis intelligitur. — Absolute *Petron. fragm. Tragur. 52. Burm.* Habeo pocula omnia ponderosa, meum enim intelligere nulla pecunia vendo. V. INTELLIGENS §. 2., et INTELLIGENTIA §. 3. — **4)** Pro discerno; *distinguere*. *Plin. 33. 8. 2.* In ferreo anulo et equites iudicesque intelligebantur. *Lactant. 2. 16.* Oraculorum praestigias profani a sentate intelligere non possunt. — **5)** Pro sciro, videre, cognoscere, sentire. *Cic. Ligar. 5.* Intelligo, quid loquar; *so quel che dico*. *Nep. Alcib. 4.* Quia nocere se ei non posse intelligebant. *Id. Datam. 7.* Intelligebant, sibi cum viro forti esse negotium; *sapeva*. Et *Eumen. 3.* Intelligebat, copias suas dilapsuras; *vedea*. *Caes. 2. B. C. 42.* Ubi neque cohortationes suas, neque preces audiri, intelligit. Et *2. B. G. 33.* illi ante inito, ut intellectum est, consilio, etc.; *come s'è saputo*. *Hirt. 8. B. G. 5.* Illud vulgare incursionis signum, quod incendia aedificiorum intelligi consuevit; *conoscere*. *Plaut. Truc. 2. 6. 64.* Vehementer nunc mihi est irata: sentio, atque intelligo; *lo sento, e lo conosco*. *Petron. Satyr. 129.* Non intelligo me virum esse, non sentio; *non so d'esser uomo*. *Tacit. 14. Ann. 6.* Solum remedium insidiarum, si non intelligerentur; *se si mostrasse di non esserseme accorto*. *Cic. 16. Fam. 22.* Si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis; *non sapranno leggere*. *Plin. 33. 56. 23.* Ea res concitavit Rhodios ad intelligendum artificem; *a conoscere*. Sic *Vellei. 2. 116.* Quem virum ne qui intellexit quidem, abunde miratus est. — **6)** Pro recte iudicare. *Senec. Const. Sap. 1.* Quod Catonem aetas sua parum

Digitized by Google

intellexisset. *Quintil. 11. 1. 10.* Quando Socrates ab hominibus sui temporis parum intelligebatur. *Vellei. 2. 114.* Quem in quantum quisque aut cognoscere aut intelligere potuit, in tantum miratur ac diligit. *Tacit. 3. Ann. 3.* Tiberius atque Augustus publico abstinuere . . . ne, omnium oculis vultum eorum scrutantibus, falsi intelligerentur. — Huc spectare videtur illud *Vulg. Interpr. Ps. 40. 2.* Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem. — 7) Praeterea

III. *Intelligo* saepe refertur ad sensum gustus, tactus, etc. et significat sentire; *sentire:* atque hac ratione etiam brutis animalibus tribuitur. *Ovid. 9. Met. 456.* Illa quidem primo nullos intelligit ignes; *non sente amore. Colum. 12. 21. sub fin.* Si genus vini tantum velit, ut aquae salsae non intelligatur sapor. *Id. arbor. 15.* Cum frigus, contra consuetudinem, intellexeris. *Plin. 28. 14. 2.* Perfundere caput calida, et postea frigida, saluberrimum intelligitur. *Id. 8. 21. 5.* Vestigia hominum intelligi a feris. *Id. 10. 20. 1.* Pici, percussi corticis sono, pabulum subesse intelligunt. *Ovid. 3. Trist. 14. 40.* Intellecturis auribus utar. — 8) De visu oculorum recte dici, negat *Quintil. 10. 1. 105.*

Nota. Constructio verbi est modo absoluta, modo cum accusativo rei vel personae, addito saepe etiam ablativo cum praepos. *a* vel *ex*, *a* vel *ab*, *de* et *in*.

INTĔMĔRĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *temero;* inviolabilis. *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 3. a med.* Intemerabilis divinitas. *Epithalam.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 640. Burm. v. 71.* ab excelsa latus intemerabilis arce Monstrat iter. Adde *Dionys. Exig. versiones. Prosti, p. 416. Migne.*

INTĔMĔRANDUS, a, um. Adiect. participial. ex *in*, et *temerandus;* non violandus, aut contaminandus, referturque ad res sacras. *Val. Flacc. 3 642.* An Martia tempia intemeranda minus?

INTĔMĔRĀTĒ. Adverb. ab *intemeratus;* incorrupte. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 15. 5. 5.* Dum popularibus plausibus intemerate serviunt. *Al. melius leg.* intemperate, *alii* intemperanter.

INTĔMĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *temeratus*. — Comparat. *intemeratior*, infra. — Est non temeratus, incorruptus, inviolatus, integer; *inviolato, incorrotto, puro, casto. Virg. 11. Aen. 583.* Aeternum telorum, et virginitatis amorem Intemerata colit. *Id. 2. ibid. 163.* Intemerata fides. Et *3. ibid. 177.* munera libe Intemerata focis; h. e. pura, et rite oblata. *Tacit. 1. Ann. 42.* Quid enim per hos dies insanum, intemeratumve vobis? *Id. 4. Hist. 58.* Ut si vobis non fuit cordi, me duce, haec castra incorrupta et intemerata servari, at certe pollui foedarique a Classico ne sinatis. Et *1. Ann. 49.* Octo equitum alas, quarum ea seditione intemerata modestia fuit; h. e. integra, et in officio manens. *Val. Flacc. 4. 270.* ratis rapidum, ventis certantibus, aequor Intemerata secat; *illesa.* Et *Stat. 2. Theb. 726.* Intemeratae equae; h. e. virgines, quae currum Minervae trahere dicuntur. *Apul. Florid. n. 16.* Integrum et intemeratum beneficium. *Id. 2. Met. sub fin.* Intemerata veritas. *Capell. 1. p. 5.* Intemeratior cunctis, pulchriorque virginibus.

INTEMPĔRĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *tempero;* qui nequit temperari. Est *Cael. Aurel. 1. Chron. 4. a med.*, ubi etiam *alii leg.* intemporalis.

INTEMPĔRANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *temperans*. — Comparat. *intemperantior* §. 2., superlat. *intemperantissimus* §. 3. — Proprie est qui modum excedit; *smodato, intemperante. Apul. 1. Dogm. Plat. sub fin.* Aequalitas ista sicci, humidi, ferventis, ac frigidi sanitatem largitur: sicut illa intemperans atque immoderata permixtio animal celeri exitio corrumpit. — 2) Translate, qui temperare sibi nescit, incontinens, immoderatus, intemperatus; *chi non si sa contenere, intemperante, smodorato. Cic. 1. Acad. 1.* Intemperantis esse arbitror, scribere quod occultari velit. *Id. Vatin. 1.* Fui paulo intemperantior fortasse, quam debui. *Id. 13. Att. 26.* Intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. *Suet. Cal. 45.* In hoc quoque mime praeter modum intemperans. *Senec. 1. Ira, 5.* Perae in quasdam voluptates intemperantiores homine sunt. *Aurel. Vict. Epitom. 6.* Ad vescendum intemperans. *Liv. 24. 25. ad fin.* Avidi atque intemperantes animi. *Apul. 1. Met.* Ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas. *Petron. fragm. Tragur. 57. Burm.* Intemperans licentia. — 3) Saepe dicitur de incontinente voluptatum. *Cic. 5. Verr. 68. extr.* Inter impudicas mulieres, et intemperantes viros versari. *Id. Pis. 29.* Impurissima atque intemperantissima pecus. *Id. Sen. 9.* Libidinosa et intemperans adolescentia.

INTEMPĔRANTER. Adverb. ab *intemperans*. — Comparat. *intemperantius* et superlat. *intemperantissime*, infra. — Est intemperate, incontinenter, immoderate; *smoderatamente, intemperantemente. Cic. 1. Phil. 5.* Nimis iracunde hoc quidem, et valde intemperanter. Et *5. ibid. 18.* Ne honoribus nostris elatus, intemperantius suis opibus utatur. *Plin. 1. ep. 5.* Intemperanter lacerare aliquem. *Liv. 31. 57.* Aviditate caedis intemperantius insecuti, in cohortes Romanas incidere. *Plin. Paneg. 68. extr.* Intemperantius amare. *Apul. Apol.* Intemperantissime gloriari.

INTEMPĔRANTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *intemperans;* idem quod intemperies; *intemperie. Senec. Const. sap. 9.* et *Colum. procem. l. 1.* Intemperantia caeli. *Cato, RR. 141.* Calamitates intemperantiasque prohibessis. *Al. leg.* intemperiasque. V. hanc vocem §. 1. — 2) Saepius translate est incontinentia, immoderatio; *smoderatezza, intemperanza. Cic. 4. Tusc. 9.* Omnium perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quae est a tota mente, et a recta ratione defectio, sic aversa a praescriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. Et *mox.* Menti inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. *Id. 2. Agr. 36. ad fin.* Haec ego vos concupisse, pro vestra stultitia atque intemperantia, non miror. *Id. Coel. 11.* Is multa de incontinentia intemperantiaque disserit. *Id. Dom. 9.* Tanta fuisti intemperantia, ut illius tui sceleris rationem occultare non posses. *Id. 1. Offic. 34.* Intemperantia libidinum. *Plin. 11. 80. 2.* Intemperantia risus. *Senec. ep. 106. in fin.* litterarum. *Tacit. 4. Ann. 18.* linguae. *Id. 2. Hist. 1.* Intemperantia civitatis, donec unus eligatur, multos destinantis. — 3) Eleganter *Val. Max. 2. 1. n. 3.* secundas nuptias *legitimam intemperantiam* vocat. V. ILLEGITIMUS. Hinc etiam Christiani monogamiam laudabant, digamiam vero vituperabant. — 4) Speciatim dicitur de arrogantia, superbia sive superiorum erga inferiores, sive horum erga illos. *Nep. Eumen. 8.* Periculum est, ne faciant sua intemperantia, nimiaque licentia, ut omnia perdant; h. e. immodestia, et incivili insolentia: *παρανομία. Id. Arist. 2.* Tum autem et intemperantia Pausaniae et iustitia factum est Aristidis, ut etc. — 5) Apud Mythologos

II. *Intemperantia* per antonomasiam proprium Deae nomen est, quam Aetheris ac Terrae filiam habuerunt, teste *Hygin. praef. fab.*

INTEMPĔRĀTĒ. Adverb. ab *intemperatus;* idem ac intemperanter. *Cic. Univ. 12.* Qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet. V. INTEMERATE.

INTEMPĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *temperatus*. — Comparat. *intemperatior* §. 1., superlat. *intemperatissimus* §. 2. — Proprie est non temperatus, temperie carens; *non temperato. Senec. Consol. ad Helv. 6.* Quid ad ipsum loci situm horribilius? quid ad caeli naturam intemperatius? *di peggior aria?* — 2) Translate, immoderatus, intemperans; *smoderato, eccessivo, intemperante. Cic. Amic. 20. a med.* Ne intemperata quaedam benevolentia impediat magnas utilitates amicorum. *Id. Pis. 10.* Intemperatissimae perpotationes. *Al. leg.* intemperantissimae. *Aur. Vict. Caesar. 33. a med.* Gallienum educunt nocte intemperata; h. e. intempesta. — 3) Est etiam immixtus, purus. Sic *intemperatum vinum*, apud *Cael. Aurel. 3. Acut. 17. a med.* est non temperatum, merum.

INTEMPĔRĬAR, āre, n. Est idem ac intemperies. *Cato, RR. 141.* Calamitates intemperiasque prohibessis; *le intemperie dell' aria.* — 2) Cum referuntur ad animum, insaniam, furorem significant, qui ex intemperie cerebri nascitur. Quidam Furias intelligunt, quae mentem agitant et corrumpunt: alii Deas, quae vim habeant per intemperantiam nocendi. *Capell. 2. p. 40.* iungit cum Furiis et Mania. *Plaut. Mil. 2. 5. 24.* quae te intemperiae tenent, Qui me perperam perplexo nomine appellas? *Id. Aul. 1. 1. 32.* Nescio pol, quae illunc hominem intemperiae tenent: Pervigilat noctes totas. Et *4. 4. 15.* Larvae hunc atque intemperiae, insaniaeque agitant senem. *Gell. praef. a med.* Qui intemperiarum, negotiorumque pleni sunt, abeant a Noctibus his procul; h. e. insanis curis, quibus eorum mens distinetur, et quasi a Furiis agitatur. — 3) De intemperantia, et morum difficultate, qua quis ab iniuriis, quasi furens, abstinere nescit. *Id. 1. 17.* Xantippe Socratis uxor morosa admodum fuisse fertur et furiosa. Has eius intemperias in maritum Alcibiades demiratus, etc.; *stravaganze.* Ita legit *Non. 8. 78. alii* intemperies.

INTEMPĔRĬĒS, ēi, f. Abstractum ab *in* et *temperies;* mala rerum mixtarum temperatura; *intemperie, mala disposizione:* ut *intemperies caeli*, cum aër immoderate aut calidus est, aut frigidus, aut humidus, aut siccus. *Liv. 8. 18.* et *Colum. initio praef.* Caeli noxia frugibus intemperies. *Id. 11. 2. a med.* Intemperies solis, aut anni. *Liv. 3. 31.* Annona propter aquarum intemperiem laboratum est. — 2) Translate. *Plaut. Capt. 4. 4. 5.* Clades calamitasque, intemperies modo in nostram advenit domum; h. e. infortunium. — 3) Saepius refertur ad mores. *Cic. 4. Att. 6.* Videor stulte illius amici intemperiem non tulisse; *la stravaganza de' costumi:* vel *pazzia, furore.* Sic *Gell. 18. 7. circa med.* Intemperies ista, quae *μελαγχολία* dicitur, non parvis nec abiectis ingeniis accidit. Et *1. 23.* Senatores ingredientes curiam, quid illa mulierum intemperies sibi vellet, mirabantur. *Tacit. 1. Hist. 64.* Benigne excepti, modestia certavere: sed brevis laetitia fuit, cohortium intemperie, quas etc.; *per insolenza.* — 4) Pro intemperantia; *intemperanza. Justin. 12. 15. extr.* Amici causam morbi, intemperiem ebrietatis disseminaverunt.

INTEMPESTĪVĒ. Adverb. ab *intempestivus;* extra tempus, importune, incommode; *fuor di tempo. Cic. 1. Offic. 25.* Si irascamur aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus. *Ovid. 4. Pont.*

Digitized by Google

11. 19. vulnera mentis intempestive qui fovet, ille novat. *Phaedr. 5. 19. extr.* intempestive qui occupato alluserit. *Tacit. 2. Ann. 23.* Miles pavidus turbat nautas, vel intempestive iuvat. Adde *Colum. 11. 2. a med.* et *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 55. 1.*

INTEMPESTĪVĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *intempestivus;* inopportunum tempus; *tempo improprio. Gell. 3. 16. ad fin.* Octavi mensis *(ad partum)* intempestivitas.

INTEMPESTĪVĬTER. Adverb. ab *intempestivus;* idem ac intempestive. In *lemmate* apud *Gell. 4. 20.* Qui dixerant loca quaedam intempestiviter.

INTEMPESTĪVUS, a, um. Adiect. ab *in* et *tempestivus.* — Comparat. *intempestivior* §. *1.* — Proprie est qui praeter tempus fit, inopportunus; *fuor di tempo, intempestivo. Cic. Amic. 6. sub fin.* Amicitia nunquam intempestiva, nunquam molesta est. *Id. 4. Att. 14.* Intempestiva epistola. *Plaut. Most. 3. 2. 141.* Postes intempestivos exesos credo: id eis vitium nocet. *Ovid. 10. Met. 689.* Intempestiva cupido. *Id. 3. Trist. 6. 45.* Intempestivi timores. *Val. Max. 7. 8. extr.* Quid hoc loco intempestivius? — **2)** Translate. *Plin. 18. 57. 2.* Anseres continuo clangore intempestivi; *h. e.* intempestive clangentes. — **3)** Intempestiva convivia. V. TEMPESTIVUS.

INTEMPESTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *tempestus;* intempestivus; *intempestivo.* Nec est epithetum noctis, quae rebus agendis idoneum tempus non habet, ut *Macrob. 1. Saturn. 3. in fin.* loquitur; *il maggior buio della notte. Virg. 1. G. 247.* Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox Semper, et obtenta densantur nocte tenebrae, etc. Est hoc nomine certum noctis tempus; scilicet inter concubiam noctem, et mediam (V. CONCUBIUS §. 2.) ut *Macrob. ibid.* et *Censorin. de die nat. 24.* docent. *Servius* ad illud *5. Aen. 587.* Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat: ipsam mediam noctem *intempestam* dici tradit. *Varro, 6. LL. 2.* cum *concubio,* et *silentio* noctis, seu conticinio confundit. Omnes tamen in eo conveniunt, ut significet altiorem noctis partem, cum tempus agendi nullum est. Consentit *Festus* apud *Paul. Diac. p. 110. Müll.,* qui noctem intempestam dici ait incertius noctis tempus, quia non tam facile noctis horae, quam diei possunt intelligi. V. *Sidon. 2. ep. 2. a med.,* qui convenire videtur cum *Apulejo,* cuius locum legesis INCONCUBIUS §. 2. — Porro noctis tempora eo incertiora sunt, quo magis ab initio eius, et fine distant. *Cic. 1. Phil. 3.* Cum intempesta nox esset, manusissemque in villa P. Valerii. *Id. Pis. 38.* Domum se abdidit: inde nocte intempesta, crepidatus, veste servili, navem conscendit. — **2)** Refertur etiam ad intemperiem aëris. Hinc *intempestas Graiseas* dixit *Virg. 10. Aen. 184.* quod oppidum illud gravitate caeli laboraret, ut *Cato* et *Plin.* apud *Serv. ad eum loc.,* itemque *Diomed. 1. p. 407. Putsch.* docent. *Stat. 2. Theb. 155.* quibus ipse per imbres Fulminibus mixtos, intempestumque tonantem Ilas meus usque domos vestigia fecit Apollo; *tempestoso.* — *Auson. Ecl. de mensib. 11.* Sidera praecipitas pelago, intempeste November.

INTEMPŎRĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *temporalis;* qui est extra tempus; hoc est aeternus. *Apul. 2. Dogm. Plat.* Praeteriti, futurique aevi ultimas partes attingere, et esse quodammodo intemporalem. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 516.* Intemporalis ante, quam primus dies. *Hilar. de Synod. 40.* Non differt in tempore: ut cum Patre sit intemporalis et Filius. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 17. 2.* — **2)** Item intempestivus, inopportunus. *Cael. Aurel. 2. Acut. 10. circa med.* Intemporalis cibus. Adde *3. ibid. 17.* et *Augustin. in Psalm. 59. n. 15.*

INTEMPŎRĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *intemporalis;* intempestivitas. *Cael. Aurel. 1. Acut. 9. circa med.* Somni intemporalitatem interrumpere. Adde *ibid. 15.* et *Arnob. Iunior. Conflict. de Deo, 2. 21.*

INTEMPŎRĀLĬTER. Adverb. ab *intemporalis;* extra tempus; *nell'eternità. Fulgent. Remiss. peccat. 3.* Propterea iniqui poenitentiam steriliter, quia intemporaliter, habentes. Adde *Pelag. pap. Fides, prope init.* — **2)** Item intempestive. *Cael. Aurel. 1. Acut. 9. a med.* Intemporaliter uti cataplasmatibus.

INTEMPŎRĀRĬUS et Intemporatus, a, um. Adiect. ab *in* et *temporarius;* non temporarius, importunus, inopportunus. Utramque vocem ex *Gloss.* antiquis laudat *Hildebr. ad Gloss. Lat. p. 182. n. 560.,* ubi adnotat saepe eam confusam fuisse a librariis cum *intemperatus.* Sic in *Gloss. Papiae* « Tempestivum, intemperatum, non suo tempore, subitaneum; » ubi, inquit *Hildebr.,* lege *intemporatum,* quod voc. nota. — Pro voce autem *intemporarius* nullum affert exemplum.

INTEMPŎRĀTUS. V. voc. praeced.

INTEMPT — V. **INTENT** —

INTENDĪTUS, a, um. Particip. verbi *intendo* praeter consuetudinem effictum. Legitur apud *Front. de fer. Alsiens.* (edente iterum *A. Mai) 3.* Quis arcus perpetuo intenditus? V. voc. seq. §. b.

INTENDO, dis, di, tum *vel* sum, dĕre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum (V. infra §. 22. et seqq.), ab *in* intentiva et *tendo,* cuius variationes sequitur. V. TENDO coll. TENTO, ubi et de scribendi ratione. — **b)** Particip. praeteritum triplex habet *intentus, intensus* et *intenditus,* de quibus V. suo loco. Hoc ultimum tamen unice, quod sciam, habet *Fronto.* V. voc. praeced. — Ex duobus autem superioribus derivata hinc duplici ratione scribuntur, ut *intentio* et *intensio,* etc., prior tamen praestat, ac magis Latina est, ut adnotat *Forcellinus noster* sub v. INTENSUS in sua huius *Lexici* editione. — **c)** Alia particip. *intendens* §. *1.* et *16., intendendus* §. *9.* et *15.* — **d)** Derivata. *intentatio, intente, intentio, intentiose, intentivus, intento, intentus, us.* — **e)** Composita. *superintendo.*

INTENDO proprie est idem quod tendo, aut valde tendo, extendo, porrigo; *stendere, tirare. Plin. 26. 62. 1.* Nervos intendere, aut remittere. *Cic. 16. Att. 15. ante med.* Et simul dextram intendit ad statuam. *Colum. 6. 17.* Folia malagmatis more scarificationi inteduntur; *si stendono sopra. Val. Flacc. 8. 68.* Iamque manus Colchis, crinemque intenderat astris. *Ovid. 4. Pont. 4. 36.* Intendere aures ad verba; *star colle orecchie tese.* Et *Senec. 1. Clem. 25.* Intendere alicui manus; *stendere le mani addosso. Al. leg.* intentare. *Cic. 4. Tusc. 17.* Acrem in omnes partes aciem intendit. Et *4. Acad. 25.* Intendi longius acies non potest. *Virg. 8. Aen. 704.* arcum intendebat Apollo. Et *3. ibid. 683.* vela ventis. *Plaut. Bacch. 4. 4. 58.* ballistam in aliquem. *Virg. 5. Aen. 54.* Zephyri intendunt vela; *gonfiano. Plin. 8. 55. 1.* Histrici longiores aculei, et cum intendit cutem, missiles. *Liv. 1. 57. a med.* Intendentibus se tenebris; *venendo notte.* Et *7. 28.* Nox interdiu visa intendi; *farsi.* — **2)** Item dirigere, iniicere, intentare. *Virg. 9. Aen. 590.* Intendere sagittas. *Plin. 5. ep. 9. a med.* telum in iugulum. *Tacit. 16. Ann. 9.* ictus; *tirar colpi.* — **3)** Pro illigare, innectere. *Virg. 2. Aen. 206.* et stupea vincula collo Intendunt. *Id. 5. ibid. 405.* duroque intendere brachia tergo; *h. e.* corio caestuum. — **4)** Pro circumdare. *Id. 4. ibid. 506.* Intenditque locum sertis, et fronde coronat. — **5)** Translate est augere, quia quae intenduntur, maiorem vim habent; *accrescere. Id. 7. ibid. 515.* cornuque recurvo Tartaream intendit vocem. *Val. Flacc. 8. 362.* moestas altis intendere voces Puppibus; *alzar grida verso la navi. Tacit. 2. Ann. 58.* Languescet industria, intendetur socordia. *Id. 2. Hist. 54.* Intendere formidinem. Et *1. ibid. 12.* cupiditates hiantes facilitate. Et *4. Ann. 26.* gloriam. *Plin. Paneg. 19.* studium et laborem. *Sall. Iug. 78.* officia. *Tacit. 15. Ann. 15.* odium. — **6)** Item tendere. *Cic. Mur. 9. ad fin.* Ut eo, quo intendit, cum exercitu mature perveniat; *dove è indirizzato.* — **7)** Pro respicere. *Apul. Trimeg. 41.* Solo etenim occidente, cum quis Deum rogare voluerit, illuc debet intendere. — **8)** Item inferre, intentare. *Cic. Mil. 14.* Intendere alicui actionem perduellionis. *Liv. 3. 26.* crimen in aliquem; *dar un'accusa. Cic. 1. Orat. 10.* alicui litem; *muover lite. Suet. Vitell. 7.* alicui iniuriarum formulam. *Vellei. 2. 13. in fin.* Intendere iniurias. *Tacit. 1. Ann. 28.* Spem offerre, metum intendere. *Cic. Har. resp. 1.* alicui periculum iudicii. Et *Rosc. Am. 3.* periculum in omnes. *Tacit. 3. Ann. 56.* probra et minas alicui. *Liv. 21. 6. ad fin.* bellum in Hispaniam, et Annibalem. *Auct. ad Herenn. 4. 27.* Intendere orationem; *h. e.* dirigere in aliquem: oratione et criminatione quempiam aggredi. — **9)** Praeterea locum habet in variis dicendi generibus; nempe

II. *Intendere consilium* est parare, translatum, inquit *Donat.,* a venatoribus, qui retia intendunt ad feras captandas. *Ter. Andr. 4. 3. 18.* Repudio quod consilium primum intenderam. Simile est illud *Eiusd. Heaut. 3. 2. 2.* Intendenda est in senem fallacia. — **10)** *Intendere fugam* est fugae se enixe dare. *Liv. 7. 37. ad fin.* Neque, utrum castra peterent, an longiorem intenderent fugam, constare poterat. — **11)** *Intendere iter* est dirigere; *indirizzare, volgere. Liv. 31. 33.* Ad explorandum, quonam hostes iter intendissent. *Id. 36. 21.* A porta ad praetorem iter intendit. *Id. 21. 29.* Coeptum iter in Italiam intendere. — **12)** Absolute. *Sallust. orat. 2. ad Caes. circa med.* Avaritia, bellua fera, intoleranda est: quo intendit, oppida, agros vastat. *Ter. Andr. 2. 2. 6.* Ubi quaeram? aut quo nunc primum intendam? — **13)** *Intendere leges* apud *Plin. 4. ep. 9. a med.* est earum severitatem sequi: ducta translatione ab intendendo arcu. Cui contrarium est mitigare. — **14)** *Intendere se* est animo et viribus parare se, eniti, intentum se praebere. *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 4.* Qui se intenderant adversarios in eius tribunatum. *Quintil. 4. 1. circa med.* Intendere se in rem; *attendere, applicare. Cic. 2. Tusc. 25.* Ne ingemescit quidem vir fortis, nisi forte ut se intendat ad firmitatem; *h. e.* vires suas colligat. — **15)** Hinc speciatim

III. *Intendere animum* est adhibere, convertere, sed cum conatu et studio; *applicare. Cic. fragm.* apud *Non. 4. 256.* Quaero enim, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem. *Id. 4. Acad. 15.* Parum defigunt animos, et intendunt in ea, quae perspicua sunt. *Id. 2. Verr. 5.* Quid iste speret, et quo animum intendat, facile perspicio. *Liv. praef. a med., Sall. Iug. 47.* et *Plin. 7. ep. 27.* Acriter intendere animum ad aliquid. *Horat. 1. Ep. 2. 55.* Intendere animum studiis et rebus honestis. *Sall. Iug. 25.* In regnum Adherbalis animum intendit. *Cic. 2. Invent. 55. extr.* Intendere considerationem in aliquam rem. *Sall. Cat. 50.* ingenium. *Liv. 40. 5.* omnes cogitationes

Digitized by Google

ad aliquid. Et *37. 56. extr.* totam curam in belli apparatum. *Quintil. 10. 7. circa med.* Vis omnis intendenda rebus, et remittendum aliquid ex cura verborum; h. e. vis animi adhibenda in rebus, et verborum cura remittenda. — **16)** Et, omisso *animum*, absolute pro intendere animum. *Cic. 2. Orat. 42.* Quod est tibi ante explicandum, quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere; *aver intenzione di andare*. Sic *Sall. Iug. 27.* Quod ubi secus procedit, neque, quod intenderat, efficere potest, etc.; *avea tentato*. Et *77.* Quocumque intenderat, res adversae erant; *rivolgea il pensiero*. *Plin. 8. ep. 19.* Intende libro, quem cum hac epistola accipies; *attendi, leggi con attenzione*. *Quintil. 10. 1. 45.* Nunc genera ipsa lectionum, quae praecipue convenire intendentibus, ut oratores fiant, existimem, persequar; h. e. enitentibus, conantibus. *Iustin. 13. 6.* Ad nuptias Cleopatrae intendit; *rivolse l'animo*. *Val. Flacc. 6. 600.* campis intendere suadet, Dum datur, ardentesque viri percurrere pugnas; *volger l'animo e l'occhio*. *Lactant. 7. 27. ad fin.* Intendamus iustitiae, quae ad Deum sola perducet. — Cum infinito. *Sall. Iug. 113. extr.* Quo ire intenderant, perventum est. Et *97.* Quem locum Marius summa vi capere intendit; *si applica a prenderlo*. Et *orat. 2. ad Caes. ante med.* Neque ullam rem agere intendit, nisi illi auctores fierent. *Liv. 56. 44.* Dolonibus erectis altum petere intendit; *si mette*. Et *45.* Postero die hostem persequi intenderunt. Adde *58. 2.* — **17)** *Intendi animo* est intentum adhibere animum. *Id. 1. 25.* Erecti suspensique in minime gratum spectaculum animo intenduntur. — **18)** *Intendere animo* est statuere, propositum habere. *Cic. 10. Phil. 4.* Si C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset. — **19)** Item speciatim

IV. *Intendere* apud Grammaticos aliquando est producere. *Gell. 13. 22. sub fin.* Primam syllabam intendit, tertiam corripuit. — **20)** Item apud Rhetores *intendi* dicitur, quod in prima argumentationis propositione (quae et *intentio* vocatur) exprimitur. *Quintil. 5. 14. ante med.* In qua idem concluditur, quod intenditur. — **21)** Huc spectat illud *Iulii Victor. Rhet. 3. §. 9.* Non hanc formulam mihi intendere debuisti, sed illam: non ex hoc edicto mecum agere, sed ex illo: non tanti litem taxare, sed tanti. — **22)** Absolute, vel intransitivorum more,

V. *Intendere* est etiam intente agere, contendere, affirmare; *sostenere, contendere, affermare*. *Cic. Quint. 29.* Quem, quo modo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse. *Plaut. Mil. 2. 4. 27.* Pergin', sceleste, intendere, atque hanc arguere? *seguiti a perfidiare? Ter. Eun. 5. 5. 19.* Nisi si illa forte, quae olim periit parvula Soror, hanc se intendit esse, ut est audacia. *Senec. Consol. sap. 4.* Cum potentes, et consensu servientium validi nocere ei intendent. — **23)** Hinc *intendere in se* est ad se respicere, in se ipsum animo et cogitatione converti. *Senec. praef. l. 1. Quaest. nat.* Quid sit Deus: totus in se intendat, an ad nos aliquando respiciat. — **24)** *Intendere alicui*, converti ad aliquem, aliquem spectare. *Stat. praef. 5. Silvar. in fin.* Cum scias hanc destinationem quietis meae tibi maxime intendere. — *Minuc. Octav. 7.* Intende templis ac delubris deorum, quibus Romana civitas et protegitur et armatur. — **25)** Huc spectare potest illud *Vulg. Interpr. Eccli. 42. 12.* Omni homini noli intendere in specie; h. e. noli cuiusquam speciem seu pulchritudinem fixis oculis contemplari. — Item absolute illud singulare *Psalm. 44. 4.* et *seq.* Accingere gladio tuo . . . intende, prospere procede et regna; h. e. decore tuo prospere ascende. V. *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — **26)** Item illud *Psalm. 69. 2.* et *alibi*. Deus in adiutorium meum intende. — **27)** Denique et illud *Vulg. Interpr. Ital. Gen. 34. 3.* Et intendit *(Siehem)* animo Dinae filiae Iacob. *Vulgata* nostra habet *et conglutinata est anima eius cum ea*. Simile est illud Italorum recentiorum; *intendere ad una donna* vel *intendersi in una donna*. Cf. supra §. 17. et 18.

Nota I. Constructio verbi est de more cum accusat. rei et dativo rei vel personae, pro quo saepe etiam adhibetur alter accusat. cum praepos. *ad* vel *in*, vel absolute aut sequente infinito: intransitivorum autem more construitur vel absolute, vel cum casu relationis, vel denique cum accusat. et praepos. *in*. — **Nota II.** Discrimen inter *attendo* et *intendo*, v. sub v. ATTENDO in *Nota* II.

INTĔNĔBRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *tenebrae;* tenebris obductus. — Translate. *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 25. 6.* Vacua enim doctrina ipsorum et intenebrata.

INTENSĔ. V. INTENTE *fin.*

INTENSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *tensibilis* (Cf. INTENDO §. b.); non tensibilis. *Boëth.* in *Porphyr. 5. p. 107.* Differentia quidem intensibilis est, et irremissibilis.

INTENSĬO. V. INTENTIO §. 1. *fin.*

INTENSĪVUS. V. INTENTIVUS.

INTENSUS, a, um. Particip. verbi *intendo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *intensior* §. 2. — Proprie est idem ac intentus, contentus; *teso, tirato*. *Senec. 2. Ira, 15.* Qui meditatus est per intensos funes ire. — **2)** Translate. *Id. ibid. 33.* Acrior spiritus est, intensior impetus, rupturus se, nisi eruperit. *Nazar. Paneg. ad Constantin. 25.* Virtus in parvis remissa, in mediocribus modice intensior. Cf. INTENDO §. b.

INTENTĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *tento;* qui tentari non potest. *Gloss. Philox.* Intentabilis; ἀπείραστος. — In *Gloss.* autem *Gr. Lat.* legitur: Ἀπείραστος; intemptatilis; h. e. intentatilis. Prior tamen vocis forma confirmatur exemplo *Symbol. Constantinop.*, quod praemittitur *Vigil. pap. Constituto*. Definivit *(Synodus)* principaliter, trecentorum decem et octo sanctorum patrum fidem manere intentabilem.

INTENTĀTĬLIS. V. voc. praeced.

INTENTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intento;* actus intentandi. *Senec. 3. Ira, 4.* Oculi ad intentationem subitam digitorum comprimuntur. *Est qui legit* intentionem. *Tertull. Apolog. 46.* Intentatio criminum; h. e. obiectio. *Al. leg.* intentio.

INTENTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *in* et *tentator;* qui tentator non est. *Vulg. Interpr. Iacob. 1. 13.* Deus enim intentator malorum est. — Plerique autem, ut adnotat *Furlanetto* in *Lex.* huius *Append.* ad h. v., hic *intentatus* aut *intentabilis* scribendum contendunt: quod quidem et Graeco vocabulo (ἀπείραστος) et loci huius sententiae magis consentaneum est. Adde *Augustin. de peccat. merit. 2. 4.*

INTENTĀTUS, a, um. Particip. verbi *intento;* obiectus; *tirato contra*. *Liv. 9. 6.* Gladii etiam plerisque intentati, et vulnerati quidam necatique. — **2)** Frequentius vero

II. *Intentatus* est adiect. ab *in* negativa et *tentatus;* non tentatus, non expertus; *intentato, non provato*. *Horat. 1. Od. 3. 12.* miseri, quibus intentata nites. *Id. Art. P. 285.* Nil intentatum nostri liquere poëtae. *Gell. 9. 4.* Notavi quaedam mirabilia, et scriptoribus fere nostris intentata. *Virg. 10. Aen. 59.* Nunc etiam Manes (hanc intentata manebat Sors rerum) movet. *Tacit. 1. Ann. 50.* Iter intentatum. *Senec. Med. 62.* Vacca intentata iugo. — **3)** Apud Scriptores Ecclesiasticos est tentatione non probatus. *Tertull. de Baptism. 20.* Neminem intentatum regna caelorum consecuturum.

INTENTĔ (et intense). Adverb. ab *intentus*. — Comparat. *intentius* (et *intensius*) et superlat. *intentissime*, infra. — Est intentis viribus, intento animo, acriter, impense, vehementer; *attentamente, diligentemente, con isforzo e applicazione*. *Auct. ad Herenn. 4. 56.* Alia meliora sunt, quae multo intentius petimus in vita. *Est qui leg.* intensius. V. §. 2. *Plin. 3. ep. 19.* Dum intente instanterque pronunciat, sanguinem reiecit. *Quintil. 2. 2. a med.* Intente et modeste audire aliquem. *Liv. 8. 17.* Cum delectus intentius, quam adversus finitima bella, haberetur. *Id. ibid. 1. ad fin.* Intentius apparare bellum. Et *25. 30.* Quo intentius custodiae servantur. *Tacit. 3. Ann. 55.* Intentius se excusare. *Id. 11. ibid. 11.* Intentius adesse alicui rei. Et *15. ibid. 13.* Intentius premere obsessos. *Lamprid. Elagab. 14.* Exspectans intentissime. — *Intensius* legitur apud *Front. de fer. Als.* (edente iterum *A. Mai*) *5. a med.*

INTENTIO et Intensio, ōnis, f. Verbale ab *intendo;* actus intendendi, seu vis rei intentae, extensio, contentio; *stiramento, tensione, intensione, veemenza;* cui opponitur laxatio, remissio, languor. *Cic. 1. Tusc. 10.* Ipsius corporis intentionem quandam, velut in cantu, et fidibus, quae harmonia dicitur. *Colum. 6. 6.* Cruditatis signa sunt fastidia cibi, nervorum intentio, hebetes oculi. *Cels. 3. 26. n. 54.* Quidquid aridum est, et intentione quadam proximum quoque locum male habet, concidere. (Adde *8. 18.*). *Plin. 28. 14. 1.* Intentio vocis. *Quintil. 11. 3. 40.* Vox habena omnes in se sonos intentionesque. *Gell. 5. 16.* aëris. Et *18. 10. extr.* et remissio motus. *Tacit. 16. Ann. 34.* vultus; *il tener fisso il volto*. — *Intensio*, alia scribendi ratione. *Senec. 2. Quaest. nat. 6.* Intensionem aëris ostendent tibi inflata, nec ad ictum cedentia. Et *mox.* Quid est vox, nisi intensio aëris? Et *8.* Nihil non intensione vehementius est. *Scribon. Compos. 253.* Cervix rigida cum intensione oculorum et maxillarum; *convulsione*. — *Alii his quoque locis leg.* intentio. Cf. INTENDO §. b. — **2)** Translate est cura, studium, conatus, contentio; *sforzo*. *Cic. 2. Tusc. 23.* Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt; simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat attollere. Et *27.* Patientiam dolorum animi intentione firmare. *Plin. Paneg. 71.* Intentio humanitatis; h. e. contentio, qua se aliis ostentare studebat. *Id. 1. ep. 3.* Intentio rei familiaris obeundae. *Cic. 4. Tusc. 2.* Mentem a cogitationum intentione, cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere; *studio, attenzione, applicazione*. Et *2. Invent. 14.* Cum animus hac intentione omnes totius negotii partes considerabit. *Quintil. 6. 3. 1.* Risus animum ab intentione rerum frequenter avertit. *Id. 10. 3. a med.* Quae delectant, necesse est, avocent ab intentione operis destinati. *Liv. 4. 17.* Non aversus ab intentione lusus animus; *non divertito dall'applicazione del giuoco*. *Senec. ep. 113.* Dicam, si mihi accommodaveris subtilitatem et intentionem tuam. *Plin. Paneg. 78.* Haec nempe intentio tua, ut libertatem revoces ac reducas; *quest' è la tua premura, di richiamare* etc. Cf. *Apul. 1. Met. 17. fin.* — *Cod. Theod. 1. 1. 5.* Sco-

Digitized by Google

lastica intentio. — in plurali num. *Gell. 13. 2.* Animos ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores. — **β)** Deinde

II. *Intentio* aliquando est obiectio, accusatio, actio. *Quintil. 3. 9. init.* Iudiciale genus officiis constat duobus, intentionis ac depulsionis. *Id. 7. 1. 9.* Intentio simplex: *occidit Saturninum Rabirius:* coniuncta: *lege de sicariis commisit L. Varenus. Ulp. Dig. 11. 6. 1.* Si ex locato fuerit actum, dicendum erit, non tenere intentionem. Adde *Cic. 1. Invent. 10.* et *2. ibid. 45.* et *Auct. ad Herenn. 1. 16.* — **γ)** Nonnunquam propositio, seu prima pars argumentationis; *la maggiore. Quintil. 5. 14. 6.* Ita erit prima intentio, secunda assumptio, tertia connexio. — **δ)** Item augmentum; *intensione, accrescimento. Senec. ep. 78.* Summi doloris intentio invenit finem. *Gell. 16. 5. Ve* particula tum intentionem significat, tum minutionem. Et *7. 7. Ad* praeverbium significat ἐπίτασιν, quam nos intentionem dicimus. — **ε)** Item intentus, scopus, finis; *scopo. Boëth. Dial. 1. in Porphyr. post init.* Praedocent enim, quae sit cuiuscumque operis intentio, quod apud illos σκόπος vocatur. — **ζ)** Raro est voluntas, mens, consilium; hinc Itali nunc habent *intenzione. Papinian. Dig. 34. 1. 10.* Intentionem quidem defuncti prima facie refragari. — *Vulg. Interpr. Hebr. 4. 12.* Discretor *(Deus)* cogitationum et intentionum cordis. — **η)** Item figura rhetorica, eadem quae Graece *antistasis* appellatur. V. ANTISTASIS §. 1. — **θ)** Pro controversia videtur sumi apud *Auct. rei agr. ex libris Dolab. p. 303. Lachm.* de quibus possessionibus intentio vertitur. Cf. *Ducange* in *Gloss. med.* et *inf. Latinit.* ad h. v.

INTENTĬŌSĒ. Adverb. ab *intentio;* cum intentione, ut *contentiose* est cum contentione. *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal. 11. 15.* Intentiose emunt, quae carius distrahuntur.

INTENTĪVUS (et Intensivus), a, um. Adiect. verbale ab *intendo,* intendendi et augendi vim habens; *intensivo:* ut Intentiva adverbia. *Priscian. 15. p. 1023. Putsch.* — Quidam e Recentioribus scribunt et *intensivum,* sed praestat altera scribendi ratio. Cf. INTENDO §. b. — **β)** Absolute, substantivorum more,

INTENTĪVA, ae, f. Est ea Musicae pars, quae a Graecis διάτονος appellatur. *Gloss. Gr. Lat.* Διάτονος; Intentiva. V. DIATONUS §. 2.

INTENTO, as, avi, ātum, are. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, specie frequentativ. ab *intendo.* — Particip. *intentans* §. 1. et seqq., *intentatus,* v. suo loco. — Proprie est saepius intendo, extendo; *stendere, tirare. Liv. 3. 47.* Virginius intentans in Appium manus, Icilio, inquit, non tibi filiam despondi, *Petron. Satyr. 122.* Intentans cum voce manus ad sidera. *Virg. 6. Aen. 571. de Tisiphone,* torvosque sinistra intentens angues, vocat agmina saeva sororum. — **β)** Translate. *Petron. fragm. Tragur. 70. Burm.* Intentavimus oculos in proclamantes, notavimusque, etc. — **γ)** Saepe est inicere, obicere terrendi, et nocendi causa; *presentare, minacciare. Id. ibid. 95.* Veru extis stridentibus plenum in oculos eius intentat. *Auct. B. Hisp. 22.* Et ei manus intentare coeperunt; e *mettergli le mani addosso. Cic. Mil. 14.* Haec sica intentata nobis est. *Id. 3. Tusc. 27.* Dolor ardentes faces intentat. *Tacit. 1. Hist. 69.* Tela ac manus in ora legatorum intentant. Et *3. ibid. 31.* Ingerebant probra, intentabant ictus. *Iustin. 2. 5.* Intentare verbera. *Liv. 6. 27.* arma Latinis, Hernicis. *Virg. 1. Aen. 95.* Praesentemque viris intentant omnia mortem. *Tacit. 3. Ann. 38.* Terror omnibus intentatur. *Quintil. 5. 10. extr.* Intentare invicem crimen. — **δ)** Item accusare, in iudicium vocare. *Cic. 2. Invent. 45.* Tum ipsum adversarium, quasi intentantis loco, producendo. — **ε)** Intransitivorum more,

II. *Intento* est animum intendo, prospicio. *Cyprian. de Laud. Martyr. 17.* Sed et intentans suis opibus scrutator agricola non ante felici terram suscitat vomere, quam in pulverem imbre concepto patris gleba solvatur.

INTENTUS (et Intensus, quod v., coll. INTENDO §. b.), a, um. Particip. verbi *intendo,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *intentior* et superlat. *intentissimus* §. 5. — Proprie est extensus, contentus; *teso, tirato. Cic. 7. Verr. 12.* et *51.* Tabernacula carbaseis intenta velis. *Id. 3. Orat. 37.* Intentae chordae. *Quintil. 6. 3. 25.* Sella intenta loris. *Ovid. 1. Pont. 2. 21.* intentus nervo levis arcus equino. *Virg. 5. Aen. 136.* intentoque brachia remis. — **β)** Item intentatus, illatus. *Cic. Prov. cons. 9.* Cum omnia tela undique esse intenta in patriam viderem. *Id. Pis. 2.* Tela intenta iugulis civitatis. *Val. Flacc. 5. 340.* Intenta nec. — **γ)** Translate. *Cic. 1. Nat. D. 11.* Animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem. — **δ)** Saepe est acer, vehemens; *vecmente, intenso. Id. 2. Orat. 52. extr.* Oratio, quae suscipitur ab oratore ad commutandos animos, intenta et vehemens esse debet. *Ovid. 1. Pont. 5. 60.* Intentus labor. *Val. Flacc. 5. 103.* intentae vires. — **ε)** Item attentus, diligens; *intento, applicato, attento. Cic. 11. Phil. 9.* Intentus animus tuus est ad fortissimum virum liberandum. *Caes. 7. B. G. 80.* Militum intenti animi pugnae eventum exspectabant. *Id. 3. ibid. 26.* Omnium oculi mentesque ad pugnam intentae. Et *22.* Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis. *Tibull. 4. 1. 132.* Intentaque tuis precibus se praebuit aure. *Sall. Cat. 2. extr.* Aliquo negotio intentus (Ablativus hic regitur a praepositione, quae inest in ipso adiectivo). *Liv. 5. 26.* Operi agresti intentus. *Val. Flacc. 4. 331.* Intentis canere. *Virg. 5. Aen. 137.* Intenti exspectant signum. *Cic. Flacc. 11.* Totam causam quam maxime intentis, quod aiunt, oculis contemplari. *Liv. 29. 35. a med.* Cum intentissima conquisitione ad triginta millia peditum confecisset. *Id. 39. 19.* Intentiore custodia asservare aliquem. *Id. 23. 22.* et *Quintil. 10. 1. ad fin.* Quae vix singula quisquam intentissima cura consequi posset. *Val. Flacc. 4. 287.* Intenta silentia. — **ζ)** Item auctus; *accresciuto. Tacit. 1. Hist. 89.* Intenta alimentorum pretia.

INTENTUS, us, m. Verbale ab *intendo;* extensio. *Cic. Sext. 33.* Voces quidem, et palmarum intentus, et maledictorum clamorem omnes profuderunt. — **β)** Item intentio, vis rei intentae. *Apul. Apol.* Seu intento aëris fracti, resultant *(imagines)* ad facies suas reduces. Cf. INTENTIO §. 1. — **γ)** Item attentio. *Gloss. Cyrill.* Προσοχή; attentio, intentus. — **δ)** Item contemplatio, ut exponitur in *Gloss. Lat. p. 482. n. 361. Hild.* — **ε)** Item finis, consilium, scopus; *intento* (ut Itali recentiores hinc dicunt). *Cassiod. Instit. lib. litter. praef.* Intentus nobis est de arte grammatica, sive rhetorica, vel de disciplinis aliqua breviter velle conscribere.

INTĔPĔO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *tepeo,* idem ac tepeo, vel tepidus flo. *Senec. ep. 67.* Ver quo tempore calere debebat, intepuit. *Propert. 4. 1. 124.* Et lacus aestivis intepet Umber aquis. *Ovid. 3. Fast. 215.* Roscida cum primum foliis excussa pruina est, Et variae radiis intepuere comae. — **β)** Translate. *Stat. 2. Theb. 376.* ambustaque sontibus alte Intepet Hydra vadis.

INTĔPESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. ab *intepeo.* — Particip. *intepescens* §. 2. — Proprie est idem fere ac intepeo; *divenir tepido. Senec. ep. 78. ad fin.* Ne quis intepescat cibus. *Colum. 1. 1.* Intepescente frigore. *Id. 11. 2. sub init.* Intepescit annus, permittitque clementior dies opera moliri. — **β)** Translate. *Petron. Satyr. 94.* Paulatim intepescente saevitia.

INTER. Praepositio accusativum regens, quae de quorundam sententia per syncopen ab *intera* facta est, quod etiam contractum fuit in *intra.* V. INTRA. Sed Recentiores hoc etymon respuunt, et compositam volunt particulam ab *in,* et adverbiali terminatione *ter,* quae extensionem atque expansionem rei importat. V. *Hand, Turselt. T. 3. p. 387.* — **b)** Falsam eorum opinionem, qui etiam cum ablativo componi putarunt, declarat *Id. ibid.* — **c)** A Poëtis tamen aliquando adverbii ritu sine casu, vel uti adiectivum usurpatam fuisse, probant exemplis *Val. Flacc. 6. 219.* Quis tibi fatales unquam metuisset Amyclas, Oebaliamque manum, tot, Rhyndace, montibus inter Diviso, totidemque fretis? h. e. tot montibus interpositis. *Id. 8. 337.* Dumque pii petit ora patris, stetit arduus inter Pontus. Et *8. 382.* Noctes atque dies vastis mare fluctibus inter Perfurit. — **d)** Hinc cum verbis quoque iungi posse sit *Prisctan. 14. p. 991. Putsch.,* ut si dicas *Tu dextrorsum, ille sinistrorsum, ego curro inter.* Nullo id tamen Latino auctore confirmat. — **e)** *Inter* paenultima correpta adhiberi a *Plauto,* animadvertit cl. *Ritschel. in Proleg. ad Plaut. p. 126. et seq.* — **f)** In compositione integra manet ante omnes vocales et consonantes, ut *intereo, interedo,* etc.; si excipias *intelligo,* in quo praeter consuetudinem *r* mutata est in *l* adhaerentem sequenti. Cf. tamen INTERLEGO et INTERLIGO, et alia huiusmodi. — **g)** In antiquis MSS. et editis libris saepius est commutata cum *intra,* et aliquando etiam cum *in* et *per,* ut pluribus ostendit *Hand, loc. cit. p. 410.* — **h)** Derivata, *interamenta, interanea,* nisi mavis haec ab *intera* pro *intra* derivare. — **i)** Ex compositis, quae exinde omnia litterarum ordine statim subiiciuntur, hoc loco tantum indicamus *deinter,* sive divisim *de inter,* usurpatum ab *Auct. in Gest. Purgat. Caecilliani* a. post Chr. 320. Ut et ego solus ibi in re praesenti veniam et dissensionem ipsam de inter vos amputem. — **k)** Huc etiam spectat illud *Cyprian. de laud. Martyr. 10.* Per inter aperta nubium nocte coruscantium fulmina relucescunt.

INTER proprie, ut supra innuimus, idem est ac in, adhaerente tamen notione extensionis vel expansionis, qua aliquo vergat res; *in, tra, fra:* et adhibetur de loco et de rebus in aliquo loco versantibus aut positis. *Plaut. Cist. 2. 1. 28.* Inter novam rem verbum usurpabo vetus. *Cic. 7. Verr. 11. ad fin.* Ut alius inter manus e convivio asferretur; *sulle braccia. Caes. 2. B. C. 2.* Hac agger inter manus proferebatur. *Virg. 9. Aen. 502.* Corripiunt interque manus sub tecta reponunt. *Liv. 3. 13.* Cecidisse semianimum; inter manus demum ablatum. Adde *Flor. 3. 21. 6., Plin. 2. ep. 5. 2., Suet. Vesp. 24.* etc. *Sall. Iug. 92.* Erat inter ceteram planitiem mons saxeus. *Id. ibid. 89.* Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum. — *Tacit. 11. Ann. 24.* Quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. *Senec. ep. 98. a. 13.* Nos quoque aliquid et ipsi faciamus: simus inter exempla. Adde *Solin. 4.* — **β)** Significat etiam medium quiddam, quod ab utraque parte alias res attingunt vel cingunt; *tra, in mezzo:* et adhibetur tam de rebus, quam de personis. *Caes. 1. B. G. 2.* Mons Iura, qui est inter

Digitized by Google

Sequanos et Helvetios. *Cic. 4. Verr. 52. extr.* Ut dies quadragintaquinque inter binos ludos tollerentur. *Nep. Milt. 4.* Inter quos magna fuit contentio, utrum etc. *Cic. Orat. 28. sub fin.* Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. *Nep. Them. 5.* Inter Euboeam continentemque terram cum classiariis regis conflixit. *Liv. 2. 5.* Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem ac Tiberim fuit. — *Quintil. 9. 4. 81.* Media inter longas brevis faciet amphimacrum. *Curt. 7. 2. 23.* Medios inter duces. *Tacit. 14. Ann. 35.* Medios inter hostes. — *Quintil. 12. 3. 104.* Vox vel inter dentes expressa non dedecet. — **3)** Hinc saepe servit comparationibus. *Cic. Orat. 2.* In oratoribus vero admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. *Liv. 2. 46.* Inter primores genus Fabium insigne spectaculo exemploque civibus erat. *Plin. 21. 19. 2.* Iris Africana amplissima inter omnes. *Id. 23. 70. 1.* Inter primas celebratur pencedanum. *Id. 29. 26. 2.* Inter praecipua laudant. *Liv. 23. 7.* Nobilis ad Trasimenum pugna, atque inter pauca memorata populi R. clades. *Quintil. 10. 3. 13.* Inter paucos disertus. *Plin. 26. 62. 1.* Sed inter pauca mirabilis ex orchis herba. *Ovid. 1. Pont. 10. 57.* Innumeraque alii, quos inter maximus omnes Cedere Danubius se tibi, Nile, negat. *Curt. 5. 5. 9.* Rex inter primos constiterat. *Plaut. Poen. 5. 4. 21.* Sicut hodie nos inter alias praestitimus pulchritudine. *Liv. 36. 38.* Inter cetera etiam vigiliis confecti. *Liv. 37. 12.* Quae inter suos merito maxima erat. *Curt. 3. 5. 17.* Cultus regius inter omnia luxuria notabatur. — *Horat. 1. Ep. 18. 96.* Inter cuncta leges et percontabere doctos. Adde *Suet. Caes. 49.* — **4)** Hinc et pro *apud* ponitur et designat res vel personas, quibus quis circundatur, aut circa quas commoratur. *Phaedr. 4. 23. 3.* Moror inter aras, templa perlustro omnia. *Virg. 5. Aen. 646.* Quum vitam in silvis, inter deserta ferarum Lustra domosque traho. *Tacit. 1. Ann. 64.* Neque librare pila inter undas poterant. *Suet. Aug. 45.* Inter angustias locorum pugnantes. — *Petron. Sat. 23.* dumque inter argentum avidius rixantur; h. e. inter argentea vasa. *Liv. 1. 26.* Inter illa pila et spolia hostium. — *Id. 4. 18.* Inter hostes variae fuere sententiae. *Tacit. 1. Hist. 34.* Credula fama inter gaudentes et incuriosos. *Plin. 8. 65. 3.* Et fere inter omnes constare video. *Gell. 1. 11.* Tibicines inter exercitum positi canere inceptabant. *Curt. 5. 5. 17.* Inter hos latendum est, qui nos miseros nosse coeperunt. — *Tacit. 1. Ann. 39.* Rarum etiam inter hostes. *Id. 4. Hist. 50.* Garamantes excitaverat, gentem indomitam et inter accolas latrociniis fecundam. — **5)** Huc spectat formula *inter vias* pro *in via*. *Plaut. Aul. 2. 8. 3.* Deinde egomet meum cogitare inter vias occoepi. *Ter. Eun. 4. 2. 1.* Dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias . . . Aliam rem ex alia cogitare. Adde *Plaut. Poen. 5. 5. 43.* — De loco *Cic. 4. Att. 5. Si se inter viam obtulerit*, v. *Interpretes*. — Alio sensu *Suet. Caes. 39.* Ut plerique advenae aut inter vicos aut inter vias tabernaculis positis manerent. V. supra §. praeced. — **6)** Item alia dicendi genera. *Tacit. 6. Ann. 51.* Idem inter bona malaque mixtus. *Liv. 9. 17. de Dario.* Inter purpuram atque aurum; h. e. purpura ornatus vel in purpura. *Id. 10. 11.* Exerceri inter equites; h. e. cum equitibus. *Suet. Claud. 10.* Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Cali. *Tacit. 2. Ann. 85.* more inter veteres recepto; h. e. a Veteribus. — **7)** Item formula iuris antiqua ad iudicandam criminis, de quo inquiritur, naturam, ut *quaestio inter sicarios*, in qua minus recte inter pro de usurpari, Grammatici putarunt, monente *Hand, Tursell. T. 3. p. 594. n. 15. Cic. 2. Phil. 4.* Ego quoque te disertum putabo, si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. *Id. 2. Fin. 16.* Quum praetor quaestionem inter sicarios exercuisset. *Id. Rosc. Am. 5.* Longo intervallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur; *è la prima volta da lungo tempo che un' accusa di assassinio è portata in giudicio*. *Id. ibid. 32.* Sexcenti sunt qui inter sicarios et de veneficiis accusabunt. Adde *Cluent. 55.*, et *2. Invent. 30.* — **8)** Usum particulae *inter* pro *ad* docet *Serv.* ad *Virg. 12. Aen. 436. Inter* Veteres pro *ad* ponebant. *Cicero 1. Catil. 4.* Dico, te priore nocte venisse inter falcarios; id est, ad falcarios. Haec *Serv.* — *Hand* tamen *l. c. n. 16.* explicat de designatione loci a nominibus habitantium, additque *Liv. 35. 41.* Iidem porticum extra portam trigeminam inter ligularios fecerunt. Cf. infra §. 16. — **9)** *Inter haec, inter quae* est interea. *Liv. 2. 23. in fin.* Inter haec maior alius terror. *Cels. 4. 2. n. 4.* Inter quas unctione et consueto cibo nihilominus uti licet. — **10)** *Inter id* idem valet. *Varr. 6. LL. sub fin.* Inter id cum circum muros mittitur, etc. — **11)** Deinde, cum haec particula significet id, quod medium ab utraque parte determinatur, ut supra innuimus §. 2.,

II. *Inter* saepe notat rationem unius rei ad aliam, ac primum usurpatur de eo, qui cum duobus agit, aut de duabus rebus ex adverso positis, velut in iudicio inter partes dissidentes faciendo sive tacito sive expresso. *Cic. 1. Orat. 59.* Quid, qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri iudicarunt? *Id. 1. Divin. 50.* Iudicavit inclytum iudicium inter deas tres aliquis. *Quintil. Procem. 2.* Inter diversas opiniones priorum et quasdam etiam inter se contrarias difficilis est electio. Adde *7. 4. 42.*, coll. *Cic. 1. Tusc. 11.* et *Tacit. 1. Hist. 50.* — *Cic. Amic. 10.* Quae saepissime inter me et Scipionem de amicitia disserebantur. *Id. ibid. 8.* Ex ea caritate, quae est inter natos et parentes. *Nep. Milt. 4.* Inter quos magna fuit contentio. *Cic. Balb. 21.* Sit hoc discrimen inter gratiosos cives atque fortes, etc. — *Suet. Aug. 4.* Inter viginti viros agrum Campanum plebi Iulia lege divisit. *Id. ibid. 79.* Color inter aquilum candidumque. — *Tacit. 2. Ann. 66.* Inter metum et iram cunctatus. *Id. 4. ibid. 50.* Iuventus Tarsam inter et Taresim distrahebantur. *Curt. 7. 1. 35.* Anceps enim crimen est inter retinentem et exigentem. — **12)** Hinc *inter nos, inter se, inter vos* est pro *invicem*. *Cic. 6. Att. 1. ante med.* Ciceriones pueri amant inter se. *Id. 5. Catil. 5. extr.* Furtim nonnunquam inter se aspiciebant. *Nep. Arist. 1.* Obtrectarunt inter se. *Cic. 1. Divin. 28.* Nos inter nos esse complexos. *Id. Amic. 22.* Neque solum colent inter se et diligent, sed etiam verebuntur. *Id. 1. Offic. 16.* Latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas haec est. *Id. ad Anton. post ep. 13. l. 14. ad Att. sub fin.* Ut nosmetipsi inter nos coniunctiores simus. *Plaut. Mil. 5. 59.* Nihil cesserunt illico osculari atque amplexari inter se. *Ter. Adelph. 5. 3. 42.* Inter se amare. *Id. ibid. 2. 4. 7.* Quasi nunc non norimus nos inter nos. *Cic. Divin. in Caecil. 11.* Facile omnes intelligent, vobis inter vos . . . voluntatem fuisse coniunctam. — **13)** *Inter ipsos* eadem ratione. *Id. 1. Offic. 7.* Societas hominum inter ipsos. *Curt. 8. 6. 12.* Tanta omnibus vel in regem ira, vel fides inter ipsos fuit. *Quintil. 4. 2. 13.* De laude inter ipsos certatum. — **14)** Huc etiam spectant, quae distantiam sive physicam sive moralem indicant. *Sall. Iug. 38.* Postquam haud procul inter se erant. *Id. ibid. 55.* Duobus locis haud longe inter se castra faciebant. *Liv. 2. 6.* Eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno visus est, partes regni rapuisse. *Varr. 2. RR. 3.* Inter se cornibus pugnant. *Colum. 8. 10.* Curato ne inter sese contingant. *Sall. Iug. 66.* Compositis inter se rebus. *Quintil. 9. 4. 55.* Commissis inter se verbis duobus. — *Id. 10. 1. 78.* Xenophon non excidit mihi, sed inter philosophos reddendus est. *Suet. Ner. 1.* Inter patricios allecti. *Liv. 2. 16.* Appius inter patres lectus. — **15)** *Inter nos dicere licuit* apud *Cic.* est familiariter et arcano. *2. Att. 4.* Serapionis librum ad me misisti, ex quo quidem ego (quod inter nos licuit dicere) millesimam partem vix intelligo; *sia detto qui tra noi in confidenza*. Sic *Senec. ep. 12.* Quod inter nos sit; ego illas platanos posueram. *Alii leg.* intra, *alii aliter;* sed nihil mutandum. — **16)** Aliquando de motu dicitur, et ponitur pro *ad*, ut docet et *Serv.* ad *Virg. 12. Aen. 457.* Nunc te mea dextera bello Defensum dabit, et magna inter praemia ducet. Cf. supra §. 8. *Id. 2. Ecl. 3.* inter densas, umbrosa cacumina, fagos Assidue veniebat. *Liv. 3. 46.* Ne quis evadere inter stationes posset. *Id. 23. 15.* Inter hostium custodias pervenit. *Hygin. fab. 35.* Inter coniuratos veni. Adde *Quintil. 1. 7. 6.* et *Liv. 5. 26.* — **17)** Praeterea

III. *Inter* refertur etiam ad tempus, et continuationem temporis designat, in quo res memorata continetur, aut per quod producitur; *nel tempo, durante quel tempo, mentre*. *Liv. 56. 20.* Inter ipsum pugnae tempus. *Id. 32. 29.* Frusinone inter noctem lux orta. *Gell. 9. 4.* (in Albania) dicitur gigni homines, qui plus cernunt oculis per noctem, quam inter diem. *Id. 13. 7.* Leaenas inter omnem vitam semel parere; *in tutta la vita*. *Cic. 5. Q. Fr. 1. 6.* Haec inter caenam Tironi dictavi. *Tibull. 2. 6. 26.* Canit inter opus; h. e. dum operatur. — *Titin.* apud *Non. 1. 3.* Inter decem annos nequisti unam togam detexere. *Cic. Quint. 14.* Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quintium. *Plaut. Stich. 1. 3. 61.* Quot praudia inter continuum perdidi triennium! — **18)** Illa etiam huc trahi possunt *Celsi, 5. 8.* Inter initia sanguis mitti debet; h. e. in ipsis initiis. Et *7. 27.* Cibus inter principia non nisi humidus dari debet. Adde *Tacit. 5. Hist. 18.*, *Suet. Tib. 26.* et *Domit. 3. Aur. Viet. de Caes. 24. 6.* Paulo inter exordia patriae redditio. — **19)** Item et sequentia. *Liv. 1. 27.* Inter fugae pugnaeque consilium oppressi. *Gell. 5. 15.* Inter illud gaudium repente mortuus est. *Cic. 16. Fam. 11.* Nobis inter has turbas senatus tamen frequens flagitavit triumphum. *Liv. 1. 26.* Eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis! Adde *6. 43.*, *Cic. 2. Offic. 11.*, *Sall. Cat. 4.* Inter tanta vitia imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur. *Suet. Caes. 4.* Quod illis saepe minatus inter iocum fuerat. *Alii leg.* per iocum. *Phaedr. 4. 16. 4.* Inter vectorum lacrimas. — *Tacit. 11. Ann. 37.* Tanta inter extrema superbia agebat. *Id. 2. Hist. 23.* Rebus prosperis incertus et inter adversa melior. *Sall. Cat. 45.* Inter haec parata atque decreta Gethegus semper querebatur de ignavia sociorum. — **20)** Hoc eodem sensu saepe cum gerundiis et participiis passivis componitur. Huc pertinent illa *Virg. 9. Ecl. 24.* inter agendum Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. *Gell. 1. 26.* Vociferari inter vapulandum incipit. Et *ibid. 12. in fin. Amata* inter capiendum a pontifice appellatur. *Iustin. 11. 8.* Inter bibendum. *Quintil. 12. 7. 6.* Cognita inter disceptandum iniquitate. — *Plaut. Cist. 4. 2. 55.* Sed inter rem agendam istam herae huic respondi. *Suet. Caes. 45.* Comitiali quoque morbo bis inter res agendas correptus est. — **21)** *Inter casca et porrecta*, proverb. V. CARNUS §. 10. — **22)** Denique, quod maxime particulae unum spectat,

Digitized by Google

IV. *Inter* aliquando repetitur, non solum quando duo nomina in unam notionem coëunt, aut una ratione continentur, sed etiam quando de eorum consociatione et communione dicitur. *Cic. Parad. 1. ad fin.* Sic te ipse abiicies atque prosternes, ut nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes interesse? *Id. 1. Fin. 9.* Interesse enim inter argumentum conclusionemque rationis, et inter mediocrem animadversionem atque admonitionem. *Id. Amic. 25.* Quid intersit inter popularem, idest assentatorem et levem civem, et inter constantem, severum et gravem. *Id. Fat. 9. a med.* Sed interest inter causas furtuito antegressas, et inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem. In loc. cit. ex *Parad.* al. alterum *inter* omitt. *Virg. 9. Aen. 556.* inter et hostes, inter et arma. *Tibull. 4. 1. 165.* Fertilis hanc inter posita est, interque rigentes. *Propert. 2. 23. 15.* inter matrem Deus ipse, interque sororem. *Horat. 1. Ep. 2. 11.* Nestor componere lites inter Peliden festinat, et inter Atriden. Adde *1. Sat. 7. 12., Tibull. 2. 1. 67., Val. Flacc. 5. 15.* et *6. 309., Sil. 11. 180.* et *Claudian. 2. in Rufin. 195.*, quae omnia congessit *Cuningam.* in *Bentlei. Horatii* loca sollicitantem. *Liv. 10. 7.* Certatum . . . inter App. Claudium maxime ferunt, et inter P. Decium. — *Aug.* apud *Suet. Aug. 71.* Si vellent inter se inter caenam vel talis, vel par impar ludere. — **22)** Postponitur interdum, aut interponitur suis casibus. *Cic. Amic. 22.* Si quos inter societas aut est, aut fuit. *Horat. 1. Sat. 1. 116.* extremos inter euntem. *Phaedr. 2. 8.* Haec inter ipse Dominus a caena redit. *Liv. 22. 3.* Qui Faesulas inter Arretiumque iacent. *Tacit. Agric. 51.* Verbera inter ac contumelias. *Id. 11. Ann. 10.* Paucos inter senum regum. Et *14. ibid. 33.* Medios inter hostes. — **24)** Poëtice a suo etiam casu, interiecto verbo, disiungitur. *Virg. 9. Ecl. 36.* argutos inter strepere anser olores. *Horat. 3. Od. 27. 51.* Utinam inter errem Nuda leones. Et *ibid. 13. 3.* inter ludere virgines.

Nota I. Haec particula in compositione cum omnibus litteris iungitur, et fere vim suam retinet. Aliquando tamen augere videtur, ut in *interbibo*, omnino bibo, *intertrabo*, penitus extrabo, *interficio*, penitus conficio; aliquando significat contra, ut in *interdico;* aliquando cum, ut in *interprimo*, comprimo. — **2)** Huc spectat *Isid. 5. Orig. 36. 18.* a Praepositionem *inter* ponebant Antiqui pro *e*. Naevius: *Mare interbibere*. Et Plautus: *Interluere mare;* id est *ebibere* et *eluere*. a — **Nota II.** Aliquando a Poëtis huiusmodi verba composita dividuntur per tmesin. Sic *Virg. 2. G. 349.* Inter enim labentur aquae; *h. e.* interlabentur. Cf. INTERCURRO, INTERLEGO, etc. — **Nota III.** Alia de hac particula dabit *Hand, Turselt. T. 3. pag. 387–410.*

INTĔRAESTŬO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *aestuo*. — Particip. *interaestuans* §. *1.* — Proprie est per intervalla aestuo. *Plin. 6. ep. 16. ad fin.* Stomachus illi natura invalidus, et angustus, et frequenter interaestuans erat. — **2)** Translate. *Ambros. 5. Hexaëm. 11. n. 55. fin.* Sed et ipsa *(cucurbita)* procedente sole arefacta admonet requiescendum, ne interaestuare incipiamus ingenio. *Alii minus recte leg.* in terra aestuare.

INTĔRALBĬCO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *albico;* albico per intervalla. *Plin. 37. 62. 1.* Leucochrysos fit e chrysolitho interalbicante. *Harduin.* ex MSS. emendat: Leucochrysos sicut crystallus albicat. Sed nihil mutandum. *Cf. Sillig. in notis crit. ad h. l.*

INTĔRĀMENTĂ, ōrum, n. Nomen ab *inter* verbalium more effictum et syllabica adiectione productum. Cf. INTER §. b. Significat autem quidquid ad aliquid interius muniendum, vel instruendum requiritur. *Liv. 28. 45. a med.* Populonienses ferrum, Tarquinienses lintea in vela, Volaterrani interamenta navium, et frumentum polliciti sunt; *h. e.* interiorem navium apparatum. *Aliquis legit* inceramenta; *h. e.* picem, et ceram, et similia ad naves oblinendas. V. CERA §. 12.

INTĔRAMNĀNUS, a, um. V. voc. seq.

INTĔRAMNUS et Interamnanus, a, um. Adiect. ab *inter* et *amnis*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; qui inter duos amnes iacet. *Lamprid. Alex. Sev. 56.* Terras interamnas *(scil.* Mesopotamiae) recepimus. *Alii leg.* interamnanas. *Solin. 32. ab init.* Nilus scissus a loco, cui Delta nomen est, ad insulae faciem spatia amplectitur interamna. *Alii leg.* Interamnana.

INTĔRĀNĔĂ, ōrum. V. voc. seq. §. 2.

INTĔRĀNĔUS, a, um. Adiect. ab *inter* (V. hanc voc. §. b.); internus. *Plin. 20. 46. 1.* Hipposelinum, poto semine, torminibus interaneis medetur. *Harduin.* ex MSS. *corrigit* torminibus, et interaneis. *Scribon. Compos. 96.* Purgat etiam interaneas vomicas. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INTERANEUM, i, *frequentius vero* in plur. num.

INTERANEA, ōrum, n. Sunt intestina; *gl' intestini*. *Colum. 9. 14. a med.* Exemptis interaneis occisas aves intus includunt. *Plin. 30. 20. 4.* Occulti interaneorum morbi. Et *22. 70. 3.* Lens glutinat interanea procidentia. — *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 12.* apud *Gaudent. Brix. Serm. 2. de Exod.* Caput cum pedibus et interaneis. — In singulari num. *Id. 32. 55. 1.* Procidentis interanei morbum coërcere.

INTĔRANNUNTĬO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *annuntio;* per intervalla annuntio. *Liberat. Breviar. 6.* Per interannuntiationem Diaconum tale acceperunt responsum.

INTĔRĂPĔRĬO, is, īre. Verbum transitiv. ab *inter* et *aperio;* adaperio. *Gloss. Philox.* Interaperio; διανοίγω.

INTĔRĀRESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *arasco;* penitus arescere; *h. e.* omnino aridum fieri; *seccarsi in tutto*. *Vitruv. 7. 8.* Hae glebae, propter humoris plenitatem, coniiciuntur in fornacem, ut interarescant. *Id. procem. l. 8.* Animalia sine humoris potestate interarescent; *h. e.* extinguentur. Sic *Cic. 5. Tusc. 14.* Nihil enim interarescere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit.

INTĔRASPĪRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *aspiro;* per intervalla aspiro. *Apul. de nota Aspirat. 45. fin.* Ipse enim assertus, quo interiectiones promuntur, cogit eas interdum praeaspirari, interdum postaspirari, interdum interaspirari.

INTĔRĀTIM. V. INTERDUATIM.

INTĔRĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *intero, as*, quod est ab *inter;* evisceratus. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Interata; ἐξεντερισμένα.

INTERBĪBO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *bibo;* totum bibo, plane ebibo; *bere tutto*. *Plaut. Aul. 3. 6. 22.* Quae mihi interbibere sola, si vino scatet, Corinthiensem fontem Pyrenem potest. Adde *Naev.* apud *Isid. 5. Orig. 26. 18.* V. loc. sub v. INTER in *Nota* II. §. 2.

INTERBITO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *bito*, idem quod intereo, pereo. — Translate. *Plaut. Most. 5. 1. 47.* Ne enim illi huc confugere possint, quaestioni quos dabo, Hic ergo tibi praesidebo, ne interbitat quaestio.

Nota. Eadem significatione usurpatur *perbito* ab eodem *Plauto*, et *aliis* apud *Non. 2. 654. Cf.* BETO §. b.

INTERBLANDĬOR, īris, īri. Verbum intransitiv. ab *inter* et *blandior;* per intervalla blandior aut simpliciter blandior. *Augustin. 9. Confess. 12.* Obsequiis meis interblandiens appellabat me pium.

INTERCAELESTIS et Intercaelestis, te. Adiect. ab *inter* et *caelestis;* qui inter caelum est. *Claud. Mamert. 2. Stat. anim. 12. ante med.* Sin autem est illic quaedam terrenis potior viventium multitudo, substantia ergo supercaelestis ista sub caelo *(potior)* est, hauriens videlicet a superno sui vibrantium siderum flammas, et liquidiores auras aëris, cuius elementum replet intercaelestis vacui concavum, quod scilicet a caelo tertio alii viventium populi atque alia intersiti aëria profunda discriminant.

INTERCĂLĀRIS et Interkalaris, re. Adiect. verbale ab *intercalo* (V. hanc voc. §. b.); qui intercalatur, seu interponitur; *interposto, intercalare:* et proprie dicitur de die, mense et anno. Cf. EMBOLIMAEUS. — Hinc *intercalaris dies* est, qui quinto quoque anno inseritur inter Terminalia et Regifugium, seu inter vigesimum quartum fere et vigesimum quintum diem Februarii mensis, ut temporum ratio solis itineri congruat, uti loquitur *Plin. 2. 6. 6.*, seu, quod idem est, ut annus civilis ad naturalem exaequetur, ut est apud *Censorin. de die nat. 20.* et *Solin. 1. ante med.*, ubi multa hac de re sumpta fere ex *Macrob. 1. Saturn. 13.* et *14.* V. INTERCALO §. 1. — Quod autem *Plinius* ait *quinto quoque anno*, alii dicunt *quarto*. Conveniunt tamen. Nam ille intelligit quinto quoque anno incipiente: alii quarto quoque anno transacto, ut est apud *Macrob. loc. cit.* — **2)** Hinc *intercalares Calendae* sunt eius mensis, cuius praecedenti dies inseritur. *Liv. 43. 44.* Intercalatum eo anno: postridie Terminalia intercalares fuerunt. Et *43. 11. sub fin.* Hoc anno intercalatum est: tertio die post *(al.* postridie) Terminalia calendae intercalares fuere. — **3)** *Intercalares Calendae priores*, aut *posteriores* (idem dic de Nonis, atque Idibus) dictae sunt primi et secundi mensis, quos Iul. Caesar, ut anni perveram rationem emendaret, interseruit ante mensem Decembrem, anno U. C. 707. ut *Suet. Caes. 40.* docet. *Cic. 6. Fam. 14.* Cum a. d. V. cal. intercalares priores venissem mane ad Caesarem. De his *Manut. de quaest. per epist. n. 3.* — **4)** Item *intercalaris mensis* olim fuit, qui ceteris anni mensibus interponebatur ad solis cursum exaequandum: postea ita dictus est mensis Februarius, quod in eo dies addi coeptus, ut dictum est. *Macrob. et Censorin. loc. cit.* — **5)** Item *intercalaris annus* est, in quo dies additur Februario mensi; *bissextile. Plin. 2. 48. 8.* — **6)** Translate *intercalaris versus* est, qui inter aliquot versus interponitur, ut in *Ecl. 8. Virg.* illud *Incipe Maenalios*, etc. Et *Ducite ab Urbe domum*, etc. *Servius ibid. 21.*

INTERCĂLĀRĬUS et Interkalarius, a, um. Adiect. ab *intercalaris*, eiusdem tamen significationis. *Cic. 4. Verr. 52. extr.* Cephaloeditani decreverunt intercalarium *(mensem)* quadraginta dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur. *Liv. 37. 59.* et *Suet. Caes. 40.* Intercalarius mensis. *Plin. 18. 57. 1.* Ad CCCLXV. adiiciunt etiammum intercalarios diei noctisque quadrantes.

INTERCĂLĀTĬO et Interkalatio, ōnis, f. Verbale ab *intercalo;* actus intercalandi, interpositio. *Plin. 2. 47. 1.* Competit ferme et hoc omnibus, quos deinde ponam, per singulas intercalationes uno die anfi-

Digitized by Google

cipantibus. *Macrob. 1. Saturn. 13.* Omni intercalationi mensis Februarius deputatus est.

INTERCĂLĀTOR et interkalator, ōris, m. Verbale ab *intercalo*, quod v. §. 2.

INTERCĂLĀTUS et interkalatus, a, um. Particip. verbi *intercalo; interpositus*, insertus; *interposito. Macrob. 1. Saturn. 14. ad fin.* Intercalati dies. — **2)** Translate, dilatus, prorogatus. *Liv. 9. 9.* Hanc iam ut intercalatae poenae usuram habeant.

INTERCALCO, v. INTERCULCO.

INTERCALO et interkalo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *calo*. — **b)** Scribitur et *interkalo*, ut a *kalo* pro *calo*. Hinc *interkalaris* in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 970.* (INTERK.) et *n. 984.* (INTERKAL.). V. CALO §. b. — **c)** Particip. *intercalans* §. 2., *intercalandus* §. 3., *intercalatus*, v. suo loco. — **d)** Derivata, *intercalaris, intercalarius, intercalatio, intercalator*.

INTERCALO ex etymo proposito est interpono, intersero; *intraporre*: et dicitur proprie de diebus, qui interponuntur alicui mensi, ut anni civilis cursus naturalem annum exaequet. Quia enim olim apud Romanos, rudes et rerum caelestium ignaros, anni spatium brevius, quam par esset, institutum fuerat, necesse habuerunt identidem dies aliquot interponere, ut solis annuam circuitionem aequo dierum anni numero plene complecterentur. Quod cum varie, neque satis certa ratione factitatum esset, C. Iul. Caesar, qui annum civilem emendavit, inter alia instituit, ut quarto quoque anno dies unus Februario mensi adderetur, ut in INTERCALARIS §. 1. dictum est. Id porro ideo *intercalare* appellarunt, quod mos erat vetus, ut a pontificibus cuiusque mensis nonae, idus, calendae populo *calarentur; h. e.* indicerentur. V. CALO. as §. 1. Ex eo, si dies interponeretur, intercalare dictum est. — Ante correctionem autem C. Caesaris intercalandi arbitrium penes pontifices maximos erat, qui non semper habito temporum ratione, sed privatis frequenter inducti rationibus, vel id faciebant, vel omittebant; modo plures, modo pauciores dies interponebant: quod ex *Cic. 2. Leg. 12., Suet. Caes. 40.* et *Macrob. 1. Saturn. 14.* licet cognoscere. Unde ambitu, et potentia, saepe cuia intererat, annum brevi excurrere, obtinebat, ne intercalaretur: cuia longius protrahi, ut pluribus diebus intercalaretur. — Usum vero vocis, quae fere passive et impersonaliter adhibetur, testantur *Cato, RR. 153.* Si intercalatum erit cal. Maiis. *Plin. 18. 57. 5.* Ut duodecim annis continuis non intercalaretur. *Suet. Caes. 40.* Ut unus dies quarto quoque anno intercalaretur. — *Cic. 5. Att. 9.* Memento curare, ut annus noster maneat suo statu, ne quid novi decernatur, hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes, ne intercaletur. Adde *ibid. 15.* et *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 6. ad fin.* et *Schol. Germanic.* ad *Arat. 26.* — **2)** *Intercalantes dies* apud *Macrob. loc. cit. 15. circa med.* sunt dies intercalati. Est qui leg. *intercalatores*. — **3)** Translate, usurpatur etiam de aliis rebus, praeter dies, interserendis. *Cael. Aurel. 2. Tard. 15. a med.* Si celeriter aegros crassificari viderimus, erit abstinentia intercalanda.

INTERCĂPĒDĪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *intercapedino; intervallo* distinctus, divisus. *Capell. 9. p. 312.* Vanescentia intercapedinatae prolixitatis oblivio. *Cael. Aurel. 1. Tard. 1.* Nunc continuae, nunc intercapedinatae exacerbationes; *interrotte*.

INTERCĂPĒDĪNO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *intercapedo*. — Particip. *intercapedinatus*, v. suo loco. — Est intercapedine distinguo, intermitto, cesso vel cessare facio. *Fulgent. l. 1. Mythol. post init.* Intercapedinante pavoris prolixitate. *Abstinens*, inquit *Forcellinus* noster.

INTERCĂPĒDO, ĭnis, f. Abstractum ab *inter* et *capio* (Cf. voc. seq.), quo proprie significatur spatium, interstitium, interruptio; *spazio, vuoto, intervallo. Festus* apud *Paul. Diac. p. 82. Lind.* Intercapedo, tempus interceptum, cum scilicet mora est ad capiendum. *Cic. 16. Fam. 21.* Me non poenitebat intercapedinem scribendi fecisse; *d'aver omesso per qualche tempo di scrivere*. Et *1. Fin. 18. ad fin.* Quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiae: *interrompimento di travaglio*: nunquam molestia vacant. *Suet. Vesp. 10.* Litium aestus maiorem in modum excreverant, intercapedine iurisdictionis. *Id. Aug. 58.* Post longam intercapedinem reducto more transvectionis. *Plin. 4. ep. 9. circa med.* Dicentis calor et audientis intentio continuatione servatur: intercapedine, et quasi remissione languescit. *Turpil.* apud *Non. 8. 12.* et *12. 50.* Videre mihi aegre id pati, quia hos dies compluseulos intercapedo sumpti faciundi fuit. *Id. ibid. 4. 279.* Intercapedo amicitias levat; *h. e.* interruptio consuetudinis minuit amicitias. — *Apul. de Deo Socrat. 4.* Cum ea habitacula summa infirmis tanta intercapedo fastigii dispescat. — **2)** In recto casu singulari interdum habet obscenum sensum: eique affinis est *divisio*. *Quintil. 8. 3. a med.* Sed *divisio* quoque affert iniuriam pudori, ut si *intercapedinis* nominativo casu quis utatur. *Cic. 9. Fam. 22. a med.* Non honestum verbum est divisio? at inest obscenum: cui respondet intercapedo. V. DIVISIO §. 7.

INTERCAPĬO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *capio*, idem ac intercipio. Agnoscitur a *Prisciun. 4. p. 624. Putsch.* Ut intercapio, intercapis, intercapedo; torpeo, torpes, torpedo. Cf. INTERCIPIO §. b.

INTERCAPTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intercapio;* intercapedo. *Gloss. Gr. Lat.* Διάστημα; intervallum, interceptio.

INTERCĂPŬLUM. V. INTERSCAPULUM.

INTERCARDĪNĀTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *cardinatus;* ad instar cardinis per intervalla infixus; ut intercardinatae trabes; *h. e.* cardine simul colligatae; *incastrate:* apud *Vitruv. 10. 20.*

INTERCĒDO, ēdis, essi, essum, ēdĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *inter* et *cedo*. — **b)** *Intercessurus* pro *intercessurus*, ἀρχαϊκῶς, est in *Tab. Bantina* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 197. lin. 19.* — Sic et *intercedato* pro *intercedito* in *lege Iul. Municip. c. 12.* apud *Mazoch. Tab. Heracl. p. 465.* — **c)** Particip. *intercedens* §. 1. et seqq., *intercedendus* §. 10., *intercessurus* §. 8., coll. §. praeced. b. — **d)** Derivata, *intercessio, intercessivus, intercessor, intercessus, us*.

INTERCEDO proprie est intervenire, advenire, accedere; ab *inter* et *cedo*, quod proprie ire significat; *venir di mezzo, sopravvenire*. *Plaut. Most. 3. 1. 56.* Huc si quis intercedat tertius, pereat fame. *Id. Cure. 1. 1. 5.* Si status condictus cum hoste intercedit dies. *Plin. 2. 8. 1.* Non posset totus sol adimi terris, intercedente luna, si etc. *Cic. Brut. 47.* Etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret. Et *15. Fam. 2. ante med.* Cum vestra auctoritas intercessisset, ut ego regem tuerer. *Gell. 4. 1.* Cumque nimis odiose sibi placeret, intercessit placide Favorinus, et, Iam, inquit, bone magister, etc.; *h. e.* interpellavit. Et *15. 9.* Cum homo vultum intorqueret, et non hisceret, tum ego intercessi, et, Vade, inquam, etc. — **2)** Item medium esse inter duo quaedam, interiacere, interesse; *stare, o porsi di mezzo, frapporsi*. *Caes. 7. B. G. 26.* Longe ab oppido castra Vercingetorigis aberant: et palus, quae perpetua intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat. Et *2. ibid. 17.* Inter singulas legiones impedimentorum magnum numerum intercedere. *Plin. 2. 85. 2.* Pratis oleisque, intercedente via publica, in contrarias sedes transgressis. — **3)** Refertur ad tempus, quod medium inter duo quaedam transit. *Cic. 2. Orat. 21.* Vix annus intercesserat ab hoc sermone, cum iste accusavit etc.; *era passato*. *Nep. Attic. 20.* Nullus dies temere intercessit, quo non ad eum scriberet. — **4)** Ponitur et pro intervenire, accidere; *accadere, intravvenire*. *Ter. Andr. 5. 5. 4.* Nam mihi immortalitas Parta est, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit. *Caes. 1. B. C. 21.* Saepe in bello parvis momentis magni casus intercedunt. *Cic. 1. Fam. 9. a med.* Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Caesare intercessit, quod ille non illustri gratia exceperit; *h. e.* non exstitit. — **5)** Saepe

II. *Intercedo* de iis dicitur, per quae alteri iungimur, aut alienamur. *Cic. 15. Fam. 23.* Inter nosmetipsos vetus usus intercedit; *passa tra noi*. *Id. ibid. 65.* Multa et magna inter nos officia, paria et mutua intercedunt. *Id. Quint. 15.* Is, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causae, et necessitudines veteres intercedebant. *Id. 5. Fin. 20.* Ut ei cum genere humano quasi civile ius intercederet. Et *Coel. 15. ad fin.* Quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiae cum istius mulieris viro. *Ter. Heaut. 5. 1. 25.* Sed magnum nescio quid nĕcesse est evenisse Parmeno, Unde ira inter eas intercessit, quae tam permansit diu. *Caes. 5. B. G. 11. extr.* Huic cum reliquis civitatibus continentia bella intercesserant. *Nep. Attic. 20.* Obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit intercedere necesse inter Caesarem atque Antonium. *Modestin. Dig. 20. 1. 25.* Cum vitiose, vel inutiliter contractus pignoris intercedat. — **6)** Speciatim apud ICtos

III. *Intercedo* etiam significat opponere se, ne aliquid fiat; *frapporsi, opporsi, impedire:* Veneti dicunt *intromettere*. Apud Romanos fuit proprium tribunorum plebis, qui cum legem, aut senatusconsultum, aut quippiam eiusmodi perferri nolebant, voce *veto* (ut apud *Liv. 6. 35.*) utebantur, et rem impediebant, donec ferretur ad populum, eiusque arbitrio permitteretur. Haec intercedendi potestas eis concessa fuit, ut auxilii lationem pro plebe adversus consules, aliosque omnes magistratus haberent, ut apud *Liv. 2. 33.* habetur. *Cic. 2. Orat. 47. extr.* Vi pulsum ex templo. Cottam et T. Didium, cum intercedere vellent rogationi, nemo potest negare. *Id. 3. Leg. 8.* Quod genus legationis ego consul, approbante senatu, nisi mihi levissimus tribunus plebis intercessisset, sustulissem. *Id. 1. Fam. 7. ante med.* Ea, quae de reductione regis scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, ut etc. Et *Prov. cons. 8.* Ea lege, qua intercedi de provinciis non licebit. *Liv. 58. 60.* Pronuncivit, praetori non intercedere tribunos, quo minus sua potestate utatur. — **7)** Etiam reliquis magistratibus intercedendi ius fuisse, colligitur ex *Varr.* apud *Gell. 14. 7.*, ubi docet, intercedendi, ne senatusconsultum fieret, ius fuisse iis solis, qui eadem potestate, qua ii, qui senatusconsultum facere vellent, maioreve essent. Item ex *Ascon. in Pisonian. 26.*, ubi narrat, Q. Scaevolam consulem intercessisse sena-

Digitized by Google

tusconsulto, quo triumphus Crasso collegae decernebatur. Denique ex *Liv. 5. 9.*, ubi tradit, duos tribunos militum consulari potestate intercessisse senatusconsulto de abrogando sibi magistratu. — **8)** Hinc universim

IV. *Intercedo* usurpatur pro opponere se, obstare et impedire, ne quid fiat. *Tacit. Agric. 46.* Non quia intercedendum putem imaginibus, sed etc. *Est qui malit* interdicendum. *Plin. Paneg. 4.* Parens noster privatas gratiarum actiones cohibet, intercessurus etiam publicis, si etc. *Id. ibid. 25. extr.* Intercedere casibus, occursare fortunae. Et *80.* Intercede iniquitatibus magistratuum. *Plin. alter, 32. 1. 4. de echeneide.* Invenere adhaerentem gubernaculo, ostenderuntque Caio indignanti, hoc fuisse, quod se revocaret, quadringentorumque remigum obsequio contra se intercederet. *Apul. 11. Met.* Plurimum duritia paupertatis intercedente. — **9)** Et pro interponere se, mediumque se offerre spondendo et fideiubendo; *entrare per sicurtà, farsi piaggio, o mallevadore. Cic. 1. Att. 16. ante med.* Biduo per unum servum confecit totum negotium: arcessivit ad se, promisit, intercessit, dedit. *Id. 2. Phil. 18.* Orabat, ut te contra suum patrem, si sestertiûm sexagies peteret, defenderem, tantum enim se pro te intercessisse. *Id. 6. Att. 1. ante med.* Adscribit etiam, et quasi calcar admovet, intercessisse se pro iis magnam pecuniam; *h. e.* spondendo impetrasse. *Al. leg.* intercessisse a se. Adde *Ulp., Paul., Catum,* et *alios* toto fere *tit. 1. lib. 16. Dig.*, itemque *Vulg. Interpr. Gen. 23. 8.* — **10)** Transitivorum more,

V. *Intercedo* pro intermittere. *Front. 2. ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 7.* Quae sine mora intercedenda alia mihi scripsit. — **11)** Qui putant, poni etiam pro deprecari; *intercedere;* quamvis ea significatio facile ab antecedenti (§. 9.) descendat, nondum tamen plane probare potuerunt. V. INTERCESSON §. 4. — Haec *Forcellinus* noster.

Nota. Constructio verbi est cum dativo rei vel personae, addito aliquando accusativo cum praepos. *inter*, aut ablat. cum praepos. *pro*, vel *cum*, aut *de;* vel ablat. modi sive instrumenti: saepius autem absolute.

INTERCEPTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intercipio;* interruptio; *interrompimento. Fulgent. 1. Mythol. 1.* Substantiae propagandae subita interceptio. — **2)** Item actus intercipiendi; *sorpresa, rapimento. Cic. Cluent. 60.* Quae deinde interceptio poculi? — **3)** Item de morte immatura. *Firmic. 3. Mathes. 6.* Facient caducos et lunaticos aut assidua interceptione deficientes. — **4)** Item exceptio, diminutio, deceptio, fraudatio. *Hilar. in ep. ad Galat. 68.* Interceptionem faciunt legis. *Iustin. de Trinit. 4.* Vide ne et hic interceptionem divinitatis intelligas, cum audis, *semetipsum exinanivit. Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 6. 1.* Secundum participationem Spiritus existentes spirituales, sed non secundum defraudationem et interceptionem carnis.

INTERCEPTOR, ōris, m. Verbale ab *intercipio;* qui intercipit, interversor; *sorprenditore, attrappatore, rapitore. Liv. 4. 50.* Praedae ne interceptorem fraudatoremque, etiam malum minitari militibus? *Id. 3. 72.* Populus R. quadruplatoris, et interceptoris litis alienae personam laturus. *Tacit. 3. Hist. 10.* Interceptor donativi.

INTERCEPTUS, a, um. Particip. verbi *intercipio;* de medio ablatus, raptus; *intercetto, attrappato, rapito, tolto di mezzo. Ovid. 6. Met. 579.* Terga caput tangunt: colla intercepta videntur. *Caes. 2. B. G. 27.* Ut ex tumulo tela in nostros conicerent, pilaque intercepta remitterent; *h. e.* excepta. *Cic. 3. Q. Fr. 9.* Ne cuiusquam animum meae litterae interceptae offendant. *Id. 2. Agr. 2.* Ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occasionem interceptus esse videatur. *Tacit. 4. Ann. 43.* Interceptae e publico pecuniae. *Plin. 10. ep. 50.* Rex mortalitate interceptus. *Tacit. 3. Ann. 12.* et *Apul. 10. Met. 3.* et *Suet. Claud. 1.* Interceptus veneno. *Hirt. B. Afr. 19.* Intercepti hostium complures; *sorpresi, fatti prigioni. Liv. 29. 9.* Tum ipsum ab suis interceptum et seclusum hostiliter lacerant; *tolto in mezzo e separato. Stat. 8. Theb. 87.* extincto tamen interceptus in ore Augurii perdurat honos; *h. e.* subtractus, subductus iniuriae leti. Sic *Ovid. 10. Met. 476.* Myrrha fugit, tenebris et caecae munere noctis intercepta neci; *sottratta, salvata. Rutil. 1. Itiner. 101.* Intercepta tuis conduntur flumina muris; *h. e.* medio cursu derivata in aliam partem, et inter muros tuos inclusa. Et *411.* Sola manent interceptis vestigia muris; *h. e.* vetustate absumptis, diruti.

INTERCEPTUS, us, m. Verbale ab *intercipio;* interceptio. In sexto casu singul. *Fulgent. 3. Mythol. 10.* Quae quidem serpentis ictu moritur, quasi astutiae interceptu secretis velut inferis transmigratur.

INTERCESSĬO, ōnis, f. Verbale ab *intercedo;* interventus, intercessus; *intervento, presenza. Gell. 14. 2.* Probari debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensae rationibus, chirographi exhibitione, testium intercessione. — **2)** Item saepius actus intercedendi, oppositio, quae fit a tribuno plebis, quo minus quippiam perferatur; *opposizione.* V. INTERCEDO §. 6. *Caes. 1. B. C. 7.* Sullam, nudata omnibus rebus tribunicia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse. *Cic. 2. Agr. 12.* Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. *Liv. 38. 54. extr.* Remittentibus tribunis intercessionem, omnes tribus, uti rogas, iusserunt. *Gell. 7. 19. extr.* Intercessionem facere pro aliquo. *Val. Max. 6. 1. n. 10.* Tribuni intercessionem suam interponere noluerunt. — **3)** Item fideiussio in re pecuniaria; *sicurtà, mallevaria. Cic. 1. Att. 4.* Utile est, te aliquando transigere: mea intercessio parata et est et fuit. *Id. Parad. 6. 3.* Intercessiones pecuniarum in coitionibus candidatorum. *Ulp. Dig. 16. 1. 8.* Pignoris datio intercessionem facit. — **4)** Item executio, in *Cod. Iustin. 12. 22. 1.* et in *Cod. Theod. 6. 28. 4.* et *8. 9. 1.*

INTERCESSĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *intercedo;* qui intercedit. *Cassian. 7. Incarn. 22.* Numquid in ascensione hac intercessivam opem indicavit alterius? Sic *Quicherat* in *Addend. Lex. Lat.* ad h. v. e Cod. antiquo: *alii leg.* intercessurum.

INTERCESSON, ōris, m. Verbale ab *intercedo;* qui intercedit, et quippiam fieri vetat; *oppositore, contradittore:* et proprie de tribuno plebis dicitur. *Cic. 2. Agr. 12.* Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. *Id. Sull. 25.* Agrariae legi intercessorem fore professus est. *Liv. 4. 53.* Tribuni iam ante praeparati intercessores legis agrariae. — **2)** Item universim qui rem aliquam impedit. *Cic. Rosc. Am. 33.* Postremo, iste hortatore, auctore, intercessore, ad Sullam legati non adierunt. *Id. 3. Leg. 4.* et *19.* Intercessor rei malae, salutaris civis esto. — **3)** Item fideiussor, vel proxeneta; *mallevadore, o sensale. Senec. ep. 119.* Ut negotiari possis, aes alienum facias oportet: sed nolo per intercessorem mutueris. — **4)** Possit videri etiam mediator, conciliator, deprecator; *mediatore, intercessore,* apud *Apul. Apol.* Res acta est in Rufini cuiusdam domo, intercessoribus et deprecatoribus ipso Rufino, . . . sed ibi quoque de pecuniaria re agitur. Nihilominus locus est *Ciceronis 7. Fam. 27.* ubi *intercessoris* vocem, ludens in ambiguo, et pro tribuno intercedente, et pro deprecatore usurpari posse ostendit: quod et *Manut.* et *Graev.* et *Cellar.* adnotarunt. En eius verba *loc. cit. ad Gallum.* Utinam semper esses tribunus: intercessorem non quaereres. Petierat enim a Cicerone Gallus, ut pro se restituendo apud Caesarem verba faceret. Etiam *Sidon.* hoc sensu usurpat *7. ep. 9. in concione.* — **5)** Praeterea pro conciliatore pacis, et dirimente lites ponitur a *Quintil. Declam. 300. a med.* Non existimabam tam asperam illam dissensionem, nec veram esse litem, quae ad filium ducebatur. Videbamini mihi quaerere intercessorem. — **6)** Denique in *Cod. Iustin.* non semel ponitur pro executore, ut *1. 42. 8.* et *8. 17. 7.* et pro fideiussore *ibid. 8. 3. 41.* in *Authent.*

INTERCESSUS, us, m. Verbale ab *intercedo;* interventus. *Val. Max. 5. 4. n. 2.* Consulem graviter saucium intercessu suo servavit. *Impp. Diocles.* et *Constant.* inter *fragm. iuris antelustin.* (edente *A. Mai*) *p. 75.* Praeses provinciae, ne qua tibi legitime possidenti fiat iniuria, intercessu auctoritatis suae providebit. *Alcim. ep. 8.* Me vestro intercessu, vel favori, votis praefusa supplicatione, insinuo. — *Auson. Periocb. Iliad. 7.* Intercessu noctis; *col favore della notte.*

INTERCĒSŪRUS. V. INTERCEDO §. b.

INTERCĪDO, ĭdis, ĭdi, īsum, īdĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *caedo*, mutata euphoniae causa *ae* diphthongo in *i* longam. — **b)** *Endotercisus* sive *indotercisus, ἀρχαϊκῶς* pro *intercisus*. V. INTERCISUS §. 5. — **c)** Particip. *intercidens* §. 3., *intercidendus* §. 2., *intercisus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *interciso, intercisimen, intercisio, intercisivus*.

INTERCIDO proprie est in medio seco; *tagliare in mezzo. Plin. 6. ep. 22.* Corrupto scribae servo, interceperat commentarios, intercideratque. *Colum. 4. 32.* Arundinetum densatum potest intercidi, et disrarari: quod opus rustici castrationem vocant. *Plin. 5. 31. 5.* Intercidi planitiem eam iusserat, ut duos sinus iungeret; *h. e.* fossam duci per mediam planitiem. — **2)** Et universim praecidere, dividere; *tagliare. Caes. 2. B. G. 9.* Ut castellum expugnarent, pontemque interciderent. *Al. leg.* interscinderent. *Plin. 18. 49. 3.* Intercidere radices. *Id. 11. 63. 3.* venas. *Ulp. Dig. 9. 2. 49.* Qui incendii arcendi gratia vicinas aedes intercidit. *Cels. 3. 26. n. 21.* Venae duobus locis deligandae, intercidendae sunt. — **3)** Translate. *Gell. 13. 30.* Intercidere sententias, et verba corrupte pronunciare; *rompere e confondere i sensi. — Vulg. Interpr. Psalm. 28. 7.* Vox Domini intercidentis flammas ignis.

INTERCĪDO, ĭdis, ĭdi, īdĕre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *cado*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. Cf. CADO. — Particip. *intercidens* §. 4. — Proprie est inter aliqua cado; *cadere tra mezzo. Liv. 26. 39.* Ita in arcto stipatae erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum intercideret. *Est qui leg.* incideret. *Id. 21. 8. extr.* Nullo inter arma corporaque vano intercidente telo. *Inscr.* apud *Maff. Mus. Ver. 231. 5.* . . . . Hadrianus viam Iuliam Aug.a flumine Trebia, quae vetustate intercciderat, sua pecunia restituit; *s'era interrotta.* — **2)** Translate. *Cic. 3. Fam. 8.* Si qua intercciderunt, non tam re, quam suspi-

Digitized by Google

cione violata, ea cum fuerint falsa et insania, sint evulsa ex omni memoria; h. e. intervenerunt. — 3) Deinde, latiore significatione,

II. *Intereido*, universim est cado, concido, pereo; *cadere, rovinare, andar a male*. *Plin. 9. 74. 9.* Polypi ova excludunt quinquagesimo die: e quibus multa propter numerum intercidunt. *Id. 4. 20. 6.* Oppida Coressus, Processa interciderunt. — 4) Translate est perire, interire, deficere; *perire, mancare*. *Cic. Deiot. 9. ex Graeco posita*. Pereant amici, dum una inimici intereidant. *Liv. 2. 8.* Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse. *Al. leg.* memoriam. *Sense. 3. Benef. 1. a med.* Utrum peiorem vocas, apud quem gratia beneficii intercidit, an apud quem etiam memoria? *Ovid. 2. Fast. 445.* Augur erat: nomen longis intercidit annis; *s'è perduto*. *Plin. 14. 8. 2.* Caecubum iam intercidit, et iocuria coloni, locique angustia. *Id. 35. 54. 1.* Et opera *(pictorum)* ipsa conveniet attingere, sive exstant, sive intercidere. *Quintil. 1. 5. ad fin.* Quamquam haec sequenti tempore interciderunt; *sono andate in disuso*. Sic *10. 2. 13.* Cum verba intercidant, invalescantque temporibus. *Iustin. 6. 9.* Huius morte etiam Atheniensium virtus intercidit. *Id. 5. 4.* Quantum iuventutis bello intercidat, mulierum fecunditate supplevi. *Papinian. Dig. 3. 5. 49.* Si periculum erit, ne inter moras rationes intercidant. *Id. ibid. 40. 5. 26. a med.* Quaestionis est, an fideicommissa libertas non debeat intercidere: et putem, dici debere, salvam esse. *Horat. 2. Sat. 4. 6.* Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox; h. e. si oblitus fueris. *Iustinian. 4. Instit. 8. §. 6.* Intercidit actio, quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit.

INTERCĬLĬUM, ii, n. Nomen ab *inter* et *cilium*, quo significatur locus medius inter supercilia. *Gloss. Philox.* Intercilium; *μεσόφρυον*. *Isid. 11. Orig. 1.* Intercilium est medium illud inter supercilia, quod sine pilis est. Suppresso nomine idem describit *Claudian. Nupt. Honor. et Mar. 267.* Quam iuncto leviter sese discrimine confert Umbra supercilii! Et *Capell. 2. p. 54.* Ubi pubem ciliorum discriminat glabella medietas. Et *Ovid. 3. Art. am. 201.* Supercilii confinia nuda. Hinc *Aristaenet. 1. 1. ep. 1.* Τὸ *μεσόφρυον ἐμμίτρῳ τὰς ὀφρῦς διορίζει*.

INTERCINCTUS, V. INTERSTINCTUS.

INTERCĬNO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *cano*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*; cantum immisceo, interpono, insero: *cantare in mezzo*. *Horat. Art. P. 194.* neu quid medios intercinat actus, Quod non proposito conducat; h. e. nihil immisceat, quod non ad rem faciat. — Aliter accusativus pendet a praepos. *inter*, quae inest in ipso verbo. — *Onom. Lat. Gr.* Intercino; *παῤῥάδω*.

INTERCĬPĬO, ĭpis, ēpi, eptum, ĭpere. Verbum transitiv. ab *inter* et *capio*, mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. — b) Verum et *intercapio* aliquando in usu fuisse videtur, unde et derivata *intercapedino*, et *intercapedo*, itemque *interceptio*. V. INTERCAPIO. — c) Particip. *intercipiens* §. 9., *intercipiendus* §. 1., *interceptus*, V. suo loco. — d) Derivata, *interceptio, interceptor, interceptus, us*, et supra allata §. b.

INTERCIPIO proprie est interverto, aufero, quippiam rapio, dum alio mittitur; furor aliquid, antequam ad eum pervenit, ad quem pertinet; *attrappare, sorprendere, rubare, sottrarre*. *Ter. Eun. 1. 1. extr.* Quod nos capere oportet, haec intercipit. *Hirt. 8. B. G. 47.* Infestisque itineribus, commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, intercipiebat. *Liv. 56. 3.* Classem paratam ad commeatus intercipiendos habebat. *Cic. Cluent. 60.* Venenum cum daretur in mulso, Balbutium quendam intercepisse, bibisse, statimque esse mortuum. *Id. 1. Att. 13.* Litterae non sunt committendae eiusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint; venit *intercetto*. Et *10. ibid. 8.* De iis rebus, quas intercipi periculosum esset, finem inter nos scribendi fieri tempus esse; *che fossero sorprese o scoperte*. *Liv. 5. 21. ad fin.* Intercipere aliquid ab aliquo. *Ovid. 4. Pont. 7. 23.* aliquid alicui. *Plin. 9. 8. 7.* quaestus alicuius; *tor di mano*. *Plin. alter., Paneg. 75.* Quae vos, ne qua interciperet oblivio, in acta mittenda censuistis; h. e. deleret, tolleret. *Phaedr. 4. 11.* dives arca veram laudem intercipit; h. e. pecunia sibi sumit eam laudem, quae uni virtuti deberetur. — 2) Elegantier *Virg. 10. Aen. 401.* Ilo namque procul validam direxerat hastam, Quam medius Rhoeteus intercipit; h. e. in alium directam ipse corpore excipit, et quasi alieno ictu concidit. — 3) Absolute pro intercipere litteras. *Cyprian. ep. 7. n. 3.* Nec ipsi usu hanc epistolam teneatis occultam . . . intercipere enim . . . est eius, qui etc. V. integr. loc. — 4) Deinde

II. *Intercipio* est etiam aliquem inter agendum occupare, incautum deprehendere, ab aliis seclusum capere; *sorprendere*. *Plaut. Asin. 1. 1. 93.* Tu redimes me, si me hostes interceperint? *Caes. 1. B. C. 55.* Inopinantes aggressi magnum numerum iumentorum atque hominum intercipiunt. *Hirt. 8. B. G. 48.* Complures hostium partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. *Tacit. 4. Hist. 73.* Hostes discretos intercipere. — 5) *Intercipere iter* est intercidere, et ne progredi quis possit, impedire; *serrare, tagliare la strada*. *Curt. 4. 2.* Praeceps in salum murus pedestre interceperat iter. — 6) *Intercipere sermonem*, abrumpere, interpellare; *interrompere*. *Quintil. 6. 4. a med.* Ut obstrepant ingenti clamore, et medios sermones intercipiant, et omnia tumultu confundant. — 7) *Intercipi morbo* est rapi, mori; *esser tolto di vita*: praesertim si de immatura, et alieni temporis morte sermo sit. *Colum. 9. 3.* Apes saepe morbis intercipiuntur. *Quintil. procem. l. 6.* Si me, quod aequum fuit, fata intercepissent. — 8) Pro excipere. *Plin. 29. 12. 1.* in sublime iactari, sagoque intercipi, ne tellurem attingat. — 9) Pro impedire. *Curt. 4. 15. in fin.* Intercipiente usum aurium fremitu duorum agminum.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et dat., pro quo aliquando adhibetur ablat. cum praepos. *a* vel *ab*. Reliqui casus, si adsunt, non pertinent proprie ad verbum.

INTERCĪSĒ. Adverb. ab *intercisus*; per incisa, et divisim: cui opponitur continuate, coniunctim, perpetua oratione; *a pezzi, a tocchi, interrottamente*. *Cic. Partit. 7.* Ut cum semel dictum sit directe, sicut natura ipsa tulerit, invertatur ordo, et idem quasi sursum versus retroque dicatur; deinde idem intercise atque permixte; h. e. naturalem verborum ordinem, alio verbo interposito, abrumpendo: ut *nullum intermisi diem; ab heroicis ducta temporibus*. *Gell. 11. 2.* Ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et intercise commeminimus. *Id. 13. 5. Autumo* dictum intercise, quasi *abaestumo*; h. e. per syncopen, intercidendo mediam syllabam.

INTERCĪSĪMEN, ĭnis, n. Verbale ab *intercido*; intercisio. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Διακοπή; intercisimen.

INTERCĪSĬO, ōnis, f. Verbale ab *intercido*; actus intercidendi, sectio, abscissio; *taglio*. *Varro* apud *Augustin. 6. Civ. D. 9.* Intercidenam nuncupari a securis intercisione. — 2) Est etiam in partes divisio, segmentum. *Cassian. 2. Instit. 11.* Et idcirco ne psalmos quidem ipsos continuata studeat pronunciatione concludere, sed eos pro numero versuum duabus vel tribus intercisionibus cum orationum interiectione divisos, distinctim particulatimque consummant. Cf. CAPITULUM §. 14. — Sic *intercisiones agrorum* apud *Hygin. de limitib. p. 110. Lachm.* — 3) Translate. *Acta S. Quirini M. n. 4.* Ut debeam ad illam vitam pervenire, quae post mortem, mortis iam intercisione non clauditur.

INTERCĪSĪVUS, a, um. Adiect. verbale ad *intercido*; intercisus. *Aggen. de qualit. agr. p. 2. Lachm.* Intercisivi limites. *Auct. lib. 1. Colon. p. 256. ibid.* Intercisivae censurae. *Bolth. Demonstr. art. geometr. p. 397. ibid.* Intercisivi agri. Cf. INTERSECIVUS.

INTERCĪSUS (et Endotercisus, V. infra §. 4. et 5.), a, um. Particip. verbi *intercido*, adiectivorum more etiam adhibitum; abscissus, dissectus; *tagliato, interrotto, troncato*. *Cic. 4. Att. 13.* Lacus a Curio emissus, interciso monte. *Tacit. 16. Ann. 14.* Intercisae venae. *Plin. 16. 62. 7.* Hedera etiam pluribus locis intercisa vivit tamen duratque. — 2) Item separatus, divisus; *diviso, disgiunto*. *Hirt. 8. B. G. 14.* lugum mediocri valle a castris intercisum. *Id. B. Alex. 72.* Colles intercisi vallibus. *Sense. Consol. ad Marc. 17.* Insula ab Italia angusto intercisa freto. — 3) Translate. *Stat. 2. Theb. 184.* Non fugeret diras lux intercisa Mycenas; h. e. interrupta, cum sol condidit se die medio, ne Thyestae coenam videret. Adde *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 171.* — 4) Speciatim

II. *Intercisi* (sive *Endotercisi*) *dies* apud Romanos sunt Deorum hominumque communes; h. e. partim festi, partim profesti, quod quibusdam fas non est ius dicere. Nam cum hostia caeditur, fari nefas est: inter caesa et porrecta fari licet: rursus cum adoletur, non licet. Haec *Macrob. 1. Saturn. 16.* Paulo distinctius *Varr. 6. LL. 4.* Intercisi dies sunt, per quos mane et vesperi est nefas; medio tempore, inter hostiam caesam et exta porrecta, fas: a quo quod fas tum intercedit, intercisi dies: aut quod tum intercisum nefas. Hactenus *Varro*, cuius posterius etymon verius est, quam primum. *Ovid.* tacito nomine, eosdem *1. Fast. 49.* describit. — 5) Quod in veteri quodam Calendario apud *Grut. 153.* non semel legitur *en*, ea nota hos dies designat, leguntque *endotercisus*, quod *endo* olim pro *in* usurpatum fuit; alii *entercisus*, quod et *en* pro *in* dictum fuerit: quod confirmatur ex *Fragm. Fastor. Verrii Flacci* a *Foggino* editis, ubi ad diem IV. Id. Ian. quaedam leguntur mutila verba illipsum declarantia. — 6) Absolute, substantivorum more,

INTERCISA, ōrum, n. *(subaudi saxa)*. Sunt quaedam loca, quae ab intercisis saxis, sive montibus, nomen habuerunt, memorata *Itiner. Antonin. p. 245. Wess.* et *Itiner. Hieros. p. 614. ibid.*, de quibus V. INTERCISA in ONOM.

INTERCLĀMO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *clamo*; per intervalla clamo, sive clamore obstrepo. *Ammian. 31. 15.* Cedentes nostri multis interclamantibus restiterunt.

INTERCLŪDO, ūdis, ūsi, ūsum, ūdĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *claudo*, quod alterum vi compositionis corruptum est in *cludo*. Cf. CLAUDO §. c. — b) Particip. *intercludendus* §. 2., *intercluden-*

Digitized by Google

sus §. *4.* ei suo loco, *interclusurus* §. *5.* — **c)** Derivata, *interclusio*, *interclusor*.

INTERCLUDO proprie est inter eundum quippiam claudo, intersepio, obsto ne quis progrediatur; *serrare a mezzo, o a mezza strada, intrachiudere, chiudar il passo, serrar fuori*. *Cic. 7. Att. 20.* Illum ruere nunciant, non ut manum conseral, sed ut fugam intercludat. *Id. Rosc. Am. 38.* Hisce, aliqua fretus hora, semper omnes aditus ad Sullam intercludere. *Plaut. Mil. 2. 2. 68.* Intercludito inimicis commeatum. — **2)** Translate. *Cic. Rabir. perduell. 1.* Omnes seditionum vias intercludere. *Id. ad Quirit. 5.* Inimici mei flumine sanguinis meum reditum intercludendum putaverunt. — **3)** Deinde ponitur pro intercipere, prohibere aliquid vel aliquem ab aliqua re. *Caes. 5. B. G. 23.* Nostros commeatibus intercludere instituunt. *Id. 1. B. C. 72.* Quod re frumentaria adversarios interclusisset. Et *2. ibid. 20.* Ne itinere, aut transiectu intercluderetur. *Liv. 27. 42.* Intercludi a castris; *esser serrati fuori*. *Caes. 1. B. C. 43.* ab oppido, et ponte, et commeatu omni se interclusurum adversarios confidebat. — **4)** Item pro claudere, impedire. *Virg. 2. Aen. 111.* saepe illos aspera ponti interclusit hiems; *h. e.* impediit, ne discederent. *Caes. 3. B. G. 69.* Veriti, ne angustiis intercluderentur; *di esser rinchiusi, o tolti in mezzo*. Sic *Cic. Caecin. 29.* In iis ipsis intercludere insidiis, quas mihi conaris opponere. *Liv. 23. 7.* Comprehensos balneis includi iussit, ubi fervore atque aestu anima interclusa, foedum in modum exspirarent; *soffocati*. Sic *Curt. 7. 5.* Qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu exstincti sunt. *Stat. 5. Silv. 1. 131.* Amazonia latus intercludere pelta; *h. e.* claudere, tegere, ne tela feriant. — **5)** Translate. *Cic. 8. Att. 8.* Intercludor dolore, quominus ad te plura scribam; *h. e.* impedior, prohibeor.

INTERCLŪSĬO, ōnis, f. Verbale ab *intercludo;* actus intercludendi, impedimentum; *chiudimento*. *Cic. 3. Orat. 46.* Clausulas enim, atque interpuncta verborum animae interclusio, atque angustiae spiritus attulerunt; *mancamento di fiato*. — **2)** Παρένθεσις quam Graeci vocant, figuram dicendi, tum *interpositio*, tum *interclusio* Latine dicitur, *parentesi*, teste *Quintil. 9. 3. ante med.*

INTERCLŪSOR, ōris, m. Verbale ab *intercludo;* qui intercludit. *Eugypp. Thesaur. 13.* Nullum enim vitium est, cui magis divina lege resistatur, et in quod maius accipiat dominandi ius ille superbissimus spiritus, ad ima mediator, ad summa interclusor, nisi etc.

INTERCLŪSUS, a, um. Particip. verbi *intercludo*, adiectivorum more etiam adhibitum, atque iisdem fere significationibus, quibus gaudet verbum; est enim seclusus, inclusus, prohibitus, impeditus; *chiuso a mezzo, intrachiuso, rinchiuso*. *Cic. Cael. 18.* Via deserta et inculta, atque interclusa frondibus et virgultis. *Id. 9. Att. 6.* Plane interclusi captique sumus. *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 1. a med.* Ipsum apud Bellovacos circumsederi, interclusum ab reliquo exercitu; *separato, serrato fuori*. Sic *Caes. 7. B. G. 59.* Legiones a praesidio et impedimentis interclusas flumen distinebat. *Cic. 2. Agr. 28.* Cum totam Italiam suis opibus obsidebunt, vestram libertatem suis praesidiis interclusam tenebunt; *rinchiusa, circondata*. Et *Prov. cons. 4.* Cum Byzantii Mithridaticos impetus, totumque Pontum erumpentem, aegre repulsum, et cervicibus interclusum suis, sustinerent; *rinchiuso e trattenuto*. *Caes. 2. B. C. 20.* Omni interclusus itinere; *h. e.* prohibitus. Et *3. ibid. 42.* Pompeius interclusus Dyrrachio; *h. e.* prohibitus ingredi. *Suet. Aug. 16.* Interclusi commeatus, famesque ingravescens; *chiusi i passi alle vettovaglie*. *Liv. 23. 7.* et *Tacit. 6. Ann. 50.* Interclusa anima; *tolto il respiro, soffocato*.

INTERCOELESTIS. V. INTERCAELESTIS.

INTERCŎLUMNĬUM, ii, n. Nomen ab *inter* et *columna*, quo significatur spatium inter columnas; *spazio tra una colonna e l'altra, intercolumnio*. *Cic. 5. Q. Fr. 1. 2.* Hedera convestit interculumnia ambulationis. *Id. 3. Verr. 19.* Signa omnibus intercolumniis disposita. Adde *Vitruv. 3. 1.* et *2.* et *4. 3.*

INTERCONCĬLĬO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *concilio*, idem ac concilio; idest benevolum reddo. *Quintil. 12. 10. a med.* Sive aliud intercomciliandi videtur praestare officium.

INTERCRĔĀTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *creatus;* intra generatus; *raccolto*. *Cael. Aurel. 3. Tard. 1. ante med.* Denique augmento passionis intercreatus humor in saniem transit.

INTERCULCO et Intercalco, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *calco*, quod vi compositionis est corruptum in *culco*. V. CALCO §. c. — Est calco in medio, vel inter aliqua. *Colum. 12. 43. sub fin.* Ita distantes, ut interculcari possint vinacea. *Scaligerus ex MS. legit* intercalcari.

INTERCULTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *cultus;* qui modo cultus, modo incultus est. *Sicul. Flacc. de condit. agr. p. 7. Goes.* Si interceltis finibus, aut prope fines disponuntur arbores, spissioribus et disconvenientes ordinibus arbustorum.

INTERCURRO, ris, ri, sum, rĕre. Verbum intransitiv. (transitivorum more etiam adhibitum in particip. *intercursus*), ab *inter* et *curro*. — **b)** Tmesis est in illo *Lucret. 5. 1373.* olearum Caerula distinguens inter plaga currere posset Per tumulos, etc. — **c)** Particip. *intercurrens* §. *1.* et *2.*, *intercursus*, V. suo loco. — **d)** Derivata *intercurso* et *intercursus, us*.

INTERCURRO proprie est inter aliqua curro; *tracorrere, correre per mezzo*. *Plin. 5. 16. 2.* Latitudine intercurrentis freti. — **2)** Translate. *Liv. 8. 19.* Indicto delectu in diem certam, ipse interim Veios ad confirmandum militum animos intercurrit; *dirò fra tanto una corsa*: medio tempore currit. — **3)** Item intercedo, intersum: et dicitur saepe de iis, quae inter aliqua porriguntur in longum. *Lucret. 2. 373.* intercurrit quaedam distantia formis. *Plin. 37. 18. 1.* Quibusdam smaragdis intercurrit umbra, surdusque fit colos; *passa per entro o per mezzo*. *Id. ibid. 39. 1.* Gemma candida intercurrentibus sanguineis venis. Et *12. 7. 1.* Folium eius est unedonis, intercurrentibus spinis. — **4)** Praeterea

II. *Intercurro* est etiam intervenio; *intervenire, frapporsi*. *Cic. 8. Phil. 6.* Pugnatur acerrime: qui intercurrerent, misimus tres principes civitatis: hos contempsit Antonius. — **5)** Hinc iterum translate. *Id. 2. Tusc. 15.* Ergo his laboriosis exercitationibus et dolor intercurrit. *Auct. ad Herenn. 1. 8.* Alterum genus narrationis est, quod intercurrit nonnunquam, aut fidei, aut criminationis causa.

INTERCURSO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. ab *intercurro*. — **b)** Tmesis est in illo *Lucret. 3. 263.* Inter enim cursant primordia principiorum. — **c)** Particip. *intercursans* §. *1.* et *2.*

INTERCURSO proprie est saepius intercurro, aut simpliciter intercurro; *tracorrere*. *Liv. 21. 25.* Postero die, iam segnius intercursantibus barbaris, iunctae copiae. — **2)** Translate. *Plin. 5. 16. 1.* Intercursant, cinguntque has urbes tetrarchiae, regionum instar singulae. *Id. 14. 4. 18.* Acinos foliis intercursantibus. Adde *3. 30. 2.* et *15. 24. 3.*

INTERCURSUS, a, um. Particip. verbi *intercurro;* intercurrendo peragratus. *Ammian. 15. 10. a med.* Navigatione veloci intercurso spatio maris haud longo. Cf. INTERCURRO §. a.

INTERCURSUS, us, m. Verbale ab *intercurro;* cursus inter aliqua: *tracorrimento, intervento*. *Liv. 37. 42.* Ibi perturbati ordines, et impeditus intercursu suorum usus praelongarum hastarum. *Id. 2. 29.* Cum conversus in patres impetus esset, consulum intercursu vix sedata est. — **2)** Translate. *Ambros. ep. 29. n. 21.* Non fiat voluntatis tuae recidiva infirmitas, non ullus intercursus criminum. Cf. INTERCUSSUS.

INTERCUS, ŭtis. Omn. gen. Adiect. ab *inter* et *cutis*, quod alterum vi compositionis corruptum est et in adiectivum migravit. — Proprie est intra cutem positus; *sotto la pelle, intracutaneo;* et dicitur vel absolute, vel cum nomine *aqua*, de hydrope, Italice *idropisia;* qua intra cutem aqua colligitur, unde corpus turgescit. *Plaut. Men. 5. 4. 3.* Num eum vetternus, aut aqua intercus tenet? *Cic. 3. Offic. 24.* Medicamentum alicui dare ad aquam intercutem. *Suet. Ner. 3. extr.* Decessit morbo aquae intercutis. — **2)** Absolute. *Hieronym. Vita Hilarion. n. 37.* De primoribus quidam, tumens morbo intercutis. *Alii tamen ex MSS. leg.* aquae intercutis. *Cael. Aurel. 3. Tard. 8. ante med.* Hoc quidem plurimi magis intercutibus convenire probaverunt. Et *mox.* Intercutes autem et ascitas iis curandos probant, quae siccare, vel exsiccare valeant corpus. — **3)** Eundem morbum *aquam inter cutem* divisim appellat *Cels. 2. 8.* et *3. 21.* V. AQUA §. 35. — **4)** Translate est intestinus, occultus; *occulto, interno*. *Lucil.* apud *Non. 1. 166.* Aquam te in animo habere intercutem. *Gell. 13. 8. extr.* Vitia fecundissime accusant intercutibus ipsi vitiis madentes. — **5)** Habet etiam obscenum sensum. *Cato* apud *Priscian. 6. p. 719. Putsch.* V. FLAGITATUS §. 2.

INTERCUSSUS, us, m. Nomen verbalium more effictum ab *inter* et *quatio;* actus per intervalla quatiendi. In sexto casu singul. *Senec. 3. Quaest. nat. 27. a med.* Quod olim fuerat nubilum, nox est, et quidem horrida intercussu luminis diri; *h. e.* lumine in tenebris intermicante. *Est qui leg.* intercursu.

INTERCŪTĀNĔUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *cutis*, idem quod intercus. *Isid.* in *Gloss.* Subcus, subcutaneus . . . intercus, intercutaneus, intercutitus. *Onom. Lat. Gr.* Intercutaneus; ὑποσαρκίδιος.

INTERCŪTĪTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *cutitus;* vehementer cutitus; id est valde stupratus. Ita *Festus* apud *Paul. Diac. p. 84. Lind.*; nam, teste *Eodem*, inter cutem flagitatos dicebant Antiqui mares, qui stuprum passi aliquando essent. V. PULLO §. 4. et FLAGITATUS §. 2. Cf. voc. praeced.

INTERDĂTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *datus*, sive particip. verbi *interdo;* datus per intervalla. *Lucret. 4. 866.* Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus, Et recreet vires interdatus; *h. e.* interiecto convenienti temporis spatio datus: vel, inter corporeos meatus divisus. Cf. INTERDO.

INTERDENSĀTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *densatus;* valde densatus, spissus. Legitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 289. ed. Mai*.

Digitized by Google

INTERDĬĂ. V. INTERDIU §. 4.

INTERDĬĀNUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *dies*, sive ab *interdiu*; interdius, diurnus. *Cael. Aurel. 3. Tard. 6. ad fin.* Post interdianum cibum ambulatio adhibenda.

INTERDĬĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiectivum originis eiusdem ac praecedens, quo absolute significatur fur diurnus, qui interdiu furatur: opponitur autem nocturno, qui etiam dormitator appellatur. *Gloss. Philox.* Interdiarius; ἡμεροκλέπτης.

INTERDĪCO, īcis, ixi, ictum, icĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *dico*, cuius variationes sequitur. — **b)** Hinc *interdeico* pro *interdico* scriptum est a Veteribus, ut in *fragm. legis Rubriae* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 203. init.* DECERNET INTERDEICETVE. Sic *Momms. ibid.*, pro quo *Haubold* in *Monum. leg. p. 145.* dederat: INTERDIICETVE minus recte. Cf. DICO §. b. — **c)** *Interdixem* syncope pro *interdixissem* habetur in quodam carmine *Q. Catuli* apud *Gell. 19. 9.* — **d)** Particip. *interdicens* §. 2., *interdictus*, V. suo loco, *interdicturus* §. 6. — **e)** Derivata, *interdictio*, *interdictor*, *interdictorius*.

INTERDICO proprie est per intervalla dicere, sive interloqui, nempe *inter* alium sermonem aliud *dicere*. *Auct. ad Herenn. 2. 11.* In praesentiarum hoc interdicere non alienum fuit. *Alii interpretantur*, obiter dicere. — **2)** Frequentius vero, sensu quidem translato, sed ex usu loquendi proprio verbi facto,

II. *Interdico* est interponere auctoritatem, ut, vel ne aliquid fiat: et proprie ad magistratus pertinet, qui ius dicunt, cum edicto, sententiave iubent aliquid, aut vetant. Praesertim vero praetoris proprium est ius *inter* duos *dicentis:* quae etymologia a *Iustiniano*, *4. Institution. tit. 15.* traditur. *Cic. Caecin. 8.* Praetor interdixit de vi, hominibus armatis, sine ulla exceptione, tantum ut, unde deiecisset, restitueret. Et *13.* Praetor qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum itinerumque controversiis interdicit; *fa decreti*. Et *28.* Praetor interdixit, ut unde deiectus esset, eo restitueretur. *Ulp.* recitans verba praetoris *Dig. 43. 13. 1.* Ut per lacum, fossam, stagnum publicum navigare liceat, interdicam. *Caius*, *4. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. *166.* Quae adversus edictum praetoris interdicentis nobis facta essent. — **3)** Apud ICtos interdum significat interdicto uti. *Ulp. Dig. 43. 18. 1. a med.* An noceat tibi exceptio, si adversus eum velis interdicere? Et *ibid. 10. 1.* Neque latiorem, neque humiliorem viam, sub nomine refectionis, is, qui interdicit, potest facere. Et *Paul. ibid. 16. 1. circa med.* Ius proiectionis interdico tecum; *h. e.* ago tecum de iure proiectionis ex interdicto, *sicuti nunc possidetis*, etc. — *Quintil. 5. 6. 74.* Non debuisti intercidere, sed petere. Cf. *Spalding.* ad *h. l.* — Huc pertinet illud *Catonis* apud *Charis. 2. p. 178. Putsch.* Donicum ille tibi interdixit rem capitalem; *h. e.* tecum egit ex interdicto, et rei capitalis reum fecit, damnavitque. — **4)** Quia vero interdicendo saepius vetatur aliquid, hinc universim

III. *Interdico* ponitur pro prohibere, vetare; *proibire*, *vietare*, *interdire*. *Ter. Hecyr. 4. 1. 48.* Interdico, ne extulisse extra aedes puerum usquam velis. *Caes. 5. B. G. 22. extr.* Interdicit atque imperat Cassivellauno, ne Mandubratio noceat. Et *58.* Praecipit atque interdicit, omnes unum peterent laudationarum, neu quis quemquam prius vulneraret, quam etc. *Cic. 1. Horat. 19. extr.* Neque enim est interdictum aut a rerum natura, aut a lege aliqua, aut more, ut singulis hominibus ne amplius quam singulas artes nosse liceat. — Cum ablativo rei, quae alicui prohibetur. *Caes. 6. B. G. 12.* Si quis eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. *Cic. Coel. 20.* Qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuventuti putet. *Id. Senect. 7.* Male rem gerentibus patribus, bonis interdici solet. — Et addita praepositione. *Cato* apud *Plin. 29. 7. 1.* Interdixi tibi de medicis. — Item cum accusat. rei et dat. personae. *Liv. 34. 7.* Feminis dumtaxat purpurae usum interdicemus. *Al. leg.* usu. *Suet. Ner. 32.* Cum interdixisset usum amethystini coloris. *Id. Domit. 7.* Interdixit histrionibus scenam. *Iustin. 16. 4.* Interdicere alicui patriam. Et *41. 5.* feminis conivia et conspectum virorum. *Senec. ep. 87. circa med.* alicui admirationem rerum. — Hinc passive. *Nep. Amic. 3.* Quod moribus eorum interdici non poterat socero gener. *Liv. 8. 14.* Interdictum est mare Antiati populo. *Al. leg.* mari. *Senec. controv. 1. a med.* Nulli interdici misericordiam. *Plin. 30. 27. 1.* Interdicitur vini potus quinis diebus. *Gell. 15. 11. extr.* Philosophi urbe et Italia interdicti sunt. — Cum infinito. *Suet. Galb. 6.* Interdixit commeatus peti. *Paul. Dig. 48. 19. 43.* Interdicere alicui arte sua uti. — **5)** Pro obstare, resistere. *Cic. 4. Verr. 12.* Si praetor improbus, cui nemo interdicere possit, det, quem velit, iudicem. *Al.* intercedere *rectius leg.* — **6)** Speciatim

IV. *Interdicere aqua et igni* est in exsilium pellere: nam cui illa duo subducuntur elementa ad vitam necessaria, solum vertere cogitur; *cacciar in bando*. *Caes. 6. B. G. 44.* Quibus cum aqua et igni interdixisset, etc. *Cic. 6. Phil. 4.* Tanquam si illi aqua et igni interdictum sit. *D. Brut.* ad *M. Brut. et Cass. 11. Fam. 1.* Futurum puto, ut hostes iudicemur, aut aqua et igni nobis interdicatur. *Al. leg.* aut aqua et igni interdicamur. *Flor. 3. 16.* Cum abnuentibus aqua et igni se interdicturum minaretur. — Causam porro huiusce elocutionis habes apud *Lactant. 2. 9. a med.* Cf. AQUA § 13. — **7)** Etiam absolute *interdicere alicui* idem est ac *interdicere alicui aqua et igni*. *Ampel. 42.* Quo terrore victus senatus Mario totique factioni eius interdixit; *h. e.* eos omnes *exsules fecit*, ut de eadem re ait *Vellei. 2. 19.*

Nota. Varia verbi constructio abunde colligi potest ex allatis exemplis in §. 4. et §. 7.

INTERDICTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interdico;* actus interdicendi: *proibizione*, *divieto*. *Cic. Dom. 30.* Non ademptione civitatis, sed tecti, et aquae et ignis interdictione. *Liv. 41. 24. ad fin.* Ne interdictione finium nostrorum et nos quoque regno arceamus. *Martian. Dig. 48. 22. 5.* Exsilium est aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, etc. *Tertull. Spectac. 17.* Habes igitur et theatri interdictionem de interdictione impudicitiae. — *Arnob. 2. p. 49.* Scabiem una interdictione sanare.

INTERDICTOR, ōris, m. Verbale ab *interdico;* qui interdicit; *proibitore*. *Tertull. 2. advers. Marcion. 9. extr.* Delicti interdictor, immo et condemnator. Adde *adv. haeres. 25.*

INTERDICTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *interdico;* qui interdicit, prohibet. *Salvian. 3. advers. avar. 17.* Deinde illud, quod praecepto interdictorio generaliter iubet *(Deus)*: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.

INTERDICTUM, i, n. V. voc. seq. §. 2. et seq.

INTERDICTUS, a, um. Particip. verbi *interdico*, adiectivorum more etiam adhibitum: vetitus, prohibitus; *vietato*, *proibito*, *interdetto*. *Cic. Balb. 10. extr.* Non modo nullo proposito praemio, sed etiam interdicto. *Horat. 1. Ep. 6. 64.* Interdicta voluptas: *illecita*. Et *Ovid. 10. Met. 556.* Spes interdictae, discedite. *Plin. 19. 19. 4.* Exquisita poma pauperibus interdicta. *Id. 9. 55. 58.* Interdicta amicitia. *Suet. Claud. 25. a med.* Druidarum religio interdicta civibus. *Id. Aug. 27.* Interdicta urbs. — **2)** Absolute, substantivorum more.

INTERDICTUM, i, n. Proprie est decretum, quod praetor *inter* duos aliquos *dicit*, quippiam iubendo aut vetando. V. INTERDICO §. 2.: item universim prohibitio, vetitum. *Plaut. Asin. 3. 1. 1.* Nequeon' ego te interdictis facere mansuetam meis? *Cic. 3. Agr. 3.* Ergo hac lege ius civile, causae possessionum, praetorum interdicta tollentur. *Id. Caecin. 3. extr.* Possessionem per interdictum repetere. *Id. 1. Orat. 10.* Interdicto contendere cum aliquo. *Id. Pis. 21.* Numen, interdictumque Deorum immortalium, responsa sacerdotum, regi Aegyptio vendidit. *Petron. Satyr. 15.* et *83.* Venire ad interdictum; *h. e.* venire ad praetorem in ius: iure agere, et praetoris interdictum experiri. *Spartian. Pescenn. 2. in fin.* Ex interdicto agere cum aliquo de re quapiam; *h. e.* ex decreto et formula praetoris, *Uti possidetis*. V. POSSIDEO. — **3)** *Interdicti* formula habetur apud *Paul. Sentent. recept. 5. 4. 7. Quando tibi bona paterna avitaque nequitia tua dispardis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico.* Haec sunt praetoris verba.

INTERDIĒ et INTERDIŬS. } V. INTERDIU §. b. et §. 3. et 4.

INTERDĬGĬTĀLĬĂ, ium, n. V. voc. seq. *fin.*

INTERDĬGĬTĬĂ, ōrum, n. Nomen ab *inter* et *digitus*, quo significantur loca inter digitos manuum et pedum, et rhagades ibi enascentes. *Marcell. Empir. 34.* Interdigitia sanat cera in oleo cyprino remissa, et imposita. *Gloss. Philox.* Interdita *(lege* interdigitia); μεσοδάκτυλα. — *Plin. Valerian. 232.* Eodem sensu *Interdigitalia* habet.

* INTERDITA, V. INTERDIGITIA.

INTERDIŬ. Adverb. ab *inter* et *dies*, quod alterum vi compositionis est corruptum in *diu* pro *dium*. V. *Fest.* apud *Paul. Diac.* sub v. *Dium p. 71. Mull.* — **b)** Huius aliae formae sunt eiusdem originis; *interdiu*, *interdis*, *interdies* et *interdius*. — **c)** Derivata, *interdianus* et *interdiarius*. — Porro

INTERDIŬ proprie est per diem; *di giorno:* cui opponitur *noctu*. *Caes. 7. B. G. 69. extr.* In quibus interdiu stationes disponebantur: haec eadem noctu firmis praesidiis tenebantur. *Cato*, *RR. 124.* Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu acriores sint. *Liv. 1. 47.* Nec nocte, nec interdiu. *Id. 8. 34.* Interdiu, nocte. — **2)** Item

INTERDIUS, eodem sensu. *Plaut. Aul. 1. 1. 35.* Pervigilat noctes totas: tum autem interdius, Quasi claudus sutor, domi sedet totos dies. *Id. Most. 2. 2. 14.* Occlusa est ianua interdius. *Id. Merc. 5. 2. 21.* Neque quiescam usquam noctu, neque interdius. — **3)** Item

INTERDIE, eodem pariter sensu, apud *Vulg. Interpr. Ital. Luc. 21. 37.* Erat autem interdie docens in templo, noctibus vero exiens. *Ita e MS. Colbert.* — **4)** Item *interdies* in *Gloss. Lat. Gr.* Interdies: ἀεὶ ἡμέρας. — Et *interdia* in *Gloss. Gr. Lat.* Μέσον ἡμέρας; interdia.

INTERDĬUS. V. voc. praeced. §. b. et §. 2.

INTERDO, dis, dĭdi, dĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *do*, pro quo apud Veteres et *interduo*, *uis*, adhibitum est, eadem ratione, qua *adduo* pro *addo* et *creduo* pro *credo*, de quibus V. suo loco. Est autem

Digitized by Google

interdo sive *interduo* idem fere ac do, aestimo, facio. *Plaut. Capt. 3. 5. 36.* Dum pereat, nihil interduo. *Id. Trin. 4. 2. 152.* Ciccum non interduim. Adde *Rud. 2. 7. 22.* Porro *interduim* simile est *velis faxim, ausim*. — *Interdo* autem legitur in *Not. Tir. p. 20.* Indit, interdit, reddit; indidit, interdidit, reddidit. — Particip. *interdatus* pro *interditus*, v. suo loco.

INTERDŬĀTIM et Interatim. Adverbiorum formae obsoletae pro *interim* a Veteribus usurpatae, teste *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* « *Interduatim* et *interatim* dicebant Antiqui, quod nunc *interdum* et *interim*. » Ad q. l. *Müller* adnotat: « Adverbia in nullo dum scriptore reperta. *Interduatim* Lindemann recte a verbo *duim* ducere videtur; *interatim* in *iteratim* mutari vult: quam ob causam, nescio; nam a nomine INTERUS verbum *interare*, hinc adverbium *interatim* fieri poterat. » Cf. INTERATUS.

Nota. *Forcellinus* pro priore haec addebat post locum *Festi*: « Hinc *Plaut. Truc. 4. 4. 29.* Id quoque interduatim nomen commemorabitur. *Al. leg.* interium futatim. V. FUTATIM.

INTERDŪCĀ, v. DOMDUCUS §. 2. *fin.*

INTERDUCTUS, us, m. Nomen verbalium more effictum ab *inter* et *ductus*, quod est a *duco*, quo significatur interpunctio et distinctio, quae inter sententias a Librariis duci solet. *Cic. Orat. 68.* Ne infinite feratur, ut flumen, oratio, quae non aut spiritu pronunciantis, aut interducta librarii, sed numero concta debet insistere.

INTERDIU M. Adverb. temporis ab *inter* et particula *dum*, quae tempus certa designatione distinctum significat; pro quo Veteres *interduatim* usurpasse videntur, teste *Festo*, ut dictum est suo loco. V. INTERDUATIM etiam in *Nota*. — Porro

INTERDUM proprie de temporibus et de rebus in tempore factis usurpatur et significat aliquando, nonnunquam; *talora, alle volte, qualche volta. Plaut. Amph. 5. 1. 4.* Qui interdum flo Iupiter, quando lubet. *Ter. Adelph. 2. 2. 8.* Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum. *Ovid. 1. Pont. 5. 18.* Interdum docta plus valet arte malum. Adde *Virg. 3. G. 503., Caes. 1. B. G. 14.* et *Liv. 42. 47.* — **2)** Repetitur eadem ratione qua *modo-modo*. *Cic. Orat. 59.* Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. *Id. 12. Att. 14.* Idque faciens, interdum mihi peccare videor, interdum peccaturus esse, nisi faciam. Adde *Quintil. 4. 2. 14.* et *Cels. 4. 2. n. 4.* — **3)** Copulatur etiam cum aliis particulis. *Ter. Eun. 2. 3. 76.* Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. *Cic. Brut. 67.* Saepe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. *Id. 3. Orat. 54.* Habet interdum vim, leporem alias. *Cels. 1. 1.* Interdum quiescere, sed frequentius se exercere debet. *Sall. Iug. 74.* Modo adversum hostes, interdum in solitudines pergere. *Horat. 1. Sat. 9. 9.* misere discedere quaerens ire modo ocius, interdum consistere. *Cels. 6. 2.* Interdum madent, multo saepius siccae sunt. *Id. 5. 27.* Sequitur, ut de his dicam, quae morsu fiunt, interdum hominis, interdum simiae, saepe canis, nonnunquam ferarum. — **4)** Deinde

II. *Interdum* significat etiam interea, interim; *fra tanto*: quasi *interea dum*. *Sil. 4. 491.* Dumque vada et molles aditus per devia flexo Circuitu petit, et stagni languentia quaerit, Interdum rapta etc. (Adde *6. 30.*) *Apul. 3. Met. sub init.* Haec identidem mecum replicans, fortunas meas ciulabam. Quati fores interdum etc. Et *9. ibid.* Ille noeturnas tenebras causabatur sibi obsistere. Interdum Philesietaerus, cognito strepitu, etc. *Modestin. Dig. 40. 5. 15.* Ideoque nec vendere eum interdum alii potest, ut ab eo, cui traditus est, manumittatur. — **5)** Huc alii trahunt et illud *Iustini, 11. 3.* Movebat haec multitudo hostium respectu paucitatis suae Alexandrum; sed interdum reputabat, etc. Et *Velleii, 2. 74.* L. Antonius vitiorum fratris sui consors, sed virtutum, quae interdum in illo erant, expers. Et *Taciti, 1. Ann. 5.* Acribus custodiis domum et vias sepserat Livia: laetique interdum nuncii vulgabantur, donec etc.

Nota. Alia de hac particula dabit *Hand, Turselt. T. 3. p. 410-414.*

INTERDŬO, v. INTERDO.

INTERĔA. Adverb. ab *inter* et *ea*, adverbiali forma usurpatis. — **b)** Atque hinc est, quod habet ultimam longam, ut *praeterea, antea* et similia, quamquam accusativus *eā* corripitur. — **c)** Ut *antidea* pro *antea* dictum est, sic et *interidea* pro *interea*, Grammatici in usu fuisse narrant. Quare « *Meursius*, ut ait *Hand* in *Turselt. T. 3. p. 418.*, in Glossis nescio quibus (nam apud Vulcanium non invenio) extare dixit: *entoridea, ἐν τῷ μεταξύ*, quod non modo correxit *endoteridea*, sed Comicis usitatum fuisse affirmavit . . . Res haec tam incerta est ut, nisi idonea documenta proferantur, de ea iudicari omnino non possit. » — **d)** *Interea* et *interim* in antiquis MSS. et editis libris saepe permutata fuisse, ostendunt *Drakenb.* ad *Liv. 9. 9. 15.* et *Kritz.* ad *Sall. Iug. 40. 1.*

INTEREA adverbium temporis est ac proprie significat id temporis spatium, quo aliud quid agitur; *fra tanto, fra questo mezzo*: et usurpatur cum verbis non modo praesentis, sed praeteriti quoque et futuri temporis, et quidem modo absolute, modo sequentibus aut praecedentibus aliis particulis, nempe *dum, usque, quoad, quum*, etc. *Ter. Phorm. 2. 5. 18.* Saepe interea mihi senex narrabat. *Id. Heaut. 1. 1. 36.* at istos rastros interea tamen Depone: ne labora. *Id. Hec. 5. 4. 7.* Dies triginta aut plus eo in navi fui, Quum interea semper mortem exspectabam miser. *Id. Phorm. 1. 2. 41.* Interea dum sedemus illic, Intervenit adolescens quidam. *Id. Heaut. 1. 1. 84.* usque dum ille vitam illam colet Inopem, carens patria ob meas iniurias, Interea usque illi de me supplicium dabo. *Id. Hecyr. 1. 2. 82.* Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? *Pa.* quotidie. *Cic. Quint. 6. extr.* Haec dum Romae geruntur, Quintius interea de agro detruditur. *Id. 1. Orat. 42. extr.* Atque interea tamen, dum haec, quae dispersa sunt, coguntur, vel passim licet carpentem etc. *Caes. 1. B. C. 10.* Interea, quoad fides esset data, non intermissuros consules delectus. *Virg. 1. Ecl. 33.* Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes, etc. *Id. 10. Ecl. 54.* crescent illae *(arbores)*: crescetis amores; Interea mixtis lustrabo Maenala Nymphis. *Cic. Cluent. 62.* Interea Oppianicus quum iam convaleseeret, etc. *Ter. Andr. 2. 1. 14.* Interea fiet aliquid, spero. Et *2. 3. 24.* Interea aliquid acciderit boni. — **2)** Apud Comicos additur genitivus *loci*, et significationem nihil mutat. *Ter. Eun. 2. 2. 24.* Dum haec loquimur, interea loci ad macellum etc. *Plaut. Men. 5. 1. 1.* Plus annis triginta natus sum, cum interea loci Nunquam quicquam feci peius, quam hodie, cum etc. *Pacuv.* apud *Non. 8. 37.* Interea loci fluctu flaccescunt, silescunt venti, mollitur mare. *Male* interea loca *vulg. leg.* Adde *Plaut. Pseud. 1. 3. 52.* et *Ter. Heaut. 2. 3. 16.* et *Eun. 1. 2. 46.* Cf. infra *Notam*. — **3)** Significat etiam interdum; *alle volte. Sil. 7. 395.* Interea (credo experto: non fallimus) aegris, Nil movisse, salus rebus.

Nota. De accentu in *interea loci* sive unica voce, ut etiam scribunt, *interealoci*, v. quae tradit *Serg.* in *Donat. art. pr. n. 21.* et *25.* — Alia, si quis desiderat, de hac particula dabit *Hand, Turselt. T. 3. pag. 414-418.*

INTĔRĔMO. V. INTERIMO.

INTĔREMPTĪBĬLIS et Interemtibilis, le. Adiect. verbale ab *interimo*; qui interimi potest. *Tertull. 5. advers. Marcion. 6.* Non eas scripturas evolvam, quae interemptibilem Christum edicentes utique et ignorabilem affirmant.

INTĔREMPTĬO et Interemtio, ōnis, f. Verbale ab *interimo*; actus interimendi, occisio: *uccisione. Cic. Manil. 11.* Iter Gallorum interemptione patefactum est. Ita *Grutер.* legit. *Alii* interitione *vel* interneeione. *Porcius Latro, declam. in Catil. 10.* hastam contorquere in omnium nostrum ruinam atque interemptionem. *Gloss. Philox.* Interemptio; *καταφαγή*. *Vet. Schol.* ad *Cic. Mil. 5.* apud *Mai, Class. Auct. T. 2. p. 101.* Biduo post interemptionem P. Clodii. — **2)** Translate. *Boëth. Aristot. Elench. Soph. 2. 7.* Non tamen est explorata per cuius interrogationum interemptionem vel divisionem solvenda sit.

INTĔREMPTOR et Interemtor, ōris, m. Verbale ab *interimo*; qui interimit; *uccisore. Senec. ep. 70. ante med.* Interemptorem sui heri. *Val. Max. 6. 1. n. 2.* Virginius filiae pudicae interemptor. Adde *Velleii. 2. 129.*

INTĔREMPTŌRĬUS et Interemtorius, a, um. Adiect. verbale ab *interimo*; qui interimit, ad interimendum idoneus. *Isid. 17. Orig. 10. 18.* Alii dicunt *fungos* vocatos, quod sint ex eorum genere quidam interemptorii, unde et defuncti.

INTĔREMPTRIX et Interemtrix, īcis, f. Verbale ab *interimo*; quae interimit; *uccidittrice. Lactant. 1. 10.* Fratris interemptrix. — **2)** Translate. *Tertull. Spectac. 17.* Ipsae illae *(feminae)* pudoris sui interemptrices.

INTĔREMPTUS et Interemtus, a, um. Particip. verbi *interimo*; occisus, interfectus; *ucciso. Horat. 4. Od. 4. 72.* Asdrubale interempto. *Iustin. 26. 2.* Observantibus ante oculos Manibus interemptorum. — **2)** Item ademptus, sublatus; *tolto, levato. Ulp. Dig. 40. 7. 5. ad fin.* Quatenus dilatione interempta, illico accipiat, quod post tempus consequi poterat. V. INTERVICIO §. 7. — **3)** Est etiam simpliciter mortuus. *Paul. Sentent. recept. 3. 6. 9.* Servo fataliter interempto, legatarii damnum est; *h. e.* si servus legatus fato intereat. — **4)** Absolute. *Vulg. Interpr. Ps. 101. 21.* Ut solveret filios interemptorum.

INTEREMTIBILIS etc. v. INTERREMPTIBILIS etc.

INTĔRĔO, is, ii *et* Tvi, Itum, Tre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *eo*, cuius variationes sequitur. — **b)** *Interiisti* pro *interisti* scribitur in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1202.* — *Interivi* pro *interii*, v. infra §. 3. *fin.* — **c)** Vulgo *interiam, as*, in futuro pro *interibo* usurpatum fuisse, ostendit *fragm. parvae Genes. c. 24.* ed. *Cerianì*. Et in medio inferni interiet, et non erit ipsi semen. — **d)** Particip. *interiens* §. 2., *interitus*, v. suo loco, *interiturus* §. 3. — **e)** Derivata, *interibilis, interitio* et *interitus, us*.

INTEREO proprie, etymo spectato, est ire, vel positum esse inter aliqua: quo sensu *Sever. Aetn. 450.* disiectaque saxa intereunt venis; *h. e.* eunt inter venas, seu venis immiscentur. Hinc *Gloss. Philox.* Inte-

Digitized by Google

reo; ὑπεισέρχομαι. — **2)** Dicitur speciatim de fluviis, quoties cursum proprium amittunt. *Hieronym. de situ et nomin. p. 133. Vall. de Iordane.* Oriens de fontibus Paneadis et in Mare Mortuum interiens. — Sic *Cic. 3. Fin. 14.* Ut interit magnitudine Maris Aegaei stilla muriae. — **3)** Latiore significatione, sensu quidem translato, sed consuetudine loquendi proprio verbi facto,

II. *Intereo* est pereo, morior, occido, intercido; *perire, perdersi, andare a male, morire;* et dicitur tam de rebus, quam de personis. *Cic. 3. Nat. D. 14.* Non intelligo, quomodo calore exstincto, corpora intereant, non intereant humore aut spiritu amisso; praesertim cum intereant etiam nimio calore. Et *ibid.* Ignem interiturum esse, nisi alatur. *Id. Arch. 4.* Tabulas publicas, incenso tabulario, interisse, scimus omnes. *Ovid. 2. Met. 305.* omnia fato interitura gravi. *Virg. 1. G. 152.* Intereunt segetes: subit aspera silva, lappaeque, tribulique. *Sallust. fragm.* apud *Non. 6. 9.* Multi commeatus interierant insidiis latronum. *Varr. 2. RR. 11. a med.* Tegeticulis subiectis oves tondere solent, ne qui flocci intereant. *Cic. Dom. 13.* Sacra gentis Clodiae cur intereunt, quod in te est? *Id. 5. Verr. 55.* Vectigalia sunt deminuta: res frumentaria, commeatus, copiae, salus urbis atque exercituum nostrorum istius avaritia interiit. Et *1. Att. 13.* Litterae aut interire, aut aperiri, aut intercipi possunt. *Nep. Themist. 2.* Cum pecunia publica largitione magistratuum quotannis interiret; *si consumava, si perdeva. Caes. 2. B. C. 16.* Tormentorum usum spatio propinquitatis interire; *rendersi inutile, perdersi. Id. 3. ibid. 27.* Naves naufragio intereunt. Et *3. B. G. 50.* Ferro aut fame interire. *Cic. 1. Acad. 7. a med.* Omnes res intereunt, non in nihilum, sed in suas partes; *finiscono. Apul. 7. Met. 7.* Noluit esse Caesar Haemi latronis collegium, et confestim interivit. V. *Hildebr. ad h. l.* — **4)** *Interii* (ut *perii*) familiaris et frequens exclamatio est, apud Comicos, eius, qui de se actum putat; *son morto, son perduto, sono spedito. Ter. Hecyr. 3. 1. 42.* Interii! cur mihi id non dixti? *Plaut. Most. 4. 3. 36.* Hei mihi disperii! vocis non habeo satis: Vicini, interii, perii. *Id. Bacch. 5. 1. 7.* Omnibus exitiis interii. — **5)** Translate. *Cic. 1. Acad. 7. post med.* Nihil esse valentius, a quo ratio perfecta intereat; *per cui opera o mezzo perisca. Horat. 2. Od. 18. 15.* Truditur dies die, Novaeque pergunt interire lunae; *h. e.* condi et confici; *finire.* Sic *4. ibid. 7. 9.* ver proterit aestas Interitura, simul Pomifer Autumnus fruges effuderit. *Ovid. 1. Art. am. 374.* interit ira mora; *h. e.* desinit, sedatur. *Paul. Dig. 27. 5. 10.* Actiones morte tutoris intereunt; *h. e.* exstinguuntur, finiuntur. *Papinian. ibid. 41. 2. 44.* Interit possessio; *h. e.* amittitur. — **6)** Apud Grammaticos *interire* dicitur *littera*, quoties in compositione perit, ut *x* in *ex* in composito *ebibo. Vel. Long. Orthogr. p. 2225. Putsch.*

Nota. *Intereo* differt a *pereo;* magno discrimine. Nam *perire* levius est, et habet inventionis spem, et non omnium rerum finem. Ita *Non. 3. 4.* Hinc *Plaut. Capt. 5. 3. 32.* Qui per virtutem peritat, non interit.

INTĔRĔQUĪTO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *equito*, fere usurpatum in particip. *interequitans.* — Proprie est per medios equito; *cavalcare per mezzo. Liv. 38. 5. a med.* Obstabant duces, caedentes terga trepidantium, et redire in ordines cogentes: sed interequitantes alarii non patiebantur. *Id. 34. 15.* Ipse interequitans sparo percutit. — Cum accusativo, qui a praepositione ipsi verbo praefixa regitur. *Id. 6. 7.* Ordines interequitans. *Curt. 4. 15.* Praetores agmina sua interequitantes.

INTĔRERRO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *erro;* inter aliquid erro; *errar tra mezzo. Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 20.* Flumina duodecim intererrabant. *Avien. Or. maril. 219.* Dumosa semper intererrant cespitum. — *Prudent. 6. Cathemer. 43.* Nunc splendor intererrat, Qui dat futura nosse. Cf. loc. *Horat. 3. Od. 27. 31.* allatum sub v. INTER §. 24. — **2)** Pro simplici interesse. *Minuc. Fel. Octav. 10.* Deus locis omnibus intererrat.

INTĔRERST. V. INTERSUM.

INTERFĂCĬO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *facio;* interim, vel per intervalla facio. *Liv. 22. 11.* Reliquit tamen modicum praesidium, ut simul interfaciendo muro adiuvaret; *h. e.* dum murus fieret. *Plerique tamen rectius leg.* ut simul in faciendo muro.

INTERFĀRIS, ātus sum, āri. V. INTERFOR.

INTERFĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interfor, āris*, actus interfandi, brevis sermo interpositus, interlocutio; *intervrompimento. Cic. Sext. 37.* Itaque fretus sanctitate tribunatus, cum se non modo contra vim et ferrum, sed etiam contra verba et interfationem legibus sacratis esse armatum putaret. *Alii perperam leg.* intercessionem. — **2)** Item species quaedam praefationis in medio sermone. *Quintil. 4. 2. ante med.* Interim expediet expositiones brevi interfatione distinguere: *auditis, quae ante acta sunt; accipite nunc, quae insequantur.*

INTERFATUS, us, m. Verbale ab *interfor, aris*, idem ac interfatio. *Vigil. Tapsens. 5. contra Arian. 4.* Exclusa itaque etiam Photino et eius errore meis interfatibus abdicato, pondus omne etc.

INTERFĀTUS, a, um. V. INTERFOR.

INTERFECTĪBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *interficio;* ad interficiendum idoneus. *Apul. Herb. 89.* Ruta interfectibilis viperarum. V. VIPERALIS.

INTERFECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interficio;* caedes; *uccisione. Brut. ad Cic. 2. ad Brut. 5.* Interfectio Trebonii. *Ascon. in argum. Milon.* Interfectio Clodii. *Lamprid. Commod. 4.* Compulit ad eius interfectionem consilia inire. Adde *Vulg. Interpr. Iudic. 9. 24.* et *alibi saepe.*

INTERFECTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *interficio;* letalis; *mortale:* ut interfectivus morbus, apud *Cael. Aurel. praef.* et *3. Chron. 10.*

INTERFECTOR, ōris, m. Verbale ab *interficio;* qui interfecit; *uccisore. Cic. Mil. 27.* Quorum interfectores implerunt orbem terrarum nominis sui gloria. *Senec. ep. 7. ante med.* Interfectores interfecturis iubentur obiici. *Iustin. 9. 8.* Philippum saepe vulneratum proelia remisere, Alexander amicorum interfector convivio frequenter excessit. — **2)** Translate. *Tertull. Carn. Christ. 5.* interfector veritatis; *h. e.* destructor.

INTERFECTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *interficio;* ad interficiendum idoneus, letalis. *Augustin. de liber. arbitr. 3. 25.* Unde factum est, ut poena hominem susciperet emendatoria, potius quam interfectoria. Adde *Isid. 17. Orig. 6. 7.*

INTERFECTRIX, Icis, f. Verbale ab *interficio; uccidítrice. Tacit. 3. Ann. 17.* Interfectricem nepotis aspicere. Adde *Vulg. Interpr. Tob. 3. 9.* et *Auct. Trag. Orestis, 201.* — **2)** Translate. *Cael. Aurel. 5. Acut. 8.* Immodica atque interfectrix tanta abstinentia iudicatur.

INTERFECTUS, a, um. Particip. verbi *interficio;* occisus; *ucciso, ammazzato. Cic. Manil. 5.* Vos legatum populi R. omni supplicio interfectum inultum relinquetis? — Absolute. *Vulg. Interpr. Apoc. 6-9.* Animae interfectorum. — *Id. Isai. 22. 2.* Interfecti tui non interfecti gladio, nec mortui in bello; *h. e.* non honesta morte occumbent, sed fame peribunt. — **2)** Translate. *Apul. 5. Met. 4.* Novam nuptam interfectae virginitatis curant. V. *Hildebr. ad h. l.* — *Imppp. Gratian., Valent. et Theodos. Cod. Theod. 4. 22. 2.* Ut neuter reparationem interfecti hoc pacto negotii audeat postulare; *h. e.* finiti, exstincti. V. INTERFICIO §. 1. et 7.

INTERFĔMĬNĬUM, ii, n. Nomen ab *inter* et *femina*, quo significatur pudendum muliebre, ita appellatum, quia inter femina iacet. *Gloss. Philox.* Interfeminium; τὸ γυναικεῖον. *Apul. Apol. de Venere.* Interfeminium tegat et femoris obiectu, et palmae velamento. V. SEMIREDUCTUS.

INTERFĔMUS, ŏris, n. Nomen eiusdem originis ac praecedens, quo significatur spatium medium inter femora, idem ac περίνεον. *Gloss. Philox.* Interfemus; μεσομήριον.

INTERFĬCĬES, ēi, f. Nomen ab *inter* et *facies*, quod alterum vi compositionis corruptum est, eadem ratione qua in *superficies.* Est facies rerum interior, cui opponitur superficies. *Chalcid. Comment. in Tim. Plat. p. 56.* Mundi partium diversa interficies.

INTERFĬCIO, Icis, ēci, ectum, icĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; pro quo et *interfacio* adhibitum est, sed alio sensu. V. INTERFACIO. — **b)** Passive *interficior* communius usurpatur, sed apud Veteres et *interfio* in usu fuit. V. infra §. 8. — **c)** Particip. *interficiens* §. 2., *interficiendus* §. 4., *interfectus*, V. suo loco, *interfecturus* §. 4. — **d)** Derivata, *interfectibilis, interfectio, interfectivus, interfector, interfectorius, interfectrix.*

INTERFICIO proprie est facio per medium ire, ita ut amplius non appareat; atque hinc facio perire, absumo, consumo, finio; *fare scomparire, consumare, finire. Lucil.* Piscium magnam, atque altilium vim interfecisti. Ita *Non. 4. 265.* interpretatur. *Accius* apud *Eund. 1. 31.* Fati internecionem fore Meleagro, ubi torris esset interfectus flammeus. *Lucil.* apud *Eund. 6. 9.* Durum, molle voras, fragmenta interfici' panis. — *Plin. 2. 104. 1.* Terrae natura medicatas aquas interficit; *h. e.* absumit, sive inficit, ut alii interpretantur. *Alii tamen leg.* inficit. — *Arnob. 3. 25.* Interficit nocentissimum frigus. — **2)** Translate, interrumpo. *Apul. 11. Met.* Singultu crebro sermonem interficiens. — Hinc emendanda est *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 476. Interficito, interrumpo* pro *interficio, interrumpo.* Cf. *Hildebr. ad Apul. de Deo Socrat. 17.* — **3)** *Interficere aliquem vita* est vita privare; *privar di vita. Gell. 12. 7.* Mulier virum, et filium, venenis clam datis, vita interfecerat. *Plaut. Truc. 2. 6. 57.* Qui me interfecisti paene et vita, et lumine. — **4)** Hinc absolute

II. *Interficio* est vita privo, occido, interimo; *uccidere, ammazzare. Cic. Dom. 23.* Eum toties per insidias interficere voluisti. *Nep. Datam. 9.* Eum insidiis interficere studuit. *Caes. 3. B. G. 6.* Undique circumventos interficiunt. *Plaut. Most. 1. 3. 35.* Di, Deaeque omnes me pessumis exemplis interficiant, Nisi ego illam anum interfecero siti, fameque, atque algu. *Lucret. 5. 1248.* feras interficere, et ditescere praeda. *Val. Max. 9. 2. n. 1.* Quinque millia Praenestinorum interficienda curavit. *Liv. 40. 14.* Capta domo, dominum interfectúrus eram. — **5)** Dicitur et de rebus inanimis. *Virg. 4. G. 550.* Fer sta-

Digitized by Google

bulis inimicum ignem, atque interfice messes. *Cic. fragm.* apud *Non. 6. 9.* Herbas arescere et interfici. — **6)** Translate. *Hieronym. in Ierem. 3. 2.* Quomodo latrones solent . . . viatoribus insidias tendere: sic tu . . . sedebas in viis ad vesperam, ut concubitu tuo animas interficeres fornicantium. V. INTERFECTUS §. 2. — **7)** Comice. *Plaut. Mere. 3. 1. 4.* Usus, fructus, victus, cultus iam mihi harunc aedium interemptus est, interfectus est, alienatus est: occidi. — **8)** Passive

INTERFIO, is, ieri. Proprie est plane tollor, intereo; *consumarsi, morire. Lucret. 3. 886.* Post mortem fore, ut aut putrescat corpore posto, Aut flammis interfiat, malisve ferarum. Cf. supra §. b. — **b)** Translate. *Plaut. Trin. 2. 4. 131.* Hem! istic oportet obseri mores malos, Si in obserendo possint interfieri.

Nota. Discrimen inter *interficio* et affinia verba ita statuit *Fronto de Differ. p. 2196. Putsch.* « *Interficere* et *perimere* prisca sunt: *occidere* ob caedem dictum est: *iugulare* ob iugulum: *necare* a nece: *interficere* a facto: *perimere* ab emptione, quasi iure tollere. »

INTERFĪNES, ium, m. Nomen ab *inter* et *finis;* confinis. *Gloss. Gr. Lat.* Μεθόριος; interfines.

INTERFĪNĬUM, ii, n. Idem origine ac praecedens; intervallum. *Isid. 11. Orig. 1. 48.* Medium autem *(narium)* interfinium *(vocatur).*

INTERFĬO. V. INTERVICIO §. 8. et seq.

INTERFLŬO, uis, uxi, uĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *inter* et *fluo.* — **b)** Tmesis est in illo *Lucret. 4. 228.* Nec mora, nec requies inter datur ulla fluendi. — **c)** Particip. *interfluens* §. 1. — **d)** Derivatum, *interfluus.*

INTERFLUO proprie est per medium fluo; *scorrere per mezzo. Plin. 5. 11. 1.* Angusto freto interfluente. *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 58.* Inter haec et celsa illa atque ad caelum suspicienda palatia interfluere Argyritum flumen . . . mirabatur. Et mox. Aurum interfluens. Adde loc. allat. supra in §. b. — **2)** Translate. *Cic. Senect. 6.* Cum inter duos consulatus anni decem interfluxissent. *Al. leg.* interfuissent. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Interfluo* est abluo. *Liv. 27. 29. ad fin.* Per fretum, quod Naupactum et Patras interfluit. *Auct. Itin. Alex. M. 83.* Amnis, qui eam urbem agmine turbido interfluit. — Accusativus tamen explicari etiam potest ex praepositione, quae inest in ipso verbo. Sed usus vocis hoc sensu firmatur *Apul. de Mundo.* Insulae interfluuntur, *scil.* mari.

INTERFLŬUS, a, um. Adiect. verbale ab *interfluo;* qui interfluit; *che scorre di mezzo. Plin. 6. 30. 4.* Interfluo Euphrate. *Pallad. 10. 10. extr.* Interfluus humor.

INTERFŎDĬO, ōdis, ōdi, ossum, ŏdĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *fodio;* idem ac fodio, pungo. *Lucret. 4. 720.* Pupillas interfodiunt. — Particip. *interfossus,* v. suo loco.

INTERFOEDĀTUS, a, um. — Adiect. ab *inter* et *foedatus;* per intervalla foedatus. — Legitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 290. Mai.* Interfoedatus, varie maculatus. — Sumpsit ex *Isid. Gloss. n. 895.* Interlectus *(lege* interlutus), interfoedatus, varie per intervalla fuscatus.

INTERFOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. ab *inter* et *for,* forma deponens et coniugatione defectivum. V. FOR. — **b)** *Interfor* in prima persona vulgo usurpatum fuisse, argui potest ex *Gloss. Lat. Gr.* Interfor; διαλαλῶ. — **c)** Particip. *interfans* et *interfuctus,* infra. — **d)** Derivata, *interfatio, interfatus, us.*

INTERFOR proprie est interpello, loquentem interrumpo; *interrompere, intramettersi a parlare. Liv. 3. 47.* Priusquam ille postulatum perageret, interfatur Appius. *Plin. 1. ep. 23.* Quem *(tribunum plebis)* interfari nefas esset, huic etiam convicia audire. *Liv. 7. 56.* Interfante Decio, distulit concionem. *Virg. 1. Aen. 390.* medio interfata dolore est. *Liv. 32. 34.* Orsum eum dicere Phaeneas interfatus, etc.

INTERFOSSUS, a, um. Particip. verbi *interfodio;* effossus. *Pallad. 11. 13.* Cuneum salicis interfossis radicibus premi.

INTERFRĪGESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *frigesco;* interea frigesco. Translate, interea elanguesco, cesso. *Fragm. iur. civ. antelustin.* (edente *A. Mai*) *p. 45.* Nec in infinitum captiosi silentii tempus, per quod res interfrigescat, concessum sibi credat.

INTERFRINGO, fringis, frēgi, fractum, fringĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *frango,* mutata euphoniae gratia *a* littera in *i.* — Est idem quod infringo. *Cato, RR. 44.* Et si quid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Adde *Plin. 17. 30. 1.*

INTERFŬGĬO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *fugio;* inter aliqua fugio. Per tmesin dividit *Lucret. 6. 334.* Inter enim fugit, ac penetrat per rara viarum.

INTERFULGEO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *fulgeo;* inter aliqua fulgeo. *Liv. 28. 23.* Aurum argentumque cumulo aliarum rerum interfulgens.

INTERFUNDO, undis, ūdi, ūsum, undĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *fundo.* — Particip. *interfusus,* v. suo loco. — Proprie est per medium fundo; *sparger di mezzo. Avien. Perieg. 253.* Sic vasti moles pelagi interfunditur oras. *Id. ibid. 1110.* Et lentis procul interfunditur undis.

INTERFŪRO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *furo;* in medio duorum insanio; *infuriarsi di mezzo. Stat. 1. Achill. 393.* Et alternum Mavors interfurit orbem. — Accusativus explicatur ex praepositione, quae inest in ipso verbo.

INTERFUSCĀTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *fuscatus;* obfuscatus. — Translate. *Zosim. Pap. ep. 2. n. 1.* Pax fidei et catholicae societatis nullis nebulis interfuscata.

INTERFŪSĬO, ōnis, f. Verbale ab *interfundo;* actus interfundendi. *Lactant. 7. 3. sub fin.* Maris opulenta et copiosa interfusio. *Ambros. 2. Hexaëm. 3. n. 11.* Interfusiones aquarum.

INTERFŪSUS, a, um. Particip. verbi *interfundo;* inter aliqua fusus: *sparso di mezzo. Plin. 3. 14. 1.* Sicilia Bruttio quondam agro cohaerens, mox interfuso mari avulsa. *Id. 6. 25. 2.* Ariana regio multa interfusa opacitate. *Virg. 4. Aen. 645.* maculisque trementes Interfusa genas. *Id. 4. G. 480.* quos novies Styx interfusa coërcet. — **2)** Translate. *Stat. 3. Theb. 677.* Haec alterna ducum nox interfusa diremit.

INTERFŬTŪRUS. V. INTERSUM.

INTERGANNĪTUS. V. voc. seq.

INTERGARRĪTUS, a, um. Particip. ab inusit. *intergarrio;* inter aliqua garritus, garriendo interpositus, effutitus. *Apul. Apol.* Dein paucis verbis intergarritis, etc. *Al.* intergannitis *leg.* simili sane sententia, sed prius praestat.

INTERGĔRĬES, ēi, f. Nomen ab *inter* et *gero;* id quod inter aliqua geritur, paries divisor. *Gloss. Philox.* Intergeries, paries, τοῖχος ὁ δια κτήσεις διορίζων; *h. e.* murus duas possessiones separans.

* INTERGĔRĪNUS. V. INTERGERIVUS.

INTERGĔRĬUM, ii, n. Verbale ab *intergero;* quidquid alicui rei interiicitur, seu intergeritur. Itaque *Plin. 12. 26. 1.* Intergerium vocat glutinamentum quoddam, quod inter duas chartas inseritur in earum confectione: ducta metaphora ab intergerivo pariete.

INTERGĔRĪVUS, a, um. Adiect. ab *intergero;* interiectus. *Intergirivi parietes,* inquit *Festus* apud *Paul Diac. p. 82. Lind.* dicuntur, qui inter confines struuntur, et quasi intergeruntur; *muraglie che tramezzano, divisorie. Plin. 35. 49. 4.* Sesquipedalis paries non plus, quam unam contignationem tolerat: cautumque est, ne communis gressior fiat, nec intergerivorum ratio patitur. — *Alii leg.* intergerinus. *alii* intergerrivus, a *gerris; h. e.* cratibus. Sed lectionem firmat *Inscr.* apud *Noël Desvergers* in *Revue de Philologie, T. 1. p. 327.* Hic paries communis est intergerivos cum Ilisso Caesaris Aug. Diogenia. Sic affert *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 146.* — **2)** Transfertur ad alia. *Plin. 11. 10. 3. de apib.* Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerivis sic a solo fornicatis, ne desit aditus ad sarciendum; *h. e.* interstruendo quasi pilas, quae favos per intervalla sustineant. — Tribuunt quidam etiam *Vitruv. 3. 12.*, sed dubia est lectio.

INTERGĔRO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *gero;* interpono intersero; *portare o gettar tra mezzo.* Exemplum *Festi* V. in INTERGERIVUS §. 1.

* INTERGERRĪVUS. V. INTERGERIVUS §. 1.

INTERGRESSUS, us, m. Nomen ab *inter* et *gressus,* quod est a *gradior.* — Est interventus. In sexto casu sing. *Minut. Fel. Octav. 15.* Vires actionis meae intergressu gravissimae disputationis infringere.

INTĔRHAERĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *haereo;* inter aliqua haereo, inhaereo. — Translate. *Verecund. in Cantic. Azar. 16.* Discipuli quoque sequuntur eum non longo intervallo, sed interhaerentes magistri vestigiis.

INTĔRHIO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *hio;* in medio hio. *Tertull. Apolog. 48. ad fin.* Finis et limes medius, qui interhiat.

INTERIĂCĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *iaceo.* — Particip. *interiacens,* infra. — Est in medio iaceo; *giacere in mezzo. Plin. Paneg. 14.* Interiacens solum. *Liv. 37. 41.* Interiacebat campus: colles imminebant nudi. *Plin. 4. 20. 4.* Interiacet haec inter eam et Rhodum. Adde *17. 35. 6.* — Cum dativo. *Colum. 11. 3.* Spatium, quod sulcis interiacet. *Liv. 21. 30. extr.* Campus interiacens Tiberi, ac moenibus Romanis. — Cum accusat. ex praepos., quae inest in ipso verbo. *Plin. 5. 4. 2.* Regio, quae duos syrtes interiacet. Adde *Auson. Perioch. Od. 4. fin.*

INTERIĂCĬO et interiicio, īcis, iēci, iectum, īcĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *iacio,* cuius variationes sequitur. V. IACIO. — **b)** *Interiecta* dividitur per tmesin a *Lucret. 3. 873.* Inter enim iecta est vitai pausa. — **c)** Particip. *interiectus* §. 2. et suo loco. — **d)** Derivata, *interiectio, interiective, interiectivus, interiecto, interiectura, interiectus, us.*

INTERIACIO proprie est inter aliqua iacio, interpono, intersero, admisceo; *frapporre, mettер in mezzo. Caes. 1. B. C. 73.* Crebras stationes disponunt equitum, legionariasque interiiciunt cohortes. — **2)** Translate. *Tacit. 2. Ann. 10.* Pleraque sermone Latino interiacebat. *Cic. Univ. 7.* Tertium materiae genus ex duobus in medium admiscuit, idque interiecit inter individuum, atque id, quod etc. *Tacit. 1. Ann. 23. extr.* Ni miles preces et minas interiecisset. *Id. 3.*

Digitized by Google

Hist. 81. Si moram interiecissent. *Inscr.* apud *Murat. 873. 2.* Proposito eorum restitit provocatione interiecta.

INTĔRĪBEI. V. voc. seq. *init.*

INTĔRĪBĪ. Adverb. ab *inter* et *ibi*. — *Interibei* et Inter ibei, ἀρχαϊκῶς, in *SCto de Bacchanal.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 196.* — Est eadem ratione qua *interea loci* pro interea vel interim; *frattanto. Plaut. Poen. 5. 5. 5.* Interibi attulerint exta. *Id. Asin. 5. 2. 41.* Tu interibi ab infimo da suavium. *Id. Pers. 1. 3. 85.* Abi, et istuc cura: interibi ego puerum volo Mittere etc. *Gell. 5. 7.* Interibi, dum ea pugna fit. *Afran.* apud *Non. 13. 14.* Tum conscendo cymbam interibi lucis *(legs* luci) piscatoriam: venio, iacitur ancora, inhibent leniter. *Apul. Apol. 75.* Interibi revalesco.

INTĔRĪBĪLIS, le. Adiect. verbale ab *intereo;* qui interire potest, mortalis; *mortale. Tertull. advers. Hermog. 34. ad fin.* Nihil Deus interibile fecisset. *Arnob. 2. p. 65.* Animae passivae atque interibiles. — **2)** Translate. *Simplic. de re agrar. p. 84. Goës.*, sive *Agenn. Urb. de controv. agrar. p. 68. Lachm.* Evenit autem, ut eiusmodi demonstrationes, si ratione deficiantur, interibiles fiant; si contra pro veris habeantur, ut interibiles imprudentia iudicantium fiat videlicet finitio. — Hic et alibi *p. 85. Goësius* interribilis *leg.* quod sensu caret; contra ubique *Lachmann habet* interibilis.

INTERIECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interiacio;* interpositio, insertio; *interposizione. Cassiod. 12. Var. 18.* Iter Flaminiae, rivis sulcantibus exaratum, hiantes ripas latissima pontium interiectione coniungite. *Auct. ad Herenn. 1. 6.* Et tamen occulte dicemus interiectione verborum. V. INTERIECTUS, us §. 2. — **2)** Apud Grammaticos est pars orationis indeclinabilis, quae varios animi affectus ostendit, ut *Euge, malum, vah*, etc.; *interiezione. Charis. p. 171. Putsch., Quintil. 1. 4. 19.* etc. — **3)** Item figura rhetorica, eadem ac parenthesis, seu interruptio. *Id. 8. 2. a med.* Etiam interiectione, qua et oratores et historici frequenter utuntur, ut medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi, quod interponitur, breve est. V. PARENTHESIS.

INTERIECTĪVĔ. Adverb. ab *interiectivus;* ad modum interiectionis. *Priscian. 15. ad fin.* Aliae quoque partes orationis singulae vel plures solent interiective proferri, ut Virgilius *(1. Aen. 251.) Navibus, infandum! amissis, unius ob iram Prodimur.*

INTERIECTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *interiacio*, qui intericitur, seu interponitur. *Simplic. de re agrar. p. 78. Goës.* Interiectivi rigoris incessus.

INTERIECTO, as, are. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *interiacio;* saepe interiacio, intromitto. *Apul. de diphthong. 12.* Ante u habetur in *aevum* . . . *U* quoque interiectantes hiatus causa, quod etiam in *ovum, bovis, navis* fecerunt.

INTERIECTŪRĂ, ae, f. Verbale ab *interiacio*, idem ac interiectio. *Frontin. de colon. p. 155. Goës.* Sunt et per recturas positae interiecturae.

INTERIECTUS, a, um. Particip. verbi *interiacio*, adiectivorum more etiam adhibitum; interpositus; *interposto, frapposto. Cic. 2. Nat. D. 57.* Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interiectus esse videatur. *Id. 1. Offic. 26.* Aut interiecti inter philosophos, et eos qui rempublicam administrarent. *Id. Somn. Scip. 6.* In ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas vides. *Id. Prov. cons. 8.* Annus interiectus. Et *1. Offic. 9.* Quasi longo intervallo interiecto. *Liv. 1. 58.* Paucis interiectis diebus; *pochi giorni dopo.* Adde loc. *Lucret.* allatum sub INTERIACIO §. b. — **2)** *Interiectus;* disiectus. *Claudian. Epithal. Pallad. et Celer. 28.* Utque erat interiecta comas, turbata capillos; *h. e.* comam habens non in unum collectam, sed divisis disiectisque capillis solutam.

INTERIECTUS, us, m. Verbale ab *interiacio;* actus interiacendi. *Apul. Florid. n. 23.* Velut in maceria lapides temerario interiectu poni necesse est. — **2)** Item interpositio, interiectio; *frapposizione, interponimento. Cic. 2. Nat. D. 40.* Luna interpositu interiectuque terrae repente deficit. *Mar. Victorin. 5. 5. 6.* Quod *διαστηματικὸν* elegion appellatur, quasi unius interiectu syllabae distinctum. — **3)** Translate intervallum. *Tacit. 5. Ann. 51. extr.* Interiectu temporis. Et *6. ibid. 39.* Interiectu noctis. Et *3. ibid. 67.* Petito paucorum dierum interiectu. *Colum. 5. 21. ante med.* Si vero interiectibus capere cuiusque generis fructum aveat, etc.; *h. e.* per intervalla temporis. *Al.* interiectionibus *leg.* eod. sensu.

INTERIĬCIO. V. INTERIACIO.

INTERIM. Adverb. de cuius origine multa Grammatici recentiores protulerunt, ex quibus sufficiat dixisse compositum esse ex *inter* et *im* particula monstrativa, cuius vis eadem apparet ac in pronomine *is, ea, id*, ut *inter-im* idem sit ac *inter-ea*. V. *Hand, Turselt. T. 3. p. 419.* et *seqq.* et *Is, ea, id.* — **b)** De permutatione vocum *interim* et *interea*, V. in INTEREA §. d. — **c)** De forma *interatim*, V. INTERDUATIM.

INTĔRIM proprie est adverbium temporis et significat interea; *tra questo mezzo, intanto, fra tanto. Cic. 10. Fam. 12.* Interim ad me venit Munatius noster. *Id. 2. Orat. 86.* Hoc interim spatio conclave illud concidisse. *Ter. Andr. 1. 1. 100.* Funus interim procedit. *Cic. Rosc. Am. 29.* Interim mihi videris, Eruci, una mercede duas res assequi velle; *h. e.* dum ista dicis. *Liv. 5. 19.* Indicto delectu . . . ipse interim ad confirmandos militum animos intercurrit. *Caes. 3. B. G. 5.* Placuit . . . interim rei eventum experiri. *Petron. Sat. 14.* Itaque ne interim praeda discederet. *Curt. 4. 15. 9.* Interim barbari impedimenta turbaverunt. *Plin. 17. 30. 7.* Eumque omni interim tempore edomari meditatione curvandi *(iubet). Plaut. Mil. 4. 3. 28.* Ibo igitur intro: tu hic ante aedis interim Speculare. Adde *Poen. 1. 3. 13. Quintil. 11. 1. 54.* Quo fugerit interim dolor ille? — *Front. 2. ad amic.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 6. a med.* Lenissimum, doctissimum, piissimum, tanto natu senem prohibuisse curia interim? Et *mox*. Hoc quod vocas interim, quantisper abit? — **2)** Saepe etiam copulatur cum aliis particulis, *dum, quandiu, donec, quum, nunc, sed, tamen, atque. Ter. Eun. 3. 2. 5.* interim, Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviam venit. *Plaut. Men. 1. 3. 51.* Iam nos hic erimus: dum coquitur, interim putabimus. *Caes. 5. B. G. 57.* Interim dum de conditionibus inter se agunt . . . paullatim circumventus interficitur. *Gell. 1. 26.* Interim, inquit, dum ego atque hic disputamus, tu hoc age. — *Marcian. Dig. 30. 1. 114. §. 18.* Exheredati nihil interim, quamdiu in familiares est, petere possunt. — *Tacit. 15. Ann. 11.* Se fidem interim, donec vita suppeditet, retenturos. Adde *Liv. 9. 9.* — *Ter. Heaut. 2. 3. 133. Cl.* Ubi sunt? cur retines? *Sy.* Iam nunc haec non est tua. *Cl.* Scio, apud patrem: at nunc interim. *Sy.* Nihilo magis; *h. e.* at nunc dum non est apud patrem. — *Sall. Iug. 12.* Scrutari loca abdita . . . quum interim Hiempsal reperitur occultans se in tugurio mulieris ancillae. Adde *ibid. 49.* et *Liv. 4. 51., Plaut. Men. 5. 9. 91.* Nunc interim eamus intro. *Id. Aul. 4. 10. 75.* Nunc interim spatium ei dabo exquirendi etc. — *Id. Cure. 4. 1. 25.* Sed interim fores crepuere: linguae moderandum est mihi. *Id. Stich. 5. 4. 23.* Sed interim, strategе noster, cur hic cessat cantharus? — *Quintil. 10. 3. 7.* Interim tamen, si ferat flatus, danda sunt Vela. — *Tacit. 15. Ann. 3.* Atque interim reliquas legiones pro ripa Euphratis locat. — **3)** Deinde

II. *Interim* significat etiam interdum; *alle volte;* quemadmodum etiam *interdum* aliquando pro *interim* ponitur. *Plaut. True. 4. 4. 28.* Iam me tuum oculum non vocas? *Din.* Id quoque interim furatim *(minus recte alii* futatim) nomen commemorabitur. *Plin. 9. 7. 2.* Pariunt catulos decimo mense . . . interim binos. *Senec. 1. Ira, 16.* Interim optimum misericordiae genus est, occidere. *Senec. alter, Herc. Oet. 481.* Interim scelus est fides. *Quintil. 9. 3. ante med.* Ut in cibis interim acor ipse iucundus est. *Id. 1. 1. 8.* Imperiosi atque interim saevientes. *Id. 1. 1. 20.* Contendat interim, et saepius vincere se putet. Adde *Flor. 1. 25. 6.* et *Mel. 3. 6. 14.* — **4)** Copulatur aliquando cum particulis *saepe* et *nonnumquam. Quintil. 12. 10. 55.* Laturi sententiam indocti saepius atque interim rustici. *Id. 4. 3. 20.* Quaedam interim nos invitis litigatoribus simulandum est dicere . . . nonnumquam quasi interpellemur ab his, subsistere: saepe avertenda ad ipsos oratio. — **5)** Aliquando repetitur. *Id. 5. 10. a med.* Haec interim necessario fiunt, interim plerumque, sed non necessario. — **6)** Sed aliquando repetita: *interim-interim* est *modo-modo. Traian.* ad *Plin. 10. ep. 27.* Prudenter constituis interim navibus, interim vehiculis uti. Scripserat *Plin. ep. praeced.* destinasse se partim navibus, partim vehiculis provinciam petere. *Quintil. 3. 10. 37.* Quae interim ad veniam valent, interim ad probationem criminis. *Id. 6. 5. 59.* Adhibetur autem similitudo interim palam, interim inseri solet parabolae. Adde *5. 7. 13.* et *6. 5. 73.* — *Inscr.* apud *Grut. 408. 1.* Patriam suam cum ornatam tum ab omnibus iniuriis tutam defensamque servaret interim apud iudices a Caesare datos, interim apud ipsum imperatorem causis publicis patrocinando.

Nota. *Interim* pro *repente* usurpatum quidam affirmant a *Ter. Hec. 1. 2. 102.* ex auctoritate *Donati* ad *h. l.* « Interim, modo, repente; » sed haec verba alii glossam putant. — Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Turselt. T. 3. p. 419-429.*

INTĔRĪMO, Ĭmis, ĕmi, emptum vel emtum, Ĭmĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *emo*, mutata, euphoniae gratia, e littera in *i*. Cf. EMO. — **b)** Quidam tamen et *interemo* scribunt, ut apud *Vet. Interpr. Cic. pro Mil.*, teste *Mai, Class. Auct. T. 2. p. 25.* — **c)** Particip. *interimendus* §. 1., *interemptus*, V. suo loco, *interempturus* §. 2. — **d)** Derivata, *interemptibilis, interemptio, interemptor, interemptorius, interemptrix.*

INTERIMO proprie est e medio tollo, adimo, intercipio; *togliere via. Cic. Mur. 12. ad fin.* Senes ad coëmptiones faciendas, interimendorum sacrorum causa, reperti sunt. *Plaut. Epid. 4. 2. 24.* et *Cas. 3. 3. 29.* Interimere ait velle vitam. *Lucret. 3. 288.* Interimere sensum. — **2)** Saepe est e vivis tollere, interficere, occidere; *togliere di vita, uccidere. Plaut. Cist. a. 3. v. 15.* Amabo, accurrite, Ne se interimat. *Cic. 1. Nat. D. 19.* Si quae interimant, innumerabilia sint, etiam ea

Digitized by Google

quae conservent, infinita esse debere. *Horat. 2. Sat. 3. 151.* Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno. *Liv. 1. 3. sub fin.* Addit sceleri scelus: stirpem fratris virilem interimit. *Justin. 14. 4.* Ipsum Alexandrum interempturi. — **3)** Item exstinguere, destruere, delere. *Lucret. 1. 215.* uti quaeque in sua corpora rursum Dissolvat natura, neque ad nihilum interimat res. *Colum. 11. 3.* Hunc veprem manifestum est interimi non posse, nisi radicitus effodere velis. *Front. 3. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 13. a med.* Ne luna occidat, ne ventus lucernam interimat. — **4)** Translate. *Plaut. Merc. 3. 4. 22.* Disperii! illaec interemit me modo hic oratio. *Cic. Mil. 34.* Me quidem, iudices, exanimant et interimunt hae voces Milonis.

INTĔRĬOR, ius, *genit.* ōris. Adiect. ab *intus*. — In ablativo casu sing. *interiore* et *interiori* aeque adhibetur: illud tamen frequentius. — Proprie significat, qui est magis intus; *interiore, che è più addentro. Cic. Sext. 10.* Quibuscum hominibus in interiore aedium parte vivebat. *Id. 1. Nat. D. 11.* Nihil est interius mente. *Id. Manil. 22.* Regna interiorum nationum; *più dentro terra*: a mari remotiorum. *Varr. 1. RR. 2.* Haec temperatior pars est, quam interior. *Plin. 13. 35. 1.* Interior Africa. *Id. 34. 33. 3.* Interior cortex. *Id. 35. 32. 5.* Interioris generis alumen. *Id. 5. 8. 1.* Interiori ambitu. Et *11. 112.* Interiore carne. *Vulg. Interpr. Esther. 5. 1.* Atrium interius. — **2)** Translate est occultus, reconditus, non vulgatus; *occulto, recondito. Cic. 3. Nat. D. 16.* Qui interiores scrutantur et reconditas litteras. *Nep. Annib. 2.* Cum se ab interioribus consiliis segregari vidisset; *dai consigli secreti. Plin. 2. 23. 3.* Interiore gaudio. *Suet. Tib. 54.* Patefacta interiore animis uti nota; *l' interno dell' animo suo*. Et *Aug. 61.* Referam nunc interiorem ac familiarem eius vitam; *privata e domestica. Horat. 2. Od. 3. 8.* Interiore nota Falerni; *h. e.* magis recondita, ac diligentius asservata. — Absolute. *Cic. 2. Divin. 60.* Sed haec quoque in promptu fuerint: nunc interiora videamus. — **3)** Item familiaris, intimus; *intrinseco. Liv. 42. 17.* Litteris spem amicitiae interioris, magnaeque inde fortunae facientibus. *Tacit. 1. Hist. 2.* Alii sacerdotia et consulatus adepti, procurationes alii, et interiorem potentiam; *h. e.* gratiam familiaritatis apud principem et ex ea potentiam. — **4)** *Interior homo* apud *Plaut. Asin. 3. 3. 66.* est ipsa anima et vita. — **5)** Sed *interior homo* apud *Vulg. Interpr.* sensu morali dicitur homo donis internis a Deo cumulatus atque secundum ea operans. Sic *ad Rom. 7. 22.* Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Et *Ephes. 3. 16.* Ut det vobis . . . virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem. — **6)** Speciatim

II. *Interior* in cursu Circensi est sinister: ita enim metam adibant quadrigis, ut a dextra ad laevam partem flecterent, eam circumitori. Hinc *interior rota* est sinistra: *interior equus* sinister. Ex quo etiam fit, ut *interior* sit propinquior, quia sinistra pars propius ad metam accedit, et minorem gyrum, circa eam flectendo, facit. Contrarium *dexter* et *exterior* significant. *Ovid. 3. Amor. 2. 12.* Nunc stringam metas interiore rota. *Id. 2. Art. am. 426.* Interior curru meta terenda meo est. *Virg. 5. Aen. 170.* Radit iter laevum interior. Et *202.* dum proram ad saxa suburget interior; *più vicino alla meta*. Et *11. ibid. 694. de Camilla*, magnumque agitata per orbem Eludit gyro interior, sequiturque sequentem; *incalzata con largo giro, lo delude con giro più stretto, più breve, e serrandosegli più addosso*. Sic *Horat. 2. Sat. 6. 26.* bruma nivalem Interiore diem gyro trahit; *con più breve e ristretto corso*. — **7)** Hinc saepe idem est, quod propinquior, vicinior. *Liv. 7. 10. a med.* Cum scuto scutum imum perculisset, totoque corpore interior periculo vulneris factus, insinuasset se inter corpus armaque; *fattosi sotto, venuto a messa spada*. Et *24. 34. a med.* Propius quaedam subibant naves; quo interiores ictibus tormentorum essent. *Cic. 2. Orat. 51. sub fin.* Timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus: interior ille est proprius, sed hic quoque communis, etc.; *che più tocca*. Et *3. Offic. 17.* Societas latissime patet hominum inter homines: interior eorum, qui eiusdem gentis sunt: propior eorum, qui eiusdem civitatis. — **8)** In ambulando *interior* est, qui a media via est remotior, et parieti propior (sive dexter sit, sive sinister), et honoratiorem locum tenet: contra exterior, qui minus honorato loco ambulat, scilicet mediam viam versus, et a pariete longius. Hic dicitur latus tegere, aut claudere. *Ovid. 3. Fast. 67.* Et medius iuvenum *(senior)*, non indignantibus ipsis, ibat; et interior, si comes unus erat. *Horat. 2. Sat. 5. 16.* ne tamen illi Tu comes exterior, si postulet, ire recuses. — **9)** *Lectus interior* est eius pars ab ianua remotior, et parieti cubiculi propior, in ea cubabant pueri et mulieres. *Ovid. 3. Amor. 14. 32.* Cur pressus prior est, interiorque torus? *h. e.* utraque lecti sponda. Sic *Suet. Caes. 49.* Interior sponda regiae lecticae. — **10)** *Interior epistola* apud *Cic. 3. Q. Fr. 1. 7. a med.* est pars epistolae remotior a principio; *h. e.* vel media, vel mediae proxima. *Manutio* placet, esse eam, quae a fine propius absit, nimirum a consuetudine complicandi epistolas in volumen, ita ut quae ultima scripta in pagina pars erat, involveretur primo; quae prima, ultima. Sic enim, volumine confecto, postrema pars interior remanebat. — **11)** *Interior angulus* apud Mathematicos est qui opponitur *exteriori. Boëth. Euel. 1. p. 583. Lachm.* Si duas rectas lineas linea incidens anteriorem angulum interiori et ex adverso angulo constituto reddat aequalem, rectas lineas sibi alternas esse conveniet. Adde *Eiusd.* loc. allatum sub v. EXTERUS §. 5. — **12)** Absolute, substantivorum more,

INTERIORA, um, n. Universim dicuntur partes alicuius rei remotiores a finibus suis externis; *le parti interiori, le più interne. Liv. 42. 59.* Ab Dio Perseus in interiora regni recipit se. *Plin. 5. 43. 4.* Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni. *Id. 6. 14. 1.* Interiora Asiae. *Vulg. Interpr. Exod. 3. 1.* Interiora deserti. — *Id. Iob. 9. 9.* Qui facit Arcturum et Oriona et Hyadas et interiora Austri; *h. e.* magis vergentia ad alterum polum, sive antarcticum, uti vocant. — *Ovid. 3. Art. am. 330.* pars maxima verum Offendat, si non interiora tegas. — **13)** Speciatim *interiora* in animali dicuntur interanea; *le interiora. Veget. 1. Veterin. 39.* Tursiones vocant, et interiorum incisiones. *Cels. 1. 1.* Facilius omnium interiorum morbi, curationesque in notitiam venient, si prius eorum sedes breviter ostendero. *Plin. 27. 5. 5.* Devorantur et pillulae . . . ad purganda interiora. — *Vulg. Interpr. Prov. 18. 8.* Interiora ventris. — *Id. Osee, 13. 8.* interiora iecoris. — **14)** A similitudine dicitur et de aliis rebus. *Plin. 13. 15. 1.* Interiora fici. *Id. 16. 75. 3.* Et sambuci interiora mire firma traduntur. *Vulg. Interpr. Ionae, 1. 5.* Interiora navis. — *Id. Prov. 7. 27.* Viae inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis. — **15)** Translate. *Id. Interpr. Eccli. 19. 23.* Est qui nequiter humiliat se et interiora eius plena sunt dolo. Et *Ezech. 28. 16.* In multitudine negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniquitate.

INTĔRĪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intereo*, idem ac interitus; *morte, ammazzamento. Cic. 5. Verr. 54.* Tamen aratorum interitio facta nulla est. Ita leg. *Non. 3. 112.* et *alii: alii* internecio. *Auct. B. Hisp. 24. extr.* Ita pridie duorum centurionum interitio hac adversariorum poena litata est. *Arnob. 2. p. 87.* Christus in hoc missus a Deo est, ut infelices animas ab interitionis exitio liberaret. Adde *Auson. perioch. 24. Odyss.* — In plur. num. *Vulg. Interpr. Ps. 106. 20.* Et eripuit eos de interitionibus eorum. — **2)** *Interitio rerum* est, cum penitus destructae in nihilum rediguntur. *Vitruv. praef. l. 8.* Quae de aëre nascerentur, item in caeli regiones reverti, neque interitiones recipere, sed dissolutione mutata, in eandem recidere, in qua ante fuerant, proprietatem. — **3)** Sensu concreto de ipsis rebus, quae intereunt. *Ambros. ep. 28. n. 3.* Sequamur viam sapientiae, . . . quam ignorat interitio, mors nescit.

INTĔRĪTUS, a, um. Particip. verbi *intereo;* vita functus; *estinto. Claud. Quadrigar.* apud *Priscian. 9. p. 869. Putsch.* Pugna scriter commissa, et multis utrinque interitis. — **2)** Translate. *Sidon. 2. ep. 10. De linguae Latinae proprietate.* Eam brevi abolitam deflemus, interitamque.

INTĔRĪTUS, us, m. Verbale ab *intereo;* actus intereundi, quasi discessus, et secretio, ac diremptio earum rerum, quae iunctione aliqua tenebantur, ut *Cic. 1. Tusc. 29.* definit; *distruzione, scioglimento, rovina, morte. Id. 1. Nat. D. 25. extr.* Individuorum corporum concretionem fugit, ne interitus et dissipatio consequatur. Et *2. Divin. 18. ad fin.* Natura omnium rerum interitus atque obitus conficit. *Nep. Epamin. 8.* Uno proelio Thebas ab interitu retraxit. *Cic. 1. Divin. 52.* Cum interitum exercitus nunciavisset; *la disfatta* (Adde *2. Offic. 6.*). *Id. Brut. 33.* Damnum enim, illius immaturo interitu, Latinae litteras fecerunt. *Gell. 15. 7.* Sexagesimum tertium vitae annum cum periculo venire aut morbi gravioris, aut vitae interitus, aut animi aegritudinis. *Lucret. 5. 875.* Redigere aliquid ad interitum. *Senec. Troad. 489.* Ab interitu arcere aliquem. *Cic. Marcell. 5.* Ad interitum ruere voluerunt. — **2)** Translate. *Id. 5. Catil. 8.* Caedes, atque incendia, et legum interitum, atque imperii occasum appropinquare. *Id. Sull. 11.* Ad occasum interitumque reipublicae. Et *2. Fin. 9.* Qualis ista philosophia est, quae non interitum afferat pravitatis, sed sit contenta mediocritate vitiorum? — **3)** De poena, quae impios manet in altera vita. *Vulg. Interpr. Rom. 9. 22.* Vasa apta in interitum. *Id. Philipp. 3. 19.* Quorum finis, interitus. Adde *1. Tim. 6. 9.* et *Apoc. 17. 8.*

INTERIUNCTUS, a, um. Particip. verbi *interiungo;* iugo iunctus inter alia iumenta. Ita sumitur a *Stat. 6. Theb. 507.* Saepe per locum. Libycumque natantibus ire Interiunctus equis (De Arione celebri equo Neptuni filio loquitur). *Alii leg.* intervinctus. — **2)** Item simpliciter simul iunctus. *Liv. 22. 50.* Tum dextrae interiunctae, militesque benigne invitati.

INTERIUNGO, gis, xi, ctum, gĕre. Verbum transitiv., ab *inter* et *iungo*, cuius variationes sequitur. — Particip. *interiunctus*, V. suo loco. — Proprie est equos, intermisso paulum itinere, a curru disiungere, et cibo ac quiete recreare; *staccare i cavalli, rinfrescare. Martial. 5. 67.* et hora lassos interiungit equos meridiana. — Absolute. *Id. 2. 6.* Lassus tam cito deficis viator: Et cum currere debeas Bovillas, Interiungere quaeris ad Camenas. — **2)** Hinc pariter absolute

Digitized by Google

(quasi dicas intransitivorum more) et translate est intermittere, quiescere. *Senec. Tranquill. 15. a med.* Quidam medio die interiunxerunt, et in postmeridianas horas aliquid levioris operae distulerunt. *Id. ep. 83.* Brevissimo somno utor, et quasi interiungo. *Al. leg.* intervigilo. — Huc etiam spectare posset locus alter allatus in §. praeced.

INTĔRĬUS. Adverb. comparat. ab *intus* sive *intra;* modo interiore, sul penitiore; *più addentro, interiormente. Ovid. 6. Met. 506.* Ipsa quoque interius cum duro lingua palato Congelat. *Plin. 3. 29. 2.* In eo sinu duo maria: Ionium in prima parte, interius Adriaticum. *Iuvenal. 11. 15.* Interius si attendas. — **B)** Translate. *Cael. Aurel. 1. Chron. 1. 15.* Olera quoque cucurbitae, malvae, betae . . . concisa atque trita et interius condita. — **B)** Item translate a cursu circensi. *Senec. Tranquill. 9.* Non in cursu tantum, circique certamine, sed in his spatiis vitae interius flectendum est; h. e. breviore circuitu, et propius metam. V. INTERIOR §. 6. Sic *Cic. 3. Orat. 49.* Ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius.

INTERKALARIS etc. V. INTERCALARIS etc.

INTERLĂBOR, ābĕris, apsus sum, ābi. Verbum intransitiv. ab *inter* et *labor*, forma deponens. — Divisum per tmesin apud *Virg.* loc. mox cit. — Particip. *interlabens* §. 1. — Proprie est inter aliquid labor; *scorrere, o cadere tra mezzo. Stat. 2. Theb. 649.* Parce per has stellis interlabentibus umbras. *Virg. 2. G. 349.* Inter enim labentur aquae. — **B)** Translate. *Quintil. Excerpt. Declam. n. 4. prope fin.* Multum coeli interlapsum est; *è corso molto tempo.*

INTERLAPSUS. V. voc. praeced. §. 2.

INTERLĂTĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *lateo;* inter aliqua lateo. *Senec. 6. Quaest. nat. 16. sub fin.* Non est dubium, quin multum spiritus interlateat, et caeca sub terra spatia aër latus obtineat.

INTERLĂTRO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *latro;* inter aliquos latro. — Translate. *Paulin. Nolan. ep. 4.* (al. *41.*) *a med.* Inter nos et Deum peccatis interlatrantibus.

INTERLECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interlego;* quae in opere aliquo interponitur. *Tertull. 2. ad Uxor. 6.* Ubi fomenta fidei de Scripturarum interlectione? — **B)** Item coniectatio ad scopum. *Gloss. Philox.* Interlectio: *ἀναγκαῖος.*

INTERLĔGO, ĕgis, ēgi, ectum, ĕgĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *lego.* — Divisum per tmesin. V. loc. *Virg.* mox cit. — Particip. *interlegendus*, infra. — Proprie est inter aliqua lego, seu colligo, decerpo; *cogliere qua e là. Pallad. 3. 25. ante med.* Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quaeque vitiosa. Adde *7. 3.* et *8. 3.* — *Virg. 2. G. 506.* uncis Carpendae manibus frondes, interque legendae.

INTERLĬDO, ĭdis, ĭsi, īsum, ĭdĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *laedo*, mutata euphoniae gratia *ae* diphthongo in *i* longam. — Particip. *interlisus*, v. suo loco. — Est idem fere ac illido. *Paulin. Nolan. Carm. 10. 261.* gravem interlidere dentem.

INTERLĪGO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *ligo;* inter aliqua ligo; *legare tra mezzo. Stat. 7. Theb. 571.* alterno maculas interligat ostro. Cf. INTERNIGO.

INTERLĪNO, īnis, ēvi, ĭtum, īnĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *lino.* — Particip. *interlitus*, v. suo loco. — Proprie est scripturam, vel picturam atramento, vel aliqua alia re superinducta corrumpere, destruere, abolere; *cancellare. Cic. Cluent. 44.* Qui tabulas publicas municipii sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interleverit. — **B)** Item illinere, seu allinere. *Curt. 5. 1.* Constat Babylonios muros huius fontis bitumine interlitos fuisse. *Plin. 28. 54. 1.* Caseus oleo interlinitur.

INTERLĪSUS, a, um. Particip. verbi *interlido;* in medio elisus. *Gabius Bassus* apud *Macrob. 2. Saturn. 16.* Iovis glans, litteris interlisis, iuglans nominatur.

INTERLĬTUS, a, um. Particip. verbi *interlino;* delectus; *cancellato. Cic. Cluent. 53.* In eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. *Id. 4. Verr. 42.* Corruptae atque interlitae tabulae. — **B)** Item illitus. *Curt. 5. 1.* Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus. *Liv. 24. 11.* Caementa non calce durata erant, sed interlita luto. — **B)** Item madefactus. *Hieronym. ep. 14. n. 1.* Litterae lacrimis interlitae.

* INTERLŎCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *loco;* inter aliqua loco. — Tribuitur *Melae, 2. 1.*, sed ego locum non inveni.

INTERLŎCŪTĬO et interloquutio, ōnis, f. Verbale ab *interloquor;* sermonis interpositio, interpellatio. *Quintil. 5. 7. a med.* Brevi interlocutione patroni refutandus est. *Gell. 14. 2. a med.* Nisi is, qui iudicat, crebris interrogationibus, et necessariis interlocutionibus et suos sensus aperiat, et litigantium deprehendat. — **B)** Specialim apud ICtos *interlocutio* est pronunciatio iudicis initio, mediove litis, quae totam causam non perimit, finitque, sed ex parte solum definit et iudicat: quae *sententia interlocutoria* hodie in scholis appellatur. *Paul. Dig. 1. 18. 3.* Aut fustibus castigat eos, qui negligentius ignes habuerunt, aut severa interlocutione comminatus, fustium castigationem remittit. *Impp. Diocles. et Maxim. Cod. 7. 45. 9.* Nec causam ullam interlocutiones plerumque perimunt. Adde *Imp. Gordian. Cod. 2. 12. 17.* etc. Cf. *Cod. Theod. 12. 1. 71.* — *Inscr.* apud *Fabretti, p. 278. n. 170.* Interlocutiones Aelii Floriani, Herennii Modestini, Faltonii Restutiani praef. Vigil. P. P. V. V.

INTERLŎCŪTUS. V. voc. seq.

INTERLŎQUOR, quĕris, quūtus *et* cūtus sum, qui. Verbum intransitiv. ab *inter* et *loquor*. — Particip. *interloquens* §. 4. — Proprie est inter aliquos loquor, meum sermonem intersero; *interloquire:* et dicitur de iis, qui sermonem ad invicem habent, ut in fabulis theatralibus et in dialogis aut in narrationibus quibuscumque. *Chalcid.* vertens *Tim. Plat. init.* Interloquuntur Socrates, Timaeus, Hermocrates, Critias. *Gaudentius Brix. Serm. 9. a med.* Interim quid Evangelista interloquatur, auscultа. — **B)** Saepius vero est, alio loquente, sermones intermiscere, ac quodammodo interturbare loquentem; *rompere il parlare, interrompere. Ter. Heaut. 4. 5. 13.* Siccine mihi interloquere? *Gell. 11. 2. a med.* Aliter atque aliter eadem in causa, eodemque in tempore sentire et interloqui videatur. — **B)** Specialim apud ICtos *interloqui* dicitur iudex, cum quippiam inter cognoscendum pronunciat: ut in voce praeced. §. 2. explicatum est. *Ulp. Dig. 48. 19. 38.* Si iudex ita interlocutus sit, Vim fecisti. *Id. ibid. 38. 3. 6. circa med.* Si de decurione puniendo praeses, scribendum principi, interlocutus est. — **4)** Translate. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *51.* Interscatentibus lymphis, et interloquentibus rivulis; h. e. interstrepentibus.

INTERLŎQUŪTĬO. V. INTERLOCUTIO.

INTERLŪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interluco;* collucatio, recisio ramorum inutilium. *Plin. 17. 45. 1.* Interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima.

INTERLŪCĀTUS, a, um. V. INTERLUCO.

INTERLŪCĔO, ēes, xi, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *luceo*. — Particip. *interlucens* §. 4. — Proprie est in medio luceo, inter aliquid luceo; *traluscere. Liv. 29. 14.* Duos soles visos, et noctu interluxisse. — **B)** Translate ponitur pro apparere, conspici. *Auct. ad Herenn. 3. 19.* Ut loci distincte interlucere possint. — **B)** Item prae aliis eminere; *distinguersi. Liv. 2. 42.* Servius conditor omnis in civitate discriminis, ordinumque, quibus inter gradus dignitatis fortunaeque aliquid interlucet. — **4)** Dicitur et de iis, quae rara sunt, et intervalla habent, per quae visus transit. *Virg. 9. Aen. 508.* Qua rara est acies, interluceique corona Non tam spissa viris. *Quintil. Declam. 12. 2.* Rari per vias interlucent. *Frontin. 2. Strateg. 5. a med.* Ea ipsa intervalla velitibus implevit, ne interluceret acies. *Veget. 1. Milit. 26.* Ita rariores *(milites)* atque interlucentes aditum perrumpendi hostibus praestant.

INTERLŪCESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *interluceo*, idem ac interluceo. *Gloss. Philox.* Interlucesco; *διαφαίνω.*

INTERLŪCO, as, āre. Verbum transitiv., quod significat ramos, seu plantas inutiliter pullulantes cum intervallo reseco, superfluos ramos amputo: a *lucus:* vel a *luce*, quod cum caeduntur rami, lux fiat ipsi arbori amplior. *Plin. 17. 35. 50.* Deputantur enim pariter cum vite, interlucata densitate ramorum, qui sint supervacui. *Id. ibid. 19. 2.* Adultas arbores interlucare iusto plus, et in senectam praecipitare. V. INTERLUCATIO.

INTERLUCTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *luctо;* contra aliquem luctо ob aliquam rem, hinc impedio. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 291.* Interluctare, impedire. Item in *Gloss. Lat. p. 185. n. 579. Hild.* Iuluctat *(lege* interluctat), reluctat, impedit. Cf. *Hildebr.* ad h. l.

INTERLŪDO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *ludo;* inter aliquid ludo. *Auson. Edyll. 10. 76.* Interludentes examina lubrica pisces. — Accusat. est ab *inter* ipsi verbo praefixa. — **B)** Translate. *Ambros. ep. 47. n. 4.* Dum adhuc habes de libris iudicium, interludamus epistolis.

INTERLŪNIS, ne. Adiect. ab *inter* et *luna*, ut Nox squalida et interlunis, apud *Ammian. 19. 6.*, cum scilicet interlunium est. Cf. voc. seq.

INTERLŪNĬUM, ii, n. Abstractum ab *interlunis*, quo significatur illud spatium temporis, quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc nova videtur, quia radiis solaribus superne illustratur, non autem ab ea parte, quae nobis conspicua est, quasi aliquod tempus sit inter veterem novamque lunam. *Plin. 18. 78. 4.* In coitu vero (quod interlunium vocant) cum luna apparere desierit. *Id. 7. 4. 1.* Septimo non nisi pridie, posterove plenilunii die, aut interlunio concepti nascuntur. *Id. 16. 76. 2.* Inter omnes convenit, utilissime in coitu lunae sterni, quem diem alii interlunii, alii silentis lunae appellant. *Horat. 1. Od. 25. 11.* Thracio bacchante magis sub inter Lunia vento. *Gloss. Philox.* Interlunium; *μεσοσέληνον.* — *Mar. Victorin. 2. 6. 2.* Venerunt interlunia sancta polo.

INTERLŬO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *luo*. — Particip.

Digitized by Google

interluens §. 1. — Proprie est inter aliqua luo, sive fluo; *bagnare in mezzo*. *Liv.* 41. 23. Quantum interluit fretum? *Alii leg.* interfluit. *Virg.* 3. *Aen.* 418. *de freto Siculo*, arvaque et urbes Litore diductas angusto interluit aestu. *Curt.* 4. 3. Unda interluens saxa. *Virg.* 7. *Aen.* 47. Quosque secans infaustum interluit Allia nomen. *Tacit.* 6. *Ann.* 1. Quod Capreas et Surrentum interluit fretum. Cf. voc. seq. — 2) Interdum idem est ac simplex abluo. *Cato*, *RR.* 132. Manus interluito, postea vinum sumito.

* INTERLŪTUS. V. INTERPOLATUS.

INTERLŬVĬES, ēi, f. Verbale ab *interluo;* fretum interluens seu interfluens. *Solin.* 22. *a med.* Hebudes insulae angusta interluvie dividuntur.

INTERMĂNĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *maneo;* inter, vel in medio maneo; *stare in mezzo*. *Lucan.* 6. 47. Defessus Caesar mediis intermanet agris.

INTERMĀNO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *mano;* inter aliqua mano. *Chalcid. Comment. in Tim. Plat. p.* 48. Ibi primum nasci dicunt initium sentiendi et intermanare ad ceterum corpus.

INTERMĔDĬĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 2.

INTERMĔDĬUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *medius;* medius inter aliqua, interiectus, interpositus, interiacens; *frapposto*. *Varr.* 3. *RR.* 5. *a med.* Porticus, primoribus columnis lapideis, intermediis arbusculis humilibus ordinatae. *Pindar.* seu *Auct. incert. Epit. Iliad.* 894. Hic intermedius stabat Mars aureus armis. *Paulin. Nolan. Carm.* 26. 657. Punctum intermedium. — *Ambros.* 2. *Hexaëm.* 4. *init.* ex *Vulg. Ital. Interpr.* Fiat firmamentum intermedium aquae. — 2) Absolute, substantivorum more,

INTERMEDIA, ae, f. Est mediatrix; *mediatrice*. *Gloss.* apud *Mai*, *Class. Auct. T.* 6. *p.* 529. Intermina (*lege* intermedia) interpuncia, mediatrix. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p.* 183. *n.* 583.

INTERMENSTRŬUM i, n. V. voc. seq. §. 2.

INTERMENSTRŬUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *menstruus*, quod est a mensis. — Proprie qui inter duos menses interiectus est. *Plin.* 18. 73. 2. Maxime autem luna intermenstrua, dimidiaque stercorato; *h. e.* interlunio. — 2) Absolute, substantivorum more,

INTERMENSTRUUM, i, n. Est idem ac interlunium. *Cic.* 1. *de rep.* (edente *A. Mai*) 16. Itaque etsi non omni intermenstruo, tamen id fieri non posse, nisi intermenstruo tempore. *Varr.* 1. *RR.* 37. Quoad veniat ad intermenstruum, a quo die dicitur luna esse extrema et prima.

INTERMĔO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *meo;* interfluo, per medium meo; *scorrere di mezzo*. *Plin.* 5. 33. 3. Longeque clarissimum Asiae Pergamum, quod intermeat Selinus.

INTERMESTRIS, tre. Adiect. ab *inter* et *menstruus*, quod alterum vi compositionis est corruptum. Cf. INTERMENSTRUUS. — Est interiectus inter menses, ut Luna intermestris; idest interlunium, coitus lunae. *Cato*, *RR.* 37. et *Plin.* 16. 75. 1. Nisi intermestri luna, atque dimidiata, ne tangas materiam. Adde *Varr.* 6. *LL.* 2.

INTERMĒTĬUM, ii, n. Nomen ab *inter* et *meta*, quo significatur spatium inter duas metas. *Gloss. Philox.* Intermetium; τὸ μεταξὺ τῶν κεμπτήρων. V. EURIPUS §. 5.

INTERMĬCO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *mico*. — Particip. *intermicans*, infra. — Est in medio splendeo; *risplendere in mezzo*. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 183. rutilum squamis intermicat aurum. *Stat.* 12. *Theb.* 252. e speculis moriens intermicet ignis. *Val. Flacc.* 4. 662. tenebras nimbosque intermicat ignis. *Lactant.* 6. 20. Intermicantibus astrorum luminibus.

INTERMĪNĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *terminabilis;* sine termino, interminatus; *senza termine*. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 3. Immensa et interminabilis aetas. *Sidon.* 2. *ep.* 7. *extr.* Iurgium prope interminabile.

INTERMĪNĀTĬO, ōnis. f. Verbale ab *intermino;* comminatio; *minaccia, divieto*. *Imppp. Valentin. Theodos.* et *Arcad. Cod. Theod.* 16. 5. 18. De hac urbe pellantur sub interminatione iudicii. Et *ibid.* 8. 7. 21. Quos etiam monuimus sub viginti interminatione librarum auri; *sotto pena*. Adde *Cyprian. ep.* 62. *n.* 4.

INTERMĪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *intermino;* vetitus, prohibitus; *proibito*. *Horat. Epod.* 5. 39. Interminato cum semel fixae cibo intabuissent pupulae. *Impp. Honor.* et *Theodos.* 5. 16. *Cod. Theod.* 60. Interminatae poenae erunt obnoxii; *minacciata*. — 2) Deinde

INTERMINATUS est etiam adiectivum ab *in* privativa et *terminatus;* non terminatus, termino carens, indefinitus; *senza termine, sterminato*. *Cic.* 1. *Nat. D.* 20. Si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. *Vellei.* 2. 55. Interminata cupiditas imperii. Adde *Vulg. Interpr.* 1. *Tim.* 1. 4. Cf. voc. seq.

INTERMĪNIS, ne. Adiect. ab *in* et *terminus*, idem ac interminus. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) 1. 30. Mundumque istum interminem regis. *Gloss. Philox.* Interminis; ἀπέρατος.

INTERMĪNO, as, āvi, ātum, āre; et

INTERMĪNOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. ab *inter* et *minor, aris*, forma deponens et aliquando etiam activum. — Particip. *interminatus*, V. suo loco §. 1. — Proprie est interpositis minis aliquid veto; *minacciare, vietare con minacce*. *Ter. Andr.* 3. 2. 15. edixin' tibi? Interminatus sum, ne faceres? num veritus? *Id. Eun.* 5. 1. 14. Istuccine interminata sum tibi? *Plaut. Asin.* 2. 2. 95. Mihi tibique interminatus est, nos futuros ulmeos, Nisi etc. *Id. Cas.* 3. 5. 28. Viro suo interminatur vitam; *h. e.* se vitam viro ablaturam minatur. *Id. Capt.* 4. 2. 11. Eminor interminorque, ne quis mi obsteterit obviam. — 2) Deinde, forma activa,

INTERMINO, eadem significatione. *Plaut. Mil.* 2. 3. 42. Quis homo interminat? — Praeteritum *interminaverunt* habet *Vulg. Interpr.* ex *Cod. Goth.* apud *Vercellone*, *Var. lect.* ad 1. *Reg.* 25. 15.

INTERMĪNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *terminus*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit, idem ac interminatus. *Avien. Perieg.* 74. Oceanus interminus. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 106. Iungis intermina saeclis. *Auson. epist.* 16. 38. Perge, o libelle, et utere Felicitate intermina. *Apul. de Mundo*. Ageus stellarum choros interminо lapsu. Cf. INTERMINIS.

INTERMISCĔO, isces, iscui, ixtum *vel* istum, iscēre. Verbum transitiv. ab *inter* et *misceo*, cuius variationes sequitur. V. MISCEO. — Particip. *intermiscendus* §. 1., *intermixtus*, V. suo loco. — Proprie est misceo in medio; *mischiare di mezzo, frammescolare*. *Colum.* 11. 3. *ad fin.* Quibus et aliquod satureiae semen intermiscendum erit. *Virg.* 10. *Ecl.* 5. Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos, Doris amara suam non intermiscet undam. — 2) Translate. *Liv.* 4. 56. Turbam indignorum intermiscendo dignis. *Ambros. ep.* 15. *n.* 3. Sanctorum choris deducentibus intermisceor.

INTERMISSĬO, ōnis, f. Verbale ab *intermitto;* vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus; *intermissione, intralasciamento*. *Cic.* 2. *Divin.* 68. Nunc quidem propter intermissionem forensis operae et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi. *Id.* 1. *Nat. D.* 41. Cum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna. *Id.* 1. *Offic.* 6. Virtutis laus in actione consistit, a qua tamen saepe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus. *Liv.* 3. 5. Ipsi per intermissiones et intervalla lentiorem spem nostram facimus. *Cels.* 2. 10. *a med.* Intermissio febris. V. INTERMITTO §. 4. *Cic.* 7. *Fam.* 15. epistolarum. Et 3. *ibid.* 17. consuetudinis. *Id. Amic.* 2. *a med.* Intermissionem officii facere. *Al. aliter leg. Id. Partit.* 6. Verba disposita aut circumscriptione conclusa, aut intermissione, aut concisione verborum; *h. e.* vel per periodos, vel per membra, vel per incisa. — *Ulp. Dig.* 28. 1. 20. *circa med.* Si furiosus habet intermissionem; *lucido intervallo*.

INTERMISSUS, a, um. Particip. verbi *intermitto;* ad tempus omissus, cessans, interruptus; *intralasciato, interrotto, intermesso*. *Cic.* 3. *Orat.* 38. Verba prisca et ab usu quotidiani sermonis iamdiu intermissa. *Id.* 2. *Offic.* 7. Acriores morsus sunt intermissae libertatis, quam retentae. *Caes.* 1. *B. G.* 26. Nullam partem noctis itinere intermisso. *Ovid.* 1. *Pont.* 4. 16. Non intermissis cursibus ibit equus. *Plin.* 7. 10. 1. Intermissus ordo; *h. e.* non continuatus; *interrotto*. Sic *Plin. alter*, 2. *ep.* 17. *sub fin.* Litus ornant nunc continua, nunc intermissa tecta villarum; *distanti l' uno dall' altro*. Et 9. *ep.* 15. *ad fin.* Intermissum morem reducere. *Curt.* 4. 3. Sacrum multis saeculis intermissum repetere. *Caes.* 7. *B. G.* 70. Planities intermissa collibus. *Liv.* 34. 37. *extr.* Per intermissa moenia urbem intrarunt. — 2) Item interpositus, interiectus; *frapposto*. *Cic.* 1. *Nat. D.* 20. Nullo puncto temporis intermisso. *Caes.* 4. *B. G.* 34. Brevi tempore intermisso, in castra legiones reduxit. Et 5. *ibid.* 11. Ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis. — 3) Item omissus; *omesso*. *Hieronym. praef. ad Chron. Euseb. ad fin.* Nonnulla, quae mihi intermissa videbantur, adieci. — 4) Item separatus, distinctus. *Senec.* 1. *Quaest. nat.* 3. *a med. de iride*. Incipit facies esse non multarum imaginum intermissarum, sed unius longae atque continuae.

INTERMISSUS, us, m. Verbale ab *intermitto*, idem quod intermissio. In sexto casu singul. *Plin.* 10. 43. 1. Luscinius diebus ac noctibus quindecim garrulus sine intermissu cantus.

INTERMISTIO. } V. INTERMIXTIO et INTERMIXTUS.
INTERMISTUS. }

INTERMITTO, ittis, īsi, issum, ittĕre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, ab *inter* et *mitto*. — b) Particip. *intermittens* §. 3., *intermittendus* §. 1., *intermissus*, V. suo loco, *intermissurus* §. 1. — c) Derivata, *intermissio, intermissus, us*.

INTERMITTO proprie est, ad tempus omitto, interim relinquo, differo; *intralasciare, intermettere*. *Cic. Orat.* 10. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinae. *Id.* 7. *Fam.* 12. Mirabar, quid esset, quod tu mihi litteras mittere intermisisses. *Id.* 1. *Tusc.* 28. Non intermittit suo tempore caelum mitescere, arbores frondescere. *Caes.* 4. *B. G.* 31. Obsides dare intermiserant. *Id.* 3. *B.*

Digitized by Google

C. 45. Intermittere iter. *Id. 5. B. G. 5.* paulisper proelium. Et *29.* opus. *Id. 7. ibid. 24.* Ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur. *Id. 5. ibid. 40.* Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur. *Tacit. 4. Ann. 15.* curam rerum. Et *1. ibid. 16.* solita munia. *Ovid. 3. Met. 134.* laborem. *Quintil. 11. 1. a med.* dolorem. *Plin. 7. ep. 31.* Intermittere et ponere otium; *Caes. 1. B. C. 10.* Non intermissuros consules Pompeiumque delectus. *Cels. 3. 22.* Post cibum intermittenda hora. — **2)** Speciatim *intermittere diem, tempus*, est interponere, rem interim differendo, et ab opere cessando. *Plaut. Bacch. 2. 2. 51.* Non tantulum unquam intermittit tempus, quin eum nomines; *non lascia passare un tantino senza nominarlo.* Et *Ter. Adelph. 3. 1. 6.* Nunquam intermittit diem, quin semper veniat. *Cic. 9. Att. 16.* Ne quem diem intermitterem, has dedi litteras. *Id. 1. Divin. 34.* Gallos gallinaceos sic assidue canere coepisse, ut nihil intermitterent. *Caes. 1. B. G. 26. extr.* Triduo intermisso, eos sequi coepit; *lasciati passare* vel *passati tre dì.* — **3)** Intransitivorum more, sive absolute

II. *Intermitto* est ab agendo cesso, quiesco. *Plin. 10. 63. 1.* Aves, quibus longa colla, intermittentes bibunt; *a sorsi.* — *Caes. 1. B. G. 38.* Flumen paene totum oppidum cingit: reliquum spatium, qua intermittit, mons continet; *h. e.* qua non fluit. *Plin. 17. 35. 15.* Marsi ad vicenos pedes intermittunt, arationis gratia; *h. e.* vitem non serunt, intervalla relinquunt. — **4)** Speciatim apud Medicos dicitur de febri, quae ad certum dierum intervallum cessat vel redit. *Cels. 3. 14.* Si tertiana quae ex toto intermittit, aut quartana est, etc.

Nota. Constructio verbi est absoluta, intransitivorum more, transitive autem cum accusat. rei, cui additur aliquando ablat. cum praepos. *a* vel *ab*, vel accusat. cum praepos. *ad;* aut cum infinito.

INTERMIXTĬO et Intermistio, ōnis, f. Verbale ab *intermisceo;* actus intermiscendi. *Mar. Victorin. 1. 19. 19.* Omnis epiploce propriis pedibus nulla intermixtione aliorum subsistens suis usque ad ultimum pedibus terminabitur.

INTERMIXTUS et Intermistus, a, um. Particip. verbi *intermisceo;* inter alia mixtus; *frammischiato. Liv. 21. 46.* Turbabant equos pedites intermixti. *Id. 10. 20.* Intermixti hostibus. *Scribon. Compos. 207.* Ubi his adiectis et intermixtis intepuerit medicamentum. — *Reposian. Concub. Mart.* et *Ven. 19.* Dumque intermixti captatur spiritus oris; *h. e.* iunctis osculis animas miscent.

INTERMŎRĬOR, ŏrĕris, ortuus sum, ŏri. Verbum intransitiv. ab *inter* et *morior.* — Particip. *intermoriens* §. 3., *intermortuus*, V. suo loco, *intermoriturus* §. 2. — Proprie est inter aliqua quasi in media re morior, aut simpliciter pereo, intereo; *perire, morire;* et dicitur de rebus etiam inanimis; raro de personis. Cf. voc. seq. §. 1. *Cato, RR. 161.* Asparagum vellito ab radice, nam si defringes, stirpes fient, et intermorientur. *Plin. 21. 69. 3.* Radices omnibus annis intermoriuntur. *Curt. 6. 6. a med.* Si qua intermoreretur ignis, effugere tentabant: sed qua flamma dederat locum, hostis obstabat. — **2)** Translate. *Liv. 34. 49.* Satius visum esse, tyrannum debilitatum relinqui, quam intermori vehementioribus, quam quae pati posset, remediis civitatem sinere. *Bithynicus* ad *Cic. 6. Fam. 16.* Peto, ut absentem me tueare, si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. *Ulp. Dig. 43. 7. 3.* Viarum vicinalium pars in militares vias exitum habet, pars sine ullo exitu intermoritur; *finisce.* — **3)** De personis ponitur pro deficere, spiritu linqui, morientis modo; *tramortire. Cels. 5. 26. n. 25.* Multi ex profluvio sanguinis intermorientes, ante ullam curationem vino reficiendi sunt. *Vulg. Interpr. Ierem. 4. 51.* Vox filiae Sion intermorientis.

INTERMORTŬUS, a, um. Particip. verbi *intermorior*, idem fere ac mortuus; *morto. Suet. Ner. 42.* Collapsus, animoque male fracto, diu et sine voce, et prope intermortuus iacuit. *Plin. 37. 27. 1.* Anthracitides gemmae iactatae in ignem, velut intermortuae, exstinguuntur: contra aquis perfusae exardescunt; *h. e.* igneum colorem amittunt. — **2)** Translate. *Ovid. 2. Pont. 5. 5.* Candor, in hoc aevo res intermortua paene. *Cic. Mur. 7. extr.* Memoriam prope intermortuam generis sui, virtute renovare; *h. e.* abolitam. *Maxim. Taur. Homil. 38.* Hominum spes intermortua reviviscit in posterum. — **3)** Deinde est inter mortem vitamque veluti positus, exspiranti proximus; *moribondo, tramortito. Liv. 37. 55.* Cum Boeotos ad societatem vestram hortaretur, in ipsa concione intermortuus, paulo post exspiravit. — Absolute. *Plin. 32. 46. 2.* Vituli marini adeps instillatur naribus intermortuarum vulvae vitio. — **4)** Translate. *Cic. Mil. 5.* Declarant huius ambusti tribuni plebis illae intermortuae conciones; *h. e.* incendii coorti flamma intermissae, atque abruptae, atque adeo fractae et perditae. *Plaut. Trin. 1. 1. 7.* Ita plerique omnes *(mores boni)* iam sunt intermortui: Sed dum illi aegrotant, interim mores mali, Quasi herba irrigua, succreverunt uberrume. *Cic. Pis. 7. sub fin.* Intermortuae Catilinae reliquiae.

INTERMŎVĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *moveo;* inter duco. *Symmach. 8. ep. 69.* Rusticari te asseris, et ducendis vitibus aut arboribus inserendis crudam senectutem fovere: non hoc litterae tuae sapiunt; alios sulcos stilo intermoves, alios ordines pangis.

INTERMUNDĬUM, ii, n. Nomen ab *inter* et *mundus*, quo significatur spatium medium inter plures mundos. Voluit enim Epicurus, infinitos esse mundos, et inter eos spatia magna inania, per quae atomi volitantes alios atque alios mundos coagmentarent. *Cic. 2. Fin. 23.* Individua cum dicitis, et intermundia, quae nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus. *Id. 1. Nat. D. 8.* Tanquam modo ex Epicuri intermundiis descendisset.

INTERMŪNUS, ĕris, n. Nomen ab *inter* et *munus*, quo significatur quidquid loco muneris est. *Ennod. Dict. 21. a med.* Quidquid non dare praevales, ceu intermunus computa, si dedisti.

INTERMŪRĀLIS, le. Adiect. ab *inter* et *muralis;* qui est inter muros; *tra due muri. Liv. 44. 46.* Divisa est intermurali amni, et eadem ponte iuncta.

INTERMŪTĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *intermuto;* invicem mutatus. *Tertull. Baptism. 8.* Nepotes suos Iacob, capitibus impositis, et intermutatis manibus, benedixit; *h. e.* decussatis.

INTERNĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *internus*, idem ac internus. *Boëth. in Porphyr. 4. post init.* Internarius numerus.

INTERNAS, ātis, omn. gen. Adiect. ab *intus*, eadem ratione, qua *infernas* ab *infra* et *supernas* a *supra*. — Qui intus est. *Front.* loc. cit. in INTERNATIVUS.

INTERNASCOR, ascĕris, ātus sum, asci. Verbum intransitiv. ab *inter* et *nascor.* — Particip. *internascens*, infra, *internatus*, V. suo loco. — Est in medio nascor; *nassere in mezzo. Senec. Vit. beat. 9.* In arvo, quod segeti proscissum est, aliqui flores internascuntur. *Plin. 18. 43. 2.* Internascentesque herbas excludi, opus est.

INTERNĀTĪVUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *natus;* qui inter natos est. *Front. 1. ad amic.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 16.* Graviter oculos dolui . . ., nullus dolor . . . aut interis . . . aut internati oriebantur internativum, Graeci *ἐμφυτον ὀφθαλμίαν*, Suetonius Tranquillus spinam sacram appellat. Ego me neque Graecum, neque Latinum vocabulum ullius membri nosse mallem, dum istius doloris expers vitam degerem.

INTERNĂTO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *nato;* inter aliqua, sive in medio nato. — Cum accusat. ex praepos., quae inest in ipso verbo. *Avien. Or. Marit. 410.* Vis belluarum pelagus omne internatat. Adde *ibid. 129.*

INTERNĀTUS, a, um. Particip. ab *internascor;* in medio natus. *Liv. 28. 2.* Augustiae et internata virgulta ordines dirimebant. *Tacit. 4. Hist. 60.* Internatas saxis herbas vellentes. *Plin. 17. 42. 1.* Dilatatae cicatrices, et internato corpore expletae. Adde *Colum. 4. 24.*

INTERNĒ (et Internĕ. V. INFERNE, *fin.*). Adverb. ab *internus;* intra, interius; *internamente. Auson. de clar. urb. 14. 14.* Distinctas interne vias mirere domorum, *Alii aliter leg. Id. epist. 3. 21.* Implicitum quam te nostris interne medullis, etc.

INTERNĔCĀTUS (et Internectus), a, um. Particip. verbi *interneco;* inter alios necatus; *ammassato. Plaut. Amph. 1. 1. 54.* Internecatis hostibus. Alii leg. *internectis*, et reapse *internectus* per syncopen pro *internecatus* agnoscitur a *Prisciano.* V. loc. in INTERNECIO, §. 2.

INTERNĔCĪĀLIS et Internicialis, le. Adiect. ab *internecio;* ad internecionem pertinens, letifer; *mortale. Liv. 27. 23.* Pestilentia magis in morbos longos, quam interneciales evasit. Ita leg. *Rhenanus* ex vet. cod. *Alii melius* in perniciales.

INTERNĔCĪDA et Internicida, ae, m. Nomen ab *interneco* (quod vi compositionis syncopen passum est) et *caedo* (pro quo in Compositis est *cido*), quo significatur qui falsum testamentum fecit, et ob id hominem occidit, ut ait *Isid. 10. Orig. 150.* V. etiam INTERNECIVUS §. 2.

INTERNĔCĪES et Internicies, ei, f. idem origine et significatione ac internecio. *Gloss. Isid.* Internecies, mors, iactura. Cf. INTERNECIUS §. 2.

INTERNĔCĪNUS. V. INTERNECIVUS.

INTERNĔCĬO et Internicio, ōnis, f. Verbale ab *interneco*, a quo per syncopen *internectus*, unde *internecio*, euphoniae causa, abiecta *t* littera, ut ait *Priscian. 4. 623. Putsch.* — **b)** Nihilominus et *internectio* recte ab *internectus* factum et Veteribus usurpatum fuisse, prodit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 110. Müll.* « *Internectio* vitae privatio, a *nece* denominato vocabulo. » *Müller* tamen et hic legit *internecio*.

INTERNECIO est actus internecandi, occisio, nex illata, excidium, exitium; *uccisione, disfatta, eccidio. Cic. Dom. 24.* Vicissem cum magna internecione improborum. *Id. 2. Att. 20.* Neque enim resisti sine internecione posse arbitramur. *Id. 5. Catil. 10.* Illae dissensiones non reconciliatione concordiae, sed internecione civium diiudicatae. *Sallust. ep. Pomp. ad senat.* Hispanium ad internecionem vastavimus. *Nep. Eumen. 5.* Bella, quae ad internecionem, post Alexandri mortem, gesta sunt; *sino all' ultima disfatta de' vinti.* Sic *Liv. 9. 26.* Lucerini ad internecionem caesi. Et *Vellei. 2. 119.* Exercitus ad internecionem trucidatus. *Liv. 9. 45. sub fin.* Nomen Aequorum ad interne-

Digitized by Google

cionem deletum. *Tacit. 2. Ann. 21.* Solam internecionem gentis finem bello fore. *Cass. 2. B. G. 28.* Prope ad internecionem gente ac nomine Nerviorum redacto. *Colum. 4. 22.* Ad internecionem vineta perducere. Et *1. 5. a med.* Internecciones hostium facere. *Curt. 4. 11. a med.* Persequi aliquem ad internecionem; *persequitare a morte.* Et *Suet. Oth. in fin.* Multi, accepto nuncio, prae dolore, armis inter se ad internecionem concurrerunt. — **2)** In illo *Plinii, 18. 7. 5.* in gloria internecionem ergo, famemque censebimus? *internecio* est neglectus culturae, quo agri ferilitas interimitur quodammodo, et utilia sata intereunt. *Id. procem. l. 14.* Internecionem memoriae inducere; h. e. oblivionem.

INTERNĔCĪVĒ et Internicive. Adverb. ab *internecivus;* cum internecione, ad internecionem. *Ammian. 27. 9.* Internecive cuncta dispergere.

INTERNĔCĪUS et Internicius, a, um. Adiect. verbale ab *internecio* idem ac internecivus. *Sax. Placit. de Medicam. 2. 18.* Sed post concubitum abstinere se debent ab omni acrimonia, a fungis, balneo . . . quae sunt internecia. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INTERNECIUM, ii, n. Idem ac internecies. Legitur in *Not. Tir. p. 125.*

INTERNĔCĪTUM, i, n. V. voc. seq. §. 3.

INTERNĔCĪVUS et Internicivus, a, um. Adiect. verbale ab *internecio.* — Scribitur et *internecinus,* quod a nonnullis etiam praefertur: a nobis stat, praeter alios, *Dausquius,* qui probe ex analogia eam scriptionem confirmat. Non tamen alteram damnaverim. Haec *Forcellinus* noster. Damnat tamen *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 12.,* quem videsis.

INTERNECIVUS proprie est ad internecionem pertinens: ut *internecivum bellum,* quod ad internecionem alterius partis suscipitur: *internecivum odium,* quod, nisi internecione et excidio, non satiatur; *mortale. Cic. 14 Phil. 3.* et *Liv. 9. 25. extr.* Internecivo bello certare. *Justin. 6. 6.* Assidua bellorum internecivа odia. *Gell. 2. 1.* Pestilentia Athenienses civitatem internecivo genere morbi depopulata est. Adde *Plin. 8. 33. 2.* et *10. 10. 1.* et *Front. 3. ad M. Caes. 3.* et *4. ibid. 1.* — **2)** *Internecivum testamentum* est, propter quod Dominus eius necatus est, ut ait *Festus* apud *Paul. Diac. p. 114. Mull.* — **3)** Hinc absolute, *internecivi actio* apud *Imppp. Gratian., Valentin. et Theodos. Cod. Theod. 9. 1. 14.,* ubi alii intelligunt actionem de veneficio, qua vitae hominis internecio infertur. — Et *internecivi iudicium* apud *Isid. 5. Orig. 26.* Internecivi iudicium in eum dabatur, qui falsum testamentum fecerat, et ob id hominem occiderat.

INTERNĔCO, cas, cui *et* cāvi, ctum *et* cātum, cāre. Verbum transitiv. ab *inter* et *neco,* cuius variationes sequitur. V. NECO. — **b)** Scribitur et *internico* praesertim in derivatis, ut suo loco adnotavimus ex MSS. et editis libris. — **c)** Particip. *internecatus* et *internectus,* V. suo loco. — **d)** Derivata, *internecialis, internecies, internecio, internecivus, internecius* et *internecinus.* — **e)** Compositum, *internecida.*

INTERNECO proprie est inter alia neco, interimo, exstinguo. *Prudent. procem. Apoth. 61.* Ne forte culmum fibra inanis spiceum Simul revulsa internecet. — **2)** Translate. *Ambros. ep. 70. n. 7. fin.* Quanta adversa sunt, quae partus impediant bonos! Haec prius extirpanda sunt, ne his fructifera internecentur animae sata.

INTERNECTĬO. V. INTERNECIO §. b.

INTERNECTO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *necto;* inter aliqua necto, nunecto; *legare, stringere, o unire insieme. Virg. 7. Aen. 816.* ut fibula crinem Auro internectat. *Stat. 8. Theb. 168.* et effantes libet internectere plagas; h. e. hiantium vulnerum oras sutura iungere. — **2)** Translate. *Boëth. 2. Arithm. 50.* Et fuit quidem primo pares positae quaedam extremitates, inter quas has omnes medietates oporteat internectere.

INTERNECTUS. V. INTERNECATUS.

INTERNĬCĬĀLIS, etc. V. INTERNECIALIS, etc.

INTERNĪDĪFĬCO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *nidifico;* inter aliqua nidifico. *Plin. 10. 49. 3.* Ripas excavant, atque ita internidificant.

INTERNĪGRO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *nigro;* inter aliqua niger fio. *Stat. 6. Theb. 356.* noctemque diemque Assimilant maculis internigrantibus albae.

INTERNĪTĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *niteo.* — Particip. *internitens,* infra. — Est inter aliqua niteo; *tralucere. Curt. 5. 4.* Etiam si qua sidera internitebant. *Plin. 37. 17. 1.* Tellure internitent smaragdi. *Curt. 5. 4.* Gemmae internitentes.

INTERNOCTĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *inter* et *nox;* pervigilium. *Gloss. Philox.* Internoctatio, excubiae; παννυχίς.

INTERNŌDĬUM, ii, n. Nomen ab *inter* et *nodus,* quo in vegetabilibus significatur spatium medium inter duos nodos, quale videmus in arundinibus et culmis; *spazio fra l'uno e l'altro nodo, bucciuolo. Plin. 7. 2. 15.* Arundines vero tantae proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant. *Colum. arbor. 5.* Brevia internodia habent. — **2)** In animalibus autem est digitorum ossium mutua colligatio, articulatio et ordine successio. Sic *Ovid.* si crura transtulit *6. Met. 256.* Mollia nervosus facit internodia poples. *Varr. 2. RR. 9. de canibus.* Crassis cervicibus, internodiis articulorum longis, cruribus rectis, etc. *Calpurn. 1. Ecl. 26.* Longa internodia; h. e. longa crura. *Virg. Cir. 491. de vitello ovi in pullum abeunte,* internodia membris imperfecta novo fluitant concreta calore; h. e. internodia membrorum.

Nota. Quidam et *internodius, ii,* m. agnoscunt ex *Colum. 3. 1.* Internodius quoque varior. Sed *alii melius leg.* internodiis.

* INTERNŌDĬUS, ii, m. V. voc. praeced. in *Nota.*

INTERNOSCO, noscis, nōvi, nōtum, noscĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *nosco;* inter alios nosco, sive discerno; *discernere, conoscere tra gli altri, distinguere. Cic. 4. Acad. 18.* Mater geminos internoscit consuetudine oculorum. *Id. Amic. 25.* Secerni blandus amicus a vero, et internosci potest, adhibita diligentia. *Id. 4. Acad. 7. extr.* Geometres cernere ea potest, quae internosci a falsis non possunt. Et *15. ad fin.* Ut internoscat, visa vera illa sint, anne falsa. *Pacuv.* apud *Auctor. ad Herenn. 2. 25.* Fortuna dignum atque indignum nequit internoscere. *Varr. 9. LL. 58.* Propter domesticos usus, quod internovimus, appellatur mas columbus, femina columba.

* INTERNŪCŬLUS, i, m. Legitur a quibusdam apud *Petron. Satyr. 7.* pro puero meritorio. Sed dici vix potest, quam varie is locus a variis legatur. Meliores editiones habent *inter titulos.* Cf. ad rem et *Hildebr.* ad *Apul. de Deo Socrat. 3. p. 126.*

INTERNUNCĬĀ, etc. V. INTERNUNTIA, etc.

INTERNUNDĪNĬUM, ii, n. Abstractum ab *inter* et *nundinae* (eadem ratione qua *interlunium*), quo significatur spatium novem dierum, inter quos fiunt nundinae. *Mar. Victorin.* ut Latinum agnoscit. *1. artis Gramm. p. 2469. Putsch.,* ubi et *internundium* quoque alii leg. Cf. voc. seq. et V. NUNDINAE.

INTERNUNDĪNUM, i, n. Idem ac praecedens, et fortasse rectius scriptum pro *internundinium;* nam etiam *trinundinum* habetur. *Varr.* apud *Non. 3. 148.* Quoties priscus homo ac rusticus Romanus internundino barbam radebat. *Macrob. 1. Sat. 16.* Sed haec omnia negligentius haberi coepta, et post abolita, postquam internundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adesse coeperunt.

INTERNUNTĬA et Internuncia, ae, f. Verbale ab *internuncio,* quae internuntiat; *annunziatrice, mezzana, intermediaria. Cic. 2. Divin. 34.* Hae sunt aves internuntiae Iovis. *Plaut. Mil. 4. 1. 39.* Haec celox illius est, quae hic egreditur, internuntia. *Plin. 10. 53. 1.* Columbae internuntiae in rebus magnis fuere. Cf. INTERNUNTIUS. — **2)** Cum genitivo, more adiectivi. *Apul. 9. Met.* Anus quaedam adulteriorum internuntia.

INTERNUNTĬO et Internuncio, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *nuntio.* — Est nuntios vicissim mittere; *mandar messaggieri vicendevolmente. Liv. 42. 39.* Paulisper internuntiando cunctatio fuit.

INTERNUNTĬUM et Internuncium, ii, n. Verbale ab *internuntio;* quod annuntiat. *Apul. 1. Dogm. Plat. ad fin.* Ea, quae sunt internuntia sentiendi. Cf. voc. seq.

INTERNUNTĬUS et Internuncius, ii, m. Verbale ab *internuntio;* qui internuntiat, sive qui inter aliquos medius est ad aliquid tractandum, et modo illi per vices nuntiat; *annunziatore, nunzio, messo, intermediario. Ter. Eun. 2. 2. 56.* Ne quis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet. *Plaut. Mil. 4. 1. 16.* Egone ut ad te ab libertina esse auderem internuntius? *Id. Amph. prol. 71.* Sive qui ipsi ambissent, seu per internuntium. *Tacit. 13. Ann. 56.* Internuntium esse inter aliquos. *Nep. Alcib. 3.* Colloqui per internuntium cum aliquo. *Caes. 1. B. C. 20.* Internuntii ultro citroque missi. *Cic. 7. Verr. 6. extr.* Ut ab eo vita, vel ipso carnifice internuntio, redimeretur. *Id. 13. Phil. 5.* Utrum igitur augurem Iovis optimi maximi, cuius interpretes internuntiique constituti sumus, etc.

INTERNUPTĀ, ae, f. Adiect. ab *inter* et *nupta.* Absolute adhibitum pro nupta (fortasse viro defuncto) ab *Auct. Vitae S. Hilarii, 16.* Adstruentes Celidonium internuptam suo adhibuisse consortio.

INTERNUS, a, um. Adiect. ab *inter* vel *intra;* interior, intestinus: *interiore, interno. Senec. 6. Quaest. nat. 27.* Aër corruptus internorum ignium vitio. *Plin. 2. 68. 3.* Oceanus infusus in multos sinus, adeo vicino accessu interna maria allatrat, ut etc. *Sil. 8. 21.* Internae tabes, et civica invidia. *Tacit. 2. Ann. 26.* Internae discordiae. Et *34.* Provinciae internis certaminibus fessae. *Id. 2. Hist. 69.* Internum simul externumque bellum. — *Vulg. Interpr. 2. Mac. 3. 16.* Internus animi dolor. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INTERNA, ōrum, n. Sunt res internae, viscera. *Veget. 3. Veterin. 2. circa med.* Interna boum. *Vulg. Interpr. 2. Mac. 9. 5.* Amara internorum tormenta. — **2)** Translate. *Tacit. 4. Ann. 32.* Si quando ad interna praeverterent; *alle cose domestiche.*

INTĔRO, ĕris, trīvi, trītum, terĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tero,* cuius variationes sequitur. V. TERO. — **b)** *Infesti*

Digitized by Google

pro *intrivisti*, v. infra §. 2. — **c**) Particip. *intritus*, v. suo loco. — **d**) Derivatum, *intrimentum*.

INTERO proprie est idem quod tero, tritumque alteri rei immisceo; *tritare, pestare, e mescolare in altre cose*. *Cato, RR. 156. a med.* Infundito in catinum: eo interito, etc. *Plin. 28. 30. 1.* Aridi, ut potioni interi possint. *Id. 30. 23. 6.* Cochleae illinuntur cum helxines herbae succo: quidam ex aceto intrivisse contenti sunt. *Vulg. Interpr. Dan. 14. 32.* Intriverat panes in alveolo. — **2**) Notum est illud *Ter. Phorm. 2. 2. 4.* Tute hoc intristi: tibi omne exedendum est. Ubi *Donatus:* Παροιμία apta parasito, quae de cibo est, hoc autem inter rusticos de alliato moretario dici solet. Et bene *intristi*, proprie enim *intrita* dicitur huiusmodi cibus. Haec *Donat.* Porro hoc proverbium significat: tu te in hoc periculum coniecisti: tu quoque te expedire debes; *tu ti se' fatto questo intriso, e tu del tutto mangiartelo*. — Hoc eodem proverbio utitur *Auson. praef. Edyll. 7.* Tibi, quod intristi, exedendum est: sic vetus verbum iubet.

INTĔRORDĬNĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *interordino;* inter aliqua ordinatus. *Vitruv. 10. 20.* Interordinatae trabes.

INTĔRORDĬNĬUM, ii, n. Abstractum ab *inter* et *ordo*, quo significatur spatium, quod est inter ordines arborum; *spazio tra ordine e ordine*. *Colum. 5. 13.* Minimum est quinque pedum interordinium, septem maximum. *Id. 4. 14.* Cum terra vitibus detrahitur, et in media spatia interordiniorum confertur.

INTĔROSCĬTO, as, are. Verbum intransitiv. ab *inter* et *oscito;* inter aliqua oscito. Legitur apud *Schol. ad Lucan. 6. 126.* Et hac de causa elegit hoc modo venire, non quod timeret, sed caperet eos interoscitantes.

INTERPĂTĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *pateo;* pateo, apertus sum. *Macrob. 1. Saturn. 18.* Et Deo aedes dicata est specie rotunda, cuius medium interpatet tectum. *Id. 7. ibid. 18. a med.* Pulmo tot mestibus distinctus est, et interpatet rimis. *Veget. 3. Milit. 15.* Senos pedes inter singulas acies in latum diximus interpatere debere. *Capell. 2. p. 39.* A lunari circulo usque ad terram quidquid interpatet, interstitii proprii partitione discernitur.

INTERPĔDĬO, is, īre. Verbum transitiv. ab *inter* et *pes*. — Particip. *interpediens*, infra. — Est idem quasi impedio; *impedire*. *Macrob. 7. Saturn. 12. extr.* Gustatum linguae fervor interpedit. *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 25. 7.* Altero vero mordente et occidente et interpediente ingressus hominis.

INTERPĔDO, as, āvi, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *pedo*, quod est a *pes*. Pro ambulare equitando exercitii causa (Cf. AMBULATIO in *Nota* II.) usurpat *Iornand. de rsb. Geth. 18.* Tum imperator, equo adacto in cursum calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc usque ad fatigationem variis inflexibus interpedavit. *Alii, sed minus recte, leg.* impedivit, *alii* intripedavit. Cf. *Closs* ad *h. l.* et v. INTREPIDO.

INTERPELLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interpello;* actus interpellandi, interruptio; *interrompimento*. *Cic. 6. Fam. 18.* Itaque ne litterae quidem meae impediuntur, in quibus sine ulla interpellatione versor; *senza disturbi*. *Id. Partit. 8.* Si interventus alicuius, aut interpellatio dederit occasionem. *Id. 2. Orat. 10.* Cursum orationis interpellatione impedire. Et *Prov. cons. 8.* Orationem interpellatione interrumpere. — **2**) Item iudiciaria persecutio. *Paul. Dig. 5. 1. 25.* Non potest videri in iudicium venisse id, quod post iudicium acceptum accidit: ideoque alia interpellatione opus est. *Ulp. Dig. 50. 16. 188.* Obtinere aliquid sine interpellatione; *senza contradizione*. — **3**) Translate. *Tertull. ad Scapul. 3.* Cum Adrumeticum Mavilum ad bestias damnasses et statim haec vexatio subsecuta est, et nunc ex eadem causa interpellatio sanguinis; h. e. haemorrhagia, qua videtur cruciatus fuisse Scapula ob iteratam in Christianos saevitiam.

INTERPELLĀTOR, ōris, m. Verbale ab *interpello;* interventor, qui interrumpit sermonem, aut aliquid aliud agentem; *chi rompe il parlare, chi disturba*. *Cic. 3. Offic. 14.* Et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. *Auct. ad Herenn. 2. 11.* Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores. *Suet. Aug. 97.* Cum interpellatores aliis atque aliis causis in iure dicendo *(eum)* detinerent. — **2**) Item qui de re turpi aliquam appellat. *Paul. Dig. 74. 11. 1.* Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores.

INTERPELLĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *interpello;* quae interpellat. *Hieronym. ep. 60. n. 11.* Vidua interpellatrix duri iudicis. Adde *Chrysolog. Serm. 56. ante med.*

INTERPELLĀTUS, a, um. Particip. verbi *interpello;* interruptus, impeditus; *interrotto, frastornato, disturbato*. *Cic. 1. Att. 19. ante med.* Haec tota res interpellata bello refrixerat. *Caes. 3. B. C. 105.* Senatores ex provincia vocasse, sed interpellatum adventu Caesaris profugisse. *Liv. 9. 14. ad fin.* Infensi milites ob interpellatam dulcedinem irae. Adde *Plane. ad Cic. 10. Fam. 23. a med. Suet. Claud. 15.* Interpellatus ab adversariis de propria lite. — **2**) Item appellatus, ut debitum solvat. *Papinian. Dig. 22. 1. 52.* Si interpellatus opportuno loco, non solverit. *Paul. ibid. 56. 2. 24.* Cum interpellatus heres fundum non dederit.

INTERPELLĀTUS, us, m. Verbale ab *interpello*, idem ac interpellatio. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *31. init.* Post id magnae curae Alexandro fuit, Ciliciam quoque omni hostium interpellatu purgare.

INTERPELLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et obsoleto *pello, as*, quod ex compositis coniicimus pro *loqui* usurpatum fuisse. v. COMPELLO, as §. 1. — **b**) Particip. *interpellans* §. 7., *interpellatus*, v. suo loco, *interpellaturus* §. 4. — **c**) Derivata. *interpellatio, interpellator, interpellatrix, interpellatus, us*.

INTERPELLO proprie est loquentem interrumpere, interfari; *interrompere chi parla*. *Cic. 1. Tusc. 8. extr.* Nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. *Id. 2. Q. Fr. 10.* Tu vero, ut me et appelles, et interpelles, et obloquare, et colloquare, velim. — **2**) Item alloqui aliud agentem, cogitantemve. *Curt. 6. 10. a med.* Id me, cum a Cebalino interpellatus sum, movere non poterat. Et *9. 4. a med.* Si quis arti tuae intentum, et exta spectantem sic interpellet. — **3**) Pro dicere, alloqui. *Lucil. 28.* Verum tu quid agis? interpella me ut sciam. Ita *Non. 4. 264.* — **4**) Item pro sollicitare, precari. *Suet. Tib. 34.* Interpellari se toto mense ab iis, qui potestatem sui de festo non habuissent. — *Auct. Hist. Datian. 19.* Aliquandiu precibus incubuit, pro suorum constantia filiorum Patrem Domini Iesu interpellaturus. — **5**) Speciatim *interpellare* est de re turpi appellare; *tentare*. *Paul. Dig. 47. 11. 1.* Qui mulierem, puellamve interpellaverit. *Id. 5. Sentent. tit. 4.* Interpellari de stupro. — *Liv. 3. 57.* Stupro interpellato magis, quam caede, motus. — **6**) Apud ICtos *interpellare debitorem*, est in, vel extra iudicium ab eo debitum petere. *Paul. Dig. 26. 7. 44.* Improbe alterum illius nomine conabitur interpellare. Et *50. 1. 21.* Post mortem patris in reliqua collegarum interpellari coepit. *Pompon. ibid. 22. 2. 2.* Si nemo sit, qui ex parte promissoris interpellari traiecticiae pecuniae possit. — **7**) Latiore significatione

II. *Interpello* universim est aliquid agentem impedire, remorari, mediam rem turbare, intercipere; *interrompere, disturbare, frastornare, impedire*. *Brut. ad Cic. 11. Fam. 10.* Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus respubl. a me administrari possit. *Matius ad Eund. ibid. 28. ad fin.* Caesar nunquam interpellavit, quin, quibus vellem, uterer. *Cic. ad Anton. post ep. 13. l. 14. ad Att. sub fin.* Interpellantibus enim his inimicitiis, animus tuus mihi magis patuit, quam domus. *Liv. 4. 45.* Tribunis interregem interpellantibus, ne senatusconsultum fieret. *Caes. 1. B. G. 44.* Nos esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus. — **2**) Translate de rebus etiam inanimis. *Caes. 3. B. C. 75.* Sive ipsorum perturbatio, sive error aliquis, sive etiam fortuna partam iam victoriam interpellassent. *Curt. 6. 6.* Otium bello interpellare. *Hirt. B. Alex. 50.* Sibi, quod rapuerant, acceptum ferebant: quod interciderat, aut erat interpellatum, Cassio assignabant; *h. e.* interceptum. *Curt. 4. 6.* Nec saxa, cotesque, quae interpellent specus, obstabant; *h. e.* intercident, obstruant, impediant. Sic *6. 4.* Amnis saxo, quod alveolum interpellat, repercussus, duo itinera aperit. — Cum infinito. *Horat. 1. Sat. 6. 127.* Pransus non avide, quantum interpellet inani Ventre diem durare; *h. e.* quantum impediat, ne ventre ieiuno totum diem durem. — **3**) Speciatim apud ICtos eodem sensu. *Tryphon. Dig. 25. 5. 16.* Lex Iulia non interpellat eam possessionem, quae per longum tempus fit; *h. e.* interrumpit, tollit. *Paul. ibid. 8. 6. 18.* Interpellare ius alicuius. Et *41. 5. 2. extr.* usucapionem. *Iulian. ibid. 17. 1. 30.* manumissionem servi; *h. e.* impedire. *Modestin. ibid. 40. 5. 36. extr.* iurisdictionem.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae, aut cum coniunctivo et particulis *quin, quominus, ne*, aut cum infinito.

INTERPENDĬUM. v. INTERPONDIUM.

INTERPENSĪVĂ, ōrum, n. Nomen proprie adiect., absolute in plur. num. adhibitum *(subaudi* tigilla), ab *inter* et *pendeo*. — Porro *interpensiva* apud *Vitruv. 6. 3.*, aliis sunt tigilla ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in colliquias derivandos, vel alium quemvis usum interlocata, quasi ea, quae a pendendo Graeci κρεμαστῆρας appellant. Aliis sunt fulcra stillicidiorum, quae uno capite trabes proiectas sustinent, altero infiguntur parieti. Aliis trabes a pariete in parietem traiectae ad easdem trabes sustinendas. Eorumdem interpensivorum dispositionem et usum demonstrare conatus est *Ios. Riva*, in opere, cuius mentionem habes in v. DISPLUVIATUS, p. 58., quem consule sis.

INTERPLĬCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *plico;* implico, involvo, internecto; *inviluppare, avvolgere*. *Stat. 2. Theb. 282.* raptumque interplicat atro Tisiphones de crine ducem. Et *4. ibid. 218.* Albaque poniceas interplicat infula cristas.

INTERPŎLĀMENTUM, i, n. Verbale ab *interpolo*, syllabica adiectione productum, quo significatur id quod miscetur, interpolatur. *Claud. Mamert. de stat. anim. praef.* Sicque adiectis nostris aliquot sine alienorum interpolamento finem liber accepit.

Digitized by Google

INTERPŎLĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interpolo;* actus interpolandi, renovatio; *ripulimento, rinfrescamento, rinnovazione*. *Plin. 13. 23. 1. de charta*. Excepit hanc Pannii sagax officina, tenuatamque curiosa interpolatione, principalem fecit e plebeia. Adde *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 21. 3.*

INTERPŎLĀTOR, ōris, m. Verbale ab *interpolo;* qui interpolat, reficit, renovat: et praesertim qui renovando fucum facit, et corrumpit; *rifattore, rinnovatore, corruttore*. *Tertull. Spectac. 2.* Multum interest inter corruptelam et integritatem, quia multum est inter institutorem et interpolatorem. *Id. Testim. anim. 3.* Satanas totius saeculi interpolator. Et *Apolog. 46. extr.* Interpolator veritatis.

INTERPŎLĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *interpolo;* quae interpolat, et rei veteri novam speciem inducit. Afferunt quidam hoc fragmentum *Pomponii*. Interpolatricem arcessire oportet, quae huic vestem adducet. — **B)** Translate, quae fucum facit, et corrumpit. *Nazar. Paneg. Constantin. 15. de historia*. Neque in hoc veri interpolatrix tenenda; *non si dee stimare, che abbia alterata la verità*. *Tertull. advers. Haeret. 7. sub fin.* Sapientia humana affectatrix, et interpolatrix veritatis.

INTERPŎLĀTUS, a, um. Particip. verbi *interpolo;* renovatus, refectus; *rifatto, rinfrescato*. *Plin. 36. 67. 2.* Ex quo apparet antiquior materiae origo, et nunc vitri similitudine interpolata. — **B)** Item interruptus, abruptus. *Senec. ep. 47.* Magno malo ulla voce interpolatum silentium luitur. *Al. leg.* interpellatum. — **B)** Item depravatus, corruptus. *Minuc. Fel. Octav. 34.* Interpolata veritas.

INTERPŎLIS, le. Adiect. verbale ab *interpolo;* qui interpolari potest: item interpolatus, refectus. *Plin. 19. 8. 2.* Est sparti natura interpolis, rursumque quam libeat vetustum novo miscetur. *Front. de orat.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 5.* Peritia opus est, ut vestem interpolem a sincera discernas. — **B)** Translate. *Plin. 29. 5. 5. de medicina*. Mutatur ars quotidie, totiesque interpolis. *Plaut. Most. 1. 3. 117.* Nam istaec veteres, quae se unguentis unctitant, interpoles, Vetulae, edentulae; *h. e.* quae se pigmentis oblinunt, ut faciem renovent; *rin giovanite a forza di belletti*.

* INTERPOLLUS. V. INTERPOLUS et voc. seq.

INTERPOLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *polio*, quod V., coll. DESPOLIO §. b. — **b)** Qui *interpollo* et *interpollus*, duplici *l* scribunt, male scribunt. — **c)** Particip. *interpolans* §. 1., *interpolatus*, v. suo loco. — **d)** Derivata, *interpolamentum, interpolatio, interpolator, interpolatrix, interpolis, interpolus*.

INTERPOLO proprie verbum est artis fullonicae, quae poliendo diligenter vetera quaeque, quasi in novam speciem mutat; atque hinc universim est immittere, interponere, et novam formam e vetere fingere in vestibus; *rinnovare, rinfrescare, ripulire, racconciare*. *Cic. 2. Q. Fr. 12.* Quod nolit, inquam, renovare honores eosdem, quo minus togam praetextam quotannis interpolet. — *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *3. 57.* Ebeno plurima interpolante. — **B)** Translate ponitur pro, rebus quibuslibet vetustis novam formam inducere, immutare, renovare, instaurare, nova veteribus miscendo. *Cic. 5. Verr. 61. de tabulis*. Semper aliquid demendo, mutando, curando, ne litura appareat, interpolando. *Plaut. Amph. 1. 1. 161.* Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo. *Plin. 12. 52. 2.* At hercle Alexandriae, ubi tura interpolantur; *idest* rudia cum sint, poliuntur. Convehebatur enim illuc tus rude, aspectu simile cortici; *si raffinano*. *Id. 55. 56. 1.* Tectoriorum albaria interpolare. *Ulp. Dig. 21. 1. 37.* Quia igitur venaliciarii sciunt, facile decurri ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, et pro novitiis venditant. — **B)** Deinde II. *Interpolo* est etiam addendo corrumpere. *Prudent. praef. 2. Apotheos. 43.* qui laeta Christi culta fur interpolat, Addens avenas aemulas. *Plaut. Most. 1. 3. 105.* Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum? *h. e.* pigmento vis corrumpere faciem tuam pulcherrimam? Cf. INTERPOLATUS §. 3. — **4)** Item interpellare, interrumpere. *Curt. 4. 6. ad fin.* Vincam tamen silentium, et, si nihil aliud, certe gemitu interpolabo. *Al. leg.* interpellabo. *Id. 8. 2.* Satietatem epularum ludis interpolabat; *h. e.* intermiscebat, nam et qui interpolant, miscent nova veteribus.

INTERPŎLUS (*perperam* interpollus), a, um. Adiect. verbale ab *interpolo;* interpolatus, refectus; *racconciato, rinfrescato, rifatto*. *Martian. Dig. 18. 1. 45.* Si vestimenta interpola quis pro novis emerit, Trebatio placere, ita emptori praestandum quod interest, si ignorans interpola emerit. Cf. INTERPOLIS et INTERPOLO §. b. — *Gloss. Lat. Gr.* Interpola; ἐπίχυτον.

INTERPONDĬUM, ii, n. Nomen ab *inter* et *pondus*, quod est a *pondo*, quo significatur idem ac aequipondium, cum nempe in utraque librae lance paria sunt pondera; *contrappeso*. *Gloss. Philox.* Interpondium; παράλληλον. *Salmas.* in *Solin. p. 708.* interpondium *legendum putat*.

INTERPONO, pōnis, pŏsŭi, pŏsĭtum, pōnĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *pono*, cuius variationes sequitur. V. PONO. — **b)** Particip. *interponens* §. 11., *interponendus* §. 2. et 10., *interpositus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *interpositio, interpositus, us*.

INTERPONO proprie est inter aliqua pono, intericio, intersero; *frapporre, frammettere*. *Cic. Amic. 1.* Quasi ipsos induxi loquentes, me *Inquam* et *Inquit* saepius interponeretur. *Hirt. B. Afr. 15.* Inter eos levis armaturae Numidas interposuerant. *Id. 8. B. G. 17.* Equitatui interponit praesidia levis armaturae. *Plin. 28. 14. 5.* Cibis frigidam interponere; *h. e.* bibere inter cibos. — **B)** Translate. *Cic. 6. Phil. 1.* Nullam moram interponendam insequendi Antonium putavi. *Id. 1. Acad. 1.* Nullam moram interponendam putavimus, quin etc. *Caes. 3. B. C. 74.* Interponere spatium ad recreandos animos. *Tacit. 13. Ann. 46.* cunctationem. *Hirt. procem. 1. 8. B. G.* Qui me mediis Caesaris scriptis interposuerim. *Cic. 13. Phil. 7.* Interponere auctoritatem. *Liv. 34. 25.* iusiurandum. *Cic. 2. Q. Fr. 5.* querelas. Et *5. Verr. 57.* nomen alicuius in re turpi. — **B)** *Interponere fidem*, est sua fide confirmare, in suam fidem recipere, polliceri; *impegnar la parola*. *Id. Rosc. Am. 59.* et *Caes. 3. B. G. 56.* Inque eam rem fidem suam interponeret. *Hirt. B. Alex. 65.* Fidem suam in re omni interponit. — **4)** *Interponere se*, est se immiscere; *ingerirsi, frammischiarsi, entrare*. *Cic. 10. Fam. 27.* Sapientius facies, si te in istam pacificationem non interpones. *Id. Divin. Verr. 6.* Cur te interponis invitissimis his, quibus etc.? *Id. 3. Q. Fr. 4. ad fin.* Tu vero, quod voles, facies: nihil me interpono. *Flor. 3. 10. ante med.* Num me interposse Romanis? *Cic. Vatin. 15. ad fin.* Num quem putas posse reperiri, qui se interponat, quo minus etc.? — **5)** Deinde latiore significatione varia notat, prout ex contexta orationis serie colligi potest. Hinc II. *Interpono* aliquando est adhibere, admittere. *Suet. Cal. 39.* Provincialem locupletem ducenta H-S. numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur. *Id. Ner. 22.* Interponere aliquem epulis familiaribus. — **6)** Item interfari, interloqui. *Cic. Quint. 4.* Neque interea verbum ullum interposuit Naevius. *Quintil. 6. 3. 64.* Augustus praefecto, quem cum ignominia mittebat, subinde interponenti precibus, *quid respondebo patri meo?* dixit. *dic, me tibi displicuisse*. — **7)** Item intercedere, opponere. *Cic. 2. Phil. 4.* Quid enim me interponerem audaciae tuae? *Ulp. Dig. 44. 1. 2.* Exceptionem actioni interponere. — **8)** Item adhibere, uti. *Cic. Divin. Verr. 19. extr.* Pro sociis, pro salute provinciae operam, studium, laborem interponere. — **9)** Item proferre, proponere. *Id. 7. Att. 15.* Interponere postulata. *Id. 2. Divin. 72. in fin.* Cum proprium sit Academiae, iudicium suum nullum interponere. — **10)** Item edicere, indicere, facere. *Id. 4. Verr. 48.* Ob decreta interponenda pecuniam accipere. *Id. 3. ibid. 19.* Acerbiorem legem, duriora edicta interposuit. Et *27.* Iste, poenis compromissisque interpositis, H-S CCC. exorquenda curavit. — **11)** Item afferre. *Nep. Themist. 7.* Dedit operam, ut quam longissime tempus duceret, causam interponens, se collegas exspectare. — **12)** Item submittere. *Cic. 3. Verr. 11.* Interposuistis accusatorem, qui etc.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et alio accusat. et praepos. *in* vel *ad*, pro quo et ablativus aliquando adhibetur; vel cum accusativ. et dativo; aut cum accusat., sequente infinito (V. §. 11.).

INTERPŎSĬTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interpono;* insertio, interiectio; *frapponimento, interposizione*. *Cic. 1. Invent. 6.* Quaestionem autem eam appellat, quae habeat in se controversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione. *Vitruv. 6. 5.* Interpositiones columnarum. — **2)** De iis, quae lineis superscribi, et interscribi solent, dum aliquid emendatur. *Cic. 16. Fam. 22.* Tu istic, si quod librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone; *aggiunta interlineare*. — **3)** Dicitur et de parenthesi, figura rhetorica; *parentesi*. *Quintil. 9. 3. ante med.* V. INTERCLUSIO §. 2.

INTERPŎSĬTUS, a, um. Particip. verbi *interpono;* interiectus; *frapposto*. *Cic. Cluent. 2.* Spatio interposito et causa cognita consenescat. *Id. Mur. 17.* Dies intermissus unus, aut nox interposita saepe perturbat omnia. *Ulp. Dig. 44. 5. 1. a med.* Parvi refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fideiussoris personam. *Caes. 1. B. G. 11.* Tridui mora interposita. *Cels. 5. 5.* Illo tantum interposito discrimine, quod etc.

INTERPŎSĬTUS, us, m. Verbale ab *interpono*, idem quod interpositio et interventus. *Cic. 2. Nat. D. 40.* Luna interpositu interiectuque terrae repente deficit. *Plin. 2. 7. 1.* Solis radios luna interpositu suo auferens terrae.

INTERPRAES et INTERPRAETO } V. INTERPRES §. b.

INTERPRĔMO. V. INTERPRIMO §. b.

INTERPRES, ĕtis, m. Nomen etymi parum certi; alii enim ab *inter* ducunt et *pretium*, quod praesertim locum habeat in contrahendo: alii a *pars*, quod sit quasi inter partes: alii a *pario*: alii

Digitized by Google

alimode. — **b**) Perperam autem ultimam producunt per diphthongum *oe* scribentes *interpraes*, ut etiam ab eo derivatum *interpraeto, as*. Sic in *fragm. Parvae Genesis* edito a *Cerlani, Monum. Bibliot. Ambros. c. 40.* Vocavit universos interpraetes . . . et non potuerunt illi interpraetare somnia eius. — **c**) Derivata, *interpretabilis, interpretabiliter, interpretamentum, interpretatio, interpretatiuncula, interpretator, interpretatorius, interpreto* vel *interpretor*. — **d**) Composita, *ininterpretabilis, ininterpretatus*.

INTERPRES proprie est internuncius, qui in aliqua re agenda medium se interponit, quasi consiliator et auctor; *mezzano, sensale, mediatore*. *Cic. 2. Verr. 12. extr.* Qui aut deponere, aut recipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicii solent esse. Ubi *Ascon.* per quos inducitur pactio. *Plane. ad Cic. 10. Fam. 11. sub fin.* Utor in hac re adiutoribus interpretibusque fratre meo, et Laterense. *Plaut. Curc. a. 3. v. 64.* Quod te praesente istic egi, teque interprete. *Id. Mil. 4. 1. 6.* quae tibi Conditio nova, et luculenta fertur per me interpretem! *Liv. 21. 12.* Se pacis eius interpretem fore pollicetur. *Val. Flacc. 8. 690.* Regius interpres ut foedera iungat; *plenipotenziario. Cic. 1. ad Brut. 10.* Caesarem quidam improbissimis litteris, fallacibusque interpretibus ac nunciis impulerunt in spem certissimam consulatus. *Virg. 4. Aen. 377.* Iove missus ab ipso Interpres Divûm fert horrida iussa per auras; *h. e.* Mercurius, qui est Deorum internuncius. Et *608.* Tuque harum interpres curarum et conscia iuno; *h. e.* quae has nuptias concilasti. — **2**) Quoniam vero huiusmodi homines eorum animos sciscitantur, quibuscum agunt, hinc speciatim

II. *Interpres* accipitur etiam pro eo, qui obscura exponit; *interprete. Cic. Top. 1.* Interpres iuris. *Id. 1. Divin. 18.* Grammatici interpretes poëtarum. *Id. 2. Divin. 44.* Interpretes caeli; *h. e.* astronomi. *Firmic. 3. Mathes. 4.* Facit viros iuridicos, vel legum latores, aut legum interpretes. — **2**) Translate. *Cic. 1. Leg. 10. extr.* Interpres est mentis oratio. *Horat. Art. P. 111.* effert animi motus interprete lingua. *Plin. 36. 5. 1.* Menander diligentissimus interpres luxuriae; *intendentissimo del lusso. Liv. 27. 11. extr.* Metus interpres semper in deteriora inclinatus. — **3**) Deinde pariter speciatim

III. *Interpres* saepe dicitur de auguribus, et somniorum coniectoribus. *Virg. 3. Aen. 359.* Troiugena, interpres Divûm. *Cic. 2. Divin. 28. ad fin.* Quod etiam coniector quidam et interpres portentorum non inscite respondisse dicitur. *Id. ibid. 55.* Avis illa videri posset interpres et satelles Iovis. Et *43. Phil. 5.* Augures interpretes internunciique Iovis. *Liv. 1. 7. a med.* Mater, veridica interpres Deûm. Adde *Ovid. 3. Amor. 8. 48.* — **5**) Item de eo, qui ex una in aliam linguam convertit; *traduttore, interprete. Cic. opt. gen. Orat. 5.* Nec converti, ut interpres, sed ut orator. *Id. 3. Fin. 4. a med.* Nec tamen exprimi verbum e verbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent. *Horat. A. Poët. 133.* Nec verbo verbum curabis reddere fidus interpres. — **6**) Item qui duorum diversa lingua utentium sermonem explicat; *dragomanno, interprete*. Huiusmodi homines habere solebant in provinciis Romani magistratus. *Caes. 1. B. G. 19.* Divitiacum ad se vocari iubet, et, quotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium, familiarem suum, cum eo colloquitur. *Cic. 13. Fam. 54.* M. Marcilius, amici atque interpretis mei filius. *Id. 2. Divin. 64.* Tanquam si Poeni aut Hispani in senatu nostro loquerentur sine interprete. *Plin. 25. 5. 2.* Appellare aliquem per interpretem. *Cic. 5. Fin. 29. ad fin.* Audire aliquem cum interprete. *Gell. 17. 17.* Per interpretem colloqui. *Liv. 27. 43.* Litteraeque lectae per interpretem sunt.

INTERPRESSUS, a, um. Particip. verbi *interprimo*. *Accius* apud *Non. 8. 51.* ex lectione *Bothii, Poët. Trag. p. 165.* Quod dii interdiu inferûm penitus interpressum altis clauserunt specis. — Haec *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon*: *Ribbeck* tamen *legit* depressum. V. SPECUS.

INPERPRĔTĂBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *interpretor;* qui explicari potest. *Tertull. advers. Valentinian. 14.* V. ININTERPRETABILIS. *Serv. fragm. in Donati libr. 1. p. 512. Endl.* Vox articulata est, quae auditur et percipitur et est interpretabilis.

INTERPRĔTĀDĬLĬTER. Adverb. ab *interpretabilis;* ratione interpretabili. *Dionys. Exig.* vertens *epist. Cyrilli Alex.* Epistolae recte interpretabiliterque conscriptae.

INTERPRĔTĀMENTUM, i, n. Verbale ab *interpretor*, syllabica adiectione productum, idem ac interpretatio. *Gell. 6. 2.* Si cui istud interpretamentum videbitur obscurius. *Id. 15. 9.* Propteres suculas appellarint Romani, quod eas ὑάδας Graeci vocant; tanquam id verbum Latinum Graeci interpretamentum sit. *Petron. Satyr. 10.* Interpretamenta somniorum.

INTERPRĔTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interpretor;* expositio; coniectura, iudicium; *interpretazione, espostizione. Cic. 1. Offic. 10.* Existunt etiam saepe iniuriae calumnia quadam, et nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. *Liv. 3. 8.* Nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. *Plin. 2. 54. 3.* Interpretatio fulgurum. Et *7. 57. 12.* ostentorum et somniorum. Et *2. 111. 4.* naturae; *studio delle cose naturali*. Et *5. 21. 3.* nominis; *etimologia*. Et *18. 6. 2.* Singula magnas interpretationes habent; *gran sensi. Suet. Caes. 14.* Consulem non piguit sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione levire; *mitigare con ispiegazione*. — **2**) Item iussio, praeceptum oraculo editum. *Inscr. in Corp. Inscr. Lat. T. 3. n. 2880.* *Dis* Deabusque secundum interpretationem Clarii Apollinis. *Alia, ibid.* Secundum interpretationem oraculi Clarii Apollinis. — **3**) Speciatim *interpretatio* est figura rhetorica, eadem ac illa, quae Graeco vocabulo synonymia vocatur. *Auct. ad Herenn. 4. 28.* Interpretatio est, quae non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat: hoc modo: Rempubl. radicitus evertisti, civitatem funditus deiecisti, item: Patrem nefarie verberasti, parenti manus scelerate intulisti.

INTERPRĔTĀTĬUNCŬLA, ae, f. Deminut. ab *interpretatio;* brevis interpretatio; *interpretazioncella. Hieronym. ep. 112. n. 19.* Miror, quod Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris. Adde *Auct. Praedestin. 5. 2.*

INTERPRĔTĀTOR, ōris, m. Verbale ab *interpretor;* explicator, interpres. *Tertull. advers. Prax. 19.* Ipse interpretator est, quomodo caelum solus extenderit. *Id. Monog. 6.* Apostolus edocet interpretator utriusque testamenti. Adde *Salvian. ep. 7.*

INTERPRĔTĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *interpretor;* qui ad interpretationem pertinet; *interpretativo. Tertull. 2. ad Nation. 4.* Quod si nomen istud proprium divinitatis et simplex, nec interpretatorium in illo deo reprehensum, etc.

INTERPRĔTĀTUS, a, um. Particip. verbi *interpretor;* expositus, explicatus; *interpretato. Cic. 2. Leg. 12.* Vesta quasi focus Urbis, ut Graeco nomine est appellata, quod nos prope idem Graecum interpretatum nomen tenemus. *Id. Har. resp. 17.* Quae nunc ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur.

INTERPRĔTĬUM, ii, n. Abstractum ab *inter* et *pretium*, quo significatur lucrum, vel damnum inter emptum et venditum; saepius tamen accipitur pro lucro: ut si quid pretio unius solidi sive aurei emptum, tribus postea solidis sive aureis vendam, interpretium erit duo solida; *differenza di prezzo tra una compera, e una vendita. Ammian. 28. 1.* Verum quoniam, denis modiis *(tritici)* singulis solidis indigentibus venundatis, emerat ipse tricenos, interpretii compendium ad principis aerarium misit; *h. e.* cum tritici decem modios uno solido vendidisset, triginta modios eodem solido comparaverat, ideoque interpretii compendium, quod erat duorum solidorum in singulum solidum, ad publicum aerarium misit. *Gloss. Philox.* Interpretium: παράλλαγον; *h. e.* τίμημα. Adde *Cassiod. 2. Variar. 26.*

INTERPRĔTO, as, V. voc. seq. §. 8.

INTERPRĔTOR, aris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. ab *interpres*, forma deponens, pro qua et activa, *interpreto, as*, etiam adhibetur, V. infra §. 8. — **b**) Male in quibusdam MSS. Codd. scribitur *interpraetor*. V. INTERPRES §. b. — **c**) Divisit more suo per tmesin *Lucret. 4. 850.* Cetera de genere hoc inter quaecumque pretantur. — **d**) Particip. *interpretans* §. 1. et 2., *interpretandus* §. 8., *interpretatus*, V. suo loco, *interpretaturus* §. 5. — **e**) Derivata et Composita, V. in INTERPRES, suo loco.

INTERPRETOR proprie est interpretem ago, expono, explico rem obscuram; *interpretare, spiegare, esporre. Cic. 2. Offic. 2.* Nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiae. *Id. 1. Leg. 4.* Qui ius interpretari populo, et responsitare soliti sunt. Et *2. ibid. 5.* In ipso nomine legis interpretando inest vis et sententia iusti. — Absolute *Quintil. 1. 2. 12.* Lectio quoque non omnis, nec semper praeeunte, vel interpretante eget. — **2**) *Interpretari somnium, prodigium*, etc. est, quid illa portendant, explicare: quod est augurum, coniectorum, et huiusmodi. *Cic. 1. Divin. 6.* Monstra aut fulgura interpretantes. Et *41.* Etruria interpretatur, quid quibusque ostendatur portentis. — **3**) Est etiam in bonam aut malam partem accipere. *Id. ad Plane. post ep. 16. l. 16. ad Att. in fin.* Sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo summo beneficio me affectum iudicem. *Id. Mur. 31.* Meliorem in partem aliquid interpretari. *Id. Brut. 1. extr.* Grato animo alicuius felicitatem interpretari. *Id. 3. Nat. D. 31.* Bene dicta male interpretari. *Plin. 2. ep. 13. a med.* Beneficia mea ipse tam grate interpretatur, ut, dum priora accipit, posteriora mereatur. *Senec. ep. 65. ante med.* Beneficium fortunae male interpretari. — **4**) Pro colligere, eruere, intelligere; *intendere, ricavare. Cic. 2. Invent. 47.* Cogitationem alicuius assequi, et voluntatem interpretari. *Id. 3. Tusc. 17. a med.* Numquid est aliud? recte ne interpretor sententiam tuam? *Id. 15. Att. 28.* Bruti epistolae, quam interpretari vix ipse poteram, exemplum tibi miseram; *appena avea potuto intendere. Colum. 11. 2. a med.* Vindemiarum maturitatem alii aliter interpretati sunt: quidam cum vidissent partem aliquam uvarum virescere: quidam cum coloratas animadvertissent, etc. — Cum infinito. *Cic. 3. Offic. 32.* Re-

Digitized by Google

ditu enim in castra, liberatum se esse iureiurando, interpretabatur. *Liv. 3. 36.* Nec attigisse demi securim, cum sine provocatione creati essent, interpretabantur. *Plin. 2. 23. 5.* Interiore gaudio sibi illum natum, seque in eo nasci, interpretatus est. — **5)** Pro definire, pronunciare. *Liv. 1.* 23. Cupido imperii duos cognatos populos ad arma stimulat: neque, recte, an perperam, interpretor. — **6)** Speciatim *interpretari memoriae alicuius* apud *Plaut. Epid. 4. 1. 25.* est divinare, et dicere, quid quis meminerit. — **7)** *Interpretari diabolo; h. e.* tribuere, acceptum ferre, dixit *Tertull. virgin. veland. 15.* — **8)** Deinde, activa forma,

INTERPRETO, as, āvi, ātum, āre. Eadem prorsus significatione propria *Vulg. Interpr. Ital. Gen. 41. 15.* apud *Vercellone, Var. Lect. T. 1. p. 183.* Somnium vidi, et qui interpretet illud non est. Adde loc. in INTERPRES §. b. — Hinc passive. *Cic. 1. Divin.* 2. In monstris interpretandis aut procurandis. *Ammian. 24. 6.* Flumen Naarmalcha, quod amnis regum interpretatur (nam Hebr. נָהָר *naàr* est amnis, et מֶלֶךְ *mélech* rex). *Iulian. Dig. 28. 5. 57.* Haec verba sic interpretanda sunt, ut etc. *Macer Dig. 49. 1. 4.* An iure interpretatum sit. Adde *Paul. ibid. 50. 17. 12.* et *Augustin. in Psalm. 126. n. 3.*

INTERPRĬMO, īmis, essi, essum, īmĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *premo*, mutata, euphoniae gratia, e littera in *i*. — **b)** Reperitur tamen et *interpremo* pro *interprimo* in *Onom. Lat. Gr.* Interpremo; *διαπιέζω*. — **c)** Particip. *interpressus*, dubium tamen auctoritatis, V. suo loco.

INTERPRIMO proprie est comprimo, vel premendo collido, re aliqua compressa spiritum intercludo; *suffocare*. *Plaut. Rud. 3. 2. 46.* Qui sacerdoti scelestus fauces interpresserit. V. INTERPRESSUS. — **2)** Translate est occultare; *supprimere*. *Minuc. Fel. Octav. 10.* Quod coluat, et interprimunt.

INTERPRŎHĪBĔO, es, ēre. Verbum transitiv. ab *inter* et *prohibeo;* per intervalla prohibeo. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Interprohibet. — Excidit hic Graeca vox.

INTERPUNCTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interpungo;* actus interpungendi, distinctio; *distinzione, interpunzione*. *Cic. Mur. 11.* Res enim sunt parvae prope in singulis litteris atque interpunctionibus verborum occupatae.

INTERPUNCTUM. V. voc. seq. §. 2.

INTERPUNCTUS, a, um. Particip. verbi *interpungo*, adiectivorum more etiam adhibitum; distinctus; *distinto*. *Cic. 2. Orat. 80.* Sed et festivitatem habet narratio distincta personis, et interpuncta sermonibus. *Id. Orat. 16.* Flumen aliis verborum volubilitasque cordi est: distincta alios et interpuncta intervalla, morae, respirationesque delectant. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INTERPUNCTUM, i, n. Est idem ac interpunctio. *Cic. 3. Orat. 46. ad fin.* Clausulas et interpuncta verborum animae interclusio et angustiae spiritus attulerunt.

INTERPUNGO, ungis, unxi, unctum, ungĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *pungo*. — Verbum proprium est Grammaticorum et significat punctis distinguo; *distinguere con punti*. *Senec. ep. 40. a med.* Nos etiam cum scribimus, interpungere consuevimus. *Mar. Victorin. 1. 4. 93. PR*, quoties *praetorem* significare vultis, solite interpungere, ne fiat *Populus Romanus*. Adde *Diomed. 2. p. 432. Putsch.*

Nota. De ratione interpungendi agunt e Grammaticis recentioribus *Lips. epist. cent. 3. miscell. n. 39.*, *Manut.* et *Cellar.* in *Orthograph.* et *Emman. Alvar. l. 3. c. 18. aliique plures.*

INTERPURGO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *purgo*, idem fere quod purgo. *Plin. 18. 65. 6.* Herbas malas radicitus erui, ficus interpurgari; *h. e.* interputari.

INTERPŬTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *puto*, idem quod puto; per intervalla amputo; *potare, tagliare qua e là*. *Cato, RR. 50.* Ficos interputare. *Varr. 1. RR. 50.* oleam. *Colum. arbor. 30.* rosas.

INTERQUĔROR, ĕrĕris, estus sum, ĕri. Verbum intransitiv. forma deponens, ab *inter* et *queror;* in media aliqua re queror; *lamentarsi*. *Liv. 33. 38. ad fin.* Aetolorum principes interquesti sunt, quod etc.

INTERQUĪESCO, escis, ēvi, ētum, escĕre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *quiesco;* inter aliquid agendum quiesco; *riposarsi a mezzo di qualche fattica*. *Cic. Brut.* 25. Cum haec dixissem, et paululum interquievissem. *Cato, RR. 159.* Adde vini Coi cyathum unum, bibe, interquiesce: deinde iterum eodem modo, deinde tertium. — **2)** Translate. *Plin. 8. ep. 21.* Iulio mense, quo maxime lites interquiescunt; *h. e.* cessant. *Senec. ep. 78.* Dolor interquiescit.

INTERRĀDO, ādis, āsi, āsum, ādĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *rado*. — **b)** Particip. *interrasus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *interrasilis, interrasor*.

INTERRADO proprie est per intervalla rado, ita ut aliquid politum, aliquid vero sit perforatum; *radere, traforare interpolatamente, lavorare a straforo*. *Plin. 35. 49. 1.* Vasa *(argentea)* repositoriis imponimus, et ad sustinenda opsonia interradimus lances; et interest, quam plurimum lima perdiderit. — **2)** Item stolones arborum hac illac interputo; *diradare, dibruscare*. *Id. 18. 2. 1.* Oleae tondentur, cum et vites, atque etiam interradi gaudent. *Id. 18. 67. 3.* Taleas olivarum ponere, ipsasque oleas interradere, rigere prata aequinoctii diebus primis; *h. e.* ramos inutiles amputare. Sic *Colum. 11. 2.* Oleae putantur, et emuscantur. — **3)** Item intervello; *spiantare, svellere qua e là*. *Colum. arbor. 19.* Arbores si spisse posueris, fructuosae non erunt, nisi eas interraseris. *Id. 5. 10.* eadem verba repetens habet *intervulseris*.

INTERRĀSĬLIS, le. Adiect. verbale ab *interrado;* rasus, limatus per intervalla; *lavorato a straforo*. *Plin. 12. 42. 6.* Coronas ex cinnamo interrasili auro inclusas primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicavit Vespasianus Aug.; *sollicet* ut ab omnibus videri, tangi tamen non possent. *Hieronym. 13. in Ezech. 41. 16.* Fenestrae quoque erant factae in modum retis, instar cancellorum, ut non speculari lapide, nec vitro, sed lignis interrasilibus et vermiculatis clauderentur; *finestre ingraticolate di legno, gelosie*. *Venant. 1. carm. 15. 15.* Hic sculptae camerae decus interrasile pendet. *Vulg. Interpr. Exod. 25. 25.* et *37. 12.* Corona aurea interrasilis. Et *3. Reg. 7. 23.* Opus basium interrasile erat. *Anastas.* vero *bibliothec. in Vit. pontif. Leonis III.* Hic idem praesul fecit crucem anaglypham interrasilem ex argento purissimo. *Anonym. Valesian. ad Ammian. §. 79.* Laminam auream iussit *(Theodericus)* interrasilem fieri, quattuor litteras regis habentem *(Theo., seu Ozod.)*, ut si subscribere voluisset, posita lamina super chartam, per eum penna duceretur, et subscriptio eius tantummodo videretur.

INTERRĀSOR, ōris, m. Verbale ab *interrado;* artifex operum interrasilium. *Gloss. Philox.* Interrasor; *διαχρυστής*.

INTERRĀSUS, a, um. Particip. verbi *interrado*, adiectivorum more adhibitum, idem ac interrasilis. *Plin. 36. 1. 2.* Interraso marmore, vermiculatisque ad effigies rerum et animalium crustis. *Paulin. Nolan. carm. 21. 254. (de virgis a Iacobo per intervalla decorticatis, ex Genes. 30. 37.).* Ut de interrasa variatis cortice virgis lusignita gregis sancti fetura probetur. *Lactant.* ad illud *Statii, 7. Theb. 658. et fibula rastilis auro;* haec habet. Ad luxuriam retulit pulcritudinem fibulae; erat enim foraminibus multis exornata, quas vulgo interrasas appellant.

INTERREGNUM, i, n. Abstractum ab *interrex*, quo significatur regni intervallum, tempus illud, quo regnum rege vacat; seu quod inter regem defunctum, et regem eligendum interpositum est; *interregno*. Eius originem *Liv. 1. 17.* tradit. *Id. ibid.* Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, interregnum appellatum. — **2)** Translate dicebatur, cum consulum loco, quod abessent reipubl. causa, aut vitio creati fuissent, si dictatorem dici non placeret, interrex creabatur, per quem consularia comitia haberentur. *Cic. 9. Att. 9.* Nam permagni eius interest, rem ad interregnum non venire. *Id. 7. ibid. 9.* Rem adduci ad interregnum. — **3)** *Interregnum inire*, est interregis potestatem capere. *Liv. 3. 8.* Tertio die, quam interregnum inierat, consules creat. Cf. voc. seq.

INTERREX (et Interrex in *Inscr.* mox afferenda §. 6.), ēgis, m. Nomen ab *inter* et *rex;* qui regis mortui munere fungitur, donec novus creatus sit; *vicerè in morte del re, reggente*. Apud Romanos primum interrex creatus fuit post mortem Romuli. Hinc mos exstitit, ut quando rex mortuus esset, interrex constitueretur. Creatus est a patribus, et ex patribus. Patres enim illi, ex quibus senatus a Romulo constitutus est, Romulo mortuo, decem factis decuriis eorum senatorum, qui prima electione ex Albanis electi fuerant (nam *Livius, 1. 8.* quidem centum senatores a Romulo creatos esse scripsit: sed *Dionysius, l. 2.* ducentos duabus electionibus, prima ex Albanis, altera ex Sabinis), singulos ex singulis legerunt, qui summae rerum praessent, et ex his unum decreverunt, qui esset cum fascibus et reliquis regiae potestatis insignibus. Primi illius interregni imperium quinque dierum spatio finiebatur. Nam singulos imperare oportebat eo ordine, quo sors unicuique obtigisset. Transacto quinquaginta dierum spatio, quo illi decem primi regnarant, rursus decem decuriis factis ex secundae electionis senatoribus, qui ex Sabinis erant, decem alii creati eum magistratum suscepere. Atque ita imperium per omnes in orbem ibat. Regni intervallum annuum fuit, rege denique constituto Numa Pompilio. Vide *Dionys. l. 2.*, *Liv. 1. 17.* — Causam interregis creandi habes apud *Cic. 2. Rep. 13.* — **2)** Praeterea

II. *Interrex* etiam reipublicae tempore creari solitus fuit. Cum enim consules abessent reipubl. causa, aut vitio creati fuissent, si dictatorem comitiorum causa dici non placeret, res deducebatur ad interregem, et per eum consularia comitia habebantur. Eius imperium similiter quinque dierum erat, ut tradit *Asconius* in *Milonian. 5. Id.* autem *ibid.* docet, ei, qui primus interrex creabatur, comitia habere minime licuisse, sed ei tantummodo, qui secundo loco proditus fuerat. Idipsum confirmat *Vet. Scholiast. ad Cic. Mil. 5.* editus ab *A. Mai, Class. Auct. T. 2. p. 101.* — **3)** interregem patricium esse, et

Digitized by Google

a patricio prodi necesse erat. *Cic. Dom. 14. Id. 3. Agr. 2.* L. Flaccus interrex legem de Sulla tulit, ut omnia quaecumque ille fecisset, rata essent. *Id. Dom. loc. cit.* Interregem prodere. — **A)** Moris non fuit, ut qui primus interrex proditus esset, ab eo consularia comitia haberentur, sed a secundo, aut tertio, etc. *Ascon. loc. cit.* — **B)** Domum

III. *Interrex*, ad imitationem Romae, sive ex antiquissima Latinorum consuetudine, etiam in municipiis creari solitus fuit eadem ratione. *Inscr.*, quae ad Aquinum spectat (Cf. *Gervasio, Luccei p. 45.f*, apud *Orelli, n. 3876.* Arrio Salanio . . . Aed. III., auguri, interregi, trib. milit. leg. III. August. etc. *Alia* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1221.* C. Oppio . . . *f.* Capitoni Q. Pr. *Interr.* cens. (Adde *aliam* apud *Grut. 394. 3.* — In posterum tamen lege Petronia cautum est, ut quoties in municipiis interrex creandus esset, ab iisdem potius magistratus extraordinarii crearentur, nimirum *II. Viri*, aut *IV. Viri*, sive *Praefecti*, ut patet ex *alia* apud *Orelli, n. 3679.* C. Cuspius C. f. Pansa . . . Praef. I. D. ex D. D. lege Petron. Cf. *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1839. p. 213.* et *seq.*, coll. a. *1866. p. 129.* et *seq.* — **C)** Immo et in collegiis locum habuisse interregem nuper patuit ex *Inscr.* in *Annali loc. cit. p. 128.* L. Fufius L. l. Alexander, magister *(sic)* quinquennalis, interrex *(sic)*.

INTERREXS. V. INTERREX *init.*

* INTERRIBILIS. V. INTERIBILIS.

INTERRĪGO, as, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *rigo*; inter aliqua rigo. *Rutil. 1. Itiner. 559.* Et tamen insanas cedendo interrigat undas; h. e. rivis dissipat, diducit. Vulgo olim legebatur *interligat*; sed recte hanc lectionem tuetur *Zumpt.* in *Comment.* ad h. l.

INTERRĬPĬO, ipis, ipui, ipĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *rapio*, mutata, euphoniae gratia, a littera in *i*. V. RAPIO. — Est idem fere ac arripio, vel in medio cursu rapio, intercipio. *Rufin.* vertens *Orig. Homil. in Genes. 17. n. 5.* Omnem namque praedam quam leo ille contrarius invaserat, prostrato homine et dejecto, hic leo interripuit.

INTERRĪTĔ. Adverb. ab *interritus*; intrepide. *Capell. 1. p. 7.* Dum sola *(Virtus)* cunctos interrite transmearet.

INTERRĪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *territus*; non territus, imperterritus, intrepidus; *intrepido, imperterrito. Virg. 11. Aen. 737.* spectatque interrita pugnas. *Quintil. 1. 3. 4.* Haec vultu interrito, nulla tardati verecundia, proferunt. *Ovid. 5. Met. 506.* nec adhuc interrita vultu. *Tacit. 1. Ann. 64.* Secundarum ambiguarumque rerum sciens: eoque interritus. *Vellei. 2. 70.* Cervicem interritus praebuit. *Gell. 19. 1.* Scire cupiens, quo statu animi, et an interritus intrepidusque esset. *Quintil. 5. 7. 11.* Plus deprehensi nocent, quam firmi et interriti profuissent. *Senec. ep. 41.* Homo interritus periculis, intactus cupiditatibus. — Cum genitivo. *Ovid. 10. Met. 616.* et mens interrita leti.

INTERRĪVĀTĬO, ōnis, f. Abstractum ab *interrivatus*; derivatio aquarum inter duo loca. *Capell. 6. p. 213.* Quas angustias Hellespontum dicunt: verum haec angustiora quadam interrivatione per octoginta sex millia distenduntur.

INTERRĪVĀTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *rivo*, participiorum more effictum; inter duo loca derivatus. *Capell. 6. p. 191.* Quae tamen immenso, quo cingitur illa profundo, interrivata marmore tellus erat.

INTERRŎGĀMENTUM, i, n. Verbale ab *interrogo*, syllabica adiectione productum, idem ac interrogatio. *Gloss. Philox.* Interrogamentum; πύσις.

INTERRŎGĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interrogo*; actus interrogandi, percontatio; *interrogazione, dimanda. Quintil. 8. 5. 5.* Sententia per interrogationem. Et *5. 7. 5.* Contra testes duplici acie configitur, actionum, et interrogationum. Et *ibid. ante med.* Interrogationi instare; *persistere nell' interrogare.* Et *6. 3. ante med.* Instare interrogatione; *insistere interrogando.* — **B)** Speciatim apud Rhetores

II. *Interrogatio* est figura sententiarum, cum non simpliciter sciscitandi gratia quidpiam interrogamus, sed instandi et urgendi. *Quintil. 9. 2. 15.* et *3.* V. INTERROGATUS §. 4. — **C)** Quia veteres Dialectici saepe per interrogationem et responsionem argumenta disponebant: rogabant enim aliquid, quo admisso conficeretur id, quod argumentatione probare conabantur (quo de re *Gell. 16. 2.*): hinc aliquando *interrogatio* argumentum significat, licet interrogando non efferatur; *argomento, sillogismo. Cic. Fat. 12. extr.* Si fatum tibi est ex hoc morbo non convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non, non convalesces. Medicum ergo adhibere nihil attinet. Recte genus hoc interrogationis ignavum ac iners nominatum est. *Senec. ep. 87. ante med.* Volo paucissimas interrogationes nostrorum tibi reddere: Quod bonum est, bonos facit: fortuita bonum non faciunt: ergo non sunt bona. Adde *ibid. ad fin.* et *ep. 82., 85.* et *88.* et *2. Quaest. nat. 37.* V. INTERROGO §. 2. — Huc spectat et *Hilar. 12. Trinit. 19.* Sophisma syllogisticae interrogationis. — **D)** Item speciatim apud ICtos

III. *Interrogatio* est quaestio, inquisitio; *esame. Martian. Dig. 48. 8. 6.* Cum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis et receptoribus, et interrogationes litteris inclusas atque obsignatas ad cognitionem magistratus mittant. *Tacit. 6. Ann. 47.* Interrogatio testium. — **E)** Huc spectant *Vulg. Interpr. Sap. 1. 9.* In cogitationibus enim impii interrogatio erit; h. e. inquiret in illas Deus. *Id. Eccli. 16. 22.* Longe enim est testamentum a quibusdam et interrogatio omnium in consummatione est; h. e. cum articulus mortis et iudicii advenerit. Adde *Sap. 4. 6.* — *Id. 1. Petr. 3. 21.* Salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio in Deum; h. e. per conscientiam probatam coram Deo. — **F)** Item stipulatio, quia et haec per interrogationem fit. *Senec. 3. Benef. 15.* Ille per tabulas plurium nomina, interpositis parariis, facit: ille non est interrogatione contentus, nisi reum *(al. minus recte* rem) manu sua tenuit. V. STIPULATIO.

Nota. « Inter *percunctationem* et *interrogationem* Augustinus hoc interesse existimat dicens: quod ad percunctationem multa responderi soleant, veluti quid est hoc, aut illud? ut respondeantur diversa, vel varia. Ad interrogationem non multa respondentur, sed aut non, aut etiam pronuntiabitur. Veluti factum dictumve est? Verum aut falsum est? Respondetur: aut non, aut etiam. » Haec *Isid. 1. Differ. n. 452.*

INTERROGĀTĪVĒ. Adverb. ab *interrogativus*; per interrogationem; *interrogando. Ascon. in 3. Verr. 56.* Hucusque interrogative pronunciandum est: et contra responsive, *omnes reiecti sunt.* Adde *42., Priscian.* loc. cit. in v. COMPROBATIVE, et *Lactant.* ad *Stat. 10. Theb. 254.*

INTERROGĀTĪUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. ab *interrogatio*; brevis interrogatio; *interrogazioncella*: item breve argumentum, ut in INTERROGATIO §. 3. dictum est. *Cic. procem. Parad.* Minutis interrogatiunculis, et quasi punctis, quod proposuit, efficit. *Senec. ep. 82. sub fin.* Verba mihi captiosa componis, et interrogatiunculas nectis.

INTERRŎGĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *interrogo*; ad interrogandum pertinens, interrogationem continens; *interrogativo. Prisc. 17. p. 1059. Putsch.* Adverbia quo, ubi, unde, qua, et quando possunt et interrogativa, et relativa, et infinita esse. *Diomed. 2. p. 432.* Interrogativa particula. *Priscian. 6. p. 1032. Ne* coniunctio nec interrogativa, nec dubitativa, sed confirmativa. *Isid. 2. Orig. 21. 19.* Sententiae interrogativae. — **B)** Absolute, substantivorum more,

INTERROGATIVUS, i, m. Est membrum orationis per interrogationem dispositum. *Salvian. ep. 4. ante med.* Parentes carissimi, interrogativos, quaesumus, liceat *(scilicet* facere).

INTERRŎGĀTOR, ōris, m. Verbale ab *interrogo*; qui interrogat; *interrogatore. Ulp. Dig. 11. 1. 11. circa med.* An obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem.

INTERRŎGĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *interrogo*; ad interrogandum pertinens, interrogativus; *interrogativo, interrogatorio. Callistrat. Dig. 11. 1. 1.* Interrogatoriae actiones. *Tertull. 2. advers. Marcion. 25.* Interrogatorio sono legendum est.

INTERRŎGĀTUM, i, n. V. voc. seq. §. 3. et 4.

INTERRŎGĀTUS, a, um. Particip. verbi *interrogo*, adiectivorum more etiam adhibitum; quaesitus, rogatus; *interrogato, ricercato. Cic. 2. Orat. 84.* A Philippo interrogatus, quid latraret? furem se videre respondit. *Suet. Tib. 71.* Miles interrogatus testimonium; *ricercato di far testimonianza. Vellei. 2. 55.* Paene inter ultimos interrogatus sententiam; *ricercato del suo parere.* Sic *Tacit. 2. Hist. 53.* Interrogatus causam digressus. *Accusat. his locis est Graecorum more.* Et *72.* Interrogatus quienam mortalium esset. *Id. 12. Ann. 22.* Interrogatum Apollinis simulacrum super nuptiis imperatoris. *Suet. Caes. 74. extr.* Interrogatus, cur etc. Et *Aug. 54.* Interrogatus, an etc. — **B)** Item inquisitus, accusatus; *accusato, inquisito. Sall. Cat. 18.* Legibus ambitus interrogati, poenas dederant. Adde *32.* et *Vellei. 2. 13.* et V. vocem sequent. §. 4. et 5. — **B)** Absolute, substantivorum more,

INTERROGATUM, i, n. Est res interrogata. *Cic. Orat. 40.* Ut interrogando urgeat, ut rogans, quasi ad interrogata, sibi ipse respondeat. *Paul. Dig. 45. 1. 83. §. 2.* et *Calus, ibid. 141. §. 3.* Respondere ad interrogatum. — **A)** Item *interrogatum* est etiam figura rhetorica, eadem quae interrogatio, apud *Aquil. de figur. sentent. et eleg. 11.* Ἐρώτημα, interrogatum. Eo utimur, ubi exercitando aliquid interrogamus, etc. V. INTERROGATIO §. 2.

INTERROGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *rogo*. — **b)** Particip. *interrogans §. 1.*, *interrogandus §. 1.*, *interrogatus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *interrogamentum, interrogatio, interrogative, interrogatiuncula, interrogativus, interrogator, interrogatorius.*

INTERROGO proprie est aliquid ab aliquo percontor, sciscitor, quaero, rogo; *interrogare, ricercare, dimandare. Plaut. Merc. 1. 2. 70.* Hoc quod te interrogo, responde. *Cic. Partit. 4.* Ut tu me Graece soles ordine interrogare, sic ego te vicissim eisdem de rebus Latine interrogem. *Id. 2. Q. Fr. 3.* Interrogabat suos, quis esset, qui etc. *Id. 1. Catil. 3. extr.* Interrogas me, num, etc. *Nep. Iphicr. in fin.*

Digitized by Google

Cum interrogaretur, utrum etc. *Cass. 3. B. C. 71. extr.* Magna verborum contumelia *(eos)* interrogans, solerent ne etc. *Plaut. Curc. 2. 3. 61.* Me interrogat, ecquem trapezitam noverim? *Id. Poen. 5. 4. 20.* Censetis, hominem interrogem, Meus servus si ad eum venerit, nec ne? *Suet. Vesp. 25.* Interrogavit, quanti calceasset. *Id. Ner. 49.* Interrogavit, quale id genus poenae esset. Et *Caes. 21.* et *Liv. 45. 25.* Interrogare sententias; h. e. petere a senatoribus, ut in senatu, quid sentiant, expromant. Quo sensu absolute *Plin. Paneg. 76.* Quis antea loqui, quis hiscere audebat, praeter miseros illos, qui primi interrogabantur? *Id. 1. ep. 5. ante med.* Interrogare testes in reos; *examinare. Id. Paneg. 41.* Interrogandus videris, satisne etc. — **β)** Speciatim apud Rhetores

II. *Interrogo* sumitur pro argumentari; *argomentare, disputare* (V. INTERROGATIO §. 3.). *Senec. ep. 87. ad fin.* Posidonius sic interrogandum ait: Quae neque magnitudinem animo dant, nec securitatem, non sunt bona: divitiae nihil horum faciunt: ergo non sunt bona. — **γ)** Item apud Grammaticos *interrogandi casus*, est genitivus. *Nigid.* apud *Gell. 15. 25.* et ipse *Gell. 20. 6.* — **δ)** Item apud ICtos saepius

III. *Interrogo* verbum est iudiciale et sumitur pro accusare, inquirere in aliquem; *inquerire, accusare. Liv. 38. 50.* Neminem civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non possit. *Cic. Dom. 29.* Quis me unquam ulla lege interrogavit? quis postulavit? quis diem dixit? *Tacit. 13. Ann. 14.* Pepigerat Pallas, ne cuius facti in praeteritum interrogaretur. Et *14. ibid. 46.* Damnatus Priscus repetundarum, Bithynis interrogantibus. — Formulam hoc modo interrogandi habes apud *Liv. 8. 33.* — **ε)** Huc spectat *Vulg. Interpr. Sap. 2. 19.* Contumelia et tormento interrogemus eum. Et *6. 4.* Deus interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur. *Id. Ps. 10. 5.* Palpebrae eius interrogant filios hominum. — *Id. Eccli. 23. 11.* Sicut enim servus interrogatus assidue, a livore non minuitur; sic omnis iurans, et nominans, in toto a peccato non purgabitur.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae, addito ablat. et praepos. *de*, vel alio accusativo rei, pro quo adhibetur et coniunctivus cum particulis *num, utrum, quis* et similibus, cum quibus et absolute aliquando usurpatur. Item cum ablativo instrumenti vel modi. Cf. et INTERROGATUS.

INTERRUMPO, umpis, ūpi, uptum, umpĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *rumpo*. V. RUMPO. — **b)** Tmesis est in illo *Lucret. 5. 288.* et radios inter quasi rumpere lucis. — Item eadem ratione *interrupta* apud *Eund. 5. 500.* Nec loca lux inter quasi rupta relinquit. — **c)** Particip. *interrumpens* §. 2., *interrumpendus* §. 2., *interruptus*, v. suo loco. — **d)** Derivata, *interrupte, interruptio, interruptor*.

INTERRUMPO proprie est in medio rumpo, divido, abrumpo; *rompere a mezzo. Cic. 2. Nat. D. 45.* Contingere idem terrae necesse est, ut omnibus eius partibus in medium vergentibus, nihil interrumpat, quo labefactari possit. *Caes. 1. B. C. 48.* et *Liv. 2. 10.* Pontes ambos, quos Fabius fecerat, uno die interrupit. *Vulg. Interpr. 4. Reg. 14. 13.* Interrumpere murum. *Id. Ps. 77. 15.* mare. *Id. ibid. 13.* petram. — **β)** Translate est interpellare, dirimere; *disturbare, interrompere. Caes. 3. B. C. 19.* Quorum mediam orationem interrumpunt undique subito tela immissa. *Cic. 4. Att. 2.* Occupatio nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, et officii mei. *Colum. 11. 2. ante med.* et *Tacit. 2. Hist. 27.* Ordinem coeptum interrumpere. *Plin. 28. 14. 5.* somnos. *Plaut. Trin. 5. 2. 25.* sermonem. *Ovid. 11. Met. 420.* Singultuque pias interrumpente querelas. *Caius, Dig. 41. 3. 3.* Interrumpitur possessio, cum quis de possessione deiicitur. *Curt. 5. 1.* Interrumpendae sunt res Asiae.

INTERRUPTĒ. Adverb. ab *interruptus;* incise, divise; *interrottamente. Cic. 2. Orat. 80. extr.* Si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur.

INTERRUPTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interrumpo;* actus interrumpendi; *interrompimento. Dig. 41. 3. 2.* Usurpatio est usucapionis interruptio. *Inscr.* apud *Orelli, n. 862.* Via ad pontem aquarum interruptione et latrocinilis restituta. Adde *Vulg. Interpr. 2. Esdr. 6. 4.* — **β)** Metonymice pro ipsa re interrupta. *Id. Isai. 30. 13.* Erit vobis iniquitas haec, sicut interruptio cadens, etc. — **γ)** Est hoc nomine figura rhetorica. *Quintil. 9. 2. circa med.* Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant. — **δ)** Item figura eadem, quae parenthesis. *Iul. Rufinian. de Schem. lex. 12.* V. PARENTHESIS.

INTERRUPTOR, ōris, m. Verbale ab *interrumpo;* qui interrumpit; *interruttore. Gloss. Philox.* Interruptor; διαῤῥηκτής.

INTERRUPTUS, a, um. Particip. verbi *interrumpo* (quod V. §. b.), adiectivorum more etiam adhibitum; abruptus, dieremptus; *rotto a mezzo, tagliato. Sisenn.* apud *Non. 4. 157.* Cohors una, qua murus erat interruptus, evasit. *Caes. 7. B. G. 34.* et *Tacit. 5. Hist. 70.* Interrupti fluminum pontes. *Tacit. 3. Ann. 31.* Itinera interrupta et impervia. *Id. 16. ibid. 15.* Venae, quamquam interruptae, parum sanguinis effundebant. *Cic. Somn. Scip. 6.* Hos qui incolunt terram, interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit. *separati, distanti:* dissiti. *Virg. 9. Aen. 259.* Interrupti ignes; h. e. rari, nec totis castris continuati. *Plin. 6. 17. 1.* Interruptis angusto transitu iugis; *separati, divisi.* — **β)** Translate, intermissus; *interrotto. Cic. 3. Fam. 8.* Multa varietate temporum interruptum officium cumulate reddidi. *Id. 13. ibid. 14.* Amicitia, quae longis intervallis temporum interruptam consuetudinem habuit. Et *Cael. 24.* Interruptis atque morientibus vocibus significabat, quanta impenderet procella urbi. *Virg. 4. Aen. 88.* Pendent opera interrupta. *Quintil. 11. 1. ad fin.* Interruptus actionis impetus. Et *9. 2. a med.* Interrupta silentio dictio. *Tacit. 2. Hist. 41.* Interruptus sermo. Et *1. Ann. 25.* Interruptos tumultus; h. e. tantisper sedatus. — **γ)** Absolute, substantivorum more,

INTERRUPTA, ōrum, n. Sunt res interruptae. *Vulg. Interpr. 4. Reg. 22. 6.* Et caementariis et iis, qui interrupta componunt. *Id. 2. Esdr. 4. 7.* Cum audisset Sanaballat . . . quod coepissent interrupta concludi, irati sunt nimis. — **δ)** Translate. *Cic. 1. Leg. 3.* Neque tam facile interrupta contexo, quam absolvo instituta.

INTERSCALMĬUM, ii, n. Abstractum ab *inter* et *scalmus*, quo significatur spatium illud in navi, quod est inter duos scalmos. *Vitruv. 1. 2.*

INTERSCALPTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *scalptus;* in medio scalptus. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *3. 38.* Quod una de gemma scalptum templum, indidemque columnas cerneret interscalptas.

INTERSCĂPĬLĬUM. } V. INTERSCAPULIUM §. a.
INTERSCAPLĬUM. }

INTERSCĂPŬLAE. V. INTERSCAPULUS.

INTERSCĂPULĬUM, ii, n. Abstractum ab *inter* et *scapulo*, quod in MSS. et editis libris mire iam antiquitus depravatum est in *interscapillium* et *interscapulum;* quae fere ubique leguntur, vera lectione posthabita, quae unice ex analogia defendi potest, auctore *Hildebr.* ad *Apul. Florid. n. 14.*, quaeque iam habebatur in *Not. Tir. p. 128.* a interscapulium. b Cf. tamen INTERSCAPULUS, a quo defendi posset etiam *interscapulum* absolute positum. — Exinde et *interscapilium* pro syncopen probari potest apud *Hilar. Tract. in Ps. 67.* a. *13.* — Porro

INTERSCAPULIUM *sive* Interscapilium, *vel* Interscapulum, significat spatium illud in dorso, quod inter scapulas est. *Apul. Florid. n. 14.* Cum interscapilium Crates retexisset, quod erat aucto gibbere. *Hildebr.* emendat *interscapulium. Cael. Aurel. 1. Tard. 4.* Cucurbitulae apponendae stomacho atque thoraci, et interscapulis atque praecordiis. *Gloss. Lat. Gr.* Intercapulum *(lege* Interscapulum); μετάφρενον. *Hygin. 3. P. Astron. 1.* Arctos habet stellam in summo interscapilio unam. Adde *ibid. 29.* et *segg.* — *Hilar. loc. cit.* Posteriora itaque dorsi, quae interscaplia, τὰ μετάφρενα, magis Graecus sermo significat, etc.

INTERSCĂPŬLUM. V. voc. praeced.

INTERSCĂPŬLUS, a, um. Adiect. ab *interscapulium;* qui inter scapulas est. *Cael. Aurel. 1. Tard. 4. ante med.* Atque omnes interscapulas partes cum stomacho, usque ad locum, quo discernitur venter, quem diaphragma vocant, simili curatione laxamus. — Absolute. *Id. mox.* Nunc stomachus, nunc vesica, nunc interscapulae releventur. V. voc. praeced. §. a.

INTERSCĂTENS, entis, omn. gen. Adiect. ab *inter* et *scatens*, participiorum more effictum; in medio scatens. *Auct. Itinar. Alex. M. 51.* V. loc. in INTERLOQUOR §. 4.

INTERSCINDO, indis, īdi, issum, indĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *scindo;* medium discindo, sive abrumpo, divido; *rompere, o tagliare per mezzo. Cic. 2. Leg. 4.* A tergoque pontem interscindi iubet. *Caes. 7. B. G. 24. extr.* Alii turres reducerent, aggeremque interscinderent. *Hirt. 8. B. G. 43.* Opera flamma comprehensa partim restinguunt, partim interscindunt. *Liv. 28. 7.* Chalcis arcto interscinditur freto; h. e. separatur, dirimitur. *Tacit. 15. Ann. 53.* Brachiorum venas Torquatus interscidit. *Senec. 3. Quaest. nat. 11.* Saepe ruina interscindit aquas; h. e. fontium iter interrumpit. — **β)** Translate. *Gell. 12. 1. ad fin.* Vinculum illud animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt. *Senec. ep. 72. circa med.* Imperfectis adhuc interscinditur laetitia: sapienti vero contexitur gaudium: nulla rumpitur causa.

INTERSCRĪBO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *scribo*. — Particip. *interscribens* §. 2. — Proprie est in medio scribo, inter versus scribo, interpono, intersero: *scrivere di mezzo. Plin. 7. ep. 9.* Multa retinere, plura transire, alia interscribere, alia rescribere. — **β)** Translate. *Solin. 33. circa med. de phoenice.* In cauda roseis pennis caeruleus interscribitur nitor; h. e. intermiscetur. *Id. 5. ad fin. de achate lapide.* Quippe interscribentes cum venae naturalibus sic notant for-

Digitized by Google

mis, ut varias praeferat rerum imagines; *h. e.* intercurrentes et distinguentes.

INTERSĔCĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *intersĕco;* intersectus, divisus. In agris *intersecīvi terminī* sunt, qui interciduntur montibus, vel alio soli genere, quod culturam non patitur. *Frontin. de colon. p. 112. 119.* et *125. Goësii. Al.* intercisivus *leg.* quod est ab *intercīdo*, eodem sensu. — Hinc *Boëth. 2. Geom. p. 1250.* Agros convallium iure ordinario disposuimus, quos intercisivos nominavimus.

INTERSĔCO, cas, cui, ctum, cāre. Verbum transitiv. ab *inter* et *seco*, cuius variationes sequitur. V. SECO. — **b)** Particip. *intersecans* §. 1., *intersectus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *intersecīvus*, *intersectio*.

INTERSECO proprie est per medium seco, in partes seco; *tagliare per mezzo*. *Ammian. 29. sub fin.* Tiberis media intersecans moenia. — **2)** Translate. *Auct. ad Herenn. 5. 14.* Ut ipsa pronunciatione res ipsas, quas demonstravimus, inserere, aut intersecare videamur in animis auditorum. *Alii aliter leg.*

INTERSECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intersĕco;* actus intersecandi; *intersecazione*. *Vitruv. 3. 5. a med.* intersectio, quae Graece μετοχὴ dicitur, sic est dividenda, etc.; *h. e.* spatium inter denticulos, qui sunt supra zophorum.

INTERSECTUS, a, um. Particip. verbi *intersĕco;* sectus per medium. *Stat. 5. Silv. 5. 9.* Non intersectas commenta retexere telas.

INTERSĒMĬNĀTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *seminātus*, participiorum more effictum; in medio, vel per intervalla seminatus. *Apul. Apol.* Remedia sane sunt plurima in omnibus rebus naturae munere interspersa atque interseminata.

INTERSĒPĪO, pis, psi, ptum, pīre. Verbum transitiv. ab *inter* et *sepio*. — Particip. *intersepiens* §. 1., *interseptus*, V. suo loco. — Proprie est sepibus quibusdam intercludo: et generatim intercludo, munio; *tramezzare, barricare, chiudere*. *Cic. 1. Tusc. 20.* Foramina illa, quae patent ad animum a corpore, terrenis concretisque corporibus sunt intersepta quodammodo. *Liv. 25. 11.* Intersepire urbem vallo. *Id. 34. 40.* Nunc proeliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quaedam, ne exitus ad fugam esset. *Ammian. 14. 2. 4.* Intersepientes itinera. — *Nazar. Paneg. Constantin. Aug. 32.* Ut fistulae, quum diu interseptae sunt, exitu dato, quo largiores, eo crassiores aquas evomunt, sic etc. — **2)** Translate. *Liv. 1. 27. a med.* Id factum magnae parti peditum Romanorum conspectum abeuntis exercitus intersepsit; *tolse, impedì la vista*.

INTERSEPTUM, i, n. V. voc. seq. §. 3. et 4.

INTERSEPTUS, a, um. Particip. verbi *intersepio;* munitus, cinctus. *Tacit. 5. Hist. 21.* Legio densis arbustis intersepta. — **2)** Translate, intercluso; *tramezzato, chiuso, serrato*. *Cic. Balb. 18.* Ne intersepium sit his iter perpetuo ad hoc amplissimum praemium civitatis. *Tacit. 5. Hist. 33.* Intersepta Germanorum auxilia; *serrati fuori, arrestati a mezza strada*. — *Rubr. fragm. Bell. Act. col. 6. v. 7.* Intersepta anima. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INTERSEPTUM, i, n. Est idem ac diaphragma. *Gloss. Philox.* Interseptum; διάφραγμα. — **4)** *Intersepta* plur. num. Sunt divisiones limitum. *Auson. Grat. act. 37.* Tu, Gratiane, tot imperii Romani limites, tot flumina et lacus, tot veterum intersepta regnorum ab usque Thracia per totum, quam longum est, Illyrici latus, Venetias, Liguriamque, et Galliam veterem, inseparabilia Rhaetiae, Rheni accolas, Sequanorum invia, porrecta Germaniae coleriore transcursu, quam est properatio nostri sermonis, evolvis.

INTERSĔRO, sĕris, sēvi, sĭtum, sĕrĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *sero, seris, sevi*, cuius variationes sequitur. V. SERO. — **b)** In quibusdam tamen confundi potest cum *intersĕro, sĕrŭi, sertum*. Cf. infra §. 2. et V. INTERSERTIO. — Sic et particip. *intersĭtus* potest esse etiam ab inusit. *intersĭno, nam a sĭno, sĭtus;* quum a *sero, satus*. Cf. INTERSITUS §. 2. — **c)** Particip. *interserens* §. 2., *interserendus* §. 1., *intersĭtus*, V. suo loco.

INTERSERO proprie est inter aliqua sero; *piantare, o seminare tra mezzo*. *Colum. 3. 9. a med.* Quemnam igitur existimas vitium numerum interseri posse duorum ingerum malleolis? Et *16.* Malleolus ordinariis vitibus interserendus est. *Pallad. 1. 41.* Serrulae manubriatae, quibus facile est, quod per serram fieri non potest, resecando tranco arboris, aut vitis interseri; *incalmarsi*. — **2)** Translate est interponere, intermiscere, interlicere; *frapporre, frammettere:* quo sensu posset etiam explicari a *sero, serui*. Cf. supra §. b. *Nep. Milt. 4.* Causam interserens, se hostem esse Atheniensibus. *Ovid. 10. Met. 559.* mediis interserit oscula verbis. *Pallad. 9. 11.* Si so vallis interserat. *Stat. 6. Theb. 781.* et manibus necopinum interserit ictum; *h. e.* inter manus ictum cavendo plagam infligit. *Primas.* in *Apocal. 5. 12.* Neque ibi videntur fortasse Christi nec sonare, nec significari mysteria; ad hoc interseruntur, ex quibus omnis scripturae illius series dicendi instrumento consurgens aptius construatur, sicut in organo.

INTERSERTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intersĕro, sĕrui* (V. INTERSERO, is, §. b.), actus interserendi. — Recensetur inter figuras rhetoricas, Graece ἐπιπαύσμενον dicta, ab *Incerto Auct.* in *Carm. de fig. 75.* ed. *Halm.* Intersertio, cum inseritur sententia quaedam.

INTERSIGNĬUM, ii, m. Abstractum ab *inter* et *signum*, quo significatur spatium, quod est inter unum et aliud signum. — Afferunt quidam hanc vocem ex *Solino*, loco tamen non indicato, in *Plin. Exerc. p. 460.*

INTERSISTO, sistis, stĭti, stĭtum, sistĕre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *sisto*, cuius variationes sequitur. V. SISTO. — Proprie est in medio immoror; *fermarsi a mezzo*. — Translate. *Quintil. 8. 3. 48.* Intersistere nos indecentissime cogit; *h. e.* in medio sermone consistere. Et *9. 4. ante med.* Vocalium concursu hiat, et intersistit, et quasi laborat oratio. — **2)** Passive impersonaliter. *Id. ibid.* Longae syllabae aliquid etiam medii temporis inter vocales, quasi intersistatur, assumunt. Et *post med.* Ubi cursus orationis exigitur, et clausulis non intersistitur.

INTERSĬTUS, a, um. Particip. verbi *intersĕro;* inter aliqua satus; *piantato in mezzo*. *Colum. 3. 15. a med.* Eaque contegantur intersitis buxeis, aut myrteis fructibus. *Lucret. 5. 1376.* pomis intersita dulcibus. *Auct. Itiner. Alex. M. 78.* Intersitus parvis arboribus. — **2)** Translate, interpositus; *frapposto*. Cf. INTERSERO §. b. *Plin. 9. 17. 2.* Nullis ossibus spinisve intersitis, carne praedulci. *Plin. alter, 5. ep. 19.* Habet multum incunditatis soli caelique mutatio, ipsaque illa peregrinatio intersita. *Gell. 2. 22. ante med.* Quatuor venti intersiti inter primores duos. *C. Aelius Gallus* apud *Eund. 16. 5.* Ianua procul via est, area vacuti intersita. *Claud. Mamert. 2. Stat. anim. 12. 4.* Intersitus aër.

INTERSŎNO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *sono;* in medio sono. *Stat. 5. Theb. 544.* mediis intersonat Orpheus Remigiis. — **2)** Translate. *Cassian. 2. Instit. 10.* Non excreatio obstrepit, non tussis intersonat.

INTERSPERSUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *sparsus*, mutata euphoniae gratia a littera in *e;* sparsus per intervalla. *Apul. 5. Met.* Interspersus rara canitie. V. INTERSEMINATUS.

INTERSPĪRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interspīro;* actus interspirandi; *respiro, il respirare*. *Cic. 3. Orat. 44.* Interspirationis enim, non defatigationis nostrae, neque liberariorum notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt. *Plin. 23. 18. 1.* Mustum raptim et sine interspiratione potum.

INTERSPĪRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *spīro;* de medio, seu per medium spiro; *traspirare*. *Cato, RR. 112.* Operculum imponito, relinquito, qua interspiret.

INTERSTERNO, sternis, strāvi, strātum, sternĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *sterno*, idem quod insterno. *Onom. Lat. Gr.* Interstruo; διαστρώννυμι. V. INTERSTRATUS.

INTERSTES, ĭtis, omn. gen. Adiect. verbale ab *intersto;* interiectus, interpositus, medius. *Tertull. 4. advers. Marcion. 35. ad fin.* Desierunt vetera, et coeperunt nova, interstite Ioanne.

INTERSTINCTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interstinguo;* distinctio, divisio. *Arnob. 6. p. 191.* Sidereos evomunt variata interstinctione fulgores. *Alii leg.* interstitione.

INTERSTINCTUS, a, um. Particip. verbi *interstinguo;* distinctus, divisus. *Stat. 5. Silv. 5. 90.* Spatia interstincta columnis. *Tacit. 4. Ann. 57.* Ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta; *segnata*. *Plin. 37. 54. 4.* Candor interstinctus coloribus. Et *56. 13. 2.* Lapis interstinctus aureis guttis. *Est qui* interstinctus *hoc loco malit. Quidam etiam* intercinctus. — **2)** Deinde *interstinctus* est etiam extinctus. *Capell. 9. §. 915.* nivalibusque interstinctus aquis triumphat ardor. *Alii tamen rectius* inrestinctus *leg.* et ita sensus videtur expostulare. V. IRRESTINCTUS.

INTERSTINGUO, inguis, inxi, inctum, inguĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *stinguo*. — Particip. *interstinctus*, V. suo loco. — Proprie est penitus exstinguere; *estinguere totalmente*. Nam propositio *inter* hic vim habet φθαρτικήν; idest corruptivam, ut *interficio, interimo*. *Lucret. 5. 760.* Quae faciunt ignes interstingui atque perire. — **2)** Translate pro interficere. *Apul. 4. Met.* Iamque protinus oblitis faucibus interstinguere eam debuisset. — **3)** Deinde

II. *Interstinguo* est etiam distinguo, separo, divido. V. INTERSTINCTUS §. 1. et INTERSTINCTIO.

INTERSTĬTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intersisto;* intervallum, cessatio, vacatio; *cessazione, vacanza, intervallo*. *Gell. 20. 1. a med.* Velut quoddam institium; idest iuris inter reos quasi interstitionem quandam et cessationem. *Id. praef.* Quando animus eorum, interstitione aliqua negotiorum data, laxari indulgerique potuisset! *Hygin. de limitib. p. 198. Goës.* Interstitione limitari mensuras per strigas et scamna agemus. — **2)** Item discrimen, dissimilitudo. *Arnob. 6. p. 198.* Interstitio fieri quae poterit singulorum, cum qui Iuppiter fuerat, idem possit existimari Mars esse?

Digitized by Google

INTERSTĬTĬUM, ii, n. Verbale ab *interstito;* distantia, spatium, intervallum, quod inter aliqua interiectum est; *spazio, distanza, interstizio*. *Macrob. 1. Somn. Scip. 6.* Ex quatuor elementis, et tribus eorum interstitiis absolutionem corporum constare. — **2)** Dicitur etiam de spatio seu intervallo temporis. *Tacit. 3. Ann. 4.* Dandum interstitium poenitentiae. *Al. aliter leg. Capell. 6. p. 195.* Quantum interstitii dies habet, cum caeli culmine sol elatus illustrat, tantum spatii longior nox, cum sol in brumam decidens repraesentat. *Id. ibid. paulo ante*. Aequinoctialis temporis interstitia. — **3)** Hinc apud Scriptores Ecclesiasticos dicitur tempus, quod intercedere debet, priusquam ab uno ordine ad alium quis assumatur. *Gelas. pap. decret. 2.* apud *Dionys. Exig. p. 505. Migne*.

INTERSTO, stas, stĕti, stāre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *sto;* inter aliqua sto, seu intercedo; *stare in mezzo*. *Ammian. 22. 11.* Cum tempus interstetisset exiguum. — *Avien. Perieg. 849. de Tauro monte*. Interstatque iugo mediam; *sott.* Asiam: hic accusativus regitur a praepos. *inter*, quae inest in ipso verbo.

INTERSTRĀTUS, a, um. Particip. verbi *intersterno;* inter aliqua stratus. *Plin. 29. 2. 5.* Assulis taedae subiectis, et subinde interstratis. *Justin. 1. 2.* Murum urbi cocto latere circumdedit, arenae vice bitumine interstrato.

INTERSTRĔPO (et *aliquando* inter strepo), is, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more quoque adhibitum ab *inter* et *strepo*. — Particip. *interstrepens* §. *1.* — Proprie est strepitum inter alios, vel inter rem aliquam emittere; *fare strepito in mezzo agli altri. Claudian. 2. in Rufin. 305.* mediis Nereus interstrepat undis. *Paulin. Nolan. ep. 32.* (al. *12.*) *n. 24.* interstrepens malleus. — **2)** Translate. *Boëth. in Aristot. lib. de Interpr. ed. sec. 2. p. 458. Migne*. Hoc loco Aspasius inconvenienter interstrepit. — *Virg. 9. Ecl. 35.* Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, sed argutos interstrepere anser olores. *Rectius tamen* inter strepere *divisim scripseris*, ut accusat. sit rectus a praepos. *inter*. — **3)** Transitivorum more,

II. *Interstrepo* est aliquid inconditum voce emitto. *Ambros. ep. 11. n. 3.* Non aliena ab officio et nomine sacerdotis interstrepat. Adde *de Excess. Satyr. 2. n. 110.*

INTERSTRINGO, ingis, inxi, ictum, ingĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *stringo*, idem quod stringo, comprimo, interprimo; *stringere*. *Plaut. Aul. 4. 4. 31.* Ibo intro, atque illi tuo socienno iam interstringam gulam. — *Gloss. Arab. Lat.* Interstringo, interpono.

INTERSTRŬO, uis, uxi, uctum, uĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *struo;* simul inter se struo. *Sil. 10. 149.* Telesinus, ad ossa illiso saxo, qua spina interstruit artus, Occumbit; *idest* ubi spina, quae est in medio dorso, artus connectit. *Tertull. 4. advers. Marcion. 39. a med.* Nullam hic poteris interstruere distinctionem; *h. e.* interponere. *Id. Cor. mil. 10.* Illam interstruximus distinctionem.

INTERSUM, interes, interfui. Verbum intransitiv. ab *inter* et *sum*, anomalon. V. sum. — **b)** Dividitur per tmesin in illo *Arnob. 7. p. 255.* Bellicas res amat, interque esse desiderat pugnis. — *Epigr.* in *Anthol. Lat. n. 556. Meyer.* Iustis inter videt esse catervis. — **c)** Particip. *interfuturus* §. *4.* et *5.*

INTERSUM proprie est inter aliqua sum, intercedo, medius sum; *esser in mezzo*. *Cic. 5. Catil. 2.* Ut Tiberis inter eos, et pons interesset. *Liv. 22. 4.* Via tantum interest perangusta. *Mela, 3. 5. extr.* Emensosque quae intererant, tandem in Germaniae litora exiisse. *Plin. 6. 35. 11.* Fertilissima regio, quae interest, auri. — **2)** Refertur ad tempus. *Cic. Senect. 17.* Cuius inter primum et sextum consulatum sex et quadraginta anni interfuerunt. — **3)** Translate pro distare; *esser distante*. *Cato, RR. 4.* Clathros interesse oportet pede. — **4)** Hinc frequentius, eodem sensu translato,

II. *Intersum* sumitur pro differre, discrepare; *esser differente*. *Cic. 4. Acad. 17. ad fin.* Ut inter eos ne minimum quidem intersit. Et *mox.* Nihil differat, nihil intersit. *Id. 1. Offic. 4.* Inter hominem et belluam hoc maxime interest, quod etc. *Id. Divin. Verr. 11.* Vide, quantum interfuturum sit inter meam atque tuam accusationem. Et *4. Acad. 15.* In his rebus nihil omnino interest. *Plaut. Bacch. 3. 3. 57.* Triduum non interest aetatis, uter maior sit; *non v'è differenza di tre dì*. Et *Ter. Adelph. 1. 1. 51.* Hoc pater ac dominus interest. τοῦτο πατὴρ καὶ δεσπότης διαφέρει. *Liv. 26. 11. extr.* Tantum id interest venerit ne eo itinere ad urbem, an ab urbe in Campaniam redierit. *Cic. 4. Acad. 13.* Quae visa sunt eiusmodi, ut in iis nihil intersit. — Cum ablativo, et a vel ab praepositione. *Id. ibid. 9.* Qui ille visa, e quibus omnia decreta sunt nata, negant quidquam a falsis interesse. Et *26.* Nullum esse visum verum, a sensu profectum, cui non appositum sit visum aliud, quod ab eo nihil intersit. — Cum dativo. *Horat. Art. P. 231.* Effutire leves indigna tragoedia versus, Ut festis matrona moveri iussa diebus, intererit Satyris paulum pudibunda protervis. — Cum genitivo. *Cic. 5. Att. 19. extr.* Sed plane gaudeo: quoniam τὸ περιεῖναι interest τοῦ φθονεῖν; *h. e.* indignatio differt ab invidentia. — **5)** Praeterea

III. *Intersum* saepe significat adesse; *esser presente, intervenire*. *Cic. 1. Invent. 54.* Perinde illi videatur indignum, ac si ipse interfuerit, ac praesens viderit. *Id. 14. Att. 22.* Quod et plura audis, et interes consiliis. *Id. Rosc. Am. 14.* Hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. *Id. Cluent. 59.* Neque hic in testamento faciendo interfuit. *Id. 9. Att. 5. extr.* Melioris viri putabam, quovis supplicio affici, quam illi crudelitati non solum praesse, verum etiam interesse. *Id. 1. Fam. 6.* Omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam praefuit. *Caes. 3. B. G. 12.* Interesse rebus divinis. Et *7. ibid. 87. extr.* praelio. *Liv. 36. 4.* Interfuturus bello. *Auct. ad Herenn. 1. 9.* Quibus in rebus alicuius forma auctoritas videbitur interfuisse. *Virg. 11. Aen. 62.* Intersintque patris lacrimis. *Suet. Oth. 6.* Etiam sacrificanti interfuit. Adde loca allata supra §. b. — **6)** Dicitur quoque hoc sensu de tempore. *Vellei. 2. 114.* Quisquis illis temporibus interfuit. *Sulpic. Dial. 3. 3.* Cui quidem tempori hic etiam Saturninus interfuit. — **7)** Demum impersonaliter

INTERĔST, erat, fuit, esse. Significat e re est, refert, pertinet; *importare, appartenere;* et construitur cum dativo vel genitivo. *Cic. 2. Q. Fr. 4.* Hoc vehementer interest reipublicae. *Id. 1. Phil. 9.* Quis enim est hodie, cuius intersit istam legem manere? *Id. 4. Fam. 10.* Multum interest rei familiaris tuae, te quamprimum venire. *Id. 10. Att. 4. a med.* Quid illius interest, quoniam in senatum non venis, ubi sis? — Loco genitivi *cuius* potest *cuio* usurpari. V. cuius §. 3. — **8)** Et saepenumero alia particula. *Id. 15. Fam. 10.* In omnibus novis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit. *Cascin. ad Cic. 6. Fam. 7.* Non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur. *Liv. 26. 31. ad fin.* Ea vos rata habeatis, nec magis reipublicae interest, quam mea. *Cic. 16. Fam. 1.* Magni ad honorem nostrum interest, me venire. — **9)** *Mea, tua, nostra interest*, est e re mea, tua, etc. quasi *sit in re mea*, etc. *Id. 16. ibid. 4. a med.* Tua et mea maxime interest, te valere. *Tacit. 1. Hist. 30.* Vestra interest, ne imperatorem pessimi faciant. — **10)** Omittitur in illo *Bruti, 1. ad Brut. 17. a med.* Quid enim nostra, victum esse Antonium, si victus est, ut etc.? — **11)** Habet etiam genitivos pretii, *magni, parvi, tanti*, etc. *Cic. 11. Att. 22. extr.* Illud mea magni interest, te ut videam. *Id. 15. Fam. 10.* Malui facere, quod meus familiaris tanti sua interesse arbitraretur. *Ulp. Dig. 2. 15. 8.* Vel minoris, vel pluris interesse coepit. — **12)** Cum adverbiis quantitatem significantibus. *Cic. Orat. 16.* Si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas, . . . quid tandem in causis etc.? *Id. 12. Fam. 9.* Multum interest, te venire. *Id. 3. ibid. 11.* Ad rem nihil interest. *Id. Sull. 28.* Vestra enim, qui summa integritate vixistis, hoc maxime interest. *Id. Mil. 21.* Semper ille, quantum interesset P. Clodii se perire, cogitabat. *Id. Mur. 2. sub fin.* Ostendam quantum salutis communis intersit, duos consules esse. *Id. 1. ad Brut. 5.* Quantopere intersit, opprimi Dolabellam.

Nota. Constructio verbi utraque ratione, sive personali sive impersonali, colligi potest praesertim ex §§. 4. et 7-12.

INTERTALEO, es, ēre. Verbum transitiv. ab *inter* et *talea;* interseco. *Non. 4. 475.* Taleas scissiones lignorum vel praesegmina Varro dicit de RR. lib. 1. (nam etiam nunc rustica voce intertaliare dicitur dividere vel excindere ramum); ex utraque parte aequabiliter praesum, quas alii clavolas, alii taleas appellant. Ita *Non. Pontedera* vero *Antiqq. Gr. et Lat. p. 154.* putat, verba uncis hic inclusa glossema esse, et ex margine in *Nonii* textum irrepsisse: ergo verbum *intertaleo* perperam Latinitate donatum fuisse.

INTERTEXO, xis, xui, xtum, xĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *texo*. — Particip. *intertextus*, V. suo loco. — Est idem ac texo, contexo, intexo. *Macrob. 1. Somn. Scip. 6.* Fabricator mundanae animae Deus partes eius ex pari et impari intertexuit.

INTERTEXTUS, a, um. Particip. verbi *intertexo;* inter aliqua textus, et aliquid in medio textum habens; *tessuto in mezzo, che ha qualche cosa tessuta di mezzo*. *Quintil. 8. 6. a med.* Neminem deceat intertexta pluribus notis vestis. *Ovid. 6. Met. 128.* Nexilibus flores hederis habet intertextos; *intrecciati*.

INTERTIGNĬUM, ii, n. Abstractum ab *inter* et *tignum*, quo significatur spatium inter tigna, et ornamentum in eo spatio factum. *Vitruv. 4. 2.* Antiqui fabri quodam in loco aedificantes, cum ita ab interioribus parietibus ad extremas partes tigna prominentia habuissent collocata, intertignia struxerunt. Et *ibid. a med.* Quod inter duas ejus est intertignium, id metope apud eos est nominatum. — Figuram *intertignii* habes apud *Rich, Dizion. dell' antich.* sub h. v.

INTERTINCTUS. V. INTERTINCTUS §. 1.

INTERTORNATUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *tornatus;* torno intus factus; *lavorato al torno*. *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 28. 18.* Et facies duo Cherubim aureos intertornata. *Vulgata* nostra *habet* productiles.

INTERTORTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *tortus;* intus tortus. — Legitur a quibusdam apud *Petron. Satyr. 124.* Atque intertorto laceratam pectore vestem. Sed ea lectio valde incerta est. *Bücheler divisim legit* inter torto. V. apud *Eund.* varias lectiones.

Digitized by Google

INTERTRĂHO, trahis, traxi, tractum, trahĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *traho;* plane extrahe, de medio trahe, eripio, aufero; *levar via*. *Inter* hic eam vim habet, quam in *interficio, interimo, interbibo*. *Plaut. Amph. 2. 2. 44.* Nae ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero.

INTERTRĪGĪNŌSUS, a, um. Adiect. ab *intertrigo;* qui intertrigine laborat. *Not. Tir. p. 180.* Intertrigo, intertriginosus. *Perperam hic leg.* intestigo, intestiginosus.

INTERTRĪGO, ginis, f. Dicitur morbus, cum femina sive equitando, sive alia de causa attrita sunt, adusta, excoriata: item cum in genere veterinario pes pedem, ungula ungulam terit; *scorticatura, rosicatura*. *Varr. 5. LL. 36.* Intertrimentum ab eo, quod duo, quae inter se trita, etiam deminuta sunt: a quo etiam intertrigo. *Cato, RR. 162.* Intertrigini remedium, in viam cum ibis, absinthii Pontici surculum sub anulo habeto. *Colum. 6. 32.* Intertrigo bis in die subluitur aqua calida, mox decocto, ac trito sale cum adipe defricatur. Adde *7. 5. Plin. 20. 55. 4.* Intertrigines menta prohibet. Cf. voc. seq. *init.* et INTRIGO.

INTERTRĪMENTUM, i, n. Nomen ab *inter* et *tero*, quo significatur detrimentum, sive deminutio ex re detrita, aut absumpta; *logoramento, scapito, danno*. V. locum *Varronis* in voce praeced. *Liv. 34. 7.* In purpura, quae teritur absumiturque, aliquam cautam tenacitatis video: in auro vero, in quo, praeter manus pretium, nihil intertrimenti fit, quae malignitas est? *Id. 32. 2.* Id argentum, quia, probum non esse, quaestores renunciaverant, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romae mutua sumpta intertrimentum argenti supplevernnt. *Scaevola, Dig. 13. 7. 43. §. 1.* Intertrimentum culleorum. — **B)** Item universim iactura, damnum. *Cic. 3. Verr. 50. sub fin.* Is pupilli tutor erat, cum eo, sine ullo intertrimento, convenerat iam, quemadmodum traderetur. Ubi *Ascon.* Detrimentum vel unius partis dici potest: intertrimentum non ad unius partis spectat, sed dantis et accipientis. Hoc tamen *Asconii* discrimen non servatur. *Ter. Heaut. 3. 1. 55.* Paululo tum erat contenta, . . . nunc sine magno intertrimento non potest haberi. *Cic. fragm. orat. pro Font. edit. a Nisbhurio, p. 59.* Nullum in his nominibus intertrimenti, aut deminutionis vestigium reperietur; h. e. *nessun calo, nessuna diminuzione nella moneta*. *Claudian. Mam. de Stat. an. 3. 10. init.* Sed insumere pusillum temporis intertrimenti nihil est.

INTERTRĪTŪRA, ae, f. Idem origine et significatione ac intertrimentum; *logoramento*. *Scaevola, Dig. 13. 7. 43. §. 1.* Quaero intertrituram culleorum, quae ex operis facta est, utrum debitor, an creditor agnoscere debeat.

INTERTURBĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *interturbo;* status ambiguus inter turbationem, et animi constantiam. *Liv. 25. 8.* Patre animi quoque eius haud mirabilem interturbationem causante.

INTERTURBO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *inter* et *turbo;* valde turbo, in media re turbas cieo; *sturbare, disturbare*. *Ter. Andr. 4. 1. 39.* Quis homo istuc interturbat? *Plaut. Bacch. 4. 4. 81.* Ne interturba: iam imperatum in cera inest. *Iul. Vict. Art. rhet.* (ed. *A. Mai*) *26. ad fin.* Partim plus cachinno interturbant, quam verbis explicant. Adde *Auct. Itiner. Alex. M. 54.*

* INTERTURRĪUM, ii, n. Nomen ab *inter* et *turris*, quo significantur castri moenia, quae turres iungunt; *cortina*. *Inscr.* sub Constantino M. sculpta apud *Donat. 220. 3.* Milites turrim cum interturrio fecerunt. Haec *Furlanetto* in *Additis* ad hoc *Lexicon;* verum inscriptio haec inter spurias amandatur a cl. *Henzen* in *Suppl. Orelli* ad n. *1083.* et *1086.*

INTERVĂCO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *vaco*. — Particip. *intervacans* §. 2. — Est inter aliqua vaco *Onom. Lat. Gr.* Intervaco; *διαπαύομαι*. — **B)** Translate. *Colum. 4. 32.* Bulbus tripedaneis intervacantibus spatii obrutus, anno celerius maturam perticam praebet.

INTERVALLĀTUS, a, um. Adiect. ab *intervallum*, participiorum more effictum; per intervalla disiunctus, ut intervallata febris, quam intermittentem, et revertentem vocamus. *Gell. 4. 12. extr.* Haec biduo medio intervallata febris. *Ammian. 26. 1.* Intervallato brevi tempore. *Cael. Aurel. 2. Chron. 13. 181.* Intervallatis diebus.

INTERVALLUM, i, n. Abstractum ab *inter* et *vallum*. — **b)** Etiam *intervallus*, i, m. Legitur apud *Frontin. de colon. p. 112. Goes.* e lo qua limes recepit intervallos p. ii. cccc. s — **c)** Derivatum, *intervallatus*.

INTERVALLUM proprie est spatium inter capita vallorum, ideat stipitum, quibus castrense vallum fit, ut ex *Varrone* docet *Ann. Cornutus* apud *Cassiod. de orthograph. p. 2254. Putsch.* Hinc et *Hygin. Gromat. p. 6. col. 1.* Via principalis esse debet latitudine eadem, qua opus, pedum LX., quod est inter vallum et legiones, et ideo a quibusdam intervallum est cognominatum. — **B)** Ex quo per synecdochen de quovis loci spatio vacuo, et distantia dicitur; *intervallo, spazio, distanza*. *Caes. 7. B. G. 23.* Trabes directae, paribus intervallis distantes inter se binos pedes, in solo collocantur. Ea autem intervalla grandibus saxis effarciuntur. *Id. 1. ibid. 43.* Legionem Caesar passibus ducentis ab eo tumulo constituit: itemque equites Ariovisti pari intervallo constiterunt; *in eguale distanza*. *Liv. 1. 25.* Respiciens videt magnis intervallis sequentes; *molto spazio distanti l' uno dal l' altro*. *Sallust. fragm.* apud *Priscian. 6. p. 680. Putsch.* Flumen, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit; *in poca distanza*. *Cic. 2. Nat. D. 20. ad fin.* Mercurii stella nunquam a sole longius unius signi intervallo discedit. *Horat. 2. Ep. 2. 70.* Intervalla vides humana commoda; *distanze*. *Plin. 14. 27. 2.* Intervalla doliis dare; *spazio tra l' una e l' altra*. *Suet. Domit. 19.* Sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent. *Cic. 1. Tusc. 18.* Harmoniam ex intervallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias facit plures; *consonanze*. — **B)** Deinde

II. *Intervallum* saepe refertur ad spatium temporis, quo aliquid intermittitur. *Cic. 1. Fam. 7.* Quoniam intervallo locorum et temporum disiuncti sumus. *Id. 2. Fin. 29.* Dolor si longus, levia, dat enim intervalla et relaxat; *pause*. *Id. Orat. 16.* Flumen aliis verborum volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam: distincta alios et interpuncta intervalla, morae, respirationesque delectant; *pause di pronunzia, e di costruzione*. *Id. ibid. 57. a med.* Ne spondeum quidem intelligit esse aequalem dactylo, syllabis enim metiendos pedes, non intervallis existimat: quod idem facit in trochaeo, qui temporibus et intervallis est par iambo; *tempi di pronunzia, e quantità*. Et *7. Fam. 18.* Si intervallum longius erit meorum litterarum, ne ais admiratus, eram enim abfuturus mense Aprili; h. e. intermissio, cessatio. *Plaut. Men. 1. 1. 28.* Sed mihi intervallum iam hos dies multos fuit; h. e. cessavi, intermisi coemare foris. *Cic. 13. Fam. 14.* Ut te tanto intervallo viderem; *dopo tanto tempo*. Et *Arch. 4.* Interim satis longo intervallo, cum esset in Siciliam profectus, venit Heracleam; *dopo assai buono spazio di tempo*. *Liv. 5. 38.* Cur ex tanto intervallo rem desuetam usurparent; *da tanto tempo andata in disuso*. *Gell. 15. 12. sub fin.* Atque ibi ex intervallo, Itaque, inquit, etc.; *poco dopo*. Et *Cic. Orat. 66. Missos faciant patronos: ipsi prodeant*, nisi intervallos dixisset, *ipsi prodeant;* sensisset profecto, effugisse senarium; *dopo breve pausa*. *Varr. 2. RR. 1. a med.* Statim sine intervallo cibum dare; *senza indugio*. *Liv. 2. 2.* Ne intervallo quidem facto; *senza nemmen frapporre tempo*. *Suet. Claud. 41.* Subinde ex intervallo reminisci; *di quando in quando*. *Liv. 28. 44.* Multa quae ex intervallo non apparent, bellum aperiet; *di lontano*. *Plin. 8. 66. 1.* Dare quippiam alicui per intervalla; h. e. non continuate, sed per interruptas vices. Sic *Tacit. 4. Ann. 73.* Per intervallum adventantes; *chi prima, chi poi*. Et *Agric. 44. extr.* Domitianus non tam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et veluti uno ictu rempublicam exhausit. *Id. 4. Ann. 3.* Dolus intervalla scelerum poscebat; h. e. ut per interiectum tempus scelera fierent. *Vellei. 1. 13. a med.* Intervalla negotiorum otio dispungere. — **d)** Specialim

III. *Intervallum* apud Mathematicos est differentia; *differenza, distanza*. *Boëth. 2. Arithm. 6.* Omnis numerus in seipsum multiplicatus alium quemdam efficit maiorem quam ipse est, idcirco quoniam intervalla multiplicata maiore sese spatii prolixitate distendunt. *Id. ibid. 48.* Omnes planae figurae . . . una tantum medietate geometrica continuantur; alia quae iungat non potest inveniri, unde duo tantum in his intervalla sunt constituta; a primo scilicet ad medium et a medio ad tertium. Si vero fuerint cubi, duas tantum habebunt medietates, ubi tertia inveniri non poterit, secundum geometricam scilicet proportionem: unde formae solidae tria intervalla dicuntur habere . . . Recte igitur et planae figurae duobus intervallis, et solidae tribus contineri dicuntur. — **b)** Item dimensio. *Id. 2. ibid. 4.* Primum intervallum linea est; duo vero intervalla sunt longitudo et latitudo; ideat linea et superficies. Tria ergo intervalla sunt longitudo, latitudo, altitudo; ideat linea, superficies atque soliditas. — **c)** Hinc translate est differentia, dissimilitudo, discrimen; *differenza, divario*. *Cic. 2. Agr. 33.* Videte, quantum intervallum sit interiectum inter maiorum consilia, et istorum dementiam. *Id. Rabir. perduell. 5.* Cum vero his rebus omnibus Gracchus omnes vicerit, quantum intervallum tandem inter te et illum interiectum putas?

INTERVALLUS, i, m. V. voc. praeced. §. b.

INTERVECTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *vectus*, participiorum more effictum; invectus, evectus. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *3. 33.* Duas vero viseres arbores caelum proceritudine intervectas.

INTERVELLO, vellis, vulsi, vulsum, vellĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *vello*. — Particip. *intervulsus* §. 3. et suo loco. — Proprie est inter aliqua evello, e medio evello; *sterpare, cavare qua e là*. *Senec. ep. 114. a med.* Quod vides istos sequi, qui aut vellunt barbam, aut intervellunt, qui labra pressius tondent et abradunt, servata et submissa cetera parte. *Tertull. cult. femin. 2.* Barbam acrius can-

dere, intervellere. — **β**) Speciatim dicitur de fructibus. *Plin. 17. 47. 1.* Poma intervelli melius est, ut quae relicta sint, grandescant. *Colum. 5. 10.* Arbores si spisse posueris, nec infra serere quid poteris, nec ipsae fructuosae erunt, nisi intervulseris. — **γ**) Translate. *Quintil. 12. 9. a med.* Inviti recedunt a praeparatis, et tota actione respiciunt, num aliquid ex illis intervelli, atque ex tempore dicendis inseri possit. Et *10. 7. 3.* Quae ita sunt natura copulata, ut mutari aut intervelli sine confusione non possint. *Solin. 1. a med.* Tres Lepidi, intervulsa tamen serie, ex eadem domo, obducto membrana oculo similes.

INTERVĔNĬENS, entis. Particip. verbi *intervenio*, adiectivorum more adhibitum; interpositus, interiectus; *frapposto*. *Colum. 4. 29. ad fin.* Plaga laevis relinquitur, quae facilius omni parte sedentem surculum contingat, nulla interveniente lanugine. Et *9. 1.* Stipes in circuitu vivarii, certis intervenientibus spatiis, defixus erigitur. V. voc. seq.

INTERVĔNĬO, vēnis, vēni, ventum, venīre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *venio*. — **b**) Particip. *interveniens* §. 2. 7. et *9.* et suo loco. — **c**) Derivata, *interventio, interventor, interventus, us*.

INTERVENIO proprie est inter aliqua venio, in media re venio, intercedo, intersum; *sopravvenire*. *Cic. 2. Orat. 3. sub fin.* Verens ne molesti vobis interveniremus. *Id. Cluent. 16. sub fin.* Multi boni viri cum ex occulto intervenissent. *Caes. 6. B. G. 36.* Casu Germani equites interveniunt. *Liv. 25. 18.* Plures cecidissent, ni nox proelio intervenisset. Et *1. 48.* Huic orationi Servius cum intervenisset, etc. *Quintil. 9. 3. ante med.* Graeci παρένθεσιν vocant, dum continuationi sermonis melius aliquis sensus intervenit. V. INTERIECTIO §. 3. — Cum accusativo sine praepos., quae inest in ipso verbo. *Tacit. 3. Ann. 25.* Ludorum diebus, qui cognitionem intervenerant. — **β**) Pro intercedere, medium esse. *Iabolen. Dig. 33. 3. 4.* Medius paries, qui utrasque aedes distinguat, intervenit. *Paul. ibid. 1. 8. 1. 14.* Interveniente via publica. *Plin. 37. 25. 4.* Carbunculi varii intervenientibus maculis albis. — **γ**) Translate pro accidere, contingere; *accadere*. *Cic. 1. Fin. 19.* Epicurus exiguam dicit fortunam intervenire sapienti. *Id. 7. Fam. 5.* Casus mirificus quidam intervenit. *Ter. Heaut. 4. 3. 1.* Nulla mihi res posthac potest iam intervenire tanta, quae etc. — **δ**) Translata sunt illa quoque *Sall. Iug. 119.* Cognationem, affinitatem, praeterea foedus intervenisse. *Liv. 1. 6. sub fin.* Intervenit his cogitationibus avitum malum, regni cupido. *Plaut. Amph. 5. 2. 59.* Irae interveniunt: redeunt rursum in gratiam. *Ovid. 11. Met. 708.* Plura dolor prohibet: verboque intervenit omni Planctus; *si frammischia*. *African. Dig. 10. 3. 9.* Si neutrius culpa intervenerit. *Ter. Hecyr. 3. 2. 15.* Omnem rem narrabit, quae inter vos intervenerit; *ciò che è passato tra di voi*. — **ε**) Passive impersonaliter. *Cic. Top. 20.* Si interventum est casu. *Ter. Heaut. 2. 3. 40.* Ubi de improviso est interventum mulieri. — **ζ**) Speciatim de personis, et ut plurimum, sensu forensi, ii. *Intervenio* sumitur pro interesse, adesse; *trovarsi presente, intervenire*. *Cic. 1. Q. Fr. 2. 1.* Statius intervenit nonnullorum querelis, quae apud me de illo habebantur. *Suet. Tib. 53.* Eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. *Ulp. Dig. 3. 3. 33. extr.* Si quis in rem suam procurator interveniat. *Paul. ibid. 4. 4. 24.* Intervenire negotiis alicuius. — **η**) Item pro intercedere, fideiubere, alterius nomine se obligare, se interponere, et auctorem fieri alicuius rei. *Ulp. Dig. 15. 1. 5.* Si filiusfamilias, vel servus pro aliquo fideiusserint, vel alias intervenerint, vel mandaverint. *Papinian. ibid. 50. 1. 17. extr.* Fideiussores poenalibus actionibus non adstringuntur, in quas inciderunt hi, pro quibus intervenerunt. — **θ**) Et sese opponere. *Suet. Claud. 38.* Quod interquilinos praediorum suorum, contra vetitum cocta vendentes, multasset, villicumque intervenientem flagellasset. *Calpurn. 3. Ecl. 23.* quis vestro Deus intervenit amori? *s'è frapposto*. — **ι**) Et auctoritatem suam interponere, quod est magistratus ius dicentis. *Paul. Dig. 4. 4. 25.* Si in eventu damnum minor passurus sit, sine dubio praetor interveniet; *s'intrometterà*. Et *Suet. Caes. 30.* Cum adversariis pepigit, ut . . . verum neque senatu interveniente, et adversariis negantibus, etc.

Nota. Constructio verbi est cum dativo rei vel personae, rarius cum accusativo ex praepos., quae inest in ipso verbo, vel absolute, sequente aliquando coniunctivo, aut passive impersonaliter.

INTERVĔNĬUM, ii, n. Abstractum ab *inter* et *venio*, quo significatur locus vacuus, et permanans intra terram, per quem aqua, aut ignis discurrit; *vena, meato sotterraneo*. *Vitruv. 2. 6.* Penitus ignis per intervenia permanans et ardens, efficit levem eam terram. Et *7.* Ignis interveniorum vacuitates occupans. Et *8. 7. ad fin.* Per intervenia fistulosa terrae. *Pallad. 9. 8.* Ne aquae inventae inter rimas refugiant, et per intervenia dilabantur. *Gloss. Philox.* Interveniun; τὸ μεσολάβιον.

INTERVENTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intervenio;* actus interveniendi, intercessio, fideiussio; *interpositione, mallevadoria*. *Ulp. Dig. 4. 4. 7.* Non solum autem in his eis succurritur, sed etiam in interventionibus, ut puta si fideiussorio nomine se, vel rem suam obligavit. — **β**) Translate. *Hilar. in Psalm. 118. litt. 2. n. 9.* Ubi constans innocentis vitae fiducia est, plurium testium interventio grata est.

INTERVENTOR, ōris, m. Verbale ab *intervenio;* qui aliquid agenti supervenit. *Cic. Fat. 1. extr.* Quodam liberiore, quam solebat, et magis vacuo ab interventoribus die; *dalle visite*. — **β**) Item qui pro altero intervenit, et fidem suam interponit; *interveniente, procuratore, mallevadore*. *Ulp. Dig. 15. 1. 3. a med.* Si filius fideiussor, vel quasi interventor acceptus sit. Et *37. 15. 7. extr.* Honor his personis habebitur ipsis, non autem interventoribus eorum. — **γ**) Item deprecator; *intercessore*. *Lamprid. Commod. 4.* Paternum autem huius caedis auctorem et interventorem, ne coniuratio latius puniretur, a praefecturae administratione submovit. *Paulin. Nolan. Carm. 25. 195.* Tunc velut Ezechiae fuit interventor Isaias. — **δ**) *Interventor* dictus est etiam episcopus, qui, sede vacante, cathedram alicuius loci tenet. *Fulgent. Ferrand. Breviat. Canon. 22.* Ut nullus episcopus cathedram, cui datus fuerit interventor, plusquam annum teneat. Et *25.* Ut interventores episcopi conveniant plebes, quae episcopum non habent, ut episcopum accipiant.

INTERVENTUS, us, m. Verbale ab *intervenio;* superventus; *sopravvenimento*. *Caes. 3. B. G. 15.* Perpaucae (*naves*) noctis interventu ad terram pervenerunt. *Cic. Partit. 8. sub fin.* Si quando tempus aut res, aut locus, aut interventus alicuius, aut interpellatio dederit occasionem, etc. *Id. 16. Att. 11.* Caleni interventum, et Calvenae caevebis. *Id. 5. Catil. 3.* Interventu Pomptini pugna sedatur. *Iustin. 11. 1.* Iis rebus veluti medela quaedam interventus Alexandri fuit. — **β**) Translate. *Inscr. apud Reuter, n. 3868.* Crudo mortis interventu, maritali vinculo disiuncta est. — **γ**) Item interpositio; *frapponimento*. *Plin. 29. 12. 1.* Donec arceantur amnis alicuius interventu. *Id. 2. 10. 7.* Solem interventu lunae occultari. *Ulp. Dig. 4. 6. 26. a med.* Dies, quibus actor agere voluit, et interventu feriarum impeditus est. *Cic. 1. Nat. D. 40.* Quae ergo vita? suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interventu. — **δ**) Item interpositio auctoritatis, aut fidei. *Traian. ad Plin. 10. ep. 68.* Statui alicuius subvenire interventu principis. *Pompon. Dig. 33. 1. 7. extr.* Interventu iudicis haec omnia debent ad effectum perduci. *Marcell. ibid. 46. 3. 68.* Conditio potest impleri citra interventum tutoris. *Suet. Caes. 18.* Retinentes creditores interventu sponsorum removit. — **ε**) Item intercessio, auxilium. *Auct. Histor. Dalian. proocm.* Illorum (*Sanctorum*) continuos expostulans interventus.

INTERVERSĬO, ōnis, f. Verbale ab *interverto;* eversio, subversio, turbatio. *Tertull. 1. advers. Marcion. 20.* O Christe patientissime, qui tot annos interversionem praedicationis tuae sustinuisti. — **β**) Item interceptio, fraus, aversio. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. 10. 70. 12.* De interversione convictus.

INTERVERSOR, āris, āri. Verbum transitiv. ab *inter* et *versor*, sive intentiv. ab *interverto;* forma deponens. — Usurpatur praesertim de piscibus, qui coitus tempore inter se colliduntur; *andare in frega*. *Plin. 9. 74. 2. de piscib.* Nec satis est generationi per se coitus, nisi, editis ovis, interversando mares vitale asperserint virus. *Alii leg.* nisi inter se versando mares ac feminae, etc.

INTERVERSOR, ōris, m. et f. Verbale ab *interverto;* qui ex pecunia publica aliquid intervertit, interceptor. *Impp. Valent. et Valens Cod. 10. 1. 8.* Qui in contractibus scelestis, ac fisco perniciosis interversorum maculosis se fraudibus implicuerint. — **β**) Extra sensum legalem. *Cassian. 4. Instit. 20.* Velut interversor neglectorque sacri peculii iudicatus, ab oratione suspensus est. *Caesar. Reg. ad Virgines, 50.* Tanquam interversores rerum monasterialium severius corriganter.

INTERVERSŪRA, ae, f. Verbale ab *interverto;* versura, et flexus agri in obliquum extensi, antequam ad eius fines perveniat. *Hygin. de limitib. p. 178. 198.* et *218. Goesii*.

INTERVERSUS, a, um. Particip. verbi *interverto*, adiectivorum more etiam adhibitum; alio versus; *voltato altrove*. *Inscr. apud Reuter, n. 117.* Aquam titulensem, quam ante annos plurimos Lambaesitana civitas, interverso ductu vi torrentis, amiserat, perforato monte . . . restituit. V. INTERVERTO §. 1. — **β**) Item interceptus, praereptus, fraudatus; *intercetto, rubato*. *Cic. 6. Verr. 30. sub fin.* Si intelleserint, interverso hoc regali dono, graviter vos tulisse. *Tacit. 16. Ann. 10.* Interversis patroni rebus, ad accusationem transgrediens libertus. *Auvel. Vict. vir. illustr. 33.* Cum interversae pecuniae argueretur. *Cic. Dom. 43.* Interversa aedilitas; h. e. alio converse, cum praetextu aedilitatis in rem suam quis vertit, quod populo R. debebatur. *Senec. Consol. ad Marc. 22.* Neque enim recta ingenia, qualem in adolescentia spem sui fecerant, usque in senectutem pertulerunt: sed interversa plerumque sunt; *distolti, traviati*.

INTERVERTO (*antiqua* Intervorto), ertis, erti, ersum, ertĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *verto*, cuius variationes sequitur. V. VERTO. — **b**) Particip. *intervertendus* §. 2., *interversus*, V. suo loco. — **c**) Derivata, *interversio, interversor, āris, interversor, ōris, interversura*.

Digitized by Google

INTERVERTO proprie est rem alio directam alio verto, averto; *divertere, voltare altrove. Vitruv. 4. 3.* In extremis partibus triglyphi semicanaliculi intervertantur. *Scaevola, Dig. 45. 20. 8.* Cui per fundum iter aquae debetur, quacumque vult, in eo rivum faciat, licet: dum ne aquaeductum intervertat. — **2)** Translate *Imp. Alex.* apud *Paul. Dig. 34. 1. 87. §. 3.* Ob intervertendam inofficiosi querelam; *sfuggire.* Sic *Papinian. ibid? 36. 1. 34.* Intervertendi fideicommissi gratia. V. et loc. *Senec.* in voce praeced. — **3)** Speciatim apud ICtos

II. *Interverto* saepe est rem alteri debitam ad dominum pervenire non sinere, et in rem suam convertere, sibique retinere, surripere, intercipere; *trattenere l'altrui, rubare. Cic. 2. Phil. 32.* Ille induxit, ut peteret: et receptum intervertit, ad seque transtulit. *Suet. Vitell. 7.* Quorum publica vectigalia interverterat. *Marcell. Dig. 46. 3. 22.* Rem depositam dolo intervertere. *Celsus ICtus* apud *Ulp. Dig. 45. 2. 44. a med.* Res non intervertitur ei, qui eam sponte iecit. *Paul. ibid. 4. 3. 3.* Ea capitis deminutione, quae salva civitate accidit, per quam publica iura non interverti constat; *h. e.* adimi. *Marcell. ibid. 41. 2. 20.* Cuiuspiam rei possessionem alicui intervertere. — **4)** *Intervertere aliquem re quapiam* est spoliare, fraudare; *gabbare, spogliare, defraudare. Plaut. Asin. 2. 1. 10.* Unde sumam? quem intervertam? *Id. Pseud. 3. 2. 110.* Ut me, si posset, muliere intervorteret. *Gell. 11. 18. circa med.* Condemnatum furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito, possessione eius dominum intervertisset. — **5)** Latiore significatione est absumere; *consumare. Tacit. 2. Hist. 93.* Vitellius novies millies sestertiûm pauciissimis mensibus intervertisse creditur. — Absolute. *Fulgent. 2. Mythol. 13.* Ideo etiam nudus Bacchus, quod omnis ebriosus intervertendo nudus remaneat.

INTERVĪBRANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *inter* et *vibrans*, participiorum more effictum; per intervallum vibrans. *Capell. 6. p. 191.* Aethra intervibrans.

INTERVĪGĬLO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *vigilo*. — Particip. *intervigilans*, infra. — Est idem ac vigilo, vel per intervalla vigilo. *Lamprid. Alex. Sev. 61.* Dormientibus cunctis, solo tantum imperatore intervigilante. *Senec. ep. 83.* Somno brevissimo utor, et quasi intervigilo. Optimae editt. hab. *interiungo*, quam vocem vide §. 2.

INTERVINCTUS. V. INTERIUNCTUS.

INTERVĪRĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *vireo;* in medio vireo. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 2. 100. de Iride.* Semita discretis interviret humida nimbis. — *Stat. 4. Theb. 98. de angue.* laetisque minax interviret herbis.

INTERVĪSO, sis, si, sum, sĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *viso:* inviso, aliquem inter negotia, vel per intervalla viso; *andare a vedere, visitare di quando in quando. Plaut. Stich. 3. 2. 5.* Nunc interviso iam ne a portu advenerit. *Id. Aul. 2. 7. 1.* Intervisam, quid faciant coci. *Id. Stich. 1. 2. 90.* Intervisam prius domum, si a viro tibi forte veniet nuncius. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 2. extr.* Urbanam expolitionem urget ille quidem: sed etiam ipse crebro interviso. *Id. 7. Fam. 1. ad fin.* Quod nos minus intervisis, fero animo aequiore. Adde *Ambros. ep. 2. n. 27.*

INTĔRŬLĂ, ae, f. V. voc. seq. §. 2.

INTĔRŬLUS, a, um. Adiect. ab *inter*, adiecta terminatione; interior, internus. *Capell. 9. sub init.* Quin etiam interulos gaudeus dissolvere nexus. *Valerian. Imp. in epist.* apud *Vopisc. Prob. 4.* Tunicas russulas duas, interulas paragaudias duas. *Apul. Florid. n. 9.* Habebat indutui ad corpus tunicam interulam, tenuissimo textu, triplici licio, purpura duplici; *h. e.* purpura bis tinctam. — **2)** Absolute, substantivorum more,

INTERULA, ae, f. *(subaudi* vestis). Est vestis interior, et corpori adhaerens, ut tunica, subucula, indusium; *giustacore, camicia*. Est qui a tunica sic distinguit, ut sub toga tunica sit, sub pallio interula: alii hoc discrimen non agnoscunt. *Apul. 8. Met.* Discissaque interula, decora brachia saevientibus palmulis converberat. *Gloss. Philox.* Interula; χιτωνίσκος. Adde *Tertull. Pall. 5.*

INTĔRUNDĀTUS, a, um. Adiect. ab *inter* et *unda*, participiorum more effictum; in undarum figuram distinctus. *Solin. 17.* Hoc fulvum nigrantibus segmentis interundatum, varietate apprime decet.

INTERVŌCĀLĬTER. Adverb. ab *inter* et *vocaliter;* vocaliter per intervalla. *Apul. 9. Met.* Intervocaliter clamare; *h. e.* magna voce.

INTERVŌLĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *intervolo*, specie frequentativum. — Est in medio volito. *Lic. 5. 10.* Carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur.

INTERVŌLO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *inter* et *volo;* in medio volo. *Val. Flacc. 2. 614.* Immittitque ratem, mediasque intervolat urbes. Et *5. 27.* Ille recens oculis intervolat Idmon. *Stat. 2. Theb. 539.* fuscas intervolat auras Hasta. Adde *Colum. 8. 10.* Cf. voc. praeced.

INTERVŌMO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *inter* et *vomo;* inter aliqua vomo. — Translate. *Lucret. 6. 894.* Quod dulces inter salsas *(aequor)* intervomit undas; *h. e.* interfundit.

INTERVORTO. V. INTERVERTO, *init.*

INTĔRŪSŪRĬUM, ii, n. Abstractum ab *inter* et *usura;* commodum, vel usura medii temporis; *profitto di usura. Ulp. Dig. 13. 1. 3. sub fin.* Ut medii temporis interusurium creditor consequatur.

INTERVULSUS, a, um. Particip. verbi *intervello;* hac illac evulsus. — Translate. *Fortunatian. Art. rhet. 2. 29.* Invicem sibi omnes cohaerent *(quaestiones)* et sint concatenatae, ne intervulsa et concisa videatur oratio.

INTESTĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *testabilis;* qui testari; *h. e.* testis esse non potest; *chi non può far testimonio. Caius, Dig. 28. 1. 26.* Cum lege quis intestabilis esse iubetur, eo pertinet, ne eius testimonium recipiatur: et eo amplius, ut quidam putant, neve ipsi dicatur testimonium. Lex *XII. Tab.* apud *Gell. 6. 7.* et *15. 13. extr.* Improbus, intestabilisque esto. — **2)** Item qui testamentum facere non potest; *chi non può far testamento. Ulp. Dig. 28. 1. 18.* Si quis ob carmen famosum damnetur, senatusconsulto expressum est, ut intestabilis sit, ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum adhiberi testis. — **3)** Translate est detestabilis, exsecrandus, infamis; *esecrando, detestabile, odiato, infame, abominevole. Horat. 2. Sat. 3. 180.* uter aedilis fuerit ve Vestrûm praetor, is intestabilis et sacer esto. *Gell. 7. 18. extr.* Eos, qui ad Annibalem non redissent, usque intestabiles invisosque fuisse, ut taedium vitae ceperint, necemque adeo sibi consciverint. *Sall. Iug. 71.* Quia illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus intestabilisque videtur. *Id.* in *orat. Lepidi.* Cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit, neque se aliter tutum putet, quam si peior atque intestabilior metu vestro fuerit. *Tacit. 4. Hist. 42. ad fin.* Neronem extremum dominorum putatis, cum interim intestabilior et saevior exortus est. *Id. 6. Ann. 40.* Lepida crebris criminibus maritum insecuta, quamquam intestabilis, tamen impunita agebat. *Id. ibid. 51.* Intestabilis saevitia. Et *15. ibid. 55.* Intestabilis et conscleratus. *Plin. 30. 6. 2.* Ars magica intestabilis, irrita, insanis. Et *28. 24. 1.* Reliqua intestabilia et infanda. — **4)** Ludit in ambiguo *Plaut. Curc. 1. 1. 50.* et *Mil. a. 3. v. 24.:* intestabilis enim est etiam, cui adempti sunt testes. V. DETESTATIO §. 6. et INTESTATUS §. 5.

INTESTĀTO. V. voc. seq. §. 2.

INTESTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *testatus*, participiorum more effictum. — Proprie est non solum qui testamentum non fecit, sed etiam cuius ex testamento hereditas adita non est, ut *Paul. Dig. 50. 16. 64.* docet. Sed praecipue dicitur de eo, qui nullo facto testamento decessit. *Cic. 4. Verr. 22.* Mulier ita propinqua, ut etiam si intestata esset mortua, Epicratem, Didinorum legibus, heredem esse oporteret. *Labeo* apud *Gell. 1. 12. extr.* Virgo Vestalis neque heres est cuiquam intestato, neque intestatae quisquam. *Traian.* ad *Plin. 10. ep. 88.* Nicenses, qui intestatorum civium suorum concessam vindicationem bonorum a divo Augusto affirmant. — **2)** Hinc, absolute, adverbiorum more, in ablativo casu,

INTESTATO et AB INTESTATO est, nullo testamento facto; *abintestato:* sed posterius fere ad heredem refertur. *Cic. 1. Horat. 40.* Paterfamilias cum uxorem praegnantem reliquisset, mortuusque esset intestato. — *Ulp. Dig. 37. 7. 1. ad fin.* Filia, quae ab intestato patri heres fit. *Martian. ibid. 29. 7. 8.* Ab intestato succedere. *Ulp. ibid. 36. 1. 17. extr.* Bonorum possessor ab intestato. — Item *ex intestato* in *Gloss. Lat. Gr.* Ex intestato; ἐξ ἀδιαθέτου. — **3)** Praeterea

II. *Intestatus* est, cuius verbis fides non habetur, si *Nonio* est fides habenda, qui *4. 25.* haec affert verba *Pomponii:* Ipsus cum uno servo senex intestato proficiscitur. — **4)** Item nullis testibus convictus. *Plaut. Curc. 5. 3. 17.* Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi? — **5)** Et cui adempti sunt testes. Itaque in ambiguo iocatur *Id. Mil. a. 3. v. 24.* Si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia. V. INTESTABILIS §. 4.

INTESTĪNĂ, ōrum, n. V. INTESTINUS §. 4. et seqq.

INTESTĪNĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *intestinus;* ad intestinum opus pertinens. Hinc faber intestinarius, qui intestinum opus facit; *intagliatore in legno. Inscr.* apud *Murat. 929. 6.* M. Atius Atiae L. Faustus fabr. intest. *Alia* apud *Eund. 959. 7.* M. Avidius M. L. Aesopus fabr. intestin. V. INTESTINUS §. 2. — **2)** Hinc absolute, substantivorum more,

INTESTINARIUS, ii, m. Eodem sensu. *Imp. Constantin. Cod. Theod. 13. 4. 2.* Intestinarii, statuarii, musicarii.

INTESTĪNUS, a, um. Adiect. ab *intus*, adiecta terminatione; interior, internus, intimus; *interiore, interno, intimo. Cic. 4. Acad. 15. a med.* Nihil ut esset, qui distingueretur tremor ille et pallor, neque ut quidquam interesset inter intestinum, et oblatum. *Id. 5. Verr. 13.* Occultum, intestinum ac domesticum malum. *Id. 2. Catil. 13.* Bellum intestinum ac domesticum. *Liv. 4. 32. sub fin.* Nihil eo biennio intestini externive incommodi fuit. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5.* Intestinus dolor. *Iustin. 20. 3.* Intestina discordia; *domestica, civile. Curt. 6. 7.* Intestino facinore peti; *congiura occulta e domestica*. Sic *9. 6. ad fin.* Intestina fraus. — **2)** Speciatim *intestinum opus* est,

Digitized by Google

quod sub tecto, et intra domum subtiliore, et elegantiore artificio fit, praesertim e ligno; *lavoro d' intaglio, o sottile*. *Varr. 3. RR. 1. sub fin.* Cum villam haberes opere tectorio, et intestino, ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectandam. *Plin. 16. 32. 1.* Abies valvarum repagulis, et ad quaecumque libeat intestina opera aptissima. *Vitruv. 4. 4.* Intercolumnia plateis marmoreis, sive ex intestino opere factis interoludantur. *Id. 6. 2.* Praecingendi sunt parietes medii coronis ex intestino opere, aut albario; *cornici di legno, o di stucco*. — **β)** Hinc translate. *Mar. Mercat.* vertens *Cyrilli Apolog. pro duodecim capit. init.* Intendentes autem intestinum arcanumque mentis oculum divinae scripturae. — **γ)** Absolute, substantivorum more,

INTESTĪNUM, i, *frequentius*, Intestina, ōrum, n. Sunt interanea; *h. e.* ductus cibi, et excrementorum in ventre animalium, qui a ventriculo alimenta excipiunt, et longis anfractibus per inferna deiiciunt; *gl' intestini, le budella*. Differunt a *visceribus* (apud Medicos) quae in superiore parte usque ad ventriculum locum habent. *Lucret. 4. 114.* animalia sunt tantula, eorum Tertia pars nulla ut possit ratione videri: Harum intestinum quodvis quale esse putandum est? *Cic. 2. Nat. D. 55.* Reliquiae cibi depelluntur, tum adstringentibus se intestinis, tum relaxantibus. *Id. 7. Fam. 26.* Cum decimum iam diem graviter ex intestinis laborarem. *Plaut. Cas. 4. 5. 6.* Mihi insanitae iamdudum intestina murmurant. Et *Men. 5. 5. 26.* Quando esurio, intestina tum crepant. — **δ)** Intestinorum nomina, apud *Cels. 4. 1.*, sunt *ieiunum, tenue, caecum:* deinde quod Anatomici *colon* vocant, late fusum atque sinuatum; postremo loco *rectum*. *Ieiunum* inde nomen habet, quia nunquam quod accepit, continet: sed protinus in inferiores partes transmittit: *caecum*, quia ab altera parte non est pervium: *rectum* dicitur a figura. Anatomici plura intestina faciunt, quae persequi non est nostri muneris. — **ε)** Intestinum medium apud *Cic. 2. Nat. D. 55.* est *μεσεντήριον*, seu *μεσάραιον*; *h. e.* membrana in mediis intestinis sita, de qua V. Anatomicos. — **ζ)** Translate. *Plaut. Pseud. 1. 5. 167. Ca.* Non habes venalem amicam tu meam Phoenicium? *Ba.* Non, edepol, habeo profecto: nam iampridem vendidi. *Ca.* Quomodo? *Ba.* Sine ornamentis, cum intestinis omnibus; *h. e.* nudam nempe, seu sine vestibus, quae mulierum, ut ruta caesa domuum, sunt ornamenta; at cum omnibus eius corporis partibus, quae, ut in aedificiis, opera intestina haberi debent. — *Tertull. Apolog. 16.* Sed et Victorias adoratis, quum in tropaeis cruces sint intestina tropaeorum; *h. e.* fercula tropaeorum; *fusti de' trofei*. — **η)** Item

INTESTĪNUS, i, m. Eodem sensu proprio usurpatum fuit a *Varrone* (V. HYDRAGOGIA), teste *Non. 3. 114.* et praeterea *Harduin.* ex MSS. ita legit locum *Plinii, 11. 78. 1.* Sanguine carentibus intestinus ab ore incipit, et quibusdam eodem reflectitur, ut saepiae, polypo. In homine adnexus infimo stomacho, similis canino, etc.

Nota. Discrimen inter *intestina* et *viscera*, V. supra §. 4.

INTESTIS, te. Adiect. ab *in* et *testis*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; qui testibus caret, cui testes sunt adempti. *Arnob. 5. p. 160. de Attide*. Caerimoniis annuis, et sacerdotum intestibus honoratur. *Alii minus recte* investibus *leg.* ut probat *Salmas.* in *not.* ad *Tertull. Pall. 5.*; etenim Gallos, Matris Deûm sacerdotes, appellatos esse ait intestes, quia sine testibus erant. V. INTESTATUS §. 5.

INTEXO, xis, xui, xtum, xĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *texo*. — **b)** Particip. *intexens* §. *1.* et 2., *intextus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *intextio, intextus, us*.

INTEXO proprie est in aliqua re texo, implico, innecto, contexo; *intessere, intrecciare*. *Ovid. 6. Met. 577.* Purpureasque notas filis intexuit albis. *Plin. 8. 74. 2.* Diversos colores picturae intexere; *ricamare*. *Virg. 2. Ecl. 49.* Tum, casia atque aliis intexens suavibus herbis, Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Et *5. ibid. 51.* Et foliis lentas intexere mollibus hastas. *Id. 2. G. 221.* laetis intexit vitibus ulmos. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 128.* illa fuscis intexit violis. *Vulg. Interpr. 2. Par. 3. 14.* Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco et bysso et intexuit ei Cherubim. — *Id. Prov. 7. 16.* Intexui funibus lectulum meum, stravi tapetibus pictis ex Aegypto. — **β)** Pro simplici texo, contexo. *Plin. 10. 30. 1.* Acanthyllis nidum ex lino intexens. — **γ)** Translate. *Tibull. 4. 1. 5.* Nec tua praeter te chartis intexere quisquam Facta queat; *h. e.* describere. *Petron. Satyr. 118.* Ut quisque versum pedibus instruxit, sensumque teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo in Heliconem venisse. — **δ)** Deinde

II. *Intexo* est etiam assuo; *cucire insieme*. *Ulp. Dig. 10. 4. 7.* Si purpuram vestimento intexueris. — **δ)** Hinc universim et translate pro immiscere, inserere; *inserire, frammischiare*. *Cic. Partit. 4.* Cum parva magnis, simplicia coniunctis, obscura dilucidis, laeta tristibus interimus. *Id. 2. Orat. 16.* Aliquid in causa prudenter intexere. *Id. 13. Att. 12.* Scis, me ante orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nunquam possem intexere; *introdurlo a parlare*.

INTEXTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intexo*; actus intexendi. — Translate. *Ambros. in Luc. 10. 25.* (apud *L. Quisherat*, qui in *Addend. Lex. Lat.* male sic locum indicavit). At vero Marcus, tanquam purpurae fulgore contentus, sine ulla intextione verborum: Initium, inquit, Evangelii etc.

INTEXTUS, a, um. Particip. verbi *intexo*, adiectivorum more etiam adhibitum; intus textus, in aliqua re textus; *intessuto, intrecciato*. *Auct. ad Herenn. 4. 47.* Chlamys purpurea, coloribus variis intexta. *Suet. Ner. 30.* Stragula alba, auro intexta. *Ovid. 6. Met. 166.* Intextum vestibus aurum. *Virg. 3. G. 25.* Purpurea intexti tollant aulaea Britanni; *h. e.* intexti in ipsis aulaeis. *Lucan. 3. 547.* domus sterili iunco, cannaque intexta palustri. *Cic. 2. Nat. D. 55.* Venae et arteriae crebrae, multaeque toto corpore intextae. *Virg. 10. Aen. 785.* Opus tribus tauris intextum; *h. e.* scutum triplici taurino corio contextum. *Claudian. IV. cons. Honor. 605.* Liber Erythraeis intextus nebrida gemmis; *h. e.* nebrida habens gemmis intextam. Et *Nupt. Honor. et Mar. 187.* diadema gravibus baccis intextum. *Id. Epithal. Pallad. et Celer. 2.* Antrum intextum vitibus.

INTEXTUS, us, m. Verbale ab *intexo*, in ablat. tantum casu (V. *Append. ad Prob. p. 457. Endl.*); idem ac intexto; *tessitura*. *Plin. 2. 3. 2.* Aeterna est caelestibus natura, intexentibus mundum, intextuque concretis. *Iul. Valer. 2. Gest. Alex. M. 3.* Insigniri vestis intexta purpurae coeperat.

INTHRŌNISMUS, i, m. Vox Graeca, *ἐνθρονισμός*, qua specialim significatur apud Scriptores Ecclesiasticos episcopi inauguratio. *Liberat. Breviar. 19.* Vertur autem expositio eius, quae ab eo dicta est in inthronismo.

INTHRŌNIZĀTUS, a, um. Particip. verbi *intHronizo*; in throno collocatus; *introniszato*. *Cassiod. 12. Hist. Eccl. 10.* Inthronizatus igitur Proclus exsequias Maximiani corporis celebravit. Adde *Liberat. Breviar. 13.*

INTHRONIZO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *thronus*, Graece *ἐνθρονίζω*, unde et *inthronismus*, quam voc. V. suo loco. — Particip. *inthronizatus*, V. suo loco. — Est in throno colloco; *introniszare*. *Cassiod. 12. Hist. Eccl. 8.* Qui Proclum inthronizare prohibuerunt; *h. e.* in sede Ecclesiae Constantinopolitanae collocare. Et *mox*. Romanae civitatis episcopus iussit eum (Perigenen) inthronizari in Corintho metropoli. *Liberat. Breviar. 20.* Narses cubicularius missus ab Augusta Theodora Theodosium quidem inthronizavit, etc. Adde *ibid. 14.* et *16.*

INTĬBUS. V. INTUBUS.

INTĪMĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intimo*; denunciatio; *intimazione, insinuazione*. *Capell. 9. p. 304.* Doctae intimationis excursus. *Imp. Antonin. Cod. 9. 40. 1.* Si reus post intimationem suam fuerit defunctus.

INTĪMĀTOR, ōris, m. Verbale ab *intimo*; qui aliquid introducit, atque insinuat. *Capitolin. Pertin. 10.* Velut stultum intimatorem nonnullorum rerum reprehendebat.

INTĪMĀTUS, a, um. Particip. verbi *intimo*; edictus, propositus, insinuatus; *fatto sapere, pubblicato, proposto*. *Spartian. Ael. Ver. 7.* Quod contrarium est his, quae de adoptionis poenitentia per auctores plurimos intimata sunt. *Trebell. Poll. Gallien. 16.* Haec vita Gallieni fuit, breviter a me litteris intimata. *Imp. Iustinian. Cod. 1. 2. 19.* Ut donationes, licet minus in actis intimatae essent, tamen valerent; *h. e.* insertae; *registrate, inserite*. *Arnob. 5. p. 180.* Unde est vobis cognitum, vel unde intimatum?

INTĪMĒ. Adverb. ab *intimus*; intrinsecus, intus; *intimamente, internamente*. *Apul. 2. Met.* Si te meus igniculus afflaverit, ureris intime. *Id. 2. Dogm. Plat.* Summus Deorum cuncta haec comperta intime providae ordinationis constantia regit. — **β)** Refertur ad amicitiam et familiaritatem. *Nep. Attic. 3.* Utebatur intime Q. Hortensio; *con istretta confidenza*. *Apul. Apol.* Arcto contubernio intime iunctus. — **γ)** Enixe, vehementer, ex animo. *Cic. 1. Q. Fr. 2. 2.* Quem scribis certissimum matricidam tibi a me intime commendari.

INTĪMĪDĒ. Adverb. ab *in* et *timide*; non timide. — Usurpat in comparativo gradu tantum *Ammian. 26. 6.* Huic intimidius incedenti nec resistebat populus, nec favebat. *Hadrian. Valesius* exponit, valde timide, ut in augeat.

INTĪMĪDO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *timidus*; timidum reddo, timorem incutio. *Acta SS. Tarachi* et *Socc. MM. n. 8.* Volens intimidare servum Dei.

INTĪMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *intimus*. — Particip. *intimandus* §. *3.*, *intimatus*, V. suo loco. — Proprie est intimum reddo, insinuo, introduco, infundo. *Solin. 32. ante med.* Nilus mari intimatur; *s' interna*. Et *5.* Quantam sui partem gurgiti intimaverit, tantam it perditum; *immergerà*. *Apul. de Mundo sub init.* Ut cum ipsius intervalli conditione a mundi vicinia natura nos secretos esse voluisset, immensitati tamen eius cogitationum nos pernicitas intimaret. *Id. Ἀνεχόμ. 15.* Carpant papillas, atque amplexus intiment.

Digitized by Google

— **2)** Item immittere, adigere. *Tertull. Habit. mul. 5. ad fin.* Nullus bidens aurum demergit in terram: nullus clavus argentum intimat tabulis. — **3)** Translate. *Id. advers. Valentin. 17.* Imaginem aliquam imbibere, et sibi intimare; h. e. in intimum animum inducere, et altius imprimere. — **4)** Frequentius

II. *Intimo* est docere, significare, indicare, et quasi in intimos sensus inducere; *far sapere, spiegare, notificare:* apud sequioris aevi Scriptores. *Symmach. 10. ep. 55.* (al. *40.*) Praedecessor meus perennitati vestrae rationem dicitur intimasse. *Sidon. 7. ep. 10.* Qui, quid negotii ferat, praesentaneo compendiosius potest intimare memoratu. *Firmic. 8. Mathes. 5.* Breviter tibi promissi operis intimabo decreta. *Imp. Leo, Cod. 8. 54. 30.* Donationem suam apud magistratum intimare. *Impp. Theodos. et Valent. Cod. 10. 10. 5.* Rerum nobis notitia intimetur. Adde *Capell. 6. p. 192.* et *7. p. 256., Spartian. Iulian. 2.* et *Prudent. 10. περὶ στεφ. 1111. Mar. Victorin. 3. 2. 16.* Quorum *(metrorum)* modos . . . studiosi lectoris auribus intimabo. — **5)** Item edicere, indicere. *Imp. Constantin. Cod. 14. 3. 1.* Cunctis pistoribus intimari oportet, quod si quis etc.; *denunziare, intimare.* Sic *Impp. Honor. et Theodos. ibid. 15. 5. 6.* Quam legem provinciarum iudicibus intimari conveniet. *Augustin. Quaest. in Heptat. 1. 64.* Cum veritas narrationis exigitur . . . propter quam intimandam verba fiunt.

INTĪMŌRĀTĒ. Adverb. ab *in* et *timor;* sine timore. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 6. 3.* Intimorate omnia, quae vetantur, . . . operantur. Cf. voc. seq.

INTĪMŌRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *timor*, participiorum more effictum; timidus factus; *intimorito. Vulg. Interpr. Ital. Act. 22. 9.* Lumen quidem viderant, et intimorati facti sunt. Ita e *MS. Landian.*

INTĪMUS (et Intumus apud Veteres, teste *Cassiod. Orthogr.* p. 2284. *Putsch.*), a, um. Adiect. superlat. ab *intus* vel *intra*, ut *extimus* ab *extra*. — Proprie est qui maxime intus est, internus, reconditus; *intimo, interiore. Massur. Sabin.* apud *Gell. 10. 15.* Tunica intima; *giustacore, camiscia.* V. INTERULA §. 1. *Cic. 6. Verr. 45.* In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum; h. e. in intima sacrarii parte. *Id. 15. Fam. 29. circa med.* Abdidit se in intimam Macedoniam. *Plaut. Truc. 2. 7. 41.* Traxit ex intimo ventre suspirium. *Plin. 11. 65. 2.* Rabis linguae prima cohaeret, intima absolute a gutture; h. e. interior linguae pars. *Cic. 1. Leg. 5.* Penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas; *più recondita.* Et *2. Verr. 6. extr.* Ad intima alicuius consilia pervenire; *più secreti.* — **2)** Referitur saepe ad amicitiam et familiaritatem. *Nep. Alcib. 5.* Cum in intimam regis amicitiam pervenisset; *intima, o stretta confidenza. Id. Attic. 12.* Intima familiaritate coniunctus Caesari. Et *Dion. 1.* Erat intimus Dionysio priori. *Ter. Eun. 1. 2. 47.* Iste scis, quam intimum habeam te, et mea consilia, ut tibi credam omnia. *Id. Andr. 5. 5. 11.* Davus, qui intimus est eorum consiliis. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INTIMUS, i, m. Est familiaris; *intimo, confidente. Cic. 2. Catil. 5.* Qui se non intimum Catilinae esse fateatur. *Id. 4. Att. 16.* Itaque in intimis est meis, cum antea notus non fuisset. *Id. 13. Fam. 27.* M. Aemilius unus est ex meis familiarissimis atque intimis. *Plaut. Mil. 2. 1. 30.* Facere se intimum apud aliquem. — **4)** Item

INTIMA, ōrum, n. Sunt interanea, intestina; *gl' intestini. Vulg. Interpr. Prov. 26. 22.* Verba susurronis quasi simplicia et ipsa perveniunt ad intima ventris. — **5)** Translate. *Id. Eccli. 10. 10.* Nihil enim iniquius, quam amare pecuniam: hic enim et animam suam venalem habet; quoniam in vita sua proiecit intima sua; h. e. et animam et viscera ac valetudinem amore lucelli vendit et abilcit.

INTINCTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intingo;* actus intingendi. *Hieronym. ep. 128. n. 1.* Iudas nec familiaritate convivii, nec intinctione buccellae, nec osculi gratia frangitur. — *Tertull.* de baptismo usurpat, *Poenit. 2. 6.* et *7.* — Sic *intinctionem secundam*, martyrium intelligit, *Patient. 13. a med.*

INTINCTUS, a, um. Particip. verbi *intingo;* tinctus, madefactus, imbutus; *intinto, bagnato. Vitruv. 1. 5.* Intinctus in aqua. *Id. 8. 2. extr.* Sapor *(aquae)*, et odor, et color intinctus, et commixtus propter naturae raritatem. *Ovid. 7. Met. 260.* Faces intinctae sanguine. *Cels. 2. 24.* Oleae aceto intinctae. *Plin. 28. 70. 1.* Sevum oleo intinctum. — *Tertull. Poenit. 6. ad fin.* absolute *intinctus* est baptizatus. V. INTINCTIO. — **2)** Item conditus, condimento imbutus; *condito. Ovid. 2. Fast. 634.* Nutrist intinctos missa patella cibos. *Al. rectius leg.* Nutrist incinctos missa patella Lares.

INTINCTUS, us, m. Verbale ab *intingo;* condimentum liquidum, iusculum, quo intinguntur cibi saporis gratia; *intingolo, salsa, brodetto, concimo, sapore, condimento. Plin. 20. 26. 4.* Oxypori obolis asperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes. Et *ibid. 33. 5.* Vel cum bis trita sorbenda est brassica, vel ex hoc intinctu sumenda. *Id. 15. 35. 1.* Eadem origine aprorum sapor commendatur, pleramque ad intinctus additis myrtis.

INTINGO et Intinguo, gis vel guis, xi, ctum, gĕre vel guĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tingo*, quod V. suo loco. — **b)** *Intinxti* syncop. pro *intinxisti* apud *Plaut. Truc. 2. 2. 5.* Buccas rubrica, cera omne corpus intinxti tibi. — **c)** Particip. *intinctus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *intinctio, intinctus, us.*

INTINGO proprie est in aliqua re tingo, madefacio; *intingere, bagnare. Quintil. 10. 3. ad fin.* Membranae ut iuvant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, et cogitationis impetum frangunt. *Vulg. Interpr. Levit. 4. 6.* Intingere digitum in sanguine. *Id. Luc. 16. 24.* extremum digiti in aquam. *Id. Iob. 9. 31.* sordibus aliquem. — **2)** Refertur ad cibos, qui intinctu condiuntur. *Cato, RR. 156.* Brassicam si crudam edes, in acetum intinguito. *Plin. 20. 72. 1.* Anisum omnibus, quae condiuntur, quaeque intinguntur, desideratum. — **3)** Pro simplici tingere. *Vulg. Interpr. Ruth. 2. 24.* Intingere buccellam in aceto. *Id. Matth. 26. 23.* manum in paropside.

INTINGUO. V. voc. praeced. *init.* et §. 2.

INTĬTŪBANTER. Adverb. ab *in* et *titubanter;* non titubanter. *Boëth. 1. Arithm. 1. p. 1015.* Si quis ad alias inaequalitatis species animum tendat, eandem convenientiam intitubanter inveniet.

INTĬTŪLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *titulo;* titulum do; *intitolare. Rufin. 1. Invect.* in *Hieronym. 3.* Iam vero in illo libello, quem de optimo genere interpretandi intitulavit, ubi praeter tituli annotationem nihil optimum, sed totum pessimum est, etc. Adde *Gennad. de Script. Eccl. 64.*, ubi tamen pro *intitulavit* alii leg. *titulavit* vel *praetitulavit.*

INTŎLĔRĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *tolerabilis.* — Comparat. *intolerabilior* §. *1.*, superlat. *intolerabilissimus* §. *1.* — Proprie est qui ferri et tolerari non potest, intolerandus, non ferendus; *intollerabile, insopportabile. Cic. 2. Nat. D. 50. extr.* Intolerabilis odoris foeditate insectantes depellunt. *Id. Rosc. Am. 45.* Intolerabile frigus. *Id. 4. Acad. 8.* Intolerabilis dolor. *Liv. 1. 55.* saevitia. *Plaut. Aul. 5. 5. 59.* Intolerabiles sumptus. *Cic. Orat. 65. extr.* Intolerabile vitium est. Et *8.* Verba dura, odiosa, intolerabilia. *Id. 3. Fam. 7.* Intolerabilia tributa exigere. Et *4. ibid. 5.* Multo intolerabiliorem futurum. *Iuvenal. 6. 459.* Intolerabilius nihil est, quam femina dives. *Cic. 11. Att. 15.* Mihi cum omnia sunt intolerabilia ad dolorem, tum maxime quod etc. *Cassian. 5. Incarn. 15.* Quod intolerabilissimum et indignissimum est. — **2)** Active est intolerans; *impaziente. Afran.* apud *Non. 2. 455.* Quod si fecissem id saepius, didicisset is ferre, et non esset intolerabilis.

INTŎLĔRĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *intolerabilis;* intolerantia. *Gloss. Philox.* Intolerabilitas; ἀνυποστασία. Adde *Gloss. Cyril.*

INTŎLĔRĀBĬLĬTER. Adverb. ab *intolerabilis;* ita ut ferri non possit; *intollerabilmente. Colum. 1. 4. ad fin.* Quaedam loca frigoribus hiemis intolerabiliter horrent. *Hygin.* (edente *A. Mai*, in *Class. Auct. T. 3. p. 68.*) *fab. 198.* Meleagrides intolerabiliter flentes.

INTŎLĔRANDUS, a, um. Particip. verbi *intolero*, adiectivorum more adhibitum; intolerabilis; *intollerabile, intollerando. Cic. Vatin. 9.* Intolerandus tyrannus. *Liv. 22. 1.* Intoleranda frigora. *Cic. 6. Verr. 55. ad fin.* Res indigna atque intoleranda. *Id. 1. Agr. 5.* Omnium rerum infinita atque intoleranda licentia. *Id. Font. 16.* Immanis atque intoleranda barbaria. *Id. Rosc. Am. 15.* Perniciosa atque intoleranda potentia. *Tacit. 3. Hist. 26.* Intolerandus tam longi itineris labor. *Id. 12. Ann. 10.* Dominatio nobilitati plebique iuxta intoleranda. *Gell. 10. 12.* Multa vana atque intoleranda auribus. *Sall. Cat. 51.* Res foedae atque intolerandae. Et *10. extr.* Crudele intolerandumque factum. — **2)** Absolute

INTOLERANDUM, adverbii more. *Gell. 17. 8.* Olla, ut video, intolerandum fervit.

INTŎLĔRANS, antis. Particip. verbi *intolero*, adiectivorum more adhibitum. — Hinc comparat. *intolerantior* §. *1.* et *2.* et superlat. *intolerantissimus* §. *1.* — Proprie est qui tolerare non potest, impatiens; *impaziente, intollerante. Liv. 9. 18.* Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit; *che non sapesse moderarsi.* Et *10. 28.* Corpora intolerantissima laboris atque aestus. *Tacit. 4. Hist. 80.* Superbia viri, aequalium quoque, adeo superiorum, intolerantis. Et *2. Ann. 75.* Omnium, quae ultionem morarentur, intolerans. — **2)** Item intolerandus; *intollerabile. Id. 11. ibid. 10.* Vir ingens gloria, atque eo ferocior, et subiectis intolerantior. Et *5. ibid. 45.* Quanto intolerantior servitus iterum victis (Utroque loco *Grotius* malebat *intoleratior*). *Flor. 4. 12. circa med.* Nihil insultatione Barbarorum intolerantius fuit. *Gell. 13. 8.* Nihil posse fieri indignius, atque intolerantius, quam quod homines ignavi etc. *Laev.* apud *Eund. 19. 7.* Curis intolerantibus.

INTŎLĔRANTER. Adverb. ab *intolerans.* — Comparat. *intolerantius* et superlat. *intolerantissime*, infra. — Est idem ac intolerabiliter; *intollerabilmente. Cic. 2. Tusc. 9. extr.* Intoleranter dolere. *Caes. 7. B. G. 51.* Intolerantius Gallos insequentes legio tardavit. *Cic. 2. Orat. 52.* Intolerantius se iactare. Et *Vatin. 12.* De divitiis intolerantissime gloriaris.

Digitized by Google

INTŎLĔRANTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *intolerans;* impotentia, insolentia, superbia quae ferri ac tolerari non potest; *superbia, alterigia insoffribile. Cic. Cluent. 40. sub fin.* Quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset? *Id. 2. Agr. 15.* Perspicite quanta potestas permittatur: non privatorum insaniam, sed intolerantiam regis esse dicetis. — **2)** De rebus. *Suet. Tib. 51.* Acerbitas et intolerantia morum. — **3)** item active, impatientia; *impazienza. Gell. 17. 19. ad fin.* Intolerantia, cum iniurias, quae sunt ferendae, non toleramus, neque ferimus.

INTŎLĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *intolero*, adiectivorum more adhibitum. Hinc Intoleratus aeger apud *Cael. Aurel. 2. Acut. 19. sub fin.* est nullis cibis recreatus. — *Intoleratior* pro *intolerantior.* V. INTOLERANS §. 2.

INTŎLĔRO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *tolero*. — Particip. *intolerans, intolerandus, intoleratus,* V. suo loco. — Est impatienter fero; *non tollerare. Not. Tir. p. 140.* Tolerat, intolerat.

INTOLLO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tollo;* extollo, ut Clamores absonos intollere. *Apul. 8. Met.*

INTŎNĀTUS, a, um. Particip. verbi *intono;* qui intonuit. *Horat. Epod. 2. 31.* Si quos Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc vertat mare; *h. e.* procellosa tempestas in Eoum mare cum tonitru et ventis immissa.

INTONDĔO, es, ēre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tondeo*, idem fere ac tondeo; *tosare. Colum. 11. 3. ante med.* Et fibrarum summas partes intondeas.

INTŎNO, as, ui, *raro* āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *tono*, cuius variationes sequitur. V. TONO. — **b)** Particip. *intonans* §. 3. *intonatus*, V. suo loco, *intonaturus* §. 1. — **c)** Compositum, *superintono*.

INTONO proprie est idem quod tono, aut valde tono; *tonare. Cic. 1. Divin. 47.* Partibus intonuit caeli Pater ipse sinistris. *Virg. 2. Aen. 693.* subitoque fragore Intonuit laevum. *Id. 1. ibid. 94.* Intonuere poli. Et *8. ibid. 527.* iterum atque iterum fragor intonat ingens. *Non. 4. 358. leg.* increpat: *alii*, fragor intonat auras. *Sidon. 9. ep. 14.* Praeparare aures fragoribus intonaturis; *h. e.* plausibus, qui personabunt. — **2)** Translate dicitur de quovis sono ac voce vehementiore. *Petron. fragm. Tragur. 78. Burm.* Consonuere cornicines funebri strepitu: unus praecipue servus tam valde intonuit, ut etc. *Senec. Agam. 328.* Nil aere velim, Magnumque modis *(chelys)* intonet altis. *Plin. 8. 61. 8.* Intonuit ingenti latratu canis. *Virg. 7. Aen. 515.* Contremuit nemus, et silvae intonuere profundae; *risonarono, rimbombarono. Val. Flacc. 2. 368.* magnis cum fratribus Eurus Intonat Aegaeo; *fischia, mugge sull' Egeo.* Sic undae intonantes in *Inscr.* apud *Reinier*, n. 2755. — **3)** Et praesertim de eo, qui impetu quodam, clamoseque loquitur, ut fit in ira, aliove animi impetu. *Cic. Mur. 38.* Iam hesterna concione intonuit vox perniciosa tribuni. *Ovid. 1. Amor. 7. 45.* Nonne satis fuerat timidae inclamasse puellae, Nec nimium rigidas intonuisse minas? *Tacit. 12. Ann. 1.* Claudius caelibi vitae intonans; *h. e.* invehens. *Alii rectius leg.* caelibis vitae intolerans. *Val. Flacc. 5. 168.* Occupat os barbamque viri, clavaque superne Intonat; *h. e.* quasi tonitru, et fulmine, sonantes ictus infligit. *Al.* clavamque *leg.* et est, clavam intentando inclamat, et tonanti voce percellit. — **4)** Deinde, transitivorum more,

II. *Intono* cum accusativo est aliquid sonitu vehementi emitto, profero. *Liv. 3. 48.* Cum haec intonuisset plenus irae. *Propert. 2. 1. 39.* Phlegraeos Iovis Enceladique tumultus Intonet angusto pectore Callimachus. *Paulin. Nolan. Carm. 21. 903.* Cum prima signum suscitandis mortuis Caelo tuba intonaverit. *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 15.* Ut si incentivum aliquod divina voce intonavisset. — Sequente infinito. *Senec. Agam. 544.* furibundum intonat, Superasse nunc se pelagus atque ignes.

INTONSUS, a, um. Adiect. ab *in* et *tonsus;* non tonsus; *non tosato. Ascius* apud *Cic. 5. Tusc. 36.* Scindens dolore identidem intonsam comam. *Horat. Epod. 13. 9.* intonsi capilli. *Ovid. 4. Fast. 655.* Intonsum caput. *Virg. 9. Aen. 181.* Ora intonsa; *h. e.* nondum rasa. Sic *Curt. 8. 22. a med.* Mentum intonsum; *barbuto. Colum. 7. 5.* Intonsae oves. *Virg. 8. Ecl. 65.* Intonsi montes; *h. e.* nemorosi et incaedui. *Id. 9. Aen. 681.* quercus intonsa caelo attollunt capita; *h. e.* frondosa. *Stat. 4. Silv. 7. 10.* intonsa myrtus. — **2)** Saepe dicitur de antiquis Romanis, qui cum nullis dediti deliciis essent, ne comam quidem tondebant: unde et *Hirsuti* dicti sunt. *Plin. 7. 59. 1.* Tonsores in Italiam venere post R. C. anno CCCCLIV., antea intonsi fuere. *Tibull. 2. 1. 34.* et *Ovid. 2. Fast. 30.* Intonsi avi. Et *6. ibid. 264.* intonsi regia magna Numae. — **3)** Et universim de incultis hominibus, et pauperem asperamque vitam agentibus. *Liv. 21. 32. de Alpinis incolis.* Homines intonsi et inculti. *Tibull. 1. 8. 16.* Cilices. *Ovid. 4. Pont. 2. 2.* Getae. — Cum accusat. Graeco more. *Sil. 15. 674.* Rhodanique comas intonsa iuventus. — **4)** *Intonsus Deus* est Apollo. *Ovid. 5. Trist. 1. 60.* et *Propert. 3. 11. 52.*

INTORPĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *torpeo*, maxime torpeo. *Not. Tir. p. 94.* Torpet, intorpet.

INTORQUĔO, orques, orsi, ortum, orquēre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *torqueo*, cuius variationes sequitur. V. TORQUEO. — **b)** Particip. *intorquens* §. 1., *intorquendus* §. 2., *intortus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *intorte, intortio*.

INTORQUEO proprie est idem quod torqueo, contorqueo, inflecto. *torcere, piegare. Cic. 2. Orat. 66.* Mentum in dicendo intorquens. *Virg. 4. G. 451.* Ardentes oculos intorsit lumine glauco. *Plin. 19. 5. 4.* Debet intorqueri caulis, ut caput validius fiat. *Claudian. II. Cons. Stilich. 365.* Intorquere clavum. *Colum. 5. 10. a med.* ramulos. *Val. Flacc. 8. 287.* Intorquere undas remis. *Lucret. 6. 125.* Cum subito validi venti collecta procella Nubibus intorsit sese; *h. e.* se involvit, et induit. *Auct. B. Hisp. 38.* Huc accedebat, ut etiam talum intorsisset. *s'era slogato un piede.* — **2)** Item iaculari, conicere, vibrare: *lanciare, vibrare, tirare:* quod torquendo brachio fit. *Cic. 9. Att. 7.* Vereor, ne Pompeio quid oneris imponam; Μὴ μοι Γοργύην περιχλύσειε πελώρου intorqueat. *Virg. 2. Aen. 231.* et tergo sceleratam interserit hastam. *Id. 10. ibid. 322.* et *11. ibid. 657.* Intorquere iaculum, hastam alicui; *h. e.* in aliquem. Et *882.* et *Senec. ep. 45. a med.* telum in hostem. *Tacit. 14. Ann. 36.* Ita se ad intorquenda pila expedierat vetus miles. — **3)** Translate. *Cic. 4. Tusc. 36.* Alternis versibus intorquentur inter fratres gravissimae contumeliae. *Sil. 11. 542.* Intorquere vocem diram; *dar un grido spaventevole.*

INTORTĒ. Adverb. ab *intortus*. — Comparat. *intortius*, §. 1. — Est contorte; *tortamente. Plin. 18. 27. 1.* Bruscum intortius crispum, molluscum simplicius sparsum; *con più rigiri.* — **2)** Translate. *Augustin. de Nat. et Grat. 49.* Intorte hoc dixit, et ideo suboscure.

INTORTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intorqueo;* contortio; *torcimento, arricciamento. Arnob. 3. p. 108.* Hos capillorum intortionibus crispulos.

INTORTUS, a, um. Particip. verbi *intorqueo*, adiectivorum more etiam adhibitum; contortus, flexus, involutus; *torto, avvolto. Catull. carm. 64. 235.* Intorti rudentes. *Petron. Satyr. 151.* De sinu licium protulit varii coloris filis intortum. Et *80.* Intorto circa brachium pallio, composui ad proclinandum gradum. *Liv. 25. 16. sub fin.* Paludamento circa laevum brachium intorto, in hostes impetum fecit. *Horat. 2. Od. 15. 35.* Angues intorti capillis Eumenidum. *Val. Flacc. 6. 363.* et *Martial. 8. 35.* Intorti capilli; *ricciuti, crespi. Liv. 28. 30. ad fin.* Ramo repente intorta, in proram circumagebatur; *raggirata. Val. Flacc. 4. 432.* niger intorto turbine nimbus. — **2)** Translate. *Plaut. Cist. 4. 2. 63.* Intorta oratio; *discorso inviluppato, oscuro. Pers. 5. 38.* Intorti mores; *h. e.* minus recti, pravi. *Plin. 10. 43. 1.* Sonus concisus, intortus. V. LUSCINIA. *Apul. Florid. n. 15.* Noctuae intorto carmine occinunt. — **3)** Est etiam iactus, vibratus; *tirato, lanciato. Virg. 10. Aen. 382.* hunc, magno vellit dum pondere saxum, Intorto figit telo. *Sil. 1. 304.* verbo ocius acer Intorto sancit iaculo.

INTRĀ. Praepos. et adverb., quod ab *in* et particula *tra* ortum habuit, teste *Gellio, 12. 13.* « Tres istae voces, inquit, *intra, citra, ultra*, quibus certi locorum fines demonstrantur, singularibus apud Veteres syllabis appellabantur, *in, cis, uls.* Hae deinde particulae, quoniam parvo exiguoque sonitu obscurius promebantur, additi est tribus omnibus eadem syllaba: et quod . . . erat *in*, accedente eadem syllaba, *intra* factum est. » Sic et *Priscian. 14. p. 991. Putsch.* « *Intra* quoque videtur ab *in* derivatum, velut ab *ex extra*, a *sub subter.* » Sic ab *in inter* et *intra* et significat τὸ ἐντός, quod est adverbium apud Graecos. » — Recentiores tamen *intra* ablativum habent contractum nominis *interus*, sicut ab *exter* vel *exterus, extra*, et ab *infer* vel *inferus, infra*. — **b)** Atque hinc est, quod comparativus *interius* primitivam formam non mutat contractione, ut ait *Hand, Turtell. T. 3. p. 429.* Cf. INTRO et INTUS. — **c)** Particulas *intra, contra, inter, infra, in* saepe inter se commutatas fuisse in antiquis MSS. et editis libris, pluribus citatis locis, refert *Id. ibid. p. 440.* V. CONTRA §. d., INFRA §. d. et INTER §. g. — **d)** Derivata, *intraneus* et *intrarius*. — **e)** Composita, *intraclusus, intramuranus, intrinsecus*.

INTRA, quatenus praepositio est, accusativo copulatur, et notat interiorem alicuius rei partem, ratione habita spatii, quo ea continetur et exponitur: in, intus, inter; *dentro, tra, intra, entro;* et componitur cum nominibus loci, imprimis cum verbis quietis statum indicantibus. *Cic. 5. Att. 10. a med.* Nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur. *Id. 1. ad Brut. 18.* Cum tantum resideat intra muros mali. *Auct. ad Herenn. 4. 5.* Intra carceres stare. *Virg. 11. Aen. 608.* Iamque intra iactum teli progressus uterque. *Plaut. Merc. 1. 2. 75.* Ubi eam vidit? *Acanth.* Intus intra navim. *Cic. Sest. 27.* Antiochum intra montem Taurum regnare iusserunt; *h. e.* intra fines montis Tauri, ita ut cis eum montem transgredi non liceret (V. *Liv. 38. 38.*). *Flor. 3. 10.* et *4. 12.* Intra ripam; *h. e.* in ulteriore ripa. *Cic. 5. Verr. 89.* Locus intra oceanum iam nullus est, quo etc.; *h. e.* in omnibus terris, quas ambit oceanus: quod est, in toto terrarum orbe. *Liv. 5. 33.* Intra Apenninum tamen sese tenuere; *h. e.* cis

Digitized by Google

Apenninum transgressi non sunt, neque propius Romam accessere. — *Plaut. Trin. 4. 2. 64.* Non placet, qui amicos intra dentes conclusos habet. *So.* Satin' intra labra atque dentes latuit vir minimi pretii? *Plin. 5. 11. 68.* sunt in honore et intra decursus Nili multa oppida; h. e. quousque Nilus decurrit. *Quintil. 8. praef. 18.* Gladio condito atque intra vaginam suam haerenti. *Id. 12. 10. 2.* Super manum intra pallium continentes. *Curt. 10. 5. 8.* Intra vestibulum regiae. *Plin. Paneg. 30.* Amnis intra usurpata semper colliuin substiterat. *Lactant. Opif. D. 16.* Potestas mentis humanae intra mortale corpus inclusae. — *Intra murum negotiantes*, V. in MURUS. — **2)** Item cum nominibus personae. *Plin. 12. 45. 1.* Ea intra se consumunt Arabes; h. e. inter se ipsi consumunt, neque extra fines suos exportant; *fra di loro, nel paese. Id. 9. 78. 1.* Torpedo intra se parit ova, in alium locum uteri transfereus; *dentro di sè.* Et *10. 59. 1.* Picae meditantes intra se; h. e. secum ipsae; *fra sè. Alii leg.* intra semet. *Quintil. 11. 3. 2.* Quae intra nosmet ipsos composuimus. *Plin. 3. ep. 10.* Praecipue cum affirmetis, intra vos futura, donec placeat emittere; *tra voi, e secreto. Sense. Med. 330.* Fortuna semper omnis intra me stetit. *Ovid. 7. Met. 55.* maximus intra me Deus est. *Quintil. 10. 7. 25.* Intra se ipsum. *Id. 11. 3. 176.* Intra se quisque vel hoc vel aliud, quod volet, per omnes affectus verset. — **3)** Item cum nominibus rerum etiam abstractarum. *Cels. 3. 18.* Quidam phrenetici intra verba desipiunt: alii insurgunt, et violenter quaedam manu faciunt; h. e. verbis tantum desipiunt, neque ulterius progrediuntur. *Flor. 1. 3.* Abstulit virtus parricidam, et facinus intra gloriam fuit; h. e. intra gloriae fines: adhuc fuit gloriosum. *Plin. 4. ep. 16. a med.* Paulisper se intra silentium tenuit; *stette sul tacere. Quintil. 1. 8. 7.* Intra haec, quae professionum commentariolis vulgata sunt, consistet. *Plin. 31. 39. 3.* In totum sponte nascens *(sal)* intra haec est. — **4)** Translate. *Cic. 9. Fam. 26. sub fin.* Epulamur una non modo non contra legem, sed etiam intra legem, et quidem aliquanto; h. e. ut ne omne illud quidem mensae inferamus, quod lex permittit, sed aliquanto minus. Et *6. ibid. 4. a med.* Modice hoc faciam, aut etiam intra modum. *Gell. 12. 13. a med.* Modice, id est cum modo aequo et pari: intra modum, minus quam modice, id est non ad ipsum modum, sed retro paululum, et citra modum. *Quintil. 11. 3. 8.* Hortensii scripta intra famam sunt; h. e. sunt minora fama. *Flor. 4. 11. sub fin.* Cleopatrae pulcritudo intra pudicitiam principis fuit; h. e. minus potuit, quam principis pudicitia. *Cels. 3. 24. ad fin.* Oportet carnis aliquid esse, intraque aquam manere; h. e. solam aquam bibere, vino abdicato. *Quintil. 11. 3. 43.* Intra loquendi modum. — *Liv. 37. 53.* Intra finem iuris sui. *Propert. 3. 9. 2.* Intra fortunam qui cupis esse tuam; h. e. fortunae tuae limites. — *Apul. Flor. n. 4.* Intra corporis sui qualitatem; h. e. in tali corporis sui conditione. — *Intra lapidis tactum*, V. LAPIS. — **5)** Item cum nominibus numerorum. *Liv. 1. 43.* Secunda classis intra centum, usque ad quinque et septuaginta millium censum instituta; *sotto, o meno.* — *Quintil. 1. 5. 50.* Acuta intra numerum trium syllabarum continetur. — **6)** Deinde

II. *Intra* refertur etiam ad tempus: et terminos signat, quibus actio continetur, aut continenda erit, aut contenta fuit. *Caes. 1. B. G. 36. extr.* Qui intra annos quatuordecim tectum non subiissent. *Plaut. Curc. 2. 3. 77.* Dimidiam partem nationum subegit solus intra viginti dies. *Tacit. 2. Ann. 71.* Quod Dii me intra iuventam praematuro exitu raperent. *Sall. Cat. 18.* Intra legitimos dies. *Liv. 9. 35.* Intra legitimum tempus. *Id. ibid. 29.* Intra annum. *Frontin. 2. Strat. 101.* Intra noctem. *Plin. 36. 24. 17.* Intra praeturae suae tempus. — *Liv. 40. 49.* Centum tria oppida intra pauces dies in deditionem accepit. *Id. 44. 19.* Intra perpaucos dies. *Suet. Claud. 17.* Intra paucissimos dies. *Plin. 18. 35. 1.* Intra praedictum temporis spatium. *Id. 21. 40. 1.* Intra id tempus. — **2)** Huc spectant, quae *Gell. 12. 15.* multa disserit de sententia horum verborum *intra calendas:* et quidem ex vi verborum esse ait in ipsis calendis: ex consuetudine autem significare totum illud tempus, quod ante calendas futurum est. Utrum autem et ipsae calendae comprehendantur, non statuit: at ipsas quoque comprehendi, aperte significat *Ulp. Dig. 38. 2. 1. circa med.* et *50. 16. 155.* Verba eius priore loco sunt: Quod dicimus, intra dies centum bonorum possessionem peti posse, ita intelligendum est, ut et ipso die centesimo bonorum possessio peti possit: quemadmodum intra calendas, etiam ipsae calendae sint. *Plin. 16. 42. 2.* Deflorescunt omnia septenis diebus: quaedam tardius, sed nulla pluribus bis septenis: omnia et intra VIII. Id. Iul.; h. e. antequam ille dies elabatur. — **3)** Hoc sensu etiam sequente *quam* adhibetur. *Liv. 36. 10.* Intra decimum diem, quam Pheras venerat; h. e. in spatio dierum decem, postquam venerat. *Sense. Tranquill. 11. a med.* Quem populus R. intra annum, quam timuerat, spectavit. *Colum. 12. 25.* Intra quartum diem, quam de loco sublatum est. *Quintil. 1. 12. 9.* Intra biennium, quam verba recte formare potuerunt, . . . omnia fere loquuntur. *Suet. Caes. 53.* Intra quintum, quam adfuerat, diem. Adde *Liv. 43. 9.* et *Sense. Cons. ad Helv. 2.* — *Plin. 9. 81. 1.* Huius villam intra quam modicum quadragies piscinae vendiderunt; h. e. brevissimo tempore. — **2)** Praeterea

III. *Intra* non solum cum verbis quietis statum indicantibus, ut huc usque vidimus, sed etiam adhibetur cum verbis motum ad locum significantibus. *Cic. Caecin. 8.* Ingrediens intra finem eius loci. *Id. 2. Orat. 54. extr.* Nosse regiones, intra quas veniae. *Caes. 1. B. G. 52. extr.* Qui intra fines suos Ariovistum recepissent. *Liv. 34. 33.* Compulsus intra moenia hostis. *Plaut. Cist. a. 3. v. 19.* Ferre aliquid intra limen. *Id. True. 1. 1. 25.* Ea intra pectus se penetravit potio. *Id. ibid. 2. 3. 30. (fors)* absorbent quidquid venit intra pessulos. *Virg. 7. Aen. 168.* ille intra tecta vocari Imperat. *Liv. 7. 11.* Simul cum his intra portas compellantur. Adde *Nep. Ages. 5.* et *Curt. 8. 14. 1.* — *Cic. 1. Att. 20.* Neque sine nostris copiis intra alterius praesidia veniendum. Adde *8. ibid. 11.* — **10)** Translate. *Lactant. 6. 19.* Quicumque igitur illos affectus intra fines suos redegerit. *Id. ibid. 20.* Deus idcirco virtutem dedit, ut . . . vinceret voluptatem eamque egredientem fines sibi datos intra praescriptum coërceret. — **11)** Demum, rariore tamen usu,

IV. *Intra*, quatenus adverbium est, sine casu absolute adhibetur. *Cels. 7. 15.* Pars, quae intra, longior esse debet, quam quae extra. *Colum. 12. 43. a med.* Vasa extrinsecus, et intra diligenter picata. *Petron. Satyr. 22.* idem tota intra, forisque familia fecerat. *Cels. 8. 28. 13.* Si inciditur, viridis intra caro apparet. *Plin. 21. 64. 1.* Intra seminat, velut animalia, quae in se pariunt. *Quintil. 1. 10. 43.* Quadraginta per oram, intra centum erant. Adde *Suet. Caes. 84.* et *Plin. 2. 55. 2.* et *11. 69. 1.* — **12)** Pro introrsus. *Quintil. 11. 3. 98.* Binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice, paullum tamen inferioribus intra spectantibus, sed ne illis quidem tensis, qui supra sunt. — **13)** *Ab intra*, V. EXTRA §. 4.

Nota I. Quod usum attinet huius particulae, notamus eam suo casui postposuisse *Tacit. 4. Ann. 48.* Dum populatio lucem intra assereretur; *dentro i termini del dì.* Et *3. ibid. 75.* Quod praeturam intra stetit. — **2)** Cum ablativo usurpavit *Auct. Collat. legg. Mosaic. et Rom. 8. 8.* Nec manifestus fur est, qui intra rapiendo quidem comprehensus est. *Non imitandus.* — **Nota II.** Discrimen inter *infra* et *intra*, V. sub v. INFRA in *Nota* I. — **Nota III.** Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Tursell. T. 3. p. 429–440.*

* INTRAAMĔTRĂ. Legitur haec vox, quae videtur corrupta, apud *Incert. Auct. de finib. p. 345. Lachm.* Termini sunt maiores, qui iuxta flumina positi sunt: mensales vocantur: alii autem bases eos dicunt, alii autem intraametra: in quibus constat mensura aquae, trapeadi vocantur.

INTRĀDĪLIS, le. Adiect. verbale ab *intro;* qui adiri potest; *dove si può entrare. Liv. 22. 19. ad fin.* Intrabile os amnis. Ita legit *Gronov.* cum aliis.

INTRĂCLŪSUS et intra clusus, a, um. Adiect. ab *intra* et *clusus*, participiorum more effictum; qui intra est clusus. *Aggen. Urb. de limit. p. 49. Goës.* Quidquid enim inter quatuor limites minus, quam intraclusum est, fuerit assignatum. — *Frontin. 2. de limitib. p. 81. Lachm.* Intra clusi *(agri)* modus. *Incert. Auct. ibid. p. 341.* Lapis decussatus, qui agrum intra clusum et extra clusum significat.

INTRĂCTĂBĪLIS (et intrectabilis), le. Adiect. ab *in* et *tractabilis*. — Comparat. *intractabilior* §. 1. — Proprie est qui tractari non potest, durus, asper, indomabilis. *Sense. Hippol. 229.* et *271.* Tentemus animum tristem et intractabilem; *intrattabile. Sense. ep. 25.* Respice aetatem eius iam duram et intractabilem: non potest reformari; *incorreggibile. Virg. 1. Aen. 343.* genus intractabile bello; *indomabile, invincibile.* — *Gell. 18. 7.* Domitius, cui cognomen insano factum est, quoniam erat natura intractabilior et morosior. Adde *Gell. 4. 18. fin.*, ubi *alii leg.* intrectabilis. — **2)** Translate de rebus. *Plin. 19. 25. 1.* Pastinacae virus intractabile est; *sapore, sugo, che non si può gustare. Grat. Cyneg. 159.* Ira intractabilis. *Virg. 1. G. 211.* intractabilis bruma; *insoffribile.* Sic *Iustin. 24. 4.* Loca frigore intractabilia; *inabitabili.* — **3)** Item de quo tractare seu loqui non possumus. *Primas. in epist. ad Roman. 7.* Sed quod inter Iudaeos dicere adhuc intractabile videbatur, intellectui derelinquit.

INTRĂCTĀTUS (et intrectatus), a, um. Adiect. ab *in* et *tractatus*, participiorum more effictum; non tractatus, indomitus; *non maneggiato, indomito. Cic. Amic. 19.* Nemo est, qui non equo eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo. — **2)** De rebus. *Cael. Aurel. 3. Acut. 3. 37.* Aceto atque oleo caput fovent, ceteras autem partes corporis . . . lanis contegentes rudibus atque intrectatis; h. e. non carptis. — **3)** Translate. *Grat. Cyneg. 134.* Intractatus decor; h. e. nativus, non arte elaboratus, nullo artificio politus. *Virg. 8. Aen. 205.* At furiis Caci mens effera, ne quid inausum, Aut intractatum scelerisve dolive fuisset, Quatuor a stabulis etc.; h. e. intactum a furtis suis. — **4)** Item non expositus, non explicatus. *Boëth. in Top. Cic. 6. p. 1166. Migne.* Cum de superioribus locis idonee disputatum sit, intractatam reliquam partem non oportere praeteriri.

Digitized by Google

INTRACTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intraho;* actio intrahendi; *contractions. Plin. 7. 10. 3.* Rictum in loquendo, intractionemque linguae, et sermonis tumultum piscator quidam reddidit. Ita et *Stilig., al. leg.* contractionem.

INTRĂHO, his, xi, ctum, hĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *traho.* — Particip. *intrahens* §. *1.* — Proprie est idem ac traho; *trarre, tirare. Apul. 11. Met. 25.* Sol inclinatus intrahebat vesperam. V. *Hildebr.* ad *h. l. Id. 5. ibid.* Sulcatos intrahens gressus. — **B)** *Intrahere* absolute *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 111. Müll.* exponit: contumeliam intorquere.

* INTRĀIECTUS, a, um. Particip. ab inusit. *intraiicio.* Legitur a nonnullis apud *Auct. lib. 1. Colon. p. 214. Lachm.*, ubi *rectius* interiectus *legendum est.*

INTRĀMĔĀTUS, us, m. Abstractum ab *intra* et *meo*, verbalium more effictum; actus meandi intra; *ingresso. Not. Tir. p. 85.* Meatus, intrameatus, intromeatus. V. EXTRAMEATUS.

INTRĀMŪRĀNUS, a, um. Adiect. ab *intra* et *murus;* qui degit vel est intra urbis vel oppidi muros, incola urbis, urbanus. *Auct. Itin. Alex. M. 116.* Occupatis in regem intramuranis universis. *Inscr.* apud *Fea, Framm. de' Fast. cons. tav. 7. n. 12.* M. Herennio M. F. Picenti Cos. municipes municipii Augusti Velentis intramurani patrono. Haec *Inscr.* pertinet ad an. U. C. 720. *Ascon.* in *4. Verr. 6.* Magistratus, qui intramuranus non est, nec urbanus, etiamsi administrator eius Romae est, ad urbem dicitur. Adde *Ambros. ep. 20. n. 1.* V. loc. in EXTRAMURANUS.

INTRĀNĔUS, a, um. Adiect. ab *intra*, adiect. terminatione; qui in interiore est parte; et opponitur extraneo. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 12.* Haec ergo non solum in ecclesia persistebat docens, sed etiam in intraneis conventibus atque conciliis: et domos circumiens, quibuscumque poterat, suadebat.

INTRANSGRESSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *transgredior;* quem quis transgredi nequit. *Maxim. Taurin. Homil. 40.* Murus intransgressibilis inimico. — **B)** Translate, qui transferri non potest. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 14. circa med.* Unde et intransgressibilem habet filiationem Unigenitus Patris.

INTRANSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *transeo;* is, quo intrari non potest. *Hieronym. 4.* in *Isai. 11. 15.* Nilus aquarum multarum, qui prius uno fluebat alveo, et intransibilis erat, in septem valles humillimas, et rivos divisus est atque concisus.

INTRANSĪTĪVĒ. Adverb. ab *intransitivus;* intransitiva ratione; *intransitivamente. Priscian. 18. p. 1154. Putsch.* Quae habent passivam terminationem impersonalia, non possunt influitis adiungi, ut *statur, curritur, sedetur*, et intransitive intelliguntur.

INTRANSĪTĪVUS, a, um. Adiect. ab *in* et *transitivus;* in se manens, non transiens. *Priscian. 14. p. 982. Putsch.* Per intransitivam dicuntur elocutionem, id est non transeuntem ab alia ad aliam personam, ut *percurrit homo excelsus. Id. 11. p. 917.* Compositio intransitiva. *Id. ibid. p. 914.* Verbum intransitivum.

INTRANSMĔĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *transmeabilis;* non transmeabilis. *Clemens* apud *Isid. de Nat. rer. 40.* Oceanus intransmeabilis est hominibus, et hi qui ultra eum sunt mundi. *Iornand. de reb. Get. 1.* Oceanus intransmeabilis. *Id. ibid. 6.* Nilus amnis intransmeabilis. *Claud. Mamert. 3. Stat. anim. 8.* Cum Abraham in paradiso, et dives in inferno sic immenso quodam intransmeabili ab invicem disparati sint, ut etc. *Id. ibid. 9. sub init.* Intransmeabile chaos.

INTRĀNĬUS, a, um. Adiect. ab *intra*, eadem ratione effictum, qua ab *extra extranius;* interior. *Onom. Lat. Gr.* Intrarius: *ἐνδέμυχος.*

INTRĀTUS, a, um. Particip. verbi *intro;* penetratus. *Ovid. 2. Pont. 8. 56.* Intrata est Superis quod domus una tribus. *Vellei. 2. 105.* Intrata protinus Germania. *Liv. 21. 25. a med.* Ubi rursus silvae intratae, tum postremos adorti, etc. *Sidon. Carm. 2. 147.* cum bellua ferrum Ferret, et intratos exirent arma per armos; *h. e.* transfixos. — **B)** Translate. *Sil. 10. 525.* Phoebo iam intrata sacerdos; *h. e.* afflata.

INTRECTĀBĬLIS. V. INTRACTABILIS §. 1.

INTRECTĀTUS. V. INTRACTATUS §. 2.

INTRĔMĔFACTUS, a, um. Particip. ab inusit. *intremefacio.* V. TREMEFACTUS. *Optatian. Organ. 30.* Quodque queat minimum ad motum intremefacta frequenter Plectra adaperta sequi.

INTRĔMĪDUS. V. TREMIDUS.

INTRĔMISCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. transitivorum more etiam adhibitum, specie inchoativ. ab *intremo.* — Particip. *intremiscens* §. *1.* — Est tremere incipio, contremisco; *intremire, tremare. Plin. 8. 8. 1.* Elephas, vestigio hominis animadverso, priusquam homine, intremiscere insidiarum metu, circumspectare, etc. *Cels. praef. l. 7. a med.* Manu stabili esse, nec unquam intremiscente. — **B)** De rebus. *Plin. 2. 81. 5.* Terrae intremiscunt, sopito mari. Adde *33. 1. 1.* — **B)** Deinde, transitivorum more,

II. INTREMISCO est etiam valde timeo, revereor. *Mar. Mercat.* vertens *Nestorii Serm. 1. n. 12.* Formavit Deus Dominicam incarnationem. Intremiscamus susceptricem Dei formam.

INTRĔMO, is, ui, ĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *tremo.* — **b)** Derivata, *intremisco, intremulus.* — **c)** Compositum, *intremefactus.*

INTREMO proprie est idem quod tremo; *tremare, intremire. Cels. 5. 5.* Totum corpus intremit. *Ovid. 2. Met. 180.* subito genua intremuere timore. *Sulpic. Sev. Dial. 1. 15.* Ego et ille dux meus intremuimus. Adde *Vulg. Interpr. Cantic. 5. 4.* — **B)** De rebus. *Virg. 3. Aen. 581.* intremere omnem Murmure Trinacriam. — **B)** Deinde, transitivorum more,

II. *Intremo* est valde timeo. *Sil. 16. 604.* Annibalem ecce senectus Intremit, aut aegros simulat mentita timores. *Al. leg.* Annibali. *Id. 8. 60.* Intremuit regum eventus. V. TREMO.

INTRĔMŬLUS, a, um. Adiect. verbale ab *intremo;* tremens, tremulus; *tremolante. Auson. Epitaph. 54.* Intremulam baculo non cohibente manum. *Hic est sermo de vetula annor. CV.* — **B)** Deinde

II. *Intremulus* est etiam ab *in* negativa et *tremulus;* non tremulus. *Cassiod. 12. Variar. 19.* Pontis iunctione Tiberinos fluctus solemniter vestiatis, quatenus transitum praebeat intremulum, fixum contextionatione navigium. V. CONTRABIUM.

INTRĔPĬDANS, antis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *trepidans;* non trepidans, firmus, validus. *Inscr.* apud *Paulovich, Marm. Macarens. p. 61.* Licinia Prima, et Licinius Gerontius, Crescenti coniux et filius, adhuc intrepidantis aetatis patri, cui non licuit infantiam eius ad octo annos perducere, pio et bene merenti, et omnium amatori suorum et amicorum, digno hunc titulum posuerunt.

INTRĔPĬDANTER. Adverb. ab *intrepidans*, idem ac intrepide. *Non. 12. 44.* Festine et intrepidanter adscendere. Adde *Hilar.* in *Fragm. Oper. Hist. 15. n. 4.*

INTRĔPĬDĔ. Adverb. ab *intrepidus*, sine pavore, audacter; *intrepidamente. Liv. 26. 4.* Postquam assuetudine quotidiana satis intrepide visum est fieri. *Gell. 9. 11.* Progreditur intrepide modesteque obviam.

INTRĔPĬDO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *trepido;* trepidanter, seu festinanter moveo. *Symmach.* apud *Iornand. de reb. Get. 13.* Imperator, equo adacto in cursum calceribus incitatum, multos orbes huc atque illuc usque ad suam fatigationem variis inflexibus intrepidavit. Hoc idem narrans ait *Capitolin. Maximin. 5.* Equum admisit multis circuitionibus. V. TREPIDIARII. — Haec omnia in seu huius *Lexici* editione addidit *Furlanetto.* V. INTERPEDO, ubi variae huius loci lectiones.

INTRĔPĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *trepidus;* non trepidus, impavidus, imperterritus; *non sbigottito, intrepido. Ovid. 13. Met. 478.* Pertulit intrepidos ad fata novissima vultus. *Val. Flacc. 1. 503.* non intrepidus genitor discrimine nati. *Tacit. 1. Hist. 38. extr.* Intrepidus minantibus, adversus blandientes incorruptus. *Iustin. 24. 4.* Ptolemaeus adventum Gallorum intrepidus audivit. *Gell. 13. 1.* Interritus intrepidusque. Et *12.* Tranquillus, intrepidus, immobilis. *Curt. 8. 11. ad fin.* Saluti fuit, quod sensim et intrepidi se receperunt; *non strempigliati.* — **B)** Translate de rebus etiam abstractis. *Gell. 1. 11. extr.* Intrepida modulatio. *Senec. Hippol. 595.* Intrepida verba. *Tacit. Agric. 22.* Ita intrepida ibi hiems, et sibi quisque praesidio; *h. e.* liberna quieta ac tuta ab hostibus.

INTRESĔCUS. V. INTRINSECUS.

INTRĪBŬLĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *tribulo*, participiorum more effictum. — Est tribulo tusus. *Cato, RR. 127.* Vini sextarium origaniti dato ieiuno et puero pro aetate intribulatum, et vino beninam. Ita legendum probat *Pontedera, Op. posth. T. 1. p. 281.* pro *triobolum et vini heminam.*

INTRĪBŬO, uis, ŭtum, uĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tribuo;* contribuo, confero, tributum solvo; *contribuire. Traian.* ad *Plin. 10. ep. 35.* Modo ne quid ideo intribuant.

INTRĪBŪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intribuo;* actus intribuendi, collatio, pensio, contributio; *contribuzione. Ulp. Dig. 49. 18. 4.* Nec ab intributionibus veteranos esse excusatos, palam est. *Id. ibid. 50. 1. 11. extr.* Omnibus patrimonii intributionibus fungi debent. Et *ibid. 16. 17. §. 1.* Et sane appellatur ab intributione tributum, vel ex eo, quod militibus tribuatur. Adde *Arcad. ibid. 4. 6. a med.*

INTRĪCĀTUS, a, um. Particip. verbi *intrico;* impeditus, implicatus: *intricato, imbarazzato. Plaut. Pers. 4. 1. 9.* Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo, Ut ipsus sese, qua se expediat, nesciat.

INTRĪCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tricae.* — Particip. *intricatus*, v. suo loco. — Proprie est implico, involvo; *imbarazzare. Cic. fragm.* apud *Gell. 6. 2. extr.* Chrysippus sectuans laboransque, quoniam pacto explicet, et fato omnia fieri, et esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo. — **B)** Translate de rebus. *Afranius* apud *Non. 1. 26.* Ita intricavit hanc rem temeritas. *Ulp. Dig. 11. 3. 1. in fin.* Is quoque deteriorem facit, qui servo persuadet, ut iniuriam faceret, vel furtum, vel ut peculium intricaret. *Id. ibid.*

Digitized by Google

15. 1. 21. Intricare peculium in necem creditorum; *h. e.* obligare, aeri alieno subiicere; *impegnare*. — *Victric. de laud. Sanctor. 11.* Non me hypothetici et categorici syllogismorum modi intricant.

INTRĪGO, ĭnis, f. Nomen per syncopen ab *intertrigo*, et eiusdem significationis. *Varr. 3. LL. 36.*

INTRĪMENTUM, i, n. Verbale ab *intero*, syllabica adiectione productum, quo significatur conditura ex rebus tritis, et in cibos condiendi gratia infusis; *salsa, concia, sapore. Apul. 10. Met.* Sapidissimis intrimentis succunum pulmenta condita.

INTRINSĔCUS. Adverb. ab *intrim*, antiqua forma pro *intra* et *secus;* eadem ratione qua ab *extrim* pro *extra* et *secus* factum est *extrinsecus*. — **b)** Scribitur etiam *intresecus*, si modo sana est lectio, in *Inscr.* apud *Orelli*, n. 5527. Thermas maritimas intresecus refectione cellarum, foris soli adiectione . . . decorarunt.

INTRINSECUS proprie est in interiore parte; *intrinsecamente, di dentro:* cui opponitur *foris, extrinsecus. Varr. 2. RR. 11.* Eam intrinsecus eadem re perungunt. *Colum. 12. 43.* Lata vasa intrinsecus et exterius crasse picari iubebat. *Id. 8. 5.* Aviaria intrinsecus et extrinsecus pollantur opere tectorio. *Lucret. 6. 1143.* Sudabant etiam fauces intrinsecus atro Sanguine. *Cels. 4. 1.* Iecur intrinsecus cavum, extrinsecus gibberum est. — *Suet. Aug. 98.* Immolanti omnium victimarum locinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt; *h. e.* ad interiorem partem replicata. Cf. *Hand, Turscll. T. 3. p. 440.* et *441.* — **2)** Haec quoque observanda sunt. *Vulg. Interpr. Cantic. 4. 1.* Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet; *h. e.* quod palpebris modestia tua tegit. Sic *ibid. 5.* laudantur *genas*, absque eo quod intrinsecus latet; *h. e.* quod velo tegitur. *Id. Gen. 6. 6.* Tactus dolore cordis intrinsecus. *Id. Matth. 7. 15.* Intrinsecus autem sunt lupi rapaces. *Id. Ezech. 7. 15.* Gladius foris; et pestis et fames intrinsecus. Adde *Dan. 14. 6.* et *4. Reg. 4. 4.* et *6. 30.* etc.

INTRIPEDO. V. INTERPEDO.

INTRĪTĀ, ae, f., INTRĪTUM, i, n. } V. voc. seq. §. 4. et 5.

INTRĪTUS, a, um. Particip. verbi *intero*, adiectivorum more etiam adhibitum; in aliqua re tritus; *pesto, tritato. Plin. 24. 5. 1.* Glans intrita duritiae cum salsa axungia sanat. *Id. 30. 25. 6.* Cantharides cum uva taminia intritae. — **2)** Item aqua, aliove humore mollitus, maceratus, subactus; *macerato, ammollato, intriso. Varr. 3. RR. 9. in fin.* Panis triticeus intritus in aquam. Et *ibid. 10.* Hordeum intritum in aqua. *Plin. 17. 11. 2.* Grandissimis baccarum tusis leviter, ne grana frangantur, eaque intrita reste circumlini, atque ita seri. — **3)** Apud *Scribon. Compos. 201. acetum intritum* est quod rebus contusis, et intritis infunditur. — **4)** Absolute, substantivorum more,

INTRITA, ae, f. Est, quod Graece dicitur *ὑπόχυμμα*, res aliqua intrita. *Plin. 35. 49. 1. de confectione laterum.* Dum et intritam ipsam eorum, priusquam fingantur, macerari oportet; *la pasta.* Et *36. 55. 1.* Intrita quo vetustior, eo melior; *la calcina bagnata.* Et *17. 25. 1.* Atque ita ligatum insitum, intritaque illitum operire terra; *h. e.* luto pelvis mixto, et subacto, ut *Ipse ibid. 26. 2.* et *Colum. arbor. 26.* docet. *Id. 12. 55.* Semen sinapis in mortarium conicito, et pistillis conterito: cum contritum fuerit, totam intritam ad medium mortarium contrahito, et comprimito manu plana. V. INPUSURA. *Phaedr. 1. 26.* intrito cibo Plenam lagonam posuit. *Plin. 9. 9. 4.* et *Cels. 3. 19. a med.* Intrita panis e vino; *zuppa. Id. ibid. 6. a med.* Dari potest intrita ex aqua calida; *pan bollito:* fortasse, aut *pappa*. Et *4. 3. sub fin.* Incipiendum erit a pulticula, vel intrita bene madida; *un pasto brodoso.* Docet *Donat.* ad *Ter. Phorm. 2. 2. 4.* a rusticis *intritam* vocari alliatum moretarium. V. MORETUM. — **5)** Item

INTRITUM, i, n. Eadem significatione. *Apul. 11. Met.* Et insuper fluctus libant intritum lacte confectum. — **6)** Deinde

II. *Intritus* est etiam ab *in* negativa et *tritus;* non tritus, non fractus. *Colum. 12. 49.* Deinde intrita oliva novo fisco includitur, et prelo subicitur; *h. e.* integra. — **7)** Translate. *Caes. 3. B. G. 26.* Eductis quatuor cohortibus, quae, praesidio castris relictae, intritae ab labore erant, etc. *Alii leg.* integrae.

INTRŌ. Adverb. loci, eiusdem originis ac *intra*, nempe per syncopen ab *intero*, forma dativo simili, ut in *porro, retro.* Cf. INTRA §. 2. — **b)** Apud *Plaut. Aul. 2. 8. 23.* et *Stich. 4. 1. 12.* et *alibi* prima corripitur; qua de re Cf. *Ritschel* in *Prolog.* ad *Plaut. p. 129.* et *seq.* — **c)** Derivata, *intro, as, intronsus.* — **d)** Composita, *introcedo, introcludo, introcurro, introduco, introeo, introfero, introgredior, introiungo, intromitto, intropono, introporto, introrsum, introrumpo, introspicio, introtrudo, introversus, introvocatus, us, introveho, introdo.*

INTRO proprie est idem ac *intus* (Cf. INTRA *Nota*); *dentro, entro:* sed usu differt; inservit enim verbis motus ad locum. Frequentissimum autem est apud Comicos: et fere ad aedes refertur. *Plaut. True. 3. 2. 19.* Sequere intro me, amabo; *in casa. Cic. 5. Verr. 26.* Cur ad nos filiam tuam non intro vocari iubes? *qui da noi.* V. INTROVOCO, ubi et loc. *Liv. 10. 24. Ter. Eun. 5. 7. 2.* Modo senex intro ad nos venit. *Plaut. Most. 2. 2. 59.* In hasce aedes pedem nemo intro tetulit. *Id. Merc. 2. 1. 20.* Respondet, ni properem illam ab sese abducere. Ad me intro domum ad uxorem ducturum meam. *Id. Pseud. 2. 2. 59.* Huc quidem hercle haud ibis intro, ne quid harpax feceris. *Hirt. B. Afr. 88.* Cum dormitum isset, ferrum intro clam in cubiculum tulit. — *Plaut. True. 4. 2. 36.* Intro accipimus: quando acceptum 'st, non potest ferri foras. — **2)** Pro *intus. Cato, RR. 157.* Omnia sana faciet, intro quae dolitabunt. *Sunt qui putant locum interpolatum fuisse: alii explicant pro* interius. *Pallad. 1. 40.* Ut si pilam miseris, intro staro non possit. *Vulg. Interpr. 2. Par. 29. 16.* Intro reperire. Cf. *Notam* seq.

Nota. Discrimen inter *intro* et *intus* exhibet *Charis. 1. p. 86. Putsch.* « *Intro* est in locum, *intus* in loco dicimus: ut etiam apud Graecos *ἔσω, ἔσω καὶ ἔνδον*, idemque Lucilius ait: Nam velut *intro* aliud longe esse atque *intu'* videmus. Sic et *apud te* longe alio est, neque idem valet *ad te*, *Intro* nos vocat ad sese: tenet *intus* apud se. » — Huc spectat *Quintil. 1. 5. 50.* « Hoc amplius *intro* et *intus* loci adverbia: *se* tamen *intus* et *intro sum* soloecismi sunt. » Cf. *Spalding* ad *h. l.*, et *Hand, Turscll. T. 3. p. 441.* et *442.*

INTRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum tamen more, vel absolute, aliquando etiam adhibitum, ab *intro*. — **b)** Particip. *intrans* §. 1., *intrandus* §. 1., *intratus*, V. suo loco, *intraturus* §. 1. — **c)** Derivatum, *intrabilis*. — **d)** Compositum, *subintro*.

INTRO proprie est introeo, ingredior; *andar dentro, entrare, penetrare. Cic. 2. Phil. 27.* Tu ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? *Id. 2. Nat. D. 4.* Cum pomoerium postea intrasset. *Id. Rabir. Post. 8.* Una reprehensio est, quod regnum intrarit. *Petron. Satyr. 139.* Mulier quaedam ianuam intravit. *Hirt. 8. B. G. 16.* Cum equites intrare fumum et flammam densissimam timerent. *Virg. 6. Aen. 59.* Tot maria intravi, duce te. *Val. Flacc. 2. 11.* Amnis intrans aequora. *Liv. 9. 36.* Abhorrebat ab fide, quemquam Ciminios saltus intraturum. *Caes. 7. B. G. 75.* Quo qui intraverant, etc. *Plin. 6. 35. 4.* Intravere eo arma Romana. *Stat. 5. Theb. 555.* vultu galeas intrare soluto Non pudet; *h. e.* capiti induere. — Passive. *Tacit. 2. Ann. 3.* Si mare intretur. Et *16. ibid. 25.* Intrari curiam placebat. *Id. 3. Hist. 20.* Non, si pateant portae, nisi explorato, nisi die, intrandum. *Liv. 9. 36.* Regio, quae intranda erat. — **2)** Interdum sensu hostili est aggredi; *assalire. Stat. 6. Theb. 774.* Saepe etiam iniustis collatum viribus hostem, Ultro audax animis, intrat, etc. — **3)** Item penetrare, transfigere; *trafiggere. Martial. 7. 27.* Quem *(aprum)* meus intravit splendenti cuspide Dexter. Et *14. 30. de venabulis.* Intrabunt ursos, sit modo firma manus. — **4)** Translate. *Virg. 8. Aen. 390.* Medullas intravit calor. *Tacit. Agric. 5.* Intravit animum militaris gloriae cupido. *Id. 1. Ann. 59.* Pavidos et conscientia vecordes intrat metus, venisse patrum iussu, etc. — **5)** Item pro insinuare, penetrare. *Cic. 4. Acad. 39.* Nulla acies humani ingenii tanta est, quae penetrare in caelum, terram intrare possit. *Sil. 1. 124.* Intravit mentes Superûm; *h. e.* exploravit et intellexit consilia et voluntatem Deorum. *Id. 3. 697.* Ecce intrat subitus vatem Deus; *h. e.* invadit, impletque oestro eius animum. *Pers. 1. 21.* Carmina lumbum intrant. — **6)** Deinde, intransitivorum more,

II. *Intro*, eodem sensu proprio. *Ovid. 14. Met. 686.* cultosque intravit in hortos. Et *7. ibid. 492.* in portusque intrat amicos. *Cic. Dom. 5.* In Capitolium intrare non debuisti. *Caes. 7. B. G. 8.* Intrare intra praesidia. *Martial. 11. 98.* Intrare per rimas. *Hirt. B. Afr. 79.* Ne hostes intrare ad se possent. *Phaedr. 5. 9.* Cum vix intrare posset ad praesepia. — Impersonaliter. *Caes. 2. B. G. 17.* Quo non modo intrari, sed ne perspici quidem posset. — **7)** Poëtice dativum regit. *Val. Flacc. 1. 590.* mediis intrarent montibus undae. *Sil. 9. 289.* discordia demens intravit caelo. Et *11. 473.* Intrare ponto. Et *Stat. 1. Theb. 255.* septis et turribus aureus intres. Adde *Sil. 7. 464.;* dubia tamen lectione. — **8)** Speciatim hoc sensu aliquando ad forum et iudicia pertinet. *Plin. 3. ep. 4.* Allo senatu Vicetini sine advocato intraverunt; *comparvero*. Et *6. ep. 31.* A parte heredum intraverunt duo, omnino postularunt, etc. — **9)** Translate. *Cic. 5. Fin. 18.* Intrandum est igitur in rerum naturam, et penitus quid ea postulet, pervidendum. *Id. Flacc. 10.* Quorendum est ergo de omni accusationis iniquitate, . . . propius accedo: nego esse ista testimonia, . . . intrabo etiam magis: qui gessit, non adest; etc.; *mi avanzerò anche di più*. Et *2. Orat. 25. extr.* Definitio in sensum et in mentem iudicis intrare non potest. *Id. 1. Q. Fr. 1. 3.* Intrare penitus in alicuius familiaritatem. — **10)** *Intrare ad aliquam* (ex eo quod orientalium populorum more mulieres seorsum a viris degebant in parte domus secretiore) apud *Vulg. Interp.* dicitur de congressu venereo. Sic *Numer. 25. 8.* Intravit coram fratribus suis ad scortum. Et *Deuter. 21. 13.* Postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, etc. — **11)** *Intrare et exire* item ponitur pro versari frequenter cum aliquo. *Id. Act. 1. 21.* Omni tempore, quo in-

Digitized by Google

travit et exivit inter nos Dominus Iesus. Sic et 2. *Paral.* 27. 7. Sintque *(Levitae)* cum rege et intrante et egrediente. Adde *Act.* 9. 28. — **12)** Haec quoque translata notanda sunt apud *Matth.* 25. 21. Intrare in gaudium Domini sui. *Marc.* 7. 19. Intrare in cor. Et 10. 25. in regnum Dei. Et 14. 38. in tentationem. *Matth.* 18. 9. in vitam. *Act.* 19. 30. in populum. *Rom.* 5. 12. in mundum. *Apoc.* 11. 11. Spiritus vitae a Deo intravit in eos.

Nota. Constructio verbi modo est cum accusativo rei vel personae, modo cum accusativo et praepos. *in, per, ad;* vel poëtice cum dativo. Aliquando vero absolute vel impersonaliter usurpatur.

INTRŌCĔDO, ĕdis, essi, essum, ĕdĕre. — Verbum intransitiv. ab *intro* et *cedo;* introeo; *entrare*. *Apul. S. Met.* Post opimas dapes quidam introcessit, et cantavit invisus. Et 10. *ibid.* Super has introcessit alia visendo decore praepollens.

INTRŌCLŪDO et intro cludo, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *intro* et *claudo,* idem ac intracludo; *inchiudere*. *Gloss. Philox.* Introcludo; *ἐγκατακλείω*. V. INTRACLUSUS.

INTRŌCURRO et intro curro, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *intro* et *curro;* curro intro, incurro; *correr dentro*. *Nov.* apud *Non.* 5. 92. Per fretum introcurrimus. *Vulg. Interpr. Act.* 12. 14. Intro currens *(ancilla)* nuntiavit stare Petrum ante ianuam.

INTRODUCO, ūcis, uxi, uctum, ūcĕre. Verbum transitiv. ab *intro* et *duco*, cuius variationes sequitur. V. DUCO. — **b)** In imperativo *introduce ἀρχαϊκῶς* pro *introduc*, est *Plaut. Aul.* 3. 3. 4. V. loc. infra §. 1. — **c)** Particip. *introducens* §. 1., *introductus*, V. suo loco, *introducturus* §. 1. — **d)** Derivata, *introductio, introductor, introductorius*. — **e)** Compositum, *subintroduco*.

INTRODUCO proprie est duco intro, induco; *introdurre, condur dentro*. *Sall. Iug.* 12. Noctu milites introducit. *Caes.* 2. *B. G.* 5. Copias in fines hostium introducere. Et 5. *B. C.* 26. Eo naves introduxerunt. *Curt.* 6. 7. Opperiens aliquem, quo introduceretur ad regem. *Plaut. Aul.* 3. 3. 4. Etiam huc introduce, si vis, vel gregem venalium. *Paul. Dig.* 23. 5. 2. Introducere aliquem in possessionem. *Vulg. Interpr. Iudic.* 12. 9. Filiis suis accepit uxores introducens in domum suam. *Id. Levit.* 18. 3. Ad quam *(terram)* ego introducturus sum vos. — **2)** Translate. *Cic. S. Tusc.* 4. Philosophiam devocavit e caelo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit. *Id.* 1. *Nat. D.* 8. Non modo natum mundum introduxit, sed etiam paene manu factum; *h. e.* docuit, posuit, mundum natum esse. *Id.* 4. *Acad.* 42. *sub fin.* Introducebat enim Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret stoicis, summum bonum esse, frui iis rebus, etc. *Id. Amic.* 1. Quasi ipsos introduxi loquentes. *Al. leg.* induxi. *Quintil.* 9. 2. *ante med.* Et nostros cum aliis sermones, et aliorum inter se introducimus. *Cic.* 11. *Phil.* 8. Introducere ambitionem in senatum. *Vulg. Interpr.* 2. *Petr.* 2. 1. Introducere sectas perditionis. — **3)** Est etiam novum aliquid instituere, et in usum inducere. V. locum *Ciceron. fil.* in INTRODUCTUS. *Paul. Dig.* 13. 2. 1. Si obligatio nova lege introducta sit. *Id. ibid.* 9. 4. 26. Id enim praetor introduxit, ne eluderetur actio. *Ulp. ibid.* 29. 5. 1. Ideo senatusconsulta introducta sunt de publica quaestione habenda.

INTRŌDUCTĬO, ōnis, f. Verbale ab *introduco;* actus introducendi; *introduzimento*. *Cic.* 1. *Att.* 16. *ante med.* Noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. V. DUCO §. 10. — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. Hebr.* 7. 19. Introductio melioris spei. *Cassiod.* 12. *Variar.* 9. Introductionem memoratae rei *(hereditatis)* officium vestrum celebret ex more. — **3)** Est etiam idem, quod Graecis *διαγωγή* dicitur. *Cassiod. de dialect.* Haec qui plenius nosse desiderant, introductionem legunt Porphyrii. Adde *Boëth.* in *Porphyr. Dial.* 1. *post init.*

INTRŌDUCTOR, ōris, m. Verbale ab *introduco;* qui introducit; *introduttore*. — Translate. *Rufin.* 2. *invectivar. in Hieronym.* 7. Porphyrius, quem iste introductorem et instructorem ad logicam habere gloriatur.

INTRŌDUCTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *introduco;* qui introducit; *introduttivo*. — Translate. *Cassiod. Instit. divin. litter.* 24. Post introductorios libros auctoritatem cum expositoribus suis sedula intentione curramus. *Schol.* ad *Cic. Rhet. praef.* Scientia introductoria. Adde *Boëth.* in *Porphyr. Dial.* 1. *post init.*

INTRŌDUCTUS, a, um. Particip. verbi *introduco;* inductus; *introdotto*. *Cic.* 2. *Att.* 24. Introductus Curio filius dixit ad ea, quae Vettius dixerat. — **2)** Item invectus. *Cic. fil.* 16. *Fam.* 21. Introducta consuetudo.

INTROEO, is, ivi *et* ii, itum, īre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, ab *intro* et *eo*, cuius variationes sequitur. V. EO. — **b)** *Introiet* pro *introibit* habetur in *Dial. Hieronym. in Luciferr.* n. 5. *sub fin.* V. in EO, is §. e. — **c)** *Introire* aliquando trisyllabon esse apud Comicos, edidit *Ritschel* in *Proleg.* ad *Plaut. p.* 160. — **d)** Particip. *introiens*, §. 1. etc., *introëundus* §. 4., *introitus*, V. suo loco, *introiturus* §. 1. — **e)** Derivata, *introitorius, introitus, i* et *us*. — **f)** Compositum, *subintroëo*.

INTROĔO proprie est eo intro, ingredior; *entrare*. *Cic.* 3. *Phil.* 8. Ad urbem venturum, introiturum, quotiescumque vellet. *Id.* 7. *Att.* 7. Quod scribis in urbem introisse. Et 16. *ibid.* 11. Ut etiam in Siciae domum introëat. *Nep. Alcib.* 7. Primus in Thraciam introiit. *Sall. Iug.* 74. In tabernaculum introit, epistolam sumit ac perlegit. *Cic. Pis.* 25. Cum ego Coelimontana porta introisse dixissem. *Sall. Cat.* 29. Introire ad Ciceronem ac de improviso domi suae imperatum confodere. — Cum ablat. et praepos. *Cato, RR.* 157. *sub fin.* Si polypus in naso introierit. — Sequente infinito. *Ter. Heeyr.* 3. 2. 10. Tum filius introiit videre, quid agat. — Passive impersonaliter. *Varr.* 1. *RR.* 65. Cum periculo introitur recenti apertione. *Cato, RR.* 66. Cavent, quam minimum in cellam introëatur. *Sallust. Fragm.* apud *Serv.* ad 10. *Aen.* 628. Castra sine vulnere introitum. *Ulp. Dig.* 47. 10. 5. Si in fundum alienum introitum sit. — Absolute. *Inscr.* in *Annal. dell'Istit. Archeol.* a. 1857. p. 294. Accepit . . . ollas II. intrŏeuntibus parte dexteriore. — **2)** *Introire ad aliquam* eodem sensu, quo *intrare ad aliquam*. V. INTRO §. 10. *Vulg. Interpr. Gen.* 38. 9. Introiens ad uxorem fratris sui, etc. — Huc spectat *Ter. Heeyr.* 4. 1. 55. qui viderit eum dicere Exeuntem, aut introëuntem ad amicam. — **3)** Translate. *Cic. Amic.* 4. Quem fuerat aequius, ut prius introieram, sic prius exire de vita. *Vulg. Interpr. Ps.* 48. 20. Introibit usque in progeniem patrum suorum et usque in aeternum non videbit lumen; *h. e.* maiorum suorum crimina imitabitur, ideoque et ipse in aeternum punietur. — **4)** Deinde, transitivorum more,

II. *Introĕo*, cum accusat. *Cic.* 2. *Phil.* 28. An tu illa spolia cum aspexisti, domum tuam te introire putas? *Suet. Caes.* 81. *sub fin.* Introiit curiam. Et 18. Nisi privatus introisset urbem. Et 80. Consule theatrum introëunte. — Passive. *Front.* 2. *ad amic.* (edente iterum *A. Mai*) *ep.* 6. Cum ei ius introëundae curiae non esset ut relegato. Cf. INTROITUS, a, um.

INTRŌFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre. Verbum transitiv. conjugatione anom. ab *intro* et *fero*, cuius variationes sequitur. V. FERO. — Particip. *introlatus* §. 1. — Est infero, in aliquem locum porto; *portar dentro*. *Cic.* 7. *Verr.* 15. Lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem. *Liv.* 43. 7. Princeps eorum pedibus captus, lectica est introlatus. *Suet. Tib.* 50. Lectica quondam introlatus aeger comites a se removit. Adde *Vulg. Interpr.* 2. *Esdr.* n. 43. — **2)** Translate. *Auson. Profess.* 10. 8. Qui, quamvis humili Stirpe, loco ac merito, introtulere tamen Grammaticae studium ingenis hominum Burdigulae rudibus.

INTRŌGRĔDĬOR, ĕderis, essus sum, ĕdi. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam aliquando adhibitum, forma deponens, ab *intro* et *gradior*, mutata, euphoniae gratia, *a* littera in *e*. V. GRADIOR. — Est idem ac introëo; *entrare:* et adhibetur fere in praeteritis. *Virg.* 1. *Aen.* 521. Postquam introgressi, et coram data copia fandi. *Vulg. Interpr.* et *Reg.* 9. 34. Cumque introgressus esset, ut comederet, etc. *Id. Dan.* 5. 13. Et nunc introgressi sunt in conspectu meo Sapientes magi, etc. — **2)** Transitivorum more,

II. *Introgredior* cum accusat. *Vulg. Interpr.* 1. *Reg.* 23. 7. Introgressus urbem, in qua portae et serae sunt. *Id. Act.* 19. 8. Introgressus autem Synagogam cum fiducia loquebatur.

INTROGRESSUS, a, um. V. voc. praeced. §. 1. et 2.

INTRŌĬTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *introëo;* qui in ingressus adhiberi potest. *Gloss. Philox.* Introitorius; *εἰσόδιος*.

INTRŌĬTUS, a, um. Particip. verbi *introëo;* ingressus, aditus. *Ulp. Dig.* 47. 10. 5. Quod se pulsatum verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat.

INTRŌĬTUS, i, m. Idem origine et significatione quod introitus, us, usurpatum, quod sciam, tantum in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T.* 5. n. 2119. Concessum locum . . . introito libero.

INTRŌĬTUS, us, m. Verbale ab *introëo;* actus introëundi, ingressus; *ingresso*. *Cic.* 11. *Phil.* 2. Nocturnus introitus Smyrnam, quasi in hostium urbem. *Id. Dom.* 28. *a med.* Adventus meus, atque introitus in urbem. *Colum.* 11. 2. *ante med.* Sol in Geminos introitum facit. Et *paulo post*. Sol introitum in Cancro facit. *Lucret.* 2. 407. introituque suo perrumpere corpus. *Tacit.* 1. *Hist.* 51. Primo statim introitu. *Cic. Caecin.* 13. *extr.* Aliquem introitu prohibere. — *Plin.* 30. 59. 5. Introitum alicuius rei pellere; *h. e.* repellere quippiam ne introëat. — **2)** Translate. *Plin. alter,* 10. *ep.* 115. An qui deinde buleutae leguntur, certum aliquid debeant pro introitu dare; *per l'entratura*. *Suet. Claud.* 9. Sestertium octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere. *Scaevola, Dig.* 32. 1. 102. *ad fin.* Militiam illam cum introitu comparari volo; *h. e.* cum pecunia, quae pro introitu in militiam erogari solet. — **3)** Est etiam aditus, seu locus, qua introitur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. Aures duros et quasi corneolos habere introitus. *Id.* 7. *Verr.* 51. Litus propter ipsum introitum atque ostium portus; *imboccatura*. *Caes.* 4. *B. G.* 9. Omnes introitus erant praecisi: *i passi*. Et *Cic. Caecin.* 8. Ad omnes introitus, qua aditi poterat in eum fundum, armatos homines opposuit. *Suet. Ner.* 48. Dum claude-

Digitized by Google

stinus ad villam introitus pararetur. *Plin.* 4. 23. 6. In Euripo Euboico, primo fere introitu, quatuor insulae, etc. *Id.* 12. 25. 1. Primo statim introitu amnis; *foce, bocca*. — **4)** Translate est principium, initium. *Cic.* 1. *Att.* 18. Primus introitus fuit in causam fabulae Clodianae. *Id. Coel.* 2. Mihi quidem videtur hic introitus defensionis adolescentiae M. Coelii maxime convenire. *Plin.* 6. 31. 44. In introitu huius operis. — *Vulg. Interpr. Ps.* 120. 8. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum. *Id. Isai.* 37. 28. Egressum tuum et introitum tuum cognovi.

INTRŌIŬGUS, a, um. Adiect. ab *intro* et *iugum*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit. — *Introiugus equus* in *Inscr.* apud *Grut.* 557. imperante Antonino Pio, in qua Dioclis, circensium agitatoris, victoriae enumerantur, est, opinor, qui sub iugum ab interiori parte iunctus est, et *interior* etiam appellatur. V. INTERIOR §. 6. Legitur ibi: *duobus introiugis, Cotyno et Pompeiano, vicit:* et *introiugis tribus, Abigeio, Lucido, Parato vicit:* et *Cotyno, Galata, Abigeio, Lucido, Pompeiano, introiugis quinque vicit*, etc.: quibus verbis et nomina equorum indicantur, et quo loco sub currum iuncti essent. Numerus autem ipsorum equorum non significat duos, aut tres, aut quinque simul introiugos uno cursu adhibitos fuisse; sed duobus cursibus v. gr. primum Cotyno, deinde Pompeiano victoriam esse partam. Soli autem *introiugi* nominabantur, quamvis quatuor aut sex sub currum irent, quia in his maximum erat victoriae momentum, propter flexum metae; ideoque eisdem titulus palmae adscribebatur, et eorum tota quadriga designari solita fuit, ut plurimis probat *Salmas. in Solin. c. 45.*

INTRŌLĀTUS, a, um. V. INTROFERO.

INTRŌMĔĀTUS, us, m. Idem ac intrameatus. V. INTRAMEATUS.

INTRŌMISSUS, a, um. Particip. verbi *intromitto;* admissus; *ammesso, introdotto*. *Cic. Sull.* 18. *extr.* Ut cum prima luce consulem salutatum veniret, intromissus meo more et iure amicitiae, me in meo lectulo trucidaret.

INTRŌMĬTO. V. voc. seq. §. b.

INTROMITTO et intro mitto, ittis, isi, issum, ittĕre. Verbum transitiv. ab *intro* et *mitto*, cuius variationes sequitur. V. MITTO. — **b)** *Intromito* unica *t* pro *intromitto* ἀρχικῶς scribitur in *Tab. aen.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 199. lin. 31.* Ne alium intro mitat, nisi etc. — **c)** *Intromittier* paragoge est pro *intromitti* apud *Plaut. True.* 4. 2. 55. V. loc. infra §. 2. — **d)** Particip. *intromissus*, V. suo loco. — **e)** Compositum, *subintromitto*.

INTROMITTO proprie est mitto intro, immitto: *mandar dentro. Caes.* 7. *B. G.* 11. Legiones, portis accensis, intromittit, atque oppido potitur. *Auct. B. Hisp.* 54. Legatos ad Caesarem mittunt, ut sibi legiones subsidio intromitteret. *Tacit.* 15. *Ann.* 61. *extr.* Intromisit ad Senecam unum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denunciaret. *Ulp. Dig.* 48. 2. 4. Qui cum bestiis depugnandi causa in arenam intromissi sunt. *Varr.* 3. *RR.* 12. Quatuor lepores intromittere in leporarium; *rinchiudere*. *Vulg. Interpr. Dan.* 14. 41. Illos intromisit in lacum. — *Id. Ezech.* 37. 5. Intromittam in vos spiritum et vivetis. — **2)** Saepe est in domum admitto, recipio; *introdurre, ammettere, ricevere in casa*. *Ter. Eun.* 5. 1. 32. Phaedriam comissatum intromittamus. *Plaut. True.* 4. 2. 6. nec quemquam interim istoc ad vos. Qui sit odio, intromittam. Et *ibid.* 55. Quid si me iubeat intromittier? *Id. Aul.* 1. 2. 20. in aedes meas, me absente, neminem Volo intromitti: atque etiam hoc praedico tibi: Si bona Fortuna veniat, ne intromiseris. — **3)** Aliquando est introducere, inducere. *Gell.* 19. 13. Verba, quae a Laberio ignobilia nimis, et sordentia in usum linguae Latinae intromissa sunt, *Id.* 1. 15. Intromittere exemplum.

INTRŌNĔUS, a, um. Adiect. ab *intro*, syllabica adiectione productum. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T.* 8. *p.* 290. Introneus, interior, intimus, peritus, peritissimus, etc.

INTRŌPŌNO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *intro* et *pono;* pono intro. *Not. Tir. p.* 58. Ponit, imponit, introponit.

INTRŌPORTO, as, āre. Verbum transitiv. ab *intro* et *porto;* porto intro, intro fero. *Not. Tir. p.* 11. Portat, importat, introportat.

INTRŌRĔPO et Intro repo, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *intro* et *repo*. — Particip. *introrepens*, infra. — Est rependo, ingredior. *Apul.* 2. *Met.* Repente introrepens mustela. Et 9. *ibid.* Fide tenebrarum contectus introrepere posset.

INTRORSUM et Introrsus. Adverb. ab *intro* et *versum* per syncopen factum. V. INTROVERSUS. — **b)** *Introsus* pro *introrsus* legitur in *Inscr.* apud *Orelli, n.* 4054. Cf. *Vel. Long. Orthogr. p.* 2257. *Putsch.* V. infra §. 3. — **c)** Corrupte autem in *alia* apud eundem *Orelli n.* 4356. *introrursus* vel *introrursu*.

INTRORSUM et Introrsus proprie notat in aliquem locum versus; sive interiora versus, et idem est ac intro; *dentro, addentro*. *Caes.* 7. *B. G. ibid.* 22. Introrsus reducere aliquid; *tirar dentro*. *Liv.* 10. 35. Cedunt primo, et hostem introrsum in media castra accipiunt. *Sallust. fragm.* apud *Serv.* ad 5. *Aen.* 373. Igitur introrsus prima Asiae Bithynia est. *Tacit.* 2. *Ann.* 25. Eo promptior Caesar pergit introrsus, populatur, exsciudit; *dentro il paese*. Et 6. *ibid.* 33. Pulso introrsus freto, brevia litorum nudantur. *Plin.* 2. 100. 2. Introrsus in Pontum nunquam refluo mari. *Tacit.* 5. *Hist.* 11. Muri per artem obliqui aut introrsus sinuati. — **2)** Item *intus*. *Caes.* 2. *B. G.* 18. Collis infima apertus, ab superiore parte silvestris, ut non facile introrsus perspici posset. *Id.* 7. *ibid.* 23. Hae *(trabes)* revinciuntur introrsus et multo aggere vestiuntur. *Liv.* 28. 21. Nihil introrsus roboris ac virium esse. *Senec. Vit. beat.* 3. Ista, quae spectantur, foris nitent, introrsum misera sunt. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 44. Sed videt hunc omnis domus, et vicinia tota introrsus turpem. — **3)** In monumentis sepulchralibus denotat partem sepulchri posteriorem ac internam, *fronti* oppositam. *Inscr.* apud *Fabretti, p.* 179. *n.* 569. In fronte P. XVI., introsus P. X. In *alia* Patavii duobus abhinc annis (scribit *Furlanetto* in sua huius *Lexici Append. altera)* reperta, maximam vetustatem redolente, et deposita in *Mus. Patav.* In fronte P. XXIII. S.; retro P. XX. in A. P. XX., introsus pedes decem sexs quoqueversus. V. PRONS, tis §. 11.

Nota. Sunt qui etiam praepositionem habent cum accusat. copulatam, proferuntque illud *Tacit.* 2. *Hist.* 81. Quantum introrsus Pontum et Armenios patescit. *Sed alii rectius leg.* in Pontum. Cf. *Hand, Turcell. T.* 3. *p.* 442-444., ubi alia de hac particula.

INTRORSUS. V. voc. praeced.

INTRŌRUMPO, umpis, ūpi, umpĕre. Verbum intransitiv. ab *intro* et *rumpo*. — Particip. *introrumpens*, infra. — Est irruo, cum impetu introëo; *entrare con furia*. *Caes.* 5. *B. G.* 49. Quod ea non posse introrumpere videbantur; *h. e.* per portas. *Al. leg.* eas; *scil.* portas, ut sit accusativus verbi. *Gell.* 15. 22. Cerva emissa in cubiculum Sertorii introrupit. *Ter. Eun.* 5. 6. 26. Cesso huc introrumpere? *Al. leg.* intro irrumpere. *Plaut. Mil.* 2. 3. 50. Introrumpam recta in aedes. *Gell.* 15. 4. *in fin.* Parthos in Syriam introrumpentes tribus proeliis fusos; *che facevano un' irruzione*.

* INTRORURSUS. V. INTRORSUM §. c.

INTRŌSPECTO et Intro specto, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *introspicio;* saepe intus aspicio, introspicio. *Plaut. Most.* 4. 2. 27. Quid volunt? quid introspectant? *Al.* intro spectant *divisim leg.*

INTROSPECTUS, a, um. Particip. verbi *introspicio;* intus spectatus *Boëth. Cons. Philos.* 3. *pros.* 8. Introspecta viscera. — **2)** Translate. *Quintil.* 10. 2. *post med.* Introspectae penitus virtutes. Adde *Macrob. de differ. verb. p.* 2754. *Putsch.* et *Hilar.* in *Psalm.* 146. *n.* 7. *fin.*

INTROSPICIO, spĭcis, spexi, spectum, spicĕre. Verbum transitiv. ab *intro* et *specio* vel *spicio*, quod V. — **b)** Particip. *introspiciendus* §. 3., *introspectus*, V. suo loco. — **c)** Derivatum, *introspecto*.

INTROSPICIO proprie est intro vel intus aspicio: *guardare dentro*. *Cic. Har. resp.* 15. Ne quis meorum imprudens introspicere possit domum tuam, tollam altius tectum. — **2)** Translate pro simpliciter intueri; *mirare, vedere*. *Tacit.* 2. *Hist.* 20. Insita hominum natura, recentem aliorum felicitatem aegris oculis introspicere. — **3)** Universim pro perspicere, diligenter considerare, animadvertere; *esaminare, considerare, osservare attentamente*. *Cic. Font.* 15. Inserite oculos in curiam, introspicite penitus in omnes reipubl. partes. *Id. Sull.* 27. Penitus introspicite Catilinae, Cethegi, ceterorumque mentes. *Id.* 2. *Fin. ult.* Tute introspice in mentem tuam ipse: eamque omni cogitatione pertractans, percunctare ipse te, etc. *Tacit.* 11. *Ann.* 38. Tum primum fortunam suam introspexit. *Gell.* 17. 2. Si quis ea verba non incuriose introspiciat. *Tacit. Ann.* 7. Ad introspiciendas etiam procerum voluntates; *per ispiare e scoprire*.

INTRŌSUS. V. INTRORSUM §. b. et §. 3.

INTROTRŪDO et Intro trudo, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *intro* et *trudo*, idem ac intrudo. *Cato, RR.* 157. Turundam introtrudito. *Al. scribunt divisim* intro trudito.

INTRŌVERSUS et Intro versus. Adverb. eiusdem originis et significationis ac introrsum, sed rarioris usus. *Lucil.* apud *Non.* 4. 188. Quid sibi vult? quare fit, ut introversus, et ad te Spectent, atque ferant vestigia se omnia prorsus? *Horat.* eandem sententiam his verbis retulit 1. *Ep.* 1. 74. quia me vestigia terrent Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum. *Varr.* 2. *RR.* 7. Genua equi nec magna, nec introversus spectantia sint. V. INTRORSUM.

INTRŌVERSUS et Intro versus, a, um. Adverb. ab *intro* et *versus*, participiorum more effictum; versus intro; *voltato in dentro*. *Petron. Satyr.* 65. Baro autem noster introversus se proiecit in lectum. *Alii* intro versus *divisim leg.*

INTRŌVŎCĀTUS, a, um. V. INTROVOCO.

INTRŌVŎCĀTUS, us, m. Verbale ab *introvoco;* actus introvocandi; *il chiamar dentro*. *Ammian.* 29. 1. Primo introvocatu.

INTRŌVŎCO et Intro voco, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *intro* et *voco*. — Particip. *introvocatus*, infra. — Est in domum advoco; *chiamare dentro*. *Liv.* 10. 24. *extr.* Priusquam introvocarentur

Digitized by Google

ad suffragium tribus. *Cic. 3. Verr. 26.* Cur ad nos filiam tuam non introvocari iubes? *Apul. 8. Met.* Introvocata Charite invadit, ac supersistit sicarium.

INTRŪDO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *trudo;* intrudo, et quasi vi quadam; *caccior dentro. Cic. Caecin. 5.* Atque etiam se ipse inferebat et intrudebat; *s'intrudeva.*

INTŬBĀCĔUS, a, um. Adiect. ab *intubus;* qui est ex intubo. *Plin. 27. 82. 1.* Intubacea folia.

* INTŬBĔRANS. V. VITUPERANS.

INTŬBUM et Intybum, i, n. V. voc. seq.

INTŬBUS (Intibus et Intybus), i, m. et f. et Intubum, i, n. Nomen, quo genus quoddam herbae significatur, vulgo a Graeca voce ἔντυβον (unde et per y quidam scribunt) ductum; verum, cum Graeci hanc vocem a Latinis mutuarint, ipsis enim propria lingua dicitur σέρις (V. SERIS), praestat cum aliis derivare ab *in* intentiva et *tubo;* quod nempe herba haec ita fuerit vocata a caule in tubae speciem cavo. — **b)** Hinc rectius per u scribitur; quamquam in *Edicto Diocletiani p. 16.* legitur *intiba.* — **c)** Derivatum, *intubaceus.*

INTUBUS vel Intubum proprie est herba eadem ac cichores, ut *Servius* ait in *1. G. 120.* Sed aliis herba est ex cichoriorum genere, radice capillata, quam vulgo Nostrates vocant *endiviam; cicoria, radicchio, endivia. Plin. 20. 29. 1.* Intubi quoque non extra remedia sunt: succus eorum cum rosaceo et aceto capitis dolores lenit. *Id. 19. 39. 1.* Intubi hiemis patientiores: sed caule non minus grati. V. integr. loc. *Virg. 4. G. 120.* Quoque modo potis gauderent intuba rivis. *Colum. 10. 110.* et torpenti grata palato Intyba. *Pompon.* apud *Non. 3. 111.* Rustici eduut libenter paedidos, tristes, acres intybos. Cf. ATER §. a. Adde *Cael. Aurel. 2. Acut. 37. 210.* et *Vindician. Carm. 36.* — **B)** *Intubus* (intelige *agrestis,* sive *silvaticus),* ex *Pasq. Amati de vestit. purpur. p. 8.,* est veterum heliotropium. Hinc *Vegel. 5. Veterin. 42.* Accipiunt heliotropii unciam, quod intubum agrestem vocamus. Et *Apul. Herb. 49.* Heliotropion . . . alii *(vocant)* Intybum silvaticum.

INTŬĔO, is, V. voc. seq. §. c. et §. 5.

INTUĔOR, ēris, ĭtus sum, ēri. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tueor,* forma deponens. V. TUEOR. — **b)** Divisit per tmesin *Lucret. 4. 713.* Nenu queunt rapidi contra constare leones, Inque tueri. — **c)** Apud Veteres in usu quoque fuit *indutuetur* et *endotuetur,* pro *intuetur.* Sic *Enn. 5. Ann. v. 75.* (ed. *Wahlen)* apud *Non. 4. 385.* Indo tuetur ibi lupus femina. *Alii leg.* endotuetur, *vel* indutuetur. — **d)** Alia forma est *intuor, ĕris, ui,* item apud Veteres. *Turpil.* apud *Non. 7. 20.* Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide intui. *Plaut. Most. 3. 2. 150.* Nullam equidem cornicem intuor. *Ter. Heaut. 2. 4. 25.* Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos? — Hos imitatus est etiam *Senec. Hippol. 898.* Quod facinus cerno? quod monstrum intuor? Cf. et CONTUEOR §. b. — **e)** Hinc et activa forma *intueo, es,* vel *intuo, is,* de quo V. infra §. 5. — **f)** Particip. *intuens* §. 1. et 2., *intuendus* §. 3., *intuitus* §. 1. — **g)** Derivata, *intuitio, intuito, intuitus, us.*

INTUEOR proprie est in aliquid oculos conlicio, aspicio, contueor; *fissare lo sguardo, mirare, guardare. Cic. 5. Tusc. 21.* Tum ad mensam pueros delectos iussit consistere, eosque nutum eius intuentes, diligenter ministrare. *Al. leg.* ad nutum. *Id. Somn. Scip. 5.* Intueri solem adversum nequitis. *Id. Univ. 10.* In speciem rerum intuens. *Id. 2. Tusc. 15.* Dumque in ea intueberis, te continebis. *Id. Brut. 97.* Sed in te intuens, Brute, doleo. Et *1. Orat. 2.* Mihi quidem saepenumero in summos homines . . . intuenti, quaerendum esse visum est, etc. *Id. 5. Fam. 17. ad fin.* Nec minus nostra sunt, quae animo complectimur, quam quae oculis intuemur. *Id. Prov. cons. 9.* Intueor coram haec ornamenta reipubl. *Id. 1. Orat. 40. sub fin.* Huc atque illuc intuens. *Id. Planc. 1.* Cum intueor et contemplor unumquemque vestrûm. *Id. Orat. 2. extr.* Eam intuens, in eaque defixus. *Vulg. Interpr. Dan. 14. 17.* Intuitus rex mensam exclamavit voce magna. *Id. Act. 14. 8.* Qui intuitus eum et videns, quia fidem haberet, etc. — **B)** Translate. *Id. 1. Tusc. 30.* Mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit. *Id. 1. Orat. 32.* Commonens oratorem, quo quidque referat, et quo intuens, ab eo, quodcumque sibi proposuerit, minus aberret; *ed a che avendo la mira. Id. 2. Agr. 28.* Intentis oculis omnes reipubl. partes intueri; *considerare. Quintil. 5. 10. 28.* Intuendum etiam quid affectet quisque, etc. *Nep. Attic. 5. in fin.* Potius, quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent; *avea la mira:* spectabat. *Cic. Planc. 43.* Quos enim ego tum alios animo intuebar? *avea dinanzi gli occhi? avea in pensiero? Id. 5. Tusc. 3. sub fin.* Rerum naturam studiose intueri; *osservare, contemplare. Plin. Paneg. 55.* Ac mihi intuenti in sapientiam tuam, minus mirum videtur, etc. — **B)** Interdum est cum admiratione aspicere, admirari, suspicere. *Cic. Manil. 14.* Pompeium, sicut aliquem, non ex hac urbe missum, sed de caelo delapsum, intuentur. *Liv. 37. 54. circa med.* Gens humanum vestrum numen imperiumque, iuxta ac Deos immortales, iampridem intuetur. *Petron. Satyr. 83.* Ut me mater praecipue, tanquam unum ex philosophis, intueretur. — **C)** Pro versum esse, prospectum habere. *Plin. 5. ep. 6. circa med.* Cubiculum, quod hippodromum, vineas, montes intuetur. — **D)** Deinde, activa forma,

INTUEO, es, ēre, et Intuo, is, ĕre. Eodem sensu proprio vel translato. *Commodian. 51. 1.* Intuite dicta Salomonis, indices omnes. *Id. 59. 5.* Intuite plene dictum Rebeccae de caelo. — Hinc passive. *Cic. 1. Orat. 54.* Intuendi nobis sunt non solum oratores, sed etiam actores. *Ammian. 25. 5.* Hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere. Adde *Inscr.* allatam sub v. EPITAPHIUM §. 2. Cf. supra §. d. et INTUITO.

Nota I. Discrimen inter *videre, aspicere* et *intueri* dedimus supra sub v. ASPICIO in **Nota II.** §. 2. et 3.

INTŬĪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *intueor;* actus intuendi, intuitus. *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 6. 1.* Invisibile enim eius, cum sit potens, magnam mentis intuitionem et sensibilitatem omnibus praestat potentissimae et omnipotentis eminentiae.

INTŬĪTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *intueor,* sive *intuo,* et eiusdem significationis. *Apul. 11. Met. 17.* Nec tamen me sinebat animus ungue latius indidem digredi, sed intuitans deae specimen pristinos casus meos recordabar. Ita *Hildebr.* ex coniectura Codd. suffragantibus. V. ibi Rum de hoc loco disputantem.

INTŬĪTUS, a, um. V. INTUOR §. 1. *fin.*

INTŬĪTUS, us, m. Verbale ab *intueor;* actus intuendi, aspectus; *il guardare. Quintil. 10. 1. ante med.* Non ad intuitum rei, pugnamque praesentem. *Al. rectius leg.* actum. *Plin. 16. 19. 5.* Abies hilarior intuitu. *Al. rectius leg.* in totum. — **B)** Translate. *Modestin. Dig. 34. 1. 14.* Pietatis intuitu; *h. e.* ratione, gratia. Sic *Papinian. ibid. 46. 1. 47.* Intuitu humanitatis. *Tryphonin. ibid. 23. 2. 68.* Affectionis intuitu; *a riguardo.*

INTŬMĔO, es, ui, *in praeteritis tantum,* et

INTŬMESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *tumeo,* a quo inchoativorum more *tumesco,* unde *intumeo* et *intumesco.* — Particip. *intumescens* §. 1. et seqq. — Proprie est valde tumidus fio, turgesco, inflor; *gonfiarsi. Plin. 2. 85. 1.* Fluctus fletu intumescens. *Colum. 1. 4. in fin.* Loco tamen ipso paululum intumescente: *h. e.* altius surgente. *Ovid. 6. Fast. 700.* Vidi virgineas intumuisse genas. Et *1. ibid. 215. de Aydropicis,* quibus intumuit suffusa venter ab unda. *Plin. 20. 25. 2.* Si partes corporis in vesicas intumuerint. *Vulg. Interpr. Iob. 16. 17.* Facies mea intumuit a fletu. *Id. 38. 24.* Et videtur uterus illius intumescere. *Id. Ionae, 1. 15.* Mare ibat et intumescebat super eos. — *Cortex intumescens,* V. TUMESCO. — **B)** Translate sumitur pro efferri, superbire. *Quintil. 1. 1. 8.* Iure quodam potestatis intumescere. *Tacit. 4. Hist. 19.* Intumuere statim superbia ferociaque. *Senec. Consol. ad Polyb. 36. sub fin.* Supra humanum modum intumescere. *Novatian. ep. Cypriano papae, 2. fin.* Nisi anxio et sollicito labore serventur, in invidiam maximi criminis intumescunt. — **C)** Item pro irasci. *Ovid. 2. Fast. 607.* Iuppiter intumuit, quaque est non usa modeste, Eripit huic linguam. *Id. 4. Pont. 14. 34.* Intumuit vati non tamen Ascra suo; *h. e.* in vatem ira non exarsit. *Stat. 1. Theb. 412.* Irae intumuere. — **D)** Pro crescere, augeri. *Tacit. 1. Ann. 58.* Intumescente motu; *h. e.* seditione crescente. *Id. Germ. 3.* Affectatur praecipue asperitas soni, et fractum murmur, obiectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu intumescat.

INTŬMŬLĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *tumulatus;* insepultus, inhumatus. *Ovid. 2. Heroid. 136.* Occurramque oculis intumulata tuis.

INTŬMUS. V. INTIMUS *init.*

INTUNDO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *tundo,* idem quod tundo, aut valde tundo. *Scribon. Compos. 71.* Haec omnia intunduntur, cribrantur.

INTUO, is. V. INTUEO.

INTŬOR, ĕris. V. INTUEOR §. b., coll. §. 5.

INTURBĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *turbatus;* non turbatus; non *turbato. Plin. Paneg. 64.* Et sedit inturbatus, interritus, et tanquam ita fieri soleret.

INTURBĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *turbidus;* non turbidus, quietus, tranquillus. *Tacit. 3. Ann. 52.* Inturbidus externis rebus omnes. *Id. 14. ibid. 22.* Esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida iuventa frueretur. *Id. 5. Hist. 59.* Vir sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris appetens.

* INTURBŬLENTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *turbulentus;* non turbulentus. Tribuit hanc vocem *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 147. Ciceroni* in loco vexatissimo *Partit. 22.* Et omne quod est eius generis, grave, sedatum, inturbulentum. *Alii alii leg.* V. *Quicherat l. c.*

INTURGESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *turgesco,* idem quod turgesco. *Vegel. 1. Veterin. 36. circa med.* Pridie infundas in calidam, ut inturgescat. — **B)** Translate. *Iul. Vict. Art. rhet.* (edente *A. Mai*) *23.* In illo a pueritia in adolescentiam transitu parcatur voci: nam aetas illa inturgescit.

Digitized by Google

INTUS, Adverb. loci ab *in* et particula *tus*, quae motum ab aliquo loco significare videtur, eadem ratione qua a *sub* est *subtus*. Hinc *Priscian. 14. p. 991. Putsch.* « Quomodo autem *inter* et *intra* derivantur ab *in*, sic etiam *intus* et *intro*, quae sine dubio adverbia sunt etiam apud nos. » Idem antea dixerat *Gell. 12. 15.* — Vulgo autem derivatur ab ἐντός, quod Graece idem significat. — **b)** *Intus* penultima correpta adhiberi a Plauto, monet *Ritschel* in *Prolog.* ad *Plaut. p. 128.* et *seq.* — **c)** Derivata, *intimatio, intimator, intime, intimo, intimus.* — **d)** Composita, *abintus, deintus.* Cf. EXINTRO.

INTUS proprie est in interiori alicuius rei parte, intra, in; *dentro, in*: et opponitur *foras* vel *foris*. *Cic. Sull. 8. ad fin.* Ille relictus intus, exspectatus foris. *Plaut. Rud. 5, 3. 27.* Signum in fano hic intus; *qui dentro*. *Id. Capt. 1. 2. 89.* Ibo intro, atque intus subducam rationculam. *Cic. 2. Catil. 3.* Intus insidiae sunt: intus inclusum periculum est: intus est hostis. *Id. 2. Orat. 68.* Nasica sensit, illum intus esse; *dentro in casa*. Sic *Ter. Adelph. 4. 2. 50.* Est ne frater intus? *è egli in casa?* Et *Cic. Senect. 4. ad fin.* Nec vero ille in luce modo atque oculis civium magnus, sed intus domique praestantior. *Plin. 3. 5. 4.* Regio Anatiliorum, et intus Desuviatium; *dentro terra*. Et *Cic. 3. Fin. 8. a med.* Ea, quae sunt intus in corpore. Et *Univ. 10.* Omne animal in mundo intus incluserat. *Varr. 1. RR. 7.* In Gallia transalpina intus ad Rhenum. *Liv. 45. 18.* Ne frumenti quidem aut ullius rei copia intus erat; *h. e.* in urbe. *Id. 24. 10.* In aede intus Sospitae Iunonis. *Plaut. Casin. Grex.* Quod saturum est intus; *h. e.* post scenam. *Varr. 2. RR. 2.* Intus et foris. — *Ovid. 6. Met. 655.* Intus habes quod poscis; *h. e.* in te, in stomacho tuo. — **2)** Cum genitivo tanquam nomen usus est *Apul. 8. Met.* Intus sedium audito raditu meo; *h. e.* intra sedes. — **3)** Poëtae etiam cum ablativo copulant, more praepositionis. *Virg. 7. Aen. 192.* Tali intus templo Divûm patriaque Latinus Sede sedens. *Lucret. 4. 1087.* Nam cibus atque humor membris assumitur intus. — *Liv. 25. 11.* Quae sinu exiguo intus inclusae essent. — **4)** De *Forcellini* sententia etiam cum accusativo copulatur apud *Plaut. Mil. 2. 6. 55.* Vide, sit ne istaec vostra intus domum. *Sed rectius* domum *omittunt alii.* Et apud *Liv. 27. 11.* Romae intus cellam Fortunae signum prolapsum. *Sed hic quoque al. rectius leg.* intus in cellam *vel* in cella. — **5)** Speciatim *intus* dicitur de animo vel animi sensu, qui corpori externo aut rebus externis opponitur. *Cic. 1. Fin. 15.* Nec hae *(cupiditates)* sese foris solum iactant, nec tantum in alios coeco impetu incurrunt: sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident. *Plaut. Cist. 4. 2. 20.* Et intus parco et foris formido. *Pers. 5. 30.* Ego te intus et in cute novi. *Id. ibid. 42.* intus Palleat infelix. *Senec. ep. 80. n. 9.* Intus te ipse considera. — *Vulg. Interpr. Luc. 11. 39.* Quod autem intus est vestrûm, plenum est rapina. *Id. 2. Cor. 7. 5.* Foris pugnae, intus timores. Adde *Matt. 23. 25.* — **6)** Hinc spectat genus dicendi *carmen sibi intus canere*, de quo V. in CANO §. 8. et in ASPENDIUS §. 2. in ONOM. — **7)** *Intus esse* apud Scriptores Ecclesiasticos dicitur de iis, qui in Ecclesia sunt, quibus opponuntur ii, qui extra eam sunt et dicuntur *foris esse*. *Id. 1. Cor. 5. 12.* Nonne de iis, qui intus sunt, vos iudicatis? Et *2. ibid. 4. 16.* Tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. Adde *Augustin. 5. contra Donatist. 19.* Cf. VOMIS §. 6. — **8)** Deinde

II. *Intus* saepe etiam adhibetur cum verbis, quae motum in aliquem locum significant, et ponitur pro *intro*. *Caes. 3. B. C. 26.* Quo simul atque intus est itum, etc. *Lucret. 2. 710.* Nam sua cuique cibis ex omnibus intus in artus Corpora discedunt. *Cels. 7. 4.* Si recta intus tendunt. *Plaut. Cas. 5. 2. 7.* Intus novam nuptam deduxi via recta. *Scribon. Compos. 121.* Non patitur late fieri, nec intus vulnus converti. *Ovid. 10. Met. 456.* thalami iam limina tangit; lamque fores aperit; iam ducitur intus. *Lucret. 6. 727.* Quom mare permotum ventis ruit intus arenam. *Tacit. 1. Hist. 35.* Refractis palatii foribus ruere intus ac se Galbae ostentare. *Cels. 5. 28. 13.* Intus compellare. *Id. 8. 14.* Intus impellere. *Id. ibid. 16.* intus reverti. *Id. ibid. 20.* intus dare. — Cum accusativo. *Scribon. Compos. 46.* Inficere autem intus navem aut nares cochleae vivae per se. — **9)** Ponitur etiam pro *introrsus*. *Quintil. 11. 3. 99.* Pollice intus inclinato. *Cels. 8. 4.* Imaque pars eius intus ad fracturam, cornua ad os integrum spectent. — **10)** Speciatim *intus equum agere* est breviore gyro circumagere, ac metam propius accedendo: sumptum a cursu equorum in circo, de quo V. INTERIOR §. 6. — Hinc translate *Ovid. 6. Fast. 5. 85.* Tertia causa mihi spatio maiore canenda est: Nos tamen adductos intus agemus equos; *andrò ristretto*. — **11)** Denique

III. *Intus* apud Comicos, imprimis autem Plautum, usurpatur de egredientibus et de rebus e domo proferendis, ut intro opponatur. *Plaut. Epid. 3. 2. 48.* Abeamus intro hinc ad me. *Stratip.* Atque aliquanto lubentius, quam abs te sum egressus intus. *Id. Amph. 2. 2. 137.* Tu intus pateram proferto foras. Et *Bacch. 1. 1. 65.* Ego tibi argentum iubeo iam intus efferri foras. Et *Most. 3. 1. 144.* Evocato aliquem intus ad te. Et *Cist. a. 3. v. 8.* Aliquis intus prodeat propere. — *Ter. Eun. 4. 6. 25.* Obsera ostium intus, dum ego hinc transcurro ad forum. — **12)** Huc spectare possunt loca *Cels. 8. 4.* Quidquid spinosum est et intus eminet, excidendum est. *Id. 2. 8. de suppuratione.* Quae intus procedunt. Cf. *Eund. 7. 4. 4.* — **13)** Scriptores infimae Latinitatis adhibent olim praepositis particulis *ab* vel *de*, etiam in unam vocem coalescentibus, *abintus* et *deintus*. V. ABINTUS et DEINTUS.

INTUS, ūdis, f. Idem quod *Incus*. V. TUDES.

INTŬSĬĀTUS. V. INDUSIATUS.

INTŬSĬUM. V. INDUSIUM.

INTŪTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *tutus*. — Comparat. *intutior*, infra. — Est minime tutus, non securus, incustoditus, indefensus; *mal guardato, mal sicuro, pericoloso*. *Liv. 5. 45.* Castra Gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti invadunt. *Sallust. orat. Phil. contra Lepid.* Quousque cunctando rempubl. intutam patiemini? *Tacit. 3. Hist. 76.* Intuta moenium firmare. *Id. 2. Ann. 42.* Intuta amicitia. *Plin. 34. 59. 2.* Intutum est scribere stylo. *Nazar. Paneg. Constant. 26.* Non intutior tempore, quam Deo tectior.

INTŬBUM. } V. INTUBUS §. a. et b.
INTŬBUS. }

INVADO, ādis, āsi, āsum, ādĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *vado*, cuius variationes sequitur. — **b)** *Invasse* syncope pro *invasisse*, est *Lucilii* apud *Non. 4. 154.*, ubi *al. leg.* involasse. — **c)** In antiquis MSS. et editis libris *invado* et *involo* aliquando inter se sunt confusa, testante *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 32.* — **d)** Particip. *invadendus* §. 2., *invasus*, V. suo loco, *invasurus* §. 1. — **e)** Derivata, *invasio, invasor, invasus, us*.

INVADO proprie est vado aut feror in aliquem locum vel in aliquam personam aut rem, et fere cum aliqua vi aut impetu, aggredior, irrumpo, irruo; *andar contro, o addosso, entrare, invadere, assalire*: atque hinc est, quod modo cum accusativo et praepos. *in* adhibetur, modo sine ea, quum iam insit in ipso verbo; nisi accipias hac ratione adhiberi transitivorum more. *Cic. 2. Nat. D. 15.* Ignis quocumque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. *Id. 2. Phil. 31.* Cum mulier fieret uberius, homo misericors ferre non potuit: caput aperuit, in collum invasit. *Petron. Satyr. 91.* Invadere amplexibus pectus alicuius. Et *85.* Invadere aliquem basiolis. *Propert. 3. 6. 5.* Invadere capillos alicuius. *Virg. 6. Aen. 260.* Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum. Et *3. ibid. 382.* Vicinosque, ignare, paras invadere portus. Et *2. ibid. 265.* Invaduut urbem somno vinoque sepultam. *Colum. 7. 12. circa med.* Canes constantius appropinquantem violenter invadunt. *Nep. Themist. 2.* Xerxes Europam cum tantis copiis invasit, quantas neque ante, neque postea habuit quisquam. *Cic. 11. Phil. 2.* In Galliam invasit Antonius, in Asiam Dolabella. *Id. 5. Verr. 20. sub fin.* Si in eas urbes vi cum exercitu invasisses. *Id. Caecin. 9. ad fin.* Invadere cum ferro in aliquem. *Virg. 12. Aen. 740.* Procursu rapido, coniectis eminus hastis, invadunt Martem clypeis atque aere sonoro; *entrano in battaglia*. *Liv. 10. 35.* Iam invasurum castra Samnitem credentibus. — **2)** Modo tamen et passive adhibetur, transitivorum more. *Sall. Iug. 92.* Sperans, mox effusos hostes invadi posse. Et *121. extr.* Signo dato, undique simul ex insidiis invaditur. *Plaut. Asin. 3. 2. 58.* In oculos invadi nunc est optimum; *ehe se gli salti agli occhi*. *Liv. 53. 44.* Spes orta Aegypti invadendae. V. INVASUS, a, um. — **3)** Speciatim

II. *Invado* dicitur de iis, qui alienum per vim et nefas occupant. *Petron. Satyr. 15.* Nescio qui calvus invaserat pallium, exhibiturumque crastino die affirmabat. *Cic. 2. Phil. 16.* In multas praeterea pecunias alienissimorum hominum, electis veris heredibus, tanquam heres esset, invaserat. *Id. Rosc. Am. 8.* Accusant ii, qui in fortunas huius invaserunt. *Suet. Caes. 9.* Invadere dictaturam. *Cic. 1. Phil. 8.* Uncus impactus est fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat. — **4)** Hinc translate est aggredi, corripere, suscipere. *Id. 1. Fam. 9. ante med.* Num potui magis in arcem illius causae invadere? *Virg. 4. Aen. 265.* Continuo invadit; *h. e.* verbis aggreditur, alloquitur. *Sall. Iug. 39. ad fin.* Ne reliquos populares metus invaderet. *Lucret. 6. 658.* arripit acer Saepe dolor dentes: oculos invadit in ipsos. *Caes. 1. B. C. 14.* Tantus repente terror invasit, ut etc. *Plaut. Asin. 1. 1. 10.* Eum morbus invasit gravis. *Cic. 3. Offic. 7. a med.* Negat ullam pestem maiorem in vitam hominum invasisse, quam etc. *Virg. 9. Aen. 186.* aliquid iamdudum invadere magnum Mens agitat mihi. — *Vulg. Interpr. 1. Reg. 18. 10.* Post diem autem alteram invasit spiritus Dei malus Saul. — Cum dativo personae. *Cic. 16. Fam. 12.* Mirus invaserat furor non solum improbis, sed etiam his, qui boni habentur. *Al. leg.* improbos, sed etiam hos, etc. *Plaut. Epid. 5. 2. 5.* Lassitudine invaserunt misero in genua flemina. *Lucret. 6. 1040.* Usque adeo mortis metus his invaserat acer. *Al. aliter leg. Varr.* apud *Non. 9. 7.* Tanta porro invasit cupiditas honorum plerisque, ut etc. *Gell. 19. 1.* Quibus invasit repentinus rei magnae timor. — **5)** Item incidere.

Digitized by Google

Accius apud *Non. 4. 238.* Ut profugiens hostem, inimici invadam manus; *eadem nulla mani*. — **C)** Item ire, inire, iter conficere. *Tacit. 11. Ann. 8.* Ille, ut erat magnis ausis promptus, biduo tria millia stadiorum invasit, ignarumque et exterritum Gotarzen proturbat.

Nota. Constructio verbi patet ex dictis §. 1. et 4. potissimum.

INVALENTĬĂ, ae, f. Abstractum ab *in* et *valentia*, idem quod invaletudo. *Gell. 20. 1. circa med.* Vitium aliquod imbecillitatis atque invalentiae demonstratur. *Apul. Dogm. Plat. sub fin.* Alioquin invehit aegritudinem, atque invalentiam, et foeditatem.

INVĂLĔO, es, ŭi, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *valeo*, idem quod valeo, aut valde valeo, invalesco; *aver forza, esser robusto. Lucret. 2. 300.* Et quae consuerunt gigni, gignentur eadem Conditione, et erunt, et crescent, inque valebunt; *tmesis. Cic. Mur. 15.* Tantum ipse opibus constuque invaluit, ut etc.; *crebbe a tanto di forze. Tacit. 2. Hist. 98.* Haec, illave defensurus, prout invaluissent. — *Vulg. Interpr. Osee, 12. 4. de Iacob.* Et invaluit ad angelum: et confortatus est; *h. e.* praevaluit in lucta cum angelo. — **B)** Translate. *Suet. Vesp. 11.* Libido atque luxuria, coërcente nullo, invaluerat. *Id. Gramm. 4.* Appellatio Grammaticorum Graeca consuetudine invaluit: sed initio litterati vocabantur; *ha preso piede, è invalsa. Plin. 6. ep. 8.* Amor hic mansit, nec refrixit iudicio, sed invaluit.

INVĂLESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *invalso;* vires ac firmitatem acquiro; *prender forza, rinforzarsi.* — Translate. *Quintil. 2. initio.* Tenuit consuetudo, quae quotidie magis invalescit. *Id. 10. 2. ante med.* Verba intercidunt, invalescuntque temporibus; *vengono in uso. Ulp. Dig. 33. 7. 12. a med.* Quam sententiam quotidie increscere et invalescere videmus. *Suet. Ner. 27.* Paulatim invalescentibus vitiis; *prendendo piede.* — *Vulg. Interpr. Luc. 23. 8.* At illi invalescebant, dicentes: commovet populum. Et *ibid. 23.* Et invalescebant voces eorum.

INVĂLĒTŪDĬNĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *invaletudo*, idem ac valetudinarius, saepius aegrotans; *infermiccio. Senec. praef. l. 4. Quaest. nat.* Non video, quare sibi placeat, qui robustior est invaletudinario. *Sed rectius alii leg.* in valetudinario. Habet tamen *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 475.*

INVĂLĒTŪDO et Invalitudo, ĭnis, f. Abstractum ab *in* et *valetudo;* imbecillitas; *debolezza, infermità. Cic. 7. Att. 2.* Invaletudo tua me valde conturbat.

INVĂLĬDĒ. Adverb. ab *invalidus;* debiliter. *Arnob. 7. p. 230.* Quam infirmiter invalideque dicatur. — Tribuitur etiam *Cic. 10. Att. 8.* An invalide solus tuli scelus? *Alii* tamen *rectius leg.* invalidi.

INVĂLĬDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *validus*. — Comparat. *invalidior*, et superlat. *invalidissimus* §. *1.* — Proprie est infirmus, debilis, aegrotus; *debole, poco gagliardo, invalido. Liv. 6. 8.* Qui ubi videre Camillum, iam ad munera corporis senecta invalidum, vadentem in hostes. *Colum. 2. 11.* Ne alterius generis herba invalidam Medicam perimat. *Plin. 8. 54. 4.* Invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum. *Liv. 23. 16.* Calones, lixaeque, et invalidi milites; *gl' invalidi. Val. Flacc. 5. 24.* Pueri invalidi, et adhuc genitoris egeni. *Iustin. 41. 6.* Ad postremum ab invalidioribus Parthis oppressi sunt. *Suet. Aug. 13.* Invalidus atque aeger. *Tacit. 1. Ann. 46.* Invalidus et inermis. *Plin. 7. 57. 2.* Ne medicus crederetur, si unquam invalidus ullo modo fuisset ipse; *malato. Gell. 20. 1. ante med.* Si homo, morbo aut aetate aeger, ad ingrediendum invalidus est; *non può camminare.* — **B)** Translate de rebus etiam abstractis. *Tacit. 12. Ann. 16.* Invalida moenia adversus irrumpentes. *Claudian. Cons. Mall. Theod. 170.* Invalidum venenum. *Ulp. Dig. 48. 18. 1. a med.* argumentum. *Lucan. 7. 67.* Addidit invalidae robur facundia causae. *Tacit. 1. Ann. 65.* Invalidi ignes; *messo spenti, languidi.* — **C)** Deinde

II. *Invalidus* est etiam ab *in* intentiva et *validus*, sive adiect. verbale ab *invalso*, et significat valde validum: *valido, possente. Lucret. 1. 969.* Telum invalidis contortum viribus. *Al. leg.* validis. *Sil. 1. 552:* Invalidam duris evellit ab ossibus hastam. *Al. leg.* et validam *rectius*. Huc trahunt quidam et illud *Virg. 6. Aen. 113.* de *Anchise.* Atque omnes pelagique minas caelique ferebat Invalidus, vires ultra sortemque senectae. At *Heynius* interpretatur *ferebat, licet esset invalidus*, quod probandum. — Haec *Forcellinus;* sed ex his patet hanc vocis acceptionem dubiae admodum esse auctoritatis.

INVĂLĬTŪDO. V. INVALETUDO.

INVĀNUM. V. VANUS, a, um.

INVĀSĬO, ōnis, f. Verbale ab *invado;* actus invadendi, occupatio; *invasione. Symmach. 10. ep. 41.* (al. *48.*) Ut in examen clementiae vestrae invasionis indignitas perveniret. *Gloss. Philox.* Invasio; *ἐφόρμησις, ἔφοδος.*

INVĀSOR, ōris, m. Verbale ab *invado;* qui invadit et occupat; *invasore. Aurel. Vict. Epit. 33.* Romanum orbem triennio ab invasoribus receptavit. *Imp. Constantin. Cod. 7. 4. 5.* Invasor locorum poena teneatur legitima. Adde *Augustin. sub init. Tract. 4. in Epist. Ioann.*

INVĀSUS, a, um. Particip. verbi *invado;* occupatus; *invaso. Impp. Valentinian. et Valens Cod. Theod. 4. 18. 1.* Praedoni quidem tribus a die invasi loci usque ad exitum litis habeatur. *Pallad. de Insit. 120.* Persuadet moris tetrum mutare colorem Ficus, et invasis dat sua iura comis; *h. e.* ramis, quos insitione invasit.

INVĀSUS, us, m. Verbale ab *invado;* actus invadendi, aggressio. — Translate. *Coel. Aurel. 1. Chron. 4. n. 82.* Primo invasu affici possione.

INŪBER, ĕris, omn. gen. Adiect. ab *in* et *uber;* non uber. *Gell. 20. 8.* Ostreae cum appositae fuissent, et multae quidem inuberes macraeque essent.

INŪBĔRO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *ubero*, idem ac exubero. — Translate *Alcim. ep. 48. a med.* Omnis in commune praedicationum vestrarum cultus inuberat.

INŪDO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *udus;* valde udo, humidum facio. *Paulin. Nolan. Carm. 18. 418. de iuvenci,* lambuntque vicissim Mulcentem, labrisque manus palpantis inudant. *Alii minus recte leg.* inundant.

INVECTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab inusit. *invecto*, quod est ab *invehо*, idem ac vectatio; *cavalcata. Cassiod. 8. Variar. 41.* Obtinuit ille invectationibus nostris, quod in consistoriis agi solebat antiquis. Si quando enim relevare libuit animum reipublicae cura fatigatum, equina exercitio petebamus: tunc nobis causas multiplices relator delectabilis ingerebat. *Videtur tamen hic divisim* in vectationibus *scribendum.*

INVECTĬCĬUS et Invectitius, a, um. Adiect. verbale ab *invehо;* qui invehitur aliunde. *Plin. 10. 41. 4.* Cum Theophrastus tradat, invecticias esse in Asia etiam columbas. *Ambros. 3. Offic. 7.* Invecticium frumentum. — **B)** Translate. *Senec. ep. 23.* Quodcumque invecticium gaudium est, fundamento caret.

INVECTĬO, ōnis, f. Verbale ab *invehо;* invehendi actus; *il portar dentro. Cic. 2. Offic. 5. a med.* Iam vero et earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, et earum, quibus egeremus, invectio certe nulla esset. — **B)** Ponitur etiam pro insectatione, et impetu animi in aliquem; *invettiva. Id. 2. Invent. 54.* Clementia, per quam animi temere in odium alicuius concitati invectiones comitate retinentur. Ita locum legendum putat *Garatonius* in *Curas secundas* ad orat. *Cic. pro Plane. p. 156. Ascon.* in illud *Cic. 2. Verr. 10.* Quid est, quaeso, Metelle, iudicium corrumpere, etc. invectio est ad Metellum consulem. Adde *Rufin. 2. Apolog. 29.*

INVECTĬTĬUS. V. INVECTICIUS.

INVECTĪVĂ, ae, f. V. INVECTIVUS.

INVECTĪVĀLĬTER. Adverb. ab *invectivus;* cum invectiva; *con invettiva. Sidon. 1. ep. 11.* Qui satis invectivaliter abusi nominum nuditate carpebant plurimum vitia, plus homines.

INVECTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *invehо;* quo in aliquem invehimur, hoc est maledictis eum insectamur. Unde *invectivae orationes* dicuntur adversus aliquem scriptae, quibus in illius mores, vel ingenium, aut vitam, invehimur. *Ammian. 21. 10.* Orationem acrem, et invectivam, probra quaedam in eum explanantem et vitia, scripserat ad senatum. *Id. 22. 14.* In eos volumen composuit invectivum, quod Misopogonem appellavit. — **B)** Absolute, substantivorum more,

INVECTIVA, ae, f. *(subaudi* oratio). Est oratio invectiva. Hinc Grammatici dum citant orationes *Ciceronis* in Catilinam, saepe *invectivas* appellant, ut *Diomed. 1. p. 318. Putsch.* et *Priscian. 16. p. 1023.* etc. Hinc *Rufin. 2. Invect. in Hieronym. n. 39. sub init.* Ipse scribis in istis invectivis tuis, me etc. *Sulpic. Vict. Instit. Orat. 4.* Invectivae accusationis sunt portio.

INVECTOR, ōris, m. Verbale ab *invehо;* qui aliquid invehit. *Symmach. 10. ep. 27.* (al. *54.*) *a med.* Lanati pecoris invector.

INVECTRIX, Icis, f. Verbale ab *invehо;* quae invehit. — Translate. *Ambros. ep. 63.* (al. *71.*) *n. 5.* Etsi Epicurus neget invectricem mali esse voluptatem. *MSS. habent minus recte* inventricem.

INVECTUS, a, um. Particip. verbi *invehо*, adiectivorum more etiam adhibitum; et dicitur de iis, qui equo, curru aut navi feruntur aliquo. *Cic. Somn. Scip. 2.* Cum eris curru in Capitolium invectus. *Id. 5. Fin. 24.* Rex Perses eodem flumine invectus. *Liv. 4. 29.* Ipse triumphans invectus Urbem dictatura se abdicavit. *Id. 22. 15.* Concitatis equis invectus. *Plin. 6. 24. 4.* Carmaniae portum invectus. *Id. 9. 8. 2.* Delphinis in arenam invectus exspiravit; *inoltratosi.* — **B)** Hinc de rebus est importatus, illatus. *Id. 33. 3. 1.* Commercia victus gratia invecta; *introdotti.* Et *18. 20. 6.* Externa omnia ab Oriente invecta; *portate dall' Oriente.* Et *8. 8. 4.* Gemma ex Aethiopia invecta. Et *18. 10. 4.* Milium ex India in Italiam invectum. *Suet. Aug. 41.* Invecta urbi Alexandrino triumpho regio gaza, tantam copiam nummariae rei effecit, ut etc. — **C)** Hinc absolute, substantivorum more,

INVECTA ET ILLATA, et omissa coniunctione *invecta*, *illata* apud ICtos sunt res mobiles, quae a conductoribus in aedes conducticias invehuntur et inferuntur, utendi causa; *mobili, masseriзie. Paul. Dig. 2. 14. 4.* Placet, in urbanis habitationibus locandis, invecta illata

Digitized by Google

pignori esse locatori. *Martian. ibid. 20. 2. 2.* Invecta et illata pignori erunt obligata. Adde *Ulp. ibid. 5.* et *13. 7. 11.* Sic inducta, invecta, importata, *Scaevola, ibid. 20. 1. 32.* Quo spectat illud *Tertull. Patient. 15.* Rector animus facile communicat spiritus invecta cum habitaculo suo; *h. e.* bona, seu dona spiritualia cum corpore. — **A)** Praeterea

II. *Invectus* est etiam maledictis insectatus. *Ovid. 2. Trist. 155.* Tristibus invectus verbis.

INVECTUS, us, m. Verbale ab *inveho*, idem quod invectio. *Plin. 4. 2. 2.* Et Artemiram insulam assiduo terrae invectu continenti annectens. *Id. 2. 87. 1.* Terrae nascuntur fluminum invectu, sicut Echinades insulae ab Acheloo amne congestae. *Varr. 1. RR. 16.* Quae praedia vicinitatis evectus habent idoneos, quae nascuntur, ut ibi vendant; et illinc invectus opportunos, ut ea, quae in fundo opus sunt, emant. Ita legend. monet *Schneiderus*.

INVĔHO, vehis, vexi, vectum, vehĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *veho*. — **b)** Particip. *invehens* §. 4. et 7., *invehendus* §. 1., *invectus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *invectatio, invectitius, invectio, invectivaliter, invectivus, invector, invectrix, invectus, us.* — **d)** Compositum, *superinveho*.

INVEHO proprie est intro veho, importo, infero; *portar dentro, introdurre*. *Cic. 2. Offic. 22.* Tantum in aerarium pecuniae invexit, ut unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum. *Plin. 18. 75. 2.* Frumenta invehere; *scil.* in horreum. *Id. 18. 45. 5.* Limum non invehunt Euphrates Tigrisque; *scil.* in agros. *Id. 33. 53. 2.* Victoria Achaica signa et tabulas pictas invexit; *scil.* Romam. *Id. 29. 8. 17.* Invehi peregrinas merces displicuit maioribus. *Suet. Claud. 18.* Nihil non excogitavit ad invehendos etiam in tempore hiberno commeatus. — **B)** Translate. *Senec. Oedip. 79.* caeli vitia, quae tecum invehis, infaustus hospes. Et *Hippol. 1032.* litori invexit malum Maius timore. *Liv. praef. sub fin.* Divitiae avaritiam invexere. *Cic. 4. Tusc. 17.* Ut quemcumque casum fortuna invexerit, hunc quiete ferat; *h. e.* attulerit. — **C)** Est etiam simpliciter inducere; *h. e.* in aliquem locum ducere. *Val. Flacc. 2. 624.* Ogygii quam *(urbem)* nec trieterica Bacchi Sacra, neque arcanis Phrygius furor invehit antris. — **A)** Deinde, passive,

II. *Invehor* de iis dicitur, qui equo, curru, aut navi feruntur aliquo. *Liv. 2. 31.* Dictator triumphans urbem invehitur. Et *1. 59. a med.* Invecta corpori patris nefando vehiculo filia. *Ovid. 5. Trist. 3. 19.* aetherias meritis invectus es arces. *Id. 3. ibid. 10. 54.* Invehitur celeri barbarus hostis equo. Et *14. Met. 597.* Perque leves auras iunctis invecta columbis. *Virg. 6. Aen. 785.* Invehitur curru Phrygias turrita per urbes. — Absolute. *Cic. 1. Nat. D. 28.* Qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus invehens belluis, *pro* invectus. V. INVECTUS, a, um, §. 1. — **B)** Specialim

III. *Invehere se* est in aliquem invadere; *gettarsi addosso*. *Liv. 28. 15.* Cum eo ipso acrius, ubi inclinatam sensere rem, victores se undique inveherent. — **C)** Hinc *invehi in aliquem* est infestum inferri pugnandi causa. *Liv. 3. 8. a med.* Cum pleraque castella oppugnata, superatas munitiones, utrinque invehi hostem, nunciaretur. *Curt. 8. 14. 18.* Cum Coenus ingenti vi in laevum cornu invehitur. — **D)** Translate est asperioribus verbis aggredi, increpare, maledictis incessere; *invehere*: et plerumque passiva voce. *Cic. 2. Phil. 29. sub fin.* De quo Caesar in senatu, aperte in te invehens, questus est. *Id. fragm.* apud *Non. 4. 259.* In eum palam vehementer est invectus. Et *2. Orat. 75.* Si in homines caros acerbius et contumeliosius invehare. — **E)** Cum accusativo communi, Graeco more, quasi deponentium verborum ritu. *Nep. Timol. 3.* Cum nonnulla inveheretur in Timoleonta. *Id. Epam. 6.* Cum in oratione sua multa invectus esset in Thebanos. *Liv. 3. 48.* Ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te tum invectus.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei et aliquando personae et altero accusat. et praepos. *in*, pro quo etiam dativus adhibetur, raro tamen, addito quandoque ablativo instrumenti vel modi. — Passive, deponentium more, cum accusat. V. §. 8.

INVEIDĔO. INVEISUS. } V. INVIDEO §. b.

INVĔLĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *velatus*; non velatus, intectus, nudus. *Capell. 1. p. 3. de Mercurio*. Chlamyde indutus parva, invelatus cetera.

INVĔNĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *venalis*; non venalis, invendibilis. *Gloss. Philox.* Invenalis; ἄπρατος.

INVĔNĀTĬCUS, a, um. Adiect. ab *in* et *venaticus*; non venaticus, qui venatum non exercet. Vox iocularitor efficta a *Plaut. Capt. 1. 1. 17.* Item parasiti, rebus prolatis, latent in occulto, miseri victitant succo suo, Dum ruri rurant homines, quos liguriant. Prolatis rebus, parasiti invenatici Sumus; quando rure redierunt, molossici, Odiosicique, et multum incommodistici. Ita recte edidit *Bothe*: venatici *alii leg.* perperam profecto, nam canes molossici sunt quam qui maxime venatici, minime vero iisdem opponuntur.

INVENDĬBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *vendibilis*; qui non potest facile vendi. *Plaut. Poen. 1. 2. 128.* Invendibili merce oportet ultro emptorem adducere.

INVENDĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *venditus*; non venditus, ut Praedia invendita, *Scaevola, Dig. 18. 5. 10.*

INVĔNĬĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *veniabilis*; non veniabilis; non *perdonabile*. *Ambros.* in *Psalm. 35. n. 12.* Quemadmodum laudabilis est ille, qui bonum, quod quaesivit, invenit: ita inveniabilis, qui laboravit, ut malum, quod quaesierat, inveniret.

INVĔNĬO, ĕnis, ĕni, entum, ĕnire. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *venio*, quod intransitivum quum sit, vi compositionis in transitivum est mutatum. V. VENIO. — **b)** *Invenibit* pro *inveniet*, antiquum est. *Pompon.* apud *Non. 7. 96.* Saepe annuit, invenibit saepe. — **c)** Particip. *inveniens* §. 1., *inveniendus* §. 1., *inventus* §. 1. et suo loco, *inventurus* §. 1. — **d)** Derivata, *inventarium, inventio, inventiuncula, inventor, inventrix, inventus, us.* — **e)** Composita, *adinvenio, ininventibilis*.

INVENIO proprie est reperio, quasi *in rem venio*: et dicitur de rebus omnibus, quae vel data opera quaesita, vel casu oblata, quocumque modo comperimus; *trovare, ritrovare*. *Caes. 5. B. G. 5.* Naves reliquas paratas ad navigandum, atque omnibus rebus instructas invenit. *Ter. Andr. 2. 2. 1.* Ubi inveniam Pamphilum? *Plaut. Amph. 4. 1. 2.* Neque domi, neque in urbe invenio quemquam, qui illum viderit. *Id. Merc. 2. 4. 24.* unde erit argentum, quod des? *Cha.* Invenietur, exquiretur, aliquid fiet. *Id. Bacch. 2. 2. 41.* Quod ames, paratum est: quod des, invento est opus; *h. e.* invenire oportet. *Phaedr. 3. 2.* Quasi inventuri mortuam postridie. *Ovid. 1. Fast. 556.* spelunca Abdita, vix ipsis invenienda feris. *Virg. 1. G. 139.* Tum laqueis captare feras, et fallere visco Inventum. *Cic. 1. Orat. 2.* Cum vix singulis aetatibus singuli tolerabiles oratores invenirentur. *Liv. 5. 23. sub fin.* Eodem anno descisse Antiates, apud plerosque auctores invenio. *Plin. 10. 25. 1.* Invenitur in Annalibus, in Arimenensi agro locutum gallinaceum. *Id. 14. 14. 2.* Invenimus inter exempla, uxorem, quod vinum e dolio bibisset, interfectam fusti a marito, etc. Et *28. 1. 1.* Pleraque inventu rara ac difficilia. *Vulg. Interpr. Act. 4. 21.* Non invenientes, quomodo punirent eos. — **B)** *Non invenire se*, dicuntur, qui aliquando eas in se vires, aut facultatem non agnoscunt, quam alias habere se, probe sciunt, quique cum se putent posse aliquid, in re praesenti nihil possunt. *Senec. 3. Benef. 12. ad fin.* Felicissimis itaque opulentissimisque plurimum aestus subest, minusque se inveniunt, quo in maiorem materiam inciderunt. *Petron. fragm. Tragur. 47. Burm.* Multis iam diebus venter mihi non respondet: nec medici se inveniunt; *si perdono*. Et *Ovid. 16. Heroid. 115.* Postquam se dolor invenit, nec pectora plangi, Nec puduit scissis exululare comis. — **C)** Passive *inveniri* aliquando est esse. *Plaut. Capt. 3. 4. 19.* Quia tu te ipse eges in patria, nec tibi, qui vivas, domi est; Omnes inveniri similes tibi vis. — **A)** Deinde latiore significatione, posita causa pro effectu,

II. *Invento* varie adhibetur, nam aliquando est cognoscere, comperire, intelligere. *Caes. 2. B. G. 16.* Inveniebat ex captivis, Sabin flumen ab suis castris non amplius millia passuum decem abesse. *Ter. Phorm. 5. 5. 34.* Gnatam inveni nuptam cum filio tuo. *Nep. Dion. 8.* Quem si invenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum, etc. — **B)** Item excogitare, comminisci. *Cic. Dom. init.* Multa divinitus a maioribus nostris inventa atque instituta sunt. *Ter. Heaut. 3. 3. 35.* Inveni quandam nuper fallaciam. *Tibull. 1. 3. 55.* At Venus inveniet puero succumbere furtim; *h. e.* inveniet locum, ubi possis furtim etc. *Plin. 27. 11. 61.* Inventum est, ut cum pisce ammerentur. Et *37. 12. 76.* Inventum est, traducere etc. — **C)** Pertinet hoc sensu ad artem rhetoricam, cum excogitamus res veras, aut verisimiles, quae causam probabilem reddant, ut est apud *Cic. 1. Invent. 7.* Sic *Quintil. 10. 1. circa med.* Tanta in eo inveniendi copia, et eloquendi facultas. — **D)** Item comparare, acquirere. *Cic. 1. Fin. 7.* Eum Torquatum, qui primus hoc cognomen invenit. *Plin. 7. 45. 2.* Pecuniam magnam bono modo invenire. *Ter. Andr. 2. 1. 34.* si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia, Facite, fingite, invenite, efficite, qui detur tibi. *Tacit. 1. Ann. 74.* Perniciem aliis, ac postremo sibi invenere. Adde *Apul. 6. Met. 14.* et V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **E)** Item scire, aut videre. *Ovid. 4. Pont. 12. 45.* Nec quid agam, invenio, nec quid nolimve, velimve. — **F)** Item deprehendere, detegere. *Cic. 3. Catil. 7. ad fin.* Haec tanta in rempublicam coniuratio manifesto inventa atque deprehensa est. *Ter. Hecyr. 3. 1. 19.* Invenire aliquem in culpa. *Quintil. 2. 10. a med.* Qua nos, quamlibet per alia in scholis exercitati simus, tirones in foro inveniunt. *Ter. Eun. 5. 9. 6.* Sois, Pamphilam meam inventam civem? — **G)** Denique

III. *Invenio* apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulgato Interprete*, adhibetur pro experiri, sentire. Sic *Psalm. 20. 9.* Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis. — **H)** *Invenire gratiam* est gratiosum esse. *Id. Gen. 6. 8.* Noë invenit gratiam coram Domino; *h.*

Digitized by Google

e. placuit Deo. Adde *Esther*, 8. 8. et *Luc.* 1. 50. — **12)** Contra *invenire sibi iniquitatem* est iniquum iudicare. *Id. Osee*, 12. 8. Dives effectus sum, inveni idolum mihi: omnes labores mei non invenient mihi iniquitatem, quam peccavi; h. e. non iudicabunt me iniquum. — **13)** Singulare est illud *Ierem.* 10. 18. Ecce ego longe proiiciam habitatores terrae in hac vice: et tribulabo eos, ita ut inveniantur; h. e. ut deprehendantur angustiis conclusi, ut evadere supplicium non possint. Ita *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. *Alii minus recte leg.* ita non inveniantur; h. e. ut funditus pereant: quem sensum non fert Hebraicus textus, neque Graecus aut Chaldaicus interpres.

Nota. Qui discrimen statuunt inter *invenio* et *reperio*, ut illud de re quaesita, hoc de casu oblata dicatur, frustra sunt. Neque enim quidquam probat, quod mutilum ex *Ovid. 1. Met. 654.* afferunt *tu non inventa reperta es.* Integrum enim sic legi debet: *tu non inventa reperta Luctus eras levior*; h. e. levius te lugebamus non inventam, quam postquam reperimus. Deprehendimus enim buculam factam, quae eras puella. Itaque hic ipse locus satis ostendit promiscue utrumque usurpari. Sic *Cic. Rosc. Am. 15.* Ille, quomodo crimen commenticium confirmaret, non inveniebat: ego res tam leves qua ratione infirmem, reperire non possum. *Quintil. 5. 10. ad fin.* Hoc reperire, difficilius, quam, cum inveneris, argumentis adiuvare. *Plaut. Aul. 4. 2. 15.* Perscrutabor fanum, si inveniam uspiam Aurum dum hic est occupatus: sed si reperero, o Fides!

INVENTĀRĬUM, ii, n. Verbale ab *invenio*, idem quod repertorium; *inventario*. *Ulp. Dig. 26. 7. 6.* Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur, dolo fecisse videtur. Ex quo colligas, *Ulpiani* temporibus vocem hanc minus receptam apud doctos fuisse, et *repertorium* elegantius usurpari. *Id. ibid. 27. 3. 1.* Inventaria proferre. Et *37. 8. 1. sub fin.* inventarium rerum facere. *Scaevola, ibid. 26. 7. 58.* Ex inventario convenire aliquem.

INVENTĬO, ōnis, f. Verbale ab *invenio*; actus inveniendi; *invenzione, ritrovamento*. *Cic. 1. Tusc. 25.* Quid? illa vis quae tandem est, quae investigat occulta, quae inventio atque excogitatio dicitur? *Petron. Satyr. 88.* Chrysippus, ut ad inventionem sufficeret, ter helleboro animum detersit. *Plin. Paneg. 72. sub fin.* Alia tristium inventio, alia gaudentium; h. e. alia sunt, quae a tristibus inveniuntur, alia, quae a gaudentibus. — **2)** Specialim *inventio* est pars officii oratorii. *Cic. 1. Invent. 7.* et *Auct. ad Herenn. 1. 2.* Inventio est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quae causam probabilem reddant. *Quintil. 12. 10. circa med.* Quo minus adiuvat sermo, rerum inventione pugnandum est. *Iustin. 9. 8.* Ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventionum deesset ornatus; h. e. rerum inventarum. — **3)** Item apud *Vulg. Interpr. Baruch. 3. 18.* Qui argentum fabricant, et solliciti sunt, nec est inventio operum illorum: exterminati sunt; h. e. qui quantum ad opes cumulandas moliantur, vix ipsi cogitando assequuntur, denique tamen morte abripientur. Ita *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v.

INVENTĬUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. ab *inventio*; parva inventio; *invenzioncina*. *Quintil. 8. 8. a med.* Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent.

INVENTOR, ōris, m. Verbale ab *invenio*; qui quippiam primus invenit; *inventore*. *Cic. 3. Nat. D. 18.* Aristaeus, qui olivae dicitur inventor. *Id. 1. Fin. 10.* Ille inventor veritatis, et quasi architectus beatae vitae. Et *1. Orat. 11.* Harum disputationum inventor, et princeps omnium in dicendo gravissimus et eloquentissimus, Plato. *Caes. 6. B. G. 16.* Galli Mercurium omnium artium inventorem ferunt. *Ter. Eun. 5. 9. 8.* o mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector. *Virg. 2. Aen. 164.* scelerumque inventor Ulysses. *Stat. 1. Silv. 4. 78.* auctor ego, inventorque salutis. — **2)** *Inventor*, cognominatus est Iuppiter ab Hercule ob inventas boves, quas Cacus abduxerat, apud *Solin. 1. sub init.* et in *Inscr.* apud *Gud. 2. 7.* Iuppiter *inventor* dicitur quod Traiano Decebali Daciae regis victori eiusdem thesauros in flumine Sargetia absconditos indicaverit.

INVENTRIX, īcis, f. Verbale ab *invenio*; quae invenit; *inventrice*. *Cic. 1. Orat. 4.* Atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas. *Id. 3. Nat. D. 21.* Qui genuisse Minervam dicitur, quam principem et inventricem belli ferunt. *Virg. 1. G. 18.* olcaeque Minerva Inventrix. Adde *Quintil. 2. 15. 21.*

INVENTUM, i, n. V. voc. seq. §. 3.

INVENTUS, a, um. Particip. verbi *invenio*, adiectivorum more etiam adhibitum; repertus; *ritrovato*. *Ovid. 1. Met. 654.* Tu non inventa reperta Luctus eras levior (V. INVENIO in *Nota*). *Virg. 1. G. 184.* Inventusque cavis bubo. *Ter. Phorm. 3. 3. 26.* Inventos reddam; h. e. inveniam; *farò che sian ritrovate*. *Cic. 3. Catil. 7.* Coniuratio inventa atque deprehensa. — **2)** Excogitatus; *inventato*. *Virg. 6. Aen. 663.* Inventas aut qui vitam excoluere per artes. *Cic. 2. Orat. 41.* Nequaquam satis est, reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis. — **3)** Absolute, substantivorum more,

INVENTUM, i, n. Est commentum, res inventa; *invenzione, partito, cosa inventata, ritrovato*. *Cic. Mur. 29.* Aemuli inventorum Zenonis. *Virg. 4. G. 283.* Memoranda inventa. *Ter. Heaut. 4. 6. 7.* Ut te omnes Dii cum isthoc invento atque incepto perduint. *Ovid. 1. Met. 521.* Inventum medicina meum est. *Id. 6. Fast. 696.* Estque sub inventis haec quoque turba meis.

INVENTUS, us, m. Verbale ab *invento*, idem ac inventio. *Plin. 17. 15. 1.* Ex eodem inventu est surculos abscissos serere. *Al. leg.* inventum. *Id. ibid. 35. 8.* Inventu novitio finditur malleolus, etc. *Tertull. de Anim. 2.* Plane non negabimus aliquando Philosophos ista nostra sensisse; testimonium est veritatis etiam inventus ipsius.

INVĔNUSTĒ. Adverb. ab *invenustus*; illepide, inepte; *senza grazia*. *Quintil. 1. 6. 27.* Quare mihi non invenuste dici videtur. *Gell. 17. 12.* Inibi in eisdem laudibus non hercle hac sententiola invenuste lusit. *Apul. de Mundo*. Qui in ligneolis hominum figuris gestum movent, quando finem traxerint, torqueibitur cervix, nutabit caput, . . . nec invenuste totus videbitur vivere.

INVĔNUSTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *venustus*; illepidus, et sine Venere (ut ait *Donatus* ad *Terentii* loc. cit. in §. 2.) id est sine gratia; *senza grazia, sgarbato*. *Cic. Brut. 67.* Non invenustus actor, sed iners et inimicus fori. *Catull. 10. 3.* scortillum Non sane illepidum, nec invenustum. Et *12. 3.* Sordida res et invenusta; *incivile*. *Colum. 3. 6.* Arbustum invenustum. — **2)** Proprie significat eum, cui amores male procedunt; ἀναφρόδιτος, atque hinc sumitur pro infelici. *Ter. Andr. 1. 5. 10.* Adeone hominem esse invenustum, aut infelicem quemquam, ut ego sum? Ubi *Donatus*: invenustus, cui displicens obiicitur: infelix, cui placens negatur.

INVĔRĒCUNDĒ. Adverb. ab *inverecundus*. — Comparat. *inverecundius*, infra. — Est impudenter; *senza vergogna, sfacciatamente*. *Senec. ep. 114.* Aliqua aetas fuerit, quae translationis iure uteretur inverecunde. *Quintil. 7. 4. 10.* Non inverecunde dicet. *Ulp. Dig. 3. 1. ante med.* Inverecunde postulans, et magistratum inquietans. *Hieronym. ep. 128. n. 2.* Cum quo multo inverecundius, quam cum marito, egisti. Adde *Frontin. 1. de controvers. 20. Lachm.*

INVĔRĒCUNDĬĂ, ae, f. Abstractum ab *inverecundus*; impudentia; *sfacciataggine*. *Arnob. 4. p. 150.* Obduratus inverecundia. *Tertull. Poenit. 6. in fin.* Praesumptio inverecundiae portio est.

INVĔRĒCUNDĬTER. Adverb. ab *inverecundus*, idem quod inverecunde, sed rarioris usus. *Pompon.* apud *Non. 11. 39.* V. loc. in SCALPO.

INVĔRĒCUNDUS, a, um. Adiect. ab *in* et *verecundus*. — **b)** Tertiam syllabam licenter corripit *Venant. 1. de Vit. S. Martin. 593.* Irruit in medios clamoribus inverecundus. — **c)** Comparat. *inverecundior* et superlat. *inverecundissimus* §. 1. — **d)** Derivata, *inverecunde, inverecundia, inverecunditer*.

INVERECUNDUS proprie est impudens, omnis verecundiae expers; *senza vergogna, sfacciato, sfrontato*. *Cic. 1. Invent. 45.* Sin inverecundum animi ingenium possidet, etc. *Plaut. Rud. 3. 2. 45.* Leprupa, impudens, imparus, inverecundissimus. *Val. Max. 7. 7. n. 1.* Quid enim illis inverecundius? *Quintil. 2. 4. ante med.* Inverecunda frons. *Sallust.* apud *Suet. Gramm. 15.* Os improborum, inverecundus animus. *Paul. Dig. 32. 1. 23.* Ex imperfecto testamento legata vindicare, inverecundum est. — **2)** *Inverecundus Deus* apud *Horat. Epod. 11. 15.* est Bacchus, quia in vino verecundiam abiicimus.

INVERGO, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *vergo*. — Particip. *invergens*, infra. — Proprie est inverto fundendi gratia; *rivoltare, rovesciare, versar sopra*. *Virg. 6. Aen. 244.* frontique invergit vina sacerdos. Ubi *Servius*: Vergere est, converso in sinistram partem manu ita fundere, ut patera convertatur: quod in infernis sacris fit. *Plaut. Curc. 1. 2. 12.* Invergere in me liquores tuos sino doctim. *Ovid. 7. Met. 247.* invergens tepidi carchesia lactis. *Val. Flacc. 2. 611.* pelago vina invergens, dux talibus infit. Cf. MERGO et SUPERINVERGO.

INVERSĬBĬLIS. V. INVERTIBILIS.

INVERSĬO, ōnis, f. Verbale ab *inverto*; actus invertendi. *Quintil. 8. 6. a med.* τὴν ἀλλαγορίαν interpretatur *inversionem*, quia invertitur verborum sensus, dum aliud dicimus, aliud significamus. — **2)** Propter eandem causam *ironia* inversio appellatur a *Cic. 3. Orat. 65.*

INVERSO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *verso*, idem est ac verso, tracto. *Fulgent. Contin. Virg. circa med.* Eudelechus Aristotelis inversat. Cf. voc. seq.

INVERSOR, āris, āri. Verbum intransitiv. specie intentiv. ab *inverto*, forma deponens; in aliqua re versor. *Lucil.* apud *Lactant. 5. 5.* Queis inversamur, queis vivimu' rebus adesse.

INVERSŪRĂ, ae, f. Verbale ab *inverto*; versio in contrarium; *pirgatura, volta*. *Vitruv. 5. 5.* Aditus directus, et sine inversuris.

INVERSUS, a, um. Particip. verbi *inverto*, adiectivorum more etiam adhibitum; in contrarium versus, perversus; *rivoltato, rovesciato, stravolto, mutato al contrario*. *Horat. Epod. 2. 65.* Videre fessos vomerem inversum boves Collo trahentes languido. *Sall. Iug. 21.* Alveos navium inversos pro tuguriis habuere. *Plin. 12. 54. 7.* Inversa

Digitized by Google

manus; *volta all'ingiù:* cui *supina* opponitur. *Id.* 2. 7. 1. Figura umbrae terrae similis metae, aut turbini inverso. *Id.* 32. 48. 1. Inversa rana. *Id.* 15. 18. 3. Inversa vasa. Et 19. 47. 1. Inversos ramos serere. *Iuvenal.* 14. 187. Inversae pelles; *col pelo all'indentro. Martial.* 4. 87. Inversa charta; *h. e.* aversa, seu ab ea parte, qua scripta non est: in tergo, inquit *Iuvenal.* 1. 6. Apud *Horat.* 1. *Sat.* 1. 56. inversus annus; *h. e.* revolutus ad suum principium: quod fit Ianuario mense; *cum se verterit annus* dixit *Iuvenal.* 7. 242. — **2)** Translate. *Horat.* 3. *Od.* 3. 7. Pro curia, inversique mores! *h. e.* in peius versi. *Val. Flacc.* 3. 646. potioribus ille Deteriora fovens, semperque inversa tueri Durus; *ostinato a difendere le cose strane e stravolte. Quintil.* 3. 9. extr. Inversa consuetudo. *Propert.* 1. 15. 30. Inversae anni vices. *Lucret.* 1. 642. Inversa verba; *h. e.* translata, in alium a proprio sensum detorta, atque adeo obscura. Sic *Apul. Apol.* Voluntatem meam inversis verbis periclitabundus, etc. *Terent.* quoque *inversa verba* dixit *Heaut.* 2. 3. 131. praeposterе, ac inversis syllabis pronunciata ab amatoribus, quae solae amicae intelligant, non item ceteri, qui forte adsunt. Simile est, quod nos dicimus *gergo.* — **3)** Absolute, substantivorum more,

INVERSUM, i, n. Res inversa. *Auct. lib.* 1. *Colon. p.* 250. Terminus in inversum positus. Adde *Bosth. demonstr. art. geom. p.* 406. *ibid.* — **4)** Item absolute,

INVERSUM, adverbii more; inverso ordine. *Solin.* 8. Surculis inversum superpositis.

INVERTĪBĪLIS (et Inversibilis), le. Adiect. ab *inverto;* qui verti non potest. *Fragm. IV. Arianor. Vatican.* apud *A. Maium* in *Scriptor. vet. N. Collect. T.* 3. *p.* 216. Deus est, et Filius Dei unigenitus natura, voluntate Dei et patris sui verus invertibilis. V. INPARTIBILIS in *Append. Hilar.* in *Ep. ad Galat.* 73. Invertibilis in fide. — **2)** Translate. *Augustin.* 2. *lib. arbitr.* 8. Ratio numerorum invertibilis.

INVERTĪBĪLĪTAS, ātis, f. Abstractum ab *invertibilis;* conditio eius, qui invertibilis est. Legitur in *fragm. Ambros.* apud *Lanfranc. Comment.* ad 1. *Timoth.* 6. 15. Invertibilitas naturae.

INVERTO, tis, ti, sum, tĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *verto*, cuius variationes sequitur. — **b)** Particip. *invertendus* §. 5., *inversus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *inversio, inverso, as*, et *inversor, ōris, inversura.*

INVERTO proprie est in contrariam partem verto, perverto, immuto; *rivoltare, rovesciare, stravolgere. Cic. Partit.* 7. Ut cum semel dictum sit directe, invertatur ordo, et idem quasi sursum versus retroque dicatur. *Horat. Epod.* 10. 5. Invertere mare; *sconvolgere. Lucan.* 6. 390. Boreas invertit ornos; *atterra. Virg.* 11. *Aen.* 203. nox humida invertit caelum. Ubi *Serv.* ut ea pars, quae noctem haberet, sub terra esset. *Plin.* 9. 48. 3. Si polypus invertatur, elanguescit vis. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 59. Invertunt Allifanis vinaria tota; *vuotano. Sil.* 16. 569. serva albentes invertere lanas Murice Gaetulo docta; *tramutare di bianche in porporine.* — **2)** *Invertere terram*, est arare, quia tunc in solem glebae vertuntur. *Virg.* 1. *G.* 64. Pingue solum fortes invertant tauri. Et 3. *ibid.* 523. Vomere terras invertere. — **3)** Translate. *Cic.* 3. *Q. Fr.* 2. Nisi noster Pompeius, Dis hominibusque invitis, negotium inverterit. *Al. leg.* everterit. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 55. At nos virtutes ipsas invertimus; *h. e.* male interpretamur. *Cic. Har. resp.* 24. Videant ii, quam se cito inverterit; *si sia mutato.* — **4)** In illo *Tacit.* 15. *Ann.* 63. *de Seneca moriente:* Advocatis scriptoribus, pleraque tradidit, quae in vulgus edita eius verbis, invertere supersedeo: *invertere* est sententias aliis verbis exprimere. Est tamen qui malit *innectere.* — **5)** Apud *Ascon. in* 3. *Verr.* 69. Vertumnus Deus invertendarum rerum est, id est mercaturae; *h. e.* permutandarum.

INVESPĔRASCIT, ebat, ĕre. Verbum intransitiv. impersonale ab *in* intentiva et *vesperascit;* vesper fit; *farsi sera. Liv.* 39. 30. Iam invesperascebat.

INVESTĪGĀBĪLIS, le. Adiect. verbale ab *investigo;* qui investigari potest. *Lactant.* 3. 27. Res non investigabiles quaerere. *Al. leg.* vestigabiles. *Tertull. in Hermog.* 45. *extr.* Quae nec inveniri, nec investigari, nisi a solo Deo possent: alioqui investigabilia, si etc.

INVESTĪGĀBĪLĪTER, Adverb. ab *investigabilis;* cum investigatione. *Eugypp. Thesaur.* 130. Nec potius investigabiliter et latenter ordinem rerum humanarum currere credimus.

INVESTĪGĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *investigo;* indagatio, inquisitio; *ricerca, perquisizione, scoprimento. Cic.* 5. *Fin.* 4. Qua ex cognitione facilior facta est investigatio rerum occultissimarum. *Id.* 1. *Offic.* 4. Veri inquisitio, atque investigatio. Cf. *Eund. ibid.* 6.

INVESTĪGĀTOR, ōris, m. Verbale ab *investigo;* inquisitor; *investigatore, ricercatore, e scopritore. Cic. Univ.* 1. Acer investigator et diligens earum rerum, quae natura involutae videntur. Et *Suil.* 50. Coniurationis investigator atque ultor.

INVESTĪGĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *investigo;* quae investigat; *investigatrice. Capell.* 8. *p.* 141. Investigatrix comprehensio.

INVESTĪGĀTUS, a, um. Particip. verbi *investigo;* indagatus, perquisitus, et deprehensus; *investigato, rintracciato. Cic. Ligar.* 1. Diligentia inimici investigatum est, quod latebat. *Rutil.* 1. *Itiner.* 233. flagrantia taurus, Investigato fonte, lavacra dedit. *Ovid.* 15. *Met.* 146. Magna, nec ingenita investigata priorum, Quaeque diu latuere, canam. *Al. leg.* evestigata.

INVESTĪGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *vestigo.* — **b)** *Investigandŭm* pro *investigandorum*, dixit *Pacuv.* apud *Non.* 9. 1. — **c)** Particip. *investigandus* in §. praeced., *investigatus*, v. suo loco. — **d)** Derivata, *investigabilis, investigabiliter, investigatio, investigator, investigatrix.* — **e)** Composita, *adinvestigo, ininvestigabilis.*

INVESTIGO proprie est per vestigia quaero, vestigiis insequor, et deprehendo: pertinetque ad rem venatoriam; *rintracciare, investigare, scoprire cercando. Cic.* 2. *Nat. D.* 65. Canum tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium. — **2)** Deinde universim perquirere, inquirere, indagare. *Id.* 6. *Verr.* 21. Immittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui investigabant, et perscrutabantur omnia. *Q. Cic. Petit. cons.* 8. Perquirere et investigare homines. *Cic.* 12. *Att.* 17. Ut investiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita. Adde *Plin.* 2. 9. 1. et *ibid.* 66. 2. — **3)** Item reperire, deprehendere; *trovare, scoprire. Cic.* 9. *Att.* 1. Ubi Lentulus sit, investigare non possum. *Id.* 2. *Verr* 16. Habeo certam viam atque rationem, qua omnes illorum constus investigare et consequi possim. *Plaut. Merc.* 4. 3. 4. Nihil investigo quicquam de illa muliere. *Id. Rud.* 3. 2. 52. Si vidulum illum, quem ego in navi perdidi, Cum auro atque argento salvum investigavero, Isque in potestatem meam pervenerit. *Id. Aul.* 4. 9. 4. Equidem quo eam, aut ubi sim, aut qui sim, nequeo cum animo Certum investigare. *Ter. Heaut.* 4. 1. 8. Nihil tam difficile est, quin quaerendo investigari possiet. *Curt.* 8. 4. Tecta barbarorum, quae in ultimo saltu abdita, necessitas investigaverat.

INVESTĬO, is, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *vestio.* — Particip. *investitus*, v. suo loco. — Proprie est veste tego, orno; *adornare. Plin.* 35. 35. 1. Publicas porticus investivit pictura. — **2)** Non est imitandum illud *Maecenatis* apud *Senec. ep.* 114. Focum mater aut uxor investiunt; *h. e.* circumsident, cingunt: vel, ut alii minus recte interpretantur, veste obducta tegunt. V. *Lips.* in *hunc locum.*

INVESTIS, te. Adiect. ab *in* et *vestis;* sine veste, nudus; *senza veste, nudo. Tertull. Pall.* 3. Homo nudus certe, et investis figulo suo constitit. — **2)** Item imberbis, impubes, qui necdum pubertate vestitus est; *sbarbato. Festus* apud *Paul. Diac.* in *Vesticeps, p.* 368. *Müll.* Investis puer, qui necdum pubertate vestitus est. *Macrob.* 3. *Saturn.* 8. Romani pueros et puellas nobiles et investes, camillos et camillas appellant, flaminicarum et flaminum praeministros. *Pallad.* 11. 14. *sub fin.* Ut quoties vinum movetur, investis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat. Adde 8. 7. — **3)** Item, quia impuberes Venerem nesciunt, *investis* accipitur etiam pro eo, qui Venerem expertus non est; ἄφροτος. Minus placet *Non.* qui 1. 220. scripsit, investem dici quasi *in Vesta;* hoc est pudicitia, seu castitate, quam amat Vesta, cuius nempe virginibus nubere non licebat. Igitur idem est *mas investis*, et *mas virgo.* Sed tamen *virgo* proprie de muliebri sexu dicitur, *investis* de virili. *Tertull. Virg. veland.* 8. Si virgo mulier non est, nec vir investis est. Si non operitur virgo, quia mulier non sit, operiatur investis, quia vir non sit. Et 11. *extr.* Mater familiae vocatur licet virgo, et pater familiae licet investis. — **4)** Translate est spoliatus, privatus. *Id.* 2. *ad uxor.* 9. An ideo sit investis dotalibus, cui Deus censum suum credidit.

INVESTĪTUS, a, um. Particip. verbi *investio;* vestitus, tectus, obsitus. *Enn.* apud *Fest. in Scrupi*, p. 353. *Müll. de esto.* Scrupeo investita sexo atque ostreis. V. SCRUPEUS. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 38. Nec tumidas fluitante sinu investita papillas. *Al. leg.* vestita.

INVĔTĔRASCO (et Inveteresco), is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. ab *inveterο.* — Particip. *inveterascens* §. 1. — Proprie est vetus fieri incipio, vetustatem acquiro; *invecchiarsi. Cic.* 5. *Tusc.* 14. Nihil inveterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. *Al. leg.* interaescere. *Plin.* 25. 25. 5. Ad omnia autem maxime album *(vinum)* inveterascens. *Caes.* 2. *B. G.* 1. Populi R. exercitum hiemare atque inveterascere in Gallia moleste ferebant. *Nep. Attic.* 2. Neque indulgendo inveterascere eorum aes alienum patiebatur, neque multiplicandis usuris crescere. — **2)** Metaleptice sumitur pro invalescere, confirmari. *Cic.* 3. *Catil.* 11. Res nostrae litterarum monumentis inveterascent et corroborabuntur. *Caes.* 8. *B. G.* 40. Ut hanc inveterascere consuetudinem nolint. *Lucret.* 4. 1060. Ulcus enim vivescit et inveterascit alendo. — **3)** Alia forma

II. *Inveteresco*, eodem sensu proprio, legitur in *Inscr.*, quae pertinet ad ann. a Chr. n. 136. in *Atti dell' Accad. Rom. archeol. T.* 2. *p.* 46. *lin.* 17. Itaque bene conferendo universi consentire debemus, ut longo tempore inveterescere possimus.

INVĔTĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inveterο;* vetustas, antiquitas; *invecchiamento. Cic.* 4. *Tusc.* 37. *extr.* Inveteratio autem ut in cor-

Digitized by Google

poribus aegrius depellitur, quam perturbatio; h. e. morbus, qui inveteravit.

INVĔTĔRĀTOR, ōris, m. Verbale ab *invetero*, idem ac veterator. *Cassiod. Complex. Apocal. 17.* Illos inveterator malorum persequi non desinit; *scil.* diabolus. Adde *Isid. 10. Orig. 140.*

INVĔTĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *invetero;* vetus factus, antiquus; *invecchiato, vecchio. Cic. 5. Phil. 11. extr.* Omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius. *Id. Senect. 20.* Conglutinatio recens aegre, inveterata facile dissolvitur. *Id. 3. Fam. 9. a med.* Pro nostra non instituta, sed iam inveterata amicitia. *Plin. 14. 4. 9.* Inveteratum vinum. *Nep. Eumen. 8.* Inveterata licentia et gloria. *Curt. 3. 10.* Macedones inveteratae virtutis admonebantur.

INVĔTĔRESCO. V. INVETERASCO §. 3.

INVĔTĔRO, as, āvi, atum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *vetero*, quod est a *vetus*. — **b)** Particip. *inveteratus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *inveterasco* vel *invetteresco*, *inveteratio*, *inveterator*.

INVETERO proprie est veterem facio, sive ad vetustatem servare, curare, ut aliquid vetus fiat; *far invecchiare, serbare. Colum. 12. 12.* Quibus curae non fuit inveterare aquam caelestem, recentem sumunt. *Plin. 19. 34. 4.* Si diutius allium, caepamque inveterare libeat, aqua salsa tepida ungenda sunt. *Id. 23. 29. 1.* Aquae marinae sextarios pariter coquebant, atque ita diffundebant, inveterabantque. *Curt. 10. 3. sub fin.* Inveteravi peregrinam novitatem; h. e. quasi veterem et consuetam reddidi. — **2)** Translate pro abolere, antiquare. *Lactant. 2. 16. in fin.* Hac versutia, et his artibus notitiam veri Dei apud omnes inveteraverunt. — **3)** Passive *inveterari* sensu medio est vetus fieri, et aetatem ferre; *invecchiare, durare. Plin. 31. 46. 6.* Ad ea, quae inveterari volunt, nitro utuntur. *Id. 28. 57. 1.* Adeps inveteratur duobus modis, aut cum sale, aut sincerus. Et *19. 19. 4.* Inveterari vina, saccisque castrari. — **4)** Deinde, intransitivorum more,

II. *Invetero*, eodem sensu medio, sed fere in praeteritis. *Cels. 3. 13.* Si res inveteraverit. *Id. ibid.* Si malum inveteravit, nonnisi magna mole discutitur. *Plin. 12. 26. 3.* Nardo color qui inveteraverit, nigriori melior. *Vulg. Interpr. Ps. 31. 3.* Inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die. — **5)** Translate. *Cic. 14. Fam. 3.* Spes reliqua est in novis tribunis plebis, et in primis quidem diebus, nam si inveterarit, actum est. — **6)** Saepe est invalescere, corroborari, obtinere. *Id. 2. Verr. 1.* Inveteravit iam opinio perniciosa reipublicae, vobisque periculosa. *Id. Manil. 3.* Illa macula, quae penitus iam insedit atque inveteravit in populi R. nomine. *Id. Sull. 8.* Si tibi nos peregrini videmur, quorum iam et nomen, et honos inveteravit et huic urbi, et hominum famae ac sermonibus. — Impersonaliter. *Id. 2. Offic. 16. ad fin.* Intelligo in nostra civitate inveterasse a bonis temporibus, ut splendor aedilitatum ab optimis viris postuletur; *essere stato costume antico, che* etc.

INVĔTĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *vetitus;* non vetitus; *non proibito. Sil. 2. 441.* It liber campis pastor, cui fine sine ullo Invetitum saltus penetrat pecus.

INVĬĀBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *via*, verbalium more effictum; invius, qui adiri non potest. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *1. 38.* Agminibus militaribus inviabiles aditus. *Id. ibid. 61.* Palus aspera satis, et inviabilis prae rigore.

INVĬCEM. Adverb. seu potius nomen adiectivorum more positum ab *in* et *vicem;* *vicem* enim accusativus est *vicis*, absolute adhibiti, eadem ratione qua *magnam partem*, *cautam* (V. VICIS), pro quo, addita praepositione *in*, factum est *in vicem*, pariter vel sequente genitivo vel absolute adverbiorum more positum; quare et coniunctim scriptum est *invicem*, quod posteriores scriptores tanquam nomen adhibentes composuerunt cum particulis *ad*, *ab*, *in*, *pro*, *sub*, ut infra videre erit. Hinc patet multiplex huius particulae usus. — **b)** Qua adverbiali ratione adhibitum est, etiam tmesin patitur, interiecto verbo, ut apud *Stat. 2. Theb. 149.* inque vicem dextras iunxere. Adde *7. 817., Ovid. 5. Pont. 2. 86.* et *Virg. 4. G. 166.*

INVICEM et in vicem, ut hoc sensu rectius scribitur, usurpatur tanquam nomen, sequente genitivo; pro, loco, in locum; *in luogo, invece. Liv. 3. 18.* Ipse in locum vicemque consulis provolat. *Colum. 4. 26.* Pedamenta submovenda, quae cariosa sunt; eorumque invicem idonea reponenda. — Absolute. *Id. 5. 6.* Primam quamque . . . submoveat, et in vicem novellam sobolem substituat. Cf. alia ad rem in VICIS. — **2)** Saepius vero, ac proprie adverbiorum more,

II. *Invicem* est alternis, vicissim, per vices, in vicem alterius altero succedente, et paria paribus reponente; *alternativamente, a vicenda, in luogo, vicendevolmente. Caes. 4. B. G. 1.* Quotannis singula millia armatorum suis ex finibus educunt: reliqui domi manent, pro se atque illis colunt. Hi rursus invicem anno post in armis sunt: illi domi remanent. Et *7. ibid. 85.* Defatigatis invicem integri succedunt. *Hirt. B. Afr. 70.* Equitatu suo extremo agmine remoto, legiones invicem ad extremum agmen evocabat. *Liv. 2. 37.* Cum timor atque ira invicem sententias variassent. *Id. ibid. 44. extr.* Multis invicem casibus victi victoresque. Et *29. 1.* Servitum ad eum diem aut Carthaginiensibus aut Romanis: nec in vicem his aut illis, sed interdum utrosque simul. *Cels. 2. 17.* Idem et in altero fit, deinde invicem in utroque. *Horat. 3. Od. 23. 9.* Nos cantabimus invicem Neptunum et virides Nereidum comas. — **3)** Copulatur cum aliis particulis eodem sensu. *Cels. 6. 7. n. 1.* Sic teritur, ut invicem modo ros, modo passum instilletur. *Id. 5. 2. a med.* Bibendo aqua: postero die etiam vinum: deinde invicem alternis diebus modo aqua, modo vinum. — *Id. 3. 3.* Aliae quoque pares sunt, aliae impares: atque invicem altero die leniores, altero vehementiores. — **4)** Deinde

III. *Invicem* significat mutuo inter se, contra; *scambievolmente. Plin. 7. ep. 20. extr.* Ut invicem ardentius diligamus. *Tiber. apud Suet. Tib. 28.* Invicem odisse. *Quintil. 9. 4. ad fin.* Ut homines, qui manibus invicem apprehensis gradum firmant, et continentur. *Cic. 5. Att. 10. ad fin.* Et tamen propter vicinitatem totos dies simul eramus invicem; *ora io da lui, ora egli da me. Al. leg.* eramus iuncti. *Quintil. 4. 1. ante med.* Haec invicem obstant. *Id. 5. 10. 4.* Litigatores idem crimen invicem intentant; *l' uno all' altro.* Et *1. 4. 16.* Atque U permutatae invicem; *l' una nell' altra. Suet. Aug. 66.* Exegit et ipse invicem ab amicis benevolentiam mutuam. *Tacit. 3. Hist. 46.* Cuncta invicem hostilia; h. e. ultro citroque; *da una parte e dall' altra. Liv. 9. 3.* His invicem sermonibus . . . nox traducta est. *Id. 34. 33.* His dictis invicem auditisque, nox prope diremit colloquium. — *Chalcid. Comment. in Tim. Plat. p. 35.* Incurrentia semet invicem duo similia in unius corporis cohaerent speciem. — **5)** Item aliquando est ab altera parte aut contra, vel ab utraque parte, aut ex parte adversa, prout sensus expostulare videtur; *dall' una parte, da tutte due le parti, dalla parte opposta. Plin. 2. ep. 11.* Habes res urbanas: invicem rusticas scribe. *Id. 6. ibid. 7.* Invicem ego epistolas tuas lectito. *Liv. 28. 44.* Requiescat aliquando vexata tamdiu Italia; aratur evasteturque invicem Africa. *Tacit. 1. Hist. 65.* Multae invicem clades. *Quintil. 4. 3. 21.* Sic utraque res invicem iuvabit. *Suet. Tib. 28.* Si perseveraverit, invicem eum odero. *Plin. 19. 57. 1.* Ex semine brassicae veteris rapa fiunt, atque invicem. *Id. 28. 17. 2.* Invicem diversa aure. — **6)** Denique apud sequioris aevi Scriptores

IV. *Invicem*, tanquam nomen, copulatur cum aliis praepositionibus, ut *abinvicem*, *ininvicem*, *proinvicem*, *subinvicem*, quae modo divisim, quod rectius est, modo coniunctim efferuntur. — Sic *adinvicem* est instar; *a guisa. Veget. 2. Veterin. 7. extr., Augustin. 7. Trinit. 12.* et *Vulg. Interpr. Gen. 42. 21.* et *1. Reg. 10. 11.* sed non imitandi. — **7)** *Proinvicem* vel *pro invicem*, idem quod invicem. *Vulg. Interp. Iacob, 5. 16.* Et orate pro invicem ut salvemini. *Id. 1. Cor. 12. 25.* Sed idipsum pro invicem sollicita sint membra. — **8)** *Abinvicem*, *ininvicem* et *subinvicem* V. suo loco.

Nota. Qui plura de hac particula desiderat, adest *Hand, Tursil. T. 3. p. 449-457.*

INVĪCILLĬTAS. V. IMBECILLITAS §. 2.

INVICTE. Adverb. ab *invictus;* invincibili ratione. — Utitur in solo superlat. *Augustin. ep. 28. ad fin.* Ut ea te liquidissime, atque invictissime defendatur; h. e. ita ut tuam defensionem avertere nemo possit; *incontrastabilissimamente*.

*INVICTRIX, Icis, f. Adiect. verbalium more effictum ab *in* intentiva et *victrix*, idem ac victrix, invicta. *Inscr.* incertae auctoritatis apud *Grut. 1065. 6.* Invictricis Fortunae filius. *Reines. legit* victricis.

INVICTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *victus*. — **b)** *Inbictus* pro *invictus*, solita litterarum *b* et *v* permutatione habetur in *Inscr.* apud *Henzen, suppl. Orelli, n. 5344.* — **c)** Comparat. *invictior* §. 2., superlat. *invictissimus* et ἀρχαϊκῶς, *invictissumus* §. 1. et 2. — **d)** Derivatum, *invicte*. Cf. INVICTRIX.

INVICTUS proprie est qui victus non est, aut qui vinci non potest: *invitto, non vinto. Cic. Marcell. 4. extr.* Recte igitur unus invictus es, a quo etiam ipsius victoriae conditio visque devicta est. *Id. 1. Offic. 5.* Animi excelsi atque invicti magnitudo ac robur. *Tacit. 15. Ann. 21.* Invictus adversum gratiam animus. *Cic. 1. Offic. 20.* Invictum se a labore praestare; *indefesso. Liv. 22. 26.* Invictus a civibus hostibusque animus. *Cic. 2. Agr. 35.* Luxuries Annibalem, armis invictum, voluptate vicit. *Ovid. 7. Met. 792.* ambo invicti certamine cursus. *Iustin. 12. 15.* In hostem et in mortem invictus animus. *Cic. 6. Verr. 38.* Invictissimus imperator. *Horat. Art. P. 123.* Sit Medea ferox invictaque; h. e. indomabilis. — Cum genit. et infin. *Sil. 3. 336.* Cantaber hiemisque, aestusque, famisque invictus, palmamque ex omni ferre labore. — *Tacit. 1. Ann. 20.* Invictus operis ac laboris; *indefesso. Al. melius leg.* victus. — **2)** Translate de rebus. *Plin. 8. 57. 2.* Crocodilus contra omnes ictus cute invicta; *impenetrabile*. Sic *Ovid. 12. Met. 467.* invictum ad vulnera corpus. *Plin. 19. 3. 1.* Spartum in aquis, marique invictum; *incorruttibile. Id. 7. 15. 3.* Dentes invicti ignibus; *che resistono al fuoco*. Et *20. 1. 2.* Adamas infragilis

Digitized by Google

omni cetera vi et invictus. Adde *Ovid. 4. Pont. 12. 32. Lucan. 10. 522.* Invicti fluctus; *h. e.* qui nullo obice frangi et contineri possunt. *Senec. ep. 50. a med.* Necessitas invicta; *inevitabile. Liv. 6. 16.* Sed invicta sibi quaedam, patientissima iusti imperii civitas fecerat; *h. e.* quibus contraire non auderet. *Cic. in Senat. 12.* Constans, perpetua, fortis, invicta defensio. *Plaut. Mil. 1. 1. 57.* Pyrgopolinices Virtute, et forma, et factis invictissumis. *Id. Poen. 5. 4. 17.* Invicta pietas; *h. e.* constans, perpetua, quae nunquam defecit. *Augustin. de immortalit. anim. 8.* Quae sententia invictiore ratione approbatur; *pfi incontrastabile.* Adde *de morib. Manich. 2. 11.* — **3)** Saepe

II. *Invictus* proprium fuit epithetum Herculis, ut videre est in multis *Inscriptionibus* apud *Grut. 46. 7. 8. 9. 10. 11.* et *12.* et *47. 1. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 10.* et *11.* et *48. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* et *11.* et *49. 1.* etc. Hinc *invictum iuvenem* appellat *Propert. 1. 20. 23.* — **4)** Item Solis Mithrae. *Grut. 53.* et *54.* et *Reines. cl. 1. n. 45.* et seq. — **5)** Item Iovis. *Horat. 3. Od. 27. sub fin.* Uxor invicti Iovis; *h. e.* Omnipotentis. — **6)** Item Martis. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5671.* Marti invicto. — **7)** Item Serapidis in *Inscr.* apud *Orelli, n. 1891.* Iovi Soli invicto Serapidi. — **8)** Item Silvani. *Inscr.* apud *Eund. n. 1605.* — **9)** Item Imperatorum quorumdam, ut Septimii Severi in *Inscr.* apud *Eund. n. 1929.* et Antonini *(Caracallae)* in *alia, ibid. n. 2129.*: qui duo Imperatores in *Numis* apud *Eckhel, D. N. V. T. 7. p. 179.* dicuntur IMPP. INVICTI PII AVGG. — **10)** Etiam Commodo ante hos tributum fuit, teste *Inscr.*, quae tamen non caret suspicione, apud *Orelli, n. 883.*, quam V. — **11)** Idem tamen Commodus Aug., qui *Hercules Romanus* in nummis appellatur (V. COMMODIANUS, a, um) mensem Octobrem, appellari iussit *Invictum*, ut testatur *Lamprid. Commod. 11.*, qui haec habet *ibid. 12.* Assumptus est in omnia collegia sacerdotalia sacerdos XIII. K. Invictas, Pisone et Iuliano Cos. — **12)** Item

INVICTA proprium fuit epitheton plurium Dearum, nempe *Dianae* in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5706.*; *Isidis* in *alia* apud *Orelli, n. 714.* et *Uraniae* in *alia ibid. n. 1944.* — Item *Romae* in *Numis* apud *Eckhel, D. N. V. T. 8. p. 61., 180.* et *502.*

Notn. Copulatur cum ablat. et praepos. *a* vel *ab*, aut *in*, aut simplici ablat. sine praepos. — Item cum accusat. et praepos. *in, ad, contra, adversum.* — Item cum genit. et infinito; quae omnia patent ex §. 1. et 2.

INVĬDĀTUS, a, um. Adiect. ab *invidus*, participiorum more effictum, quasi ab *invido, as, are;* sed parum certae significationis. Legitur apud *Vulg. Interpr. Ital. Gen. 49. 7.* Maledictus furor eorum, quia invidati, et ira eorum, quia indurata est. *Vulg. nostra habet* quia pertinax *loco* quia invidati.

INVIDENDUS, a, um. Particip. verbi *invideo*, adiectivorum more adhibitum pro inviso, odioso, vel eo, cui invidetur. *Horat. 2. Od. 10. 7.* caret invidenda Sobrius aula. *Id. 3. ibid. 1. 43.* Cur invidendis postibus et novo Sublime ritu moliar atrium? Adde *Quintil. 12. Declam. 12.* Cf. INVIDEO §. 2. et 3.

INVĬDENS, entis. Particip. verbi *invideo*, adiectivorum more adhibitum; invidus; *invidioso. Cic. 4. Tusc. 8.* Nocere invidenti. *Vellei. 2. 75.* Speciosis invidens. — **2)** Item nolens, invitus. V. INVIDEO §. 8. — **3)** Apud *Apul. Apol. 51.* in alio libro, quem *(Theophrastus)* de invidentibus animalibus conscripsit; *invidentia animalia* non sunt non *videntia*, sed *invidiosa*, ut multis probat *Hildebr.* ad *h. l.* Cf. INVIDEO §. 7.

INVĬDENTĬA, ae, f. Abstractum ab *invidens;* aegritudo animi; *invidia;* quam describit *Cic. 4. Tusc. 8.* Invidentiam esse dicunt aegritudinem susceptam propter alterius res secundas, quae nihil nocent invidenti. Et *5. ibid. 10.* Atqui quemadmodum misericordia aegritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidentia aegritudo est ex alterius rebus secundis. Et *9.* Posset sapiens incidere in invidentiam. Non dixi, in invidiam, quae tum est, cum invidetur: ab invidendo autem invidentia recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiae, quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius. Et *4. ibid. 7.* Subiicitur aegritudini invidentia. Utendum est enim docendi causa verbo minus usitato, quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur. *Iul. Valer. 5. Gest. Alex. M. 17.* Sin vero venis ut discas, quae a vobis scilicet sciri queant, nulla est invidentia. Adde *Auct. Itin. Alex. M. 91.* — **2)** Aliquando eadem est ac aemulatio. *Cael. Aurel. 4. Tard. 9.* Tribades mulieribus magis, quam viris, misceri festinant, et easdem invidentia paene virili sectantur, et sui sexus iniuria gaudent; illi *(h. e.* viri molles sive subacti) comparatione talium animi passione iactari noscuntur; *h. e.* muliebria pati animo libenti solent. — **3)** Deinde, sensu concreto,

II. *Invidentia*, tanquam Dea nomen usurpatum est, de qua *Cic. 3. Nat. D. 17.* Quod si ita est, Caeli quoque parentes Dii habendi sunt, Aether et Dies eorumque fratres et sorores, . . . Amor, Dolus, Morbus, Labor, Invidentia . . . quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. Aut igitur haec monstra probanda sunt, aut prima illa tollenda. Cf. INVIDIA §. 7.

Notn. Discrimen inter *invidiam* et *invidentiam*, V. sub v. INVIDIA in *Nota* §. 1.

INVIDĔO, īdes, īdi, īsum, ēre. Verbum suapte natura transitiv. et transitive etiam adhibitum, ut simplex *video*, a quo et *in* est compositum, sed ex consuetudine intransitivum etiam factum, ut infra dicemus. V. §. 1. — **b)** In antiquis Lapidibus etiam *invideo, invisus*, etc. scriptum reperitur, ut in *Corp. Inscr. Lat. T. 1.* n. *1194.* et *1306.* — **c)** Particip. *invidens* §. *8.* et suo loco, *invidendus*, V. suo loco, *invisus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *invidatus, invidentia, invidia, invidiose, invidiosus, invidus, invise, invisito, inviso, invisor.* Cf. INVISO. — **e)** Composita, *perinvisus, subinvideo.*

INVIDEO varie adhibetur: nam huius verbi significatio partim pendet a particula *in*, quae in compositione modo est intentiva, modo negativa: partim ab usu ipsius verbi seu consuetudine loquendi, qua nempe modo transitive, modo intransitive usurpatur. — Quatenus *in* intendendi vim habet, et verbum utraque ratione adhibetur.

I. *Invideo* proprie est intentos oculos et animum assidue in aliquem habeo, atque hinc ex secundis eius rebus dolore afficior; *invidiare, avere invidia.* Huc universim spectant *Quintil. 9. 3. initio.* Paene iam quidquid loquimur, figura est, ut *huic rei* (optimae editt. habent *hae re*) *invidere:* non, ut omnes Veteres, et Cicero praecipue, *hanc rem. Cic. 3. Tusc. 9.* Ut effugiamus ambiguum nomen invidiae, quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Menalippo: Florem quisnam liberum invidit meum? Male Latine videtur. Sed praeclare *Accius.* Ut enim videre, sic invidere florem rectius, quam flori dicitur. Nos consuetudine prohibemur; poëta ius suum tenuit, et dixit audacius. — **2)** Speciatim vero transitive eodem sensu cum accusativo usurpant *Cic. 3. Tusc. 2.* Ut urbis optimam naturam invidisse videantur. *Al. leg.* optimae naturae. *Horat. 1. Sat. 6. 50.* Honorem invidere alicui. *Val. Flacc. 3. 508.* Tu modo ne claros Minyis invideris actus. — **3)** Hinc passive. *Horat. Art. P. 56.* ego cur, acquirere pauca Si possum, invideor? — Ad *h. l. Schol. Cruq.* adnotat: « Mire dum de fingendis verbis loquitur, Graeco more loquitur: φθονοῦμαι; idest invidiam patior. *Invidear* enim videtur non satis Latine dici posse. » Cf. item *Aeron.* ad *h. ipsum l.* et V. INVIDENDUS. — **4)** Item passive reperitur usurpatum pro inspicio. *Sallust. orat. 1. 12.* Mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invideri. *Al. leg.* invisi. — **5)** Praeterea eodem sensu transitivo *invidere cuipiam aliquid* dicitur is, qui ab illo aufert, et habere non sinit. *Virg. 7. Ecl. 57.* Liber pampineas invidit collibus umbras. *Id. 1. G. 503.* Iam pridem nobis caeli te regia, Caesar, invidet. Et *11. Aen. 42.* Te ne, inquit, miserande puer, cum laeta veniret, invidit Fortuna mihi, ne regna videres Nostra? *Tacit. 1. Ann. 22.* Responde, ubi cadaver abieceris? ne hostes quidem sepulturae invident *(optimae editt. habent* sepultura). *Plin. 15. 3. 2.* Africae solo oleum et vinum Natura invidit. — **6)** Item pro inspicere, usurpavit *Acc.* in *Menalippo* apud *Cic.* cit. §. 1. supra. — **7)** Deinde, intransitivorum more,

II. *Invideo* est invidia flagro sive maceror: et usurpatur cum dativo. *Cic. 2. Agrar. in fin.* Qui honori inviderunt meo. *Id. 2. Orat. 52.* Invident autem homines maxime paribus aut inferioribus. — Cum dativo personae et genitivo rei. *Horat. 2. Sat. 6. 84.* neque illi Sepositi ciceris, nec longae invidit avenae. *Al. tamen leg.* ille. — Cum dat. et ablat. et praepos. *in. Cic. Flacc. 29.* In qua tibi invideo, quod unis vestimentis tandiu lautus es. *Id. 2. Orat. 56.* Nisi interdum in hoc Crasso paulum inviderem. — Et cum dat. personae et ablat. rei sine praepos. *Lucan. 7. 798.* Invidet igne rogi miseris; *h. e.* comburi et sepeliri prohibet. — Absolute. *Ovid. 1. Trist. 1. 1.* Parve, nec invideo, sine me, liber, ibis in urbem. — Impersonaliter. *Cic. 2. Orat. 51.* Invidetur enim commodis ipsorum. — **8)** Item absolute, sequente infinito pro repugno, nolo, invitus sum. *Horat. 1. Od. 37. in fin. de Cleopatra.* Saevis Liburnis scilicet invidens Privata deduci superbo Non humilis mulier triumpho. — *Lucan. 2. 550.* his te quoque iungere, Caesar, Invideo; *h. e.* invitus te his iungo, nolim te iungere. — **9)** Denique

III. *Invideo* ex *in* negativa pro non video. *Apul. Apol. 6.* Qui cum adversum me eas litteras promeret, invidit profecto, cupiditate laedendi, si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi secum esse commune; *certamente non vidi, che se* etc. Ita *Forcellinus* noster; sed *Hildebr.* legit: *non vidit* pro *invidit*, negatque praeterea hunc sensum verbo. V. quae idem adnotat ad *h. l.* et Cf. INVIDENS §. 3.

Notn. Constructio verbi partim colligi potest ex iis, quae praemisimus §. 1., partim ex §. 7.

INVĬDĬA, ae, f. Verbale ab *invideo;* actus invidendi; id est moeror ex aliena prosperitate, a nimis scilicet intuendo fortunam alterius, ut definit *Cic. 5. Tusc. 9.*; *invidia, odio:* et sumitur active de eo, qui invidet. *Nep. Eumen. 10.* Invidia ducum, cum quibus erat, perfidiaque militum Antigono est deditus. *Cic. 14. Phil. 6. in fin.* Digna imitatione, non invidia, excellentium hominum virtus est. *Sall. Cat. 22.* Ciceronis invidia. *Id. Iug. 50.* Apud plebem gravis invidia. *Id. ibid.*

Digitized by Google

39. Fraterna invidia. — *Horat. 1. Ep. 2. 58.* Invidia Siculi non invenere tyranni Maius tormentum; γνώμη. — *Virg. 7. Ecl. 26.* crescentem ornate poëtam Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro. *Quintil. 7. 2. a med.* Invidia opprimi. — Possunt tamen haec quoque accipi sensu passivo, ut mox §. 4. dicetur. Sic et *Sall. Iug. 40.* Alii ex partium invidia pericula metuentes, etc. Cf. *Dietsch.* ad h. l. — *Martial. 9. 98.* Invidia rumpi; *crepar di rabbia*. Cf. infra *Nota*. — **2)** Hinc *sine invidia* est libenti animo, et non invidente aut repugnante. *Martial. 5. 65.* Quid, si tota dares illa *(basia)* sine invidia? — **3)** Pro repugnantia, cum infinito. *Virg. 4. Aen. 350.* Quae tandem Ausonia Teucros considere terra Invidia est? — **4)** Saepius vero

II. *Invidia* usurpatur passive pro odio, et malevolentia, cum scilicet quis invidetur. Hinc invidiam facere alicui; *farlo odioso:* apud *D. Brut.* ad *M. Brut. 11. Fam. 1. in fin., Senec. Herc. Oet. 1861.* et *Ovid. 4. Met. 547.* Invidiam subire; *soggiacer all' altrui odio. Cic. Divin. Verr. 14.* In invidia esse; *esser odioso. Id. 2. Att. 9.* et *Sall. Iug. 27.* (Utroque loco alii tollunt *in*. Sic *Cic. ibid. 21. a med.* Bibulus admirabili gloria est. Et *Plin. praef. Hist. nat. ad fin.* Ob id magna invidia fuere omnia ea). In invidia magna esse, *Plin. 18. 8. 5.* Invidiam quaerere in aliquem, *Cic. Rabir. Post. 17.* Habere invidiam; h. e. invidia laborare, *Id. 2. Agr. 26.* In summam invidiam adducere, *Id. 1. Fam. 1. sub fin.* Invidiam exstinguere, *Id. Balb. 6. sub fin.* Venire in invidiam, *Suet. Tib. 8.* Invidia onerare quemquam, *Id. Ner. 34.* Cumulare alicui invidiam, *Liv. 5. 12. sub fin.* Conflare, *Cic. 1. Catil. 9.* Invidiae alicui esse; *apportar odiosità, Liv. 4. 49. a med.* Invidiam a se removere, *Ovid. 12. Met. in fin.* Sedare, *Cic. 2. Verr. init.* Lenire, *Sall. Cat. 23. extr.* Pati, *Ovid. 20. Heroid. 67.* Macerat me invidia, *Lucret. 3. 75.* Cf. §. 1. *fin.* — In plur. numero. *Cic. Cluent. 56.* Vita remota a procellis invidiarum. *Vatin.* ad *Cic. 5. Fam. 9.* Malevolorum obtrectationes et invidias prosternere. — **5)** *Absit verbo invidia*, formula est, qua deprecamur invidiam, cum aliquid dicturi sumus, quod superbiam iactationemque sapiat: ne scil. laudatio fraudi esset illis, qui laudabantur; Veteres enim putabant, invidendo malum aliquod afferri posse iis, quibus invidemus. *Liv. 9. 18. ad fin.* Absit verbo invidia: nunquam ab equite hoste, nunquam a pedite laboravimus. *Al. leg.* vero. *Id. 38. 7.* Hoc ego adiuncto (absit verbo invidia) qui dubitare de eventu possim? — **6)** Γνώμη est illud *Liv. 45. 35.* Intacta invidia media sunt: ad summa ferme tendit. — **7)** Denique

III. *Invidia* in fabulis Dea est, filia Stygis et Pallantis gigantis. *Hygin. praef. fabul.* — Eius domum pluribus descripsit *Ovid. 2. Met. 760.* et *seqq.* Cf. INVIDENTIA §. 3.

Nota. *Invidia* differt ab *invidentia;* quia invidentia active sumitur, invidia tum active, tum passive; idest, dicitur et de eo, qui invidet, et de eo, cui invidetur. *Quintil. 6. 2. 21.* Invidia duplex: altera invidum, altera invidiosum facit. V. INVIDENTIA. — **2)** Differt etiam ab *odio*. Nam invidemus fortunato, odimus vitiosum. Invidemus et in iis, quae non laedunt, odimus quae laedunt. Deinde invidia hominum tantum est, odium reliquorum etiam animantium.

INVĬDĬŎLĂ, ae, f. Demiout. ab *invidia;* brevis invidia; *invidietta*. *Cicero:* Cum nescio quid invidiolae inter eos exortum fuisset. Ita *Sipontin.* in *Cornucop.* nullo designato loco. In *Thesaur. Nizol.* designatur *Cic. ad Attic.* Mihi adhuc haec verba incomperta sunt.

INVĬDĬŌSĒ. Adverb. ab *invidiosus*. — Comparat. *invidiosius* §. 1. — Proprie est odiose; *odiosamente:* ut Invidiose aliquid dicere, vel facere; idest, eo animo quippiam dicere, vel facere, ut aliquem in invidiam, hoc est in odium adducamus. *Cic. 4. Acad. 47. a med.* Num minus haec invidiose dicuntur? *Id. Mil. 5.* Conciones illae, quibus invidiose potentiam meam criminabatur. *Vellei. 2. 45. de Ciceronis exsilio.* Neque quisquam aut expulsus invidiosius, aut restitutus laetius. — **2)** Passive. *Auct. ad Herenn. 4. 20. ad fin.* Invidiose vivere. *Senec. ep. 87.* Tantum suburbani agri possidet, quantum invidiose in desertis Apuliae possideret.

INVĬDĬŌSUS, a, um. Adiect. ab *invidia*. — Comparat. *invidiosior* et superlat. *invidiosissimus* §. 4. — Proprie est qui invidet, invidus; *invidioso*. *Propert. 2. 21. 12.* illa peraeque Prae se formosis invidiosa Dea est. *Ovid. 15. Met. 234.* Tempus edax rerum, tuque, invidiosa vetustas, Omnia destruitis. — **2)** Item cui invidetur; *invidiato*. *Cic. 2. Agr. 26.* Qui possessiones invidiosas tenebant. *Id. Balb. 25.* Pecunia non invidiosa. *Martial. de Spectac. 2. 5.* Invidiosa feri radiabant atria regis. — **3)** In bonam partem. *Propert. 2. 1. 55.* Maecenas nostrae spes invidiosa iuventae, Et vitae et morti gloria tuta meae; *invidiabile*. *Ovid. 4. Met. 795.* Multorum spes invidiosa procorum. — **4)** Item invisus, odium creans; *odiato, mal visto*. *Cic. Cluent. 58.* Etiam si is invidiosus ac multis offensus esse videatur. Et *57.* Quod fuit in illo iudicio invidiosissimum. *Id. 4. Verr. 17.* Putabant absentis damnationem multo invidiosiorem fore, quam si etc. *Id. 8. Att. 3. ad fin.* Triumphum accepero, invidiosum ad bonos; *è cosa odiosa appresso i buoni*. Et *Coel. 9.* Neque id ego dico, ut invidiosum sit in eos, quibus gloriosum esse debet; *renda odiosi coloro, a' quali* etc. *Q. Cic. Petit. cons. 5.* Qui ex eo iudicio tam invidiosus discessit, ut aliud in eum iudicium quotidie flagitetur. Adde *Propert. 2. 25. 103.*

Nota. Discrimen inter *invidiosus* et *invidus* V. sub v. INVIDUS in *Nota*.

INVĪDUS, a, um. Adiect. verbale ab *invideo;* qui invidet; hoc est ex alterius prosperitate tristatur et dolet; *invidioso, invido*. Hinc *Horat. 1. Ep. 2. 57.* Invidus alterius macrescit rebus opimis; γνώμη. Sic *Curt. 8. 12. in fin.* Invidos homines nihil aliud quam ipsorum esse tormenta. *Nep. Timoth. 3.* Populus acer, suspicax, invidus etiam potentiae. *Cic. Flacc. 1.* Si forte aut beneficii obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis invidus exstitisset. *Id. 4. Tusc. 12.* Invidi, maleroli et lividi. *Horat. 4. Od. 5. 16.* Et iam dente minus mordeor invido. *Senec. Herc. Fur. 524.* O Fortuna viris invida fortibus! *Varr.* apud *Non. 9. 1.* Invidùm tabes, *pro* invidorum. — **2)** *Invida* etiam translate dicuntur, quaecumque quippiam nobis auferunt, aut habere non sinunt. *Phaedr. 3. 6.* Invidum fatum. *Lucret. 1. 320.* Sed quae corpora decedant in tempore quoque, Invida praeclusit speciem natura videndi. *Horat. 1. Ep. 10. 18.* Est ubi divellat somnos minus invida cura? *Id. 4. Od. 8. 34.* Invida tacitarnitas; h. e. quae silet res praeclare gestas, ne veniant ad posteros, et famam extendant. *Id. 1. ibid. 11. 7.* dum loquimur, fugerit invida Aetas; h. e. tempus cito praetereiens, et voluptatibus diu frui non sinens. *Ovid. 9. Met. 483.* Nosque fuit praeceps, et coeptis invida nostris. Et *10, ibid. 350.* et quod natura remittit, invida iura negant. *Calpurn. 4. Ecl. 156.* Invida paupertas. — **3)** Huc spectat illud *Vulg. Interpr. Eccli. 18. 33.* Ne fueris mediocris in contentione ex foenore . . . eris enim invidus vitae tuae, h. e. ipse vitam tuam miseram officies. — **4)** *Dii invidi*, qui afferuntur ex *Inscr.* apud *Grut. 788. 4.* et *Orelli*, n. *4778.*, suspecti sunt *Momms.* apud *Hensen* ad *Orelli, loc. cit.* — **5)** Absolute, substantivorum more,

INVĪDUS, i, m. Idem est ac invideus; *invidioso, invido*. *Cic. 7. Fam. 2. a med.* Persuaserat nonnullis invidis meis. Et *1. ibid. 4.* A tuis invidis et obtrectatoribus.

Nota. Discrimen inter *invidiosum* et *invidum* habet *Isid. 1. Differ. n. 300.* « *Invidus* feliciori invidet; *invidiosus* autem is est, qui ab alio patitur invidiam. Nihil autem honestum, quod non invidiosum. Nemo quippe invidet misero. Quis autem bonus et non invidiosus? » Cf. *Eund. 10. Orig. 138.* — Hinc illud *Rufini* in *Apolog. 2. 31.* « Sed ad illud iam nequissimum incusationis eius caput et invidiosissimum veniendum est, imo non invidiosum, sed invidum. »

* INVĪGĪLĀTUS, a, um. Particip. verbi *invigilo;* evigilatus, elucubratus. *Cinna* apud *Isid. 6. Orig. 12.* Haec tibi Arateis multum invigilata lucernis Carmina. At *Burmann.* in *Anthol. Lat. T. 1. p. 440.* probat legendum esse *vigilata* pro *invigilata*. V. VIGILATUS.

INVĪGĪLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *vigilo*. — Particip. *invigilans*, infra. — Est in aliqua re vigile: et translate curam in aliqua re pono, diligenter incumbo; *vegliare, invigilare, attendere*. *Ovid. 4. Fast. 550.* Nec capiat somnos, invigiletque malis. *Sil. 10. 551.* Sed mens invigilat curis, noctisque quietem Ferre nequit. *Stat. 8. Theb. 4.* Curae invigilant animo. Et *8. ibid. 624.* Cura invigilat quieti; *si fa sentire nel sonno*. *Val. Flacc. 2. 574.* Invigilans rati Hercules. *Virg. 4. G. 138. de apib.* Namque aliae victu invigilant. Et *9. Aen. 605.* Venatu invigilant pueri, silvasque fatigant. *Colum. 10. 159.* Invigilate, viri, tacito nam tempora gressu Diffugiunt. *Ovid. 1. Trist. 3. 45.* Invigiles igitur nostris pro casibus oro, Diminui si qua numinis ira potest. — Cum infinito. *Val. Flacc. 5. 257.* Ergo omnes prohibere minas praedictaque Phrixi Invigilat. Cf. voc. praeced.

INVĪLESCO, lescis, lui, lescĕre. Verbum intransitiv. ab *in* et *vilesco;* non vilesco. *Not. Tir. p. 66.* Vilescit, invilescit, invilnit.

INVĪLĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *vilito;* valde vilito. *Gloss. Philox.* Invilitat; ὑπερλίχνει.

INVINCĪBĬLIS, le. Adiect ab *in* et *vincibilis;* qui vinci non potest, invictus; *invincibile*. *Apul. Apol.* Cum haec ab illis quasi gravia et invincibilia dicerentur; h. e. quibus responderi non posset. *Tertull. advers. Hermog. 11.* Invincibile et insuperabile malum.

INVINCĪBĬLĬTER. Adverb. ab *invincibilis;* invicte; *invincibilmente*. *Apul. Florid. n. 13.* Ratio conclusa acriter et invincibiliter videbatur. *Verecund.* in *Cantic. Deborae, 51.* Discis hostes invincibiliter superare.

INVINCTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *vinctus;* valde vinctus. *Callistrat. Dig. 48. 18. 6.* Qui hominem ingenuum invitum celaverit, invinctum habuerit. Ita *Torrentin.*, at *Haloand.* habet in vinculis.

INVĪNĬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *vinum;* sine vino; abstemius: *chi non bee vino*. *Apul. 11. Met.* Praecipit, neque ullum animal esse m, et invinius essem. Adde *Gloss. Philox.*, ubi *alii leg.* invinus *pro* invinius. Sic *illunius* et *illunus*, quae V. suo loco.

Digitized by Google

INVINUS, v. voc. praeced.

INVĬO. Adverb. ab *invius*, v. INVIUS.

INVĬO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *vio;* viam facio, vel viam ingredior, calco. *Solin.* 2. Parcius depavita levibus vestigiis inviare.

INVĬŎLĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *violabilis;* qui violari non potest; *inviolabile. Lucret. 5. 306.* Inviolabilia haec ne credas forte vigere. *Sil. 16. 16.* caput inviolabile telis.

INVĬŎLĂBĬLĬTER. Adverb. ab *inviolabilis;* inviolate; *inviolabilmente. Marcellin. et Faustin. in libello ad Imppp. Valentin., Theodos. et Arcad. p. 46. edition. Sirmondi.* Fidem integram inviolabiliter possidere. *Boëth. Cons. Philos. 3. pros. 10. ante med.* Vide quam id sancte atque inviolabiliter probes.

INVĬŎLĀTĒ. Adverb. ab *inviolatus;* integre; *inviolabilmente. Cic. Senect. 22. extr.* Memoriam nostri pie inviolateque servabitis. *Gell. 7. 18.* Iusiurandum apud Romanos inviolate sancteque habitum servatumque.

INVĬŎLĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *violatus;* non violatus, illaesus, integer, incorruptus; *inviolato, illeso. Cic. Sext. 67.* Invulnerati inviolatique vixerunt. *Id. Coel. 5.* Praestare aliquid integrum atque inviolatum. *Id. Sull. 17. extr.* Inviolata amicitia. *Liv. 28. 28. a med.* Nihil divinarum humanarumque rerum inviolatum vobis est. *Ovid. de nuce, 52.* quae longius absunt. Nativum retinent inviolata decus. *Sil. 15. 575.* Vita inviolata; *h. e.* felix, prospera. Et *11. 509.* Mens inviolata mero. *Varr. 2. RR. 1.* Cum viverent homines ex iis rebus, quae inviolata ultro ferret terra; *h. e.* nullo ferramento exculta. *Sall. Iug. 45.* Fama aequabilis et inviolata.

INVĬŎLENTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *violentus;* non violentus. *Cassiod. Instit. Div. litt. 20.* Ambrosius inviolenta persuasione dulcissimus. *Not. Tir. p. 88.* Violentus, inviolentus.

INVĬŎLO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *violo;* non violo. *Not. Tir. p. 88.* Violat, inviolat. Cf. INVOLO.

INVISCĔRĂ, um, n. Vox barbare composita ab *in* intentiva et *viscera,* idem ac viscera, quasi dicas inviscerata. Cf. voc. *seq.* Legitur apud *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 3. 2.* Aliud arteriae et venae, sanguinis et spiritus transitoria; aliud vero inviscera diversa: aliud sanguis, copulatio animae et corporis.

INVISCĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *inviscero;* in viscera immissus. *Augustin. Serm. 24. edition. recent.* Eius sanctam caritatem invisceratam sentimus in cordibus nostris. Adde *epist. 57. sub fin.*

INVISCĔRO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *viscero;* indo, intus gigno, in viscera immitto. *Nemesian. Cyneg. 214.* hoc canibus blandis inviscerat aestus. Cf. vocc. praecedd.

INVISCO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *viscus;* visco oblino; *invischiare. Not. Tir. p. 160.* Viscum, inviscat. Adde *Thesaur. nov. Latinit. p. 619. ed. Mai.*

INVĪSĒ. Adverb. ab *invisus;* latenter, invisibiliter; *invisibilmente. Fulgent. 3. Mythol. 6.* Ut invise vespertinus advenerat, ita in crepusculo incognitus etiam discedebat. Eadem verba habet et *Mythol. 1. fab. 251. ed. Mai.* Loquitur autem de Cupidine, qui ad Psychen vesperi invisus se conferebat. *Sunt qui* invisus *legend. putent,* sed v. INVIDUS § 9.

INVĪSĪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *visibilis;* qui videri non potest; *invisibile. Cels. praef. ante med.* Si manantia corpuscula, per invisibilia foramina subsistendo iter claudant. *Lactant. 7. 9.* Deus incorporalis, invisibilis, aeternus. *Paulin. Nolan. Carm. 58. 207.* Quique invisibilem incomprehensibilemque fatetur. — Absolute. *Vulg. Interpr. Rom. 1. 20.* Invisibilia enim ipsius *(Dei),* a creatura mundi, per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Adde *Hebr. 11. 5.*

INVĪSĪBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *invisibilis;* proprietas eius, qui est invisibilis; *invisibilità. Tertull. advers. Prax. 14., Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 20. 7.* et *5. ibid. 28. 1.* et *Arnob. Iun. Conflict. de Deo, 2. 6.*

INVĪSĪBĬLĬTER. Adverb. ab *invisibilis;* modo invisibili; *invisibilmente. Tertull. advers. Valentinian. 14., Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 30. 9.* et *5. ibid. 16. 1., Sulpic. Sever. 3. Dial. 10.* et *Paulin. Nolan.* loc. cit. in VISIBILITER.

INVĪSĬO, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *visio,* verbalium more effictum; privatio visionis. *Boëth.* in *Aristot. Categ. 3. p. 185.* v. loc. sub v. INAUDITIO.

INVĪSĪTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *visitatus,* aliquando confusum cum *invisitatus,* quod v. § b. — Comparat. *invisitatior,* infra. — Est non visitatus; *non visitato, non veduto spesso. Liv. 27. 39.* Galli invisitati ante alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra assueti. *Quintil. Declam. 12. 18.* Nulla celebrio civitas invisitata transitur. *Vitruv. 9. 4.* Omnia visitata et invisitata, temporum necessitudine sunt constituta; *h. e.* quae videntur, et quae non videntur. Adde *Liv. 4. 35., 5. 17.* et *54.* et *alibi:* quib. loc. *al.* insuitatus *leg.,* quod Criticis plerisque minus placet. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *3. 25.* Hominum nescias invisitatius, an inauditius genus.

INVĪSĪTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *invviso;* saepius inviso; *visitare spesso. Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *1. 30.* Sed inter haec iam Alexandrum iuxtim posuisse castra noscit, propterque vicinum fluvium invisitare.

INVĪSO, sis, si, sum, sĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *viso,* quod est a *video,* ita ut sit frequentativ. ab *invideo,* a quo tamen discrepat significatione. — **b)** Particip. *invisens* § 1. — Sed particip. *invisus* non est ab hoc *inviso,* sed ab *invideo,* quod v. suo loco. — **c)** Derivatum, *invisito.*

INVISO proprie est idem quod viso, nisi si quid addit praepositio vehementiae; *andar a vedere, visitare. Cic. 1. Orat. 58.* Cui nostrum non licet fundos nostros obire, aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis invisere? *Id. 1. Att. 20. extr.* Ut iam invisas nos, non rogo. *Id. Dom. 40.* Quid tibi necesse fuit sacrificium, quod alienae domi fieret, invisere? *Virg. 4. Aen. 144.* Delum maternam invisit Apollo. *Catull. 66. 20.* Invisente novo praelia torva viro. *Plaut. Stich. 1. 2. 9.* Ad meam maiorem filiam inviso domum; *vado a vedere a casa da mia figliuola.* Et *Men. 1. 1. 32.* Nunc ad eum inviso; *vado da lui.* Et *Merc. 5. 2. 12.* Huc intro ad me invisam domum. — **2)** Pro viscere, perlustrare inspiciendi causa, et imperii administrandi. *Virg. 1. G. 25.* urbesne invisere, Caesar, Terrarumque velis curam. — **3)** Pro simplici video, cerno. *Catull. 64. 333.* simul ac nostros invisent lumina colles. *Apul. Apol.* Speculum invisere.

INVĪSOR, ōris, m. Verbale ab *invideo;* invidens, invidus; *invidioso. Apul. Florid. n. 9.* Si quis forte in pulcherrimo coetu ex illis invisoribus meis malignus sedet.

INVĪSUS (ἀφχαϊκῶς inveisus. V. INVIDUS § b.), a, um. Particip. verbi *invideo,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *invisior* et superlat. *invisissimus* § 2. — Proprie et active qui invidit; *chi ha invidiato. Inscr. in Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1862. p. 224.* Huic *(puero),* expletis ter centum ter denisque diebus, Invisae *(subaudi* sunt) Parcae solemnem celebrare diem. — **2)** Saepius passive tam de personis quam de rebus est odiosus, displicens, quem aeque animo videre non possumus; *odioso, odiato, spiacevole, mal visto. Ter. Hecyr. 3. 1. 48.* Invisos omnes nos esse illis sentio. *Id. Adelph. 5. 9. 52.* Si ob eam rem vobis mea vita invisa est. *Cic. Manil. 16.* Ne aut invisa Diis oratio nostra, aut ingrata esse videantur. *Id. 2. Offic. 9. ad fin.* Quo quis versutior et callidior est, hoc invisior et suspectior. *Plin. 2. ep. 20.* Cuius marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat. *Suet. Tib. 15.* Contemptior in dies et invisior. *Quintil. 3. 7. a med.* Quosdam claritas ipsa notiores circa vitia, et invisos magis fecit. *Iustin. 36. 2. ad fin.* Ne eadem causa invisi apud incolas forent. *Tacit. 4. Hist. 70.* Invisus avunculo infensusque. *Cic. Rosc. Com. 7.* Persona intulenta, impura, invisa. *Plin. 22. 15. 1.* Urtica quid esse invisius potest? *Horat. 1. Ep. 14. 17.* invisa negotia me trahunt Romam. *Id. 2. Od. 14. 25.* Invisae cupressus. *Senec. ep. 51. extr.* Voluptates praecipue exturba, et invisissimas habe. *Martial. 7. 21.* O Nero crudelis, nullaque invisior umbra; *h. e.* nulla re magis invisus, quam caede Lucani, de quo est epigramma. — **3)** Deinde

II. *Invisus* est etiam adiect. ab *in* privativa et *visus;* non visus; *non veduto. Cic. Har. resp. 27.* Sacra occulta, et maribus non invisa solum, sed etiam inaudita. *Caes. 2. B. C. 4.* Communi fit vitio naturae, ut invisis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus. *Cato, RR. 141.* Uti tu morbos visos invisosque prohibessis.

INVĪTĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *invito;* blandus, delectabilis, iucundus; *dilettevole. Gell. 13. 11.* Sermones iucundos et invitabiles, et cum quadam illecebra et voluptate utiles. Adde *Not. Tir. p. 50.* — *Gloss. Lat. Gr.* Invitabile; προτρεπτικόν; *h. e.* exhortatorium.

INVĪTĀLIS, le. Adiect. ab *in* et *vitalis;* non vitalis. *Boëth. de syllog. hypothet. 1. p. 619.* Si non sit animatum, statim consequitur, ut sit insensibile; invitale autem potest esse, si sit insensibile, ut lapis: potest vero non esse invitale, si sit insensibile, ut sunt arbores.

INVĪTĀMENTUM, i, n. Verbale ab *invito,* syllabica adiectione productum; invitatio; *invito. Apul. Apol.* Filia autem per adolescentulos ditiores invitamento matris suae circumlata, quibusdam etiam procis ad experiundum permissa. — **2)** Translate est illecebra; *allettamento. Cic. Hortens.* apud *Non. 4. 252.* Voluptates nullo ad res necessarias invitamenta afferunt sensibus. *Id. 5. Fin. 6. extr.* Fons reperiendus est, in quo sint prima invitamenta naturae.

INVĪTĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *invito;* invitamentum; *invito. Cic. 9. Att. 12.* In Epirum vero invitatio quam suavis, quam liberalis, quam fraterna! *Id. 5. Tusc. 34.* Aegritudo non natura exoritur, sed iudicio, sed opinione, sed quadam invitatione ad dolendum. *Id. 4. Verr. 34.* Quae studiose compararat, non tam suae delectationis causa, quam ad invitationes adventusque nostrorum hominum, amicorum suorum atque hospitum. Et *5. ibid. 26.* Fit sermo inter eos, et invitatio, ut Graeco

Digitized by Google

more biberetur. *Gell. 15. 2.* Largior paulo iucundiorque vini invitatio, quae fit etc.

INVĪTĀTĬUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. ab *invitatio;* levis, aut brevis invitatio. *Gell. 15. 2. in lemmate.* Largiores laetioresque in conviviis invitatiunculae vini.

INVĪTĀTOR (et Inbitator in *Inscr.* apud *Visconti, Monum. Gabin. p. 141.),* ōris, m. Verbale ab *invito;* qui invitat, praesertim ad coenam; *invitatore. Martial. 9. 92.* Ad coenam si me diversa vocaret in astra Hinc invitator Caesaris, inde Iovis. *Sidon. 9. ep. 13.* Quos undique ascitos invitator in unam coenam contraxerat. — **β)** Fuisse inter officia domus Augustae etiam invitatores, colligitur tum ex allato loco *Martial.*, tum ex *Cod. Iustin. 12. 60. 10.*, tum ex *Inscr.* apud *Visconti, Op. var. T. 1. p. 182. edit. Mediol.* P. Aelius Aug. Lib. Melitinus invitator fecit sibi etc., et ex *alia* apud *Grut. 598. 6.* Agathopus Augg. Lib. invitator, et Iunia Epictesis etc. V. VOCATOR.

INVĪTĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale ab *invito;* ad invitandum pertinens. *Tertull. Anim. 57.* Invitatoria operatio. *Hieronym. ep. 4. n. 1.* Invitatoria scripta transmittere ad aliquem. *Gennad. de script. Eccl. 13.* Invitatorius liber.

INVĪTĀTRIX, īcis, f. Verbale ab *invito;* quae invitat; *invitatrices. Symmach. 1. ep. 59. init.* Placet hortatio invitatrix religionis. *Cassiod. 1. Var. 38.* Invitatrix pulchritudo chartarum.

INVĪTĀTUS, a, um. Particip. verbi *invito,* adiectivorum more etiam adhibitum; vocatus; *invitato. Cic. 8. Att. 11.* Haec a te invitatus breviter exposui. Et *2. ibid. 19. ad fin.* Cosconio mortuo, sum in eius locum invitatus. *Liv. 1. 9.* Invitati hospitaliter per domos. *Curt. 3. 7.* Invitatus ad epulas. *Suet. Cal. 22. extr.* Invitatus in contubernium. *Cic. 1. Acad. 2. extr.* Iucunditate quadam ad legendum invitati; *allettati, tiratt. Caes. 4. B. G. 6.* Invitati, uti ab Rheno discederent. Et *6. ibid. 54.* Invitati praeda longius procedunt. *Suet. Cal. 59.* Invitatus lucro. *Plin. 8. 23. 1.* Feras dulcedine invitatas corripiunt. *Plin. alter, 8. ep. 17.* Anio, delicatissimus amnium, ideoque adiacentibus villis velut invitatus retentusque.

INVĪTĀTUS, us, m. Verbale ab *invito;* invitatio; *invito. Cic. 7. Fam. 5.* Ut initio mea sponte, postea invitatu tuo mittendum duxerim. — **β)** In *Onom. Lat. Gr.* invitatus, us; *ἐνδόσιμον.* Est τὸ *ἐνδόσιμον* absolute, subaudi, *μέλος,* carminis, cantus vel orationis exordium, quo canendo aliis modus, quem sequantur, traditur.

INVĪTĒ. Adverb. ab *invitus.* — Comparat. *invītius* et superlat. *invītissime,* infra. — Est non libenter, coacte; *contro voglia, mal volentieri. Cic. 8. Att. 3. circa med.* Iuvite cepi Capuam. *Id. 2. Orat. 89.* Quem ego paulo sciebam vel pudentius, vel invitius ad hoc genus sermonis accedere. Et *3. Fam. 10.* Qui cum maximis rebus suis coactus a me invitissime discessisset. *Melius tamen legitur* invitissimo. Cf. INVITUS §. 4.

INVĪTĬĀBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *vitiabilis;* qui vitiari et corrumpi non potest. — Translate. *Prudent. Physychom. 626.* spes invitiabilis aevi.

INVĪTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *vio,* ut puto, quasi in eamdem viam voco, inserta littera *t,* frequentativorum more effictum. — **b)** *Invitassitis* pro *invitaveritis ἀρχαϊκῶς* usus est *Plaut. Rud. 3. 5. 31.* V. infra §. 6. — **c)** Particip. *invītans* §. 3., *invītandus* §. 4., *invītatus,* V. suo loco, *invītaturus* §. 1. — **d)** Derivata, *invitabilis, invitamentum, invitatio, invitatiuncula, invitator, invitatorius, invitatrix, invitatus, us.*

INVITO proprie est voco, advoco: et fere ad hospitalitatem refertur et convivia; *invitare. Cic. 7. Fam. 9.* Is me crebro ad coenam invitat. *Id. 15. Att. 2.* Invito eum per litteras, ut apud me diversetur. *Id. 12. Phil. 9. extr.* Tota familia occurret, hospitio invitabit. *Liv. 28. 18.* Utrumque in hospitium invitat. *Cic. 7. Verr. 11.* Ecquis est, qui senatorem tecto ac domo non invitet? Et *4. ibid. 36.* Eum domum suam statim invitant. *Iustin. 1. 6.* Eosdem postero die apparatis epulis invitat. — Absolute. *Caes. 1. B. C. 74.* Alii suos in castra, invitandi causa adducunt; *h. e.* coena excipiendi. *Cic. fragm.* apud *Macrob. 2. Saturn. 12.* Cum Scipio unum et alterum invitasset, et plures invitaturus esset. — **β)** Specialim *invitare aliquem poculis* est praebibere, et ad bibendum provocare; *provocare a bere. Plaut. Rud. 2. 3. 51.* perii potando, opinor: Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. — **γ)** Hinc *invitare se* est ad bibendum se excitare. *Id. Amph. 1. 1. 126.* Credo edepol dormire solem, atque appotum probe; Mira sunt, nisi invitavit sese in coena plusculum. *Suet. Aug. 77.* Quoties largissime se invitaret, senos sextantes non excessit. *Sallust. fragm.* apud *Non. 4. 252.* Cum se ibi cibo vinoque laeti invitarent. Adde *Turpil., Lucil., Varron.* apud *Non. 4. 252.* — **δ)** Refertur et ad alia. *Cic. 2. Att. 18. a med.* A Caesare liberaliter invitor in legationem illam, sibi ut sim legatus. *Hirt. 8. B. G. 19.* Invitare hostes ad deditionem. Et *B. Afr. 75.* ad dimicandum; *provocare. Suet. Cal. 22.* lunam in amplexus. Et *55. extr.* aliquem ad audiendum. *Id. Ner. 12.* ad spectaculum. Et *Caes. 3.* Lepidi societate, quamquam magnis conditionibus invitaretur, abstinuit. *Cic. Ligar. 4. extr.* Praemiis invitare ad quippiam agendum. *Suet. Cal. 41.* Misit circum fora et basilicas nomenclatores ad invitandos in libidinem iuvenes senesque. *Apul. 7. Met. 21.* Perinus voluptates aversa Venere invitat ad nuptias. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **ε)** Translate est allicere, attrahere, incitare. *Cic. 1. ad Brut. 15. a med.* Praeclara illa quidem ingenia, quae gloria invitantur. *Id. Senect. 16. ad fin.* Ad agrum fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. *Id. Amic. 26.* Assentationem ipsi allectant et invitant. *Id. 3. Fin. 6. ad fin.* Invitare et allicere appetitum animi. *Plaut. Trin. 4. 1. 5.* Ni me id invitet, ut faciam, fides; *non mi eccitt a fario. Vellei. 2. 129.* Invitare luxuriam; *svegliare il lusso. Virg. 1. G. 302.* Invitat genialis hiems, curasque resolvit. *Ovid. 11. Met. 604.* Invitat somnos crepitantibus unda lapillis. *Id. 17. Heroid. 183.* invitant omnia culpam; *h. e.* ut culpam admittam. *Sil. 8. 527.* si qua interea invitaverit aura, Annueritque Deus, velox accede secundis. *Plin. 55. 22. 1.* Spes invitat. *Id. 23. 22. 1.* Invitatur vino appetentia ciborum; *si eccita l'appetito.* Et *22. 22. 1.* Aqua mulsa invitat vomitiones; *provoca. Solin. 2. sub fin.* Marius factis manu fossis invitavit mare; *h. e.* viam fecit, ut posset influere, adduxit. — *Apul. 8. Met. 3.* Eximiis muneribus invitare iudicium alicuius. — Cum infinito. *Virg. 4. G. 25.* Vicina invitet decedere ripa calori. *Liv. 22. 51.* Reliquum sanguinem invitantes haurire. *Al. leg.* iubentes. — **ζ)** locutariter apud *Plaut. Cas. 3. 6. 21.* gladium Ancilla Casinam intus habere ait, qui me atque te invitet; *h. e.* quo me et te excipiat: scilicet vita privet. Alii minus recte putant, allusisse *Plaut.* ad coenam, de qua antea verba fecerat: vel potius ad illud *invitare aliquem poculis,* quod supra §. 2. ex eodem attulimus: sed prior interpretatio unice vera est; nam haec habet *Id. ibid. 3. 5. 49.* Casina gladium habet. *Pa.* Et duos: altero te occisurum ait, Altero villicum. — Sic *invitare aliquem clava* dixit, quasi in eodem ambiguo ludens. *Rud. 3. 5. 51.* quod nos dicimus; *far un invito di bastonate.* Cf. EVITO §. 3.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. personae vel rei (quod aliquanto rarius) et altero accusat. cum praepos. *in* vel *ad,* aut ablat. sine praepos. — Aliquando vero etiam absolute adhibetur, vel cum simplici accusat., aut sequente infinito, vel subiunctivo et particula *ut.*

INVĪTŌ. Adverb. V. INVITUS §. 4.

INVITTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *vittatus;* vitta redimitus, idem ac vittatus. *Hieronym. Reg. S. Pachom. n. 101.* Nullus vadat ad collectam, vel ad vescendum habens gallicullas in pedibus, vel palliolo lineo invittatus.

INVĪTŬPĔRĂBĪLIS, le. Adiect. ab *in* et *vituperabilis;* non vituperabilis. *Tertull. 2. advers. Marcion. 10.* et *4. ibid. 1.*

INVĪTUS, a, um. Adiect. latentis etymi. — **b)** In *Tab.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 206. lin. 93. ἀρχαϊκῶς* scribitur *inveitum* pro *invitum.* — **c)** Comparat. *invītior* §. 2., et superlat. *invītissimus* §. 1. — **d)** Derivatum, *invīte.* — **e)** Composita, *perinvītus, subinvītus.*

INVITUS proprie est non libens, repugnans, recusans, iniquo animo faciens; *chi contro voglia fa qualche cosa. Cic. Parad. 5. 1.* Soli hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus: *a suo mal grado. Id. 13. Fam. 65.* Ego eum a me invitissimum dimisi, *molto di mala voglia. Id. 5. Att. 21. a med.* Contendam a Q. fratre, ut se praefici patiatur: quod et illo et me invitissimo fiet; *contro ogni suo e mio genio. Id. Senect. 12. ad fin.* Invitus feci, ut L. Flamininum e senatu eiicerem; *di mala voglia m' indussi a cacciare* etc. *Id. 4. Verr. 62. extr.* Pecunia coacta ab invitissimis. Et *67.* Statuas invitis per vim atque imperium dederunt; *contro voglia, a dispetto. Id. 2. Orat. 4. extr.* Hoc nos ab istis adolescentibus facere, inviti et recusantes, heri coacti sumus. *Id. Rosc. Com. 13.* Fannium invitum, et huc atque illuc tergiversantem, testimonium contra se dicere cogo. *Id. Quint. 14.* Extorquendum est invito atque ingratiis, quod non debet. *Id. 3. Q. Fr. 2.* Diis hominibusque invitis; *a dispetto degli uomini e degli Dei. Id. 7. Att. 15.* Delectus adhuc quidem invitorum est, et a pugnando abhorrentium; *d' involontari.* Et *3. Nat. D. 35.* Invita in hoc loco versatur oratio, videtur enim auctoritatem afferre peccandi. *Nep. Eumen. 4.* Exercitus in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non posset. *Caes. 1. B. G. 8.* Si, se invito, transire conarentur: *a suo dispetto.* Et *3. B. C. in fin.* Ne pugnare invitus cogeretur. *Hirt. 8. B. G. in proocm.* Utinam scire possent, quam invitus susceperim, etc. *Ovid. 2. Pont. 1. 16.* invita saepe iuvamur ope; *h. e.* quae proficiscitur ab eo, qui iuvare nollet. *Val. Flacc. 5. 391.* invito maduerunt sanguine dextrae; *h. e.* quem fundere noluissent, qui caedem fato casuve admiserunt. — **β)** Praecedente particula negativa, est lubens. *Cic. 1. Fin. 2.* Cum iidem fabellas Latinas non inviti legant. *Id. Amic. 1.* Itaque feci non invitus, ut prodessem multis tuo rogatu: *molto volentieri. Horat. Art. P. 311.* Verbaque provisam rem non invita sequentur; *pronte, spontanee. Plaut. fragm. Cistell.* (edente *A. Mai*) *p. 19.* Nam sola nulla invitior solet esse. — Cum genitivo *Ulp. Dig. 16. 3. 11.* Credidit, dominum non invitum fore huius solu-

Digitized by Google

tionis; h. e. se non facturum hanc solutionem invito domino. — 3) *Invita Minerva.* V. MINERVA. — 4) Absolute

INVITO, adverbiorum more, idem quod invite. Agnoscit *Charis.* 2. p. 182. *Putsch.* « *Invito*, ut falso Plautus in Coeco vel in Praedonibus. *Neque eam invito a me umquam abduces*; quod idcirco putavi tractandum, quia numero plurali adverbialiter *invitis* video dictum. »

INVĬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *via*, quod in antiquis MSS. et editis libris confusum est cum *avius*, ut sub h. v. §. b. dictum est. — Proprie qui est sine via, qui adiri non potest; *senza via, dove non si può andare. Virg. 6. Aen. 154.* lucus Stygios, regna invia vivis. *Id. 9. ibid. 130.* maria invia Teucris, Nec spes ulla fugae. Et *4. ibid. 151.* Postquam altos ventum in montes, atque invia lustra. *Liv. 9. 14.* Invii saltus. *Ovid. 3. Fast. 582.* Gens circumfusis invia fluminibus; *chiusa, inaccessibile. Plin. 13. 30. 1.* Regio rupibus invia. *Flor. 3. 20.* Invius exitus. — Cum infinito. *Senec. Herc. Fur. 715.* Acheron invius renavigari. — 2) Translate. *Ovid. 14. Met. 113.* Invia virtuti nulla est via; γνώμη. Sic *Tacit. Agric. 27.* Nil virtuti invium. *Sil. 14. 659.* tot bellis invia tecta; h. e. urbs non expugnata. *Martial. 7. 2.* Invia Sarmaticis domini lorica sagittis; *impenetrabile.* — 3) Apud *Ovid. 11. Met. 414.* facere locum aliquem invium, est aditus praecludere, qua ad illum accedi potest; *chiuder i passi.* — 4) Absolute, substantivorum more,

INVIUM, ii, *frequentius vero*

INVIA, ōrum, n. Sunt loca invia. *Sil. 4. 506.* Dimittit passim damosa per invia pestem. *Liv. 21. 35.* In iugum Alpium perventum est per invia pleraque et errores; *per luoghi senza via.* Et *38. 25.* Ruunt caeci per vias, per invia. *Lucan. 9. 336.* tentare invia. — In sing. num. *Vulg. Interpr. Ps. 106. 40.* Et errare fecit eos in invio. Adde *Isai. 43. 19.* et *20.* et *Sophon. 2. 13.* — 5) Hinc pariter absolute

INVIO, adverbii more. *Front. de oration.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 1. ad fin.* Ut, ubi quaesitis *(verbis)* opus sit, per viam potius ad vestigandum, quam invio progrediamur; h. e. eo, ubi nulla via est. V. *Frontonis* loc. cit. in PERVIANS.

INŬLĂ, ae, f. Nomen herbae cuiusdam (quod perperam quidam cum aspiratione *hinula* vel *enula* scribunt), quae eadem est ac helenium, pastinaca et sisere brevior, sed radice torosior amariorque, per se stomacho inimicissima, sed dulcibus mixtis salubberrima; *enula, enula Campana.* Eius condiendae rationes non unas tradunt *Plin. 19. 29. 1.* et *seq.* et *Colum. 12. 46.* — Usus in medicina enumerat *Plin. 20. 19. 1.* — Culturam *Id. 19. 29. 1., Colum. 11. 3. circa med.* et *Pallad. 3. 24. sub fin.* docent. *Horat. 2. Sat. 8. 51.* Eructas virides, inulas ego primus amaras Monstravi incoquere. V. HELENIUM. — *Apul. Herb. 3.* Graeci helenion *(vocant)*, iidem echidnion, iidem theriorhizam, Latini inulam, iidem viperinam et serpentariam, iidem radicem Macedonicam nominant.

INULCĔRO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* et *ulcero*; ulcus facio; *impiagare. Veget. 2. Veterin. 59.* Ne aliquid asperitatis inhaereat, quod sub pondere inulceret pellem *(iumenti)*.

INULTĒ. Adverb. ab *inultus*; sine ultione; *senza vendetta. Curt. 4. 4.* Nonnulli ruunt in hostem, haud inulte tamen perituri. *Alii leg.* inulti.

INULTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *ultus*; qui acceptam iniuriam ultus non est; *invendicato, inulto. Cic. Sext. 25.* Marius vitam suam, ne inultus esset, ad incertissimam spem reservavit. *Sall. Cat. 61. extr.* Cavete, ne inulti animam amittatis. *Id. fragm.* apud *Priscian. 6. p. 699. Putsch.* Dedecores inultique ab hostibus caedebantur. *Liv. 25. 37.* Ne inultos imperatores suos iacere sinerent. *Virg. 3. G. 227.* gemens . . . quos amisit inultus, amores. *Id. 10. Aen. 739.* non me quicumque es, inulto Victor, nec longum laetabere. *Horat. 2. Sat. 8. 34.* Nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti. *Id. 1. Od. 28. 33.* precibus non linquar inultis; h. e. non exauditis: non exoratis Diis, quin te ulciscantur, quod me precantem neglexeris. — 2) Passive est impunis, impunitus, sive is, de quo ultio sumpta non est; *impunito. Cic. Cluent. 62.* Cur hunc Asellium esse inultum tamdiu sinis? *Horat. Epod. 17. 56.* Inultus ut in riseris Gotyttia Vulgata? *Sall. Iug. 75.* Ne ager multis hostibus vastaretur. *Horat. 3. Od. 3. 40.* Dum Priami Paridisque busto insultet armentum, et catulos ferae Celent inultae. Adde *Plaut. Epid. 3. 1. 6.* — 3) Item res ea, quae non punitur. *Cic. Divin. Verr. 16.* Ut ceterorum quoque iniuriae sint impunitae atque inultae. *Ter. Andr. 3. 3. 4.* Sed id inultum nunquam auferet. *Val. Max. 9. 7. n. 2.* Tantumque scelus curia inultum habuit; h. e. ulta non est. *Senec. Agam. 220.* Victrix inultum Graecia hoc facinus feret? — 4) De eo, qui est ab iniuria tutus. *Curt. 3. 4.* Iugum itineri imminens obtinere, unde inultus subeuntem prohibere potuisset; *senza risseser danno.*

INUMBRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inumbro*; umbra, obscuratio, tenebrae. *Capell. 1. p. 20. de Plutone.* Lucifuga inumbratione pallescens.

INUMBRĀTUS, a, um. Particip. verbi *inumbro*, adiectivorum more etiam adhibitum; umbra tectus, umbrosus; *inombrato, ombroso. Curt. 3. 4.* Amnis multa riparum amoenitate inumbratus. *Apul. initio Florid.* Spelunca frondibus inumbrata. — 2) Translate. *Cels. Dig. 41. 2. 18.* Si furioso, quem mentis suae existimasti, eo quod in conspectu inumbratae quietis fuerit constitutus, etc.; *apparente, finta.*

INUMBRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *umbra*. — b) Particip. *inumbrans* §. 3. et seqq.; *inumbratus*, V. suo loco. — c) Derivatum, *inumbratio*.

INUMBRO proprie est umbram induco, umbra tego, opaco; *adombrare, inombrare, coprire, oscurare. Virg. 11. Aen. 66.* Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant. *Id. 4. G. 20.* Palmaque vestibulum, aut ingens oleaster inumbret. *Lucret. 3. 290.* Terraque inumbratur, qua nimbi cumque feruntur. *Plin. 19. 6. 1.* Velis forum inumbravit. — 2) Translate est obscurare. *Plin. Paneg. 19.* Parva et exilia sidera validiorum exortus obscurat: similiter imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur. — 3) Item adumbro, umbra, quasi imagine figuro. *Hilar. in Psalm. 1. n. 11.* His enim verbis spes nostrae inumbrantur. — 4) Dehinc, latiore significatione,

II. *Inumbro* est tegere. *Lucret. 3. 927.* et inumbrant ora coronis. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 25.* stridentia colla Gorgonos obtentu pallae fulgentis inumbrat. *Id. Cons. Prob. et Olybr. 69.* metasque tenetis Ante, genas dulces quam flos invenilis inumbret. *Apul. 3. Met.* Iuvenis lanoso barbitio genas inumbrans. *Id. 10. ibid.* Venus tenui pallio inumbrabat pubem. *Plin. 2. ep. 6.* Areola, quae quatuor platanis inumbratur. — 5) Hinc speciatim *inumbro* est, solarium, quod plerumque apertum (Italice *loggia scoperta*) erat, addita porticu, ita integere, ut fiat quod Itali dicunt *loggia coperta. Varr. 6. LL. 2.* Ut Praeneste incisum in solario vidi, quod Cornelius *(Sulla)* in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit. — Hinc *Pompeia umbra* dicta est porticus a Pompeio Romae facta. V. UMBRA. — 6) Intransitivorum more,

III. *Inumbro*, eodem sensu proprio, absolute. *Tacit. 3. Hist. 19.* Inumbrante vespera, universum exercitus robur advenit; *sull' imbrunir della sera.* — 7) Translate. *Mar. Mercat.* in *Excerpt. ex libro Nestorii, p. 869. Migne.* Viro enim efficacior fuit Dei virtus inumbrans Virgini, superveniente etiam simul Spiritu Sancto.

INUNCĀTUS, a, um. Particip. verbi *inunco*; unco apprehensus. *Colum. 7. 3. ante med.* Lana obnoxia est rubis, quibus, velut hamis inuncata, a pascentium tergoribus avellitur.

INUNCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *uncus*. — Particip. *inuncans* et *inuncandus* §. 1., *inuncatus*, V. suo loco. — Proprie est unco apprehendo, traho, rapio, arripio; *arraffiare. Apul. Florid. n. 2.* Aquila de caelo improvisa, campis pecua cernens, unde rostro transfodiat, unde unguibus inuncet vel agnum vel leporem. *Id. Apol.* Instrumenta non falcibus metenda, sed hamis inuncanda. *Paulin. Nolan. Carm. 20. 267.* quem *(oculum)* diducebat inuncans Suffixo clavus cilio. — 2) Translate. *Lucil.* apud *Non. 2. 42.* aut qui nummos tristis inuncas.

INUNCTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inungo*; actus inungendi, illitus; *unzione. Cels. 7. 7. n. 14. extr.* Opus est lenium medicamentorum inunctionibus. *Colum. 6. 33.* Omnis dolor oculorum inunctione succi plantaginis levatur. *Plin. 28. 29. 3.* Pelle glaucomata et suffusiones corrigi, tridui inunctione. *Id. 29. 38. 6.* Accipiter decoctus in rosaceo, efficacissimus ad inunctiones omnium vitiorum putatur.

INUNCTUS, a, um. Particip. verbi *inungo*; illitus; *unto, asperso. Horat. 1. Sat. 3. 25.* Cum tua praevideas oculis mala lippus inunctis. *Plin. 28. 103. 2.* Succus inunctus hyoscyami. Et *28. 47. 1.* Ungulae asininae cinis inunctus e suo lacte. — *Martial. 7. 78.* Et bene si coenas, conchis inuncta tibi est; h. e. condita.

INUNDANTĬA, ae, f. Abstractum ab *inundans*, idem ac inundatio. — Translate. *Verecund. in Cantic. Habac. 14.* Qui potaverit aquarum inundantias, abundabit.

INUNDĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inundo*; aquarum exuberantia, exundatio; *inondazione. Colum. 3. 11. ad fin.* Valles, quae fluminum alluvie et inundationibus concreverint. *Suet. Aug. 28.* Urbs inundationibus obnoxia. Et *30.* Inundationes coërcere. *Plin. 3. 14. 2.* Ioppe Phoenicum antiquior terrarum inundatione; *del diluvio.* Adde *Cassiod.* loc. cit. in GEOMETRIA §. 2. — 2) Translate. *Chalcid. Tim. Plat. init.* Verborum segmen atque sermonis inundatio. *Vulg. Interpr. Eccli. 21. 16.* Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit. — *Id. Isai. 60. 6.* Inundatio camelorum; h. e. multitudo. Et *Ezech. 26. 10.* Inundatio equorum.

INUNDĀTUS, a, um. Particip. verbi *inundo*; aquarum vi obrutus; *inondato. Vulg. Interpr. 2. Petr. 3. 6.* Ille tunc mundus aqua inundatus periit. — 2) Translate. *Curt. 5. 7.* Exercitus, quibus Europa inundata est. *Id. 9. 2. circa med.* Cilicia inundata cruore Persarum; *hyperbole.* — 3) Metaphorice. *Petron. Satyr. 101.* Inundatus hac Eumolpus invidia, iurat etc.; h. e. obrutus. Et *118.* Mens ingenti flumine litterarum inundata.

Digitized by Google

ĬNUNDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *unda*. — **b)** Particip. *inundans* §. *1.* et *2.*, *inundatus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *inundantia*, *inundatio*. — **d)** Composita, *perinundo*, *superinundo*.

INUNDO proprie est aquis extra ripas diffluentibus obruo, redundo, exundo, superfluo; *inondare, coprire d'acqua*. *Cic. 1. Nat. D. 37.* Ut terra infimum locum teneat: hanc inundet aqua. *Liv. 8. 24.* Imbres continui, campis omnibus inundantes. — *Vulg. Interpr. Iob, 3. 24.* Tanquam inundantes aquae, sic rugitus meus. — **2)** Translate. *Virg. 12. Aen. 280.* Hinc densi rursus inundant Troës. *Iustin. 38. 4.* Cimbros more procellae inundasse Italiam. *Liv. 24. 38.* Crastino die, aut vestro, aut Ennensium sanguine Enna inundabitur; *hyperbole*. *Petron. Satyr. 21.* Vino etiam Falerno inundamur; *h. e.* abunde proluimur. Et *115.* Inundavere pectus lacrimae, dolore paratae. — *Vulg. Interpr. Isai. 10. 22.* Consumatio abbreviata inundabit iustitiam. *Id. ibid. 28. 15.* Flagellum inundans. Et *66. 12.* Torrens inundans gloriam gentium. — **3)** Est etiam abundo, plenus sum. *Virg. 10. Aen. 25.* et inundant sanguine fossae. *Val. Max. 1. 7. n. 3.* Quod in quiete viderat, urina eius omnes Asiaticas gentes inundasse. — *Vulg. Interpr. Osee, 4. 2.* Et furtum et adulterium inundaverunt. Adde *1. Mac. 2. 50.*

ĬNUNGĬTO, as, āre. Verbum transitiv., specie frequentativ. ab *inungo;* saepius inungo. *Cato* apud *Charis. 1. p. 78. Putsch.* Mulieres nostrae capillum cinere inungitabant, ut rutilus esset crinis. *Serv.* hoc idem referens ad *4. Aen. 698. habet* unctitabant. *Alii leg.* ungitabant. V. UNCTITO.

ĬNUNGO et inunguo, gis, xi, ctum, gĕre, *vel* guĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *ungo*, cuius variationes sequitur. V. UNGO. — **b)** Particip. *inungens* §. *1.*, *inungendus* §. *1.*, *inunctus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *inunctio*, *inungito*. — **d)** Composita, *perinungo*, *superinungo*.

INUNGO proprie est in aliquo loco ungo, illino; *ungere;* et dicitur de oculis ungendis medicinae causa. *Cels. 7. n. 5.* Si intus plaga est, inungendum primo lenibus, deinde acrioribus. *Plin. 29. 38. 5.* Cinere mustelarum cum melle inungi caligines, utilissimum est. *Horat. 1. Ep. 1. 28.* Non possis oculos quantum contendere Lynceus: Non tamen idcirco contemnes lippus inungi; *farti medicare*. *Varr. 5. LL. 8.* Inungere oculos. *Vulg. Interpr. Apoc. 3. 18.* Et collyrio inunge oculos tuos. *Theod. Priscian. 1. 10. ad fin.* Oculos inungentes. *Id. ibid.* Oculi inungendi sunt. — **2)** De aliis rebus. *Plin. 18. 75. 5.* Lentem siccatam oleo inungunt. *Id. 13. 4. 5.* Aquilae ac signa inunguntur festis diebus.

ĬNUNGUO. V. INUNGO *init.* et Cf. UNGO.

ĬNŪNĬGĔNĬTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *unigenitus;* non unigenitus. — De Christo usurpat *Mar. Mercat.* verteus *Nestor. Serm. 5. n. 3.* Unus est namque Christus et unus Dominus; sed in Christo, inunigenito, inquam, Filio, et Christi nomen et Filii, nunc de divinitate, nunc de humanitate divinitateque dicitur.

ĬNŪNĬO, is, ītum, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *unio*. — Particip. *inunitus*, V. suo loco. — Est in unum coniungo, perfecte unio; *unire, stringere insieme*. *Vigil. Taps. 5. Trinit. ante fin.* Qui si altera natura a Deo esset Spiritus Sanctus, quemadmodum divinitatem altitudinis Dei poterat scrutans penetrare vel inuniri?

ĬNŪNĪTUS, a, um. Particip. verbi *inunio;* unitus, coniunctus; *unito*. *Tertull. advers. Valentinian. 29.* Triformem naturam professi, et tamen inunitam in Adam. *Apul. Apol.* Radii lumini extrario mixti atque inuniti. *Al. leg.* uniti.

ĬNŬNO, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *uno*, eadem ratione qua ab *ad* et *uno*, *aduno*. Legitur in *Gloss. Arab. Lat.* inuno, colligo.

INVŎCĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *invoco;* actus invocandi, nominatio, appellatio; *invocazione, nomina*. *Ascon. in Divin. Verr. 13.* Incipiebant veteres ab invocatione Deorum. *Quintil. 10. 1. ante med.* Benevolum auditorem facit invocatione Dearum, quas etc. Adde *6. 1. ante med.* et *Vulg. Interpr. 2. Mac. 8. 15.*

INVŎCĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *invoco;* qui invocat, aptus ad invocandum; *invocativo*. *Boëth. Introd. ad syllog. p. 561.* Orationis species sunt quinque; interrogativa, ut: quo te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in urbem? imperativa, ut: suggere tela mihi; invocativa, ut: Dii maris et terrae, tempestatumque potentes; deprecativa, ut: Ferte viam venti facilem, et spirate secundi; enunciativa, ut: Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

INVŎCĀTOR, ōris, m. Verbale ab *invoco;* qui invocat. *Cod. Theod. 9. 16. 5.* Invocator daemonum.

INVŎCĀTUS, a, um. Particip. verbi *invoco*, adiectivorum more etiam adhibitum; invocatus, nominatus; *chiamato, nominato*. *Plin. Paneg. 80.* Omnia invisere, omnia audire, et undecumque invocatum statim, veluti numen, adesse. *Iustin. 18. 6.* Diu viri nomine cum multis lacrimis invocato. *Senec. Hippol. 944.* Et invocata munus hoc sanxit Styge; *chiamata in testimonio*. *Mamertin. Paneg. ad Maximian. 3.* Ad restituendam rempublicam invocatus. — **2)** Deinde

II. *Invocatus* est etiam adiect. ab *in* negativa et *vocatus;* non vocatus; *non chiamato*. *Cic. 1. Nat. D. 58. extr.* Quid, quod imagines rerum etiam ad dormientem veniunt invocatae? *Plaut. Capt. 1. 1. 1.* Iuventus nomen indidit scorto mihi, Eo quia invocatus soleo esse in convivio. *Nep. Cim. 4.* Quotidie sic ei coena coquebatur, ut quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret. Adde *Vitruv. 6. 8.* et *Col.* ad *Cic. 8. Fam. 8.* et *Ter. Eun. 3. 2. 29.* — **3)** Mos fuit Graecorum, ut talis ludentes scorta invocarent, fausti ominis et iactus causa. Hunc parasitus in verbis *Plauti* supra allatis, sibi scorto nomen impositum ait, quod *invocatus* esset in convivio: alio tamen sensu, nam scorta *invocata* quidem erant, et appellata; parasiti vero vel non vocati aderant ultro, aliena quadra viventes. *Id. ibid. 4.* in convivio sibi Amator, talos cum iacit, scortum invocat. Est ne invocatum, an non est? est planissume. Verum, hercle, verum nos parasiti planius, Quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat.

INVŎCĀTUS, us, m. Abstractum ab *in* et *vocatus*, verbalium more effictum. Est sine vocatu; *senza chiamata*. *Front. ad Verum* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 1.* An verba, si ultro, si iniussu atque invocato meo venerint, quidem recipi iubes?

INVOCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *voco*. — **b)** Particip. *invocans* §. *1.* et *seqq.*, *invocatus*, V. suo loco. *invocaturus* §. *5.* — **c)** Derivata, *invocatio*, *invocaticus*, *invocator*.

INVOCO proprie est idem quod voco, aut intro voco; *chiamare, invitare*. *Naevius* apud *Isid. 1. Orig. 26.* Alium invocat, cum alio cantat. *Sallust. orat. 1. ad Caes. a med.* Neque quisquam te ad crudeles poenas, aut acerba iudicia invocat. *Senec. Hippol. 888.* Te, te, creator caelitum, testem invoco. *Curt. 4. 10. sub fin.* Ille quaestioni corpus offerre, Deos testes invocare, etc. *Id. 5. 13.* Deos patrios testes fidei suae invocanti, etc. *Liv. 2. 45. ad fin.* Si fallat, Iovem patrem, Gradivumque Martem, aliosque iratos invocat Deos. — **2)** Item nominare, appellare; *nominare*. *Ennius* apud *Cic. 2. Nat. D. 2.* Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem. Apud *Fest.* in *Sublimem, p. 306. Mull.* vocant *pro* invocant *legitur*. *Curt. 10. 5.* Persae iustissimum ac mitissimum dominum, Macedones optimum ac fortissimum regem invocantes, certamen quoddam moeroris edebant. *Apul. 11. Met. sub init.* Quoquo nomine, quoquo ritu, quaqua facie te fas est invocare. — **3)** Speciatim

II. *Invoco* saepius est appellare ad auxilium ferendum; *invocare, implorare*. *Cic. 2. Nat. D. 27.* Iunonem Lucinam in pariendo invocant. *Id. 2. Orat. 47.* Invocare aliquem ad communem fortunam defendendam. *Plaut. Merc. 3. 2. 25.* Invoco vos, Lares viales, ut me bene invetis. *Id. Amph. 3. 1. 9.* Ubi parturit, Deos sibi invocat. *Quintil. procem. l. 4.* Invocare Deos in auxilium. *Tacit. 16. Ann. 31.* Deos precibus. *Id. 2. ibid. 71.* leges. *Id. 15. ibid. 56.* auxilia libertati. *Id. 2 ibid. 46.* arma alicuius adversus alium. Et *2. Hist. 9.* fidem suorum militum. *Quintil. Declam. 324. a med.* Quem Deorum, hominumque invocaturus? — Cum coniunctivo, omissa *ut* particula. *Tacit. 4. Hist. 79.* Iustae preces invocantium, ad ultionem accingerentur. — **4)** De more invocandi amicas in faciendis talis, quem tradit *Plaut. Curc. 1. 1. 4.* et tangit *Asin. 4. 1. 56.* et *5. 2. 60.* et *Cure. 2. 3. 77.* dictum est in INVOCATUS §. 3.

Nota. Discrimen inter *invoco*, *provoco*, *advoco*, *evoco*, *revoco*, *convoco*, tradit *Incert. Grammat. Differ. voc.* in *Analect. Grammat. p. 226. n. 11. Endl.* « *Invoco* in adiutorium; *provoco* ad iracundiam; *advoco* ad honorem; *evoco* ad officium; *revoco* errantem; *convoco* plures simul. » Cf. ADVOCO in *Nota* II.

INVŎLANS, antis. Particip. verbi *involo* absolute adhibitum de eo, qui involat seu furatur. *Fulgent. 2. Mythol. 6. de Caco.* Quis involantem agnoscat? V. INVOLO §. 8.

INVŎLĀTOR, ōris, m. Verbale ab *involo;* qui involat; id est, aufert. *Gloss. Gr. Lat.* Κλέπτης; fur, involator.

INVŎLĀTUS, a, um. Particip. verbi *involo;* ablatus. *Optat. de Schism. Donat. 4. 6.* De subducto vestimento aut de involato gremio.

INVŎLĀTUS, us, m. Verbale ab *involo*, idem ac volatus, verbum est augurum ex avium volatu omen captantium. *Cic. 6. Fam. 6. circa med.* Non igitur ex alitis involatu, nec e cantu oscinis, etc.

INVŎLENTĬĀ, ae, f. Abstractum ab *in* et *volo*, *vis*, verbalium more effictum; actus non volendi, mala voluntas. *Salvian. Gubern. D. 7.* Etsi involentia non carent, malevolentia carent; *infingardaggine*.

INVOLGO. V. INVULGO.

INVŎLĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *involo*, specie frequentativ., saepius involo. *Prudent. 13. περὶ στεφ. 100.* Nec minus involitat terris. — **2)** Translate. *Horat. 4. Od. 10. 5.* Et quae nunc humeris involitant, deciderint comae. *Paulin. Nolan. epist. 32.* (al. *12.*) *n. 6. in Carm.* involitare Superis.

INVOLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *volo*, *as*. — Qui autem

Digitized by Google

transitiv. verbi rationem habent, a *vola* manus potius deducunt, ut *Serv.* ad *Æn.* 253. et ad 2. *G.* 88. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando confusum est hoc verbum cum *invado*, quod v. §. c. — Apud *Patricium* autem *Synod.* 32. perperam *inviolo* pro *involo* scribitur. — **c)** *Induvolans*, vel *endovolans*, pro *involans*, ἀρχαϊκῶς, usurpatur ab *Ennio* apud *Macrob.* 6. *Sat.* 1. Tamen endovolans secum abstulit hasta insigne. *Alii* induvolans *leg.* quod idem sonat: *alii* inde volans. — **d)** Particip. *involans* §. 1. et *sqq.*, coll. §. praeced., *involatus*, v. suo loco. — **e)** Derivata, *involator*, *involatus*, *us*, *involito*.

INVOLO proprie est intro volo; *volare dentro*. *Varr.* 3. *RR.* 7. At in villam intro involant columbae. *Colum.* 8. 3. Neque enim debent ipsis nidis involare, ne pedibus ova confringant. *Iul. Valer.* 1. *Gest. Alex. M.* 30. Enimvero involans invisitatae magnitudinis aquila exta quidem e manibus Alexandri praeripit. — **2)** Translate sumitur pro irruere in aliquem, manus violenter alicui inicere, caedendi aut auferendi causa: translatione ab avibus in escam irruentibus. *Ter. Eun.* 3. 2. 20. Vix me contineo, quin involem in capillum. *Plaut. Amph.* 1. 1. 89. Equites parent citi; ab dextera maximo Cum clamore involant impetu alacri; *si spingono*, *si lanciano*. *Lucil.* apud *Non.* 1. 159. Involare oculis. *Hirt. B. Alex.* 52. *extr.* Involare ad aliquem, eumque sanciare. *Cic.* 3. *Orat.* 31. Nostra est omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Involo* cum accusativo (qui in quibusdam explicari etiam potest ex praepos., quae inest in ipso verbo) est impetu in aliquid feror, invado, arripio. *Plin.* 9. 33. 2. Piscator singulos involat verius, quam capit. *Tacit.* 4. *Hist.* 33. Adeo improvisi castra involavere, ut etc. *Iul. Valer.* 1. *Gest. Alex. M.* 37. Alexander, his auditis, involat statim statuae complexum ac parentem *(Iovem)* salutat. — **4)** Translate. *Tacit.* 1. *Ann.* 49. Truces etiam tum animos cupido involat eundi in hostem; *h. e.* incessit. — **5)** Hinc speciatim

III. *Involo* usurpatur pro auferre, furari; *involare*. *Catull.* 25. 6. Remitte pallium mihi meum, quod involasti. *Petron. Satyr.* 43. Hereditatem accepit, ex qua plus involavit, quam illi relictum est. Et *fragm. Tragur.* 36. *Burm.* Anuli, quos amicae tuae involasti. *Callistrat. Dig.* 47. 2. 6. Ancorae involantur de mari. — **6)** Translate. *Potamius*, *ep. ad Athanas. a med.* Redde, quod involaveras, furacissime tentator.

INVŎLŪBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *volvo;* qui non volvitur. *Ambros.* 1. *Hexaëm.* 6. n. 23. Nam hoc ipso quod diversae eadem sint elementa naturae, simplicem et involubilem motum habere non possunt. Ita *I. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p.* 148. legit, *alii* inviolabilem.

INVŎLŪCRĔ, is, n. Nomen ab *involvo*, quo speciatim significatur id, quod Graecis dicitur ἀμάλλινον; nempe linteum illud, quo tonsores humeros tondendorum involvunt, ne vestes capillorum segmentis sordidentur. Ita *Turneb.* l. 28. *Advers.* c. 38. et l. 14. c. 7. interpretatur. *Plaut. Capt.* 3. 2. 17. Ne id quidem, involucre inicere, voluit, vestem ut ne inquinet. *Al. melius leg.* involucrum. Cf. INVOLUCRUM.

INVŎLŪCRIS, re. Adiect. ab *in* et *volo, as;* qui volare non potest; *che non può volare*. *Gell.* 2. 29. Pulli tunc involucres erant.

INVŎLŪCRUM, i, n. Verbale ab *involvo*, cuius male corripuit paenultimam *Prudent. S. Cathemer.* 56., *Hamartig.* 929. et *praef.* l. 1 in *Symmach.* 54. Cf. INVOLUCRE. — Proprie est quidquid aliquid involvendo tegit ac circumplectitur; *involgio*, *invoglia*, *cartoccio*. *Cic.* 6. *Verr.* 28. Candelabrum involutum attulerunt, involucrisque reiectis constituerunt. *Plin.* 13. 23. 2. Emporetica inutilis scribendo involucris chartarum usum praebet. *Ulp. Dig.* 47. 2. 21. Involucrum solvere. Adde *Vulg. Interpr. Ezech.* 27. 24. — **2)** Translate. *Cic.* 1. *Orat.* 55. Divitias ac ornamenta eius ingenii per quaedam involucra atque integumenta perspexi. *Id.* 1. *Q. Fr.* 1. 3. Multis simulationum involucris, et quasi velis quibusdam obtenditur uniuscuiusque natura.

INVŎLŪMEN, ĭnis, n. Verbale ab *involvo;* idem as involumentum. *Gloss. Philox.* Involumen; ἐπίλημα.

INVŎLŪMENTUM, i, n. Verbale ab *involvo;* syllabica adiectione productum; involucrum. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 8. Geniculis nodisque culmorum praefecerunt Deum Nodotum, involumentis folliculorum Deam Volutinam. *Vigil. Taps.* 4. *contra Eutych.* 11. Sic enim involumenta nostrae naturae suscepit, nostrae profecto naturae veritatem habuit. Neque enim pannorum involumentis et materni lactis alimento in Deo nutriri potuit. Adde *Vulg. Interpr. Sap.* 7. 4.

INVŎLUNTĀRĬĒ. Adverb. ab *involuntarius;* non voluntarie; *involontariamente*. *Boëth. Aristot. Topic.* 4. 2. *p.* 688. In iis, quae involuntarie locum ex loco permutant, dicitur latio.

INVŎLUNTĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *in* et *voluntarius;* non voluntarius; *involontario*. *Cael. Aurel.* 2. *Acut.* 5. Urinae involuntaria emissio.

INVŎLUNTAS, ātis, f. Abstractum ab *in* et *voluntas*, verbalium more effictum, idem quod involuntas; non voluntas. *Tertull. Apolog.* 45. Ex involuntate, vel necessitate delinquere; *involontariamente*, *o necessariamente*.

INVOLVO, olvis, olvi, ŏlūtum, olvĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *volvo*, cuius variationes sequitur. V. VOLVO. — **b)** Particip. *involvens* §. 1. et 3., *involvendus* §. 3., *involutus*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *involucre*, *involucrum*, *involumen*, *involumentum*, *involute*, *involutio*, *involuto*, *involvulus*. — **d)** Composita, *circuminvolvo*, *superinvolvo*.

INVOLVO proprie est in aliquo loco, vel super aliquid volvo, voluto, convolvo, volvendo inicio; *volgere*, *avvoltare*. *Virg.* 1. *G.* 281. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam Scilicet, atque Ossae frondosum involvere Olympum. *Ovid.* 12. *Met.* 307. Saxa trabesque super, totosque involvite montes. *Virg.* 12. *Aen.* 687. Fertur in abruptam silvas, armenta virosque involvens secum; *(scil.* mons); *seco traendo*. Et 291. ruit ille recedens, Et miser oppositis a tergo involvitur aris In caput, inque humeros; *inciampa*, *intoppa*, *e voltolandosi cade*, etc. *Senec. Herc. Fur.* 685. flexibus multis gravem involvit amnem; *raggira*. — **2)** Translate. *Cic.* 9. *Fam.* 20. *ad fin.* Ubi salutatio defluxit, litteris me involvo. *Horat.* 3. *Od.* 29. 54. mea Virtute me involvo. *Plin.* 7. *ep.* 5. Involvere se otio. *Id.* 1. *Ep.* 8. se laqueis insidiosae interrogationis; *intricarsi*, *imbrogliarsi*, *restar preso*. *Plin. alter*, 2. 8. 9. *a med.* Quae singula improvidam mortalitatem involvunt; *imbrogliano*, *imbarazzano*, *confondono*. *Lucan.* 7. 89. Involvat populos una Fortuna ruina; *h. e.* simul opprimat. — **3)** Deinde

II. *Involvo* est etiam circumvolvo, circumplico, volvendo contego; *involgere*, *ravvolgere*, *inviluppare*. *Caes.* 1. *B. C.* 75. Sinistras sagis involvunt, gladiosque distringunt. *Petron. Satyr.* 26. Caput flammeolo involverat. *Phaedr.* 4. 1. mustela involvit se farina, et obscuro loco Abiecit negligenter. *Tibull.* 3. 4. 9. Lutea sed niveum involvat membrana libellum. *Plin.* 11. 27. 2. Involvere aliquid corpori. *Id. ibid.* 28. 3. *de araneis*. Namque et lacertarum catulos venantur, os primum tela involventes. *Paul. Dig.* 33. 10. 5. Pelles, quibus involvuntur vestimenta. *Ovid.* 4. *Fast.* 705. Captivam vulpem stipula foenoque involvit. *Senec. Thyest.* 624. Nube aliquem involvere. *Ovid.* 2. *Met.* 252. Involvi fumo. *Virg.* 2. *G.* 308. Ignis totum involvit flammis nemus. *Id.* 3. *Aen.* 198. Involvere diem nimbi; *copersero*. Et 2. *ibid.* 251. ruit oceano nox involvens umbra magna terramque polumque. *Sil.* 7. 460. assuetum casside crinem involvere. *Cels.* 2. 17. Curiose involvendus vestimentis is est. *Tacit.* 1. *Ann.* 70. *de obruto exercitu vi tempestatis*. Nihil strenuus ab ignavo, consilia a casu differre: cuncta pari violentia involvebantur. Sic *Virg.* 6. *Aen.* 336. quos Obruit auster, aqua involvens navesque virosque. — **4)** Hinc translate est tegere, obscurare. *Id.* 6. *ibid.* 99. horrendas canit ambages, Obscuris vera involvens. *Ovid. Ib.* 57. historiis involvam carmina caecis. *Tacit.* 3. *Ann.* 63. Ut perspecto iure, et si qua iniquitas involveretur, etc.; *h. e.* lateret. — *Vulg. Interpr.* 2. *Mac.* 5. 18. Nisi contigisset eos multis peccatis esse involutos. *Id. Numer.* 16. 26. Involvi in peccatis. — *Id. Iob*, 5. 5. Involvi amaritudine. *Id. ibid.* 37. 19. tenebris. Et 38. 2. Involvere sententias sermonibus imperitis.

INVOLVŎLUS. V. INVOLVULUS.

INVŎLŪTĒ. Adverb. ab *involutus*. — Comparat. *involutius*, infra. — Est obscure. *Spartian. Caracall.* 2. Questus est de fratris insidiis involute et incondite. *Vincent. Lirin. Commonit. p.* 324. Veteris cuiuspiam viri scripta paulo involutius edita. Adde *Boëth.* 1. *Euclid. Geom. p.* 1329. et 1330. *Migne*.

INVŎLŪTĬO, ōnis, f. Verbale ab *involvo;* actus involvendi, vel res involuta. *Vitruv.* 10. 11. Tabulae pertegant etiam involutionem; *il raggiramento della vite*, *o chiocciola*. *Cael. Aurel.* 3. *Acut.* 11. Obtinente passione hydrophobica, tremor atque conductio nervorum, vox obtusa et velut latrabilis, corporis spirae similis, sive canina involutio; *ravvolgimento tortuoso del cane*, *quando si corica*.

INVŎLŪTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. ab *involvo;* saepius involvo. *Apic.* 2. 1. Singula involutantur folia lauri.

INVŎLŪTUS, a, um. Particip. verbi *involvo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc superlat. *involutissimus* §. 3. — Proprie est volutus; *avvoltato*, *rivoltato*. *Caes.* 2. *B. G.* 11. Cupas de muro in musculum devolvunt: involutae labuntur. *Senec. Herc. Oet.* 731. Involutos fluctus frangit Leucas opposita. *Vulg. Interpr. Apoc.* 6. 14. Et caelum recessit sicut liber involutus. — **2)** Item circumplicatus, obvolutus, convolutus; *involto*, *ravvolto*, *inviluppato*. *Cic.* 6. *Verr.* 28. Ut candelabrum id involutum quam occultissime deferrent. *Id.* 7. *Verr.* 60. Qui capitibus involutis in piratarum numero producebantur, ut securi ferirentur; *incappucciati*. *Iustin.* 13. 3. Manum amiculo involutam in os leonis immersit. *Sust. Aug.* 85. Lodicula involutus. *Plin.* 51. 45. 3. Sal in linteolo involutus. Et 28. 11. 2. Clavus lana involutus. *Liv.* 1. 21. Manuque ad digitos usque involuta. *Alii leg.* adinvoluta. — **3)** Translate est tectus, implicatus, intricatus, obscurus; *coperto*, *imbrogliato*, *oscuro*. *Cic.* 7. *Phil.* 6. Pacis no-

Digitized by Google

mine bellum involutum reformido. *Plin.* 2. *13. 1.* Ratio multis involuta miraculis. *Tacit. 16. Ann. 32. extr.* Homo involutus fraudibus; *pieno di frodi*. *Cic. 1. Fin. 8.* Occulta quaedam, et quasi involuta aperire. *Id. Orat. 29.* Res involutas definiendo explicare. *Senec.* 2. *Quaest. nat. 41.* Adhibitis in consilium Diis, quos superiores et involutos vocant; *nempe* antiquitus Deorum simulacra vestibus circumvolvebantur, ut Diana Ephesia, et plures Aegyptiorum Dii, quin et ipsa Venus; eam enim primus Praxiteles nudam (teste *Plin. 36. 4. 9.*) exculpsit. *Id. 6. ibid. 5.* Res omnium maxima atque involutissima.

INVOLVŬLUS et Involvolus, i, m. Verbale ab *involvo*, quo significatur vermiculus, qui et *convolvulus* dicitur, qui sese foliis arborum et vitium involvit et implicat; *puntaruolo Basco*. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 112. Müll.*, ubi hic legit *involvus* pro *involvulus*. *Plaut. Cist. 4. 2. 63.* Imitatur nequam bestiam, et damnificam. *P.* quamnam, amabo? *L.* Involvulum, quae in pampini folio intorta implicat sese. V. VOLUCRA.

INVOLVUS. V. voc. praeced.

ĬNURBĀNĒ. Adverb. ab *inurbanus;* non urbane, illepide, invenuste. *Cic. 3. Nat. D. 19.* Apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, etc. *Plin. 2. ep. 14.* Non inurbane Σοφοκλεῖς vocantur. *Quintil. 8. 3. a med.* Emendavit hoc non inurbane in Hirtio Cicero.

ĬNURBĀNUS, a, um. Adiect. ab *in* et *urbanus;* illepidus, infacetus; *incivile, rustico, rozzo, insulso*. *Cic. Brut. 65.* Expedita erat, et perfacile currens oratio: et erat eius quidem tanquam habitus non inurbanus. *Id. 2. Orat. 90.* Non essem tam inurbanus, ac paene inhumanus, uti eo gravarer, quod vos cupere sentirem. *Quintil. 6. 3. ante med.* Aspectus et habitus oris, et gestus non inurbanus. *Horat. Art. P. 275.* Scimus inurbanum lepido seponere dicto.

ĬNURGĔO, ēs, ēre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *urgeo;* contra aliquem urgeo; *premere, urtare, spingere*. *Lucret. 5. 1054.* petit, atque inurget vitulus cornibus. *Apul. 8. Met.* Pergit linguae sauciantis susurros improbos inurgere.

ĬNŪRĪNO, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *urino;* in aliquo loco urino, aquam subeo. *Colum. 8. 14. de anserib.* Lacus piscinaque manu fiant, ut sint, quibus inurinare possint aves; *possano tuffarsi*.

ĬNURO, ūris, ussi, ustum, ūrĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *uro*. — **b)** Particip. *inurens* §. *1., inurendus* §. *1., inustus*, V. suo loco, *inusturus* §. *4.* — **c)** Derivatum, *inustio*.

INURO proprie est in aliqua re uro, exuro, deuro; *scottare, abbruciare*. *Cels. 1. 3. ante med.* Extenuat corpus balneum, inurens sol, et omnis calor. *Colum. 11. 3. ante med.* Solum, quod vere conserere destinaverimus, post autumnum patiemur effossum iacere, brumae frigoribus et pruinis inurendum. *Id. 4. 29. ad fin.* Terebra Gallica sic excavat truncum, ne foramen inurat; *h. e.* ne inaequaliter caedat instar ignis amburentis. — *Inscr.* apud *Momms. n. 689.* In hoc monimento alii inuri licet nulli, nisi quorum nomina *scripta sunt*. — **2)** Specialim dicitur de encaustico picturae genere. *Plin. 35. 10. 2.* Nicias scripsit, se inussisse; *h. e.* pinxisse caustica ratione. *Id. ibid. 51. 1.* Cerae tinguntur iisdem coloribus ad eas picturas, quae inuruntur. — **3)** Deinde

II. *Inuro* saepe est ignito ferro inscribere, notam, vel stigma imprimere; *bollare con fuoco, marcare:* ut fit in armentorum coxis, et servorum frontibus. *Virg. 3. G. 158. de vitulis*. Continuoque notas et nomina gentis inurunt. — **4)** Hinc translate. *Cic. Sull. 31.* Ne qua generi, ac nomini suo nota nefariae turpitudinis inuratur. *Id. Mil. 12.* Quas illa leges fuit imposituras nobis atque inusturas? *h. e.* per vim perlaturas. *Id. Orat. 23. ad fin.* Inurere aliquid calamistris. *Id. Cluent. 46.* Censoriae severitatis nota inuri. *Id. 11. Phil. 15.* Acerbissimum alicui dolorem inurere. *Id. Mur. 4.* Inurere alicui famam superbiae et crudelitatis; *h. e.* imponere. *Id. 2. Phil. 46.* plurima mala reipublicae; *h. e.* infligere. *Id. Prov. cons. 7.* alicui ignominiam. *Liv. 3. 58.* eam maculam Claudiae genti, ut carcere et vinculis digni videantur. *Martial. 6. 64.* At si quid nostrae tibi bilis inusserit ardor, Vivet et haerebit. *Arnob. 4. p. 149.* Illud acerbissime vulnerat, quod inurit innoxius.

ĬNŪSĪTĀTĒ. Adverb. ab *inusitatus*. — Comparat. *inusitatius;* superlat. *inusitatissime*, infra. — Est, praeter consuetudinem; *fuor di costume, stranamente*. *Cic. 1. Q. Fr. 2. 5.* Absurde et inusitate scriptae epistolae. *Id. Brut. 75.* Inusitato loqui. *Id. Orat. 46.* Poëta inusitatius contraxerat. *Macrob. 9. Saturn. 4. a med.* Inusitatissime *nox* pro *noctu* dixerunt. *Al. leg.* inusitate. Cf. INUSITATUS §. 2.

ĬNŪSĪTĀTŌ. V. voc. seq. §. 2.

ĬNUSĪTĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *usitatus*. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando est confusum cum *invisitatus*, teste *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 4.* — **c)** Comparat. *inusitatior* et superlat. *inusitatissimus* §. *1.* — **d)** Derivatum, *inusitate*.

INUSITATUS proprie est insolitus, praeter consuetudinem, raro visus, inauditus; *inusitato, fuor d' usanza*. *Caes. 5. B. C. 47.* Nova et inusitata belli ratio. *Cic. 3. Offic. 9.* Hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata. *Id. 2. Orat. 25.* Alter leporem quendam inusitatum nostris oratoribus est consequutus. *Accius* apud *Non. 3. 221.* Pro Dii immortales! speciem humanam inusitatam, egregiam, indignam clade et squalitudine. *Plin. Paneg. 3.* Magna et inusitata principis gloria. *Caes. 4. B. G. 25.* Species navium inusitatior. *Apul. 8. Met. 4.* Aper immanis atque inusitatus. *Augustin. 3. Quaest. in Heptat. 81.* Ea tamen Scripturarum est usitata locutio, quae nobis inusitatissima est. — **2)** Absolute

INUSITATO, adverbiorum more, idem ac inusitate. *Plin. Paneg. 3.* Inusitato enituit. *Al. leg.* inusitato indicio enituit.

ĬNUSQUĔ. Adverb. quod et divisim *in usque* scribitur, aliquando etiam cum accusativo praepositionum more copulatum, qui potius pendet a praepos. *in*, ex qua est compositum. — Est autem usque in: *sino a*. *Stat. 1. Theb. 439.* neque enim meus audeat istas Civis inusque manus. *Avien. Ora marit. 525.* tum iugum Celebandicum Inusque salsam dorsa porrigit Thetin. Adde *606.* et *641. Solin. 54.* Ditandum hoc loco, quatenus ab Alexandria Aegypti pergatur in usque Rhodiam.

ĬNUSTĬO, ōnis, f. Verbale ab *inuro;* exustio. *Iul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *3. 59.* Cui *(saxo)* cum sint igneae quaedam maculae, vel inustiones; *h. e.* notae inustae. — **2)** Translate. *Rufin.* vertens *Orig. Homil. 6.* in *lib. Iosue, 6.* Post Baptismi secundam circumcisionem, vetustae consuetudinis inustione suggeritur, observare auguria, etc.

ĬNUSTUS, a, um. Particip. verbi *inuro*, adiectivorum more etiam adhibitum; deustus, combustus; *scottato, abbruciato*. *Ovid. 12. Met. 275.* vulnere sanguis inustus Terribilem stridore sonum dedit. *Colum. 7. 8. circa med.* Vetus hominis urina testis candentibus inusta. *Lucan. 9. 852.* Ire libet, qua zona rubens, atque axis inustus Solis equis. *Plin. 18. 68. 10.* Ros inustus sole acri; *seccato, adusto*. — Absolute. *Id. 22. 16. 1.* Medetur contusis, incussisque, inustis, et strumis; *alle scottature*. — **2)** Item igne adhibito inscriptus, impressus; *bollato, marcato*. *Lucret. 6. 219.* quali natura praedita constent Fulmina, declarant ictus, et inusta vapore Signa. — **3)** Et translate, quocumque modo impressus, inflictus. *Catull. 25. 10.* Ne laneum latusculum natesque mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. *Claudian. 2. in Rufin. 304.* en pectus inustae Deformant maculae, vitiisque inolevit imago. *Cic. Pis. 13.* Lex inusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium. *Propert. 4. 11. 70.* Nunc tibi commendo communia pignora, natos: Haec cura et cineri spirat inusta meo. *Cic. 2. Orat. 45.* Nisi omnes ii motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur. *Id. Har. resp. 25. ad fin.* Odium insitum penitus et inustum animis hominum. *Id. 1. Catil. 6.* Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? *Id. Prov. cons. 7.* Ignominia inusta alicui. *Id. 2. Catil. 9. extr.* Inustus dolor. — **4)** Deinde

II. *Inustus* videtur etiam adiectivum esse ab *in* negativa et *ustus;* non ustus, in illo *Lucan. 8. 786.* semiusta rapit, resolutaque nondum Ossa satis nervis, et inustis plena medullis.

ĬNŪTĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *utilis*. — Comparat. *inutilior* §. *1.;* superlat. *inutilissimus* §. *1.* et *2.* — Proprie est non utilis, ad nullam rem utilis, vanus; *inutile, disutile, vano*. *Cic. 3. Offic. 6. a med.* Homo iners atque inutilis. *Id. 1. Fin. 4.* Ad usus civium non inutile. *Horat. Epod. 2. 13.* Inutilesque falce ramos amputans, Feliciores inserit. *Caes. 2. B. G. 16.* Quique per aetatem ad pugnam inutiles viderentur; *inabili*. *Id. 7. ibid. 78.* Qui valetudine aut aetate inutiles sunt bello; *invalidi*. *Id. 4. ibid. 29.* Naves ad navigandum inutiles. Et *7. ibid. 27.* Non inutilem hanc ad capiendum consilium tempestatem arbitratus; *tempo disaccomodo, inopportuno*. *Colum. 3. 10.* Nam et inutilissimus quisque, et qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur. *Cael. Aurel. 3. Acut. 8. 87.* Etiam sanos, indigestos atque inutiles et implicitos facit *(vinum dulce)*; *h. e.* segnes, pigros. — **2)** Item perniciosus, incommodus, noxius; *nocevole, pregiudiziale, dannoso*. *Cic. 3. Offic. 13. in fin.* Nonne inutile est, vitiorum subire nomina? Et *2. ibid. 14.* Seditiosus et inutilis civis. *Liv. 42. 14. sub fin.* Orationem habuit invisam senatui, inutilemque sibi et civitati suae. *Senec. 6. 27.* Aquae inutiles pestilentesque in abdito latent. *Cels. 5. 27. n. 17.* Si fungus inutiles quis assumpsit. *Ovid. 15. Met. 37.* solertior isto, Sed sibi inutilior. *Plin. 17. 45. 1.* Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Adde *Liv. 5. 5. ad fin.* — **3)** Absolute. *Vulg. Interpr. Mich. 2. 1.* Vae, qui cogitatis inutile; *h. e.* crimen quodcumque mortiferum, quod nihil omnino affert utilitatis verae.

ĬNŪTĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *inutilis;* carentia sive defectus utilitatis, damnum; *inutilità, danno*. *Lucret. 5. 1272.* Nam fuit in pretio magis aes, aurumque iacebat, Propter inutilitatem, hebeti mucrone retusum. *Cic. 2. Invent. 53.* Ut appetendarum rerum partes sint honestas et utilitas, vitandarum turpitudo et inutilitas.

Digitized by Google

ĭnūtĭlĭter. Adverb. ab *inutilis*. — Comparat. *inutilius* §. 2. — Proprie est sine utilitate; *inutilmente*. *Liv. 5. 51.* Non inutiliter respondere. *Quintil. 2. 4. ante med.* Narrationibus non inutiliter subiungitur opus destruendi confirmandique eas. — **B)** Item perniciose; *con pregiudizio*. *Hirt. B. Alex. 68.* Multa Romae male et inutiliter administrari. *Varr. 3. RR. 5.* Late diffusa aqua et inquinatur facilius, et bibitur inutilius.

INVULGĀTUS, a, um. Particip. verbi *invulgo*, adiectivorum more etiam adhibitum; vulgatus, vulgaris: *pubblicato, volgare, basso*. *Gell. 11. 7.* Culpatius esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata et sordentia. *Id. praef. a med.* Non aspernentur, quasi nova invulgataque.

INVULGO (et involgo, ἀρχαϊκῶς), as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *vulgo*. — Particip. *invulgans* §. 1., *invulgandus* §. 1., *invulgatus*, v. suo loco. — Proprie est idem ac vulgo, divulgo; *divolgare*. *Gell. 20. 5.* Non recte eum fecisse, quod disciplinas ἀφορητικὰς, libris foras editis, invulgasset. *Id. 4. 9. a med.* Reformidanda sunt magis, quam invulganda. — *Cic. 2. Att. 1.* Septima oratio, qua Catilinam emisi: octava, quam habui ad populum postridie, quam Catilina profugit: nona in concione, quo die Allobroges involgerunt; h. e. coniurationem in vulgus ediderunt, patefecerunt: *alii minus recte* invocarunt, *vel* indicarunt *leg.* Consule *Cic. 5. Catil. 4. Gloss. Lat. Gr.* Invulgans; ἀναβοηλῶν.

INVULNĔRĂBĬLIS, le. Adiect. ab *in* et *vulnerabilis;* qui vulnerari non potest; *invulnerabile*. *Senec. ep. 9.* et *Consol. ad Helv. 15.* Virtus animum undique invulnerabilem praestat. *Id. 5. Benef. 5.* Hostis invulnerabilis. *Hilar. in Psalm. 125. n. 11.* Interius tamen anima eius per fidem invulnerabilis.

INVULNĔRĀTUS, a, um. Adiect. ab *in* et *vulneratus;* non vulneratus; *non ferito*. *Cic. Sext. 67.* Aut omnino invulnerati inviolatique vixerunt.

* ĬNUXŌRUS, a, um. Adiect. ab *in* et *uxorius*, quod alterum vi compositionis syncopen passus est. — Qui sine uxore est, caelebs, ut inuxora virginitas, apud *Tertull. Exhort. ad castit. 9. a med.* — Ceterum hoc vocabulum loco cit. non reperitur.

IO

ĬO. Interiectio bissyllaba, Graece ἰώ, quam tamen Poëtae aliquando monosyllabam fecerunt, primae litterae potestate consonantis tributa. Sic *Catull.* in illo Epithalamii: *Io Hymen Hymenaee;* et *Martial. 11. 2.* Clamant ecce mei, io Saturnalia! versus. — Rectius fortasse dixeris, inquit *Forcellinus*, omissa ultimae vocalis in *mei* elisione, eademque more Graecorum correpta, anapaestum pro dactylo fuisse usurpatum, sic *mĕī*, ĭō. V. FLUVIUS §. d.

IO proprie interiectio est laetitiam exsultantium vehementiorem exprimens, atque hinc usitatius adhibita in allocutione Deorum laetiſicorum Bacchi et Hymenaei et in triumphantium clamore, *oh! ah! Plaut. Pseud. 2. 4. 11.* Io, io, io, te, te, te, tyranne, te rogo. *Tibull. 2. 5. 121.* Lauro devinctus agresti Miles, io, magna voce, triumphe, canet. Et *83.* Laurus, io, bona signa dedit: gaudete, coloni. *Ovid. 2. Art. am. 1.* Dicite, io Paean, et io, bis dicite, Paean. *Plin. 3. ep. 9.* Io, io, liber ad te venio. *Tibull. 1. 1. 27.* Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes Clamet, io, messes et bona vina date. *Plaut. Cas. 5. 3. 3.* Io hymen hymenaee, io hymen. *Suet. Galb. 15.* Io, Onesimus e villa. Adde *Martial.* loc. allato supra §. a. — **2)** Est etiam instanter vocantis. *Ovid. 3. Met. 625.* Et bis, io Arethusa, io Arethusa, vocavit. Adde *Eund. 4. ibid. 515.* et *Stat. 6. Theb. 677.* — **3)** In admonendo, de re magni momenti. *Ovid. 5. Heroid. 118.* Io, prohibe! Graia iuvenca venit. *Virg. 7. Aen. 400.* Clamat: Io matres, audite, ubi quaeque, Latinae: *olà*. Ubi *Servius* adscribit, vocem esse Bacchantium propriam. *Martial. 8. 23.* Ecquis, io, revocat? — **4)** In admiratione. *Id. 8. 4.* Quantus, io, Latias mundi conventus ad aras Suscipit, et solvit pro duce vota suo! — **5)** Vehementem animi commotionem praesertim in interrogationibus haec quoque ostendunt. *Ovid. 3. Met. 422.* Ecquis, io, silvae, crudelius, inquit, amovit? *Sil. 5. 635.* quid deinde, quid, oro, Restat, io, profugis? *Stat. 10. Theb. 889.* Fulmen, io, ubi fulmen? — **6)** In iubendo. *M. Aurel.* ad *Front. 4. ad M. Caes. ep. 5.* Io, inquis puero tuo, vade quantum potes, de Apollonis bibliotheca has mihi orationes apporta. Hinc, ait *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon*, derivata videtur interiectio illa *chiò*, qua utuntur vulgo nostrates homines, cum servum aliquem, aut sodalem ad se compellant. — **7)** Denique

II. *Io* vox est etiam dolentium: quam propriam plerique particulae notationem esse suspicati sunt cum *Forcellino* nostro: sed media via incedendum esse Recentiores perviderunt; scilicet particulam etiam invocantis esse in re minime laeta et ad flebiles sensus declarandos. *Plaut. True. 1. 2. 21.* Io, enicas me miserum, quisquis es. *Ovid. 4. Fast. 447.* Illa quidem clamabat: io, carissima mater, Auferor. *Id. 3. Met. 715.* io geminae, clamavit, adeste sorores. *Horat. Art. P. 459.* Succurrite, longum Clamet, Io cives! *Tibull. 2. 4. 6.* Uror! io, remove, saeva puella, faces! *Sil. 4. 779.* clamat; Io coniux quocumque in cardine mundi Bella moves, huc signa refer.

IOBOUSUS, vox Aegyptia, teste *Apul. Herb. 50. de lactuca sylvatica*, quae dicitur « Aegyptiis Iobousus. »

IŏCĂ, ōrum. V. IOCUS §. b.

IŏCĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *iocor;* ioci plenus, iocans, ludibundus; *schersante*. *Val. Max. 2. 4. n. 4.* Iuventus rudi atque incomposito motu corporum iocabunda. Et *5. 2. n. 6. extern.* Veneni potionem non dubitanter hausit, quodque ex ea superfuerat, iocabundus illisum humo clarum edere sonum coëgit; *per ischerzo*. *Lactant. 2. 7.* Cum iocabundus ac ludens interrogaret.

* IŏCĀLĬTER. Adverb. incertae lectionis, quod pro iocose vel ioculariter quidam protulerunt ex *Ammian. 15. 12.* Quos iocaliter murcos appellant; ubi *al. leg.* ioculariter, *alii rectius* localiter. V. MURCUS.

IŏCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iocor;* actus iocandi, iocosum dictum, iocus; *scherzo, facezia*. *Cic. 9. Fam. 16. a med.* Nunc venio ad iocationes tuas. Adde *2. Att. 8.*

IŏCĀTUS, a, um. V. IOCOR §. 3.

IŏCĬNOR, ōris. } V. IOCUS §. b. et c.
IŏCĬNUS, ŏris. }

IŏCISTĂ, ae, m. Verbale a *iocor;* qui iocatur. *Gloss. Isid.* Iocista, qui verbum *(lege* verbo *vel* verbis) iocatur.

IŏCO, as. V. IOCOR §. a.

IŏCONDĒ et IŏCONDUS, etc. } V. IUCUNDE et IUCUNDUS etc.

IŎCOR, āris, atus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, a *iocus*, forma deponens, pro qua et activa *ioco, as*, usus est *Plaut. Cas. 4. 4. 10.* « Quasi iocabo. » — **b)** Particip. *iocans* §. 1., *iocatus* §. 3. — **c)** Derivata, v. suo loco sub IOCUS.

IOCOR proprie est ioco utor, venuste et facete aliquid dico, ac per ludum, risus causa; *scherzare, motteggiare*. *Cic. 1. Offic. 29. a med.* Duplex iocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum; alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. *Id. 2. Nat. D. 17.* Hic quam volet Epicurus iocetur, homo non aptissimus ad iocandum. *Id. 1. Orat. 7.* Eaque esset in homine iucunditas, et tantus in iocando lepos, ut etc. *Ter. Heaut. 4. 4. 7.* Tu hanc iocari credis? faciet, nisi caveo; *credi tu, che costei parli da scherzo?* Sic *Cic. 16. Att. 5.* Iocari me putas? moriar, si quisquam me tenet praeter te. *Id. 2. Fam. 4.* Iocari cum aliquo per litteras. *Id. 2. Att. 1. ante med.* Familiariter cum aliquo cavillari ac iocari. *Id. 7. Fam. 11.* Iocari cum aliquo de re gravissima. *Id. 4. Acad. 19. a med.* Me quoque iocanane, an ita sentiens (non enim intelligebam), coepit hortari, etc. — *Vulg. Interpr. Gen. 26. 8.* Prospiciens Abimelech, rex Palaestinorum, per fenestram vidit eum *(Isaac)* iocantem cum Rebecca uxore sua. — **B)** Translate de lusu Fortunae usurpavit *Iuvenal. 3. 39.* Quales ex humili magna ad fastigia rerum Extollit, quoties voluit Fortuna iocari. V. LUDO. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Iocor*, cum accusativo, ut plurimum, communi, eodem sensu proprio. *Cic. 9. Fam. 14.* Quamquam, mi Dolabella (haec enim iocatus sum), libentius omnes meas laudes ad te transfuderim. *Horat. 1. Sat. 3. 62.* Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus. *Ovid. 2. Trist. 497.* Quid, si scripsissem mimos obscena iocantes?

IŏCŌSĒ. Adverb. a *iocosus*. — Comparat. *iocosius*, infra. — Est cum ioco, per iocum, et risum, ioco, festive; *piacevolmente, da giuoco, scherzevolmente*. *Cic. 2. Q. Fr. 12.* Eumque lusi iocose satis. *Id. 9. Fam. 24. sub fin.* Cave existimes, me, quod iocosius scribam, abiecisse curam reipublicae. *Nep. Alcib. 2. extr.* Odiosa multa delicate, iocoseque fecit; *ridicolosamente*. *Horat. 1. Sat. 4. 104.* liberius si Dixero quid, si forte iocosius, hoc mihi iuris Cum venia dabis.

IŏCŌSUS, a, um. Adiect. a *iocus;* ad iocum pertinens, ludicrus, per iocum, facetus; *giocoso, scherzevole, burlesco, piacevole, facelo*. *Cic. 1. Offic. 37. ad fin.* Si seriis de rebus loquatur, severitatem adhibeat; si iocosis, leporem. *Ovid. 3. Met. 532.* arbiter sumptus de lite iocosa. *Id. 5. Fast. 185.* Mater ades florum, ludis celebranda iocosis. Et *6. ibid. 622.* Iocosa verba. *Horat. 1. Od. 10. 7.* Iocosum furtum. *Id. 1. Sat. 10. 11.* Iocosus sermo. — **B)** De eo, qui iocis abundat et delectatur; *festivo, facelo*. *Varr. 2. RR. 5.* Q. Lucienus homo quamvis humanus et iocosus. *Horat. Epod. 3. 20.* si quid unquam tale concupiveris, Iocose Maecenas. — *Ovid. 2. Trist. 554.* Vita verecunda est, Musa iocosa mihi. — **8)** *Iocosa imago* dicitur ab *Horatio, 1. Od. 12. 3.* Echo, quae veluti per iocum verba reddere videtur. — **4)** *Iocosum Nilum* dixit *Ovid. 1. Trist. 2. 80.* propter mores Alexandrinorum, quos otio et luxui, hilarique ac delicatae vitae deditos fuisse legimus.

IŏCŭLANS, antis. V. IOCULOR.

IŏCŭLANTER. Adverb. a *ioculans;* iocose. *Sidon. 1. ep. 2. a med.* Ioculanter compellare.

Digitized by Google

IŌCŬLĀRIS, re. Adiect. a *iocus;* per iocum dictus, aut factus, ioco, aut risu dignus; *scherzevole, ridicolo. Cic. 1. Leg. 20.* Ioculare istuc quidem, et a multis saepe derisum. *Id. Fat. 8.* O licentiam ioculärem! *Ter. Phorm. 1. 2. 84.* Ioculäris audacia. *Senec. Constant. sap. 12.* Ioculare convicium. *Gell. 12. 12.* Ioculari responso quippiam eludere. — **β)** Absolute. *Horat. 1. Sat. 1. 23.* ut qui iocularia, ridens Percurram. *Liv. 7. 2.* Inconditis versibus iocularia fundere.

IŌCŬLĀRĬTER. Adverb. a *iocularis;* per iocum, iocose; *scherzevolmente, in burla. Ascon. in Divin. Verr. 11.* Ioculariter irridere. *Plin. 28. 38. 1.* Aristophanes Euripidi obiicit ioculariter, matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse. *Suet. Aug. 75.* Festos dies ioculariter celebrare. *Id. Caes. 49.* Carmina ioculariter canere. Adde *Philarg. ad Virg. 6. Ecl. 14.*

IŌCŬLĀRĬUS, a, um. Adiect. origine et significatione idem ac iocularis. *Ter. Andr. 4. 4. 43.* Iocularium in malum insciens paene incidi.

IŌCŬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *ioculor;* iocus, facetiae, festivitas. *Firmic. 5. Mathes. 5.* Ioculationes cantusque exercebunt. Adde *ibid. 6.*

IŌCŬLĀTOR, ōris, m. Verbale a *ioculor;* qui iocos facit. *Cic. 4. Att. 16. ante med.* Reliqui libri τεχνολογίαν habent, ut scis. Huic ioculatorem senem illum, ut noras, interesse sane nolui. Ita recte *Schutzius: alii aliter leg.* V. vocem sequent.

IŌCŬLĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *ioculor* idem ac iocularis. *Cic. 4. Att. 16.* Huic ioculatoriae disputationi senem illum, ut noras, interesse sane nolui. *Alii aliter leg.* V. vocem praeced. *Diomed. 3. p. 486. Putsch.* Hi *(primi Poëtae comici)* veteris disciplinae ioculatoria quaedam minus scite et venuste pronunciabant.

IŌCŬLO, as, āre, et

IŌCŬLOR, āris, ātus sum, āri. Verbum origine quidem intransitiv., forma activa et deponenti, a *ioculus;* iocos ago, ludo, iocor. — Transitive per iocum aliquid profero; *dire scherzando. Liv. 7. 10. sub fin.* Inter carminum prope modum incondita quaedam militariter ioculantes. — *Gloss. Lat. Gr.* Ioculare; συνπαιδίσαι, προσπαίσαι.

IŌCŬLUS, i, m. Deminut. a *iocus;* brevis iocus; *scherzetto. Plaut. Most. 3. 3. 20.* Ego ne te ioculo modo ausim, dicto, aut facto fallere? *Id. True. 1. 2. 11.* Per ioculum et ludum oblectare aliquem. *Id. Rud. 3. 4. 24.* Occipito modo illis afferre vim ioculo pauxillulum: Ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipsus te ut non gnoveris. *Id. Mere. 3. 4. 33.* Ioculo dicere aliquid. — **β)** Item res, quibus ad iocum pueri et puellae utuntur, ludicra. *Vitruv. 4. 1.* Post sepulturam eius *(virginis),* quibus ea viva ioculis delectabatur, nutrix collecta et composita in calatho pertulit ad monumentum, et ad summum collocavit. Ita leg. *Salmas.* in *Solin. p. 790. Alii minus recte* poculis.

IŌCUNDUS. V. IUCUNDUS.

IOCUR. V. IECUR §. c.

IOCUS, i, m. et *in plur. num.* ioca, orum, n. Nomen parum certae originis; alii enim derivant a ἰάσχω vel ἰαχέω; clamor, alii a *iuvo.* — **b)** In plur. num. tam *ioca, orum,* quam *ioci, orum,* in usu fuisse testatur *Serv.* ad *1. Aen. 306.*, ut infra videbimus. — **c)** Derivata, *iocabundus, iocaliter, iocatio, iocista, ioco* vel *iocor, iocose, iocosus, ioculanter, ioculäris, ioculariter, ioculärius, ioculatio, ioculator, ioculatorius, ioculor, ioculus, iucundus,* quod V. — **d)** Compositum, *exiocor.*

IOCUS proprie est dictum aut factum non serium, sed ludicrum et risu dignum, ludus, lepor, facetia; *scherzo, barzelletta, burla, facezia, giuoco, beffa. Quintil. 6. 3. 57.* Iocum accipimus, quod est contrarium serio: nam et fingere, et terrere, et promittere interim, iocus est. *Cic. 2. Orat. 54.* Suavis est, et vehementer saepe utilis iocus et facetiae. *Id. 2. Fin. 26. ad fin.* Quicum ioca, seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia. Et *20. ad fin.* Risus et iocus comes levitatis. *Id. 14. Att. 15.* Ioca tua plena facetiarum. *Ovid. 2. Trist. 444.* Historiae turpes inseruisse iocos. *Sall. Iug. 101.* Ioca atque seria cum humillimis agere. *Ovid. 3. Met. 320.* Agitare iocos cum aliquo. *Cic. 2. Phil. 17.* Ioci causa magistrum adhibes. *Sall. Cat. 26. extr.* et *Horat. 1. Ep. 19. 20.* Movere alicui iocum; *far da ridere. Suet. Cal. 27.* Provocare aliquem ad hilaritatem et iocos. *Id. Aug. 99.* Cachinnum sustulit, atque in iocos effusus est. Et *67.* Rem non minimi periculi in iocum vertit; *volto in ischerzo. Id. Claud. 21.* Immiscere frigidos et arcessitos iocos. *Id. Ner. 28.* Non inscitus iocus. *Id. Cal. 27.* ambiguus. *Id. Aug. 56.* Lacessere aliquem invidiosis ac petulantibus iocis. — **β)** Pro actu turpi et lascivo exstant etiam loca *Ovid. 3. Art. am. 567.* Mille facesse iocos: turpe est nescire puellam Ludere. Adde *Rund. ibid. 796. Plin. 8. 61. 2.* et *Iustin. 7. 3.* — **γ)** *Ludus* et *iocus* hoc differunt, quod ille in factis, hic in verbis est: interdum tamen sic in oratione iunguntur, ut nulla appareat discriminis ratio. *Cic. 1. Offic. 29.* Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et iocum facti esse videamur. Et *mox.* Ludo et ioco uti licet, sed sicut somno et quietibus ceteris. *Id. 5. Verr. 60.* Paucos homines, hoc adiutore, Q. Opimium, per ludum et iocum fortunis omnibus evertisse. *Plin. 3. ep. 14. extr.* Cum alii divinum me, alii meis rapinis occursum, per ludum ac iocum dictitant. *Ter. Eun. 2. 3. 8.* Hic vero si occeperit, Ludum iocumque dices fuisse illum alterum, Praeut huius rabies quae dabit. Adde *Liv. 28. 42.* et *Martial. 4. 49.* — **δ)** Refertur ad res, et saepius ad ipsas personas, quae aliis ioco habentur. *Petron. Satyr. 17. extr.* Religionem risum iocumque facere. Et *fragm. Tragur. 57. Burm.* Spero me sic vivere, ut nemini iocus sim; *che non sia lo spasso di veruno. Propert. 2. 18. 64.* Pulsati dominae iam pudet esse iocum. Et *Horat. 2. Sat. 3. 56.* haec mea cura est, Ne quid tu perdas, neu sis iocus; *h. e.* ne fabula fias, ut *Id.* ait *1. Ep. 15. 9.* Rursus *Id. 1. Sat. 3. 98.* Dare alicui risus et iocos; *dar occasione di ridere e motteggiare. Catull. 42. 3.* Iocum me putat esse moecha turpis. — **ε)** Hinc absolute *ioco* et *per iocum* est cum ioco, iocose, festive. *Ter. Heaut. 5. 2. 50.* Iocon' an serio illaec dicat, nescio; *da scherzo o in sul serio.* Et *Nep. Epam. 3.* Adeo veritatis amator, ut ne ioco quidem mentiretur; *in burla.* Et *Plaut. Amph. 3. 2. 39* Si quid dictum est per iocum, Non aequum est, id te serio praevortier *Cic. 4. Fam. 4.* Quem tu per iocum (sic enim accipio) divitias orationis habere dicis. — **ζ)** Item *extra iocum* et *remoto ioco,* est sine ioco serio; *fuori di burla. Cic. 7. Fam. 16.* Sed mehercules, extra iocum homo bellus est. Et *11.* Remoto ioco, tibi hoc amicissimo animo praecipio, ut etc. — **η)** Speciatim usurpatur de illis ludis, qui arte fiunt publici vel privati oblectamenti causa ab iis, qui artem illam profitentur. *Inscr.* Patavina apud *Orelli, n. 4832.* Haec *(sorriga* Hac) ego bis denos nondum matura per annos Condor humo, multis nota Toreuma locis. *Alia apud Grut. 304. 1. de puero annor. XVI.* Pro nequitiis, locisque, quibus coaevos capiens me oblectare solebat, opto etc. *Alia* apud *Murat. 658. 1.* et *Burmann. Anthol. Lat. T. 2. p. 167.* Quis bona non hilari vidit convivia vultu, Atque meos mecum pervigilare iocos?

Nota. Discrimen inter *ludum* et *iocum,* quod tamen non semper servatum est, V. supra §. 3.

IOD, indecl. Nomen decimae litterae alphabeti Hebraici, יוֹד *(Iod),* quod aeque ac Hebraicum יָד *(Iad) manum* significat, idque figura sua rudius picta hodieque repraesentat in scriptura Phoenicum, Samaritanorum et in Nummis Machabaeorum, teste *Gesen.* in *Lex. Hebr.* aliisque. Respondet autem litterae ι (ἰῶτα) Graecorum (V. IOTA) et i Latinorum V. I §. c. — Occurrit hoc nomine apud *Vulg. Interpr.* in *Psalm. 118. v. 73.* et *Ierem. Thr. 1. 10.* et *alibi,* quibus locis, cum versus sint e genere acrostichidum, hac littera significatur numerus decem. *Ambros.* mysticam sequutus interpretationem, in *Psalm. 118. Serm. 10. init.* Incipit littera apud Hebraeos decima *Iod,* quae Latina significatione *confessio* dicitur, vel certe *desolatio.* Sic et *Hieronym. ep. 30. n. 8.* Tertia connexio habet Tet, Iod, *bonum principium;* quia etc.

IOGĀLIS. V. IUGALIS.

• ἰὸ ἰού, interiectio renuentis, aut negantis. *Plaut. Mere. 4. 5. 31.* Illa quidem est. *Do.* quae illa est? *Ly.* illa. *Do.* iohia, illa! Bothe monstrum verbi esse putat, ideoque edidit *io hias? h. e.* eia, quid hias? senex enim Lysimachus os subinde aperiens ad loquendum, nec quidquam proferens, recte *hiare* dicitur. — Haec *Forcellinus* et *Furlanetto;* sed *Ritschel* e Cod. MS. dedit: *oho, iam Satis?* ita ut in posterum hoc vocabulum e Lexicis omnino sit expungendum.

ĬON, *Graeca positione,* ii, n. Vox Graeca, ἴον, qua idem significatur ac *viola* apud Latinos; Italice *violetta. Plin. 21. 14. 1.* Et his *(violis),* quae sponte apricis et macris locis proveniunt, purpureum latiore folio, statim ab radice carnoso, exeunt, solaeque Graeco nomine a ceteris discernuntur, appellatae ia, et ab his biantina vestis. *Id. ibid. 38. 1.* Florum prima ver nunciantium viola alba: postea quae ion appellatur et purpurea: proxime flammea. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 284. n. 186.* Hic iacet Optatus pietatis nobilis infans, Cui precor ut cineres sint ia, sintque rosae. — **β)** Item gemma violacei coloris, sed dilutioris. *Plin. 37. 61. 1.* Ion apud Iodos violacea est, sed raro saturo colore lucet. V. IONIUS §. 2. — **γ)** *Ion agrion* herba est eadem ac perdicium, teste *Apul. Herb. 82.*, ubi tamen *alii aliter legunt.* — **δ)** Praeterea

ION, ōnis, adiect. idem ac Ionicus, de quo V. in voc. seq. §. 4. *fin.*

ĬŌNĬCUS, a, um. Adiect. a *Ionia;* ad Ioniam, quae nomen est regionis in Asia Minore, de qua in ONOM., pertinens. Hinc a Grammaticis *Ionica lingua* appellatur ea, quae Graeca quidem est, sed propria dialecto differens in multis: de qua V. Grammaticos. Iones enim ab Attica illo profecti, genuinum illud Atticum paulatim vertere. *Quintil. 8. 3. a med.* Ut si Atticis Dorica, Ionica, Aeolica etiam dicta confundas. V. IAS. — **β)** Item in Architectura *columnae Ionicae* dictae sunt, quas primi erexere in Asia in templo Dianae Ephesiae Athenienses illi tredecim, qui, duce Ione Xuthi, vel Apollinis filio, cum tredecim colonis in Asiam profecti sunt, et tredecim urbes condiderunt qui a suo duce Iones appellati fuere. Hoc genus columnae factum fuit ad similitudinem pedis muliebris, sed crassitudo erat octava *(Plinio 36. 56. 1.* et *seqq.* est nona) pars altitudinis. Adhibuere autem ornamen-

Digitized by Google

ta. Nam basi supposuere spiram, quasi pro calceo, in capitulo dextera et sinistra collocaverunt volutas, seu concrispatos cincinnos praependentes, a fronte cymatia et encarpos ad instar capillorum, toto corpore demiserunt strias, quasi pro rugis stolarum. Placuit hoc genus columnae appellare Ionicum, eo quod secundum suum exemplum, non alienum effecissent. *Vitruv. 4. 1.* — **3)** Item a metricis Scriptoribus *metrum Ionicum* dicitur illud, quod in usu praecipue fuit apud Poëtas illius regionis et duplex fuit: alterum *maius*, quod et *Ionicum a maiore* appellatur, Graece ἀπὸ μείζονος; alterum *minus*, quod et *Ionicum a minore*, Graece ἀπὸ ἐλάσσονος; quod pedibus Ionicis constet maioribus vel minoribus. *Mar. Plot. de metr. 9.* Ionicum metrum . . . duplex est, unum a maiore, quod spondeo constat et pyrrhichio; alterum a minore, constans ex pariambo et spondeo. De hoc metro insuper V. *Diomed. 3. 31.* et *32.*, coll. *ibid. 34.* §. *41.*, ubi et de *Ionico Sotadico*, et *Mar. Victorin. 2. 8.* et *9.* — **4)** *Ionicus* autem *pes* dictus est a *Ione* inventore, et duplex pariter est, ut dictum fuit, teste *Mar. Plot. de Metr. 1. 25.* et *Diomed. 3. 3. 41.* et *42.*, coll. *Mar. Victorin. 1. 11. 43.* et *44.* — Huc spectat *Terentian. de Metr. 2882.* Nec mirum puto, quando Varro versus Hos, ut diximus, ex Ione natos Distinguat numero pedum minores. *Sunt qui hoc loco lig.* ex Ione, *ut* ion, Ionis, *adiectivum sit idem ac* ionicus; *quo sensu reapse videtur* eos *usurpari ab eodem Terentian. ibid. 2047.* Est unus Ion hic datus, etc. V. integr. loc.

IŎNĬUS, a, um. Adiect. idem origine et significatione ac praecedens; ad Ioniam pertinens. Hinc *Ionius magister* apud *Val. Flacc. 7. 33.* est, qui Ionio mari navigat. Et *Ioniae naves* eadem ratione apud *Senec. Thyest. 443.* V. reliqua sub v. IONIUS, a, um, in ONOM. — **2)** Praeterea

II. *Ionius* est etiam ab *ion*, *ii*, quod violam significat. Hinc in genere ardentium gemmarum una est quae *Ionia* appellatur a colore. V. ION §. 2. *Plin. 37. 29. 1.* Secunda bonitate similis est Ionia, appellata a praelatis floribus.

IOSIPSĔ. V. IPSE §. 6.

IŌTA, ae, *frequentius* indecl. n. Nomen Graecum eius litterae, a qua ipsa haec vox incipit, *ἰῶτα*, quae respondet Hebraeorum litterae *Iod*, ut sub hac voce diximus. V. IOD. — Vox est trisyllaba, sed Latino more disyllaba ūt. — **b)** Si quando feminino genere effertur, *littera* subintelligitur. V. §. 1. et 3. — **c)** *Iota*, *ae*, declinavit *Auson.* loc. mox cit. §. 1. — **d)** Derivatum, *iotacismus*.

IOTA, Italice item *iota*, a Latinis Scriptoribus quoque usurpata tum proprie, tum translate. *Cic. 3. Orat. 12.* Ut iota litteram tollas, et *e* plenissimum dicas. *Martial. 2. 93.* Unum de titulo tollere iota potes. *Auson. Edyll. 20. in monosyllab. de litteris, 25.* Ansis cincta duabus erit cum iota, leges Θ. — *Id. ibid. 7.* Littera sum iotae similis, vox plena iubens I. *Mar. Victorin. 1. 4. 58.* Iota vero, quae est brevis eademque longa, aptior ad hanc structuram visa est: quam potestatem apud nos habet et *i*, quae est longa et brevis. Adde *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 3. 2.* — **2)** *Iota ascriptum*, quod nos vulgo *subscriptum* minus recte, ut videtur, vocamus, a Grammaticis illud dicebatur, quod orthographica ratione tantum vocali praecedenti ascribebatur. *Macrob. de differ. verb. 17. 3.* Et quia natura verborum omnium apud Graecos haec est, ut ex prima persona in Ω exeuntium secunda in duas vocales desinat, ideo ΕΑΝ ΛΕΓΗΙΣ cum I ascripto post Η profertur, ut duarum vocalium salva sit ratio. — **3)** Quum haec littera omnium minima sit etiam in alphabeto Hebraico, proverbialiter apud *Vulg. Interpr.* usurpatur de quavis re minima et nullius plane momenti in communi hominum aestimatione. Sic *Matth. 5. 18.* Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum et terra, iota unum aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Mai, Nov. Collect. T. 3. p. 238.* habet *iota una* pro *iota unum*. — **4)** De digitis in iotam erectis, V. DIGITUS §. 3. — **5)** Apud musicae rei Auctores *Iota* inter notas musicas recensetur. *Capell. 9.* §. *945.* Iota rectum mesen notat. *Id. ibid.* §. *960.* In Lydio *(tono)*, si a iota directo in sigma tacens signa concurrant. Et §. *962.* In Lydio iota rectum habet. V. *Kopp* ad *hh. ll.* — **6)** Denique apud Scriptores rei agrariae casis designandis inservit. *Innocent. Cas. litter. p. 322. Lachm.* Casa per I iota nomen habens fines in longam habet. Adde *ibid. p. 526.*

IŌTĂCISMUS, i, m. Vox Graeca et Graece melius adhibenda, *ἰωτακισμός*, qua significatur vitium sermonis, cum i littera supra iustum decorem in dictionibus pronunciando extenditur: vitium oris et linguae, quod demonstrari scripto non potest. Ita *Quintil. 1. 5. ante med.* et *Diomed. 2. p. 448. Putsch.* — **2)** Apud *Capell. 3. p. 167.* est, cum in oratione saepius, quam par est, i littera recurrit, ut si dicas, Iunio Iuno Iovi iure irascitur.

IOU — V. **IU** —

IOVIS, is, m. Nomen Dei Romanorum maximi, quod ita a Veteribus in recto casu pro *Iuppiter*, *Iovis*, efferebatur, teste *Varr. 8. LL. 38. extr.*, et de quo V. in ONOM. sub v. IUPPITER. — Hinc nomen sumpserunt

IOVIS BARBA, genus fruticis, de quo V. in BARBA §. 17. — **2)**

IOVIS FLAMMA, genus violae ita a colore appellatae. *Plin. 27. 27. 1.* Ampelos agria vocatur herba foliis duris. . . rubentibus, qualiter flos, quem Iovis flammam appellavimus in violis. — **3)**

IOVIS FLOS, Graece Διὸς ἄνθος; flos aestivus et inodorus, colore purpureo, cuius gratia coronamentis expetitur. *Plin. 21. 33. 1.* et *ibid. 59. 1.* — **4)** Et

IOVIS GEMMA, Graece Διὸς λίθος; gemmae species, candida, non ponderosa, tenera. *Id. 37. 61. 1.* — **5)**

IOVIS GLANS apud *Plin. 15. 24. 3.* V. IUGLANS.

IŎVISIŪRANDUM et Iovis iurandum, i, n. Nomen a *Iove* et *iurando*; hoc est iuramentum per Iovem. *Enn.* apud *Apul. de Deo Socrat. 5.* Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* et *Interpretes* ad *Cic. 3. Offic. 29.* §. *104.*

* IOVISTAE. Nomen, ut sit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll.*, compositum a *Iove* et *iustus*. Sed haec verba Critici suspecta habent, et aliter atque aliter legenda putant. Cf. *Müller* ad *h. l.*

IP

IPPĂGO, *rectius* Hippago, ōnis, m. Vox Graeca ab *ἵππος*; equus, et *ἄγω*; duco; equorum ductor. Legitur in *Gloss. Lat. p. 184. n. 417.* Ippago, aurigarius. *Gloss. Isid.* habet *ipparius*, eodem sensu. Utraque tamen vox rectius cum aspiratione efferenda est, ut alia cognata *hippagines*, *hippagus*, etc.

IPPĂRĬUS, ii, m. V. voc. praeced.

IPSE, a, um. Pronomen demonstrativum primae, secundae et tertiae personae, quod quidam derivant a Dorico *ψὲ* pro *σφέ*, accusativo sing. pronominis *αὐτός*, praeposita *i* demonstrativa; alii vero ab *is* et suffixo *pse*. — **b)** *Ipsus* in recto casu est Comicis frequens. *Plaut. Pseud. 4. 7. 43.* Te is ipsus coram praesens praesentem videt. *Ter. Hecyr. 3. 5. 5.* Ipsus est, de quo hic agebam tecum. *Cato, RR. 70.* et *71.* Bos ipsus sublimiter stet. *Cic.* quoque usurpavit, si *Diomedi* credimus, qui *1. p. 518. Putsch.* Ipsus, inquit, quod est in comoediis, est et apud Tullium. *Inscr.* apud *Momms. n. 1137.* Menandri pancas vorti scitas fabulas Et ipsus etiam sedulo finxi novas. — Hinc et *ipsos* pro *ipsus* Graeca positione reperitur usurpatum in legibus Numae Pompilii apud *Festum* in voc. *Aliuta, p. 6. Müll.* Si quisquam aliuta faxit, ipsos Iovi sacer esto. — **c)** Hinc neutrum *ipsud* legitur in *Gloss. Philox.* Ipsud; *αὐτό*. Atque item apud Scriptores rei agrariae *Aggen. Urb. p. 14. Lachm.*, *Sicul. Flacc. p. 150. ibid.* et *alibi.* — Hoc tamen improbant Grammatici, ut *Claud. Sacerd. 2. Gramm. n. 4.*, coll. *Incert. art. Grammat. fragm. p. 115. n. 185. Endl.* et *Incert. fragm. de nom. et pronom. p. 141. n. 53. ibid.* V. etiam quae adnotat *Hildebr.* ad *Apul. Herm. Trimeg. 4.* — **d)** A recto *ipsus* est genitivus *ipsi* pro *ipsius* apud Veteres. *Afran.* apud *Priscian. 6. p. 694.* Ipsi me velle vestimenta dicito. *Sever. Aetn. 218.* in promptu est operis natura, solique Una ipsi et venti. — **e)** *Ipsabus* pro *ipsis* ad evitandam confusionem sensus aliquando dici posse tradit *Pompei.* in *Art. Donati, p. 210. Lind.*, nullo tamen exemplo confirmat. — **f)** Item *ipsae* dativus pro *ipsi* apud Antiquos usurpatus fuisse videtur. V. *Hildebr.* ad *Apul. 2. Dogm. Plat. 5.* — **g)** Ad scribendi autem rationem quod attinet, haec adnotanda occurrunt, nempe *ipsei* pro *ipsi* in *Tab. aenea de Termess.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 204. col. 1. lin. 32.* et *col. 2. lin. 26.* — Item *ipsseius* pro *ipsius* in *Inscr.* apud *Grut. 341. 7.* et *alibi.* — Immo et *ipsieus* in *alia* infimae notae apud *Renier, n. 3446.* — **h)** Speciatim vero *issus* et *issa* pro *ipsus* vel *ipse* et *ipsa* aliquando usurpata fuisse pro peculiari quadam designatione domini vel dominae, plura ostendunt, ut infra videre erit §. 11. et 13., quod dicendum est etiam de quibusdam ab eo derivatis. — Haec autem scribendi ratio confirmari videtur loco *Suetonii*, qui eam mirabatur, *Aug. 88.* « Nec ego id notarem, nisi mihi mirum videretur, tradidisse aliquos legato eum *(Augustum)* consulari successorem dedisse, ut rudi et indocto, cuius manu *issi* (corrige *issi*) pro *ipsi* scriptum animadverterit. » Adde et *Inscr.* infra citandas §. 13. et Cf. ISSA. — **i)** Superlat. *ipsissimus*, ut Graece *αὐτότατος*, est *Plauti Trin. 4. 2. 146.* Ergo ipsus ne es? *Char.* ipsissimus; *stessissimo*. *Alii leg.* ipsissumus *pro* ipsissimus. — **k)** Praeterea particulae speciem induit, et tunc

IPSE cum aliis copulatur ab initio et in fine, quae in unam vocem coalescunt. Sic *eapse* pro *ea ipsa* et *eampse* pro *eam ipsam*, ut *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 77. Müll.* interpretatur. *Scipio African.* apud *Eund.* in v. *Reque, p. 286. ibid.* Opera, factis, consiliis reque eapse saepe benemeritus. *Plaut. Aul. a. 3. v. 7.* Eampse anum. *Id. Cist. 1. 3. 22.* Ut eampse audistis confiterier. Adde *Mil. 4. 2. 77.*, *Poen. 1. 2. 60.*, *Cist. 1. 3. 17.* et *True. 2. 6. 15.* Cf. §. m. — **l)** *Eipse* pro simplici *ipse* legitur in *fragm. Cic.* apud *Mai, Class. Auct. T. 2. p. 103.* — **m)** *Eopse* pro *eo ipso* est item *Plaut. Curc. 4. 3. 6.* — **n)** Item augetur in fine suffixa particula *ce*, quae vim addit demonstrandi. *Macrob. 5. Saturn. 22.* Quod epitheton ipsiusce legerat, sociae eius imposuit. — **o)** Sic et *ipsippe* eadem ratione pro *ii ipsi*. *Fest.* apud

Digitized by Google

Paul. Diac. p. 105. Müll. Ipsippe, ipsi, neque alii. *Alii minus recte* ipsipe *leg.* Quidam adnotant ex coniectura legi posse *ipsipte*, ut *mihipte, sopte.* At *Nic. Ignarra* in *Opusc. p. 65.* putat legendum *ipsipse*, atque etiam in *Gloss. Philox.* pro mendoso *iosipse; αὐτὸς*, reponendum *ipsipse; αὐτανδς.* Haec enim vox in Graeca inscriptione ibidem ab eodem allata legitur. Contra *Müller* ad *Fest. loc. cit.* arguit, tam *insipti* vel *ipsipte*, quam *iosipse*, quae leguntur in *Gloss. Philox.*, haud difficile mutari posse in *ipsippe.* — **p**) Denique, quod syllabae quantitatem spectat, monendum est, quod genitivus *ipsius* in prosa oratione paenultimam producit: poëtice interdum corripit. *Virg. 1. G. 452.* Ipsius in vultu varios errare colores. *Id. 1. Aen. 118.* Ipsius ante oculos. — Praeterea *ipse* apud *Plaut. Curc. 1. 3. 14.* et *Epid. 1. 1. 45.* monosyllabon habetur, et *ipsus* correptim effertur ab *Eodem* in *Amph. 1. 1. 262.* et *Cas. 2. 2. 24.*, ipso *Weise* adnotante. — **q**) Derivata, *ipsimus, ipsulus.* — **r**) Composita, praeter allata in praecedentibus §§. k — o, *ipseplex, ipsullices.*

IPSE pronomen est, ut diximus, demonstrativum, quo designatur quaelibet persona agens; *esso, stesso, egli:* et frequentissime copulatur cum alio pronomine, cuius vim ac significationem accipit, et vicissim maiorem demonstrandi vim addit. *Cic. 1. Tusc. 17.* Ego ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. *Id. 2. Att. 1. sub fin.* Me, illum ipsum vindicem aeris alieni, aere circumforaneo obruerunt. *Ter. Andr. 1. 1. 124.* Tute ipse his rebus finem praescripsti pater. *Cic. 2. Divin. 28.* Quarum causas si a Chrysippo quaeram, ipse ille divinationis auctor nunquam illa dicet facta fortuito. *Id. 3. Orat. 32.* Ipse ille Gorgias in illo ipso Platonis libro profitetur, etc. *Id. Manil. 12.* Eius ipsius liberos, qui cum praedonibus bellum gesserat, a praedonibus esse sublatos. Et *11.* Africa, quae magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine reduudavit. *Id. 4. Att. 1. ante med.* Natali suo ipso die. *Id. 3. Tusc. 9.* Nisi idem hoc ipsum ad voluptatem referret. *Id. 7. Att. 3. ante med.* Cur respublica, consule isto ipso, defensa non est? *Id. 1. Fin. 16.* Hoc ipso, quod adest; *per questo appunto, che* etc. *Plaut. Bacch. 3. 2. in fin.* Lepide ipsi hi sunt capti. *Cic. 2. Orat. 6.* Meque, cum huc veni, hoc ipsum nihil agere et plane cessare, delectat. *Id. 1. ibid. 16.* In orationibus hisce ipsis. *Id. 1. Acad. 1.* Ad hunc eum ipsum quaedam institui, quae etc. *Id. in Senat. 2.* Illo ipso tempore; *in quel tempo appunto.* Et *4. Att. 1.* Illo ipso die, quo lex est lata; *in quello stesso dì.* Et *7. Fam. 25. a med.* Ea ipsa hora. *Id. 1. Divin. 46.* Id ipsum est, Deos non putare, quae ab iis significantur, contemnere; *è appunto lo stesso, che* etc. *Ter. Adelph. 4. 4. 17.* Ipsum id metuo, ut credant. — **2**) Item cum pronominibus *me, te, se*, sed fere in alio casu. *Cic. 6. Fam. 10.* Agam per me ipse, et moliar. Et *3. ibid. 11.* Mihi ipse assentor fortasse. *Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 5.* Medici ipse se curare non possunt. *Senec. 3. Benef. 25.* Illos quoque ad suos redisse, et dominam sibi ipsos dedisse. *Varr. 2. RR. 4.* Ut se ipsa stans sustinere non possit. *Ter. Adelph. prol. 4.* Iudicio de se ipse erit. *Plin. 3. ep. 4.* Factum S. C., ut darer provincialibus patronus, si ab ipso me impetrassent. *Sall. Cat. 32.* Ibi multa secum ipse volvens. — *Auson. Sept. Sapient. sententiae, fin.* Chilo, cui patria est Lacedaemon, Noscere seipsum. — **3**) *Per se ipsum* est ipsum solum. *Cic. Har. resp. 17.* Hoc quid sit, per se ipsum non facile interpretor; sed ex eo, quod sequitur, suspicor, etc.; *da sè solo.* — **4**) Cum relativo *qui, quae, quod. Id. Mur. 25.* Cum miserorum fidelem defensorem negasset inveniri posse, nisi eum, qui ipse miser esset. *Id. 12. Att. 21. sub fin.* Quod ipsum erat fortis aegroti, accipere medicinam. *Iustin. 1. 3. ad fin.* Quibus ne ipsis quidem animus defuit. — **5**) Praeterea

II. *Ipse* inngitur passim ipsis nominibus, atque emphasin addit. *Cic. Amic. 25.* A multis ipsa virtus contemnitur. *Id. 6. Fam. 10.* Neque enim ipse Caesar est alienus a nobis. *Ter. Eun. 5. 2. 66.* Adest optime ipse frater. *Horat. 1. Od. 16. 13.* nec tremendo Iuppiter ipse ruens tumultu. *Sall. Iug. 89.* Natura serpentium, ipsa perniciosa, siti magis, quam alia re, accenditur; *per sè stessa. Virg. 3. G. 239.* fluctus immane sonat per saxa neque ipso Monte minor; *minore d' un grande intero monte.* — **6**) Hac acceptione eleganter adhibetur ad designandum determinatum tempus, aut numerum. *Cic. Sext. 65.* Cum ipsis nonis Sext. idem dies adventus mei fuisset, natalis idem carissimae filiae; *appunto ai cinque d' Agosto. Id. 5. Att. 21.* Triginta dies erant ipsi, cum has dabam litteras, per quos nullas a vobis acceperam; *erano trenta dì intieri. Id. Caecin. 10.* Cum dixisset, minus abesse LIII., populus cum risu acclamavit, ipsa esse; *tanti esser per l' appunto.* Et *Brut. 15. extr.* Qui L. Marcio, M. Manilio Coss. mortuus est, annis octogiuta tribus ipsis ante me consulem; *ottanta tre in punto.* — *Ter. Andr. 3. 6. 10.* O Charine, in tempore ipso mihi advenis! *appunto quando io ti voleva.* — **7**) Aliquando tamen

III. *Ipse* usurpatur etiam absolute. *Cic. Amic. 22.* Amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt: quaeque ipsi non tribuunt amicis, haec ab iis desiderant. Par est autem, ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quaerere; *che uno sia uomo da bene, e poi* etc. Sic *2. Divin. 40.* Hoc est ipsum esse contra se copiosum et disertum. — *Suet. Cal. 8.* Appellatus et ipse Caesar. *Id. Tit. 5.* Si eadem iisdem et ipsi dedissent. — **8**) Interdum vim relativi habet. *Ter. Eun. 2. 2. 32.* tanquam philosophorum habent discipuli ex ipsis Vocabula; *h. e.* ex ipsis philosophis. — **9**) Et reciproci. *Nep. Annib. 2.* Ut Annibalem in suspicionem regi adducerent, tanquam ab ipsis corruptum; *h. e.* a se. Sic *Senec. 3. Benef. 25.* Quaerentibus, quaenam esset, dominam, et quidem crudelissimam, ad supplicium ab ipsis duci, professi sunt. *Curt. 8. 12. in fin.* Invidos homines nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta. *Plin. 7. 57. 3.* Medicinam Aegyptii apud ipsos volunt repertam. — **10**) Pro *ego, me, nos, Cic. 3. Q. Fr. 1. 2. extr.* Urbanam expolitionem urget illam quidem et Philotimus, et Cincius; sed etiam ipse crebro interviso; *io in persona. Virg. 1. Ecl. 10.* et ipsum Ludere, quae vellem, calamo permisit agresti; *h. e.* me. *Quintil. 11. 1. 22.* Ipsos erubescere, etiam cum ab aliis laudabimur, decet; *h. e.* nos. — **11**) Spectatim

IV. *Ipse* (quemadmodum et *ille*) dicitur de eo, qui satis notus est, et licet non nominetur, statim tamen, quis sit, intelligitur. *Plaut. Cas. 4. 2. 10.* Quid tu hic agis? *Ancilla.* Ego eo, quo me ipsa misit. *h. e.* hera. *Catull. 5. 6.* Nam mellitus erat *(passer)* suamque norat Ipsam tam bene, quam puella matrem. — Hinc *Martial. 1. 110.* Issa *(sic pro* ipsa) est passere nequior Catulli: Issa est purior osculo columbae, ... Picta Publius exprimit tabella, In qua tam similem videbis issam, Ut sit tam similis sibi nec ipsa, etc. *In Codd. etiam hoc ultimo loco legitur* issa. Cf. et *Suet.* loc. allatum supra §. h. — **12**) Huc pertinet illud *ipse dixit, αὐτὸς ἔφα*, quod de Pythagora magistro suo discipuli usurpabant, apud *Quintil. 11. 1. ante med.* — **13**) Locum habet etiam in blanditiis. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 45. n. 255.* Cneribus Terentiae Melitinae: Issa, have. *Alia* apud *Cardinali, Iscriz. Veiit. p. 119. n. 55.* Claudiae Veneriae Gellius Valens et Fulvius Secundus fecerunt, et Gellius Zoilus issae suae b.m. — *Alia* apud *Mommsen. 2469.* Genio Coloniae Puteolan. sacr. Fortunam Ptolemais issa, curante Galeria Cryptogenia matre. Cf. IPSILUS et IPSIMUS. — Hinc fortasse explicari potest nomen puellae *Ipsitilla, Catulli* amicae, de qua ipse *Carm. 32.*

IPSEI et IPSEIUS. } V. voc. praeced. §. g.

IPSĔPLEX, ĭcis, omn. gen. Adiect. ab *ipse* et *plico;* qui ipse per se plicatur: ut *multiplex*, qui multum plicatur. *Gloss. Philox.* Ipsiplices; *αὐτόπτυκτα φύλλα.*

IPSIEUS *pro* Ipsius, V. IPSE §. g. *fin.*

IPSĪLĬCES. V. IPSULLICES.

IPSĪMUS et Ipsumus, a, um. Adiect. ab *ipse*, superlativorum more effictum, et in blanditiis usurpatum a *Petron. Sat. 63.* Cum adhuc capillatus essem, nam a puero vitam Chiam gessi, ipsimi nostri delicatus decessit; *h. e.* domini. Ita legit *Bücheler*, aliis aliter coniectantibus. Cf. IPSE §. 13.

IPSIPĔ et IPSIPPE. IPSIPTE. } V. IPSE §. o.

IPSOS. V. IPSE §. b. *fin.*

IPSUD. V. IPSE §. c.

IPSŬLAE. V. in SALISUBSULUS.

IPSŬLLĬCES vel Ipsilices. Sunt bracteae in virilem, muliebremque speciem expressae, ut *Festus* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll.* exponit, ubi quidam suspicantur, intelligi imagunculas, quibus magi in amatoriis sacrificiis utebantur, ut eos, quos referebant, ad amandum dicerent: ab *ipse* et *illex*. Dicuntur et *ipsillae* et *subsillae*. De quibus *Festus, p. 506. ibid.* Subsillae sunt, quas aliter ipsillas vocant, lamellae necessariae sacris, quae ad rem divinam conferre dicuntur maxime, specie virum ac mulierum. — Haec *Forcellinus; Müller* tamen ad *Fest. loc. cit.* adnotat, nominis originem in obscuro esse, addiitque: Bracteas, quales a *Festo* significantur, saepius in monimentis antiquis repertas esse, maxime nuper in Menelaio Therapnaeo (V. L. Ross in Ephemer. Hal. Litterar. a. 1837. Intell. fol. 47.). Cf. SUBSILLAE.

IPSŬLUS et Issulus, a, um. Adiect. in blanditiis adhibitum, ab *ipse* deminutivorum more effictum. V. IPSE §. 13., coll. §. h. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 45. n. 254.* L. Aponius Abascantus *vixit annos III. Menses VI.* T. Flavius Anicetus et Aponia Syrilla issulo et delicio suo fecerunt.

IPSUMUS. V. IPSIMUS.

IPSUS, a, um. V. IPSE §. b.

IR

IR. V. HIN §. a.

IRA, ae, f. Nomen latentis originis, qua vehemens quidam animi motus significatur, de quo mox. — **b**) *Irai* pro *iras* more suo dixit *Luer. 3. 104.* — **c**) Derivata, *iracunde, iracundia, iracunditer, iracundus, irascentia, irascibilis, irascitivus, irascor, irati.*

Digitized by Google

iratus. — **d)** Composita, *deiratus* (V.), *obirascor*, *obiratio*, *periratus*, *subirascor*, *subiratus*.

IRA proprie est dolor animi vehemens ob iniuriam, unde est cupido vindictae; *ira*, *sdegno*, *collera*. De ea scripsit *Seneca* libris tribus: in quorum *1.° c. 1., 2.° c. 35.* et *3.° c. 4.* irati hominis habitum ipse depingit. *Cic. 4. Tusc. 9.* Ira est libido puniendi eius, qui videatur lacesisse iniuria. *Horat. 1. Ep. 2. 62.* Ira furor brevis est. *Cic. 4. Tusc. 23.* Quam bene Ennius iram initium esse dixit insaniae. *Id. 1. Offic. 38.* Ira procul absit, cum qua recte nihil fieri potest. *Id. 4 Tusc. 37.* Facere aliquid per iram. *Hirt. B. Afr. 46.* Ira percitus. Et *83.* et *Nep. Pelop. sub fin.* Ira et dolore incensus. *Ter. Hecyr. 3, 5. 35.* Quibus iris impulsus etc. *Cic.* vertens *Homeri* locum *5. Tusc. 9.* Corque meum penitus turgescit tristibus iris. *Sall. Cat. 32.* Ira commotus. *Virg. 2. Aen. 594.* quis indomitas tantus dolor excitat iras? Et *546.* furor iraque mentem Praecipitant. *Id. 12. ibid. 590.* Iram acuere. *Sil. 11. 7.* iras servare repostas. *Id. 1. 38.* cunctas sibi induere. Et *17. 443.* accendere. *Tacit. 2. Hist. 48.* asperare. *Virg. 2. Aen. 581.* attollere. *Ter. Hecyr. 3. 1. 55.* concire. Et *4. 1. 47.* ira incendi. *Val. Flacc. 7. 294.* aestuare. *Justin. 3. 10. in fin.* Iram concipere. *Val. Flacc. 6. 586.* sassa ira frendere. *Id. 3. 637.* ira fluctuare. Et *1. 748.* irarum ignes concipere. *Ovid. 4. Pont. 14. 41.* iram concitare. *Ter. Adelph. 5. 2. 15.* evomere in aliquem. *Horat. Epod. 5. 54.* vertere in aliquem. *Petron. Satyr. 139.* satiare. *Liv. 25. 5.* Indulgere irae. *Val. Flacc. 1. 673.* consurgere in iras. *Virg. 12. Aen. 499.* irarumque omnes effundit habenas. Et *544.* Iram cohibere. *Petron. Satyr. 94.* exstinguere. *Senec. Med. 581.* comprimere. Et *866.* frenare. *Colum. 6. 2.* contundere. *Tibull. 1. 7. 64.* et *Justin. 9. 8.* vincere. *Val. Flacc. 2. 545.* et *Quintil. 6. 3. 9.* frangere. Et *3. 8. 12.* lenire. *Virg. 1. Aen. 61.* temperare. *Horat. Art. P. 160.* ponere. *Id. 1. Ep. 2. 59.* moderari irae. *Cic. 4. Tusc. 36.* Ira defervescit. *Liv. 40. 8.* deflagrat. *Ter. Hecyr. 3. 5. 55.* decedit. *Id. Andr. 5. 5. 20.* Irae sunt inter aliquos. *Id. Hecyr. 5. 1. 25.* Ira inter eas intercessit. *Val. Flacc. 7. 34.* talique effunditur ira; *h. e.* huiusmodi voces iratas profert. *Ovid. 1. Amor. 8. 81.* Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram. — Cum infinito. *Virg. 2. Aen. 575.* subit ira cadentem Ulcisci patriam. — **2)** *Irae esse alicui*, iram movere. *Virg. 10. Aen. 714.* Haud aliter iustae quibus est Mezentius irae. *Macrob. 6. Saturn. 6.* Odio esse aliquem, usitatum: irae esse, inventum Maronis est. — **3)** Translate. *Sallust. fragm.* apud *Priscian. 10. p. 887.* Nisi cum ira belli desonuisset. *Val. Flacc. 7. 149.* ipsum horrisoni quatit ira flagelli. *Id. 1. 57.* Ira maris. *Sil. 17. 254.* ventorum. *Grat. Cyneg. 418.* morbi. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 25.* tunc fulva Leonis Ira perit; *h. e.* splendor, aut calor sideris Leonis. *Id. 1. Rapt. Pros. 146.* caput inde Pachyni Respuit Ionias praetentis rupibus iras; *h. e.* fluctus et procellas. — **4)** Metonymia est in illo *Ovidii*, *4. Pont. 3. 21.* dic aliquam, quae te mutaverit, iram. Et *Grat. Cyneg. 574.* commissam ulciscitur iram; *h. e.* iniuriam, ex qua ira orta est. Et *Sil. 7. 344.* renovant tela . . . et dant mucronibus iras; *h. e.* saxo asperant. — **5)** *Ira alicuius rei* est, quae ob rem aliquam oritur. *Liv. 27. 7. ad fin.* Qui ex praetoris exercitu ob similis iram fugae missi eo ab senatu fuerant. — **6)** Passive. *Liv. 2. 61.* Nunquam ante tam invisus plebi reus ad iudicium vocatus populi est: plenus suarum, plenus paternarum irarum; *odiosità*. — **7)** Denique

II. *Ira* in fabulis traditur Aetheris ac Terrae filia, teste *Hygin. praef. fabul.*

Nota. Discrimen inter *iram* et *iracundiam* tradit *Victorin.* in *Rhetor. Cic. 2. 3. p. 126. Orelli* « *Iracundia* perpetua est, *ira* ad tempus suscipitur. Atque hoc fit, ut iracundia sit impulsio, ira ratiocinatio, ut *odio quis iratus vel metu occidisse dicatur*, quod est ratiocinationis. » Cf. *Isid. 1. Differ. n. 301.* et V. IRACUNDUS in *Nota*, et IRACUNDIA §. 1.

ĪRĀCUNDĒ. Adverb. ab *iracundus*. — Comparat. *iracundius*, infra. — Est cum iracundia, irate; *con isdegno*, *sdegnosamente*. *Cic. 8. Phil. 3.* Vehementer me tecum agere fateor; iracunde nego. *Justin. 12. 6.* Iracunde accipere aliquid. *Cic. Rosc. Com. 11.* Quo quisque est ingeniosior, eo dovet iracundius et laboriosius.

ĪRĀCUNDĬĂ, ae, f. Nomen abstractum ab *iracundus*. — *Verrius*, sive *Festus*, sive *Paulus (p. 106. Müll.)* dicit iracundiam dictam esse, quod iram incendat, quasi conflata sit ex *ira*, et veteri *cando*, unde *accendo* et *incendo*. Sed hoc ineptum videtur. Quid enim fiet *facundia?* inquit *Forcellinus* noster. — Proprie autem

IRACUNDIA est proclivitas in iram: *iracondia*, *sdegno*, *collera*. Differt ab *ira*, quia *iracundia* est vitium. ira est motus animi ad tempus. Hinc *Cic. 4 Tusc. 12.* Ex quo in aliis anxietas, unde anxii, in aliis iracundia dicitur, quae ab ira differt: estque aliud iracundum esse, aliud iratum, ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, neque anxii semper anguntur, ut inter ebrietatem et ebriositatem interest, aliudque est esse amatorem, aliud amantem. Haec *Cic.* (Adde *Suet. Claud. 38.*). — **2)** Sed haec differentia non observatur: ac saepe pro ira ponitur. *Id. 4. Acad. 41.* Ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. *Id. Har. resp. 2.* Qui hesterno die dolore me elatum, et iracundia longius prope digressum arbitrabantur, quam sapientis hominis cogitata ratio postularet. *Ter. Adelph. 3. 2. 12.* Ardere iracundia. *Id. Heaut. 5. 1. 47.* Prae iracundia vix sum apud me. *Id. Adelph. 3. 3. 8.* Iracundiam reprimere. Et *4. 7. 37.* omittere. *Cic. 8. Phil. 6.* remittere. *Id. Marcell. 3.* cohibere. *Caes. 1. B. C. 8.* suam reipubl. dimittere. Et *3. ibid. 16.* Esse summa iracundia. *Cic. 2. Orat. 75.* Iracundia efferri. *Id. 4. Verr. 20.* exardescere, et stomacho. Et *4. Tusc. 22.* inflammari. *Curt. 10. 3. ad fin.* Iracundiam irritare, aut mitigare. *Petron. Satyr. 97.* satiare. *Sall. Cat. 50.* Quae apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur. — In plur. num. *Apul. 2. Dogm. Plat.* Iracundias domitas habere.

Nota. Discrimen inter *iram* et *iracundiam* habes sub v. IRA in *Nota*, coll. supra §. 1., et IRACUNDUS in *Nota*.

ĪRĀCUNDĬTER. Adverb. origine et significatione idem ac iracunde, sed forma ac usu distinctum; utuntur enim Veteres tantum. *Caecil.* apud *Non. 11. 45.* Temere rem agere, et iracunditer. Adde *Enn.* apud *Priscian. 15. p. 1010. Putsch.*

ĪRĀCUNDUS, a, um. Adiect. ab *ira*. — Comparat. *iracundior* et superlat. *iracundissimus* §. 1. — Est qui natura ad iram proclivis est, et ex parva, vel nulla causa irascitur; *collerico*, *iracondo*. *Cic. Senect. 18.* Sunt morosi, et anxii, et iracundi, et difficiles senes. *Id. 5. Phil. 2.* Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus. *Id. Planc. 26.* Iracundum esse in aliquem. *Justin. 7. in fin.* adversus aliquem. *Caes. 1. B. G. 31.* Homo barbarus, iracundus, temerarius. *Ovid. 15. Met. 86.* Armeniaeque tigres, iracundique leones. *Horat. 1. Sat. 3. 29.* Iracundior est paulo. *Senec. 2. Ira, 6. extr.* Aut iniquus erit sapiens, si aequaliter irascetur delictis inaequalibus; aut iracundissimus, si etc. — Absolute. *Vulg. Interpr. Eccli. 8. 19.* Cum iracundo non facies rixam. — **2)** Poëtice de rebus. *Horat. 1. Od. 3. in fin.* neque Per nostrum patimur scelus Iracunda lovem ponere fulmina; *h. e.* ultricia.

Nota. *Iracundus* differt ab *iratus*, quia *iratus* dicitur, qui ira concitatus est; *iracundus*, qui facilis est ad iram, etiamsi tunc nulla ira movetur. Cf. *Isid. 1. Differ. n. 301.* et V. IRACUNDIA §. 1. et IRA in *Nota*.

ĪRASCENTĬĂ, ae, f. Verbale ab *irascor*; actus irascendi, iracundia. *Apul. 1. Dogm. Plat.* Irascentiam ad domicilium cordis deductam esse. Et *ibid. sub fin.* Irascentiam subigere.

ĪRASCĪBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *irascor*; qui facile irascitur, iracundus. *Firmic. 8. Mathes. 9.* Irascibilem effici. — *Boëth. Aristot. Topic. 4. 5.* Verecundia quidem in rationali, timor in irascibili.

ĪRASCĪTĪVUS, a, um. Verbale ab *irascor*, idem ac irascibilis. *Hieronym. 1. in Ezech. 1. 7.* Plerique iuxta Platonem, rationale animae, et irascitivum, et concupiscitivum, quod ille λογικόν, et θυμικόν et ἐπιθυμητικόν vocat, ad hominem et leonem ac vitulum referunt. — Quod *Hieronym. loc. cit.* vocat *irascitivum*, id *Tertull. Anim. 16.* appellat *indignativum*; *Cic.* vero *1. Divin. 29.* vocat *eam animi partem*, *in qua irarum exstitit ardor*.

ĪRASCO, is, ĕre. V. voc. seq. §. b.

ĪRASCOR, scĕris, tus sum, sci. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, ab *ira*. — **b)** Forma est deponens, sed activa *irascere*, pro *irasci*, usi sunt *Pompon.* et *Nigid.* apud *Non. 2. 446.* — **c)** *Irascier* per paragogen pro *irasci* habet *Plaut. Capt. 4. 2. 60.* Noli irascier. — **d)** Prima correpta, nimis licenter usurpavit in carm. hendecasyllabo *Lamprid.* vertens versus Graecos Alexandri Severi Imp. in *Alex. Sev. 58.* Si verum putas esse, non irascor. — **e)** Particip. *irascens* §. 1. et 2., *iratus*, V. suo loco. — **f)** Derivata et Composita V. suo loco sub v. IRA.

IRASCOR proprie est iram concipio, ira incendor, succenseo; *adirarsi*, *corrucciarsi*, *andar in collera*. *Cic. 3. Tusc. 9.* Nunquam sapiens irascitur, nam si irascitur, etiam concupiscit. *Id. 8. Phil. 3. sub fin.* Omnino irasci amicis non temere soleo. *Id. 13. Att. 17.* Arabioni de Sitio nihil irascor. *Caes. 1. B. C. 8.* Graviter irasci inimicis. *Plaut. True. 4. 2. 56.* de nihilo. *Id. Merc. prol. 57.* alicui ob multiloquium. *Cic. Rosc. Com. 16.* Ex perfidia et malitia Dii immortales hominibus irasci et succensere consueruut. *Ovid. 1. Heroid. 68.* Irascor votis-heu! levis ipsa meis. *Quintil. 2 6. 3.* Admonitioni alicuius irasci. *Id. 8. 3. 25.* Irasci faucibus suis. *Propert. 3. 22. 12.* Irascor, quoniam es, lente, moratus heri. *Virg. 12. Aen. 105.* taurus irasci in cornua tentat, Arboris obnixus trunco. *Quintil. Declam. 9. 3.* Hic irascendo pertinax erat: ille incendendo contumax. *Gell. 1. 26.* Haec super irascendo sentio. *Cic. Brut. 95.* Saepe videbam cum irridentem, tum etiam irascentem, et stomachantem Philippum. *Petron. Satyr. 139. extr.* Vix fieri posse, ut rabies irascentis sine verbere considat. *Ovid. 6. Met. 269.* Mirantem potuisse, irascentemque, quod ausi Hoc essent Superi. — **2)** Translate. *Petron. Satyr. 104. extr.* Cum pelago ventus irascitur. *Plin. 9. 56. 60.* Color irascenti similis mari.

Digitized by Google

— **β)** Specialim apud *Vulg. Interpr.* tum proprie, tum translate, hoc verbum varie adhibetur, ipsique Deo tribuitur. *Habac. 3. 2.* Cum iratus fueris, misericordiae recordaberis. *Id. ibid. 8.* Numquid in fluminibus iratus es, Domine? *Zachar. 10. 3.* Super pastores iratus est furor meus, etc. *Iob, 42. 7.* Iratus est furor meus in te et in duos amicos. — Et *1. Mac. 3. 27.* Iratus est animo *(Antiochus)* et misit etc. — **γ)** Transitivorum more,

II. *Irascor* cum accusativo. *Cato* apud *Gell. 7. 3. a med.* Id ne irascimini, si quis superbior est, quam nos? *Gell. 19. 12. extr.* Nihil dolent, nihil irascuntur. *Liv. 34. 32.* Remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris. *In Suppositis Mercatoris Plautini, Scena, quae incipit:* Syra non redit; *v. 15.* Istuc dictum tibi non amplius irascor.

ĪRĀTĒ. Adverb. ab *iratus*. — Comparat. *iratius*, infra. — Est cum ira; *iratamente, con ira. Phaedr. 4. 24.* ne irate dimissum te sentiam, Ad coenam mihi promitte. *Al. aliter leg. Colum. 7. 12.* Ut nonnunquam etiam conservos iratius intueantur.

ĪRĀTUS, a, um. Particip. verbi *irascor*, adiectivorum more saepius adhibitum. — Hinc comparat. *iratior* §. *1.*, superlat. *iratissimus* §. *1.* — Proprie est ira commotus; *irato, adirato, corrucciato, sdegnato*. Irati descriptionem habes apud *Senec. 1. Ira, 1., 2. 35.* et *3. 4.* Hinc *Cic. 4. Tusc. 36. extr.* Archytas cum villico factus esset iratior, Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? *Id. 8. Phil. 6.* Caesar illis fuerat iratissimus. *Id. 14. Att. 19.* Habere aliquem iratum. *Id. 1. Orat. 31.* Iratum adversario iudicem facere. *Id. Flacc. 4.* Quam iratus de iudicio et de villico! *Plaut. Pseud. 5. 2. 30.* Numquid iratus es mihi propter has res? *Plin. 5. ep. 9. a med.* Iratus, quod evocatus esset invitus. *Nep. Cat. 2.* Neque hoc per senatum efficere potuit: qua ex re iratus etc. — Poëtice. *Propert. 4. 8. 57.* Iratos ungues in vultum alicuius coniicere. Et *3. 23. 30.* irata ianua fracta manu. — *Phaedr. 4. 19. extr.* Dis iratis natus. V. DEUS §. 12., coll. §. 21., ubi imprecatio *Deos iratos habeat quis*. — **β)** Translate. *Horat. Epod. 2. 6.* Iratum mare; *tempestoso, in furia. Id. 2. Sat. 8. 5.* Quae prima iratum ventrem placaverit esca; *affamato. Propert. 4. 9. 62.* Irata sitis. Et *ibid. 6. 28.* Irati venti. *Petron. Satyr. 114.* fluctus. *Claudian. IV. Cons. Honor. 426.* vultus Lunae; *h. e.* rubentes.

Nota. Discrimen inter *iratum* et *iracundum*, V. supra sub v. IRACUNDUS in *Nota*. — **γ)** Aliud discrimen inter *furentem, furiosum* et *iratum*, V. sub v. FURENS in *Nota*.

IRCĒUS apud *Paul. Diac.* ex *Festo, p. 115. Müll.* est genus farciminis in sacrificiis. Putant autem esse ab *hircus*, omissa aspiratione, et farcimen ex hircino sanguine significare. Cf. HIRCUS §. d.

IRCĬŎLĂ. V. IRTIOLA.

IRCUS. V. HIRCUS §. d.

ĪRĒNARCHĂ vel Irenarches, ae, m. Vox Graeca, εἰρηνάρχης, qua significatur magistratus ad id constitutus, ut ad provincialium tutelam, quietis et pacis per singula territoria concordiam stare faciat, ut habetur in *Cod. 10. 75.*, ab εἰρήνη; pax, et ἀρχής; princeps; *pacare. Arcad. Dig. 50. 4. 18.* Irenarchae, qui disciplinae publicae, et corrigendis moribus *(al. leg.* motibus) praeficiuntur. *Martian. ibid. 48. 3. 6.* Ut irenarchae, cum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis et receptoribus, etc. Adde *Cod. Theod. 12. 14. 1.* et Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 7.*

ĪRĒNARCHES. V. voc. praeced.

IRI et IRĬER. V. in EO, IS §. f.

ĪRĬCOLOR, ōris, comm. gen. Adiect. ab *iris* et *color;* Iridis colores referens. *Auson. epist. 3. 15.* Iricolor pluma columbae.

ĪRĪNUS, a, um. Adiect. ab *iris*, Graece ἴρινος; ad iridem herbam pertinens, ut *irinum oleum*, seu *unguentum*, quod ex eius radice fit. *Plin. 30. 45. 3.* Irino succo perunctus. Adde *13. 2. 4.* et *20. 71. 2.* et *25. 18. 2.* et *Cels. 2. 33. sub fin.* V. IRIS §. 2. — **β)** Absolute, substantivorum more,

Īrīnum, i, n. Est oleum seu unguentum irinum. *Plin. 21. 19. 3.* Optimum antea irinum Leucade et Elide fecebatur (iampridem enim et feritur): nunc e Pamphylia.

ĪRĬO, ōnis, m. Est genus frugis sesamae simile, fruticosum, foliis erucae, semine nasturtii, ut *Plin. 22. 75. 1.* describit et medicinas ex eo indicat. *Id. 18. 10. 1.* et *ibid. 22. 1.* enumerat inter aestiva frumenta; *h. e.* quae aestate seruntur.

ĪRIS, ĭdis *vel* is, et *Graeca positione*, ios *vel* eos, f. Vox Graeca ἶρις, qua proprie arcus caelestis significatur, improprie autem herba vel lapis. — **b)** Varie declinatur in casibus obliquis; saepius est *īris, is*, aliquando *īris, ĭdis*, ut apud *Auson.* loc. mox cit. §. 1., aliquando autem *īris, eos* vel *ios*, quoties praesertim de herba aut lapide est sermo, ut apud Graecos ἶρις, εος vel ιος. V. *H. Steph. Thesaur. Ling. Gr.* sub v. Ἶρις, *in fin.*, ed. *Didot.* Sic *Interpr. Irenaei, 2. Haëres. 24. 5.* Smyrnae quidem habens siclos quingentos, ircos D, cinnamomi CCL. — *Īrios* autem habet *Theod. Priscian.* loc. mox cit. §. 2. *in fin.* — **c)** Derivatum, *īrinus*. — **d)** Compositum, *īricolor*.

IRIS proprie dicuntur colores varii in nubibus impressi, et in modum ingentis arcus conformati, qui ex radiis solis uvidis nubibus impressis fiunt; *iride, arco celeste.* De ea multa *Senec. 1. Quaest. nat. 3.* et *seqq., Plin. 2. 60. 1.*, tacito nomine, et *Ammian. 20. 11. a med.* — Haec in fabulis fingitur filia Thaumantis et Electrae, ut est apud *Hygin. praef.* nuncia non solum Iunonis et Dearum, sed etiam Iovis et ceterorum Deorum, ut docet *Serv.* ad *5. Aen 606.* ubi *Virg.* Irim de caelo misit Saturnia Iuno Hinc ad classem. Et ad *9. ibid. 803.*, ubi *Id.* aiunt caelo nam Iuppiter Irim Demisit. Et *18.* Iri, decus caeli, quis te mihi nubibus actam Detulit in terras? *Id. 4. ibid. in fin.* Iris croceis per caelum roscida pennis, Mille trahens varios adverso sole colores Devolat. *Ovid. 1. Met. 270.* varios induta colores Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert. Et *11. ibid. 850.* Irin ad Hersiliam descendere limite curvo Imperat *(Plin. 35. 40. 20.* Irin pictam refert ab Aristide, qui imperfectam reliquit, et nihilominus in admiratione fuisse. V. integr. loc.). — *Auson. in perioch. 2. Iliad.* Iride ita monente. Et *periocha 13.* Minaciter per Iridem conterritus. — *Vulg. Interpr. Apoc. 10. 1.* Et iris in capite eius et facies eius erat, ut sol. Adde *ibid. 4. 3.* — **β)** Improprie et a similitudine,

II. *Iris* est etiam herba, gladioli foliis, sed maioribus, radice odorata (ex qua irinum unguentum fit), flore colorum varietate caelestem arcum referente. *Plin.* multa de ea *21. 19. 1.* et *seqq.*, item *ibid. 25. 1.* et *seqq.*, ubi varios eius usus tradit in medicina. *Pallad. 1. 37.* Hyacinthus, qui iris, vel gladiolus dicitur similitudine foliorum. *Cato, RR. 107.* Iris aridae contusae heminam infundito, et sertam Campanicam una cum iri contundas. *Colum. 12. 27.* Irim bene pinsitam addito. Et *51.* Iunci radicis, tum etiam iridis Graecae pari pondere. — *Theod. Priscian. 1. 8.* Irios Illyricae pulvis. V. ILLYRICA. Cf. de hac herba *Du-Molin, Flore poëtiq. p. 59., 85.* et *94.* — **γ)** Item

III. *Iris* est gemma *(cristallo ad iride*, sive *cristallo iridato)*, quae sub lecto percussa sole, species et colores arcus caelestis in proximos parietes eiaculatur, subinde mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. *Plin. 37. 52. 1.*

IRNĔĂ et IRNELLĂ. V. HIRNEA et HIRNELLA.

ĪRŌNĬĂ, ae, f. Vox Graeca, εἰρωνία, quae Latine interpretatur *inversio, dissimulatio, illusio*. Graece in quibusdam Codd. etiam εἰρωνία scribitur, quare et derivata recte εἰρωνικός et εἰρωνικώς habentur; unde et Latini *ironĭce* et *ironĭcus* penultima correpta proferunt. — Est autem

IRŌNIA apud Latinos Scriptores figura quaedam rhetorica, Italice quoque dicta *ironia*, quae species est allegoriae, qua non solum aliud verbis, aliud sensu ostenditur, ut in allegoria, sed omnino contrarium significatur. Duplex est, alia tropi, seu verborum: alia schematis, seu sententiarum, ut *Quintil. 9. 2. 3.* et *7.* et *ibid. 3. 97.* docet. Illa in paucis verbis, haec in tota sententia conspicitur. Plures eius species enumerat *Id. cit. c. 2. ante med.* monetque, et iocos, et totam interdum causae conformationem, tum etiam vitam alicuius universam, ironiam habere, qualis est visa Socratis, qui ideo dictus εἴρων; id est agens imperitum, et admirator aliorum, tanquam sapientium. *Cic. 2. Orat. 67.* Socratem opinor in hac ironia, dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse. Et *Brut. 85.* Ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, facetam et elegantem puto. Et *87.* Nec in hoc ironiam duxeris esse, quod eam orationem mihi magistram fuisse dixerim. *Id. 5. Q. Fr. 4.* Sine ulla mehercule ironia loquor. — De hac ironia verba facit etiam *Iul. Rufinian. de Schem. Dian. 9.*, illamque a *chlevasmo* distinguit *ibid. 90.* V. CHLEVASMOS. — **β)** Porro idem *Rufinian. de fig. Sentent. 1.* Sex ironiae species enumerat, scilicet *asteismon, charientismon, chlevasmon, diasyrmaon, exuthenismon* et *sarcasmon* V. has voces. Cf. et *Claud. Sacerd. Grammat. 152-154.*, ubi *ironia* a *sarcasmo* distinguitur. — **γ)** Triplex autem est ratio detegendae ironiae, nam aut pronunciatione intelligitur, aut persona, aut rei natura. Si qua enim illarum dissentit verbis, apparet, diversam esse orationi voluntatem. *Quintil. 8. 6. a med.* Cf. voce. seqq.

ĪRŌNĬCĒ. Adverb. ab *ironicus;* per ironiam: *ironicamente. Ascon. in 2. Verrin. 15.* Et *honeste* ironice dictum est. — Graeca forma, sed Latinis literis, *ironicos*, eodem sensu legitur apud *Lactant.* ad *Stat. 10. Theb. 387.*

ĪRŌNĬCŌS. V. voc. praeced.

ĪRŌNĬCUS, a, um. Adiect. ab *ironia*, quam vocem V. §. a.; ad ironiam pertinens, ironiam sapiens; *ironico. Fulgent. 1. Mythol. praef.* Cuius *(virgunculae)* ironicum lumen tam rimabunda vernulitate currebat, quo mentes etiam penitus abstrusas temulentis inscriptionibus depinxisset.

IRPEX, ĭcis, m. Nomen a voce Graeca, ἅρπαξ, ἁρπάγος, litteris vocalibus immutatis, qua significatur genus quoddam rastri; quare alii mallent aspirationem *h* appingere: quamquam *Varro* loc. mox cit. videtur a *serpo* deducere. Cf. HIRPUS. — Est autem

IRPEX genus rastri ferrei, plures dentes habentis, ad exstirpandas herbas in agris, ut *Festus* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll.* docet; *erpice, traggia. Varr. 5. LL. 51.* Irpices, regula cum pluribus dentibus.

Digitized by Google

quam item ut plaustrum boves trahunt, ut eruant, quae in terra sunt. *Cato. RR. 10.* Irpicem unum, crates stercorarias quatuor. *Servius* ad illud *Virg. 1. G. 95.* Vimineasque trahit crates, . . . instrumenta rustica, ad agrorum scilicet exaequationem, quam rustici irpicem vocant. Apud *Caton.* al. leg. *urpicem*.

IRPUS. V. HIRPUS.

IRQUĬTALLUS. V. HIRQUITALLUS.

IRRĂDĬĀTUS et Inradiatus, a, um. Particip. verbi *irradio;* radiis illustratus. *Capell. 8. p. 275.* Candore luminis propinquantis plures irradiati refulsere Divi.

IRRĂDĬO et Inradio, as, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *radio*. — Particip. *irradiatus*, V. suo loco. — Proprie est radiis illustro; *irraggiare, illustrare. Stat. 6. Theb. 64.* terotes hoc undique gemmae irradiant. — ❷) Translate. *Claudian. Cons. Mall. Theod. 84.* Graiorum obscuras Romanis floribus artes irradias; *h. e.* Latino eloquio illustras. — ❸) Intransitivorum more,

II. *Irradio* est splendere facio, radios emitto; *risplendere. Sedul. 3. 515.* in *Matth. c. 28.* Coeperat interea post tristia sabbata felix Irradiare dies.

IRRĂDO et Inrado, dis, sum, dĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *rado*. — Particip. *irrasus*, V. suo loco. — Est aliquid in aliquam rem rado. *Cato. RR. 157.* Eodem silphium inradito: bonum est; *h. e.* rade et insperge.

IRRĀSUS et Inrasus, a, um. Particip. verbi *irrado;* in aliquam rem rasus et immixtus. *Cato. RR. 157.* Sic et Inserpitium inrasum cum brassica ex oxymeli. — ❷) Item simpliciter rasus; *raso. Plaut. Rud. 3. 2. 16.* Dii te ament cum irraso capite. De naufrago loquitur. Mos enim erat, ut post naufragii periculum caput raderent. Hinc *Iuvenal. 12. 81.* gaudent ibi vertice raso Garrula securi narrare pericula nautae. Est tamen, qui putat, hoc *Plauti* loco, non rasum, significare, ut in §. seq., crispum nempe. — ❸) Deinde

II. *Irrasus* est etiam ab *in* negativa et *rasus;* rudis, non rasus. *Sil. 8. 584.* Aptabat dextris irrasae robora clavae; *h. e.* ferro non polita, sed ut e silva decisa fuerat. Cf. §. praeced.

IRRĂTĬŌNĂBĬLIS et Irrationabilis, le. Adiect. ab *in* et *rationabilis*. — Comparat. *irrationabilior*, infra. — Est ratione, aut causa carens; *irragionevole, senza ragione. Quintil. Declam. 9 16.* Sive caelestis providentia, sive irrationabilis casus. *Id. ibid. 325. a med.* Sunt quidam irrationabiles impetus animorum. *Cels. praef. a med.* Irrationabile animal hanc artem posse praestare. *Lactant. Ira, D. 7.* Rationale animal cum mutis et irrationabilibus coaequare. *Interpr. Irenaei, 2. Haëres. 6. 3.* Mutis animalibus irrationabiliores. Adde *Quintil. 2. 16. 16., Salvian. Gubern. D. 4. circa med.*

IRRĂTĬŌNĂBĬLĬTAS et Irrationabilitas, ātis, f. Abstractum ab *irrationabilis;* conditio eius qui irrationabilis est, defectus rationis; *irragionevolezza. Apul. Trismeg.* Talis senectus venit mundi, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum omnium. *Al. leg.* hominum. Adde *Interpr. Irenaei, 2. Haëres. 19. 5.* et *4. ibid. 34. 5.* et *Boëth. in Porphyr. dial. 2. p. 52. Migne.*

IRRĂTĬŌNĂBĬLĬTER et Irrationabiliter. Adverb. ab *irrationabilis;* sine ratione; *irragionevolmente. Tertull. Poenit. 4.* In poenitentiae actu irrationabiliter deversari. Adde *Charis. 4. p. 41. Putsch* et *Interpr. Irenaei, 11. Haëres. 4. 3.*

IRRĂTĬŌNĀLIS et Irrationalis, le. Adiect. ab *in* et *rationalis;* ratione carens; *irragionevole. Senec. ep. 92.* Bonum rationalis animi ex irrationalibus nectere. *Quintil. 10. 7. 11.* Irrationalis usus. — *Id. 8. 6. 15.* Secantur haec in plures, ut a rationali ad rationale, et idem de irrationalibus. — ❷) *Irrationalis magnitudo* dicitur a Geometris ea, cuius mensurae quantitas cognita non habetur. *Cassiod. de Geometr.* — Sic et *Boëth. Eucl. Geom. 2. p. 1339. Migne.* Dividitur codex iste in quatuor partes: in epipedis, in arithmeticis, in rationalibus et irrationalibus lineis et in solidis.

IRRĂTĬŌNĀLĬTAS et Irrationalitas, ātis, f. Abstractum ab *irrationalis;* defectus rationis. *Boëth. Comment.* in *Porphyr. 4. p. 116. Migne.* Homo atque equus differentiis substantialibus rationalitate atque irrationalitate distant.

IRRĂTĬŌNĀLĬTER et Irrationaliter. Adverb. ab *irrationalis;* sine ratione; *irragionevolmente. Tertull. 2. Advers. Marcion. 6.* Irrationaliter bonum. Et *Advers. Prax. 5.* Unitas irrationaliter collecta. Adde *Boëth. in Porphyr. dial. 2. p. 53. Migne.*

IRRAUCĔO et Inrauceo, ces, si, cēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *raucus;* raucus sum, aut fio; *divenir roco. Cic. 1. Orat. 61.* At Aesopum, si paulum inrauserit, explodi. *Ita legit etiam Priscian. 10. p. 904. Putsch. Sunt tamen, qui minus recte malunt* inraucuerit. — *Onom. Lat. Gr.* Irraucio *(lege* irrauceo); βραγχιάζω.

IRRĔCĬTĂBĬLIS et Inrecitabilis, le. Adiect. ab *in* et *recitabilis;* qui nequit recitari, seu describi; *indicibile, indescrivibile. Acta SS. Victoris et Socc. mm. n. 1.* Irrecitabilibus tormentorum generibus excruciati.

IRRĔCĬTĂBĬLĬTER et Inrecitabiliter. Adverb. ab *irrecitabilis;* ineffabiliter; *indicibilmente. Venant. 3. Carm. 9. 49.* Irrecitabiliter manans de corde Parentis.

IRRĔCŌGĬTĀTĬO et Inrecogitatio, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *recogitatio;* incogitantia. *Tertull. exhort. ad cast. 4.* Irrecogitationem excessus sui passa. *Alii minus recte leg.* recogitationem.

IRRĔCŌGĬTĀTUS et Inrecogitatus, a, um. Adiect. ab *in* et *recogitatus;* incogitatus. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀνεπιλόγιστος; irrecogitatus.

IRRĔCONCĬLĬĀBĬLIS et Inreconciliabilis, le. Adiect. ab *in* et *reconcilio;* qui reconciliari nequit. *Acta S. Nicephori martyr. n. 6.* Quod in veterem amicum fuisset animo crudeli, immuni et irreconciliabili.

IRRĔCORDĀBĬLIS et Inrecordabilis, le. Adiect. ab *in* et *recordabilis;* cuius meminisse quis nequit. *Arnob. 2. p. 62.* Aliquid irrecordabili oblitteratione deperdere.

IRRĔCŪPĔRĀBĬLIS et Inrecuperabilis, le. Adiect. ab *in* et *recuperabilis;* irreparabilis. *Tertull. Pudic. 14.* Immunditia irrecuperabili tabiosum cadaver; *h. e.* quae elui non potest.

IRRĔCŪPĔRĀBĬLĬTER et Inrecuperabiliter. Adverb. ab *irrecuperabilis;* irremisse; *irremissibilmente. Acron* ad *Horat. Art. P. 453.* Mali poëtae carmina ab omnibus excipiuntur, et irrecuperabiliter deridentur. Adde *Liberat. Diac. Breviar. 15. a med.*

IRRĔCŪSĀBĬLIS et Inrecusabilis, le. Adiect. ab *in* et *recusabilis;* qui recusari non potest. *Imp. Iustin. Cod. 3. 1. 13. a med.* Irrecusabilis occasio.

IRRĔCŪSĀBĬLĬTER et Inrecusabiliter. Adverb. ab *irrecusabilis;* modo irrecusabili. *Rustic. disput. contra Acephl. p. 1247. Migne.* Vos eidem sententiae irrecusabiliter crebreque succumbitis. Adde *ibid. p. 1218.*

IRRĔCŪSĀTUS et Inrecusatus, a, um. Adiect. ab *in* et *recusatus;* non recusatus. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀπαραίτητος; inexcusabilis, inexcusatus, irrecusatus.

IRREDDĬBĬLIS et Inreddibilis, le. Adiect. ab *in* et *reddibilis;* qui reddi non potest. *Boëth. Aristot. Topic. 4. 4. p. 690.* Donum est datio irreddibilis.

IRRĔDĬVĪVUS et Inredivisus, a, um. Adiect. ab *in* et *redivivus;* non redivivus, qui reviviscere non potest. *Catull. 17. 2.* sed vereris inepta Crura ponticuli adsultantis, inredivivus Ne supinus eat, cavaque in palude recumbat; *h. e.* irreparabilis.

IRRĔDUX et Inredux, ūcis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *redux;* qui redux esse non potest. *Lucan. 9. 408.* Irreducemque viam deserto limite carpit; *h. e.* qua non erat rediturus.

IRRĔFLEXUS et Inreflexus, a, um. Adiect. ab *in* et *reflexus;* non reflexus. *Boëth. Consol. Philos. 4. metr. 7. extr.* Ultimus coelum labor *(Herculis)* irreflexo Sustulit collo; *h. e.* quin collum flecteret ob laborem sustinendi caeli. Sic *Senec.* de eodem *Herc. Fur. 73.* Immota cervix sidera et solum tulit.

IRRĔFORMĀBĬLIS et Inreformabilis, le. Adiect. ab *in* et *reformabilis;* qui reformari et in melius mutari non potest. *Tertull. Virgin. veland. 1.* Regula Fidei una omnino est, sola immobilis et irreformabilis. *Id. Advers. Valentinian. 29.* Immutabilis et irreformabilis natura.

IRRĔFRĀGĀBĬLIS et Inrefragabilis, le. Adiect. ab *in* et *refrago;* cui quis nequit refragare, irrecusabilis; *irrefragabile.* Legitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 294. Mai.* Irrefragabilis, irresistibilis.

IRRĔFRĀGĀBĬLĬTER et Inrefragabiliter. Adverb. ab *irrefragabilis;* irrecusabiliter. *Auct. Histor. Datian. 1.* Locus ad usus domesticos irrefragabiliter paratissimus. Adde *ibid. 20.*

IRRĔFŪTĀBĬLIS et Inrefutabilis, le. Adiect. ab *in* et *refuto;* qui refutari non potest. *Arnob. 4. p. 159.* Si mendaces illi, vos, veritas quae sit, exponite, et irrefutabile aperite secretum. *Rustic. Disput. contra Aceph. p. 1188. Migne.* Irrefutabiles rationes.

IRRĔFŪTĀTUS et Inrefutatus, a, um. Adiect. ab *in* et *refutatus;* non refutatus. *Lactant. 5. 16. in fin.* Irrefutata haec, tanquam foveam, praetergressus est.

IRRĔGĬBĬLIS et Inregibilis, le. Adiect. ab *in* et *rego;* qui se regere, vel regi ab alio non potest. *Veget. 2. Veterin. 5.* Animal freneticum repente salit, et velut effugere velit, parietibus se tanquam irregibilis impingit. *Cael. Aurel. 1. Acut. 14.* Corporis fluxa et irregibilis laxitas; *h. e.* immoderata.

IRRĔGRESSĬBĬLIS et Inregressibilis, le. Adiect. ab *in* et *regredior;* qui regredi non potest. *Irregressibilis transgressio* apud *Augustin. 8. Civ. D. 22.;* a qua regredi quis non potest.

IRRĔLĪGĀTUS et Inreligatus, a, um. Adiect. ab *in* et *religatus;* non religatus, solutus; *sciolto. Ovid. 1. Art. am. 550.* Nuda pedem, croceas irreligata comas. *Albinov. 2. 5.* Irreligata ratis; *h. e.* non ligata ripae.

IRRĔLĪGĬO et Inreligio, ōnis, f. Abstractum ab *in* et *religio;* irreligiositas; *irreligiosità. Apul. Trismeg.* Irreligio, inordinatio, irrationabilitas.

IRRĔLĪGĬŌSĔ et Inreligiose. Adverb. ab *irreligiosus.* — Comparat.

Digitized by Google

irreligiosius, infra. — Est sine religione; *irreligiosamente, empiamente. Tacit. 2. Ann. 50.* Si qua de Augusto irreligiose dixisset. *Arnob. 1. p. 15.* Vestra sunt haec irreligiose opinata, et irreligiosius credita.

IRRĔLĬGĬŌSĬTAS et Inreligiositas, ātis, f. Abstractum ab *irreligiosus;* religionis defectus, impietas; *irreligiosità, empietà. Tertull. Apolog. 24.* Committitis crimen verae irreligiositatis. Adde *Interpr. Irenaei*, 2. *Haëres. 14. 2.* et *Hilar. Op Hist. fragm. 11. n. 4. in fin.* et *alibi*.

IRRĔLĬGĬŌSUS et Inreligiosus, a, um. Adiect. ab *in* et *religiosus*. — Comparat. *irreligiosior* et superlat. *irreligiosissimus*, infra. — Est religionis expers, impius; *irreligioso, empio. Liv. 5. 4. sub fin.* Irreligiosum ratus, sacerdotes sacraque populi R. pedibus ire ferrique; se, ac suos in vehiculo conspici. *Plin. 4. ep. 1.* Templi dedicationem differre, irreligiosum est. *Arnob. 5. p. 185.* Potest irreligiosius quidpiam existimari? *Tertull. Orat. 12. extr.* Factum istud irreligiosissimum est. Adde *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 40.*

IRRĔMĔĀBĬLIS et Inremeabilis, le. Adiect. ab *in* et *remeabilis;* unde remeare non licet; *d' onde non si può tornare a dietro. Virg. 5. Aen. 590. de labyrintho*, qua signa sequendi Falleret indeprensus, et irremeabilis error. *Id. 6. ibid. 425.* ripam Irremeabilis undae; *h. e.* Stygis. *Senec. Herc. Fur. 548.* ire vias irremeabiles. *Sil. 3. 41.* Irremeabile litus.

IRRĔMĔĀBĬLĬTER et Inremeabiliter. Adverb. ab *irremeabilis;* modo irremeabili. — Translate. *Vigil. Taps. Dial. contra Arian. Sabellian. etc. 1. 2.* Eo irremeabiliter per avia oberrans. *Id.* in *Dial. contra Arian.* simpliciter *1. 5.*, ubi eadem verba leguntur, habet, si salva est lectio, *irremediabiliter*, sed minus recte.

IRRĔMĔDĬĀBĬLIS et Inremediabilis, le. Adiect. ab *in* et *remediabilis;* cui remedium adhiberi non potest; *irremediabile, insanabile. Plin 25. 95. 2.* Cicuta in vino pota irremediabilis existimatur. *Id. 11. 113. 2.* Irremediabile scelus. *Maecenas* apud *Senec. ep. 114.* Irremedisibilis factio; *h. e.* implacabilis. Adde *Vulg. Interpr. Tob. 10. 4.*

IRRĔMĔDĬĀBĬLĬTER et Inremediabiliter. Adverb. ab *irremediabilis;* sine remedio; *irremediabilmente. Primas.* in *Apocal. 4. 16.* Ipsi irremediabiliter perierunt. Adde *Rufin.* vertentem *Orig. περὶ ἀρχῶν lib. 6. n. 2.*

IRRĔMISSĒ et Inremisse. Adverb. ab *irremissus;* sine indulgentia; *senza remissione. Ammian. 29. 2. ante med.* Inremisse ab extremis regionum intervallis exhibitis omnibus, quos accusator perduci debere mandarat, suscipi quaestionem criminose praecepit.

IRRĔMISSĪBĬLIS et Inremissibilis, le. Adiect. ab *in* et *remissibilis;* qui remitti, seu condonari non potest; *irremissibile. Tertull. Pudic. 2.* et *13.* Irremissibilia peccata. *Hieronym. ep. 42. n. 1.* Irremissibilis blasphemia. *Cassiod. 12. Var. 10.* Irremissibilis exactio. *Rugypp. Thesaur. 124.* Irremissibile delictum. *Interpr. Irenaei, 3. Haëres. 11. 9.* Irremissibile peccatum.

IRRĔMISSĪBĬLĬTER et Inremissibiliter. Adverb. ab *irremissibilis;* modo irremissibili. *Vigil Taps. contra Arian. Sabell. etc. 2. 14.* Qui tentatores suos condemnat, in quo irremissibiliter impii blasphemant.

IRRĔMISSUS et Inremissus, a, um. Adiect. ab *in* et *remissus;* non remissus, non condonatus. *Hilar. Tract.* in *Psalm. 126. n. 2.* Irremissa captivitas. — **2)** Item non interruptus, insolutus. *Id. 9. Trinit. 67.* Irremissa fides. *Eucher. ep. paraenet. ad Valerian. a med.* Irremissa lex.

IRRĔMŌTUS et Inremotus, a, um. Adiect. ab *in* et *remotus;* non remotus. *Prudent. 5. περὶ στεφ. 407.* Hoc munus implet sedule, Et Inremotus excubat. *Prosper Aquit. Carm. ad Uxor. 2.* Comes irremota rerum.

IRRĔMŪNĔRĀBĬLIS et Inremunerabilis, le. Adiect. ab *in* et *remunero;* quem remunerari non possumus; *che non si può rimunerare. Apul. 3.* et *11. Met.* Irremunerabile beneficium. *Onom. Lat. Gr.* Irremunerabile; ἀνταπόδοτον

IRRĔMŪNĔRĀTUS et Inremuneratus, a, um. Adiect. ab *in* et *remuneratus;* cui nihil repensum est; *non rimunerato. Cassiod. 2. Variar. 16. extr.* Soboles irremunerata. *Id. ibid. 28.* Militia irremunerata. Et *6. ibid. 10.* Fit plerumque, ut sapientes irremunerati iaceant.

IRRĔPĂRĀBĬLIS et Inreparabilis, le. Adiect. ab *in* et *reparabilis;* qui reparari, seu recuperari non potest; *irreparabile, irrecuperabile. Senec. ep. 125. a med.* Fluunt dies, et irreparabilis vita decurrit. *Colum. 11. 1. ad fin.* Temporis fuga irreparabilis. *Virg. 2. G. 284.* et *10. Aen. 467.* breve et irreparabile tempus Omnibus est vitae.

IRRĔPERCUSSUS et Inrepercussus, a, um. Adiect. ab *in* et *repercussus;* non repercussus. *Tertull. Apolog. 16. extr.* Ne quid rumoris irrepercussum praeterissemus; *h. e.* irrefutatum. *Al. leg.* impercussum.

IRRĔPERTUS et Inrepertus, a, um. Adiect. ab *in* et *repertus;* non repertus; *non trovato. Horat. 3. Od. 3. 49.* Aurum irrepertum, et sic melius situm, Cum terra celat, spernere fortior. *Senec. Med. 648.* Herculi magno puer irrepertus.

IRRĔPLĒTUS et Inrepletus, a, um. Adiect. ab *in* et *repletus;* non repletus. *Paulin. Nolan. Carm. 17. 60.* Cogimur victo, licet irrepleti, Cedere voto.

IRRĔPO et Inrepo, pis, psi, pĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum cum accusativo, qui tamen explicari potest etiam ex praepos. *in*, quae inest in ipso verbo (Cf. §. 2. infra), ab *in* intentiva et *repo*. — **b)** Particip. *irrepens* §. 1. et 3. — **c)** Derivata, *irrepto* et *irreptor*.

IRREPO est rependo introeo, illabor, sensim, aut clam me infero. *entrare, insinuarsi, introdursi a poco a poco, o di nascosto*. Proprie dicitur de iis, quae repunt: late de aliis. *Plin. 29. 25. 1.* Salamandra si arbori irrepsit, omnia poma inficit veneno. *Suet. Aug. 94.* Draconem repente irrepsisse ad eam. *Colum. 4. 1.* Ut sit inferior tenera terra, quae non arceat, nec duritie sua repellat novas irrepentes radiculas. *Id. 3. 18. ad fin.* Irrepentibus aquis, praedictisque animalibus celeriter senescunt. *Flor. 2. 12.* Summa arte et industria ducis, cum alia minatus, alia irrepsisset. — **2)** Cum accusativo. *Apul. 3.* et *8. Met.* Summa cum trepidatione irrepit cubiculum. Et *4. ibid.* Cavernam festinus irrepsit. Et *9. ibid.* Latenter irrepit hospitium. V. *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 1.* et Cf. supra §. a. — **3)** Translate. *Cic. Orat. 25.* Eloquentia modo perfringit, modo irrepit in sensus. *Id. 3. Orat. 55.* Irrepere in mentes hominum. *Id. Har. resp. 24. extr.* in opinionem gratiae. *Id. Arch. 3.* in tabulas municipiorum. *Id. 3. Offic. 75.* in testamenta locupletium. *Senec. Consol. ad Polyb. 26. ad fin.* Dolor requiescenti animo paulatim irrepet. *Colum. procem. l. 12. in fin.* Cum in totum exoleverit vetus ille matrum familiarum mos, necessaria irrepsit villicae cura, quae tueretur officia matronae. *Gell. 1. 6.* Ad movendos animos hominum qualicumque aestu irrepere. *Stat. 5. Theb. 60.* Ieutoque irrepunt agmine poenae. *Plin. 26. 5. 1.* Irrepsit haec lues in Italiam. *Pompon.* apud *Non. 9. 11.* Quot laetitias insperatas mihi irrepsere in sinum! ἐλπισταί. — **4)** De iis, qui paulatim, aut clam ad alicuius familiaritatem perveniunt. *Tacit. 15. Ann. 12.* Adolescentuli, ignara matre, dein frustra obnitente, penitus irrepserant per luxum et ambigua secreta. *Id. 2. Hist. 65.* Vitellius irrepentibus dominationis magistris, superbior et atrocior.

IRRĔPOSCĪBĬLIS et Inreposcibilis, le. Adiect. ab *in* et *reposco;* qui reposci non potest. *Apul. Apol.* Vidua nihil affert irreposcibile, iam ab alio praeflorata. *Sidon. 8. 13.* Quod mihi insolubile videtur, tibi quoque videatur irreposcibile.

IRRĔPRĔHENSĪBĬLIS et Inreprehensibilis (et Irreprensibilis), le. Adiect. ab *in* et *reprehensibilis;* qui reprehendi non potest; *irreprensibile. Tertull. Resurr. carn. 25. sub fin. ex 1. Timoth. 6.* Mandatum immaculatum irreprehensibile. *Firmic. 1. Mathes. 3. a med.* Post dictaturae irreprehensibiles actus. *Arnob. 2. p. 55.* Inculpabiles, et ideo irreprehensibiles vivimus. — *Cod. 1. 3. 42.* Irreprensibiles sacerdotes. — *Iunior, Descript. Orb. 24.* Est ergo in omnibus et civitas et regio inreprehensibilis.

IRRĔPRĔHENSĪBĬLĬTER et Inreprehensibiliter. Adverb. ab *irreprehensibilis;* inculpabiliter, sine reprehensione; *irreprensibilmente. Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 3. a med.* Cum afflci Deum irreprehensibiliter te dixisse arbitraris, etc. *Ambros. ep. 37. n. 19.* Qui recte facit omnia, utique inoffense et irreprehensibiliter et sine damno et commotione sui facit omnia. Adde *Auct. Praedestinat. 1. 43.*

IRRĔPRĔHENSUS et Inreprehensus, a, um. Adiect. ab *in* et *reprehensus;* non reprehensus, irreprehensibilis; *irreprensibile. Ovid. 5 Trist. 14. 22.* Et laudem probitas irreprehensa tulit. *Id. 3. Met. 340.* Irreprehensa dabat populo responsa potenti; *h. e.* vera, et non simulata.

IRRĔPRENSĪBĬLIS. V. IRREPREHENSIBILIS.

IRRĔPRŌBĀBĬLIS et Inreprobabilis, le. Adiect. ab *in* et *reprobo;* qui reprobari non potest; *non riprovevole. Interpr. Irenaei, 4. Haëres. 26. 3.* Id, quod est sanum et irreprobabile conversationis, et inadulteratum et incorruptibile sermonis constat.

IRREPTO et Inrepto, as, are. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, eadem ratione ac *irrepo* (V. hanc voc. §. a.), cuius est frequentativum. — Est saepius irrepo, aut simpliciter irrepo. *Stat. 4. Theb. 586.* Pampineumque iubes nemus irreptare Lycurgo; *h. e.* circumfundi, et circumvincire. *Id. 3. Silv. 1. 177.* grexque protervus Nunc humeris irreptet avi. — **2)** Cum accusativo. *Id. 11. Theb. 734.* Argos est, hostilesque Mycenas Squalidus irreptet.

IRREPTOR et Inreptor, ōris, m. Verbale ab *irrepo;* qui irrepit. *Imp. Constantin. Cod. Theod. 2. 26. 2.* Irreptor agrorum; *h. e.* qui alienos agros sine iure invasit.

IRREQUĪĒBĬLIS et Inrequiebilis, le. Adiect. ab *in* et *requiesco;* irrequietus. *Scribon. Compos. 105.* Stomachi vitium, quod cum siccitate, et irrequiebili, ut ita dicam, et inextinguibili siti consistit. Eadem verba habet *Marcell. Empir. 20.*

IRREQUĪES et Inrequies, ētis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *requies*.

Digitized by Google

quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit. — Est idem ac irrequietus, sed usu recentius. *Auson. Edyll. 12. de membr. 8.* Palpitat irrequies, vegetum, teres, acre calens cor. Et *de inconnex. 11.* pervigil, irrequies gens. *Paulin. Nolan. Carm. 5. 16.* Irrequies cuncta ipse movens.

IRRĔQUĪĒTUS et Inrequietus, a, um. Adiect. ab *in* et *requiesco;* qui requiem non habet, qui nunquam cessat; *incessante, chi non istà in quiete. Ovid. 2. Met. 386.* ab aevi Sors mea principiis fuit irrequieta. Et *13. ibid. 730.* irrequieta Charybdis. Et *2. Trist. 236.* Bellaque cum multis irrequieta geris. *Plin. 2. 4. 2.* Irrequietus mundi circuitus. Adde *ibid. 3. 1.*

IRRĔQUĪSĪTUS et Inrequisitus, a, um. Adiect. ab *in* et *requisitus;* non quaesitus; *non ricercato. Sidon. 9. ep. 5.* Custodias aggerum publicorum nequaquam tabellarius transit irrequisitus.

IRRĔSECTUS et Inresectus, a, um. Adiect. ab *in* et *resectus;* non resectus; *non tagliato. Horat. Epod. 5. 47.* Hic irresectum saeva dente livido Canidia rodens pollicem.

IRRĔSISTĪBĬLIS et Inresistibilis, le. Adiect. ab *in* et *resisto;* cui resistere non possumus. Legitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 294. Mai.* V. loc. in IRREFRAGABILIS.

IRRĔSŎLŪBĬLIS et Inresolubilis, le. Adiect. ab *in* et *resolubilis;* non resolubilis. *Apul. 2. Dogm. Plat.* Pares paribus irresolubili nexu iunguntur.

IRRĔSŎLŪTUS et Inresolutus, a, um. Adiect. ab *in* et *resolutus;* non resolutus, contentus. *Ovid. 1. Pont. 2. 21.* At semel intentus nervo levis arcus equino, Vincula semper habens irresoluta manet.

IRRESPĪRĀBĬLIS et Inrespirabilis, le. Adiect. ab *in* et *respirabilis;* qui respirari non potest. *Tertull. Idolol. 24.* Inenatabile excussis profundum est, inextricabile impactis naufragium, irrespirabile devoratis hypobrychium.

IRRESTINCTUS et Inrestinctus, a, um. Adiect. ab *in* et *restinctus;* inextinctus; *non estinto. Sil. 3. 29.* Irrestincta focis servant altaria flammae. Adde *Capell. 9. §. 915.* et V. INTERSTINCTUS §. 2.

IRRĔSURRECTĬO et Inresurrectio, ōnis, f. Abstractum ab *in* intentiva et *resurrectio;* insurrectio, rebellio. *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 29. 2.* Diluvium advenit terrae delens inresurrectionem terrae propter nequissimam generationem, quae fuit temporibus Noë.

IRRĔTĪCENTĬA et Inreticentia, ae, f. Abstractum ab *in* et *reticentia;* reticentiae defectus. Est figura rhetorica Graecorum παῤῥησίᾳ respondens, quae est libertas in dicendo. *Auct. Carminis de figur. 130.* Irreticentia, cum verum reticere negamus.

IRRĔTĬO et Inretio, is, īvi, ītum, īre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *rete.* — Particip. *irretiens* §. 2., *irretitus*, V. suo loco. — Proprie est reti involvo, circumretio, implico, illaqueo; *involgere nelle reti, inviluppare. Cic. 4. Acad. 29.* Quid enim ad illum, qui te captare vult, utrum tacentem irretiat, an loquentem? *Colum. 4. 2.* Vitis toto prostrata corpore inferius solum quasi cancellavit, atque irretivit. *Ammian. 19. 8.* Festinandi studio aliis irretientibus alios. — **β)** Translate. *Cic. 5. Tusc. 21. extr.* Iis enim se adolescens irretierat erratis, ut etc. *Id. 1. Catil. 6.* Quem adolescentulum corruptelarum illecebris irretisses. *Id. Vatin. 5.* Cum homines negotia gerentes iudiciis iniquissimis irretires. *Vulg. Interpr. Prov. 7. 21.* Irretivit *(mulier)* eum multis sermonibus et blanditiis labiorum protraxit illum *(adolescentem).*

IRRĔTĪTUS et Inretitus, a, um. Particip. verbi *irretio*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est reti implicatus, illaqueatus, captus, detentus; *involto nelle reti, inviluppato, preso, trattenuto. Colum. 3. 11.* Solum pluribus radicibus impeditum, et quasi irretitum. — **β)** Translate. *Lucil.* apud *Non. 4. 315.* Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita est. *Cic. Har. resp. 4.* Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, exspectatione supplicii implicatus. *Id. 5. Fin. 18. sub fin.* Si continuculis tantus vir irretitus teneretur. *Id. 1. Orat. 10. a med.* Stoici disputationum suarum, atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. *Id. Vatin. 1.* Ut istam loquacitatem paucissimis interrogationibus irretitam retardarem.

IRRETORTUS et Inretortus, a, um. Adiect. ab *in* et *retortus;* non retortus, non reflexus, rectus; *non torto, diritto. Horat. 2. Od. 2. 25.* Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat acervos; *h. e.* rectis, et nil curantibus oculis: sapiens enim divitias securus spectat, neque iis capitur, sed contemnit; contra insipiens aurum videns, cupide miratur, et etiam si praetereat, retorquet vultum, et visu fruitur, quamdiu licet. Alii interpretantur, oculo recto, non limo, ut invidi solent.

IRRĔTRACTĀBĬLIS et Inretractabilis, le. Adiect. ab *in* et *retracto;* qui retractari, seu revocari non potest; *irrevocabile. Augustin. 10. Confess. 33. a med.* Magisque adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, etc. *Facund. Defens. trium Capitulor. 12. 5. in fin.* Cuius *(Christi)* et irretractabilis erit sententia.

IRRĔTRACTĀBĬLĬTER et Inretractabiliter. Adverb. ab *irretractabilis;* sine retractatione. *Facund. Defens. trium Capitulor. 12. 5. a med.* Decreverunt irretractabiliter esse custodienda Chalcedonensis decreta concilii.

IRRĔVĔRENS et Inrevereus, entis, omn. gen. Adiect. ab *in* et *reverens.* — Superlat. *irreverentissimus*, infra. — Est qui non veretur, aut metuit; *irriverente, troppo ardito, senza rispetto. Plin. 8. ep. 21.* Sum deprecatus, ne quis ut irreverentem operis argueret, quod etc. *Spartian. Caracall. 2.* Matri irreverentem esse. *Tertull. 2. advers. Marcion. 14. extr.* Immisit pueris ursos irreverentibus in prophetam. Et *Orat. 12. in fin.* Irreverens est assidere sub conspectu eius, quem maxime revereris. *Id. 1. Nat. 10. a med.* Irreverentissimi erga deos vestros semper existunt. *Vulg. Interpr. Eccli. 23. 6.* Animae irreverenti et infrunitae ne tradas me.

IRRĔVĔRENTER et Inreverenter. Adverb. ab *irreverens;* sine reverentia, aut metu; *irreverentemente, senza timore, e rispetto. Plin. 2. ep. 14.* Audaces huc transeunt tam irreverenter et temere, ut etc. *Id. 6. ep. 13.* Egit Glaudius Capito irreverenter magis, quam constanter, ut qui ipsum senatusconsultum apud senatum accusaret. Adde *Interpr. Irenaei, 5. Haeres. 25. 4.*

IRRĔVĔRENTĬA et Inreverentia, ae, f. Abstractum ab *irreverens;* defectus reverentiae, quae Deo, dominis, legibus, magistratibus et maioribus debetur; *irreverenza, arditezza, sfacciataggine. Tacit. 15. Ann. 26.* Quibusdam, conlitam libertate irreverentiam eo prorupisse, frementibus. Et *3. ibid. 51.* Maiores iuventutis irreverentiam gravibus decretis notaverunt. *Id. 3. Hist. 51.* Tantam victoribus adversus fas nefasque irreverentiam fuisse, ut gregarius eques, occisum a se proxima acie fratrem professus, praemium a ducibus petierit. — *Vulg. Interpr. Eccl. 28. 14.* Ab omni irreverentia oculorum eius *(mulieris)* cave.

IRRĔVŎCĀBĬLIS et Inrevocabilis, le. Adiect. ab *in* et *revocabilis.* — Comparat. *irrevocabilior* §. 2. — Proprie est qui revocari non potest; *irrevocabile. Lucret. 1. 468.* Aetas praeterita irrevocabilis. *Horat. 1. Ep. 18. 71.* Et semel emissum volat irrevocabile verbum. *Liv. 42. 62.* Ut secunda fortuna in conditione honestae pacis uteretur, potius quam spe vana evectus in casum irrevocabilem se daret; *irremediabile. Lucan. 1. 509.* ruit irrevocabile vulgus. *Plin. 3. ep. 7.* Morbi taedio ad mortem irrevocabili constantia decucurrit. *Plin. alter, 32. 1. 2.* Ancorae pondere irrevocabili iactae; *h. e.* quae propter pondus reduci et retrahi vix possunt, cum semel iactae sunt. *Id. 16. 66. 1.* Uamus irrevocabilis. *Paul. Dig. 39. 5. 35.* Donatio irrevocabilis. — **β)** Translate. *Tacit. Agric. 42.* Domitiani natura praeceps in iram, et quo obscurior, eo irrevocabilior; *h. e.* implacabilior.

IRRĔVŎCĀBĬLĬTER et Inrevocabiliter. Adverb. ab *irrevocabilis;* ita ut non sit revocandi locus; *irrevocabilmente. Augustin. ep. 120. n. 24.* Superbia, qua diabolus irrevocabiliter progressus est. Adde *Prosper. in Chron. ad ann. post Chr. 453.*

IRRĔVŎCANDUS et Inrevocandus, a, um. Adiect. ab *in* et *revoco;* irrevocabilis. *Claudian. B. Get. 122.* ferro ne largius acto, Irrevocandus eat sectis vitalibus error.

IRRĔVŎCĀTUS et Inrevocatus, a, um. Adiect. ab *in* et *revocatus;* non revocatus; *non richiamato. Horat. 2. Ep. 1. 223.* Cum loca iam recitata revolvimus irrevocati. V. REVOCO. *Ovid. 11. Met. 401.* sed enim irrevocatus ab acri Caede lupus perstat.

IRRĔVŎLŪBĬLIS et Inrevolubilis, le. Adiect. ab *in* et *revolvo;* qui revolvi nequit. *Oros. de arbitr. libert. 28.* Tanta vis est decreti Dei et tam irrevolubilis status constitutorum in suis quibusque causis temporum, ut etc.

IRRĪDENTER et Inridenter. Adverb. ab *irridens.* — Comparat. *irridentius*, infra. — Est irridendo; *burlando. Labor.* apud *Charis. 1. p. 181. Putsch.* Irridenter petit. *Augustin. ep. 5. a med.* Irridenter admonere. *Front. de eloq.* (edente iterum *A. Mai*) *p. 256.* Irridentius aliquem contemnere.

IRRĬDĔO et Inrideo, des, si, sum, dēre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *rideo.* — **b)** Olim fuit etiam *irrido, is. M. Brutus* apud *Diomed. 1. p. 378. Putsch.* Irridunt horum lacrymas. — **c)** Particip. *irridens* §. 1. et 2., *irridendus* §. 2., *irrisus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *irridenter, irridiculum, irrisibilis, irrisio, irrisivus, irrisor, irrisorius, irrisus, us.*

IRRIDEO proprie est in, seu super aliqua re rideo; *ridere su qualche cosa. Cic. 12. Att. 6.* Caesar mihi irridere visus est. *Ter. Heaut. 5. 2. 29.* Irrides in re tanta, neque me quidquam consilio adiuvas? *Phaedr. 5. 3.* Calvi momordit musca nudatum caput: Quam opprimere captans, alapam sibi duxit gravem. Tunc illa irridens, etc. *Tacit. 1. Ann. 8.* Multum irridentibus, qui ipsi viderant, etc. — **β)** Transitivorum more cum accusativo

II. *Irrideo* est derideo, videndo contemno, ludibrio habeo; *beffare, dileggiare, ridere di qualche cosa. Plaut. Trin. 2. 4. 45.* Bonis tuis rebus meas res irrides malas. *Id. Amph. 2. 1. 40.* Venis ultro irri-

Digitized by Google

sum dominum. *Cic. 2. Agr. 55.* Irridere aliquid et contemnere. *Id. 9. Fam. 26.* An tu id melius, qui etiam in philosophum irriseris? *Est qui in omittit. Id. 4. Acad. 39. a med.* Vos ab illo irridemini, et ipsi illum vicissim eluditis. *Id. 2. Nat. D. 5.* Per locum Deos irridens. — Hinc passive. *Vulg. Interpr. Galat. 6. 7.* Nolite errare: Deus non irridetur. *Plin. Paneg. 65.* Perpessus es non irridendam moram.

IRRĪDĬCŬLĒ et Iaridicule. Adverb. ab *in* et *ridicule;* non ridicule, infacete; *senza riso. Caes. 1. B. G. 42.* Non irridicule quidam ex militibus dixit, etc.

IRRĪDĬCŬLUM et Iaridiculum, i, n. Verbale ab *irrideo,* syllabica adiectione productum idem ac deridiculum, irrisio. *Irridiculo habere* est irridere. *Plaut. Poen. 5. 4. 5.* praepotentes, pulcrae, pacisque potentes, soror, fuimus. Neque ab iuventute ibi irridiculo habitae. — **2)** *Irridiculo esse* est irrideri, ludibrio, seu irrisui esse. *Id. Cas. 5. 2. 3.* Atque ita irridiculo sumus ambo. *Al. leg.* ridiculo.

IRRĪDO v. IRRIDEO §. b.

IRRĪGĀTĬO et Inrigatio, ōnis, f. Verbale ab *irrigo;* actus irrigandi; *innaffiamento, innacquamento. Varr. 1. RR. 55.* Pulvinos irrigationes et pluviae tempestates abluunt. *Cic. 2. Offic. 4.* Ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes. *Plin. 36. 17. 4.* Irrigatione fluminis diluere aliquid. — *Vulg. Interpr. Prov. 5. 8.* Sanitas quippe erit umbilico tuo et irrigatio ossium tuorum.

IRRĪGĀTOR et Inrigator, ōris, m. Verbale ab *irrigo;* qui irrigat; *irrigatore. Augustin. ep. 95. ante med.* Plantator et irrigator extrinsecus.

IRRĪGĀTUS et Inrigatus, a, um. Particip. verbi *irrigo;* rigatus; *innaffiato, innacquato. Colum. 2. 14.* Melius habetur foenum, quod suapte natura succoso gignitur solo, quam quod irrigatum aquis elicitur. *Phaedr. 4. 14.* Ubi irrigatus multo venas nectare. *Liv. 7. 3.* Cum medios forte ludos circus Tiberi superfuso irrigatus impedisset; *inondato.* — **2)** loculariter. *Plaut. Epid. 1. 2. 18.* Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo.

IRRĪGO et Inrigo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *rigo.* — **b)** In antiquis MSS. et editis libris aliquando confusum est cum *mitigo,* ut monet *Hildebr.* ad *Apul. 1. Met. 7.* v. mitigo. — **c)** *Irrigarier* paragoge pro *irrigari* est apud *Lucil.* loc. cit. in §. 2. *in fin.* — **d)** Particip. *irrigans* §. *1., irrigandus* §. *1., irrigatus,* v. suo loco, *irrigaturus* §. *1.* — **e)** Derivata, *irrigatio, irrigator, irriguus.*

IRRIGO proprie est in aliquem locum rivos deduco; *innacquare, innaffiare, irrigare. Cic. 2. Nat. D. 52.* Aegyptum Nilus irrigat. Et *1. ibid. 43.* Pontibus irrigare hortulos. *Id. 3. Q. Fr. 1. ante med.* Iugera quinquaginta prati Caesius irrigaturum facile te arbitrabatur. *Iustin. 11. 10.* Cum operam oblocare ad puteos exhauriendos, hortosque irrigandos solitus esset. *Vulg. Interpr. Gen. 2. 6.* Fons irrigans universam superficiem terrae. — *Id. Ezech. 32. 6.* Irrigabo terram foetore sanguinis tui; *h. e.* sanguine tuo foetido. *Id. Iob, 21. 24.* Medullis ossa illius *(divitis)* irrigantur. — **2)** Translate. *Virg. 5. Aen. 511.* fessos sopor irrigat artus. *Lucret. 4. 905.* somnus per membra quietem inriget (Hinc *irriguus somnus* apud *Pers. 5. 56.*). *Lucret. 5. 282.* Largus item liquidi fons luminis, aetherius sol, Inrigat assidue caelum candore recenti. *Plaut. Poen. 5. 5. 86.* Coo vino edentulo aetatem irriges; *h. e.* madefacias, foveas, et quasi viridem reddas annos tuos. *Lucil.* apud *Non. 9. 5.* Si voles per aures pectus irrigarier. — **3)** Pro madefacere; *bagnare. Senec. Phoeniss. 442.* Irrigare fletu genas. *Id. Thyest. 44.* Irrigat terram cruor. — **4)** *Irrigare aquam* est derivare, et diducere agri irrigandi causa. *Cato, RR. 151.* Si quando non pluet, aquam irrigato leniter in areas. *Virg. 4. G. 115.* et amicos irriget imbres. v. *Philarg.* ad *h. l. Cato, RR. 36.* Amurcam spargas, vel irriges ad arbores. — **5)** Translate. *Virg. 1. Aen. 695.* At Venus Ascanio placidam per membra quietem irrigat. *Accius* apud *Serv.* ad *12. Aen. 605.* Et lanugo florea nunc demum irrigat. — *Petron. Satyr. 4.* Ut studiosi iuvenes lectione severa irrigarentur. *Alii leg.* mitigarentur. v. *Bücheler* ad *h. l.*

* IRRĪGŬĒ et Inrigue. Adverb. ab *irriguus;* irrigando. Est *Venant. Vit. S. Martin. 4. 70.* Ac postquam irrigue fluvialis more cucurrit.

IRRĪGŬĪTAS et Inriguitas, ātis, f. Abstractum ab *irriguus;* irrigatio, humor. *Ennod. 5. ep. 12.* Et siccitatem labiis aestuante animo irriguitas vivi fluminis gignit.

IRRĪGŬUS et Inriguus, a, um. Adiect. verbale ab *irrigo.* — **b)** Veteres etiam *endoriguus* pro *irriguus* usurpasse, testari videntur *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 560.* Endoriguum, irriguum. Et *Gloss. Lat. Gr.* Endoriguum, *ὑγρόν, κατάρυτον.* — **c)** Derivata, *irrigue, irriguitas.*

IRRIGUUS proprie est aquis abundans, unde facile irrigari potest; *innacquato, innaffiato, abbondante d'acque. Horat. 2. Sat. 4. 16.* Irriguus hortus. *Plaut. Trin. 1. 1. 9.* Herba irrigua. *Plin. 5. 15. 1.* Regio irrigua fontibus. *Vulg. Interpr. Iudic. 1. 15.* Terra irrigua aquis. — Absolute. *Id. Isai. 19. 10.* Et erunt irrigua eius flaccentia. *Plin. 5. 3. 1.* Propter aquarum irrigua. — **2)** Translate. *Horat. 2. Sat. 1. 9.* Irriguumque mero sub noctem corpus habento; *h. e.* madens, perfusum. v. IRRIGATUS §. 1. et IRRIGO §. 2. — **3)** Deinde active

II. *Irriguus* est etiam qui irrigat. *Virg. 4. G. 32.* irriguumque bibant violaria fontem. *Ovid. 2. Amor. 16. 2.* Irriguis ora salubris aquis. Adde *Tibull. 2. 1. 44.* — **4)** Translate. *Pers. 5. 56.* Hic natur irriguo mavult turgescere somno. Sic *Lucret. 4. 905.* somnus per membra quietem irrigat. — **5)** Hinc *irriguos ignes* dixit *Sever. Aetn. 28.* qui per occultos terrae meatus more aquae manant et discurrunt; *lavi.* — **6)** Et *irriguum carmen* dixit *Id. ibid. 295.* significans sonos, qui per organa hydraulica ope aquae eduntur. Addit *Scalig.* similem locum *Manilii, 3. 4.*, ubi *alii aliter leg.*

IRRĪMOR et Inrimor, āris, āri. Verbum transitiv. forma deponens, ab *in* et *rimor,* idem quod rimor, investigo; *investigare. Pacuv.* apud *Non. 4. 395.* Cum incultos pervestigans inrimarer sinus.

IRRĪO. v. HIRRIO.

IRRĪPĬO et Inripio, is, ĕre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *rapio,* mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. Est intus rapio, immitto. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Irripio; *εἰσβάλλω.*

IRRĪSĪBĬLIS et Inrisibilis, le. Adiect. verbale ab *in* et *risibilis;* qui irrideri potest, vel irrideri dignus. Est *Augustini Serm. 87. n. 9.* (al. *c. 7.*).

IRRĪSĬO et Inrisio, ōnis, f. Verbale ab *irrideo;* actus irridendi, derisio, ludibrium; *irrisione, derisione, dileggiamento. Cic. 4. Acad. 59. a med.* Liber igitur a tali irrisione Socrates. *Id. 1. Orat. 12.* Haec oratio omnium irrisione luditur. *Id. 1. Offic. 38. extr.* Deforme est, de se ipso praedicare, et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum; *h. e.* ut ab audientibus irridearis. — *Vulg. Interpr. Ezech. 22. 4.* Dedi te . . . irrisionem universis terris. — **2)** Est etiam figura rhetorica; qua species quaedam ironiae significatur, quae Graece *ἐιρωνεία* appellatur et a Latinis etiam dissimulatio dicitur, ut tradunt *Aquil. de figur. sentent. 15.* Et *Iul. Rufinian. de schem. Dian. 9.* v. DIASYRMOS et DISSIMULATIO §. 2.

IRRĪSĪVĒ et Inrisive. v. INIURIE.

IRRĪSOR et Inrisor, ōris, m. Verbale ab *irrideo;* qui irridet; *dileggiatore, beffatore. Cic. Parad. 1. 4.* Veniant igitur isti irrisores huius orationis ac sententiae. *Propert. 1, 9. 1.* Dicebam tibi venturos, irrisor, amores.

IRRĪSŌRĬĒ et Inrisorie. Adverb. ab *irrisorius;* per irrisionem, ironice. *Serv. ad Virg. 7. Ecl. 27. Ultra placitum;* hoc est, nimie, irrisorie.

IRRĪSŌRĬUS et Inrisorius, a um. Adiect. verbale ab *irrideo;* ad irridendum pertinens. *Capell. 8. p. 275.* Irrisoria lepidaque versutia inter insana semper deridebas.

IRRĪSUS et Inrisus, a, um. Particip. verbi *irrideo;* derisus, contemptus; *beffato, dileggiato. Plaut. Epid. 3. 4. 81.* perdam potius, quam sinam Me impune irrisum esse habitum. *Virg. 5. Aen. 272.* Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat. *Tertull. 2. ad Nat. 4.* Irrisus Aegyptio illi. — Absolute. *Tacit. 4. Ann. 9.* Ad vana et toties irrisa revolutus.

IRRĪSUS et Inrisus, us, m. Verbale ab *irrideo;* irrisio; *irrisione, dileggiamento. Caes. 2. B. C. 15.* Suam virtutem irrisui fore, perdoluerunt. *Liv. 7. 10.* Gallus linguam ab irrisu exserens. *Plin. 28. 29. 2.* Irrisu coarguere aliquid. *Id. 37. 40. 4.* Non sine irrisu et contemptu generis humani. *Tacit. 13. Ann. 15.* Nero Britannico iussit, exsurgeret, et cantum aliquem inciperet: irrisum ex eo sperans pueri sobrios convictus ignorantis. *Apul. 5. Met. ad fin.* Ego nunc irrisui habita quid agam?

IRRĪTĀBĬLIS et Inritabilis, le. Adiect. verbale ab *irrito;* qui facile irritatur; *che facilmente s'irrita. Cic. 1. Att. 17. ante med.* Irritabiles animos esse optimorum saepe hominum, et eosdem placabiles. *Horat. 2. Ep. 2. 102.* Multa fero, ut placem genus irritabile vatum. — **2)** Item qui facile irritat et provocat. *Lactant. 6. 25.* Diabolus obiicit oculis irritabiles formas, suggeritque fomenta.

IRRĪTĀBĬLĬTAS et Inritabilitas, ātis, f. Abstractum ab *irritabilis;* vis irascendi; *l'irascibile. Apul. Dogm. Plat. 1. sub fin.* v. loc. in EXCANDESCENTIA §. 2.

IRRĪTĀMEN et Inritamen, ĭnis, n. Verbale ab *irrito;* irritamentum. *Ovid. 13. Met. 434.* opes, animi irritamen avari. Et *12. ibid. 102.* Haud secus exarsit, quam circo taurus aperto Cum sua terribili petit irritamina cornu. Puniceas vestes.

IRRĪTĀMENTUM et Inritamentum, i, n. Verbale ab *irritamen,* quod est ab *irrito,* syllabica adiectione productum. — Proprie est id, quo quispiam irritatur, lacessitur, provocatur; *eccitamento, irritamento. Liv. 40. 27.* Quibuscumque irritamentis poterat, iras militum acuebat. Et *30. 11.* Quod irritamentum certaminum equestrium est. *Ovid. 1. Met. 140.* Effodiuntur opes, irritamenta malorum. *Val. Max. 2. 6. n. 1.* Irritamenta luxuriae. *Sall. Iug. 94.* gulae. *Tacit. 3. Ann. 9.* invidiae. *Id. Agric. 20.* pacis. *Iustin. 31. 6. extr.* belli. *Plin. Paneg. 8.* irarum. — **2)** Translate est impedimentum fluvio oppositum, quod

Digitized by Google

ille quasi irritatus superare conatur. *Plin. 8. 10. 4.* Sic quoque Nilus, Syris nominatus per aliquot millia, subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis non fluere immenso fragore creditur, sed fluere. V. INDIGNOR §. 2.

IRRĪTĀTĒ et Irritate. Adverb. ab *irritatus;* cum frequenti irritatione. — Utitur in comparativo tantum gradu *Ammian. 22. 15. a med.* Trochilus, avicula brevis, dum escarum minutias captat, circa cubantem feram *(crocodilum)* volitans blande, genasque eius irritatius titillando pervenit adusque ipsam viciniam gutturis.

IRRĪTĀTĬO et Irritatio, ōnis, f. Verbale ab *irrito;* actus irritandi; *irritamento, instigazione, provoca. Liv. 34. 14. a med.* Et irritatio animorum ea prima fuit. *Senec. ep. 9. a med.* Ad amicitiam fert illum sapientem nulla sua utilitas, sed naturalis irritatio; *inclinazione, prurito* (Adde *Consol. ad Helv. 6.*). *Gell. 7. 16.* Reperire irritationes edendi; h. e. gulae irritamenta. *Tacit. Germ. 19.* Feminae nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae. — **β)** Apud *Vulg. Interpr.* in illo *Psalm. 84. 9.* Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto; *Irritatio* nomen est loci, qui et *Contradictio* dictus est *ibid. Num. 20. 13.*, ut patet ex textu Hebraico, qui utrobique habet *Meriva*. — **γ)** Item in illo apud *Eund. Ezech. 20. 28.* Viderunt omnem collem excelsum et omne lignum nemorosum et immolaverunt ibi victimas suas et dederunt ibi irritationem oblationis suae; h. e. victimas, quibus me *(Deum)* irritabant.

IRRĪTĀTOR et Irritator, ōris, m. Verbale ab *irrito;* qui irritat, provocat, lacessit; *irritatore, provocatore. Senec. ep. 108.* Omnibus natura fundamenta dedit, semenque virtutum: omnes ad ista nati sumus: cum irritator accessit, tunc illa animi bona, velut sopita, excitantur.

IRRĪTĀTRIX et Irritatrix, īcis, f. Verbale ab *irrito;* quae irritat; *irritatrice. Vulg. Interpr. Ezech. 24. 5.* Et dices per proverbium ad domum irritatricem parabolam.

IRRĪTĀTUS et Irritatus, a, um. Particip. verbi *irrito,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *irritatior,* infra. — Est provocatus, lacessitus, ad iram incitatus, commotus; *irritato, provocato, aizzato. Ter. Phorm. 2. 1. 10.* Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere. *Plaut. Capt. 3. 1. 25.* Canis irritata. *Justin. 12. 6. sub fin.* Infestae et irritatae bello gentes. *Ovid. 15. Met. 367.* furit ille, irritatusque repulsa, etc. *Suet. Galb. 21.* Maxime irritati ad talem iocorum petulantiam, quod etc.; h. e. stimulati, invitati. *Senec. ep. 97. a med.* Laetatur ille adulterio, in quod irritatus est ipsa difficultate; h. e. invitatus; *eccitato. Gell. 19. 9.* Animo irritato indignabundus. Et *13. 9.* Atque ego his eius verbis irritatior, Audi, inquam, etc. *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 3.* Haec ubi dicta sunt, irritatior iuvenis, protinus poculum, quod sibi prae manu erat, in Lysiam iaculatur. Adde *ibid. 43.*

IRRĪTĀTUS et Irritatus, ūs, m. Verbale ab *irrito,* idem ac irritatio. *Paul. Sentent. recept. 1. 15. 3.* Ei, qui irritatu suo feram bestiam, vel quamcumque aliam quadrupedem in se profitaverit, eaque damnum dederit, neque in eius dominum, neque in custodem actio datur.

IRRĪTĒ et Irrite. Adverb. ab *irritus;* incassum; *indarno. Augustin. Serm. 99. n. 3.* ed. *Mai.* Nolite haec irrite facere: nolite fingere, quae nescitis. *Cassiod. 1. Var. 4. a med.* Ad Atticum armorum potentem legationis est officio non irrite destinatus. Adde *12. ibid. 2. a med.*

IRRĪTO et Irrito, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., onomatopoeicum; *irritari* enim, inquit *Non. 1. 131.* et *Donat.* ad *Ter. Adelph. 2. 4. 18.* et ad *Andr. 3. 4. 18.* proprie dicuntur canes, qui ante latrandum, restrictis dentibus, R litteram sono asperiore imitantur. Hinc *Lucil. de littera R.* Irritata canes quod, homo quam, plane' dicit. Alii tamen Etymologi aliunde derivant. — **b)** Distinguendum est autem ab *irrito,* penultima correpta, quod est ab *irritus.* V. infra, secundo loco. — **c)** *Irritassis* antique pro *irritaveris* apud *Plaut. Amph. 1. 1. 298.* Num si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes? — **d)** Particip. *irritans* §. 1. et 4., *irritandus* §. 1., *irritatus,* V. suo loco, *irritaturus* §. 1. — **e)** Derivata, *irritabilis, irritabilitas, irritamen, irritamentum, irritate, irritatio, irritator, irritatrix, irritatus, us.*

IRRITO proprie adhibetur de canibus, ut supra dictum est §. a., allato *Lucilii* exemplo: deinde, latiore significatione, universim est ad iram provoco, lacesso, incendo. *Cic. Mil. 31.* Ut vi irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet. *Liv. 29. 18.* et *Stat. 11. Theb. 716.* Irritare iram alicuius. *Liv. 55. 46.* sibi simultates. *Sall. fragm.* apud *Non. 1. 151.* bellum. *Varr. ibid.* ventos et procellas. *Ovid. 8. Met. 418.* hostem ad iram. *Justin. 9. 2.* animos. *Vellei. 2. 66.* aliquem ad necem cuiuspiam. *Liv. fragm. l. 91.* (edente Romae *Niebuhrio*) *p. 91.* Eadem virtus, quae irritantes oppugnaverat, victorem placabiliorem fecit. *Senec. 3. Ira, 8.* Fugere debebit omnes, quos irritaturos iracundiam sciet. *Liv. 31. 3.* Opportune irritandis ad bellum animis litterae allatae. — **β)** *Irritare crabrones,* proverb. V. CRABRO §. 2. — **γ)** Translate. *Horat. 3. Od. 29. 40.* Cum fera diluvies quietos irritat amnes. *Tacit. 13. Ann. init.* Ingenii violentia exitium *(al. leg.* exitium) irritavit. — **δ)** Frequentius vero hoc sensu est excitare, commovere; *incitare, commuovere. Quintil. 1. 1. a med.* Irritare infantiam ad discendum. *Ovid. 2. Fast. 649.* sicco cortice irritare flammas. *Id. 2. Amor. 4. 9.* forma meos irritat amores. Et *3. ibid. 4. 11.* vitia irritare vetando. *Tacit. 3. Hist. 4.* suspiciones. *Senec. ep. 7. a med.* cupiditatem. *Horat. Art. P. 180.* Segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus; h. e. tardius, lentius, minus movent, afficiunt, excitantque; *fanno meno impressione. Lucret. 1. 70.* Irritare virtutem animi. *Propert. 4. 6. 75.* Ingenium potis irritat Musa poëtis. *Senec. 6. Benef. 29.* Irritare ac provocare naturam per se pronam ad humanitatem. *Sil. 13. 555.* Poculaque Eoa luxum irritantia gemma.

II. IRRĬTO, as, āre. Verbum transitiv. rarioris usus et parum Latinum, ut ait *Forcellinus* noster, ab *irritus;* irritum reddo; *render vano o di niun valore. Imp. Theodos. Cod. 5. 12. 2. extr.* Et quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur. *Simplic. p. 80. Goës.* Nisi et memoria sit recens, et loci natura irritetur, et cultura nihil impediet, secundum formas non est irritum decernere. Cf. IRRITUS, us.

III. IRRĬTO. Adverb. V. voc. seq. §. 5.

IRRĬTUS et Inritus, a, um. Adiect. ab *in* et *ratus,* mutata euphoniae gratia *a* littera in *i*. V. RATUS. — Proprie, de rebus usurpatum, est non ratus, vanus, inanis, inutilis, effectu carens; *vano, nulle, di niun valore o effetto. Ter. Phorm. 5. 7. 58.* Quod dictum, indictum est: quod modo erat ratum, irritum est. *Cic. 4. Verr. 26.* Ut omnes istius iniurias, quas modo posset, rescinderet et irritas faceret. Et *57.* Ea, quae in magistratu gessisti, sustulit atque irrita iussit esse. *Id. 2. Leg. 8. extr.* Quae augur iniusta, vitiosa, dira defixerit, irrita infectaque sunto. *Plaut. Asin. 1. 2. 10.* Ingrata atque irrita esse omnia intelligo, Quae dedi, et quod bene feci. *Cic. 2. Phil. 42. sub fin.* Testamentum irritum facere. *Suet. Tib. 51.* Testamentum pro irrito habere. *Gell. 15. 14.* Remus aves irritas habuit. *Quintil. 12. 1. 15.* et *Ovid. 1. Met. 273.* Irritus labor. *Tacit. 4. Hist. 81.* Irritum remedium. *Virg. 4. G. 519.* irrita dona. *Id. 2. Aen. 439.* tela. Et *10. ibid. 95.* iurgia. *Catull. 30. 9.* tua dicta omnia factaque Venti irrita ferunt. Et *64. 142.* Quae cuncta aërii discerpunt irrita venti. Et *59.* Irrita promissa. *Plin. Paneg. 26.* Irritis precibus surdas principis aures adstrepere. *Liv. 29. 35. ad fin.* Ab irrito incepto abscedere. *Tacit. 5. Hist. 34.* Irrita praeda; h. e. quae nullum emolumentum affert. *Propert. 3. 11. extr.* Irrita lingua; h. e. quae incassum loquitur. — **β)** Hinc frequentissima sunt apud ICtos *irritus contractus, irrita emptio, venditio, solutio, pactio* et huiusmodi; h. e. nullius valoris aut roboris. — **γ)** Speciatim *irrita ova,* quae Graece hypenemia et zephyria, sunt, ex quibus incubando nihil gignitur. *Plin. 10. 79. 1.* et *ibid. 80. 1.* — **δ)** Absolute, substantivorum more.

IRRITUM, i, n. Est res irrita. *Liv. 28. 31.* Spes ad irritum redacta; *svanita. Al. leg.* in irritum. *Id. 2. 6.* Inconsus dolore tantae ad irritum cadentis spei. *Tacit. 3. Hist. 53. extr.* In irritum cecidere labores. Et *26.* Victoria ad irritum revolvebatur; *si risolveva in nulla.* — **ε)** Hinc pariter

IRRITO, adverbii more videtur usurpari in illo *Eumen. Gratiar. act. ad Constantin. 11.* In eo quod irrito petebatur. — **ζ)** Deinde

II. *Irritus* absolute de personis est, qui incassum laborat, frustra agit. *Virg. 3. Aen. 441.* Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat Arte locum, et variis adsultibus irritus urget; *senza poter far nulla.* Et *Senec. 6. Benef. 11.* Domum non minus lassus, quam irritus redit. *Tibull. 2. 3. 22.* Venit et e templis irrita turba domum; h. e. sine ullo oraculi responso: inconsulta. *Tacit. 15. Ann. 25.* Irriti legati remittuntur, cum donis tamen; *senz' aver ottenuto nulla.* Et *Cato* apud *Gell. 11. 2.* Sumptuosus, cupidus, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur; h. e. inutilis, nequam; *buon da nulla.* — **η)** Sequente genitivo; *irritus alicuius rei,* est, qui frustra et sine effectu quippiam egit. *Tacit. 4. Hist. 32. extr.* Irritus legationis. *Vellei. 2. 65.* consilii. *Curt. 8. 6. 8. in fin.* spei. *Sil. 7. 151.* incepti. *Nazar. Paneg. Constant. 2.* cupitorum. *Ammian. 20. sub fin.* propositi.

IRRĪTUS et Inritus, ūs, m. Verbale ab *irrito;* labor inutilis. Agnoscitur in ablativo casu ab *Auct. Appendicis ad Probi art. minor. p. 437. Endl.* Strepitu, irritu, auditu.

* IRRŌBŎRASCO, is, ĕre. V. INROBORO in *Nota*.

IRRŌBŎRĀTUS et Inroboratus, a, um. Particip. verbi *irroboro;* robustus vel fortis factus. — Translate. *Varr.* apud *Non. 131. 3. Mors.* Mala enim consuetudo diu inroborata est inextinguibilis. Ita leg. e Codd. *Riese.* V. voc. seq.

IRRŌBŎRO et Inroboro, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *robur;* robur acquiro; translate, invalesco. *Gell. 1. 22.* Inroboravit inveteravitque falsa atque aliena verbi significatio; *s'è fortificata: ha preso piede.* Subintelligitur autem accusat. *se,* ait *Forcellinus* noster, ex quo intelligimus, verbum transitivum habuisse.

Digitized by Google

Nota. Cl. *Freund* in suo Lexico pro *irroboro* agnoscit *irroborasco*, inchoativa forma, a qua vult haberi praeteritum *irroboravi;* sed perperam, ut ostendit participium *irroboratus*, quod V. suo loco.

IRRŌBUSTUS et Inrobustus, a, um. Adiect. ab *in* et *robustus;* non robustus. Legitur in *Gloss. Lat. p. 184. n. 400.* Invalida, infirma, inrobusta.

IRRŌGĀTĬO et Inrogatio, ōnis, f. Verbale ab *irrogo;* actus irrogandi, constitutio, impositio, inflictio; *imposizione, condanno. Cic. Rabir. perduell. 5.* Quod est in eadem multae irrogatione praescriptum. *Plin. Paneg. 4. sub fin.* Tarditatem solvendi dupli vel quadrupli irrogatione multare.

IRRŌGĀTUS et Inrogatus, a, um. Particip. verbi *irrogo;* impositus, constitutus, inflictus; *imposto. Tacit. 13. Ann. 25.* Irrogatum accusatori exsilium. Et *16. ibid. 5.* Tenuioribus irrogata supplicia. *Gell. 7. 19. in fin.* Multa irrogata Scipioni.

IRRŌGO et Inrogo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *rogo*. — **b)** *Irrogassit* pro *irrogaverit. Cic. 3. Leg. 3.* — **c)** Particip. *irrogandus* §. 2., *irrogatus*, V. suo loco. — **d)** Derivatum, *irrogatio*.

IRROGO verbum est forense et ICtorum proprium et significat constituo, impono, infligo: quasi contra aliquem rogo; *imporre, dare*. Nam in irrogandis alicui legibus, multa, tributo rogabatur populus contra eos, in quos leges ferebantur, multa dicebatur, tributum imponebatur, rogabatur, inquam, ut suo suffragio ea confirmaret. *Cic. Dom. 17.* Leges privatis hominibus irrogare. Et *43.* privilegia tyrannica. Et 22. et *Mil. 14.* multam alicui. *Plin. Paneg. 37.* alicui tributum. *Tacit. 13. Ann. 28.* poenam. Et *16. ibid. 5.* supplicium. *Fragm. leg. Repetund.* apud *Haubold. Monum. leg. p. 75. v. 9.* Si quis mag. multam inrogare volet. *Apul. 9. Met. 15.* Irrogare plagas alicui. — *Vulg. Interpr. Levit. 24. 19.* Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecit, sic fiet ei. — **2)** *Irrogare sibi mortem* est sibi mortem consciscere. *Tacit. 4. Ann. 10. extr.* — **3)** Universim et latiore significatione est tribuere, imponere, assignare. *Quintil. 10. 5. a med.* Labori non plus irrogandum est, quam quod somno supererit. *Id. Declam. 10. 15.* Religionem alicui irrogare; *h. e.* inicere, imponere. *Plin. 2. 5. 6.* Irrogare imperium in aliquem. — **4)** Deinde

II. *Irrogo* pro simplici rogo, peto. *Eumen. Restaur. Schol.* (si sanus est locus) *4.* Cum obsessa civitas auxilium Romani principis irrogaret.

Nota. *Hildebr.* ad *Apul. 9. Met. 15.* verbum hoc proprium esse Latinitatis ecclesiasticae tradit, deque eius vi iubet conferri *Gron. Monobibl. in Script. Eccl. c. 1. p. 15.* et *P. Baudii de Mort. Pers. c. 1. p. 13.*, quos citat *Orelli* in *Addend.* ad *Arnob. T. 2. p. 477.*

IRRŌRĀTĬO et Inroratio, ōnis, f. Verbale ab *irroro;* roris aspersio. *Cassiod. 12. Var. 14.* Olus illic *(in agro Rhegiensium Calabriae)* omne saporum est marina irroratione respersum.

IRRŌRĀTUS et Inroratus, a, um. Particip. verbi *irroro;* rore aspersus; *inrugiadato, bagnato. Cels. 3. 18. n. 8.* Sudores tenues, malique odoris, tanquam irrorato corpore oriuntur. *Colum. 9. 14. circa med.* Irroratis floribus apes mella conficiunt.

IRRŌRO et Inroro, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, ab *in* intentiva et *roro*, quod est a *ros*. — **b)** Particip. *irrorans* §. 1. et 3., *irrorandus* §. 1., *irroratus*, V. suo loco. — **c)** Derivatum, *irroratio*.

IRRORO proprie est rore aspergo, deinde perfundo, madefacio; *inrugiadare, bagnare, aspergere. Colum. 12. 24.* Noctibus vas tegendum erit, ne irroretur. *Id. 10. 147.* Primitiis plantae modicos tum praebeat imbres Sedulus irrorans olitor; *innaffiando. Ovid. 7. Met. 189.* Ter sumptis flumine crinem Irroravit aquis. Et *1. ibid. 571.* Irrorare liquores Vestibus et capiti. *Sil. 11. 303.* Bacchi liquorem meusis. Et *2. 123.* oculos lacrimis. *Colum. 12. 47.* Pluseulum mellis adiiciunt, oleoque viridi irrorant; *h. e.* guttatim perfundunt. *Cels. 7. 9. a med.* Bis die tantum aceto irroranda lana, vel spongia. — **2)** Translate. *Sil. 10. 385. de Somno*, quatit inde soporas Devexo capiti pennas, oculisque quietem Irrorat, tangens Lethaea tempora virga. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 75.* Zephyrus assiduis irrorat flatibus annum. — **3)** Deinde, intransitivorum more, sive absolute,

II. *Irroro* est rorem spargo. *Colum. 10. 331. de Iove.* Saepe etiam gravidis irrorat pestifer undis. Et *11. 2. a med.* Africus *(spirat)*, interdum Auster irrorat. *Val. Flacc. 7. 359.* cum viscere vultur adeso Tollitur e scopulis, et rostro irrorat aperto; *h. e.* stillat guttas sanguinis. *Ovid. 9. Met. 569.* Lacrimae irrorant foliis. — *Pers. 6. 21.* Irrorans patinae piper.

IRRŌSUS et Inrosus, a, um. Adiect. ab *in* et *rosus;* non rosus. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Ἄβρωτος; inrosus, ineus.

IRRŌTO et Inroto, as, are. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *roto;* rotando, seu circumagendo impello. *Minuc. Fel. Octav. 3. de puerili lusu*, qui Graece dicitur ἐπιστροφιασμός, Gallice *ricochet*. Testam super undas irrotare; *h. e.* libratam manu ita proicere, ut summam aquam stringat, et in ea velut roletur.

IRRŬBĚO et Inrubeo, es, ui, ēre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *rubeo;* ruber fio; *rossaggiare. Stat. 6. Theb. 230.* nec sanguine ferum Irrubuit. *Id. 5. Silv. 3. 31.* tuus ut mihi vultibus ignis Irrubuit. *Bollii.* in *Porphyr. Dial. 2. p. 55. Migne.* Si forte casu aliquo iniqua facies irrubuerit. Cf. voc. seq.

IRRŬBESCO et Inrubesco, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ., ab *irrubeo;* valde rubere incipio; *cominciare a rosseggiare. Solin. 5. extr.* Haemachates sanguineis maculis irrubescit.

IRRUCTO et Inructo, as, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *ructo;* est ructu afflare; *ruttare. Plaut. Pseud. 5. 2. 6.* Quid tu, malum, ergo in os mihi ebrius inructas?

IRRŬDIS et Inrudis, de. Adiect. ab *in* et *rudis;* non rudis; *direzzato. Not. Tir. p. 125.*

IRRŪFĀTUS et Inrufatus, a, um. Particip. verbi *irrufo;* rufus factus; *fatto rosso. Tertull. Apolog. 22. extr.* Barba tactu irrufata. *Id. Ieiun. 17.* Lenticula defruto irrufata.

IRRŪFO et Inrufo, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *rufus;* rufum facio; *far rosso. Hieronym. ep. 107. n. 5.* Nec caput gemmis oneres, nec capillum irrufes.

IRRŪGĀTĬO et Inrugatio, ōnis, f. Verbale ab irrugo; rugarum contractio; *increspamento.* Est *Servii* ad *1. Aen. 653.*

IRRŪGĀTUS et Inrugatus, a, um. Particip. verbi *irrugo;* in rugas contractus. *Hieronym.* in *ep. ad Galat. c. 5.* Fronte severis moribus irrugata.

IRRŬGĬO et Inrugio, is, īvi *et* ii, īre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *rugio;* valde rugio, ut leo. — Translate. *Vulg. Interpr Gen. 27. 34.* Auditis Esau sermonibus patris irrugiit clamore magno.

IRRŪGO et Inrugo, as, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *ruga*. — Particip. *irrugatus*, V. suo loco. — Proprie est in rugas contraho, corrugo; *increspare. Gell. 12. 1. ante med.* Ne aequor illud ventris irrugetur. *Stat. 4. Theb. 266.* Undantemque sinum nodis irrugat iberis; *h. e.* vestem laxam fibula contrahit, vel balthei fascia. — **2)** Translate. *Pacian. ep. 3. n. 4.* Haereticus vero vestem Domini Ecclesiam Christi, scindit, intercidit, vitiat, irrugat.

IRRŪMĀTĬO et Inrumatio, ōnis, f. Verbale ab *irrumo;* actus irrumandi. *Catull. 21. 8.* Tangam te prius irrumatione.

IRRŪMĀTOR et Inrumator, ōris, m. Verbale ab *irrumo;* qui irrumat. *Firmic. 8. Mathes. 20.* Prima pars tauri irrumatores faciet et cinaedos. — **2)** Translate qui alios pecunia et bonis defraudat. *Catull. 10. 12.* Praesertim quibus esset irrumator Praetor, nec faceret pili cohortem. V. IRRUMO §. 2.

IRRŪMĀTUS et Inrumatus, a, um. Particip. verbi *irrumo;* irrumatione pollutus. *Catull. 21. 13.* Ne finem facias, sed irrumatus. Adde *Carmen inter Priapeia ed.* in *Anthol. Lat. n. 1687. Meyer.* — **2)** Translate *irrumata unda* est aqua publici balinei a lavantium mentulis polluta. *Martial. 2. 70.* Undis ne fovearis irrumatis.

IRRŪMO et Inrumo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *in* intentiva et *rumo*. — **b)** Paenultima brevis est, licet in *rumo* sit longa. V. RUMA. — **c)** Particip. *irrumatus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *irrumatio, irrumator*.

IRRUMO proprie est rumam, seu mammam praebeo. Translate et obsceno sensu est mentulam alicui fellitandam praebere. *Catull. 16. 1.* Paedicabo ego vos et irrumabo. *Auct. Priap. 56. 5.* Paedicaberis, irrumaberisque. Adde *Martial. 2. 47.* et *83.* — **2)** Est etiam ludibrio habere, contumelia afficere, bonis aliquem defraudare. *Catull. 29. 9.* O Memmi, bene me ac diu supinum Tota ista trabe lentus irrumasti; *h. e.* sordide et illiberaliter mecum egisti: verbis enim obscenis et imagine impudica ex trivio et lupanari petita rem non obscenam, sed turpem et inhonestam expressit. Adde *37. 8.* et *74. 3.* V. IRRUMATOR §. 2.

IRRUMPĪBĬLIS et Inrumpibilis, le. Adiect. ab *in* et *rumpo*, verbalium more effictum; qui rumpi non potest. *Gloss. Philox.* Irrumpibile; ἄῤῥηκτος.

IRRUMPO et Inrumpo, umpis, ūpi, uptum, umpĕre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum cum accusativo, qui tamen explicari potest ex praepos. *in*, quae inest in ipso verbo, ab *in* intentiva et *rumpo*, cuius variationes sequitur. V. RUMPO. — **b)** Particip. *irrumpens* §. 1. et seqq., *irruptus*, V. suo loco, *irrupturus* §. 1. — **c)** Derivatum, *irruptio*.

IRRUMPO proprie est interrumpo, irruo, vi atque impetu ingredior, invado, irruptionem facio; *entrare a forza, cacciar dentro con violenza, introdursi con impeto. Ter. Eun. 5. 7. 26.* Cesso huc intro irrumpere? *Cic. 1. Divin. 24.* Syracusanos improviso in castra irrupisse. *Caes. 5. B. G. 43.* Et quae pars hostium confertissima visa est, in eam irrumpit. *Sall. Cat. 49. ad fin.* Gethegus libertos suos orabat, uti, grege facto, cum telis ad sese irrumperent. *Plin. 6. 28. 1.* Mare in terras irrumpit. Et *ibid. 15. 1.* Mare irrumpit e Scythico oceano in aversa Asiae. *Senec. Octav. 752.* Irrumpere intra tecta. *Virg. 9. Aen. 728.* qui Rutulum in medio non agmine regem Viderit irrumpen

Digitized by Google

tem. *Tacit. Agric.* 25. Interim cognoscit, hostes plurimis agminibus irrupturos. — Poëtice cum dativo. *Virg. G. Aen.* 338. Irrumpunt thalamo. *Sil.* 2. 578. attoniti, ceu templo irrumperet hostis. Et *9. 565.* irrupit trepidis hostis. Et *10. 368.* sacris irrumpere muris. — **2)** Immanis hyperbole est in illo *Eiusd. 15. 467.* Tellurem procul irrumpentem in sidera cernunt, Aërias Alpes. — **3)** Translate. *Cic. 4. Acad. 44.* Atrocitas ista quo modo in Academiam irruperit, nescio. Et *40.* Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpunt. *Id. 3. Orat. 27. extr.* Qui in nostrum patrimonium irruperunt. Et *42.* Luxuries in domum irrupit. *Senec. ep. 117. a mad.* Quomodo istas calamitates removeam, quae ad me irruperunt, quomodo illas, ad quas ego irrupi. *Tacit. 1. Hist. 13.* Irrumpet adulatio. *Ovid. 5. Trist. 1. 78.* Irrumpunt curae, quoque vetantur, eunt. *Quintil. 2. 1. 2.* Grammatici ad prosopopoeias usque, et ad suasorias irrumpunt; *h. e.* accedunt ad ea tradenda, quae non sunt artis suae, quasi in alienam provinciam irrumpentes. — **4)** Deinde cum accusativo, ut dictum est supra §. a., sive omissa praepositione.

II. *Irrumpo* eodem sensu proprio. *Sall. Iug. 62.* Portam irrumpit. *Caes. 3. B. C. 111.* Primo impetu domum eius irrumpere conatus est. *Tacit. 3. Hist. 9.* Repentino incursu stationes hostium irrumpit. Et *5. ibid. 20.* Irrumpere pontem. Et *4. ibid. 45.* Italiam. Et *1. ibid. 82.* convivium. — **5)** Hinc *irrumpere se*, est impetu ferri. *Varr.* apud *Non. 4. 76.* Quidam navicularius irrupit se in curiam. Sic *erumpere se*, dixere *Caes. Virg.* et *alii.* — **6)** Translate. *Lucan. 1. 470.* Fama irrupit animos populi. *Stat. 1. Achill. 508.* Eia, irrumpe Deos; *h. e.* scrutare, explora Deorum mentem; *intrare mentes Superûm*, hoc sensu dixit *Sil. 1. 134.* Rursus *Stat. 10. Theb. 541.* Phoebe, veni: saepe hanc dignare irrumpere mentem; *h. e.* numine et afflatu invadere. — **7)** Hinc et pro simplici rumpere videtur adhiberi in illo *Vulg. Interpr. 2. Mach. 13. 25.* Indignantes ne forte foedus irrumperent. Cf. IRRUPTUS §. 1. — **8)** Huc spectare potest et illud *ibid. Eccli. 7. 6.* Noli quaerere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. — Hic tamen locus potest etiam commode trahi ad §. 6., ut *irrumpere iniquitates* sit in eas saevire puniendo.

Nota. Constructio verbi modo est absolute, modo cum casu relationis, frequentius vero cum accusat. et praepos. *ad* vel *in*, quae altera aliquoties omittitur, quum insit in ipso verbo; quare et transitivorum more videtur adhiberi.

IRRUO et Inruo, is, i, ĕre. Verbum intransitiv., aliquando etiam more transitivorum adhibitum cum accusat., qui tamen explicari potest ex praepos., quae inest in ipso verbo, ab *in* intentiva et *ruo*. — **b)** Particip. *irruens* §. *1.* et *3.*

IRRUO proprie est in aliquid ruo, impetu me infero, vi me immitto, invado. Irrumpo; *entrare con furia, avventarsi, lanciarsi. Ter. Eun. 4. 7. 18.* Quam mox irruimus? *quanto stiamo ad assaltarli?* Ubi *Donat.* irruere proprie dicuntur, qui cum furore proelium ineunt. *Cic. 2. Fin. 19.* Et, equo admisso, in mediam aciem Latinorum irruebant. *Ter. Adelph. 4. 2. 8.* Fores effregit, atque in aedes irruit alienas. *Virg. 3. Aen. 222.* Irruimus ferro; *colla spada alla mano. Claudian. Cons. Mall. Theod. 194.* Irruet intrepidus flammis; *si caccerà nel fuoco.* Et *Cic. Dom. 45. extr.* Omni impetu furoris irruere in aliquem. *Curt. 10. 9.* Ut non modo nullus ex omnibus irruenti regi restiterit. — **2)** Translate. *Cic. 1. Orat. 10.* In alienas possessiones temere irruere. Et *3. ibid. 41.* Verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irruisse videatur. *Id. 2. Verr. 12.* De industria in odium alicuius et offensionem irruere. *Lucan. 7. 60.* Cladibus irruimus, nocituraque poscimus arma. — **3)** Specialim dicitur de iis, qui libidine agitantur. *Plaut. Cas. 3. 2. 25.* magis iam lubet in Casinam irruere. *Lamprid. Commod. 5.* Nec irruentium in se iuvenum carebat infamia. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 21.* — **4)** De morbis usurpavit *Cael. Aurel. 1. Acut. 12.* Etiamsi iamdudum tardantibus atque inveteratis febribus irruerit *(passio)*; *h. e.* supervenerit. — Huc etiam spectare potest *Vulg. Interpr. Dan. 10. 7.* Terror nimius irruit super eos. Et *Luc. 1. 12.* Timor irruit super eum. — **5)** Item in bonam partem de repentino adventu. *Id. Ezech. 11. 5.* Irruit in me Spiritus Domini et dixit, etc. — **6)** Transitivorum more, ut dictum est supra §. a., sive omissa praepositione.

II. *Irruere se*, dicitur, ut *irrumpere*, aut *erumpere se. Ter. Adelph. 4. 2. 11.* Vide, ne ille huc prorsus se irruat; *si cacci qui dentro.* Cf. IRRUMPO §. 4. et seqq. — **7)** Hinc et *Tertull. de Anim. 31.* Aethalides autem et Hermotimus fabam quoque in pabulis communibus irruerat; *h. e.* intulerat, iniecerat.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et praepos. *in* (quae aliquando etiam omittitur, si transitivorum more adhibeatur) et *super* (v. §. 4.), aliquando vero cum dativo; rarius autem absolute.

IRRUPTIO et Inruptio, ōnis, f. Verbale ab *irrumpo*; actus irrumpendi, incursio; *irruzione, scorreria. Plaut. Poen. prol. 42.* Irruptionem facere in popinam. *Cic. Manil. 6.* Cum hostium copiae non longe absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur. — *Plin. Paneg. 31.* Submovere campis irruptionem ferarum. — **2)** Translate. *Flor. 2. 12.* Regem securum subita belli irruptione terruit. *Pallad. 10. 17.* Botryones in loco obscuro sine luminis irruptione suspendere.

IRRUPTUS et Inruptus, a, um. Adiect. ab *in* intentiva et *ruptus* (sive particip. verbi *irrumpo*, qua simpliciter *rumpo* significat. V. IRRUMPO §. 7.); vi ruptus. — *Venant. 4. Vita S. Martin. 339.* donec male Brictio motus, Irruptis foribus, sancto et convitia vergit. — **2)** Deinde

II. *Irruptus* est etiam ab *in* negativa et *ruptus;* non ruptus; *non rotto. Horat. 1. Od. 15. 17.* Felices ter et amplius, Quos irrupta tenet copula.

IRRŪTĬLO et Inrutilo, as, āre. Verbum intransitiv. ab *in* intentiva et *rutilo;* valde rutilo. *Ambros. ep. 18. n. 24. de Luna.* Paulatim cornua sua complens . . . clari splendore fulgoris irrutilat. — **2)** Translate. *Id. 5. Hexaëm. 11. n. 48.* Irrutiles igitur licet, o homo, aut splendore nobilitatis, aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis, semper tibi spina proxima est.

* IRSIS, vox ignotae significationis et fortasse corrupta, quae legitur apud *Innocent. Casas litter. p. 321. Lachm.* A Sextanea fines extensos itineri montium, hoc est pazis et irsis generis rationibus cognoscendum exponimus.

IRTĬŎLĂ vel Irciola, ae, f. Est genus vitis, atque uvae, Umbriae, Mevanatique et Piceno agro peculiaris. *Plin. 14. 4. 14.* — **2)** Hanc nuper sibi cognitam ait *Colum. 3. 2. ad fin.*, nobis vero prorsus incognita est: etsi non desunt, qui *uvam passam* esse putant.

IS

IS, ea, id. Pronomen demonstrativum et relativum tertiae personae, quod *Vossius* vult esse a Graeco ὅς, quamvis usu differat, o in i converso. Rectius tamen *Scheidius* in *Animadv.* ad *Sanctii Minerv. p. 45.* putat, esse ab antiquissimo pronomine *i*, ac terminatione adiecta *us*, ex Gr. ος derivata, factum fuisse *ius;* deinde per syncopen scriptum *is* masc., *ea* fem. pro *ia*, et *id* neutr. pro *ide*, ex *i* nempe, et Gr. δε. V. ibi reliqua huc spectantia. — Recentiores tamen conferunt cum Graeco ϝ, vel ῑ, antiqua forma pronominis personalis apud *Sophocl.* in *Oenomao*, cuius dativus *ῑν* habetur apud *Pindar.* V. *Lexica Graeca* suo loco. — Sunt etiam qui deducere malint ab Hebraico אִישׁ *(IS)*, vir; quod monuisse sat est. Cf. ISSA. — **b)** Innumerae autem sunt variationes huius particulae in declinatione. — In genitivo *eius* primo, deinde *eius* fuisse usurpatum, docet *Priscian. 1. p. 545. Putsch.*, qua ratione prima producitur. — *Id. 6. p. 694.* docet, vetustissimos solitos fuisse omnium in *ius* terminantium genitivum etiam in *i* proferre, ut dativum in *o*. Id vero confirmat vet. *Inscr.*, quae pertinet ad a. U. C. 660., mendosa apud *Murat. 290. 2.*, emendata apud *Orelli, n. 5795.* Arbitratu Cn. Lactorii Cn. f. magistrei pagei ei; *h. e.* magistri pagi eius. — **c)** In dativo *eii* pro *ei* scriptum. *Plaut. Cure. 4. 3. 19.* eii reddidi. Et *Cas. prol. 38.* eii est filius. Et *57.* est eii quidam servus. *Lucret. 2. 1154.* Nec facile in venas cibus omnis diditur eii. *Ei* monosyllabum apud *Catull. 82. 3.* Eripere ei noli, multo quod carius illi Est oculis. — **d)** Item *eas* pro *ei*. *Cato, RR. 46.* Quam simillimum genus terrae eae, ubi semina positurus eris. — Sic *eo* pro *ei*, in vet. *Tab.* mox citanda, §. *g. ad fin.* Eam semitam eo aedificio continentem constratam recte habeto; *h. e.* aedificio adhaerentem. — **e)** In accusat. sing. *em* et *im* pro *eum* apud Veteres usurpata fuisse testatur *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 77. Müll. Em* pro *eum*, ab eo quod est *is*. Et *p. 103. ibid. Im* ponebant pro *eam*, a nominativo *is*. — Hinc in *Lege XII. Tab.* apud *Gell. 20. 1. ad fin.* Quis endo eum iure vindicet. Et *mox.* Qui em vinctum habebit. — Item *ibid.* apud *Macrob. 1. Sat. 4.* Si im occisit, iure caesus esto. Et apud *Cic. 2. Leg. 24.* Ast im cum illo sepelire. *Lucret. 3. 877.* Quoniam mors eximit im, prohibetque. — Sic *Gloss. Lat. Gr.* Im; αὐτόν. — Item *ium* pro *eum* in *Inscr.* apud *Orsato, Marmi eruditi, p. 555.* CVM IVM; *h. e.* cum eum, scilicet pro *cum eo*. — Huc etiam spectat *emem* et *imem* pro *eundem*. V. IDEM §. *h. in fin.* — **f)** In recto plurali *ei, iei*, et *ieis* et *is* dictum est olim pro *ii*. *Cic. Brut. 54.* Ut ex nervorum sono in fidibus, quam scienter ei pulsi sint, intelligi solet. *Al. leg.* ii. *Enn.* apud *Fest.* in *Sos p. 301. Müll.* ex lectione *Scalig.* hortantur ei sos. *Inscr.* apud *Murat. 582. 1. lin. 8.* Queive abs ieis prognati sunt, erunt, iei omnes postereique eorum, etc. *Alia* apud *Grut. 207. col. 3.* Quod ieis improbarint, improbum esto. — *Alia* apud *Murat. 318. 1.* IS liberti libertorum, ad quos ea res pertinebat; *h. e.* ii liberti, etc. — Idem tradit *Scaur.* apud *Charis. p. 133. Putsch.*, citatque illud *Pacuvii* in *Medo:* ques sunt is? *h. e.* ii. *Ribbeck* tamen *Trag. lat. reliq. p. 87. v. 221. legit* es. Cf. *fragm. Iur. civ.* apud *Mai, p. 53., 58.* — **g)** Pro *eorum* Antiqui dixerunt *eûm*, teste *Festo:* et habetur in

Digitized by Google

vet. *Tab. aen.* apud *Murat. 582. 2. lin. 11.* — **h**) Dativus et ablat. pluralis est *eis* et *iis*: et hoc est illo usitatius: item *isis*. V. §. f. *Plaut. Amph. prol. 92.* Auxilio eis fuit. Et *Asin. 2. 2. 3.* Triumphum eis affero. Adde *Capt. 4. 2. 56. Cure. 2. 1. 53.* et *alibi*. Sic *Plin. 25. 67. 1* Nec est alius eis pomis innocentior cibus. — Aliquando tamen et *is* pro *iis* simplicius scriptum reperitur. *Inscr.* apud *Marini, Arv. p. 32.* Cum est civitas is data. *Tab. Malacit.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7421. lin. 18.* Qui tum ab is nominati erunt. Et *lin. 21.* Deque is omnibus. Adde *Tab. Alim. Velei.* apud *De Lama, p. 113. lin. 12.* — Porro *is* pro *iis* occurrit etiam in Cod. Med. *Cic. epist.* passim, et *5. Att. 18. §. 6.*, et constanter in Cod. Vatic. *Cic. Philipp.*, teste *Deyrks, l. 1. p. 15.* — **i**) *Iis* frequentius est, quam ut exemplis firmari oporteat. Pro quo *iibus* et *ibus*, apud Antiquos invenitur. *Plaut. Cure. 4. 2. 20.* Parissimi estis iibus. *Al. leg.* hibus pro his. *Id. Mil. 1. 1. 74.* Ibus dinumerem stipendium. *Non.* quoque ita legit *8. 21.*, ubi *Pompon.* Fac, voluptati sies ibus. *Titin. ibid.* Si moratae sitis ambae ibus. Adde *Plaut. True. 1. 2. 11.* et *Rud. prol. 73.* — **k**) *Eabus* pro *eis*, dixit *Cato, RR. 153.* Facito scopas virgeas ulmeas: eabus latera doliis perfricato. — **l**) Putant aliqui ita olim declinatum fuisse: *Is, is, i, im:* unde in plur. num. *ii, iis* et *ibus*. *Plaut. fragm.* apud *Non. 2. 341.* Boni im miserantur, irrident mali. *Alii aliter leg.* In vet. epitaph. anno 1739. Romae via Salaria effosso, apud *Maszoch.* in *epist. de Ascia, p. 150.* Amplexus vitae i reddere post obitum. — **m**) Praeterea haec quoque sunt notanda, nempe *hi* pro *ii*, sicut *his* et *hiis* pro *iis* saepe leguntur in Erfurtensi *Ciceronis* Codice, teste *Osann, de pronom. tert. pers. p. 46. n. 1.*, coll. *Mai, Class. Auct. T. 2. p. 332.* — Item *eofrum, Aeorum, aeorum* pro *eorum* in *Inscr.* apud *Momms. n. 6871.* Libert. libertabusque posterisque eofrum. *Alia* in *Bullett. dell' Istit. Archaol. a. 1846. p. 163.* Benignitate et pietate heorum. *Alia* apud *Grut. 772. 7.* Ex usuris aeorum. — Sic *aea, aeius, aei* pro *ea, eius, ei*, in *aliis* apud *Eund. 642. 2.* Mater aeius. Et apud *Fabretti, cl. 10. n. 206.* Aea monumenta. Et in *Giorn. Arcad. T. 59. p. 253.* Aei permissum est. — Item *aeam* pro *eam* in *alia* apud *Spon, Miscell. p. 57.* Aeam arcam. — Item *eei* pro *ii* in *alia* apud *Momms. n. 2425. lin. 8.* dum eei veiverent. — Et *eeis* pro *iis* in *SCto de Bacchanal. lin. 3.* deque eeis rebus. — Item *ii* pro *id* reperitur in *Inscr.* apud *Orelli, n. 4451.* Si quis adversus it fecerint. Adde *alias* apud *Visconti, Mus. Pio Clem. T. 6. p. 259.* et *Momms. n. 6828.* et *Cic. 1. Rep. 6.* — Sic *itaireo* pro *idcireo* in *aliis* apud *Grut. 25. 12.* et *229. 1.* — **n**) Speciatim *necerim* pro *nec eum* scriptum usurpatumque a Veteribus testatur *Fest. p. 162. Müll.*, qui *Müller* contra eos, qui aliter legere vellent, haec addit in *Supplem. annotat. p. 386.* « Saussimum puto *Nec erim, nec eum*. Subest enim radix pronominis cuiusdam ES vel IS, cuius in aliis Italiae linguis luculenta supersunt vestigia (EZ vel IZ in Tabula Bantina) *erim* autem legitima forma antiquioris *esim* est. Apud *Placidum, p. 486. Mai: Nec eicerim nihil*, correxerim *Nec eiecum*, non *Necerim*. » — *Erim* igitur erit accusat. ab *er, eris*, apud Veteres usitatum loco *is, eius*. — **o**) Aliquando assumit litteram *d*, ut *ead* pro *ea*, ut in *SCto de Bacchan. lin. 24.* Quei arvorsum ead fecisent; *h. e.* qui adversum ea fecissent. Cf. b. §. n. — **p**) Item aliquando assumit syllabicam adiectionem, sive syllabam *ce, pse* vel *pte*. *Plaut. Merc. prol. 91.* Iisce confectis, navim solvimus. *Id. Truc. 2. 6. 15.* Alios collaudat, eapse se vero non potest. *Id. Cure. 4. 3. 2.* eapse illa, qua etc. Et *ibid. 6.* eopse illo, quo etc. Et *Cist. 1. 3. 22.* Eampse vos audistis. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 110. Müll.* In eopte, eo ipso. V. IPSE §. o. — **q**) Nonnunquam copulatur cum aliis particulis vel in unam vocem coalescentibus, ut *idest, idipsum* (quae V. infra §. 12., 13. et 19.) vel divisim scriptis, *id est, id ipsum*. — Huc spectat et *eotenus* vel *eo tenus*, quod pariter V. infra §. 38., et *eoad*, de quo item infra §. 39. — **r**) In libris scriptis saepe confundi vocabula *eo, ego, ea, ideo*, adnotat *Hand, Tursell. T. 2. p. 420.* — **s**) Ad quantitatem, quod attinet, *is* in recto casu ante vocalem liquescere in illo *Plaut. Aul. prol. 22. Is ex se hunc reliquit*, monet *Weise* ad h. l. Sic et *isque* correptim in prima efferri apud *Eund. Poen. 5. 1. 57.* tradit. — **t**) Composita plura exinde habentur ex hac cum aliis particulis, quae rectius unica voce scribuntur; *adeo, antidea, eapropter, eatenus, eiusceemodi, eiusmodi, eiusdemmodi, eousque* (et *eo usque*), *ideireo, idem, ideo, iste, ita, postidea, subideireo*, et alia huiusmodi.

IS, ea, id. Pronomen est, ut diximus, demonstrativum et relativum tertiae personae mediam vim habens inter *hic* et *ille*; nam pro utroque ponitur; *quegli, quello, questi, questo, egli, colui. Cic. 2. Att. 1.* Venit mihi obviam tuus puer: is mihi litteras abs te reddidit. *Ter. And. 1. 3. 16.* fuit quidam senex Mercator: navem is fregit apud Andrum insulam: is obiit mortem. *Cass. 1. B. G. 3.* Constituerunt ea, quae ad proficiscendum pertinerent, comparare. *Ter. Eun. 4. 4. 56.* Id modo dic, abiisse Dorum; *di sol questo*. Et *ibid. 5. 4. 7.* quisnam hinc a Thaide exit? Is est, an non est? ipsus est; *è egli desso*, o no? — Repetitur *Plaut. Mil. 2. 1. 53.* Ut is huc veniret. Is non sprevit nuntium: Nam et venit, et is in proxumo hic devortitur. — **2**) Saepe adiective ponitur; *h. e.* cum ipso nomine iungitur. *Caes. 1. B. G. 4.* Ea res ut est Helvetiis enunciata, etc. *Cic. 3. Offic. 15.* Ea re, quae turpe sit, faciendum non esse; *h. e.* ob eam rem. *Plin. 6. 21. 6.* Quam urbem is rex condidit. *Ter. Adelph. 5. 6. 3.* Is mihi profecto est servus spectatus satis, Cui dominus curae est. *Liv. 2. 17.* Cum iam in eo res esset, ut in murum evaderet miles; *h. e.* in eo statu. *Al. leg.* cum iam in eo esset, ut etc. — **3**) Saepe est talis, huiusmodi; *tale. Cic. 5. Fam. 12.* Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias. *Id. 7. Att. 8.* Itaque ego is in illum sum, quem in me esse vis. *Id. Flacc. 15.* Est enim, credo, is vir iste, ut civitatis nomen sua auctoritate sustineat. *Ter. Heaut. 2. 3. 118.* In eum iam res rediit locum, ut etc. — **4**) Cum secunda persona. *Cic. 2. Phil. 30. in fin.* Qui magister equitum fuisse tibi videretur, in proximum annum consulatum peteres, is per municipia coloniasque Galliae cum gallicis et lacerna cucurristi; *h. e.* cum talis esses. — **5**) Interdum refertur ad primam. *Plaut. Merc. 3. 4. 47.* Egomet credidi homini docto rem mandare: is lapidi mando maxumo. *Cic. 12. Fam. 14. ad fin.* Atque haec omnia is feci, qui sodalis Dolabellae eram. Adde *Senec. ep. 65. ad fin.* — **6**) Interdum emphasin habet. *Cic. 3. Phil. 12.* Antonius cum una legione, eaque vacillante. *Id. 8. Att. 1.* In primis nobis sermo, isque multus, de te fuit. Et *12. ibid. 10.* Tuus dolor, humanus is quidem, sed magnopere moderandus. *Id. 4. Catil. 4.* Vincula, eaque sempiterna. *Id. 2. Phil. 18.* Certa flagitiis merces, nec ea parva. *Sall. Cat. 50.* Silanum certe scio, quae dixerit, studio reipubl. dixisse, neque illum in tanta re gratiam, aut inimicitias exercere: eos mores, eam modestiam viri cognovi; *tali sono i costumi, tanta la moderazione*, etc. — **7**) Interdum vim habet reciproci. *Caes. 1. B. G. 3.* Helvetii persuadent Rauracis, ut una cum iis proficiscantur; *h. e.* secum. Et *12. in fin.* Caesar etiam privatas iniurias ultus est, quod eius soceri avum Tigurini interfecerant. Sic *11.* Liberi eorum; *h. e.* sui. — **8**) Aliquando redundat. *Cic. 4. Acad. 25.* Quod ne id facere posses, ideirco etc. *Ter. Eun. 1. 2. 70.* Id, amabo, adiuta me, quo id fiat facilius. *Plaut. Trin. 4. 3. 16.* Quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum? *Cic. 4. Tusc. 36.* Quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor? *Id. Senect. 15.* Malleoli, plantae, sarmenta, viviradices, propagines, nonne ea efficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? *Liv. 1. 19.* Urbem novam, conditam vi et armis, iure eam legibusque de integro condere parat. *Al. omitt.* eam. *Plin. 16. 3. 5. de corona civica*. Quatuordecim eas accepit Siccius Dentatus; *quattordici di quelle ne riportò*. — **9**) Huc etiam referunt plura *Vulgati Interpretis*, in quibus eumdem pleonasmum observare est. Sic *Genes. 49. 20.* Aser, pinguis panis eius; *h. e.* pinguis erit panis Aser. Et *Psalm. 32. 12.* Beata gens, cuius est Dominus Deus eius. Illud *eius* redundat. Cf. *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. V. et §. 13. *in fin.* — **10**) Absolute,

Eius pro *eius uxor* usurpatur in *Inscr.* apud *Orelli, n. 448.* Ti. Claudio Hymno medico Leg. XXI., Claudiae Quietae eius, Atticus patronus. — **11**) Hac ratione frequentissime neutro genere

Id pro *hoc* vel *istud; ciò, questo. Cic. 1. Fam. 2.* Diem consumi volebant: id quod fecerunt. *Id. 1. Orat. 20.* Sive ille hoc ingenio potuit, sive, id quod constat, Platonis studiosus audiendi fuit. *Id. 11. Phil. 2. ad fin.* Quaestionem habuit pecuniae publicae: idque per biduum. *Id. 1. Divin. 16. extr.* Illa obnunciatio si valuit, id valuit, ut etc. *Ter. Adelph. 2. 1. 52.* Cogito id, quod res est; *h. e.* quod verum est. — **12**) Iungitur cum *ipsum. Cic. 1. Fam. 2.* Multi rogabantur: atque id ipsum, consulibus invitis. *Id. 4. Att. 16. a med.* Id ne igitur, inquies, facile fers? id ipsum; *questo appunto*. — **13**) *In id ipsum* apud *Vulg. Interpr.* est simul, pariter. Sic *Psalm. 55. 4.* Magnificate Dominum mecum et exaltemus nomen eius in id ipsum; *h. e.* omnes una voce, coniunctis studiis. Et *Psalm. 4. 9.* In pace in id ipsum dormiam; *h. e.* una cum sociis, de quibus modo locutus fuerat. Et *Psalm. 121. 3.* Ierusalem . . . cuius participatio eius in id ipsum; *h. e.* Ierusalem, cuius cives, ut loco, ita animo coniuncti sunt; illud *eius* redundare videtur. — **14**) Post se habet aliquando genitivum. *Cic. 13. Att. 33.* Venit ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset; *a un' ora tale*. Et *1. Orat. 47. extr.* Quoniam id nobis, hominibus id aetatis, oneris imponitur. *Liv. 45. 5.* Nec se ad id locorum scire, propter quam causam consuli pro hostibus fuerint; *sino allora*. Et *22. 4.* Id tantum hostium, quod ex adverso erat, aspexit. *Tacit. 12. Ann. 18.* Id auctoritatis. Et *13. ibid. 54.* honoris. Et *41.* virium. *Gell. 17. 8.* Accipiebat nos coena plerumque ad id diei, ubi iam adveseperaverat; *a un' ora tale del dì*. — **15**) Aliquando est ideo, propter id; *per ciò, per questo. Ter. Eun. 5. 7. 4.* Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem. *Plaut. Rud. 2. 3. 66.* Id misera moesta est sibi eorum evenisse inopiam. — **16**) Iungitur et verbis, quae aliquem accusativum non regunt. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 3.* Id ego ex parte gaudeo. *Plaut. Asin. 1. 1. 61.* Et id ego percupio obsequi gnato meo, pro in eo. *Varr. 2. RR. 9. sub fin. de canib.* Villatico generi satis esse duo, et id marem et feminam, pro eosque. — **17**) Interdum abundat. *Cic.*

Digitized by Google

Orat. 34. Nescire, quid antea quam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. *Plaut. Capt. 2. 1. 1.* Si Dii immortales id voluere, vos hanc aerumnam exsequi. *Id. Mon. 1. 2. 52.* Id enim quod tu vis, id aio, atque id nego. *Id. Rud. 3. 3. 1.* Nunc id est, cum omnium copiarum . . . viduitas nos tenet; *h. e.* nunc est, cum etc. *Cic. 4. Acad. 25.* Quod ne id facere posses, idcirco heri, non necessario loco contra sensus tam multa dixeram. *Ter. Eun. 1. 2. 70.* Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius. — **18)** *Id quod* ponitur pro *quod. Nep. Timol. 1.* Non simplici fortuna conflictatus est: et, id quod difficilius putatur, sapientius tulit secundam, quam adversam. — **19)** *Id est*, melius quam coniunctim *idest*, explicandi vim habet; *cioè, cioè dire:* hoc est. *Cic. 4. Att. 16. circa med.* Senatus hodie fuerat futurus, id est Kal. Octobr. Et *7. ibid. 7. extr.* Assentior Cn. Pompeio, id est T. Pomponio. *Id. 2. Agr. 28.* Maximam multitudinem, id est totam Italiam, suis opibus obsidebunt. — **20)** *Idque*, id quoque, ut *hodieque*, hodie quoque. *Tacit. 4. Ann. 74.* Donec idque vetitum. Al. melius *id quoque* leg. — **21)** *Id genus*. V. GENUS §. 14. — **22)** *Ad id* interdum est usque ad id tempus; *sino a quel tempo. Id. 12. ibid. 38.* Censentur Ostorio triumphi insignia, prosperis ad id rebus eius, mox ambiguis. Adde *Liv. 3. 22. ad fin.* — **23)** *Ad id quod* ponitur nonnunquam pro *praeterquamquod. Id. 44. 37.* Consul ad id quod pridie praetermisisse pugnandi occasionem videbatur, et locum dedisse hosti, si nocte abire vellet, tunc quoque per speciem immolandi terere videbatur tempus. Adde *3. 62.* et *26. 45.* — **24)** Item absolute, adverbiorum more.

Ea significat per eum locum; *per quel luogo. Liv. 24. 32. a med.* Gallisque ad visenda loca praemissis, postquam comperit, transitum ea non esse, etc. *Sall. Iug. 38.* Locum hostibus introëundi dedit, eaque Numidae cuncti irrupere. *Id. ibid. 50.* Sin opportunior fugae collis, quam campi fuerant, ea vero consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere. — **25)** *Eatenus*, V. suo loco. — **26)** Item in ablativo neutrius generis, pariter absolute adverbii more,

Eo multa significat. Primo enim est illuc, in eum locum; *là, colà: Caes. 1. B. G. 28.* Eo se recipere coeperunt. *Liv. 1. 7.* Ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant. *Varr. 3. RR. 16. a med.* Si apes eo transtuleris, ubi etc. *Cic. 2. Att. 16. a med.* Eo, unde discedere non oportuit, revertamur. *Id. Mur. 9.* Ut eo, quo intendit, perveniat. *Cato, RR. 18.* Quod loci supererit, robore expleto, eo plumbum infundito: superiorem partem arborum digitos sex altam facito siet: eo capitulum robustum indito. *Caes. 1. B. G. 42.* Statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, legionarios eo milites imponere; *h. e.* in eos equos. — **27)** Sequente genitivo *loci* est per solum locum. *Nep. Datam. 9.* Eo loci ire, quo ipse consueverat. — **28)** Translate. *Cic. 10. Fam. 21.* Accessit eo, ut milites etc.; *s' aggiunse a ciò che* etc. *Id. 1. Att. 11.* Eo accedebat hortator assiduus Sallustius. — **29)** Saepe est, usque ad id, in tantum; *a tanto, a tal segno:* sequente *ut. Liv. prooem.* Quae ab exiguis profecta initiis eo crevit, ut magnitudine laboret sua. *Cic. Rosc. Am. 34.* Eo rem iam adducam, ut nihil divinatione opus sit. *Plin. Paneg. 16.* Eo insolentiae furorisque processit, ut etc. *Flor. 3. 12.* Eo magnitudinis crescere, ut etc. *Liv. 25. 8.* Eo consuetudinis adducta res est, ut etc. *Iustin. 3. 3.* Eo usque desperationis Spartanos adduxit, ut etc. — **30)** Item ad eum finem cum particulis *quo, ut, ne. Nep. Themist. 4.* Hoc eo valebat, ut ingratiis ad depugnandum cogerentur; *h. e.* spectabat, tendebat; *tendea a fare, che fossero costretti. Cic. 8. Att. 9.* Eo scripsi, quo plus auctoritatis haberem; *a fine di avere. Id. 16. Fam. 1.* Marionem ad te eo misi, ut etc. *Id. 3. Orat. 49.* Eo te non interpellavi, ne quid de hoc tempore diminueretur. — **31)** Item ideo, propterea; *per ciò, per questo, perchè:* vel absolute, vel sequentibus particulis *quo, quod, quia*, etc. *Liv. 25. 19.* Nocte et mittebantur et perveniebant: eo custodias hostium fallebant; *con ciò. Cic. 2. Divin. 20.* Frater es: eo vereor. *Id. 6. Fam. 20.* Dederam triduo ante litteras ad te: eo ero brevior. *Id. Quint. 2.* Non eo dico, C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides; *non dico ciò, perchè* etc. *Plaut. Trin. 2. 2. 60.* Non eo hoc dico, quin, quae tu vis, ego velim, et faciam lubens. *Liv. 9. 2.* Eo maxime, quod sermo inter omnes congruebat. *Cic. 13. Att. 36.* Eo mihi iucundius est, quod tu eo laetaris: certiusque eo est, quod a te dicitur. *Id. 9. Fam. 16. ante med.* Quod eo nunc magis facit, quia etc. *Ter. Eun. 3. 1. 25.* Eo ne es ferox, quia habes imperium in belluas? *fai tu forse il bravo, perchè* etc. — **32)** *Eoque* in principio periodi; *e perciò:* habent *Vellei. 2. 60.* et *67.* et *Plin. 34. 21. 1.* Eoque miror, cisternarum ab aliquibus maxime probari. — In medio *Tacit. 1. Ann. 64.* Caecina secundarum, ambiguarumque rerum sciens, eoque interritus. — **33)** *Eo quo* est tanto, quanto, cum comparat. ταυτῷ, ὅσῳ. *Cic. Rosc. Am. 9.* Unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiae; *tanto più, quanto meno. Id. 11. Att. 11.* Eo gravior est dolor, quo culpa maior. *Cels. 8. 4.* Quo mitior ictus fuit, eo facilius os restitisse, credibile est. *Id. ibid. ad fin.* Eadem servanda sunt eo magis, quo periculosius haec pars afficitur. — **34)** Aliquando eo omittitur. *Plin. 24. 78. 1.* Sarcocolla melior, quo candidior. *Id. 34. 55. 1.* Melior haec, quanto magis aurei coloris. — **35)** *Eo magis* continuat, augetque orationem. *Cic. 2. Offic. 14.* Si vero inest in oratione mixta modestiae gravitas, nil admirabilius fieri potest: eoque magis, si ea sunt in adolescente; *e ciò tanto più, se* etc. *Id. 10. Att. 11.* Quae scribis, molesta sunt; eoque magis, quod ea tempora nostra sunt, etc.; *e ciò tanto più, che* etc. *Id. 3. Offic. 22.* Eoque magis, quo illa ordinum coniunctio ad salutem reipublicae pertinebat. *Id. 10. Att. 8. sub fin.* Discedens dabo ad te aliquid: eo etiam magis, quod Tullia etc. Sic *Id. 2. Offic. 14. sub fin.* Maxime autem gloria paritur defensionibus: eoque maior, si quando accidit, etc. et *Nep. Con. 1.* Sed tum abfuit: eoque peius res administrata est. — **36)** *Eo minus* contrarium est τῷ eo magis. *Cic. 15. Att. 9.* Hoc tempore quod scriberem nihil erat: eoque minus, quod dubitabam, etc. Et *ibid. 10. ad fin.* Etsi ne antea quidem dubitavi, tamen nunc eo minus, evolare hinc. — **37)** *Eo usque* (quod et *eousque* coniunctim scribitur) est usque ad eum locum, vel tempus, sequentibus particulis *dum, donec*, etc. *Colum. 4. 30.* Perticae panguntur eo usque, dum ad solidum demittantur. *Liv. 25. 19.* Eo ne usque, dum ea nascantur, ad Casilinum sessurus sum? *Id. 40. 8. ad fin.* Eo usque me vivere vultis, donec etc. *Cic. 2. Nat. D. 40.* Usque eo premere earum capita mordicus, dum etc. *Colum. Arbor. 6.* Si eo usque exaruit, ut curvari non possit; *a tal segno, che* etc. *Tacit. 3. Ann. 43.* Vulgus militum eo usque corrupisse, ut etc. *Lamprid. Alex. Sever. 45.* et *Oros. 6. 1. a med.* Et id quidem eo usque, quamdiu ad fines barbaricos veniretur. — **38)** *Eo tenus* vel *eotenus* unica voce; ab eo loco. *Iornand. de reb. Geth. 3. init.* Scythia Germaniae terrae confinis eotenus, ubi Hister oritur amnis . . . tendens usque ad flumina, etc. — **39)** *Eo ad* vel *eoad* pro *adeo*, ordine inverso, usurpat et quidem unico loco *Apul. Apol. 68.* Verum enimvero vanis frustrationibus nuptias eludit, eoad dum puerorum avus fato concessit, relictis filiis eius heredibus; *h. e.* usque dum. Cf. ADEO §. 10. et *Hand, Turtell. T. 2. p. 421.* — **40)** *Eo* pro *ibi* rarum videtur. *Cic.* ad *Brut. 1. ep. 2.* Quinque cohortibus quid se nam facturum arbitratus est, cum tu eo quinque legiones haberes?

Nota I. Quod attinet ad usum huius particulae apud Poëtas, haec imprimis sunt animadvertenda. — *Eum, eam, eos*, in fine versus pentametri improbari solent, non carent tamen exemplis. *Propert. 2. 22. 8.* Arripite hunc, inquit; nam bene nostis eum. *Martial. 8. 47.* Non coenat, quoties nemo vocavit eum. *Auson. epigr. 104.* Te tamen et cultus damnat, et actus eam. — **2)** In medio versu tolerari possunt. *Ovid. 1. Fast. 721.* Utque domus, quae praestat eam, cum pace perennet. Et *4. ibid. 321.* Terque manu permulsit eum, tria carmina dixit. Adde *5. Met. 521.* et *10. ibid. 255.* — **3)** Ne *eius* quidem in medio, aut fine versus caret exemplis. *Horat. 3. Od. 11. 17.* quamvis furiale centum Muniant angues caput eius, atque etc. *Propert. 4. 2. 35.* Est etiam aurigae species Vertumnus, et eius etc. *Id. ibid. 6. 67.* Actius hinc traxit Phoebus monumenta, quod eius etc. *Tibull. 1. 7. 25.* Saepe, velut gemmas eius, signumve probarem. *Ovid. 8. Met. 15.* saxo sonus eius inhaesit. *Id. 3. Trist. 4. 27.* Non foret Eurymedes orbus, si filius eius etc. *Grat. Cyneg. 224.* si qua est, qua fallitur, eius Turba loci. — Ceterum illud *eius* languidos reddit versus et prosae orationis similiores, quare in toto *Virgilio* nusquam legitur. V. *Bentlei.* ad *Horat. loc. cit.* — **Nota II.** De usu huius particulae coniunctim cum aliis particulis diximus supra §. 11. et' seqq. — **Nota III.** Qui plura desiderat de particula eo, adverbiorum more posita, adeat *Hand, Turtell. T. 2. p. 409-420.*

ISĂGŌGA, ae, f. V. voc. seq.

ISĂGŌGĒ, *Graeca positione*, es, et *Latina* isagoga, ae, f. Vox Graeca, εἰσαγωγή, qua significatur introductio, prima scientiae artisve alicuius rudimenta, quae ad maiora altioraque veluti introducunt: ab εἰσάγω, introduco; *introduzione. Gell. 1. 2.* Se in theorematibus tantum nugalibus, et puerilium isagogarum commentationibus oblectantes. Cf. voce. seqq.

ISĂGŌGĬCUS, a, um. Adiect. ab *isagoge;* ad isagogen pertinens; *introduttivo.* Graece legitur apud *Gell. 14. 7.*, at in lemmate eius capitis, Latine: Dedit commentarium, quem appellavit isagogicum. Absolute *Boëth. Euclid. Geom. 2. p. 1358. Migne.* Oportet eum *(discipulum)* ab his uti isagogicis incipere pro facilitate.

ISĂGŌGUS, i, m. Vox Graeca, εἰσαγωγεύς, qua significatur instructor litterarum, uti exponitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 550.*

ISĂTIS, is et Idis, f. Vox Graeca, ἴσατις, qua significatur genus quoddam herbae silvestris, lacteo succo praeditae, cuius folia trita cum polenta prosunt vulneribus. *Plin. 20. 25. 1.* — **2)** Alias est sativa, alio nomine glastum et vitrum, cuius usus est lanis caeruleo colore tingendis; *guado. Id. ibid.* et *26. 22. 1.*

ISCĂLA. V. SCALA.

ISCHAEMON, *Graeca positione*, ŏnis, n. Vox Graeca, ἰσχαιμον: ab ἴσχω, sisto, et αἷμα, sanguis, qua significatur herba a Thracibus pri-

Digitized by Google

mum inventa, qua ferunt sanguinem sisti, non aperta modo vena, verum etiam praecisa. Serpit e terra milio similis, foliis asperis et lanuginosis. *Plin.* 25. *45.* 1. et *26. 82.* 1.

ISCHĬĂCUS, a, um. Adiect. ab *ischias*, Graece ἰσχιακός; ad ischiadem pertinens; *sciatico:* et adhibetur fere absolute de eo, qui ischiadis morbo laborat, *Cato*, *RR. 125.* Vinum ad ischiacos sic facito. *Gell. 4. 15.* Ischiaci cum maxime doleant, etc. Cf. voc. seq.

ISCHĬĂDĬCUS (et Isciaticus vel Sciaticus. V. voc. seq. §. b.), a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedens. *Plin. 28. 27.* 1. Ischiadicos dolores, et spinae levat agaricum potum; *h. e. dolori di sciatica*. — **B)** Absolute, substantivorum more,

ISCHIADICUS, i, m. Est is, qui ischiade laborat. *Plin. 23. 106.* 2. Ischiadicis drachmam *(senecionis)* cum oxymelite ab ambulatione propinavere. *Id. 28. 4. 6.* Carmine ischiadicos sanari. Et *30. 22.* 2. Ischiadicis cochleas crudas tritas prodesse. Adde *31. 45. 6.* et *alibi saepe*.

ISCHĬAS, ădis, f. Vox Graeca, *ἰσχιάς*, qua significatur genus quoddam morbi, de quo mox. — **b)** Vulgo *scias*, *adis*, quoque usurpatum fuisse ex corrupta pronunciatione colligi potest ex *Sext. Placit. Medicam. ex anim. 23.* 2. Aquilae abarticulamenta exorta ex femoribus Sciaden, id est coxae dolorem, emendant. — Hinc et *sciaticus* pro *ischiaticus* sive *ischiadicus* apud *Apul. Herb. 50.* n. 1. Herba grias . . . imposita sciaticos tertio die sanat. — **c)** Derivata, *ischiacus* et *ischiadicus*.

ISCHIAS proprie est morbus coxendicum, ad caput ossis eius, quod *ἰσχίον* dicitur, Latine a *Celso 8. 1.* femur; *sciatica*. *Plin. 27. 16.* 1. Arcliun bibitur propter ischiada et stranguriam. — **B)** Deinde

II. *Ischias* est etiam herba, quae et leucacantha, radice cyperi. *Plin. 22. 18.* 1.

ISCHNON ĔRŌMĔNĬON, *ἰσχνὸν ἐρωμένιον*; *h. e.* gracilis amicula. Graecae voces in quibusdam editionibus Latine scriptae. *Lucret. 4. 1159.* Ischnon eromenium tum fit, cum vivere non quit Prae macie.

ISCHŪRĬĂ, ae, f. Vox Graeca, *ἰσχουρία*, qua significatur integra urinae in vesica suppressio, ab *ἴσχω*: reprimo, sisto, et *οὖρον*; urina; *ritenzione d'urina*. *Veget. 3. Veterin. 15.*

ISCIATICUS. V. ISCHIADICUS *init.*

ISCĬENS, entis. V. SCIENS.

ISCLĂ. V. SCHOLA.

ISCORPĬO. V. SCORPIO.

* ISCOVIS, is, f. Vox ignotae significationis et fortasse corrupta, quae legitur apud *Gargil. de arbor. pomif. 1.* Cydonea in iscove servata diuturna promittunt. — Fortasse est pro *scrobe*, addita ab initio littera *i*, et *v* pro *b* posita, et omissa littera *r*; paullo supra enim ipse *Gargil.* dixerat: Consentiunt aliqui posse et *scrobibus* et in doliis, eodem modo, quo punica supra, vel alia servari.

ISCRIBO. V. SCRIBO.

ISCURRĂ. V. SCURRA.

ISCUS *pro* Discus apud *Isid. 20. Orig. 4. 9.* V. DISCUS.

ISDEM. V. ITEM §. b.

ĪSĔLASTĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἰσελαστικός* ab *ἐλαύνω*; invehor, ingredior: ut *Iselastica certamina*, in quibus victores cum magna pompa coronati quadrigis, diruta murorum parte, introducebantur quisque in patriam suam. *Plin. 10. ep. 119.* Quae pro iselasticis certaminibus constituisti. — **B)** Haec autem certamina erant Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea, quibus qui vicissent, Graecorum maiores ita magnos honores constituerant, uti non modo in conventu, stantes cum palma et corona, ferrent laudes, sed etiam cum revertebantur in suas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in moenia, et in patrias inveherentur, e reque publica, perpetua vita, constitutis vectigalibus fruerentur: quae sunt verba *Vitruvii* in *praef. l. 9. init. Inser.* apud *Grut. 254. 4.* T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio constitutori sacri certaminis Selastici *(lege* Iselastici) socii lictores populares denuntiatores Puteolani. — **B)** Absolute, substantivorum more,

ISELASTICUM, i, n. Ponitur pro eo quod Iselasticis victoriae nomine dabatur. *Traian.* ad *Plin. 10. ep. 120.* Iselasticum tunc primum mihi videtur incipere debere, cum quis in civitatem suam *εἰσελαύνει*.

ĪSĬCĬUM, etc. V. INSICIA, etc.

ĪSIS, ĭdis, f. Nomen Deae Aegyptiorum proprium, de quo V. in ONOM. — Ab ea nomen accepit arbor quaedam peregrina et ignota, quae *Isidis crinis* appellatur, et de qua *Iuba* apud *Plin. 13. 32. 1.* — **B)** Item *Isidis sidus* a quibusdam appellatur stella Veneris. *Id. 2. 6. 8.*

ĪSĬTĬĂ. V. INSICIA.

ĪSŎCHRŸSON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca proprie adiectiva, ab *ἴσος*; aequalis, et *χρυσός*; aurum, qua absolute adhibita significatur quoddam collyrium a *Galeno de compos. pharm. l. 4.* memoratum. *Inser.* apud *Tôchon*, *Cach. des oeul. p. 31.* Iunii Tauri isochryson ad scabritias et claritatem. *Alia* apud *Eund. ibid. p. 62.* M. Iul. Charitonis isochrys. ad clar.

ĪSŎCINNĂMON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ἰσοκίνναμον*, qua significatur frutex, al. daphnois, praestantissimi odoris, in iisdem fere locis nascens, in quibus cinnamomum et casia. ita dictus, quod cinnami praestantiam adaequare videatur: nempe ab *ἴσος*; par, aequalis. *Plin. 12. 45. 3.*

ĪSŎCŌLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ἰσοκῶλον*, Latine *compar*, qua significatur figura verborum per similitudinem, per quam membra periodi ex pari ferme numero vocabulorum constant: ab *ἴσος*; aequalis, et *κῶλον*; membrum. *Quintil. 9. 3. 80.* et *Capell. 5. p. 174.* Graece scribunt. Latine vero *Aquila, de fig. sentent. 47.* V. COMPAR §. 3.

ĪSŎDŎMON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ἰσοδόμον*, ab *ἴσος*; par, aequalis, et *δόμος*; struo, aedifico, qua significatur genus quoddam structurae, de qua *Plin. 36. 51.* 1. Graeci e lapide duro, aut silice aequato construunt veluti latericios parietes. Cum ita fecerint, isodomon vocant genus structurae: at cum inaequali crassitudine structa sunt, pseudisodomon. Tertium genus est emplecton, tantummodo frontibus politis: reliqua fortuito collocant. Haec *Plin.*, cui similia habet *Vitruv. 2. 8.* — Hoc autem structurae genus *isodomon* appellatum, simile est illi, quod Romani vocabant *reticulatum*, quia nempe retis quodammodo speciem exhibebat; quadratis enim, nec ideo iacentibus, sed in latus stantibus lapidibus construebatur. *Pseudisodomon* vero, quod Romani *opus incertum* appellabant; hoc non ordinatim dispositis, sed fortuito collocatis lapidibus struebant, ita ut impares et inaequales choriorum ordines exhiberet. Tertium vero genus, quod et *emplecton* et *diamicton* vocitabant (V. EMPLECTON et DIAMICTON), erat huiusmodi, ut in frontibus tantum politis saxis, reliqua, ita ut nata erant, cum materia; *h. e.* calce, collocata alterna alligarent in muri crassitudinem cosgmentis, nec ullum intrinsecus cavum facerent, sed in unam crassitudinem murum consolidarent.

ĪSŎĒTES, is, m. Vox Graeca, *ἰσοέτης*: ab *ἴσος*; par, et *ἔτος*; annus. Ita dicitur aizoi genus minusculum, quod semper vireat, ac tolo sit anno sui simile. *Plin. 25. 102.* 1.

ĪSON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ἴσον*, proprie adiectiva, Latine civitate donata et e qua aliae plures componuntur (V. voc. praecedd. et seqq.), ab *ἴσος*; par, aequalis, qua absolute posita apud Grammaticos significatur figura quaedam, per quam res pares in diversa qualitate eodem fine laudis vel detractionis iunguntur, ut eam definit *Claud. Sacerd. 1. Grammat. 146.*

* ĪSŎPLĒRUS. V. voc. seq. §. 2. *in fin.*

ĪSŎPLEURUS, *Graeca positione* et isopleurus, a, um. Adiect. Graecum, *ἰσόπλευρος*, ab *ἴσος*; aequalis et *πλευρά*; latus; *h. e.* aequilaterus. Dicitur autem a Geometris de figuris latera aequalia habentibus. *Auson. praef. ad Edyll. 13., qui est cento nuptialis.* Ad summam quatuordecim figuras geometricas habent. Sunt enim aequilatera, vel triquetra . . . isoscele, vel isopleura. Hinc *Var. auct. de limit. p. 312. Goes.* Ager si fuerit trigonus isopleurus, habens tria latera per quae *(lege* peraequa, quae) sexagenas perticas habeant, duco unum latus per alterius lateris mediotatem; id est LX. per XXX., fiunt perticae MDCCC., quae faciunt iugera VI., tabulam unam. — **B)** A *Boëth.* in *Demonstr. art. geom.* inter nomina lapidum finalium recensetur quoque *p. 404. Lachm.* Isopleuros rectus subter constitutus. — Idem locus affertur et in *Lib. Colon. 1. p. 249. ibid.*, nisi quod *isopleurus* scribitur pro *isopleurus*.

ISOPLEURUS. V. voc. praeced. *init.* et §. 2. *fin.*

ĪSŎPŸRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, *ἰσοπυρόν*, qua significatur genus quoddam herbae, quam aliqui vocant phasiolum, quoniam eius folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur. Capitula habent in summo caule tenuia plena seminis melanthii. *Plin. 27. 70.* 1.

ĪSOSCĔLES, is, m. Vox Graeca, *ἰσοσκελής*: ab *ἴσος*; aequalis, et *σκέλος*; crus, adiunctum est trianguli duo tantum latera aequalia habentis. *Cassiod. de Geom.* Isosceles triangulus, qui duo tantum habet latera aequalia. Adde *Boëth. Euclid. p. 378. Lachm.*, ubi male *isoscelis* in recto casu scribitur, et *Auson.* loc. cit. in ISOPLEUROS §. 1. — **B)** *Isosceles* est etiam nomen lapidis finalis apud *Boëth. Demonstr. art. geom. p. 404. Lachm.*, coll. *p. 249.*, ubi perperam *isoscaeli* et *isoscali* scribitur. — Figuram huius termini habes apud eundem *Lachmann*, *p. 271.* in calce ad *Scriptt. rei agrar.*

ĪSŎSYLLĂBUS, a, um. Adiect. Graecum, *ἰσοσύλλαβος*, ab *ἴσος*; aequalis et *σύλλαβα*; syllaba; qui parem syllabarum numerum habet. *Serv.* ad *1. Aen. 156.* Nominativus pluralis . . . isosyllabus esse debet.

ISOX. V. ESOX.

ISPES. V. SPES.

ISPĪRĬTUS. } V. SPIRITUS.
ISPIRTUS. }

ISPORTŬLĂ. V. SPORTULA.

ISSĂ, ae, f. Vox Hebraica, אִשָּׁה *(Issâch)*; *h. e.* mulier, deducta ab אִישׁ *(Is)*; *h. e.* vir. Latinis litteris habet *Hieronym. Quaest.* in *Genes. 2. 23.* V. loc. in ACCENTUS §. 3., et inde *Eucher. 1. Instruct.*

Digitized by Google

1., ubi perperam *ista* pro *issa* scribitur in editis libris. — Ab hac voce fortasse de quorundam sententia sumpta sunt pronomina *is* et *ipse*, *a*, *um*. Cf. IPSE §. g.

ISSE et ISSEM, es. } v. EO, IS, §. c.

ISSĪ. V. IPSE §. g.

ISSPĪRĬTUS. V. SPIRITUS.

ISSŬLUS. V. IPSULUS.

ISSUS, a, um. V. IPSE §. g. et §. 11. et 13.

* ISTĂ. V. ISSA.

II. ISTA, vox sine sensu in antiquissima cantione apud *Cato*, *RR. 160.* V. *Maffei*, *osserv. lett. 81. 85.*

ISTAC. Adverb. ab *iste;* per istum locum; *per costà*. *Ter. Heaut. 5. 3. 27.* Abi sane istac, istorsum, quovis. *Plaut. Epid. 3. 1. 85.* Exi istac per hortum. *Id. Pers. 5. 3. 59.* abi istac aversis angiportis ad forum. Cf. ISTE §. g. Adde *Trin. 2. 4. 197.* — **B)** Item isto modo, ita. *Plaut. Trin. 2. 2. 102.* Verum ego quando te et amicitiam et gratiam in nostram domum video allicere, etsi advorsatus tibi fui, istac ludico; *h. e.* in istam sententiam tuam. Cf. *Hand*, *Tursell. T. 3. p. 460.*

ISTACTĔNUS. Adverb. ab *istac* et *tenus;* usque ad istum locum, aut terminum; *sin' a cotesto segno, o luogo*. *Plaut. Bacch. 1. 2. 58.* Istactenus tibi, Lyde, libertas data est. — Alibi, quod sciam, non reperitur.

ISTAEC. V. ISTIC.

ISTĂTŪĂ. V. STATUA.

ISTE, e, ud. Pronomen demonstrativum, quod videtur esse compositum ex *is* et syllaba *te*, sicut Graeci ex pronom. ὁ et δὶ componunt τόδε, τῶδε, τοῦδε. — **b)** *Istut* pro *istud* saepe reperiri scriptum apud *Cic.*, tradunt critici Viri, ut in *1. Rep. 20.* ut istut efficere possimus. — **c)** Ad eius variationes in obliquis casibus spectant sequentia. — In genitivo casu *isti* pro *istius* olim dictum fuit. *Cato* apud *Priscian. 6. p. 694.* Pecunia mea reipubl. profuit, quam isti modi, uti tu es; *subaudi* magis. *Plaut. Truc. a. 3. v. 58.* Quae ames hominem istimodi? — **d)** In dativo *isto* pro *isti*, est qui legit apud *Apul. 7. Met. 26. sub fin.* Caput pessimo isto asino demere. Sed plerique omnes *isti* agnoscunt. Optimi tamen Codd. constanter *isto* pro *isti* habent apud *Eund. 6. ibid. 17.* Laborique isto temere succumbis. Et *11. ibid. 15.* Candido isto habitu tuo congruentem. V. *Hildebr.* ad *Apul. 3. Met. 34.* — *Isti* autem pro *istic*, V. suo loco in ISTIC secundo loco §. 1. *fin.* — **e)** Reperitur et *istae* in feminino. *Plaut. Truc. 4. 3. 16.* Istae dedi. *Apul. 3. Met. 19.* Nocti istae nihil antepono. Cf. *Hildebr. ad h. l.* — **f)** Recipit et syllabicam adiectionem. *Plaut. Rud. 3. 4. 40.* Argentum pro istisce ambabus dedi. — Huc spectat *Gloss. Placid.* apud *Mai*, *Class. Auct. T. 3. p. 477.* Istamcine? istam ergo? — **g)** Ad quantitatem syllabae quod attinet, monendum est a *Plaut. Pers. 4. 3. 59.* tanquam monosyllabon haberi, et *istas* prima brevi usurpari, *ibid. 4. 1. 12.* — Quod dicendum est etiam de derivatis *istae*, *ibid. 3. 3. 40.*, *istuc* in *Asin. 1. 1. 17.*, *istic* in *Capt. 3. 4. 16.*, *isti* in *True. 2. 4. 92.* V. ad rem *Ritschel* in *Proleg.* ad *Plaut. p. 122.*, 232. et *seq.* et 260. — **h)** Communius autem in genitivo *istius* paenultima a Poëtis corripitur. *Virg. 12. Aen. 648.* Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpae. — **i)** De permutatione inter se particularum *iste*, *istae*, et aliarum id genus in antiquis MSS. et editis libris, non est opus, ut aliquid in medium proferatur. Cf. ISTUC §. c. et ITA §. c. — **k)** Derivata, *istac*, *istic*, *istinc*, *istoc*, *istuc*. — **l)** Composita, *istactenus*, *istiusmodi*, *istorsum*. Cf. supra §. f. et ISTIC §. c.

ISTE pronomen est, ut diximus, demonstrativum ad ea ostendenda, quae ad eum quoquo modo pertinent, quocum loquimur; *cotesti*, *cotesto*. *Senec. ep. 43.* Non est quod te ad hunc locum respiciens metiaris: ad istum respice, in quo moraris. *Cic. Quint. 5.* Tum iste vir optimus, qui etc. *Id. 7. Att. 3.* Ut iam ne istius quidem rei culpam sustineam. *Nep. Epam. 4.* Istud faciam, neque tua causa, sed mea; *h. e.* hoc, quod tu petis. Sic *Cic. Amic. 2. a med.* Nec enim ab isto officio abduci debui; *h. e.* hoc, quod tu dicis. Adde *1. Acad. 4.* — **B)** Iungitur et aliis pronominibus. *Id. 2. Orat. 29.* Istius ipsius in dicendo facultatis. *Id. 5. Tusc. 25.* Transeat idem iste sapiens ad rempubl. tuendam. *Plaut. Amph. 2. 2. 125.* Scio ista haec facta, proinde ut proloquor. — **3)** Post relativum *qui*. *Auct. ad Herenn. 4. 16.* Necesse est, eam, quae suum corpus addixerit turpissimae cupiditati, tumere permultos. Quos istos? virum, parentes, ceteros, ad quos etc. — **4)** Interdum pro *hic* ponitur. *Cic. 1. Nat. D. 42.* Non erit ista amicitia, sed mercatura. *Quintil. 11. 1. 5.* Nos institutionem professi, non solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus. *Cic.* non semel *hic* pro *iste* posuit; ut *5. Fam. 10. circa med.* Ni purgare me tibi hoc tuo tempore, quam accusare te mallem. Adde *10. ibid. 25.* et *Cael.* ad *Cic. 8. Fam. 10.*, quae loca congessit *Manut. ad eit. 1. 3. Fam.* V. HIC §. 10. — **5)** Aliquando pertinet ad augendum, et vim habet *tam talis*, aut *talis*. *Cic. Mur. 6.* Quare cum ista sis auctoritate, non debes, M. Cato, arripere maledictum ex trivio. — **6)** Aliquando ad contemptum. *Id. Dom. 26.* Quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure esset actum. Et *mox.* Scripto illo istius, sententiam dicere vetabatur. Et *mox.* Lex, quam idem iste tulerat. *Stat. 1. Theb. 455.* tecto prohibere quis iste arcuit? Adde *Petron. Satyr. 9.*, *Ovid. 1. Amor. 8. 57.* et *Stat. 11. Theb. 287.* — **7)** *O isti*, quemadmodum apud Graecos ὦ οὗτος, appellatio est urgentis, irridentis et contemnentis, frequens apud *Arnob.* ut *1. p. 23.* et *56.*, *2. p. 51.* et *67.*, *4. p. 138.*, *5. p. 155.*, *6. p. 197.* et *205.* et *7. p. 222.* Exemplum unum sit ex *eit. lib. 4.* Quid dicitis, o isti, qui ad Deorum nos cultum membrorum laniatibus invitatis? — **8)** Absolute, adverbiorum more,

ISTI in dativo vel ablativo sing. V. ISTIC, secundo loco. — **9)** Item ISTO in ablativo. V. ISTOC §. 1. *fin.*

Nota. Discrimen inter *hic* et *iste* dedimus sub v. HIC in *Nota*.

ISTĔTIT. V. STO.

ISTHAEC, isthic, isthuc. V. ISTIC, aec, etc. §. b.

ISTHINC. V. ISTINC *init.*

ISTHMĬĂ, ōrum, n. Nomen proprie adiectivum ab *isthmus;* ad isthmum pertinens, absolute adhibitum in neutr. plur. Graecorum more, τὰ Ἴσθμια, quibus significantur certamina, ac ludi solemnes, in Graecia celebrati, in Isthmo Corinthiaco, prope Neptuni templum, pari dignitate cum Olympiis, Nemeaeis et Pythiis: instituti a Sisypho Corinthi rege, Athamantis fratre, vel ab ipso Athamante, cum Melicerta filius in mare sese proiiciens, Deus factus est, et Palaemon appellatus, ut in ATHAMANTEUS §. 2. et in ATHAMAS §. 4. in ONOM., dictum est. Hos ludos diu intermissos instauravit, et Neptuno dicavit Theseus, ut est apud *Plutarch.* in eius vita. *Pindari* aevo, tertio quoque anno incipiente fiebant, ut ex ipso constat *Nemeor. od. 6. v. 69.* et Graeco ibi Scholiaste. Quinquennales tamen fuisse, tradunt *Plin. 4. 5. 9.*, *Solin. 7.* et *Auson. Eclogar. sub fin.* Fortasse ab initio trium, postea quinque annorum intervallo celebrati sunt. In iis victores pinu coronabantur, teste *Plin. 16. 9. 1. in fin.* illa, opinor, de causa, quod ex ea arbore maxime naves fiunt, in quas Neptunus summum ius habet. *Liv. 33. 32.* Isthmiorum statum ludicrum aderat, semper quidem et alias frequens, cum propter spectaculi studium insitum genti, quo certaminis omnis generis artium, viriumque, ac pernicitatis visuntur; tum quia propter opportunitatem loci, per duo diversa maria, omnium Graecorum undique conventus erat.

ISTHMĬĂCUS, a, um. Adiect. ab *isthmia;* ad Isthmia pertinens; *h. e.* ad ludos apud Isthmum Corinthiacum factos. *Stat. 6. Theb. 557.* Et bis in Isthmiaca victor clamatus arena. V. reliqua sub v. ISTHMIACUS in ONOM.

ISTHMĬŌNĪCES, ae, m. Vox Graeca, Ἰσθμιονίκης, qua significatur victor in ludis Isthmiis: ab Ἴσθμιος, et νίκη; victoria, ut *Olympionices*, qui victor fuit in ludis Olympiis. *Not. Tir. p. 174.* Isthmus, Isthmia, Isthmionices. Cf. ISTHMIA.

ISTHMOS, *Graeca positione*, et *Latina*

ISTHMUS, i, m. (et f. V. in *Nota* I.). Vox Graeca ἰσθμός, quae proprie apud Graecos collum significat: a cuius similitudine terra oblonga et angusta inter duo maria, duas continentes iungens, *Isthmus* dicitur; *istmo*, *lingua di terra*. *Ovid. 7. Met. 406.* bimarem pacaverat Isthmon. — **B)** Metaphorice *isthmus* etiam dicitur angustum fretum inter duas terras. *Propert. 3. 21. 1.* Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos, Tulle, Propontiaca qua fluit Isthmos aqua; *lo stretto de'Dardanelli*. Aliter *Passerat.*, qui et peccare aliquid videtur in geographia.

Nota I. *Apul. 1. Met. sub init.* feminino genere extulit, *Isthmos Ephyraea:* videturque ad ipsam circa regionem respexisse. Eadem est ratio de *Hymettos Attica*, ac *Taenaros Spartiaca*, quae *ibid.* leguntur: et *aperta Taenaros* apud *Lucan. 9. 56.* — **Nota II.** *Isthmi* plures numerantur, de quibus V. suo loco in ONOM.

ISTI et Istis *pro* ivisti, ivistis. V. EO §. d.

II. ISTI. Adverb. V. ISTIC secundo loco §. a. et §. 1. *in fin.*

III. ISTI, genitivus ab *iste*. V. ISTE §. c.

ISTIC, aec, oc *et* uc. Pronomen demonstrativum, conflatum ab *iste* et *hic* in unam vocem coalescentibus. — **b)** Sunt quibus placet aspirationem inserere, *isthic*, *isthaec*, *isthuc*, etc. quod ab *iste* et *hic* conflata sint. Opponit *Manut.* in *Orthogr.* libros veteres, et Virgilium Carpensem: cui favere videtur *Dausq.* Si quis tamen sic scribat, ne damnaveris. — **c)** Apud *Plaut. Capt. 3. 4. 16.* et *alibi* prima brevi usurpatur. Cf. ISTE §. g.

ISTIC idem significatione est ac *iste*, *a*, *ud*, sed maiore fortasse vi; *cotesti*, *cotesto*. *Ter. Phorm. 5. 8. 6.* Quid istic narrat? *Plaut. Capt. 3. 3. 10.* Is ne istic fuit, quem vendidisti? *Id. True. 2. 6. 40.* Istic labor. *Id. Pseud. 2. 4. 47.* Istic servus. *Id. Amph. 2. 1. 45.* Miserrima istaec miseria est servo bono. *Id. Bacch. 3. 1. 15.* Prinsquam malum istoc addis, dicam patri. *Id. Rud. 5. 2. 36.* Quis istic, est qui deos tam parvi pendit? *Varr. 1. RR. 2. a med.* Si istuc ita est. *Plaut. Curc. 1. 1. 52.* Quid istuc est verbi? *Cic. 1. Acad. 4.* Istuc quidem considerabo. *Plaut. Curc. 1. 1. 2.* Cum istoc ornato. *Ter. Hecyr. 4. 2. 17.*

Digitized by Google

Nihil mihi istaec res voluptatis ferunt. *Pompei.* ad *Domit.* 2. *post ep.* 12. *l.* 8. *ad Att.* Si ille circum istaec loca commoraretur. *Cic.* 14. *Att.* 1. Non posse istaec sic abire. — *Plaut. Capt.* 5. 4. 16. Ne tu, quod istic fabuletur, auris immittas tuas, Nam istic etc. — **2)** Absolute cum genitivo. *Id. Mil.* 3. 1. 24. et *Ter. Heaut.* 1. 1. 58. Istuc aetatis homo. — **3)** In interrogatione saepe recipit syllabicam adiectionem. *Id. Eun.* 3. 1. 14. Istuccine interminata sum hinc abiens tibi? *Plaut. Pseud.* 3. 2. 58. Istaccine causa tibi hodie nummum dabo? *Id. ibid.* 1. 1. 81. Istoccine pacto me adiutas? *Id. Asin.* 5. 2. 82. Istoscine patrem aequum mores est liberis largirier? *Id. True.* 3. 2. 16. Istaecce ridicularia.

Nota. *Istic* aliquando dubium est situne pro adverbio aut pro pronomine accipiendum. Pronomen videtur in illo *Plaut. Cure.* 2. 2. 27. Qui istic clamorem tollis? Et in illo *Apul. 9. Met.* 6. Et quid istic est? *Cf. Hildebr.* ad *h. l.*, coll. *Hand, Tursell. T.* 3. p. 462. n. 3.

II. **ISTIC,** *varius* Isti, est etiam adverbium eiusdem originis ac praecedens, quare et *isthic* a quibusdam scribitur (V. voc. praeced. §. b.) et in prima a *Plauto* corripitur (V. ibid. §. c.). — **b)** *isticce* habet *Cassiod. Orthogr.* 5., de qua scribendi ratione, addita particula *ce*, V. hic, haec. §. b. *in fin.* — **c)** De dativo *isti*, adverbiorum more posito, V. *Hildebr.* ad *Apul. 4. Met.* 13.

ISTIC vel Isti, proprie est in isto loco, in quo tu es; *costi*. *Plaut. Aul.* 1. 1. 17. Istic adstato. *Id. Cist.* 2. 3. 53. Quis istic habitat? *Cic.* 3. *Att.* 12. Intelligo, te istic prodesse: hic ne verbo quidem levare me posse. *Ter. Andr.* 3. 2. 8. Quid istic tibi negotii est? *Id. Eun.* 3. 2. *in fin.* Tu istic mane, ut Chremem introducas. *Liv.* 7. 40. T. Quinctî, quocumque istic loco seu volens, seu invitus constitisti, etc. — Alia forma, nempe *isti*, apud *Plaut. Mil.* 2. 3. 66. Nempe tu isti ais esse herilem concubinam? *Id. Rud.* 4. 4. 54. Sed isti inest cistellula. — *Virg.* 2. *Aen.* 661. patet isti ianua leto. Hanc lectionem confirmat *Pompei. Comment. in Donat.* p. 541. *Lind.*, *Apul. 4. Met.* 13. Gladiatores isti famosae manus, venatores illi probatae pernicitatis, alibi noxii perdita securitate, suis epulis bestiarum saginas instruentes. — **2)** In interrogatione recipit syllabicam adiectionem. *Plaut. Rud.* 1. 2. 22. Isticcine vos habitatis? *Alii leg.* isticine. Cf. hic adv. §. 3. — **3)** Componitur cum particula *ubi*, et significat ibi cum quadam tamen locali distinctione. *Plaut. Rud.* 2. 7. 14. Istic, ubi vis, condormisce. *Cic.* 1. *Fam.* 10. Ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videare. — **4)** Est etiam in ista re. *Ter. Andr.* 2. 5. 9. Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora. — Huc spectant urbane dicta *Cic. 3. Fin.* 26. *extr.* Istic sum, inquit, exspectoque, quid respondeas; *h. e.* sum animo in ista re, quam tu dicis: istud ago. Sic *Ter. Hecyr.* 3. 2. 39. Auscultа. *Phi.* Istic sum.

Nota. Discrimen inter *hic* et *istic* idem est ac illud inter *hic* et *iste*. V. hic adv. in *Nota*. — Cf. de hac particula etiam *Hand, Tursell. T.* 3. p. 461. et *seq.*

ISTICCE. V. ISTIC secundo loco §. b.

ISTIM. V. ISTINC §. b.

ISTĪMŎDĪ. V. ISTIUSMODI.

ISTINC (et Isthinc. V. ISTIC, aec, §. b.), *varius* Istim. Adverb. eadem ratione ab *iste*, qua *illinc* et *illim* ab *ille* effictum. — **b)** De forma tamen *istim* non tam certa habemus documenta. Adhibita putatur a *Cic. 1. Att.* 14., 7. *ibid.* 21. et 6. *Fam.* 20. et 9. *ibid.* 18. atque *alibi*. Cf. ad rem *Hand, Tursell. T.* 3. p. 463., et V. loca infra §. 1. *in fin.*

ISTINC proprie est ex isto loco; *di costi*, *da costesta parte*. *Cic. 1. Fam.* 10. Qui istinc veniunt, superbum te esse dicunt. *Plaut. Capt.* 3. 4. 71. Istinc loquere, si quid vis: procul tamen audiam. *Id. Mil.* 3. 3. 72. Serva istas fores, Ne tibi clam se subterducat istinc. *Liv.* 7. 40. Istinc signa canent, istinc clamor prius incipiet. *Virg.* 6. *Aen.* 589. Fare age, quid venias, iam istinc et comprime gressum. — *Plaut. Rud.* 3. 3. 34. Vos respondetote istinc istarum vicem. — Pro forma *istim*. *Cic.* 7. *Att.* 21. De malis nostris tu prius audis quam ego. Istim enim emanant. *Id.* 6. *Fam.* 20. Tu cura, ut valeas, et te istim ne temere commoveas. — *Id.* 1. *Att.* 14. Nosti iam in hac materia sonitus nostros: tanti fuerunt, ut ego eo brevior sim, quod eos usque istim exauditos putem; *h. e.* apud te in Epiro. — **2)** Opponitur *hinc*, ut idem significet atque *illinc*. *Plaut. Rud.* 3. 3. 28. Age, alter istinc, alter hinc assistite. — **3)** Ponitur aliquando pro *hinc*; hoc est, de illo loco, ubi is, qui loquitur, stat. *Plaut. Poen.* 3. 6. 1. Age, tu progredere, ut testes videant, te ire istinc foras. Et 5. 5. 40. Ite istinc, servi, foras. *Id. Pseud.* 4. 7. 98. Non tu istinc abis? *Enn.* apud *Cic. 3. Tusc.* 12. et 3. *Orat.* 41. Nolite, hospites, ad me adire: illico istinc, ne contagio mea bonis umbrave obsit. — **4)** Item ex ista re. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 68. Heus memento dimidium istinc mihi de praeda dare; *h. e.* de ista praeda. Sic *Rud.* 4. 4. 55. Neque ego partem posco mihi istinc de istoc vidulo.

ISTIPENDĬUM. V. STIPENDIUM.

ISTĬUSMŎDĪ, *antique* Istimodi. Genitivus ab *istius* et *modi*, adverbiorum more positus. Scribitur et divisim, *istius modi* et *isti modi*. — Est istius rationis, formae, generis; *di cotesta sorta*, *tale*. *Ter. Heaut.* 2. 4. 7. Et vos esse istiusmodi, et nos non esse, haud mirabile est. *Cic.* 2. *Verr.* 11. *sub fin.* Necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. *Plaut. Epid.* 1. 2. 16. istiusmodi amicos. *Id. Rud.* 2. 2. 13. Cum istiusmodi virtutibus. Adde *Vulg. Interpr. Deut.* 18. 11. — Pro *istimodi* V. loca in ISTE §. c.

ISTO. Adverb. ab *iste*. V. ISTOC.

II. ISTO *pro* Sto. V. STO.

ISTOC et Isto. Adverb. ab *iste*, eadem ratione, qua *illoc* et *illo* effictum. V. *Hand, Tursell. T.* 3. p. 214., coll. p. 464. — Proprie motum indicat versus eum locum, ubi tu es; *costà*. *Plaut. True.* 4. 2. 6. Nec quemquam interim istoc ad vos . . . intromittam. *Id. Mil.* 2. 3. 48. Do ĭdem, Istoc me intro ituram. *Ovid. 5. Trist.* 1. 79. Cur scribam, docui; cur mittam, quaeritis, istoc: Vobiscum cupio quolibet esse modo. *Alii leg.* istos. — Pro forma *isto*. *Cic. 9. Fam.* 16. *sub fin.* Liceat modo isto venire. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam.* 15. Si minima causa est properandi isto mihi. *Plin. 4. ep.* 12. *extr.* Si cognoverit, factum suum isto usque penetrasse. — **2)** Item in istam rem. *Cic. 3. Q. Fr.* 1. 3. Trebatium meum quod isto admiseras, nihil est. — **3)** Item ab isto loco, istinc. *Ter. Adelph.* 2. 1. 15. Accede illuc, Parmeno: nimium istoc abisti. *Inscr. in Corp. Inscr. Lat. T.* 1. n. 1442. Est equos perpulcer; sed tu vehi non potes istoc. — **4)** Comici usurpant etiam pro eo, propter istam causam: *per questo*. *Plaut. Amph.* 1. 1. 222. Ergo istoc magis, quia vaniloquus, vapulabis. *Id. Epid.* 1. 2. 8. Iam istoc probior es, . . . quum in amore temperes. — *Id. Rud.* 4. 7. 8. Isto tu pauper es, cum nimis sancte pius.

II. ISTOC pro Istuc. V. ISTIC, aec, §. 1.

ISTORSUM. Adverb. ab *iste* et *vorsum* seu *versum*, vi compositionis corruptis et in unam vocem coalescentibus. V. *Priscian. 15. p. 1019. Putsch.* — Est ad istum locum versus; idest, versus eum locum, ubi tu es; *verso costà*. *Ter. Phorm.* 3. 1. 14. Concede hinc a foribus paululum istorsum, sodes, Sophrona. *Id. Heaut.* 3. 3. 27. Abi sane istorsum, istorsum, quovis.

ISTUC (et Isthuc. V. ISTIC, aec, §. b.). Adverb. ab *istic*, vel *iste*, eadem ratione, qua ab *ille*, *illuc* et ab *hic*, *huc*, effictum. V. *Hand, Tursell. T.* 3. p. 216., coll. p. 466. — **b)** Huc etiam spectat illud *Pompei. Comment. Donat.* p. 541. *Lind.* « illud *(istuc)* per apocopen dicimus; maiores enim nostri plenas habebant eloquutiones. Sic et *istuc*, quasi *istuce*. » Et *Priscian. 12. p. 948. Putsch.* « *Illuscе*, *istiusce*, *illucce*, *istucce* Veteres dicebant, teste Papiriano. » — **c)** *Plaut.* modo ut monosyllabon usurpat, ut *Pers.* 3. 3. 1., modo prima correpta, ut *Asin.* 1. 1. 17. et *True.* 3. 1. 19. Cf. ISTE §. 9.

ISTUC proprie est in, vel ad istum locum; *costà*. *Plaut. Asin.* 3. 3. 56. Concedite istuc. *Id. Mere.* 4. 1. 25. Istuc eo, quantum potest. *Id. Poen.* 3. 3. 1. Iam istuc ego revortar. *Cic.* 7. *Fam.* 14. Dabo operam, ut istuc veniam ante, quam plane ex animo tuo effluo. *Horat. 1. Ep.* 14. 8. Istuc mens animusque fert; *h. e.* in agrum, ubi tu es. — *Ovid. 18. Heroid.* 205. Pace brevi nobis opus est, dum transferor istuc. *Alii* ista, *alii* istoc, *alii* istac *leg.* Eadem varietas est apud *Suet. Cal.* 55. — **2)** Metaphorice est ad istam vel illam rem. *Turent. Heaut.* 2. 3. 35. Post istuc veniam. *Id. Adelph.* 3. 3. 55. Scio: istuc iham: *h. e.* de ea re loquuturus eram.

II. ISTUC pro Istud. V. ISTIC, aec, §. 1.

ISTUCCĔ.
ISTUCCĬNĔ.
ISTŬCĔ.
ISTUGINE.
} V. ISTUC §. b. et ISTIC, aec, §. 3.

ISTUT. V. ISTE §. b.

IT

IT *pro* Id. V. IS §. m. — IT, verbum ab *eo*. V. EO.

ĬTĂ. Adverb. similitudinis, quod plerique Grammatici, ut sit *Hand, Tursell. T.* 3. p. 466. et *seqq.*, consentiunt natum esse ex pronominali *i* et syllaba demonstrativa *ta*, cui cognatae sunt formae *tus*, *tum*, *tĭ*, *tem*. — *Priscian.* tamen vocem primitivam dixerat 15. p. 1007. *Putsch.*, non compositam. — Male autem *Stephan.* apud *Hand, loc. cit.*, defenderat *ita* esse Graecum εἶτα: cum hoc alterum nulla ratione cum illo necti possit. Ratio autem quae inter *is* et *ita* intercedit, eadem est, quae inter οὗτος et οὕτως apparet. — **b)** *Ita* corripi in ultima per exceptionem tradunt Grammatici, *Mar. Victorin. de finalib.* n. 21. p. 467. *Endl.*, et *Serv. de finalib.* n. 9. p. 499. *ibid.* — Accedente tamen particula *que* in unam vocem coalescente, produci, testatur *Priscian. de Accent.* p. 1288. *Putsch.* « *ītăque*, quando adverbium est; nam quando coniunctio est, *ĭtăque* dicimus. » De qua re V. *Hand, loc. cit.*, p. 499. V. ITAQUE §. a. et b. et §. 1. — **c)** In antiquis MSS. et editis libris saepe permutatam sive confusam fuisse cum aliis particulis *idem*, *itaque*, *ista*, monet, allatis exemplis, *Hand, loc. cit.* — **d)** Composita, *itaque*, *italenus*.

Digitized by Google

ITA proprie adverbium similitudinis est, ut diximus, et significat, sic, isto modo, ista ratione; *così, a questo modo, in tal maniera*. *Cic. 6. Verr. 52.* Est, iudices, ita, ut dicitur. *Id. 12. Att. 17.* Des operam, ut investiges, sit ne ita. Et *7. ibid. 8.* Quod putasti fore, ut Pompeium viderem, factum est ita. *Id. Rabir. perduell. 2.* Quae cum ita sint. — *Id. 2. Divin. 52.* Ita ne censes, ante coronam herbae existitisse, quam conceptum esse semen? *hai tu forse quest'opinione, che* etc. Et *1. ibid. 15.* Casu, inquis: itane vero? *credi tu, che la cosa stia così? Ter. Andr. 2. 5. 25.* Itane credis? *Id. Phorm. 2. 3. 80.* Itane es paratus facere me advorsum omnia, lofelix? *Cic. Cluent. 65.* Itane tandem? — Sequente infinito. *Id. 6. Fam. 2.* Velim ita statutum habeas, me tui memoriam cum summa benevolentia tenere. *Id. Cluent. 19.* Collegi me aliquando, et ita constitui, fortiter esse agendum. *Liv. 1. 58.* Id omen ita acceptum est, non motam Termini sedem firma stabilisque cuncta portendere. — **2)** Servit coniunctioni, et complexioni, sive conclusioni. *Cic. 2. Divin. 39.* Ita nobis sinistra videntur, Graiis dextra, meliora. *Id. 1. Orat. 25. a med.* Ita quidquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quae laudanda sunt, obruit. *Id. 1. Offic. 45.* Ita fit, ut agere considerate pluris sit, quam cogitare sapienter. *Id. 1. Nat. D. 40.* Virtus actuosa est; et Deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita ne beatus quidem. *Sall. Cat. 2.* Ita imperium semper ad optumum quemque a minus bono transfertur. *Id. Iug. 31.* Ita quam quisque possume fecit, tam maxume tutus est. Adde *Cat. 8.* — **3)** Est etiam optantis et iurantis. *Cic. 4. Catil. 6.* Ita mihi salva republica vobiscum perfrui liceat, ut etc.; *così, come* etc. *Balb.* ad *Cic. post ep. 8. l. 9. ad Att.* Ita, incolumi Caesare, moriar. *Ter. Eun. 4. 1. 1.* Ita me Dii bene ament, quantum ego illum vidi, non nihil timeo misera; *tal mi sia.* Et *Cic. 5. Att. 15.* Ita vivam, ut maximos sumptus facio. *Id. 16. Fam. 20.* Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo. *Propert. 1. 7. 5.* Atque, ita sim felix, primo contendis Homero. *Quidam disertus* apud *Sense. ep. 117. a med.* Ita quamprimum moriar. — **4)** Et respondentis cum affirmatione, vel negatione. *Ter. Andr. 1. 2. 20.* Omnes, qui amant, graviter, sibi dari uxorem, ferunt. *Da.* Ita aiunt. Et *1. 1. 27.* Nam antea qui scire posses . . . Dum aetas, metus, magister prohibebant? *So.* Ita est. Et *5. 2. 9.* Quid istic tibi negoti est? *Da.* mihin'? *Si.* ita; *sì.* Et *Plaut. Most. 4. 2. 51. Pha.* Herus hic noster potat. *Theu.* herus hic vester potat? *Pha.* ita loquor. *Id. Men. 5. 9. 57.* Menaechmum, opinor, te vocari dixeras. *Me.* Ita vero; *sì certamente.* — *Sall. Cat. 51.* Non ita est; neque cuiquam mortalium iniuriae suae parvae videntur. *Id. Iug. 85.* Verum non est ita: nam etc. *Dietsch.* discrimen putat inesse inter *non ita est* et *non sic ita.* V. *Eund.* de hac re disputantem ad *Sall. Cat. 51. §. 11.* — Sic *Cic. 1. Offic. 44. sub fin.* Non est ita. — **5)** Deinde,

II. *Ita* adverbiis vel adiectivis iuncta ponitur pro valde, multum, vel tam; *molto, tanto:* idque fere post negationem. *Cic. Orat. 8.* Non ita late interiecto mari. *Id. 2. Orat. 19.* Mihi quidem non ita molesti sunt: facile omnes perpetior. *Id. Brut. 66.* Fimbria non ita diu iactare se potuit. *Id. 2. Fin. 13. a med.* Accessione utnotur non ita probabili. *Id. 6. Verr. 49. ad fin.* Simulacra praeclara, sed non ita antiqua. *Id. 1. Nat. D. 31.* Quibus homines non ita valde moventur. *Liv. 3. 19.* Praedae pars maxima ad quaestorem redacta est: haud ita multum militi datum. *Id. 3. 20. in fin.* Non ita civitatem aegram esse, ut consuetis remediis sisti possit; *non così poco. Nep. Cim. 3.* Post, neque ita multo, Cyprum missus. *Cic. Quint. 4.* Nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quintius. *Id. 4. Fam. 7. a med.* Cum ita late pateat eius potestas. *Sall. Cat. 37.* Alii ita divites, ut regio victu atque cultu aetatem agerent. — **6)** Sequente verbo ponitur aliquando pro adeo; *a tal segno, così:* et servit epiphonemati. *Plaut. Amph. 3. 1. 46.* uxorem tuam Neque gementem, neque plorantem nostrûm quisquam audivimus: Ita profecto sine dolore peperit. *Cic. 2. Fam. 3.* Non quo verear ne tua virtus opinioni hominum non respondeat; sed ne cum teneris, non habeas iam, quod cures: ita sunt omnia debilitata et iam prope exstincta. — *Sall. Iug. 72.* Ita formidine, quasi vecordia exagitati. Cf. *Dietsch* ad *h. l.* — **7)** Item pro talis; *tale, così fatto. Ter. Adelph. 1. 2. 63.* Nam ita est homo. Et *4. 7. 21.* Ita est vita hominum, quasi cum ludas tesseris. *Plaut. Stich. 5. 5. 3.* Nam ita est ingenium mulierbre. — **8)** *Quid ita?* est cur; *perchè così? Cic. Rose. Am. 12.* Accusatis Sex. Roscium; quid ita? quia de manibus vestris effugit. *Liv. 32. 21.* Quid ita passus est, Eretriam capi? quid ita tot Thessaliae urbes? quid Locridem, etc? Adde *27. 34.* — **9)** Pro deinde usurpari putat *Brisson. de V. S.* congestis pluribus ICtorum locis: sed non est necesse a prima eius notione discedere. — **10)** Frequentissime vero

III. *Ita* post se habet particulam *ut, ne, ut si;* item *quasi, quemadmodum, si,* et alia id genus. *Ter. Eun. 1. 2. 30.* Coepit studiose educere, ita uti si esset filia; *come se.* Et *4. 2. 1.* Coepi egomet mecum inter vias, ita ut fit, aliam rem ex alia cogitare; *come si suole.* Et *Andr. 5. 3. 10.* Oro te, ut me adiuves in re hac, atque ita ut nuptiae Fuerant futurae, fiant; *e come, così.* Et *Cic. 5. Att. 9. a med.* Hoc tibi ita mando, ut dubitem, etc.; *di maniera, che* etc. *Id. 13. Fam. 21.* Mihi ita benevole praesto fuit, ut si a me manumissus esset; *come se:* vel *tanto, come se.* Et *1. ibid. 7. ante med.* Ita fore, ut per te restituantur; *così avverrà, che* etc. *Caes. 1. B. G. 12.* Arar influit incredibili lenitate, ita ut, in utram partem fluat, iudicari non possit; *così che. Liv. 22. 61.* Ita admissi sunt, ne tamen iis senatus daretur; *furono ammessi, sì però, che* etc. Et *Iustin. 11. 4. sub fin.* Bellum deprecantibus ita demum remisit, ut duces sibi dederentur; *con questo patto, che* etc. *Cic. 3. Phil. 17.* Senatui placere, eius rationem ita haberi, prout etc. *Id. 6. Verr. 22.* Neque enim ita se gessit in his rebus, tanquam rationem aliquando esset redditurus, sed ita, quasi reus nunquam esset futurus. *Id. 13. Fam. 4. a med.* Ut ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum consuevi tueri meos; *in quella maniera, con cui* etc. Et *2. Agr. 1. extr.* Me consulem ita fecistis, quomodo pauci facti sunt. *Iustin. 12. 2.* Ita cupide profectus est, veluti sibi Occidens sorte contigisset. *Caius Dig. 35. 2. 1. circa med.* Aut ita ratio habeatur, tanquam pure debeatur; aut ita tanquam nihil debeatur. *Cic. 15. Fam. 20.* Crebris nos litteris appellato: atque ita, si idem fiat a nobis; *e con tal patto, che* etc. *Propert. 2. 4. 11.* Non ita Carpathiae variant Aquilonibus undae . . . Quam facile irati verbo mutantur amantes; *non così, come:* vel *non tanto, quanto.* Adde *Lucret. 2. 1058. Sall. Cat. 2.* Quod si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita, uti in bello valeret, etc. *Id. ibid. 45.* Cetera, uti facto opus sit, ita agant. Et *Iug. 26.* Ita, ut censuerant Italici, deditionem fecit. Cf. *Dietsch*, qui ad *Sall. Iug. 2. §. 3.* alia plura congessit. — **11)** Sequente *atque. Ulp. Dig. 29. 1. 1.* Ita iudicandum, atque in propriis servis, senatus censuit. *Paul. ibid. 5. 3. 56. ad fin.* Ita condemnatur, atque si possideret. — **12)** *Ita* omittitur praemisso *sicut* in illo *Liv. 34. 9.* Quam sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebant fide. *Id. 39. 41.* Hunc, sicut omni vita, tum prensantem premebat nobilitas. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. de Deo Socrat. 20. fin.* — Sic *ut* omittitur post *ita* in illo *Plaut. Mil. 4. 2. 57.* nam ita mi occurrunt multae: meminisse haud possum. Adde *Stich. 4. 1. 21.* et *Pseud. 4. 7. 136.* — **13)** Aliquando redundat. *Cato, RR. 144.* Scalae ita uti datae erunt, ita reddito. — **14)** *Ita sic* pleonasmum putant quidam in illo *Liv. 2. 10.* Ita sic armatus in Tiberim desiluit. Et *Quintil. 2. 21. 20.* Ita sic quoque recte diximus, materiam rhetorices esse. — *Ita* tamen his locis videtur sumi pro *itaque.* — Illud autem *Phaedri, Prol. 2. 12. Ita sic rependit illi brevitas gratiam,* corruptum a criticis Viris putatur. — **15)** *Immo ita.* V. in IMMO §. 9.

Nota I. Discrimen inter *sic* et *ita* tradit *Isid. Differ. append. n. 208.* « *Sic* quidem ostendit exempla: *ita* ad rationem refertur. » Cf. ad rem *Hand, Turselt. T. 5. p. 467.* — **Nota II.** Si quis plura de hac particula desiderat, adeat eundem *Hand, loc. cit.* a *pag. 466-499.*

ITAEŎMĔLIS, is vel ītis, m. Est vini factitii species, cuius nominis ratio ignoratur. *Plin. 14. 19. 8.* Vocarunt et scyzinum, et itaeomelin, et lectisphagiten, quorum iam oblitterata ratio est.

ITANE. V. ITA §. 1.

ĪTĂQUE. Coniunctio ex *ita* et *que,* in unam vocem coalescentibus, duplici tamen ratione ex duplici particulae *que* natura, ut infra videbimus. — **b)** Quare factum est, ut Grammatici duo vocabula *ītaque* et *ĭtăque* non modo significatione, sed etiam accentu distinguerent; quod an communi usu fuerit stabilitum, nescimus. V. ITA §. b. — **c)** *Itaque, atque, ita, igitur* in MSS. antiquis et editis libris saepe commutata inter se fuisse, ostendit *Hand, Turselt. T. 5. p. 511.*

ITĂQUE coniunctio est copulativa, ex notione particulae *que,* quae duas res vel notiones coniungit, atque idem ac *et ita* significat; *e così:* ac saepe ponitur in altera sententia, praecedente particula *ita. Plaut. Amph. prol. 45.* Ita huic faciatis fabulae silentium, Itaque aequi et iusti hic eritis omnes arbitri. *Id. True. 2. 6. 45.* Ita dolui, itaque ego nunc doleo. *Cic. Divin. in Caecil. 1.* Cum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea provincia discessissem, ut Siculis iucundam memoriam nominis mei relinquerem; *ed essendo partito da quella provincia di maniera, che* etc. *Id. fragm. orat. pro Font.* (edente *Niebuhrio*) *1.* Nam ita ego defendo M. Fonteium, iudices, itaque contendo, etc. *Caes. 1. B. G. 52.* Ita nostri acriter in hostes, signo dato, impetum fecerunt: itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coniciendi non daretur. *Cic. Cluent. 19.* Collegi me aliquando, et ita constitui, fortiter esse agendum, itaque feci: sic pugnavi, etc.; *e così fact.* Sic *Dsiot. 7.* Eodem te, cum coenavisses, redituram dixeras; itaque fecisti. *Liv. 1. 30.* Ita geniti, itaque educati, quam primum adolevit aetas, etc. Adde *Cic. 15. Att. 20. extr.* et *Ter. Hecyr. 2. 1. 10.* et *4. 2. 5.* et *28.* — **2)** Item, omisso *ita* praecedente, eodem sensu. *Cic. 13. Fam. 50.* Peto igitur abs te, ut eum . . . in meis intimis maximeque necessariis scias esse, itaque tractes, ut intelligat, etc. *Id. 5. Fam. 11.* Itaque faciam. *Nep. Alcib. 4.* Itaque fecerunt. *Liv. 3. 30.* Itaque cautum est, ut postea crearentur. — **3)** *Itaque ergo* est atque ita igitur; *e così dunque. Ter. Eun. 2. 3. 24.* Tametsi bona natura est, reddunt curatura iunceas. Itaque ergo amantur. *Liv. 9. 31. sub fin.*

Digitized by Google

Loca difficilia hosti quaesita, ipsos tum sua fraude impediebant. Itaque ergo perpaucis effugium patuit. Adde *39. 25.* et *alibi*. — **4)** Deinde II. *Itaque* sic usurpari coepit, ut *quo* vim copulativam amitteret, et aequationi inserviret; atque hinc factum est, ut haec coniunctio similem vim haberet τοῦ ergo et igitur; item τοῦ quamobrem; *per la qualcosa, pertanto*. Concludentis enim est, et ex praecedentibus deducentis, continuantisque sermonem. *Cic. Amic. 1. a med.* Itaque ipse mea legens, sic afficior interdum, ut etc. *Nep. Milt. 7.* Itaque quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater eius. *Caes. 1. B. G. 9.* Itaque rem suscipit, et a Sequanis impetrat, etc. *Plin. 18. 8. 4.* Omnium sententiis absolutus itaque est. — **5)** Interdum ponitur in ipso ingressu orationis. *Cic. Partit. 7.* Est itaque id genus totum situm in commutatione verborum. — **6)** Item transitioni inservit. *Id. Cael. 6.* Itaque a maledictis pudicitiae ad coniurationis invidiam oratio est vestra delapsa. *Id. Cluent. 8.* Itaque, illis crudelissime interfectis, non mediocri ab eo ceteri proscriptionis et mortis metu terrebantur. Adde *Quintil. 9. 4. 16.* — **7)** Copulatur cum aliis particulis *quum, dum, si, adeo, quoque*. *Liv. 22. 16.* Itaque quum per Casilinum evadere non posset, etc. *Iustin. 22. 8.* Quum itaque in castra fugissent. *Varr. 1. RR. 2.* Itaque dum id nobiscum una videatis, etc. *Phaedr. 1. 27.* Itaque aurum dum custodit, etc. *Varr. 1. RR. 2.* Itaque si ita est, ut annuis, morere nobiscum oportet. *Plaut.* apud *Gell. 5. 5.* Itaque adeo iam oppletum est oppidum solariis. *Ter. Hec. 2. 1. 5.* Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus. *Curt. 4. 6.* Itaque interiora quoque urbis infesta telis erant. Adde *Quintil. 5. 13. 14.* — Etiam *tum itaque* usus est *Liv. 22. 24.*

Nota. De sede huius particulae in continua orationis serie multum a Grammaticis est disputatum. Universim tenendum esse videtur, antiquiores in initio enuntiationis posuisse, sequenti autem aetate, acceptam pro *igitur*, secundo vel tertio etiam loco collocatam fuisse. Exempla habes, praeter supra allata, apud *Hildebr.* ad *Apul. 7. Met. 10.* et *Hand, Tursell. T. 3. p. 509.* et *510.* collecta. — Si plura de hac particula desideras, adi eundem *Hand, loc. cit.* a *pag. 499-511.*

ĬTĂTĔNUS. Adverb. ab *ita* et *tenus* in unam vocem coalescentibus; usque ad id; *sino a tal segno*. Saepius utitur hac voce *Claud. Mamert.*, cuius loco rectius quispiam usurpaverit *ĭtătenus*, vel *ĭtastenus*. Sic *de stat. anim. 2. 10.* Duoque ista itatenus uniuntur, ut sint indiscriminabilia. Adde *ibid. 13.*

ĬTCIRCO. V. IS §. m. et INCIRCO.

ITEM. Adverb., quod olim vulgo ab *ibidem* per syncopen, vel ab ἔτι, insuper, vel ab *ita*, effictum putabatur; cum Recentiores recte statuerint compositum ab *i* pronominali et *tem* particula demonstrativa, ut dictum est in ITA §. a., quae eiusdem stirpis est. Cf. ITIDEM. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris *item* scriptum et usurpatum reperitur pro *idem*. V. IDEM §. g. — Sicut etiam *isdem* pro *item*, ut in *Inscr.* apud *Orelli, n. 5027.* Liciniae Fortunatae optimae et sanctissimae libertae, isdem coniugi T. Licinius Sentianus. *Alia* apud *Maffei, Mus. Ver. 501. 6.* Arescusa liberta isdem coniux *(sic)* patrono carissimo fecit. — **c)** Ceterum de confusione vocum *item, iterum, ita*, quibus adde compendium *id ē*, in MSS. Codd. et editis libris, verba facit *Hand, Tursell. T. 3. p. 523.* — **d)** *Item* monosyllabon habet *Plaut. Stich. 5. 2. 10.*

ITEM proprie est eodem modo; *allo stesso modo:* latiore autem significatione similiter, etiam, quoque; *similmente, parimente, così pure*. *Cic. 1. Divin. 48.* Romulus augur cum fratre item augure. Et *52.* Item igitur, si sine divinatione non potest, etc. *Id. 2. ibid. 6.* Solis defectiones, itemque lunae praedicuntur in multos annos. *Id. 2. Leg. 21.* Placuit Scaevolae, et Coruncanio, itemque ceteris, qui etc. *Varr. 6. LL. 5.* Democritus, secuti et item alii, qui infinita principia dixerunt. *Vet. Tab. aen.* apud *Murat. 582. initio.* Is eadem omnia item, eisdemque diebus ad Cos. profitemino. *Ter. Andr. 1. 1. 49.* Postquam amans accessit unus, et item alter; *uno, e poi un altro*. *Id. Adelph. 1. 1. 24.* solum id est carum mihi: Ille ut item contra me habeat, facio sedulo; *faccia il simile vicendevolmente*. *Sall. Iug. 103.* Ipse armatus intentusque, item milites cogebat; h. e. ut similiter armati essent milites, et intenti. *Cic. 2. Att. 21.* Spectaculum uni Crasso iucundum, ceteris non item; *non così*. *Varr. 3. RR. 5. a med.* His lapides substernendi, aut quid item; *o cosa simile*. Sic *ibid. 9. a med.* Substernitur eis acus, aut quid item aliud. — **2)** Habet post se particulas *ut, atque, quasi, quemadmodum*. *Cic. Orat. 60.* Ita fit, ut non item in oratione, ut in versu, numerus exstet. *Id. 6. Verr. 9. ad fin.* Fecisti item, uti praedones soleut. *Varr. 10. LL. 4.* Analogia non item ea definiendo, quae dirigitur ad naturam verborum, atque illa, quae ad usum loquendi (Adde *8. 40. extr.*); *nel medesimo modo, che* etc. *Liv. 39. 19. a med.* Uti Feceniae tutoris optio item esset, quasi ei vir testamento dedisset; *come se*. *Cic. 4. Verr. 22.* Ut item palaestritae Bidenses peterent ab Epicrate hereditatem, quemadmodum palaestritae Syracusani ab Eraclio petissent. — **3)** Hae quoque formulae *item simul, ergo item, item quoque, sic item* sunt animadvertendae. *Catull. 61. 56.* Vos item simul integrae Virgines; h. e. una omnes. Cf. *Sall. Iug. 99.*, *Cic. 1. Leg. 18.* Ergo item iustitia nihil expetit praemii. *Lucret. 5. 750.* Solis item quoque defectus lunaeque latebras Pluribus e caussis fieri tibi posse putandum est. *Caes. 1. B. G. 44.* Ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret, sic item non esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus. — **4)** Pro *iterum* usurpasse videtur *Suet. Tib. 6.* Parentes vagitu suo paene bis prodidit semel, cum a nutricis ubere; item cum a sinu matris raptim auferretur. Adde *Caes. 56.* et *Aug. 16.* et *25.* — Sed in omnibus his locis dubia est lectio, et quidam Codd. habent *iterum*. — **5)** Pro *rursus* adhibet *Curt. 6. 7.* Rex item quaerens, an Philotam adisset, etc. — **6)** Denique in quibusdam formulis abundare videtur. *Varr. 6. LL. 7. §. 55.* Hinc etiam famigerabile et sic composititia alia item, ut declinata multa. *Plaut. Aul. 2. 1. 8.* unum tamen cogitato, Tibi proximum me mihique item esse te. *Cic. 2. Offic. 5.* Earumque item rerum, quae nocent et obsint, eadem divisio est. *Lactant. Opific. Dei, 10.* Ut pedes duo et item manus, etc. Adde *Gell. praef.* — Dubia est lectio apud *Horat. 2. Ep. 1. 45.* et *Caes. 3. B. G. 9.*

Nota. Si quis alia de hac particula desiderat, plurima dabit *Hand, Tursell. T. 3. p. 511-523.*

ĬTER, ĭtĭnĕris, n. Verbale ab *eo*, unde *itum* et *iter* (V. loc. *Varr. 5. LL. 5.* Qua ibant, ab *itu iter* appellarunt), declinatione anomalon. — **b)** *Itiner* integer est casus, a quo *iter* per syncop. factum videtur. *Charis.* enim tradit *1. p. 63. Putsch.* « *Iter iteris* debet facere, non *itineris:* ne adversus rationem genitivus nominativo maior duabus syllabis inveniatur, praesertim cum *itiner* quoque dixerint Veteres, cuius genitivus *itineris* erit: plurali tamen numero *itinera* semper dicemus, non enim sicut *huius iteris* Pacuvius dixit, et *haec itera* potuit dicere. » *Lucret. 6. 338.* Obvia discutiat plagis, itinerque sequatur. *Plaut. Mere. 5. 2. 72.* Inceptum hoc itiner perficere exsequar. *Manil. 1. 88.* Fecit et ignotis itiner commercia terris. *Varr.* apud *Non. 8. 2.* Itiner longum sermone levare. Adde *Aec.* et *Turpil. ibid.*, item *Enn.* et *Pacuv. ibid. 54.* et *Iuvenc. sub init. 2. Act. Apost.* V. infra *Nota* §. 2. — **c)** In obliquis pro *itineris* reperitur *iteris*, etc. *Propert. 2. 10. 40.* memento hoc itere ad cineres cana venire meos. *Al. aliter leg. Lucret. 5. 652.* Concussos itere, et labefactos aere multo. *Aec.* apud *Non. ibid. 13.* Te longo itere cerno vadere. *Varr. ibid.* Properas citus itero. *Nasv. ibid.* et *2. 428.* et apud *Priscian. 6. p. 695. Putsch.* Ignotae iteris sumus. Adde *Iul. Hygin.* apud *Charis. 1. p. 108. Putsch.* — **d)** At in plur. num. *itinera* semper habet, non *itera*, ut verbis *Charis ii* supra dictum est §. b. — **e)** Derivata, *itineralis, itinerarius, itinerarium, itineror*. Cf. ITERUM. — **f)** Composita, *coitinerarius, iterduca, semita*.

ITER proprie est actus eundi, profectio, via; *viaggio*. *Cic. 13. Att. 23.* Cum illi iter instaret et subitum, et longum. *Id. ad Pompei. 2 post. ep. 11. l. 8. ad Att.* Confestim cum Q. fratre iter ad te in Apuliam facere coepi. Et *mox.* Caesarem iter habere Capuam. *Ulp. Dig. 47. tit. 5. §. 6.* Iter agentes; *viandanti*. *Cic. Plane. 40. extr.* Iter a Vibone Brundisium terra petere contendi. *Id. Rosc. Am. 34. sub fin.* Contendere iter; h. e. quod dixit *Liv. 21. 29.* intendere; h. e. celerare. *Caes. 1. B. C. 63.* maturare. *Tacit. 15. Ann. 12.* properare. *Ovid. 6. Fast. 320.* urgere. *Nep. Alcib. 10.* comparare; *allestirsi al viaggio*. Et *Cic. Mil. 10.* Iter est mihi Lanuvium. *Id. 5. Att. 14.* Iter confecere pulverulenta via. *Ovid. 2. Met. 715.* agere in aliquam partem. *Caes. 7. B. G. 56.* convertere in aliquem locum. *Virg. 7. Aen. 35.* flectere. *Stat. 12. Theb. 232.* frangere; h. e. minuere, vel deflectere. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 11.* dirigere ad Mutinam. *Cic. Senect. 10. sub fin.* ingredi pedibus. *Id. Plane. 41.* praestare tutum alicui. *Caes. 1. B. G. 9.* Itinere prohibere aliquem; *impedir il passo*. *Cic. 13. Att. 24.* Et itinere redire. Et *1. Invent. 30.* venire. Et *1. Divin. 13.* revertere. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 13.* Esse in itinere. *Sall. Cat. 35.* Catilina ex itinere plerisque consularibus litteras mittit; *in viaggio:* postquam ex urbe discesserat. *Caes. 1. B. G. 3.* Ut in itinere copia frumenti suppeteret. *Cic. 12. Phil. 10.* Committere se itineri infesto et periculoso. *Caes. 3. B. G. 11.* Desistere itinere. *Id. 3. B. C. 56.* Continuare iter die ac nocte. *Ovid. 2. Met. 598.* coeptum dimittere. *Stat. 1. Theb. 326.* ferre Inachias urbes; h. e. ad Inachias urbes. *Virg. 6. Aen. 584.* inceptum peragere. *Ter. Hecyr. 1. 2. 119.* et *Tacit. 4. Ann. 20.* pergere; *continuare, seguitare*. *Sall. Iug. 81.* et *Hirt. B. Afr. 69.* Maturavere iter pergere. *Cic. 15. Fam. 4.* Cum abessem ab Amano iter unius diei; *una giornata*. Et *Caes. 6. B. G. 24.* Cum dierum iter quadraginta processerit. — **2)** Sumitur aliquando pro navigatione. *Ter. Hecyr. 3. 4. 1.* Ain' tu, tibi hoc incommodum evenisse iter? h. e. navigationem. — Huc spectare potest illud *Virg. 7. Aen. 810. de Camilla.* Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti, Ferret iter; h. e. ambularet; *camminare sulle onde*. Cf. *Nota* §. 1. infra. — **3)** Saepius tamen opponitur maritimis itineribus. *Cic. 13. Fam. 71.* Et omnium itinerum, navigationum . . . socius. *Tacit. 15. Ann. 53.* sublatisque itineris difficultatibus, navigabilia inter se littora fierent. *Apul. 7. Met. 6.* Ita-

Digitized by Google

que, plurimis itineris difficultatibus marisque terroribus exantlatis, Zacynthum petebat. — 4) Etiam de brevi ambulatione dicitur. *Ter. Phorm. 3. 3. in fin.* Dicam in itinere; *h. e.* dum ad Phormionem imus. *Plin. Paneg. 77.* Iter illi saepius in forum, frequenter tamen et in campum. *Liv. 1. 28. sub fin.* In diversum iter equi concitati. — 5) *Iustum iter diei* non est, ut aliqui tradunt ex *Veget. 1. Milit. 9.*, viginti, vel viginti quatuor mill. pass., sed satis magnum viae spatium pro diei longitudine. *Caes. 3. B. C. 76.* Confecto iusto itinere eius diei, quod proposuerat Caesar. V. *Oberlin.* in *not.* ad *hunc loc.* — 6) Notat aliquando modum itineris faciendi. *Caes. 1. B. G. 7.* Quam maximis itineribus potest, in Galliam contendit; *affrettando più che potè il viaggio.* Et *ibid. 38.* Magnis diurnis nocturnisque itineribus contendere. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 15.* Biduo me antecessit, itinera multo maiora fugiens, quam ego sequens. *Ovid. 4. Pont. 5. 8.* Ut festinatum non faciatis iter. — 7) Deinde, sensu, ut aiunt, concreto,

II. *Iter* sumitur pro via, sive loco, quem quis ambulando terit; *strada, via:* et proprie in re agraria significat viam angustiorem, qua pedes, vel eques tantummodo ire quis potest: unde ab *actu* differt, quo etiam iumentum et vacuum vehiculum, et a *via*, qua etiam vehiculum onustum agitur, ut in VIA dicetur. Hinc *Plin. praef. Hist. nat. ante med.* Praeterea iter est, non trita auctoribus via. *Inscr.* in *Giorn. Arcad. T. 18. p. 100.* Iter privatum Annii Largi: precario utitur Antonius Astralis. *Alia* apud *Maffei, Mus. Ver. 169. 14.* Iter precarium Q. Gavii. — *Alia* apud *Orelli* (cui tamen est suspecta) *n. 4591.* Iter privatum a via publica, per hortum transiens, pertinens ad monumentum sive sepulcrum. — 8) Item ius, quod quis habet, ut pedes ire aliqua possit. *Cic. Caecin. 26.* Aquaeductus, haustus, iter, actus a patre sumitur. *Paul. Dig. 8. 3. 7.* Qui sella aut lectica vehitur, ire, non agere dicitur; iumentum vero ducere non potest, qui iter tantum habet. *Inscr.* apud *Orelli, n. 4947.* Ad eum locum itum, actum, aditum, ambitum sacrificia facere, vesci, epulari ita liceat, quandiu is collegius *(sic)* steterit. Adde *n. 4579.* — Huc etiam spectant *aliae* apud *Furlanetto, Lap. Patav. p. 106. n. 99.* Via privata C. Q. Largis L. f. et C. Oli Salvi iter debetur fundo Eniano. Et *n. 100.* iter Q. Critoni, iter debetur Q. Critonio Q. f. Fl. . . . et Pomponio Siloni, nulli ali. — 9) Ceterum *iter debere* vel *non debere populo* dicitur colonia vel municipium, quoties obligatio ei inest, aut non inest, hospitium praebendi, aliaque subministrandi ilo, qui Roma missi sunt. *Auct. Lib. 1. Colon. p. 210. Lachm.* Vibinas, Aecanus, Canusinus: iter populo non debetur. Et *p. 229. ibid.* Acerras muro ducta colonia . . . iter populo debetur ped. LXXX. Et *p. 250. ibid. de Atella.* Iter populo debetur ped. CXX. Et *alibi saepe.* — 10) Universim vero

III. *Iter* de quacumque via dicitur. *Caes. 1. B. G. 6.* Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. Et *5. ibid. 9.* Pedestria itinera concisa aestuariis. *Id. 1. B. C. 27.* Aditus atque itinera duo, quae extra murum ad portum ferebant, defixis trabibus praesepit. Et *1. B. G. 8.* Dare iter alicui per provinciam; *dare il passo.* Et *Cic. Manil. 11.* Patefacere alicui iter in aliquem locum. *Sall. Cat. 61.* Ferro iter aperire; *aprir la strada. Ovid. 20. Heroid. 144.* Ad sepem alterius quis tibi fecit iter? Et *Cels. Dig. 8. 1. 10.* Podiendo, substruendo iter facere; *fare la strada:* viam munire. *Cic. 14. Att. 10.* Itineribus deviis proficisci in provinciam; *per istrade fuor di mano.* Et *Ulp. Dig. 9. 3. 1.* Sine metu et periculo per itinera commeare. V. infra *Nota.* — 11) In aedibus est locus, per quem ex uno in alium domus membrum transitur. Hoc sensu adhibetur a *Vitruv. 6. 9. sub fin.* — 12) De quocumque rerum meatu et via. *Cels. 7. 25.* et *26.* Iter urinae. *Virg. 7. Aen. 784.* vocis. *Colum. 8. 17.* Itinera aquae. — *Inscr.* apud *De-Vit, Lapid. del Polesine, p. 63.* Iter aquae hoc precario datum ab Rufo Giloni. *Alia* apud *Herzog, Gall. Narbon. Append. n. 506.* Aquas novas, itinera aquarum per suos fundos . . . populo civitatis Viennensium donaverunt. — 13) Translate est via, ratio, institutum. *Cic. 3. Q. Fr. 3. in fin.* Ipse puer declamatorio illo genere delectari videtur: in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. *Id. 4. Att. 2.* Nulla occupatio esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, et officii mei. *Ovid. 13. Met. 106.* Facere iter sceleri; *fare strada. Plin. 8. ep. 10.* Iter pronum ad honores. *Virg. 2. Aen. 387.* fortuna salutis Monstrat iter. Adde *Propert. 2. 24. 22.* — 14) Huc spectant plura loca *Vulg. Interpr. Iacob. 1. 11.* Dives in itineribus suis marcescet. *Id. Psalm. 1. 6.* Iter impiorum peribit. *Id. Prov. 2. 15.* Qui relinquunt iter rectum et ambulant per vias tenebrosas. Et *12. 28.* Iter devium. Et *15. 19.* Iter pigrorum. Et *28. 6.* Prava itinera. *Id. Ierem. 23. 14.* Iter mendacii. — *Id. Habac. 3. 6.* Contriti sunt montes saeculi, incurvati sunt colles mundi, ab itineribus aeternitatis eius; *h. e.* ante aeterni Dei adventum: ἀλληγορικῶς. — *Id. Eccli. 43. 28.* Propter ipsum confirmatus est itineris finis; *h. e.* propter Deum quaeque res ad suum finem per destinatum sibi iter perducitur. — 15) De loco *Apul. 3. Met. 20.* Viam, quae sola deducit iter ad salutem . . . monstrabimus tibi, V. *Hildebr.*

Nota. *Iter* a *via* differt multiplici ratione. Universim *iter* dicitur profectio; *via* autem locus, quo iter instituitur. Hinc *Horat. 3. Od. 2. 22.* negata tentat iter via. *Caes. 6. B. G. 27.* Viarum atque itinerum duces. *Capitolin.* in *M. Antonin. 14.* Via, postquam iter ingressi sunt, perilt. — Nihilominus *Lucret. 2. 627. iter viai* dixit et *Apul. 2. Met. 15. maris et viae iter; h. e.* iter maritimum et terrestre. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 3. Met. 20.* et V. VIA. — 2) *Isid.* distinguit etiam *iter* ab *itiner* in *15. Orig. 16. 8.* « Iter autem et itiner diversam significationem habent. *Iter* enim locus est transitu facilis, unde appellamus et *itum*. *Itiner* autem est itus longae viae, et ipse labor ambulandi, ut quo velis pervenias. » — Hoc tamen discrimen non esse servatum, ostendunt loca supra allata §. b.

ITĔRĀBĬLIS, le. Adiect. verbale ab *itero;* quod iterari potest; *che si può replicare. Patricii Epithal. v. 21.* (in *Anthol. Lat. T. 2. p. 639. Burm.*) ductique canendo Aetherias Siren iterabile carmen ad auras. *Tertull. 2. advers. Marcion. 28.* Iterabilem iniuriam facere.

ITĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale ab *itero;* repetitio, resumptio, redintegratio, geminatio; *replica, ripetizione, replicamento. Cic. Orat. 25.* Itemque si quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent. *Optat. 7. Schism. Donat. 1.* Iteratio sacramentorum. Cf. voc. seq. et V. ITERUM. — 2) Speciatim *iteratio* pertinet ad rem rusticam. *Plin. 18. 49. 3.* Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate, vel rastro, et sato semine iteratio; *h. e.* occationis repetitio operiendorum seminum gratia. *Colum. 11. 2. a med.* Iterationem arationis peragere. *Id. 2. 12. ad fin.* Iteratio sarritionis. Et *ibid. 4.* Compluribus iterationibus resolvatur vervactum in pulverem. *Id. 12. 50. circa med.* Plurimum refert non miscere iterationem cum prima pressura; *h. e.* secundam olei pressuram. — 3) Latini, inquit *Ulp. tit. 4. Regular. de Latinis,* ius Quiritium consequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, etc. Et *paulo post.* Iteratione fit civis R., qui post Latinitatem, quam acceperat maior triginta annorum, iterum iuste manumissus est ab eo, cuius ex iure Quiritium servus fuit. — 4) Apud Rhetores figura est, quae varie sumitur, modo enim respondet Graecorum *epanalepsi*, modo *epanaphorae* (V. has voces), modo ἐπιμβασι *(Auct. schem. Dian. 8. ἐπιμβασις* est Latine quod iteratio nuncupatur), modo μεταβολῇ *(Id. ibid. 45. Μεταβολὴ* est iteratio unius rei sub varietate verborum), modo denique *palillogiae.* V. PALILLOGIA. — Huc trahitur illud *Cic. 3. Orat. 53.* Et reditus ad propositum, et iteratio, et rationis apta conclusio; *h. e.* repetitio, figura Rhetorum, late sumpta, quae et ἐπαναλήψις dicitur.

ITĔRĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale ab *itero;* iterationi inserviens. Hinc *iterativa verba* dicuntur a Grammaticis ea, quae iterati ac saepissime repetiti obsequii designant effectum, ut ait *Inscr. Gramm.* in *Fragm. de Verbo, n. 58. p. 171. Endl.*, quaeque, ut *Id. ibid. n. 41. p. 173.*, explicant magis moram, quam iterationem. Eadem *frequentativa* communius appellantur. V. FREQUENTATIVUS. *Charis. 3. p. 226. Putsch.* Ut intelligamus, omnia iterativa, ex quacumque coniugatione figurata fuerint, primae coniugationis declinationem habere. Adde *Diomed. 1. p. 338.* et *336. ibid.*

ITĔRĀTO. Adverb. V. voc. seq. §. 4.

ITĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *itero*, adiectivorum more etiam adhibitum; iterum factus, repetitus; *replicato. Cic. Partit. 15.* Augent etiam relata verba, iterata, duplicata, et ea, quae ascendunt gradatim; *h. e.* per figuram repetitionis. Et *ibid. 6.* Verba geminata, atque duplicata, vel etiam saepius iterata ponantur. *Id. 2. Orat. 50.* Ager non semel aratus, sed novatus, et iteratus; *arato la seconda volta. Iustin. 29. 4.* Iterato proelio victi; *nella seconda battaglia. Suet. Ner. 23.* Iterata certamina. *Horat. Epod. 12. 21.* Muricibus Tyriis iteratae vellera lanae; *h. e.* bis tinctae. *Ovid. 8. Met. 172. de labyrintho.* Utque opo virginea, nullis iterata priorum lanua difficilis, filo est inventa relicto; *h. e.* quae ingredientibus reperta fuerat, non reperta iterum egredi volentibus. — *Tertull. Anim. 55.* Animae iam pridem morte functae, et in aliud corpus iteratae; *rinnovate, vive una seconda volta.* — 2) *Iteratus* dicitur miles, qui honesta missione dimissus, iterum ad militiam revocatur. *Inscr.* apud *Grut. 538. 9.* C. Cornelius Memor Q. Mil. Coh. IIII. Pr. ⌝. Patroili *militavit* ann. XXVIII., iteratus vixit an. LXXX. — 3) *Iterata* etiam dicitur ea Sacerdos, quae iterum taurobolium fecit. *Inscr.* apud *Marini, Arv. p. 338.* Herennia Fortunata per Ti. Claudium Felicem sacerdotem iterata est. — 4) Absolute, adverbiorum more, in ablativo casu

ITERATO est idem ac iterum; *per la seconda volta. Iustin. 43. 4.* Iterato petiit. *Id. 22. 7.* Iterato Carthaginienses superat. Et *16. 3.* Iterato ad oraculum decurrunt. *Modestin. Dig. 49. 16. 5. circa med.* Si iterato hoc admiserint. Adde *Vulg. Interpr. Ioh. 3. 4.*

ITERDŪCĂ. V. DOMIDUCUS.

ITĔRĬTAS, ātis, f. Abstractum ab *itero;* idem ac iteratio. *Boëth. 2. Geom. p. 1217.* Aliam normam huius trigoni proponere curamus, quatenus hanc caute indagantes cautissima ad id, ad quod desiderant accedere, iteritatis lineo absque dubio perducat.

ITĔRO. Adverb. eiusdem originis et significationis ac iterum, quod

Digitized by Google

V. §. a. et b. *Inscr.* apud *Fea, Framm. di Fast. cons. tav. 16. n. 26.* Consulibus tunc natus eram, itereque Severo, Et Fulvo pariter, quo caepi dulcis haberi; *h. e.* an. a Chr. n. 120. C. Catilio Severo II., et T. Aurelio Fulvo II. Cos. *Nummus* Hadriani Aug. apud *Eckhel, D. N. V. T. 6. p. 477.* Aug. Ger. Dac. Par. P. M. Tr. P. Cos. Ītero.

ĪTĔRO, as, āvi, atum, āre. Verbum transitiv. ab *iterum*. — Particip. *iterans* §. 2., *iterandus* §. 7., *iteratus*, v. suo loco, *iteraturus* §. 2. — Proprie est iterum aliquid facio, repeto; *replicare, reiterare*. *Enn.* apud *Cic. 4. Acad. 27.* et *2. Tusc. 19.* et *14. Att. 14.* Itera dum eadem ista mihi, non enim satis intelligo, etc.; *tornami a dire*. Et *Orat. 39.* Cum duplicantur, iteranturque verba; *h. e.* per figuram repetitionis. *Ovid. 6. Fast. 199.* Mane ubi bis fuerit, Phoebusque iteraverit ortus; *h. e.* iterum retulerit diem. *Plaut. Poen. 4. 2. 99.* Quaeque audivistis modo, nunc si eadem hic iterem, inscitia est. *Ovid. 3. Met. 495.* quotiesque puer miserabilis eheu Dixerat, haec resonis iterabat vocibus eheu; *ripeteva*. *Horat. 1. Od. 34. 5.* nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus Cogor relectos. Sic *1. ibid. 7. 32.* Gras ingens iterabimus aequor; *h. e.* rursus navigabimus. *Liv. 6. 32.* Iterare pugnam. *Suet. Claud. 17.* honorem triumphi; *h. e.* bis triumphare. — **2)** Translate. *Plin. 7. 56. 3.* vitam morte; *h. e.* post mortem iterum vivere. *Horat. 2. Od. 19. 11.* truncis Lapsa cavis iterare mella; *h. e.* semel et iterum cantare. *Lamprid. Alex. Sev. 22.* causas; *trattar di nuovo*. *Tertull. Pudic. 14.* veniam; *perdonar due volte*. *Apul. 4. Met. 18.* sarcinas; *h. e.* iterum alio asportandas sumere. *Plin. Paneg. 23. fin.* Inde tu in palatium quidem, . . . caeteri ad penates suos, quisque iteraturus gaudii fidem. *Vulg. Interpr. Ierem. 2. 36.* Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas? — **3)** *Bis iterare* pleonasmus est apud *Plaut. Pseud. 1. 3. 134.* Sic *iterum iterare* apud *Eund. Rud. 4. 8. 1.* — **4)** Interdum est simpliciter referre, memorare, narrare; *riferire, raccontare*. *Id. Amph. 1. 1. 56.* Haec ubi Thelebois ordine iteraruut, etc. *Id. Cas. 5. 2. 5.* Operam date, dum mea facta itero: est operae auribus percipere: Ita ridiculis auditu, iteratu ea sunt, quae ego intus turbavi. *Sempron. Asell.* apud *Gell. 5. 18.* Scribere bellum, et quae in eo gesta sint, iterare. — **5)** Item *iterare salcamentum, anulos*, apud *Lamprid. Elagab. 32.* est bis gestare; et *iterare mulierem* apud *Eund. ibid. 24.* est iterum inire. — **6)** Apud *Stat. 12. Theb. 775.* Multiplicem tenues iterant thoraca catenae; *h. e.* duplicant, et densiorem faciunt. — **7)** Praeterea

II. *Itero* est rusticorum verbum. *Colum. 2. 4. circa med.* Siccitatibus censeo, quod iam proscissum est, iterare, pluviamque opperiri; *arare la seconda volta*. Et *paulo post*. Colles pinguis soli Februario statim proscindendi sunt, deinde ab Aprili medio iterandi, tertiandique Septembri. *Id. 11. 3.* Locus exherbandus, sercoraudus, et diligenter fossione iterandus. Et *ibid. 2. ante med.* Iterare sarrituram. — *Plin. 18. 67. 3.* segetes; *h. e.* iterum sarrire.

ĪTĔRUM. Adverb., quod quidam Etymologi volunt esse ab *iter*, quasi eadem via rursum incatur; alii a Graeco *δεύτερος* transmutatum. *Döderl. T. 1. p. 181.* brevem formam dicit verbi *alterum*. Contra *Hand, Tursell. T. 3. p. 324.* ex eadem stirpe ortum censet, cui assignaverat *ita* et *item*, nempe ab *i* pronominali et syllaba *ter*, sive, terminatione addita, *terus, a, um*, demonstrativa, quae et gradationem significat, unde etiam ad formandos comparativos adhibetur. — **b)** Alia forma huic est *itero* quasi ab *iterus, a, um*, absolute adverbiorum more adhibito, rarioris tamen usus. V. suo loco. — **c)** In antiquis MSS. et editis libris saepius *iterum*, *item* et *interim* inter se commutata fuisse, diximus iam sub v. ITEM §. c. — **d)** Derivata, *iterabilis, iteratio, iterativus, iteritas, itero* adv. et *itero, as*.

ITERUM proprie primam rei eiusdem repetitionem designat, cum respectu numeri; secunda vice: item, rursus, denuo; *la seconda volta, di nuovo*. *Cic. Brut. 18.* Livianae fabulae non satis dignae, quae iterum legantur. *Caes. 1. B. G. 31.* Cum his Aeduos semel atque iterum armis contendisse; *una e due volte*. *Cic. Dom. 32. a med.* Se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. *Id. 1. Invent. 39. ad fin.* Primo quidem decipi, incommodum est: iterum, stultum: tertio, turpe. *Plaut. Men. 2. 3. 58.* In Sicilia, Ubi rex Agathocles regnator fuit, et iterum Phinthias; Tertium Liparo. *Id. Most. 3. 1. 146.* Ecce autem iterum nunc quid ego dicam, nescio: Iterum iam ad unum saxum me fluctus ferunt. *Cic. 2. Divin. 59.* Nemo est, quin saepe talos iactans, Venerium iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium; *due e tre volte*. Et *Rosc. Am. 22.* Iterum ac tertio nominavi. *Id. 15. Fam. 42.* Iterum ac saepius te rogo. *Id. 1. Divin. 25. sub fin.* Quod semel ille iterumque neglexit. *Id. Font. 8.* Pecuniam semel, atque iterum, ac saepius dare coacti sunt; *una, due, e più volte*. *Cels. 4. 4. ad fin.* Iterum tertioque. *Plin. 14. 28. 2.* Iterum tertiumque. *Sall. Cat. 52.* Ignoscite Cethegi adulescentiae, nisi iterum iam patriae bellum fecit. *Varr. 1. RR. 18. in fin.* Iterum et tertio. — *Plaut. Poen. 5. 2. 117.* Iterum mihi gnatus videor, quia te repperi. — *Arnob. adv. Gent. 1. p. 15.* Quid dicitis, o parvuli? . . . quid dicitis, o iterum? Adde *8. p. 98.* — **B)** Solemnis est usus huius particulae, etiam in monumentis, ad indicandam honorum ac munerum publicorum geminationem. *Cic. 1. Divin. 35.* C. Flaminius consul iterum (v. bis §. 3.). *Horat. 1. Ep. 8. 4.* Vina bibes, iterum Tauro diffusa *h. e.* iterum consule. *Liv. 8. 19.* Seditiosi homines iterum atque tertium tribuni. *Vellei. 2. 54.* Lentulus consularis et praetor iterum. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6459.* P. Paquius . . . pro Cos. iterum extra sortem. *Alia* in *Giorn. Arcad. T. 143. p. 9.* L. Mario Maximo . . . pro consuli provinc. Asiae iterum. — *Alia* apud *Orelli, n. 801.* Cn. Octavius Titinius Capito . . . proc. ab epistulis et a patrimonio; iterum ab epistulis Divi Nervae . . . ab epistulis tertio imp. Nervae Caesar. Traiani Aug.; *h. e.* qui primum fuerat ab epistolis Domitiano, idem officium iteravit toties, quoties principem mutavit. Cf. *Nota*. — **3)** Praeterea

II. *Iterum* est saepe, monente *Paul. Dig. 2. 15. 7. §. 1.* Haec vox *iterum* duas res significat: alteram, qua demonstratur tempus secundum, quod Graeci *δεύτερον* dicunt: alteram, quae ad insequentia quoque tempora pertinet, quae Graece dicitur *πάλιν*. Quod ita accipitur, quoties opus erit: nam potest fieri, ut bis editam sibi rationem quis perdiderit, ut verbum *iterum* pro saepius accipiatur. *Justin. 5. 6.* Et qua colluvione hominum domini antea Graeciae conscripto exercitu vix libertatem tuebantur. Iterum tamen fortunam maris experiendam decernunt. — **4)** Hinc formula *iterum atque iterum*, vel *iterum, iterumque* de re saepius repetenda. *Quintil. 2. 13. 8.* Id maxime praecipiam, ac repetens iterumque iterumque monebo (quod sumpsit e *Virg. 3. Aen. 455.* praeque omnibus unum Praedicam, et repetens iterumque iterumque monebo). *Horat. 1. Sat. 10. 59.* Iterum atque iterum spectanda. *Martial. 2. 14. 15.* Nam thermis iterum cunctis iterumque lavatur. *Flor. 2. 7. 13.* Et iterum iterumque praeconem repetere illam vocem iubebant. — **5)** Pro vicissim, vel itidem. *Caes. 1. B. G. 44. a med.* Ut sibi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret; sic iterum nos esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus.

Nota I. Ad §. 2. *Iterum*, ut diximus, designat geminationem dignitatis, sed non semper aliquo temporis interposito spatio in eiusdem muneris repetitione, ut saepius accidit, sed aliquando etiam continuationem dignitatis eiusdem in annum sequentem; ut docet *Borghesi* in *Giorn. Arcad. T. 143. p. 19.*, ubi illam *inscriptionem* exponit, quam supra retulimus §. 2. — Hoc autem non esse admittendum in iteratione legationum, monstrat *Momms.* in *Comment. rerum gestar. Augusti, p. 112.* et *127.* et *segq.*, quem videsis. — **Nota II.** Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Tursell. T. 3. p. 323-331.*

ĪTHŸPHALLĬCOS, *Graeca positione*, ce, con. V. voc. seq §. 2.

ĪTHŸPHALLĬCUS, a, um. Adirct. ab *ithyphallus;* ad ithyphallum pertinens. Hinc *ithyphallicum carmen* dictum, quod eo Athenis in mysteriis utebantur, rectum stipitem in modum fascini tenentes, Graece *ἰθυφαλλικὸν μέτρον*, quod constat dimetro brachycatalecto, ut *Bacche iunge tigres. Serv. in Centim. p. 1819. Putsch.* et *Atil. Fortunatian. p. 2698. ibid.* — **B)** Eius tamen plura genera statuunt Scriptores rei metricae. *Caes. Bassus, de metr. 1. 4.* Alcaicon ithyphallicon. *Mar. Victorin. 3. 9. 1.* Phalaecium autem, quod ithyphallicum, si tribus trochaeis claudatur. *Plot. de metr. 3. 3.* Trochaicum dimetrum brachycatalectum colurum, quod ithyphallicum dicitur. *Id. 3. 6.* Ithyphallicum antispasticum. *Id. 9. 6.* Ionicum ithyphallicum. Cf. voc. seq. §. 2.

ĪTHŸPHALLUS, i, m. Vox Graeca, *ἰθύφαλλος*, qua significatur lignum effictum in modum fascini; *h. e.* *τοῦ αἰδοίου ἐντετυπωμένου*: ab *ἰθύς* pro *εὐθύς*; rectus, et *φαλλός*; veretrum. Item ipse Priapus, talium turpitudinum turpissimus Deus. *Colum. 10. 31.* truncum forte delatum Arboris antiquae, numen venerare Ithyphalli. *Arnob. 3. p. 176.* In Liberi honorem patris Ithyphallos subrigit Graecia, et simulacris virilium facinorum territoria cuncta florescunt. *Inscr.* apud *Grut. 95. 3.* *Ἰθυφάλλῳ χαρυπτήρῳ, κηπουρίαι, κλειτοριάσεις*, etc. — **B)** Sumitur pro quadam carminis specie apud Veteres in mysteriis Bacchicis aliaque usitata. *Mar. Victorin. 1. 17. 18.* Nam si sit dactylica tetrapodia et ithyphallus; id est, si post quatuor dactylos pedes tres continui trochaei subiiciantur, isque versus quasi uniformis pronuntietur, *ἀκκαταλήξιαν* patitur.

ĪTĪDEM. Adverb., quod alii ab *ita* et *dem* adiectione syllabae, vel ab *iterum* et *idem* deducunt. Rectius fortasse *Hand, Tursell. T. 3. p. 331.*, ex *item* et *dem* unde *itemdem* et, omissa media *m*, *itedem*, et, mutata *e* in *i*, *itidem*. V. *Hand*, *loc. cit.* — **b)** In Codd. scriptis *ididem* pro *itidem* legitur, eadem ratione qua *fecid* pro *fecit*. — **c)** Librarios autem aliquando *idem* cum *itidem* commutasse, monet idem *Hand, ibid. p. 334.*

ITIDEM proprie significat eodem prorsus modo; *allo stesso modo*: et componitur cum particulis relativis ut, *quasi*. *Plaut. Most. 1. 3. 119.* Ubi se sudor cum unguentis consociavit, illico itidem olent, quasi cum una multa iura confundit cocus. *Id. Cure. 5. 3. 13.* Ita te

Digitized by Google

nervo torquebo, itidem uti catapultae solent. *Ter. Eun. 4. 2. 13.* Utinam hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet. *Plaut. Amph. 5. 4. 9.* Ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri. *Id. Pseud. 1. 3. 148.* Exossabo ego illum similiter, itidem ut muraenam cocus. *Lucret. 5. 10.* Floriferis ut apes in saltibus omnia libant, Omnia nos itidem depascimur aurea dicta. Adde *Plaut. Aul. 2. 2. 37.* et *Capt. prol. 44.* — **B)** Adhibetur etiam absolute; quo sensu interdum nihil aliud significat, quam pariter, una, similiter; *similmente, parimente. Cic. Partit. 22.* Temperantia in suas itidem res, et in communes distributa est. *Caes. 1. B. G. 36.* Itidem populum R. victis ad suum arbitrium imperare. *Plaut. Bacch. 3. 3. 6.* Feci ego istaec itidem in adolescentia. *Ter. Phorm. 2. 3. 80.* Itidem tu face. *Cic. 1. Leg. 10.* Ea, quae movent sensus, itidem movent omnium. *Quintil. 5. 10. 60.* Qui servus est, si manumittatur, fit libertinus, non itidem addictus. — *Plaut. Rud. prol. 74.* Illa autem virgo atque altera itidem ancillula De navi timidae desiluerunt in scapham. — **B)** Copulatur insuper cum aliis particulis, *idem, quoque, contra*, maiori quadam evidentia. *Ter. Andr. 3. 4. 20.* Ibo ad illum, atque eadem haec, quae tibi dixi, dicam itidem illi. *Cic. 2. Leg. 3.* Quia nunc itidem ab eodem et a ceteris Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia. *Plaut. Pseud. 1. 2. 30.* Itidem vos quoque estis plagis omnes. *Id. Cure. 1. 3. 7.* Sisto ego tibi me, et mihi contra itidem te ut sistas suadeo. *Varr. 9. LL. 58.* Nullius nostrûm filium et filiam, non apte discerni marem ac feminam: contra Deorum liberos non itidem.

Nota. Alia pauca dabit de hac particula, si quis desiderat, *Hand, Tursell. T. 3. p. 331-334.*

ITĪNER, V. ITER §. b.

ITĪNĔRĀLIS, le. Adiect. ab *iter, itineris;* ad iter pertinens. Hinc *praepositiones itinerales* dictae a Grammaticis, quae *localibus* sunt oppositae. *Cledon. art. p. 1834. Putsch.* Praepositiones *in, sub* et *subter*, quando itinerales fuerint, accusativo semper serviunt; quando locales, ablativo in omnibus temporibus: *Super* vero ab his distat per contrarium: quando itineralis fuerit, ablativo servit, ut *super platea:* quando localis, accusativo, ut *super idolium*.

ITĪNĔRANS, antis, m. Particip. verbi *itineror*, absolute adhibitum de iis, qui itinera suscipiunt. *Salvian. 1. Gub. D. 9.* Adde illatos itinerantium castris, alitum greges Dei pietate indulgentissima. *Valerian. Homil. 5. n. 1.* Si itinerantibus nihil desperationis occurrat.

ITĪNĔRĀRIS, re. Adiect. ab *iter, itineris;* ad itinera pertinens. *Itinerare, is*, n. absolute pro *itinerarium* legitur in *Itinerario* paucis ab hinc annis reperto, atque edito ab *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5210. col. 3. init.* Itinerare a Gades usq. Roma *(sic)*. — Et *col. 2. init.* Ab Gades usque Roma *(sic)* itinerare. Cf. ITINERARIUS §. 3.

ITĪNĔRĀRĬUM, V. voc. seq. §. 3.

ITĪNĔRĀRĬUS, a, um. Adiect. ab *iter, itineris;* ad iter pertinens; *da viaggio. Lamprid. Commod. 9.* Sumptus itinerarius. *Id. Alex. Sev. 27.* Vestimenti genus itinerarium. *Ammian. 21. 15.* Ratus, itinerario motu imminutae valetudinis excuti posse discrimen. *Id. 19. 8.* Tanquam itinerario aggere, vel superposito ponte complanatum spatium; h. e. summo viae dorso, media viae eminentia. — **B)** *Termini itinerarii* dicuntur a Scriptoribus rei agrariae ii, quibus fides non est adhibenda, ut tradit *Boëth. Demonstr. art. geom. p. 402. Lachm.* — **C)** Absolute, substantivorum more,

ITINERARIUM, ii, n. Est descriptio itineris; *itinerario*. V. ΠΟΔΟΚΡΟΝΙΚΟΝ. *Veget. 3. Milit. 6.* Primum itinerarii omnium regionum, in quibus bellum geritur, plenissime dux habere debet perscripta; usque eo, ut solertiores duces itineraria provinciarum, in quibus necessitas geritur, non tantum adnotata, sed etiam picta habuisse firmentur, ut non solum consilio mentis, verum adspectu oculorum viam profecturis eligerent. *Itineraria perscripta* et *adnotata* sunt ea, quae loca, eorumque distantias habent notata, ut *Itinerarium Antonini* et *Hierosolymitanum:* sunt autem *picta*, quae ipsa loca oculis repraesentant, Itali dicunt *carte topografiche*, ut *Tabula Peutingeriana*. — **D)** Item itineris signum. *Ammian. 24. 1.* Itinerarium sonare lituos iubet; *sonare la marcia*.

ITĪNĔROR, āris, āri. Verbum intransitiv. ab *iter, itineris*. — Particip. *itinerans*, V. suo loco. — Est iter facio. *Onom. Lat. Gr.* Itineror; ὁδοιπορῶ.

ITĬO, ōnis, f. Verbale ab *eo, itum;* profectio, actus eundi; *andata, partita. Cic. 11. Att. 16.* De obviam itione ita faciam, ut suades. *Ter. Phorm. 5. 8. 25.* Haeccine erant itiones crebrae, et mansiones diutinae Lemni?

ITIS, is, f. Vox Tusca, de qua sic *Macrob. 1. Saturn. 15.* Iduum nomen a Tuscis, apud quos is dies *Itis* vocatur, sumptum est. *Item* autem illi interpretabantur Iovis fiduciam. Nam cum Iovem accipimus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carmine canunt, et Cretenses Δία τὸν ἠέρα vocant; ipsi quoque Romani Diespitrem appellant, ut diei patrem; iure hic dies Iovis fiducia vocatur.

ITĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. ab *ito;* saepius ito. *Nasuius* apud *Calpurn. Pison.* MS. referente *Merula ad fragm. Ennii, p. 417.* Caesum funera agitant, exsequias ititant, Temulentiamque tollunt festam.

ĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. ab *eo, is;* frequenter eo; *andare spesso*. In *Edicto censorum* apud *Suet. Rhet. 1.* Et quos in ludos itare vellent. *Cic. 9. Fam. 24.* Te ad coenas itare desisse, moleste fero. *Gell. 3. 18.* Pedibus itare in curiam. — **B)** Pro simplici *eo, is, Plaut. Most. 1. 2. 48.* Ad legionem cum itant, adminiculum eis dauunt; h. e. cum proficiscuntur in militiam.

ĬTOR, ōris, m. Verbale ab *eo, itum;* qui it; *chi va, viandante*. Agnoscitur a *Probo, Art. min. n. 793. fin.* Nomen, *itor;* appellatio, *itio*.

ĬTUS, us, m. Verbale ab *eo, itum;* idem ac itio; *andata. Cic. 15. Att. 5.* Quis porro noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? *Inscr.* apud *Grut. 75. 9.* Pro salute, itu ac reditu DD. NN. M. Aur. Antonini Pii Aug. et P. Septimii Getae. *Alia 63. 9.* Pro salute itus et reditus Imp. Caes. Divi F. Augusti. *Suet. Tib. 58.* Vota pro itu et reditu suo suscipi passus. *Lucret. 5. 389.* Nec repentis itum cuiusviscumque animantum Sentimus; h. e. incessum. *Titin.* apud *Non. 2. 419.* Itum, gestum, amictum qui videbant eius; *il passo, l'andatura*. — In plur. num. *Pallad. 7. 2. extr.* Ita per paucos itus ac reditus, brevi horarum spatio, tota messis impletur. Adde *Boëth. Cons. Phil. 4. metr. 6.* — **B)** Item ius eundi in aliquem locum, v. gr. ad sepulcrum. V. AMBITUS, us, §. 5. et ITER §. 8.

IU

IŪ. Interiectio dolentis, Graece pariter ἰού, unde sumta est. Legitur apud *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 13. 4.* Haec iam supra iu iu, et super oben et super universam tragicam exclamationem et doloris vociferationem sunt; h. e. superant tragicam omnem exclamationem et querelam.

IŪBA, ae, f. Nomen, quod vulgo a φάβη; crinis, deducitur, et quo proprie significantur crines, qui a collo animalium pendent, ut leonum, et equorum; *chioma, crine. Cic. 1. Divin. 53.* Et equum alacrem laetus aspexit, cuius in iuba examen apum consederat. *Virg. 11. Aen. 497.* Iudunique iubae per colla, per armos. — **B)** Improprie vero de aliis animalibus, itemque de rebus. Sic *Colum. 8. 2. a med.* iubas vocat etiam plumas exstantes in collo gallinaceorum. — *Virg. 2. Aen. 206.* usurpat de serpentum cristis. — *Val. Flacc. 8. 88.* de dracone vellus aureum servante. — *Id. 5. 196.* et *Virg. 2. Aen. 412.* et *7. ibid. 785.* de coma, seu crista galeae. — *Val. Flacc. 6. 111.* de villosis canum collis. — De crinibus cometae, qui pogonias dicitur, *Plin. 2. 25. 22.* — Et de frondibus arborum, *Id. 6. 22. 24.* — Denique de coma, et capillis humanis, *Senec. Brevit. vit. 12.* et *Martial. 1. 32.* — **B)** Ad orationem modeste transtulit *Plin. 5. ep. 8. a med.* Hanc *(historiam)* saepius ossa, musculi, nervi; illam *(orationem)* tori quidam, et quasi iubae decent.

IŪBAR, āris, n. raro m. Nomen parum certae originis, quod vulgo tamen a *iuba*, ob quandam similitudinem radiorum cum iuba equorum, ducitur (V. *Varr., Fest.* et *Serv.* loc. mox cit.). Contra cl. *Garrucci* in *Annali dell'Istit. Archeol. a. 1861. p. 156.* componit cum ἀβάρ, quod Lacones pro ἠώς usurpabant (teste *Hesychio:* ἀβάρ, ἠώς. Λάκωνες.), unde et Latine *labor* in cista Praenestina, de qua ibi est sermo. — **b)** In masc. genere. *Enn.* apud *Priscian. 5. p. 658.* Interea fugit albu' iubar Hyperioni' cursum; h. e. luna, vel lucifer. *Sever. Aetn. 332.* Purpureoque rubens surgat iubar aureus ostro; h. e. sol.

IUBAR proprie sunt radii et splendor stellarum, iubae quandam similitudinem referens; *splendore, raggi di stella*. Primo diei coeptum est de radiis luciferi. *Varr. 7. LL. 4.* Iubar dicitur stella lucifer, quae in summo habet diffusum lumen, ut leo iubam. Et *6. ibid. 2.* Inter vesperuginem, et iubar dicta nox. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.* Iubar, stella quam Graeci appellant φωσφόρον, vel ἑωσφόρον; hoc est lucifer, quod splendor eius diffunditur in modum iubae leonis. Eadem habet *Servius* ad illud *Virg. 4. Aen. 130.* It portis, iubare exorto, delecta iuventus. *Ovid. 2. Fast. 149.* Quintus ab aequoreis nitidum iubar extulit undis Lucifer. *Calvus* apud *Priscian. 5. p. 658. Putsch.* Hesperium ante iubar quatiens. — **B)** Deinde de splendore ac radiis cuiusvis sideris, aut alterius rei fulgorem habentis. — De sole *Lucret. 5. 696.* Sub terris ideo tremulum iubar haesitat ignis. — De luna *Ovid. 4. Fast. 944.* Sustulit immenso ter iubar orbe suum. — De astro quolibet *Id. 15. Met. 840.* Hanc animam interea, caeso de corpore raptam, Fac iubar. — *Id. 1. Fast. 77.* Flamma nitore suo templorum verberat aurum. Et tremulum summa spargit in aede iubar. — *Val. Flacc. 3. 441.* Tale iubar per tecta micat; h. e. auri splendor. *Stat. 5. Theb. 223.* cristarum galeae iubar. — **C)** Transfertur ad maiestatem hominis. *Senec. Troad. 448. de Hectore.* Non ille vultus flammeum intendens iubar, Sed fessus ac delectus, et fletu gravis. *Martial. 8. 66.* Purpureum fundens Caesar ab ore iubar.

Digitized by Google

IŪBĀTUS, a, um. Adiect. a *iuba*, participiorum more effictum; iubam, aut cristam habens; *chi ha chioma*, *crestuto*. *Plin. 8. 20. 1.* Iubati leones. *Id. ibid. 52. 1.* Iubata cervix. Et *ibid 15. 1.* Iubati bisontes. *Liv. 41. 21. extr.* et *Plaut. Amph. 5. 1. 56.* Iubati angues. *Varr. 6. LL. 2.* Iubata stella; *h. e.* radios, seu iubar habens. *Cic. Arat. 474. Orelli* Supera cervice iubata.

IŪBĔLAEUS et IUBELEUS. } V. IUBILAEUS.

IŪBELLUM, i, n. Videtur deminut. a *iubilum;* parva iubilatio. Legitur hoc vocabulum, nulla exhibita expositione, in *Gloss. Arab. Lat.*

IŪBĔNĀLIS. IŪBĔNIS. IŪBENTUS. } V. IUVENTUS §. b.

IŪBĔO, iubes, iussi, iussum, iubēre. Verbum transitiv., quod varie apud Veteres scribebatur; nempe *ioubeo* pro *iubeo*, ut in *SCto de Bacchanal. lin.* 27. Uteique eam figier ioubeatis. — In praeteritis autem una *s* pro duplici Veteres usurpasse, affirmat *Quintil. 1. 7. 21.* Atqui paulum superiores etiam illud, quod nos gemina *s* dicimus, *iussi*, una dixerunt. Sic in eodem *SCto lin. 9. iussissent* legimus pro *iussissent*, et in *Fragm. leg. Servilias repetund. c. 6. iouserit* pro *iusserit*, et in *Tab. Heracl. c. 8.* apud *Mazochi, p. 425. iuset* pro *iussit.* — **b)** Ad rationem autem declinandi pertinet *iussitur* antiquum pro *iubetur*. *Cato, RR. 14.* Faber haec facial oportet: parietes omnes, uti iussitur, calce et caementis, pilas ex lapide, etc. — **c)** Poëtis autem concedenda sunt *iusso* per syncopen pro *iussero*. *Virg. 11. Aen. 467.* Cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma. Adde *Sil. 12. 178.* Et *iusti* pro *iussisti*. *Ter. Eun. 5. 1. 15.* Ita ut tu iusti, soli credita est. — **d)** Particip. *iubens* §. 1. et 5., *iubendus* §. 3., *iussus*, V. suo loco, *iussurus* §. 1. — **e)** Derivata, *ius*, quod V. pro suis, *iussio*, *iussor*, *iussus*, *us*. — **f)** Composita, *adiubo*, *coniubo*, *fideiubeo*, *iniussus*, a, um, et *iniussus*, *us*.

IUBEO proprie est impero, mando, praecipio; *comandare:* et varie construitur. *Ter. Eun. 2. 3. 87.* Iubes ne? *Chae.* iubeo, cogo, atque impero. *Iuvenal. 6. 222.* Hoc volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas. *Virg. 2. Aen. 3.* Infandum, regina, iubes renovare dolorem. *Caes. 1. B. G. 27.* Eos in eo loco suum adventum exspectare iussit. *Ter. Eun. 2. 3. 16.* Iubete istos foras exire. — *Inscr.* apud *Cicogna, Iscris. Venes. T. 6. p. 437.* C. Titurnius C. l. Florus fieri iussit. *Alia* apud *Orelli, n. 4562.* Te rogo, fili karissime, ne quis velit amplius post me in hoc tumulo aliut inferre, et vos lib. lib. quo iubeo praest; *h. e.* vos libertos libertasque iubeo praestare. *Marini, Iscr. Alb. p. 125.* explicabat: *praesto esse*. — Passive. *Caes. 5. B. G. 6.* Quod iussi sunt, faciunt. *Horat. 1. Ep. 7. 75.* Iubetur Rura suburbana indictis comes ire Latinis. *Liv. 3. 30.* Consules iubentur scribere exercitum. *Petron. Satyr. 120.* Inferni manes caelum sperare iubentur. *Plin. 28. 5. 5.* Pollices, cum faveamus, premere, etiam proverbio iubemur. *Plin. alter, 6. ep. 29. in fin.* Opto, ut ea potissimum iubear, quae me deceat vel sponte fecisse. *Iustin. 19. 1.* Poeni mortuorum corpora cremare a rege iubebantur. *Tacit. 4. Hist. 76.* Germanos non iuberi, non regi; sed cuncta ex libidine agere. — Sequente coniunctivo, cum vel sine particula *ut*, aut *ne*. *Plaut. Amph. 1. 1. 50.* Iubet, sententiam ut dicant suam. *Suet. Vesp. 23.* Iussit, ut continuo ponerent. *Liv. 32. 16.* Iussitque, ut quae venissent naves, Euboeam peterent. *Horat. 1. Sat. 4. 121.* sive iubebat, Ut facerem quid. *Ovid. 1. Amor. 11. 19.* rescribat multa, iubeto. *Ter. Eun. 4. 4. 24.* Iube, mihi denuo respondeat. *Hirt. 8. B. G. 32. extr.* Quod ne fieret, consules iusserunt. *Al. leg.* intercesserunt. *Virg. 5. Ecl. 18.* Iubeto, certet Amyntas. — Regit etiam dativum personae. *Cic. 9. Att. 13.* Quamquam hae mihi litterae Dolabellae iubent ad pristinas cogitationes reverti. *Caes. 3. B. C. 98.* Militibus suis iussit, ne qui eorum violarentur, neu quid sui desiderarent. *Tacit. 13. Ann. 40.* Quibus iusserat, ut instantibus resisterent. Et *ibid. 15.* Britannico iussit, exsurgeret, et cantum aliquem inciperet. *Ascon. in 3. Verr. 16.* Sulla mihi iussit. *Claudian. 2. in Rufin. 154.* regit Italiam, Libycnque coërcet, Hispanis Gallisque iubet; *dà legge*. Adde *in II. Cons. Stilich. 85.* — Item accusativum vel personae, vel rei. *Cic. 13. Fam. 26. a med.* Litterae, non quae te aliquid iuberent, sed quodam modo commendaticiae. *Plaut. Stich. 2. 2. 71.* Iube famulos, rem divinam mihi apparent. *Apul. Florid. n. 22* Aegrum iubet, uti sit animo bono. *Suet. Vesp. 23.* Nuncientes legatos, decretam ei publice statuam, iussit, ut continuo ponerent. *Al. leg.* nunciantibus. *Martial. 9. 86.* Sed tu iussisses Eurysthea. *Tacit. 13. Ann. 18.* Neque iubere caedem fratris palam audebat. *Id. Agric. 43.* Nero iussit scelera, non spectavit. *Stat. 7. Theb. 375.* Iubere silentia alicui; *intimare*. Sic *Lucan. 2. 328.* secuturo iussurus classica Phoebo. *Id. 8. 686.* Iubere bella. Et *ibid. 332.* sistra iubentia luctus. — Et accusativum rei cum dativo personae. *Tacit. 4. Ann. 72.* Tributum iis Drusus iusserat modicum; *auxa imposto*. Et *Stat. 7. Theb. 32.* aspiciam terras, pacemque iubebo Omnibus; *h. e.* cogam pacem servare. — **g)** Specialim

II. *Iubeo* elegantem habet usum pro firme aliquid velle, aut serio et intente hortari. *Plaut. Pers. 2. 5. 2.* Iubeto, habere bonum animum; *digli che stia di buon animo*. Et *Cic. 14. Fam. 1.* Sperare nos amici iubent. *Id. 7. ibid. 2. ad fin.* Valde iubeo, gaudere te; *voglio*. *Id. 12. Att. 6. ad fin.* Caesar te sine cura esse iussit. *Id. 4. ibid. 14.* Dionysium iube salvere; *saluta da mia parte*. *Id. 7. ibid. 7.* Alexim humanissimum puerum, velim salvere iubeas. (Et omisso infinito, qui facile subintelligitur. *Ter. Andr. 3. 3. 1.* Iubeo Chremetem: *saluto, riverisco*). Et *5. ibid. 2.* Illum salutavi, postea iussi valere: *gli diedi l'addio, lo lasciai andare*. — **g)** *Iubere legem, magistratum, pacem, foedera* ad eum pertinet, quem penes suprema auctoritas, ius ac potestas est: et significat sciscere, creare, firmare. Romae mos fuit, ut magistratus quidem (in rebus gravioribus) ac senatus censerent decernerentque; at populus iuberet, quo iubente, tum demum rata et firma erant, quae proponebantur. *Cic. Balb. 17.* Legem populus R. iussit de civitate tribuenda. *Liv. 1. 22.* Hostilium regem populus iussit. *Cic. 1. Orat. 14.* Dicere apud populum de legibus iubendis, aut vetandis. *Id. 4. Verr. 67.* Senatus decrevit, populusque iussit, ut etc. *Sall. Iug. 44.* Sed plebs, incredibile memoratu est, quanta vi rogationem iusserit, decreverit, voluerit. *Liv. 3. 50.* Id modo excepere, ne postea eosdem tribunos iuberent. *Sall. Iug. 85.* Postquam ei provinciam Numidiam populus iussit. — **h)** Hinc illa *velitis, iubeatis*, quibus rogabat populum magistratus, cum perferri quippiam volebat. In *formula arrogationis* apud *Gell. 5. 19.* Velitis, iubeatis, Quirites, uti L. Valerius L. Titio iure legeque filius siet. *Liv. 31. 6.* Rogationem promulgavit: vellent, iuberent, Philippo regi bellum indici. — **i)** Hinc translate. *Ovid. 3. Fast. 461. ex persona Remi* Qui modo, si volucres habuissem regna iubentes, In populo poteram maximus esse meo; *h. e.* bono auspicio regnum mihi portendentes. — **k)** *Iubere de manufactis*, V. in IUSSUS, a, um, §. 3. — **l)** *Iubere fide*, V. in FIDEIUBEO §. 2.

Nota I. Discrimen inter *iubeo* et *impero* tradit *Isid. 1. Differ. 504.* « *Iubere* apud Veteres non idem erat, quod *imperare;* nam *iubere* ibi dicebatur, ubi voluntatis erat obsequium; *imperare* autem, ubi debito quisque imperio parebat. » Cf. IMPERO §. 5. — **Nota II.** Constructio verbi abunde colligi potest ex §. 1. — Huc spectat, quod *Forcellinus* quoque noster hoc loco subdidit: « Negant celebres critici, et grammatici, apud aureae aetatis scriptores *iubeo* dativum, aut accusativum per se regere, sed usurpari solum cum infinito. Itaque in iis, quae adduximus exemplis aut ad ellipsim confugiunt, infinitivum aliquod verbum subintelligentes, aut lectionem sollicitant. Contra alii sentiunt, acriterque defendunt. Latine studiosus a prioribus quidem steterit; sed nec posteriores damnaverit. »

IŪBĬLAEUS et Iubelaeus (perperam in quibusdam MSS. et editis libris Iubeleus), i, m. Vox Graeca, ἰωβηλαῖος, vel *ἰωβηλαῖος* (unde varia scribendi ratio patet, de qua V. etiam *Vercellone, Var. lect. ad Ios. 6. 4.*), ex Hebraica יובל *(Iobèl);* buccina. V. infra §. 1. — **b)** Primam et secundam longas esse patet ex Graeca voce, eas tamen corrupit *Arator*, loc. mox cit., sed non est is valde sollicitus de prosodiae legibus.

IUBILAEUS dicebatur apud Hebraeos annus quinquagesimus exclusive, scilicet quadragesimus nonus, quo fiebat remissio a servitute, et fundi redibant ad veterem dominum, et servi fiebant sui iuris: hinc et annus remissionis vocatus. Nomen accepit a buccina seu cornu arietino, cuius clangore huius anni initium populo Hebraico nunciabatur. *Vulg. Interpr. Iosue, 6. 4.* Septimo autem die sacerdotes tollant septem buccinas, quarum usus est in iubilaeo. — In plur. num. est *Id. ibid. v. 6.* Iubilaeorum buccinae. — Locus classicus de iubilaeo est apud *Rund. Levit. 25. 10.* et *seqq.* — *Arat. 2. Act. Apost. 677.* quinquagesimus annus Cum Iubilaeus adest, proprii distractio rursus Antiquo donatur hero, etc.

IŪBĬLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iubilo;* clamor inconditus pastorum, iubilum. *Apul. 8. Met. 17.* Pastores canes rabidos et immanes, quos ad tutelae praesidia curiose fuerant alumnati, iubilationibus solitis, et huiuscemodi vocibus nobis iuhortantur; *h. e.* contra nos incitant. — **b)** Dicitur et de sonis inconditis, quos gaudio exsultabundi edere solent. *Augustin. Enarr. in Ps. 46. 7.* Quid est iubilatio, nisi admiratio gaudii, quae verbis non potest explicari. *Id. ibid. in Ps. 97. 4.* Gaudium vestrum exprimat iubilatio, si non potest locutio. Adde alia loca *Eiusdem* apud *Hildebr.* ad *Apul.* loc. cit. in §. praeced. — *Vulg. Interpr. Psalm. 88. 16.* Beatus populus, qui scit iubilationem. *Id. ibid. 150. 5.* Laudate eum *(Dominum)* in cymbalis iubilationis. *Elpis, hymn. 1. 22.* Honor, potestas atque iubilatio.

Nota. Discrimen inter *laetitiam, exsultationem et iubilationem* dedimus supra sub V. EXSULTATIO in *Nota*.

IŪBĬLĀTUS, us, m. Verbale a *iubilo*, idem ac iubilatio, et iubilum. *Gloss. Philox.* Iubilatus; ὁλολυγμός, κραυγὴ ἀγροίκων.

IŪBĬLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitive-

Digitized by Google

rum more aliquando etiam adhibitum, a *iubilum*, ut quidam volunt, vel ab *ἰού, ἰώ*, quae sunt rusticorum inclamationes. V. loca mox cit. — **b)** Derivata, *iubilatio*, *iubilatus*, *iubellum*.

IŪBILO proprie est, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.*, rustice voce inclamare; *gridare cantando*. *Varr. 6. LL. 7.* Vicinaque horum quiritare et iubilare: quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. Et *mox*. Ut quiritare urbanorum, sic iubilare rusticorum. Itaque hos imitatus apte *Accius*, ait in Bacchis: Quis me iubilat? vicinus antiquus tuus. *Alii alit. leg.* V. *Müller* ad *h. l.* — **a)** Latiore significatione de inconditis sonis, quos gaudio exsultantes emittunt. *M. Aurel.* apud *Front. 4. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 6.* Deinde uvis metendis operam dedimus, et consudavimus, et iubilavimus. *Augustin. Enarr.* in *Ps. 94. 3.* Quid est iubilare? Gaudium verbis non posse explicare et tamen voce testari, quod intus conceptum est et verbis explicari non potest. Cf. IUBILATIO §. 2. — *Vulg. Interpr. Iob, 38. 7.* Cum me laudarent . . . et iubilarent omnes filii Dei. *Id. Psalm. 97. 4.* Iubilate Deo, omnis terra. *Id. ibid. 94. 3.* In Psalmis iubilemus ei. — **β)** Deindr, transitivorum more, II. *Iubilo* cum accusativo pro laetitia afficere aliquem sive iubilando inclamare, adhibet *Accius*, sive quicumque is sit poëta, laudatus *Varr.* loc. cit. in §. 1. — **b)** Item est aliquid iubilando emitto, profero. *Vulg. Interpr. Isai. 49. 13.* Laudate, caeli, et exulta, terra: iubilate, montes, laudem.

IŪBĬLUM, i, n. Verbale a *iubilo* (quod tamen V. §. a.); clamor inconditus rusticorum, cantus pastoralis; *grido*, *canto*. *Sil. 14. 473.* Et laetus scopulis audivit iubila Cyclops; *h. e.* cantus Daphnidis pastoris. *Calpurn. Ecl. 1. 30.* nihil armentale resultat: Non montana sacros distinguunt iubila versus. Et *Ecl. 7. 3.* Et tua moerentes exspectant iubila tauri. *M. Aurel.* apud *Front. 4. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 3.* Venator, aut vindemiator, qui iubilis suis cubiculum meum perstrepunt. Adde *Vulg. Interpr. 2. Reg. 6. 15.* et *alibi*.

IŪCUNDĀTĬO (et locundatio), ōnis, f. Verbale a *iucundo*; delectatio, iucunditas. *Arnob. Iun.* in *Psalm. 146.* In quo Deo nostra fit iucundatio.

IŪCUNDĀTUS (et locundatus), a, um. Particip. verbi *iucundo*; iucunditate affectus. *Vulg. Interpr. apocr. 4. Esdr. 9. 45.* Dedit mihi filium et iucundata sum super eum valde. Adde *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Hilar.* in *Ps. 50. n. 10.* et *11.*

IŪCUNDE (et locunde). Adverb. a *iucundus*. — Comparat. *iucundius* et superlat. *iucundissime*, infra. — Est suaviter, dulciter, laete; *giocondamente*, *dilettevolmente*. *Cic. Cael. 6.* Cum tristibus severe, cum remissis iucunde vivere. *Augustus in ep.* apud *Suet. Aug. 71.* Quinquatrius satis iucunde egimus; *assai allegramente*. *Gell. 20. 9.* Iucunde lepideque fictum. *Plin. 20. 69. 1.* Herba iucunde olet; *ha un odor grato*. *Suet. Tit. 3.* Cantare et psallere iucunde scienterque. *Cic. 5. Tusc. 34.* Darius in fuga, cum aquam turbidam bibisset, negavit, unquam se bibisse iucundius. *Val. Max. 7. 2. n. 3. extern.* Iucundissime loqui. *Cic. 1. Fin. 22.* vivere.

IŪCUNDĬTAS (et locunditas), ātis, f. Abstractum a *iucundus*; suavitas, voluptas, res grata sensum aut animum movens, et voluptate afficiens; *diletto*, *piacere*, *giocondità*. *Cic. 1. Fin. 18.* Corporis morbis vitae iucunditas impeditur. *Id. 2. Agr. 29.* Quibus ista agri spes et iucunditas ostenditur. *Id. 2. Q. Fr. 10.* Epistola plena iucunditatis. *Id. fragm.* apud *Gell. 12. 2.* Suaviloquens iucunditas. *Id. 3. Orat. 58.* Delectatio et iucunditas. *Id. Marcell. 6.* Fructus et iucunditas. *Id. 1. Offic. 5.* Vitae commoditas et iucunditas. *Id. ibid. 34.* Relaxare animum, et dare se iucunditati. *Id. 2. Fin. 3.* Iucunditate perfundi. *Id. 1. Orat. 7.* Ea est in homine iucunditas, et tantus in iocando lepos, ut etc.; *piacevolezza*. Et in plur. num. *Id. 10. Att. 8. ad fin.* Nihil mihi ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidit, quam quod meam Tulliam suavissime diligentissimeque coluisti; *h. e.* iucundis officiis; *servigi*, *piaceri*. *Quintil. procem. l. 6. a med.* Vocis iucunditas et claritas; *voce grata e chiara*.

IŪCUNDĬTER. Adverb. a *iucundus*, idem quod iucunde. Legitur in *Gloss. Paris.* apud *Quicherat*, *Addend. Lex. Lat. p. 151.* Eliganter, iucunditer.

IŪCUNDĬTŪDO (et locunditudo), ĭnis, f. Abstractum a *iucundus*. Legitur in *Gloss. Lat. n. 100. p. 194. Hild.* Lepos, urbanitas, iocunditudo, pulchritudo, elegantia.

IŪCUNDO (et locundo), as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *iucundus*. — Particip. *iucundans* §. 1., *iucundatus*, V. suo loco. — Proprie est iucunditatem affero, voluptate afficio, gaudio perfundo; *dar piacere*, *dilettare*. *Augustin. 12. de Gen. ad litt. 34.* ex *Psalm. 94. 19.* Consolationes Dei iucundant animam. *Inscr.* (ex *Psalm. 29. 2.*) apud *Renier*, *n. 3429.* Et non iucundasti inimicos meos super me. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Augustin. Enarr.* in *Ps. loc. cit.* habet *iocundasti*. Cf. *Sabatier* ad *h. l.* — Absolute. *Oros. praef. c. 4.* Infantes iucundantes; *h. e.* lndentes. — **β)** Saepius usurpatur passive *iucundari*, sensu medio, laetitia et gaudio affici. *Lactant. 4. 6.* ex *Proverb. 8. 30.* Quotidie autem iucundabar ante faciem eius. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Hilar.* in *Ps. 40. n. 3. fin.* Iucundamini in Domino et exsultate, iusti. *Vulg. Interpr. Eccli. 19. 6.* Iucundari in malitia. *Id. ibid. 145.* Iucundari in bonis suis. Adde *3. 6.*, *16. 1.* etc.

IŪCUNDUS, a, um. Adiect. a *iuvo*, ut *Cic.* docet *2. Fin. 4. ad fin.*, est enim id omne iucundum, quod sensum aut animum movet et iuvat: praesertim vero quod tristitiae opponitur, et hilaritatem in eo ac laetitiam gignit. — Communius tamen a *iocus* ductum putatur. — **b)** Hinc legitur et *iocundus* tum in antiquis libris non unis, tum in Lapidib. apud *Grut. 331. 7.* et *871. 2.* etc., et defenditur ab his, qui a *iocus* deducunt. Iure tamen improbant *Manut.*, *Dausq.*, *Cellar.* — Idem dicendum est etiam de derivatis. — **c)** Comparat. *iucundior* et superlat. *iucundissimus*, infra. — **d)** Derivata, *iucundatio*, *iucunde*, *iucunditas*, *iucunditer*, *iucundo*. — **e)** Composita, *coniucundor*, *iniucunde*, *iniucunditas*, *iniucundus*, *periucunde*, *periucundus*.

IUCUNDUS est suavis, gratus, dulcis; *piacevole*, *grato*, *giocondo*, *dilettevole*, *caro*. *Cic. 4. Cat. 1.* Est mihi iucunda in malis et grata in dolore vestra erga me voluntas. Et *ibid. 6.* Comes alicui carus atque iucundus. Et *ibid. 7. extr.* Commune patriae solum cum sit carum, tum vero est dulce et iucundum. *Caes. 1. B. C. 86.* Id vero militibus fuit pergratum et iucundum. *Cic. Manil. 1.* Conspectus vester est mihi multo iucundissimus. *Id. 5. Fam. 15.* Amor tuus est mihi gratus et optatus: dicerem, iucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. *Id. 8. Att. 14. in fin.* Ista veritas, etiamsi iucunda non est, mihi tamen grata est. *Id. 4. Fam. 6.* Cuius officia iucundiora scilicet mihi semper fuerunt, nunquam tamen gratiora. *Id. Arch. 5.* et *Nep. Attic. 16.* Homo alteri iucundissimus; *di cara e aggradevole conversazione*. *Hor. 1. Sat. 3. 44.* Nil ego contulerim iucundo sanus amico. *Iustin. 2. 10.* Iucunda convivia habere; *lieti*. *Cic. 1. Orat. 49.* Verba ad audiendum iucunda. *Id. 3. Tusc. 45.* Nihil visum est illo pane iucundius; *più gustoso*. *Plin. 6. 57. 2.* Aqua potui iucunda. *Cels. 3. 26. n. 27.* Aqua sic temperanda est, ut manu contingenti iucunda sit; *tepida*. *Cic. 2. Agr. 16.* Agri iucundi et fertiles; *ameni*. Et *3. Verr. 9. extr.* Odor suavis et iucundus; *grato*. *Catull. 46. 3.* Iucundae aurae Zephyri; *aure soavi*. *Plaut. Poen. 1. 1. 78.* Iucundissimi ludi. *Val. Flacc. 7. 256.* O nimium iucunda dies! *Virg. 5. Aen. 563.* caeli iucundum lumen. *Ovid. 3. Trist. 3. 24.* Iucundum tempus agere; *passarsela listamente*. *Horat. Epod. 1. 5.* Quid nos, quibus te vita si superstite, iucunda; si contra, gravis? *Gell. 19. 9.* Iucundum in modum canere.

Nota. Differt a *gratus*, quia *grata* accepta sunt; *iucunda* etiam delectabilia. Omne iucundum est gratum, sed non contra: ut medicina aegro grata quidem est, sed non iucunda. Cf. GRATUS in *Nota*.

IŪDĂĪCĔ. Adverb. a *Iudaicus*, quod est a *Iudaei*, nomine populi, de quo V. in ONOM. — Est Iudaeorum more. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 11.* Iudaice vivere. *Vulg. Interpr. Galat. 2. 14.* Gentiliter vivis et non Iudaice. Adde *Iustiniani Imp.* loc. cit. sub v. APOSTATICE. — **β)** Item Iudaeorum lingua. *Vulg. Interp. 4. Reg. 18. 26.* Non loquaris nobis Iudaice, audiente populo. Adde *2. Esdr. 13. 24.* et *Isai. 36. 11.*

IŪDĂĪCUS, a, um. Adiect. a *Iudaea*; ad Iudaeam, quae provincia est Asiae in Syria Palaestina, de qua V. in ONOM., pertineus. — Hinc *Iudaicus lapis*, quem sic describit *Isid. 16. Orig. 4. 12.* Iudaicus lapis albus est, atque in schemate glandis scripturis sub invicem modulatus, quos Graeci *γραμμὰς* appellant. Cf. *Dioscorid. 5. 155.* — Recentiores hunc lapidem Italice *granito graffeo* nominant. — **β)** De Iudaico bitumine, memorato *Veget. Veterin. 1. 20. 1.*, *2. 56. 2.* et *alibi*, V. BITUMEN §. 2. Cetera V. suo loco in ONOM.

IŪDĂĪDĬO, as, āre. Verbum intransitiv. eiusdem originis et significationis, ac *Iudaizo*, quod V.; Iudaeorum mores sequor. *Commodian. 37. in lemmata*. Qui iudaidiant fanatici.

IŪDĂISMUS, i, m. Verbale a *iudaizo*, Graecorum more effictum; Iudaeorum religio; *giudaismo*. *Tertull. 1. advers. Marcion. 20.* et *4. ibid. 11.*, *Vulg. Interpr. 2. Mac. 8. 1.* et *Galat. 1. 13.* et *Interpr. epist. Ignatii ad Magnes. 10.*

IŪDĂIZO, as, are. Verbum intransitiv. a *Iudaei*, quod nomen est populi, de quo in ONOM. — Est Iudaeorum ritus ac mores sequi. *Vulg. Interpr. Galat. 2. 14.* Si tu, cum Iudaeus sis, gentiliter vivis et non Iudaice; quomodo gentes cogis iudaizare? *Mar. Victorin.* in *ep. ad Galat. 2. 17.* Cum ad peccata redeamus; id est, iudaizemus, factus est Christus peccati minister? Adde *Interpr. epist. Ignatii ad Magnes. 10.* et Cf. IUDAISMO.

IUDEX (et Iondex), ĭcis, m. et f. Verbale a *iudico* (quod V. §. b.); qui litigantium causas cognoscit, et sententiam fert; *giudice*. *Varr. 6. LL. 7.* Iudex, quod ius dicat, accepta potestate. *Cic. Rosc. Am. 30.* Verissimus et sapientissimus iudex. *Id. 4. Verr. 12.* Iudex nequam et levis. *Id. Planc. 13.* Plurimarum rerum iudex sanctissimus et iustissimus. *Id. 2. Verr. 10.* Severissimi atque integerrimi iudices. *Id. 3. Fin. 2.* Aequissimus eorum studiorum aestimator et iudex. *Brut.*

Digitized by Google

ad *Cic. inter ep. 1. ad Brut. 6.* Sumere aliquem iudicem de controversia hereditaria. *Cic. 2. Orat. 48. extr.* Apud iudicem causam agere. *Id. Caecin. 17.* Habere aliquem de re quapiam. *Id. Cluent. 58.* Sedere iudicem in aliquem. Et *ibid. 45.* Esse iudicem de re pecuniaria. Et *9. Fam. 10.* inter aliquos. Et *Dom. 43.* Iudicem de quaque re constituere. *Id. 5. Fam. 2. sub fin.* Aequum se iudicem rei alicui praebere. *Petron. Satyr. 80.* Iudici litem committere. *Ter. Adelph. prol. 4.* vos eritis iudices Laudin', an vitio duci id factum oportet. *Phaedr. 3. 13.* Lis ad forum deducta est, vespa iudice. *Horat. 3. Carm. 3. 19.* Fatalis incestusque iudex (*sc.* Paris). *Ovid. 2. Met. 427.* de caespite virgo Se levat, et, salve numen, me iudice, dixit, Audiat ipse licet, maius Iove. *Id. 4. Fast. 322.* Morte luam poenas, iudice victa Dea. *Lucan. 10. 368.* Et sumus, ut fatear, tam saeva iudice, sontes. *Plin. 14. 14. 2.* Iudex pronuntiavit, videri, etc.; *sententiâ*. — **2)** De *iudicum decuriis*. V. in DECURIA §. 5. et seqq. — **3)** Lingua forensi

II. *Iudicem ferre alicui* dicebatur accusator reum citans ad iudicium subeundum; aut ipse nominando iudicem, aut iubendo reum nominare, quem sumeret; sequente ni particula. *Liv. 3. 24.* Ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio iudicem. Et *ibid. 57.* Proinde ut ille iterum ac saepius provocet, sic se iterum ac saepius iudicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem dederit. *Cic. 2. Orat. 70.* Cum ei M. Flaccus, multis probris obiectis, P. Mucium iudicem tulisset. Adde *ibid. 65.* et *Rosc. Com. 15.* et *Liv. 8. 35.* — **4)** *Iudicem dicere* erat ipsius rei iudicium se subire profitentis. *Liv. 3. 56.* Omnium tibi, quae impie per biennium es ausus, gratiam facio, unius tantum criminis ni iudicem dices, te ab libertate in servitutem, contra leges vindicias non dedisse, in vincula te duci iubeo. Ita *Gronov., alii aliter leg.* — **5)** *Dare iudicem* est praetoris, cum causae cognitionem cuipiam committit. Nam Romae non erant certi causis cognoscendis assignati iudices, sed certus ordo solummodo (modo senatorius, modo equestris, etc.), ex quo a praetore deligebantur, vel sorte ducebantur, qui res disceptarent. iudicarentque, cum praetor prae copia causarum non omnia per se posset cognoscere. Licebat autem tum actoribus, tum reis hunc, vel illum eierare, reiicere, excludere. Etiam senatus, aut princeps iudices dabat, cum suae cognitionis res non esse censebat. Horum omnium exempla habes apud *Cic. 4. Verr. 12.* et *2. Orat. 70., Plin. 2. ep. 11.* et *Paneg. 36., Ulp. Dig. 4. 4. 18.* etc. — **6)** Hinc *iudices petere* apud *Plin. ep. 1. 2.* est postulare, ut causa non in senatu, sed apud ordinarios iudices agatur. — *De iudicum reiectione* leges latae sunt Cornelia et Vatinia, de quibus V. in ONOM. sub VV. CORNELIA *lex* et VATINIA. — **7)** Speciatim

III. *Iudices* aliquando dicti sunt ipsi consules. *In commentariis consularib.* apud *Varr. 6. LL. 9.* Accensus dicit sic: Omnes Quirites, silicium visite huc ad iudices. Et *mox*. Omnes Quirites, ite ad conventionem huc ad iudices. Adde *Liv. 3. 55. ad fin.* — **8)** De *iudice quaestionis*, V. QUAESTIO. — **9)** *Iudices pedanei*, quinam, V. in PEDANEUS. — **10)** *Iudices selecti*, V. SELECTUS. — **11)** *Iudex veneficii*. V. VENEFICIUM. — Item *iudex quadringenarius* et *ducenarius*, V. has voces. — **12)** Absolute *iudex* in numo gentis *Vettiae* dictus videtur Numa Pompilius, ut autumat *Cavedoni* in *Bullett. Archeol. Ital. Napoli, 1861. p. 67.*, potius quam Tatius, ut vult *Momms.* apud *Eund. ibid.* Describitur numus a *Cohen, Médaill. Consul. p. 327. (Tab. XI. Vettia, n. 2.)* — **13)** Item absolute *iudex* appellatur Christus apud *Prudent. 1. Cathem. 16.* Vox ista, qua strepunt aves . . . Nostri figura est iudicis. — **14)** Apud *Vulg. Interpr. Luc. 18. 6. Iudex iniquitatis* per hebraismum dictus est iudex iniquus, non autem qui de iniquitate cognoscit. — **15)** *Lusus ad iudices*, est ludus puerilis, quo pueri inter se ludentes, unum aliquem iudicem constituebant, qui medius inter eos incederet, et fictam iurisdictionem exerceret. *Spartian. Sever. 1.* et *Vopisc. Prob. 13.* Simile est illud *Suet. Ner. 53.* Ducatus et imperia ludere. — **16)** Tempore Imperii procedente habentur

IV. *Iudex arcae Galliarum* in *Inscr.* apud *Orelli, n. 3630.* Tib. Pomeio . . . iudici arcae Galliarum III. provinc. Gal.; *h. e.* tres provinciae Galliae, ut legitur in *alia* in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1853. p. 67.* et *seq.*, ubi vide coniecturas de hoc munere. — **17)** *Iudex inter electos XXI. ab ordine* (scil. *decurionum*), noscitur ex *Inscr.* apud *Eund. n. 5891.*, qui mallet censorem Municipalem ad magistratus creandos, quam censorem collegii. — **18)** *Iudex sacrarum cognitionum*, qui et *iudex vice sacra iudicans* (nam promiscue utraque formula vel de eodem homine usurpatur. Cf. *Inscr.* apud *Orelli, n. 1062.* et *Grut. 1090. 19.*). V. COGNITIO §. 8. et quae nuper disputavit *Momms.* in *Memorie dell'Istit. Archeol. T. 2. p. 311.* et *seqq.* — **19)** *Iudices a Caesare dati* in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7168.*, extra ordinem missi videntur ab ipso Imperatore pro peculiari aliquo negotio cognoscendo ac sententia definiendo. — Huic muneri affine videtur illud *iudicis ex delegationibus sacris* in *Inscr.* apud *Momms. n. 2618.* M. Maecio Memmio . . . iudici sacrarum cognitionum tertio, iudici iterum ex delegationibus sacris; *h. e.* delegato ab Imperatore. — **20)** *Iudex sacrarum constitutionum* perperam invectus est ex *Inscr.* apud *Grut. 285. 5.* aliisque ex falsa lectione pro *iudex sacrarum cognitionum*, ut monet *De Rossi, Prime Raccolte, p. 162.* et *seq.*

Nota. De Iudicibus et de eorum officio sive civili, sive militari plura constituta habentur suo titulo in *Cod. Theod. 1. 20-22.* et in *Cod. altero, 1. 48-55., 2. 8., 3. 13., 7. 70.* et *12. 49.* — Huc etiam spectant alia, quae dicta sunt sub v. IUMMICUS §. 3. et seqq.

IŪDĬCĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *iudico;* qui iudicio est subiectus. *quegli di cui si può giudicare. Capell. 8. p. 169.* Hic illud iudicabile posse versari, etc.

IŪDĬCANS, antis. Particip. verbi *iudico*, absolute pro iudice etiam adhibitum; qui iudicat, iudex. *Cod. Theod. 1. 10. 8.* Quia per negligentiam iudicantis quidam se perperam queruntur esse deiectos, etc. *Id. ibid. 16. 2.* Decreta provincialium non prius ad comitatum perferri oportet, quam singuli quique iudicantes ea inspexerint atque probaverint suaque ascriptione signaverint. Cf. IUDICO §. e.

IŪDĬCĀTĬO (et Ioudicatio), ōnis, f. Verbale a *iudico;* actus iudicandi, cognitio, disceptatio; *giudicatura, giudicazione. Cic. 3. Fam. 9.* Longi subsellii (ut noster Pompeius appellat) iudicatio, et mora si quem tibi item unum, alterumve diem abstulerit, tumeo etc. *Quintil. 6. 3. 11.* Consilium est ratio quaedam alte petita, et plerumque plura perpendens et comparans, habensque in se et inventionem et iudicationem. Vet. *tabula aenea sub Vespas.* apud *Grut. 242. in fin.* Nete cui de ea re actio, neve iudicatio esto. Adde *Auson. Edyll. 4. praef.* — **2)** Apud Rhetores *iudicatio*, τὸ κριτήριον, est quaestio nata ex conflictione, et quasi concursu inter rationem rei, et infirmationem accusatoris: in qua quaeritur, quid veniat in iudicium, et de quo disceptetur; *il punto della causa:* v. gr. Orestes matrem occidit, et se iuste fecisse dicit: status est qualitatis: quaestio an iuste fecerit: ratio illa, quod patrem Orestis occiderit: iudicatio, an oportuerit vel nocentem matrem a filio occidi. Quod si Orestes alteram afferat matris necatae causam, quod responsis sit impulsus, altera ratio erit, indeque iudicatio altera, an responsis parere debuerit. Quot enim causae faciendi afferuntur, tot sunt iudicationes. *Auct. ad Herenn. 1. 16.* et *Quintil. 3. 11. init.*

Nota. *Cic.* hanc iudicationem *Partit. 30. disceptationem* vocat et *Top. 24. quaestionem iuridicialem:* et *ibid. 23. qua de re agitur*, ICtorum more; et *1. Invent. 13. quaestionem*.

IŪDĬCĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *iudico;* aptus ad iudicandum. *Boëth. Aristot. Anal. poster. 2. 18.* Habent animalia connaturalem potentiam iudicativam, quam vocant sensum.

IŪDĬCĀTO. V. IUDICATUS §. 6.

IŪDĬCĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *iudico;* ad iudicandum pertinens; *giudicatorio. Augustin. ep. 54. ante med.* Iudicatorius rigor; *h. e.* severitas iudicum. — **2)** Absolute, substantivorum more,

IUDICATORIUM, ii, n. Est ratio sive officium iudicandi. *Augustin. Lib. arbitr. 16.* In naturali iudicatorio regulas retinet et veras et incommutabiles. — **3)** Item iudicii locus. *Gloss. Philox.* Iudicatorium: δικαστήριον.

IŪDĬCĀTRIX, Tĭcis, f. Verbale a *iudico;* quae iudicat. *Quintil.* afferens verba eorum, qui *Theodori Gadarei* definitionem rhetoricae ex Graeco transtulerunt, *2. 15. circa med.* Ars inventrix, et iudicatrix, et enunciatrix, docente ornatu, etc.

IŪDĬCĀTUM, i, n. V. IUDICATUS §. 3. et seqq.

IŪDĬCĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *iudico;* officium iudicis; *giudicatura. Inscr.* apud *Grut. 1090. 13.* et *Orelli, n. 3174.* Ob singularem abstinentiam industriamque exhibitae iudic.; *h. e.* iudicaturae. Hanc inscriptionem ad tempora Gallieni Aug. (qui ab a. Chr. 253. ad a. 268. imperavit) pertinere putat *Borghesi* in *Memor. dell' Istit. Archeol. T. 1. p. 163.* At *Oliver.* loc. cit. ab *Orelli, n. 3174.* ad tempora Gordiani Aug., qui a. 238. imperium adeptus est.

IŪDĬCĀTUS (et Ioudicatus), a, um. Particip. verbi *iudico*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est disceptatus, cognitus, diiudicatus, sententia iudicis constitutus; *giudicato. Cic. Rabir. Post. 4.* Causa iudicata, atque damnata. *Id. 11. Phil. 5.* Ut intelligamus, illos, quorum res iudicatas irritas fecimus, bene et e republica iudicavisse. *Id. 4. Verr. 48.* Ut aliquando de rebus ab isto cognitis iudicatisque dicere desistamus. *Id. Flacc. 21.* Re iudicata stari ostendit placere (De re iudicata est *tit. 1. l. 42. Dig.*). *Id. Senect. 21.* Socrates omnium sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. *Id. 7. Fam. 33.* Mihi iudicatum est deponere illam personam; *h. e.* certum est deliberatumque. — **2)** Item damnatus; *condannato. Plaut. Asin. 5. 2. 57.* Iudicatum me uxor adducit domum. *Liv. 6. 14.* Centuriones iudicatum pecuniae cum duci vidisset; *condannato per debiti* (Adde *leg. XII. Tab.* apud *Gell. 20. 1. ad fin.*). Et *ibid. 34.* Fama et corpore iudicati atque addicti creditoribus satisfaciebant. — **3)** Absolute, substantivorum more,

IUDICATUM, i, n. Est res iudicata. *Auct. ad Herenn. 2. 13.* Iudicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. *Cic. 1. Invent. 30.* Iudicatum est res assensione, aut auctoritate, aut iudi-

Digitized by Google

cio alicuius, aut aliquorum comprobata. Et *ibid. 44.* Solitarium aliquod, aut rarum iudicatum afferre. *Id. Flacc. 21.* Decrevit, ut si iudicatum negaret, in duplum iret; h. e. negaret rem iudicatam esse, vel se debere id, quod ex sententia iudicis debebat: atque adeo sententiae iudicis non pareret. *Id. ibid. 20. extr.* Cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus est; h. e. non praestaret id, quod ex sententia iudicis praestare debuit. *Papinian. Dig. 27. 3. 21.* Quamvis postea iudicatum fiat, tamen actio data non intercidit. *Id. ibid. 31. 1. 30.* Qui post dictam sententiam iudicatum solvere supersederunt; *iudicatum solvere*, est aestimationem litis solvere, aut rem, quae actione petita est, restituere. Porro quicumque in rem actione conveniebatur, cavere cogebatur actori, *iudicatum solvi:* qua stipulatione tres clausulae continentur, ut docet *Ulp. ibid. 46. tit. 7.* qui *iudicatum solvi* inscribitur, *l. 6.*; h. e. de re iudicata, de re defendenda, et de dolo malo. *Cic. Quint. 3.* Postulat a praetore, ut sibi Quintius iudicatum solvi satisdet; h. e. sponsores det, a quibus quod iudicatum fuerit, solvatur, si Quintius damnetur. — **4)** Hinc illa apud ICtos, *stipulari, promittere, spondere, cavere, iudicatum solvi; teneri ex stipulatu iudicatum solvi; satisdare stipulatione iudicatum solvi:* quae habentur apud *Ulpian., Caium, Paul., Modestin. et alios cit. tit. 7.* Sic *iudicatum solvi satisaccipere* apud *Ulp. Dig. 3. 5. 28.* — **5)** *Iudicati actio* est, quae ex sententia datur. *Ulp. ibid. 3. 3. 28.* et *31.* etc. — **6)** Item *iudicati agere, Id. cit. l. 28.* et *iudicati conveniri, Modestin. ibid. 46. 1. 41.* — **7)** Item pro iudicatione. *Gell. 14. 2. sub fin.* Iuravi, mihi non liquere: atque ita iudicato illo solutus sum. *Alii leg.* iudicatu. — **8)** Item, adverbiorum more,

IUDICATO ponitur pro considerate, maturo iudicio; *maturamente, consideratamente. Gell. 14. 1.* Exercendi ne gratia ingenii, an quod ita serio iudicatoque existimaret, non habeo dicere.

IUDĪCĀTUS, us, m. Verbale a *iudico;* facultas iudicandi, iudicatio, iudicis munus; *giudicatura, giudicazione. Cic. 1. Phil. 8.* Isti ordini iudicatus lege Iulia patebat. *Gell. 14. 2.* Iuravi, mihi non liquere: atque ita iudicato illo solutus sum. V. DECURIA §. 5.

IŪDĪCĬĀLIS, le. Adiect. a *iudicium;* ad iudicium pertinens; *attenente a giudizio, giudiziale. Cic. Arch. 12.* Iudicialis consuetudo. *Id. 6. Verr. 47.* Legibus et iudiciali iure aliquem persequi. *Id. Brut. 69.* Illius iudicialis anni severitatem non tulit. *Id. 13. Att. 6.* Iudiciali molestia carere. Adde *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 57. 6.* — **2)** *Iudiciale genus* apud Rhetores est, in quo accusatur et defenditur, vel petitur et negatur. *Cic. 1. Invent. 5.* Iudiciale est, quod positum in iudicio, habet in se accusationem et defensionem, aut petitionem et recusationem. — *Id. 2. Divin. 26.* Iudiciales causae.

IŪDĪCĬĀLĪTER Adverb. a *iudicialis;* cum iudicio. *Sidon. 5. ep. 156.* Bibliopolam vestrum non gratiose, sed iudicialiter expertus insinuo. Adde *Mamert. Claudian. 1. Stat. anim. 3. n. 8.* et *Cassiod. 4. Hist. Eccl. 25. a med.* V. loc. in SYNODICE.

IŪDĪCĬĀRĬUS, a, um. Adiect. a *iudicium;* ad iudicem, vel iudicium pertinens; *giudiziario, giudiziale. Cic. Pis. 39.* Ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri? *Id. Cluent. 26. a med.* Quaestu iudiciario pastus. *Id. 5. Verr. 2.* Iudiciariae controversiae finem constituere. *Capitolin. M. Aurel. 10.* Iudiciarii dies; h. e. quibus iudicia exercentur, dies actui rerum accommodati, ut *Suet. Aug. 32.* loquitur. *Id. ibid. 36.* Iudiciariae leges (V. *Nota*). *Salvian. 3. Gub. D. 2.* Cum apud Hebraeos iudiciarius homo in potestatem regiam transcendisset; h. e. cum qui prius iudices, dein reges constituerentur. — *Augustin. Serm. 37. n. 3.* ed. *Mai.* Iudiciaria nutrimenta. — *Cassiod. 1. Var. 12.* Iudiciariae mentes.

Nota. *Iudiciariae leges* plures latae sunt, quales fuerunt *Antonia, Sempronia, Servilia, Livia, Plotia, Cornelia, Aurelia (Fufia), Pompeia, Iulia,* de quibus, V. suo loco in ONOM., ut in ANTONIUS, a, um, §. 5., etc.

IŪDĪCĬŎLUM, i, n. Deminut. a *iudicium;* parvum iudicium. *Ammian. 27. 11.* Iuste, an secus, non iudicioli est nostri. Adde *28. 4.*

IŪDĪCĬUM (et Iondicium), ii, n. Verbale a *iudico*, sive a *iudex (Cassiod. 11. Var. 2. circa med.* iudicium, quasi iuridicium, cognoscite vocitatum. Cf. IUDICO §. 2.). — Proprie, cum verbum sit forense, est legitima causae seu rei controversae, apud iudicem inter duos aut plures litigantes, contentio et disceptatio; *giudizio. Cic. Caecin. 2. ad fin.* Omnia iudicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. *Id. Quint. 2.* Praetor iudicium prius de probro, quam de re fieri maluit. *Id. Flacc. 38.* Gravia iudicia pro reipubl. dignitate, multa de coniuratorum scelere fecistis. *Id. Rosc. Am. 4.* Iudicium inter sicarios hoc primum committitur. *Id. Cael. 1.* Crimen, quod versatur in iudicio. *Id. opt. gen. Orat. 7.* Adducere causam aliquam in iudicium. *Id. fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon.* Iudicio aequo certare cum aliquo. *Id. Quint. 20.* Iudicio aliquid defendere. *Plin. 9. 58. 4.* Iudicium agere. *Cic. 2. Q. Fr. 16.* exercere; h. e. agere, facere. *Id. Balb. 28.* et *Cael. 1. init.* Vocare aliquem in iudicium. *Id. Flacc. 6.* Iudicio quempiam arcessere. *Id. Rosc. Am. 39.* condemnare. *Ulp. Dig. 2. 6. 1.* sistere. Et *ibid. 5. 4.* Sistere in iudicium. *Cic. 3. Leg. 16.* Ut tabellae etiam in iudicio populi adhiberentur; h. e. in iudicio, quod latum est a iudicibus in causis, quae populum spectant, non autem a populo prolatum. *Caes. 3. B. C. 1.* Quae iudicia singulis diebus erant perfecta. — **2)** *De iudiciis publicis* plures latae sunt leges, ut Sempronia, *ne quis iudicio circumveniretur,* V. SEMPRONIA in ONOM. — *De iudiciis privatis,* lex Aurelia, V. AURELIUS, a, um, §. 6. — *De iudiciis,* generatim, lex Rupilia, de qua pariter suo loco in ONOM. — **3)** Speciatim

II. *Iudicium dare* dicitur praetor, cum agendi potestatem facit, et in eam rem dat actionem, et iudices. *Cic. Flacc. 33.* In Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit. Adde *4. Verr. 12.* — **4)** Etiam *exercere iudicium* aliquando ad praetorem pertinet. *Id. Arch. 12.* Ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta: ab eo, qui iudicium exercet, certe scio. — **5)** *Accipere* et *suscipere iudicium* est litigatorum: quod fit litis contestatione. *Id. Quint. 20.* Iudicium quin acciperet, non recusavit. *Ulp. Dig. 5. 5. 7.* Nolebat ad liberale iudicium ire, dicens, susceptorum se de inofficioso testamento iudicium. — **6)** *Iudicium pati* est rei; *ἐνοχὴν δίκης. Cic. Quint. 20.* — **7)** Accipitur et pro ipsa causae actione, quae in iudicio fit. *Id. 9. Fam. 21.* Quid enim simile habet epistola aut iudicio aut concioni? — **8)** Item pro loco, ubi iudicium fit. *Nep. Epam. 8.* At ille in iudicium venit: nihil eorum negavit, quae etc. *Quintil. 4. 2. ante med.* Pompeius iudicium militibus armatis clauserat. — **9)** Item pro ipsis iudicibus. *Val. Max. 2. 10. 1.* Cum tabulae ad nomen inspiciendum circa iudicium ferrentur. *Quintil. 12. 5. 6.* Cum in basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, ut moris est, cogerentur, etc. — Huc spectare potest illud *Vulg. Interpr. Dan. 7. 10.* Iudicium sedit, et libri aperti sunt. — **10)** Item auctoritas, eius nempe cui competit ius iudicandi. *Inscr.* apud *Orelli, n. 3672.* Proconsul provinciae Africae vice sacra iudicans, idemque iudicio sacro (h. e. imperatoris) per provincias, etc. *Alia* apud *Mommz. n. 5369.* Maximis Municipii honoribus iudiciis Augusti Caesaris usum. Adde *aliam* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1837. p. 37.*, coll. *Henzen,* qui de hac formula verba facit *ibid. p. 40.* et *seqq.* et *Bullett. Archeol. Napol. a. 1838. p. 13.* — **11)** Latiore tamen significatione videtur in universum usurpari pro sanctione quacunque, sive decreto Augusti, aut voluntate propensiore erga subditos in sua quacumque dispositione aut sententia, in *Inscr.* in *Bullett. Napol. l. c.* Iudiciis Augusti, Augustae feliciter, queis salvis felices sumus perpetuo. *Alia ibid.* Iudiciis Aug. feliciter. — **12)** Extra rem forensem

III. *Iudicium* est mens, sententia, existimatio, opinio; *giudizio, opinione, stima, parere, avviso. Cic. 1. Tusc. 1.* Meum semper iudicium fuit, omnia nostros aut invenisse per se sapientius, quam Graecos; aut accepta ab illis fecisse meliora. *Anton.* ad *Cic. post ep. 13. l. 14. ad Att.* Si bonitas tua respondebit iudicio meo, quod semper habui de te. *Hirt. B. Alex. 13.* Nos proelium sustinebimus, neque tuum iudicium fallemus. *Caes. 1. B. G. 41.* Decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quod de se optimum iudicium fecisset. *Cic. 13. Fam. 29.* Ut primum per aetatem iudicium facere potueris, quanti quisque sibi faciendus esset. Et *1. ibid. 7. circa med.* Facti tui iudicium non tam ex consilio tuo, quam ex eventu homines esse facturos. *Ter. Phorm. 5. 8. 56.* eius iudicio permitto omnia: Quod is iubebit, faciam. *Cic. 1. Orat. 27.* Grave iudicium in dicendo subire. *Id. 1. Q. Fr. 1. 15.* Non est tibi his solis utendum existimationibus ac iudiciis, qui nunc sunt hominum, sed iis etiam, qui futuri sunt. *Id. 3. Offic. 50.* Non enim suo iudicio stetit, sed suscepit causam, ut esset iudicium senatus. *Id. fragm.* apud *Augustin. 3. contra Acad. 7.* Eum recte primum esse iudicio suo, qui omnium ceterorum iudicio sit secundus. *Id. Brut. 8.* Intra parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo iudicio, est paulo consecutus; *per mio avviso, a mio parere:* ut ego sentio. Sic *Quintil. 9. 3. a med.* Similia sunt illa, meo quidem iudicio, in quibus etc. *Nep. Attic. 9. extr.* Ille autem sui iudicii, potius quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent; *che non si lasciava aggirare, o guidar pel naso:* semper sui arbitrii, contentusque se uno, ut *Suet. Tib. 18.* loquitur. *Tacit. 6. Ann. 22.* Mihi haec audienti in incerto iudicium est, fato ne res mortalium, an sorte volvantur; *non so quel, che mi abbia da giudicare.* — *Cael. Aurel. 2. Acut. 37. 191.* Iudicium alicuius servare. — **13)** De testamento: quia ibi testator iudicium facit de his, quos dignos aut indignos bonis suis existimat. *Val. Max. 7. 7. n. 4.* Testamento utrumque filium praeterit, a quibus aditus D. Augustus, et nuptias mulieris, et suprema iudicia improbavit. Adde *Iustin. 5. 11.*, *Suet. Aug. 66.* et *Senec. 4. Benef. 11. ad fin.* — In *Cod. Theod. 16. 2. 20. iudicium extremum* dicitur. — **14)** Item vis et facultas discernendi, et solertia iudicandi de re qualibet; *giudizio, discernimento, perspicacia. Cic. Orat. 7. extr.* Sed tamen eos, studio optimo, iudicio minus firmo praeditos, docere, quae sit propria laus Atticorum, non alienum puto. *Id. opt. gen. Orat. 1.* Qui teretes aures habent, in-

Digitized by Google

telligensque iudicium. *Horat. 2. Ep. 1. 242.* Iudicium subtile videndis artibus; *gusto fino. Cic. 2. fin. 12.* Si quid mei iudicii est; *h. e.* si quid ego video, et iudicare possum. *Caes. 1. B. C. 53.* Neque sui iudicii, neque suarum esse virium discernere, utra pars iustiorem habeat causam (Hinc formula *Si quid mei iudicii est*, qua utebantur iudices, cum sententiam pronunciabant, teste *Cic. 2. Fin. 12.*). *Nep. Attic. 15. extr.* Ex quo iudicari poterat, non inertia, sed iudicio fugisse reipubl. procurationem; *pensatamente, e con giudizio.* Sic *Sall. Iug. 5.* Profecto existimabant me magis merito quam ignavia iudicium animi mutavisse. *Cic. 3. Q. Fr. 1. 5. extr.* Videor id iudicio facere. *Tacit. 1. Hist. 85.* Saepe honestas rerum causas, ni iudicium adhibeas, perniciosi exitus consequuntur. *Lucret. 2. 1040.* Acri iudicio perpendere aliquid. *Cael. Aurel. 1. Chron. 3. 175.* Alii flagellis aiunt coërcendos, ut quasi iudicio mentis pulso resipiant; *h. e.* excitato. — **15)** Huc spectat *Inscr.* apud *De-Rossi*, in *Bullet. Christ. a. 1864. p. 15.* Si quis istam sepulturam . . . aperire voluerit . . . iudicium vestrum, puniatur; *h. e.* ad iudicium vestrum, ut *Idem* exponit. — **16)** Sumitur et pro ipsa re, de qua disquiritur. *Cael. Aurel. 3. Chron. 2. 45.* Descensum ab aliis in alias species faciendum iubent, donec, ut aestimant, iudicia reperiantur; *h. e.* medicamenta morbo congrua. — **17)** Apud *Vulgatum Interpretem*, atque hinc apud Scriptores Ecclesiasticos,

IV. *Iudicium* varie sumitur, imprimis pro voluntate et lege Dei. *Psalm. 118. 102.* A iudiciis tuis non declinavi. *Id. Ezech. 5. 7.* Iudicia mea non fecistis. — **18)** Absolute *iudicium* dicitur illud, quod post mortem uniuscuiusque exercebit Deus, sive privatim sive publice, tum in bonam, tum in malam partem ut plerumque. *Marc. 12. 40., Luc. 10. 14., Ioh. 5. 24.* etc. Cf. DIES §. 41. — **19)** Hinc consuetudo apud Christianos iurandi *per diem iudicii*. *Marcellin.* in *Collat. Carthag. 1. n. 5.* Quod me et per tremendum iudicii diem et per sacramenta superius memorata ita facturum esse polliceor. *Ennod. 7. ep. 28.* Per diem iudicii te coniuro, ut etc. *Inscr.* apud *Marini, Pap. dipl. p. 286.* Per Deum vibum *(sic)* et illum diem iudicii, etc — **20)** Item ponitur pro poenis et suppliciis. *Exod. 6. 6.* Educam vos de ergastulo Aegyptiorum . . . ac redimam in brachio excelso et iudiciis magnis; *h. e.* per acerbissima Aegyptiorum supplicia. — **21)** *Ponere aliquem in iudicium* apud *Habac. 1. 12.* Domine, in iudicium posuisti eum *(Chaldaeum)* et fortem, ut corriperes, fundasti eum; *h. e.* elegisti eum, ut eius manu iudicium tuum in nobis perageretur. — **22)** *Loqui iudicia* est ius dicere, sententiam pronunciare. *Ierem. 39. 5.* et *52. 9.* Adduxerunt eum *(Sedeciam)* ad regem Babylonis in Reblatha, quae est in terra Emath, et locutus est ad eum iudicia. — **23)** *Iudicia defensionis*. V. DEFENSIO §. 3. — **24)** Apud *Iob, 27. 2.* Vivit Deus, qui abstulit iudicium meum; *h. e.* ordinarium, quod bonis praemia, malis poenas tribuit; me enim innocentem torquet, nondum contra adversarios ut iudex pronuncians. — **25)** *In iudicio* est moderate. *Ierem. 10. 24.* Corripe me, Domine; veruntamen in iudicio et non in furore tuo. *Id. 46. ult.* Te vero non consumam, sed castigabo te in iudicio. Adde *30. 11.* — **26)** In illo *Isai. 49-4. de Messia*. In vacuum laboravi, sine causa et vane fortitudinem meam consumpsi. Ergo iudicium meum cum Domino et opus meum cum Deo meo; *h. e.* iudicium causae huius tibi, Pater, committo et opus meum tibi offero. — **27)** *Iudicium diaboli* est simile illi, in quod diabolus incidit. *Paul. 1. Tim. 3. 6.* Ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. — **28)** *Iudicare iudicium*, V. in IUDICO §. 13.

Nota I. *Iustitia* et *iudicium* inter se differunt; namque *iustitia* est studium recte vivendi: *iudicium* vero aequitas recte iudicandi. Praeterea solet dici iudicium pravum, quod iniustum est; iustitia vero numquam, et iniusta esse non potest. Haec ex *Isid. 1. Differ. 290.* — **Nota II.** De iudiciis apud Romanos usitatis plura dabunt *Cod. uterque* et *Digesta;* in primis consulendi sunt tituli *De iudiciis (Cod. 3. 1.), De iudiciis publicis (Instit. Iustinian. 4. 18.* et *Dig. 48. 1.), De repudiis et iudicio de moribus sublato (Cod. 5. 17.), De ordine iudiciorum (Cod. 3. 8.),* etc.

IŪDĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. ab *ius* et *dico*, ut docet *Varr. 6. LL. 7.*, coll. *Isid. 18. Orig. 15. 2.* « Vocatum autem *iudicium* quasi *iuris dictio*. » Cf. nĭco, as, et dĭco, is, §. 3. et seqq. et V. IUDICIUM, *init.* — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, *foudico* pro *iudico*, ἀρχαϊκῶς, saepe reperitur in antiquis monumentis; quod dicendum est etiam de derivatis *foudex, foudicatio, foudicatus, foudicium*, ut in *fragm. Leg. Thoriae agrar c. 17.* et *Servil. Repstund. c. 1., 6. 12. 21.* et *alibi*. — **c)** In antiquis MSS. et editis libris confusum est cum *indico*, ut et *iudicium* cum *indicium*, ut diximus sub v. INDICO §. b. — **d)** *Iudicassit*, ἀρχαϊκῶς pro *iudicaverit* apud *Cic. 3. Leg. 3.* ubi XII. Tabularum more loquitur. — **e)** Particip. *iudicans* §. *1.* et *6.* et suo loco, *iudicandus* §. *1., iudicatus*, V. suo loco, *iudicaturus* §. *1.* — **f)** Derivata, *iudex, iudicabilis, iudicatio, iudicativus, iudicatorius, iudicatrix, iudicatura, iudicatus, us, iudicialis, iudicialiter, iudiciarius, iudiciolum, iudicium.* — **g)** Composita, *abiudico, adiudico, confudex, dedudico, diiudico, iniudicatus, praeiudex, praeiudicatio, praeiudicialis, praeiudicium, praeiudico.*

IUDICO proprie est ius dico, iudicium exerceo, statuo, decerno, sententiam fero: *giudicare, sentenziare. Cic. Rosc. Am. 48.* Si recte et ordine iudicaris. Et *Flacc. 20. extr.* Itaque recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione iudicarunt. *Vet. Poëta* apud *Cic. 1. Divin. 50.* iudicavit inclutum iudicium inter Deas tres aliquis. *Cic. Caecin. 25. extr.* Nunquam auderet iudicare, deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. *Iustin. 5. 7.* Miseriorem incolumium, quam amissorum fortunam iudicantes. *Caes. 1. B. G. 40.* De itinere ipsos brevi tempore iudicaturos. *Cic. 1. Verr. 10.* Homo in rebus iudicandis spectatus et cognitus. — Cum dativo. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Hilar. Tract.* in *Psalm. 2. n. 20.* Iudicate orphano et iustificate viduam. — **2)** Cum genitivo, *iudicare capitis, pecuniae alicui* est iudicium intendere, dicam impingere. *Liv. 26. 3.* Seu legibus, seu moribus maliet, anquireret, quoad vel capitis vel pecuniae iudicasset privato. Tum Sempronios, perduellionis se iudicare Cn. Fulvio, dixit. — **3)** Interdum est adiudicare, addicere. *Plaut. Men. 1. 1. 20.* Nam ego ad Menaechmum nunc eo, cui iam diu Sum iudicatus. *Alii leg.* quo; *h. e.* in quam domum. V. *Plaut.* loc. cit. in IUDICATUS §. 2. — **4)** Item damnare; *condannare. Gell. 20. 1. ad fin.* Quantae pecuniae iudicati essent. V. IUDICATUS §. 2. — **5)** Item declarare et in numero habere. *Cic. 3. Phil. 6.* Iudicetur non verbo, sed re, non modo non consul, sed etiam hostis, Antonius. *Nep. Annib. 7. extr.* Bona eius publicarunt, ipsum exulem iudicarunt. — **6)** Iudex *iudicans vice sacra*, V. in IUDEX §. 18. et COGNITIO §. 5. — **7)** Deinde extra forum

II. *Iudico* saepe est existimare, putare, iudicium facere. *Cic. 2. Divin. 45.* Oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quae ratione atque animo videre debebant. *Id. 2. Orat. 42.* Plura homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, quam veritate, aut praescripto, aut legibus. *Id. 5. Fam. 4.* Quod egomet multis argumentis iam antea iudicaram. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 10.* Exploratum habes, malle me tuum iudicium, quam ex altera parte omnium istorum: tu enim a certo sensu et vero iudicas de nobis. *Ter. Eun. 1. 2. 118.* Ex aliorum ingeniis iudicare aliquem. *Caes. 7. B. G. 52.* Temeritatem militum reprehendit, quod sibi ipsi iudicavissent, quo procedendum, aut quid agendum videretur. *Cic. Amic. 25.* Concio iudicare solet, quid intersit inter etc. *Id. 12. Fam. 5.* Cetera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, quod etc. *Id. 2. Orat. 28.* Sic statuo et iudico, neminem tot habuisse ornamenta dicendi — **8)** Item interdum est aestimare. *Id. 2. Offic. 22. sub fin.* Non enim numero haec iudicantur, sed pondere. — **9)** Iudicare inedia de se ipso apud *Tertull. Apolog. 4.* est inedia sibi mortem consciscere. — **10)** *Aequo iove iudicare*, quid sit, V. in IUPPITER §. 7. — **11)** Apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulgato Interprete*,

III. *Iudico* varie accipitur. Modo enim ponitur pro punire aut meta poenae terrere. *Iob, 36. 31.* Per haec enim *(h. e.* per siccitates, tempestates, eluviones) iudicat *(Deus)* populos, et dat escas multis mortalibus. — **12)** Modo pro obiurgare, arguere. *Osee, 4. 4.* Unusquisque non iudicet, et non arguatur vir; populus enim tuus, sicut hi, qui contradicunt sacerdoti. *Id. 2. 2.* Iudicate matrem vestram *(h. e.* Synagogam), iudicate. *Ezech. 20. 4.* Si iudicas eos, si iudicas, fili hominis, abominationes patrum eorum ostende eis. — **13)** *Iudicare iudicium* est Hebraismus pro exercere iudicium. *Sapient. 12. 13. de Deo.* Non iniuste iudicas iudicium. — *Eccli. 35. 25.* Donec iudicet iudicium plebis suae; *h. e.* ius dicat plebi suae. *Ierem. 30. 13.* Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum: curationum utilitas non est tibi; *h. e.* nemo est, qui de vulnere tuo apte ac vere iudicet; quo fit, ut medicamenta non prosint. — **14)** *Iudicare diem inter diem* est discrimen ponere inter unum et alium. *Paul. ad Rom. 14. 5.* Alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem: unusquisque in suo sensu abundet; *h. e.* alius certos dies sibi imperat, quibus a deliciis quibusdam cibis abstineant; alii nullo usquam tempore iis vesci constituunt: agat quisque arbitratu suo. — **15)** *Iudicare semetipsum* est ita agere, ut irreprehensibilis inveniatur in die iudicii. *Id. ibid. 14. 22.* Beatus qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat. — **16)** Passive *iudicari* ponitur pro disceptare. *Ezech. 20. 35.* Adducam vos in desertum populorum et iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem; *h. e.* disceptabo solus cum solo. — *Psalm. 5. 6.* Ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas, cum iudicaris; *h. e.* cum diiudicabis in fine seculorum; tunc enim apparebit, verecem te et misericordem fuisse.

Nota. *Iudicare* est *ius dicere*, ut supra §. 1. declaravimus; proprie tamen loquendo aliud est *iudicare*, aliud *ius dicere*. Nam iudex pedaneus proprie *ius non dicit*, quamquam cognoscendi habet iudicandique facultatem: at praetor, aliusve magistratus *ius dicere*, non *iudicare* dicendus est, quando iudici a se dato ius quasi constituit, et formulam iuris atque aequitatis praescribit, a qua in cognoscendo iudicandoque recedere non possit. Hoc discrimen valide firmat, quod interdum ut diversa coniunguntur, quomodo titulus est in *Cod. Iust*

Digitized by Google

5. tit. 5. Ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat. Argumento quoque est, quod, cum possit quis in sua causa iudicare, ius tamen dicere non possit. *African. Dig. 5. 1. 77.* In privatis negotiis pater filium, vel filius patrem iudicem habere potest. Et *Ulp. ibid. 2. 1. 10.* Qui iurisdictioni praeest, neque sibi ius dicere debet, neque uxori, vel liberis suis, neque libertis, vel ceteris, quos secum habet.

IUĔNIS. IUENTA. IUENTUS. } V. IUVENIS §. b.

IŬGĀ IUNO. V. IUGARIUS §. 2.

IŬGĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *iugo;* qui est iugo habilis, qui coniungi potest; *atto al giogo.* — Translate. *Macrob. 1. Somn. Scip. 6. ante med.* Per ingabilem competentiam foederari. Adde *2. 2.*

IŬGĀLIS, le. Adiect. a *iugum;* ad iugum pertinens, ut *iumentum iugale,* aptum iugo et trahendo currui; *da giogo. Curt. 9. 10.* Cum equorum iumentorumque iugalium vim ingentem misissent. — **2)** *Iugale os,* ζυγῶδες, appellari potest os illud capitis supra aures, quod transversum a genis tendens, ab inferioribus ossibus sustinetur, inquit *Cels. 8. 1. ante med.* Habet enim iugi figuram. — **3)** *Cato, RR. 10.* et *14.* in instrumento villici recenset *talam iugalem* (seu potius, ut habent libri, *iogalem*) *unam, telas iogales duas;* ubi *Popma* intelligit ipsum iugum textorium, cui tela imponitur. At *Schneiderus* in *Indice ad Script. RR.* in v. *Tela* recte putat, *talam iugalem,* quae et plana dicitur, oppoui *telae rectas* seu *pendulae.* V. RECTA, ae, et TELA. — **4)** *Iugalis finis* in re agraria videtur appellatus a proximo iugo montis. *Innocent. Cas. litter. p. 320. Lachm.* Super se autem iugalis finis excurrit, et ipse finis sub se aquam vivam significat. — Huc spectat et illud *ibid. p. 321.* Etiam montem in medio usque in iugalem corrigiam permittit. — **5)** Absolute, substantivorum more,

IUGALES, ium, m. Sunt apud Poëtas equi iugales. *Virg. 7. Aen. 280.* Absenti Aeneae currum, geminosque iugales. *Sil. 16. 401.* sociosque trahit prior ipse iugales. — Adde *Priscian. de laud. Anastas. 265.* — **6)** Deinde

II. *Iugalis* saepe transfertur ad coniugii vinculum; *coniugale. Virg. 4. Aen. 16.* Ne cui me vinclo vellem sociare iugali. Et *ibid. 496.* Iugalis lectus. *Catull. 64. 302.* taedas celebrare iugales. *Val. Flacc. 8. 222.* Iugale foedus. *Ovid. 5. Met. 509.* Iugalia dona. *Senec. Agamemn. 259.* Iugalis amor. *Martial. 10. 38.* Iugales anni; *h. e.* in coniugio transacti. *Virg. 7. Aen. 319.* nec face tantum Cisseis praegnans ignes enixa iugales; *h. e.* Paridem, ex cuius coniugio incendium Troiae exstitit. — **7)** Hinc, iterum absolute,

IUGALIS, is, m. et f. Usurpatur pro marito vel uxore. *Venant. 6. Carm. 2. 76.* O virgo miranda mihi, placitura iugali! Loquitur Venus de Brunichilde regina, nuptias iam iam initura. V. IUGUM. *Helpis epigr.* in *Anthol. Lat. n. 834. Meyer.* Nulla manus bustum violet, nisi forte iugali Haec iterum cupiat iungere membra suo. — *Inscr.* apud *De-Rossi, Bullett. Crist. a. 1865. p. 56.* Hic requiescit in pace Flavius Parthenius . . . cum iugali sua Agnilla. Adde *Hormisd. pap. ep. 55.*

IŬGĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *iugalis;* coniunctio; *unione. Fulgent. 1. Mythol. 15.* Quae una eademque fervoris humorisque iugalitate gignuntur. Adde *5. 7.*

IŬGĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *iugo;* colligatio. Legitur in *Thesaur. Nov. Latinit. p. 280. Mai.* Hoc iugamen, unde iugamentum.

IŬGĀMENTO (et iugumento), as, are. Verbum transitiv. a *iugamentum;* transversa materia aliquid munire, et colligare, ut in iugo vineatico et militari fit. *Vitruv. 2. 1.* Luteas glebas arefacientes, struebant parietes, materia eos iugamentantes. Et *paulo post.* Alterna trabibus angulos iugamentantes. *Al.* iugumentantes *leg.* Cf. voc. seq.

IŬGĀMENTUM (et iugumentum et iugmentum), i, n. Verbale a *iugo,* syllabica adiectione productum; colligatio in modum iugi vineatici aut militaris. *Cato, RR. 14.* Limina, postes, iugamenta. Et *paulo post.* Iugamenta et antepagmenta; *h. e.* limina superiora ianuarum, fenestrarum, et huiusmodi, quae transversa erectos postes continent ac firmant. *Al. sod. sensu* iugumenta *leg.* Sed priorem scribendi rationem confirmant *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 565.* Iugamenta, iuncturae artuum. Et *Thesaur. nov. Latinit. p. 280.* et *288.* ed. *Mai.* V. IUGAMEN. — Huc spectat *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7312.* Iugmentum *(sic)* et paries insuper privatus aedium prediI L. Pontii Astyli et Aciliae Theocritae.

IŬGĀRĪNUS, i, m. Nomen proprie adiectivum absolute adhibitum de *Deo* quodam *Iugarino* dicto, qui a Romanis cultus est tanquam praeses iugis montium, a quibus est cognominatus, teste *Augustin. 4. Civ. D. 8.* Iuga montium Deo Iugarino. *Alii leg.* Iugatino.

IŬGĀRIS, re. Adiect. a *iugum,* idem quod iugarius et iugalis. *Inscr.,* quae pertinet ad a. Chr. n. 184., apud *Grut. 55. 12.* T. Pomponius Repentinus nomenclator tensar. iugaris. *Gloss. Lat. Gr.* Iugaris; ζευγηλάτης.

IŬGĀRĬUS, a, um. Adiect. a *iugum,* idem ac iugalis. *Hygin. fab. 183.* de *Solis equis.* Feminae iugariae: Bronte, quae nos tonitrua appellamus; Sterope, quae fulgitrua. — **2)** *Iugarius* vicus fuit Romae in regione octava, ita dictus, ut ait *Festus* apud *Paul. Diac. p. 104. Mull.* quia ibi Iunonis Iugae ara erat, quam putabant matrimonia iungere. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 476.* Iugi *(sic)* Iunoni, a qua vicus Iugarius. Ara ibi sita est. — At *Nibby, del Foro Rom. p. 103.* putat, ita fuisse appellatum, quia prope iugum montis Capitolini erat: haec enim narrat *Liv. 35. 21.* Saxum ingens sive imbribus, sive motu terrae labefactatum in vicum Iugarium ex Capitolio procidit, et multos oppressit. Memorant vicum hunc etiam *Curios.* et *Notit. Urb. p. 14.* et *15. Pr.* — **3)** Absolute, substantivorum more,

IUGARIUS, ii, m. Est bubulcus, Italice *bifolco,* qui boves iugales curat et iungit. *Colum. 1. 6.* Lata bubilia esse oportebit ad procumbendum pecori, et iugario ad circumeundum. — **4)** Item qui eques currui iungit. *Capell. 9. p. 336.* Iugariorum murcidam viciniam Parvo obsidentem, etc. Hic videtur mentio haberi de equis iugalibus, qui plerumque ad urbium portas stabulabantur. V. IANUS, us, et IUMENTARIUS. — **5)** Deinde

II. *Iugarius* videtur etiam ad iugum montium pertinere. Hinc *Auct. lib. 1. Colon. p. 246. Lachm.* Ager iugarius in quinquagenis ingeribus.

IUGĀTĪNUS, i, m. Nomen proprie adiectivum, absolute adhibitum de Deo coniugii praeside apud veteres Ethnicos. *Augustin. 6. Civ. D. 9.* Cum mas et femina coniunguntur, adhibetur Deus Iugatinus. Cf. IUGARINUS.

IŬGĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iugo;* in modum iugi alligatio. *Varr. 1. RR. 8. de vitibus.* Iugationis species duae, una directa, altera compluviata, in longitudinem et latitudinem iugata. Adde *Cic. Senect. 15.* — **2)** Item iugum, seu par boum; *un paio di buoi.* Hinc sumitur pro mensura agrorum, et possessionum, a iugis boum, quibus exercentur. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. 10. 48. 1.* Universi pro portione suae possessionis iugationisque, ad haec munia coarctentur. Adde *Cod. Theod. 11. 28. 4.* — **3)** Hinc *cespitis iugatio* est pensitatio sive tributum in *Papyr.,* quae spectat ad a. 540., apud *Marini, Pap. dipl. p. 178.,* quam V.

IŬGĀTOR, ōris, m. Verbale a *iugo;* qui iugo iungit. *Arnob. 3. p. 174.* Boum iugator Triptolemus. V. IUGARIUS §. 3.

IŬGĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *iugo;* pertinens ad iugum, ut *iugatorius bos,* qui iugo subditur; *da giogo. Varr. 2. RR. 5.* Boni enim generis in Italia, plerique Gallici ad opus, contra iugatorii Ligustici. *Alii rectius leg.* iugatorii. V. IUGATONIUS.

IŬGĀTUS, a, um. Particip. verbi *iugo,* adiectivorum more etiam adhibitum; coniunctus, alligatus; *congiunto, legato. Cic. 5. Tusc. 8.* Omnes enim inter se nexae et iugatae sunt. — **2)** *Iugatae vites* dicuntur, quae pedamentis, quibus stant, transversae alligantur. *Varr. 1. RR. 8.,* cuius verba V. in IUGATIO §. 1. *Colum. arbor. 4.* Vinearum genera tria, iugata, humi proiecta, et quae est a terra subrecta, more arborum in se consistens. — **3)** Translate. *Senec. Here. Fur. 852.* Virgines nondum thalamis iugatae. — **4)** Iugata apud *Quintil. 6. 5. a med.* sunt coniugata, ut *iustus, iustitia, iuste.* V. CONIUGATIO §. 4.

IŬGĔ. V. IUGIS §. 5.

IŬGER. V. IUGERUM §. b.

IŬGĔRĀLIS, le. Adiect. a *iugerum;* ad iugerum pertinens. *Pallad. 3. 9. a med.* et *2. 12.* Iugeralis tabula; *h. e.* quaevis area quadrata, iugeri modum explens. *Boëth. Geom. Euel. 2. p. 1351. Migne.* Iugeralis vero sita planitudo hoc modo est indaganda. Et *mox.* Ex peditura *(lege* pedatura) autem iugeralem facile summam, secundum quod dictum est supra, invenies. — **2)** Translate. *Auct. Itiner. Alex. M. 110.* Elephanti draconesque iugerales; *h. e.* longitudinis ad instar iugeri.

IŬGĔRĀTIM. Adverb. a *iugerum;* per singula iugera; *a campo per campo. Colum. 3. 3.* Ut primae vineae centenas amphoras iugeratim praeberent.

IŬGĔRĀTĬO, ōnis, f. Abstractum a *iugerum,* verbalium more effectum; divisio et assignatio agrorum per iugera. *Frontin. colon. p. 211., 215.* etc. *Lachm.* — **2)** Item modus, et mensura agrorum, ut *iugatio. Impp. Constantin. et Constans, Cod. Theod. 12. 1. 53.* Minorem iugerationis modum studio cultionis exercet.

IŬGĔRUM, i, n. Nomen a *iungo* sive *iugo,* quo significatur genus quoddam mensurae agrorum, quae constat ex duobus actibus quadratis simul iunctis; unde illi est nomen, docente *Varr.* et *Colum. 11.* II. mox cc. Hinc *Isid. inter Scriptt. rei agr. p. 368. Lachm.* « Ab eo quod est iunctum, iugerum nomen accepit. » Nam quod quidam afferunt ex *Plin. 18. 3. 1. iugerum vocabatur, quod uno iugo boum in die exarari possit;* alii plerique non *iugerum,* sed *iugum* legendum putant. Sic enim et apud *Varron. 1. RR. 10.* habetur. V. IUGUM §. 4. — **b)** Veteres hoc nomen tertiae declinationis voluisse, testatur *Pompei. Grammat. p. 221. Lind.;* atque hinc declinabant *iuger, iugeris, iugeri,* etc. *Priscian.* vero in recto casu etiam *iugus, eris,* agnoscit *7. p. 742. Putsch.* Apud Recentiores vero in sing. num. frequentius per secundam declinationem, in plurali saepius per tertiam. Reperitur ta-

Digitized by Google

men in sing. abl. *iugere* et in plur. legitur *iugeris* pro *iugeribus*. Exempla habes infra §. 1. — **c**) *Iugra* pro *iugera* per syncopen legitur in *fragm. leg. Thoriae* apud *Haubold*, *p. 16.* In agri iugra singula. — **d**) *Iugerus*, *i*, m. non semel legitur apud *Scriptores rei agrariae.* Sic *p. 354. Lachm.* Kastreosis iugerus quadratus habet perticas etc. — **e**) Derivata, *iugeralis*, *iugeratim*, *iugeratio*. — **f**) Composita, *semiiugerum*, *sesquiiugerum*.

IUGERUM, quod Italice dicere possemus *campo*, est mensura ex ducentis et quadraginta pedibus in longitudinem, centum et viginti in latitudinem. Nam fit ex duobus actibus quadratis, seu ex actu quadrato duplicato in longitudinem, actus autem quadratus centum et viginti pedes ex omni parte continet. Ita describunt *Plin. 8. 5. 1.*, *Varr. 5. LL. 4.* et *1. RR. 10.*, *Colum. 5. 1.* et *Quintil. 1. 10. ad fin.* — Aliter tamen definitur spatium iugeri in *Inscr.* apud *Fabretti*, *p. 225. n. 595.* in *Fr. P. CCC.*, in *Agr. P. XCVI. Q. F. Iug.*; *h. e.* qui faciunt iugerum; nam $300 \times 96 = 28800$ pedes faciunt, quemadmodum idem pedum numerus constat ex 240×120. — Sed varia est iugerum metiendorum ratio, ut patet ex *Incert. Auct. de iugerib. metiend. p. 354.* et *seqq. Lachm.*, quem videsis. — Usum autem vocis probant *Varr. 1. RR. 10.* In Hispania ulteriore metiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. *Tibull. 2. 6. 24.* Ut multo innumeram iugere pascat ovem. *Cic. 5. Verr. 47. ad fin.* Medimnum ex iugere decumano dari poterat. *Id. 12. Att. 33.* Is partes fecit in ripa, nescio quotenorum iugerum. *Id. 3. Q. Fr. 1. 2.* Iugera quinquaginta prati facile irrigabis. *Plaut. Men. 5. 8. 45.* Non potest haec res hellebori iugere obtineriier; *h. e.* tanta hellebori copia, quanta ex agri iugere meti potest. *Iuvenal. 9. 60.* donare clientem iugeribus paucis. — *Plin. 18. 4. 3. referens dictum M.ⁱ Curii:* Perniciosum intelligi civem, cui septem iugera non essent satis. Haec autem *(subdit Plinius)* mensura plebei post exactos reges adsignata est. *Id. ibid. 2. 1.* tradiderat, antea bina iugera populo Romano satis fuisse. Cf. *Liv. 5. 30.*

IŪGĔRUS, i, m. V. voc. praeced. §. d.

IŪGES, etis. } V. IUGIS §. b. et §. 3.
IŪGES, gum, et }

IŪGĬFLUUS, a, um. Adiect. ex *iugis* et *fluens;* iugiter fluens. *Paulin. Nolan. Carm. 35. 459.* Iugifluus semper biberis.

IŪGĬLO, as, āre. Verbum intransitiv., onomatopoeicum a voce milvi factum. *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. n. 1079. Meyer.* Dum milvus iugilat, trionit tunc improbus anser. Hinc emendandus videtur *Aldhelm. de re Gramm. p. 369.* Milvi lugiunt, vel vigilant vel luriunt. *Lege* iugiunt vel iugilant, vel lupiunt. *Iugilo* patet hinc per deminutionem a *iugio* effictum fuisse. V. IUGIO.

IŪGĬO, is, *rectius quam* IUGO, is, ĕre. Verbum intransitiv. onomatopoeicum a voce milvi factum. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.* Iugere milvi dicuntur, cum vocem emittunt. *Varr.* apud *Non. 2. 846.* Iugere volitans milvus visus, aquam e nubibus tortam indicat fore. Ita leg. *Scaliger* ex coniectura. *Gloss. Isid.* Iugit milvus cum vocem emittit. *Gloss. Philox.* Iugit, ἰκτὶν βοᾷ; *h. e.* milvus clamat. Adde *Aldhelm.* loc. cit. in v. IUGILO, et Cf. LUPIO.

Nota. Tribuitur et aliis. *Apul. 5. Met. 15.* Iubet tibias iugere, sonatur. *Alii rectius leg.* agere. V. *Hildebr.* ad *h. l.* plura ad rem disputantem.

IŪGIS, ge. Adiect. verbale a *iugo* vel *iugum*. — **b**) In recto casu *iuges*, *iugetis* olim declinatum fuisse, tradit *Serv.* ad *5. Aen. 537.*, quod et *Festus* confirmat. V. loc. infra §. 2. — **c**) In genitivo plur. habet *iugium*, pro quo *iugerum* dixit *Lucil.* apud *Charis. 1. p. 40. Putsch.* — **d**) Corripuit primam syllabam *Sedul. 1. 18.* et *2. 255.* et *alibi*, non imitandus. — **e**) Alia forma est *iugus*, *a*, *um*, quam V. suo loco. — **f**) Derivata et Composita, V. in IUGUM.

IUGIS proprie est qui unam rem cum alia iugat, hinc continuus, perpetuus, perennis; *continuo*, *perenne*, *perpetuo*. *Cic. 2. Nat. D. 40.* Ex puteis iugibus aquam calidam trahi. *Horat. 2. Sat. 6. 2.* Hortus ubi, et tecto vicinus iugis aquae fons. *Sall. Iug. 94.* Capsenses una modo iugi aqua, cetera pluvia utebantur; *avenae una sola fontana*. *Plaut. Pseud. 1. 1. 82.* Is mihi thesaurus iugis in nostra est domo. *Gell. 12. 8. extr.* Postea iugi concordia fidissime amicissimeque vixerunt. *Impp. Valentinian. et Valens Cod. Theod. 12. 6. 11.* Biennio iugi; *duo anni continui*. *Eutrop. 8. 13.* Iuge triennium. *Vulg. Interpr. Levit. 21. 20.* Iugis scabies. *Id. Ezech. 46. 14.* Sacrificium Domino legitimum, iuge atque perpetuum. *Id. Prov. 15. 15.* Secura mens quasi iuge convivium. — **2**) *Iugis luno*. V. in IUGARIUS §. 2. — **3**) Specialim *iuges auspicium*, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.*, est, quum iunctum iumentum stercus facit. Ita leg. *Müll.*, alii vulgo *fuge*, quod habet et *Cic. 2. Divin. 36.* Huic simile est, quod nos augures praecipimus, ne iuge auspicium obveniat, ut iumenta iubeant diiungere. Sed iterum *Serv.* ad *3. Aen. 537.* Iuge eis *(lege* iuges*)* auguribus dicitur augurium, quod ex iunctis iumentis fiat. Observant enim, ne proditurо magistratui disiunctis bobus plaustrum obviam veniat. Sunt qui recte legendum putent *nisi disiunctis*. Et *mox:* Cum autem dicit *iugo* veram significationem iugetis facit. *Gloss. Philox.* Iugites; συνεζευγμένοι. Sed V. *Müll.* ad *Fest. l. c.* — **4**) Absolute, substantivorum more,

IUGES, ium, m. Sunt qui eodem iugo vinci sunt, pares. Graece ὁμόζυγες. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.* Iuges, eiusdem iugi, pares; unde et coniuges et seiuges. — Hinc *Maxim. Taur. Homil. 16.* Si aspectum suum ad impia et vana converterit, et iuges suos, hoc est corpus atque animam, vulnerabit, etc. — **5**) Item absolute, adverbiorum more,

IUGE pro Iugiter. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 472.* Sed Iuge durans *(anima)* dispares casus subit.

IŪGĬTAS, ātis, f. Abstractum a *iugis;* perpetuitas, diuturnitas; *continuanza*. *Marcell. Empir. 8.* Lacrimarum iugitatem sedare. *Imp. Constantin. Cod. 5. 17. 7.* Post tam magni temporis iugitatem. Adde *Capell. 5. p. 150.* et *Cassian. 2. Collat. 22.*

IŪGĬTER, Adverb. a *iugis;* assidue, continue; *continuamente*. *Apul. de Mundo.* Machina iugiter per circuitum suis legibus terminata. *Mamertin. Genethl. Maxim. 15.* Exinde salutares spiritus iugiter manant. *Auson. Parental. 19. 4.* Coniugium sancti iugiter haec habuit. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod. 16. 7. 3.* Iugiter atque perpetuo. Adde *Prudent. 4. Cathemer. 34.* — **2**) Item continenter. *Auson. epist. 19. 9.* Et nonas decimas ab se nox longa calendas Iuppiter acciri celebranda ad festa iubebat.

Nota. Qui *Plauto* quoque hanc vocem tribuunt, *Mil. 3. 1. 62.*, frustra faciunt.

IUGLANS, andis, f. Nomen a *Iove* et *glande* factum, ut plures e Veteribus tradiderunt, quod mox videbimus, quamque hybridam vocem putat *Cloat.* apud *Macrob. 2. Sat. 14.* a *Iuglans*, inquit, *di* praetermissum est, quasi *diiuglans*, idest Διὸς βάλανος, et ipse *Macrob. ibid.*, qui tradit secundum nonnullorum opinionem a *iuvando* et *glande* dictam existimari; prius etymon verius est. — Porro

IUGLANS est fructus nucis arboris, gemino protectus operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis, quod compactile est ex bifidis veluti carinis: nucleus vero quadripartita distinctione divisus, ligneo intercursante membrana; nuce. Hanc Graeci etiam *basilicam* nominant. Dicitur autem tum de fructu, tum de arbore. *Varr. 5. LL. 21.* Haec glans optima et maxima ab Iove et glande iuglans appellata est. *Gabius Bassus* apud *Macrob. 2. Saturn. 14.* Iuglans arbor proinde dicta est, ac Iovis glans. Nam quia id arboris genus nuces habet, quae sunt suaviore sapore, quam glans est, hunc fructum antiqui illi, qui egregium, glandique similem, ipsamque arborem Deo dignam existimabant, Iovis glandem appellaverunt: quae nunc, litteris interlisis, iuglans nominatur. *Cic. 5. Tusc. 20.* Ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. *Plin. 17. 18. 1.* Iuglandium umbra gravis et noxia, etiam capiti humano, omnibusque iuxta satis. — **2**) Dicitur et *nux iuglans*. *Plin. 15. 24. 1.* Ab his locum amplitudine vindicaverunt nuces iuglandes. *Id. 14. 27. 3.* Defruta coquere, nucibus iuglandibus additis. Adde *37. 55. 1.*

IUGLUS. V. IUGULUM §. b.

IUGMENTUM. V. IUGAMENTUM.

IŪGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. eiusdem originis ac *iungo*, quod V., quamquam sunt, qui a *iugum* deducunt; quum potius *iugum* videatur a *iugo*. V. IUGUM §. a. — **b**) Particip. *iugans* §. 4., *iugandus* §. 5. et 4., *iugatus*, V. suo loco. — **c**) Derivata et Composita V. in IUGUM suo loco.

IUGO proprie est in modum iugi coniungere et colligare; *congiungere*, *legare*. *Colum. 12. 39.* Furcas, vel palos, qui cannas sustineant, inter quaternos pedes figere, et perticis iugare. *Id. 4. 26.* Adminiculare et iugare vineam; *tirare in pergola*. — *Isid. 18. Orig. 35.* Primus Clisthenes Sicyonius tantum medios equos iugavit. — **2**) Transitive. *Mar. Victorin. 1. 11. 38.* Duorum pedum copulatio *basis* dicitur . . . qui, si eiusdem generis, idest pares, iugati fuerint, dipodium, aut, ut quidam, tautopodium . . . efficiunt. — *Fulgent. 5. Mythol. 9.* Iugare phthongos; *accordare i suoni*. — **3**) Item matrimonio iungere. *Virg. 1. Aen. 349.* Cui pater intactam dederat, primisque iugarat Ominibus. *Catull. 64. 21.* Tum Thetidi pater ipse iugandum Thesea sensit. *Stat. 1. Silv. 2. 185.* Quas ego non gentes, quas non face corda iugavi? Adde *Senec. Troad. 382.* — **4**) Deinde

II. *Iugo* adhibetur aliquando etiam pro simplici *iungo*. *Naev.* apud *Macrob. 1. Saturn. 18.* Sol vagus igneas habenas immittit propius iugalque terrae. *Terentian. de syllab. p. 2392. Putsch.* Y sibi tantum iugantes. Et *mox.* Nec fuit longis iuganda vel brevi vocalium Syllaba

* IŪGO, is, V. IUGIO.

IŪGŌSUS, a, um. Adiect. a *iugum* (scil. *montium*); acclivis, iugis abundans; *ripido: Ovid. 1. Amor. 1. 9.* Quis probet, in silvis Cererem regnare iugosis?

IUGRUM, i, n. V. IUGERUM §. c.

IŪGULA, ae, *frequentius, in plur. num.* Iugulae, arum, f. No-

Digitized by Google

men, quod quidam a *iugulum* ducunt, ut *Varr.* loc. mox cit. et *Isid. 3. Orig. 71. 11.*, alii vero a *iugi aqua*, quod Orion, qui hac voce significatur, aquosus est (v. *Voss.* in *Etymol.*). Tertium addet *Fest.* his verbis apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.* « Iugula, stella Orion, quod amplior sit ceteris, quasi nux iuglandis. » Sed hoc futile est. Cf. IUGULUM. — Est autem

IUGULA apud Astronomos signum caeleste, quod et Orion vocatur. *Varr. 7. LL. 5. a med.* Iugula signum est, quod Accius appellat Orionis, cum ait, Citius Orion patent. Huius signi caput dicitur ex stellis quatuor, quas infra duae clarae, quas appellant humeros, inter quas quod videtur, iugulum, unde iugula dicta. — In plur. num. *Plaut. Amph. 1. 1. 119.* Nec iugulae, neque Vesperugo, neque Vergiliae occidunt. *Alii leg.* iugula *(sing. num.)*. — De loco *Colum. 11. 2. §. 76.* v. *Schneid.* — **2)** Apud *Manil.* iugulae dicuntur, quos alii Asellos in signo Cancri interpretantur, *5. 175.* Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra Consurgunt iugulae.

IŪGŬLAE, ārum, f. V. voc. praeced.

IŪGŪLĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iugulo;* actus iugulandi; *scannamento, uccisione. Auct. B. Hisp. 16.* Iugulatione oppidanorum facta. Adde *ibid. 18. extr.*

IŪGŪLĀTOR, ōris, m. Verbale a *iugulo;* qui iugulat; *scannatore. Gloss. Philox.* Iugulator; *φονεύς, σφάγεις. Hieronym. ep. 2. 22. ad Heliodor.* apud *Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 151.* (qui sequitur edit. Parisius a. 1693.). Iulianus proditor animae suae et christiani iugulator exercitus. *Salvian. 5. adv. avar. 20.* Non respicias adulationes eorum; gladii tui sunt iugulatores tui et quidem ferreis atque hostilibus tetriores.

IŪGŪLĀTRIX, īcis, f. Verbale a *iugulo;* quae iugulat. *Auct. Trag. Orest. 589.* Iugulatricem patris dum vivere censes.

IŪGŪLĀTUS, a, um. Particip. verbi *iugulo;* iugulo perfosso interfectus; *scannato. Nep. Eumen. 12. extr.* Insciente Antigono, iugulatus est a custodibus. *Val. Flacc. 7. 277.* totque ora simul iugulata procorum Respiciens. *Ovid. 1. Heroid. 21.* Quisquis erat castris iugulatus Achivis. Adde *Cels. 5. 25.* — **2)** Translate. *Cic. 5. Verr. 54.* His te litteris, homo audacissime, iugulatum esse non sentis? *M. Anton.* apud *Cic. 13. Phil. 18.* Quo facilius reviviscat Pompeianorum causa toties iugulata.

IŪGŪLO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *iugulum*. — Particip. *iugulandus* §. *1., iugulatus*, v. suo loco. — Proprie est iugulum praecido, incido, et generatim interficio; *scannare. Cic. 5. Tusc. 40.* Ne stridorem quidem serrae tum audiunt, cum scuitur, aut grunnitum, cum iugulatur sus. *Id. 5. Phil. 2.* In hospitis tectis Brundusii fortissimos viros, cives optimos, iugulari iussit. *Id. Mil. 11.* Se alicui tradere iugulandum; *farsi scannare*. — **2)** Saepe translate usurpatur. *Cels. 5. 15. extr.* Quartana neminem iugulat. Adde *2. 10.* et *5. 20. Cic. 4. Verr. 28.* Postequam tam multis eum factis, decretisque iugulasset. — **3)** Iugulare hominem, est convincere. *Ter. Eun. 5. 1. 27.* Pulchre mehercle dictum, et sapienter! papae! Iugularas hominem. *Cic. 7. Verr. 64.* Iugulari sua confessione. — **4)** *Iugulari suo gladio, suoque telo* dicitur, qui suis verbis, suo invento, dolove capitur. *Ter. Adelph. 5. 8. in fin.* — **5)** *Iugulare gladio plumbeo*, est futili levique argumento, et nullo negotio aliquem convincere. *Cic. 1. Att. 16.* Cum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. — **6)** *Iugulare falernum* apud *Martial. 1. 19.* est depravare, corrumpere, deteriore vino immixto. — **7)** *Iugulare curas*, apud *Eund. 8. 51.* est configere, abstergere. V. NIMO §. 8.

IŪGŬLUM, i, n. et IUGULUS, i, m. Verbale a *iugo*, seu *iungo*, ut plerique tenent, seu potius per deminutionem a *iugum*, quod tamen in idem recidit. — **b)** In masculino genere *iugulus, i*, etiam usurpatur, unde *iuglus, i*, per syncopen vulgo dictus est, quod alterum tamen improbat *Incert. Grammat.* in *Append.* ad *Prob. Art. min. n. 58. p. 443. Endl.* Iugulus, non iuglus. — **c)** Derivata, *iugula* (quod v. §. a.), *iugulatio, iugulator, iugulatrix, iugulo*.

IUGULUM sive IUGULUS, est pars colli anterior supra pectus, ad gulam; *gola, strozza*. Hoc nomine veniunt tum duo illa ossa, quae sunt supra summas costas, unde collum incipit, ut est apud *Cels. 8. 1. a med.*, et *claviculae* dicuntur ab Anatomicis: tum vero, et quidem saepius, cavum illud, quod circa gulam, supra illa duo ossa, utrinque conspicitur: unde et *iugula* plurali numero saepe vocantur. Item universim tota ipsa gula. Dicitur proprie de homine. *Cic. Fat. 5.* Zopyrus stupidum esse Socratem dixit, quod iugula concava non haberet. *Plin. 11. 98. 1.* Uni homini iuguli, humeri: ceteris armi. *Tacit. 5. Ann. 18.* Iugulum perfodere. *Ovid. 1. Met. 227.* resolvere. *Plaut. Mere. 5. 4. 28.* Demittere gladium in iugulum. *Senec. Agam. 975.* Iugulo ferrum mergere. *Ovid. 15. Met. 458.* condere. Adde *Cels. 8. 8.* — *Gloss. Lat. Gr.* Ab iugulis; *ἀπὸ καταγλίων*. — **2)** Saepe refertur ad vitam et sanguinem. *Plin. 14. 28. 5.* Alii mortifera loquuntur, redituraque per iugulum voces non continent. *Iuvenal. 4. 110.* tenui iugulos aperire susurro. *Lucan. 2. 317.* Hic dabit, hic pacem iugulus, finemque laborum. *Quintil. Declam. 9. 21.* Iam praebendus erat iugulus, et fundenda vita cum sanguine. *Cic. Mil. 11.* Optabilius fuit Miloni dare iugulum P. Clodio, non semel ab illo petitum, quam iugulari a vobis, quia se illi non iugulandum tradidisset. *Id. 1. Att. 16. ante med.* Ut aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. *Tacit. 1. Hist. 41.* Offerre alicui iugulum. *Horat. 1. Sat. 3. 82.* amaras Porrecto iugulo historias, captivus ut, audit. *Cic. 14. Phil. 9.* Qui Antonii immanem crudelitatem non solum a iugulis nostris, sed etiam a membris et visceribus avertit. *Manil. 4. 128.* In iugulumque dabit fructus; A. *e.* in necem, vel exitium. — *Ennod. Paneg. Theodor. 8.* Noverint, quem petant, aut cuius iugulis acquiescant. — In sing. num. *Apul. 9. Met. 58.* Iugulum sibi multis ictibus contrucidat. V. *Hildebr.* ad h. l. — **2)** Eleganter dicitur orator *iugulum petere*, quando, quod est in causa potissimum, id invadit, ac premit adversarium, videturque illum iugulare argumentis. *Quintil. 8. 6. a med.* Nam illa in agendis causis iam detrita, pedem conferre, et iugulum petere, et sanguinem mittere, inde sunt, nec offendunt tamen.

IŪGŬLUS, i, m. V. voc. praeced. §. b.

IŪGUM, i, n. Nomen, quod vulgo a Graeca voce *ζυγὸς* eiusdem significationis ducitur; rectius vero verbale dixeris a *iugo*, sive *iungo*, quod iugando sive iungendo inserviat. V. infra §. 1. et Cf. IUGO §. a. — Sunt etiam qui *iugum* conferunt cum sanscrito *iugam*. — **b)** *Iugus, i*, m. labente Latinitate usurpatum reperitur in *Inscr.* anni 364. apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. n. 177.* Iugus bonus male fractus, coniux deposita, etc. — **c)** Derivata *iugabilis, iugalis, iugalitas, iugamen, iugamento, iugamentum, iugarinus, iugaris, iugarius, iugatinus, iugatio, iugator, iugatorius, iugerum* (quod v. pro suis), *iugis, iugitas, iugiter, iugo, iugosus, iugulum*, quod v. pro suis. — **d)** Composita, *abiugassere, abiugo, adiugo, biiugus, coniugo, decemiugis, deiugis, deiugo, diiugo, duodecaiugum, iniugatus, iniuges, introiugus, iugifluus, multiiugi, octoiugis, quadriiugus, quinquaiugus, seiuga, seiugalis, seiugatus, septeiugis, subiugus, transiugatus, triiugis, triiugus, uniiugus*.

IUGUM proprie est ligneum instrumentum recurvum, quod duorum boum collo transversum impositum, eos simul iungit et colligat; *giogo. Cic. 2. Nat. D. 60.* Nos onera quibusdam bestiis, nos iuga imponimus. *Ovid. 4. Fast. 216.* leones Praebent insolitas ad iuga curva iubas. *Plin. 8. 21. 2.* Leones iugo subdere, et ad currum iungere. Et *10. 62. 1.* Leones iugum subeunt. *Tibull. 4. 1. 170.* colla iugo didicit submittere taurus. *Virg. 3. G. 57.* Bos iuga detrectans. *Id. 4. Ecl. 41.* Solvere iuga tauris. *Horat. 3. Od. 6. 42.* Demere iuga tauris fatigatis. *Id. 5. ibid. 3. 14.* Collo tigres iugum trahentes. *Ovid. 6. Heroid. 97.* tauros iuga ferre coëgit. — **2)** Hinc interdum accipitur pro pari boum; *un paio di buoi. Plin. 33. 47. 2.* Iuga boum tria millia. *Cic. 5. Verr. 51.* Ager decumanus propter istius avaritiam desertus est, neque id solum accidit, uti minus multis iugis ararent, si qui in agris remanserunt, sed etiam etc. Adde *ibid. 52.* et *Ovid. 1. Fast. 664.* — **3)** Immo et pro pari cuiuscumque generis rerum; *un paio. Plin. 10. 5. 1.* Iugum aquilarum. *Val. Max. 5. 5. n. 3.* Fraternum iugum Claudiae gentis; *un paio di fratelli*. — **4)** Item pro modo et mensura agri. *Plin. 18. 3. 1.* Iugum vocabatur, quod uno iugo boum in die exarari posset. Al. leg. *iugerum;* sed *Harduin.* tuetur *iugum*. Nam et *Varr. 1. RR. 10.* In Hispania ulteriore metiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro R. ac Latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boves uno die exarare possint. Hinc apud *Colum. 2. 13.* uno iugo aliquid facere, est una opera unius bubulci cum iugo boum. — **5)** Translate a iugo boum est alicuius imperium, servitus, tyrannis; *giogo, soggezione, oppressione. Cic. 1. Phil. 2.* Colus a cervicibus iugum servile deiecerant. *Horat. 2. Sat. 7. 91.* eripe turpi Colla iugo: liber, liber sum, dic age. *Id. 3. Od. 9. 18.* Venus diductos iugo cogit aeneo. *Iustin. 44. 3.* Nec prius, perdomita provincia, iugum Hispani accipere potuerunt, quam etc. *Tacit. Agric. 31.* Exuere iugum; *sottrarsi dal dominio. Ovid. Rem. am. 90.* Colla iugo subtrahere. *Plin. Paneg. 11.* Hostes sustulerant animos, et iugum excusserant. *Senec. Octav. 250.* Orbem turpi iugo premere; *tranneggiare*. Et *Agam. 134.* Animum iugo premit Cupido turpis. *Id. Herc. Fur. 432.* Servire, et iugum pati. *Stat. 1. Theb. 19.* Rhenus iugo adactus; *assoggettato*. Cf. infra §. 13. — **6)** De calamitate et incommodis. *Horat. 1. Od. 35. 26.* diffugiunt, cadis Cum face siccatis, amici, Ferre iugum pariter dolosi. *Iuvenal. 15. 21.* felices, qui ferre incommoda vitae, Nec iactare iugum vita didicere magistra. — **7)** De coniugii vinculo. *Horat. 2. Od. 5. 1.* Nondum subacta ferre iugum valet Cervice. Ait enim *Isid. 9. Orig. 7.* Iugo in nuptiis coniuges copulantur, ne resolvi, aut separari possint. *Serv.* ad *Virg. 4. Aen. 16.* Iugali autem, propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis. — Huc spectat *Inscr.* allata supra §. b. — **8)** *Pari iugo niti* est aequali contentione ac studio una cum altero quippiam agere; *con eguale studio e sforzo. Plin. 3. ep. 3.* et *Senec. ep. 109. ad fin.* — **9)** Deinde, latiore significatione,

Digitized by Google

II. *Iugum* non bubus solum, sed equis etiam, mulis, asinis sub currum iunctis imponebatur. Et in quadrigis quidem, ubi equi quaterni aequa fronte iuncti erant, duo medii iugum habebant, duo reliqui funibus ac loris alligabantur. Hinc illi *iugales*, hi *funales* dicti. Est tamen discrimen inter boum, et equorum iuga. In bobus enim, quorum cervix ad trahendum apta est, tria sunt iugi officia, ipsos inter se iungendi; temonis sustinendi regendique; et plaustri trahendi: in equis, qui non cervice, sed pectore trahunt, duo priora tantum: quare praeter iugum helcia quoque habebant, queis axi currus alligarentur. De asinorum, mulorumque iugo testes *Cato*, qui *RR. 11.* iugum asinarium memorat: et *Martial. 9. 58.* Nec ruptae recutita colla mulae, *scil.* iugo ferendo. Adde *Phaedr. 5. 6.* — De equis vero Poëtae passim, et alii. *Virg.* de his loquens *3. Aen. 541.* iidem olim curru succedere sueti Quadrupedes et frena iugo concordia ferre. *Ovid. 12. Met. 77.* tum colla iugo cauentia pressos Exhortatur equos. Et *2. 514.* Consternantur equi, et, saltu in contraria facto, Colla iugo eripiunt. *Curt. 3. 11.* Equi iugum quatere, et regem curru excutere coeperant. Et *4. 13.* Equi iactatione cervicum iugum excusserant. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 81.* hic sub iuga ferrea mittit Cornipedes. — **10)** Ad equos itidem pertinet illud *Stat. 6. Theb. 416.* nunc avidi prono iuga pectore tangunt; *h. e.* aurigae proni, et prope tangentes pectore iugum equorum decurrentium. — **11)** Iuga pro equis iugalibus, sunt in illo *Virg. 5. Aen. 146.* Nec sic immissis aurigae undantia lora Concussere iugis. — **12)** Specialim

III. *Iugum* dicitur in re militari, cum transversa hasta duabus stantibus imponitur (uti docent *Liv.* mox citandus, et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.* Hinc *Auson. Technopaegn. de litt. monosyllab. 15.* Hostilis quae forma iugi est, hanc efficiet Π), ita tamen demissa, ut qui subter transire velit, curvare se, et corpus duplicare necesse sit. Sub hoc iugum victos hostes a victoribus mitti ignominiae causa mos fuit, demptis armis, et veste detracta. *Cic. 3. Offic. 30.* Cum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis, etc. V. *Liv. 3. 28. extr.* et *9. 4.* et *segq.* et *ibid. 15.* et *10. 36.* — Cf. infra §. 14. *in fin.* — **13)** Translate. *Sense. Provid. 4.* Calamitates, terroresque mortalium sub iugum mittere, proprium magni viri est. — Huc etiam spectare possunt plura exempla allata supra §. 5. — **14)** A similitudine

IV. *Iugum* dicitur esse in vitibus, cum duobus, aut pluribus pedamentis transversa earum brachia alligantur; vel pluribus perticis terrae fixis, aliae super eas transversae imponuntur, super quas ipsae vites flexae alligantur. *Varr. 1. RR. 8.* quatuor iugorum genera enumerat, perticam, arundinem, restes, vites: iugationis duo, directum et compluviatum, et singula describit. *Colum.* quoque multa disputat hac de re *4. 16. ad fin.* et *ibid. 17.* et *19.* Adde *Plin. 17. 35. 40.* Hinc illa *Colum. 4. 22.* Vineam sub iugum mittere. *Plin. ibid. 35. 18.* Palmes in iugum insilit. Et *mox.* Vineam ad iugum perducere. — Ex allatis *Varron.* et *Colum.* locis satis patet, *iugum* dici tum ipsam iugatam vitem, tum perticam transversam, qua iugum fit. Sunt qui putant, ab hoc vinatico iugo ad militare deductam appellationem: alii contra. — **15)** Item *iugum* dicitur etiam scapus staterae, vel librae transversus; *il braccio della stadera o bilancia.* — Hinc absolute de Libra, signo caelesti, *Cic. 2. Divin. 47.* Romam, in iugo cum esset luna, natam esse dicebat. *Solin.* enim *c. 1.* Romulus fundamenta murorum iecit, Iove in Piscibus, Luna in Libra constitutis. *Manil. 1. 609.* Et iuga Chelarum medio volitantia caelo; *h. e.* extrema Scorpii brachia, quae adeo extenta sunt, ut Librae signum occupent. — **16)** Huc spectat et *Iugum Bosphoreum*, quo nomine appellatum est a Bosphoro Cimmerio, qui maxime borealis erat antiquis, Plaustrum sidus. Graece ἅμαξαν. *Prudent. 5. Cathem. 145.* Credas stelligeram desuper aream Ornatam geminis stare trionibus, Et, qua bosphoreum temo regit iugum, Passim purpureos spargier hesperos. Cf. *Gell. 2. 21.* — **17)** Item lignum teres transversum in textorio instrumento, cui tela imponitur, et circumvolvitur; *subbio. Ovid. 6. Met. 55.* Tela iugo vincta est: stamen secernit arundo. V. IUGALIS §. 3. — **18)** Item transtrum, quo transverso remiges sedent, *panca*, *trasto:* quod et Graeci ζυγὸν appellant, teste *Servio* ad illud *Virg. 6. Aen. 411.* Inde alias animas, quae per iuga longa sedebant, Deturbat, laxatque foros. — **19)** Item baculus incurvus, quem rustici collo seu humeris imponunt ad singulas utrinque corbes, seu sirpiculos, sustinendas: Graeci ἀνάφορον, et ἀγκύλην, Itali *arconcello*, nostrates vulgo *bigolo*, fortasse a *bis* et *collum*, Galli vero *palanche* vocant. *Varr. 2. RR. 2. circa med.* Cum inter haec bina loca, ut iugum continet sirpiculos, sic calles publicae distantes pastiones. — **20)** Denique

V. *Iugum* saepissime est cacumen, vertex: *sommità*, *cima d'un monte:* et universim ipse mons. *Vig. 3. Ecl. 76.* Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit. *Cic. 3. Orat. 12.* Ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientum iugo sunt doctrinarum facta divortia. *Ovid. 5. Heroid. 158.* in immensis qua tumet Ida iugis. *Id. Rem. am. 202.* Nunc tua frondosis retia tende iugis. — **21)** Praecipue vero dici videtur de continuo montis cacumine. *Caes. 1. B. C. 70.* Ut, mutato itinere, iugis Octogesam perveniret. — **22)** Neque tamen summum verticem proprie significat, sed dorsum montis vertice inferius, et colles minus assurgentes. *Ovid. 4. Met. 656.* Quantus erat, mons factus Atlas, iam barba comaeque in silvas abeunt: iuga sunt humerique, manusque: Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen. *Propert. 2. 25. 78.* Quo seges in campo, quo viret uva iugo.

IŬGĂMENTO. V. IUGAMENTO.

IŬGŬMENTUM. V. IUGAMENTUM.

IŬGUS, a, um. Adiect. idem origine et significatione ac iugis; coniunctus. *Cato, RR. 10.* Vasa iuga quinque. *Varr. 1. RR. 22.* haec eadem *Catonis* verba repetit. — **2)** *Iuga Iuno*, V. IUGARIUS §. 2.

IUGUS, ĕris, n. V. IUGERUM §. b.

IUGUS, i, m. V. IUGUM §. b.

IŪLĒUS, a, um. V. *Ovid.* loc. cit. in v. IULIUS, et *Lactant.* in v. IULUS §. 2.

IŪLĬĀNUS, a, um. Adiect. a *Iulius*, quod est nomen gentis, de qua V. in ONOM., ad Iulium Caesarem dictatorem pertinens. Hinc annus *Iulianus* vel plur. num. *anni Iuliani* dicti sunt, qui post ordinatum ab eodem C. Iulio annum sequuti sunt. *Censorin. de die nat. 20. a 11.* Ex hoc anno ita a Iulio Caesare ordinato caeteri ad nostram memoriam Iuliani appellantur, iique consurgunt ex quarto Caesaris consulatu. *Id. ibid. 22. n. 16.* Quintilis Iulius cognominatus est C. Caesare V. et M. Antonio Coss., anno Iuliano secundo.

* IŪLĬDĂ, ae, f. V. voc. seq.

IŪLIS, ĭdis, f. Genus piscis ignotum. *Plin. 32. 51. 1.* Optimum *(ius)* e scorpionibus, et iulide et saxatilibus. *Cael. Aurel. 1. Chron. 1. 22.* Pisces teneri, ut sunt scari, aselli, iulides. Utroque loco quidam iulida *vel* iulidae *leg.*, ut sit a *iulida, ae.* — Adde *Plin. 32. 53 5.*, ubi variat lectio. V. *Sillig.* in not. crit. ad *h. l.*

IŪLĬUS, a, um. Adiect. a *Iulius*, ii, quod est nomen proprium gentis Romae nobilissimae et vel uno C. Caesare dictatore celeberrimae, de qua V. in ONOM. — Exinde mensis Quintilis dictus est *Iulius mensis* vel *Iulius* absolute, Italice *luglio*, in honorem scilicet C. Iulii Caesaris, legem ferente M. Antonio M. f. consule, quod a. d. IV. Id. eius is natus esset, ut apud *Macrob. 1. Saturn. 12. a med.* legitur *Martial. 12. 32.* O Iuliarum dedecus calendarum (His calendis mos erat Romae novas aedes conducere, ut tum ex hoc loco, tum et *Suet. Tib. 35.* colligitur. Has calendas *Iuleas* vocat *Ovid. 6. Fast. 757.* Tempus Iuleis cras est natale calendis). *Martial. 10. 62.* Tostamque fervens Iulius coquit messem. Adde *Censorin.* loc. cit. in IULIANUS.

IŪLUS, i, m. Vox Graeca, *ἶουλος*, qua significatur lanugo quaedam arborum, florem antecedens, vel floris loco; *bottone. Plin. 16. 32. 2.* Ferunt et avellanae iulos compactili callo, ad nihil utiles. — **2)** Apud *Pollux. l. 1. c. 1. sub fin. ἶουλος* est genus cantilenae, quae in honorem Cereris canebatur. Huc igitur fortasse pertinet illud *Lactant. carm. de Phoenice 45.* Incipit illa sacri modulamina fundere cantus. Et mira lucem voce ciere novam: Quam nec Iuleae voces, nec Libi possit Musica Cyrrhaeis assimilare modis. *Alii rectius leg.* aedonae voces.

IUM. V. IS, EA, ID, §. c.

IŪMENTĀLIS, le. Adiect. a *iumentum;* ad iumentum pertinens. — Translate. *Ambros. 5. Hexaëm. 3. n. 8.* Utique maius est quod in naturae colluvionem committitur, quam quod in personae iniurium. Et homo ista procuras interpres adulterii iumentalis?

IŪMENTĀRĬUM, ii, n. V. voc. seq. §. 2.

IŪMENTĀRĬUS, a, um. Adiect. a *iumentum;* ad iumenta pertinens. *Iabolen. Dig. 33. 7. 27.* Molas manuarias supellectilis, iumentarias instrumenti esse, Ofilius ait. *Apul. 9. Met.* Iumentarium contuleram. *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 62.* Ap. Quintius Ap. L. Nicephorus medicus iumentarius; *veterinario, maniscalco.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

IUMENTARIUM, ii, n. Est locus, ubi stabulantur iumenta; equile, stabulum. *Gloss. Gr. Lat.* Κτηνοστάσιον; iumentarium. — **3)** Item

IUMENTARIUS, ii, m. Est qui iumenta curat; *vetturale*, *mulattiere*, *carrettaio. Gloss. Gr. Lat.* Κτηνοτρόφος; iumentarius. — **4)** Iumentarii etiam in collegium ordinati sunt, siti, ut plurimum, ad portas urbium, ut aliorum usibus praesto essent. Huiusmodi collegium saepius memoratur in antiquis Lapidibus. Sic *Inscr.* apud *Labus in Storia di Milano*, auctore *Carolo Rosmini, T. 4. p. 457.* Collegium iumentariorum portae Vercellinae et Ioviae. *Alia* apud eundem *Labus, Marmi Bresc. p. 112.* Genio Collegii iumentariorum. *Alia* apud *Fabretti, p. 707. n. 276.* Locum sepulturae donavit C. Valgius Fuscus collegio iumentariorum portae Gallicae, posterisque eorum. Adde *alium* apud *Bund. p. 91. n. 179.* et apud *Marat. 535. 2.*

IŪMENTUM, i, n. Nomen, quo genus quoddam maiorum animalium significatur, quibus utimur ad gerendum trahendumque: a *iungo*, ut docet *Gell.* mox citandus, per syncop. a *iugumentum:* vel

Digitized by Google

a *iuro*, quasi *iuvamentum*, quod nostrum laborem vel onera subvectando, vel arando iuvant, ut *Colum. praef. l. 6.* loquitur. Cf. *Isid. 12. Orig. 1. 7.* — **b**) *Iumentis* ἀρχαϊκῶς pro *iumentis* scribitur in *Lege Iulia Municip.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 206. lin. 67.* V. loc. infra §. 2. — **c**) Derivata, *iumentalis*, *iumentarius*. — **d**) Compositum, *superiumentarius*.

IUMENTUM universim dicitur quodcumque quadrupes malus, ex eorum genere, quibus utimur ad gerendum trahendumve, ut equi, muli, boves, asini, cameli, etc.; *giumento*. *Cic. 1. Tusc. 47.* Cum illam carru vehi ius esset, morarenturque iumenta. *Nep. Timol. 5.* Vectus iumentis iunctis, de vehiculo ea, quae videbantur, dicebat. *Caes. 1. B. C. 60.* Undique conquisitis iumentis, frumentum in castra deportant. *Sall. Iug. 78.* Iumenta sarcinis levare. *Nep. Annib. 5.* Sarmenta in cornibus iumentorum deligata incendit. *Cato, RR. 5. ad fin.* Scabiem pecori et iumentis caveto. — **2**) Interdum ita usurpatur, ut equos, mulos, asinosve significet, boves non significet. In *vet. Tab. aen.* apud *Murat. 582. sub fin.* Plostra bubus iumentisve iuncta. *Colum. 6. 19.* Machina fabricanda est, qua clausa iumenta, bovesque curentur. Et *ibid.* Firmum iugum, ad quod iumenta capistrantur, vel boum cornua religantur. *Ulp. Dig. 21. 1. 38. ante med.* Iumentorum appellatione non contineri boves, verius est: sed pecoris appellatione continebantur. Hinc *Martian. Dig. 32. 1. 65. sub fin.* Iumentis legatis, boves non continentur. — Hinc in *Lege Iulia* loc. cit. supra in §. b. Plostra . . . bubus iumenteisve iuncta in urbe Roma. — **3**) Interdum dicitur de solis curru iunctis. *Plin. 2. ep. 17.* Iter arenosum iumentis paulo gravius et longius, equo breve et molle. *Alii melius leg.* iunctis *pro* iumentis. — **4**) Praeterea etiam ipsum vectabulum, quod adiunctis pecoribus trahitur, iumentum Veteres a iungendo dixerunt, inquit *Gell. 20. 1. circa med.* exponens illud ex *Legib. XII. Tab.* Si in ius vocat; si morbus aevitasve vitium escit, qui in ius vocabit, iumentum dato. — **5**) *Servus a iumentis*, est qui iumenta curat; *capo di stalla*: et erat officium etiam in domo Augusta. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6320.* Epaphroditi Neronis Caesaris Augusti a iumentis. — Huc spectat *adiutor a iumentis* in *alia* apud *Murat. 915. 2.*, quam V. sub v. ADIUTOR in *Nota* §. 3. — **6**) Idem *supra iumenta* etiam dicitur in *aliis* apud *Murat. 933. 1.* et *Marini, Iscriz. Alban. p. 106.* V. SUPRA. — **7**) Translate de homine. *Vulg. Interpr. Psalm. 72. 23.* Ut iumentum factus sum apud te. *Id. Isai. 30. 6.* Onus iumentorum Austri. — *Iumenta Austri* dicti sunt Iudaei, quia stolidi, vetante Deo, ad Austrum in Aegyptum confugiebant. — **8**) *Malam rem iumento suo arcessere*, proverb. apud *Plaut. Amph. 1. 1. 171.*; *h. e.* sui mali ipsum sibi auctorem ac fabrum esse.

IUNCĒTUM, i, n. Nomen a *iuncus*; locus iuncis consitus; *giuncaio, giuncheto*. *Varr. 1. RR. 8.* Primum genus maxime quaerit salicta, secundum arundineta, tertium iuncta.

IUNCĔUS, a, um. Adiect. a *iuncus*; qui est e iunco; *di giunco*. *Colum. 12. 6.* Sporta iuncea, vel spartea. *Ovid. 4. Fast. 870.* iuncea vincula. *Plin. 21. 49. 2.* cratis. *Id. 11. 27. 2.* Iunceus fusus. — **2**) Item iunco similis. *Id. 25. 47. 1.* Herba caule iunceo pedali. *Ter. Eun. 2. 3. 23.* Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum: Tametsi bona est natura, redduni curatura iunceas; *h. e.* graciles, tenues, macras; *magre, disfatte*. Sic *Prudent. 9. περὶ στεφ. 132.* iuncea pectora. V. LIGNEUS. *Auson. epist. 4. 46.* Pectore sic tenero, plana sic iunceus alvo Per teretes feminum gyros, surasque nitentes Descendis, talos a vertice pulcher ad imos; *h. e.* alvo ita depresso, ut iunceus esse videaris; summae enim pulcritudinis laus est in alvi depressione, qualis adolescentulorum, et puellarum virginum esse solet. *Cassiod. 7. Variar. 15.* Columnarum iuncea proceritas. — **3**) Translate et iocose *Plaut. Stich. 4. 2. 56.* Nam mihi intus potione iuncea onerabo gulam; *h. e.* laqueo iunceo mihi gulam frangam. Ita habet *Cod. Ambros.* apud *A. Maium, Plaut. fragm. p. 50.*: editiones minus recte *vinacea*. — **4**) Absolute in *Gloss. Isid.* et *Gloss. Lat. p. 485. n. 439. Hild.* Iunceum, lectile. *Hildebr.* ad *h. l.* adnotat: Sine dubio ita nominatum est lectile, quod e iuncis constabat.

IUNCĪDUS. V. RIUNCIDUS.

IUNCĪNUS, a, um. Adiect. a *iuncus*, idem quod iuncinus. *Plin. 15. 7. 5.* Iuncinum oleum. V. voc. seq.

IUNCĪVUS, a, um. Adiect. a *iuncus*, idem quod iuncinus. *Innocent. Cas. litter. p. 234. Goth.* Significat sub se iunciva et foris aquivergia. *Lachmann* autem *p. 525.* dedit: *iuncina et furra aquivergilis. Id. ibid. p. 528.* habet: *iuncina et forra aqua vergens*, pro quibus *Goth. p. 256. iuncina* et *foris*. Illa igitur *forra* et *furra* manifesti sunt errores.

IUNCŌSUS, a, um. Adiect a *iuncus*; iuncis abundans; *pieno di giunchi*. *Plin. 18. 8. 6.* Iuncosus ager. *Ovid. 7. Met. 231.* Iuncosa litora.

IUNCTIM. Adverb. a *iunctus*; coniunctim, contigue; *unitamente, vicino*. *Gell. 12. 8.* Ut apud eandem mensam duo illi iunctim locarentur. *Mamert. Genethl. Maxim. 11.* Iunctim sedere. — **2**) Refertur ad tempus; *continuatamente*. *Suet. Claud. 14.* Consulatus quatuor gessit: ex quibus duos primos iunctim, sequentes per intervallum. Cf. IUXTA §. c. et IUXTIM.

IUNCTĬO, ōnis, f. Verbale a *iungo*; coniunctio, iunctura; *congiunzione, unione*. *Cic. 1. Tusc. 29. a med.* Est enim interitus quasi discessus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

IUNCTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *iungo*, idem ac coniunctivus. *Probus* apud *A. Maium* in *Class. Auct. T. 5. p. 289.* Modo coniunctivo, sive iunctivo, tempore praesenti, sive instanti. *Id.* alibi saepe eodem adiectivo utitur.

IUNCTOR, ōris, m. Verbale a *iungo*; qui mulas iungit ad rhedam, vel mulio tantum, et lecticarius. *Alfen. Dig. 50. 16. 205.* Quo in genere iunctores, cubicularii, coci numerantur. Alii leg. *unctores*, sed cum voces *adiunctor*, et *iunctura* recte usurpentur, quippini etiam *iunctores*? *Gloss. Philox.* Iunctor; ζευκτής. Pro huiusmodi voce pugnat etiam *Marini, Frat. Arv. p. 834.* V. ZEUGNITA.

IUNCTŪRA, ae, f. Verbale a *iungo*; iunctio, coniunctio; *congiungimento*: et proprie dicitur de bubus iunctis. *Colum. 2. 2. a med.* In opere boves arcte iunctos habere convenit, quo speciosius ingrediantur, . . . hoc enim genus iuncturae maxime probatum est. — **2**) Hinc per synecdochen dicuntur copulae, habenae, lora, vel iuga, quibus iumenta currui iunguntur. *Capitolin. Ver. 5.* Data et vehicula cum mulabus, et mulionibus, cum iuncturis argenteis. — **3**) Item ipsa iugalia iumenta. *Paul. 3. Sentent. tit. 7. de legat. sub fin.* Carruca cum iunctura legata, mulae quoque legatae, nec non et mulio videtur, propter quotidianam loquendi consuetudinem. — **4**) Deinde, latiore significatione,

II. *Iunctura* dicitur de qualibet rerum inter se iunctione; *unione, giuntura*. *Ovid. 2. Met. 823.* Genuum iunctura. Et *12. ibid. 288.* Terque quaterque gravi iuncturas verticis ictu Rupit *(le sutura del cranio)*, et in liquido sederunt ossa cerebro. Et *2. ibid. 375.* digitosque ligat iunctura rubentes; *h. e.* pellis, quae pedes ligat avium aquaticarum. *Vulg. Interpr. Cant. 7. 1.* Iuncturae femorum tuorum sic ut monilia. *Plin. 16. 79. 2.* Ut humor teneat iuncturas; *le commissure*. Sic *15. 29. 2.* Mensa commissa ex orbibus dimidiatis duobus latente iunctura. *Virg. 12. Aen. 275.* teritur qua sutilis alvo Balteus, et laterum iuncturas fibula mordet; *h. e.* oras, quibus balteus committitur. *Vitruv. 5. 12.* Quadrato saxo murus ducatur iuncturis quam longissimis, uti maxime medii lapides coagmentis contineantur; *h. e.* lapidibus transversis longioribus, qui alios minores per muri crassitudinem iungunt et continent; *calettature* dicunt Itali, nostrates vulgo *immorsature*. *Vulg. Interpr. Habac. 2. 11.* Iuncturae aedificiorum. — **5**) Translate. *Ovid. 4. Heroid. 155.* Iunctura generis; *h. e.* coniunctio sanguinis: *parentela*. — **6**) Saepe dicitur de compositione oratoria verborum. *Quintil. 9. 4. 27.* In omni compositione tria sunt necessaria, ordo, iunctura, numerus. Et *paulo post.* Iunctura est in verbis, incisis, membris, periodis. *Horat. Art. P. 242.* tantum series iuncturaque pollet. *Pers. 1. 64.* carmina molli Nunc demum numero fluere, ut per laeve severos Effundat iunctura ungues. — **7**) Et de compositione grammatica. *Horat. Art. P. 47.* Dixeris egregie, notum si callida verbum Reddiderit iunctura novum. Hinc *verba iuncta* apud *Cic.* sunt composita. V. vocem sequent. §. 3. et IUNGO §. 8. — Sunt tamen qui accipiunt de collocatione sive constructione. — Ceterum *de iuncturis verborum*, V. *Isid. 2. Orig. 20.* — **8**) Quid sit *iunctura harmoniae mediatis* apud Musicos, V. *Boëth. 2. Arithm. 48.* et *seqq.* — **9**) Apud Mathematicos dicitur etiam punctum coniunctionis. *Id. Euel. geom. p. 589. Lachm.* Si duo circuli ab exteriore sese parte contingant, quae ad centra eorum linea recta dirigitur, in iunctura incidit circulorum.

IUNCTUS, a, um. Particip. verbi *iungo*, adiectivorum more adhibitum. — Hinc comparat. *iunctior* §. 1., superlat. *iunctissimus* §. 5. — Est unitus, coniunctus, vicinus; *unito, attaccato, congiunto*: et dicitur proprie de iumentis iugo colligatis: universim de re qualibet. *Virg. 3. Aen. 115.* Et iuncti currum dominae subiere leones. Et *12. ibid. 735.* cum prima in proelia iunctos Consecendebat equos; *h. e.* currum equis iunctis tractum. *Id. 4. G. 388.* Proteus magnum qui piscibus aequor, Et iuncto bipedum curru metitur equorum. *Liv. 42. 65.* Iuncta vehicula mille capiuntur: *carra co' cavalli sotto*. *Cic. 6. Att. 1. ad fin.* Rheda equis iuncta. *Caes. 1. B. C. 54.* Naves carris iunctis devehere; *h. e.* binis carris inter se iunctis. Et *ibid. 61.* Navibus iunctis pontem imperat fieri; *h. e.* binis navibus inter se colligatis. *Horat. 1. Od. 25. 1.* Fenestrae iunctae; *chiuse*. *Cic. 2. Nat. D. 45.* Corpora inter se iuncta. Et *ibid. 11.* Natura cum alio iuncta atque connexa. Et *ibid. 45.* Aër mari continuatus et iunctus est. *Horat. 1. Od. 4. 5.* Iunctaeque Nymphis Gratiae decentes; *accompagnate, unite*. *Quintil. 11. 3. a med.* Iunctae manus; *h. e.* quae simul ambae gestum faciunt. *Lucan. 4. 269.* Iuncti amplexibus. *Calpurn. Ecl. 6. 4.* haedus Iuncta

Digitized by Google

matre dedit; *h. e.* simul cum matre. — **2)** Translate. *Cic. 3. Orat. 55.* Sapientia iuncta eloquentiae. *Id. 2. Invent. 11.* Indignatio iuncta conquestioni. *Id. Fat. 16.* Causa fuit propior, et cum exitu iunctior. *Id. 2. Divin. 72.* Religio, quae est iuncta cum cognitione naturae. — Cum solo ablativo. *Id. 2. Orat. 58. sub fin.* Insignis improbitas, et scelere iuncta. *Id. Brut. 44.* Defensione iuncta laudatio. — **3)** *Verba iuncta* apud *Rund. Part. 15.* sunt composita. V. IUNGO §. 8. — **4)** Deinde

II. *Iunctus* saepe refertur ad coniunctionem sanguinis; *parente, congiunto.* *Ovid. 2. Fast. 738.* Comiter excipitur, sanguine iunctus erat. *Id. 2. Met. 368.* Materno a sanguine iunctus alicui. — *Liv. 30. 14.* Puellam matrimonio iunctam accipere. — **5)** Et amicitiae; *amico stretto, intrinseco.* *Horat. 1. Sat. 3. 54.* Haec res et iungit, iunctos et servat amicos. *Suet. Aug. 56.* Arcte iunctus alicui. *Plaut. Cist. 1. 1. 28.* Amicitiam bene iunctam inter se habent. *Ovid. 1. Pont. 7. 51.* frater tanto tibi iunctus amore. *Id. 4. Trist. 10. 46.* Iure sodalitii qui mihi iunctus erat. *Id. 3. Met. 60.* iunctissimus illi Et comes, et veri non dissimulator amoris. Et *10. ibid. 70.* Iunctissima pectora. *Tacit. 4. Hist. 52.* Principum prosperis et alii fruuntur: adversa ad iunctissimos pertinent. *Cornel. ep.* inter eas *Cyprian. 48. in fin.* Ut scias quales duces et protectores iste schismaticus et haereticus lateri suo semper iunctos habeat. — **6)** Sensu obsceno. *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. n. 930. Meyer, de Caballina meretrice.* Caballina furens, amanda nulli . . . Hirsutis tamen est petenda mullis, Qui possint pariles citare iunctas. — **7)** Interdum est continuatus, connexus; *continuo, continuato.* *Plin. 1. ep. 9.* Mirum est, quam singulis diebus in urbe ratio constet, pluribus iunctisque non constet. *Ovid. 12. Met. 516.* iunctis sine fine iacebat Sopitus vinis, et inexperrectus Aphidas. *Alii rectius leg.* ductis. *Stat. 2. Silv. 6. 11.* cui maior stemmate iuncto Libertas ex mente fuit. Et *7. Theb. 51.* nec longa moratus, Sicut anhelantem, iuncto sudore, volantes Mars impellit equos.

IUNCTUS, us, m. Verbale a *iungo;* iunctio. In ablat. *Varr. 5. LL. 8.* Ceroliensis a carinarum iuncto dictus Carinae.

IUNCŬLUS, i, m. Deminut. a *iuncus;* parvus iuncus. *Onom. Lat. Gr.* Iunculi; σχοινία. — **2)** Translate *iunculus* dicitur dulciariae placentae genus, ad similitudinem iunci effictum. *Apul. 10. Met. 15.* Hic panes, crustula, iunculos, hamos, etc. Ita legit, et explicat *Beroaldus. Alii melius leg.* lucunculos. V. LUCUNCULUS.

IUNCUS, i, m. Nomen fruticis cuiusdam, a *iungendo* dicti, ut quidam putant, quod nempe rebus simul vinciendis inserviat. Contra *Isid. 17. Orig. 9. 36.* a *Iuneus* dicitur, eo quod *iunctis* radicibus haereat. a Etymon tamen in idem recidit. — **b)** Derivata, *iuncetum, iuncosus, iuncinus, iuncivus, iuncosus, iunculus.* — **c)** Composita, *eiuncesco, eiunctdus.*

IUNCUS proprie est frutex longi viminis, texendo, vinciendoque utilis; *giunco.* Varia eius genera, varios item in medicina usus *Plin. 21. 69. 1.* et *ibid. 71. 1.* recenset. *Id. 21. 72. 2.* Iuncus odoratus. Adde *12. 48. 1.* et *2. Plaut. 3. 4. 27.* Quasi murteta iuncis, item ego vos virgis circumvinciam. *Colum. 10. 306.* contorti stamina iunci; *h. e.* calathum e iunco. *Tibull. 2. 3. 15.* Tum fiscella levi detexta est vimine iunci. *Virg. 1. Ecl. 49.* Limosoque palus obducat pascua iunco. *Ovid. 8. Met. 356.* iuncique palustres. Et *4. ibid. 299.* Nec steriles ulvae, nec acuta cuspide iunci; ἄβυσσος. V. *Plin. 21. 69. 1. Vulg. Interpr. Isai. 35. 7.* Orietur viror calami et iunci. *Cassiod. 3. Var. 53.* Iuncus aquatilis. — **2)** Latiore significatione est etiam nomen commune virgis flexilibus cuiusque plantae, iunci similibus. *Plin. 26. 46. 1.* Apios ischas iuncos duos sive tres spargit in terra rubentes.

IUNGO, gis, xi, ctum, gĕre. Verbum transitiv., origine primitivum, unde est et *iugo,* omissa n littera (V. CONIUGATIO in *Nota*), etymi incerti, conferendi tamen cum Sanscrito *iug* et *iugum;* *h. e.* iugo, iugum. Cf. IUGO et IUGUM §. 2. — **b)** *Iungo* et *vincio,* saepius vero *iunctus* et *vinctus* participia a Librariis inter se sunt confusa, monente *Dietsch ad Sall. Cat. 55. §. 4.* — **c)** *Iunxit* pro *iunxit* scribitur in *Inscr.* apud *Cardinali, tav. XXIV.* et *Fabretti, Gloss. Ital. p. 697.* et *698.* — **d)** Particip. *iungens* §. 6., *iungendus* §. 14., *iunctus,* suo loco, *iuncturus* §. 14. — **e)** Derivata, *iunctim, iunctio, iunctivus, iunctor, iunctura, iunctus, us.* Cf. IUGUM et IUMENTUM §. c. et d. et IUXTA §. 2. — **f)** Composita, *abiungo, adiungo, coniungo, disiunctivus, disiungo, disiungo, iniunctio, iniungo, interiungo, ssiungo, subiungo, transiungo.*

IUNGO proprie est iumenta sub currum, plaustrumve iugo copulare; *aggiogare, giugnere, mettar sotto.* *Virg. 3. G. 169.* Iungo pares, et coge gradum conferre iuvencos. Et *ibid. 115.* Primus Erichthonius currus, et quatuor ausus iungere equos. *Id. 7. Aen. 724.* Curru iungere equos. — *Plin. 35. 15. 1. de Cyro.* Reges singulos e subiectis iungere ad currum solitus. — *Virg. 3. Ecl. 91.* Atque idem iungat vulpes, et mulgeat hircos; *de re impossibili.* — *Plin. 7. 57. 11.* Iungere bigas. — Absolute. *Vulg. Interpr. 1. Mach. 12. 32.* Et iunxit et venit Damascum et perambulabat omnem regionem illam; *h. e.* castra movit, ut etiam quidam explicant. — **2)** Universim est duo vel plura simul unire, nectere, committere, coniungere; *unire, attaccare, mettar insieme, congiungere.* *Caes. 4. B. G. 17.* Tigna bina sesquipedalia intervallo pedum duorum inter se iungebat. *Claudian. B. Get. 17.* Iungere robora; *scil.* exstruendae navi. *Hirt. 8. B. G. 48. a med.* Incensum calcaribus equum iungit equo Quadrati; *accosta, avvicina.* *Virg. 8. Aen. 485.* Mortua quin etiam iungebat corpora vivis; *stringeva insieme.* *Sil. 4. 574.* Iungere gradus; *h. e.* ire pariter; *andar insieme.* *Iuvenal. 9. 105.* iunge ostia; *chiudi le porte.* *Cic. 1. Orat. 31. ad fin.* Quaedam inter se iungere et copulare. *Id. Brut. 97.* Decus omne virtutis cum summa eloquentiae laude iunxisses. *Id. 5. Fin. 14. a med.* Ad illa, quae semper habuit, iunget ea, quae postea accesserint. *Id. 5. Tusc. 2.* Philosophia homines inter se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum litterarum et vocum communione iunxit. *Petron. Satyr. 86. extr.* Cervicem alicuius amplexui iungere. *Val. Flacc. 1. 165.* et *Quintil. Declam. 10. 8.* amplexus; *h. e.* mutuo amplecti. *Ovid. 2. Met. 327.* oscula; *h. e.* mutuo osculari. — **3)** Iungere pontem; *gettar un ponte:* quia sic altera alteri ripae coniungitur: vel quia ex pluribus trabibus, aut navibus iunctis fit. *Virg. 9. Aen. 170.* pontesque et propugnacula iungunt. *Tacit. 1. Ann. 49.* iunctoque ponte, milites transmittit. — **4)** Dicimus etiam iungere ponte urbem, ut *Plin. 5. 21. 2.* et amnem ponte iungere, ut *Curt. 4. 9.* Simile est illud *Stat. 2. Achill. 423.* ingenti saltu iungere fossas; *h. e.* superare. Et *Plin. Paneg. 12.* Cum Danubius ripas gelu iungit. — **5)** Translate ponitur interdum pro continuare; *continuare.* *Id. 4. ep. 9. circa med.* Difficilius est laborem repetere, quam iungere. *Iustin. 12. 15. a med.* Cum diei noctem pervigilem iunxisset. *Petron. Satyr. 79. a med.* Somnum morti iungere. *Stat. 1. Silv. 3. 10.* Iunge, puer, cyathos: sed ne numerare labora. *Lucan. 1. 167.* longos iungere fines agrorum. *Sil. 3. 252.* urgebat iungens convicia linguae. — **6)** *Iungere vulnera* est conducere, obducere, claudere et sanare. *Stat. 10. Theb. 732.* ego vulnera ductum Iungere, supremique fugam revocare cruoris Ectoras petam. — **7)** *Iungere verba* est grammatice componere. *Quintil. 1. 5. sub fin.* Iunguntur autem aut ex duobus Latinis integris, ut *superfui;* aut ex corrupto et integro, ut *malevolus,* etc. Adde *8. 6. ante med.* — **8)** Item oratoria compositione collocare. *Id. 9. 4. 15.* Tantum interest, verba eadem qua compositione vel in exitu iungantur, vel finr claudantur. — **9)** Pro loqui. *Martial. 6. 34.* iunget vix tria verba miser. — **10)** *Iungere colloquium,* est habere apud *Sil. 15. 734.* — **11)** Specialim

II. *Iungo* saepe refertur eleganter ad coniugium; *unire in matrimonio.* *Virg. 4. Aen. 172.* Cui se pulcra viro dignetur iungere Dido. Et *1. ibid. 77.* Connubio iungam stabili. *Curt. 5. 5.* Iungere aliquam secum matrimonio. Et *10. 3. a med.* in matrimonio. *Stat. 3. Silv. 4. 54.* Iungere taedas. — **12)** *Iungere foedus* pro συνεύχειν. *Ovid. 4. Heroid. 147.* Tolle moras tantum, properatoque foedera iunge. Cf. VOTUM §. 7. — **13)** Item refertur ad amorem, societatem, foedera. *Cic. Deiot. 9. ad fin.* Cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res, rationesque iungebat. *Plin. 10. ep. 11.* Rosianum Geminum arctissimo vinculo mecum tua in me beneficia iunxerunt. *Liv. 1. 1.* Latinum pacem cum Aenea, deinde affinitatem iunxisse. *Virg. 1. Aen. 408.* dextrae iungere dextram; *darsi la mano.* Et *3. ibid. 85.* Iungimus hospitio dextras. Et *10. ibid. 154.* Tarchon iungit opes, foedusque ferit. *Id. 4. ibid. 212.* et *Liv. 7. 30.* Iungere foedera. *Id. 26. 24.* Foedere iungi alicui. *Id. 1. 2.* Socia arma alicui iungere. *Id. 24. 6.* Per hos iuncta societas Annibali, ac Syracusano tyranno. *Id. 29. 3.* Satis scire, Sp. Lucretium se cum M. Livio iuncturum. *Iustin. 29. 4.* Iungendae amicitiae causa. — **14)** Pro adiungere. *Cic. Rosc. Am. 37.* Se ad aliquem iungere. *Virg. 8. Aen. 476.* Sed tibi ego ingentes populos, opulentaque regnis Iungere castra paro. — **15)** *Iungere fidem alicui* est foedus icere; *fare alleanza.* — Translate. *Boëth. Cons. Phil. 4. metr. 6. 20.* ut pugnantia Vicibus cedant humida siccis, Iungantque fidem frigora flammis. — **16)** Apud Mathematicos est simul unire; *sommare. Boëth. 1. Arithm. 9.* Si unum iungas iis, qui sequentur, duobus, fiunt tres. *Id. ibid. 12.* XXVIII. et XII. si iungas faciunt XXXX . . . XII. et XXXVI. cum iunxeris, fiunt XXXXVIII.

IŪNĬĀNUS, a, um. Adiect. a *Iunius,* quod nomen est gentis Romanae celeberrimae proprium, de quo V. in ONOM. — Hinc *Iuniana cerasa* grati saporis, sed paene tantum sub arbore sua, adeo tenera, ut gestatum non tolerent, apud *Plin. 15. 30. 1.*

IŪNĬCŬLUS, i, m. Est palmes vetus in magnam longitudinem, et ad quartum usque pedamentum porrectus, quem alio nomine dracunem vocant, ad masculeta conficienda idoneum. *Plin. 17. 35. 24.* Nec veterem placet palmitem in longum, et ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii funiculos vocant, ut faciani, quae masculeta appellant. *Alii* funiculos *leg.;* etenim *funiculus* videtur esse diminut. a *funior,* quo quidem nomine minus recte appellaveris palmitem veterem: qui tamen *funiculus* appellari posse aliis videtur, quia ex eo vitis renovatur, seu iuvenescit.

IŪNĬLĬCĬA, ōrum, n. Nomen a *Iunius,* proprie adiectivum absolute

Digitized by Google

adhibitum ad festum significandum Iunio mense celebratum. *Inscr.* Narbonensis apud *Orelli, n. 4046.* Q. Akanius Q. f. Rufus ter dictator in Iuniliciis. *Id. ibid.* addit: Quid sit *dictator in Iuniliciis* nescio. *Lafontius* asserit mense Iunio Narbone nundinas celebratas, dictatoremque iis praefectum fuisse.

IŪNĬOR. V. IUVENIS.

IŪNĬPĔRĔUS, a, um. Adiect. a *iuniperus;* qui ex iunipero est; *di ginepro. Sicul. Flacc. de condit. agr. p. 4. Goës.* In quibusdam regionibus palos pro terminis observant, alii ilíceos, alii oleagíneos, alii vero iunipéreos. *Alii* iuniperos *leg.,* ut sit a *iuníperus, a, um.*

IŪNĬPĔRUS, i, f. Nomen arbusculae cuiusdam, Italice quoque levi litterarum mutatione *ginepro* dictae, quae in locis arenosis frequens nascitur, pro foliis spinas habens perpetuo virentes, unde et topiario operi idonea est: a *iunior* et *pario*, quod iuniores, et novellos fructus pariat antiquis maturescentibus. Parit enim usque ad tertium annum, arbori suae inhaerente fructu. Materiam habet cariei non obnoxiam. *Plin. 16. 40. 2.* et *ibid. 44. 2.* et *24. 56.*, ubi medicinae ex ea. — *Virg. 10. Ecl. 76.* Iuniperi gravis umbra: nocent et frugibus umbrae. — *Auct. Append.* ad *Prob. p. 448. Endl.* tradit scribendum esse *a iunípirus*, non *iuníperus;* a editor tamen inverso ordine rescribenda esse putat, ut salva sit ratio communis.

IŪNĬPĔRUS, a, um. V. IUNIPERUS.

* IŪNĬPĪRUS, i. V. IUNIPERUS, i, *in fin.*

IŪNĬUS, a, um. V. voc. seq. §. 2.

IŪNĬUS, ii, m. Nomen est mensis sexti anni Romani, Italice quoque levi litterarum mutatione *Giugno*, ita dicti a *iuniorĭbus*, quos Romulus voluit regio corpori adesse, et armis rempubl. defendere. Aliqui censent vocatum esse a Iuventute, seu Hebe, filia Iunonis, uxore Herculis, quam Romani in Deorum numero venerati sunt. Alii volunt, a Iunone esse appellatum, et primo dictum fuisse *Iunonialem*, vel *Iunonium*, deinde *Iunium*, per syncop. Alii a L. Iunio Bruto, qui primus consul fuit, et civitatem regio dominatu liberavit, vel simpliciter in eius honorem, vel etiam quod die prima huius mensis, pulso Tarquinio, sacrum Carnae Deae in Coelio monte voti reus fecerit. Alii a *iungo* extrito *g*, in memoriam illius unionis, qua Romulus et T. Tatius rex Sabinorum regnum et populum iunxerunt. V. *Ovid. 6. Fast. init., Macrob. 1. Saturn. 12. a med.* et *Fest.* — **2)** Dicimus, *Calendis Iunii, Idibus Iunii*, etc. et adiective *Calendis Iuniis, Idus Iunias*, etc. Utramque loquendi rationem leges apud *Colum. 11. 2.* Sic *Cic. 6. Att. 2.* ibi cum Iunium mensem consumpsissem.

IŪNIX, Icis, f. Nomen per syncop. pro *iuvenix*, a *iuvenis*, quo significatur iuvenca aetate viridior; *sopranna:* quae iam vitula esse desiit, necdum tamen ad summam magnitudinem pervenit: unde Galli nunc *génisse* (Cf. *Marini, Arv. p. 566.*), nostrates vulgo *soranella;* h. e. quae supra annum est, seu annicula maior, vocant. *Pers. 2. 47.* Tot tibi cum in flamma iunicum omenta liquescant. *Paulin. Nolan. Carm. 27. 48.* geminos dedit una Cum iunice sues. *Inscr.* mendosa quidem apud *Murat. 21. 8.*, quae, ut affirmat *I. R. Carli* in *Antiq. Ital. T. 1. p. 73.* et *2. 135.* Piquentli, nunc *Pinguente*, in Histria reperta, nunc vero prope Patavium exstat in *Mus. Obiciano.* Saluti Aug. pro incolumitate Piquent. L. Ventinaris Lucumo adiect. iunic. V. L. L. 8. *Alta* apud *Marini, Frat. Arv. p. 212.* Felix publicus pontificum Bonae Deae Agresti Felici votum solvit iunicem albam libens animo. — **2)** Usurpatur etiam de vacca provectioris aetatis. *Sever. Sanct. de cura boum, 62.* vidi ego cernuam iunicem gravidam. — **3)** Translate de meretricula. *Plaut. Mil. 2. 5. 32.* hic te opperiar; eádem *(opera)* illi insidias dabo. Quam mox horsum ad stabulum iunix recipiet se a pabulo; h. e. tanquam iuvenca Io ab Argo custodita ad stabulum a pabulo, ad fornicem ab amatore redeat.

IŪNO, ōnis, f. Nomen proprium sororis itemque coniugis Iovis de qua propterea V. in ONOM., ita dictae a *iuvando*, ut *Cic.* ipse *2. Nat. D. 26.* putat, quod et in linguam communem ex usu loquendi migravit (etiam cum suis derivatis et compositis, *Iunonícola* et *Iunonígena*, *Iunonalis*, *Iunonárium* et *Iunonius*. Cf. IUNIUS). Physici enim aiunt per Iunonem intelligi aërem, idcirco autem Iovis coniugem et sororem putari, quod summa sit aëris cum aethere similitudo. *Cic. loc. cit. Serv.* autem ad *Virg. 2. G. 325.* dicit, Iovem fere accipi pro aethere, interdum vero pro aethere simul et aëre, Iunonem item plerumque pro terra et aqua. Hinc *Tertull.* dixit *Testim. an. 2.* Iunonem in aëre exorare. — Porro narrabant Veteres, Iunonem a Thetide educatam fuisse. Aër enim aquae humore alitur et instauratur. Dicebant reginam esse Deorum, vel quia et ipsi aërem daemonum refertum esse noverant, vel quia credebant, etiam Deos ex terra ortum habuisse. Praesidem censebant esse regnorum et divitiarum; quia regna in terrarum orbe sita sunt, divitiae ex terra eruuntur. Eam nuptiis praeficiebant, et *pronubam Iunonem* saepe nuncupabant: matrimonium enim proprium est hominum, qui terrestrem vitam vivunt. Existimabant praesse partui mulierum: hinc *Iuno Lucina* cognominata est, in *Inscr.* apud *Grut. 31. 16.* et *pronuba, ibid. 25. 3.* et *iugalis, ibid. 24. 15.* Eadem enim ac Luna vulgo habita est: Luna autem magnam vim in fetum hominum et bestiarum, et aliarum rerum habet. Curru per aërem ferri fingebant, quod aër perpetuo in motu versetur. Pavones eius currui adiungebant, quod illae aves superbae sunt, vario pennarum colore; et Iuno Dearum superbissima fingitur: et, ut illae in terra degunt, et facile alta petunt, sic aër et ima et sublimia loca percurrit. — **2)** Atque hinc est, quod

IUNO apud Veteres mulierum Genius erat. *Plin. 2. 5. 3.* Singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciunt, Iunones, Geniosque adoptando sibi. *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 569.* Iunoni Historiae Telephus et Priscus L. D. l.; *h. e.* Iunoni Musae Clius, quae historiae praecrat. *Alia* apud *Eund. ibid. p. 570.* Iunonibus sacrum L. Vitruvius Euthetus V. S. L. M.; *h. e.* Iunonibus Dearum omnium. V. reliqua suo loco in ONOM. — **3)** Item per antonomasiam interdum pro uxore accipitur. *Plaut. Cas. 2. 5. 14.* Eia, mea Iuno, non decet te esse tam tristem tuo Iovi. — *Inscr.* apud *Renier, n. 1194.* Genio mitissimi amantissimique coniugis et Iunoni suae Horatia Q. fil. Veneria faciendum curavit. — **4)** Hinc etiam *Iunonis sacra ferre*, proverb. de eo, qui tarde incedit, et magno fastu, *βαδίζειν Ἥρειον ἐμπεπλεγμένον*. *Horat. 1. Sat. 3. 9.* Nil aequale homini fuit illi, saepe velut qui Currebat fugiens hostem, persaepe velut qui Iunonis sacra ferret.

IŪNŌNĀLIS, le. Adiect. a *Iuno;* ad Iunonem pertinens, ut *Iunonale tempus* apud *Ovid. 6. Fast. 65.* V. IUNONIUS et IUNIUS §. 1.

IŪNŌNĀRĬUM, ii, n. Est templum, vel aedes aut cella in templo, *Iunoni*, a quo nomen sumpsit, dicata. *Inscr.* in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1855. p. 55.* L. Saviolenus . . . ut Triviam in Iunonario . . . ita et hanc Minervam Fortunae Primigeniae dono dedit.

IŪNŌNĬCŎLĂ, ae, comm. gen. Nomen proprie adiect. a *Iuno* et *colo;* qui Iunonem colit. *Ovid. 6. Fast. 49.* Adde senem Tatium, Iunonicolasque Faliscos.

IŪNŌNĬGĔNĂ, ae, m. Nomen proprie adiect. a *Iuno* et *genitus;* a Iunone genitus, Iunonis filius. *Ovid. 4. Met. 175.* Iunonigenaeque marito Furta tori, furtique locum monstravit; *h. e.* Vulcano, Iunonis filio.

IŪNŌNĬUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac Iunonalis; ut *Iunonius mensis* apud *Ovid. 6. Fast. 61.*; *h. e.* Iunoni sacer. V. IUNIUS §. 1., IUNO in ONOM., et reliqua eius derivata.

IUPPITER, Iovis, Iovi, Iovem, Iove, m. Nomen proprium summi Dei, Deorumque ac hominum patris apud Ethnicos, de quo V. in ONOM. — Hic tantum notamus, quod huius Dei nomen *διττὸν* factum in linguam communem quoque migravit ex usu loquendi recepto. Hoc enim nomine saepe significatur aether, caelum, aër, ut dictum est etiam in IUNO §. 1. *Cic. 1. Nat. D. 15.* Chrysippus disputat, aethera esse eum, quem homines Iovem appellarent. Idem *Chrysippus* apud *Eund. ibid.* etiam legis perpetuae et aeternae vim, Iovem dicit esse, eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem. *Enn.* apud *Cic. 2. ibid. 25.* Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem. *Horat. 1. Od. 1. 25.* manet sub Iove frigido Venator, tenerae coniugis immemor. Et *ibid. 22. 19.* Quod latus mundi nebulae, malusque Iuppiter urget. *Claudian. 1. in Eutrop. 4.* nimboque minacem Sanguineo rubuisse Iovem. *Virg. 2. G. 419.* Et iam maturis metuendus Iuppiter uvis; *h. e.* pluvium caelum. Et *1. ibid. 418.* uvidus. *Iuvenal. 8. 78.* vernus. *Stat. 3. Theb. 26.* hibernus. — Hinc *M. Fur. Bibaculus* apud *Schol. Cruq. p. 474.* Iuppiter hibernas cana nive conspuit Alpes. Cf. *Horat. 2. Sat. 5. 41.* — **2)** Hinc *sub Iove* est sub dio; *alto scoperto. Ovid. 2. Fast. 299.* Sub Iove durabant, et corpora nuda gerebant. Et *3. ibid. 527.* Sub Iove pars durat: pauci tentoria ponunt. Adde *4. Met. 260.* — **3)** Est etiam unus ex planetis, secundus ordine. *Cic. 2. Nat. D. 20.* Infra hanc *(Saturni stellam)* Iovis stella fertur, quae *φαίνων* dicitur, eaque eundem XII. signorum orbem annis XII. conficit; easdemque, quas Saturni stella, efficit in cursu varietates. *Lucan. 10. 207.* Sub Iove temperies, et numquam turbidus aër. — **4)** *Iovis dies* est appellatus, quem nunc Itali *Giovedì* dicunt. V. DIES §. 9. *Inscr.* apud *Labus* in *Monum. epigr. Crist. p. 6.* Matrona Bestuta *decessit* III. Kal. Iulias *die Iovis*, Cons. D. N. Magno *Maximo Aug.*; *h. e.* an. a Chr. n. 388., quo nempe III. Kal. Iul. in diem Iovis concurrebat. — **5)** *Iuppiter!* exclamatio est admirantis; *poffare il mondo! Plaut. Mere. 3. 2. 24.* Iuppiter! est ne illic Charinus? *Catull. 1. 7.* Doctis Iuppiter! et laboriosis. Adde *66. 50.* et *48.* — **6)** Pro Iuppiter! V. in PRO. — **7)** *Iovem lapidem iurare*, dicebantur, qui, uti docet *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Lapidem, p. 115. Müll.*, iuraturi per Iovem, tenebant silicem, haec verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, salva urbe arceque, bonis eiiciat, uti ego hunc lapidem. *Cic. 7. Fam. 12.* Quomodo autem tibi placebit Iovem lapidem iurare, cum scias, Iovem iratum esse nemini posse? *Gell. 1. 21.* Iovem lapidem, quod sanctissimum iusiurandum est habitum, paratus sum ego iurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse. — **8)** *Aequo Iove iudicare* apud *Horat. 2. Ep. 1. 68.* est sine partium studio. Sic et *Sil. 3. 2.* Non aequo Superûm genitore; *h. e.* non

Digitized by Google

aequo Iove, scilicet non propitio. — Huc spectat et *Virg. G. Aen. 129.* pauci, quos aequus amavit Iuppiter. Cf. *Plin. 1. ep. 2.* — **9)** *Iovis flos, Iovis gemma*, etc. v. sub v. Iovis §. 1. et seqq. — **10)** *Iovis barba*. v. BARBA §. 17. — **11)** De *tunica Iovis*. v. PALMATUS.

IŪRĀMENTUM, i, n. Verbale a *iuro*, syllabica adiectione productum; sacramentum, iusiurandum; *giuramento*. *Paul. Dig. 22. 3. 25. a med.* Iudex iuramenti fidem secutus *(Cuiac.* et *al.* putant, haec inserta a *Tribboniano* esse, qui fuit *Iustiniani* aequalis). *Ammian. 21. 5.* Iuramento, quaeso, concordiam spondete mansuram. *Sulpic. Sever. 1. Hist. sacr. 8.* ex *Genes. 21. 32.* Pulsus apud puteum iuramenti consedit. *Imp. Iustinian. Cod. 2. 56. 4.* Quod et ipse arbiter iuramentum praestiterit super lite dirimenda. Adde *ibid. 59. 1.* et *alibi*. — Eliptice. *Vulg. Interpr. Habac. 3. 9.* Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta patribus, quae locutus es; *h. e.* suscitabis arcum huc usque sopitum, et sagittis configes hostes populi tui, sicut promisisti te facturum. *Id. Isai. 65. 15.* Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis. v. *Weitsnauer* in *Lex. Bibl.* ad *h. v.* — *Marcellin. Com.* in *Chron. de Pelagio*. Qui a populo Romano factionis contra Virgilium incusatus, celebratis una cum Narse litaniis, apud S. Petrum, ambone ascenso, Evangelioque super caput posito, iuramento se crimine purgavit. Usi sunt etiam *Hieronym.* et *Augustin.*

Nota. Vox est sequioris aevi. Latiniores aliatis, qui usurpaverint, non facile invenies, nam illud *Senecae, 2. Clem. 1.* suspectum merito Criticis est: *in cuius* verba *principes, regesque iuramentum faciant;* legendum est enim *iurarent* vel *iurent*, inquit *Forcellinus* noster.

IŪRANDUM, i, n. Verbale a *iuro*, idem quod iusiurandum; *giuramento*. *Plaut. Cist. 2. 1. 26.* Abi quaerere, ubi iurando tuo satis sit subsidii.

* IŪRĀRĬUS, ii, m. Epitheton Iovis in *Inscr.* edita a *Canina* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1854. p. 57.* C. Volcaci C. f. Har. de stirpe Iovi Iurario . . . *Orioli* in *Bullett. cit. a. 1855. p. 6.* et *seq.* falsam lectionem putat et pro *Iurario* reponeret ex coniectura *Iurario*, quam vocem a *Iurore* deduceret, ita ut sub hoc nomine invocatum coniiceret Iovem contra morbos furorem inducentes, qualis ex. gr. est morbus regius. Viderint Doctiores.

IŪRĀTĬCUS, i, m. Nomen proprie adiect., absolute tamen adhibitum pro scholastico sive iurisperito, ut exponitur in *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.*

IŪRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iuro*, actus iurandi, iuramentum; *giurazione*. *Macrob. 1. Saturn. 6. extr.* Verba iurationis concipit, nulla esse in villa sua scropham. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 17. 4.* Iuratio falsa. Adde *Augustin. ep. 154.* et *Tertull. Idolol. 21.*

IŪRĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *iuro;* ad iurandum pertinens; *giurativo*. *Priscian. 15. p. 1020. Putsch.* Iurativa adverbia; *h. e.* per quae iuramus.

IŪRĀTO. v. IURATUS §. 7.

IŪRĀTOR, ōris, m. Verbale a *iuro;* qui iurat; *giuratore*. *Macrob. 3. Saturn. 19. a med.* Mox in lacu amittebat vitam falsus iurator. Adde *Cat.* apud *Charis. 2. p. 184. Putsch.* — *Vulg. Interpr. Sap. 14. 31.* Iuratorum virtus. — **2)** Iuratores etiam dicuntur testes iurati. *Senec. Apocoloc. init.* Quis unquam ab historico iuratores exegit? Ita legit, et tuetur *Lips. ibid.* et *l. 2. epistolic. quaest. ep. 24.* Sic *Plaut. Poen. prol. 58.* Vos iuratores estis: quaeso, operam date. Ubi *Turneb. Advers. l. 19. c. 12.* per translationem interpretatur spectatores, veluti arbitros et censores Fabulae. Proprie autem dicit intelligi censores, qui eum, quem censebant, iureiurando adigebant. Quo trahit illud *Eiusd. Trin. 4. 2. 30.* Census cum sum, iuratori recte rationem dedi, etc. Confirmat haec erudite *Gronov. l. 4. Observat. c. 1.* Ceterum apud *Senec.* al. leg. *iurato res exegit:* quod est multo planius: et posteriorem quoque *Plauti* locum non desunt qui sollicitent. — *Symmach. orat. pro Synes. 1.* Precator potius, quam testis adsum. Et *mox.* Dum iuratoribus *(Synesius)* abundat, dum meriti sui certus est, adhibuit petitorem, quem testem sibi alius reservasset.

IŪRĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *iuro;* ad iurandum pertinens; *giuratorio*. *Imp. Anastas. Cod. 12. 19. 12.* Iuratoriae cautioni committatur. *Iustinian. 4. Instit. 11. §. 3.* Iuratoria cautio.

IŪRĀTUS, a, um. Particip. verbi *iuro*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc superlat. *iuratissimus §. 6.* — Proprie est iureiurando firmatus; *giurato*. *Cic. 3. Offic. 29. a med.* Quod enim ita iuratum est, ut mens conciperet, fieri oportere, id servandum est. *Lucan. 4. 228.* Sacramenta sceleri iurata nefando. *Sil. 11. 145.* Iuratum bellum. Et *1. 9.* Iovi foedus. *Stat. 2. Silv. 1. 55.* Iurataque multum Barba tibi; *h. e.* Diis promissa. *Lucan. 9. 850.* In gladios iurata manus; *h. e.* devota, addicta, coniurata. — **2)** Item iuranda invocatus, testis iurisiurandi adhibitus. *Ovid. 2. Heroid. 25.* nec te iurata reducunt Numina. *Senec. Agam. 755.* Iurata Superis unda; *h. e.* Styx. — **3)** Active

II. *Iuratus* est qui iuravit; *chi ha giurato*. *Cic. Suil. 11. extr.* An me existimasti haec iniuratum in iudicio non esse dicturum, quae iuratus in maxima concione dixi? *Horat. 1. Ep. 17. 60.* per sanctum iuratus dicat Osirim. *Stat. 3. Silv. 2. 98.* tumidoque nihil iuratus Atridae. *Ovid. 15. Met. 50.* ille eadem nobis iuratus in arma. *Liv. 32. 22.* Iuratus, se eum sua manu interempturum, pervicit, ut etc. — Huc spectat illud *Diomed. 1. p. 397. Putsch.* Participium vocat quasi passivum (habet enim significationem activam), quale est *furati iudices pronuntiaverunt*. Apud *Turpilium*, comoedia nobili, cuius titulus *Demetrius*, legimus: *Iurata sum*, perfecto finitivo dictum. — **4)** *Iuratus ad sacra Etruriae* in *Inscr.* apud *Grut. 479. 1.*, et *Orelli*, n. *2482.* est, qui secundo gradu iis sacris initiatus iusiurandum praestiterat, nemini se arcana enunciaturum. — **5)** Est etiam inreiurando adstrictus, obligatus. *Cic. 3. Offic. 26.* Regulus iuratus missus est ad senatum, ut etc. *Sil. 6. 546.* At nova Elisaei iurato foedera patres Consultant mandare duci. — **6)** *Iuratissimi auctores* apud *Plin. praef. Hist. nat. a med.* sunt fidelissimi, et qui, tanquam iurati sint, se vera scripturos, nunquam mentiuntur. — **7)** Absolute

IURATO, adverbii more; *con giuramento*. *Paul. Dig. 2. 8. 16.* Qui iurato promisit iudicio sisti, non videtur peierasse, si etc.

IŪRĔ. v. IUS.

IŪRĔCONSULTUS. v. IURISCONSULTUS.

IŪRĔIURO, as, āvi, āre. Verbum intransitiv. a *ius* et *iuro*, idem ac iuro. *Liv. 41. 15. sub fin.* Praetores ambo in eadem verba iureiurarunt. Suspecta alicui critico haec lectio est, minime vero *Ernesto*.

IŪRĔPĔRĪTUS. v. IURISPERITUS.

IŪRĔUS, a, um. Adiect. a *ius*, qua liquorem significat eorum, qui coquuntur; iurulentus. *Plaut. Pers. 1. 3. 15.* Quasi iureum esse eos decet collyricum. *Subintellige*, placentam.

IURGĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iurgo;* actus iurgandi, sive iuris actio, ut *Fest.* exponit. v. IURGO §. 2.

IURGĀTOR, ōris, m. Verbale a *iurgo;* qui iurgio contendit, litigator. *Chrysolog. Serm. 162. prope fin.* At illi iurgator quare non opposuit: quomodo non invitatus a fratre taliter tu petisti?

IURGĀTŌRĬUS, a, um. Verbale a *iurgo;* ad iurgandum sive iurgium pertinens. *Ammian. 27. 1.* Vocis iurgatorio sono.

IURGĀTRIX, īcis, f. Verbale a *iurgo;* quae iurgat. *Hieronym. ep. 147. n. 4.* Illa iurgatrix: ergo iste placabilis.

IURGĬŌSĒ. Adverb. a *iurgiosus;* contentiose; *contenziosamente*. *Iul. Vict. art. rhet.* (edente *A. Mai*) *26.* Sermonum argumenta, quae semper esse vix seria possunt, plerumque se iocis inserentibus, tamen semper honesta sint; at non inepte, neque iurgiose.

IURGĬŌSUS, a, um. Adiect. a *iurgium;* contentiosus, seu contumeliosus; *contenzioso*. *Gell. 1. 17.* de *Xantippe, Socratis uxore*. Mulier morosa admodum fuisse fertur et iurgiosa. *Id. 19. 9.* Iurgiosa facundia. *Front. 4. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 12.* Accipe aliud rixatorium iam hoc et iurgiosum.

IURGĬUM, ii, n. Verbale a *iurgo;* contentio, concertatio, dissensio, et levior quaedam lis, qualis nonnunquam etiam inter propinquos et amicos solet accidere: aliquando et inter infensos; *contesa*. *Cic. 4. de Rep.* apud *Non. 3. 34.* Si iurgant, benevolorum concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur. *Id. Senect. 5.* Ut Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio respondisse. *Id. Amic. 21.* Ex inimicitiis iurgia, maledicta, contumeliae gignuntur. *Id. Brut. 70.* Ut non cum adversario solum, sed etiam (quod mirabile) cum iudice ipso, cuius delinitor esse debet orator, iurgio saepe contenderet. *Id. Coel. 15.* Non crimina, sed maledicta iurgii petulantis. *Id. 1. Divin. 45.* Litibus et iurgiis se abstinere. *Plaut. Men. 1. 2. 18.* Iurgio tandem uxorem abegi ab ianua. *Id. Pers. 3. 2. 19.* Iurgium hinc auferas, si sapias. *Id. Merc. 5. 2. 14.* Uxor me iurgio enicabit, si intro rediero. *Sall. Cat. 51.* et *Tacit. 14. Ann. 49.* Optimum quemque iurgio lacessere. *Id. 2. Hist. 53.* quempiam invadere. Et *5. ibid. 52.* Petulantibus iurgiis illudere. *Virg. 10. Aen. 95.* irrita iurgia iactare. *Ovid. 2. Amor. 2. 55.* nectere cum aliquo. *Id. 5. Trist. 11. 1.* per iurgia dicere aliquid. *Plin. 16. 89. 1.* Iurgia facere. *Val. Flacc. 3. 658.* saevisque furens in iurgia dictis. *Iustin. 10. 2.* Erumpere in iurgia. *Suet. Galb. 5.* Iurgio aliquem corripere; *sgridare, bravare*. *Tacit. 1. Hist. 64.* Iurgia primum, mox rixa inter Batavos, et legionarios, prope in proelium evasere. Et *4. ibid. 6.* Acre iurgium. *Senec. Here. Fur. 172.* clamosa rabiosa fori iurgia vendere. *Plin. 8. ep. 5.* Vixit cum uxore XXXIX. annis, sine iurgio, sine offensa; *h. e.* sine querela. *Arian. fab. 4.* Iurgia conserere cum aliquo; *seminar dissensioni*. *Id. ibid. 13.* Iurgium ferre; *h. e.* iurgare. — **2)** Pro lite inter propinquos, ut dictum est, vel etiam inter extraneos; *lite, differenza*. *Papinian. Dig. 10. 2. 57.* Licet arbiter sententiam, iurgio peremptio, non dixerit. *Ascon.* in *5 Verr. 45.* Nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium esset. *Senec.* in *fragm.* (edente Romae *Niebhurio*), *p. 100.* Familiare iurgium non iudicem, sed arbitrum quaerit.

IURGO, as, āvi, ātum, āre, et, *deponentium more*, iurgor, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum etiam more aliquando adhibitum, et quidem utraque forma activa et passiva, quod,

Digitized by Google

si *Varronis* sententia placeat 7. *LL.* 5. est a *iure* et *ago:* et proprie significat, iure litigare. Unde et *Festus* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll.* iurgationem, *iuris actionem* interpretatur. Et *Cic. fragm.* apud *Non. 3. 54.* docet, cum vicini inter se de re aliqua iudicio contendunt, non *litigare* dici, sed *iurgare*. V. IURGIUM §. 2. — **b**) Hoc etymon confirmat usus apud Veteres verbi *iurigo* (unde per syncopen est *iurgo*), eadem ratione, qua *purigo* pro *purgo;* quemadmodum et compositum *obiurigo* pro *obiurgo*. Ita autem usurpasse *Plautum* in *Mere. prol. 46.* et *1. 2. 9.* ex Codd. quibusdam MSS. ostendit *Ritschel* ad *ll. cc.*, qui et in textum illos recepit. V. loc. infra §. 1. *fin.* et Cf. PURGO. — **c**) Particip. *iurgans* §. *1.* et *3.*, *iurgaturus* §. 2. — **d**) Derivata, *iurgatio, iurgator, iurgatorius, iurgatrix, iurgiose, iurgiosus, iurgium.* — **e**) Composita, *obiurgo, adiurgo, disiurgium, obiurgo.*

IURGO fere significat verbis contendere, concertare, vicissim queri, verbis lacessere; *contendere con parole, contrastare, altercare. Horat. 2. Ep. 2. 22.* Ne mea saevus Iurgares ad te quod epistola nulla veniret. *Suet. Ner. 3.* Equiti R. liberius iurganti oculum eruit. *Apul. Apol.* Utrum putas, maiorem curam decoris in asseverandā oratione suscipiendam rhetori iurganti, an philosopho obiurganti. *Vulg. Interpr. Iudic. 8. 1.* Dixeruntque ad eum viri Ephraim . . . iurgantes fortiter et prope vim inferentes. — *Plaut. Mere. 1. 2. 9.* Ita tres res simitu egendae sunt, quando unam occeperis: Et currendum'st et pugnandum et iurgandum autem in via. — **2**) Pro litigare; *litigare. Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod. 2. 1. 6.* Omnes iacturam litis incurrent, qui non ante in proprio foro iurgaverint. *Impp. Arcad. et Honor. ibid. 11. tit. 35.* Ne aetates iurgantium veternosis litibus consenescat. *Fragm. Cod. Theod.* (edente *Clossio*), *1. 16. 6.* Iurgaturus conveniendi eos *(praesides)*, nisi pretio, facultatem impetrare non possit. — **3**) Transitivorum more,

II. *Iurgo* cum accusat. est iurgando obiicere. *Ter. Andr. 2. 3. 15.* Cedo, quid iurgabit tecum? *Liv. 8. 33. in fin.* Haec simul iurgans, quaerens, Dŭm hominamque fidem implorans, plurimis cum lacrimis agebat. — **4**) Hinc passive. *Horat. 2. Sat. 2. 100.* Iure, inquit, Trausius istis Iurgatur verbis: *h. e.* obiurgatur, reprehenditur, vituperatur. — **5**) Deponentium more,

IURGOR, aris, atus sum, ari. Primaria verbi intransitiva significatione. *Vulg. Interpr. Levit. 24. 10.* Iurgatus est in castris cum viro Israēlita. — *Id. Iudic. 21. 22.* Adversus aliquem iurgari. — **6**) Item pro litigare. *Iustin. 21. 5.* Apud aediles adversus lenones iurgari. — **7**) Transitivorum more cum accusat. communi. *Vulg. Interpr. Exod. 17. 2.* Respondit Moyses: Quid iurgamini contra me? Cf. supra §. 3.

IŪRĬDĬCĀTUS, us, m. Abstractum a *iuridicus;* iuridici auctoritas et dignitas. *Inscr.* apud *Grut. 1095. 3.* C. Cornelio C. f. Quirin. Felici Thrallo iuridico per Flam. et Umbr. Vicani vicorum VII. et Colleg. Fab. Cent. Dendr. Urb. iuridicatus eius ob eximiam moderationem, et in sterilitate annonae laboriosam erga ipsos fidem, etc.

IŪRĬDĬCĬĀLIS, le. Adiect. a *iuridicus.* — *Iuridicialis constitutio*, seu *quaestio* est, in qua quaeritur, iure ne, an iniuria quippiam sit factum. *Auct. ad Herenn. 1. 14.* Iuridicialis constitutio est, cum factum convenit, sed iure, an iniuria factum sit, quaeritur. *Cic. 1. Invent. 11.* et *2. ibid. 23.* Iuridicialis constitutio est, in qua aequi et iniqui natura, et praemii aut poenae ratio quaeritur. *Id. Top. 24. extr.* Accusator personam arguat facti: defensor aliquid opponat de tribus, aut non esse factum: aut si sit factum, aliud eius facti nomen esse: aut iure esse factum. Itaque aut infitialis, aut coniecturalis prima appelletur: definitiva, altera: tertia, quamvis molestum nomen hoc sit, iuridicialis vocetur. — *Cassiod. Rhet.* Iuridicialis qualitas est, in qua aequi et recti natura et praemii et poenae ratio quaeritur.

IŪRĬDĬCĪNĂ, ae, f. Abstractum a *iuridicus;* ipse iurisdictio. *Tertull. Pall. 3. in fin.* Cato iuridicinae suae in tempore humerum exertus haud minus palliato habitu Graecis favit; *h. e.* cum praetor esset, et ius diceret.

* IŪRĬDĬCĬUM, ii, n. Vox etymi nominis *iudicii* explicandi causa invecta a *Cassiod. 11. Var. 9.* V. loc. in IUDICIUM §. 1. *init.*

IŪRĬDĬCUS, a, um. Adiect. a *ius* et *dico;* ad ius dicendum pertinens. *Iuridicus conventus* est locus, in quo magistratus in provinciis ius dicunt, quoque provinciales conveniunt, iure experturi. *Plin. 1. 3. 1. de Baetica provincia.* Iuridici conventus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis. — **2**) *Iuridicus dies* est, quo ius dicere licet. *Imppp. Valentinian., Theodos. et Arcad. Cod. 3. 12. 7.* Omnes dies iubemus esse iuridicos: illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit; aestivos fervoribus mitigandis, et autumnos fructibus decerpendis, etc. — **3**) *Iuridica verba* sunt formulae in iure statutae. *Interpr. ad Cod. Theod. 3. 13. 4.* Etiamsi desit stipulatio promittentis et iuridica verba, dos valere iubetur. — **4**) Absolute, substantivorum more,

IURIDICUS, i, m. Est qui iuri dicundo praeest, iudex; *giudice, giudicante. Senec. Here. Fur. 581.* Flentes Eurydicem iuridici sedent. — **5**) Speciatim *iuridicus* dictus est, qui principis nomine Alexandriae Aegypti ius dicebat, ceterisque iudicibus, ut Romae praetor, ibi praerat. Graece a *Strab. lib. 17.* δικαιοδότης dictus, et a praefecto Aegypti distinctus. *Inscr.* apud *Grut. 573. 4.* L. Baebius L. f. Gal. Iuncinus Iuridicus Aegypti. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6924.* Sex. Cornelio Sex. f. Arn. Dextro, proc. Asiae, iuridico Alexandreae. Adde *Ulp. Dig. 1. tit. 20.*, qui est *De officio iuridici, l. 1.* et *2.* — **6**) Postea *iuridici* Italiae regionibus (in locum quatuor iudicum consularium ab Hadriano institutorum, *Spartian. Hadr. 22.*, *Capitolin. Anton. Pio, 2.*, coll. *Appian. B. Civ. 1. 38.*) dati sunt ab Imp. M. Aurelio, primis imperii sui annis vivente adhuc L. Vero, teste *Capitolin. M. Aurel. 11.* Datis iuridicis, Italiae consuluit, ad id exemplum, quo Hadrianus consulares viros reddere iura praeceperat. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6485.* Arrio . . . Antonino . . . iuridico per Italiam regionis Transpadanae primo (Cf. *aliam, ibid. n. 6486.* L. Fulvio Gavio . . . electo ab optimo *Imp. Severo* Alexandro Aug. ad *ius dicendum* per regionem Transpadanam; *h. e.* iuridico). *Alia* in *Annali dell'Istit. Archeol. a. 1855. p. 208.* Iuridicus per Transpadum. *Alia, ibid. a. 1863. p. 277.* M. Fabio M. f. Quir. Magno Valeriano . . . *iuridico* Regionis Tusciae et Piceni. — De his (quibus Aurelianus Imp. substituit *Correctores*), V. *Henzen* ad *h. l. p. 281.* et *seqq.*, coll. *Borghesi* in *Annali cit. a. 1853. p. 196-207.* — **7**) Huc spectat *Iuridicus de infinito* ita dictus, quod ei liceret iudicare de quacumque pecuniae summa: nam in *Tab. legisl. Gall. Cisalp.* a *P. De-Lama* edita, iudici municipali potestas non est iudicandi ultra H-S. XV. mill. N. *Inscr.* apud *Grut. 1090. 15.* M. Aelio Aurelio Theoni Aug. iuridico de infinito per Flam. et Umbriam, Picenum, etc. Ordo Ariminensium patrono. — **8**) A iuridicis per regiones Italiae probe distinguendi sunt *iuridici* sive *legati iuridicundo* provinciarum, viri itidem praetorii, legatis pro praetore eodem modo adiuncti, quo proconsulibus legati assessores, ut recte animadvertit *Henzen* in *Suppl. Orelli* ad *n. 6487.* Huc *Inscr.*, quae spectat ad a. 280., in *Corp. Inscr. Lat. T. 3. n. 5758.* Allius Maximus V. C. leg. iur. *(h. e.* legatus iuridicus) Prov. Hisp. Tarraconens. — Huc spectat illud *Apul. 1. Met.* Liberis tuis tutores iuridici provincialis decreto dati. Adde *Inscr.* apud *Henzen, loc. cit., n. 6488.* et *6489.* — Sed *iuridicus provinciae Campaniae* in *Inscr.* apud *Orelli, n. 3173.* spurius est. V. quae adnotat idem *Henzen* ad *h. n.*

IŪRĬGO. V. IURGO §. b.

IURISCONSULTUS et Iuris consultus (et *inverso ordine* consultus iuris, V. CONSULTUS §. 6.) et Iureconsultus, i, m. Nomen proprie adiect. (unde et superlat. *iuris consultissimus* apud *Gell. 1. 13.* V. CONSULTUS loc. cit.), ab *ius* et *consulo*, quo significatur iuris peritus, iuris et legum consultus: qui legum, et consuetudinis eius, qua privati in civitate utuntur, et ad respondendum, et ad agendum, et ad cavendum peritus est, ut *Cic. 1. Orat. 48. extr.* definit; *dottore di leggi, giureconsulto. Id. Mur. 11. ad fin.* Ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sapientiam compilavit. Et *ibid. 12.* Ea iureconsultorum ingeniis corrupta sunt. Et *ibid. 15.* Triduo me iurecconsultum esse profitebor. *Gell. 1. 2.* Iureconsulti veteres. *Quintil. 5. 14. sub fin.* Iurisconsultorum summus circa verborum proprietatem labor est. — **2**) Cum vero iurisconsultorum cavillationes et fraudes plurimum molestiae afferrent etiam priscis Romanis, hinc in suis ipsi sepulcralibus titulis, ut eae longe abessent, sibi precabantur. *Inscr.* apud *Grut. 662. 5.* et fidelius ex ipso Lapide apud *Marini, Iscris. Alb. p. 65.* Huius *(pro* huic) monum. dolus malus abesto, et iuris consult. — Huic formulae gemina est ea, quae legitur in alio Lapide apud *Eund. ibid.* Ab iis omnibus dolus malus abesto, et ius civile. In alio vero apud *Grut. 905. 12.* Lis abest.

IURISDICTĬO et Iuris dictio, ōnis, f. Abstractum a *ius* et *dico.* — **b**) Per tmesin aliquando dividitur. *Liv. 41. 9. extr.* Haec causa inrisque dictio consuli decreta est. — **c**) Divisim *iuris dictio*, V. infra §. 2. *in fin.*

IURISDICTIO proprie est ipse actus iuris dicundi; *giurisdizione. Cic. Har. resp. 26.* Iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 12.* Ut ab Athenis in Boeotiam irem, reliquamque iurisdictionem absolverem. *Cic. 2. Fam. 15. ad fin.* Mihi erat in animo, quoniam iurisdictionem confeceram, proficisci in Ciliciam. *Edictum praetoris* apud *Gell. 10. 15. extr.* Flaminem Dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam; *h. e.* toto tempore, quo mea iurisdictio exercebitur. *Colum. 12. 3. in fin.* Assidua iurisdictione vim legum custodire. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6485.* Praetori, cui primo iurisdictio pupillaris a Sanctissimis Imp. mandata est; *h. e.* primus praetor tutelaris. V. TUTELARIS. — **2**) Item facultas, seu potestas iurisdictionis exercendae. *Cic. 2. Agr. 36.* Ut sub vestrum ius, iurisdictionem, potestatem urbes, nationes, provincias subiungeretis. *Senec. 1. Clem. 1.* Quas nationes funditus excidi, quibus libertatem dari, quibus eripi, quae ruant urbes, quae oriantur, mea iurisdictio est. *Suet. Cal. 16.* Magistratibus liberam iurisdictionem, et sine

Digitized by Google

sui appellatione concessit. — *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1856. p. 142.* Hic, cum mitteretur a Ti. Caes. Aug. in Aegypt. ad iur. dict. (*h. e.* iuris dictionem), decessit provinc. Aquitania. — **3)** Item ipse locus, ubi iurisdictio exercetur. *Plin. 3. 29. 5.* Sed prius mediterraneas iurisdictiones indicasse conveniat.

IURISDOCTOR, ōris, m. Nomen a *ius* et *doctor;* idem ac iurisperitus. *Gloss. Lat. Gr.* Iurisdoctores, *κῆνσιτοι τῶν . . .* Cf. LEGISDOCTOR.

IŪRĬSŎNUS, a, um. Adiect. a *ius* et *sono;* iura sonans, leges crepans. *Sulpic. Lupere.* in *Anthol. Lat. T. 1. p. 515.* Ut post iurisonae famosa stipendia linguae, etc.

IŪRISPĔRĪTĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. a *iurisperitus*, absolute adhibitum de muliere, quae in iure est perita. — *Iurisperita* titulus est comoediae togatae *Titinii*, cuius fragmenta aliquot exstant, collecta a *Ribbeck, Comic. Latin. reliq. p. 122.*

IŪRISPĔRĪTĬĂ, ae, f. Abstractum a *iurisperitus* idem ac iurisprudentia. *Boëth.* in *Cic. Topic. 4. p. 807.* Nescio an quisquam iurisperitiae professor tales tutelae partes ediderit.

IŪRISPĔRITUS, iuris peritus et iure peritus vel iureperitus, i, m. Nomen proprie adiect. (unde et comparat. *iure peritior*, et superlat. *iuris peritissimus*, de quibus V. PERITUS suo loco), a *ius* et *peritus*, absolute adhibitum pro iureconsulto. *Lucil.* apud *Charis. 1. p. 62. Putsch.* Iure peritus. *Gell. 4. 2. ad fin.* In libris iurisperitorum scriptum est. *Inscr.* apud *Marini, Iscriz. Alb. p. 145. . . .* adsumpto in consilium ad H-S. IX. M. N. Iurisperito Antiates publice. *Cic. Brut. 3.* Iurisperitorum eloquentissimus Scaevola. V. alia in PERITUS.

IŪRISPRŪDENS, et iuris prudens, entis, m. Adiect. a *ius* et *prudens*, absolute adhibitum de eo, qui iurisprudentiam callet; *giurisperito*. *Inscr.* apud *Marini, Iscriz. Alb. p. 143. n. 149. . . .* nus iurisprudens scriba aedilium curulium V. A. LIIII. M. IIII. D. X.

IŪRISPRŪDENTĬĂ et iuris prudentia, ae, f. Abstractum a *iurisprudens;* iuris ac legum scientia; *giurisprudenza*. *Ulp. Dig. 1. 1. 10.* Iurisprudentia est divinarum humanarumque rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

IURO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, forma activa, pro qua et passiva aliquando usurpatum est, deponentium more, *iuror, aris*, etc., quod videtur esse a *ius, iuris*, quia qui iurat, inquit *Voss.* in *Etymol.*, religiose spondet, se aliquid, ceu ius sit, servaturum. — **b)** *Iouro* pro *iuro* antiquo scribendi more legitur in *fragm. leg. Thor. agr. a. 8.* et *Leg. Servil. repetund. c. 8.* et *12.*, quod dicendum est etiam de derivatis. — **c)** *Iurassit* pro *iuraverit*, *ἀρχαϊκῶς*, legitur in *fragm. leg. de magistr. aquar.* apud *Marini, Arv. p. 70. lin. 20.* Ni ita iurassit, multa esto. — **d)** Particip. *iurans* §. *1.*, *iurandus* §. *13.*, *iuratus*, V. suo loco, *iuraturus* §. *14.* — **e)** Derivata, *iuramentum, iurandum, iurarius, iuratious, iuratio, iurativus, iurator, iuratorius.* — **f)** Composita, *abiuro, adiuro, coniuro, deiero, eiuro, falsiiurius, imperiuratus, iniuratus, iniurium, iniurio, iovisiurandum, iursuro, iusiurandum, obiuro, peierarium, peieratio, peiero, periuratiuncula, periuratus, periuriosus, periurium, periurius, praeiuratio.*

IURO proprie, intransitivorum more, est iusiurandum do; *giurare*. *Cic. Flacc. 56. a med.* Qui si aram tenens iuraret, crederet nemo. *Id. 4. Acad. 47.* et *Liv. 22. 53. ad fin.* Ex mei animi sententia, inquit, iuro, ut ego rempubl. populi R. non deseram, etc. Alii omittunt *τὸ* iuro (Cf. *Vulg. Interpr. Deut. 4. 31.* Iuratusque est Dominus . . . et iuravit, ut non transirem Iordanem. Et *Isai. 54. 9.* Cui iuravi, ne inducerem aquas Noë ultra). *Cic. 4. Acad. 20.* Iurarem per Iovem, Deosque Penates, me ea sentire, quae dicerem. *Tertull. Apolog. 32.* Sed et iuramus, sicut non per genios Caesarum, ita per salutem eorum (*iurare per aliquem* frequentissimum est apud quosque Scriptores). — Absolute. *Ovid. 3. Art. am. 457.* Parcite, Cecropidae, iuranti credere Theseo. — *Vulg. Interpr. Deut. 1. 8.* Ingredimini et possidete terram, super qua iuravit Dominus patribus vestris. Et *6. 10.* In terram, pro qua iuravit patribus tuis. *Id. Sophon. 1. 5.* Iurare in Domino. Et *Isai. 48. 1.* in nomine Domini. — Passive impersonaliter. *Suet. Tib. 36.* et *67.* Ne in acta sua iuraretur. *Plin. Paneg. 68.* Scis, tibi ubique iurari. — **2)** Et omissa praepositione *per*, saepe *iurare Deos* est per Deos iurare. *Cic. 7. Fam. 12.* Quomodo tibi placebit Iovem lapidem iurare, cum scias etc.? (V. IUPPITER §. 6.). *Ovid. 21. Heroid. 2.* Iuraret ne quos inscia lingua Deos. Et *16. ibid. 319.* Tunc ego iurabo quaevis tibi numina. Sic *Virg. 12. Aen. 197.* Haec eadem, Aenea, terram, mare, sidera iuro, Latonaeque genus duplex, Ianumque bifrontem, Vimque Deûm infernam, et duri sacraria Ditis. Ubi *Serv.* Et ornatior elocutio, et crebra, apud maiores, quam si velis addere praepositionem, ut dicas; *iuro per maria, per terras.* Et *6. ibid. 323.* Stygiamque paludem, Di cuius iurare timent, et fallere numen. Et *ibid. 331.* maria aspera iuro. Adde *Tibull. 4. 13. 18.*, *Propert. 1. 15. 38.*, *Sil. 8. 108.* Cf. et §. 14. et 15. — **3)** *Iurare alicui*, est iureiurando fidem alicui polliceri; *dar giuramento di fedeltà*. *Plin. Paneg. 68.* Scis, tibi ubique iurari, cum ipse iuraveris omnibus. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Gen. 24. 7.* Iuravit mihi dicens, etc. — **4)** *Iurare conceptis verbis.* V. CONCEPTUS, a, um, §. 6. — **5)** *Iurare de calumnia.* V. CALUMNIA §. 5. — **6)** Translate pro coniurare in aliquem. *Ovid. 10. Heroid. 117.* In me iurarunt summus, ventusque, fidesque. *Id. 1. Met. 242.* In facinus iurasse putes. — **7)** Huc spectant varia dicendi genera, nempe

II. *Iurare in verba alicuius*, est ad praescriptam ab aliquo iurisiurandi formulam iurare, quod *iurare alio praeeunte; h. e.* dictante verba, *Plin. Paneg. 64. extr.* dixit. *Caes. 1. B. C. 76.* Petreius princeps in haec verba iurat. *Liv. 28. 29.* Milites in verba P. Scipionis iurarunt. *Horat. 1. Ep. 1. 14.* Nullius addictus iurare in verba magistri; *h. e.* credere ea certa ac vera habere, quae a magistro dicta sunt. Adde *Senec. ep. 12. in fin.*, *August.* in *Monum. Ancyr. 5. 5.* Iuravit in mea verba tota Italia sponte, etc. — **8)** *Iurare in se*, est iurando sibi mala imprecari; *farsi delle imprecazioni*. *Liv. 2. 45. sub fin.* Idem deinceps omnis exercitus in se quisque iurat. — **9)** *Iurare in litem* est iurare ad litem obtinendam. *Cic. Rosc. Com. 1. in fin.* Quod nomen in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? *h. e.* iurare, nomen illud revera exstare, pecuniamque illam sibi iure deberi, ut iudex secundum hoc iusiurandum sententiam ferat. — **10)** *Iurare in litem*, apud ICtos (de quo toto *tit. 5. l. 12. Dig.* et *alibi)* est, iureiurando interposito, aestimationem facere eius rei, de qua lis est: quod iusiurandum fere a iudice defertur actori rem suam repetenti, quando ob dolum, aut contumaciam adversarii difficilis est probatio, quanti res aestimari oporteat; tunc enim ratio exigit, ut iureiurando actoris lis aestimetur. Habet autem locum praecipue in bonae fidei iudiciis. Sed de his fusius ICti. *Paul. Dig. 4. 3. 18.* Ut possit per contumaciam suam tanti reus condemnari, quanti actor in litem iuraverit. — **11)** *Iurare in rem*, est de re iurare, quae in iudicium deducta est. *Ulp. Dig. 44. 5. 1.* Si fideiussor de persona sua tantum iuravit, quasi non esset ipse obligatus, nihil reo proderit: si vero in rem iuravit, dabitur exceptio reo quoque. — **12)** *Iurare in nomen alicuius*, iurare alicui; *dar giuramento di fedeltà*. *Suet. Claud. 10. extr.* Armatos pro concione iurare in nomen suum passus est. — **13)** *Iurare in legem*, est secundum legem, eam ratam habendo. *Cic. Sext. 16.* Cum unus in legem per vim latam iurare nolui. — **14)** Deinde, transitivorum more,

III. *Iuro* est aliquid iureiurando dico, monstro, confirmo; *procurare, affermare con giuramento*. *Cic. 3. Offic. 29. sub fin.* Iurare falsum. *Id. 5. Fam. 2. circa med.* vere. Et *ibid.* verissimum pulcherrimumque iusiurandum. *Petron. Satyr. 117.*, *Sil. 10. 443.* et *Lucan. 4. 228.* sacramentum in verba alicuius. — Sequente infinito. *Cato, RR. 144.* Oleam qui legerint, omnes iuranto ad dominum, esse ad custodem, sese oleam non surripuisse. *Sil. 2. 551.* flammis urere gentem Iurabat Phrygiam. *Calpurn. 6. Ecl. 58.* Hunc dare, si vivat, caelestia numina iuro. *Claudian. B. Get. 81.* patrii numen iuraverit Istri, Non nisi calcatis loricam ponere rostris. *Caes. 5. B. C. 15.* Iurat, se eum non deserturum. Et *ibid. 27.* Iuravit, se, nisi victorem, in castra non reversurum. *Horat. 2. Ep. 1. 244.* Boeotûm in crasso iurares aëre natum. *Front. 2. ad M. Caes.* (edento iterum *A. Mai, ep. 11.* Quid est autem, quod iuraturus sum me consulatu abire? — **15)** Hinc passive. *Ovid. 2. Met. 46.* Dis iuranda palus. *Stat. 7. Theb. 102.* Inachias nec tantum culta per urbes Numina: captivis etiam iurabere Thebis. *Claudian. IV. Cons. Honor. 447.* iuratur Honorius absens. *Lucan. 5. 596.* Et laetae iurantur aves, bubone sinistro; *h. e.* iurant augures, aves esse laetas, cum tamen solus bubo sinister ei mali ominis visus sit. *Gell. 5. 19.* Iusiurandum, quod in arrogando iuraretur. — **16)** Pro coniurare; *congiurare*. *Cato* apud *Plin. 29. 1. 7.* Iurarunt inter se, barbaros necare omnes medicina. — **17)** Specialim *iurare aliquid alicui*, iureiurando promittere. *Stat. 4. Theb. 596.* alium tibi, Bacche, furorem Iuravi. *Sil. 5. 83.* Et cineri iuret patrio Laurentia bella. — **18)** Item *iurare morbum*, est iurare, se morbo laborare; iureiurando morbum excusare. *Cic. 12. Att. 15.* Veniam, et ipse perpetuum morbum iurabo. Adde *1. ibid. 1.* — **19)** *Iurare calumniam*, V. CALUMNIA §. 5. — **20)** *Iurare bonam copiam*, V. IUDEX §. 2. — **21)** Deponentium more,

IV. *Iuror, aris*; *ātus sum, āri.* Est idem quod *iuro, as*, utraque acceptione transitiva et intransitiva. *Cic. 2. Invent. 45. extr.* Iudici demonstrandum est, quid iuratus sit, quid sequi debeat. Et *ibid. 45.* Ex lege, in quam iurati sitis. *Plaut. Rud. 5. 3. 16.* non tu iuratus mihi es? *La.* Iuratus sum, et nunc iurabo. *Id. Pers. 3. 2. 2.* Quid mihi iuratus est, sese hodie agendum dare? Adde *Hilar. in Psalm. 149. n. 3.* et V. IURATUS, a, um, §. 3. et seqq.

Nota. Constructio verbi est intransitivorum more absoluta vel cum dativo aut cum accusat. et praepos. *in* vel *per*, quae altera aliquando omittitur (apud *Vulg. Interpr.* etiam cum ablat. et praepos. *in, pro, super*), rarissime cum coniunctivo (V. §. 1.): transitivorum autem more cum accusat. rei vel personae, aut sequente infinito. — **2)** Ad rem notandum est illud *Propertii, 3. 4. extr.* Iurabo bis sex

Digitized by Google

integer esse dies. Simile est illud *Horatii, 1. Ep. 7. 22.* dignis ait esse paratus. Et *Catulli, 4. 2.* Ait fuisse navium celerrimus. Quae poëtica sunt, et Graecorum propria. Etenim *Homer. Iliad. l. 18. v. 564.* Ἥφαιστ' ἀκάμαν' ἔμμεν' ἀρίστη. ●

IŪRŪLENTĬA, ae, f. Nomen a *iurulentus;* liquor eorum, quae coquuntur. *Tertull. Ieiun. 1.* Siccantes cibum ab omni carne, et omni iurulentia.

IŪRŪLENTUS, a, um. Adiect. a *ius*, qua liquor significatur, syllabica adiectione productum. — Est cum iure coctus, iuris plenus; *cotto con brodo, allesso. Cels. 2. 18. a med.* Tum res eadem magis alit iurulenta, quam assa; magis assa, quam frixa. V. IUSSULENTUS.

IUS, iuris, n. Nomen parum certi etymi, quo liquor quidam, de quo mox, significatur, probe distinguendum tum origine, tum significatione, a sequenti. — Sunt qui dictum putant a *iuvo*, quod alimonia sua iuvat corpus humanum, ut *pus* est a *puteo:* etenim *Plaut. Capt. 1. 2. 35.* Neque unquam quidquam me iuvat, quod edo domi. — **b)** In plurali numero non declinari, traditur in *Gloss. Lat. Gr.* sub v. Ζωμός. Cf. tamen §. 1. *in fin.* — **c)** Derivata, *iurosus, iurulentia, iurulentus, iuscellarius, iuscellum, iusculanius, iusculum, iussunculum, iussulentus.*

IUS proprie est liquor eorum, quae coquuntur; *brodo. Cic. 9. Fam. 20. a med.* Hirtio coenam dedi; sine pavone tamen; in ea coena cocus meus praeter ius fervens nihil potuit imitari. *Ter. Eun. 5. 4. 17.* Ex iure hesterno panem atrum vorare; h. e. sordidum, et atro iure dici hesternae maceratum. *Cic. 5. Tusc. 34.* Negavit, se iure illo nigro delectatum. *Plaut. Most. 1. 3. 120.* Itidem *(mulieres)* olent, quasi cum una multa iura confundit cocus: Quid oleant, nescias; nisi id unum, ut male olere intelligas. *Varr. 3. RR. 9.* In ius vocat pisces cocus. Adde *Vulg. Interpr. Iudic. 6. 19.* et *Isai. 65. 4.* — In plur. numero. *Plin. 20. 11. 1.* Rami *(apii)* largis portionibus per iura innatant et in condimentis peculiarem gratiam habent. *Seren. Sammon. 46. 847.* gallinae iura vetustae. Adde *48. 902.* — **2)** *Ius Verrinum*, dixit *Cic. 5. Verr. 46.* ludens in ambiguo, ut Verrem ius dicentem irrideret; est enim *verres* porcus masculus. Negabant, *inquit*, mirandum esse, ius tam nequam esse Verrinum. — **3)** Dicitur etiam de liquore, qui non sit cibus: ζωμός. *Plin. 35. 26. 1. de purpuras sanie.* Addita creta in ius idem.

II. **IUS**, iuris, n. Nomen origine et significatione distinguendum a praecedente, quod ducitur a *iubeo*, quia iubetur ab eo, qui summam habet potestatem: ius enim apud Romanos fuit, quod a populo iussum fuerat, cuius proprium erat iubere; porro Antiquissimi *iousa* dixerunt (quippe *ious* per diphthongum pluries scribitur in vetusto marmore apud *Murat. 582.* et *alibi)*, nec litteras geminabant, nec utebantur littera canina R; postea abiecta diphthongo, et sibilante littera in caninam versa *iura* dixerunt. — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, praeter allata in §. praeced., adde *Inscr.* apud *Momms. n. 4259.*, ubi « IIII. Virei Iour. deic. »; h. e. quatuoviri iuri dicundo, et *Tab. aeneam* apud *Haubold. Monum. leg. p. 87.*, ubi *Iuus* pro *ius*, in recto casu. — **c)** In genitivo plur. pro *iurium* dixit *iurum* apud *Charis. 1. p. 109. Putsch. Cato* in *7. Orig.* Eodem loco *Charis. iuribus* dici negat: quod tamen ex *Ulpiano lib. 27. ad Edict.* asserit *Voss. l. 5. de Grammat. c. 46. ad fin.* — **d)** Derivata, *iuro* et *iustus*, quae V. pro suis. — **e)** Composita, *iniuria, iniuris, iniurior, iniuriose, iniuriosus, iniurius, iniurus, iursiuro, iurgo* (quod V. pro suis), *iuridicatus, iuridicialis, iuridicina, iuridicium, iuridicus, iurisconsultus, iurisdictio, iurisdoctor, iurisonus, iurisperita, iurisperitia, iurisperitus, iurisprudens, iurisprudentia, iusiurandum, iuspraetorium.*

IUS universim dicitur id, quod legibus constitutum est sive naturalibus, sive divinis, vel gentium, vel civilibus. Alio nomine vocatur aequitas communis, aequum universale, legitimum; id est adaequatum legi, tanquam norma ac regula actionum humanarum. *Ter. Heaut. 4. 1. 29.* Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, neque aequum sciunt? *Cic. 1. Tusc. 26.* Ius hominum situm est in generis humani societate. *Plaut. Epid. 5. 4. 35.* omnium legum, atque iurium fictor, conditor cluet. — **2)** Ius varie dividitur, praecipue in *civile, naturale, gentium, militare, publicum*, etc., de quibus V. *ICtos, Dig. 1. toto tit. 1., Iustinian. Instit. 1. 2.* et *Isid. 5. Orig. 4-8.* — *Ulp. Dig. 50. 17. 32.* Quod attinet ad ius civile, servi pro nullis habentur: non tamen et iure naturali, quia, quod ad ius naturale attinet, omnes homines aequales sunt. — *Inscr.* apud *Orelli, n. 4821.* Ab iis omnibus dolus malus abesto et ius civile. V. de hac formula in IURISCONSULTUS §. 2. — **3)** Praeterea habetur *Ius Latii* sive *Ius Latium*, quod et *Latium* absolute dicitur, quod erat illud, quo utebantur populi Latini nominis in administratione publica, in adipiscenda civitate R., in suffragiis ferendis, in honoribus petendis, in connubiis, etc., de quo V. *Sigon. l. 1. de antiq. iure Ital. c. 4.* fuse disserentem. *Ascon. Argum. Pisonianae.* Pompeius veteribus incolis ius dedit Latii, ut possent habere ius, quod ceterae Latinae coloniae. — Absolute. *Tacit. 3. Hist. 55.* Foedera sociis, Latium externis dilargiri. *Plin. 3. 1. 20.* Latio dato. *Id. 3. 3. 1.* Latio donata oppida. — **4)** Item *Ius Quiritium*, quod est ius civile proprium populi R., ut *Iustinian. 1. Institut. tit. 2.* docet. *Ulp. regular. tit. 4. de Latinis.* Latini ius Quiritium consequuntur his modis, beneficio principali, liberis, iteratione, militia, nave, aedificio, pistrino: praeterea ex senatusconsulto vulgo quae sit ter enixa. Pergit deinde *Ulpian.* singula exponere. Quidam putant, esse idem ac ius civitatis Romanae: sed ab eo distinguitur, nam ius Quiritium est privatum civium ius, quo inter se privatim utuntur: ius civitatis R. est publicum, quo gaudent respectu totius corporis reipublicae. Quibus igitur non civibus Romanis dabatur ius Quiritium, concedebatur uti eo iure, quo cives Romani, in multis, praecipue vero in dominiis et libertatibus. *Plin. 10. ep. 33.* Ago gratias, domine, quod et ius Quiritium libertis necessariae mihi feminae, et civitatem Romanam Harpocrati latraliptae meo indulsisti. Adde *ep. 4.* et *6.* Sunt etiam, qui cum iure Latii confundunt: sed ab hoc quoque differt. *Suet. Claud. 19.* Naves mercaturae causa fabricantibus magna commoda constituit pro conditione cuiusque: civi vacationem legis Papiae Poppaeae: Latinis ius Quiritium, etc. — Huc spectat *fragm. Ulp. 3. 5.* Militia ius Quiritium accipit Latinus, si inter vigiles Romae sex annis militaverit ex lege Visellia. Praeterea ex senatusconsulto concessum est ei, ut si triennium inter Vigiles militaverit, ius Quiritium consequatur. — *Isid. 5. Orig. 9.* 2. Constat autem ius Quiritium ex legibus et plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum et edictis sive prudentum responsis. Cf. LIBERTAS §. 6. — **5)** Praeter ius universale est etiam ius particulare seu privatum, quod collectum est ex naturalibus praeceptis aut gentium aut civilibus, ut ait *Iustinian. 1. Institut. tit. 1. §. 4.* — **6)** Ius trium, vel quatuor, vel quinque liberorum quid sit, V. LIBER, a, um, §. 23. — **7)** Huc spectant peculiaria quaedam iura, ut *ius gladii:* V. GLADIUS §. 5. — *Ius ollae, ius sepulchri, ius monumenti*, de quibus V. in MONUMENTUM, OLLA, SEPULCHRUM. — *Ius aedicularum legare:* V. in LEGO, as. — *Ius doliis* est in *Inscr.* apud *Orelli, n. 4860.* — *Ius luminum obstruendorum:* V. in LUMEN. — **8)** Speciatim, quod vocis usum attinet, varie accipitur, nam

II. *Ius* aliquando sumitur pro aequo et iusto, quod alicui ex iustitia debetur. *Cic. Caecin. 11.* Ut per interdictum ius meum teneam. *Id. Quint. 9.* Ubi nostrum ius contra ipsos obtineremus. — **9)** Hinc *iure suo agere* est libere agere, nemine impediente. *Flor. 3. 17.* Equites Romani tanta potestate subnixi peculabantur suo iure rempubl. — **10)** Significat etiam, et quidem saepius, pro auctoritate et facultate, seu potestate a legibus seu iure concessa agere. *Ter. Adelph. 1. 1. 27.* Non necesse habeo omnia pro meo iure agere. — **11)** Hinc *sui iuris facere*, Italice *far suo. Vellei. 2. 69.* Decem legiones in eo tractu sui iuris fecerat. Et *ibid. 108. extr.* Finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus sui iuris fecit. — *Optatian. Porphyr. Carm. 20. 30.* Faceque tui iuris gaudeas virtutibus auctis. — **12)** Sumitur item *ius* pro iustitia legali, seu pro ipsis legibus; *le leggi. Cic. 2. Orat. 53.* De iure alicui respondere. Et *1. Leg. 4.* Respondere ius; Italice *dar consulti in materia legale.* — **13)** Item pro loco, in quo ius redditur. *Ter. Phorm. 5. 7. 45.* In ius ambula. *Nep. Attic. 6.* In ius de sua re nunquam ivit. *Cic. Quint. 25.* Ut statim de iure aliquis cucurrerit. — **14)** Item pro sententia a iudice prolata. Hinc praetor cum sententiam pronunciat, ius dicere aut reddere dicitur. *Id. 15. Fam. 14.* Ea res a Volcatio, qui Romae ius dicit, reiecta in Galliam est. *Paul. Dig. 1. 1. 11.* Praetor quoque ius reddere dicitur, etiam cum iuique decessit. — **15)** Item pro eo, quod vim habet sanctionis et legis. *Cic. 3. Leg. 3.* Quod is, qui bellum geret, imperassit, ius ratumque esto. *Ulp. Dig. 1. 1. 9.* Non ambigitur, senatum ius facere posse. — **16)** *Sui iuris esse*, est liberum esse, suique arbitrii. *Senec. ep. 11.* Nihil adversus haec sapientia promittit; sui iuris sunt, iniussa veniunt. *Brut.* ad *Cic. inter ep. 1. ad Brut. 16. ante med.* Ut esset sui iuris ac municipii respublica. — **17)** Item pro conditione, seu statu. *Cic. 3. Verr. 6.* Ut eodem iure essent, quo fuissent. *Id. 2. Offic. 8.* Universas provincias uno calamitatis iure comprehenderet. — **18)** Item pro necessitudine, aut coniunctione. *Ovid. 6. Met. 556.* coniugalia iura. *Suet. Cal. 26.* Ius necessitudinis. *Pompon. Dig. 50. 17. 8.* sanguinis. — **19)** Item pro potestate, licentia, facultate. *Ovid. 2. Met. 47.* currus rogat ille paternos, Inque diem alipedum ius et moderamen equorum. *Plin. 2. 3. 11.* Nullum Deus habet in praeterita ius, praeterquam oblivionis. *Cic. 2. Leg. 12. sub fin.* Cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare, augurum est. *Liv. 3. 35. in fin.* Materiae caedendae unde quisque vellet, ius factum. *Cic. Top. 3.* Si compascuus est ager, ius est compascere. *Lucan. init.* Iusque datum sceleri. *Plin. 18. 77. 3.* Zephyrus vires putandi, fruges curandi, arbores serendi ius dabit. — **20)** Item pro iustitia, seu cum legibus ac iure convenientia. *Liv. 1. 26. sub fin.* Absolverunt admiratione magis virtutis, quam iure causae; *pel merito della causa.* — **21)** *Ius summum* dicitur, cum leges severe et sine ulla mitigatione observantur. *Cic. 7. Verr. 2.* Non agam summo iure tecum. *Id. 1. Offic. 10.* Ex quo illud, *Summum ius, summa iniuria*, factum est iam tritum sermone proverbium. *Ter. Heaut. 4. 5. 48.*

Digitized by Google

ius summum saepe summa est malitia. *Colum. 1. 7.* Ius summum antiqui summam putabant crucem. — **22)** Ius petere, orare, postulare, est rem iustam petere. *Plaut. Pseud. 5. 2. 16.* Quid dubitas dare mihi argentum? *S.* ius petis, fateor. Adde *Trin. 5. 2. 57.* — **23)** *Ius est* pro iustum est, vel licet. *Plaut. Pers. 1. 3. 26.* Ius est apponi pernam frigidam. — Sic *ius fasque est*, apud *Eund. Cist. 1. 1. 22.* — **24)** Aequo iure agere, disceptare; h. e. ex aequo et bono, leniter, remisse. *Cic. 4. Verr. 15.* — **25)** Absolute

IURE eleganter ponitur more adverbii, et significat iuste; *giustamente, con ragione. Cic. 7. Verr. 8.* Quamobrem iure in eum animadverteretur. *Id. 3. Catil. 6.* Praetores merito ac iure laudantur. *Iuvenal. 2. 54.* Nonne igitur iure ac merito vitia ultima fictos Contemnunt Scauros? *Senec. 1. Clem. 12.* Iure meritoque praeferri multis potest. *Plaut. Most. 3. 2. 24.* Te ipse, iure optumo, merito incuses licet. *Ubi nota pleonasmum.* — **26)** Huic opponitur *iniuria. Cic. 4. Verr. 61.* Non quaero, iure, an iniuria sint inimici; *a ragione, o a torto. Ter. Andr. 1. 3. 9.* quo iure, quaque iniuria praecipitem me in pistrinum dabit. Ubi *Donat.* Proverbiale hoc est, qualia sunt *fas et nefas, nolis volis. Al. leg.* cum *Priscian. 18. p. 1190. Putsch.* (non tamen in omnibus editionibus) quo iure, quave iniuria. — **27)** *Ipso iure* est per se, citra aliud factum vel pactum, vi sola legis, stricto et solo iure. Passim occurrit apud tCtos in *Digestor.* libris.

Nota. Inter *ius, leges* et *mores* hoc discrimen tradit *Isid. 5. Orig. 5. 1.* et 2. « *Ius* generale nomen est, *lex* autem iuris est species . . . *Lex* est constitutio scripta, *mos* est vetustate prolata consuetudo. » — **3)** Inter *ius* et *fas* discrimen V. in FAS §. 8.

IUSCELLĀRĬUS, ii, m. Nomen a *iuscellum;* qui iuscellum parat. *Gloss. Philox.* Iuscellarius ζωμιατής. V. IUSCULARIUS.

IUSCELLĀTUS. V. VISCELLATUS.

IUSCELLUM, i, n. Deminut. a *iusculum*, sed eiusdem significationis; *brodetto. Theod. Priscian. 2. 15.* Iuscellum gallinarum. *Venant. 6. carm. 10. 18.* Plus iuscella coci, quam mea iura, valent. *Charis. 1. p. 20. Putsch.* Viscellum; ὁ ζωμός. Cf. VISCELLUM.

IUSCŬLĀRĬUS, ii, m. Nomen a *iusculum;* iurulenti cibi, seu iusculi opifex. *Inscr.* apud *Murat. 505.* Felix Aug. L. iuscularius.

IUSCŬLUM, i, n. Deminut. a *ius;* parvum ius, liquor eorum, quae coquuntur, et quilibet liquidior cibus; *brodetto, guazzetto. Cato, RR. 156. in fin.* Postea inde iusculum frigidum sorbere, et ipsam brassicam esse oportet.

* IUSCUMCŬLUM, i, n. Deminut. a *ius*, idem quod iusculum. *Onom. Lat. Gr.* Iuscumculum; ζωμίδιον. Ita legendum puto pro *fuscum, culum*, ut in edit. *Vulcanii* habetur.

IUSIŪRANDUM, iurisiurandi, iuriiurando, etc. n. Nomen a *ius* et *iurandum*, quod est a *iuro*, et in utraque parte simul declinatur; nam *iusiurandi* in genitivo pro *iurisiurandi*, qui *Caesari* et *Tacito* tribuunt, non probant. — **b)** In plur. num. *iuraiuranda* dixit Paeuv. apud *Fest.* in *Manticulatum.* — **c)** Invertit *Plaut. Pseud. 1. 2. 63.* Qui iurando iure malo quaerunt rem. — **d)** Divisim. *Cic. Cael. 22.* Socius vestrae religionis, iurisque iurandi. *Ovid. 21. Heroid. 155.* quid prodest iurandi formula iuris?

IUSIŪRANDUM est idem quod iuramentum, sacramentum; *giuramento. Cic. 3. Offic. 29.* Est enim iusiurandum affirmatio religiosa. *Id. 3. Fam. 2. circa med.* Maxima voce iuravi verissimum pulcherrimumque iusiurandum. *Caes. 1. B. C. 76.* Ipse idem iusiurandum adigit Afranium. *Plaut. Most. 5. 1. 36.* Quin iusiurandum pollicitus est dare, si vellem, mihi, Neque se hasce aedes vendidisse, neque sibi argentum datum. *Cic. 3. Offic. 31.* Iuravit, se illum statim interfecturum, nisi iusiurandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. *Caes. 5. B. C. 28.* Tirones, iureiurando accepto, nihil iis nocituros hostes, se Otacilio dediderunt. Et *1. B. G. 3. in fin.* Inter se fidem et iusiurandum dant. *Quintil. 5. 6. 6.* Deferre iusiurandum alicui. V. DEFERO §. 5. *Id. ibid.* offerre. Et *ibid.* recipere. Et, exigere ab aliquo. Et, iureiurando stare. *Paul. Dig. 12. 2. 6.* Iusiurandum remittere; h. e. gratiam facere. *Ulp. ibid. 3. 4. a med.* Iuriiurando modum statuere. Et *mox.* Taxationem iuriiurando dicere. *Tacit. 4. Hist. 41.* Iusiurandum concipere. *Liv. 34. 25.* interponere. *Cic. 3. Offic. 27.* et 28. conservare. Et *ibid. 29.* violare. *Id. 1. Invent. 29. sub fin.* negligere. *Caes. 1. B. G. 31.* Iureiurando civitatem obstringere. Et *ibid. 50. extr.* sancire, ne quis enunciet. Et 7. *ibid. 2.* ac fide sancire. *Cic. 2. Leg. 7.* firmare aliquid. *Id. 3. Offic. 27.* teneri. *Caes. 4. B. G. 14.* alicui fidem facere. *Cic. Flacc. 6. extr.* Psephismata iureiurando constricta. *Id. Cael. 22. sub fin.* Iureiurando devincta auctoritas. *Caes. 3. B. C. 28.* Contra religionem iurisiurandi crudelissime interficiuntur. — **3)** Apud Mythologos in fabulis *iusiurandum* traditur Aetheris ac Terrae filius, teste *Hygin. fabular. praef.*

IUSPRAETŌRĬUM, iurispraetorii, iuripraetorio, iuspraetorium, e iuspraetorium, ab hoc iurepraetorio, n. Nomen a *ius* et *praetorium*, quae vocabula rectius divisim scripseris. Ita tamen declinata habet *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 472.*

* IUSQUĬĂMUS. V. HYOSCYAMUS.

IUSSĬO, ōnis, f. Verbale a *iubeo;* actus iubendi, iussum; *comando. In Epit. Livii, 67.* Secundum populi R. iussionem Caepionis bona publicata sunt. *Al. aliter leg. Modestin. Dig. 40. 4. 44. extr.* Testatricis iussioni parere. *Lactant. 4. 15. ante med.* Haec omnia verbo ac iussione faciebat. *Arnob. 2. p. 49.* Unius imperii iussione maris immanias compescere. *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1859. p. 226.* Iussione venerabili DD. Augg. que NN.; h. e. Dominorum Augustorumque *(duorum)* Nostrorum, etc. Adde *Vulg. Interpr. Gen. 27. 8* et *alibi pluries.*

IUSSĬTUR. } V. IUBEO §. b. et c.
IUSSO. }

IUSSOR, ōris, m. Verbale a *iubeo;* qui iubet. *Gloss. Philox.* Iussor κελευστής.

IUSSŬLENTUS, a, um. Idem origine et significatione ac iurulentus. *Apul. Apol.* Qualiter quisque piscium assus, aut iussulentus optime sapiat.

IUSSUM, i, n. V. voc. seq. §. 4. et seqq.

IUSSUS, a, um. Particip. verbi *iubeo*, adiectivorum more etiam adhibitum; impositus, praeceptus; *comandato, imposto. Ovid. 4. Trist. 10. 90.* Errorem iussae, non scelus, esse fugae. *Horat. Epod. 17. 55.* iussas cum fide poenas luam. *Val. Flacc. 3. 508.* Obsequitur lamen, et iussas petit ocius oras. *Tacit. 16. Ann. 17.* Accepto iussae mortis nuncio, semet interfecit. *Sil. 14. 395.* Puppes iussam proram incurrunt. — **2)** Saepe refertur ad personam, sequente fere infinitivo. *Caes. 5. B. G. 56.* Iussus arma abiicere, imperatum facit. *Liv. 1. 3.* Alios alio itinere iussis ad regiam venire pastoribus. *Val. Flacc. 3. 482.* cui non iusso tot adire voluptas Monstra maris? Et *4. 523.* agnoscunt monitus, iussaeque recedunt. *Virg. 3. Aen. 256.* Haud secus ac iussi faciunt. — **3)** Eleganter refertur ad res inanimas, quae non sponte, sed artificio et industria coguntur praeter naturam quippiam efficere. *Propert. 4. 1. 144.* Gutta quoque ex oculis non nisi iussa cadet. *Colum. 10. 48.* Tum iussi veniant declivi tramite rivi. *Laurea Tullius* apud *Plin. 31. 3. 2.* Silva loco melius surgere iussa viret. *Plin. alter. 7. ep. 9. in carm.* Ut laus est cerae, mollis cedrusque sequatur Si doctos digitos, iussaque fiat opus. *Ovid. 16. Heroid. 562.* Figitur in iusso nostra sagitta loco; *nisi destinato segno.* — **4)** Absolute, substantivorum more,

IUSSUM, i, n. Est idem ac iussio vel iussus; *comando:* et usurpatur saepius in plur. num. *Cic. Rosc. Am. 24.* Cum praesertim Deorum immortalium iussis atque oraculis id fecisse dicantur. *Sall. Iug. 35. extr.* Iussa efficere; *eseguire.* Et *ibid. 55.* Iussis alicuius obedientem esse. *Tacit. 3. Ann. 17.* Iussa alicuius detrectare. Et *11. ibid. 19.* exuere. Et *14. ibid. 5.* spernere. Et *ibid. 37. extr.* abnuere. Et 4 *Hist. 81.* exsequi. Et *ibid. 85.* patrare. *Virg. 1. Aen. 81.* capessere. Et *ibid. 506.* facere. Et *4. ibid. 295.* facessere. Et *ibid. 558.* sequi. h. e. exsequi. *Val. Flacc. 3. 660.* dira tyranni subire. Et *7. 61.* perficere. Et *ibid. 95.* pati. *Ovid. 2. Met. 119.* peragere. Et *1. ibid. 585.* iussis parere. — In num. sing. *Id. 4. ibid. 509.* Sic victrix, iussaque potens, ad inania magni Regna redit Ditis. V. POTENS. *Cic. Caecin. 35.* Putas ne, si populus iusserit, id iussum ratum atque firmum futurum? *Sisenn.* apud *Non. 2. 472.* Tudertibus populi iusso dat civitatem. *Gell. 11. 18.* Eius leges non decreto iussoque, sed tacito consensu obliteratae sunt. *Sil. 9. 602.* nec iusso mora. — **5)** Aliquando ponitur pro lege. *Cic. 2. Leg. 3.* Perniciosa et iniusta iussa populis describere. *Id. Balb. 18.* Cum scita ac iussa nostra sua sententia comprobat. — **6)** Huc pertinet quod *Festus* apud *Paul. Diac. p. 105. Müll. iussa* exponit, *iura:* ubi tamen quidam scribendum putant *iussa* ex more veteri ponendi s pro r ut *Fusius, Furius: Loses, Lares*, etc. Cf. IUS secundo loco §. a.

IUSSUS, us, m. Verbale a *iubeo;* iussum, iussio; *comandamento:* usurpatur fere in ablativo casu. *Cic. Manil. 9. ad fin.* Vestro iussu coactus, partem militum dimisit. *Plaut. Curc. 2. 3. 30.* Tuo iussu profectus sum. *Nep. Timoth. 4.* Populi iussu bellum gessit. *Sall. Iug. 120.* Uti iussu populi R. foedus fieret. — *Iussu* pro *iussui* in dativo *Augustus de Vita sua* apud *Serv. ad 8. Aen. 686.* Antonium iussisse, ut legiones suae apud Cleopatram excubarent, eiusque nutu et iussu parerent.

IUSTĀ. Adverb. V. IUSTA §. a. et b.

IUSTĒ. Adverb. a *iustus.* — Comparat. *iustius* et superlat. *iustissime*, infra. — Est iure, recte, legitime; *giustamente, con ragione. Cic. 1. Offic. 4. a med.* Iuste et legitime imperare. *Id. Marcell. 3.* Clementer, mansuete, iuste, moderate, sapienter facere. *Tacit. Agric. 9.* Agricola naturali prudentia facile iusteque agebat. *Curt. 10. 3. a med.* Iuste aestimare aliquid. *Hirt. B. Alex. 23.* postulare. *Ovid. 17. Heroid. 168.* timere. *Phaedr. 4. 23.* Saepe impetravit veniam confessus reus: Quanto innocenti iustius debet dari? *Horat. 2. Sat. 4. 56.* Iustius reprehendi. *Plin. 8. ep. 14. ante med.* Quo iustius peto, ut errori tribuas veniam. *Brut.* ad *Cic. inter ep. 1. ad Brut. 4.* At hoc ipsum, inquies, inique facis: immo iustissime.

Digitized by Google

IUSTI *pro* Iussisti. V. in IUBEO §. 6.

IUSTĬDĬUM, ii, n. Nomen a *iustus* et *dies*, quo significatur tempus XXX. dierum assignatum rebus repetendis. *Gloss. Lat. Gr.* Iustidium; ἀρχοντικὴ ἡμέρα.

IUSTĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *iustifico;* actus iustificandi; *giustificazione*. *Salvian. 3. in Avarit. 2.* Unusquisque hominum aut sua iustificatione salvandus, aut sua iniquitate periturus. Adde *Augustin. de spir. et litt. 26. n. 45. Gloss. Philox.* Iustificatio; δικαίωσις. — **2)** Item quidquid iustum facit, lex divina, mandatum. *Vulg. Interpr. Psalm. 118. 80.* Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis. *Id. Luc. 1. 6.* Iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus Domini. — Hinc *Id. Ezech. 16. 27.* Auferam iustificationem tuam; *h. e.* leges et ritus tuos, quia vicinae gentes erubescunt in via tua scelerata.

IUSTĬFĬCĀTOR, ōris, m. Verbale a *iustifico;* qui iustificat *(scilicet* Deus). *Augustin. de catech. rudib. 7. n. 11.* Non ideo nobis proponi exempla iustorum, ut ab eis iustificemur, sed ut eos imitantes ab eorum iustificatore nos quoque iustificari sciamus. Adde *de spir. et litt. 26. n. 45.*

IUSTĬFĬCĀTRIX, īcis, f. Verbale a *iustifico;* quae iustum facit. *Tertull. 4. advers. Marcion. 36.* Disciplina iustificatrix humilitatis.

IUSTĬFĬCATUS, a, um. Particip. verbi *iustifico*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Comparat. *iustificatior*, infra. — Est iustus factus; *giustificato*. *Prudent. Apotheos. 881.* Baptismate iustificatus. *Tertull. Orat. 13.* Publicanus Pharisaeo iustificatior discessit. Adde *Vulg. Interpr. Tit. 3. 7.* et *alibi saepe*.

IUSTĬFĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *iustus* et *facio*. — Particip. *iustificans* §. 1., *iustificatus*, V. suo loco. — Proprie est iustum facio seu reddo; *giustificare*. *Coripp. 2. Laud. Iustini iun. sub fin.* Deus est, cui verbo competit uno iustificare malos. *Augustin. de spir. et litt. 26. n. 45.* Quid est enim aliud, iustificati, quam iusti facti ab illo scilicet, qui iustificat impium, ut ex impio fiat iustus? *Vulg. Interpr. Rom. 8. 31.* Et quos vocavit, hos et iustificabit. *Id. ibid. 3. 26.* Ut sit ipse iustus et iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. — *Augustin. ibid. 10.* Gratia iustificans. — **2)** Est etiam laudare, approbare. *Vulg. Interpr. Luc. 7. 29.* Omnis populus audiens et publicani iustificaverunt Deum, baptizati baptismi Iohannis. Et *ibid. v. 35.* Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. — **3)** Sumitur et in malam partem. *Id. Isai. 3. 25.* Vae qui potentes estis . . . qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam iustis aufertis ab eo. — *Id. Eccli. 42. 1.* Ne pro his omnibus confundaris . . . et de iudicio iustificare impium; *h. e.* nocentem absolvere. — **4)** Item iuste facere, iuste habere; *far giustizia*. *Tertull. 2. advers. Marcion. 19.* et *4. ibid. 17.* et *29. ad fin.* ex *Isai. 1. 17.* Iudicate pupillo, et iustificate viduam. *Id. Tertull.* hunc ipsum locum ita refert *1. ad Uxor. 8* iuste facite viduae. Et *4. advers. Marcion. 14.* iuste tractate viduam. Adde *Vulg. Interpr. Psalm. 81. 3.* et *alibi*. — **5)** *Iustificare se* est se excusare. *Id. Luc. 10. 29.* Ille *(iuriisperitus)* autem volens iustificare se ipsum, dixit: etc.

IUSTĬFĬCUS, a, um. Adiect. verbale a *iustifico;* iustitiam faciens; *chi fa giustizia*. *Catull. 64. 407.* Iustifica mens Deorum.

IUSTĬTĬA, ae, f. Abstractum a *iustus;* virtus, qua suum cuique tribuimus, quae et particularis dicitur. Est enim et universalis, quae obedientia est erga leges, et virtutes omnes morales complectitur; *giustizia*. *Cic. 5. Fin. 23.* Quae animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc, quam dico, societatem coniunctionis humanae mumifice et aeque tuens, iustitia dicitur: cui adiuncta sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quaeque sunt generis eiusdem. *Id. 2. Offic. 10.* Iustitia, ex qua una virtute boni viri appellantur. *Id. Partit. 22. extr.* Iustitia erga Deos religio, erga parentes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animadvertendi lenitas, amicitia in benevolentia nominatur. *Flor. 1. 2. extr.* Ut quod vi et iniuria occupaverat imperium, religione atque iustitia gubernaret. *Virg. 1. Aen. 327.* Iustitiaque dedit gentes frenare superbas. — **2)** Pro bonitate vitae, lenitate, mansuetudine. *Ter. Heaut. 4. 1. 52.* nunc hoc te obsecro, Quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior: Ut meae stultitiae in iustitia tua sit aliquid praesidii. *Caes. 5. B. G. 4.* Legatos ad Caesarem mittant: sperare se, pro eius iustitia, quae petierint, impetraturos. *Ovid. 5. Pont. 6. 25.* Principe nec nostro Deus est moderatior ullus: Iustitia vires temperat ille suas. — **3)** Pro aequitate civilis animi, et nihil se supra alios efferentis. *Nep. Arist. 2.* Tum autem et intemperantia Pausaniae, et iustitia factum est Aristidis, ut etc. Dixerat *paulo sup.* Eius aequitate factum est, ut summa imperii etc. Adde *Caes. 1. B. C. 32. extr.*, ubi iustitiam et aequitatem coniungit; et *Cic. Marcell. 4.*, ubi iustitiam et lenitatem. — **4)** Pro ipsis legibus. *Flor. 1. 24.* Ordinataque erat in duodecim tabulis tota iustitia. — **5)** Speciatim

II. *Iustitia* apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulg. Interpr.*, est gratia divina iustum faciens; ut in illo ad *Rom. 5. 22.* Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi. Adde *ibid. 10. 4.* et *seqq.* et *alibi passim*. — **6)** Saepe etiam ponitur pro misericordia. *Id. Psalm. 30. 2.* In iustitia tua libera me. Et *102. 17.* Et iustitia illius in filios filiorum. — **7)** Item pro operibus bonis, quibus ea comparatur. *Id. ibid. 14. 2.* Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam. *Id. Matth. 6. 1.* Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. — **8)** Pro ipsa lege divina. *Id. ibid. 54. 28.* Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam. — **9)** *Iustitias iudicare* apud *Eund. ibid. 74. 3.* est iuste iudicare. Cf. *Psalm. 57. 2.* — **10)** Pro aequilibrio usurpat *Tertull. adv. Hermog. 41.* Haec, inquies, non est . . . sed moderatio et modestia et iustitia mutationis neutram in partem inclinantis. Sic *Id. Pall. init. de pallio verba faciens.* Quadrata iustitia beatae *(tunicae)* in viris stabant. V. *Interpr.* ad *hh. ll.* — **11)** Denique

III. *Iustitia* apud Astronomos est sidus, sive signum Virginis. *Hygin. fab. 130.* Erigone signum Virginis, quam nos Iustitiam appellamus. V. VIRGO, coll. ASTRAEA in *Lexico* et in ONOM. — **12)** De *Iustitia*, tamquam Dea culta a Romanis, V. IUSTITIA in ONOM.

*IUSTĬTĬĀLĔ, is, n. Legitur hoc vocabulum in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7419. d β.*, sed quid significet, ignoratur, et fortasse error est in lectione. V. *Henzen* ad h. n.

IUSTĬTĬUM, ii, n. Est iuris diceudi intermissio, quae fieri solet in publico luctu, et reipublicae calamitatibus: quasi *iuris statio;* hoc est silentium, per translationem. *Gell. 20. 1.* Velut quoddam iustitium; idest iuris inter eos quasi interstitionem quandam et cessationem, quibus diebus nihil agi cum his iure posset. *Cic. 5. Phil. 12.* Iustitium indici, saga sumi dico oportere. *Id. Har. resp. 26.* Iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli. *Liv. 3. 5.* Iustitium per aliquot dies servatum est. — **2)** Iustitii tempore non iuris solum administrandi, sed aliorum etiam publicorum munerum cessatio erat, ut ex *Tacit. 1. Ann. 15.* et *50.* et *2. ibid. 82.* aperte colligitur. V. etiam *Suet. Cal. 24.* et *Liv. 26. 26.*, *Claud. Mamert. Grat. act. Iulian. 9.* Certamen ludricum, lustris omnibus solitum frequentari, intermiserat temporis moesti deforme iustitium. — **3)** Hinc *Iustitium remittere* est pristinam facultatem tractandarum litium publice restituere. *Liv. 10. 21.* — **4)** Speciatim

II. *Iustitium* interdum pro luctu publico ponitur. *Sidon. 2. ep. 8.* Decessit nudius tertius, non absque iustitio, matrona Philimatia, morigera coniux, domina clemens, utilis mater, pia filia. — *Auson. Periocb. Iliad. 24. de Priamo.* Achilli supplex advolvitur, redemptumque filium iustitio publico et dolet et sepelit. *Inscr.* edita a *Momms.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 286.*, rectius ad *August. Monum. Ancyr. p. 34.* Mortem eius iustitio per *continuos dies* . . . omnes luxerunt. *Alia*, *ibid. p. 79.* et *Fronto* apud *Fulgent. Prisc. Serm. 55.* Iustitium indicere. — **5)** *Iustitium lustrale* vocat *Pacat. Paneg. ad Theod. 24.* quinquennium illud, quo imperavit Magnus Maximus Aug., quasi vero per illud tempus calamitosum ius redditum minime fuerit.

IUSTUS, a, um. Adiect. a *ius*. Hinc *Isid. 10. Orig. 125.* « *Iustus* dictus, quia *iura* custodit et secundum legem vivit. » — **b)** *Iusti* plur. num. pro *iusti, ἀρχαϊκῶς*, legitur in *fragm. leg.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 198. lin. 77.* — **c)** Comparat. *iustior* §. 2. et superlat. *iustissimus* §. 1. et 5. — **d)** Derivata, *iuste*, *iustitia*, *iustitium*. Cf. IUSTITIALE. — **e)** Composita, *iniustus*, *iniustitia*, *iniustus*, *iustidium*, *iustificatio*, *iustificator*, *iustificatrix*, *iustifico*, *iustificus*.

IUSTUS proprie est qui ius servat, qui iuste facit, qui iustitia praeditus est, aequus, innocens: et dicitur de personis; *giusto*. *Cic. 2. Offic. 12.* Iustus et bonus vir. *Id. Plane. 26.* Liberalis in publicanos, iustus in socios. *Id. Sest. 67.* Qui omnium iustissimus fuisse traditur. — *Vulg. Interpr. ad Rom. 2. 13.* Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum. Cf. §. 19. et seq. — **2)** Interdum est aequus, facilis, humanus, lenis. *Cic. 1. Fin. 1.* Ut propemodum iustioribus utamur iis, qui omnino avocent a philosophia, quam iis, qui etc. *Ter. Andr. 1. 1. 9.* Ut semper tibi apud me iusta et clemens fuerit servitus. — **3)** *Iustum vadem* interpretatur *Festus* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.* idoneum sponsorem. — **4)** De rebus est debitus, meritus; *giusto, dovuto, conveniente*. *Cic. 1. Catil. 8.* Dubitas vitam istam, multis suppliciis iustis debitisque ereptam, fugae mandare? *Id. 2. Phil. 29.* Propemodum aequa et iusta dicebas. *Ovid. 4. Pont. 5. 22.* Nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est. *Hirt. 8. B. G. 48. extr.* Quam postulationem cum iudicaret ab iusto nasci timore, veniam petendi dedit. *Ovid. 8. Met. 38.* Iusta bella facere. — **5)** Item, tam de rebus quam de personis, legitimus; *legittimo*. *Caes. 4. B. G. 16.* Iustissima causa faciendi aliquid. Et *1. ibid. 45.* Populi R. iustissimum esse in Gallia imperium. *Sallust. in epist. Mithrid. sub fin.* Pauci libertatem, pars magna iustos dominos volunt. *Cic. 1. Tusc. 55.* Septem et decem filii iusta uxore nati. *Liv. 59. 35.* Hunc iusta matrefamilias, illum pellice ortum esse. *Iustin. 15. 2. ad fin.* Iustus heres. — **6)** De iusta libertate V. MANUMISSIO. — **7)** Praeterea

II. *Iustus* est etiam integer, plenus, perfectus, cui ad naturalem magnitudinem aut quantitatem nihil deest. *Liv. 39. 2. a med.* Eos primo levibus proeliis fatigavit: postremo coactos in aciem descendere

Digitized by Google

iusto proelio devicit. *Id. 1. 4.* Ad iusti cursum amnis. *Cic. 2. Fam. 10. a med.* Iusta victoria imperator appellatus; *piena*. *Caes. 1. B. C. 25.* et *3. ibid. 76.* Iustum iter conficere; *h. e.* quantum a militibus agmine euntibus, uno die confici potest, quae fere viginti mill. pass. sunt, ut ex *Veget. 1. Milit. 9. Lipsius, l. 3. de milit. R. dial. 14.* docet. Sed vide ITER §. 5. *Caes. 7. B. G. 25.* Dum iusta muri altitudo explecatur. *Vellei. 2. 119.* Ordinem atrocissimae calamitatis iustis voluminibus conabimur exponere: nunc summa deflenda est. *Hirt. B. Alex. 44.* Magnitudo cavium non satis iusta ad proeliandum. *Ovid. Medic. fac. 76.* Sed iustum tritis uncia pondus erit. *Id. 10. Met. 56.* cum iustos matura peregerit annos. Et *2. ibid. 732.* Forma iusta; *perfetta bellezza*. Et *Plaut. Rud. 5. 3. 25.* si vidulum iustum redegissem in potestatem eius, iuratus dare Mihi talentum; *h. e.* cum omnibus quae infuere. *Suet. Tib. 68.* Iusta statura; *ordinaria*. Et *Nerat. Dig. 12. 4. 8.* Si inter eos personas, quarum altera nondum iustam aetatem habeat, nuptiae factae sint. *Cic. Brut. 90.* Iusta eloquentia; *h. e.* vera, absoluta, perfecta. — **8)** Speciatim *iusta loca* sunt aequa, et in quibus neuter exercitus habet subsidii quidquam, praeter virtutem: quibus *iniqua* opponuntur. *Tacit. 2. Ann. 5.* Fundi Germanos acie et iustis locis: iuvari silvis, paludibus. — **9)** *Iusti dies*, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 103. Müll.* et *Macrob. 1. Saturn. 16. 5.*, dicebantur triginta continui dies, cum exercitus esset imperatus, et vexillum russi coloris in arce positum. — Hos dies eosdem esse ait *Macrob.* ac proeliares, quibus fas est res repetere, vel hostem lacessere. — **10)** In re civili *iusti* dicebantur triginta dies, qui dabantur confessi aeris ac debiti iudicatis, conquirendae pecuniae causa, quam dissolverent: eos decemviri *iustos* appellaverunt, velut quoddam iustitium; id est iuris inter eos quasi interstitionem quandam et cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset. Post deinde ad praetorem vocabantur, et ab eo addicebantur, etc. *Lex XII. Tab.* apud *Gell.* ex quo haec sumpta sunt, *20. 1.* Aeris confessi ac debiti iudicatis triginta dies iusti sunto: post deinde manus iniectio esto, in ius ducito, etc. — **11)** Universim *iusti dies* sunt stati ac certi, quos ab omnibus servari, iustum est. *Cic. 2. Leg. 9.* Praeter Idaeae matris famulos, eosque iustis diebus, ne quis stipem cogito. — **12)** *Iustus angulus* apud *Capell. 6.* §. *717.* Angulorum natura triplex est; nam aut iustus est, aut angustus, aut latus. Iustus est, qui directus et semper idem. — **13)** Absolute, substantivorum more,

IUSTUM, i, n. Est ipsum ius, iustitia; *il giusto*. *Cic. 2. Leg. 5.* Iustum ac ius colere. *Horat. 1. Sat. 3. 98.* utilitas iusti prope mater et aequi. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5865.* Virgo coelesti situ spicifera iusti inventrix. — **14)** Item est id, quod debitum est, quod convenit. *Horat. 3. Od. 7. 24.* Ne vicinus Enipeus Plus iusto placeat, cave; *più del dovere*. Et *Ovid. 6. Met. 470.* rogare ulterius iusto. Et *3. ibid. 355.* gravius iusto dolere. *Quintil. 9. 4. a med.* Iusto longior. *Vellei. 2. 49.* ferocior. *Lucret. 4. 1234.* Semen liquidum praeter iustum. — **15)** Hinc in plur. num., eodem fere sensu,

IUSTA, orum, n. Sunt quae in quoque genere debita sunt, quae secundum leges aut morem fieri debent. *Cic. Har. resp. 10. extr.* Omnia solemnia ac iusta ludorum, omnibus rebus observatis, summa cum caeremonia esse servata; *tutti i requisiti*. *Liv. 9. 6.* Iustis omnibus hospitalibus, privatisque et publicis funguntur officiis. Et *ibid. 8.* Nec prius ingredi hostium fines, quam omnia iusta in deditionem nostram perfecta erunt. *Colum. 6. 14.* et *30.* Iumentum ad iusta perducere; *h. e.* ad solitum et debitum opus praestandum. *Sic. 1. 8. circa med.* Iusta reddere; *opera piena, pien lavoro*. — **16)** Praecipue vero dicuntur de parentalibus et exsequiis; *funerali, essequie:* quia haec maxime defunctis debentur. *Sall. Iug. 11.* Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant. *Caes. 6. B. G. 18. extr.* Iustis funebribus confectis. *Cic. Rosc. Am. 8. ad fin.* Paterno funeri iusta solvere. *Plin. 2. 109. 112.* Iusta peragere. *Curt. 10. 8. a med.* praestare. Et *6. 6.* persolvere. *Sidon. 2. ep. 8. in carm.* Atque in temporibus vigentis aevi Iniuste tibi iusta persoluta. *Flor. 4. 2. a med.* Iusta dare Manibus alicuius. *Ovid. 5. Fast. 480.* ferre avis positis. *Fragm. Inscr.* nuper effossum in *Giorn. Arcad. T. 18. p. 100.* Et memores nostris semper date iusta sepulchris. — **17)** De cibariis, et demenso servorum. *Colum. 1. 8. a med.* Diligens dominus ab ipsis vinctis quaerat, an ex sua constitutione iusta percipiant. *Cic. 1. Offic. 13. ad fin.* Servis iusta praebere. — **18)** Translate. *Colum. 4. 3.* Novella vitis, dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad ultimum redigitur maciem; *tutta la coltura bisognevole*. — **19)** Item absolute,

IUSTUS, i, m. Est *κατ' ἐξοχήν* Christus Iesus hoc epitheto, tanquam nomine, distinctus. *Vulg. Interpr. Act. 3. 14.* Vos autem Sanctum et Iustum negastis. Et *7. 52.* Qui praenuntiabant de adventu Iusti. Adde *Matth. 27. 19.* et *24.* et *Coloss. 4. 11.* — **20)** Et in plur. num. *Iusti* dicti sunt, qui ad eius imitationem, eiusque gratia sanctitatem consecuti sunt, unde et Sancti pariter vocantur: et opponuntur *peccatoribus*. *Id. 1. Cor. 15. 34.* Evigilate, Iusti, et nolite peccare. *Id. Sap. 10. 19.* Ideo iusti tulerunt spolia impiorum. *Id. ibid. 13. 9.* Subiicere impios iustis. Adde *ibid. 16. 17.* — In sing. num. *Id. 1. Tim. 1. 9.* Sciens hoc, quia lex iusto non est posita. Et *Iacob, 5. 16.* deprecatio iusti. Et *ad Rom. 1. 17.* Iustus autem ex fide vivit. — *Inscr.* apud *Renier, n. 4208.* Iustus sibi lex est.

IUSUM. V. SUSUM.

IUTRIX, Icis, f. Verbale a *iuvo;* quae iuvat; *aiutatrice*. *Inscr.* apud *Momms. n. 257.* D. M. Hoveto Helle Commode *(sic)* coniugi Karissimae, Iutrici optimae, Helius Sabinianus b. m. f. Cf. ADIUTRIX.

IŪTURNĀLĬA, ōrum *vel* ium, n. Festum in honorem *Iuturnae* institutum, *Serv.* ad *12. Aen. 139.* V. plura sub v. IUTURNA in ONOM.

IŪTUS, a, um. Particip. verbi *iuvo;* adiutus; *aiutato*. *Tacit. 14. Ann. 4.* Solertia tempore iuta. *Pallad. 4. 10. sub fin.* Humi stercorati, et humoribus iuti. *Vellei. 2. 84.* De illius exemplo sui tenax, iuti a Dolabella.

IŪVĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *iuvo;* utilis; *giovevole*. *Boëth. Aristot. Topic. 6. 4.* Si delectatio est inventia et delectabile (est) iuvabile.

IŪVĀMEN, ĭnis, f. Verbale a *iuvo;* auxilium; *giovamento*. *Aemil. Macer, e. de Betonica.* Fert haemophthisicis cum posca sumpta iuvamen. *Auct. Histor. Dalian. 2.* Illius freti iuvamine. *Cassiod. 5. Variar. 7.* Nullus ingemiscat, illata sibi per vos fuisse dispendia, quos decet potius praestare iuvamina. *Id. 12. ibid. 2.* Quod feliciter dictum sit, te, officiumque tuum, cum Dei iuvamine, possessorem praecipimus admonere, ut etc.; h. e. *coll' aiuto di Dio*.

IŪVĀMENTUM, i, n. Verbale a *iuvo*, syllabica adiectione productum. iuvamen. Tribuunt *Vegetio, 3. Veterin. 4. in fin.*, sed *vectius ibi* iumentum *leges*.

IŪVANS, antis. Particip. verbi *iuvo*, adiectivorum more aliquando adhibitum; qui iuvat. Hinc *Dii iuvantes* in *Inscr.* apud *Renier, n. 3241.* Celesti, Saturno, Mercurio, Fortunae, Diis iuvantibus. — Videntur autem esse *Dii iuvantes* vel ii ipsi, quibus dicata est inscriptio, aut Dii quidam speciatim hoc epitheto culti. — De formula vero *Diis iuvantibus*, V. in IUVO §. 3.

IŪVANTĬĂ, ae, f. Abstractum a *iuvans;* utilitas; *giovevolezza*. *Boëth. Aristot. Top. 6. 4.* V. loc. in IUVABILIS.

IŪVĔNĂ, ae, f. Femininum a *iuvenis;* puella, adolescentula; *ragazza*. *Inscr.* apud *Maff. Mus. Ver. 369. 3.* Quod si iuvenae non fecerint, restituere debeb. vicanis, etc. Hic agitur de donatione in puellae octennis honorem a parentibus facta.

IŪVĔNĀLIS, le. Adiect. a *iuvenis*, quod in antiquis MSS. et editis libris saepe est confusum cum *iuvenilis*, eiusdem significationis, ut innumeris exemplis ostendit *Hildebr.* ad *Apul. 10. Met. 25.*, ita ut quidam *iuvenalis* expungentes passim mutarent in *iuvenilis*, ut in illo *Virg. 5. Aen. 415. iuvenali in corpore vires;* sed *iuvenali* legit etiam *Charis. 1. p. 108. Putsch.*, assignatque discrimen inter hoc adiectivum, et nomen viri proprium, quod adiect. in sexto casu in i desinat, nomen vero proprium in e. Praeterea *Priscian. 4. p. 631.* ita ponit *iuvenalis* et *iuvenilis* a *iuvenis* deducta, ut satis significet *iuvenalis* esse usitatius. Cf. et *Pier.* ad *Virg. loc. cit.* — Usus praeterea vocis satis probatur exemplis mox afferendis. — **b)** Scribitur et *iubenalis* pro *iuvenalis* ex solita litterarum *b* et *v* permutatione.

IUVENALIS proprie est idem ac iuvenilis; *giovenile*. *Apul. 10. Met 23.* Nam et oppido verebatur, ne quo casu caloris iuvenalis impetu lapsus nescius nesciam sororem incurreret. *Id. de Mundo.* Valenti habitudine, pubertate iuvenali. *Auson. Profess. Burdigal. 15.* Animo iuvenali senex. *Plin. 33. 8. 1.* Dum iuvenalem famam apud principem aucupatur. Ita ex omnibus suis MSS. *Hardwin.; al. leg.* iuvenilem. — **2)** *Iuvenalia*, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 104. Müll.*, fingebantur Dianae simulacra, quia ea aetas fortis est ad tolerandam viam. Diana enim viarum putabatur Dea. *Alii leg.* iuvenilia. V. *Müller* ad *h. l.* — **3)** *Iubenalo* (lege *iuvenalo*) *pharos (sic)* exponitur in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 475.*, semper vivens et numquam senescens lumen, ut si de sole dicamus. — **4)** Speciatim *Iuvenalis* dictus fuit festus dies a Caligula institutus, et Saturnalibus adiectus, a iuvenibus praecipue celebrandus, unde et nomen. *Suet. Cal. 17.* Ut laetitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adiecit diem Saturnalibus, appellavitque Iuvenalem. — **5)** Hinc

II. *Iuvenales ludi* a Nerone instituti, cum primum barbam deposuit, et Iovi Capitolino dicavit, ut *Dio, l. 59. c. 16.* et *Xiphilin. l. 61. c. 19.* scripsere, sive potius instaurati; nam eorum institutio a *Visconti, Opp. Var. T. 2. p. 44.*, tribuitur Caligulae ex *Suet. Cal. 17.*, ad cuius tempora spectat Numus plumbeus cum epigraphe *Britannici Caesaris* ex una parte et MAG. IVV.; *h. e.* magistri iuvenum, ex altera. — Hi ludi scenici fuerunt, et imperativi, non stativi, privatimque per domos aut in hortis agitabantur. In hisce Nero primum suae vocis tirocinium posuit. *Tacit. 14. Ann. 15.* Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos, Iuvenalium vocabulo, in quos passim nomina data. *Id. 15. ibid. 33.* Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scenas frequentandi: nam adhuc per domos aut hortos cecinerat Iuvenalibus ludis, quos ut parum celebres, et tantae voci

Digitized by Google

angustos spernebat. — Absolute. *Suet. Ner. 11.* Iuvenalibus senes quoque consulares, anusque matronas recepit ad lusum. — **C)** Progressu vero temporis eorum ludorum solemnitatem recepisse Italiae provincias, apparet ex vetustis Monumentis et Scriptoribus, apud quos etiam *lusus Iuvenalis* et *collegii Iuvenum* mentio est. *Capitolin. Gordian. 4.* Cordus dicit, in omnibus civitatibus Campaniae, Etruriae, Umbriae, Flaminiae, Piceni de proprio illum per quatriduum ludos scenicos et Iuvenalia edidisse. *Inscr.* apud *Cardinali, Iscrix. Velit. p. 20.* Iuvenalia Veliterna *feliciter*. *Alia* apud *Eund. ibid. p. 13.* Curator lusus *Iuvenalis*. *Alia* apud *Maff. Mus. Ver. 321. 2.* Sodales lusus Iuvenalis. *Alia* apud *Eund. ibid. 321. 1.*, emendatior vero apud *Oderic. Dissert. p. 88.* P. Iuliae A. f. Olympiadi sodali Iuvenum L. D. D. D. et *p. 104.* Collegia Iuvenum Brixianorum. Et *ibid.* Magister Iuvenum. Et *ibid.* Sacerdos collegii Iuvenum Brixian. Et *ibid. 106.* M. Silio Epaphrodito magistro iterum Iuvenum Iuvenes Lucoferonenses patrono. *Alia* apud *Fabretti, p. 685. n. 88.* Collegium Iuvenum Puteolanorum. *Alia* apud *Grut. 262. 2.* Iuvenes Nepesini Dianenses. — **7)** Alii fuerunt ludi eodem nomine nuncupati, quos Kalendis Ianuarii privatim in palatio celebrabant imperatores, qui tamen circenses, non scenici fuerunt. *Sidon. carm. 23. 507.* Ianus forte suas bifrons Kalendas Sumendas referebat ad curules. Mos est Caesaribus die bis uno, Privatos vocitant, parare ludos. Tunc coetus Iuvenum sed aulicorum Elei simulacra torva campi Exercet spatiantibus quadrigis. — Absolute. *Id. ibid. 428.* Iam vero Iuvenalibus peractis. — **8)** Absolute, substantivorum more.

IUVENALIA, ium, n. Sunt ludi Iuvenales, ut ex *Tacit.* loc. cit. supra §. 3. patet. — Hinc spectat *Tessera* apud *Visconti, Opp. Var. T. 2. p. 43.* Iuvenal*ia* Veliterna *feliciter*. Cf. *Orelli*, ad n. *1740.*

Nota. Discrimen inter *Iuvenalis* et *Iuvenilis*, v. supra §. a.

IŬVĔNĀLĬTER. V. IUVENILITER.

IŬVENCĀ, ae, f. Femininum a *Iuvencus* proprie adiectiv. (V. IUVENCUS, a, um), saepius absolute adhibitum de vacca iuniore, quae iam vitula esse desiit, nondum tamen in iustam magnitudinem excrevit; *giovenca, vacca giovine*. *Virg. 3. G. 219.* Pascitur in magna silva formosa Iuvenca. *Id. ibid. 153.* Inachine Iuno pestem meditata Iuvencae; *h. e.* Ioni, quam in bovem conversam Iuno oestro percussisse dicitur, ut ait *Philarg.* ad *h. l. Suet. Ner. 12.* Pasiphae ligneo Iuvencae simulacro abdita. — **2)** Dicitur etiam de puella, vel florentis aetatis muliere. *Ovid. 3. Heroid. 117.* Graia invenca venit, quae te, patriamque domumque Perdat: io prohibe, Graia Iuvenca venit. — **3)** Adiectivorum more, v. in IUVENCUS §. 5.

* IŬVENCLUS. V. IUVENCUS §. c.

IŬVENCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *Iuvenca;* parva Iuvenca. — Adhibitum tamen reperitur solummodo de puella; *giovanetta*. *Tertull. Monogam. 13.* Vult, Iuvenculas nubere, filios suscipere, matres familiae agere. Et *mox.* Iuvenculas viduas, quae in viduitate etc. *Hieronym. 5. in Isai. 7. 14.* Sin autem iuvencula vel puella, et non virgo pariat. Adde *Augustin. Quaest. in Heptat. 1. 55., Philastr. de haeres. 130.* et *Vulg. Interpr. Ps. 67. 26.* et *Eccli. 20. 2.*

IŬVENCŬLESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *Iuvenculus;* item fere quod Iuvenesco. — Translate. *Ambros. 1. de Cain et Abel, 4. n. 12.* Ne ergo dubites talibus naturae admonitus exemplis, quod malitia praecedat tempore, sed Iuvenculescat infirmitate.

IŬVENCŬLUS, i, m. Deminut. a *Iuvencus;* parvus Iuvencus. — Sed adhibetur solummodo de puero, vel adolescentulo; *giovinetto*. *Vulg. Interpr. Ierem. 31. 18.* Et eruditus sum, quasi Iuvenculus indomitus. *Ambros. Apol. David, n. 12.* Quae figura in illis Iuvenculis, nisi animarum, quae triumphalem Psalmum concinunt Christo? *Hieronym. ep. 128. n. 3. de Pacatula.* In cubiculo suo totas delicias habeat: numquam Iuvenculos, numquam cincinnatos videat. Adde *Porphyr.* ad *Horat. 2. Od. 8. 21.* et *Cassiod. 6. Hist. Eccl. 30. prope fin.* — Sunt qui tribuunt etiam *Catull. 24. 1.* O qui flosculus es Iuvenculorum! Sed plerique omnes rectius leg. *Iuventiorum*, ut qui ex nobili gente *Iuventia* esset, cuius mentio est apud *Cic. Plane. 8.*

IŬVENCUS, i, m. Nomen contractum pro *Iuvenicus* a *Iuvenis*, ut plerique putant, rectius quam a *Iuvando*, ut vellet *Varr. 3. LL. 19. §. 96.* « *Iuvencus*, *Iuvare* qui ad agrum colendum posset *(subaudi* dictus). » Cf. infra §. 1. — **b)** *Iuvencûm* pro *Iuvencorum* est *Virg. 3. Aen. 609.* et *Stat. 4. Theb. 609.* — **c)** Vulgo et *Iuvencilus* usurpatum fuisse, colligitur ex eo, quod improbatur ab *Auct. Append.* ad *Prob. p. 444. Endl.* « Iuvencus, non Iuvencilus. » — **d)** Derivata, *Iuvenca, Iuvencula, Iuvenculesco, Iuvenculus*.

IUVENCUS proprie est bos Iuvenis, qui iam vitulus esse desiit, nondum tamen ad iustam magnitudinem pervenit; *giovenco, bue giovine*. *Varro* enim *2. RR. 5.* quatuor aetatis gradus in bubulo genere distinguit: primus est vitulorum, secundus Iuvencorum, tertius boum novellorum, quartus vitulorum. *Virg. 2. Ecl. 66.* Aspice, aratra iugo referunt suspensa Iuvenci. *Id. 3. G. 50.* fortes ad aratra Iuvenci. — De iis ad iugum domandis praeclare *Colum. 6. 2.* Hinc in *Kalend.* apud *Momms. n. 6746.* Mensis Maius . . . Sol Tauro . . . Iuvenci domantur. Adde *Varr.* loc. cit. supra §. a. — **2)** *Servus a Iuvencis* erat inter officia domus Augustae is, qui eorum curam habebat. *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1866. p. 175.* Epaphrodito Imp. Caesaris Nervae Troiani *(sic)* Aug. Germa. Dacici ser. Ayginiano arcario a Iuvencis. — **3)** Per synecdochen est corium bubulum. *Stat. 3. Theb. 591.* Nec pudor emerito clypeum vestisse Iuvenco. — **4)** Deinde

II. *Iuvencus* dicitur et de hominibus adolescentibus. *Horat. 2. Od. 8. 21.* Te suis matres metuunt Iuvencis, Te senes parci, etc. — **5)** Demum, adiectivorum more,

IUVENCUS, a, um. Est iunior, Iuvenis. *Plin. 10. 74. 5. de gallinis.* Ex iis Iuvencae plura, quam veteres pariunt. — *Lucret. 5. 1073.* Inter equas ubi equus florenti aetate Iuvencus.

IŬVĔNĔSCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *Iuvenco* (quod V.). — Particip. *Iuvenescens* §. 2. — Proprie est Iuvenis fio, iuventutem acquiro; *ringiovanire*. *Horat. 4. Od. 2. 54.* Me tener solvet vitulus, relicta Matre qui largis Iuvenescit herbis. — **2)** Item rursus Iuvenis fio, ad Iuventutem redeo; *ringiovanire*. *Ovid. 3. Amor. 7. 41.* Pylius Iuvenescere posset. *Plin. 21. 40. 1.* Rosa recisa Iuvenescit. *Id. 8. 82. 4.* Glires aestate Iuvenescunt. *Id. 17. 30. 2.* Alia arbore ex eadem Iuvenescente. — **3)** Translate. *Stat. 3. Theb. 585.* Horrentesque situ gladios in saeva recurvant Vulnera, et attrito cogunt Iuvenescere saxo. *Claudian. 2. Laud. Stilich. 20.* Te sospite fas est Vexatum laceri corpus Iuvenescere regni. *Id. VI. Cons. Honor. 554.* Quam pax intulerat, bello discussa senectus, Erexit subitas turres, cinctosque coëgit Septem continuo montes Iuvenescere muro. *Cassiod. 8. Var. 21.* Senescis quidem corpore, sed laude Iuvenescis. — *Ennod. libell. Apolog. p. 200. Migne.* Per culpas Iuvenescere.

* IŬVĔNESTRES; fortes viri. *Gloss. Isid.*

IŬVĔNĪLIS, le. Adiect. a *Iuvenis*, quod in antiquis MSS. et editis libris saepe est confusum cum *Iuvenalis*, ut dictum est sub hac altera voce §. a. — **b)** Idem dicendum est etiam de derivato *Iuvenĭliter*, pro quo quaedam MSS. apud *Ovid. 10. Met. 675.* et *2. Trist. 117.* habent *Iuvenaliter*, teste *Burmanno.* — **c)** Comparat. *Iuvenilior* §. 1.

IUVENILIS proprie est ad Iuvenem pertinens; *giovanile, da giovine*. *Cic. Brut. 91. sub fin.* Iuvenilis quaedam dicendi impunitas et licentia. *Id. Orat. 30. sub fin.* Iuvenilis redundantia. *Ovid. 2. Trist. 339.* Iuvenilia carmina. *Al. leg.* Iuvenalia. V. IUVENALIS §. 1. *Id. 8. Met. 632.* Iuveniles anni. *Id. 1. ibid. 364.* meum intonsis caput est Iuvenile capillis. *Id. 14. ibid. 314.* Iuvenile signum; *statua d' un giovine*. Et *1. Amor. 5. 22.* femur. *Id. 2. Trist. 167.* Utque tui faciunt, sidus Iuvenile, nepotes; *h. e.* Iuvenes. Augusti, nepotes, instar sideris inter Romanam Iuventutem fulgentes. *Id. 14. Met. 639.* Silvanusque suis semper Iuvenilior annis; *h. e.* qui quamvis sit senex, tamen amoribus et lascivia aetatem vincit. *Id. 5. Trist. 1. 7.* Integer et laetus laeta et Iuvenilia lusi. — **2)** Ut Graecum νεανικὸς magnum aliquando, vehementem, validum significat; sic videtur accipi posse *Iuvenilis* in illo *Stat. 1. Silv. 4. 30.* Ipsa etiam cunctos gravis inclementia fati Terruit, et subiti praeceps Iuvenile periclI; *h. e.* magnum praecipitium, ingens periculum. — **3)** Absolute, adverbiorum more,

IUVENILE pro Iuveniliter adhibet *Stat. 3. Silv. 5. 25.* et adhuc Iuvenile vagantem.

Nota. Discrimen inter *Iuvenalem* et *Iuvenilem*, v. sub v. IUVENALIS §. a.

IŬVĔNĪLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *Iuvenilis;* aetas Iuvenilis; *giovanezza*. *Varro* apud *Non. 2. 448.* et *3. 42.* Quam dereliquit multicup da Iuvenilitas.

IŬVĔNĪLĬTER (et Iuvenaliter. V. IUVENILIS §. b.). Adverb. a *Iuvenilis*. — Comparat. *Iuvenilius* §. 2. — Est more Iuvenum; *giovanilmente, da giovine*. *Cic. Senect. 4.* Et Annibalem Iuveniliter exsultantem patientia sua molliebat; *h. e.* Iuvenili audacia et inconsideratia. *Ovid. 7. Met. 804.* Sole fere radiis feriente cacumina primis Venatum in silvas Iuveniliter ire solebam; *h. e.* alacritate Iuvenili. *Id. 10. ibid. 675.* Iecit ab obliquo nitidum Iuveniliter aurum; *h. e.* vi magna atque impetu. *Id. 2. Trist. 117.* Ingenio videor nimium Iuveniliter usus; *h. e.* inconsiderate, more Iuvenum. — **2)** Translate. *Iul. Rufinian. de Schem. Dian. 1.* Figurae, quae Iuvenilius in schola lasciviunt.

IŬVĔNIOR. V. voc. seq. §. c.

IŬVĔNIS, is, m. et f. Nomen proprie adiect., saepius tamen absolute adhibitum de eo, qui ad eam aetatem pervenit, ut *Iuvare* possit; est enim a *Iuvando* factum, ut autumat *Varr.* apud *Censorin. de die nat. 14.* — Sunt autem qui conferunt cum Sanscrito *Iuvan* eiusdem significationis. — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, *Iubenis* pro *Iuvenis* est in *Inscr.* apud *Doni, cl. 12. n. 24.* « L. Titodio Fortuna-

Digitized by Google

tiano iubeni probissimo. » Sic et *iubentus* in *alia* apud *Grut. 607. 1.* « Ex longo tempore primae iubentutis. » Et IUBENTUS AVG. in *Numo* Gallieni apud *Eckhel, D. N. V. T. 7. p. 408.* Cf. et *iubenalis* in IUVENALIS §. b. — Item *iuenis* pro *iuvenis* in *Inscr.* in *Bullett. Archeol. Nap. T. 1. p. 67.* et in *alia* in *Corp. Inscr. Lat. T. 2. n. 5473.* Sic et *iuenta* pro *iuventa* in *alia*, *ibid. T. 1. n. 1202.* et *iuentus* pro *iuventus* in *alia* apud *Orelli, n. 4095.* Immo et *iuretus* pro *iuventus* in *alia* apud *Murat. 2046. 6.* — Hinc observat *Ritschel* in *Proleg.* ad *Plaut. p. 151.* propter singularem *v* litteram naturam duas priores syllabas in unam coalescere, et *iuventutem* trisyllabon factum esse a *Plauto* in *Amph. 1. 1. 2.* et *alibi.* Cf. IUVO §. c. — *Iunis*, *ne*, etiam vulgo usurpatum fuisse per syncopen pro *iuvenis*, testis est *Onom. Lat. Gr.* Iunis, ne; *νέος.* — **c)** In comparat. *iunior* est frequentius, ut infra videbimus; sed et *iuvenior* reperitur; quamquam Librarii in *iunior* quandoque mutaruot, illam formam fortasse nescientes, ut animadvertit etiam *Hildebr.* ad illud *Apul. 8. Met. 21.* Unus prae ceteris et animo fortior et aetate iuvenior et corpore validior. *Plin. 4. ep. 8.* Multo etiam iuvenior, quam ille. *Alii leg.* iunior. *Vulg. Interpr. Ital. Ierem. 1. 6.* Ecce nescio loqui, quia iuvenior sum ego. — Hinc et *iuvenius* in neutro genere apud *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 47. 4.* Quod autem iuvenius est et antiquius. — Ceterum Grammatici hanc quoque formam agnoscunt, ut *Charis. 1. p. 88. Putsch.* et *Incert. Art. grammat. fragm. n. 38. p. 82. Endl.* Cf. et *Serv.* ad *8. Aen. 409.*, *Burmann.* ad *Anthol. Lat. T. 2. p. 489.* et *Drakenb.* ad *Liv. 5. 10.*, licet dicendum sit, pene iam obsolevisse. — **d)** In ablativo sing. *iuvene*, non *iuveni* habere, adnotant Grammatici. V. *Charis. 1. p. 68. Putsch.* et *Incert.* cit. in §. praeced. *n. 97. p. 90.* — **e)** In antiquis MSS. et editis libris *iunior* et *minor* saepissime inter se confusa fuisse tradit cum aliis pluribus *Hildebr.* ad *Apul. 4. Met. 23.* — Comparat. *iunior*, V. infra §. 1. et 10. seqq. — **f)** Derivata, *iuvena*, *iuvenalis*, *iuvencus* (quod V. pro suis), *iuvenco*, *iuvenesco*, *iuvenilis*, *iuvenilitas*, *iuveniliter*, *iuvenor*, *iuventa*, *iuventas*, *iuvento*, *iuventus*.

IUVENIS proprie est, qui ad eam aetatem seu statum pervenit, ut iuvare possit; *giovane*: et dicitur saepius de personis, rarius de animalibus. *Ovid. 7. Met. 295.* iuvenes nutricibus annos Posse suis reddi. *Calpurn. 7. Ecl. 6.* Iuvenis Deus. — *Suet. Aug. 19.* Lepidus iuvenis. *Id. ibid. 8.* Agrippa iuvenis. — *Ovid. 12. Met. 464.* Huic aetas inter iuvenemque senemque. — Pro gradu comparat. *iuvenior*. V. supra §. c., *iunior*. *Liv. 3. 4.* In hanc sententiam ut discederetur, iuniores patrum evincebant. *Horat. 2. Ep. 1. 44.* Qui vel mense brevi, vel toto est iunior anno. — Feminino genere. *Plin. 7. 36. 36.* Cornelia iuvenis est, et parere adhuc potest. — De animalibus. *Colum. 7. 3. ante med.* Ovis iuvenis habetur, quinquennis. — **2)** Absolute

II. *Iuvenis* de homine dicitur, qui ad eos annos pervenit, qui sunt inter adolescentiam et virilem aetatem (qua de re V. AETAS in *Nota* 1.), quo sensu saepe cum adolescente confunditur. *Catull. 62. 6.* Cernitis, innuptae, iuvenes? consurgite contra. *Cic. Senect. 10. a med.* Infirmitas puerorum, et ferocitas iuvenum, et gravitas iam constantis aetatis, etc. *Id. 3. Offic. 13.* Quorum prima aetas in hominum ignoratione versatur, hi simul ac iuvenes esse coeperunt, magna spectare debent. *Id. 2. Att. 12.* iuvenem appellat Curionem, cuius aetatem *2. Fam. 1. extr.* adolescentiam vocat: cum tamen, ut adnotavit *Manut.*, trigesimum annum excederet. *Liv. 3. 41.* Edicitur delectus: iuniores ad nomina respondent. *Quintil. 2. 2. 2.* Adulti fere pueri ad hos praeceptores transferuntur, et apud eos, iuvenes etiam facti, perseverant. *Claudian. IV. Cons. Honor. 585.* sed proelia differ in iuvenem; *h. e.* in iuventutis tuae tempus. — Vel de muliere. *Phaedr. 2. 2.* Animosque eius pulcra iuvenis ceperat; *una bella giovane. Apul. 7. Met. 21.* Visa quadam honesta iuvene . . . in eam furiosos direxit impetus. — **3)** *Iuvenis* sensu collectivo pro *iuventus; h. e.* iuvenum manus. *Sil. 4. 219.* consul trahit undique lectum Divitis Ausoniae iuvenem, Marsosque, Coramque, etc. — **4)** Speciatim

III. *Iuvenis Arcadicus* dicitur in scholis, qui minime discendo proficit. *Iuvenal. 7. 158.* culpa docentis Scilicet arguitur, quod laeva in parte mamillae Nil salit Arcadico iuveni, cuius mihi sexta Quaque die miserum dirus caput Annibal implet; *scilicet* die Veneris, ut apud nos die sabbati discipulis totius hebdomadis dictatorum summa colligenda erat, quae apud Nostrates *la ripetizione* appellatur. — **5)** *Iuvenes* absolute dicti sunt etiam ii, qui in ludis iuvenalibus exercebantur, quique in collegium quoddam peculiare ordinati erant tum Romae, tum in coloniis ac municipiis, ut dictum est sub V. IUVENALIS §. 5. et seqq. *Inscr.* apud *Orelli, n. 4100.* T. Petronio T. f. T. n. Clu. Proculo . . . curatori lusus iuvenum V. P. G., Iuvenes Aug. *(h. e.* Augustales) ob m. e., qui ob statue *(sic)* dedicationem dedit Iuvenibus S. H-S. XXX. N., adiecto pane et vino epulantibus L. D. D. D. *Alia*, *ibid. n. 4094.* Sacerd. colleg. Iuvenum Brixian. primum instituti. Et *n. 4097.* Iuvenes a Pano Iovis. — Et *n. 4098.* P. Iuliae A. f. Olympiadi Sodali iuvenum L. D. D. D. *Nota sodalem feminam Iuvenum!* Cf. ad rem *Visconti, Opp. var. T. 2. p. 33-46.* et V. IUVENTUS §. 2. — **6)** Ab hoc collegio lusus iuvenalis distinguenda sunt alia item in Lapidibus memorata, ut *Iuvenum forensium* in *Inscr.* apud *Eund. n. 4069.*, et *studium iuvenum cultorum Dei Herculis* in *alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6414.* — *Iuvenes cisianos*, V. sub V. CISIANUS. — **7)** *Iuvenis* est etiam epitheton Iovis, de quo V. in IUVENTUS. — **8)** Item *Iuvenis κατ' ἐξοχήν* appellatur Augustus. *Virg. 1. G. 500.* Hunc saltem everso iuvenem succurrere saeclo Ne prohibete. — Sic et *Horat. 1. Od. 2. 41.* Sive mutata iuvenem figura Ales in terris imitaris almae Filius Maiae, patiens vocari Caesaris ultor. Cf. ad rem *Visconti* in *Iconogr. Gr. T. 3. p. 30.* et *seqq.* — **9)** Item *Iuvenes* dicti sunt clerici ordinum inferiorum, ut sunt lectores, exorcistae, etc. *Cod. Theod. 16. 2. 10.* Clericis ac iuvenibus praebetur immunitas. — **10)** Deinde item absolute in comparativo gradu et in plur. num.

IUNIORES universim dicti sunt, qui aetate minores cum sint, oppositi habentur *senioribus*, sed nulla habita aliquando aetatis comparatione. *Liv. 1. 43.* Ex iis, qui centum milium aeris aut maiorem censum haberent, octoginta confecit centurias, quadragenas seniorum ac iuniorum: prima classis omnes appellati; seniores ad urbis custodiam ut praesto essent, iuvenes ut foris bella gererent. V. CENTURIA §. 6. et Cf. supra §. 1. — **11)** *Iuniores* dicti sunt etiam in re militari tirones, sive recens conscripti. *Veget. 2. Milit. 5.* Diligenter igitur lectis iunioribus, etc. *Cod. Theod. 7. 13. 1.* Quoties iuniores exhibendi sunt, non ante probentur, nisi praesentibus decurionibus. Adde *Symmach. 6. ep. 58.* — **12)** Deinde *Iuniores* dicti sunt quoddam militum genus ad conservandam in Urbe regionibusque adiacentibus tranquillitatem securitatemque destinatum. Sic in *Notit. Dignit. Imp. Occid. c. 40.* Praefectus militum iuniorum Italicorum Ravennae.

Nota. *Iuniores*, qua certum militum genus designat, variis nominibus inter se distinguuntur, vel ab officio desumptis, ut sunt *Iuniores Armigeri*, *Cetrati*, *Cornuti*, *Exculcatores*, etc., vel a *nationi*, ex qua sunt conscripti, ut *Iuniores Atecotti*, *Batavi*, *Britanniciani*, *Celtae*, etc. De his partim V. suo loco in *Lexico*, partim in ONOM.

IŪVĔNĬUS, comparat. a *iuvenis*. V. IUVENIS §. c.

IŪVĔNOR, āris, āri. Verbum intransitiv. a *iuvenis;* temere et inconsiderate, et iuvenum more aliquid dico, vel facio; *parlar inconsideratamente*, *parlar da giovine*. *Horat. Art. P. 246.* Aut nimium teneris iuvenentur versibus unquam. *Gloss. Philox.* Iuvenor; *νεπεριζω.*

IŪVENTĂ, ae, f. Abstractum a *iuvenis*, quod nomen in antiquis MSS. et editis libris saepe confusum est cum *iuventas* et *iuventus*. Cf. ad rem *Hildebr.* ad *Apul. 1. Dogm. Plat. 8.* — **b)** Scribitur et *iuenta* pro *iuventa*. V. IUVENIS §. b. *in fin.* — Porro

IUVENTA proprie est aetas iuvenilis, adolescentia, florens aetas; *età giovanile*, *gioventù*. *Liv. 38. 42.* Non ita se a iuventa cum gessisse. *Plin. 10. 76. 1.* Livia, prima sua iuventa ex Nerone gravida. *Id. 7. 2. 21.* In iuventa candido capillo, qui in senectute nigrescat. *Inscr.* apud *Murat. 185. 1.* A prima iuventa in sac. Minerv. adscriptus. — De animalibus. *Plin. 8. 16. 1.* Elephantorum iuventa a sexagesimo anno incipit. *Virg. 3. G. 457. de angue.* Cum positis novus exuvius, nitidusque iuventa, etc. — Item de plantis. *Plin. 16. 35. 1.* Huic arbori in iuventa folia circinatae rotunditatis sunt. Adde *ibid. 31. 1.* — De margaritis. *Id. 9. 34. 4.* Flavescunt tamen et illae senecta, rugisque torpescunt; nec nisi in iuventa constat ille, qui quaeritur, vigor. — **2)** Sensu concreto pro iuventute. *Martial. 2. 90.* Quintiliane, vagae moderator summe iuventae. — **3)** *Iuventa* est etiam Dea iuventutis, sive Hebe, de qua V. in ONOM.

Nota. *Iuventa* differt a *iuventate* et *iuventute*. Nam *iuventa* est aetas, *Iuventas* Dea (quae tamen et *Iuventa* dicitur), *iuventus* multitudo iuvenum, uti praeter alios *Non. 3. 42.* docet. Sed hoc discrimen non observatur. V. has voces suo loco, coll. supra §. 2. Cf. *Döderl. Synon. T. 3. p. 47. seq.*

IŪVENTAS, ātis, f. Nomen eiusdem originis et significationis ac praecedens, quod tamen proprie de Dea: quae iuventuti seu florenti aetati praesse putabatur, alio nomine Hebe; de qua V. in ONOM. — Metonymice vero accipitur pro aetate iuvenili. *Horat. 2. Od. 11. 6.* fugit retro Levis iuventas et decor. *Virg. 5. Aen. 398.* si nunc foret illa iuventas. Cf. voc. praeced. §. a. et in *Nota* et V. IUVENTUS §. 5.

IŪVENTO, as, are. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *iuvenor;* eiusdem significationis. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Iuventent; *νεοτερίσωσιν.*

IŪVENTUS (et Iuentus, V. infra §. 2. et IUVENIS §. b. *in fin.* et IUVENTA §. a.), ūtis, f. Nomen origine ac praecedentia a *iuvenis*, quo proprie significatur multitudo iuvenum; *gioventù*. *Cic. 3. Orat. 24.* Ob eamque causam iuventus nostra dedisceret paene discendo. *Plaut. Most. 1. 1. 29.* Attica iuventus. Adde *Curc. 1. 1. 38.* — **2)** Hinc *Collegium iuventutis* idem est ac collegium iuvenum, de quo dictum est in IUVENIS §. 5. et in IUVENALIS §. 3. *Inscr.* apud *Orelli, n. 4095.* Genio Collegi Iuventutis *(sic)* Vici Apollinensis. Et *n. 4096.* Iuventuti Artanorum posuit Collegium. — Huc spectat *alia*, *ibid. n. 5442.* Magistri Iuventutis Trebulanae. Et *alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5240.* Genio Iuen-

Digitized by Google

tutis *(sic)* Vobergens. — **3)** *Princeps iuventutis*, quis fuerit, V. in PRINCEPS. — **4)** Saepe sumitur pro aetate. *Cic. Senect. 6.* An iis, quae geruntur iuventute et viribus? — **5)** Est etiam cognomen Iovis, quod idem valet ac Iuvenis. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5654.* Iovi Iuventuti sacrum. Adde *n. 5653.* et Cf. *Numum* Commodi cum epigraphe: IOVI IVVENI apud *Cavedoni* in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1857. p. 44.*, quem videsis. — **6)** *Iuventus* est etiam nomen Deae apud *Cic. 1. Tusc. 26., Liv. 36. 36.* et *Plin. 35. 36. 44.*, quibus locis alii leg. *Iuventas;* quamquam *Iuventus*, Iovis et Iunonis filia, legitur apud *Hygin. fab. praef.* V. alia in ONOM.

Nota. Discrimen inter *iuventa*, *iuventas* et *iuventus* dedimus supra sub V. IUVENTA in *Nota*.

IUVETUS *pro* Iuventus. V. IUVENIS §. b.

IUVO, iuvas, iūvi *(et* iuvāvi), iūtum, iuvāre. Verbum transitiv. quod aliquando etiam intransitivorum more, sive absolute, adhibitum videtur. — **b)** *Iuravi* pro *iuvi* certo caret idonei Scriptoris exemplo. Nam quod afferunt ex *Pallad. 13. 6.*, incertae lectionis est. *Voss.* quoque ex *Manilio* citat *iuvavi*, sed neque locum designat, neque ego invenire adhuc potui. Legitur tamen a quibusdam *iuvaturus* apud *Sall. Iug. 31.* et *Plin. 4. ep. 15. sub fin.*, fortasse quia *futurus* non ita iuvaret aures: quod tamen nonnulli Critici legunt. *Colum. 10. 121.* Rutaque Palladiae baccae iutura saporem. Et *Iuvenc. 1. 58. de Angelo alloquente Mariam Virg.* Salve, progenie terras iutura Salubri. — **c)** Primam in *iuvi* corripuit *Catull. 66. 18.* Non, ita me Divi, vera gemunt, iuverint! At potius cum *Doeringio* aliisque legendum *iuserint*, extrita-nempe *v* consonante, ut *Ennius* apud *Cic. Senect. initio.* O Tite, si quid ego adiuero; *h. e.* adiuvero. Cf. IUVENIS §. b. *in fin.* — **d)** Particip. *iuvans* §. 1. et seqq. et suo loco, *iuvandus* §. 1., *iutus*, V. suo loco, *iuturus* et *iuvaturus*, supra §. b. — **e)** Derivata, *ius*, primo loco (quod V. pro suis), *iutrix*, *iuvabilis*, *iuvamen*, *iuvamentum*, *iuvantia*, *iuvencus* et *iuvenis* (quae V. pro suis). Cf. IOCUS §. a. et IOMENTUM §. a. — **f)** Composita, *adiuvo*, *coadiutor*, *deiuvo*, *prosiuvo*.

IŪVO proprie est prosum, adiuvo, opem fero, auxilior; *aiutare, giovare. Cic.* ad *Caption. 16. Att. in fin.* Multum potes nos apud Planeum iuvare. *Id. 1. Tusc. 14.* Qui se natos ad homines iuvandos, tutandos, conservandos arbitrantur. *Id. 1. Fin. 21.* Nullam eruditionem esse duxit, nisi quae beatae vitae disciplinam iuvaret. *Ovid. 7. Met. 505.* iuvit facundia causam. *Id. 1. Art. am. 647.* imbres arva iuvantes. *Cic. 11. Fam. 17.* Si omnibus tuis opibus, omni studio Lamiam in petitione iuveris. Et *13. ibid. 22.* Iuvare aliquem quibuscumque rebus honeste possis. *Id. Balb. 9.* Qui nostros duces auxilio laboris, commeatus, periculo suo iuverit. *Ovid. 9. Met. 780.* auxilio iuvare aliquem. *Id. 2. Heroid. 55.* portuque locoque; *h. e.* portu et domo excipiendo. *Id. 1. Pont. 6. 18.* pectora alloquio; *consolare, confortare. Caes. 1. B. G. 26.* hostes frumento. Et *3. B. C. 55.* opibus enise aliquem. Et *1. ibid. 15.* exercitum Caesaris omnibus rebus. Et *7. B. G. 78.* aliquem cibo. *Hirt. B. Afr. 97.* armis, militibus, pecunia. *Ter. Heaut. 1. 1. 54.* aut consolando, aut consilio, aut re. *Ovid. 3. Amor. 6. 23.* et *Catull. 68. 41.* quempiam in re aliqua. — *Carm. Arval.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 9.* Enos, Lases, iuvate; *h. e.* nos Lares, iuvate. Et *mox.* Enos, Marmor, iuvato. — Passive. *Cic. 5. Verr. 47.* Lex Cornelia proscriptum iuvari vetat. *Ovid. 2. Pont. 7. 71.* Temperie caeli corpusque animusque iuvantur. *Id. 4. ibid. 12. extr.* precor, quaeras, qua sim tibi parte iuvandus. *Liv. 44. 22.* Viatico a me iuvabitur. — **2)** Impersonaliter. *Virg. 2. G. 57.* iuvat Ismara Baccho Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum. — **3)** Hinc formula *Diis iuvantibus; σὺν θεῷ; coll'aiuto di Dio. Cic. 7. Fam. 20.* Meque, Diis iuvantibus, ante brumam exspecta. *Liv. 25. 38. sub fin.* Ite, Diis bene iuvantibus, corpora curate, ut etc. — In sing. num. *Cic. 2. Nat. D. 66.* Quorum neminem, nisi iuvante Deo, talem fuisse credendum est. — **4)** Refertur ad medicum et medicinam. *Horat. Carm. saecul. 63. de Phoebo.* Qui salutari iuvat arte fessos Corporis artus. *Ovid. 2. Amor. 9. 8.* medica ope iuvare aliquem. *Id. 2. Trist. 270.* Quaeque iuvans, monstrat *(medicina)*, quaeque sit herba nocens. *Plin. 23. 10. 1.* Decoctum vinaceorum dysentericos et coeliacos iuvat et potione et fotu. *Id. 28. 53. 2.* Gravcolentiam halitus butyrum efficacissime iuvat. *Id. 23. 60. 2.* Iuvare stomachum. — **5)** Deinde

II. *iuvo* saepe est delectare, placere; *dilettare, dar piacere:* quia quae prosunt, eadem fere voluptati sunt. *Cic. 2. Fin. 4. ad fin.* Iuvare in sensu et in animo dicitur: ex eoque iucundum. *Id. 5. Fam. 21.* Iuvit me, tibi tuas litteras profuisse. *Phaedr. 4. 6.* Si nec fabellae te iuvant, nec fabulae. *Liv. 28. 27.* Nec me vita invaret, invisa civibus et militibus meis. *Ovid. 2. Art. am. 159.* auremque iuventis verba. *Horat. 1. Od. 1. 25.* Multos castra iuvant et lituo tubae Permixtus sonitus bellaque matribus Detestata. — Cum dativo perrarum est et incertum. *Plaut. Cist. 1. 1. 118.* Quando ita tibi iuvat, vale et salve *(subaudi* hoc). *Al. leg.* lubet. — Passive. *Cic. Orat. 48.* Refer ad aures, probabunt: quaere, cur? ita se dicent iuvari. — **6)** Hoc sensu saepe etiam intransitive usurpatur, et quidem impersonaliter, sequente infinito. *Virg. 1. Aen. 207.* forsan et haec olim meminisse iuvabit. Et *9. ibid. 615.* iuvat indulgere choreis. *Id. 3. ibid. 606.* Si pereo, manibus hominum periisse iuvabit; *avrò questa consolazione di* etc. *Plin. 8. ep. 6. in fin.* Quam iuvat, quod in illa tempora non incidi! *quanto piacere ho* etc. *Senec. ep. 106.* Quae sint haec interrogas? quae scire magis iuvat, quam prodest. V. PROSUM.

Nota. Constructio verbi modo est cum accusat. personae, et aliquando etiam rei, et ablativo modi sive instrumenti, rarius cum dativo, modo etiam absolute vel sequente infinito aut impersonaliter.

IŪUS. V. IUS §. b.

IUXSTĀ. V. voc. seq. §. b.

IUXTĀ. Adverb., dein et praepositio, a *iungo* sive *iugo*, quasi *iustum* sive *iucstum* (ut *mistus* pro *mixtus)*, unde *iuxtum* et adverbiali ritu *iuxta;* sive a *iugo* et syllaba *ta* eadem ratione addita, qua ex ea et *i* fit *ita*. V. *Hand, Tursell. T. 3. p. 534.* et *seq.* — **b)** Hinc est, quod in antiquis quibusdam Codd., ut in illo *Catull. 66. 66.* (V. loc. in §. seq.) etiam *iusta* pro *iuxta* scriptum reperitur. Cf. *Drakenb.* ad *Liv. 6. 6. §. 18.* et *Hand, loc. cit.* — *Iuxsta* legitur pro *iuxta* in *Inscr.* apud *Orelli, n. 1243.* — **c)** Ultima syllaba longa est. *Virg. 4. Aen. 480., Ovid. 12. Met. 235.* etc. Corripuit *Catull. 66. 66.* Callisto iuxta Lycaonida est: *alii melius leg.* iuncta Lycaonidi *vel* Lycaoniae, *Forcellinus* inquit, contra dicente tamen *Hand, loc. cit., p. 535.* — **d)** « Antiquius vocabulum erat adverbium, nec ullo certo exemplo Plauti, aut alicuius poëtarum veterum poterit usus praepositionis demonstrari. » Quae apud *Varronem (Non. 4. 233.)* leguntur, nova iam esse videntur, inquit *Hand, loc. cit.*, qui iubet conferri *Priscian. 14. p. 992. Putsch.*, cuius sunt etiam haec verba *18. p. 1172. ibid.* « *Iuxta* et *prope* et dativo et accusativo iunguntur. » — **e)** Verba *iuxta, iacta, iuncta, iusta, iuxtim, iunctim* et *victi* in antiquis MSS. et editis libris saepe inter se confusa fuisse, demonstrat cum aliis *Hand, loc. cit., p. 545.* — **f)** Derivatum, *iuxtim*. — **g)** Composita, *deiuxta, iuxtapositus*.

IUXTA, quatenus adverbium est, proprie est coniunctim; *insieme:* et copulatur etiam cum praepos. *cum. Plin. 36. 24. 14.* Theatra duo iuxta fecit amplissima e ligno; *h. e.* iuncta, non autem prope posita. — *Plaut. Aul. 4. 7. 1.* Iuxta rem mecum tenes super Euclionis filia. *Id. Pers. 4. 3. 75.* Iuxta tecum aeque scio. *Id. ibid. 2. 2. 67.* Iuxta tecum, si tu nescis, nescio. *Id. Pseud. 4. 7. 62.* An nescis, quae sit haec res? *Si.* Iuxta cum ignarissumis. *Sall. Cat. 38.* Nunc vero quo in loco res nostrae sint, iuxta mecum omnes intellegitis. Adde *Plaut. Trin. 1. 2. 160.* — **2)** Dicitur etiam de iis, quae vicina sunt, et est prope; *vicino. Virg. 6. Aen. 605.* Furiarum maxima iuxta Accubat. *Ovid. 8. Met. 809.* neque enim est accedere iuxta Ausa. *Caes. 2. B. G. 26.* Cum legionem, quae iuxta constiterat, urgeri ab hoste vidisset. *Virg. 3. Aen. 571.* horrificis iuxta tonat Aetna ruinis. *Nep. Timoth. 2.* Sic iuxta posita recens filii *(statua)*, veterem patris renovavit memoriam. *Sall. Iug. 63.* Cui Metellus petenti more regum uti sellam iuxta poneret . . . negaverat. *Plin. 3. 20. 8.* Adest oppidum iuxta Industria. Adde *Tacit. 2. Hist. 72.* et *Sallust. epist. Mithrid. 6.* — *Suet. Ner. 34.* Abiecto clam iuxta pugione. *Id. Tit. 7.* Thermisque iuxta celeriter exstructis. — **3)** Translate. *Id. Cal. 10.* Tanti fuit in avum, et qui iuxta erant, obsequii, ut etc.; *h. e.* qui cognationis iure avum prope contingebant: vel qui circa avum erant, puta amici, liberti et huiusmodi; *ai περὶ αὐτόν*. — Huc spectat *Gell. 7. 3. ante med.* Quae deinde Cato iuxta dicit, ea confessionem faciunt, non defensionem; *h. e.* quae statim post subdit. — **4)** Est etiam aeque, similiter, pari modo; *egualmente, del pari. Sall. Cat. 2.* Eorum ego vitam mortemque iuxta aestimo. Et *ibid. 61.* Ita cuncti suae hostiumque vitae iuxta peperceranl. *Liv. 24. 5. sub fin.* Adiectique poenae ceteri iuxta insontes. Et *ibid. 19.* Fabius omittendam rem parvam, ac iuxta magnis difficilem censebat. *Tacit. 1. Ann. 6.* Iuxta periculosum, seu ficta, seu vera promeret. *Id. 1. Hist. 10.* Vir secundis adversisque iuxta famosus. *Terentian. de metr. 1288.* Haec bene vobis Commisi, quibus est amor et prudentia iuxta. — **5)** Sequentibus particulis *ac, atque, et, quam, cum. Cic. in Senat. 8.* Qui me omnibus rebus, iuxta ac si meus frater esset, sustentavit. *Liv. 21. 33.* Iuxta invia ac devia assueti discurrunt. *Id. 1. 54. sub fin.* Absentium bona iuxta, atque interemptorum divisa fuere. *Id. 3. 15. a med.* Iuxta obsidentes obsessosque inopia vexavit. *Sall. Cat. 51.* Iuxta bonos et malos interficere. *Id. Iug. 100.* Litteris Graecis atque Latinis iuxta atque doctissume eruditus. *Liv. 10. 6. ad fin.* Iuxta eam rem aegre passi patres, quam cum consulatum vulgari viderent. — **6)** Deinde

II. *Iuxta*, qua praepositio est, significat item coniunctim et dicitur de iis, quae fiunt una cum aliis; *congiuntamente, insieme. Varr.* apud *Non. 4. 233.* Cum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam; *h. e.* cum ancillis. *Tacit. Germ. 21.* Periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem; *h. e.* quae geruntur inter eos, qui liberi sunt. *Id. 2. Hist. 12.* Occursantes domini iuxta coniuges ac liberos; *h. e.*

cum coniugibus et liberis. — **7)** Item prope; *appresso, vicino:* et dicitur de iis, quae iuncta aut vicina sunt. *Caes. 1. B. C. 16.* Ad oppidum constitit, iuxtaque murum castra posuit. *Nep. Datam. 1.* Pars Ciliciae iuxta Cappadociam. *Tacit. Germ. 17.* Totos dies iuxta focum atque ignem agunt. — **8)** Translate. *Id. ibid. 30. extr.* Velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior constantiae est; *h. e.* similis formidini. Et *6. Ann. 15.* Gravitate annonae iuxta seditionem ventum; *quasi.* — **9)** Significat etiam statim post; *subito dopo:* quia quae statim post sunt, prope ac vicina sunt. *Cels. 2. 16.* Neque enim convenit, iuxta inediam protinus satietatem esse. *Tacit. 2. Hist. 76.* Iuxta Deos in tua manu positum est. *Gell. 4. 9.* Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, iuxta M. Varronem doctissimus. — **10)** Apud sequioris aevi Scriptores usurpatur etiam pro secundum; *conforme, secondo. Iustin. 2. 12. ad fin.* Iones iuxta praeceptum Themistoclis pugnae se paulatim subtrahere coeperunt. *Nazar. Paneg. Constantin. 23.* Virtus iuxta magnitudinem exantlandi laboris erigitur. *Solin. 9.* Iuxta responsum dictum Deo. *Hieronym. ep. 125. n. 18.* Iuxta illud poëticum: Prima leo etc. — **11)** Item pro erga. *Inscr.* apud *Reines. cl. 5. n. 42.* Ob illustria ipsius gesta et amorem iuxta cives. Adde *alium* apud *Murat. 1057. 7.*

Nota I. De usu huius particulae post suum casum, habeto *Virg. 3. Aen. 306.* vicina Ceraunia iuxta. *Plin. 14. 23. 1.* Vitis, quam iuxta etc. *Nep. Pausan. 4.* Hanc iuxta locum fecerunt sub terra, etc. *Tacit. 15. Ann. 15. extr.* Cubiculum Caesaris iuxta. Sic *alibi saepe.* — **Nota II.** Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Tursell. T. 3. p. 534-545.*

IUXTĀPŌSĪTUS et IUXTA POSITUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum, a *iuxta* et *positus;* prope collocatus. *Priscian. p. 1067. Putsch.* Personis absentibus vel praesentibus vel iuxtapositis. — Divisim v. exemplum *Nep. Timoth. 3.* allatum sub v. praeced. §. 2.

IUXTIM. Adverb. itemque praepos. eiusdem originis et significationis ac *iuxta,* a qua forma tantum discrepat, et rariore usu; saepe etiam in antiquis MSS. et editis libris cum *iunctim* confusa. — Porro IUXTIM, qua adverbium, est prope; *vicino, appresso. Liv.* apud *Non. 2. 451.* In sedes collocat se regias: Clytaemnestra iuxtim: tertias natae occupant. *Lucret. 4. 503.* Cur ea, quae fuerint iuxtim quadrata, procul sint Visa rotunda. *Suet. Tib. 33.* Assidebatque iuxtim. *Apul. Florid. n. 23.* Sed ubi iuxtim consedit, etc. *Gell. 12. 8.* Fors fuit ut apud eandem mensam duo illi iuxtim locarentur. Adde *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 20.* — **2)** Deinde

II. *Iuxtim,* qua est praepositio, cum accusativo copulatur eodem sensu. *Sisenn.* apud *Non. 2. 451.* Iuxtim Numicium flumen obtruncatur. *Apul. 2. Met. 13.* At ille ubi primum consaviatus eum iuxtim se ut assidat effecit. — **3)** Sumitur aliquando sensu comparativo, loco prae; *a paragone. Auct. Itin. Alex. M. 110.* Nam pardi leonesve vel tigres iuxtim haec cicures fuant.

IX

IXĂ. V. IPSE §. h.

IXEUTĬCĂ, ōrum, n. Vox Graeca et Graece scribenda, *ἰξευτικά,* absolute plur. num. idem quod Latine aucupatoria, sive res ad aucupium pertinentes. Fuit hoc titulo carmen Olympii Nemesiani, memoratum *Vopisc. Car. Num.* et *Carin. 11.* Qui halieutica, cynegetica et ixeutica scripsit. Ita leg. *Bernhardyus, Litter. Lat. p. 500., alii aliter.*

* IXI. V. IPSE §. b.

IXĬĂ, ae, f. Vox Graeca, *ἰξία,* qua significatur genus quoddam herbae ita dictae ab *ἰξός;* viscum, quod quibusdam in locis circa radicem eius invenitur, quo pro mastiche utuntur mulieres. Cum terra colorem mutat. Unde et chamaeleon appellatur. Huius duae sunt species candido et nigro colore distinctae. *Plin. 22. 21. 1.* V. CHAMAELEON §. 2. Adde *Apul. Herb. 110.*

IXĬON vel IXOS, *Graeca positione,* i, f. vel m. Nomen incertae originis et significationis: itemque scriptionis, quod quidam in recto casu proferunt *ixion* vel *ixon,* ut sit neutrius generis, vel *ixion, onis,* m., a Graeca voce *ἰξίων,* quam habet *Schleusner* in *Lex. Gr. Vet. Testam.,* quamque unde hauserit, nescio. — Hoc autem nomine avis quaedam indicari videtur de genere vulturum, memorata *Vulg. Interpr. Deut. 14. 13.* Immundas *(aves)* ne comedatis ... ixion et vulturem ac milvum iuxta genus suum. *Alii leg.* IXON. V. *Bochart. Hieroz. T. 2. l. 2. c. 9.* et *Versiones, Var. lect.* ad *Deut. loc. cit.*

IXOS. V. voc. praeced.

IXŪPĔRĂBĬLIS. V. INEXSUPERABILIS §. 2. *in fin.*

IY

ĬYNX, iyngis, f. Vox Graeca, *ἴυγξ,* qua significatur avis quaedam, Italice *cutretta,* linguam serpentibus similem habens, quam longitudine quatuor digitorum exserit, rursumque contrahit intra rostrum. Collum circumagit in adversum, reliquo quiescente corpore. Ungues ei grandes, ceu graculis. *Plin. 11. 107. 1.* Aiunt vim habere in amatoriis. Sane *Theocrit.* in *Eidyll. 2.* saepe repetit intercalarem illum versum, *Ἴυγξ ἴλκε τὸ τήνου ἐμὸν πόσι δῶμα τὸν ἄνδρα:* ad cuius exemplum *Virg. 8. Ecl. 68.* Ducite ab urbe domum, etc. *Servius, ibid. Lascius* posita apud *Apul. Apol. 30.* Philtra omnia undique erunt: Trochisci, iynges, taeniae, etc. *Alii leg.* ungues, *alii vero aliter.* Cf. *Hildebr.* ad *Apul. loc. cit.*

K

K. Proprie Graecorum littera est, non Latinorum, qui eius loco *C* habent eiusdem potestatis. *Capell. 3. §. 253.* e K vero nunc nota putatur esse, nunc littera; nam eius effectus C integrare non dubium est, absque his *Kapita, Kalendas, Kalumnias.* » — *Id. ibid. §. 259.* litteram *supervacuam* proinde appellat. — **b)** De hac littera, praeter ea quae dicta sunt sub v. CALUMNIA §. b., haec tradit *Isid. 1. Orig. 27. §. 13.* K litteram Antiqui praeponebant, quoties *a* sequebatur, ut *kaput, kanna, kalamus.* Nunc autem *Karthago* et *kalendae* per eandem tantum scribuntur. Omnia autem Graeca nomina qualicumque sequente vocali per *K* sunt scribenda. At *Diomed. 2. p. 419. Putsch.* K consonans muta supervacua, qua utimur, quando *a* correpta sequitur, ut *kalendae, kaput, kalumniae.* Hinc *Auson. Edyll. 12. Technopaegn. de litt. monosyll.* Haec tribus in Latio tantum addita nominibus K. — **c)** Haec littera *muta monophonos* appellatur a *Victorin. 1. p. 2453.* et *2455. Putsch.,* eo quod praeponatur soli *a* brevi; et hoc ita ut ab ea pars orationis incipiat, aliter autem non recte scribitur. V. MONOPHONOS. — **d)** Eius sonus, inquit *Capell. 3. §. 261.,* faucibus palatoque formatur. — **e)** Usus huius litterae videtur apud Antiquos invaluisse, quum littera *c* pro *g* usurparetur, ut patet ex vocibus *acstur* pro *agetur* in *Corp. Inscr. Lat. 1. n. 207., lecione* pro *legione, ibid. n. 195., cnatus* pro *gnatus, ibid. n. 1380.* etc. Cf. *c* §. k. — Quum vero frequentius usurpari coepisset littera G loco C, tunc C substituta est litterae K, quae sensim obsolevit, ac paucis tantum in vocabulis remansit, ut etiam ex *Quintil. 1. 7. 10.* colligi potest. — **f)** Nec solum initio, sed etiam in mediis vocibus aliquando adhibita reperitur, ut praeter antiquos Codd. MSS., testantur quoque inscripti Lapides. Sic in *tudikandis* pro *tudicandis* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 38.,* in *dekembres* pro *decembres, ibid. n. 814.* et *interkalares* pro *intercalares, ibid. n. 970.* et *984.* His adde *aktor* in *alis* in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1859. p. 67.* et Cf. ANCA §. b. — **g)** Vocabula itaque quae per eam scripta adhuc reperiuntur sive in antiquis Monumentis, sive in Codd. MSS., quaere sub littera c. — **h)** Praeterea

II. K est etiam nota sive littera singularis, ut K M; *h. e.* Kalendis Maiis, in *Inscr.* apud *Orelli, n. 2883.,* aliisque pluribus. Cf. *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1865. p. 105.,* ubi de usu *KAL.* pro simplici *K.* in calendis designandis. — De hac litterae usu v. in *Siglario.* — **i)** Inservit etiam numeris designandis; quae si simpliciter ponatur, significat quinquaginta unum, si autem lineola superaddatur (K̄), centum quinquaginta unum millia, ut patet ex antiquo Cod., ubi notae numerorum describuntur, cit. sub littera A post §. i. — Aliter tamen explicatur in *Notar. Latercule* edito a cl. *Momms.* inter *Grammaticos Latinos* ex recensione *Keilii T. 4. p. 550.* — **k)** Denique apud Scriptores rei agrariae per hanc litteram casae designantur. Sic *Innocent. Cas. litter. p. 514. Lachm.* Casa per K nomen habens: casa in latere montis posita est, etc. Adde *ibid. p. 328.*

KN

KNUS. V. CNUS §. b.

KO

KOPPĂ, indecl. n. Est nomen litterae Q apud Graecos, quibus scribitur *κόππα. Quintil. 1. 4. 9.* Et K, quae et ipsa quorundam nominum nota; et Q, cuius similis effectu specieque, nisi quod paulum a nostris obliquatur, Koppa apud Graecos nunc tantum in numero manet. — **2)** Haec porro nonaginta significat, ut habet *Mar. Victorin. 1. p.*

Digitized by Google

2468. Putsch., quemadmodum et ך apud Hebraeos, quae non solum potestate, sed etiam sono perquam simillima est. Cf. COPH.

KOZOY pro χοῖρος; h. e. CUIUS in titulo Latino Graecis litteris scripto apud *Momms. n. 2143.*

KŸRĬĔ ĔLĔĬSON, h. e. Κύριε, ἐλέησον; idest *Domine, miserere.* Formula precationis in usu apud Graecos, a quibus ad Latinos transiit, sed Latinis litteris scripta, et, ex immutata paulatim pronuntiatione, ι longa in ĭ brevem conversa, *eleĭson* pro *eleēson* proferentes, eadem ratione qua *Paraclītus* pro *Paraclētus* factum est. *Concil. Vasionense* (sub Leone pap. a. 442.) *can.* 2. Et quia tam in sede apostolica, quam etiam per totas orientales atque Italiae provincias dulcis et salubris consuetudo intromissa est, ut *Kyrie eleison* frequentius cum grandi affectu et compunctione dicatur, placuit etiam nobis, ut in omnibus Ecclesiis nostris ista consuetudo sancta et ad matutinum et ad missas et ad vesperam Deo propitiantes intromittatur.

L

L. Littera Latinorum est, generis neutrius, sive etiam feminini, eadem ratione qua aliae omnes, ut diximus sub litteris A. §. c. et B. §. d., Graecorum λάμβδα sono et potestate respondens. Cf. LABDA §. 1. et LAMBD. — **b)** Lingua palatoque dulcescit, inquit *Capell. 3. §. 261.*, unaque est ex iis, quae a Graecis ἀμετάβολα; hoc est immutabiles, a Latinis *liquidae* et *semivocales* appellantur. Quo fit, ut mutam immediate subsequens in eadem syllaba, praecedentem syllabam, si brevis fuerit, reddat indifferentem. Cf. *Victorin. 1. p. 2453.* et *seqq. Putsch.* et *Terentian. de metr. p. 2401. ibid.* et *Priscian. 1. p. 549. ibid.* et *seq.* — **c)** De ea locus classicus est *Capell. 3. §. 241.* « L vero littera tripliciter sonat. Nam exilem sonum reddit quum geminatur, ut *sollers, Sallustius;* medium autem cum terminat nomina, ut *Sol, sal;* item leniter sonat, quum vocales antevenit, ut *lapis, lupus, liber, locus, lucerna;* plenum vero sonum habet, quum ei praeferuntur litterae P, G, C, F, ut in *Plauto, glebis, Claudio, flavo.* L autem numquam ulli semivocali vel mutae praeponitur, quae pro D in praepositione accipitur, quum et A praefertur, ut *allidit, alligat.* Haec etiam praelata praepositione servatur, ut *inlepidus, inlotus.* Utrinque autem vocales amplectitur et nomina nonnulla determinat: in masculino *Sol,* in feminino *Tanaquil,* in neutro A, E, I praecedentibus, ut *bidental, mel, sil.* Adverbia etiam claudit, ut *semel.* » — **d)** De ea item, quum in fine nominum reperitur, haec adnotat *Id. ibid. §. 294.* « L littera nomina finita duplicem formam habent. Prima est, in qua masculina sunt, ut *Hannibal, Hasdrubal,* neque alia fere propria, quam Punica, excepto *Solis* nomine; item feminina, ut *Tanaquil,* nomen Hetruscum, et communia, ut *vigil, pugil;* quae omnia easdem declinationes habent. Altera species neutrorum est, ut *mel, fel,* quae hoc differunt a superiore declinatione, quod monosyllaba sunt, et L litteram per obliquos casus geminant. Nam in nominativo, qui E litera finiuntur, ut proconsule, naturam propriae praepositionis intuentur, etc. — **e)** Haec littera insuper cum aliis permutatur in vocibus praesertim, quae Graeco fonte proveniunt. Sic L cum N, notante *Priscian. de fig. numer. p. 1546. Putsch.* « Latini *lympha* dicunt pro *nympha*, aquam vel fontem volentes monstrare. » Item cum R in *lilium* a λείριον; quod et in Latinis occurrit, ut *Clustumina* pro *Crustumina, Palilia* pro *Parilia, Lemuria* pro *Remuria.* — **f)** De mutatione huius litterae in derivatis et compositis haec notat *Priscian. 1. p. 555. Putsch.* « *L* transit in *n*, ut *paulum pauxillum, mala maxilla, velum vexillum:* in *r*, ut *tabula taberna.* Cf. ad rem quae disputat *Corssen* in libro *Ob. Aussprache, Vokalism. u. Betonung d. lat. Sprache, Lips. 1858.* variis in locis. — **g)** De permutatione cum littera *d* haec habet *Isid. 1. Orig. 27. 14.* « *L* autem littera interdum pro *d* littera utimur, ut *latum* pro *datum* et *calamitatem* pro *cadamitatem;* a *cadendo* enim nomen sumpsit *calamitas.* » — Alia ad rem v. sub littera D §. 1. — Quod autem attinet ad eius valorem,

L in notis numeralibus quinquaginta significat: idque ex antiquo Latinorum more pro Graeco N scribentium L. Graeci autem per N quinquaginta significant, ut *Priscian. 1. p. 561.* docet. — Sed si lineola superaddatur (L̄), significat quinquaginta millia, teste *Auctore de Notis numeror.* cit. sub litt. C. §. 1. — **2)** Aliam significationem in notis militaribus refert *Isid. 1. Orig. 24. 2.* v. LABDA §. 2. — **3)** Apud Scriptores rei agrariae casis quibusdam designandis inservit. *Innocent. Cas. litter. p. 314. Lachm.* Casa per L nomen habens sub se finem proximum et de secus aqua significans. — **4)** Quid autem significet in antiquis Monumentis tanquam littera singularis, v. in *Siglario.*

LA

LĂBANDĀGO, ĭnis, f. Legitur haec vox apud *Lucifer. Caralit.* in libro *Moriendum esse pro Dei fil. p. 1054. Migne.* Ceterum quantum ad exitium nihil interest . . ., saxo praecipites, an in maria mergas, labandagine magnis viribus conatus uno vastissimo ictu longe a me meum caput excutias, an omni subtilitate subtilior sagitta diutissime figens in meo corpore ludas. — Varie hanc vocem interpretes exponunt; alii balistam putant et cum Gallica voce *bendage* conferunt: alii aliam vocis *bendage* significationem esse contendentes putant legendum *an a pendigine* loco *labandagine;* id est *a reliquo corpore;* est enim *pendigo,* inquit *Du Cange* in *Gloss.* ad h. v., idem quod πῆγμα; *compago;* ita ut bifariam hic sumi possit id vocabuli, vel pro machina lignea, seu tabulato, quod πῆγμα etiam Graeci vocant, a quo caput longius excutiatur; vel pro ipsa reliqui corporis compactione, a qua caput evellatur. Contra alii vocem *labandaginem* retinendam esse arbitrantur, quae machinae nomen sit capiti violenter abscindendo aptissimae, cuiusque usus nobis ignotus; nec contemnendam putant coniecturam illorum, qui hanc machinam ita dictam ab urbe Cariae, *Alabandis,* ubi primum inventa sit, opinantur.

LĂBANS, antis. Particip. verbi *labo,* adiectivorum more etiam adhibitum; qui labat, qui casui est proximus, nutans, vacillans; *vacillante, che sta per cadere. Plin. 24. 73. 3.* Cauliculi decocti in vino labantes dentes firmant. *Virg. 2. Aen. 463.* qua summa labantes iunctura tabulata dabant; *h. e.* non apte cohaerentes; *mal connesse. Val. Flacc. 3. 150.* taboque labantia terra; *h. e.* lubrica. *Al. aliter leg.* — **2)** Translate ad animum refertur dubium, inconstantem ac varium. *Virg. 4. Aen. 22.* Solus hic inflexit sensus, animumque labantem impulit. Et *12. ibid. 223.* vulgi variare labantia corda. *Horat. 3. Od. 3. 43.* Donec labantes consilio patres Firmaret auctor nunquam alias dato. *Lucan. 2. 244.* tu mente labantem Dirige me: dubium certo tu robore firma. *Tacit. Germ. 8.* Aciem inclinatam iam et labantem restituere; *h. e.* iam iam fugam spectantem. *Id. 2. Hist. 86.* Labantibus Vitellii rebus, Vespasianum secutus; *vicine alla decadenza.* Et *14. ibid. 22. extr.* Labante iam Agrippina; *h. e.* deficiente eius potentia. Adde *Suet. Caes. 14.* Cf. et LABO §. 3.

Nota. Discrimen inter *labantem* et *labentem,* v. in LABO §. 1. et in *Nota.*

LĂBĂRUM, i, n. Nomen vexilli militaris parum certae originis, Graece λάβαρον quoque dicti. Quidam enim ducunt a λάφυρον, ν in α abeunte, ut calix a κύλιξ, et φ in β, ut ambo ab ἄμφω, quia primitus labarum fuerit λάφυρον; *h. e.* exuviae, seu spolia hosti vivo detracta, v. gr. paludamentum imperatorium, quod vexilli loco gestabatur. Sunt qui a λάβω; capio, unde λάβρος pro λάβιρος; vorax, praeceps, fluens, atque hinc λαβρὸν deducunt, quia sit vexillum fluens. Quidam a *labore* deducunt, quod *laborum* vulgo diceretur. Et sane *Sozomenus 1. 1. c. 4.* λάβωρον per ω scribit (Sed *Prudent.* loc. infra cit. mediam syllabam corripit). — Verum, cum eadem labari forma appareat in Nummis familiarum, stante adhuc Rom. republica, et priorum imperatorum, ac in iis praesertim, qui victorias de Germanis, Sarmatis, et Armeniis relatas repraesentant, existimandum videtur, eam non Romanorum, sed illarum gentium devictarum fuisse propriam; ac propterea etiam *labari,* vel *labori* nomen, quod demum Constantino M. imperante primitus usurpari coepit, barbaricum esse, minimeque eius etymoo in Graeca lingua requirendum (v. loc. *Cassiod.* infra). Plura de hoc habes apud *Ducangium* in *Glossar. med. et inf. Latin.,* ubi et illud docet, posteriori aevo labarum pro cruce, seu crucis vexillo usurpari. *Ignat.* vero *Rossius* in *Etymol. Egypt. p. 331.* putat, *labarum, seu laburo* esse vocem Egyptiacam, nempe a *labo;* velum, seu siparum, et *uro;* rex; *h. e.* velum, seu vexillum regis, vel imperatoris. Hinc *Tertull. Apolog. 6. a med.* habet *sipara vexillorum.* — Porro

LABARUM erat vexillum militare auro intextum, gemmisque intermicantibus splendidissimum, quod imperatori praeferri, ac a militibus paene adorari solebat. Constabat autem hasta longa cum ligno in apice transverso, a quo pendebat pretiosus pannus cum imperatoris icone.

Huic Constantinus M. coronam imposuit cum cruce et litteris initialibus nominis IESU CHRISTI (sive monogrammate), quod contra Maxentium pugnaturus crucem in aëre vidisset cum verbis *in τούτῳ νίκα*. Labari figura habetur in Numis Constantini eiusque successorum, de quibus praeter alios V. et *Cavedoni* in *Opuscoli di Modena T. 3. p. 44*, et *seqq.*, *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 3.* Haec sacerdotibus explanantibus admiratus imperator *(Constantinus)* . . . iussit viros eruditos ex auro et lapidibus pretiosis in vexillum crucis transformare signum, quod Labarum vocabatur. Hoc enim signum bellicum inter alia pretiosius erat, eo quod imperatorem praecedere, et adorari id a militibus moris esset. Unde praecipue Constantinum reor nobilissimum decus imperii Romani in signum mutasse crucis; ut frequenti visione atque cura desuescerent a priori more subiecti . . . Semper enim hoc signum proponebatur ante ordines universos . . . Constituit itaque certos signiferos, qui in eo laborarent, etc. *Prudent. 1. Symmach. 487.* Christus purpureum gemmanti textus in auro Signabat Labarum. — **2)** In *Cod. Iustin. 12. tit. 18.* et *Cod. Theod. 6. tit. 25.*, ubi legitur *de praepositis laborum*, quidam leg. *laborerum*, vel *laborarum*, et sermonem haberi aiunt de iis, qui eius vexilli custodiae addicebantur, quod verosimile videtur *Gothofredo*, multa ibidem hac super re docte disputanti. Cf. *Cassiod.* loc. cit. in §. praeced. Alii contra defendunt lectionem *laborum*, adduntque locum *Gregor. Nazianz.* in *Orat. in Iulian.*, ubi ait, vexillum esse, quod a Latinis dicatur *labor*, quia vim habeat solvendorum laborum; confirmantque exemplo *Carm. de Iona*, quod tribuitur *Tertull. v. 40.* Palpitat antemna stridens, labor horret ab alto, Ipsa etiam infringi dubitans inflectitur arbor. — Fortasse *labor* vulgo dictum est pro *labarum*.

LĂBASCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *labo (Charis. 1. p. 335. Putsch.)*, quod et deponentium more, *labascor, ĕris*, aliquando usurpatum est (V. infra §. 3.), pro quo et *labiscor* scribitur apud *Charis. ibid. p. 335.* — **b)** Producitur prima in illo *Virg. Cir. 450.* Marmorea adductis labascunt brachia nodis. *Scalig.* tamen *vult legi* adductisque labascunt, etc.; *alii leg.* tabescunt.

LABASCO proprie est casum minor, ruinae vicinus sum; *star per cadere. Lucret. 4. 1280.* Nam leviter quamvis, quod crebro tunditur ictu, Vincitur in longo spatio tamen, atque labascit. Adde *Virg.* loc. cit. supra §. b. — **2)** Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, et de pristina constantia excidere; *perdere l'animo, vacillare, cedere. Ter. Eun. 1. 2. 98.* Labascit victus uno verbo quam cito! *Id. Adelph. 2. 2. 31.* Labascit, unum hoc habeo, etc. Ubi *Donat.* proprie dixit *labaseit*, ut cunctationem tarde incipientis consentire monstraret. Et est metaphora ab arbore facta, quae multis succisa ictibus ferri, tandem incipit in casum pendere, ruinamque minitari. — **3)** Deponentium more,

LABASCOR, scĕris, sci. Eodem sensu translato. *Varro* apud *Non. 7. 41.* Postquam vidit, misericordia labasci mentem infirmam populi. *Accius, ibid.* Nullum est ingenium tantum, neque cor tam ferum, Quod non labascatur lingua, mitescat malo.

LABDĂ, et *rectius, qua nomen est litterae*, Lambda, *rarius* Lamda, *(perperam* Lauda, mutato *b* in *u)*, n. indecl. *(vel* Labda, ae, m., ut infra §. 3.). Nomen est litterae A apud Graecos, sive L apud Latinos, a qua vox *labdacismus* derivata est. Cf. *H. Steph.* in *Thesaur. Ling. Gr.* sub Λ, ed. *Didot.* — *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 16. 2.* M littera ex duobus lambdis (ΛΛ) consistente. — **2)** Haec littera usurpabatur in notis militaribus, teste *Isid. 1. Orig. 24. 2.* Cum autem imperitiam significare vellent *lambda* littera usi sunt; sicut mortem significabant, cum ponebant *theta* ad caput. Ita *Lindemann*, qui notat, quosdam suspicari ita significasse, quod verba *λαρεῖν*, *λαλεῖν*, vel *lallare*, quae ab hac littera incipiunt, propria puerorum sive imperitorum sint. Alii autem leg. *imperitiam* pro *imperitiam*, quo sensu spectaret ad §. seq. — **3)** *Labda*, Graece *λάβδα*, dictus est etiam flagitiosus homo, qui id agit, quod *Varro* in *Marcipore* apud *Non. 4. 333.* dixit, buccam offendere, *Sust. Tib. 44.* ore morigerari. *Varro* in *Margopoli* apud *Non. 2. 15.* Depsistis, dicite labdae? *Auson. epigr. 126.* Cui ipse linguam cum dedit suam, labda est: vel, *ut alii scribunt*, A est. — Haec ita congerit et interpretatur *Voss.* in *Etymol.* et *Scalig.* in *Priap.*, quae in eo praecipue nituntur, quod *λάβδα* pro *λάμβδα* saepe dicunt Graeci *εὐρωνίας ἕνεκα*: haec autem littera prima est in *λείχειν*, vel *λικμάζειν*, vel *λοιβάζειν*, quibus flagitium illud significatur. — Ceterum in allatis Auctorum locis non ubique certa est lectio. Cf. loc. *Isid.* allatum in §. praeced. — **4)** *Labda supinum* (<) est etiam nota musica apud *Capell. 9. §. 942.* in *q. l.* V. *Kopp.* — **5)** Denique apud Scriptores rei agrariae casis litterarum designandis inservit. *Innocent. cas. litter. p. 322. Lachm.* Casa per A lauda *(sic pro* labda) nomen habens fines grandes habet. Adde *ibid. p. 326.*

LABDĂCISMUS vel Lambdacismus, i, m. Vox Graeca, *λαβδακισμός*, qua significatur vitium sermonis, cum *l* littera nimium saepe repetitur (a *λάβδα* pro *λάμβδα*), ut si dicas, *Sol et Luna luce lucebant alba, levi, lactea*. Ita *Capell. 3. p. 167.* — **2)** *Diomedi* vero *2. p. 448. Putsch.* exponitur vitium illud pronunciationis, quo *l* littera pleniore sono effertur, quam par est; itemque *Isidoro, 1. Orig. 32.* est cum pro uno *l* duo pronunciantur, ut *colloquium* pro *conloquium*: vel cum unum *l* exilius, duo largius proferimus: quod contra est; nam unum largius, duo exilius proferre debemus. — Haec eadem clarius docet *Consentius* (edente *A. G. Cramero) de barbar. 12.* Labdacismus vitium in eo est, quod eadem littera vel subtilius quibusdam, vel pinguius effertur. Nam Graeci subtiliter hunc sonum efferunt; ut enim dicunt, *ille mihi dixit*, sic sonant duo *ll* primae syllabae, quasi per unum *l* sermo ipse consistat. Contra alii sic pronunciant, ut aliquid illic soni etiam consonanti admiscere videantur, quod pinguissimae prolationis est. Romani linguae emendationem habent in hac quoque distinctione; nam pinguius proferri debet, cum alia consona sequitur, ut in *albo, alga*, etc., exilius, ubicumque ab ea verbum incipit, ut in *lana, lepore*, vel ubi in eodem verbo et prior syllaba in hac finitur, et sequens ab ea incipit, ut *ille, allia*. Ita *Consentius*. — Ex his patet, tum Gallos, tum Italos duplex *ll* eodem nunc proferre sono, quo utebatur olim Romanum vulgus, quemque improbat hic auctor, et pinguissimum appellat: Galli enim ita pronunciant *ll* in voce *bataille*, in qua *mouiller la double ll* dicunt; Itali vero vocem *egli*, quae ab *ille* derivatur, per *g* loco prioris *l* scribunt, ut huius litterae sonum, quem ipsi *schiacciato* appellant, legentium oculis repraesentent.

LĂBĔAE, V. LABIAE.

LĂBĔCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *labes;* parva labes; *macchietta. Cic Vatin. 17.* Et clarissimo viro nonnullam tua laudatione labeculam aspergas. V. LABES §. 4.

LĂBĔFĂCĬO, ăcis, ēci, actum, ăcĕre. Verbum transitiv. a *labo* et *facio*, cuius alterius variationes sequitur, unde passive *labefio*, quod V. §. 6. Cf. FACIO §. h. — **b)** Particip. *labefaciens* §. *1*, *labefactus* §. *3.* et suo loco.

LABEFACIO proprie est moveo ut evertam, vel eruam, dimoveo, percello, concutio, quasi *labare facio; smuovere, far vacillare. Ter. Adelph. 2. 2. 36.* omnes dentes labefecit mihi: Praeterea colaphis tuber est totum caput. *Ovid. 3. Met. 69.* Sumque hastile momordit Idque ubi vi multa partem labefecit in omnem, etc. *Serv.* ad *2. 6. 264.* movens et labefaciens. — **2)** Translate. *Cic. Sext. 47.* Quem nulla unquam vis, nullae minae, nulla invidia labefecit; *h. e.* a constantia et fide demovit. *Labef.* apud *Macrob. 2. Saturn. 7.* Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio Movere potuit in iuventa de statu; Ecce, in senecta ut facile labefecit loco Viri excellentis blandiloquens oratio! *Tacit. 6. Ann. 29.* Nihil huuc amicitia Seiani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium; *lo fe' cadere*. — **3)** *Labefacere fidem suam* dicitur debitor, cum tardius solvendo efficit, ne quis ei in posterum quippiam credat. *Suet. Vesp. 4.* Ut qui prope labefacta iam fide, omnia praedia fratri obligarit. *Al. leg.* labefactata. — **4)** Deinde

II. *Labefacio* est etiam corrumpere, vitiare; *guastare, corrompere*: quasi de statu bonae valetudinis deturbare et evertere. Sunt qui exponunt, quasi labem facio. *Colum. 6. 5.* Segregandi a sanis morbidi, ne quis contagione ceteros labefaciat. *Tacit. 2. Hist. 95.* Obnoxia morbis corpora fluminis aviditas, et aestus impatientis labefecit. — **5)** Translate. *Id. 15. Ann. 51.* Primores classiariorum labefacere, et conscientia illigare conuixa est; *h. e.* ad coniurandum impellere. — **6)** Passive

LABEFIO, is, ĕri. Sensu proprio, usurpatur a *Sensc. Const. Sap. 6.* Munimenta incussu arietis labefieri.

LĂBĔFACTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *labefacto;* actus labefactandi, labefactio; *vacillamento*. V. LABEFACTIO. — Translate. *Quintil. 8. 4. ante med.* Mediocris labefactatio caedi, et incendiis, et vastationi comparatur. *Cod. Theod. 4. 8. 5. §. 5.* Atqui non erit impunita labefactatio atque oppugnatio libertatis, quae in convictis quoque punitur.

LĂBĔFACTĀTUS, a, um. Particip. verbi *labefacto*, adiectivorum more etiam adhibitum; motus, concussus, perculsus, evertendi causa; *fatto vacillare, smosso, scosso. Cic. Har. resp. 4.* Urbem a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatam, paene captam aliquando, solus evertit. *Suet. Ner. 38.* Horrea bellicis machinis labefactata atque inflammata. — **2)** Translate. *Cic. Senect. 6. sub fin.* Maximas respublicas ab adolescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis. *Al. leg.* labefactas. *Id. 5. Fam. 2.* Labefactata societas. Et *ibid. 15.* Quae cogitatio cum mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat) vi tamen tempestatum erat aliquantum labefactata atque convulsa. *Sallust. orat. Lepidi contra Sull. ad fin.* Res secundae labefactatae; *h. e.* afflictae, eversae. *Tacit. 15. Ann. 21.* Cohortes in urbe tentatae, provinciarum fides labefactata: *h. e.* tentata, corrupta.

LĂBĔFACTĬO, ōnis, f. Verbale a *labefacio;* actus labefaciendi, concussio; *vacillamento. Plin. 25. 27. 5.* Acetum tussim veterem inhibet, orthopnoeam, dentium labefactionem. *Harduin. leg.* labefactationem. Sic *Ter.* omnes dentes labefecit mihi. V. LABEFACIO §. 1.

tized by Google

LABĔFACTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *labefacio*. — **b**) *Labefactarier* pro *labefactari* per paragogen dixit *Ter.* V. loc. infra §. 7. — **c**) Particip. *labefactandus* §. 2., *labefactatus*, V. suo loco.

LABEFACTO proprie est idem quod labefacio, seu saepe ac lubens labefacio; *crollare, smuovere, far vacillare o cadere. Cic. C. Verr. 43.* Demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur. *Plin. 29. 27. 3.* Phalangii morsus genua labefactat; *indebolisce e snerva.* — **2**) Translate. *Lucret. 6. 798.* Labefactare animum. *Cic. 1. ad Brut. 10. sub fin.* Hoc praesidium adhuc firmum esse confido: sed ita multi labefactant, ut, ne moveatur, interdum extimescam; h. e. vexant, urgent, impellunt. Et *12. Fam. 25.* Nec vero postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria provinciam absens obtinebat. *Liv. 24. 20.* Spe labefactandae fidei. — **3**) Latiore significatione varie adhibetur; nam

II. *Labefacto* est etiam laedere, perstringere, corrumpere; *offendere, guastare. Colum. 2. 2. a med.* In opere boves arcte iunctos habere convenit, quo minus colla eorum labefactentur. *Ovid. 2. Amor. 15. 1.* labefactat onus gravidi temeraria ventris. *Lucret. 4. 694.* Labefactare sensus. — **4**) Item imminuere, affligere. *Cic. Rabir. Post. 16.* Labefactare alicuius dignitatem. — **5**) Item debilitare, infirmare, ac veluti prosternere. *Id. 1. Fin. 15.* Ne invidia verbi labefactetur oratio mea. *Id. Cluent. 2.* Si quam opinionem mentibus comprehendistis, eam ratio labefactabit. *Id. 1. Acad. 9.* Aristoteles primus species labefactavit, quas mirifice Plato erat amplexatus. *Id. Caecin. 25.* Labefactare leges ac iura. *Id. 4. Catil. 10. extr.* Perstringere et labefactare conspirationem. *Id. Rosc. Com. 4. ad fin.* Cum causam labefactari animadvertunt: h. e. vacillare, laborare. — **6**) Item de statu depellere, evertere, dissolvere. *Id. 1. Fin. 15. a med.* Universas familias everiunt: totam etiam labefactant saepe rempublicam. *Id. Dom. 11.* Desinant iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. *Flor. 3. 23.* Labefactare compositam civitatem. *Cic. 3. Fin. 21.* Amicitiam, aut iustitiam labefactare, atque pervertere. *Id. 5. Verr. 18. extr.* Labefactarat vehementer aratores superior annus: proximus vero funditus everterat. — **7**) Item de constantia demovere, a recto proposito avertere. *Ter. Eun. 5. 5. 5.* Ita me video ab ea astute labefactarier. — **8**) Hinc labefactare donis quempiam; *corrompere con donativi. Cic. Cluent. 68.* Quorum fidem pretio labefactare conata sit. *Catull. 69. 5.* Non illam rarae labefactes munere vestis.

LĂBĔFACTOR, ōris, m. Verbale a *labefacio;* corruptor. Legitur in *Gloss. Lat. p. 186. n. 5. Hild.* Labefactor; praedator. *Hildebr.* ad h. l. adnotat, *praedator* hoc loco aut corruptum esse pro *perditor*, ut ipse emendaret, aut accipiendum eo sensu quo *praedator corporis* dicitur *Petron. Sat. 85.*, qui est corruptor pudicitiae.

LĂBĔFACTUS, a, um. Particip. verbi *labefacio*, adiectivorum more etiam adhibitum; loco motus, concussus, labefactatus, prope ad ruinam deductus; *smosso, scosso, reso vacillante, crollato per farlo cadere. Caes. 2. B. C. 22.* Deiecta turris, labefacta magna pars muri. *Tacit. 1. Ann. 75.* Mole publicae viae, ductuque aquarum labefactae aedes. *Ovid. 8. Met. 774.* labefactaque tandem Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor Corruit. Et *12. ibid. 329.* Et quatit huc illuc, labefactaque robora lactat. *Id. 3. Pont. 8. 5.* Nostra quid apportet, iam nostis, epistola, quamvis Charta sit a vinclis non labefacta suis. *Val. Flacc. 8. 557.* fluctu puppis labefacta reverso Solvitur, effunditque viros; *urtata, scossa, battuta.* Sic *Lucret. 5. 632.* ignes labefacti aëre multo. — **2**) Translate. *Cic. Har. resp. 27. extr.* Etenim vix haec, si undique fulciamus, iam labefacta; vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohaerebunt. *Tacit. 4. Ann. 60.* Drusum traxit in partes, spe obiecta principis loci, si priorem aetate et iam labefactum demovisset. *Ovid. 10. Met. 575.* Sic animus vario labefactus vulnere nutat. *Virg. 4. Aen. 395.* Multa gemens, magnoque animum labefactus amore; h. e. agitatus, perculsus, turbatus. *Sil. 3. 557.* ancipiti mentem labefacta timore. *Senec. Troad. 950.* Labefacta mens succubuit; h. e. de constantiae statu depulsa. Eadem sensu *Val. Flacc. 7. 175.* mota loco labefactaque cessit. — **3**) Notanda sunt illa *Virg. 2. G. 264.* Et labefacta movens robustus iugera fossor. Ubi *Servius:* hypallage: movens et labefaciens. Et *8. Aen. 389.* notusque medullas Intravit calor, et labefacta per ossa cucurrit; h. e. commota, concussa impetu amoris. Sunt qui exponunt, liquefacta. — Simile est illud *Lucret. 4. 1107.* Membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt. Et *Seren. Sammon. 32. extr.* Obruit hic morbum, labefactaque saxa remittit; h. e. calculos in vesica liquefactos, mollitos, diffractos. — Sic apud *Senec. 4. Quaest. nat. 5.* nix tenera et labefacta *opponitur* fixae et durae.

LĂBĔFĪO, is, V. LABEFACIO §. 6.

LĂBELLUM, i, n. Deminut. a *labrum* (quod V. §. b., coll. infra §. 3.); parvum labrum; *labbricciuolo, labbruccio. Cic. 1. Divin. 36.* Cum Platonis in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent. *Iuvenal. 14. 325.* Haec quoque si rugam trahit, extenditque labellum; *fa il mal viso.* — **2**) Adhibetur saepe blandimenti causa. *Virg. 2. Ecl. 54.* Ne te poeniteat calamo trivisse labellum. *Propert. 2. 10. 29.* Osculaque in gelidis ponas suprema labellis. *Ovid. 1. Art. am. 575.* Pax, primus rapias illius tacta labellis Pocula. *Plaut. Poen. 1. 2. 155.* Meus ocellus, meum labellum, mea salus. *Id. Asin. 5. 3. 78.* Prehende auriculis, compara labella cum labellis; *baciami in bocca:* quod osculi genus Itali *alla Francioșa*, Nostrates vulgo *alla Fiorentina* dicunt. — **3**) Deinde, improprie,

II. *Labellum* est parvum vas aquarium, ad similitudinem labri, quo in balneis utebantur; *picciola conca o catino:* Nostrates nunc vulgo *lavello* dicunt. *Cic. 2. Leg. 26. extr.* Super tumulum noluit quid statui, nisi columellam, aut mensam, aut labellum. Cf. de hoc loco *Cavedoni* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1857. p. 140.* et *seq.* — *Colum. 12. 45.* Labellum fictile novum impleto paleis quam siccissimis, tum labello altero operito. Et *ibid. 28.* Gypsum et medicamentum in labello permisceto. *Cato, RR. 88.* Eam muriam in labella, vel in patinas in sole ponito. — **4**) Per synecdochen pro balneis ipsis. *Catull. 33. 5.* Te quaesivimus in minore campo, Te in circo, te in omnibus labellis. *Al. leg.* libellis; h. e. tabernis librariis.

LĂBENS, entis. Particip. verbi *labor*, adiectivorum more etiam adhibitum; ruens, cadens; *rovinoso, cadente. Horat. 3. Od. 6. 2.* Aedes labentes Deorum reficere. *Virg. 2. G. 153.* folia haud ullis labentia ventis. *Id. 4. Aen. 77.* Nunc eadem, labente die, convivia poscit; *sul cader del giorno.* — *Id. 2. ibid. 429.* nec te tua plurima, Panthu, Labentem pietas, nec Apollinis infula texit; h. e. morientem. *Val. Flacc. 5. 218.* trepidi singultibus agri Labentum. — **2**) Speciatim *labentes oculi* dicuntur in morte, aut somno, h. e. languentes, et visum iam iam amissuri. *Ovid. 3. Trist. 3. 44.* Labentes oculos condet amica manus *(oculos fugientis;* h. e. *morientis*, dixit *Id. 3. Amor. 9. 49.* et *morte cadentes Stat. 3. Silv. 3. 39.). Propert. 1. 10. 7.* Quamvis labentes premeret mihi somnus ocellos. — **3**) Item *labentes malae* sunt morbo absumptae, et barba obsitae. De Augusto aegrotante *Suet. Aug. 99.* Petito speculo capillum sibi compoui, ac malas labentes corrigi praecepit; *scadute e scomposte.* Fiebat hoc barbam tondendo, aut radendo, aut etiam componendo pectendoque. — **4**) Deinde

II. *Labens* est etiam fluens, decurrens; *scorrente. Virg. 3. Aen. 281.* Exercent patrias oleo labente palaestras. *Id. 4. G. 366.* sub magna labentia flumina terra. *Propert. 1. 20. 19.* Labens ratis. *Virg. 3. Aen. 513.* sidera tacito labentia caelo. *Id. 2. ibid. 695.* Stella labens super culmina tecti. *Id. ibid. 14.* tot iam labentibus annis; *essendo già scorsi.* Et *1. ibid. 287.* veniet lustris labentibus aetas, Cum etc.; *col corso degli anni.* — **5**) Translate. *Cic. 2. Phil. 21.* Cum labentem et prope cadentem rempubl. fulcire cupieretis. *Id. 1. ad Brut. 18.* Ferre praesidium labenti et inclinatae reipublicae. *Id. Rabir. Post. 16.* Veterem amicum suum labentem excepit, corruere non sivit, fulsit et sustinuit re, fortuna, fide; h. e. excidentem de statu fortunarum suarum. *Virg. 4. Aen. 318.* miserere domus labentis; *ch' è prossima ad estinguersi. Val. Max. 3. 2. n. 19.* Labentem belli fortunam restituit; *che piegava alla rotta.* Et *4. 8. extern. n. 2.* Labentis annonae subsidia; *che scarseggia e va mancando.*

Nota. Discrimen inter *labantem* et *labentem*, V. in LABO, as, §. 1. et in *Nota*.

LĂBĔO et Labio, ōnis, m. Nomen a *labium*, idem ac chilo, qui labia habet iusto maiora, ut *Charis. 1. p. 79. Putsch.* docet ex *Verr. Flacc. Verrius Flaccus* sic distinxit, modica esse *labra, labia* immodica, et inde *labiones* dici. *Arnob. 3. p. 108.* Esse quosdam capitones, silunculos, frontones, labeones. — **2**) Inde cognomen Romanum est sumptum quod a variis familiis usurpatum reperitur. *Plin. 11. 60. 1.* Labra, a quibus Brocchi, Labeones dicti. V. LABEO in ONOM.

LĂBERNĂ. V. LAVERNA.

LĂBES, is, f. Verbale a *lābor, eris*, ut *caedes* a *caedo*, et *nubes* a *nubo*, inquit *Voss.* Hanc originem *Serv.* quoque ad *2. Aen. 37.* ei tribuit. — **b**) Semper in singulari numero adhibendum esse, monet *Charis. 1. p. 19. Putsch.*, sed frustra est. V. infra loc. *Cic. 1. Divin. 33.* in §. 1., coll. §. 4. et 5. *fin.* — **c**) *Labi* pro *labe*, ut *colli* pro *colle*, dixit *Lucret. 5. 928.* Nec novitate cibi, nec labi corporis ulla. — **d**) Derivatum, *labecula*. Cf. LABINA.

LABES proprie est lapsus, casus, ruina, vitium quodlibet, quo res de suo statu labitur, deformaturque et corrumpitur; *caduta, ruina. Cic. 1. Divin. 43.* Delata ad senatum labes agri Priverniatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset. Et *ibid. 35. extr.* Tantos terrae motus in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factae sint, terraeque desederint. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 400. n. 292.* Imp. Caes. Trainus substructionem contra labem montis fecit. *Iustin. 30. 4.* Motus terrae multas civitates ruinarum labe concussit, quasdam solidas absorbuit. *Lucret. 2. 1145.* magni moenia mundi Expugnata dabunt labem putresque ruinas. *Labeo, Dig. 19. 2. 62.* Si rivum labes corrupit. *Ulp. ibid. 15.* Si labes facta sit, omnemque fructum tulerit; h. e. e caelo calamitas. *Arnob. 5. p. 183.* Labes

Digitized by Google

imbris e caelo. — **2)** Universim est damnum, exitium, pernicies, corruptio, vitium, malum; *danno, guasto, distruzione, corruzione, vizio*. *Plaut. Capt. 4. 3. 3.* Quanta pernis pestis venit! quanta labes larido! *Val. Flacc. 3. 257.* Tunc tibi regnorum labes, luctusque supersunt. *Cic. Flacc. 10. extr.* Innocentiae labes ac ruina. *Quintil. Declam. 12. 4.* Labes frumenti. — **3)** Speciatim est morbus, pestis, lues. *Grat. Cyneg. 468.* praecipitem, qua spes est proxima, labem Aggredere. *Seren. Sammon. de morbo comit. 57. 1018.* Concilium populi labes horrenda diremit. — **4)** Deinde sensu quidem translato, sed ex usu loquendi recepto etiam verbi proprio,

II. *Labes* dicitur etiam macula, sordes, illuvies, *sozzura, macchia:* quia quae lapsa sunt, deformia fiunt et sordida. *Horat. 2. Ep. 1. 255.* tractata notam labemque relinquunt Atramenta. *Pers. 3. 25.* purum et sine labe salinum. *Ovid. 1. Art. am. 514.* Sit bene conveniens, et sine labe toga. Et *ibid. 291. de tauro.* Signatus tenui media inter cornua nigro: Una fuit labes, cetera lactis erant. *Virg. 6. Aen. 746.* Concretam exemit labem, purumque reliquit Aetherium sensum. *Suet. Aug. 38.* Senio vel aliqua corporis labe insignes; *difetto, deformità*. *Ovid. 15. Met. 130.* Victima labe carens, et praestantissima forma. — *Lactant. 7. 27.* Homo subtractus his labibus terrae. — **5)** Hinc translate est turpitudo, infamia, ignominia, dedecus; *bruttezza, disonore, infamia, vizio*. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 121. Müll.* Labes macula in vestimento dicitur: et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos. *Cic. 2. Leg. 10.* Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec amnibus ullis elui potest. *Id. Dom. 20 extr.* Labes atque eluvies civitatis. *Id. Balb. 6.* Est huius saeculi labes quaedam et macula, virtuti invidere. *Id. Vatin. 6.* Ne qua ex tua indignitate labes illius dignitati adspersa videatur. *Id. Coel. 18.* Probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferre. *Id. Dom. 38.* Labem turpitudinis et inconstantiae sustinere. *Curt. 7. 7. a med.* imponere felicitati alicuius. *Tacit. 3. Hist. 24.* abolere prioris ignominiae. *Propert. 4. 8. 20.* famae non sine labe meae. *Ovid. 3. Amor. 6. 44.* Pectus adulterii labe carere negant. *Id. 4. Pont. 8. 20.* Mores labe carent. Et *2. ibid. 2. 49.* vita sine labe peracta. — In plur. num. *Cic. 3. Offic. 21. ad fin.* Hunc tu quas conscientiae labes in animo censes habuisse? quae vulnera? *reità e rimorsi*. Et *Lactunt. 4. 26.* et *Ira D. 19.* Peccatorum labibus, ac vitiorum maculis inquinati. *Apul. 8. Met. 8.* Labes impudentiae. — **6)** Per metonymiam de persona sive cive pernicioso et vitiis infami. *Cic. Sext. 8. ad fin.* Habeo quem opponam labi illi atque coeno. *Id. Har. resp. 22.* Non sint eadem ista labes: eas habet conciones, ut etc. *Id. Dom. 1.* Illa labes ac flamma reipublicae. Et *2. Verr. 1.* Labes atque pernicies provinciae Siciliae.

LĂBĬĂ, ae, *frequentius*

LĂBĬAE *vel* Labeae, ārum, f. Vox antiqua et usus exigui, quamque improbat *Charis. 1. p. 79. Putsch.* Deminutio labella, non labiae, ut quidam volunt. — Est idem quod labia vel labra; *labbra. Plaut. Stich. 5. 4. 41.* Age, tibicen: refer ad labias tibias. *Nigid.* apud *Gell. 10. 4.* Labias sensim primores emovemus. *Poëta quidam Gellii aequalis* apud *Eund. 19. 11.* Animula negra et saucia Cucurrit ad labias mihi. *Apul. 3. Met.* Nares hiantes, et labiae pendulae. Adde *10. ibid.* Et *Naev.* ac *Lucil.* apud *Non. 3. 120.* — *Labeas* usurpat *Pompon.* apud *Non. 6. 43.* Rictum et labeas cum considero. *Gell. 18. 4.* Rictu oris, labearumque ductu contemni a se ostendens hominem ipsum, etc. — In sing. num. *Apul. 3. Met.* Postrema deiecta labia. — **2)** Translate. *Cato, RR. 20. de axe trapeti.* Labeam bifariam facito. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 24.* et V. LABIUM etiam in *Nota*.

LĂBĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *labor;* in quo labi quis facile potest, lubricus; *sdrucciolo, sdrucciolo*. *Vitruv. praoem. l. 6.* Labidis itineribus vadens.

LĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *labor;* qui facile labitur; *sdrucciolevole*. *Ammian. 27. 10. a med.* Per labilem limum incitato iumento digressus. — **2)** Translate. *Arnob. 7. p. 213.* Et quisquam est, qui Deos sibi persuadeat dulcedinis labilis volucri titillatione mulceri? *manchevole, labile, momentanea, che tosto passa*.

LĂBĬO, ōnis. V. LABEO §. 1.

LĂBILLISCO. V. LAPILLISCO.

LĂBĪNĂ (et Lavina), ae, f. Verbale a *labor*, quo significatur moles saxorum, ac praecipue nivium conglobatarum, et e monte descendentium; *frana. Isid. 16. Orig. 1.* Labina, eo quod ambulantibus lapsum inferat, dicta per derivationem a labe. Hinc Nostrates vulgo nunc *lavina* aut *slavina* dicunt. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 566.* Labina, lapsum inferens, vel aquae per vim alluviones, vel terra aquosa et mobilis, in qua labimur. Adde *ibid. T. 6. p. 531.*

LĂBĬŌSUS, a, um. Adiect. a *labium;* qui magna labra habet, labeo, labrosus; *di grandi labbra*. *Lucret. 4. 1162.* Simula, Silena ac Satura est: labiosa, Philema. *Alii leg.* labrosa.

LĂBĬSCOR. V. LABASCO §. a.

LĂBĪTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *labo*, idem quod labo. *Victorin. Carm. de Machab. 87.* Regnaque, quae parvo labitantia tempore dantur. *Alii leg.* labentia.

LĂBĬUM, ii, n. Nomen, ut vulgo traditur, ductum a voce Graeca, λάβω; capio, quia labiis cibum apprehendimus. Contra *Isid. 11 Orig. 1. 50.* « *labia* a *lambendo* nominata, » dicit, quod rectius videtur. Cf. et LABRUM §. b. — **b)** Dicitur etiam *labrum*, eadem origine; de qua forma V. suo loco. — Item apud Veteres etiam *labia, ae*, vel *labiae, arum*, da qua pariter forma V. suo loco. — **c)** Derivata *labellum, labeo, labiosus, labratus, labrosus, labrum, labrusca, labruscum*. — **d)** Composita, *antelabrum, bilabrus, collabello, mesolabium, sublabium, sublabro, tentilabium*.

LABIUM proprie est extremitas oris, seu membrum, quo supra infraque os operitur et clauditur; *labbro. Ter. Eun. 2. 3. 44.* Incurvus, tremulus, labiis demissis. *Sil. 8. 114.* volvens vix murmur anhelum Inter singultus, labiisque trementibus Anna. *Plin. 29. 11. 5.* Labiorum fissuris mederi. *Apul. Apol.* Salivosa labia. — In sing. num. *Seren.* apud *Non. 3. 120.* labiumque insigne revellit. V. infra §. 4. — **2)** Speciatim *labia conducere* de aegrotis est claudere in signum auditionis. *Cael. Aurel. 3. Acut. 3. 51.* V. loc. in INCLAMATUS — **3)** Translate. *Ductare aliquem labiis* est irridere distorquendo os, sannis illudere; *berteggiare*. *Plaut. Mil. 2. 1. 14.* Itaque hic meretrices, labiis dum ductant eum, Majorem partem videas valgis suviis; *h. e.* pars maior meretricum, quia illum labiorum obtortione volent insectari, habet ora prave distorta. V. LABIAE §. 1. *in fin.* — **4)** *Labia nostra a nobis sunt* apud *Vulg. Interpr. Psalm. 11. 5.*, loquemur arbitratu nostro, sermonum nostrorum leges a nomine accipiemus. — **5)** Item *voluntas labiorum, ibid. 20. 3.* est voluntas expressa verbis. — **6)** *Labiis caedi* est suis verbis irretiri ac poenas dare. *Id. Prov. 10. 8.* Stultus caeditur labiis. Et *ibid. 10.* Stultus labiis verberabitur. — **7)** *Ascendere super labium* est fabulam fieri. *Id. Ezech. 36. 3.* Ascendisti super labium linguae et opprobrium populi. — **8)** Deinde, a similitudine,

II *Labium* dicitur pars extrema cuiuscumque rei, ora; *labbro. Cassiod. 2. Var. 39.* Fornaces circumducto tereti labio coronatas. *Alii leg.* tentilabio. — **9)** Hinc de litore. *Vulg. Interpr. Ital. Iudic. 7. 12* Erant sicut arena, quae est ad labium maris; *h. e.* litus. — Admonet autem *Augustin. de locutionib. 7. 32.* ad *h. l.* Haec translatio assidua est in scripturis, sed rara est in Latinis Codicibus, quia plerumque litus interpretati sunt. Adde quod *Vulg. Interpr. Ital. Genes. 22. 17.* — **10)** De rivo dixit *Auct. Incert. de limitib. p. 274 Goes.* Aliquoties super labium de ipso rivo terminum finalem constituimus.

Nota. *Labium* et *labrum* idem prorsus significant, sed discrimen aliqui commenti sunt, ut *labium* inferius sit, *labrum* superius: quod *Donat.* refert ad *Ter. Eun. 2. 3. 44.* Alii, contra rem se habere, putant. Ipse autem hoc statuere videtur, ut *labia* immodica sint, unde *labeones:* modica vero *labra:* quod idem ex *Verr. Flacc.* tradit *Charis. 1. p. 79. Putsch.*, qui tamen recte docet, *labia* et *labra* indistincte dici. — Inanissimum vero est, quod alii *labia* mulierum, *labra* virorum putarunt, quos et *Serv.* ad *2. Ecl. 34.* reprehendit. Cf. *Isid. 11. Orig. 1. 50.* illud certo statui potest, *labium* minoris esse usus, et in prosa oratione vix usurpandum, inquit *Forcellinus* noster. Cf. ad rem *Döderl. Synon. T. 3. p. 154.* aliosque apud *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 24.*

LĂBO pro Labores. V. LABOR, ōris, §. c.

LĂBO, as, āvi, āre. Verbum intransitiv. eiusdem originis ac *labor, ōris*, quod in praeteritis rarissime usurpatum reperitur. V. *Plin.* loc. infra cit. §. 2. *in fin.* — **b)** Etiam deponentium more, *labor, āris*, adhibitum fuisse videtur, dicente *Macrob. de Differ. verb. p. 2767. Putsch.* « Similiter apud Latinos quaedam modo neutra, modo fiunt deponentia, ut *labo, labor: fabrico, fabricor: ructo* et *ructor*. » Nullo tamen exemplo id confirmat. — **c)** De confusione huius cum *laboro* V. in LABORO §. c. — **d)** Particip. *labans* §. 3. et suo loco. — **e)** Derivata, *labasco, labito, labor, ōris* (quod V. pro suis). — **f)** Composita, *collabesco, collabefacto, collabefio, illabefactus, labefacio, labefactatio, labefactio, labefacto, labefactor*.

LABO proprie est labefactor, nuto, vacillo, ruinam minor; *vacillare, traballare*. Unde discrimen patet inter *labentem* et *labantem;* ille enim cadit, ruit: hic labefit, nutat, instabilis est ac dubius, non tamen labitur. *Cic. 6. Verr. 43. ad fin.* Signum illud nulla lababat ex parte, cum alii vectibus subiectis conarentur commovere, etc. *Virg. 2. Aen. 492.* labat ariete crebro Ianua. Et *5. ibid. 452.* tarda trementi Genua labant. Et *10. ibid. 283.* egressisque labant vestigia prima. *Cels. 7. 1. n. 1.* Si ex ictu vel alio casu labant dentes. *Val. Flacc. 5. 163.* magna iuvenum cum densa securi Silva labat. *Ovid. 2. Met. 163.* Utque labant curvae iusto sine pondere naves, Perque mare instabiles nimia levitate feruntur; Sic etc. *Id. 6. Fast. 678.* dubii stantque labantque pedes. *Id. 2. Art. am. 85. de Icaro.* Vincla labant, et cera Deo propiore liquescit. *Id. 10. Heroid. 140.* Litteraque articulo pressa tremente labat; *h. e.* tremente manu scripta, ipsa quoque, inaequalibus lineis exarata, tremere videtur. — *Lucan. 7. 521.* Tum Caesar metuens, ne frons tibi prima laboret incursu, etc.; *h. e.* laboraret

Digitized by Google

ab hostium incursu, aut premeretur. — **2)** Translate est dubitare, incertum esse, a constantia decedere; *dubitare, vacillare, titubare.* *Cic. 8. Att. 14.* Scito, labare meum consilium illud, quod satis num fixum videbatur. *Id. 7. Phil. 10.* Cum ei labare M. Antonius videretur. Et *1. Tusc. 32.* Labamus, mutamusque sententiam clarioribus etiam in rebus. *Liv. 22. 61.* Qui sociorum ad eam diem firmi steterant, tum labare coeperunt. Et *32. 30.* Suberat suspicio animis, labare fidem sociorum. *Ovid. 17. Heroid. 178.* in dubio pectora nostra labant. *Id. 6. Met. 629.* ex nimia matrem pietate labare. Sensit. Et *4. Trist. 3. 12.* Cur labat ambiguo spes mihi mixta metu? *Val. Flacc. 3. 75.* aegra virorum Corda labant; *non sanno qual partito prendere.* *Plin. 14. 28. 6. de insigni potore vini.* Torquato rara gloria, non labasse sermone, non levatum vomitione, etc. — **3)** Speciatim

II. *Labo* ponitur pro deficere; *mancare.* *Liv. 5. 18.* Memoria labat, vigor animi obtusus. *Cels. 3. 19.* Mens in illis *(phreneticis)* labat, in hoc *(cardiaco)* constat. *Apul. 8. Met.* Labanti spiritu totam se super corpus effudit. — **4)** Pro dissolvi, turbari, misceri, confundi. *Cic. 5. Fin. 23.* Quid in philosophia non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si ullam litteram moveris, labent omnia? — *Suet. Tit. 38.* Si qua in publicis moribus . . . labarent. — **5)** Item esse in ancipiti, et proximum casui; *esser in pericolo.* *Ovid. 2. Trist. 233.* pars nulla est, quae labet, imperii. *Id. 13. Met. 458.* cum res Troiana laboret. — *Tertull. de Pudicit. 9.* Quis labat de valetudine, nisi qui Deum nescit?

Nota. Discrimen inter *labo* et *labor* dedimus supra §. 1. Consule ad rem etiam *Döderl. Synon. T. 1. p. 131.* apud *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 6.*

LĂBOR, ōris. V. voc. praeced. §. b.

LABOR, bĕris, bsus vel psus sum, bi. Verbum intransitiv. eiusdem originis ac praecedens *labo, as,* minus tamen notae, forma deponens. — **b)** *Labier* pro *labi* paragoge apud *Lucret. 4. 448.* V. loc. infra §. 1. — **c)** *Labitur* et *lavitur* inter se confusa fuisse in antiquis MSS. et editis libris, notat *Hildebr.* ad *Apul. Apol. 8.* — **d)** Particip. *labens* §. *1.* et seqq. et suo loco, *labsus* vel *lapsus* §. *1.* et *8.*, et suo loco, *lapsurus* §. *1.* — **e)** Derivata, *labasco, labes* (quod V. pro suis), *labidus, labilis, labina, labo, labundus, lapsabundus, lapsilis, lapsinosus, lapsio, lăpso, lapsus, us.* — **f)** Composita, *allabor, circumlabens, collabor, delabor, dilabor, elabor, illabor, interlabor, perlabor, praelabor, praeterlabor, prolabor, prolapsus, relabor, sublabor, subterlabor, superlabor, translapsus.*

LABOR proprie est deorsum feror, cum aliqua velocitate descendo, delabor, defluo, cado; *andar a basso, scorrer giù, discendere, cadere.* *Cic. 4. Tusc. 18.* Sunt in lubrico, incitataque semel, proclive labuntur. *Ovid. Ib. 513.* Lapsuram domum subire. *Virg. 11. Aen. 588.* Labere, Nympha, polo, fluesque invise Latinos. *Val. Flacc. 7. 259.* Cum levis a superis ad te modo laberer auris. *Horat. 1. Od. 15. 7.* Humor in genas furtim labitur. *Virg. 1. G. 366.* stellas praecipites caelo labi. Et *2. Aen. 262.* Demissum lapsi per funem. *Lucan. 8. 172.* labentia coelo . . . sidera. *Ovid. 7. Heroid. 183.* Perque genas lacrimae strictum labuntur in ensem. *Cic. Fat. 3.* Naufragum illum in rivo esse lapsum. *Ovid. 1. Trist. 3. 4.* Labitur ex oculis gutta. *Id. 13. Met. 954.* lapsi de fontibus amnes. Et *5. ibid. 410* lapsus ab arbore ramus. Et *ibid. 639.* Catenae lapsae lacertis, sponte sua, nullo solvente. Et *11. ibid. 51.* medio dum labitur amne. *Lucret. 4. 448.* splendida signa videntur Labier adversum nimbos. *Ovid. 13. Met. 477.* super terram defecto poplite labens; *cadendo.* *Virg. 11. Aen. 818.* Labitur exsanguis: labuntur frigida leto Lumina. — *Val. Flacc. 5. 2.* morbis fatisque rapacibus idmon Labitur; *muore.* — **2)** Translate ponitur pro deficere. *Tacit. 6. Ann. 50.* Labi spiritum, nec ultra biduum duraturum. *Stat. 5. Silv. 1. 194.* Haec dicit labens; *h. e.* deficiens, moriens. — **3)** Item pro sensim irrepere. *Ovid. 11. Met. 651.* labique somnum ut sensit in artus, Effugit. *Petron. Satyr. 21.* et 22. Labi in somnum. — **4)** Et pro sensim devenire, paulatim abire. *Ovid. 2. Met. 628.* labi in cineres; *andar in cenere.* — **5)** Et pro se demittere. *Tacit. 4. Ann. 6.* Labi in adulationem. — **6)** Et pro ferri. *Val. Flacc. 8. 662.* Labi in gaudia; *abbandonarsi, lasciarsi trasportare.* — **7)** Et pro decidere, prolabi. *Justin. 1. 7.* Labi in luxuriam. Et *21. 2.* in segnitiem. *Horat. 2. Ep. 1. 33.* in vitium. *Caes. 5. B. G. 55.* Labi spe. *Ulp. Dig. 27. 8. 1. a med.* facultatibus; *cader in povertà.* — Et absolute. *Paul. ibid. 26. 7. 18.* Si idoneus contutor subito lapsus sit. — **8)** Et saepissime pro errare, peccare, falli, decipi; *fallare, errare.* *Cic. 1. Offic. 6.* Labi, errare, uescire, decipi, et malum et turpe ducimus. *Id. Brut. 49.* In aliqua re labi et cadere. *Phaedr. 5. 5.* Pravo favore labi mortales solent. *Caes. 5. B. G. 5.* Ne plebs propter imprudentiam laberetur; *facesse qualche sproposito.* *Cic. 5. Q. Fr. 9.* Lapsus est per errorem. *Modestin. Dig. 35. 2. 19.* errore. *Arr. Men. ibid. 40. 16. 6. ad fin.* per vinum, aut lasciviam. *Ulp. ibid. 2. 13. 4. extr.* ob aetatem, vel rusticitatem, vel sexum. *Cic. 2. Agr. 5.* et *7. Phil. 6.* consilio; *ἁνοχεῖν*; *h. e.* consilium quidem adhibere, et rem pensitare, sed errare tamen: cui opponitur apud *Eund. cit. 2. Agr.* labi casu. *Id. Rabir. perduell.*

9. imprudentia. *Id. Brut. 69.* ambitione. Et *13. Phil. 4.* opinione. *Papinian. Dig. 3. 5. 31.* imperitia. *Paul. ibid. 24. 3. 17.* ignorantia iuris. *Cels. 3. 26. n. 15.* mente; *delirare.* *Ovid. 2. Amor. 8. 7.* in verbo aliquo; *h. e.* cum imprudenter verbum aliquod invito effluit; *scappa una parola.* *Cic. 2. Tusc. 4. extr.* Philosophus in ratione vitae precans, in officio, cuius magister esse vult, labitur. *Plin. 2. ep. 3.* Ne verbo quidem labi; *h. e.* ne verbum quidem omittere eorum, quae dicenda sunt; *non fallare nè pur d'una parola.* — *Vulg. Interpr. Eccli. 21. 8.* Notus a longe potens lingua audaci: et sensatus scit labi se ab ipso; *h. e.* scit quam facile sit lingua labi. — Absolute *Propert. 1. 1. 25.* Aut vos, qui sero lapsum revocatis, amici; *h. e.* lapsum in amorem. — **9)** Deinde

II. *Labor* est etiam decurro, serpo, lubrico ac facili motu feror, quamvis non deorsum; *scorrere, passare:* unde proprie de anguibus dici, notat *Serv.* ad illud *Virg. 2. Aen. 225.* At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. *Id. 8. ibid. 91.* Labitur uncta vadis abies. *Ovid. 10. Heroid. 65.* Ut rate felici placata per aequora labar. Et *21. ibid. 65. de insula Delo.* quid me fugis, insula? dixi: Laberis in magno numquid, ut ante, mari? Et *2. Amor. 13. 13.* Pigraque labatur circa dorsa serpens; *vada strisciando.* *Cic. 1. Acad. 8.* Res subiectae sensibus essent ita mobiles et concitatae, ut nihil unquam unum esset constans, quia continenter laberentur et fluerent omnia. — **10)** Translate. *Plaut. Trin. 2. 1. 17.* Illico res foras labitur; *trapela, si divulga.* *Ovid. 1. Amor. 8. 49.* Labitur occulte, fallitque volubilis aetas. *Cic. Orat. 57.* Brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius. *Id. 1. Leg. 19. extr.* Videtis ne, ut ex alio alia nectantur? Quin labebar longius, nisi me retinuissem; *h. e.* sensim ac paulatim digrediebar, et declinabam dicendo; *mi dilungava via più.* Et *4. Att. 8.* Ne qua mihi liceret labi ad illos, qui etiam, tum, cum misereri mei debent, non desinunt invidere; *h. e.* deflectere, accedere, adiungi. *Horat. 2. Od. 14. 1.* fugaces . . . labuntur anni. *Apul. 1. Dogm. Plat. 6.* Labentia et ad instar fluminum profuga. V. loc. — **11)** Aliquando ponitur pro excidere. *Virg. Ecl. 64.* Quam nostro illius labatur pectore vultus. — *Vulg. Interpr. Eccl. 28. 3.* Attende ne forte labaris in lingua. — *Id. ibid. 9. 13.* Labi in perditionem. — **12)** Item pro effugere, elabi, V. LAPSUS, a, um.

Nota. Discrimen inter *cado* et *labor*, V. sub v. CADO in *Nota* II. §. 2. — Inter *labo* et *labor*, V. in LABO §. 1. et in *Nota*.

LĂBOR *(antique etiam* Labos), ōris, m. Verbale a *labo;* est enim ea operis functio, ex qua vires labuntur. — **b)** *Labos* legitur apud *Plaut. Merc. prol. 72.* et *Trin. 2. 1. 58.*, *Ter. Hecyr. 3. 1. 6.*, *Catull. 55. 15.*, *Sall. Iug. 103.* et *in orat. Macri trib. pleb.*, *Virg.* loc. modo cit., *Val. Flacc. 7. 561.* et *Non. 8. 27.* etc., tametsi in his aliquando libri variant. Hac de re ita *Quintil. 1. 4. 15.* Nam ut *Valesii* et *Fusii* in *Valerios Furiosque* venerunt, ita *arbos, labos, vapos* etiam, et *clamos*, ac *lases* aetatis fuerunt. *Servius* ad *1. Aen. 257.* observat, *Sallustium* paene ubique *labos* dixisse. — **c)** Etiam *labo*, decurtata nempe voce, pro *labores*, utebantur Veteres, ut *eael, do, gau* pro *caelum, domum, gaudium.* *Front. de fer. Als.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 5.* Qua malum! volup? Immo, si dimidiatis verbis verum dicendum est, ubi tu animo faceres vigil, vigilias dico: aut ut faceres labo, aut ut faceres mole, labores et molestias dico. — *Labor* pro *labarum*, V. LABARUM §. 2. *in fin.* — **d)** Derivata, *laboratio, laborator, laboratus, us, laborinus, laboriose, laboriosus, laboro, labosus.* — **e)** Composita, *allaboro, collabore, delaboro, elaboro, illaboratus, illaboriosus, illaboro, laborifer, perlaboro.*

LABOR proprie est, ut innuimus supra, operis functio, ex qua vires labuntur, opera, defatigatio, contentio, afflictatio; *fatica.* *Cic. 2. Tusc. 15.* Interest aliquid inter laborem et dolorem: sunt finitima omnino, sed tamen differt aliquid. Labor est functio quaedam vel animi, vel corporis, gravioris operis et muneris: dolor autem motus asper in corpore, alienus a sensibus. Haec duo Graeci uno nomine appellant (πόνον), itaque industrios homines illi studiosos, vel potius amantes doloris (φιλοπόνους) appellant, nos commodius laboriosos. *Id. Cael. 17.* Omnem vitae cursum in labore corporis, atque in animi contentione transigere. *Id. 1. Orat. 55.* Res est magni laboris. *Plaut. Rud. 1. 3. 7.* Hoc est mihi labori. *Plin. 28. 72. 1.* Lethargicos excitare, labor est; *è cosa di fatica: è difficile.* Et *11. 17. 1.* In labore esse. *Cic. Mur. 18.* Laborem sibi sumere, et alteri imponere. *Quintil. procem. l. 1.* alicui iniungere. *Cic. 2. Invent. 58.* Sumptum et laborem insumere in rem aliquam. *Id. 3. Verr. 98.* Laborem et sumptum ad incertum casum impendere. *Virg. 2. G. 61.* alicui rei laborem impendere. *Cic. 1. Orat. 55.* Multum operae laborisque consumere. *Id. 1. Att. 17. circa med.* Laborem sustinere. Et *4. Acad. 54.* exantlare. *Id. opt. gen. Orat. 3.* suscipere. *Virg. 1. Aen. 14.* adire. *Cic. 3. Att. 15. sub fin.* subire. *Id. Rosc. Com. 16. extr.* capere; *h. e.* subire, sentire. *Nep. Eumen. 13. in fin.* ferre. *Liv. 1. 56.* Pericula et labores obire. *Ter. Hecyr. 3. 1. 29.* Labori haud parcere. *Plin. 3. ep. 1. ad fin.* Laboribus conteri. *Cic. Brut. 69.* Labores magnos excipere. *Id. 1.*

Fam. 8. circa med. Laboribus maximis perfunctus. *Id. Arch. 11. ad fin.* Se in magnis laboribus exercere. Et *mox*. Se magnis laboribus frangere. Et *2. Nat. D. 23.* Cum labore operoso moliri aliquid. *Id. Font. 1. ad fin.* Multo sudore ac labore quippiam facere. *Ter. Adelph. 5. 4. 17.* Sine labore potiri aliquid. Et *Heaut. prol. 4.* Agere *(in scena)* cum labore maximo. *Plin. 2. 63. 4.* Veneni haustu extinguimur, nullo labore. *Plin. alter, 2. ep. 19.* Quae scripsimus cum labore, etiam cum labore audiri putamus. *Cic. Orat. 34.* Laborem levare alicui. *Id. 3. Fam. 6. a med.* detrahere. *Ovid. 7. Met. 208.* minuere. Et *3. ibid. 154.* intermittere. *Curt. 5. 13.* relaxare. *Sil. 4. 820.* labori incumbere. *Caes. 3. B. G. 3.* Ex labore se reficere. Et *5. ibid. 11.* Ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis. *Sallust. orat. 2. ad Caes. a med.* Corpus in laboribus habui; *tenni sotto le fatiche*. — **2)** Metonymice est molestia, calamitas, incommodum; *calamità, disgrazia, travaglio, disagio*. *Cic. 15. Fam. 8.* Cuius erga me singularem benevolentiam vel in labore meo, vel in honore perspexi. *Virg. 4. Aen. 78.* Iliacos iterum demens audire labores Exposcit. Et *2. ibid. 11.* Troiae supremum audire laborem. Et *5. ibid. 617.* taedet pelagi perferre laborem; *i disagi della navigazione. Nep. Annib. 13.* Multis variisque perfunctus laboribus. *Virg. 1. G. 150.* Mox et frumentis labor additus, ut mala culmos Esset rubigo, etc.; *h. e.* malum. Et *4. ibid. 540.* primos Lucinae experta labores; *h. e.* nisus ac dolores pariendi. — *Ter. Andr. 5. 2. in fin.* Tantum laborem capere ob talem filium! *tanto travaglio*. — **3)** Item morbus; *malattia*. *Plaut. Cure. 2. 1. 4.* Valetudo decrescit, accrescit labor. *Vitruv. 8. 3.* Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt. — **4)** Item dolor; *dolore. Scribon. Compos. 227. ad fin.* Hoc medicamentum sine magno labore cadere cogit haemorrhoidas. — **5)** Item discrimen, periculum; *pericolo. Colum. 9. 13. de apibus*. Maximus autem earum labor est initio veris, quo tithymali floret frutex, . . . tali nocente cibo: quo cum se affatim repleverint, profluvio alvi intereunt. — Huc fortasse spectat locus *Apul. de Deo Socrat. 21.* Quas quivis bonus vir sine ulla animi vituperatione, sine turpitudine, sine labore contempserit. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* — **6)** Item pondus; *peso. Plin. 36. 48. 1.* Ii lapides tractabiles in opere, laborem quoque tolerant. *Vitruv. 2. 7.* Saxa si sint in locis tectis, sustinent laborem; sin autem in apertis, friantur et dissolvuntur. — **7)** Item vis, violentia, conatus. *Val. Flacc. 2. 617.* Has etiam terras, consertaque gentibus arva Sic, pelago pulsante, reor Neptunia quondam Cuspis, et adversi longus labor abscidit aevi. Et *ibid. 285.* Visa ratis saevae defecta laboribus undae; *assalti, sforzi, impeti. Virg. 9. Aen. 404.* Tu Dea, tu praesens nostro succurre labori; *attentato*. — **8)** Saepe autem refertur ad ipsum opus, et

II. *Labor* est artificium; *lavoro, fattura. Val. Flacc. 1. 145.* Poculaque, insignis veterum labor. Et *5. 455.* nondum noscentibus, ille Quis labor. *Virg. 1. Aen. 459.* Artificumque manus inter se, operumque laborem Miratur. Et *6. ibid. 27.* Hic labor ille domus, et inextricabilis error; *h. e.* ingeniosum opus labyrinthi. *Val. Flacc. 2. 402.* Dona duci promit, chlamydem, textosque labores; *tele intessute e istoriate*. — **9)** Hinc ponitur pro rebus gestis bellicis, quae maxime laborem postulant; *imprese militari. Virg. 11. Aen. 126.* et *Val. Flacc. 3. 133.* Belli labores. *Claudian. 1. Laud. Stilich. 21.* Decertati labores. — Hinc *Herculis labores*, de quibus V. in HERCULES in ONOM. — **10)** Item opus rusticum. *Virg. 2. G. 514.* et *Horat. 3. Od. 24. 43.* — **11)** Absolute apud *Vulg. Interpr. Malac. 1. 13.* Et dixistis: Ecce de labore et exsufflastis illud; *h. e.* labore nostro partum est, quidcumque est. — **12)** Item cura, sollicitudo; *cura, pensiero. Virg. 4. Aen. 379.* Scilicet is Superis labor est: ea cura quietos Sollicitat. Et *1. ibid. 80.* tuus, o regina, quid optes, Explorare labor. — **13)** Metaphorice. *Id. ibid. 746.* Hic canit errantem lunam, solisque labores; Unde hominum genus, et pecudes; etc.; *h. e.* errores, seu vagos lunae cursus, et celerem statumque solis circuitum, ex quo laborare videtur. *Id. 2. G. 478.* et *Ovid. 7. Met. 208.* Lunae labores; *l' ecclissi*. V. LABORO §. 6. — **14)** *Labores uteri* sunt filii. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 193.* tibi gaudia nostri Sanguinis, et caros uteri commendo labores. — **15)** Inter ceteras Pestes, quas in vestibulo Ditis habitare fingunt Poëtae, Laborem recenset *Virg. 6. Aen. 277.* — **16)** De incantamentis, V. in *Nota*, quae sequitur. — **17)** Pro vexillo, V. LABARUM §. 2. *in fin.*

Nota. *Fea* ad illud *Horat. Epod. 17. 63. Ingrata misero vita ducenda est in hoc Novis ut usque suppetas laboribus*, demonstrat *labores* et *aerumnas* proprio vocabulo in incantamentis usurpari, excitans locum *Apul. 11. Met. 2. Sit satis laborum*, et *ibid. 12. tot ac tantis exantlatis laboribus*. Et *ibid. 15. pristinis aerumnis absolutus*. Cf. et AERUMNA in *Nota*.

LABORAIT pro Laboravit. V. LABORO §. b.

LĂBŌRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *laboro;* labor; *fatica. Front. hist.* (edente iterum *A. Mai*) *ab init.* Tantas res a te gestas, quantas et Achilles gessisse cuperet, et Homerus scripsisse: laborationibus his vereor, ne quando etc.

LĂBŌRĀTOR, ōris, m. Verbale a *laboro;* qui laborat. Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato. *Hildebr.* ad *Apul. 5. Met. 26.* affert etiam *Rufin.* in *Iosephi 8. 2.* Laboratores, operarii difficilis laboris.

LABŌRĀTUS, a, um. Particip. verbi *laboro*, adiectivorum more saepissime adhibitum. — Hinc comparat. *laboratior* §. *1.* — Propriae est labore ac studio factus, elaboratus; *lavorato, fatto con istudio e fatica. Cic. Cael. 22.* Sed haec, quae sunt oratoris propria, quae mihi fructum aliquem ferre potuissent, cum a me ipso laborata proferri viderentur, etc. *Plin. 3. 1. 6.* Laborata Herculi et Perseo. *Virg. 1. Aen. 643.* Arte laboratae vestes. Et *8. ibid. 180.* onerantque canistris Dona laboratae Cereris; *formento fatto in pane. Ovid. 5. Met. 153.* antrum Arte laboratum nulla. *Quintil. 12. 6. 5.* Actio laborata dierum ac noctium studio. *Martial. 4. 53.* Laborati libri. *Id. 9. 19.* Curva laboratas antlia tollit aquas; *h. e.* magno labore haustas. *Tertull. Virg. veland. 10.* Continentia laboratior; *h. e.* maiore labore ac difficultate custodita. — **2)** Item per labores et aerumnas actus, laboriosus, exercitus; *laborioso, calamitoso. Val. Flacc. 5. 225.* Fata laborati Phryxus compleverat aevi. *Stat. 1. Theb. 341.* Grata laboratae referens oblivia vitae.

* LĂBŌRĀTUS, us, m. Verbale a *laboro;* actus laborandi, labor. Usurpat *Venant. Vit. S. Radeg. 15.* Nou minore laboratu.

LĂBŌRĬAR. V. LABORINUS.

LĂBŌRĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *labor* et *fero;* ferens laborem, laboris patiens, laboriosus; *faticoso. Ovid. 9. Met. 285.* laboriferi cum iam natalis adesset Herculis. Et *15. ibid. 129.* Laboriferi iuvenci caedes. *Stat. 6. Theb. 25.* Clara laboriferos caelo Tithonia currus Extulerat. *Auson. Edyll. 4. 6.* Graio schola nomine dicta est, Iusta laboriferis tribuantur ut otia Musis.

LĂBŌRĪNUS, a, um. Adiect. a *labor*, qua opus rusticum significat: ad laborem pertinens. Hinc *Laborini campi* qui et *Laboriae* appellantur, nunc *il territorio di Gaudo*, in Campaniae tractu, qui a viis consularibus, quae a Puteolis, et quae a Cumis Capuam ducit, et Vulturno amne finitur, hinc tota Campania nunc *Terra di Lavoro* dicitur, quia ingens sit labor in eo colendo, quod agrorum genus Itali nunc *di terreno forte* vocant. *Plin. 17. 3. 5.* Inter argumenta *(optimae terrae)* stipulae crassitudo est, tanta alioqui in Laborino Campaniae nobili campo, ut ligni vice utantur; sed idem solum ubicumque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius paene, quam vitiis posset, affligit agricolam. *Id. 3. 9. 8.* Ibi Laborini campi sternuntur. — *Id. 18. 29. 1.* Quantum universas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius, quae Laboriae vocantur, quem Phlegraeum Graeci appellant. Finiuntur Laboriae via ab utroque latere consulari, quae a Puteolis, quae a Cumis Capuam ducit.

LABŌRĬŌSĒ. Adverb. a *laboriosus*. — Comparat. *laboriosius* et superlat. *laboriosissime*, infra. — Est cum labore; *con fatica. Catull. 38. 1.* Male est, Cornifici, tuo Catullo; Male, mehercule, et laboriose; *con dol travaglio e della molestia*. Et *Cels. 5. 17. n. 2.* Laboriose conteruntur ea, ex quibus emplastra pastillique fiunt; *con fatica e diligenza. Cic. Rosc. Com. 11.* Quo quisque est ingeniosior, hoc decet iracundius et laboriosius. *Id. 1. Verr. 21.* Itaque semper hi diligentissime, laboriosissimeque accusarunt.

LĂBŌRĬŌSUS, a, um. Adiect. a *labor*. — Comparat. *laboriosior* §. *1.* et *3.*, superlat. *laboriosissimus* §. *1.* et *2.* — Proprie est qui multo cum labore fit, difficilis, molestus; *faticoso, penoso. Ter. Heaut. 4. 6. 2.* vel me haec deambulatio, Quam non laboriosa, ad languorem dedit. *Cic. 3. Leg. 8.* Nihil erit his domo sua dulcius, nec laboriosius molestiusque provincia. *Liv. 3. 19. ad fin.* Operum longe maximum ac laboriosissimum. *Catull. 1. 6.* Omne aevum tribus explicare chartis, Doctis, Iuppiter! et laboriosis. *Nep. Attic. 12. extr.* Quod utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit iudicare. *Gallus* apud *Non. 2. 491.* Durum rus fugite et laboriosum. — **2)** Item qui in labore libenter versatur, qui multum laboris subit et sustinet; *fatichevole, industrioso. Cic. 2. Tusc. 15.* Industrios homines Graeci studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos. *Nep. Timoth. 1.* Fuit enim disertus, impiger, laboriosus. *Colum. proocm. 1. 6. in fin.* Bos laboriosissimus hominis socius in agricultura. — **3)** Item laboris plenus; *h. e.* multis laboribus exercitus; *affaticato, travagliato. Cic. Mil. 2.* Quid enim nobis duobus laboriosius? quid magis sollicitum, magis exercitum dici potest? *Auct. Priap. 61.* Sed quod carmina pessimi poëtae Ramis sustineo laboriosis. — **4)** Item qui multos dolores perfert. *Cic. 11. Phil. 4.* Dolores Trebonius pertulit magnos: multi ex morbi gravitate maiores: quos tamen non miseros, sed laboriosos dicere solemus. — *Vulg. Interpr. Iob, 7. 3.* Et noctes laboriosas enumeravi mihi. *Gloss. Philox.* Laboriosus: πονηρός. Adde *Sidon. 6. ep. 11.*

LĂBŌRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam aliquando adhibitum, a *labor, ōris*. — **b)** Scribitur *lavoro* solita litterarum *b* et *v* permutatione in *Corp. Inscr. Lat.*

Digitized by Google

T. S. n. *2113.* Qui in se bene laboraverunt; *h. e.* una laboraverunt. Sed et *laborabit* pro *laboravit* est in *alia* apud *Momms.* n. *284.* et per syncopen *laboràit* pro *laboravit* in *alia*, *ibid.* n. *318.* « Fratri bene merenti, qui mecum laborait *(sic)* an. XII., *h. e.* militavit, seu militiae labores sustinuit. — **c**) Aliquando in antiquis MSS. et editis libris *labo* et *labero* inter se confusa sunt, ut notat *Hildebr.* ad *Apul. S. Met. 26.* cum aliis, coll. infra §. 3. *in fin.* — **d**) Particip. *laborans* §. *1.* et seqq., *laborandus* §. *11.*, *laboratus*, v. suo loco, *laboraturus* §. 2. — **e**) Derivata et Composita, v. in LABOR suo loco.

LABORO proprie intransitivorum more est laborem sentio, cum labore ago, fatigor: et refertur ad corpus; *faticare*, *durar fatica*. *Cic. 2. Tusc. 15.* Aliud est dolere, aliud laborare. Cum varices secabantur C. Mario, dolebat: cum aestu magno ducebat agmen, laborabat. Est inter haec tamen quaedam similitudo. *Id. S. Phil. 6. extr.* Non quo ille acuta occulta esse vellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. *Id. S. Verr. 32.* Quandiu intelligebant, sese sibi et populo R., non Verri et Apronio serere, impendere, laborare. *Quintil. 11. 3. ante med.* lumenta onere et iugo laborantia. — Absolute. *Apul. S. Met. 26.* Sed antequam multum viae laboranti vestigio pererrasset, etc.; *h. e.* nutanti. — **2**) Saepe est morbo, aut dolore aliquo male habere. *Cic. 7. Att. 2.* Invaletudo tua me valde conturbat, significant enim tuae litterae, te prorsus laborare; *che tu se' formalmente ammalato*. Et *7. Fam. 26.* Cum decimum iam diem graviter ex intestinis laborarem; *essendo travagliato da diarrea*. Et *9. ibid. 25.* Laborare ex pedibus; *aver la podagra*. Et *2. Tusc. 25.* ex renibus. *Ter. Andr. 1. 5. 34.* e dolore; *sentire i dolori del parto*. Sic *Horat. 3. Od. 22. 2.* laborantes utero puellae; *che hanno le doglie del parto*. *Colum. 2. 10.* frigore. Et *Plin. 32. 46. 4.* a frigore; *esser intirizzito*. Et *24. 47. 1.* torminibus. Et *17. 37. 3.* fame et cruditate. *Suet. Claud. 44.* abundantia; *di repletione*. *Martial. 1. 99.* podagra. *Marcell. Empir. 56.* Constat, eum non laboraturum podagrae dolore. — **3**) Hinc, latiore significatione.

II. *Laboro* ad alia quoque mala refertur sive corporis, sive animi, quibus urgemur ac premimur. *Cic. Cluent. 71.* Laborare ex invidia; *esser odiato*. Et *Liv. 6. 2.* odio apud hostes, contemptu inter socios. *Caes. 3. B. C. 9.* a re frumentaria; *penuriare di grano*. *Suet. Aug. 47.* aere alieno. Et *Caes. 3. B. C. 22.* ex aere alieno; *esser oppresso da debiti*. *Iustin. 16. 5.* pestilentia. *Suet. Ner. 3.* obsidione; *essere stretto d' assedio*. *Cic. 16. Fam. 11.* ex desiderio. *Id. 2. Invent. 2.* ex inscientia; *esser ignorante*. *Horat. 1. Sat. 4. 26.* ab avaritia, aut ambitione. *Est qui legit* ob avaritiam. *Iustin. 4. 5.* discordia. *Quintil. 12. 9. a med.* crimine temeritatis; *esser tenuto per temerario*. Sic *4. 1. 55.* opinione arrogantiae. *Id. 12. 9. 7.* fastidio; *essere fastidioso e disprezzante*. *Liv. 34. 4.* Diversis duobus vitiis, avaritia et luxuria, civitas laborat. *Horat. 1. Od. 17. 19.* laborantes in uno Penelopen, vitreamque Circen; *h. e.* flagrantes amore unius Ulyssis. *Liv. 22. 59.* Laborare a veritate; *h. e.* deficere, abesse. *Al. aliter leg. Martial. 5. 78.* Si tristi domicoenio laboras; *se sei costretto cenar a casa tua*. *Cels. 2. 7. a med.* Quibus causa doloris, neque sensus eius est, his mens laborat; *delira*. Hic *Targa* reposuit *labat*, quod aliis *Celsi* locis confirmat. V. LABO §. 3. — *Cael. Aurel. 1. Acut. 17. 170.* Laborans empirica ad occultarum confugit apprehensionem causarum. — **4**) Absolute dicitur de iis, qui aliqua re inferiores sunt, et a validiore premuntur. *Quintil. 4. 1. 9.* Est enim naturalis favor pro laborantibus; *per chi è al di sotto:* qui causa laborant, ut *Id. ibid.* §. *44.* loquitur. — **5**) Hinc saepe adhibetur in re militari. *Caes. 4. B. G. 26.* Quos laborantes conspexerat, iis subsidia submittebat; *durar fatica a mantenersi a fronte del nemico*. Et *7. ibid. 67.* Si qua in parte nostri laborare, aut gravius premi videbantur. Et *2. B. C. 6.* Suis laborantibus succurrere. — Passive impersonaliter. *Id. 7. B. G. 83.* Maxime ad superiores munitiones laboratur. — **6**) Tribuitur et rebus inanimis. *Caes. 2. B. C. 6.* Triremes adeo graviter inter se incitatae conflixerunt, ut vehementissime utraeque ex concursu laborarent; *restarono danneggiate*. *Propert. 2. 25. 32.* Nec cur fraternis Luna laboret equis; *h. e.* defectum patiatur ob lumen Solis terrae interventu interceptum. V. LABOR §. 13. *Petron. Satyr. 25.* Detectus paries nimbo laborat; *patisce*. *Horat. 2. Od. 9. 6.* Aquilonibus laborant quercetа Gargani. Et *1. ibid. 9. 1.* Vides, ut alta stet nive candidum Soracte, nec iam sustineant onus Silvae laborantes. *Id. 1. Sat. 4. 19.* conclusas hircinis follibus auras, Usque laborantes, dum ferrum molliat ignis. *Colum. 11. 2. ante med.* Oleis laborantibus, circum radices amurcam conveniet infundere; *ammalate*. *Ovid. 2. Pont. 6. 22.* laborantem ratem deserere; *pericolante*. *Quintil. 9. 4. ante med.* Vocalium concursu hiat, et intersistit, et quasi laborat oratio. *Petron. Satyr. 115.* Sinite, me sententiam explere: laborat carmen in fine. *Flor. 1. 12. extr.* Laborat annalium fides, ut Veios fuisse credamus; *h. e.* annales vix fidem faciunt, ut credamus etc.; *penano a farci credere*. — **7**) Specialim *laborare alicui* est laborando inservire. *Sil. 3. 116.* Nigro forte levi cui tertia regna laborant. — **8**) Saepe autem

III. *Laboro* refertur ad animum, et significat laborem ac studium impendere, contendere, curare, niti, conari; *procurare*, *studiarsi*, *affaticarsi*, *far di tutto per ottener qualche cosa*. *Cic. Parad. 2.* Quid enim ego laboravi, aut quid egi, aut in quo evigilaverunt curae et cogitationes meae? *Caes. 7. B. G. 31.* Animo laborabat, ut reliquas civitates adiungeret. Et *1. ibid. 31.* Non minus se id contendere et laborare, ne ea enunciarentur, quam uti ea, quae vellent, impetrarent. *Cic. S. Verr. 57. extr.* Sponsio illa ne fieret, laborasti. *Id. Prov. cons. 11.* Ut vos decerneretis, laboravi. *Id. S. Nat. D. 24.* et *Brut. 8. extr.* Laborare in re aliqua. *Id. Caecin. 1.* et *15. Fam. 26. sub fin.* de re aliqua. *Id. Dom. 11. extr.* pro salute alicuius. *Senec. 3. Ira*, *41.* Nil in famam laboremus, sequatur vel mala, dum bene merentes; *h. e.* de fama. *Quintil. 6. 4. 1.* circa memoriam et pronunciationem. *Id. 8. 2. a med.* In hoc etiam malum a quibusdam laboratur; *h. e.* labor ac studium impenditur, ut hoc malum adsciscant. — Huc spectat et *Inscr.* allata supra §. b. — Cum infinito. *Nep. Pelop. 3.* Ut ne quaerere quidem de tanta re laborarint. *Horat. 2. Od. 3. 11.* obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo. *Id. Art. P. 434.* Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborant, An sit amicitia dignus; *h. e.* nosse curant. *Ovid. 13. Heroid. 77.* cui placuisse laborem? *Id. 13. Met. 285.* quae nunc quoque ferre laboro. *Plin. 1. ep. 10.* Amarique ab eo laboravi. *Iustin. 21. 5. ad fin.* Laborabat invidiam demere. Adde *Stat. 1. Theb. 489.* — **9**) *Non laboro*, *nihil laboro:* non curo, non sum anxius; *non mi curo*, *non mi travaglio*, *non ci penso*. *Cic. Rosc. Am. 84.* Cuius manu sit percussus, non laboro. *Id. Rosc. Com. 15.* Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. *Id. 8. Phil. 9.* Tironi prospicit: de se nihil laborat. *Id. 16. Fam. 4.* Nihil laboro, nisi ut salvus sis. — **10**) Apud *Vulg. Interpr. Malach. 2. extr.* Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris; *h. e.* fatigastis, ad iram provocastis. — **11**) *Laborare* pro militare, v. supra §. b. *in fin.* — **12**) Deinde, transitivorum more,

IV. *Laboro* accusativum regit, et significat elaborare, facere; *lavorare*, *fare*. *Horat. Epod. 8. 60.* quale non perfectius Meae laborarint manus. *Propert. 4. 5. 35.* Noctibus hibernis castrensia pensa laboro. *Tacit. Germ. 43.* Frumenta ceterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. *Stat. 5. Silv. 1. 10.* Sed mortalis honos, agilis quem dextra laborat. *Sil. 16. 411.* Et nobis, et equis letum commune laboras; *h. e.* paras, struis. *Plin. 25. 2. 1.* Ex me parata omnia, nec curvo laboranda, sed se porrigentia ultro; *h. e.* cum labore colligenda. Cf. *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 21.* — Huc etiam spectare possent aliquot loca in §§. 8. et 9. relata, in quibus adhibetur cum accusativo communi.

Nota I. Constructio verbi varia est, nam intransitivorum more adhibetur modo absolute, sequente aliquando infinito, modo cum ablativo sine praepos. vel cum praepos. *a* vel *ab* et *e* vel *ex*, et aliquando *in*, *de*, *pro*; rarius cum dativo, vel cum accusat. et praepos. *circa*; *in*. — **Nota II.** Discrimen inter *doleo* et *laboro* ex *Cic.* loc. allato supra in §. 1. *init.* datum est.

LABOS. V. LABOR §. b.

LĂBŌSUS, a, um. Adiect. a *labos* pro *labor*, idem quod laboriosus; *faticoso*. Ita *Non.* apud quem *8. 46. Lucilius:* Praeterea omne iter hoc est labosum, atque lutosum. *Id. ibid.* labosas Tantalo' qui poenas ob facta nefantia luvit.

LĂBRĀTUS, a, um. Adiect. a *labrum;* qui magnis labris praeditus est. *Charis. 1. p. 78. Putsch.* Chilones eum aspiratione ex Graeco a labris improbioribus, quos illi χείλη, unde chilones improbius labrati. — **2**) Absolute, substantivorum more,

LABRATUM, i, n. *(subaudi* osculum) Videtur osculum manu labris admota expressum. In *Gloss. Lat. Gr.* Labratum; *ἀσπασικὸν βασιλίου (h. e.* Salutatorium regis). Et *mox*. Labratum; *φίλημα βασιλικόν*. Ceterum de hac voce consule, quae tradit *Ducange* in *Glossar. med.* et *inf. Latinit.* sub v. *Lauratum;* itemque LABELLUS §. 2.

LĂBRAX, ācis, m. Vox Graeca, *λάβραξ*, *ακος*, qua significatur genus quoddam piscis marini e genere luporum, ita dicti a voracitate; nam *λάβρος* Graece est valde vorax, avidus. *Cael. Aurel. 2. Acut. 37. 210.* Item ex mari *(damus)* mullos, squillas, banchos, acus, labraces. V. LABRUS.

LĂBRŌSUS, a, um. Adiect. a *labrum;* qui labra habet grandia vel prominentia; *chi ha grandi labbra*. *Gloss. Gr. Lat. πρόχειλος*; labrosus. — **2**) Translate est extremitates habens prominentes, veluti quaedam labra. *Cels. 7. 26. n. 2. sub fin.* Ferramentum fecit in summa parte labrosum.

LĂBRUM, i, n. Nomen eiusdem originis et significationis ac *labium*, a quo frequentiori tantum usurpatione differt, ut diximus sub v. LABIUM §. d. et b. et ibi in *Nota*. — **b**) *Lavabrum* pro *labrum* vulgo etiam usurpatum fuisse, patet ex *Mar. Victorin. 1. 4. 10.*, qui tamen improbat. Nihilominus ex hac vulgari usurpatione aliud vocis etymon fortasse lucrari possumus, qua ad vasa significanda, imprimis balinearia, est traducta, nempe a *lavo*. Hinc *Isid. 20. Orig. 6. 8.* « La-

Digitized by Google

brum vocatum, eo quod in eo *lavationem* solitum est fieri infantum, cuius diminutivum *labellum*. » Cf. infra §. 10. — **c)** Derivata et Composita, V. suo loco in LABIUM.

LABRUM proprie est extrema oris pars in animali; *labbro*. Saepius adhibetur in plurali numero. *Cic.* 2. *Divin.* 51. Apes, quas dixisti in labris Platonis consedisse pueri. *Plin.* 6. 32. 19. Arabes mitrati degunt, aut intonso crine: barba abraditur, praeterquam in superiore labro; *ne' mostacchi*. *Caes.* 5. *B. G.* 14. Britanni capillo sunt promisso, atque omni corporis parte rasa, praeter caput et labrum superius. *Virg.* 5. *Ecl.* 43. Poculo labra admovere. Et 11. *Aen.* 372. teneris immulgens ubera labris. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 60. Labra movet metuens audiri. *Id.* 1. *Sat.* 4. 137. haec ego mecum Compressis agito labris; *h. e.* tacitus considero. *Valer. Aedituus* apud *Gell.* 19. 9. Quid mi abs te quaeram? verba labris abeunt. *Quintil.* 1. 11. *circa med.* Observandum ut recta sit facies dicentis, ne labra distorqueantur. Et 11. 3. *circa med.* Labra male porrigere, scindere, adstringere, diducere, replicare, in latus trahere. *Senec.* 2. *Benef.* 24. Vix labra diduxit; *appena apri la bocca*. *Iuvenal.* 6. 622. longa manantia labra saliva; *bavose*. *Cn. Mattius* apud *Gell.* 20. 9. Labra labris conserere; *h. e.* osculari, quod, Labra labellis ferruminare. *Plaut. Mil.* 4. 8. 23. dixit. Et *Pseud.* 5. 1. 14. Labra ad labella adiungere. *Petron. Satyr.* 132. Osculis collisa labra crepitabant. Et *ibid.* 26. Labra vulgiter commovere. Et *fragm. Tragur.* 52. *Burm.* Demisso labro orare. *Nigid.* apud *Gell.* 10. 4. Proiectis labris pronunciare. *Lucret.* 5. 1406. Et supera calamos unco percurrere labro. — **2)** Urbane *Plaut. Trin.* 4. 2. 63. et 65. Devoravi nomen imprudens modo: Atqui etiam modo versabatur mihi in labris primoribus; *l'avea sulla punta della lingua*. V. INFERO §. 2. — **3)** *Linere alicui labra* proverbiali locutione apud *Martial.* 5. 42. est decipere, verba dare: quod *os sublinere* dixit *Plaut. Merc.* 2. 4. 17. — **4)** *Primis* aut *primoribus labris gustare*, ut *attingere* est leviter quid attingere, addiscere, cognoscere; *leggermente, superficialmente*. *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. Hunc censes primis, ut aiunt, labris gustasse physiologiam, qui quidquam, quod ortum sit, putet aeternum esse posse? *pensi, che ne sappia straccio?* Et 1. *Orat.* 19. Quae isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. *Id. Cael.* 13. Qui primoribus labris gustassent hoc vitae genus, et extremis, ut dicitur, digitis attigissent. — **5)** Simile est illud *Senec. ep.* 10. Non a summis labris ista venerunt: habent haec voces fundamentum; *h. e.* dicta sunt haec ex intimo animi sensu, et non ore solum prolata. — **6)** *Similem habent labra lactucam*, proverb. apud *Hieronym. ep.* 7. n. 5. dictum a M. Crasso, cum vidisset asinum carduos comedentem: quod illi risum elicuit, qui neque antea, neque post ridens visus est unquam, teste *Lucilio* apud *Cic.* 5. *Fin.* 30. et 5. *Tusc.* 13. Proverbium habet locum, ubi similia similibus contingunt, ut perforatae navi debilis gubernator, et caecus caeco dux vise, et talis sit rector, quales illi, qui reguntur: quo sensu Itali dicimus; *a popolo pazzo, prete spiritato*. — **7)** Deinde, improprie et per similitudinem,

II. *Labrum* est extrema ora cuiusque rei; *estremità, orlo, margine*. *Caes.* 7. *B. G.* 72. Ut eius fossae solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant (Adde *Liv.* 37. 37. *extr.*). Et 6. *ibid.* 27. Cornua ab labris argento circumcludunt, atque pro poculis utuntur. *Cato, RR.* 107. Labra doliorum circumlinere. *Petron. Satyr.* 102. Vos in duas pelles coniiciam, apertis aliquatenus labris, quibus spiritum recipere possitis. *Plin.* 22. 46. 1. Boleti rancido aspectu, livido colore, pallido per ambitum labro. *Sisenna* apud *Non.* 6. 8. Innoxios trementibus artubus repente extrahit, sistitque in labro summo fluminis. *Plin.* 31. 19. 3. Herba in labris fontis virens. *Id.* 21. 11. 1. Lilium resupinis per ambitum labris. *Id.* 17. 36. 12. Scrobes pulvinatis a devexitate labris. — **8)** *Labrum* pro fossa cum aggere positum est in illo *Auson. de clar. Urbib.* 5. 9. Moeniaque in valli formam circumdata labro. — **9)** *Labrum Veneris* ut vocat *Sammonic.* 36. 7. et *Apul. Herb.* 25. (V. CHAMAELAEA), sive *Labrum Venerium* herba est in fluminibus nascens, de qua *Plin.* 25. 108. 1. V. DIPSACOS. — Secundum alios autem *labrum Veneris* dicitur dictamnus, teste *Apul. Herb.* 62. — **10)** Denique

III. *Labrum* (Cf. supra §. b.) est vas grande, latique oris, diductas habens oras, et in exteriorem partem, in modum labrorum, repandas; *vaso d'ampia bocca, conca, vasca*. Hinc labrum lupinarium et aquarium est apud *Caton. RR.* 10. et 11. eluscrum, *ibid.* 11. oleārium, *ibid.* 13. et apud *Colum.* 12. 50. *circa med.* fictile, aut lapideum condendis ficis, apud *Eund. ibid.* 15. — De vinario labro est illud *Virg.* 2. *G.* 6.: spumat plenis vindemia labris; *a piene tina*. — De aquario 12. *Aen.* 417. hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit. Et *Plin.* 5. *ep.* 6. *ante med.* Marmoreo labro aqua exundat. — De balneario. *Cic.* 14. *Fam.* 20. Labrum si in balineo non est, ut sit *(subintell.* (fac). — Huc spectat *Gloss. Arab. Lat.* Labrum et labium, vas aeneum, quadrangulum, in quo lavantur infantes. — De labro aeneo in usum sacrificiorum, V. *Vulg. Interpr. Exod.* 30. 18. etc. — **11)** Pro balneo *Ovid.* 4. *Fast.* 761. Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianae. — **12)** Hinc et in usum sepulturae adhibitum fuisse patet ex *Ambros. ep.* 53. n. 4. Est hic porphyreticum laberum pulcherrimum, et in usu huiusmodi aptissimum; nam et Maximianus Diocletiani socius ita humatus est.

LĂBRUS, i, m. Nomen piscis marini, qui et *labrax* dictus, apud *Plin.* 32. 34. 1. His adiiciemus ab Ovidio posita nomina, quae apud neminem alium reperiuntur; sed fortassis in Ponto nascuntur, ubi id volumen supremis suis temporibus inchoavit: bovem . . . et placentem cauda labrum. V. LABRAX.

LABRUSCĂ, ae, f. Epitheton vitis agrestis, ita dictae, inquit *Serv.* ad *Virg.* 5. *Ecl.* 7. et *Non.* 6. 8., quod in labris; *h. e.* extremitatibus agrorum, seu in sepibus nascatur: quod et *Isid.* 17. *Orig.* 5. exscripsit; *sorta di vite selvatica, lambrusca*. *Colum.* 8. 5. *ad fin.* Uva labrusca, de vepribus immature lecta. *Plin.* 12. 28. 1. Labrusca vitis. Adde 23. 14. 1., ubi medicinae ex ea, et 17. 35. 49. *Macrob.* 3. *Sat.* 20. 7. et *Isid.* 17. *Orig.* 9. 91. — **2)** Absolute. *Virg.* 3. *G.* 6. antrum Silvestris raris sparsit labrusca racemis. *Plin.* 16. 63. 1. *de similac.* Fert racemos labruscae modo. — **3)** De fructu. *Vulg. Interpr. Isai.* 5. 2. Exspectavit ut faceret uvas et fecit labruscas; ἀλλεγορικῶς. — **4)** Item, absolute,

LABRUSCUM, i, n. Est fructus labruscae vitis; uva *salvatica*. *Virg. Cul.* 52. Densaque virgultis avide labrusca petuntur.

LABSUS pro Lapsus. V. LAPSUS.

LĂBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *labor;* lapsabundus, labens; *cadente, scorrente*. *Accius* apud *Non.* 10. 4. Unda sub undis labunda sonit.

LABURINTTUS. V. LABYRINTHUS §. b.

LABURNUM, i, n. Nomen arboris Alpinae *(Cytisus Laburnum, Linn.)*, Italice *avornio, maio;* quae est dura, candidaque materia, aquas refugiens, cuius florem cubitali longitudine non attingunt apes, ut *Plin.* 16. 31. 1. tradit. *Id.* 17. 35. 47. optimos ex eo palos pedandis vitibus fieri docet: nunc vero plurimus est eius ligni usus apud nostros tornatores.

LĂBȳRINTHĒUS, a, um. Adiect. a *labyrinthus;* ad labyrinthum pertinens. *Catull.* 64. 114. Ne labyrintheis e flexibus egredientem Tecti frustraretur inobservabilis error. — **2)** Est etiam epitheton illius, qui labyrinthum fabricavit. *Capell.* 6. *p.* 190. Ita quippe memoratur *(Geometria)* posse omnia effigiare, ut labyrintheus Daedalus eam credendus sit genuisse.

LĂBȳRINTHĪCUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedens; labyrintheus. *Sidon.* 9. *ep.* 13. *in carm.* Iter asperum, vinsque Labyrinthicas cucurrit. *Id.* 11. *ep.* 4. Quaestionum insolubilitas labyrinthica.

LĂBYRINTHUS, i, m. Vox Graeca, ut putant nonnulli, λαβύρινθος, qua significatur locus multis viarum ambagibus inflexus, ex parietibus, vel ex arboribus: a λάβυρος; fovea, vel a λαβεῖν et βύθος, quod prehendendo decipiat, vel a λαβεῖν θύρας, quasi λαβύθυρος, quod variis ab ingressu aperiuntur, et quasi prehenduntur ostia, nec tamen exitus inveniuntur. Ceterum *J. G. The Water* ad *Iablonskii Opusc. T.* 1. *p.* 122. omnes has, aliasque ex Graeca lingua derivationes merito improbat, cum nomen istiusmodi ex Aegyptio potius sermone deducendum sit; de recto tamen eiusdem etymo una cum *Iablonskio* addubitare videtur. — **b)** *Laburintius* pro *labyrinthus* est in *Inscr.* edita in *Archeol. Zeit. a.* 1847. *p.* 141. Laburintti: hic habitat Minotaur. — **c)** Derivata, *labyrintheus, labyrinthicus*.

LABYRINTHUS proprie dicitur, ut supra innuimus, locus multis variisque viarum ambagibus implexus; *labirinto:* quales fuerunt illi quatuor praecipui toto orbe celebrati, de quibus *Plin.* 36. 19. 1. Primus fuit Aegyptius, in urbe Heliopoli, omnium maximus, portentosissimum humani ingenii opus, lapideis e Paro columnis in introitu, reliquis Syeniticis. Secundus Creticus, apud Gortynam urbem, perplexis parietibus, factus a Daedalo (qui exemplar ab Aegyptio sumpsit) iussu Minois, in quo Minotaurus monstrum inclusum est. Centesimam tantum portionem eius, qui in Aegypto erat, continebat, itinerum tamen ambagibus, occursibus et recursibus multo admirabilior fuit. Tertius fuit Lemnius, columnarum nitore insignis. Centum enim et quinquaginta columnas habebat. Quartus fuit Italicus, quem Porsena Etruscorum rex sepulchri causa sibi exstruxit. V. *Plin. loc. cit.* De Aegyptio multa habet et *Mela*, 1. 9. *a med.* De Cretico *Ovid.* 8. *Met.* 159. Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis, Ponit opus: turbatque notas, et lumina flexum Ducit in errorem variarum ambage viarum; etc. *Virg.* 5. *Aen.* 588. Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta, Parietibus textum caecis iter, ancipitemque Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi Falleret indeprensus et irremeabilis error. — **2)** Latiore significatione de quocumque. *Senec. ep.* 44. *extr.* Quod evenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat. — **3)** Translate. *Macrob.* 7. *Sat.* 3. 2. Et quia his loquendi labyrinthis impares nos fatemur, age, etc. — **4)** A similitudine dicta videntur a Librariis signa sive notae codicibus appositae ad loca quaedam praecipua et attentione

ed by Google

digna. *Mar. Mercat. ad XII. anathem. Nestorii, n. 13. p. 927. Migne.* Ad cuius loca pervidenda, quae hic exponere curavimus, signa labyrinthorum apposita lector inveniet.

LAC, lactis, n. *(et* m.) Nomen a genitivo Graecae vocis eiusdem significationis, γάλα, γάλακτος, priore suppressa (γα), factum, ut plures traduut. Contra *Isid. 11. Orig. 1. 77.* « *Lac* vim nominis a colore trahit, quod sit albus liquor; λευκὸς enim Graece *album* dicunt, cuius natura ex sanguine commutatur. » Eadem repetit *20. ibid. 2. 34.* — **b)** In masculino genere. *Petron. fragm. Tragur. 71. Burm.* Servi homines sunt, et aeque unum lactem biberunt. *Plaut. Bacch. 5. 2. 16.* Quae nec lactem, nec lanam habent. *Gell. 12. 1. a med.* Praesertim si ista, quam ad praebendum lactem adhibetis, aut serva, aut servilis est. *Apul. 8. Met.* Vini cadum, et lactem, et caseos donare. — **c)** Olim declinabant *lacte, is. Plaut. Mere. 5. 9. 50.* Neque aqua aquae, neque lacte est lacti usquam similius. Adde *Enn., Cass. Hemin., Caecil.* et *Varron.* apud *Non. 3. 4.* et *19.* et *Caton.* apud *Charis. 1. p. 79. Putsch.* Sic *Apul. loc. cit.* Eum rogavit, haberet me vacuui lacte liquidum. — Apud *Plin. 18. 16. 1.* dicitur *lacte* succus pirorum, quae Falerna cognominantur, et magna vi succi abundant. — **d)** Quidam, inquit *Capell. 3. p. 81.*, cum *lac* dicunt, adiiciunt *t*, propter quod facit *lactis*. Sed Virgilius *(2. Ecl. 32.) Lac mihi non aestate novum, non frigore defit.* Quippe cum nulla apud nos nomina in dnas mutas exeunt: et ideo Veteres *lacte* in nominativo dixerunt: Haec *Capella*, quae lucem afferunt loco illi *Auson. Technopaegn. in Grammaticomast. 12.* Vox soluta et cunctis notissima, si memores, lac: Cur condemnetur, ratio magis ut faciat lact? *Val. Prob. Cathol. p. 1443.* monet *lact* apud solum *Varron. de LL.* reperiri. — **e)** Caret autem sua propria significatione plurali numero; nam *lactes* hoc numero aliud significant. V. infra §. 11. — **f)** Derivata, *lactaneus, lactaris, lactarius, lactatio, lactatus, us, lacteo, lacteolus, lacteseo, lacteus, lactiolna, lacticinium, lacticularius, lacticulosus, lactilago, lactineus, lactinus, lactito, lacto, lactoris, lactosus, lactuca, lactucarius, lactucinus, lactucosus, lactucula, lacturcia, lacturnus*. — **g)** Composita, *ablacto, allacto, collactaneus, collacticius, collactius, delactatrix, delactatus, elacteseo, lacticolor, lactifer*. Cf. DELECTO §. a.

LAC proprie est succus maternus, quo statim a partu animal nutritur; *latte. Lucret. 5. 811.* femina quaeque, Cum peperit, dulci repletur lacte. *Virg. 4. Ecl. 31.* Ipsae lacte domum referent distenta capellae Ubera. *Cic. 5. Tusc. 1.* Ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. *Caes. 4. B. G. 1.* Maximam partem lacte atque pecore vivunt. *Virg. 7. Ecl. 15.* Agni a lacte depulsi; *slattati. Ovid. 5. Fast. 144.* Lac dare alicui; *allattare*. Et *5. Art. am. 637.* Lac recens, quod *Virg.* dixit *2. Ecl. 22.* Lac novum; *fresco*. Et *5. G. 463.* concretum; *rappreso. Ovid. 8. Met. 666.* Lac coactum. *Plin. 11. 96. 1.* Mulieri ante septimum mensem profusum lac, inutile. Ab eo mense, quod vitales partus, salubre. Plerisque autem totis mammis, etc. V. integr. cap. *Id. 18. 29. 7.* Lac incoctum. *Id. 19. 58. 2.* soporiferum. *Id. 20. 24. 1.* spissatum. *Id. 28. 33. 1.* densatum in casei speciem. — *Id. 2. 57. 1.* Lacte pluisse. *Id. 37. 63. 1.* lacte sudare. Adde *23. 64. 5., 28. 33. 1., 29. 33. 5.* etc., ubi medicinae ex eo. — *Vulg. Interpr. Psalm. 118. 70.* Coagulatum est sicut lac cor eorum. *Id. Iob, 10. 10.* Nonne sicut lac mulsisti me? — **2)** In sacris lac, ut vinum, mel, far, sal, saepe locum habuit. V. *Virg. 3. Ecl. 67., 5. Aen. 66., 5. ibid. 78., 1. G. 344.* et *Horat. 2. Ep. 1. 143.* — Praecipue vero rustici, et pauperiores lacte Diis supplicabant, quod maioris pretii hostias habere non possent, ut *Plin.* adnotavit in *praef. Hist. nat. 1. §. 9.* — **3)** *Lac siligineum* est lac siliginea farina nutritum et mixtum. *Apic. n. 328.* Cochleas viventes in lac silagineum infundis, ubi pastae fuerint, coques. — **4)** Translate. *Plaut. True. 1. 2. 77.* In melle sunt linguae sitae vestrae, atque orationes, Lacteque: corda felle sunt lita. *Quintil. 2. 4. 5.* Satiari velut quodam iucundioris disciplinae lacte. — *Vulg. Interpr. Cantic. 4. 11.* Sponsa, lac et mel sub lingua tua. *Id. Isai. 60. 16.* Suges lac gentium et mammilla regum lactaberis. *Id. Hebr. 5. 12.* Et facti estis, quibus lacte opus sit. — **5)** *Tam simile est, quam lac lacti*, proverb. de rebus simillimis. *Plaut. Mil. 2. 2. 85., Amph. 2. 1. 54.* et *Mere. 5. 2. 30.* — **6)** *Lac gallinaceum* item proverbio dicitur de re admodum rara et singulari; *ἀρνὸς γάλα. Petron. fragm. Tragur. 58. Burm.* et *Plin. 1. praef. Hist. nat. 18.* — **7)** *Lacte et melle fluens terra* proverbialis locutio est in sacris Litteris de solo palmarum et mellitorum fructuum fertilissimo, qualis fuit Palaestinae filiis Israël a Deo tributa. *Vulg. Interpr. Num. 13. 28.* Quae *(terra)* revera fluit lacte et melle, ut ex his fructibus cognosci potest. Adde *Ierem. 11. 5.* et *Baruch, 1. 20.* — Simile est illud *Ioël. 3. 18.* Stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte. — **8)** Deinde, impropric,

II. *Lac* etiam dicitur succus quarundam herbarum et arborum, lacti simile; *lattificio. Cels. 5. 7.* Lac caprifici. *Colum. 7. 8.* Ficulneum lac. *Ovid. 11. Met. 606.* Innumeraeque herbae, quarum de lacte soporem Nox legit. *Plin. 26. 39. 1.* Lac tithymali. *Id. 22. 44. 1.* Lacte copioso manat sonchos. Adde *13. 14. 1., 22. 39. 1.* etc. — **9)** *Sirpicum lac*. V. LASERPITIUM. — **10)** Item lacteus color. *Ovid. 1. Art. am. 290. de tauro*. Signatus tenui media inter cornua nigro: Una fuit labes, cetera lactis erant. — **11)** Item, in plurali numero (Cf. supra §. b.), sed genere diverso,

III. *Lactes, ium*, f. Sunt tenuiora intestina in animalibus, in quae primo cibus e ventriculo illabitur, lacteo pingui obducta, mollia, esui teneriora et delicatiora: dicta vel a lacteo colore, vel quia lactis instar suavia sunt, vel quia in his cibus in lacteum humorem vertitur. *Plin.* quidem *11. 79. 1.* in homine tantum ponit, et in ove: sed de aliis quoque animalibus dici, mox patebit. Verba eius sunt: Ab hoc ventriculo lactes in homine et ove, per quas labitur cibus: in ceteris illae: a cibus capaciora intestina ad alvum, etc. *Priscian. 6. p. 686. Putsch.* Hae lactes partes sunt intestinorum, a Graeco γαλακτίδες dictae: et servaverunt apud nos quoque idem genus: cuius singulare *haec lactis* est. Titinius in Ferentinati: *Cerebellum, lactis agnina*. Pomponius in Lare familiari: *Oro te, Basse, per lactes tuas*. Hactenus ille. *Pers. 2. 30.* qua tu mercede Deorum Emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis? *Plaut. Cure. 2. 3. 40.* Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus. Cf. LACTIDIATUS. — **12)** *Alligare canem fugitivum agninis lactibus*, apud *Eund. Pseud. 1. 3. 85.* proverbium est de levi inutilique remedio ad magnum malum.

LACCA, ae, f. Est tumor morbosus in cruribus iumentorum ad similitudinem vesicae; *gomma. Veget. 1. Veterin. 27.* et *3. ibid. 12.* — **2)** Item genus herbae succum ferentis ad ictericos utilis. *Apul. Herb. 3. in fin.*

LACCAR, ăris, n. Est herbae genus. *Plin. Valer. 2. 17. sub init.* Item herba, quae dicitur laccar, unde vermiculatae pelles tinguntur. V. BEUPONTICUM.

LACCĂRĬUS, ii, m. Est qui λάκκους; h. e. fossas, vel puteos fodit. Legunt nonnulli *Laccarii* apud *Imp. Constantin. Cod. 10. 64. 1.*, ubi alii melius *lectarii*, vel *lecticarii*.

LĂCĔBRAE, ārum, f. Verbale a *lacio*, idem ac illecebrae. *Not. Tir. p. 94.* Lacebrae, illecebrae. Adde *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 551.* et *alias* apud *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 135. n. 81.*, quibus locis, eo improbante, legitur *lacebra* pro *lacebra*.

LĂCĔDAEMŎNĬUS, a, um. Adiect. a *Lacedaemon;* ad urbem Lacedaemonem pertinens, de qua V. in ONOM. — Hinc *Lacedaemonium marmor* apud *Plin. 36. 11. 1.*, viride cunctisque hilarius; h. e. *il serpentino*, sive *porfido detto serpentino:* quod e monte Taygeto effodiebatur, quodque Graecanica voce a Romanis dicitur *ophites*, quam voc. V. suo loco. Hinc *Martial. 6. 42.* Illic Taygeti virent metalla. V. HERBOSUS §. 2. Adde *Isid. 16. Orig. 5. 2.* — **2)** Apud *Iuvenal. 11. 173.* ille fruatur Vocibus obscenis, omnique libidinis arte, Qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem; h. e. qui exapuit supra marmor Lacedaemonium, quo stratum est pavimentum, ut ait *Vet. Scholiast.* ad *loc. cit.;* vel qui Lacedaemonum more *παιδικοῖς χρῆσθαι* solet, quique ideo Graece *κυκλάκων* dicitur. V. alias huius loci interpretationes in voce PYTISMA.

LĂCER, ĕra, ĕrum. Adiect. parum certi etymi. Quibusdam enim videtur esse a *λακίζω*; cum strepitu frangor, hinc *λακερος* apud *Hesychium* est lacer. Putarem eiusdem esse originis cum *lacio*, unde *lacino*. Cf. LACINO et ALACRE §. a. — **b)** In recto casu singulari *lacerus* pro *laceratus* apud Veteres usurpatum fuisse, tradit *Priscian. 10. p. 491. Putsch.* — Huc spectat et *Charis. 1. p. 109. ibid.* « *Lacer*, an *laceris* (lege *lacerus*)? ut tener, puer. » — *Lacerus* tamen legitur in *Onom. Lat. Gr.* Lacer, lacerus; *διάρρυτος*, ei apud *Venant. 1. Vit. S. Martin. 116.* et *sub fin.* — **c)** Derivata, *lacerabilis, laceratio, laceratur, laceratrix, lacerta, lacerna, lacero, lacinia* (quod V. pro suis), *lacesso* (quod V. pro suis), *lanio*, quod pariter V. — **d)** Composita, *collacero, delacero, dilacero, illacerabilis, semilacer*.

LACER proprie est amputatus, truncatus, mutilatus, abscissus, mutilus; *troncato, tronco, mozzato, mozzo, tagliato. Festus* apud *Paul. Diac. p. 117.* et *seq. Müll.* Lacerare, dividere, comminuere est . . . Lacer, quod auribus curtatis est. Lacerum, quodcumque est in corpore immiuutum. *Ascon. in 2. Verr. 6.* Lacer dicitur amputatis a corpore sensuum membris; hoc est auribus oculisque. *Virg. 6. Aen. 496.* Ianiatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas. *Ovid. 9. Met. 97.* Caput lacerum cornu. *Plin. 2. 63. 5.* Lacerum corpus. — **2)** Hinc metaphorice *lacera castra* dixit *Sil. 15. 9.* de exercitu, qui ducem in proelio amisit. — **3)** Latiore significatione,

II. *Lacer* est discissus, discerptus, distractus; *lacero, squarciato, stracciato. Liv. 1. 28. sub fin.* in diversum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus portantes. *Ovid. 3. Met. 522.* Mille lacer spargĕre locis. Et *2. ibid. 518.* Sparsaque sunt late laceri vestigia currus. *Id. 2. Heroid. 48.* Laceras puppes reficere. *Iustin. 21. 4. sub fin.* Corpus verberibus lacerum. *Senec. Phoeniss. 162.* Lacerae unguibus venae. *Martial. Spectac. 7.* Vivebant laceri membris stillan-

tibus artus. *Stat. 10. Theb. 8.* inhonora cohors laceris insignibus. *Id. 3. Silv. 3. 135.* Laceri crines. *Ovid. 11. Met. 309.* Cum laceras aries, ballistave concutit arces. *Tacit. 3. Hist. 10.* Lacera vestis. *Id. 15. Ann. 40. extr.* Tectorum vestigia lacera et semiusta. *Grat. Cyneg. 408.* deformis lacerum dulcedine corpus Persequitur scabies; *graffiato.* — **4)** Translate. *Plin. Paneg. 59.* Sparsas, atque, ut ita dicam, laceras gentilitates colligere atque connectere. *Senec. Thyest. 432.* Lacerae domus artus componere. *Rutil. 1. Itiner. 331.* Lacera urbs; *saccheggiata.* Sic *ibid. 29.* laceri post longa incendia fundi; *possessioni disfatte.* — **5)** Denique

III. *Lacer* sumitur etiam active; lacerans; *lacerante. Ovid. 8. Met. 878.* Ipse suos artus lacero divellere morsu Coepit.

LĂCĔRĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *lacero;* qui lacerari potest; *lacerabile. Auson. Edyll. 15. 17.* ipsa senectus Obiicit innumeris corpus lacerabile morbis.

LĂCĔRANS, antis. Particip. verbi *lacero,* adiectivorum more etiam adhibitum; qui lacerat; *lacerante.* — Hinc comparat. *lacerantior* apud *Cael. Aurel. 3. Chron. 8. ante med.* Est lacerantiŏr, atque corporis apertionibus efficax ob salsitatem maritimus aër.

LĂCĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lacero;* actus lacerandi, laniatus; *lacerazione, squarciamento, straceiamento. Cic. Pis. 18.* Si te et Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer laetitia ex corporis vestri laceratione, etc. *Id. 5. Tusc. 26.* Muliebres lacerationes genarum. Adde *Liv. 7. 4.*

LĂCĔRĀTOR, ōris, m. Verbale a *lacero;* qui lacerat; *laceratore. Augustin. Mor. Ecclesiae Cathol. 1.*

LĂCĔRĀTRIX, īcis, f. Verbale a *lacero;* quae lacerat; *lacceratrice. Edict. Diocletian. praef. n. 5.* Laceratrices centesimae; *h. e.* usurae centesimae, quas *Senec. 7. Benef. 10. a med.* vocat sanguinolentas.

LĂCĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *lacero,* adiectivorum more etiam adhibitum; discerptus, discissus, laniatus; *lacerato, squarciato. Liv. 5. 38. a med.* Scissa veste, tergum laceratum virgis ostendit. *Phaedr. 2. 5.* Laceratus morsu canis. *Ovid. 5. Trist. 7. 35.* et *Curt. 4. 5.* Navis lacerata fluctibus; *maltrattata. Id. 4. 10.* Lacerata vestis. *Id. 10. 3.* et *5. 11.* Laceratī crines. *Suet. Aug. 94.* Lectica confossa atque lacerata. — **B)** Translate. *Id. Caes. 75. extr.* Lacerata existimatio alicuius carminibus maledicentissimis. *Quintil. 12. 1. 7.* Nihil est tot ac tam variis affectibus concisum atque laceratum, quam mala mens.

* LACERDUS, i, m. Legitur et exponitur haec vox, si sana est lectio, in *Gloss. Paris.* et *Thesaur. nov. Latinit. p. 529.* ed. *Mai.* Lacerdus, clades inguinaria.

LĂCĔRĬĂ, ae, f. Verbale a *lacero;* pars lacerata. *Inscr. e sched. Barber.* apud *Fabretti, p. 98. n. 220.*, et *Lami de erudit. Apost. p. 1049.* Laceriis Faustinae, Paulinae, Saturninae sororibus sanctis, etc.; *h. e.* reliquiis, cineribus.

LĂCERNĂ, ae, f. Nomen vestis cuiusdam, parum certae originis. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117.* et *118. Müll.* ducit a *lacero,* quod « lacerna minus capitio sit; » *lacerare* enim est etiam comminuere, quasi dicas vestem mutilam. Hinc et *Isid. 19. Orig. 24. 14.* « inde autem *lacernae,* quasi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita laxis, ut sunt paenularum. » — **b)** *Lacernatus, lacernula.*

LACERNA proprie dicta est vestis quaedam exterior, sive pallium fibulatum, ut definitur in *Gloss. Arab. Lat.,* aut fimbriatum, ut sit *Isid. loc. cit.,* quo olim soli milites utebantur: unde et in distinguenda castrensi urbanaque turba hos togatos, illos lacernatos vocabant. Forma eius fuit chlamydi similis; scil. aperta et laxa, fibula in humero, vel ad pectus connexa, longior tamen, quam chlamys, et fluxior, ut quae frigori et pluviae arcendae, totique amiciendo corpori instituta fuit. Eius usus sero apud Romanos coepit, cum primus *Cicero* credatur eius mentionem fecisse. Materia fuit crassior lana, ut dictum est: color fere vel nativus lanae, vel pullus: sed procedente luxu, et frequente eius usu in ipsa Urbe, ex pretiosiore materia, et colore a ditioribus gestari coepta est. Hinc Tyrias, auratas, coccineas, et purpureas lacernas legimus apud *Iuvenal. 1. 27.* et *10. 212.* et *Martial. 14. 131.* et *13. 87.* et *5. 8.* V. de his plura apud *Ferrar. de re Vestiar. P. 2. l. 1.* etc. et *T. Vl. Antiquit. R. Graev.* et *Pitisc.* in *Lex.* et *Rich, Dizion. dell'Antich. h. v.* Haec toga superinduebatur vel tunicae sine illa; ut apud Nostrates illa, quae vulgo dicitur *gabbano;* habebatque usum contra pluvias ac frigus, ut pallium et paenula, ac tum domi, tum militiae adhibebatur a Romanis. Gestabatur tum in Urbe, tum extra: sed in Urbe, sine causa frigoris aut pluviae, lacernatum esse turpe fuit: ut ex *Cic. 2. Phil. 30., Suet. Aug. 40. extr.* et *Gell. 13. 21.* colligitur. Quin et honoris causa solebant, superveniente principe, eam deponere, v. gr. in spectaculis, in quibus, quod sub dio fierent, lacernis uti ad frigus arcendum et subita caeli, fas erat: quod factum in honorem Claudii, *Suet. Claud. 6.* narrat. De usu eius in spectaculis est et illud *Martial. 14. 137.*, cuius lemma est; *Lacernae albae:* Amphitheatrales nos commendamur ad usus, Cum tegit algentes nostra lacerna togas. Quod frequentissima esset in militia, satis, praeter cetera, ostendunt illa *Ovid. 2. Fast. 745. de Lucretia.* Mittenda est domum (nunc, nunc properate, puellae) Quamprimum nostra facta lacerna manu. Et *Propert. 4. 3. 18.* Texitur haec castris quarta lacerna tuis. Adde *Vellei. 2. 70.* et *80.*, ex quo utroque loco, cum de ducibus sermo sit, confirmari fortasse potest, quod quidam putant, lacernam militarem eandem ac chlamydem omnino fuisse. Quod vero etiam inter domesticas vestes enumeranda sit, indicare videtur locus *Propert. 4. 8. 35.*, quem integrum V. — *Acta procos. passionis S. Cyprian. 3.* Et ita idem Cyprianus in agrum Sexti productus est, et ibi se lacerna (ut) byrro exspoliavit et genu in terra flexit et in orationem se Domino prostravit. — An et mulieres lacernis uterentur, V. in sequenti verbo.

LĂCERNĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *lacerna;* lacerna indutus; *mantellato. Vellei. 2. 80.* Cum inermis et lacernatus esset. *Petron. fragm. Tragur. 69. Burm.* Lacernatus cum flagello mulionum fata egit. *Iuvenal. 1. 62.* Ipse lacernatae cum se uxoris amicae; *h. e.* virili veste indutae, qualis erat lacerna. Quidam recte putant, indicari hic Sporum spadonem a Nerone adamatum, et ab eo muliebri Augustarum habitu adornatum, ut est apud *Suet. Ner. 28.*, atque inde colligi, etiam feminas lacernis usas fuisse. Cf. tamen *Isid.* loc. cit. in voc. praeced. §. 1. *init.*

LĂCERNŬLA, ae, f. Deminut. a *lacerna;* parva lacerna; *gabbanella. Arnob. 2. p. 56.* Laenas, lacernulas, trabeas.

LĂCĔRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lacer.* — Particip. *lacerans* §. 6., et suo loco, *lacerandus* §. 4. et 5. et 6., *laceratus,* V. suo loco. — Proprie est vi abscindo, amputo, divido; *mozzare, troncare, tagliar via. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* Lacerare, dividere, comminuere est. *Horat. 3. Od. 27. 46.* lacerare ferro, et Frangere enitar modo multum amati Cornua monstri. V. LACER §. 1. — **2)** Item consumere, absumere. *Vellei. 2. 21.* Cum utrumque exercitum, velut parum bello exhaustum, laceraret pestilentia. — **3)** Translate est distrahere, dissipare, absumere. *Lucan. 10. 44. de Alexandro,* nulloque herede relicto, Totius fati lacerandas praebuit urbes. *Plaut. Mere. prol. 48.* Lacerare rem suam. *Sall. Cat. 14.* manu, ventre bona patria. *Id. Orat. Philippi contra Lepid.* rempublicam largitionibus. *Cic. 1. Offic. 17. a med.* omni scelere patriam. *Cato* apud *Serv.* ad *Virg. 6. Ecl. 76.* Cum Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret. *Plaut. Cure. 4. 2. 22.* Vos fenore, illi male suadendo lacerant homines; *rovinano, fanno impoverire.* — **4)** Hinc *lacerare diem* apud *Eund. Asin. 2. 2. 23.* et *Stich. 5. 1. in fin.* est male terere, male consumere: quod supra *52. exercuiare* dixerat. — **5)** Interdum est spoliare bonis. *Ter. Hecyr. 1. 1. 7.* Te moneo, et hortor, ne cuiusquam misereat, Quin spolies, mutiles, laceres, quemque nacta sis. *Cic. Quint. 15. extr.* Bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitae lacerandas et distrahendas. — **6)** Deinde, latiore significatione,

II. *Lacero* est etiam discindere, discerpere, distrahere; *lacerare, squarciare, straceiare. Ovid. 2. Fast. 695.* mea crudeli laceravit verbere terga. *Id. 11. Met. 726.* Ora, comas, vestem lacerare. *Senec. Oedip. 968.* oculos unguibus. *Val. Flacc. 7. 656.* exsectos lacerat Bellona comatos. *Suet. Tib. 60.* Lacerare alicui os locusta. *Phaedr. 1. 12.* Morsibus canum lacerari. *Ovid. 3. Trist. 3. 31.* Parce tamen lacerare genas: ne scinde capillos; *graffiare.* Et *3. Pont. 6. 19.* Neptunus navem laceravit Ulyssis; *ruppe, fracassò. Petron. Satyr. 56.* Lacerare obsonium; *trinciare. Lucan. 9. 153.* Vidi ego magnanimi lacerantes pectora patris. *Auson. Ephemer. praef. 17.* Surge, nugator, lacerande virgis. — *Vulg. Interpr. Iob, 13. 14.* Quare lacero carnes meas dentibus meis? — **7)** Hinc translate est obtrectare, detrahere, conscindere, maledicere. *Cic. Brut. 42.* Obtrectatio invidiae, quae solet lacerare plerosque. *Id. 11. Phil. 2. a med.* Verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerare. Et *2. ibid. 34.* Haec te lacerat, haec cruentat oratio. *Liv. 31. 6. sub fin.* Lacerare aliquem probris. *Id. 38. 51.* famam cuiuspiam. *Ovid. 4. Pont. 10. 1.* alicuius carmina. *Suet. Domit. 23.* quempiam acclamationibus. *Id. Gramm. 13.* Acerbissima satyra lacerari. *Tacit. 13. Ann. 28.* Crebro vulgi rumore lacerabatur, tanquam insontes ob invidiam exstinxisset. — **8)** Item vexare, affligere, excruciare. *Cic. Dom. 23.* Uxorem meam vexavistis, raptavistis, omne crudelitate laceravistis. *Id. 5. Att. 8.* Meus me moeror quotidianus lacerat et conficit. *Id. 3. Tusc. 15.* Aegritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. *Ovid. 15. Heroid. 212.* quid laceras pectora nostra mora? *Id. 8. Met. 784.* lacerare aliquem fame. *Vellei. 2. 130.* animum alicuius magnis doloribus.

Nota. Discrimen inter *laesro, lanio* et *lancino* tradit *Isid. Differ. Append. n. 76. a Lanio,* qui membratim discindit: *lacerat,* qui partibus suis membra destituit: *lancinat,* qui inutiliter membra discerpit. » — **9)** Aliud discrimen inter *spolio, mutilo, laesro,* tradit *Donat.* ad illud *Ter. Hec. 1. 1. 8.* allatum supra §. 5. « *Spoliare* est non minimam partem auferre; *mutilare,* aliquid detrahere, sine quo res esse non possit: *lacerare* autem, quum omnino non habeas, quod immunes. »

Digitized by Google

LĂCERTA, ae, f. (et Lacertus, i, m. apud *Virg.* loc. mox cit.). Nomen cuiusdam reptilis quadrupedis, ita vocati, quod brachia habeat (V. LACERTUS §. a.), ut *Isid. 12. Orig. 4. 34.* habet, cuius plures species enumerat e serpentium genere; Italice, levi vocabuli mutatione, *lucerta, lucertola. Plin. 8. 60. 1.* Lacertae, inimicissimum genus cochleis, negantur semestrem vitam excedere. Lacerti cubitales Arabiae: in Indiae vero Nysa monte viginticuatuor in longitudinem pedum, colore fulvi, aut punicei, aut caerulei. *Id. 29. 23. 3.* Lacerta in cibo sumpta. *Id. ibid. 32. 5.* Lacerta, quam alii sepa vocant. V. SEPS. *Martial. 14. 172.* Reptans lacerta. *Horat. 1. Od. 23. 6.* virides rubum Dimovere lacertae; *ramarri.* — Gen. masc. *Virg. 4. G. 13.* Absint et picti squalentia terga lacerti. Adde *Plin.* et *Isid. loc. cit.* et V. infra *Nota* II. — **2)** *Lacerta* sacra erat Apollini, ob remedia, quae ex ea trahebantur, imprimis ad oculorum vitia, de qua re *Plin. 29. 38. 10., 30. 27. 2., ibid. 32. 2.* et *26. 1.* et *27. 4.* etc. V. APOLLO §. 36. in ONOM. et SAURoCTONOS in *Lexico*. Cf. ad rem etiam *Visconti, Monum. Borghes. p. 134.* et *seqq.* — **3)** Γνάμψ est quaedam illud *Iuvenal. 3. 230.* Est aliquid quocumque loco, quocumque recessu Unius sese dominum fecisse lacertae; *h. e.* parvi cuiuslibet loci, qui vel ad lacertam receptandam sufficiat. — **4)** Deinde

II. *Lacerta* est etiam idem ac lacertus piscis marinus. V. LACERTUS § 9. *Ulp. Dig. 33. 9. 3. §. 5.* Mella certe semper esculentae penui cedere, lacertas quoque cum muria sua contineri nec Labro negavit.

Nota I. *Lacerta* tam de mare, quam de femina dici videtur, sed vulgaribus ac minoris formae: *lacertus* item, sed de maioribus, et coloris varii. Haec *Forcellinus* noster. — **Nota II.** Aliud *lacertae* vel *lacerti* reptilis nomen fuisse videtur *lagartus*, ut etiam nunc Hispani et Lusitani vocant, nempe *lagarto*, et Galli *lézard*. Ita enim emendaret cl. *Schuch.* loca *Apicii n. 141.* et *146.*, ubi Cod. MSS. habent *lagati, lagiti, legati, ligati*, quod in Editis mutatum est in *lacerti*.

LĂCERTŌSUS (et Lacertuosus), a, um. Adiect. a *lacertus;* magnos lacertos habens, nervosus, torosus: atque adeo robustus, validus; *musculoso, nerboruto. Cic. 8. Phil. 9.* Centuriones pugnaces et lacertosi. *Colum. 1. 9.* Vineae non sic latos et lacertosos viros exigunt. *Ovid. 11. Met. 55.* Dura lacertosi fodiebant arva coloni. *Varr. 2. RR. 7. a med.* Equum tum maxime crescere, ac lacertosum fieri. *Id. 3. ibid. 9.* Lacertosi galli. — *Gloss. Lat. p. 189. n. 19.* Lacertuosus *(sic);* musculosus. V. *Hildebr.* ad *h. l.* et confer, quae de hac adiectivorum desinentia in *uosus* tradidit ad *Apul. 5. Met. 16. p. 547.*

LĂCERTŬLUS, i, m. Deminut. a *lacertus;* parvus lacertus. — De pistorio opere, lacerti figura, usurpat *Apul. 10. Met. 15.*, ubi tamen al. leg. *laterculos*. Sed *Hildebr.*, quem videsis ad *h. l.*, nihil mutandum censet, Codicum auctoritate fretus.

LĂCERTUM, i, n. V. LACERTUS §. b.

LĂCERTŬŌSUS. V. LACERTOSUS *in fin.*

LĂCERTUS, i, m. Nomen etymi parum certi, quod *Isid.* a cognomine animali factum putat, *11. Orig. 1. 117.* « Eodem *lacerti* sive *mures* . . . appellanturque a nomine similium animalium sub terra delitescentium. » *Idem* tamen animalia haec ita dicta tradiderat, quod essent brachiata. V. loc. sub V. LACERTA *init.*, coll. *ibid. Nota* II. — **b)** *Lacertum* neutr. genere dixit *Aceius* apud *Non. 3. 121.* Tribuit verubus lacerta in focos. — **c)** Derivata, *lacerta, lacertosus, lacertulus*.

LACERTUS proprie est pars brachii musculosa, quae est ab humero ad cubitum; *parte muscolosa del braccio, pescetto. Ovid. 1. Met. 500.* laudat digitosque, manusque, Brachiaque, et nudos media plus parte lacertos. *Curt. 8. 9.* Brachia quoque et lacertos auro colunt. *Id. 9. 1.* Lacerti quoque et brachia margaritis ornata erant. *Ovid. 14. Met. 303. de sociis Ulyssis humanam formam recipientibus.* Erigimur, setaeque cadunt, bifidosque relinquit Rima pedes, redeunt humeri, subiecta lacertis Brachia sunt. *Plin. 32. 50. 1.* Dens crocodili annexus brachio, vel nervi rubetae dextro lacerto adalligati (V. BRACHIUM §. 1.). *Cic.* vertens carmen *Sophoclis, 2. Tusc. 9.* O pectora, o terga, o lacertorum tori! — **2)** Per synecdochen vero saepius est ipsum brachium; *braccio. Cic. Senect. 9.* Milo Crotoniates nobilitatus ex lateribus et lacertis suis. *Auct. Dial. de Orat. 10.* Immanes lacerti, et ad pugnam nati; *braccioni. Senec. 2. Benef. 6.* Excusso lacerto telum torquere; *scagliando forte il braccio. Virg. 11. Aen. 561.* adducto contortum hastile lacerto Immittit. Et *ibid. 695.* laevo dependet parma lacerto. *Val. Flacc. 8. 95.* fusis circum proiecta lacertis, Seque suumque simul flevit crudelis alumnum; *collo braccia stesa. Propert. 2. 18. 37.* Cupidis lacertis tenere et fovere aliquem. *Ovid. 2. Amor. 18. 8.* lacertos circum colla implicare; *cingere colle braccia il collo.* Sic *16. Heroid. 219.* collo imponere. Et *11. Met. 240. 11.* amplecti. lacertis colla innectere. Et *10. ibid. 407.* complecti. Et *3. Amor. 8.* Et *2. Art. am. 457.* cingere. *Id. 3. Amor. 12. 27.* iaculari. *Id. 4. Met. 706.* sudantibus acta Navis. — **3)** Lacertos suos in dolore et fletu percutere, frequens est. *Id. 4. ibid. 138.* Percutit indignos claro plangore lacertos. Et *9. ibid. 653.* tum vero a pectore vestem Deripuit, planxitque suos furibunda lacertos. Adde *3. ibid. 493.* et *Lucan. 2. 37.* — **4)** Speciatim *Lacertus auratus* apud *Propert. 3. 11. 57.* est aurea armilla cultus, ut *Petron.* loquitur *Satyr. 32. Burm.* Solebant enim non feminae solum, sed viri quoque molliores, armillis lacertos ornare, ut *ibid.* et *fragm. Tragur. 67.* videre est. — **5)** Translate robur, vires, nervos, potentiam significant; *vigore, forza, possanza. Cic. Brut. 46. in fin.* In Lysia sunt saepe lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius. *Id. 1. Orat. 37.* Ab aliquo amentatas hastas accipere, easque oratoris lacertis viribusque torquere. *Ovid. 1. Heroid. 37.* quid prodest vestris disiecta lacertis Ilios? *Horat. 2. Ep. 2. 47.* civilisque rudem tulit aestus in arma, Caesaris Augusti non responsura lacertis. *Flor. prooem. in fin.* Imperium inertia Caesarum quasi consenuit, atque decoxit: nisi quod sub Traiano principe movet lacertos; *si va rinforzando.* — **6)** Eleganter *Virg.* ad apes transtulit, *4. G. 74.* Spiculaque exacuunt rostris, aptantque lacertos. — **7)** Metonymice est ictus. *Sil. 16. 362.* Et Glagus insignis ventos anteire lacerto. *Id. 1. 262.* et famam letalis amare lacerti. — **8)** Deinde, a similitudine,

II. *Lacertus* dictus est reptilis e genere serpentium, de quo V. LACERTA §. 1. *in fin.* et in *Nota* II. — **9)** Item piscis marinus, plurium generum, terrestrem specie referens, qui *Ockento 6. p. 190.* videtur esse *Scomber trachurus. Iuvenal. 14. 131.* conchem aestivam cum parte lacerti. *Martial. 10. 48.* Secta coronabunt rutatos ova lacertos. Adde *12. 19., Plin. 32. 11. 53., Colum. 8. 17.* et *Cels.* qui *2. 18.* inter eos recenset, ex quibus salsamenta fiunt, et quorum cibus gravissimus est. *Apic. n. 467.* Ius in lacertos elixos. V. LACERTA §. 4. et SAURUS.

LĂCĔRUS, a, um. V. LACER §. b.

LĂCESSĬO, is, V. LACESSO §. b.

LĂCESSĪTĬO, ōnis, f. Verbale a *lacesso;* actus lacessendi, provocatio. *Ammian. 19. 3.* Lacessitionibus crebris occupare obsidioni adhaerentes.

LĂCESSĪTOR, ōris, m. Verbale a *lacesso;* qui lacessit. *Isid. 10. Orig.* in *litt. L.* Lacessitor per translationem dictus a canibus, vel a feris, quae solent lacerando provocare.

LĂCESSĪTUS, a, um. Particip. verbi *lacesso*, adiectivorum more etiam adhibitum; provocatus, irritatus; *provocato, irritato, stuzzicato. Cic. 1. Orat. 8.* Tenere arma, quibus possis vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus. *Id. 1. Att. 10.* Lacessitus ad scribendum. *Id. 1. Offic. 7.* Iniuria. *Sall. Cat. 33.* iurgio. *Horat. 2. Ep. 1. 150.* dente cruento. — **2)** Translate. *Virg. 7. Aen. 526.* aeraque fulgent Sole lacessita; *percosso. Lucan. 3. 194.* Inde lacessitum primo mare, cum rudis Argo Miscuit ignotas temerato litore gentes.

LĂCESSO, is, īvi *et* ii, ītum, ĕre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *lacero*, ut *Charis. 3. p. 237. Putsch.* et *Diomed. 1. p. 375.* docent: vel a *lacio*, ut *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Lacit, p. 117. Mull.* — **b)** In praeteritis fere est quartae coniugationis: in infinito passivo *lacessiri* aliquando, quasi sit a *lacessio, is*, etc. — **c)** Particip. *lacessens* §. 1., *lacessendus* §. 1., *lacessitus*, V. suo loco, *lacessiturus* §. 1. — **d)** Derivata, *lacessitio, lacessitor*. — **e)** Compositum, *illacessitus*.

LACESSO proprie est provoco, irrito, tento; *provocare, irritare, stuzzicare. Cic. Mil. 31.* Ut vi irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet. *Brut.* et *Cass.* ad *Anton. 11. Fam. 5.* Nos, Antoni, te nulla lacessimus iniuria. *Cic. 2. Phil. 1.* Ultro me maledictis lacessisti. *Id. Pis. 25.* Sponsione me homo promptissimus lacessivit. *Colum. 9. 13.* Neque convenit, aestu medio exasperatas apes lacessiri. *Caes. 4. B. G. 11. extr.* Mittit, qui nunciarent, ne hostes proelio lacesserent: et, si ipsi lacesserentur, sustinerent. *Id. 1. ibid. 35.* Aliquem iniuria lacessere. Et *6. ibid. 3.* bello. *Liv. 2. 45.* ad pugnam. *Curt. 6. 3.* hostem occultis telis. *Suet. Ner. 39.* dictis et carminibus. *Id. Tib. 61.* probris. *Id. Aug. 56.* iocis petulantibus. *Liv. 38. 53.* iurgiis. *Virg. 5. Aen. 429.* Immiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt; *fanno inasprire.* Et *11. ibid. 254.* ignota lacessere bella. *Liv. 21. 11.* Saguntini nec lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies. *Id. 28. 28.* Nec socios populi R. ultro lacessituri bello. *Caes. 8. B. G. 14.* At Caesar neque cedentes tanto collis ascensu lacessendos iudicabat. — **2)** Translate. *Quintil. 6. 3. 7.* Non solum facto aliquo, dictove, sed etiam corporis tractu risus lacessitur; *si muove, si provoca. Horat. 1. Od. 35. 7.* Quicumque Bithyna lacessit Carpathium pelagus carina; *h. e.* tentat. *Id. 3. ibid. 18. 12.* nihil supra Deos lacesso; *h. e.* precibus non fatigo, et ad iram provoco. *Ovid. 3. Trist. 9. 29.* fores nondum reserati carceris acer Nunc pede, nunc ipsa fronte lacessit equus; *h. e.* icit, et reserare tentat. *Virg. 12. Aen. 85.* Circumstant properi aurigae, manibusque lacessunt Pectora plausa cavis; *h. e.* blande percutiunt, et equorum ardorem veluti provocant. — **3)** Illa quoque translata sunt et poëtica. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 94.* Et formidato clypeus Titana lacessit Lumine; *h. e.* quasi ipsum solem provocat de splendore. *Lucan. 10. 320.* Nilus spuma astra lacessit. *Stat. 12. Theb. 604.* Taurus lacessit campum. *Sil. 17. 387.* Invadunt acies pugnam, et clamore lacessunt Sidera. *Virg.* eadem ratione dixit *2. Aen. 488.*

ferit aurea sidera clamor. — **A)** Pro tentare, nocere. *Colum. 9. 8.* Ex vicinia potius, quam ex peregrinis regionibus petantur apes, quoniam solent caeli novitate lacessiri. *Id. 5. 21.* Vindemia praecox populationibus volucrum, pluviisque aut ventis lacessita dilabitur. Et *10. 320.* Exurat sata ne resoluti pulveris aestus, Parvulus aut pulex irrepens dente lacessat. *Catull. 15. 16.* Insidiis lacessere caput alicuius. *Plin. 1. ep. 5.* quempiam capitaliter apud centumviros; *h. e.* accusare. — **B)** Pro titillare, movere. *Lucret. 4. 598.* Haec loca per voces veniant, auresque lacessant. Et *ibid. 693.* Quae feriunt oculorum acies, visumque lacessunt. — **C)** Pro commovere, excitare. *Cic. 3. Fam. 8. a med.* Hos ego sermones lacessivi nunquam: sed non valde repressi; *h. e.* nunquam in causa fui, cur haberentur, mentionem eius rei faciendo. *Virg. 10. Aen. 10.* Aut hos arma sequi, ferrumque lacessere suasit. — **D)** Accipitur etiam in bonam partem, pro invitare, allicere. *Cic. 12. Fam. 20.* Me amabis et scripto aliquo lacesses, ego enim respondere facilius possum, quam provocare. *Val. Flacc. 5. 572.* Aesonidem magno cratere lacessit; *invita, provoca a bere.* Adde *Cic. 13. Att. 18.* et *5. Tusc. 41. in fin.*

LĂCĔTHOS. V. LATHYRUS.

LĂCHĂNISSO vel Lachanizo, as, āre. Verbum intransitiv. Graecum, λαχανίζω; langueo, vacillo: a λάχανον; olus. *Augustus* apud *Suet. Aug. 87.* Ponit betissare pro languere, quod vulgo lachanissare dicitur. *Al. scrib.* lachanizare. V. dicta in BADISSO §. b. et BETISSO.

LACHANIZO. V. voc. praeced.

LACHĂNON, *Graeca positione*, et *Latina*,

LĂCHĂNUM, i, n. Vox Graeca, λάχανον, qua olus quodcumque generatim significatur; *erba da mangiare. Horat. 1. Sat. 6. 115.* inde domum me Ad porri et ciceris refero lachanique catinum. *Plerique al. leg.* laganique. V. LAGANUM. — **B)** Specialim *lachanon basilicon* dicta est a quibusdam herba artemisia, teste *Apul. Herb. 10.* Cf. et CHAMELACHANUM.

LĂCHRŸMĂ. V. LACRIMA §. b. et c.

* LĂCĬDĬTAS, ātis, f. Verbale a *lacio;* natura hebes, qua quis facile laci, seu decipi potest. *Varr. 2. RR. 4. ante med.* Oves primum assumptae et propter utilitatem, et propter laciditatem. Ita legend. putat *Pontedera* in *Op. posth. T. 1. p. 217.* pro *placiditatem*, quam vocem hic retinent omnes editiones, quamque recte ibidem se habere putat *Schneiderus*.

LĂCĪNĬĂ, ae, f. Vox incertae originis, qua segmentum, quod ad oram vestis assuitur, significatur. Alii ducunt a λαχίς, ίδος; scissura, fragmentum: quod est a λαχώ; lancino, lacero, scindo: vel a *lacio, is.* Quod vero apud *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Lacerare, p. 117.* et *75. Müll.*, inde *lacīniam* dici legitur, placet aliis *lanienam* reponi: tametsi ad significationem eodem recurrunt. Cf. *Müll.* ad *h. l.* et V. LACINIO §. a. — **b)** Derivata, *lacīniatim, lacīnio, lacīniose, lacīniosus, lacīnium*.

LACINIA dicitur proprie de fimbriis, seu segmentis, quae ad oram vestis assuuntur, et alterum ab altero divisa pendent; *frangia, cerro, frastaglio, balsana.* — Generatim autem vocatur limbus, seu extrema ora vestis, sive in fimbrias diducta sit, sive non; *orlo, lembo. Petron. Satyr. 100.* Eumolpi iam in soporem labentis laciniam duxi; *lo tirai per la veste. Suet. Cal. 35. sub fin.* Ita se proripuit, ut, calcata lacinia togae, praeceps per gradus iret. *Id. Ner. 19.* Cum in aede Vestae resedisset, consurgenti ei lacinia obhaesit. *Plaut. Mere. 1. 2. 16.* Sume laciniam, atque absterge sudorem tibi. Hic *lacīniam* quidam sudarium intelligunt: sed potest commode de ima veste explicari. Idem dic de illo *Cic. fil. 18. Fam. 21. ad fin.* Videor videre ementem te rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina; *h. e.* sinu facto extrema vestis parte. — *Vulg. Interpr. Thr. 4. 14.* Erraverunt caeci in plateis; polluti sunt in sanguine: cumque non possent *(occursum evitare)*, tenuerunt lacinias suas; *h. e.* levaverunt. — **B)** Ab *Apul.* multis in locis *lacīnia* sumitur pro tota veste: quae significatio vel per synecdochen est totius pro parte, vel proprie locum habet in veste viliori, et quasi variis lacinia segmentisque consuta: tametsi *Apul.* universim de qualibet, etiam pretiosa, usurpat, ut *6. Met.* Lacinias auro litteratas, ramis arborum, postibusque suffixas. *Id. 11. ibid.* Sacerdos praecipit, tegendo mihi linteam dari laciniam. *Id. 1. ibid.* Unam e duabus lacinis meis exsuo, eumque propere vestio. *Id. 3. ibid.* Omnibus lacinis se devestit. Et *2. ibid.* Lacinias omnes exsuunt, amicula dimovent. — **C)** Hinc *lacīniam prehendere* eius, quem abeuntem retinere quis vellet, mos fuit; *prendere per lo lembo. Suet. Claud. 15.* Ut descendentem e tribunali non solum voce revocarent, sed et, lacinia togae retenta, interdum pede apprehenso, detinerent. *Plaut. Asin. 5. 2. 41.* Lacrimantem laciniā tenet lacrimans. — **D)** Urbane ac lepide *Cic. 3. Orat. 28.* Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinent, atque id ipsum lacinia; *h. e.* leviter, ac vix, et quasi brevi tempore elapsurum. — **E)** Latiore autem significatione, sive impropria et per similitudinem,

II. *Lacīnia* dicitur de aliis rebus, quae veluti segmentum a reliquo corpore dependent, aut prominent. *Plin. 5. 45. 2.* Promontorium a quo Megarice oppidum fuit: unde Crasnedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat; *come in una lingua di terra.* Et *15. 39. 2.* Excrescente in medio folio parvulo, veluti lacinia foli. *Id. 8. 76. 2. de caprīs.* Feminarum generositatis insigne, laciniae corporibus a cervice binae dependentes; *h. e.* caruncolae illae duae, quas *Varro 2. RR. 5.* mammulas pensiles, *Colum. 7. 6.* verruculas *Fest.* sub v. *p. 174. Müll.* nonnullas vocant. — **C)** Apud *Plin. 19. 36. 2.* Porrum et allium serunt in laciniis colligatum; *in pezzetti di panno lino:* quia *Colum. 11. 3. circa med.* de re simili verba faciens, linteolum nominat. Porro ex hoc *Plinii* loco discimus, etiam particulam resectam et separatam, *lacīniam* dici posse. — **D)** Translate. *Colum. 7. 5. de ovib. aegrotantib.* Cum grex ad locum fuerit perductus, ut lacinias colonis distribuatur, nam particulatim facilius, quam universus, convalescit; *h. e.* in minores partes. Sic *ibid. 6. de caprīs.* Sic in pastione separatim laciniae diducantur. — **E)** *Lacīniae* etiam dicebantur partes agri alicuius coloniae, quae post assignationem coloni factam remanebant indivisae, ideoque iuris adhuc publici. *Frontin. de colon. p. 103. Goes.* Ager eius in lacinias est assignatus. *Id. ibid. p. 107.* Ceterum ager eius in lacinias remansit. — **F)** Denique vocabulum traductum est etiam ad classem sive gregem aut familiam hominum significandam, seu potius ad earum partem aliquam a ceteris seiunctam. Sic de familia gladiatorum in *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1865. p. 11.* Ti. Claudio Celeri preconi ex lacinia Cl. Saturnini Beryllus Secunda rudis et officiales cuncti *(sic)* B. M. *(h. e.* Bene Merenti posuerunt).

LĂCĪNĬĀTIM. Adverb. a *lacīnia;* per lacinias, particulatim. — Translate *Apul. 8. Met.* Ut non laciniatim dispersa, sed cuneatim stipata commeatu difficultates illas transabiremus; *h. e.* agmine non diviso in particulas, sed iunctim universo incedente.

LĂCĪNĬO et Lacino, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. eiusdem originis ac *lacio*, a quo inserta *n*, *lanio* (quasi *laconio)*, unde *lacino, lacīnia* et *lacīnio*. Cf. *Müll.* ad *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117.* et *seq.* et V. LACIO. — **b)** Mira est verbi huius cum aliis *lacio* et *lanoino* in antiquis MSS. et editis libris confusio, immo et corruptio, ut infra ex allatis exemplis videre erit. V. quae disputat ad rem *Hildebr.* ad *Glossr. Lat. p. 188. n. 15.* et Cf. LANCINO.

LACINIO proprie est in lacinias seco, in frusta scindo, lacero; *lacerare, fare a pezzi. Gloss. Lat. p. 188. n. 15.* Lacerat, laniat, lacinat. Cf. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 481.* — **B)** Translato. *Tertull. 1. advers. Marcion. 1.* verus Prometheus Deus omnipotens blasphemiis laciniatur. *Alii leg.* lancinatur. *Senec. ep. 32.* Vitam deducimus in particulas, ac laciniamus. *Al. leg.* lancinamus. *Alii* lacinamus. — **C)** Huc spectat locus vexatissimus *Apul. 10. Met. 31.* Ut ventus adhaerens pressule, membrorum voluptatem graphice laciniaret; *h. e.* membra per lacinias distingueret, et singulorum pulcritudinem exprimeret. *Alii leg.* liciniaret, *alii* liniaret *pro* linearet, *vel* delinearet. *Alii alia.* V. *Hildebr.* ad *h. l.*, collatiis iis, quae ad *Gloss.* cit. supra §. b. postea retulit.

LĂCĪNĬŌSĒ. Adverb. a *lacīniosus;* in laciniarum modum. *Plin. 16. 83. 1.* Laciniose crispa. Ita *Harduin.* legit, *alii* lacunose, *alii* lacrymose. Cf. LACUNOSUS.

LĂCĪNĬŌSUS, a, um. Adiect. a *lacīnia*. — Superlat. parum certum *lacīniosissimus* §. 3. — Est in extrema ora dissectus in particulas, fimbriatus; *frastagliato. Tertull. Cult. fem. 2.* Quid prodest faciem quidem frugi et expeditam exhibere, cetera vero corporis lacinioso pomparum et deliciarum inceptiis occupare? *Plin. 32. 21. 2.* Ostrea spondylo brevi, atque non carnoso, nec fibris lacinioso. *Id. 25. 77. 1.* Folia erant plantaginis, nisi angustiora essent, et magis laciniosa. *Id. 5. 11. 3. de figura Alexandriae.* Ad effigiem Macedonicae chlamydis, orbe gyrato laciniosa. — **B)** Translate est impeditus, implicatus: quasi laciniis incessum impedientibus. *Apul. Apol. 21.* Namque animi, ita ut corporis, sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est. *Tertull. 4. advers. Marcion. 29. ante med.* Succingere debemus lumbos, id est expediti esse ab impedimentis laciniosae vitae et implicitae. Et *ibid. 1.* A legis laciniosis oneribus expeditus. — **C)** Item nimis diffusus, supervacuus, redundans, quasi lacinis instructus. *Id. Virg. reland. 4. a med.* Compendium sermonis et gratum et necessarium est, quoniam sermo laciniosus et onerosus et vanus est. *Hieronym. 11.* in *Daniel. 22.* Haec Porphyrius sermone laciniosissimo prosecutus est, quae nos brevi compendio diximus. *Est qui legit* latissimo, *alii* luculentissimo. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 1. Met. 7.* V. LACUNOSUS.

LĂCĪNĬUM, ii, n. Nomen eiusdem originis ac lacinia, quo significari videtur species quaedam vestis, ac fortasse eadem ac lacinia. *Not. Tir. p. 157.* Epitogium, lacinium. V. LACINIA §. 2. — **B)** Exponitur etiam in *Gloss. Arab. Lat.* Lacinium, papyrum.

LĂCĪNO, as. V. LACINIO, coll. voc. seq. §. a.

LĂCIO, is, ĕre. Verbum obsoletum transitiv. quod ab inusit.

Digitized by Google

λαω vel λαχίω, ex λάω, capio, deduxit *Furlanetto;* cum potius a radice *lac* derivandum sit, ita ut *lacio, lacero, lacinio, lacino, lanio, licio* eiusdem prorsus originis fuerint, ex duplici, quae statui potest, verbi significatione, pront scilicet ex bona parte, in qua sumebatur (unde est *lacebra, allicio, delecto, lacto, oblecto),* in malam quoque partem et sensum prorsus hostilem tractum est, unde est *lacero, lacesso, lacinio, lancino, lanio.* Cf. et *Müll.* ad *Fest. s. v. Lacerare p. 117.* et *seq.* — **b)** *Idem* autem *ibid. p. 116.,* ubi pro *laeit,* quod ibi legitur, *licit,* scribendum esse ex ordine litterarum suspicatur, ut in *Notis Tironianis* est *p. 149. lixit, allexit.* Nam Latinos vocales litteras interdum etiam in simplicibus violasse, monuerat ipse ad *Varr. 7. LL. 3. §. 90.,* ubi *lide* pro *laede* ex *Atilio* affertur, ut hic *licit* pro *lacit* et *lixi* pro *laxi* in *Not. Tir.,* quae altera verbi simplicis forma fortasse a Grammaticis aliquoties invecta est, etymi verborum compositorum explicandi gratia. — **c)** Atque inde est, quo a *lacio,* non a *licio,* composita putamus vocabula, *allicio, colliciae, delicio, elicio, illicio, oblecto, pellicio, prolicio,* itemque *elecebro, illecebro, perlecebro,* et alia huiusmodi. Cf. LAQUEUS. — Quod autem ad verbi usum attinet,

LACIO proprie est traho, induco (imprimis blanditiis); *tirare, trarre. Lucret. 4. 1200.* Quae lacere in fraudem possent, vinctosque tenere. *Gloss. Lat. Gr.* Lacio; ἐπάγομαι. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 10.* — **B)** Hinc absolute pro decipere; *ingannare. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 116. Müll.* Lacit *(fortasse* licit), decipiendo induxit. Lex etenim fraus est. Et *p. 117. ibid.* Lacit, in fraudem induxit. Inde est allicere et lacessere; inde lactat, illectat, delectat, oblectat. Et *p. 27.* sub *Allicit, ibid.* Lacit; id est decipit. — **C)** Item pro lacerare. *Gloss. Lat. p. 188. n. 16.* Lacere; membra discerpere. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.*

LACITHOS et LACITHROS. } V. LATHYROS.

LĂCŌNĪCUM, i, n. V. voc. seq. §. 2.

LĂCŌNĪCUS, a, um. Adiect. a *Laconia,* quae regio est Graeciae, de qua V. in ONOM.; ad Laconiam vel Laconos pertinens. Cf. voc. seq. — Hinc *Laconica clavis* apud *Plaut. Most. 2. 1. 57.,* de qua V. in CLAVIS §. 2. — **B)** Et *Laconicum balneum,* quod *Laconicum* absolute dicitur, *stufa,* Romae primus exstruxit M. Agrippa sub Augusto, teste *Dione, l. 53.,* et ita appellavit, quoniam Lacones nudare corpora, et oleo inungi, maxime solebant. Erat enim locus cameratus, in quo depositis vestibus, sicco calore sudorem provocabant. Accenso enim igne sub ipso pavimento, quod eam ob rem vacuum erat et suspensum (et *hypocaustum* dicebatur), flamma et calor per tubulos in ipsum Laconicum ascendebat, et ad summam camerae curvaturam: in cuius medio erat foramen, clypeo aereo catena apto obstructum, quo clypeo remisso, patebat calori aditus, ut ad superiora conscenderet, aestumque Laconici minueret: reducto, omnis calor in Laconico inclusus vim suam augebat: atque hac ratione perficiebatur temperatura sudationis, qua cruditates digeri et solvi putabant. V. *Vitruv. 5. 10. in fin. Assam sudationem* appellat *Cels. 3. 27. n. 3.* et *siccum calorem, 2. 17.* Siccus, inquit, calor est et arenae calidae, et Laconici, et clibani. *Colum. praef. circa med.* Ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, et exsucto sudore sitim quaerimus. Meminit et *Cic. 4. Att. 10.* Adde *Inscr.* in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1857. p. 113.* V. loc. sub v. DESTRICTARIUM.

LĂCŌNISMUS, i, m. Vox Graeca, λακωνισμός; h. e. breviloquentia, a Laconum seu Lacedaemoniorum moribus, sive quod illis prolixa loquacitate nihil esset odiosius, quippe qui factis magis, quam eloquentia praecellerent; sive quod in apophthegmatis praecipue valerent, quorum praecipua est gratia, ut paucissimis verbis plurimas sententias complectantur; *laconismo, parlar corto.* Graece usurpat *Cic. 11. Fam. 25.* Sed quid ago? non imitor λακωνισμόν tuum: altera iam pagella procedit. — Hinc *Symmach. ep. 8. (al. 14.)* Laconicae brevitati studere.

LĂCŌTŎMUS, i, f. Vox Graeca, λακότομος, qua significatur linea recta meridianum circulum secans: a λακίς; frustum, et τέμνω; seco. *Vitruv. 9. 8. ad fin.* V. *Bald.* in *Lex. Vitruv.,* et, qui aliter eam definit, *Steph. Piale* in *Mem. enciel. Rom. T. 3. p. 105.*

LĂCRĬMA, Lacryma, et *apud Veteres,* Lacruma, ae, f. Nomen a Graeca voce δάκρυ, δάκρυμα, mutata euphoniae gratia *d* littera in *l* Latinam. — Perperam *Isid. 1. Differ. 227.* a *lacrimas* a laceratione mentis dictas, a tradit. — **b)** Ad scriptionem quod attinet, per *y* recte scribitur, quia a δάκρυμα, ut dictum est (unde *dacrymas* saepe *Liv. Andron.* posuit, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 68. Müll.),* itaque placet *Manut.* et *Dausq.,* satisque illud probat, quod in multis veterum monumentis, quae *Manut.* collegit, *lacruma* legitur, *y* in *u* converso, usitato more Latino, ut in *Sulla* pro *Sylla, sus,* a σύς, *Cumae, Inclutus,* etc. Sic in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1005.* desinite luctu questu lacrumas tundere. Cf. *Cassiod. Orthogr. p. 2284. Putsch.* — Contra *Cellar.* videtur per *i* magis probare. Sane Graecae voces, quando longo usu sunt Latinae factae, Latinas quoque litteras assumere solent, ut *fama, silva.* Veteres etiam inscriptiones plurimae pro hac scriptione stant, et *Pier.* ad *Virg. 6. Aen. 1.* Hinc *lacrimas* pro *lacrimans,* omissa littera *n,* habetur in *Inscr.* apud *Grut. 517. 3.* P. Aulius Macer . . . lacrimas posuit. — **c)** Priaci aspirationem adhibuerunt, *lachryma* scribentes: quod eos factitasse ait *Gell. 2. 3.* firmandae vocis causa et roborandae, ut eius esset sonus vividior vegetiorque. Sed haec scribendi ratio iam obsolevit. V. *Cic. Orat. 48.* — **d)** Vulgo etiam *lagrema* pro *lacrima,* ex quo Italici *lagrima,* usurpatum fuisse prodit *Inscr.* nuper edita in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1867. P. 132.* Satis grande dolurem *(sic)* fecet parentebus *(sic)* et lagremas cibitati; h. e. satis grandem dolorem fecit parentibus et lacrimas civitati. — **e)** Derivata, *lacrimabilis, lacrimabiliter, lacrimabundus, lacrimatio, lacrimator, lacrimatorius, lacrimo, lacrimosus, lacrimosus, lacrimula.* — **f)** Composita, *allacrimans, collacrimatio, collacrimo, delacrimatio, delacrimatorius, delacrimo, illacrimabilis, illacrimo, sublacrimans, superlacrimo.*

LACRIMA proprie dicitur humor ex oculis fluens ex fletu, vel morbo; *lagrima. Enn.* apud *Non. 116. 1. Mero.* Vide, hinc meae, inquam, lacrumae guttatim cadunt. *Lucret. 1. 126.* lacrimas effundere lassas Cepit. *Cic. Partit. 17.* Cito arescit lacryma, praesertim in alienis malis. *Id. 1. Invent. ad fin.* Lacrima nihil citius arescit. *Gnome est Apollonii rhetoris* apud *Eundem. Quintil. 6. 1. 27.* Lacrimae inarescunt. *Id. 11. 3. 75.* erumpunt dolore, laetitia manant. *Id. ibid. 1. 54.* subsistunt. *Id. ibid. 3. 75.* Lacrimae, indices mentis. *Ovid. 11. Met. 720.* Lacrimam dare ignoto; h. e. ignotum lugere. *Ter. Adelph. 4. 1. 20.* homini illico lacrumae cadunt, Quasi puero, gaudio. *Id. Heaut. 2. 3. 68.* Lacrymis opplet os totum sibi. *Lucret. 2. 978.* Et lacrymis spargunt rorantibus ora genasque. *Virg. 9. Aen. 251.* vultum lacrymis atque ora rigabat. *Id. 1. ibid. 252.* lacrymis oculos suffusa nitentes. Et *4. ibid. 50.* sinum lacrymis implevit obortis. *Cic. Mil. 38.* Neque enim prae lacrymis iam loqui possum. *Id. 7. Verr. 67.* Lacrymas in morte misera navarchorum non tenebamus. *Id. 3. Fam. 14.* Tradere se lacrymis et tristitiae. Et *14. ibid. 4.* Lacrymis confici. *Curt. 7. 2.* temperare. *Val. Flacc. 4. 169.* absumi. *Virg. 8. Aen. 334.* quempiam flectere. *Iustin. 11. 15.* prosequi mortem alicuius. *Caes. 1. B. G. 20.* Multis cum lacrimis obsecrare. *Curt. 7. 8.* Manantibus prae gaudio lacrymis. *Plin. 3. ep. 16.* Diu cohibitae lacrymae prorumpunt. *Lucan. 7. 707.* lacrymas luctusque remitte. *Iustin. 1. 8. ad fin.* Dolorem in lacrymas effundere. *Val. Flacc. 3. 395.* fatiscere in lacrymas. *Virg. 4. Aen. 413.* ire. *Tacit. 3. Ann. 23.* effundi. *Ovid. Ib. 208.* cogere aliquem. *Id. 3. Amor. 6. 57.* lacrymis madidos corrumpere ocellos. Et *9. Met. 142.* indulgere. *Cic. Plane. 42.* Lacrimas effundere. *Id. Font. 17.* profundere. *Ovid. 11. Met. 458.* emittere. *Virg. 6. Aen. 455.* demittere. *Senec. ep. 76. circa med.* mittere. *Propert. 1. 19. 23.* siccare cadentes. Et *2. 8. 8.* supprimere. *Virg. 4. Aen. 570.* dare; h. e. fundere. Et *6. ibid. 468.* ciere; h. e. movere, fletum excitare. *Quintil. 11. 3. 8.* alicuius concitare; *far piangere.* Eod. sensu. *Id. 4. 2. a med.* movere. Et *Curt. 5. 5.* commovere. Et *Albinov. 1. 466.* alicui elicere. *Propert. 1. 16. 33.* Surget et invitis spiritus in lacrymis; h. e. inter lacrymas suspirium dabit, licet invita. *Ovid. 3. Heroid. 15.* At lacrimas sine fine dedi, rupique capillos. — **B)** Transfertur ad significandum humorem, qui ex nonnullis plantis emanat. *Plin. 11. 3. 1.* E lacrymis arborum, quae glutinum pariunt. *Id. procem. l. 3.* Lacryma vitium, quae veluti gummi est. *Colum. 10. 103.* lacryma medica panaces. *Prudent. 5. Cathemer. 22. lacrimas olentes* dixit guttas stillantes cerae ardentis. *Plin. 52. 24. 2.* Lacrima vitis. Adde *23. 3. 1.* (ubi medicinae ex ea), *12. 18. 1.* etc. — **C)** Huc spectat *Isid. 17. Orig. 7. 61.* Lacrima oleastri arboris duplex est. Alia enim gummi simulat sine ullo qualitatis morsu; alia ammoniaci guttam ex stillatione collectam ac remordentem.

LĂCRĬMĂBĬLIS et Lacrymabilis, le. Adiect. a *lacrimo.* — Comparat. *lacrimabilior* §. *1.* — Proprie est lacrymas commovens, dignus lacrymis, miserabilis; *lagrimevole, miserabile. Virg. 3. Aen. 39.* gemitus lacrymabilis imo Auditur tumulo. Et *7. ibid. 604.* Getis inferre manu lacrymabile bellum. *Ovid. 2. Met. 796. de Invidia.* Vixque tenet lacrymas, quia nil lacrymabile cernit. *Salvian. Gubern. D. 6.* Quid lacrimabilius hac stultitia? Adde *Ambros.* in *Psalm. 118. Serm. 17.* — **B)** Item lacrymae similis. *Arnob. 7. p. 253.* Viscum est ex corticibus profluens, ita ut ex amygdalo, ceraso, lacrymabili destillatione coalescens.

LĂCRĬMĂBĬLĬTER et Lacrymabiliter. Adverb. a *lacrimabilis;* cum lacrymis. *Hieronym. ep. 140. n. 15.* Unde et Propheta lacrymabiliter deprecatur, etc. Adde *Fulgent. Contin. Virg. post med., Iornand. de reb. Geth. 19.* et *Eugypp. Vita S. Severin. 10.* — *Rufin.* vertens *Homil. Orig. in Num. 17. n. 6.* Si enim ad populum istum respicias, qui maledicit Christo, etiam lacrimabiliter invenitur esse maledictus.

LĂCRĬMĂBUNDUS et Lacrymabundus, a, um. Adiect. verbale a *lacrimo;* multum lacrymans; *pieno di lagrime. Liv. 3. 46. ad fin.* Atque ille lacrymabundus, gratum est, inquit. Adde *Eugypp. Vit. S. Severin. 3.*

Digitized by Google

LĂCRĪMANDUS et Lacrymandus, a, um. Particip. verbi *lacrimo*, adiectivorum more etiam adhibitum; lacrimis dignus. *Rufin.* vertens *Orig. Homil.* in *Num. 24. n. 2. de Iephte*. Alius, quodcumque sibi post victoriam redeunti occurrisset, vovit Deo: occurrente filia, vota lacrimanda persolvit.

LĂCRĪMANS et Lacrymans, antis. Particip. verbi *lacrimo*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui lacrimat, flens; *lagrimante, piangente*. *Caes. 7. B. G. 38.* Convocatis militibus, lacrymans, quo proficiscimur, inquit, milites? *Cic. Sext. 69.* Video hunc praetextatum filium oculis lacrymantibus me intuentem. *Virg. 2. Aen. 790.* lacrymantem et multa volentem Dicere deseruit. — *Plin. 29. 10. 2.* Angulis *(oculorum)* scabiosis et lacrimantibus. — **2)** De plantis humorem remittentibus. *Plin. 17. 24. 6.* Lacrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis, quam aridos.

LĂCRĪMAS *pro* Lacrimans. V. LACRIMA §. b.

LĂCRĪMĀTĬO et Lacrymatio, ōnis, f. Verbale a *lacrimo;* actus lacrymandi; *lagrimazione*. *Plin. proosm. l. 25. sub fin.* Omphacium emendat oculorum lacrymationes. *Id. 11. 54. 5.* Natura oculos composuit tunicis callosis, quas subinde purificant lacrymationum salivis. — *Vulg. Interpr. Tob. 3. 22.* Post lacrimationem et fletum exsultationem infundis.

LĂCRĪMĀTOR et Lacrymator, oris, m. Verbale a *lacrimo;* qui lacrimat. Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

LĂCRĪMĀTŌRĬUS et Lacrymatorius, a, um. Adiect. verbale a *lacrimo;* ad lacrimas eliciendas inserviens. *Sex. Placit. de medic. 17. 1.* Et si leucoma lacrimatorium est, non insanabile efficit; dat enim aliquatenus claritatem.

LĂCRĪMĀTUS et Lacrymatus, a, um. Particip. verbi *lacrimo;* emissus per modum lacrymae; *distillato*. *Ovid. 1. Fast. 339.* Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas. V. LACRIMO §. 3.

LACRIMO et Lacrymo et, *apud Veteres*, Lacrumo, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. transitivorum more aliquando etiam adhibitum, a *lacrima*. — **b)** Reperitur aliquando etiam deponentium more, *lacrimor, āris*, de quo V. infra §. 4. et 5. — **c)** Particip. *lacrimans*, V. suo loco, *lacrimandus* §. 2. et suo loco. — **d)** Derivata et Composita, V. suo loco in LACRIMA.

LACRIMO proprie est lacrymas fundo, fleo; *lagrimare, piangere*. *Cic. 13. Att. 27.* Te, ut a me discesseris, lacrymasse, moleste ferebam. *Ter. Adelph. 3. 4. 46.* Lacrumo gaudio. *Id. Hecyr. 3. 3. 43.* Lacrumo, quae posthac futura est vita, cum in mentem venit. Et *3. 2. 20.* Quid tu igitur lacrumas? — Impersonaliter. *Senec. ep. 63.* Nec sicci sint oculi, amisso amico, nec fluant: lacrymandum est, non plorandum. — **2)** Transitivorum more,

II. *Lacrimo* cum accusativo, qui tamen a quibusdam explicatur vi praepositionum *ob* vel *propter*, quae subintelliguntur. *Ter. Eun. 3. 1. 13.* Num id lacrimat virgo? *Nep. Alcib. 6.* Ut nemo tam ferus fuerit, quin eius casum lacrymarit. *Stat. 9. Theb. 99.* ne non moerentibus Argos Exsequiis lacrymandus est. — **3)** Translate de plantis humore manantibus. *Venant. 3. Carm. 9. 18.* Caudice desecto, lacrimat sua gaudia palmes. V. LACRYMANS §. 2. — **4)** Deponentium more,

LACRIMOR, āris, ātus sum, āri. Idem quod lacrimo, intransitive. *Cic. 7. Verr. 46.* Ecquis fuit, quin lacrymaretur? *Vulg. Interpr. Ioh. 11. 35.* Et lacrimatus est Iesus. Adde *Tob. 7. 8.* et *19.* — **5)** Translate. *Id. Eccli. 12. 16.* In oculis suis lacrimatur inimicus: et si invenerit tempus, non satiabitur sanguine, . . . et quasi adiuvans suffodiet plantas tuas; h. e. amicitiam simulabit praeteritorum poenitens, etc. *Id. ibid. 31. 12.* et *seqq.* Super mensam magnam sedisti? Non aperias super illam faciem tuam prior . . . Nequius oculo quid creatum est? Ideo ab omni facie sua lacrimabitur, cum viderit; h. e. Si quis convivam te invitaverit, vescere modeste, alioquin, si forte vir avarus est et oculo nequam, is, qui te invitavit, ubertim flebit, seu dolebit. Ita *Weltenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v.

Nota. Discrimen inter *flere, plorare* et *lacrimare* patet ex copulatione horum verborum in illo *Ennii* apud *Auct. ad Herenn. 4. 2. Flentes, plorantes, lacrimantes*. Videtur itaque *lacrimare* sensu physico accipiendum esse de moestitia sive dolore, qui se per lacrimas prodit; *plorare* de moestitia, quae lacrimis addit clamores; *flere* autem de moestitia, quae ex effectibus in fiente se manifestat, etiam si lacrimas non effundat. — Praeterea *flere* opponitur τῷ *ridere*, et *lacrimare* dici potest etiam de gaudentibus, quod minime convenit τῷ *plorare*. Cf. ad rem dicta etiam sub vv. FLEO et FLETUS in *Nota*.

LĂCRĪMŌSĒ et Lacrymose. Adverb. a *lacrimosus*. — Comparat. *lacrimosius*, infra. — Est cum lacrymis; *lagrimosamente*. *Gell. 10. 3.* Dicere quippiam lacrymose atque miseranter. *Vet. Scholiast.* in *Cic. Planc. 34.* (edente *A. Mai*) Ut pro reis multo lacrymosius peroraret.

LĂCRĪMŌSUS et Lacrymosus, a, um. Adiect. a *lacrima;* lacrimis manans, lacrimabilis; *lagrimoso, lagrimevole*. *Horat. 1. Od. 8. 14.* Lacrymosa Troiae Funera. Et *ibid. 21. 13.* Lacrymosum bellum. *Ovid. 5. Trist. 1. 35.* carmen. *Id. 1. Amor. 8. 111.* lacrymosaque vino Lumina. *Id. 2. Fast. 587.* Iussa recusantes peragunt lacrymosa ministri. — **2)** Active, qui lacrimas commovet; *che fa lacrimare*. *Stat. 6. Theb. 164.* Lacrymosus risus. *Horat. 1. Sat. 6. 80.* et *Ovid. 10. Met. 6.* fumus; h. e. ex oculis lacrymas exprimens. *Horat. 1. Ep. 1. 63.* lacrimosa poëmata. Sic *Plin. 19. 32. 1.* Caepis omnibus odor lacrimosus. Et *Lucil.* apud *Non. 3. 67.* Flebile carpe simul, lacrymosaeque ordine thallae. Adde *Sammonic. 32. 4.* — Huc spectare videtur illud *Apul. 3. Met. 8.* Mulier per medium theatrum lacrimosa et flebilis, atra veste contecta, etc. V. *Hildebr.* ad h. l. — **3)** Translate de plantis humore manantibus. *Plin. 17. 47. 2.* Vitium radicibus aquam salsam affundi, si sint lacrymosae.

LĂCRĪMŬLA et Lacrymula, ae, f. Deminut. a *lacrima;* parva lacrima; *lagrimetta, lagrimuccia*. *Cic. Planc. 31.* Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas et fletum videre potuisti. *Ter. Eun. 1. 1. 23.* Haec verba una mehercle falsa lacrymula, Quam oculos terendo misere, vix vi expresserit, Restinguet. *Catull. 66. 16.* parentum Frustrantur falsis gaudia lacrymulis.

LĂCRŬMĀ, Lacrumo, etc. } V. LACRIMA, etc.
LĂCRŸMĀ, Lacrymo, etc. }

LACTIR. V. LASER §. a.

LACT. V. LAC §. d.

LACTĂ, ae, f. Est barbarum nomen, quo cassiae genus quoddam appellant, teste *Plin. 12. 43. 2.* — Quod huc adduxit *Tertull. Pudic. 6. a med.* dubiae admodum lectionis est.

LACTĀNĔUS, a, um. Adiect. a *lac;* lac referens, lacteus. *Theod. Priscian. 4. 2.* Lactaneus color. — **2)** Item lactans. Hinc *Nutritores lactanei*, in quadam *Inscript.* incertae aetatis apud *Maff. Mus. Ver. p. 293. n. 1.* et 2. sunt pueri lactentis educatores.

LACTANS, antis. Particip. verbi *lacto*, adiectivorum more etiam adhibitum, ac saepius cum *lactens, entis*, in antiquis MSS. et editis libris confusum. — Proprie est lac habens, aut praebens; *lattante*. *Gell. 12. 1. a med.* Nam plerumque sine discrimine, quaecumque id temporis lactans est, adhiberi solet. *Al. rectius leg.* lactens. *Sereu. Sammon. 20.* Ubera fecundo multum lactantia succo. *Alii* lactentia *melius leg. Ovid. 6. Met. 342.* Uberaque ebiberant avidi lactantia nati. — **2)** Speciatim *lactantes anni* apud *Auson. Edyll. 4. 67.* sunt anni pueritiae; nisi forte hic quoque *lactentes* reponendum est. — **3)** *Lactantes metae* apud *Martial.* sunt metae lactis: *1. 44.* Rustica lactantes nec misit fiscina metas. — **4)** *Lactans Deus*, qui se infundit segetibus, et eas facit lactescere. *Varro* apud *Serv.* ad *1. G. 315.*, ubi *Servius* discrimen addit inter *lactantem* et *lactentem*, quod illud lac praebentem; hoc, cui praebetur, significet. V. LACTUNCIA. — **5)** Translate est mulcens, inducens, illectans decipiendi causa. *Aectius* apud *Non. 1. 34.* Frustrando lactans. *Cic. 4. Tusc. 7. sub fin.* Malevolentia lactans alieno malo. Ita *Non.*, sed *al. rectius aliter leg.* — **6)** Absolute, substantivorum more, in plur. num.

LACTANTIA, ium, n. Sunt cibi ex lacte facti; *latticini*, apud *Cels. 2. 28.* et *29.* et *Apic. 7. n. 306.* Apud *Cels. quidam* lactentia *leg.*; sed, teste *Targa*, omnes *Codd.* et primae edit. *habent* lactantia. Cf. *Schuch* ad *Apic. loc. cit.* — **7)** Deinde

II. *Lactans* est etiam idem ac lacteus, seu lac sugens. *Varr. 2. RR. 7. a med.* Equis anniculis dandum hordeum, usque quo erunt lactantes. *Al. rectius leg.* lactentes. *Liv. Andron.* in *Terseo* apud *Non. 2. 654.* Ego puerum interea ancillae subdam lactantem meae. *Al. leg.* lactantem. V. LACTENS §. 1. — **8)** Hinc pariter absolute,

LACTANTES, ium, m. Sunt pueri lactentes. *Augustin. Serm. 126. n. 2. ed. Mai.* Dicunt namque laudes trucidati ab Herode lactantes. Et *Serm. 151. n. 1.* Lactantium vagitus. Et *ibid. n. 2.* Membra lactantium. V. LACTENS §. 3.

Nota. Discrimen inter *lactans* et *lactens* ex *Serv.* loc. cit. exhibitum supra in §. 4., tradit etiam *Isid. 1. Differ. 357.*

LACTĀRIS, re. Adiect. a *lacto;* lac habens. Hinc *capra lactaris* est, quae lac habet, et fetus lactat. *Marcell. Empir. 23. a med.*

LACTĀRĬUM. V. voc. seq. §. 5.

LACTĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lac;* ad lac pertinens, ut Lactaria herba Latine est, quae tithymalus, Italice *lattaiuola*, a succo lacteo, quem copiose continet, appellata. *Plin. 26. 39. 1.* — **2)** Speciatim *lactaria columna* Romae fuit in regione undecima, in foro olitorio, sic dicta, quod ad eam infantes lacte alendos deferebant. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.* — **3)** *Lactarius mons* vocabatur collis prope Stabias in Campania, ubi vaccae plurimae herbis salubribus saginatae optimum aegris lac praebebant. *Cassiod. 11. Variar. 10.* Remedia Lactarii montis expetere. — **4)** *Lactarium opus*, cibus e lacte confectus; *latticinio, latteruolo*. *Lamprid. Elagab. 32.* Ut coenam exhiberet alia die de pomis, alia de dulciis, alia de opere lactario. — **5)** Hinc absolute, substantivorum more,

LACTARIUM, ii, n. Eodem sensu. *Lamprid. Elagab. 27.* Dulciarios et lactarios tales habuit, ut quaecumque coci de diversis edulibus ex-

Digitized by Google

bibuissent, vel structores, vel pomarii illi modo de dulciis, modo de lactariis exhiberent. — **C)** Item

LACTARIUS, ii, m. Est qui cibos e lacte conficit, aut vendit. V. *Lampridii* loc. cit. supra in §. praeced. *Gloss. Philox.* Lactarius; γαλακτοπώλης. — **2)** Item *lactarius* est etiam qui lac sugit; *lattante*. *Varr. 2. RR. 1. a med.* Dandum bubus lupinum, et lactariis Medica et cytisum.

LACTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lacto;* actus lactandi, praebitio lactis; *l'allattare*. — Translate. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 38. 1.* Et propter hoc, quasi infantibus, ille, qui erat panis perfectus Patris, lac nobis semetipsum praestavit, . . . ut quasi a mamilla carnis eius contriti, et per talem lactationem assueti manducare et bibere Verbum Dei et eum, qui est immortalitatis panis, qui est Spiritus Patris, in nobis ipsis continere possimus. Adde *Mar. Mercat.* vertentem *epist. 2. Nestor. ad Cyrill. n. 14.*

LACTĀTUM, i, n. V. voc. seq. §. 2.

LACTĀTUS, a, um. Particip. verbi *lacto;* lacte nutritus; *allattato*. *Vulg. Interpr. Iob. 3. 12.* Cur lactatus uberibus? — **2)** Absolute, substantivorum more,

LACTATUM, i, n. Est idem ac lactarium opus. *Isid. 20. Orig. 3.* Lactatum est potio ex lacte. V. LACTARIUS §. 4. et 5.

LACTĀTUS, us, m. Verbale a *lacto;* actus lactandi; *il lattare*. *Plin. 33. 5. 4. de muraenis.* Sibilo a piscatoribus, tanquam serpentibus, evocari, et capi, pinguescere lactatu. *Harduin. ex MSS. itemque Sillig. rectius leg.* iactatu; *alii etiam* luctatu.

LACTĔ. V. LAC §. c. et d.

LACTĔNĂ; malleum. *Gloss. Isid.* Cf. MACTENA.

LACTENS, entis. Particip. verbi *lacteo*, adiectivorum more etiam adhibitum, ac saepe cum *lactans* confusum, ut diximus sub v. LACTANS *init.* Cf. etiam ad rem *Schuch* ad *Apic. n. 306.* et *387.* — Proprie est qui lac sugit; *lattante*. *Cic. 5. Catil. 8.* Romulus parvus atque lactens, uberibus lupinis inhians. *Id. 2. Leg. 12.* Lactentes hostiae. (Hinc absolute *Liv. 37. 3.* Lactentibus rem divinam facere). *Varr. 2. RR. 4. a med.* Porci lactentes. Et *ibid. 11.* agni. *Colum. 10. 343.* lactens catulus. *Ovid. 6. Fast. 157.* Carpere dicuntur *(striges)* lactentia viscera rostris; *scil.* puerorum lactentia. — **2)** Item lac habens; *latteggiante*. *Virg. 1. G. 315.* Frumenta in viridi stipula lactentia turgent. *Ovid. 1. Fast. 331.* sata vere novo teneris lactentia succis. *Plin. 20. 26. 3.* Lactuca lactens. — **3)** Item ex lacte confectus. *Cels. 2. 22.* Facile intus corrumpuntur omne pistorium opus, lac, mel, itemque lactentia. Et *ibid. 29.* Alvum movent mel crudum, lac, lactentia omnia, mulsum, vinum dulce. — **4)** Translate *lactens annus*, dicitur vernum tempus, ab *Ovid. 15. Met. 201.* Cum tener et lactens, puerique simillimus aevo Vere novo est. Cf. LACTANS §. 2. — **5)** Absolute, substantivorum more,

LACTENTES, ium, m. Sunt pueri adhuc lac sugentes. *Vulg. Interpr. 1. Reg. 22. 19.* Percussit in ore gladii parvulos et lactentes. *Id. Matth. 21. 16.* Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. V. LACTANS §. 8. — **6)** Item lactentes *(subaudi* hostiae). V. loc. *Liv. 37. 3.* supra §. 1

Nota. Discrimen inter *lactans* et *lactens*, V. sub v. LACTANS §. 4. — Praeterea V. alia huc quoque spectantia, *ibid.* §. 1. et seqq.

LACTĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. a *lac*. — Particip. *lactens*, V. suo loco. — Proprie est lac sugo; *allattare*. *Vet. Scholiast.* ad *Pers. 5. 17.* Aut dormi, aut lacte. V. LALLO §. 1. — **2)** Translate est lactens fio; *latteggiare*. *Pallad. 3. 26.* Verno tempore, cum lactent novella virentia. V. similem *Colum.* locum in LACTO §. 3.

LACTĔŎLUS, a, um. Adiect. per deminutionem a *lactens* factum; adhuc lactens, tenellus; *lattante*. *Prudent. 11. περιστ. 245.* Lacteoli agni. *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. n. 1026. Meyer.* Alludunt pavidi tremulis constibus agni Lacteolasque animas lacteus humor alit. — **2)** Translate, lac referens colore, candidulus; *di color di latte*. *Catull. 55. 17.* Num te lacteolae tenent puellae? *Alii leg.* lacteolae papillae. *Auson. epist. 7.* Viscus lacteolum; *h. e.* caro candida testae marinae inclusa. *Prudent. 5. περὶ στεφ. 161.* Emicat inde columba . . . nive candidior; Spiritus hic erat Eulaliae Lacteolus, celer, innocens.

LACTĔRIS, ĭdis, f. Est genus herbae apud *Apul. Herb. 111.* A Graecis dicitur lathyris; Itali citocacium, alii lacteridem nuncuparunt.

LACTES. V. LAC §. 11. et 12.

LACTESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *lacteo*. — Particip. *lactescens* §. *1. in fin.* in lac convertor, lac fio; *convertirsi in latte*. *Cic. 2. Nat. D. 51.* In iis animantibus, quae lacte aluntur, omnis fere cibus matrum lactescere incipit. — *Plin. 17. 2. 3.* Lactescentia sata. Adde *26. 38. 1.* — **2)** Item lactens fio. *Id. 11. 96. 1.* Asinae praegnantes continuo lactescunt. *Schol.* ad *Germanic. Progn. post med.* Huius *(lactei circuli)* defluvio velut ex ubere aliquo sata cuncta lactescunt. Adde *Augustin.* loc. cit. in GRAVESCO §. 2.

LACTĔUS, a, um. Adiect. a *lac;* ad lac pertinens, e lacte confectus; *di latte*. *Lucret. 1. 253.* et *Ovid. 13. Met. 79.* candens lacteus humor Uberibus manat distentis. *Virg. 2. G. 525.* ubera vaccae Lactea demittunt; *h. e.* lacte plena. — **2)** Item lactens; *lattante*. *Martial. 5. 58.* Cingunt serenum lactei focum vernae. Et *ibid. 47.* Nondumque victa lacteus faba porcus. — **3)** Item lactis colorem referens; *latteo, lattato*. *Virg. 8. Aen. 660.* lactea colla. Et *10. ibid. 137.* cervix. *Martial. 8. 45.* hanc lucem lactea gemma notet. *Capell. 2. §. 209.* Lactea subsellia. — **4)** *Orbis lacteus, via lactea*, est veluti fascia in caelo, in meridiem porrecta, candidior ceteris partibus: ob id ita nuncupata: de qua *Ovid. 1. Met. 168.* Est via sublimis, caelo manifesta sereno, Lactea nomen habet, candore notabilis ipso: Hac iter est Superis ad magni tecta Tonantis. *Cic. Somn. Scip. 3. ad fin.* Splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis. V. quae in hunc locum adnotavit *Macrob. 1. Somn. Scip. 15.*, ubi de causis eius candoris plura disserit. Graeci vocant γαλαξίαν κύκλον, Itali *via lattea*, et *galassia*. — *Capell. 1. §. 15.* huius planetae cursum *lacteum fluvium* appellat. Cf. *Kopp.* ad *Eund. §. 14.* — De hoc circulo lacteo V. plura apud *Hygin. 2. P. Astron. 43.* — **5)** Hinc de fonte et pellucido flumine dixit *Apul. 1. Met. 19.* En, inquam, explere latice fontis lacteo. Adde *Firmic. Mathes. 1. praef.* et *Schol.* ad *Germanic.* cit. sub v. praeced.

LACTĬCĪNĂ, ōrum, n. Nomen proprie adiect. Graecorum more efficium, et absolute adhibitum, a *lac*, Graece γαλάκτινα, qua significantur cibi ex lacte et ovo; *latticini*. *Gloss. Philox.* Lacticina; ὠόγαλα ab ὠὸν; ovum, et γάλα; lac.

* LACTĬCĪNĬUM, ii, n. Idem origine et significatione quod praecedens; cibus ex lacte. Affertur a quibusdam ex *Apic. 7. 11.*, ob aliis ex *Cels. 1. 28.*, sed utroque loco *lactantia* vel *lactentia* alii rectius legunt. V. *Schuch* ad *Apic. n. 306.* — Vocabulum *lacticinium* ergo eget adhuc auctoritate, qua se tueatur.

LACTĬCŎLOR, ōris, omn. gen. Adiect. a *lac* et *color;* lactei coloris; *latteo, lattato*. *Auson. epist. 7. 56.* Aut cunctis pariter versibus oblinat Fulvam lacticolor spongia sepiam. *Lacticolorum* vocat, quia mos erat spongias arte candidas facere, e mollissimis recentes per aestatem salis spuma tingendo, et ad lunam ac pruinas sternendo, ut *Plin.* docet *31. 47. 1.*

LACTĬCŬLĀRĬUS et Lacticulosus, a, um. Adiect.; modo remotus ab ubere; *slattato*. *Gloss. Philox.* Lacticularius, lacticulosus; λιπογάλακτος.

LACTĬCŬLŌSUS. V. voc. praeced.

LACTĬDĬĂCUS, a, um. Adiect. Graecum a λακτίζω; calce ferio; qui calcibus percutit. *Gloss. Philox.* Lactidiaci; λελακτισμένοι. Hunc *Furlanetto* in *Additis* ad hoc *Lexicon*. V. voc. seq.

LACTĬDĬĀTUS, a, um. Adiect. a *lactes, tum*, quod exponitur a *Schol.* ad *Pers. 2. 30. Lactes* sunt loca in lateribus sub umbilico pube tenus adeo delicata, ut plagam ferre non possint. Inde est, quod *lactidiatum* dicimus, qui male sit calce percussus. — Hinc videtur in *Gloss.* cit. in voc. praeced. pro *lactidiaci* emendandum esse *lactidiati* et hoc non *qui calcibus percutit, sed calce percussus* exponendum esse.

LACTIS, is, f. V. LAC §. 11. *prope fin.*

LACTĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lac* et *fero;* lac ferens. *Inscr.* apud *Murat. 70. 6.* Silvano Sancto Patri et custodi pecudifero, lactifero, glandifero, pomifero, etc. — Haec tamen *Inscr.* spuria videbatur *Maffei, Act. crit. Lapid. p. 214.* Cf. *Orelli* ad *n. 1614.*

LACTĬLĀGO, ĭnis, f. Est herba eadem, quae chamaedaphne: a iucundo sapore, ceu lactis, appellata. *Apul. Herb. 27.*

* LACTĬNĔUS, a, um. Adiect. a *lac;* lacticolor, lacteus. *Venant. 8. Carm. 1. 27.* Regia lactineo commutans pallia cultu. Cf. voc. seq.

LACTĪNUS, a, um. Adiect. a *lac;* lacteus colore, candidus; *di color di latte, candido*. *Aurelian. Reg. ad Monach. 26.* Vestimenta alio colore non induatis nisi laia, lactina et nigra nativa. *Caesarius, Reg. ad Virg. 40.* Omnia vero indumenta simplici tantum et honesto colore habeant, nunquam nigra, non lucida, sed tantum laia vel lactina.

LACTĬTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *lacto;* lac praebeo; *allattare*. *Martial. 7. 102.* Cur sit ager sterilis, cur uxor lactitet, edam.

LACTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. (et intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, infra §. 3.) a *lac*, quoties actio ad lac refertur; nam quoties allicere, sive blanditiis trahere significat, sunt qui a *lacio* deducunt, cuius sit frequentativum. V. LACIO §. a. et §. 2. et Cf. infra §. 4. Ego tamen puto utrumque sensum in idem recidere. Cf. §. 5. — **b)** *Lacteo* et *lacto* in antiquis MSS. et editis libris saepissime confusa inter se fuisse, monuimus iam sub v. LACTANS *init.* Cf. etiam infra §. 3. — **c)** Particip. *lactans* §. *1.* et V. suo loco, *lactatus*, V. suo loco. — **d)** Derivata et Composita V. in LAC suo loco.

LACTO proprie est lac praebeo; *dar latte, lattare*. *Vulg. Interpr. 1. Reg. 1. 23.* Mansit ergo mulier et lactavit filium suum. Adde *ibid. 6. 10.* et *Eccli. 30. 9.* — Absolute. *Id. Luc. 23. 29.* Beatae steriles, . . . et ubera quae non lactaverunt. *Id. Isai. 13. 18.* Sagittis parvulos in-

Digitized by Google

terficient et lactantibus uteris non miserebuntur. — 2) Translate. *Id. ibid. 60. 16.* Suges lac gentium et mamilla regum lactaberis. — *Cael. Aurel. 2. Acut. 4. 21. Ventrem lactare* dixit pro sugere vermes. V. loc. — 3) Deinde, intransitivorum more,

II. *Lacto* idem est ac lacteo; *h. e.* lac sugo; *succhiar il latte. Colum. 7. 9. circa med.* Suibus leguminum facienda est potestas: et utique vere, dum adhuc lactant. Al. rectius leg. *lactent*, et coniungunt cum sequentibus, *viridia pabula*; h. e. *mentre sono per anche latticinose le verdi pasture*. V. LACTEO §. 1. *Auson. Epitaph. 32.* Infans lactavit, pubes et virgo adolevit. — 4) Praeterea, iterum transitive,

III. *Lacto* (qua duci potest a *lacio*, ut supra monuimus §. a., sive translate, qua a *lac* derivatur) est etiam blanditiis trahere, spe, promissis allicere, mulcere, inducere, et frustrari, decipere; *lusingare, trattenere, tenere in isperanza, ingannare. Ter. Andr. 5. 4. 7.* Adolescentulos imperitos rerum in fraudem illicis: Sollicitando et pollicitando eorum animos lactas. Et *4. 1. 23.* nonne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium, Nisi me lactasses amantem, et falsa spe produceres? *Plaut. Cist. 2. 1. 9.* Ita me amor lassum animi ludificat, fugat, agit, appetit, Raptat, retinet, lactat. *Accius* apud *Non. 1. 54.* Dictis lenibus lactare aliquem. *Id. ibid.* Frustrando lactare. *Varr. ibid.* Aviditatem speribus lactet suis. *Lucret. 5. 1067.* Aut ubi eos lactant, pedibus morsuque petentes. *Est qui leg.* iactant. *Vulg. Interpr. Prov. 1. 10.* Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis. — 5) Sumitur et in bonam partem. *Id. Osee, 2. 14.* Ecce ego lactabo eam et ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius. *Prudent. 8. Cathem. 19.* Doctor *(Christus)* indulgens ita nos amico Lactat hortatu. Cf. LACTATIO.

LACTŎRIS, ĭdis, f. Est herba oleae folio, sed minore, et flore luteo, intus plena lactis, quod gustatum vomitiones concitat. *Plin. 24. 104. 1.*

LACTŎRO, ōnis, m. vel f. Legitur haec vox in *libro 5. De Vitis Patrum*, qui tribuitur *Rufino*, *n. 200.* Unus quidem deferebat nuces, alius lactorones. Sed *lactorones* quid proprie sint, vix intelligo; coniecturas V. apud *Interpr.* ad *h. l.*

LACTŌSUS, a, um. Adiect. a *lac*, idem ac lacteus. *Gloss. Philox.* Lactosus; γαλακτώδης.

LACTŪCĂ, ae, f. Nomen herbae cuiusdam, quae ita a copia lactis soporiferi appellata est, ut ex *Plin.* loc. mox cit. patet. *Isid. 17. Orig. 10. 11.* e *Lactuca* dicta est, quod abundantia *lactis* exuberet, seu quia lacte nutrientes feminas implet. 2 — b) Derivata, *lactucarius, lactucinus, lactucosus, lactuculo*.

LACTUCA, Italice quoque levi nominis mutatione *lattuga*, herba est, cuius tria genera Graeci fecere: unum lati caulis, adeo ut, ostiola olitoria ex his factitari, prodiderint. Folium his paulo maius herbaceo, et angustissimum, ut alibi consumpto incremento. Alterum rotundi caulis: tertium sessile, quod Laconicon vocant. Alii colore, et tempore satus genera discrevere. Esse enim nigras, quarum semen mense Ianuario seratur: albas, quarum Martio: rubentes, quarum Aprili. Diligentiores plura genera faciunt, purpureas, crispas, Cappadocas, Graecas. In Italia olim illa solum nota erat, quae *meconis* vocatur, a copia lactis soporiferi; unde et *lactuca* nomen inditum. Est autem natura omnibus refrigeratrix, et ideo aestate gratae stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Haec ex *Plin. 19. 38. 1.* et *seqq.*, ubi alia plura de his. V. etiam, si lubet, *Colum. 10. 79.* et *11. 3. ante med.* et *Pallad. 2. 14.* etc. *Cels. 2. 32.* Lactuca, maximeque aestiva, cuius cauliculus iam iacte repletus est, somno apta est. *Martial. 13. 14.* Claudere quae coenas lactuca solebat avorum, Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes? *Virg. Mor. 76.* Grataque nobilium requies lactuca ciborum; *h. e.* finis coenae. *Martial. 11. 53.* Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo Utilis. *Id. 10. 48.* Lactuca sedens; *h. e.* sessilis. *Isid.* loc. cit. §. a. Haec *(Lactuca)* et in viris Veneris usum coërcet. V. EUNUCHION. — De usu lactucae in medicina, V. *Plin. 20. 24. 1.* et *ibid. 26. 3.* — 2) *Similem habent labra lactucam*, proverb. de quo V. LABRUM §. 6. — 3) Alia est *lactuca agrestis*, quam, ut tradit *Isid. 17. Orig. 10. 11.*, *sarraliam* nominamus, eo quod dorsum eius in modum serrae est. — Eadem fortasse est, quam *Apul. Herb. 30.* ab Italicis appellatam dicit *lactucam silvaticam*, cuius in medicina usum ad oculorum caliginem commendat. V. THRIDAX. — 4) De *lactuca caprina*, V. *Plin. 19. 58. 4.* et *20. 24. 1.* — 5) Item alia est quae *lactuca marina* dicitur, Graece τιθύμαλος. *Cels. 5. 7.* Lac lactucae marinae, quae τιθύμαλος a Graecis nominatur, excedit. *Colum. 6. 15.* Item si vomer crus sanciavit, marina lactuca, quam Graeci τιθύμαλον vocant, admixto sale, imponitur. Adde *Apul. Herb. 109.* — 6) Item *lactuca leporina*, quod leporibus valde grata sit, dicta. *Id. ibid. 118.*

LACTŪCĀRĬUS, ii, m. Nomen a *lactuca;* qui lactucas emit, aut vendit. Agnoscitur ut Latinum a *Diomed. 1. p. 313. Putsch.*

LACTŪCĪNUS, a, um. Adiect. a *lactuca;* ad lactucam pertinens. Hinc *Lactucini* absolute cognominati sunt Romae quidam in Valeria familia, a studio colendae lactucae. *Plin. 19. 19. 2.* V. VALERIA Gens in ONOM.

LACTŪCŌSUS, a, um. Adiect. a *lactuca;* lactucis abundans. Penitur ut Latinum a *Diomed. 1. p. 316. Putsch.*

LACTŪCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lactuca;* parva lactuca; *lattughella. Colum. 10. 111.* teneris frondens lactucula fibris. *Pallad. 1. 30.* Lactucias serere. *Suet. Aug. 77.* Lactuculae thyrsum pro potione sumebat. Cf. *Plin. 19. 39. 1.*

LACTURCĬĂ, ae, f. et LACTURNUS, i, m. } V. LACTURCIA in ONOM.

LĂCŬLĀTUS, a, um. Adiect. a *lacus*. Hinc *laculata vestis* apud *Isid. 19. Orig. 22.*, quae lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos, aut additos acu; *h. e.* clavis intexta. V. CLAVATUS §. 1. et MAPPA.

LĂCŪNĂ, ae, f. Nomen a *lacus*, ut tradit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* a *Lacuna*, aquae collectio, a *lacu* derivatur. 2 — b) Cum *lagena* in antiquis MSS. et editis libris aliquando confusum est, immo et in Lapidibus. V. LAGENA §. c. — c) Derivata, *lacunar, lacunarium, lacunarius, lacunatura, lacuno, lacunosus*, et *laquear*, quod V. pro suis.

LACUNA proprie est collectio aquae, et fossa, in qua aqua collecta stare consuevit; *laguna, fossa d'acqua morta. Lucret. 6. 534.* ubi magnas in aquae vastasque lacunas Gleba vetustate e terra provelvitur ingens. *Virg. 1. G. 117.* cavae tepido sudant humore lacunae. *Pallad. 1. 17.* Lacunas cisternarum sarcire. *Stat. 4. Silv. 3. 34.* Bi siccant bibulas manu lacunas. *Martial. 4. 4.* Quod siccae redolet palus lacunae. — 2) *Salsas lacunas*, dixit *Lucret.* aquas maris. *3. 1045.* et *5. 792.*, eodemque sensu *Auct. ad Herenn. 4. 10.* Neptunias lacunas. — 3) In aquaeductibus *lacuna* videtur esse idem ac lacus sive puteus, in *fragm.* antiquae *Legis* apud *Marini, Arv. p. 70.* Nisi in duabus lacunis prius semet etc. V. *Garrucci* in *Bullett. Archeol. Napol. n. 1852. p. 56.*, coll. *n. 1861. p. 118.* — 4) Pro quacumque fossa. *Cic. Arat. 451.* caecas lustravit luce lacunas, E quibus ingenti exsistit cum corpore prae se Scorpius, etc. *Lucret. 1. 115.* Aut tenebras Orci visat, vastasque lacunas. — 5) Et pro quacumque cavitate: *cavità. Vitruv. 7. 1. circa med.* Pavimenta testacea sunt diligenter exigenda, ut non habeant lacunas, nec exstantes tumulos. *Varr. 1. RR. 7.* Cum supercilii cana, et sub ea lacunae, dicunt, eum equum habere annos sedecim. Et *1. ibid. 29.* Qua aratrum vomere lacunam facit, sulcus vocatur. *Martial. 8. 39. de luscо.* Lippa sub attrita fronte lacuna patet. *Ovid. 3. Art. am. 285. de ore aperto.* Sint modici rictus, sint parvae utrinque lacunae, Et summos dentes ima labella tegant. V. GELASINUS. *Auson. 4. ep. 34. de vulneribus.* Ostentat foedas prope turpia membra lacunas. *Lactant. Opif. D. 10.* Labrum superius sub ipsa medietate narium lacuna quadam levi, quasi valle, signavit Deus. *Apul. Florid. 15.* Cervix succi plena, malae uberes, genae teretes, ac medio mento lacuna. *Hildebr.* ad *h. l.* e varietate lectionum in *Codd.* conicit legendum *lacunatura*. V. quae ibi ad rem disputat. — 6) Praeterea

II. *Lacuna* dicitur et de loco vacuo, in quo quippiam deest. *Prudent. 9. Cathem. 63.* Lacunam ventris implere. — 7) Hinc translate *lacunam explere*, est damnum sarcire; *risarcire il discapito. Cic. 4. Verr. 53.* Illi censores fecerunt idem, quod in nostra republ. solent ii, qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent; *si rifacessero di quelle spese: riempissero quel buco.* Sic *Varr. 2. RR. 1. in fin.* Est, qui expleas duplicem istam lacunam; *h. e.* haec duo, quae desunt, et pro his alia reponas. *Gell. 1. 3. a med.* Minima illa labes, et quasi lacuna famae imminentis, partarum amico utilitatum ratione solidatur (Al. leg. *munimentis* pro *imminentis*, et ex *ratione* omittunt); *h. e.* quasi vacuum honestate locum: vel interruptae bonae existimationis intervallum, quasique fractura. *Cic. 12. Att. 6.* Vide, quaeso, ne qua lacuna sit in auro; *h. e.* ne quod detrimentum, ne quid minus probum in auro sit: translatione, inquit *Manut.*, ducta a fundis, quos lacunae deteriores faciunt.

LĂCUNAR, āris, n. Nomen a *lacuna*, qua cavitas aliqua significatur, ut mox dicemus. — b) In genit. plur. *lacunariorum* pro *lacunarium* habet *Vitruv. 4. 3.* et *6. 4.* et in dativo *lacunaribus, 7. 2. extr.* et *lacunariis 5. 2.* et *6. 5.* et *10.* — c) Alia forma est *lacunarium*, quod V. suo loco.

LACUNAR est interstitium tignorum in caelo cubiculi, seu alterius aedium membri, quod cameratum non sit: ex eo dictum, quia inter tignum et tignum veluti lacuna est: item ipsum caelum seu tabulatum, sive contignatione constet, sive tabulis suffixis, et inter plana intervalla cavitates seu lacus habentibus (quae *formelle* dicuntur), sive etiam aequato opere cosgmentatis; *sfondo, soffitta, cielo della stanza*. Huiusmodi lacunaria, quae et *laquearia* dicuntur, picturis, aliisque ornamentis apud ditiores, ut hodieque fit, expoliri solebant. *Vitruv. 7. 2. extr.* Camerarum dispositiones in conclavibus expediuntur, nisi lacunaribus ea fuerint ornata. *Horat. 2. Od. 18. 1.* Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. *Cic. 5. Tusc. 21.* Gladium

Digitized by Google

e lacunari, seta equina aptum, demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. *Apul. 1. Florid. n. 25.* Lacunaria auro oblita. V. LAQUEAR. — **2)** *Spectare lacunar* proverbiali locutione de eo dicitur, qui alias res tum maxime agit, cum sua res agitur, et omni attentione opus est. *Iuvenal. 1. 56.* doctus spectare lacunar, Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso. Nos quoque simili sensu dicimus; *guardar i travi:* et *fare il gattone*, vel *la gatta morta*. V. DORMIO §. 3. — Eadem ratione dixit *Quintil. 2. 11. 4.* tectum intueri, et *10. 3. 15.* tectum spectare.

Nota. Discrimen inter *cameram* et *lacunar* dedimus supra sub v. CAMERA in *Nota* §. 2.

LĂCŪNĀRĬUM, ii, n. Est idem quod lacunar. *Vitruv. 4. 3.* Impedita est distributio in opere triglyphorum et lacunariorum. Cf. LACUNAR §. b.

LĂCŪNĀRĬUS, ii, m. Nomen a *lacuna;* qui lacunas fodit. *Firmic. 8. Mathes. 21. Gloss. Philox.* Lacunarius; λακκοποιός.

LĂCŪNĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *lacuno;* cavitas in modum lacunae. V. *Apul.* loc. sub v. LACUNA §. 3. *in fin.*

LĂCŪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *lacuno;* ad lacunae formam depressus. *Plin. 13. 9. 1.* Intus exiles nucleos lacunatis includit toris. Cf. voc. seq.

LĂCŪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lacuna*. — Particip. *lacunatus*, V. suo loco. — Est lacunaris similitudinem alicui rei induco; *ornare a guisa di soffitta*. *Ovid. 8. Met. 561.* Pumice multicavo, nec levibus atria tophis Structa subit: molli tellus erat humida musco: Summa lacunabant alterno murice conchae.

LĂCŪNŌSUS, a, um. Adiect. a *lacuna*, quod in antiquis MSS. et editis libris aliquando cum *lacinio sus* est permutatum, ut adnotat *Hildebr.* ad *Apul.* loc. mox cit. — Proprie est lacunis plenus; *lacunoso*. *Apul. 1. Met. 7.* Avia et lacunosa convallis. Et *9. ibid.* Via lacunosis incilibus voraginosa. Adde *Vitruv. 8. 6. in fin.* — **2)** Item universim inaequalis; *pieno d'inuguaglianze*. *Cic 2. Nat. D. 18.* Quid pulcrius ea figura, quae sola omnes alias figuras complexa continet, quaeque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?

LĂCUS, us, m. Nomen, quod vulgo a Graeca voce λάκκος vel λάκος; fossa, derivatur. Minime autem arridet, quod tradit *Isid. 15. Orig. 19. 2.* e Lacus stat in loco, nec profluit: et dictus *lacus*, quasi *aquae locus*. — **b)** Etiam *lacus*, *i*, m. dicitur. *Vet. Poëta in Anthol. Lat. T. 2. p. 359. Burm.* Fundit at October vina Falerna lacis. Alii rectius leg. *Funditat October vina Falerna lacu*, vel *lacus:* ita ut *October lacus* dicatur, quomodo *October equus* apud *Fest. p. 178. Mull.* — Haec *Furcell.*, cui sua addidit *Furlanetto;* sed saltem apud sequioris aevi Scriptores *lacus*, *i*, utique usurpatum reperitur. Sic *Cassiod. 11. Var. 14.* Laci purissimi vestitas. Et *mox* laci altitudo. Et *Isid. 15. Orig. 19. 5.* Lacus Tiberiadis . . . in Iudaea omnibus lacis salubrior. — Saepius autem *Vulg. Interpr. Isai. 14. 15.* in profundum laci. Adde *ibid. 16. §. 6.* et *51. 1.* et *Ierem. 37. 15.* etc., quibus adde *Notit. Urb.* loc. cit. infra §. 7. *in fin.* et *alibi.* — **c)** *Lacuus* pro *lacus* in accusat. plur. habet *Inscr.* apud *Momms. n. 1481.* Viam straverunt et lacuus fecerunt. Adde *aliam* apud *Orelli, n. 254.* — **d)** In dativo et ablativo plur. num. *lacubus* facit pro *lacibus*, ut ex subiectis exemplis infra patebit. — **e)** Derivata, *lacuna* (quod V. pro suis) et *lacusculus*. Cf. LAQUEAR. — **f)** Compositum, *laculurris*. Cf. SUBLAQUEO.

LACUS proprie est locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, unde rivi et flumina oriuntur; *lago*. *Cic. 7. Verr. 72.* Deae, quae illos Enenses lacus lucosque colitis. *Id. 3. Agr. 2.* Agros, aedificia, lacus, stagna. *Lucret. 3. 464.* Exhalantque lacus nebulam fluviique perennes. *Id. 6. 747.* Lacus Averni. *Cic. 1. Divin. 44.* Lacus Albanus. *Plin. 3. 5. 2.* Rhodanus amnis ex Alpibus se rapiens per Lemanum lacum etc. *Id. ibid. 17. 3.* Ex alia parte Anio, in monte Trebanorum ortus, lacus tres amoenitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim. — **2)** Est etiam latentis adhuc aquae receptaculum, ex quo erumpens aqua efficit fontem, ut tradit *Serv.* ad illud *8. Aen. 74.* Quo te cunque lacus miserantem incommoda nostra Tenet lenet. — **3)** Poëtice de fluvio Styge. *Virg. 6. 135.* Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est Bis Stygios innare lacus, etc. Et *392.* Nec vero Alcidem me sum laetatus euntem Accepisse lacu. — Sic pro potu, loquens de Tantalo, eo supplicio damnato, ut siti torqueatur, aquis fluvii licet immersus, posuit *Stat. 4. Theb. 557.* quis enim remeabile saxum, Fallentesque lacus . . . Nesciat? V. *Lactant.* ad *h. l.* — **4)** Haec quoque poëtice dicta sunt. *Horat. 1. Ep. 5. 10. de Tritio potta.* Pindarici fontis qui non expalluit haustus, Fastidire lacus et rivos ausus apertos; *h. e.* non Poëtas Lyricos Pindaro inferiores, sed poësis genera leviora et faciliora; ut exponit *Orelli* ad *h. l.*, quem videsis. Sic *Martial.* de suis carminibus *9. 100.* Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur, Quae fluit, an pigro quae stupet unda lacu. — **5)** Huc spectat *Vulg. Interpr. Prov. 28. 17.* Hominem, qui calumniatur animae sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet; *h. e.* si currentem ad praecipitium viderint, non retinebunt. — **6)** *Siccus lacus*, proverb. de re nullius usus, aut pretii. *Propert. 2. 11. 11.* At dum demissis supplex cervicibus ibam, Dicebar sicco vilior esse lacu. Hic quidam interpretantur *lacum sine aqua*, ideoque etiam *sine pisce*, ex *Eod. ibid. 12. 34.* Aridus et sicco gurgite piscis erit: *Vulpius* vero *vas vinarium spotum, vacuumque*. — **7)** Praeterea, latiore significatione,

II. *Lacus* universim dicitur quodcumque aquarum receptaculum etiam manu factum. Nam *Varro, 5. LL. 5.* lacum definit, lacunam magnam, ubi aqua contineri potest. Hinc *lacus* Romae fuerunt capaces alvei, in quibus aquae recipiebantur ex aquaeductibus in usum publicum, iumentorum potui, lotionibus, exstinguendis incendiis, et fortasse etiam usibus fullonum, coriariorum, aliorumque opificum, etc. *Frontin. Aquaed. 3.* Ponam quot castella publica privatoque sint, et ex his quantum publicis operibus, quantum muneribus, quantum lacubus. *Liv.* de his intelligendus, *39. 44.*, ubi lacus lapide sternendos memorat. Sic *Horatii* illud huc pertinet *1. Sat. 4. 56.* Et quodcumque semel chartis illeverit, omnes Gestiet a furno redeuntes scire lacuque Et pueros et anus. — Plurimos in Urbe fuisse huiusmodi lacus constat ex *Frontin. Aquaed. 78.*, ubi summam eorum colligit ad DXCI. *Plin.* vero *36. 24. 17.* DCC. enumerat ab Agrippa factos. Itaque saepissime eorum meminit *Curios. Urb.* itemque *Notit.*, quae in *Bruviar. p. 31. Prell.* lacos, id est puteos, mille tricentos quinquaginta duos *(enumerat in Urbe)*. — *Ulp. Dig. 43. 21. 3. §. 3.* Si aqua in unum lacum conducatur et inde per plures ductus ducatur, etc. V. CASTELLUM §. 4. — **8)** Praeterea, si de aquaeductibus sit sermo, *lacus* nomine aliquando venit ipsum castellum, in quo aqua continetur (ut ex *Ulp. l. ibi* c. patet), aliquando autem aqua tantum quae servatur in castello. Sic in lege *Quintia* apud *Frontin. de Aquaed. 129.* Quicumque post hanc legem rogatam rivos, specus, fornices, fistulas, tubulos, castella, lacus aquarum publicarum, quae ad Urbem ducuntur, etc. — Huc spectat et *Inscr.* in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1852. p. 89.* Qui rivi, specus, saepta, fontes, putei, lacusque, aquae ducendae, reficiundae causa, etc. Cf. *Garrucci, ibid. p. 55.* et *segg.*, coll. *a. 1861. p. 118.* et *seq.* Cf. PUTEUS, ubi alia ad rem. — **9)** Quod *Plaut. Cure. 4. 1. 16.* enumerans varia loca urbis Romae, in quibus varia hominum genera agitare solent: confidentes ait, garrulosque, et malevolos *supra lacum* solere consistere; varie a variis iis locus designatur, cum alii lacum Curtium intelligant, alii lacum Iuturnae, de quibus V. suo loco in ONOM. — **10)** Hinc, latissimo sensu et a similitudine,

III. *Lacus* dicitur de vase amplo, in quo mustum prelo, vel pedibus expressum recipitur; *tino*. *Ovid. 4. Fast. 888.* Praemia, de lacubus proxima musta tuis. *Cic. Brut. 85. sub fin.* Sic ego istis censuerim et novam istam, quasi mustum de lacu, fervidam rationem fugiendam. Ita legit *Schützius;* at *Schneidero* placet *quasi musteam de lacu*, ac etc. *Cato, RR. 25.* Vinaceos conculcato in dolia picata, vel in lacum vinarium picatum. *Colum. 12. 18.* Aptandi sunt lacus vinarii et torcula. — **11)** Item de musti quantitate, quae una pressura pedibus aut torculari exprimitur; *una folata*. *Plin. 18. 74. 6.* Pressura una culeos vigiuti implere debet. Ad totidem culeos et lacus viginti ingeribus unum sufficit torculum. — **12)** Item de vase, in quo amurca recipitur, in olei confectione. *Colum. 12. 50. ante med.* — **13)** Item dicitur de conceptabulo aquae fabrorum, in quam metallum candens demergunt. *Virg. 4. G. 175.* alii stridentia tingunt Aera lacu. — **14)** Item de loco, ubi calx rutro subigitur maceraturque. *Vitruv. 7. 2.* — **15)** Item de loco, quo distinguitur granarium ad legumina separanda. *Colum. 1. 6.* Sed et lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quaeque legumina ponantur; *in ripartimenti*. — **16)** *Lacus balinearius* item occurrit in *Inscr.* apud *Orelli, n. 3892.* — **17)** Specialim et improprie

IV. *Lacus* dicitur de tignorum, sive trabium interstitio, ut idem sit ac lacunar. *Lucil.* apud *Serv.* ad *1. Aen. 730.* resultant aedesque lacusque. — **18)** *Lacus leonum* apud *Prudent. 4. Cathemer. 65.* locus est depressus, et septus, in quo custodiuntur leones, vivarium. Adde *Vulg. Interpr. Dan. 6. 7.* et *14. 30.* et *segg.* — **19)** Item *lacus sanguinis* appellavit venas, in quibus sanguis fervet, *Varr. Fragm. p. 301. Bip. n. 3.* — **20)** Item *lacus* sumitur pro carcere. *Vulg. Interpr. Gen. 40. 50. de Iosepho.* Furto sublatus sum de terra Hebraeorum et hic innocens in lacum missus sum. — **21)** Item dicitur locus, in quo in altera vita, tanquam carcere, detinebantur animae aliquando per Christum liberandae. *Id. Zachar. 9. 11.* Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. — **22)** Item pro sepulchro. *Id. Psalm. 27. 1.* Ne quando taceas a me et assimilabor descendentibus in lacum. *Id. Ezech. 26. 20.* Cum detraxere te cum his, qui descendunt in lacum ad populum sempiternum. *Id. Isai. 38. 18.* Neque mors laudabit te: non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam. — **23)** *Lacus Avernus* titulus est unius ex mimis *Laberii*, cuius aliquot exstant fragmenta apud *Ribbeck, Comic. reliq. p. 244.* — **24)** Denique

V. *Lacus* in fabulis dicuntur Pallantis ex Styge filii, teste *Hygin.* in *Praef. fabular.*

Digitized by Google

Nota. *Lacus* differt a *stagno*, quod hoc temporalem habet aquam stagnantem, quae plerumque hieme colligi solet, aestate siccari: sed *lacus* aqua perpetua et perennis est. Cf. *Isid. 13. Orig. 19. 9.*

LĂCUSCŬLUS, i, m. Deminut. a *lacus;* parvus lacus; *laghetto. Colum. 6. 8.* Hiemalis aqua, quae ex pluviis consistit in lacusculis ablaqueationis. — **β)** De loculis in tabulato, ubi reponuntur olivae. *Id. 12. 50.* Quia interdum immodica multitudo baccae torculariorum vincit laborem, esse oportet pensile horreum, et habere lacusculos tam multos, quam postulabit modus olivae, ut separetur, et seorsum reponatur uniuscuiusque diei coactura.

LĂCŪTURRIS, re. Adiect. a *lacus* et *turris*. — *Lacuturris* cognomen est caulis, de quo *Plin. 19. 41. 8.* Nuper subiere lacuturres *(caulos)*, ex convalle Aricina, ubi quondam fuit lacus, turrisque, quae remanet: capite praegrandes, folio innumeri, alii in orbem porrecti, alii in latitudinem torosi. — De iisdem loquitur *Colum. 10. 137.* Quae *(cymata)* duri praebent cymosa stirpe Sabelli, Et Turris lacus, et pomosi Tiburis arva. *Alii leg.* Turis, *alii* Turni.

LĂDĂ, ae, f. Vox Graeca, λήδη, qua significatur herba in Cypro ex cisti, vel cisthi generibus, longioribus foliis et nigrioribus, quae verno tempore pingue quiddam roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhaerescit, indeque depexum colatur, cogiturque in offas, et ladanum appellatur; *imbrentina. Plin. 26. 30. 1.*, ubi *Harduin.* ex MSS. *ledon* pro *lada* reponit, et ita leg. etiam *Sillig.* Cf. voc. seq.

LĂDĂNUM, i, n. (et Laudanus, i, f.). Vox Graeca, λήδανον (unde et *ledanum* scribitur), qua significatur pingue illud roscidum, de quo dictum est in voce praeced.; *lădano, lăudano. Plin. 26. 50. 1.* et *12. 37. 3.* (Sunt qui herbam in Cypro, ex qua id fiat, ledam appellant; et enim illi ledanum vocant), *Theod. Priscian. 1. 2.* et *Vindician. Carm. 59.* — *Laudanus* dicitur *Plin. Valerian. 1. 2.* Laudanus Celtica.

LAEDO, dis, si, sum, dĕre. Verbum transitiv. (intransitivorum more aliquando fortasse adhibitum. V. infra §. 8.), quod quidam volunt esse per metathesim a δηλέω, quod idem significat. — **b)** Apud Antiquos etiam *lido* scriptum fuisse pro *laedo* patet ex *fragm. Atilii* apud *Varr. 7. LL. 5. §. 90.* Cape, caede, lide, come, condo. V. *Müller* ad h. l. et Cf. LACIO §. b. Hoc confirmat etiam *Onom. Lat. Gr.* Lido; προύω. — Hinc tamen est quod in compositis saepe mutatur diphthongus *ae* in *i* longam, ut in *allido*, etc. — *Lesio* pro *laesio*, V. in LAESIO §. 1. *in fin.* — **c)** Particip. *laedens* §. 1., *laesus*, V. suo loco, *laesurus* §. 1. — **d)** Derivata, *laesibilis, laesio, laesura.* — **e)** Composita, *allido, collido, elido, extrilidus, illaese, illaesibilis, illaesus, illido, interlido, oblido, relido, sublido.*

LAEDO proprie est aliquid mali alicui infero, violo, noceo; *offendere, far male, nuocere. Tacit. Agric. 42.* Proprium humani ingenii est, odisse quem laeseris. Τυφλή. *Plaut. Cure. 4. 3. 9.* Lora laedunt brachia. *Ovid. 6. Fast. 150.* Frondes laedit hiems. *Id. 4. Heroid. 21.* teneros laedunt iuga prima iuvencos. *Id. 4. Met. 601.* Laedere aliquem vulnere. *Phaedr. 4. 7.* dente. *Virg. 2. G. 501.* ferro retuso plantas. Et *ibid. 220.* rubigine ferrum. *Ovid. 15. Met. 226.* herbas morsu laesere iuvencae. *Plin. 27. 71. 1.* Grana lathyridis stomachum laedunt. *Horat. 1. Ep. 17. 7.* si te pulvis strepitusque rotarum, Si laedet caupona, Perentinum ire iubebo; *ii dară fastidio.* Et *ibid. 2. 38.* Quae laedunt oculum, festinas demere: si quid Est animum, differs curandi tempus in annum? *Virg. 10. Ecl. 48.* ah, ne te frigora laedant! *Id. 9. ibid. 64.* Cantantes licet usque (minus via laedet) eamus; *sară mea gravosa.* Et *7. Aen. 809.* per summa volaret Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas. *Plin. 21. 51. 1.* Thymum laeditur imbribus, amittitque florem; *patisce. Id. 37. 18. 3.* Smaragdi sole laeduntur; *perdono.* Et *13. 30. 3.* Mensae splendescunt manu sicca fricatae, nec a vinis laeduntur; *h. e.* si vino perfundantur, nihil gratiae amittunt. *Paul. Dig. 9. 2. 30. ad fin.* Si ignis alienam segetem, vel vineam laeserit. *Ovid. Rem. am. 293.* laedentia pectus Vincula qui rupit. *Id. ibid. 90.* Et tua laesuro subtrahe colla iugo. — **β)** Est etiam idem quod allido, affligo, sequente accusat. cum praepos. *ad. Lucret. 5. 999.* turbida ponti Aequora laedebant naves ad saxa virosque. — **γ)** Translate. *Ter. Adelph. 3. 4. 10.* Clemens, placidus: nulli laedere os, arridere omnibus; *h. e.* in faciem nemini male dicere. *Suet. Caes. 49.* Laedere famam alicuius gravi opprobrio. *Metell.* ad *Cic. 5. Fam. 1.* ludibrio aliquem. *Quintil. 7. 2. a med.* infamia. *Horat. 2. Sat. 1. 21.* tristi versu. *Plaut. Capt. 3. 2. 53.* dicto aut facto. *Lucan. 7. 848.* superos crimine. *Ovid. 3. Pont. 9. 25.* animum lento curarum frigore. *Cic. Rosc. Am. 58. a med.* fidem; *violare. Martian. Dig. 48. 2. 3.* maiestatem publicam. — **δ)** Absolute pro iniuriam facere. *Nep. Attic. 10.* Nullas inimicitias gessit, quod neque laedebat quemquam, neque etc. — **ε)** Et pro dictis pungere, maledicere. *Sall. Iug. 86.* Marius antea infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare, singulos modo, modo universos laedere. — **ζ)** Specialim

II. *Laedere* dicitur testis, qui contra reum dicit. *Cic. Caecin. 10.* Cum ita vehemens acerque venisset, ut non modo Caecinam periurio suo laederet, sed etiam mihi videretur irasci. *Id. 2. Orat. 70. a med.* Cum laesisset testis Silus Pisonem, quod se in eum sudisse dixisset. Adde *ibid. 74.* et *Quintil. 6. 3. a med.* — **γ)** Veteres *laedere* res rapere dicebant, etiam si rapinae nullum crimen exsisteret: similiter *satisfacere* res reddere. *Serv.* ad *10. Aen. 14.* — **η)** Deinde, intransitivorum more,

III. *Laedere*, cum dativo, legitur apud *Augustin. Serm. 156. a. l.* ed. *Mai.* Iniquitas hominis Deum quidem ostendit, sed sibimetipsi etiam et aliis laedit.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et ablat. modi vel instrumenti; aliquando autem cum alio accusat. et praepos. *ad;* item aliquando cum accusat. rei et dativo personae, vel simpliciter, intransitivorum more, cum dativo personae.

LAENĂ, ae, f. Nomen vestis cuiusdam, de qua mox, a Graeca voce χλαῖνα, quam ducunt a χλαίνω; calefacio: tametsi sunt qui Tuscae originis esse arbitrantur ex *Festo* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* « Laena vestimenti genus habitu duplicis. Quidam appellatam existimant Tusce, quidam Graece, quam χλανίδα dicunt. » — Certe non est audiendus *Varro*, qui *5. LL. 30.* dictam putat, quod de *lana* multa, quia duarum togarum instar erat. — **b)** Scribitur *lena* in *Gloss. Gr. Lat.* Χλανίς; lena. — Hinc fortasse composita, *antilena* et *postilena.*

LAENA vestis genus fuit aliis superinduendae, virorum propriae, ut ricinium mulierum, teste *Varr.* loc. cit. in §. a., at si audiamus *Non. 14. 26.*, qui tamen non probat, etiam militum, quam Italice dicere possumus *zimarra, guarnacca, lucco.* Eius formam fuisse putant similem lacernae, aut pallio, aut chlamydi, apertam scilicet et tam breviorem: aptam proinde, quae superinduceretur tunicae, et aliquando etiam togae, fibula ad humeros, aut collum adstringente. Plura v. apud *Ferrar.* et alia *in T. VI. Antiquitat. R. Graevii.* — Usus autem eius multiplex fuit. Legimus enim, a sacerdotibus in sacrificio adhibitam fuisse, apud *Cic. Brut. 14.* (V. vocem sequent.) eaque usos flamines, a flaminicis suis texta (sic enim oportebat) etiam *Serv.* ad *4. Aen. 262.* tradit. Item a regibus et principibus viris, ut ex *Virg. ibid.* et *Sil. 13. 434.* colligitur. Item a ditioribus, et denique a vulgo. *Pers. 1. 30.* ecce inter pocula quaerunt Romulidae saturi, quid dia poëmata narrent. Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina laena est, etc. *Iuvenal. 3. 150.* plurima sunt, quae Non audent homines pertusa dicere laena. Ex loco *Persii* colligimus, domesticam quoque et cocsatoriam vestem fuisse: quod confirmatur illo *Martial.* de luscо furante in convivio, *8. 59.* Et tectus laenis saepe duabus abit. — **β)** Praecipua eius utilitas, postquam passim adhiberi coepta est, frigori arcendo: unde ex crassiore panno (quare et *duplex* dicitur a *Serv. loc. cit.* et *Festo* loc. cit. §. a.) et villosa fuit. *Martial. 14. 136.* cui titulus *Laena:* Tempore brumali non multum laevia prosunt: Calfaciunt villi pallia vestra mei. — Hinc Graecum proverb. *ἐν δίφει τὴν χλαῖναν κατατρίβειν*, de eo qui rebus necessariis in tempore uti nescit. — **γ)** Deinde

II. *Laena*, seu potius *linna* genus vestis fuit a praecedente distinctum et in usu apud Gallos. *Isid. 19. Orig. 23.* et *3.* Quibusdam nationibus sua cuique propria vestis est, ut Parthis sarabarae, Gallis linnae, Germanis renones . . . Linnae saga quadra et mollia sunt. De quibus *Plautus:* Linnae cooperta est textrino Gallia. Ita legit *Lindem*, alii vulgo *laena*, sed *linna* habent et *Gloss.* apud *Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 159.* — Hinc in *Gloss. Isid.* Luna; sagum quadratum: pro *luna* fortasse leg. *linna.*

LAESĬBĬLIS, le. Adiect. verbale a *laedo;* qui laedi potest, puniendus. — Translate. *Liberat. diac. Breviar. 12. ad fin.* Rescripsit Theodosius Imperator, Flavianum laesibilis novitatis reum, dignum mortis debitum suscepisse.

LAESĬO (et Lesio, *perperam*), ōnis, f. Verbale a *laedo;* actus laedendi, damnum, iniuria; *offensa, lesiones. Papinian. Dig. 10. 3. 28. extr.* Si quid, absente socio, ad laesionem eius fecit. *Lactant. Ira D. 17. a med.* Irritat laesio dolorem. — *Vulg. Interpr. Dan. 6. 23.* Nulla laesio inventa est in eo, quia credidit Deo. *Inscr.* apud *Grut. 422. 10.* et *428. 10.* Coniugi rarissimi exempli, quae vixit mecum an. XXIII. sine ulla animi laesione. *Alia* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. p. 108. n. 211.* Cum quem *(sic)* vixit sine lesione *(sic)* animi annos III., etc. — **β)** In re oratoria enumerat *Cic. Orat. 55. extr.* inter figuras sententiarum. Verba sunt: Purgatio, conciliatio, laesio, optatio, atque exsecratio. Videtur autem esse, cum reum ob alias causas, quam ob quas accusatur, dictis, obtrectatione, detractione pungit orator, et lacerat, ut ei aversiores iudices faciat.

LAESŪRĂ, ae, f. Verbale a *laedo;* idem ac laesio. *Tertull. Patient. 7.* Laesura divitiarum; *h. e.* detrimentum, iactura. *Inscr.* apud *Grut. 567. 8.* Vixit mecum annis XVII. sine ulla animi laesura. Adde *838. 10.* V. voc. praeced. §. 1. — **β)** Translate. *Vulg. Interpr. Sap. 18. 3.* Solum sine laesura boni hospitii praestitisti. — *Venant. 8. Carm. 6. 329.* Quando suis iaculis uteri laesura tumescit; *sollicit: gravidanza.*

LAESUS, a, um. Particip. verbi *laedo*, adiectivorum more etiam adhibitum; violatus, offensus, damno vel iniuria affectus; *offeso, ingiuriato. Cic. 5. Verr. 1.* Nulla laesus iniuria. *Ovid. 12. Met. 421.*

Digitized by Google

parvo cor vulnere laesum. *Id. Rem. am. 608.* Laese vir a domino, laesa puella viro. *Id. ibid. 159.* Aetola Venus a cuspide laesa; *ferita. Id. 4. Fast. 120.* Laesus cuspide. *Id. 1. Amor. 7. 40.* Laesae genae. *Id. 2. Met. 408.* laesae silvae; *h. e.* incendio corruptae. *Id. 3. Fast. 322.* grandine laesa Ceres. *Id. 2. Art. am. 576.* vipera laesa pede; *calcata, schiacciata.* Et *3. ibid. 207.* laesa figura; *fattezze guaste. Martial. 3. 47.* Leporemque laesum Gallici canis dente. *Id. 9. 87.* Non inculo, non ense fuit, laesusve sagitta; *ferito. Id. 12. 54.* lumine laesus; *losco. Id. ibid. 29.* Nuper cum Myrino peteretur missio laeso; *h. e.* gladiatori vulnerato. — *Ovid. 4. Heroid. 114.* In magnis laesi rebus uterque sumus. — Absolute. *Ovid. Rem. am. 615.* Dum spectant oculi laesos, laeduntur et ipsi. — **B)** Translate. *Cic. Cluent. 42.* Laesa dignitas. *Ovid. 5. Heroid. 101.* pudicitia. *Quintil. 1. 2. 4.* opinio; *perduto il buon nome. Tacit. 3. Ann. 24.* religio. *Horat. 1. Od. 35. 4.* fides; *rotta, violata. Nep. Timol. 1.* pietas. *Ulp. Dig. 4. 6. 1.* Laesum ius alicuius. *Virg. 12. Aen. 496.* foedus. Et *1. ibid. 12.* numen. *Ovid. 3. Trist. 13. 21.* ingenium longa rubigine. *Lucan. 3. 436.* Laesus nube; *offuscato.* — **B)** Speciatim

II. *Laesus* apud ICtos dicitur, qui est damnum passus, deceptus, fraudatus. *Paul. Dig. 4. 6. 44.* In aliqua parte laesus, non restituitur. — **A)** *Laesae res* apud *Sil. 11. 6.* sunt accisae, attritae, adversae.

LAETĂ, ōrum. V. LAETUS §. 17.

LAETĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *laetor.* — Comparat. *laetabilior*, infra. — Est laetitia dignus; *degno d' allegrezza, lieto. Cic. 1. Tusc. 21.* Quid habet ista res aut laetabile, aut gloriosum? Et *4. ibid. 17.* Is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis laetabile ad efferendum videri potest. *Ovid. 9. Met. 235.* cunctisque metum laetabile factum Dis fore confido. *Val. Flacc. 6. 606.* Sidus laetabile alicui. *Mamertin. Genethl. 18.* Quanto hoc laetabilius ac melius?

LAETĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *laetor;* laetans, valde laetus. *Gell. 11. 15. sub fin.* Laetabundus is dicitur, qui abunde laetus est. Adde *Vulg. Interpr. Isai. 55. 2.*

LAETĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *laetor;* laetitia. *Incert. Grammat.* apud *Mai.* V. loc. in LAETITIES. — **B)** Passive et sensu, ut aiunt, concreto, dicitur fimus, qui per agros iacitur: quod facit laetas segetes; *h. e.* pingues ac fertiles, votisque agricolae respondentes; *letame, concime. Plin. 18. 40. 1.* Secale nascitur qualicumque solo, ipsumque pro laetamine est. *Id. 17. 6. 2.* Haec sunt laetamina, quibus ad telluren alendam utuntur homines. Editiones omnes male habent *sertamina. Pallad. 1. 23.* Anserum laetamen satis omnibus inimicum est. *Id. 3. 1.* Prata sparso laetamine saturare.

LAETĂNĬA. V. LETANIA.

LAETANS, antis. Particip. verbi *laetor*, seu potius a *laeto, as*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui laetatur; *chi si rallegra. Vulg. Interpr. 3. Reg. 2. 40.* Et ascendit . . . populus canentium tibiis et laetantium gaudio magno. — **B)** Item laetus; *allegro. Cic. Cluent. 9. sub fin.* Itaque nubit Oppianico continuo Sassia, laetanti iam animo, et spe optima confirmata. *Virg. 1. Aen. 397.* laetantes agmine cygni. *Catull. 64. 33.* oppletur laetanti regia coetu. *Plaut. Stich. 3. 1. 5.* Olim quos abiens affeci aegrimonia, Eos nunc laetantes faciam adventu meo. — **B)** Translate et active, laetitiam inducens; *che fa allegrezza. Lucret. 2. 344.* volucres, laetantia quae loca aquarum Concelebrant; *h. e.* amoena et laetitiam inducentia.

LAETANTER. Adverb. a *laetans;* laete. *Lamprid. Commod. 5.* Quod Commodus laetanter accepit.

LAETASTER, stri. Adiect. deminut. a *laetus;* aliquantum laetus. Prisca vox *Titinii* apud *Fest.* in *Obstrudant, p. 193. Müll.* V. loc. in OBSTRUDO.

LAETĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *laetor;* actus laetandi, laetitia. *Caes. 3. B. G. 50. extr.* Neque hostibus diutina laetatio, neque ipsis dolor longior relinquatur. — *Vulg. Interpr. Ital. Tob. 13. 9.* Ego et anima mea regi caeli laetationem dicimus.

LAETĀTUS, a, um. Particip. verbi *laetor;* laetus factus; *rallegrato. Virg. 12. Aen. 841.* Adnuit his iuno, et mentem laetata retorsit. *Sall. Iug. 69.* Ita Vagenses biduum modo ex perfidia laetati. V. LAETOR.

LAETĒ. Adverb. a *laetus.* — Comparat. *laetius* §. *1.* et *2.*, superlat. *laetissime* §. *1.* — Proprie est iucunde, hilariter; *lietamente. Cic. 9. Phil. 3.* Laete atque insolenter tulit. *Gell. 3. 15.* Laetissime gaudere. *Vellei. 2. 45. de Ciceron.* Neque quisquam aut expulsus invidiosius, aut receptus est laetius. *Quintil. 8. 3. circa med.* Concitate dicere, aut moderate; laete, aut severe; abundanter, aut presse. — **B)** Translate. *Colum. 3. 9. a med.* Truncus laetius frondet; *h. e.* uberius. *Plin. 16. 36. 3.* Laurus recisa laetius fruticat. Et *33. 27. 1.* Seges laete virens.

LAETĬCIĂ. V. LAETITIA.

LAETĬCŬLŌSUS, a, um. Adiect. verbale a *laetor;* laetitia plus aequo gestiens; *baldanzosetto. Petron. fragm. Tragur. 57. Burm.* Tu laeticulosus nec mu, nec mu argutas. Alii perperam leg. *febriculosus* contra fidem codicis, qui habet *laeticulosus:* alii vero fortasse rectius leg. *laeticulosus;* *h. e.* modo e lacte depulsus; *slattato.* V. LACTICULARIUS.

LAETĬCUS, a, um. Adiect. a *laetus, i*, m.; ad laetos servos, seu milites pertinens. *Impp. Aread. et Honor. Cod. Theod. 13. 11. 9.* Quoniam ex multis gentibus sequentes Romanam felicitatem, se ad nostrum imperium contulerunt, quibus terrae laeticae administrandae sunt, nullus ex his agris aliquid, nisi ex nostra adnotatione, mercatur. V. LAETUS, i.

LAETĬFĬCANS, antis. Particip. verbi *laetifico*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui laetificat; *chi fa lieto. Vulg. Interpr. Psalm. 18. 9.* Iustitiae Domini rectae, laetificantes corda. — **B)** Pro laeto posuit *Plaut. Pers. 5. 1. 8.* Omnes hilaros, lubentes, laetificantes faciam ut fiant. Cf. LAETIFICO §. 2.

LAETĬFĬCĀTUS, a, um. Particip. verbi *laetifico;* laetus factus; *rallegrato. Evagr. Vit. B. Anton. 40.* Laetificatos habebat oculos et dentes sicut lac candidos. — **B)** Translate. *Sedul. 1. 41.* Laetificata seges, spinis mundatus ademptis.

LAETĬFĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *laetus* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum. — Particip. *laetificans* §. *4.* et suo loco; *laetificandus* §. *4.*, *laetificatus*, V. pariter suo loco. — Proprie est laetum facio; *rallegrare. Lucan. 3. 48.* non illum gloria pulsi Laetificat Magni. *Plaut. Aul. 4. 9. 15.* nunc alii eo laetificantur Meo malo et damno. *Vulg. Interpr. 2. Esdr. 12. 43.* Deus enim laetificaverat eos laetitia magna. *Id. Thr. n. 17.* Et laetificavit super te inimicum. *Id. Osee, 7. 5.* In malitia sua laetificaverunt regem. *Id. Eccli. 40. 20.* Vinum et musica laetificant cor. — *Id. 2. Cor. 2. 2.* Quis est, qui me laetificet, nisi qui contristatur ex me. — **B)** Passive *laetificari* sensu medio; laetus fio; *rallegrarsi. Id. 2. Esdr. 12. 43.* Laetificatus est Iuda in Sacerdotibus et Levitis astantibus. — **B)** Translate. *Cic. 2. Nat. D. 40.* Sol quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim laetificat, ut cum caelo hilarata videatur. — **A)** Speciatim

II. *Laetifico* sumitur pro stercorare; *concimare. Id. ibid. 52.* Iudus non aqua solum agros laetificat et mitigat, sed etiam eos conserit. *Plin. 18. 30. 3.* Faba solum laetificat stercoris vice. *Id. 17. 6. 1. de fimo.* Apud Homerum regius senex agrum ita suis manibus laetificans reperitur. *Pallad. Insit. 9.* Nunc ideo modicum crescens fiducia Carmen Obtulit, arbitrio laetificanda tuo. Cf. LAETAMEN §. 2.

LAETĬFĬCUS, a, um. Adiect. verbale a *laetifico;* laetum faciens, laetus; *rallegrante, lieto. Lucret. 1. 192.* uti sine certis imbribus anni Laetificos nequeat fetus submittere tellus. *Stat. 8. Theb. 261.* Laetifici tumultus. Et *12. ibid. 521.* plausus. *Cassiod. 8. Hist. Eccl. 1.* Circa consulentes hilarior apparebat, et vultu laetifico ad conversionem iuvenes educebat. Cf. voc. seq. §. 2. — Absolute. *Senec. Troad. 597.* Laetifica referre alicui.

LAETISCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *laetor;* laetus fio, laetor; *rallegrarsi. Sisenn.* apud *Non. 2. 494.* Utrum ne Divi cultu erga se mortalium laetiscant, an superna agentes humana negligant. — **B)** Translate. *Vel. Pollu* apud *Cic. 1. Tusc. 28.* Caelum mitescere, arbores frondescere, Vites laetiscere, pampinis pubescere. *Al. rectius leg.* laetificae pampinis.

LAETĬTAS, ātis, f. Abstractum a *laetus;* idem quod laetitia. Legitur in *Numo* Faustinae Iunioris apud *Cohen, descript. des Monnaies frappées sous l' Empir. Rom. n. 186.*

LAETĬTĬA (et Laeticia apud *Auct. Itiner. Alex. M. 65.* ed. *Mai*), ae, f. Abstractum a *laetus.* — Proprie est opinio recens boni praesentis, in quo efferri rectum esse videtur, ut apud *Cic. 4. Tusc. 7.* definitur: vel, ut est apud *Gell. 2. 27.*, exsultatio quaedam animi cum gaudio efferventiore rerum expetitarum; *allegrezza, letizia. Cic. 1. Orat. 44.* Percipere laetitiam et voluptatem ex re quapiam. *Id. ibid. 57.* Itaque hilaritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit. *Id. 4. Tusc. 32.* Efferri laetitia. *Id. 14. Att. 6.* exsultare. *Id. 1. Catil. 10.* perfrui. *Id. Mil. 28.* afficere aliquem. *Id. 2. Fam. 10.* Comitia ista praeclara me laetitia extulerunt. *Id. ibid. 9.* Repente incessi omnibus laetitiis. *Id. 14. Att. 14.* Laetitiam capere oculis. *Id. Plane. 42.* dare alicui; *h. e.* laetandi occasionem. Sic *Ter. Heaut. 1. 2. 12.* obiicere. Et *Hecyr. 3. 3. 18.* offerre. *Plin. 15. 40. 1.* afferre. *Plaut. Mere. prol. 72.* parere alicui. *Liv. 4. 40.* Tantam ex metu laetitiam fecere, ut etc. *Ter. Heaut. 2. 3. 51.* Ne me in laetitiam frustra coniicias. *Sall. Iug. 109.* Magna laetitia nobis est, cum te Dii monuere, ut aliquando pacem malles. *Nep. Timoth. 2.* Victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut etc. *Plaut. Stich. 3. 2. 13.* Prae laetitia lacrymae praesiliunt mihi. *Iustin. 12. 13.* Totus in laetitiam effusus. *Ter. Adelph. 4. 1. 6.* Diem perpetuum in laetitia degere. *Plin. Paneg. 79.* Laetitia publica. — **B)** Facile convenit cum voluptate. *Cic. 2. Fin. 4.* Huic verbo *(voluptatis)* omnes qui Latine sciunt, duas res subiiciunt, laetitiam in animo, commotionem suavem iucunditatis in corpore. Et *1. ibid. 7. ad fin.* Recta et honesta quae sint, ea facere ipsa per se laetitiam, idest voluptatem. — *Ovid. 10. Met. 443. de Myrrha cum patre concumbente.*

Digitized by Google

infelix non toto corpore sentit Laetitiam virgo. — **B)** Translate est venustas, pulcritudo, quia videndo laetos facit. *Stat. 6. Theb. 571.* Effulsere artus, membrorumque omnis aperta est Laetitia, insignesque humeri, nec pectora nudis Deteriora genis: latuitque in corpore vultus. — **4)** Speciatim

II. *Laetitia* saepe de satis et plantis dicitur, quae fertiliter et ubertim proveniunt et gignunt. *Colum. 4. 24. circa med.* Vites ita se induunt uvis, ut nequeant maturitatem capere, si benignitas terrae, atque ipsius trunci laetitia non adsit; *vigore, rigoglio.* Et *Justin. 44. 4. a med.* In hac insula tanta pabuli laetitia est, ut etc. — **5)** Item de solo ipso, ubi laetae segetes plantaeque proveniunt. *Colum. 4. 21.* Loci laetitia plures palmites, exilitas pauciores desiderat. — **6)** Item de ratione dicendi ornata, luminibus verborum distincta. *Auct. Dial. de Orat. 20.* Laetitia et pulcritudo orationis.

Nota. *Laetitia* differt a *gaudio*, ut in ea voce in *Nota* dictum est. Nam in gaudio vel nihil animos, vel certe moderate diffunditur: in laetitia effuse exsultat et gestit: tametsi hoc ab oratoribe loquentibus non servatur. — **B)** Item differunt inter se *laetitia, exsultatio* et *jubilatio*, ut dictum est sub v. EXSULTATIO in *Nota*.

LAETĬTĬES, ēi, f. idem quod laetitia, a qua tantum forma discrepat. Legitur apud *Incert. Grammat.* editum a *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 9.* Immo hoc addimus, quod tres vel quatuor declinationes plerisque nominibus eveniant, sicut est *laetitia, laetities, laetamen*.

LAETĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *laetus;* laetitia. Antiqua vox *Aceti* apud *Non. 2. 487.* Me excitasti ex luctu in laetitudinem. *Id. ibid.* Quanta in venando affectus es laetitudine?

LAETO, as, āvi, ātum, are. Verbum transitiv. a *laetus* pro *laetor*, apud Antiquissimos quoque in usu, ut notat *Priscian. 8. p. 797. Putsch.* — Particip. *laetans* et *laetatus*, v. suo loco, *laetandus* §. 1. et 2. — Proprie est laetum facio, laetitia afficio; *rallegrare. Liv.* apud *Non. 2. 494.* Iamne oculos specie laetavisti optabili? *Acc. ibid.* Te ut triplici laetarem bono. *Apul. 3. Met. 11.* Frontem tuam serena venustate laetabit assidue. v. *Hildebr.* ad *h. l. Maxim. Taur. Serm. 47.* Descendens laetavit infantes. — Passive. *Sall. Jug. 14.* Quamquam sibi immaturo . . . vita erepta est, tamen laetandum magis quam dolendum puto casum tuum; h. e. gaudio excipiendum. *Cic. Manil. 1. ad fin.* Illud in primis mihi laetandum iure esse video, quod etc. Cf. voc. seq. §. 4. — **B)** Speciatim *laetare arbores* est stercorare. *Pallad. 1. 6. sub fin.* In laetandis arboribus crates faciemus, terram prius trunco admoventes et mox laetamen. *Id. ibid.* loca sterilia laetantur beneficio incendii. Cf. voc. seq. §. 3.

LAETOR, āris, ātus sum, ari. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando adhibitum, a *laetus*, forma deponens, pro qua et activa etiam in usu fuit, *laeto, as*, quam v. suo loco. — Particip. *laetans*, v. suo loco, *laetaturus* §. 1. — Proprie est laetus sum, laetitiam capio; *rallegrarsi, godere, gioire. Cic. Rosc. Am. 47.* Quae perfecta esse, gaudeo, ludices, vehementerque laetor. *Id. 2. Divin. 9.* An Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria laetaturum fuisse, si scisset, se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri? *Id. 2. Fam. 9.* Laetor tum praesenti, tum sperata tua dignitate. *Id. Marcell. 11.* Nam laetari omnes, non ut de unius solum, sed ut de communi omnium salute, sentio. *Id. 7. Verr. 46.* Laetaris tu in omnium gemitu, et triumphas. *Id. 11. Phil. 4. ad fin.* In hoc est semper laetatus, quod ea faceret, quae etc. — Etiam cum genitivo, loco ablativi, more Graecorum. *Virg. 11. Aen. 280.* Nec veterum memini, laetorve malorum. — *Vulg. Interpr. Prov. 5. 18.* Laetare cum muliere adolescentiae tuae. *Id. Exod. 18. 9.* Laetari super aliqua re. *Id. Deuter. 28. 63.* super aliquem. *Id. Eccli. 32. 5.* propter aliquem. *Id. 1. Mac. 12. 12.* de aliqua re. *Id. Zachar. 10. 7.* ab aliqua re. — **B)** Translate pro delectari, iuvari. *Suet. Ner. 46.* Asturconem, quo maxime laetabatur, etc.; *si rieroava.* — **3)** Item de satis et plantis. *Colum. 3. 9. ad fin.* Omne vitis genus naturaliter laetatur tepore potius, quam frigore. *Pallad. 1. 6. a med.* Frumenta omnia maxime laetantur patenti campo, et ad solem reclivi. — **4)** Transitivorum more,

II. *Laetor* est gaudio aliquid excipere. *Sall. Cat. 31.* et apud *Priscian. 18. p. 1180.* Ea populus laetari et merito dicere fieri. *Cic. 7. Fam. 1.* Utrumque laetor et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 1. Met. 20.* et quos ibi laudat.

Nota I. Constructio verbi patet ex iis, quae congessimus §. 1. et 4. — **Nota II.** *Laetor* differt a *gaudeo*, quia *gaudere* est interno animi motu exsultare: *laetari* est extrinsecus signa gaudii proferre, et effundi exsultatione liberius. Hinc *Varr. 6. LL. 6. extr. laetari* dictum putat, *quod latius gaudium* propter magni boni opinionem diffusum. Quamquam promiscue saepissime usurpantur. — **B)** Quomodo differat a *gratulor*, dictum est sub hac voce in *Nota*.

LAETUS, a, um. Adiect. parum certae originis. *Isid. 1. Orig. 27. 14.* et *10. ibid. 156.* ducit a *latitudine*, sive a *lato*, quod sumsit a *Varr.* loc. cit. in voc. praeced., *Nota* II. Alii vero ad Graecum λαῖτος; referunt, quod integrum, incolumem significat. — **b)** In MSS. et edit. libris aliquando *laetus* et *latus* inter se confusa fuisse, monstrat *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 9.* et *7. ibid. 10.* — **c)** Comparat. *laetior* §. 1 et seqq., superlat. *laetissimus* §. 1. et seqq. — **d)** Derivata, *laetabilis, laetabundus, laetamen, laetanter, laetaster, laetatio, laeticulosus, laetisco, laetitas, laetitia, laetities, laetitudo*, laet et *laetor*. — **e)** Composita, *collaetor, exlaetus* (v.), *illaetabilis, laetifico, laetificus, perlaetus*.

LAETUS proprie est qui hilaritatem, quam intus habet, vultu et aliis signis ostendit; *allegro, lieto. Cic. Mur. 24.* Catilina alacer atque laetus. *Id. Font. 11.* Vagantur laeti atque erecti passim toto foro. *Id. 8. Att. 9.* Laeto vultu gratulantes. *Plin. 8. 21. 6.* Laeta atque gestiens. *Cascil.* apud *Cic. 2. Fin. 4.* Laetus omnibus laetitiis. *Ter. Andr. 2. 2. 5.* Laetus est nescio quid. *Id. Phorm. 5. 4. 1.* Laetus sum, frater obtigisse quod vult. *Id. Eun. 5. 1. 2.* ain' tu, laeta est? *Gn.* non tam ipso quidem Dono, quam abs te datum esse. *Id. Adelph. 2. 2. 43.* Sed Glesiphontem video: laetus est de amica. *Virg. 6. Aen. 663.* Frons laeta parum. *Tacit. Agric. 39.* Fronte laetus, pectore anxius. *Virg. 3. Aen. 524.* Laetus clamor. *Sil. 11. 370.* laeta convivia. *Senec. Herc. Oet. 1673.* Diem laetum ducere. *Ovid. 9. Met. 242.* Laeto ore quempiam alloqui. *Vellei. 2. 127.* Vir severitatis laetissimae, hilaritatis perscae. *Tacit. 2. Ann. 73.* Luctum laeto cultu mutare; *il duolo in gala. Quintil. 11. 3. 63.* et *116.* Res laetae; *cose allegre. Plin. 25. 16. 4.* Laetior color; *più vivo, e che più rallegra l'occhio.* — **B)** Metonymice *laetus* est, qui prompte, et lubenti animo quidpiam facit; *pronto, volenteroso. Sall. Jug. 86.* Senatus supplementum etiam laetus decreverat. *Virg. 9. Aen. 88.* Has ego Dardanio iuveni, cum classis egeret, Laeta dedi. *Horat. 1. Ep. 7. 39.* Inspice, si possum donata reponere laetus. — Graeco more genitivo iungitur ab Historicis et Poëtis. *Vellei. 2. 93.* et *Tacit. 2. Ann. 26.* Iuvenis ingenuarum virtutum, laetusque animi et ingenii. *Virg. 11. Aen. 73.* laborum. *Sil. 17. 398.* irae. *Id. 7. 338.* incepti. *Val. Flacc. 5. 659.* laetus opum pacisque meae; h. e. contentus. *Virg. 1. Aen. 445.* Lucus laetissimus umbrae. *Al. leg.* umbra. *Sil. 14. 279.* plebs facilis impelli, et laeta tumultus. *Sallust. fragm.* apud *Servium, ibid.* Frugum pabulique laetus ager; h. e. fertilis, copiosus. *Auson. Mosell. 162.* Laeta operum plebes. — Et Poëtis cum infinito. *Sil. 9. 453.* laetus uterque Spectari Superis. Et *16. 565.* laetus bellare Latinis. Et *3. 575.* Gens ferri patiens, et laeta dumare labores. — **3)** Latiore significatione

II. *Laetus* dicitur qui contentus est; *pago, contento. Senec. ep. 91. ante med.* Mutis aggregetur animal pabulo laetum. *Est qui leg.* natum. *Martial. 4. 77.* Nunquam divitias Deos rogavi, Contentus modicis, meoque laetus. — **4)** Item qui delectatur. *Horat. 3. Od. 4. 33.* Visam Britannos hospitibus feros, Et laetum equino sanguine Concanum. *Sil. 1. 170.* saevis gens laeta. *Id. 9. 225.* et ferro vivere laetum Vulgus. — **5)** Item gratus, acceptus; *gradito, accetto, grato. Val. Flacc. 1. 30.* virtus haud laeta tyranno. *Tacit. 1. Hist. 71.* Laeta primoribus civitatis Galbi salus, ne militibus quidem ingrata fuit. Et 4. *ibid. 68.* Laetum militibus id nomen. *Id. 12. Ann. 8.* Veniam exsilio pro Seneca impetrat, laetum in publicum rata, ob claritudinem studiorum eius. *Grat. Cyneg. init.* laetae venantibus artes. *Lucan. 8. 89.* Infelix coniux et nulli laeta marito! *Val. Flacc. 1. 50.* Instat fama viri virtusque haud laeta tyranno. — **6)** Item prosper, secundus; *favorevole, prospero. Val. Flacc. 4. 31.* Iam socii laetis rapuerunt vincula ventis. *Id. 5. 69.* primo laetos sic tempore rector Ingreditur cursus. *Sallust. orat. 1. ad Caes.* Qui clementia imperium temperavere, his laeta et candida omnia visa. *Sil. 10. 552.* Primitias pugnae, et laeti libamina belli. — **7)** Item favens, propitius; *propizio. Plaut. Amph. prol. 1.* Ut vos in vostris voltis mercimoniis Emundis vendundisque me laetum lucris Afficere; h. e. ut vos vultis me propitium afficere lucris in mercimoniis vestris emendis, etc. Verba sunt Mercurii. *Val. Flacc. 4. 540.* Omnis adhuc sors laeta quidem. — **8)** Item faustus, felix; *fausto. Suet. Caes. 77.* Eo arrogantiae progressus est, ut haruspice tristia exta nunciante, futura diceret laetiora, cum vellet. *Plin. 11. 77. 1.* Laetum prodigium. *Tacit. 1. Hist. 62.* augurium. *Plin. 8. 71. 2.* Delubra ei gemina: alterum intrasse, laetum est, in altero dira portendit. — **9)** Item universim de iis dicitur, quae laetitiam afferunt. *Cic. 7. Att. 26.* Omnia erant facta hoc biduo laetiora. *Tacit. 2. Ann. 48.* Ceteris haud laeta memoria Quirini erat. — **10)** Praeterea

III. *Laetus* saepe dicitur de agris pinguibus, de satis, plantisque, in quibus fertilitas et ubertas est; *fertile, rigoglioso, abbondante:* quae huiusmodi et laeta sunt visu, et fructu laetos faciunt. *Cato, RR. 6.* et *Varr. 1. RR. 23.* Ubi ager crassus et laetus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet. *Cic. Senect. 15. a med.* Vite quid potest esse cum fructu laetius, tum aspectu pulcrius? *Virg. 1. G. 1.* Laetae segetes. *Id. ibid. 74.* laetum siliqua quassante legumen. *Id. ibid. 101.* hiberno laetissima pulvere farra. Et *3. ibid. 335.* laeta pabula. *Senec. Herc. Fur. 698.* prata viridi laeta facie germinant. — **11)** Translate. *Quintil. 2. 4. 4.* Laeta indoles; h. e. quae fructum eloquentiae

Digitized by Google

spondet. — **12)** Pro bene habito, et pingui; *bene in carne, grasso. Virg. G. Aen. 220.* Laeta boum passim campis armenta videmus. *Id. 2. G. 520.* Glande sues laeti redeunt. *Plin. Paneg. 82.* Et laetum opere corpus, et crescentia laboribus membra mirabor. *Nemesian. Cyneg. 286.* laetae redeunt in pectora fortia vires. — **13)** Pro copioso, fluenti. *Virg. G. 3. 510.* Laeta magis pressis manabunt flumina mammis. — **14)** Pro venusto, gratiae pleno. *Id. 1. Aen. 595.* et laetos oculis afflarat honores. — **15)** Pro superbo, fidenti, iactanti. *Id. 2. ibid. 417.* Conflgunt Zephyrusque, Notusque, et laetus Eois Eurus equis. — **16)** Pro ornato figuris dicendi, florido, amoeno. *Quintil. 9. 4. 17.* Dicendi genus tenue laetioribus numeris corrumpere. Et *8. 3. 58.* Copia dicendi floribus laeta. *Id. 10. 1. 46. de Homero.* Idem laetus ac pressus, iucundus et gravis, etc. *Plin. 3. ep. 18. ad fin.* Laetior stilus. Sic *Auct. dial. de Orat. 20.* Laetitia, et pulcritudo orationis. — **17)** Absolute, substantivorum more,

LAETUM, i, n. Est res laeta. *Stat. 2. Theb. 596.* Fortunam exuere, et laetum descendere regno; *h. e.* ultro; *spontaneamente, di buona voglia.* — In plur. num. *Sall. Iug. 55.* Civitas trepida antea et sollicita de belli eventu laeta agere. Ita accipit *Dietsch;* alii adiectivum referunt ad *civitas.* — **18)** Item absolute

LAETUM, adverbiorum more, laete. *Stat. 1. Achill. 523.* laetumque rubet.

LAETUS, i, m. Ita appellatus fuit sequiori Latinitatis tempore ille, qui ex barbaris gentibus potioris erat conditionis, quam servus infimi ordinis, cui praedium aliquod incolendum dabatur, ut statim tributum domino suo persolveret: ita cognominatus fuisse videtur ob laetitiam, animique alacritatem, qua proelia inire solebat, cum ad bellum aliquod vocatus esset; hinc apud Saxones *lassen*, apud Sicambros *lathen*, apud Frisios *liten* iidem dicti sunt a verbo Theutonico *lassen*, servare, qui *servi* apud Romanos. V. *Glossar. med. et inf. Latin. Ducangii* in v. *Litus*, qui eum *adscripticium servum glebae* vocat. *Eumen. Paneg. Constant. 21.* Sicut postea tuo, Maximiane Auguste, nutu Nerviorum, et Treverorum arva lacentia laetus postliminio restitutus, et receptus in leges Francus excoluit. *Ammian. 20. 8.* Equos praebebo curules Hispanos, et miscendos gentilibus atque scutariis adolescentes laetos quosdam, eis Rhenum editam barbarorum progeniem, vel certe ex dediticiis, qui ad nostra desciscunt. *Imppp. Valentin., Valens et Gratian. Cod. Theod. 7. 20. 10.* Si quis praepositus fuerit aut fabricae, aut classi, aut laetis. — De *Laetis* alia dabimus in ONOM. suo loco, interea de iis consulesis *Böcking.* ad *Notit. Imp. Occid. p. 1071.* et *seqq.*, ubi plura. — Cf. LAETICUS.

Nota. Sunt qui perperam huc spectare putant locum *Hesychii.* Λαῖτον, *τῶν δημοσίων τόπων*, ita ut λαῖτα, seu *laeta* sint agri publici, a λάϊτος; popularis; cum certo constet, ibidem sermonem esse de archiis, sive archivis. Hucusque *Furlanetto*, qui postea in *Append.* ad hoc *Lexicon* subdidit: Quidquid tamen sit de loco allato *Hesychii*, rectius *laetus* deducitur a λάϊτος Dorice pro λήϊτος; publicus. V. LITURGUS.

LAEVĂ, ae, f. V. LAEVUS §. 2. et seqq.

LAEVĀTUS. V. LEVATUS.

LAEVĔ. Adverb. a *laevus;* male, stulte, contra ac fieri debet; *sinistramente, sciocamente. Horat. 1. Ep. 7. 32.* Puer hic non laeve iussa Philippi Accipiebat. V. LAEVUS §. 7.

LAEVĬGĀTĬO. V. LEVIGATIO.

LAEVIS. V. LĒVIS.

LAEVĬTAS. V. LĒVITAS.

LAEVORSUM et Laevorsus. Adverb. a *laevus* et *vorsum* seu *versum* per syncopen; ad laevam, sinistrorsum; *a man sinistra. Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Laeva, p. 117. Müll. Apul. Florid. 2.* Aquila nutu clementi laevorsum, vel dextrorsum tota mole corporis labitur. *Ammian. 31. 10.* Laevorsus flexo itinere. *Alii leg.* laevorsum.

LAEVORSUS. V. voc. praeced.

LAEVUS, a, um. Adiect., quod vulgo ducitur a Graeca voce λαιός; sinister. — Contra tamen *Isid.* de manu laeva loquens, ait *11. Orig. 1. 68.* a *Laeva*, quod aptior sit ad *levandum* . . . vocata. a — **b)** *Leba* pro *leva* seu *laeva* legitur in *Inscr.* apud *Momms. n. 2340.* Dextra lebaque. — **c)** Derivatum, *laeus.* — **d)** Compositum, *laevorsum.*

LAEVUS proprie est sinister; *sinistro. Cic. 4. Acad. 47.* Laevam manum admovere. *Horat. 1. Ep. 18. 12* Laeva habena. *Id. ibid. 6. 50.* et *16. 7.* et *Ovid. 12. Met. 415.* Laevum latus. Et *ibid. 536.* Laeva auris. *Id. ib. 101.* Laevus pes. *Id. 9. Heroid. 62.* humerus. *Id. 12. ib. 28.* Ponti qua plaga laeva iacet. *Id. 4. Fast. 834.* laevo fulmina missa polo; *h. e.* laeva caeli parte. *Id. 4. Pont. 9. 119.* laevus Pontus; *h. e.* ad laevam situs. *Virg. 3. Aen. 170.* radit iter laevam interior. *Plin. 2. 5. 8.* laevus calceus. *Id. 11. 69. 1.* laeva papilla. *Id. 24. 107. 1.* laevum brachium. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LAEVA, ae, f. Est manus laeva; *mano manca, o stanca, sinistra. Virg. 1. Aen. 615.* Ilionea petit dextra, laevaque Serestum. *Ovid. 13. Met. 163.* Cognovi clypeum laevae gestamina nostrae. — **3)** Item locus, pars ad laevam manum sita. *Liv. 4. 32.* Dextra montibus, laeva Tiberi amne septus. *Id. 21. 45.* Dextra laevaque duo maria claudunt. *Ovid. 3. Met. 642.* dextra mihi lintea danti, Quid facis? . . . inquit: . . . laevam pete. *Plin. 14. 8. 5.* Falernus ager a ponte Campano, laeva petentibus coloniam Sullanam, incipit. — **4)** Ad laevam, ab laeva, in laevam; *a sinistra. Cic. Univ. 15.* Ante, et pone; ad laevam, et ad dexteram. *Plin. 28. 27. 2.* Si in laevam detorserit. *Id. 33. 45. 1.* Quibus *(versibus)* significarunt a dextra opera Damophili esse, ab laeva Gorgasi. — **5)** Item absolute in plur. num.

LAEVA, ōrum, n. Sunt laeva loca. *Ovid. 5. Fast. 257.* Thracen et laeva Propontidos intrat. *Plin. 6. 37. 1.* Insulae Fortunatae contra laeva Mauritaniae. *Id. 6. 32. 4.* Laeva fluminis obtinent Chaldaei. *Id. 5. 6. 5.* In laeva se flectens. — **6)** *In laevum* in sing. num. est idem ac in laevam, scilicet partem. *Ovid. 1. Trist. 10. 17.* Fleximus in laevum cursus. — **7)** Deinde, quia *laeva manus* ad officia tardior est, et veluti stupidior,

II. *Laevus* aliquando tardum, stupidum, fatuum significat; *stolto, sciocco. Virg. 2. Aen. 54.* si mens non laeva fuisset: *Horat. Art. P. 301.* o ego laevus, Qui purgor bilem sub verni temporis horam! — **8)** Item inopportunus; *inopportuno. Horat. 2 Sat. 4. 4.* Peccatum fateor, cum te sic tempore laevo Interpellarim. — **9)** *Laevi boves* qui sint, V. CAMURUS §. 1. — **10)** Denique speciatim

III. *Laeva* in re augurali felicia habentur et fausta: quia Romani captaturi auguria, ad meridiem se vertebant: atque ita a laeva orientem, a dextera occidentem habebant: cuius rei exemplum est apud *Liv. 1. 18.* in auguratione Numae. Porro nobilior plaga est oriens, ex qua dies incipit, quam occidens, in qua desinit. *Plin. 2. 55. 2.* Laeva *(fulmina)* prospera existimantur, quoniam laeva parte mundi ortus est. *Id. ibid.* In sedecim partes caelum divisere Tusci: has iterum in quaternas: ex quibus octo ab exortu sinistras, totidem e contrario appellavere dextras. *Varr.* apud *Fest.* in *Sinistras, p. 359. Müll.* A Deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes: hinc factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextra esse existimentur; *a Deorum sede* est a septentrione: illa enim pars, quia est altior, vicinior est domicilio Deorum, uti docet *Serv.* ad illud *Virg. 2. Aen. 693.* subitoque fragore Intonuit laevum. Porro *Serv. ibid.* et ad *9. ibid. 631.* aliam affert causam, cur *laeva* fausta sint: quod quae nobis caelum intuentibus sinistra sunt, Diis sunt dextera. *Phaedr. 3. 18.* Laeva cornici omina. *Ovid. 4. Fast. 833.* Ille precabatur: tonitru dedit omina laevo Iuppiter, et laevo fulmina missa polo. Augurio laeti iaciunt fundamina cives. — **11)** Apud *Virg. 4. G. 7.* si quem Numina laeva sinunt, auditque vocatus Apollo. *Gell. 5. 12. extr.* hoc loco *laeva* interpretatur adversa et laedentia: quod magis placet. Nam contra interdum *laevus* infaustum, infelicem, adversum significat: idque vel more Graecorum augurum, qui se ad septentrionem convertebant: vel habita ratione Deorum, a quibus auguria mittuntur, quorum sunt dextera, quae nobis laeva apparent, ut ex *Serv.* modo est dictum: vel denique habita ratione laevae manus, quae incommoda est agentibus et impeditior. *Horat. 3. Od. 27. 18.* Teque nec laevus vetat ire picus. *Val. Flacc. 6. 70.* laevum omen. *Stat. 1. Theb. 654.* laevus ignis; *h. e.* pestilentia. Adde *Senec. Thyest. 698.* et *Martial. 6. 88.*

LĂGĂNUM, i, n. Vox Graeca, λάγανον, qua significatur latus et tenuis panis, qui primum in aqua, postea in oleo frigitur, teste *Isid. 20. Orig. 2. 17.*, sive genus placentae conditae ex simila et oleo in sartagine cocto, ut est apud *Hesych.*, vel cibus ex siligine quasi membrana compositus, et cum piperis liquamine coctus, ut est apud *Acron.* ad illud *Horat. 1. Sat. 6. 115.* Inde domum me Ad porri et ciceris refero, laganique catinum. *Al. leg.* lachani; *h. e.* oleris, quod melius cum porro, et cicere coniungi videtur. Describunt alii *lagana*, membranulas ex farina et aqua, quae iure pingui coctae, caseo, pipere, croco et cinnamomo condiuntur. Illud certum est, cibum esse teneriorem, et qui nullo labore mandi potest. Nam *Cels. 8. 7. extr.* praecipit maxillam fractam habenti humidum cibum diu assumere: atque etiam, cum tempus processit, in lagano similibusque aliis perseverare: neque quicquam edere, donec ex toto maxillam callus firmaverit. *Cael. Aurel. 2. Chron. 15. 177.* Si minui tumorem viderimus, daudum quoque lac amylatum et panis laganum pultibus infusum, sed ex fermento confectum, quo panis habeat qualitatem, faciat etiam medelam meliorem. — *Vulg. Interpr. Exod. 29. 2.* Lagano quoque azyma oleo lita. Adde *Levit. 2. 4.* et *alibi*, et *Rufin.* vertentem *Orig. Homil. 5. in Levit. n. 7.* et *alibi*. Cf. ARTOLAGANUS. — **2)** Apud *Apic. 4. 2.* laganum substernitur patinae Apicianae, quae sumine coctо, pulpis piscium et pulli, ficedulis coctis, ovis, oleo, pipere, vino, passo constat. Unde colligitur, simile esse iis, quae Itali vocant *lasagne*, quae hodieque multis delicatioribus impensis, quas dicunt *torte, pasticci*, substerni solent, continendi gratia.

LĂGĂRĪNUS, a, um. Adiect. a *Lagaria*, quod est nomen urbis Italiae

Digitized by Google

in Lucania, de quo v. in ONOM. Hinc *Lagarinum vinum* ab Antiquis celebratum. *Plin. 14. 8. 9.* Omnium vero eorum *(vinorum)* maxime illustrata Messalae potu et salute, Lagarina, non procul Grumento nascentia. Memorat et *Strabo, 6. 1. 14.* ὁ Λαγαριτανὸς οἶνος, γλυκὺς καὶ ἁπαλὸς, καὶ παρὰ τοῖς ἰατροῖς εὐδόκιμων.

LĂGARTUS, i, m. v. LACERTA in *Nota* II.

LĂGĔĂ, v. LAGENOS.

LĂGĒNĂ, ae, f. Vox Graeca, λάγηνος, qua significatur genus quoddam vasis fictilis, de quo mox. — **b)** Porro quia Graece non solum λάγηνος, sed et λάγυνος, per υ scribitur; hinc pro *lagena* etiam *laguna* in vett. MSS. vidisse se, testantur Eruditi, ex more scil. Latinorum Graecam υ vertendi in u: unde *lagunc(u)la* Hinc in *Inscr.* apud *Grut. 578. 1.* habetur *laguna*. — **c)** *Lagyna* autem pro *lagena* apud *Vulg. Interpr. Iudic. 7. 16.* in quodam Codice haberi testatur cl: *Vercellone* in *Var. lect.* ad *h. l.* — **d)** Quia vero interdum Graeca υ in o Latine mutatur, ut νῦξ; nox, μύλη; mola; hinc etiam *lagona* in probatis libris reperitur bis apud *Phaedr. 1. 26.* — **e)** Denique etiam *lagoena* alicubi scriptum fuit, ut adnotavit *Dausq.* in *Orthogr.*, item *lacuna*, propter affinitatem litterarum *C* et *G*, ut apud *Grut. 578. 4.* — **f)** Derivata, *lagenaris, lagunc(u)la, lagunc(u)laris.*

LAGENA proprie est vas fictile, ut plurimum, vel ex alia materia, capax, collo instructum et ore angustiore, et ut *Apul. 2. Met. 15.* loquitur, cessim dehiscente, in usum praesertim defundendi vina in pocula; *fiasco, boccale, bottiglia. Quintil. 6. 3. 10.* Iuvenes Tarentini multa de Pyrrho rege securius inter coenam locuti, cum rationem facti reposcerentur, et neque negari res, neque defendi posset, risu et opportuno ioco elapsi sunt. Namque unus ex his, immo, inquit, nisi lagena defecisset, occidissemus te. *Colum. 10. 385. de cucurbita.* sobolem dabit illa capacem Naryciae picis, . . . Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagenam. *Horat. 2. Sat. 8. 41.* imi Convivae lecti nihilum nocuere lagenis. *Plin. 28. 48. 2.* Urina caprae calfacta, vapore per lagenae collum subeunte *(εὐρωμα* vulgo apud Nostrates). *Petron. Satyr. 22.* Lagenam expilare. Et *ibid.* frangere. *Martial. 14. 146.* in *lemmate.* Lagena nivaria; *h. e.* in qua frigida decocta servatur vino misceuda. *Id. 7. 61.* Nulla catenatis pila est praecincta lagenis; *h. e.* quas simul colligatas in pilis caupones exponebant ad ostendendum ibi esse vinum venale. *Vulg. Interpr. Isai. 50. 14.* Lagena figuli. *Plin. 16. 56. 2.* E fici radicibus montani praetenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas et alia vasa nectunt. *Martial. 4. 46.* Et nigri Syra defruti lagena; *h. e.* vitrea, ut quidam volunt, quia in Syria primum inventum est vitrum, teste *Plin. 36. 65. 1.* — **3)** Obsignandi lagenas vini plenas, fuit mos passim, ut ex *Horat.* colligitur *2. Ep. 2. 134.* et *Martial. 9. 88.* Quin et inanes matrem suam obsignare fuisse solitam, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae, scribit ad Tironem *Q. Cicero, 16. Fam. 26.* — **3)** Hinc *a lagena* servus vel liberius inter officia domus Augustae. *Inscr.* apud *Grut. 578. 1.* et *Orelli, n. 794.* M. Ulpio Aug. Lib. Phaedimo, Divi Traiani Aug. a potione, item a laguna (Adde *ibid. 4.*); *h. e.* qui lagenae curam habebat, ex qua bibebat princeps; *bottigliere.* Quodnam sit discrimiuis inter servum *a potione*, et *a laguna*, v. in POTIO. — *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6321.* Galerius Authophorus Aug. *(h. e.* Augustae) lib. adiutor a lagona. — **4)** Praeterea

II. *Lagena* aliis quoque usibus inserviebat, nempe condendis pomis, defruto, et huiusmodi. *Colum. 12. 43.* Cydonea maturissima legantur, et in lagena nova, quae sit patentissimi oris, componantur leviter et laxe, ne collidi possint. Et *ibid. 11.* Aquam mulsam decoctam, cum tam crassa fuerit, quam defrutum, bene picatis lagenis condere. Adde loc. *Martial.* allatum supra § 1. *in fin.* — *Vulg. Interpr. Marc. 14. 13.* Homo lagenam aquae baiulans. *Id. Iudic. 7. 16.* Dedit tubas . . . lagenasque vacuas ac lampades in medio lagenarum. Adde *ibid. v. 19.*

LĂGĒNĀRIS, re. Adiect. a *lagena;* ad lagenam pertinens. *Vitalis de limitib. p. 231. Goës.* Termini lagenares vel orculares, a lagena vel orcula, distant a se ped. LIII. v. ORCULARIS.

LĂGĒOS, *Graeca positione*, i, f. Vox Graeca (Cf. *Prob. Cathol. p. 1460. Putsch.*), a λάγιος pro λαγώος; leporinus, qua significatur genus quoddam vitis, memoratae *Virg. 2. G. 93.* Et passo Psithia utilior, tenuisque Lageos. Ubi *Servius:* Lageos est, quae Latine leporaria dicitur. *Plin. 14. 4. 18. Lageam vitem* appellat, et peregrinam esse dicit. Et *lageam uvam, Macrob. 3. Sat. 20 7.* — Huc spectat et versus Sotadicus apud *Victorin. 2. 3. 27.* Illae rumpunt teneras uviferae comas lagei. Cf. *Isid. 17. Orig. 3. 16.* et LAGOIS.

LAGO, ĭnis, f. Herba, quae et scammonia tenuis dicitur, ramis hipedalibus, foliosis, non dissimilibus scammoniae: in vineis et arvis nascens. Estur, ut olus, cum oleo ac sale. *Plin. 24. 89. 1.*

LĂGOENĂ, v. LAGENA §. e.

LĂGŌIS, ĭdis, f. Nomen Graecae quidem originis, et, ut videtur, a λαγώς; lepus, ducta, sed significationis minus certae, nam *Acron* ad illud *Horat. 2. Sat. 2. 22.* « Nec scarus, aut poterit peregrina iuvare lagois, » adnotat: « Lagois avis, quae carnem leporis habere perhibetur, aut est genus piscis, quod in mari Italo non invenitur. » — Prior tamen sententia nonnullis probabilior videtur, quam unicam habet *Porphyr.* ad *Horat. loc. cit.* « Lagois, avis leporini coloris; » quam sunt, qui lagoidem avem illam habent, quam Itali nunc *chiurlo*, Latini etiam *lagopodem* vocant (v. LAGOPUS §. 1.). Cf. *Gloss. Hesychii*, ubi λαγωΐδες, ὄρνις ποιάς. Sed praestat audire *Isid. 12. Orig. 7. 33* « Fulica dicta quod caro eius leporinam sapiat. *Lagos* enim *lepus* dicitur, unde et apud Graecos *lagois* (λαγωΐς) dicitur. Est enim avis stagnensis, habens nidum in media aquae vel in petris, quas aquae circumdant, maritimoque semper delectatur profundo. Quae dum tempestatem persenserit, fugiens in vade ludit. » Cf. *Augustin.* in *Psalm. 103.*

LĂGŌNĂ, v. LAGENA §. d.

LĂGŌNŌPŌNOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, τῶν λαγώνων πόνος, qua significatur iliorum dolor. *Plin. 20. 13. 1.* Semen raphani commanducatum prodest ad lagonoponon.

LĂGOPHTHALMOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λαγωφθαλμός, qua significatur oculorum vitium, cum superior palpebra non descendit, et oculum semiapertum relinquit: a λαγώς; lepus, et ὀφθαλμός; oculus, quia lepores apertis oculis dormire dicuntur. *Cels. 7. 7. n. 9.* habet, sed Graecis litteris scriptum.

LĂGŌPUS, ōdis, f. Vox Graeca, λαγώπους, qua significatur avis Alpina candida, magnitudine columbae, habens pedes villo leporino: a λαγώς et πούς; pes; quasi leporipes, ut *Plin. 10. 68. 1.* describit. *Martial. 7. 87.* Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. *Scaliger* tamen ad *Propert. 4. 5.* legendum contendit *glaucopide; h. e.* bubone, upupa, ita appellata a γλαυκός; glaucus, et ὤψ, ὠπός; oculus, quia glaucos habet oculos: quod probandum est pro *lagopode*, quia huius syllaba prima brevis est, nec ea avis inter monstrosas annumeranda, nec aurita est, quod hic innuit poëta. Cf. LAGOIS. — **2)** Deinde

II. *Lagopus*, est etiam herba quaedam a pedis leporini similitudine sic dicta. *Plin. 26. 34. 2.* Lagopus sistit alvum e vino pota, aut in febri ex aqua. Nascitur in segetibus. Adde *Apul. Herb. 61.*

LĂGŌTRŌPHĪON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, λαγωτροφεῖον, qua significatur locus conclusus, in quo aluntur lepores, leporarium: a λαγώς; lepus, et τρέφω; nutrio; *parco da lepri.* Item universim, pecudum silvestrium, quae nemoribus clauduntur, vivarium. Sic enim interpretatur *Colum. 8. 1. extr.*, ubi ipsam vocem Graece usurpat.

LĂGRĔMĂ, v. LACRIMA §. d.

LĂGŪNA, v. LAGENA §. b.

LĂGUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lagena;* parva laguna, seu lagena; *fiaschetto. Plin. 2. ep. 6.* Vinum parvulis lagunculis in tria genera descripserat. *Colum. 12. 38. ad fin.* Liquatum succum lagunculis bene picatis condere. *Vulg. Interpr. Ierem. 19. 1.* Accipe lagunculam figuli testeam. Et *48. 12.* Ordinatores et stratores lagunc(u)larum. Adde *Iob, 32. 19.* et *alibi.* Cf. LAGUNCULUS.

LĂGUNCŬLĀRIS, re. Adiect. a *lagunc(u)la;* ad lagunculam pertinens. Hinc *lagunc(u)laris pix* apud *Marcell. Empir. 36.*, quae in lagunculis servatur.

LĂGUNCŬLUS, i, m. Est genus dulciarii panis apud *Stat. 1. Silv. 6. 17. Alii melius* lucunculus *leg.* Ita *Forcellinus* noster; sed *Hildebr* ad *Apul. 10. Met. 13.* priorem lectionem confirmat, iubens conferri *Döderl. Synon. T. 6. p. 187.* ac ita fortasse emendandum censet locum *Tertull. Spectac. 27.* Stillicidia mellis de lagunculo venenato vel lagunc(u)la venenata. *Alii habent* ranunculo, libacuneulo *vel* lucunculo.

LĂGŸNĂ, v. LAGENA §. c.

LĀĬCUS, a, um. Adiect. Graecum λαϊκός; popularis, a λαός; populus; ad populum pertinens, communis, vulgaris. *Vulg. Interpr. 1. Reg. 21. 4.* Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum. — **2)** Saepius, quo sensu etiam absolute adhibetur, significat quempiam e populo, qui sacerdos non sit; *laico. Tertull. exhort. ad castit. 7.* Vani erimus, si putaverimus, quod sacerdotibus non liceat, laicis licere. Nonne et laici sacerdotes sunt? *Siric. pap. ep. 5. n. 2.* Qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum. Hinc in *Sacrament. Gelasian. 3. 99.* Oratio pro defunctis laicis. Adde *Sulpic. Sever 2. Hist. Sacr. 47.* et *dial. 1. in fin.* et *Isid. 7. Orig. 14. 9.* — **3)** Hinc iterum adiective, ad laicos pertinens; *laicale, secolare. Hilar. Epist. seu Libell. 11.* Ita debet tam in catechismo, quam etiam in laica vita conversationem suam mundissimam exhibere. *Caesar. Reg. ad Monach. 1.* Vestimenta vero laica non ei mutentur, nisi antea de facultate sua chartas venditionis faciat.

LĀĬUS, a, um. Adiect. incertae originis et significationis, quo species quaedam coloris significatur apud *Caesar. Reg. ad Virg. Recapit. 7.* Vestimenta lucida vel nigra, vel cum purpura vel bebrina nonnumquam in usu habeant, nisi tantum laia et lactina. Adde *Aurelian. Reg. ad Virg. 22.* et loca allata sub v. LACTINUS. — Videtur autem significari color caeruleus, Italice *azzurro*, ex antiqua fortasse Gallica seu Celtica voce, quae, ni fallor, adhuc servata est apud Lusitanos, quibus levi

Digitized by Google

vocabuli mutatione *lotos* dicitur vestis caerulei coloris religiosorum quorumdam hominum propria.

LĂLĪSĬO, onis, m. Africana vox, qua significatur pullus asini silvestris. *Plin. 8. 69. 8.* Onagri in Phrygia et Lycaonia praecipui. Pullis eorum, ceu praestantibus sapore, Africa gloriatur, quos lalisiones appellant. *Martial. 13. 97.* Cum teneor est onager solaque lalisio matre Pascitur, hoc infans, sed breve nomen habet.

* LALLĀTĬO, onis, f. Verbale a *lallo;* actus lallandi. *Quintil. 1. 10. 32.* Chrysippus nutricum, quae adhibetur infantibus, allectationi suum quoddam carmen assignat. *Spaldingius* ex coniectura *Hemsterhusii* pro *allectationi* reponendum putat *lallationi*. Cf. ALLECTATIO.

LALLO, as, āre. Verbum intransitiv. onomatopoeicum, exprimens scilicet voces nutricum, quibus somnum infantibus conciliant: quia litteram *l* facile pueri pronunciant. *Pers. 5. 17.* Et similis regum puer, pappare minutum Poscis, et iratus mammae, lallare recusas; *h. e.* fastidis et respuis cantilenam nutricis ad soporem invitantis. *Vet. Scholiast.* ad *Persii loc. cit.* Nutrices infantibus, ut dormiant, solent dicere saepe: Lalla, lalla, lalla; aut dormi, aut lacte. *Auson.* eandem cantilenam *lallum* vocat *epist. 16. 30.* Nutricis inter lemmata, Lalliqque somniferos modos. *Pers.* autem pro ipso nomine verbum posuit: quae figura *enallage* est, ut apud *Cic. 13. Att. 28.* Quam turpis est assentatio, cum vivere ipsum turpe sit nobis? pro *vita ipsa*. Imitatus *Persium* est *Hieronym. ep. 13. n. 4.* Mater, antiquum referens mammae lallare, congeminet. *Gloss. Philox.* Lallare; βαβάζειν. Cf. voc. seq.

LALLUS, i, m. Cantilena a *lallo* dicta, ut in voc. praeced. admonuimus, allato *Ausonii* loco. — *Turneb. 1. 18. c. 34.* Lallum sibi videri scribit, fuisse nutricum Deum: sed non probat.

LĂMĂ, ae, f. Nomen a λαιμός; ingluvies, fauces, vel potius a λίμνη; gramia, sordes oculorum, ut videtur. — Est autem *lama* locus humidus, palustris, voraginosus, ubi pes non consistit; *lama, pozzanghera, palude, laguna*. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* Lacuna, aquae collectio, quam alii lamam, alii lustrum dicunt. *Gloss. Philox.* Lamae; πηλώδεις τόποι; *h. e.* loci lutosi. *Horat. 1. Ep. 13. 10.* Viribus uteris per clivos, flumina, lamas. *Porphyr.* ad *Horatii loc. cit.* Lama est vorago: λάμος enim est ingluvies. *Ennius* apud *vet. Scholiast. Horat. ibid.* Silvarum saltus, latebras, lamasque lutosas. Hinc *Dante, Inf. c. 20. v. 79. Non molto ha corso, che trova una lama, Nella qual si distenda, e la'mpaluda.* Cf. LAMIUM. — **2)** Est etiam genus masticbes. *Plin. 12. 36. 1.*

LAMA SABACTHANI. V. LAMMA SABACTHANI.

LAMBDĂ et LAMBDĂCISMUS. } V. LABDA et LABDACISMUS.

LAMBĔO, es, ēre. V. LAMBO §. c.

LAMBĔRO, as, āre. Verbum transitiv., quod *Fest.* apud *Paul. Diac.* sic exponit *p. 118. Müll.* Lamberat, scindit ac laniat. — **2)** Hinc translate proverbiali locutione *Plaut. Pseud. 2. 4. 53.* Lepide, Charine, me meo ludo lamberas; *h. e.* me meo lacessis ludo, inquit *Scalig.* in *Conjectan. ad Varron.*

LAMBĬO, is, V. LAMBO §. b.

LAMBĪTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *lambo;* saepius lambo. *Solin. 15. ante med.* Aegyptii canes e Nilo numquam nisi currentes lambitant.

LAMBĪTUS, us, m. Verbale a *lambo;* actus lambendi; *leccamento. Aurel. Vict. de orig. gentis R. 20.* Lupam primo lambitu pueros detersisse, dein mammas praebuisse.

LAMBO, bis, bĕre. Verbum transitiv., quod videtur factum a sono, quem edunt lingentes, v. gr. canes, dum bibunt. — **b)** Pro *lambo* vero *Cassiod. de Orthogr. p. 2309. Putsch.* ex *Adamantio*, agnoscit *lambio, is, ivi:* sed non est, sine graviori auctoritate, usurpandum, inquit *Forcellinus* noster. — *Lambierant* pro *lamberant* legi in quodam Cod. apud *Vulg. Interpr. Iudic. 7. 6.* testatur cl. *Vercellone* in *Var. lect.* ad *h. l.* — **c)** Alia forma est *lambeo, es*, quae usurpata reperitur apud *Vulg. Interpr. Iob, 39. 30.* Pulli eius *(aquilae)* lambent sanguinem. Sic in praesenti *LXX. Interpr.* Graece habent ῥοφοῦσι τὸ αἷματι; *h. e.* consperguntur in sanguine. — **d)** Praeteritum *lambi* firmatur a *Prisciano* loc. mox cit. in §. 1. exemplo *Lucilii;* alibi tamen huc usque non reperi, ne in compositis quidem, quae infra recensebo. — **e)** *Lambut* in praeterito legitur in vulgata versione S. Scripturae, *Iudic. 7. v. 5. 6.* et 7. et in *Not. Tir. p. 112.*, sed non est facile imitandum, inquit *Forcellinus* noster. Nihilominus confirmari potest *Ennod. 1. Carm. 5. 38.* Et populus fluvii per mensas lambuit escam. Immo et *Vulg. Interpr. Ital. Iudic. 7. 6.* apud *Augustin. Quaest. in Heptat. 7. 57.* Cf. §. praeced. — **f)** Supinum *lambitum* a Vetustissimis usurpatum fuisse, scribit *Priscian. loc. cit.*, appellat tamen neminem. — **g)** Particip. *lambens* §. 1. — **h)** Derivata, *lambito, lambitus, us.* V. LABIUM §. a. — **i)** Composita, *allambo, circumlambo, delambo, elambo, perlambo, praelambo, praeterlambo, relambo.*

LAMBO proprie est lingua leviter tango, lingo; *lecco, lambire*. *Cic. 5. Verr. 11. sub fin.* Hi canes, quos tribunal meum vides lamberе. *Phaedr. 1. 26.* Cum vulpes lagonae frustra collum lamberet. *Martial. 4. 50.* pisces Qui norunt dominum, manumque lambunt. *Id. 14. 67.* Lambere quae turpes prohibet tua prandia muscas. *Colum. 8. 17. a med.* Pisces, quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt. *Lucil.* apud *Priscian. 10. p. 884. Putsch.* lucundasque puer qui lamberat ore placentas. *Plin. 8. 44. 8.* Lambunt formicas ursi. *Id. 18. 88. 1.* Lambentes se boves. — **2)** Translate. *Plin. Paneg. 48.* Cum illa immanissima bellua *(Domitianus)* nunc propinquorum sanguinem lamberet, nunc se ad clarissimorum civium strages caedesque proferret. — **3)** Dicitur de mari et fluminibus, quae leni cursu ripas alluunt, non abradunt. *Plin. 5. 1. 2.* Lambit mare terras. *Horat. 1. Od. 22. 7.* vel quae loca fabulosus Lambit Hydaspes. — **4)** Item de igne, qui leviter tangit, nec dum comburit. *Horat. 1. Sat. 5. 75.* flamma summum properabat lambere tectum. *Virg. 2. Aen. 684.* tactuque innoxia molli Lambere flamma comas; ὑπερβολικῶς. *Id. 5. ibid. 574.* Attollitque globos flammarum et sidera lambit. — **5)** De aliis rebus. *Pers. prol. 5.* quorum imagines lambunt hederae sequaces; *h. e.* circumdant. — De Phoebo Delum accedente. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 189.* tunc insula notos Lambit amica pedes; *h. e.* ad eius pedes advolvitur quasi osculatura. — **6)** Est etiam obsceno sensu idem ac fellare. *Auson. epigr. 120.* Lambere cum vellet mediorum membra virorum Castor. Adde *Iuvenal. 2. 49.*

LAMED, indecl. n. Nomen est duodecimae litterae Hebraeorum alphabeti (ל), numerum tricenarium indicans; unde suum *lambda* Graeci acceperunt, et Latini L, forma apud utrosque haud multum discrepante. Hebraice לָמֶד *(Lâmed)* dicitur, quod idem valet ac מַלְמָד vel מַלְמַד *(Malmêd);* h. e. *stimulus boum*, cuius figuram haec littera refert in monumentis Phoenicils, teste *Gesen.* in *Lex. Hebr.* — Aliter tamen huius litterae nomen interpretantur Scriptores Ecclesiastici. Sic *Ambros.* in *Psalm. 118. Serm. 12. init.* Lamed littera duodecima incipit, cuius interpretatio *cor*, vel, ut alia interpretatio habet, *servo:* unde videtur admonere vel prudenter haec intelligenda, vel sollicite servanda praecepta. Et *Hieronym. ep. 50. n. 9.* Quarta connexio est Caph, Lamed; *manus, disciplinae*, sive *cordis*. Manus intelliguntur in opere, cor et disciplina interpretantur in sensu. — Hujusmodi nomen saepe etiam reperitur apud *Vulg. Interpr.* in Psalmis, qui secundum ordinem litterarum, acrostichidum more, sunt digesti, ut in *Ps. 118.* itemque in *Threnis Ieremiae*, ut iam alibi dictum est. V. GIMEL, HE, etc.

LĀMELLĂ, ae, f. Deminut. a *lamina;* parva lamina; *laminetta. Vitruv. 7. 3. a med.* Speculum argenteum tenui lamella ductum. *Senec. Brevit. vit. 12.* Qui Corinthia anxia subtilitate conciunat, et maiorem dierum partem in aeruginosis lamellis consumit. *Id. Vit. beat. 21. a med.* M. Cato cum laudaret Curium et Coruncanium, et saeculum illud, in quo censorium crimen erat, paucae lamellae argenti; *h. e.* argentum factum parvi pretii; *argenteria leggiera e di poco prezzo*. Sic *Ovid. 1. Fast. 208.* Iura dabat populis, posito modo consul aratro: Et levis argenti lamina crimen erat.

LĀMELLŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lamella;* parva lamella; *laminuccia. Petron. fragm. Tragur. 57. Burm.* Glebulas emi, lamellulas paravi; *h. e.* parvas massas auri, aut argenti infecti, ad cudendam pecuniam: vel etiam facti, ut in dictione praecedenti. *Al. aliter leg.;* sed nihil mutandum.

LĀMENTĂ, ae, f. Verbale a *lamentor;* apud Veteres idem quod lamentatio. *Pacuv.* apud *Non. 2. 495.* Lamentas, fletus facere compendi licet.

LĀMENTĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *lamentor;* lamentis plenus, queribundus; *lamentevole. Cic. 2. Tusc. 15. in fin.* Afflictus et iacens, et lamentabili voce deplorans. *Id. 2. Leg. 25.* Sumptuosa funera et lamentabilia. *Stat. 5. Silv. 5. 1.* Lamentabile carmen. — **2)** Item lamentatione dignus; *degno di pianto. Virg. 2. Aen. 4.* Troianas ut opes et lamentabile regnum Eruerint Danai. *Ovid. 8. Met. 263.* iam lamentabile Athenae Pendere desierant, Thesea laude, tributum.

LĀMENTĀRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *lamentor;* qui ingerit lamentationem. *Plaut. Capt. 11. 28.* quae aedes lamentariae Mihi sunt: quas quotiescumque conspicio, fleo.

LĀMENTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lamentor;* actus lamentandi, querimonia, questus, lamentum; *lamentazione, lamento. Cic. 4. Tusc. 8.* Lamentatio est aegritudo cum eiulatu. Et *1. ibid. 15. ad fin.* Lugubris lamentatio, fletusque moerens. *Id. 6. Verr. 21.* Hic quos putatis fletus, quas lamentationes fieri solitas? *Id. Orat. 58.* Plangore et lamentatione complere forum. *Id. in Senat. 7.* Lamentatio et gemitus urbis. *Id. 2. Invent. 26.* Sponsi nomen appellans cum gemitu et lamentatione. *Plaut. Merc. 5. 2. 29.* Aegritudo, lacrimae, lamentatio. *Liv. 37. 7.* Inutili lamentatione complorare fortunam suam. *Id. 25. 37.* Lamentationem sedare. *Iustin. 18. 6.* Viri nomine cum multis lacrimis et lamentatione flebili invocato. *Senec. Hippol. 852.* Moesta la-

Digitized by Google

mentatio. — β) Tribuitur et animalibus. *Plin. 8. 7. 3.* Elephanti quadam sese lamentatione complorantes. — γ) Sensu concreto sunt ipsae voces, quibus quis utitur in querelis. *Vulg. Interpr. Ezech. 2. 9.* Liber . . . qui erat scriptus intus et foris et scriptae erant in eo lamentationes et carmen et vae. — δ) Item titulus libri *Ieremiae* prophetae apud *Eundem*. V. THRENI. Hinc in *2. Paral. 35. 25.* Ieremias maxime, cuius omnes cantores atque cantatrices, usque in praesentem diem, lamentationes super Iosiam replicant, et quasi lex obtinuit in Israël: Ecce scriptum fertur in Lamentationibus; h. e. in libro lamentationum. Adde *Philastr. de Haeresib. 15. in fin.*

LĀMENTĀTOR, ōris, m. Verbale a *lamentor;* qui lamentatur; *lamentatore*. *Inscr.* apud *Reuter*, *n. 5989.* Qui sacro tumulo locavit membra dilecti pignoris, lamentator aetatis adultae. *Gloss. Philox.* Lamentator; θρηνητής.

LĀMENTĀTRIX, īcis, f. Verbale a *lamentor;* quae lamentatur; *lamentatrice*. *Vulg. Interpr. Ierem. 9. 17.* Contemplamini et vocate lamentatrices et veniant. — Hanc vocem *Furlanetto* in *Lexicum* invexerat auctoritate suspecti *Pomponii* apud *Calpurn. Pison.*, referente *Merula ad fragm. Ennii, p. 508.* Lamen color tatrici mutat, lacrimis se falsis lavitat; ubi *lamentatrici* per tmesin insuper dividitur. Cf. *Munck. de Fab. Atellan. p. 158.*

LĀMENTĀTUS, a, um. Particip. verbi *lamentor;* qui conquestus est; *chi si dolse o lamentò*. Active. *Apul. 8. Met.* Diu lamentatus lacrimis inefficacibus. — β) Passive; *compianto*. *Sil. 13. 711.* Armipotens ductor, quam sunt tua fata per urbem Lamentata diu! *Stat. 12. Theb. 224.* Nocte velut Phrygia cum lamentata resultant Dindyma; h. e. clamoribus, et ululatibus se vulnerantium completa.

LĀMENTO, as. V. voc. seq. §. 4. et 5.

LAMENTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. transitivorum more etiam adhibitum, forma deponens; pro qua et activa, *lamento, as*, usurpatum reperitur, ut infra videre erit. — b) *Lamentarier* pro *lamentari* paragoge apud *Plaut. Pers. 4. 9. 5.* V. loc. in §. 2. — c) Particip. *lamentans* §. 1., *lamentandus* §. 2., *lamentatus*, v. suo loco. — d) Derivata, *lamenta, lamentabilis, lamentarius, lamentatio, lamentator, lamentatrix, lamentosus.* — e) Composita, *delamentor, elamentabilis, illamentatus, inlamentabilis.*

LAMENTOR proprie est voce querula, tristique oratione dolorem ac damnum suum testari; *lamentarsi, dolersi. Pacuv.* apud *Cic. 2. Tusc. 21.* Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet. Id viri est officium: fletus muliebri ingenio additus. *Plaut. Mil. 4. 2. 41.* Lamentari, cruciari et lacrimantem se afflictare. *Suet. Ner. 49.* et *Oth. 8.* Lamentari, ac plangere. *Cic. 1. Orat. 57. extr.* Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgisset. *Plaut. Merc. 1. 2. 105.* Quid ego hic in lamentando pereo? *Graech.* apud *Cic. 3. Orat. 56.* Matrem ne ut miseram, lamentantemque videam et abiectam? *Gell. 12. 5. a med.* Eiulans atque lamentans, ac miserum sese et infelicem appellans. — Passive impersonaliter. *Apul. 4. Met.* Moeretur, fletur, lamentatur diebus plusculis. — γ) Deinde, transitivorum more, cum accusativo vel sequente infinito,

II. *Lamentor* est questibus deploro, doleo; *lamentare, deplorare, dolere*. *Cic. 3. Tusc. 58.* Lamentari caecitatem alicuius. *Suet. Vitell. 3.* aliquem pro afflicto. *Ter. Phorm. 1. 2. 46.* matrem mortuam. *Plaut. Pers. 4. 9. 7.* se ipsum. *Horat. 2. Ep. 1. 224.* Cum lamentamur, non apparere labores Nostros. *Plaut. Pseud. 1. 5. 79.* Quod nunc lamentare, non esse argentum tibi. *Id. Pers. 4. 9. 5.* Quid cesso infelix lamentarier minas sexaginta? *Cic. 4. Catil. 2. extr.* Ut nemo ad lamentandam imperii calamitatem relinquatur. *Enn.* apud *Donat.* ad *Ter. Phorm. 5. 4. 2.* Sed quid ego haec animo lamentor? — γ) *Lamentari vitam* est ostendere, lamentatione dignam esse. *Cic. 1. Tusc. 31.* Nam haec quidem vita mors est: quam lamentari possem, si liberet. *A.* Satis tu quidem in Consolatione es lamentatus: quam cum lego, nihil malo, quam has res reliquere. — δ) Forma activa,

III. *Lamento, as, āvi, ātum, āre*. Est idem quod lamentor; *lamentarsi:* intransitive. *Vulg. Interpr. Ital. Matth. 11. 17.* Lamentavimus vobis et non planxistis. Illud *vobis* omittit *Vulg.* noster. Adde *Luc. 7. 32.* et *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 267.* — ε) Deinde, transitivorum more,

IV. *Lamento* est deploro, doleo; *deplorare, dolere*. *Vulg. Interpr. Ital. Matth. 24. 30.* Et tunc lamentabunt se omnes tribus terrae. *Vulg.* noster habet *plangent. Venant. Vit. S. Martin. suppl. 1. 19.* Non iam sola suas lamentet Troia ruinas. Adde *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 284.*

Nota. Discrimen inter *flere, plorare, plangere, lamentari, moerere* et *lugere*, dedimus supra sub v. FLEO in *Nota*.

LĀMENTŌSUS, a, um. Adiect. a *lamentum;* lamentis plenus, querulosus. *Eugypp. Vit. S. Severin. 4.* Ad castellum lamentosa vociferatione revertitur.

LĀMENTUM, i, n. Verbale a *lamentor*. — b) *Lamentis* ἀρχαϊκῶς legitur in *Inscr.* infimae notae, quae spectat tamen ad a. U. C. 742., in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1863. p. 9.* « Desiste lamentis me exciere. » — c) *Forcellinus* noster monuit, fere hoc nomen e plur. num. usurpari; sed tamen in singulari octies adhibitum reperitur apud *Vulg. Interpr. Ierem. 9. 10., 18.* et *20., Ezech. 26. 17., 27. 2., 32. 2.* et *1. Mac. 1. 28.* et *9. 41.*, quin ratio exinde habeatur Scriptorum Ecclesiasticorum.

LAMENTUM proprie idem est ac lamentatio, eiulatio; *lamento, lamentazione*. *Cic. Senect. 20.* Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare. *Id. 2. Tusc. 21.* Si se lamentis muliebriter, lacrimisque dedit. *Id. Pis. 36.* Diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque iacuisti. *Virg. 4. Aen. 667.* Lamentis, gemituque, et femineo ululatu Tecta fremunt. *Gell. 7. 5.* Luctu atque lamentis oppleta omnia. *Tacit. 4. Hist. 43.* Planctum, et lamenta, et supremorum imaginem praesenti sibi circumdata. *Id. Germ. 27.* Lamenta ac lacrimas cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt. *Id. Agric. 28.* Filium amisit: quem casum neque ambitiose, neque per lamenta ac moerorem muliebriter tulit. *Apul. de Mundo.* Lamentis et ploratibus ciuitur. *Vulg. Interpr. Ezech. 32. 2.* Assumere lamentum super aliquem. Et *1. Mac. 1. 28.* sumere lamentum. Et *ibid. 9. 41.* Et conversae sunt nuptiae in luctum, et vox musicorum ipsorum in lamentum. — β) Translate *Plin. 10. 76. 2.* Lamenta gallinarum.

LĂMĬA, ae, et *ferquentius in plur. num.* Lamiae, ārum, f. Vet. Graeca, λάμιαι, qua significantur mulieres quaedam fabulosae, de quibus mox, ita dictae a λαιμός vel λάρος; ingluvies, ut quae *infantes* et adolescentes devorarent. *Isid.* tamen *8. Orig. 11. 102.* « *Lamias* a laniando specialiter dictas, » tradit. — b) In sing. num. non solum habet *Vulg. Interpr. Isai. 34. 14.* sed et *Auct. Append.* ad *Prob. p. 202. Keil.* « Lamia vero animal, » et, qua nomen est piscis, etiam *Plin.* loc. cit. in §. 5.

LAMIA quid proprie fuerit difficile est dictu: alii enim tradunt fuisse animal marinum grandi rictu a voracitate sic appellatum; nonnulli vero, animal, quod fingunt habere faciem muliebrem, sed pedes marinos, et mammis esse instructum; alii item fuisse spectrum nocturnum mulieris ornatae speciem praeseferens, et nocte infantibus insidians; vel monstrum muliebre in desertis habitans et homines dilacerans: universim autem apud Graecos et Romanos fuisse videntur veneficae mulieres, quae strigum instar infantium sanguinem sugunt, sive ipsae striges; *streghe, lammie*. Hae cum foris essent egregie oculatae, domi prorsus caecutiebant, ut scribit *Plutarch. de curiosit.* V. plura apud *Cael. Rhodig. l. 29. c. 5. Horat. Art. P. 340.* Neu pransae Lamiae puerum vivum extrahat alvo. V. DEVORATRIX. — *Apul. 1. Met. 17.* At ille odore spurcissimi humoris perensus, quo me Lamiae illae infecerant, asperatur. *Id. 8. ibid. 11.* Ergo si posthac pessimae illae Lamiae noxiis animis armatae venerint, etc. — *His locis ab aliquibus meretrices intelliguntur.* — β) Apud *Vulg. Interpr.* accipitur de spectro in illo *Isai. 34. 14.* ibi *(in terra desolata)* cubavit Lamia et invenit sibi requiem. — γ) Et apud *Eundem* aliter in *Thr. 4. 3.* Sed et Lamiae nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos. In Hebraico, inquit *Veltenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v., Graeco, Chaldaico sunt *dracones*, in Syriaco et Arabico *canes silvestres:* deplorat igitur Ieremias, quod cum bestiae suos foetus alant, Ierusalem suos perire fame patiatur. — δ) Lamiae turres, et pectines solis apud *Tertull. advers. Valentinian. 3* sunt fabellae nutricularum, quibus conciliare solebant somnum infantibus. — ε) Denique

II. *Lamia* est etiam nomen piscis plani, pro spina cartilaginem habentis, quem Itali nunc *carcaria* vocant. *Plin. 9. 40. 1.*

LĂMĬAE, ārum. V. voc. praeced. §. b.

LĀMĬNĂ, et *per syncopen* Lamna, ae, f. Nomen parum certae originis, quod tamen a nonnullis ducitur a Graeca voce ἐλαύνω; trabo, duco, ductile opus facio; cuius particip. pass. ἐλαμμένος: hinc λαμνος et *lamina*, sync. *lamna*, Italorum *lamina*, Graecorum ἐλασμός et ἔλασμα, unde *Plutarchus* in *Camill.* λεπτῶς ἐλαμμένον ὑάκρον: inde et λαμνίσκος. — b) Non solum autem Poëtae forma contracta utuntur, sed etiam *Vitruv. 7. 9.* bis habet *lamna* pro *lamina*. — *Lanna* autem pro *lamna*, quae syncope est pro *lamina*, legitur in quibusdam MSS. *Arnob. 2. p. 72.* teste *Heins.* ad *Petron. 38. Burm.* Et *Gloss. Philox.* Lannae; λεβήτ. Adde *Incert. grammat. fragm. p. 105. Endl.* Lanna; λεβὴς ὀπίσω. — c) Derivata, *lamella, lamellula, laminosus, lamnicus, lamnula*. — d) Composita, *bilamnos, dilamino*.

LAMINA proprie dicitur metalli, aut ligni, aut marmoris frustum in latitudinem ductum, crassius tamen, quam bracteae; *lamina, lama, piastra. Cic. 2. Leg. 23.* Cum lamina esset inventa, et in ea scriptum. Honorio. *Cass. 2. B. C. 10.* Eo super tigna bipedalia iniciunt, eaque laminis clavisque religant. *Ovid. 5. Met. 172.* extrema percussae parte columnae Lamina dissiluit; *la lama della spada*. *Virg. 1. 6. 145.* argutae lamina serrae. *Tacit. 1. Hist. 79.* Cataphractorum tegmen ferreis laminis, aut praeduro corio consertum. *Petron. Satyr. 31.* Brachium armilla aurea cultum, et eboreo circulo lamina splendente

Digitized by Google

connexum. *Plin. 34. 50. 1.* Lamina plumbi pectori imposita. *Id. 18. 64. 2.* Doliorum laminas scabendo purgare; *doghe. Quintil. 2. 4. 7.* Tenuem nimium laminam ducere, et quam caelatura altior rumpat. *Plin. 8. 4. 1.* Ossa in laminas secare. *Id. 34. 20. 1.* Aes in laminas tenuare. Et *33. 45. 1.* Ex argento laminas ducere. — **2)** In cruciatibus laminae usus erat, cum ferreis, aut aereis candens corpori admovebatur. *Cic. 7. Verr. 63.* Cum ignes, ardentesque laminae, ceterique cruciatus admovebantur. *Plaut. Asin. 3. 2. 4.* Advorsum stimulos, laminas, cruces que, compedesque. Adde *Lucret. 3. 1031., Horat. 1. Ep. 16. 36., Pacat. Paneg. ad Theodos. 42.* et *Quintil. Declam. 18. 11.* et *15.* — Eas etiam in tormentis Christianorum adhibitas, testatur *Hieronym. Vit. Pauli*, n. *3.* Inter equuleos laminasque victorem etc. — **3)** Deinde, latiore significatione,

II. *Lamina* dicitur de vasis e tenui lamina factis. *Ovid. 1. Fast. 209.* Et levis argenti lamina crimen erat. V. LAMELLA et LAMELLULA. — **4)** Item de serra; *sega. Senec. 4. Benef. 6.* Tenues crustas, et ipsa, qua secantur, lamina graciliores. *Val. Flacc. 1. 125.* pinus gracili dissolvere lamna. — **5)** Item de massis tenuibus auri et argenti ad faciendam pecuniam: et universim de auro et argento infecto. *Ulp. Dig. 34. 2. 28. extr.* Argentum factum recte quis ita definierit, quod neque in massa, neque in lamina, neque in signato, . . . sit. *Horat. 2. Od. 2. 2.* inimice lamnae, Crispe Sallusti. *Senec. 7. Benef. 10.* Laminae utriusque materiae. *Ovid. 11. Met. 124.* Lamina fulva. — **6)** Praeterea *Ovid. de nuce, 93.* laminam vocat tenerae adhuc nucis putamen, quod membranae simile est. — *Senec. Agam. 855.* lamnam crepitantem dixit folium aureae arboris, quam bracteam appellat *Virg. 6. Aen. 209.* — *Apul. 3. Met.* Lamina litterata. Et *3. ibid.* Videt dona pretiosa, et laminas auro litteratas ramis arborum, postibusque suffixas, quae nomen Deae, cui fuerant dicata, testabantur. — **7)** Translate *aurium laminae* sunt imae partes cartilaginosae auricularum. *Arnob. 2. p. 72.* Gemmas, lapillos, margaritas compararent: innecterent bis colla, laminas perfunderent aurium. Adde *Cael. Aurel. 2. Chron. 1.* et *14.*

LĀMĬNOSUS, a, um. Adiect. a *lamina;* laminis constans. *Isid. 16. Orig. 4.* Batrachides similis est testae laminosae.

LĀMĬRO. V. LAMYRUS.

LĀMĬUM, ii, n. Est urticae genus prorsus innoxium, quam urticam mortuam Herbarii vocant: ita appellatur, quia ad lamas nascitur. *Plin. 21. 55. 2.* Quae innoxia est, morsu carens, lamium vocatur. Adde *22. 46. 2.*, ubi medicinae ex eo.

LAMMA SABACTHANI et Lama Sabacthani. Sunt voces Syro-Chaldaicae, Latinis litteris scriptae apud *Vulg. Interpr. Matth. 27. 46.* (ubi *Lama*, unico *m*) et *Marc. 15. 34.* (ubi *Lamma*) ex textu Graeco λαμὰ vel λαμμᾶ σαβαχθανί. Porro in lingua Syro-Chaldaica לְמָה שְׁבַקְתָּנִי *(Lamâ Sabachthani)*, quae desumptae sunt ex *Psalm. 21. 2. (Hebr. 22. 1.)*, eodem modo explicantur, quo apud *Vulg. Interpr. ll. cc.*; sit enim in loco *Matthaei, 27. 46.* Et circa horam nonam clamavit Iesus voce magna dicens. Eli, Eli, Lama Sabacthani? hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

LAMNĂ. V. LAMINA §. a. et b.

LAMNĬCUS, a, um. Adiect. a *lamna* pro *lamina;* ad laminam pertinens, ad modum laminae, ut *lamnici lapides*, inter finales recensiti ab *Auct. lib. 1. colon. p. 243. Lachm.* Sunt Italici lamnici et quadrati.

LAMPABILIS, le. Adiect. verbale a *lampo;* qui lampat. *Cassiod.* in *Psalt. praef.* Vere coruscus liber, sermo lampabilis, cura sanctis cordis, favus interioris hominis, etc.

LAMPĂDĂ, ae, f. Idem quod Lampas (quam voc. V. §. b.) *Plaut. Cas. 4. 4. 16.* Tene hanc lampadam. *Manil. 1. 552.* cui tertia lampada dispar Conspicitur, etc. *Alii leg.* quod terna lampade. *Ennod. Vit. S. Epiph. p. 398. Migne.* Quis quaerit noctis lampadam, ubi solis iubar effulgurat? Adde *Euchar. Hebr. nom.* et *Isid. 7. Orig. 2.* — **2)** Specialim in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 566.* Lampada, solstitium aestivum, quod est VIII. Kal. Iulias: ideo lampada dicitur eo quod ex eo die lampas solis claritatem maiorem accipiat caloremque nimium advenientis aestatis infundat.

LAMPĂDĀRĬUS, ii, m. Nomen a *lampas*, quo significatur is, qui lampada, seu funale praefert magistratui, vel imperatori, de quo plura habet *Ducangius* in *Glossar. med. et inf. Latin.* Eius quoque mentionem faciunt *Impp: Leo et Zeno, Cod. 12. 60. 10. Inscr.* apud *Murat. 888. 5.* Aprilis lampadarius Ti. Caesaris ser. vix. annis XX. etc. Adde aliam apud *Fabretti, p. 507. n. 309.* — *Suet. Aug. 29.* eundem *servum praelucentem* appellat.

LAMPĂDĬAS, ae, m. Vox Graeca, λαμπαδίας, qua significatur genus quoddam cometae, ardentes faces imitantis, ut *Plin. 2. 22. 3.* docet.

LAMPĂDĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lampas* et *fero*, idem ac lampadarius; qui lampadem fert. *Not. Tir. p. 165.* Lampas, lampadius, lampadifer.

LAMPĂDĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, λαμπάδιον, per deminutionem a λάμπας factum; parva lampas, facula; *facella*. Hoc nomine amatores vocant suas puellas loquaculas, audaculas, et petulantiores, ut vitii speciem immiuuant. *Lucret. 4. 1157.* Balba loqui non quit; traulizi: muta, pudens est: At flagrans, odiosa, loquacula; lampadion fit. *Varr.* apud *Non. 2. 906.* Quid tristiorem video te esse? num angit haec lampadion? Nos dicimus; *è un fuoco.* Quod *haec lampadion* dicit, ad vocem *puella* refertur, ut apud *Ter. Eun. prol. 32. Eunuchum suam;* hoc est *fabulam*.

LAMPĂDĬUS, ii, m. Nomen a *lampas* proprie adiectivum; ad lampadem pertinens, idem ac lampadarius. V. LAMPADIFER.

LAMPĂDO, ōnis, f. Est genus caepis apud *Priscian. Theod. Diaet. 10.*

LAMPĂGO, ĭnis, f. Nomen Italicum herbae saxifragae, teste *Apul. Herb. 97.* V. loc. in APRUCO.

LAMPAS, ădis, f. Vox Graeca, λαμπάς, qua significatur fax, ignis, a λάμπω; luceo. — **1b)** Alia forma est *lampada, ae*, ab accusativo Graeco λαμπάδα, ut *hebdomas* et *hebdomada* et alia, usurpata *Plaut.* loc. cit. in voc. §. 1. Ac ne quis dubitet de hac forma, accedit auctoritas *Prisciani, 7. p. 758. Putsch.* affirmantis *lampadam* dixisse *Plautum*. Cf. LAMPADA etiam §. 2. — **c)** Derivata, *lampadarius, lampadias, lampadion, lampadius*. Cf. LAMPADILIS, LAMPADO, LAMPENA, LAMPIUM, LAMPO et LIMPIDUS §. a. — **d)** Composita, *chrysolampis, hololampus, lampadifer*.

LAMPAS proprie est fax, ignis; *face, fiaccola, torcia. Acc.* apud *Cic. 3. Nat. D. 16.* Ille, cui in monte Oetaeo illatae lampades fuerunt. *Virg. 9. Aen. 535.* Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, Et flammam affixit lateri. *Ovid. 3. Pont. 3. 59. ad Cupidinem.* At tu sic habeas ferientes cuncta sagittas: Sic nunquam rapido lampades igne vacent. *Id. 12. Met. 247.* Lampadibus densum rapuit funale coruscis. *Val. Flacc. 3. 124.* gravem nodis, pinguique bitumine quassant Lampada. *Petron. Satyr. 124.* Sumite, et in medias immittite lampadas urbes. Adde *Stat. 8. Theb. 776.* — **2)** Specialim dicitur lychnuchus, lucerna; *lampada, lucerna. Ovid. 14. Heroid. 25.* Undique collusent praecinctae lampades auro. *Colum. 12. 18.* Dolia, quae demersa sunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt, et cum pix in fundo destillavit, sublata lampade, etc. *Iuvenal. 3. 285.* aenea lampas. *Lucret. 2. 23.* lampades igniferae. — **3)** Lampadum usus praecipuus apud Veteres fuit in nuptiis, in quibus faces praeferebantur. Hinc *Stat. 4. Silv. 8. 59.* Quippe et opes, et origo sinunt, hanc lampade prima Patricias intrare fores; *h. e.* primis nuptiis. — Huc spectant *Ter. Adelph. 5. 7. 9.* Missa haec face, Hymenaeum, turbas, lampadas, tibicines, etc. *Stat. 1. Silv. 2. 4.* Demigrant Helicone Deae, quatiuntque novena Lampade solemnem thalamis coëuntibus ignem. Cf. ad rem etiam *Vulg. Interpr. Matth. 25. 4.* — **4)** Postea *lampades* etiam adhibitae sunt inter tormenta, quibus martyres cruciabantur. *Acta SS. Tryphonis et Respicii, n. 8.* Applicantibus eis lampades assistit sanctus Angelus Domini. — **5)** *Lampada cursu tradere*, proverbialis locutio; *h. e.* partes suas, quasi successione et per manus in alium transferre: ducta a ludo iuvenum Atheniensium, in quo lex erat, ut lampada, seu taedam ardentem ab uno ad alium locum, atque inextinctam, non intermisso cursu, perferrent, *si* enim intermisissent, fax exstinguebatur, cursus agitatione cessante. Itaque, primus aliquis cursum inibat: qui defessus alteri integro tradebat lampada: hic deinceps tertio, . . . donec ad statam metam perveniretur. *Auct. ad Herenn. 4. 46.* Non enim, quemadmodum in palaestra qui taedas candentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille, qui tradit; ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit. *Varr. 3. RR. 16. ante med.* Quod de fructu nihil dixi, nunc *(lege* non) cursu lampada tibi trado; *ti cedo la bacchetta*. Et *Lucret. 2. 77.* Inque brevi spatio mutantur saecla animantum, Et quasi cursores, vitai lampada tradunt. — **6)** Hinc translate de re praeposteru. *Pers. 6. 61.* Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis? *h. e.* Cum tu aetate me antecedas, cur haereditatem meam tradi tibi a me exspectas? ut ait *Schol.* ad *h. l.* — **7)** Metonymice est splendor; *chiarore, splendore. Stat. 10. Theb. 121. de Somno*, ipse autem nec lampade clara, Nec sonitu, nec voce Deae perculsus, eodem More iacet. — **8)** Improprie et a similitudine,

II. *Lampades* dicuntur ignes in caelo apparentes. *Plin. 2. 25. 1.* Emicant et faces, non, nisi cum decidunt, visae. Duo genera earum: lampades vocant plane faces, alterum bolidas. Distant, quod faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem. *Lucan. 1. 552.* Nunc iaculum longo, nunc sparso lumine lampas Emicuit caelo. Adde *10. 502.* et *Senec. 1. Quaest. nat. 15.* — **9)** Et poëtice solis, lunae, diei splendor. *Virg. 7. Aen. 148.* Postera cum prima lustrabat lampade terras Orta dies. Et *3. ibid. 637.* Phoebeae lampadis instar. *Val. Flacc. 7. 566.* decima sub lampade Phoebes; *h. e.* nocte decima Lunae. *Nemesian. Cynog. 150.* cum se bina formavit lampade Phoebe; *h. e.* post duos menses. *Lucret. 6. 1196.* bona reddebant lampade vitam; *h. e.* nono die. — **10)** Huc

Digitized by Google

spectat *Vulg. Interpr. Nah. 2. 4. de Nabuchodonosoris exercitu*. In itineribus conturbati sunt: quadrigae collisae suot in plateis: aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia.

LAMPĒNĂ, ae, f. Vox Graeca, λαμπάνη, qua significatur currus regius contectus, lectica regia. *Vulg. Interpr. Ital. Isai. 66. 20.* Cum equis et rhedis et lampenis mulorum. *Vulg.* noster habet *lecticis*. — **2)** In *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 480.* Lampenae, stellae sic dictae.

* LAMPERBĬUS, a, um. Legitur et exponitur hoc adiectivum in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 565.* Lamperbius, splendidus, ex Graeco partem habet. — Apud *Papiam* est *lamprobius*, splendidus, ex λαμπρός et βίος.

LAMPĔTRĂ, ae, f. Est genus piscis, Graece λαμπετρίς, eadem ac muraena: ita appellata, quia petris plerumque adhaerens, easdem lambere videtur, sive potius a colore splendenti, ut Graeca vox sonat; *lampreda*. *Gloss. Philox.* Lampetra; μύραινα. Cf. LAMPYRIS.

LAMPĬUM, ii, n. Idem quod pulpitum, ita fortasse appellatum a splendore, qui inde a lectione vel praedicatione Verbi divini effundebatur ad mentes fidelium illustrandas. Legitur in *Gloss. Isid.* Lampium; pulpitum, analogium.

LAMPO, as, āvi, āre. Verbum intransitiv. ex Graeca voce λάμπω, unde est *lampas;* splendeo, luceo. *Cassiod.* in *Apoc. 26.* cuius *(Angeli)* claritas in toto orbe lampavit. — **2)** Translate. *Id. Complex.* in *Psalm. 71. 6.* Hinc Ambrosius ille, quaedam Ecclesiae candela, mirabili fulgore lampavit, dicens, etc. *Id. Divin. litt. Inst. 21.* Eius *(Hieronymi)* quoque ab Oriente lamparet eloquium.

LAMPSĂNĂ. V. LAPSANA.

LAMPROBIUS. V. LAMPERBIUS *in fin.*

LAMPŸRIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λαμπυρίς, qua significatur genus insecti noctu lucens; *lucciola*. *Plin. 11. 34. 2.* Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium colore *(leg.* candore *vel* fulgore) lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compressu obumbratae, non ante matura pabula, aut post desecta conspicuae. Adde *18. 66. 4.* V. CICINDELA §. 1.

LĂMŸRUS, a, um. Adiect. Gaecum, λαμυρός; amplus, facetus, blandus. *Gloss. Lat. p. 189. n. 28.* Lamyro *(lege* Lamyros, *Graeca positione)* blandus. In *Gloss. Isid.* Lamiro, blandus; *unde aliqui* lamiro, onis, *efferunt in recto casu, quod minus probandum videtur.* — **2)** Absolute,

II. *Lamyrus, i*, m. Est piscis marinus e lacertorum genere. *Plin. 32. 53. 6.* et *Ovid. Halieut. 120.*

LĀNĂ, ae, f. Vox Graeca, ut tradit *Varr. 8. LL. 25.*, auctoritate Polybii et Callimachi. Quare *Scalig.* ducit a λῆνος, et Dorice λᾶνος, quod idem significat; quamquam scribit *Isid. 19. Orig. 27. 1.* « *Lana* a *lanitando*, id est vellendo dicta. Hinc et *vellus* dictum, quod prius lanae *vellerentur*, non tonderentur. » — **b)** Derivata, *lanaris, lanarius, lanerum, lanestris, lanosus, lanicia, lanicies, lanicium, lanicius, lano, lanositas, lanosus, lanugineus, lanuginosus, lanugo, lanula*. — **c)** Composita, *altilaneus, lanicus, lanifer, lanificium, lanificus, laniger, lanilutor, lanipendens, lanipendium, lanipendius, lanipes, lanoculus;*

LANA proprie dicitur de pilis ovium, Italice quoque *lana*. *Ovid. 4. Met. 34.* Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant. *Plaut. Men. 5. 2. 46.* inter ancillas sedere, lanam carere. *Lucret. 4. 576.* carmine trahere. *Id. 3. 1353. Varr.* apud *Non. 4. 233.* et *Ovid. 6. Met. 34.* facere; *lavorare*. *Ulp. Dig. 7. 8. 12. sub fin.* expediendam conducere; h. e. carendam et faciendam. *Iustin. 1. 3.* tractare. *Ovid. 2. Art. am. 220.* rudem excolere. *Id. 6. Met. 19.* glomerare. *Id. 3. Fast. 817.* mollire. *Virg. 2. G. 465.* fucare veneno Assyrio. *Ovid. 6. Met. 9.* tingere murice. *Horat. 3. Od. 5. 28.* medicare fuco. *Plin. 23. 24. 3.* Lana succida. *Id. 32. 23. 1.* conchylio infecta. *Marcell. Empir. 9.* conchyliata. Et *mox.* marino conchylio infecta. *Id. ibid.* purpurea. *Vulg. Interpr. Iudic. 6. 37.* Vellus lanae. *Id. Ps. 147. 16.* Qui dat nivem sicut lanam. *Id. Isai. 1. 18.* Lana alba. — In *Kalend.* apud *Momms. n. 6746.* mensis Maius . . . Sol tauro . . . lana lavatur. — **2)** Laudatiores lanas recenset *Colum. 7. 2.* Milesias, Calabras, Apulasque, et inter has Tarentinas: item Gallicas, et praecipue Altinates: item Parmenses et Mutinenses. *Martial.* quoque *14. 155.* Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis: Altinum tertia laudat ovis. *Id. 12. 63.* Baeticas commendat. Et *Iuvenal. 8. 15.* Euganeas. Et *Horat. 3. Od. 15. 14.* Lucerinas, quae sub Apulis comprehenduntur. Adde *Tertull. Pall. 3.* — Extra Italiam Attica lana inter praecipuas refertur a *Plin. 29. 9. 4.*, ubi etiam medicinae ex lana indicantur, et *Varr. 2. RR. 2. 2.* et *18.* — **3)** Mulierum apud Romanos maxima laus fuit, si sua manu lanam facerent, argumento, frugi eas esse, et domesticae rei intentas, et a nugis abhorrentes. Talis fuit Lucretia, quam scribit *Liv. 1. 57.* nocte sera deditam lanae, inter lucubrantes ancillas inventam fuisse. Sic *Ter. Andr. 1. 1. 47.* haec pudice vitam parce ac duriter Agebat, lana ac tela victum quaeritans. *Inscr.* apud *Grut. 769. 9.* Domum servavit, lanam fecit: dixi: abi. *Alia* apud *Momms. n. 5425.* Qui caliculis, lana, pellicelis vitam toleravit suam. Adde quae ex *Festo* de more sedendi novas nuptas in lanata pelle referemus in LANATUS §. 2. — **4)** Mos erat, vulnera et affecta membra lana obligare et obtegere fovendi causa. *Martial. 12. 90.* Quod lana caput alligas, Charine, Non aures tibi, sed dolent capilli. *Suet. Domit. 17.* Sinisteriore brachio, velut aegre, lanis fasciisque per aliquot dies, ad evertendam suspicionem, obvoluto. *Plaut. Mil. a. 5. v. 37.* Ille qui lanam ob oculos habebat, nauta non erat. V. *ibid. 4. 4. 42.* et *4. 7. 25.* Hinc *lanoculus*, quod V. — **5)** Per metonymiam de capitis operimento ex lana confecto. *Tertull. Virg. veland. 17.* Mitris enim et lanis quaedam non velant caput. — **6)** Pro veste ex lana. *Plaut. Men. 1. 2. 12.* Quando ego tibi ancillas, pennam, Lanam, aurum, vestem, purpuram bene praebeo. Adde *Stich. 2. 3. 32. Vulg. Interpr. Ezech. 34. 3.* Lac comedebatis et lanis operiebamini. — **7)** De usu lanae in medicina. *Cael. Aurel. 1. Chron. 1. 9.* Apponendae etiam lanae lenes ac tenues et limpidae, etc. Et *3. 1. ibid. 1. 8.* Tum lanis mollibus ac limpidis oleo calido dulci praetinctis dolentia loca contegenda. Adde *Marcell. Empir.* et *Plin.* II. supra cc. §. 1. et 2. — **8)** *De lana sua cogitare;* h. e. rem suam curare, proverbium est apud *Ovid. 2. Art. am. 686.* — **9)** Latiore significatione et a similitudine vel improprie,

II. *Lana* dicitur etiam de pilis aliorum animalium: item de plumis quarundam avium, praesertim interiore. *Ulp. Dig. 32. 1. 70.* Lana legata, etiam leporinam lanam, et anserinam, et caprinam credo contineri, et de ligno, quam Graeci *ἰριξύλον* appellant. *Martial. 14. 161.* Lassus Amyclaea poteris requiescere pluma, Interior cycni quam tibi lana dedit; *penna matta, peluria*. — **10)** Item de lanugine fruticis cuiusdam, seu gossipio; *bambagia*. *Virg. 2. G. 130.* nemora Aethiopum molli canentia lana. V. *Plin. 12. 21. 1.* et *ibid. 22. 1.* et *19. 2. 1.* et *seqq.* — **11)** De lanugine foliorum, malorum, etc. *Martial. 10. 48.* Celantur simili ventura cydonia lana. — **12)** De filis herbaceis colocasiae. *Id. 13. 57.* Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces. — **13)** De nubibus tenui quasi vellere expansis. *Virg. 1. G. 397.* Tenuia nec lanae per caelum vellera ferri. *Plin. 18. 32. 1.* Si nubes, ut vellera lanae, spargentur multae ab oriente, aquam in triduum praesagient. Itali vocant *pecorelle*. — **14)** *De lana caprina;* h. e. de re nullius pretii aut momenti: proverb. apud *Horat. 1. Ep. 18. 15.*

LĀNĀMENTUM *pro* Linamentum quidam perperam leg. apud *Veget. 2. Veterin. 56.;* h. e. penicillus laneus. V. LINAMENTUM.

LĀNĀRĬA, ae, f. V. LANARIUS §. 3.

LĀNĀRIS, re. Adiect. a *lana;* laniger, lanatus; *lanuto*. *Varr. 2. RR. 9.* Nos, qui pecus pascimus lanare.

LĀNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lana;* ad lanam pertinens. *Inscr.* apud *Cavedoni, Marmi Modon. p. 247.* A. Affidio Q. l. Hylae . . . Romae negotianti lanario. — **2)** Speciatim *Lanaria herba* alio nomine *radicula*, Graece στρουθίον, Ital. *saponaria*, lavandis lanis succum habet, mirum quantum conferens candori mollitiaeque. Caule est ferulaceo et lanuginoso, folio oleae. Floret aestate, grata aspectu, verum sine odore, spinosa, semine nullo, radice magna. Ovibus ieiunis data, lactis abundantiam facit. *Plin. 19. 18. 1.* et *24. 104. 1.* Sic *Colum. 11. 2. ante med.* Oves Tarentinae radice lanaria lavari debent, ut tonsurae praeparentur. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LANARIA, ae, f. Est officina, in qua lana fit. *Inscr.* apud *Grut. 173. 4.* Lanarias, et quae in iis sunt, sua pecunia fecerunt. — **4)** Item

LANARIUS, ii, m. Est artifex lanae faciendae; *lanario, lanatuolo*. *Plaut. Aul. 3. 5. 34.* Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Quidam hic interpretantur de eo, qui laneas vestes facit et vendit; non enim lana, sed veste opus erat illis nuptiis. *Arnob. 2. p. 70.* Fullones, lanarii, phrygiones, coci. *Firmic. 3. Mathes. 9.* Eorum artes sunt sordidae, et aequalidae, aut gravis odoris, quales sunt confectores coriorum, fullones, lanarii, pictores, coci. Adde *8. ibid. 10.* et *Inscr.* apud *Orelli, n. 4805.* T. Cloelio Narcisso lanario de vico Caeseris *(sic)*. Adde *aliam, ibid. n. 1681.* — **5)** *Collegium lanariorum* memoratur in *alia* apud *Romanelli, Topogr. T. 3. p. 64.* — **6)** Speciatim *lanarius coactitiarius:* V. hanc vocem §. 2. — **7)** *Lanarius pectinarius:* V. hanc vocem suo loco. — **8)** *Lanarius carminator:* V. CARMINATOR.

LĀNĀTUS, a, um. Adiect. a *lana*, participiorum more effictum, quasi a *lano*, quod tamen V. — Comparat. *lanatior* §. 4. — Proprie est lanam habens; *lanuto, lanoso*. *Colum. 6. 2.* Lanatae pelles. *Id. 7. 3.* Lanatae oves; h. e. intonsae. *Plin. 8. 73. 2.* Lanata animalium subtilissima. *Martial. 14. 65. in lammata*. Lanatae soleae; *foderate di lana*. — **2)** In pelle lanata (inquit *Fest.* apud *Paul. Diac.* ad vocem *In pelle, p. 114. Müll.)* nova nupta considere solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus homines pellibus erant induti: vel quod testetur lanificii officium se praestaturam viro. — **3)** *Dii lanatos pedes habent*, proverb. est apud *Petron. fragm. Tragur. 44. Burm. extr.* V. LANEUS §. 3. — **4)** Deinde

II. *Lanatus* est etiam lanuginosus; *lanuginoso*. *Plin. 14. 4. 2.* et *Colum. 3. 2. circa med.* Lanata vitis; h. e. quae lanuginem habet in

foliis. *Plin. 13. 11. 1.* mala. *Id. 9. 28. 1.* Lanatus lupus (V. LANEUS §. 4.). *Id. 21. 20. 84.* Folia molliora, et lanatiore canitie. — **β)** Absolute, substantivorum more,

LANATAE, ārum, f. Dictae sunt absolute oves a *Iuvenal. 8. 155.* lanatas, torvumque iuvencum More Numae caedit Iovis ante altaria.

LANCĔA, ae, f. Vox parum certae originis. *Varr.* apud *Gell. 15. 30. extr.* dixit non Latinum, sed Hispanicum verbum esse. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 118. Mull.* ducit a Graeco λόγχη; hasta. *Isid. 18. Orig. 7. Lancea* est hasta habens amentum in medio: dicta quia aequa *lance*, id est aequali amento ponderata vibratur. Sed, ut cetera admittantur, *Isidori* notatio frigida videtur: verum potius est a Celtico *lang;* longus, unde et apud *Hesych.* Λαγγίς, δόρυ, quia nempe inter hastilia sit omnium longissima. *Sisenn.* apud *Non. 18. 26.* dicit, esse Suevorum, sicut materes Gallorum. — **b)** In derivatis aliquando *e* paenultima mutatur in *i*, atque hinc saepius *lanciarius*, quam *lanceārius* reperitur, sicut *lanciola* pro *lanceola* et alia. — *Lancia* autem pro *lancea* improbatur ab *Auct. Append.* ad *Prob. p. 444. Endl.* — **c)** Derivata, *lanceārius*, *lanceātus*, *lanceo*, *lanceola*, *lanceolātus*, *lanciator*.

LANCEA proprie est hasta habens amentum in medio, e genere missilium telorum; *lancea*, *asta*, *picea:* fuitque, etsi peregrina (V. HASTA in *Nota*), in antiquo usu Latinis, videturque fuisse longior pilo et hasta. Inventam primo fuisse scribit *Plin. 7. 57. 9.* ab Aetolis. — Quod autem missile telum fuerit, patet ex illo *Virg. 12. Aen. 374.* hunc lata retectum Lancea consequitur, rumpitque infixa loricam: *latam* dixit; h. e. lato ferro. *Martial. Spectac. 11.* Nec volet excussa lancea torta manu. Unde et venatorium telum fuisse, colligitur. Sic *Val. Flacc. 3. 387.* velut refugi quem contigit improba Mauri Lancea, sanguineus vasto leo murmure fertur. — **β)** Eius usum passim in militia ostendunt haec, quae subiicio. *Sisenn.* apud *Non. 18. 26.* Galli materibus, Suevi lanceis confligunt. *Flor. 3. 3. a med. de uxorib. Cimbror.* Obiectis undique plaustris, altae desuper, quasi e turribus, lanceis contisque pugnabant. *Tacit. 3. Hist. 27.* Disiectam testudinem lanceis contisque scrutantur. Et *1. ibid. 79.* Romanus miles missili pilo, aut lanceis assultans. *Hirt. 8. B. G. 48.* Lanceaque infesta femur eius transiicit. *Lucan. 7. 472.* Cuius torta manu commisit lancea bellum. *Stil. 1. 518.* impulsa levi torquetur lancea nodo; h. e. levi amento. *Curt. 6. 5. a med. de Amazone.* Equo ipsa desiliit, duas lanceas dextra praeferens. *Iustin. 24. 5.* Caput eius amputatum, et lancea fixum, tota acie circumfertur. Adde *Val. Flacc. 6. 124.* — *Lactant. de mort. persecut. 22.* Domestici et administratores lancea emendabantur: in causa capitis animadversio gladii admodum paucis quasi beneficii *(loco)* deferebatur. — **γ)** Praeterea fuit etiam gestamen satellitum, seu custodum corporis. *Suet. Claud. 35.* Speculatores cum lanceis circumstabant. *Id. Galb. 18.* Speculator, impulsu turbae, lancea prope vulneravit. — **δ)** Translate. *Apul. 1. Met.* Mihi quoque non parvam incussisti sollicitudinem, immo vero formidinem, iniecto non scrupulo, sed lancea, ne etc.; h. e. gravi timore, quo animum meum quasi transdegisti. — *Tertull. de Pudic. 7.* Non lucernae spiculi lumine, sed totius solis lancea opus est; h. e. radiis solis. — *Vulg. Interpr. 16. 14.* Circumdedit *(Deus)* me lanceis suis, convulneravit lumbos meos, etc.

LANCĔĀRĬUS. V. LANCIARIUS.

LANCĔĀTUS, a, um. Adiect. a *lanceo*, participiorum more effictum; lancea instructus. *Vulg. Interpr. 2. Reg. 23. 7.* Armabitur ferro et ligno lanceato. Cf. LANCEOLATUS. — *Onom. Lat. Gr.* Lanceatus; λογχωτός. — **β)** Item lancea interfectus. Pro hac significatione affertur locus *Firmici:* Quicumque habuerunt horoscopum in XXI. parte Tauri, lanceati moriuntur.

LANCĔO, as, āre. Verbum transitiv. a *lancea;* lanceam tracto, lanceae manum admoveo: vel lancea ferio, lanceam mitto. *Tertull. advers. Iud. 9. ante med.* Qui ante norint lanceare, quam lancinare. Eadem verba habet *3. advers. Marcion. 8.* Utrobique autem loquitur de Ponticis infantibus, qui prius norunt lanceam tractare, quam vestes, et quidquid illis occurrit, ut pueri solent, lacerare.

LANCĔŎLA (et Lanciola), ae, f. Deminut. a *lancea;* parva lancea; *lanciola*, *lancetta*. *Vulg. Interpr. 3. Reg. 18. 28.* incidebant *(Sacerdotes Baal)* se, iuxta ritum suum, cultris et lanceolis. *Capitolin. Maxim. iun. 4.* Lanceola sic fissa est fulmine, ut tota, etiam per ferrum, scinderetur. — *Apul. 8. Met. 27.* Tunicae albae, in modum lanceolarum quoquo versum fluente purpura, depictae. *Hildebr. leg.* lanciolarum. — **β)** Recensentur inter instrumenta chirurgica pro scalpello; *lancetta*. *Cael. Aurel. 3. Chron. 2. 35.* Aut exilientes *(articulis)* cyathis cum ferramento tollantur, quod nos lanceolam dicere poterimus. Ita legendum proponit *Almelov.* in *Lex. Caelian* pro vulgari lect. *laureolum*.

LANCĔŎLĀTUS, a, um. Adiect. a *lanceola*, participiorum more effictum; lanceola armatus. *Macer de plantagine, 8.* Altera vero minor, quam vulgo lanceolatam Dicunt, quod foliis, ut lancea, surgat acutis. Cf. LANCEATUS.

LANCES. V. LANX.

LANCĬA. V. LANCEA §. b.

LANCĬĀRĬUS (Graece quoque λογχιάριος) et Lanceārius, a, um. Adiect. a *lancea;* lancea instructus. *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1862. p. 55.* Val. Ursinus Miles lanciarius, nat. Italus. — Fortasse spectavit hic miles ad cohortes praetorias, ut observavit *Momms. ibid.* — **β)** Saepius vero absolute de milite lancea sive hasta armato; *lanciarii*. *Vulg. Interpr. Act. 23. 23.* Milites ducentos et equites septuaginta et lancearios ducentos. *Ammian. 21. 13. sub fin.* Cum lanciariis, et mattiariis, et catervis expeditorum. Adde *31. 13. Inscr.* apud *Maff. Mus. Ver. praef. IX.* Praepositus lanciariorum. *Cassiod. 6. Hist. Eccl. 35. init.* Valentinianus, qui post paulum sumpsit imperium, tunc millenarius erat circa palatii constitutus dux lanceariorum. — De huiusmodi militibus, qui vario quoque epitheto distinguebantur, ut *Lanciarii Augustenses*, *Honoriani*, *iuniores*, etc. V. in *Notit. utriusq. Imperii*, ibique *Böcking*. — **γ)** Videntur etiam fuisse inter apparitores, aliosque officiales, qui comitari solebant praesides in provinciis. *Acta SS. Torachi et Soc. 10.* Iratus praeses mandat lancearii ursum occidi. — **δ)** Hinc iterum adiective *Lanciaria* cognominata est *legio* hoc militum genere, ut videtur, constans. *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 650.* In prima Minerves militavit ann. V., undecima ann. IIII., in lanciaria ann. V., in *praetorio* ann. V.

LANCĬĀTOR, ōris, m. Verbale a *lancio;* qui lanciat; lanciarius. *Auct. de geneal. Patriarch.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 59. p. 527.* Octavus Thiras; idest lanciator.

LANCĬCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lanx;* parva lanx. *Arnob. 2. p. 59.* Trulla, lancicula, candelabrum.

LANCĪNĀTOR, ōris, m. Verbale a *lancino;* qui lancinat et discerpit; *laceratore*. *Prudent. 10. περιστεφ. 1057.* Lancinatores gregum.

LANCĪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *lancino;* scissus, laceratus, discerptus; *lacerato*, *fatto in pezzi*. *Arnob. 1. p. 20.* Coniux membratim lancinatus. — *Tertull. Resurr. carn. 8.* Quippe ipsis etiam cubilibus vincta, ipsisque stramentis lancinata. — **β)** Translate usurpatur a *Catull. 29. 18.* V. vocem seq. §. 2.

LANCĪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., quod a λακίζω censet esse *Voss.*, ut a πήγνυμι, pango, n inserta. Alii a *lanceo*, quasi primo significet per lances dividere, ut ait *Gloss. Placid.* loc. mox cit., distribuere, deinde laniare. Rectius tamen fortasse dixeris ductum frequentativorum more a *lacio*, quod V. §. 2. — **b)** De confusione huius verbi cum *lanio*, *lacinio* vel *lacino*, V. in LANIO et LACINIO §. b. — **c)** Particip. *lancinans* §. 1., *lancinatus*, V. suo loco. — **d)** Derivatum, *lancinator*. — **e)** Compositum, *dilancino*.

LANCINO proprie est lanio frequenter, ut ait *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 481.*, in frusta scindo, lacero, lanio; *fare in pezzi*, *lacerare*. *Senec. 1. Ira, 2.* Alium inter sacra mensae ira percussit: alium inter celebris spectaculum fori lancinavit. *Senec. alter, Thyest. 778.* lancinat gnatos pater, Artusque mandit ore funesto suos. *Plin. 9. 3. 1.* Morsu lancinare aliquem. *Id. 11. 40. 1.* Est et volucre canibus peculiare suum malum, aures maxime lancinans, quae defendi morsu non queunt. — *Tertull. 2. Nat. 7.* Decreta eorum *(imperatorum)* et titulos lancinatis; *scalpellate*. — **β)** Translate. *Catull. 29. 18.* Paterna prima lancinata sunt bona; h. e. dissipata, distracta, absumpta. *Plin. 4. 9. 5.* Tot sinus Peloponnesi oram lancinant. *Arnob. 2. p. 47.* Credulitatem facetiis iocularibus lancinare. V. LACINIO §. 1.

LANCĬŎLA. V. LANCEOLA.

LANCĬŌNĬCI LUDI, memorati in *Kalend. Philocali*, mense Decembri, quinam fuerit, incertum est, Cl. *Momms.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 408.* ad diem 18. Decembris adnotat: « Lancionum neque populum ego novi ullum, neque suppetit alia de nominis origine probabilis coniectura. »

LANCLĂ, ae, f. V. voc. seq.

LANCŬLĂ (et Lancla), ae, f. Deminut. a *lanx;* parva lanx. *Vitruv. 10. 8. de statera*. Cum ansa propius caput, unde lancula pendet, etc. — **β)** De vase *Gloss. Lat. p. 47. n. 55. Hildebr.* Catinus, lanx, lancula. — Per syncopen *lancla;* λεκάνη, legitur in *Gloss. Lat. Gr.*

Nota. Apud *Varron. 3. LL. 25. sub fin.* legitur *langula*, quod idem cum lancula esse videtur.

LANDĪCĂ, ae, f. Nomen ignotae originis, quo significatur pars pudendi muliebris, Graece κλειτορίς, quae ita describitur in *Epist. Sorani ad Cleopatr.* inter *op. Petronii, edit. Antonid. p. 81.* Intus quod a superiore parte descendit in medio dicta est landica, motum saepe titillationis habens ex libidine. *Gloss. Philox.* Landica; ἰσχιάδιον. *Vulcanius* suspicatur legendum ἰσχάς γυναικεία: sed terminatio *ăd* est diminutiva novae Graeciae. — Huius vocis usus firmatur ex glande missili edita in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 559.* PETO $\frac{\text{LANDICAM}}{\text{PVLVIAE}}$; h. e. peto Pulviae landicam, ut contra *Momms.*, qui *ibid.* legebat *pandicam*, recte vidit *Cavedoni* in *Opusc. di Modena, Ser. II. T. 2. p. 201.* Hinc, ut idem cl. Vir observat, nova luce illustratur locus *Cic. 9. Fam.*

Digitized by Google

22. Memini, in senatu disertum consularem ita eloqui: Hanc culpam maiorem, an *illam dicam?* potuit obscenius? Non, inquis; non enim ita sensit. Non ergo in verbo est obscenitas. — Hinc ex aequivocatione ab ipso Cicerone animadversa, *Idem* arguit penultimam longam esse potius quam brevem, ut *Furianello* noster, adnotaverat.

Nota. Idem *Furianello*, qui hac voce e penu suo *Lexicon Forcellini* locupletavit, haec insuper adiecerat: « Alii recentis Barbariae nomen videtur, nec id significare, quod dicimus, sed *ἰσχάραν* proprie dictam foculum, ferramentum nempe, cui tanquam crati, imposita ligna propter aëris ab inferiori parte accessum facilius ardeant, scribendumque *landiram*, cum sit Gallorum *landier*, Italorum *alare*, quem *subiecm seu subiicem focarium* interpretatur *Bodaeus*. Sed poterat alicui etiam *landis* Gallorum, et Italorum *landra* in mentem venire. Haec fere ex *Baillevo* in *Auctario*. »

LĂNĔĂ, V. LANIENA.

LĂNĔO, ōnis, m. V. LANIO §. 1.

LĀNĔRUM, i, n. Est vestimenti genus ex lana succida confectum. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.*

LĀNESTRIS, tre. Adiect. a *lana;* laneus; *di lana. Vopisc. Aurelian. 29.* Lanestre pallium.

LĀNĔUS, a, um. Adiect. a *lana;* qui est ex lana; *di lana. Cic. 3. Nat. D. 34.* Aureum ei detraxit amiculum, . . . eique laneum pallium iniecit. *Propert. 3. 4. 30.* Lanea vitta. *Virg. 3. G. 487.* infula. *Suet. Aug. 82.* Subuculae thorax laneus. *Macrob. 1. Saturn. 8.* Laneum vinculum. *Stat. 3. Silv. 3. 185.* Lanea cui Phrygii est coma flaminis; *h. e.* filum laneum in capite flaminis. — **B)** Laneae effigies, Compitalibus, noctu dabantur in compita, quod lares, quorum is erat dies festus, animae putabantur esse hominum, redactae in Deorum numerum. *Festus.* — **C)** Item lanatus, lanosus, lanuginosus; *lanuginoso. Plin. 13. 13. 16.* Pira laneo corio. — **D)** Translate est mollis. *Catull. 25. 10.* Laneum latusculum. *Martial. 13. 59.* laneus lupus; *h. e.* piscis, de quo *Plin. 9. 17. 28.* Luporum *(intellige,* piscium) laudatissimi, qui appellantur lanati, a candore mollitiaque carnis. *Front. ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Mai) ep. 1. a med.* Haud multi militum vibrantes hastas, pars maior sine vi et vigore, tanquam laneas, iecere. — **E)** *Dii* irati *laneos pedes habent* proverb. apud *Macrob. loc. cit., Petron. fragm. Tragur. 44. extr. Burm.* et *Porphyr.* ad *Horat. 3. Od. 2. extr.*, quo significatur, pedes Deorum esse vinculo veluti laneo constrictos, et tarde quidem venire ad punienda scelera; venire tamen, et quidem tacitos et inopinantibus. Quod *Horat. ibid.* dixit: Raro antecedentem scelestum Deseruit pede poena claudo. Et *Tibull. 1. 10. 4.* Sera tamen tacitis poena venit pedibus. *Macrob.* ex *Apollodoro* tradit inde ortum esse proverbium, quod Saturnum mos esset alligari per annum laneo vinculo, solvi autem Saturnalibus.

LANGĂ, ae, f. Est lacertae genus: a Celtico *lang;* longus, quia longam habet caudam. *Plin. 37. 11. 4.* V. loc. in LANGURIA.

LANGOR, ōris, m. V. LANGUOR §. 1. *init.*

LANGUĔFĂCĬO, is, ĕre. Verbum transitiv. a *langueo* et *facio;* languere facio, languorem affero; *fur languire. Cic. 2. Leg. 15.* Incitare languentes, et languefacere excitatos. *Est qui legit* languere facere.

LANGUENS, entis. Particip. verbi *langueo,* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *languentior* §. 1. *fin.* — Proprie est idem ac languidus; *languente, fiacco, languido:* et adhibetur iisdem fere significationibus, quibus gaudet verbum, sive proprie sive translate. *Cic. 2. Leg. 15.* Incitare languentes. *Id. 10. Fam. 28.* Senatum iam languentem et defessum ad pristinam virtutem revocavi. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 15.* Languenti stomacho esse. *Caes. 2. B. C. 14.* Nostri languentes, atque animo remissi. *Val. Flacc. 4. 588.* languentia lumina somno. *Phaedr. 4. 25.* Languens aevum; *età senile e fiacca. Cic. 1. Offic. 37.* Vox nec languens, nec canora. *Catull. 64. 99.* Quantos illa tulit languenti in corde timores. *Virg. 11. Aen. 69.* Seu mollis violae, seu languentis hyacinthi. Ubi *Servius:* aut postquam decerptus sit; aut quia non est acuti coloris; aut quando demittit caput. *Id. 10. ibid. 289.* Languens pelagus; *h. e.* remittens se ad litus. *Lucan. 5. 692.* ictus. *Val. Flacc. 7. 24.* cum languentes levis erigit imber aristas. *Suet. Aug. 92.* Veterrimae ilicis demissos ad terram languentesque ramos convaluisse. *Auct. Priap. 85.* Licebit, aeger, aut languentior cubes. *Alii multo rectius leg.* aeger angue lentior cubes. — **B)** Apud *Cic. 2. Orat. 44.* Facilius est currentem incitare, quam commovere languentem; *proverbium* in pigros. — **C)** Absolute pro aegroto. *Petron. Satyr. 101.* Languentem visere officii causa; *un ammalato. Vulg. Interpr. Ioh. 5. 3.* in his iacebat multitudo magna languentium.

LANGUĔO, gues, gŭi, guēre. Verbum intransitiv. a Graeca voce *λαγγάω*; cesso: etenim *Hesych.* Λαγγάζει, ἀναπαύεται, οἱ δὲ, Λαγγεῖ. — **b)** Praeteritum trisyllabum est. *Lucan. 7. 243.* Illa quoque in ferrum rabies promptissima, paulum Languit, et casus etc. *Ovid. 6. Met. 291.* moribunda relanguit ore. Ceterum rarus est huius verbi usus in praeteritis. — **c)** Particip. *languens,* V. suo loco. — **d)** Derivata, *languesco, languide, languidulus, languidus, languitas, languitudo, languor.* — **e)** Composita, *delanguco, elanguco, elanguesco, elanguidus, languefacio, languificus, oblanguco, relanguco, relanguesco.*

LANGUEO proprie est viribus deficior, vigore careo, flaccesco, infirmus sum; *languire, esser debole o languido.* Refertur tum ad corpus, tum ad animum. *Cic. 1. Phil. 3.* Cum de via languerem, et mihimet displicerem. *Ovid. 18. Heroid. 161.* Saepe per assiduos languent mihi brachia motus. *Id. 1. Pont. 4. 3.* Iam vigor, et quasso languent in corpore vires. — **B)** De aegrotantibus; *esser ammalato. Virg. 4. G. 242.* tristi languebunt corpora morbo. *Tibull. 3. 5. 28.* Languent ter quinos sed mea membra dies. *Suet. Aug. 81.* Sub natale suum plerumque languebat. *Id. Ner. 51.* Tet omnino per quatuordecim annos langnit. Adde *Martial. 3. 9.* — **C)** Translate. *Propert. 4. 2. 46.* Flos languet; *sciens, appassisce. Stat. 6. 12. Theb. 505.* Lunae languet iubar; *h. e.* lumen amittit. *Val. Flacc. 7. 466.* Languent ignes. *Sever. Aetn. 427.* lapis languet in ignes; *h. e.* in cinerem, igni ustus, dilabitur. — **D)** *Languere* dicitur mare, cum nulla aura movetur: quod valde incommodum est navigantibus. *Martial. 10. 30.* Nec languet aequor, viva sed quies Ponti Pictam phaselon adiuvante fert aura. *Lucan. 8. 471.* Flectit iter: nec Phoebus adhuc, nec carbasa languent; *h. e.* nec sol adhuc occasu lucem amittit, nec vela lentiora fiunt cessante vento. — **E)** Saepe refertur ad animum. *Cic. Pis. 35.* Languet iuventus, nec perinde atque debet, in laudis cupiditate versatur. *Id. 3. Offic. 1. a med.* Neque solitudinem languere patior; *h. e.* neque, quamvis in solitudine sim, nihil ago. *Id. 1. Nat. D. 4.* Languere otio. *Id. 4. Acad. 2. ad fin.* In otio hebescere et languere. *Gell. 19. 12.* Languet animus et torpet. *Ovid. 2. Art. am. 456.* Et, si nulla subest aemula, languet amor. *Sall. Cat. 56.* Si paululum modo vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt; *h. e.* remisse ac timide agere. *Quintil. 9. 3. ante med.* Haec schemata et convertunt in se auditorem, nec languere patiuntur, subinde aliqua notabili figura excitatum. *Lucret. 5. 1144.* Nam genus humanum, defessum vi colere aevum, Ex inimicitiis languebat. *Stil. 17. 361.* mihi gratia languet, Et cecidit iam primus amor. *Vulg. Interpr. Cant. 2. 5.* Languere amore. — *Id. 1. Tim. 6. 4.* Superbus est, nihil sciens, sed languens circa quaestiones et pugnas verborum.

LANGUESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *langueo.* — Particip. *languescens* §. 1. — Proprie est languere incipio, languidus fio, langueo; *diventr languido, languire. Cic. 4. Fin. 24.* Hebes acies est cuipiam oculorum: corpore alius languescit. *Id. Senect. 9.* Senectute languescere. *Catull. 64. 188.* languescunt lumina morte. *Virg. 9. Aen. 436.* flos succisus aratro Languescit moriens. *Horat. 3. Od. 16. 34.* Nec Laestrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi; *h. e.* asperitatem et vim amittit, vetustate mollescente. *Ovid. 1. Fast. 775.* Ut solet a magno fluctus languescere flatu; *h. e.* cessare, minui post flatum. *Val. Flacc. 3. 256.* Deficit; infracti languescunt frigore cursus. *Plin. 18. 37. 1.* Vites languescunt, si vicia in arbusto seratur. *Id. 27. 109. 1.* Color in luteum languescens; *h. e.* qui dilutior fit, et ad luteum accedit. *Tacit. 1. Ann. 28.* Luna claro repente caelo visa languescere; *offuscarsi, oscurarsi.* — **B)** Pro aegrotare; *ammalarsi. Ovid. 5. Trist. 3. 39.* Nec mea consueto languescent corpora lecto? — **C)** Translate. *Plin. 3. ep. 9. circa med.* Ne, si longius extracta esset cognitio, satietate et taedio quodam iustitia cognoscentium severitasque languesceret. *Id. Paneg. 18.* Militaria studia languescunt. *Id. 8. ep. 20.* Omnium rerum cupido langueseit, cum facilis occasio est; *h. e.* minuitur. *Quintil. 11. 3. 2.* Affectus omnes languescant necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescant. Adde *1. 2. 18.*

LANGUĬDĒ. Adverb. a *languidus.* — Comparat. *languidius,* infra. — Est cum languore, remisse, lente; *languidamente, lentamente. Plin. 18. 10. 3.* Panicum cacumine languide nutante. *Colum. 11. 1. circa med.* Ne statim a prima luce familia cunctanter et languide procedat. *Petron. Satyr. 88.* Languide agere. *Caes. 7. B. G. 27.* Suosque languidius in opere versari iussit. *Plin. 15. 7. 5.* Palmae languide dulces; *d'una dolcezza ottusa o insipida.* Et *37. 25. 3.* Carbunculi languidius ac lividius lucent. *Cic. 5. Tusc. 9.* Theophrastus vexatur scholis omnium philosophorum, quod laudarit illam sententiam: *Vitam regit fortuna, non sapientia.* Negant ab ullo philosopho quidquam dictum esse languidius; *h. e.* mollius et magis abhorrens a constantia et severitate philosophiae. *Nazar. Paneg. Constantin. Aug. 33.* Languide iacere.

LANGUĬDŬLUS, a, um. Deminut. a *languidus;* aliquantulum languidus; *languidetto. Catull. 64. 351.* Languiduli somni. *Cic. fragm.* apud *Quintil. 8. 3. 66.* Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, et spinis cooperta piscium; *appassite. Eugypp. Thesaur. 199.* Gallina, quae languidulis plumis teneros fetus operit.

LANGUĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *langueo,* inserta littera *d,* ut alia plura huius generis. — Comparat. *languidior* §. 1. et seqq.

— Proprie est, qui languet, remissus, viribus defectus, debilitatus, tardus, lentus: *languido, languente, flacco, lento, debole. Cic. 2. Fin. 18.* Tarda et languida pecus. *Id. 2. Catil. 5.* et *5. Verr. 12.* Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti. *Horat. Epod. 2. 68.* Videre fessos vomerem inversum boves Collo trahentes languido. Et *ibid. 5. 55.* latent in silvis ferae Dulci sopore languidae. *Id. 2. Od. 14. 17.* ater flumine languido Cocytos errans. Et *3. ibid. 21. 8.* Promere languidiora vina; *h. e.* vetustiora, atque adeo minus austera, mitiora. *Ovid. 2. Pont. 1. 2.* et *4. ibid. 10. 44.* Ventus languidus. *Lucan. 3. 421.* languida carbasa; *h. e.* vela non contenta, vento cessante. *Plin. 12. 26. 2.* Languidus color. *Id. 34. 19. 29.* Sufflare languidos ignes. *Id. 22. 24. 1.* Tenuiora folia et languidiora. Et *17. 2. 2.* Arbores foliorum amissione languidae. *Id. 11. 88. 2.* Venarum languidus ictus; *polso languido. Plin. alter, 6. ep. 20. ante med.* Dubius, et quasi languidus dies; *oscurato, fosco. Quintil 11. 3. a med.* Vultus non moestus, nec stupens, nec languidus. — **2)** Aegrotus; *ammalato. Martial. 9. 86.* Languidior noster si quando est Paulus; *se si sente poco bene. Laurea Tull.* apud *Plin. 31. 3. fin.* Languida quae infuso lumina rore levant. *Palladius. 3. 25.* Si languida arbor est piri, ablaquestae radicem terebras. — **3)** Translate. *Ovid. 3. Amor. 4. 10.* Semina laetitiae languidiora facit. *Cic. 1. Orat. 52. ad fin.* Philosophus mollis, languidus, enervatus, omnia ad voluptatem corporis referens. *Id. Senect. 8.* Senectus non modo languida atque iners non est, verum etiam operosa, et semper agens aliquid et moliens. *Id. Ligar. 9.* Languidiore studio in causa fuistis. *Id. 1. Q. Fr. 2. sub fin.* Si qui antea aut alieniores fuerant, aut languidiores; *h. e.* negligentiores. *Plin. 15. 36. 2.* Languida auctoritas patrum. *Lucan. 4. 699.* languida segni Cernit cuncta metu. — **4)** Metonymice. *Virg. 12. Aen. 908.* oculos ubi languida pressit Nocte quies. *Tibull. 4. 1. 181.* Languida otia.

LANGUĪFĪCUS, a, um. Adiect. verbale a *languefacio;* languidum faciens. *Auson. Eclogar. in versib. Q. Cic.* Languificusque Leo profiat ferus ore calores.

LANGUĪTAS, ātis, f. Abstractum a *languidus;* languor. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* V. loc. in ARGEMONIUM.

LANGUĪTŪDO, ĭnis, f. idem origine et significatione ac praecedens. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* V. loc. in ARGEMONIUM.

LANGŬLĂ. V. LANCULA in *Nota*.

LANGUON, ōnis, m. Verbale a *langueo;* qui languet. *Vet. Interpr.* ad *Virg. 2. G. 93.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 259.* Languon est, iuxta Dialecticos, pedibus infirmus; unde et pigros vel otio deditos languones vocarunt.

LANGUOR (et Langor, apud *Charis. Excerpt. p. 552. 11. Keil.* et *Gloss. Lat. Gr.* Laugor; Νωχεία), ōris, m. Verbale a *langueo;* defectio virium, remissio vigoris, lassitudo, infirmitas; *languidezza, fievolezza, languore, fiacchezza. Tes. Heaut. 4. 6. 3.* Haec deambulatio me ad languorem dedit. *Catull. 55. 50.* Defessus tamen omnibus medullis, Et multis languoribus peresus Essem te, mi amice, quaeritando. *Id. 63. 37.* Piger his labantes languores oculos sopor operit. *Ovid. 11. Met. 648. de Somno.* Et rursus molli languore solutus Deposuitque caput, stratoque recondidit alto. — **2)** Morbus; *malattia. Cic. 2. Divin. 62.* Animus cum languore corporis nec membris uti potest, nec sensibus. *Ovid. 9. Met. 766.* Nunc ficto languore moram trahit. *Horat. 2. Od. 2. 13.* Languor aquosus; *idropisia. Martial. 9. 86.* Tu languore quidem subito fictoque laboras. *Suet. Tib. 72.* In languorem incidere. *Id. Ner. 41.* Excusato languore faucium, propter quem non adesset. — **3)** Translate est torpor, ignavia, debilitas animi. *Cic. 1. Offic. 34.* Nihil magis cavendum est senectuti, quam ne languori se desidiaeque dedat. Et *5. ibid. init.* Otium et solitudo languorem afferunt. *Id. 14. Att. 6.* Vides languorem bonorum; *timidità, poco coraggio. Tacit. 2. Hist. 42.* Attonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit; *tepidezza e trascuraggine.* — **4)** De mari omnino tranquillo. *Senec. Agam. 160.* Redemit illa classis immotae moras, Et maria pigro fixa languore impulit. V. LANGUEO §. 4. — **5)** Refertur et ad colores. *Plin. 37. 46. 2.* Gemmarum vitia, languor, et alienis turbari coloribus.

LANGŪRĬĂ, ae, f. Est lacertae viridis genus, Italice *ramarro*, quod Nostrates vulgo *languro* vocant: vox composita ex Celtico *lang;* longus, et οὐρὰ; cauda, quia longam habet caudam; ceterum quidam ex Graecis Scriptoribus falso putarunt, ita eam appellatam fuisse, quia eius urina in succinum concresceret, etenim οὖρον urinam significat. *Plin. 37. 11. 4.* Demostratus *(succinum)* lyncurium vocat, et fieri ex urina lyncum bestiarum, e maribus fulvum et igneum, e feminis languidius et candidum. Alii dixere langurium, et esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, et circa Padum iis vitam assignat.

LANGŪRĬUM, ii, n. Est idem ac succinum, quod et lyncurium dicitur. V. vocem praeced.

LĂNĬĂ. V. LANIENA *init.*

LĂNĬĀMENTUM, i, n. Verbale a *lanio,* syllabica adiectione produ-

ctum; laniatio, cruciatus. *Acta SS. Saturnini* et *Soc. MM. n. 6.* Inimicis suis veniam Martyres inter ipsa corporis sui laniamenta poscebant.

* LĂNĬĀRĬUM, ii, n. Verbale a *lanio,* idem quod laniena. *Varr. 1. RR. 4.* Ignavum et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quam ex domestico fundo. Sunt qui putant hoc loco ablativum *laniario* esse a recto *laniarius,* Italice *beccaio:* sed minus recte; nam laniena, non lanius, opponitur fundo: adde *laniarius* esse vocem nihili. V. voc. seq.

LĂNĬĀRĬUS, ii, m. Verbale a *lanio;* idem ac lanius. *Inscr.* apud *Grut. 1035. 4.* C. Nigidius Primus laniarius. *Rud.* tamen rectius legitur apud *Murat. 967. 2.* Q. Nigidius Primus lanarius. Itaque *laniarius* e Latio amandandus. — *Laniarius* tamen habet, praeter alias, etiam *Gloss. Isid.* Lanista, laniarius *(male alii* lanarius, V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 190. n. 57.*

LĂNĬĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lanio;* actus laniandi; *strazio. Senec. 2. Clem. 4.* In caedes hominum et laniationes pervenit.

LĂNĬĀTOR, ōris, m. Verbale a *lanio;* qui laniat. *Auct. Histor. Dalian. 2. de Paulo.* Quorum *(Christianorum)* paulo ante saevissimus exstiterat laniator. *Gloss. Philox.* Laniator; μαχελλάριος. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 338.* Laniator, lanio et hic lanius, idem sunt.

LĂNĬĀTŌRĬUM, ii, n. Verbale a *lanio,* idem ac laniena. *Gloss. Philox.* Laniatorium; μαχελλεῖον, κρεωπωλεῖον.

LĂNĬĀTUS, a, um. Particip. verbi *lanio;* laceratus, discerptus; *sbranato, lacerato. Ovid. 7. Met. 349.* laniatum mersit in undis. *Virg. 6. Aen. 494.* laniatum corpore toto Deiphobum vidit. *Id. 12. ibid. 606.* Laniata genas. *Ovid. 4. Met. 139.* comas. Et *2. ibid. 335.* sinus. *Tacit. 5. Hist. 85.* Vestis laniata. — **2)** Translate. *Ovid. 7. Heroid. 135.* laniataque classis Postulat exiguas semirefecta moras.

LĂNĬĀTUS, us, m. Verbale a *lanio,* idem ac laniatio. *Cic. 1. Tusc. 43.* Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? *Justin. 41. 3. de Parthis.* Sepultura vulgo, aut avium aut canum laniatus est. *Val. Max. 1. 6. n. 11.* Avium ferarumque laniatibus obiectus. Et *9. 2. in fin.* Laniatui esse animalibus, quae corporibus innasci solent. — **2)** Translate. *Tacit. 6. Ann. 6.* Si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus et ictus: quando ut corpora verberibus, ita saevitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur.

LĂNĬCĬĂ (et Lanitia), ae, f. Nomen a *lana;* lanicium. *Laber.* apud *Non. 3. 13.* Nil refert, mollem ex lanicia Attica, an ex hircorum pecore vestitum geras.

LĂNĬCĬES (et Lanities), ēi, f. idem origine et significatione ac praecedens. *Tertull. in carm. 2. advers. Marcion. 24.* Sed quia lanicies renovata haec corpora vestit.

LĂNĬCĬUM, ii, n. Nomen a *lana,* idem quod lana, vel lanae proventus. *Virg. 3. G. 384.* Si tibi lanicium curae, primum aspera silva, Lappaeque, tribulique absint. *Plin. 6. 20. 2.* Seres lanicio silvarum nobiles. *Id. 8. 72. 3.* Cuius coloris arietes sub lingua habuere venas, eius et lanicium est in fetu. — **2)** Item pecus lanatum. *Arnob. 1. p. 8.* Ovilibus insidiatur lupus, numquid in culpa natura est, quod lanitiis extulit importunissimam beluam? *Id. ibid. p. 12.* Dii lanitia curent vestra nonnerosis fetibus multiplicari.

LĂNĬCĬUS, a, um. Adiect. a *lana;* lanatus. *Arnob. 3. p. 174.* Custos gregis lanicii.

LĂNĪCUS, ūtis, omn. gen. Adiect. a *lana* et *cutis;* qui cutem lanosam habet. *Laber.* apud *Tertull. Pall. 1. a med.* Aries reciprocicornis, lanicus, testitrahus.

LĂNĬĔNA, ae, f. Nomen a *lanio,* quod saepissime in antiquis MSS. et editis libris, vel corruptum vel mutatum aut confusum est cum *lania* vel *lanea,* quod pro *laniena* legitur a quibusdam apud *Liv. 44. 16.* — Idem dicendum est etiam de voce *lanies,* quod in Codd. *Apul. 7. Met. 25.* habetur. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — Porro

LANIENA locus est, in quo laniantur ac venduntur carnes, macellum; *beccheria. Plaut. Epid. 2. 2. 15.* Per myropolia, et lanienas circumque argentarias Rogitando sum raucus factus. Adde *Varron.* apud *Non. 2. 251.* — **2)** Accipitur etiam pro ipsa laceratione. Hinc *Prudent. 10. περὶ στεφ. 497.* Num mitiores sunt manus medentium, Laniena quando saevit Hippocratica? — *Apul. 7. Met. 25.* Atrocissima virilitatis laniena. Alia *Apuleii* loca huc congessit *Hildebr.* — **3)** *Tabernas lanienas* adiect. dixit *Varr.* apud *Non. 12. 55.*, ubi perperam alii legunt *ligneas;* male item nonnulli *lanignas,* tanquam a *lanius.*

* LĂNĬES, ēi, f. V. voc. praeced. §. a. *in fin.*

LĂNĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lana* et *fero;* lanam ferens; *che produce lana. Plin. 13. 28. 1.* Aethiopia Aegypto contermina insignes arbores fere non habet, praeter laniferas. *Cf.* LANIGER.

LĂNĪFĪCĬUM, ii, n. Nomen a *lanificus;* lanae opificium; *lanificio. Vitruv. 6. 10.* Oeci, in quibus matresfamiliarum cum lanificiis habent sessiones. *Est qui rectius leg.* lanificis. *Aurel. Vict. Vir. illustr. 9.* Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. *Colum. 12. praef. a med.* Ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur. *Justin. 2. 6.* Athenienses primi usum lanificii docuere.

LĂNĬFĬCUS, a, um. Adiect. a *lana* et *facio;* qui lanam facit, sive artem lanae exercet, vel ad artem, quae circa lanam se exercet, pertinens; *lanaiuolo*. *Martial. 8. 58.* Si mihi lanificae ducunt non pulla sorores Stamina; h. e. tres Parcae. *Tibull. 2. 1. 10.* Manum lanificam imponere pensis. *Claudian. 2. in Eutrop. 382.* Lanificae doctissimus artis. — **2)** *Lanificae mulieres* sive *lanificae*, absolute, non solum lanam facere, sed texere etiam, et vestem ex ea conficere solebant. *Ulp. Dig. 33. 7. 12. ante med.* Item lanificae, quae familiam rusticam vestiunt. *Ovid.* quoque *6. Met. init.*, ubi de Arachne loquitur, celebri *lanificae laudibus artis*, non solum subigendae ac nendae, sed et texendae lanae, et conficiendarum inde vestium artificio mirabilem fuisse dicit. *Albinov. 2. 77.* Lydia te tunicas iussit lasciva fluentes Inter lanificas ducere saepe suas. — **3)** Item *lanificus*, absolute, eodem sensu. *Onom. Lat. Gr.* Lanificus; ἐριουργός.

LĂNĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lana* et *gero*, idem quod lanifer; qui lanam fert. *Accius* apud *Cic. 1. Divin. 22.* Pecus lanigerum eximia pulcritudine. *Plin. 12. 21. 1.* Eiusdem insulae excelsiore suggestu lanigerae arbores alio modo, quam Serum; h. e. quae gossipion ferunt. *Virg. 3. G. 287.* Lanigeri greges. *Plin. 11. 28. 2. de araneo.* Est quaedam intus lanigera fertilitas. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LANIGER, ĕri, m. Est aries, vel agnus. *Ovid. 7. Met. 512.* innumeris effetus laniger annis. *Phaedr. 1. 1.* Laniger timens. — **3)** *Manil.* saepissime *Lanigerum* de Ariete signo caelesti dixit, ut *1. 672., 2. 200.* etc. Adde *Auson. Ecl. 4. 15.*

LĂNĬGNUS, a, um. V. LANIENA §. 3.

LĂNĬLĂVĬUS. } V. voc. seq.
LĂNĬLŌTOR. }

LĂNĬLŪTOR, ōris, m. Nomen a *lana* et *lavo;* qui lanam lavat. *Gloss. Lat. Gr.* Lanilutor; ἐριοπλύτης. — In *Gloss. Gr. Lat.* Ἐριοπλύτης; lanitor; *quod emendandum est in* lanilutor, *ut legunt alii in Gloss. Paris.* Lanilotor, lanilavius (*male* lamilabius). — Sic pariter emendandum videtur *Gloss. Lat. p. 189. n. 29.* Laniator, lanilabius, *lege* lanilotor, lanilarius. Quod minus recte accepisse videtur *Hildebr.* ex his, quae adnotavit ad h. l.

LĂNĬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., quod *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* ducit a *lanius*, hoc autem a *lacero*, quod discindendo lacerat pecora, quum potius sit a *lacio*, ut sub h. v. diximus §. a., ita ut *lanio* sit frequentativ. a *lacio*. Cf. *Müller* ad *Fest. l. c.* — **b)** De confusione autem huius verbi cum eodem *lacio*, et *lacinio*, et *lanceno*, V. in LACIO et LACINIO §. b. — **c)** Particip. *lanians* §. 1., *laniandus* §. 1., *laniatus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *laniamentum*, *laniarium*, *lanitarius*, *laniatio*, *laniator*, *laniatorium*, *laniatus*, *us*, *laniena*, *lanio*, *laniolum*, *lanionius*, *lanista*, *lanistatura*, *lanisticius*, *lanium*, *lanius*. — **e)** Compositum, *dilanio*.

LANIO proprie est in frusta seco, scindo, lacero; *fare in pezzi, sbranare, straziare, lacerare*. *Cic. 7. Fam. 1. circa med.* Cum homo imbecillus a valentissima bestia laniatur. *Liv. 1. 9. a med.* Nisi hauriendum sanguinem, laniandaque viscera nostra praebuerimus. Adde *Ovid. 4. Met. 436. Virg. 3. G. 514.* Discissos nudis laniabant dentibus artus. *Tacit. 1. Hist. 41.* Ceteri crura brachiaque foede laniavere. *Ovid. 2. Art. am. 171.* Laniare tunicam. *Id. 3. Met. 398.* vestem ab ora summa. *Id. 2. ibid. 350.* crinem manibus. Et *3. Art. am. 678.* ora digitis. Adde *Macrob. 1. Somn. Scip. 10. 12. Cic. 1. Divin. 47.* Se intorquentem lanians. — **2)** Translate. *Ovid. 1. Met. 60.* Venti mundum laniant. *Id. Rem. am. 367.* Et tua sacrilegae laniarunt carmina linguae; *criticarono senza riguardo*.

Nota. Discrimen inter *lacero* et *lanio*, V. sub V. LACERO in *Nota* §. 1.

II. LĂNĬO, ōnis, m. Verbale a *lanio, as*, de quo *Flav. Caper de Orthogr. p. 2245. Putsch. Lanius* nomen est: verbum autem *lanio, as:* at dixerunt tamen et *lanio* in nomine. — Perperam autem quidam proferebant *lanco* pro *lanio*, adnotante *Auct. Append.* ad *Prob. p. 444. Endl.* — Est itaque *lanio* idem quod lanius; *beccaio*. *Petron. fragm. Tragur. 59. Burm.* In Libra laniones et unguentarii nascuntur. *Paul. Dig. 33. 7. 18.* Cum de lanionis instrumento quaeritur. *Pompon. ibid. 1. 2. 2. ante med.* Arrepto cultro de taberna lanionis. — **2)** *Lanio* dicitur etiam carnifex. *Sedul. carm. 2. 127. ad Herodem.* Quis tibi nunc, lanio, cernenti talia sensus?

LĂNĬŎLUM, i, n. Deminut. a *lanium;* parvum lanium, parva laniena. *Fulgent. 1. Mythol. praef. a med.* Galeni curia exclusisset, quae paene cunctis Alexandriae ita est inserta angiportis, quo chirurgicae carnificinae laniola pluriora habitaculis numerentur.

LĂNĬŌNĬUS, a, um. Adiect. a *lanio;* ad lanionem pertinens; *da beccaio*. *Suet. Claud. 15.* Carnificem statim acciri cum machaera mensaque lanionia flagitavit; h. e. mensa, in qua scinditur caro.

LĂNĬPENDENS, entis. Particip. ab inusit. *lanipendo;* qui lanam pendit, lanipendius. *Gloss. Philox.* Lanipendens; στεμφύζων, γυνὴ ἡ τὸν στεμφὸν παρέχουσα ταῖς ἄλλαις. Cf. LANIPENDIUS.

LĂNĬPENDĬUM. V. voc. seq. §. 2.

LĂNĬPENDĬUS et Lanipendus, a, um. Adiect. verbalium more effictum a *lana* et *pendo*, et fere absolute adhibitum de ea vel eo, qui lanam pendit, et distribuit lanariis nendam, aut carminandam. *Paul. Dig. 24. 1. 38. sub init.* In ea re uxor tanquam lanipendia fuerit, et viri negotium procuraret. *Gloss. Philox.* Lanipendius; στεμφύζων ἱμάτιον. Adde *Caesar. Reg. ad Virg. 25.* — *Inscr.* apud *Spon. Miscell. antiq. p. 223.* D. M. Irenes lanipendae V. A. XXXVIII. Olympus benemerenti fecit. *Alia* in *Mus. Acad. Mant. p. 23.* T. Flavius Aug. L. Zosimus lanipendus. Adde *aliam* apud *Don. cl. 8. n. 87.* — **2)** Item absolute, substantivorum more,

LANIPENDIUM, ii, n. Est locus, in quo pensa distribuuntur lanificis mulieribus. *Inscr.* apud *Romanelli, Topogr. Napol. T. 2. p. 273.* Philodespotos Adiutoris Ti. Claudii Caesaris Aug. servus vicarius Zosimen conservae lanipendii *ministrae* fecit. Adde *Caesar. Reg. ad Virg. 30.*

LĂNĬPENDUS, a, um. V. voc. praeced. §. 1.

LĂNĬPES. V. PLANIPEDES.

LĂNĬSTĂ, ae, m. Verbale a *lanio*, quo significatur is, qui ludo praeest gladiatorio, et gladiatores exercet in arte pugnandi, ut publice mutuo lanientur; *maestro de' gladiatori*. Lanistae (quorum artificium probrosum erat) familias domi habebant (V. *Suet. Aug. 42.*), quas in gladiatura instituebant (V. *Eund. Caes. 26.*), et mox paratas vendere solebant muneratiis. *Cic. Rosc. Am. 40. sub fin.* Num aut ille lanista omnino iam a gladiis recessisse videtur, aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere? *Id. 1. Att. 16.* Cum accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos reiiceret: reus, tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret. *Iuvenal. 6. 213.* Testandi cum sit lenonibus atque lanistis Libertas. Et *11. 8.* Scriptorus leges et regia verba lanistae. *Inscr.* apud *Orelli, n. 2554.* Claudio Lanistae Augusti. *Alia, ibid. n. 2551.* L. Poetelius P. L. Syrus lanista ad aram Forinarum. Adde *aliam* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6172.* — **2)** Sumitur etiam pro carnifice. *Maxim. Taurin. Serm. 83.* Lassescunt lanistae manus, cruenti tabescunt oculi, atque ipsa iam sibi impietas erubescit, conversoque ordine quaestionis gemit tortor, et tortori suo tortus insultat. — **3)** Translate de eo dicitur, qui alios committit, et causa est rixae et dimicationum. *Anton.* in *Epist.* apud *Cic. 13. Phil. 19.* Ne videret unius corporis duas acies, lanista Cicerone, dimicantes. *Liv. 35. 33.* Populum R. cum Antiocho, lanistis Aetolis, non sine pernicie Graeciae dimicare. — **4)** *Rixatarum avium lanistas*, appellat elegantter eos *Colum. 8. 2.*, qui ferocissimum quemque alitem certaminibus et pugnae praeparabant: qua de re *Plin. 10. 24. 2. de gallis gallinaceis*. Iam ex his quidam ad bella tantum, et proelia assidue nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram, etc.

LĂNISTĀTŪRĂ, ae, f. Abstractum a *lanista;* lanistae artificium. In *vet. Tab. aen. Heracl.* apud *Mazoch. p. 424. n. 49.* Quoive lanistaturam, artemve ludicram fecit, fecerit. Ubi *Mazoch. p. 445.* Vox Latio ignota, nunc primum in Latium, unde aevo optimo prodierat, ope aeris huius revocatur.

LĂNISTĬCĬUS, a, um. Adiect. a *lanista;* ad lanistam pertinens, ut Lanisticia familia, apud *Petron. fragm. Tragur. 45. Burm.*, quae a *Suet. Aug. 42.* lanistarum familia dicitur.

LĂNĬTĬĂ, }
LĂNĬTĬES et } V. LANICIA, etc.
LĂNĬTĬUM. }

LĂNĬUM, ii, n. Verbale a *lanio;* officina lanii, laniena; *beccheria*. *Onom. Lat. Gr.* Lanium; κρεωπώλιον. — Quidam retulerunt huc locum *Phaedr. 3. 4.*, qui potius pertinet ad voc. seq., quam V. §. 1. *in fin.*

LĂNĬUS, ii, m. Verbale a *lanio;* qui carnes in carnario vendit populo: a laniandis pecudibus, quod eas concidat lanietque; *beccaio, macellaio*. *Varr. 2. RR. 5.* Lanii, qui ad cultrum bovem emunt. *Cic. 1. Offic. 42.* Cetarii, lanii, coqui, ut ait *Terentius (Eun. 2. 2. 26.). Phaedr. 3. 4.* Pendere ad lanium quidam vidit simium. V. LANIUM. — **2)** *Lanius* dicitur etiam victimarius. *Varr. 2. RR. 5.* Lanii, qui ad cultrum bovem emunt, et qui ad altaria, hostiae sanitatem non solent stipulari. — **3)** *Lanius* dicitur etiam carnifex. *Plaut. Pseud. 1. 3. 98.* Lanios inde arcessam duos cum tintinnabulis. — **4)** Translate. *Cyprian. ep. 10. n. 1.* Ne qui ovium pastores esse debent, lanii fiant.

Nota. De discrimine inter *lanium* et *macellarium*, V. MACELLARIUS in *Nota*.

LANNĂ. V. LAMINA §. b.

LĂNO, as, āre. Verbum intransitiv. a *lana;* lanosus fio, lanam porto. *Gloss. Philox.* Lano, as; ἐριοφορῶ.

LĂNŌCŬLUS, i, m. Nomen a *lana* et *oculus;* qui lana tegit oculi vitium. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.* V. dicta in LANA §. 4. Adde *Thesaur. Nov. Latinit. p. 390. ed. Mai*.

LĂNŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *lanosus;* lanicies, lana. *Tertull. Pall. 3.* Muscosae lanositatis conchae. V. BULBUS §. 4.

LĂNŌSUS, a, um. Adiect. a *lana;* lana abundans; *lanoso, lanuto*. *Colum. 7. 3. ante med.* Prolixi villi, nec asperi, lanosi et ampli uteri.

Digitized by Google

— **2)** Translate de barba iuvenum. *Apul. 5. Met. 8.* Contingit, esse iuvenem quendam et speciosum, et commodum, lanoso barbitio genas inumbrantem.

LANTERNA et LANTERNĀRĬUS. } V. LATERNA et LATERNARIUS.

LĀNŪGĪNĔUS, a, um. Adiect. a *lanugo*, idem ac lanuginosus. *Apul. Herb. 62.* Foliis paulo maioribus, atque floccosis, vel lanugineis admodum.

LĀNŪGĪNŌSUS, a, um. Adiect. a *lanugo*. — Comparat. *lanuginosior*, infra. — Est lanuginem habens; *lanuginoso*. *Plin. 29. 27. 2.* Lanuginosus araneus. *Id. 30. 47. 4.* vermiculus. *Id. 25. 45. 1.* Aspera et lanuginosa folia. *Id. 22. 24. 1.* Herba lanuginosior.

LĀNŪGO, ĭnis, f. Nomen a *lana*, quo significatur tenera quasi lanae tenuioris mollities, qualis in puerorum genis; *lanugine, peluria*. *Virg. 10. Aen. 324.* flaventem prima lanugine malas Dum sequeris Clytium. *Ovid. 13. Met. 755.* octonis iterum natalibus actis Signarat dubia teneras lanugine malas. *Apul. Apol. 65.* En vide quam facies eius decora, et . . . ut decenter utrinque lanugo malis deserpat. — **2)** Dicitur universim de mollitie qualis in pullis avium pennas emittere incipientibus, in herbis, in pomis quibusdam et in malis cotoneis et similibus. *Virg. 2. Ecl. 51.* cana legam tenera lanugine mala. *Lucret. 5. 844.* herba cubile Praebebat, multa et molli lanugine abundans. *Ovid. 1. Amor. 14. 23.* Comae graciles, et lanuginis instar. *Colum. 3. 2. ante med.* Aminea vitis praecipue canescit lanugine. *Plin. 24. 60. 2.* Arundinum lanugo illita auribus. *Id. 19. 2. 6.* Gossipion similem barbatae nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. *Id. 24. 66. 1.* Folia araneosa lanugine obducta. *Id. 8. 50. 6.* Cervorum cornua arundineas in paniculas molli plumata lanugine. *Id. 32. 44. 1.* Linea lanugo; *h. e.* quae ex lineis pannis deraditur. — **3)** Translate. *Vulg. Interpr. Sap. 5. 15.* Spes impii tanquam lanugo est. — **4)** De scobe; *limatura, raschiatura, segatura*. *Colum. 4. 29. ad fin.* Plaga laevis relinquitur, nulla interveniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

LĀNŪLĂ, ae, f. Deminut. a *lana;* parva lana; *lanuzza*. *Cels. 6. 9. ad fin.* Alumen involutum in lanula. *Id. 7. 27.* Tenues caruunculae lanulis similes; *straccoi*.

LANX, lancis, f. Nomen parum certae originis. Videtur *Varr. 5. LL. 25.* a *latitudine* ducere: sed est potius ab inusit. λάνω pro λάω, seu πλάω; fero, cuius praet. perf. λέλαγκα, unde prius *lanci*, deinde *lanx:* nisi mavis esse a λάω, n inserto, ut saepissime alias apud Latinos; hinc etiam *lagena*, quod capiat. — **b)** Derivata, *lanuncula, lancula*. — **c)** Composita, *aequilanx, bilanx*.

LANX proprie est vas escarium latum et cavum ex aliquo nobiliori metallo plerumque factum, in quo cibi reponuntur, et mensae inferuntur; *piatto, bacino*. *Cic. 6. Att. 1. circa med.* In filicatis lancibus, et splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere: quid te in vasis fictilibus appositurum potem? *Horat. 2. Sat. 4. 40.* rotundas Curvet aper lances. Et *ibid. 2. 4.* inter lances mensasque nitentes. *Martial. 11. 31.* Sic implet gabatas paropsidasque, Et leves scutulas cavasque lances. *Id. 10. 29.* Quam mihi mittebas Saturni tempore lancem, Misisti dominae, Sextiliane, tuae. *Plaut. Cure. 2. 3. 42. Phas.* Si scias, reliquiae quae sint! *Cure.* scire nimis lubet . . . *Phas.* Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. *Cure.* ain' tu omnia haec? In carnario fortasse dicis. *Phas.* immo in lancibus. *Iuvenal. 5. 80.* Aspice quam longo distendat pectore lancem, Quae fertur domino squilla. *Ovid. 3. Pont. 3. 19.* Et magis adducto pomum decerpere ramo, Quam de caelata sumere lance iuvat. — **2)** Insignis magnitudinis lances in luxu Romanorum fuisse, legimus. *Plin. 33. 53. 1.* Lances e centenis libris argenti, quas tunc super quingentas numero Romae fuisse constat. Et *mox*. Claudii principatu servus eius Drusillanus quingenariam lancem habuit, cui fabricandae officina prius exaedificata fuerat, et comites eius octo octingentarum quinquaginta librarum; *h. e.* e quingentis libris argenti: comites vero eius octo universae, non singulae ex octingentis quinquaginta. — **3)** Lancium usus etiam in sacris frequens fuit, impositis victimae carnibus, aut ture, etc. *Virg. 2. G. 194.* Lancibus et pandis fumantia reddimus exta. *Id. ibid. 394.* Baccho lances et liba feremus. Et *8. Aen. 284.* cumulantque oneratis lancibus aras. *Ovid. 4. Pont. 8. 59.* Nec quae de parva Dis pauper libat acerra Tura, minus, grandi quam data lance, valent. *Auson. Technopaegn. de monosyllab. per interrogat. 5.* Turibula et paterae: quae tertia vasa Deûm? lanx. — Huc fortasse spectat *Inscr.*, in qua lances inter donaria recensentur apud *Henier, n. 5085. Ad* Capitolium *argenti* libras CLXX., id est, lances IIII., etc. — **4)** Etiam quadratas lances memorat *Ulp. Dig. 34. 2. 20.* et *Paul. ibid. 6. 1. 6.* — **5)** *Per lancem et licium furta concipere* apud *Festum*, teste *Paul. Diac. p. 117. Müll.* in *Lance*, et *Gell. 11. 18.* prisci Romani ex iure Attico (V. *Aristoph. Nub. v. 497.*) hoc modo solebant. Qui furti quaerendi causa domum alienam, in qua illud latere suspicio erat, nudus intrabat, ne rem furtivae similem sub veste habere videretur, sed propter matrumfamilias aut virginum praesentiam licio seu linteo virilia tectus erat, lancem vero manibus tenebat. Hac ratione si furtum inventum esset, fur perinde multabatur, ac si manifestum furtum fecisset, poena autem manifesti furti ex lege XII. Tabularum capitalis erat. *Caius, 3. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. 192. Qui furtum quaerere velit, nudus quaerat, linteo cinctus, lancem habens; qui si quid invenerit, iubet id lex furtum manifestum esse. Quid sit autem linteum, quaesitum est, sed verius est, consuti genus esse, quo necessariae partes tegerentur. Et *mox*. Deinde lex lancem ideo haberi iubet, ut manibus occupantis nihil subiiciatur, sive ideo ut, quod invenerit, ibi imponat. His similia habet *Scholiast. Aristoph.* ad *loc. cit.* et *Plato de legib. l. 12.*, ubi *licium* vel *linteum* χιτωνίσκον appellat, qui tamen, ut et *Aristophanes*, nullam lancis mentionem facit. — **6)** Hunc quaerendi furti ritum sustulisse videtur lex Aebutia; ait enim *Gell. 16. 10.* Cum furtorum quaestiones cum lance et licio evanuerint, omnisque illa XII. Tabularum antiquitas, lege Aebutia lata, consopita sit, etc. Sed ex eo tempore non amplius ab ipsis dominis, iisque nudis, requirebantur res furtivae, sed a praecone et servo publico, adhibitis testibus, ut patet ex *Plaut. Merc. 3. 4. 78.* et *Petron. Satyr. 97.* — **7)** Deinde a similitudine,

II. *Lances* sunt in libra duo illa vascula, in quorum altero pondus, in altero res ponderanda imponitur: unde *bilanx* dicta; *bilancia*. *Cic. 4. Acad. 12.* Ut enim necesse est lancem in libra, ponderibus impositis, deprimi; sic animum perspicuis cedere. *Id. 5. Tusc. 17. extr.* Critolaus cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimat. — **8)** Hinc translate. *Pers. 4. 10.* Scis etenim iustum gemina suspendere lance Ancipitis librae. *Plin. 7. 8. 8.* Is demum profecto vitam aequa lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanae memor fuerit; *farà giusta stima della vita umana*. *Modestin. Dig. 48. 1. 20.* Quod et in persona mulieris aequa lance servari, aequitatis ratio suggerit; *h. e.* pari eodemque modo. — **9)** *Lanx* tribuitur hac ratione etiam Diis. *Virg. 12. Aen. 725.* Iuppiter ipse duas aequato examine lances Sustinet, et fata imponit diversa duorum. Cf. ad *h. l. Macrob. 5. Sat. 15. 59. Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli*, n. *5863.* Dea Syria lance vitam et iura pensitans.

LAPĀGO. V. LAPPAGO, coll. LAPPA §. b.

LĂPĂTHĬUM, ii, n. Idem origine et significatione ac lapathum. *Varr.* apud *Non. 17. 3.* Eandem voluptatem consequi lapathio et ptisana possum.

LĂPĂTHON, *Graeca positione*, i, n. } V. voc. seq.
LĂPĂTHOS, *Graeca positione*, i, f. }

LĂPĂTHUM, i, n. et Lapathus, i, f. (et apud *Lucil.* loc. mox cit. etiam m.) Vox Graeca, λάπαθον et λάπαθος (unde varia nominis forma etiam apud Latinos), qua significatur genus quoddam herbae, de quo mox. — **b)** *Lapathos* et *lapathon*, Graeca positione, aliquando adhibetur. V. infra §. 1. — **c)** Derivatum, *lapathium*. — **d)** Composita, *bulapathon, hippolapathon, hydrolapathum, oxylapathum*.

LAPATHUM est herba, Italice quoque *lapazio* dicta, duplicis generis, nempe sativi et silvestris. Sativum, cuius varii sunt usus in medicina. Silvestre sapore proximum sativo, foliis acutis, colore betae candidae, radice minima: Latina appellatione *rumex* dictus. *Plin. 20. 85. 1.*, ubi et alias eius species recenset. *Seren. Sammon. 20. 369.* calami radix, lapathique legumen. *Apul. Herb. 33.* A Graecis oxylapathon vocatur. Itali lapathon autem pro vocabuli etymo nominant. — Gen. fem. *Colum. 10. 373.* Lubrica iam lapathos, iam rhamni sponte virescunt. *Lubrica* dicitur, quia ventrem ciet, *Horat. 2. Sat. 4. 29.* teste V. TAMNUS. — Gen. masc. *Lucil.* apud *Cic. 2. fin. 8.* O lapathe, ut iactere necesse est, cognitu' cui sis. Innuit *Lucil.* fuisse inter hortensia in deliciis mensarum. Unde *Horat. Epod. 2. 54.* Non attagen Ionicus lucundior, quam lecta de pinguissimis Oliva ramis arborum: Aut herba lapathi prata amantis, et gravi Malvae salubres corpori.

LĂPĂTHUS, i, f. et m. V. voc. praeced.

LĂPĬCAEDĪNA. V. LAPICIDINAE §. a. *in fin.*

LĂPĬCĪDA et Lapidicida, ae, m. Nomen a *lapis* et *caedo*, mutata euphoniae gratia ae diphthongo in i longam — **b)** Scribitur et *lapidicida*, quamvis *lapicida* rectius, ut *homicida* dicitur, non *hominicida*. — **c)** Derivata, *lapicidinae* et *lapicidinarius*. Cf. LAPIDICARIUS.

LAPICIDA et Lapidicida; qui lapides caedit ac polit, quadratarius; *tagliapietre, scarpellino, Varr. 8. L. L. 55.* Qui lapides caeduut, lapicidas: qui ligna, lignicidas non dici. — *Sidon. 5. ep. 12. de epitaphio*. Vide, ut vitium non faciat in marmore lapidicida: quod factum sive ab industria, seu per incuriam mihi magis, quam quadratario, lividus lector adscribat.

LĂPĬCĪDĪNAE, ārum, f. Nomen a *lapicida*. Sunt quibus placet *lapidicina*, quod etiam ex *Festo* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.* (quem videsis) probari posse videtur, si ordinem ibi litterarum spectes, atque ita etiam scribitur in *Not. Tir. p. 93.* et in *Gloss. Philox.*, idque sic adprobat *Consentius de barbar.* (edente *A. G. Cra-*

Digitized by Google

moro) 9. Simile est, ut cum dicit quis *lapidicinas* et *lapicidinas;* in utroque enim metaplasmus non est per transmutationem, quoniam utrumque certa etymologia recte et Latine dicitur. Haec *Consentius*. Ceterum si a *lapicida* derivatur, hoc autem a *lapis* et *caedo, lapicidina* est praeferendum, ut *ruina* est a *ruo, fodina* a *fodio*. — Quin etiam in *Inscr.* apud *Grut. 1035.* 2. et in *alia* apud *Labus, Epigr. Lat. Egis. p. 5. lapicaedinae* scribitur. — Porro

LAPICIDINAE significant locum, ubi eciduntur lapides; *cava di pietre*. *Cic. 1. Divin. 13. sub fin.* In Chiorum lapicidinis saxo diffisso, caput exstitisse Panisci. *Plaut. Capt. 3. 1. 24.* In lapicidinas compeditum condidi, Ubi rescivi mihi data esse verba. *Plin. 36. 11. 5.* Quantislibet molibus caedendis sufficiunt lapicidinae. *Id. 7. 57. 8.* Lapicidinas invenit Cadmus Thebis, aut, ut Theophrastus, in Phoenice. *Id. 37. 31. 1.* Lapicidinas aperire. *Id. 36. 49. 1.* Lapicidinae Anicianae. Adde *Vulg. Interpr. 4. Reg. 22. 6.* et *2. Par. 34. 11.* — **B)** *Servus a lapidinis*, fuit inter officia domus Augustae. *Inscr.* apud *Grut. 595. 8.* Hymenaeus Caesaris N. ser. Thamyrianus a lapicidinis Carystiis.

LĂPĬCĪDĪNĀRĬUS (et Lapidicinarius), ii, m. Nomen a *lapicidina;* qui lapicidinis praeest. *Inscr.* apud *Murat. 751. 2.* T. Tremelius T. L. Nestor lapicidinarius, et tabularius Portuensis a ratione marmorum. — *Gloss. Philox.* Lapicidinarius; λατόμος. Et mox. Lapidicinarius; λιθοξόος. V. LAPICIDINAE §. a.

LĂPĬDĀRIS, re. Adiect. a *lapis*, idem ac lapidarius. *Inscr.* apud *Orelli, n. 4334.* Termini lapidares.

LĂPĬDĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lapis;* ad lapides pertinens; *di pietra*. *Plaut. Capt. 3. 5. 65.* Inde ibis porro in latomias lapidarias. *Petron. Satyr. 117.* Quid vos, inquit, me iumentum putatis esse, aut lapidariam navem? *h. e.* qua vehuntur lapides. *Id. fragm. Tragur. 58. Burm.* Lapidarias litteras scio; *h. e.* quae in lapidibus quadratae et grandiores inscribi solent. *Inscr.* apud *Spon. Miscell. antiq. p. 223.* Opifices lapidarii. — **B)** *Lapidarii campi*, apud *Solin. 2.*, sunt lapidosi. V. LAPIDEUS §. 3. — **C)** *Hercules lapidarius* in *Inscr.* Niciensi apud *Orelli, n. 2012.* est idem ac *Saxanus*, quam vuc. V. suo loco, et Cf. LAPIDEUS §. 3. — **D)** Absolute, substantivorum more,

LAPIDARIUS, ii, m. (*subaudi* faber.) Est lapicida; *tagliapietre*. *Petron. Sat. 65.* Habinnas sevir est, idemque lapidarius, qui videtur monumenta optime facere. *Mela* apud *Ulp. Dig. 13. 6. 5. ante med.* Si servus lapidario commodatus sub machina perierit. *Edict. Diocl. p. 14. Hanbold.* Lapidario Structori X (*h. e.* denarii) quinquaginta. Adde *Firmic. 5. Mathes. 6.* et *Vulg. Interpr. Eccli. 43. 13.*

Nota. *Lapidarius* videtur differre a *marmorario*. Etenim *Inscr.* apud *Murat. 2045. 8.* et *Orelli, n. 4220.* Iovi et Nemauso Titulus (*fortasse leg.* Titulius) Hermes exactor operae publicae marmorarius et lapidarius: *sell. dat.* — Hinc et in *Edict. Diocl.* loc. supra cit. §. 4. *marmorario* statuuntur denarii sexaginta, loco quinquaginta.

LĂPĬDAT. V. LAPIDO §. 3.

LĂPĬDĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lapido;* factus lapidum, actus lapidandi; *lapidazione*. *Cic. 6. Verr. 45. ad fin.* Fit magna lapidatio. *Aurel. Vict. Vir. illustr. 73.* Intercedentem Baebium collegam facta per populum lapidatione submovit. — **B)** Lapidatio fuit etiam supplicii genus apud Hebraeos, tum etiam apud Macedones. Nam *Curt. 6. 11. ad fin.* Omnes ergo a Nicomacho nominatos, more patrio, dato signo, saxis obruerunt. Sed nullus est auctoris Latini locus, in quo ea vox hac significatione fuerit usurpata, inquit *Forcellinus* noster. Cf. LAPIDO §. 3. — **B)** De pluvia lapidum. *Flor. 3. 8.* Non diu lapidatione terruere Romanos. — **C)** Translate de casu grandinis, *Imp. Constantin. Cod. 9. 18. 4.* Ne vindemiae ventis, grandinisque lapidatione quaterentur.

LĂPĬDĀTOR, ōris, m. Verbale a *lapido;* lapides iaciens; *lapidatore*. *Cic. Dom. 5.* Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiae. *Gloss. Lat. Gr.* Lapidator; λιθωτής.

LĂPĬDĀTUS, a, um. Particip. verbi *lapido;* lapidibus ictus; *lapidato*. *Macrob. 2. Saturn. 6.* Lapidatus a populo Vatinius. — **B)** Translate. *Id. 2. ibid. 7.* Notantes impotentiam eius hac dicacitate lapidatam.

LĂPĬDESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *lapido;* in lapidem convertor, seu in lapideam duritiem; *diventr pietra, impietrire*. *Plin. 32. 11. 2. de coralio.* Aiunt, tactu protinus lapidescere. *Id. 24. 75. 4.* Spongiae ipsae lapidescunt. *Id. 16. 8. 5.* Glans, cuius in balano utrinque ex longitudine, extrema lapidescit duritia.

LĂPĬDĔUS, a um. Adiect. a *lapis;* ad lapidem pertinens, ex lapide constans; *di pietra*. *Cic. 2. Divin. 28.* Lapideus, aut sanguineus imber. *Liv. 1. 38. ad fin.* Muro lapideo urbem cingere. *Plin. 27. 74. 4.* Lapidea duritia. *Id. 34. 30. 3.* In lapideo mortario terere. *Varr. 3. RR. 5.* Flumen marginibus lapideis. *Id. ibid.* Lapideae columnae. *Inscr.* apud *Maffei, Mus. Ver. 423. 4.* Porticus lapideae marmoratae; *h. e.* e lapide structae, et opere tectorio marmorato ornatae. *Curt. 8. 2. a med.* Pons lapideus, flumini impositus, iungit urbem. — *P. Syrus* apud *Petron. Satyr. 55.* Quo Carchedonios optas ignes lapideos? *h. e.* gemmas ignei coloris. — **B)** Translate. *Plaut. Trac. 4. 3. 44.* Lapideus sum: commovere me miser non audeo; *son di sasso:* prae stupore et metu. *Enn.* apud *Fest.* sub v. *Neminis, p. 162. Müll.* Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis. — **B)** Est etiam lapidosus; *pieno di sassi*. *Plin. 3. 5. 4.* et *21. 31. 2.* Lapidei campi. Priore loco designat campum saxis plenum, in quo Hercules contra Neptuni liberos pugnans, cum tela omnia consumpsisset, ab Iove imbre lapidum adiutus dicitur. Credas, pluisse, inquit *Mela, 2. 5.*, adeo multi passim et late iacent. Is est in Gallia Narbonensi, non longe ab ostiis Rhodani. *Solin. 2.* in Liguria locat.

LĂPĬDĬCAESOR, ōris, m. Idem origine et significatione ac lapicida. *Gloss. Philox.* Lapidicaesor; λατόμος. V. LAPICIDA §. a. et b.

LĂPĬDĬCĪDĂ. V. LAPICIDA §. b.

LĂPĬDĬCĪNĂ. V. LAPICIDINAE §. a.

LĂPĬDĬCĪNĀRĬUS. V. LAPICIDINARIUS.

LĂPĬDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lapis*. — Particip. *lapidans* §. 3., *lapidandus* §. 5, *lapidatus*, V. suo loco. — Proprie est lapides iacio, lapidibus aliquem peto; *lapidare*. *Petron. Satyr. 93.* Per fidem, saltem nobis parce, qui te nunquam lapidavimus. *Auct. B. Hisp. 22.* Ab oppidanis concursu facto, eum, qui legatos ingulasset, lapidare coeperunt. *Flor. 1. 22.* Exercitus imperatorem, facta seditione, lapidavit. — *Suet. Cal. 5.* Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversae Deûm aree. — **B)** Item saxa congero, saxis tego. *Petron. Satyr. 114.* Si voluerit misericors ad idem litus expellere, aut praeteriens aliquis tralaticia humanitate lapidabit, aut imprudens arena componet. — **B)** Item lapidibus punio, quod genus erat supplicii apud Hebraeos usitatum. *Vulg. Interpr. Ioh. 10. 31.* Sustulerunt ergo lapides Iudaei, ut lapidarent eum. Et *2. Cor. 11. 25.* Semel lapidatus sum, ter naufragium feci. *Id. Act. 14. 18.* Lapidantesque Paulum traxerunt extra civitatem. Adde *2. Par. 10. 18.* et *alibi saepe*. *Tertull. contra Gnostic. 10.* Tum si lapidandus Christianus, grandines aderunt, etc. — **C)** Translate. *Vulg. Interpr. Eccli. 22. 1.* In lapide luteo lapidatus est piger. Et *ibid. 2.* De stercore boum lapidatus est piger. *Id. Ezech. 23. 47.* Et lapidentur lapidibus populorum. — **D)** Impersonaliter

II. *Lapidat, abat*, etc. Est lapidibus pluere. *Liv. 27. 37.* Novendiale sacrum fuit, quia Veiis de caelo lapidaverat. *Id. 29. 14.* Novendiale sacrum, quod de caelo lapidatum esset, factum. *Id. 29. 10.* Libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de caelo lapidatum inspectis. *Id. 43. 13.* Reate imbri lapidavit.

LĂPĬDŌSĪTAS, ātis, f. Abstractum a *lapidosus;* durities similis lapidi. *Tertull. Habit. mul. 6.* In piscium cerebris lapidositas quaedam est.

LĂPĬDŌSUS, a, um, Adiect. a *lapis*. — Comparat. *lapidosior* §. 2. — Proprie est lapidibus abundans; *sassoso, pietroso*. *Varr. 1. RR. 9.* Lapidosa terra. *Ovid. 1. Met. 44.* Frondе tegi silvas, lapidosos surgere montes. *Id. 8. ibid. 799.* Lapidosus ager. Et *15. ibid. 25.* fluvius. *Id. 3. Fast. 275.* rivus. — **B)** Item durus ad instar lapidis. *Claudian. B. Get. 240.* lapidosos grandinis ictus. *Virg. 2. G. 34.* Lapidosa cornus; *h. e.* quae nucleum intus habent durissimum. Sic *Colum. 10. 18.* lapidosa poma pruni. *Pallad. 3. 25.* Lapidosi generis pira. *Horat. 1. Sat. 3. 91.* Lapidosus panis. *Senec. 2. Benef. 7.* Fabius beneficium ab homine duro aspere datum, panem lapidosum vocabat, quem esurienti accipere, necessarium sit, esse acerbum. *Plin. 37. 54. 6.* Aromatites gemma lapidosa. *Id. 34. 30. 2.* Sory splendescit, ut misy, et est lapidosius. — **B)** Podagram *lapidosam* appellat *Pers. 5. 58.*, quia in articulis lapidosam duritiem creat.

LĂPILLESCO et

LĂPILLISCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *lapillus;* lapillus fio, et, translate, turgeo in modum lapilli. *Tertull. 2. ad nation. 12.* Denique simul coepit et Caelo vox insolescere, et ubera Terrae lapilliscere, faciunt nuptias inter se; *h. e.* ubi coepit pubescentis Caeli vox immutari, et Terrae papillae durae stantesque, seu soreriantes et horridulae fieri coeperunt, quales solent esse puellarum nuptias appetentium.

LĂPILLŬLUS, i, m. Deminut. a *lapillus;* parvus lapillus; *sassettino*. *Solin. 10.* Grues sublatis lapillulis ad moderatam gravitatem saburrantur.

LĂPILLUS, i, m. Deminut. a *lapis;* parvus lapis; *pietruzza, sassolino*. *Ovid. 11. Met. 604.* Iovitat somnos crepitantibus unda lapillis. *Plin. 10. 50. 2. de gruib.* Lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno, et decidens, indiligentiam sono coarguat. — *Vulg. Interpr. Amos, 9. 9.* Concutiam in omnibus gentibus domum Israël; sicut concutitur triticum in cribro et non cadat lapillus super terram; ἀλλογορικῶς. — **B)** Apud Medicos de calculo. *Plin. 28. 9. 2.* Lapillus erectus calculoso; *calcolo*. — **B)** Veteres solebant dies faustos albis, infaustos nigris lapillis signare. Hinc *Martial. 9. 53.* diesque nobis Signanda melioribus lapillis; *h. e.* albis. Sic *Pers. 2. 1.* Hunc, Macrine, diem numera meliore

ed by Google

lapillo. De hoc more verba facit et *Plin. 7. 44. 2.* et *3.* V. CALCULUS §. 14. — **4)** Item mos erat antiquis (inquit *Ovid. 15. Met. 41.*) niveis atrisque lapillis, illis damnare reos, illis absolvere culpae. — **5)** Lapillus idem etiam est ac lapis sepulcralis. *Inscr.* mendose apud *Muvat. 1536. 6.* et *2058. 4.*, emendata vero in *Anthol. Lat. T. 2. p. 269. Burm.* Parva sub hoc titulo Festi sunt ossa lapillo, Quae moerens fato condidit ipse pater. — **6)** *Lapilli* apud Scriptores rei agrariae adhibebantur ut termini. *Innocent. Cas. litter. p. 338. Lachm.* De area usque ad lapillum, hoc est terminum, fiunt pedes mille, usque ad alium lapillum fient pedes sedecim. *Auct. Incert. de limitib. p. 362. ibid.* Alii qui sunt lapilli facti tornatiles, sive alia factura breviores, hoc est minores, et in fine positi, etc. — **7)** De ludo, qui lapillis fiebat, V. TABELLA. — **8)** Saepe

II. *Lapillus* de gemmis dicitur, et fere quidem de margaritis; *pietra preziosa, gemma. Horat. 1. Sat. 2. 80.* inter niveos viridesque lapillos; *nivei* sunt margaritae: *virides* smaragdi. Sic *Senec. Hippol. 591.* nec niveus lapis Deducat aures, Indici donum maris. V. LAPIS §. 23. — Rursus *Horat. 1. Ep. 10. 19.* Lapilli Libyci; h. e. tesserulae e marmore Numidico. *Martial. 1. 110.* Indici. Et *5. 37.* Erythraei. *Propert. 1. 15. 7.* Eoi. *Ovid. de nuce, 141.* peregrini. *Id. 3. Art. am. 129.* caris aures onerare lapillis. — **9)** *Servius ICtus* apud *Ulp. Dig. 34. 2. 20. sub fin.* ita lapillos a gemmis distinguit, ut hae sint pellucidae materiae, lapilli non item: margaritas autem nec gemmis, nec lapillis contineri, ibidem *Sabinus* ait.

LĂPĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum transitiv. a *lapis;* durum efficio, et quasi in lapidem converto, apud Veteres; *impietvire. Pacuv.* apud *Non. 1. 87.* Lapit cor cura, aerumna corpus conficit; h. e. perstringit, et veluti indurat. — **2)** Apud *Fest.* ex *Paul. Diac. p. 118. Mull.* Lapit, dolore afficit.

Nota. *Voss.* in *Etymol.* verbum neutrum (h. e. intransitivum) putat, et haec verba ita exponit: cor lapit; h. e. lapidescit cura et moerore.

LAPIS, ĭdis, m. Nomen Graecae originis; ducunt enim a λαΐς pro λᾶας, deinde λάϜις, cum digammate Aeolico, unde *lapis.* — **b)** Reperitur et in genere feminino: ad *Homeri* similitudinem, inquit *Non. 3. 123.*, qui et ἡ λίθος dixit. *Enn. ibid.* Tanto sublatae sunt agmine tunc lapides. *Incert. Auct. de limit. p. 361. Lachm.* Terminum de lapide decisa viva invenies et pro termino habebis. Sic *lapis cromatica* apud *Rund. ibid. p. 506.* — **c)** Olim *lapis, is,* declinatum fuit. Hinc in ablat. *lapi* pro *lapide,* ut *Priscian. 6. p. 708. Putsch.* docet. *Enn. ibid.* Obcumbunt multi leto, ferroque, lapique. — **d)** *Lapiderum* pro *lapidum* dixit *Cn. Gell.* apud *Charis. 1. p. 40.* Sed haec iampridem obsolevere. — **e)** Derivata, *lapidaris, lapidarius, lapidatio, lapidator, lapidesco, lapideus, lapide, lapidositas, lapidosus, lapillesco, lapillulus, lapillus, lapio, lapisculus.* — **f)** Composita, *delapido, dilapido, elapidatus, lapicida,* (quod V. pro suis), *lapidicaesor.*

LAPIS universim dicitur petra, saxum; *pietra, sasso. Lucret. 1. 314.* Stillicidii casus lapidem cavat. *Caes. 2. B. G. 6.* undique lapides in murum iaci coepti sunt. *Cic. Mil. 15. fin.* Quum ille gladios destringendos, lapides iaciendos curavisset. *Id. Orat. 47.* et *Dom. 5. a med.* A quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit. *Petron. Satyr. 90.* Lapidibus aliquem prosequi. Et *ibid.* Lapides in quempiam mittere. *Sall. Iug. 61.* Lapidibus pugnare. *Plaut. Stich. 4. 2. 53.* Lapide percutere. *Nep. Reg. 2.* ictus. *Suet. Aug. 92.* Ensta inter iuncturas lapidum palma. — *Schol.* ad *Iuvenal. 10. 171.* Quam condidit urbem Semiramis, Nini uxor, et coctili latere munivit, quem hodie dicimus ordinarium lapidem. — **2)** *Lapis* differt a *silice,* quia *silex* est proprie lapis sectilis, *lapis* autem est petra suae formae et nulla arte elaborata. *Plin. 36. 29. 1.* Lunensem silicem serra secari. *Id. ibid. 51. 1.* Graeci e lapide duro, aut silice aequato construunt veluti latericios parietes. — Eodem ferme modo *Vitruv. 2. 8. ante med.* loquitur. — *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1831. p. 15.* Lapide siliceo viam sternere. V. SILEX. — **3)** Praeterea *lapis* differt a *marmore,* quod et rarius est, et solidius, et pretiosius, et ad subtiliora artis opera aptius. *Plin. 36. 5. 2.* Fuit tamen inter lapidem atque marmor differentia iam et apud Homerum. Dicit enim marmoreo saxo percussum. *Id. ibid. 46. 1.* In Cappadocia lapis repertus est duritia marmoris. *Lamprid. Elagab. 25.* Parasitis in secunda mensa saepe cenam coenam, nonnunquam vel marmoream, vel lapidem exhibuit; h. e. vel cibis e marmore sculpto, vel e naturalibus lapidibus vario colore cibos imitantibus. — Praeterea *lapis* genus est, marmor species, ita ut omne marmor lapis sit, non contra. V. *Plin. 36. init.* — **4)** Differt etiam a saxo, quod durius est, et asperius quid significat: lapis autem nitidioris est significationis. *Plin. 36. 49. 2.* Est et viridis silex, vehementer igni resistens, sed nunquam copiosus: et ubi invenitur, lapis, non saxum est. Adde *ibid. 30. 1.* — **5)** Haec tamen discrimina passim negliguntur. *Cic. 1. Orat. 57. sub fin.* Lapides mehercule omnes fere coëgisset. *Curt. 5. 1. a med.* Supra pilas lapide quadrato solum stratum est. *Virg. 2. G. 348.* Lapis bibulus; h. e. arenarius, vel pumex. Et *1. ibid. 278.* incusus; h. e. mola cudendo asperata. *Plin. 36. 30. 1.* molaris. *Virg. 1. Aen. 593.* Parius. *Plin. 36. 30. 3.* vivus; *pietra focaia. Id. 36. 23. 1.* fugitivus. *Id. 2. 98. 1.* sarcophagus. *Id. 33. 28. 1.* schistos. *Id. 10. 4. 1.* aetites. *Id. 36. 46. 1.* translucidus. Et *ibid. 44. 1.* viridis. *Id. 37. 76. 1.* vulgaris. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6616.* turbinatus. — De *lapidibus Tiburtino, Lydio, Lunensi, Lacedaemonio,* etc., V. suo loco partim in *Lexico,* partim in ONOM. — De *lapide arenario, bibulo, rubro,* V. *Michaël de Rossi* apud *Ioh. Bapt. fratrem* in *Roma sotterr. T. 1. p. 21.* — **6)** Solebant Veteres lapide albo diem faustam notare. Hinc *Catull. 68. 148.* Quo lapide illa diem candidiore notet; h. e. albo calculo. V. CALCULUS §. 14. et LAPILLUS §. 3. — **7)** Apud *Plaut. Asin. 1. 1. 18.* Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? h. e. in pistrinum et molam. — **8)** *Lapidem ferre altera manu, altera panem ostentare,* proverb. apud *Eund. Aul. 2. 2. 18.* de iis, qui palam blandiuntur, ut clam deinde noceant. — **9)** *Verberare lapidem,* aliud proverb. de eo, qui ludit operam, et in eo laborat, in quo plus est damni, quam utilitatis. *Id. Cure. 1. 3. 41.* Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum. — **10)** *Lapides loqui,* res auditu molestas, duras et acerbas dicere. *Id. Aul. 2. 1. 29.* mihi misero cerebrum excutiunt Tua dicta, soror: lapides loqueris. Contra *Aristoph. Nub. v. 907.* Ῥᾴδι' ἐξήμας. — **11)** *Iovem lapidem iurare,* V. IUPPITER §. 7. — **12)** *Omnem movere lapidem,* proverb. omnia experiri, nihil intentatum relinquere; *far di tutto.* Graece *Plin. 1. ep. 20.* Omnia pertento, omnia experior. πάντα denique λίθον κινῶ. — **13)** *Intra lapidis iactum* est intra illud spatium, ultra quod lapis communis iaci nequit. *Apul. Florid. n. 2.* Nec cernere nos nisi intra lapidis iactum valere. — Sic et *Vulg. Interpr. Luc. 22. 41.* Avulsus est ab eis quantum iactus est lapidis. — **14)** *Lapidem super lapidem ponere* apud *Eund. Agg. 2. 15.* est aedificium exstruere, cui contrarium est *lapidem super lapidem non relinquere; h. e.* penitus destruere, evertere, *ibid. Luc. 19. 44.* — **15)** Metaphorice dicitur de homine tardo, stulto, stupido, bardo, ignavo, ut et λίθος Graecis. *Ter. Heaut. 4. 7. 3.* I, quid stas, lapis? Quin accipis? Et *5. 1. 43.* Quot res dedere, ubi possem persentiscere, Ni essem lapis! *Tibull. 1. 11. 59.* Ah lapis est ferrumque, suam quicumque puellam Verberat. — **16)** Etiam de defuncto et sepulto usurpatur. *Inscr.* apud *Marini, Arv. p. 635.* Qui modo iucundus gremio superesse solebat, Hic lapis in tumulo nunc iacet ecce miser. — **17)** Per synecdochen. *Horat. 1. Sat. 6. 116.* Coena ministratur pueris tribus, et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet; h. e. mensa, vel repositorium ex albo marmore. *Mensam vinariam* intelligit. V. MENSA. — **18)** Pro ipso opere lapidario. *Apul. 2. Met. 4.* Canes utrinque secus deae latera muniunt, qui canes et ipsi lapis erant. His oculi micantur . . . et, sicunde de proximo latratus ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire. — **19)** Speciatim

II. *Lapis* apud Medicos dicitur calculus in vesica. *Macrob. 7. Sat. 13. 21.* Nam postremo lapides, qui de potu in vesica nascuntur, cur numquam in ventre coalescunt, etc.? V. CALCULUS §. 3. — **20)** Item *lapis* saepe est limes in agro positus; *termine. Tibull. 1. 3. 43.* non fixus in agris, Qui regeret certis finibus arva, lapis. Hic etiam *sacer* dicebatur, vel quia saepe Dei alicuius; vel quia nefas erat illum violare; vel denique quia Terminus ipse Deus habebatur. *Liv. 41. 13.* In Crustumino avem sangualem, quam vocant, sacrum lapidem rostro cecidisse. *Senec. Hippol. 528.* Nullus in campo sacer Divisit agros, arbiter populis, lapis. *Lactant. 1. 20. ad fin.* Lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est Terminus. V. infra *Nota* II. — **21)** Item *lapis* dicitur sepulcri tegumen. *Tibull. 1. 3. 54.* Fac, lapis his scriptus sit super ossa notis. *Propert. 3. 1. 37.* Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro. *Lapidem ultimum,* vocat *Id. 1. 17. 20. Suet. Vit. 10.* Lapis memoriae Othonis inscriptus. — *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6801.* Q. Statio Paeto P. Q. (h. e. Pedes Quadratos) XII., lapides IIII. Faustus *libertus* et Hilarus Cacurius *Dederunt;* h. e. quatuor cippos ad angulos aream sepulchralis positos. Cf. CIPPUS §. 2. — *Lapides inscripti* inter finales recensiti. V. INSCRIPTUS §. 1. *in fin.* — **22)** Item lapillus, seu gemma; *pietra preziosa. Catull. 69. 5.* Non illam raras labefactes munere vestis, Aut pelluciduli delicis lapidis. Adde *Tacit. 3. Ann. 53. Vulg. Interpr. Ezech. 28. 14.* in medio lapidum ignitorum ambulasti; h. e. circumdatus gemmis fulgurantibus. — **23)** Saepe autem margaritam significat; *perla. Ovid. 1. Art. am. 432.* Elapsusque cava fingitur aure lapis. *Senec. Here. Oet. 661.* Nec gemmiferas detrahit aures Lapis Eoa lectus in unda. Et *Hippol. 591.* nec niveus lapis Deducat aures, Indici donum maris. Adde *Horat. 3. Od. 2. 48., Sil. 12. 231.* et *Martial. 11. 80.* et V. LAPILLUS §. 8. — Huc etiam plerique trahunt locum *Catulli* modo allatum. — *Macrob. 5. Sat. 17. 17.* Eum *(unionem)* mature dissolutum, uti natura est eius lapidis, absorbuit *(Cleopatra).* — **24)** De calice gemmis distincto. *Apul. 2. Met. 19.* Hic vitrum fabre sigillatum, ibi crystallum impunctum . . . et

Digitized by Google

sucinum mire cavatum in lapides, ut bibas. V. *Hildebr.* et quos laudat, ad *h. l.* — **25)** Fuit Romae locus eminens, seu lapideus suggestus, ad quem venales servi prostabant, et a praeconibus proclamabantur. Hinc homo de lapide emptus; *scil.* abiectus, vilissimus. *Plaut. Bacch. 4. 7. 17.* nescis nunc, venire te: Atque in eo ipso astas lapide, ubi praeco praedicat. *Colum. 3. 3. circa med.* Vel de lapide noxium comparare. — **26)** Hinc iterum translate. *Cic. Pis. 15.* Praeter duos de lapide emptos tribunos plebis; *h. e.* pretio corruptos, et quasi mercede conductos. V. MENSA. — **27)** De usu

III. *Lapidum* gravissimi ponderis in palaestris locus classicus extat *Hieronym.* in *Comment.* ad illud *Zachar.* apud *Vulg. Interpr. 12. 3. Ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes, qui levabunt eam, concisione lacerabuntur.* Mos est, inquit, in urbibus Palaestinae et usque hodie per omnem Iudaeam vetus consuetudo servatur, ut in viculis, oppidis et castellis rotundi ponantur lapides gravissimi ponderis, ad quos iuvenes exercere se soleant, et eos pro varietate virium sublevare, alii usque ad genua, alii usque ad umbilicum, alii ad humeros et caput, nonnulli super verticem, rectis iunctisque manibus, magnitudinem virium demonstrantes, pondus extollunt. In arce Athenicosium, iuxta simulacrum Minervae, vidi sphaeram aeneam gravissimi ponderis, quam ego, pro imbecillitate corpusculi mei, movere vix potui. Quum autem quaererem, quidnam sibi vellet, responsum est ab urbis eius cultoribus, athletarum in illa massa fortitudinem comprobari, nec prius ad agonem quemque descendere, quam ex levatione ponderis sciatur quis cui debeat comparari. — Hinc lucem capiunt rotundi lapides duo magni Pompeiis reperti in loco, ubi palaestra exstitisse videtur, et de quibus verba facit *Minervini* in *Bullett. Archeol. Napolet. a. 1857. p. 113.* — **28)** Metonymice *lapis* est spatium mille passuum in viis; *un miglio:* quia Romanis singula passuum millia in viis militaribus lapide, seu columella distinguebantur, in qua inscriptum erat, quoto milliario ab Urbe distaret. *Rutil. 2. ibid. 7.* Intervalla viae fessis praestare videtur, Qui notat inscriptus millia crebra lapis. *Varr. 3. RR. 2. a med.* Fundus in Sabinis, qui est ad quartum et vicesimum lapidem, via Salaria, a Roma. *Plin. 10. ep. 24. in fin.* Municipium et agri sunt ultra centesimum et quinquagesimum lapidem. *Plin. alter, 33. 36. 1.* Effoditur ad vigesimum ab Urbe lapidem. *Liv. 5. 4. ad fin.* Intra vicesimum lapidem. *Tacit. 3. Ann. 43.* Duodecimum apud lapidem. *Iustin. 22. 6.* Castra deinde in quinto lapide a Carthagine statuit. *Al. omittunt* in. *Flor. 2. 6. a med.* Moventi castra a tertio lapide Annibali Deos restitisse. Et *sub fin.* iam non a tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat. *Ovid. 2. Fast. 682.* Sacra videt fieri sextus ab urbe lapis. — Huiusmodi lapidum exempla multa habes in *Inscr.* apud *Grut. p. 153. 154. 155. 156.* et *158.* et innumeros alios. — **29)** Interdum lapis omittitur. *Tacit. 2. Hist. 24.* Ad duodecimum a Cremona locus Castorum vocatur. Et *3. ibid. 15.* Ad octavum a Bedriaco progressus. — *Marmor* posuit *Martial.* pro *lapis*. V. MARMOR. — **30)** Denique apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulgato Interprete*.

III. *Lapis* varie sumitur, sensu imprimis figurato; tribuitur enim aliquando hominibus ad indicandam eorum firmitatem. Sic *Genes. 49. 24. de Iosepho*. Inde pastor egressus est lapis Israël. — Sic de Christo ipso prophetice *Zachar. 3. 9.* Super lapidem unum septem oculi sunt (Cf. *Apoc. 5. 6.*) Et *4. 7.* Quis tu, mons magne, coram Zorobabel? in planum: et educet lapidem primarium et exaequabit gratiam gratiae eius. *Mons magnus* est Lucifer, quem Deus in planum deducet, et in lapide primario Christo aedificabit Ecclesiam. V. *Interpr.* ad *h. l.* — **31)** Hinc idem Christus *lapis angularis* dicitur *Isai. 28. 16.*, coll. *Paul.* ad *Ephes. 2. 20.* Quare *Vigil. Tapsens. 2. contra Pallad. 6.* Lapis angularis dicitur, quia utrosque parietes Novi et Veteris Testamenti unus et mediator in semetipso continens copulavit. V. ANGULARIS §. 4. et 5. — Hinc etiam de Christi discipulis *Petr. 1. ep. 2. 5.* Et ipsi tanquam lapides vivi superaedificamini, domus spiritualis, etc. — **32)** Contra *lapis ostensionis* dicitur *ibid. 8.* idem Christus iis, qui non credentes in eum offendunt, a quo demum opprimentur. Cf. *ad Rom. 9. 32–33.* — **33)** Veteres solebant rerum pondera calculis et lapidibus metiri, qui in sacculis asservabantur, ne quo dolo aut casu iustum pondus immutaretur. Hinc *Prov. 1. 6. 11.* Pondus et statera iudicia Domini sunt et opera eius omnes lapides sacculi; *h. e.* iustissima in pondere et mensura. — **34)** *Lapides cineris* apud *Isai. 27. 9.* sunt flammarum vi dissoluti. — **35)** *Lapis caliginis* apud *Iob 28. 3.* est lapis sepulchralis. — **36)** *Amplexari lapides* apud *Rund. 24. 8.* dicuntur egeni, qui tecto et vestimento carentes, in speluncas se abdunt. — **37)** Apud *Eund. 3. 23.* Cum lapidibus regionum pactum tuum, et bestiae terrae pacificae erunt tibi; *h. e.* nullo periculo laederis, nec e lapidibus per viam occurrentibus, neque e bestiis; ἀλληγορικῶς. — **38)** Apud *Eccli. 21. 9.* Qui aedificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides in hieme; *h. e.* aedificium inique exstructum non durabit, instar parietis tempore hiberno ducti, cuius lapides non diu cohaerescunt, frigore calcis firmitatem impediente. — **39)** Apud *Eund. 6. 23.* Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, et non demorabuntur proicere illam; *h. e.* insipientes et vecordes pondus sapientiae ferre non possunt, sed succumbentes oneri eam proiiciunt tanquam lapidem viribus suis graviorem. — **40)** *Lapis oneris* apud *Zachar. 12. 3.* V. supra §. 27. — **41)** A lapide, qui iuxta viam ponitur, aut quo aliquid fit vel quo via sternitur, haec quoque varie translata ducuntur. *Eccli. 37. 23.* Qui statuit lapidem proximo, offendet in eo. Et *21. 11.* Via peccantium complanata lapidibus. Et *32. 25.* In via ruinae non eas et non offendes in lapides. *Thren. 4. 1.* Dispersi sunt lapides sanctuarii. *Ierem. 3. 2.* Et moechata est *(Ierusalem)* cum lapide et ligno; *h. e.* cum Dits gentium ex lapide factis. Cf. *Isai. 57. 19.* — Huc spectat *Minuc. Octav. 5.* Non boni viri est, Marce frater, hominem . . . sic in hac imperitiae vulgaris caecitate deserere, ut tam luculento die in lapides eum petiaris impingere, effigiatos sane et unctos et coronatos; quum scias huius erroris non minorem ad te, quam ad ipsum infamiam redundare. — **42)** *Lapides grandinis* est grando ad instar lapidis habens magnitudinem et duritiam, in illo *Eccli. 43. 18.* In magnitudine sua possit *(Deus)* urbes, et contracti sunt lapides grandinis. Cf. GRANDO §. 2. et LAPIDATIO §. 4. — **43)** Tempus spargendi lapides et tempus colligendi; *h. e.* elargitionis et parsimoniae, proverbialiter dictum apud *Eccle. 3. 5.* — **44)** *Lapides repletionis* dicuntur, qui ponuntur in logio, hoc est in pectore pontificis collocantur, inscripti nomine tribuum filiorum Israël. Ita *Rufin.* vertens *Homil. Orig. 13.* in *Exod. n. 7.*, qui *ibid.* sic etiam vertit locum *Exod. 35. 27.* Gemmas obtulerunt, et lapides smaragdos et lapides repletionis et lapides adhumerales. Cf. *Vulg. Interpr. loc. cit.*

Nota I. Discrimen inter *lapidem* et *saxum* habet *Isid. 1. Differ. n. 537.* « *Saxa*, inquit, tantum durissima, nam *lapis* et dura et mollis est petra. » — Sed *Cornel. Fronto, p. 2204. Putsch.* « *Saxum* naturale, *lapis*, qui e saxo caesus est. » V. supra §. 4. — **2)** Aliud discrimen inter *lapidem* et *silicem*, V. supra §. 2. et inter *lapidem* et *marmor*, §. 3. — Inter *lapidem* et *petram*, V. PETRA. — Inter *lapidem* seu *lapillum* et *gemmam*, V. LAPILLUS §. 9. — **Nota II.** ad §. 20 *Lapides terminales* apud Scriptores rei agrariae variis epithetis inter se distinguuntur, quorum seriem hic addam, lectorem ad unumquodque eorum pro expositione, si opus fuerit, remittens. Sunt itaque lapides huiusmodi: *Augusteus, caesalis, casalis, cectorialis, centurialis, columniacus, cromaticus, cultellatus, damnatus, dispectus, dolatus, duodrantalis, enchorius, finalis, fluvialis, Galliensis, gammatus, Graecanus, gregalis, ignifer, inscriptus, lamnicus, linsatus, mutus, nativus, naturalis, peregrinus, politus, quadratus, signatus, silicineus, solidus, terminalis, Traianus, triumviralis.* — **Nota III.** Artifices praecipui qui circa lapides occupantur, et de quibus suo loco erit sermo, habentur: *caesores, characterarii, lapidarii, marmorarii, mulinarii, politores, quadratarii, sculptores, statuarii*. V. singulas voces et Cf. GEMMA in *Nota* §. 3. — De his et *Faustinus Corsi, Delle pietre antiche*.

LAPISCŬLUS, i, m. Deminut. a *lapis;* parvus lapis. *Marcell. Empir. 8. §. 2. circa med.* Hirundinis ventriculo scisso, albi ac nigri lapisculi inveniuntur. Adde *Alcim. Avit. ep. 78.*

LAPISTHUS. } V. voc. seq.
LAPISTRUS. }

LĂPISTUS, Lapisthus et Lapistrus, i, m. Vox incertae originis et significationis, quae legitur in loco corrupto *Isid. 17. Orig. 10. 20.*, ex quo tamen arguitur genus quoddam oleris fuisse. Cf. *Lindem.* et *Arev.* ad *h. l.* — Fortasse est *lapsana*, quam voc. V. suo loco.

LAPPA, ae, f. Nomen, tribuli genus significans, quod ducunt a Graeca voce λαβεῖν; prehendere, quod vestes prehendat. Aliter sensisse videtur *Isid.* loc. infra cit. — **b)** Per duo *pp* scribendum esse, monuit *Mar. Victorin. 1. 4. 12.* — Hinc male quidam *lapago* unico *p* scribunt, ut apud *Isid. 17. Orig. 9. 84.* — **c)** Derivata, *lappaceus, lappago*.

LAPPA genus est tribuli, ut supra diximus, Italico *lappola*, capitula habens leviter hamata, ideoque vestibus adhaerentia. *Virg. 1. G. 151.* intercunt segetes: subit aspera silva, Lappaeque, tribulique. *Ovid. 2. Pont. 1. 14.* Mixta tenax segeti crescere lappa solet. Hinc *Plin. 18. 44. 4.* eam numerat inter frugum morbos. *Id. 21. 64. 1.* Notabile et in lappa, quae adhaerescit, quoniam in ipsa flos nascitur; non evidens, sed intus occultus, et intra seminat, velut animalia, quae in se pariunt. *Id. 24. 116. 1.* Lappa, quae canaria appellatur. *Id. 26. 66. 3.* boaria. — *Isid. 17. Orig. 9. 66. Lappa* dicta, quod habeat caulem ingentem per terram dispositam. Haec herba a Graecis φιλάνθρωπος vocatur, quod vestibus hominum inhaereat ob asperitatem sui. Nascitur iuxta muros. — **2)** *Lappa maior* eadem habetur ac herba personacea apud *Marcell. Empir. 17. post med.* Radicis lappae maioris, idest herbae personaceae, etc.

LAPPĂCĔUS, a, um. Adiect. a *lappa;* lappae formam habens. *Plin.*

Digitized by Google

22. 10. 1. de helxine. Semina in capitibus lappaceis adhaerentia vestibus.

LAPPĂGO, ĭnis, f. Nomen a *lappa*, quo species quaedam herbae significatur, quae lappae similis est: ut *cunilago*, quia similis cunilae. *Plin.* 26. 65. 1. Et lappago similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, gravis odoris: quae talis est, mollugo vocatur. Cf. LAPPA §. b.

LAPSĂBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *lapso;* labascens; *rovinoso. Senec. ep. 52. a med.* Puta duo aedificia excitata esse, ambo paria, aeque excelsa, aeque magnifica: alterum puram aream accepit, illic protinus opus crevit; alterius fundamenta lapsabunda, in mollem ac fluidam demissa humum, multumque laboris exhaustum est, dum pervenitur ad solidum. *Alii leg.* laxabunda. *Alii rectius leg.* alterum fundamento laxa habet. *Prosper Vit. Contempl.* 2. 4. Undante lapsabundi corporis motu.

LAPSĂNĂ, ae, f. Vox Graeca, λαψάνη et λαμψάνη (unde etiam *lampsana* scribitur), qua genus quoddam oleris significatur, seu cymae silvestris, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo: alvum lenit et mollit. Ita *Plin.* 20. 57. 1., ubi inter silvestres brassicas recenset. *Celsus* vero refert inter ea, quae stomacho sunt aliena, 2. 25., et quae urinam movent *ibid.* 31. *Varro* inter ea, quae triplicem fructum praebent, 2. *RR.* 16. 6 *med.*, scilicet cibum, mel, ceram. Creat enim florem apibus amicissimum, ut est apud *Colum.* 9. 4. *ad fin.* Hic denique inter ea, quae conditura servantur, 12. 7. — **B)** Proverbium est *lapsana vivere* de victu praeparco minimique sumptus: quod tangere videtur *Plin.* 19. 41. 7. ubi narrat exercitum Iulii Caesaris inter iocos militares alternis versibus exprobrasse ei, lapsana se vixisse apud Dyrrachium, praemiorum parcimoniam cavillantes. Cf. voc. seq.

LAPSĂNĪUM, ii, n. Idem origine et significatione ac praecedens. *Hieronym. in Reg. S. Pachom.* 52. Sed reddere poterit ei, qui attulit, sive lapsania, quod genus herbarum est viliorum, sive paues, sive olera praemordica. *Cassian. 4. Instit.* 22. Lapsania, sal frictum olivae, etc. — *Id. 4. ibid. 11.* Summae reputantur deliciae, si herba sale condita, quam lapsanium vocant, aqua diluta, ad refectionem fratribus apponatur. *Alii leg.* lapsanum.

LAPSĂTUS, a, um. Particip. verbi *lapsor;* labascens; *cascante.* — Translate. *Tertull. carm. ad Senat.* 13. *de Isiacis.* Lapsatosque tenent extenso poplite lumbos.

LAPSĬLIS, le. Adiect. verbale a *labor, eris*, idem ac lubricus. *Gloss. Philox.* Lapsilis; γλίσχρος. — **B)** *Lapsilis* pro *dapsilis*, V. DAPSILIS §. b.

LAPSĬNŌSUS, a, um. Adiect. verbale a *lapso*, forma minus proba; quare *Cavedoni* in *Opusc. di Mod. T. 7. p. 330.* suspicatur emendandum in *lapsiosus* in illo *Vulg. Interpr. Ital. Ierem.* 23. 12. Facta est via eorum lapsinosa in tenebris. *Vulg.* noster habet *lubrica.* — Legitur autem in *Gloss. Gr. Lat.* ὀλισθηρὸς; lapsivosus, lubricus. *Lapsivosus* fortasse est pro *lapsinosus*, aut contra.

LAPSĬO, ōnis, f. Verbale a *labor, eris;* casus, lapsus, ruina, praecipitium; *caduta, rovina, errore. Cic. 4. Tusc.* 12. Haec in bonis rebus facilitas nominetur, in malis proclivitas, ut significet lapsionem.

LAPSĬŌSUS et LAPSĪVŌSUS. } V. LAPSINOSUS.

LAPSO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *labor, eris*, forma activa, pro qua et forma deponenti *lapsor, āris, ātus sum, āri*, agnoscitur a *Diomed. 1. p. 338. Putsch.* — **b)** Hinc est particip. *lapsatus*, quod V. suo loco; *lapsans* §. 1. et 3. — **c)** Derivata et Composita, V. in LABOR, ĕris, suo loco.

LAPSO proprie est saepe labor, nutanti incertoque gradu incedo; *cadere spesso, sdrucciolare. Flor.* 2. 10. Cum subinde crapula et capitis errore lapsaret. *Virg.* 2. *Aen.* 531. Priamum trementem, et in multo lapsantem sanguine nati. *Tacit. 1. Ann.* 65. Equi sanguine suo, et lubrico paludum lapsantes. *Sil.* 3. 651. tumulis delatus iniquis, Lapsantem dubio devexa per invia nisu Firmabat gressum. — *Ennod. Paneg. Theodor.* 11. Si venires lapsantibus tremebunda vestigiis, aevum gaudia commutarent. — **B)** Pro cadere. *Stat. 3. Theb.* 223. Gyan vidi lapsare cruentae Vulnere Myrmidonis. — **3)** Translate. *Gell. 1.* 15. Qui sunt leves, et futiles, et importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi, verbis humidis et lapsantibus diffluunt; h. e. ultro et facile ex ore excidentibus. *Ennod. 2. epigr.* 67. Ebria lapsantis confessus verba Thaliae.

LAPSOR, ōris. V. voc. praeced. §. a.

LAPSUS, a, um. Particip. verbi *labor, ĕris*, adiectivorum more etiam adhibitum, pro quo *labsus* a nonnullis scribitur, quod in aliquib. MSS. vidisse se, testatur *Pier.* ad 2. *G.* 505. et 3. *ibid.* 448., sed improbant *Dausq.* et vulgatior usus. — Nihilominus *Prob. Instit. Art. p.* 126. *Keil.* unice *labsus* recte scribi dicit, confirmatque *Auct. Append.* ad *Prob. p.* 199. *ibid.* Hinc in optimo Cod. Medic. Virg. sic fere semper scribitur, teste *Wagner, Orthogr. Verg. p.* 462. — Quare utraque ratio aeque probabilis videtur. — **b)** *Lapsus* et *lassus* in MSS. et editis libris aliquando inter se confusa fuisse, docet *Cort.* ad *Lucan. 1.* 695. et 3. 623. apud *Hildebr.* ad *Apul. 5. Met.* 22.

LAPSUS proprie est qui in terram ruit, prolapsus; *caduto, sdrucciolato. Horat. 2. Sat. 8.* 72. si patinam pede lapsus frangat agaso. *Val. Flacc. 6. 366.* Galea lapsa solo insonuit. *Senec. Thyest.* 701. regium capiti decus bis terque lapsum est. *Val. Flacc. 4. 503. de Harpyiis.* Hoste novo turbata lues, lapsaeque rapinae Faucibus. *Ovid. 3. Fast.* 29. cum lapsa capillis Decidit ante sacros lanea vitta focos. *Virg. 2. Aen.* 695. stella de caelo. *Horat. 2. Od.* 19. 11. mella cavis truncis. *Propert. 1. 3.* 23. lapsos formare capillos; *trecce cadute.* Et 2. 12. 3. somno lapsi ocelli. *Tacit. 4. Hist.* 22. Lapsus in somnum. — *Senec. Hippol.* 564. Lapsae genae. Sic *Suet. Aug.* 99. Malae labentes. Et *Stat. 3. Silv. 3.* 59. oculi iam morte cadentes. Et *Claudian. B. Gild.* 21. Vox tenuis, tardique gradus, oculique iacentes, Interius fugere genae. — **B)** Translate. *Caes. 3. B. G.* 53. Lapsus spe; *caduto di speranza. Apul. 5. Met.* 22. Lapsa salute; *di salute rovinata. Iustin. 20. 4.* Populum in luxuriam lapsum, auctoritate sua ad usum frugalitatis revocavit. *Id.* 21. 2. In segnitiem lapsus. *Tacit. 4. Ann.* 6. in adulationem. *Ovid. 2. Amor. 8. 7.* verbo lapsus in uno; h. e. cui imprudenti verbum unum excidit: vel qui in verbo peccavit. *Lucret.* 2. 176. Lapsus a vera ratione. *Cic. Marcell. 6. sub fin.* Boni viri non cupiditate, aut pravitate aliqua lapsi, sed opinione officii, sed specie quadam reipublicae; *che hanno fallato.* Et *Deiot.* 3. Errore communi lapsus. Et 7. *Phil.* 6. consilio. Et 10. *ibid.* 2. inopia verbi. *Suet. Caes.* 56. memoria. *Ulp. Dig. 27. 8. 1. a med.* facultatibus; *caduto in povertà. Cic. 2. Offic.* 3. in re aliqua. *Suet. Caes.* 48. mente; *fuor di cervello, pazzo.* Sic *Val. Max. 3. 3. n.* 2. Lapsae mentis error. *Virg. 4. G.* 449., *Ovid. 1. Trist. 3.* 33. et *Senec. Herc. Fur.* 646. Lapsae res; h. e. afflictae, accisae, adversae. *Virg. 4. G.* 249. generis lapsi sarcire ruinam; *razza mezzo estinta. Plin. Paneg.* 13. Disciplinam castrorum lapsam exstinctamque refovisti. *Ovid. 2. Heroid.* 102. Lapsa fides; *mancanza di parola. Curt. 6. 2. init.* Omnia in externum morem lapsa; *degenerate.* — *Plaut. Cist. 2. 1. 11.* Ita amor lapsum animi ludificat, fugat, agit; *abbattuto d'animo, scorato. Alii leg.* lassum. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LAPSUS, i, m. Eodem sensu translato. *Ovid. 2. Pont. 9. 11.* Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis; h. e. qui statu exciderunt, afflictis, miseris. *Propert. 1. 1.* 25. Et vos, qui sero lapsum revocatis, amici, Quaerite non sani pectoris auxilium; h. e. qui in morbum amoris incidit. — **4)** *Lapsi* in plur. num. universim dicti sunt apud Scriptores Ecclesiasticos Christiani illi, qui persecutionis tempore minis aut tormentis cessere, quique *delecti, facentes, prostrati* etiam appellantur, dum e contrario ii, qui in fide permansere, *stantes.* Horum lapsorum tres praecipue numerabantur classes, nempe eorum, qui libellis securitatem paciscebantur, et *libellatici* dicti sunt: item eorum, qui thus adolebant aut de victimis epulabantur, et *thurificati* seu *sacrificati* dicebantur; item eorum, qui christianum nomen eiurarunt et *apostatae* sunt appellati. De his omnibus, V. *Cyprian. ep. 9.* et *seqq.*, imprimis vero eius *librum*, qui *de Lapsis* inscribitur, *Augustin.* aliosque Ecclesiae patres. — **5)** Deinde

II. *Lapsus* dicitur et de iis, quae descendunt, defluunt, decurrunt, ut aquae, aves, angues, et huiusmodi. *Val. Flacc. 1. 399.* anguis lapsus ab arbore. *Ovid. 15. Met.* 354. lapsi de fontibus amnes. *Val. Flacc. 3.* 234. lapsus montibus anguis. *Martial. 4. 64.* Lapsae per Tiberim volant carinae. *Virg. 2. Aen.* 262. Demissum lapsi per funem; *calatisi.* Et 5. *G.* 457. ima dolor balantum lapsus ad ossa; *penetrato.* Et 7. *Aen.* 574. penitusque in viscera lapsum Serpentis furiale malum. *Tacit. 3. Hist. 71. sub fin.* Ignis lapsus in porticus. — **B)** Pro elapsus. *Id. 3. Ann.* 10. Lapsus custodia. Et 11. *ibid. 31. extr.* Seu forte lapsa vox in praesagium vertit; *scappata di bocca. Curt. 5.* 13. E manibus custodientium lapsus; *scappato. Virg. 3. Aen.* 243. *de Harpyiis.* celeri fuga sub sidera lapsae. — **7)** De iis, quae sensim ac tacite praetereunt. *Ovid. 4. Trist. 6.* 17. cuncta potest tacito pede lapsa vetustas. *Ulp. Dig. 3. 2. 6.* Lapsa tempora.

LAPSUS, us, m. Verbale a *labor, eris*, idem quod lapsio, prolapsio; *sdrucciolamento, caduta. Virg. 10. Aen.* 750. infrenis equi lapsu iacens. *Apul. 9. Met.* Assiduis lapsibus contusa crura. *Plin. 22. 20. 1.* Contra ulcera, rupta, lapsusque. *Id. 9. 57. 1.* Nullo lapsu frangunturi. *Id. 7. 57. 2.* Lapsu scalarum exanimatus. *Liv. 24. 35. sub fin.* Sustinere se a lapsu. — **B)** Translate est error, culpa per imprudentiam admissa; *errore, fallo. Cic. 1. Acad.* 12. Cohibere et ab omni lapsu continere temeritatem. *Id. 2. Orat.* 83. Cum sint populares multi variique lapsus. *Plin. 5. 1.* 12. Haud alius fidei pronior lapsus, quam ubi falsae rei gravis auctor exsistit; *non è più facile l'ingannarsi nel credere*, etc. — **3)** Deinde

II. *Lapsus* est etiam cursus, decursus; *scorrimento, corso:* et dicitur de aquis, stellis, avibus et huiusmodi. *Cic. 1. Divin.* 44. Si lacus emissus lapsu et cursu suo ad mare profluxisset. *Id. ibid.* 11. *in carm. de suo consul.* Sic stellae certo lapsu spatioque feruntur.

Digitized by Google

Virg. 4. Aen. 524. medio volvuntur sidera lapsu. *Cic. 2. Nat. D. 39.* Volucrum lapsus atque cantus. *Val. Flacc. 1. 91.* Dene celeri per aethera lapsu Diversas petiere vias. *Ovid. 8. Met. 165. de Maeandro.* ambiguo lapsu refluitque fluitque. *Colum. 1. 5.* Aqua palustris, quae pigro lapsu repit. *Horat. 1. Od. 12. 10.* rapidos fluminum lapsus morari. *Virg. 2. Aen. 223.* At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. *Id. 7. ibid. 349.* anguis inter vestes lapsus. — *Cic. fragm.* apud *Lactant. 3. 19.* Castos animos puros, integros levi quodam et facili lapsu ad Deos pervolare. — **4)** Translate. *Id. Senect. 15.* Vitis serpens multiplici lapsu et erratico. — **5)** *Lapsus rotarum* apud *Virg. 2. Aen. 235.* sunt ipsae rotae, aut cylindri labentes, quibus subiectis facilius moles aliqua movetur et traducitur.

LĂQUĔAR, āris, n. Nomen origine et significatione idem ac lacunar, per ἀντίστιχον, ut ait *Isid. 15. Orig. 8. 6.*, quod in recto casu varie effertur; nam *laquear*, recti casus positio, est a *Priscian. 6. p. 691. Putsch.* Alii ponunt *laqueare*, alii *laquearium*. *Virg. Cul. 62.* si nitor auri Sub laqueare domus animum non tangit avarum. In *Gloss. Philox.* Laquear; καλύμματα: Laqueare; κανίδωμα: Laquearium; ὁρόφωσις, ὀροφή. Hanc postremam habent etiam *Isid. 19. Orig. 12.* et *Serv.* ad *1. Aen. 730.* Immo et *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6584.* Aedem trium camerarum vetustate collapsam, addito cultu meliori laqueariorum, pecunia propria reformavit. — Quamvis autem tribus diversis Graecis vocibus reddantur, eae tamen eandem fere significationem habent. Cf. LACUNAR. — **b)** Derivata, *laquearius* et *laqueo* secundo loco.

LAQUEAR idem est, ut diximus, ac lacunar; *sfondo, soffitta, cielo della stanza. Virg. 1. Aen. 730.* dependent lychni laquearibus altis. Et *8. ibid. 25.* summi laquearia tecti. *Senec. ep. 90.* Versatilia coenationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat, et toties tecta, quoties fercula, mutentur. V. LAQUEATUS §. 2. *Plin. 33. 18. 1.* Laquearia, quae nunc et in privatis domibus auro teguntur, post Carthaginem eversam primo inaurata sunt in Capitolio, censura L. Mummii. *Id. 12. 5. 1.* Laetior quam marmorum nitore, picturae varietate, laquearium auro. *Apul. 5. Met. sub init.* Summa laquearia citro et ebore curiose cavata subeunt aureae columnae. *Claudian. B. Get. 225.* Laquearia auro fulta. *Vulg. Interpr. 3. Reg. 6. 9.* Laquearia cedrina. *Id. Cantic. 1. 16.* cypressina. Adde loca cit. supra in §. a.

LĂQUĔĀRĔ et LĂQUĔĀRĬUM. } V. voc. praeced. §. a.

LĂQUĔĀRĬUS, ii, m. Nomen a *laquear;* qui laquearia facit. *Imp. Constantin. Cod. Theod. 13. 4. 2.* Architecti, laquearii, albarii, lignarii, etc. — **2)** Item gladiator. V. vocem sequent.

LĂQUĔĀTOR, ōris, m. Verbale a *laqueo;* qui laqueum iniicit. *Isid. 18. Orig. 56.* fuisse ait gladiatores *laqueatores* dictos, quorum pugna erat eiusmodi, ut adversarium iniecto laqueo captare studerent, atque irretitum confodere. Hos Latini *retiarios* dicunt. *Isid.* tamen ab his diversos laqueatores facit, cum de retiariis *ibid. 54.* verba faciat. *Alii* apud *Isid. legunt* laquearii.

LĂQUĔĀTUS, a, um. Particip. verbi *laqueo*, qua est a *laqueus;* laqueo irretitus, ligatus; *allacciato, legato. Colum. 6. 19. extr.* Ceterum corpus laqueatum et distentum temonibus obligatur. *Paulin. Nolan. Carm. 20. 74.* Fit laqueus laqueatus homo, et sua praeda latronem Decipit. — **2)** Deinde, qua est a *laquear*,

II. *Laqueatus* est laquearibus ornatus; *soffittato. Enn.* apud *Cic. 1. Tusc. 35.* et *Horat. 2. Od. 18. 11.* Tecta caelata, laqueata. *Lucret. 2. 28.* laqueata aurataque templa. *Suet. Ner. 31.* Coenationes laqueatae tabulis eburneis versatilibus, ut flores; fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur. V. LAQUEAR §. 1. *Ovid. 2. Fast. 313.* Antra subit tophis, laqueataque pumice vivo. — *Vulg. Interpr. Agg. 1. 4.* Numquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis?

LĂQUĔO, ās, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *laqueus*. — Particip. *laqueatus*, V. suo loco §. 1. — Proprie est laqueo irretio; *allacciare. Manil. 5. 659.* extentis laquearе profundum Retibus, et pontum vinclis arctare furentem. *Grat. Cyneg. 29.* cassem Per senos circum usque sinus laqueabis; *h. e.* nectes. — *Lactant.* ad *Stat. 11. Theb. 644.* Erigone se nimio luctus dolore laqueavit; *si appiccò.* — **2)** Translate. *Iuvenc. 1. 337.* si te forte oculi dextri laqueaverit error. Adde *Palaemon. p. 1384. Putsch.* — **3)** Deinde

II. *Laqueo* est etiam a *laquear*. — Particip. *laqueans*, infra, *laquеatus*, V. suo loco §. 2. — Est laquear facio; *soffittare. Manil. 1. 532.* Haec igitur texunt aequali sidera tractu Ignibus in varios caelum laqueantia formas; *h. e.* in modum laquearis caelum conformantia. V. LAQUEAR §. 1. et LAQUEATUS §. 2.

LĂQUĔUS, i, m. Nomen, quod ducunt a *lac*, quae vox fraudem significat, teste *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Lacit, p. 116. Müll.*, unde *lacio;* in fraudem induco. V. LAX et Cf. LACIO §. a. et b. — **b)** Derivata, *laqueator, laqueo.* — **c)** Composita, *oblaqueo, circumlaqueo, elaqueo, illaqueatus, illaqueo, oblaqueo, sublaqueo.*

LAQUEUS proprie est vinculum ita nexum, ut pondere magis claudatur; *laccio. Virg. 1. G. 139.* Tum laqueis captare feras et fallere visco. *Phaedr. 4. 1.* mus, Qui saepe laqueos et muscipula effugerat. *Liv. 1. 26.* Duumvir inquit, i lictor, colliga manus: accesserat lictor, iniiciebatque laqueum. *Caes. 7. B. G. 22.* Laqueis falces avertebant. *Cic. 6. Verr. 17.* Collum inserere in laqueum. *Sall. Cat. 55.* Laqueo gulam alicui frangere; *strozzare. Senec. Hippol. 259.* vitam finire. *Ovid. 7. Met. 604.* claudere animam. Et *10. ibid. 378.* innectere fauces. Et *6. ibid. 132.* ligare guttura. *Horat. 1. Ep. 16. 37.* premere collum. *Id. 2. Sat. 3. 131.* aliquem interimere. *Senec. Hippol. 1088.* Implicare laqueo tenaci corpus. *Propert. 2. 28. 48.* in validis laqueis haerere. *Suet. Vitell. 17.* Iniicere cervicibus laqueum. — *Plin. 36. 4. 2.* Quempiam ad laqueum compellere; *vidurlo ad appiccarsi*. Et *Ovid. 2. Heroid. 141.* Colla quoque, infidis quia se nectenda lacertis Praebuerant, laqueis implicuisse libet; *voglia d' impiccarsi*. — Huc spectat *Inscr.* apud *Orelli, n. 4404.* Quei sibi laqueo manus attulisset, etc. — **2)** Translate est fraus, insidiae. *Ovid. 3. Art. am. 591.* Captus amator cadit in laqueos. Et *2. ibid. 595.* rivali laqueos disponere. — **3)** Et universim quidquid capere potest et constringere. *Cic. Mil. 13. a med.* Cum illam belluam, iudicii laqueos declinantem, iam irretitam teneret. *Id. Cluent. 55.* Laquei legum, et conditionum, ac iudiciorum. *Plin. 2. ep. 8.* Nomquam ne hos arctissimos laqueos, si solvere negatur, abrumpam? *h. e.* occupationes, negotia. *Apul. 6. Met. 5.* Quo rursum itaque tantis laqueis inclusa, vestigium porrigam? *angustie*. — **4)** Praesertim vero captiosum argumentum, aut verbum. *Cic. 1. Orat. 10. a med.* Stoici disputationum suarum, atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. *Id. Fat. 4.* Ad Chrysippi laqueos revertamur. *Id. Caecin. 29.* Verbi laqueo capere. *Quintil. 5. 10. a med.* In laqueos inexplicabiles incidere. *Plin. 1. ep. 8.* Involvere se laqueis insidiosae interrogationis. *Gell. 13. 10.* Enodare laqueos iuris; *difficoltà, oscurità*.

LAR, āris. V. LARES.

* LĂRĀLĬĂ, ium, n. Dies festi in honorem Larium. In *vet. Kalendario Maffaeor.* apud *Grut. 133.* in mense Decembri legitur LAR. NP., quod perperam quidam interpretati sunt LARalia Nefastus Primo, cum potius LARentalia legendum sit; quam vocem vide. — Quae autem *Laralia* memorat *Fest.* sub v. *Popularia p. 233. Müll.*, videntur omnino compitalia fuisse. V. *Momms.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 382.*

LĂRĀRĬUM, ii, n. Nomen a *lares*, quo significatur sacrarium domesticum, sive locus, in quo Dii tutelares domus reponebantur et adorabantur; *cappelletta di casa*. Scribit *Lamprid. de Alex. Sever. 29.* et *31.* eum in lrario suo sanctiore et maiore rem divinam matutinis horis factitasse ad effigies Deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum et Christum: in secundo Lrario habuisse simulacrum Virgilii et Ciceronis et aliorum. Sic L. Vitellius Auli Vitellii imp. pater, Narcissi et Pallantis imagines aureas inter Lares coluit, uti narrat *Suet. Vitell. 2. extr.* — *Onom. Lat. Gr.* Lrarium: ἱερεῖον.

Nota. De nonnullis *lrariis* antiquis verba facit *Cavedoni* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1855. p. 10.* et *seqq.*

LARBA. V. LARVA §. c.

LARDĀRĬUM, ii, n. Nomen a *lardum* pro *laridum;* lardi frustum. *Not. Tir. p. 167.* Lardum, lardaria. Itali dicunt *lardelli*. — Sed *Caiet. Marini* in *Pap. Diplom. p. 371. col. 1.* putat, *lardaria* significare carnem porcinam, et esse nominativum singularem: hinc *porcum lardarium* in antiquis diplomatibus esse *il porco ingrassato* Italorum, et *anniculum*, qui unius anni habet aetatem, quique integer coquebatur, edebaturque simul in convivio.

LARDĀRĬUS, a, um. V. LARDARIUM.

LARDĀRĬUS, ii, m. Nomen a *lardum;* qui lardum vendit. *Inscr.* apud *Grut. 647. 4.* L. Nessinius Potiti L. Primus lardarius.

LARDĪNUS, a, um. Adiect. a *lardum;* ad lardum sive laridum pertinens. Hinc *Lardinus* dictus est pater M. Iunii Corocottae Porcelli, de quo V. in voc. seq., et in cuius *testamento* leg. Patri meo Verrino Lardino do, lego etc.

LARDĬO, ōnis, m. Deminut. a *lardum;* parvum lardum. Est nomen unius ex septem testibus, qui subscripserunt testamento M. Grunii Corocottae Porcelli, apud *Grut.* inter spuria *p. 18.*, de quo V. in SUBULARIUS.

LARDUM, i, n. V. LARIDUM.

LĀRENTĀLĬĂ et Larentinalia (*perperam* Laurentalia *vel* Laurentinalia), ium, n. Feriae in honorem Accae Larentiae, vel Larentinae, cui pontifices in Velabro X. Kal. Ianuar. sacrificabant: ut constat ex *Cic. 1. ad Brut. 13.* et *Kalendar. Maffaeorum* et *Praenestin.* apud *Foggininm* in *Fast. Verrii Flacci, p. 116. Ovid. 3. Fast. 55.* Non ego te tantae nutrix Larentia gentis, Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes. Vester honos veniet, cum Larentalia dicam: Acceptus genio ille December habet. *Varr. 6. LL. 3. a med.* Feriae publicae Larentinae: is dies, quem

Digitized by Google

quidam in scribendo Larentalia appellant, ab Acca Larentina nominatur, cui sacerdotes nostri publice parentant; et hinc alii eum diem dicunt parentalia Accae Larentinae. Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in novam viam exitur, ut aiunt quidam, ad sepulcrum Accae. Ita locum emendat *Fogginius loc. cit. p. 81. Lactant. 1. 20.* Huius *(Larentinae)* nomini etiam dies festus dicatus est, et Larentinalia constituta. Aliter tamen *Müll. h. l.* legit, qui sane corruptus est, nempe: *Larentinal, quam diem quidam in scribendo Larentalia appellant.* V. integr. loc. Porro *Larentinal* eadem ratione est ac *Bacchanal.* — *Macrob. 1. Sat. 10. 11.* Decimo Kalendas feriae sunt Iovis, quae appellantur Larentinalia; de quibus, etc. V. integr. loc. et ACCA LARENTIA in ONOM.

LARENTINAL et LARENTĪNĀLĬA, LARENTINUS, a, um. } V. voc. praeced.

LĂRES, um *et* ium, *rarius in sing. num.* Lar, ăris, m. Nomen proprium Deorum, qui aedibus et familiis praeesse putabantur, quodque etiam commune est factum; quare partim in *Onomastico* partim in *Lexico* eius ratio esset habenda. Verum cum utraque nominis acceptio mutuo se adiuvet atque illustret, rectius visum est hoc loco nonnulla ex iis, quae in *Lexico* iam habentur, referre; quemadmodum et de *Penatibus* suo loco faciemus, lectorem, qui pleniora desiderat, ad *Onomasticum* remittentes. — **b)** De origine autem vocis ita *Arnob. 3. p. 124.* Lares arbitratur vulgus vicorum atque itinerum Deos esse, ex eo quod Graeci vicos cognominant λάρας (λᾶρος; vicus, platea, a λάρος; latus). Alii vero putant, Etruscam esse vocem, quae principem et praesidem significat. — **c)** *Lases* olim dicebantur, qui nunc Lares, teste *Terent. Scaur. de Orthogr. p. 2252. Putsch.*, sed temporum mutatione transierunt, uti monet *Quintil. 1. 4. 13.* Hinc in *Carm. Arval.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 603.* Enos Lases iuvate; *h. e.* Nos, Lares, iuvate. — In recto casu et *Las* pro *Lar*, se legisse testantur *Incert. Auct.* in *fragm. art. grammat. p. 98. Endl.* — **d)** Genitivus plur. est *Larum* et *Larium:* sed illud frequentius. *Cic. 3. Nat. D. 25.* Fanum Orbonae ad aedem Larum. *Al. leg.* Larium. *Id. 2. Leg. 8.* Lucos in agris habento, et Larum sedes. *Al.* Larium. *Liv. 40. 52.* Dedicavit aedem Larium Permarinum. *Varr. 5. LL. 8.* Lucus Larum. In *monum. Ancyrano* apud *Momms. IV. 7.* Aedem Larum in summa sacra via. Adde *ibid. VI. 33.* — **e)** Derivatum, *lararium.* Cf. LARIDUM §. 2. et LARVA §. 2. — **f)** Composita, *Larifuga, larophorum.*

LARES, quinam proprie fuerint, non satis ostendi potest; de ipsis enim non una est opinio inter Veteres ipsos. Sunt qui Lares duos filios Larae seu Larundae Nymphae fuisse tradunt, qui compita et vicos servare et pro Urbis conservatione vigilare putabantur, ut *Ovid. 2. Fast. 615.* habet. Alii putant eosdem esse cum Manibus, alii tres Idaeos Dactylos, Damnameneum, Acmonem, Celmonem: alii aërios Deos et Heroas, alii Larvas, hoc est Genios, et functorum animas mortuorum. *Diomed. 3. p. 475. Putsch.* et *Arnob. loc. cit.* V. LARVA §. 1. — In universum autem tenendum est, omnium aedium ac familiarum Deos habitos fuisse, quibus focus peculiariter sacer erat, quique praeterea apud ditiores Sacrarium habebant (V. LARARIUM), in quo eorum sigilla servabantur. Iis sacra fiebant publice in compitis (V. COMPITALIA), eorumque cultus ex Urbe etiam in municipiis et coloniis invaluit, itemque in provinciis, ut patet ex innumeris Lapidibus inscriptis apud *Grut. Murat. aliosque.* — **2)** Erant praeterea Lares urbium agrorumque habiti custodes, et praesides omnium locorum, quae ab hominibus incolerentur. *Plaut. Aul. prol.* 2. Ego sum Lar familiaris, ex hac familia, Unde exeuntem me aspexistis. *Id. Mere. 5. 1. 5.* Di Penates meûm parentum, familiaeque Lar pater, Vobis mando, meûm parentum rem bene ut tutemini: Ego mihi alios Deos Penates persequar, alium Larem. Et *5. 2. 24.* invoco Vos, Lares viales, ut me bene iuvetis. *Tibull. 1. 1. 23.* Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri Custodes, fertis munera vestra, Lares. — **3)** Quod Penates et Lares distinguit *Plaut. cit. Mere. 5. 1.*, in eo discrimen est, quod Lares communes erant omnium aedium, et vulgo ab omnibus colebantur: Penates erant singularum proprii, quos sibi quaeque familia custodes tutoresque adsciscebat. Laribus in foco, Penatibus in atrio, aut interiore aedium parte sacra fiebant. Lares denique in compitis quoque ac vicis, Penates domi solummodo colebantur. Haec tamen discrimina non ubique certa sunt. — **4)** Porro cum in singulis aedibus focus iis sacer esset, factum est, ut

II. *Lares* per metonymiam ponerentur pro aedibus, atque etiam pro patria urbe; *casa, patria.* — In sing. num. *Cic. 3. Verr. 11.* Relinquent orationes? relinquent larem familiarem suum? Et *ibid. 54.* In agros atque ad suum larem familiarem redirent? *Sall. Cat. 21.* Illos binas aut amplius domos continuare: nobis larem familiarem nusquam ullum esse? *Horat. 1. Od. 12. 43.* avitus apto Cum lare fundus. *Id. 2. Ep. 2. 51.* Lar paternus. *Id. 1. Sat. 2. 56.* patrius. *Id. 3. Od. 29. 14.* Parvo sub lare. *Ovid. 1. Trist. 3. 30.* Capitolia cernens, Quae nostro frustra iuncta fuere lari. *Id. 1. Fast. 478.* Deserit Arcadium, Parrhasiumque larem. *Martial. 11. 82.* Lar conductus; *casa affitto.* Et *1. 77.* Flacce, Antenorei spes et alumne Laris; *h. e.* urbis Patavii. *Senec. Med. 30.* per urbes erret ignotas egens, Exsul pavens, invisus, incerti Laris. *Cassiod. 8. Par. 16.* Ipsa quodammodo dignitas in penatibus vestris larem posuit, et domesticum factum publicum decus. — *Inscr.* apud *Renier, n. 56.* Moenia . . . nostri publice lar populi. — In plur. num. *Ovid. Rem. am. 502.* Sub titulum nostros misit avara lares. *Horat. Carm. secul. 59.* Iussa pars mutare lares et urbem Sospite cursu. — **5)** Improprie de nido avium. *Ovid. 5. Fast. 242.* Nunc avis in ramo tecta laremque parat. *Val. Flacc. 4. 44.* Fluctus ab undisoni ceu forte crepidine saxi Cum rapit alcyones miserae fetumque laremque. — **6)** Apud Astronomos *Lar* est etiam signum caeleste, de quo V. in ARA §. 16.

LĂREX, ĭcis. V. LARIX §. b.

LARGĀTUS, a, um. Adiect. a *largus*, participiorum more effictum; ampliatus; *allargato. Cassiod. 2. Var. 39.* Humores noxia infusione largati. Ita edidit *Garetius*, laxati *alii rectius leg.*

LARGĒ. Adverb. a *largus. Cf.* LARGITER et LARGITUS, *infl.* — Comparat. *largius* §. 1., superlat. *largissime* §. 1. — Proprie est copiose, abunde, liberaliter; *in abbondanza, largamente. Cic. Mur. 4. ad fin.* Quod dandum est amicitiae, large dabitur a me. *Sall. Cat. 16.* Plerique Sullani milites largius suo usi; *avendo speso alla grande. Horat. 1. Od. 9. 5.* ligna super foco Large reponens. *Hirt. B. Alex. 1. extr.* Aquam large praebere. *Plin. 9. ep. 2.* Varietas rerum largissime suppetit. *Phaedr. 2. 6.* Large dapem dividere cuipiam. *Cic. 5. Verr. 61.* Cuius mihi copiam quam largissime factam oportebat. *Id. Rosc. Am. 8. in fin.* Large effuseque donare. *Suet. Domit. 21.* Convivari frequenter ac large. *Cic. 3. Verr. 88.* Large liberaliterque aestimare. *Id. 2. Nat. D. 47.* Pastum animantibus large et copiose natura comparavit. *Q. Cic. Petit. cons. 11. ad fin.* Large atque honorifice promittere. *Plaut. Aul. 2. 2. 19.* Nemini credo, qui large blandus est dives pauperi. *Colum. 3. 14. sub fin.* et *Plin. 10. 52. 2.* Large bibere. *Id. 12. 32. 4.* Deos adorare; *h. e.* nulla turis parcimonia adhibita. *Id. 7. 51. 2.* Quibus *(vita)* largissime contigit; *a chi è toccato vivere assai.* Et *5. 15. 4.* Large frequentare locum aliquem; *in gran numero.* Et *21. 51. 1.* Thymum large florescens. *Horat. 2. Ep. 2. 215.* Largius aequo; *più del dovere. Gell. 4. 17. ad fin.* I litteram, quae in vocabulo quoque gemina esse debet, paulo uberius largiusque pronunciabat; *h. e.* maiore et longiore sono. *Tacit. 6. Ann. 15.* Senatusconsultum large factum; *un decreto ampio.* — **2)** Pro facile; *facilmente. Plin. 17. 50. 8.* iuxta oleam seri ficum iubet, non ampliore intervallo, quam ut contingi large possit ramo oleae quam maxime sequaci atque obedituro. — **3)** Pro late, ut videtur. *Id. 2. 8. 8.* Sol montem Idam exoriens dextra laevaque large amplectens. *Id. 36. 24. 6.* Amplitudinem cavis eam fecisse proditur, ut vehem foeni large onustam transmitteret. *Pallad. 1. 30.* Anseribus large vagandi licentia prohibetur.

LARGĬFĬCUS, a, um. Adiect. a *largus* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; copiosus, abundans; *abbondante. Lucret. 2. 627.* Stipe largifica aliquem ditare.

LARGĬFLŬUS, a, um. Adiect. a *largus* et *fluo;* large et abundanter fluens. *Pacuv.* apud *Cic. 3. Orat. 59.* Grando mixta imbri largifluo, subita et praecipitans cadit. *Lucret. 5. 597.* Largifluus fons. — **2)** Translate. *Pelag. pap. ep. 12. de Deo.* Ut vos largifluus pietate sua servet incolumes.

LARGĬLŎQUUS, a, um. Adiect. a *largus* et *loquor;* large loquens, multiloquus, verbosus; *abbondante di parole, ciarliero. Plaut. Cist. 1. 2. 2.* quae ubi saburratae sumus, Largiloquae extemplo sumus: plus loquimur, quam sat est. *Id. Mil. 2. 3. 47.* Nonne tibi istam praetruncari linguam largiloquam iubes?

LARGĪMENTUM, i, n. Verbale a *largior*, syllabica adiectione productum, idem ac largitas. *Fulgent. 1. Mythol. praef.* Quae amphora eveniunt, non hominis, sed divinum est largimentum.

LARGĬO, is, īre. V. voc. seq. §. a.

LARGĬOR, īris, ītus sum, īri. Verbum transitiv. a *largus*, forma deponens, pro qua et *largio* dictum fuit olim, positione activa. *Accius* apud *Non. 7. 19.* Benigne, et pro beneficio largito, atque ampliter. *Lucil. ibid.* Quod viscus dederas tumidum, hoc in viscera largi; *h. e.* largito. Confirmat haec *Priscian. 8. p. 797. Putsch.* — **b)** *Largibor* in futuro pro *largiar:* quod in verbis quartae Prisci factitarunt. *Plaut. Bacch. 4. 7. 50.* Libertatem Chrysalo largibere. Cf. INLARGIO. — **c)** Et *largibar* pro *largiebar. Propert. 1. 3. 25.* largibar munera somno. — **d)** *Largirier* paragoge pro *largiri* apud *Plaut. Asin. 5. 2. 82.* V. loc. infra §. 3. — **e)** Particip. *largitus*, V. suo loco. — **f)** Derivata et Composita, V. in LARGUS suo loco.

LARGIOR proprie est large praebeo: item simpliciter, dono; *dare in abbondanza, donare largamente, donare. Cic. Rosc. Com. 10.* Largitus est scilicet homo liberalis et dissolutus, et bonitate affluens Fannius Roscio. *Id. Quint. 2.* Hortensio summam copiam facultatemque

Digitized by Google

dicendi natura largita est. *Id. Har. resp. 25.* Utrisque secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. *Horat. 2. Ep. 1. 15.* Largiri honores alicui. *Tacit. 16. Ann. 11.* pecuniam in servos. Et *1. ibid. 28.* agros emeritis. *Martial. 5. 19.* opes veteri fidoque sodali. *Plaut. Pers. 2. 3. 13.* Amico homini mea ex crumena largior. *Caes. 6. B. G. 25.* Gallis autem propinquitas, et transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam atque usus largitur; *somministra abbondevolmente. Hirt. B. Afr. 87. extr.* De sua pecunia largitus est. *Cic. 5. Fam. 8. ad fin.* Cum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. *Id. Balb. 22.* Largiri civitatem. *Id. 3. Leg. 17.* libertatem istam populo, ut etc. *Plaut. Amph. 1. 1. 155.* coenam esurientibus. — **2)** Non raro de iis dicitur, qui pecuniam donant corrumpendi causa, et coëmendorum suffragiorum: unde *largitio. Sall. Cat. 39.* Senatum criminando, plebem exagitare, dein largiundo et pollicitando magis incendere. *Id. Iug. 15.* Quemcumque possint largiundo parare, ne cunctentur. *Liv. 3. 1.* Largiendo de alieno, popularem fieri. — **3)** Translate. *Iustin. 6. 7.* Tanto patriae, et penatium conspectus praesentia, quam recordatione sui, maiores spiritus largiuntur. *Plaut. Asin. 5. 2. 81.* Istiosce patrem aequum mores est liberis largirier? *instillare, infondere. Id. Mil. 4. 6. 28.* Tu te vilem feceris, si te ultro largiere; *h. e.* te offeres, copiam tui facile et saepe facies. *Cic. 1. Orat. 15. a med.* Duo illa relinquamus: idque largiamur inertiae nostrae; *doniamo.* Sic *5. Fam. 12.* Amori nostro plusculum etiam, quam concedit veritas, largiare. *Tacit. 3. Ann. 70.* Sane lentus in suo dolore esset: reipublicae iniurias ne largiretur; *h. e.* remitteret, condonaret. *Plin. 2. 21. 4.* Largiri cuipiam occasionem impudentiae; *h. e.* praebere; *dare. Plaut. Capt. 4. 2. 49.* laetitiam alicui; *recare. Plin. 17. 35. 47.* Si largiatur crassitudo; *ne sia capace.* Sic *Colum. 5. 9. ante med.* Si tempus non largitur; *non permetta. Scaevola, Dig. 35. 2. 25.* Reditus largitur annuam praestationem; *rende. — Cic. Senect. 25.* Si quis Deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repuerascam; *mi conceda. — Virg. 10. Aen. 495.* Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est, Largior; *lo concedo, lo permetto.*

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei et dat. personae, pro quo nonnumquam et alter accusat. adhibetur cum praepos. *in*, vel *ad*, si accusat. sit rei (V. §. 1.), addito vel etiam ablat. cum praepos. *de* aut *ex*, sequente aliquando coniunctivo cum particula *ut*, aliquando vero absolute. Singulare est illud *Virg. 10. Aen. 495.* V. loc. supra §. 3. *in fin.*

LARGĪTAS, ātis, f. Abstractum a *largus;* largitio, liberalitas; *liberalità, generosità. Ter. Heaut. 5. 1. 51.* Vehemens in utramque partem es nimis, Aut largitate nimia, aut parcimonia (Adde *Adelph. 5. 9. 28.*). *Cic. Brut. 4.* Ut impendiis augere possimus largitatem tui muneris. *Macrob. 7. Saturn. 5. a med.* Aliquem continua largitate ditare. — **2)** Translate. *Cic. 2. Nat. D. 62.* Terra fruges cum maxima largitate fundit. — **3)** Item copia. *Vulg. Interpr. Deut. 30. 9.* Et abundare te faciat Dominus . . . in rerum omnium largitate.

Nota. Discrimen inter *largitatem* et *largitionem* statuit *Isid. 1. Differ. n. 333.* « *Largitas* humanitatis est; *largitio* ambitionis. » Haec ex *Agroetio, p. 2273. Putsch.*

LARGĪTER. Adverb. origine et significatione idem ac large. Cf. *Incert. art. grammat. fragm. p. 110. n. 178. Endl.* — Proprie est large, abunde, valde, affatim; *assai, in abbondanza, largamente. Caes. 1. B. G. 18.* Dumnorigem non solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse. *Brut. ad Att. inter ep. 1. ad Brut. 17.* Persuade tibi, de voluntate mea propria nihil esse remissum, de indicio largiter. *Plaut. Truc. a. 3. v. 11.* Opus nutrici, utrem ut habeat veteris vini largiter. *Horat. 1. Sat. 4. 132.* fortassis et istinc Largiter abstulerit longa aetas, liber amicus, Consilium proprium. *Plaut. Epid. 3. 4. 49.* argentum stulte datum Reor, atque peccatum largiter; *asserzi commesso un grosso fallo. Suet.* in *Vita Lucani, in fin.* Largiter epulatus. *Id. Aug. 89.* Largiter praestare alicui; *superare di molto. Hirt. B. Afr. 72. ad fin.* Ut iumenta bestiarum odorem, stridorem, speciem non reformidarent, largiter erat consecutus; *avea abbastanza ottenuto, che* etc. *Lucret. 6. 1110.* facies hominum distare videntur Largiter; *di gran lunga.* — **2)** Interdum vim habet substantivi. *Plaut. Rud. 4. 4. 144.* Credo, illic inesse auri et argenti largiter. Et *5. 2. 28.* Largiter mercedis indipiscar. *Apul. Apol. 28.* Largiter aquae superest mihi.

LARGĪTĬO, ōnis, f. Verbale a *largior;* actus largiendi, distributio donorum, liberalitas; *donativo, liberalità, largizione. Caes. 1. B. C. 39. extr.* Duas res consecutus est, quod pignore animos centurionum devinxit, et largitione redemit militum voluntates. *Auct. B. Hisp. 1. sub fin.* Ut ex eius pecunia latronum largitio fieret; *h. e.* in latrones. *Hirt. B. Alex. 4.* Largitionem in milites auget; *eresce il donativo a' soldati.* Et *Caes. 3. B. C. 51. extr.* Maximas largitiones fecere. — **2)** Saepe *largitio* in malam partem accipitur pro distributione pecuniae, quae fit ad aucupandum favorem in petitione honorum, et ad benevolentiam conciliandam potentiae comparandae causa. *Cic. 2. Orat. 25.* De ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere. *Id. Plane. 15.* Tribum turpi largitione corrumpere. *Caes. 1. B. G. 9.* Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat. *Liv. 4. 43. a med.* Largitione pessimi exempli seditionem concire. *Sall. Cat. 5.* Pro pudore, pro abstinentia, pro virtute, audacia, largitio, avaritia vigebant. *Id. Iug. 18. extr.* Largitio famosa et impudens. *Vellei. 2. 20.* Corrupti spe largitionis milites. *Nep. Milt. 6.* Populus largitione magistratuum corruptus. *Id. Amilc. 3.* Largitione vetustos pervertit mores Carthaginiensium. *Iustin. 1. 9.* Regnum, quod fraude quaesierant, indulgentia et largitionibus confirmant. *Suet. Caes. 13.* Pontificatum maximum petiit, non sine profusissima largitione. — **3)** Item universim pro quacumque prodigentia; *profusione, scialacquamento. Senec. 1. Benef. 2.* Nullius rei, minime beneficiorum, honesta largitio est. — **4)** Est etiam concessio; *concessione. Cic. Balb. 13. a med.* Nunquam est intermissa a maioribus nostris largitio et communicatio civitatis. — **5)** Item administratio: *amministrazione. Cic. Mur. 20.* In iure dicundo gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam aequitatis largitio. — **6)** Specialim

II. *Largitiones* imperatorum tempore sunt fiscus, seu aerarium principis, ex quo scilicet congiaria populo distribui solebant. Hinc *Impp. Constantin. et Constans, Cod. 7. 62. 21.* Triginta auri pondo largitionibus nostris cogatur inferre. *Imppp. Valentinian., Valens et Gratian. Cod. Theod. 9. 21. 7.* Quidquid ex auro hominum privatorum in monetis publicis repereris figuratum, id omne nostris scias largitionibus vindicandum. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. 10. 23. 2.* Sacrarum vel privatarum largitionum palatina officia. — **7)** Hinc *officium sacrarum largitionum* in *Cod. Theod. 6. 30.* (qui titulus est *de Palatinis Sacrarum largitionum et rerum privatarum*) *7. §. 1.* Quas dignitates per singula scrinia, officium sacrarum largitionum habere statutum est, etc. V. integr. loc. — **8)** Et *Comites largitionum*, vel *Sacrarum largitionum*, de quibus V. in COMES §. 14. — **9)** *Comites largitionum rerumque privatarum* pertinere videntur ad tempora Constantiniana. Antiquissima lex ad eos est anni 340. in *Cod. Theod. 12. 1. 30.*, quam proxime sequuntur aliae a. 343. *ibid. 10. 10. 7.* et *11. 7. 5.* — Huc spectat *Inscr.* apud *Orelli*, n. *3189.* Ti. Corconius V. C. ex comite largitionum privatarum ex prae. fieri sibi ius.

Nota. Discrimen inter *largitionem* et *largitatem*, V. sub v. LARGITAS in *Nota*.

LARGĪTĬŌNĀLIS, le. Adiect. a *largitio;* ad largitiones, seu fiscum principis pertinens, ut *Largitionales officiales*, qui eum fiscum curant, *Impp. Valentinian. et Valens, Cod. Theod. 12. 6. 15.* Adde *ibid. 8. 7. 6.* etc. — **2)** *Largitionales tituli, ibid. 1. 15. 2.* atque hinc *Comites largitionalium titulorum, ibid. 1. 5. 12.*, qui et simplicius *Comites titulorum* appellantur, *ibid. 1. 10. 8.*, videntur, qui alibi *Comites largitionum* per omnes provincias mittebantur. V. *Interpr.* ad *Cod. Theod. 11. ee.* — **3)** *Vestes largitionales* apud *Cod. Theod. 1. 15. 10.*, videntur intelligi eae, quae per officium comitis sacrarum largitionum exactae a provincialibus, singulis dignitatibus distribuebantur: unde sub dispositione illius comitis erat peculiaris *comes vestiarii*. — **4)** Absolute, substantivorum more,

LARGITIONALIS, is, m. Est largitionum minister. *Vopisc. Carin. 19.* Cum ei *(Diocletiano)* quidam largitionalis suus editionem Cari laudaret, etc.

* LARGĪTOR, āris, āri. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *largior*. Tributum est *Plauto* in illo *Trin. 3. 3. 14.* Ex ea largitari te illi, etc. Sed *Ritschel* ex Cod. optimae notae legit *Ex ea largiri te illi*, etc., ita ut hoc verbum adhuc careat Latini Scriptoris auctoritate.

LARGĪTOR, ōris, m. Verbale a *largior;* qui libenter, et multa donat: *donatore, liberale, splendido. Liv. 6. 16. a med.* Seditionis leniendae causa, postulante nullo, largitor voluntarius repente senatus factus. Et *ibid. 2. sub fin.* Praedam militi dedit, quo minus speratam a minime largitore duce, eo militi gratiorem. *Sil. 7. 164.* Bacche, sacri largitor laticis. Adde *Liv. 9. 42.* — **2)** Interdum in malam partem sumitur pro eo, qui per ambitum pecunia coëmit suffragia et favorem multitudinis, ut in LARGITIO §. 2. dictum est. *Cic. 1. Offic. 19.* Existunt in republica plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur, et sint vi potius superiores, quam iustitia pares. *Id. 4. Catil. 5.* Lentulum largitorem et prodigum non putat, cum de pernicie populi R. tam crudeliter cogitarit.

LARGĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *largitus;* largitas. *Nep. fragm.* apud *Charis. 1. p. 78. Putsch.* Largitudo nusquam invenitur, nisi apud Nepotem.

LARGĪTUS. Adverb. a *largus*, formae insolentioris; largiter, affatim. *Afran.* apud *Non. 11. 44.* Quid lacrymas? largitus proloquere. *Apul. 11. Met. 30.* Largitus ex studio pietatis magis quam mensura necessariis collatis. V. *Hildebr.* ad *h. l.* Cf. LARGE et LARGITER.

LARGĪTUS, a, um. Particip. verbi *largior;* dono datus; *largito, do-*

Digitized by Google

nato. *Tibull. 4. 1. 129.* Cum largita tuis sunt muta silentia votis. — **2)** Active, qui dono dedit; *chi ha donato*. — Translate. *Sil. 15. 726.* totas largitus habenas Livius acer equo; *che ha lasciato sul collo.*

LARGĬUSCŬLĒ. Adverb. a *largiusculus*. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 561.* Largiuscule, largius.

LARGĬUSCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *largus;* aliquantum copiosus, largus. *Solin. 7.* Galactites subnexus parvulis, largiusculos haustus facit salivarum.

LARGUS, a, um. Adiect. parum certae originis. Quidam dictum putant, quasi λάργυος, a λά; valde, et ἔργον; res: alii a λαῦρος; copiosus. — **b)** Comparat. *largior* §. *1.*, superlat. *largissimus* §. *1.* et *2.* — **c)** Derivata, *largatus, large, largimentum, largior, largitas, largitor, largitio, largitionalis, largitor, largitudo, largitus, largiuscule, largiusculus.* — **d)** Composita, *dilargior, elargior, elargitio, elargitor, inlargio, largifluus, largiloquus, praelargus.* Cf. LARIDUM §. *a.*

LARGUS proprie est copiosus, abundans, amplus, multus; *abbondante, copioso. Cic. 2. Nat. D. 19.* Cum sol terras larga luce compleverit. *Virg. 12. Aen. 721.* sanguine largo Colla armosque lavant. Et *6. ibid. 699.* largo fletu ora rigare. *Id. 2. G. 390.* largo pubescit vinea fetu. *Id. 3. ibid. 508.* largi copia lactis. Et *1. ibid. 23.* Largus imber. *Ovid. 4. Fast. 617.* Larga messis. *Id. 3. Art. am. 408.* Largae opes. *Id. 4. Met. 738.* Largi odores. *Tacit. 1. Ann. 31.* Largiora stipendia exposcere. *Suet. Tit. 7.* Munus edidit apparatissimum, largissimumque; *splendidissimo. Horat. 1. Sat. 8. 44.* Largior ignis ardet. *Petron. Satyr. 82.* Largiore cibo excitare vires. *Lucret. 4. 892.* Largus aër penetrat foramina. *Liv. 40. 14.* Die festo inter aequales largiore vino uti. *Val. Flacc. 4. 551.* Largus honor; *h. e.* amplus, multa oris dignitas. *Plin. 11. 39. 94.* Pili equis in iuba largi, in armis leoni; *lunghi e folti. Lucret. 5. 156.* Quae tibi posterius largo sermone probabo; *con lungo discorso. Plaut. Asin. 2. 2. 24.* Largior lingua; *abbondante di parole. Plin. 34. 45. 1.* Metallorum omnium vena ferri largissima est. — Cum genitivo. *Virg. 11. Aen. 338.* Largus opum. Ubi *Servius:* abundans, dives: non qui multa donàret. *Lucan. 9. 608.* fons largus aquae. *Martial. 8. 70.* Cum siccare sacrum largo Permessida posset Ore, verecundam maluit esse sitim; *h. e.* amplo et facundo ob divitem venam carminum. — Cum ablat. *Plin. 23. 102. 2.* Polia carnosa, pinguia, larga succo. — **2)** Est etiam liberalis, profusus, pronus ad donandum; *liberale, profuso, generoso, prodigo. Cic. 2. Offic. 16.* Duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. *Id. 5. Verr. 50.* Si largissimus esse vellet, cumulatiore mensura uteretur. *Plaut. Asin. 5. 5. 8.* Audin' tu hunc, opera ut largus est? *h. e.* facile pollicens operam suam. *Tacit. 2. Hist. 59.* Vir largus animo et par opibus; *d'animo generoso.* Et *5. ibid. 58.* Largus promissis. *Sil. 8. 250.* largusque rapinae; *h. e.* de alieno largiens. Et *15. ibid. 498.* Poenus mercandi dextras largus; *h. e.* facilis et largus in conducendis militibus. *Stat. 5. Theb. 665.* largusque animae, modo suaserit ira; *h. e.* vitam facile periculis obiiciens, vitae prodigus. *Lucan. 7. 225.* et largus habenae Ponticus ibat eques; *h. e.* qui equitando solet equo habenas laxare. *Al.* habenis: *al.* habena *leg.* Ita *Sil. 7. 696.* Ferrata calce, atque effusa largus habena Cunctantem impellebat equum. Sic *15. 724.* totas largitus habenas Livius acer equo. *Vulg. Interpr. 1. Mac. 3. 30.* Dare larga manu. — Cum infinito. *Horat. 4. Od. 12. 19.* Spes donare novas largus.

LĂRĬDĂ, ae, f. V. LARIDUS.

LARIDUM et *per syncopen* Lardum, i, n. Nomen parum certae originis, quod tamen *Macrob.* dici putat, quasi *large aridum*. Eius verba sunt *7. Saturn. 12.* Saepe apposita salita carne, quam laridum vocamus, ut opinor, quasi large aridum, quaerere mecum constitui, qua ratione carnem, ad diuturnitatem usus, admixtio salis servet. — Contra *Isid. 20. Orig. 2. 24.* « Lardum, eo quod in *domo* repositum conservatur. Nam Antiqui domos *lares* dicebant ». — **b)** *Laridum*, secunda producta, est apud *Plaut. Capt. 4. 2. 67.* et *Men. 1. 3. 27.* — **c)** Derivata, *lardarium, lardarius, lardinus, lardio, laridus.*

LARIDUM et Lardum proprie est caro suilla cum suo pingui sale condita et siccata: item ipsum pingue; *carne porcina salata, lardo. Plaut. Capt. 4. 3. 3.* Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido! *Horat. 2. Sat. 6. 88.* semesaque lardi Frusta dedit. *Martial. 5. 78.* Et pallens faba cum rubente lardo. *Iuvenal. 11. 84.* Et natalicium cognatis ponere lardum. *Plin. 28. 66. 1.* Lardum elixum, atque circumligatum mira celeritate ossa fracta solidat. *Pallad. 15. 6.* Pernas etiam et lardum conficimus non solum mense hoc, sed omnibus, quos hiemalis algor adstringit. *Edict. Diocles. p. 9. Haub.* Laridi optimi Italicum pondo unum ℵ. sedecim. Adde *Augustin. 2. de morib. Manich. 13.* — In plur. num. *Ovid. 6. Fast. 169.* Pinguia cur illis gustentur larda calendis. — **2)** Laridi usum in medicina commendant *Plin. 28. 42. 5.* et *ibid. 43. 1.* et *Marcell. Empir. 9.* — *Lardi coctura* quomodo fiat, tradit *Apic. 7. n. 296.*

LĂRĬDUS, a, um. Adiect. a *laridum;* ad laridum pertinens. Hinc *larida caro* est caro suilla quoquo modo salita et siccata. *Imppp. Valentin., Theodos. et Arcad. Cod. Theod. 8. 4. 17.* Pro octoginta libris laridae carnis, pro octogenis etiam libris olei, et pro duodenis modiis salis singuli solidi proferantur. — **2)** Hinc etiam *laridus* pro *aridus* exponitur in *Gloss. Lat. Gr.* Laridus; ξηρός.

LĂRĬFŪGĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *lares* et *fugio;* qui Lares suos deserit, erro, vagabundus. *Petron. fragm. Tragur. 57. Burm.* Larifuga nescio quis, non valet lotium suum.

LĂRĪGNUS, a, um. Adiect. a *larix;* qui est ex larice; *di larice. Vitruv. 2. 9. ad fin.* Larigna materies.

LĂRIX, ĭcis, m. et f. Vox Graeca, λάριξ, qua significatur genus quoddam arboris, ita dictum ab odoris suavitate, nam λαρός Graece suavis est. — Male autem *Isid. 17. Orig. 7. 44.* « Larix, cui nomen a Castello *Laricino* inditum est. » Nam castellum potius *Laricinum* seu *Larignum*, ut habet *Vitruv. 2. 9. 13.*, a larice dictum est, non autem contra, ut patet ex *Vitruv. l. c.*, unde sua sumpsisse videtur *Isidorus*. — **b)** In recto casu *larex* pro *larix* habet *Isid. l. c.*, ut legit *Lindem*. — **c)** Derivatum, *larignus*.

LARIS genus est arboris, ut diximus, cognatum abieti et pino; *larice;* qui resinam fundit, et vere flores gignit odoratos. *Plin. 16. 19. 1.* Laricis materies praestantior longe, incorrupta vis, mori contumax, rubens praeterea, et odore acrior. Et *mox.* Excepta larice, quae neque ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur, quam lapides. *Id. ibid. 30. 1.* Montes amant cedrus, larix, taeda, et ceterae, e quibus resina gignitur. *Id. ibid. 74. 3.* Tiberius Caesar, concremato ponte naumachiario, larices ad restituendum caedi in Rhaetia praefinivit. *Vitruv. 2. 9. a med.* Larix, qui non est notus, nisi his municipibus, qui sunt circa ripam fluminis Padi, et litora maris Adriatici, non solum ob succi vehementem amaritatem ab carie aut a tinea non nocetur, sed etiam flammam ex igne non recipit, nec ipse per se potest ardere, nisi, uti saxum in fornace ad calcem coquendam aliis lignis uratur. Et *mox*. Materies autem larigna per Padum Ravennam deportatur, in colonia Fanestri, Pisauri, Anconae, reliquisque, quae sunt in ea regione, municipiis praebetur. — Adde *Plin. 24. 19. 1.*, ubi medicinae ex ea indicantur.

Nota. Quod negant *Plin.*, *Vitruv. loc. cit.* et *Pallad. 12. 15.* hanc arborem igne corripi, inter fabulas rem huiusmodi amandandam esse, nunc nemo ignorat.

LĂRŎPHŎRUM, i, n. Nomen a *lares* et φέρω, quod est a φίρω; porto, quo videtur significari mensa laribus sustinendis apta. Inter donaria habetur in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 3. n. 1932.* Curia Prisca Matri Magnae fanum refecit *(sic)*, ligna posuit, larophorum, cymbala, etc. Cf. *Inscr.* apud *Orelli, n. 2505.*

LARVĀ, ae, f. Nomen parum certae originis. Quidam dictam putant a *Lare*, a quo ita differat, ut *Lar* certis aedibus curam gereret posterorum, *Larva* vagaretur incertis sedibus, et perterreret homines horribili visu: atque hac poena plecteretur ob vitam male actam. Cf. *Augustin.* et *Apul.* loca mox citanda. — **b)** Poëtae aliquando trisyllabum faciunt *larŭă*, ut *Plaut.* loc. cit infra §. *1. in fin.* Cf. et LARVALIS, *init.* et LARVATUS. — **c)** *Adamant. Martyr* apud *Cassiod. Orthogr. 7.* docet cum *b* scribendum esse, nempe *larba*. — **d)** Derivata, *larvalis, larvatio, larveus, larvo, larvula.*

LARVA proprie videtur fuisse genius defunctorum malus et noxius; *spettro, fantasma, ombra*. Ita enim exponit *Varr.* in *fragm. p. 252. Bip.* Hinc *Augustin. 9. Civ. D. 11.* Dicit *(Plato)*, animas hominum daemones esse, et ex hominibus fieri Lares, si boni meriti sunt; Lemures, si mali, seu Larvas: Manes autem Deos dici, si incertum est, bonorum eos, seu malorum esse meritorum. *Apul. de Deo Socrat. a med.* Est et secundo significatu species daemonum, animus humanus, emeritis stipendiis vitae, corpore suo abiuratus. Hunc vetere lingua Latina reperio Lemurem dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus, placato et quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris: qui vero ob adversa vitae merita, nullis bonis sedibus, incerta vagatione, ceu quodam exsilio, punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis; id genus plerique larvas perhibent. Cum vero incertum est, quae cuique eorum sortitio evenerit, utrum Lar sit, an Larva, nomine Manem deum nuncupant. Hucusque *Apul.*, qui item haec habet *9. Met. 29.* Alterum de duobus postulans: vel rursum mitigato conciliari marito, vel, si id nequiverit, certe Larva vel aliquo diro numine immisso violenter eius expugnari spiritum. Cf. alia ad rem apud *Hildebr.* ad *h. l. Plaut. Amph. 2. 2. 153.* Haec quidem aedepol laruarum plena est. *Id. Aul. 4. 4. 13.* Laruae hunc atque intemperiae agitant senem. *Id. Capt. 3. 4. 66.* Iam deliramenta loquitur: larvae stimulant virum. *Senec. Apocolos. circa med.* Qui contra hoc SC. Deus factus erit, eum dedi larvis, et proximo munere ferulis vapulare placet. — **2)** Apud *Cassiod. Orthogr. 7.* Larba; δαιμόνιον. V. supra §. *b.* et Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 191. n. 49. Plin. Praef. Hist. Nat. §. 24.* Nec Plancus illepide, cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quae ab ipso, aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset: cum

Digitized by Google

mortuis non nisi larvas luctari. Haec *Plin.* Eo autem dicto Planeus Asinium, ut insanientem, praestringebat. — **3)** Nam est etiam convicium in hominem insanum, aut stupidum. *Plaut. Merc. 5. 4. 20.* Etiam loquere larua? tu? Adde *Cas. 3. 4. 2.* Utroque autem loco trisyllabum est, ut et *Amph. 2. 2. 145.* et *Aul. 4. 4. 15.* — **4)** Improprie et latiore significatione,

II. *Larva* est persona; *maschera*. *Horat. 1. Sat. 3. 64.* Nil illi larva aut tragicis opus esse cothurnis. — **5)** Translate. *Petron. fragm. Tragur. 44. Burm.* vocat *larvas* aediles, aut similes magistratus, qui personam quidem illam gerunt, ceterum alia omnia curant, quam res civium et utilitatem reipublicae, privato solum lucro intenti. *Al. aliter leg.* — **6)** Item *larva* est etiam sigillum, imaguncula, ita quodam occulto artificio compacta, ut moveri per se videatur; *fantoccio, figurina semovente*. *Petron. fragm. Tragur. 54. Burm.* Larvam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli eius, vertebraeque laxatae in omnem partem verterentur. — **7)** Apud *Apul. Apol. 63.* Adversarii eius *larvam* appellabant et *scalatum* imaguncula Mercurii, quam ille religionis causa sibi fabricari iusserat, ipsi autem magicis artibus paratam calumniabantur.

LARVĀLIS, le. Adiect. a *larva*. — In *Priap. carm. 33.* legitur *larvialis* epenthesi τοῦ *i*. Pallorem maciemque larvialem. Al. leg. *larualem*, quadrisyllabum. V. vocem praeced. §. b. — Porro

LARVALIS est ad larvam pertinens, terribilis, deformatus, pallens, emaciatus, ac prorsus horrendus; *terribile, spaventevole*. *Ammian. 31. sub init.* et *Apul. 1. Met. 6.* Larvale simulacrum. *Senec. ep. 24. a med.* Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat, et tenebras, et larvalem habitum nudis ossibus cohaerentium. *Apul. Apol. 63.* Macilenta forma diri cadaveris, prorsus horribilis et larvalis. V. *Hildebr.* ad *h. l.*

LARVĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *larvo*. — Apud Medicos eadem est ac epilepsia, ut patet ex *Isid. 4. Orig. 7. 6.* Hos *(epilepticos)* etiam vulgus *lunaticos* vocat, quod pro lunae cursu comitatur eos insania; eadem et larvatio.

LARVĀTUS (et Larŭātus, apud *Plaut. Men. 5. 4. 1.* V. LARVA §. b.), a, um. Particip. verbi *larvo;* furiosus, mente motus; *spiritato, fuor di sè, furioso:* quasi a larvis exterritus, ut *Fest.* apud *Paul Diac. p. 119. Müll.*, vel in larvas incurrerit, ut *Non. 1. 213.* exponit. *Plaut. Men. 5. 4. 1.* Quid esset illi morbi, dixeras? narra, senex. Num laruatus, aut cerritus? *Id. fragm.* apud *Serv.* ad *6. Aen. 229.* Pro larvato te circumferam. Adde *Apul. Apol. 63.* V. loc. in LARVO *in fin.*

* LARVĔUS, a, um. Adiect. a *larva;* qui larva tectus est; *larvato, mascherato*. *Venant. 3. Carm. 6. 12.* Serpens elatus, zelator, larveus hostis; h. e. diabolus, sub forma serpentis.

LARVĬĀLIS. V. LARVALIS §. a.

LARVO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *larva*. — Particip. *larvans*, infra, *larvatus*, V. suo loco. — Est larvis infesto, terreo; *atterrire*. *Firmic. 3. Mathes. 14. a med.* Fascinantes mulieres, quae etiam ipsos artus larvari, ac fascinari faciant. *Apul. Apol. 63.* Hunc denique qui larvam putat, ipse est larvans. Ita leg. *Hildebr.*, *alii* larvatus.

LARVŬLĂ, ae, f. Deminut. a *larva;* parva larva. Astruit hoc vocabulum *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 191. n. 49.* ex antiquis Glossis *Isidori* et *Amplonis* corruptis.

LĂRUS, i, m. Vox Graeca, λάρος, qua significatur avis quaedam aquatica, Italice *gabbiano*, eadem ac gavia, quam vulgo nunc Veneti *cocale* dicunt; et ob eius stupiditatem eodem nomine stupidos etiam homines appellant. *Gloss. Philox.* Larus; λάρος. Et *ibid.* Λάρος; larus, gavia. — Huius avis mentio est etiam apud *Vulgat. Interpr. Levit. 11. 16.* et *Deut. 14. 15. Euseb. 2. Instruct. 11.* V. loc. sub v. GAVIA *in fin.*

LĂRYNGŎTŎMĬĂ, ae, f. Vox Graeca, λαρυγγοτομία, qua significatur incisio gutturis, quod est caput asperae arteriae. *Cael. Aurel. 3. Acut. 4.* Asclepiades approbat arteriae divisuram ob respirationem faciendam, quam laryngotomiam vocant.

LAS *pro* Lar. V. LARES §. c. *in fin.*

LĂSĂNUM, i, n. Vox Graeca, λάσανον, qua significatur vas evacuando ventri accommodatum; *cantero, pitale*. *Hesychius* Graecam vocem allatam familiaricam sellam interpretatur. *Horat. 1. Sat. 6. 109.* Cum Tiburte via praetorem quinque sequuntur Te pueri, lasanum portantes oenophorumque. *Petron. fragm. Tragur. 41. Burm.* Ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit. V. SCAPHE. — In recto casu et prima producta *Lasanus, i*, m. affertur ab *Incert. Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. n. 11. 34. Meyer.* Lasanus es plenus, guttur tibi grande fusorius est. *Alii aliter leg.* et versus est corruptus.

LĂSĂNUS, i, m. V. voc. praeced. *in fin.*

LĂSAR et LĂSĂRĀTUS. } V. LASER §. b.

LASARO. V. LASERO.

LASCĪVANS, antis. Particip. ab inusit. *lascivo* vel *lascivor;* lasciviens. Legitur in *epigr.* apud *Burmann. Anthol. Lat. T. 2. p. 446.* Cedat Cecropii lascivans bucula fabri.

LASCĪVĔ. Adverb. a *lascivus*. — Comparat. *lascivius*, infra. — Est petulanter, molliter; *sfacciatamente, lascivamente*. *Martial. 8. Inlit. in epist. ad Domitian.* Illis non permisi tam lascive loqui, quam solent. *Apul. Apol.* Versus amatorios fecit etiam mulier Lesbia, lascive illa quidem, tantaque gratia, etc. *Avien. Arat. 514.* Et si persultans aries lascivius herbas Appetit.

LASCĪVĬĂ, ae, f. Abstractum a *lascivus;* animi incontinentia, ex saturitate fere et otio nascens, quae vel in procacitatem, vel in libidinem erumpit; *petulanza, sfrenatezza, licenza, insolenza, troppa libertà*. *Cic. 2. Fin. 20.* Non enim hilaritate, nec lascivia, nec risu, aut ioco comite levitatis, sed saepe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati. — **2)** Saepe tamen est sine malitia. *Senec. Consol. ad Helv. 16. a med. de blandissimo puero*. Cuius non lacrymas eius hilaritas supprimat? cuius non contractum solicitudine animum illius argutiae solvant? quem non in iocos vocabit illa lascivia? *vivezza*. Sic *Plin. 9. ep. 33.* lasciviam vocat ludicros cursus decursusque delphini. Et *Pacuv.* apud *Cic. 1. Divin. 14.* Ut provectione laeti piscium lasciviam intuerentur. Sic *Tacit. Germ. 24.* saltationem inter gladios audacem lasciviam dixit. Sic *Lucret. 5. 1397. de priscis temporib.* agrestis enim tum musa vigebat: Tum caput atque humeros plexis redimire corollis, Floribus, et foliis lascivia laeta monebat. — **3)** Interdum pro libidine ponitur; *lascivia*. *Sust. Cal. 36.* Cum maxime placitam seducasset, paulo post, recentibus adhuc lasciviae notis, reversus, etc. — **4)** Item pro petulantia et procacitate. *Quintil. 9. 2. a med.* Assistentes oderint hanc maledicendi lasciviam. Sic *Tacit. 11. Ann. 13.* theatralem lasciviam vocat locos impudentes, et probra a populo in theatro iactata in consulares viros, et illustres feminas. — **5)** Est etiam lascivia in oratione, cum scilicet intemperanti stilo quis utitur. *Quintil. 2. 6. a med.* Ne recentis huius lasciviae flosculis capti, voluptate quadam prava deleniantur, ut illud praedulce genus adament. — **6)** Et in operibus naturae. *Plin. 11. 45. 1. de cornib.* Nec alibi maior naturae lascivia: lusit animalium armis. Sparsit haec in ramos, ut cervorum; aliis simplicia tribuit, etc.; *capriccio*. — Similiter vertitur illud *Tacit. 11. Ann. 31.* Vectius Valens lascivia in praealtam arborem connisus; *per capriccio, per ispasso, per vivezza*. Et *ibid. 36.* Messalina paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia; h. e. *capricciosa si nell'invogliarsi e si nello svogliarsi* (V. integr. loc. sub v. ULTRO). Et *3. Hist. 33.* Paces in vacuas domos per lasciviam iaculabantur; *per bel diletto*. — **7)** Per prosopopoeiam *Plin. 35. 36. 43.* Philoxenus . . . pinxit Lasciviam, in qua tres Sileni comessantur. Passive. *Plaut. Asin. 2. 2. 52.* O catenarum colone. *L.* o virgarum lascivia; h. e. in cuius tergum virgae lascivire solent.

LASCĪVĪBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *lascivio;* lasciviens; *petulante*. *Plaut. Stich. 2. 1. 16.* Quidnam dicam, Dinacium Lascivibundum tam libenter currere?

LASCĪVĬO, is, ii, ītum, īre. Verbum intransitiv. a *lascivus*. — Particip. *lasciviens* §. 1. et 3. — Proprie est petulanter agere, ut equi indomiti solent, et qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrant, praeter solitum, aut Jusitant exsultantque; *lussureggiare, insolentire, scherzare, far baie*. *Liv. 2. 29.* Et lascivire magis plebem, quam saevire. *Colum. 6. 24.* Nimietate verni pabuli pecudes exhilaratae lasciviunt. *Ovid. 7. Met. 321.* Fuga lascivit agnus. *Sil. 13. 329.* Dextera lascivit caesa Tegeatide capra; h. e. bos, illos percutiens pelle caprae. De Lupercis loquitur, qui nudi per urbem discurrebant, et obvios quosque percutiebant. — *Vulg. Interpr. Amos, 6. 7.* Factio lascivientium. *Apul. 6. Met. 6.* Passeres lasciviunt. — **2)** Translate. *Claudian. 2. Rapt. Pros. 145.* Insolitisque docet galeam mitescere sertis: Ferratus lascivit apex, horrorque recessit Martius, et cristae pacato fulgure vernant. — Cum accusat. Graeca constructione. *Apul. 5. Met. 22.* Per humeros volatilis Dei pinnae roscidae micanti flore candicant, et quamvis alis quiescentibus, extimae plumulae tenellae ac delicatae tremule resultantes, inquiete lasciviunt; h. e. inquiete moventur quasi libidine trepidantes. — **3)** Refertur et ad orationem molliorem, et stili delicatioris. *Quintil. 9. 4. 6.* Pedes in oratione simili paene licentia lascivientes. Et *ibid. 4. 28.* Quotidie magis lascivimus syntonorum modis saltitantes. *Id. 12. 10. ad fin.* Corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia resultat, aut puerilibus sententiolis lascivit. — *Rufinian. de schem. Dian. 1. in fin.* Sed eiusmodi figurae, quae iuvenibus in schola lasciviunt, ut Cornutus sit, minime maturae sunt.

LASCĪVĬŌSUS, a, um. Adiect. a *lascivus;* valde lascivus, luxuriosus, improbus, petulans, ut exponitur in *Vet. Gloss.* et in *Thesaur. nov. Latinit. p. 322. ed. Mai.* — **2)** Hinc translate. *Isid. 6. Orig. 8. 7.* Panegyricum est licentiosum et lasciviosum genus dicendi in laudibus regum: Ita *Lindem.; Areval. legerat* lasciniosum.

LASCĪVĬTAS, ātis, f. Abstractum a *lascivus;* lascivia, petulantia; *petulanza*. *Firmic. 1. Mathes. 1.* Nec Asiana lascivitas sobria levis moderatione corrigitur. Adde *Cael. Aurel. 3. Chron. 8.*

LASCĪVĬTER. Adverb. a *lascivus*, forma rariore et antiquiore, idem ac lascive. *Laevius* apud *Charis. 2. p. 183. Putsch.* Lasciviterque ludunt.

Digitized by Google

LASCĪVŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *lascivus;* aliquantum lascivus; *lascivulo*. *Laevius* apud *Priscian. 10. p. 903. Putsch.* Manu lascivula ac tenellula.

LASCĪVUS, a, um. Adiect. parum certae originis. Quidam ducunt a *lacio*, unde *lacesso*, quasi *lacessivus*, quia sine ulla causa lacessere alios solet. Alii alias assignant origines, e Graeco petitas. Rectius a *laxus*, quasi *laxivus*, videtur duxisse *Isid. 10. Orig. 161.* « *Lascivus*, quod sit *laxus;* id est solutus et vanus. » — **b)** Comparat. *lascivior* §. *1.* et *3.*, superlat. *lascivissimus* §. *2.* — **c)** Derivata, *lascivans*, *lascive*, *lascivia*, *lascivibundus*, *lascivio*, *lasciviosus*, *lascivitas*, *lasciviter*, *lascivulus*.

LASCIVUS proprie est petulans, procax, protervus, nimia licentia exsultans ex hilaritate quadam animi, rerum copia, atque otio; *petulans*, *insolente*, *procace*, *bissarro*. *Varr. 1. RR. 14.* Naturale sepimentum, quod habet radices, ac praetereuntis lascivi non metuit facem ardentem. *Virg. 2. Ecl. 64.* Florentem cytisum sequitur lasciva capella. Et *3. ibid. 64.* Malo me Galatea petit, lasciva puella, Et fugit ad salices, et se cupit ante videri. *Horat. 1. Sat. 3. 133.* vellunt tibi barbam Lascivi pueri, quos tu nisi fuste coërces, etc. *Ovid. 13. Met. 791.* tenero lascivior haedo. *Rutil. 1. Itiner. 579.* Ludere lascivos inter vivaria pisces. *M. Cael.* apud *Quintil. 6. 3. ante med.* Siculi quidem, ut sunt lascivi et dicaces, aiebant, in delphino sedisse, etc. *Id. ibid.* Lascivum et hilare dictum. *Horat. Art. P. 105.* tristia moestum Vultum verba decent, iratum plena minarum, Ludentem lasciva, severum seria dictu. *Id. 2. Ep. 2. 215.* ne potum largius aequo Rideat, et pulset lasciva decentius aetas. *Plin. 10. 58. 1. de psittaco.* Imperatores salutat, et quae accipit verba, pronunciat: in vino praecipue lasciva; *spiritoso*. *Tibull. 2. 1. 87.* iam nox iungit equos, currumque sequuntur Matris lascivo sidera fulva choro. *Spartian. Hadrian. 14. extr.* Idem severus, laetus; comis, gravis; lascivus, cunctator; *h. e.* nimis festinus et praeceps; *praecipitoso*. — **2)** Saepe ad res turpes refertur; *lascivo*, *libidinoso*. *Ovid. 3. Amor. 7. 10.* et *1. Art. am. 523.* et *alibi.* Sic *Martial. 5. 2.* Lascivi libelli. Et *Suet. Tib. 45.* Lascivissimae picturae. — **3)** Transfertur et ad inanima. *Horat. 1. Od. 36. 20.* Lascivae hederae; *h. e.* quae erratico et libero cursu passim adhaerescunt. *Martial. 11. 45.* Lasciva acus; *h. e.* comatoria, calamistrum. Sic *Tertull. Virg. veland. 12.* Acu lasciviore comam sibi inferunt. *Martial. 8. 78.* Nunc veniunt subitis lasciva nomismata nimbis; *h. e.* huc illuc vage super populum cadentia, et illius aviditatem ac proterviam in colligendo excitantia. *Propert. 4. 8. 76.* cum lascivum sternet arena forum; *h. e.* cum propter gladiatorium ludum convenientibus in forum puellis, licentiae et amoribus locus erit. *Claudian. Cons. Mall. Theod. 331.* lascivi conflgunt aequore lembi; *h. e.* agiles, leves ludunt in undis pugnae simulacro. — **4)** *Lasciva oratio* est nimis compta, et ornata. *Gell. 12. 2. a med.* Ciceronem haec *(Enniana)* interposuisse ad effugiendam infamiam lascivae orationis et nitidae.

Nota. Discrimen inter *lascivum* et *petulantem* tradit *Isid. 1. Differ. n. 327.* « *Lascivus* luxu; *petulans* temeritate. »

LĂSER, ĕris, n. Vox parum certae originis, de qua tamen haec prodit *Isid. 17. Orig. 9. 27.* « *Laser* herba; . . . cuius succus dictus primum *lacsir*, quoniam manat in modum lactis, deinde usu derivante *laser* nominatum est. » — Λακτάριον autem, quod Graeci recentiores usurpant, videtur ex ipsa Latina voce derivatum. Cf. LASERPITIUM §. 2. — **b)** In recto casu *lasar* pro *laser* habet *Incert. Grammat. fragm. de nom. et pronom. p. 131. n. 17. Endl.* — Hinc et *lasaratus* pro *laseratus*. — **c)** Perperam prima syllaba producitur ab *Eucher. 23.* Nectarem vitient, nunc lasera tetra rosatum. — **d)** Derivatum, *lasero*. — **e)** Composita, *laserpitiarius*, *laserpitiatus*, *laserpitifer*, *laserpitium*.

LASER proprie est, ut diximus, succus silphii, sive stirpis, quae *laserpitium* appellatur. *Plin. 19. 15. 1.* Auctoritate clarissimum laserpitium, quod Graeci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum: cuius succum vocant laser, magnificum in usu, medicamentisque, et ad pondus argentei denarii pensum (V. ibi plura de eo, et locum *Solini* in LASERPITIUM §. 2.). *Id. 22. 49. 1.* Laser e silphio profluens, inter eximia naturae dona numeratum, pluribus compositionibus inseritur (V. ibi plurimos eius usus in medicina). *Colum. Arbor. 25.* Laser Cyrenaicum vino diluere. *Marcell. carm. de medic. 34.* Zingiber et calidum, mordax piper, et laser algens. *Pallad. 3. 29.* ὑπὲρ Κυρανικίου vocat. — **2)** Sumitur et pro ipso silphio. *Plin. 19. 45. 1.* Condiuntur aceto, addita laseris radice. Adde *Scribon. Compos. 122.* et *196.*

LĂSĔRĀTUS et Lasaratus, a, um. Particip. verbi *lasero;* lasere mixtus, seu conditus. *Plin. Valer. 1. 21.* Cinis cum aceto laserato mixtus. *Apic. 7. n. 270.* Ofellae lasaratae. *Id. 6. n. 243.* Pullus lasaratus. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LASERATUM, i, n. Est condimentum ex lasere; quod quomodo fiat tradit *Apic. 1. n. 31.*

LĂSĔRO et Lasaro, as, ātum, āre. Verbum transitiv. a *laser*. — Particip. *laseratus*, V. suo loco. — Est lasere condio. *Apic. 6. n. 242.* Pullum curas, elixas, lavas, lasaras, piperas, etc.

LĂSERPĬCĬUM. V. LASERPITIUM.

LASERPICIARIUS et LASERPICIATUS. } V. LASERPITIARIUS et LASERPITIATUS.

LĂSERPĬTĬĀRĬUS et Laserpiciarius, a, um. Adiect. a *laserpitium;* ad laserpitium pertinens. *Petron. fragm. Tragur. 56. Burm.* Ipse etiam terrima voce de laserpitiario mimo canticum extorquet; *h. e.* ex mimo laserpitii laudes celebrante. *Alii aliter legunt et interpretantur.* Cf. *Büchel*, ad *h. l.*

LĂSERPĬTĬĀTUS et Laserpiciatus, a, um. Adiect. a *laserpitium*, participiorum more effictum; laserpitio mixtus. *Cato, RR. 116.* Permisceto lentim aceto laserpitiato. *Plin. 18. 75. 8.* Sunt qui lentem aceto laserpitiato respergant. Adde *20. 17. 1.*

LĂSERPĬTĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *laserpitium* et *fero;* laserpitii ferax, ut Laserpitiferae Cyrenae, apud *Catull. 7. 4.*

LĂSERPĬTĬUM (et Laserpicium), ii, n. Nomen herbae quod videtur *Salmasio* in *Solin. p. 249.* esse ὀπὸς σιλφίου succus silphii, quasi *lac serpicium*, quod in modum lactis manat; *laser* vero est ὅλος ὁ θάμνος σὺν τῇ ῥίζῃ, totus caulis cum radice. V. SIRPE. — Quare

LASERPITIUM proprie est idem quod silphium, herba radice multa, crassaque, et nigri corticis, caule ferulaceo, aut simili crassitudine, foliis apio maxime similibus, semine foliaceo. Vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum iucunda. Post folia amissa, caule ipso et homines vescebantur decocto, asso, elixoque, eorum quoque corpora quadraginta primis diebus purgante a vitiis omnibus. Haec ex *Plin. 19. 15. 1.*, ubi addit, ex inciso tubere, seu radice manare succum, qui laser dicitur (V. LASER), qui et ipse aliquando laserpitium vocatur. — **2)** Pro ipso succo, qui ex hoc tubere manat. *Id. 20. 31. 9.* Nonnulli laserpitium una illini iubent. *Plaut. Rud. 3. 2. 16.* si speras tibi Hoc anno multum futurum sirpe et laserpitium. — **3)** De hoc succo ita *Solin. 27. a med.* Apud Cyrenenses sirpe gignitur, odoratis radicibus, virgulto herbido magis, quam arbusto: cuius e culmo exsudat stato tempore pingue roscidum, idque pascentium hircorum inhaeret barbulis: ubi cum arefactum inolevit guttis stiriacis, legitur ad usum mensarum, vel medelis. Dictum est primo lac sirpicum, quoniam manat in modum lacteum: deinde usu derivante laser nominatum. Ita *Solin.*, qui tamen laserpitium cum ladano confundit, ut et *Salmas.* monet.

LĂSES. V. LARES §. c.

LASSĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *lasso;* valde lassus. *Rufin. Hist. Monach. 1. post med.* Quae *(mulier)* velut fessa post nimium laborem, accedens ad ostium speluncae monachi, lassabundam simulans et fatigatam, intrinsecus semetipsam proiecit.

LASSĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *lasso*, idem ac lassitudo. *Not. Tir. p. 117.* Lassescit, lassamen.

LASSĀTUS, a, um. Particip. verbi *lasso*, adiectivorum more etiam adhibitum; defatigatus; *stancato*, *stanco*. *Ovid. 9. Met. 648.* lassata sequendo. Et *1. ibid. 508.* In mare lassatis volucris vaga decidit alis. *Val. Flacc. 1. 419.* Assidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto. *Pallad. 4. 12. extr.* Bos siti ac fame lassatus. *Manil. 2. 852.* Lassatae vires. *Id. 4. 853.* Astra lassata; *h. e.* quae deficiunt et absconduntur. Adde *Vulg. Interpr. Iudith. 7. 22.* — **2)** Translate. *Plin. 6. 14. 2.* Lassata cum siderum vi Riphaeorum montium deficiunt iuga. *Lucan. 5. 703.* lassatum fluctibus aequor; *h. e.* quasi tempestate fessum, et ad tranquillitatem rediens. *Id. 2. 727.* lassata triumphis Descivit fortuna tuis.

LASSESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *lassus*. — Particip. *lassescens*, §. *2.* et *5.* — Est lassus fio; *divenir lasso*, *stancarsi*. *Prudent. 2. in Symmach. 101.* victo lassescere visu; *stancarsi nel mirare*. Et *Hieronym. ep. 22. n. 39.* Arma sumere, lassescere sub lorica. — **2)** Translate de rebus. *Plin. 7. 41. 2.* Ne lassescat fortuna, metus est. *Id. 14. 4. 11.* Vitis fertilitas absumitur, si non praepinguis soli ubertas lassescentem sustineat. Adde *Apul. 8. Met. 8.* et V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **3)** Sensu morali est animo deficere. *Chrysolog. Serm. 21. a med.* Currentes incitent, lassescentes erigant, respiciant supplicantes.

LASSĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *lassus*, syllabica adiectione productum; molestia, quam ex labore suscipimus; *stanchezza*, *stracchezza*. *Cic. 2. Invent. 4.* Postquam illos arctius ex lassitudine dormire sensit. *Id. 12. Fam. 25. sub fin.* Sed nulla lassitudo impedire officium et fidem debet. *Nep. Datam. 11.* A lassitudine acquiescere. *Caes. 2. B. C. 41.* Nostros vires lassitudine deficiebant. *Id. 3. ibid. 92.* et *95.* Lassitudine confici. Et *2. B. G. 25.* Cursu ac lassitudine exanimati. *Senec. 3. Ira, 9.* Citra lassitudinem exercere aliquid. *Plin. 28. 57. 2.* Itinerum lassitudines et fatigationes levare. *Id. 25. 24. 3.* Lassitudinem auferre. Et *27. 16. 1.* mulcere. Et *ibid. 54. 4.* solvere. Et *24. 58. 2.* dissolvere. Et *31. 46. 12.* reficere. Et *22. 15. 2.* recreare. *Nep. Eumen. 3.* et *Plaut. Bacch. 1. 1. 75.* sedare. Et *Mere. 1. 3. 17.* eximere. Et *ibid. 45.* alicui addere. *Plin. 23. 26. 1.* Lassitudo ar-

Digitized by Google

morum, equitandive; h. e. quae oritur ex armorum, aut equitandi labore. *Id.* 22. *51.* 2. In lassitudine homines proniores sunt ad iracundiam. — **2)** Active. *Titin.* apud *Fest.* in *Redivia*. Lassitudo conservûm, reduviae flagri; h. e. qui conservos lassas, ab eis vapulando: et est convicium in flagritribam.

Nota. *Lassitudo* minus est, quam *fatigatio*, ut colligitur ex illo *Cels. 1. 2. a med.* Exercitationis plerumque finis debet esse sudor, aut certe lassitudo, quae citra fatigationem sit. Cf. LASSUS in *Nota*.

LASSO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lassus*. — Particip. *lassatus* §. 3. et suo loco. — Proprie est lassum reddo, fatigo, defatigo; *stancare, affaticare, straccare*. Verbum est Poëtarum magis, quam prosae Scriptorum. *Propert. 4. 8. 67.* nostris lassavit brachia plagis. *Curt. 9. 3.* lamque lacvam, qua clypeum ad ictus circumferebat, lassaverat. *Cels. 1. 3. n. 1.* Fatigato quotidianum cubile tutissimum est, insolitum contra lassat. *Ovid. 20. Heroid. 241.* Longior infirmum ne lasset epistola corpus. *Val. Flacc. 3. 661.* vacuos lassant aequora visus; *stancano la vista*. Et *1. 707.* visu lassatur inani; *si stanca mirando, e nulla veggendo*. *Poët.* in *Anthol. Lat. n. 996. Meyer*. Et linguam tenero lassat in ore suam. *Lucan. 9. 452.* Ventus annosa robora torquens Lassatur. *Id. 5. 695.* Lassare numina; *scil.* votis, aut precibus. Sic *Martial. 8. 31.* supplicibus dominum lassare libellis. — **2)** Eleganter *lassare* dicitur, qui constanter quippiam tolerat. *Martial. 4. 5. de Domitiano*. Sidus Hyperborei solitus lassare Bootae, Et madidis Helicen dissimulare comis. — **3)** In re turpi. *Iuvenal. 6. 129.* Et lassata viris, nec dum satiata recessit. Adde *Tibull. 1. 10. 35.* — **4)** Absolute. *Senec. ep. 52. ante med.* Puta, duo aedificia excitata esse, ambo paria: alterum dura area accepit: alterius fundamenta lassarunt, in mollem ac fluidam demissa humum; h. e. lassarunt se et desederunt. — **5)** *Lassari* sensu medio est frangi, deficere; *stancarsi. Vulg. Interpr. Sap. 5. 6.* Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis. *Id. Iudic. 16. 16.* Et ad mortem usque lassata est. *Id. Exod. 17. 12.* Factum est, ut manus illius non lassarentur.

LASSŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *lassus;* aliquantum lassus; *stanchetto*. *Catull. 63. 35.* Itaque, ut domum Cybelles tetigere, lassulae Nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.

LASSUS, a, um. Adiect. eiusdem fortasse originis ac *laselvus*, nempe a *laxus*, quod V. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris *lassus* et *lapsus* inter se confusa fuisse, diximus sub v. LAPSUS, a, um, §. b. — **c)** Carere videtur gradibus comparativo et superlativo, itemque adverbio. — **d)** Derivata, *lassabundus, lassamen, lassesco, lassitudo, lasso, lassulus*. — **e)** Composita, *delasso, elassesco, praelassatus*.

LASSUS proprie est ex labore languens, fatigatus, fessus, defessus, corporis vel animi labore fractus; *stanco, straceo, lasso, affaticato. Sall. Iug. 57.* Romani itinere, atque opere castrorum, et proelio fessi lassique erant. *Plaut. Asin. 5. 2. 25.* Lassus opere faciundo. *Horat. 2. Sat. 2. 10.* Lassus ab equo indomito. *Lucret. 6. 1246.* lacrymis lassi luctuque redibant. *Plin. 37. 2. 2.* Lassus assiduo gaudio. *Ter. Andr. 3. 1. 4.* Animus lassus, cura confectus. *Ovid. 2. Art. am. 712.* ab hoste. *Plaut. Pseud. 2. 2. 66.* de via. *Colum. 6. 38.* Lassae et aestuanti mulae adeps in fauces demittitur. *Iustin. 28. 4.* Lassos milites reficere. *Horat. 1. Sat. 10. 10.* verba onerantia lassas aures. Et *2. ibid. 8. 8.* Acres cibi pervellunt lassum stomachum. — **2)** Translate. *Ovid. 1. Pont. 4. 14.* Fructibus assiduis lassa senescit humus. *Plin. 6. ep. 21.* Lassa et effeta natura. *Plaut. Stich. 4. 1. 16.* Ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt: si res lassa labat, ltidem amici collabescunt; h. e. si facultates dilabuntur, si pecuniae angustia laboratur. *Virg. 9. Aen. 436.* lassove papavera collo; h. e. inclinato. *Stat. 1. Theb. 330.* qua molle Cithaeron Porrigitur, lassumque inclinat ad aequora montem; h. e. declive fit, et paulatim in plana descendit. — Cum genitivo, ut *fessus*. *Horat. 2. Od. 6. 7.* lassus maris, et viarum, militiaeque. *Plaut. Cist. 2. 1. 8.* Ita me amor lassum animi ludificat. *Alii leg.* lapsum. — Cum accusativo, Graecorum more. *Senec. Here. Oet. 1393.* Lassus an pondus titubavit Atlas? h. e. ob pondus. Hinc *Ovid. 9. Met. 273.* Sensit Atlas pondus. — Cum infinito. *Propert. 2. 10. 28.* Nec fueris nomen lassa vocare meum. Adde *ibid. 12. 46.* et *ibid. 24. 26.* — **3)** Absolute, substantivorum more,

LASSUS, i, m. Qui labore est fractus. *Ovid. 3. Amor. 11. 8.* Saepe tulit lassis succus amarus opem. *Vulg. Interpr. Thren. 5. 5.* Lassis non dabatur requies. *Id. Isai. 40. 29.* Qui dat lasso virtutem. — **4)** Proverbium est vetus *a lasso rixam quaeri*, apud *Senec. 3. Ira, 10.* quia lassi facile irascuntur; et aegra nunquam languntur sine querela, ut *Id. ibid.* ait. Sic *Plin. 22. 51. 2.* In lassitudine proniores esse ad iracundiam, et in siti.

Nota. Discrimen inter *fatigatum, fessum* et *lassum* tradit *Isid. 1. Differ. n. 241.* « *Fatigatum* ex itinere, *fessum* animo et cura, *lassum* labore. » Cf. FATIGATUS et FESSUS et LASSITUDO in *Nota*.

LASTAURUS, i, m. Vox Graeca, λάσταυρος, a λα intensiva particula, et ταῦρος; qua partem corporis significat sub ipsis feminibus: vel ab eadem voce, et λάσιος; hirsutus, hispidus. Alias est catamitus, et turpiter effeminatus: aliis magni peculii, et salax, atque adeo scortator aliis denique pravus, et cruce dignus, ut sit hoc sensu a σταυρός; erat Certe convicium est in hominem infamem, libidinosum, turpem. *Sud. Gramm. 18.* Mores eius sigillatim expressit, nebulonem, lurconem, popinonem, et lastaurum appellans.

LATĂCĒ, *Grassa positione*, es, f. Est nomen, fortasse Graecum, herbae cuiusdam magicae, de qua *Plin. 25. 9. 1.* Latacen dari solitam a Persarum rege legatis, ut quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent.

LĀTĒ. Adverb. a *latus*. — Comparat. *latior* §. 1. et 2. et superlat. *latissimus* §. 1. et 2. — Proprie est magno spatio; *per largo spazio, largamente*. *Cic. 2. Agr. 26.* Sullanus ager latissime continuatus. *Id. Marcell. 9.* Vagabitur nomen tuum longe atque late. Et *1. Leg. 11.* Late longeque diffusus. *Caes. 4. B. G. 35.* Omnibus longe lateque aedificiis incensis. Et *1. ibid. 2.* Minus late vagari. Et *6. ibid. 25.* Rami quam late diffunduntur. *Ovid. 5. Met. 150.* Latius possidere agros *Virg. 4. G. 515.* moestis late loca questibus implet. *Ovid. 7. Heroid. 119.* Moenia late patentia. *Hirt. 8. B. G. 9.* Vallis late patens. *Phaedr. 3. 1.* Odorem late spargere. *Plaut. Most. 3. 2. 156.* Latius ire; *in più luoghi*. *Virg. 8. Aen. 671.* Haec inter tumidi late maris ibat imago. h. e. erat, extendebatur imago lati maris. *Traian. ad Plin. 10. ep. 33.* Latius imperare. *Iustin. 13. 7. sub fin.* Late regnare. *Virg. 1. Aen. 25.* Populus late rex. *Horat. 4. Od. 4. 23.* diu lateque victrix. *Tacit. 3. Hist. 23.* Late cladem inferre; *ampia strage*. *Virg. 9. Aen. 547.* moles stravit Rutulos late; h. e. multos Rutulos. *Id. 4. G. 558.* alta iubet discedere late Flumina; h. e. amplo spatio dehiscere. *Id. 5. Aen. 760.* lucus late sacer; h. e. lucus amplus, et totus sacer. Et *7. ibid. 681.* hunc legio late comitatur agrestis; h. e. magno militum numero. *Horat. 4. Od. 6. 10.* impulsa cupressus Euro Procidit late; h. e. amplum spatium cadendo occupavit. *Id. Art. P. 15.* late splendere; h. e. valde. *Tacit. 12. Ann. 43.* Dum latius metuitur; h. e. a pluribus. *Ovid. 9. Heroid. 127.* Ingreditur late lato spectabilis auro; h. e. late conspicua, ut ait *Horat. 3. Od. 16. 19.* a multis spectata. Alii interpretantur superbe et cum fastu. V. LATUS, a, um, §. 5. *Ovid. 2. Amor. 6. 35.* Illic innocui late pascuntur olores; *liberamente. Flor. 3. 9.* Quae res latius aerarium populi R., quam ullus triumphus implevit; h. e. maiore pecunia. Et *ibid. 21. ante med.* Ad nomen tanti viri late concurritur; *da molte parti*. — **2)** Translate. *Horat. 2. Sat. 2. 115.* Latius utiłopibus; *più splendidamente*. *Ovid. 17. Heroid. 57.* Phrygiae late refer primordia gentis; h. e. multis verbis, fuse, magnifice. *Plin. 4. ep. 20.* In quo tu ingenii simul, dolorisque velis latissime tectus es. *Cic. 1. Invent. 46.* Hoc genus maiorem quandam vim continet, et latius patet, quam hic exponitur. *Id. 1. Orat. 33.* Ara magna est, et late patet, et ad multos pertinet. *Id. 3. Offic. 17.* Fidei bonae nomen latissime manat. *Id. 2. Fin. 6.* Latius loquuntur rhetores, dialectici compressius. *Caes. 2. B. C. 17.* Haec ad eum latius, atque inflatius Afranius perscribebat; *più amplificatamente*. *Cels. Dig. 45. 1. 99.* Stipulatori liberum fuit, verba late concipere; *in largo senso*. — **3)** *Late loquentes* inscribitur unus e mimis *Laberii*, cuius fragmenta exstant apud *Non. 150. 26.* et *220. 32. Merc. Ritschel* in *Parerg. 1145.* suspicatus est emendandum esse in *Latine loquentes;* sed *Ribbeck.* conferri iubet *Gloss. Philox.* Latiloquens; πλατυλόγος.

LĂTĔBRA, ae, f. Verbale a *lateo;* locus in quo quippiam latet et absconditur; *nascondiglio, latebra*. *Cic. Cael. 26.* Cur balneas publicas potissimum constitueras? in quibus non invenio, quae latebra togatis hominibus esse possit. *Id. Manil. 3.* Mithridates se Cappadociae latebris occultare non vult. *Lucan. 2. 494.* Non satis est muris latebras quaesisse pavori. *Ovid. 3. Met. 460.* latebram petere. *Cic. Rabir. perduell. 8.* Cum ignaviae ratio te in fugam atque in latebras impelleret. *Iustin. 34. 4.* Cum in latebris ageret, a filio interficitur. *Plaut. Aul. 4. 2. 2.* aurum Non metuo ne quisquam inveniat: ita probe in latebris situm est. *Lucan. 3. 743.* Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra Lesbos erit. *Ovid. 1. Met. 216.* Maenala . . . latebris horrenda ferarum. *Virg. 3. G. 344.* curvis frustra defensa latebris Vipera. *Id. 4. Aen. 424.* At Scyllam caecis cohibet spelunca latebris. *Id. 12. ibid. 389.* Ense secent lato vulnus, telique latebram; h. e. ubi telum latet infixum corpori. Et *10. ibid. 601.* Tum latebras animae, pectus mucrone recludit. *Lucret. 5. 750.* solis defectus, lunaeque latebras; h. e. cum per eclipsin luna latet. — **2)** Translate. *Id. 1. 403.* caecasque latebras insinuare omnes, et verum protrahere inde. *Cic. 2. Divin. 54.* Adhibere latebram obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur. *Id. Marcell. 7.* Cum in animis hominum tantae latebrae sint et tanti recessus. *Id. Sext. 4.* Cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset, palamque armata volitaret. *Id. Coel. 22.* Omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. *Id. 5. Fam. 12.* Mirandum est, nullam ne in tabellae quidem latebra fuisse absconditam malivolentiam, quae te impugnare auderet. *Id. fragm. pro Tull.* (edente *A. Peyronio*) *10.* Necesse putavit esse,

Digitized by Google

illam latebram tollere *Damnum iniuria*, quod in aliis causis debet valere. — **2)** *Latebra scribendi* apud *Gell. 17. 9.* est modus scribendi occultus, qui omnes latet, eo excepto, qui illius modi conscius est; *scrittura in cifera*. — **4)** Interdum ponitur pro excusatione, refugio, et quasi asylo, quo se quis tuetur, ne arguatur; *rifugio, scusa, asilo, scampo*. *Cic. 2. Fin. 55.* Si tuam dicerem, latebram haberes: ad corpus diceres pertinere. *Id. 2. Divin. 20.* Te mirificam in latebram conjecisti. *Id. 3. Offic. 28.* Quaerere latebram periurio. *Ovid. 3. Art. am. 754.* latebram dare vitiis.

LĂTĔBRĬCŎLĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *latebra* et *colo;* latebras incolens. *Plaut. Trin. 2. 4. 16.* Latebricolarum hominum corruptor.

LĂTĔBRO, as, āre. Verbum intransitiv. a *latebra;* latebras quaero. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Latebro; *ἐμφωλεύω*.

LĂTĔBRŌSĒ. Adverb. a *latebrosus;* occulte, clam; *occultamente, nascostamente*. *Plaut. Trin. 2. 2. 2.* Neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo.

LĂTĔBRŌSUS, a, um. Adiect. a *latebra*. — Comparat. *latebrosior* §. *1.* — Proprie est latebras multas habens, ad latendum aptus, occultus, absconditus; *pieno di nascondigli, atto a nascondersi, ascoso, occulto*. *Cic. Sext. 59.* Illa via latebrosa, qua spectatum ille veniebat. *Liv. 21. 54.* Ad equites quoque tegendos satis latebrosus locus. *Virg. 8. Aen. 715.* Latebrosa flumina. *Sil. 8. 192.* Latebrosi colles. *Lucan. 6. 420.* latebrosae tempora noctis. *Claudian. in II. Cons. Stilich. 513.* frondes. *Virg. 12. Aen. 587.* Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor Vestigavit apes; *h. e.* cavernulis abundanti, fistuloso. *Cic. Sext. 59.* Via latebrosior. — **2)** *Latebrosa loca* dicit *Plaut. Bacch. 3. 3. 26.* tabernas, popinas, lupanaria, ubi adolescentes vitiis dediti degere solent, et latere, vitantes gymnasia, palaestras, campum, ubi in omnium oculis se exerceant. — **3)** Est etiam latens, abditus. *Senec. Oed. 152.* Perdidit pestem latebrosa serpens. — **4)** Translate. *Augustin. 1. Retractat. 19. circa med.* Latebrosissima quaestio.

LĂTENS, entis. Particip. verbi *lateo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *latentior* §. *1.* — Proprie est abditus, occultus, absconditus, obscurus; *nascosto, occulto, coperto, latente*. *Hirt. B. Afr. 66.* insidiatores in convallibus latentes. *Plaut. Cas. 5. 5. 32.* omnes sub arcis, sub lectis Latentes metu mussitant. *Horat. Art. P. 437.* Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. *Plin. 35. 56. 22.* Apelles post ipsam tabulam latens. *Ovid. Ib. 625.* Latens tenebris. *Id. 11. Met. 773.* herba coluber. Et *13. ibid. 106.* Latentem manifestare. *Virg. 1. Aen. 112.* Saxa latentia; *scogli sott' acqua. Ovid. 2. Fast. 701.* Tarquinius mandata latentia nati Accipit; *le secrete commissioni*. *Stat. 10. Theb. 242.* Latens dolus. *Plin. 15. 29. 2.* iunctura; *commissura invisibile*. *Cic. Brut. 41.* Rem latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando. *Virg. 3. Aen. 32.* causas penitus tentare latentes. *Val. Flacc. 1. 128.* latentia lumina; *h. e.* occultae rimae. *Augustin. 12. de Gen. ad litt. 18.* Latentior origo. — **2)** *Latens motus* est vix sensibilis, blandus, apud *Cael. Aurel. 2. Chron. 14. 209.* Convenit *(aegris)* interea motus latens, pensili primo lectulo, vel cathedra longiore atque in vicina porticu. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LATENS, entis, n. Est locus occultus. Hinc *in latenti* est clam, in abdito. *Pompon. Dig. 1. 2. 2. a med.* In latenti ius civile retinere cogitabant: solumque consultatoribus potius, quam discere volentibus se praestabant.

LĂTENTER. Adverb. a *latens;* clam, occulte; *nascostamente, occultamente*. *Cic. Top. 17.* Latenter efficitur. *Ovid. 3. Pont. 6. 59.* Tu modo quem poteras vel aperte tutus amare, Si res est aucepe ista, latenter ama. *Gell. 2. 18. in fin.* Epicteti versus, ex quibus latenter intelligas, non omnes Diis exosos esse; *tacitamente intenderai*.

LĂTĔO, es, ui, ēre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, quod a *λάθω*, Dorice pro *λήθω*, eiusdem significationis, ducunt. — **b)** Particip. *latens*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *latebra, latebro, latebrose, latebrosus, latenter, laterna*, quod v., *laternio, latesco, latibulor, latibulum, latitabundus, latitatio, latitator, latito*. V. LATEX et LATIUM §. *2.*, LATRINA, LATRO, onis, LATUS, eris. — **d)** Composita, *collateo, collitesco, delitco, dilatebra* (v.), *illatebro, interlateo, oblitesco, sublateo*.

LATEO proprie est clam sum, in occulto sum, delitesco; *esser o star nascosto o occulto*. *Cic. Rabir. perduell. 7. sub fin.* Inclusus atque abditus latet in occulto. *Id. 4. Verr. 73. a med.* Abdite latere. *Ovid. Rem. am. 437.* clam. *Cic. 2. Agr. 16.* occulte. *Id. 1. Q. Fr. 1. 2.* Iatam virtutem non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiae, in oculis clarissimae provinciae, etc. *Id. 4. Acad. 48.* Omnia latere censebant in occulto. *Virg. 3. Ecl. 20.* tu post carecta latebas. *Horat. Epod. 9. 19.* Naves latent portu. *Virg. 10. Aen. 803.* tota latet arce victor. Et *4. ibid. 582.* latet sub classibus aequor. *Cic. 12. Phil. 7.* Quoniam sub nomine pacis bellum lateret. *Nep. Attic. 10.* Latebat apud P. Volumnium. *Martial. 5. 38.* Numquid apud Parthos Armeniosque latet? *Plaut. Trin. 4. 2. 80.* Intra labra atque dentes latuit. *Cic. Rosc. Am. 40.* Ibi scelus quoque latere inter tot flagitia putatote. *Plaut. Trin. 3. 2. 35.* nisi me auscultas, atque hoc, ut dico, facis, Tute pone te latebis facile, ne invenint te honor; *h. e.* tute tibi impedimento eris. — **2)** In iure *latere* dicuntur ii, a quibus aliquid petitur, ne praestent, solvantve, quod debent. *Cic. Quint. 25.* Ubi erant creditores? quis est, qui fraudationis causa latuisse dicat? V. LATITO §. *2.* — **3)** Item qui tuti sunt, et minus obiecti periculis. *Phaedr. 4. 5.* Periclitatur magnitudo principum: Minuta plebes facili praesidio latet. *Liv. 34. 9.* Latere sub umbra Romanae amicitiae. — **4)** Item qui privatam vitam agunt, et a publico et rerum administratione abstinent. *Ovid. 3. Trist. 4. 25.* Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: et intra Fortunam debet quisque manere suam. Quo pertinet tritum illud, *λάθε βιώσας*. — **5)** *Latet anguis in herba* apud *Virg. 3. Ecl. 93.* proverbialiter dictum de occultis insidiis. — **6)** Deinde, si ad res transferatur, impersonalium etiam more,

II. *Latere* absolute dicuntur, quae ignorantur. *Nep. Lysandr. 1.* Id qua ratione consecutus sit, latet; *non si sa*. *Virg. 5. Aen. 5.* quae tantum accenderit ignem, Causa latet. — **7)** Hinc *me, te, illum, hoc latet; h. e.* me, te fugit, a me ignoratur, non cognoscitur, non intelligitur. *Plin. 2. 13. 1.* Latet plerosque, siderum ignes esse, qui decidui etc.; *molti non sanno, che* etc. *Virg. 1. Aen. 134.* Nec latuere doli fratrem Iunonis. *Val. Flacc. 6. 705.* Nec latuere diu saevum spolia illa Syenen. *Ovid. 4. Pont. 9. 126.* Nil illum, toto quod fit in orbe, latet. *Justin. 15. 3.* Res Eumenem non latuit. *Varr. 1. RR. 40.* Semen duplex: unum, quod latet nostrum sensum: alterum, quod apertum. — **8)** Cum dativo personae pro accusativo. *Id. 8. LL. 32.* Vis et potestas, quae et oculis et auribus latere solent. *Lucan. 1. 418.* at mihi semper Tu, quaecumque moves tam crebros causa meatus, Ut Superi voluere, late. *Sil. 12. 611.* hostique propinquo Roma latet. *Cic. in Senat. 6.* Ubi nobis haec auctoritas tamdiu tanta latuit? (*τὸ nobis* potest etiam videri casus communis.) *Id. 1. Catil. 6.* Nihil agis, nihil assequeris, quod mihi latere valeat in tempore. *Al. leg.* quod me: *alii omittunt*.

Nota. Constructio verbi intransitivorum more est absoluta, transitivorum autem saepe cum accusat. personae, pro quo aliquando adhibetur etiam dativus.

LĂTER, ĕris, m. Nomen, quod *Isid. 19. Orig. 10. 16.* a *latus*, a, *um* ducit: « Lateres, inquit, et ipsi inde nominati, quod *lati* ligneis formis efficiuntur. » Cf. *Eundem, 15. ibid. 8. 16.* — **b)** Recti casus positio procul dubio est *later*, quamvis olim in dubium revocata sit, vel in usu esse negata. *Varr.* apud *Charis. 1. p. 102. Putsch.* Later, lutum, caementa. *Vitruv. 1. 5. in fin.* Sive silex, aut coctus later, sive crudus. — **c)** Neutro genere *Varr.* apud *Non. 2. 481.* et *12. 9.* Aureum later, quod conquadravit religio. — **d)** Derivata, *lateramen, laterarius, latereulenses, latereulum, latereulus, lateritius, laterina*. — **e)** Compositum, *semilater*.

LATER proprie dicitur terra in quadratam formam durata, sive igni percocta sit, sive non, in usum aedificandi; *mattone*. *Cic. 2. Divin. 47.* In latere, aut in caemento, ex quibus urbs effecta est. *Caes. 2. B. C. 10.* Lateres, qui super musculo struantur. *Plaut. True. 2. 2. 49.* Macerla illa, in horto quae est, in noctes singulas Latere fit minor. *Curt. 7. 3.* Tuguria latere struere. *Varr. 1. RR. 14.* Sepimentum, quod e lateribus coctilibus, ut in agro Gallico: quod e lateribus crudis, ut in agro Sabino. *Colum. 9. 1.* Paries crudo latere ac luto constructus. *Lucil.* apud *Non. 3. 97.* et *Vitruv. 2. 3.* Lateres de terra ducere; *fare*. *Plin. 2. 84. 2.* Et latere terreno facti parietes minore noxa quatiuntur. *Vitruv. loc. cit., Plin. 35. 49. 1.* et *seqq.* et *Pallad. 6. 12.* eorum ducendorum rationem tradunt. Tria etiam eorum genera faciunt, a mensurae discrimine petita. V. DIDORUS. — *Vulg. Interpr. Isai. 65. 3.* Qui immolant in hortis et sacrificant super lateres. Adde *Iudith, 5. 10.* et *Nah. 3. 14.* — **2)** *Lateres aurei, argentei* sunt massae auri, aut argenti in formam laterum conflatae, ex quibus moneta cuditur; *piastre*. *Plin. 33. 17. 1.* C. Caesar primo introitu Urbis, in civili bello, suo ex aerario protulit laterum aureorum XXV. M., argenteorum XXXV., et in numerato H-S. CCCC. Adde *Varr.* apud *Non. 2. 481.* et *12. 9.* — **3)** *Laterem lavare*, proverb. de opera vana et inutili; *perder il tempo, gettar la fatica:* nam quo magis abluitur later, eo magis aquam conspurcat. *Ter. Phorm. 1. 4. 9.* Loquar ne? incendam: taceam? instigem: purgem me? laterem lavem.

LĂTĔRĀLIS, le. Adiect. a *latus, eris;* ad latus pertinens; *da fianco*. *Lucil.* apud *Maxim. Victorin. p. 2965. Putsch.* Tum laterali' dolor certissimu' nunciu' mortis; *h. e.* pleuritis. *Plin. 24. 89. 2.* Si lateralis dolor sit. *Harduin. ex MSS. legit* si lateris dolor. *Calpurn. Ecl. 6. 40.* a dorso quae totam circuit silvam, Alternat vitreas lateralis cingula bullas; *la cinghia*. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LATERALIA, ium, n. Sunt sacculi, seu crumenae, ad latera ephippii pendentes, in quibus necessaria itineri recondimus; *sacchetti*. *Scaevola, Dig. 32. 1. 102.* Chirographa praediorum, et pecuniam in lateralia condidit.

Digitized by Google

LĂTĔRĀLĪTER. Adverb. a *lateralis;* per latus; *lateralmente*. *Boëth. 2. Geom. p. 1345. Migne.* Parallelogrammis adiiciendos rhombos, et rhomboides tetragonos arbitramur, quamvis enim aut angulariter aut lateraliter a supradictis parallelogrammis dissideant, tamen his sunt adnumerandi.

LĂTĔRĀMEN, ĭnis, n. Nomen a *later*, verbalium more effictum; opus latericium. *Lucret. 6. 232.* Conlaxat, rareque facit lateramina vasi; *h. e.* vas ipsum latericium. Loquitur enim de doliis, quae apud Veteres lateritia fuere: nisi malis *lateramina* interpretari vasis latera: quod tamen minus placet.

LĂTĔRĀRĬUS, a, um. Adiect. a *later;* ad lateres pertinens; *da mattoni*. *Plin. 19. 45. 1.* Ruta apricis gaudet et siccis, terra quam maxime lateraria. — **B)** Absolute, substantivorum more,

LATERARIA, ae, f. Est locus ubi fiunt lateres. *Id. 7. 57. 4.* Laterarias, ac domos constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis. — **B)** Item

LATERARIUS, ii, m. Est laterum artifex; *mattonaio*. Usurpatur a *Non. 8. 97.* — **A)** Deinde

II. *Laterarius*, a, um. Est etiam adiect. a *latus, eris;* ad latus pertinens. — Hinc absolute *Laterāria*, subaudi *tigna*, sunt in testudine militari, quae ad latera capreolorum in eiusdem summitate fixa, ipsos continent et firmant. *Vitruv. 10. 20.*

LATERCLUS. V. LATERCULUS, *init.*

LĂTĔRCŬLENSES, ium, m. Nomen a *latercŭlum*, quo significantur ii, qui laterculi dignitatum curam habebant. *Imp. Iustinian. 12. 34. 5. in fin.* V. vocem sequent.

LĂTĔRCŬLUM, i, n. (V. *Nota.*) Deminut. a *later*, quo significatur album, codex, liber; *registro, nota, catalogo:* in quo memoriae causa perscribebatur notitia omnium officiorum, dignitatum, et administrationum tam civilium, quam militarium: ita dictum a figura oblonga, et quadrata, qualis est in laterculo coctili. Duplex fuit, maius et minus. Illud continebat omnes dignitates, quae a principe mandabantur ac deferebantur, sacroque memoriae scrinio conditum asservabatur sub cura primicerii notariorum. Hoc habebat praefecturas, tribunatus et praeposituras castrorum, aliasque id genus dignitates: pertinebatque ad curam quaestoris. Eius mentio fit in *Cod. 1. 27. 1. §. 7.* et *ult.* et *ibid. 50. 1.* et 2. Utitur et *Tertull. advers. Valentinian. 29. sub fin.* Habes praeterea eius fragmenta apud *Grut. p. 301.* et apud *Murat. p. 1095.*

Nota. De genere ne ambigas, neutrum facit *Isid. 6. Orig. 17.*, item *Cedren.* λατέρκουλον πᾶρα Ῥωμαίοις λέγεται; nam ex locis ex *Codice* et *Tertull.* citatis colligi non potest.

LĂTERCŬLUS (et Laterclus *per syncopen*. V. CAPITULARIS §. 1. *in fin.*), i, m. Deminut. a *later*, sed eiusdem fere significationis; parvus later; *mattoncello, mattone*. *Caes. 2. B. C. 9.* Hanc insuper contignationem laterculo adstruxerunt. *Colum. 8. 14.* Sub porticibus quadratae harae caementis, vel etiam laterculis exstruuntur. *Plin. 30. 20. 3.* Sacellum factum crudis laterculis, ad formam camini. *Id. 7. 57. 3.* Observationes siderum coctilibus laterculis inscriptae. — *Id. 31. 41. 1.* Sal, qui in laterculis affertur; *h. e.* in patinis, aut tubulis latericiis. *Harduin.* — **B)** Specialim et a similitudine,

II. *Laterculus* in re agraria est certa agri forma referens figuram laterculi, et certum numerum iugerum continens. *Siculus Flacc. de condit. agror. p. 2. Goës.* V. PLINTHUS. — **B)** Apud Geometras est figura, de qua *Boëth. 2. Arithm. 29.* Quos autem superius laterculos diximus, quae sunt et ipsae quidem solidae figurae, hoc modo fiunt. Quoties, aequalibus spatiis in longitudinem latitudinemque porrectis, his additur altitudo . . . Laterculi sunt qui fiunt ex aequalibus aequaliter in minus (ex. gr. $3 \times 3 \times 2$). Adde *2. ibid. 25.* — **A)** Item opus pistorium quadratum et oblongum, latereuli forma. *Plaut. Poen. 1. 2. 112.* laterculos, Sesamum, papaveremque, triticum et frictas nuces. *Apul. 10. Met. 13.* Panes, crustula, lucunculos, laterculos, et compiura scitamenta mellita. *Al. leg.* lacertulos, eodem sensu. V. LACERTULUS. *Cato, RR. 109.* De ervo farinam facito: conspergito sapa: postea facito laterculos. — **B)** Denique

III. *Laterculus* est etiam genus herbae, quae communius *Hyoscyamos* dicitur. *Apul. Herb. 4.*, ubi tamen *alii rectius leg.* alterculum. V. ALTERCULUM.

LĂTĔRENSIS, se. Adiect. a *latus, eris;* ad latus pertinens. Hinc *Laterensis* absolute, est honorarius comes, qui et a *latere* dicitur. V. LATUS, eris, et LATRO, onis, §. 1. — Quare *Tertull. 4. advers. Marcion. 43. de duob. angelis Christum comitantib.* Tot fere laterensibus uti solebat.

LĂTĔRĔSĪTĀNĂ. } V. LATERITANA.
LĂTĔRĪTĀNĂ. }

LĂTĔRĪCĬUS et Lateritius, a, um. Adiect. a *later;* ex lateribus factus; *di mattoni*. *Caes. 3. B. C. 15.* Latericii muri. Et *ibid. 14.* Latericia turris. *Suet. Aug. 28.* Urbem excoluit adeo, ut iure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam latericiam accepisset. *Plin. 18. 78. 1.* Latericius paries. Adde *36. 49. 4.* et *Vulg. Interpr. Ierem. 43. 9.* — **B)** Absolute, substantivorum more,

LATERICIUM, ii, n. (*subaudi* opus). Est opus latericium. *Caes. 2 B. C. 9.* Ne saxa ex catapultis latericium discuterent.

LĂTĔRĪNĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. a *later*, absolute adhibitum; laterum fictio, latericium opus. *Tertull. 4. advers. Marcion. 43.* Allegantes Hebraei, mercedes restitui oportere illius operariae servitutis pro laterinis deductis, pro civitatibus et villis aedificatis.

Nota. Sunt qui minus recte putant, hic *laterinis* esse pro *latrinis*, et cloacas interpretantur, cum e contrario constet ex *Exod. 1. v. 14.*, Hebraeos ab Aegyptiis oppressos fuisse *operibus duris luti et lateris; h. e.* laterum e luto, ad urbes aedificandas.

LĂTĔRĪTĀNĂ, ōrum, n. absolute, vel Lateritana pira, inter generosissima enumerat *Colum. 5. 2. a med.* et *12. 10.*, ubi *al.* lateritiana *leg.*, videnturque esse eadem, quae *lateriana* dicuntur a *Plin. 15. 16. 2.* et *laterensiana* a *Macrob. 2. Saturn. 15.* ex *Cloatio.* — Videntur autem esse pira ex fundo Laterio, ubi villam habebat Q. Cicero in agro Arpinate, cuius mentio est apud *Cic. 2. Q. Fr. 7.* et *4. Att. 7.*

LĂTĔRĪTĬUS. V. voc. praeced.

LĂTĔRĪTĬUS, a, um. V. LATERICIUS.

LĀTERNĂ, ae, f. Nomen instrumenti cuiusdam, ita dicti a *lateo*, quia in ea ignis latet. — **b)** *Paresus* in *Lex. Crit.* testatur, se in quodam MS. legisse *lanterna*, in illo *Plauti, Aul. 3. 6. 29. de agno macro.* Ita is pellucet, quasi lanterna Punica. In *Vegel.* quoque similem lectionem adstruit, *4. Milit. 18. in fin.* In lanternis portant lucernas. Quin apud *Cic.* ex alio MS. legit *(Pis. 9.)* Altero Catilinae lanternario. Etiam *Gloss. Philox.* Lanterna; *φανός*. Nihilominus certior est prior lectio, quae *n* exterit, inquit *Forcellinus* noster. Altera autem lectio firmatur *Inscr.* apud *Momms. n. 3740.* « M. Hordionius Philargurus Labeo Lanternarius. » — **c)** Primam syllabam longam habet, etsi prima in *lateo* brevis est. — **d)** Derivatum, *laternarius*.

LATERNA et Lanterna, est instrumentum ex laminis corneis, vel ex alia materia, in quo candela accensa, vel ignis oleo ardens includitur, ne a vento exstinguatur; *lanterna, fanale*. *Cic. 4. Att. 3. a med.* Pauci in vestibulo pannosi sine laterna. *Alii leg.* linea laterna; *h. e.* lineo velo obvoluta. *Val. Max. 6. 8. n. 1.* M. Antonius incesti reus agebatur. Cuius in iudicio accusatores servum in quaestionem perseverantissime postulabant, quod ab eo, cum ad stuprum iret, laternam praelatam contenderent. V. vocem sequent. *Martial. 14. 61.* Dux laterna viae clausis feror aurea flammis: Et tuta est gremio parva lucerna meo. Adde *Vulg. Interpr. Ioh. 18. 3.* — **B)** *Senec. 3. Controv. praef. ante med.* de Albutio Silo verba faciens, Splendidissimus erat, inquit: idem res dicebat omnium sordidissimas, acetum, et puleium, et laternas, etc. nihil putabat esse, quod dici in declamatione non posset.

Nota. Laternae veteris figuram videre est in epitaphio M. Hordionii *lanternarii* in *Antichità di Ercolano, T. 9. p. 265.*

LĂTERNĀRĬUS et Lanternarius, ii, m. Nomen proprie adiect. a *laterna*, absolute adhibitum de eo, qui alteri laternam praefert; *chi porta la lanterna*. *Cic. Pis. 9.* An cum altero, barbaro Epicureo, cum altero, Catilinae laternario? *Al. leg.* lanternario. V. *Val. Maximi* locum cit. in voce praeced. *a. b.*, itemque *Inscr.* ibidem allatam. Cf. LAUTUMARIUS.

LĀTERNĬO, ōnis, m. Verbale a *lateo*, idem quod lavernio. *Schoiast. Cruq.* ad *Horat. 1. Ep. 16. 60. Laverna* sic dicta fortasse a *latendo;* nam fures olim laterniones et laverniones dicebantur. V. LAVERNA in ONOM.

LĂTĔRO, as, āre. Agnoscit hoc verbum *Priscian.* in *Partit. XII. vers. Aen. p. 1258. Putsch.* Si verbis adiacent, quae e correptam paenultimam habuerint, servant e ante *ris* genitivi, ut . . . *latero, latus, lateris; operor, opus, operis*.

LĂTESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *lateo;* condor, latito, abscondor; *nasconderst*. *Cic. Arat. 385.* Hic equus a capite et longa cervice latescit. — **B)** Deinde

II. *Lātesco, is, ĕre*. Est etiam a *latus, a, um;* item intransitiv. et inchoativ. — Particip. *latescens*, infra. — Est latus fio; *allargarsi, dilatarsi*. *Colum. 2. 10. in fin.* Napi non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. *Manil. 1. 680.* bis sex latescit fascia partes. *Cels. 8. 1. a med.* Ossa paulatim latescentia.

LĂTET, ēbat, uit, ēre. V. LATEO §. 6. et seqq.

LATEX, ĭcis, m. (*et* f.). Vox parum certae originis. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.* « Latex lapsu profluens aqua dicitur. » *Serv.* ad *Virg. 1. Aen. 690.* Latex proprie aqua est, ab eo, quod intra terrae venas latet. Alii ducunt a Graeco λάτραξ; liquor cum sonore cadens: ita ut λά, vocula intentiva, frequentiam actionis aquae fluentis, et τάξ sonum liquoris delabentis significet. V. TAX. — **b)** In feminino genere *Accius* apud *Prissian. 3. p. 638. Putsch.* Non calida latice lautus.

LATEX proprie est fons, aqua decurrens; *acqua:* in usu apud Pet-

Digitized by Google

tas. *Virg. 4. Aen. 512.* latices simulatos fontis Averni. Et *6. ibid. 715.* Lethaei ad flumina undam Securos latices et longa oblivia potant. *Ovid. 3. Pont. 1. 17. de tellure Pontica.* Nec tibi sunt fontes, laticis nisi pocula marini. *Id. 4. Met. 555.* Desilit in latices. Et *5. ibid. 636.* In laticem mutor; *in fonte. Lucret. 4. 1086.* expletur laticum frugumque cupido; *la sete e la fame.* — **2)** Saepe dicitur de vino. *Virg. 1. Aen. 690.* Regales inter mensas laticemque Lyaeum. Et *ibid. 740.* in mensam laticum libavit honorem. *Ovid. 1. Pont. 10. 11.* Nectar et ambrosiam, latices epulasque Deorum. Et *15. Met. 653.* Latex meri. *Lucret. 3. 15.* liquoris vitigeni latex. — **3)** Item de aliis liquoribus. *Id. 4. 16.* perpotare amarum absinthii laticem. *Ovid. 3. Met. 274.* Palladii latices; *h. e.* oleum. *Prudent. 3. Cathemer. 67.* nivei latices; *h. e.* lac. *Apul. 1. Met.* lacteum fontis laticem dixit, aquam intelligens gustatus suavissimi.

Nota. Discrimen inter *imbres* et *latices* dedimus sub v. IMBER in *Nota* §. 1.

LĀTHYR. V. voc. seq.

LĀTHŸRIS, Idis *(vel* is), f. Vox Graeca, λαθυρίς, qua significatur herba quaedam folia habens multa lactucae similia, ut capparis: quae cum inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu. *Plin. 27. 71. 1.* — *Lathyr* prima longa effertur in recto casu apud *Seren. Sammon. 1099.* Aut herbae succus, quae fertur nomine lathyr. Alii leg. *lichen.* Alii, inverso ordine, *lathyris quae nomine fertur*, ut sit *lathyr, is.* — Nomina et virtutes lathyridis recenset *Apul. Herb. 112.*

LĀTHŸROS, *Graeca positione*, i, f. Vox Graeca, λάθυρος, qua significatur herba, quae et leontopodion, leontopetalon, leontospermon, etc. dicta, Latine autem flammula, teste *Apul. Herb. 7.*, ubi tamen variat lectio inter *lacithos, lasithos* et *lacithros*, quae corrupta videntur.

LĀTĪĀLIS, le. Adiect. a *Latium;* ad Latium pertinens, ut Latialis sermo; *h. e.* lingua Latina, apud *Plin. 3. 5. 1.* V. reliqua in ONOM.

LĀTĪĀLĪTER. Adverb. a *Latialis;* Latine; *alla Latina. Sidon. carm. 23. 235.* Et te seu Latialiter sonantem, etc. *Alii* Latiariter *leg.* quod idem est. *Capell. 5. init.* Peplo circa humeros involuto Latialiter tegebatur. *Id. 6. p. 192.* Latialiter atticissant.

LĀTĪAR, āris, n. *Macrob. 1. Saturn. 16.* docet ita appellatum fuisse ab Romanis solemne sacrificium, quod a Latinis populis tempore Latinarum feriarum Iovi Latiali fiebat. *Cic. 2. Q. Fr. 4. ad fin.* Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi; ceterum, qui confectum erat Latiar, erat exiturus. V. LATINUS §. 4.

LĀTĪĀRIS, re. Adiect. a *Latium;* ad Latium pertinens. *Macrob. 1. Saturn. 2.* Doctrinae Latiaris haud inscius. *Al. leg.* Latialis. V. reliqua in ONOM.

LĀTĪĀRĪTER. V. LATIALITER.

LĀTĪĀTIM. Adverb. origine et significatione idem ac Latialiter. Legitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 529.* ed. *Mai.*

LĀTĪBŬLAE, ārum, f. Idem origine et significatione ac latibulum. Legitur in *Not. Tir. p. 94.* V. LATIBULUM.

LĀTĪBŬLO, as, V. voc. seq. §. 2.

LĀTĪBŬLOR, āris, āri. Verbum intransitiv. apud Veteres tantum in usu, a *latibulum*, forma deponens, pro qua et activa aliquando adhibitum est. — Est lateo, delitesco; *essere o stare nascosto. Naevius* apud *Non. 2. 496.* Nocte ut opertus amictu latibuletur. *Accius ibid.* Progredere et ne quis latibuletur, prospice. *Ribbeck in Comic. Latin. reliq. p. 258.* hoc fragmentum *Publilio Lochio Syro* vindicat. — **2)** Deinde, activa forma,

II. *Latibulo, as, āre.* Eodem sensu. Agnoscitur a *Non. ibid.* et *Prisc.* in *Cornucopia* affert hoc fragmentum *Varronis:* Vide, ne servus domino latibulet.

LĀTĪBŬLUM, i, n. Verbale a *lateo;* locus in quo aliquis latet; latebra: et saepe de ferarum cubilibus dicitur; *nascondiglio, tana, latebra. Cic. Rabir. Post. 15.* Cum etiam ferae latibulis se tegant. *Id. Vatin. 2.* Repente enim te, tanquam serpens e latibulis, intulisti. Adde *1. Offic. 4., Catull. 63. 34.* et *Phaedr. 2. 8.* et *1. 30.* — **2)** De hominibus. *Cic. Flacc. 13. extr. de praedonib.* Defendendi facilis est cautio, non solum latibulis occultorum locorum, sed etiam tempestatum moderatione et conversione. *Id. 12. Att. 13. extr.* Volo aliquod emere latibulum et perfugium doloris mei. Cf. LATIBULAE. — **3)** Translate. *Apul. Apol.* Quaerere occoepit ex diffidentia latibulum aliquod temeritati. *Vulg. Interpr. Iob, 22. 14. de Deo.* Nubes latibulum eius, nec nostra considerat. *Id. Psalm. 17. 12.* Et posuit tenebras latibulum suum.

LATĪCLĀVĪĀLIS, le. Adiect. a *laticlavium;* qui laticlavia tunica est indutus. *Inscr.* apud *Grut. 130. 3.* Tribunus laticlavialis.

LĀTĪCLĀVĪUM. V. voc. seq. §. 3.

LĀTĪCLĀVĬUS, a, um. Adiect. a *laticlavus;* qui latum clavum habet. *Val. Max. 3. 1. n. 7.* Et tunica laticlavia donatum ad Masinissam remisit. *Sust. Domit. 10.* Laticlavius tribunus. *Petron. Satyr. 32.* Laticlavia mappa. V. MAPPA. *Cassiod. 3. Varr. 14.* Pandite curiam, suscipite candidatum; iam senatui praedestinatus est, cui nos contulimus laticlaviam dignitatem. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LATICLAVIUS, ii, m. Dicti sunt *laticlavii* senatores, et patricii, quorum insigne erat latus clavus in tunica: quam *tunicam potentem* dixit *Stat. 4. Silv. 2. 29. Suet. Ner. 26.* A quodam laticlavio caesus. *Id. Aug. 38.* Binos laticlavios praeposuit singulis alis. V. CLAVUS §. 21. — **3)** Item

LATICLAVIUM, ii, n. Est dignitas eius, qui laticlavo insignitus est. *Caius, Dig. 24. 1. 42.* Si uxor viro laticlavii petendi causa donet, vel ut equestris ordinis fiat, vel ludorum gratia. *Lamprid. Commod. 4.* Paternum per laticlavii honorem a praefecturae administratione submovit. *Alii leg.* laticlavi. *Scholiast. ad Iuvenal. 1. 106.* Purpura maior, laticlavium. *Gloss. Philox.* Laticlavium; πλατύσημον. V. voc. seq.

LĀTĪCLĀVUS, i, m. Nomen a *latus* et *clavus*, idem ac disiunctim latus clavus; *toga senatoria*. V. CLAVUS §. 21. *Inscr.* apud *Ph. Borker. Vebb., Osserv. sull' agro Troi. p. 105.* Sex. Quinctilius Sex. f. Annius Valerius Maximus laticlavo exornatus a Divo Aug. Nerva, quaestor, etc. *Impp. Valentin. et Valens, Cod. Theod. 6. 4. 17.* Etsi iniustum enim, atque dedecus videtur, mulieres ad laticlavum atque insignia procedere, etc. V. LATICLAVIUM. — Unica voce *Latusclavus;* πλατύσημος, legitur in *Onom. Lat. Gr.*

LĀTĪFĪCO, as, āre. Verbum transitiv. a *latus* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; late diduco. *Gloss. Philox.* Latifico; πλατύνω.

LĀTĪFŎLĬUS, a, um. Adiect. a *latus* et *folium;* lata folia habens; *di foglie larghe. Plin. 15. 7. 2.* Optima laurus ad id latifolia, silvestris, nigra baccis. — **2)** Absolute de quercus specie dixit *Id. 16. 8. 2.* Glans optima in quercu . . . Maxime autem probantur latifoliae ex argumento dictae.

LĀTĪFUNDĬUM, ii, n. Nomen a *latus* et *fundus;* latus fundus, ampla possessio agri; *gran podere, gran possessione. Plin. 18. 7. 3.* Verum confitentibus, latifundia perdidere Italiam, iam vero et provincias. *Petron. fragm. Tragur. 77. Burm.* Latifundia possidere. *Senec. ep. 89.* Latifundia metiri me geometres docet. *Val. Max. 8. 6. n. 1.* Amplam pecuniam latifundiaque festinanter consumpsit. Adde *Flor. 3. 19.* et *Plin. 13. 29. 1., 17. 38. 39.* et *18. 67. 10.*

LĀTĪLŎQUENS, entis, omn. gen. Adiect. a *latus* et *loquor;* qui late, seu multum loquitur. *Gloss. Philox.* Latiloquens; πλατυλόγος. Cf. LATE §. 3.

LĀTĪNAE, ārum. V. LATINUS §. 4.

LĀTĪNĒ. Adverb. a *Latinus*. — Comparat. *Latinius* §. 1. — Proprie est more Latinorum; *Latinamente. Liv. 40. 42. in fin.* Cumanis petentibus permissum, ut publice Latine loquerentur, et praeconibus Latine vendendi ius esset. *Hieronym. 8. in Isai. 10. 26. 7.* Huius iusti semita recta est, sive, ut verbum novum fingam, rectitudines, quas Graeci vocant εὐθύτητας, et nos aequitates Latinius possumus appellare. — **2)** *Latine loqui*, est loqui proprie et eleganter. *Cic. Brut. 45.* Eodem tempore M. Herennius in mediocribus oratoribus Latine et diligenter loquentibus numeratus est. — **3)** Interdum est loqui aperte, clare, plane, nullo astu, nulla malitia, nulla fraude, nulla metaphora, nullo verbi ambigui praetextu. *Cic. 6. Verr. 1.* Latine me scitote, non accusatorie loqui. *Id. 7. Phil. 6.* Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. *Quintil. 3. Declam. 6.* De iniuria nostra Latine queri non possumus; parcendum verbis; *h. e.* de stupro militi a tribuno intentato. — **4)** *Latine scire*, est scire Latine loqui. *Cic. Caecin. 19.* Quid enim facilius est, quam probari iis, qui Latine sciant in uno servulo familiae nomen non valere? Adde *Brut. 37.* — **5)** *Latine reddere;* in Latinum sermonem vertere; *tradurre in Latino. Cic. 1. Orat. 34.* Cum ea, quae legerem Graece, Latine redderem.

Nota. Quod ait *Paul.* ex *Festo p. 118. Mull.* e Latine loqui a Latio dictum est: quae locutio adeo est versa, ut vix ulla pars eius maneat in notitia: a illa verba *quae locutio* etc. ipse *Paulus* de suo protulit, sua nimirum, non *Festi* tempora respiciens; scil. saeculum Christi VIII.

LĀTĪNĪGĔNĂ, ae, comm. gen. Nomen proprie adiect. a *Latinus* et obsoleto *geno* pro *gigno;* Latino genitus. Occurrit apud *Priscian. Partit. XII. Vers. Aen. p. 1285. Putsch.*

LĀTĪNĪTAS, ātis, f. Abstractum a *Latinus;* locutio Latina, sermo Latinus; *favella latina. Cic. 7. Att. 3. a med.* Secutusque sum, non dico Caecilium, mane ut ex porticu in Piraeeum (malus enim auctor Latinitatis est), sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi. *Diomed. 3. p. 434. Putsch.* Latinitas est incorrupta loquendi observatio secundum Romanam linguam. Adde *Sulpic. Vict. Institt. Orat. 13.* — **2)** Accipitur etiam pro iure Latii. *Cic. 14. Att. 12. sub init.* Scis quam diligam Siculos. Multa illis Caesar, neque me invito; etsi Latinitas erat non fereuda; *h. e.* ius Latii, Siculis a Caesare concessum. *Suet. Aug. 47.* Urbium quasdam merita erga populum Rom. allegantes, Latinitate, vel civitate donavit. V. IUS §. 3.

LĂTĪNIZO, as, āre. Verbum transitiv. a *Latinus;* in Latinum vertio; *Latinizare*. *Cael. Aurel. 2. Acut. 1. extr.* Soranus vero, cuius haec sunt, quae latinizanda suscepimus. Cf. voc. seq.

LĂTĪNO, as, āvi, āre. Verbum transitiv. a *Latinus*, idem quod Latinizo; *Latinare*. *Cael. Aurel. 3. Tard. 4. a med.* Cataclysmo utendum, cuius nominis vim praescriptis libris saepius latinavimus.

LĂTĪNUS, a, um. Adiect. a *Latium*. — Comparat. *Latinior* §. *1.*, *Latinissimus* §. *1.*; ad Latium pertinens, ut Latinus sermo, quo utebantur in Latio; *Latino*. *Cic. 1. Fin. 3. sub fin.* Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse, quam Graecam. *Colum. 12. praef.* Haec in Oeconomico Xenophontis, et deinde Cicero, qui eum Latinae consuetudini tradidit; h. e. vertit in Latinum sermonem. *Hieronym. ep. 38. n. 2.* Nihil Latinius tuis voluminibus. *Id. ep. 50. n. 2.* Homo Latinissimus. *M. Aurel.* inter *Front. 2. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 6.* Nihil ego unquam cultius, nihil Latinius legi. — **2)** *Vertere in Latinum*, absolute dictum, est vertere in linguam Latinam. *Quintil. 10. 5. 2.* Vertere Graeca in Latinum veteres nostri Oratores optimum iudicabant. — Eadem ratione dixit *Id. 2. 1. 4.* In Latinum vocem transferre. — **3)** *Casus Latinus* interdum dictus est a *Varrone* ablativus, quia Latinae linguae proprius est, eiusque vis apud Graecos per genitivum explicatur. *Diomed. 1. p. 277. Putsch.* — **4)** Specialim

II. *Latinae feriae*, quae et *Latinae*, absolute, dicebantur, cum ex populis Latinis viri simul et mulieres in montem Albanum hostias adducebant, et quatriduano sacrificio noctu *(Lucan. 1. 550.* et *5. 402.)* facto in honorem Iovis Latialis, accepta carne, in suam quique civitatem digressi revertebantur. Ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes caesae distribuerentur. Ferias autem Latinas maximo Romanorum, Latinorumque magistratuum conventu, consules procurabant, cum interea cum populo agere non liceret, ut ob eam causam Latinae aliquando a consulibus instaurarentur, cum tribunis pleb. obsistere vellent, populares leges et reipubl. perniciosas ferre cupientibus. Itaque *Cic. 2. Q. Fr. 6.* Consul Lentulus dies comitiales exemit omnes. Nam etiam Latinae instaurantur. Nec tamen deerant supplicationes. Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maxime Catonis. Haec *Cic.* Instaurabant Latinas etiam pontifices, ut *Liv. 32. 1.* tradit. Id autem fiebat, quasi iam faciendis iis aut praetermissum aliquid esset, aut, quod non oporteret, commissum. — **5)** Primus eas in unum diem Tarquinius Superbus instituit, secundus dies additus pulsis regibus, tertius post secessionem in Aventinum, quartus plebe et patribus a Dictatore Camillo in concordiam reductis. Non habebant certum statumque diem, ideoque *conceptivas* dicebantur, nam legimus apud *Liv. 41. 16.* celebratas fuisse III. Nonas Maii. Et *44. 3. a. d. IV. Id. Novembr.* In iis quadrigae certabant in Capitolio, victorque absinthium bibebat: credo, inquit *Plin. 27. 28. 1.*, sanitatem praemio dari honorifice arbitratis maioribus. V. *Marini, Frat. Arv. p. 140.* et *Oderic. Syllog. p. 231.* sq. *seqq.* et *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Planc. 9.* edit. ab *A. Mai* in *Class. Auct. T. 3. p. 52.* — **6)** Refertur aliquando ad *ius Latii*, hinc

III. *Latini Iuniani* dicti sunt, qui ex lege Iunia Norbana, quae lata est an. U. C. 772. Iunio et Norbano Coss., cum servi antea fuissent, inter amicos manumissi fuerint: hi tamen patria libertate minime gaudebant, eorumque bona in censum non inferebantur. *Caius, 3. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. *56.* Per legem Iuniam ii omnes, quos praetor in libertate tuebatur, liberi esse coeperunt, et appellati Latini Iuniani: Latini ideo, quia lex eos liberos perinde esse voluit, atque si essent cives R. ingenui, qui ex urbe Roma in Latinas colonias deducti Latini coloniarii esse coeperunt; Iuniani ideo, quia per legem Iuniam liberi facti sunt, etiamsi non cives R. *Plin. 10. ep. 103. ad Traian.* Valerius, Domine, Paullinus, excepto uno, ius Latinorum suorum mihi reliquit: ex quibus rogo tribus interim ius Quiritium des. — Reliqua v. in ONOM.

LĂTĬO, ōnis, f. Verbale a *fero;* actus ferendi; *il portare*. *Boëth. 4. Topic. Aristot. 2.* Si ambulatio neque augmentationem, neque diminutionem, neque alios motus participat, manifestum quod lationem participabit; quare erit genus latio ambulationis. Et *ibid.* Paene enim in iis, quae involuntarie locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodum inanimatis accidit. — **2)** Translate. *Liv. 2. 33.* Auxilii latio. — **3)** Specialim apud ICtos de legibus, aut suffragiis. *Cic. 3. Att. 26.* Mihi in animo est, legum lationem exspectare. *Liv. 38. 56.* Pronunciavit, ut iis suffragii latio esset. — *Priscian. Praexercit. Rhet. 12.* Legis quoque lationem in praeexercitationibus ponunt. V. LEGISLATIO. — **4)** Apud *Gell. 14. 2.* Expensi latio; *il portar a debito*.

LĂTĬŌSUS, a, um. Adiect. a *latus, a, um;* spatiosus, amplus; *spazioso, ampio*. — Absolute de loco. *Vulg. Interpr. Ital. Oseae, n. 18.* Tanquam agni in latioso. *Vulg.* noster habet *in latitudine*.

LĂTĬPES, ĕdis, omn. gen. Adiect. a *latus* et *pes;* qui latos pedes habet. *Avien. prognost. Arat. 338.* Latipedemque anatem cernes excedere ponto.

LĂTĬTĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *latito;* qui latet. *Sidon. 1. ep. 6. ad fin.* Nobilem latitabundum pauperis honorati sententia premet.

LĂTĬTANS, antis. Particip. verbi *latito*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui saepe latet, vel idem quod latens; *nascosto*. *Cic. Cluent. 13. a med.* Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. *Caes. 2. B. C. 4.* Communi fit vitio naturae, ut invisis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiusque exterreamur. *Horat. 3. Od. 12. 10.* Celer alto latitantem Fruticeto excipere aprum. *Ovid. 10. Met. 449.* tegunt nigrae latitantia sidera nubes. *Lucan. 6. 712.* Latitans in antro.

LĂTĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *latito;* actus latitandi. *Quintil. 7. 2. a med.* Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia.

LĂTĬTĀTOR, ōris, m. Verbale a *latito;* qui latitat. Tribuitur *Augustino*, loco tamen non indicato.

LĂTĬTĬA, ae, f. Abstractum a *latus, a, um;* latitudo; *larghezza*. *Inscr.* apud *Marini, Iscriz. Alb. p. 119.* L. Septimius Severinus Aug. Lib. fecit munimentum a solo cum agello concluso sibi et suis libertis libertabusque posterisque eorum: habet autem agellus conclusus latitiae P. LXXV., longitiae P. CXXXVII. H. L. E. N. H.; h. e. *Hic Locus Exterum Non Habet;* scilicet, non recipit, non admittit. *Auct. vet agrar. p. 223. Goës.* Cass fines quam maxime in longum habens, in latitia breviores. Adde *p. 241.*

LĂTĬTO, as, āvi, atum, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *lateo*. — Particip. *latitans* §. *5.* et suo loco. — Proprie est idem fere ac lateo; *essere o stare nascosto*. *Cic. Dom. 31.* Iube adesse: latitat omnino: sed si requiri iusseris, invenient. *Lucret. 1. 888.* latitare in terris. *Ovid. 4. Met. 403.* Fumida iamdudum latitant per tecta sorores. *Plaut. Trin. 4. 2. 81.* Ille ignavissimus mihi latitabat; *s'ascondeva da me*. *Petron. Satyr. 116.* Quisquis suos heredes habet, omnibus prohibetur commodis, inter ignominiosos latitat; h. e. iacet neglectus et abiectus. — **2)** Peculiariter de iis dicitur, qui se abscondunt vitandi iudicii causa, et secum iure agendi potestatem non faciunt. *Cic. Quint.* in verbis edicti praet. *19.* Qui fraudationis causa latitarit. *Id. ibid. 17.* Si latitare ac dudum ludificare videatur. — De allatis praetoris verbis multa *Ulp. Dig. 42. 4. 7.* — **3)** *Latitare aliquem;* occultare se ab aliquo. *Pompon. Dig. 35. 1. 8.* Si ea latitans patronum de medio discesserit. — **4)** Deinde

II. *Lātĭto, as, āvi, āre*. Est etiam verbum transitiv. a *latus*, particip. verbi *fero*, frequentativorum more effictum. Hinc *Cato* apud *Paul. Diac. e Fest. p. 121. Müll.* posuit *lātĭtāvērunt* pro saepe tulerunt. Cf. LATESCO §. 2. et LATUS, a, um, §. 15., coll. CATO, as, are.

LĀTĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *latus;* spatiositas; *larghezza, ampiezza*. *Cic. 1. Nat. D. 20.* In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. *Id. 2. Agr. 26.* Qui latitudinem possessionum tueri, qui invidiam Sullanorum agrorum ferre non possunt. *Colum. Arbor. 17.* Crescere in latitudinem. *Plin. 5. procem. 4.* Fauces Oceani quinque millia passuum in latitudinem patent. *Id. 18. 34. 3.* Aut in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. — **2)** Translate. *Plin. 1. ep. 10.* Frequenter Platonicam illam sublimitatem et latitudinem effingit; h. e. amplitudinem, ubertatem dicendi. — *Vulg. Interpr. Psalm. 118. 45.* Ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi; h. e. magna cum facilitate et laetitia. — **3)** *Latitudo verborum* est eorum lato ore prolatio. *Cic. 2. Orat. 22.* Nervos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non assequitur: oris pravitatem et verborum latitudinem imitatur. — **4)** Pro loco spatioso et amplo. *Vulg. Interpr. Osee, 4. 16.* Nunc pascet eos *(Israelitas)* Dominus, quasi agnum in latitudine; h. e. in regione Assyriorum et Medorum. Cf. LATIOSUS. — **5)** Specialim

II. *Latitudo* apud Geometras dicitur una ex tribus corporum dimensionibus. *Boëth. 2. Arithm. 4.* Tria ergo intervalla sunt longitudo, latitudo; idest linea, superficies atque soliditas. Cf. CRASSITUDO §. 4. — **6)** In multiplicationibus, quae repraesentantur geometrice per parallelogrammum *latitudo* dicuntur numeri, qui latus verticale constituunt, *longitudo* vero ii, qui latus oppositum, quod horizon appellatur, ut videre erit in *Tabula*, quam sistit *Boëth. 1. Arithm. 26.*, coll. *ibid. 27.* — **7)** Item *latitudo* idem est in numeris ac latus, sive radix. *Id. 2. ibid. 30. fin.* Quos 300. committe iuxta 50 . . . et invenitur latitudo senarius ($\frac{300}{50} = 6$). — **8)** Hinc iterum translate. *Vulg. Interpr. Ephes. 3. 18.* Ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum: sive etiam supereminentem scientiae charitatem Christi. — **9)** Denique

III. *Lātĭtūdo* est etiam a *lateo* vel *latito* (V. §. 1.); latitatio, occultatio. *Cael. Aurel. 3. Chron. 8. 153.* Sed erat regulae medicinali conveniens ad lenimentorum latitudinem, sive spatium, vomituum designare quantitatem. Adde *4. ibid. 3. 67.* et V. *ibid. Amman* et *Almeloo.* in *Lex. Caelian* ad h. v.

LĂTĬUM, ii, n. Nomen proprium celeberrimae regionis in Italia.

ed by Google

sic dictae, ut vulgo creditum est, a *latendo*, quod ibi Saturnus secundum fabulas latitarit, vel secundum *Varr. 5. LL. 4.* a *Latino* rege, vel, quod rectius videtur, a *latus, a, um*, quod nempe lata planitie sit. Hinc *Priscian. Partit. XII. Vers. Aen. p. 1285. Putsch.* « Latium autem vel a latendo vel a latitudine est nominatum. » — De hac regione verba faciemus in ONOM. — Hic tantum nomen posuimus ad indicandam originem plurium vocabulorum, quae in communem linguae Latinae usum traducta sunt, quaeque locum suum commodum habent, saltem ex parte, in *Lexico* potius quam in *Onomastico*. Sunt autem haec: *Latialis, Latialiter, Latiar, Latiaris, Latiatim, Latine, Latinitas, Latinize, Latino, Latinus, Latius;* et compositum *Latinigena*.

LĂTĬUS, a, um. Adiect. a *Latium;* ad Latium pertinens, ut *Latia lingua; h. e.* Latina, apud *Ovid. 2. Pont. 3. 75.* V. reliqua in ONOM. — **2)** *Latium* absolute (subaudi *ius*), dicitur ius Latii, de quo V. in ius §. 3.

LĂTO, as, āre. Verbum transitiv. a *latus;* latum facio. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Lato, as; πλατύνω.

LĂTŎMĬAE. V. LAUTUMIAE.

LĂTŎMUS, i, m. Vox Graeca, λάτομος, qua significatur lapidum caesor, lapicida; *tagliapietre. Vulg. Interpr. 1. Paral. 22. 2.* Constituit ex eis latomos ad caedendos lapides et poliendos. Adde *3. Reg. 5. 15.* et *1. Esdr. 3. 7. Eucher. 2. Instruct. 3.* Latomi, in Regnorum (*subaudi* libris), lapidum Caesores. *Hieronym. ep. 129. n. 3. in fin.* Quid commemorem templum septuaginta millium latomorum, et octoginta millium vectorum; hoc est centum quinquaginta millium, exceptis praepositis operum? Ita *Hieronym. ex 3. Reg. 5. 15.*

LĂTŎNĬGĔNĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *Latona* et obsoleto *geno* pro *gigno;* Latona genitus. *Ovid. 6. Met. 160.* Et date Latonae, Latonigenaque duobus Cum prece tura pia; *h. e.* Apollini et Dianae. Sic *Senec. Agam. 320.* Latonigenae Dii. V. LATONA in ONOM.

LĂTOR, ōris, m. Verbale a *fero;* qui fert; *portatore. Senec. Tranquill. 5.* Debet plus virium esse in latore, quam in onere. *Al. rectius leg.* actore. — **2)** Accipitur et pro tabellario. *Suet. Cal. 44.* Magnificas Romam litteras misit, monitis saepe latoribus, ut vehiculo etc. Optimi Codices habent *speculatoribus* pro *saepe latoribus.* — **3)** *Lator legis* est, qui legem vel instituit, vel promulgat. *Liv. 3. 31. sub fin.* Cum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet. Et *ibid. 9.* Lator rogationis. *Cic. 4. Catil. 5.* legis Semproniae. *Id. Mur. 2.* Legis ambitus lator. *Quintil. 3. 7. 18.* Afferunt laudem urbes conditoribus, leges latoribus. *Caes. 1. B. C. 5.* Latorum (*SCti*) audacia. *Cf.* LEGISLATOR. — **4)** Item *lator artis* et unica voce *artislator*, est grammaticus. *Prob. art. min. 15.* Sane nomen uniuscuiusque litterae omnes artis latores, praecipueque Varro, neutro genere appellari iudicaverunt. *Serv. Tract. in Donati lib. init. p. 512. Rudl.* Plerique artis Grammaticae latores etc. V. ARTISLATOR.

LĂTRĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *latro;* ad latratum pertinens; *latrabile. Boëth.* in *Porphyr. 1. p. 80. Migne.* Nomen canis plura significat, et hunc latrabilem quadrupedemque, et coeleste sidus, et marinam bestiam. — **2)** Translate. *Cael. Aurel. 3. Acut. 11.* Vox latrabilis; *h. e.* quae latrare videtur.

LĂTRANS, antis. Particip. verbi *latro*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui latrat; *che latra. Petron. Sat. 72.* Giton quidem iam dudum se ratione acutissima redemerat a cane; quidquid enim a nobis acceperat de cena, latranti sparserat. — **2)** Hinc absolute pro cane. *Ovid. 8. Met. 411.* Misit et Aesonides telum, quod casus ab illo Vertit in immeriti fatum latrantis. Et *ibid. 344. de apro.* Obliquo latrantes dissipat ictu. *Phaedr.* quoque eodem modo fortasse usurpat, *5. 10.* Hic tum venator dolens Canem obiurgabat; Cui Latrans contra senex: Non te, etc.

LĂTRĂTĬUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. ab inusit. *latratio;* parvus sive debilis latratus; *debole abbaiamento.* Est fragmentum *Afranii* apud *Non. 4. 89.*, ubi haec vox legi videtur. Sed cum nulla subsit sententia, alii reponunt *de ratiuncula*.

LĂTRĂTOR, ōris, m. Verbale a *latro;* qui latrat; *abbaiatore. Virg. 8. Aen. 698.* Et latrator Anubis. *Martial. 12. 1.* latratoresque Molossi. V. in VENATOR similia loca. — **2)** Translate est rabula molestus et maledicus. *Quintil. 12. 9. circa med.* Super omnia perit illa, quae plurimum oratori et auctoritatis et fidei affert, modestia, si a viro bono in rabulam latratoremque convertitur. Cf. voc. seq.

LĂTRĂTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *latro;* qui latrat. *Isid. 19. Orig. 23. 7.* Horrent et male tecti cum latratoriis linguis Scotti. Ita *Lindem.*, latratoribus *alii*.

LĂTRĂTUS, us, m. Verbale a *latro;* vox canum, latrandi actus; *abbaiamento. Plin. 8. 61. 8.* Laniatu et latratu adactum, ut cogeretur fateri scelus. Et *ibid.* Ingenti latratu intonuit. *Virg. 3. G. 411.* apros Latratu turbabis agros. *Id. 12. Aen. 751.* Venator cursu canis et latratibus instat. *Colum. 7. 12.* Canis vasti latratus canorique. *Ovid. 7. Met. 414.* implevit latratibus auras. Et *7. ibid. 562.* latratu terrere agros. Et *4. ibid. 480.* latratus edere. — **2)** Translate est vox inconcita barbarorum hominum, et similis latratui. *Plin. 7. 2. 15.* In multis autem montibus genus hominum . . . pro voce latratum edere. *Coripp. 4. Iohann. 350.* Illi inter sese, fracto sermone, furentes, Latratus varios, stridentibus horrida linguis Verba ferunt.

LATRĪĂ, ae, f. Vox Graeca, λατρεία, qua proprie significatur status et conditio mercenarii, sive ministerium quod pro mercede praestatur; speciatim vero apud Scriptores Ecclesiasticos cultus Dei, adoratio. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 531.* et *Thesaur. nov. Latinit. p. 328.* ed. eodem *Mai;* quibus tamen locis corruptus est codex. — **2)** Translate. *Pseudo-Cassiod.* de *Amicit. 58.* Divitiis aut deliciis temporalibus quosdam latriam exhibere.

Nota. Ab hoc vocabulo, quod Latina civitate, sero tamen, est donatum, quaedam alia composita sunt frequentiore in usu apud Scriptores Ecclesiasticos, qualia sunt *anthropolatria* et *idololatra*, quod V. pro suis derivatis.

LĂTRĪNĂ, ae, f. Nomen per syncopen a *lavatrina*, quod est verbale a *lavo*. V. LAVATRINA. — Alia forma est *latrinum*, quod pariter V. suo loco. — Proprie est locus, in quo lavatur, balneum privatum; *bagno. Lucil.* apud *Non. 212. 9. Mere.*, rectius apud *Gerlach. 11. 11.* Qui in latrina lacuque. *Nonius* autem *loc. cit.* Latrina, genere femineo; et est lavatrina, quod nunc balneum dicitur. — **2)** Deinde, frequentius,

II. *Latrina* locum notat, in quem saturi eunt; *cesso, cameretta, privata*. Qua significatione fortassis a *latendo* dicitur, quod in eam sese homines abdant, ne conspiciantur. Item locum in aedibus, in quem sordes confluunt, et differt a cloaca, quae publica est. *Plaut. Curc. 4. 4. 24.* Non pluris facio, quam ancillam meam, quae latrinam lavat. Ubi *Lambinus* locum excrementorum, sed *Turneb. l. 21. c. 20.* privatum intelligit balneum. *Suet. Tib. 58.* Capitale esset, nummo vel anulo effigiem (*Tiberii*) impressam latrinae, aut lupanari intulisse. Adde *Ner. 24. Apul. 1. Met. de homine lotio perfuso.* Apage te, foetorem extremae latrinae. *Colum. 10. 85.* Immundis quaecumque vomit latrina cloacis. *Suet. Vit. Lucan.* Latrinae publicae. — **3)** Translate. *Apul. 9. Met. 14.* Nec enim vel unum vitium nequissimae illi feminae deerat; sed omnia prorsus, ut in quandam coenosam latrinam, in eius animum flagitia confluxerant. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **4)** Pro fornice meretricio. *Tertull. Pall. 4. a med.* Adspice lupas popularium libidinum nundinas: et cum latrinarum antistes sericum ventilat, et immundiorem loco cervicem monilibus consolatur, etc.

LĂTRĪNUM, i, n. Idem origine et significatione ac latrina, qua balneum significatur. *Laber.* et *Lucil.* apud *Non. 3. 131.*

LĂTRIX, ĭcis, f. Verbale a *fero;* quae fert; *portatrice*. Legitur apud *Augustin. Serm. 188. n. 1.* ed. *Mai.* Lux affuit mihi, affuit natura; est ipsa latrix.

LĂTRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, a sono, qui proprius est canum, ob liquidam *R*, effictum. — **b)** Prima syllaba perraro a Poëtis corripitur. *Phaedr. 5. 10.* cui senex contra latrans. *Avien. Arat. 283.* et cura latrantis Anubis. — Haec tamen observatio in derivatis et compositis locum non habet. — **c)** Particip. *latrans* §. 5. et seqq., et suo loco. — **d)** Derivata, *latrabilis, latratiuncula, latrator, latratorius, latratus.* — **e)** Composita, *allatro, circumlatratus, circumlatro, collatro, delatrator, delatro, elatro, illatro, interlatro, oblatro*.

LATRO proprie est canis, cum vocem edit, terrens et in aliquem impetum faciens; *abbaiare, latrare. Cic. Rosc. Am. 20.* Si luce quoque canes latrent, cum Deos salutatum aliqui venerint. *Horat. 1. Sat. 2. 128.* Ne latret canis. *Lucret. 5. 1065.* Inritata canum quem primum magna Molossûm Mollia ricta fremunt . . . Et quom iam latrant et vocibus omnia complent. — Impersonaliter. *Ovid. 2. Trist. 459.* Scit, cui latretur, cum solus obambulat ipse. — **2)** Translate. *Cic. Brut. 15.* Latrant iam quidam oratores, non loquuntur; *h. e.* aspere loquuntur, et suaviloquentia carent. — **3)** Saepe de mari dicitur, quod fluctus allidens ad litora et scopulos, fragorem edit. *Sil. 3. 396.* Ceu pater Oceanus exesa in viscera montis Contortum pelagus latrantibus ingerit undis. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 148.* Hinc latrat Gaetula Thetis, Lilybaeaque pulsat Brachia consurgens. *Id. Epithal. Pallad. et Celer. 61.* rubris quae fluctibus insula latrat. *Sil. 5. 470. de amne.* Alpibus ortus, Avulsas ornos et adesi fragmina montis Cum sonitu volvens, fertur latrantibus undis. — **4)** In illo *Lucani, 6. 66. rabidum nescit latrare Pelorum*, alluditur tum ad strepitum maris, tum ad Scyllae fabulam, quam ibi esse aiunt, Candida succinctam latrantibus inguina monstris, ut est apud *Virg. 6. Ecl. 75.* — **5)** Item de curis et angore animi. *Stat. 2. Silv. 1. 13.* stat pectore demens Luctus, et admoto latrant praecordia tactu. *Petron. Satyr. 119.* labes tacitis concepta medullis, Intra membra furens curis latrantibus errat. *Enn.* apud *Varron. 7. LL. 5. ad fin.* Animus cum pectore latrat; *h. e.* irascitur et vociferatur. *Al. leg.* in pectore. — **6)** Deinde, transitivorum more,

II. *Latro* est idem ac allatro, seu contra aliquem latro; latratu obiurgo; *abbaiare contro alcuno*. *Horat. Epod. 5. 57.* Senem adulterum Latrent Suburanae canes. — *Id. 1. Ep. 2. 65.* venaticus, ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula, Militat in silvis catulus. — Hinc passive. *Plin. 25. 78. 1.* Hanc *(peristereon)* habentes negant latrari a canibus. — **7)** Translate est canem imitari incondita vociferatione. *Ovid. Ib. 253.* Perbibit inde suae rabiem nutricis alumnus, Latrat et in toto verba canina foro. — **8)** Hinc *latrare aliquem* est maledicere. *Plaut. Poen. 5. 4. 64.* Etiam me meae latrant canes? *Al. leg.* in me. *Horat. 2. Sat. 1. 85.* si quis Opprobriis dignum latraverit improbus ipse. *Al.* laceraverit *leg.* quod solum probat *Bentlei.* — **9)** De angore animi. *Stat. 2. Theb. 338.* et magnas latrantia pectora curas. — **10)** *Latrare nubila*, apud *Stat. 1. Theb. 551.* potest habere speciem proverbii, ut apud nos; *abbaiare alla luna*. — **11)** Sumitur et pro poscere. *Lucret. 2. 17.* nonne videre est, Nil aliud sibi naturam latrare, nisi, ut etc.? *Festus* quoque apud *Paul. Diac. p. 121. Müll.* notat, *Ennium* latrare pro petere usurpasse. — Hinc et stomachus *latrare* dicitur, cum est ieiunus, et cibum poscit, veluti fame irritatus. *Horat. 2. Sat. 2. 17.* cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet.

LATRO, ōnis, m. Nomen etymi parum certi apud Veteres ipsos; vulgo tamen putatur per sincopen, quasi *latero*, factum a *latus, eris*. Hinc *Varr. 7. LL. 5. a med.* Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt, aut qui conducebantur; ea enim merces Graece dicitur λάτρον. Ab eo veteres Poëtae nonnunquam milites appellant latrones quod item et milites cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas. Ita leg. *Müll. Festus* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.* Latrones, eos Antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρίας; *h. e.* a servitute. Al. leg. ἀπὸ τοῦ λατρου; a stipe. *Serv.* ad *Virg. 12. Aen. 7.* Graeci λατρεύειν dicunt obsequi et servire mercede. Unde latrones vocantur conducti milites. — **b)** Derivata, *latrocinalis, latrocinaliter, latrocinatio, latrocinium, latrocinor, latrunculārius, latrunculator, latrunculus*. — **c)** Compositum, *sycolatronides*.

LATRO proprie est satelles mercede conductus, et corporis custos, qui nempe regis latus custodit, ipsumque prodeuntem comitatur; *soldato di guardia del principe;* item universim milites mercede conducti; *soldato pagato*. Moris autem erat, ut hos imperator et circa se haberet, et eos primos mitteret ad omne discrimen. *Plaut. Mil. 4. 1. 2.* ad Seleucum regem misi parasitum meum, Ut latrones, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret, Qui eius regnum tutarentur. *Enn.* apud *Non. 4. 196.* Haec effatus ibus latrones dicta facessunt. *Plaut. Stich. 1. 2. 78.* Vosne latrones et mendicos homines magni penditis? — **2)** Dicti sunt etiam *latrones* milites, qui nullo legitimo duce, suis auspiciis iniustum bellum gerebant, incursionesque, et cetera hostilia faciebant; *masnada, briganti*. *Pompon. Dig. 50. 16. 118.* Hostes hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus: ceteri latrones, aut praedones sunt; *masnadieri*. *Ulp. ibid. 49. 15. 24.* A latronibus captus, servus latronum non est, nec postliminium est illi necessarium: ab hostibus captus, et servus est hostium, et postliminio statum recuperat pristinum. *Auct. B. Hisp. 1.* Ut ex eius pecunia latronum largitio fieret. *Caes. 3. B. C. 109. extr.* Ut potius privatorum paucorum et latronum consilio, quam regio susceptum bellum videretur. Et *ibid. 110.* Collecti ex praedonibus latronibusque Syriae. Adde *Cic. 2. Offic. 11.* et *Horat. Epod. 4. extr. Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7393.* C. Tadio C. f. Severo abducto a latronibus. — *Gloss. Lat. p. 192. n. 71. Hildebr.* Latro marinus, pirata. — Hinc et apud *Vulg. Interpr. 2. Reg. 4. 2. Principes latronum* vocantur Banna et Rechab, qui sub Isbosetho militantes eum occiderunt; et *3. ibid. 11. 24. Razon* contra Salomonem insurgens. *princeps latronum* dicitur. — **3)** Hinc translate. *Id. Iob, 19. 12.* Simul venerunt latrones eius *(Dei)*, et fecerunt sibi viam per me et obsederunt in gyro tabernaculum meum; *latrones* vocat Iob dolores et cruciatus, quibus, quasi stipatoribus suis ministris, Deus eum affixerat. — **4)** Postea vero odiosum nomen est factum. Hinc

II. *Latrones* dicti sunt, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.*, viarum obsessores; quod a latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur; *assassini di strada, ladroni*. Confirmat *Serv.* loc. cit. supra §. 2. *Cic. Mil. 21.* Non semper viator a latrone; nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. *Horat. 1. Ep. 2. 32.* Ut iugulent homines, surgunt de nocte latrones, Ut te ipsum serves, non expergisceris? *Iuvenal. 10. 22.* Cantabit vacuus coram latrone viator. — **5)** Item et sicarius; *mandatario*. *Val. Max. 5. 8. n. 4. de filio vitae patris insidias molienti*. Nec veneno, nec latrone ei ad peragendum parricidium opus esse affirmans. — **6)** Etiam venatores *latrones* dici possunt, quia quod hi cum hominibus, illi cum feris faciunt; *cacciatori*. *Virg. 12. Aen. 7. de leone.* fixumque latronis impavidus frangit telum et fremit ore cruento. — **7)** *Phaedr. 1. 1.* latronem vocat lupum, quia insidiatur ovilibus. — **8)** Item et fur nocturnus, unde *ladro* recentiorum Italorum. *Venant. Vit. S. Menard. 4.* Intempesta nocte vicesim latro capiendus expetiit, tenendus irrupit. — **9)** Denique

III. *Latrones* dicti sunt iidem qui latrunculi, seu calculi lusorii; *scacchi;* de quibus V. CALCULUS §. 4. *Ovid. 3. Art. am. 357.* Conteque non stulte latronum proelia ludat. *Martial. 7. 72.* Mandris et vitreo latrone clausos. *Id. 14. 20.* Insidiosorum si ludis bella latronum.

Nota. Discrimen inter *furem* et *latronem* supra dedimus sub v. FUR in *Nota*.

LĂTRŌCĬNĀLIS, le. Adiect. a *latro;* ad latrones, qua militem conducticium et deinde etiam aggressorem significat, pertinens; *ladronesco*. *Apul. 2. Met. 14.* Id omne latrocinalis invasit manus. Et *4. ibid. 18.* Capto noctis latrocinali momento, prorepit cavea, custodes gladio confecit. *Ammian. 27. 2.* Latrocinalia castra perrupit.

LĂTRŌCĬNĀLĬTER. Adverb. a *latrocinalis;* latrocinando. *Capell. 6. p. 206.* Hercules Ionam Naulochi filiam obsidentem viam latrocinaliter interemit.

LĂTRŌCĬNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *latrocinor;* idem ac latrocinium. *Plin. 19. 19. 8.* Multitudinis innumerae saeva latrocinatio.

LĂTRŌCĬNĀTOR, ōris, m. Verbale a *latrocinor;* qui latrocinatur. Tribuitur *Digestis*, loco tamen non indicato.

LĂTRŌCĬNĀTUS, a, um. V. LATROCINOR §. 1.

LĂTRŌCĬNĬUM, ii, n. Verbale a *latrocinor;* militia latronum, qui corpus principis custodiunt, ut in LATRO §. 1. dictum est. *Plaut.* apud *Non. 2. 508.* Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptasti. — **2)** Item eorum qui illegitimum bellum, privata auctoritate collecta manu, nullo duce publice dato, movent, et incursiones, direptiones, ceteraque hostilia admittunt, ut itidem in LATRO §. 2. dictus: item eorum, qui vias obsident, palam aggrediuntur homines, spoliant, occidunt; *ladroneccio*. *Cic. 2. Catil. 1.* Cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. *Id. Deiot. 8.* Fines suos ab excursionibus hostium, et latrociniis tueri. *Caes. 6. B. G. 34.* In bello et latrociniis nati. *Tacit. 12. Ann. 27.* Catti latrocinia agitantes. *Plin. 6. 32. 19.* In latrociniis degere. *Sall. Iug. 103.* Pugna latrocinio magis, quam proelio similis. *Cic. 1. Q. Fr. 1. 8.* Sublata Mysiae latrocinia, caedes repressas. Et *mox*. Oppidorum et fanorum furta et latrocinia esse depulsa. *Caes. 6. B. G. 15.* In furto aut latrocinio comprehensi. — **3)** De ipsis latronibus, ut *servitium* de servis. *Cic. 1. Catil. 13.* Si ex tanto latrocinio iste unus tolletur. — **4)** Dicitur et de piratica; *pirateria*. *Iustin. 43. 3.* Latrocinio maris vitam tolerabant. *Vellei. 2. 73.* Latrociniis ac praedationibus infestatum mare. — **5)** Translate est fraus, insidiae, vis, violentia; *frode, violenza, prepotenza*. *Sall. Iug. 4.* Furtim et per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia et honores niti. *Cic. Rosc. Am. 22.* Confitere, huc ea spe venisse, quod putares hic latrocinium, non iudicium futurum. Adde *Isid. 11. Orig. 4. 2.* apud *Hildebr.* ad *Apul. 5. Met. 15.* — **6)** De ludo latrunculorum. *Ovid. 2. Art. am. 207.* Sive latrocinii sub imagine calculus ibit, Fac, pereat vitreo miles ab hoste tuus; *h. e.* sub imagine pugnae: nam latrunculi dicti, quia instar parvorum militum proelium ineunt. — Cf. CALCULUS §. 4.

LĂTRŌCĬNOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. a *latro*, ōnis, forma deponens. — Particip. *latrocinans* §. 2. et *4.*, *latrocinatus* §. *1.* — Proprie est mercede conductus milito; *militare*. V. LATRO §. 1. *Plaut. Trin. 2. 4. 128.* Ibit latrocinatum aut in Asiam, aut in Ciliciam. *Id. Mil. 2. 6. 19.* An quia latrocinamini, arbitramini, Quidvis licere facere vobis, verbero? *Id. fragm.* apud *Varr. 7. LL. 5. a med.* Qui regi latrocinatus annos decem Demetrio. Adde *Plaut. Poen. 1. 4. 128.* — **2)** Item latrocinium exercere, vias obsidendo, aggrediendo aperta vi homines, spoliando, occidendo, praedas agendo; *assassinare*. *Cic. 2. Catil. 7. sub fin.* Catilina latrocinantem se interfici mallet, quam exsulem vivere. *Id. Mil. 7.* Nisi forte Appius viam munierit, ubi impune sui posteri latrocinarentur. *Hirt. 8. B. G. 32.* Liberam vagandi latrocinandique facultatem habere. *Iul. Valer. 2. Gest. Alex. M. 42.* Haec opera latrocinantium vitio cum suis similibus ex aggressus. — **3)** Item piraticam exercere. *Cic. 2. Rep. 4.* E barbaris ipsis nulli erant antea maritimi praeter Etruscos et Poenos: alteri mercandi causa, latrocinandi alteri. — **4)** Translate pro venari. *Plin. 9. 67. 2.* Pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes *(pisces)* radio figens. — **5)** De sectione cadaverum apud Medicos. *Cels. 1. praef. a med.* Itaque demum mortui praecordia et viscus omne in conspectum latrocinantis medici dari; *h. e.* virorum corpora secantis.

LĂTRUNCŬLĀRĬUS, a, um. Adiect. a *latrunculus;* ad latrunculos, seu calculos pertinens; *da scacco*. *Senec. ep. 117. ad fin.* Latrunculariа tabula: *lo scacchiere*.

LĂTRUNCŬLĀTOR, ōris, m. Nomen a *latrunculus*, verbalium more effictum; qui ad conquirendos et persequendos latrunculos a principe mittitur; *giudice de' malefizi*. *Ulp. Dig. 5. 1. 61. extr.* Latrunculator de re pecuniaria iudicare non potest. — **2)** Apud *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal. 8. 144.* videtur significare latrunculum.

Digitized by Google

.LĂTRUNCŬLUS, i, m. Deminut. a *latro, onis*, et eiusdem fere significationis; *ladroncello*. *Cic. Prov. Cons.* 7. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a propraetore una cohorte auxiliaria gesta. *Ulp. Dig.* 49. 15. 24. Hostes sunt, quibus bellum publice populus R. decrevit, vel ipsi populo R. ceteri latrunculi, vel praedones appellantur. *Paul. ibid.* 50. 8. 35. Si quis aliquem a latrunculis, vel hostibus eripuit. — **2)** De eo, qui legitimus imperator non est. *Vopisc. Firm.* 2. Cum ille diceret, Firmum latrunculum fuisse, non principem: contra ego, illum et purpura usum, et percussa moneta Augustum esse vocitatum. — **3)** Calculus lusorius; *scacco* (v. CALCULUS §. 4.), sic dictus, quod est veluti parvus miles certans. *Senec. ep.* 106. *sub fin.* Latrunculis ludimus: in supervacuis subtilitas teritur. *Vopisc. Procul.* 2. Cum in quodam convivio ad latrunculos luderetur, atque ipse decies imperator exisset, etc.

LĂTUM *pro* Datum. *Isid.* 1. *Orig.* 27. 14. V. loc. in littera L §. 5.

LĂTŬMĬA. V. LAUTUMIAE.

LĂTŪRĂ, ae, f. Verbale a *fero*, cuius supinum est *latum*; actus ferendi; opera baiuli. *Augustin. Serm.* 345. 3. *in fin.* Non faciet impostaram, faciet insuper et laturam. *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal.* 8. 144. Lecticarios, ait, quorum laturas locem. *Gloss. Philox.* Latura, φόρτος.

LĂTŪRĀRĬUS, ii, m. Nomen a *latura*; qui laturas facit humeris, baiulus; *facchino*. *Augustin. Serm.* 18. 4. *in fin. de divitibus*. Minimos meos egentes quando vobis in terra posui, laturarios vobis instituí. Adde *Eund. Serm.* 38. 9. et 60. 8. — *Id.* 13. *contra Faustum*, 3. Atlas laturarius.

LĂTUS, a, um. Adiect. quod ducunt a Graeca voce πλατύς, eiusdem significationis, abiecta priore littera, ut a χλείνη est laena. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris cum *altus* est confusum, teste *Drakenb.* ad *Liv.* 5. 37. §. 7. aliisque apud *Hildebr.* ad *Apul.* 4. *Met.* 29., itemque cum *lactus*, ut diximus in LAETUS §. b. — **c)** Comparat. *latior* §. 1. 3. et seqq., superlat. *latissimus* §. 1. — **d)** Derivata, *late, latiosus, latitia, latitudo, lato*. V. LATER §. 2., LATESCO §. 2. — **e)** Composita, *aequilatatio, collatatus, illatabilis, laticlavialis, laticlavium, laticlavius, laticlavus, latifico, latifolius, latifundium, latiloquens, prolato*, quod vide pro suis.

LATUS proprie est amplus, spatiosus: cui contrarium est angustus; *largo, ampio, spazioso*. *Cic.* 6. *Verr.* 46. Latum mare. Et *ibid.* 53. Lata via. *Caes.* 6. *B. G.* 22. Latissimae solitudines. Et 2. *ibid.* 27. Latissimum flumen. *Virg.* 9. *Aen.* 725. Obnixus latis humeris; *spallacce*. Et 12. *ibid.* 165. hastilia lato ferro. *Id.* 2. *ibid.* 482. et ingentem lato dedit ore fenestram. *Plin.* 36. 19. 7. Latera pedum lata tricenum. *Colum.* 2. 11. Areas latas pedum denum facito. *Caes.* 7. *B. G.* 72. Fossae quindecim pedes latae. Et *ibid.* 19. Palus non latior pedibus quinquaginta. *Pallad.* 2. 10. Scrobes latae pedibus duobus semis. *Iuvenal.* 12. 58. Confusus ligno, digitis a morte remotus Quattuor, aut septem, si sit latissima taeda; *per grossa ch'ella sia*. *Virg.* 4. *G.* 94. latamque trahens inglorius alvum; *gran pancia*. Et 2. *ibid.* 468. Lati fundi; *gran poderi*: latifundia. *Colum.* 1. 9. Vineae non sic altos, quemadmodum latos et lacertosos viros exigunt; *membruti*. Sic *Tacit.* 3. *Ann.* 21. Latos Barbarorum artus fodere. Ubi *Davanzati* vertit; *quelle membrona*. — **2)** *Latum sarmentum*, v. in SARMENTUM. — *Unguis latus*, v. UNGUIS. — **3)** *Latum aurum*, apud Poëtas interdum est multum aurum. *Virg.* 5. *Aen.* 312. pharetra, lato quam circumplectitur auro Balteus. *Ovid.* 6. *Met.* 567. velamina auro fulgentia lato. *Iuvenal.* 6. 481. latum pictae vestis considerat aurum. Adde *Pers.* 4. 44. — **4)** De lato clavo. V. CLAVUS §. 21. — **5)** Translate. *Cic.* 4. *Acad.* 41. Erigimur, latiores fieri videmur, humana despicimus. *Senec. ep.* 76. *ad fin. de histrionib.* Cum, praesente populo, lati incesserunt et cothurnati; simul exierunt, excalceantur, et ad staturam suam redeunt. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 183. Latus ut in circo spatiere. *Latum incedere*, his locis est subnixis alis, et ansatum (ut *Plaut.* loquitur *Pers.* 2. 5. 6. et 7.) superbe et cum fastu ambulare; *camminar tronfio e colle mani in fianco*. Sic enim homo latior fieri videtur. Quo spectat illud *Ovid.* 9. *Heroid.* 127. Ingreditur late late spectabilis auro. Nisi malis τὸ *late* ad *spectabilis* referre. Al. tamen apud *Cic.* et *Senec.* reponunt *elatus*: apud *Horat.* vero *lactus*. — **6)** Speciatim Poëtae frequenter summis ducibus et heroibus magna membra tribuunt, et *latos humeros*, ut staturae moles animi magnitudini virtutique bellicae respondere videatur. Exempla habes apud *Virg.* 5. *Aen.* 376., *Stat.* 1. *Theb.* 489., *Val. Flacc.* 2. 490. et *Sil.* 4. 417. et 2. 434. — Hoc sensu *latum hostem* dixit idem *Sil.* 1. 492. *de Annibale*. Lato Murrus caligat in hoste. — **7)** Hinc *latus* sumitur pro firmo in illo *Vulg. Interpr. Psalm.* 118. 96. Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. — **8)** Refertur aliquando ad orationem. *Cic. Brut.* 31. *a med.* Ut Stoicorum adstrictior est oratio, aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt: sic Academicorum liberior et latior, quam patitur consuetudo iudiciorum et fori. *Quintil.* 12. 10. *ante med.* Aeschines nonne his latior, et audentior, et excelsior? h. e. fusior, ornatior. *Id.* 5. 14. *sub fin.* Sermone lato ornatoque argumenta dicere. *Tacit.* 1. *Hist.* 30. Genus orandi, ad implendas populi aures, latum et sonans. Adde *Quintil.* 2. 5. 14. et 7. 3. 16. — **9)** *Lata gloria*, quae ad plures notitia diffunditur, et late pervagatur. *Plin.* 4. *ep.* 12. *extr.* Nescio quo pacto magis homines iuvat lata gloria, quam magna. — **10)** *Lata culpa* apud ICtos est magna culpa et manifesta, ex nimia negligentia; id est non intelligere, quod omnes intelligunt, ut loquitur *Ulp. Dig.* 50. 16. 213., ideoque, teste *Eod. ibid.* 11. 6. 1. *ad fin.*, dolo comparatur. *Id. ibid.* 45. 25. 8. *ad fin.* In restitutionem venit dolus, et culpa lata dumtaxat. Sic *Id. ibid.* 26. 7. 6. Solam latam negligentiam eos praestare debere. — **11)** *Lata fuga*, est genus exsilii, interdictionem habentis omnium locorum, praeter certum locum, ut docet *Martian. Dig.* 48. 22. 5. — **12)** *Lata interpretatio*, quae plura complectitur, et ex aequo et bono fit. *Papinian. Dig.* 22. 1. 1. Circa tutelae restitutionem pro favore pupillorum latior interpretatio facta est. — **13)** *Latus angulus* dicitur *Capell.* 6. *p.* 183. angulus obtusus mobilisque. Nam cum latior fuerit directo sive mulium, sive exiguum, obtusus tamen erit. — **14)** Absolute, substantivorum more,

Latum, i, n. Est idem ac latitudo; *larghezza*. *Ovid.* 1. *Met.* 356. cava buccina sumitur illi Tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo. *Rutil.* 2. *Itin.* 23. In latum variis damnosa anfractibus intrat Tyrrheni rabies. — **15)** Denique

II. LĂTUS, a, um. Est etiam particip. verbi *fero*, atque iisdem fere significationibus adhibitum, quibus gaudet verbum; *portato*. *Cic.* 2. *Phil.* 41. Operta lectica latus est per oppidum. *Tacit.* 14. *Ann.* 64. Caput amputatum, latumque in urbem Poppaea vidit. *Caes.* 1. *B. C.* 32. Latae conditiones; *proposte*. *Cic. Sext.* 16. In legem per vim latam iurare noluerat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 153. Poena lata; *decretata, imposta*. *Liv.* 25. 14. Latoque, ut solet, ad populum, ut equum ascendere liceret, etc.; *portata parte*. Cf. LATITO §. 4. et ibi citata, LATUBA et LATURARIUS.

LĂTUS, ĕris, n. Nomen, quod communius ducunt a *latendo*, quia ea pars in homine significatur, quae sub axillis latet, sive quia iacentibus nobis latet, ut ait *Isid.* 11. *Orig.* 1. 90. Alii, ni obstaret quantitas primae, quae brevis est, ducerent a *latus, a, um*; h. e. spatiosus. — **b)** Derivata, *lateralis, lateraliter, laterarius, laterensis, latero, as, latro* (quod v.), *latusculum*. — **c)** Composita, *aequilateralis, aequilaterus, aequilatus, collatero, longilaterus, multilaterus, plurilaterus, quadrilaterus, trilaterus*.

LATUS proprie in corpore animalis est pars sinistra, et dextera inter ventrem et dorsum, ab armis, vel alis ad crura posteriora, vel femina: in corpore hominis a brachiis ad genu; *fianco, lato, costa*. *Virg.* 2. *Aen.* 395. laterique accommodat ensem. *Cic.* 3. *Phil.* 13. A fronte, a tergo, a lateribus tenetur. *Id. Cluent.* 62. *sub fin.* Cecidisse ex equo dicitur, et latus offendisse vehementer. *Suet. Ner.* 15. Perductum in theatrum, iuxta se latere dextro collocavit. *Virg.* 3. *Aen.* 581. mutare latus; *voltarsi sull'altro fianco*: de iacente. *Id.* 12. *ibid.* 507. Excipere aliquem in latus; *colpirlo nel fianco*. Et 10. *ibid.* 314. gladio latus haurit apertum. *Cic. Ligar.* 3. Cuius latus ille mucro petebat? *Ovid.* 3. *Met.* 187. Adstitit in latus obliquum; *si pose in fianco*. *Quintil.* 11. 3. 118. Ut brachio exferto introspiciatur latus. *Id.* 2. 13. 12. Apelles imaginem Antigeni latere tantum altero ostendit; *di profilo*. Adde 11. 3. 69. — De animalibus. *Virg.* 2. *Aen.* 51. In latus, inque feri curvam compagibus alvum. *Id.* 6. *ibid.* 35. *de tauro*. latus niveum molli fulvus hyacintho. *Lucret.* 5. 1323. *de tauro*. latera ac ventres hauribant subter equorum Cornibus. *Cic.* 3. *Offic.* 9. *de equo aeneo*. Cuius in lateribus fores essent. — **2)** *Vet. Scholiast.* ad illud *Horat.* 1. *Sat.* 2. 95. *Depygis, nasuta, brevi latere ac pede longo* haec habet: Deforme est in feminis, furcam latere habere minorem. Ex quo loco apparet, *latus* sumi pro superiore corporis parte, nempe a capite ad inguen, quemadmodum furca significat utrumque femur et crus, quae in homine furcam assimilant. Hinc apud *Petron. Satyr.* 4. 62. ea pars corporis inferior vocatur bifurcum. V. BIFURCUS §. 2. At apud *Horat. loc. cit. latus* significat *il fianco*; nam ea mulieris forma laudatur, quae lato est latere, contra quae brevi, dicitur *stretta di fianchi*. — **3)** Speciatim apud Medicos *dolor lateris* est pleuritis; *mal di punta, pleuritide*. *Cic.* 3. *Orat.* 2. Tum latus ei dicenti condoluisse . . . dieque septimo est lateris dolore consumptus. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 51. Laterum dolor aut tussis. Adde *Cat. RR.* 125. et *Cels.* 2. 7. et 8. — **4)** Ponitur aliquando pro toto corpore, poëtice. *Ovid.* 2. *Met.* 376. Penna latus vestit, tenet os sine acumine rostrum. *Id. ibid.* 865. Nunc latus in fulvis deponit arenis. Adde 5. *ibid.* 25. et 14. *ibid.* 710. — *Horat.* 3. *Od.* 10. 20. Non hoc semper erit liminis aut aquae Caelestis patiens latus. — **5)** Item ex communi usu loquendi locum fecit peculiaribus dicendi generibus, qualia sunt

II. *Latus tegere* aut *claudere alicui* vel *alicuius*, dicitur qui ad latus alicuius incedit, et quidem loco sinisteriore, aut certe exteriore, et minus honorato; honoratior enim est ad parietem, aut dexter: idque ideo, quia incedentis ad parietem latus alterum tectum est quodam-

Digitized by Google

modo, nudum alterum. *Horat. 2. Sat. 5. 16.* ne tamen illi Tu comes exterior, si postulet, ire recuses. *Ulys.* Ut ne tegam spurco Damae latus? *Iuvenal. 3. 134.* Divitis hic servi claudit latus ingenuorum Filius. Adde *Suet. Claud. 24. extr.* — **6)** *Dare latus alicui*, idem fere quod *latus tegere*, apud *Senec. 7. Quaest. nat. 32.* — **7)** *Latus fodicare* vel *fodere*. V. FODICO §. 1. — **8)** *Latus conserere* vel *componere* de copula amantium. *Lucil.* apud *Non. 260. 30. Merc.* Tum latu' componit lateri et cum pectore pectus. Adde *Propert. 2. 2. 11.* (V. loc. in COMPONO §. 2.), et *Ovid. 2. Heroid. 58.* (V. loc. in CONSERO II. §. 6.) et *19. ibid. 138.* — **9)** *Latus vellere, vellicare*. V. VELLO. — **10)** *Artifices lateris* apud *Ovid. 3. Art. am. 551.* sunt qui alios saltandi arte instituunt, et movendi lateris, iactandique corporis rationem docent; *maestri di ballo*. — **11)** Pertinet et ad gladiatores. Eorum enim sunt in pugna *tegere*, aut *praebere latus*, pro vario corporis habitu, quo cum adversario utuntur. Hinc translate *Tibull. 1. 4. 46.* Saepe dabis nudum, vincat ut illa, latus. *Senec. praef. 4. Quaest. nat.* Nec adulatoribus latus praebeas: artifices sunt ad capiendum. *Flor. 3. 3.* Nudum imperii latus ostentabant procul Marius, Sulla, Sertorius. *Ter. Heaut. 4. 2. 5.* Triumpho, si licet me latere tecto abscedere; *h. e.* evadere infortunium. — **12)** Praeterea *latus* saepe significat coniunctionem amicitiae et consuetudinis. Hinc *a latere alicuius esse* est semper cum aliquo versari, familiarem esse, ab aliquo nunquam discedere. *Liv. 24. 5. ad fin.* Avertit ab conciliis in insontes iudicium, ab latere tyranni: *degl' intrinsechi del tiranno. Curt. 5. 5. sub fin.* Cum ab latere pecunia sollicitaret hostis. Sic *Martial. 6. 68.* ille tuum, Castrice, dulce latus; *tuo dolce amico, tua cara conversazione*. — **13)** Hinc etiam *a latere mitti* dicuntur ii, qui ex familia mittentis sunt, et ad aliquid peragendum delegantur; quos nunc quoque *legati a latere* appellamus. *Possid. Vit. Augustin. 15.* Propter quod perficiendum etiam a suo latere . . . ad Africam iudicem miserat. — Sic *Concil. Carthagin. VI. c. 3.* in *epist. ad Bonifac. Pap.* apud *Dionys. Exig. p. 225. Migne.* Deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut e latere suo presbyterum mittat. Alia ad rem dabit *Ducange* in *Gloss. med. et inf. Latinit.* sub V. LATUS. — **14)** *Adiungere aliquem lateri filii* apud *Quintil. 1. 2. 5.* est custodem apponere, qui adsiduus adhaereat. — **15)** *Adhaerere lateri* est comes esse, et vestigia alterius presse sequi. *Apul. 2. Met. 2.* Huius adhaerebat lateri senex iam gravis in annis. Adde *9. ibid. 22.* — **16)** Translate apud *Liv. 39. 25.* est vicinum esse, imminere, instare, urgere. Eius verba sunt: Procul abesse libertatis auctores Romanos: lateri adhaerere gravem dominum prohibentem, etc.; *esser loro al fianco*. — **17)** Praeterea cum in lateribus vigor et firmitas hominis sit reposita,

III. *Latus* significat etiam vires et robur; *forza, lena. Cic. Senect. 9.* Neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis. Et *ibid. 5. ad fin.* Cum legem Voconiam voce magna et bonis lateribus suasissem. *Quintil. 9. 2. ante med.* Illa adhuc audaciora, et maiorum, ut Cicero existimat, laterum. *Horat. 1. Ep. 7. 26.* forte latus. *Id. 2. Od. 7. 18.* longa fessum militia. *Quintil. procem. l. 1. in fin.* patiens laboris. *Plin. 2. ep. 11. circa med.* Ut saepius admoneret, voci laterique consulerem. Hinc ons de fesso et anhelo dicimus; *s'batte il fianco*. — **18)** Hinc in re veneria. *Iuvenal. 6. 56.* Et lateri parcas; *h. e.* parce utaris Venere. *Ovid. 3. Amor. 11. 14.* Invalidum referens emeritumque latus. *Suet. Calig. 36.* Latera sibi contubernio eius defessa. — **19)** Notat interdum stirpem, familiam, genus; *stirpe, ramo di parentela. Plin. 8. ep. 10.* Neque enim ardentius tu pronepotes, quam ego liberos cupio: quibus videor a meo tuoque latere pronum ad honores iter, et non subitas imagines relicturus. — **20)** A ICtis dicitur de cognatione, quae ex transverso procedit: ad differentiam eius, quae est inter ascendentes et descendentes. *Paul. Dig. 38. 10. 10.* Sunt et ex lateribus cognati, ut fratres sororesque, etc. *Id. ibid. 23. 2. 68.* Qui ex latere eam duxerit, quae vetatur. *Cod. Theod. 3. 12. 3.* De ascendentibus pater, mater, avus, avia; de latere, frater, soror, patruus, amita. *Stat. 5. Silv. praef.* Latus omne divinae domus semper demereri connitor. — **21)** Latiore significatione et a similitudine,

IV. *Latus* dicitur etiam de rebus, et eo significatur pars, quae est inter frontem et posticum; *fianco, costa, canto, parte. Caes. 2. B. G. 5.* Latus unum castrorum ripis fluminis muniebat. Et *5. ibid. 13.* Insula, cuius unum latus est contra Galliam. Et *2. ibid. 8.* Ab utroque latere collis. *Virg. 1. Aen. 109.* tum prora avertit et undis Dat latus; *va alla banda. Horat. 1. Od. 22. 19.* latus mundi; *parte, paese. Plin. 2. ep. 17. ante med.* Ex alio latere est cubiculum; *dall' altra parte. Hirt. B. Alex. 28.* Tribus ex lateribus variis genere munitionibus tegebatur: unum latus erat adiectum flumini; *da tre parti*, etc. *Plin. 37. 9. 2.* Crystallus sexangulis nascitur lateribus; *con sei facce. Virg. 1. Aen. 83.* cuspide montem Impulit in latus; *da una banda*. — **22)** Ponitur pro litore. *Stat. 8. Theb. 291.* Latus Euphratae. *Claudian. epigr. 56.* Insula, qua resides fluctus mitescere cogit In longum producta latus. *Id. Cons. Prob. et Olybr. 161.* Rhenus per utrumque latus. — *Flor. Virgilius orat. an poët.* A latere vicinas Cycladas salutavi. — **23)** Saepe refertur ad partes, in quas distinguitur corpus, nedum rerum, etiam hominum. Hinc *Ulp. Dig. 19. 1. 13. sub fin.* Si quis a pupillo sine tutoris auctoritate emerit, ex uno latere constat contractus; nam qui emit, obligatus est pupillo, pupillum sibi non obligat; *da una parte*. Sic *Id. ibid. 3. 5. 3. ante med.* Nulla ex utroque latere nascitur actio. Adde *Victorin.* in *Rhet. Cic. 1. p. 181. Halm.* — **24)** Hinc et in exercitu saepe locum habet. *Caes. 6. B. G. 7.* Reliquos equites ad latera disponit. Et *1. ibid. 25.* Ex itinere nostros latere aperto aggressi; *dal fianco scoperto*. Et *5. ibid. 29.* Ne quis inermibus militibus ab latere impetus fieri posset; *per fianco. Tacit. Agr. 35.* Veritus, ne simul in frontem, simul et latera suorum pugnaretur. *Caes. 4. B. G. 25.* Ad latus apertum hostium constitui. — **25)** Hinc *a latere* vel *a lateribus*, opponuntur *a fronte* vel *a tergo. Cic. 3. Phil. 15.* A tergo, a fronte, a lateribus tenebitur, si in Galliam venerit. *Caes. 1. B. C. 25. in fin.* A fronte atque ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat. Adde *Sall. Iug. 50. in fin.* et *101.* et *Caes. 3. B. G. 29.* — **26)** Sic *ex* vel *de latere*, eodem sensu *Lucret. 2. 1049.* Et latere ex utroque, infraque superque, per omne Nulla est finis. *Sall. Cat. 160.* Ex lateribus aggredi. — *Lucret. 6. 117.* Non tam concurrere nubes Frontibus adversis possint, quam de latere ire. — **27)** Hinc *ad latus* pro in angulo, in aliqua parte seiuncta a reliquis; *da una parte, di fianco, in un angolo. Valentinian. Constit. tit. 9. in fin.* Et manu divina: Proponatur amantissimo nostre populo Romano; et ad latus: Dat. VIII. Kal. Iul. Ravenna (a. 440.). — **28)** Speciatim

V. *Latus* apud Geometras dicitur in numeris triangulis numerus, qui in unoquoque latere trianguli continetur. *Boëth. 2. Arithm. 5.* Tertii *(trianguli)* idest denarii *(h. e.* decem) quaternarius *(h. e.* quatuor) latus continet, et quarti *(trianguli)*, idest XV., quinarius *(h. e.* quinque) latus tenet, etc. — **29)** Item *latus* in numeris dicitur radix; *radices. Capell. 8. p. 177.* Si quadratus numerus quadratum metitur, in latere quoque eius alterius mensura est. *Boëth. 2. Arithm. 30.* Geometricam vero si rationem vestiges eius numeri, qui sub utrisque extremitatibus continetur, tetragonicum latus inquire, et hunc medium pone. Adde *Nips. Podism. p. 298. Lachm.*

LĀTUSCLĀVUS. V. LATICLAVUS *in fin.*

LĀTUSCŬLUM, i, n. Deminut. a *latus;* parvum latus; *fianchetto. Catull. 25. 10.* Ne lanceum latusculum, natesque mollicellas Insuta turpiter tibi flagella conscribillent. — *Lucret. 4. 311.* Quin etiam quacumque latuscula sunt speculorum, etc.

* LAVABRUM. V. LABRUM §. b.

LĂVĀCRUM, i, n. Verbale a *lavo*, cuius supinum *lavatum*, unde *lavacrum*, ut *involucrum* ab *involutum*. — **b)** *Alcim. Avit. 5. 712.* et *6. 191.*, item *Venant. 3. Carm. 3. 96.*, qui paenultimam corripuere, cave imiteris.

LAVACRUM proprie est balneum, sive locus in balneis, labrum, in quo quis lavare commode potest, itemque ipsa lotio, lavatio; *bagno, lavacro. Gell. 1. 2.* Lucorum umbra ingentium, longis ambulacris et mollibus, aedium posticum refrigerantibus lavacris. *Claudian. 2. Eutrop. 410.* Assiduus ludis, avidus splendere lavacris. *Spartian. Hadrian. 18.* Lavacra pro sexibus separavit. *Ammian. 16. 10. §. 14.* Lavacra in medum provinciarum exstructa. — *Inscr.* apud *Orelli, n. 5772.* Hic idem ad lavacrum balnearum publicarum ligni duri vehes N. CCCC. . . . obtulit. — **2)** Translate de baptismate. *Cyprian. ep. 1.* Lavacro aquae salutaris animatus. *Prudent. Peristeph. 6. 29.* Mysticum lavacrum.

LĂVANDĀRĬĂ, ae, f. Verbale a *lavo;* locus in quo panni eluuntur, lavatio; *lavatoio. Not. Tir. p. 184.* Lavat, lavandaria.

LĂVANDRĬĂ, ium, n. Verbale a *lavo;* supellex ad lavandum. Vox est *Laberii*, quae inter obsoletas, et maculantes ex sordidiore vulgi usu, refertur a *Gell. 16. 7.*

LĂVANS, antis. Particip. verbi *lavo*, adiectivorum more etiam adhibitum, atque hinc absolute de eo, qui lavat; *lavatore. Auct. Sermon. 4. in Dominica Palmar. n. 1.* apud *Migne, Patrol. Lat. T. 15. p. 650. Capita lavantium* hunc diem *(Palmarum)* appellat vulgus, quia eo die mos erat lavandi capita infantium, qui ungendi erant Sabbato sancto.

LĂVĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lavo;* lavandi actus; *lavatura, lavamento. Cic. fragm.* apud *Colum. 12. 3.* Post quae ad cibum conficiendum, vasa, ut assolent, constituebantur: inde quae ad lavationem, quae ad exornationem, etc. *Cels. 1. 3. a med.* Lavatio calida et pueris et senibus apta est. *Plin. 8. 70. 3.* Boves lavatione calidae aquae traduntur pinguescere. Adde *Plaut. Most. 1. 3. 4.* — **2)** Item supellex ad lavandum, instrumentum balneare; *arnesi da lavarsi. Cic. 9. Fam. 3. extr.* Ante te certiorem faciam, ut lavatio parata sit. *Phaedr. 4. 4.* Seponit moechae vestem, mundum muliebrem, Lavationem argenteam, etc. *Ulp. Dig. 34. 2. 26.* Mundo muliebri continentur specula, matulae, vasa unguentaria, et si qua similia dici possunt, ut lavatio, riscus. *Al. leg.* lavationis riscus. — **3)** Item locus ad lavandum; *bagno. Vitruv. 5. 11.* In porticu collocentur haec membra:

Digitized by Google

ephebeum in medio: sub dextro coryceum, deinde proxime coniste-rium: in versura porticus frigida lavatio, quam Graeci λουτρὸν vocitant. *Alfen. Dig. 19. 2. 30.* Posse cum balneatore ex conducto agere, ut pro portione temporis, quo lavationem non praestitisset, pecuniae contributio fieret. *Inscr.* apud *Grut. 444. 8.* Lavationem gratuitam municipibus, incolis, hospitibus dedit. Adde *473. 1.* et *481. 1.* — **4)** Absolute *Lavatio* in antiquis duobus *Kalend. rustieis* editis in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 388.*, itemque in *Kalend. Polem. Silv.* et *Philoc.*, dicebatur dies XXVII. Martii (VI. Kal. Apr.), in quo Simulacrum Matris Deorum in Almone a sacerdotibus lavabatur. Cf. *Ovid. 4. Fast. 337.*, et *Prudent. 10. Peristeph. 151.* et *seqq.* et e Grecis *Herodian. 1. 10.*

LĂVĀTOR, ōris, m. Verbale a *lavo;* qui lavat; *lavatore. Gloss. Philox.* Lavator; πλύτης. — **2)** Item fur. *Acron* ad *Horat. 1. Ep. 16. 60.* Dicta Laverna a lavando; nam fures lavatores dicuntur. Sed Cf. LAVERNIO.

LĂVĀTŌRĬUM, ii, n. Verbale a *lavo;* locus, ubi lavatur; *lavatoio. Gloss. Philox.* Lavatorium; πλύσιμον. — **2)** Item instrumentum balneare. *Cassiod. 10. Hist. Eccl. 20.* Porro milites zonas aureas, dextralia, monilia, lavatoria, annulos auferentes. *Alii leg.* libatoria.

LĂVĀTRĪNA, ae, f. Verbale a *lavo*, a quo per syncopen *latrina* est factum, ut in LATRINA diximus. — Prisca tamen vox est, qua balneum privatum significabatur, ut *Varr. 9. LL. 41.* et *Non. 3. 131.* docent. — **2)** Sumitur et pro latrina, sive pro loco domus, ubi sordes confluunt. *Varr. 5. L. L. 25.* Truae, quae a culina in lavatrinam aquam fundunt.

LĂVĀTUS, a, um. Particip. verbi *lavo;* lotus; *lavato.* Tribuitur *Plaut. Poen. 1. 2. 22.* et *Colum. 7. 2.*, sed utroque in loco lectio est dubia. Vox tamen ex optimo Cod. firmatur *Apul. 9. Met. 24.* Illo momento, quo nos lavati coenam petebamus, etc. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — Agnoscere videtur etiam *Incert. Grammat. in fragm. de Verb. p. 175. Endl.* V. loc. in LAVO §. 2. et *Prob. Art. min. n. 841.* — **2)** Hinc translate. *Arat. 2. 780.* Fonte lavatae Ad vitam gradiuntur oves; *h. e.* baptismate ablutae.

LAUDĂ. V. LABDA §. 3.

LAUDĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *laudo.* — Comparat. *laudabilior* §. 1. et 4., superlat. *laudabilissimus* §. 1. — Proprie est qui laudari potest, dignus laudari, laudandus; *lodevole. Auct. ad Herenn. 3. 4.* Laudabile est, quod conficit honestam et praesentem, et sequentem commemorationem. *Cic. 1. Offic. 4. extr.* Honestum, etiam si a nullo laudetur, natura est laudabile. *Id. Brut. 97.* Vix singulis aetatibus binos oratores laudabiles exstitisse. *Id. Parad. 1. sub fin.* Voluptas meliorem ne efficit, aut laudabiliorem virum? *Horat. Art. P. 408.* laudabile carmen. *Ovid. 5. Trist. 14. 35.* longo laudabilis aevo Penelopaea fides. *Inscr.* apud *Cavedoni, Di due ant. Cimit. Crist. p. 69.* Ulpiae Victoriae coniugi laudabilissime *(sic)* Atilius lustus posuit. *Alia. ibid. p. 71.* Aurelio Florentio laudabili memoria infas *(sic)*, qui vixit etc. — **2)** *Laudabilis femina* titulus fuit, quo cohonestabatur uxor decurionis, sive senatoris in municipiis. *Inscr.* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. p. 401.* Hic in pace requiescet *(sic)* Laurentia L. V., quae credidit resurrectionem; *h. e.* laudabilis femina, quae etc. — **3)** *Vir laudabilis* dicitur incunte seculo V. Sacerdotalis in *Inscr.* Africana in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1866. p. 73. not. 2.* — **4)** Item in pretio habitus, optimus; *ottimo, prezioso, stimato. Plin. 11. 15. 1. de melle.* Maxime laudabile est etiam omne rutilum: in aestimatu est e thymo, etc. *Id. 17. 3. 3.* Nec fluminibus aggesta terra semper laudabilis. *Id. 14. 4. 13.* Laudabilius vinum.

LAUDĀBĬLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *laudabilis;* id quo quis laudabilis est; *lodabilità.* — Sed reperitur sensu concreto, ut aiunt, tanquam titulus, quo honestabantur varii magistratus in provinciis, ut proconsul Africae in *Cod. Theod. 12. 1. 166.* et Comes metallorum, *ibid. 10. 19. 3.*, aliique. Sic *ibid. 1. 39. ad Alypium* (cuius dignitatis nomen excidit): Omnes largitionales titulos laudabilitatis tuae officium more pristino curabit implere. In *Papyr.*, quae spectat ad a. 557., apud *Marini, Pap. dipl. n. 29.* Vestrae laudabilitatis ordo.

LAUDĀBĬLĬTER Adverb. a *laudabilis.* — Comparat. *laudabilius*, infra. — Est cum laude; *lodevolmente, con lode. Cic. 5. Tusc. 5.* Ad recte, honeste, laudabiliter, postremo ad bene vivendum satisne est praesidii in virtute? *Inscr.* apud *Grut. 484. 6.* Honorem aedilitatis laudabiliter administravit. *Gell. 7. 8. ante med.* Iudices conciliandos esse ac propitiandos laudabiliter ac placabiliter, et leniter existimationi salutique eius, qui apud eos accusatus est; *h. e.* adhibitis laudibus. *Val. Max. 5. 1. n. 2. extern.* In hunc modum filiae iniuriam tulit, suam multo laudabilius.

LAUDĀBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *laudo;* qui laudat. Agnoscitur ab *Incert. Grammat.* in *fragm. art. grammat. p. 81. n. 27. Endl.* Alia a participiis figurata, ut *ludibundus, laudabundus, lacrimabundus.*

LAUDĂNUS. V. LADANUM *in fin.*

LAUDĀTĒ. Adverb. a *laudatus;* laudabiliter; *con lode. Plin. 36. 8. 2.* Regias domos laudatissime ebore adornans.

LAUDĀTĪCĬUS, a, um. Adiect. verbale a *laudatus*, idem ac laudativus. *Not. Tir. p. 47.* Laus, laudabilis, laudaticiae; *h. e.* litterae commendaticiae.

LAUDĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *laudo;* laudantis oratio, commendatio; *lode, panegirico, encomio. Cic. 15. Fam. 6.* Quam lauream cum tua laudatione conferrem? *Id. 2. Fin. 35.* Lege laudationes non eorum, qui sunt ab Homero laudati, etc. *Quintil. 7. 1. 47.* Legis laudatio et eius, qui non affuerit, vituperatio. *Cic. Pis. 29.* Qui modo quum res gestas consulatus mei collaudasset (quae quidem laudatio hominis turpissimi mihi ipsi erat paene turpis). — Absolute. *Vulg. Interpr. Prov. 11. 10.* In perditione impiorum erit laudatio; *h. e.* gratulatio erit publica, laudabitur ab omnibus divina iustitia. — **2)** Saepe apud *Vulg. Interpr.* pro cantico sive *laude* ponitur, aut pro gratiarum actione. Sic *Psalm. 146. 1.* Deo nostro sit iucunda decoraque laudatio. *Isai. 44. 23.* Resonate, montes, laudationes. Et *60. 18.* Et occupabit salus muros tuos, et portas tuas laudatio. Adde *Psalm. 9. 15.* et *55. 12.* — *Iob, 37. 22.* Ad Deum formidolosa laudatio; *paurosa:* nam, ut sequitur, digne eum invenire non possumus. — **3)** Item iudicialis commendatio, quae nempe fit in iudicio de aliquo; *testimonianza favorevole, elogio. Cic. Coel. 2.* Lectissimos viros cum legatione ad hoc iudicium, et cum gravissima atque ornatissima laudatione miserunt. *Id. Flacc. 15.* Idem laudationem, quam nos ab Aemonensibus Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat. Adde *Fontei. 2.* et V. LAUDATOR §. 2. — **4)** Saepe etiam *laudatio* dicitur de laudatione funebri; *orazion funebre. Liv. 8. 30.* Matronis honos additus, ut earum, sicut virorum, post mortem solemnis laudatio esset. *Cic. Mil. 13.* Cadaver Clodii spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione, etc. *Id. Senect. 4.* Est in manibus laudatio, quam cum legimus, etc. *Quintil. 3. 7. 2.* et *11. 3. 153.* Laudationes funebres. — *Inscr.* mutila apud *Orelli, n. 3576.* Laudatio publica.

Nota. Discrimen inter *laudem* et *laudationem* habet *Senec. ep. 102.* Aliud est laus, aliud laudatio. Haec et vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cuius officium oratione constat. Cum dicimus aliquem laude dignum, non verba illi benigna hominum, sed iudicia promittimus. Haec *Seneca*. Nihilo tamen secius *laudes funebres* pro *laudationibus* legimus apud *Liv. 8. 40.* Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum honorumque, fallente mendacio, trahunt. Cf. supra §. 2.

LAUDĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *laudo;* laudans, laudationi accommodatus; *lodativo*. Unde *laudativum genus* orationis a Rhetoribus dicitur demonstrativum. *Quintil. 3. 4. a med.* Est unum genus, quo laus et vituperatio continetur: sed est appellatum a meliore parte laudativum: idem alii demonstrativum vocant: utrumque nomen ex Graeco creditur fluxisse, nam et ἐγκωμιαστικὸν, et ἐπιδεικτικὸν dicunt. *Id. 3. 4. 16.* laudativa materia. *Victorin.* in *Cic. Rhet. 2. 52.* Ut demonstrativam causam cum intellegamus habere laudem et vituperationem, quidam tamen hanc eandem causam a parte meliore, sicut diximus, laudativam esse dixerunt. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LAUDATIVA, ae, f. Est hoc ipsum genus laudativum. *Quintil. 2. 13. circa med.* Laudativa tota, quae est pars rhetorices tertia.

LAUDĀTOR, ōris, m. Verbale a *laudo;* qui laudat, testis innocentiae, vel virtutis alicuius; *lodatore, panegirista. Cic. ad Quirit. 6. extr.* Qui rerum mearum gestarum laudatores fuerunt. *Id. 6. Att. 2. a med.* Laudator integritatis et elegantiae. *Horat. Art. P. 175.* laudator temporis acti, Se puero. *Id. ibid. 435.* Derisor vero plus laudatore movetur. *Ovid. 21. Heroid. 55.* Haec nobis formae, te laudatore, superbae, Contigit merces? — **2)** In causis iudicialibus *laudatores* aderant reo (praeter advocatos et patronos), testes innocentiae, et commendatores. *Cic. Balb. 18.* Proferam testes, proferam legatos, excitabo laudatores, quos ad hoc iudicium summos homines ac nobilissimos, deprecatores huius periculi missos videtis. *Id. 7. Verr. 22.* In iudiciis qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei nullum dare. *Front. 1. ad amicos* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 5.* Iste in ipsis iudiciis mos inveteratus erat, causa perorata, laudatores adhibere, qui id, quod de reo existimarent, pro sua opinione cum fide expromerent. — Hinc *laudatio iudicialis* apud *Suet. Aug. 56. ad fin.* et *Cic. 1. Fam. 9.*, ubi de Vatinio agit. V. LAUDATIO §. 3. — **3)** Item qui funebrem orationem habet. *Plin. 2. ep. 1.* Laudatus est a consule Cornelio Tacito. Nam hic supremus felicitati eius cumulus accessit, laudator eloquentissimus. *Liv. 2. 47. sub fin.* Funera deinde duo, collegae fratrisque, ducit: idem in utroque laudator; *h. e.* funebrem laudationem utriusque habuit. *Front. 2. ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 2.* Nec laudatori verba, sed laudati facta laudasti.

LAUDĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *laudo;* laudativus. *Fulgent. 1. Mythol. post init.* Illa exhilarata versiculis, laudatorio palmu-

Digitized by Google

lae tactu meam mulsit caesariem. Hinc *Eugraph.* ad illa verba *Ter. Heaut. 4. 5. 13.* Non possum pati, quin tibi caput demulceam: *haec habet:* Quod solet fieri his, qui placent, ut manus per caput tractu ducta quasi quaedam videatur esse laudatio. — **B)** Absolute, substantivorum more,

LAUDATORIUM, ii, n. Est idem quod laus. *Hieronym. ep. 129.* Graece psalterium, Latine vero laudatorium dicitur.

LAUDATRĪX, ĭcis, f. Verbale a *laudo;* quae laudat; *laudatrice. Cic. 3. Tusc. 2.* Vitiorum laudatrix fama popularis. *Ovid. 17. Heroid. 126.* Laudatrix Venus est invidiosa mihi.

LAUDĀTUS, a, um. Particip. verbi *laudo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Huic comparat. *laudatior* §. 2. et superlat. *laudatissimus* §. 1. — Proprie est laudibus ornatus, laudabilis, spectatus, probatus; *lodato, lodevole. Cic. 3. Fam. 12. a med.* et *4. Tusc. 31. ad fin.* et *15. Fam. 6.* Laetus sum, laudari me (inquit Hector, opinor apud Naevium) abs te, pater, laudato viro. Ea est enim profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. *Sall. Iug. 8.* Scipio donatum atque laudatum magnifice pro concione Iugurtham in praetorium adduxit. *Tacit. 6. Ann. 57. extr.* Germanicus cunctis laudatus; h. e. a cunctis. *Plin. 22. 43. 1.* Herba laudata Eratosthenis. *Cic. 1. Orat. 3.* Laudatarum omnium artium procreatrix philosophia. *Ovid. 4. Pont. 2. 35.* Excitat auditor studium: laudatoque virtus Crescit, et immensum gloria calcar habet. *Plin. 2. 24. 1.* Hipparchus nunquam satis laudatus. *Id. 55. 40. 6.* Inter pauca laudatus. — **B)** Item qui in aestimatu est, optimus, eximius, pretiosus; *ottimo, pregiato, stimato. Ovid. 9. Met. 715.* Inter Phaestiadas quae laudatissima formae Dote fuit virgo. *Plin. 12. 17. 1.* Saccharon et Arabia fert, sed laudatius India. *Id. 11. 97. 1.* Laudatissimus caseus. *Id. 20. 96. 1.* Foeniculum pulmonibus et iocineribus laudatissimum; h. e. ad sanandos pulmonum et iecoris morbos probatissimum. *Id. 22. 55. 1.* Olus laudatum in cibis. — **B)** Pro nominatus; *nominato, citato. Imp. Alexand. Cod. 3. 44. 2.* Qui laudatus per te defendi debeat. Adde *8. 45. 7.* V. LAUDO §. 3.

LAUDEA. V. LAUREA *init.* et LAUS §. b.

LAUDĪCĒNUS, i, m. Vox ioculariter ficta, de eo, qui laudat, ut ad cenam invitetur. *Plin. 2. ep. 14.* Sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti; manceps convenitur in media basilica; tam palam sportulae, quam in triclinio, dantur: ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Iude iam non inurbane Σοφοκλεῖς vocantur, iisdem Latinum nomen impositum est Laudiceni; et tamen crescit in dies foeditas utraque lingua notata. Hic *Plin.* ait, Σοφοκλεῖς, nempe a σοφός; sapienter (V. SOPHOS), et καλεῖν; clamare, eos esse per iocum appellatos, qui indiscretis oratoribus, spe captandae cenae, acclamabant; eosdem vero non Athenienses quidem, qualis fuit celeberrimus ille Sophocles tragicus, sed Laudicenos esse, ita enim Romani appellabant eos, qui e Laodicea seu Laudicea essent, ut probat *Eckhel, D. N. V. T. 3. p. 320.*, quemadmodum etiam *Laudica* pro *Laodica*, *Laudicianus* pro *Laodicianus* (V. has voces in ONOM.), et *lautomiae* pro *laotomiae* et *Laumedonteus* pro *Laomedonteus* scribitur in vetustis Codd. apud *Virg. 1. G. 502.*, ubi perperam *Burmannus*, et *Heynius* ex vitio saeculi ita scriptum fuisse ab imperito librario affirmant. Hinc *Martial. 6. 48.* Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata; Non tu, Pomponi, cena diserta tua est. Porro ex allato *Plinii* loco comprobatur, olim Romanos non *caena*, aut *coena*, sed *cena* scribere solitos fuisse, ut diximus in v. COENA §. b.

LAUDĪDĪGNUS, a, um. Adiect. a *laus* et *dignus;* qui laudem meretur. *Gloss. Philox.* Laudidignus; ἐπαίνου ἄξιος.

LAUDĪFĪCO, as, āre. Verbum transitiv. a *laus* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum, idem ac laudo. *Gloss. Philox.* Laudifico; ὑμνῶ.

LAUDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *laus, laudis*. — **b)** *Laudarier* pro *laudari* paragoge apud *Ter. Adelph. 4. 1. 19.* Laudarier te audit libenter. — **c)** Particip. *laudans* §. 1., *laudandus* §. 1., *laudatus*, V. suo loco, *laudaturus* §. 1. — **d)** Derivata et Composita, V. in LAUS, suo loco.

LAUDO proprie est honorificis verbis prosequor. laudibus orno, laudem tribuo, commendo, extollo, effero; *lodare. Cic. 2. Orat. 9.* Vituperare improbus asperius, laudare bonos ornatius. Et *ibid. 75.* Laudare et efferre aliquid. *Id. Sext. 34.* Approbare et laudare sententiam alicuius. *Id. 5. Fam. 20. circa med.* Quam rationem omnes non solum probant, sed etiam laudant. *Nep. Attic. 9. extr.* Potius quid se facere par esset, inquirebatur, quam quid alii laudaturi forent. *Cic. 3. Leg. 1.* Laudare legem ipsam veris et propriis generis sui laudibus. *Id. 4. Phil. 5.* Exquisitissimis verbis laudare quempiam. *Id. Rosc. Am. 12.* Satis pro dignitate laudare. *Id. Senect. 1.* Numquam satis laudari digne poterit philosophia. *Symmach. 1. ep. 5.* Laudari quippe ab laudato viro rara est merces ingenii. *Petron. fragm. Tragur. 64. Burm.* Laudare effuse. *Horat. 2. Ep. 1. 209.* maligne. *Cic. 3. Leg. 1.* nimis valde. *Id. 1. Offic. 18. ad fin.* ore pleniore. *Cato, proocm. RR.* amplissime. *Cic. Brut. 75.* magnifice. — Cum genitivo obiecti. *Sil. 4. 260.* Laudabat leti iuvenem; h. e. ob letum; ἐπαινέφρων τοῦ θανάτου. Eodem modo locutus est *1. 595.* et *5. 561.* — *Ovid. 1. Trist. 9. 62.* istos, Ut non laudandos, sic tamen esse iocos. — Absolute. *Ter. Eun. 2. 2. 20.* Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque. *Ovid. 1. Art. am. 742.* Cum tibi laudanti credidit, ipse subit. — **B)** Pertinet ad laudationem funeris; *far l'orazion funebre. Cic. 3. Q. Fr. 8. ad fin.* Serrani filii funus perluctuosum fuit. Laudavit pater scripto meo. *Id. Mur. 36.* Quem cum supremo eius die Maximus laudaret, etc. *Inscr.* apud *Orelli, n. 4860.* Ut ea . . . post decessum consensu civium laudaretur. V. LAUDATIO §. 4. — **B)** In illo *Virg. 2. G. 412.* laudato ingentia rura, Exiguum colito; *Turneb. 1. 20. adversar. c. 14.* putat, *laudato* positum esse pro reiicito, vituperato: quod et Graecis ἐπαινεῖν eodem interdum ratione adhibetur. Sed non est necesse ad insolitam significationem confugere. *Servius:* Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de Agricultura: quod ideo dictum est, quia maiores, agros incultos *rura* dicebant; idest silvas et pascua: *agrum* vero, qui colebatur: ut intelligamus, Laudato ingentes silvas, colito agrum minorem: vel quod melius est, cum Virgilius praecipiat alternis cessare novales *(1. G. 71.)*, hoc fieri non potest, nisi fuerint spatia maiora terrarum, ita ut, una parte cessante, alia coli possit. — **4)** Deinde

II. *Laudare* est etiam probare, in pretio habere, optimum putare; *stimare. Plin. 29. 12. 2.* Ovum anguinum . . . ad victorias litium mire laudatur. Et *28. 42. 3.* Apri cerebrum contra serpentes laudatur. — **5)** Item nominatim appellare, citare; *nominare, citare:* praesertim cum de testibus, sermo est: hos enim cum citamus, non sine laude citare solemus. *Gell. 2. 6. a med.* Laudare significat prisca lingua, nominare appellareque. Sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari. *Plaut. Capt. 2. 3. 66.* Idque ut scies, lovem supremum testem laudo. *Cic. Brut. 11.* Quem rerum Romanarum auctorem laudare possum religiosissimum. Adde *3. Orat. 18. sub fin.* et *ibid. 49.* et *Festum* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.* — **6)** *Laudare laudem alicuius* est celebrare, canere, praedicare, apud *Vulg. Interpr. Psalm. 105. 12.* — Sic et *Psalm. 55. 5.* In Deo laudabo sermones meos; h. e. laudabo Deum propter facta mihi promissa. V. *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — **7)** Passive *laudari* sensu medio pro gloriari. *Id. Psalm. 104. 3.* Laudamini in nomine sancto eius; h. e. laetamini, laetitiam agite.

LĂVER, ĕris, n. Nomen herbae cuiusdam ita a *lavo* appellatae, quia in locis aquaticis nascitur. Haec alio nomine *Sium* (Graece σῖον) dicitur, Italice *gorgolestro:* latiore folio, quam apium, pinguiore et nigriore; copiosa semine, sapore nasturtii. Condita et cocta torminibus medetur. *Plin. 26. 32. 1.*, coll. *22. 41. 1.*, ubi lii nomine laudatur.

LĂVERNA (et Laberna) ae, f. Nomen Deae cuiusdam, in cuius tutela erant fures, conflictum, ut putant, a λαβεῖν; accepisse, quasi *Laberna* (ita autem saepius scribitur), β in υ Latinorum converso, male in quibusdam MSS. et editis libris confusum cum *taberna*. — De ea V. suo loco in ONOM. — Hic tantum notamus, quod, mutato aliquando genere, nomine

LAVERNA ipse fur significatur, aut genus illud hominum, qui furtis delectantur, aut ipsum instrumentum, quo quis in furtis utitur. Haec patent ex *Gloss. Isid.* Laberna, ferramentum latronum, vel grassatorum vel furum. Et *mox.* Laberna; gladiator. Et *mox.* Laberna; latro, aut qui filios alienos seducit. — Eadem fere habent *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 530.* et *Gloss. Lat. p. 186. n. 4.* et *5.*, ubi V. *Hildebr.* Cf. voc. seq., LATERNIO et LAVATOR §. 2. — **B)** Hinc translate. *Auson. ep. 4. extr.* Hic est ille Theo poëta falsus, Bonorum mala carminum laverna.

LĂVERNĬO, ōnis, m. Nomen a *laverna*, quo significatur idem ac fur; *ladro. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* Laverniones, fures antiqui dicebant, quod sub tutela Deae Lavernae essent, in cuius luco obscuro abditoque soliti furta praedamque inter se lucre. V. LATERNIO.

* LĂVĬMENTUM, i, n. Verbale a *lavo;* locus lavationi inserviens, aut lavationi expositus. Legitur, si salva est lectio apud *Gargil. de castaneis, 4.* Non in lavimento, sed vasibus servanda harena, ut similiter infiuat.

* LĂVĬTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *lavo;* saepius lavo. Legitur in illo *Pompon.* apud *Calpurn. Pis.*, referente *Merula* in *Fragm. Ennii, p. 308.* Lacrimis ac falsis lavitat.

LĂVO, as, āvi, ātum, āre; *saepius*

LĂVO, lavis, lāvi, lautum *vel* lōtum, lavĕre. Verbum transitivum, intransitivorum more saepius etiam adhibitum, quod a λούω Graecorum eiusdem significationis ducitur, forma quidem activa, pro qua aliquando et passiva deponentium more adhibetur. Huc spectat *Inscr. Grammat.* in *Fragm. de Verbo, p. 173. Endl.* « Quaedam verba modo quasi neutra, modo quasi deponentia proferuntur, ut *lavo, lavor*, sub una eademque significatione dicuntur ἐπὶ τοῦ λούομαι, διὰ τοῦ μι-

ed by Google

ἀφὸ βάτε, *lavo, lavas, lavor, lavaris*, unde fiunt perfecta ἀπὸ τοῦ *lavo, lavi*, ἀπὸ τοῦ *lavor, lavatus sum*, et ex hoc *lautus sum*, et, au in o converso, *lotus sum*. » — **b**) Hinc *labor, oris*, et *lavor* inter se confusa fuisse in antiquis MSS., diximus iam sub v. LABOR §. c. — **c**) Declinatione autem hoc verbum anomalon est, ut supra indicavimus, modo enim primae, modo tertiae est coniugationis. Exempla infra subiicientur. — Hinc tamen duplex praeteritum, *lăvāvi* et *lāvi*, et duplex supinum *lăvātum* et *lautum* sive *lotum*, conversa au diphthongo in o longam, rarius in u, ut *lutor, lutus*. V. LOTOR. — *Lavisti* pro *lavavisti* contractim est apud *Plaut. True.* 2. 4. 27. — **d**) Atque hinc derivata modo unam sequuntur positionem, modo alteram, quod dicendum est etiam de compositis, de quibus insuper monendum est, *lavo* rarius reperiri, ut *elavo;* frequentius vero mutari in *luo*, ut *deluo, proluo*, etc. V. infra §. 4. — **e**) In antiquis *Glossis* etiam *lauso* vel *lauro* reperitur pro *lavo*. Sic *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 566.* « Lausantes, lavantes. » Et *ibid. T. 6. p. 531.* « Laurantes, lavantes. » — **f**) Particip. *lavans* §. 9. et suo loco, *lavandus* §. 2., *lavatus, lautus, lotus*, V. suo loco, *lavaturus* et *loturus* §. 2. et 9. — **g**) Derivata, *latrina, latrinum, lavacrum, lavandaria, lavandria, lavatio, lavator, lavatorium, lavatrina, laver, lauto, lautio, lautitas, lautitia, lautiusculus, lautulae, lotaria, lotio, lotiolente, lotium, lotor, lotura*. Cf. LABRUM §. b. — **h**) Composita, *aequilavium, aequilotium, allavo, circumlavo, delavatio, delavo, elavo, illavo, perlavo, praelavo, relavo, sullavo* — *abluo, alluo, circumluo, circumluvio, circumluvium, colluo, deluo, diluo, eluo, illuo, illutibarbus, illutilis, illuvies, illuviosus, interluo, interluvies, palluo, palluvium, perluo, praeterluens, proluo, psychrolutra, reluo, subluo, subterluo, subterluvia*.

LAVO universim est aqua purgo; *lavare*. De proprietate vocis ita *Front. 4. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 5.* Os colluere dicam; pavimentum autem in balneis pelluere, non colluere; lacrimis vero genas lavere dicam, non pelluere, neque colluere; vestimenta autem lavare, non lavere; sudorem porro et pulverem abluere, non lavare; sed maculam elegantius eluere, quam abluere. Si quid vero magis haeserit, nec sine aliquo detrimento exigi possit, Plautino verbo elavere dicam. Tum praeterea mulsum diluere, fauces proluere, angulam iumento subluere. — **2**) Pro generali autem verbi significatione haec habeto. *Cic. 2. Orat. 60.* Manus lava et coena. *Horat. 4. Od. 6. 26.* Phoebe, qui Xantho lavis amne crines. *Ovid. 4. Fast. 340.* sacerdos Almonis dominam, sacraque lavit aquis. Et *5. Fast. 12.* Sacra lavaturas mane petebat aquas. *Titin.* apud *Non. 10. 2.* Manus lavite mulieris, et capita velate. *Pompon. ibid.* Iampridem volo latrinam lavi; *che si netti*. Sic *Cato, RR. 63.* Si inquinata erit, lavito. *Plaut. Aul. 4. 2. 4.* Nunc lavabo, ut rem divinam faciam. *Ovid. 4. Fast. 136.* tota lavanda Dea est. — Absolute, subaudito *se*. *Vulg. Interpr. Ital. Tob. 7. 9.* Et postquam laverunt, discubuerunt ad coenam. — **3**) Deinde

II. *Lavo* ponitur etiam pro madefacere, aspergere; *bagnare*. *Plaut. Pseud. 1. 1. 8.* Gestas tabellas tecum: eas lacrimis lavis. *Ovid. 7. Met. 267.* Et quas Oceani refluum mare lavit arenas. *Lucret. 5. 948.* proluvie larga lavere humida saxa. *Virg. 10. Aen. 727.* lavit improba teter Ora cruor. *Val. Flacc. 4. 185.* ut misero lavet arma cerebro. Adde *Enn.* et *Varron.* apud *Non. 6. 106.* et *10. 2.* — **4**) Translate. *Horat. 3. Od. 12. 2.* dulci mala vino lavere; *h. e.* abstergere, delere, tollere. *Ter. Phorm. 5. 7. 80.* Venias nunc precibus lautum peccatum tuum; *h. e.* ad purgandum, excusandum, deprecandum. — **5**) locus videtur esse illud *Varron.* apud *Non. 10. 2.* Et Hymenaeus, qui primo lavere alvum marsupio solet. — **6**) *Laterem lavare*, quid sit, v. in LATER §. 3. — **7**) *Lavare inter innocentes manus suas* apud *Vulg. Interpr. Psalm. 72. 13.* est purum atque innocentem in operibus se habere. — Contra in illo *Psalm. 57. 11.* Laetabitur iustus, cum viderit vindictam et manus suas lavabit in sanguine peccatorum; *h. e.* tanta erit copia profusi sanguinis, ut in eo lavari pedes manusve possint, quod accipiendum est, non de gaudio in perditione hominum, sed in iustitia Dei iuste punientis. — **8**) Item in illo *Iob, 29. 6.* Quando lavabam pedes meos butyro; *h. e.* quando omni re abundabam et felix eram. — **9**) Speciatim, intransitivorum more,

III. *Lavo*, cum de balneis sermo est, saepe usurpatur activa voce pro passiva, sine casu, qui tamen facile subauditur. *Plaut. True. 2. 3. 1.* Pisces ego credo, qui usque dum vivunt, lavant, Minus diu lavere, quam haec lavat Phronesium. Et *1. 2. 95.* Opperire ibi: iam exibit, nam lavavit. *Ter. Andr. 5. 2. 48.* Ubi nos laverimus, si voles, lavato. Et *Heaut. 4. 1. 42.* Ea lavatum dum it, servandum mihi dedit. *Liv. 44. 6.* Lavanti regi dicitur nunciatum, hostes adesse. *Pers. 5. 93.* Lenia loturo sibi Surrentina rogavit (*intellige* vina). Adde *Lucil.* apud *Non. 2. 76.* et *Suet. Ner. 53.* et *Tit. 8.* — *Inscr.* apud *Marini, Arv. p. 531.* Balineus lavat more urbico et omnis humanitas praestatur. — **10**) Sed et *lavari* deponentium more, sensu medio, eadem prorsus significatione; *lavarsi, bagnarsi*. *Cic. 1. Offic. 35. extr.* Cum soceris generi non lavantur. *Caes. 4. B. G. 1. extr.* Lavantur in fluminibus. *Val. Flacc. 4. 229.* lavitur patrios ubi victor ad amnes. *Ovid. 21. Heroid. 177.* in umbroso cum velles fonte lavari. — *Inscr.* apud *Orelli, n. 4803.* Tu qui legis, vade in Apollinis (*sic*) lavari; *h. e.* ad Apollinis aedes ad balneum ibi sumendum. Videtur hic tangi aliquid, quod mihi non est notum. — **11**) Feminae et pueri gratis; viri autem quadrante lavabantur. *Horat. 1. Sat. 3. 137.* dum tu quadrante lavatum Rex ibis. *Iuvenal. 2. 153.* Nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lavantur. *Id. 6. 445.* Non quae docta nimis cupit et facunda videri, Crure tenus medio tunicas succingere debet, Caedere Silvano porcum, quadrante lavari. V. QUADRANS.

Nota. Affert quidem *Varro, 9. LL. 61.* discrimen inter *lavamur* et *lavamus*, quod illud de toto corpore dicatur, hoc de corporis partibus; itaque illud ad balinei lavationem pertinet, hoc ad alias. V. integr. loc. Sed contra sunt allata exempla. — Praeterea alia discrimina inter *lavo, elavo*, etc. V. supra in §. 1.

LĂVŌRO, V. LABORO §. b.

LAURĂ, ae, f. Vox Graeca, λαύρα, qua significatur vicus. *Arnob. 3. p. 124.* Ex eo quod Graeci vicos cognominant lauras.

LAURĂGO, ĭnis, f. Nomen a *laurus*, quo significatur arbor quaedam lauro similis, alias chamaedaphne, daphne Alexandrina, hypoglossion, Danaë, mustellago terrestris, victoriola, etc. nuncupata, *Apul. Herb. 58.*

* LAURĀTUM. V. LABRATUS §. 2.

LAURĔA, ae, f. Nomen a *laurus* (pro quo initio Veteres *lauden* usurpabant, teste *Isid. 17. Orig. 7. 2.* V. LAURUS §. 2.), quod proprie de lauri foliis dicitur; *foglie d'alloro:* sed et de ipsa arbore. *Plin. 15. 40. 5. de lauro*. Unius arborum Latina lingua nomen imponitur viris (ut *Laurea Tullius* Ciceronis libertus), unius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. *Liv. 32. 1.* Laurea in puppi navis longae enata. *Horat. 2. Od. 15. 9.* Tum spissa ramis laurea fervidos Excludet ictus. Cf. LAURUS §. 4. — **2**) Pro corona ex lauro; *corona d'alloro:* quam gestare dicitur Apollo, cui laurus sacra est (V. DAPHNE in ONOM.), et eximii poëtae. *Ovid. Rem. am. 75.* Te precor, o vates, adsit tua laurea nobis, Carminis et medicae Phoebe repertor opis. *Id. 2. Pont. 3. 67.* Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis. *Horat. 4. Od. 2. 9. de Pindaro*. Laurea donandus Apollinari. — **3**) Etiam triumphantes lauream in capite gerebant, ut *Plin. 15. 39. 1.* et *ibid. 40. 1.* docet. Hinc saepe de victoria dicitur, et gloria militari. *Ovid. 2. Pont. 7. 67.* Praestat et exsulibus pacem tua laurea, Caesar. *Cic. Offic. 22.* Cedant arma togae, concedat laurea linguae. *Id. 15. Fam. 6.* Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? — **4**) Translate. *Plin. 7. 31. 9. de Cicerone*. Salve, primus in toga triumphum, linguaeque lauream merite; *h. e.* principatum eloquentiae. — **5**) Aliquando imperatores triumpho abstinentes, id solum victoriae signum populo R. ostendebant, quod lauream publice in Capitolium in sinum Iovis ferebant. *Suet. Domit. 6.* De Cattis Dacisque duplicem triumphum egit: de Sarmatis lauream modo Capitolino Iovi retulit. Adde *Eund. Ner. 15.* et *Plin. Paneg. 8.*

LAURĔĀTUS, a, um. Particip. verbi *laureo*, adiectivorum more saepius adhibitum; laurea coronatus vel ornatus; *coronato o cinto d'alloro*. *Suet. Aug. 58.* Plebs laureata. *Vitruv. 2. 8. a med.* Naves laureatae. *Cic. Mur. 41.* imaginem parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, etc. *Id. 7. Att. 10.* Laureati lictores. *Id. 1. Divin. 28.* fasces. *Senec. Consol. ad Polyb. 33.* Laureatae fores. *Liv. 45. 1.* litterae. *Tacit. Agric. 18. extr.* Ne laureatis quidem gesta prosecutus est; *subaudi* litteris, et V. LAUREUS. §. 3. *Plin. 18. 4. 4.* Gaudens terra vomere laureato et triumphali aratore. — *Apic. 8. n. 379.* Porcellus laureatus; *h. e.* lauro conditus, et odorem eius habens.

LAURENTĀLĬA. V. LARENTALIA.

LAURĔO, es, ŭi, ātum, ēre. Verbum transitiv. a *laurea*. — Particip. *laureatus*, V. suo loco. — Proprie est laurea insignio, laurea orno; *coronar d'alloro*. *Onom. Lat. Gr.* Laureo, as; δαφνόω. *Gloss. Arab. Lat.*, laureo, corono. — **2**) Translate. *CArysolog. Serm. 66. de Lazaro mendico*. Ubi postes tuos suis ulceribus laureavit, ubi sanie sua pinxit micas tuas.

LAURĔŎLĂ, ae, f. Deminut. a *laurea;* parva laurea. — Sumitur autem pro corona triumphali; *corona d'alloro*. *Cic. 2. Fam. 10.* Velles enim, tantum modo ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis. — **2**) *Laureolam in mustaceo quaerere*, est rem frustra aggredi, vanam operam in re aliqua collocare; ducta translatione a lauri foliis, quae, ut constat ex *Catone, RR. 121.* et *Plin. 15. 39. 1.*, mustaceis subiiciuntur, quaeque propterea quod in mustaceis coquendis corrumpi solent, frustra quis quaesiverit. *Cic. 5. Att. 20. ante med.* Venit interim Bibulus. Credo, voluit appellatione hac inani (*imperatoris*) nobis esse par. In eodem Amano coepit laureolam in mustaceo quaerere. At ille cohortem primam totam perdidit, etc.; *h. e.* voluit victoriae lauream sibi comparare, sed eam, veluti in mustacio, corruptam invenit.

LAURĔŎLUM. V. LANCEOLA §. 2.

LAURĔŎLUS, i, m. Titulus mimi *Q. Luctatii Catulli* apud *Suet. Calig. 57., Iuvenal. 8. 187.* et *Schol.* ad *h. l.*, qui nomen sumpsit a *Laureolo* quodam latrone famosissimo, de quo V. in ONOM.

LAURĔTUM et Loretum, i, n. Nomen a *laurus*, quo proprie significatur locus lauris consitus; *laureto. Varr. L. L. 32.* et *Plin. 15. 40. 8.* Loretum in Aventino vocatur, ubi silva lauri fuit. — **2)** De duplici Romae laureto, sive loreto, maiore et minore, V. LAURETUM in ONOM.

LAURĔUS, a, um. Adiect. a *laurus*; qui est e lauro; *di lauro. Cato, RR. 31.* Vectes laurei. Et *ibid. 76.* Laurea folia. *Liv. 23. 11.* corona. *Ovid. 2. Trist. 172.* serta. *Martial. 10. 92.* Laureum nemus. *Capell. 1. §. 7.* ramale. *Plin. 20. 51. 6.* oleum; *h. e.* baccis lauri, vel folio, vel folio simul et cortice baccarum, ut *Id. 15. 7. 2.* docet. — **2)** Item laurum aliqua parte referens. *Id. ibid. 16. 3.* et *Colum. 12. 10.* Laurea pira; *h. e.* odorem lauri habentia, ut *Plin. ibid.* tradit. *Id. 15. 50. 2.* cerasa; *h. e.* in lauro insita, non ingratae amaritudinis. Putant esse, quae apud nos *marasche*. — **3)** *Laurea rosa* est plantae, quae nerion et rhododaphne, et rhododendron, Italis vero *oleandro* dicitur. Eius autem mentio et descriptio habetur apud *Apul. 4. Met. p. 259. Oud.* — **4)** *Haedus laureus* s. *lacte* apud *Apic. 8. n. 369.* est idem ac laureatus; hoc est lauro conditus.

LAURĪCES, um, m. Vox est Balearica, qua significantur fetus cuniculorum a matre exsecti, vel uberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti, gratissimi in cibis habebantur *Plin. 8. 81. 2.*

LAURĪCŌMUS, a, um. Adiect. a *laurus* et *coma*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; ornatus comas lauro. *Lucret. 6. 151.* Lauricomos ut si per montes fama vagetur.

LAURĪCŬLUS, i, m. Deminut. a *laurus*; parva laurus. *Marcell. Empir. 30.* Lauriculi teneri; idest cymae lauri, cum nepeta adiecto sale contriti . . . concitant alvum, etc.

LAURĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *laurus* et *fero*; ferens laurum. *Plin. 15. 40. 2.* Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso. *Lucan. 5. 332.* Lauriferos nullo comitetur vulnere currus. Et *8. 25.* Laurifera iuventa. Cf. voc. seq.

LAURĪGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *laurus* et *gero*; laurifer, laureatus. *Ovid. 3. Art. am. 389.* laurigero sacrata palatia Phoebo. *Propert. 4. 6. 54.* Laurigera manus. *Sil. 3. 412.* Laurigeri avi. *Martial. 10. 10.* fasces. *Id. 7. 6.* Laurigera cuspis; *h. e.* hasta laureata. Cf. voc. praeced.

LAURĪNUS, a, um. Adiect. a *laurus*, idem ac laureus; *di lauro. Plin. 12. 18. 1.* Laurinum folium. *Id. 23. 43. 1.* oleum. V. LAURUS.

LAURĬO, ōnis, m. Vox Gallica, qua significatur herba eadem, quae serpyllum. *Plin. Valerian. 1. 33.* Serpyllum item herbam, quae Gallice laurio dicitur, ieiunus diu commanduces.

LAURĪTIS, is, f. Vox Graeca, λαυρῖτις, qua significatur spodos in argenti fornacibus: ita dicta ἀπὸ τοῦ Λαυρίου, qui Atticae mons est, ubi argenti metalla Atheniensibus aliquando fuerunt, ut *Pausan. 1. 1. c. 1.* tradit. *Plin. 34. 34. 2.*

LAURĪPŌTENS, entis, omn. gen. Adiect. a *laurus* et *potens*, quo epitheto absolute venit Apollo, cui sacra erat laurus, et qui ramale laureo sive virga ex lauro, quam gestabat, potentiam suam divinatricem coniecturalemque maxime ostendebat, apud *Capell. 1. §. 24. in carm.* Certum est, Lauripotens decusque divûm, Nostrum ex contiguis vanire pectus. V. RAMALE et LAURUS §. 1.

LAURO. V. LAVO §. f.

LAURUS, i, f. Nomen arboris celebratissimae, de qua mox, incertae originis, de qua tamen haec prodit *Isid. 17. Orig. 7. 2.* « *Laurus* a verbo *laudis* dicta. Hoc enim cum laudibus victorum capita coronabantur. Apud Antiquos autem *laudea* nominabatur, postea d littera sublata et subrogata r, dicta est *laurus*, » (sive *laurea*, quod idem est). — **b)** In quibusdam casibus est etiam quartae declinationis. Dixerunt enim *ab hac lauru*, et *lauruum* teste *Charis. 1. p. 110. Putsch.* et *Horat. 2. Od. 7. 19.* et *laurus* in primo et quinto plurali legitur apud Poëtas non semel, ut *Tibull. 2. 5. 63.* Sic *Plin. Paneg. 14.* Nullum genus laurus in Corsica fuisse. Dixi *in quibusdam casibus*, quia *laurui* et *laurubus*, vel *lauribus*, in utroque dativo non facile usurpaverim: quod monet etiam *Servius* ad *10. Aen. 689.* — Hinc *lauris* in ablat. plur. usus est *Apul. 4. Met. 26.* Domus tota lauris obsita. V. *Hildebr.* ad *h. l.* — **c)** Derivata, *laurago, laurea, laureo, laureola, lauretum, laureus, lauriculus, laurinus.* — **d)** Composita, *lauricomus, laurifer, lauriger, lauripotens.*

LAURUS est arbor perpetuo virens, Italice quoque *lauro* vel *alloro*, cuius plura genera *Plin. 15. cc. 39.* et *40.* recenset ac describit. In fabulis est arbor dilecta Phoebo propter Daphnen puellam ab eo adamatam, et in eam conversam. V. DAPHNE in ONOM. In magno honore apud Romanos fuit, quod pluribus ostendit *Plin. loc. cit.* Ipsa, inquit, pacifera, ut quam praetendi, etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium. Romanis praecipue laetitiae victoriarumque nuncia, additur litteris, et militum lanceis pilisque: fasces imperatorum decorat (*adde* et navium proras in victoriae signum), ex his in gremio Iovis optimi maximique deponuntur, quoties laetitiam nova victoria attulit; idque non ideo, quia perpetuo viret, nec quia pacifera est, sed quia spectatissima in monte Parnasso, ideoque etiam grata Apollini, assuetis eo dona mittere iam et regibus Romanis, teste L. Bruto: et quia manu satarum sola fulmine non icitur. Laurus (teste *Catone, RR. 8.* et *133.*, et *Plin. 15. 39. 1.*) duplicis generis: Delphica seu triumphalis, et Cypria: prior mas sine baccis, ideoque sterilis, altera femina, et baccarum fertilissima. *Id. 16. 33. 1.* Laurus uvas suas gignit, maximeque sterilis, quae non gignit aliud; ob id a quibusdam mas existimatur. Haec *Plin.* Ob quas causas equidem crediderim, honorem ei habitum in triumphis, potius quam quia suffimentum sit caedis hostium et purgatio, ut tradit Masurius (item *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Laureati, p. 117. Müll.*): Tiberium principem, tonante caelo, coronari ea solitum ferunt, contra fulminum metus. *Id. ibid.* Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, lanitrix Caesarum pontificumque: sola et domos exornat, et ante limina excubat. Haec *Plin.* quorum exempla non una habes in LAUREATUS. — **2)** Praeterea lauro utebantur in omnibus capiendis, si nimirum in ignem coniecta crepitaret, boni; si taceret, mali augurii signum putantes. Hinc, opinor, praescia venturi a *Claudian. 2. Rapt. Pros. 169.* appellatur. *Tibull. 2. 5. 81.* et *seqq.* et *Propert. 2. 21. 36.* — **3)** Ea item coronabantur in certis sacris flamines, ut est apud *Liv. 23. 11.* et *Ovid. 3. Fast. 137.* — Item imagines maiorum domesticae, in gratulatione solemni, cum quis honorem esset adeptus, ut ex *Cic. Mur. 41.* colligitur. — Poëtae quoque et vates eam gestare dicebantur; ut qui Apollinis tutelae assignati, et ab eo vim carminis accipientes. *Horat. 2. Od. 7. 19.* Quin et ea vesci. *Iuvenal. 7. 19.* et *Tibull. 2. 5. 63.* quod vaticinandi scientiam parere credebatur: item *Martial. 5. 4.* ad discutiendam ebrietatem. Ipse Iuppiter in Nummis Capuanis apud *Daniele, Num. Cap. p. 1.* cernitur laurea corona circumdatus, cuius rei causam hanc affert *Serv.* ad *Virg. 1. Aen. 398.*, quia nec aquila, aut laurus dicitur fulminari, ideo Iovis ales aquila, Iovis coronam lauream accepimus. — **4)** Ante ianuam domus Augusti, et deinde aliorum imperatorum duae lauri hinc inde ponebantur, supra vero corona quernea, quasi perpetuus hostium victor, et civium servator esset. Has videre est in Nummo gentis Caniniae apud *Morell. Num. Fam.* V. et *Eckhel, D. N. V. T. 6. p. 58.* — Hinc *Augustus* ipse in *Monum. Ancyr. VI. 17.* Laureis postes aedium mearum *umbrati sunt publice*. Ita supplet *Cavedoni* in *Opusc. di Mod. Ser. 2. T. 6. p. 349.* et *seq.*, quem videsis hoc de loco contra *Mommsen* disputantem, qui supplebat *vincti* pro *umbrati*. — **5)** Hunc morem in honorem aliorum quoque Imperatorum usitatum memorat *Tertull. Apolog. 35.* Unde Cassii, et Nigri, et Albini? unde qui inter duas lauros obsident Caesarem? — **6)** Metonymice sumitur pro victoria. *Plin. Paneg. 14. de Traiano.* Cum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augeres. Adde *Stat. 4. Silv. 1. 41.*

LAUS, laudis, f. Nomen parum certae originis, quod quidam volunt esse vel a λάω; eloquor, vel a λαός; populus; dum alii potius, et quidem probabilius, conferunt cum κλέω, Latine *cluo*, quod V. suo loco. — **b)** Quidam apud *Plaut. Cist. 1. 3. 33. laudeam* vel *ludeam* pro *laudem* legunt, sed videtur falsa esse lectio, et omnino improbanda. — **c)** In genit. plurali *laudium* pro *laudum* dixit *Sidon. carm. 23. 51* Hoc centesima laudium tuarum est. — **d)** Derivata, *laudabilis, laudabilitas, laudabiliter, laudabundus, laudate, laudatitius, laudatio, laudativus, laudator, laudatorius, laudatrix, laudo.* — **e)** Composita. *allaudabilis, allaudo, collaudo, deolaudes, dilaudo, elaudo* et *exlaudo, illaudandus, illaudatus, laudicenus, laudidignus, laudifico, multilaudus, prolaudabilis, relaudo, superlaudabilis.*

LAUS proprie commendatio, praeconium, verba, quibus alicuius virtutem testamur; *lode. Cic. 15. Fam. 6.* Ea est profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Et *9. ibid. 14.* Summis aliquem laudibus ad caelum efferre. Et *2. ibid. 15.* Divinis laudibus ornare aliquem. Et *13. Att. 38.* Habere laudes quotidianas et assiduas de aliquo. *Id. 2. Offic. 13. in fin.* Laude quempiam afficere. *Id. 1. Orat. 26.* Omni laude cumulare. Et *5. Fam. 2.* Summam alicui laudem tribuere. *Id. Mur. 7.* Illustri laude celebrari. Et *2. Verr. 17.* Esse in laude et in gratia cum populo R. *Id. Marcell. 2.* Laudem consequi. *Id. 2. Offic. 13.* maximam ex re aliqua sibi parere. *Virg. 12. Aen. 521.* afferre cuipiam. *Cic. 2. Phil. 11.* Ornare quempiam suis laudibus, et onerare alienis. *Val. Flacc. 3. 85.* implere. *Plin. 8. 16. 1.* et *14. 8. 2.* celebrare. Et *25. 18. 2.* praedicare. Et *20. 9. 1.* ferre. *Horat. 1. Ep. 17. 35.* Principibus placuisse viris, non ultima laus est. *Id. 2. Sat. 3. 99.* et *Ovid. 5. Fast. 290.* Hoc mihi est laudi. *Senec. Herc. Oet. 1561.* Laudis est, purum tenuisse ferrum; è *cosa lodevole. Gell. 4. 9. ad fin.* Haec dicuntur in laudem; *h. e.* laudandi gratia; *in lode. Cic. 5. Verr. 91.* Neque ego hoc in tua laude pono: alia sunt tua facta summa laude digna. *Id. 1. Tusc. 2.* Fabio laudi datum est,

Digitized by Google

quod pingeret. *Id. 1. Orat.* 23. Tibi nunquam eloquentiae maiorem tribui laudem, quam humanitatis. *Id. Brut.* 13. Brevitas laus est interdum in aliqua parte dicendi: in universa eloquentia laudem non habet. *Virg. 6. Ecl. 6.* Dicere alicuius laudes. *Cic. Planc.* 59. celebrare. Et *Ovid. 4. Pont. 13.* 25. laudes de Caesare dixi. *Stat. 8. Theb.* 553. et *Val. Flacc. 1.* 105. longa laude canere aliquem. — *Plin. 7. 45. 1.* Supremae laudes; *oration funebre*. — **2)** Metonymice dicitur de recte factis et virtute, quia his laudem meremur. *Cic. 2. Att.* 25. Plena manu nostras laudes in astra sustulit. *Id. 1. Offic.* 22. *ad fin.* Vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius. *Virg. 1. Aen.* 463. sunt hic etiam sua praemia laudi. Et *5. ibid.* 555. primam merui qui laude coronam. Et *9. ibid.* 252. Quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus istis Praemia posse reor solvi? *Plin. Paneg.* 70. A laude aliquem deterrere. Adde *Propert. 3. 1. 18. Claud. Mamert. Genethl. Maximian. 3.* Ostendam tamen, inesse laudibus vestris alia maiora. — **3)** *Laudes agere* vel *habere* pro honorem tribuere, laudare apud *Plaut. Mil.* 2. 3. 1. Inde ignem in aram, ut Ephesiae Dianae lauta laudes Gratisque agam, etc. *Id. Asin.* 3. 2. 1. Per hanc laudes gratiasque habemus merito magnas, etc. *ἐμφατικῶς*. — **4)** Specialim

II. *Laus dicendi*, aut *oratoria* est ipsa dicendi facultas, qua laudem adipiscimur. *Cic. Brut.* 7. Pericles cum floreret omni genere virtutis, hac tamen fuit laude clarissimus. — **5)** *Definitio per laudem* est quam Graeci κατ' ἔπαινον vocant, ut *Cassiod. de Dialect.* scribit. — **6)** Praeterea notat aestimationem et pretium cuiuspiam rei, quae ad usum aliquem optima habetur; *pregio, stima. Plin. 35. 46. 3.* Cois amphoris laus maxime. *Id. 22. 58. 2.* Peculiaris laus eius, quod fatigato corpori succurrit. *Id. 9. 65. 3.* Coccum Galatiae in maxima laude est. *Id. 36. 47. 1.* Creticae cotes diu maximam laudem habuere.

LAUSO. V. LAVO §. f.

* LAUSUS, us, m. Est planctus, ululatus, lugubris lamentatio. *Varr.* apud *Non. 1.* 255. Funus exequiati, cum lausu ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus. *Alii leg.* plausu, *al.* exsequiati laute. *Plaut. True. 4. 2. 18.* Thetis quoque lamentando lausum fecit filio. *Al.* lessum *leg.*, quod idem significat. — Qui lausum defendunt, ducunt a Graeco λλαῦσις; *h. e.* fletus, priore littera abiecta: et pro *lausus* etiam *losus* repetiri aiunt, ut pro *plaudo plodo*, etc. In vetustissima L. Cornelii Scipionis *Inscr.* apud *Visconti, Op. Var. T. 1. p. 30. tab. 5.* edit. *Mediol.* is lausis mandatus; *h. e.* fletibus funebribus. — Haec *Forcellini*, quibus postremo de suo addidit *Furlanetto*. Sed vox in posterum e Lexicis omnino est expungenda. Nam aliter atque aliter a Viris doctis citata loca leguntur et omnia incerta sunt. Apud *Non. 48. 8. Marc.* Funus exequiati stantes ad sepulchrum, *Riese* nuper legit in *Varr. Satur. reliq. p. 168.* — Apud *Plaut. True. loc. cit.* retinent *lessum* pro *lausum*. — In *Inscr.* autem *Scipionis* mera est coniectura *Visconti*, quam Recentiores omnes reiiciunt. V. *Momms. in Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 20. n. 34.*

LAUTE. Adverb. a *lautus*. — Comparat. *lautius* §. 1. et 2., superlat. *lautissime* §. 3. — Proprie est splendide, eleganter; *splendidamente, lautamente, sontuosamente. Plaut. Cas. 4. 1. 10.* Candide vestitus, laute exornatusque ambulat. *Ter. Adelph. 5. 1. 2.* Laute munus administrasti tuum. *Nep. Chabr.* 3. Quod vivebat laute, et indulgebat sibi liberalius. *Suet. Cal.* 55. Quo lautius invitati acciperentur. *Cic. 2. Leg. 1.* V Ita lautius aedificata. *Al. leg.* latius. *Id. 1. Tusc. 1.* Mores et instituta vitae, resque domesticas melius tueri et lautius. — **2)** Translate. *Vet. Poëta* apud *Cic. Amic.* 26. Lautissime ludere aliquem. *Plaut. Mil. 4. 4. 25.* Militem lepide et facete et laute ludificari; *h. e.* ample, valde, insigniter. *Ter. Eun. 3. 1. 37.* Facete, lepide, laute, nihil supra; *h. e.* ornate: formula plaudentium. *Plaut. Mil. 4. 2. 11.* Loquitur laute, et minime sordide; *h. e.* ornate et amplis verbis ac magnificis. *Plin. 2. ep. 5.* Si quis exstiterit, qui putet, nos lautius fecisse, quam orationis severitas exigat; *h. e.* ornatiore et delicatiore dicendi stilo usos esse.

LAUTĬA, ōrum, n. Exponuntur a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.*, epularum magnificentia *(tametsi al. ibi leg.* lautitia): a *Charis. 1. p. 21. Putsch.* supellex: rursus ab eodem *Festo ibid.* in *Dautia, p. 68.*, ea quae dantur legatis hospitii gratia (V. XENIUM): ab aliis verius esculenta et poculenta ad lautiorem victum accommodata, quae a quaestoribus Romae legatis exterarum nationum, quibuscum amicitia et societas esset, publice praebebantur, hospitii gratia: unde et hospitale ius vocantur a *Liv.* mox afferendo. Alii ducunt a *lavationo* (nempe a *lautus)*, quia apud Antiquos hae elegantiae, quae nunc sunt, inquit *Festus, l. c. p. 117.*, non erant, et raro aliquis lavabat. Quare et *lotia* alicubi scriptum legimus, ut *lotus* pro *lautus*. Alii derivant a Graeco δόσις a *δίδωμι*; do: unde et *dautia* olim dicta sunt, teste eodem *Festo, l. c. p. 68.* Apud *Inscrt. Art. Grammat. Fragm. p. 100. n. 143. Endl.* a Lautia, *ἐκδοτίνια*, a exponuntur. Fortasse paenultima producenda est, quia *Plutarch.* in *Quaest. Rom.* n. 43. λαύτια scribit. Haec quod vocis etymon attinet et eius significationem; quod autem spectat ad vocis usum,

LAUTIA apud unum fere *Livium* adhibita reperiuntur, quare et ex eo imprimis significatio vocis petenda est. Is vero sic habet, *28. 39. ad fin.* Locus inde, lautiaque legatis praeberi iussa, et muneris dari ne minus dena millia aeris. *Id. 30. 17. extr.* Legatis dona in singulos ne minus quinum millium aeris, et vestimenta bina. Ad hoc aedes liberae, loca, lautia legatis decreta. In veteri *SCto*, quod Graece et Latine habetur apud *Grut. p. 505.* Munusque eis ex formula, locum, lautiaque quaestorem urb. eis locare, mittereque. Ξένια τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα, τόπον, παροχήν τε τὸν τοπίων τῶν κατὰ πόλιν τούτοις μισθώσαι, etc. Rursus *Liv. 45. 20.* Consulti a M. Iunio patres, stantibus in comitio legatis, an locum, lautia, senatumque darent, nullum hospitale ius in iis servandum censuerunt. Adde *33. 24., 35. 23., 42. 26.* et *44. 16.* In his *lautia praebere* est *spesare di quel del comune*. — **2)** Translate. *Apul. 9. Met. 11.* Sed dum erudimentum servitii perhorresceram, novus dominus loca lautia prolixe praebuit. Adde *Eund. 3. ibid. 26.* V. *Hildebr.* ad *h. l.*, ubi plura disputat ad rem.

LAUTĬTAS, ātis, f. Abstractum a *lautus;* eadem ac lautitia. *Glass. Philox.* Lautitas; πολυτέλεια.

LAUTĬTĬA, ae, f. Abstractum a *lautus;* magnificentia, elegantia et munditia in victu et vestitu et habitatione; *lautezza, splendidezza, sontuosità, delicatezza, lusso:* sed in victu praecipue: a *lautum*, quia lautitiae initium Romani a lavando, et balneis fuisse videtur, ut habet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* (V. LAUTIA *init.*) *Suet. Caes. 46.* Munditiarum lautitiarumque studiosissimus. *Id. Aug. 71.* Lautitiarum invidiam facile refutavit, cum, Alexandria capta, nihil sibi, praeter unum murrhinum calicem, retinuit, et vasa aurea conflavit omnia. *Plin. 36. 5. 1.* Columnis utebantur in templis, nec lautitiae causa. — **2)** Quam late hoc verbum pateat, disce ex his *Senecae* verbis *ep. 114. ante med.* Ubi luxuriam late felicitas fundit, cultus primum corporum esse diligentior incipit: deinde supellectili laboratur: deinde in ipsas domos impenditur cura, . . . deinde ad coenas lautitia transfertur, et illi commendatio ex novitate, et soliti ordinis commutatione captatur, etc. Haec *Senec.* Praecipue tamen habet locum in apparatu et pretio ciborum, ut dictum est; *squisitezza de' cibi e de' conviti. Cic. 9. Fam. 16. sub fin.* Fama ad te de mea nova lautitia veniet. *Petron. Satyr. 21.* Tres lecti strati erant, et reliquus lautitiarum apparatus splendidissime expositus. Et *ibid. 34.* Accuratissimae lautitiae. Et *ibid. 32.* Esse in lautitiis. *Plin. 9. 58. 3.* Lautitiam Cleopatrae, apparatumque obtrectans Antonius. *Id. 33. 46. 3.* Tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa coenarum lautitia. *Sensc. Brevit. vit. 12.* Elegantiae, lautitiaeque famam captare. — **3)** *Lautitia farina* apud *Paul. Diac.* e *Festo, p. 118. Müll.* appellabatur ex tritico aqua conspersa. V. *Müll.* ad *h. l.*

LAUTĬUSCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *lautus;* aliquantum lautus. *Apul. 7. Met.* Vestem lautiusculam proferunt.

LAUTŬLAE, ārum, f. Nomen proprie adiect. per deminutionem a *lautus* effictum, absolute adhibitum, de loco, ubi quis lavatur. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.* Lautulae, locus extra Urbem, quo loco, quia aqua fluebat, lavandi usum exercebant. *Onom. Lat. Gr.* Lautulae; λίμναι. — Saepius autem tanquam proprium loci alicuius in Urbe vel extra eam, adhibetur, de quo V. in ONOM.

LAUTŬMĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *lautumiae*, absolute tamen adhibitum de eo, qui lautumias incolit, a *Cic. Pis. 9.* secundum Codices antiquos, ut *Turnebus* monet, *1. 21. Adversar. c. 15.* At in vulgatis est *laternarius*, quod praestat; et reapse ita dedit *Orelli* et *Halm* ex aliis Codd., quos V. in *notis crit.* ad *h. l.*

LAUTŬMĬAE et LĀTŌMĬAE, ārum, f. Vox Graeca, λατομίαι, et λατόμιαι, a λᾶας; lapis, genit. λάος, contr. λᾶος, et λάου apud *Sophocl. Oedip. Colon. v. 196.* et *τέμνω*; seco, qua Siculorum lingua significatur locus, ubi caeduntur lapides, ut *Ascon.* docet in *5. Verr. 5.* V. LAUDICENUS. — **b)** Latine autem varie scribitur *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* habet *lautumias*, ita litterarum ordine postulante. *Latomiae* autem est a Graeco λατομίαι, et a Siculis, ut dictum est, et *Varr.* docet *5. LL. 32.*, ubi et *latomia* singulari numero legitur. V. infra §. 2. Sed prior scribendi ratio videtur Latinis usitatior, qui Siculum *latomias* pro *laotomias* in *lautumias* mutarunt. Inde enim est cuiusdam Sabini locus, apud *Senec. 9. Excerpt. controv. n. 4. extr.* qui, cum reus rogaret, ut in lautumias transferretur, Non est, inquit, quod quemquam vestrûm decipiat nomen lautumiae: illa animo meo lauta res est. — **c)** Derivata, *latomus, lautumarius, lautumius*.

LAUTUMIAE proprie locus est, ut diximus, ubi caeduntur lapides; *cava di pietre*. In eas, ut in ergastula, servi vincti compingebantur, ad opus faciendum. *Plaut. Poen. 4. 2. 5.* vel in lautumiis, vel in pistrino mavelim Agere aetatem, quam etc. *Id. Capt. 3. 5. 65.* Inde ibis porro in latomias lapidarias. Ibi cum octonos alii lapides effodiunt; Nisi quotidianus sesquiopus confeceris, Sexcentoplago nomen indetur tibi. — **2)** Speciatim ita dictus est carcer publicus Syracusis, quia totus e vivo lapide excisus erat. De eo *Cic. 7. Verr. 27.* Lautumias Syracusanas omnes audistis, plerique nostis; opus est ingens, ma-

Digitized by Google

gnificum, regum ac tyrannorum, totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, et multorum operis penitus exciso, nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest. *Varr. R. L. L. 3. a med.* Syracusis, ubi delicti causa custodiuntur, vocantur latomiae; inde Lautumia translatum, vel quod hic quoque in eo loco lapicidinae fuerunt. V. de his lautumiis *Thucyd. l. 7. c. 87.* et *Aelian. Var. hist. l. 12. c. 44.* — **3)** Inde transfertur ad carcerem, qui Romae erat, quique *Tullianus* dicebatur; quam vocem V. suo loco. *Liv. 32. 26. sub fin.* Triumviri carceris lautumiarum intentiorem curam habere iussi. *Id. 37. 3.* Principes Aetolorum Romam deducti, et in lautumias coniecti sunt. Adde *26. 27.* et *39. 44.* Ubique autem *alii leg.* latumiae, *aut* latomiae. — **4)** locatur in verbo *Sabinus* apud *Senec.* loc. supra cit. §. b.

LAUTŬMĬUS, a, um. Adiect. a *lautumiae;* ad lautumias pertinens. *Senec. Consol. ad Marc. 17.* Tot millia captivorum ille, excisis in infinitam altitudinem saxis, lautumius carcer incluserat. *Alii minus recte* Nablius, *alii aliter leg.*

LAUTUS, a, um. Particip. verbi *lavo*, *is*, distinctum forma a *lavatus*, quod est a *lavo*, *as*, adiectivorum more saepius adhibitum. — **b)** Scribitur et *lotus*, quod V. suo loco, coll. LAVO §. a. — **c)** Comparat. *lautior* §. *4. 7.* et *9.*, superlat. *lautissimus* §. *4., 6.* et *9.*

LAUTUS proprie est mundus, lotus; *lavato, netto. Plaut. Pseud. 1. 2. 32.* Haec . . . tersa, strata, lautaque omnia ut sient. *Horat. 2. Sat. 3. 281.* qui circum compita siccus Lautis mane senex manibus currebat. *Cic. Deiot. 7.* Cur te lautum voluit, coenatum noluit occidere? *Plaut. Pers. 1. 3. 10.* et *Ter. Phorm. 3. 2. 23.* Lautum credo a balneis iam hic affuturum. — *Plaut. Mil. 2. 3. 1.* Inde ignem in aram ut Ephesiae Dianae lauta laudes gratisque agam; *scilicet* ante sacra Veteres lavabantur. Cf. *Rund. Aulul. 4. 2. 4.* — **2)** Est etiam madefactus, inquinatus, aspersus. *Acc.* apud *Non. 4. 280.* Volnere tetro deformatum, suo sibi lautum sanguine tepido. — **3)** *Balineae lautae* sunt instructae supellectili balnearia. *C. Gracch.* apud *Gell. 10. 3.* Parum cito sibi balneas traditas esse, et parum lautas fuisse. — **4)** Quia vero initium deliciarum ab usu saepe lavandi Romanis fuit, quem prisci illi et rustici omnino nesciebant, factum est ut coeperit adhiberi,

II. *Lautus* pro nitido, elegante, delicato, magnifico, sumptuoso; *lauto, sontuoso, delicato, splendido:* et tum de cetero cultu, tum praecipue de victu et conviviis diceretur. *Cic. Pis. 27. ad fin.* Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum. *Id. 1. Orat. 36.* Lauta supellex. *Gell. 1. 14.* Lautus paratus. *Plin. 16. 26. 1.* Acer crispius ad lautiora opera; *per lavori più delicati e di spesa maggiore. Cic. 9. Fam. 16. ad fin.* Nec tamen eas coenas quaero, ut magnae reliquiae sint: quod erit, magnificum sit et lautum. *Id. fragm.* apud *Non. 4. 280.* Lautum victum et elegantem colere. *Catull. 47. 5.* Convivia lauta sumptuose facere. *Plin. 9. sp. 17.* et *Martial. 12. 48.* Lautissima coena. *Stat. 1. Silv. 6. 33.* Epulae lautiores. *Plin. 14. 18. 1.* Lautissima apud priscos vina erant, myrrhae odore condita. *Id. 18. 30. 5.* Pabae radix perquam lauta incolarum cibis. — **5)** Cum Romanae mulieres post Veneris usum aqua ablui solerent, ideo lauta dicebatur mulier, quae virum iam passa esset. *Plaut. Mil. 3. 1. 192.* Lautam vis, aut quae nondum sit lauta? V. AQUA §. 28. — **6)** Item pro copioso, amplo, divite; *ricco, copioso. Cic. Rabir. Post. 14.* Lautum et copiosum patrimonium. *Id. 13. Fam. 32.* Civitas Halaesina tam lauta, quam nobilis. *Ter. Heaut. 4. 8. 30.* Omnes te in lauta et bene aucta parte putant. *Plin. 8. 70. 7.* Hinc victimae opimae et lautissima Deorum placatio; *sontuosissima.* — **7)** Praeterea

III. *Lautus* etiam dicitur, qui laute vivit, splendidus est, deliciis et sumptuoso victu cultuque utitur; *delicato, che si tratta bene. Cic. 7. Fam. 14.* Valde iam lautus es, qui gravere litteras ad me dare. *Nep. Att. 13.* Cum in primis lautus esset eques Romanus, et liberaliter homines invitaret. *Cic. 13. Att. 32.* Libertis minus lautis, servisque nihil defuit, nam lautiores eleganter accepti. *Afran.* apud *Non. 4. 280.* Lautus conviva. *Cic. 3. Verr. 6.* Homines lauti et urbani. *Plaut. Poen. 3. 4. 27.* Est lepida et lauta; *di buon gusto. Inscr.* apud *Fabretti, p. 182. n. 591.* Per omnia lautus inter amicos. — Et cum infinito *Pers. 6. 23.* rhombos libertis ponere lautus. — **8)** *Lautae Carinae* dicuntur a *Virg. 8. Aen. 361.* propter elegantiam et lautitiam aedificiorum. V. *Serv.* alias huius appositi rationes afferentem et Cf. CARINAE in ONOM. — **9)** Translate. *Cic. 2. Offic. 15.* Beneficentiae ac liberalitatis est ratio duplex, nam aut opere benigne fit indigentibus, aut pecunia: facilior est haec posterior, locupleti praesertim: sed illa lautior ac splendidior, et viro forti claroque dignior. *Id. 1. de Rep.* (edente *A. Mai*) *11.* Lautus sermonis auctor. *Plin. 19. 42. 1.* Omnium hortensiorum lautissima cura asparagis; *h. e.* maxime exquisita, diligens, et quasi delicata. Nam lauti conquirendis cibis intentissimi sunt. *Cic. 6. Att. 1. circa med.* Lautum negotium; *h. e.* splendidum, illustre, magnificum. — **10)** *Inachis lauta* dicitur ab *Ovid. 1. Fast. 454.*, quia in eius sacris iecur anseris adhibebatur, qui erat lautiorum mensarum cibus, quod observat *Voss. l. 4. Institut. Orator. c. 15. §. 8.* V. ANSER §. 2. — **11)** In illo *Lucil.* Malis necesse est lautum *(esse sum, qui)* e mensa puto capturus cibum; *Non. 4. 280.* pro nudo et carente accipit. — **12)** Absolute, substantivorum more,

LAUTUS, i, m. Est is qui laute vivit. *Martial. 13. 7.* Lautorum coenae. Adde loc. *Plin.* allatum supra §. 9.

Nota. Discrimen inter *facetum, lepidum* et *lautum*, V. sub v. FACETUS in *Nota*.

LAX, lăcis, f. Verbale a *lacio*, unice, quod sciam, nobis servatum a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 116. Müll. Lacit;* decipiendo inducit: lax etenim fraus est. V. LACIO §. a. et §. 2. — **2)** *Lax* a Dacis appellatur herba portulaca, teste *Apul. Herb. 104.* V. PORTULACA.

LAXĂBUNDUS. V. LAPSABUNDUS.

LAXĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *laxo*, quod exponitur in *Gloss. Isid.* Laxamina, habenae.

LAXĀMENTUM, i, n. Verbale a *laxo*, sive a *laxamen*, syllabica adiectione productum; spatium, laxitas, dilatatio; *dilatazione, spazio, allargamento, sfogo. Vitruv. 4. 7. ad fin.* Alii removentes parietes aedis efficiunt amplum laxamentum cellae. *Id. 5. 9.* Choragia laxamentum habeant, ad chorum parandum, uti sunt porticus Pompeianae. *Senec. 6. Quaest. nat. 18.* Nec ventum tenet ulla compages, solvit enim quodcumque vinculum, infususque per minima laxamentum sibi parat; *si fa largo. Cael. Aurel. 3. Chron. 8. 149.* Constringens ea, quae laxamentum poscere videntur. — *Id. 2. Acut. 19. 113.* Ut spiramento adductus vapor suo ingressu laxamentum partibus ministret. — **2)** *Laxamentum ventris*, cum laxantur intestina, et retrimenta non continent. *Macrob. 7. Saturn. 11. sub fin.* Laxamentum ventris comitatur timorem. — **3)** Translate est interruptio, et remissio laboris, operis, curae, qua relaxatur animus, spatiumque habet colligendi se et recreandi; *respiro, campo, spazio. Trebon.* ad *Cic. 12. Fam. 16. a med.* Nactus in navigatione pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum ex instituto meo. *Gell. 5. 1.* Laxamentum atque otium prolixe laudandi non habet. *Iustin. 41. 5.* Dato laxamento regnum Parthicum format. *Liv. 7. 38.* Eo laxamento cogitationibus dato, quievit in praesentia seditio. *Id. 9. 41. a med.* Legati ad consulem missi, ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam exercitum duceret. *Id. 22. 57. a med.* Ut et hostes in terra sua bellum haberent, minusque laxamenti daretur iis ad auxilia Annibali submittenda. — **4)** Item remissio severitatis, iuris, aut huiusmodi; *rallentamento. Cic. Cluent. 33.* Non modo causae, sed ne legi quidem quidquam per tribunum laxamenti datum est. Adde *Liv. 2. 3.* et *24.*

LAXĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *laxo;* actus laxandi, spatium interiectum; *spazio. Vitruv. 4. 7.* Trabes ita sint compactae, ut compactura duorum digitorum habeat laxationem. — **2)** Item actus solvendi, alleviatio. *Cael. Aurel. 2. Chron. 1.*

LAXĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *laxo;* ad solvendum et laxandum pertinens; *lassativo. Cael. Aurel. 2. Chron. 3.* Laxativa cataplasmata. *Apul. Herb. 66.* virtus.

LAXĀTUS, a, um. Particip. verbi *laxo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *laxatior* §. *1.* — Proprie est laxus factus, apertus, dilatatus; *aperto, allargato. Liv. 21. 33. sub fin.* Ubi primum degressos tumulis montanos, laxatasque sensit custodias, raptim angustias evadit. *Petron. Satyr. 112.* Ut viderunt laxatam custodiam, etc. *Plin. 19. 3. 2. de lino.* Virgas maceratas indicio est membrana laxatior. *Virg. 11. Aen. 130.* Et via vix tandem voci laxata dolore est. *Ovid. Halieut. 27.* laxata foramina retis. *Tacit. 3. Hist. 25.* et *Sil. 9. 364.* Laxati ordines *(acies)* abrumpuntur. *Senec. Oedip. 582.* Subito dehiscit terra, et immenso sinu Laxata patuit. *Suet. Aug. 43.* Laxatis sellae curulis compagibus. *Id. Ner. 34.* Laxata lacunaria. — *Id. Oth. 6.* Laxato calcio. — **2)** Item solutus; *sciolto. Cic. Somn. Scip. 3. a med.* Qui iam vixerunt, et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides. *Plin. 10. 30. 2. de gruib.* Lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno etc. *Cic. Senect. 3.* Libidinum vinculis laxati. *Id. 1. Tusc. 19.* curis. — **3)** *Laxata temeritas* apud *Petron. Satyr. 82.* est deposita. — **4)** *Laxata nox* apud *Sil. 13. 550.* est discussis tenebris illustrata, et veluti aperta. — **5)** *Laxata pugna* apud *Liv. 21. 59.* est intermissa.

LAXĒ. Adverb. a *laxus.* — Comparat. *laxius* §. *1.* et superlat. *laxissime* §. *1.* — Proprie est laxo spatio, late, ample, cui *anguste* opponitur; *largamente. Cic. Dom. 44.* Habitare laxe et magnifice voluit. *Plin. 2. 99. 6.* Vis sideris laxe grassantis. *Id. 17. 24. 6. de insitione.* Ne hiscat nimium rima, laxeque capiat, aut ne parum. *Id. 13. 7. 4.* Laxe distans. *Id. 33. 19. 3.* Aurum laxius dilatatur. *Id. 3. 13. 7.* Mercurii stella laxissime vagatur. *Varr. 2. RR. 10. ad fin.* De numero pastorum alii angustius, alii laxius constituere solent; *h. e.* pauciores, aut plures. *Liv. 28. 24.* In hostico laxius rapto suetis vivere, arctiores in pace res erant; *h. e.* liberius, licentius. *Sall. Iug. 93.* Romanos, remoto metu, laxius licentiusque futuros; *h. e.* late dispersos, solutis ordinibus, et remissa disciplina. *Cic. 13. Att. 14.* Si laxius volent proferre diem; *h. e.* longius; *portar più innanzi. Al.*

Digitized by Google

leg. latius. — **3)** Item remisse, non adducte. *Lucan. 4. 430.* medio suspendit vincula ponto, Et laxe fluitare sinit.

LAXĬTAS, ātis, f. Abstractum a *laxus;* amplitudo, latitudo, spatium: cui *angustia* opponitur; *ampiezza, capacità, larghezza. Cic. 1. Offic. 51.* In domo clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi, et admittenda hominum cuiusquemodi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. *Sallust. fragm.* apud *Non. 2. 492.* Laxitas loci. *Plin. 4. 24. 2.* maris. *Id. 14. 1. 4.* mundi. *Id. 11. 78. 1.* spatiosa. *Colum. 4. 18.* Vindemiatoribus hae semitae opportunam laxitatem praebent, per quam vel fructus, vel statumina portentur; *campo e comodo. Pallad. 1. 5. ad fin.* Vallis cum quadam moderatione, et aëris laxitate submisse; *d'aria aperta.* — **2)** Item remissio, languor. *Arnob. 6. p. 197.* Liber membris cum mollibus fingitur, et liquoris feminei dissolutissimus laxitate.

LAXO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, a *laxus.* — Particip. *laxans* §. 1. et 6., *laxandus* §. 4., *laxatus*, v. suo loco. — Proprie et universim est latum facio, dilato, aperio; *allargare, aprire. Cic. 4. Att. 16. ad fin.* Ut forum laxaremus, et usque ad atrium Libertatis explicaremus. *Caes. 2. B. G. 25.* Manipulos laxare iussit, quo facilius gladiis uti possent. *Pers. 5. 110.* Iam nunc adstringas, iam nunc granaria laxes. *Plin. 21. 11. 1.* Lilium ab angustiis in latitudinem paulatim se laxans. *Id. 32. 5. 1.* Laxare fores. Et *ibid.* maculas retis. *Lucan. 6. 270.* effuso tentoria campo. Et *ibid. 867.* ora. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 74.* Alpes. *Virg. 2. Aen. 239.* pinea furtim Laxat claustra Simon. *Id. 3. G. 330.* Zephyrique tepentibus auris Laxant arva sinus. *Id. 6. Aen. 411.* Inde alias animas, quae per iuga longa sedebant, Deturbat, laxatque foros; *sgombra. Plin. 36. 90. 6.* Hyssopum suffocationes laxat. *Id. 8. 54. 3.* Laxare intestina; *h. e.* alvum ciere. *Id. 19. 26. 1.* ructum; *h. e.* ciere; *promuovere.* — *Stat. 12. Theb. 254.* Solaque nigrantes laxabant astra tenebras; *h. e.* aliquantum minuebant. *Ovid. 2. Heroid. 125.* Sive die laxatur humus; *h. e.* calore diei aperitur. — **2)** Hinc *laxare ferrum* igne mollire et extendere; *stendere, tirare. Stat. 1. Achill. 129.* ferrum laxatur ad usus innumeros, quod rostra liget, quod muniat arma, Belligeros quod frenet equos, etc. — **3)** Translate est levare, recreare; *sollevare, ricreare. Cic. 3. Orat. 61.* A contentione disputationis animos, curamque laxemus. *Id. Brut. 85. ad fin.* Laxare iudicum animos, atque a severitate ad hilaritatem traducere. *Liv. 32. 5.* Laxare animum ab assiduis laboribus. *Senec. Tranquill. 15.* Cato vino laxabat animum curis publicis fatigatum. *Martial. 4. 8.* Et bonus aetherio laxatur nectare Caesar. — **4)** Item levare; *alleggerire, sgravare. Id. Herc. Oet. 787.* Posuitque clavae pondus, et pharetra graves Laxavit humeros. — **5)** Item producere; *allungare. Quintil. 10. 5. sub fin.* Longiore dierum spatio laxabit dicendi necessitatem. *Senec. Med. 420.* Laxare tempus fugae. — **6)** Deinde

II. *Laxo* est etiam solvere; *sciorre:* quia qui solvit, aperit. *Nep. Pausan. 4.* Vincula epistolae laxavit. *Val. Max. 5. 5. n. 5. extern.* Pidiculas laxavit, solvit equuleum. *Lucan. 4. 632.* Laxare nodos Herculeos. *Sil. 11. 17.* iugum; *h. e.* detrectando solvere et abiicere. De bobus indomitis loquitur. — Huc et illud pertinet *Iustin. 42. 4. ad fin.* Ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud, quam Pacorum vocabat. — *Vulg. Interpr. Ital. Act. 2. 25.* Per murum demiserunt laxantes in sporta. *Vulg.* noster habet *submittentes.* — *Terentian. de metr. v. 1152.* iam pes in dactylon ire videtur, Inque breves geminas longum laxare secundam *(subaudi* syllabam). — **7)** Translate. *Cic. 6. Att. 2.* Dixerim, me vel plurima vincula tecum summae coniunctionis optare: etsi sunt amoris arctissima: tantum abest, ut ego ex eo, quo adstricti sumus, laxari aliquid velim. *Virg. 5. Aen. 857.* quies laxaverat artus. — **8)** Item liberare, eripere; *liberare, sciorre. Lucret.* ad *Cic. 5. Fam. 14. a med.* Ut istis te molestiis laxes. — **9)** Item aperire; *manifestare. Stat. 1. Achill. 508.* Eia irrumpe Deos, et fata latentia laxa. — **10)** Praeterea

III. *Laxo* est etiam solvere ex parte, nempe aliquantum remittere, quod contentum erat, relaxare; *rallentare. Plin. 23. 80. 3.* Oleum ad nervos laxandos utile est; *scil.* cum vitiose intenduntur, ut in opisthotono. *Ovid. 3. Art. am. 25.* Quam cito (me miserum!) laxantur corpora rugis; *scil.* laxante se cute ex macie, quae, pleno corpore in inventa, intenta erat. *Virg. 3. Aen. 266.* excussosque iubet laxare rudentes. *Val. Flacc. 2. 38.* Laxare habenas. *Lucan. 7. 123.* frenos. — **11)** *Laxare arcum* apud *Phaedr. 3. 14.* et huc pertinere potest, quia et *tendere* arcum dicimus; et ad notionem primam, quia, remisso nervo, cornua arcus aperiuntur ac dilatantur. Hinc *Auct. Paneg. ad Pison. 150.* nec semper Gnosius arcu Destinat, exempto sed laxat cornua nervo. — **12)** Translate *laxare* est remittere, intermittere; *rallentare, intralasciare:* quia curis ac labore animus intenditur. *Liv. 6. 9.* Ut oppidanis pugnando fessis laxaretur labor, et ipse spatium intrandi moenia haberet. *Pers. 5. 44.* Atque verecunda laxamus seria mensa. *Virg. 9. Aen. 224.* somno laxare curas. — **13)** Item relaxare, indulgere. *Liv. 9. 16. a med.* Equites ausos ab eo petere, ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris. *Gell. 1. 5. a med.* Laxare paulum, et remittere subtile examen iustitiae. — **14)** Item imminuere ac debilem reddere. *Petron. Satyr. 82.* Si quid habueram virium, perdidi, totoque corpore velut laxato, etc.; *infanguidito, indebolito.* Sic *Pers. 3. 38.* Stertis adhuc, laxumque caput compage soluta Oscitat hesternum dissutis undique malis. *Flor. 2. 4.* Alpina corpora, ut caluere pugna, statim in sudorem eunt et laxantur; *s'indebolliscono.* — **15)** Speciatim *laxare iram* est remittere et sedare. *Stat. 6. Theb. 831.* armiferas laxare adsueverat iras. *Petron. Satyr. 108.* Plures cruenti vulneribus referunt veluti ex proelio pedem: nec tamen cuiusquam ira laxatur. Sic *ibid. 82.* Paulatim temeritate laxata; *h. e.* deposita. — **16)** *Laxare annonam* apud *Liv. 2. 34. in fin.* est ciborum pretium minuere, cui contrarium est *aretare.* V. ANNONA §. 4. et Cf. infra §. 18. — **17)** Intransitivorum more,

IV. *Laxo* est laxus fio; *allargarsi. Curt. 4. 3. 6.* Crebris fluctibus compages operis verberatae laxavere. Cf. *Zumpt* ad *h. l.* — **18)** Translate, *Liv. 26. 20. in fin.* Annona haud multum laxaverat, quia, remoto maritimo praesidio, subvehi frumentum non poterat; *era rinvilita.* Cf. supra §. 16. et *Hildebr.* ad *Apul. de Mund. 9.*

LAXUS, a, um. Adiect., de cuius notatione nihil certi habemus, quae tamen eadem videtur esse cum ea, ex qua *laxivus* et *lassus*, ut suo loco in his vocibus adnotavimus §. a. — **b)** Comparat. *laxior* §. 1. et seqq., superlat. *laxissimus* §. 6. — **c)** Derivata, *laxamentum, laxatio, laxativus, laxe, laxitas, laxo.* — **d)** Composita, *collaxo, dilaxo, perlaxo, relaxo.*

LAXUS proprie et universim est latus, spatiosus, amplus; *largo, ampio, spazioso. Sallust.* apud *Non. 1. 3.* Socordius ire milites occepere, et laxiore agmine. *Virg. 3. G. 166.* laxos tenui de vimine circlos Cervici subnecte. Et *4. ibid. 247.* Laxos in foribus suspendit aranea casses. *Horat. 2. Sat. 3. 171.* nuces ferre sinu laxo. Et *1. ibid. 3. 32.* male laxus in pede calceus haeret. *Tibull. 1. 7. 48.* Laxa toga. *Senec. ep. 88. a med.* Laxum spatium. *Vellei. 2. 81.* Laxior domus. *Ovid. 1. Amor. 8. 77.* Laxa ianua; *aperta, spalancata.* Et *2. ibid. 15. 14.* Laxus anulus. *Virg. 1. Aen. 126.* Laxae compages. *Martial. 5. 79.* Laxa cutis; *h. e.* laxata ex sudore, et meatus apertos habens. — **2)** Item remissus; *rallentato. Horat. 2. Sat. 7. 20.* Qui iam contento, iam laxo fune laborat. *Ovid. 3. Amor. 4. 16.* Laxa frena. *Virg. 1. Aen. 67.* Laxae habenae. — **3)** *Laxus arcus* apud *Virg. 11. Aen. 874., Horat. 3. Od. 8. 23.* et *Ovid. Rem. am. 702.* et remissus intelligi potest, et latus diductusque, ut in LAXO §. 11. diximus. — **4)** Est etiam dilatatus, productus, longus; *lungo. Cic. 6. Att. 1. a med.* Diem statuo satis laxam, quam ante si solverint, dico, me centesimas ducturum. *Plin. 4. ep. 3. a med.* Tempus sibi, et quidem laxius, postulavit. Adde *Procul. Dig. 45. 1. 115.* — **5)** Item amplus, magnus, multus. *Martial. 2. 30.* Et cuius laxas arca flagellat opes. — **6)** Translate. *Cic. Amic. 13.* Commodissimum est quam laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, cum velis, vel remittas; *h. e.* non est amicitia nimis arcte iungenda. *Sall. Iug. 68.* Milites in hibernis laxiore imperio, quam antea, habere; *più dolce, men severo, con disciplina men rigorosa. Liv. 24. 8.* Si bellum cum eo hoste haberemus, in quo negligentiae laxior locus esset; *maggior campo e libertà.* — **7)** Laxa annona; *viveri a buon mercato:* cui opponitur *arcta.* V. ANNONA §. 4. — **8)** *Laxa vox* est, quae laxo ore fit, ut cum *a* pronunciamus. *Gell. 15. 20.* Illud contra eiusdem Virgilii *(1. Aen. 245.)* insuavius facias, si mutes: *Quem das finem, rex magne, laborum?* Nam si ita dicas: *Quam das finem;* iniucundum nescio quo pacto et laxiorem vocis feceris. — **9)** *Laxioribus verbis dicere aliquid* apud *Gell. 16. 1.* est latius et fusius rem explicantibus. — **10)** *Laxum caput* apud *Pers. 3. 38.* est solutum, somni plenum et languidum. V. LAXO §. 14. — **11)** *Laxa mulier* est ample interfeminio praedita apud *Martial. 11. 21.* et *Auct. Priap. 18. 2.*

LE

LĔA, ae, f. Nomen a *leo*, cuius femina significatur, idem quod *leaena*, sed non aeque usitatum, et fere poëticum. — **b)** Veteres Grammatici apud *Philargyr.* ad *Virg. 2. Ecl. 63.* negabant vocem *leaena* Latinam esse, quia ad significandum sexum *leo femina* dicebatur, ut *Plaut.* in *Vidul.* Nam audivi feminam ego leonem semel parire. Sane *leaena* tota Graeca est, potiusque *lea* dicendum esset: quod et *Isid.* adnotavit *12. Orig. 2.* Quare et *Prob. art. min. n. 223. in fin.* a Vergilius secundum sonorum rationem *leaenam* anomale, non *leam* proprio sono invenitur pronuntiasse. » Verum contra haec omnia stat usus. V. LEAENA.

LEA, femina leonis; *lionessa. Varr. fragm.* apud *Philargyr.* ad *Virg. 2. Ecl. 65.* Sicut nocet panthera et lea. *Lucret. 5. 1317.* Irritata leae inciebant corpora saltu. *Ovid. 3. Fast. 176.* Audet et hirsutas comitus ire leas. *Id. 14. Met. 255.* mixtaeque lupis ursaeque, leaeque. *Id. 4. Fast. 102.* Lea saeva. Adde *4. Trist. 7. 14.* et *Senec. Agam. 740.* — In aliis casibus non facile usurpaverim, inquit *Forcellinus* noster.

LĔAENĂ, ae, f. Vox Graeca, λέαινα, Romana civitate donata, idem significatione quod *lea*, ut dictum est supra in voc. praeced. §. b. — Leo femina; *lionessa*. *Cic. fragm.* apud *Philargyr.* ad *Virg. 2. Ecl. 63.* Statuerunt aeream leaenam. *Gell. 13. 7.* Leaenas inter omnem vitam semel parere, eoque partu nunquam edere plures, quam unum, Herodotus scriptum reliquit. *Plin. 8. 17. 4.* Aristoteles tradit, leaenam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere. *Catull. 64. 154. de homine crudeli et feris moribus.* Quaenam te genuit sola sub rupe leaena? *Horat. 3. Od. 20. 2.* Getulae catulos leaenae. *Virg. 3. G. 245.* et *Val. Flacc. 6. 148.* Leaena saeva. *Virg. 4. G. 408.* fulva. Et *2. Ecl. 63.* torva. *Ovid. 5. Fast. 371.* Lybica. Et *ibid. 177.* feta. Et *13. Met. 547.* Utque furit catulo lactente orbata leaena. Adde *Tibull. 3. 4. 90.* et *ibid. 6. 15.* — *Vulg. Interpr. Ezech. 19. 2.* Quare mater tua leaena inter leones cubavit. *Id. Num. 23. 24.* Ecce populus ut leaena consurget. *Id. Iob, 38. 39.* Numquid capies leaenae praedam? *Eucher. Formul. Intellig. 3. a med.* Leaena significat superbos vel praecipites.

LĒBĂ. V. LAEVUS §. b. et LĔVO §. b.

LĔBER. V. LIBER.

LĔBES, ētis, m. Vox Graeca, λέβης, qua significatur genus quoddam vasis, a λείβω; fundo, dicti, quod in illud aqua funditur. — **b**) Alia forma, *Lebeta*, *ae*, m. agnoscitur ab *Auct. Append.* ad *Prob. n. 6. p. 458. Endl.* « Catilina, Phaedria, lebeta, Agrippa » (Sed probabilius hoc genere vestis monachorum significatur; auctor enim quid sit, non explicat. V. LEBETON). Sed *lebeta*, feminini generis, ponitur in *Gloss. Placid.* apud *Mai*, *Class. Auct. T. 5. p. 481.* Cf. tamen quae de hac voce ex veteribus *Glossis* protulit *Bildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 195. n. 80.* — *Eucher. 2. Instruct. 5.* « Lebetae, aenei minores in usum coquendi parati. In Paralipomenon: Pacificas vero hostias coxerunt in lebetis et cacabis et ollis. » Sed *Vulg. Interpr.* noster hodie habet *2. Paral. 35. 13. lebetibus*, qui hoc aliisque pluribus locis formam *lebes*, *etis*, tantum agnoscit.

LEBES proprie est pelvis, malluvium; *bacino*, *conca*: vas aereum, in quod aqua, dum manus abluuntur, decidit, ut *Serv.* docet ad illud *Virg. 3. Aen. 466.* stipatque carinis Ingens argentum, Dodonaeosque lebetas. *Id. 5. ibid. 266.* Tertia dona facit, geminos ex aere lebetas. *Ovid. 3. Heroid. 51.* Viginti fulvos operoso ex aere lebetas, Et tripodas septem. — **2**) Quod vero allatis locis in muneribus locum habet, facile intelligitur, non vilis ministerii vas fuisse. Hinc et convivis inserviebat, cum manus ante cibum lavabant, ut colligitur ex *Ovid. 12. Met.*, ubi narrat, orta inter epulas rixa inter Centauros et Lapithas, *v. 242.* prima pocula pugna Missa volant, fragilesque cadi, curvique lebetes. — **3**) *Isid. 20. Orig. 8.* culinae vas esse ait, coquendis cibis aptum: et ita adhibetur ab *Homer. Il. 9.* etc. *Servius* quoque *loc. cit.* ollam aeream exponit. — Huc itaque spectant loca *Vulg. Interpr. 1. Reg. 2. 14.*, *Ierem. 52. 18.* etc. Cf. supra §. b. — **4**) Translate. *Id. Psalm. 107. 10.* Moab, lebes spei meae. Cui consonat *Ps. 59. 10.* Moab, olla spei meae; h. e. lebes seu olla lavationis meae, ut sonat textus Hebraicus, quo significatur, Moabitas ita armis frangendos fuisse, ut cogantur quaecumque, etiam vilissima et probrosa, imperata facere. Ita *Wettenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — De locis autem *Ezech. 11. 3.* et *seqq.* et *Zachar. 14. 20-21.* V. *Eund. ibid.*

LĔBĒTĂ, ae, m. et f. V. voc. praeced. §. b. et LEBETON *in fin.*

LĔBĒTES, is, m. V. voc. seq. *in fin.*

LĔBĒTON (et Lebiton), *Graeca positione*, ōnis, m. et Lebitonarium vel Levitonarium, ii, n. Vox Aegyptiaca, ut videtur, ex qua Graecos suum λεβητωνάριον vel λεβητών aut λεβιτών vel λεβιτωνάριον, aut λευιτωνάριον probabile est fecisse, ex quo etiam explicatur varia scribendi eius ratio. Fuit autem genus quoddam vestis in usu apud Monachos in Aegypto, Italice dicere possemus *tonicella*. *Dionys. Exig. Vit. S. Pachom. 14.* Lebiton linea vestis erat, instar colobii, qua monachi utuntur hodieque per Thebaidem et Aegyptum. Et *ibid. 22.* Induuntur *(monachi)* autem noctibus lebitones lineos, praecincti lumbos. *Hieronym. Praef. in Reg. S. Pachom.* Nihil habeant *(Monachi)* in cellulis praeter psiathium et duo lebitonaria (quod Aegyptiis monachis genus vestimenti est sine manicis) et unum ium attritum ad dormiendum vel operandum. *Isid. 19. Orig. 22. 24.* Lebitonarium est colobium sine manicis, quali monachi Aegyptii utuntur. — *Rufin. Hist. Monach. 7. lebetes* dicitur (V. loc. sub v. COLOBIUM §. 2. *in fin.*) et *ibid. 9. Lebeta*. Cf. LEBES §. b.

LEBIS. V. LEVIS §. b.

LEBITON, onis, et LĔBĪTŌNĂRĬUM. } V. LEBETON.

LEBUS. V. LAEVUS §. b.

LĔCĀCĬTAS, ātis, f. Vox vulgari sermone usitata pro gula, quasi a *lecax*, *ācis*, abstractorum more effictum, quod fortasse a λεκὸς vel λέκος; pelvis, catinus, patina. — Legitur in *Gloss. Isid.* Lenocinium, lecacitas.

LĔCĀCĬTER. Adverb. eiusdem originis ac praecedens. Exponitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 524.* ed. *Mai*. Lenocinari, lecaciter vivere.

LĔCĀTOR, ōris, m. Nomen eiusdem originis ac praecedentia (quasi a *leco*. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 10.*), verbalium more effictum. gulosus. *Gloss. Isid.* Lecator, gulosus. *Gloss.* apud *Mai*, *Class. Auct. T. 8. p. 80.* Bucellarii . . . lecatores, lenones.

LĔCĔ *pro* lege *et* lecem *pro* legem. V. LEX §. b.

LĔCĔBRĀ. V. LACEBRA.

LĔCĬO *pro* Legio. V. LEGIO, *init.*

LĔCĬTO. V. LEGO §. b.

LECTĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *lectus*, absolute etiam adhibitum de eo, qui lectos facit; *facitore di letti*. *Inscr.* apud *Murat. 956. 7.* et *Orelli*, *n. 4185.* L. Hostilius L. L. Amphio faber lectarius. Cl. *Quicherat.* in *Addend. Lex. Lat. p. 136.* perperam legit *lecticarius* pro *lectarius*. *Gloss. Philox.* Lectarius; κλινοποιός.

LECTĒ. Adverb. a *lectus*. — Comparat. *lectius* et superlat. *lectissime*, infra. — Est eligendo; *con iscelta*. *Varr. 6. LL. 5.* Ab lego lecte, lectissime. *Id. 1. RR. 54.* Uva lectius defertur in forum vinarium. *Al. melius* lecta *legunt*. *Cic. Orat. 68.* Optimis sententiis verbisque lectissime dicere.

LECTĬCĂ, ae, f. Nomen, quod *Varr. 5. LL. 33.* a *legendo* ducit, quod olim herbis et stramentis collectis sterneretur. Commodius tamen a *lectus*, *i*, duci videtur. Cf. *Isid. 20. Orig. 11. 1.* et *4.* — Proprie autem

LECTICA, Italice quoque *lettiga*, dicitur sella cum pulvinari et lectulo, qua ditiores cubantes, seu iacentes, servorum humeris vel duorum, ut tenuiores, vel quatuor, aut sex, aut octo, ut ditiores, ferebantur: primo quidem itineris causa extra Urbem, deinde paulatim etiam in ipsa Urbe, deliciarum causa. Quae de eius usu ac forma dici possunt, ex subiectis Scriptorum locis apparent. *Cic. 7. Verr. 11.* Nam, ut mos fuit Bithyniae regibus, lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat Melitensi rosa fartus. (Dicuntur Bithyni lecticae inventores fuisse. *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal. 1. 121.*, *Catull. 10. 14.*). *Id. 2. Phil. 24.* Vehebatur in essedo tribunus plebis: lictores laureati antecedebant, inter quos, aperta lectica, mima portabatur. *Id. 2. Q. Fr. 10.* Cum ille ignarus sui comitatus, repente aperuit lecticam, etc. *Iuvenal. 5. 240.* turba cedente vehetur Dives, et ingenti curret super ora Liburno, Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus. Namque facit somnum clausa lectica fenestra. *Suet. Aug. 45.* Accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine, lectica cubans, theatro deduceret. *Aug.* ipse apud *Eund. ibid. 82.* Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvae duracinae comedi. *Suet. Tib. 27.* Adulationes adeo aversatus est, ut neminem senatorem, aut officii, aut negotii causa ad lecticam suam admiserit. *Id. Aug. 53.* Ipse ius dixit assidue: si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata. *Id. Caes. 43.* Lecticarum usum, item conchyliatae vestis et margaritarum, nisi certis personis et aetatibus, perque certos dies, ademit. *Id. Domit. 8.* Probrosis feminis lecticae usum ademit. *Petron. Satyr. 28.* Lecticae quempiam imponere. *Tacit. 3. Ann. 14.* et *13. ibid. 69.* Indere lecticae. *Senec. ep. 110. ad fin.* Lectica formosis imposita calonibus. *Horat. 2. Sat. 3. 244.* Lectica gestare aliquem. *Tacit. 2. Ann. 2.* Lecticae gestamine uti. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 12. a med.* Lectica deferri. — *Catull. 10. 15.* comparare homines ad lecticam; h. e. lecticarios. — **2**) Cadavera lectica efferri solita, teste *Nep.*, de quo V. in LECTICULA §. 1. et *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 12.*, et *Suet. Caes. 82.* — **3**) In militia quoque lecticae usus fuit, teste *Liv.*, de quo V. in LECTICULA §. 1., item *Suet. Aug. 91.*, et *Val. Max. 2. 8. n. 2.* — **4**) De lectica lucubratoria V. LECTICULA §. 2. — **5**) A similitudine *locticas* appellat *Plin. 17. 22. 1.* in arboribus loca, unde rami e trunco exeunt, et planitiem quandam, et quasi sedem efficiunt.

Nota. *Lectica* quid a *sella* differat, V. in SELLA.

LECTĬCĀLIS, is, m. Nomen proprie adiect. a *lectica*, quod absolute adhibetur de fabro lectario. *Gloss. Isid.* Lecticalis; qui lectulos facit.

LECTĬCĀRĬŎLĂ, ae, f. Deminut. a *lecticarius*, quo significatur mulier quae lecticariorum (id erat vilissimum servorum genus) amores sectatur, ut *ancillariolus*, qui ancillarum insanit amore. *Martial. 12. 58.* Ancillariolum tua te vocat uxor, et ipsa Lecticariola est: cetera, Alauda, pares.

LECTĬCĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *lectica*, absolute adhibitum de eo, qui lecticam defert; *portatore di lettiga*. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 12. a med.* Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre. Adde *Cic. Rosc. Am. 46.* et *Suet. Cal. 58.* — **2**) *Lecticariorum* fuere corpora, ut et ceterorum artificum, nempe hominum infimae plebis, aut libertorum, qui operam suam quibusvis, vel etiam certis dominis locabant. (Hinc *P. Vict. de regionib. Urbis Romae*, qui tamen hodie auctoritate caret, in regione decimaquarta trans Tiberim bis ponit *castra lecticariorum*; h. e. certum locum, ubi parati multi stabant ad huiusmodi ministerium. V. CASTRA §. 20.). *Inscr.* apud *Grut. 339. 11.* Ti. Claudio Aug. Lib. Tigrano ex corpore lecticariorum Caesaris. Alia

Digitized by Google

apud *Murat. 897. 8.* Faustus Ti. Claudii German. lecticarius. In *alia* apud *Grut. 600. 1.* Decurio lecticariorum. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6323.* Antiochus Iuliae Drusi Caesaris supra lecticarios. *Alia* apud *Murat. 126. 1.* Lecticarii Dei; *h. e.* thensarum sacrarum latores.

LECTĬCĬĀRĬUS, ii, m. Est servus qui analecta colligit. Ita apud *Petron. Satyr. 34.* legendum putat *Fr. Orfolius* in *Opusc. lett. Bologn. T. 1. p. 60.* pro *lecticarius*. Verum, cum nulla alia praesto sit Latini Scriptoris auctoritas, qui vel simplex vocabulum *lecticius*, nec inde derivatum *lecticiarius* usurpaverit, commodius fortasse erit, *analectiarius* ibidem legere, quam vocem vide suo loco. Cf. *Buckeler* in *not. crit.* ad *h. l.*

LECTĬCŌSELLĬUM, ii, n. Nomen a *lectica* et *sella;* lectica sedendo apta. *Not. Tir. p. 158.* Lectisternium, lecticolessium. *Lege* lecticoscillium.

LECTĬCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lectica;* parva lectica; *lettighetta*. *Cic. 1. Divin. 26.* Lecticula in curiam esse delatum. *Liv. 24. 43.* Scipio lecticula in aciem illatus. — *Nep. Attic. 22.* Elatus est in lecticula, sine ulla pompa funeris. — **2)** Lecticulae lucubratoriae in aedibus fixae et stabiles, erant parvi lecti in angusta cella positi, in quibus cubantes lucubrabant. *Suet. Aug. 78.* A coena lucubratorium se in lecticulam recipiebat: ibi, donec residua diurni actus conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus etc. De his intelligendum et illud *Plin. 5. ep. 5.* Visus est sibi per nocturnam quietem, iacere in lectulo, compositus in habitum studentis, habere ante se scrinium, etc. Et *Ovid. 1. Trist. 11. 37.* Non haec in nostris, ut quondam scribimus hortis: Nec consuete meum lectule corpus habes. Et *Senec. ep. 72.* Quaedam sunt quae possis et in cisio scribere: quaedam lectum, et otium, et secretum desiderant. Et *Pers. 1. 52.* non quidquid denique lectis Scribitur in citreis. Et *Iuvenal. 7. 28.* Qui facis in parva sublimia carmina cella. Simile est apud nos; *lo studiolo* et *la poltrona*. — **3)** Etiam de cubili, in quo gallinae ova deponere solent. *Apul. 9. Met.* Gallina, consuetae lecticulae spreto cubili, ante ipsos pedes domini praematurum prodidit partum. *Paulo ante* calathum foetui gallinaceo destinatum *vocaverat*.

LECTĬLĔ, is, n. V. IUNCEUS §. 4.

LECTĬO, ōnis, f. Verbale a *lego;* actus legendi, seu colligendi, collectio; *raccolta*. *Colum. 2. 2. ante med.* Saxosum solum facile est expedire lectione lapidum. *Arnob. 3. p. 173.* Cum illam *(Proserpinam)* per floream messem huc atque illuc lectionis cupiditas avocaret. — **2)** Item electio; *scelta*. *Cic. 3. Phil. 6.* Illud os, iliam impuritatem coeni fecisse, ut hos iudices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur reipubl. dedecus. — **3)** Deinde, sensu quidem translato, sed etiam proprio verbi facto ex usu loquendi,

II. *Lectio* est etiam actus legendi, quod scriptum est; *lezione, lettura*. *Cic. 4. Acad. 2.* Delectabatur mirifice lectione librorum. *Nep. Attic. 14.* Neque unquam sine aliqua lectione apud eum coenatum est. *Quintil. 1. 8. 2.* Sit in primis lectio *(versuum)* virilis et cum suavitate quadam gravis, et non quidem prosae similis . . . non tamen in canticum dissoluta, nec plasmate effeminata. *Id. 10. 1. 19.* Lectio non cruda, sed multa iteratione mollita et velut confecta. *Id. 11. 2. 54.* Lectio continua. Adde *1. ibid. 8.* et *10. ibid. 1.* — **4)** Speciatim *lectio senatus* fiebat, stante republica a censoribus; ea mutata, fere ab imperatoribus ipsis. In ea qui dignissimus visus esset, princeps senatus pronunciabatur: si qui indigni eo ordine essent, praeteribantur, eoque silentio electi e senatu censebantur. *Liv. 9. 29.* Ob infamem atque invidiosam senatus lectionem, verecundia victus collega, magistratu se abdicaverat. *Suet. Aug. 35.* Senatorum affluentem numerum ad modum pristinum redegit duabus lectionibus. Adde *Liv. 27. 11.* — **5)** Aliquando est ipsum illud, quod legitur. Hinc *lectio iuris*, ipsa lex, verba iuris; *testo di legge*. *Ammian.* de malis ICtis loquens, *30. 4.* Et si voluntate matrem tuam finxeris occidisse, multas tibi suffragari absolutionem lectiones reconditas pollicentur, si te senserint esse nummatum. Et *ibid.* Ut pervulgati iuris proferatur lectio vana, septem vendibiles introitus praeparant. *Macrob. 7. Saturn. 7.* Lectio tamen docet, eo tempore solitos, etc. *Impp. Leo, et Anth. Cod. 6. 61. 5.* Cum mulier diversis iuris lectionibus, idem intelligi maritum et sponsum, niteretur probare. — **6)** Apud Scriptores Ecclesiasticos *lectiones* dicuntur excerpta ex libris Sacrae Scripturae, vel SS. Patrum, ita dicta, quia non cantantur, sed leguntur in singulis horis tam nocturnis, quam diurnis. *Cassian. 2. Instit. 11.* Ita dumtaxat, ut post hunc numerum *(Psalmorum)* duae lectiones, veteris scilicet ac novi Testamenti singulae subsequantur. Adde *2. ibid. 6.* et *alibi*.

* LECTĬPES, ĕdis, f. Nomen a *lectus* et *pes*, quo significatur herba speciem lecti pedum praebens, *Freund* in suo *Lexico* hanc vocem adstruit auctoritate *Plinii, 24. 87. 1.*, ubi tamen ea non legitur. V. CLINOPODION.

LECTISPHĂGĪTES, ae, m. Species vini, quod et *Itacomelis* dicitur. *Plin. 14. 19. 8.* V. ITACOMELIS.

LECTISTERNĬĀTOR, ōris, m. Nomen a *lectisternium*, verbalium more efflctum; qui mensam ac lectulos discubitorios sternit. *Plaut. Pseud. 1. 2. 29.* Tu esto lectisterniator; tu argumentum eluito, idem exstruito.

LECTISTERNĬUM, ii, n. Nomen a *lectus* et *sterno;* sacrificii genus, in quo Diis in templis pulvinaria, sive lecti sternebantur, conviviumque iis apponebatur. Idem vocatum est *daps* aut *epulum*, quia cibi apponebantur. Appositis epulis septem sacerdotes, qui dicti sunt *Epulones*, fruebantur. *Liv. 22. 10.* Curatum lectisternium, et per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus: sex pulvinaria in conspectu fuere, Iovi et Iunoni unum, alterum Neptuno ac Minervae, tertium Marti et Veneri, quartum Apollini ac Dianae, quintum Vulcano ac Vestae, sextum Mercurio ac Cereri. *Id. 5. 13.* Duumviri sacris faciundis, lectisternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem, Latonamque et Dianam, Herculem, Mercurium, atque Neptunum, tribus, quam amplissime tum apparari poterat, stratis lectis, placavere. *Id. 40. 59.* In foris publicis, ubi lectisterninm erat, Deorum capita, quae in lectis erant, averterunt se, lanaque cum integumentis, quae Iovi opposita fuit, decidit: de mensa quoque oleas praegustasse mures, in prodigium versum est. *Id. 22. 1.* Ad aedem Saturni Romae immolatum est, lectisterniumque imperatum (senatores straverunt) et convivium publicum, etc. *Id. 21. 62.* Lectisternium Cere, ubi sortes attenuatae erant, imperatum. Adde *7. 2.* et *42. 30.* et *29. 14.* et *Macrob. 1. Sat. 6. 13.* — **2)** Est etiam locus, ubi homines in templo sedere consueverunt, si *Servio* credimus ad *12. Aen. 199.* — **3)** Sequiori vero tempore *lectisternium* item dicebatur epulum, quod tempore parentaliorum, seu charistiorum propinquis et cognatis dabatur; quin et in dedicatione ecclesiae alicuius, seu baptisterii. *Inscr.* apud *Grut. 753. 4.* Item lectisternium tempore parentaliorum ex X. CC. memoriis eiusdem Valerianae, et Appii Valerianae filii eius per *officiales* tesserariorum quotannis ponatur et parentetur. *Sidon. 4. ep. 13.* Epulum multiplex, et capacissima lectisternia para: pluribus viis, pluribus turbis ad te venitur: ita bonorum contubernio sedit, quippe postquam omnibus tempus futurae dedicationis inclaruit. Nam baptisterium, quod olim fabricabamini, scribitis, iam posse consecrari.

LECTISTĬTĬUM, ii, n. Nomen a *lectus* et *statio;* lecti statio. Legitur in *Gloss. Isid.*

LECTĬTĀTUS, a, um. Particip. verbi *lectito;* saepe lectus; *letto spesso*. *Tacit. 14. Ann. 31.* Libros conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur.

LECTĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *lecto*. — Particip. *lectitans* §. *1., lectitatus*, v. suo loco. — Proprie est saepe lego, assidue et studiose percurro; *leggere spesso, o assiduamente*. *Cic. 9. Fam. 25.* Pyrrhi te video libros lectitasse. *Id. 12. Att. 18.* Habeo nonnullos ex his, quos nunc lectito, auctores, qui etc. *Plin. 2. ep. 17. ante med.* Parieti eius *(cubiculi)* in bibliothecae speciem armarium insertum est, quod non legendos libros, sed lectitandos capit; *h. e.* non assidue et attente legendos, sed identidem et cursim lectitandos. — **2)** Est etiam saepe colligo; *raccogliere, andare raccogliendo*. *Val. Max. 8. 8. n. 1.* Conchulas et umbilicos in litore lectitasse. *Arnob. 5. p. 183.* In nemore Hennensi quondam flores Proserpina lectitabat.

LECTĬUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lectio;* brevis lectio; *lezioncella*. *Cic. 2. Fam. 1.* Quin per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris.

LECTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. specie intensiv. a *lego*, idem fere ac lectito. Agnoscunt hoc verbum *Victorin. 1. 5. 21.* Frequentativa verba multa, ut *lecto, scripto, facto, dicto*. *Charis. 2. p. 142. Putsch.* Quaedam verba semel quid factum significant, ut *lego*, quaedam saepe, ut *lecto;* quaedam sacpius, ut *lectito*. His adde *Incert Grammat. p. 120.* et *148. Endl*, coll. *Heins.* et *Burm.* ad *Ovid. 15. Met. 633.*

Nota. Hoc verbum, quod tamen se ipsum satis analogia defendit, ut ipse *Forcellinus* scripserat, allatum fuerat ab eodem auctoritate *Horat. 1. Sat. 6. ad fin.* « aut ego lecto, Aut scripto, quod me tacitum iuvet; » cum hac tamen annotatione: « *Bentlei.* vult *lecto* et *scripto* esse ablativos participiorum, absolute positos; *h. e.* postquam legi, aut scripsi. » Sic *Liv. 23. 14.* Lato ad populum, ut equum ascendere liceret. Adde *Tacit.* saepe et *Iustin.* Quod si verum est, exulent, oportet, in perpetuum a Latio tum *lecto, as*, tum *scripto*, et inter barbara amandentur.

LECTOR, ōris, m. Verbale a *lego;* qui legit; *lettore*. *Cic. 5. Fam. 12. ante med.* Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quam fortunae vicissitudines. *Nep. Pelop. 1.* Mederi cum satietati, tum ignorantiae lectorum. *Horat. 2. Ep. 1. 214.* qui se lectori credere malunt, Quam spectatoris fastidia ferre superbi; *h. e.* scripta sua legenda edere. *Ovid. 4. Trist. 10. 132.* Iure tibi grates, candide lector, ago. *Virg. 3. Ecl. 33.* Pierides, vitulam lectori pascite vestro. — **2)** Apud Romanos erant servi litterati *(anagnostae* Graeca appellatione, item *a studiis* dicti), qui legebant dominis, quae iubebantur. *Plin. 9. ep. 17.* Cum lector, aut lyristes, aut comoedus inductus est, calceos poscunt.

Digitized by Google

Adde *I. ep. 13.* V. ANAGNOSTES. — **3)** Lector est etiam secundus inter minores ordines Ecclesiasticos gradus. *Tertull. advers. haeretic. 41.* Itaque hodie diaconus, qui cras lector: hodie presbyter, qui cras laicus. *Inscr.* apud *Guarini, Osserv. sopra Eclano, p. 11.* Hic requiescit in somno pacis Coelius Laurentius lector sancte Glesiae Aeclanensis, qui vixit annos plus minus XLVIII., depositio eius die VIII. Idus Maias, Flaviis Asterio et Presidio VV. CC.: nempe an. a Chr. n. 494., quo consules fuerunt Turcius Rufius Apronianus Asterius, cui ex hac inscriptione *Flavii* nomen addendum videtur, et Flavius Praesidius. Observandum praeterea est, ex corrupto nomine *Glesia* pro *Ecclesia* Italos recentiores suum *Chiesa* effinxisse. *Anst. Hist. Datian. 22.* Primicerius lectorum. Cf. *Biraghi* ad *h. l. Inscr.* apud *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaule, n. 484.* Severus lectur *(sic)* innocens, qui vixit in pace annis tredece *(sic)*.

LECTŌRĀTUS, us, m. Abstractum a *lector;* dignitas et officium lectoris. Legitur haec vox in *Actis Concilii Bracarensis* (a. 563.) *c. 20.*

LECTRIX, ĭcis, f. Verbale a *lego;* quae legit. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 311. n. 347.* Colit ossa eius Cuide lectrix coniunx eius. *Cledonius* in *Arte, p. 1893. Putsch.* Dictor facit dictrix, lector facit lectrix, auctor non facit auctrix, quia est communis generis. Adde *Servium* ad *12. Aen. 139.*

LECTRUM, i, n. Idem ac analogium a *legendo* dictum, et exponitur in *Gloss. Isid.* Lectrum, analogium, super quo legitur. Cf. ANALOGIUM.

LECTŬĀLIS, le. Adiect. a *lectus;* ad lectum pertinens (V. *Nota*, infra. — Hinc absolute *lectualia*, quae ad lectum sternendum opportuna sunt. *Caesar. Reg. ad Virg. 41.* Lectualia vero ipsa simplicia sint; nam satis indecorum est, si in lecto religioso stragula saecularia aut tapetia picta resplendeant. Cf. voc. seq. §. 2.

Nota. Hoc vocabulum in *Lexicon* invexerat *Forcellinus* auctoritate *Spartian. Hadrian. 23.* In morbum incidit lectualem; *h. e.* qui diu in lecto aegrotum detinet, ut *Salmas.* expouit. *Al. melius leg.* letalem. *Cf.* et *Iordan.* ad *h. l.* Tabem vocat *Aurel. Vict. Caesar. 14. sub fin.*

LECTŬĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lectus;* ad lectum pertinens, *Non. 14. 8.* Plagae, grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lectuariam sindonem dicimus, quorum diminutivum est plagulae. — **B)** Absolute, substantivorum more,

LECTUARIA, ōrum, n. Idem quod lectualia, ut in LECTUALIS dictum est. *Aurelian. Reg. ad Monach. 27.* Lectuaria saecularia de coloribus facta in usu non habeatis.

LECTŬLUS, i, m. Deminut. a *lectus;* parvus lectus: item saepissime lectus quicumque; *lettiecluolo, letticello, letto. Cic. 14. Att. 13. ad fin.* A ducenda uxore sic abhorret, ut quidquam libero lectulo neget esse iucundius. *Id. 1. Catil. 4.* Qui sese illa ipsa nocte me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. *Id. 2. Fin. 30.* Philosophi in suis lectulis plerumque moriuntur; *muoiono sul loro letto,* vel *di loro buona morte:* cui opponitur mori in proelio, aut alia quapiam externa vi. — **B)** Item lectulus nuptialis, sive genialis. *Propert. 2. 15. 1.* o tu Lectule deliciis facte beate meis. *Martial. 10. 38.* O quae proelia, quas utrinque pugnas Felix lectulus, et lucerna vidit! — **C)** Lectulus lucubratorius; *poltrona da studiare.* V. in LECTICULA §. 2. exempla *Plin. iun.* et *Ovid.* — **D)** De lectulis coenatoriis, qui et tori discubitorii dicebantur. *Plaut. Pers. 5. 1. 6.* Hic volo ante ostium meos participes bene accipere. Statuite hic lectulos: ponite hic quae assolent, etc. *Cic. Mur. 36.* Cum epulum populo R. daret, stravit pelliculis haedipis lectulos Punicanos, et exposuit vasa Samia. *Propert. 4. 8. 35.* Unus erat tribus in secreta lectulus herba. — **E)** De funebribus. *Tacit. 16. Ann. 11.* Tres modo lectulos ad suprema retineri iubet.

LECTUR. V. LECTOR §. 3. *in fin.*

LECTUM, i, n. V. LECTUS, i, §. b.

LECTŪRĂ, ae, f. Verbale a *lego;* lectio. Agnoscitur a *Prob. Art. min. n. 800. p. 419. Endl.* Appellationes verborum duabus his formis definiuntur A et OR, ut puta; *lectura, scriptor.*

LECTŪRĬO, is, īre. Verbum transitiv. specie desiderativ. a *lego;* cupio legere; *desiderar di leggere. Sidon. 6. ep. 7.* Cum merito lecturiremus. *Id. 2. ep. 10. a med.* Opus est, ut sine dissimulatione lectites, sine fine lecturias. *Serv. in art. 2. Donati, p. 1789. Putsch.* Meditativa forma in rio desinit, ut scripturio, lecturio. Adde *Diomed. 1. p. 336. Putsch.*

LECTUS, a, um. Particip. verbi *lego,* adiectivorum more etiam adhibitum, atque iisdem fere significationibus, quibus gaudet verbum. — Hinc comparat. *lectior* §. 3., superlat. *lectissimus* §. 3. — Proprie est collectus; *raccolto. Plin. 18. 37. 1.* Vicia, si lecta matura est, praefertur. *Quintil. 6. 1. a med.* Lecta e vulneribus ossa. *Propert. 4. 4. 40.* Cum patuit lecto stamine torta via. V. LEGO, is, §. 1. — **B)** Item selectus, delectus; *scelto. Cic. Rosc. Am. 41. a med.* Pueruli ex tot elegantissimis familiis lecti. *Virg. 9. Aen. 48.* Viginti lectis equitum comitatus. *Plin. 8. 34. 2.* Sorte lectus; *cavato a sorte. Inscr.* apud *Orelli, n. 941.* Lectus in praetorio DD. NN. ex leg. VI. Perr. P. C. Adde *alias, ibid. n. 3382.* et *seqq.* — Cum infinito. *Stat. 1. Theb. 330.* eadem fidissima custos Lecta, sacrum iustae Veneri occultare pudorem. — **C)** Translate eximius, praestans, praecipuus, insignis; *distinto, estimio, singolare* et dicitur tam de rebus, quam de personis. *Cic. 5. Orat. 37.* Lecta atque illustribus verbis uti. *Id. 3. Verr. 6.* Lectissimi atque ornatissimi viri. *Id. 1. Invent. 31. a med.* Ut neque vir melior, neque femina lectior in terris sit. *Horat. 3. Od. 21. 5.* lectum Massicum servate. *Stat. 5. Silv. 1. 247.* Invenum lectissime. *Plaut. Pseud. 4. 7. 50.* Hic sunt quinque argenti lectae numeratae minae; *h. e.* probae et iusti ponderis; *buona moneta.* Sic *Ter. Phorm. 1. 2. 3.* Accipe, hem! lectum est *(argentum)*, convenit numerus, quantum debui. — **D)** Deinde eadem ratione, qua dictum est in LECTIO §. 3. *init.*,

II. *Lectus* est etiam legendo percursus; *letto. Ovid. 2. Pont. 5. 20.* versus Et legis, et lectos ore favente probas. *Flor. 4. 2. a med.* Lecto ad lucernam Platonis libro. — **E)** *Lecta* in subscriptionibus Constitutionum sive Legum dicitur, quoties reapse per lectionem publici iuris facta est, atque hinc legitime promulgata; quod ut etiam constaret quo tempore id factum esset, in fine earum *lecta* addebatur datis die et anno. Sic *Cod. Theod. 2. 2. 1. in fin.* Lecta Kal. Decemb. Valente V. et Valentiniano Augg. Coss.; *h. e.* anno post Chr. 370. — *Id. ibid. 26. 1.* Lecta apud Acta XII. Kal. Iul. Gallicano et Symmacho Coss.; *h. e. a.* 330. — *Id. 16. 2. 20.* Lecta in ecclesia Romae III. Kal. Aug. Valentiniano et Valente III. AA. Coss.; *h. e. a.* 370.

LECTUS, i, m. Nomen, de cuius etymo parum constabat apud Veteres ipsos. *Fest.* enim apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.* « Lectus, inquit, dictus vel a collectis foliis ad cubitandum, vel quod fatigatos ad se alliciat, vel a Graeco λέκτρον. » Priorem notationem confirmat ipse *Varr.*, qui *5. LL. 35.* lecticam dictam ait, quod legebant, unde eam facerent, stramenta atque herbas. — **b)** *Lectum* neutro gen. *Ulp. Dig. 32. 50. extr.* Legatum lectum continet et fulcra. Adde *ibid. 34. 2. 20.* et *Glossas.* — **c)** *Lectus, us. Plaut. Amph. 1. 3. 13.* Prius abis, quam lectus, ubi cubuisti, concaluit locus. *Cornific.* apud *Priscian. 6. p. 711. Putsch.* Ipsis vero, ad Cereris memoriae renovandae gratiam, lectus sternuntur. — **d)** Derivata, *lectarius, lectica, lecticalis, lecticariola, lecticarius, lecticiarius, lecticula, lectile, lectrum, lectualis, lectuarius, lectulus.* — **e)** Composita, *lectisosellium, lectisterniator, lectisternium, lectistitium.* Cf. LECTIPES.

LECTUS proprie dicitur cubile stratum incendi et dormiendi causa; *letto. Varr. 8. LL. 16.* Si esset analogia petenda in supellectile, omnes lectos haberemus domi ad unam formam, et aut cum fulcro, aut sine eo, nec tum ad triclinium gradum, non item ad cubiculum. *Cic. 2. Divin. 65.* Somniasse se, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. *Cato, RR. 10.* Lecti loris subtenti. *Horat. 1. Sat. 3. 90.* Comminxit lectum potus. *Nep. Dion. 9.* Cubare in lecto. *Cic. 9. Fam. 22.* Dixit, te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. *Propert. 2. 18. 31.* surgere lecto. Et *ibid. 24. 41.* recipere se lecto; *mettersi a letto. Tibull. 1. 2. 19.* descendere lecto *(Broukus.* hic notat, pluribusque ostendit, antiquorum lectos cubiculares altos fuisse, ad quos scabello aut scamno ascenderetur). *Cic. 7. Verr. 7.* teneri; *esser obbligato al letto. Horat. 1. Sat. 2. 129.* desilire; *balzar di letto.* Et *ibid. 1. 81.* casus te lecto affixit. — **F)** *Lectus genialis* est qui in nuptiis parari solet; *letto nuziale. Cic. Cluent. 5. in fin.* Lectum illum genialem, quem biennio ante filiae suae nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari et sterni iubet. — **G)** Post nuptias *adversus* dicebatur, quia fere in thalamo ex adverso ante ianuam positus erat. In eo sedebant matresfamilias, lanae operam dantes. Mortua coniuge, idem mutabatur, et alius novae nuptae sternebatur. V. IANITRIX §. 3. *Propert. 4. 11. 85.* Seu tamen adversum mutarit ianua lectum, Sederit et nostro cauta noverca toro, etc. — **H)** Hinc *Ovid. 13. Heroid. 107.* Lectus caelebs; *vita celibe.* Sic *Propert. 2. 2. 5.* vacuo vivere lecto. — **I)** Nam saepe refertur ad coniugium; *letto maritale. Virg. 4. Aen. 496.* lectumque iugalem, Quo perii. *Ovid. 5. Heroid. 101.* temerati foedera lecti. — **K)** Speciatim in illo *Ovid. 8. Met. 668.* in medio torus est de mollibus ulvis Impositus lecto, sponda pedibusque salignis: *lectus* sunt ipsi asseres et tabulae compactae, super quibus lectus sternitur: *torus* autem est pulvinus spondae impositus: ulva concisa (apud pauperiores et in castris) est tomentum, etc. — **L)** Deinde

II. *Lectus* fuit etiam tricliniaris, in quo mensae accumbebant. V. ACCUMBO §. 1. et 2. *Cic. 4. Verr. 74. ad fin.* Non quaero, unde habueris quinquaginta tricliniorum lectos, unde tot candelabra. *Id. 5. Tusc. 21.* Collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrime, textili stragulo magnificis operibus picto. *Horat. 2. Sat. 6. 102.* rubro ubi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos, Multaque de magna superessent fercula coena. *Id. 1. Ep. 5. 1.* lecto recumbere. *Sust. Aug. 64. extr.* In imo lecto assidere. — **M)** Item lucubratorius. *Senec. ep. 78.* V. LECTICULA §. 2. — **N)** Item funebris, in quo componebantur efferenda cadavera. *Pers. 3. 105.* laudemque beatulus alto Compositus lecto, crassoque lutatus amomo, In portam rigidos calces extendit. *Tibull. 1. 1. 75.* Plebis et arsuro positum me, Delia, lecto. *Petron. Satyr. 114.* Lecto funebri aptatus. *Propert. 2. 8. 53.* Omnia.

Digitized by Google

crede mihi, secum uno munera lecto Auferet extremi funeris ista dies. Et *5. 11. 17.* ubi mortifero iacta est fax ultima lecto. — **10)** Item loculus in sepulchro. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7563.* L. Vecilio . . . lectu l. datu *(sic)*; h. e. lectus unus datus.

Nota. Discrimen inter *lectum* et *torum*, v. supra §. 6., coll. etiam loco *Propert.* allato §. 3. et V. TORUS.

LECTUS, us, m. Verbale a *lego*; electio, sive collectio; *scelta, elezione. Tacit. 4. Hist. 70.* Tutor Trevirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Triboccorum lectu auctas veterano pedite atque equite firmavit. *Al. leg.* delectu. — **2)** Item lectio; *lettura. Priscian. Partit. XII. vers. Aen. p. 1221. Putsch.* « Lectus, ἡ ἀνάγνωσις, huius lectus. » — **3)** Deinde

II. *Lectus, us*, m. Est etiam idem quod *lectus*, i. V. hanc voc. §. 6.

* LĔCȳTHĬNUS, a, um. Adiect. a *lecythus*; ad lecythum pertinens, ut Lecythinum oleum, quod in lecytho servatur. *Petron. Satyr. 21.* Nos lecythino perfusos oleo refecerunt. *Alii* legitimo, *alii* lecythi *leg.* Sed recte *Bücheler* ex Codd. MSS.: *nos legitimo perfusos oleo*; ut actum sit de hac voce.

LĔCȳTHĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca λήκυθιον, per deminutionem a λήκυθος efficta; parva ampulla. — Genus quoddam carminis videtur tamen significari in illo *Incert. Grammat. fragm. n. 6. p. 517. Endl.* dimetrum catalectum; quod lecythion et Euripidion vocatur, ut: *Martium canunt tubae*. Sic et Graece *Hephaestio, p. 53. Gaisf.* ἔμμετρον μὲν καταληκτικόν, τὸ καλούμενον Εὐριπίδιον, ἢ ληκύθιον.

LĔCȳTHUS, i, m. et f. Vox Graeca, λήκυθος, qua significatur ampullae cuiusdam genus, de quo mox. — **b)** Graece est generis feminini, quo aliquando Latine quoque usurpatum fuisse ostendit *Magdalius Gaudensis* apud *Vercellone, Var. Lect.* ad *Vulg. Interpr. 3. Reg. 17. 12.* proferens ex antiqua translatione *Aristot. Ethicor. lib. 4.* « lecythus pulcherrima. » Et reapse *Cic.* loc. mox cit. Graece adhibens feminium facit Latine. — Nihilominus et masculino genere utitur *Hyeronym.* in *3. Reg.* loc. mox cit. — **c)** Derivata, *lecythinus, lecythion*.

LECYTHUS proprie est ampulla olearia; *utello. Vulg. Interpr. 3. Reg. 17. 16.* Et lecythus olei non est imminutus. Adde *ibid. v. 12.* et *14. Eucher. 2. Instruct. 3.* Lecythus, in libro Regnorum, ampulla olearia. — **2)** Translate, sed Graece. *Cic. 1. Att. 14.* Quid multa? totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους), valde graviter pertexuit; h. e. nosti locos illos oratorios. *Plin. 1. ep. 2.* Non tantum Marci nostri ληκύθους fugimus, quoties etc.; h. e. ampullas. Cf. AMPULLA §. 4.

LĒDĀNUM. V. LADANUM.

LĒDO, ōnis, m. Vox fortasse Germanica a *leid*; lenis, qua significatur lenior maris aestus. Legitur in *Gloss. Isid.* Ledo; maris aestuatio. — *Ledonem* Galli nunc vocant *morte-eau*, inquit *Quicherat* in *Addend. Lex. Lat.* ad h. v.

LĒDON. V. LADA.

LEEX, V. LEX §. b.

LĒGĀLIS, le. Adiect. a *lex*; ad leges pertinens; *legale. Quintil. 5. 5. 4.* Legale genus quaestionis. Et *ibid. 8. 4.* Legales tractatus. — **2)** Apud Rhetores *legales status causarum* dicuntur, qui a lege pendent. *Cassiod. de Rhetor.* et *Fortunatian. Art. Rhetor. 11.* V. STATUS. — **3)** *Legalis vita* apud *Tertull. 4. advers. Marcion. 25. a med.* est, quae secundum legem divinam traducitur.

LĒGĀLĬTER. Adverb. a *legalis*; secundum leges; *legalmente. Cassiod. 4. ep. 37.* Adversarium provocare legaliter. *Id. 2. ibid. 15.* Legaliter convictus. Adde *Aust. de Computo Paschal. 2. p. 559. Migne. Hilarian. de Mundi durat. 1. in fin.* et *Chrysol. Serm. 171.*

LĒGĀMĬNUM, i, n. Verbale a *lego*, quo significatur idem quod legumen. *Varr. 1. RR. 32.* Ceteraque, quae alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant.

LĒGĀTĀ, ae, f. V. LEGATUS, a, um, §. 3.

LĒGĀTĀRĬĀ, ae, f. V. voc. seq. §. 3.

LĒGĀTĀRĬUS, a, um. Adiect. a *legatum*; ad legatum pertinens, testamento heredi mandatus. *Tertull. Spectac. 6.* Privatorum memoriis legatariae editiones parentant. — **2)** *Legataria provincia*, quae cuipiam legata, seu mandata est, legitur a nonnullis apud *Cic. 13. Att. 9.*; sed alii *legatoriam* (h. e. in quam aliquis tanquam legatus mittitur), alii *locatariam* legunt. V. LUCATONIUS. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LEGATARIA, ae, f. Est mulier, cui legatum relictum est. *Ulp. Dig. 19. 1. 45.* Cum legataria fidei commissum ad se pertinere noluisset. Adde *ibid. 33. 4. 2. Inscr.* apud *Grut. 419. 3.* Horatia P. f. Maxima leg.; h. e. legataria. — **4)** Item

LEGATARIUS, ii, m. Est is, cui ex testamento aliquid legatum est; *legatario. Sust. Galb. 5.* Cum praecipuum inter legatarios habuisset. *Paul. Dig. 41. 3. 14.* In re legata legatarius quodammodo quasi heres est. — **5)** Est etiam legatus. *Cassiod. 11. Hist. Eccl. 15.* Helio misit pro pace petenda legatarium quemdam Maximum, virum eloquentissimum, etc.

LĒGĀTĬCĬUM, ii, n. V. LEGATIVUS §. 2.

LĒGĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lego*; actus legandi, legatorum missio, itemque ipsum munus et officium legati; *ambasceria, legazione. Caes. 6. B. G. 2.* A Treviris Germanos crebris legationibus sollicitari. *Cic. opt. gen. Orat. 7.* Capitis accusatus, quod legationem ementitus esset. *Caes. 1. B. G. 3.* Is sibi legationem ad civitates suscepit. Et *1. B. C. 33.* Munus legationis recusare. Et *3. ibid. 105.* Legationis officium conficere. *Nep. Dion. 1.* Legationem administrare. *Liv. 45. 10.* peragere. *Quintil. 7. 4. a med.* gerere. *Cic. 15. Fam. 7.* obire. *Id. 9. Phil. 1.* renunciare; *render conto del successo dell' ambasciata. Id. 4. Att. 2. ad fin.* sumere. *Phaedr. 4. 17.* dimittere. *Tacit. 15. Ann. 22.* Legatione fungi. *Quintil. 7. 1. a med.* in legatione esse. *Cic. 6. Verr. 3.* Cum imperio aut legatione in provinciam proficisci. *Liv. 21. 63.* In legationem proficisci. *Tacit. 2. Ann. 43.* Per legationes aliquid petere. — **2)** *Legatio libera* erat, quae ornamenti et commodi tantum causa ab senatu impetrabatur, quemadmodum honorarii magistratus a principibus honestamenti causa conceduntur, tituloque tenus obeuntur et geruntur. Has autem il senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hereditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant, aut vota solvere. Nam legatorum persona accepta, commendatiores controversias habebant atque favorabiliores. Ideo autem *liberas* dicebantur, quia intro ire in Urbem, et rursus exire licebat: cum ceteri magistratus, qui extra Urbem gerebantur, ingredientibus in Urbem deponendi essent. *Cic. 12. Fam. 21.* Negotiorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera. *Id. 15. Att. 11. ad fin.* Habent, opinor, liberae legationes definitum tempus lege Iulia, etc.; h. e. quinquennium. *Ulp. Dig. 50. 7. 14.* Qui libera legatione abest, non videtur reipublicae causa abesse: hic enim non publici causa, sed sui abest. *Cic. 5. Leg. 8.* Iam illud apertum profecto est, nihil esse turpius, quam quemquam legari, nisi reipublicae causa. Omitto quemadmodum isti se gerant, qui legatione hereditates aut syngraphas suas persequuntur. In hominibus est hoc fortasse vitium: sed quaero, quid reapse sit turpius, quam sine procuratione senator, legatus sine mandatis, sine ullo reipublicae munere. Quod quidem genus legationis ego consul, quamquam ad commodum senatus pertinere videatur, tamen approbante senatu frequentissimo, nisi mihi levissimus tribunus plebis tum intercessisset, sustulissem. Tamen minui tempus, et quod erat infinitum, annum feci. Ita turpitudo manet, diuturnitate sublata. Haec *Cic.*, qui tamen *Flacc. 34. ad fin.* causae suae inserviens, legationes liberas excusat ac defendit. — **3)** *Legatio votiva* species est legationis liberae voti extra Urbem solvendi causa impetratae. *Cic. 4. Att. 2. ad fin.* et *15. ibid. 8.* — **4)** Interdum *legatio* sunt ipsi legati. *Caes. 3. B. G. 8. extr.* Communem legationem ad Crassum mittunt. Et *2. ibid. 35.* Quas legationes Caesar, inita aestate, ad se reverti iubet. Et *1. ibid. 13.* Cuius legationis Divico princeps fuit. *Liv. 45. 13.* Et ab Rumene legatio de victoria gratulatum venit. *Iustin. 8. 4.* Legationem audire; *dar udienza ai legati*.

LĒGĀTĪVUM. V. voc. seq. §. 2.

LĒGĀTĪVUS, a, um. Adiect. a *legatum*; qui ex legato relictus alicui est. *Inscr.* apud *Don. el. 8. n. 223.* et *Murat. 614. 2.* Impendium bigae, quam populus ex conlatione legativi epuli offerebat, remisit. Haec eadem mendosa legitur apud *Grut. 421. 1.* V. DONATIVUM §. 1. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LEGATIVUM, i, n. Dicebatur id, quod dabatur legato nomine viatici et impensae. *Aread. Dig. 50. 4. 18. §. 12.* Legati quoque, qui ad sacrarium principis mittuntur, quia viaticum, quod legativum dicitur, interdum solent accipere, personale munus ineunt. Et *ibid. 7. 2.* His, qui non gratuitam legationem susceperunt, legativum ex forma restituitur. *Est qui legit* legaticium.

LĒGĀTOR, ōris, m. Verbale a *lego*; qui aliquid legat per testamentum; *testatore. Suet. Tib. 31.* Quin rata voluntas legatoris esset.

LĒGĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. a *legatus*; ad legatum pertinens. *Lamprid. Alex. Sev. 24.* Provincias legatorias praesidiales plurimas fecit, proconsulares ex senatus voluntate ordinavit; h. e. provincias, in quas mittebantur legati Augustorum. Cf. LEGATARIUS §. 2.

LĒGĀTUM, i, n. V. voc. seq. §. 4. et 5.

LĒGĀTUS, a, um. Particip. verbi *lego*, adiectivorum more saepius adhibitum. — Est mandatus, commissus. *Plaut. Cas. 1. 1. 12.* Quin potius, quod legatum est tibi negotium, id curas? V. LEGO. — **2)** Item legato relictus; *lasciato in legato o in eredità. Cels. Dig. 32. 1. 79. §. 3.* Servus quoque legatus, si interim manumittatur, et postea servus factus sit, postea peti potest. *Scribon. Compos. 120.* Ut ab eius *(M. Cassii)* servo Atimeto accepi, legato Tiberio Caesari. Ita leg. *Lipsius* pro *Tiberii Caesaris*, ut perperam legitur in editionibus. — **3)** Absolute, substantivorum more, unoquoque genere,

LEGATA, ae, f. Est mulier, quae legatione fungitur; *ambasciatrice. Cic. 14. Att. 19.* Caerellia missa est legata ad me. *Ovid. 3. Heroid. 127.* Mittite me, Danai; dominum legata rogabo. — **4)** Item

LEGATUM, i, n. Est delibatio hereditatis; *legato, lascito*: qua testa-

ed by Google

tor ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum velit, ut *Florentin. Dig. 30. 113.* definit. *Cic. 7. Att. 3. a med.* Hortensii legata cognovi. *Petron. Satyr. 141.* Omnes, qui in testamento meo legata habent, hac conditione percipient, quae dedi, si etc. *Suet. Tib. 76.* Dare legata alicui; *insciare*. Et *Domit. 8.* Ius capiendi legata alicui adimere. Et *ibid. 9.* Legatum alicuius irritum facere. *Tacit. 1. Ann. 36. extr.* petere, exsolvere, duplicare. *Scaevola, Dig. 32. 103.* praestare. *Paul. Dig. 50. 16. 80.* In generali repetitione legatorum etiam datae libertates continentur ex mente legis XII. Tabularum. — **5)** *A legatis* servus vel libertus, cui cura erat rerum legatarum. *Inscr.* apud *Murat. 898. 9.* Euphemo Lucillae Aug. a legatis. — **6)** Item

LEGATUS, i, m. Est qui legatione fungitur, sive qui *refert* mandata alterius, a *legando;* idest mittendo, quia legati a senatu, vel a rege leguntur seu mittuntur; *legato, ambasciadore, oratore. Cic. Vatin. 15.* Ne hoc quidem senatui relinquebas, quod nemo unquam ademit, ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur. Et *ibid.* Legati nuncii pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici consilii auctores, ministri muneris provincialis. *Id. 2. Orat. 37.* Cum Athenienses ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent. *Liv. 2. 18. ad fin.* Itaque legatos de pace mittunt. *Cic. Manil. 12.* Legatos deprecatoresque mittere. *Liv. 31. 8.* Legatos mittere ad indicendum bellum. Adde *Nep. Themist. 6. 7.* et *8.* — *De Senatu legatis dando;* lex Gabinia. V. GABINIA *lex* in ONOM. — **7)** *Legatus* item in bello dicebatur vicarius imperatoris, qui eius vice fungebatur, aut eiusdem locum tenebat; *luogotenente*. Maximam, imperatore absente, in exercitu obtinebat auctoritatem, et ab illo cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut praesidio praeficiebatur. *Caes. 2. B. C. 17.* Neque se ignorare, quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret: *fiduciariam operam* obtinere dixit, quia, redeunte imperatore aut consule, cedere eum oportebat. *Cic. Cluent. 56.* Qui M. Aemilio clarissimo viro legati, et praefecti, et tribuni militares fuerunt. — *Plaut. True. 1. 1. 75.* Legatus quo hinc cum publico imperio fui. — **8)** Praeterea *legati* dicebantur, quos proconsules, et praetores ituri in provincias sibi adiungebant, vel a senatu accipiebant consiliorum atque officii adiutores. *Nep. Attic. 6.* Praefecturas delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus: qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cum apud eum legati locum obtinere posset; non enim decere se arbitrabatur, cum praeturam gerere noluisset, asseclam esse praetoris. — **9)** *Legatus* autem *consularis*, apud *Tacit. 2. Hist. 86.*, est qui consulatum antea; *legatus praetorius* apud *Spartian. Hadrian. 3.*, qui praeturam antea gesserat. — **10)** Item qui decem plerumque numero a senatu legabantur ad imperatorem post gentem aliquam ab ipso domitam, qui una cum imperatore res subactae provinciae componerent. V. DECEM §. 1. *ad fin.* — **11)** Denique, temporibus Augustorum,

LEGATI vel *Legati pro praetore* dicebantur, qui una cum proconsule vel praetore mittebantur ad eas provincias administrandas, quae senatoriae erant; *legati* vero *Augusti*, vel *Caesaris*, vel *legati Augusti pro praetore* il appellabantur, qui soli eas provincias administrabant, quae Caesaris erant. *Inscr.* apud *Marini, Iscriz. Alb. p. 51.* L. Fabio M. F. Gal. Ciloni Septimino Procos. Itemque Leg. Prov. Narbon. *Alia, ibid. p. 50.* Leg. Pr. Pr. Prov. Narb. *Alia* apud *Grut. 1091. 5.* Q. Atrio Clonio Leg. Aug. Pr. Pr. provinciarum Thraciae et Cappadociae, etc. *Alia* apud *Eund. 457. 4.* Legatus Pro Pr. iterum ex S. C. et ex auctorit. Ti. Caesaris. V. *Marini, Frat. Arv. p. 741.* et *seqq.* — **12)** Praeterea alii quoque legati peculiari ratione et aliquando extra ordinem sub Augustis memorantur, in scriptis praesertim Lapidibus. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6911.* Legatus Augg. super vexillationes in Cappadocia. Et *n. 6451.* Legatus legionum duarum XIIII. Geminae et VIII. Augustae. Et *n. 6745.* Legatus leg. II. Italicae et alae Antonianae. Et *n. 6500.* Legatus Imp. Hadriani in expeditione Iudaica. Et *n. 5448.* Legatus pro praetore sub duce Imp. Caesare Nerva Traiano Aug. Germ. Dac. in bello Dacico. *Alia* apud *Orelli, n. 750.* Legatus et comes Claudii Caesaris in Britannia. Et *n. 5128.* Legatus divi Claudii in Illyrico. Cf. *Nota* §. 2.

Nota. Discrimen inter *legatum* et *oratorem* tradit *Isid. Differ. append. n. 45.* « *Legatus* electus est ad officium a civitate et est sacrosanctus: *orator*, ad orandum missus, ut oris oratione exponat, quod petit. » — **2)** Item discrimen est inter *ducem* et *legatum*, quod prior ius tantum habebat in milites sibi datos in aliqua expeditione, alter etiam in omnem provinciam. Hinc *Spartian. Pescenn. 6.* Fuit Niger miles optimus, tribunus singularis, dux praecipuus, legatus severissimus, consul insignis. — Hoc tamen discrimen non fuit perpetuum. Cf. supra §. 12. et *Borghesi* in *Giorn. Arcad. T. 143. p. 11.* et *seq.* et V. DUX §. 5. et 6.

LEGENS, entis. Particip. verbi *lego*, absolute etiam adhibitum; lector; *leggitore, lettore. Ovid. 1. Trist. 7. 28.* Nunc precor, ut vivant, et non ignava legentum Otia delectent, admoneantque mei. *Plin. 8. 17. 3.* Quae a me collecta, quaeso, ut legentes boni consulant. *Id. 2. 111. 4.* Legentium animi.

LEGIBILIS, le. Adiect. verbale a *lego;* qui legi potest; *leggibile. Ulp. Dig. 28. 4. 1.* Sufficit, si legibilia sint inconsulto deleta. *Gloss. Lat. Gr.* Legibile; ἀναγνωστόν.

LEGICREPA, ae, m. Nomen a *lex* et *crepo;* rabula, qui leges crepat, seu inculcat. *Gloss. Philox.* Legicrepa; νομοδίφας. *Alii leg.* Legiscrepo.

Nota. *Forcellinus* attulerat hanc vocem auctoritate *Varr. Atacini* apud *Fulgent.* Legicrepae tundunt, latrant fora, classica turbant. Ita *Basil. Faber in Thes.* et *Taubman. ad Plaut. Mil. 3. 1. 57.* Sed si *Burmannum* consulas in *Anthol. Lat. T. 2. p. 322.* certo certius tibi constabit, auctorem, atque adeo huius versus et vocis non esse *Varronem Atacinum*, sed *Sisebutum* Visigothorum in Hispania regem, qui an. DCXII. Gundemaro successit, et octo ferme annos regnavit. Haec postrema addidit *Furlanetto* in sua huius *Lexici* editione.

LEGIFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lex* et *fero;* qui legem fert; *legislatore. Ovid. 3. Amor. 10. 41.* Optavit Minos similes sibi legifer annos. *Apul. 10. Met. 33.* Quale autem et illud iudicium apud legiferos Athenienses, catos illos et omnis scientiae magistros? *Vulg. Interpr. Isai. 33. 22.* Dominus legifer noster. *Gloss. Lat. Gr.* Legifera; θεσμοφόρος. *Gloss. Gr. Lat.* θεσμοφόρος; legifer. — **2)** Speciatim hoc titulo insignita est Ceres. *Virg. 4. Aen. 58.* Legifera Ceres. Haec enim inventis frugibus, leges prima dicitur condidisse, et homines ad societatem collegisse. Hinc eius sacra a Graecis θεσμοφόρια appellata. — **3)** Translate. *Inscr.* apud *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaule, T. 1. p. 31.* Milite legiferum moderatus corde tribunal. — **4)** Absolute, substantivorum more,

LEGIFER, eri, m. Idem quod legislator. *Prudent. 3. περὶ στεφ. 583. de Moyse.* Talem revertens legifer De monte vultum detulit.

LEGIO (ἀρχαϊκῶς Lecio in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 195.* et *alibi*), ōnis, f. Verbale a *lego*, quo proprie significatur certa militum manus, in qua cives R. militabant, ita dicta, quod milites in delectu leguntur, ut ait *Varr. 5. LL. 16.; legione, reggimento. — Horat. 1. Sat. 6. 48.* Quod mihi pareret legio Romana tribuno. *Liv. 22. 39.* Legio Hannibalis. *Id. 38. 17.* Legio Gallorum. *Id. 40. 26.* legiones tumultuariae. *Id. 10. 38.* Legio linteata Samnitium. *Plaut. Amph. 1. 1. 62.* Teleboae ex oppido legiones educunt suas. *Inscr.* apud *Kellerm. Vigil. n. 162.* Vixit an. XXX., *militavit* in legione an. VI.; h. e. in exercitu legionario. Cf. infra §. 11. — *Vulg. Interpr. 1. Par. 18. 17.* Banaias quoque filius Ioiadae super legiones Cerethi et Phelethi. Adde *1. Mac. 6. 38-43.* — **2)** Latiore significatione sumitur et pro quocumque exercitu, aut eius parte. *Virg. 7. Aen. 681.* hunc legio late comitatur agrestis. Et *9. ibid. 368.* Cetera dum legio campis instructa moratur. *Val. Flacc. 7. 573.* Horruit Argose legio ratis. *Ennod. Paneg. Theoder. 11.* Inimica legiones tase premebantur instantia. — **3)** Translate. *Plaut. Cas. Prol. 50.* Sibi nunc uterque contra legiones parat, Paterque filiusque; h. e. dolos, artes, insidias, fallacias, tanquam instructum exercitum. — **4)** Apud *Vulg. Interpr.* Tribuitur Angelis, in illo *Matth. 26. 53.* Plusquam duodecim legiones Angelorum. — **5)** Item daemoniis. *Id. Marc. 5. 9.* Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Adde *Luc. 8. 30.* et *36.* — **6)** Speciatim, in re militari apud Romanos,

II. *Legio* (quod nomen Graeca civitate donatum λεγιών, ῶνος, Graece quoque usurpatur non solum in Palaestina [V. *Matth.* et *Marc.* loca supra cit. in §. 4. et 5.], sed etiam in Aegypto, V. *Letronne, Recueil des Inscr. de l'Ég. T. 2. p. 269.* et *347.*) dividebatur in decem cohortes peditum: cohors quaeque in tres manipulos. His adiungebantur equites in tres centurias divisi, ac subinde in turmas. De singulis hisce nominibus V. suis locis. — **7)** Numerus militum in legionibus non semper idem fuit. Nam sub Romulo legio fuit trium millium peditum et trecentorum equitum; vel potius, ut alii volunt, tres legiones fuere ex mille peditibus et equitibus centum, ut *Varr.* docet *5. LL. 16.* — Deinde post Sabinos in civitatem receptos, scribit *Plutarch.* in *Romulo*, duplicatum eum numerum fuisse: qui tamen non semper idem deinceps stetit, sed varie aut imminutus, aut auctus est. Legimus enim apud *Liv. 6. 22.* Volsco bello quatuor legiones quaternûm millium scriptas: Et *7. 25.* decem quaternûm millium et ducenorum peditum, equitumque trecenorum. — Bello Punico secundo quatuor millia fere singulis legionibus data esse, colligitur ex *Eod. 21. 17.*, sed aliquando, eodem bello, ita is numerus mutatus est, ut una legio essent quinque millia peditum, et equites quadringenti, teste *Eod. 23. 34. ad fin.*, interdum, ut ex duabus legionibus una legio quinque millia peditum, et trecenti equites essent, ut *Id.* tradit *26. 28.* — Deinde Macedonico bello, scribit *Id. 42. 31.*, id praecipue provinciae Macedoniae datum, ut cum alterius consulis legionibus quina millia peditum et duceni equites, ex vetere instituto, darentur in singulas legiones, in Macedoniam sena millia peditum, equites treceni scriberentur. Sed iam antea Scipio in Africam traiecturus, legiones senis millibus et ducenis peditibus supplevérat, et equitibus trecenis, ut est apud *Eund. 29. 24. extr.* — Bello autem Antiochi quina millia et quadringentos legio habuit, teste *Eod. 37. 39.* — Praeterea aliquando legio quinque millium et ducentorum peditum cum equitibus quadringentis in Hispaniam missa legitur, apud

Digitized by Google

Bund. 40. 36. — Tradit *Paul. ex Festo* in *Sex, p. 336. Müll.*, primum C. Marium legionem conscripsisse sex millium et ducentorum, cum antea quatuor millium fuisset: unde etiam appellabatur quadrata. — Temporibus *Vegetii* legio constabat fere sex millibus militum, interdum amplius, ut videre est 2. *Milit.* 2., *ibid.* autem 6., ubi singillatim omnium decem cohortium numerum militum exsequitur, summam totius legionis colligit ad sex mille centum pedites, equites septingentos viginti sex. — **8)** Varius quoque legionum numerus in Romanis exercitibus fuit, pro varia reipublicae copia et bellorum gravitate. Nam primo una tantum ab Romulo scripta fuit: deinde crescentibus opibus, usque ad decem et amplius crevere. Tertiamdecimam legionem memorat *Liv. 30. 18.*, undevicesimam et vicesimam *27. 14.* et *38.*, maiorem etiam numerum sub imperatoribus leges apud *Tacit. 1. Ann. 31.* et *43.* etc. — **9)** Variis nominibus Romanae legiones vocabantur, vel ab ordine et tempore, quo scriptae sunt, ut prima, secunda, tertia, vicesima. *Liv. 10. 18.* et *27. 14.*; vel ab institutoribus aut ducibus, ut Claudiana, Galbiana, *Tacit. 2. Hist. 85.* et *86.*; vel a locis, ubi militaverant, ut Caudina, Cannensis, Actiaca, *Liv. 9. 12.* et *29. 24.* et *Tacit. 1. Ann. 42.*; vel a Deorum nominibus, ut Martia, Minervia, Primigenia, *Cic. 4. Phil. 2.* et *Inscr.* apud *Grut. 391. 10.*; aut avium, ut Alauda, *Cic. 16. Att. 8.* et *Plin. 11. 44. 2.*; vel ab armis, quibus erat instructa, ut Lanciaria in *Inscr.* apud *Orelli, n. 3384.* vel denique ab eventu, ut Victrix, Adiutrix, Fulminatrix, Rapax, *Tacit. 2. Hist. 43.*, *Inscr.* apud *Grut. 391. 4.* et *347. 6.* etc. Vide *Claudian. B. Gild. 415.*, ubi alia legionum nomina sive potius cognomina aut epitheta poëtice enumerantur. — De singulis autem legionibus v. LEGIO in ONOM. — **10)** Denique

III. *Legiones*, ut diximus, ex solis civibus R. constabant: auxilia ex sociis. V. AUXILIUM §. 5. et seqq. — Quod si aliquando servi adsciti, id necessitate factum est, ut post Cannensem cladem, bello Punico secundo, ut est apud *Liv. 22. 57.* — **11)** Interdum tamen et de auxiliis et de externis quoque gentibus legio dicitur. *Id. 8. 24.* Cum saepe Bruttios Lucanasque legiones fudisset. Et *37. 39.* Duae legiones Romanae, duae socium, ac Latini nominis erant. Cf. supra §. 2. — **12)** *Barbarica legio* opponitur Cohorti Praetoriae in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6836.* Qui cohortis centuriam regunt *(sic)* praetoriae fidus, non barbaricae legionis. V. integr. loc. — **13)** *Comites legionum*, v. COMES §. 22. *in fin.*

LĔGĬŌNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *legio;* ad legionem pertinens. *Caes. 1. B. C. 75.* Stationes disponunt equitum et cohortium alariarum, legionariasque interficiunt cohortes. Et *1. B. G. 42.* Legionarii milites legionis decimae. *Plin. 10. sp. 82.* Centurio legionarius. *Veget. 2. Milit. 2.* Legio proprios equites legionarios tenet. *Asin. Poll.* apud *Cic. 10. Fam. 32. ad fin.* Militum non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi.

LĔGĬRŬPĂ, ae, m. et

LĔGĬRŬPĬO, ōnis, m. Nomen a *lex* et *rumpo;* qui rumpit et violat legem. *Plaut. Pseud. 1. 3. 130.* Periure, legirupa, pernicies adolescentum. *Id. Pers. 1. 2. 16.* Legirupam damnare. *Id. Rud. 3. 4. 3.* Inde modo accedat prope legirupionem hunc. Ita recte *Bothe* leg.

LĔGĬRŬPUS, a, um. Adiect. eiusdem originis ac praecedens; qui legem violat. *Prudent. Hamartig. 239.* ruuntque Omnia, legirupis quassantia viribus orbem.

* LEGISCREPA. V. LEGICREPA *in fin.*

LĔGISDĂTĬO, ōnis, f. Nomen a *lex* et *datio*, quod est a *do*, idem quod legislatio; *legislazione*. *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. 56. 2.* Et qui priores, sive primum per servilem legisdationem, vocaverat Deus, hic posteriores, sive postea per adoptionem, assumpsit. *Id. ibid.* Per eam legisdationem, quae est per Moysen. Adde *3. ibid. 10. 1.*

LĔGISDOCTOR, ōris, m. Nomen a *lex* et *doctor;* legis interpres. *Vulg. Interpr. Act. Apost. 5. 34.* Quidam Pharisaeus, nomine Gamaliel, legisdoctor honorabilis universae plebis, iussit foras ad breve homines fieri.

LĔGISLĀTĬO (et Legum latio), ōnis, f. Nomen a *lex* et *fero;* latio legis; *legislazione*. *Hieronym. 14. in Isai. 33. 9.* Ut in divitibus, quorum erat Testamentum et legislatio et prophetae, Iudaicus populus demonstretur. Haec autem sunt ex *Vulgat. Interpr. ep. ad Rom. 9. 4.* — *Arnob. 6. p. 210.* Quod si metus aliquos infligerent simulacra mortalibus, legumlatio cessaret. *Alii divisim scribunt* legum latio. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 9. de Constantino M.* In omnibus siquidem rebus, praecipue tamen in legislationibus, studebat placare divinitatem.

LĔGISLĀTOR et Legis lator, ōris, m. Nomen eiusdem originis ac praecedens, verbalium more effectum, pro quo et *legum lator*, eodem prorsus sensu. — Fere divisim adhibetur, a *Cic.* praesertim: v. *4. Catil. 5.*, *Mur. 2.* et *5. Nat. D. 38.* Sed et coniunctim scribi potest, ut *agricultura, iurisconsultus, respublica*, etc. — Est autem, is qui leges fert, qui iura statuit; *legislatore*. *Liv. 34. 51. ad fin.* Noster legumlator non in paucorum manu rempubl. esse voluit. *Val. Max. 6. 5. n. 5. extern.* Se inter misericordem patrem et iustum legislatorem partitus. Adde *Vulg. Interpr. Iob, 36. 22.* et *alibi*. Cf. LEGUMPATER.

LĔGISPĔRĪTUS et Legis peritus, i, m. Nomen proprie adiect. a *lex* et *peritus*, absolute adhibitum de eo, qui legum peritiam habet. *Rufin. 9. Recognit. 5.* Aut legisperiti, aut geometrae, aut aurifices, etc. Adde *Vulg. Interpr. Luc. 7. 30.* et *alibi saepe*. Cf. SCRIBA.

LĔGĪTĔRA. V. LITTERA §. 8.

LĔGĪTĪMĒ (et Legitume in *Decret. Col. Pisan. 1.* et *Inscr.* mox cit.). Adverb. a *legitimus;* iuste, ratione legum observata; *legittimamente*. *Cic. Caecin. 20.* is, qui legitime procurator dicitur. *Id. 1. Offic. 4.* Iuste et legitime imperanti. *Id. Dom. 29.* In ea adoptione legitime factum est nihil. *Iuvenal. 10. 338.* Non nisi legitime vult nubere. *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 2. n. 4223.* Adlectus in quinque decurias legitume Romae iudicantium. V. LEGITIMUS §. 3. — **2)** *Legitime natus* dicitur qui suo tempore, scilicet decemmestris, nascitur. V. VOPISCUS. — **3)** Translate est rite, ex ordine. *Id. 12. 100.* Legitime fixis vestitur tota tabellis Porticus. *Auct. dial. de Orat. 33.* Ut legitime studuisse, ut per omnes eloquentiae numeros isse fateatur. *Plin. 25. 31. 1.* Faex legitime cocta; *h. e.* quantum satis est, quantum res postulat.

LĔGĪTĪMUS (et Legitumus in *Tab.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7421. lin. 1.*), a, um. Adiect. a *lex*, syllabica adiectione productum; qui secundum leges est, legibus constitutus, iustus, verus, aequus, conveniens; *legittimo*. *Sall. Cat. 6.* Romani imperium legitimum, nomen imperii regium habebant. *Cic. 4. Verr. 53.* Dies is erat legitimus comitiis habendis. *Id. 11. Phil. 10. extr.* Legitimum imperium habere (huic opponitur *extra ordinem*). *Id. 1. Tusc. 30. in fin.* Tanquam a magistratu, aut ab aliqua potestate legitima. *Id. Dom. 13. in fin.* Iure Quiritium legitimo tutelarum et hereditatum relicto. *Id. 2. Invent. 45.* Si legitimum scriptum proferetur; idest aut lex ipsa, aut ex lege aliquid. *Id. Orat. 34.* Legitimae et civiles controversiae; *h. e.* quae sub leges cadunt et legibus dirimuntur. Sic *Arch. 2.* Legitima quaestio. *Id. opt. gen. Orat. 7.* Theatrum, qui locus non est concionis legitimae. *Id. 3. Offic. 29. in fin.* Cum iusto et legitimo hoste rem gerere; *h. e.* quem persequi leges permittunt. *Liv. 25. 2.* Aetas legitima ad petendam aedilitatem; *prescritta dalle leggi*. *Ovid. 10. Met. 437.* coniux. *Quintil. 7. 7. in fin.* Legitimus filius (cui *nothus* opponitur). *Cic. 2. Agr. 9.* Legitimum impedimentum. *Id. 3. Verr. 9.* Legitimae horae; *h. e.* quae legibus alicui ad agendum conceduntur. *Frontin. Aquaed. 112.* Legitima mensura. *Ovid. 3. Fast. 150.* legitimo equo merere; *h. e.* publico et legibus dato. Et *2. ibid. 662. de Termino*. Legitima servas credita rura fide; *h. e.* quae legibus praecipitur. *Suet. Claud. 14.* Legitima poena; *h. e.* legibus imposita. *Ulp. Dig. 47. 20. 3.* Legitimum crimen; *h. e.* legibus expressum. — **3)** Hinc *legittimum est*, aequum, iustum est. *Plin. 33. 20. 1.* Aes inaurari argento vivo, aut certe hydrargyro legitimum erat: de quibus excogitata fraus est. *Id. 34. 34. 2.* Fistulas denûm pedum longitudinis esse, legitimum est; *h. e.* conveniens est; *è una lunghezza proporzionata*. Et *19. 39. 2. de lactucis*. Seruntur lactucae anno toto: legitimum tamen, a bruma semen iacere; *h. e.* aptum, conveniens: et sic postulat quaedam veluti lex eius herbae serendae. — **4)** Aliquando

II. *Legittimus* est idem quod legalis; *legale*. *Gell. 11. 1.* Ita Varro verba haec legitima, quibus multa diceretur, concepit. *Id. 14. 2.* In comperendinationibus et aliis quibusdam legitimis ritibus. *Iustinian. procem. Institut. a med.* Ut sint totius legitimae scientiae prima elementa. *Catus, 4. Comment. 104.* Legitima sunt iudicia, quae in urbe Roma, vel intra primum urbis Romae miliarium, inter omnes cives Romanos, sub uno iudice accipiuntur. — **4)** Translate de iis dicitur, quae certa quadam lege et consuetudine fiunt. *Cic. 7. Verr. 22.* Illum quasi legitimum consuetudinis numerum non explere. *Id. 7. Fam. 6.* In omnibus meis epistolis, quas ad Caesarem mitto, legitima quaedam est accessio commendationis tuae; *h. e.* quam a me amicitiae leges postulant, debita, iusta: nisi malis ad sequentem notionem trahere. — **5)** Saepe enim est plenus, perfectus, iustus, cui nihil deest. *Suet. Claud. 21.* Munus gladiatorium anniversarium exhibuit in castris praetorianis, sine venatione apparatuque: iustum atque legittimum in septis. *Horat. 2. Ep. 2. 109.* Legitimum poëma facere. *Plin. 21. 105. 1.* Trychos legitimam insaniam facit. — **6)** Item necessarius. *Quintil. 9. 2. 57.* Praecisa, veluti ante legitimum finem, oratio. *Ovid. 3. Art. am. 295.* cum legitima fraudatur littera voce, Blaesaque fit iusso lingua coacta sono. *Cic. Brut. 21.* Illa oratorum propria, et quasi legitima tractavit, ut delectaret, ut moveret, ut augeret, etc. — **7)** Item concessus, permissus, conveniens; *permesso*. *Ovid. 2. Trist. 249.* Nil nisi legitimum concessaque furta canemus. Et *ibid. 536.* non legitimo foedere iunctus amor; *h. e.* inconcesso hymenaeo. *Suet. Aug. 32.* Collegia, praeter antiqua et legitima, dissolvit. — **8)** Item certus, solemnis, certa formula, quasi lege, constans. *Ovid. 2. Fast. 527.* Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit. — **9)** Item verus, genuinus. *Horat. Art. P. 273.* Scimus inurbanum lepido secernere dicto, Legitimumque sonum digitis callemus et aure. *Plin. 22. 38. 1.* Ne olus qui-

Digitized by Google

dem legitimum venditasse, sed scandicem. *Petron. Satyr. 117.* Tanquam legitimi gladiatores, domino corpora animasque religiosissime addicimus; h. e. veri, et proprie dicti, et qui in leges et regia verba lanistae iuravimus. Simile est illud *Suet. Aug. 45.* Spectavit studiosissime pugiles, non legitimos et ordinarios modo, sed et catervarios oppidanos inter angustias vicorum pugnantes; h. e. qui more, legibus, atque ordine pugilatus servato pugnant. — **10)** Item consuetus, ordinarius. *Suet. Vesp. 8.* Legitima praemia aero militibus persolvit. *Id. Aug. 35.* Legitimus senatus (V. INDICTUS §. 4.). *Plin. 8. 68. 2. de asinis.* Quartus a tricesimo mense ocissimus, sed a trimatu legitimus. *Id. 17. 35. 52.* Operarum in latifundiis ista computatio est, non legitima naturae festinatio. — *De diebus legitimi senatus*, V. *Momms.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 374.* — **11)** Specialim

III. *Legitimus Deus* is est, ad quem proprie pertinet cura rei alicuius, ut ad Aesculapium valetudinis restitutio, ad Neptunum naufragorum tutela, etc., seu potius ita appellabatur, qui legibus in Urbem esset receptus. *Auct. Priap. 38. 3.* Diis me legitimis, nimisque magnis, Ut Phoebo, puta, filioque Phoebi, Curatum dare mentulam verebar. Huic, dixi, fer opem, Priape, parti. — **12)** *Legitima uxor* apud *Martial. 5. 75.* est, quam metu legis Iuliae moechus duxit. — De *proli*, quae *legitima* fit per subsequens matrimonium, lege a Constantino M. lata et a Zenone renovata, V. *Cod. 5. 27. 5.*, coll. *Novell. Iustinian. 12., 84., 117.* etc. — **13)** *Legitimi pedes* apud Metricos dicuntur, qui metri dignitati apprime conveniunt; quibus opponuntur *nothi*. *Serg.* in *Donat. art. prim. 12.* Inveniuntur in unoquoque metro pedes, qui dicuntur nothi, idcirco, quod velut adposiți a dignitate metri degenerant, ut est in versu heroico trochaeus, anapaestus, proceleumaticus; nam legitimi sunt in heroico versu spondeus et dactylus; qui tamen et ipse non fuit ante legitimus, sed factus est solutione secundae syllabae spondei. — **14)** *Legitimi loci* apud Rhetores, quinam dicantur, exponit *Sulpic. Viet. Instit. Orat. 10.* et *11.* — **15)** Absolute, substantivorum more,

LEGITIMA, ōrum, n. Sunt solemnes ritus legum et iudiciorum. *Nep. Phoc. 4.* Inde iudicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus est. — *Vulg. Interpr. Lev. 18. 26.* Custodite legitima mea. *Id. 3. Reg. 3. 4.* Si ambulaveris coram me . . . et legitima mea et iudicia mea servaveris, etc. *Id. Lev. 20. 23.* Nolite ambulare in legitimis nationum. Adde *ibid. 18. 3.*

LĔGĬTO, ās, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *lego;* saepius lego. Agnoscit *Priscian. 8. p. 825. Putsch.*, sed sine exemplis.

LĔGĬTŬLĔ. V. LITTERA §. 8.

LĔGĬTŬMĒ. V. LEGITIME, *init.*

LĔGĬTŬMUS. V. LEGITIMUS, *init.*

LĔGĬUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *legio;* parva legio; *legioncella, piccola squadra*. *Liv. 33. 49. a med.* Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regis.

LĒGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., quod, cum fere dicatur de legatis, qui publice mittuntur, videtur ductum a *lege*, qua quis aliquo mittitur. — **b)** *Legassit* pro *legaverit* ἁφαιρέσει in *fragm. XII. Tab. 5.* Uti legassit super pecunia tutelave suae rei, ita eius esto. — **c)** Particip. *legatus*, V. suo loco. — **d)** Derivata, *legatarium, legatarius, legaticius, legatio, legativus, legator, legatorius.* — **e)** Composita, *ablego, allego, alligo, delego, elego, prolegatus, praelego, relego.*

LEGO proprie dicitur de legatis et est mitto aliquem ad quempiam nunciandi, petendi, indicendi gratia; *mandare, inviare, spedire, mandar ambasciatore*. *Catull. 68. 57.* Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat. *Cic. 5. Verr. 48.* Hominem suae civitatis in primis honestum ac nobilem legarunt ad Apronium. *Id. 5. Fam. 8. circa med.* Privatae rei causa legari. *Sall. Iug. 24. extr.* Tres adolescentes in Africam legantur, qui reges adeant, etc. *Gell. 7. 14.* Quos Athenienses Romam ad senatum legaverant impetratum, ut etc. *Id. 15. 19. in lemmate.* Quae verba legaverint Rhodii ad hostium ducem; h. e. per legatos dicenda miserint. *Lex Iul. Municip.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 206. lin. 150.* Eosque libros per legatos, quos maior pars decurionum conscriptorum ad eam rem legarei *(sic)*, mittei *(sic)* censuerint, etc. — **2)** In re provinciali et militari *legari alicui aliquem*, est legatum ei assignare. *Cic. 4. Att. 15. ad fin.* Messius defendebatur a nobis, e legatione revocatus: nam eum Caesari legarat Appius. Et *ibid. 2. ad fin.* Ego me a Pompeio legari ita sum passus, ut etc. Et *10. ibid. 1. extr.* Istum legatum iri, non arbitror. *Id. Manil. 19.* Ne legaretur Gabinius Pompeio expetenti. — **3)** *Legare sibi aliquem*, legatum assumere in administratione belli aut provinciae. *Sall. Iug. 30.* Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobiles, factiosos, quorum auctoritate, quae deliquisset, munita fore sperabat. *Cic. 15. Att. 11. ad fin.* Dolabella me sibi legavit. — **4)** Translate pro imputare, adscribere, dare; *asserivere*. *Liv. 28. 43. a med.* Patere, nos omnia, quae prospera tibi evenere, tuo consilio assignare, adversa casibus incertis belli et fortunae legare. *Al. leg.* relegare, *al.* delegare. — **5)** Interdum accipitur pro committere, mandare; *commettere, addossare*. *Apul. 9. Met. 9.* Rebar . . . me ad alium quempiam utique leviorem laborem legatum iri vel otiosum certe citatum iri. — Huc spectat et loc. *Plauti* in LEGATUS, a, um, §. 1. — **6)** Specialim

II. *Lego* saepe est aliquid testamento relinquo; *lasciar in testamento o in legato*. *Lucil.* apud *Gell. 4. 1.* Legavit quidam uxori mundum omne penumque. *Cic. Caecin. 4. a med.* Usumfructum omnium bonorum Caesenniae legat. *Id. Top. 3.* Fabiae pecunia legata est a viro. *Suet. Aug. 101.* Heredes instituit Tiberium et Liviam: legavit populo R. quadringenties, tribubus tricies ll-S. — *Inscr.* apud *Orelli*, n. 4857. Legare ius singularum aedicularum. — **7)** *Legare* aut *relinquere quippiam alicui ab aliquo*, est ita legare, ut legatarius non ipse per se possideat statim post mortem testatoris rem legatam, sed ab eo accipiat, qui heres est factus. V. gr. Pecuniam uxori legare a filio, est, filio herede facto, ei committere, ut pecuniam matri praestet. Hoc autem ideo fiebat, ut uxor, defuncto viro, maiorem filii curam gereret, ut quae ab eo pecuniam acciperet. *Cic. Cluent. 12.* Uxori testamento legat grandem pecuniam a filio, si qui natus esset: ab secundo herede nihil legat. *Id. Top. 4.* Si paterfamilias uxori ancillarum usumfructum legavit a filio, neque a secundo herede legavit. *Scaevola*, *Dig. 33. 2. 25.* A liberto, cui fundum legaverat, per fideicommissum Seiae annos decem dedit. Adde *ibid. 20.* et *alibi non semel*. Simile est *ab aliquo solvere*. *Cic. 7. Att. 18.* Quintus frater laborat, ut tibi ab Egnatio solvat. — *Quintil. 7. 9. 5.* Legare multum agri ab heredibus circa monumentum. V. integr. loc. sub v. INOCCULTUS. — **8)** Translate. *Macrob. 1. Sat. 24. 6. de Virgilio*. Moriens poëma suum legavit igni.

LĔGO, legis, lēgi, lectum, legĕre. Verbum transitiv. a Graeco λέγω, eiusdem significationis. — **b)** In antiquis Lapidibus reperitur scriptum *legei* pro *legi* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 198. lin. 15.* et *alibi*, *legise* pro *legisse*, *ibid. lin. 18.* et *legundeis* vel *legundis* pro *legendis*, *ibid. lin. 12.* et *19.* — In *lege Iulia Municip. lin. 86.* quidam legunt *lecito* pro *legito;* sed *Mommsen*, in *Corp. Inscr. cit.* dedit *legito*. Idem dicendum de *sublecito* pro *sublegito*, quod *ibid.* sequitur. — **c)** Particip. *legens*, §. 1., 7., 9., et suo loco, *legendus* §. 1., coll. §. praeced., *lectus*, V. suo loco, *lecturus* §. 1. — **d)** Derivata, *lecta, lectio, lectito, lectiuncula, lecto, lector, lectoratus, lectrix, lectrum, lectura, lecturio, legibilis, legio, legionarius, legito, legiuncula, legulus, legumen, legumentum, leguminarius, leguminosus*. V. LITTERA §. 8. — **e)** Composita, *ablego, alligo, aquilegus, aquilex, aurilegulus, circumlegens, collegium, colligo, conchylioleguli, dentilegus, diligo, elegans, eligo, fatilegus, florilegus, frugilegus, iambelegus, intelligo, interlego, interlectio, murilegulus, ossilegium, ossilegus, perlego, praelego, relego, retrolego, sacrilego, sacrilegium, sacrilegus, sortilegus, spicilegium, sublego, translego, turilegus, verbilegus*. V. LEXIS et LOGOS, ubi alia vocabula pure Graeca et proprie non a *lego* Latinorum, sed a λέγω Graecorum ducta, sed Romana civitate donata.

LEGO proprie est colligo; *cogliere, raccogliere*. *Virg. 3. Ecl. 92.* Qui legitis flores et humi nascentia fraga. *Senec. Here. Fur. 810.* Arabesque odoris quidquid arboribus legunt. *Ovid. 11. Met. 606.* legit de lacte soporem. *Id. 14. ibid. 630.* lecturum poma putares. Sic *Tibull. 1. 8. 32.* Pomaque non notis legit ab arboribus. *Id. 2. 4. 27.* O pereat quicumque legit viridesque smaragdos, etc.; va *in cerca*. *Cic. 2. Orat. 66.* Legere nuces. *Ovid. 14. Met. 547.* herbas collibus. *Id. 5. Fast. 218.* flores in calathos. *Id. 10. Heroid. 130.* ossa; h. e. post crematum cadaver colligere, et in sepulcrum inferre. V. os, ossis. *Cato, RR. 144.* oleam. *Liv. 8. 39.* caesorum spolia. *Senec. Here. Oet. 1341.* ore spiritum fugientem morientis. *Ovid. 2. Fast. 256.* ficus non erat apta legi; h. e. nondum erat matura. Et *14. Met. 251.* sorte legi. — **2)** Translate *legere vestigia* est eius, qui praecessit, vestigia observando, quasi in modum e terra legentis quippiam, eadem via sequi; *seguitar l'orme, tener dietro la traccia*. *Virg. 9. Aen. 392.* et vestigia retro Observata legit. *Ovid. 3. Met. 17.* Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu. Adde *Val. Flacc. 1. 741.* — Huc pertinet et illud *Virg. 12. Aen. 481.* Haud minus Aeneas tortos legit obvius orbes, Vestigatque virum. Ubi *Servius:* translatio a canibus, qui per vestigia feram indagant. — **3)** *Legere fila*, est adducere et colligere advolvendo: quod fecisse dicitur Theseus, qui e labyrintho Cretensi, Ariadnae admonitu, expedivit se, filum in introitu explicando, in reditu colligendo. *Ovid. 3. Fast. 482.* Quae dedit ingrato fila legenda viro. *Propert. 4. 4. 40.* Cum patuit lecto stamine torta via. — **4)** Parcae quoque *fila legere* dicuntur, cum ea veluti ad se trahunt, et vitae nostrae finem imponunt. *Virg. 10. Aen. 814.* extremaque Lauso Parcae fila legunt. — **5)** Specialim

II. *Lego* saepe ad navigationem pertinet, nam *legere vela*, est contrahere, et in volumen colligere: quod fit navigandi fine; *ammainare*: cui contrarium est *dare, explicare*, etc. *Ovid. 13. Heroid. 215.* Ipse gubernabit residens in puppe Cupido: Ipse dabit tenera vela legetque manu. *Val. Flacc. 2. 13.* Vela legunt: remis insurgitur. *Virg. 1. G.*

373. atque omnis navita ponto Humida vela legit. — 6) Hinc *legere funem*, est solvere: quod fit, cum nautae funem a ripa trahunt et colligunt. *Val. Flacc. 1. 312.* hi celso cornua malo Expediunt: alii tonsas in marmore summo Praetentant: prora funem legit Argus ab alta. — Sic *ancoram legere*, est tollere et in navem adducere; *salpare. Id. 2. 428.* legitur piger uncus arenis: Iam remi rapuere ratem. *Senec. Troad. 739.* ancoras classis legit. — 7) *Legere locum aliquem*, est percurrere, praeterire, obire; *scorrere, passare, oltrepassare, trascorrere:* ut qui poma legunt, huc illuc discurrunt colligendi studio: et fere de navigantibus dicitur. *Virg. 2. Aen. 207.* pars cetera pontum Pone legit. *Ovid. 4. Fast. 289.* Aequoraque Afra legit, Sardoaque regna sinistris Prospicit a remis. Et *ibid. 566.* Ioniumque rapax, Icariumque legit. *Virg. 3. G. 44.* primi lege litoris oram; *costeggia*. Sic *Liv. 21. 51. extr.* Navibus oram Italiae legens. *Ovid. 15. Met. 709.* Inde legit Capreas, promontoriumque Minervae. Et *5. ibid. 578.* Legere saltus; *h. e.* percurrere venando. *Senec. Med. 791.* Luna caelum freno propiore legit. — 8) Praeterea

III. *Lego* saepe est oculis scripta percurrere, quasi verba colligendo; *leggere. Varr. 6. LL. 8. a med.* Legere dictum, quod legantur ab oculis litterae. *Cic. Top. 1.* Ut eos libros per te ipse legeres. *Id. 4. Acad. 45.* Legi apud Clitomachum, A, Albium iocantem dixisse, etc. *Plin. 9. ep. 13.* Studiose intenteque legere aliquid. *Id. 9. ep. 34.* Audio, me male legere dumtaxat versus: orationes enim commodius, sed tanto minus versus. *Gell. 17. 9. a med.* Epistola incorrupta et legi facilis. *Ovid. 4. Trist. 4. 14.* Ipse pater patriae . . . Sustinet in nostro carmine saepe legi. *Id. 3. ibid. 14. 5.* Dumque legar, mecum pariter tua fama legetur. *Petron. fragm. Tragur. 78. Burm.* Librum ab oculo legit; *in un colpo d'occhio*. — 9) Item praelegere; coram recitare, ut saepe in amicorum conventu accidit. *Cic. Brut. 51.* Cum, convocatis auditoribus, legeret eis magnum illud volumen suum, et eum legentem omnes, praeter Platonem, reliquissent, legam, inquit, nihilominus, etc. *Id.* apud *Quintil. 4. 4. 3.* Codicem tribunus plebis ipse pro concione legit. *Plin. 3. ep. 29.* Libertus meus tam commode orationes et historias et carmina legit, ut etc. *Horat. 2. Ep. 2. 105.* Impure legentibus obturem aures. *Id. Art. P. 475.* Quem semel arripuit, tenet occiditque legendo. *Martial. 2. 71.* Candidius nihil est te, Caeciliane, notari, Si quando ex nostris disticha pauca lego. — 10) Significat etiam docere, enarrare, interpretari; *insegnare, spiegare:* quia olim omnis Grammaticorum industria in eo versabatur, ut Poëtas alta voce discipulis legerent atque interpretarentur, ut *Suet. Gramm. 2.* tradit. *Id. ibid.* Lucilii satyras legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philicomum Valerius Cato praedicant. *Vel. Poëtae* apud *Rund. ibid. 11.* Cato grammaticus, Latina Siren, Qui solus legit ac facit poëtas. — Absolute. *Vulg. Interpr. Luc. 4. 16.* Et surrexit legere. — 11) *Qui legit, intelligat*, formula est excitantis, admonentisque, apud *Vulg. Interpr. Matth. 24. 5.* — Simile est illud apud *Rund. Daniel. 9. 25.* Scito ergo et animadverte. — 12) Translate, est percurrere oculis, et videre, quasi qui scripta legit; *vedere, scorgere. Virg. 6. Aen. 754.* Et tumulum capit, unde omnes longo ordine possit Adversos legere, et venientum discere vultus. — 13) Item furari, quasi clam colligere: unde *sacrilegium*, de sacro furtum. *Lucil.* apud *Non. 4. 271.* Omnia viscatis manibus leget. *Virg. 10. Aen. 79.* soceros legere et gremiis abdurere pactas. *Horat. 1. Sat. 3. 117.* Et qui nocturnus sacra Divûm legerit. Adde *Auct. ad Herenn. 2. 30. sub fin.* — 14) Item clam aucuperi, furtim excipere. *Plaut. Pseud. 1. 4. extr.* Huc concedam, ut horum sermonem legam. — 15) Denique

IV. *Lego* saepissime est eligere, seligere; *scegliere. Cic. 4. Fin. 18.* Nisi omnia, quae leget, quaeque reliciet, unam referantur ad summam. *Id. 5. Phil. 6.* Ut hos iudices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur reipubl. dedecus. *Id. Cael. 15. extr.* Legere conditiones nubendi; *scegliere partiti da maritarsi. Ovid. 1. Art. am. 357.* Illa legat tempus, . . . Quo facilis dominae mens sit et apta capi; *scelga l'ora propria*. Et *1. Trist. 3. 9.* Non mihi servorum, comitis non cura legendi. *Id. 15. Met. 242.* de tot millibus unum legere. *Virg. 8. Aen. 79.* geminasque legit de classe biremes. *Ovid. 1. Met. 27.* summaque locum sibi legit in arce. *Phaedr. 2. 2.* Capillos homini legere coepere invicem; *h. e.* canos a nigris secernere et evellere. *Pompei. ad Coss. post ep. 12. l. 8. ad Att.* Legere milites; *far leva*. Sic *Ovid. 7. Met. 669.* viros ad bella. *Gell. 14. 2.* aliquem in iudices; *h. e.* creare iudicem. *Cic. Cluent. 48.* Ut scribam iurati legerent eum, quem etc.; *h. e.* crearent. *Liv. 23. 22.* Legere cives in patres; *creare senatori*. Et *ibid.* Ut bini in demortuorum locum in senatum legerentur. — 16) *Legere senatum* munus censorum fuit, qui recitabant in curia nomina senatorum, qui in eum ordinem tunc primum adsumebantur, et qui iam ante eo munere functi erant: ac si quis nota dignus esset, praetereuntes, senatu movebant. Quem primum legendo nominabant, is princeps senatus habebatur. *Liv. 40. 51.* Censores fidei concordia senatum legerunt: princeps electus est ipse censor M. Aemilius Lepidus pontifex max.: tres electi de senatu: retinuit quosdam Lepidus a collega praeteritos (Adde *43. 15.*, coll. *9. 29., 30.* et *46. sub fin.*). *Cic. Dom. 31.* Ubi cavisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? *Gell. 4. 10.* et *14. 7. a med.* Primum rogari solitum *(sententiam)*, qui princeps in senatum lectus esset. *Plin. 10. ep. 113.* Eos, qui in bulen a censoribus leguntur, etc. — 17) *Vir virum legere*, dicitur, cum unus civis alterum eligit. *Suet. Aug. 35.* Senatum ad modum pristinum redegit duabus lectionibus: prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit: secunda suo et Agrippae. Adde *ibid. 54.* — Hoc autem ab antiquo pugnandi more sumptum est. *Virg. 11. Aen. 632.* totasque implicuere inter se acies, legitque virum vir; *h. e.* quasi destinavit, elegitque hostem quem occideret. — Ita milites, quisque pro se cum hostibus conseruere manum, ut haberent singuli, quocum pugnarent. Ita *Liv. 8. 8. ad fin.* Nec vexilla cum vexillis tantum, universi hastati cum hastatis, principes cum principibus, sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebat. *Id. 28. 14. ad fin.* Armari copias oportet deducendas in aequum, ut vir cum viro congrediaris. — Porro ex *Tacit. 1. Hist. 18.* colligitur, moris olim aliquando fuisse etiam in faciendo exercitu, ut aliquot primum deligerentur ab iis, quibus habendi delectus cura demandata esset: hi vero singulos quisque, vel binos, vel etiam plures nominarent, quos militari virtute praestare nossent: quo in delectu *vir virum legere* dicebatur. Verba *Taciti* sunt: Apud militum concionem, adoptari a se Pisonem, more divi Augusti, et exemplo militari, quo vir virum legeret, pronunciat. — 18) Fortasse huc pertinet illud *Plaut. Amph. 1. 1. 160.* Alia forma oportet esse, quem tu pugno legeris; *h. e.* feriendum elegeris et percusseris.

LĔGĀNĀTUS, V. LIGONATUS.

LĔGŬLA, ae, f. Est pars auris concava exterior, quae apparet; *orecchia:* quae Graece in *Gloss. Philox.* μύστρον dicitur; *h. e.* cochlear, quia eius similitudinem habet: vel potius ima pendens auriculae pars, quae et *lamina* dicitur: quasi *ligula. Sidon. 1. ep. 2.* Aurium legulae, sicut mos gentis est, crinium superiacentium flagellis operiuntur. — 2) Alia significatione, V. in LIGULA.

LĔGŬLEIUS, ii, m. Nomen. a *lex;* qui legum studia sectatur: et fere in contemptu ponitur; *legista. Cic. 1. Orat. 55. ad fin.* Ita tibi iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, anceps syllabarum.

LĔGŬLUS, i, m. Verbale a *lego;* qui uvas aut oleas colligit; *raccoglitore. Calpurn. 3. Ecl. 49.* extremas legulus cum sustulit uvas. *Varr. 6. LL. 7.* A legendo leguli, qui oleam aut uvas legunt. — 2) Videtur tamen magis proprie dici de eo, qui oleas legit, et quidem caduceas, nam qui pendentes, dicuntur strictores. *Id. 4. ibid. 18.* Vocabula aperta, ut legulus et vindemiator: alter ab oleis, alter ab uvis. *Cato, RR. 144. de olea legenda.* Legulos, quot opus erunt, praebeto, et strictores. Et *ibid. 64.* Leguli volunt, ut olea caduca quam plurima sit, quo plus legatur. V. *Pontedera, Antiq. Rom. et Gr. p. 77.* — 3) Speciatim *Legulus aurariarum* in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 5. n. 1507.* est idem quod aurilegulus. Cf. *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1848. p. 184.*, coll. a. *1866. p. 84.* et V. AURILEGULUS. — 4) Hinc absolute in *alia* in eodem *Corp. Inscr. Lat. T. 5. n. 1260.* M. Aurelius Maximus legulus.

LĔGŪMEN, Inis, n. Verbale a *lego*, quo significatur quicquid ex terrae satis in siliquis nascitur, ut sunt fabae, pisum, cicer, lens et similia, quae evelluntur e terra, non subsecantur; *legume, civaia:* unde a *legendo* dicta sunt, ut *Varr. 1. RR. 23.* et *32.* et *Plin. 18. 46. 2.* docent, quia vellendo colliguntur: cum frumenta sectione metantur. Eorum varia genera enumerat *Colum. 2. 7.* et *10.*, nempe fabam, lentem, pisum, phaselum, cicer, cannabim, milium, panicum, sesama, lupinum, linum, hordeum. *Cic. 2. Nat. D. 62.* Terra feta frugibus et vario leguminum genere. *Caes. 3. B. C. 47. extr.* Milites non, illis hordeum cum daretur, non legumina recusabant. *Plin. 18. 10. 1.* Legumina omnia singulas habent radices, praeter fabam, easque surculosas: frumenta multis radicantur fibris, sive ramis. — 2) Per synecdochen dicitur de faba, quae insigniores siliquas habet, in illo *Virg. 1. G. 74.* laetum siliqua quassante legumen, Aut tenues fetus vicinae tristesque lupini.

LĔGŪMENTUM, i, n. Verbale a *lego*, syllabica adiectione productum, idem quod legumen. *Gell. 4. 11.* Nullo saepius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis. *Gloss. Lat. Gr.* Legumen; ὄσπριον; legumentum; χέδροψ.

LĔGŪMĬNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *legumen;* ad legumina pertinens. *Inscr.* apud *Murat. 938. 5.* Negotiatrix frumentaria et leguminaria. — 2) Absolute, substantivorum more.

LEGUMINARIUS, ii, m. Est qui legumina vendit. *Gloss. Philox.* Leguminarius; ὀσπριοπώλης. *Alii leg.* Legumenarius. V. OSPRATURA.

LĔGŪMĬNŌSUS, a, um. Adiect. a *legumen;* qui est ex legumine. Tribuitur *Celso*, loco tamen non indicato.

LĔGUMLĀTĬO. V. LEGISLATIO.

LĔGUMLĀTOR. V. LEGISLATOR et LEGUMPATER.

Digitized by Google

LĒGUMPĂTER; Νομοθέτης, *Gloss. Lat. Gr.* Sunt qui putant mutandum *Legumpater* in *Legumlator*.

LEIBERTUS,
LEIBRI, ōrum,
LEIBRO, onis,
LEIMEN, etc. } V. LIBER, LIBERTUS, etc.

* LEIOSTRĂCUS. V. voc. seq.

LĒIOSTRĔĂ et Liostrea, ae, f. Vox Graeca, λειόστρεον, qua significatur ostrea levi cortice: a λεῖος; laevis. *Lampríd. Elagab. 19.* Primus fecit de piscibus isicia, primus de ostreis, leiostreis et aliis marinis conchis. *Salmas.* (quem sequitur et *Iordan* in nupera sua edit.) omnino vult legi *lithostreis*; *h. e.* Quae testis concreta suis, ceu saxa cohaerent, ut *Auson. epist. 9. 6.* loquitur: a λίθος; lapis. Ceterum *leiostreis* retinendum videtur; *Aristoteles* enim *Hist. anim.* l. 4. *c. 4.* memorat πέγχας λειοστράκους, alias vero τραχυοστράκους; *h. e.* laeves et asperas, et apud *Plin. 32. 53. 4.* memorantur *chamae laeves* et *striatae*. — Huc etiam spectare potest locus *Ambros. 5. Hexaëm. 2. n. 5.* Numera, si potes, omnium piscium genera . . . polypos, lithostracos, carabos, cancros, etc. Nam pro *lithostracos*, quae vox in Lexicis Graecis non reperitur, legendum videtur *leiostracos* ex Graeca voce λειόστρακος; *h. e.* levi testa intectus. *Alii autem etiam aliter legunt*.

LEIS, leitis. V. LIS.

LEITERA. V. LITTERA.

LĒMĂ, ae, f. Vox Graeca, λῆμα, qua significatur humor in angulis oculorum concrescens, et lippitudinem inducens; *cispitā*. *Plin. 23. 24. 5.* Si cruore suffunduntur oculi, aut si lemae in oculis erunt. V. GRAMIAE. *Cael. Aurel. 2. Acut. 8. 30.* Oculi lemis obsiti.

LEMBĂRĬUS, ii, m. Nomen a *lembus*, quo significatur miles classiarius, qui in lembis pugnat. Ita perperam legit *Salmas.* apud *Vopisc. Aurel. 38.*, ubi alii recte leg. *monetarius*. Haec *Furlanetto*; sed *Iordan* lectionem *Salmas.* retinuit, et ita sane legendum videtur.

LEMBŬLUS, i, m. Deminut. a *lembus*; parvus lembus; *barchetta*. *Prudent. 5. περὶ στεφ. 455.* Levique vectus lembulo Amnem per aequor auferas. Adde *Paulin. Nolan. epist. 49.* (al. *56.*) *n. 1.*

LEMBUNCŬLUS, i, m. Deminut. a *lembulus*. Affertur a *Forcellino* auctoritate *Tacit. 14. Ann. 8.* sed V. LENUNCULUS. — Ita tamen legendum videtur pro *lemunculus* in *Gloss. Lat. Gr.* Lemunculus (*emendarem* lembunculus); πάτυλος, *exarídion*.

LEMBUS (et Limbus), i, m. Vox Graeca, λέμβος, qua significatur naviculae exiguae genus, sed mirae velocitatis, cuiusmodi ante classem explorandi gratia solent praemitti; *brigantino*, *fregata*, *galeotta*. Qui primi lembum invenere, fuerunt Cyrenenses, teste *Plin. 7. 57. 17. ad fin.* Erant autem et maiores lembi bello utiles. *Liv. 45. 10.* Antenor, qui cum classe lemborum ad Phanas stabat, Cassandriam inde traiecit. *Mamertin. Gratiar. act. Iulian. Aug. 8.* Quid tu . . . de Iuliani lembis liburnisque factura es? Adde *Isid. 19. Orig. 1.*, *Gloss. Isid.* et *Gloss. Arab. Lat.*, quibus locis *limbus* pro *lembus* scribitur. *Cf.* ad rem *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 196. n. 134.* — **B)** Erant et minores, ad scapharum instar, quibus fiebat a litore ad onerarias advectio. *Plaut. Mere. 1. 2. 81.* Dum haec aguntur, lembo advehitur pater tuus pauxillulo. Et *2. 1. 33.* Ascendi in lembum, atque ad navim advehor. — **B)** Lembi etiam inter naves actuarias annumerantur. *Liv. 34. 35.* Neve ipse navim ullam, praeter duos lembos, qui non plus quam sexdecim remis agerentur, haberet. — **C)** Item inter lintres fluviatiles. *Virg. 1. G. 201.* Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum Remigiis subigit. — **D)** Et inter naviculas piscatorias. *Accius* apud *Non. 13. 5.* Eo autem, nocte extrema retia ut proveherem et statuerem: forte aliquanto, quam solitus, lembo sum progressus longius.

LEMMĂ, ătis, n. Vox Graeca, λῆμμα, qua significatur materia, seu argumentum, quod sumimus enarrandum, ornandumve epigrammate, ode, ecloga, aliove scripto: et quod solet ipsi carmini praescribi ad ostendendum, quid in eo disseratur: a λαμβάνω; sumo; *tema*, *materia*, *soggetto*, *titolo*. *Plin. 4. ep. 27.* Lemma sibi sumpsit, quod ego interdum versibus ludo; *s'è tolto per tema*. *Martial. 14. 2.* Lemmata si quaeris cur sint adscripta, docebo: Ut, si malueris, lemmata sola legas. *Auson. praef. parental.* Aliquoties fortasse lectorem solum lemma sollicitat tituli. — **B)** Ipsum quoque epigramma *lemma* dici potest. *Plin. ibid.* Si mihi ex hoc ipso lemmate secundus versus occurrerit. *Martial. 10. 59.* Consumpta est uno si lemmate pagina, transis, Et breviora tibi, non meliora placent. — **B)** *Nutricis lemmata* apud *Auson. epist. 16. 90.* sunt fabellae, quibus infantes oblectari solent. — **C)** Apud Dialecticos est sumptio, seu assumptio in syllogismo. Graece hoc sensu habet *Cic. 2. Divin. 33.*, at Latine *Gell. 9. 16.* Est vitium insidiosum, et sub falsa lemmatis specie latens. V. PRAESUMPTIO.

Nota. Ex Graeca hac voce, Romana civitate donata, alia plura vocabula componuntur, quorum aliquot usurpata sunt etiam a Latinis, nempe *anolemma*, *dialemma*, *dilemma*, *dilemmatus*.

LEMNĬCŎLĂ, ae, m. Nomen proprie adiect. a *Lemnus*, quod nomen est insulae Graecae, de qua in ONOM. et *eolo*; qui Lemnum colit, habitat. Sic vocatur Vulcanus, qui in ea insula officinam habere putabatur, ibique colebatur in primis. *Ovid. 2. Met. 756.* cum sine matre creatam Lemnicolae stirpem contra data foedera vidit; *h. e.* Erichthonium Vulcani filium.

LEMNISCĀTUS, a, um. Adiect. a *lemniscus*; lemnisco ornatus. V. vocem sequent. *Cic. Rosc. Am. 35.* Multas esse infames palmas, hanc primam tamen esse lemniscatam, quae Romae deferatur; *h. e.* ceteris ornatiorem et nobiliorem, et quae magnam trium fundorum mercedem attulit: cum aliae non tantum lucri contulerint. *Serv.* ad *8. Aen. 269.* Coronae lemniscatae. Et *6. ibid. 712.* Aliae (*coronas*) agonales; id est lemniscatae. Adde *Tertull. Anim. 4.* — *Apul. Orthogr. 10.* a Lemulcatus (*lege* lemniscatus *vel* lemniscata) citra aspirationem dicitur sexta gladiatoris palma. *Titinius:* gladiator cui gloria quoius lemulcatus (*lege*, *ut supra*) meridionaris: nam erit haec septima laurus. *Turpilius* in *Thrasylione:* nemo unquam vidit ebrium ire interdiu, neque turbam facere, neque fores exurere, aut fenestras: ut vos caeci, qui perpauci ad lemulcetum (*lege*, *ut supra*) pervenitis, numquam eam transilitis. a V. de hoc loco etiam *Garrucci* in *Bullet. Archeol. Napol. n. 1854. p. 154.*

LEMNISCUS, i, m. Vox Graeca, λημνίσκος, qua significatur fasciola, quae coronae circumvolvitur, ut mox dicemus. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.* « Lemnisci . . . propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum, a vocem a *lana* deducere videtur: nec defuere, qui *laniscus* inde ubique legendum arbitrarentur, inter quos sunt etiam ii, qui a λῆνος; *lana*, derivant. Alii a *lamna* esse putant, quasi *lamniscos*. Sed verius est, esse totam Graecam. *Hesychius:* Λημνίσκους· τὰς στεφὰς συμπεπλεγμένας ταινίας. Λημνίσκος vero est diminut. ab inusit. λήμνος syncop. pro λαμένος, a particip. λελημένος verbi λάω; capio: nam lemnisci, capiendi et obstringendi causa, coronis praecipue sunt additi. *Cf.* et *Müller* ad *Fest. loc. cit.* — **b)** Derivatum, *lemniscatus*.

LEMNISCUS proprie est fasciola, quae coronae circumvolvitur, et ab ea dependet, ornatus gratia: solebant enim et coronae, et palmae ad maiorem honorem lemniscis ornari; *fascetta*, *fasciuola*, *nastro*. Idem autem coronae lemniscis ornatae ceteris honoratiores fuisse videntur, quia ipsae ab iis, quibus donatae fuerant, capite gestandae erant: ita apud nos *medaglia con occhiello* dicitur, quae honoris causa datur, ut is, qui eam acceperit, statim eamdem pectori suo appendat. Initio laneos fuisse videntur, postea vero et ex metallis in tenues laminas ductis. — Lemniscos designare videtur *Virg.* cum ait *5. Aen. 269.* Puniceis ibant evincti tempora taenis. Ubi *Serv.* significat lemniscatas coronas, quae sunt de frondibus et discoloribus fasciis, et, sicut *Varro* dicit, magni honoris sunt. *Fest. loc. cit.* Lemnisci; idest fasciolae coloriae, dependentes ex coronis, propterea dicuntur etc. *Plin. 16. 25. 1. de tilia*. Inter corticem ac lignum tenues tunicae multiplici membrana, e quibus vincula, tiliae vocantur: tenuissimae earum, philyrae, coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore. Et *21. 4. 1.* Crassus Dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit: accesseruntque et lemnisci, quos adnici ipsarum coronarum honos erat, propter Etruscas (V. ETRUSCUS in ONOM.), quibus iungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ii: caelare eos primus instituit P. Claudius Pulcher, bracteasque etiam philyrae dedit. *Capitolin. Ver. 5.* Coronas quin etiam datas, lemniscis aureis interpositis, et alieni temporis floribus. — **B)** Usus lemniscorum fuit etiam separatim a coronis. Huc fortasse retrahendus locus *Plin. 21. 4. 1.* in §. 1., in quo apparet, lemniscis inscriptas fuisse argutias in alicuius laudem, quin et figuras rei accommodatas. *Suet. Ner. 25.* Incedenti passim victimae caesae, sparso per vias identidem croco: ingestaeque aves, ac lemnisci, et bellaria. *Liv. 35. 35.* Ruente turba adire, contingere dextram cupientium, coronas, lemniscosque iacientium. — **B)** Etiam palmae, quae dabantur ludorum victoribus et poëtis, lemniscis ornabantur. Colligitur id ex *Cic. Rosc. Am.*, cuius verba V. in LEMNISCATUS, et ex *Auson. epist. 20. 3.* Et quae iamdudum tibi palma poëtica pollet, Lemnisco ornata est, quo mea palma caret. — **C)** Improprie

II. *Lemniscus* dicitur linamentum, quod tinctum medicamine chirurgi in vulnera indunt; *tasta*. Graece usurpat *Cels. 7. 28.*, Latine *Veget. 2. Veterin. 14.* et *48.* — **B)** Alia significatione V. in LEMNISCUS.

LĒMŌNĬUM et Limonium, et, *Graeca positione*, Limonion, ii, n. Vox Graeca, λειμώνιον, qua significatur apud *Plin. 25. 61. 1.* herba succum lacteum emittens, concrescentem gummi modo. Nascitur in humidis locis et in pratis, ἐν λειμῶσι, unde nomen. — Apud *Eund. 20. 28. 1.* eadem *limonium*, et Latine *beta silvestris* dicitur minoribus tenuioribusque ac densioribus foliis, quam sativa, undecim saepe, caule lato. V. BETA §. 4.

LĔMŌRES. V. LEMURES §. b.

* LEMULCĀTUS. V. LEMNISCATUS.

LEMUNCŬLUS. V. LEMBUNCULUS.

Digitized by Google

LĔMUR, ŭris (v. *Voss. Arist. T. 1. p. 477. Foertsch)*, frequentius **LĔMŪRES** (et Lemores), um, m. Nomen, ut quidam putant, a *Romulus* sive *Remus*, mutata littera *r* in *l*, ut alibi quoque adnotavimus. V. Littera L §. e., coll. *Porphyr.* cit. in voc. seq. — **b)** Scribitur et *Lemores* apud *Charis. 1. p. 20. Putsch.* Lemores; *νεκροποὶ δαίμονες*, ubi in plurali tantum numero usurpari tradit. — In *Gloss.* autem *Lat. Gr.* etiam *Laemures* scriptum reperitur. — **c)** Derivatum, *Lemuria*.

LEMURES proprie animas dixere silentum, inquit *Ovid. 5. Fast. 483.*; *fantasmo*. Hinc ponuntur pro umbris, spectris et huiusmodi nocturnis terriculamentis, quae se in tenebris videre quis putat, et timore inani percellitur: cui avertendo, umbrisque mortuorum placandis sacra Romanis instituta fuere *Lemuria* appellata, quorum originem ac ritum *Ovid. ibid. a v. 421.* describit. *Pers. 5. 185.* Tunc nigri Lemures, ovoque pericula rupto. *Horat. 2. Ep. 2. 208.* Somnia, terrores magicos, miracula, sagas, Nocturnos lemures, portentaque Thessala rides. *Varr.* apud *Non. 2. 513.* Quibus temporibus in sacris fabas iactant noctu, et dicunt, se Lemures domo extra ianuam elicere. — In sing. num. *Apul. de Deo Socrat. 15.* Est et secundo significatu species daemonum, animus humanus emeritis stipendiis vitae corpore suo abiurans: hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum. V. integr. loc. et Cf. LARES §. 1.

Nota. An a *larvis* differant *Lemures*, v. loca *Platonis* et *Apulei* in LARVA §. 1.

LĔMŪRĬA, ōrum, n. Sunt festa placandorum Lemurum causa instituta, et VII. V. et III. Id. Mai. per tres dies, qui ideo nefasti erant, a Romanis celebrata: ut est in veteri Calendario apud *Grut. p. 153.*, quasi *Remuria*, quia sunt primum facta a Romulo ad placandos manes Remi fratris occisi, qui credebatur Faustulo nutricio, et Accae eius uxori apparuisse, et id sacri genus postulasse. Fiebat autem id noctu nudis pedibus, ter manus lavando, et nigras fabas post terga novies iaciendo: qua re redimere ac liberare se suosque putabant ab umbrarum, seu Lemurum terroribus. Cum hoc sacrum peragebatur, cuncta Deorum templa clausa erant, et nuptiae infaustae habebantur. *Ovid. 5. Fast. 421.* Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri: Inferias tacitis Manibus illa dabunt. V. ibi quae sequuntur. *Porphyr.* ad *Horat. 2. Ep. 2. 209.* Putant lemures esse dictos quasi *remules*, a *Remo*, cuius occisi umbras frater Romulus cum placare vellet, *lemuria* instituit; id est parentalia, quae mense Maio per triduum celebrari solent ante additum anno mensem Februarium. — *Lamuriliae* (lege *Lemuriliae*) *ἑορτὴ τῆς Ἀστίας*, legimus in *Gloss. Lat. Gr.*, quod an mutandum sit in *Lemuria*, viderint Doctiores.

LEMURILIAE. V. voc. praeced. *in fin.*

LĒNĂ, ae, f. Verbale a *leno*, quo significatur femina, quae mulieres quaestuarias alit, prostituit et conciliat, quaeque mediam se illicitis amoribus praebet, nuncia, quae tabellas amatorias portat ultro citroque; *ruffiana. Ulp. Dig. 23. 2. 43.* §. 2. Lenae eas dicimus, quae mulieres quaestuarias prostituunt. Lenam accipiemus et eam, quae alterius nomine hoc vitae genus exercet. Si qua cauponam exercens, in ea quaestuaria corpora habet, dicendum, hanc quoque lenae appellatione contineri. *Tibull. 1. 6. 11.* quod adest huic dives amator, Venit in exitium callida lena meum. *Id. 2. 6. 45.* Lena necat miserum Phryne, furtimque tabellas Occulto portans itque reditque sinu. *Ovid. 1. Amor. 15. 17.* improba. *Martial. 11. 61.* obscena. *Id. 9. 30.* Quae sciet hos illos vendere lena toros. *Propert. 4. 5. 1.* Terra tuum spinis obducat, lena, sepulcrum, etc. Et *ibid. 75.* Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo. — **2)** Adiectivorum more sive per appositionem, ut aiunt Grammatici. *Ovid. 3. Amor. 5. 40.* Ingenium dominae lena movebit anus. — **3)** Apud *Nep. Praef.* §. 4. Nulla Lacedaemoni tam est nobilis vidua, quae non ad lenam eat, mercede conducta. Ita legunt nonnulli pro vulgata lectione *ad scenam*; quod maxime placet ex eo quod contrarium mox tradidisset: *in scenam vero prodire*, etc. Praeterea *ad scenam ire* pro *in scenam* fortasse minus proprie diceretur. Probant autem propositam lectionem ex Lacedaemoniorum moribus, apud quos lege Lycurgi sancitum erat, ut mulieres, non invitis maritis, alios, quos vellent, admitterent, quod magis de viduis usu venisse putandum est. — Qui *scenam* defendunt, illud *ad scenam ire* intelligunt *ire spectatum*: sed et huic sensui obstant verba *mercede conducta*. Alii locum putant corruptum. — **4)** Translate dicitur et de rebus inanimis, quae amorem conciliare valent. *Ovid. 3. Art. am. 316.* discant cantare puellae: Pro facie multis vox sua lena fuit. *Cic. 1. Nat. D. 27.* Non vides, quam blanda conciliatrix et quasi sui sit lena natura? — Per casum appositionis, ut supra §. praeced. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar. 24.* ut nuncia formae Lena per innumeros iret pictura penates. — *Auson. ep. 90. in fin.* Incipient operas conducti vendere moechi Quos modo munificos lena iuventa tenet.

II. LENA, vestis. V. LABNA §. b.

LĒNĀTUS, a, um. Particip. verbi *leno*; a lenone expositus. *Vet. Epigr.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 387. Burm.* At tu fornice turpius vacabas, Exercens aliis, quod ipse possis Lenatis melius tibi puellis Scortandi solito labore ferre.

LENDIS, is, et LENDES, ium. } V. LENS, lendis, *init.*

LENDĪCŌSUS, a, um. Adiect. a *lens, lendis*; lendibus plenus; ut exponit *Thesaur. nov. Latinit. p. 327. ed. Mai*; cuius auctoritate tantum admisimus.

LĒNĒ, adverbiorum more. V. LENIS *in fin.*

LĒNĬCRĔPĬTANS, antis. Adiect. a *lenis* et *crepito*, participiorum more effictum. Legitur in *Gloss. Paris.* apud *Quicherat, Addend. Lex. Lat. p. 157.* Lenicrepitans, leniter sonans.

LĒNĪMEN, ĭnis, n. Verbale a *lenio*; mitigatio. Vox est poëtica. *Horat. 1. Od. 32. 14.* Testudo laborum Dulce lenimen. *Ovid. 11. Met. 450.* addidit illis Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem. Et *6. ibid. 500.* sollicitae lenimen dulce senectae. Cf. voc. seq.

LĒNĪMENTUM, i, n. Verbale a *lenio*, syllabica adiectione productum; id, quo quippiam lenitur, mitigatio; *mitigazione, lenimento. Plin. 25. 24. 1.* Nuper invenere, dissectis raphanis inserere helleborum, rursusque comprimere raphanos, ut transeat vis, atque eo lenimento dare. — **2)** Speciatim Medici *lenimentum* vocant morborum mitigationem seu cessationem, ut superpositionem appellant eorum exacerbationem. *Cael. Aurel. 2. Tard. 13. ante med.* Curatio pro motibus temporum varianda, ut superpositionem emergentem eadem curatione curemus: in lenimento vero leves atque quietos adhibemus motus. *Id. 2. ibid. 4. ante med.* Nunc superpositionibus asperata, nunc lenimentis emollita passio. — **3)** Translate, mulcedo; *correzione, temperamento. Tacit. 2. Hist. 67.* Addito honestae missionis lenimento.

LĒNĬO, is, Tvi *et* ii, Ttum, Tre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, a *lenis*, quod v. — **b)** *Lenibam* et *lenibo* pro *leniebam* et *leniam* (quod in quarta coniugatione non raro usuvenit) habes apud *Virg. 5. Aen. 527.* et *6. ibid. 468.* et *Propert. 3. 20. 32.* — **c)** Particip. *leniendus* §. 2., *lenitus*, v. suo loco, *leniturus* §. 2. — **d)** Derivata et Composita, v. suo loco in LENIS.

LENIO proprie est lenem facio, mulceo, mitigo, placo, flecto, minuo; *mitigare, raddolcire, placare, sminuire. Horat. 2. Sat. 2. 17.* cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet; *acquetarà. Plin. 23. 77. 2.* Nuces leniunt saporem caeparum; *raddolciscono*. Et *21. 103. 1.* Colocasia acria corporis leniri. *Id. 20. 37. 1.* Lapsana alvum lenit et mollit; h. e. leniter ciet. — **2)** Speciatim apud Medicos de morbis dictum, minuere, et vires adimere significat. *Id. 20. 73. 5.* Lenire articulares morbos. *Id. 22. 49. 4.* podagras. *Id. 33. 38. 5.* tumores. *Id. 23. 47. 1.* dyspnoeas, collectiones, duritiasque. *Id. 20. 51. 4.* epiphoras. Et *ibid. 29. 1.* dolores capitis. *Id. 22. 38. 1.* collectiones impetusque. — **3)** Translate. *Cic. Marcell. 10.* Vicit is, qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. *Id. 6. Att. 2.* Illum saepe lenivi iratum. *Id. 2. Phil. 48. in fin.* Muneribus, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat. *Id. 1. Fin. 14.* Temperantia animos quasi concordia quadam placat ac lenit. *Id. Mur. 51. de Catone.* Te ipsum, nunc animi quodam impetu concitatum, usus flectet, dies leniet, aetas mitigabit. *Liv. 2. 45. ante med.* Diem tempusque forsitan ipsum leniturum iras. *Suet. Vitell. 10.* Ad leniendam gravitatem odoris. *Nep. Eumen. 11.* Adeo erat incensus, ut, nisi magna spe maximarum rerum, leniri non posset. *Sall. Iug. 11. extr.* Lenire animum ferocem. *Virg. 6. Aen. 467.* dictis ardentem animum. Et *4. ibid. 595.* dolentem solando. *Cic. 3. Q. Fr. 5.* se multa consolatione. *Liv. 2. 45.* iras. Et *6. 16. a med.* seditionem. *Ovid. 4. Pont. 8. 3.* superos rogando. *Cic. 15. Fam. 21.* desiderium crebris et longis epistolis. *Ovid. 13. Met. 347.* requie dolores. *Virg. 4. Aen. 528.* somno curas. *Ter. Heaut. 1. 1. 75.* miseriam alicui. *Tacit. 2. Ann. 29.* crimina, aut asperare. *Id. 3. Hist. 61.* dedecus. *Id. 1. Ann. 74.* memoriam cladis comitate. *Nep. Dion. 6.* invidiam obsequio. *Sall. Iug. 29.* atrocitatem facti. *Virg. 1. Aen. 454.* nova res oblata timorem Leniit. Et *8. ibid. 86.* Tibris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem Leniit. *Propert. 3. 20. 32.* Lenire vulnera; h. e. fovere, eorumque dolorem minuere. *Ovid. 19. Heroid. 210.* moras; h. e. dolorem dilationis. *Sall. Iug. 96.* inopiam frumenti; *render tollerabile. Horat. 1. Od. 27. 7.* lenire clamorem; h. e. clamoris vocem demittere et minuere. — **4)** Deinde, intransitivorum more,

II. *Lenio* est lenis flo. — Translate. *Plaut. Mil. 2. 6. 99.* Occultabo me aliquot dies, Dum haec consilescunt turbae, atque irae leniunt.

LĒNIS, ne. Adiect. parum certae originis. Alii enim ducunt a mollitie *lanae*, quae λᾶνος dicitur, alii a λεῖος; laevis. — **b)** In antiquis MSS. et editis libris *lenis* et *levis*, quod et de derivatis dicendum est, inter se confusa fuisse, prodit *Hildebr. ad Apul. 5. Met. 21.* — **c)** Comparat. *lenior* §. 2. et seqq., superlat. *lenissimus* §. 2. et *3.* — **d)** Derivata, *lenimen, lenimentum, lenio, lenitas, leniter, lenities, lenitudo*. Cf. LENO, onis, LENS, entis, et LENTUS. — **e)** Composita, *allenimentum, delenio, dilenti, lenicrepitans, oblenio*.

LENIS proprie est laevis, et tactu nullam asperitatem habens; *liscio, molle, delicato*. *Cic. 2. Fin. 12.* Sensus iudicat dulce, amarum; lene, asperum; prope, longe; stare, movere; quadratum, rotundum. *Plin. 28. 14. 1.* Vehemens fricatio spissat, lenis mollit. — **2)** Transfertur ad alia multa, et significat mitem, levem, placidum, minime acrem, non vehementem; *dolce, leggiero, soave, delicato*. *Cic. 2. Nat. D. 58.* Vocis genera permulta, canorum, fuscum; lene, asperum; grave, acutum; flexibile, durum. *Al.* lēve *leg.*, sed lenem vocem asperae contrariam, etiam *Quintil. 11. 3. 15.* appellat. *Cels. 2. 22.* Lenes sunt sorbitio, pulticula, laganum, etc.; item lac, defrutum, passum. Acria sunt omnia nimis austera, acida, salsa, etc.; *facili da digerire*. *Ter. Heaut. 3. 1. 48.* Vinum hoc asperum est: aliud lenius, sodes, vide. *Cic. 2. Att. 21.* Ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse videremur sine dolore interire. *Horat. 3. Od. 21. 15.* Lene tormentum. *Caes. 4. B. G. 28.* et *Cic. 7. Att. 2.* Bello nobis flavit ab Epiro lenissimus ventus. *Ovid. 12. Met. 527.* Lenis volatus. *Quintil. 11. 3. a med.* laterum motus; *h. e.* compositus et gravis. *Plin. 5. 10. 5.* Nilus; *che scorre adagio*. Et *21. 65. 1.* Leni igni coquere; *a fuoco lento*. Sic *21. 68. 3.* Leni sole siccare. *Id. 16. 64. 1. de arundine*. Gracilitas nodis distincta leni fastigio tenuatur in cacumina; *s' assottiglia a poco a poco*. *Caes. 2. B. C. 24.* Iugum directum, utraque ex parte praeruptum atque asperum, sed paulo tamen leniore fastigio ab ea parte, quae etc.; *di salita più facile*. *Horat. 3. Od. 1. 21.* Lenis somnus. *Plin. 16. 63. 2.* somnus. *Id. 9. 63. 2.* Color suavior et lenior. — **3)** *Lenis locus* apud *Quintil. 6. 3. ante med.* est, qui risum quidem movet, sed asperitate caret. — **4)** *Lenis spiritus* apud Grammaticos quid sit, v. in ASPER §. 22. — **5)** Saepissime refertur ad animum et mores, et est qui non irascitur, qui parcit, qui impetum animi cohibet, qui a severitate et crudelitate abhorret, indulgens, clemens, facilis, mitis, placidus; *chi se la lascia passare facilmente, piacevole, mite, dolce*. *Cic. 5. Fam. 2. a med.* Lenis a te et facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. *Id. Rosc. Am. 53.* Populus R. in hostes lenissimus. *Suet. Cal. 3.* Obtrectatoribus lenis et innoxius. *Caes. ad Opp. post ep. 8. l. 9. ad Att.* Ut quam lenissimum me praeberem. *Ter. Heaut. 3. 1. 29.* Si te tam leni et victo animo esse ostenderis. Et *1. 1. 99.* Leni ingenio esse in liberos. *Ovid. 5. Trist. 2. 56.* Saepe suo victor lenis in hoste fuit. *Caes. 1. B. C. 2.* Dixerat aliquis leniorem sententiam, ut etc. Et *ibid. 3.* Lenissima postulata. *Cic. 8. Fam. 15.* Lenissimis et amantissimis verbis utens, re graviter accusas. *Plaut. Capt. 2. 1. 3.* Servitutem lenem reddere; *leggiera e sopportabile*. *Horat. 3. Od. 4. 41.* Lene consilium dare. — Cum infinito, Graecorum more. *Id. 1. ibid. 24. 17.* Mercurius Non lenis precibus fata recludere. — **6)** Saepe etiam ad genus dicendi et orationem. Est autem lenis oratio, quae impetu, vehementia, ac nervis caret; et stilo sedato utitur et conciliandis auditorum animis accommodato, ut docet *Cic. 2. Orat. 29.* v. LENITAS §. 5. Ducta est metaphora a fluminibus, quae placido ac leni cursu feruntur. *Auct. ad Herenn. 1. 7.* In exordienda causa servandum est, ut lenis sit sermo, et usitata verborum consuetudo. *Cic. 2. Orat. 13.* Tractu orationis leni et aequabili perpolivit illud opus. Et *ibid. 45.* Non enim semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida, submissa, lenis, quae maxime commendat reos. *Quintil. 10. 1. a med.* Quosdam elatior dicendi vis, et magis concitata, et plena spiritus capit: sunt et lenis, et nitidi, et compositi generis non pauci amatores. *Id. 9. 4. post med.* Lenis et fluens contextus orationis. *Id. 10. 2. ad fin.* Etiam hoc solet incommodi accedere iis, qui se uni alicui generi dediderunt, ut si asperitas his placuit alicuius, hanc etiam in leni ac remisso causarum genere non exuant. *Id. 9. 4. 139.* Lenis spatium, sublimia et ornata claritatem quoque vocum poscunt; *h. e.* longas syllabas. Et *ibid. ad fin.* Sublimia debent ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. *Id. 11. 3. post med.* Prooemio frequentissime lenis convenit pronunciatio, nihil est enim ad conciliandum gratius verecundia. *Id. 9. 4. 92.* Syllabae acres sunt, quae ex brevibus ad longas insurgunt: leniores quae a longis in breves descendunt. v. *Bentlei.* ad illud *Horat. Art. P. 26.* sectantem lenia etc. — **7)** Absolute in neutro sing.

LENE, adverbiorum more, pro leniter. *Ovid. 2. Fast. 704.* Erectus humum rivo lene sonantis aquae. *Avien. descript. Orb. 857.* Vel qua lene Notus spirat, qua perstrepit Auster. *Nemesian. 4. Ecl. 47.* lene fluens fons. *Calpurn. 7. Ecl. 25.* clivi lene iacentes; *h. e.* colles leniter acclives, ut loquitur *Ovid. 5. Fast. 154.* Cf. voc. seq. §. 2.

II. LENIS, is, m. Est genus vasis: a λανός; lacus torcularis. *Afran.* et *Laber.* apud *Non. 13. 15.* — **2)** Item genus navigii, a similitudine λανοῦ; idest vasis torcularis. *Martial. 1. 50.* Tepidum natabis lene Congedi vadum. Al. ad *vadum* referunt: vel *lene* accipiunt pro leniter: quod longe est rectius. Cf. LENUNCULUS §. 1.

LĒNĪTAS, ātis, f. Abstractum a *lenis*; lēvitas, mollities rerum, quae lēvem tactum habent; *liscezza, morbidezza, delicatezza*: cui *asperitas* opponitur, ut in LENIS §. 2. dictum est. *Plin. 13. 26. 1.* Minimum hoc modo intergerii: atque etiam lini lenitas superatur. — **2)** Item rerum, quae acres non sunt, et gustu suaves, et esu concoctuque faciles redduntur. *Plin. 14. 24. 1.* Africa gypso mitigat vini asperitatem: Graecia sale, aut mari lenitatem excitat. *Id. 27. 40. 1.* Differentia intelligitur lenitate gustus. — **3)** Item colorum, qui visu sunt faciles, et oculos acri splendore non percellunt. *Id. 37. 16. 1.* Smaragdi viridi lenitate lassitudinem mulcent. Et *ibid. 12. 1. de succinis*. Sunt et, in quibus decocti mellis lenitas placeat. — **4)** Est etiam tarditas, pigritia; *placidezza*. *Caes. 1. B. G. 12.* Arar in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, iudicari non possit. — **5)** Transfertur ad genus dicendi, et significat quandam veluti placiditatem et aequabilitatem orationis, quae sedate, molliter, remisse, et nullo impetu fertur, et nervis caret ac vehementia: pertinet autem ad stilum medium, et conciliandis animis apta est, ut *Cic. 2. Orat. 29.* docet. *Id. Orat. 16.* Elaborant alii in lenitate et aequabilitate, et puro quasi quodam et candido genere dicendi. *Id. Brut. 68.* Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, sicut ex eiusdem tragoediis, lenitas eius sine nervis perspici potest. *Id. 2. Orat. 15. de historico stilo*. Genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam aequabili profluens, sine hac iudiciali asperitate persequendum est. *Quintil. 9. 4. ad fin.* Aspera iambis maxime concitantur, quod sunt e duabus modo syllabis, eoque frequentiorem quasi pulsum habent. quae res lenitati contraria est. — **6)** *Lenitas vocis* est moderata eius remissio, acri clamore remoto: respondetque lenitati orationis. *Cic. 2. Orat. 43.* Sed haec adiuvant in oratore, lenitas vocis, vultus, verborum comitas. — Huc spectat illud *Vel. Long. Orthogr. p. 2228. Putsch. Trans.* . . . ab aliis plene ponitur, ab aliis lenitatem intrucubus minuitur; ut in eo quod est *transmisit* et *tramisit*; alii *transposuit*, alii *traposuit*. — **7)** Transfertur etiam ad animum et mores, et est mansuetudo, indulgentia, facilitas, moderatio, et quaedam quasi mollitia, et suavitas naturae, quae iram vel nescit omnino, vel moderatur; *piacevolezza, mitezza, condiscendenza, mansuetudine*. *Cic. 1. Orat. 12.* In hominum mentibus vel ad iram, aut ad odium, aut dolorem incitandis; vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis. *Id. 13. Fam. 1.* Dare se ad lenitatem. *Id. 2. Catil. 4.* Non est iam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. *Id. Sull. 6.* Qua mollitia sum animi ac lenitate, nunquam illius lacrymis ac precibus restitissem. *Id. Partit. 22. extr.* Lenitas animadvertendi. *Hirt. B. Afr. 86.* et *92.* Lenitas et clementia. Et *ibid. 54.* Lenitas, modestia, patientia. *Ter. Adelph. 3. 4. 26.* Inepta lenitas Patris et facilitas prava. *Gell. 11. 18.* Remissa nimis lenitate uti. *Cic. Rabir. perduell. 3. extr.* Qui vestram libertatem non acerbitate supplicorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt. — **8)** Hinc est etiam titulus, quo quis blande compellatur. *Hilar.* ad *Constant. Aug. 1. 2. in fin.* Permittat lenitas tua populis, ut quos voluerint, quos putaverint, quos delegerint, audiant docentes.

Nota. Ad *Ter. Adelph. 3. 4. 26.* (v. loc. supra §. 7.) quidam apud *Donatum* ita inter *lenitatem* et *facilitatem* distinguunt, ut illa in permittendo, haec in ignoscendo versetur.

LĒNĪTER. Adverb. a *lenis*. — Comparat. *lenius* §. 1. et seqq., superlat. *lenissime* §. 2. — Proprie est modice, leviter, placide, non acriter, non aspere, sine impetu, aut vi; *leggermente, soavemente, mollemente*. *Cic. Somn. Scip. 2.* Leniter arridens. *Plin. 2. 16. 2.* Nox leniter illustrans. *Id. 17. 35. 38.* Pampinos teneros alligato leniter. *Id. 18. 77. 5.* Ventus leniter pluvius. *Caes. 7. B. G. 19.* Collis leniter acclivis; *di dolce salita*. Sic *Liv. 2. 50.* Leniter editus collis. *Hirt. B. Afr. 70.* Placide leniterque procedere. *Ovid. 1. Amor. 6. 7.* per excubias custodum leniter ire; *adagio, pian piano*. Et *3. Met. 568.* Torrens lenius decurrit. *Plin. 26. 54. 1.* Herba odorata, suavis, leniter acuta. *Id. 27. 2. 5.* Folia leniter hirsuta. *Id. 12. 55. 5.* Stacte gustu leniter amara. *Id. 37. 40. 2.* Color aspectu leniter blandus. — **2)** Transfertur ad animum pro placide, moderate, remisse, sine ira aut severitate, aequo animo, facile; *placidamente, dolcemente, con mitezza, piacevolmente*. *Plaut. Stich. 1. 2. 20.* Tentem leniter, an minaciter? *Id. Bacch. 5. 3. 4.* Leniter saevire. *Id. Amph. prol. 25.* Potere quippiam leniter ab aliquo dictis bonis; *colle buone*. *Cic. 5. Fam. 2. ad fin.* Sedens iis assensi, qui mihi lenissime sentire visi sunt. *Ovid. 5. Heroid. 7.* Leniter, et merito quidquid patiare, ferendum est; *pazientemente*. — **3)** In malam partem pro languide, remisse, segniter. *Caes. 1. B. C. 1.* Pompeio esse in animo, reipublicae non deesse, si senatus sequatur: sin cunctetur, atque agat lenius, nequicquam eius auxilium imploraturum. — **4)** Item ad orationem (v. dicta in LENIS §. 6. et LENITAS §. 5.). *Cic. Brut. 44.* Multa in illa oratione graviter, multa leniter, multa aspere, multa facete dicta sunt. *Quintil. 9. 4. a med.* et *10. 2. a med.* Alia lenius, alia concitatius, alia sublimius dicenda sunt. — **5)** *Leniter agere rerum* apud *Cic. 3. Orat. 26.* est leni gestu. — **6)** *Leniter traducere aevum* apud *Horat. 1. Ep. 18. 97.* est placide, tranquille, aequo animo.

LĒNĪTIES, ēi, f. Idem origine et significatione ac *lenitas*, a qua forma et usu tantum discrepat; *dolezza*. Legitur in *Comment. in Cic.*

Digitized by Google

Or. in Clod. et Cur. p. 20. ed. Mai. Mixta responsio et facetiis et asperitatis aculeis non sine lenitie.

LĒNĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *lenis*, idem quod lenitas; idest mollitudo expers asperitatis. *Cic. T. Tusc. 16.* Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea si bona dicemus, quid erit in philosophi gravitate, etc.? — **2)** Item mansuetudo, facilitas. *Id. 6. Verr. 61.* Virorumque, quibuscum nuptae erant, nimia in istum non lenitudine, sed etiam liberalitate oppugnarer. *Turpil.* apud *Non. 2. 486.* Mira lenitudine ac suavitate abundat. Adde *Cic. 1. Offic. 25. a med.*, ubi *al. recte leg.* altitudine. — **3)** De nimia facilitate, qua quis, ne cum oportet quidem, irasci solet. *Cic. 4. Tusc. 19.* Virum videri negant, qui irasci nescit: eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lenitudinis nomine appellant. *Al. leg.* lentitudinis.

LĒNĪTUS, a, um. Particip. verbi *lenio*, adiectivorum more etiam adhibitum; placatus, deminutus; *placato, raddolcito, mitigato. Plaut. Bacch. 3. 2. 31.* aliquem lepide lenitum reddere. *Petron. Satyr. 107.* Flectite ergo mentes satisfactione lenitas. *Ovid. 1. Pont. 2. 131.* precibus lenito Caesare vestris. Et *ibid. 3. 6.* Lenitum vulnus. *Liv. 1. 16. extr.* desiderium. *Suet. Aug. 34.* Adempta, vel lenita pars poenarum. *Sallust.* apud *Priscian. 9. p. 871. Putsch.* Lenita ira. *Tacit. 4. Hist. 44.* invidia. — *Varr. 2. RR. 4.* Post meridiem rursus, lenito fervore, pascunt.

LĒNO, as, ātum, āre. Verbum transitiv., quod quidam a *leno, ōnis*, ducunt, quum potius utrumque a *lenio* videatur derivandum. V. voc. seq. — Particip. *lenatus*, V. suo loco. — Est lenocinor, concilio. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T. 1. p. 611. Burm.* Graecule, consueta lenandi callidus arte, Coepisti adductor coniugis esse tuae. Aliud *ibid. p. 614.* Nam si formosas redeas lenare puellas. *Vet. Schollast.* ad *Iuvenal. 6. 232.* Socrus filiam suam lenat, et docet moechis suis caute rescribere.

LĒNO, ōnis, m. Nomen, quod quidam tanquam verbale a *leno, as*, ducunt, dum alii hoc ipsum a *leno, onis*, derivatum putant, quod sane probandum videtur: utrumque autem a *lenicndo*, ut ait *Priscian. 4. p. 625. Putsch.*, quod nempe mentes deliniendo seducat. Cf. *Isid. 10. Orig. 161.* et voc. praeced. — Contra *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 113. Müll.* « lenones ab alliciendo adolescentulos appellatos, » docet: quod in idem recidit. — **b)** Derivata, *lena, leno, as, lenocinamentum, lenocinator, lenocinium, lenocinor, lenonice, lenonius, lenostris, lenullus, lenunculus* (quod V. §. 2.).

LENO proprie dicitur qui scortorum prostitutione quaestum facit: quique illicitos amores conciliat; *ruffiano. Ter. Adelph. 2. 1. 34.* Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium. *Id. Phorm. 3. 2. 23.* Eia, ne parum leno sies; h. e. ne parum calleas lenonias artes; qua ratione etiam ironice *Plaut. Pers. 4. 6. 4.* Ne non sat esses leno, id metuebas miser. *Id. Capt. prol. 57.* Hic neque periurus leno est, nec meretrix mala. *Id. Pseud. 1. 1. 49.* Leno me peregre militi Macedonico Minis viginti vendidit. *Horat. 2. Ep. 1. 172.* Aspice, Plautus Quo pacto partes tutetur amantis ephebi, Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi. *Cic. Rosc. Com. 7.* Improbissimus et periurissimus leno. *Plaut. Pseud. 1. 3. 1.* et *seqq.* et *Pers. 3. 3. 1.* et *seqq.* Lenonum mores, et vitam graphice describit, quem consulesis. Adde *Horat. 2. Sat. 5. 251.* — **2)** Translate, de quocumque seductore. *Cic. 4. Catil. 8.* Quod auditum est, lenonem quemdam Lentuli concursare circum tabernas, pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum. *Ovid. 3. Amor. 12. 10.* Vendibilis culpa facta puella mea est: Me lenone, placet; h. e. me eius formam versibus commendante. — **3)** Est etiam convicium impuri hominis, et aliorum aetati insidiantis. *Cic. in Senat. 5.* Cum equites Romani se ad lenonis impudicissimi pedes abiecissent. — **4)** In bonam partem est medius alicuius rei conciliandae; *mediatore, ambasciatore. Iustin. 2. 5.* Primus Scythis bellum indixit Sesostris rex Aegyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent. Mox *legatos* appellat. Optimae tamen editiones etiam primo loco *legatis* habent. — **5)** Deinde

II. *Leno* adhibetur aliquando adiectivorum more, sive per casum appositionis, et cum substantivo generis feminini. *Pentad.* in *Anthol. Lat. T. 1. p. 102. Burm.* Se Narcissus amat captus, lenonibus undis; h. e. lenocinantibus. *Tertull. Orat. 20.* Praescriptio Petri cohibentis... vestium gloriam, et auri superbiam et crinium lenonem operositatem. — Sequente genitivo. *Prudent. Hamartig. 261.* ornatus solvendi leno pudoris. — **6)** Absolute *Leno* est etiam titulus Comoediae *Pomponii* apud *Charis. 1. p. 60. Putsch.*

LĒNŌCĪNĀMENTUM, i, n. Verbale a *lenocinor*, syllabica adiectione productum, idem quod lenocinium. *Sidon. 7. ep. 9. in cone. ante med.* Pro omni gratiarum privilegio, decoramento, lenocinamento. *Quintil. Declam.* quae inscribitur *Tribunus Marianus, 8. a med.* Nihil omnino, quod ad lenocinamentum spectare possit lasciviae.

LĒNŌCĪNĀTOR, ōris, m. Verbale a *lenocinor*; conciliator, leno. *Tertull. 1. advers. Marcion. 22. ad fin.* Gratiae lenocinator.

LĒNŌCĪNĀTUS, a, um. V. LENOCINOR §. 1.

LĒNŌCĪNĬUM, ii, n. Verbale a *lenocinor*; lenocinandi actus, exercitium lenonis; *ruffianesimo. Cic. in Senat. 5.* Qui egestatem domestico lenocinio sustentavit. *Ulp. Dig. 3. 2. 4.* Lenocinium facit, qui quaestuaria mancipia habuerit, sed et qui in liberis hunc quaestum exercet. *Scaevola, ibid. 24. 3. 47.* Lenocinium praebere uxori; h. e. lenocinium de uxore facere. *Gloss. Arab. Lat.* Lenocinium, uxoriae meretricationes mariti consensu. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 194. n. 92.* — **2)** Translate ponitur pro deliniamento, illecebra; *carezze, allettamento. Cic. Mur. 35.* Utrum lenocinium a grege delicatae iuventutis, an orbis terrarum imperium a populo R. petebas? *Id. Sext. 66.* Et se vitiorum illecebris et cupiditatum lenociniis dediderunt. — **3)** Item pro quovis nimis exquisito ornamento, quod alicui rei adhibetur ad conciliandam ei gratiam. *Suet. Aug. 79.* Quanquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo incuriosus. *Cic. 2. Nat. D. 58.* Perspicuum est, quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint. *Manil. 5. 516.* Hinc lenocinium formae cultusque repertus Corporis. *Plin. 35. 40. 20.* In lenocinio commendationis dolor est; h. e. ipse dolor facit ad commendationem augendam, addens operi gratiam et pretium. *Senec. 1. Benef. 11.* Lenocinium est muneris antecedens motus. — **4)** In oratione lenocinia dicuntur fucata ornamenta et illecebrae verborum, in malam partem. *Suet. Cal. 53.* Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit. *Tacit. 1. Hist. 18.* Nec ullum orationi aut lenocinium addit, aut pretium. *Quintil. procem. l. 8. a med.* Nos, quibus sordent omnia, quae natura dictavit: qui non ornamenta quaerimus, sed lenocinia. *Id. 4. 2. 118.* Caret lenociniis expositio.

LĒNŌCĪNOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. a *leno*, forma deponens. — Particip. *lenocinans* §. 2. — Proprie est lenocinium facio; *fare il ruffiano, ruffianare:* et translate demisse blandior, inservio, gratificor. *Cic. Divin. Verr. 15.* Tibi serviet, tibi lenocinabitur: minus aliquanto contendet, quam potest. *Quintil. Declam. 12. 19.* Hanc infelicitas mea negotianti tibi lenocinata est? h. e. tanquam leno emptores tibi conciliavit. *Senec. Controv. 1. a med.* Lenocinatur gloriae meae, ut videar etiam prohibitus aluisse; h. e. inservit. *Plin. 20. 57. 1.* Lenocinari alicui captatione testamenti; h. e. inservire et blandiri cupiditati cuiuspiam testamentum tuum captantis. *Tacit. Germ. 43.* Populi truces, insitae feritati arte ac tempore lenocinantur: nigra scuta, tincta corpora, atras ad proelia noctes legunt. — **2)** Item gratiam conciliare. *Plin. 2. ep. 19. a med.* Ut libro isti novitas lenocinetur. *Id. 1. ep. 8. ante med.* Anceps hic et lubricus locus est, etiam cum illi necessitas lenocinatur; h. e. inevitabilem esse ostendit, atque adeo venia dignum. *Symmach. 9. ep. 87.* Ergo parce verbis lenocinantibus, et fuco oblitis, et ad gratiam comparatis. *Quintil. 5. 12. 17.* Quo vitio mancipiorum negotiatores formae puerorum lenocinantur.

LĒNŌNĬCĒ. Adverb. ab inusit. *lenonicus*; lenonum more; *da ruffiano. Lamprid. Commod. 15.* Quae gladiatorie, quae lenonice faceret.

LĒNŌNĬUS, a, um. Adiect. a *leno*; ad lenonem pertinens; *da ruffiano. Plaut. Truc. 1. 1. 30.* Lenoniae aedes. *Id. Pers. 5. 1. 1.* Lenonis servitus. *Id. fragm.* apud *Paul. Diac.* ex *Fest. p. 143. Müll.* in *Muneralis* lex. *Id. Rud. 3. 3. 30.* Ede uti. *Id. Curc. 4. 2. 13.* Lenonum genus. *Apul. Apol.* Lenonia illectamenta. — **2)** *Lenonii pueri* sunt, quos lenones aliorum libidini prostituebant. *Verr. Flacc. fragm. Fast.-Praenest.* ad VII. K. Maias. Ludi cursoribus maioribus minoribusque fiunt. Festus *(dies)* est puerorum lenoniorum, quia proximus superior meretricum est. — **3)** *Lenonium lutum*, apud *Plaut. Pers. 3. 3. 2.* est convicium in lenonem impurissimum et vilissimum: tanquam lenonum coenum.

* LĒNOSTRIS, is, m. Idem ac leno. *Plaut. Poen.* in *Supposit. 19.* Aurum, argentum, collum, lenostris, te nunc debes simul. *Alii rectius leg.* leno, tria tu nunc etc.

LENS, lendis, f. Nomen latentis originis, quod *Charis. p. 32. 25.* et *Diomed. 327. 31. Keil.* semper in plurali numero adhibendum docent, pro quibus et usus stat, dum contra *Prob. 6. 16.* et *27. 11. Keil*, et *Priscian. 281. 14.* et alibi quoque, *ibid.* etiam in singulari *lens, lendis* agnoscunt. — **b)** Praeterea in recto casu etiam *lendis* legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Lendis; *κόνις*. — **c)** Apud *Incert. Grammat.* est masculini generis in *fragm. art. grammat. p. 98. Endl.* Hi lendes; *κονίδες*. — **d)** Derivatum, *lendicosus*.

LENS est ovum pediculorum, capillis adhaerens, ex quo postea pediculi generantur; *lendine. Plin. 29. 33. 1.* Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo. *Seren. Sammon. 3. 72.* Unda maris lendes capiti deducit iniquus, Et quidquid crebri defendit silva capilli. Adde *Plin. 33. 46. 10., 35. 50. 4.* et *alibi, Marcell. Empiric. 4.* et *Plin. Valer. 1. 4.*

LENS, lentis, f. Vox parum certae originis. Quidam eius notationem arguunt ex verbis *Plinii, 18. 31. 1.* « Invenio apud auctores, aequanimitatem fieri lente vescentibus, » ut nempe sit a *lenis* vel *lentus*. — *Isid.* autem haec habet *17. Orig. 4. 5.* « *Lens* vocata, quod humida et *lenta* est, vel quod adhaereat humi. » — **b)** Olim et *lentis* dixere

Digitized by Google

in recto casu, teste *Priscian. 7. p. 761. Putsch.* — **c)** In accusativo habet *lentem* et *lentim*, et in ablativo *lente* et *lenti:* atque olim fuit etiam generis masculini. *Cato, RR. 35.* Lentim serito in rudecto et rubricoso loco. Et *ibid. 116.* Lentim servare. Et *ibid.* oleo perfricare (Adde *Varron.* apud *Charis. 1. p. 101. Putsch.*). *Colum. 2. 10. a med.* Lentem solo tenui seri convenit. *Titin.* apud *Non. 3. 117.* Lenti calido. — **d)** Derivata, *lentianus, lentiarius, lenticula, lenticularis, lenticulosus, lentiginosus, lentigo.*

LENS proprie est genus leguminis folio viciae, granis parvis, rotundis et lacentibus, ternis, aut quaternis in siliqua; *lenta, lenticchia. Virg. 1. G. 228.* Nec Pelusiacae curam aspernabere lentis. *Plin. 18. 31. 1.* Lens amat solum tenue magis, quam pingue. *Id. 12. 59. 1.* Malobathron gigni tradunt lentis modo. *Id. 22. 70. 1.* et seqq. persequitur eius utilitates in medicina. — In plurali num. *Scribon. Compos. 114.* In vino rosa et lentes incoquuntur. — **2)** In pretio fuit lens Aegyptia, praecipue circa Pelusium: quam praeter *Virg. loc. cit.* laudat *Martial. 13. 9.*, memorat et *Gell. 17. 8.* — **3)** Improprie et a similitudine est etiam genus vasis, idem quod lenticula. *Vulg. Interpr. Ital. 1. Reg. 26. 11.* Nunc accipe lanceam, quae est ad caput eius et lentem aquae. *Vulg. noster habet* scyphum.

LENTĀTUS, a, um. Particip. verbi *lento;* lentus factus, remissus; *rallentato, rimesso. Sidon. carm. 22. 191.* lentatus vapor; *h. e.* remissus calor. *Orient. Commonit. 1. 553.* Lentato per lubrica fila metallo, Alternos frangit vestis onusta gradus. *Serv.* ad *3. Aen. 584.* Et quidam *lentandus* nove verbum fictum putant, sed in *Annalibus* legitur: *Confricati, oleo lentati, paratique ad arma.* — **2)** Translate est dilatus; *prolungato, ritardato. Trebell. Claud. 6.* Videntur fata Romana boni principis occupatione lentata.

LENTĒ. Adverb. a *lentus.* — Comparat. *lentius* §. *1., 4., 6.* et *7.*, superlat. *lentissime* §. *1.* — Proprie est cum mora, tarde, cunctanter; *lentamente, adagio, senza fretta. Caes. 1. B. C. 80.* Tali dum pugnatur modo, lente ac paulatim proceditur. Et *2. ibid. 40.* ipse cum reliquis copiis lentius subsequitur. *Ovid. 1. Amor. 13. 40.* Lente currite, noctis equi. *Colum. 2. 15.* Asinus lentissime mandit, ideoque facilius concoquit. *Tacit. Agric. 5.* Corpora lente augescunt, cito exstinguuntur. *Ovid. Rem. am. 650.* Lente desinere; *a poco a poco.* Sic *Plin. 18. 47. 1.* Nilus evagari incipit, lente primo, deinde vehementius. *Petron. Satyr. 140.* Ille *(Corax)* lente parebat imperio. Et *mox.* Clara Eumolpus voce exhortabatur Coraca, ut spissaret officium. Alii minus recte leg. *lento;* ni fors *lento* adverbialiter positum sit, ut *manifesto, dubio* pro *manifeste, dubie.* — **2)** De proverb. *festina lente,* v. FESTINO §. 3. — **3)** Item diu, longo tempore; *a lungo. Cic. 2. Att. 1.* Quem librum non essem ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose probavissem. — **4)** Item tenaciter. *Virg. 4. G. 40.* Collectumque hanc ipsa ad munera gluten, Et visco et Phrygiae servant pice lentius Idae; *h. e.* tenacius, ut explicat *Philarg.* ad *h. l.* Quidam referunt *lentius* ad *gluten*, ut sit adiectivum. — **5)** Item segniter, remisse, oscitanter, leniter, sine ira, aut impetu animi; *pigramente, negligentemente, pazientemente, senza risentirsi. Liv. 1. 10.* Lente agere iis Tatius Sabinique visi sunt. *Suet. Ner. 40.* Neapoli de motu Galliarum cognovit die ipso, quo matrem occiderat: adeoque lente et secure tulit, ut gaudentis etiam suspicionem praeberet. *Cic. 2. Orat. 45.* Neque enim facile est perficere, ut irascatur, cui tu velis, iudex, si tu ipse id lente ferre videare. *Id. fragm.* apud *Non. 1. 281.* Cum publicas iniurias lente tulisset, non tulit suam. — **6)** *Lente dicere,* aut *disputare* est sine vi et acrimonia, sedate, placide; *placidamente, freddamente. Cic. Parad. 1. 3.* Sed haec videri possunt obscuriora, cum lentius disputantur. *Id. 3. Orat. 71.* Salsum est etiam, quaerentibus et quasi percunctantibus, lente respondere, quod nollent. *Id. fragm.* apud *Non. loc. cit.* Lentius dicere. *Gell. 1. 26.* Tum Plutarchus lente et leniter, quid, inquit, verbero, nunc ego tibi irasci videor? — **7)** *Lente cedere* est ignaviter et nulla vi resistendo. *Plin. 16. 83. 2.* Arida ligna lentius serrae cedunt, viridia pertinacius resistunt.

LENTĒO, es, ēre. Verbum intransitiv. a *lentus;* lentus sum; *esser lento. Lucil.* apud *Priscian. 8. p. 800. Putsch.* Lentet opus; *idest* lente procedit. Cf. *Incert. fragm. de Verbo, n. 40. p. 172. Endl.*

LENTESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv., specie inchoativ. a *lentus.* — Particip. *lentescens* §. *2.* — Proprie est lentus fio; *rallentarsi. Ovid. 2. Art. am. 357.* lentescunt tempore curae. — **2)** Interdum est tenerum et glutinosum fieri. *Virg. 2. G. 230.* Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. *Colum. 2. 11. sub fin. de cicera.* Paulum aqua macerator, dum lentescat. *Plin. 37. 70. 1.* Gemma, si quis terat in vino, cerae modo lentescit. *Id. 12. 33. 4.* Lentiscos dente gummi. *Colum. 11. 2. a med.* Salix si minus lenta est, in stercore obruenda, ut lentescat; *diventi tenera e pieghevole.* — *Hieronym. ep. 24. n. 3.* Metallum in virgulas lentescens. — *Cyprian. de laud. martyr. 11.* Licet pretiosarum vestium more purpura in imagines currat, et lentescentibus filis aurum erret ad speciem, etc. — **3)** Item deficio. *Cael. Aurel. 1. Acut. 17. 180.* Corpus confluere manifestum est, atque eius solida quadam demissione lentescere et in liquida migrando deperire, *h. e.* tonum suum amittere.

LENTĬĀNUS, a, um. Adiect. a *lens;* ad lentem pertinens. *Inscr.* apud *Murat. 907. 8.* Pronto Ti. Claudii Caesaris Aug. Germanici dispensator lentianus.

LENTĬĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *lens*, absolute adhibitum de eo, qui lentem vendit, eiusque est negotiator magnarius. *Inscr.* apud *Grut. 649. 3.* D. M. T. Pontii Maioris negotiatoris lentiarii et castrensiarii Maria Iust. Tacci Fil. coniux etc. V. FABARIUS §. 3., et LEGUMINARIUS §. 1.

LENTICLĂ *(syncope)* pro Lenticula, v. voc. seq. §. 1.

LENTĬCŬLĂ (et Lenticla), ae, f. Deminut. a *lens;* parva lens, aut idem quod lens; *lenticchia, lente. Cels. 2. 18. ante med.* Ex leguminibus valentior faba, vel lenticula, quam pisum. *Pallad. 3. 4.* Hoc mense lenticulam seres solo tenui. — *Edict. Diocl. vers. fin.* Lenticlae . . X. centum. — **2)** Significat etiam ipsam lentis figuram, quae in re quapiam est. *Plin. 37. 73. 1.* Figura oblonga maxime probatur in gemmis, deinde quae vocatur lenticula, postea cycloides, et rotunda. — **3)** Deinde

II. *Lenticula* a similitudine figurae tribuitur cuidam vasorum generi. *Cels. 2. 17. ad fin.* Calido oleo replentur utriculi, et in vasa fictilia (quas a similitudine lenticulas vocant) aqua coniicitur. *Isid. 20. Orig. 7.* inter olearia vasa recenset ex *Vulg. Interpr. 4. Reg. 9.* v vocem sequent. — **4)** Item maculis in cute nascentibus, quae et lentigines; *lentiggine. Plin. 26. 5. 1.* Elephantiasis a facie saepius incipit, in nare primum veluti lenticula. *Cels. 5. 6.* Lenticulam tollunt galbanum et nitrum.

LENTĬCŬLĀRIS, re. Adiect. a *lenticula;* ad lenticulam spectans. *Apul. Florid. n. 9.* Ampullam olearian, quam gestabat, lenticulari forma, etc.

LENTĬCŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *lenticula;* lenticulis plenus, lentiginosus. Legitur pluries in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 109., 142.* et *148.* V. CAESIUS §. 2.

LENTĪGĬNŌSUS, a, um. Adiect. a *lentigo;* lentiginem habens; *lentiggineso. Val. Max. 1. 7. n. 6. extern.* Vir flavi coloris, lentiginosi oris. *Donat.* ad *Ter. Eun. 4. 22.* Quia vere eunuchi aut ex candidissimis lentiginosi fiunt, aut ex fuscis sublividi. *Apul. Herb. 21.* Facies lentiginosa.

LENTĪGO, ĭnis, f. Est vitium cutis ita dictum, quia ad lentis similitudinem maculis subrufis ac nigris faciem foedat; *lentiggine. Plin. 30. 6. 1.* Lentiginem habentibus non obsequi numina. *Id. 29. 22. 2.* Faciem lentigine obducit. *Id. 20. 4. 1.* Lentigines e facie tollere. *Id. 22. 74. 2.* corrigere. Et *23. 16. 2.* emendare. Et *24. 58. 4.* sanare. Adde *Sammonic. 11. 1.* — **2)** Dicitur et de aliis maculis. *Plin. 29. 23. 1.* Stellio plenus lentigine. Et *13. 25. 1.* Deprehenditur chartae lentigo oculis.

LENTĪGRĂDUS, a, um. Adiect. a *lentus* et *gradus;* qui lente graditur. Legitur in *Carm.*, quod tribuitur *Tertull. Genes. 1008.* Sed quia lentigrado serpebant agmine fetae.

LENTĪPES, ĕdis, omn. gen. Adiect. a *lentus* et *pes;* qui lentus est pedibus. *Auson. epist. 21. 40.* Spondeus illi lentipes ibat comes.

LENTISCĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lentiscus* et *fero;* ferens lentiscos. *Ovid. 15. Met. 713.* lentisciferumque tenetur Liternum.

LENTISCĪNUS, a, um. Adiect. a *lentiscus;* ex lentisco factus. *Plin. 23. 32. 1.* Tunc addito oleo lentiscino illita, una nocte rufat capillum. *Id. 24. 22. 3.* Lentiscina resina. Adde *Pallad. 2. 20.*

LENTISCUM, i, n., frequentius

LENTISCUS, i, m. Nomen arboris ita appellatae, ut ait *Isid. 17. Orig. 7. 31.*, quod cuspis ipsius *lenta* sit et mollis; nam *lentum* dicimus, quidquid flexibile est. — Est autem *lentiscus* arbor, Italice quoque *lentisco* dicta *(Pistacia lentiscus, Linn.)*, magnitudine roboris, sorbi folio, terebinthi odore, acinis, dum maturescunt, rufis, ubi maturuerint, nigris, mastichen exsudans in modum gummi: quae perpetuo viret, terque in anno fructus profert: ita dicta, quod folia eius lentescant, vel potius quod ipsa arbor lentescat, dum resinam: idest mastichen fundit. Nascitur praecipue in Chio, item in Italia, et in Gallia Narbonensi. *Cic. 1. Divin. 9. ex prognost. suis:* quos versus affert etiam *Plin. 18. 61. 1.* Iam vero semper viridis semperque gravata Lentiscus triplici solita grandescere fetu, Ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi. Adde *Plin. 24. 28. 1.*, ubi medicinae ex ea. — **2)** Ipsum quoque oleum, quod ex tali arbore exprimitur, eodem nomine appellatur. *Cato, RR. 7., Varr. 1. RR. 60.* et *Plin. 15. 6. 1.* Condi olivas optime vel virides in muria, vel fractas in lentisco. At *Colum. 12. 49.* Foeniculi seminibus, et lentisci cum cocto sale olivam modice permixtam reconde in fideliam, et mustum quam recentissimum infunde. Ex his patet, lentisci nomine intelligendum non oleum, sed semen lentisci. Cf. voc. praeced. — **3)** Ex arboris huius ligno praestantissima fiunt dentiscalpia. *Martial. 14. 22.* Lentiscus

Digitized by Google

melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest. *Al. leg.* lentiscum. Adde *5. 88.* et *6. 74.*

LENTĪTĬA, ae, f. Abstractum a *lentus;* flexibilitas; *flessibilità. Plin. 16. 68. 1.* Virgas sequacis ad vincturas lentitiae. Et *ibid. 77 5.* Est lentitia platano, sed madida. — **2)** Item viscosa qualitas, tenacitas. *Id. 20. 26. 4.* Lactucae lentitiam pituitae digerunt.

LENTĪTĬES, ēi, f. Idem origine et significatione ac lentitia, a qua forma tantum discrepat et usu rariore. *Sever. Aetn. 540.* Lentitiem plumbum non exuit.

LENTĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *lentus;* tarditas; *lentezza. Tacit. 15. Ann. 51.* Epicharis accendere et arguere coniuratos: ac postremo lentitudinis eorum pertaesa, etc. Et *ibid. 64.* Durante tractu et lentitudine mortis. *Tibull.* in *Priap. 85. 37.* Quid est, iuers? pigetne lentitudinis? Adde *Vellei. 2. 11.* — **2)** Est etiam flexibilitas; *pieghevolezza. Vitruv. 2. 9. a med.* Ulmus vero et fraxinus maximos habent humores, minimumque aëris et iguis, sed terreni temperata mixtione comparatae sunt in operibus, cum fabricantur, lentae, et ab pondere humoris non habent rigorem, sed celeriter paudant; in commissuris et in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes. — **3)** Transfertur ad lenitatem et languorem dicendi. *Auct. dial. de Orat. 21.* Ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit. — **4)** Item ad nimiam lenitatem animi, qua quis nunquam irascitur, etiam cum opus est. *Cic. 1. Q. Fr. 1. 15.* Omnino non irasci non solum est gravitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. *Id. 4. Tusc. 19.* Eam, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant; *insensibilità, stupidezza. Al. hic leg.* lenitudinis. Adde *1. Offic. 25. a med.* cum eadem lectionis varietate.

* LENTĬUM. V. LINTEUM.

LENTO. Adverb. V. LENTE §. 1. *in fin.*

LENTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lentus.* — Particip. *lentandus* §. *1.* et seqq., *lentatus,* V. suo loco. — Proprie est lentum, mollem et flexibilem reddo; *piegare, far pieghevole.* Hinc *lentare arcum* est intendere, tunc enim cornua inflectuntur, cum, adducto nervo, attrahuntur. *Stat. 1. Theb. 703.* Tela tibi, longeque feros lentandus in hostes Arcus. Et *5. ibid. 587.* alii Gortynia lentant Cornua. *Id. 1. Achill. 436.* Nec modus aut arcus lentare, aut fundere glandes, Aut torrere sudes, galeasque attollere conis. — **2)** *Lentare remos* est remigare, impulsu enim remi flectuntur. *Virg. 5. Aen. 584.* Ante et Trinacria lentandus remus in unda, Et salis Ausonii lustrandum navibus aequor. V. loc. *Serv.* in v. LENTATUS §. 1. *in fin. Claudian. Cons. Mall. Theod. 42.* exsertus lentandis navita tonsis. *Senec. Agam. 457.* Properat iuventus omnis adductos simul Lentare remos. — **3)** Translate est retardare, lentius trahere. *Sil. 8. 11. de Fabio.* lentando fervida bella Dictator, cum multa adeo, tum, miles egenus Conctarum ut rerum Tyrius foret, arte sedendi Egerat. *Cassiod. 8. Var. 3.* Cum successor amplius laudari nititur, praecedentis fama lentatur. — **4)** Etiam mollire significat, cum de luto figulorum sermo est. *Alcim. ep. 78. ad fin.* Artificem figulum brevi tenendum e vestigio dirigatis, qui nobis, intra quod spatium fossilis glebae, scrobi sordibus septae, animalium pedibus coctilis coeni glutinum lentari possit, instituat.

LENTOR, ōris, m. Abstractum a *lentus,* verbalium more effictum, quo significatur qualitas rei viscosae ac tenacis; *lentore, viscosità. Colum. 6. 17.* Cuminum conteritur, eique adicitur exiguum picis liquidae et axungiae, ut lentorem malagmatis habeat. *Plin. 15. 12. 1.* Lentor resinosus, qui cortice erumpit. *Id. 16. 22. 1.* Lentor picis. *Id. 17. 24. 8.* Argillae arenam, fimumque bubulum admisceri, atque ita usque ad lentorem subigi iubet. — **2)** Item flexibilitas; *flessibilità. Id. 16. 84. 1.* Ad rotarum axes lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex.

LENTŬLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *Lentulus,* qua cognomen familiae est, ut dicemus suo loco in ONOM., in gente *Cornelia,* de qua pariter V. in ONOM. — *Appietas* et *Lentulitas,* voces fictae a *Cic. 3. Fam. 7.* ad significandam per iocum nobilitatem generis, quam Appius Claudius et Cornelius Lentulus iactabant, et Ciceronem novum hominem contemnebant. Verba *Cic.* sunt: Etiamne tu has ineptias, ullam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas? Cf. voc seq.

LENTŬLIZO, as, āre. Verbum intransitiv. a *Lentulus,* eiusdem originis ac praecedens, quod V. — Est Lentulum imitari. Agnoscitur a *Consent. p. 2065. Putsch.*

LENTŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *lentus;* aliquantum lentus; *alquanto lento. Cic. 10. Att. 11.* An existimas illum in isto genere lentulum, aut restrictum? *Al. leg.* lentum. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LENTULUS, i, m. Est cognomen Romanum in gente *Cornelia,* de quo suo loco in ONOM. Hic interea notamus fuisse quemdam hoc nomine celebrem mimographum, ex quo factum est ut eius nomen etiam pro ipsis mimis usurparetur. Hinc *Hieronym. ep. 147. n. 3.* Qui mimis et Lentulis delectaris. *Alii tamen leg.* mimis Lentuli. V. LENTICUS.

LENTUS, a, um. Adiect. per syncopen a *lenitus,* quod est a *lento.* Alii minus recte putant ductum a Graeca voce λεπτός; tennis. — **b)** Comparat. *lentior* §. *1.* et seqq., superlat. *lentissimus* §. *4.* et *15.* — **c)** Derivata, *lente, lenteo, lentesco, lentiscinus, lentiscus, lentitia, lentities, lentitudo, lento, lentor, lentulus.* Cf. LENS, lentis, LENTULITAS et LENTULIZO. — **d)** Composita, *alentesco, illentesco, lentigradus, lentipes, lentiscifer, relentesco.*

LENTUS proprie est, uti exponit *Isid.* loc. cit. in LENTISCUS *init.,* flexibilis, cui oppouitur rigidus, durus; *pieghevole, flessibile. Virg. 1. Ecl. 26.* Lenta viburna. Et *3. ibid. 58.* vitis. Et *2. G. 12.* Lentae genistae. Et *4. ibid. 558.* Lenti rami. *Phaedr. 3. 6.* Lentum flagellum. *Virg. 3. G. 208.* Verbera lenta pati et duris parere lupatis; *h. e.* lentis virgis inflicta. Et *4. ibid. 34.* Lentum vimen. Et *7. Aen. 654.* leves ocreas lento ducunt argento. *Ovid. 13. Met. 800.* Lentior et salicis virgis. — **2)** Item mollis, tener; *tenero, molle. Virg. 4. G. 170.* lentis Cyclopes fulmina massis Cum properant; *h. e.* igne mollitis. *Horat. Epod. 15. 6.* Arctius atque hedera procera adstringitur ilex, Lentis adhaerens brachiis; *h. e.* inflexis, et corpus arcte circumplectentibus. Sic *Plaut. Men. 1. 1. 18.* Lenta vincula; *h. e.* non arcte constringentia. — **3)** Item viscosus, tenax; *viscoso, tenace. Virg. 4. G. 41.* gluten visco et pice lentius. V. LENTE §. 4. *Plaut. Men. 1. 1. 18.* vincla nimis lenta. — **4)** Translate est remissus. *Plin. 56. 65. 1.* Lentus amnis. *Virg. 7. Aen. 28.* in lento luctantur marmore tonsae; *h. e.* mari tranquillo, et nullis ventis impulso. *Propert. 4. 1. 96.* Pondera lenta; *h. e.* quae lentos ac tardos faciunt ferentes. Sic *ibid. 3. 39.* Tellus lenta gelu. *Tibull. 4. 1. 90.* lento perfregerit obvia pilo; *h. e.* gravi, adeoque tardius eunte. — **5)** Item lenis, moderatus, non vehemens. *Plin. 16. 22. 5.* Coquere aliquid lento igne; *a fuoco lento. Id. 24. 79. 1.* Lento vapore decoctus. *Id. 16. 19. 1.* Liquor melleo colore atque lentiore; *men vivo.* — **6)** Item durus, aut resistens. *Id. 24. 92. 1.* Herba durior, et in coquendo lentior. — **7)** Item tenax, cohaerens. *Id. 8. 41. 5.* Vera vivacitatis adeo lentae, ut electis interaneis diu pugnet. — **8)** Item protractus, longus; *lungo. Senec. ep. 70.* Venti segnes tranquillitatis lentissime taedio lassant. *Tibull. 1. 3. 82.* Optavit lentas et mihi militias. Et *ibid. 4. 81.* lento amore torqueri; *h. e.* longo, et diu macerante: ita tamen, ut vehemens et veluti furiosus non sit. Sic *Ovid. 7. Met. 82.* Sic iam lentus amor, iam quem languere putares. *Id. 2. Heroid. 9.* Spes lenta. — **9)** Saepe refertur ad hominem et aliquando ad animalia, qua acceptione sensus quidem translatus est, sed ex usu loquendi etiam verbi proprius factus videtur. Hinc

II. *Lentus* est remissus, tardus, piger; *lento, tardo, pigro. Cic. Brut. 48.* T. Iuventius, nimis ille quidem lentus in dicendo, et paene frigidus, sed et callidus, etc. *Ovid. 15. Heroid. 169.* lentissima pectora; *h. e.* frigida, et tarda ad concipiendum amorem. *Phaedr. 1. 15.* Suadebat asino fugere, ne posset capi: At ille lentus etc. — **10)** Item placidus, lenis, qui non facile irascitur, aut movetur; *mite, non facile a risentirsi o a muoversi. Cic. 2. Orat. 75.* in quo ego nimium patiens et lentus existimor. *Propert. 3. 8. 20.* Hostibus eveniat lenta puella meis; *immobile. Ovid. 17. Heroid. 249.* tam iusta lentum Menelaon in ira. *Tacit. 3. Ann. 70.* Sane lentus in suo dolore esset: reipublicae iniurias ne largiretur. *Cic. fragm.* apud *Ammian. 19. 12. sub fin.* Quod iudicis lenti et considerati est proprium. — *Cic. 2. Orat. 69.* Genus ridiculi patientis ac lenti. — **11)** *Lentus* est etiam, qui saevitiam cum lento cruciatu exercet. *Suet. Tib. 21.* Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis (Tiberii *scil.*) erit. Et *57.* Saeva ac lenta natura ne in puero quidem latuit. — **12)** Item securus, otiosus, negligens, qui parvi pendit, et contemnit; *neghittoso, pigro, non curante. Virg. 1. Ecl. 4.* Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra etc. *Tibull. 4. 11. 6.* Nostra potes lento pectore ferre mala? *Liv. 22. 14.* Tendentem ad moenia Romanae coloniae Annibalem lenti spectamus. *Ovid. 19. Heroid. 81.* Certe ego tum ventos audirem lenta sonantes: Et nunquam placidas esse precarer aquas. *Senec. Troad. 896. de Helena.* Tibi fluxit Asiae, fluxit Europae cruor, Cum dimicantes lenta prospiceres viros, Incerta voti. Et *ibid. 253.* Minasque tumidi lentus Aeacidae tuli. *Ovid. 3. Pont. 1. 66.* Haec est pro miseri lenta salute viri. — **13)** Item tardus, et in longum differens; *chi porta in lungo. Cic. 2. Catil. 10.* Hos ego non tam milites acres, quam inflitiatores lentos esse arbitror. — *Id. 1. Att. 12.* Et *ibid. 13. extr.* Teucris illa lentum sane negotium; *h. e.* Antonius collega solutionem differens. — Cum genitivo. *Sil. 3. 176.* Dum lentus coepti terra cunctaris Iberа. — Cum infinito. *Id. 5. 19.* Nympha nec Idalia lenta incaluisse sagitta. — **14)** Item diuturnus. *Ovid. Rem. am. 245.* Nec satis esse puta discedere: lentus abesto. — **15)** Item facilis: ducta metaphora ab iis, quae flectuntur. *Lucil.* apud *Non. 1. 55* et *4. 281.* Magnu' fuit trieo nummariu', solvere nulli Lentus.

LENULLUS, i. Deminut. a *leno;* parvus leno; *ruffianello. Plaut. Poen. a. 2. v. 24.* Ita ut occoepi dicere, Lenulle, de illa pugna. Apud *Priscian. 3. p. 614. Putsch. est* lenŭlus.

Digitized by Google

LĒNŬLUS, i, m. V. voc. praeced. *in fin.*

LĒNUNCŬLĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *lenunculus*, absolute adhibitum de eo, qui lenunculo, quod parvi navigii genus est, utitur; *barcaiuolo. Inscr.* apud *Grut. 398. 7.* Patrono corporis lenuncularіorum auxiliariorum Ostiensium. Et *p. 1077.* M'. Acilio Glabrione M. Valerio Homulo Coss., Ordo Corporatorum lenuncularior. tabularior. auxiliar. Ostiens. etc. *Alia* in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1859. p. 250.* Vigiliarum lenuncularіorum Traiectus *Luculli*, etc. V. *Visconti, ibid.* Adde *alias* apud *Don. el. 8. n. 47.* et *48.* — **2)** *Lenuncularii* alii erant a *scapharіis*, nam in *Inscript. Ostiensi* apud *Fabretti, p. 731. n. 450.* Patronus corpor. scapharior. et lenuncularior.

LĒNUNCŬLUS, i, m. Est genus parvi navigii; *barca, barchetta:* quales erant cymbae, quibus Tiberi Ostiam commeabant, ut videre est in *Inscripti.* in voce praeced. allatis. Ducunt autem Etymologi a *lene*, quod item parvum navigium est. V. LENIS secundo loco. Num a λίμνη lacus praeli vinarii? inquit *Furlanetto*. Alii *pro* lembunculus a *lembus* factum putant. V. LEMBUNCULUS. — Porro *Non. 15. 8.* piscatorium navigium esse, definit. *Gell.* navium appellationes enumerans *10. 25.* Lembi, oriae, lenunculi, actuariae, etc. *Sallust. fragm.* apud *Non. loc. cit.* Incidit forte per noctem in lenunculo piscantis. *Caes. 2. B. C. 43.* Pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant. Adde *Tacit. 14. Ann. 3.* His autem locis al. *remunculi* reponunt, al. *lembunculi:* sed constantior pro *lenunculis* Criticorum sententia est. — **3)** Deinde

II. *Lenunculus* est etiam deminut. a *leno;* parvus leno; *ruffianello. Plaut. Poen. 5. 5. 7.* Aere militari tetigero lenunculum. Adde *Priscian. 3. p. 614. Putsch.*

LĔO, es, ŭi, ĕre. Verbum transitiv., obsoletum, cuius unum praeteritum *levi*, V. in LINO §. 1. Volunt esse a λεῖος; lēvis, levigatus. — Ab hoc est *delco*, ut docet *Priscian. sub fin. l. 9.* Cf. LETUM §. 2. et LIO.

LĔO, ōnis, m. Vox Graeca, λέων, qua animal notissimum significatur, de quo mox. V. *Isid. 12. Orig. 2. 3.* et *seqq.* — Graece declinatur λέων, λέοντος; hinc plura vocabula ab hoc derivata partim Latinam, partim Graecam declinationem sequuntur. — **b)** Derivata, *lea, leaena, leoninus, leonteus, leontico, leonticus, leontios, leunculus.* — **c)** Composita, *chamaeleon, gunthaleo, leocrocotta, leontochasma, leontopetalon, leontophonos, leontopodion, leopardinus, leopardus.*

LEO proprie est animal quadrupes, iubatum, omnium fere generosissimum et fortissimum; *lione. Phaedr. 4. 12.* Cum se ferarum regem fecisset leo, etc. (V. *1. 5. 11.* et *21.* et *2. 1.*) *Plin. 8. 17. 1.* et *seqq.* Leoni praecipua generositas, tunc cum colla, armosque vestiunt iubae. *Id. ibid.* Leoni tantum ex feris clementia in supplices: prostratis parcit. *Id. ibid.* Leonum animi iudex cauda, sicut et equorum aures. Immota placidus, clemens, blandientique similis. Iracundiae principio terra verberatur: incremento terga, ceu quodam incitamento flagellantur. V. ibi alia plura in hanc rem, coll. *28. 23. 1.*, ubi medicinae ex eo. *Virg. 12. Aen. 4.* Poenorum qualis in arvis, Saucius ille gravi venantum vulnere pectus, Tum demum movet arma leo, gaudetque comantes Excutiens cervice toros, fixumque latronis impavidus frangit telum, et fremit ore cruento. *Val. Flacc. 2. 458.* Qualiter, implevit gemitu cum taurus acerbo Avia, frangentem morsu super alta leonem Terga ferens. *Ovid. 5. Trist. 5. 53.* Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni. *Id. 10. Heroid. 85.* Fulvus leo. Et *7. Met. 373.* ferus. *Lucret. 5. 985.* validus. — *Plin. 8. 20. 1.* Leonum simul plurium pugnam Romae princeps dedit Q. Scaevola P. filius in curuli aedilitate. Centum autem iubatorum primus omnium L. Sulla, . . . Pompeius M. in Circo DC., in iis iubatorum CCCXV. Caesar dictator CCCC. — *Tertull. Apolog. 40.* Si terra movit, si fames, si lues; statim: Christianos ad leonem. Tantos ad unum? etc. Cf. BESTIA §. 7. et 8. — *Lacus leonum*, V. LACUS §. 18. — **2)** Lepidam de leone hominis hospite fabulam habes apud *Gell. 5. 14.* V. et *Senec. 2. Benef. 19.* — **3)** Pro *leaena* olim *leo femina* dicebatur. *Plaut. fragm.* apud *Philargyr.* ad *Virg. 2. Ecl. 63.* Nam audivi feminam ego leonem semel parire. *Val. Flacc.* etiam absolute dixit, *6. 546.* ceu septus in arcto Dat catulos post terga leo. *Stat. 2. Silv. 1. 9.* citius me tigris abactis Fetibus, orbatique velint audire leones. Cf. LEA §. b. et LEAENA. — **4)** Per synecdochen sunt leonis exuviae. Has gestare mos fuit Herculi post devictum leonem Nemaeum. *Val. Flacc. 8. 126.* aptans humeris capitique leonem. Cf. infra §. 13. et V. HERCULES in ONOM. — **5)** Item sumitur pro signo. *Plin. 36. 4. 26. de Pastele.* Accidit ei, cum in navalibus, ubi ferae Africanae erant, per caveam intuens leonem caelaret, ut ex alia cavea panthera erumperet, non levi periculo diligentissimi artificis. — *Id. 37. 17. 2.* Feruut in ea insula *(Cypro)* . . . marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi refugerent thynni, diu mirantibus novitatem piscatoribus, donec mutavere oculis gemmas. — Leones duos marmoreos illustrat *Visconti* in *Mus. Pio Clem. T. 7. p. 142.* et *seqq.* Cf. infra §. 14. et 15. — **6)** Translate de homine, imprimis regia dignitate ac potentia praedito; etiam de tyranno. — *Vulg. Interpr. Esth. 14. 13. de Assuero.* Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis. *Id. 2. Tim. 4. 17. de Nerone.* Liberatus sum de ore leonis. — **7)** Item universim de hoste et iniquo persecutore, imprimis de diabolo. *Eucher. Formul. 3.* Leo in malam partem: *Ne quando rapiat ut leo animam meam (Psalm. 7. 3.)* Item: *Adversarius noster diabolus quasi leo circuit (1. Petr. 5. 8.)* — *Vulg. Interpr. Ps. 90. 13.* Conculcabis leonem et draconem. — **8)** Sumitur et in bonam partem. Sic apud *Rund. Isai. 21. 8.* Et clamavit leo: super speculam Domini ego sum. *Leo* est ipse Isaias. — **9)** Et ipse Christus Dominus dictus est leo in illo *Apoc. 5. 5.* Vicit leo de tribu Iuda: notante *Eucher. l. c.*, cui consonat *Vigil. Taps. 2. contra Pallad. 6.* Leo dictus est *(Christus)*, quia ipse est rex regum, qui mortem ac zabulum virtutis suae potestate commiuuit. — **10)** *Leo* quibusdam aliis animalibus comparatus locum fecit pluribus proverbiis, in quibus *leo* sumitur tanquam symbolum hominis fortis et audentis. Talia sunt *Tertull. Cor. mil. 1. a med.* Novimus pastores eorum in pace leones, in proelio cervos. *Sidon. 5. ep. 7. a med.* In praetoriis leones, in castris lepores. — **11)** Item *Domi leones, foris vulpes*, proverb. apud *Petron. fragm. Tragur. 44. Burm.* de loquacibus et timidis, qui extra periculum multa minantur, in periculo fugiunt. — Quo pertinet lepida fabula de viatoribus et latrone apud *Phaedr. 5. 2.* — Similia habes in *Liv. 4. 28. 7. 15.* et *55. 49.* et in *Iustin. 2. 10. sub fin.* — **12)** Speciatim

II. *Leo* apud Mythographos Cybeli tribuitur, quae fingitur trahi in curru a leonibus. *Virg. 3. Aen. 113.* Et iuncti currum dominae subiere leones. *Plin. 35. 36. 44.* Pinxit *(Nicomachus)* Deûm matrem in leone sedentem. Adde *Macrob. 1. Sat. 21. 8.*, coll. *ibid. 23. 20.* V. CYBELES in ONOM. — **13)** Apud Astronomos *Leo* est signum caeleste, ex duodecim, per quae sol Zodiaco decurrit, in quod cum ingreditur, maximi calores sunt; *solstitio.* In fabulis est leo silvae Nemaeae, quem ab Hercule occisum, tanquam primi eius laboris monumentum, Iuppiter in caelum transtulit. Alii dicunt, a Iunone translatum, ut Herculi inviso sibi dolerent oculi, cum a se occisam feram tam honoratam videret. Constat ex stellis decem et novem, secundum *Hygin. 3. Astron. 23.*, secundum alios viginti septem. *Plin. 2. 102. 3.* Cum sol in Leone est. *Id. 18. 64. 1.* VIII. Cal. Februar. stella regia appellata Tuberoni, in pectore Leonis occidit. *Horat. 1. Ep. 10. 15.* ubi gratior aura Leniat et rabiem Canis et momenta Leonis. Adde *Ampel. 2.* — **14)** Leonis symbolum maxime usitatum fuit apud Aegyptios, teste *Visconti* loc. cit. supra §. 3. — Hinc Leonis caput ex ore aquam fundentis cernitur saepissime in vetustis monumentis, quod ex Aegyptiis imitati sunt Graeci et Romani, quia sub Leonis signo Nilus maxime exundat. Cf. *Macrob. 1. Sat. 20. 15.*, coll. *ibid. 21. 16.* et LEONTOCHASMA. V. etiam *Mus. Borbon. T. 4. tab. 43. p. 1.* et Cf. ad rem epigramma *Ennod. 2. 19. de leone marmoreo, qui aquam mittit in domum.* — **15)** Leones etiam saepissime insculpi solent in monumentis sepulcralibus, scilicet ad mortuorum cineres custodiendos, et ad sepulcrorum violatores territandos. V. *Vermiglioli, Iscriz. Perug. p. 148.* et *Cavedoni, Marm. Moden. p. 228.* — **16)** Item in mysteriis Mithriacis *leo* symbolum praecipuum fuisse patet, ut suo loco dicemus in ONOM. — Hic interea notamus *leones* dictos suis mysteriis quarto gradu initiatos. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5846.* Invicto prosedente Servio Facundo Umbrii Rufinus et Emilianus *(sic)*, leones. — Hinc in *alia, ibid. n. 6042. 6. Pater leonum* memoratur, quod novum in cultu Mithriaco officium est. Fortasse, notat *Henzen, ibid.*, singulis initiatorum classibus singuli patres praepositi erant. Cf. *aliam* apud *Orelli, n. 1944.* et V. *Bullett. dell'Istit. Archeol. a. 1862. p. 151.* — Huc spectat etiam loc. *Tertull.* allatus in LEONTICUS. — **17)** Denique, improprie et a similitudine,

III. *Leones* cancrorum quoddam genus appellantur, teste *Plin. 9. 31. 1.*, qui alio nomine astaci maximi dicuntur: brachia habentes cancris similia, reliquum corpus locustae, ut *Id.* docet *32. 53. 6.* — **18)** Item in illo *Colum. 10. 260.* Oscitat et leo, et ingenuo confusa rubore, etc.: *leo* est herba, quam alii leontopodion, alii antirrhinon esse contendunt, flore in modum hiantis oris leonini hiscente. Sic *ibid. 98.* Narcissique comas et hiantis saeva leonis Ora feri. — Eadem *pes leoninus* et *pes leonis* dicitur *Apul. Herb. 7.* V. LEONINUS §. 2.

LĔŌCRŎCOTTĂ, ae, m. Nomen a *leo* et *crocotta*, qua significatur fera pernicissima in India, asini fere magnitudine, cruribus cervinis, collo, cauda, pectore leonis, capite melium, bisulca ungula, ore ad aures usque rescisso, dentium loco osse perpetuo, quam humanas voces traduut imitari. Haec *Plin. 8. 30. 2.*, quae exscripsit more suo *Solin. 52. circa med. Salmasius* putat, esse bellnam ex leaena et crocotta genitam; crocottam vero ex leaena et hyaena. Sunt qui scribunt *leucrocotta*, vel *leucrocota*, more Latinorum, qui etiam *leo* in *leu* saepe mutant. V. LAUDICENUS. — Graece λεοντοπρόσωπος, unice ex hoc Plinii loco effictum est in *H. Steph. Thesaur. Ling. Gr.* ed. *Didot.*

LĔONCHOSREMON. V. LEONTOSPERMON.

LĔONCŬLUS. V. LEUNCULUS §. 2.

Digitized by Google

LĔŌNĪNUS, a, um. Adiect. a *leo;* ad leonem pertinens; *di lionis. Varr. 2. RR. 9. ante med.* Canis sit colore potissimum albo, quod in tenebris specie leonina. *Plin. 37. 54. 3.* Leoninae iubae. *Id. 24. 102. 3.* Leoninus adeps. — *Id. 37. 64. 3.* Leoninae pelli similes *(achatae)* potentiam habere contra scorpiones dicuntur. *Leonina achates* est Italice *agata bionda*. V. LEONTIOS. — 2) *Pes leoninus* a Latinis dicta est herba Leontopodion a Graecis appellata, teste *Apul. Herb. 7.*, qui mox §. 1. *pedem leonis* vocat. Herbae pedis leonis *(sunt eius verba)* frutices septem sine radicibus decoque cum aqua. — 3) Translate. *Cassius ICtus* apud *Ulp. Dig. 17. 2. 29.* societatem leoninam appellabat, in qua alter ex duobus lucrum tantum, alter damnum sentiret. Quod lucem habet ex *Phaedr. 1. 5.*

Nota. *Leonina lex* apud *Iustinian. Cod. 1. 5. 50.* est lex Leonis Imp. R. — 2) *Leonini versus* dicti putantur a quodam Leone poëta Gallo, qui vixit ineunte saeculo Christi XIII., non quod eorum auctor inventorque fuerit (nam et antea eorum aliquis usus fuit), sed quia maxime in suis carminibus frequentavit: quem postea plures alii male sunt imitati. Fiunt autem ea lege, ut in medio et in fine voces sint, quae similiter desinant. Summis quidem Poëtis unus aut alter huiusmodi aliquando excidit, ut *Virg. 9. Aen. 634.* Trailcit, i, verbis virtutem illude superbis. *Propert. 3. 1. 32.* Troia bis Oetaei numine capta Dei (Adde *1. 8. 11.*). *Ovid. 3. Fast. 746.* Quaerebant flavos per nemus omne favos. Et *1. ibid. 706.* Hac sunt Ledaeis templa dicata Deis. Et *Ib. 286.* Cui nihil Hercei profuit ara Dei. Adde *Sil. 14. 652.* et *Propert. 1. 17. 5.* Verum de industria si quaerantur, et toto carmine fundantur, vitiosi sunt profecto, et a Latina gravitate maxime abhorrentes: quod iam censuit *Scalig. l. 2. Poët. c. 29. extr.* V. RHYTHMUS in fine. — Haec, quae *Foresellinus* in sua posuit editione, in *Nota* retinui, ne quid eius desideraretur, cum alioquin sedem habere non possint in ONOM.

LĔŌNTĒUS, a, um. Adiect. a *leo*, Graece λεόντειος (pro quo et λεόντιος, quare paenultima communis esse potest); ad leonem pertinens. *Fulgent. 3. Mythol. 1.* Leontea virtus.

LĔŌNTĪCĒ. *Graeca positione*, es, f. Est herbae genus, idem quod *cacalia*, teste *Plin. 25. 83. 1.* V. CACALIA et LEONTOPODION.

LĔŌNTĬCUS, a, um. Adiect. a *leo*, Graece λεοντικός; ad leonem pertinens, ut *Leontica sacra*, quae fiebant in honorem Mithrae Persarum Dei (quo nomine sol intelligebatur), quicum Aeon, sive Saeculum, Croni filius, forma humana et facie leonina in spelaeo colebatur. V. *Zoega, Bassiril. ant. T. 2. p. 32-40.* et *Labus* in *Bibliot. Ital. T. 2. p. 193-211.* Hinc *Arnob. 6. p. 196.* Inter Deos videmus vestros leonis torvissimam faciem, mero oblitam minio, et nomine Frugiferi nuncupari. Et *Tertull. 1. advers. Marcion. 13.* Aridae et ardentis naturae sacramenta leones Mithrae philosophantur; *h. e.* mysteria seu symbola solaris naturae. Porro haec sacra etiam a Romanis recepta fuere, ut videre est in *Inscr.* apud *Grut. 305. 1.* Constantio IX. et Iuliano II. Cons. (*h. e.* an. a Chr. n. 357.) Nonius Victor Olympius, et Aurel. Victor Augentius tradiderunt Leontica IIII. Id. Aug. *feliciter*. Adde *alium* apud *Eund. 1087. 3.* V. MITHRAS in ONOM.

LĔŌNTĬOS, *Graeca positione*, ii, m. Vox Graeca, proprie adiectiva λεόντιος, a λέων; leo, qua absolute etiam adhibita significatur gemma, a leoninae pellis similitudine nominata, quemadmodum pardalios a similitudine pellis pantherae. *Plin. 37. 75. 3.* V. LEONINUS §. 1. *in fin.*

LĔŌNTŎCĂRON, *rectius* Leontocharon, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λεοντόχαρον, qua genus quoddam herbae, quae alio nomine *polium*, significatur *Apul. Herb. 57.* Graeci polion, alii pheuxaspidion, alii achemenin, alii etenitin, alii melosmon, alii belion, alii leontocaron vocant.

LĔŌNTOCHĂRON. V. voc. praeced.

LĔŌNTŎCHASMĂ, ătis, n. Vox Graeca λεοντόχασμα, qua genus quoddam vasis significatur, in modum faucium leonis effictum, et ad hauriendam aquam e fontibus opportuni; a λέων, leo, et χασμα, hiatus. Legitur haec vox in *Inscr.* mutila apud *Fusco, di alcune Iscriz. di Pozzuoli, Napoli, 1851. p. 11.* . . . ET LEONTOXASMA DE AEDDI SYR POSUER; *h. e.* . . . Et Leontochasma *(sic Latine efferendum est nomen)* De *(fortasse suo)* Aedilles Dias Syrias *(vel* Dis Syris*)* posuerunt. Male *Fusco* divisim legebat et ignotum nomen *Toxasma* protulit. Videtur autem ex hac *Inscr.* leontochasma inter donaria recensendum esse.

LĔŌNTŎPĔTĂLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λεοντοπέταλον, qua significatur herba quaedam caulem emittens dodrantalem, seu semipedalem, lenem, plurimis aliis concavum, et in cacumine semina parva duo, aut tria, eaque in siliquis, ciceris modo, flores punicei coloris, anemonae similes, folia brassicae, sed papaveris divisura, radicibus nigris, grandibus, rapae similibus. Vulgus pedem leonis appellat, quia folia habet similia pedi leonis. Nascitur vulgo in arvis. Haec *Plin. 27. 72. 1.* V. LATHYROS et LEONTOPODION, ubi varia huius herbae nomina.

LĔŌNTŎPHŎNOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λεοντοφόνος, qua significatur exiguum quoddam animal, in iis tantum regionibus nascens, in quibus leones gignuntur: a λέων; leo, et φόνος; caedes. Leonibus enim tam praesens est venenum, ut gustato leontophono statim exspirent. *Plin. 8. 57. 1.* Adde *Solin. 27. 21.* et *Isid. 12. Orig. 2. 34.*

LĔŌNTŎPŎDĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, λεοντοπόδιον, qua significatur herba eadem, quae leontopetalon. *Plin. 26. 34. 1., ibid. 71. 1.* et *27. 6.* — Varia huius herbae nomina recenset *Apul. Herb. 7.* Graeci leontopodion dicunt; iidem leontopetalon, iidem parapedilon, thorybethron, lychnida agriam, lathyron, leuceron, orobethron, propedion, leontospermon, aëtopon, platyphyllon, Dardanus cacalian, Punici gadubbal, Latini flammulam Veneris, iidem brumariam, papaverculum et pedem leoninum.

LĔŌNTOSPERMON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, quae tamen in Lexicis Graecis desideratur, qua significatur herba eadem, quae leontopodion, teste *Apul. Herb. 7.* (ubi *alii leg.* leonchosremon, *mendose, ut videtur)* ita dicta a λέων; leo, et σπερμα; semen; fortasse quod e semine leonis nasci putaretur. Cf. voc. praeced.

LĔŌPARDĪNUS, a, um. Adiect. a *leopardus;* ad leopardum pertinens, ut Leopardina adeps, *Marcell. Empir. 28. sub init.*

LĔŌPARDUS, i, m. Vox Graeca, λεοπάρδαλις, qua significatur animal ex pardo et leaena natum, iubis carens, nigris maculis leoninam pellem distinguentibus; *leopardo. Vopisc. Prob. 19.* Editi deinde centum leopardi Libyci, centum leaenae, etc. *Lamprid. Elagab. 21.* Habuit et leones et leopardos exarmatos in deliciis. — 2) Translate de homine fero et crudeli. *Interpr. ep. Ignatii ad Rom. 5.* A Syria usque Romam cum bestiis pugno, per terram et per mare, nocte et die, vinctus decem leopardis, quod est militaris ordo; qui et beneficiati deteriores fiunt.

LĔŌPOS. V. LUPUS §. 6.

LĔPAS, ădis, f. Vox Graeca, λεπάς, qua significatur genus quoddam conchae marinae, edulis, exteriore parte testa contectum, interiore carnosa, firmissime petris adhaerescens. *Plaut. Rud. 2. 1. 8.* Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus. *Id. Cas. 2. 8. 56.* Abi, opsonia propera, sed volo molliculas escas: emito scipiolas, lepadas, etc. — 2) Videtur eadem esse cum *lopade*, seu potius scribitur et *lopas:* ita enim habet *Non. 17. 9.* Lopades genus conchae marinae Plaut. in Parasito: Addite lopades, echinos, ostreas. *Al. tamen leg.* lepades. Sed iterum etiam *Auct. Append.* ad *Prob. 194. 10. Keil. legitur* lopas.

LĔPASTA. } V. LEPISTA.
LĔPESTA. }

LĔPĬDĂ, ae, f. Nomen herbae cuiusdam squammosae, ita a λεπίς; squamma, dictae. *Isid. 4. Orig. 8. 11.* Lepra vero *(est)* asperitas cutis squammosa, lepidae herbae similis, unde et nomen sumsit. Ita *Lindem.* leg., *Arev.* autem lepidi similis; *h. e.* squammae.

LĔPĬDĒ. Adverb. a *lepidus*. — Comparat. *lepidius* §. *1.*, superlat. *lepidissime* §. *3.* — Proprie est venuste, festive, apposite, commode, eleganter, apte, scite; *con grazia, con garbo, acconciamente*. Dicitur non solum de verbis et sermone, sed de factis, deque aliis rebus, quae apte fiunt, et gratae sunt. *Cic. 3. Orat. 43.* et *Orat. 44.* In quo lepide soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius: Quam lepide lexes compostae etc. *Plaut. Poen. 1. 2. 84.* Satis nunc lepide te ornatam credo. Et *3. 3. 84.* Lepide stratus lectus. *Id. Cure. a. 3. v. 15.* Ego hoc effectum lepide tibi tradam: tace. *Id. Cas. 2. 8. 46.* Lepide reperi; *h. e.* callide, astute, et ad rem; *ingegnosamente, e a proposito*. Et *3. 2. 27.* Iam hic est lepide ludificatus. Et *Bacch. 3. 2. 33.* Meum pensum lepide accurabo. *Id. Most. 1. 3. 18.* Ut lepide res omnes tenet; *come sa tutto!* Et *True. 3. 2. 15.* Lepide intellexisti. *Id. ibid. 3. 1. 22.* facis; *ottimamente*. Et *True. 1. 2. 15.* referre gratiam. *Id. Bacch. 1. 1. 35.* memoras. *Id. Mil. 3. 3. 35.* Lepide et sapienter, commode et facete res parata est. *Id. ibid. 3. 3. 80.* Nimis lepide fabulare: Eo potuerit lepidius pol fieri. — 2) *Lepide esse*, commode et laute tractari. *Id. Bacch. 1. 1. 50.* Ubi lepide voles esse tibi, mea rosa, mihi dicito. — 3) Iungitur cum aliis adverbiis. *Id. Mil. 3. 1. 21.* Loquere lepide et commode. *Id. Pseud. 2. 1. 1.* Mihi omnia lepide prospereque eveniunt. *Id. Cist. 1. 1. 12.* Ita in prandio nos lepide atque nitide accepisti. *Id. Mil. 3. 3. 65.* Dare operam lepidissime et comissime. — 4) In acclamatione et plausu. *Ter. Eun. 3. 1. 37.* Facete, lepide, laute, nihil supra. *Plaut. Mil. 2. 2. 85.* Enge, enge, lepide: laudo commentum tuum. — 5) In responsionibus, affirmando et probando. *Id. Bacch. 1. 1. 1.* Quid, si hoc potis est, ut taceas, ego loquar? *Ba.* lepide: licet.

LĔPĬDĬUM, ii, n. Vox Graeca, λεπίδιον, qua significatur herba quaedam *(Lepidium sativum, Linn.)* duplicis generis, sativi et silvestris, altitudine cubitali, foliis laurinis, sed mollibus. Usus eius in cibis non sine lacte est *Plin. 19. 51. 1.* — 2) Adhibetur etiam ipsi lacti condiendo, et oxygalae faciendae. *Colum. 12. 8.* — 3) Habet in medicina urendi vim, et cutis emendandae. *Plin. 20. 70. 1.* V. dicta in PUCAM.

LĔPĬDŌTIS, is, f. Vox Graeca, λεπιδώτις; *h. e.* squamosa: a λεπίς; squama, qua significatur genus quoddam gemmae, variis coloribus squamas piscium imitantis. *Plin. 37. 63. 1.*

* LĔPĬDŬLĒ. Adverb. a *lepidulus*, quod tribuitur a multis *Plaut. Pseud. 1. 5. 115.* Eam circumducam lepidule. *Sed plerique omnes leg.* Ea circumducam lepide leno nem.

LĔPĬDŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *lepidus;* aliquantum lepidus; *grazioselto. Capell. 7. p. 235.* Ne infacetus, et impar lepidulis videretur. Et *8. p. 272.* Satyra lepidula. *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 5. p. 478.* Lepidula, festiva.

LĔPĬDUS, a, um. Adiect. a *lepos.* — Comparat. *lepidior* §. *1.* et superlat. *lepidissimus* §. *1.* — Proprie est is, in quo leporis est plurimum, festivus, venustus, urbanus, concinnus, commodus, aptus: et dicitur de sermone, de homine, deque rebus aliis, quae gratiam habent utcumque; *grazioso, piacevole, lepido, acconcio, proprio, bello, ben fatto. Plaut. Capt. 5. 2. 5.* Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi bonae. *Id. Cure. 4. 1. 1.* Lepidus nugator. *Ter. Eun. 3. 7. 17.* Itane lepidum tibi visum est, scelus, nos irridere? *l'è parula una bella cosa?* Et *Heaut. 5. 5. 16.* Lepida puella. *Plaut. Epid. 1. 1. 41.* Forma lepida et liberalis. *Ter. Eun. 3. 3. 25.* O capitulum lepidissimum! *Plaut. Most. 2. 3. 12.* Lepidi mores. *Id. Mil. 3. 1. 65.* Non invenies alterum lepidiorem ad omnes res. *Id. Stich. 5. 5. 19.* Cantio lepida et suavis. *Plaut. Trin. 2. 2. 98.* Eo pacto addideris nostrae lepidam famam familiae. *Id. Poen. 1. 2. 95.* Facinus lepidum et festivum. *Id. Bacch. 1. 1. 51.* Ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo. *Id. Stich. 2. 1. 2.* Lepidum nuncium nunciare. *Id. Cas. 2. 5. 10.* Myropolas omnes sollicito: ubicumque est lepidum unguentum, ungor. *Id. Aul. 4. 8. 4.* O lepidum diem! *felice, fortunato.* — *Plaut. Bacch. 1. 1. 28.* Quia istaec lepida sunt memoratui. — *Id. Capt. 5. 2. 1.* Age, tu illuc procede, bone vir, lepidum mancupium meum; *ironicè!* — **2)** Sumitur et in malam partem de molli ac effeminato. *Cic. 2. Catil. 10.* In his gregibus omnes aleatores, omnes impuri impudicique versantur. Hi pueri tam lepidi et delicati, non solum amare et amari, neque cantare et saltare; sed etiam sicas vibrare, et spargere venena didicerunt. — **3)** Refertur etiam ad orationem. *Auct. ad Herenn. 4. 23.* Quae sunt ampla et pulcra, diu placere possunt: quae lepida et concinna, cito satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum. *Horat. Art. P. 275.* Scimus inurbanum lepido seponere dicto. *Catull. 6. 16.* volo te, ac tuos amores Ad caelum lepido vocare versu.

LĔPIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λεπίς; squama. Utitur Latinis litteris. *Plin. 34. 11. 24.* Ex panibus aeris fit, quam vocant lepida, et sic adulteratur flos, ut squama veneat decussa vi clavis, etc. Cf. DIALEPIDOS et LEPIDA.

LĔPISTĂ, Lepesta aut Lepasta, ae, f. Vox Graeca, λεπαστά, qua significatur genus quoddam vasis aquarii, teste *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 113. Mull.* et *Non. 15. 33.* Vox autem Graeca allata Dolopum est, et dicitur, teste *Eustathio, διὰ τὸ λεπτὸν, καὶ ἐπίπαλον εἶναι κατὰ λεπάδας;* idest, quod vas illud tenue ac patulum foret ad modum conchae. *Varro* apud *Non. ibid.* Lepistae etiam nunc Sabinorum fanis paupertoribus plerisque aut fictiles sunt, aut aeneae. *Naevius* apud *Mar. Victor. p. 2587. Putsch.* Verunt pulchras crateras, aureasque lepistas. *Varr.* apud *Priscian. 6. p. 714. Putsch.* Ubi erat vinum in mensa, aut lepestam aut galeolam aut sinum dicebant. Tria enim pro quibus nunc acratophoron. — *Id. 5. LL. 26.* §. *123.* Item dicitur lepestae, quae etiam nunc in diebus sacris Sabinis vasa vinaria in mensa Deorum sunt posita; apud antiquos Scriptores Graecos inveni appellari poculi genus λεπαστόν. *Alii minus recte leg.* depesta *pro* lepestae. V. DEPESTA.

LĔPOR et Lepos, ŏris, m. Nomen parum certae originis. *Donat.* ad *Ter. Eun. 3. 1. 37.* ducit *lepidum* a λεπίς; lamina; quia lepidus homo, quasi lamina politus est. — **b)** In recto casu *lepor* et *lepos* habetur; quod alterum a poëtis metri causa aliquando usurpatum fuisse tradit *Serv.* ad *1. Aen. 251.*, quia nempe *os* longa est, *or* brevis. Sed hoc et alia huiuscemodi vocabula apud Scriptores prosae orationis adhibita reperiri, fatetur ipse *Servius, ibid.* Cf. *Nota.* — **c)** Derivata, *lepide, lepidulus, lepidus.* Cf. LEPIDULE. — **d)** Composita, *illepidus, perlepide, perlepidus.*

LEPOR et Lepos proprie est amoenitas, venustas, pulchritudo, gratia rei cuiuscumque; *grazia, bellezza, incanto. Lucret. 2. 501.* Aurea pavonum ridenti imbuta lepore Saecla. *Id. 5. 1258. de metallis,* nitido capti levique lepore. Et *4. 1126.* medio de fonte leporum Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. *Id. 5. 1019.* Annorum tempora... circum Quum redeunt fetusque ferunt variosque lepores. — **2)** Translate. *Plin. 31. 41. 4.* Omnis vitae lepos, et summa hilaritas, laborumque requies, etc. — **3)** Refertur saepissime ad sermonem, et est gratia, festivitas, sermo nitidus, et quasi lautitia quaedam sermonis, venustas, urbanitas, ornatus, concinnitas, elegantia in loquendo vel scribendo; *grazia, lepidezza, garbo. Cic. 7. Verr. 84. in fin.* Lepore ac venustate affluens. *Id. 1. Orat. 7.* Multa erat in homine iucunditas, et magnus in locando lepos. *Id. 4. Acad. 6.* Quanquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi. *Id. Brut. 38.* Erat cum gravitate iunctus facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. *Plaut. Rud. 2. 3. 22.* Inest lepos in nuntio tuo magnus, mea Ampelisca. *Cic. Orat. 27. sub fin.* in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. *Id. ibid. 1.* Libandus etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. *Id. 2. de Orat. 25. de Caesare.* Quorum alter inusitatum nostris oratoribus leporem quemdam et salem est consecutus. Adde *Quintil. 11. 1. 53.* — **4)** Adhibetur et in blanditiis. *Plaut. Cas. 2. 3. 19.* Respice, o mi lepos! — *Id. Cure. 1. 2. 3. de vino.* Salve, anime mi! Liberi lepos!

Nota. *Agroetius de Othogr. p. 2272. Putsch.* hoc distare putat inter *lepor* et *lepos*, quod ille sit in iucunditate voluptatis, hoc in eloquio.

LĔPŎRĀRĬUM, ii, n. Nomen a *lepus*, quo significatur locus, ubi lepores aluntur, et generatim, secundum *Varronem*, omne septum villae affixum, quod habet inclusa animalia, quae inibi pascuntur; *vivaio, barco. Varr. 3. RR. 3.* Leporaria te accipere volo, non ea, quae tritavi nostri dicebant, ubi soli lepores sunt, sed omnia septa, affixa villae quae sunt, et inclusa habent animalia, quae pascuntur. *Id. ibid. ad fin.* In leporario apri fuere multi. *Id. ibid. 12.* Nomine antiquo a parte quadam leporarium appellatum: nam neque solum lepores includuntur, sed etiam cervi, aut capreae. Adde *Gell. 2. 20.*

LĔPŎRĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lepus;* leporem referens. *Serv.* ad *Virg. 2. G. 93.* Lageos *(vitis)* est, quae Latine leporaria dicitur: nam λαγὼς; lepus.

LĔPŎRĪNUS, a, um. Adiect. a *lepus;* qui est ex lepore; *di lepre. Plin. 28. 46. 3.* Leporinus cinis. *Id. 10. 50. 2.* Leporina pellis. *Varr. 2. RR. 11.* Leporinum congulum. Adde *Cels. 5. 5. Ulp. Dig. 32. 70. 3.* Leporina lana. *Iunior Philos. Descr. Orb. 40.* Imbrus multam vestem leporinam eiicit, propter abundantiam animalium, quae in eadem fuit. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LEPORINA, ae, f. Est caro leporina. *Gloss. Gr. Lat.* Λαγεῖον κρέας; leporina.

LĔPOS, ōris, m. V. LEPOR §. b. et in *Nota.*

LĔPOS, ōtis, m. Est filius fratris. Huius vocis significatio apparet ex feminino *leptis;* etenim in *Gloss.* apud *Ducang.* habetur: Leptis, filius *(corrige* filia) fratris; et apud *Papiam:* Lectis *(corrige* Leptis) filia fratris. Oritur ergo ea vox, ut nepos, ex πάις, quem Vetustiores dixerunt *por*, ut Lucipor, Marcipor, et ex ignota particula *le*, Etrusca forsan vel Osca, cuius vestigium superest in *Levir.* Hinc noscimus, quomodo *nepos*, qui proprie filius est filii, sequioris Latinitatis tempore in *lepotis* locum successerit ob nimiam litterarum *n* et *l* consonantiam. *Not. Tir. p. 80.* Nepos, abnepos, pronepos; lepos, prolepos; neptis, abneptis, proneptis. — Hoc totum addidit *Furlanetto* in sua *Append.* ad hoc *Lexicon.*

LĔPRĂ, ae, f. Vox Graeca, λέπρα, qua significatur genus quoddam morbi, de quo mox, ita dicti a λέπος vel λεπίς; squama, sive a λέπω; desquamo, decortico. Leprae enim cutem scabram et asperam reddunt, inque squamas resolvunt. Cf. *Isid.* loc. in V. LEPIDA et V. §. *seq.* — **b)** Ad scriptionem quod attinet, haec notat ex *Papiniano Cassiod.* in *Orthogr. 4. in fin.* « *Leprosi* a pruritu nimio ipsius scabiei dicti sunt, et ideo per *p* scribi debent. » — Hinc patet aliam vocis notationem sequutum fuisse Grammaticum. — **c)** Derivatum *leprosus.* — **d)** Compositum, *colleprosus.*

LEPRA proprie est scabiei genus cutem deformi obducens crusta, corpusque vehementi pruritu infestans; *lepra, lebbra.* Alii usurpant pro elephantiasi, quod morbi genus superiore multo est pernicio sius, ut quod non solum cutem infestet, verum etiam carnem ipsam usque ad ossa depascatur. Ab aliis duplex ponitur, una, quae potest curari, alia, quae incurabilis est, quam malam scabiem *Horat. Art. P. 253.* nominat. Aliis eadem est ac impetigo, vel depetigo, vel sane species eius. Medici in quatuor species perfectam lepram distinguunt, nempe in *lepram elephantiam*, in qua praesertim articuli membrorum solvuntur ac deciduntur; in *elephantiam albam;* in *vitiliginem nigram*, seu *psoram;* et in *lepram rubram*, seu *alopeciam.* Mors denique aegrotum plerumque inopinate obrepit; sed morbum non finit: nam hic saepe transit in posteros usque ad tertiam et quartam generationem. Hic morbus Aegypti et Asiae anterioris et generatim climatis calidioris proprius est. *Plin. 24. 53. 1.* Corticis interior tibi lepras sedat. *Id. 20. 86. 1.* Lapathi radice lepras curant. *Id. 22. 74. 2.* Lupini lepras emendant. Et *32. 51. 3.* Lepras sanare. Et *20. 70. 1.* tollere. — In singulari num. usurpat *Lucano. 1. sub fin.* et *Scribon. Compos. 250.* et *Vulg. Interpr. Lev. 13. 2.* et *seqq.* — **2)** Translate de vitiis animi. *Prudent. 2. περὶ στεφ. 250.* Vestros valentes corpore interna corrumpit lepra, Errorque mancum claudicat Et caeca frons nihil videt.

LĔPRŌSUS, a, um. Adiect. a *lepra* (quod V. §. b.); qui leprarum morbo laborat; *lebbroso. Sedul. 4. 191.* decem maculosa gerentes Leprosi portenta viri. *Vulg. Interpr. 4. Reg. 15. 5.* Et fuit leprosus usque in diem mortis suae. *Id. Matth. 26. 6.* In domo Simonis leprosi; h. e. qui olim leprosus fuerat; nam leprosi ab urbibus hominumque con-

Digitized by Google

cortio excludebantur; ne contagio aliis nocerent. Hinc *Luc. 17. 12.* Occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe et levaverunt vocem. Adde *Luc. 4. 27.* et *7. 22.*, quibus locis absolute adhibetur. — **B)** Translate. *Prudent. 2. περὶ στεφ. 135.* Peccante nil est tetrius, Nil tam leprosum aut putridum.

LĔPRŌSUS, i, m. V. voc. praeced. §. 1. *in fin.*

LEPTIS, is, f. V. LEPOS, otis.

LEPTŎLŎGĬA, ae, f. Vox Graeca, λεπτολογία, qua significatur sermo de minutis rebus. Inter figuras sententiarum retulit *Aquil. de fig. Sentent. 2.* et *Auct. de Schem. Dian. 18.*, et adhibetur quoties in descriptionibus minuta quaeque et tenuissima commemoramus.

LEPTŎLŪDĬUS et Leptolydius, a, um. Adiect. Graecum, a λεπτὸς; tenuis, et Λύδιος; Lydius. — *Leptoludia* dicta est ficus cute tenui, ut videtur intelligi. *Macrob. 3. Sat. 20. 1.* e *Cloatio*. Liviana *(subaudi* ficus) ludia, leptiludia, Marsica, etc.

LEPTŎLȳDĬUS. V. voc. praeced.

LEPTŎMĔRES, is, n. Vox Graeca, λεπτομερὴς, proprie adiect., et absolute adhibita de medicamento, quod partibus minutis sive tenuibus constat. *Theod. Priscian. de diaet. 10.*

LEPTŎMĔRĬCUS, a, um. Adiect. a *leptomeres*, Graece λεπτομερικός; ad leptomere pertinens. *Theod. Priscian. de diaet. 10.* Acori radix virtutem habet leptomericam.

LEPTON CENTAURION. V. LEPTOS.

LEPTOS, *Graeca positione*, ŏ, on. Adiect. Graecum, λεπτὸς, ἡ, όν; tennis, exiguus, minutus. *Plin. 25. 31. 4.* Est alterum centaurion, cognomine lepton, minutis foliis, quod aliqui libadion vocant, etc. — Est autem centaurium lepton, sive minus, quod scilicet minutis foliis constet, herba quam Latini *fel terras* vocant, propter summam amaritudinem, Galli vocant *exacum*, eo quod potum omnia medicamenta mala per alvum exigat. Haec ex *Plin. loc. cit.*

Nota. Vox *leptos* latina civitate donata locum habet in aliis pluribus vocabulis compositis, quorum aliquot legis hic litterarum ordine digesta.

LEPTŎPHYLLON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λεπτόφυλλον, qua significatur tithymali species, in petris nascens: ita dicta a tenuitate foliorum. *Plin. 26. 43. 1.* — **B)** Adiective

LEPTOPHYLLOS, *Graeca positione*, on, *Latine*

LEPTOPHYLLUS, a, um. Qui minutis foliis praeditus est. *Apul. Herb. 12. n. 1.* Herbam artemisiam leptophyllon tussim, etc. Et *ibid. 2.* Herbae artemisiae leptophyllae succo, etc. V. ARTEMISIA in *Nota*.

LEPTOPSĒPHOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λεπτοψῆφος, qua significatur minutus lapis, seu calculus: a λεπτὸς; tenuis, et ψῆφος; calculus: species est marmoris porphyritae rubei, albis punctis distincti apud *Plin. 36. 11. 3.*, qi quidem legit *Harduin.*, nam alii rectius *lucostictos*, quam vocem vide suo loco.

LEPTŎRAX, ăgis, f. Vox Graeca, λεπτοραξ, qua significatur genus quoddam uvae, quae dulces quidem habet acinos, sed tenues tamen et minutos, cuiusmodi sunt, quas uvas Corinthiacas appellamus: a λεπτὸς; tenuis, et ῥάξ, ῥαγὸς; acinus. *Plin. 14. 3. 5.* Est illa naturae lascivia, ut praegrandibus adhaereant parvi, mites et suavitate certantes: leptoragas has vocant.

LEPTYNTĬCUS, a, um. Adiect. Graecum λεπτυντικὸς; attenuandi vim habens, tenuem et gracilem reddens. *Theod. Priscian. de diaet. 10.* Caeparum virtus leptyntica.

LĔPUS, ŏris, m. *(et* f.). Nomen notissimi animalis, de quo mox, ita dicti a λέπορις. Aeolica et Sicula voce idem significante, ut *Varr. 5. LL. 20.* et *3. RR. sub fin.* docet. Est enim a λέπω; *decortico, exdorsuo;* leporem enim plures pelles habere, quae una post aliam detrahi possint, notissima vel culinariis res est. *L. Aelius* apud *Gell. 1. 18.* dictum putavit quasi *levipes:* sed *Varr. ibid.* improbat. — **b)** *Priscian. 3. p. 658. Putsch.* recenset inter ea, quae utroque genere efferuntur. Hinc *Bentlei.* ex duob. MSS. ita legit illud *Horat. 1. Sat. 4. 11.* Pecundae leporis sapiens sectaberis armos. *Ubi plerique omnes* fecundi. — **c)** Derivata, *leporarium, leporarius, leporinus, lepusculus*.

LEPUS proprie est genus animalis timidissimi, velocissimi et fecundissimi, quod Italice quoque levi mutatione dicitur *lepre*. *Plaut. Pers. 3. 3. 50.* argentarii, Ubi quid credideris, citius extemplo a foro Fugiunt, quam ex porta, ludis cum emissus est lepus. *Cato* apud *Diomed. 1. p. 338. Putsch.* Lepus multum somni affert, qui illum edit. *Virg. 1. G. 308.* Auritosque sequi lepores. *Plin. 8. 81. 1.* Lepores in Alpibus candidi, quibus hibernis mensibus pro cibatu nivem credunt esse. *Varr. 3. RR. 12.* Lepores in Gallia ad Alpes toti candidi sunt. *Id. ibid.* tria leporum genera enumerat: Italicum seu communium; Alpinum candidorum, Hispanicum cuniculorum. Adde *Plin. 28. 60. 3.*, *ibid. 63. 1.*, *ibid. 73. 1.*, *ibid. 77. 2.* aliisque locis, in quibus de medicinis ex eo. — Usurpatur masculino genere, licet de femina sermo sit. *Varr. 3. RR. 12.* Qui lepus dicitur, cum praegnans sit, tamen concipere. *Plin. 10. 84. 8.* Lepus solus, praeter dasypoden, superfetat. Cf. supra §. b. — **B)** Veteres existimabant, pulcros fieri homines, qui lepore per septem continuos dies vescerentur, fortasse quia lepus lepōrem conciliare falso putaretur. Huc pertinent loca *Plin. 28. 79. 1.*, *Martial. 5. 29.* et *Lamprid. Alex. Sev. 38.* — **C)** Leporum venatio celebris erat apud Antiquos, *Propert. 2. 19. 23.*, coll. *3. 13. 43.*, *Ovid. 1. Met. 533.* et *10. ibid. 538.*, in monumentis quoque efficta. V. *Orti, Monum. nel giard. Giusti, p. 26. Tav. 6.* et *Mus. Capitol. T. 3. p. 534. Tab. 60.* — **D)** Leporum effigies tanquam symbolum, quod tamen adhuc suboscurae est significationis, saepe cernitur in monumentis antiquis tum ethnicis, tum christianis, quae laudat *Cavedoni* in *Museo del Cataio, p. 40.* et *seq.* et *De-Rossi* in *Bullett. Cristian. a. 1867. p. 32.* — **E)** Translate adibetur in blanditiis amantium. *Plaut. Cas. 1. 1. 50.* Meus pullus passer, mea columba, mi lepus! Hic *Plaut.* salacissima et venustissima animalia commemorat. — **F)** Aliquando etiam de homine timido. Hinc *Hieronym.* in *Chron.* ad ann. U. C. 717. Cornificius poëta a militibus desertus interiit, quos saepe fugientes galeatos lepores appellarat. — **G)** Hinc proverbium apud *Sidon. 5. ep. 7. a med.* In praetoriis leones, in castris lepores. V. LEO §. 10. — **H)** *Aliis leporem excitare*, proverb. apud *Petron. Satyr. 131.*; h. e. bonum aliquod reperire, quo alii, non is, qui reperit, fruantur. Huc facit illud *Ovid. 3. Art. am. 661.* Credula si fueris, aliae tua gaudia carpent: Et lepus hic aliis exagitatus erit. — **I)** *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris*, aliud apud *Ter. Eun. 5. 1. 56.* (et est dictum *Livii Andronici*, teste *Vopisc. Numerian. 13.*); h. e. *sei lepre, e vuoi mangiar lepre:* cum te multi insectentur, ipse vis insectari alios? nempe, cum cinaedus ipse sis, scortum quaeris? — **K)** Improprie et a similitudine,

II. *Lepus* est etiam marinus piscis e lacertorum genere, inter venena numeratus, praesertim in Indico mari, ubi etiam tactu pestilens est, et vomitum dissolutionemque stomachi protinus creat: in nostro offa informis, colore tantum lepori similis: in India et magnitudine, et pilo, duriore tantum. Haec *Plin. 9. 72. 1.* et *seqq.* V. et *32. 5. 1.* et *seqq.* — **L)** Item caeleste signum, sex habens stellas, secundum *Hygin. 3. Astron. 22.* Situs est infra sinistrum pedem Orionis, videturque fugere ante canem ipsius, ut in CANIS §. 26. dictum est. Exoritur cum Leone, occidit post exortum Sagittarii. *Hygin. ibid.*, qui *2. 35.* fabulam narrat huiusmodi: in Lero insula (quae una est inter Sporadas in Aegaeo mari, teste *Plin. 4. 23. 3.*) nullos olim fuisse lepores: a quodam adolescente alibi captos invectos fuisse: eorum fecunditate celeriter repleta insula, coepisse fruges ab iis absumi, ita ut fame incolae laborarent: inito consilio, omnes tandem diligenter venando sustulisse: ob id figuram leporis in caelo positam, ut discerent homines, suarum ipsos fere calamitatum auctores esse. *Manil. 5. 159.* Septima pars Leporem tollit: quo sidere natis Vix alas Natura negat, volucresque meatus: Tantus erit per membra vigor referentia ventos. — **M)** Item *pes leporis* dicta est herba alio nomine lagopus, *Apul. Herb. 61.* V. LAGOPUS.

LĔPUSCLUS, i, m. V. voc. seq. §. 2. *in fin.*

LĔPUSCŬLUS (et *per syncopen* Lepusclus), i, m. Deminut. a *lepus;* parvus lepus; *leprotto:* sed et pro quocumque lepore ponitur. *Cic. 1. Nat. D. 31. extr.* In qua insula lepusculos et vulpeculas saepe vidisses. *Colum. 9. 9. sub fin.* Hordeum et cicercula non nimis ab lepusculis appetuntur. — *Vulg. Interpr. Prov. 30. 26.* Lepusculus, plebs invalida, qui collocat in petra cubile suum. Adde *Primas.* in *Apoc. 2. 6.* — **B)** Translate. *Cic. 6. Verr. 21.* Cibyratici canes, si minus grande vas venari potuerant, illa quidem certe pro lepusculis capiebantur, patellae, paterae, turibula; h. e. cum homines, quibus tanquam canibus venaticis Verres Siciliam expilabat, non potuerint aprum aut cervum venari, certe lepusculos afferebant. — *Epigramma* apud *Lamprid. Alex. Sev. 38.* Tantum tu comedas velim lepusclos. V. integr. loc. — **B)** Improprie et a similitudine *lepusculi* dictae sunt tesserae, eo quod exsiliendo discurrunt, ut scribit *Isid. 18. Orig. 63. 1.*

LĔRĬA, ōrum, n. et Leriae, ārum, f. Sunt res nullius pretii, nugae, inceptiae, a Graeca voce λῆρος vel λήρημα, eiusdem significationis; Italice dicere possumus; *galanterie*. Legitur fem. gen. in *Excerpt. Charis. p. 549. 20. Keil.* Hae leriae; φλυαρίαι. Paulo aliter exponit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.* Leria, ornamenta tunicarum aurea. Cui lucem addit illud *Hesychii:* Λῆρος τὰ περὶ τοὺς γυναικείους χιτῶνα κεχρυσωμένα: ut praecipue de mulierum ornamentis dicantur. V. RUGAE et LEMNICUS, a, um.

LĔRĬAE, ārum, f. V. voc. praeced.

LĔRĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, ληρικὸς; nugatorius. *Hieronym. ep. 147. n. 3.* Haec tibi ridicula forte videantur, qui comoedis et lyricis *(num* lericis?) Scriptoribus, mimis et Lentulis delectaris. — Haec *Furlanetto* in *Append.* altera huius *Lexici*. Cf. LENTULUS §. 2.

LĔRĬGĬO. V. RELIGIO.

LĔRĬQUIAE. V. RELIQUIAE.

LESBĬACUS, a, um. Adiect. a *Lesbus*, quod est nomen insulae Asiae minoris, de qua in ONOM. — Est ad Lesbum pertinens. Hinc *Lesbiaci libri*, dicti sunt tres libri Dicaearchi contra animae immortalitatem,

quia de Mitylene urbe Lesbi sermo habetur. *Cic. 1. Tusc. 51.* — 2) *Lesbiacum metrum* est Sapphicum, quia Sappho ex Lesbo insula fuit. *Sidon. 9. ep. 13. fin carm. 1.*

LESBĬAS, ădis, f. Adiect. eiusdem originis ac praecedens, absolute adhibitum de gemma, quae a loco, ubi invenitur, nomen habet. *Plin. 37. 62. 1.* V. Reliqua in ONOM.

LESBĬUS, a, um. Adiect. a *Lesbus*, ut praecedentia. — Hinc *Lesbius pes* apud *Horat. 4. Od. 6. 33.* est Lyricum carmen. — 2) *Lesbium vinum* laudant *Plin. 14. 9. 1.* et *Gell. 15. 5.*, et *innocens* appellat *Horat. 1. Od. 17. 21.* — 3) *Lesbium marmor* memoratur a *Plin. 36. 5. 1.* inter maculosa. — *Isid. 16. Orig. 5. 13.* dicitur *Lesbius lapis*. — Italice apud *Corsi*, *Pietre ant.* vocatur *Marmo Greco giallognolo*. — 4) *Lesbium* denique genus est vasis caelati, a Lesbiis inventum. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.*

LĒSĬO. V. LAESIO §. 1. *in fin.*

LESSUS, accusativum (alio enim casu non reperitur), m. Est fletus cum gemitu, eiulatio: *pianto, strida, guai*. — Hinc *Lessum facere alicui* est eius mortem lamentis, gemituque, et femineo ululatu (ut *Virg.* loquitur *4. Aen. 667.*) prosequi. *Plaut. True. 4. 2. 18.* Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio, in *leg. XII. Tab.* apud *Cic. 2. Leg. 23.* Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris causa habento. Hoc (subdit *Cic.*) veteres interpretes Sex. Aelius, L. Acilius, non satis se intelligere, dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: L. Aelius lessum, quasi lugubrem eiulationem, ut vox ipsa significat: quod eo magis indico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat. Haec *Cic.*, qui in eo, quod ait, *ut vox ipsa significat*, eius notationem ostendit. Est enim per ὀνοματοποΐαν facta a sono eiulantium, qui est similis τῷ *le, le*, cui Graecorum ἰ, ἰ respondet, ut *Voss.* docet. Sunt tamen, qui aliunde trahunt. In vet. script. apud *Plaut. loc. cit.* habetur *lausum* et *losum*, teste *Lips. epistolic. quaest. l. 4. c. 12.* V. LAUSUS §. 1. — Cl. *Galvani*, *delle Genti e favelle loro in Italia, p. 392.* vocem ducit a *leo*, pro *lado*, a quo *lesso*, unde *lessum*. V. loc.

LESTŎDĬOCTĂ vel Listodiocta, ae, m. Vox Graeca, λῃστοδιώκτης, qua significatur latronum persecutor, a λῃστής; latro, et διώκω; persequor. *Iulian. Antecess. Constit. 124. 20.* Iubemus omnes iudices tam militares, quam civiles, ut super maleficiis, quae in ea provincia commissa fuerint, per semetipsos cognoscant, biocolytas vero vel listodioctas sive tribunos propter easdem causas nequaquam eis facere permittimus. Adde *ibid. 123. 1.*

LĒTĀBĬLIS (et Lethabilis), le. Adiect. verbale a *leto*; letalis; *mortale*. *Ammian. 19. 4.* Lues volucri velocitate letabilis.

LĒTĀLIS (et Lethalis), le. Adiect. a *letum*; letum afferens, mortalis; *mortale, mortifero*. *Virg. 9. Aen. 380.* et *Suet. Caes. 82.* Spiramenta animae letali vulnere rumpit. Et *Virg. 4. Aen. 73.* haeret lateri letalis arundo. *Ovid. 13. Met. 392.* Letalis ensis. Et *2. ibid. 827.* hiems. *Stat. 6. Theb. 40.* serpens. *Plin. 11. 41. 2.* Letale venenum. *Val. Flacc. 2. 155.* Letales dapes. — *Plin. 11. 96. 1.* Lac gustasse, letale est. — 2) Absolute,

LETALE, adverbiorum more, *pro* letaliter. *Stat. 4. Silv. 4. 84.* necdum letale minari Cessat apex. *Id. 12. Theb. 760.* Iam letale furens.

LĒTĀLĬTER (et Lethaliter). Adverb. a *letalis*; mortifere; *mortalmente*. *Plin. 11. 81. 1.* Letaliter circum remes concreto pingui. Adde *Iul. Valer. 1. Gesta Alex. M. 10.* et *Interpr. Irenaei, 4. Haeres. praef. 4.*

LĒTĀNĬĂ, V. LITANIA.

LĒTĀTUS (et Lethatus) a, um. Particip. verbi *leto*; interfectus; *ucciso*. *Ovid. 3. Met. 53.* Ut nemus intravit, letataque corpora vidit.

LĒTHĀBĬLIS. V. LETABILIS.

LĒTHAEUS, a, um. Adiect. a *Lethe*, quod est nomen fluvii Inferorum, ut in LETHE dictum est, et plenius suo loco in ONOM. — Proprie est ad *Lethen* pertinens; translate vero saepe refertur ad somnum et oblivionem; *di lete, letaeo, oblivioso*. *Virg. 1. G. 78.* Lethaeo perfusa papavera somno. *Id. 5. Aen. 854.* ramum Lethaeo rore madentem. Sic *Val. Flacc. 8. 84.* Cunctaque Lethaei quassare silentia rami. *Ovid. 7. Met. 152.* Lethaei gramina succi. *Id. 3. Art. am. 648.* Sunt quoque, quae faciant altos medicamina somnos, Victaque Lethaea lumina nocte premant; *h. e.* gravi sopore. *Senec. Oedip. 250.* Lethaea vates; *h. e.* plena Deo et oblita sui. Sed omnino legend. *Letoa* pro *Latoia*; *h. e.* Phoebea. *Ovid. Rem. am. 531.* Lethaeus amor; *h. e.* amoris oblivia ingerens. *Cassian. 5. Instit. 31.* Cum eos *(fratres)* videret lethaeo quodam sopore mergi, nec posse ab oculis suis pondus somni depellere, otiosam repente fabulam introduxit. — 2) *Horat. 4. Od. 7. extr.* Lethaea vincula alicui abrumpere; *h. e.* ab inferis ad superos et ad vitam reducere.

LETHALIS. LETHALITER. LETHATUS. } V. LETALIS, etc.

LĒTHARGĬĂ, ae, f. Vox Graeca, λῃθαργία, qua idem significatur ac lethargus. *Plin. 24. 58. 4.* Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia et phrenesi. — Notationem vocis habet *Cael. Aurel. 2 Acut. 1.* Graeci enim λήθην oblivionem vocaverunt, ἀργίαν vacationem quam corpori atque animae ingerit vis supradictae passionis. *Id. 3 ibid. 3. 53.* Similis autem ac vicina est apoplexiae lethargia, epilepsis matricis praefocatio, etc. Adde *1. ibid. 6. init.* et *Isid. 4. Orig. 6. 5.*

LĒTHARGĬCUS, a, um. Adiect. a *lethargus*; ad lethargum spectans. *Plin. 23. 6. 1.* Gravedinem enim, morbumque lethargicum patitur. *Augustin. ep. 48. ad Vincent.* Lethargicus somnus. *Cael. Aurel. 1 Acut. 3. 38.* Lethargica passio. — 2) Absolute, substantivorum more.

LETHARGICUS, i, m. Est qui lethargo laborat. *Plin. 24. 16. 1.* Spondylion infunditur capitibus phreneticorum et lethargicorum. *Id. 26. 72. 1.* Lethargicos excitare labor est. *Horat. 2. Sat. 3. 50.* Ut lethargicus hic cum fit pugil, et medicum urget.

LĒTHARGUS, i, m. Vox Graeca, λήθαργος, qua significatur veternosus marcor, et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas (ut *Cels. 3. 20* loquitur) cum mentis alienatione, et oblivione rerum: a λήθη; oblivio, et ἀργός; piger, iners; *letargo, sonnolenza*. *Horat. 2. Sat. 3. 145.* Quondam lethargo grandi est oppressus. *Sever. Sulpic.* apud *Quintil. 4. 2. a med.* Somno ne te languidum, an gravi lethargo putem pressum? *Plin. 30. 29. 2.* Lethargus olfactoriis excitatur. *Id. 32. 58. 3.* In lethargum vergere. — Etiam plurali num. *Id. 20. 48. 1.* Ocimum insaniam facit, et lethargos, et iocinoris vitia. *Id. 28. 29. 4.* Lethargos resolvere. — 2) Adiectivorum more,

LETHARGUS, a, um. Est idem ac lethargicus. *Cael. Aurel. 2. Acut. 9.* Multa adhibenda lethargis, quae phreneticis sunt ordinata. Et *paulo post.* Accedere ex vino furor in phreneticis potest, in lethargis nunquam. Et *mox.* Miseriores igitur lethargis phrenetici. Adde *ibid. 1. 6*

LĒTHĒ, *Graeca positione*, es, f. Nomen est fluvii Inferorum, ita a Graeca voce λήθη; oblivio, ducti, quod ex eo bibentes vita functi rerum praeteritarum obliviscerentur, ut suo loco dicemus in ONOM. — Eius tamen nomen ἔτυμον; id est commune factum, ponitur pro oblivione. *Lucan. 5. 221.* Immisit Stygiam Paean in viscera Lethen. Qua raperet secreta Deûm. V. *Interpr.* ad *h. l.* — Hinc *Gloss. Lat. p. 154. n. 101. Hild.* Lethae; obliviones. Cf. voc. seq. et LETHOPHAGUS. — 2) *Lethe* est etiam herba, de qua V. in LETHUSA.

LĒTHĪFER. LETHIFICUS. } V. LETIFER et LETIFICUS.

LETHO. V. LETO.

LĒTHOPHĂGUS, i, m. Vox Graeca, composita a λήθη; oblivio, et φάγω; edo. *Gloss. Lat. p. 194. n. 104.* Lethophagi *(sic pro corrupto* lethoragi); oblivia edentes.

LETHUM. V. LETUM.

LĒTHŪSĂ, ae, et Lethe, es, f. Vox Graeca, λήθη; oblivio, et λήθουσα, particip. verbi λήθω, oblivisci facio, qua significatur herba quaedam soporem inducens, eadem quae papaver. *Apul. Herb. 55.* Graeci mecona ceratitin . . . alii lethen, alii lethusan . . . Itali papaver album *Lethusan* pro *lethusam* est Graeca declinatione.

LĒTĪFER (et Lethifer), ĕra, ĕrum. Adiect. a *letum* et *fero*; letum afferens, mortiferus; *mortale, mortifero*. *Colum. 7. 12. extr.* Rabies, letifer morbus canibus. *Virg. 10. Aen. 169.* arcus. Et *5. ibid. 139.* annus; *pestilenziale*. *Ovid. 8. Met. 362.* ictus. Et *12. ibid. 606.* letifera dextra. *Stat. 5. Theb. 628.* letifer anguis. *Catull. 64. 390.* in letifero belli certamine. — 2) Translate. *Ovid. 5. Met. 133.* Letifer locus; *pericoloso e mortale*: loquitur de membro corporis, in quo vulnus letale est.

LĒTĪFĪCUS (et Lethificus), a, um. Adiect. a *letum* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; letum faciens, letifer. *Stat. 8. Theb. 2.* Letificae domus. *Alii leg.* letiferae.

LETIFUR, ŭris, m. Legitur sine exemplo et explicatione apud *Priscian. de accent. p. 1294. Putsch.* Ur syllaba terminata breviantur, ut sapifur, letifur, et omnia in obliquis casibus breviantur, ut sapifur, sapifuris: similiter hic satur, saturis. *Quidam leg.* lectifur.

LĒTO (et Letho), as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *letum*. — Particip. *letatus*, V. suo loco. — Proprie est leto do, interficio: *uccidere*. *Ovid. 1b. 505.* Quique Lycurgiden letavit, et arbore natum, Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper. — 2) Translate. *Cic. 3. Leg. 8.* Deinde cum esset cito letatus *(tribunatus plebis)*, tanquam ex XII. tabulis, insignis ad deformitatem puer, brevi tempore recreatus, multoque tetrior et foedior natus est. *Batter.* et *Halm.* leg. *ablegatus*, expuncto *letatus*, pro quo *Orelli* ex coniect. *leto datus*. — Etiam *Virgilio* tribuunt *Cul. 324.* Rursus acerba fremunt, Paru hunc quod letat. Ita *Scalig. Alii* laedat.

LĒTUM, i, n. Vox parum certae originis etiam apud Veteres. Quibusdam enim est a Graeca voce λήθη; oblivio, ut *Varr. 7. LL. 3. ante med.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.* docent: vel a supino verbi *leo, es*, inusitati (unde *deleo*), ut *Priscian. 3. ep. 665. Putsch.* et *10. p. 898.*, quia mors aufert ac delet omnia. Sed, his posthabitis, *Döderl. Synon. T. 3. p. 173.* et *seq.* ducit a *levare*; a quo

Digitized by Google

levatum, unde per syncopen *letum*. Cf. infra §. 1. *init.* — **b)** Sunt qui scribant *lethum* addita aspiratione, quae est in Graeco λήθη, unde *Varr.* et *Fest.* derivant: sed praeterquam quod iidem illi *Varr.* et *Fest.* aspiratione abstinent; et saepe fit ut vox Latina Graecae quidem originis sit, sed Latina consuetudine scribatur, ut *fama*, a φήμη, non est absurda notatio *Prisciani:* insuper, quod multo est gravius, in antiquis libris, et lapideis monumentis nulla est aspiratio, testibus *Manut.* et *Cellar.* in *Orthogr.*, ut nec in *Cod.* palimps. *Frontonis* loc. cit. §. 1., ubi pluries *letum* sine aspiratione scribitur. Hoc idem et *Dausquius* praefert, quod et ipsi probamus. — **c)** Derivata, *letabilis*, *letalis*, *letaliter*, *leto*. — **d)** Composita, *illetabilis*, *illetalis*, *letifer*, *letificus*.

LETUM idem est ac mors; *morte:* libentius tamen Veteres eam vocem adhibebant, quam *mortem*, ne cogerentur *δυσφημεῖν*, et verbum mali ominis pronunciare: qua de re in ABDO §. 11. et ADITIO §. 2. et *alibi* quoque dictum est. *Cic. 1. Divin. 26.* Eodem sibi leto, quo ipse interiisset, esse perundum. *Id. 10. Att. 10. ad fin.* Vide, quam turpi leto peremus. *Nep. Reg. 3.* Pari leto affectus est Lysimachus a Seleuco. *Plaut. Aul. 4. 3. 1.* Emortuum ego me mavelim leto malo, quam etc. *Id. Mil. 4. 6. 26.* et *Lucret. 3. 81.* Letum sibi consciscere. *Virg. 6. Aen. 434.* sibi manu parere. Et *11. ibid. 872.* ferre alicui. *Plin. 24. 100. 1.* Insanabili leto perire. *Horat. 3. Od. 22. 3.* adimere aliquem. *Val. Flacc. 7. 514.* demittere. Et *1. 633.* segni occumbere. *Ovid. 2. Heroid. 147., Phaedr. 3. 16., Virg. 5. Aen. 806.* et *Cic. 2. Leg. 9. extr.* dare. *Virg. 2. Aen. 434.* se eripere. Et *8. ibid. 566.* quempiam sternere. *Lucret. 3. 1055.* offerre caput. *Stat. 9. Theb. 280.* Mille modis leti miseros mors una fatigat. *Front. de fer. Alsiens.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 3. a med.* Securitatis et voluptatis herbae de caeli nemore advectae; de Acheruntis autem pratis leti herba petita. — *Plin. 8. 19. 3.* Creditum est a moriente humum morderi, lacrimamque leto dari. — **2)** In funeribus indictivis formula erat, *ollus leto datus est*, teste *Varr.* loc. cit. supra §. 2. *Cic. 2. Leg. 9. extr.* Deorum Manium iura sancta sunto. Hos leto datos, divos habento. — **3)** Translate ponitur etiam pro excidio ac ruina rerum inanimatarum. *Virg. 5. Aen. 689.* da flammam evadere classi Nunc, pater, et tenues Teucrûm res eripe leto. *Servius* hic superfluam acyrologiam agnoscit. — **4)** Speciatim

II. *Letum* per antonomasiam monstrum fingitur unum ex illis, quae in Inferno commorantur. *Virg. 6. Aen. 277.* Malesuada Fames, ac turpis Egestas, . . . Letumque Labesque. — **5)** In fabulis autem *Letum* Erebi Noctisque filius habetur et distinguitur a *Morte*. *Hygin. praef. fab.*

Nota. *Letum* ac *mortem* idem esse diximus supra §. 1. *init.*, quidam tamen « inter ea tentaverunt, inquit *Isid. 1. Differ. n. 350.*, facere discretionem, dicentes: *lethum* per se venit; *mors* vero infertur. » Et reapse *mortem* et *letum* iungit *Lucret. 4. 767.* eum mortis letique potitum lampridem, quem mens vivum se cernere credit.

LĔVĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *levo;* qui levari potest; *levabile*. *Cael. Aurel. 3. Acut. 7.* Levabilis et passibilis motus.

LĔVĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *levo;* levamentum; *sollievo*. *Cic. 12. Att. 16.* Quod si esset aliquod levamen, id esset in te uno, et cum primum ab aliquo poterit esse, a te erit. *Catull. 68. 61.* Dulce viatori lasso in sudore levamen, Quum gravis exustos aestus hiulcat agros. *Propert. 4. 11. 63.* Tu, Lepide, et tu, Paulle, meum post fata levamen. *Virg. 5. Aen. 709.* Omnis curae casusque levamen, Amitto Anchisen. Adde *Ovid.*, *Tacit. aliosque*.

LĔVĀMENTĀRĬUS, a, um. Adiect. a *levamentum*, absolute adhibitum de eo, qui parvo navigio navi onerariae maiori adiungitur, cius levandae causa, si portum aut flumen intrare cum toto onere non possit, ut *Callistrat. Dig. 14. 2. 4. §. 1.* loquitur, quique etiam lenunculari auxiliarius dicitur in *Inscr.* apud *Grut. 598. 7.*, quia levamentum sive auxilium praestat: huiusmodi navigium Veneti nunc vulgo dicunt *barca da libo*, Itali vero *alleggio*. *Imp. Constantius Cod. Theod. 13. 8. 1.* Si naviculario originalis levamentarius fuerit, etc. V. AUXILIARIS §. 4. et PLEROMARIUS.

LĔVĀMENTUM, i, n. Verbale a *levo*, syllabica adiectione productum; id, quod levat et minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit; consolatio; *alleggiamento*, *alleviamento*, *sollievo*. *Cic. 5. Fin. 19.* Nos autem non solum beatae vitae istam oblectationem videmus, sed etiam levamentum miseriarum. *Plin. 8. ep. 19.* Ad unicum doloris levamentum, studia confugio. *Tacit. 4. Ann. 66.* Accusatorum maior in dies et infestior vis sine levamento grassabatur. *Id. 1. Hist. 8.* Levamentum tributi in posterum. *Plin. 30 8. 2.* Praestare levamentum. *Cic. 12. Att. 43.* Haec res est mihi levamento.

II. LĔVĀMENTUM, i, n. Verbale a *lēvo*, idem ac aequamentum; laevigatio. *Non. 9. 10. Mare.* Amussis est aequamen, levamentum. V. AEQUAMEN.

LĔVĀNĀ, ae, f. Nomen fictum a *levo*, Deae cuiusdam, quae recens natos de terra levabat. *Augustin. 4. Civ. D. 11.*

LĔVĀTĒ. Adverb. a *levatus;* alte, sublimiter. — Legitur in comparativo gradu tantum apud *Cael. Aurel. 1. Chron. 1.* Oportet aegrotantem iacere loco mediocriter frigido, paulo levatius capite collocato.

LĔVĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *levo;* actus levandi, elatio; *innalzamento*. *Vitruv. 10. 8.* Onerum levationes facere. — **2)** Item levamentum; *alleggerimento*, *sollievo*. *Cic. 6. Fam. 4. sub fin.* Non dubito, quin magnae tibi levationi solitus sit esse quotidianus congressus familiarissimi hominis. *Id. 1. Tusc. 49. extr.* Ea potissimum agamus, quae levationem habeant aegritudinum, formidinum, cupiditatum. Et *3. 41. extr.* Nostris acerbissimis doloribus, variisque molestiis alia nulla potuit inveniri levatio. *Id. 12. Att. 23. a med.* Levatio quaedam est, si minus doloris, at officii debiti. — **3)** Item deminutio. *Id. 4. Fin. 24.* Progressionem ad virtutem fieri aiunt, levationem vitiorum fieri negant. *Vellei. 2. 130. extr.* Cuius potentiam nemo sensit, nisi aut levatione periculi, aut accessione dignitatis.

LĔVĀTOR, ōris, m. Verbale a *levo;* qui levat; speciatim fur, qui aliquid aufert. *Petron. Satyr. 140. ad fin.* Unde plani autem, unde levatores viverent, nisi aut locellos, aut sonantes aere saccellos pro hamis in turbam mitterent? *Al. aliter. leg.* — **2)** Item qui recreat. *Pindar.* seu *Auct. Epit. Iliad. 122.* Ad quem sic loquitur curarum operumque levator; h. e. Somnus.

LĔVĀTUS, a, um. Particip. verbi *levo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *levatior* §. *1. in fin.* — Proprie est in altum sublatus, elatus; *alzato*, *sollevato*. *Liv. 21. 58. a med.* Aqua levata vento. *Horat. Epod. 16. 25.* simul imis saxa renarint Vadis levata. *Ovid. 2. Met. 159.* pennisque levati Praetereunt Euros. Et *8. ibid. 695.* baculisque levati, Nituntur longo vestigia ponere clivo; *co'bastoni*. Et *14. ibid. 502.* tellure levati Erigimur; *da terra*. *Petron. Satyr. 29.* Levatum mento in tribunal excelsum Mercurius rapiebat; *pel mento*. *Plin. 32. 8. 2.* Levatus arundine extra aquam. *Quintil. 2. 13. a med.* Nam et clamant ubique, et omnia, levata, ut ipsi vocant, manu, emugiunt. *Curt. 3. 6. 9.* Quo viso, Alexander, levato corpore in cubili . . . accepit poculum. Alii leg. *in cubitum* loco *in cubili*, sed V. *Zumpt.* ad *h. l. Cael. Aurel. 3. Chron. 10. 96.* Se sustollunt ad partes lecti superiores, quo levatius habeant caput. — *Macrob. 7. Sat. 12. 35.* Hoc et in Ponto fieri videmus, in quo frusta quaedam et, ut ita dixerim, prosiciae gelidae feruntur contractae de fluvialium vel palustrium undarum multitudine, in quas licet frigori quasi levatiores marinae. — **2)** Item ablatus, sublatus; *levato via*, *tolto*. *Ovid. 2. Trist. 186.* Pars erit e poena magna levata mea. *Hirt. B. Afr. 34.* Annonae levata sollicitudo. — **3)** Item recreatus; *sollevato*, *alleggerito*. *Ovid. 3. Met. 500.* Levatus curis. *Cic. 3. Att. 2. ante med.* Multae civitates aere alieno liberatae, multae valde levatae. *Virg. 4. Aen. 558.* auxilio levatus. *Plin. 17. 39. 1.* Arbores putatione levatae onere. *Id. 14. 28. 6.* Levatus vomitione.

II. LĒVĀTUS et Laevatus, a, um. Particip. verbi *lēvo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *levatior*, infra. — Est levigatus, politus; *forbito*, *lisciato*, *pulito*. *Varr. 3. RR. 6.* Cubilia tectorio levata, quo neque serpens, neque bestia accedere ulla possit. *Senec. Consol. ad Helv. 11. a med.* Magni levatique mensarum orbes. *Virg. 5. Aen. 306.* Gnossia bina dabo levato lucida ferro Spicula. *Quintil. 2. 5. circa med.* Vulsi levatique, et inustas comas acu comentes, et non suo colore nitidi. *Gell. 17. 8. sub fin.* Faciliora ad coëundum videntur, quae levatiora levioraque sunt.

LEUCĂ et Leuga, ae, f. Est mensura itineraria apud Gallos, ut parasanga apud Persas, milliarium apud Latinos; *lega:* a Celtico *leak;* lapis; nam huiusmodi spatia lapide distinguebantur. *Hesych.* Λεύγη, *μίτρον τι Γαλατικόν*. — Sunt etiam quibus *leuca* videtur esse a Graeca voce λευκή; scil. λίθος; nam lapidibus albis Veteres milliaria designabant. *Ammian. 15. 11. ad fin.* Qui locus *(Lugdunum)* exordium est Galliarum: exindeque non millenis passibus, sed leugis itinera metiuntur. *Id. 16. 12.* A loco, unde Romanorum promota sunt signa, ad usque vallum barbaricum, quarta leuga signabatur et decima; id est, unum et viginti millia passuum. *Hieronym.* in *Ioël. 3. 18.* Nec mirum, si unaquaeque gens certa viarum spatia suis appellet nominibus, cum et Latini mille passus vocent, et Galli leucas, et Persae parasangas, et rastas universa Germania, atque in singulis nominibus diversa mensura sit. *Isid. 15. Orig. 16.* Leuca finitur passibus mille quingentis. — *Inscr.* apud *Murat. 456. 4.*, quae ad tempora Septimii Severi pertinet, et *alia* apud *Eund. 457. 2.*, quae ad Caracallae, et *alia* apud *Grut. 1078. 7.*, quae ad Elagabili tempora, habent *leugas;* earum vero prima et secunda in Gallia, tertia in Germania sunt repertae. Apud *Isid. loc. cit.* quidam legunt *leuva*, alii etiam *lewa*.

Nota. Nunc ea mensura itinerum, quae in Gallia, Hispania, et Germania usurpatur, *lega* quidam dicitur, sed in singulis provinciis mirum quantum inter se differt, et maior est vetere illa Gallorum propria.

LEUCĂCANTHĂ, ae, f. Vox Graeca, λευκάκανθα, qua significatur herba, quae alio nomine rhamnus, in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quae commanducata dentium dolores sedat. *Plin. 22. 18. 1.*,

Digitized by Google

ubi etiam medicinae ex ea. Dicta est autem a λευκὸς; albus, et ἄκανθα; spina. V. voc. seq. — 2) Est hoc nomine et alia, quae phalangites dicitur. *Id. 27. 98. 1.*

LEUCĂCANTHOS, *Graeca positione*, i, f. Idem origine et significatione ac praecedens §. 1. *Plin. 21. 56. 1.* Carduus et folia et caules spinosae lanuginis habent. Item acorna, leucacanthos, etc. *Id. 27. 62. 1.* Gallidraga leucacantho similis.

LEUCĂCHĂTES, ae, m. Vox Graeca, λευκαχάτης, qua significatur gemma candida ex genere achatarum, apud *Plin. 37. 54. 1*, a λευκὸς; albus.

LEUCANTHĔMIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λευκανθεμίς, qua significatur herba, quae et anthemis dicitur. *Plin. 22. 26. 1.*

LEUCANTHEMON, i. V. voc. seq.

LEUCANTHĔMOS, *Graeca positione*, i, m. et Leucanthemon, *Graeca positione*, i, vel *Latina* Leucanthemum, i, n. Vox Graeca, λευκάνθεμος, qua significatur eadem herba, quae leucanthemis. *Plin. 22. 26. 1.* et *ibid. 93. 1.* — 2) Item eadem, quae phalangites. *Id. 27. 98. 1.* — 3) Item alia, abrotoni similis odore. *Id. 21. 54. 1.*

LEUCANTHEMUM, i, n. V. voc. praeced.

LEUCANTHES, is, m. Vox Graeca, λευκανθὴς, qua significatur herba, quae et parthenium vocatur: a λευκὸς; albus, et ἄνθος; flos, quia florem album edit. *Plin. 21. 104. 1.*

LEUCANTHOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λεύκανθος, qua significatur herba, alio nomine pulegium, apud *Apul. Herb. 93.*, ubi alii leg. *arsenachanthon*.

LEUCARGILLOS, *Graeca positione*, i, f. Vox Graeca, λευκάργιλλος, qua significatur genus cretae albae in agro Megarico: a λευκὸς; albus, et ἄργιλλος; argilla. *Plin. 17. 4. 1.*

LEUCASPIS, ĭdis, f. Adiect. Graecum, λευκάσπις, quo significatur albis scutis armata: a λευκὸς; albus, et ἀσπὶς; scutum. *Liv. 44. 41.* Secundam legionem L. Albinus ducere adversus leucaspidem phalangem iussus.

LEUCĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, λευκὴ; alba, proprie adiectiva, absolute autem adhibita de herba, quae est Mercuriali similis, per medium folium candida linea transcurrente: unde ei nomen. Λευκὸς enim albus est. *Plin. 27. 77. 1.* — 2) *Leuce* dicta est etiam populus alba. In fabulis est Oceani filia, a Plutone adamata, et ad Inferos ducta: post mortem in albam populum ab eodem versa, et in Elysiis campis collocata: ex qua postea Hercules se, revertens ab Inferis, coronavit. *Serv.* ad *Virg. 7. Ecl. 61.* — 3) Item raphani silvestris genus. *Plin. 19. 26. 3.* — 4) Item species vitiliginis albidae serpentis, quam *Cels. 3. 28. n. 19.* describit. *Id. ibid.* Leuce, quem occupavit, non facile dimittit.

LEUCĒŌRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λευκήορον, qua significatur herba eadem, ac leontopodion. *Plin. 26. 34. 1.* Adde *Apul. Herb. 7.*

LEUCŎCHRŸSOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λευκόχρυσος, qua significatur gemma in crystalli morem albicans. *Plin. 37. 62. 1.* — 2) Item alia ex chrysolithorum genere, aureo colore candori mixto: a λευκὸς; albus, et χρυσὸς; aurum. *Id. 37. 44. 1.*

LEUCŎCŎMOS, *Graeca positione*, et *Latina* Leucocomus, a, um. Adiect. Graecum λευκόκομος, quo significatur, is, qui album habet comam, a λευκὸς; albus, et κόμη; coma. — Specialim cognomen est mali Punici, cuius frondes albescunt. *Plin. 13. 34. 1.* Samia et Aegyptia *(mala)* distinguuntur erythrocomis et leucocomis.

LEUCŎCŌUM, i, n. Vox Graeca, λευκοκῶον, qua significatur Coum vinum album: a λευκὸς; albus. *Plin. 14. 10. 1.*

LEUCŎCRŌTĂ. V. LEUCROCOTTA.

LEUCŎGAEA, ae, f. Vox Graeca, proprie adiectiva, λευκογαῖα, qua significatur gemma eadem quae galactitis, quasi terra alba: a λευκὸς; albus, et γαῖα; terra. *Plin. 37. 59. 1.* Cf. voc. seq. et LEUCOGRAPHIA.

LEUCŎGAEUS, a, um. Adiect. Graecum, λευκογαῖος, qui ex terra alba est, a λευκὸς; albus, et γαῖα; terra. — Ita cognominatus est locus quidam Campaniae, hodie *l' Alumera*, inter Neapolim et Puteolos, ubi sulphur praestantissimum effoditur, et cretae genus optimum, quod alicae admixtum candorem simul affert et teneritatem. *Plin. 18. 29. 5.* et *35. 50. 1.* — Ibi etiam Leucogaei fontes, qui firmitatem dentibus, oculis claritatem, et vulneribus sanitatem afferunt. *Plin. 31. 8. 2.*

LEUCŎGRĂPHĬA, ae, f. Vox Graeca, λευκογραφία, qua significatur gemma eadem quae leucogaea. *Plin. 37. 59. 1.* Eandem dicunt leucogaeam et leucographiam appellant et synophiten, tritam lactis succo ac sapore notabilem.

LEUCŎGRĂPHIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λευκόγραφις, qua significatur herba quaedam utilis sanguinem excreantibus. *Plin. 27. 78. 1.*

LEUCŎĬON (et Leucŏion apud *Colum. 10. 97.* V. infra), *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, λευκόϊον, quae violam albam significat: ab ἴον; viola, et λευκὸς; albus. *Plin. 34. 52. 1.* Ex eo candidum colorem sentientem violam, leucoion appellant. *Harduin.* ex MSS. legit *lonchoton*, h. e. chalcanthi, seu atramenti genus ex stalagmia factum, λογχωτόν, quasi lanceolae, aut cuspidi similem: a λόγχη; lancea, cuspis. Sed et *Colum.* hanc vocem habet non semel, ut *9. 4.* In hortensi lira nitent candida lilia, nec his sordidiora leucoia, tum puniceae rosae, etc. Et *10. 97.* Candida leucoia, et flaventia lumina calthae; *candida* quod dicit, appositum perpetuum esse videtur, ut *humida vina* apud *Virg. 3. G. 564.*, trisyllabum vero facit *leucoia*. V. ACNOCONIUM, ubi locus *Plin. 19. 30. 3.* huc potius referendus.

LEUCON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λευκὸν; album, proprie adiectiva, qua absolute adhibita significatur genus quoddam ardealarum, a candore pennarum dictum. *Plin. 10. 79. 6.*

LEUCŎNĬCUM. V. voc. seq. §. 2.

LEUCŎNĬCUS (et Leuconius), a, um. Adiect. a *Leucones*, quod est nomen populi Gallici, de quo V. in ONOM. — Hinc *leuconica* cognominata est lana quaedam, seu tomentum, quo culcitae farciuntur; *lana de materasso. Martial. 11. 86.* Leuconicis, agedum, tument tibi culcita lanis. *Id. 14. 159.* Leuconicae segae. *Alii utroque loco* Lingonicis *leg.*, quod nomen est populi pariter in Gallia Leuconibus proximi. Utcumque legas, veri est simile, cum dicat *Plin. 8. 73. 3.* tomenta Gallicis nominibus discerni. V. LINGONICUS. — 2) Absolute, substantivorum more,

LEUCONICUM, i, n. Est ipsa lana, seu tomentum. *Martial. 11. 21.* Culcita leuconico quam viduata suo. *Al. eodem sensu* leuconio *leg.*

LEUCŎNĬUS, a, um. V. voc. praeced. §. 2.

LEUCŎNŎTUS, i, m. Vox Graeca, λευκόνοτος, qua significatur ventus Africae occidentalis, inter Notum et Favonium spirans; *Ponente Garbino:* a λευκὸς; albus, et Νότος; Notus: de quo *Horat. 1. Od. 7. 15.* Albus ut obscuro deterget nubila caelo Saepe Notus. *Auson. Technopaegn. de Deis, 12.* Velivolique maris constrator Leuconotus Libs.

LEUCŎPĔTĂLOS, *Graeca positione*, i, comm. gen. Vox Graeca, proprie adiect. λευκοπέταλος, ον, qua absolute adhibita significatur gemma quaedam, quae candorem nivis ex auro distinguit; a λευκὸς; candidus, et πέταλον; lamina, bractea. *Plin. 37. 62. 1.* V. LEUCOPOECILOS.

LEUCŎPHAEĀTUS, a, um. Adiect. a *leucophaeus*, participiorum more effictum, leucophaeo colore indutus. *Martial. 1. 97.* Amator ille tristium lacernarum, Et baeticatus, atque leucophaeatus.

LEUCŎPHAEUS, a, um. Adiect. Graecum, λευκόφαιος; color cinericius, seu ex albo et fusco mixtus; *fosco, quasi nero, grigio:* a λευκὸς; albus et φαιὸς; fuscus. *Plin. 32. 38. 2.* Iecur rubetae, vel cor adalligatur in panno leucophaeo, et quartanis prodest. *Id. 24. 67. 2.* Leucophaea acacia. *Vitruv. 8. 3. a med.* Fontes et flumina sunt, quorum potu pecora, quamvis alba sint, aliis locis procreant vellera leucophaea, aliis locis pulla, aliis coraciino colore.

LEUCŎPHŎRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λευκοφόρον, qua significatur glutinum, quo aurum ligno inducitur. Fit ex sinopidis Ponticae selibra, salis lucidi libris decem, et melini Graeciensis libris duabus, mixtis, et per dies duodecim una tritis. *Plin. 35. 17. 1.* et *33. 20. 1.*

LEUCOPHTHALMOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λευκόφθαλμος, qua significatur gemma, quae candidam nigramque oculi speciem continet, alias rutila. *Plin. 37. 62. 1.* Itali vocant *occhio-di-gatta*.

LEUCŎPHŸCĂ. V. voc. seq.

LEUCŌPIS, ĭdis, f. Vox Graeca λευκῶπις, qua significatur is, qui est albus aspectu: a λευκὸς; candidus, et ὤψ; facies. Speciatim hoc nomine absolute est herba eadem ac artemisia apud *Apul. Herb. 10. Alii leg.* lycophryx, *alii* leucophyca.

LEUCŎPOECĬLOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λευκοποίκιλος, qua significatur gemma, quae candorem lineis ex auro distinguit: a λευκὸς; albus, et ποικίλος; varius. *Plin. 37. 62. 1., ubi al. leg.* leucopetalos. V. hanc voc.

LEUCŎPORPHŸRUS, a, um. Adiect. Graecum, λευκοπόρφυρος: h. e. candidus et purpureus; qui colore est albo et purpureo. Affert *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 157.* ex *charta* apud *Mabil. Diplom. p. 462.* Vela tramoserica leucoporphyra II.

LEUCŎRHŎDĪNUS, a, um. Adiect. Graecum, quod tamen in Lexicis Graecis non reperitur, a λευκόρροδον; h. e. alba rosa, qui colore est albo et roseo. Legitur in *Charta* apud *Mabil. Diplom. p. 462.*, teste *Quicherat*, loc. cit. in voc. praeced. Vela tramoserica leucorhodina II.

LEUCOS, *Graeca positione*, ē, on. Adiectivum Graecum, λευκός, ή, όν; albus, candidus, quod Latini Scriptores civitate Romana donarunt, absolute adhibentes, ut vidimus sub v. LEUCE et LEUCON. — Ex eo plura vocabula sunt composita, quorum aliquot item civitate Romana donata sunt, quae hic habes litterarum ordine distributa.

LEUCOSTICTOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λευκόστικτος, qua significatur qui albis est punctis, seu maculis distinctus: a λευκὸς; albus, et στικτὸς; notis compunctus, quod a στίζω; pungo. *Plin. 36. 11. 5.* Rubet porphyrites in eadem Aegypto: ex eo candidis intervenientibus punctis leucostictos vocatur; quantislibet molibus caedendis sufficiunt lapicidinae. *Alii parperam* leptopsephos *leg.* V. hanc voc. — Recentiores Itali *porfido* appellant. V. *Corsi, Pietre antiche*.

LEUCOZŌMUS, a, um. Adiect. Graecum, λευκόζωμος, quo significa-

Digitized by Google

tur, qui albo iure est conditus, ut Pullus leucozomus, apud *Apic. 6. 9. extr.* a λευκὸς; albus, et ζωμός; ius esculentum.

LEUCRĬON, *Graeca positione*, ii, n. Est herba eadem quae cynoglossa. *Apul. Herb. 97.*, ubi tamen alii *leucrion* rectius leg.; quae lectio etiam probatur ex eo, quod in Lexicis Graecis λεύκριον non legitur.

LEUCRŎCOTTĂ. V. LEOCROCOTTA.

* LEUDUS, i, m. Vox efficta a Teutonica *lied;* cantus, cantio; *cantilena*. *Venant. 7. Carm. 8. 69.* Nos tibi versiculos; dent barbara carmina leudos. V. alium eiusdem *Venant.* loc. in BOMBICO.

LĔVENNA, ae, m. Vox composita a *levis* et *annus;* qui est levis, vel levium annorum. *Laber.* in *Saturnal.* apud *Gell. 16. 7.* Homo levenna. Id, ut nimis licenter dictum, improbat *Gell. loc. cit.*

LĔVES *pro* Levis: V. LEVIS §. b.

LEUGĂ. V. LEUCA.

LĔVĬĂNĬMUS, a, um. Adiect. a *levis* et *animus:* vox eadem ratione composita, qua est flexanimus; qui animum allevat. Legitur apud *Mar. Victorin. 1. p. 2468. Putsch.* V. BIDUANCULUS.

LĔVĬĂTHAN, indecl. Vox Hebraica לִוְיָתָן *(Liviatàn)*, qua proprie videtur significari animal flexum, in spiras convolutum, quale est serpens, isque maior, speciatim vero crocodilus, et universim quaevis bellua magna aquatilis; symbolice vero draco infernalis, diabolus; sive serpens antiquus. V. *Bochart, Hieroz. P. II. l. 5. c. 16-18.*, coll. *Nickes, de Estherae libr. T. 2. p. 95.*, ubi hanc vocem compositam docet a *Levia* et *Than*, ut *Serpens Than*, sive *Dionysi*, significet. Graece apud *LXX. Interpr.* λευϊαθὰν, ex qua patet syllabarum quantitas. Pluries legitur in textu SS. Bibliorum Hebraico, sed *Vulg. Interpr.* noster tribus vel quatuor locis tantum vocem Hebraicam retinuit, nempe *Iob, 3. 8.* Qui parati sunt suscitare Leviathan. Et *40. 20.* An extrahere poteris Leviathan hamo? Et *Isai. 27. 1.*, de quibus cf. etiam *Wetstenium* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — *Isid. 8. Orig. 11. 27. Behemoth . . . Ipse est et Leviathan;* id est serpens de aquis, quia in huius saeculi mari volubili versatur astutia. Adde *ibid. n. 28.*

* LĔVĬCŎMIS, tribuitur *Fulgent. 1. Mythol. 1. ad fin.* Levicomes lateris refugo, etc. *Sed legendum* laevi comes lateri.

LĔVĬCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *levis;* aliquantum levis; *leggeretto.* — Translate. *Gell. 13. 30. ad fin.* Quid significet prandium caninum, rem leviculam diu et anxie quaesivimus. — **2)** Refertur etiam ad animum. *Cic. 5. Tusc. 36.* Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae, insusurrantisque alteri: Hic est ille Demosthenes. Quid hoc levius?

LĔVĬDENSIS, se. Adiect. a *levis*, et *densus;* qui est ex tela leviter densata, cui *pavitensis* opponitur. *Isid. 19. Orig. 22.* Levidensis vestis dicta, quod raro filo sit, leviterque densata. Pavitensis contraria levidensi, dicta, quod graviter pressa atque calcata sit. — **2)** Translate. *Cic. 9. Fam. 12.* Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera; h. e. munus vile et minimi pretii; *scil.* orationem parum elaboratam atque expolitam.

LĔVĬFĂCĬO, ăcis, ēci, ăcĕre. Verbum transitiv. a *levis* et *facio;* nihili facio. *Gloss. Philox.* Levifecit; ἐξουθένησεν.

LĔVĬFĪDUS, a, um. Adverb. a *levis* et *fides;* qui habet levem fidem, cui secretum non possis tuto committere, qui facile fidem violat; *che non ha ferma fede*. *Plaut. Pers. 2. 2. 61.* Omnes sunt lenae levifidae.

LĔVĬGĀTĬO et Laevigatio, ōnis, f. Verbale a *levigo;* actus levigandi et poliendi; *levigazione, lisciamento*. *Vitruv. 7. 1.* Levigationibus et polituris cum fuerint perfecta. Adde *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 37.* — **2)** Translate. *Cael. Aurel. 2. Acut. 10. 68.* Propria autem sunt quae in propriam passionem venturi patiuntur, ut est genarum rubor plurimus sine febrium levigatione; h. e. remissione. — **3)** De litteris non aspiratis usurpavit *Diomed. 2. p. 450. Putsch.* Apud nos h vocali addita vel detracta demonstrat; id est scripta adspirationem, non scripta levigationem significat.

LĔVĬGĀTUS et Laevigatus, a, um. Particip. verbi *levigo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *levigatior* §. 1. — Proprie est politus, complanatus; *polito, lisciato*. *Plin. 31. 31. 1* Levigatae commissurae. *Macrob. 1. Saturn. 12. a med.* Oleum levigatius et spissius est. — **2)** Item in pulverem redactus, comminutus, maceratus; *ridotto in polvere, macerato*. *Colum. 6. 17.* Semina trifolii collecta et levigata, cum vino dantur potanda. *Id. 9. 13.* Omnia eadem in unum levigata, et fictili vase cum Amineo vino infervefacta. *Id. 7. 5. circa med.* Galla cum austero vino levigata. — **3)** Translate. *Primas. Comment. in Apocal. praef.* Moyses . . . utilitatem mox praedictam invenit, cum regendi populi communicata per multos onera portarentur, specialiter levigatus; *alleggerito*.

LĔVĬGO et Laevigo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lēvis*. — Particip. *levigans* §. 4., *levigandus* §. 1, *levigatus*, V. suo loco. — Proprie est lēvem facio, complano, polio, scabritiem et asperitatem aufero; *lisciare, pulire*. *Varr. 3. RR. 11.* et *Colum. 9. 7.* Parietes tectorio levigantur, ne feles introire ad nocendum possit. *Plin. 36. 9. 2.* Aethiopica arena nulla scabritie secat marmora: Indica non aeque levigat. *Id. 17. 24. 1.* Levigatur falce truncus. *Id. 20. 10. 1.* Ad levigandam cutem in facie. *Pallad. de insit. 81.* Spiniferas prunos armataque robora sentes Levigat. — **2)** Item comminuo, contundo; *polverizzare:* ita ut tactu mollissima res sit. *Colum. 12. 41. ad fin.* Quae in colo subsiderunt, diligenter contrita levigantur. V. LEVIGATUS §. 2. — **3)** *Levigare alvum* est ciere, quod fit intestinorum rugis veluti complanatis. *Gell. 4. 11.* Aristoxenus nullo saepius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quoniam is cibus et subduceret sensim alvum, et levigaret. — **4)** Translate. *Rufin. 1. Apolog. 3.* Neque, ut ait, verberanti dexteram maxillam offert alteram; sed palpanti et leviganti maxillam, morsum improvisi dentis infigit. — **5)** Apud *Hilar. Vit. S. Honor. 4.* Levigare omnibus iugum Christi; h. e. planum reddere. — Posset tamen quis ex hoc etiam verbum *lĕvigo* a *lĕvis* ducere, ut sit levius iugum Christi reddere: et reapse in hunc sensum affert *Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 138.* locum *Gregorii M.*, sed haec auctoritas in nostro *Lexico* non admittitur.

II. LĔVĬGO, as. V. voc. praeced. §. 8.

LĔVĬPES, ĕdis, comm. gen. Adiect. a *levis* et *pes;* celer et pedibus levis; *che ha i piedi veloci*. *Varr. 3. RR. 12. ad fin.* Dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset. *Cic. Arat. 120.* subterque pedes, quos diximus ante, Orioni' iacet levipes Lepus.

LĔVIR, ĭri, m. Nomen a Graeca voce δᾶκρ factum, *d* in *l* mutando, ut ex δάκρυμα lacryma, digamma Aeolicum vocalibus interserendo, et *α* in *e* convertendo: neque audiendus *Nonius*, a quo quasi *laevus vir* dictus creditur: unde et *laevir* quidam scripsere. — Haec *Furlanetto*, qui tamen postea in *Append.* ad v. LEPOS, quam V., aliter de hac vocis notatione sensisse videtur. — Est autem *levir* uxoris meae frater; *cognato*, secundum *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.*, vel frater mariti mei, secundum *Non. 19. 5.* Posterior haec interpretatio est etiam ICtorum. *Modestin. Dig. 38. 10. 4. a med.* Viri frater levir est, apud Graecos δᾶκρ appellatus, ut est apud Homerum relatum: sic enim Helena ad Hectorem dicit: Δᾶκρ ἐμεῖο κυνὸς κεκορυθμένου ἐκρεόωσης.

LĔVIS, ve. Adiect. parum certae originis, quod tamen vellent Etymologi esse a λειὰς; cortex. — **b)** Scribitur et *lebis* solita litterarum *b* et *v* permutatione. *Inscr.* apud *Momms. 5090.* Sit mihi terra lębis. Adde *aliam* in *Atti dell'Accad. Rom. di Archeol. T. 21. p 365.* — In *alia* autem apud *Gori, p. 458. n. 57.* Sit tibi terra leves; *leves* est pro *levis* recto casu. — **c)** In antiquis MSS. et editis libris *lenis* et *levis* aliquando confusa inter se fuisse, diximus sub v. LENIS §. b. Cf. etiam *Interpr.* ad *Quintil. 10. 1. 52.* — **d)** Comparat. *levior* §. 1. et seqq., superlat. *levissimus* §. 4. et *14.* — **e)** Derivata, *levabilis, levamen, levamentarius, levamentum, levana, levate, levatio, levator, leviculus, levitas, leviter, leviusculus, levo*. Cf. LIGO, onis, §. a. — **f)** Composita, *ablevo, alievio, allevo, circumlevo, elevo, levenna, levianimus, levidensis, levifacio, levifidus, levipes, levisomnus, perlevis, perleviter, prolevo, relevo, sublevo, verbilevis*.

LEVIS proprie est qui pondere caret, vel, licet pondus habeat, facilis est portatu, et facilius sursum fertur, quam deorsum: cui opponitur *gravis; leggero, lieve, senza peso*. *Plaut. Men. 3. 2. 23.* Levior, quam pluma. *Virg. 1. G. 289.* Leves stipulae. Et 2. *ibid. 449.* tiliae. Et *5. Aen. 538.* pharetrae. *Lucret. 5. 460.* Primus se sustulit aether Ignifer, et multos secum levis abstulit ignes. *Id. 5. 197.* Levis aura. Adde 2. *226.* — **2)** Dicitur etiam de eo, qui pondere liber est. *Plaut. Capt. 5. 4. 22.* compedibus quaeso ut tibi sit levior filius, Atque hic gravior servus. — **3)** Hinc *levis miles* est, qui paucioribus et levioribus armis utitur; *armato alla leggera:* γυμνὸς, ἥτος, ψιλὸς στρατιώτης, cuiusmodi erant apud Romanos, qui hastam tantum et gaesa gerebant, ut *Liv. 8. 8.* docet: cum alii scuta, pila, aliaque haberent. Hi dicuntur etiam *levis armaturae milites*, item *levis armatura*. V. ARMATURA §. 2. — **4)** De cibis, qui parvi alimenti sunt, et facile coquuntur in stomacho, et ventrem facile exonerant. *Cels. 1. 18.* Quae in aqua degunt, leviorem cibum praestant. Inter domesticas quadrupedes levissima suilla est, gravissima bubula. *Horat. 1. Od. 31. 15.* me pascunt olivae, Me cichorea, levesque malvae. Hinc *Id. Epod. 2. 57.* et gravi Malvae salubres corpori. — **5)** Speciatim *leviora loca* apud *Varr. 1. RR. 4.* et *6.* sunt salubriora, et opponuntur gravioribus. — **6)** Mustum leve; *di poca forza e durata*, apud *Pallad. 11. 14.* — **7)** *Levis terra* pingui contraria; *magra*. *Virg. 2. G. 92.* — **8)** *Levem terram* precabantur sepultis. *Tibull. 2. 4. 30.* Terraque securae sit super ossa levis. — Hinc illae notae in *Inscriptionibus* sepulcr. S. T. T. L.; h. e. Sit Tibi Terra Levis, ut apud *Grut. 382. 2.* Adde *alias* allatas supra §. b. — Contra *Tertull. Testim. anim. 4.* Terram gravem imprecaris, et cineri penes inferos tormentum. — **9)** *Levis aura* in re nautica interdum est secundus flatus ventorum. *Sil. 15. 162.* levis inde secunda Aspirans aura propellit carbasa flatus. — **10)** Universim, translate est

Digitized by Google

exiguus, parvus; *leggero, piccolo, tenue*. *Virg. 1. Ecl. 56.* Saepe levi somnos suadebit inire susurro. *Caes. 7. B. G. 36.* Leve proelium. *Id. 3. B. C. 53. a med.* Mea in vos merita sunt adhuc et mea voluntate et vestra exspectatione leviora. *Ter. Hecyr. 3. 1. 50.* Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt! *Cic. 1. Fin. 12.* Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis solet esse. *Caes. 3. B. C. 26.* Levius periculum. *Plaut. Capt. 2. 1. 2.* Levior labor. *Val. Flacc. 3. 257.* leve lumen. Et *ibid. 627.* pretium. *Sil. 10. 593.* levior numerus; *minore*. *Ovid. 2. Trist. 339.* Ad leve rursus opus, juvenilia carmina, veni. — Cum genitivo, Graeca ratione. *Sil. 2. 103.* opum levior, venatu extendere vitam Abnuit, atque arctae res exegere per aequor; *scarso di fortuna*. Et *3. 365.* Haud levior famae Synhalus; *di non minore concetto*. *Al. leg.* fama. — Similiter legit *Heins.* illud *Stat. 7. Theb. 84.* Vidit pater altus, et irae lam levior; *h. e.* ira iam remissa. *Alii* ira. — **11)** Item tenuis, vanus, parvi momenti aut fidei. *Cic. Rosc. Com. 2.* Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud iudices grave et sanctum esse iudicetur? *Caes. 7. B. C. 42.* Levem auditionem habere pro re comperta. Et *ibid. 4. in fin.* Leviore de causa. — **12)** Deinde

II. *Levis* est etiam agilis, celer, velox; *agile, snello, veloce:* quia quae pondere carent, cito feruntur. *Nep. Iphicr. 1.* Peltam pro parma fecit, ut ad motus concursusque essent leviores. *Phaedr. 1. 12. de cervo.* Per campos coepit currere, et cursu levi Canes elusit. *Sil. 7. 643.* levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo. *Al. leg.* brevibus. *Virg. 12. Aen. 489.* Messapus cursu levis. *Id. 4. G. 55.* Leves apes. Et *ibid. 314.* Parthi. Et *1. Ecl. 60.* cervi. *Val. Flacc. 1. 389.* Et levis Elis equis. Sic *Id. 6. 240.* Levis equus. — *Vulg. Interpr. Iob, 24. 18.* Levis est super faciem aquae; *h. e.* tam levi pede illabitur, ut supra aquae superficiem incedere videatur. — Cum infinito. *Sil. 16. 488.* Omnes ire leves, atque omnes vincere digni. Adde *10. 605.* — **13)** Item placidus, lenis, gratus; sicut *gravis* ingratus. *Sallust. fragm.* apud *Philarg.* ad *4. G. 49.* Amomum et alii leves odores gignuntur. *Horat. Epod. 2. 27.* Pontesque lymphis obstrepunt manantibus, Somnos quod invitet leves. — **14)** Item facilis. *Liv. 3. 23. ad fin.* Tandem eo, quod levissimum videbatur, decursum est, ut etc. — **15)** Item mitis, non asper. *Cic. 1. Tusc. 40.* Relinquamus igitur has ineptias: quod enim levius huic levitati nomen est, imponam? *Id. 4. Acad. 32.* Levior reprehensio. — **16)** *Levis homo* est comis, facilis. *Plaut. Trin. 3. 2. 58.* Nunquam alienis gravis erit, qui suis se concinnat levem. — Huc spectare videtur illud *Martial. 4. 29.* Saepius in libro memoratur Persius uno. Quam levis in tota Marsus Amazonide; *h. e.* lepidus, facetus, non ineptus et vanus, ut quidam vellent. — **17)** Item saepius, inconstans animo et fide mobilis, vilis, nullo honore dignus. V. LĔVITAS §. 4. et 5. *Plaut. Men. 3. 2. 25.* Quid ais, homo levior, quam pluma, pessime et nequissime? *Liv. 3. 15. extr.* Auctorem levem, nec satis fidum super tanta re patres rati. *Cic. Amic. 17.* Quidam saepe in parva pecunia cognoscuntur, quam sint leves: quidam, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. Et *ibid. 26. in fin.* Leves amicitiae; *h. e.* levium hominum. *Ovid. 12. Met. 53.* veniunt leve vulgus euntque. *Id. 1. Art. am. 159.* Parva leves capiunt animos. *Ter. Hecyr. 3. 1. 32.* Mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia. *Caes. 6. B. G. 28. extr.* Quid levius, aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium? — **18)** Item vaniloquus, mendax. *Tibull. 1. 7. 61.* Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, poenas: Si tamen admittis, sit precor illa levis. — **19)** Absolute, substantivorum more,

LEVE, is, n. Est res levigata. *Pers. 1. 64.* ut per leve severos Effundat iunctura ungues. *Horat. 2. Sat. 7. 87.* Externi ne quid valeat per leve morari. *Varr. 3. RR. 7.* Levissimum marmoratum.

LĔVĪSOMNUS, a, um. Adiect. a *levis* et *somnus;* qui levi somno est; *che ha sonno sottile*. *Lucret. 5. 863.* Et levisomna canum fido cum pectore corda: Graece ἐυπαλαίου ὕπνου.

LĔVISTĪCUM. V. LIBISTICUM.

LĔVĪTĂ, ae, m. V. LEVITES.

LĔVĪTAS, ātis, f. Abstractum a *levis;* qualitas gravitati contraria, privatio ponderis; *leggerezza*. *Caes. 3. B. G. 54.* Levitas armorum. *Lucret. 3. 387.* plumas avium, papposque volantes, Qui nimia levitate cadunt plerumque gravatim. *Plin. 13. 42. 1. de ferula arbore.* Nulli fruticum levitas maior. — **2)** Item agilitas, velocitas; *agilità*. *Lucret. 4. 203.* ubi tam volucri haec levitate feruntur. Adde *ibid. 746.* — **3)** Item mobilitas. *Ovid. 2. Fast. 675.* Termine, post illud levitas tibi libera non est: Qua positus fueris in statione, mane. — **4)** Transfertur ad animum, et significat mobilitatem atque inconstantiam, qua quis levi quacumque de causa quippiam aut suscipit, aut omittit; *leggerezza, incostanza*. *Cic. 7. Phil. 3.* Quid est inconstantia, mobilitate, levitate, cum singulis hominibus, tum vero universo senatui, turpius? *Caes. 2. B. G. 1.* Mobilitate et levitate animi novis imperiis studebant. *Phaedr. 4. prol.* non levitas mihi, Sed certa ratio causam scribendi dedit. Et *7. 3.* Facile ad derisum stulta levitas ducitur. *Cic. 1. Fin. 18. ad fin.* Amatoriis levitatibus dediti. *Ovid. 3. Trist. 8. 18. de Fortuna.* Et tantum constans in levitate sua est. *Quintil. 10. 3. 17.* Manet in rebus temere congestis levitas. — **5)** Item nequitia, vilitas, ut docet *Gell. 7. 11.;* *h. e.* vilis abiectique hominis, nulli rei, neque frugi bonae, nulloque honore digni conditio; *viltà, dappocaggine*. *Cic. 2. Phil. 31.* At videte levitatem. Cum hora diei decima etc. *Id. 1. Offic. 26.* Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est. Adde *Isid. 18. Orig. 42. 2.*, coll. *Hildebr.* ad *Apul. 3. Met. 11.* — **6)** Item vanitas; *insussistenza, vanità*. *Cic. 2. Nat. D. 17.* Cuius opinionis levitas, confutata a Cotta, non desiderat orationem meam.

II. LĒVĪTAS et Laevitas, ātis, f. Abstractum a *lēvis;* aequalitas, laevor: cui contraria est asperitas, scabrities; *liscio, superficie piana, liscia, nitida, pulitezza*. *Cic. Univ. 14.* Speculorum levitas. *Id. ibid. 6.* Omni autem totam figuram mundi levitate circumdedit Deus. *Id. 3. Orat. 23. a med.* In ipso tactu est modus mollitudinis et levitatis. *Plin. 2. 3. 2.* Mundi corpus levitate continua lubricum. Adde *ibid. 46. 2.* — **2)** *Levitas intestinorum* est, cum eorum rugae aperiuntur, extenduntur, et veluti complanantur; quo fit, ut continere nihil possint, et quidquid assumptum est, inconfectum protinus reddant; *lubricheza*. *Cels. 4. 16.* et *2. 8. a med.* — **3)** Translate, in oratione est aequabilitas. *Quintil. 10. 1. ante med. de Hesiodo.* Levitas verborum et compositionis probabilis; ἐυρυθμίαν λεξέως. — Sic *Fortunatian. Rhet. 3. 8.* Ne sine ratione sint posita eorum, quae grammaticorum in arte tradantur, aut sine auctoritate, aut sine levitate. Ἄσαν λειότητος; nam verba sono lēvia duris opponuntur. Cf. LEVIGATIO §. 3.

Nota. Discrimen inter *facilem* et *levem* dedimus supra sub v. FACILIS in *Nota* §. 1.

LĒVIS, ve. Adiect., quod a Graeca voce λεῖος eiusdem significationis deducitur. — **b)** Unde et alia forma esset *lēus*, apud *Plin. 20. 53. 1.* « Altera *(Brassicae species)* leu, latis foliis e caule exeuntibus. » Lectio tamen minus certa habetur, nam *Cato*, in loco a *Plinio* excitato, *RR. 157.* « Brassica, levis quae nominatur, ea est grandis, latis foliis, caule magno. » Praeterea *Sillig.* ad *Plin. loc. cit.* legit *lelia* loco *lea*. — Neque omittendum est, ipsum *Furlanetto* in *Additis* ad v. LEUS suspicatum fuisse apud *Plinium* fortasse legendum esse *lia* vel *leia* quemadmodum *liostrea* vel *leiostrea;* nempe ex soluta diphthongo in λεῖος. — **c)** Ad scriptionem quod attinet, sunt quibus placet per diphthongum scribi, ad differentiam τοῦ *levis*, quia saepe fit, ut amphibologia suboriatur, si aliter fiat: contra stant Critici fere omnes cum *Dausquio*, et probatior consuetudo, tum Etymologi, qui a λεῖος ducunt: Graeca autem diphthongus ει in e simplex Latine verti solet. — **d)** Comparat. *levior* §. 1. et 7. — Superlat. *levissimus* §. 1. et 8. — **e)** Derivata, *lēvamentum, levigatio, levigo, lēvitas, levitudo, lēvo, lēvor*. — **f)** Composita, *allēvo, circumlevigo, collēvo, dalēvo, illevigatus*.

LEVIS proprie est planus, complanatus, non scaber, non asper, politus; *spianato, liscio, pulito*. *Cic. 1. Nat. D. 24.* Corpuscula quaedam levia, alia aspera, rotunda alia. *Id. Partit. 10.* Loci plani, an montuosi; leves, an asperi; opaci, an aprici. *Id. Univ. 6. a med.* Deus levem mundum fecit, et undique aequabilem. *Ovid. 15. Met. 792.* Levior assiduo detritis aequore conchis. *Id. 12. ibid. 409.* coma pectine levis. Et *4. ibid. 221.* levia stamina. *Martial. 14. 136.* pallia: *h. e.* panno non villoso. *Virg. 5. Aen. 91.* pocula. *Id. 7. Ecl. 31.* Leve marmor. *Id. 8. Aen. 624.* Leves ocreae. Et *7. ibid. 626.* clypei. Et *8. ibid. 259.* levibus hamis confecta lorica. *Id. 4. G. 48.* Apum cubilia levi limo ungere. *Cato, RR. 157.* Levis brassica; *h. e.* quae extenta folia habet: cui opponitur crispa. *Lucret. 4. 660.* levissima corpora. — **2)** Item nitidus, candidus. *Virg. 11. Aen. 68.* levi patens in pectore vulnus. Et *7. ibid. 815.* leves humeri. *Id. 6. Ecl. 51.* levis frons. *Ovid. 10. Met. 698.* levia colla. — **3)** Item lubricus. *Virg. 5. Aen. 328.* levi sanguine Nisus labitur. — **4)** *Levia* nonnumquam dicuntur, quae bene trita sunt et macerata, et mollia tactu. *Scribon. Compos. 204.* Acetum intritum consumatur ad omnia, quae teri debeant, dum levia habuerint mellis spissitudinem. Et *Compos. 228.* Haec terere oportet, donec levia passi habeant temperamentum. Adde *Compos. 204.* — Huc pertinet illud *Celsi, 2. 8. a med.* Si quod excernitur, leve est, et mali odoris. — **5)** Translate *levis oratio* est delicata, et aequabiliter fluens. *Horat. Art. P. 26.* sectantem levia nervi Deficiant animique *Bentlei. tamen* lenia *legit, et copiose defendit.* — **6)** Deinde

II. *Levis* est etiam imberbis, glaber. *Horat. 2. Od. 11. 5.* fugit retro Levis iuventas et decor. *Tibull. 1. 9. 31.* levia ora. *Iuvenal. 8. 115.* crura. Et *ibid. 55.* canes scabie vetusta leves. *Ovid. 3. Fast. 745.* levis senex; *calvo*. — **7)** Hinc translate, mollis, effeminatus: doctum ab his, qui pilos vellunt, et cutem levigant. *Id. 3. Art. am. 457.* Femina quid faciat, cum vir sit levior ipsa? *Pers. 1. 82.* Trossulus exsultat tibi per subsellia levis. — **8)** Absolute, substantivorum more,

LEVE, is, n. Est res levigata. *Pers. 1. 64.* ut per leve severos Effundat iunctura ungues. *Horat. 2. Sat. 7. 87.* Externi ne quid valeat per leve morari. *Varr. 3. RR. 7.* Levissimum marmoratum.

LĔVĪSOMNUS, a, um. Adiect. a *levis* et *somnus;* qui levi somno est; *che ha sonno sottile*. *Lucret. 5. 863.* Et levisomna canum fido cum pectore corda: Graece ἐυπαλαίου ὕπνου.

LĔVISTĪCUM. V. LIBISTICUM.

LĔVĪTĂ, ae, m. V. LEVITES.

LĔVĪTAS, ātis, f. Abstractum a *levis;* qualitas gravitati contraria, privatio ponderis; *leggerezza*. *Caes. 3. B. G. 54.* Levitas armorum. *Lucret. 3. 387.* plumas avium, papposque volantes, Qui nimia levitate cadunt plerumque gravatim. *Plin. 13. 42. 1. de ferula arbore.* Nulli fruticum levitas maior. — **2)** Item agilitas, velocitas; *agilità*. *Lucret. 4. 203.* ubi tam volucri haec levitate feruntur. Adde *ibid. 746.* — **3)** Item mobilitas. *Ovid. 2. Fast. 675.* Termine, post illud levitas tibi libera non est: Qua positus fueris in statione, mane. — **4)** Transfertur ad animum, et significat mobilitatem atque inconstantiam, qua quis levi quacumque de causa quippiam aut suscipit, aut omittit; *leggerezza, incostanza*. *Cic. 7. Phil. 3.* Quid est inconstantia, mobilitate, levitate, cum singulis hominibus, tum vero universo senatui, turpius? *Caes. 2. B. G. 1.* Mobilitate et levitate animi novis imperiis studebant. *Phaedr. 4. prol.* non levitas mihi, Sed certa ratio causam scribendi dedit. Et *7. 3.* Facile ad derisum stulta levitas ducitur. *Cic. 1. Fin. 18. ad fin.* Amatoriis levitatibus dediti. *Ovid. 3. Trist. 8. 18. de Fortuna.* Et tantum constans in levitate sua est. *Quintil. 10. 3. 17.* Manet in rebus temere congestis levitas. — **5)** Item nequitia, vilitas, ut docet *Gell. 7. 11.;* *h. e.* vilis abiectique hominis, nulli rei, neque frugi bonae, nulloque honore digni conditio; *viltà, dappocaggine*. *Cic. 2. Phil. 31.* At videte levitatem. Cum hora diei decima etc. *Id. 1. Offic. 26.* Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est. Adde *Isid. 18. Orig. 42. 2.*, coll. *Hildebr.* ad *Apul. 3. Met. 11.* — **6)** Item vanitas; *insussistenza, vanità*. *Cic. 2. Nat. D. 17.* Cuius opinionis levitas, confutata a Cotta, non desiderat orationem meam.

II. LĒVĪTAS et Laevitas, ātis, f. Abstractum a *lēvis;* aequalitas, laevor: cui contraria est asperitas, scabrities; *liscio, superficie piana, liscia, nitida, pulitezza*. *Cic. Univ. 14.* Speculorum levitas. *Id. ibid. 6.* Omni autem totam figuram mundi levitate circumdedit Deus. *Id. 3. Orat. 23. a med.* In ipso tactu est modus mollitudinis et levitatis. *Plin. 2. 3. 2.* Mundi corpus levitate continua lubricum. Adde *ibid. 46. 2.* — **2)** *Levitas intestinorum* est, cum eorum rugae aperiuntur, extenduntur, et veluti complanantur; quo fit, ut continere nihil possint, et quidquid assumptum est, inconfectum protinus reddant; *lubricheza*. *Cels. 4. 16.* et *2. 8. a med.* — **3)** Translate, in oratione est aequabilitas. *Quintil. 10. 1. ante med. de Hesiodo.* Levitas verborum et compositionis probabilis; ἐυρυθμίαν λεξέως. — Sic *Fortunatian. Rhet. 3. 8.* Ne sine ratione sint posita eorum, quae grammaticorum in arte tradantur, aut sine auctoritate, aut sine levitate. Ἄσαν λειότητος; nam verba sono lēvia duris opponuntur. Cf. LEVIGATIO §. 3.

Digitized by Google

LĔVĬTER. Adverb. a *levis*. — Comparat. *levius* §. 2. et seqq., superlat. *levissime* §. 3. et 6. — Proprie est sine pondere, exiguo pondere; *leggermente*. *Curt. 4. 13. a med.* et *8. 11.* Thraces leviter armati. V. LĔVIS §. 3. et ARMATURA §. 2. — **B)** Item parum, exigue, modice, tenuiter; *poco, alquanto, leggermente*. *Caes. 2. B. G. 8.* Collis leviter fastigatus. *Al. leg.* leniter. *Flor. 3. 1.* Atqui non leviter se Numidia concussit. *Suet. Claud. 15. extr.* Genam non leviter perstrinxit. *Caes. 3. B. C. 92.* Levius casura pila sperabat, in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrissent; h. e. leviore ictu. *Curt. 4. 10. a med.* Porta castrorum, quae levius custodiebatur; h. e. indiligentius. *Cic. 2. Invent. 51.* Leviter sanctus; *pelle pelle*. *Id. 5. Verr. 76. a med.* Non leniter lucra liguriens. *Id. 1. Divin. 17.* Leviter a summo inflexum bacillum. *Id. 2. Nat. D. 57.* Genae leviter eminentes. *Id. 1. Offic. 24.* Leviter aegrotans. *Id. 5. Orat. 6.* Homines leviter eruditi. *Id. 2. Fin. 11.* Aliquid leviter agnoscere. *Suet. Ner. 41.* Leviter recreata mens. *Id. Grammat. 9.* Studia non leviter attigerat. *Quintil. 7. 3. a med.* Quae libro quinto leviter in transitu attigeram. — **3)** *Leviter ferre* est facile, et aequo animo ferre. *Cic. Prov. cons. 20.* Sed levissime feram, si forte iis minus probaro, etc. *Id. 4. Fam. 3. circa med.* Quod a tuis abes, id eo levius ferendum est, quod etc. — **4)** *Levius*, minus; *meno*. *Horat. 2. Sat. 7. 48.* quanto constantior idem in vitiis, tanto levius miser. *Ovid. 1. Pont. 9. 30.* Levius dolere. — **5)** Urbane, et per figuram *μείωσιν*. *Plaut. Poen. 5. 5. 9.* Quamquam bene volumus leviter leuonibus; h. e. odio habemus. Et *5. 3. 55.* Ego faxo hospitium hoc leviter laudabitis; h. e. vituperabitis, abominabimini. — **6)** *Ut levissime dicam*, formula, cum mitiore vocabulo utimur, quam rei atrocitas postulat; *per dir meno che sia possibile*. *Cic. 3. Catil. 7. sub fin.* Si Catilina in urbe remansisset, ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset.

* LĔVĬTĔRĂ. V. LITTERA §. 8.

LĔVĪTES, *Graeca positione*, ae, et Levita, ae, m. Nomen a *Levi*, qui fuit unus e patriarchis, a quo nomen sumpsit una ex tribubus Israēli, quae cum esset a Domino destinata ad ministerium altaris et tabernaculi, factum est ut *Levitae;* id est posteri Levi, tanquam ministri Dei universim acciperentur, retenta tamen in Veteri Lege priatina notione. *Vulg. Interpr. 2. Esdr. 11. 18.* Omnes Levitae in caritate sancta ducenti octoginta quatuor. Et *ibid. 22.* Episcopus Levitarum in Ierusalem, Azzi. Et *12. 1.* Hi sunt sacerdotes et Levitae. — **2)** Specialim vero in Novo Foedere Levita est sacer ordo ecclesiasticus dignitate sacerdoti proximus, Graeca voce *diaconus* etiam appellatus; *levita, diacono*. *Sidon. 9. ep. 2.* Albiso Antistes, Proculusque Levites. *Arat. Act. Apost. 555.* Levitas vocitare placet, quam splendida coepit etc. *Prudent. 2. περὶ στεφ. 59.* Levita sublimis gradu. Et *5. ibid. 50.* Levita de tribu sacra.

LĔVĪTĬCUS, a, um. Adiect. a *Levitae;* ad Levitas pertinens, ut dictum est in voc. praeced. §. 1. *Vulg. Interpr. Exod. 6. 25.* Princeps familiarum Leviticarum. *Id. Deuter. 17. 9.* Sacerdotes Levitici generis. V. alia in ONOM. — **2)** Hinc *Leviticus liber*, qui et absolute *Leviticus*, est liber Mosis, Pentateuchi tertius, in quo sacra Hebraeorum Hierarchia describitur, sacerdotumque munia et officia. *Sulpic. 1. Hist. 20.* Exin Leviticus liber sequitur, in quo litandi praecepta traduntur, etc. V. integr. loc. Adde *Hieronym., Augustin., aliosque passim.* — **3)** Deinde *Leviticus* est etiam ad diaconum pertinens, ut dictum est pariter in voc. praeced. §. 2. *Auctor Histor. Datian. 16.* Unus eorum, qui diaconorum in praefata Ecclesia fungebatur officio: altior equidem cunctis fere in clero stirpis origine . . . sed longe excellentior apud Deum Leviticis functionibus.

LĔVĪTIS, ĭdis, f. Adiect. Graecorum more effictum a *Levites;* ut *gens Levitis*, ipsi Levitae. *Prudent. Psychom. 502.* gentis Levitidis una Semper fida comes.

LĔVĪTŌNĂRĬUM. V. LEBETON.

LĔVĪTŪDO et Laevitudo, ĭnis, f. Abstractum a *lĕvis*, idem quod levitas, levor. *Lactant. Ira D. 10.* Si quis milium velit in unam congmentationem constringere, levitude granorum in massam coire non sinat.

LĔVĬUSCŬLUS, a, um. Adiect. dominut. a *levis;* aliquantum levis; *leggeretto*. *Plin. 1. ep. 16.* Inserit versus data opera molliusculos leviusculosque, duriusculos quosdam. *Al. melius leg.* mollibus levibusque duriusculos quosdam.

LĔUNCŬLUS (et Leonculus), i, m. Dominut. a *leo;* parvus leo; *leoncino*. *Vulg. Interpr. 3. Esech. 19. 2.* In medio leunculorum enutrivit catulos suos et eduxit unum de leunculis suis et leo factus est, et didicit capere praedam hominemque comedere; ἀλληγορικῶς. Sic et *Nahum, 2. 13.* Et leunculos tuos comedet gladius. *Not. Tir. p. 176.* Leo, leunculus. — **2)** Pro signo sive sculpto, sive fuso. *Vulg. Interpr. 3. Reg. 10. 20.* Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde. *Alii leg.* leoniculi. Adde *1. Par. 28. 17.* et *2. ibid. 9. 19.*

LĔVO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lĕvis*. — **b)** Ex solita litterarum b et v permutatione *leba* pro *leva* imperat. scribitur in *Tessera* apud *Labus* ad *Morcelli, Delle Tessere ecc. Milano, 1827. p. 28.* Victus leba te, ludere nescis, da lusori locum. — **c)** *Levaris* syncop. pro *levaveris*. *Auct. Priap. 58. 11.* Ponetur tibi picta *(mentula)*, quam levaris, Compar, consimilisque, concolorque. — **d)** *Levasso* antique pro *levavero*. *Enn.* apud *Cic. Senect. 1.* O Tite, si quid ego adiuro, curamve levasso, Quae nunc te coquit. — **e)** Particip. *levans* (quod apud *Apul. 8. Met. 27.* a quibusdam confusum est cum *evans*, quod V. *in fin.*) §. *1.* et *17.*, *levandus* §. *5.*, *20.* et *23.*, *levatus*, V. suo loco, *levaturus* §. *17.* — **f)** Derivata et Composita, V. suo loco in LĔVIS.

LEVO proprie est, habita loci ratione, tollo, elevo, in altum fero; *alzare, levare*. *Virg. 4. Aen. 690.* Ter sese attollens cubitoque adnixa levavit. *Val. Flacc. 6. 89.* densique levant vexilla Coralli. *Ovid. 2. Met. 427.* de caespite virgo Se levat. *Id. 4. Fast. 328.* Seque levat saxo, subsequiturque senem. *Id. 1. Trist. 5. 94.* gelida membra levavit humo. *Colum. 9. 12.* Apis se confestim levat sublimius. *Plin. 2. 15. 10.* Ignea vi levantur in sublime. *Id. 36. 24. 18. de aquaeduct.* Ad eam excelsitatem, ut in omnes Urbis montes levarentur. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 39.* nunquamque levantibus alte Intumuit rebus. — Huc spectat etiam *Tessera* allata supra §. b. — **2)** Item erigo, excito. *Cic. 2. Q. Fr. 9.* Illum neque ursi, neque levavi. — **3)** Hinc *levari* passive sensu medio apud Scriptores labentis Latinitatis est ad thronum evehi. *Idat.* in *Chron.* ad a. *324.* Levatus est Constantinus Caesar VI. Idus Novembris. Adde *ibid.* ad a. *303.*, *364.* etc. — *Idem* etiam active usurpavit eodem sensu *ibid.* ad a. *392.* Valentinianus iunior apud Viennam est interfectus et levavit se Eugenius tyrannus. — **4)** Speciatim *levare manum* est iurantis. *Vulg. Interpr. Gen. 14. 22.* Levo manum meam ad Dominum . . . quod . . . non accipiam ex omnibus, quae tua sunt, etc. *Id. Exod. 6. 8.* Terram, super quam levavi manum meam, ut darem eam Abraham, Isaac et Iacob. Adde *Num. 14. 30.* et *2. Esdr. 9. 15.* — **5)** Deinde

II. *Levo* est etiam, ratione habita ponderis, levem facio; *alleggerire, sollevare, scaricare*. *Virg. 9. Ecl. 68.* Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo. *Id. 2. G. 400.* omne levandum Fronde nemus. *Spartian. Caracall. 7.* Cum levandae vesicae gratia ex equo descendisset. *Ovid. 8. Met. 798.* serpentum colla levavit; h. e. curru a draconibus fracto descendit. *Id. 11. ibid. 791.* Levare casus. *Id. 8. ibid. 695.* membra baculis. V. LEVATUS §. 1. — **6)** Speciatim *levari* dicitur femina, quae partu se exonerat. *Ovid. 11. Met. 312.* Dominae gratare; levata est Argois Alcmene, potiturque puerpera voto. — **7)** Item *levare dentes* est purgare. *Martial. 14. 22.* si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest. — **8)** Praeterea, duabus his notionibus simul sumptis,

III. *Levo* est etiam leviorem aliquem reddo, aliquid ab eo auferendo; universim, aufero, adimo; *levar via, togliere*. *Virg. 2. Aen. 146.* Ipse viro primus manicas atque arcta levari Vincla iubet Priamus. *Pallad. 3. 25.* Levare terram ab radicibus. *Id. 7. 3.* corticem scalpro. *Ovid. 8. Met. 647.* furca levat ille bicorni Sordida terga suis, nigro pendentia tigno; *stacca, spicca*. *Ulp. Dig. 50. 15. 4.* levare tributum. — *Apic. 6. n. 215.* Gruem vel anatem lavas, ornas et includis in ollam . . . leves et iterum in caccabum mittis; h. e. eximis de olla et in caccabo plene coquis. — **9)** Et translate. *Quintil. 11. 3. ante med.* Consuetudine difficultas omnis levatur. — **10)** Hoc sensu dicimus, levare paupertatem alicui, ut apud *Plaut. Epid. 4. 1. 20.*, et levare quempiam aere alieno, ut apud *Cic. 6. Att. 2. ante med.* — **11)** Speciatim *levare se vita* est sibi mortem consciscere; *torsi di vita*. *Varr.* apud *Non. 4. 279.* Qui manu corporis fervidos aperis lacus sanguinis, teque vita levas ferreo ense. — **12)** Ex his tribus notionibus pendent reliquae, quibus varie adhibetur, verbi translationes; nam

IV. *Levo* aliquando ponitur pro elevare, detrahere, minuere; *sminuire*. *Plin. 33. 26. 1.* Quoties id factum est, levatur bonitas pro numero, dilutiore sanie. *Tacit. 3. Ann. 59.* Levavitque, apertis horreis, pretia frugum. *Accius* apud *Non. 4. 279.* Cave, lassitudo poplitum cursum levet. *Id. ibid.* Tu laudes illorum levas. *Cic. 5. Verr. 59. in fin.* Levare suspicionem, et a se removere. *Horat. 2. Ep. 2. 40.* Multa fidem promissa levant. *Iustin. 12. 10. extr.* Ut communi facto crimen regis levaretur (Adde *Liv. 4. 17.*). *Caes. 1. B. C. 9.* Levare iniurias. *Turpil.* apud *Non. 4. 279.* Intercapedo amicitias levat. — **13)** Et recreare; *sollevare, dar riposo*. *Ovid. 6. Fast. 328.* Pars iacet, et molli gramine membra levat. *Cic. 5. Fam. 8. circa med.* Levare miseriis perditas civitates. *Id. 6. Att. 2. ante med.* Liberare, aut levare se aere alieno. *Id. 5. Verr. 61.* se infamia. *Id. 3. Q. Fr. 9.* aliquem cura domestica. *Id. 12. Att. 50.* Ut me levarat tuus adventus, sic discessus adfixit. — **14)** Et sedare. *Ovid. Rem. am. 250.* Arida nec sitiens ora levabis aqua. *Id. 4. Trist. 8. 26.* fonte levare sitim. *Id. 16. Heroid. 96.* fronde famem. *Caes. 3. B. C. 48.* inopiam. — **15)** Et levem facere et tolerabilem. *Virg. 8. Aen. 509.* varioque viam sermone levabant. *Ovid. 2. Met. 281.* liceat igne perire tuo, eademque

auctore levare. *Conqueritur Tellus cum Iove*. — **16)** Et auferre, avertere. *Virg. 5. Aen. 56.* Rite secundarent visus, omenque levarent. — **17)** Et curare, medendo relevare. *Plaut. Mil. 4. 6. 57.* Levando morbum mulieri video. *Horat. Epod. 11. 17.* Fomenta vulnus nil malum levantia. *Id. Carm. saecul. 63.* Qui salutari levat arte fessos Corporis artus. *Curt. 5. 6.* Morbi vim levaturus. — **18)** Et infirmare. *Cic. 4. Acad. 22.* Inconstantia levatur auctoritas. — **19)** Et capere, auferre. *Ulp. Dig. 50. 15. 4.* Agri tributum in eam civitatem debet levari, in cuius territorio possidetur. — **20)** Saepe refertur ad animum, et significat lenire, levamen afferre; *sollevare, alleggerire. Cic. 4. Fam. 5.* Haec tibi ad levandas molestias magna esse debent. *Catull. 2. 10.* Et tristes animi levare curas. *Cic. 1. Att. 18.* Qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo. *Quintil. 1. 12. 4.* et *4. 1. 49.* Levare taedium. *Id. 9. 3. 8.* fastidium. — **21)** Et sublevare. *Virg. 2. Aen. 432.* et *Iustin. 5. 2. sub fin.* Auxilio levare aliquem. — **22)** Et liberare. *Liv. 21. 62.* Magna ex parte levaverunt animos religione. *Id. 2. 22.* Levare aliquem metu. *Cic. 2. Tusc. 24. sub fin.* metum alicui. — **23)** Et eruere, eripere. *Id. Amic. 20.* Qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere levandi sunt. — **24)** Et reficere, recreare. *Id. Senect. 11.* Et corpora quidem exercitatione ingravescunt: animi autem exercitando levantur. — **25)** Apud *Vulg. Interpr. Amos, 8. 1. levare planctum super aliquem* est lamentari. — **26)** In illo apud *Eund. Thren. 3. 28.* Sedebit solitarius et tacebit: quia levavit super se; quidam subintelligunt *se*, sed potius cum *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad *h. v.* videtur intelligendum de iugo, sive poena a Deo sibi imposita, quam proinde levavit super se; *h. e.* sibi patienter ferendam sustulit.

Notn. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et ablat. modi vel instrumenti, pro quo aliquando alter accusat. adhibetur cum praepos. *in*, vel ablat. cum praepos. *de*. — Singularis est usus verbi cum genitivo apud *Plaut. Rud. 1. 4. 27.* Ut me omnium iam laborum levas! Simile est illud *Virg. 11. Aen. 126.* Iustitiaene prius mirer, belline laborum: quod Graeci dicunt θαυμάζω τῶν πόνων: tametsi sunt Codices, in quibus *iustitia* et *labore* legitur, et in quibus *iustitiam* et *laborem*, teste *Pierio*. Sic, Pastidit mei, *Plaut. Aul. 2. 2. 67.* et, Uxor, quae non veretur viri, *Afran.* apud *Non. 9. 5.*

LĒVO et Laevo, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lēvis*. — Particip. *lēvatus*, v. suo loco. — Proprie est lēvem facio, complano, polio, levigo; *spianare, lisciare, pulire. Cels. 5. 13.* Levant id, quod exasperatum est, spodium, hebenus, gummi. *Id. 8. 3. sub fin.* Os radere et levare satis est. *Lucret. 5. 1266.* levare et radere ligna. *Stat. 1. Theb. 319.* Pars teretes levare manu ac dispouere mensas; *forbire. Colum. Arbor. 8.* Vitem, quam insiturus es, resecato, plagam levato. *Cic. fragm. orat. in Clod.* (edente *A. Peyronio*) *p. 115.* Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriae, qui effeminare vultum, attenuare vocem, levare corpus potes. — **2)** Translate. *Horat. 2. Ep. 2. 122.* Luxuriantia compescet, nimis aspera sano Levabit cultu; *h. e.* molliet, suaviora reddet.

LĔVŌNES, v. LIGO, onis, §. a.

LĒVOR et Laevor, ōris, m. Abstractum a *lēvis*, idem quod lēvitas, lēvitudo. *Civ. Univ. 15. extr.* Multis modis concors et aptus redditus in levore consedit. *Plin. 13. 24. 1.* Spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, levor. *Id. 50. 45. 4.* Cochleae arefactae tusaeque in farina candoremque et levorem corpori afferunt. *Id. 37. 15. 2.* Adamas laterum sexangulo, levore turbinatus in mucrone. *Lucret. 4. 452.* Asperitas autem voci fit ab asperitate Principiorum, et item levor levore creatur. Adde *Plaut. Truc. 4. 3. 19.*

LĒUS, a, um. v. LĒVIS §. b.

LEUSON, v. ARGIS §. 4.

LEUVĂ. v. LEUCA *in fin.*

LEX, lēgis, f. Verbale a *lĕgo*, ut vult *Varr. 6. LL. 7.*, quia cum ferretur, proponebatur legenda omnibus. Cf. *Isid. 2. Orig. 10. 1.* — *Cic.* vero *1. Leg. 6.* a *legendo*; *h. e.* eligendo ducit. At quis fortasse rectius a λέγειν; dicere, duxerit; hinc dictator, edictum, quae vocabula iubendi et imperandi vim habent. — **b)** *Lece* pro *lege* olim scriptum fuisse, testatur *Mar. Victorin. 1. 4. 29.* Et *lecem* pro *legem* in *Inscr.* apud *Momms. n. 2476.*; ut possit statui, decliuatum a Veteribus *lecs, lecis*. — *Leex* pro *lex* habetur in *alia* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 197. lin. 26.* (Leegei), et *807.* (Leege). — *Lexs* pro *lex, ibid. n. 197. lin. 13.* — **c)** Derivata, *legalis, legaliter, legitime, legitimus, leguleius*. — **d)** Composita, *exlex, extralegalis, illegitime, illegitimus, illex, legicrepa, legifer, legirupa* et *legirupio* et *legirupus, legisdatio, legisdoctor, legislatio, legislator, legisperitus, legumpator, privilegiarius, privilegium*. Cf. SUPPELLEX.

LEX universim dicitur recta ratio rerum agendarum; *legge. Cic. 1. Leg. 15.* Lex est recta ratio imperandi, atque prohibendi: quam qui ignorat, is est iniustus, sive est illa scripta uspiam, sive nusquam. *Quintil. 7. 5. 5.* Omnis lex aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. *Cic. 3. Leg. 1.* Ut magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus: vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. *Plin. Paneg. 65.* Non est princeps supra leges, sed leges supra principem. V. integr. loc. — *Phaedr. 1. 2. init.* Athenae cum florerent aequis legibus; *h. e.* leges, quae in civitate libera aequalitatem inter aequales maxime tuentur. Cf. *Aristot. Polit. 3. 9.* et *13.* — **2)** Speciatim, apud Romanos

II. *Lex* erat, quod populus R. magistratu senatorio interrogante constituebat: quo pacto a *plebiscito* distinguebatur: tametsi et hoc aliquando *lex* dicitur. Ac primis quidem temporibus, regum, vel etiam consulum responsa et decreta pro legibus habebantur: postea vero missis Athenas legatis (decemvirum magistratu ad id constituto), descriptae leges Solonis in XII. Tabulis, et ad rempubl. regendam adhibitae, additis successu temporum quamplurimis aliis, quas, proponente aliquo, populus R. acceptabat. Porro qui legem erat laturus, eam prius domi describebat; deinde promulgabat, hoc est proponebat in publicum per trinundinum; tum populum rogabat per formulam *velitis, iubeatis*, etc. quae si acciperetur, lata et perlata dicebatur; si displiceret, antiquata. Perlata lex in aerea tabula describebatur et publice figebatur, ut ab omnibus de plano perlegi posset. *Cic. 11 Att. 12.* Autonius fixit legem, a dictatore comitiis latam, qua Sicili cives Romani etc. *Id. Dom. 27.* De me retulisti, legem promulgasti, tulisti; *proponesti, portasti*. Et *in Senat. 3.* Legem tulit, ne auspiciis obtemperaretur. *Id. Dom. 30. ad fin.* Legem de iniuriis publicis tulisti Anagnino nescio cui; *in favore di un non so chi di Anagni*. Et *Liv. 33. 46.* Legem promulgavit pertolitque, ut etc. *Cic. 2. Offic. 21.* Cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est. *Id. Dom. 18.* Hanc tibi legem Clodius scripsit; *formò, dettò*. Et *2. Phil. 29.* Ego leges perniciosas rogavi; *proposi*. Et *Plane. 14. ad fin.* Legem sciscere de re aliqua. *Id. Balb. 17.* Populus R. legem iussit de civitate tribuenda. *Id. 1. Leg. 22.* Populis leges vivendi et disciplinam dare. *Id. 3. Offic. 30.* Legem accipere. *Id. Amic. 25. a med.* repudiare. *Id. 4. Acad. 8.* gravem cuipiam imponere. *Id. 3. Phil. 3.* facere. *Id. Caecin. 14.* constituere alicui. *Id. Amic. 12.* sancire. *Horat. 1. Sat. 3. 105.* ponere. *Liv. 3. 34.* condere. *Ovid. 1. Pont. 1 22.* servare. *Id. 12. Heroid. 39.* et *Virg. 11. Aen. 322.* dicere alicui. *intimare, proporre. Cic. 1. Catil. 7. ad fin.* negligere, evertere, perfringere. *Id. 1. Leg. 13.* negligere, perrumpere. *Id. Caecin. 25.* Leges ac iura labefactare. Adde *Horat. 1. Ep. 16. 41.* — **3)** Leges XII. Tabularum per decemviros a Graecis petitae, quibus Romani uterentur (v. *Liv. 3. 33.* et *34.* etc.), fontes omnis publici privatique iuris, impense laudantur a *Cic. 1. Orat. 43.* et *44.* Harum fragmenta hodieque exstant, ab Eruditis collecta. V. *Indic. Auctor.*, qui huic *Lexico* praemittitur. — **4)** Legis pro plebiscito positae exemplum est Manilia, quae revera plebiscitum fuit, et lex appellatur a *Cic. Manil. 21.* — **5)** Hinc varia dicendi genera, ut

III. *Lege agere* dicitur, qui actionem in iudicio intendit, litem movet, et ius suum persequitur. *Cic. 1. Orat. 36.* Alter plus, lege agendo petebat, quam quantum lex in XII. Tabulis permiserat. Et *ibid. 58. sub fin.* Lege egit in hereditatem paternam testamento exheres filius. Adde *Nep. Timol. 3.* ubi et *legibus experiri* habetur, eodem sensu. Huc pertinet illud *Ovid. 1. Fast. 47.* Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi. — **6)** Item *lege agito* dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis adversario videbatur, ut ait *Donat.* ad illud *Ter. Phorm. 5. 7. 90.* una iniuria est Tecum. *Chre.* lege agito ergo. Adde *Plaut. Mil. 2. 3. 43.* — **7)** Praeterea lege agere dicitur lictor, qui iudicis sententiam exsequitur. *Liv. 26. 15.* Fulvius praeconi imperavit, ut lictorem lege agere iuberet. — **8)** *Legibus aliquem solvere* est cuipiam concedere, ut legibus parere non teneatur; *dispensare*. *Ascon.* in *argum. orat. Cic. pro C. Cornel.* Promulgavit legem, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur. *Cic. 11. Phil. 5.* Ille homo summo ingenio, summa potentia, solvatur legibus: quamquam leges eum non tenent. — **9)** *Lege* et *legibus* est secundum leges; *in vigor della legge*. *Ter. Andr. 4. 5. 4.* Eius morte ea ad me lege redierunt bona. *Id. Phorm. 4. 3. 21.* An legibus Daturum poenas dices, si illam ejecerit? *Nep. Phoc. 3. extr.* Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret iudicium. *Id. Cim. 1.* Cimon eadem custodia tenebatur, neque legibus Atheniensibus emitti poterat. — Sed illud *ex legibus*, inquit *Ulp. Dig. 50. 16. 6. §. 1.*, sic accipiendum est: tam ex legum sententia, quam ex verbis. — **10)** Latiore significatione,

IV. *Lex* interdum est pactum, conditio; *condizione, patto*. *Nep. Timoth. 2.* Pacemque his legibus constituerunt, ut etc. *Ter. Andr. 1. 2. 28.* te in pistrinum Dave, dedam usque ad necem; Ea lege atque omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. *Phaedr. 3. 15.* Legem duobus hanc proposuit partibus. *Liv. 35. 30.* Pax data Philippo in has leges est. *Cato, RR. 145.* Oleam faciundam hac lege oportet locare: Facito recte arbitratu domini, etc. *Cic. 1. Orat. 39.* Cum aedes vendidisset.

Digitized by Google

neque servire quandam earum aedium partem in mancipii lege dixisset. *Id. 5. Fam. 16.* Homines nos ea lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit vita nostra. — *Inscr.* apud *Fabretti, p. 724. n. 443.* Lex collegii Aesculapii et Hygiae. *Alia* apud *Orelli, n. 3697.* Lex operum. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6428.* Lex aquae tuendae. Adde *Vitruv. 1. 1.* et *7. 5.* — **11)** Item *lex loci* est conditio, natura, qualitas. *Ovid. Halieut. 32. de Polypo.* Et sub lege loci sumit mutatque colorem; *h. e.* ad similitudinem loci, ut *Plin. 9. 46. 2.* loquitur. *Id. 3. Amor. 2. 20.* Haec ex lege loci commoda Circus habet. — **12)** Item regula, norma; *regola. Cic. 3. Orat. 49.* Hanc igitur ad legem cum exercitatione, tum stilo formanda vobis oratio est. *Id. Orat. 58.* Difficilius est oratione uti, quam versibus, quod illis certa quaedam et definita lex est, quam sequi sit necesse; in dicendo autem nihil est propositum. *Plin. 11. 68. 2.* Leges metricae. *Quintil. 12. 11. 15.* Leges dicendi. *Id. 1. 12. 5.* Certam legem temporum servat. — **13)** Item artis praeceptum; *precetto. Suet. Ner. 24.* In certando ita legi obediebat, ut nunquam exsecrare ausus, sudorem quoque frontis brachio detergeret. *Gell. 13. 20. a med.* Secundum grammaticam legem. — **14)** Item status ratio, status ordo. *Ovid. 15. Met. 71.* qua sidera lege mearent. — **15)** *Sine lege* est sine ratione, modo, ordine; *senz' ordine, ritegno o riguardo. Id. 15. Heroid. 75.* iacent collo aparsi sine lege capilli (Contra, *dare legem rudibus capillis* dixit *Senec. Hippol. 320.*). *Id. 2. Met. 202.* Exspatiantur equi . . . quaque impetus egit, Hac sine lege ruunt. Et *11. ibid. 489.* quae dum sine lege geruntur, Aspera crescit hiems. *Val. Flacc. 6. 445.* Datque alias sine lege colus; *h. e.* sine certo fatorum ordine. — **16)** Denique *lex portus* dictum est etiam edictum, quo pretium solvendum pro rerum venalium asportatione statuitur. *Inscr.* apud *Rénier, n. 4114.* Lex portus post discessum cohortis instituta. Lex capitularis . . . lex vestis peregrinae . . . lex coriaria . . . lex portus maxima. — **17)** Denique, apud *Vulgatum Interpretem*

V. *Lex* varie accipitur ex aliquo addito. Sic *lex Dei* aliquando est ipsius indulgentia, ut in illo *Psalm. 118. 29.* De lege tua *(Deus)* miserere mei; *h. e.* per gratiam tuam fac me legis tuae participem. — **18)** *Lex zelotypiae* est id quod constitutum est in lege Moysis, si suspicio oriatur de fidelitate uxoris. *Num. 5. 15.* et *seqq.* — **19)** *Lex viri* est id, quod statutum est circa matrimonii solutionem eo casu, quo vir moriatur. *Rom. 7. 5.* et *1. Cor. 7. 39.* — **20)** *Lex peccati* et *mortis* dicitur, quae sancita est a Domino ob peccatum Adami in omnes etiam eius posteros. *Rom. 7. 23.* Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captivantem me in lege peccati. Adde *ibid. 8. 2.* — **21)** *Lex libertatis*, V. LIBERTAS.

Nota I. Discrimen inter *legem*, *iura* et *mores* dedimus supra sub v. IUS in *Nota* §. 1. — **Nota II.** De modis adhibitis a Romanis in conservandis promulgandisque legibus et SCtis, fusius disputat cl. *Mommsen* in *Annali dell' Istitut. Archeol. a. 1858. pag. 181-212.* — **Nota III.** Leges variae distinguebantur ut plurimum a nomine eius, a quo ferebantur, ut lex *Iulia, Flavia, Cornelia*, etc., vel a re, circa quam ferebantur, ut *Lex agraria, sumptuaria, censoria*, etc., vel a loco, in quo et pro quo ferebantur, ut *Lex Rhodia, Lex municipii Flavii Malacitani* etc. — De iis, quae a nomine loci alicuius vel personae distinctae sunt, agemus suo loco in ONOM.

LEXĬDĬUM, ii, n. Vox Graeca, λεξίδιον, per deminut. a λέξις; dictio, vocula, efficta; *paroletta. Gell. 18. 7.* Vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria glossaria, namque colligitis lexidia, res tetras, et inanes, et frivolas tanquam mulierum voces praefricarum.

LEXĬPȳRĔTOS, *Graeca positione*, on, et *Latina*

LEXĬPȳRETUS, a, um. Adiect. Graecum, λεξιπύρετος; qui febrem arcet; *febbrifugo:* a λέγω; cessare facio, et πυρετός; febris: dicitur de medicamentis, quae febrem fugant. *Plin. 20. 76. 4.* et *Marcell. Empir. 16. ante med.* — Absolute, substantivorum more,

LEXIPYRETA, ōrum, n. Suot remedia, quae febrem sistunt ac discutiunt. *Theod. Priscian. 2. 1.* Aliquando etiam lexipyreta pro cataplasmatis adhibita. *Alii perperam leg.* lyxoperita pro lexipyreta.

LEXIS, is *vel* eos, *Graeca positione*, f. Vox Graeca λέξις; verbum, dictio, a λέγω; dico, civitate quoque Romana donata, et a qua plures aliae derivatae vel compositae sunt, quarum aliquot pariter in Latinum usum receptae; quales sunt *lexidium, barbarolexis, coenolexia*. — Porro

LEXIS proprie est vox, vocabulum, verbum; *parola. Vel. Long. Orthogr. p. 2214. Putsch.* Nam et *a* significat aliquid (sic enim vocamus), neque tamen ideo syllaba aut lexis est. — **2)** Generatim sumitur pro elocutione, sive accurata dicendi ratione. *Lucil.* apud *Cic. 3. Orat. 43.* et *Orat. 44.* et *Quintil. 9. 4. post med.* Quam lepide lexes compostae, ut tesserulae omnes Arte pavimento, aut emblemate vermiculato. *Senec. praef. 3. Controv. ante med.* Splendor orationis, quantus nescio an in ullo fuerit. Non lexis magna, sed phrasis. — *Isid. 1. Orig. 38. 7.* Inter barbarismum et lexin, hoc est Latinam et perfectam elocutionem, metaplasmus est. — **3)** Hinc *Schemata lexeos* dictae sunt a Rhetoricis figurae elocutionis, teste *Iul. Rufinian.*, cuius est liber inscriptus *de schematis lexeos*, aliisque.

LEXS. V. LEX §. b.

LI

LĪĀ. V. LYRAS.

LĪĂCŬLUM, i, n. Est instrumentum, quo levigantur tectoria; a λειαίνω; polio. *Gloss. Philox.* Linculum; λειαντήρ. V. *Vitruvii* loc. cit. in BACULUS §. 4.

LIBA. V. LIBS.

LĪBĂCUNCŬLUS, i, m. Deminut. a *libum;* parvum libum. *Tertull. Spectac. 27. extr.* Omnia illic proinde habe, ac si stillicidia mellis de libacunculo venenato. Al. leg. rectius *lucunculo*. Alii vellent deducere a Graeca voce λείβω; stillo, quasi sit vas stillatorium. Cf. et LAGUNCULUS.

LĪBĂDĪON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, λιβάδιον, qua significatur centaurii genus minutis foliis, circa fontes nascens, origano simile, angustioribus et longioribus foliis, anguloso caule paululum alto, fruticante, flore lychnidis, radice tenui et supervacua. A λιβάς, άδος; rivus, et irriguus locus. *Plin. 25. 31. 1.*

LĪBĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *libo*, quo significatur id, quod Diis libatur (A Libero autem Patre, qui primus, devictis Indis, Iovi in ara obtulerit cinnama et tura, dicta esse *libamina* et *liba*, docet *Ovid. 3. Fast. 733.* Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen Libaque, quod sacris pars datur inde focis). Vox est fere poëtica. *Virg. 6. Aen. 246.* Et summas carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris, libamina prima, Voce vocans Hecaten, etc. *Val. Flacc. 1. 304.* Sic fatus pingui cumulat libamine flammam. Et *3. 193.* Ipse gravi patera sacri libamina Bacchi Rite ferens. *Apul. Florid. n. 1.* Caespes libamine humigatus; *h. e.* ara e caespite madefacta vino effuso. — **2)** Translate. *Ovid. 4. Heroid. 27.* Tu nova servatae capies libamina famae. — **3)** Speciatim

II. *Libamen* dicitur a *Stat. 6. Theb. 224.* quidquid in rogum iniicitur, cum cadavere arsurum, ex. gr. frena, cingula, iacula, cristas, in funere militari. — **4)** Item apud Scriptores Ecclesiasticos *libamen* dicitur Sacramentum Eucharisticum. *Prosp. Aquitan. epigr. 34.* Magnum praesidium est sacro libamine pasci.

LĪBĀMENTUM, i, n. Verbale a *libo*, syllabica adiectione productum, idem quod *libamen*. *Cic. 2. Leg. 12.* Ut sacrificiorum libamenta serventur; *h. e.* fruges et baccae, quae sacerdotes publice libant, ut *ibid. 8.* habetur. *Iustin. 12. 10.* Oceano libamenta dare. Et *18. 5.* Veneri solvere. *Stat. 3. Silv. 1. 163.* Haec ego nascentes laetus bacchatus ad aras Libamenta tuli. — **2)** Translate. *Gell. praef. a med.* Primitias quasdam et quasi libamenta ingenuarum artium dedimus; *un saggio*. Et *16. 8. ad fin.* Hoc breve ex dialectica libamentum dedisse nunc satis erit. *Cic. 2. de Rep.* (edente *A. Mai*) *24. Tarquinius Superbus* dona magnifica, quasi libamenta praedarum, Delphos ad Apollinem misit.

LĪBĂNĪOS, *Graeca positione*, ii, f. Vox Graeca, λιβάνιος, qua significatur quoddam vitis genus apud Thasios, turis odore (a λίβανος; tus), unde ex ea Diis prolibant. *Plin. 14. 22. 2.*

LĪBĂNĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λιβανῖτις, qua significatur herba eadem ac polion. *Apul. Herb. 57.*

LĪBĂNŎCHRŪS, i, comm. gen. Vox Graeca, λιβανόχρους, ὁ καὶ ἡ, qua significatur gemma, quae turis similitudinem ostendit, sed succum mellis: a λίβανος; tus, et χρόα; color. *Plin. 37. 62. 1.*

LĪBĂNŌTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λιβανωτίς, qua significatur frutex odorem turis habens: a λίβανος; tus, et ὄζω; oleo. *Plin. 19. 63. 1.* Libanotis radicem habet olusatri, nihil a ture differentem. Usus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant. Adde *20. 64. 1.* V. CUNILA et *Apul. Herb. 80.*, qui in duas distinguit, aliam nempe coronariam, aliam fructiferam. *Cf. Plin. 21. 32. 1.* et V. CONYZA.

LĪBĂNUS, i, comm. gen. Vox Graeca, λίβανος, ὁ καὶ ἡ, qua apud Graecos tum arbor turifera significatur, tum ipsum tus: quo altero sensu tantum occurrit in masc. gen. apud *Vulg. Interpr. Eccli. 24. 21.* Et quasi libanus non incisus vaporavi habitationem meam. Et *39. 18.* Quasi libanus odorem suavitatis habete. Cf. LIBANUS, mons, in ONOM., et CHALCOLIBANON et DIALIBANON in *Lexico*.

LĪBĀRĬUS, ii, m. Nomen a *liba*, proprie adiect., absolute tamen adhibitum de eo, qui liba vendit; *focacciaio. Sense. ep. 56. ante med.* Iam librarii varias exclamationes, et botularium, et crustularium, et omnes propinarum institores, mercem suam quadam et insignita modulatione vendentes. Fuit qui *librarii* legere mallet, sed prius praestat.

LĪBĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *libo;* actus libandi in sacris; *obblazione. Cic. Har. resp. 10.* Tui sacerdotii sunt tensae, curricula, praecentio, ludi, libationes, epulaeque ludorum.

LĪBĀTOR, ōris, m. Verbale a *libo;* qui libat; *assaggiatore. Front.*

Digitized by Google

de fer. Als. (edente iterum *A. Mai*) *sp. 5.* Numa epulorum dictator, cenarum libator, feriarum promulgator. V. PRAEGUSTATOR.

LĪBĀTŌRĪUM, ii, n. Nomen proprie adiect. verbalium more effictum, quo absolute adhibito significatur vas libationibus aptum; *baccino*. *Vulg. Interpr. 1. Machab. 1. 23.* Antiochus accepit et libatoria, et phialas, et mortariola aurea. Adde *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 25. 29.* V. loc. in THYISCA et Cf. LAVATORIUM §. 2.

LĪBĀTUS, a, um. Particip. verbi *libo*, adiectivorum more etiam adhibitum; fusus, sparsus, oblatus in honorem Deorum in sacris; *sparso*. *Virg. 1. Aen. 741.* Primaque libato summo tenus attigit ore. *Ovid. 3. Fast. 637.* Falcifero libata seni duo corpora, gentes. Mittite. *Tibull. 1. 1. 17.* Et quodcumque mihi pomum novus educat annus, Libatum agricolae ponitur ante Deo. — **2)** Item degustatus. *Ovid. 1. Amor. 4. 33.* Si tibi forte dabit, quos delibaverit ipse, Delice libatos illius ore cibos. — **3)** Item imminutus. *Id. 2. Heroid. 115.* Et *16. ibid. 159.* Libata virginitas. *Liv. 21. 29. ad fin.* Libatae vires. — **4)** Item decerptus, excerptus. *Cic. 2. Divin. 11.* Ex divinitate animus omnes haustos, aut acceptos, aut libatos habemus.

LĪBELLA, ae, f. Deminut. a *libra;* parva libra, seu parvus nummus argenteus, decimam denarii partem valens, ut *Varr.* docet *5. LL. 36.*, ita dictus, quod libram aeris valebat, quod fuit pretium assis, qui primo libralis fuit: hic autem aereus erat, libella argentea. *Plin. 33. 13. 1.* Librales (unde etiam nunc libella dicitur) appendebantur asses. *Cato, RR. 15.* Parietes villae, uti conductor sublinat, locare libellis in pedes quinque. — **2)** Dicitur de minima pecuniae summa, quia nullus erat argenteus nummus libella minor. *Plaut. Cas. 2. 5. 7.* Vobis invitis atque amborum ingratiis, Una libella liber possum fieri. *Id. Capt. 5. 1. 27.* Ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis: Gratis a me abducito; *nè men un quattrino*. *Cic. 4. Verr. 10.* Et quis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? — **3)** *Ad libellam* idem est quod ad assem, ad nummum. *Cic. Rosc. Com. 4.* Nisi planum facit, H-S 1000 ad libellam sibi deberi, causam perdit; *h. e.* ita ut ne libella quidem illi summae desit. — **4)** *Ex libella* est ex asse, ut exponit *Manut.* in illo *Cic. 7. Att. 2.* Fecit te palam ex libella, me ex teruncio; *subaudi* heredem; *h. e.* te omnium bonorum fecit heredem, ea tamen lege, ut mihi teruncium, seu quadrantem, ex illa summa restitueres. Aliter tamen, et rectius, *Gronov. de pec. Vet. l. 2. c. 1.*, ubi libellam non pecuniam, sed nomen tantummodo fuisse dicit, significans decimam partem sestertii; *h. e.* quatuor uncias, tres sicilicos, et scriptulum. V. ibi plura. Sunt etiam qui apud *Cicer.* aliter leg. — **5)** *Donat.* ad *Ter. Phorm. 1. 1. 9.* libellam dicit partem esse unciae duodecimam: fortasse quia saepe pecuniae valor et ratio mutata est. — **6)** Praeterea

II. *Libella* est etiam instrumentum fabrile, quo utuntur ad examinandas planae superficiei inclinationes; *livella, livello, archipenzolo, traguardo:* quemadmodum norma *(squadra)* angulos metiuntur; perpendiculo *(piombo)* erecti operis directam aut obliquam positionem. Constat autem libella duabus regulis ita iunctis ab altera parte, ut angulum efficiant, in ima vero parte alia recta regula pro basi: in summo angulo filum habet plumbo pendente, ex quo inclinatio omnis deprehenditur: estque figura litterae A in imo clausae. Dicta est a *libra*, quia ad modum librae hinc illinc pendet aequaliter, et quae inclinata sunt, fili inclinatione detegit. *Plin. 7. 57. 7.* Daedalus serram, asciam, perpendiculum invenit; normam autem et libellam et torneum Theodorus Samius. *Id. 36. 31. 1.* Structuram *(parietis)* ad normam et libellam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet. Et *ibid. 65. 1.* Materia *(in pavimentis)* ad regulam et libellam exigitur. *Varr. 1. RR. 6. sub fin.* Campester locus is melior, qui totus aequabiliter in unam partem vergit, quam is, qui est ad libellam aequus. *Lucret. 4. 514.* ut in fabrica si prava est regula prima, Normaque si fallax rectis regionibus exit, Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum, Omnia mendose fieri atque obstipa, necessum est. *Vitruv. 1. 6. ante med.* Collocare et expolire aliquid ad regulam et libellam.

LĪBELLĀRIS, re. Adiect. a *libellus;* ad librum seu libellum pertinens. *Sidon. 3. ep. 11. a med.* Libellare opus conficere.

LĪBELLĀRĪUM, ii, n. V. voc. seq.

LĪBELLĀRĬUS, a, um. Adiect. a *libellus;* ad libellum pertinens. — Speciatim vero qui per libelli traditionem fieri solet, emphyteuticus; *livellario*. *Cassiod. 3. Var. 7.* Tua suggestione comperimus, patrimonii nostri praedia in Apulia provincia constituta honesto viro Thomati libellario titulo commisisse; *h. e. a titolo di livello*. V. *Ducange, Gloss. med. et inf. Latinit.* ad *h. v.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

LIBELLARIUM, ii, n. Est loculus seu cista, in qua libri asservantur. *Cic. Mil. 12.* Exhibe quaeso, Sexte Clodi, libellarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo, tanquam Palladium, etc. *Al. rectius leg.* librarium.

LĪBELLĀTĬCUS, i, m. Ita appellatus est in veteri Ecclesia, imperante Decio Aug., qui libellum a magistratibus pecunia impetrabat, quo in libello perscriptum erat, illum Diis sacrificasse, quamquam revera a tanto scelere abstinuerat. *Cyprian. ep. 55.* Cum ergo inter ipsos, qui sacrificant *(idolis)*, multa sit diversitas, quae inclementia est, et quam acerba duritia, libellaticos cum iis, qui sacrificarint, iungere? quando is, cui libellus acceptus est, dicat, etc.

LĪBELLENSIS, se. Adiect. a *libellus;* ad libellos pertinens. Hinc absolute *libellenses* in *Cod. 7. 62. 32. a med.* et *12. 19. 14.* et *3. 24. 3.* dicti sunt qui in scrinio Palatino libellis ad principem datis excipiendis, et in acta referendis inserviunt: quibus qui praeest *libellorum magister* appellatur.

LĪBELLĬO, ōnis, m. Nomen a *libellus*, quo a Veteribus dictus putatur, quem nos tabellionem vocamus; *portalettere*. *Varr.* apud *Non. 3. 499.* Tum ad me fuerunt, quod libellionem esse sciebant. — **2)** Accipitur interdum pro paupere librario, qui libros scribit et vendit: *βιβλιογράφος, βιβλιοπώλης; libraio*. *Stat. 4. Silv. 9. 21.* Sed Bruti senis oscitationes, De capsa miseri libellionis, Emptum plus minus asse Catano, Donas. — **3)** In *Onom. Lat. Gr.* Libelliones; *γραμματεῖς*.

LĪBELLŬLUS, i, m. Deminut. a *libellus;* parvus libellus; *libricciuolo*. *Capell. 3. p. 71. in carm.* Quantumque solo iaditum libelluli Potest probare serium fastidium. Adde *Fulgent. 1. Mythol. a med.*

LĪBELLUS, i, m. Deminut. a *liber;* parvus liber, seu cortex vel interior corticis pars, quae ligno adhaeret, ut in LIBER, bri, §. 1. dictum est; *corteccia d'albero*. *Cinna* vetus poëta apud *Isid. 6. Orig. 12.* carmina Laevis in aridulo malvae descripta libello. — **2)** Saepius vero, sensu quidem translato, sed, ex usu loquendi recepto, etiam proprio verbi facto,

II. *Libellus* est parvus liber, parvum opus scriptum; *libretto, operetta*. *Cic. 1. Orat. 21.* Scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente et invito excidit. *Catull. 1. 1.* Quoi dono lepidum novum libellum, Arida modo pumice expolitum? *Id. 14. 12.* Libellus horribilis et sacer. Et *1. 8.* Quicquid hoc libelli est. *Quintil. 8. 6. 75.* Quod Cicero in quodam ioculari libello, etc. Adde *2. 15. 13.* — **3)** Apud *Liv. 29. 9. sub fin.* crimini dabant nonnulli P. Scipioni, quod cum in Sicilia esset, iam iam in Africam traiecturus, cum pallio et crepidis in gymnasio inambularet, *libellis etiam, palaestraque operam daret:* ubi *libelli* sunt Graecorum litterulae, quae tunc temporis ab Romanis contemnebantur. — **4)** *Libelli* in plur. num accipiuntur pro tabernis librariis; res enim venales ex Attico loquendi genere, teste *Pollucc, Onom. l. 9. c. 5.*, pro ipsis locis, ubi prostant, ponuntur. *Martial. 5. 20.* Sed gestatio, fabulae, libelli, Campus, porticus, umbra, virgo, thermae: Haec esseot loca semper, hi labores. Adde *Catulli* loc. cit. in LABELLUM §. 4. — **5)** Latiore significatione dicitur de quocumque scripto. Hinc

III. *Libellus* aliquando etiam ponitur pro commentario, pro scripto memoriae causa facto; *memoriale*. *Cic. 6. Att. 1. ante med.* Quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est, Salaminii pecuniam debeat M. Scaptio et P. Mantinio familiaribus meis. *Id. 1. Phil. 3.* Nisi forte si quid memoriae causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. *Quintil. 6. 2. 5.* Ubi animis iudicum vis afferenda est, ibi proprium oratoris opus est. Hoc non docet litigator: hoc libellis non continetur; *carta, informazioni, scritture*. — Huc spectare potest *Augustin. 22. Civ. D. 8. n. 20.* Nec tamen omnia *(miracula)* colligi poterunt, sed tantum de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur in populis. V. integr. loc. — **6)** Item pro tabella proscriptionis; *cartello*. *Senec. 4. Benef. 12.* Suspensum amici bonis libellum deiicio. *Cic. Quint. 6. ad fin.* Libellos Alphenus, procurator Quintii, deiicit. — **7)** Item pro delatione scripto proposita cum subscriptione accusatoria. *Iuvenal. 8. 243.* Componunt ipsae per se formantque libellos. *Paulus, Dig. 48. 2. 3.* rationem tradit, qua huiusmodi libelli formandi sunt. — **8)** Pro libello simpliciter, etiam *libellum memorialem* dicimus. *Suet. Caes. 56. a med.* Epistolae quoque eius ad senatum exstant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse. — **9)** Aliquando sumitur pro tabella, sive epistola; *lettera*. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 11.* Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animadverti, qui in me inciderunt. — **10)** Aliquando pro epistola assertoria, quam vulgo *certificato* vocamus; *fede, mandato*. *Paul. Dig. 39. 4. 4.* Significent id libello manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittant. — Huc etiam spectat loc. *Cyprian.* allatus sub V. LIBELLATICUS. — **11)** Aliquando pro scripto, quod continet supplicationem, vel accusationem, vel aliud simile; *supplica, memoriale*. Tales principibus dari solent ad negotia explicanda, in quibus petitiones continentur. *Cic.* ad *Planc. 16. Att. 10.* Ut primum Buthrotium agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus libellum composuit, eum mihi dedit, ut darem Caesari, eram enim coenaturus apud eum illo die. Cum libellum Caesari dedi, probavit causam, rescripsit Attico, aequa eum postulare. *Suet. Caes. 81.* Libellumque indicem insidiarum ab obvio quodam porrectum libellis ceteris, quos sinistra tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. — **12)** Hic etiam *supplex libellus* nominatur. *Martial. 8. 31.* supplicibus dominum

Digitized by Google

assare libellis. — *Cenotaph. Pisan.* apud *Orelli, n. 643.* Uti T. Statulenus Iuncus cum legatis, excusata praesenti coloniae necessitate, hoc officium publicum et voluntatem universorum libello reddito Imp. Caesari Augusto indicet. — **13)** Hinc *libellos signare*, sive *subnotare* dicuntur, qui libellis supplicibus principum nomine respondent. *Suet. Aug. 50.* In diplomatibus, libellisque, et epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri. *Plin. 1. ep. 10.* Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas. — **14)** Hinc *libellos agere*, quod est libellis praefectum esse. *Tryphonin. Dig. 20. 5. 12.* Rescriptum est ab imperatore, libellos agente Papiniano. — **15)** *A libellis* ministri illi esse dicuntur, qui principi in hoc negotio subserviunt, ut supplices libellos accipiant, evolvant, illisque respondeant. *Suet. Domit. 14.* Epaphroditum a libellis capitali poena condemnavit. *Inscr.* apud *Grut. 587. 9.* Hermeros Aug. Lib. a libellis. *Alia, ibid. 7.* M. Aurelius Aug. Lib. a libellis adiutor. — Item *a libellis fisci* est in *alia* apud *Orelli, n. 3215.* — Item *a libellis et censibus*, in *alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6929.* — **16)** Speciatim

IV. *Libellus famosus* est liber qui famam alterius laedit; *cartello d' infamia. Suet. Aug. 55.* Censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam cuiuspiam sub alieno nomine edant. *Id. ibid.* Sparsos de se in Curia famosos libellos. Adde *Caes. 8.* et *Vitell. 14.* — **17)** Accipitur etiam pro scripti genere, quo aliquis in iudicium vocatur; *citazione.* — Hinc iocularitер *Plaut. Curc. 1. 3. 6.* Ubi tu es, qui me libello Venereo citasti? ecce me: Sisto tibi me. — **18)** Vel quo invitantur recitantem audituri, aut gladiatorium munus spectaturi; *cartello d' invito. Auct. Dial. de Orat. 9. circa med.* Domum mutuatur et auditorium exstruit: et subsellia conducit et libellos dispergit. *Cic. 2. Phil. 38.* Quorum *(chirographorum)* etiam imitatores sunt, qui ea, tanquam gladiatorum libellos, palam venditent. *Trebell. Claud. 5.* At ego scio, saepius inter gladiatores bonis pugnatoribus hoc nomen *(Aurioli)* appositum. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum. — **19)** Apud *Vulgatum Interpretem*

V. *Libellus repudii* dicitur, qui dabatur a marito (vel etiam a sponso, ut videtur) uxori (vel sponsae) ob aliquam foeditatem sive crimen, eam dimittens sive repudians. *Deuter. 21. 1.*, coll. *Matth. 5. 31.* et *19. 7.* — **20)** Sic idem dicitur *liber repudii* ἀλληγορικῶς in illo *Isai. 50. 1.* Quis est hic liber repudii matris vestrae, quo dimisi eam? h. e. ob flagitia vestra, loquitur Messia de Synagoga, irritatus matrem cum liberis repudiavi. — **21)** Huc spectat etiam locus, ubi de lege Zelotypiae agitur, *Num. 5. 23.* Scribatque Sacerdos in libello ista maledicta, et delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit. V. *Interpr.* ad *h. l.* — **22)** Denique

VI. *Libelli* apud *Apicium* quid fuerint, V. in LUMBELLUS.

LĪBENS et Lubens, entis. Particip. verbi *libet* vel *libeo*, adiectivorum more saepe etiam adhibitum. — **b)** *Libes* pro *libens* saepe legitur in inscriptis Lapidibus, eadem ratione, qua *clemes, cresces, pudes* pro *clemens, crescens* et *pudens*. V. *Minervini* in *Bullet. Archaeol. Ital. a. 1861. p. 89.* — Immo et *lubs*, syncope pro *lubens*, teste *Eudem, ibid.* — *Libīs* pro *libes;* h. e. *libens* legitur in *Inscr.* apud *Momms. n. 4079.* — In *alia* apud *Grut. 44. 2.* est etiam *libīans*, ni σφάλμα sit. — Huc spectat *lybans* in *alia* apud *Orelli, n. 246.*, quod positum est vel pro *lubens*, ut legit *Momms. Inscr. Helvet. n. 51.*, vel pro *libans.* — **c)** Hinc comparat. *libentior* §. 2., superlat. *libentissimus* §. 1.

LIBENS et Lubens proprie est volens, alacris, animo libenti: cui *invitus* opponitur; *chi fa con piacere, con voglia, di buon cuore. Cic. 1. Att. 14.* Res nostrae, quae tam libenti senatu laudabantur. *Id. 13. Fam. 65.* Consecutus es, ut libentissimis Graecis, nutu, quod velis, consequare. *Id. Mil. 14. extr.* Cum totius Italiae concursus facti illius gloriam libens agnovisset. *Id. Har. resp. 5. extr.* Non modo patienti, sed etiam libenti animo parebo. *Id. 2. Att. 4.* Cum Musis nos delectabimus animo aequo, immo vero etiam gaudenti ac libenti. Et *10. ibid. 4. a med.* Me libente, eripies mihi hunc errorem. *Plaut. Men. 2. 1. extr.* Cape atque serva: me lubente, feceris. *Tacit. 4. Ann. 12.* Populus habitum dolentum, simulatione magis, quam libens induebat. *Ter. Andr. 2. 1. in fin.* fugin' hinc? *Byr.* ego vero ac lubens; *si che fuggo, e di buona voglia.* Et *Adelph. 5. 6. 7.* Tibi ob eam rem, siquid usus venerit, Lubens bene fexim. — **2)** Ponitur etiam pro hilari, laeto; *allegro, lieto, di buona voglia. Plaut. Asin. 2. 2. 1.* Ubi ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium, Uti ego illos lubentiores faciam, quam Lubentia est? Maximam praedam et triumphum eis affero adventu meo. *Id. Pers. 5. 1. 8.* ego omnes hilaros, lubentes, laetificantes faciam. *Ter. Adelph. 4. 7. 57.* Hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis; *mostrati allegro, e di buona voglia.* — **3)** Translate. *Tertull. 1. adv. Marcion. 1.* Dies nunquam patens, sol nunquam libens, unus aër, nebula; totus annus, hibernum, etc. — **4)** Speciatim

II. *Libens* vel *Lubens merito*, formula solventis vota, et gratias Dis agentis. *Plaut. Pers. 2. 3. 1.* Iovi opulento, inclyto, . . . lubens merito que vitulor. — **5)** Hinc notae illae in vett. *Inscripti.* votivis, passim apud *Grut., Reines., Gud.* et *Murat.* monumentorum Diis dedicatorum: V. S. L. M.; h. e. Votum Solvit Libens Merito: quae expressae habentur apud *Grut. 19. 3.* et apud *Gud. p. 51. n. 3.* et *6.* et *p. 61. n. 2.* V. DAMNATUS §. 4. — **6)** *Tè libens* vel *lubens* aliquando refertur ad *votum*, et cum eo concordat. Sic enim expresse habetur apud *Grut. 38. 1.* Soli sanctissimo sacrum. Ti. Claudius Felix, et Claudia Ilelpis votum solverunt libens merito. Et *41. 7.* P. Cornelius Trophimus, et Lauia coniux eius votum libens solverunt. Sic *65. 2.* Cn. Cornelius Charito, A. Timinius Ianuarius Silvano libens animo don. deder. — **7)** Contra ad solventem refertur in aliis quamplurimis: v. gr. in his apud *Eund. 46. 10.* Quod proficiscentes expeditionibus sacris voverant, regressi cum commanipulis libentes votum solverunt. Et *49. 1.* L. Cornelius L. f. Pal. Terentianus, et Lemnius libertus merito libentes fecerunt. — **8)** Reperiuntur etiam alio ordine inscriptae: ut apud *Eund. 58. 3.* A. L. V. S.; h. e. Animo Libenti (vel Libens) Votum Solvit. Et *95. 2.* V. L. A. S.; h. e. Votum Libens (vel Libenti) Animo Solvit. Et *94. 8.* V. L. S.; h. e. Votum Libens Solvit. Et *97. 6.* V. S. A. L. P.; h. e. Voto Suscepto (vel Votum Susceptum) Animo Libens (vel Libenti) Posuit. Et apud *Fabretti, p. 690. n. 111.* Votum solvit laetus libens. Sic *Plaut. Trin. 4. 1. 1.* Iovis fratri aetherei, Neptuno, Laetus, lubens ago gratas gratisque habeo et fluctibus salsis. Apud *Grut. 87. 6. 7. 8.* V. S. L. L. M., Votum Solvit Laetus Libens Merito. — **9)** In *alia* apud *Eund.* habetur expressis verbis, *1066. 3.* voto solenni libero munere.

LĪBENTER (et Liventer) et Lubenter. Adverb. a *libens*. — Comparat. *libentius* et superlat. *libentissime* §. 1. — Est libenti, aequo animo, studiose, sponte, cupide; *con genio, di buona voglia, volentieri. Cic. Divin. Verr. 12.* Ut homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseque audiant. *Id. fragm.* apud *Non. 4. 407.* Cui ego, quibuscumque rebus potero, libentissime commodabo. *Caes. 3. B. G. 18.* Libenter homines id, quod volunt, credunt. *Nep. Agesil. 7.* Eoque libentius, quod latere arbitrabantur. *Ter. Phorm. 3. 2. 3.* Nunc dicam, quod libenter audias. *Plaut. Most. 1. 3. 1.* Iampridem ecastor frigida non lavi magis lubenter; *con maggior piacere. Cato, RR. 156.* Si voles in convivio multum bibere, coenareque libenter; *con appetito.* Et *Cic. 9. Fam. 19.* Adiurans, nusquam se unquam libentius; *subaudi* coenasse; *con maggior gusto.* Et *Ter. Eun. 3. 9. 44.* tu hercle cum illa Et libenter vivis: etenim bene libenter victitas; h. e. bonorum ciborum edax es, ut *Donat.* exponit. *Horat. 1. Sat. 1. 65.* iubeas miserum esse libenter; *allegramente.* — *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6148.* Liventer *(sic)* suscipere. — **2)** Item libere, nimis licenter. *Tertull. adv. Gnostic. 15.* Num ergo et Apostolorum litterae mobiles? et nos usquequaque simplices animae et solummodo columbae, libenter errantes? Credo, vivendi cupiditate.

LĪBENTĬA et Lubentia, ae, f. Abstractum a *libens;* voluptas, gratia. *Gell. 13. 2. ad fin.* et *Macrob. 2. Sat. 3. 8.* Cui libentiae, gratiaeque omnes conviviorum incognitae sint. *Plaut. Stich. 2. 1. 3.* onustum pectus porto laetitia lubentiaque. — *Iul. Valer. 1. Gest. Alex. M. 2.* Angues restabundi, prout cuique ad lubentiam impetus fuit. *Id. 3. ibid. 71.* Ad lubentiam nubere. Cf. ALLUBENTIA. — **2)** Deinde

II. *Libentia* a Veteribus facta est etiam dea laetitiae et voluptatis, eadem ac *Lubentina*, de qua V. in ONOM. Occurrit hoc sensu apud *Plaut. Asin. 2. 2. 2.* Illos lubentiores faciam, quam Lubentia est.

LĪBENTĪNUS et Lubentinus, a, um. Adiect. deminut. a *libens;* aliquantum libens, vel a *Libentia*, ad Libentiam seu Lubentiam pertinens, ut *Lubentina Venus* apud *Cic. 2. Nat. D. 23.* et *Dii lubentini* apud *Arnob. 1. p. 13.* Cf. voc. praeced.

LĪBĔO, es. V. LIBET §. a. et b.

LĪBER, ĕra, ĕrum. Adiect. parum certae originis. Ducunt quidam a *libet*, quia liberi, quod libet facere possunt (V. *Voss. Etymol.*) atque hinc trahunt *Pers.* loc. cit. in §. 1. — Quidam etiam analogiam reperiunt inter Latinum *liberum* et Graecum ἐλεύθερον. — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, Veteres saepe *leiber*, ut in *Plebiscito de Thermens. col. 1.* Leiberi amicei socieique populei Romani sunto. — Idem dicendum est etiam de derivatis, *leibertas*, ut in *Inscr.* apud *Momms. n. 4070.*; *leibertinus*, ut in *alia, ibid. n. 4086.*; *leibertus*, ut in *aliis* apud *Grut. 507. 8.* et *Maffei, Mus. Ver. 155. 2.* — *Leibrei* autem pro *liberi*; h. e. filii per syncopen habetur in *alia* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1258.* Hoc monumentum *sibei et leibreis* soveis. — **c)** Testatur autem *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 121. Müll.*, quod « *Loebesum* et *loebertatem* Antiqui dicebant *liberum* et *libertatem*. Ita Graeci λοιβὸν et λοίβιον. » Cf. *Müller.* ad *h. l.* et *Serv.* ad *1. G. 7.*, qui pariter testatur *Loebasium* apud Sabinos *Liberum* patrem appellatum fuisse; pro quo *Voss.* putat *Sebazium* legendum esse. — **d)** *Liberūm (h. e.* filiorum) pro *liberorum*, praeter *Cic. 5. Verr. 15.*, habent praeterea *Accius* apud *Eund. 3. Tusc. 9.*, *Turpil.* apud *Non. 9. 1.*, *Taeit. 2. Ann. 58.*, *3. ibid. 25.* et *55.* et *alii:* immo fuit usitatius, ut ex *Cic. Orat. 46.* colligitur. — **e)** *Liberus* in recto casu, qua filium significat, legitur tantum in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 507.* et *525.* « Liberus, ri; idest filius ingenuus. » Cf. *Hildebr.* ad *Gloss.*

Digitized by Google

Lat. p. 197. n. 160. — f) Comperat. *liberior* §. *1.* et seqq., superlat. *liberrimus* §. 2. et *3.* — g) Derivata, *liberalitas, liberaliter, liberatio, liberator, liberatrix, libere, libero, liberta, libertas, libertinitas, libertinium, libertinus, libertus.* — h) Composita, *collibero, colliberta, collibertus, dalibero, dilibero, eliberatio, elibero, exliberto, illiberalis, illiberalitas, illiberaliter, illiberis, perliberalis, perliberaliter, praeliber, statuliber.*

LIBER proprie dicitur, qui sui iuris est; *libero. Pers. 5. 83.* An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam Cui licet, ut voluit? licet, ut volo, vivere: non sim Liberior Bruto? *Cic. Parad. 5. 1.* dictum est ab eruditissimis viris, nisi sapientem, liberum esse neminem. Quid est enim libertas? Potestas vivendi, ut velis. *Id. ibid. 2.* An ille mihi liber, cui mulier imperat, cui leges imponit, praescribit, iubet, vetat? — 2) Translate est, qui, nullius habito respectu, quod sentit, dicit et facit. *Id. 1. Nat. D. 44.* Ludimur ab homine non tam faceto, quam ad scribendi licentiam libero. *Id. Sull. 31.* Vos, Dii patrii ac penates, testor, integro me animo ac libero P. Sullae causam defendere. *Plaut. Cist. 1. 2. 9.* Libera uti lingua collibitum est mihi. *Id. Epid. 1. 2. 43.* Facile tu istuc sine periculo et cura, corde libero Fabulare. *Liv. 38. 52.* Vocem liberam mittere adversus aliquem. *Cic. 1. Att. 13.* Hominibus Epiroticis paulo liberiores litteras committere non audeo. *Id. Brut. 67.* Hominum ineptias iracundius respuebat ingenuo liberoque fastidio. *Horat. Epod. 4. 10.* Liberrima indignatio. *Martial. 1. 68.* Liber homo es nimium, dicis mihi, Choerile, semper: In te qui dicit, Choerile, liber homo est. — 3) Item expeditus, solutus, nulla re impeditus: tum de personis, tum de rebus. *Cic. Dom. 4. ad fin.* Liberum senatus iudicium propter metum, non fuit. *Id. 4. Acad. 3.* Hoc liberiores et solutiores sumus, quod integra nobis est iudicandi potestas. *Id. 1. Agr. 9.* Soluti a cupiditatibus, liberi a delictis. *Id. 1. Att. 13.* Sum et ab observando homine perverso liber, et ad dignitatem retinendam solutus. *Ovid. 4. Pont. 6. 32.* Libera a ferro crura. *Cic. Har. resp. 6.* Quamquam vestrae domus multo maxima ex parte sunt liberae religione. *Liv. 2. 36.* Liber religione animus. Et *7. 34.* Omni liber metu. *Val. Flacc. 3. 470.* amictu; *spogliato. Ovid. 2. Amor. 9. 20.* carcere equus. *Cic. 1. Fin. 15.* Robustus animus omni est liber cura et angore. *Liv. 30. 4. a med.* Itaque tollit inducias, ut liber a fide incepta exsequeretur; *sciolto dall'impegno della tregua. Al. rectius leg.* libera fide. *Horat. 1. Ep. 7. 36.* nec Otia divitiis Arabum liberrima muto. *Ovid. 15. Met. 301.* Liberiore frui caelo. *Id. 4. Fast. 292.* Tiberis campo liberiore natat; *più aperto, più spazioso. Lucan. 3. 522.* Liber nubibus aether; *sgombro. Cic. 15. Att. 16.* Loca abdita, et ab arbitris libera. — Cum genitivo, poëtice. *Virg. 10. Aen. 134.* tum libera fati Classem conscendit iussis gens Lydia Divûm. *Al. leg.* fatis. *Stat. 4. Silv. 2. 24.* liberior campi; *h. e.* maius campi spatium habens. *Horat. Art. P. 212.* Liber laborum. *Lucan. 4. 584.* curarum. *Ovid. 1. Heroid. 80.* revertendi. *Senec. Hippol. 492.* spei metusque. — Huc spectat et *Vulg. Interpr. Rom. 6. 20.* Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis iustitiae. — 4) Absolute *liberum est mihi*, licet, possum; *sta in mia mano:* integrum est. *Plin. 1. ep. 8.* Erit enim et post emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere. *Plin. alter, 30. 6. 1.* Dies eligere certos liberum erat. *Quintil. 6. 3. fin.* Quam *(opinionem)* sequi magis probantibus liberum est. — 5) *Libera omnia sibi servare*, integra. *Plin. 1. ep. 5.* — 6) Specialim

II. *Liber* est etiam immunis, non obnoxius; *esente, franco, libero. Cic. 6. Verr. 10.* Mamertini soli vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere. *Id. 4. Verr. 69.* Agri immunes et liberi. *Id. 1. Catil. 7.* Tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. *Plaut. Trin. 4. 3. 26.* Ambitio iam more sancta est: libera est a legibus. *Cic. 4. Acad. 39.* Liber a tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius; *h. e.* extra periculum. — 7) *Libera mandata*, quae liberam ac plenam rei agendae facultatem permittunt; *plenipotenza, pien potere. Liv. 38. 8.* Legati ab Aetolis cum liberis mandatis ad consules venerunt. Adde *37. 56.* — 8) *Liberum arbitrium* est animi voluntas ac sententia libera. *Id. 31. 11.* Liberum arbitrium alicui cuiuspiam rei permittere. *Id. 37. 1.* de re quapiam. — 9) *Liberae aedes* apud *Eund. 30. 17.* et *35. 23.* et *42. 6.* Romae assignari solebant hospitii gratia legatis eorum, quibuscum societas aut amicitia erat. Dicebantur liberae, *Turnebo* interprete, *l. 30. Adversar. c. 33.*, quia nulli alii vel inquilino, vel habitatori serviebant, ut eis libere legati, nullo impediente, uterentur. — Sic liber locus; *fuor di soggezione. Plaut. Cas. 3. 2. 4.* ne qua ignavissimis Liberi loci potestas sit. *Id. Poen. 1. 1. 49.* dicat, Locum sibi velle liberum praeberier, Ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter. Adde *3. 3. 25.* — 10) De *libera custodia*, v. CUSTODIA §. 5. De *legatione libera*, v. LEGATIO §. 2. — 11) *Libera toga* est virilis, quae pueris dabatur post XVI. annum aetatis, quia ex eo tempore liberioris vitae genus ingrediebantur: et quia liberi hominis gestamen est. *Ovid. 3. Fast. 771.* et *777.* — 12) *Libera coena*, v. COENA §. 8. et 9. — 13) Deinde, ratione habita conditionis vel status,

III. *Liber* dicitur qui aut ingenuus natus est, aut a domino libertatem est consecutus; cui contrarius est *servus. Cic. 3. Nat. D. 18.* In iure civili, qui est matre libera, liber est. *Id. Caecin. 36.* Qui potest iure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est? *Id. Topic. 2.* Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est *(servus)*, non est liber. *Id. Amic. 24.* Quae *(assentatio)* non modo amico, sed ne libero quidem digna est. *Quintil. 11. 1. 45.* Nec eadem apud principem, magistratum, senatorem, privatum, tantum liberum ratio est. — 14) Item, ratione habita principatus, *liber* dicitur, qui in libera civitate degit; cui contrarius est *subditus. Cic. 1. Rep. 32.* Et a regum et a patrum dominatione solere in libertatem rem populi vindicari, non ex liberis populis reges requiri. Et *44.* Ut ex nimia potentia principum oritur interitus principum, sic hunc nimis liberum populum libertas ipsa servitute affecit. *Id. 3. ibid. 34.* Vel regnum malo, quam liberum populum, *Id. 2. ibid. 19. de Demarato.* Quum audiret dominationem Cypseli confirmari, defugit patriam vir liber ac fortis. *Liv. 37. 53.* Ut civitates, quae vectigales Antiochi fuissent, eae liberae atque immunes essent. *Suet. Vesp. 8.* Provinciae civitatesque liberae. *Id. Cal. 8.* Libera ac foederata oppida. — 15) Hinc iterum translate apud *Vulg. Interpr.* dicitur *liber*, qui non est servus peccati, ut *Iob, 3. 36., 1. Cor. 7. 22.* et *1. Petr. 2. 16.* — Absolute, ἐλεύθερος. *Id. Galat. 4. 30.* Non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae. V. integr. loc. Adde loca supra allata sub §. 3. *in fin.* et Cf. LIBERO §. 12. — De loco *Psalm. 87. 6.* « inter mortuos liber, » v. *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* ad *h. v.* — 16) Sumitur et in malam partem relatum ad licentiam morum. *Ter. Eun. 3. 1. 40.* Dolet dictum adolescenti imprudenti et libero. *Plaut. Amph. prol. 104. de Iove.* Iam ego vos novisse credo, ut sit pater meus: Quam liber harum rerum multarum siet: Quantumque amator siet, quod complacitum est semel *h. e.* intemperans, immoderatus, licentior. *Cic. 5. Verr. 76.* Consuetudo peccandi libera. *Id. Cael. 18.* Detur aliquid aetati: sit adolescentia liberior non omnia voluptatibus denegentur. *Id. 4. Rep. 4.* Amores soluti et liberi. — 17) Absolute, substantivorum more,

LIBERI, ōrum, m. Sunt filii vel filiae, nam Romani filios dixere liberos, non simpliciter, sed ad discrimen servorum vernarumque; *figliuoli. Cic. 8. Att. 2.* Vagamur egentes cum coniugibus et liberis. Et *16. ibid. 11.* Ut sciant, eum ex C. Fadii filia liberos habuisse. *Id. 3. Verr. 69.* Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriae. *Id. 5. Tusc. 37. extr.* Procreare liberos. *Suet. Aug. 48.* educare et instituere. *Tacit. 4. Ann. 3.* gignere ex aliqua. — In sing. num. *Quintil. Declam. 2. 8.* Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus, quam quo rerum natura, quo mundus ipse constrictus est. *Imp. Iustinian. Cod. 5. 28. 3.* Si quis maximam portionem libero relinquat. Adde *ibid. 5. 9. 5. ad fin.* — 18) Hoc nomine etiam utimur, cum de uno tantum filio, aut filia loquimur. *Caius, Dig. 50. 16. 148.* Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia est. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 5. ante med.* Malum est liberos amittere. *De Tulliola loquitur.* Adde *Plaut. Aul. 4. 10. 3.* — 19) Liberorum appellatione etiam nepotes et pronepotes, ceterique ex iis descendentes continentur. *Paul. Dig. 38. 10. 10.* Liberi vocantur usque ad trinepotem. *Callistrat. ibid. 50. 16. 220.* Liberorum appellatione nepotes et pronepotes, ceterique, qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. Tabul. comprehendit. *Cic. 3. Verr. 45.* Habitus sis in liberûm loco, sicut mos maiorum ferebat. — 20) *Dare operam liberis*, est procreandorum liberorum causa cum uxore rem habere. *Cic. 1. Offic. 35. a med.* Liberis dare operam, re honestum est, nomine obscenum. — 21) *Liberi* pro masculis tantum. *Hygin. fab. 9.* Procreavit liberos septem, totidemque filias. — 22) Improprie de pecudum fetu. *Plaut. Capt. 4. 2. 38.* Lanii, qui concinnant liberis orbas oves; *h. e.* oves pluries iam fetas occiduut, deinde eisdem deciatis vervecum testiculos dolose ita aptant, ut verveces esse videantur, eoque pluris veneant: quod etiam apud nos non raro usuvenit. — 23) Speciatim

Liberorum trium ius Romae, et *quatuor* in Italia, et *quinque* in provinciis, privilegium quoddam eius erat, qui totidem liberos ex legitima uxore procreasset, et incolumes haberet: si vero tres, sive unum duosve bello amisisset, pro superstitibus cedebant, ut ait *Auct. fragm. iuris anteiust.* (edente *A. Mai.*) *p. 49.* Itaque si quis in hac conditione esset, in magistratu petendo aliis praeferebatur, in ipso magistratu priorem locum tenebat, et ante annum aetatis vigesimum quintum poterat ad honores admitti; gaudebat insuper munerum personalium vacatione, quae *Arcadius Charis. Dig. 50. 4. 18.* §. 1. §. *20.* fuse persequitur; in agri publici divisione portionem habebat, teste *Suet. Caes. 20.*; si vero damnatus esset, pluribus eius liberis bona paterna concedebantur, ut affirmat *Paul. Dig. 48. 20. 7.* §. *3. Impp. Sever.* et *Antonin. Cod. 5. 66. 1.* Qui ad tutelam, vel curam vocantur, Romae quidem trium liberorum incolumium numero, de quorum etiam statu non ambigitur; in Italia vero quattuor; in pro-

Digitized by Google

vinciis autem quinque habent excusationem. *Fragm. iuris antiust. p. 47.* Numerus quoque liberorum a tutela excusationem tribuit: civibus quidem Romanis earum tutelarum, quae Romae sunt iniunctae, a trium filiorum; earum vero, quae in municipiis Italicis iniunguntur, a quattuor numero liberorum; sed et si in provincia delata fuerit tutela, licet Romae excusatio allegetur, a quinque liberis debet recipi. — **24**) Qui huiusmodi liberorum numero carebant, idem ius a principe impetrabant. *Plin. 2. ep. 13.* Nuper ab optimo principe *(Traiano Aug.)* trium liberorum ei *(Voconio Romano)* ius impetravi. *Suet. Galb. 14.* Iura trium liberorum vix uni atque alteri, ac ne his quidem, nisi ad certum praefinitumque tempus, dedit. *Martial. 3. 95.* Praemia laudato tribuit mihi Caesar uterque, Natorumque dedit iura paterna trium. — Hinc locatur *Id. 10. 60.* Iura trium petiit a Caesare discipulorum, Assuetus semper Munna docere duos. *Inscr.* apud *Donat. 456. 13.* L. Apuleio Brasidae habenti IIII. liberorum ius, datum ab Imp. etc. — **25**) Feminae etiam *ius trium*, vel *quatuor liberorum*, vel *ius commune liberorum*, vel *ius liberorum* habentes, vel quae impetravissent, a tutela excusabantur, maritorum ac filiorum hereditatem consequi, et testamentum pro lubito facere poterant. *Paul. 4. recept. sentent. 9.* Libertina ut ius liberorum consequi possit, quattuor eam peperisse sufficit. Latina ingenua ius Quiritium consecuta, si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem admittitur. Ius liberorum mater habet, quae tres filios aut habet, aut habuit, aut neque habet, neque habuit. Habet, cui supersunt; habuit, quae amisit; neque habet, neque habuit, quae beneficio principis ius liberorum consecuta est. *Inscr.* apud *Grut. 651. 2.* Corneliae Zosimae habenti ius quattuor liberorum beneficio Caesaris, etc. *Alia* apud *Fabretti, p. 597. n. 1.* Abeionae C. f. Balbinae, cui Imp. . . . ius commune liberorum concessit, etc. *Alia* apud *Grut. 1081. 1.* Statia Irene ius liberorum habens. Et *mox.* Statia Irene l. l. h. — V. plura huc pertinentia apud *Oliver. Marm. Pisaur. p. 63-91.* — **26**) Denique

Liber pater, et *Liber*, absolute, dictus est a Romanis Bacchus, vel a *liberis*, idest filiis, quia cum (ut ait *Cic. 2. Nat. D. 24.*) ex nobis natos liberos appellemus, ideirco Cerere nati nominati sunt Liber et Libera: vel a *liberando*, quia pro Boeotiae libertate pugnasse fertur: vel (ut ait *Sense. Tranquill. 13.*) quod vinum, cuius inventor fuit, liberat servitio curarum animum: vel (ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.*) quod vino nimio usi omnia libere loquuntur. Aliam nominis causam affert *Augustin. 6. Civ. D. 9.* Liberum a liberamento appellatum volunt, quod mares in coëundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur: hoc idem in feminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant, quod et ipsas perhibeant semina emittere; et ob hoc Libero eandem virilem corporis partem in templo poni, femineam Liberae. — Sed hoc sensu V. BACCHUS et LIBER, itemque LIBERA in ONOM. — Hic tantum addimus, quod metonymice, ut *Bacchus*, ita et *Liber* pro vino ponitur. *Cic. 2. Nat. D. 23.* illud, quod erat a Deo natum, nomine ipsius Dei nuncupabant, ut cum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum: ex quo illud Terentii *(Eun. 4. 5. 6.)*: Sine Cerere et Libero friget Venus. *Horat. 1. Sat. 4. 89.* Condita cum verax aperit praecordia Liber. *Quintil. 8. 6. ante med.* Liberum et Cererem pro vino et pane licentius dicimus, quam ut fori severitas ferat. *Plaut. Cist. 1. 2. 8.* Me complevi flore Liberi. *Id. Cure. 1. 2. 4.* Salve, anime mi, Liberi lepos.

Nota I. *Liber* adiective usurpatur vel absolute, vel cum ablativo et praepos. *ab*, aut etiam sine ea, et poëtice etiam cum genitivo. V. supra §. 2. et 3. — **Nota II.** Discrimen inter *filios* et *liberos*, V. sub v. FILIUS in *Nota*.

LĪBER, bri, m. Vox est Graeca, si audiamus *Serv.* ad *10. Ecl. 67.* et *Isid. 17. Orig. 6.*, facta ab Aeolico λίπερ pro λεπος; cortex, quasi *leper*, unde π converso in b et ε in i, *liber*, veteri more, quo dicebant *magester* pro *magister*. — **b**) Porro *leber* pro *liber* ab Antiquis reapse scriptum fuisse, testatur *Quintil. 1. 4. 17.* — **c**) Derivata, *libellaris, libellarius, libellaticus, libellensis, libellio, libellulus, libellus, libraria, librariolus, librarium, librarius.* — **d**) Composita, *exlibrario, libriger*.

LIBER proprie dicitur pars interior corticis, quae ligno adhaeret, medium illud inter lignum et corticem, quod in plures phyliras dividi potest; *scorza d'albero*. V. CORTEX §. 1. *Cic. 2. Nat. D. 47.* Obducunturque libro, aut cortice trunci, quo sint a frigoribus, et a caloribus tutiores. *Varr. 1. RR. 8.* Inde aliquot colligatas libris *(arundines)* demittunt in tubulos fictiles. *Plin. 13. 22. 2.* E libro papyri vela texunt. Adde *17. 39. 1.* et 2. et *ibid. 24. 1.* — **2**) Indifferenter tamen pro quovis cortice positum invenitur. *Virg. 2. G. 76.* Huc aliena ex arbore germen includunt, udoque docent inolescere libro. *Id. 11. Aen. 554.* libro et silvestri subere clausam. V. ENDIADYS. — **3**) Et quoniam primo in palmarum foliis scriptitatum est, deinde in quarundam arborum libris, teste *Plin. 13. 21. 1.*, et praecipue in libris, quae papyris in Aegypto detrahebantur; hinc factum est per metonymiam materiae, ut et *folium* et

II. *Liber* poneretur pro charta scripta; obtinuitque usus, ut, quamvis mutata re, aliisque iam inventis chartarum generibus, priscum tamen manserit nomen, liberque dicatur, qui ex pluribus concinnatus est chartis, ex quacumque materia praeparatae fuerint; *libro, foglio, carta*. Sic universa Virgilii opera simul compacta unum dicimus librum. Hinc *Cassiod. Inst. lib. litt. praef. Liber* dictus est a *libro*; idest arboris cortice dempto atque liberato, ubi ante copiam chartarum Antiqui carmina scribebant. *Cic. 8. Att. 12. extr.* Demetrii librum de concordia velim mihi mittas. *Plin. 1. ep. 20. ante med.* Postea recisa ac purgata, in unum librum, grandem quidem, unum tamen coarctasse. *Cic. Senect. 13.* Dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi. *Id. 5. Att. 12.* Libros pervolutare. *Id. 1. Tusc. 11. a med.* evolvere. *Id. Brut. 87.* volvere. *Id. 6. Fam. 5.* legere. *Id. Fat. 1.* edere. *Quintil. in Epist. ad Tryphon.* emittere. *Id. ibid.* componere. *Cic. Senect. 1.* et *Nep. Attic. 18. extr.* conficere. *Nep. Lysand. 4.* conscribere. *Phaedr. 3. prol.* exarare. — **4**) Quandoque libros vocamus operis alicuius partes, certaque segmenta, in quae totum opus distinguitur, quae et volumina dicuntur, ut cum dicimus, Virgilii Aeneidem in duodecim libros distinctam esse. *Cic. 2. Divin. 1.* Quibus rebus editis tres libri perfecti sunt de natura Deorum. — **5**) Hinc et pro oratione. *Id. 2. Att. 1.* Iisdem ex libris perspicies, quae gesserim. V. integr. locum. *Plin. 5. ep. 20.* Egi pro Vareno, non sine eventu, nam bene, an male, liber indicabit. *Id. ibid.-in fin.* hunc eund. librum *orationculam* appellat. *Id. 3. ep. 18. librum* et *volumen* vocat panegyricum suum ad Traianum. — **6**) Specialim

III. *Liber* praeterea dicitur, qui publicanorum et mercatorum litteras tum missas, tum allatas continet; *copialettere* Itali vulgo appellant. *Cic. 5. Verr. 71.* Misit litteras ad Carpinatium, cum esset magister scripturae, et eius societatis publicanorum, quas ego Syracusis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris, Romae in litterarum missarum apud Tullium magistrum, familiarem tuum inveni. *Id. 5. ibid. 71. 74.* et *75. libellum* appellat. V. LITTERA. — **7**) Item pro rescripto, decreto. *Plin. 5. ep. 14. a med.* Liber principis severus, et tamen moderatus. — **8**) Item commentarius recte, aut prave factorum alicuius, testimonii causa confectus. *Nep. Lysand. 4.* Librum gravem multis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. — **9**) Per antonomasiam *libri* dicuntur de Sibyllinis, qui apud Romanos in summa religione erant: item de aliis ad sacra populi pertinentibus. *Liv. 5. 1.* Libri per duumviros sacrorum aditi. *Id. 21. 62.* Ob cetera prodigia libros adire decemviri iussi. *Cic. 2. Nat. D. 4.* Litteras ad collegium misit, se, cum legeret libros, recordatum esse, etc. *Id. 9. Att. 9. a med.* Nos autem in libris habemus, non modo consules a praetore, sed ne praetores quidem creari ius esse, idque factum esse nunquam. Hic *augurales* videtur intelligere. — **10**) Hinc *a libris pontificalibus* vel *sacerdotalibus* dicebatur, qui eorum curam gerebat, eosque diligenter servabat. *Inscr.* apud *Orelli, n. 2458.* Ti. Claudius Notalis a libris pontifical*ibus*. Et n. *2459.* T. Aelio Aug. lib. Titiano proxim*o* a libr*is* sacerdotal*ibus*. — **11**) Item *ad libros*, et videtur etiam recensendum inter officia domus Augustae ex mutila *Inscr.* apud *Murat. 919. 1.* . . . O. GERMAN. L. . . . AD. LIBROS . . . GRANIUS. . . . FELIX. — **12**) Denique, apud *Vulgatum Interpretem*

IV. *Liber* ponitur pro epistola. *Isai. 37. 14.* Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, etc. V. integr. loc. Adde *39. 1.* et *Ierem. 29. 1.* — **13**) Item pro codicillo sive litteris emptionis. *Ierem. 32. 10.* Et scripsi in libro et signavi, et adhibui testes, et appendi argentum in statera. — **14**) Item pro actis iudicialibus, quae vulgo *protocollum* dicunt. *Iob, 31. 35.* Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat Omnipotens et librum scribat ipse, qui iudicat. — **15**) *Liber monumenti* apud *Malach. 3. 16.* est aeternum Dei decretum, quo merces aequa servis eius sanctitur. — **16**) *Liber repudii*. V. LIBELLUS §. 19. — **17**) *Liber Dei* dicitur scientia eius. *Psalm. 138. 16.* In libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur et nemo in eos; h. e. in libro scientiae tuae, Deus, scripti sunt dies omnes, quibus quisque hominum formatur, nec ullus dierum illorum in hoc tuo libro deest. — **18**) Huc spectare etiam potest illud Moysis ad Deum in *Exod. 32. 32.* Aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti; h. e. de numero viventium in hoc seculo. — **19**) Contra *liber vitae* in *Apoc. 5. 5.* est liber seu numerus praedestinatorum viventium in aeterna felicitate. V. integr. loc. — **20**) Eodem sensu dicitur *liber viventium* in *Psalm. 68. 29.* Deleantur de libro viventium et cum iustis non scribantur. — **21**) Sed iterum *liber iustorum* apud *Iosue, 10. 13.* et *2. Reg. 1. 18.* videtur intelligi commentarius, in quo scripta sunt gesta populi Dei, qui comparatione ceterarum gentium *iusti* appellabantur. — **22**) *Liber generationis* est catalogus genealogicus. *Matth. 1. 1.*

LĪBĔRĀLĬA, ium *vel* iōrum, n. Sunt festa in honorem Bacchi, seu *Liberi*, a quo nomen acceperunt, instituta primum ab Atheniensibus, teste *Philarg.* ad *Virg. 2. G. 382.* — A Romanis celebrabantur XVI. K. Aprilis, ut *Ovid. 3. Fast. 713.* docet. *Varr. 6. LL. 3.* Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes liberi. Hedera

Digitized by Google

coronatae anus cum libis et foculo pro emptore sacrificant; et in libris Saliorum, quorum cognomen Agonensium, forsitan hic dies ideo appellatur potius Agonia. Ita legit *Foggínus* ad *Verii Flacci Fast. p. 118. Macrob. 1. Saturn. 4.* Liberalium dies a pontificibus Agonium Martiale appellatur. *Cic. 14. Att. 10.* Liberalia tu accusas? Adde *Kalend.* antiqua apud *Momms.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 388.* ad XVI. K. Apr. — **2)** Pro *Liberalia* dicimus etiam ludos Liberales. *Naev.* apud *Fest. p. 116. Müll.* Libera lingua loquuntur ludis Liberalibus. *Augustin. 7. Civ. D. 21.* narrat, quanta turpitudinis licentia agerentur huiusmodi ludi. V. voc. seq. — **3)** Hoc die togam virilem et liberam pueris, qui iam ad decimum sextum aetatis annum pervenissent, dare solebant: cuius rei causam non unam affert *Ovid. 3. Fast. 771.*, coll. *Serv.* ad *4. Ecl. 50.* — **4)** *Liberalia* sumuntur etiam pro ipso die, quo celebrantur. *Cic. 12. Fam. 25.* Liberalibus litteras accepi tuas. Adde *Auct. B. Hisp. 31.*

LĪBĔRĀLĬCUS, a, um. Adiect. origine et significatione idem ac liberalis, speciatim vero ad *Liberum patrem* pertinens. Hinc *Liberalici ludi* dicti, qui saepius *Liberales* appellantur. V. voc. praeced. §. 2. — Absolute in *Kalend. Philocali* ad d. XVI. K. Apr. Liberalici CM. XXIIII.: *h. e.* Circenses missus XXIV. V. voc. praeced. §. 1.

LĪBĔRĀLIS, le. Adiect. a *liber, a, um.* — Comparat. *liberalior* §. 3., 11. et 12., superlat. *liberalissimus* §. 6. et 11. — Proprie est ad liberum hominem, vel ad libertatem pertinens; *spettante ad uomo libero, alla libertà. Varr. 8. LL. 18. extr.* Nomina liberalia; *h. e.* hominum liberorum. *Müll.* tamen legit *virilia* pro *liberalia.* — **2)** Hinc *Liberale coniugium* est, quod libere, et inter liberos fit. *Ter. Andr. 5. 3. 28.* spero consuetudine et Coniugio liberali devinctum, Chreme, Dehinc facile ex illis sese emersurum malis. — **3)** *Liberalis iudicium*, et *liberalis causa*, ἐλευθέρια δίκη, dicitur, in qua de alicuius agitur libertate. *Quintil. 6. 3. ante med.* Contra quem iudicio liberali aderat. *Capitolin. M. Aurel. 9.* Liberales causas ita munivit, ut primus iuberet apud praefectos aerarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri intra tricesimum diem, nomine imposito. Cf. NOMINALIS. — **4)** Et *liberali causa manu asserere*, est asserere in libertatem iudicio, seu causa, seu actione de libertate. *Ter. Adelph. 2. 1. 40.* nam ego illam liberali causa assero manu. Ubi *Donat.* Ordo est, Ego liberali causa assero illam manu; et sunt iuris verba, a quibus etiam *assertores* dicuntur vindices alienae libertatis: quin et causa ipsa liberalis dicitur, quae actionem in se continet libertatis. — **5)** Deinde

II. *Liberalis* est libero homine dignus. Hinc *liberalis fortuna* est a servili ministerio et turpi quaestu abhorrens. *Liv. 22. 26.* Ubi pecunia a patre relicta animos ad spem liberalioris fortunae fecit: togaque et forum placuere. — **6)** Et *liberales artes*, Graece ἐλευθέριοι παιδεῖαι, ἐλευθέρια μαθήματα; *arti liberali:* quae solius ingenii, non manuum ministerio exercentur, ut grammatica, rhetorica, dialectica, geometria, ut *Ulp. Dig. 50. 13. 1.* docet, ceteraeque id genus, ita dictae, quod dignae sint liberis hominibus, seu quod liberum hominem potissimum deceant. Aliter dicuntur liberales doctrinae, liberalis eruditio, liberalia studia, ingenuae artes, etc. *Cic. 1. Invent. 25.* Quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi praeceptores. *Id. 3. Orat. 32.* Liberales atque ingenuae doctrinae. *Id. Arch. 3.* Liberalissima studia. *Inscr.* apud *Grut. 456. 1.* Liberalibus studiis eruditus. — **7)** Hinc etiam, latiore significatione,

III. *Liberalis* est ingenuus, nobilis, non servilis; *civile, liberale, ingenuo. Cic. Cael. 21.* Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. *Auct. Itiner. Alex. M. 93.* Obsequia liberalia; *h. e.* non servilia. — **8)** *Liberali ingenio* dicitur esse, qui est, ut vulgus loquitur, bonae naturae; *di buona natura. Ter. Adelph. 4. 3. 50.* nam ingenium novi tuum Liberale. — **9)** *Liberale responsum* est ingenuum, humanum, benignum. *Cic. 3. Att. 15. circa med.* Qui me Pompeii minus liberali responso perterritum a turpissimo consilio revocaret. Sic *Sallust. fragm.* apud *Priscian. 9. p. 871. Putsch.* Dein lenita iam ira, postero die liberalibus verbis permulcti sunt; *con parole piene di civiltà.* Adde *Iul. Valer. 1. Gesta Alex. M. 16.* — **10)** Speciatim

IV. *Liberalis* accipitur etiam pro pulcro et eleganti, uti docet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 121. Müll.* Nam egregia forma hominis, liberi propria vulgo existimatur. *Ter. Eun. 5. 2. 20.* Quam liberali facie, quam aetate integra! — **11)** Item pro benigno, munifico, eo, qui virtute liberalitatis praeditus est: cui opponuntur parcus, tenax, sordidus; *liberale.* Virtus enim haec est hominis non servili vel conditione, vel animo, sed vere liberi. *Cic. 2. Offic. 16.* Liberales sunt, qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut aes alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adiuvant, aut opitulantur vel in re quaerenda, vel augenda. *Id. Rosc. Com. 8.* Roscius semper liberalissimus munificentissimusque fuit. *Liv. 22. 26.* Animum ad spem liberalioris fortunae adiecit. *Cic. Deiot. 9.* Largus, beneficus, liberalis. *Id. 2. Offic. 15.* Gratificandi liberalis voluntas. *Sall. Cat. 7.* Laudis avidi, pecuniae liberales erant. Et *ibid. 55.* Sint sane, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis. *Suet. Vesp. 17.* In omne genus hominum liberalissimus. — **12)** Item pro copioso, largo, abundanti; *copioso, abbondante. Cels. 8. 10. n. 7.* Primis diebus fames, deinde liberalius alimentum: *fomentum* aquae calidae, dum inflammatio est, liberale. *Cic. Flacc. 6.* Largum et liberale viaticum. *Cels. 3. 6. ad fin.* Potio liberalis. — **13)** Denique

V. *Liberalis* est etiam ad *Liberum Patrem* pertinens, ut *Liberalia ludi* apud *Naevium;* h. *e. Liberalia.* V. LIBERALIA §. 2., coll. voc. praeced.

Notn. *Liberalis* et *benignus* quomodo inter se differant, V. sub v. BENIGNUS §. 1.

LĪBĔRĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *liberalis;* ingenuitas, humanitas, bonitas; *ingenuità, civiltà, bontà. Ter. Adelph. 1. 1. 32.* Pudore et liberalitate liberos Retinere, satius esse, credo, quam metu. — **2)** Fere accipitur pro munificentia, benignitate; *liberalità.* Est autem liberalitas virtus nobilissima in pecuniis, ceterisque rebus donandis decorum servans. Huic opponitur avaritia, cum minus datur, quam oporteat; et prodigalitas, cum magis datur, quam oporteat. Virtutem porro in recte dando consistentem, liberalitatem vocant, quod virtus haec sit hominis non servili vel conditione, vel animo, sed vere liberi. *Cic. 1. Offic. 7.* Iustitiae est coniuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. *Id. ibid. 14.* Videndum est igitur, ut ea liberalitate utamur, quae prosit amicis, noceat nemini. — **3)** Hinc et ipsa ea, quae per liberalitatem in alios conferuntur, *liberalitates* vocantur, abstracto posito pro concreto. *Suet. Claud. 29.* Ne sigillatim enumerem revocatas liberalitates. *Tacit. 1. Hist. 20.* Appellari singulos iussit, decima liberalitatis parte apud quemque relicta. *Tertull. Coron. 1.* Proxime facta est liberalitas praestantissimorum imperatorum; *scilicet* Septimii Severi et Caracallae. — **4)** In Nummis quoties *Liberalitas Aug.* legitur, fere congiarium intelligitur, ut in *Numo* Gordiani Pii apud *Cavedoni* in *Bullett. Archeol. Ital. a. 1861. p. 104.* LIBERALITAS AVG. III. — **5)** In iisdem Numis etiam tanquam Dea sistitur sub mulieris effigie, dextera pileum tenentis, sive potius crumenam, ut putat *Cavedoni, loc. cit.*, liberalitatis pecuniam continentem, et sinistra hastam vel cornucopiam: ita autem repraesentatur in Numo Gordiani Pii, *ibid.*, cum epigraphe: LIBERALITAS.

Notn. Discrimen inter *benignitatem* et *liberalitatem* traditum est sub v. BENIGNITAS in *Nota* §. 1.

LĪBĔRĀLĬTER. Adverb. a *liberalis.* — Comparat. *liberalius* §. 4., superlat. *liberalissime* §. 4. et 5. — Proprie est ingenue, ut libero homine dignum est; *ingenuamente, civilmente, nobilmente. Cic. 5. Fin. 17.* Esseque hominis ingenui et liberaliter educati velle bene audire a parentibus. — **2)** *Liberaliter eruditus* vel *instructus* is dicitur, qui optimis artibus institutus est. *Id. 2. Tusc. 2. extr.* Qui liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia, ratione et via philosophantur. — **3)** *Liberaliter servire,* est bono animo et libere, libenter obsequendo. *Ter. Andr. 1. 1. 11.* Propterea quod servibas liberaliter. — **4)** Frequenter accipitur pro large, munifice; *liberalmente, splendidamente, generosamente. Cic. 16. Att. 6.* Pui libenter apud Tainam nostrum, nec potui accipi liberalius. *Id. 5. Verr. 25.* Benigne ac liberaliter. Et *ibid. 58.* Large et liberaliter. *Varr. 1. RR. 17.* Liberalius tractare aliquem. *Id. 2. Q. Fr. 6. ante med.* Vivo paulo liberalius, quam solebam. *Caes. 3. B. C. 61.* Quod erant honesto loco nati, et instructi liberaliter; *provveduti alla grande. Apul. 10. Met.* Dotem largiri liberalissime. — **5)** Item ample, prolixe. *Cic. 5. Att. 13.* Liberalissime erat pollicitus tuis omnibus. *Nep. Lysand. 4.* Petiit a Pharnabazo, ut ad Ephoros sibi testimonium daret, deque ea re accurate scriberet. Huic ille liberaliter pollicetur. — **6)** Item comiter, benigne, civiliter. *Caes. 2. B. G. 5.* Caesar Rhemos cohortatus, liberaliterque oratione prosecutus, etc. Et *4. ibid. 18.* Legatis pacem petentibus liberaliter respondit.

LĪBĔRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *libero;* actus liberandi; *liberazione. Cic. Ligar. 1.* Cum a te non solum liberationem culpae, sed etiam errati veniam impetravissent. *Id. 1. Fin. 11.* Cum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiae gaudemus. *Iustin. 3. 3. ad fin.* Ne iterum rempubl. sub obtentu liberationis invaderet; *sotto pretesto di rimetterla in libertà. Quintil. 5. 10. 55.* Liberatio malorum. — **2)** Speciatim est absolutio; *scil.* a culpa; *assoluzione. Cic. Pis. 36.* Quid ego rerum capitalium quaestiones, reorum pactiones, redemptiones, acerbissimas damnationes, libidinosissimas liberationes proferam? — **3)** Item *liberationis* verbum, inquit *Paul. Dig. 50. 16. 47.* eandem vim habet, quam solutionis. Hinc *liberatio* dicitur a *Paulo ibid. 46. 3. 62.* cum debitor, soluta pecunia, aere alieno liberatur. *Ulp. ibid. 34. 3. 3.* Liberationem debitori legare; *h. e.* legato in testamento debitum ei remittere. — **4)** Hinc *liberatio legata* inscribitur titulus tertius *lib. 34. Dig. h. e.* remissio et condonatio debiti legato relicta.

LĪBĔRĀTOR, ōris, m. Verbale a *libero;* vindex libertatis; *liberatore.*

Digitized by Google

Cic. 1. Phil. 2. Patriae liberatores urbe carebant ea, cuius a cervicibus iugum servile deiecerant. *Curt. 3. 10.* Terrarum orbis liberatores. *Liv. 1. 60.* Liberator urbis. *Cic. 14. Att. 12.* Ubi nostri liberatores tuto esse non possunt. *Liv. 6. 14.* Ut M. Manlio, liberatori suo, parenti plebis Romanae, gratiam referant. — *Plaut. Pers. 3. 3. 14.* Liberator scortorum. — **2)** Adiective. *Liv. 35. 18. in fin.* Et alias civitates ad liberatorem populum defecturas. — **3)** Speciatim

II. *Liberator* est etiam epitheton Iovis. *Tacit. 15. Ann. 64.* Libare se liquorem illum Iovi liberatori. Adde *16. ibid. 35.* — **4)** Item Imperatorum quorundam. *Inscr.* apud *Grut. 281. 10.* Liberatori orbis Romani, restitutori libertatis, D. N. Magnentio. — **5)** Sublimiori sensu in SS. Litteris dicitur de Deo. *Vulg. Interpr. Psalm. 69. 6.* Adiutor meus et liberator meus es tu. Adde *ibid. 143. 2.* et *Dan. 6. 27.*

LĪBĔRĀTRIX, īcis, f. Verbale a *libero;* libertatis vindex: *liberatrices.* In Nummo argenteo L. Clodii Macri, qui, cum Africam provinciam legatus pro praetore regeret, audita Vindicis adversus Neronem seditione, ipse quoque imperium arripuit, apud *Eckhel, D. N. V. T. 6. p. 288.* L. Clodi Macri liberatrix; *scil.* Africa, cuius caput in eodem Nummo profertur. — **2)** Translate, adiectivorum more, *Prosper, Ep. ad Rufin. de lib. arbitr.* Liberatrix regeneratio in ipso exhalationis spiritus fine sanctificet. *Cassiod. de Anim. 10.* Ad liberatricem poenitudinem trahit.

LĪBĔRĀTUS, a, um. Particip. verbi *libero*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est in libertatem assertus, dimissus, absolutus; *posto in libertà, liberato, assolto. Cic. 14. Fam. 4. a med.* De familia liberata nihil est, quod te moveat. *Id. 2. Nat. D. 3.* Cum cavea liberati pulli non pascerentur. *Id. 1. Tusc. 1.* Defensionum laboribus et senatoriis muneribus liberatus. Et *4. ibid. 1.* dominatu regio. *Id. Marcell. 5.* a scelere. *Id. Rosc. Am. 30.* culpa. *Id. 6. Att. 2. ante med.* aere alieno. Et *10. ibid. 15. sub fin.* a quartana. *Caes. 3. B. G. 47.* obsidione. *Iustin. 5. 9.* metu. *Suet. Aug. 29.* periculo. — **2)** Liberata, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 121. Müll.*, ponebant pro effata; hoc est locuta. *Cic. 2. Leg. 8. extr.* Sacerdotes urbem, et agros, et templa liberata et effata habento; *h. e.* certis verbis, quibus eorum termini statuebantur ab auguribus, definita et consecrata. V. EFFARIS et EFFATUS §. 3. — **3)** *Liberatum flumen* est superatum; *passato. Hygin fab. 257.* Vix tandem Moerus, liberato flumine, consequitur carnificem. *Scheffer.* hic male putat legendum *librato.*

LĪBĔRĔ. Adverb. a *liber.* — Comparat. *liberius* §. 3. et seqq. — Proprie est liberaliter, ingenue, quemadmodum liberum hominem decet; *civilmente, nobilmente. Ter. Andr. 3. 4. 7.* Tunc hic homines adolescentulos, imperitos rerum, educatos libere, in fraudem illicis? — **2)** Item nullo timore, nullo impediente, nulla assentatione, etc.; *liberamente. Cic. 2. Divin. 48.* Animus somno relaxatus solute movetur et libere. *Id. Quint. 11.* Quem tu respirare libere non sinis. *Id. 4. Att. 16.* Constanter et libere me gessi. *Id. Orat. 23.* Ut ingredi libere oratio, non errare licenter videatur. — **3)** *Libere vivere* est licenter et suo more vivere, neque subiici alicuius voluntati. *Ter. Andr. 1. 1. 24.* Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, Liberius vivendi fuit potestas; *secondo la propria inclinazione.* — **4)** *Libere loqui* vel *dicere*, est confidenter, ut nihil gratiae tribuas, aut potentiae alicuius. *Cic. 4. Verr. 72.* Ne quis hoc me magis accusatorie, quam libere dixisse arbitretur. *Id. Plane. 13.* Asperius, inquit, locutus est: imo fortasse liberius. — **5)** Pro liberaliter, large, copiose. *Virg. 1. G. 127.* ipsaque tellus Omnia liberius, nullo poscente, ferebat. — Possis etiam interpretari, ultro, sponte, quia terra, sine labore hominum, ultro fruges fundebat.

LĪBĔRĪ, ōrum, m. V. LIBER, era, erum, §. 16. et seqq.

LĪBĔRĬTAS. V. LIBERTAS §. a.

LĪBĔRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *liber, a, um.* — **b)** *Liberasso* antique pro *liberavero* est *Plaut. Most. 1. 3. 66.* — **c)** Particip. *liberans* §. 3., *liberandus* §. 8., *liberatus*, V. suo loco, *liberaturus* §. 3. — **d)** Derivata et Composita, V. suo loco in LIBER, a, um.

LIBERO proprie est ex servo liberum facio, libertatem do, manumitto: et proprium est domini servum de sua potestate emittentis; *liberare, far libero, mettere in libertà. Plaut. Most. 1. 1. 22.* Amicas emite, liberate; pascite Parasitos. *Caes. 3. B. C. 9.* Servos omnes puberes liberaverunt. *Plin. 7. ep. 16.* Si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumisisti. *Cic. 1. Orat. 40.* Si quis apud nos servisset, aeseque liberasset. — **2)** Translate est libere dimittere, permittere, ut quippiam quis agat. *Id. 3. Fam. 7.* Ut eos quamprimum, ne in hiemem incideret, ad facultatem aedificandi liberarem. — **3)** Et universim extricare, solvere, ex impedimento, damno, molestia eripere. *Id. 2. Divin. 46.* Quorum linguae sic inhaererent, ut loqui non possent, eae scalpello resectae liberarentur? *si scioglierebbero? Ovid. 6. Met. 551.* vagina liberat ensem. *Cic. Univ. 6.* Eum ab omni erratione liberavit. *Id. 7. Verr. 9.* Multos ex his incommodis pecunia se liberasse. *Plin. 7. 51. 1.* Liberari febri quartana. *Hirt. B. Afr. 48.* a terrore. *Phaedr. 3. 2.* Panthera saltu fovea sese liberat. *Cic. 13. Att. 22.* Liberare aliquem culpa. *Id. 1. Nat. D. 6.* invidia. *Id. 1. Fam. 2.* suspicione cupiditatis. *Id. 6. Att. 1. circa med.* magna sollicitudine. *Caes. 3. B. C. 85.* periculo. Et *1. ibid. 9.* et *Ter. Andr. 2. 2. 14.* metu. *Caes. 4. B. G. 19.* obsidione. *Auct. B. Hisp. 42.* provinciam vectigalibus. *Curt. 8. 4.* militem damno et fame. *Iustin. 11. 11.* infamia matrem. *Liv. 32. 10.* Respondit, quas *(urbes)* ipse cepisset, eas liberaturum. — *Vulg. Interpr. Matth. 27. 49.* Videamus an veniat Elias liberans eum. — Cum genitivo, subintellecto ablativo *crimine*, aut eiusmodi. *Liv. 41. 19.* Senatus nec liberavit eius culpae regem, neque arguit. *Id. 5. 28.* Quin sine mora voti liberaretur. — **4)** Pertinet etiam ad iudicia, pro absolvere; *assolvere:* cui contrarium est condemnare. *Cic. Cluent. 22.* Qui ceteros . . . ex ipsa causa condemnassent, hunc, quem bis condemnatum iam acceperant, liberarent? *Id. 4. Verr. 29.* Qui antea Sopatrum eodem illo crimine liberarant. *Id. Mil. 18.* Videte, iudices, quantae res his testimoniis sint confectae. Primum certe liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur. — **5)** Speciatim

II. *Liberare fidem* est praestare promissum. *Cic. Flacc. 20.* Fusiis satisfacit absentibus, et fidem suam liberat. *Suet. Claud. 9.* Cum obligatam aerario fidem liberare non posset, in vacuum lege praediatoria venalis pependit. — **6)** *Liberare nomina* est impedita extricare et aequare; *mettere in chiaro le partite. Liv. 7. 21. ad fin.* — **7)** *Liberare promissa* est abrogare, irrita reddere. *Cic. 1. Offic. 10.* Quae promissa pleraque iure praetorio liberantur, nonnulla legibus. — **8)** *Liberare se aere alieno* est se expedire, aes alienum persolvendo. *Id. 6. Att. 2.* His ego duobus generibus *(civitatum)* facultatem ad se aere alieno liberandas aut levandas dedi. Adde *Sall. Cat. 41.* — **9)** Sic *liberari* dicitur *debitor*, cum, quod debebat, solutum est. *Ulp. Dig. 46. 3. 58.* — **10)** Et universim *liberari* dicuntur, qui obligationis cuiusquemodi vinculo solvuntur, quo adstringebantur. *Paul. ibid. 44. 7. 46.* et *46. 4. 11.* — **11)** *Liberare impensam* est *sollevar dalla spesa, rifar la spesa. Colum. 3. 3. a med.* Cum ea res omnem impensam terreni pretio suo liberet. — **12)** Refertur et ad inanima. *Iulian. Dig. 18. 1. 41.* Fundum alii obligatum liberare. *Caius, ibid. 33. 4. 18.* Pignoratas res, vel in publicum obligatas liberare. — **13)** *Liberare flumen* est superare ac transire; *passare. Frontin. 1. Strateg. 5. n. 3.* Cum unam spem salutis haberet, si flumen liberasset. Adde *4. ibid. 7. n. 28.* — *Petron. Satyr. 136.* Collectoque cultu meo, ire extra casam coepi: necdum liberaveram cellulae limen, cum animadverto etc.; *avea sgombrato, era uscito dal limitare.* Sunt quidem, qui lectionem sollicitant, sed vano conatu. — **14)** Apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulgato Interprete*,

III. *Liberare* dicitur imprimis Deus, qui homines gratia sua a servitute daemonis et peccati in veram libertatem vindicat. *Vulg. Interpr. Matth. 6. 13.* Libera nos a malo; *h. e.* a diabolo. *Id. Iob, 8. 36.* Si vos Filius liberaverit, vere liberi eritis. *Id. Rom. 8. 2.* Liberavit me a lege peccati et mortis. *Id. Galat. 4. 31.* Qua libertate Christus nos liberavit. — *Id. Iacob. 4. 12.* Iudex, qui potest perdere et liberare. — **15)** Speciatim *liberata a lege viri* dicitur apud *Eund. Rom. 7. 3.* mulier, quae a morte viri ad secundas nuptias potest transire. Sic eodem sensu absolute. *Id. 1. Cor. 7. 39.* Quod si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat. — **16)** Apud *Eund. Sap. 1. 6.* Non liberabit *(Deus)* maledicum a labiis suis; *h. e.* non sinet impunitum ob labiorum suorum delicta.

Nota. Constructio verbi est cum accusat. rei vel personae et ablat. cum praepos. *ab*, vel sine ea, vel, eo subaudito, cum genit. *Cf.* §. 3.

LĪBĔRTĀ, ae, f. V. LIBERATUS.

LĪBERTAS, ātis, f. Abstractum per syncopen a *liber*, unde *libertas*, dein *libertas*. — *Libertas* autem legitur in Numis Gallieni, Claudii Gothici et Quintilli apud *Rascke, Lex. rei Num. T. 2. P. 2. p. 1701., aliosque.* — **b)** *Loebertas* pro *libertas* scribitur in Numo gentis Cassiae apud *Cohen, Médaill. consul. Pl. XII. n. 14.* et *seq.* Cf. LIBER §. c. — Ἀρχαϊκῶς autem *leibertas* saepe in scriptis Lapidibus reperitur. V. LIBER, a, um, §. b. — **c)** In genit. plur. *libertatum* et *libertatium* aeque usurpatur (alterum tamen rarius), eadem ratione qua *civitas* habet *civitatium* et *civitatum*. V. CIVITAS §. b. — *Libertatium* habes apud *Ulp. Dig. 38. 1. 13.* — Porro

LIBERTAS proprie est facultas libere agendi; *libertà. Cic. 3. Parad. 1.* Quid est enim libertas? potestas vivendi, ut velis. *Id. 1. Orat. 52.* Virtus . . . sola libera est, quaeque, etiamsi corpora capta sint armis aut constricta vinculis, tamen suum ius atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat. *Virg. 11. Aen. 326.* Dare libertatem fandi. *Cic. Plane. 14.* Quae fuit olim praeconi in ridendo, nunc equiti R. in plorando non est concessa libertas. *Id. 3. Verr. 1. extr.* Praecidere sibi licentiam libertatemque vivendi. *Id. 4. Acad. 10.* Ne maiorem largiar ei, qui contra dicturus est, libertatem et licentiam. *Id. Plane. 8.* Tabella dat populo eam libertatem, ut, quod velint, faciant. *Horat. 1. Sat. 4. 8.* multa cum libertate notare. *Quintil. 3. 6. 84.*

Digitized by Google

Libertas testamentorum. — Cum infinito. *Val. Flacc. 1. 601.* Nec mihi libertas imis freta tollere arenis. *Propert. 1. 1. 28.* Sit modo libertas, quae volet ira, loqui. — **2)** Speciatim est libere loquendi facultas; παῤῥησία. *Ovid. 15. Heroid. 67.* Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit: Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit. *Justin. 15. 3.* Non culpae, sed libertatis poenas pendens. *Quintil. 10. 5. 15.* Libertas dialogorum. *Id. 10. 1. 28.* Libertas verborum (cui iungitur *licentia figurarum*). — **3)** Interdum a licentia ita distinguitur, ut in bonam partem accipiatur, licentia in malam. *Liv. 34. 2. extr.* Feminae omnium rerum libertatem, immo licentiam, si vera dicere volumus, desiderant. — **4)** Deinde

II. *Libertas* est etiam status et conditio hominis liberi: cui opponitur *servitus*. *Cic. Rabir. perduell. 11.* Scaevae, servo Q. Crotonis, libertas data est. *Id. Dom. 9.* Libertatem alicui adimere. *Id. 15. Att. 13.* retinere. *Id. Rabir. Post. 21.* perdere. *Id. 5. Leg. 17.* Largiri alicui. *Id. 1. Offic. 20. extr.* Libertate uti. *Enn.* apud *Eund. 1. Offic. 12.* Quorum virtuti belli fortuna pepercit, Eorundem me libertati parcere certum est. *Caes. 3. B. G. 10. in fin.* Omnes homines natura libertati studere et conditionem servitutis odisse. *Plaut. Capt. 2. 2. 50.* Quando patriam et libertatem perdidi. *Suet. Vitell. 10.* Quoscumque libuisset, in libertatem asserebant. *Id. Rhet. 1.* Petitur puer, quod domini voluntate fuerit liber, in libertatem. *Cic. Manil. 5.* et *Caecin. 12. extr.* Libertatem imminuere; *h. e.* iniuriam quamlibet alicui inferre. Nam qui iniuriam accipit, in ea re libertatem amittit, cum libertatis proprium sit laedi in vita a nemine, aut impediri, quo minus possit se ipso et rebus suis uti, ut libuerit. *Papinian. Dig. 38. 2. 41. extr.* et *Iulian. ibid. 40. 2. 4.* et *Ulp. ibid. 4. 4. 11.* alicui imponere; *h. e.* dare: ductum a virga, quae capiti manumissi a praetore imponebatur. — *Inscr.* apud *Orelli, n. 2983.* T. Vibius T. l. Optatus M *(ercurio)* V. S. L. M. libertatis caussa. — In plur. numero. *Plaut. Cas. 2. 8. 70.* Tribus non conduci possim libertatibus. Quin ego illis hodie comparem magnum malum. *Paul. Dig. 49. 14. 45.* Libertates in fraudem datas retrahere. *Caius, 2. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. 228. In libertatibus quoque dandis nimiam licentiam compescuit lex Furia Caninia. *Ulp. Dig. 38. 1. 13.* Libertatium conservandarum causa. — **5)** De *vicesima Libertatum*, v. VICESIMUS. — **6)** *Libertas Latina* inferioris conditionis erat, quam *Romana*. *Salvian. 3. adv. Avar. 7.* In usu siquidem quotidiano est, ut servi, etsi non optimae, certe non improbae servitutis, Romana a dominis libertate donentur; in qua scilicet et proprietatem peculii capiunt, et ius testamentorum consequuntur; ita ut viventes, cui volunt, res suas tradant, et morientes donatione transcribant. Nec solum hoc, sed et illa, quae in servitute positi conquisierant, ex dominorum domo tollere non vetantur . . . More ergo illorum uteris, qui servos suos non bene de se meritos, quia civitate Romana indignos iudicant, iugo Latinae libertatis addicant; quos scilicet iubent quidem sub libertorum titulo agere viventes, sed nolunt quidquam habere morientes. Negato enim his ultimae voluntatis arbitrio, etiam quae superstites habent, morientes donare non possunt. — **7)** Translate. *Cic. 2. Orat. 23.* Me ista oscitans sapientia, simul atque ad eam confugio, in libertatem vindicabit. *Id. 1. Nat D. 20.* His terroribus ab Epicuro soluti et in libertatem vindicati nec metuimus eos, etc. — **8)** Praeterea

III. *Libertas* est status liberae reipublicae, democratia. *Cic. 3. Leg. 10.* Aut exigendi reges non fuerunt, aut plebi re, non verbo, danda libertas; quae tamen sic data est, ut . . . auctoritati principum cederet. *Id. 6. Phil. 7. in fin.* Aliae nationes servitutem pati possunt: populi Romani est propria libertas. — *Id. 1. Rep. 27.* In optimatium dominatu vix particeps libertatis potest esse multitudo. Adde *2. Offic. 7., 3. Phil. 11. in fin., 1. Rep. 17.* et *Caes. 3. B. G. 8.* et *7. ibid. 1.* et *37. Lucan. 2. 282.* pro legibus arma Ferro iuvat patriis, libertatemque tueri. *Tacit. 1. Ann. 1.* Urbem Romam a principio reges habuere: libertatem, et consulatum L. Brutus instituit. *Quintil. 6. 5. 8.* Asserere libertatem reipublicae. — **9)** Metonymice de libero principatu ac potestate amplissima. *Vulg. Interpr. 1. Mach. 14. 26. de Simone pontifice.* Expugnavit inimicos Israël ab eis: et statuerunt *(Israëlitae)* ei libertatem et descripserunt in tabulis aeneis et posuerunt in titulis in monte Sion. — **10)** Translate de rebus, est immunitas agrorum, domuum, et huiusmodi, qua liberantur servitute. *Paul. Dig. 8. 6. 18.* Non potest vicinus usucepisse libertatem aedium suarum. Adde *Pompon. ibid. 2. 6.* — **11)** Huc spectant et illa *Quintil. 10. 5. 22.* Libertas caeli; *h. e.* caelum liberum. — *Tertull. de Virg. veland. 9.* Idcirco velaminis venia fit illi, ut in ecclesiam notabilis et insignis introeat, ut honorem sanctitatis in libertate capitis ostendat? *h. e.* in capite libero, aut non velato, ut mulieres non virgines. — **12)** Apud *Vulg. Interpr.* saepe *libertas* sensu spirituali dicitur de liberatione per Christum a captivitate daemonis et servitute peccati. Hinc *Paul. ad Galat. 4. 31.* Itaque, fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae, qua libertate Christus nos liberavit. Et *ibid. 5. 13.* Vos enim in libertatem vocati estis, fratres; tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus servite invicem. Adde *2. Cor. 3. 17.* — **13)** Hinc *lex libertatis* est ipsa lex Christi, qua eius discipuli liberi facti sunt, et secundum quam ambulare debent. *Id. Iacob. 1. 25.* Qui autem perspexit in legem perfectam libertatis et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Adde *ibid. 2. 12.* — **14)** Denique

IV. *Libertas* dea apud Romanos facta est, libertatis custos ac praeses, quam Iovis et Iunonis filiam fabulati sunt, teste *Hygin. Praef. fabular.* Et et templa dedicarunt Romani, ut suo loco dicetur in ONOM. — Hinc eleganter et invidiose templum Licentiae vocat *Cicero*, quod in eius domo P. Clodius exaedificaverat Libertatis templum, *Dom. 31.* Tu simulacrum non Libertatis publicae, sed Licentiae collocasti. Et *2. Leg. 17.* Vexati nostri Lares familiares: in eorum sedibus exaedificatum templum Licentiae.

Notn. *Libertas* quomodo a *licentia* aliquando distinguatur, tetigimus supra §. 3. Cf. LICENTIA.

LĪBERTĪNĀ, ae, f. v. LIBERTINUS.

LĪBERTĪNĬTAS, ātis, f. Abstractum a *libertinus*; conditio libertinorum. *Ulp. Dig. 22. 3. 14.* Qui se ex libertinitate ingenuum dicit. *Paul. ibid. 4. 8. 32.* Sive de ingenuitate, sive de libertinitate quaestio sit. Adde *Macr. ibid. 49. 4. 2. a med.* et *Cod. 10. 56. 1.*

LĪBERTĪNĬUM, ii, n. Nomen a *libertus*, quo significantur bona, quae libertus consequitur in morte patroni. *Calpurn. Declam. 14. sub fin.* Ego postulo tenue libertinium, quod etc. *Al. melius leg.* tenue, libertinum.

LĪBERTĪNUS (et Leibertinus. V. LIBER, a, um, §. b.), a, um, et Libertinus, i, m. et Libertina, ae, f. Nomen proprie adiectivum, saepius tamen absolute adhibitum de homine vel muliere, qui et quae aliquo pacto se ex servitute in libertatem vindicavit; *libertino, libertina*. *Cic. 3. Phil. 6.* Ipse ex libertini filia suscepit filios. *Horat. 1. Sat. 2. 48.* Merx tutior libertinarum. — *Inscr.* apud *Orelli, n. 3038.* Q. Trebonio Q. f. Cla. Aristo ex patribus libertinis. — **2)** *Libertinus* et *libertus* significatione idem sunt, differunt usu loquendi, nam *libertus* ad patronum refertur; *h. e.* ponitur, cum patroni mentio est, ut *libertus Ciceronis, Caesaris, meus, tuus*, etc. *Libertinus* ad conditionem refertur, et designat statum eius, qui antea servus, nunc liber est, sine respectu ad eum, qui liberavit, ut *libertinus homo, libertina mulier, conditio*, etc. *Cic. 5. Verr. 47.* P. Trebonius viros bonos et honestos fecit heredes: in his libertum suum. Et *paulo post, de eodem loquens.* Equiti Romano libertinus homo sit heres? *Caes. 1. B. C. 54.* Naves actuariae, quas Domitius servis, libertis, colonis suis compleverat. *Caius, 3. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. 51. Quod autem ad libertinarum bona pertinet, siquidem intestatae decesserint, nihil novi patronae liberis honoratae lex Papia praestat, itaque si neque ipsa patrona, neque liberta capite deminuta sit, ex lege XII. Tab. ad eam hereditas pertinet, et excluduntur libertae liberi. *Liv. 10. 21.* Nec ingenui modo, aut iuniores sacramento adacti sunt, sed seniorum etiam cohortes factae, libertinique centuriati. *Plin. 14. 3. 5.* Libertina plebs. *Horat. 1. Sat. 6. 6.* libertino patre natus. *Modestin. Dig. 1. 5. 21.* Libertina conditio. *Suet. Aug. 25.* Libertino milite, praeter quam Romae, incendiorum causa et si tumultus in graviore annona metueretur, bis usus est. *Martial. 5. 13.* Et libertinas arca flagellat opes. — **3)** Discrimen modo traditum servasse non videtur *Plaut.* ubi ait *Pers. 5. 2. 56.* Ita pars libertinorum est: nisi patrono qui adversatus est, Nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi; *libertorum* enim dicere debuit. Sic *Florentin. Dig. 38. 2. 28.* Si in libertinum animadversum erit, patronis eius eripiendum non est. — **4)** App. Claudii aetate, et aliquandiu post *libertini* dicebantur non iidem ac liberti, sed libertorum filii: qui tamen inter ingenuos postea habiti sunt. *Suet. Claud. 24.* Etiam App. Caecum censorem (anno scil. U. C. CCCCXLII.) libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus temporibus Appii, et deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. *Liv. 9. 46.* App. Claudius in censura senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat. At *Aurel. Vict. vir. illustr. 34.* App. Claudius Caecus in censura libertinos quoque in senatum legit. — **5)** Libertini non plus quam in urbanis tribubus suffragium ferebant. P. autem Clodius legem ferre proposuerat, qua possent in rusticis quoque, quae propriae ingenuorum sunt, ferre. *Ascon. in Milonian. 32.* — Praeter *Clodiam* aliae fuere *leges de libertinorum suffragiis*, nempe *Aemilia, Cornelia, Manilia, Manlia, Sulpicia*, de quibus v. suo loco in ONOM. — **6)** Speciatim

LIBERTINI dicti sunt Iudaei, qui captivi in bello facti et postea libertate donati et per Italiam aliasque orbis Romani regiones dispersi sunt. De his loquitur *Tacit. 2. Ann. 85.* Actum est et de sacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis, factumque patrum consultum, ut quattuor millia libertini generis ea superstitione infecta, quis idonea aetas, in insulam Sardiniam veherentur. Cf. *Suet. Tib. 36.* et *Ioseph. Antiq. 18. 3. 5.* — **7)** Hi non solum synagogam propriam habuerunt Hierosolymis (teste *Vulg. Interpr. Act. 6. 9.* Surrexerunt autem quidam de Syna-

Digitized by Google

goga, quale appellatur libertinorum), sed etiam in his locis, in quibus extra Palaestinam commorabantur pro cultu propriae religionis. Hoc ipsum testatur *Inscr.*, Pompeiis reperta, apud *De-Rossi, Bullett. Crist. a. 1864. p. 70.* Fabius Eupor princeps libertinorum; *h. e.* archisynagogus, ut explicat idem *De-Rossi, ibid.* et *p. 92.* et *seqq.*, coll. *a. 1865. p. 90.*, qui hac de re omnino consulendus est.

LĪBERTUS, i, m. *et* Liberta, ae, f. Nomen proprie adiectivum, ut praecedens, sed usu fere absolute substantivorum more adhibitum de iis, qui libertate sunt donati. — **b)** Scribitur etiam *leibertus*, ut dictum est sub v. LIBER§ §. b. — Item *livertus* pro *libertus* ex solita *b* et *v* litterarum permutatione est in *Inscr.* apud *De-Rossi, Bullett. Crist. a. 1865. p. 53.* Sibi livertis libertabusque, etc. — Perperam vero *lyberta* scribitur in *alia* apud *Promis, Antichità di Aosta, p. 28.* Antonia M. lyb. Aphrodisia. — **c)** In antiquis MSS. et editis libris *liberum, libertum* et *libertinum* inter se confusa fuisse, monet *Crusius* ad *Suet. Aug. 72., Tib. 61.* et *Vesp. 23.* — **d)** In dat. et ablat. plur. gen. femin. distinctionis gratia habet *libertabus*, qua si non sit opus, *libertis*. Cf. ANIMA §. c. et ASINA §. a. — Porro

LIBERTUS proprie dicitur qui ex iusta servitute in libertatem vindicatus aut manumissus est; *servo fatto libero:* et refertur ad patronum, ut in voce praeced. §. 2. dictum est. *Ter. Andr. 1. 1. 10.* Feci, e servo ut esses libertus mihi. *Cic. 13. Fam. 23.* Tota Cossinii domus me diligit, in primisque libertus eius L. Cossinius Anchialus. *Id. Mil. 33.* Servos nostros libertos suos fecit. *Id. Sext. 55.* Seque servorum et libertorum corporibus obtexit. *Horat. 2. Sat. 3. 122.* Filius, aut etiam haec libertus ut ebibat heres. — *Liberta* in fem. gen. *Horat. 1. Sat. 1. 89.* at hunc liberta securi Divisit medium fortissima Tyndaridarum. *Modestin. Dig. 50. 16. 103.* His verbis, *libertis libertabusque meis*, libertum libertae testatoris non contineri. *Plin. 10. ep. 4.* Rogo, des ius Quiritium libertis Antoniae Maximillae, ornatissimae feminae, Heliae, et Antoniae Harmeridi. Adde *ep. 22. Inscr.* apud *Orelli, n. 3033.* Locum . . . consecraverunt sibi . . . et libertis libertabusque posterisque eorum, excepta Secundina liberta impia. Adde *alias* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6404.* — **2)** *Assignare libertum* apud ICtos est testificari; scilicet significare, cuius ex liberis libertum eum esse voluit, ut docet *Modestin. Dig. 50. 16. 107.* — **3)** *Libertus verna* dictus est, ut distinguatur, ratione originis, ab aliis, qui empti sunt servi, et non nati. *Inscr.* apud *Orelli, n. 1520.* Iunoni Dorcadis, Iuliae Augustae *Libertas* vernae Caprensis, ornatricis, Lycastus conlibertus. *Alia, ibid. n. 2997.* M. Ulpio Aug. lib. vernae ab epistulis Latinis. *Alia, ibid. n. 3197.* Fortunatus Aug. lib. verna paternus, ab epistulis, etc. — *Alia* apud *Minervini* in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1860. p. 6.* L. Arruntio Successo vernae suo, qui vix. ann. XI. m. V. D. VI. Fecit Ulpia Faustina, et Iucundae et Firmo aeque vernis. — *Nota* omissionem nominis *liberti*, quod tamen subauditur. — **4)** *Liberti futuri* dicuntur, qui testamento Domini liberti fieri mandantur heredi. *Inscr.* apud *Orelli, n. 2980.* Faustus VI. Vir et Aug. . . . Viriae Maximae uxori carissimae et Urso, Lupo, Leoni, libertis futuris. — **5)** Translate libertus alicuius is dicitur, qui eidem, nulla cogente necessitate, indigne obsecundat. *Vellei. 2. 73.* Sex. Pompeius Magni filius, libertorum suorum libertus, servorumque servus. — **6)** A similitudine *libertus* dicitur discipulus Christi, a quo liber est factus. *Vulg. Interpr. 1. Cor. 7. 22.* Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini. Cf. LIBER, a, um, §. 15. — **7)** *Libertus* inscripta est etiam una ex comoediis L. Afranii, cuius aliquot fragmenta exstant, collecta a *Ribbeck, Reliq. Comic. Lat. p. 161.* et *seq.*

Nota I. Quod attinet ad libertorum nomina, haec monenda videntur ad Scriptorum et monumentorum intelligentiam. — Generatim servus (V. SERVUS), qui manumittebatur (V. MANUMISSIO), praenomen et nomen gentilitium domini assumebat, proprio servili nomine in cognomen tunc transeunte. Sic *Tiro*, Ciceronis servus ab hoc manumissus appellatus est *M. Tullius Tiro*. — Aliquando tamen, solo gentilitio domini retento, praenomen aliud impositum est liberto. Sic *Dionysius*, T. Pomponii Attici servus, ab hoc manumittente, in honorem M. Tullii Ciceronis, amici sui, vocatus est *M. Pomponius Dionysius*, teste ipso *Cic. 4. Att. 16.* De Eutychide gratum; qui vetere praenomine, novo nomine, *T. erit Caecilius (nam Atticus adoptatus ab avunculo suo* Q. Caecilio, *Caecilius quoque dictus est Nep. Att. 3.)*; ut est, ex me et ex te iunctus, *Dionysius, M. Pomponius*. — Huc spectant *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6381.* C. Arrio N. l. Rufioni. Et *n. 6383.* L. Cecius C. l. Auctus. Adde *n. 6384.* et *seq.*, coll. *n. 6379.*, ubi V. adnotata. — **2)** Sed erant etiam liberti plurium virorum. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5639.* a. Q. Caecilius Cn. A. Q. Flamini leibertus; *h. e.* Cn. et A. Caecilliorum et Q. Flamini. Adde *alias* apud *Orelli, n. 3008. 3010.* et *4694.* — **3)** Liberti mulierum praenomen usurparunt non ab ipsis, quia rarissime eo usas novimus, sed ab earum patre, si ingenuae, vel ab earum patrono, si libertae erant. Hinc *Inscr.* Patavina apud *Fabretti, p. 436. n. 38.* T. Livius Liviae T. f. Quartae l. Halys. *Alia, ibid. n. 50.* Apuleia Zosime Sex. lib. Sex. Apuleio lib. meo Themistocleti. *Alia* apud *Cavedoni, Marm. Mod. p. 231.* T. Vassidio D. L. Claro et Miniae Acridi Vassidia T. L. Aucta fecit et P. Ussieno Diogeni. — **4)** Liberti municipiorum, coloniarum et collegiorum (et aliquando Deorum) plerumque nomen gentilicium ab ipsis municipiis, colonis et collegiis sibi adsciscebant. *Inscr.* Amiternensis apud *Marini, Arv. p. 214.* M. Amiternius municipum L. Iucundus. *Alia* Pisaurensis apud *Fabretti, p. 438. n. 17.* P. Pisaurius col. lib. Achillas. *Alia, ibid. p. 454. n. 13.* Fabriciae Centoniae Arethusae uxori . . . Fabricius Centonius collegiorum lib. Chresimus; *h. e.* libertus collegiorum Fabrûm et Centonariorum. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6405.* C. Gerulonius . lau . . .; *h. e.* ut videtur, libertus Collegii Gerulonum seu Gerulorum. — *Alia* apud *Orelli, n. 3018.* Veneriae Col. I. Felix; *h. e.* Coloniae libertus, qui fuerat antea ἱερόδουλος Veneris, unde *Venerius* dictus. — **5)** Aliquando tamen huiusmodi liberti *Publicii* vel *Publicii* nominabantur. *Inscr.* Vicetina, quae mendosa apud *Grut. 455. 3.* et *Murat. 754. 3.*, ita vero legitur adhuc Vicetiae (ait *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon* exstans: P. Poblicio M. V. l. Valenti, etc.; *h. e.* Municipii Vicetini liberto. *Alia* Virunensis apud *Murat. 2052. 2.* C. Publicius Virunensium lib. Asiaticus. — **6)** Item aliquando liberti, qui prius fuerant servi sub domino diverso, alio cognomine insigniuntur desumpto a priore illo, quod desinit in *anus*. Sic *Inscr.* apud *Orelli, n. 2991.* Anna Liviae Maecenatiana; *h. e.* Maecenatis primum, deinde vel emptione vel testamento Liviae serva seu liberta. *Alia n. 2755.* Ti. Claudi Aug. lib. Epicteti Acteani; *h. e.* ab Acte, Neronis amica. Adde *alias, ibid. n. 2126.* — **7)** Singularis est *libertus trium Galliarum* in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6393.* P. *Claudius* trium Galliarum *libertus* Abascantus. — **8)** Habentur etiam liberti factionum. *Inscr.* apud *Orelli, n. 5021.* L. Avilio Galatae fact. russ. lib.; *h. e.* factionis Russatae liberto. — **Nota II.** Quodnam discrimen intersit inter *libertum* et *libertinum*, v. sub LIBERTINUS §. 2. et seq.

LĪBRS *pro* Libens. V. LIBENS §. b.

* LIBESCIT, ēbat, ĕre. Verbum intransitiv. impers., specie inchoativ. a *libet*. — Hoc verbum, inquit *Furlanetto* in *Append.* ad hoc *Lexicon*, etiam usurpatum olim fuisse videtur, etenim legitur *qualibescit* in *Not. Tir. p. 35.* V. QUALIBESCIT.

LĪBET et Lubet, bēbat, buit, bĭtum est, bēre. Verbum intransitiv., forma impersonali, pro qua et personali, *libeo, es, ui, ēre*, olim adhibitum fuisse testatur *Caper* apud *Priscian. 11. p. 922. Putsch.* ut *pigeo, taedeo, pudeo*, et alia id genus. — **b)** Idem tamen *Priscian. Partit. XII. Vers. Aen. p. 1249. ibid.* monet, *libeo* et *liceo* quidem dici, sed alterius esse significationis; « *libeo* enim, inquit, τὸ πελιδνοῦμαι, *liceo* vel *licesor* ὑπερθεματίζω significat. » — Porro cum Graecum πελιδνοῦμαι *livco* vel *livesco* significet, videtur insinuari etiam *libeo* pro *liveo* a *Capro* fortasse intellectum fuisse, vel saltem Prisciani tempore ita usurpatum fuisse. — Ceterum neque *Caper*, neque *Priscianus* id ullius Scriptoris auctoritate confirmant. — **c)** *Lubet* pro *libet*, et *lubido, lubentia*, etc. Priscorum sunt, ut et *Priscian.* monet, *1. p. 553. ibid.* et apud Comicos praecipue frequentia. — **d)** Particip. *libens*, et *libitus*, v. suo loco. — **e)** Derivata, *libenter, libentia, libentinus, libescit, libidinitas, libidinor, libidinose, libidinosus, libido, libitus, us*. — **f)** Composita, *allubentia, allubesco, collibet, collibescit, perlibenter, perlubens, perlubet, prolubido, prolubium, qualibescit, qualibet, qualislibet, quamlibet, quandolibet, quantuluslibet, quantuslibet, quilibet, quolibet, ubilibet, undelibet, unusquilibet, uterlibet, utralibet, utrolibet*.

LIBET vel Lubet proprie est idem ac placet; *piace, ho voglia:* et adhibetur absolute, vel cum dativo. *Plaut. Most. 5. 2. 10.* Ego ibo pro te, si tibi non libet. *Id. Pers. 5. 2. 13.* Adi, si libet. *Cic. 5. Tusc. 15.* Adde etiam, si libet, pernicitatem et velocitatem. *Ter. Andr. 1. 3. 8.* Aut, si libitum fuerit, causam reperit. *Plaut. Pseud. 1. 3. 114.* Cur id ausus facere? *B.* lubuit. *Id. Asin. 1. 1. 87.* Ubicumque libitum erit animo meo. *Id. Merc. 1. 2. 19.* Lubet scire ex hoc me, ut sim certior. — Item cum nominativo pronominis aut relationis. *Id. Most. 1. 3. 138. Phil.* Mea Philematium, potare tecum collibitum est mihi. *Ph.* Lubet et edepol mihi tecum: nam quod tibi lubet, idem mihi lubet. *Ter. Adelph. 5. 9. 54.* Facite, quod vobis lubet. *Cic. 2. Orat. 4.* Sin tibi id minus libebit, non te urgebo. *Cic. Quint. 30. sub fin.* Sin et poterit Naevius id, quod libet, et ei libebit, quod non licet. *Plaut. Amph. 1. 1. 17.* Quodcumque homini accidit libere, posse retur; *venirgli in capriccio. Cic. 14. Att. 19. a med.* Cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere. *Ter. Heaut. 3. 1. 83.* Faciat, quod lubet. *Cic. Senect. 12.* Quae *(senectus)* efficeret, ut id non liberet, quod non oporteret. — In plur. num. *Suet. Caes. 20.* Cetera item, quae cuique libuissent, dilargitus est. — Sequente infinito. *Cic. 2. Att. 18.* Sed de republica non libet plura scribere. *Plaut. Pseud. 1. 3. 138.* Concedere aliquantisper hinc mihi intro libet. *Id. ibid. 4. 3. 3.* Mihi lubet nunc venire Pseudolum. *Ter. Andr. 1. 5. 28.* Quae meo cumque animo lubitum est facere. *Enn.* apud *Gell. 19. 10. 12.* Quum illuc ventum est, ire illuc lubet. *Cic. 1.*

Digitized by Google

Rep. 17. Qui in foro, quicum colloqui libeat, non habeant. Adde *Quintil.* 1. 12. 12. — **2)** *Ut lubet*, formula est assentientis, permittentis, concedentis. *Ter. Heaut.* 4. 4. 16. Atqui iam dabitur. *Ba.* ut lubet: num ego insto? *coma ti piace*. *Id. Andr.* 2. 1. 10. Age, age, ut libet. Adde *Heaut.* 4. 5. 32. et *Adelph.* 2. 2. 38.

LĪBĬDĬNĬTAS et Lubidinitas, ātis, f. Verbale a *libidinor*, idem quod libido. *Labor.* apud *Non.* 8. 61. Lubidinitate labitur.

LĪBĬDĬNOR et Lubidinor, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. a *libido*, forma deponens. — Particip. *libidinans*, infra. — Est libidini indulgeo, libidine agor. *Suet. Ner.* 28. Olim etiam, quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceste, . . . affirmant. *Poëta* in *Anthol. Lat.* n. 962. *Meyer.* Expellas animo nimis, rogamus, Mores illicite libidinantes. *Tertull. adv. Gnost.* 5. Abeunt *(Israëlitae)* libidinatum ad filias Moab. *Hilar.* in *Psalm.* 118. litt. XIX. n. 10. Neque eum *(Deum)* abesse *(credamus)* . . . cum inebriamur, cum libidinamur, etc. Adde *Martial.* 7. 67.

LĪBĬDĬNŌSĒ et Lubidinose. Adverb. a *libidinosus*. — Comparat. *libidinosius*, infra. — Est secundum animi libidinem, cupide, intemperanter, nimis appetenter, licenter; *appassionatamente, intemperantemente, sfrenatamente, a capriccio*. *Sall. Cat.* 51. Ubi paulatim licentia crevit, iuxta bonos et malos lubidinose interficiunt. *Cic. Divin. Verr.* 12. Quae ille libidinose, quae nefarie, quae crudeliter fecerit. *Id. 1. Offic.* 4. *in fin.* Cavetque in omnibus et opinionibus, et factis, ne quid libidinose aut faciat, aut cogitet. *Liv.* 3. 56. *ad fin.* Abstinebatur a patribus: in humiliores libidinose crudeliterque consulebatur. *Tertull. Monog.* 16. *in fin.* Libidinosius saevire.

LĪBĬDĬNŌSUS et Lubidinosus, a, um. Adiect. a *libido*. — Comparat. *libidinosior* §. 1., superlat. *libidinosissimus* §. 1. — Proprie est intemperans, cupidus, secundum animi libidinem, voluptatis causa factus: sive illa Venerea sit, sive alterius generis; *appassionato, sfrenato, fatto a capriccio della passione, per impeto, o voglia del piacere*. *Cic. Pis.* 36. Quid ego rerum capitalium quaestiones, reorum pactiones, acerbissimas damnationes, libidinosissimas liberationes proferam? *Id. Dom.* 2. Quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia certum et definitum ius religionum, vetustas exemplorum deterret. *Senec. Consol. ad Marc.* 10. *sub fin.* Fortuna, ut varia et libidinosa, mancipiorumque suorum negligens domina, et poenis et muneribus errabit. *Arnob.* 4. p. 138. Libidinosa fictio; *finzione capricciosa*. Et *Colum. prooem.* l. 10. Cum nostra aetas dapibus libidinosis pretia constituerit, coenaeque non naturalibus desideriis, sed censibus aestimentur; *delicate, squisite, di lusso*. *Cic. Pis.* 27. Scitote, nihil isto esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. V. *Nota. Nep. Alcib.* 1. Luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur. *Cic.* 4. *Verr.* 78. Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimusque. *Horat. Epod.* 10. 23. Libidinosus caper. — **2)** Translate. *Quintil.* 8. 12. a *med.* Quapropter eloquentiam, licet haec (ut sentio enim, dicam) libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse existimabo, quae ne minimum quidem in se indicium masculini et incorrupti ostendet; *effeminata*. — **3)** In bonam partem et cum genitivo: *Libidinosus eloquentiae et gloriae*, apud *Tertull. Apolog.* 48. et *Virg. veland.* 13. est vehementer cupidus.

Nota. Discrimen inter *luxuriosum* et *libidinosum* statuitur in eo, quod *luxuriosus* nimius est in effundendo; *libidinosus* nimius in appetendo.

LĪBĪDO et Lubido, ĭnis, f. Verbale a *libet*; cupiditas, voluntas, impetus animi quippiam appetentis; et fere sine ratione; *voglia, capriccio, prurito*. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 4. Libido libet momentaliter, fugit perenniter. *Lucret.* 4. 780. Quaeritur in primis, quare, quod cuique lubido Venerit, extemplo mens cogitet eius idipsum. *Cic.* 4. *Tusc.* 6. Ex bonis libidinem et laetitiam, ut sit laetitia praesentium bonorum, libido futurorum: ex malis metum et aegritudinem nasci censent, metum futuris, aegritudinem praesentibus. Et 3. *ibid.* 8. Iracundia libidinis est pars, sic enim definitur iracundia, ulciscendi libido. *Id.* 5. *Fin.* 9. *ad fin.* Timere, moerere, in libidine esse, peccatum est. *Plin.* 30. 8. 1. *de Nerone*. Quippe non citharae, tragicique cantus libido illi maior fuit; *non ebbe maggior diletto*. Et *Gell.* 19. 4. Libido urinae lacessit; *voglia di pisciare*. Et *Cato, RR.* 156. Ubi libido veniet nauseae. *Cic.* 3. *Leg.* 18. *ad fin.* Suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus. *Id.* 9. *Fam.* 16. *ante med.* Nec praestari quidquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. *Id.* 2. *Invent.* 45. Ex ea ratione, quae in mentem aut in libidinem venerit, rem administrare. *Id. Rosc. Am.* 49. Ad libidinem suam vexare aliquem; *a capriccio, a sua voglia*. Et *Font.* 12. aliorum iudicare; *a piacere altrui*. Et 1. *Fin.* 6. Fingere aliquid ad libidinem. Sic *Liv.* 28. 21. Instruitur acies ad libidinem militum forte procurrentium: deinde per libidinem aut metum deserentium locum. *Tacit.* 4. *Ann.* 46. Ne regibus quidem parere, nisi ex libidine, soliti; *se non quando ne fosse loro venuta voglia; a lor posta*. *Sall. Cat.* 8. Fortuna res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero celebrat obscuratque. *Plaut. Pers.* 3. 2. 26. Hunc irridere lenonem lubido est. *Crassus* apud *Cic.* 3. *Orat.* 1. Spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. — **2)** Saepe ad voluptates corporis Venereas refertur; *libidine, luxuria*. *Cic.* saepe, *Sallust., Petron., Horat., Plin., Suet., Tacit.* etc. tum in singulari num., ut apud *Cic.* 1. *Offic.* 17. Quum sit hoc natura commune animantium, ut habeant libidinem procreandi. — Tum in plurali. *Id.* 2. *Nat. D.* 51. In mare et in femina commiscendorum corporum mirae libidines, — **3)** Metonymice *libidines* absolute dicuntur lascivae imagines, quae in tabulis, vel in poculis pingebantur, aut sculpebantur, quales fuisse dicuntur, quae Philaenidis, aut Elephantidis schemata obscena repraesentabant. *Plin. praef.* l. 33. In poculis libidines caelare iuvit, et per obscenitates bibere. V. PHILOPOTA. *Id.* 35. 36. 11. Parrhasius pinxit et minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis ioci se reficiens. — Huc etiam spectare videtur locus *Cic.* 3. *Leg.* 13. Quis enim ferret istos, cum videret eorum villas signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam sacris et religiosis? Quis non frangeret eorum libidines, nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent, cupiditatis eiusdem tenerentur? — **4)** In bonam partem. *Sall. Cat.* 7. Iuventus magis in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis atque conviviis, lubidinem habebat; *mettea il suo studio; avea vaghezza*. Et *in fin. orat.* 2. *ad Caes.* Si tibi bona lubido fuerit patriae, parentibus gratificandi.

* LĪBĬENS. V. LIBENS §. b.

LĪBĬTĪNĂ, ae, f. Nomen Deae proprium, in cuius templo vendebantur et locabantur ea, quae ad sepulturam pertinebant; putabatur enim mortuis praesse, ut dicemus suo loco in ONOM. — Metonymice ponitur pro morte. *Iuvenal.* 12. 122. si Libitinam evaserit aeger. *Horat.* 3. *Od.* 30. 6. multaque pars mei Vitabit Libitinam. *Id.* 2. *Sat.* 6. 15. Autumnusque gravis, Libitinae quaestus acerbae. *Phaedr.* 4. 19. *in fin.* Libitina ne quid de tuo faciat lucri. — **2)** Significat et feretrum, seu pyram, in qua mortui collocantur. *Ascon.* in *argum. Milonianae*. Fasces ex lecto libitinae raptos attulit ad domum Scipionis. *Martial.* 10. 97. Dum levis arsura struitur libitina papyro. *Plin.* 37. 11. 43. Arma vero, et libitina, totusque unius diei apparatus erat e succino. *h. e.* lectus, quo in arena mortui gladiatores statim efferebantur — **3)** Denique pro sepeliendi arte, seu vendendi ea, quae ad sepulturam pertinent. *Val. Max.* 8. 2. n. 10. Qui tunc libitinam exercebant, tum rerum suarum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt. In *Tab. aen.* apud *Maxoch.* p. 415. et 420. Praeconium, dissignationem, libitinam facere. Cf. voc. seq.

LĪBĬTĪNĀRĬUS, ii, m. Nomen a *Libitina*, proprie adiectivum, absolute tamen adhibitum de eo, qui locat aut vendit ea, quae ad pompam funebrem sunt necessaria, vel qui curam habet sepeliendorum hominum: a Libitina Dea, in cuius aede asservabantur ea, quae ad institutionem funebris pompae erant necessaria. Honestior erat libitinarii conditio, quam pollinctoris. Nam pollinctor servus erat libitinarii, hic pollinctoribus praeerat. Igitur cum libitinario transigi solebat de sumptibus, quos funeri impendi oporteret. Hic deinde pollinctorum, praeficarum, vespillonum opera administrabat, quaecumque ad iusta ac parentationem pertinerent. *Senec.* 6. *Benef.* 38. An tu Arruntium, et Aterium, et ceteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quae designatores et libitinarios, vota? *Ulp. Dig.* 14. 3. 5. §. 8. Si libitinarius, quos Graece κηροδόκους vocant, servum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit, danda in eum quasi institoria actio.

LĪBĬTĪNENSIS, se. Adiect. a *Libitina*; ad Libitinam pertinens, sive ad mortem. Hinc *Libitinensis porta*, apud *Lamprid. Commod.* 16. Galea eius, inquit, bis per portam Libitinensem elata est. Ubi intelligendam esse portam amphitheatri, qua interfectorum gladiatorum cadavera efferebantur, censet *Kirchman. de fun. Rom.* l. 2. c. 20. — Huic portae opposita erat *Sanavivaria*, qua gladiatores et bestiarii ex pugna vivi superstites efferebantur. Huius portae mentio est in *Act. SS. Perpet. et Felicit.* apud *Ruinart.* n. 10. et 20.

LĪBĬTUM, i, n. V. voc. seq. §. 2.

LĪBĬTUS, a, um. Particip. verbi *libet*, adiectivorum more etiam adhibitum: qui placuit, cuius libido et cupido fuit; *venuto in piacere, in capriccio*. *Tertull. Idolol.* 4. *a med.* Omnes vani, qui faciunt libita sibi, quae illis non proderunt. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LIBITUM, i, n. Est quod libet; *voglia, capriccio, piacere*. *Tacit.* 6. *Ann.* 1. Sua ipsi libita, velut in captos exercebant. *Id.* 12. *ibid.* 6. Vidisse ipsos, arripi coniuges ad libita Caesarum. Adde 14. *ibid.* 2. sed hic quoque in plur. numero. — In sing. num. *Gelas. pap.* apud *Dionys. Exig. Decret. Gelas.* n. 3. *in fin.* Neque pro suo libito, iura studeant aliena pervadere.

LĪBĬTUS, us, m. Verbale a *libet*, idem ac libitum. *Alcim.* 5. 142. Et curvata caput libitus assuesce viriles.

LĪBO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum a voce Graeca λείβω, quae idem su-

Digitized by Google

gnificat, testante etiam *Martyr.* apud *Cassiod. Orthogr. 8.* — **b**) Particip. *libans* §. 1., *libandus* §. 1., *libatus*, v. suo loco. — **c**) Derivata, *libacunculus*, *libamen*, *libamentum*, *libarius*, *libatio*, *libator*, *libatorium*, *libum*. — **d**) Composita, *delibo* et *delibuo*, *illibabilis*, *illibatus*, *illibo*, *praelibatio*, *praelibo*, *prolibo*.

LIBO proprie est spargo, fundo; *spargere, versare, offerire in onor degli Dei*. Habet autem locum praecipue in sacris, in quibus *libare* est partem vini, alteriusve liquoris, vel etiam rei cuiuslibet, quae oblata sit, in aram, vel in aërem, vel in mare fundere, ut significetur, totum illud Deo sacrum esse, cuius prima portio in eius honorem funditur. *Liv. 39. 43.* Libare Diis dapes. *Val. Flacc. 1. 666.* Hac *(patera)* libat latices, et talibus infit. *Virg. 5. Aen. 77.* duo rite mero libans carchesia Baccho. Et *1. ibid. 740.* in mensam laticum libavit honorem. Et *12. ibid. 174.* Dant fruges manibus salsas, et tempora ferro Summa notant pecudum, paterisque altaria libant; *h. e.* pateras altaribus, hypallage. *Ovid. 3. Met. 27.* iubet ire ministros, Et petere e vivis libandas fontibus undas. — *Vulg. Interpr. Ezech. 20. 28.* Libare libationes. *Id. Ierem. 44. 19.* libamina. — **2**) Pro sacrificare. *Tibull. 1. 11. 21.* libare uvam. *Ovid. 8. Met. 274.* frugem Cereri. *Id. 4. Pont. 8. 59.* tura Diis de acerra. *Id. 1. Fast. 389.* exta canum Triviae. Et *ibid. 388.* ovis viscera flammis. — Passive impersonaliter. *Gell. 12. 8.* Cum solemni die Iovi libaretur. — **3**) Absolute, vel cum dativo sive intransitivorum more eodem sensu. *Vulg. Interpr. Isai. 65. 11.* Ponitis fortunae mensam et libatis super eam. *Id. Ierem. 1. 16.* Et libaverunt Diis alienis et adoraverunt opus manuum suarum. *Id. Eccli. 50. 16.* Et libavit de sanguine uvae. *Id. Ierem. 11. 15.* Et clamabant ad Deos, quibus libant. — **4**) Translate. *Ovid. 1. Pont. 9. 41.* Iure igitur Celso lacrimas libamus adempto. *Propert. 4. 6. 8.* Libare carmina aris. — **5**) Deinde, extra rem sacram,

II. *Libo* ponitur simpliciter pro fundere, quam quidam primariam esse verbi significationem putant. *Val. Flacc. 4. 13.* arcano redolentem nectare rorem Detulit, inque vagi libavit tempora nati. — **6**) Translate est gustare, degustare; *gustare, assaggiare. Virg. 3. Aen. 554.* Aulai in medio libabant pocula Bacchi. *Id. 4. G. 54. de apib.* et flumina libant Summa leves. *Id. 3. Ecl. 26.* nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. *Calpurn. 6. Ecl. 31.* pullus equi, qui gramina, matre relicta, Nunc primum teneris libavit dentibus. — **7**) Item leviter attingere; *toccare leggermente. Ovid. 1. Art. am. 577.* Libare cibos digitis. *Id. 10. Met. 653.* summam celeri pede libat arenam. *Petron. Satyr. 136.* Necdum libaveram cellulae limen. *Virg. 1. Aen. 256.* Oscula libavit natae; *h. e.* summis labris sumpsit. *Senec. Phoeniss. 174. dextra* timida tum parvo caput Libavit haustu. — **8**) Item decerpere, excerpere; *torre, prendere. Cic. 2. Invent. 2.* Ex variis ingeniis excellentissima quaeque libavimus. *Id. 3. Tusc. 29.* Libasque ex omnibus quodcumque te maxime specie veritatis movet. *Id. 1. Orat. 30. ad fin.* Est boni oratoris multa legendo percurrisse, neque ea, ut sua possedisse, sed, ut aliena, libasse. *Auct. ad Herenn. 4. 5.* Vide, ne impudenter facias, qui nomini tuo velis ex aliorum laboribus libare laudem. — **9**) Item imminuere, absumere. *Lucret. 5. 261.* Ergo terra tibi libatur, et aucta recrescit. Et *ibid. 369.* illa ipsa intervalla nihil de corpore libant. *Alii leg.* limant. *Propert. 4. 5. 37.* ne quid cras libet ab ore dies; *h. e.* aetas de forma detrahat. V. LIBATUS §. 3.

Nota. Discrimen inter *immolo* et *libo* dedimus sub v. IMMOLO in *Nota* §. 1., coll. etiam §. 2.

LĪBŎNŎTOS, *Graeca positione*, et *Latina*,

LĪBŎNŎTUS, i, m. Nomen a *Libs* et *Notus*, Graece quoque λιβόνοτος, quo significatur ventus, qui et *Austroafricus* dicitur, Italice *Ostro Garbino*, vel *Sud-Sud-Ovest*. V. AUSTROAFRICUS. *Plin. 2. 46.* Inter Libs et Notum compositum ex utroque medium, inter meridiem et hibernum occidentem, Libonotos. *Senec. 5. Quaest. nat. 16. extr.* A meridiano axe Euronotus est; deinde Notus, Latine Auster; deinde Libonotus, qui apud nos sine nomine est. *Alii hic leg.* Leuconotus. Adde *Vitruv. 6. 1. 10.*

LĪBRĂ, ae, f. Nomen a λίτρα, quae vox est Sicula, obulum significans. — **b**) Ἀρχαικῶς *leibra* videtur scriptum fuisse ex eo, quod etiam *leibro*, quod inde derivatum est, exaratum legitur in *Inscr. in Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 1258. Hoc monumentum . . . leibravit et polivit.* — **c**) Derivata, *libella, libralis, libramen, libramentum, librarius* (V. secundo loco), *librate, libratio, librator, libratura, librilis, libro*. — **d**) Composita, *aequilibrator, aequilibris, bilibra, collibro, delibro, libripens, perlibratio, perlibro, quadrilibris, quinquelibralis, quinquelibris, selibra, semilibra, sesquilibra, trilibris.*

LIBRA proprie est pondus duodecim unciarum; *libbra*. Aequivalet assi, et inter minora pondera maximum est, inter maiora minimum. Fuit autem libra Romana aliquanto maior, quam mina Attica. Librae autem partes eaedem sunt atque assis. V. AS §. 9. *Varr. 5. LL. 36.* As erat librae pondus. *Liv. 4. 20.* Coronam auream librae pondo Iovi donum posuit. *Al. leg.* libram pondo. *Plin. 26. 56. 1.* Libra radicis in vini congio decocta. *Id. 9. 50. 1.* Mulli binas libras ponderis raro exsuperant. Et *ibid. 17. 1.* Thynnus pinguescens ad mille aliquando libras. — *Vulg. Interpr. Ioh. 19. 39.* Ferens mixturam myrrhae et aloes, quasi libras centum. — **2**) Translate ponitur pro libramento. *Plin. 16. 65. 2.* Contra flatus quoque pervicax libra Bononiensibus calamis; *h. e.* pondus aequilibratum. — **3**) Deinde, a similitudine,

II. *Libra* est etiam mensura liquidorum constans duodecim partibus aequalibus, quas similiter uncias vocabant. Erat autem libra haec, teste *Galen. lib. 1. de composit. med. per gen. c. 17.* et *l. 6. c. 8.*, mensura cornea, qua oleum admetiebantur, intersecta lineis quibusdam dividentibus ipsam in duodecim partes. Corneis autem mensuris oleum apud Romanos vendi consuevisse, ostendit etiam *Horat. 2. Sat. 2. 61.* — *Suet. Caes. 38.* Frumenti denos modios, et totidem olei libras. *Vulg. Interpr. Ioh. 12. 3.* Maria ergo accepit libram unguenti nardi. — **4**) Item *libra* est instrumentum, quo res ponderantur, habens duas lances, ex quarum depressione, vel elevatione iustum rei pondus deprehenditur. Unde etiam bilancem vocant; *bilancia*. Statera vero instrumentum est, quo res sine lancibus, vel unica lance ponderantur; *stadera. Cic. 5. Tusc. 17. extr.* Quo in loco quaero, quam vim habeat libra illa Critolai, qui, cum in alteram librae lancem animi bona imponebat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimat. *Plin. 10. 30. 2.* Surculo super bina ova imposito, ac ferruminato alvi glutino, subdita cervice medio, aequa utrinque libra deportant alio. — **5**) *Facere aliquid per aes et libram*, v. MANCIPIUM. — **6**) Translate. *Pers. 4. 10.* Scis etenim iustum gemina suspendere lance Ancipitis librae. *Claud. 1. Laud. Stilich. 75.* animi cunctantis libra; *h. e.* examen, disquisitio. — **7**) Praeterea *libra* etiam instrumentum est fabrile, seu potius geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, vel fluviorum, num scilicet altiora sint eo loco, quo ea ducere constituimus, quae et *libella* appellatur. Quamquam etiam non raro librae vocabulum usurpamus pro ipsa altitudine, quam machina huiusmodi deprehendimus. Unde lacum dicimus esse pari libra cum mari; idest aequali altitudine; *a livello*. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cuius scaturigo monte est inferior. *Colum. 8. 17.* Sin autem locus, ubi vivarium constituere censemus, pari libra cum aequore maris est, in pedes novem defodiatur piscina. Et *mox.* Modus aquae iacentis infra libram maris. *Caes. 3. B. C. 40.* Alteram navem pluribus aggressus navibus, in quibus ad libram fecerat turres; *h. e.* pari libra hinc et hinc, ne navis inclinet. *Al. expon.* aequalis altitudinis. — *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6428.* Specus . . . supra infrave libram recte aedificati. — **8**) Specialim

III. *Libra* apud Scriptores rei agrariae est mensura seu pars quaedam agri. *Hygin. de limitib. p. 210. Goës.* In provincia Narbonensi varia sunt vocabula *(agrorum)*: alii appellant libram, alii paralleliam, in Hispania centurias. — **9**) Denique apud Astronomos *Libra* est caeleste signum, constans ex octo stellis, quod Caesaris aetate octavo, hodie decimo tertio Cal. Octobris, sole ipsum ingrediente, aequinoctium facit autumnale. *Virg. 1. G. 208.* Libra die somnique pares ubi fecerit horas. Aliqui dicunt, Libram esse imaginem Astraeae filiae Astraei et Aurorae, vel Iovis et Themidos, ut alii malunt, quae a gentibus Dea iustitiae antistita habita est. V. ASTRAEA etiam in ONOM. — Porro Veterum nonnulli hoc signum non agnovere; eius enim spatium a Scorpii chelis occupari faciebant: et Caesaris demum aetate, qui vetus Kalendarium reformavit, videtur *Libra* locum occupasse chelarum Scorpionis, quae et iugum appellatur (V. IUGUM §. 15.) ob similitudinem. Hanc ita describit *Manil. 4. 545.* Sed cum autumnales coeperunt surgere Chelae, Felix aequato genitus sub pondere Librae Iudex extremae sistet vitaeque necisque, Imponetque iugum terris, legesque rogabit. *Virg. 1. G. 33.* Qua locus Erigonen inter, chelasque sequentes. Et *Ovid. 2. Met. 195.* Est locus, in geminos ubi brachia contrahit ardens Scorpius, et cauda, flexisque utrinque lacertis Porrigit in spatium signorum membra duorum. *Macrob. 1. Somn. Scip. 18. a med.* Libram, idest Scorpii chelas, oriri videmus. *Servius ad loc. Virg. cit.* Aegyptii duodecim esse asserunt signa: Chaldaei vero undecim, nam Scorpium et Libram unum signum accipiunt. Chelae enim Scorpii libram faciunt. Adde *Plin. 18. 33. 12.* et *32. 46. 4.*

LĪBRĀLIS, le. Adiect. a *libra;* qui est unius librae; d'*una libbra*. *Plin. 19. 11. 1.* Excedunt saepe magnitudinem mali colonei etiam librali pondere. *Id. 33. 13. 1.* Librales asses. Et *ibid. §. 3.* Librale pondus aeris imminutum. *Id. 13. 11. 1.* Libralia pira. *Colum. 6. 2.* et *Pallad. 4. 12. a med.* Libralesque offas in praesulsae adipis liquamine tinctas in gulam demittito.

LĪBRĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *libro;* libramentum, vis librandi et eiaculandi. *Liv. 42. 65.* Huic spiculo ad libramen pinnae tres, veluti sagittis solent, circumdabantur. — **2**) Item aequilibrium. *Maxim. Taurin. Tract. 4. p. 789. Migne.* Miro libramine ex omni parte compositam totam huiusmodi molem ipse continet fabricator. — **3**) Translate. *Claud. Mamert. 3. Stat. anim. 13. init.* Adhibito iudicii libramine.

Digitized by Google

LĪBRĀMENTUM, i, n. Verbale a *libro*, syllabica adiectione productum; aequamentum; *uguagliamento, equilibrio. Colum. 1. 5. a med.* Temperatum libramentum ventorum hiemalium et aestivorum. *Sen. Nat. 5. Benef. 6. a med. de eclipsi solari.* Modo excludit *(luna)* totius solis aspectum, si recto libramento inter solem terrasque media successit; *a perpendiculo.* — **2)** Translate. *Cic. 4. Acad. 38. a med.* extremitatem mathematicam; h. e. superficiem, *quasi libramentum* dicit, ob summam aequalitatem. — **3)** Speciatim in aquaeductibus libramentum aquae est collatio altitudinis loci, unde deducitur, cum altitudine loci, quo ducitur, ut aqua commode vel ascendere, ubi opus sit, vel descendere possit. *Plin. 31. 31. 1.* Libramentum aquae in centenos pedes sicilici minimum erit; h. e. descensus, seu declivitas aquae, quae deducenda est; *il livello dell'acqua. Vitruv. 8. 7.* Si canalibus *(fiat deductio)*, structura fiat quam solidissima, solumque rivi libramenta habeat fastigiata; h. e. positiones, non quidem aequas, sed initio quidem sublimes, in fine declives. *Plin. 4. ep. 30. sub fin.* de aqua in parvo quodam fonte crescente et decrescente: An nescio quod *(inquit)* libramentum abditum et caecum, quod cum exinanitum est, suscitat et elicit fontem, cum repletum, moratur et strangulat? h. e. cavea quaedam naturalis ad librandam ipsius fontis aquam, ita ut haec per ipsam facile defluere et emergere possit. *Id. 11. 65. 2. de ranis coaxantib.* inferiore labro demisso ad libramentum modicae aquae receptae in fauces, palpitante ibi lingua, ululatus elicitur; h. e. ad libram modicae aquae demerso labro. — **4)** In bellicis tormentis libramenta sunt pondera, quae ballistis illigantur, ut maiore impetu, ac facilius missilia iacere possint. *Tacit. 3. Hist. 23.* Nisi vincla ac libramenta tormentorum abscidissent; *contrappesi.* — **5)** Hinc simpliciter pro pondere, seu magno pondere usurpavit *Liv. 38. 5.* In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipitesque robustos incutiebant. Ubi tamen adverte, ideo pondera illa dici *libramenta*, quia tollenonibus deiiciebantur. Sic *42. 65.* Arietem admotum, libramento plumbi gravatum, ad terram urgebant.

LĪBRĀRĬX, ae. V. LIBRARIUS primo et secundo loco §. 3., 4. et 12.

LĪBRĀRĬŎLUM, i, n. V. voc seq. *in fin.*

LĪBRĀRĬŎLUS, i, m. Deminut. a *librarius, ii*, parvus sive tenuis librarius; *scrivano ordinario. Cic. 4. Att. 4.* Et iam velim, mihi mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus. Adde *13. ibid. 7.* et *Balb. 6. Id. 1. Leg. 2.* Habet aliquid argutiarum (nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis). — Sunt qui hoc loco *librariola* intelligunt; h. e. parvas librarias tabernas, non *librariolos*; h. e. scribas, ita ut *librariolum*, i, n. deminut. sit a *librarium, ii.*

LĪBRĀRĬUM, ii, n. V. voc. seq. §. 5.

LĪBRĀRĬUS, a, um. Adiect. a *liber*; ad libros pertinens; *da libri. Cic. 2. Phil. 9.* Libraria taberna. *Plin. 27. 28. 5.* Atramentum librarium. Adde *35. 25. 2.* — **2)** Est etiam qui libros scribit. *Varr. 3. RR. 2. a med.* Scriba librarius, libertus eius, qui apparuit Varroni. *Horat. Art. P. 354.* Ut scriptor si peccat idem librarius usque. *Inscr.* apud *Grut. 594. 3.* Sextia Xantha scrib. libraria. *Orelli, n. 4212.* legere mallet *serva* pro *scriba*. *Alia* apud *Rund. n. 4211.* Cn. Pompeius Phrixus doctor librarius de sacra via. V. infra §. 6. Adde *alias* apud *Grut. 585. 2., 3., 4.* et *5.* Cf. infra *Nota*. — **3)** Absolute, substantivorum more in unoquoque genere,

LIBRARIA, ae, f. Est mulier, quae libros scribit, versat et custodit. *Capell. 1. p. 17.* Clotho vero, Lachesis, Atroposque, quoniam sententias Iovis orthographae studio veritatis excipiunt, utpote librariae Superûm, archivumque custodes. — **4)** Item *libraria* absolute est taberna, in qua libri prostant; *libreria. Gell. 5. 4.* Apud Sigillaria forte, in libraria ego et Iulius Paulus poëta, vir memoria nostra doctissimus, consederamus. Adde *13. 30.* — In *Onom. Lat. Gr.* Libraria: *βιβλιοθήκη*. — **5)** Item

LIBRARIUM, ii, n. Est locus seu cista, ubi domi asservantur scripta privata; *luogo, dove si tengono le scritture, archivio. Cic. Mil. 12.* Exhibe quaeso, S. Clodi, librarium illud legum vestrarum. *Ammian. 29. 2.* Libraria omnia exurerent. — **6)** Item

LIBRARIUS, ii, m. Est qui libros manu sua describit, pretio ad id conductus; *copista, scrivano.* Nam qui eos vendit, Graeco potius nomine *bibliopola*, *βιβλιοπώλης*, dicitur. *Hieronym. ep. 8.* Rudes illi Italiae homines, quos cascos Ennius appellat, qui sibi ritu ferino victum quaerebant, ante chartae et membranarum usum aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epistolarum alloquia missitabant; unde et portitores earum tabellarios, et scriptores a libris arborum librarios vocavere. *Cic. 2. Agr. 5. extr.* Concurrunt iussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt. *Cic. fil. ad Tiron. 16. Fam. 21. sub fin.* Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus, multum enim mihi eripitur operae in exscribendis hypomnematis. *Liv. 38. 55.* Malim librarii mendum, quam mendacium scriptoris esse. *Cic. 2. Phil. 4.* Litterae sunt librarii manu. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6778.* T. Celsus Victorinus *librarius* Principis. *Alia* apud *Orelli, n. 2874.* Iucundus Domitiae Bibuli *librarius* ad manum. Cf. *aliam, ibid. n. 2872.*, ubi: librarius litteratus Graecis et Latinis. — Et *n. 825.* Librarius Arabicus. Cf. *Orelli* ad *h. n.* — **7)** In re militari varie adhibetur. *Inscr.* apud *Grut. 565. 1.* Librarius legionis: h. e. qui eius milites, ac rationes perscribit, *Vegel. 2. Milit. 7.* Librarii, ab eo, quod in libros referant actiones ad milites pertinentes. Sic in *Inscr.* apud *Reines. cl. 8. n. 41.* Librarius manipularis; h. e. qui sui manipuli rationes scribit et conficit. — *Alia* apud *Orelli, n. 3638.* Librarius duplarius. Cf. *n. 3639.* — *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5554.* EX. LIBRARIO SESQUIPLICARIO. — Et *n. 6357.* Iustinus Caesaris verna subsequens librariorum; h. e. secutor, adiutor librariorum. — **8)** Item in re civili *librarii* dicebantur, qui actis iudicialibus describendis operam dabant. *Cod. Theod. 8. 9. 1.* Ordines decuriarum scribarum, librariorum et lictoriae consularis oblatis precibus meruerunt, ut in civilibus caussis et editionibus libellorum, officiorum solemnitate fungantur, etc. *Id. 11. 1. 1.* In decuriarum ordine, nisi cui librariorum vel fiscalium sive censualium nomen est, nequaquam aliquis locum primi ordinis adipiscatur, etc. Cf. infra *Nota*. — **9)** Praeterea erant etiam librarii, qui alios artem scribendi docerent, pueros erudirent, et alia huiusmodi facerent, qualia scribae et magistri. *Aurel. Arcad. Dig. 50. 6. 6.* Librarii quoque, qui docere possunt *(magistri di scrivere)*, et horreorum librarii, et librarii depositorum, et librarii caducorum; *quadernieri. Edict. Diocl. p. 16. Haubold.* Librario sive antiquario in singulis discipulis menstruos k. quinquaginta. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7256.* *Librarius*, qui testamenta scripsit annos XIV. sine iuris consulto. — Huc etiam spectare potest *doctor librarius* cit. supra §. 2. et *librarius litteratus* etc. §. 6. *in fin.* — **10)** Item *librarius* est, qui libris negotiatur. *Iibraio. Senec. 7. Benef. 6.* Libros dicimus esse Ciceronis: eosdem Dorus librarius suos vocat: et utrumque verum est. Alter illos, tanquam auctor, sibi: alter, tanquam emptor, asserit. Adde *Gell. 5. 4.* et *18. 4.* — **11)** Deinde, prima producta,

II. *Librārius, a, um*, est etiam a *libra*; ad libram pertinens, libralis; *d' una libbra. Colum. 12. 53. a med.* Caro in libraria frusta conciditur. *Vitruv. 8. 7. sub fin.* Caementum de silice frangatur, ne gravius, quam librarium. *Gell. 20. 1. a med.* Librariis assibus in ea tempestate populus usus est. *Cato, RR. 21. a med.* Insuper foramen librarium ferreum *(lege* ferrum*)* digitos sex latum indito, pertusum utrumque *(lege* utrinque*)* secus, qua clavus est; *sul foro porrai un ferro del peso d' una libbra, largo sei dita.* — **12)** Hinc iterum absolute, substantivorum more,

LIBRARIA, ae, f. Est ancilla, quae praeficitur partiendis pensis, eadem ac lanipendia, ut habet *Vet. Scholiast.* ad illud *Iuvenal. 6. 475.* si nocte maritus Aversus iacuit, periit libraria, ponunt Cosmetae tunicas. Hoc eodem sensu librariam intelligit in aliquot *Inscriptionib. Fabrettus, p. 214. n. 542. 544. 545.* etc. — **13)** Item

LIBRARIUS, ii, m. Est idem ac libripens. *Glass.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 340.* Hic librarius . . . qui libram tenet, qui aliter dicitur libripens. — Quare et in illo *Iuvenal. 9. 109.* Et quae finxerunt librarius, archimagiri, . . . quidam dictum putant a *libra*, et poni pro eo, qui praeficitur partiendis pensis: cuiusmodi officium in LIBRARIA §. praeced. posuimus.

Nota. Ad §. 2. Quidam *scribam librarium* eundem habent ac *librarium* simpliciter. *Festus* quoque scribas cum librariis confundit, in voce *Scribas, p. 333. Moll.* Est tamen ubi distinguuntur. In senatusconsulto apud *Frontin. Aquaed. 100.* Curatores aquarum lictores binos, et servos publicos ternos, architectos singulos, et scribas, et librarios habere. *Cic. 2. Agr. 13.* Decemviros ornat apparitoribus, scribis, librariis, praeconibus, architectis. His locis *librarii* sunt scribis subiecti, iisque in publicis rebus conscribendis operam suam praebent: ita ut *scriba* sit, quem Itali nunc *cancelliere*, *librarius* vero, quem iidem *scrivano* vel *scritturale* appellant. Cf. et §. 8. supra.

LĪBRĀTĒ. Adverb. a *libratus*; pondere aequilibrato. *Rufin. 1. Hist. Eccl. 10.* Videt columnam . . . supra basim suam librate suspensam. — **2)** Translate est re ponderata et perspecta; *pesatamente. Serv.* ad *Virg. 2. Aen. 713.* Et librate Aeneas et Cereris templum et vetustam elegit.

LĪBRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *libro*; actus librandi, aequatio. *Vulg. Interpr. Ezech. 43. 11.* Ephi et batus aequalia et unius mensurae erunt, . . . iuxta mensuram cori erit aequa libratio eorum. — **2)** Item actus librandi, seu ad libellam exigendi; *il metter a livella*, o in *bilico. Vitruv. 8. 6. a med.* Qui Archimedis libros legit, dicet, non posse fieri veram ex aqua librationem, quod ei placet, aquam non esse libratam, sed sphaeroides habere schema. — **3)** Item aequilibrium. *Vitruv. 6. 1. 5.* Terrae libratio, qua dividitur pars superior et inferior mundi. *Minut. Fel. Octav. 17. circa med.* Caelum ipsum vide, quam late tenditur, quam rapide volvitur: iam scies, quam sit in eo summi moderatoris mira et divina libratio. *Rufin. 1. Hist. Eccl. 10.* Sensim

Digitized by Google

supra basim suam, nullo contingente, columna deposita, summa cum libratione consedit. — 4) Est etiam eadem ac iaculatio. *Diomed.* apud *Putsch. p. 473.* Idcirco ex brevi et longa pedem hunc *(iambum)* esse compositum, quod ii qui iaculantur, ex brevi accessu in extensum passum proferuntur, ut promptiore nisu telis *(forte legend.* teli) ictum confirment. Auctor huius librationis Arctinus Graecus his versibus perhibetur, etc. — 5) Translate. *Rufin. 1. Hist. Eccl. 8.* Assertiones eius *(Arii)* discutiebantur, et quid adversum haec teneri deberet, aut statui, summa cum libratione quaerebatur; *con ponderazione.*

LĪBRĀTOR, ōris, m. Verbale a *libro;* qui librat. *Tertull. adv. Hermog. 32.* Spiritus, qui super aquas ferebatur, librator, et adflator, et animator universitatis. — 2) Item praesertim qui in deducendis aquis expendit altitudinem fontium, quanto scilicet altiores sint eo loco, quo eos ducere constituimus. *Plin. 10. ep. 50.* Superest, ut tu libratorem, vel architectum mittas, qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari. *Cod. Theod. 13. 4. 2.* Aquae libratores. — 3) *Libratores* erant inter ministros curatoris aquarum, et in aquaeductuum curatione iis inserviebant; v. gr. in metiendis calicibus, ut est apud *Frontin. Aquaed. 105.* Procurator calicem eius moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus, signari cogitet, . . . ne sit in arbitrio libratorum, interdum maioris luminis, interdum minoris, pro gratia personarum, calicem probare. — 4) Specialim

II. *Librator* in re militari dicitur, qui librat; hoc est tormentis torquet et iacit; *lanciatore. Tacit. 2. Ann. 20.* Funditores libratoresque excutere tela, et proturbare hostem iubet. Adde *13. ibid. 39.* Utroque autem loco al. leg. *librilores*, ut *librilis* dicitur pro *libralis*. At *Inscr.* mendosa apud *Murat. 774. 1.*, emendata apud *Kellerm. Vigil. latere. p. 53. n. 127.* C. Aeli C. f. Gal. Aeliani . . . libratoris et tesserar. coh. II. Pr. etc. Adde *aliam* apud *Rénier, n. 90. lin. 19.* — 5) Apud *Cat. RR. 21. librator* est, qui trapeti partes recte concinnat et librat.

LĪBRĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *libro;* aequatio superficiei. *Veget. 2. Veterin. 22.* Medicamento libraturam cutis consumis.

LĪBRĀTUS, a, um. Particip. verbi *libro* adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *librātior* §. 2. — Proprie est ad libram collocatus, aequatus; *equilibrato, contrappesato, posto in bilico, o a livello. Cic. 5. Tusc. 24. in fin.* Quibus terra librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineat. *Vitruv. 8. 6. a med.* Aquam non esse libratam, sed sphaeroides habere schema. *Plin. 36. 19. 6.* Columnarum turbines in officina ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. *Lucan. 9. 528.* cum cardine summo Stat librata dies, truncum vix protegit arbor; *h. e.* cum meridie sol rectis radiis terram ferit: quod fit sub tropicis et aequinoctiali circulo. Eo igitur tempore lux solis, quasi ad libram, recta delabitur. — 2) *Librata* etiam dicuntur, quae dum moventur, iaciunturque, certo et aequabili cursu feruntur. *Tacit. 2. Hist. 22.* Ingerunt desuper Othoniani pila, librato magis et certo ictu, adversus temere subeuntes. *Liv. 30. 10. a med.* Poeni vana pleraque tela in superiorem locum mittebant: gravior, ac pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat. *Plin. 8. 2. 2. de elephantis.* Plenis homine triclinia accubitum iere per lectos, ita libratis vestigiis, ne quis potantium attingeretur. *Id. 37. 22. 1.* Opalis falsis contra radios libratis, unus atque idem translucet colos; *h. e.* certa ratione motis et versatis. *Sil. 15. 429.* per nubes aquila librata volatu.

LĪBRĪ pro Liberi; *h. e.* filii. V. LIBER §. b.

LĪBRĪGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *liber, bri*, et *gero;* qui librum gerit. *Paulin. Nolan. ep. 28.* (al. *9.*) *n. 4.* Postulasti per eundem librigerum, ut etc.

LIBRILE, is, V. voc. seq. §. 2. et seqq.

LĪBRĪLIS, le. Adiect. a *libra*, idem quod libralis; *di libbra. Priscian. de Ponderib. 163.* Ex auro fingis librili pondere formam, Parque ex argento moles siet. *Maecian. as. distrib.* §. *74.* Libella dicta creditur quasi pusilla libra: nam cum olim asses libriles essent et denarius decem asses valeret, etc. — *Caes. 7. B. G. 81.* Nostri fundis librilibus, sudibusque, ac glandibus Gallos perterrent; *h. e.* quae libralia saxa iaciebant. — 2) Absolute, substantivorum more,

LIBRILE, is, n. Est idem ac libra. *Gell. 20. 1. a med.* Ut talionem in eo vel ad amussim aequipararent, vel in librili perpenderent. — *Onom. Lat. Gr.* Librile; ζυγή. — 3) Item *librile* est scapus librae, ut docet *Festus* apud *Paul. Diac. p. 116. Müll.* hoc est transversa illa linea, ex qua lances dependent. — 4) In plur. num.

LIBRILIA, ium, n. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 116. Müll.* Librilia (ita enim ibi legendum, non *librilla*, monent Critici) appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem, in modum flagellorum loris revincta. Ita leg. *Scaliger* pro vulgato *librilla*, et quidem probabiliter, iudice ipso *Muller.* Recentiores tamen ex *Thes. nov. Latinit. p. 326.* ed. *Mai*, et *Gloss. Iohannis de Ian.* praeferunt *librilla*.

LĪBRILLA. V. voc. praeced. §. 4.

LĪBRĪPENS, endis, m. Nomen a *libra* et *pendo* (V. *Priscian. 6. p. 726. Putsch.*), quo significatur qui ante argentum signatum, cum Romani adhuc aere gravi uterentur, pecuniam pendebat. *Plin. 33. 13. 2.* Populus R. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis (unde etiam nunc libella dicitur) et dipondius appendebatur assis. Quare *aeris gravis poena* dicta, et adhuc *expensa* in rationibus dicuntur, item *impendere* et *dependere*. Quin et militum *stipendia*, hoc est stipis pondera, *dispensatores* libripendes dicuntur. Qua consuetudine in his emptionibus, quae mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur. Haec *Plinius*. — 2) In mancipationibus quoque, et in testamentis, libripendis opera utebantur, teste *Cai. 1. Comment.* §. *119.* V. MANCIPIUM. — 3) Translate. *Tertull. 2. adv. Marcion. 6. circa med.* Ut fieret proprietas iam boni in homine, de institutione ascripta est illi, quasi libripens emancipati a Deo boni, libertas et potestas arbitrii. — 4) Praeterea

II. *Libripendes* etiam magistratus quidam videntur fuisse in municipiis et coloniis, quorum munus esset monetam ad trutinam revocare, vel ponderibus publicis praeesse. V. PONDERARIUM. *Inscr.* Nolae reperta, apud *Grut. 1115. 1.* T. Vedius T. f., T. Vitorius Cn. f. II. viri libripendes ex *Decreto Decurionum*. Cf. *aliam* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7321.*

LĪBRO (et Leibro. V. LIBRA §. b.), as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *libra*. — Particip. *librans* §. 4. et seqq., *libratus*, v. suo loco. — Proprie est ad libram exigo, aequo, complano; *mettar a livella, uguagliare. Cato, RR. 18. a med.* Pavimenta ad hunc modum facito: ubi libraveris, de glarea, et calce arenato primum corium facito. — 2) Translate. *Colum. 10. 42.* Et paribus Titan orbem libraverit horis; *h. e.* aequaverit nocti diem. *Pers. 1. 85.* crimina rasis Librat in antithetis; *h. e.* respondet ille quidem criminibus, sed affectata verborum cura, antitheta congerens paribus incisis, et quasi libra appensis, aliisque verborum figuris nimia arte elaboratis. — 3) Specialim *librare aquam* est eius altitudinem explorare, et deducere ad libram eius loci, quo ducenda est. *Vitruv. 8. 6.* Libratur autem aqua dioptris, aut libris aquariis, aut chorobate. V. ibi librandi rationem. — 4) Deinde

II. *Libro* est etiam sustinere, suspendere; *sospendere, equilibrare, contrappesare:* quemadmodum in libra suspenduntur, quae ponderantur. *Sil. 17. 274. de navi naufraga.* Et fluctus supra, vento librante, pependit. *Plin. 2. 4. 1.* Aeris vi suspensam librari medio spatio tellurem. *Id. 19. 24. 2. de cucurbitis.* Mire tenui pediculo libratur pondus immobile aurae. *Gell. 5. 3.* Acervum illum, et quasi orbem caudicum, brevi vinculo comprehensum, ratione quadam quasi geometrica librari continerique animadvertit. *Ovid. 3. Fast. 585.* Vela cadunt primo, et dubia librantur ab aura; *h. e.* non intenduntur, sed suspensa antennis laxe agitantur. *Plin. 2. 4. 2.* Terram universi cardine stare pendentem, librantem per quae pendeat; *h. e.* sustinentem circum se fusa corpora, per quae ipsa vicissim sustinetur; *h. e.* aquam, et aërem. — 5) Item perpendere, examinare; *pesare, esaminare. Stat. 9. Theb. 165.* paulum stetit anxius heros, Librabatque metus. *Nazar. Paneg. ad Constantin. 7.* Illa maiestas, fandi ac nefandi discriminatrix, quae omnia meritorum momenta perpendit, librat, examinat. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 8. 4. 26.* Si quas caelestes praescriptiones super reddenda militia elicuerit provincialis apparitor, quas non ante praecelsa sedes tua libravit. — 6) Praeterea

III. *Libro* significat etiam vibrare, iaculari, et quasi libra; idest directo iaciendo emittere: vel quia quae iaculari volumus, prius ad nos adducimus et retrahimus, et in aequilibrio quodammodo constituimus, ut emissa citius ferantur; *tirare, lanciare, vibrare. Ovid. 7. Met. 787.* Ad iaculi vertebar opem, quod dextera librat Dum mea, dum digitos amentis indere lento, Lumina deflexi, etc. *Virg. 9. Aen. 417.* summa telum librabat ab aure. Et *10. ibid. 479.* ferro praefixum robur acuto In Pallanta diu libratus iacit. Et *5. ibid. 478.* durosque reducta Libravit dextra media inter cornua caestus. *Lucan. 5. 453.* raptam librare bipennem Ausus, et aëriam ferro proscindere quercum. *Stat. 2. Achill. 119.* librare vulnera. *Senec. Agam. 900.* Sic huc et illuc impiam librat manum. *Quintil. Declam. 1. 10.* Sic ergo libravit manum caecus, ut ipsam protinus feriret animam. — 7) *Librare se* dicuntur volucres, cum expansis utrinque alis, quasi libra, tolluntur ad volandum. *Plin. 10. 3. 4.* Haliaeetos librans ex alto sese. Sic *Ovid. 8. Met. 201. de Daedalo*, geminas opifex librabit in alas Ipse suum corpus. Et *2. Art. am. 68. de sod.* Inque novum timide corpora librat iter. Et *2. Amor. 6. 11.* quae liquido libratis in aëre cursus. *Virg. 4. G. 196. de apib.* saepe lapillos Tollunt, his sese per inania nubila librant; *si vanno contrappesando nel volare.* Sic *Plin. 11. 10. 4. de hirud.* Si cooriatur procella, appreheusi ponduscolo lapilli se librant. — 8) *Librare iter* est dirigere. *Senec. Oedip. 899.* Callidus medium senex Daedalus librans iter, Nube sub media stetit. — 9) *Librare corpus in herba*, apud *Ovid. 1. Fast. 429.* est paulatim, et aequali descensu quasique ad libram demittendo se, decum-

Digitized by Google

bere; *corticarsi pian piano*. Simile est illud *Plinii*, *12. 54. 3.* Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet; *h. e.* temperato ictu leviter demittitur.

LIBS et Lips, lĭbis, omn. gen. Adiect. Graecum, et aliquando Graece declinatum, Λίψ; Africus, ad Africam pertinens; de quo V. in ONOM. — Absolute *Libs* est ventus Africus; *Ponente-Garbino*. *Auson. Technopaegn. de Deis, 12.* Velivolique maris constrator Leuconotus Liba. *Gell. 2. 22. a med.* Africus, qui Graece vocatur Λίψ. *Plin. 2. 46. 2.* A meridie Auster, et ab occasu brumali Africus: Noton et Liba nominant. *Liba* est accusat. Graecae positionis. Adde *18. 77. 4.* Cf. LIBONOTUS. — *Isid. Rer. nat. 37. 4.* Africus, qui dicitus Lips, etc.

LĪBUM, i, n. Verbale a *libo*, quamquam *Ovid. 3. Fast. 785.* a Libero Patre liba et libamina dicta esse putat, quia illi primum fieri et offerri coepta. V. LIBAMEN §. 2. Cf. infra §. 1. — b) Alia forma *libus*, i, m. apud Veteres in usu fuisse videtur. *Nigid.* apud *Non. 3. 127.* Deinde surgat, faciat libos quattuor, etc.

LIBUM proprie dicitur illud cibi genus, quod nos Italice appellare possumus *focaccia*, dictum a *libando*, quia praecipuus eius usus erat in sacris. *Varr. 2. RR. 5.* Dum haec loquereмur, venit libertus, qui dicat, liba absoluta esse, et rem divinam paratam: venirent, et ipsi pro se sacrificarentur. *Id. 5. LL. 22.* Libum, quod libaretur, priusquam essent (*h. e.* comederent), coctum. *Al.* priusquam esset coctum *leg.* In aliis enim sacris crudum libabatur, in aliis coctum, ut in Matralibus. Adde *Ovid. 3. Fast. 735., Virg. 7. Ecl. 33.* et *3. G. 394., Horat. 1. Ep. 10. 10., Tibull. 1. 3. 54.* etc. Sic *Iuvenal. 16. 38.* Aut sacrum effodit medio de limite saxum, Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo. — Hinc *quinquagesima liba* dixit *Martial. 10. 24.* quae quinquagesimo suae aetatis anno, natali die, sacra faciens obtulerat. — 2) Eius conficiendi rationem sic tradit *Cato, RR. 75.* Libum hoc modo facito. Casei P. II. bene disteras in mortario: ubi bene distriveris, farinae siliginеae libram, aut, si voles tenerius esse, selibram similaginis solum eodem indito, permiscetoque cum caseo bene: ovum unum addito, et una permisceto bene. Inde panem facito: folia *(laurea)* subdito: in foco calido sub testu coquito leniter. *Ovid. 3. Fast. 670.* Fingebat tremula rustica liba manu: Atque ita per populum fumantia mane solebat Dividere. *Martial. 5. 77.* Nec te liba iuvant, nec sectae quadra placentae. — 3) Etiam ex aliis rebus liba fiebant. *Virg. 7. Aen. 109.* Instituuntque dapes, et adorea liba per herbam Subiiciunt epulis. *Ovid. 3. Fast. 761.* liboque infusa calenti lure repertori candida mella damus. — 4) *Liba* pro *libamentis* aliquoties usurpat *Vulg. Interpr. Levit. 23. 13.* Liba vini. *Id. Num. 4. 7.* Cyathos et crateras *(ponent)* ad liba fundenda. Et *ibid. 15. 5.* Et vinum ad liba fundenda eiusdem mensurae dabit in holocaustum.

LĪBURNĂ, ae, f. Est genus navigii velocioris, variae magnitudinis, nam minima unum habebat remorum ordinem: paulo maior binos: idoneae mensurae ternos, vel quaternos, interdum quinos, ut *Veget. 5. Milit. 7.* docet, de suis loquens temporibus: nam primo biremis fuit, ut ex *Lucano* colligitur mox afferendo; *galea, galeotta, brigantino*. Dicta est a Liburnis populis Illyrici: quorum auxilиis cum usus fuisset Augustus bello Actiaco contra Antonium et Cleopatram; et experimento didicisset, eorum naves ceteris aptiores esse, classem Romanam ad illarum exemplum instituit, et ceteri deinceps imperatores. *Veget. ibid.* Sunt tamen qui et ante Augustum Liburnarum usum fuisse Romanis putant. *Tacit. Mor. Germ. 9.* Signum ipsum in modum Liburnae figuratum, docet, advectam religionem. *Lucan. 3. 534.* Ordine contentae gemino crevisse Liburnae. *Sil. 13. 250.* Quanta est vis agili per caerula summa Liburnae. *Horat. 1. Epod. 1.* Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula. V. LIBURNI in ONOM. et voc. seq.

LĪBURNĬCUS, a, um. Adiect. a *Liburni*, quod est nomen populi Illyrici, ut dictum est in voc. praeced.; ad Libурnos pertinens. — Hinc absolute *Liburnicae, arum*, f. dictae sunt naves, quae communius Liburnae appellantur. *Sust. Aug. 17.* Tempestate conflictatus, parte Liburnicarum demersa. *Id. Cal. 37.* Fabricavit et de cedris *(alti leg.* deceres) Liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis. *Plin. 10. 32. 1.* Olores, Liburnicarum modo, rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aëra, quam si recta fronte impellerent. Adde *9. 5. 1.* et *16. 47. 1.*

LĪBURNUS, a, um. Adiect. eiusdem originis ac praeced., et de quo V. in ONOM., quodque absolute aliquando a Poëtis adhibetur de quocumque servo, sed valido ac robusto; nam *Liburni* Romae multi erant servili conditione, quod ea gens proceros et validos homines habebat. *Iuvenal. 3. 239.* Si vocat officium, turba cedente vehetur Dives, et ingenti curret super ora Liburno; *h. e.* lecticario. *Id. 6. 476.* periit libraria, ponunt Cosmetae tunicas, tarde venisse Liburnus Dicitur. *Id. 4. 75.* primus clamante Liburno, Currite, iam sedit; rapta properabat abolla Pegasus, attonitae positus modo villicus Urbi.

LĪBUS, i, m. V. LIBUM §. b.

LĪBYCUS, a, um. Adiect. a *Libya*, quae est Africae pars, de qua V. in ONOM.; ad Libyam pertinens; hinc *Libycum marmor*, poëtice *Libyci lapilli* apud *Horat. 1. Ep. 10. 19.*, est genus quoddam marmoris, quod Nostrates vulgo appellant *marmo giallo antico*. teste *Corsi, Pietr. ant.*

LĪBYSTĪCUM. V. LIGUSTICUM.

LĪCENS, entis. Particip. verbi *licet*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *licentior* §. 1. — Proprie qui licet, aut liber est; *licenzioso, libero*. *Ovid. 1. Art. am. 569.* Hic tibi multa licet sermone licentia tecto Dicere. *Stat. 1. Silv. 6. 93.* loci licentes. *Martial. 4. 8.* egressu timet ire licenti Ad matutinum nostra Thalia Iovem. *Cic. 3. Orat. 48.* Inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus. *Val. Max. 3. 1. n. 3.* Licentior vita; *h. e.* dissoluta. *Id. 6. 4. n. 2.* Mala licentis imperii magistra inopia atque avaritia; *d'un comando libero e assoluto*. — 2) De hominibus. *Gell. 15. 9.* Audacem et licentem esse. *Senec. Hippol. 780.* Turba licens Naides improbae. — 3) Deinde

II. *Licens* est etiam particip. verbi *licor;* qui licetur. *Plin. Pan. 29. in fin.* Annona, de qua inter licentem vendentemque convenit. *Curt. 5. 12.* Hominem mercede conductum ad nutum licentium circumferri; *di chi più offerisse*.

LĪCENTER. Adverb. a *licens*. — Comparat. *licentius* et superlat. *licentissime*, infra. — Est cum licentia, nimis libere, immoderate *licenziosamente, con libertà*. *Cic. 1. Nat. D. 59.* Vos non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis: tanta est impunitas gaudendi. At quam licenter! etc. *Id. Orat. 23.* Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare. *Id. Cael. 23.* Servos licentius, liberius, familiarius cum domina vivere. *Horat. Art. P. 265.* idcircone vager, scribamque licenter? *Liv. 25. 10.* Licenter et otiose facere aliquid. *Val. Max. 3. 4. n. 5.* Excedere omnes iussit cubiculo, quo licentius, remotis arbitris, indicium perageret; *con più libertà*. *Tacit. 6. Ann. 13.* Gravitate annonae iacta seditionem ventum: multaque . . . in theatro licentius effiagitata, quam solitum adversum imperatorem; *con maggiore sfacciataggine*. *Sall. Iug. 108.* Licentius gerere res communes. *Quintil. 2. 4. 14.* Licentius aut laetius ausi aliquid. *Id. 1. 2. 7.* Si quid licentius dixerint. *Id. 8. 3. 37.* Licentius translata. *Cledon.* in *Art. p. 1922. Putsch.* Sunt nomina, quae a Poëtis pro adverbiis licentissime ponuntur.

LĪCENTĬĂ, ae, f. Abstractum a *licens*, seu a *licet*, formula affirmantis, ut apud *Plaut. Rud. 4. 6. 21.* videre est. — Est autem *licentia*, facultas, venia, libertas, qua licet nobis quippiam facere, nullo impediente; *licenza, permissione, facoltà, libertà*. *Cic. 3. Of. 4. extr.* Nobis nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcumque maxime probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. *Id. 1. ibid. 29. a med.* Pueris non omnem licentiam ludendi damus. Et *Senect. 15.* Tantum licentiae dabat gloria! *Phaedr. 3. 7.* Si quo abire est animus, est licentia? Non plane est, inquit. *Tacit. 14. Ann. 49.* Licentia absolvendi. Et *1. ibid. 26.* bene faciendi; *di beneficare*. Et *Iulian. Dig. 24. 3. 6.* Licentiam habet mulier ad alias migrare nuptias. — *Tertull. Monog. 10.* Habet secum animi licentiam, qui etc. *Id. Anim. 2.* Nihil divinae licentiae servat, leges naturae opiniones suas facit, etc.; *h. e.* potestatis. — 2) Apud Rhetores est figura sententiarum, παῤῥησία, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos hi diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur. *Auct. ad Herenn. 4. 36.* Orationem liberam appellat *Quintil. 9. 2. ante med.* Adde *Iul. Rufinian. de fig. 35.* — 3) Elegantiae refertur ad orationem, cum sibi indulget orator, aut scriptor, et leges, aut consuetudinem loquendi excedit. *Cic. Brut. 91. sub fin.* Dedit operam, ut nimis redundantes nos et superfluentes, iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia, reprimeret. *Id. 3. Orat. 38.* Verba prisca ac vetusta, quae sunt poëtarum licentiae liberiora, quam nostra. *Quintil. 10. 1. ante med.* Non per omnia poëtas esse oratori sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum. — 4) Saepissime vero

II. *Licentia* in malam partem sumitur, estque intemperans et immoderata libertas, quam sibi quis arrogat faciendi quidquid libuerit, sine verecundia, aut metu, aut legum, aut hominum; *troppa libertà, sfrenatezza*. *Phaedr. 1. 2.* Athenae cum florerent aequis legibus, Procax libertas civitatem miscuit, Frenumque solvit pristinum licentia. *Tacit. 2. Hist. 10.* Civitas discors, et ob crebras principum mutationes, inter libertatem ac licentiam incerta. *Ter. Heaut. 3. 1. 74.* Deteriores omnes sumus licentia. *Cic. 1. Agr. 5.* Nunc prospicite omnium rerum infinitam atque intolerandam licentiam. *Id. 10. Att. 4.* Qui nisi me civitate expulissent, obtinere se non posse putaverunt licentiam cupiditatum suarum. *Id. 5. Verr. 94.* Dare alicui infinitam licentiam pecuniarum eripiendarum. *Id. 2. Offic. 8. circa med.* Nisi multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad unum tanta pervenisset licentia; *tanto assoluta podestà*. Et *Font. 14.* Habere magnam licentiam ad maledicendum. *Id. Amic. 22.* In iis perniciosus est error, qui

Digitized by Google

existimant, libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. *Id. Mil. 31.* Quem si vicisset, habiturus erat impunitatem et licentiam sempiternam. *Id. Cael. 20.* Huius saeculi licentia; *il libertinaggio d'oggidì:* quam *Plin. 3. ep. 3.* vocat licentiam temporum. *Nep. Eumen. 8.* militum; *milizia indisciplinata. Tacit. 4. Hist. 72.* Licentia saevitiaque imbuere militem. *Cic. 5. Verr. 12.* Licentiam alicui permittere, ut etc. Et *ibid. 1. extr.* praecidere. *Id. 2. Divin. 72.* Licentiae cuiuspiam resistere. *Id. 4. Acad. 10.* Libertatem et licentiam largiri. *Id. Mur. 9.* concedere. *Horat. 3. Od. 24. 29.* indomitam refrenare. *Tacit. 1. Hist. 35.* coërcere. Et *2. ibid. 84. extr.* habere in aliqua re facienda. Et *3. ibid. 66.* in aliquem; *sopra qualcheduno. Patron. Satyr. 47.* Licentia iuvenili impulsus. *Tacit. 4. Hist. 22.* Paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quae adversus necessitates in longum sufficissent. — **b)** Tribuitur et rebus inanimis. *Ovid. 1. Met. 309. de diluvio.* Obruerat tumulos immensa licentia ponti. — **c)** Denique

III. *Licentia* per antonomasiam tanquam Dea posita est a *Cic. 2. Leg. 17.* V. loc. in LIBERTAS §. 14.

LĪCENTĬĀTUS, us, m. Verbale a *licentio*, idem ac licentia. *Labor.* apud *Non. 3. 130.* Meo licentiatu.

* LĪCENTĬO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *licentia;* licentiam do, dimitto. — Legitur in libello, quem nuper *Tischendorf* edidit inter *Apocr. N. T.*, inscripto *Mors Pilati, post med.* Qui cum eum licentiasset; h. e. abire iussisset.

LĪCENTĬŌSĒ. Adverb. a *licentiosus;* licenter; *licenziosamente. Petron. Satyr. 140. ad fin.* Unde piani, unde licentiose viverent? *Alii rectius leg.* levatores. V. LEVATOR.

LĪCENTĬŌSUS, a, um. Adiect. a *licentia*. — Comparat. *licentiosior* et superlat. *licentiosissimus*, infra. — Est qui nimia utitur licentia; *licenzioso. Quintil. 1. 6. 23.* Nam *sbor* dicere non minus est licentiosum, quam si *sulphuri* et *gutturi* subiicerent *o* mediam in genitivo. *Apul. 4. Met.* Lamentationes licentiosae. Et *5. ibid.* Licentiosa temeritas. Et *9. ibid.* fortuna. *Senec. 6. Excerpt. controv. 8.* Conversatio cum viris licentiosior. *Augustin. 2. contr. Pelag. 7.* Libidini licentiosissimum spatium praebere. Adde *Inscr.* in *Bullett. del. l'Istit. Archeol. a. 1866. p. 10.*, et *Apul. 2. Met. 20.*, *ubi olim vulgo* inlicentiosus.

LĪCĔO, ēres, cui, cĭtum, cēre. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, a *licet*, quia licet emere et vendere, quae in auctione aestimata sunt. Cf. loc. *Prisician.* allatum sub V. LICET §. b. — Proprie verbum pertinet ad res, quae venduntur, et est in auctione aestimari; *essere stimato nell'incanto, essere pressato.* A Grammaticis in neutris passivis, seu potius passivae significationis, numeratur. Construitur vel absolute, vel cum communibus casibus. Si ablativus personae agentis exprimendus sit, ad verbum *licesor* confugiendum est. *Plaut. Mon. 3. 2. 97.* omnia Venibunt, quiqui licebunt, praesenti pecunia. *Cic. 12. Att. 23. a med.* De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, etc. — **2)** Translate. *Horat. 1. Sat. 6. 12.* Contra Laevinum, Valeri genus, unde Superbus Tarquinius regno pulsus fuit, unius assis Non unquam pretio pluris licuisse; *Levino non fu mai stimato più di un asse. Martial. 6. 66.* Parvo cum pretio diu liceret, etc. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Liceo* pertinet ad venditorem et est rem venalem aestimare, pretium indicare. *Plin. 35. 25. 2.* Percontanti quanti liceret opera effecta, parvum nescio quid dixerat; *quanto stimasse o dimandasse.* Ita *Harduin.* ex MSS., *Sillig* itemque. *Alii* licitaretur. V. eundem *Sillig* in notis crit. ad *h. l. Martial. 6. 66. De praecone puellam vendente.* Parvo quum pretio diu liceret *(eam)*, Dum puram cupit approbare, etc.

LĪCĔOR, cēris, cĭtus sum, cēri. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, forma deponens, a *liceo*, sive a *licet*, ut praecedens. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 193. n. 123.* — Particip. *licens* §. *1.* et suo loco §. 3. — Proprie verbum pertinet ad emptorem, et est pretium offero in auctione alicuius rei, sive pro re, quae licet; *offrire il prezzo nell'incanto, o per la cosa che è messa in vendita all'incanto. Cic. 5. Verr. 55.* Liciti sunt usque eo, quoad efficere posse arbitrabantur: supra adiecit Aeschrio. *Id. Caecin. 6.* Licetur Aebutius, deterrentur emptores multi, . . . fundus addicitur Aebutio. *Id. 3. Offic. 15.* Non licitatorem venditor, nec qui contra asse licetur, emptor apponet. *Paul. Dig. 40. 2. 29.* Nisi si obiiciatur creditori, quod animose licitus sit. *Caes. 1. B. G. 18.* Omnia vectigalia parvo pretio redempta habebat, propterea quod, illo licente, contra liceri audebat nemo. Tò *licente* ad hoc verbum pertinet, non ad *liceo. Suet. Caes. 20.* Publicanos, ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit. *Id. Cal. 38.* Nec licendi finem factum. — **2)** Mos erat, ut in auctionibus, qui licereture in turba, et pretium augeret, digitum tolleret. *Cic. 5. Verr. 11.* Utrum est aequius, eum qui manu quaesierit, an eum qui digito licitus sit, possidere? Adde *3. ibid. 54.* — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Licesor* est rem, quae licet, pretio aliquo proposito, emere. *Cic. 12. Att. 38.* Heredes Scapulae istos hortos liceri cogitant. *Pers. 5. 191.* Et centum Graecos curto centusse licetur. *Plin. Paneg. 50.* illos hortos, illud suburbanum licemur, emimus, implemus. Adde *Curt. 4. 1.* V. loc. in LICITOR §. 3. — **4)** Translate. *Plin. 14. 28. 3.* Tunc avidi matronam oculi licentur; *h. e.* in ebrietate oculi veluti destinant, quo pretio aut ratione matronae amoribus potiantur.

LĪCESSIT. V. voc. seq. §. b.

LĪCET, licēbat, licuit *vel* licĭtum est, licēre. Verbum intransitiv. impersonale, cuius etymon alii ducunt a δίκη; ius, *d* in *l* abeunte, ut δάκρυμα; lacryma, Ὀδυσεύς; Ulisses. Alii vero putant, *licet* esse a λίπω seu λείπω; linquo (ut ab ἑπομαι est *sequor*, unde et *sequutus* et *secutus*), ex quo Latinorum prius *lico* activum, deinde intransitivum *liceo* (ut a *pendo* est *pendeo*); ita ut impersonale *licet* idem sit ac linquitur, permittitur: *licet* aut idem fere est ac *liquet*, quemadmodum tum *colliciae*, tum *deliciae* scribitur aeque ac *colliquiae* et *deliquiae*. — **b)** *Licessit* pro *licuerit* est apud *Plaut. Asin. 3. 3. 13.* — **c)** *Licevit* pro *licebit*, solita litterarum *b* et *v* permutatione, legitur in *Inscr.* in *Annali dell'Istit. Archeol. a. 1857. p. 305.* Neque cuiquam licevit in ea aede ponere, etc. — **d)** Praeteritum *licuit* commune habet cum verbo *liquet;* cum quo saepe etiam in antiquis MSS. et editis libris confusum est. Sic *Tertull. adv. Hermog. 36. in fin.* Sed de motu et alibi licebit. *Alii leg.* liquebit. Et *de Anim. 20.* Ita et animam licebit semine uniformem, foetu multiformem. *Alii hic quoque* liquebit *leg.*, et reapse ita sensus postulare videtur. Cf. LIQUET §. a. et LIX. — Sic in *Inscr.* apud *Momms. n. 469.* LIQVEBIT pro LICEBIT et LIQVIT pro LICVIT in *alia* apud *Oderic. p. 164.* — **e)** Particip. *licens §. 1. 2.* et suo loco, *liciturum §. 2.*, *licitus*, V. suo loco. — **f)** Derivata, *licenter, licentia, licentiatus, us, licentio, licentiose, licentiosus, liceo, licesor, licet* (coniunctio), *licitatio, licitator, licite, licitor.* — **g)** Composita, *illicitator, illicite, illicitus, perlicet, praelicenter, scilicet.*

LICET proprie significat, fas est, honestum est, rectum est; *esser lecito o permesso. Cic. 13. Phil. 6.* Neque enim, quod quisque potest, id ei licet. *Id. ibid.* Licet autem nemini contra patriam ducere exercitum, si quidem licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutisque conceditur. *Plaut. Amph. 2. 1. 70.* Introire in aedes nunquam licitum est. *Inscr.* apud *Grut. 629.* Viatoribus, praeconibus, qui ex hac lege lecti erunt, vicarium dare, subdere ius esto, liceto que. — In plur. num. rarum est. *Senec. 1. Clem. 18.* In servos omnia licent. — *Maxim. Taurin. Serm. 18.* Quid prodest, si abstineamus ab his, quae aliquando licent, et faciamus illa, quae numquam licent? — **2)** Saepe significat, possibile est, conceditur, potestas datur. *Cic. Mur. 4.* Neque enim iam mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam. *Id. Rabir. Post. 5.* Quid deceat vos, non quantum liceat vobis, spectare debetis. *Id. 2. Att. 1. ante med.* Nihilo magis ei licituram esset plebeio rempublicam perdere, quam similibus eius, me consule, patriciis esset licitum. *Id. 1. Offic. 29.* Licet ora ipsa cernere iratorum. *Id. 1. Divin. 7.* Mirari licet, quae sint animadversa a medicis herbarum genera; *è degno d'ammirazione.* — Absolute, dum licet; *sinchè si può. Horat. 2. Od. 11. 16.* et *2. Sat. 6. 96. Ulp. Dig. 50. 17. 21.* Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere. — Cum infinito etiam passivo. *Cic. 1. Tusc. 12.* Idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio iure, et caeremoniis sepulcrorum intelligi licet. *Caes. 3. B. C. 58.* Binc cognosci licuit, quantum etc. Adde *Cic. 1. Rep. 28.*, *1. Offic. 7.* et *3. Att. 21.* et *alibi.* — **3)** Si coniugatur cum infinitivo *esse*, vel alio ex neutris absolute positis, ut *vivere, redire*, etc., post illum infinitivum modum potest habere tum dat. tum accusat. *Cic. 1. Tusc. 13.* Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminondae. *Id. Balb. 12.* Quod si civi Romano licet esse Gaditanum sive exsilio, sive reiectione huius civitatis. *Id. 9. Att. 2.* Impetrabis a Caesare, ut tibi abesse liceat, et esse otioso. *Id. Rabir. Post. 7.* Quare iudici mihi non esse licebat. *Caes. 6. B. G. 35.* Quid vos hanc miseram ac tenuem sectamini praedam, quibus licet iam esse fortunatissimis? *Liv. 21. 44.* Illis timidis et ignavis licet esse . . . vobis necesse est fortibus viris esse. *Plaut. Pseud. 1. 1. 14.* Licet me id scire, quid sit? *Ter. Heaut. 4. 1. 53.* Non licet hominem esse saepe ita, ut vult, si res non sinit. *Id. Hec. prol. ult. 5.* Eodem ut iure uti senem Liceat. *Cic. 6. Leg. 18.* Liceat esse miseros, quamquam hoc victore esse non possumus. *Id. 10. Att. 8.* Medios esse iam non licebit. *Quintil. 7. 1. 19.* Potest incidere quaestio, an huic esse procuratorem liceat? *Id. 4. 4. 6.* Male petis, procuratorem enim tibi esse non licuit. *Ovid. 14. Heroid. 64.* Quo mihi commisso non licet esse piam? *Caes. 5. B. C. 1.* Is erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. — *Cic. 1. Offic. 26. extr.* Haec praescripta servantem licet magnifice, graviter, animoseque vivere. Sed hic locus *Iacobo Facciolato* magistro meo valde suspectus est *νεφώσης*, inquit *Forcellinus* noster. *Id. 2. ibid. 19. a med.* Licet opera prodesse multis beneficia petentem, commendantem iudicibus, vigilantem, etc. Sed non videntur *τὸ petentem*,

Digitized by Google

commendantem a *licet* pendere. — *Liv. 38. 44.* Ubi sibi triumphanti urbem invehi liceret. *Cic. Rosc. Am. 49. in fin.* Ut sibi per te liceat innocenti vitam in egestate degere. — Aliquando dativus personae, cui quid tribuitur, subauditur. *Horat. 1. Sat. 1. 19.* Atqui licet esse beatis; *scilicet* iis. *Ovid. 8. Met. 405.* Licet eminus esse fortibus. *Liv. 26. 41.* Hannibal nihil iam maius precatur Deos, quam ut incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. *Id. 5. 50.* Sibi vitam filiae suae cariorem fuisse, si liberae ac pudicae vivere licitum fuisset. — **4)** Regit etiam coniunctivum sine coniunctione *ut*, quemadmodum *oportet*. *Cic. 1. Orat. 44.* Fremant omnes, licet: dicam, quod sentio; *idest*, fremere possunt. *Id. 1. Invent. 51.* Sequatur Hermagoram, licebit. *Cic. Rosc. Am. 17.* Et artificium obliviscatur, et studium deponat, licebit. *Horat. Epod. 14. 19.* Sis pecore et multa dives tellure licebit. *Ovid. 5. Trist. 13. 3.* Detrahat auctori multum fortuna licebit. Cf. infra §. 12. *init.* — **5)** Speciatim

II. *Licet* ponitur frequenter cum accusat. et praepos. *per*, ut *si per te licebit:* idest si permiseris, vel si potero, a te non impeditus. *Non licet mihi per te hinc abire:* idest, tu non vis, seu pateris, me hinc abire. *Licet hoc mihi per leges facere*, vel *non licet per leges facere;* idest, legibus approbantibus, vel improbantibus. *Cic. Flacc. 29.* Cur his per te frui libertate sua, cur denique esse liberis non licet? *Id. Rosc. Am. 44.* Id quod postea, si per vos, iudices, licitum erit, aperietur. *Plin. 11. 5. 1.* Nullus, cum per caelum licuit, otio perit dies. — **6)** In responsionibus *licet* est affirmantis, assentientis; si. *Plaut. Cas. 3. 3. 30.* Propera ergo. *Cle.* licet. *Id. Rud. 4. 6. 8. Das.* Rum rogato, ut huc veniat. *Tra.* licet. *Das.* Dicito, daturum illi meam filiam uxorem. *Tra.* licet. *Das.* Sed propera. *Tra.* licet. *Lege integram scenam.* — **7)** *Licet rogare?* formula interrogandi testes in iudicio, apud *Cic. 2. Orat. 60. Licet consulere?* petendi consilium domi a iurisconsultis, apud *Eund. Mur. 13. Licet antestari?* citandi quempiam, ut apud iudicem testis sit. V. ANTESTOR §. 1. — **8)** *Licetne?* petendi cum verecundia. *Ter. Heaut. 5. 2. 20.* Here, licetne? *Chre.* loquere; *mi dai tu licenza, ch' io dica?* — **9)** Habet locum in precationibus. *Horat. 3. Od. 27. 13.* Sis licet felix, ubicumque mavis, Et memor nostri, Galatea, vivas; *che possa tu esser felice*, etc. *Ovid. 5. Met. 404.* manus aliqu's despectus ad aethera tollens, Sic amet iste licet, sic non potiatur amato, Dixerat. — **10)** Servit et ironiae. *Ovid. 2. Art. am. 51.* Dixerat haec: sed et haec, et multo plura licebat Dicere: regressus non dabat ille viro; *ma potea ben egli dir questo, e molto di più, che non poteiò colui gli permettea il ritorno.* — **11)** *Licet*, necesse est, oportet, cogor. *Propert. 2. 15. 71.* Nunc licet in triviis sicca requiescere luna. Et *ibid. 8. 3.* Quam mihi si liceat media pugnare puella. Et *ibid. 31.* Scribant de te alii, vel sis ignota, licebit. — **12)** Praeterea, quum verbum hoc sequente coniunctivo et particula *ut*, adhibitum saepe etiam fuerit sine hac particula (V. supra §. 4.), factum est, ut paulatim in simplicem coniunctionem migraret; quare

III. *Licet*, in sententiis, quae coniunctivo exprimebant aliquid fieri posse, interponi coepit, ut significaret id, quod fieret, fieri cum concessione: atque hinc copulatur cum *quamvis*, *quantumvis*, ita ut per *licet* sola concessio videatur intelligi, quod adhuc verbi huius proprium est. Sic *Cic. 3. Leg. 19.* Et praeter eos quamvis enumeres multos licet, quum deni creantur, nonnullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos. *Id. 4. Tusc. 24.* Quamvis licet insectemur istos. *Id. Amic. 20.* Quantumvis licet excellas. Sunt, qui, ut suo verbo vis constet, legunt *quam vis*, *quantum vis*, divisim. Cf. *Haruspic. Resp. 9.* quam volumus licet, Patres conscripti, ipsi nos amemus, tamen etc.; *h. e.* quamvis licet. *Lucret. 6. 601.* licet quamvis caelum terramque reantur Incorrupta fore, aeternae mandata Saluti. — **13)** Postea vero mutata est ratio, et

IV. *Licet* absolute in sententia posita est pro quamvis, etsi, quamquam; *benchè, sebbene*. *Cic. Rosc. Am. 11.* Licet hercule undique omnes in me terrores, periculaque impendeant omnia, succurram atque subibo. *Virg. 6. Aen. 400.* licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exsangues terreat umbras, Casta licet patrui servet Proserpina limen. *Quintil. 6. 4. 15.* Nam improbitas, licet adversario molesta sit, iudici invisa est. — *Id. 10. 1. 99.* In comoedia maxime claudicamus, licet . . . Caecilium Veteres laudibus ferant, licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur. *Virg. 6. Aen. 801.* Nec vero Alcides tantum telluris obivit, Fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi Pacavit nemora, etc. *Cic. 4. Acad. 22.* Licet enim haec quivis arbitratu suo reprehendat, quod negamus rem ullam percipi posse, certe levior reprehensio est. — **14)** Hinc et cum addito *tamen* in altera sententia. *Brut.* ad *Cic. 1. ad Brut. 17. a med.* Licet ergo patrem appellet, tamen illud apparebit, etc. *Cic. 3. Att. 12.* Licet tibi significarim, ut ad me venires, tamen intelligo, etc. Adde *13. Fam. 27. Quintil. 2. 2. 8.* Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius. *Senec. Tranquill. 7. 4.* Constet illi licet fides et benevolentia, tranquillitati tamen inimicus est comes perturbatus et omnia gemens. Adde *Plin. 2. ep. 16.* — **15)** Denique apud sequioris Latinitatis Scriptores copulata fuit etiam cum indicativo. *Cal. Dig. 50. 16. 58.* Licet inter gesta et facta videtur quaedam esse subtilis differentia, attamen καταχρηστικῶς nihil inter factum et gestum interest. *Ulp. Dig. 2. 15. 8. sub fin.* Licet ruinae, vel incendio subiecta transactio est. *Iulian. ibid. 29. 7. 2.* Licet directae libertates deficiunt, tamen etc. *Ulp. Dig. 50. 75.* Licet imperator rescripsit, etc. tamen etc. Adde *Coripp. 1. Laud. Iustin. 5.* et *83., Macrob. 1. Saturn. 11. a med.* et *Ammian. 22. 8.* — *Nemes. Cyneg. 232.* est forma illis licet obsita villo, Dissimilesque habeant catulis velocibus artus, Haud tamen iniucunda dabant tibi munera praedae. — **16)** Huc quidam referunt usum particulae cum adiectivo, sequente indicativo apud Scriptores optimae notae, sed contra sentiunt alii, subintelligentes *sit*. Sic *Propert. 4. 11. 47.* Immatura licet, tamen huc non noxia veni. *Stat. 1. Theb. 286.* equidem haud rebar te mente secunda Laturam, quodcumque tuos, licet aequus, in Argos Consulerem. *Ovid. 15. Met. 62.* isque, licet colli regione remotus, Mente Deos adiit. — *Propert. 2. 54. 74.* Huic licet ingratae Tityros ipse canat.

LĪCHĂNOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λίχανος, qua significatur unus ex phthongis musicis mobilibus, qui inter stantes et immotos sunt in tetrachordo dispositi. Est autem duplex, alter a recentioribus Musicis vocatur *G sol re*, alter *D sol re*. Primus est mediarum chordarum, secundus summarum, *Vitruv. 5. 4.* (V. ibi *Bald.* in *Lexico*) et *Boëth. 1. Music. 20.* — **2)** Est etiam hoc nomine digitus, qui Latine index ab indicando, Graece λιχανὸς a lingendo; *h. e.* ἀπὸ τοῦ λείχειν, est dictus. *Cael. Aurel. 5. Chron. 1. 21.* Demonstrativus digitus, quem Graeci lichanon, sive dicticon appellant. V. HYPATE §. 2.

LĪCHEN, ĕnis, m. Vox Graeca, λειχήν, ῆνος, et Graece saepe declinata in utroque accusativo, qua significatur quidam morbus cutis, praecipue in facie serpens, atque asperitate et pustulis foedans: Latine mentagra et impetigo; *serpigine, impetigine, volatica, fuoco volante. Martial. 11. 98.* Non triste mentum, sordidique lichenes. *Plin. 23. 63. 2.* Foliorum fici usus est in fricando lichene, alopeciis, etc. *Id. ibid. 27. 2.* Contra lichenas et bibitur et imponitur *(acetum)*. Adde *26. 2. 1.* — **2)** Etiam equi, asini, mulae eo laborant in facie, et super pedum ungulas. *Id. 28. 49. 2.* Equi lichene vexati. Adde *28. 67. 1.* et *30. 27. 2.* — **3)** Item *lichen* dicitur a Graecis limus arborum. *Plin. 23. 69. 1.* Limus arborum, quem Graeci lichena appellant, rhagadiis et condylomatis mire utilis. — **4)** Est etiam herba in saxosis locis nascens, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus, quaeque inter alia etiam ad lichenas prodest: *fegatella*. *Plin. 26. 10. 1.*

LICHNUS, V. LYCHNUS.

LĪCĬA, ōrum, n. V. LICIUM.

LĪCĬĀMENTUM, i, n. Nomen a *licium*, verbalium more effictum: nexus plurium liciorum. *Not. Tir. p. 160.* Licium, liciamentum.

LĪCĬĀTŌRĬUM, ii, n. Nomen a *licium*, proprie adiect. verbalium more effictum, et absolute adhibitum pro eo, quod est ἀνείον, insubulum, lignum, in quo telae licia involvuntur. *Vulg. Interpr. 1. Reg. 17. 7.* Hastile autem hastae eius erat quasi liciatorium texentium. Adde *2. ibid. 21. 19.* et *1. Par. 11. 23.* et *20. 5.* V. INSILIA et INSUBULUM.

LĪCĬĀTUS, a, um. Particip. ab inusit. *licio*. — Translate. *Augustin. 22. Civ. D. 14.* Ipsa iam membra omnia sunt latenter in semine, in qua ratione iam quodam modo, ut ita dicam, liciatum esse videtur, quod nondum est, immo quod latet, sed accessu temporis erit; *h. e.* inchoatum, ut tela inchoata dicitur, cum liciis adiuncta sunt stamina, necdum tamen texta subtemine. *Id. 5. Gen. ad litt. 14.* Quasi praeseminata, et quodammodo liciata primordia futurorum animalium. *Al. leg.* initiata. Adde *Eugypp. Thesaur. 535.*

LĪCĬNĬĂ, ae, f. V. LICINIUS §. 3.

LĪCĬNĬĀNUS, a, um. Adiect. a *Licinius*, quod est nomen gentilicium Romanum, de quo V. suo loco in ONOM. — Hinc *olea Licinia*, dicta a quodam Licinio, qui eam vel apprime coluit, vel invenit. *Cato, RR. 6.* Oleam Licinianam serere; *h. e.* quam primum bonitatis locum obtinere, tradit *Colum. Arbor. 17.* Adde *Macrob. 3. Sat. 20. 6.* — Eadem et *Licinia* dicitur *Colum. 5. 8.* et *12. 49.* et *52.*

LĪCĬNĬO, V. LACINIO §. 3.

LĪCĬNĬUM, ii, n. Nomen a *licium;* linamentum, licium medicamine illicitum plagis sanandis; *tasta. Veget. 2. Veterin. 22.* et *48. Sunt qui rectius legend. putant* licium.

LĪCĬNĬUS, a, um, Adiect. a *Licinius*, quod est nomen gentilicium Romanum, de quo V. suo loco in ONOM. — Hinc *Licinio olea*, de qua dictum est sub v. LICINIANUS. — **2)** *Atria Licinia* apud *Cic. Quint. 5.* et *6.* Romae fuere auctionaria, ut appellat *Id. 1. Agr. 3.*; *h. e.* in quibus praecones versabantur, et auctiones fiebant: dicta fortasse a L. Licinio Crasso, quem narrat *Plin. 17. 1. 1.* et *36. 3. 1.* primum, in atrio domus suae in Palatio, columnas marmoreas habuisse. — **3)** Absolute, substantivorum more,

Digitized by Google

Licinia, ae, f. Est herba eadem ac hiera botane, fortasse ita dicta a quodam Licinio. *Apul. Herb. 3.* Latini verbenacam *(vocant)*, iidem liciniam, iidem lustraginem.

LĪCĬNUM, i, n. Est genus vestis, de quo v. *Isid.* loc. cit. sub v. LICIUM §. 8.

LĪCĬNUS, a, um. Adiect., qui cornua habet sursum versum reflexa, ut sit *Sere.* et *Philarg.* ad *Virg. 3. G. 56.* Hinc *Licini boves* apud *Virg. loc. cit.* v. CAMURUS §. 1. *Hesych.* Λίξ, πλάγιος, καμπτήρ. Videtur esse ab *λίξ*; intortus. — **2)** Hinc ad homines translatum, quibus crines retro reflexi per se surgunt, unde et *relicinus*, quam vocem vide suo loco. *Gloss. Philox.* Licinus, ἀνάδρις. Cf. LICIUM §. 8.

* LICINUS, i, m. v. LYCHNUS.

LĪCĬO, cis, xi, v. LICTOR §. 8.

LĪCĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *licitor;* oblatio pretii in auctione, vel in quacumque emptione; *l'offerire all'incanto*. Habet enim locum etiam in hereditatibus dividendis, ubi cum partes omnes aequabiliter secari non possunt, pecuniae oblatione aequantur, quae minoris pretii sunt. *Cic. 4. Verr. 85. a med.* Exquisitis palam pretiis, et licitationibus factis, describebat censores binos in singulas civitates. *Id. 11. Att. 13. in fin.* Cum ea pars, quae videtur esse minor, licitatione expleri possit. *Suet. Ner. 26.* Praedam ad licitationem dividere; *a chi più offerisce*. *Id. Cal. 22.* Ambitione et licitatione maxima comparare aliquid; *a gran prezzo*. *Ulp. Dig. 10. 2. 6.* Ad licitationem rem deducere, ut qui licitatione vicerit, hic habeat instrumenta hereditaria, non placet. *Marcian. ibid. 4. 7. 12.* Ut potentior emptor per licitationem rem accipiat. *Paul. ibid. 10. 3. 19.* Penes quem licitatio remansit; h. e. qui plus licitatus superavit.

LĪCĬTĀTOR, ōris, m. Verbale a *licitor;* qui licitatur, et pro re emenda, conducendave pretium alio maius offert; *chi offre presso all'incanto*. *Licitatorem apponere* est subornare aliquem, qui coram emptore maius pretium proponat, ut res pluris vendatur. *Cic. 3. Offic. 15.* Tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium: non licitatorem venditor; nec qui contra asse liceatur, emptor apponet, (ita leg. *Muretus, Graevius* et *Heumannus:* alii *contra se*, sed delendum videtur *Hustingero* pronomen, et *contra liceatur* legendum). *Id. 7. Fam. 2.* Nunc cum tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quam illud minoris veneat. Utroque loco rectius alii leg. *illicitator*. v. *Müller.* ad *Fest. p. 113. 14.* et *Beier.* in *Offic. Cic. T. 1. p. 294.* Vox tamen firmatur *Onom. Lat. Gr.* Licitator; ἐπιφώνησις. Et *Gloss. Isid.* Licitator, gladiator, apparitor, occisor, cui multa licent. v. alia apud *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 195. n. 125.*

LĪCĬTĀTUS, a, um. v. LICITOR §. 2. et *Gloss.* apud *Hildebr.* loc. cit. in voc. praeced. v. LICITOR §. 4.

LĪCĬTĒ. Adverb. a *licitus;* per leges, per ius, eo modo, quo licet; *lecitamente*. *Martian. Dig. 50. 111. ante med.* Si quid alicui licite fuerit relictum. Adde *Tertull. adv. Hermog. 1., ubi tamen alii leg.* illicite. Cf. LICITUS §. 3. et 4.

LĪCĬTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, specie frequentativ. a *licesor*, forma deponens. — Particip. *licitans* §. 1., *licitatus* §. 2. — Proprie ad mentes pertinet, et est idem, sed rarioris usus, ac liceor; h. e. pretium offerre in auctione alicuius rei. *Plaut. Merc. 2. 3. 104.* Potin' ut ne licitere adversum animi mei sententiam? *Paul. Dig. 39. 4. 9.* Locatio vectigalium, quae calor licitantis ultra modum solitae conductionis inflavit, etc. — **2)** Ponitur etiam pro contendere, pugnare; *contendere, contrastare*. *Ennius* apud *Non. 2. 505.* pars Ludicre lactant saxa, inter se licitantur. *Caecil. ibid.* Machaera licitari adversum cum coepisti sciens. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 116. Müll.* Licitati, in mercando, sive pugnando contendentes. — **3)** Deinde, transitivorum more,

II. *Licitor*, cum accusativo. *Curt. 4. 1.* Impia bella suscipitis, et cum habeatis arma, licitamini hostium capita; h. e. pretium offertis hostium capita afferentibus. *Sed alii rectius leg.* licemini. v. *Zumpt.* ad h. l. — **4)** Pro vendere exponitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 515.* Licitor, aris; id est venundare, unde *Ambrosius* super Hegesippum: quantae illud temperantiae fuit, ut prompto in libidinem viro formam suam venalem faceret et pulchritudinem licitaretur; et inde *licitator, oris*, mercator, et *licitatus*, venditus, et haec *licitatio*, venditio. Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 195. p. 125.*

LĪCĬTUS, a, um. Particip. verbi *liceo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Est qui licet, legi consentaneus; *lecito, permesso, concesso*. *Virg. 8. Aen. 467.* Congressi iungunt dextras, mediisque residunt Aedibus, et licito tandem sermone fruuntur. *Petron. fragm. Tragur. 683. Burm.* Licitus torus. *Stat. 11. Theb. 125.* Licitae acies. *Ulp. Dig. 37. 14. 2.* Licita negotiatio. *Id. 30. 14. 5.* Liciti contractus. *Tacit. 3. Ann. 24.* Idque iure licitum. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LICITUM, i, n. Est res licita. *Tacit. 15. Ann. 37.* Per licita atque illicita foedatus. — **3)** Hinc, iterum absolute,

LICITO, adverbiorum more, idem ac licite. *Solin. 11.* Aedem Numinis, praeterquam nudus vestigia, nullus licito ingreditur. *Macrob. 1. Sat. 1. 3.* Quod licito fieri Platonis dialogi testimonio sunt. — **4)** Refertur ad sermonem. *Id. 1. ibid. 4. 16.* Certum est licito et *Saturnalium* et *Saturnaliorum* dici.

LĪCIUM, ii, n. Vox, de cuius etymo incerta sunt omnia. *Vossius* tamen putat, esse a *λίξ*, de quo v. *Hesychii* loc. cit. in LICINUS §. 1.: prima autem in *licium* longa est, licet brevis sit in *licinus*, ut etiam a *rĭgo* est *rēgula*. v. LICTOR §. 1. — Huc spectat et illud *Isid. 19. Orig. 29. 7.* « *Licia* sunt, quibus stamina ligantur; quasi *ligia;* » ex quo patet eum ducere a *ligo;* quod fortasse probabilius est; et recidit in prius. Nam idem *Isid. ibid. 22.*, ubi *de nominibus vestium agit*, 27. « *Licinum*, inquit, vocatum, quod textura eius ligata sit in totum, quasi diceret *liginum*, e pro g littera commutata. » Cf. LICTOR §. a. — **b)** Derivata, *liciamentum, licialorium, liciatus, licinium, licinum, licinus*. — **c)** Composita, *palilicium, bilix, trilix*, quod v.

LICIUM proprie est filum lanae contortum; *liccio;* sunt enim *licia*, quibus textores induunt, atque implicant stamina, et iugo adnectunt: eaque, cum tela pertexta est, recidunt. Itaque vel unico filo, vel etiam pluribus constare possunt. *Virg. 1. G. 283.* licia telae Addere; h. e. texturam incipere. *Plin. 11. 28. 3. de aranea.* Derelicta lasso praetendi summa parte arbitrere licia. *Id. 8. 74. 2.* Plurimis vero liciis texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit; h. e. in plures ordines, quam duos, diviso stamine: qui ordines plura licia postulant, quibus iugo adnectantur. Cf. §. 7. *in fin.* — **2)** Item *licia* sunt ipsa stamina, quibus tela textitur. *Auson. epigr. 58.* Licia qui texunt et carmina, carmina Musis, Licia contribuunt, casta Minerva, tibi. *Id. epist. 23. 14.* per licia texta querelas Edidit, et tacitis mandavit crimina telis. *De Philomela loquitur.* — **3)** Sic etiam appellatur quodcumque filum, seu stamen; *filo, cordicella, spago. Ovid. 3. Fast. 267.* Licia dependent longas velantia sepes: Et posita est meritae multa tabella Deae; h. e. funiculi, quibus vota pendent. Sic *Plin. 35. 65. 8.* Cinerem fici cum aluta illigatum licio e collo suspendere. *Auson. Edyll. 6. 31.* Licia fert glomerata manu deserta Ariadne; *un gomitolo di filo*. *Petron. Satyr. 133.* Ut solvit licio pannum, partem leguminis super mensam effudit. *Tiro* apud *Gell. 12. 8.* Licio enim transverso, quod limum appellatur, qui magistratibus praeministrabant, cincti erant. v. LIMOCINCTUS. — **4)** *Per lancem et licium furta concipere*, quid sit, v. in LANX §. 5. — **5)** Habet saepe usum in incantamentis. *Virg. 8. Ecl. 73.* Terna tibi haec primum triplici diversa colore Licia circumdo. Ubi *Servius:* Bene utitur liciis, quae ita stamen implicant, ut haec adolescentis mentem implicare contendit. *Petron. Satyr. 131.* De sinu licium protulit, varii coloris filis intortum, cervicemque vinxit meam. *Ovid. 2. Fast. 575.* Tum cantata ligat cum fusco licia rhombo. *Id. 1. Amor. 8. 8.* Scit bene, quid grameu, quid torto concita rhombo Licia, quid valeat virus amantis equae. *Plin. 28. 12. 1.* Licium telae detractum alligantes novenis septenisque nodis: ad singulos nominantes viduam aliquam. v. NUMERUS et STAMINEUS. — **6)** Erant demum *licia* ornamenta capitis femiuarum. *Prudent. 2. in Symmach. 1104. de Vestalibus.* Perfundunt quia colla comis bene, vel bene cingunt Tempora taeniolis, et licia crinibus addunt. — **7)** Translate. *Hieronym. praef.* in *Iorem.* Stamina tibi, atque subtegmina, et licia praeparabo, tu pulcherrimam vestem ipse conficito, ut non solum nos audire, sed et alios docere possis. — Huc spectare etiam possunt *Auson. 25. ep. 15.* Threicii quondam quam saeva licentia regis Fecerat elinguem per licia tenta querelas Edidit, et tacitis mandavit crimina telis. *Macrob. 3. Sat. 17. 3.* Ut pictores fictoresque et qui figmentis liciorum contextas imitantur effigies, etc. — Item *Ennod. Paneg. Theodor. 10.* Vos tamen elaboratas vestes et liciorum tormenta devehite.

LIGLĬĂ. v. LILIUM §. a.

LICTOR, ōris, m. Nomen, de cuius etymo disputant Eruditi etiam inter Veteres. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 115. Müll.*, dictum *lictorem* putat, quod fasces virgarum ligatos fert; at *Valgius Rufus* apud *Gell. 12. 3.* et *Nonius, 1. 257.*, quod, cum magistratus populi R. virgis quempiam verberari iussissent, crura eius et manus ligari a viatore solita sint: isque, qui, ex collegio viatorum, officium ligandi haberet, lictorem appellatum fuisse putant. *Tiro* autem apud eundem *Gell. ibid.* lictorem vel a limo, vel a licio dictum scripsit (v. locum in LICIUM §. 3. *in fin.*). At cum in *Not. Tir. p. 149.* habeatur *lixit, illixit, prolixit;* praeteritum *lixi* a *licio*, non a *lacio*, derivatum videtur, indeque etiam fortasse *licium* et *lictor*, praecipue cum *Gell. loc. cit.* affirmet, primam syllabam in *lictore*, sicut in *licio*, productam esse: quamquam rectius cum *Festo, Gellio* et *Nonio* quispiam existimet, *lictor* esse per syncopen pro *ligator*, ut *frictor* est a *fricator;* littera vero g in e mutata est, ut in *lector* a *lego*, nam g ante t nunquam a Latinis usurpatur: unde *Cic. Rabir. perduell. 4.* et *Liv. 1. 26.* 1, lictor, colliga manus. Et *Liv. 8. 7.* 1, lictor, deliga ad palum. Cf. voc. praeced. §. a. — **b)** Derivatum, *lictorius*.

LICTOR proprie est minister publicus consulum, aliorumque magistratuum, qui fascem virgarum cum securi, humero sinistro nixum,

Digitized by Google

laeva manu ferens praecedit; *littore, sergente*. — Lictorum origo repetenda est ex Vetulonia, Etruriae urbe primaria. *Sil. 8. 484.* Maeoniaeque decus quondam Vetulonia gentis: Bissenos haec prima dedit praecedere fasces, Et iunxit totidem lacito terrore secures. Hinc in Nummis Vetuloniae apud *Lanzi, Sagg. di ling. Etr. T. 2. p. 110. tab. 7. n. 7.* et *8.* securis insculpta est. *Liv. 1. 8.* Romulus cum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumptis *(a finitima Etruria)* fecit. At *Macrob. 1. Saturn.* idipsum Tullo Hostilio tribuit. — **2)** Lictores antiquitus ingenui e plebe Romana fuere, teste *Liv. 2. 55.*, temporibus vero *Taciti* etiam e libertinorum genere, ut est apud *Eund. 13. Ann. 27.*; post autem bellum Punicum secundum e Bruttiis, qui in provincia magistratibus apparerent, sumptos fuisse, quidam ex loco *Gellii*, quem vide in BRUTTIANUS, falso putant, cum Bruttianos alios fuisse a lictoribus constet: nam hi e libertino saltem genere, ut diximus, erant, et virgis reos verberabant; illi servorum vice, ut ait idem *Gell. 13. 3.*, et flagro, ut lorarii servos in scenis publicis, eosdem caedebant. Adde, ex *Dione, l. 48. c. 45.*, ann. U. C. DCCXVI. edicto vetitum fuisse, ne quis servus lictor esset, quod fortasse factum videtur, quia paulatim e servili conditione homines in lictorum numerum contra leges intrusi essent. — **3)** Ab initio

LICTORES XII. habuerunt reges Romani, ut diximus §. 2., deinde etiam singuli consules, sed tamen L. Iunius Brutus prior, ut ait *Liv. 2. 1.*, vel P. Valerius Publicola, ut affirmat *Cic. 3. de Rep.* (edente *A. Mai*) *34.*, instituit primus, ut uni tantum ex consulibus alternis mensibus lictores praeirent, ne, si ambo consules fasces haberent, duplicatus terror videretur? quae tamen consuetudo deinceps aliquantulum est immutata, nam *Liv. 22. 41.* narrat, secundo bello Punico alternis diebus idem factitatum, quod fortasse locum habuit in bello tantummodo, quoties nempe uterque consul in acie simul esset: antiquum vero morem retulisse C. Iulium Caesarem, memorat *Suet. Caes. 20.* Idem lictorum numerus praeiverat decemviris consulari potestate, quibus tamen singulis, teste *Liv. 3. 33.*, alternis tantum diebus XII. lictores, collegis vero novem singuli accensi apparebant; altero autem decemviratus anno singuli decemviri per summam iniuriam cum XII. lictoribus secures fascibus illigatas praeferentibus prodiere, ut narrat *Id. ibid. 36.* Idem quoque numerus tribunis militum consulari potestate, ex *Eod. 4. 7.*, fuit; idemque etiam interregi, ex *Eod. 1. 17.*; dictator XXIV. habuit, ut patet ex *Dione, l. 54. c. 1., Polyb. l. 3. c. 87.* et *Plutarch.* in *Fabio, c. 4.* Caesari vero ann. U. C. DCCIX., cum dictator III. esset, concessum a senatu est, ut triumphum Gallicum, Alexandrinum, Ponticum et Africanum quatuor diversis eodem mense diebus ageret cum LXXII. lictoribus, ut refert *Dio, l. 43. c. 14.* et *19.* Magister equitum VI. tantum lictores habebat, ex *Eod. l. 42. c. 27.* At II. praetor urbanus, priscis quidem temporibus, ut constat ex plebiscito apud *Censorin. de die natal. 24.* Praetor urbanus duos lictores apud se habeto. *Plaut. Epid. 1. 1. 25.* At unum a praetura tua, Epidice, abest. *Ep.* quidnam? *The.* scies: Lictores duo, duo fasces virgarum. Et ex Nummo gentis Livineiae apud *Morell. Fam. R. tab. 1. n. 3.*, in cuius parte antica est caput virile imberbe, circa autem haec est inscriptio: L. Livineius *Praetor*; in postica vero sella curulis intra duos fasces sine securibus (quas a praetorum urbanorum fascibus abfuisse docet *Spanhem. Dissert. T. 2. p. 106.*) cum hac inscriptione: Regulus *Filius Praefectus Urbis*. Transacto vero tempore praetores tum urbani, tum provinciales lictoribus VI. usi sunt, ut constat ex *Polyb. l. 3. c. 40.*, ubi praetor dicitur ἑξαπέλεκυς ὑπάρχων, et *l. 2. c. 24.* ἑξαπέλεκυς ἡγεμών. Et ex Nummo eiusd. gentis Livineiae apud *Morell. ibid. n. 5.*, in quo eadem est pars antica sine inscriptione, postica vero sellam curulem intra sex fasces, et hanc inscriptionem habet: L. Livineius Regulus. Ex quo patet, in altero hoc Nummo praeturam provincialem L. Livinei Reguli, in priore urbanam significari. Etiam proconsules, si prius praetores tantum fuissent, VI. lictores habebant; si vero consulatum gessissent, XII. utebantur, ut patet ex *Ulp. Dig. 1. 16. 14.* et ex *Dione, l. 53. c. 13.* Hinc *Cyprian. ep. ad Mosem et Maxim.* Eant nunc magistratus et consules, sive proconsules, annuae dignitatis insignibus et duodecim fascibus glorientur. At tribuni plebis, aediles, quaestores urbani nullis lictoribus utebantur, quia sine imperio erant; quaestores tamen provinciales, stante republ. R., si eorum proconsules, vel praetores mortui essent, vel aliqua de causa abessent, dicebantur *quaestores pro praetore*, et VI. fasces iis praeferebantur. Haec discimus ex *Inscr.* apud *Grut. 383. 5.* Cn. Calpurnius Cn. f. Piso quaestor pro pr. ex S. C. provinciam Hispaniam citeriorem optinuit. Idem confirmat *Sall. Cat. 19. Cicero* vero *Plane. 41. de quaestore Macedoniae*. Statim ad me, lictoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata, profectus est. Et in *Nummo* apud *Eckhel, D. N. V. T. 4. p. 127.* A. Pupius quaestor pro praetore Cyrenaicae sellam curulem cum fascibus ostentat. Sub Augustis vero, ut ait *Caius, 1. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. 6., in provincias Caesaris omnino quaestores non mittuntur. Quaestoris autem loco erat procurator Caesaris, qui fascibus abstinebat, quippe qui nullum imperium exercebat, sed fiscum tantum Caesaris procurabat: qualis fuit Lucilius Capito Asiae procurator sub Tiberio, de quo *Tacit. 4. Ann. 15.*; aliquoties tamen procurator auctoritate praesidis pollebat, ut in Iudaea Pontius Pilatus sub eod. Tiberio, cuius meminit *Id. 15 ibid. 44.* Contra in provinciis populi R. seu senatus, non quaestores sed legati vicem proconsulis gerebant, si ipse absens, vel mortuus esset, ut constat ex *Inscr.* apud *Grut. 381. 3.* L. Caesonius C. f. Lucillus legatus prov. Africae, eodem tempore vice proconsulis. — Hi porro legati, stante republica, in provinciis fasces habebant, quoties proconsul, vel propraetor eos ipsis praeferendos permittebat. Hinc *Cic. 12. Fam. 30.* Illud non minus probo, quod scribis, quo illi animo aequiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. — Sub Augustis vero in provinciis Caesaris his legatis summum ius erat, ideoque VI. etiam lictores aderant, ut affirmat *Dio, l. 53. c. 13.* — At in provinciis populi R. seu senatus, proconsules erant, sub iisque legati pro praetore, qui eadem, qua prius, auctoritate pollebant. — **4)** Augusto tandem a senatu concessum fuisse, ut consularis potestas perpetua esset, et XII. lictores semper et ubique, dum viveret, eidem praeirent, narrat *Dio, l. 54. c. 10.*; Domitiano vero, ut XXIV. lictoribus, et veste triumphali, quoties in senatum veniret, uteretur. *Id. l. 67. c. 4.* Eidem etiam a senatu concessum est, ex *Suet. Dom. 14.*, ut quoties gereret consulatum, equites R., quibus sors obtigisset, trabeati et cum hastis militaribus praecederent eum inter lictores, apparitoresque, quod ille tamen recusavit. — **5)** Ex his patet, lictoribus usos eos magistratus, qui potestatem et imperium simul habebant, earumque, qui sola potestate praediti erant. Quamquam et aliis aliquando tributi sunt honoris aut praesidii causa, ut unus flamini Diali, teste *Ovid. 2. Fast. 23.*, aliis vero flaminibus, et pontificibus, et sacerdotibus calatores aderant; — item unus designatoribus (V. DESIGNATOR §. 5.); — item unus Liviae Aug., teste *Tacit. 1. Ann. 14.*; — item duo Agrippinae Claudii, teste *Eod. 13. ibid. 2.*; — item unus Vestalibus in publicum prodeuntibus concessus est a Numa, si *Plutarch.* in *Numa* fides habenda, vel, si *Dion, l. 43. c. 19.*, a III. viris Octaviano, Antonio et Lepido; — item duo senatoribus legationem liberam obeuntibus, ut docet *Manut.* ad *Cic. Quint. 3.* et publicanis exigendorum vectigalium causa, ut scribit *Hotomann.* ad *Cic. Prov. cons. 5.*; — item magistris vicorum duo permissi sunt ab Augusto, quotiescumque publice sacra faciebant, teste *Suet. Aug. 30.*; — item duo curatoribus aquarum, cum eius rei causa extra Urbem essent, teste *Frontin. Aquaed. 100.* — In municipibus vero et coloniis duos lictores habebant duumviri iuri dicundo tempore Ciceronis, ut de Capuanis ille affirmat *2. Agr. 35.*, deinde vero V., ut patet ex *Martial. 8. 72.* et *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 12. 1. 174.*; — item duumviri quinquennales ex *Apul. 10. Met.*; — item quatuorviri iuri dicundo ex *Inscr.* apud *Maff. Mus. Ver. 116. 2.*; — item aediles ex *Apul. 1. Met.*, ubi lictores *lixas* vocat; — item seviri Augustales, ut patet ex *Petron. Satyr. 30.* — Scriptorum vero auctoritatem confirmant vetusta monumenta sepulcralia quamplurima, ex quibus praecipue duo Lapides seviris Augustalibus inscripti L. Safinio Rufo, et C. Cornelio Hannoni, in quibus sex fasces laureati cum sella curuli sunt insculpti, apud *Maff. Mus. Ver. 117. 2.* et *3.* — **6)** Itaque

LICTORES, cum pluribus magistratibus apparerent, in unum quasi corpus contributi sunt, et unam ex tribus decuriis apparitorum constituebant, quarum alteram viatores, tertiam scribae occupabant. Qui vero lictores in eam decuriam adscripti erant, *lictores decuriales* dicebantur. Hinc etiam factum est, ut quoties quis *lictor*, vel *viator*, vel *scriba trium decuriarum* absolute appellatur, in eas decurias contributus esse significetur, ex quibus Caesares, et consules, et praetores, et quaestores, et tribuni unum vel plures, prout cuiusque ius erat, sibi adsciscendum curabant. *Inscr.* apud *Grut. 391. 1.* et *Murat. 518. 1.* et *760. 6.* Lictor decurialis. *Alia* apud *Fea, Framm. de' Fast. cons. p. 58.* Lictor Imp. *Alia* apud *Murat. 886. 10.* Lictor Augusti Caesaris. Et apud *Grut. 650. 8.* Lictor Aug. III decuriar. Et apud *Murat. 669. 7.* Decurialis decuriae lictoriae castrium *(lege* castrium) decuriarum. Et apud *Grut. 650. 10.* Lictor III decur. Et *651. 2.* Exercuit decurias duas viatoriam et lictoriam consulares. Et apud *Don. cl. 8. n. 55.* Viator qui Caes., et Cos., et Pr. apparuit. Et apud *Grut. 627. 2.* Viator consularis et praetorius. Et *1116. 1.* Viator tribunicius decuriae maioris. Et *636. 7.* Scrib. libr. Q. III. dec. Et *627. 7.* Scriba librarius quaestorius trium decuriarum. Et *627. 8.* Scriba libr. tribunicius. — **7)** Cum vero post Traiani tempora consules non amplius pedibus, sed quadrigis vel seiugibus vectos in Capitolium Kalendis processisse constet (V. PROCESSUS), etiam viatores, qui consuli tunc apparebant, equo vectos fuisse probat *Inscr.* apud *Marini, Iscriz. Alb. p. 56.* Decurialis decuriae viatoriae equestris consularis. Cf. dicta in DECURIA §. 14. — **8)** Lictorum munus fuit praeire publice magistratui cum fascibus, inclamando: *date viam, de via discedite*, submovere turbam (V. SUBMOVEO), monere occurrentes, ut animadvertereant (V. ANIMADVERTO §. 2.), ut nempe pedites semita cederent, equites equo

Digitized by Google

desilirent, utrique autem caput adaperirent, ut ait *Sence. ep. 64.*, ac tandem prehendere homines, quoties id iussi essent, eosque virgis aut securi caedere. Praeibant vero non bini, sed singuli: unde *primus lictor*, qui omnibus antecedebat, primusque obvios submovebat *(Cic. l. Q. Fr. 1. 7.* Apud quem primus lictor quievit, tacuit accensus. *Alii tamen rectius leg.* primum), et *proximus lictor*, ἀρχιραβδοῦχος, qui postremus praeibat magistratui, atque adeo prior inter lictores et ceteris honoratior erat. *Liv. 24. 44.* Pater filio *(consuli)* legatus in castra venit. Cum obviam filius progrederetur, lictoresque verecundia maiestatis eius taciti anteirent, praeter undecim fasces equo praevectus senex, ut consul animadvertere proximum lictorem iussit, et is, ut descenderet ex equo, inclamavit, tum demum desiliens, etc. Eadem ferme habent *Val. Max. 2. 2. n. 4.* et *Gell. 2. 2. Val. Max. loc. cit.* Maxima diligentia hunc honorem retinuerunt, ne quis se inter consulem, et proximum lictorem, quamvis officii causa una progrederetur, interponeret. Filio dumtaxat, et ei puero, ante patrem consulem ambulandi ius erat. *Inscr.* apud *Grut. 378. 1.* M. Ulpio Aug. Lib. Phaedimo Divi Traiani Aug. lictori proximo, etc. Adde *aliam, 650. 6.* — **B)** Lictoria insignia fuere sagum extra Urbem, et idem purpureum in pompa triumphali; in Urbe et in municipiis coloniisque toga; fasces praeterea in humero sinistro, qui interdum laureati, interdum coronati erant (V. FASCIS §. 8.) et virga in dextera ad submovendum, et pulsandas fores. *Cic. Pis. 23.* Togulae lictoribus ad portam praesto fuerunt, quibus illi acceptis, sagula reliquerunt, et catervam imperatori suo novam praebuerunt. *Appian. de reb. Punicis, c. 66.* Αὐτοῦ δ' ἡγοῦνται τοῦ στρατηγοῦ ῥαβδοῦχοι ῥοπαλοῦς χιτῶνας ἐνδεδυκότες. Togis vero lictores usos fuisse, praeter *Ciceronis* loc. nuper cit., probant vetustum marmor apud *Vise. Mus. Pio-Clem. T. 5. tab. 32.*, tum et virga in dextera manu alia marmora apud *Maff. Mus. Ver. 117. 1.* et *139. 5.* et *8.* Videre est lictores togatos cum fascibus et securibus in Nummis gentis Iuniae apud *Morell. Fam. Rom. tab. 1. n. 2.* et A. E. V. — **10)** Lictores, qui flamini Diali, Vestalibus, magistris vicorum, aliisque apparebant honoris tantum causa, de quibus supra §. 8. dictum est, videntur fuisse sine fascibus, quod idem dicendum de lictoribus curialis numero triginta, quorum mentio est apud *Cic. 2. Agr., Gell. 15. 27.* et in *Inscr.* apud *Grut. 35. 4.* et *650. 9.* — **11)** Improprie et translate. *Plin. 9. 56. 3.* Uniones digitis suspendere, et binos ac ternos auribus, feminarum gloria est: siquidem cum id fecere, crotalia appellant, cum sono quoque gaudeant, et collisu ipso margaritarum: affectantque iam et pauperes, lictorem feminae in publico unionem esse dictitantes; *h. e.* propter unionem decedi, assurgi feminis, et reverentiam conciliari. — Huc usque *Furlanetto*, quae fere se sumpsisse ex *Morcelli, Dissert. de'littori con annotaz. del D. Gio. Labus. Milano, 1828. 8.*, professus est. — **12)** Extra rem Romanam de quocumque ministro. *Vulg. Interpr. 1. Reg. 19. 20.* Misit Saul lictores, ut raperent David.

LICTŌRĬUS, a, um. Adiect. a *lictor;* ad lictorem pertinens. *Plin 7. 31. 3.* Fasces lictorios ianuae summisit, cui se orieus occidensque summiserat. *Harduin.* ex MSS. leg. *litterarum ianuas*. Sed *lictorius* habetur etiam in *Inscr.* apud *Grut. 651. 1.*, emendatior apud *Fea, Fast. cons. p. 33. D. M.* L. Roscii Encolpii decuriali decuriae lictoriae. *Flor. 1. 26.* Virga lictoria. *Inscr.* apud *Orelli, n. 3216.* P. Aemilio P. f. Nicomedi, patri incomparabili, decuriali decuriae lictoriae cos. *(h. e.* consularis) trium decuriarum X. primo *(h. e.* decemprimo); item decuriali lictoriae popularis denuntiatorum X. primo, etc. (Cf. *aliam*, apud *Momms. n. 104.). Alia* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1863. p. 151.* C. Iulio Romano decuriali decuriae lictoriae cos.; *h. e.* consularis.

LICTUS, a, um. V. LINQUO §. b.

LĪDO, is, V. LAEDO §. b.

LIĒN, ēnis, et Lienis, is, m. Nomen origine et significatione idem ac splen, quod est a Graeca voce σπλήν, a qua et *lien* per apocopen est. — **b)** *Serv. ad 6. Aen. 647.* male docet, *Lien* esse neutrius generis. Ita tamen usurpasse videtur *Isidorus*. V. loc. sub v. LIENOSIS. — **c)** Primam syllabam praeter morem producit *Aleim. 1. 10.* Lienis laevam sortitur regula partem. — Secunda in recto casu longa est, teste *Servio, de finalib. 6.* — **d)** Derivata, *lienicus, lienosis, lienosus*. Cf. SPLEN.

LIEN proprie est viscus in humano corpore, quod et splen dicitur; *milza*. *Plin. 11. 80. 1.* Ventriculo adnectitur lien in sinistra parte adversus iecur, cum quo locum aliquando permutat, sed prodigiose. *Cato, RR. 157.* Lienes turgent. *Cels. 4. 9.* At lienis, ubi affectus est, intumescit. Et *ibid. a med.* Lienis bubulus utiliter esui datur. Adde *5. 25. n. 3. Macrob. 7. Sat. 4. 20.*, Parte, quae ex digestis frigidissima est, in lienem refusa, qui, ut iecur caloris, ita ipse frigoris domicilium est. — **2)** Cursu lien intumescere solet, et dolorem afferre. *Plaut. Mere. 4. 2. 14.* Genua hunc cursorem deserunt: Perii! seditionem facit lien, occupat praecordia. *Plin. 26. 83. 1.* Equisetum lienes cursorum extinguit. Et *ibid. 48. 1.* Argemonia lienem consumere dicitur. *Id. 25. 47. 1.* Asparagos *(bryonias)* Diocles praetulit veris asparagis in cibo, urinae ciendae, lienique minuendo. *Cels. 4. 5.* Aqua a ferrario fabro lienem coërcet. Et *ibid.* Eruca et nasturtium lienem extenuant. — **3)** Translate fiscum *lienem* appellabat Traianus, apud *Aurel. Viet. Epit. 13. extr.* quia sicut, crescente liene, reliqui artus tabescunt, sic, aucto fisco improbis exactionibus, civium paupertas augetur.

LIĒNĬCUS, a, um. Adiect. a *lien;* lienosus; et adhibetur fere absolute, apud *Cael. Aurel. 3. Tard. 4.* Alii phlebotomian recusarunt in lienicis. *Id. mox.* Alii perurenda probaverunt, atque altius in lienicis cauteres infigendos. Et *paulo post*. Hinc denique quaedam lienica vocaverunt. — Tribuitur etiam *Plinio, 29. 11. 4.* sed *Harduin.* correxit *lienterieus; h. e.* levitate intestinorum laborans. V. LIENTERIA et LIENTERICUS.

LIĒNIS, is, m. V. LIEN *init.*

LIĒNŌSIS, is, f. Nomen a *lien*, quo morbus significatur, quo lienosi laborant. *Isid. 4. Orig. 7. 22.* Lienosis a splene vocabulum sumpsit; Graeci enim σπλὴν lien vocant.

LIĒNŌSUS, a, um. Adiect. a *lien;* qui liene turgente laborat. *Plaut. Cas. 2. 6. 62.* Peril: cor lienosum, opinor, habeo: iamdudum salit: De labore pectus tundit; *h. e.* ad instar lienis intumescit ac laborat. — **B)** Absolute, substantivorum more,

LIENOSUS, i, m. Qui lienosi laborat. *Plin. 7. 2. 12.* Sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cuius tactu lienosis medebatur. *Cels. 2. 8.* Lienosis bono termina sunt. *Auct. de Betonica, 2.* Lienosis iuvat betonica. Adde *Plin. 11. 47. 1.*

LIENTĔRĬA, ae, f. Vox Graeca, λειντερία, qua significatur levitas intestinorum, de qua V. in LĔVITAS §. 2.: a λεῖος; levis, et ἔντερα; intestina; *lubricheasa*. *Cels. 2. 1.* Graece usurpat; Latine vero *Theod. Priscian. 2. 2. 18. a med.* Lienteria si obvenerit, quae veluti quemdam limum intestinis obducit, transitu rheumatismi, ex quo nulla penitus ciborum solemnis valeat digestio celebrari, etc. Et *Isid. 4. Orig. 7. 57.* Lienteria dicta, quod cibum tanquam per levia intestina nullis obstantibus faciat prolabi.

LIENTĔRĬCUS, a, um. Adiect. a *lienteria;* qui lienteria laborat. — Absolute. *Theod. Priscian. 2. 2. 18. ad fin.* Ex dysentericis lienterici facti. V. LIENICUS *in fin.*

LĪGĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *ligo;* ligatura, vinculum; *legame, legaccio*. *Propert. 2. 22. 13.* cum Sidoniae nocturna ligamina mitrae Solverit. *Ovid. 14. Met. 230.* dempsisse ligamina ventis. *Colum. 11. 2. post med.* Possit etiam salix decisa expurgari, et ad vitium ligamina praeparari. *Id. 12. 8.* ligamina herbarum. — **2)** De fasciis, quibus obligantur vulnera. *Colum. 6. 6. a med.* Sanguis inhibetur papyri ligamine.

LĪGĀMENTUM, i, n. Verbale a *ligo*, syllabica adiectione productum; fasciae, quibus obligantur vulnera. *Tacit. 15. Ann. 54.* Vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parare. *Quintil. 11. 3. post med.* Fasciae, et focalia, et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo.

LĪGĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *ligo;* actus ligandi, ligamentum; *legamento*. *Scribon. Compos. 255.* Malagma facit ad omnem tensionem et contractionem nervorum, et ligationem. — **2)** Apud Rhetores est figura eadem ac zeugma. *Aquila de schem. lex. sub init.* Latine haec figura *(zeugma)* dicitur ligatio, vel adnexio. Adde *Iul. Rufinian. de schem. lex. 3.*

LĪGĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *ligo;* ligamen; *legatura*. *Pallad. 1. 6. a med.* Ligatura in vitibus locum debet mutare, ne unum semper assiduitas conterat vinculorum. — **2)** De amuleto ad collum suspenso, alitve cui membro corporis alligato ad depellendum morbum. *Augustin. tractat. 7. in Ioann. ante med.* Qui seducunt per ligaturas, per praecantationes, etc. *Laurent. Novariens. Hom. 2.* O prudentia feminae! non . . . quaesivit inanes ligaturas, aut ad falsa confugit praesidia. Adde *Isid. 8. Orig. 9.* — **3)** De nexibus athletarum. *Ambros. Enarrat. in Psalm. 36.* Alii sunt, qui simplici quodam et legitimo genere luctantur, et ligaturis tantum corporis certant, verberare non norunt, qui palaestrae *(lege* palaestritae) vocantur. — **4)** Apud *Vulg. Interpr.* pertinet ad auriifices in illo *Eccli. 45. 13.* Torto cocco opus artificis, gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri. — **5)** Item funiculus, quo quid ligatur. *Id. Num. 19. 15.* Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. — **6)** Denique, sensu concreto, res ipsa, quae est vinculo ligata. *Id. 1. Reg. 25. 18.* Et tulit centum ligaturas uvae passae; *sento pensoli di uva secca*. Adde *ibid. 30. 12.*

LĪGĀTUS, a, um. Particip. verbi *ligo*, adiectivorum more etiam adhibitum; vinculo obstrictus, illigatus, vinctus; *legato*. *Catull. 2. 13.* Quod zonam soluit diu ligatam. *Tibull. 1. 7. 75.* vitta ligatos impediat crines. *Colum. 11. 2. ante med.* Vincae palatae et ligatae. *Plin. 18. 57. 9.* Cornu, propter oleum, ad crus ligato foenisex incedebat. *Id. 9. 52. 2.* Brevi nodo ligatus. *Tacit. Germ. 39.* vinculo. *Lucan. 8. 61.* funis litoribus. *Ovid. 5. Met. 575.* manus post terga ligatae. *Suet. Ner. 51.* Ligato circum collum sudario. *Plin. 17. 25. 1.* Ligatum insitum, intritaque illitum operire terra. *Senec. Med. 742.*

Digitized by Google

Tartari ripis ligati specus; h. e. cincti, circumdati. — 2) Translate. *Ovid. Trist. 10. 49.* Vidimus in glacie pisces haerere ligatos. *Petron. Satyr. 123.* turmae nimbos fregere ligatos; h. e. glaciem. *Veget. Veterin. 43. 1.* Ligati sunt armi bovis; h. e. duri, rigidi.

LIGEA, ae, f. Nomen herbae hyoscyami apud Prophetas Aegyptios, teste *Apul. Herb. 4.*

LIGELLUM, i, n. Est breve domicilium, tuguriolum; *casella. Plaut. Aul. 2. 4. 22.* Divûm atque hominum clamat continuo fidem, De suo ligello fumus si qua exit foras. Ita *Non. 2. 504.*, sed alii multo rectius legunt *tigillo*. Al. *ligillo*; h. e. parvo ligno. Cf. *Weise* ad h. l.

LĬGŬA, v. LICIUM §. 2.

LĪGISTĬCUS, v. LIGUSTICUS.

LIGLIA, v. LILIUM §. 2.

LIGNAPSĬA, v. LYCHNAPSIA.

LIGNĀRĬA et LIGNARIUM, v. voc. seq. §. 2. et seq.

LIGNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lignum*; ad lignum pertinens. *Capitolin. Pertin. 1.* Lignaria negotiatio; *mercanzia di legname. Scribon. Compos. 141.* Cornu cervinum limatum lima lignaria. *Vulg. Interpr. Isai. 44. 13.* Artifex lignarius. *Frontin. 2. Controv. Agr. p. 41. Lachm.* Via lignaria. *Gloss. Gr. Lat.* Ξυλίβολος, ἔργων ξυλοδόκη; lignaria cella, lignarium. — 2) Absolute, substantivorum more,

LIGNARIA, ae, f. Titulus est Atellanae Novii, cuius pauca quaedam fragmenta exstant apud *Priscian. 8. p. 857. Putsch.* et *Gell. 18. 13.* — 3) Item

LIGNARIUM, ii, n. Est locus, ubi ligna servantur. *Cassian. 4. Instit. 24.* Sumpsit itaque de lignario suo senex virgultum, quod olim excisum usibus faci fuerat praeparatum. Adde *Gloss. Gr. Lat.* cit. supra §. 1. *in fin.* — 4) Item

LIGNARIUS, ii, m. Sunt qui ligna caedunt in quemlibet usum. *Inscript.* Pompeiana apud *Orelli, n. 4263.* Marcellinum aedilem lignarii, et plostrarii Rog. ut F.; h. e. Rogant, ut Faciatis. *Gloss. Lat. Gr.* Lignarius; ξυλικός, ὁ κόπτων ξύλα. — 5) Item artifices, qui opera ex ligno conficiunt, ut vasa vinaria, aliaque id genus; *artefici in legno. Pallad. 1. 6. 2.* Ferrarii, lignarii, doliorum cuparumque factores necessario habendi sunt. *Isid. 19. Orig. 19. 1.* Lignarius generaliter ligni opifex appellatur. — 6) Speciatim *lignarii* absolute dicuntur, quos ligna in usum sacrificiorum caedere coëgit Iosue, ut liquet ex *Ios. c. 9. v. 27. Hieronym. ep. 108. n. 8.* Iosue Gabaonitas ob dolos et insidias foederis impetrati in aquarios, lignariosque damnavit. — 7) Denique *inter lignarios* dictus est locus Romae extra Portam Trigeminam apud *Liv. 35. 41. in fin.* Iidem porticum extra Portam Trigeminam inter lignarios fecerunt. *Sunt qui interpretantur de foro quodam, ubi ligna venderentur, alii de via, ubi coessores lignorum vel artifices aut negotiatores commorarentur.*

LIGNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lignor*; lignorum desectio, vel deportatio. *Vitruv. 5. 9. ad fin.* Lignatio maxime necessaria est ad cibum excoquendum. *Caes. 5. B. G. 38.* Qui lignationis, munitionisque causa in silvas discessissent. — 2) Sumitur etiam pro loco, unde ligna accipi possunt. *Colum. 1. 5.* Sit autem vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumque vicinum.

LIGNĀTOR, ōris, m. Verbale a *lignor*; miles, qui lignatum vadit; *soldato che va a far legna. Liv. 10. 25.* Paucis citra millibus lignatores ei cum praesidio occurrunt. Adde *Caes. 5. B. G. 26.*

LIGNĀTŬLUS, v. LINGUATULUS.

LIGNĔŎLUS, a, um. Adiect. deminut. a *ligneus*; qui est ex parvis lignis; *di legno. Cic. 3. Q. Fr. 7.* Hanc scripsi ante lucem ad lychnuchum ligneolum. *Lucil.* apud *Priscian. in fin. l. 3.* Scutum ligneolam cerebro infixit. *Apul. de Mundo.* Qui in ligneolis hominum figuris gestus movent; *burattini, fantocci.*

LIGNĔUS, a, um. Adiect. a *lignum*; qui est e ligno; *di legno. Cic. 5. Tusc. 20.* Ligneus ponticulus. *Id. 2. Invent. 57.* Lignea materia. *Sall. Iug. 78.* vasa. *Ovid. 10. Met. 694.* simulacra. *Tibull. 1. 11. 20.* Stabat in exigua ligneus aede Deus. *Caes. 3. B. C. 9.* Lignea turres. *Plin. 34. 32. 1.* piscinae. *Id. 13. 8. 2.* Lignea supellex. *Plaut. Poen. 3. 6. 28.* custodia; h. e. lignei compedes. V. CAUDEX §. 2. luculariter *Id. Pseud. 1. 1. 43.* salus; h. e. quae per tabellas alicui dicitur. *Hygin. de controv. P. 129. Lachm.* Lignei termini. — 2) Item lignosus. *Plin. 15. 24. 1.* Ligneum putamen. *Id. 16. 46. 1.* semen. — 3) Eleganter dicitur de membris corporis exsuccis, duris, aridis. *Lucret. 4. 1154.* nervosa et lignea, Dorcas. *Catull. 23. 6.* Lignea coniux. V. IUNCEUS §. 2. *Cael. Aurel. 3. Chron. 2. 17.* Ligneus earumdem partium sensus.

LIGNĬCĪDĀ, ae, m. Nomen a *lignum* et *caedo*; qui ligna caedit. — Hoc verbum damnat *Varr. 8. LL. 33.* Qui lapides (inquit) caedunt, lapicidas: qui ligna, lignicidas non dici.

* LIGNĬFER, ĕri, m. Est qui lignum seu arborem fert. V. DENDROPHORUS. *Inscr.* apud *Murat. 2016. 2.* Deo Mercurio Iulius Certus censor sigillorum collegii ligniferorum cultorum eius de suo dedit. — Haec in *Lexicon* ex hac sola auctoritate induxit *Furlanetto*; sed vocabulum recte expungendum esse, vidimus iam sub v. CENSOR in *Nota* l.

LIGNĪLE, is, n. idem ac lignarium. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Ligule; ξύλων.

LIGNĪTES, ae, m. Est genus gemmae apud *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 59.* Secessus quosdam ei aedium monstrans ex eo lapide, cuius quidem fulgor ignitus est (nam lignitem etiam vocant). Fortasse hic leg. est *ignites*.

LIGNOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. a *lignum*, quod usu castrense est, sicut *aquor, pabulor, frumentor*, et similia, et significat ad capienda ligna ire, ligna colligere et congerere; *far legna. Liv. 10. 25.* Respondentibusque, lignatum se ire. *Auct. B. Hisp. 27.* Dum lignantur, interfecti sunt. *Caes. 3. B. C. 15.* Neque lignandi, neque aquandi potestas fiebat. Adde *Cat.* apud *Non. 205. 3. Merc.*

LIGNŌSUS, a, um. Adiect. a *lignum*. — Comparat. *lignosior*, infra. — Proprie est ligni similis, ligneam duritiem habens; *legnoso. Plin. 24. 42. 1* Lignosus fructus. *Id. 25. 29. 1.* caules. *Id. 13. 34. 1.* nucleus. *Id. 28. 71. 1.* Lignosum glutinum. *Id. 19. 27. 1.* Lignosiora sunt reliqua. — *Cael. Aurel. 4. Chron. 3. 69.* Quae singula erunt . . . mediocriter assanda, ne lignosa fiant, et digestioni officiant.

LIGNUM, i, n. Nomen parum certae originis etiam apud Veteres. *Varr. 6. LL. 7. a med.* ducit a *legendo*, quod ligna caduca, inquit, legebantur in agro, quibus in foco uterentur. Alii a *ligando*, alii a λεγνύς; fumus. Huc spectat *Isid. 19. Orig. 19. 3.* « *Lignum* vocatur Graeca etymologia, quia incensum in lumen convertitur et in flammam. Unde et *lychnium* dicitur, quod lumen det. » Quae habet etiam *17. ibid. 6. 25.* — b) Derivata, *lignarius, lignatio, lignator, ligneolus, ligneus, lignile, lignites, lignor, lignosus*. — c) Compositum, *lignicida*. Cf. LIGNIFER.

LIGNUM proprie est pars, et veluti caro arboris sub cortice: item tota arborum materia, operi, aut igni apta; *legno. Cato, RR. 156.* Ligna neque fumosa erunt et ardebunt bene. *Cic. 5. Verr. 27.* Ligna et sarmenta circumdare, ignem subiicere. *Horat. 1. Od. 9. 5.* Ligna super foco large reponere. — *Plin. 15. 3. 4.* vocat *lignum* olivae nucleum. Et *13. 9. 2.* semen in pomo palmae. Et *13. 34. 5.* nucleum in olivis, cerasis, persicis, prunis. Et *ibid.* corticem, seu putamen nucum: item corticem siliquarum praedulcium, quas Itali appellant *carrube*. Denique *17. 35. 55.* vinacea uvarum. — 2) Aliquando ligni nomine intelligitur quidquid comburendi causa paratum est: et sic distinguitur a *materia*, quae significat ligna ad aedificandum et fulciendum apta. Ita *Ulp. Dig. 33. 53.* Unde *Labeo* apud *Bund. ibid. 7. 1. 12.* Nec materia eum pro ligno usurum, si habet unde utatur ligno. (Ubi notandus usus singularis numeri, nam hoc sensu fere in plurali effertur. Sic *Cato* apud *Charis. 1. p. 85. Putsch.* Vehes ligni; *un carro di legna*) *Plin. 10. ep. 80.* Per lacum ligna, materiae modico labore devehuntur. *Inscr.* apud *Orelli, n. 3085.* Uti licest itum, aditum, ambitum, haustum aquae, ligna sumere. Adde *n. 4379.* — 3) *In silvam ligna ferre* proverb. apud *Horat. 1. Sat. 10. 34.* est quod Itali dicunt; *portar legna al bosco*: et similiter; *portar acqua al mare*. Graeci γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας. V. NOCTUA. — 4) Inter vitis mensuram *lignum* dicitur materia surda, et indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta. *Plin. 13. 30. 2.* — 5) Per synecdochen ponitur pro tabella, in qua scribitur. *Iuvenal. 16. 41.* Vana supervacui dicens chirographa ligni. — 6) Speciatim, apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulgato Interprete*,

II. *Lignum* saepe dicitur arbor quaecumque imprimis fructifera. Sic *Gen. 2. 9.* Produxitque omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suave; lignum etiam vitae in medio paradisi, lignumque scientiae boni et mali. *Ibid. 1. 11.* Lignum pomiferum. *Ibid. 3. 2.* Fructus lignorum. — *Apoc. 2. 7.* Vincenti dabo edere de ligno vitae. Et *22. 2.* Et folia ligni ad sanitatem gentium. — 7) Apud *Hieron. Thren. 5. 13.* Pueri in ligno corruerunt; h. e. verberibus enecti sunt; ut explicat *Weltenauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v. — 8) *Lignum offensionis* est aurum sacrificantium apud *Eccli. 31. 7.* et eodem sensu dicitur, quo *lapis offensionis*. V. LAPIS §. 32. — 9) *Lignum κατ' ἐξοχήν*, dicta est crux Christi. *Act. 5. 30.* et *13. 29.*, *Galat. 3. 13.* et *1. Petr. 2. 24.* — Huc illud *Ierem. 11. 19.* Mittamus lignum in panem eius et eradamus eum de terra viventium. — Hic adagialis est loquendi modus crucem minantium, inquit *Weltenauer l. c.* — 10) Pro navi est in illo *Sapient. 14. 5.* Exiguo ligno credunt homines animas suas. — 11) Pro idolo ex ligno. *Id. ibid. 21.* Incommunicabile nomen *(Dei)* lapidibus et lignis imposuerunt. — 12) Huc spectat *Eucher. Formul. 4.* Ligna, peccatores igni deputandi. In Ecclesiaste: *Qui scindit ligna, periclitabitur in eis (Eccl. 10. 9.).* Item in bonam partem: *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est (Psalm. 1. 3.).* Alias ligni nomine sancta crux designatur: ut propheta: *Mittamus lignum in panem eius (Ierem. 11. 19.)*; id est, in carne Christum cruce suspendamus. Item *En colligo duo ligna (3. Reg. 17. 12.).* Item liguum significat iustos et peccatores; ut Salomon: *Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad*

Digitized by Google

aquilonem, ubicumque conciderit, ibi erit (Eccl. 11. 3.); quia in die mortis, iustus ad austrum cadit, peccator ad aquilonem: qui iustus etc.

LĬGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., quod quidam volunt esse a Graeca voce λυγόω, quod idem significat. — **b**) Particip. *ligans* §. 3., *ligandus* §. 3., *ligatus*, v. suo loco. — **c**) Derivata, *ligamen, ligamentum, ligatio, ligatura*. Cf. LIGELLUM, LIGIUM §. a. et LICTOR §. a. — **d**) Composita, *alligo, circumligo, colligo, as, illigo, obligo, praeligo, religo, seligo, subligo*.

LIGO proprie est vincio, colligo, iungo, constringo; *legare*. *Phaedr. 3, 7.* Fascia ligare crus. Et *4. 5.* capitibus cornua suis ligarant. *Horat. 1. Sat. 3. 15.* dum mula ligatur. *Gell. 12. 5.* Ligare et vincire crura et manus. *Ovid. 6. Met. 134.* laqueo ligare guttura; *stringere*. Et *7. ibid. 849.* vulnera veste; *fasciare*. *Senec. Thyest. 686.* caput vitta. Et *Hippol. 1003.* equorum ora frenis. Et *ibid. 1087.* nodos sequaces. *Seren. Sammon. 63.* Aut cineres alni tardo cum melle ligentur; *s' incorporino*. — **2**) Latiore significatione pro cingere, circumdare. *Sil. 7. 589.* Ligat Poenorum terga corona. *Senec. Med. 742.* Tartari ripis ligati specus. — **3**) Translate. *Senec. Oedip. 455.* Viveces hederas remus tenet: Summa ligat vitis carchesia. *Ovid. 1. Met. 28.* Dissociata locis concordi pace ligavit. Et *9. ibid. 548.* quae cum tibi sit iunctissima, iunctior esse Expetit, et vinclo tecum propiore ligari. *Quintil. 5. 14. a med.* Quae *(argumenta)* apprehensa Graeci magis in catenas ligant, et inexplicabili serie connectunt; *h. e.* ita iungunt, ut quasi catenam faciant. *Propert. 4. 4. 80.* Ligare pacta. *Stat. 4. Silv. 3. 74. de flumine*. Et ripas habitare nescientem flecti legibus alvei ligasti. *Senec. Here. Oet. 452.* artibus magicis fere Coniugia nuptae precibus admixtis ligant; *h. e.* coniugum amorem iungunt firmantque. *Ovid. 1. Pont. 6. 39.* Haec Dea *(Spes)* quam multos laqueo suo colla ligantes Non est proposita passa perire nece. *Isid. 8. Orig. 9.* in rebus suspendendis atque ligandis. — **4**) Apud *Vulg. Interpr. Isai. 8. 16.* Liga testimonium, signa legem in discipulis meis; *h. e.* scribe haec et volumen convolve, ac obsignatum repone, futurum aliquando usui fidelibus meis servis. — **5**) Item apud *Eund. Oseae, 4. extr.* Ligavit eum *(Israëlem)* Spiritus malis suis, et confundentur a sacrificiis suis; *h. e.* Spiritus idololatriae ligavit alas Israëlis, ut extollere se in altum non possit. Ita *Hieronym.* apud *Weltenauer* in *Lex. Bibl.* ad *h. v.*; alii aliter intelligunt, ut *Idem. loc. cit.* exponit.

LĪGO, ōnis, m. Nomen parum certae originis, quod tamen a *laevo* ducit *Isid. 20. Orig. 14. 6.* « *Ligones*, quod terram levent, quasi *levones*. » — **b**) Derivatum, *ligonatus*.

LIGO proprie est instrumentum rusticum lato ferro, herbis ac radicibus evellendis, purgandoque agro, et terrae fodiendae aptum; *marra, marrone, sappa*. *Ovid. 1. Pont. 8. 39.* longis purgare ligonibus arva. *Horat. Epod. 3. 30.* Ligonibus duris humum exhaurire. *Id. 3. Od. 6. 38.* ligonibus versare glebas. *Ovid. 3. Amor. 10. 31.* Cum bene iactati pulsarant arva ligones. *Martial. 4. 64.* Centeno ligone domare arva. *Stat. 3. Theb. 589.* incurvi ligones. *Colum. 10. 88.* cum glebis vivacem caespitis herbam Contundat marrae, vel fracti dente ligonis. *Fractum* dicit, quia inflexum et curvum ferrum habet, praesertim qua parte in dentes deducitur. Sic *infractus remus, infracti radii*, apud *Cic.* et *Plin.* Adde *Vulg. Interpr. 1. Reg. 13. 20., Ioël. 3. 10.* et *Mich. 4. 3.* — **2**) Translate. *Iuvenal. 7. 33.* aetas Et pelagi patiens, et cassidis, atque ligonis; *h. e.* agriculturae, metonymia.

LĪGŌNĀTUS, a, um. Adiect. a *ligo*; ligone excavatus. *Anonym. de Limitib. p. 148. Goës.* Lacus et ligonati et fabricis constructi.

LIGŬLA et Lingula, ae, f. Deminut. a *lingua*; parva lingua; *linguetta*. In veteribus libris promiscue reperitur *ligula* et *lingula*. Sed *Martial. 14. 120. lingula* indoctorum Grammaticorum appellationem facit. Nempe ad originem vocis respexere, non cogitantes, uti ab *offa* est *ofella*, a *mamma mamilla*, a *curro curulis*, prima correpta, sic a *lingua* dici potuisse *ligula*, prout senatores et equites loquebantur. Verba *Martialis* sunt: Quamvis me ligulam dicant equitesque patresque, Dicor ab indoctis lingula grammaticis. — Haec *Forcellinus* noster, quibus *Furlanetto* in sua huius Lexici *Appendice* sequentia addidit: « Doctam sane, quamvis longiusculam, *Ulr. Frid. Koppii* adnotationem, quam ille posuit in *Palaeographia critica, T. 2. p. 545.* ann. *1817.* edita Mannheimi, ad *Notas Tironianas, p. 161.* hic inserendam putavi, quae talis est: Ne mireris, me pro eo, quod apud *Grut. p. 161.* est *licola* legere *ligula*, quamvis alia adsit nota, cui *lingula* adscribitur *ibid.* Diverso enim sensu haec vocabula a collectionis Auctoribus accepta esse videntur. *Ligulam* eis fuisse lorum, quo calcei ligantur, series verborum docet: *lingulam* vero a *lingit* ductum esse ex utriusque notae comparatione perspicuum est, ideoque forsitan cochleare significare hoc vocabulo voluere. Haud equidem doctorum Virorum sententiae subscribere ausim, qui *Martialem* Grammaticos perstrinxisse arbitrantur, disticho illo *(14. 120.)*

Quamvis me ligulam dicant equitesque patresque,
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Poëta enim ipse alibi *(1. 29.* et *8. 59.)* utroque utitur nomine, unde patet, eum nullam diversae scribendi rationis respectum habuisse. *Charisius* vero ex Grammaticis fuit, qui *lingulam* a *ligula* distinguerent: cuius ego locum apud *Gothofred. p. 1561.* et apud *Putsch. p. 80.* male sanum ita restituendum esse, nullus dubito. « Lingula cum *n (dele non)* a linguendo dicta est, in argento: in calceis vero ligula *n (dele o)* a ligando. Sed usus ligulam sine *n* frequentat; » videlicet ut eodem hoc vocabulo utramque rem et cochleare et lorum appellare licebat. Omnino necessariam esse hanc emendationem eo magis mihi persuasum est, quod *Charisius* non id agebat, ut unum idemque verbum plures habere significationes doceret, sed ut sono similia tantum distingueret. Quod quia in ceteris exemplis apud eundem auctorem animadvertimus, certum est, eum primo loco *lingula* et inferius *ligula* scripsisse, nequaquam his *lingula*. » Ex his patet duplex vocis etymon esse pro duplici primaria significatione; nempe a *lingo*, qua parva est lingua, et a *ligo*, qua parvum lorum significat, ad utramque vero notionem *Martialem loc. cit.* respexisse. *Festum* vero loc. mox cit. commiscuisse sive in unam confudisse. V. infra §. 14. — Quare quatenus est parva lingua, translate et a similitudine,

II. *Ligula* vel *Lingula* dicitur aliquando pars aliqua terrae, quae ad instar linguae e reliquis prominet sive se extendit; *lingua di terra*. *Caes. 3. B. G. 12.* Erant eiusmodi fere situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis promontoriisque, etc. — **2**) Item instrumentum cavum et oblongum, quale est, quo aromatarii educunt unguentum e vasis: quia habet figuram linguae ad palatum retractae, atque ita cavae; *spatoletta*. *Plin. 21. 49. 2.* Inde ligulis eligunt florem. — **3**) Item instrumentum ad purgandam e vase spumam. *Colum. 9. 5. sub fin.* Isque saepius ligula est purgandus. — **4**) Item genus mensurae, quarta pars cyathi. *Plin. 20. 18. 1.* Item opisthotonicis, et iecinorum vitiis, et torminibus, et stranguriae, duarum aut trium ligularum mensura. — **5**) Idem creditur ac cochleare; sed tamen ab eo distinguitur saltem ut pars a parte. Hinc *Cato, RR. 84.* postquam savilli conficiendi rationem docuisset, monet ponendum convivis cum catillo et lingulis; *h. e. coi cucchiai*. *Martial. 8. 33.* ligulam cum mittere possis. Mittere cum possis vel cochleare mihi. V. COCHLEAR §. 1. — Huc spectare potest etiam alter *Martialis* locus allatus supra §. a. — **6**) Ad haec, ligula est gladiolus oblongus in speciem linguae factus. *Varr. 7. LL. 6., Gell. 10. 25.*, ubi *Nasvius* in *Hostien*. Sine, mihi morem gerere videar, haud lingua, verum lingula. — **7**) Item examen in libra. *Vet. Scholiast.* ad *Pers. 1. 6.* Examen est ligula, vel lignum, quod mediam hastam ad pondera adaequanda tenet. — **8**) Similitudo quoque linguae nomen in architectura dedit lingulis vectium, quae et *linguae* dicuntur. *Vitruv. 10. 8.* Si sub onus vectis lingula subiecta fuerit. Sic *Cato, RR. 18.* de lingula praeli. — **9**) Item extremitatibus paxillorum quae transversis foratis perticis inducuntur. *Colum. 8. 11. ante med.* In solo figuntur breves paxilli, eorumque partes summae lingulas edolatas habent, quae transversis foratis perticis inducantur. — **10**) Item tubulorum, quibus aqua ducitur, in modum linguae conformatis, ut alter in alterum convenire possit: quos *lingulatos* ideirco appellat *Vitruv. 8. 7.* — **11**) Strigilis quoque interius ad instar tubi excavatus, ut rivulo sudor delabatur, dicitur *ligula* apud *Apul. Florid. n. 9.* Flexa tabulatione ligulae, ut et ipsa in manu capulo moraretur et sudor ex ea rivulo laberetur. — Eius signum exstat apud *Pignorium de serris* in *Polen. Suppl. Thes. Antiq. T. 5. p. 1160. seq.* — **12**) Item ossiculis loliginum instar cultelli, aut scalpelli. *Apul. Apol.* Cancrorum furcas, echinorum caliculos, loliginum ligulas. — **13**) Demum *ligula* apud *Vulg. Interpr. Ital.* est idem ac *regula*, quod ad linguae similitudinem effecta fuerit, in illo *Iosue, 7. 21.* Ligulam unam auream quinquaginta didrachmarum. *Vulg.* noster habet *regulam*, sed *LXX. Interpr.* Graece γλῶσσαν. Cf. *Vercellone* in *Var. lect.* ad *h. l.* — **14**) Quatenus vero est a *ligando*,

III. *Ligula* dicitur id quod ligando inservit. *Vetus* enim *Scholiast.* ad *Iuvenal.* loc. mox cit. ligulas in calceis ait esse ansas calceorum, neque hanc notionem a *linguae* similitudine fluxisse, sed a *ligando*: at fortasse ligula est corium in soleis ita positum, ut sonitum faciant. V. POLLEO et POLLEATUS. *Iuvenal. 5. 29.* propter quod rumpere somnum Debeat, et ligulas dimittere, etc. *Martial. 2. 29.* Non extrema sedet lunata lingula planta. Ubi *lingula* scripsit, etsi in Grammaticis id alibi damnat. V. supra §. a. et LINGULATUS. — **15**) Contra tamen stat *Festus*, qui utramque, ut diximus, notionem confudisse videtur apud *Paul. Diac. p. 116. Müll.* « Lingula *(alii* ligula) per diminutionem linguae dicta; alias a similitudine linguae exsertae, ut in calceis; alias insertae; id est intra dentes coërcitae, ut in tibiis. » — Ad postremam hanc notionem referunt illud *Plin. 16. 66. 8.* Canere tibiae ipsae docendae, comprimentibus se ligulis. Et reapse Graece *ligula tibiae* dicitur simili metaphora γλωττίς. — **16**) Translate est etiam convicium in hominem nullius pretii, ductum nempe a ligulis calceorum. *Plaut. Poen. 3. 3. 30.* Ligula, i in malam crucem.

LĪGŬLĀTUS, a, um. Adiect. a *ligula*; ut ligulatus coquus, quia li-

Digitized by Google

gula est ornatus, in *Thesaur. nov. Latinit. p. 326.* ed. *Mai.* — *Id. ibid. p. 340.* Ligulatus coquus, qui ita vocatur propter veteres pannos, quos induit. Cf. LINGULATUS.

LĬGŪRĪMEN et Ligurrimen, ĭnis, n. Verbale a *ligurio*, idem quod liguritio. Legitur in *Thesaur. nov. Lat. p. 327.* ed. *Mai.* Ligurrimen, linctio.

LĬGŪRĬO et Ligurrio, īs, īvi *et* ii, ītum, īre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more saepius adhibitum, specie desiderativ. a *ligo* pro *lingo*, quod V. Cf. tamen loc. *Donati* ad *Ter.* infra cit. §. 1. — **b)** Fere simplici *r* scribitur. *Manut.* tamen et *P. Victor* duplicem praeferunt ex veterib. libris. Utraque scriptio proba. — **c)** Particip. *liguriens* §. 4. — **d)** Derivata, *ligurimen, liguritio, liguritor, ligurius*. — **e)** Composita, *obligurio, obligurio, obliguritor*.

LIGURIO proprie est lingo, leviter degusto, libo; *leccare, mangiare delicatamente, morsecchiare*. *Ter. Eun. 5. 4. 12.* Meretrices dum foris sunt, nihil videtur mundius: Quae cum amatore cum coenant, liguriunt, etc. Quam inhonestae solae sint domi, atque avidae cibi, etc. Ubi *Donat.* Ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod secundum Graecos suave intelligitur: *liguriri* dicitur, qui eleganter, et more senum multo fastidio suaviora quaeque degustat. — **a)** Deinde, transitivorum more,

II. *Liguria*, eodem sensu proprio, cum accusat. *Varr. 3. RR. 16. ante med. de apib.* Itaque his unctus qui accessit, pungunt, non, ut muscae, liguriunt. *Horat. 1. Sat. 3. 80.* Si quis cum servum, patinam qui tollere iussus, Semesos pisces, tepidumque liguriverit ius, In cruce suffigat. — **B)** Item devorare, avide intemperanterque comedere: quasi quis ita vocatur, ut et reliquias lingat in patina. V. LIGURITIO et LIGURITOR §. 1. *Id. 2. ibid. 4. 79.* puer unctis Tractavit manibus eblicem, dum furta ligurrit. *Plaut. Capt. 1. 1. 14.* Parasiti, rebus prolatis, latent, Dum rari rurant homines, quos ligurriant; h. e. quorum cibos lingant, quorum invitatu coenent. — **4)** Translate. *Cic. 3. Verr. 76.* Non reperietis hominem timide, nec leviter haec improbissima lucra ligurrientem: devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. *Id. 11. Fam. 21. sub fin.* Cum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbavi rem; h. e. appeterent, inhiarent, velut si quis cibi cupidus patinas lambat. — **5)** Habet interim obscenum sensum, ut apud *Cic. Dom. 18.* et *Suet. Tib. 45. extr.* et λείχειν et λειχάζειν apud Graecos et *Martial. 11. 58.*, in quibus locis mulierum pudenda lingere significat. quod exprimit vox cunnilingus.

LĬGŪRĪTĬO et Ligurritio, ōnis, f. Verbale a *ligurio;* actus liguriendi; *il mangiare con golosità o voracità*. *Cic. 4. Tusc. 11.* Aegrotationi talia quaedam subiecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia.

LĬGŪRĪTOR et Ligurritor, ōris, m. Verbale a *ligurio;* delicatioris cibi avidus, cupide comedens, vorax; *goloso, avido, vorace*. *Macrob. 2. 12. sub fin. Saturn. de lupo pisce.* Lucilius ostendit, scire se hunc piscem egregii saporis, qui inter duos pontes captus esset: eumque, quasi liguritorem, catillonem appellat. — **B)** Obscenum sensum habet apud *Auson. epigr. 128. in lemmate*. V. LIGURIO §. 5.

LĬGŪRĬUM, ii, n. V. LIGUSTICUM §. 1.

LĬGŪRĬUS et Ligurrius, a, um. Adiect. verbale a *ligurio*. — Legitur et exponitur in *Gloss. Lat. Gr.* Ligurius, gulosus, catillo; λίχνος.

II. LĪGŪRĬUS, V. LYNCURIUS.

LĬGURRIO, Ligurritor, etc. V. LIGURIO, etc.

LĬGUSTĬCUM, -i, n. Genus oleris, sive herba (alio nomine siler montanum) in Liguriae montibus frequens, unde et nomen accepit: seritur ubique: suavius sativum, sed sine viribus. Panacem aliqui vocant: Graecus apud Graecos cunilam bubulam eo nomine appellat: ceteri vero conyzam, id est cunilaginem. Stomacho utile est: item convulsionibus et inflationibus. Haec *Plin. 19. 50. 1.* et *20. 60. 1.*, ubi medicinae ex eo. Meminit et *Colum. 12. 57. Isid. 17. Orig. 11. 3.* Ligusticum a regione nomen accepit; nascitur enim plurimum in Liguria, odore aromatico et gustu acre. *Alii* ligurinum *leg.* Sic apud *Veget. 5. Veter. 32.*, appellatur *Libysticum* vel *Levisticum*. — **B)** Habet in condimentis usum piperis, quicum coniunctim memoratur ab *Apic. 1. 29.* et *4. 3.*, quibus aliisque locis scribitur etiam *ligisticum* pro *ligusticum*.

LĪGUSTRUM, i, n. Est frutex seu arbor, de qua ne sibi quidem *Plin.* constare ait, quae sit. Scribit enim tum *12. 51. 1.*, tum *24. 45. 1.* credi a quibusdam eandem esse ac cyprum, quae Orientis planta est. Ipse tamen nihil affirmat. Solum *16. 51. 1.* inter eas recenset, quae non nisi in aquosis locis proveniunt: additque, esse tesseris utilissimam. Ad quem locum in nuperrima *Plinii* editione Parisiensi, inquit *Furlanetto* in *Append.* ad h. v., probatur, ligustrum esse arbusti genus, quod Itali *ligustro* et *rovistico* vocant, idemque et album et nigrum appellari, quia eius flos albus, fructus vero niger sit; huiusmodi porro nomen derivari vel a Liguria, ubi maxime viget, vel a ligandi facultate, qua pollent flexiles eius rami. — **B)** Ab hoc distinguendum est

II. *Ligustrum*, frutex, alio nomine *olanstellus*, qui folio est oleae simili, et ab Italis *levistico* et *libistico*, a Nostratibus vulgo *canestrella*, a Botanicis *ligustrum vulgare* dicitur, adeo passim nascens, ut dare *ligustra colono* apud *Martial. 9. 27.* eo sensu dicatur, quo *noctuas mittere Athenas*. Florem gignit album. *Virg. 2. Ecl. 18.* Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Ubi *Serv.* Ligustrum flos est candidus, sed vilissimus. Sic *Ovid. 13. Met. 789.* Candidior nivei folio Galatea ligustri. *Martial. 1. 116.* Toto candidior puella cycno, Argento, nive, lilio, ligustro. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 180.* Haec graditur comitata rosis, haec alba ligustris. *Colum.* tamen *10. 300.* Ter calathis violam, et nigro permixta ligustro Balsama cum casia nectens, croceosque corymbos. Sed *Parrhas.* quia plures album dicunt, *niveo* hic legendum censet. Recentiorum coniecturas V. apud Botanicos, et in primis *Molin, Flor. poëtiq. p. 51.* et *seqq.*

LĪLĔUM. V. LILIUM §. b.

LĪLĬĂCĔUS, a, um. Adiect. a *lilium;* e liliis factus; *di giglio*. *Palad. 6. 14. in lemmate*. De oleo liliaceo. *Theod. Priscian. 4. 1.* Bulbum liliaceum coques ex aqua.

LĪLĬĒTUM, i, n. Nomen a *lilium*, quo significatur locus liliis consitus; *giglieto*. *Palad. 3. 21. ad fin.* Nova lilieta formabimus.

LĪLĬŎLUM, i, n. Deminut. a *lilium;* parvum lilium. — In ornamentis feminarum recensetur a *Vulg. Interpr. Ital. Iudith. 10. 3.* Et imposuit periscelides et dextralia et lilioium et anulos et inaures. *Vulg.* noster habet *lilia*. V. LILIUM §. 3.

LĪLĬUM, ii, n. Nomen a Graeca voce λείριον, mutata ρ in Latinam *l* litteram, ut alibi etiam monuimus (V. LIRINON et LIRION), quare minus audiendus videtur *Isid.*, qui haec de eo scripsit *17. Orig. 9. 18.* « *Lilia*, lactei floris herba, unde et nuncupata, quasi *lielia* (alii *ligila*), cuius dum candor sit in foliis, auri tamen species intus effulget. » — **b)** Vulgo *lilium* scriptum pro *lilium* testatur, qui improbat, *Auct. Append.* ad *Prob. p. 198. 18. Keil.* — **c)** Derivata, *liliaceus, lilietum, liliolum*.

LILIUM proprie est flos rosae nobilitate proximus, ceterorum excelsissimus, interdum cubitorum trium. Languido semper collo, et non sufficiente capitis oneri; *giglio*. Candor eius eximius, foris striati, et ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, et semine, stantibus in medio crocis. Ita odor, colorque duplex, et alius calycis, alius staminis, differentia angusta. Haec ex *Plin. 21. 11. 1.* et *seqq.*, qui *ibid. 74. 1.* varios eius usus in medicina describit. *Virg. 10. Ecl. 25.* grandia lilia. *Id. 6. Aen. 709.* candida. *Propert. 3. 11. 50.* lucida. Et *4. 4. 23.* argentea. *Ovid. 12. Met. 411.* candentia. *Id. 2. Art. am. 115.* hiantia. *Horat. 1. Od. 36. 16.* breve lilium; *di poca durata*. Sic *Val. Flacc. 6. 492.* Lilia per vernos lucent velut alba colores Praecipue, quels vim brevis, totasque parumper Floret honor. *Tibull. 3. 4. 33.* Ut cum contexunt amaranthis alba puellae Lilia. *Propert. 1. 20. 37.* lilia Candida purpureis mixta papaveribus. *Virg. 12. Aen. 67.* Indum sanguineo veluti violaverit óstro Si quis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa Alba rosa. *Martial. 5. 37.* Cui nec lapillos praeferas Erythraeos, Nivesque primae, liliumque non tactum. — **B)** Sunt et rubentia lilia, quae Graeci crina vocant: item purpurea, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, maiorisque bulbi, sed unius: narcissum vocant. *Plin. 21. 12. 1.* Cf. CRINON et CRINUS. — **B)** Adhibitum fuit etiam inter ornamenta feminarum ex argento aut alia materia effictum. *Vulg. Interpr. Iudith, 10. 3.* Assumpsitque dextrariola et lilia. V. LILIOLUM. — **4)** Eius usum in aliis etiam rebus ornandis probant loca eiusdem *Vulg. Interpr. 3. Reg. 7. 22.* Super capita columnarum opus in modum lilii posuit. *Id. Exod. 25. 31.* Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, et calamos, scyphos, et sphaerulas ac lilia ex ipso procedentia. Adde *2. Par. 4. 5.* — **5)** Translate. *Id. Cantic. 2. 1.* Ego flos campi et lilium convallium. Adde *2. 2.* Quod *Interpretes* intelligunt de Christo. Cf. *Escher. Formul. 4.* — Huc spectant similitudines. *Vulg. Interpr. Cant. 5. 13.* Labia eius lilia distillantia myrrham. *Id. Osee, 14. 6.* Israël germinabit sicut lilium. — **6)** Deinde, item a similitudine,

II. *Lilium* est militaris machina ad impediendum hostem: de quo *Caes. 7. B. G. 73.* Obliquis ordinibus, in quincuncem dispositis, scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim angustiore ad summum fastigio. Huc teretes stipites feminis crassitudine, ab summo praeacuti et praeusti demittebantur, ita ut non amplius quattuor digitis ex terra eminerent, . . . id ex similitudine floris lilium appellabant.

LĪMĀ, ae, f. Nomen parum certae originis. *Isid. 19. Orig. 7. 4.* *Limam* dictam putavit ex eo, quod lene faciat, nam *limum*, inquit, lene est. Cf. LIMUS. — **b)** Derivata, *limate, limatio, limator, limatulus, limatura, limo, limula*. Cf. LIMAX §. 3. — **c)** Composita, *elimo, perlimo*.

LIMA proprie est instrumentum fabrile, densis minutisque dentibus, quo ferrum, aliudve quid terendo expolitur; *lima*. *Phaedr. 4. 7.*

Digitized by Google

Vipera limum momordit. *Plin.* 33. 49. 1. Interest, quamplurimum lima perdiderit. *Id.* 37. 32. 2. Topazius limam sentit. *Id.* 9. 54. 4. Lima aliquid avellere. Et 28. 41. 1. polire. *Plaut. Mon.* 4. 1. 9. proterere. *Id. fragm.* apud *Varron.* 7. *LL.* 3. *ad fin.* adradere. *Vulg. Interpr. Isai.* 44. 12. Lima operari. *Marcell. Empir.* 28. *ab init.* Cornus cervini limati lima ligularia scobis quantum quattuor vel quinque cochlearia sint. — **β)** Translate dicitur de censura, emendatione, expolitione scripti alicuius. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 19. incipiam lima mordacius uti, Et sub iudicium singula verba vocem. Et 2. *ibid.* 4. 17. meus lima rasus liber coset amici. Et 1. *Trist.* 7. 30. Defuit et scriptis ultima lima meis. *Horat. Art. P.* 291. si non offenderet unumquemque poëtarum limae labor, et mora. *Martial.* 5. 80. Quem *(libellum)* censoria cum meo Severo Docti lima momorderit Secundi. *Id.* 10. 2. Carmina rasa lima recenti. *Vellei.* 2. 9. Clara fuere ingenia Afranii, Pacuvii, atque Actii, . . . ut in illis limae, in hoc paene plus videatur fuisse sanguinis. — *Apul.* 8. *Met.* 8. Sed Charite ad limam consilii desiderium petitoris distulit; *h. e.* ut desiderium petitoris perpenderet ac libraret. *Ennod. Opusc. II. praef.* O homines omni artis lima compositos et caminis fabrilibus excoctos! — **γ)** Hinc *ad limam et lineam redigere* est ad quandam perfectionem reducere. *Apul. Florid.* n. 9. Meum vero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam et lineam certam redigitis. Cf. *Kopp.* ad *Capell.* 3. §. 225.

LĪMĂCĔUS, a, um. Adiect. a *limus;* e luto factus; *di fango. Tertull. Resurr. carn.* 49. Primus homo de terra choicus; id est limaceus.

LĪMĀRĬUS, a, um. Adiect. a *limus;* ad limum pertinens; *da fango. Frontin. Aquaed.* 15. Interposita est limaria piscina; *h. e.* in quam aqua defluens, et cursum remittens, limum deponit.

LĪMĀTĒ, Adverb. a *limatus*, quod in gradu comparativo tantum huc usque usurpatum reperitur; polite, ornate, perfecte. *Cic.* 3. *Fin.* 5. Duo genera librorum, unum populariter scriptum, alterum limatius. *Ammian.* 15. 13. Cum limatius superstitionum quaereret sectas; *h. e.* accuratius. *Ambros.* 6. *Hexaëm.* 8. n. 44. Limatius tractare. Adde *Mar. Victorin.* 3. 11. *in fin.*

LĪMĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *limo;* imminutio, quae lima fieri solet. V. LINO, as, §. 5. — Translate *Cael. Aurel.* 3. *Tard.* 11. Videmus ob has causas etiam studentium corpora fieri tenuiora limatione quadam, ingi cogitatione atque disputatione.

LĪMĀTOR, ōris, m. Verbale a *limo;* qui limat; *limatore. Gloss. Philox.* Limator; *ῥινητής*.

LĪMĀTŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *limatus;* aliquantum limatus. *Cic.* 7. *Fam.* 33. Opus est hic limatulo et polito tuo iudicio; *h. e.* terso et subtili. — *Onom. Lat. Gr.* Limatulus; *λεβηταρίνος*.

LĪMĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *limo;* id quod lima erasum est; *limatura. Onom. Lat. Gr.* Limatura; *ῥίνημα. Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T.* 7. *p.* 575. Peripsema, rasura aut limatura cuiuscumque rei. *Sex. Placit. de Medicam.* 10. 1. Item limatura eius *(dentis elephanti)* si faciem laveris, maculas, quae faciei innascuntur, tollit.

LĪMĀTUS, a, um. Particip. verbi *limo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *limatior* §. 5. — Proprie est lima rasus, politus; *limato, pulito. Plin.* 8. 29. 4. Cornu ad saxa limato, praeparat se pugnae. *Vulg. Interpr. Ezech.* 21. 15. Gladii acuti et limati ad fulgendum. — **β)** Item lima detractus, abrasus. *Plin.* 34. 50. 3. Limatum plumbum. Et *ibid.* §. 4. Limata scobs. — **γ)** Translate est perfectus, politus, elaboratus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 29. Vir moribus domesticis ac nostrorum hominum urbanitate limatus. *Plin.* 1. *ep.* 20. *ad fin.* Limatius ingenium. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 65. Comis, et urbanus, fuerit limatior idem. *Cic.* 1. *Orat.* 59. Vir oratione maxime limatus. *Id. Brut.* 24. Limatius dicendi genus. *Martial.* 7. 31. varioque togae limatus in usu; *h. e.* exercitatione perfectus, peritus. *Symmach.* 1. *Ep.* 60. Amicus limatae probitatis.

LĪMAX, ācis, omn. gen. Adiect. a *limus;* qui multum limus est, qui limis oculis aspicit. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 1. Pastor *(Paris)* brutum quiddam desipuit, et (ut ferarum ac pecudum mos est) ad libidinem limaces oculos intorsit *(potius)*, quam virtutem et divitias inquisivit; *h. e.* Veneris potius pulcritudinem, quam Minervae virtutem, et Iunonis divitias respexit. V. *Terentii* loc. cit. in LIMUS, a, um. §. 1. et 4 — **β)** Translate. *Plaut. fragm.* apud *Varr. loc. cit.* meretrices appellare videtur *limaces lividas*, quia amatorum bona corrodunt. Quo fortasse pertinet aliud eiusdem fragmentum apud *Non.* 4. 274. *limaces viri*. Utrumque autem vel a *limacibus*, qui lactucas et vicium erodunt, vel a *limando* duci potest. — **γ)** Deinde, absolute, substantivorum more.

LIMAX, ācis, m. et f. Est cochlea terrestris, tum quae testa operitur, tum quae nuda est *(Gloss. Philox.* Limax; *γυμνοκοχλίας, κοχλίας*): a *limo*, in quo vivit, ut *Varr.* 7. *LL.* 3. *a med.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 116. *Müll.* docent; *lumaca, lumacone. Colum.* 10. 323. teneras audent erodere frondes Implicitus conchae limax, hirsuteque campe. *Plin.* 32. 1. 4. Eum limaci magnae similem esse, dicunt. *Id.* 29. 36. 2. Limacis inter duas orbitas inventae osiculum. *Id.* 30. 30. 4. Quattuor limacum capita. *Id.* 19. 57. 2. Lactucis innascuntur limaces et cochleae. *Id.* 18. 44. 6. Limaces nascuntur in vicia, et aliquando e terra cochleae minutae, mirum in modum erodentes eam. Adde *Tertull. de Anim.* 10.

LIMBĀTUS, a, um. Adiect. a *limbus;* limbo praetextus et ornatus; *orlato. Gallien. in Epist.* apud *Trebell. Claud.* 17. Misi ad eum chlamydes veri luminis limbatas duas.

LIMBŌLĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *limbus*, absolute adhibitum de eo, qui vestium limbos consuit. *Gloss. Philox.* Limbolarius; *ὑφαντοπράκτης*. *Plaut. Aul.* 3. 5. 45. Textores, limbolarii, arcularii. *Pareus* legit *limborarii*, ut sit a *limbus* et *ora*. Sed hoc frigidum est. *Inscr.* apud *Don. el.* 8. n. 27. M. Antonio M. Lib. Apollonio limbolario M. Antonius M. L. Patroclus solearius amic. optim. P.

LIMBUS, i, m. Nomen etymi latentis (male cum *lembus* confusum a quibusdam), quo proprie significatur fascia, qua extrema vestis ora praetexitur: quae et *instita* vocatur; *lembo, orlo. Virg.* 4. *Aen.* 137. Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. *Ovid.* 5. *Met.* 51. Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat Aureus. Et 6. *ibid.* 127. Ultima pars telae, tenui circumdata limbo, Nexilibus flores hederis habet intertextos. *Stat.* 1. *Achill.* 550. Et picturato cohibet vestigia limbo. — **β)** Sumitur specialim pro fascia, seu vitta. *Claudian. cons. Mall. Theod.* 118. frontem limbo velata pudicam. *Arnob.* 2. *p.* 72. Lapillis inuecterent colla, laminas pertunderent aurium, imminuerent frontes limbis. V. NIMBUS. — **γ)** Item pro zona. *Stat.* 6. *Theb.* 367. picto discingit pectora limbo. — **δ)** A *Non.* 14. 30. dicitur limbus muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet, allato *Plauti* loco, quem V. in voce praeced. — **ε)** Translate est extrema pars terrae, litus. *Iornand. Get.* 20. Mox Gothi adeunt urbem, quam dudum Sardanapalus rex Parthorum inter limbum maris, et Haemi radices locasset. Itali quoque nunc *lembo* eadem significatione dicunt. Adde *ibid.* 14. — **ζ)** A similitudine,

II. *Limbus* est etiam linea seu funiculus ex lini filis quadruplicibus ad capiendas feras: Graeci *κεφάδρομον* vocant. *Grat. Cyneg.* 35. Prima iubent tenui nascentem lungere filo Limbum, et quadruplici tormento adstringere limbos. Illa operum patiens, illa usus linea longi. — **β)** Apud *Varr.* 2. *RR.* 5. Limbus XII. signorum; *h. e.* Zodiacus. V. STELLIMICANS.

LĪMĔ. Adverb. a *limus;* oblique. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Λοξῶς; lime.

LĪMEN, Ynis, n. Nomen, de cuius etymo haec prodit *Isid.* 15. *Orig.* 14. 2. « *Limites* appellati antiquo verbo transversi; nam transversa omnia Antiqui *lima* dicebant, a quo et *limina* ostiorum, per quae foras et intro itur: et *limites*, quod per eos foras in agros catur. Hinc et *limus* vocabulum accepit, cingulum, quo servi publici cingebantur obliqua purpura. » Cf. *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 116. *Müll.* et Cf. LIMUS, a, um, §. 1. — **b)** Ad scribendi rationem quod attinet, haec notat *Prob. Instit. Art.* 118. 39. *Keil.* « Sunt nomina, quae plerosin patiuntur, hoc est, quae e littera plus scribantur, ut puta *limen* et *leimen*. » — **c)** In antiquis MSS. et editis libris saepe *limen* et *limus* inter se sunt confusa, ut pluribus citatis tradit *Hildebr.* ad *Apul.* 6. *Met.* 18. — **d)** Derivata et Composita, V. suo loco in LIMUS, a, um.

LIMEN proprie est lignum, aut lapis transversus in ianua, aut porta, tum superius, tum inferius; *limitare, soglia. Novius* apud *Non.* 4. 278. Limen superum, quod mihi misero saepe confregit caput: Inferum autem, ubi ego omnes digitos defregi meos. *Plaut. Merc.* 5. 1. 1. Limen superum inferumque, salve. *Plin.* 36. 21. 2. Imponere limen foribus. *Inscr.* apud *Grut.* 207. *col.* 1. Insuper ostium limen robustum longum P. VIII. imponito. *Iuvenal.* 6. 226. pendentia linquit Vela domus, et adhuc virides in limine lauros. Et *ibid.* 52. densos per limina tende corymbos *(Vitruv.* quoque 6. 9. et 11. de superiori usurpat). *Plaut. Cas.* 4. 4. 1. Sensim superattolle limen pedes, nova nupta. *Virg.* 3. *G.* 547. gravido superant vix ubere limen. *Cic. Dom.* 23. Non existimo, illos tam cupidos liminum meorum et columnarum et valvarum fuisse. — **β)** Per synecdochen est ipsa ianua, ingressus, aditus; *porta, ingresso, entrata. Cic.* 2. *Nat. D.* 27. Fores in liminibus profanarum aedium, ianuae nominantur. *Caes.* 3. *B. C.* 105. Simulacrum Victoriae ad valvas se templi limenque convertisse. *Plaut. Cist. a.* 3. *v.* 49. occludite aedes pessulis, Ubi hanc ego tetulero intra limen. *Id. Men.* 2. 3. 65. Intrare intra limen. Et *Mil.* 3. 1. 11. cohibere se. *Iuvenal.* 2. 88. Limen intrare. Et 14. 230. subire. Et 3. 124. submoveri limine. *Virg.* 3. *Ecl.* 66. insuetum miratur limen Olympi. *Id.* 2. *G.* 506. penetrare aulas et limina regum. Et 4. *ibid.* 183. *de apib.* mussantque oras et limina circum. — *Plin.* 6. *ep.* 16. Limini obversari; *vigilare alla porta*. — **γ)** Hinc *custos ad limen* vel *ad limina* est atriensis. *Virg.* 9. *Aen.* 647. hic Dardanio Anchisae Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos. *Gloss. ibid.* Ad limina; *θυρωρός*. *Sil.* 1. 66. Famuli ad limina. — **δ)** Religiosum erat limen aedium, quod propterea abeuntes redeuntesque salutare solebant, ut

Digitized by Google

est apud *Plaut. Merc. 5. 1. 1.* Cautio quoque erat, ut dextro semper pede prolato transiretur, ut ex *Petron.* colligitur *Satyr. 30.* — **5)** Hinc *salutare a limine* est a longe, et translate leviter attingere. *Senec. ep. 49. circa med.* Nec ego nego prospicienda ista, sed prospiciendo tantum, et a limine salutanda. — **6)** Metaphorice est principium; *principio, ingresso. Senec. Here. Fur. 1132.* quas in primo Limine vitae scelus oppressit. *Tacit. 3. Ann. 74.* in limine belli. *Sil. 5. 425.* in limine mortis; *in faccia alla morte. Lucret. 2. 258.* leti limine ab ipso ad vitam reverti. *Tertull. de Monog. 8.* Ecce statim quasi in limine duae nobis antistites christianae sanctitatis occurrunt, etc. *Id. adv. Valentinian. 5.* de limine offendere; *h. e.* ab ipso initio. — **7)** Item finis, quia limen domus viae finis est; *fine. Apul. 11. Met.* Transactis vitae temporibus, iam in ipso finitae luris limine constituti. — Huc pertinet illud *Justin. 1. Institut. 12. a med.* Limina sicut in domo finem quendam faciunt, sic et imperii finem esse limen, veteres voluerunt. Ab eo postliminium dictum est. — **8)** Latiore significatione et a similitudine,

II. *Limen* dicuntur aedes ipsae et tecta; *casa. Virg. 2. G. 511.* Exsilioque domos et dulcia limina mutant. *Iuvenal. 13. 153.* laribus coniungere nostris Tectum aliud, tutos vicino limine somnos Ut collata daret fiducia. *Virg. 7. Aen. 579.* Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli. *Senec. Med. 32.* limen alienum expetere. — **9)** Item carceres; *h. e.* initium cursus, quia limen domus viae initium est. *Virg. 5. Aen. 316.* signoque repente Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt. — **10)** Limen interni maris multi appellavere ipsa ostia freti Gaditani, per quae ab Oceano in mare Mediterraneum patet āditus. *Plin. 5. procem. 5.*

LĪMĔNARCHĂ, ae, m. Vox Graeca, λιμενάρχης, qua significatur qui portui praeest, et inspicit solventes et appellentes: a λιμήν; portus, et ἀρχός; princeps; *presidente, o capo di guardia del porto. Arcad. Dig. 50. 4. 18. ante med.* Logographi, vel tabularii, vel xenoparochi, vel limenarchae, vel curatores ad exstruenda aedificia publica, muneribus personalibus adstringuntur. *Paul. ibid. 11. 4. 4.* Limenarchae et stationarii fugitivos deprehensos recte in custodiam retinent.

* LIMENSIS, se. Adiect., quo genus quoddam marmoris significatur, ut exponitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 328.* ed. *Mai*, quare huc etiam trahunt locum *Isid. 16. Orig. 5. 18.*, ubi vulgo eadem vox legitur; sed rectius alii habent *Lunensis*, quod unice probandum videtur.

LĪMENTĪNUS, i, m. Nomen a *limen*, quo appellatus est, seu potius fictus Deus quidam praeses et custos liminis aedium. *Tertull. Idolol. 13.* et *Cor. Mil. 13. in fin.*, *Arnob. 1. p. 13.* et *4. p. 132.* et *133.* et *Augustin. 4. Civ. D. 8.* et *6. ibid. 7.* Unde simile fit veri, dictum fuisse olim *limentum* pro *limen* (ut *lenimentum* pro *lenimen*, *ligamentum* pro *ligamen*, et plura huiusmodi), ut inde *limentinus* formaretur.

LĪMES, ĭtis, m. Nomen a *limus*, sive, ut alii volunt, a *limen*, cum quo aliquando est etiam confusum (V. LIMEN §. a. et c., coll. *Veratti* in *Opuse. di Modena, T. 4. p. 84.* et *seqq.*); quemadmodum enim limen introitum exitumque loco praestat, ita per limitem ingressus in agrum, et ex eo egressus patet. Nam agrorum divisores in singulis centuriis singulos limites constituebant, ut agri et mensurae, et itineris causa pervii essent. Est namque limes semita transversa, militari via angustior, tum in agris, tum in urbibus; *sentiero, via per traverso. Hygin. de limitib. p. 167.* et *seq. Lachm.* Antiqui primum duos limites constituerunt . . . postea et prorsos et transversos limites . . . postea apud quosdam nomina a loci natura acceperunt, et qui ad mare spectant maritimi appellantur, qui ad montem montani: omnis ergo huius mensurae et vecturae longitudo rationaliter limes appellatur; nec interest quicquam, decimanum an limitem appellamus. *Colum. 1. 8. ante med.* Semitas, novosque limites in agro fieri non patiatur. *Varr. 2. RR. 4. de suib.* Prodigunt in lutosos limites ac lustra, ut volutentur in luto. — **1)** Antiqui Latini quattuor genera limitum in agris habebant, duo latiorum, duo angustiorum. Ex latioribus unus ab oriente in occidentem spectabat, qui *Decumanus* est appellatus: alter a meridie in septentrionem, qui *Cardo*. Angustiorum unus ab occidente in orientem intuebatur, qui *Prorsus;* alter a septentrione in meridiem, qui *Transversus* nuncupabatur. Progressu temporis alia limitum nomina invenere, vel ex natura loci, ut *Maritimum*, *Montanum*, vel ex limitum ordine, ut *Actuarium;* vel ex modo latitudinis, ut *Linearium*. *Hygin. de limit. constit.* et *Plin. 18. c. 76.* et *77.* Sed de his et aliis limitum generibus consule Auctores de limitibus, quos uno libro edidit *Goësius*, ac iterum *Lachmann*. Cf. *Nota* I. infra. — **2)** Limites item in agris dicuntur etiam ipsi termini, teste *Festo* apud *Paul. Diac. p. 116. Mull.*, quibus agrorum fines distinguuntur; *termini. Virg. 1. G. 126.* Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat. *Id. 12. Aen. 897.* Saxum antiquum, ingens, campo quod forte iacebat, Limes agro positus, litem ut discerneret arvis. — **3)** Quia vero interdum huiusmodi limites aggere excitato signantur, pro aggere nonnunquam ponuntur. *Tacit. 1. Ann. 50.* Romanus limitem a Tiberio coeptum scindit. *Stat. 4. Silv. 3. 40.* inchoare sulcos, et rescindere limites. — **4)** Translate. *Id. 1. Theb. 16.* limes mihi carminis esto Oedipodae confusa domus. *Tertull. adv. Valentinian. 5.* Mihi autem cum archetypis erit limes principalium magistrorum, non cum affectatis ducibus passivorum discipulorum. — **5)** Interdum est differentia, discrimen, intervallum. *Ovid. Rem. am. 325.* Quam potes in peius dotes deflecte puellae, Iudiciumque brevi limite falle tuum. — **7)** Deinde, latiore significatione,

II. *Limes* sumitur et pro quavis via; *strada. Liv. 31. 34.* Intra eam portam, extraque latae sunt viae, . . . et extra limes in gymnasium ferens. Eo limite Athenienses signa extulerunt. *Id. 31. 39.* Profectas inde transversis limitibus, terrorem praebuit subitum hosti. *Virg. 9. Aen. 525.* et lato te limite ducam. *Sil. 9. 379.* Limitem agere. *Ovid. 5. Trist. 6. 39.* gracili terrena sub horrea ferre Limite formicae grana reperta solent; *strada stretta, angusto calle.* Et *2. Met. 19.* Limes acclivis; *strada erta.* Et *7. ibid. 782.* limite recto fugere; *per dirittu strada, a dirittura.* Et *8. ibid. 557.* solito dum flumina currant Limite; *h. e.* alveo, quae est fluminum via. — **8)** Hinc *limitem* vel *viam aperire* est eam reficere, reddita ei veteri altitudine et latitudine, ut iter facientibus commodum transitum praebeat. *Hygin. de limitib. p. 179. Goës.* Limitibus secundum suam legem latitudines dabimus, et aperiri in perpetuum cogemus. *Id. ibid. p. 208.* Adiectum, ut limites decumani et cardines aperti populo essent. — **9)** Translate. *Senec. 1. Benef. 14.* Benignitatis fines introrsus referre, et illi minus laxum limitem aperire. *Plaut. Poen. 3. 3. 18.* Si benedicetis, vostra ripa vos sequar: Si maledicetis, vostro gradiar limite. *Cic. Somn. Scip. 8.* Bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet. — **10)** Item pro vestigio in longum tracto, et veluti orbita, aut sulco, quem faces decurrentes, aliaque post se relinquunt; *striscia, segno, solco. Ovid. 18. Heroid. 153.* Iam patet attritus solitarum limes aquarum; ὑπερβολή. Et *15. Met. 849.* Flammiferumque trahens spatioso limite crinem, Stella micat. *Virg. 2. Aen. 697.* tum longo limite sulcus Dat lucem. *Plin. 2. 25. 1.* Bolis perpetua ardens longiorem trahit limitem. — **11)** De zona, seu fascia in caelo. *Ovid. 2. Met. 150.* Sectus in obliquum est lato curvamine limes; *h. e.* Zodiacus. — **12)** Pro linea. *Plin. 37. 69 1. de gemma Vetentana.* Nigram materiam distinguente limite albo. — Huc spectare potest locus *Boëth. 1. Music. 30.* Continuus versus, qui limes dicitur, octuplos numeros tenet. V. loc. — **13)** *Limites circi* apud *Tertull. Spectac. 20.* sunt viae rectae serie inter sedilium ordines relictae. V. *Salmas. in Solin. 48. p. 918.* — **14)** Denique

III. *Limites* dicti sunt fines extremi imperii et regionum, et sensu concreto ipsae extremae regiones sive tractus earum, ad fines imperii positae et aliis nationibus sive regnis confines. Hinc *limes Aegyptiacus, limes Africae, limes Armeniae, limes Armoricanus*, etc., quorum mentio est in *Notit. Dignit. utriusq. Imperii.* — Hinc etiam *comes limitis Aegypti*, de quo inscribitur in *Notit. Orient. c. 25.*, qui eius tractus custodiam habebat et militibus ad id deputatis praerat; itemque *limites* vocabantur partes eiusdem regionis extremae, ut civitates, castella, et ipsa etiam munimenta ad tuendum limitem manu facta, ut ex eadem *Notit.* variis in locis patet, et ex *Cod. Theod. 7. 15. 1.* Cf. ad rem *Böcking.* in *Comment. ad Notit. Orient. p. 290.* et *seqq.* et V. etiam LIMITANEUS. — **15)** Denique apud Mathematicos

IV. *Limes* dicitur numerus, qui in tabula Pythagorica extremum locum in unaquaque linea continua occupabat. *Boëth. Geom. p. 1355. Migne.* Articuli autem omnes deceno in ordine positi et in infinitum progressi nuncupantur compositi, quippe numeri sunt omnes a primo limite; id est a decem usque ad secundum limitem; id est 20., caeteri-que sese in ordine sequentes, exceptis limitibus. Incompositi autem digiti omnes, annumeratis et omnibus limitibus. — Ad hunc locum haec adnotat vir clariss. *Veratti* in *Memoria sopra la terminologia Matematica degli Scrittori Latini, Modena, 1865. 4°. p. 78.* et *seqq.*: *Questa parola* limes, *applicata a quei numeri, che si dicevano* articuli, *a differenza degli altri, che si chiamavano* digiti, *pare derivata dal modo con che si scrivevano i numeri nella tavola Pitagorica, nella quale i X. XX. XXX. ecc. si trovano nell' estrema fila verticale;* così:

I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. VIIII. X.
II. IV. VI. VIII. X. XII. XIV. XVI. XVIII. XX.
. . . . . .

Le denominazioni di digiti e articoli *sono durate a lungo nella pratica tradizionale degli Aritmetici. Così in una novissima edizione di Venezia nel 1778, del* Trattato Aritmetico di *Giuseppe Maria Figatelli, si trova a pag. 5.* « *Tutti li numeri, che sono minori di dieci, si chiamano* Digiti *ovvero* Numeri Semplici. *Tutti li dieci precisi e precisamente composti di dieci, come 10. 20. 30. ecc. 100. ecc. 1000. 20000. ecc. si chiamano* Articoli. *Tutti gli altri numeri poi, che si trovano fra due articoli, si chiamano* Numeri Composti, *ovvero* Misti, *perchè sono composti di un Digito e di un*

Digitized by Google

« *Articolo*, come sono *11. 12. 13. ecc., 21. 28. ecc. 109.* e così sue- « *cessivamente all' infinito*. »

Nota I. *Limites* apud Scriptores rei agrariae variis nominibus distinguuntur, quae hic indicare sufficiat, relecto lectore, si opus sit, ad singula. Sunt autem huiusmodi: *Limes actuarius, Augustaeus, Augustianus, austrinalis, centuriatus, colonicus, cultellaris, decimanus, diagonalis, egregius, fasciatus, finalis, finitimus, Gallicus, gammatus, Graecanus, hypotenusalis, intercisivus, Iulianus, lineārius, maritimus, maximus, montanus, nonanus, normalis, ordinatus, orientalis, passivus, peregrinus, perennis, perpetuus, praefecturalis, prorsus, quadratus, quintarius, quintus, rectus, regalis, roborsus, sextanus, solitarius, Sullanus, temporalis, tessellatus, torris, tortuosus, transversus, triumviralis, undecumanus*. — **Nota II.** *De limitibus* fuit etiam Lex Mamilia, de qua V. suo loco in ONOM. — **Nota III.** De hac voce plura congessit cl *Hort* in *the Iournal of classical and sacred Philologie, Cambridge, 1856, Vol. 3. p. 330-338.*, quem videsis.

LĪMĒUM, i, n. Nomen herbae cuiusdam, de qua V. in CERVARIUS §. 2.

LIMPA, ae } V. LYMPHA, etc.
LIMPO, etc. }

LĪMĬCŎLĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *limus* et *colo;* qui limo habitat. *Auson. epist. 7. 56.* luctus limicolis musculus ostreis.

LĪMĬGĔNĂ, ae, comm. gen. vel Limigenus, a, um. Adiect. a *limus* et *geno* pro *gigno;* in limo genitus. *Auson. Mosell. 48.* Limigenis ripam praetexeris ulvis.

LĪMĬGĔNUS, a, um. V. voc. praeced.

LĪMĬNĀRIS, re. Adiect. a *limen;* ad limen pertinens, ut *Lapis liminaris*, qui in domus aditu transversus iacet. *Liminares trabes* apud *Vitruv. 6. 4.* — **2)** Translate. *Augustin. ad Hieronym.* inter *epist. Hieron. ep. 67. n. 2.* Non enim hoc codex ipse, ut assolet, in liminari pagina praetendebat.

LĪMĬNĬUM, ii, n. Vocabulum a Grammaticis inductum ad explicandum *postliminium*, ex eo et *post* compositum. V. POSTLIMINIUM, *init.*

LĪMIS, me. V. LIMUS, a, um, §. b.

LĪMĬTĀMENTUM, i, n. Verbale a *limito*, syllabica adiectione productum; limitatio. — Translate. *Mar. Victorin. de General. Verb. 9.* Sensus, cum simulacrum sit intellecti et limitamentum intelligendi, si perfecte percipit, etc.

LĪMĬTĀNĔUS, a, um. Adiect. a *limes;* ad limites spectans, ut *Agri limitanei*, qui in limitibus alicuius provinciae proxime hostes sunt siti: *Limitanei milites*, qui sunt in limitibus; idest in finibus imperii, in praesidio constituti, ad incursus vicinorum arcendos. *Impp. Theodos. et Valent. Cod. 11. 59. 3.* Agros limitaneos universos cum paludibus, omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio, atque arare consueverunt. *Spartian. Nigr. 7.* Cum apud Aegyptum ab eo limitanei milites vinum peterent. *Lamprid. Alex. Sev. 58.* Sola, quae de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus et militibus donavit, dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent. Adde *Theod. II. Novell. tit. 4.* qui est: *Ne ducianī vel limitanī milites ad comitatum exhibeantur*.

LĪMĬTĀNUS, a, um. Adiect. a *limes*, idem ac limitaneus. Agnoscitur a *Prisciān. 2. p. 593. Putsch.* Limes, limitis, limitanus.

LĪMĬTĀRIS, re. Adiect. a *limes;* ad limitem pertinens. *Varr. 5. LL. 4.* Limitare iter; h. e. limes, qui inter agrorum confinia relinquitur. *Hygin. de limitib. p. 198. Goës.* Interstitio limitaris.

LĪMĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *limito;* limitum descriptio: et translate definitio, determinatio; *limitatione. Colum. 5. 12.* Commemorabimus Iulii Graecini conscriptam veluti formulam, ad quam posita est limitatio terrae vinealis; h. e. qua praescribitur, qualis terra vinealis esse debeat. *Vitruv. 10. 22. a med.* Ex eo intellectum est, qua regione adversarii specus agentes intra penetrare cogitabant. Sic limitatione cognita, etc.; *conosciuto il luogo preciso*.

LĪMĬTĀTUS, a, um. Particip. verbi *limito*, adiectivorum more etiam adhibitum; metatus, limitibus distinctus; *misurato, posto fra i suoi confini*. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 116. Müll.* Limitatus ager est in centurias dimensus. Adde *Ulp. Dig. 43. 12. 1.* et V. CENTURIA §. 1. — **2)** Translate. *Varr. 2. RR. 2.* Nos nostrum pensum absolvimus, et limitata est pecuaria quaestio; h. e. infra limites constituta; *definita e divisa*.

LĪMĬTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *limes*. — Particip. *limitandus* §. 2., *limitatus*, V. suo loco. — Proprie est limitibus, seu semitis distinguo, ut *Colum. 5. 20.* et *4. 18.* loquitur, limites assigno; *assegnare le strade fra' campi*. *Plin. 17. 35. 14.* Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis, ad contrarios vehiculorum transitus, allisque transversa limitibus X. pedum distingui per media lugera: aut, si maior modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano, limitari. — **2)** Item limites, seu fines assigno, circumscribo. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *49.* Limitandae humo ferunt pulverem defuisse. — **3)** Hinc translate *limitare quaestionem* apud *Varron. 2. RR. 2.* est quaestioni finem imponere, eamque absolvere. V. LIMITATUS §. 2.

LĪMĬTŌTRŎPHUS et LImĭtrŏphus, a, um. Adiect. hybridum ex *limes* et τροφίω; nutrio. Hinc *Limitotrophus*, vel per syncopen *Limitrophus fundus* dicebatur, ex quo convehebatur annona ad limites imperii, ut miles limitaneus, qui eiusdem imperii fines tuebatur contra barbarorum incursus, opportuna haberet vectigalia in horreis congregata: quare non *limitrophus*, sed *limitotrophus* scribendum, ab alendis nempe militibus limitaneis; quandoque enim eiusmodi fundi a limitibus imperii distabant aliquot dierum itinere. Quamquam, si novam *A. Peyronii* coniecturam in *Fragm. Cod. Theod.* mox citand. proponere licet, fundi alii erant limitotrophi, de quibus modo dictum est, alii limitrophi, quos militibus limitaneis colendos permiserant principes; de his lege *Perezium* ad *lib. 11. tit. 59. Cod. Iustin.* — **2)** Porro *limitrophi* fundi omni erant munere et canone vacui (V. *Impp. Theodos. et Valentin. Cod. 11. 59. 3.*): *limitotrophi* vero canonem utique pendebant, atque erant huic praestationis oneri obnoxii. *Impp. Honor. et Theodos.* in *Fragm. Cod. Theod.* (edente *A. Peyronio*) *5. 15. 38.* Nulli penitus liceat salvo canone privato iure, sive cum imminutione canonis patrimoniali iure limitotrophos sive saltuenses per orientem fundos patrimoniales postulare. V. LIMITANEUS.

LĪMĬTRŎPHUS. V. voc. praeced.

LIMMĂ, ătis, n. Vox Graeca, λεῖμμα, qua significatur, quod reliquum est, reliquium, defectus: a λείπω; linquo. *Macrob. 2. Somn. Scip. 1. ad fin.* Plato semitonium limma vocitavit; h. e. cui aliquid deest, scilicet pars dimidia. *Boëth. 2. Music. 27.* Huiusque spatii, quod nunc quidem semitonium nuncupamus, apud antiquiores autem limma vel diesis vocabatur. Adde *Capell. 1. p. 6.* et V. DIESIS. — *Fulgent. 3. Mythol. 9.* Limmata subrigere; *alzare i mezzi tuoni*. *Alii leg.* lemmata, *alii* limmata *intelligunt* intervalla. *Id. paulo infra*. Limmata in se catenato cithara non implet. *Alii leg.* lismata *eodem sensu*.

LIMNĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, λίμνη, stagnum lacumve significans; *stagno, lago*. *Vitruv. 8. 3. ante med.* Lacus, qui limne asphaltitis appellatur.

LIMNESTIS (et Limnetis), ĭdis, f. Vox Graeca, λιμνέστις vel λιμνῆτις, qua significatur herba eadem ac centaurea maior: ita appellata a λίμνη; palus. Eius mentio est apud *Apul. Herb. 34.*

LIMNĒTIS, ĭdis. V. voc. praeced.

LIMNĬCĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, quae tamen in Lexicis Graecis non reperitur, qua significatur herba quaedam a Latinis gladiolus appellata. *Apul. Herb. 79.* Graeci xiphion *(subaudi* vocant), alii phasganon, alii limnicen, . . . Latini gladiolum.

LIMNISCUS, i, m. Est nota sententiarum, de qua *Isid. 1. Orig. 15. 5.* Limniscus; id est virgula inter geminos punctos iacens (÷), apponitur in iis locis, quae Sacrae Scripturae interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus transtulerunt. — Sunt qui vocem a *limus;* id est obliquus, ducunt, sed Graecum esse λυμνίσκος, pro λημνίσκος apud sequiores Graecitatis et Latinitatis Scriptores usitatam comprobatur ex altera, ὑπολιμνίσκος item mendose pro ὑπολημνίσκος apud *Epiphan. T. 2. p. 164. D.*, quae item nota est, sive virgula iacens punctum subtus habens (÷). Cf. LEMNISCUS.

LĪMO. Adverb. V. LIMUS, a, um, §. b.

LĪMO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lima*. — **b)** *Limassis* pro *limaveris* ἀρχαϊκῶς legitur apud *Non. 4. 274.* e *Turpilio:* Verita sum, ne amoris causa cum illa limassis caput. Cf. infra §. 2. — **c)** Particip. *limans* §. 3. et *6.*, *limandus* §. 1., *limatus*, V. suo loco. — **d)** Derivata et Composita, V. suo loco in LIMA.

LIMO proprie est lima tero, levigo, polio; *limare, polire. Plin. 36. 19. 1.* Gemmis scalpendis atque limandis. *Id. 18. 1. 2.* Arbore exacuunt, limantque cornua uri. — **2)** locutionem *limare caput cum aliquo* dixit *Plaut. Merc. 3. 1. 40.* Et *Poen. 1. 2. 79.* ad eos referens, qui amplectuntur invicem et osculantur. Adde *fragm.* apud *Non. 4. 274.* et *Liv.* in *Terso, ibid.* et V. infra §. 9. — **3)** Translate est expolire, et redundantia detrahere. *Cic. 1. Acad. 1.* Quaedam institui, quae limantur a me politius. *Id. 1. Orat. 23.* Neque haec ita dico, ut ars aliquid limare non possit, neque enim ignoro, quae bona sunt, fieri meliora doctrina. Et *3. ibid. 49.* Stilus et alia et hoc maxime ornat ac limat. *Ovid. 4. Pont. 6. 36.* Tenui cura limare aliquid. *Martial. 6. 64.* Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva Acrius, et tenues fixerunt pectus Athenae. — **4)** *Limare se ad aliquid* est se ad aliquid praeparare. *Vulg. Interpr. Ezech. 21. 28.* Mucro, evagina te ad occidendum, lima te, ut interficias et fulgeas. — **5)** Item studio ac diligentia idoneum se reddere. *Cic. opt. gen. Orat. 3. extr.* Videtur esse ieiunior, quoniam se ipse consulto ad minutarum generā causarum limaverat. — **6)** Deinde, a similitudine,

Digitized by Google

II. *Limo* est quasi lima terendo aufero, decerpo, corrodo. *Lucret. 5. 11.* Floriferis ut apes in saltibus omnia limant; *h. e.* depascuntur. *Cael. Aurel. 5. Chron. 11. 140.* Os odore foetant, retro stomachum limant, et ipsum hominem sibimet faciunt displicere. — **γ)** Hinc translate est auferre, detrahere, imminuere; *tōr via, levare. Cic. 5. Orat. 9. extr.* Tantum alteri affinxit, de altero limavit. *Id. 3. Fam. 8. ad fin.* Etsi de tua proliza beneficaque natura limavit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum. *Horat. 1. Ep. 14. 37.* Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat; *h. e.* deterit invidendo. *Prudent. 7. Cathemer. 205. de ieiunio.* Quod limat aegram pectoris rubiginem. — *Tertull. adv. Gnost. 5.* Auditum transgressionis auditu devotionis limantes. — **δ)** Item detegere, scrutari, eruere, examinare; *scoprire, esaminare:* quia lima superficiem aufert, et quod subter latebat, detegit. *Cic. 2. Offic. 10.* Veritas ipsa limatur in disputatione. *Phaedr. 3. 10.* si mendacium Subtiliter limasset, a radicibus Non evertisset scelere funesto domum. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 13. 3. 32.* Quae tuae cognitionis limavit examen. — **ε)** Denique

III. *Limo, as*, est etiam a *limus*, ut significet limo aspergere et conspurcare. *Plaut. Poen. 1. 2. 80. Mi.* Curram aliquo ad piscinam, aut ad lacum: limum petam. *Ag.* Quid eo opust? *Mi.* ut tibi, et illi limem caput. *Sed haec loci causa ibi dicuntur.* Cf. supra §. 2.

Nota. Constructio verbi est generatim cum accusativo rei absolute, vel addito aliquando dativo personae, aut cum accusat. personae et altero accusat. rei cum praepos. *ad*, aut cum accusat. rei et ablativo et praepos. *cum* vel *de*, aut ablativo instrumenti.

LĪMO, ōnis, m. Vox Graeca, λειμών; pratum. — Hoc nomine Cicero librum quendam suum appellavit, in quo, ut nonnulli putant, elogia illustrium virorum carmine complexus est. Illius ita meminit *Suet.* in *vita Terentii*. Cicero in Limone hactenus laudat. Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti, Conversum expressumque Latina voce Menandrum in medio populi sedatis vocibus effers, Quiddam come loquens, atque omnia dulcia dicens. Cf. LIMONIA et LIMONIATIS.

LĪMOCINCTUS, i, m. Nomen proprie adiect. a *limus* et *cinctus*, absolute tamen adhibitum de eo, qui est minister magistratus, ut viator, lictor, licio cum transversa, seu obliqua purpura, ceu insigni, cinctus. *Inscr.* apud *Maff. Mus. Ver. 116. 2.* Honori M. Gavii M. f. Pob. Squilliani Eq. Pub. IIII. Vir. I. D. IIII. Vir. A. P. V. B. (*Aedilicia Potestate Veronensium Bis*), curatori Vicetinorum apparitores et limocincti tribunalis eius. — At *Morisan. Inscr. Reg. p. 106.* putat, hic non lictores, sed victimarios intelligendos esse, qui limo ab umbilico usque ad pedes tegebantur. V. LINUS, i, species cinguli. Porro *Inscr.* apud *Fabretti, p. 430. n. XIII.* Collegium victimariorum, qui ipsi *(Hadriano)*, et sacerdotibus, et magistratibus, et senatui apparent.

LĪMŌDŌRON. V. HARUODORUM.

LĪMŌNĬA, ae, f. Vox Graeca, λειμωνία (a λειμών, ῶνος; pratum), qua significatur frutex quidam alio nomine scolymos, nunquam cubitali altior, cristisque foliorum, ac radice nigra, sed dulci: quam in cibos recepit Orieus. *Plin. 22. 43. 1., ubi alii leg.* limonion. — **β)** Item genus anemones hortensis et coronariae. *Id. 21. 38. 2.*

LĪMŌNĬĀTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λειμωνιάτις, qua significatur lapis quidam nomen habens a virore pratorum, quae λειμῶνες dicuntur. *Plinio, 37. 62. 1.* Videtur eadem esse, quae smaragdus.

LĪMŌNĬON. V. LEMONIUM, coll. supra LIMONIA §. 1.

LĪMŌSUS, a, um. Adiect. a *limus*. — Comparat. *limosior* §. 1. *in fin.* — Est limo abundans; *limoso, pien di mota. Virg. 1. Ecl. 49.* quamvis lapis omnia nudus Limosoque palus obducat pascua iunco. *Id. 2. Aen. 135.* Limosus lacus. *Frontin. Aquaed. 15.* Flumen limosum et turbulentum. *Cels. 2. 21. extr.* Limosi rivi. *Ovid. 3. Amor. 6. 1.* Limosae ripae. *Id. 4. Trist. 1. 7.* Limosa arena. *Plin. 27. 17. 1.* radix. *Id. 16. 64. 2.* Ubi limosiore callo induruit. *Al. leg.* lignosiore. — **β)** Translate. *Cassiod. 10. Var. 29.* Limosa podagra. — **γ)** Absolute, substantivorum more.

LIMOSA, orum, n. Sunt loca limosa. *Plin. 9. 66. 1.* Pinna nascitur in limosis.

LIMPHĂ. V. LYMPHA.

LIMPĪDĀTUS, a, um. Particip. verbi *limpido;* limpidus factus, purgatus. — Translate. *Zenon 2. Tract. 45.* Peccatorum pabula limpidatus.

LIMPĪDĒ. Adverb. a *limpidus*. — Comparat. *limpidius*, infra. — Est clare; *chiaramente. Augustin. Princip. rhet. p. 328. Capperon.* Sed ut limpidius hoc genus principiandi deprehendatur, dabo exemplum. *Commodian. 76. 16.* Limpide respondes. *Cael. Aurel. 4. Chron. 1. 6.* Limpide perspicere. *Id. ibid. 3. ante med.* Limpide revocare.

LIMPĪDĬTAS, ātis, f. Abstractum a *limpidus;* perspicuitas; *limpidezza. Iornand. Get. 16.* Flumen quod nimiae limpiditatis saporisque in media urbe oritur. Adde *Theod. Priscian. 4. 1.*

LIMPĪDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *limpidus*. — Particip. *limpidandus*, infra, *limpidatus*, V. suo loco. — Proprie est limpidum reddo, dilucido; *chiarire. Veget. 2. Veterin. 18.* Est et aliud vitium eiusmodi, ut interdum oculo album inducat, interdum limpidet. *Id. 4. ibid. 38.* Chlora medicamentum, quod facit ad omnia vulnera complete limpidanda, vel sine difficultate claudenda. *Macer. Carm. 2. 5.* Appositum humores limpidat omnes. Adde *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 8. p. 329.* et V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 498 n. 135.* et Cf. OBLIMO.

LIMPĬDUS, a, um. Adiect. haud certae originis. Quidam eum ducunt a λάμπω; luceo; alii a *lympha*, unde *lympidus* sunt qui scribunt. Sic *Onom. Lat. Gr.* Lympidus; νηλαγής. — **b)** Comparat. *limpidior* §. 1., superlat. *limpidissimus* §. 1. et 5. — **c)** Derivata, *limpide, limpiditas, limpido, limpitudo.* — **d)** Compositum, *elimpido*

LIMPIDUS proprie est lucidus, splendidus, nitidus, purus, perspicuus; *limpido, chiaro, traluscente. Catull. 4. 24.* Limpidus lacus. *Plin. 35. 32. 2.* Limpidum alumen. *Id. 37. 42. 1* Limpidae chrysolithi. *Vitruv. 8. 7.* Limus cum habuerit quo subsidat, limpidior aqua fiet. *Colum. 18. 28. a med.* Vinum defaecatum quam limpidissimum. *Vulg. Interpr. Sap. 17. 19.* limpidum lumen. *Id. ibid. 12. 5.* Nec siderum limpidae flammae illuminare poterant. *Id. 1. Reg. 17. 40* Limpidissimi lapides. *Id. Ezech. 24.* Petra limpidissima. — *Cael Aurel. 3. Chron. 10. 125.* Limpida ulcera. *Id. 2. ibid. 14. 200.* Limpida sputa; *h. e.* minime vitiosa. *Id. 1. ibid. 3. 57.* Limpidae lanae. — **β)** Refertur etiam ad sonum. *Plin. 34. 38. 1.* Sandaracha vocem limpidam ac canoram facit. *Harduin.* in nullo suorum MSS. haec verba exstare testatur. Habentur tamen in aliis apud *Sillig.*, quem videsis ad *h. l.* — **γ)** Apud *Vulg. Interpr. Ezech. 26. 4.* Dissipabunt muros Tyri, et destruent turres eius et radam pulverem eius de ea, et dabo eam in limpidissimam petram. *Idem* repetit *ibid. v. 14.*; *h. e.* destruam urbem hanc usque ad purum solum.

LIMPĪTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *limpidus;* puritas, perspicuitas, nitor; *limpidezza. Plin. 32. 54. 3.* Limpitudo maris.

LĪMŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lima;* parva lima; *limetta*. — Translate. *Terentian. de syllab. p. 2390. Putsch.* Perpolite, quam potestis, crebriore limula.

LĪMŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *limus, a, um;* aliquantum *limus; h. e.* transversus, obliquus. *Plaut. Bacch. 5. 2. 12.* Vidē', limulis, obsecro, ut intuentur! *subaudi* oculis.

LĪMUM, i, n. V. LIMUS, i, §. b.

LĪMUS, a, um. Adiect. parum certae originis, de qua tamen nuper disputavit *Döderl. Synon. T. 2. p. 36.*, ubi a *liceo* deduxit: sed postea *T. 3. p. 67.* sententiam retractavit, et a *linquo* derivandum existimavit, quemadmodum *obliquus:* quae ratio fortasse vera videri potest. V. LINQUO et Cf. LIQUIS. — **b)** Alia forma est *limis*, mis, apud *Paul. Diac.* ex *Festo, p. 116. Müll.* « *Limis;* obliquus; id est transversus: unde et limina. » Cui consonare videtur *Donat.* ad illud *Ter. Eun. 3. 5. 55. Ego limis aspicio.* « *Limis*, inquit, si nominativus singularis est, *transversus* significat, si sextus pluralis, deest *oculis.* » Ad quae adnotat *Müller* ad *Fest. loc. cit.* « Sed vereor ne nominativus ille *limis* ex adverbiali usu ablativi male intellecto prodierit. *Gloss. Labb.* Limis; obliquis oculis. » — Confirmant tamen alii hanc formam auctoritate *Ammian. 17. 7. 13.* Climatine *(genus terras motus)* limes ruentes et obliqui, etc. Et *20. 9. 2.* Limibusque oculis; — sed hoc altero loco quidam legunt *limisque;* nec prior est tanti, ut cogamur illam admittere; alia documenta itaque desideramus. — **c)** Derivata, *lime, limen, limentinus, limes, liminaris, liminium, limitamentum, limitaneus, limitanus, limitaris, limitatio, limito, limulus.* — **d)** Composita, *collimito, collimo, elimes, elimino, illiminatus, illimitatus, limitotrophus, limitrophus, limocinctus, oblimo, postliminium, prolimen, sublimis, sublimo, superlimen, superliminare.*

LIMUS proprie est obliquus, transversus; *obliquo, torto, traverso. Isid. 19. Orig. 22. 26.* Limus, vestis habet in extremo sui purpuram limam; id est flexuosam, unde et nomen accepit; nam *limum* obliquum dicimus. Adde *20. ibid. 33. 4.* et apud *Script. de re agr. p. 366. Lachm.*, coll. *Frontin. de limitib. p. 29. ibid.* et Cf. voc. seq. et LIMEN §. 3. — **β)** Frequentius refertur ad oculos. Hinc *limus* est, non recta et conversa ad ipsam rem facie, sed conversis tantummodo oculis, et, ut ait *Virg. 3. Ecl. 8.*, transversa tueri, obliquis oculis aspicere; *guardar soll'occhio, o con la coda dell'occhio, o in cagnesco:* quod strabones naturaliter faciunt. *Plaut Mil. 4. 6 2.* Aspicito limis oculis, ne ille, nos se videre, sentiat. *Plin. 8. 19. 4.* Leones dolis carent et suspicione, nec limis intuentur oculis, aspicique simili modo nolunt. *Ovid. 5. Amor. 1. 33.* limis subrisit ocellis. — **γ)** Absolute *limus* etiam dici videtur is ipse, qui limis oculis aspicit. *Varr.* apud *Non. 2. 580.* et *3. 88.* Neque post respiciens, neque ante prospiciens, sed limus intra limites culinae. — **δ)** Specialim *Limi Dii* apud *Arnob. 4. p. 132.* sunt obliquitatum custodes. — **ε)** *Limum sidus; h. e.* obliquum et sinistrum, ut quidam intelligunt in illo *Pedon.* apud *Senec. Suasor. 1.* Iam sidere limo Navigio,

Digitized by Google

et rapido desertam flamine classem. Alii *τὸ sidere* pro subsidere accipiunt: alii *τὸ limo* ea ratione usurpari volunt, qua *Solin.* §. seq. allatus, scilicet in obliquum subsidere, atque adeo mergi. — **5)** Absolute, adverbiorum more,

Limo in abl. sing. est limo oculo. *Solin. 27. ante med.* Leones nunquam limo vident, minimeque sic volunt aspici. — **C)** In ablat. plur. *limis (subaudi oculis)*, eodem sensu. *Ter. Eun. 3. 5. 53.* Ego limis aspicio sic per flabellum clanculum. — Huc spectat locus *Donati* allatus supra §. b., imo et alia ibidem collecta. — **7)** *De limo cincti* v. LIMUS in voc. seq.

Notm. Distinguit *Plin. 11. 54. 4. limos* a *transversis* oculis, fortasse quia *limi* voluntate, *transversi* natura sunt: vel qui *limi* turpe quid aut subdolum notant, *transversi* non item. Unde *Quintil. 11. 3. ante med.* Limi, oi, ut sic dicam, venerei.

LĪMUS, i, m. Nomen a *limus, a, um*, absolute adhibitum, quo significatur species quaedam cinguli purpuram transversam habens. *Aygen. de limit. constit. p. 131. Goës.* Limum cinctum, ideo, quod purpuram transversam habeat. *Serv. ad 12. Aen. 120.* Limus autem est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes teguntur pudenda poparum. Haec autem vestis in extremo sui purpuram limam, idest flexuosam habet: unde et nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. Cf. voc. praeced. §. 1. *Virg. loc. cit.* Velati limo, et verbena tempora vincti. *Alii leg.* lino. At *Heynius* legendum *limo* multis ibidem probat. *Tiro* apud *Gell. 13. 3.* Licio transverso, quod limum appellatur, qui magistratibus praeministrabant, cincti erant. Hinc *limacinctus*, quod v. suo loco.

II. **LĪMUS**, i, m. Nomen parum certae originis. Ducunt vel a λιμάω; locus irriguus, vel a λίμνη; sordes, vel a λίμνη; palus. *Isid.* autem *16. Orig. 1. 2.* « *Limus*, ait, vocatus, quod *lenis* sit. » Alii leg. *levis;* ad quem loc. *Arev.* affert illud *Tertull. de Anim.* « Quid aliud limus, quam liquor opimus? » — **b)** Item *Isid. 19. Orig. 7. 4.* « *Lima* dicta, quod *lene* faciat, nam *limum lene* est. » Ex quo discimus etiam *limum, i*, n. usurpatam fuisse: quam alteram formam nonnulli confirmant auctoritate *Varr. 9. LL. 37.* §. *54.*, ubi tamen *Muller* aliter legit, et *Frontin. p. 69. Goës.*, ubi pro *limus abluvis invectum* legendum est *limum abluvis*, seu *abluvio invectum*, ut reapse edidit *Lachm. p. 82.* — **c)** Derivata, *limaceus, limarius, limax, limosus*. Cf. LIMO, as, §. 9. — **d)** Composita, *illimatus, illimis, limicola, limigena, oblimo*.

LIMUS proprie est coenum illud mollius, quod ab aquis deferri solet, et ex liquoribus subsidit: *limo, mota. Cic. fragm.* apud *Non. 3. 132.* Luta et limum aggerebant. *Virg. 1. G. 115.* amnis abundans Exit, et obducto late tenet omnia limo. *Horat. 1. Sat. 1. 59.* Haurire aquam limo turbatam. Et 2. *ibid. 4. 80.* gravis veteri craterae limus adhaesit. *Virg. 4. G. 45.* Tu tamen e levi rimosa cubilia limo Unge, fovens circum. Et 2. *ibid. 188.* amnes limum felicem trahunt; h. e. arva fecundantem. — *Vulg. Interpr. Gen. 2. 6.* Formavit . . . hominem de limo terrae. — **2)** Sumitur et pro luto. *Ovid. 3. Fast. 769.* Ridet et ipse deus, limumque inducere monstrat: Illic paret monitis, et linit ora luto. — **3)** Translate. *Id. 4. Pont. 2. 17.* Scilicet ut limus venas excaecat in undis . . . Pectora sunt mea sic limo vitiata malorum: Et carmen vena pauperiore fluit. — *Vulg. Interpr. Psalm. 68. 3.* Salvum me fac, Deus, . . . infixus sum in limo profundi et non est substantia. — **4)** De intestinorum faecibus. *Pallad. 3. 31.* Quod vinum solet fluorem ventris adstringere, limum dysentericae passionis medicabiliter asperare.

Notm. *Limus* differt a *luto*, quod hic e terra aqua macerata fit, ac tenacior est: limus autem madentis arenae similior est. — Hoc tamen discrimen non esse perpetuum patet ex §. 2. supra.

LĪNĀBRUM, i, n. Nomen a *linum*, quo significatur locus, in quo linum ponitur, ut candelabrum, in quo candela. *Not. Tir. p. 178.* Linum, linaria, linabrum, linamen, linamentum.

LĪNĀMEN, ĭnis, n. Nomen a *linum*, verbalium more effictum, idem ac linamentum. *Not. Tir. p. 178.* V. loc. in voc. praeced.

LĪNĀMENTUM, i, n. Nomen a *linum*, verbalium more effictum, quo significatur quidquid e lino constat. *Plin. 32. 46. 1.* Delphini adipe linamenta accensa excitant vulvae strangulatu oppressas. — **2)** Item speciatim *tasta:* penicillus ex lino, laua, aut spongia, qui medicamento illitus imponitur vulneri. *Colum. 6. 11.* Suppurationis sinus linamentis oleo imbutis colligatur. Et *ibid. 12.* Linamenta sale atque aceto imbuta applicantur. Et *ibid. 38.* Suppurationem linamentis curare. *Cels. 8. 9.* Linamentum demittere. Et *5. 26. n. 23.* indere. Et n. *30.* imponere. Et n. *21.* Siccis linamentis vulnus implere. *Veget. 2. Veterin. 56.* Ubicumque pulmunculus fuerit, radis ad vivum, et adiicies linamentum ex oleo, et aceto, et sale, et stercore ipsius. *Alii male leg.* lanamentum.

LĪNĀRĬA, ae, f. Nomen a *linum*, quo significatur mulier, quae lini artem exercet, aut quae linum vendit. *Inscr.* apud *Grut. 619. 3.* V. loc. in voc. seq. — **2)** Item officina, seu taberna, in qua linum carminatur, seu venditur. *Not. Tir. p. 178.* Linum, linaria, linabrum, linamen, linamentum.

LĪNĀRĬUS, ii, m. Nomen a *linum*, proprie adiect., absolute tamen adhibitum de eo, qui lini artem exercet. *Plaut. Aul. 3. 5. 34. ubi al. leg.* lanarius. *Inscr.* apud *Grut. 649. 3.* C. Cassius Sopater linarius sibi et Cassiae C. l. Domesticae linar. patronae, etc. — **2)** In *Gloss. Isid.* Linarius, retiarius.

LINCTĬO, ōnis, f. Verbale a *lingo;* actus lingendi. Legitur in *Thesaur. nov. Latinit. p. 327. ed. Mai.* V. loc. in LIGURIMEN.

LINCTOR, ōris, m. Verbale a *lingo;* qui lingit; *leccatore. Gloss. Philox.* Linctor; λίκτης.

LINCTUS, a, um. Particip. verbi *lingo;* lingendo gustatus; *leccato. Plin. 35. 50. 1.* Sulphur prodest et suspiriosis linctum.

LINCTUS, us, m. Verbale a *lingo;* lingendi actus; *lambimento. Plin. 31. 45. 4.* Multi tussim veterem linctu salis discussere. *Id. 56. 28. 2.* Prodest et phthisicis linctu.

LINĔA, ae, f. Nomen a *linum*, quod in antiquis monumentis et Codicibus etiam *linia* scriptum reperitur, teste *Marini, Arv. p. 281.* et *502.*, quod et de derivatis dicendum est, ut *liniamentum* pro *linea mentum* apud *Auct. Itin. Alex. M. 49.*, et saepius apud *Tertull.* V. LINEAMENTUM.

LINEA proprie est filum, funiculus ex lino, cannabe, etc.; *filo di lino, spago. Varr. 1. RR. 23. ad fin.* Nectere lineas, restes, funes. *Colum. 8. 11. ad fin.* Ligato pede longa linea gallina custoditur. *Plin. 9. 26. 1.* Mugilem linea longinqua per os ad branchias religata emisisum in mare. — **2)** Item res ipsae quae linea simul colligantur. *Scaevola, Dig. 33. 2. 26.* Lineam margaritarum triginta quinque legavit; *un filo di perle.* Sic *ibid. 34. 2. 40.* Lineae duae ex margaritis. Et *Ulp. ibid. 9. 2. 27. ad fin.* Si, cum maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usum, ea invito viro perforasset, ut pertusis in linea uteretur. *Tertull. Habit. mul. 9.* Uno lino decies sestertium inseritur. — **3)** Quidam huc trahunt illud *Martial. 8. 78.* Omnis habet sua dona dies, nec linea dives Cessat, et in populum multa rapina cadit. Loquitur enim de muneribus, quae in populum per ludos spargebantur: inter quae et margaritas spargi aliquando consuevisse, testis est *Suet. Ner. 11.* — **4)** Translate dicitur de serie cognationis, quae Graece στιχὰ. *Paul. Dig. 38. 10. 9.* Στίμματα cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera est superior, altera inferior: ex superiore autem et secundo gradu transversae lineae pendent. *Imp. Iustinian. Cod. 5. 9. 10.* Ex paterna, vel materna linea venientes. *Stat. 3. Silv. 3. 43.* Non tibi clara quidem, senior placidissime, gentis Linea, nec proavis demissum stemma. — **5)** Speciatim

II. *Linea* est filum, sive etiam calamus cum filo, ex quo hamus pendet. *Martial. 3. 58.* Tremulave captum linea trahit piscem. Adde *10. 30. Plin. 9. 67. 3.* Vulpes marinae simili in periculo glutiunt amplius usque ad infirma lineae, quae facile praerodant. — **C)** Hinc translate. *Plaut. Most. 3. 1. 22.* Mittam lineam; h. e. dolo captabo. — **7)** In plagis, seu retibus *linea* sunt funiculi crassiores, quibus maculae continentur. *Plin. 11. 28. 3. de tela aranei.* Licia difficile cernuntur: atque ut in plagis lineae offensae, praecipitant in sinum. — **8)** Item funiculus varii coloris pinnis intextus, ad terrendas aves et feras. V. PONTIFEX §. 5. *Senec. Clem. 12.* Sic feras lineis, et pinna clusas contineas. *Senec. Hippol. 46.* Picta rubenti linea penna, Vano cludat terrore feras. — **9)** Item funiculus, quo fabri materiam dirigunt; *filo, spago. Cic. 3. Q. Fr. 1. 1. extr.* Columnas neque rectas, neque e regione Diphilus collocarat: eas scilicet demolietur: aliquando perpendiculo et linea discet uti. *Vitruv. 5. 5.* Uti linea cum ad imum gradum, et ad summum extenta fuerit, omnia cacumina graduum, angulosque tangat. *Id. 7. 3. ante med.* Ut longitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur; *a filo, a dirittura.* Et *Pallad. 3. 9. a med.* Lineam candidis signis notabimus; tunc tensa per tabulam linea, in eis locis surculos figemus. Adde *Isid. 19. Orig. 18. 3.* — **10)** Hinc *recta linea* et *ad lineam* est *a filo, per diritto. Plin. 19. 42. 2.* Ad lineam grana bina aut terna paxillo demitti. *Cic. 1. Fin. 6.* Solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam; *a piombo.* Et *1. Tusc. 17.* Ignis rectis lineis in caelestem locum subvolat. *Lucan. 10. 306.* Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem; h. e. adeo regio illa recta linea Leoni subiicitur. Adde *Caton. RR. 161.* — **11)** *Alba linea signare*, quid sit, v. in ALBUS §. 12. — **12)** Praeterea, a similitudine,

III. *Linea* dicitur ductus longus ac tenuis calamo, aut penicillo, aut scalpro signatus; *linea. Plin. 35. 36. 22.* Apelli fuit perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non, lineam ducendo, exerceret artem: quod ab eo in proverbium venit *(Proverb. est*, nulla dies sine linea, *de iis, qui nullam diem praeterire sinant, quin agant aliquid). Id. ibid.* Arrepto penicillo lineam ex colore duxit summae tenuitatis per tabulam; h. e. vultus lineamentum. *Plin. 2. 83. 2.* Tenuis linea nubis in longum porrectae. *Id. 18. 76. 2.* Lineam cinere ducere; *tirare una strissia di cenere.* Et *27. 77.*

Digitized by Google

1. Linea candida per medium folium transcurrens. *Id. 36. 9. 1. de sectione marmorum.* Serra in praetenui linea promente arenas; *taglio, fessura, solco. Stat. S. Silv. 3. 200.* te lucida saxa, Te similem doctae referet mihi linea cerae: Nunc ebur, et fulvum vultus imitabitur aurum; *h. e.* imago e cera referens lineamentis effigiem tui; *ti farò ritrarre in sasso, in cera, in avorio, in oro.* — **13)** Geometrae *lineam* accipiunt longitudinem sine latitudine et altitudine, ut *Varr.* apud *Gell. 1. 20.* definit; brevius alii, magnitudinem tantum longam. *Quintil. 1. 10. a med.* Quorum locorum extremae lineae eandem mensuram colligunt, eorum spatium quoque, quod his lineis continetur, par esse. Et *mox.* Circumcurrens linea si efficiat orbem. Et *mox.* Areae quatuor lineis divisae. *Plin. 2. 65. 6.* Linea, quae emittuntur ex centro. Et *ibid. 15. 4.* Lineis deductas ab summa abside coarctari ad centrum necesse est. *Id. 18. 77. 2.* Omnes lineae currunt per eundem umbilicum. *Id. 35. 19. 3.* et *ibid. 31. 3.* Lineas producere. *Id. 35. 56. 20.* secare. *Boëth. 2. Arithm. 4.* Sicut linea quoque superficiei principium est, sed ipsa superficies non est, et secundi intervalli caput est, secundum tamen intervallum ipsa non retinet. *Id. 4. Euel. Geom. post. init.* Recta linea est, quae aequaliter in suis protenditur punctis. *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 23. n. 2.* Haec ergo, de qua loqui institueram, longitudo, cum fuerit puncto inchoata punctoque finita, a Graecis γραμμή, a nostris *linea* dicitur. *Capell. 7. §. 732.* Linea insecabilis. Adde *6. §. 706.* et *seqq.* — **14)** *Alternae lineae* sunt parallelae. *Boëth. 1. Geom. Euel. p. 383. Lachm.* Si in duas rectas lineas recta linea incidens alternatim sitos angulos fecerit aequos, rectas lineas alternas esse necesse est. Si in duas rectas lineas linea incidens exteriorem angulo interiori et ex adverso angulo constituto reddat aequalem, rectas lineas sibi alternas esse conveniet. — **15)** Solent Pictores, priusquam colores adhibeant, figuram totam solis lineis unicoloribus describere, quod nos dicimus *disegnare, abbozzare.* Hinc sunt illa *Quintil. 2. 6. 2.* Quidam materias latius dicendo prosequebantur: alii cum primas modo lineas duxissent, etc. Et *4. 2. ad fin.* Aliquid velut primis lineis designare. Et *Gell. 17. 20. ad fin.* Ea, quae in Platonis oratione demiramur, non aemulari quidem, sed lineas umbrasque facere quaesivimus. — **16)** De lineamentis faciei, *Arnob. 8. p. 279.* Scituli pusiones, atque adulti venustissimis lineis; *fattezze.* — **17)** Sunt *lineae* in agris limites angustiores, qui tanquam lineae in longum producti, mensurae distribuendae causa sunt constituti, et aliquando itineris, aut asportandorum fructuum: qui et *limites lineares*, seu *lineales* appellantur, teste *Hygin. de limit. p. 151.* et *152. Goës.* Ad harum similitudinem *linea* dici potest quicumque trames et via. *Prudent. 7. Cathemer. 48.* Curvos viarum qui retorsit tramites, Et flexuosa corrigens dispendia. Dedit sequendam calle recto lineam. — **18)** A Grammaticis *linea longa*, vel *brevis* seu *iacens* vel *fugata* dicitur nota sive signum quantitatis et accentus in vocibus appingi solitum, quo nempe syllaba longa (–) vel brevis (˘) vel circumflexa (^), indicatur. Ita ex *Priscian.* et *Isid.* exponit *Kopp* illud *Capell. 2. §. 120.* Mox quid iacente, quid fugata linea, Trigonus recurvet circulusque torqueat. V. integr. loc. — **19)** Denique

IV. *Linea* usum habuit in circo, theatro et amphitheatro. *Furcellinus* noster aliique tum Lexicographi, tum Latinorum Scriptorum Interpretes *lineam* fuisse putarunt, inquit *Furlanetto* in *Additis* ad hoc *Lexicon*, repagulum quoddam, seu loricae genus a tergo imminens gradibus marmoreis, quod humeros sedentium spectatorum ita coërceret, ut ab uno in alterum sedilium ordinem ultro citrove transitus impediretur. At omnium primus *I. R. Corlius* in *Antich. Ital. P. 2. p. 196.* et *245.* et *P. 3. p. VII.* suspicatus est, huiusmodi lineas fuisse quosdam in superiore graduum parte transversim cavatos sulcos, qui cuiuslibet sessoris spatium certo definirent. Eius autem opinionem confirmavit septem abhinc annis *Petr. Stancovichius* in *Saggio dell' anfiteat. di Pola, p. 53.* et *seqq.*, ubi plurium Polensis amphitheatri graduum ibidem recens repertorum figuras aere caelato expressas exhibuit, et insuper docuit, harum linearum intervallum esse unciarum XIII. pedis Veneti; *h. e.* partium 1669. $\frac{8}{13}$ pedis Parisiaci, qui, ut notum est, constat ex partibus 1440. Illius inventum infirmare conatus est anno insequente *Ang. Uggerius* in *Effem. letter. di Roma, T. 12. p. 144. 155.* Verum cum ipse mense Decembri an. MDCCCXXV. Neapolim profectus essem, et amphiteatrum, quod Pompeiis fere incorruptum adhuc exstat, attente perlustrassem, deprehendi non in superiore quidem, sed in anteriore graduum parte, id est in crassitie, minime vero in eorumdem latitudine, easdem illas lineas maxime conspicuas, quarum omnium intervallum est partium 1620 pedis Parisiaci. Ex his porro interpretanda sunt verba, quibus amicam suam iuxtim in circo sedentem ita alloquitur *Ovid. 3. Amor. 2. 19.* Quid frustra refugis? cogit nos linea iungi: Haec in lege loci commoda circus habet. Tu tamen, a dextra quicumque es, parce puellae, Contactu lateris laeditur ista tui. Tu quoque, qui spectas post nos, tua contrahe crura, Si pudor est, rigido nec preme terga genu. *Id. 1 Art. am. 136.* Multa capax populi commoda circus habet. Et *mox 139.* Proximus a domina, nullo prohibente, sedeto: Iunge tuum lateri, quam potes, usque latus. Et bene, quod cogit, si nolit, linea iungi. Quod tibi tangenda est lege puella loci. *Quintil. 11. 3. a med.* Transire in alienum subsellium, parum verecundum est. Nam et Cassius Severus urbane, adversus hoc facientem lineas poposcit. — **20)** Hoc autem spatium unciarum XIII. semis videtur quidem aequo angustius, sed in theatris olim Romanos anguste sedisse constat tum ex loco *Ciceronis* in *Laberium* poëtam apud *Macrob. 2. Saturn. 3.* (V. SELLA.) tum ex locis sequentibus. *Apul. Florid. n. 16.* Locum sessui impertiunt: extimus quisque exsurgenti quaeritur: farto toto theatro ingens stipatio: occipiunt inter se queri. *Senec. ep. 76.* Theatrum quidem fartum est. *Horat. 1. Ep. 2. 60.* Hos ediscit, et hos arto stipatus theatro Spectat Roma potens. — **21)** Hinc *extrema linea amant.* est e longinquo amicam diligere, non adire, aut tangere. *Ter. Eun. 4. 2. 10.* si non tangendi copia est, Eho, ne videndi quidem erit? a illud non licet, Saltem hoc licebit: certa extrema linea Amare haud nihil est. *Donat.* ad *Ter. loc. cit.* quinque esse statuit lineas ad amoris perennitudinem: visum nempe, colloquium, tactum, osculum, coitum: harum prima hic a *Terentio* dicitur extrema. — **22)** Hos nonnulli retrahunt illud *Horat. 1. Od. 13. 15.* oscula, quae Venus Quinta parte sui nectaris imbuit. Alii illud ad lineas in circo aut stadio respici putant: alii ad lineamenta Pictorum: alii Mathematicorum, qui extremam lineam ultimas oras figurarum appellant: alii ad lineas in lusoria tabula, quarum ultima, *ἱερὰ γραμμή* dicta, ludo finem imponebat, calculis eo promotis: alii ad lineas horologii solaris, quarum ultima finem diei significat. — **23)** Ad unum horum aliquod referenda sunt et quae subiicio. *Senec. ep. 49.* Non solebat mihi tam velox tempus videri: nunc incredibilis cursus apparet, sive quia admoveri lineas sentio, sive quia etc. *Horat. 1. Ep. 16. 79.* mors ultima linea rerum est. — Item locus *Iuvenc. Carm.* in *Iosue, 23.* Tertia puniceum signet quum linea mundum; *h. e.* tertia dies. — Item *Pers. 3. 4.* quintum dum linea tangitur umbra; *h. e.* in horologio solari picta. Sic *Plin. 7. 60. 3.* Nec congruebant ad horas eius lineae. — Item *Vulg. Interpr. Isai. 38. 8.* Et reversus est sol decem lineis per gradus. Adde *4. Reg. 20. 9-11.* — **24)** *Transilire lineas* est ulterius progredi, quam licet aut decet. *Cic. Parad. 3. 1.* Peccare est tanquam transilire lineas: quod cum feceris, culpa commissa est: quam longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet; *trapassare i confini.* Sic *Varr. 9. LL. 1. a med.* Orator non debet in omnibus uti, . . . cum poëtae transilire lineas impune possint; *usetr dalle regole.*

LĪNĔĀLIS, le. Adiect. a *linea;* idem ac linearis; *lineare. Ammian. 23. 16.* Alexandriae omnes ambitus lineales farina respersit Dinocrates architectus. — *Cassiod. de art. pref.* Linealis descriptio; *h. e.* primis lineis adumbrata. — *Id. de Arithm. Linealis numerus* est qui inchoans a monade linealiter scribitur usque ad infinitum. *Cf. Boëth. 2. Arithm. 8.* et *25.*, ubi *linearis* pro *linealis* numerus dicitur. V. LINEARIS.

LĪNĔĀLĪTER. Adverb. a *linealis;* in modum lineae. *Capell. 8. p. 28.* Quorum *(circulorum)* unus signifer, non ut ceteri, quos linealiter feci, sed latissimus omnium comprobatur; *scil.* ceteros circulos unica linea descripsi; Signiferi vero, sive Zodiaci latitudini duodecimam illius longitudinis partem adscripsi. Adde *Boëth. 3. Music. 9.*, *ubi quidam leg.* linealiter (quod est a *linearis*), et *Cassiod. loc. cit.* in voc. praeced.

LĪNĔĀMENTUM (et Liniamentum), i, n. Verbale a *lineo;* linearum descriptio, productio, conformatio; *lineamento, tratto di linee:* et fere in plurali num. adhibetur. *Cic. 1. Orat. 41.* In geometria lineamenta, formae, intervalla, magnitudines. *Id. 4. Acad. 56.* Lineamentum, longitudinem latitudine carentem. — **2)** Saepe de figuris, formisque rerum dicitur: a pictura ductum, in qua per solas lineas effigies hominum dignoscitur; *lineamenti, fattezze. Id. 4. Verr. 36.* Contemnere etiam signum illud Himerae iam videbatur, quod cum multo magis figura et lineamenta hospitae delectabant. *Id. 1. Nat. D. 27.* Cedo mihi istorum adumbratorum Deorum lineamenta atque formas. *Id. 1. Divin. 13.* Lineamenta oris effingere. *Id. 6. Verr. 44. a med.* Operum lineamenta solertissime perspicere; *il disegno, la fattura, il lavoro. Liv. 21. 4.* Habitum oris lineamentaque intueri. *Id. 26. 41.* Similitudo oris vultusque et lineamenta corporis. — **3)** Translate. *Id. 3. Fin. 22.* Animi lineamenta sunt pulcriora quam corporis. *Cic. Orat. 56.* Numerus quasi quandam palaestram, et extrema lineamenta orationi attulit; *il contorno, il compimento. Id. Brut. 87.* Volvendi sunt libri quum aliorum, tum imprimis Catonis. Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quae inventa nondum erant, florem et colorem defuisse. — *Tertull. Resurr. Carn. 49.* Sed secundum liniamenta Christi incedentes in sanctitate et iustitia et veritate. *Id. ibid. 14.* Divinarum virium liniamenta.

LĪNĔĀRIS, re. Adiect. a *linea;* ad lineam pertinens, linealis, ex lineis constans, ut *linearis cursus* apud *Incert. de agror. inspect. p. 281. Lachm.* — *Linearis rigor* apud *Frontin. 2. de controv. agr. p. 41.* et *Aggen. Urb. ibid. p. 72.* V. riteon. — **B)** *Linearis numerus* est idem quod linealis. *Boëth. 2. Arithm. 5.* In numero unitas quidem, cum ipsa linearis numerus non sit, in longitudinem tamen distenti numeri principium est . . . Linearis numerus est a duobus inchoans, adiecta semper unitate in unum eundemque ductum quantitatis explicata congeries, ut est id quod subiicimus II. III. IIII. IIIII. V. LINEALIS. — **C)** *Linearis pictura*, *μονόγραμμος*, dicta est initio eius artis, cum nullis adhibitis coloribus, per solas lineas rerum figuram exprimebant: quae nunc est *il disegno*. Huic successit, quae singulis coloribus res expressit, monochromatos dicta; *chiaroscuro*. *Plin. 35. 5. 2.* Inventam linearem dicunt a Philocle Aegyptio. — **D)** *Sculptor linearis aere caelando* dici nunc posset *χαλκογράφος*; *lavorator di bulino, che intaide in rame:* qui nempe periculo post varios linearum ductus, sive punctorum ordines aliquid in aere repraesentat, ut ex aereis tabulis prelo suppositis in chartis postea referatur imago. Sed cum ars haec proavorum nostrorum inventum sit, ut vulgo creditur, non occurrit haec formula aut alia huic similis apud veteres Scriptores. Quamvis autem artis huius nomen ignoremus, eam tamen a Veteribus non ignoratam, et a *M. Varrone* primum repertam suspicatus est *Io. Lud. Bianconius* in *epist. ad Th. Puccinum inter eiusd. opera, T. 4. p. 91.*, et deinde etiam auctor allatae formulae *Marcell. Inscript. comm. subiect. p. 109. edit. Patav.* ex quodam *Plinii* loco *35. 2. 7.* Imaginum amore flagrasse quondam, testes sunt et Atticus ille Ciceronis edito de his volumine, et M. Varro benignissimo invento, insertis voluminum suorum fecunditati non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed et aliquo modo imaginibus: non passus intercidere figuras, aut vetustatem aevi contra homines valere, inventor muneris etiam Diis invidiosi; quando immortalitatem non solum dedit, verum etiam in omnes terras misit, ut praesentes esse ubique et claudi possent. — **E)** *Linearis ratio* apud *Quintil. 1. 10. a med.* est scientia ac disciplina geometriae. — **F)** Et *linearis probatio*, *γραμμικὴ ἀπόδειξις*, quae per lineas a Geometris fit. *Id. ibid. in fin.*

LĪNĔĀRĬTER. V. LINEARIS.

LĪNĔĀRĬUS (et Liniarius), a, um. Adiect. a *linea;* idem ac linealis vel linearis. *Hygin. de limit. p. 168.* et *seq. Lachm.* Alii limites sunt actuarii (V. ACTUARIUS §. 3.), atque alii linearii . . . linearii limites a quibusdam mensurae tantum disterminandae causa sunt constituti . . . in Italia itineri publico serviunt sub appellatione subruncivorum, etc. — **B)** Absolute *linearius* exponitur retiarius in *Gloss. Isid.* Cf. LINARIUS.

LĪNĔĀTIM. Adverb. a *lineatus;* per lineas; *lineamente. Boëth. Comment. min. in Aristot. de interpr. p. 299.* Pictores solent designare lineatim corpus, atque substernere in corpore, ubi coloribus cuiuslibet exprimant vultum.

LĪNĔĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lineo;* linearum ductio, seu productio; *lineazione, tratto di linea. Vitruv. 3. 4. circa med.* Solis radii paribus lateribus, forma, lineationibus extenduntur. — **B)** Translate. *Firmic. 1. Mathes. 4.* Unde sese singuli propria corporis lineatione cognoscunt; *h. e.* lineamentis.

LĪNĔĀTUS, a, um. Particip. verbi *lineo*, adiectivorum more etiam adhibitum; ad lineam factus, directus; *tirato a filo. Plaut. Mil. 3. 3. 40.* ubi probus est architectus, Bene lineatam si semel carinam collocavit. Facile est navem facere. — **B)** Translate. *Hieronym. ep. 117. n. 6.* Inter lascivas puellas, et comatos lineatosque iuvenes furvarum vestium puella gradieris? *attillati*. — **C)** Deinde

II. *Lineatus* est etiam adiect. a *linea;* lineis distinctus. *Isid. 12. Orig. 4. 7. de basilisco.* Est autem longitudine semipedalis, albis maculis lineatus. *Id. 16. ibid. 13. 4. de Ponticis gemmis.* Aliae longis colorum ductibus lineatae.

LĪNĔO (et Linio), as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *linea.* — Particip. *lineans* §. 2., *lineatus*, V. suo loco. — Proprie est ad lineam dirigo; *tirare a filo. Cato, RR. 14.* Succidet, dolabit, lineabit, secabitque materiam dumtaxat conductor. *Vitruv. 9. 4. circa med.* Si radii per omnem mundum fusi circinationibus vagarentur, neque extentionibus porrectis ad trigoni formam linearentur. — **B)** Translate. *Apul. 10. Met.* Ut lacinia *(vestis)* adhaerens pressule membrorum voluptatem graphice linearet. *Capell. 4. p. 97.* Geometria formarum diversa radio ac pulvere lineans. *Solin. 13. ad fin.* Quae *(Ponticae gemmae)* ostentationi potius, quam usui deliguntur, non guttis aspersae sunt, sed longis colorum ductibus lineantur. *Mommss.* ad *h. l. legit* liniuntur, *alii* liniantur. Cf. LINEA §. 8.

LĪNĔŎLĂ, ae, f. Deminut. a *linea;* parva linea; *lineetta. Gell. 10. 1. ad fin.* Numerus consulatus tribus lineolis significatus est.

LĪNĔUS, a, um. Adiect. a *linum;* qui est ex lino; *di lino. Virg. 5. Aen. 510.* Linea vincula. *Tacit. Germ. 17.* Lineis amictibus velari. *Cels. 8. 10. n. 1.* Pannis lineis involvere. *Plin. 12. 13. 1.* Lineae vestes. *Id. 32. 44. 1.* Linea lanugo. *Virg. 10. Aen. 784.* linea terga; *h. e.* tergora scutum obducentia, quae, ut ait *Servius*, lineo panno tegebantur, ut posset inhaerere pictura. — De *magistro lineae vestis*, V. MAGISTER. — **B)** Translate. *Maxim. Taurin. Serm. 95.* Ergo cum in verbo Petrus laxat retia, in Christo utique laxat eloquia, et cum ille contexta et disposita in dicto praeceptoris lineo explicat, magis distincte et convenientia in nomine Salvatoris verba dilatat.

LINGES. V. voc. seq. §. 2.

LINGO, gis, xi, ctum, gĕre. Verbum transitiv., quod ducunt a Graeco *λείχω*, praeeunte *Varr. 6. LL. sub fin.*, inserto n, quomodo a *δάκω* est tango. — **b)** Particip. *lingens* §. 2., *lingendus* §. 1., *linctus*, V. suo loco. — **c)** Derivata, *ligurrio* (quod V. pro suis), *linctio, linctor, linctus, us, lingua*, quod V. pro suis. — **d)** Composita, *ablingo, cunnilingus, elingo, sublingo.*

LINGO proprie est lingua molliter tango, et delibo; *leccare. Plaut. Cas. 2. 8. 21.* Mel mihi videor lingere. *Plin. 31. 46. 7.* Sal pecoribus datur lingendus. — **B)** Saepius sensu obsceno pro *λειχέζειν. Catull. 98. 3.* Ista cum lingua, si usus veniat tibi, possis Culos et crepidas lingere carbatinas. V. *Interpr.* ad *h. l. Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 4. n. 765.* Albestus cunnum linges *(linges* videtur esse pro *lingens).* Adde *Martial. 12. 38.*

LINGUA, ae, f. Nomen a *lingo*, quia unicum est linctus instrumentum. — Sunt qui conferunt cum Sanscrito *gihvâ*, quod nimis longe petitum videtur. — **b)** Veteres *dingua* pro *lingua* usurpasse, testis est *Mar. Victorin. 1. 4. 9.* « *Linguam* per *l* potius quam per *d* (*subaudi* scribimus), » mutata semivocali in dentalem litteram. — *Lingua* pro *lingua*, V. infra §. 7. — **c)** *Linguai* pro *linguae* more suo *Lucret. 4. 628.* — **d)** Derivata, *ligula, ligulatus, linguarium, linguatio, linguatulus, linguatus, linguax, lingula, lingulaca, linguiatus, lingulus, lingwo, linguositas, linguosus.* — **e)** Composita, *bilinguis, elingue, illinguis, sublinguium, trilinguis.*

LINGUA proprie dicitur ea pars corporis voci formandae, dignoscendisque saporibus destinata; *lingua. Cic. 2. Nat. D. 59.* Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus. Ea vocem immoderate profusam fingit, et terminat, quae sonos vocis distinctos et pressos efficit, cum et ad dentes, et ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus lis, quae ad nervos resonant in cantibus. *Crassus* apud *Eund. 3. Orat. 1.* Haec tibi est excidenda lingua, qua vel evulsa, spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. *Cic. 1. Orat. 28.* Sunt quidam aut ita lingua haesitantes, aut ita voce absoni, etc. *Id. ibid. 18.* Quidnam operarii lingua celeri et exercitata; *presti*, o *pronti di lingua*. Et *ibid. 25.* Linguae solutio; *speditezza. Ovid. 3. Met. 261.* linguam solvere ad iurgia; *sciorre. Id. 3. Pont. 5. 9.* lingua properanti legere. *Id. 3. Trist. 1. 21.* titubante loqui. *Plin. 11. 65 3.* Linguae inexplanatae esse. *Id. 10. 51. 4.* Lingua exserta. Et *Cic. 3. Orat 66.* eiecta; *lingua fuori. Lucan. 4. 785.* proiecta. *Plin. 11. 107. 1.* Linguam porrigere; *spurgere. Phaedr. 5. 2.* condere. *Catull. 55. 18.* tenere in ore clauso; *dentro a' denti*. Et eod. sensu. *Ovid. 2. Fast. 602.* saepe illi dixerat Almo, Nata, tene linguam, nec tamen illa tenet. Et *ibid. 608.* alicui eripere; *strappare, cavare. Front. de eloquent.* (edente iterum *A. Mai*) *p. 229.* Si linguam quis uni homini exsecet, immanis habetur; eloquentiam humano generi exsecari mediocre facinus putas? *Plaut. Asin. 3. 3. 103.* Fac proserpentem me bestiam, duplicem ut habeam linguam; *scil.* hic illud osculi genus innuitur, de quo ait *Ovid. 3. Amor. 14. 23.* Illic purpurea condatur lingua labellis. Hoc Graeci vocant *μαλθακισμόν*. — *Vulg. Interpr. Iudic. 7. 5.* Lingua lambere aquam. *Id. Exod. 4. 10.* Impeditioris et tardioris linguae forma. — De animalibus. *Id. Iob, 40. 20.* Et fune ligabis linguam eius *(Leviathan?)* — **B)** *Linguam exserere* ludibrii causa in aliquem mos fuit antiquis Latinis, qui etiamnum apud Nostrates viget, quo quidem obsceni aliquid adversus alium, quicum contendis, significatur; nam lingua ita exserta similitudinem quandam penis exhibet, quae tum viris, tum feminis, tum pueris stupri contumeliam minitari videtur. *Liv. 7. 10.* Armatum adornatumque adversus Gallum stolide laetum, et linguam etiam ab irrisu exserentem, producunt. Idem vero Gallus in tabula pictus pro signo positus deinde fuerat sub tabernis argentariis in foro Romano, ut narrant *Cic. 2. Orat. 66.*, *Plin. 35. 8. 2.* et *Quintil. 6. 3. ante med.* — Hanc subsannandi consuetudinem memorent etiam *Pers. 1. 60.* et *Hieronym. ep. 125. n. 18.* (quem locum vide in CICONIA §. 6.) et *Vulgat. Interpr.* in *Isai. 57. 4.* — **C)** *Homo malae linguae* obsceno et ambiguo sensu dicitur fellator. *Martial. 3. 80.* Rumor ait, linguae te tamen esse malae. *Minuc. Fel. Octav. 28.* Qui scortorum licentiae invident, qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhaerescunt, homines malae linguae, etiam si tacerent. — **D)** Deinde, sensu quidem per metonymiam translato, sed proprio vocis facto ex usu loquendi,

II. *Lingua* dicitur id, quod linguae instrumento manifestatur; ser-

Digitized by Google

mo, locutio, oratio; *parlare, discorso, parole. Ovid. S. Trist. 11. 9.* Nulla mihi cum gente fera commercia linguae. *Cic. Pis. 15.* Mens oppressa praemio, lingua adstricta mercede. *Plin. 32. 21. 4.* Dicemus et de nationibus, sed dicemus aliena lingua; *con le parole d'altri.* — *Vulg. Interpr. Cantic. 4. 11.* Mel et lac sub lingua tua. — **5)** Item facultas dicendi, eloquentia. *Virg. 11. Aen. 338.* Largus opum, lingua melior. *Horat. 2. Ep. 2. 120.* Vehemens et liquidus puroque simillimus amni Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua. — *Ovid. 21. Heroid. 205.* Si mihi lingua foret. — **6)** Item licentia loquendi, obtrectatio. *Cic. Flacc. 23.* Lingua, quasi flabello seditionis, concionem ventilare. *Id. 1. Q. Fr. 1. 15.* Linguam diligentissime continere. *Sall. Iug. 84.* moderari. *Cic. 9. Fam. 2.* Ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus. *Virg. 7. Ecl. 28.* ne vati noceat mala lingua futuro; *cattivo parlare. Tertull. Apolog. 35.* Ipsos Quirites, ipsamque vernaculam septem collium plebem convenio, an alicui Caesari suo parcat illa lingua Romana? — **7)** Item differentia sermonum; *linguaggio, lingua. Virg. 8. Aen. 723.* gentes Quam variae linguis, habitu tam vestis et armis. *Ovid. 2. Art. am. 122.* ediscere linguas. *Cic. 1. Fin. 3. ad fin.* Latinam linguam non modo non inopem, sed locupletiorem etiam esse, quam Graecam. *Caes. 1. B. G. 1.* Qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Et *ibid. 47.* Gallicae linguae scientiam habere. *Horat. 1. Sat. 10. 23.* et *5. ibid. 8. 5.* Utraque lingua; *h. e.* Graeca et Latina. *Inscr. apud Renier, n. 3338.* M. Damnatius Urbanus, summarum artium, liberalium litterarum, studiis utriusque linguae perfecte eruditus; *h. e.* linguae Graecae et Latinae. Dedit et *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5607.* legens LINQUAE *(sic)* pro LINGUAE. — **8)** Item in una lingua diversitas sermonis; *dialetto. Cic. Flacc. 26. de Massilia.* Quae tam procul a Graecorum regionibus, disciplinis, linguaque divisa, etc. — **9)** Item vox, sonus; *voce, suono. Phaedr. 1. 23.* Heus, inquit *(canis)*, linguam vis meam praecludere, Ne latrem pro re domini? multum falleris. *Virg. 3. Aen. 361.* et *10. ibid. 177.* Volucrum linguae; *h. e.* cantus, garritus. — **10)** Item signum vocis, ut littera. *Lucan. 3. 224.* Sculptaque servabant magicas animalia linguas. V. HIEROGLYPHICUS. — **11)** Speciatim, apud *Vulg. Interpr.*,

III. *Lingua* vario sensu et ut plurimum morali adhibetur, qui nonnihil discrepat ab usu Scriptorum Ethnicorum. Praecipua loca huc afferam ad huiusmodi varietatem ostendendam. *Psalm. 11. 4.* Lingua magniloqua. *Id. ibid. 5.* Linguam magnificare. *Ibid. 13. 3.* Linguis dolose agere. Et *14. 3.* Dolum agere in lingua sua. Et *33. 14.* Prohibere linguam a malo. Et *38. 2.* Delinquere in lingua. Et *56. 5.* Lingua eorum gladius acutus. Et *108. 8.* Lingua dolosa. *Prov. 6. 17.* mendax. Et *6. 24.* blanda. Et *10. 20.* Lingua iusti. *Ibid. 31.* pravorum. Et *12. 18.* sapientium. Et *18. 21.* Mors et vita in manu linguae. Et *25. 15.* Lingua mollis confringet duritiam. *Eccli. 5. 11.* Omnis peccator probatur in duplici lingua. Et *6. 5.* Lingua eucharis in bono homine abundat. Et *26. 9.* In muliere zelotypa flagellum linguae. Et *28. 19.* Lingua tertia mulieres viratas eiecit et privavit illas laboribus suis. Et *36. 25.* Si est lingua curationis, est et mitigationis; *h. e.* lingua sanans et mitigans; labores scilicet et aerumnas viri sui. — Et *33. 19.* Disertitudo linguae. *Ezech. 36. 3.* Labium linguae. *Dan. 3. 19.* Populi, tribus et linguae tremebant. — *Act. 2. 3.* Apparuerunt illis dispertitae linguae tanquam ignis *(hoc de Spiritu Sancto dictum)*. Et *19. 6.* Loquebantur linguis et prophetabant; *h. e.* loquebantur linguis peregrinis. Hinc *1. Cor. 12. 30.* Numquid omnes linguis loquuntur? Et *ibid. 13. 10.* Alii genera linguarum, alii interpretatio, etc. Et *ibid. 13. 1.* Si linguis hominum loquar et Angelorum, etc. Et *1. Ioh. 3. 8.* Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, etc. — *Ruchor. Formul. 1. Lingua Dei* mystice significat Spiritum Sanctum, etc. — **12)** Praeterea, improprie et a similitudine,

IV. *Lingua* dicitur herba quae alio nomine lingulaca. *Plin. 24. 108. 1.* — **13)** Sic *lingua bubula* est buglossa, lata folia linguae bovis similia gerens. *Cato, RR. 40.* et *Plin. 17. 24. 9.* — **14)** *Lingua canis* apud *Apul. Herb. 97.*, et *lingua canina* apud *Cels. 3. 27. n. 15.* est herba eadem ac cynoglossa. V. §. seq. — **15)** *Lingua Macedonica* est herba eadem ac praecedens. *Apul. Herb. 97.* Graeci cynoglosson *(vocant)*... Itali linguam canis, alii sublabium, alii linguam Macedonicam. — **16)** Item *lingua cervina* est herba eadem, quae gladiolus. *Apul. Herb. 79.* — **17)** Item *lingua* dicitur de promontoriis, aut terrarum prominentiis in mare excurrentibus; *promontorio, capo, lingua di terra. Fest.* apud *Paul. Diac. p. 121. Müll.* Lingua dicitur promontorii quoque genus non excellentis, sed molliter in planum devexi. *Ovid. 15. Met. 724.* intrant Sicaniam: tribus haec excurrit in aequora linguis. *Caes. 3. B. G. 12.* Oppida posita in extremis linguis promontoriisque. *Lucan. 2. 615.* tenuem producit in aequora linguam. *Liv. 44. 11.* Eminet in altum lingua, in qua urbs sita est (Adde *37. 31. sub fin.*). *Pacuv.* apud *Gell. 4. 17. in fin.* Lingua promontorii. — **18)** *Lingua maris* apud *Vulg. Interpr. Iosue, 15. 2.* est sinus maris. — Apud *Eund.* autem *Isai. 11. 15.* vel idem est, vel litus in mare procurrens. — **19)** Sumitur et pro lingula seu ligula, qua mensuram significat; un *cochlear. Plin. 26. 73. 1.* Semen lonchitidis duabus linguis ex aqua potum. Adde *ibid. 47. 1.* — **20)** Item pro tenui lamina in tibiis, qua diviso spiritu sonus efficitur; *linguetta. Plin. 10. 43. 3.* Qui sonum lusciniarum, addita in transversas arundines aqua, foramen inspirantes, linguaeque parva aliqua opposita mora, indiscreta redderent similitudine. — **21)** *Lingua vectis* est pars extrema, quae oneri subiicitur. *Vitruv. 10. 8.* Vectis lingua sub onus subdita, caput eius unius hominis viribus pressum, id onus extollit. — **22)** Est etiam ferrea virgula, quae in tintinnabuli cavitate pendens, commota ex eodem sonum excitat, Italice *batocchio* et *battaglio* dicitur. *Paulin. Nolan. carm. 18. 557.* Ut vidit nullos dare tintinnabula pulsus, Excussa ut cervice boum crepitare solebant, Mollius aut lentis cava linguis aera ferire. Armentum reduces dum gutture ruminat escas. — **23)** Denique *lingua ignis* apud *Vulg. Interpr. Isai. 5. 24.* est flamma.

LINGUĀRĬUM, ii, n. Nomen a *lingua*, proprie adiect., absolute tamen adhibitum de pretio vel tributo pro temeraria locutione. *Senec. 4. Benef. 36.* Ecce ut doleat, ut postea consideratius loquaris: quod dicere solemus, linguarium dabo; *h. e.* pendam aliquid ob linguam temere locutam: ut columnarium pro columnis; quam vocem vide in §. 1. et 2.

LINGUĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *linguo;* actus elinguandi, linguae amputatio. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Γλωσσοτομία; linguatio.

LINGUĀTŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *linguatus;* aliquantulum linguatus, loquaculus; *linguacciuto. Tertull. 1. ad nation. 8.* Id fere tunc infantes, quia unicum, facilius commentati, paulo modulatius, utque linguatuli, inventum alicuius interpretationis impegerint. In editionibus perperam *liguatuli* legitur.

LINGUĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *lingua;* linguam satis expeditam habens, disertus, facundus; *facondo. Tertull. Anim. 3.* Apostolus Athenis expertus linguatam civitatem. — **2)** In malam partem. *Vulg. Interpr. Eccli. 8. 4.* Non litiges cum homine linguato. *Id. ibid. 28. 27.* Mulier linguata. — **3)** Translate est qui vocem fingit, quasi ipse velut lingua foret. *Auct. incert.* in *Anthol. Lat. T. 1. p. 625. Burm. de citharoedo.* Quam *(chelyn)* mox linguate decurrens pollice cogit, Humanum ut possit chorda canora loqui.

LINGUAX, ācis, omn. gen. Adiect. a *lingua;* verbosus, multum loquens, qui nimis et stulte loquitur; *ciancialore, linguacciuto. Gell. 1. 15. in fin.* Hoc genus homines in verba provectos, locutuleios, et blaterones, et linguaces dixerunt. Plerique tamen alii legunt *lingulacas*, quam vocem vide §. 1. *Onom. Lat. Gr.* Linguax; λάλος, ἀδιάφλυκτος.

LINGULĂ. V. LIGULA.

LINGŬLĂCĂ, ae, comm. gen. Adiect. per deminut. a *lingula* factum: locutuleius, loquax, garrulus. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* Lingulaca, mulier argutatrix (Ita enim ibi legi volunt, non *auguratrix*). *Plaut. Cas. 2. 2. 63.* Vin' lingulacas? *Sta.* quid opus est, quando uxor domi est? Ea lingulaca est nobis: nunquam tacet. *Gell. 1. 15. in fin.* Hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios, et blaterones, et lingulacas dixerunt. *Varr.* apud *Non. 1. 105.* Lingulacae obtrectatores. — **2)** Deinde, a similitudine,

II. *Lingulaca* dicitur genus piscis, a linguae similitudine. *Varr. 5. LL. 12.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 117. Müll.* Cf. loc. *Plaut.* in §. praeced. — **3)** Item *lingulaca* est etiam herba circa fontes nascens, capillo confirmando apta. *Plin. 25. 84. 1.*

LINGŬLĀTUS, a, um. Adiect. participiorum more effictum a *lingula;* ad modum lingulae factus, ut Lingulati tubi, quorum alius ad modum lingulae acuminatus in alium intrat apud *Vitruv. 8. 7.* — Lingulati calcei, apud *Isid. 19. Orig. 34.* qui et folleati dicuntur. V. LIGULA §. 3. Cf. LIGULATUS.

LINGŬLUS, a, um. Adiect. a *lingula;* idem ac lingulaca, garrulus. rixosus. *Vet. carmen*, cui titulus *Vespae iudicium* apud *Wernsdorf. Poët. Lat. min. T. 2. p. 237.* Cervinam Actaeon tollit, Meleager aprunam, Aginam Pelias, taurinam lingulus Aias.

LINGUO, as, āre. Verbum transitiv. a *lingua;* linguam amputo. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Γλωσσοτομῶ; linguo. Cf. LINGUATIO.

LINGUŌSĬTAS, ātis, f. Abstractum a *linguosus;* garrulitas, vitiosa verborum abundantia. *Rustic. Disput. contra Aceph. init.* Absque omni linguositate.

LINGUŌSUS, a, um. Adiect. a *lingua;* lingua, seu verbis abundans, et sumitur fere in malam partem; *garrulo, rissoso. Petron. fragm. Tragur. 43. Burm.* Durae buccae fuit, linguosus, discordia, non homo. Adde *ibid. 63. Hieronym. ep. 108. n. 20.* Linguosam *(adolescentulam)*, garrulam, et procacem ad fores triclinii orare faciebat. *Vulg. Interpr. Ps. 139. 12.* Vir linguosus non dirigetur in terra. Adde *Eccli. 9. 25.* — **2)** Translate. *Cassiod. 4. Variar. 51.* Orchestarum linguosi digiti. V. ORCHESTA. *Augustin. 1. Confess. 9.* Linguosae artes; *h. e.* Dialectica et Rhetorica.

LĪNĬĂ, Liniamentum, etc. V. LINEA §. a., coll. LINIMENTUM.

LĪNĬĀRĬUS. V. LINEARIUS.

Digitized by Google

LĪNĬĀTŪRĂ, æ, f. Verbale a *linio;* eadem ac linimentum: a *linio*. *Gloss. Philox.* Liniatura; χρῖσις.

LĪNĬFĂRĬUS. V. LINYPHARIUS.

LĪNĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *linum* et *fero;* qui linum germinare facit. — Epithetum est Silvani in *Inscr.* apud *Murat. 70. 6.* V. CANNABIFER.

LĪNĬFĬCĬUM, ii, n. Nomen a *linum* et *facio*, quo significatur locus, in quo linum tunditur, pectitur, etc. *Varr.* apud *Non. 2. 857.* Levis tippula linificet frigidos transit lacus. Alii *lymphas* legunt. *Notit. Imper. Occid.* Procurator linificii Viennensis Galliarum, procurator linificii Ravennatium. *Ead. Imper. Orient.* Procuratores linificiorum. Consule *Ant. Zirardini, Edifizi di Ravenna, p. 20.* V. et LINYPHUS et TIPPULA.

* LĪNĬFĬCUS, a, um. Adiect. a *linum* et *facio;* qui circa artem lini exercetur. Tribuitur *Cod. Theod.*, loco tamen male indicato.

LĪNĪGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *linum* et *gero;* lineam vestem gerens; *vestito di lino*. De Iside, eiusque sacerdotibus maxime dicitur: quia Isis Aegyptiis lini usum monstrasse credita est. *Ovid. 1. Pont. 1. 51.* Vidi ego linigerae numen violasse fatentem Isidis. *Id. 1. Art. am. 77.* Neu fuge linigerae Memphitica templa iuvencae. *Id. 1. Met. 747.* Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba. *Iuvenal. 6. 532.* grege linigero circumdatus. V. LINUM §. 3. — **2)** Item qui linum fert. Hinc *Liniger Moins* dictus a poëta in *Anthol. Lat. n. 1042. Meyer.*

LĪNĪMEN, ĭnis, n. Verbale a *linio*, idem ac linimentum. *Theod. Priscian. 1. 18.* Pro linimine adhibere.

LĪNĪMENTUM, i, n. Verbale a *linio*, syllabica adiectione productum; actus liniendi, et res ipsa, quae illinitur. *Pallad. 11. 14. ad fin.* Linimentum quoque doli non gypso, sed sarmentorum cinere debebis inducere. *Theod. Priscian. 1. 1.* Linimentum fricando discutiet. Adde *Petron. Satyr. 79. ubi al. leg.* liniamenta, *eod. sensu.*

LĪNĬO, ĭs, īvi, ītum, īre. Verbum transitiv. eiusdem originis et significationis ac *lino*, quod V., sed minoris usus, et cum quo etiam saepissime in antiquis MSS. et editis libris confusum fuit. V. infra §. 1. — **b)** Ceterum confirmant huius verbi usum composita *allinio, circumlinio, illinio, oblinio*, etc. Quare non audiendi, qui ex albo Latinorum verborum expungere conati sunt. — **c)** In futuro facit et *ibo, is:* quod in verbis quartae saepe usuvenit. *Pallad. 3. 31.* Vas cooperies ac linibis. — **d)** Particip. *liniendus* §. 1., *linitus*, V. suo loco.

LINIO proprie est, ut diximus, idem quod lino, illino, oblino, ungo; *ungere, impiastrare, stuccare*. *Colum. 6. 17. a med.* Liquida pice cum oleo linire. *Id. 12. 44. in fin.* Si qua rimam creta facit, luto liniunt. *Al. leg.* linunt. Et *ibid. 45.* Creta liniunt mala. *Al. leg.* linunt. *Id. 6. 26. sub fin.* Oleo ulcera linire. *Al. leg.* linere. *Plin. 17. 47. 5.* Falces sanguine ursino liniri volunt. *Colum. 4. 24.* Allevatas plagas terra, quam prius amurca madefeceris, linire. *Al. leg.* leuire. *Id. 6. 30.* Caput et spina tenui adipe liniuntur. *Id. 7. 15.* Aures canum contritis nucibus liniendae sunt. *Pallad. 4. 10. a med.* Bitumen, et oleum, aut calcem latebris vermium liniunt. *Propert. 3. 10. 11.* Neve tua Medae liniantur caede sagittae. *Plerique alii leg. rectius* laetentur. *Vitruv. 7. 3. sub fin.* Tectoria luto cum liniuntur. *Liv. 21. 8. ad fin.* Perrum stuppa circumligabant, liniebantque pice. *Al. leg.* linebantque. — **2)** Pro obducere, inducere. *Vulg. Interpr. Ioh. 9. 6.* Et linivit lutum super oculos eius; *applicò*. — **3)** Pro inquinare. *Martial. 7. 20.* Dulci placenta sordidam linit mappam. — **4)** Translate. *Vulg. Interpr. Ezech. 22. 28.* Prophetae autem eius *(populi)* liniebant eos absque temperamento, videntes vana et divinantes eis mendacium; *h. e.* solabantur populum falsis misericordiae divinae promissionibus, cum tamen praesens iam supplicium immineret. Sic *Id. ibid. 13. 10.* Eo quod deceperint populum meum, dicentes: Pax et non est pax: et ipse aedificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque palea. Adde *ibid. 11-15.*

LĪNĬO, as. V. LINEO.

LINIPHARIUS.
LĪNĪPHĬĀRĬUS, ii, et
LĪNĪPHĬO, ōnis. } V. LINYPHIARIUS etc.

LĪNĪTĔUS. V. LINTEUS §. 2.

LĪNĪTEXTOR et Lini textor, ōris, m. Qui vestes lineas texit. Unica voce legitur in *Gloss. Gr. Lat.* V. loc. in LINTEATOR.

LĪNĪTĬO, ōnis, f. Verbale a *linio;* actus liniendi, unctio. *Vulg. Interpr. Ital. Exod. 30. 31.* apud *Augustin. Quaest. in Heptat. 2. 135.* Oleum, linitio unctionis, sanctum erit hoc vobis in progenies vestras. *Vulg.* noster habet *hoc oleum unctionis*, etc. — Hic *Idem, Eccli. 38. 34. de figulo.* Cor suum dabit, ut consummet linitionem; *invetriatura.*

LĪNĪTUS, a, um. Particip. verbi *linio;* illitus, litus; *unto*. *Plin. 29. 35. 1.* Porrigines tolluntur felle ovillo cum creta Cimolia, linito capite, donec inarescat. Ita *Harduin.* ex MSS. *Alii* illito.

LĪNĪTUS, us, m. Verbale a *linio;* illitus; *unctio*. In ablat. sing. *Plin. 20. 47. 1.* Praevalere *(buselinon)* contra serpentes potu et linitu.

LINNĂ, æ, f. V. LARNA §. 3.

LĬNO, lĭnis, lĕvi, *vel* lĭvi *et* lēvi, lĭtum, lĭnĕre. — Verbum transitiv., quod ab obsoleto *leo*, a quo et *deleo*, ducunt. V. LEO. — **b)** Quomodo in antiquis MSS. et editis libris confusum fuerit cum *linio* diximus sub *h. v.* §. a. et b., coll. §. 1. — **c)** Tria habet praeterita *lēvi*, quod est a *leo: livi*, unde est *lisse* pro *livisse*, quod quidam leg. apud *Spartian. Hadrian. 4.* — Et *lini*, quod, teste *Priscian. 10. p. 898. Putsch.*, pro *livi* vetustissimi protulisse inveniuntur, unde Varro rerum rusticarum: *Cum oblinerunt vasa*. Etiam *Voss. l. 5. de Grammat. c. 29.* affert illud ex *Quintil. Declam. 1. 18. Mariti tui cruore parietem linisti.* Sed alii leg. *Mariti tui* (vel *tu*) *cruore lustasti*, omisso *parietem:* Alii etiam aliter. Confirmat tamen *Vulg. Interpr. Ezech. 13. 12.* Ubi est litura, quam linistis? Et *ibid. 14.* Parietem, quem linistis, etc. — **d)** Particip. *linens* §. 1. *in fin.*, *linendus* §. 2., *litus*, V. suo loco. — **e)** Derivata, *liniatura, linimen, linimentum, linio, linitio, linitus, us, litura, lituarius, lituro, litus, us.* V. LITTERA §. a. et LITUS, oris, §. a. — **f)** Composita, *allino, circumlino, collino, illino, interlino, oblino, oblivio, perlino, relino, sublino, subterlino, superlino, superlitio*.

LINO proprie est ungere, illinere, rem aliquam liquidam aut mollem alteri superinducere, ungendi, aut obturandi causa; *ungere, tingere, impiastrare, stuccare*. *Virg. 4. G. 39.* certatim tenuia cera Spiramenta linunt. *Horat. 1. Od. 20.* Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Graeca quod ego ipse testa Conditum levi. *Colum. 12. 16. in fin.* Picata opercula diligenter gypso linunt, ne possit spiritus introire. *Iuvenal. 9. 58.* Nam quis plura livit victuro dolia musto? Ita *Priscian. 10. p. 898. Putsch. Al. leg.* linit. *Ovid. 1. Pont. 2. 18.* Omnia vipereo spicula felle linunt. *Quintil. Declam. 13. 8.* Livit flores maleficis succis. *Ovid. Medic. fac. 31.* linere medicamenta per corpora. *Colum. 12. 30. a med.* Cum nova dolia cresso gummi liverunt. *Iuvenal. 6. 480.* Linere faciem; *imbellettare*. *Martial. 7. 30.* Linere et obligare plantas; *ungere e medicare i piedi*. *Senec. Med. 711.* succis linere sagittas; *avvelenare*. *Liv. 21. 8.* Ferrum stuppa circumligabant linebantque pice. — *Gloss. Lat. Gr.* Linens; Ἔπαυλος. — **2)** Translate. *Horat. Art. P. 331.* speramus carmina fingi Posse linenda cedro. V. CEDRUS §. 6. et 7. — **3)** Deinde, latiore significatione,

II. *Lino* est etiam obducere, obtegere; *coprire, incrostare*. *Ovid. Medic. fac. 7.* auro sublimia tecta linuntur. *Martial. 9. 62.* Et linit Hesperium bracica viva pecus. — **4)** Item delere, inducere; *cancellare*. *Ovid. 1. Pont. 5. 15.* Cum relego, scripsisse pudet, qui plurima cerno, Me quoque, qui feci, iudice, digna lini. — **5)** Item foedare, conspurcare; *imbrattare:* collinere, oblinere. *Martial. 9. 25.* Ut lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas. *Ovid. 5. Fast. 760.* linit ora luto. *Horat. 2. Ep. 1. 136.* Scriptores carmine foedo Splendida facta linunt. — Adde *Inscr.* allatam sub v. HONOR §. 12. — **6)** *Linere alicui labra*. V. LABRUM §. 3.

LĪNOCISTIS.
LĪNOCOSTIS. } V. LINOZOSTIS.

LĪNOSTĒMĂ, ătis, n. V. voc. seq. §. 2.

LĪNOSTĒMUS (et LinostĭMus), a, um. Adiect. a Graecis vocibus λίνον; linum, et στήμων; stamen; ex lana et lino contextus; *mezzalana, accollana*. *Eugypp. Thesaur. 55.* Lineis vestibus miscere purpuram et linostima veste indui, aliquando peccatum fuit. *Linostĭma* pro *linostēma* (eadem ratione qua *Paraclitus* pro *Paraclētus*) ex vitiata pronuntiatione positum est. — **2)** Absolute. *Linostema* (subaudi *vestis*) apud *Isid. 19. Orig. 22.* Linostema est vestis ex lana linoque contexta: et dicta linostema, quia in stamine linum, in trama lanam habet. — *Furlanetto* ex hoc tantum loco protulit nomen *Linostema, atis*, n.

LĪNOSTĬMUS, a, um. V. voc. praeced. §. 1. *in fin.*

LĪNOSTRŎPHON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λινόστροφον, qua significatur genus quoddam herbae, quae alio nomine marrubium dicitur, teste *Plin. 20. 89. 1.*

LĪNOZOSTIS, is *et* ĭdis, f. Vox Graeca, λινόζωστις, qua significatur herba eadem, quae Mercurialis. *Plin. 25. 48. 1.* et *26. 76. 2.* et *ibid. 89. 1.* — *Apul. Herb. 83.* Mercurialis a Graecorum aliis linozostis arrhen *(h. e. mas)* . . . appellata est. *Acherm. h. l. legit* linocistis. *Id. ibid. 82.* Folia *(perdicalis)* linocosti herbae similia. *Linocosti* scriptum pro *linozosti*. — Est autem Recentioribus *Mercurialis annua, Linn.*

LINQUĂ *pro* Lingua. V. LINGUA §. 7. *in fin.*

LINQUO, linquis, līqui, linquĕre. Verbum transitiv., quod ducunt a λείπω seu λίπω; linquo, inserta littera u, ut in *pango* a πήγω; et mutata π in qu, ut in *quotus* a πόσος. Cf. LIQUIS, *init.* — **b)** *Liquid* pro *liquit*, legitur in *Inscr.* apud *Fabretti, n. 52. p. 254.* — **c)** *Lictus* particip. quidam putant legi apud *Capitolin. M. Aurel. 7.* Tunc primum Romanum imperium duos Augustos habere coepit, lictum cum alio participasset. At *Salmas.* legend. putat; *id quum eum alio* etc. Sed nuper *Th. Mommsen* apud *Iordan* nonnulla post *coepit* excidisse putans ita supplet: « coepit, *eum imperium sibi* velictum cum alio participasset; » ut omnino actum sit de hoc participio. — **d)** Particip.

Digitized by Google

linquens §. *1.* et *2.*, *linquendus* §. *1.* — **c)** Derivata, *limus*, *liquis*. — **f)** Composita, *delinquo*, *obliquus*, *relinquo*.

LINQUO proprie est desero, relinquo; *lasciare*, *abbandonare*. *Cic. Plane. 10. sub fin.* Eum linquentem terram eam, quam servaverat, lacrymis prosecuti sunt. *Plaut. Most. 3. 1. 69.* Urbem exsul linquat factus hic causa tui? *Propert. 4. 9. 54.* Cede, agedum, et tuta limina linque fuga. *Sil. 11. 327.* me linque meae menti; *lasciami in libertà co' miei disegni*. *Catull. 64. 59.* Irrita ventosae linquens promissa procellae. *Horat. 1. Od. 28. 33.* precibus non linquar inultis. *Val. Flacc. 1. 560.* linquere habenas. *Senec. Oedip. 78.* lacrymas. *Lucan. 9. 162.* has mihi poenas Terra dabit: linquam vacuos cultoribus agros; h. e. vastabo, et vastatos relinquam. *Senec. Med. 618.* Tiphys Liquit indocto regimen magistro; *lasciò in mano*. *Val. Flacc. 5. 229.* at vellera Martis in umbra Ipse sui Phrixus monumentum insigne pericli Liquerat; *avea deposto e lasciato*. *Horat. 2. Od. 14. 21.* Linquenda tellus. — **2)** Item destituo, sino sine auxilio: *lasciar solo, senza soccorso*. *Plaut. Asin. 2. 2. 14.* Herum in obsidione linquet. *Id. Pseud. 1. 2. 8.* Ut mavelis lupos apud oves linquere, quam hos domi custodes. — *Sil. 5. 38.* Nec Poenum liquere doli. — **3)** Translate est omittere et ad alia transire. *Cic. 5. Orat. 46.* Linquamus naturam, artesque videamus. *Id. ibid. 10.* Linquamus haec. *Val. Flacc. 1. 560.* Linquere spem. *Horat. 3. Od. 8. 28.* Dona praesentis cape laetus horae, et Linque severa. *Id. Art. P. 285.* Nil intentatum nostri liquere poëtae. — **4)** Item concedo. *Ambros. de obit. Valent. 59.* Utinam, filii, pro vobis liquisset hunc spiritum fundere! — **5)** *Linqui*, et *linqui animo* dicitur is, quem vires et spiritus deficiunt; *andar in deliquio, mancar di forze*. *Suet. Caes. 45.* Fuisse traditur valetudine prospera: nisi quod tempore extremo repente linqui animo, atque etiam per somnum exterreri solebat. *Ovid. 2. Heroid. 150.* Linquor, et ancillis excipienda cado. Sic *Senec. Troad. 625.* Me liquit animus: membra quatiuntur, labant, Torpetque vinctus frigido sanguis gelu. *Ovid. 8. Met. 363.* trepidantem et terga parantem Vertere, succiso liquerunt poplite nervi. *Tacit. 3. Ann. 46.* iacentesque nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimes linquebantur. — *Curt. 6. 1.* Linquente spiritu, moribundus procubuit. — **6)** Hinc *linquere lumen* aut *animam* est mori. *Plaut. Cist. 3. 12.* Ecquid agis? Remorare? Lumen linque. *Lucret. 3. 541.* Lumina qui linquunt moribundei particulatim. *Virg. 3. Aen. 140.* Linquebant dulces animas aut aegra trahebant Corpora. — **7)** *Linquitur* passive impersonaliter pro remanet; *resta*. *Lucret. 2. 914.* Linquitur, ut toteis animalibus assimilentur.

LINTĔĀMEN, ĭnis, n. Nomen a *linteum*, verbalium more effictum, idem quod linteum. *Lamprid. Elagab. 26.* Linteamen lotum nunquam attigit. *Apul. 11. Met.* Candido linteamine cinctum pectorale. — Videtur autem *linteamen* esse Italorum *lenzuolo*. Nam *Hieronym. ep. 108. n. 13. de Paulla*. Mollia, etiam in gravissima febri, lectuli strata non habuit, sed super durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat. Et *mox*. Mollia linteamina et serica pretiosissima asperitate cilicii commutanda. Cf. LODIX.

LINTĔĀMENTUM, i, n. Nomen a *linteamen*, syllabica adiectione productum, idem ac linteamen. *Not. Tir. p. 158.* Linteum, linteamentum.

LINTĔĀRĬUS et Lintiarius, a, um. Adiect. a *linteum*; ad lintea pertinens. *Ulp. Dig. 14. 4. 5. a med.* Duas negotiationes exercebat, puta sagariam et linteariam. *Inscr.* apud *Grut. 649. 4.* Linteariа ars. — **B)** Absolute, substantivorum more,

LINTEARIUS, ii, m. Est qui lintea vendit aut texit. *Ulp. loc. cit. 4. 5.* Institores, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam et distrahendam. *Impp. Theodos. et Valentinian. Cod. Theod. 10. 20. 16.* Linteariorum corpus. *Inscr.* apud *Orelli*, n. *4215.* Manibus Reburri Virilis linteari. Adde *alias* apud *Marini, Frat. Arv. p. 346.* et in *Effemer. Letter. di Roma, T. 10. p. 67.* et in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1833. p. 79.*, in quibus scribitur *lintiarius*. — **B)** Item, absolute,

LINTEARIA, ae, f. Est femina, quae lintea vendit aut texit. *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 2. n. 4518.* a. Fulvia lintearia.

LINTĔĀTOR, ōris, m. Nomen a *linteum*, verbalium more effictum; qui lintea conficit. *Gloss. Gr. Lat.* Λινύφος; linteator, linitextor.

LINTĔĀTUS, a, um. Adiect. a *linteum*; lineis vestibus indutus; *vestito di panno lino*. *Liv. 10. 38. ad fin.* Ea legio linteata, ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est. *Senec. Vit. beat. 27.* Linteatus senex. Adde *Tertull. Testim. an. 2.* — *Prisician. ep. 2. n. 5.* Ego ne apostaticus, an Novatianus, . . . quem, consecrante nullo, linteata sedes accepit?

LINTĔO et Lintio, ōnis, m. Nomen a *linteum*; qui lintea texit. *Plaut. Aul. 3. 5. 38.* Propolae, linteones, calceolarii. *Serv.* ad *7. Aen. 14.* Apud maiores, stantes texebant, ut hodie linteones videmus. Adde *Firmic. 3. Mathes. 7.* — *Inscr.* apud *Grut. 58. 15.* L. Posthumius Facilis, T. Kareius Valens linteones Apoll. D. P. S. D. — *Alia* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1833. p. 43.* Ossa P. Postumii Felicis linteonis *(sic)*. Cf. LINTEARIUS §. 2. *in fin.*

LINTĔŎLUM, i, n. Deminut. a *linteum*; parvum linteum; *piccol panno lino, fazzoletto, pezzuola*. *Plaut. Epid. 2. 2. 46.* Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum caesicium. *Colum. 6. 16.* Praefractis cornibus linteola sale atque aceto imbuta superponuntur. *Plin. 14. 19. 5.* Rosae folia tusa in linteolo. *Id. 31. 44. 2.* In linteolis concerptis imponitur. Et *ibid. 43. 6.* Sal in linteolo involutus. *Apul. Apol.* Habuit quaepiam linteolo involuta. *Id. paulo prius*. Ais enim, me habuisse quaedam sudariolo involuta. Hinc patet *linteolum* idem esse ac *sudariolum*.

LINTĔŎLUS, a, um. Adiect. a *linteus*; aliquantum linteus. *Prudent. 5. περὶ στεφ. 180.* Palliolum linteolum.

LINTER (et Lynter *dein* Lunter, *minus recte*), et Lintris, tris, f. Vox Graeca, λιντήρ, eiusdem significationis, ut docet *Priscian. 5 p. 647. Putsch.*, quamquam *Voss. 43. de Gramm. a. 26.* minime id ei credendum putat. — **b)** *Lintris* in recto singulari. *Sidon. carm. 5. 283.* Hercynii nemoris si stipite lintris Texta Nabathaeum pro libero sulcat Hydaspem. *Not. Tir. p. 178.* Lembus, lintris. — **c)** In gen. mascul. *Tibull. 2. 5. 55.* Ire solebat Exiguus pulsa per vada linter aqua. — **d)** Derivata, *lintrarius*, *lintriculus*.

LINTER proprie est cymba parva ex cava arbore, vel etiam ex pluribus asseribus compactis, in usum praesertim traiiciendi fluminis; *barchetta*. *Liv. 21. 26. sub fin.* Novas lintres inchoantes cavabant ex singulis arboribus. Et *ibid. 27. a med.* Paratas aptatasque habebat lintres. *Ovid. 6. Fast. 779.* Verte coronatae iuvenum convivia lintres. *Caes. 7. B. G. 60.* Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas etc. Et *1. ibid. 12.* Flumen ratibus ac lintribus iunctis transire. *Cic. Mil. 27.* Lintribus materiam in insulam convehere. — *Plin. 6. 26. 30.* Longe a terra abest navium statio, lintribusque afferuntur onera et regeruntur. Et *mox*. Regio autem, ex qua piper monoxylis lintribus Baracen convehunt, vocatur Cottonara. — **B)** Allegorice. *Ovid. 2. Fast. 864.* Venimus in portum, libro cum mense peracto: Navigat hinc alia iam mihi linter aqua. *Tibull. 1. 7. 57.* Nescio quid furtivus amor parat, utere, quaeso, Dum licet: in liquida nat tibi linter aqua. — **B)** Festivus est locus, quo notavit C. Iulius Curionem, in dicendo in utramque partem toto corpore vacillantem, quaereus per risum, *quis loqueretur e lintre*. Refert *Cic. Brut. 60.* — **4)** Improprie.

II. *Linter* est etiam genus vasis vinarii, convehendis calcandisque uvis apti: a similitudine fluviatilis cymbae; *tino*. *Cato*, *RR. 11. extr.* enumerat inter instrumenta vineae. *Tibull. 1. 5. 25.* Aut mihi servabit plenas in lintribus uvas. *Virg. 1. G. 262.* durum procudit arator Vomeris obtusi dentem: caveat arbore lintres.

LINTĔUM (et Lintium), ii, n. V. voc. seq. §. b.

LINTĔUS, a, um. Adiect. a *linum* per syncopen a *liniteus*, quod in usu quoque fuisse, patet ex *M. Aurel.* apud *Front. 4. ad Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 4.*, ubi *linitei libri* legitur. — **b)** Scribitur et *lintius*, unde et *lintiarius* pro *linteareus* et *lintio* pro *linteo*. Hoc tamen improbat *Auct. Append.* ad *Prob. p. 198. Keil.* « Linteum, non lintium. » — Perperam etiam *lentium* pro *linteum* est in *Gloss. Gr. Lat.* Σάβανον; Sabanum, lentium. — **c)** Derivata et Composita, V in LINUM, suo loco.

LINTEUS proprie est idem ac lineus, vel qui est ex lino; *di lino*. *Cic. 7. Verr. 36.* Lintea vestis. *Liv. 9. 4.* tunica. *Id. 10. 38.* Linteus liber. *Id. 4. 20.* thorax. *Nep. Iphicr. 1.* Genus loricarum mutavit, et pro ferreis atque aeneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit, nam, pondere detracto, quod aeque corpus tegeret, et leve esset, curavit. — **2)** *Lintei libri*, quos *Liv. loc. cit.* et *4. 7. extr.* et *ibid. 20.* et alibi *Livius* memorat, pro charta spisso linteo, et fortasse etiam leviter cerato aut gypsato, confecti erant. Hos annalibus magistratuum conscriptos, et in aede Monetae repositos, idem affirmat. *Plin. 13. 21. 4.* In palmarum foliis primo scriptitatum, deinde quarumdam arborum libris: postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox et privata linteis confici coepta, aut ceris. *Symmach. 4. ep. 34.* Sibyllina etiam carmina linteis textis scripta fuisse significat. Adde *Vopisc. Aurel. 1.* et *8.* Non tamen crediderim, fuisse hos libros ex multis lineis paginis compactos, sed ex linteo oblongo, quod in volumen complicaretur. *Mappae* enim aliquando dicti sunt, ut videre est in *Cod. Theod. 11. 27. 1.* et apud *Var. Auctor. de limit. p. 145. 263.* et *266. Goës.* Horum meminit et *M. Aurel.* loc. cit. supra §. a. — **3)** *Linteus loricae*, de quib. loc. cit. *Nep.* §. *1.*, non solum a militibus, sed etiam a venatoribus gestari solebant, adversus ungues ac morsus ferarum. Quidam putant, factas fuisse ex funiculis, sparteae multiplici filo lineo contortis, et in telam contextis. *Plin. 19. 2. 5.* narrat, in thorace Amasis, Aegypti regis, filo singula tercentis sexaginta quinque filis constitisse. Alii ex lino coacto, et aceto, aut vino austero macerato, ut soliditatem et crassitiem acquireret ad ictus repellendos. Alii denique ex tela linea multis plicaturis octies, aut decies complicata. *Sil. 3. 272.* Tempora multiplici mos est defendere lino, Et lino munire latus. *Id. 4. 292.* fugit hasta per oras Multiplicis lini, subtextaque tegmina nervis. Et *9. 587.* laevum qua tegmine tho-

Digitized by Google

rex Multiplicis lini claudit latus. De his *Casaub.* ad *Suet. Galb. 19. Scalig.* et *Ferrar. de re vestiar. l. 4. part. 2. c. 11.* — **2)** Absolute, substantivorum more,

LINTEUM, ii, n. Est pannus lineus; *panno lino, tela, o pezza di lino, fazzoletto, sciugatoio. Plaut. Most. 1. 3. 109.* Linteum cape, atque exterge tibi manus. *Catull. 12. 3.* Tollis lintea negligentiorum; h. e. sudaria, vel mappas. Ipse mox *sudaria* appellat. *Cic. Rabir. Post. 14.* Merces fallaces et fucosae, chartis, et linteis, et vitro delatae. *Plin. 21. 73. 1.* Folia trita per linteum spissum in aereum vas. *Id. 25. 103. 2.* Succus linteo colatur. *Id. 34. 52. 1.* Spodium lavatur in linteis rariis aqua caelesti. *Id. 28. 62. 3.* Vel suum linteo calefacto impositum. *Suet. Cal. 26.* Quosdam summis honoribus functos sibi coenanti ad pedes stare succinctos linteo, passus est; h. e. lintea tunica succinctos, ephebeorum more, quos delicatiores Romani libidinis causa sibi coenantibus adsistere iubebant sola tunica tenuissima ita alticinctos, ut per eandem totum eorum corpus pelluceret. *Martial. 3. 87.* Recensque sella linteisque, lorisque; h. e. velis, seu plagulis lineis, quibus fenestrae eius claudebantur; *cortine, bandinelle.* — *Sidon. 5. ep. 17. a med.* Linteum villis onustum; h. e. *sciugatoio con frange.* — **3)** Significat etiam cingulum, quo Veteres nudi pudenda protegebant; *il grembiule.* Hinc *Caius, 3. Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) §. 192. Nudus quaerat linteo cinctus, laucem habens: linteum autem est consuti genus, quo necessariae partes tegerentur. — **4)** Latiore significatione est tela ex lino; *tela. Liv. 28. 45. a med.* Populonienses polliciti sunt ferrum, Tarquinienses lintea in tela; *tele da vela.* — **5)** Hinc sumitur pro ipsis velis navium. *Virg. 5. Aen. 686.* certum est dare lintea retro. *Val. Flacc. 4. 83.* Fluctibus intulerant placido cava lintea cursu. *Ovid. 2. Amor. 11. 41.* Zephyri veniant in lintea pleni. *Sever. Aetn. 243.* Quo rapiant nautae, quo sidere lintea tendant. *Plin. 35. 35. 1.* Nero iusserat se pingi in linteo. V. PINGO §. 1. — **6)** Demum dicitur et de tela ex alia materia; *tela di cotone. Plin. 12. 22. 1.* Circa fruticem lanugines esse, tradit, linteaque ea Indicis praestantiora.

LINTIĀRIUS. LINTĬO et LINTĬUM, ii. } V. LINTEUS §. b.

LINTRĀRIUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *linter*, absolute adhibitum de eo, qui lintre commeat; *barcaiuolo. Ulp. Dig. 4. 9. 1.* et *Inscr.* apud *Grut. 345. 4.* et *Murat. 1096. 2.*

LINTRĬCŬLUS, i, m. Deminut. a *linter*; parva linter; *barchetta, schifo. Cic. 10. Att. 10. sub fin.* Ego vero vel lintriculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio.

LINTRIS. V. LINTER §. b.

LĪNUM, i, n. Nomen a Graeca voce, *λίνον*, eiusdem significationis, cuius syllabam primam Graeci corripiunt, Latini vero producunt. — **b)** Derivata, *linabrum, linamen, linamentum, linaria, linarius, linea, linealis, linealiter, lineamentum, linearis, linearĭter, linearius, lineatim, lineatio, lineatus* (v. §. 3.), *lineo, lineola, lineus, linteamen, linteamentum, lintearius, linteator, linteatus, linteo, linteolum, linteolus, linteus.* — **c)** Composita, *collineo, exlinearius, linifer, linifĭcium, linifĭcus, liniger, liniphiarius, liniphio, liniphus, linitextor, rectilineus.*

LINUM proprie est herba, quae macerata, et in lanae mollitiem contusa, netur in usum vestium, candore maxime commendabilis, si diligenter purgetur; *lino.* Multa de eo *Plin. 19. 1. 1.* et *seqq.*, ubi habentur haec etiam: lini tenuitas, splendor, candor, firmitas. linum tundere, pectere, depectere, digerere, carminare, nere, texere, etc. Adde *20. 92. 1.* et *seqq.*, ubi etiam medicinae ex eo. *Cic. 7. Verr. 11.* Reticulum ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis; *di lino finissimo. Virg. 1. G. 77.* Urit enim lini campum seges, urit avenae. *Ulp. Dig. 32. 68.* Linum tam factum, quam infectum, quodque netum, quodque in tela est. *Grat. Cyneg. 37.* linorum messes. — De lino vivo, V. ASBESTINUM. — **2)** Eius usus praecipue in vestibus texendis. Hinc saepe *linum* dicitur de lineo panno, aut veste; *panno lino. Virg. 12. Aen. 120.* Velati lino, et verbena tempora cincti. *Horat. 2. Sat. 4. 54.* Massica integrum perdunt, lino vitiata, saporem; h. e. sacco lineo colata. *Ovid. 5. Fast. 519.* fluminam lino celantibus ulvam incubuere toris; *materasso.* — **3)** Lineae vestis usus praecipue fuit apud sacerdotes Isidis. *Apul. Apol.* Lineum textum puriissimum est rebus divinis velamentum. Quippe lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, iam inde Orphei et Pythagorae scitis, profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui et amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur. V. LINIGER. — **4)** De lino in thoracibus militaribus, V. LINTEUS §. 3. — **5)** Item de velis, quae et *lintea* dicuntur. *Senec. Med. 520.* nunc lina sinu Tendere toto: nunc prolato Pede transversos captare Notos. V. LINTEUS §. 7. — **6)** Item de retibus venatoriis, aut piscatoriis. De illis *Ovid. 7. Met. 768.* et *807.* et *5. ibid. 153.* — De his *Virg. 1. G. 142., Ovid. 14. Met. 931.* et *Iuvenal. 4. 45.* (ubi *lini magister* est piscator) et *5. 103.*, item *Sil. 7. 503.*, ubi *sinuatum linum* est recte contractum in modum sinus: quod fit, cum eius cornua contrahuntur, et ducuntur ad litus. — **7)** Speciatim

II. *Linum* item per synecdochen dicitur de lineo filo, vel funiculo; *filo. Cels. 7. 15. a med.* Ad imum acu traiectatur, duo lina ducente. *Cic. 5. Catil. 5.* Tabellas proferri iussimus: ostendimus Cethego signum: cognovit, nos linum incidimus: legimus. *Linum* intelligit, quo epistolae obligabantur, tabellis ita circumvoluto, ut incidere necesse esset aperire volenti. Quattuor enim erant epistolae scribendae instrumenta, tabellae ceratae, in quibus scribebatur; stilus, quo scribebatur; linum ad obligandum, et claudendum; cera ad obsignandum, qua linum nodo colligabatur. *Plaut. Bacch. 4. 4. 64.* effer cito Stilum, ceram, et tabellas, et linum. Et *ibid. 96.* Cedo tu ceram ac linum actutum: age, obliga, obsigna cito. *Id. Pseud. 1. 1. 40.* Per ceram, et linum, litterasque interpretes Salutem mittit. — Hinc illud *Nep. Pausan. 4.* Vincula epistolae laxavit, signoque detracto, cognovit, etc. — Idem fiebat in tabulis testamentorum, et huiusmodi, quas arcanas et legitimas esse volebant. *Suet. Ner. 17.* Adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabulae nisi pertusae, ac ter lino per foramina traiecto, obsignarentur. *Paul. 5. recept. sentent. tit. 25.* Amplissimus ordo decrevit, eas tabulas, quae publici, vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae, et triplici lino constringantur, atque impositum supra linum cerae signa imprimantur. — **8)** Item de linea piscatoria, ex qua hamus pendet. *Ovid. 13. Met. 925.* Nunc in mole sedens moderabar arundine linum. — **9)** Latiore significatione,

III. *Linum* dicitur etiam de fune, quamvis e lino non sit; *corda, funa. Ovid. 3. Fast. 587.* parant torto subducere carbasa lino. Cf. LINTEUS §. 8. — **10)** Hinc translate de ellychnio lucernae, quod tanquam symbolum impiorum hominum, inter vivos licet miserrime adhuc degentium, apud *Vulg. Interpr. Matth. 12. 20.* (ex *Isai. 42. 3.*). Arundinem quassatam non confringet et linum fumigans non exstinguet. Cf. ARUNDO §. 17. et EXSTINGUO §. 5.

LINYPARIUS. V. voc. seq.

LĪNŸPHĀRĬUS et Liniphārius et Liniphiarius vel Linyphiarius, et Linifarius vel Linyfarius (tot enim modis scriptum reperitur), ii, m. Nomen proprie adiectivum a *linyphus*, absolute tamen adhibitum eodem prorsus sensu; lini textor; *tessitore di lino. Imppp. Theodos. et Valentin. Cod. Theod. 10. 20. 16.* Si quis ex corpore gynaeciariorum, vel linteariorum sive linyphiariorum, monetariorum, ac murilegulorum, vel aliorum similium ad divinas largitiones nexu sanguinis pertinentium voluerint posthac de suo collegio liberari, etc. In *Cod. Iustinian. 11. 7. 13.* eadem haec lex legitur, ubi male *lympharĭorum* pro *linyphariorum*, vel *linyphiariorum* est. Cf. LINYPHUS, *init.*

LĪNŸPHĬĀRĬUS. V. voc. praeced.

LĪNŸPHĬO, ōnis, m. Nomen origine, scriptione et significatione idem quod *linyphus*, quod v. init. — Est autem *linyphio*, lini textor, linteo. *Hadrian.* in *epist.* apud *Vopisc. Firm. Saturn. etc.* Alexandria, civitas opulenta, dives, fecunda: in qua nemo vivat otiosus; alii vitrum conflant, ab aliis charta conficitur, alii linyphiones sunt.

LĪNŸPHUS, Liniphus, Lynyfus (Latina consuetudine, ut et praecedentia vocabula), i, m. Vox Graeca, *λινύφης* vel *λινούφης* vel *λίνυφος*, qua significatur lini textor, lintео, a *λίνον*; linum, et *ὑφαίνω*; texo: *tessitor di lino. Imppp. Valentin., Valens et Gratian. Cod. Theod. 10. 20. 8.* Non minore circa eos etiam mulctae comminatione proposita, qui obnoxios Scythopolitanos linyphos publico canoni in posterum suscipere conabuntur.

LĪO, as, āre. Verbum transitiv. a Graeco *λιάω* vel *λειόω*; polio, levigo; *levigare. Tertull. Idolol. 8.* Scit albarius tectoria inducere, et cisternam liare; h. e. tectorio polire. V. LĒVIS §. b. et LIACULUM. — **2)** Alia significatione, v. in LYO.

LĪOSTRĔA. V. LEIOSTREA.

LĪŎTHĀSĬUS vel Leithasius (ut *liostrea* et *leiostrea* scribitur), a, um. Adiect. a *λεῖος*; levis, glaber, et *Θάσιος*; Thasius, epitheton napi, qui fortasse a Thaso provenit, ceteris laevior. *Plin. 19. 25. 2.* Iidem naporum quinque genera fecere: Corinthium, Cleonaeum, Liothasium, Boeticum, et quod per se viride dixerunt. Et *mox*. Liothasium quidam Thracium appellant, frigorum patientissimum. Haec eadem fere leguntur apud *Theophrast. Hist. plant. l. 7. c. 3.* et *Athenaeum, l. 2. c. 48.*, unde *Plinius* sumpsisse videtur.

LĬPĂRA, ae, f. Vox Graeca proprie adiect. *λιπαρός, ά, όν*; pinguis, unctus; qua absolute adhibita significatur emplastrum lene, quod constet adipis, pinguedinis oleive mixtura quadam. Graece usurpat *Cels. 5. 19. n. 25.* Latine *Plin. 23. 81. 2., 33. 56. 1.* et *34. 55. 2.* et *Scribon. Compos. 220.* et *222.* — **2)** *Lipare*, Graeca positione, *es*, est etiam nomen gemmae, qua sumta omnes bestias evocari tradunt. *Plin. 37. 62. 1.*

LĪPARCUS. V. LIPUCICUS.

Digitized by Google

LĪPĂRĒ, *Graeca positione*, es, f. v. LIPARA §. 2.

LĪPĂRIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λιπαρίς, qua significatur genus quoddam piscis, a pinguitudine dicti: nam λιπαρὸς pinguis est. *Plin. 32. 53. 6.*

LĪPĬO, is, īre. Verbum intransitiv. onomatopoeicum, milvii vocem exprimens. *Auct. carm. Philom. 24.* Accipiter pipat, milvus hiansque lipit. *Alii fortasse rectius leg.* lupit. V. IUGIO, is.

LIPPĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *lippio*, idem quod lippus. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Γλαυκώδης; lippidus.

LIPPĬO, is, īvi, ītum, īre. Verbum intransitiv. a *lippus*. — Particip. *lippiens* et *lippiturus* §. *1*. — Proprie est lippus sum; *h. e.* oculos lacrymantes, aut pituita offusos et sordentes habeo; *essere cisposo*, *o lippo*. *Cic. 7. Att. 14.* Cum fluenter lippirem, has litteras dedi. *Plin. 29. 38. 9.* Ciconiae pullum qui ederit, negatur annis continuis lippiturus. *Id. 28. 27. 9.* Ne omnino lippiatur. *Cels. 1. 9.* Calor adiuvat lippientes, si nec dolor, nec lacrymae sunt. De arida lippitudine loquitur, de qua v. in voce sequenti. Adde *Primas. in epist. 2. ad Corinth. 2.* — **2)** Passive impersonaliter. *Plin. 28. 27. 5.* Lippitudini fel illitum frontibus: aut, ne omnino lippiatur, decoctum etc. — **3)** Translate, et ioculariter *Plaut. Curc. 2. 3. 57.* Os amarum habeo, dentes blennos: lippiunt fauces fame; *h. e.* crassiore saliva, et concretiore veluti obductae sunt, ad instar lippientium oculorum.

LIPPĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *lippus;* vitium oculorum lippientium; *cisposità*. *Cic. 4. Tusc. 37. extr.* Citius repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. *Id. 8. Att. 12.* Mihi molestior lippitudo erat: dictare tamen hanc epistolam malui. *Plin. 28. 47. 5.* Sicca lippitudo lumbulis suum exustis tollitur. *Cels. 6. 6. n. 29.* Est etiam genus aridae lippitudinis, quod ξηροφθαλμίαν Graeci appellant. Sub hoc neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum, et cum dolore quodam fere levi, ac prurigine graves sunt, et palpebrae citra duritiem ullam noctu praegravi pituita inhaerescunt. *Plin. 28. 7. 2.* Lippitudines arcere. Et *31. 47. 2.* abstergere.

LIPPŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *lippus;* aliquantum lippus; *cisposetto*. *Arnob. 7. p. 240.* Quod possent adscribere Diis morbos, non dubitarent eos lienosos, lippulos, atque enteronelicos dicere.

LIPPUS, a, um. Adiect. latentis originis, quod gradibus caret comparativo et superlativo. — **b)** Derivata, *lippidus*, *lippio*, *lippitudo*, *lippulus*. — **c)** Compositum, *perlippidus*.

LIPPUS proprie est oculos habens lacrymantes, aut crassa pituita et adhaerenti offusos: unde visus acies obfuscatur; *cisposo*. *Horat. 1. Sat. 5. 30.* Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. *Id. 1. Ep. 1. 28.* Non possis oculis quantum contendere Lynceus, Non tamen idcirco contemnas lippus inungi. *Id. 1. Sat. 3. 25.* Cum tua praevideas oculis mala lippus inunctis. *Plaut. Bacch. 4. 8. 72.* Lippus oculus. *Id. Mil. 4. 3. 15.* Lippa mulier, atque oculis turgidis. — **2)** Interdum universim *lippus*, etiam absolute, dicitur, qui oculorum et visus vitio aliquo laborat. *Iuvenal. 10. 150.* ardentis massae fuligine lippus; *mezzo cieco*. *Pers. 1. 79.* Flos pueris monitus patres infundere lippos. *Martial. 8. 59.* Lippa sub attrita fronte lacuna patet; *h. e.* cavum oculi amissi assidue lacrymans. — *Plin. 28. 33. 6.* Lactis usus alias contrarius . . . lippis. — **3)** *Horat. 1. Sat. 7. 3.* opinor Omnibus et lippis notum et tonsoribus esse. In proverb. abiit hic versus, cum de re loquimur, quam nemo non videt, aut ignorat: lippi enim, quo minus vident, quoque magis domi continere se coguntur, eo sunt diligentiores in quaerendo, quid novi in urbe eveniat. Tonsores vero in suis officinis, quo confluunt omne genus homines, facile norunt quaecumque aguntur in urbe. Ceterum ipsum quoque *Horatium* lippum fuisse, ex *1. Sat. 5. 30.* et *49.* satis colligitur: et se ipsum quoque his verbis notare voluisse, vero est non absimile. — **4)** Transfertur ad animum, ut *caecus*. *Pers. 5. 76.* hic Dama est non tressis agaso, Vappa et lippus. *Horat.* quoque hac ratione fortasse usurpat *1. Sat. 1. 120.* Crispini scrinia lippi compilare. *Bentlei.* tamen aliter legit. — **5)** *Lippa ficus* apud *Martial. 7. 20.* est valde matura, et dulci humore fluens instar oculi lippientis.

LIPS, v. LIBS.

LIPSĂNAE, ārum, f. Vox Graeca, λείψανον, qua significatur id, quod relictum est, reliquiae. *Acta S. Liberat. et Soc. MM. in fin.* Humatae sunt lipsanae beatae sanctorum in monasterio Bignae.

LIPTŌTES. v. LITOTES.

LĪPURGUS. v. voc. seq.

LĪPŪRĬCUS, i, m. Vox Graeca, λιπυρικός, qua significatur qui febri continua laborat. — Titulus est comoediae Plautinae deperditae, incertae tamen lectionis; nam alii leg. *Lipargus*, alii etiam *Lipurgus*. V. *Ritschel, Parerg. 1. p. 136.*

LĪQUĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *liquo;* qui liquari potest; *che si può liquefare*. *Apul. Apol.* Laurus fragilis, limus durabilis, cera liquabilis. *Prudent. Hamartig. 744.* saxum liquabile vocat statuam salis, in quam uxor Lot conversa est, *Genes. 19. 26.*

LĪQUĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *liquo;* materia liquefacta. *Colum. 7. 4. ad fin.* Succus excocti lupini, veteris vini faex, et amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ovis imbuitur. — **2)** Specialim dicitur de pinguitudine animalis ad ignem liquefacta, et adhuc magis specialim de garo, quod est genus condimenti liquidi ex putrefactis piscium intestinis, aliave ratione confectum, et in usum coquinarium servatum ad condiendos cibos; *conditura*, *concretum*. *Id. 6. 2.* Libralesque offas, in praesulsae adipis liquamine tinctas, lingula demittito. *Pallad. 3. 25. ante med.* Liquamen de piris facere. Habet etiam saepe *Apicius*. — Huc spectat etiam *Inscr.*, quae legitur in parva amphora, edita in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1855. p. 85.* LIQVAMEN OPTIMVM. — Absolute. *Iunior, Deser. Orb. 38.* Hispania . . . oleum multum et liquamen emittit.

LĪQUĀMENTĀRĬUS, ii, m. v. LIQUAMINARIUS.

LĪQUĀMENTUM, i, n. Verbale a *liquo*, syllabica adiectione productum, idem quod liquamen. *Veget. 3. Veterin. 66.* Adde *Not. Vir. p. 183.*

LĪQUĀMĪNĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *liquamen*, absolute adhibitum de eo, qui liquamina vendit. *Gloss. Philox.* Liquaminarius; γαρεπώλης. — *Gloss. Placid. p. 444. ed. Mai.* Cete dicitur genus marinae beluae. Ab hoc vero genere abusive piscatores cetaria dicuntur. Et quia tractant ea, quae ex piscibus fluunt, *liquemanarii*, qui ex corporibus piscium humorem liquant. *Hildebr. ad Gloss. Lat. p. 54. n. 76.* pro *liquemanarii* legendum proponit *liquamentarii* vel *liquaminarii*. V. loc.

LĪQUĀMĪNĀTUS, a, um. Adiect. a *liquamen*, participiorum more effictum; liquamine conditus. *Apic. 8. 7.* Liquaminatus porcellus. Sed *Schuch, L. l.* legit Liquaminatum de porcello; ut *liquaminatum* absolute dictum sit, eadem ratione qua *lassatum* et *piperatum*. V. *Schuch, l. c.*

LĪQUĀMĪNŌSUS, a, um. Adiect. a *liquamen;* liquamine abundans. *Marcell. Empir. 8. ad fin.* Res salsae et liquaminosae.

LĪQUĀRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *liquo;* ad liquandum pertinens. — Huc *Liquariae mensurae* in *Inscr.* apud *Grut. 1020. 10.* sunt mensurae liquidorum.

LĪQUĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *liquo;* actus liquandi; *liquefazione*. *Vopisc. Aurelian. 46.* Aurum per varios bracteorum, filorum et liquationum usus perit.

LĪQUĀTŌRĬUM, ii, n. Verbale a *liquo*, vas ad liquandum aptum. *Cael. Aurel. 2. Acut. 39. a med.* Si vinum sine faece per liquatorium fundatur; *h. e.* per colum.

LĪQUĀTUS, a, um. Particip. verbi *liquo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est liquidus factus; *liquefatto*, *strutto*. *Cic.* vertens carmina *Aeschyli*, *2. Tusc. 10.* Liquatae solis ardore excidunt guttae. *Ovid. 4. Fast. 432.* expressis mella liquata favis. *Plin. 34. 36. 1.* Liquatum aes. — **2)** Item percolatus; *colato*. *Id. 15. 37. 2.* Liquatum vinum. Et *30. 39. 5.* oleum. *Id. 31. 22. 1.* Liquatae aquae. Et *28. 39. 1.* medullae per cribrum; *fatte passare*. *Colum. 12. 53. ad fin.* Succus per colum lanceum liquatus. — **3)** Translate. *Quintil. 12. 6. 4.* Quae deferbuisse tempore et annis liquata iam senior idem fatetur. — **4)** Item clarus, purus. *Hostius* apud *Macrob. 6. Saturn. 3.* non si mihi linguae Centum, atque ora sient totidem, vocesque liquatae.

LĪQUĔFĂCĬO, ĭcis, ēci, actum, ĕre. Verbum transitiv. a *liquco* et *facio*, cuius variationes sequitur. V. FACIO. — **b)** Secunda syllaba brevis est, sed necessitate produci potest, quoties brevis est item, quae sequitur: quod fecit *Catullus* loc. mox cit. in §. 1. V. REPERFACIO. — Idem dicendum est etiam de particip. *liquefactus* apud *Sil. 1. 178.* — **c)** Particip. *liquefaciens* §. *1.*, *liquefactus*, v. suo loco.

LIQUEFACIO proprie est liquidum facio, fluidum reddo, solvo, mollio ignis aut solis calore; *struggere*, *liquefare*, *sciogliere*. *Catull. 33. 6.* Omentum in flamma pingue liquefaciens. *Plin. 31. 49. 2.* Sol eram ne liquefaciat, protegunt tenui linteo. — **2)** Translate est mollire, effeminatum reddere. *Cic. 5. Tusc. 6.* Illi beati, quos nulli metus terrent, nullae aegritudines exedunt, nullae futiles laetitiae exsultantes languidis liquefaciunt voluptatibus. — **3)** Passive

II. *Liquefio*, *fis*, *factus sum*, *fieri*. Eodem sensu proprio est liquidus ac fluens fio, solvor, liquesco; *struggersi*, *liquefarsi*, *sciogliersi*. *Ovid. 7. Met. 160.* congestaque flamma Tura liquefiunt. *Al. leg.* liquefaciunt. *Plin. 28. 38. 1.* Serum liquefieri prius iubent. *Gell. 17. 10. in fin.* Saxa et scopulos liquefieri. — **4)** Translate. *Ovid. 1. Pont. 2. 57.* Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis, Ignibus admotis, ut nova cera solet; *si struggono*, *si consumano*. *Al.* liquescunt *leg.*: sed hoc est a *liquesco*, et primam corripit. Sunt etiam, qui pro *solet* reponunt *liquet*.

LĪQUĔFACTUS, a, um. Particip. verbi *liquefacio*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est liquidus ac fluens factus; *strutto*, *liquefatto*, *sciolto*. *Cic. 3. Catil. 8.* Legum aera liquefacta. *Id. 2.*

Digitized by Google

Nat. D. 10. Glacies liquefacta et dilapsa. *Virg. 1. G. 473.* saxa. Et *4. ibid. 56.* mella calor liquefacta remittit. Et *9. Aen. 588.* Liquefactum plumbum. *Quintil. 10. 1. 19.* Cibos mensos et prope liquefactos demittimus, quo facilius degerantur. *Ovid. 15. Met. 829.* Lac mihi semper adest niveum; pars inde bibenda Servatur, partem liquefacta coagula durant. Et *9. ibid. 175.* caeca liquefactae tabe medullae; h. e. corruptae. Sic *Virg. 4. G. 555.* liquefacta boum per viscera toto Stridere apes utero; *infradictate.* — *Sil. 1. 178.* Ossa liquefactis fumarunt fervida membris. V. LIQUEFACIO §. b. — **2)** Translate. *Sil. 11. 416.* Bacchi dona volunt, epulasque, et carmina rursus Pieria liquefacta lyra; h. e. mollita, fracta, fluentia et liquida.

LĬQUĔFĬO. V. LIQUEFACIO §. 3. et 4.

LĬQUENS et LĪQUENS, entis. Particip. verbi *liqueo*, prima correpta, vel a *liquor*, prima producta; significatione tamen eadem manente: est enim, adiectivorum more adhibitum, idem quod liquidus, fluidus; *liquido, fluido. Varr. 2. RR. 11.* Lac est omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile. *Virg. 5. Aen. 238.* et vina liquentia fundam. Et *6. ibid. 724.* caelum ac terras, camposque liquentes; h. e. mare. Et *9. ibid. 679.* Quales aëriae liquentia flumina circum Consurgunt geminae quercus. Et *4. G. 413.* fluviumque liquentem. Et *1. Aen. 436.* aut cum liquentia mella Stipant. — **2)** Translate est purus, clarus, liquidus. *Gell. 18. 5. sub fin.* Ut non turbidae fidei, nec ambiguae, sed, ut purae liquentisque esset. Alii leg. *puro, liquentiusque:* tanquam sit comparativum a *liquenter:* quae minus apte cohaerent. *Prudent. 1. περὶ στεφ. 88.* per poli liquentis axem.

* LĪQUENTER, v. voc. praeced. §. 2.

LIQUĔO, liques, licui *vel* liqui, liquēre. Verbum intransitiv., quod usurpatur fere in tertiis personis, eiusdem originis ac *liquo*, quae radix primitiva videtur (Cf. CONIUGATIO in *Nota*), seu *liquor* (quod V.) et *linquo*, quorum radix LIC vel LIQ videtur. Cf. LIX. — Porro *liquo, is*, pro *liquo, as*, servatum nobis est in *Onom. Lat. Gr.* Liquo; τήκομαι; h. e. liquor, tabesco. — **b)** Praeteritum *liqui* habent *Cic. 1. Nat. D. 42., Ulp. Dig. 29. 5. 2.* et *Tertull. Car. Christ. 17., 5. advers. Marcion. 13.* et *advers. Gnost. 6.*, quibus locis alii malunt scribi *liquvit*, ut *pluvit, fuvit*. Alii vero ubique vellent *licui*, quod in compositis *deliquesco* dicatur *delicui*, et *colliquo, is, collicui*. Et sane *Cuiac. l. 11. Observation. c. 1.* in libris suis legit *licuerit*, apud *Ulp. loc. cit.*, tametsi *Torrent.* et *Haloander* ediderunt *liquerit*. — **c)** Monendum insuper est praeteritum *licui* commune habere cum illo verbi *licet*, cum quo saepe etiam confusum fuit, ut dictum est in LICET §. d. — **d)** Particip. *liquens*, v. suo loco. — **e)** Derivata, *liquabilis, liquamen, liquamentarius, liquamentum, liquaminarius, liquaminatus, liquaminosus, liquarius, liquatio, liquatorium, liquesco, liquida, liquiditas, liquiduisculus, liquidus, ligno, liquor, ōris*, et *liquor, ōris*. — **f)** Composita, *colliquefactus, colliquesco, colliquo, delico, deliqueo, disliquidum, elicator, elices, eliquo, illiquefactus, illiquor, liquefacio, obliquo, perliquidus, proliceo, proliquatus, pseudoliquidus*.

LIQUEO proprie est liquidus sum, sed hoc sensu non reperitur in usu, nisi in particip. praesenti *liquens*, quod v. suo loco. — **2)** Hinc, translate et fere impersonalium more,

LIQUET, ebat. Est liquidum, manifestum, exploratum est, clare patet, constat, compertum est; *esser chiaro, manifesto, apparire, sapersi*. Nam *liquere* proprie dicuntur, quae fluida sunt et clara, atque adeo perlucida quodammodo, ut videre est in metallis liquefactis, et in aqua glacie soluta: vel quae percolata et defaecata sunt, atque adeo pura et minime turbida. Quo spectare videtur illud *Plauti Pseud. 2. 4. 69.* Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, Nunc liquet, nunc defaecatum est: cor mihi nunc pervium est. *Id. Trin. 2. 1. 5.* Hoc non liquet, neque satis cogitatum est, Utram potius etc. Et *ibid. 7.* De hac re mihi satis haud liquet. *Ter. Eun. 2. 3. 59.* Illum liquet mihi deierare, his mensibus Sex non vidisse; *so certo di poter giurare. Ovid. 1. Trist. 1. 62.* Dissimulare velis: te liquet esse meum. *Cic. 1. Nat. D. 12.* Protagoras sese negat omnino de Diis habere, quod liqueat. *Id. Caecin. 11.* Utrum his testibus non credidistis, cum quid liqueret, non habuistis? *Id. 1. Nat. D. 42.* Cui neutrum liquerit, nec esse Deos, nec non esse. *Quintil. 9. 3. ad fin.* Relationem quid accipi velit, non mihi liquet. *Gell. 14. 1. ante med.* Mirabatur, id cuiquam pro perceptо liquere, stellas non esse plures, etc. *Id. 1. 3.* Quod recte ne, an perperam fecerim, nondum mihi plane liquet. *Ulp. Dig. 29. 5. 2.* Si liquerit eum vivere. — in plur. num. *Plaut. Most. 2. 1. 69.* ego efficiam, quae facta hic turbabimus, Profecto ut liqueant omnia et tranquilla sint. — **2)** *Non liquet*, Italice *non sono a segno*, formula erat iudicialis, cum significare volebant iudices, non satis sibi constare de causa, nec utrum damnandus, an absolvendus esset reus, vel qua poena puniendus: ideoque ampliatione opus esse, et de integro rem agi, in aliud tempus reiiciendo. Haec verba inscripta erant in tabella per notas N. L. ut in AMPLIATIO §. 2. dictum est: atque hoc suffragium *balla non sincera* a Venetis dictum. *Cic. Cluent. 28.* Homines sapientes, qui neque absolvere hominem nocentissimum possent, neque eum, de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita, primo condemnare vellent, non liquere dixerunt. *Id. Caecin. 10. a med.* Cum causam non audisset, et potestas esset ampliandi, dixit, sibi liquere. *Gell. 14. 2. ad fin.* Iuravi, mihi non liquere.

LĬQUESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *liqueo*, vel a *liquor*. — Particip. *liquescens* §. 1. — Proprie est liquidus fio, liquor, liquefio; *struggersi, liquefarsi, ammollirsi. Virg. 8. Ecl. 80.* Limus ut hic durescit, et haec ut cera liquescit. *Id. 8. Aen. 446.* Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit. *Liv. 21. 36.* Tabes nivis liquescentis. *Plin. 37. 59. 1.* Galaxia in ore liquescit; *si disfà in bocca*. — **2)** Translate. *Ovid. Ib. 425.* Sic tua nescio quo semper fortuna liquescat, Lapsaque per medias effluat usque manus. *Id. 1. Pont. 1. 67.* Nil igitur mirum, si mens mihi tabida facta, De nive manantis more liquescit aquae; *si strugge, si consuma:* nam quae liquescunt, semper aliquid perdunt, et paulatim imminuuntur, et evanescunt. *Id. 7. Met. 550. de cadaverib. tus defunctorum*, dilapsa liquescunt, Afflatuque nocent, et agunt contagia late. *Sense. ep. 26.* Incommodum summum est minui, et deperire, et, ut proprie dicam, liquescere. *Prudent. 6. Cathemer. 146. ad Diabolum.* Hic Christus est: liquesce; *vieni meno, struggiti*. — **3)** Alia translatione. *Cic. 2. Tusc. 22.* Cum voluptate liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. — **4)** Deinde

II. *Liquesco* significat etiam liquidum ac purum fieri, ut ea, quae liquantur et percolantur. *Hirt. B. Alex. 5.* Alexandria specus habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quae paulatim spatio temporis liquescit ac subsidit, nam quae flumine Nilo fertur, adeo est limosa atque turbida, ut etc. — **5)** Translate, clarum fieri, innotescere. *Fulgent. Virg. Contin. post med.* Ut certius tibi liquescat, quod dictum est. — **6)** Speciatim a Grammaticis *liquescere* dicuntur consonantes *l, m, n, r*, quando aliis consonantibus postpositae, ab iis quodammodo molliuntur et tenuantur. *Val. Prob. 1. p. 1389. Putsch.* Adde *Serg. in Donat. art. prim. 4.* et *Atil. Fortunatian. 2. 2.*

LĬQUET, ēbat, etc. V. LIQUEO.

LĬQUĬDĒ. Adverb. a *liquidus*. — Comparat. *liquidius* et superlat. *liquidissime* §. 2. — Proprie est clare, lucide; *chiaramente, lucidamente. Gell. 2. 21.* Caelum liquide serenum. *Id. 14. 1.* Siderum observatio haudquaquam liquide consistit. — **2)** Refertur etiam ad sonum. *Plin. 10. 88. 1.* Aquilae clarius cernunt, liquidius audiunt talpae. — **3)** Translate est manifeste, aperte, certe; *manifestamente, con certezza. Cic. 10. Fam. 10.* Tuis litteris lectis, liquidius de sensu tuo iudicavi. *Id. 2. Fin. 12. extr.* Quod eo liquidius faciet, si perspexerit etc.; *con tanto maggior certezza. Macrob. 1. Somn. Scip. 20.* Obscuritatem definitionis liquidius absolvens. *Augustin. ep. 28. ad fin.* Liquidissime atque invictissime defendere.

LĬQUĬDĬTAS, ātis, f. Abstractum a *liquidus;* claritudo; *fluidezza, chiarezza. Apul. de Mundo.* Aëris liquiditas ad modum tegminis.

LĬQUĬDĬUSCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *liquidus;* aliquantum liquidus, lenis, mollis. — Translate. *Plaut. Mil. 3. 1. 70.* leniorem dices, quam mutum est mare: Liquidiusculusque ero, quam ventus est Favonius.

LĬQUĬDO, as, āre. Verbum transitiv. a *liquidus;* ad liquidum perduco, perficio. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Liquido; ἐξακριβῶ.

LĬQUĬDO. Adverb. V. LIQUIDUS §. 20.

LĪQUĬDUS et LĪquidus, a, um. Adiect. verbale a *liqueo* vel *liquor*, prout prior syllaba est brevis (quod est frequentius), vel longa. Hinc *Lucret. 4. 1252.* Crassaque conveniant lĭquidis et lĪquida crassis. *Id. 2. 452.* fluido quae corpore liquida constant. Cf. LIQUENS *init.* — Comparat. *liquidior* §. 2. et *11.*, superlat. *liquidissimus* §. 3.

LIQUIDUS proprie est fluidus, liquens, mollis; *fluido, liquido:* cui opponitur durus, crassus, spissus, cohaerens. Unde *Ovid. 1. Met. 23.* Et liquidum spisso secrevit ab aëre caelum. — **2)** Item purus, clarus, sine sordibus: talia enim sunt fere, quae fluunt. Hinc *Cato, RR. 73.* Aquam bonam et liquidam bibant boves, semper curato. *Plin. Paneg. 82.* Flumina nunc rigentia gelu, nunc liquida et deferentia. *Lucret. 6. 266.* Ignis item liquidum facit aes, aurumque resolvit. *Horat. 1. Od. 35. 20.* liquidum plumbum. Et *ibid. 5. 2.* liquidi odores; *unguenti. Lucret. 6. 404.* liquida moles; h. e. mare. Et *275.* humor liquido pede detulit undas; h. e. fluenti. *Ovid. 1. Met. 704.* Liquidae Nymphae; h. e. fontium. *Cels. 2. 6. a med.* Liquida alvus. Et *ibid. 8. circa med.* Venter liquidus; *scorrenza*. V. LIQUO §. 2. — **3)** Item fluidus simul, et purus, clarus, limpidus, defaecatus; *chiaro, puro, limpido. Horat. 1. Ep. 14. 34.* Liquidum Falernum. *Martial. 13. 60.* merum. *Colum. 12. 38.* vinum, et sine face, *Virg. 2. Ecl. 59.* liquidis immisi fontibus apros. *Id. 4. G. 101.* Dulcia mella premes; nec tantum dulcia, quantum Et liquida. *Lucret. 5. 282.* Liquidum lumen. *Curt. 7. 11.* Liquidior lux. *Virg. 6. Ecl. 83.* Liquidus ignis. *Id.*

Digitized by Google

1. G. 404. aër. *Id. 7. Aen. 65.* aether. *Horat. 4. Od. 8. 7.* color. *Varr.* apud *Non. 4. 2.* et *275.* Phrygios per ossa cantus liquida canit anima; *con voce e suono chiaro.* — **4)** Item serenus; *sereno. Virg. 10. Aen. 272.* liquida si quando nocte cometae Sanguinei lugubre rubent. *Id. 4. G. 59. de apib.* Nare per aestatem liquidam suspexeris agmen. *Lucret. 4. 168.* modo cum fuerit liquidissima caeli Tempestas, perquam subito fit turbida. — **5)** Translate. *Cic. Caecin. 27. ad fin.* Cuius tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quidquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. — *Laev.* apud *Gell. 2. 24. 9.* Lex Licinia introducitur: Lux liquida haedo redditur; *h. e.* liberatur haedus, qui iam mactandus erat, et diei luci restituitur legis Liciniae vi, quae sumptus moderabatur. — *Varr.* apud *Non. 554. 15. Mero.* Hunc vocasse ec *(sic)* liquida vita in curiae vestrae faecem. V. *Riese ad h. l.* — **6)** Specialim, cum addito,

II. *Liquida vox* apud *Lucret. 2. 145., Virg. 1. G. 410.* et *Horat. 1. Od. 24. 3.* est pura, clara, mollis, et apte suaviterque fluens. Sic *liquidum citharae carmen,* apud *Lucret. 4. 978.* — **7)** *Liquida mens* apud *Catull. 63. 46.; mente chiara.* — **8)** *Liquida fides* est pura, sincera, nullis permixta dolis. *Ovid. 1. Pont. 9. 10.* Seria cum liquida saepe peracta fide. *Val. Max. 6. 5. n. 1.* Quia parum liquida fide id gestum ab imperatore videbatur. — **9)** *Liquida voluptas,* itidem pura, sincera, nullo dolore admixto. *Cic. 1. Fin. 18.* Animus a se ipse dissidens gustare partem ullam liquidae voluptatis et liberae non potest. *Lucret. 3. 40.* Voluptas liquida et pura. — **10)** *Liquidus homo,* placidus et minime turbatus ira. *Plaut. Most. 3. 2. 64.* Nunquid increpavit filium? *Tra.* Tam liquidus est, quam liquida esse tempestas solet. Sic *liquidus animus,* tranquillus, serenus. *Id. Epid. 5. 1. 56.* Animo liquido et tranquillo es: tace. — **11)** *Liquidus somnus* apud *Val. Flacc. 4. 16.* est tranquillus, placidus, atque adeo altus, profundus. Vel ea ratione dicitur, qua *irriguus somnus* apud *Pers. 3. 88.* et, sopor irrigat artus, *Virg. 5. Aen. 511.* adludendo ad cornu, quo Somnus deus perfundere membra fingitur: de quo *Stat. 2. Theb. 144.* et *Val. Flacc. 8. 72.* — **12)** *Liquida oratio,* pura. *Cic. Brut. 79.* Oratio ita pura erat, ut nihil liquidius, ita libere fluebat, ut nusquam adhaeresceret. — **13)** *Liquidum iter* apud *Virg. 5. Aen. 217.* est, quod per aëra habetur: apud *Propert. 3. 20. 14.* quod mari. — **14)** *Liquida palaestra* dicitur a *Lucan. 9. 661.*, quia oleo perungebantur qui se in illa exercebant. — **15)** *Liquidum auspicium,* manifestum, certum: vel quod sereno caelo accidit, atque adeo propitium est. *Plaut. Pseud. 2. 4. 72.* Avi sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia. — **16)** *Liquidae consonantes* a Grammaticis dicuntur, quae sunt quodammodo molliores, et ab aliis consonantibus comprimi et frangi possunt ut *l* et *r* apud Latinos, et hae ipsae, atque *m* et *n* apud Graecos. *Diomed. l. 2., Priscian. l. 2., Val. Prob. l. 1.* etc. — **17)** Absolute, substantivorum more,

Liquidum, i, n. Est aqua, humor. *Horat. 1. Sat. 1. 34.* tibi si sit opus liquidi non amplius urna. *Ovid. 5. Met. 455.* neque adhuc epota parte loquentem Cum liquido mixta perfudit Diva polenta. — **18)** Translate *ad liquidum* est usque ad rem exploratam et manifestam; *in chiaro. Liv. 35. 8. ad fin.* Si quid vani afferret, argui posset, donec ad liquidum veritas explorata esset. *Senec. ep. 71. ad fin.* Quid erit haec virtus? iudicium verum et immotum: ab hoc omnis species, quae impetum movet, redigetur ad liquidum. *Quintil. 5. 14. a med.* Ad liquidum confessumque perducere aliquid. *Curt. 9. 2. ante med.* Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia, illa tradente, maiora sunt vero. — **19)** Item, absolute,

Liquidum, adverbiorum ritu, est clare: et refertur ad sonum. *Ovid. 1. Amor. 13. 8.* Et liquidum tenui gutture cantat avis. *Calpurn. 4. Ecl. 130.* Tam liquidum, tam dulce canunt. — **20)** Item, in ablativo casu sing.

Liquido, pariter adverbiorum more, est clare, manifeste, aperte, certo; *liquidamente, chiaramente, per certo. Cic. 5. Verr. 59.* Manifesta res est, cum nemo esset, quin hoc se audisse liquido diceret. Et *6. ibid. 56.* Confirmare hoc liquido, iudices, possum. *Ter. Andr. 4. 5. 14., Senec. 7. Benef. 9.* et *Ovid. 3. Pont. 3. 49.* liquido iurare. *Cic. 11. Fam. 27.* negare; *a chiare note, francamente. Plin. 6. 38. 5.* Liquido patet. *Ulp. Dig. 44. 5. 1. circa med.* Si liquido apparet. *Id. ibid. 29. 4. 4.* Si liquido constiterit. *Pompon. ibid. 22. 2. 42.* Si liquido approbari non potest.

LIQUIRITĬA, ae, f. Vox Graeca, γλυκυρρίζα; glycyrrhiza, ita corrupte scripta, unde nunc suum *liquirizia* habent Itali, apud *Theod. Priscian. de diaeta, 9.* Liquiritia frigida est et dulcis. Adde *Veget. 4. Veterin. 9.*

LĪQUIS, quĕ. Adiect. a *linquo* (qui enim linquit, seu delinquit, transversa sive obliqua ratione agit). Exinde est compositum *obliquus,* eiusdem significationis. *Frontin. in exposit. formar. p. 100. Lachm.* Omnium summitatum metiundi observationes sunt duae, enormis et liquis. V. ibi reliqua. Eadem habet *Boëth. Geom. p. 414. ibid.* — *Furlanetto* contulit *liquis* cum Graecis λίξ et λιγ, πλάγιος *Hesychii.*

LĬQUO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. eiusdem originis cum *liqueo* et *liquor,* quibus adde et *linquo.* Cf. DELIQUO §. a. et V. LIQUOR. — **b)** Particip. *liquans* §. 5., *liquandus* §. 2., *liquatus,* v. suo loco. — **c)** Derivata et Composita, v. suo loco in LIQUEO.

LIQUO proprie est liquentem reddo, liquefacio, fundo, solvo; *struggere, liquefare, sciogliere. Plin. 36. 66. 2.* Vitrum continuis fornacibus, ut aes, liquatur. Et *ibid. 13. 2.* Lapis liquatur igni, ac funditur ad usum vitri. *Id. 22. 25. 1.* Anchusa liquari non potest in aqua: oleo dissolvitur. *Lucan. 7. 158. de fulmine.* Excussit cristas galeis, capulosque solutis Perfudit gladiis, ereptaque tela liquavit. — **2)** *Liquare alvum* est liquidam reddere; *lubricare. Cels. 4. 4. n. 2.* Liquanda alvus, interdum etiam ducenda: quibus extenuatum corpus incipit spiritum trahere commodius. — **3)** Est etiam colare, defaecare, purgare; *colare, purgare. Colum. 9. 15. ad fin.* Tenui vimine rarius contextus saccus, qualis est, quo vinum liquatur. *Frontin. Aquaed. 15.* Interposita est piscina limaria, ubi consisteret, et liquaretur aqua. *Manil. 5. 554.* et silicem rivo saliente liquabit. *Horat. 1. Od. 11. 6.* Sapias, vina liques; *h. e.* saccis eorum vires frangas et defaeces, ut meliora sint et suavius bibantur. Metonymice autem est, defundas et bibas. — *Vulg. Interpr. Matth. 23. 24.* Duces caeci liquantes culicem, camelum autem glutientes.

LĬQUO, is, ĕre. V. LIQUEO §. a.

LĪQUOR, quĕris, qui. Verbum intransitiv. forma deponens, eiusdem originis ac *liqueo* et *linquo,* ut diximus suo loco. V. LIQUEO §. a. — Particip. *liquens,* v. suo loco. — Proprie est liquefio, liquesco, dissolvor, labor, diffluo; *sciogliersi, liquefarsi, scorrere. Virg. 1. G. 43.* Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur. *Id. 9. Aen. 813.* tum toto corpore sudor Liquitur. Et *5. ibid. 27.* Nam quae prima solo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttae. *Lucan. 9. 772.* femorum quoque musculus omnis Liquitur, et nigra distillant inguina tabe. *Stat. 5. Theb. 618.* cui nunc venit irritus ori Lactis, et infelix in vulnera liquitur imber. *Plin. 15. 6. 5.* Oleum e cortinis in labra fundendum, ut fraces et amurca liquentur. — **2)** Pro defluo; *cader giù. Symmach. 1. ep. 33.* Aiunt cochleas, cum sitiunt aëris, atque illis de coelo nihil liquitur, succo proprio victitare. — **3)** Translate. *Lucret. 2. 1150.* Inde minutatim vires et robur adultum Frangit, et in partem peiorem liquitur aetas; *h. e.* labitur, defluit, deficit. *Plaut. Trin. 2. 1. 17.* Illico res foras labitur, liquitur; *h. e.* res familiaris dissolvitur, absumitur.

LĪQUOR et LĪquor, ōris, m. Verbale a *liqueo* vel *liquor,* prout prima corripitur (quod frequentius), aut producitur (Cf. supra LIQUENS, *init.* et LIQUIDUS §. a.). — Proprie est humor liquidus; *liquore, umore. Cic. 2. Nat. D. 59.* Liquores perlucidi amnium. *Lucret. 1. 936.* Liquor mellis. *Id. 2. 846.* Sicut amaracini blandum, stactaeque liquorem. *Id. 5. 14.* liquoris vitigeni latex. *Ovid. Ib. 594.* Liquor Stygius. *Id. 1. Pont. 8. 38.* Virgineus; *h. e.* aquae Virginis. *Cic. Prognost. 1. Divin. 7.* Saxaque cana, salis niveo spumata liquore. *Virg. 3. G. 484.* fluidus liquor; *h. e.* tabes. *Senec. Oedip. 565.* niveus lactis. *Plin. 38. 51. 2.* oleaceus. *Stat. 3. Silv. 3. 212.* Assyrius; *h. e.* amomum. *Cels. 7. 21. n. 2. de hernia aquosa.* Liquoris eius maior modus prohibet. *Scribon. Compos. 8.* Liquor e naribus. *Senec. Oedip. 955.* Hactenus fundent levem oculi liquorem. — **2)** Sensu concreto est ipsa substantia liquida, liquiditas; *liquidità, fluidezza. Cic. Univ. 14.* Causae, quae vim habent frigoris et caloris, concretionis et liquoris. *Id. 2. Nat. D. 10.* Atque aquae etiam admixtum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquae declarat effusio. *Lucret. 1. 455.* Pondus uti saxis, calor ignibu', liquor aquai. V. supra *init.* — *Plin. 33. 32. 1.* Vomica liquoris aeterni argentum vivum appellatur. — **3)** De mari. *Horat. 3. Od. 3. 46.* qua medius liquor Secernit Europen ab Afro.

LĪRA, ae, f. Vox parum certae originis, quae tamen nonnullis videtur esse a Graeca λειρός, ά, όν, apud *Hesych.* Λειρός, ὁ ἰσχνός. — **b)** Derivata, *liratim, liro.* — **c)** Composita, *deliro, perdeliro.*

LIRA proprie eadem est ac porca, latior tamen; *terra sollevata tra solco e solco, aiuola. Colum. 2. 4. a med.* In liram iugerum satum redigitur. Liras autem rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis praebeat. Et *ibid. 8.* Cavebitur tamen, ut patentes liras, crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus. Et *ibid. 10. ante med.* Prius iaciemus semina, deinde proscindemus terram, proscissamque in liram revocabimus. *Id. 11. 3. ante med.* Ulpici spicae cum sint divisae, liratim seri debent, ut in pulvinis positae minus infestentur hiemis aquis. Est autem lira similis ei porcae, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uligines vitent: sed haec in hortis minor est facienda, et per summam partem eius; id est in dorso inter palmaria spatia spicae ulpici disponendae sunt: sulci liratum inter se distent semipedali spatio. — **2)** *Nonius* tamen *1. 62.* et *Isid. 15. Orig. 15.* ita liram a porca distinguunt, ut hanc dicant quod in arando exstat, liram quod defossum est; scilicet sulcum. Etiam *Gloss. Philox.* Lira, αὖλαξ, et *Fest. p. 201. Lind.* por-

Digitized by Google

cam, sulcum definit. Sed magis a *Columella* standum est, qui liram et porcam, idem fere facit. Sed V. PORCA.

LĪRĀTIM. Adverb. a *lira*; per liras, secundum liras. *Colum. 11. 3. ante med.* Habet ulpicum plures cohaerentes spicas, easque cum sint divisae, liratim seri debent, ut in pulvinis positae minus infestentur hiemis aquis. V. LIRA §. 1.

LĪRĪNON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λείριον, qua significatur oleum, seu unguentum, quod ex liliis conficitur, quae λείρια Graeci appellant. *Plin. 21. 11. 1.* et *23. 49. 1.* V. CRINITUM.

LĪRĪON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, λείριον, qua idem significatur, quod Latine *lilium*. — Latinis litteris usurpat *Apul. Herb. 107.* V. LILIUM §. 3.

LĪRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lira*. — Particip. *lirans* §. 2. — Proprie est liras facio, in liram satum redigo: quod fit post iacta semina, ut terra obruantur. *Varr. 1. RR. 29.* Terram cum primum arant, proscindere appellant: cum iterum, offringere: tertio cum arant, iacto semine, lirare dicuntur: id est, cum tabellis additis ad vomerem, simul et satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant fossas, quo pluvia aqua delabatur. Haec *Varro*. *Plin. 18. 49. 3.* Aratione per transversum iterata, occatio sequitur; ubi res poscit, crate, vel rastro: et, sato semine, iteratio. Haec quoque, ubi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operiente semina: unde primum appellata deliratio est. *Colum. 11. 2. circa med.* Si facilis est terra, proscinditur iugerum duabus operis, iteratur una, lirantur una iugera quattuor: cum in subacta iam terrae latiores porcae sulcantur. — **2)** Qui *liram* sulcum interpretantur, *lirare* intelligunt sulcum facere. Hinc pro arare sumitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 532.* Lirantes, arantes. — **3)** Metaphorice pro delirare posuit *Auson.*; hoc est a recta via declinare, aberrare a veritate: *epist. 10. 8.* Phoebus iubet verum loqui. Et si Pierias patitur lirare Sorores, Nunquam ipse torquet αὔλακα. — **4)** *Lirare alicui labias*, lacerare. *Pompon.* apud *Non. 1. 62.* Num quis hic resistit, qui nondum labias lirarit mihi?

LĪROE, ōrum, m. Vox Graeca, et Graeca positione usurpata, λῆροι; idest deliria, gerrae, nugae. Interdum enim nomina secundae declinationis per diphthongum oe more Graecorum usurpata reperiuntur. Sic *Adelphoe* inscribitur Terentii comoedia, quae Graece Ἀδελφοί. *Plaut. Poen. 1. 1. 9.* Nam tuae blanditiae mihi sunt, quod dici solet, Gerrae germanae, atque aedepol liroe, liroe. Sunt qui Graece legunt λῆροι, λήροι. vel λῆροι λήρων.

LĪS, lītis, f. Nomen parum certae originis. Quidam volunt primum dictam *stlitem* a *stlendo*, deinde *stlitem*, demum *litem*. Alii ducunt ab Ἴλις pro ἔρις, per aphaeresim; quod valde probabile est; ita enim etiam *lilium* a λείριον. Cf. RIXA. — **b)** Porro *stlites* pro *lites* Veteres usurpasse, testatur etiam *Quintil. 1. 4. 16.* et *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Stlata, p. 312. Müll.* Hinc *decemviri Stlitibus iudicandis* saepius in antiquis Lapidibus memorati, V. DECEMVIRI §. 2. — **c)** Scribitur item ἀρχαΐδας *leis* pro *lis*. Hinc in *fragm. Leg. Servil.* apud *Haubold, Monum. leg. p. 26.* IOVDICATIO LEITISQVE AESTVMATIO. — **d)** *Liti* pro *lite* in ablativo est *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 116. Müll.* Liti cecidisse dicitur, qui eius rei, de qua agebat, causam amisit. Ubi nota *liti* pro *lite*, ut *igni* pro *igne*, et alia. Sed *Müller* legit *litis*, ut sit genitivus Graecorum more pro ablativo positus. — **e)** In genitivo plur. *litium* non *litum* habere, docet *Grammat.* in *fragm. de Nomin. n. 26. p. 134. Endl.* — **f)** Derivata, *litigatio, litigator, litigatrix, litigatus, us, litigiosus, litigium, litigo.* — **g)** Composita, *elitigo, litiger*.

LIS proprie dicitur de re, quae est in controversia. *Varr. 7. LL. 5. circa med.* Quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis: ideo in actionibus videmus dici, *Quam rem, sive litem dicere oportet*. Ad hanc formulam alludit *Cic. Mur. 12. extr. de ICtis*. Illud mihi mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum rem, an litem dici oporteret. *Id. ibid. 20.* Lites severe aestimatae. V. AESTIMO §. 4. *Id. Rosc. Com. 1.* Quo minus secundum eas tabulas lis detur, non recusamus. Et *ibid. 14.* De tota lite pactionem facere. *Liv. 5. 72.* Iudices in suam rem litem vertunt. — **2)** Item de ipsa controversia. *Cic. 3. Orat. 28.* Superius illud genus causam aut controversiam appellant, eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt; h. e. controversia iudicialli. *Id. 5. Verr. 15.* Verre nemo posset, si . . . bona tua repetere, ac persequi lite atque iudicio. *Id. 1. Orat. 10.* Litem alicui intendere; movere. *Id. Rabir. Post. 4.* et *Cluent. 41.* inferre in aliquem. *Id. 16. Att. 15.* contestari. *Id. Rosc. Com. 4.* obtinere, aut amittere. *Id. 3. Offic. 10. a med.* orare. *Horat. 1. Sat. 9. 37.* perdere. *Quintil. 4. 2. a med.* suscipere. *Id. 6. 1. ad fin.* agere adversus aliquem; *trattare*. *Ter. Eun. 4. 5. 8.* Lites factae sunt inter eos maximae. *Quintil. 3. 11. ad fin.* Scire, quid litem faciat; h. e. instituat. *Hermogenian. Dig. 48. 10. 20.* Litem instruere advocatione, aut testibus. *Tryphonin. ibid. 3. 2. 22.* instituere de re quapiam; *piantare*. *Papinian. ibid. 3. 5. 30.* in iudicium deducere. Et *ibid. in fin.* Sumptus in lite *facere*. *Paul. ibid. 3. 30.* Facere impensas in litem. *Virg. 12. Aen. 898.* litem discernere agris. *Id. 9. Ecl. 14.* incidere novas lites. *Cic. 5. Verr. 57. extr.* sedare. *Horat. 1. Ep. 16. 42.* secare. *Id. 1. Sat. 7. 3.* molestas habere cum aliquo. *Id. 1. Ep. 2. 11.* et *Virg. 3. Ecl. 108.* componere inter aliquos. *Ovid. 6. Fast. 39.* in litem studio certaminis ire. *Ter. Adelph. 2. 2. 40.* lites sequi. *Id. Phorm. 2. 3. 61.* sectari. Et *4. 3. 29.* litibus desistere. — **3)** Speciatim

II. *Litem suam facere*, dicitur orator, cum, relicta causa, se ipsum defendit, et oblitus rei, pro se dicit. *Cic. 2. Orat. 75.* Quid, si cum pro altero dicas, litem tuam facias, aut laesus efferare iracundia, causam relinquas; nihilne noceas? — **4)** Item iudex, in quem litis damnum transfertur, quia vel dolo malo, vel pecunia corruptus, vel gratia, vel ex ignorantia male iudicavit, ut est apud *Ulp. Dig. 5. 1. 15.* Adde *Cat(um, ibid. 44. 7. 4. a med.* — **5)** Hinc translate *Gell. 10. 1.* Nam et Varro satis aperte, quid dici oporteret, edocuit; et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui. — **6)** Item qui ad constitutum tempus ad causam disceptandam in foro non adfuit, cum iudex esset datus aut sumptus. *C. Titius* apud *Macrob. 2. Saturn. 12.* Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant. — **7)** Latiore significatione,

III. *Litis* nomen, inquit *Ulp. Dig. 50. 16. 36.*, omnem actionem significat, sive in rem, sive in personam sit. Quare etiam de capitali iudicio dicitur. *Cic. Cluent. 41.* Iudices, quod sibi eum, quem semel condemnarunt, inimicum putant esse, si qua in eum lis capitis illata est, non admittunt. — **8)** Item universim *lis* dicitur de quacumque controversia, certamine, contentione, iurgio; *contesa, contrasto*. *Horat. Art. P. 77.* Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor, Grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est. *Propert. 4. 5. 39.* Semper habe morsus circa tua colla recentes, Litibus alternis quos patet esse datos. *Senec. Troad. 223.* Et causa litis regibus, Chryse iacet. *Plaut. Rud. 2. 7. 23.* Sat litium est. *Id. Casin. 5. 3. 6.* Litem perdere. *Id. Rud. prol. 17.* Qui hic litem adipisci postulant periurio; h. e. vincere volunt. — **9)** *Nostra lis est* absolute pro vicimus apud *Eund. Casin. 2. 8. 73.* Sed si nunc facere volt hera officium suom, Nostra omnis lis est. — **10)** Proverbii species est illud *Horat. 2. Sat. 3. 103.* Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit. — **11)** Translate dicitur de discrepantia et contrarietate rerum inanimatarum. *Ovid. 1. Fast. 108.* Ut semel haec rerum secessit lite suarum, Ioque novas abiit massa soluta domos. *Id. 16. Heroid. 288.* Lis est cum forma magna pudicitiae.

Nota. Discrimen inter *litem* et *rixam* tradit *Isid. 1. Differ. n. 546.* « *Lis* inter duos committitur et mota finitur; *rixa* inter multos et iurgio constat. »

LISIPONUM. V. LVSIPONIUM §. 2.

LISTĂ, ae, f. Vox vulgo, ut videtur, usurpata; legitur enim in *Gloss. Lat. Gr.* Lista ἡ ἐπὶ τοῖς ἁρίστοις κώμοις; h. e. τοῖς ἱπποδρόμοις κώμοις, ut *Vulcanius* emendat, qui insuper adnotat: « Voce *lista* in eadem significatione hodie variae nationes utuntur. » Et reapse *lista* Italice quoque usurpatur.

LISTODIOCTĂ. V. LESTODIOCTA.

LĪTĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *lito*. — Comparat. *litabilior*, infra. — Est qui litari potest. *Lactant. 1. 21.* Priapo litabilis victima est asellus; h. e. iusta et grata, qua illud numen placari potest. *Minut. Fel. Octav. 32.* Litabilis hostia. Rursus *Lactant. Epit. 7.* Litabilior victima. *Prior Lactantii loco alii leg.* litalis.

LĪTĀLIS, le. V. voc. praeced. *in fin.*

LĪTĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *lito*; sacrificium, quo litatur. *Stat. 10. Theb. 610.* Audite, o sontes, extrema litamina Divûm; h. e. ut ait *Lactant.* Sacrificiorum signa, post quae sacrificare iterum non licet. *Prudent. praef. Hamartig. 50. de Cain immolante*. Cuius litamen sordet, et terram sapit.

LĪTĂNĬĂ, ae, f. Vox Graeca, λιτάνεια, eiusdem significationis, a λιτή, unde λιτανεύω; supplico; quare perperam a quibusdam *letania, laetania* vel *loetania* scribitur. — Proprie ac universim est supplicatio, preces; *preghiera, supplica*. *Sidon. 5. ep. 7.* et *Impp. Aread. et Honor. Cod. 1. 5. 3.*, *litanias facere*; h. e. preces simul cum aliis habere. *Cassiod. 1. Hist. Eccl. 11.* divinae mentis virtutem habens *(monachica conversatio)* semper contemplatur omnium Creatorem et eum nocte dieque colens, orationibus et litaniis placat indubitanter. — **2)** Speciatim hoc nomine videtur indicari formula precationis *Kyrie eleison*. Sic enim *Benedict. Reg. 9.* Post hos *(psalmos)* lectio apostoli sequatur ex corde recitanda et versus et supplicatio litaniae; id est *Kyrie eleison*: et sic finiantur vigiliae nocturnae. — Hinc absolute. *Id. ibid. 12.* Inde benedictiones et laudes, lectio una de Apocalypsi ex corde . . . canticum de Evangelio, litania et completum est. Adde *ibid. 13.* — **3)** Distingui tamen videtur in *Sacrament. Gelas. 1. 20.* Et post modicum intervallum mox incipiunt omnes: *Kyrie eleison*, cum laetania. Hac expleta, ascendunt etc. *Id. ibid. 42.* Et inci-

Digitized by Google

pit clerus letaniam et procedit sacerdos de sacrario. — Hinc fortasse colligi potest initio hoc nomine venisse formulam *Kyrie eleison* scriptam sumptam (V. KYRIE ELEISON), postea vero etiam illam, quae invocationem B. Virginis et Sanctorum, quae additae sunt, continebat, quaeque hodie *litanie* lato sensu appellantur.

LĪTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lito;* actus litandi, sacrificii peractio rite facta, voti per caesam victimam impetratio. *Plaut. Pseud. 1. 3. 99.* Ut hodie ad litationem huic suppetat satius Iovi. *Liv. 27. 23.* Per dies aliquot hostiae maiores sine litatione caesae, diuque non impetrata pax Deorum. *Id. 41. 15.* Cum relatum esset, iecur hostiae defluxisse; senatus maioribus hostiis usque ad litationem sacrificari iussit. *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 587.* Agnam optimam immolarunt, et hostiae litationem inspexerunt; h. e. observarunt, num caesae hostiae exta recte se haberent, ex haruspicinae praescripto: nam nisi id ita esse reperissent, aliis iisque maioribus hostiis Deorum iram placare studebant. V. LITO §. 1. Adde *Lactant.* ad *Stat. 12. Theb. 486.*

LĪTĀTO. Adverb. V. LITATUS §. 2.

LĪTĀTOR, ōris, m. Verbale a *lito;* propitiator. *Vulg. Interpr. Ital. 1. Iob, 4. 10.* apud *Bedam* in *Act. Apost.* Et misit filium suum litatorem pro peccatis nostris. *Vulg.* noster habet *propitiationem.*

LĪTĀTUS, a, um. Particip. verbi *lito*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Exponitur a *Festo* apud *Paul. Diac. p. 118. Müll.* Litatum alii solutum, deditum Deo, quasi luitatum; alii ex Graeco, a precibus, quas illi λιτὰς dicunt. *Virg. 4. Aen. 50.* Tu modo posce Deos veniam, sacrisque litatis indulge hospitio. Ubi *Servius:* Diis litatis debuit dicere, non enim sacra, sed Deos sacris litamus; idest placamus. Ergo nove dixit. Sed distinguendum est, ut dicamus *sacris;* id est per sacra: *litatis* scilicet Diis. Hoc *Servii* postremum, ut nihil dicam de reliquis, minime placet. Nam et violentum est, et in aliis huiusmodi locis locum habere non potest, ut apud *Ovid. 14. Met. 158.* Sedibus Euboicam Stygiis emergit in urbem Troïus Aeneas, sacrisque e more litatis, Litora adit, etc. *Iustin. 20. 2.* Litatis hostiis, obtentoque, ut rebantur, quod petebant. — **2)** Absolute, adverbiorum more, LITATO significat hostiis litatis; h. e. ex more inspectis, et recte se habentibus. *Liv. 8. 38.* Non Deorum saltem, si non hominum, memores, nec auspicato, nec litato instruunt aciem; *senza prendere gli auspizi, senza osservare, se propizie fossero le interiora delle vittime.*

LĪTĔRĂ. } V. LITTERA §. b.
LĪTĔRŪLA. }

LĪTHANĬCUS, i, m. Nomen proprie adiectivum a Graeca voce λιθιάω; calculo laboro, absolute adhibitum de eo, qui calculo laborat. *Plin. 20. 87. 3.* Utuntur *(sinapi)* ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthiriases, lithanicos, opisthotonicos. *Harduinus* adnotat: Ita libri omnes; alii *tetanicos*, ego *lichenas* malim.

LĪTHARGŸRĬNUS, a, um. Adiect. Graecum, λιθαργύρινος; qui ex lithargyrio constat. *Boëth. Aristot. Elench. Sophist. 1. 1. p. 755.* Illorum haec quidem argentum, ista vero aurum revera sunt; illa non sunt quidem, apparent autem secundum sensum, ut lithargyrina et stannea, argentea et felle tincta, aurea.

LĪTHARGŸRUM, i, n. Vox Graeca, λιθάργυρος, qua significatur scoria argenti in lapidis duritiem compacta, usum habens in medicina, a λίθος; lapis, et ἄργυρον; argentum. *Plin. 26. 64. 2.* — Alii in recto casu efferunt *litharguyrus, i.*

LĪTHIZON, *Graeca positione*, ontis, m. Vox Graeca, λιθίζων, quod est particip. verbi λιθίζω, lapidesco. — *Lithizontes* sunt gemmae quaedam ex genere carbunculorum languidius lucentes, ita dictae quod ad lapidum potius, quam gemmarum naturam accedant. *Plin. 37. 25. 3.*

LĪTHOSPERMON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λιθόσπερμον, qua significatur genus quoddam herbae ita dictae a λίθος; lapis, et σπέρμον; semen, de qua *Plin. 27. 74. 1.* Inter omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius: aliqui exonychon vocant, alii diospyron, alii Heracleos. Herba quincuncialis fere, foliis duplo maioribus, quam rutae, ramulis surculosis, crassitudine iunci. Gerit iuxta folia singulas veluti barbulas, et earum in cacuminibus lapillos candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapideos. Ipsi qua pediculis adhaerent, cavernulas habent, et intus semen. Nascitur et in Italia: sed laudatissimum in Creta. Nec quicquam inter herbas maiore miraculo aspexi: tantus est decor, velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis: tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis, etc.

LĪTHOSTRĂCUS. V. LEIOSTREA.

LĪTHOSTRĔĂ, ōrum, n. Vox Graeca, λιθόστρεα, qua significatur genus quoddam ostreorum, quae in rupibus ac petris capiuntur. *Lamprid. Elagab. 19., ubi alii leg.* Leiostrea. V. hanc voc.

LĪTHOSTRŌTUM, i, n. V. voc. seq. §. 2.

LĪTHOSTRŌTOS, *Graeca positione*, et *Latina*

LĪTHOSTRŌTUS, a, um. Adiect. Graecum, λιθόστρωτος, qua significatur locus, qui lapidibus est stratus, a λίθος; lapis, et στρώννυμι; sterno. *Varr. 3. RR. 1. 10.* Villa opere tectorio et intestino ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectanda. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Ioh. 19. 13. de Pilato.* Sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. V. GABBATHA. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LITHOSTROTUM, i, n. Est genus quoddam pavimenti, quod proprie differt ab opere musivo sive tessellato, quia illud e crustulis marmoreis diversi coloris, hoc parvis lapillis quadratis, seu tessellis constat; *lastrico, o pavimento di lastre marmoree di vari colori, a compartimento:* quamquam universim de quocumque pavimento marmoreo accipi solet. *Plin. 36. 60. 1.* Pavimenta originem apud Graecos habent elaborata arte, picturae ratione, donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui etc. *Id. ibid. 64. 1.* Lithostrota acceptavere iam sub Sulla: parvulis certe crustulis exstat hodieque, quod in Fortunae delubro Praeneste fecit. *Varr. 3. RR. 2.* Emblema, aut lithostrotum. Adde *Capitolin. Gordian. 32.* Cf. ad rem *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. T. 7. p. 216.* et *seqq.*

LĪTHŌTŎMĬA, ae, f. Vox Graeca, λιθοτομία, qua proprie significatur sectio lapidis in hominum vesica; *litotomia. Cael. Aurel. 3. Chron. 4. a med.* Et *(ad Albenda)* lithotomia in iis, qui maiorem generaverint lapidem.

LĪTĬCEN, ĭnis, m. Nomen a *lituus* et *cano;* qui lituo canit, ut *tubicen*, qui tuba; *trombetta. Varr. 5. LL. 16. sub fin.* Tubicines a tuba et canendo: similiter liticines. *Cic. 2. Rep. 20.* Accensi, veluti, liticines. *Stat. 4. Silv. 7. 19.* liticenve notus Hectoris armis; h. e. Misenus. Adde *Caton.* apud *Gell. 20. 2.* et *Ammian. 14. 2. Inscr.* apud *Don. el. 6. n. 118.* M. Aurelius M. Aur. l. Crestus liticen Leg. III. Parthic. Adde *alium* apud *Murat. 798. 1.*, ubi litui figuram videre est. — **2)** *Liticinum collegium* memoratur in *Inscr.* apud *Orelli*, n. *4165.* M. Iulius Victor ex collegio liticinum cornicinum.

LĪTĬGANS, antis. Particip. verbi *litigo*, adiectivorum more etiam adhibitum: ac deinde absolute pro litigatore; *litigante. Gell. 2. 12. extr.* Litigantes destituere. Et *14. 2. a med.* Sensus litigantium deprehendere. *Plin. 19. 6. 1.* Velis forum adumbravit, ut salubrius litigantes consisterent.

LĪTĬGĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *litigo;* lis, litigium. *Lactant. 5. 8.* Omissis litigationibus furiosis ac pertinacibus, veniamus ad iudicem. *Al. rectius leg.* litigatoribus. *Gloss. Philox.* Litigatio, μάχη ἢ δίκη λέγων.

LĪTĬGĀTOR, ōris, m. Verbale a *litigo;* qui litigat; *litigatore. Cic. Dom. 44.* Emit domum litigatoribus fatigatis. *Al. leg.* licitatoribus. *Quintil. 2. 21. 16.* Litigator rusticus illitteratusque de sua causa melius, quam orator, qui nescit, quid in lite sit, dicet. *Id. 10. 1. ante med.* Ne orator omnia testimonia expetat a litigatore, sed pleraque ex vetustate diligenter sibi cognita sumat. *Suet. Aug. 35.* Appellationes urbanorum litigatorum. *Tacit. 13. Ann. 42.* Sponte litigatoris, praemium honestae operae assequi. Cf. voc. praeced.

Nota. Discrimen inter *litigiosum* et *litigatorem* tradit *Isid. 1. Differ. n. 328.* « *Litigiosus* est, de quo litigatur; quasi ager; *litigator*, qui litigat. »

LĪTĬGĀTRIX, ĭcis, f. Verbale a *litigo;* quae litigat; *litigatrice. Not. Tir. p. 34.* Litigat, litigatrix.

LĪTĬGĀTUS, us, m. Verbale a *litigo;* lis, litigium. In sexto casu sing. *Quintil. Declam. 6. 19.* Quamquam in hoc litigatu quodammodo tibi ipsa excidisti.

LĪTĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lis* et *gero;* qui litem gerit, sive ad litem pertinens. Legitur apud poëtam in *Anthol. Lat. T. 2. p. 652. Burm.* Non ego litigeros cupio cognoscere fasces.

LĪTĬGĬŌSUS, a, um. Adiect. verbale a *litigo.* — Comparat. *litigiosior* et superlat. *litigiosissimus* §. 1. — Proprie est qui frequens in litibus versatur, vel quavis de causa litem movet; *litigioso. Cic. 4. Verr. 14.* Hominemque id aetatis minime litigiosum, quam tumultuosissime adoriantur. *Sidon. 8. ep. 3.* Duae anus, quibus nihil unquam litigiosius, bibacius, vomacius erit. *Augustin. ep. 68.* Homines pertinacissimi et litigiosissimi. Adde *Firmic. 3. Mathes. 8.* — *Vulg. Interpr. Prov. 19. 13.* Tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier. Adde *ibid. 27. 15.* et *1. Tim. 3. 3.* — **2)** Translate. *Cod. Theod. 3. 1. 1.* Nec enim . . . contractus sine ulla culpa celebratus litigioso strepitu turbandus est. — **3)** Interdum idem est ac controversus, seu de quo lis est; ἀμφισβητούμενος, ἀμφισβητήσιμος. *Cic. 3. Orat. 27.* In parvo, et eo litigioso praediolo relicti sumus. — **4)** Dicitur etiam de re plena litibus, seu de loco, in quo lites agitantur. *Ovid. 4. Fast. 188.* Fora litigiosa. — **5)** Item de oratione contentiosa. *Cic. 5. Fin. 26.* Habent enim et bene longam, et satis litigiosam disputationem.

Nota. Discrimen inter *litigiosum* et *litigatorem*, V. sub v. LITIGATOR in *Nota*.

LĪTĬGĬUM, ii, n. Verbale a *litigo;* litis actio, lis, controversia. *Plaut. Cas. 3. 2. 31.* Ego quid contrahere cupio litigii inter eos. *Id. Men. 3. 2. 13.* Cum viro litigium natum. *Cassiod. 11. Var. 1. ante med.* Paucis litigia nodosa dissolvit.

Digitized by Google

LĪTĪGO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv. a *lis* et *ago*. — Particip. *litigans*, v. suo loco, *litigaturus* §. 1. — Proprie est discepto, contendo; *litigare, far lite*. *Cic. 9. Fam. 25.* Noli pati, litigare fratres, et indiciis turpibus conflictari. *Id. 13. Att. 36.* Hirtium cum Quinto acerrime litigasse. *Plaut. Rud. 4. 4. 16.* Qua de re litigatis inter vos? *Martial. 11. 56.* Quare non veniam vocatus a te, Miraris, quererisque, litigasque. *Tertull. 2. ad Uxor. 5.* Apud arbitrum speculatorem litigaturi. — **2)** Translate. *Petron. Satyr. 132.* Quid? non et Ulysses cum corde litigat suo? — **3)** *Litigare cum ventis* proverbium apud *Bund. ibid. 85.*, est inani contentione certare et operam perdere. Graece εἰς ἀέρα λαλεῖν.

LĪTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum, originis minus certae. Vulgo putatur frequentativ. a *luo; h. e.* solvo. Nam ut *optimus*, inquit *Foreellinus* noster, pro *optumus, maximus* pro *maxumus* dixere Posteriores, sic *litare* pro *lutare*. Igitur *litare* est sacra persolvere. Ideo autem sumitur pro placare, quia qui solvit, quod debet, is a creditoris se molestia liberat. *Varro* ἐκκαιδέκατῳ περὶ θυσιῶν. Habes, qui, et cuius rei causa fecerim hecatombeu: in quo ego, ut puto, quoniam est luere, solvere, lutavi. Haec citat *Non. 2. 482.* Tunc autem litasse credebant Veteres, cum exta hostiarum luculenta et notis felicibus insignita essent. — **b)** Deponentium more *litor, aris*, et quidem transitive cum accusativo usurpatum fuisse, testatur *Priscian. 18. p. 1163. Putsch.*, nullo tamen addito exemplo. — **c)** Particip. *litans* §. 1., *litatus*, v. suo loco, *litaturus* §. 1. — **d)** Derivata, *litabilis, litamen, litatio, litator*. — **e)** Compositum, *perlito*.

LITO proprie est sacrificio facto Deo placo votumque impetro; *placare con sacrifizii per ottenere il compimento dei propriti voti; sacrificare per aver buoni auspicii*. *Suet. Caes. 81.* Pluribus hostiis caesis cum litare non posset, introiit curiam, spreta religione. *Plaut. Poen. a 2. v. 41.* Si istuc unquam factum est, tum me Iuppiter Faciat, ut semper sacrificem, nec unquam litem. *Plin. 8. 70. 8.* Victimarum probatio in vitulo, ut articulum suffraginis cauda contingat: breviore non litant. *Suet. Aug. 96.* Sacrificio non litante, cum augeri hostias imperasset. *Martial. 10. 73.* Non quacumque manu victima caesa litat. *Inscr.* apud *Grut. 162. 1.* Sacra litaturo fecit honore Lacer. *Macrob. 3. Sat. 2. 7.* Legimus, quod litare sola non possit oratio, nisi ut is, qui Deus precatur etiam aram manibus apprehendat. *Id. ibid. 3. 4.* ad illud *Virg. 2. Aen. 118. Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum Argolica*. Nam et *animam;* id est hostiae nomen posuit, et *litare*, quod significat sacrificio facto placasse numen. Adde *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* — Passive impersonaliter. *Cic. 2. Divin. 17.* Cum pluribus Diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? *Plin. 10. 40. 1.* Litatum est ei Deo. — Huc spectat et *Virg.* locus paulo supra allatus. — **2)** Ponitur aliquando pro parentare sacrificando. *Cic. Flacc. 38.* Litemus Lentulo, parentemus Gethego. — Passive impersonaliter. *Senec. Agamemn. 577.* Postquam litatum est Ilio, Phoebus redit. — **3)** Illud *Plinii praef. Hist. Nat. ante med. Mola tantum salsa litant, qui non habent tura*, proverbii speciem habere potest, de iis scilicet, qui, ut possunt, vivunt, quando, ut vellent, non licet, ut est apud *Ter. Andr. 4. 3. 10.* vel qui quod habent, libenter largiuntur, plura daturi, si haberent. — **4)** Translate. *Senec. Med. sub fin.* Plura non habui, dolor, tibi quae litarem. *Apul. 3. Met. 8.* De latronis huius sanguine legibus vestris, et disciplinae publicae litate; *h. e.* huius morte legum vim inemini et servate. *Plin. Paneg. 53.* Statuae aureae strage et ruina publico gaudio litaverunt; *h. e.* satisfecerunt. — Passive impersonaliter. *Apul. 5. Met. 30.* Tunc iniuriae meae litatum crediderim, quum etc. *Id. 6. ibid. 28.* Sat tibi miseris istis cruciatibus meis litatum est. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 12.* — **5)** *Amori litare* dixit *Apul. 9. Met. 20.* de concubitu amatorum. — **6)** Transitivorum more.

II. *Lito* cum accusativo est sacrificare, mactare, Diis offerre. *Suet. Oth. 8.* Victimas Diti patri caesas litavit: cum tali sacrificio contraria exta potiora sint. *Alii rectius leg.* victima caesa. *Ovid. 4. Fast. 630.* Pontifices forda sacra litate bove. *Stat. 10. Theb. 538.* et *Lucan. 1. 632.* tibi enim haec ego sacra litavi. *Flor. 3. 4.* Litare Dils sanguinem humanum. *Propert. 4. 1. 24.* Pastor et ad calamos exta litabat ovis. — *Vulg. Interpr. Eccli. 35. 5.* Propitiationem litare sacrificii super iniustitias. — **2)** Ponitur interdum pro Deo offerre, sacrificare. *Tertull. Patient. 10.* Quem autem honorem litabimus Domino Deo. *Prudent. 7. Cathemer. 5.* litare victimam. — **3)** Item pro expiare. *Auct. B. Hisp. 24.* Ita pridie duorum centurionum interitio hac adversariorum poena est litata.

Nota I. Constructio verbi, intransitivorum more, est cum dativo personae vel rei, vel ablativo rei, transitivorum autem, cum accusativo et dativo. — **Nota II.** Discrimen inter *litare* et *sacrificare* tradit *Lactant.* ad *Stat. 10. Theb. 610.* Inter litare et sacrificare hoc interest: sacrificare est hostias immolare, litare vero post immolationem hostiarum impetrare, quod postules. Cf. et IMMOLO in *Nota* §. 2.

LĪTOR, āris. V. voc. praeced. §. b.

LĪTŎRĀLIS (et Littoralis), le. Adiect. a *litus;* ad litus pertinens, litoreus; *litorale*. *Plin. 9. 30. 2.* Litorales pisces. *Iustin. 12. 10.* Indi. *Philarg.* ad *Virg. 4. G. 465.* Quidam volunt Atticen primo vocitatum Actiacen, quia sit litoralis. — **2)** *Dii litorales* sunt ii, qui praesunt litoribus, et in iis templa habere solent, quae adeunt nautae vota soluturi pro felici navigatione. *Catull. 4. 22.* Vota facta litoralibus Diis. — Quinam fuerint, tradit *Virg. 1. G. 436.* Votaque servati solvent in litore nautae Glauco, et Panopeae, et Inoo Melicertae. V. PERMARINUS.

LĪTŎRĀRĬUS (et Littorarius), a, um. Adiect. a *litus;* litoreus. *Cael. Aurel. 5. Chron. 11. ante med.* Convenit etiam arenae litorariae adhibendus fervor. *Isid. 19. Orig. 1. 27.* Litorariae naves. V. TRABARIUS. — Apud *Augustin.* in *Psalm. 135. n. 7.* ubi *litoraria civitas* alii leg. *littorialis*.

LĪTŎRĔUS (et Littoreus), a, um. Adiect. a *litus;* ad litus pertinens, maritimus; *litorale, di lido*. Vox est fere poëtica. *Ovid. 13. Met. 725.* Litorea arena. *Martial. 10. 78.* Ibis litoreas, Macer, Baionas. Et *58.* Litorea domus. *Virg. 12. Aen. 248.* Litoreae aves. Et *8. ibid. 43.* ilices. *Ovid. 15. Met. 369.* Et *10. ibid. 127.* Litoreus cancer; *h. e.* qui prope litus degere amat.

LĪTŎRĬĀLIS (et Littorialis), le. V. LITORARIUS *in fin.*

LĪTŎRŌSUS (et Littorosus), a, um. Adiect. a *litus*. — Superlat. *litorosissimus*, infra. — Est litoralis, litoreus. *Plin. 37. 36. 1.* Callais sapphirum imitatur, candidior, et litoroso mari similis; *h. e.* eum aquae marinae colorem referens, qui est circa litus. *Fab. Max.* apud *Serv.* ad *1. Aen. 7.* Ager macerrimus et litorosissimus.

LĪTŎTĒS, is, f. Vox Graeca, λιτότης; *h. e.* tenuitas: a λιτός, tenuis, exiguus. Nomen est figurae, qua negando contrarium, plus significamus, quam dicimus: et est species synecdoches. *Serv.* ad *1. Aen. 77.* Figura est litotes, quae fit quotiescumque minus dicimus et plus significamus per contrarium intelligentes. — Exempla eius non una idem *Servius* in *Virgilio* observavit, ut *2. G. 129.* Miscueruntque herbas, et non innoxia verba; *h. e.* nocentissima. Et *ibid. 125.* Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris; *h. e.* strenuissima. Et *3. ibid. 56.* Nec mihi displiceat maculis insignis et albo; *h. e.* valde placeat. *Id. 5. Aen. 39.* non immemor ille parentum; *ben ricordevole*. Et *7. ibid. 261.* Munera nec sperno; *accetto volentieri*. *Sulpic.* ad *Cic. 12. Fam. 4.* Etsi scio non iucundissimum nuncium me vobis allaturum; *h. e.* tristissimum. — **2)** Etiam sine negatione fit, cum res magna verbis extenuatur, ut *Virg. 1. Aen. 81.* mihi iussa capessere fas est; *h. e.* oportet, necesse est omnino. V. plura apud *Voss. l. 4. Institut. orator. c. 10. n. 8.*, ubi statim monet, male a quibusdam *liptotes* dici.

LITTĔRĂ et Litera ae, f. Nomen etymi parum certi apud ipsos Veteres. *Mar. Victorin. 1. 3. 1.* et *2.* « *Litteram* quidam putant dictam, quasi *legitteram*. Quare? quod legenti iter praebeat. Quidam quidem dixerunt *leviteram*. Quare? quia levat ut iteretur; id est delectat iterum ut scribatur. » *Priscian. 1. p. 538.* « Dicitur autem *littera* vel quasi *legitera*, quod legendi iter praebeat, vel a *lituris*, ut quibusdam placet, quod plerumque in ceratis tabulis Antiqui scribere solebant. » *Furlanetto* in *Append.* ad *h. v.* addit: « Videtur tamen huius vocis etymon esse a λιτός; tenuis; etenim *Priscian. l. c. Litera est minima pars vocis compositae.* » — Recentiorum alii a *litum* supino verbi *lino* ducunt, unde et *litura*, quod *Priscianus, l. c.* monuerat. — **b)** Ad scribendi autem rationem quod attinet, qui a *lino* deducunt, etiam simplici *t* scribi volunt: quam scriptionem probat *Dausq.*, et fulciunt libri non pauci. Verum gravior antiquitas stat pro duplici *tt*, quam lapides, Pandectae Florentinae, et libri veteres, testib. *Manut.* et *Cellar.* confirmant. — *Littera* pro *litera* ἀρχαϊκῶς habetur in *Fragm. leg. Servil. Repetund. c. 12.* — **c)** Derivata, *litteralis, litterarius, litterate, litteratio, litterator, litteratorius, litteratrix, litteratulus, litteratura, litteratus, litterio, littero, litterosus, litterula*. — **d)** Composita, *illitteratus, oblittero, perlitteratus*.

LITTERA et Litera proprie dicitur elementum, sive minima ac individua pars orationis, ex qua syllaba constituitur, ut *a, b, c.; littera*. *Cic. 1. Divin. 13.* Sus rostro si humi A litteram impresserit. *Id. 2. ibid. 41.* Sortes in robore insculptae priscarum litterarum notis. *Id. 4. Verr. 53. extr.* Maximis litteris incisum; *a littera maiuscola* (Sic littera quadrata apud *Petron.*). Et *2. Fam. 17. a med.* Ille cum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me litteram nunquam misit; *nè pur una lettera*. *Vel. Long. Orthogr. init.* Definitio litterae varia fuit apud plerosque. V. integr. loc. *Serg. de art. grammat. 4.* Litterarum nomina declinationibus carent, neutrique sunt generis. *Rhemn. Palaemon, p. 1371. Putsch.* Omnes litterae generis neutri sunt, numeri tantum singularis et aptotae dicuntur; si vero edicias *littera*, fiunt generis feminini. — *Plin. 37. 54. 1.* Reliquas gemmas litterarum ordine explicabimus; *per alfabeto*. Sic *Senec. ep. 68. a med.* Digerere in litteram; *h. e.* per ordinem litterarum, ut singula sub sua littera

Digitized by Google

perscribantur. *Plin. 13. 23. 4. de charta*. Inserta mediis glutinamentis taenia, vix, nisi littera fundente se; *h. e.* ductu litterae per atramentum facto. *Ovid. 1. Met. 649.* Litteram ducere in pulvere. *Cic. Brut. 74.* Lenis appellatio litterarum. *Plaut. Rud. 3. 2. 18.* Imo edepol una littera plus sum quam medicus; *h. e.* mendicus. *Quintil. 1. 4. 27.* Non excludo irritandae ad discendum infantiae gratia eburneas etiam litterarum formas in lusum offerre. *Hieronym. ep. 107. n. 4.* Fiant ei litterae vel buxeae vel eburneae et suis nominibus appellentur. Ludat in eis, ut et lusus eius eruditio sit. — **3)** Litteras invenisse primi dicuntur Assyrii, vel Aegyptii, vel Syri. In Graeciam intulit Cadmus e Phoenice, sexdecim numero: quattuor adiecit Palamedes Troiano bello Θ, Ξ, Φ, Χ: totidem postea Simonides Melicus Ζ, Η, Ψ, Ω. Haec *Plin. 7. 57. 3.* V. PALAMEDES in ONOM. — Sed multo Palamede antiquiores fuisse litteras, colligi potest ex *Simplicio*, qui ex Porphyrio, acuto historico, refert, Callisthenem, comitem Alexandri M., Babylone observationes siderum 1903. annorum consignatas reperisse, quorum initium incidit in ann. ant. Chr. 2234., seu 89. Abrahami. Porro idem ostendit libellus emptionis memoratus *Vulg. Interpr. Genes. 23.*, qui, prout tenor eius innuit, aetate Abrahami scriptus fuit. — **3)** Litteras primus geminasse dicitur Ennius, teste *Fest.* in *Solitaurilia, p. 293. Müll.* Per unum L enuntiari non est mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo. Quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, utpote Graecus Graeco more usus, quod illi aeque scribentes ac legentes duplicabant mutas. — **4)** Notissima est autem litterarum divisio in *vocales* et *consonantes*, et harum in *simplices* et *duplices*, in *mutas* et *liquidas* et *semivocales*, etc. de quibus v. *Mar. Victorin.* aliosque Grammaticos; itemque suo loco in hoc *Lexico*, ubi de singulis agimus, itemque sub v. VOCALIS, CONSONANS, etc. — **5)** Speciatim cum addito varia dicendi genera componuntur. Sic

II. *Littera salutaris* dicitur a *Cic. Mil. 6.* A: *tristis* vero C: quia in tabellis iudicum illa *absolvo*, haec *condemno* significatur. — **6)** *Homo trium litterarum* apud *Plaut. Aul. 2. 4. 46.* est fur. — **7)** *Litteram ex se longam facere*, est se suspendere: quia scilicet l longam, qui laqueo pendent, referunt. *Id. ibid. 1. 1. 37* neque quidquam est melius mihi, Ut opinor, quam ex me ut unam faciam litteram Longam, meum laqueo collum quando obstrinxero. — **8)** Sumitur et pro verbo; *parola. Plaut. Bacch. 4. 6. 3.* Impinge pugnum, si mutiverit! Quid hae loquuntur litterae? *Id. Pseud. 1. 3. 151.* Quasi in libro cum scribuntur calamo litterae: — **9)** Hinc *ad litteram* est *parola per parola. Quintil. 9. 1. a med.* Quem duobus ab eo libris tractatum locum, ad litteram subieci. — **10)** Interdum pro ratione scribendi, quae propria cuiusque est; *mano, caratteri. Cic. 7. Att. 2.* Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuae litterae: non amabam, quod indicabat, te non valere. — **11)** *Facere litteram* vel *litteras* est scribere; *scrivere. Plaut. Asin. 4. 1. 22.* Ne illi sit cera, ubi facere possit litteras. *Cic. 4. Acad. 2. ad fin.* Ne litteram quidem ullam facimus, nisi forensem. — **12)** *Nescire litteras* est *non saper nè leggere, nè scrivere. Senec. 2. Clem. 1.* et *Suet. Ner. 10.* Cum de supplicio cuiusdam ut ex more subscriberet, admoneretur: Quam vellem, inquit, nescire litteras! — Idem significat *nescius litterarum* apud *Colum. 1. 8.* — Et *scientia litterarum* apud *Paul. Dig. 29. 2. 92.* est peritia scribendi. — **13)** Aliquando nescire litteras est indoctum, seu ineruditum esse. *Cic. Brut. 74.* Flaminius existimabatur bene latine, sed litteras nesciebat. — **14)** *Litteras singulares*, quaenam dicantur, V. in SINGULARIS. — **15)** In antiquis Fastis sive Kalendariis memorantur *litterae nundinales* octo A B C D E F G H, *litterae hebdomadariae* septem A B C D E F G, et *lunares* decem A B C D E F G H I K. Nundinales et hebdomadariae aequabiliter per totum annum decurrunt, postremae vero per triduo, interiectis biduis paucis, ut duodecies repetitae a prima die Ianuarii ad XX. Decembris annum lunarem dierum CCCLIV. repraesentent. Haec inveniuntur in solo *Kalendario Philocali*, priores in omnibus, excepto illo *Polemii Silvii;* hebdomadariae vero in *Homerologio Sabino* et in illo *Philocali*. V. *Mommsen* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 365.* — **16)** *Litteras unciales;* *h. e.* maiusculae. *Hieronym. proleg. in Iob.* V. loc. in UNCIALIS. — **17)** *Litteras Sacerdotales* apud *Rufin. Hist. Eccl. 2. 26.* sunt Hieroglyphicae. V. HIEROGLYPHICUS. — **18)** In plur. num., ut plurimum,

III. *Litterae* per synecdochen accipiuntur universim pro scripto, seu scriptura; *scritto, scrittura. Cic. 6. Verr. 63.* Mihi litteras publicas, quas in aerario sanctiore conditas habebant, proferunt, in quibus ostenduntur omnia, quae dixi ablata esse, perscripta; *gli atti pubblici.* Et *ibid. 46.* Ab hoc abaci vasa omnia abstulit. Dicat, se emisse, etenim hic propter magnitudinem furti sunt, ut opinor, litterae factae. — **19)** Et speciatim pro scripto, quo absentes alloquimur; *lettera. Id. 1. Att. 13.* Litterae non sunt committendae eiusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. *Liv. 26. 13.* Litteras resolvere. *Plaut. Trin. 3. 3. 65.* resignare. *Cic. 3. Catil. 4.* dare alicui ad aliquem. *Id. 5. Att. 21.* mittere. Et *ibid.* accipere. Et *ibid.* reddere alicui. Et *11. ibid. 16. ad fin.* remittere. Et *12. ibid. 1.* emittere. *Id. 3. Fam. 7.* Unis litteris totius aestatis res gestas ad senatum perscribere. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 18.* Binis continuis litteris, ut venirem, rogavit. *Cic. 8. Att. 21. sub fin.* Queri apud aliquem per litteras. Et *15. ibid. 2.* invitare per litteras. *Iustin. 27. 2.* Inde ad Antiochum fratrem litteras facit, quibus auxilium eius imploret. *Cic. 1. Att. 20.* Ei nunc epistolae litteris his respondebo. *Id. 5. Q. Fr. 1. 3.* Venio ad tuas litteras, quas pluribus epistolis accepi. V. EPISTOLA §. 1. — **20)** *Litterae missae* eae sunt, quas tu ad aliquem scripseris, *allatae*, quas ab aliquo tibi scriptas acceperis. Hinc *liber litterarum missarum* et *allatarum* fuit tabularium, quo utebantur publici magistratus et publicani, quodque nos vulgo *il copialettere* vocamus. *Id. Font. 4.* Quod vos ex litteris quidem nostris, quas exscripsistis et missis et allatis, certe scire potuistis. Quas si antea non legistis nunc ex nobis, quid de iis rebus Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi rescripserint, cognoscite. L. M. *(h. e. litterae missae)* ad C. Annium Leg., ad C. Fonteium Leg. L. A. *(h. e. litterae allatae)* a C. Annio Leg., a C. Fonteio Leg. Adde *Eund. 4. Verr. 71.* Quas ego *(litteras)* Syracusis apud Carpinatium in litterarum allatarum libro Romae, in litterarum missarum apud magistrum Tullium inveni. V. LIBER, bri, §. 6. — **21)** Hoc sensu in singulari num. adhibere poëticum est. *Ovid. 3. Heroid. 1.* Quam legis, a rapta Briseide littera venit. Adde *5. ibid. 2., 6. ibid. 9.* et *4. Trist. 7. 23., Martial. 10. 75.* etc. — **22)** *Litteras canonicas, communicatorias* et *formatas*, quaenam fuerint, V. in CANONICUS §. 7., COMMUNICATORIUS et FORMATUS §. 3. — **23)** Et pro tabulis accepti et expensi. *Cic. Quint. 11.* Ad te ipsum venit in agrum communem: eo denique, ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis, et omnes litterae. Adde *6. Verr. 12.* — **24)** Et pro edicto et iussis magistratus; *editto, decreto, proclama. Id. 7. Verr. 22.* Cedo mihi eiusdem praetoris litteras et frumenti imperati, et tritici empti. — **25)** Huc spectant *litteras rationales* in *Inscr.* apud *Orelli, n. 39.* Exemplaria litterarum rationalium dominorum NN. scriptarum pertinentes ad Adrastum Augg. NN. lib., quibus sei *(sic)* permissum sit, etc. — **26)** Et pro inscriptione. *Plaut. Rud. 4. 4. 113.* Dicedum, in eo ensiculo litterarum quid est? — **27)** Denique, latissimo sensu,

IV. *Litterae* sumuntur pro historia et monumentis rerum gestarum. *Nep. praef.* Expertes litterarum Graecarum. Adde *Pelop. 1., Caes. 5. B. G. 13.* et *Liv. 6. 1.* — **28)** Item saepe pro libris et scriptionibus doctrinam et eruditionem continentibus. *Cic. 1. Tusc. 5.* Mandare litteris cogitationes suas. Et *1. Acad. 1.* Litteris consignamus, quae monumentis mandare volumus. *Id. 1. Tusc. 16.* Sed quod litteris exstet, Pherecydes primum dixit, animos hominum esse sempiternos. *Id. 2. Orat. 2.* Custodire aliquid litteris. *Macrob. 5. Saturn. 19. ante med.* Dare aliquid in litteras; *h. e.* mandare litteris. Sic *Spartian. Severr. 16.* Ut plerique in litteras tradunt. Et *Vopisc. Aurelian. 1. ad fin.* Mittere aliquem in litteras; *h. e.* eius vitam scribere. — **29)** Et pro ipsa eruditione et doctrina; *letteratura, belle lettere, erudizione:* praesertim quae ex Grammatica arte hauritur: unde *litteratura* et *litterati* dicti sunt. V. GRAMMATICA, et GRAMMATICUS §. 5. *Cic. 2. Orat. 20.* Sit mihi orator tinctus litteris: audierit aliquid, legerit, ista ipsa praecepta acceperit. *Id. Brut. 76.* Erant in eo plurimae litterae, nec eae vulgares, sed interiores quaedam et reconditae. *Id. 2. Orat. 17.* Homo communium litterarum, et politioris humanitatis non expers. *Id. 6. Verr. 44.* Homo sine ingenio, sine litteris. *Id. 9. Att. 10.* Mihi nihil libri, nihil litterae, nihil doctrina prodest. Et *4. ibid. 16. a med.* Refero me ad litteras et studia nostra. *Id. 2. Leg. 1.* In litteris aetatem agere. Et *Arch. 2.* Studia humanitatis et litterarum. Et *Har. resp. 9.* In studio litterarum versari. *Id. Brut. 42.* Dialecticam attulit: sed adiunxit etiam et litterarum scientiam et loquendi elegantiam. *Id. 3. Orat. 32.* Geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poëtarum. — **30)** Etiam altiores disciplinae, philosophia, theologia, et huiusmodi, litterarum nomine intelligi possunt. *Id. 5. Tusc. 36. in fin.* Quid est enim dulcius otio litterato? iis dico litteris, quibus infinitatem rerum atque naturae, et in hoc ipso mundo caelum, terras, maria cognoscimus. *Plin. 14. 5. 5.* Altiores litterae; *h. e.* magica ars. — **31)** Demum *Sacras Litteras* apud Scriptores Ecclesiasticos sunt Sacra Biblia, sive libri Veteris et Novi Testamenti; *la Sacra Scrittura. Sulpic. Hist. Sacr. prol.* Res a mundi exordio Sacris Litteris editas breviter constringere, etc.

LITTĔRĀLIS et Literalis, le. Adiect. a *littera;* litterarius. *Symmach. 4. ep. 34.* Litterale commercium; *h. e.* epistolarum. *Al. leg.* tale. *Cael. Aurel. 1. Tard. 3.* Litteralis lectio; *h. e.* librorum. *Diomed. 3. p. 414. Putsch.* Grammatica litteralis dicta, quod a litteris incipiat. *Prisc. 2. p. 565.* Syllaba est vox litteralis.

LITTĔRĀRĬUS et Literarius, a, um. Adiect. a *littera;* ad litteras pertinens; *letterario. Plaut. Merc. 2. 2. 51., Quintil. 1. 4. a med., Suet. Cal. 45., Tacit. 5. Ann. 66.* et *Plin. 9. 8. 2.* Litterarius ludus: *scuola.* Et *Vopisc. Tacit. 6.* magister; *maestro di scrivere.*

Digitized by Google

LITTĔRĀTĒ et Literate. Adverb. a *litteratus*. — Comparat. *litteratius*, infra. — Est erudite, docte, cum litterarum peritia, scite, eleganter; *eruditamente*. *Cic. 2. Orat. 62.* Belle et litterate dicta laudantur. *Id. Har. resp. 8. sub fin.* Litterate respondere. *Id. Pis. 28. sub fin.* Rationes ad aerarium retuli continuo: quas si cognoris, intelliges, nemini plus, quam mihi, litteras profuisse: ita enim sunt perscriptae scite et litterate, ut etc.; *con tanta pratica di scrittura*. *Id. Brut. 36.* Antiquitatis, scriptorumque veterum litterate peritus. Et *ibid. 28.* Perbene Latine loqui putabatur, litteratiusque, quam ceteri.

LITTĔRĀTĬO et Literatio, ōnis, f. Verbale a *littero;* quaedam velut infantia grammaticae, scilicet ratio et scientia litterarum, ex quibus voces fiunt: quae pertinet ad primam partem, et rudimenta litteraturae, et ad librariorum artem et calculonum, qui pueros legere, scribere et supputare docent; *cognizione di leggere, scrivere e far conti*. Ita enim appellata est a *Varrone*, testib. *Augustin. 2. de Ordine, 12.* et *Isid. 1. Orig. 3.* Adde *Capell. 3. p. 50.*

LITTĔRĀTOR et Literator, ōris, m. Verbale a *littero;* qui litterat, seu qui pueros legere et scribere docet. *Apul. Florid. 20.* Litterator ruditatem eximit, grammaticus doctrina instruit. Adde *Serv.* in *Donat. fragm. 1. p. 512. Endl.* — **2)** Saepius vero est idem qui *litteratus;* h. e. qui litteras profitetur, et qui aliquid diligenter, et acute, scienterque potest aut dicere, aut scribere: proprie autem qui Poëtarum interpres est; *letterato, erudito*. Ita ex *Nepote, Suet. Gramm. 4.*, ubi subdit: Messala Corvinus in quadam epistola, non esse sibi dicendum cum litteratore Catone, significat haud dubie Val. Catonem poëtam simul, grammaticumque notissimum. — Hoc sensu usurpat *Catull. 14. 9.* Munus dat tibi Sulla litterator; h. e. L. Cornelius Epicadus Sullae libertus, de quo *Suet. Gramm. 12.* V. LITTERATUS §. 4. — **3)** Sunt qui *litteratum* a *litteratore* distinguant, ut Graeci *grammaticum* a *grammatista;* et illum quidem, absolute, hunc mediocriter doctum existiment *(grammaticastro)*, quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud maiores, ait, cum familia alicuius venalis produceretur, non temere quem litteratum, in titulo, sed litteratorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum litteris, sed imbutum. *Suet. ibid.* Sic *Gell. 18. 9.* Ex his, qui aderant, alter litterator fuit, alter litteras sciens; *mox ibid.* appellat *grammaticum*, grammatistam intelligens. *Id. 16. 6.* Quispiam Latinae linguae litterator, Roma a Brundusinis arcessitus, experiundum sese vulgo dabat, *mox* barbare insciteque legisse dicit, et *indoctum hominem* vocat.

LITTĔRĀTŌRĬUS et Literatorius, a, um. Adiect. a *litterator;* ad litteratorem pertinens, litterarius; *letterario*. Videtur excludi ab usu Latino illis *Quintiliani* verbis *(2. 14. 5.)* Grammatice litteratura est, non litteratrix, quemadmodum oratrix: nec litteratoria, quemadmodum oratoria. *Tertull.* tamen *Idolol. 10.* Videamus necessitatem litteratoriae eruditionis. *Priscian. 1. p. 554. Putsch.* Litteratoria professio.

LITTĔRĀTRIX et Literatrix, īcis, f. Verbale a *littero;* quae litterat. Improbat hoc vocabulum *Quintil.* loc. cit. in voc. praeced.

LITTĔRĀTŬLUS et Literatulus, a, um. Adiect. deminut. a *litteratus;* aliquantum litteratus; *letteratello, letteratuccio*. *Hieronym. 1. ad Rufin. n. 31.* Eo tu, qui videris tibi litteratulus et Rabbi, responde, cur etc.

LITTĔRĀTŪRĂ et Literatura, ae, f. Verbale a *littero;* litterarum formatio in tabella stilo, vel in charta atramento; *scrittura, lo scrivere*. *Cic. Partit. 7. extr.* Litteratura constat ex notis litterarum, et ex eo, in quo imprimuntur illae notae. — **2)** Litteratura Graeca apud *Tacit. 11. Ann. 13.* est alphabetum Graecum. — **3)** Item scientia litterarum, quae Graeca appellatione *grammatica* dicitur; *letteratura, erudizione*. *Quintil. 2. 1. 4.* Grammatice, quam in Latinum transferentes, litteraturam vocaverunt. *Senec. ep. 88. circa med.* Prima illa, ut Antiqui vocabant, litteratura, per quam pueris elementa traduntur. — **4)** Apud *Cic. 2. Phil. 45. de C. Caesare*. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura, cogitatio, diligentia. *Litteratura* hic est plena litterarum cognitio et peritia, qua quis potest aliquid diligenter, et acute, scienterque aut dicere, aut scribere, ut in LITTERATUS §. 3. dictum est. — **5)** Sumitur et in malam partem. *Vulg. Interpr. Psalm. 70. 15.* Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini; h. e. quoniam profanas et falsas artes politicas, quas Achitophelis eiusque similibus relinquo, non novi, totum me conferam ad contemplandam et amplectendam potentiam Domini. Ita *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* — **6)** Metonymice pro viro litterato. *Iunior, Descr. Orb. 18.* Biblus, Tyrus, Berytus omni mundo litteraturam mittunt.

LITTĔRĀTUS et Literatus, a, um. Adiect. a *littera*, participiorum more effictum. — Comparat. *litteratior* §. 4. et superlat. *litteratissimus* §. 4. — Proprie est litteras inscriptas habens; *scritto*. *Plaut. Rud. 4. 4. 112.* Ensiculus aureolus litteratus. Et *2. 5. 21.* Litterata urna. *Apul. 5. Met.* Laminae litteratae. Et *6. ibid.* Laciniae auro litteratae; h. e. aureis litteris intextae. — **2)** *Servus litteratus*, est stigmate notatus, v. gr. si fugitivus esset aut furax. Solebant enim huiusmodi inscribere frontem, inurendo litteras ferro candenti. *Plaut. Cas. 2. 6. 49.* Hoc age sis, Olympio. *Ol.* si hic litteratus me sinat. *Apul. 9. Met.* Homunculi frontes litterati, et capillum semirasi, et pedes anulati. In verbis *Plauti* allatis, alii intelligunt servum, qui tergus cicatricosum, et virgarum notis, quasi litteris inscriptum habeat. Unde *Id. Pseud. 1. 5. 131.* Quasi in libro cum scribuntur calamo litterae, Stilis me totum usque ulmeis conscribito. Apud *Apul.* al. leg. *frontes liturati:* quod eodem fere recidit. — **3)** Deinde, quo sensu et absolute aliquando adhibetur,

II. *Litteratus* est etiam qui scribere scit, scriptor, amanuensis; *scrittore, scrivano*. *Cic. Brut. 22. a med.* Omnibus exclusis, commentatum in quadam testudine cum servis litteratis fuisse, etc. Addebat etiam, Scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba. — **4)** Item litteris praeditus, eruditus, doctus; *letterato, erudito*. *Id. 3. Offic. 14.* Canius nec infacetus, et satis litteratus. *Id. Brut. 21.* Albinus et litteratus et disertus fuit. *Id. Mur. 7.* Tua nobilitas hominibus litteratis et historicis est notior: populo vero et suffragatoribus obscurior. *Senec. 4. Quaest. nat. 13.* Quid istas ineptias, quibus nec litteratior fit quisquam, nec melior, tam operose persequeris? *Cic. 9. Fam. 16. ante med.* Frater tuus, quem litteratissimum fuisse iudico, facile diceret, hic versus Plauti non est: quod tritas haberet aures notandis generibus poëtarum, et consuetudine legendi. Ex hoc *Ciceronis* loco colligimus, *litteratos* proprie dictos, qui interpretes essent poëtarum. *Suet. Gramm. 4.* Appellatio grammaticorum Graeca consuetudine invaluit: sed initio litterati vocabantur. Cornelius quoque Nepos, in libello, quo distinguit litteratum ab erudito, litteratos quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter, et acute, scienterque possint aut dicere, aut scribere: ceterum proprie sic appellandos poëtarum interpretes. Haec *Sueton.* — **5)** Translate. *Auson. ep. 19.* Cum redditae sunt mihi litterae tuae oppido quam litteratae. — **6)** Est etiam *litteratus* litterarius. *Cic. 5. Tusc. 36.* Quid est enim dulcius otio litterato? iis dico litteris, quibus infinitatem rerum atque naturae cognoscimus.

LITTĔRĬO et Literio, ōnis, m. Verbale a *littero;* contemptus litterator, sciolus, grammatista; *pedantucolo*. *Ammian. 17. 11.* Ut hirsutum, Iulianum carpentes, appellantesque loquacem talpam, et purpuratam simiam, et litterionem Graecum.

LITTĔRO et Litero, as, āre. Verbum transitiv. a *littera;* prima elementa doceo. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Στοιχεῖω; littero.

LITTĔRŌSUS et Literosus, a, um. Adiect. a *littera;* litteratus, antique. *Cassius Hemina* apud *Non. 2. 495.* Homo mere litterosus. *Onom. Lat. Gr.* Literosus; ἐγγράμματος.

LITTĔRŬLĂ et Literula, ae, f. Deminut. a *littera;* parva littera; *lettera minuta*. *Cic. 6. Att. 9.* Admiratus sum σύγχυσιν litterularum, quae solent tuae compositissimae et clarissimae esse. *Id. 16. Fam. 15.* Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis: nec mirum tam gravi morbo. — *Id. 6. Verr. 45.* Signum Apollinis, cuius in femine litterulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum. — **2)** Sumitur deinde pro epistola; *letterina, letteretta*. *Id. 12. Att. 1.* Postquam a te discesseram, hoc litterularum exaravi. — **3)** Latiore significatione dicitur de studiis levioribus litterarum vel modestiae causa, vel per contemptum. *Id. 7. Att. 2. ad fin.* Chrysippum vero, quem ego propter litterularum nescio quid libenter vidi, in honore habui. *Id. 16. Fam. 10.* Litterulae meae, sive nostrae, tui desiderio oblanguerunt. Et *5. ibid. 21.* Utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, litterulis nostris. *Horat. 2. Ep. 1. 7.* Litterulis Graecis imbutus.

LITTUS. V. LITUS §. b.

LĬTŬĂ, ae, f. Nomen a *lituus*, quo significatur virga incurva pastoralis, ut exponitur in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 479.*

LĬTŪRĂ, ae, f. Verbale a supino *litum* verbi *lino;* quo proprie significatur litus, unctio; *untura*. *Columb. 4. 24. ante med.* Solem etiam et pluvias arcet eiusmodi litura. *Vulg. Interpr. Ezech. 13. 12.* Ubi est litura, quam linistis? — **2)** Deinde

II. *Litura* fere sumitur pro superinductione illa, et complanatione, qua scriptura in tabula cerata deletur; *cancellazione*. *Cic. Arch. 3.* Et unius nominis litura se commotum esse dixerit. *Horat. Art. P. 292.* carmen reprehendite, quod non Multa dies et multa litura coërcuit. *Caecin.* ad *Cic. 6. Fam. 7.* Mendum scripturae litura tollitur. *Cic. 4. Verr. 78.* Erant acceptae pecuniae a *C. Verrutio, C. F.*, sic tamen ut usque ad alterum r litterae constarent integrae, reliquae omnes essent in litura. Et *ibid. 78.* Videtis Verrutium? videtis primas litteras integras? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris, tanquam in luto, demersam esse in litura? *Martial. 7. 17.* Haec illis *(libellis)* pretium facit litura. — **3)** Translate. *Senec. Vit. beat. 8.* Fiducia eius non sine scientia sit, scientia non sine constantia: maneant illi semper placita, nec ulla in decretis eius litura sit; h. e. nulla mutatio aut poenitentia. *Martial. 7. 18.* corpus nulla litura notat; h. e. nulla ruga signat. — **4)** Est etiam macula, quae scribendo fit;

Digitized by Google

sgorbio, scorbio. Propert. 4. 3. 4. Si qua tamen tibi lecturo para oblita deerit, Haec erit e lacrimis facta litura meis. *Ovid. 3. Trist. 1. 15.* Littera suffusas quod habet maculosa lituras, etc.

LĬTŪRĀRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *lituro;* ad liturandum, seu delendum pertinens. *Auson. praef. Edyll. 13.* Hoc cum inter liturarios meos reperissem; *h. e.* codicillos, in quibus concepta carmina perscribimus, et subinde, quae displicent, delemus. V. ADVERSARIA, DELETICIUS et PALIMPSESTUS.

LĬTŪRĀTUS, a, um. Particip. verbi *lituro*, adiectivorum more etiam adhibitum; deletus; *cancellato*. *Inscr.* apud *Grut. 208.* Cum pater Rufini, et postea Rufinus, quamquam non iure facta emptione, semper in possessionem fuerint, nullo iure eum locum vindicare sibi Patulcii possunt, plane cum in re praesenti inspexerim lituratum AG. et erasum. V. LITTERATUS §. 2.

LĬTURGĬA, ae, f. Vox Graeca, λειτουργία, qua proprie munus publicum significatur, specialim vero apud Scriptores Ecclesiasticos Missae sacrificium. *Ambros. ep. 33. ad Marcell., Augustin. Serm. 251. de temp., Ennod. de Synod. Milev. 12.* et *alii* passim. Cf. voc. seq.

LĬTURGUS, i, m. Vox Graeca, λειτουργός, qua significatur servus publicus, seu qui ab homologis seu dediticiis colonis publico ministerio praestandus est: a λεῖτος seu λῑτός; publicus, et ἔργον; opus. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 11. 24. 6.* Possessores pro antiquitate census functiones publicas, et liturgos, quos homologi coloni praestare noscuntur, pro rata sunt absque dubio cogniturі; *h. e.* agniturі, soluturі. *Capell. 2. p. 45.* Cum octoginta quattuor liturgos caelo miraretur adstare. — **2)** Hinc apud *Varr. 7. LL. 3. a med.* legitur *Scytha liturgus*, titulus nempe Plautinae comoediae deperditae, in qua Scytha quidam carnificis ministerio usus inducebatur. V. LARTUS, i, et LARTICUS.

LĬTŪRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *litura*. — Particip. *lituratus*, V. suo loco. — Est deleo; *cancellare. Sidon. 9. ep. 3. extr.* Tunc enim certius te probasse reliqua gaudebo, si lituraste aliqua cognovero.

LĬTUS, a, um. Particip. verbi *lino*, adiectivorum more etiam adhibitum; illitus, aspersus, inspersus; *unto, tinto. Front. 4. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 3.* Faciem medicamento litam, coeno corpus oblitum, calicem melle delitum, mucronem veneno, radium visco illitum rectius dixerim. *Virg. 4. G. 99.* elucent aliae, et fulgore coruscant Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis. In *Inscr.* optimae notae apud *Grut. 207. col. 2. ad fin.* Eosque parietes marginesque omnes, quae lita non erunt calce arenato *(intonacato)*, lita, politaque, et calce uda dealbata recte facito. *Ovid. 4. Pont. 9. 85.* litae serpentis felle sagittae; *tinte*. Et *Martial. 10. 68.* Deque coloratis nunquam lita mater Etruscis; *imbellettata*. Et *Suet. Ner. 31.* In ceteris partibus *(domus Neronis)* cuncta auro lita, distincta gemmis, etc.; *messi a oro, indorate*.

LĪTUS (et Littus), ŏris, n. Nomen, in cuius origine assignanda variant Etymologi, nec afferre videntur quidquam probabile: nonnulli enim putant deducendum a *lido* pro *laedo:* alii a *luo:* alii a *ludo, is*, alii a *lino, is*, vel a *lito, as:* alii a λειτός; preces, vel a λεῖος; glaber: sed a λειτός; tenuis, attritus, videtur potius vox derivanda, quia, ut ait *Isid. 14. Orig. 8.* fluctu eliditur, vel aqua alluitur. Nec obstat quantitas prioris syllabae, quae in λειτός brevis est, in *litus* longa; nam id etiam in *linum* a λῖνον usuvenire observavimus. — Haec fere *Forcellinus* noster, cui postrema e suo addidit *Furlanetto*. Locus autem *Isidori, ibid. n. 48.* hic est: « Et dictum *litus*, quia fluctu *eliditur*, vel quod aqua *adluitur*. *Cicero in Topicis (7. §. 32.): Litus est, quo fluctus eludit.* » Alii leg. *allidit*, alii *elidit*. V. loc. *Cic.* infra §. 1. — **b)** Ne in scribendi quidem ratione iidem conveniunt, quia *tt* geminare nonnullis placet. Sed plerique alii simplici *t* scribunt ex veterib. libris et lapidibus, cum *Pierio* ad *Virg. 7. Aen. 1., Manutio, Cellar., Dausq.* et *aliis*. — **c)** Derivata, *litoralis, litorarius, litoreus, litorialis, litorosus*.

LITUS proprie est terra adiacens mari, quae fluctibus alluitur; *lido, lito. Cels. Dig. 50. 16. 96.* Litus est, quousque maximus fluctus a mari pervenit: idque M. Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse. *Cic. Top. 7.* Solebat Aquilius quaerentibus, quid esset litus, ita definire, qua fluctus alluderet. *Id. Rosc. Am. 26.* Quid tam commune, quam mare fluctuantibus, litus electis? *Catull. 11. 4.* Litus tunditur unda. *Virg. 9. Ecl. 43.* Huc ades: insani feriant, sine, litora fluctus. *Id. 7. Aen. 10.* Proxima Circaeae raduntur litora terrae. *Horat. Epod. 16. 40.* praetervolare litora. Et *ibid. 10. 21.* curvum litus. *Val. Flacc. 2. 431.* sinuosum legere. *Ovid. 2. Met. 844.* petere. Et *14. ibid. 104.* intrare; *h. e.* portum. Et *6. ibid. 520.* exire in litus. Et *1. Trist. 3. 36.* Et date naufragio litora tuta meo. — **2)** *Arare litus* est operam perdere. Sterilis est enim arena litorum. *Ovid. 3. Trist. 4. 48.* — **3)** *In litus arenas fundere* est idem quod *noctuas Athenas, ligna in silvam*, et huiusmodi; *portar acqua al mare. Id. ibid. 6. 44.* in litus arenas, in segetem spicas, in mare fundat aquas. — **4)** *Cic. 1. Att. 18.* Abest enim frater ἀφελέστατος et amantissimus Metellus non homo, sed litus, atque aër, et solitudo mera: tu autem etc. *Schutzius* ita legend. recte coniicit: *et amantissimus mei, et illius nunc domus est litus*, etc. — **5)** Latiore significatione,

II. *Litus* accipitur pro terra vicina litori; *il litorale. Virg. 4. Aen. 212.* cui litus arandum, Cuique loci leges dedimus. *Tacit. 3. Hist. 65.* De numero servorum et electione litorum loqui; *h. e.* necessarios amoenorum in litoribus. — **6)** Hinc de loco, ex quo egredi vel in quem ingredi naves possunt; *baia, porto, ingresso. Suet. Tib. 40.* Praecipue delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur. — *Vulg. Interpr. Act. 27. 39.* Sinum vero quemdam considerabant habentem litus. — **7)** Item pro ripa, ut monet *Servius* ad illud *Virg. 3. Aen. 389.* et *8. ibid. 63.* Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus. Et *ibid. 83.* viridique in litore conspicitur sus. *Cic. 2. Invent. 50.* Redemptor hostias constituit omnes in litore, ut, qui trans flumen essent, videre possent. *Prudent. 5. Cathemer. 43.* rex Niliaci litoris. — **8)** Item pro ripa lacuum. *Ovid. 6. Fast. 765.* et *Sil. 15. 818.* Trasimeni litora. Et *Catull. 35. 4.* Larium litus. Cf. *Nota*, quae sequitur.

Nota. *Litus* proprie differt a *ripa*, quae de fluviis et lacubus dicitur, dum illud de mari. Hoc tamen discrimen non semper servatur, praesertim a Poëtis. Sic *Ovid. 1. Met. 42. de fluminibus*, campoque recepta Liberioris aquae, pro ripis litora pulsant. — Et contra ripa pro *litore. Horat. 3. Od. 27. 23.* Aequoris nigri fremitum, et trementes Verbere ripas.

LĬTUS, us, m. Verbale a supino *litum* verbi *lino;* unctio. *Plin. 33. 38. 3.* Usus eius ad collyria, et litu ad muliebrium cicatricum foeditates tollendas. *Cels. 6. 6. n. 20.* Sed ante litum, hoc ungendum est. Ita *Lindenius*, sed *Targa* ex *Codd.* ubi legitur *lenitum hoc inungendum*, acute legend. coniicit: *leni, tum hoc inungendum est; h. e.* ante leni collyrio, tum hoc acri, etc.

LĬTŬM, i, n. V. voc. seq. §. b.

LĪTŪUS, i, m. Nomen parum certae originis. Sunt enim qui ducunt a Graeca voce, λειτός; tenuis, acutus, nempe ob sonum: contra alii Hetruscam vocem autumant. V. *Müller, Etrusq. T. 2. p. 211.* et *seq.* et V. loc. *Festi* infra §. 1. *in fin.* et §. seq. — **b)** Quidam in recto casu praeferunt *lituum, i*, n., quod habet *Serv.* ad *7. Aen. 187.* « *Lituum;* id est regium baculum, in quo potestas esset dirimendarum litium. » (Quibus verbis etiam illud tacite innuitur, *lituum* a *litis* nomen hoc sensu accepisse. V. etiam *Fest.* loc. cit. §. 1. *in fin.*). — Et reapse Graeci, qui a Romanis vocem mutuati sunt, neutro genere λῖτουν fecerunt, ut *Plutarch. Vit. Romul. p. 67.* et in *Camill. p. 321.* Sed alia pro hoc genere auctoritas Latini Scriptoris desideratur. — **c)** In genitivo plurali *lituûm* pro *lituorum* habent *Lucan. 1. 257.* (V. loc. infra §. 1.) et *Val. Flacc. 6. 166.* — **d)** Derivatum, *litua*. — **e)** Compositum, *liticen*.

LITUUS proprie est genus tubae minoris, incurvum, gracilem edens sonum, quo in bello utebantur. *Ovid. 5. Fast. 216.* Iam lituus pugnae signa daturus erat. *Horat. 1. Od. 1. 23.* Multos castra iuvant, et lituo tubae Permixtus sonitus. *Id. 2. ibid. 1. 18.* Iam litui strepunt. *Stat. 6. Theb. 228.* Et lituis aures circum pulsantur acutis. *Lucan. 1. 237.* stridor lituûm, clangorque tubarum. *Senec. Thyest. 575.* Iam tacet stridor litui strepentis. Et *Oedip. 734.* Litnusque aduncо stridulos cantus Elicit aere; *h. e.* spiritu per aduncum, seu inflexum cavum emisso. — *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 116. Mull.* Lituus appellatus, quod *litis* sit testis. Est enim genus bucinae incurvae, quo qui cecinerit, dicitur liticen. Cf. supra §. a. et V. infra *Nota*. — **2)** Deinde, a similitudine,

II. *Lituus* dicitur pars superior baculi seu pedi pastoralis, tum et insigne augurum, unde deinceps, licet aliter statuat *Gell. 5. 8.*, ad usum rei militaris traducta vox, est baculus incurvus, quo augures sedentes avibus templum designabant. Sunt tamen qui hanc vocis significationem primariam statuant, et a, qua pendeat praecedens. *Liv. 1. 18.* Dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt. *Cic. 1. Divin. 17.* Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus, unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit, tum cum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus; idest incurvum et leviter a summo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen invenit, cum situs esset in curia Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagrasset, inventus est integer. Hactenus *Cicero*. Sed quis credat, Ciceronem putasse opus, ut, quid lituus esset, exponeret? Omnino interpretatio illa e glossemate in textum irrepsit, ut iam *Lips. l. 1. variar. lect. c. 20.* observavit. *Virg. 7. Aen. 187.* Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat Succinctus trabea, laevaque ancile gerebat Picus. *Ovid. 6. Fast. 375.* lituo pulcher trabeaque Quirinus. — *Servius* ad loc. *Virg.* modo cit. adscribit, posse ibi intelligi etiam regium baculum, in quo potestas esset dirimendarum litium: et ad *3. G. 183.* etiam Mercurii virgam *lituum* appellari. — **3)** Translate. *Cic. 11. Att. 12.* Q. Fratrem lituum meae profectionis fuisse; *h. e.* impulsorem. *Est qui legit* illicium.

Digitized by Google

Nota I. *Lituum a tuba Aeron.* ad *Horat. 1. Od. 1.* 25. ita distinguit: Litui acutus est sonus, tubae gravis: inter lituum et tubam hoc distare inveni; lituus equitum est et incurvus; tuba vero peditum est et directa. — **Nota II.** Litui figuram habes in *Numo* apud *Morell. Thesaur. Fam. Rom. in S. Iunia, tab. 3. n. VI.*, in quo duplex cernitur decussati litui figura. — Similis lituo est nunc episcoporum baculus; *il pastorale*.

LĪVĒDO et LIVĪDO, Inis, f. Verbale a *liveo;* livor; *lividura*. *Apul. 9. Met. 12.* Quales illic homunculi, vibicibus livedinis totam cutem depicti! *Alii rectius leg.* lividinis *pro* lividineis. V. LIVIDINEUS. — *Auct. Append.* ad *Prob. p. 448. Endl.* Inter *libidinem* et *lividinem* hoc interest, quod *libidinem* cupiditatem animi significat; at vero *lividinem* livorem corporis esse demonstrat.

LĪVENS, entis. Particip. verbi *liveo*, adiectivorum more etiam adhibitum; lividus, plumbei coloris, pallens; *livido, nericcio*. *Virg. 7. Aen. 687.* pars maxima glandes Liventis plumbi spargit. *Sil. 8. 583.* Liventes coeno per squalida turbidus arva Cogit aquas Ufens. *Ovid. 15. Met. 817.* Prunaque non solum nigro liventia succo, Verum etiam generosa. *Propert. 4. 2. 15.* Prima mihi variat liventibus uva racemis. *Albinov. 1. 275.* Aspiciam regum liventis colla catenis. *Ovid. 2. Amor. 2. 47.* compedibus liventis crura. *Stat. 1. Theb. 617.* liventes in morte oculi. *Paulin. Petrocor. 4. 192.* Liventes fracto nigrescunt gutture fauces. — **2)** Translate est invidens; *invidioso*. *Martial. 8. 61.* Quid imprecabor, o Severe, liventi?

LĪVENTER. V. LIBENTER §. 1. *in fin.*

LĪVENTĬA, ae, f. Abstractum a *livens;* livor. Legitur in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 480.* Liventia nomen factum ab eo, quod dicitur livet.

LĪVĔO, es, ēre. Verbum intransitiv. ignotae sive latentis originis (quamquam sunt qui per metathesin a πελιδνόω derivant), quod aliquando cum *libeo* vel *libet* confusum fuisse videtur. V. LIBET §. a. et b. — **b)** Particip. *livens*, v. suo loco. — **c)** Derivata, *livedo, livesco, livido, lividinans, lividineus, livido, lividulus, lividus, livor.* — **d)** Composita, *allivescit, sublividus*.

LIVEO proprie est lividus sum; hoc est plumbei coloris; *esser livido*. *Ovid. 2. Met. 776.* livent rubigine dentes. *Propert. 4. 7. 65.* Haec sua maternis queritur livere catenis Brachia. — **2)** Translate sumitur pro invidere, quia invidi aliena felicitate pallent et livescunt. *Tacit. 15. Ann. 42.* Livere iis, qui eloquentiam exercent. *Al. aliter leg. Martial. 8. 56.* Et potet calidam, qui mihi livet, aquam. *Al. leg.* laudat. *Id. 9. 24.* Albanae livere potest pia quercus olivae, Quod etc. *Id. 8. 61.* Livet Carinus, rumpitur, furit, plorat. *Stat. 11. Theb. 211.* Livent infandum licet Argos et aspera Iuno. *Id. 1. Silv. 2. 150.* rupesque niteut, queis purpura saepe Oebalis, et Tyrii moderator livet abeni.

Nota. Discrimen inter *invidere* et *livere*, v. sub v. LIVIDUS in *Nota*.

LĪVERTUS. V. LIBERTUS §. b.

LĪVESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *liveo*. — Particip. *livescens* §. 1. — Proprie est lividus fio; *divenir livido*. *Lucret. 3. 529.* Digiti livescunt in pedibus. *Scribon. Compos. 181.* Livescentibus membris eorum. — **2)** Translate sumitur pro invidere. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 27.* nec enim livescere fas est, Vel nocuisse Deos.

LĪVĬDĒ. Adverb. a *lividus*. — Comparative tantum *lividius* usurpatum huc usque repperi. — Est subobscure. *Plin. 37. 25. 3.* Qui *(carbunculi)* languidius ac lividius ex lucis lucent, lithizontas appellari.

* LĪVĬDEO, es, ēre. Verbum proprie intransitiv. a *lividus*, transitivorum tamen more adhibitum apud *Anonym. Valesian.* in *Excerpt. de Theoder. n. 81.* Quare Iudaei baptizatos nolentes dum lividerent, frequenter oblatam in aquam fluminis iactaverunt. — *Sed lectio mihi suspecta est*.

LĪVĬDĬNANS, antis, omn. gen. Adiect. participiorum more effictum a *lividus*. — Translate, qui invidet, et livore tabescit. *Petron. Satyr. 138.* Ipse Paris Dearum lividinantium iudex. *Alii leg.* libidinantium, *alii* litigantium. Cf. *Bücheler* ad h. l.

LĪVĬDĬNĔUS, a, um. Adiect. a *livido;* ad lividinem pertinens, lividus, et vibices lividinei, apud *Apul. 9. Met. 12.* Ita leg. *Salmas.* V. loc. in LIVEDO. Sed *lividinus* legendum esse et hoc loco et *Florid. n. 9.* probat *Hildebr.* ad hh. ll. Cf. voc. seq.

LĪVĬDĬNUS, a, um. Adiect. deminut. a *lividus;* aliquantum lividus. *Apul. Florid. n. 9.* Si qui igitur ex illis lividinis splendidissimo huic auditorio velut quaedam macula se immiscuit, velim etc. Adde *9. Met. 12.* V. loc. in LIVEDO et Cf. voc. praeced.

LĪVĬDO, as, āre. Verbum transitiv. a *lividus;* lividum reddo. *Paulin. Nolan. Carm. 21. 619.* Decoctus humor sobriis laboribus Pallore vultum lividet.

LĪVĬDO, Inis, f. V. LIVEDO.

LĪVĬDŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *lividus;* aliquantum lividus, subobscurus. *Sever. Sanct. de morte boum, 91.* Albent lividulis lumina nubibus. — **2)** Translate, aliquantum invidus. *Iuvenal. 11. 110.* Quibus invideas, si lividulus sis.

LĪVĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *liveo*. — Comparat. *lividior* §. 5., Superlat. *lividissimus* §. 1. — Proprie est color idem qui plumbeus, subniger; *livido, nericcio*. *Virg. 6. Aen. 320.* illae remis vada livida verrunt. *Catull. 17. 11.* lividissima vorago paludis. *Horat. 2. Od. 5. 10.* iam tibi lividos Distinguet autumnus racemos. — **2)** Speciatim lividus dicitur, qui fuscum colorem in cute ex ictu contraxit, exilibus venis collisis, sanguineque ad cutem diffuso. *Horat. 1. Od. 8. 10.* neque iam livida gestat armis Brachia. *Ovid. 20. Heroid. 82.* Oraque sint digitis livida facta tuis. — **3)** Translate dicitur invidus; *invidioso*. *Cic. 4. Tusc. 12.* Ergo et invidi, et malevoli, et lividi, et timidi, et misericordes, quia proclives ad eas perturbationes, etc. *Ovid. 1. Fast. 74.* differ opus, livida lingua, tuum. *Horat. 1. Sat. 4. 93.* Lividus et mordax videor tibi. Adde *2. Ep. 1. 59.* — **4)** *Lividae obliviones*, quibus recte facta tacentur ex invidia, ne laude merita fruantur. *Id. 4. Od. 9. 50.* Non ego te meis Chartis inornatum silebo, Totve tuos patiar labores Impune, Lolli, carpere lividas Obliviones. — **5)** *Livida sententia*, invida et mordax. *Senec. 2. Controv. 14. sub fin.* Agrotas longe lividiorem sententiam dixit. *Al. rectius leg.* vividiorem. — **6)** Absolute, substantivorum more,

LIVIDUS, i, m. Est homo invidus. *Martial. 1. 41.* Omnibus invideas, livide, nemo tibi. *Vulg. Interpr. Eccli. 14. 8.* Nequam est oculus lividi.

Nota. *Cic.* loc. cit. supra §. 3. *init.* distinguit *lividos* ab *invidis*, ut *livere* ab *invidere Auct. dial. de Orat.* ubi ait *25.* Nam et Calvum et Asinium, et ipsum Ciceronem credo solitos et invidere, et livere, et ceteris humanae infirmitatis vitiis affici. Discrimen fortasse est, quod *invidus* intra se potest invidiam continere, *lividus* manifestat aut verbis, aut signo aliquo, quemadmodum livida sunt membra, quae suffuso sanguine ictum ostendunt. Haec tamen differentia non est perpetua.

LĪVISCOR, iscĕris, Ītus sum, isci. Verbum intransitiv., a quo *oblivisco*, forma deponens; agnitum a *Caesel.* apud *Cassiod. Orthogr. 10. Oblivisco* non simplex, sed compositum est; compositi scilicet huius simplex latet in antiquis nominibus et monumentis: *Livisci* enim est *oblivisci*, et *livitus*, quod nos hodie per elisionem *oblitus*. Quod cum manifestum fuerit, plenissime quivis intelliget, in scriptura verbi huius divisionem *ob* et *liviscor*.

LĪVĪTUS, a, um. V. voc. praeced.

LĪVOR, ōris, m. Verbale a *liveo;* color ex pallido nigrescens, quem et plumbeum nonnulli appellant, qualem in contusis corporis partibus videre est, cum exiles venae contusae sanguinem ad extremam cutem diffundunt; *lividore, lividezza*. *Plin. 20. 87. 4.* Illinitur et livoribus, sugillatisque cum melle. *Colum. 12. 47.* Quia haec candidior est oliva, quam ea, quae contusione livorem contrahit. *Ovid. 3. Amor. 3. 26.* Sed niger in vaccae pectore livor erat; *lividura*. Et *Iuvenal. 2. 81.* Uvaque conspecta livorem ducit ab uva. — *Vulg. Interpr. Prov. 20. extr.* Livor vulneris absterget mala: et plagae in secretioribus ventris. *Id. Exod. 21. 25.* Vulnus pro vulnere, livorem pro livore. *Id. 1. Petr. 2. 24.* Cuius *(Christi)* livore sanati estis. — **2)** Translate est invidia, odium, quod saepe in obtrectationem erumpit; *livore, invidia, maldicenza*. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 10.* Tu a certo sensu et vero iudicas de nobis: quod isti ne faciant, summa malevolentia et livore impediuntur. *Suet. Cal. 34.* Nec minore livore ac malignitate, quam superbia saevitiaque paene adversus omnis aevi homines grassatus est. *Phaedr. 2. epil.* Si livor obtrectare curam voluerit, Non tamen eripiet laudis conscientiam. *Ovid. 1. Amor. 15. 39.* Pascitur in vivis livor: post fata quiescit. *Id. 3. Pont. 4. 73.* Scripta placent a morte fere, quia laedere vivos Livor, et iniusto carpere dente solet. *Id. 4. ibid. 46. 47.* Ergo submotum patria proscindere, livor, Desine. *Id. Rem. am. 389.* Rumpere, livor edax: iam magnum nomen habemus. *Tacit. 1. Hist. 1.* Ambitionem scriptoris facile adverseris: obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur. *Nemesian. 1. Ecl. 84.* praesens tibi fama benignum Stravit iter, rumpens livoris nubila plena.

LĪUS. V. LEVIS §. b.

LIX, licis, m. *Varr.* apud *Plin. 36. 69. 1.* Lix est cinis foci. *Non. 1. 509.* Lix est cinis, vel humor cineri admixtus. Haec posterior interpretatio plenior videtur et verior, nam apud *Plin. loc. cit.* de cinere potando est sermo. — Ceterum veteribus Latinis *lix* fluidum significasse videtur, unde et *licidus*, et *licor*, et *licet*, quae litteris mutatis *liquidus, liquor*, et *liquet* facta sunt: unde etiam *lixivia, lixivius* vel *lixivus*, et *lixa*.

LIXĂ, ae, m. Est qui quaestus gratia exercitum sequitur, et cibos, ac praecipue carnes, coquit ac vendit; *vivandiere*. V. CALO, onis, §. 3. Tres affert *Festus* notationes, omnes ineptas apud *Paul. Diac. p. 116. Mall.*, nempe vel quod extra ordinem sit militiae, eique liceat, quod libuerit: vel a Licha, qui Herculem secutus fuit: vel a liguriendo quae-

Digitized by Google

stum. *Non. 1. 309.* rectius ducit a *lixa*, qua voce Veteres aquam appellaverint: lixarum autem proprium officium fuisse militibus aquam subvehere. *Liv. 39. 1.* inops regio, quae parsimonia adstringeret milites, praedae haud multum praeberet, itaque non lixa sequebatur, non iumentorum longus ordo agmen extendebat. — in plur. num. *Val. Max. 2. 7. n. 2.* Lixas e castris submovit, cibumque coctum venalem proponi vetuit. *Hirt. B. Afr. 75.* Lixarum, mercatorumque, qui plostris merces portabant, interceptis sarcinis. *Quintil. 8. 6. 42.* Agmini totidem lixas habenti, quot milites. *Iustin. 38. 10.* Luxuriae non minor apparatus, quam militiae fuit, nam LXXX. millia armatorum secuta sunt CCC. millia lixarum; ex quibus coquorum, pistorum, scenicorumque maior numerus fuit. Vides hic *lixarum* nomine pistores quoque, scenicosque comprehendi. *Sil. 8. 51.* et inutile Marti Lixarum vulgus. — *Onom. Lat. Gr.* Lixae; ὑπηρέται. — **2)** Item minister et servus magistratus, lictor. *Apul. 1. Met.* Nam lixas, et virgas, et habitum prorsus magistratui congruentem in te video. — **3)** *Statuarius lixa*. V. STATUARIUS.

LIXĀBUNDUS, a, um. Adiect. a *lixa*, verbalium more effictum; lixarum more. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 116. Müll.* Lixabundus, iter libere ac prolixe faciens. *Isid. Gloss.* Lixabundus ambulat, qui voluptatis causa ambulat. Fortasse utrobique legend. *luxabundus*, quasi luxu ambulans.

LIXĬO, ōnis, m. idem origine et significatione ac lixa. *Isid. Gloss.* Lixiones; aquarum portitores.

LIXĪVĬA ae, LIXĪVĬUM, ii, f. } V. voc. seq. §. 3. et 4.

LIXĪVĬUS, a, um. Adiect. a *lix;* ad licem pertinens. — Proprie dicitur de cinere in aqua cocto. *Plin. 14. 25. 7.* Vina concinnari cineris lixivii cum defruto cocti parte quadragesima in culeum; *di ranno.* Et *18. 18. 7.* Uvas in cinere lixivio tingere. *Id. 28. 76. 1.* Cinere lixivio abluere. — **2)** De musto lixivio, V. in LIXIVUS §. 2. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LIXIVIA, ae, f. *(subaudi aqua vel cinis).* Est aqua, in qua eluendi causa cinis incocta est; *lisciva, ranno.* V. LIX. *Colum. 12. 22.* Infundito cineris lixiviae congios duos: cum requieverit, eliquato lixiviam. Et *ibid. 16.* Praeparatam lixiviam cineris sarmenti calefieri convenit. Et *ibid. 50. a med.* Dolia et seriae, in quibus oleum reponitur, non calidissima lixivia, ne vasa ceram remittant, eluantur. — **4)** Item

LIXIVIUM, ii, n. Est idem ac lixivia. *Pallad. 12. 7. circa med.* Ossa prunorum prius lixivio sunt maceranda per biduum, ut cito germinare cogantur. *Cael. Aurel. 2. Chron. 3. ad fin.* Destillatio aquae cineribus liquatae, quam vulgo Lixivium vocant, Graeci *κονίαν*.

LIXĪVUM, i, n. V. voc. seq. §. 2.

LIXĪVUS, a, um. idem origine et significatione ac lixivius; *di ranno. Scribon. Compos. 216.* et *230.* Cinis lixiva. — **2)** Apud *Cat. RR. 25.* Defrutum de musto lixivo coctum; *h. e.* quod ante pressuram uvarum sponte defluxit, ut *Colum. 12. 27.* interpretatur: vel quod distillaverit, antequam nimium calcetur uva, ut *Id. ibid. 41.* exponit. Primum musti genus *profropum* dicitur a *Plin. 14. 11. 4.* ab Italis quibusdam *presmone*. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LIXIVUM, i, n. Est idem ac lixivium; *lisciva. Pallad. 2. 15. a med.* Nucem lixivo per annum continuum ter rigabis in meuse; *h. e.* lixivia. *Colum. 12. 50. circa med.* Longe melioris saporis est oleum, quod minore vi preli, quasi lixivum defluxerit *(Al. leg.* lixivium); *h. e.* more lixiviae aquae ex pannis sponte defluentis.

LIXO, as, āre. Verbum transitiv., a *lixus* inusit. (unde tamen *delixus, elixo, prolixo.* Cf. LAXUS §. 2.), idem ac elixo; *lessare. Gloss. Philox.* Lixo, as; *ἑψέω*.

LIXŬLAE, ārum, f. Vox Sabina, qua genus quoddam libi significabatur. *Döderl. de voc. al.* etc. p. 8. trahit ad Graecam vocem *λοβός*; obliquus, unde etiam *luxatus*. Dicebantur autem circuli ex farina, caseo et aqua incondite facti: iidemque semilixulae. *Varr. 5. LL. 23. §. 107.* Circuli, quod mixta farina et caseo et aqua circuitum aequabiliter fundebant. Hoc quidam qui magis incondite faciebant, vocabant *lixulas* et *semilixulas* vocabulo Sabino, itaque frequentati a Sabinis.

LO

LŎBĂ, ae, f. Vox Graeca, *λοβός*, ὁ, qua significatur leguminum integumentum, canna. *Apul. Herb. 75.* Semine in cannis, quas Graeci lobas appellant, croceo. *Apic. 5. n. 211.* Et elixati *(phaseoli)* sumpto semine cum lobis in patella, etc. V. *Schneid.* ad *h. l.* — **2)** Item culmus milii indici apud *Plin. 18. 10. 4.*, ubi tamen rectius *phoba* scripseris; nam eandem *Theophrast. Hist. plant. l. 8. c. 3. φόβην* vocat, et reapse *phoba* legit *Sillig.*, quem videsis ad *h. l.*

LŎCĀLIS, le. Adiect. a *locus;* ad locum pertinens; *locale. Tertull. 4. advers. Marcion. 34. a med.* Esse aliquam localem determinationem, quae sinus dicta sit Abrahae. *Id. ad Scapul. 3.* locale universali opponit. *Id. Apolog. 20.* Locales clades; *h. e.* locorum. Sic *Ammian. 14. 7.* Principum diffusa potestas localibus subinde medetur aerumnis. — **2)** *Localia adverbia* apud Grammaticos sunt, quae locum adsignificant. *Charis. 2. p. 182. Putsch.* et *Eutich.* apud *Cassiod. Orthogr. 9.* — **3)** *Locales praepositiones* dicuntur, quae statum in loco indicant, et opponuntur *itineralibus. Cledon. p. 1934. Putsch.* V. loc. in ITINERALIS. — **4)** Praeterea est ad locum, qua est sedes argumenti, pertinens. *Boëth. 1. de Differ. topic. post init.* Ea vero *(pars)*, quae inveniendi facultatem subministrat, a Graecis topice, a nobis localis dicitur.

LŎCĀLĬTAS, ātis, f. Abstractum a *localis;* necessaria corporis affectio apud *Claud. Mamert. 3. Stat. anim. 3.* et *4.*

LŎCĀLĬTER. Adverb. a *localis;* ratione loci; *secondo i luoghi. Tertull. Pall. 2.* Mutat et nunc localiter habitus. *Ammian. 19. 12.* Esse Dei localiter appellati oraculum; *h. e.* ab incolis loci. *Cassiod. 1. Variar. 35.* Cum siccitas praesentis anni, quae localiter certis solet desaevire temporibus, etc. V. IOCALITER. Adde *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 14.*

LŎCĀRĬUM, ii, n. Nomen a *locus*, quo significatur pretium, quod datur in stabulo et taberna, ubi consistant; *affitto. Varr. 5. LL. 2.*

LŎCĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *locus*, quo absolute posito significatur locator, sive is, qui loca prius occupabat in spectaculis, ut eadem aliis sero venientibus certo pretio cederet; *pigionante de' sedili. Martial. 5. 24.* Hermes divitiae locariorum; *h. e.* qui cum esset gladiator magni nominis, ideoque ingens hominum multitudo in amphitheatrum conveniret, grande lucrum sedes ibidem locantibus procurabat.

LŎCĀTĀRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *loco;* qui mercede locatur, idem ac locaticius. *Gloss. Philox.* Locatarius; ὁ μισθούμενος. V. LOCATORIUS.

LŎCĀTĬCĬUS et Locatitius, a, um. Adiect. verbale a *locatus;* qui locatur. *Sidon. 6. ep. 8.* Mercenariis prosecutionibus, et locaticia fatigatione. *Salvian. ep. 1.* Mercenario opere victum quaeritans uteribus barbarorum locaticias manus subdit. *Gloss. Lat. Gr.* Locaticius; μισθωτικός.

LŎCĀTIM. Adverb. a *locatus;* per loca. *Val. Max. 5. 3. n. 3. extera.* Locatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit. *Alii rectius leg.* vicatim. *Iornand. Get. 7.* Taurus mons locatim recisus, qua diruptо iugo vallis hiatu patescit, nunc Caspias portas, nunc Armenias, nunc Ciliças, nunc secundum locum qualis fuerit, facit.

LŎCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *loco;* actus locandi, collocatio, dispositio; *collocazione. Quintil. 7. 1. 1.* Partitio est rerum singularum in partes discretus ordo, et recta quaedam locatio, prioribus sequentia adnectens. *Id. 9. 4. 32.* Amphiboliam fieri vitiosa locatione verborum. — **2)** Speciatim vero

II. *Locatio* est actus rem alteri vel committendi faciendam, vel utendam concedendi, pretio pacto: cui *conductio* et *redemptio* respondent; *locazione, affittanza. Cic. 4. Att. 5.* Disturbata porticus Catuli, quae ex S. C. consulum locatione reficiebatur. In *vet. edict. praetor.* apud *Gell. 11. 17.* Ex lege locationis. *Colum. 1. 7.* Mea fert opinio, rem malam esse frequentem locationem. *Liv. 45. 18.* Locationem praediorum rusticorum. *Cic. 1. Att. 17.* Asiani, qui de censoribus conduxerunt, questi sunt in senatu . . . ut induceretur locatio, postulaverunt. V. integr. loc. — *Inscr.* apud *Momms. n. 460.* Neq. ulli liquebit locationis causa in annis centum quandoq. transvendere, etc. — *De locationibus legibusque locationum proponendis et in tabulas municipii referendis*, rubrica est in *Tab. Malacit.* edita in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1853. p. 45. n. 63.*

Nota. *Locatio aedium* Romae fiebat Cal. Iuliis. V. IULIUS, a, um. Fundorum vero Kal. Martiis. V. *Brisson. de formul. pop. R. l. 6. c. 70.* Attamen Pompeiis idem factitatum fuisse Idibus Augustis, probat *Rosin. Dissert. isagog. p. 64.* Ubique autem in quinquennium locationes tum aedium, tum fundorum factas fuisse, arguit idem *Brisson. loc. cit.* Item vectigalium et ultrotributorum. V. LUSTRUM.

LŎCĀTĪTĬUS. V. LOCATICIUS.

LŎCĀTOR, ōris, m. Verbale a *loco;* qui pretio rem aliquam utendam, aut faciendam dat alteri; *chi dà a pigione o ad affitto;* cui *conductor* et *redemptor* respondent. *Plin. 7. 53. 3.* Locator funeris. *Labeo, Dig. 9. 19. 2. 60.* domus. *African. ibid. 55.* insulae et fundi. *Florentin. ibid. 56.* operis. *Firmic. 4. Mathes. 6.* Locatores meretricum. *Inscr.* apud *Pratill. Via App. p. 279.* Locator thermarum. — **2)** *Locator scaenicorum* vel *a scaena* dicebatur, qui ludorum theatralium editoribus corpus histrionum, gregem appellatum cum omni supellectili, mercede pacta, pro ludis faciendis locabat; *impresario. Inscr.* apud *Gor. Symbol. litter. Florent. T. 2. p. 161.* P. Carsennius Gratus loc. scaenicorum. *Alia* apud *Bund. ibid. p. 167.* A. Mammius A. f. Severinus locator scaenicorum. V. *ibid.* plura huc spectantia. — *Alia* apud *Orelli, n. 2619.* Aurelio Augg. lib. . . . locatori diurno scribae et magistro perpetuo corporis scaenicorum, etc.

LŎCĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale *a loco*, idem ac locatarius.

Digitized by Google

Gloss. Philox. Locatorius; μεδυσιμαλος. — *Cic. 15. Att. 9.* Locatoria provincia. *Al. leg.* legataria vel legatoria. Cf. *Orelli in not. crit.* ad *h. l.* et V. LEGATARIUS §. 2.

LŎCĀTUS, a, um. Particip. verbi *loco*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est positus; *collocato, posto. Cic. Brut. 57.* Membra suo quaeque loco locata. *Enn.* apud *Fund. 2. Offic. 18.* Benefacta male locata malefacta arbitror. *Cic. Cael. 28.* Fortes viri in insidiis atque in praesidio balnearum locati. *Curt. 5. 9. a med.* Equites ab utroque cornu locati. *Hirt. B. Afr. 56.* Castellum in montis loco munito locatum vi expugnare. *Sall. Iug. 14.* Castra locata. *Ovid. 14. Met. 89.* sterilique locatae Colle Pithecusae. *Id. 5. Fast. 615.* Dii nuper hac sede locati. *Id. 4. Pont. 9. 129.* inter conversa locatus Sidera. *Vulg. Interpr. Exod. 40. 23.* Locatis per ordinem lucernis. Adde *Terentian.* loc. cit. in LOCO §. 1. *in fin.* — 2) Translate. *Cic. 6. Att. 1. ante med.* Civitatem in Catonis et Bruti fide locatam, meisque beneficiis ornatam funditus perdidissem; *posta sotto la protezione.* Et *Amic. 12.* Eo loco, Panni, locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus reipublicae. — 3) Specialim

II. *Locatus* est etiam pretio faciendus vel utendus datus; *affittato, dato a pigione. Plin. 7. 55. 5.* Locatum funus. *Paul. Dig. 14. 2. 2.* Ex locato agere cum aliquo; *h. e.* ex contractu locationis. Adde *ibid. 19. tit. 2.* qui *Locati et conducti* inscribitur. *Iuvenal. 9. 145.* duo fortes De grege Moesorum, qui me cervice locata Securum iubeant clamoso insistere circo.

LŎCELLUS, i, m. Deminut. a *loculus;* parvus loculus. *Gloss. Lat. p. 198. n. 161.* Loculus, locellus. Cf. *Isid. 20. Orig. 3. 5.* — 2) Hinc specialim capsula; *cassettina, scrignetto. Caesar* ad *Pison.* apud *Charis. 1. p. 80. Putsch.* Locellum tibi designatum demisi. *Martial. 14. 13.* cuius lemma est *Loculi lignei.* Si quid adhuc superest in nostri faece locelli, Munus erit: nihil est, ipse locellus erit. *Id. 10. 88.* Omnes persequeris praetorum, Cotta, locellos. *Petron. Satyr. 140:* Unde plani viverent, nisi aut locellos, aut sonantes aere ascellos pro hamis in turbam mitterent? — *Val. Max. 7. 8. n. 9.* Annulos in locellum repositos heredibus reddidit.

LŎCHĬA, ae, f. Vox Graeca, λοχεία; obstetrix: ita est appellata Diana, quia a parturientibus invocata, eisdem opem fert, ideoque et opifera, et Ilithya etiam dicta fuit. V. *Callimach. Hymn. in Dian. v. 19.* Hinc *Inscr.* apud *Grut. 1011. 5.* Dianae Lochiae Gineceia P. f. Rufa Pomponia.

LŎCĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *loco*, qua significat utendum, aut faciendum dare. *Ter. Adelph. 5. 8. 26.* Agelli est hic sub urbe paulum, quod locitas foras.

LOCLĀMENTUM. V. LOCULAMENTUM §. 1.

LOCLĀRĬUS. V. LOCULARIUS *in fin.*

LŎCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *locus.* — b) *Locassim, is, it,* pro *locaverim* antique habetur apud *Cic. 3. Leg. 4.* et *Plaut. Aul. 2. 2. 51.* — c) Particip. *locandus* §. 4. *locatus,* V. suo loco, *locaturus* §. 4. — d) Derivata et Composita, V. in LOCUS.

LOCO proprie est in loco pono, constituo, colloco; *collocare, porre. Cic. 13. Fam. 2.* Castra ad Cybistra locavi. *Quintil. 2. 15. 3.* Locare equites pro cornibus. *Caes. 3. B. C. 46.* Crates ad extremum tumulum contra hostem proferri, et adversas locari iubet. *Sall. Iug. 105.* Milites super vallum in munimentis locare. *Iustin. 2. 8.* Iuventutem in insidiis locat. *Plaut. Rud. 2. 3. 17.* et *Curc. 1. 1. 23.* Locare insidias alicui. *Cato, RR. 14.* Villam aedificandam si locabis novam ab solo. *Virg. 1. Aen. 701.* aulaeis iam se regina superbis Aurea composuit sponda, mediamque locavit. Et *2. ibid. 525.* recepit Ad sese, et sacra longaevum in sede locavit. Et *8. ibid. 176.* gramineoque viros locat ipse sedili; *mette a sedere.* Et *4. ibid. 503.* Effigiemque toro locat. Et *ibid. 266.* Locare fundamenta urbis; *gettare.* Et *1. ibid. 251.* urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum; *fondò. Tacit. Germ. 16.* Vicos locant non in nostrum morem, connexis aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat; *fabbricano, piantano, dispongono. Sall. Iug. 93.* Ad oppidum Laris, ubi stipendium et commentum locaverat, ire iubet; *avea depositato. — Terentian. de metr. 503.* et *seqq.* lōrx, quod Graius vocat, Si quis in metro locabit, syllabae ut fiant duae, Non potest diphthongos esse in duabus litteris, Consonans prius locata quia fit et Graios apud. — 2) Translate. *Cic. 1. Acad. 10.* Inter recte factum atque peccatum media locabat quaedam. *Id. Mur. 14.* Artes, quae possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis. *Lucret. 5. 11.* Fluctibus e tantis vitam tantisque tenebris In tam tranquillo et tam clara luce locavit. *Cic. 9. Fam. 6.* Omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis magistratu fixi et locavi. *Plaut. Amph. 1. 1. 122.* Operam pulcre locare; *impiegare. Liv. 7. 20.* beneficium apud gratos. *Cic. Amic. 27.* Vos hortor, ut ita virtutem locetis, ut, ea excepta, nihil amicitia praestabilius putetis; *h. e.* eo loco habeatis, ea existimatione et pretio dignam putetis, ut etc. *Graev.* suspicatur legendum *collatis.* — 3) Deinde

II. *Locare* est etiam mercede pacta quippiam alicui utendum concedere; *dare a pigione, affittare:* cui respondet *conducere. Cic. 1. Invent. 50.* Si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere. *Id. 1. Agr. 5.* Censoribus vectigalia locare, nisi in conspectu populi R., non licet. *Liv. 27. 3.* Agrum omnem locavit frumento; *affittò a formento. Plin. 9. ep. 37.* Praedia locare non nummo, sed partibus; *non a danari, ma alla parte. Suet. Ner. 37.* tabernas civitatibus ad stationem. — *Inscr.* in *Bullett. dell'Istit. Archeol. a. 1862. p. 94.* Hospitium hic locatur et triclinium cum tribus lectis. — *Vulg. Interpr. Matth. 21. 33., Marc. 12. 1.* et *Luc. 20. 9.* Locare vineam; Ἀλληγορικῶς. — 4) Item aliquid faciendum committere, pretio proposito; *dar a fare:* cui respondet *suscipere, redimere. Cic. 2. Phil. 7.* Ut quaestores eam basim statuamque faciendam, et in rostris statuendam locent: quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori solvendam curent. *Id. 3. Verr. 59.* Qui maiore pecunia quattuor columnas dealbandas, quam ille omnes aedificandas locaverit. Et *7. ibid. 55. extr.* Palam vivorum funera locabantur. *Plaut. Aul. 3. 6. 50.* in idem optimum est Loces efferendum, nam iam credo, mortuus est; *h. e.* pecuniam des alicui, qui curam funeris suscipiat. *Cic. Rosc. Am. 20.* Asseribus cibaria publice locantur; *scil.* praebenda. Sic *Liv. 27. 10. extr.* Vestimenta praesenti pecunia locare exercitui; *h. e.* facienda pro exercitu. *Pers. 6. 47.* ingentesque locat Caesonia Rhenos; *h. e.* Rhenanos, vel Rheni accolas. *Suet. Claud. 9.* Quod fratrum Caesaris statuas segnius locandas ponendasque curasset. *Sulpic.* ad *Cic. 4. Fam. 12. sub fin.* Monumentum ei marmoreum faciendum locarunt. *Cic. 4. Verr. 67.* Centuripinorum senatus decrevit, populusque iussit, ut eas *(statuas Verris)* quaestores demoliendas locarent. *Ovid. 3. Fast. 223.* Parte locat clivum, qui tunc erat ardua rupes: Utile nunc iter est; Publicianumque vocant. *Liv. 23. 48.* Quaeque alia opus essent navalibus sociis, esset locaturus. — 5) Specialim, sensu quidem translato, sed in locutionibus peculiaribus,

III. *Locare se* aut *operam suam* est pretio accepto alteri addicere; *obbligarsi, soggettare. Plaut. Rud. 2. 6. 51.* Quid, si aliquo ad ludos me pro manduco locem? *Id. Trin. 4. 2. 1.* ego operam meam Tribus nummis hodie locavi ad artes nugatorias. *Gell. 3. 3. sub fin.* Plautus ob quaerendum victum ad circumagendas molas operam pistori locavit. *Iuvenal. 8. 185.* Consumptis opibus, vocem, Damasippe, locasti; *h. e.* ut cantares in choris, aut mimos ageres. — *Vulg. Interpr. 1. Reg. 2. 5.* Pro panibus se locaverunt, et famelici saturati sunt. — 6) Eleganter causidici et rabulae dicuntur a *Senec. Here. Fur. 173.* iurgia vendere, iras et verba locare. — 7) *Locare puellam* est nuptui dare; *collocare in matrimonio. Plaut. Aul. 2. 2. 14.* Virginem habeo grandem, Neque eam queo locare cuiquam. *Id. Trin. 3. 3. 32.* Locare in matrimonium. *Id. Cist. 2. 3. 18.* aliquam in luculentam familiam. *Ter. Phorm. 5. 1. 25.* nuptum virginem adolescenti. *Cic. 2. Phil. 18.* in matrimonio stabili et certo. *Enn.* apud *Auct. ad Herenn. 2. 24.* Cur me huic locabas nuptiis? — Rationem huius formulae habes apud *Serv.* loc. cit. in FABRICATIO. — 8) *Locare noctes* meretricum est, pretio amatoribus se addicentium. *Ovid. 1. Amor. 10. 30.* Sola viro mulier spoliis exsultat ademptis: Sola locat noctes, sola locanda venit. — 9) *Locare nomen* est fideiussoris fidem suam interponentis, et se pro alio obligantis, ita ut patiatur nomen suum poni pro nomine debitoris. *Phaedr. 1. 16.* Fraudator nomen cum locat sponsu improbo, etc. *Alii rectius leg.* Praudator hominem cum vocat sponsum improbum. — 10) *Locare pecuniam* est ponere, impendere; *impiegare, spendere. Plaut. Most. 1. 3. 141.* Triginta minas pro capite tuo dedi: Nec quidquam argenti locavi iamdiu usquam aeque bene. — 11) Item fenori dare; *dar ad usura, investire. Id. ibid. 2. 1. 4.* Locare argenti nemini nummum quo.

LŎCŬLĀMENTUM (et Loclamentum), i, n. Nomen a *loculus,* verbalium more effictum, quo significatur loculus, cellula, capsula, seu potius loculorum plurium distinctorum series, qualia in favis ad receptaculum apum, et in columbariis, ubi columbae nidificant, etc. *Colum. 8. 8.* Paxillis adactis tabulae superponantur, quae vel loculamenta, quibus nidificent aves, vel fictilia columbaria recipiant. *Senec. Tranquill. 9. sub fin.* Apud desidiosissimos videbis quidquid orationum historiarumque est, et tecto tenus exstructa loculamenta; *scaffali, scansie da libri. Colum. 8. 9.* Custos novum loculamentum in hoc praeparatum perliniat intrinsecus; *bugno, arnia, alveario da pecchie.* — In *Gloss. Lat. Gr.* Loclamenta; διαφράγματα. — Vocabulum Graecum in Lexicis Graecis non reperitur. — 2) Specialim. *Vitruv. 10. 14.* loculamentum appellat thecam, cavum, in quo aliquid recipitur et includitur. — *Veget. 2. Veterin. 32.* Loculamenta dentium.

LŎCŬLĀRIS, re. Adiect. a *loculus;* ad loculos, sive ad locum pertinens; ut Locularis motus apud *Calcid. Comment. in Tim. Plat. p. 58.* — 2) Item qui in loculis servatur, ut Locularis resina apud *Pallad. 3. 25. a med.,* ubi eam pici liquidae mistam, in arborum mor-

Digitized by Google

bis, iubet adlini truncis. — Haec eadem vocatur etiam *vestna aronalis* et *cavsalis*. V. has voces suo loco.

LŎCŬLĀRĬUS, ii, m. Nomen proprie adiect. a *loculus*, quo absolute adhibito videtur significari is, qui loculos in sepulchris excavat vel sandapilarius. Ita enim autumo explicari posse *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol.* a. *1858. p. 119.* T. Vallius T. l. Mocetius loclar. *Loclar* per syncopen est pro *loculor*, hoc autem pro *loculārius*.

LŎCŬLĀTUS, a, um. Adiect. a *loculus*, participiorum more effictum; loculos habens, seu loculamenta crebra et distincta. *Varr. §. RR. 17.* Ut pictores loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sint cerae; sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habeant pisces. — **B**) Item in loculo sive sepulchro positus. *Potamius* in *Tract. 1. de Lazaro*. Loculatus in specu incisae rupis.

LŎCŬLENTUS, a, um. Adiect. verbale a *loquor;* loquaculus, eloquens, disertus. Legitur in *Gloss. Cyrill.* Εὔλαλος; loculentus. Sed fortasse *loculentus* est pro *luculentus*, quod idem significare potest. V. LUCULENTUS.

LŎCŬLŌSUS, a, um. Adiect. a *loculus;* loculis, seu cellulis, alia ab alia distinctis, abundans. *Plin. 13. 24. 3. de nucib.* Differentia generum in putamine duro fragilive, et tenui ac crasso, loculoso et simplici.

LŎCŬLUS, i, m. Deminut. a *locus;* parvus locus; *luoghicciuolo*. *Plaut. Mil. 3. 2. 38.* in cella est paulum nimis loculi lubrici: ibi erat bilibris aqualis, etc. — *Isid. 20. Orig. 9. 3.* Loculus, ad aliquid ponendum in terra factus locus, seu ad vestes, vel pecuniam custodiendam, unde et per deminutionem dicitur. — **2**) Specialim est locus in sepulcro, ubi cadavera conduntur; *nicchia, cassa*. *Plin. 7. 16. 3. M'.* Maximum, et M. Tullium equites R. binûm cubitorum fuisse, auctor est M. Varro: et ipsi vidimus in loculis asservatos. Et *ibid. 2. 12.* Pollicem cremari cum reliquo corpore non potuisse traduni, conditumque loculo in templo. Adde *Iustin. 39. 1.* — **3**) De feretro, seu sandapila, qua effertur ad sepulturam cadaver, usurpat *Fulgent. Planciad. initio exposit. serm. antiqui*, et *Vulg. Interpr. Lue. 7. 14.* — **4**) Item loculamentum in piscinis, aviariis, aliorumque animalium stabulis, in quibus unaquaeque seorsum degunt et aluntur. *Varr. 3. RR. 17.* Cum piscinas haberet magna pecunia aedificatas ac loculos. *Alii rectius leg.* ad Baulos. — **5**) Item capsula, cista; *cassetta, cesta*. *Pallad. 4. 10. ad fin.* Pulpae ficorum duplicatae in cistellis serventur aut loculis. — **6**) Item locus in praesepi, ubi iumenta separatim cibum capiunt. *Vegel. 1. Veterin. 56.* Loculi vel marmore, vel ligno facti distinguendi sunt, ut singula iumenta hordeum suum ex integro, nullo praeripiente, consumant. — **7**) Item capsula continendae pecuniae et huiusmodi pretiosis rebus, quae diligenter custodiri solent; *cassettina, scatola, scrignetto:* adhibeturque semper in plurali num., fortasse quia huiusmodi capsulae pluribus constabant loculamentis ad varia pecuniarum genera distinguenda. *Horat. 2. Ep. 1. 175.* Gestit enim nummum in loculos demittere. *Iuvenal. 1. 89.* neque enim loculis comitantibus itur Ad casum tabulae, posita sed luditur arca. Et *13. 138.* gemmaque princeps Sardonyches, loculis quae custoditur eburnis. *Ovid. 6. Fast. 749.* Gramina continuo loculis depromit eburnis. *Martial. 5. 39.* Excussi loculosque, sacculumque. Adde *14. 13.*, cuius lemma est *Loculi lignei*. *Plin. 14. 14. 2.* Quod loculos, in quibus erant claves vinariae cellae, resignavisset. *Auson. Grat. act. 3.* Consul ego munere tuo, non passus septa, neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos; *h. e.* largitionem pecuniae. — **8**) In illo *Horat. 1. Sat. 6. 74.* Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto: *loculi* sunt capsulae calculorum plenae, vel arculae loculatae, quibus ad supputandum utebantur. — **9**) locullariter et convicii gratia *stimulorum loculi* dicitur de malo servo, ita stimulis perfosso, ut hi in eius corpore, sicut pecunia in loculis, servari videantur. *Plaut. Cas. 2. 8. 11.* At candidatus cedit hic mastigia Stimulorum loculi. — **10**) Denique *loculus Archimedius*, quid fuerit, indicatur *Auil. Fortunat. 1. 9. 25.* Nam si loculus ille Archimedius quatuordecim eboreas lamellas, quarum anguli varii sunt, in quadratam formam inclusas habet, componentibus nobis aliter atque aliter, modo galeam, modo sicam, alias columnam, alias navem figurat, et innumerabiles efficit species, solebatque nobis pueris hic loculus ad confirmandam memoriam plurimum prodesse, etc. Adde *Mar. Victorin. 3. 1. 4.*

LŎCUM, i, n. V. LOCUS §. b.

LŎCUOR. V. LOQUOR §. c.

LŎCŬPLES, ētis; omn. gen. Adiect. a *locus* et *pleo* pro *impleo*, unde *plenus*. Sic enim *Isid. 10. Orig. 136.* « *Locuples*, quasi *locis plenus* et possessionum plurimarum possessor, quemadmodum docet Tullius in lib. II. de Republica, etc. » Cf. infra §. 1. — **b**) Duplicem habet in sexto singulari positionem, in *e* et *i*. *Cic. 5. Verr. 19.* in provincia tam locupleti ac referta, ita *Prissian. 7. p. 765. Putsch.* legebat. *Alii* locuplete. — **c**) Hinc in genitivo plur. et um et ium, sed hoc videtur esse frequentius. *Cic. 1. Att. 19. ante med.* Exercitus hominum locupletium. Et *7. ibid. 7. sub fin.* In pecuniis locupletum. *Caes. 3. B. C. 110.* Bona locupletum diripere. *Cic. 6. Parad. 2.* Proscriptiones locupletium. *Tacit. 6. Ann. 16.* Ex libidine locupletium. In *Tabula aerea Lugdun.* apud *Grut. 502.* Bonorum scilicet virorum et locupletium. In non uno ex aliatis locis *al. leg.* locupletum. — Cf. ad rem *Hildebr.* ad *Apul. 2. Dogm. Plat. 26.* et *3. Met. 36.* — **d**) De forma *locuplex*, v. eundem *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 1.*, et quos ibi laudat. — **e**) Comparat. *locupletior* §. 2. et 3., superlat. *locupletissimus* §. 2. et 4. — **f**) Derivata, *locupletatio, locupletator, locupleto, locupleto, locupletus*.

LOCUPLES proprie est is, qui multas habet agrorum possessiones. Quo sensu locuples esse potest aliquis, nec tamen dives: ut si magno in aere alieno sit, maiores tamen fundos habeat; *facoltoso, ricco. Nigid.* apud *Gell. 10. 3.* Locuples dictus ex compositis vocibus, qui plerasque loca, hoc est qui multas possessiones, teneret. *Cic. 2. de Rep.* (edente *A. Mai*) *9.* et apud *Non. 1. 204.* Quod tum res erat in pecore, et in locorum possessionibus: ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur. *Ovid. 5. Fast. 279.* Cetera luxuriae nondum instrumenta vigebant: Aut pecus, aut latam dives habebat humum. Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est. *Plin. 18. 3. 2.* Locupletes dicebant, loci, hoc est agri, plenos. *Id. 33. 47. 1.* Crassus negabat, locupletem esse, nisi qui reditu annuo legionem tueri posset. *Cic. 2. Catil. 8.* Unum genus est eorum, qui magno in aere alieno, maiores etiam possessiones habent: quarum amore adducti, dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima: sunt enim locupletes: voluntas vero et causa impudentissima. Adde *Quintil. 5. 10. ante med.* — **2**) Universim autem pro divite, copioso, opulento adhibetur, tum de personis, tum de rebus ipsis. *Cic. Rosc. Com. 5.* Egebat? immo locuples erat: debebat? immo in suis nummis versabatur. *Id. Divin. Verr. 17.* Mulier copiosa plane et locuples. *Id. 1. Orat. 35.* Locuples et referta domus. *Hirt. B. Alex. 2.* Locupletiorem domini. *Caes. 3. B. C. 31. extr.* Locupletissimae urbes. *Nep. Agesil. 3.* Ea regio multo putabatur locupletissima; *abbondantissima*. Et *Thrasyb. 4.* Parva munera diutina; locupletia, non propria esse consueverunt. *Pers. 3. 73.* multa fidelia putet in locupleto penu. *Horat. 1. Ep. 6. 39.* Mancipiis locuples, eget aeris Cappadocum rex. *Sall. Iug. 86.* Sese quisque praeda locupletem fore sperabat. *Horat. 2. Ep. 1. 137.* annus locuples frugibus. *Plaut. Rud. 2. 1. 4.* Nos de ornatu propemodum ut locupletes sumus, scitis. *Apul. 8. Met. init.* Iuvenit praenobilis, equo clarus, pecuniae simul satis locuples. *Iuvenal. 14. 197.* Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus Afferat; *h. e.* gradum in militia, qui te locupletem reddat: qualis fuit centurionis qui aquilam servabat. — **3**) Translate. *Cic. 1. Nat. D. 40.* Locupletior igitur hominum natura ad beate vivendum est, quam Deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum; *h. e.* magis instructa, atque adeo magis idonea. *Id. 5. Fin. 5.* Lysias oratione locuples, rebus ipsis ieiunior. Et *1. ibid. 3. extr.* Latina lingua locupletior, quam Graeca. *Macrob. 1. Sat. 5. 16.* Locuples interpres. — **4**) Specialim

II. *Locuples auctor* aut *testis* est plenus fidei, et dignissimus, cui credatur; *degno di fede, pieno di credito, autorevole:* quemadmodum locupleti homini fides habetur in rebus creditis. *Cic. 2. Divin. 58.* Pythagoras et Plato locupletissimi auctores, iubent, etc. *Id. 3. Offic. 2. sub fin.* Accedit eodem testis locuples Posidonius, qui etc. — **5**) *Locuples reus*, qui cum se obligarit, habet unde solvat, et idoneus est implendo promisso. *Liv. 9. 9. ad fin.* Samnitibus spondores nos sumus, rei satis locupletes in id, quod nostrum est. — Huc spectat *Cai. Dig. 50. 16. 234. §. 1.* Locuples est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. — **6**) *Locuples tabellarius*, cui tuto committi litterae possunt de rebus magni momenti. *Cic. 3. Q. Fr. 9. a med.* Habeo absolutum suave *ἔπος* ad Caesarem: sed quaero locupletem tabellarium, ne accidat, quod Erigonae tuae.

Nota. Discrimen inter *divitem* et *locupletem*, v. sub v. DIVES in *Nota* II., coll. supra §. a. et §. 1. *init.*

LŎCŬPLĒTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *locupleto;* actus locupletandi; *dovizia, arricchimento*. — Translate est copia, abundantia. *Vulg. Interpr. Iudith, 2. 16.* Et praedavit omnem locupletationem eorum.

LŎCŬPLĒTĀTOR, ōris, m. Verbale a *locupleto;* qui locupletat; ditator; *arricchitore. Eutrop. 10. 15.* Iulianus Aug. familiarium etiam locupletator. — *Nummus* Hadriani, in quo ipse togatus sedet in suggestu, cui adstat Liberalitas, quae ex cornucopia opes in sinum duorum civium infra stantium effundit, cum hac inscriptione apud *Eckhel, D. N. V. T. 6. p. 503.* LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 447. n. 57.* Imp. Caesari Divi Nervae Traiano Aug. propagatori orbis terrarum, locupletatori civium etc. *Alia* in *Novell. letter. di Firenze, T. 4. p. 6.* Hadriano Augusto Cos. III. P. P., Sabinae Augustae, locupletatoribus municipii ex D. D. publico.

LŎCŬPLĒTĀTUS, a, um. Particip. verbi *locupleto;* ditatus; *arricchito*. *Cic. 7. Verr. 51.* Hac tanta praeda auctus, mancipiis, argro-

Digitized by Google

to, veste locupletatus. *Nep. Agesil. 5.* Magna praeda milites locupletati. — **2)** Translate. *Vulg. Interpr. 2. Cor. 9. 11.* Ut in omnibus locupletati abundetis.

LŌCŬPLĒTĒ. Adverb. a *locuples*. — Comparat. *locupletius* §. 2., superlat. *locupletissime* §. 1. — Proprie est dite; *riccamente*. *Spartian. Hadrian. 5.* Ob hoc se a Traiano locupletissime muneratum. *Aurel. Vict. Epit. 9.* Filia locupletissime dotata. — **2)** Translate. *Frontin. 1. ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 5.* Vidi pullulos tuos tam simili facie tibi, ut nihil sit hoc simili similius: tamen vidi te non ex adversum, sed locupletius, sive me ad dexteram, sive ad laevam convertissem.

LŌCŬPLĒTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *locuples*. — Particip. *locupletans* §. 2., *locupletandus* §. 1., *locupletatus*, V. suo loco. — Proprie est locupletem facio, dito; *arricchire*. *Cic. 2. Agr. 26.* Haec lex eos homines fortunis locupletat. *Nep. Amilc. 4.* Equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam. *Colum. praef. 1. 6.* Quam partem rei rusticae exercendo, celeriter locupletari posset. *Aeclus* apud *Gell. 14. 1. ad fin.* Auro locupletare domum. *Plin. Paneg. 80. de Traiano.* Non locupletando fisco sedes; nec aliud tibi sententiae tuae pretium, quam bene iudicasse. — **2)** Translate. *Cic. 2. Fin. 28.* Capientem locupletat ipsa natura. *Id. Brut. 97.* Ipsam eloquentiam locupletavisti graviorum artium instrumento. *Id. 2. Invent. 1.* Templum Iunonis egregiis picturis locupletare voluerunt. *Vulg. Interpr. 2. Cor. 6. 10.* Sicut egentes, multos autem locupletantes.

LŌCŬPLĒTUS, a, um. Adiect., quod in usu fuisse videtur apud sequioris aevi Scriptores pro locuplete. Legitur enim apud *Venant. 2. Vit. S. Martin. 579.* Dives agris, opulens famulis, locupletus acervis.

LOCUS, i, m. et *in plur. num. etiam* Loca, ōrum, n. Nomen incert. admodum originis, ut pronuntiavit *Forcellinus* noster; *Furlanetto* tamen de ea sic in *Additis* ad h. v. « Est a λέχος; locus insidiis aptus, quod a λίχω pro λίγω, unde λίγομαι; cubo; Romani vero dempta, ut saepissime alias, aspiratione, situm seu positionem quamlibet *locum* dixerunt; constat enim, eos, utpote qui rem militarem apprime coluerint, ex militia plurimas hausisse voces, quas in communi linguae usu postea usurparunt. » — **b)** *Locum*, *i*, n. etiam in num. sing. *Inscr.* apud *Grut. 129. 14.* Ex iusso hoc locum fecerunt. — Sed frequentius in plur. num. ut supra monuimus. Cf. infra §. 1. *fin.* — **c)** *Stlocus* pro *locus*, quemadmodum *Stlis* pro *lis*, Veteres usurpasse, testatur *Quintil. 1. 4. 16.* et *Fest.* V. loc. in STLATA. Item *logus* pro *locus* scribitur in *Inscr.* apud *Maffei, Mus. Ver. 151. 4.* — **d)** Apud *Plaut. Pers. 5. 2. 67.* et *Men. 5. 6. 18.* *loco* et *locis* monosyllaba sunt. — **e)** Derivata, *localitas*, *localiter*, *locarium*, *locarius*, *locatarius*, *locaticius*, *locatim*, *locatio*, *locator*, *locatorius*, *locatus*, *locellus*, *loctio*, *loco*, *loculamentum*, *locularis*, *locularius*, *loculatus*, *loculosus*, *loculus*. Cf. LOQUOR §. 8. — **f)** Composita, *ablŏco*, *collŏco*, *delocatio*, *dēloco*, *dislocatus*, *eloco*, *illico*, *illocabilis*, *illocatis*, *illocalitas*, *illocaliter*, *locuples* (quod V. pro suis), *obloco*, *praeloco*, *reloco*.

LOCUS proprie et universim est quidquid continet aliquid, sive, ut ait *Varro, 5. L.L. 2.*, ubi quidquam consistit; *luogo*. *Pompei.* ad *Cos.* apud *Cic. 8. Att. 6.* Omnes copias in unum locum convenire. *Ovid. 2. Art. am. 240.* Facere alicui locum in turba. *Liv. 22. 58. ad fin.* Locorum situm, naturam regionis nosse. *Ovid. 8. Met. 805.* de *Fame*. Ventris erat pro ventre locus. *Quintil. 6. 3. circa med.* Locum perdere; *h. e.* spectandi in ludis. *Sall. Cat. 46.* Postquam ad id loci legati cum Vulturcio venere. *Horat. 1. Ep. 5. 31.* ubicumque locorum. *Caes. 1. B. G. 49.* Ultra eum locum, quo in loco Germani consederant. Et *2. ibid. 4.* Galli, qui ea loca incolerent. *Virg. 1. Aen. 540.* exire, locosque Explorare novos, quas vento accesserit oras. Et *ibid. 569.* Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes Moenia. *Ovid. Rem. am. 579.* Quisquis amas, loca sola nocent, loca sola caveto. *Plaut. Trin. 4. 2. 86.* Quos locos adiisti? *Id. Mensech. 2. 7. 25.* Face ut oculi locus appareat; *h. e.* cavitas. — *Liv. 27. 27.* Signum dedit, ut ad locum miles esset paratus; *h. e.* ad locum constitutum. *Plaut. Men. 5. 5. 29.* Loci lenonii; *h. e.* aedes lenonis. *Id. Mil. 2. 8. 5.* Loca Neptunia; *h. e.* mare. *Id. Rud. 4. 2. 2.* Loca salsa. *Sall. Iug. 21.* Proximos nostro mari locos occupavere. Et *ibid. 32.* Romae per omnes locos. *Tacit. 1. Ann. 61.* Incedunt moestos locos. Adde *2. ibid. 20.* et *54.* et *alibi saepe*. — Ceterum apud Oratores, Ciceronem praesertim, hoc sensu frequentius est *locus*, quam *loci* et *locus*: tametsi *Cic.* in aliis casibus efferens, masculine adiectiva adiunxit, ut *Partit. 10.* In locis illa naturalia, maritimi, an remoti a mari; plani, an montuosi; leves, an asperi; salubres, an pestilentes; opaci, an aprici: et illa fortuita, culti, an inculti; celebres, an deserti; coaedificati, an vasti; obscuri, an rerum gestarum vestigiis nobilitati; consecrati, an profani. Adde *Fat. 4.* — **2)** *Ex loco superiore agere* dicitur orator, qui e rostris ad populum verba facit, et magistratus, qui ius dicit; *ex aequo*, qui in senatu, item qui familiariter cum aliis colloquitur; *ex inferiore loco*, qui ad iudices. *Cic. 3. Orat. 6.* Sive de caeli natura loquitur, sive de terrae; sive de divina vi, sive de humana; sive ex inferiore loco, sive ex aequo, sive ex superiore. *Id. 1. Tusc. 49.* Magna eloquentia est utendum, atque ita velut superiore e loco concionandum. *Id. 4. Verr. 42.* Ipse in Sicilia saepe et palam de loco superiore dixerat, et in sermone multis demonstrarat. *Id. 5. Fam. 8.* Meos multos et illustres, et ex superiore, et ex aequo loco sermones habitos cum tua summa laude. — **3)** *Dii loci* dicti universim qui loco alicui praesse putabantur, vel qui eo loco cultum habebant. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5160.* DIS L. D. D. F.; *h. e.* Diis Loci Decreto Decurionum Fecerunt. — **4)** Speciatim

II. *Locus* dicitur de pago, seu vico. *Cic. 7. Att. 3. a med.* Magis reprehendendus sum, quod Pireaea scripserim, quam quod *in* addiderim, non enim hoc ut oppido praeposui, sed ut loco. — **5)** Apud *Plin.* non raro (quod adnotavit *Harduin.*) *locus* est, ubi quondam fuit oppidum, cuius vestigia tantummodo et situs manent, ut *4. 6. 2.* Intus Cleonae, Hysiae, Patrae: locus Pherae. Et *mox*. Ultra Patras oppidum Olenum, colonia Dyme: loca Buprasium, Hyrmine. *Ovid. 2. Fast. 280.* Hic, ubi nunc urbs est, tunc locus urbis erat. — **6)** *Locus* pro agro V. in LOCUPLES §. 1. — **7)** Item stricte loquendo *locus* non est fundus, inquit *Ulp. Dig. 50. 16. 60.*, sed pars aliqua fundi: tametsi et pro fundo accipi potest. *Pompon. ibid. 41. 2. 26.* Locus certus ex fundo possideri potest. *Ulp. ibid. 8. 5. 3.* Per ea loca fundi, per quae etc. — Huc spectat *locus ager* in *Tab. Venafrana* in *Bullett. Archeol. Napol. a. 1853. p. 40.* Dum qui locus ager in fundo, etc. V. integr. loc. et Cf. *Garrucci, ibid. p. 117.* et *seq.* — **8)** Quando apud *Liv. 30. 17. extr.* et *35. 25. extr.*, tum etiam in locis ad V. LAUTIA §. 1. citatis legitur, aedes liberae, loca, lautia legatis exterarum gentium a senatu decreta, *loca* sunt sedes in circo, in foro, in theatro, ubi publicis spectaculis ipsi commode interesse possent; quemadmodum tum patroni municipiorum et coloniarum clientibus suis, tum magistratuum candidati amicis et tribulibus eadem loca officii causa comparare solebant. Hinc *Clodius* apud *Cic. 2. Att. 1.* ait, se novum patronum Siculis, clientibus suis, locum gladiatoribus esse daturum, si tribunus plebis fieret. *Cic. Mur. 34.* At spectacula sunt tributim data, et ad prandium vulgo invitati. Quod enim tempus fuit, quo locus et in circo et in foro non daretur amicis et tribulibus? Et *mox*. Num senatus crimen putat, locum ad spectandum dare, aut ad prandium invitare? *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p. CXXX.* Loca adsignata in amphiteatro fratribus Arvalibus. — *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7419. a.* Statuam, quam promisit, ex reditibus locorum amphitheatri *(sic)* . . . dedit. Adde *n. 7419. b.* et *aliam* apud *Orelli, n. 5295.* — **9)** *Locus* pro lupanari. *Sensc. Controv. 5. 2.* Meretrix vocata est, in communi loco stetisti. Et *ibid.* deducta est in lupanar, accepisti locum. — Hinc lupanar dicitur *Plaut. Bacch. 1. 1. 22.* locus tenebrosus. Cf. *Hildebr.* ad *Apul. Apol. 74.* — **10)** Item *loci* et *loca* speciatim dicuntur de utero; *matrices*. *Cic. 2. Nat. D. 31.* Cum in locis semen insederit. *Cels. 2. 8. ante med.* Quae locis laborat. *Cael. Aurel. 3. Acut. 17.* Indecenter enim mulieres ipsa in loca manus mittunt, prurientibus verendis. *Colum. 8. 11. circa med.* Saepiusque digitis loca feminarum tentanda sunt, nam in promptu gerunt ova. *Cato, RR. 157. a med.* Si eo lotio locos fovebit, nunquam ii virosi fient. *Sammonic. 36. 18.* Obscaeni loci. *Apul. 1. Dogm. Plat. 16.* Inguinum locus. V. *Hildebr.* ad *h. l. Plin. 11. 84. 1.* Vesicae iunctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant: in aliis animalibus vulvam. — *Plin.* hic innuit, *locos* in humana specie tantum dici. Tamen *Colum. loc. cit.* de pavonibus, et *6. 27.* de equis usurpavit. — **11)** Etiam de podice usurpatur. *Seneca, 1. Controv. 2. ad fin.* Novimus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui, etiamsi primam virginibus remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus: statim *(subdidit)* Ovidianum illud: Dum timet alterius vulnus inepta loci. Hinc porro patet, *Senecam* Priapeiorum auctorem putasse *Ovidium*, nam haec habentur apud *Auct. Priap. 5.* Da mihi . . ., Quod virgo prima cupido dat nocte marito, Dum timet alterius vulnus inepta loci. *Tertull. Pall. 4. a med.* Cum latrinarum antistes sericum ventilat, et immunditiorem loco cervicem monilibus consolatur. Huic simile est illud *Martial. 11. 78.* Paedicare semel cupido dabit illa marito, Dum metuit teli vulnera prima novi. Et *Tacit. 6. Ann. 1.* Foeditas loci; *h. e.* podicis. V. SPINTRIA. — **12)** *Locus* pro sepulcro frequens est in vet. *Inscr.*, ut apud *Grut. 807. 12.* P. Memisienae uxori Q. Herculanus maritus locum consecravit. *Alia* mendosa apud *Reines. cl. 17. n. 157.*, quaeque ita adhuc legitur in *Mus. Patav.* Loc. C. Volumni C. L. Privati. Et apud *Eund. ibid. 169.* Locus adsignatus ab Ti. Claudio Hilaro patrono, in fr. P. V. etc. Apud *Fabretti, p. 134. n. 258.* Annae Galittae uxori T. Statilius Calnerus loco sibi concesso a patronis suis, etc. *Augustin. 1. Civ. D. 1.* Martyrum loca. — Huc etiam spectant *Inscr.* apud *Orelli, n. 4500.* A. Septicius Hermogenes Hostidiae Secundae locum terrae . . . donavit. Et *n. 4566.* Locus virgo; *h. e.* vacuus. Et *n. 4499.* Locus sacer. Et *n. 4553.* Locus duplex. Et *n. 4510.* Locus emptus. *Alia* apud *Henzen, Suppl.*

Digitized by Google

Orelli, *n. 7219.* Locus quadrisomus. Et *n. 7364.* Locus immortalis. Et *n. 7335.* Locus concessus a fisco donationis causa ex asse. Et *n. 6576.* Locus factus privatus ita ut consceptus est. — *Inscr.* apud *Rénier*, *n. 4026.* Hunc locum cunctis fratribus feci. — **13)** Item in plur. num.

III. *Loca publica* erant, ut ait *Labeo Dig. 43. 8. 2. §. 5.*, areae, insulae, agri, viae publicae, et itinera publica; quae quidem ab operibus publicis distinguebantur: hoc enim nomine publica aedificia, ut templa, basilicae, theatra, porticus, etc. significantur. V. *Aggen. de limit. p. 60. Goës.*, ubi de locis publicis plura. *Inscr.* apud *Marini*, *Frat. Arv. p. 773.* Curator operum, locorumque publicorum. *Alia* apud *Eund. ibid. 220.* Curator aedium sacrarum, locorumque publicorum. *Tab. Heracl.* apud *Mazoch. p. 375.* Quae loca publica, porticusque publicae in urbe Roma erunt, quorum locorum, cuiusque porticus aedilium, eorumve magistratuum, qui viis locisque publicis purgandis praeerunt, procuratio erit. — **14)** Ab huiusmodi *curatoribus locorum publicorum* distinguendi sunt *III. Viri locorum publicorum persequendorum*, vel *curatores locorum publicorum iudicandorum*, quorum munus erat loca publica a privatis usurpata persequi, et publico iterum restituere. Gessit hoc munus Augustus ipse, teste *Suet. Aug. 32.* Anno autem U. C. 757. consulibus attributum fuit, ac deinde censoribus. *Inscr.* apud *Grut. 358. 6.* T. Iulius T. f. Corn. Valerianus III. vir locorum *publicorum* persequendor. *Alia* apud *Eund. 200. 6.* Curatores locor. publicor. iudicand. ex S. C. causa cognita ex privato in public. restituer. *Alia* apud *Marini*, *Frat. Arv. p. 776.* Loca publica a privatis possessa T. Suedius Clemens tribunus cansis cognitis, et mensuris factis, reipublicae Pompeianorum restituit. *Cf. Borghesi*, *Lapide di Barbulejo*, *p. 49.* et *seqq.* — **15)** *De triumviris locorum publicorum persequendorum*, V. in TRICMVIR. — **16)** Translato quidem sensu, sed ex usu loquendi recepto,

IV. *Locus* saepissime refertur ad ordinem, quo se excipiunt res vel personae. *Cic. 1. Fam. 6.* Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum. — **17)** Hinc iterum translate designat gradum honoris; *posto Id. fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon. sub fin.* Te ex me petisse, cum praeturam peteremus, ut tibi primum locum concederem. Et *mox.* Te e postremo in tertium locum esse sublectum. *Liv. 4. 16. a med.* Pervicerunt, ut tribunorum militum comitia haberentur: haud dubii, quin sex locis (tot enim iam creari licebat) et plebeii aliqui crearentur. *Id. 10. 15.* Ut patricii recuperarent duo consularia loca. *Nep. Att. 6.* Cum apud eum legati locum obtinere posset. — **18)** Item accipitur pro genere, conditione, statu; *condizione*, *stato*, *rango*, *posto*, *grado. Cic. Flacc. 11.* Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitae, nulla commendatione famae defenderem. *Liv. 1. 34.* Tanaquil summo loco nata. *Sall. Cat. 21.* Natus haud obscuro loco. — **19)** Item pro gradu dignitatis, auctoritatis, aestimationis, gratiae, etc. *Cic. Cluent. 55.* Qui in summum locum civitatis non potuerunt ascendere. *Q. Cic. Petit. cons. 1. ad fin.* Prodest, quorum in locum ac numerum pervenire velis, ab his ipsis illo loco ac numero dignum putari. *Cic. 5. Fin. 16.* Secundum locum obtinere. *Id. Planc. 13.* Esse ex equestri loco. *Id. 5. Fam. 9.* Tua dignitas suum locum obtinebit. *Id. 2. Phil. 29.* Quem locum apud ipsum Caesarem obtinuisti? *Id. Brut. 56.* Qui hoc munere in civitate functi sunt, ut tenerent oratorum locum. *Ter. Adelph. 3. 2. 46.* Peiore loco res non potis est esse, quam in quo nunc sita est. *Cic. 11. Att. 15. a med.* Meliore loco erant res nostrae. *Id. Sext. 51.* Res erat et causa nostra eo iam loci, ut erigere oculos et vivere videretur. *Id. 2. Fin. 28.* Socrates voluptatem nullo loco numerat. Et *ibid. 13. sub fin.* Honestatem eo loco habet, ut sine ea iucunde neget posse vivi. — **20)** Item pro vice. *Cic. Dom. 14.* Ut vel filii tibi loco per aetatem esse potuerit; *in luogo*. *Ter. Andr. 1. 3. 57.* Si te in germani fratris dilexi loco. *Brut.* ad *Cic. 1. ad Brut. 17. a med.* Habere aliquem loco patris. Et *ibid. 13.* Meque his in patris locum successisse existimes. *Cic. 2. Att. 19. ad fin.* Cosconio mortuo, sum in eius locum invitatus; *a occupar il suo posto*. *Inscr.* apud *Marini*, *Frat. Arv. p. 166.* M. Sosius Laelianus Pontius Falco loco L. Annii Ravi exaugurati. — **21)** Vim habet interdum pro praepositionis. *Cic. 7. Fam. 3. sub fin.* Criminis loco putant esse, quod vivam; h. e. pro crimine habent. *Id. 2. Invent. 49.* Hanc filium suum sibi praemii loco deposcit. — *Boëth. 4. Cons. Phil. Pros. 1.* In locum facinorum supplicia luit *(virtus)*; h. e. *a premio* — **22)** Item refertur ad tempus et spatium; *tempo*, *spazio*, *luogo*. *Ter. Heaut. 2. 1. 6.* Et cognoscendi, et ignoscendi dabitur peccati locus. *Sall. Iug. 67.* Tamen is ad id locorum talis vir, consulatum appetere non audebat. *Liv. 22. 38. sub fin.* Temeritatem infelicem ad id locorum fuisse. *Plaut. Cas. a. 1. v. 32.* Post id locorum, quando ad villam veneris, dabitur, etc. *Lucret. 3. 458.* inde loci. V. INDE §. 3. *(Interea loci*, V. INTEREA §. 2.). *Tertull. Pall. 4. a med.* Si tunc locorum Diogenes de dolio latraret. — Huc spectant *adhuc locorum* apud *Plaut.* V. loc. in ADHUC §. 1. — *Ibi loci*, V. IBI §. 2. — *Ibidem loci*, V. IBIDEM §. 2. Cf. QUO et UBI. — **23)** Hinc significat etiam opportunitatem, occasionem, facultatem; *opportunità*, *comodo*, *motivo*. *Cic. 1. Att. 18. ante med.* Nactus, ut mihi videbar, locum rescendae libidinis, et coërcendae iuventutis. Et *9. ibid. 7. ad fin.* Valde gaudeo: si est nunc ullus gaudendi locus. — **24)** Et hac notionibus explicantur plura dicendi genera, nempe

V. *Loco priore causam dicere*, quod est ante defendere, quam qui accusatus sit. *Id. Quint. 2.* et *8.* — **25)** Item *loco* et *in loco* est opportune, commodum, in tempore; *opportunamente*, *a tempo e luogo*, *a suo luogo*. *Id. 9. Fam. 16. circa med.* Oenomao tuo nihil utor: etsi posuisti loco versus Accianos. Et *11. ibid. 16.* Quemadmodum coram qui ad nos intempestive adeunt, molesti saepe sunt, sic epistolae offendunt non in loco redditae. *Ter. Adelph. 2. 2. 8.* Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. *Horat. 1. Od. 12. 28.* Dulce est desipere in loco. — *Apul. 1. Dogm. Plat. 13.* In loco respondere sapientiae; h. e. illico, ut explicat *Hildebr.* ad h. l. — **26)** *Loco dicere* est senatoris, qui non nisi rogatus sententiam in senatu dicit. *Cic. 3. Leg. 18.* Senatori iussa tria sunt: ut adsit; nam gravitatem res habet, cum frequens ordo est: ut loco dicat, id est rogatus: ut modo, ne sit infinitus. — **27)** *Movere loco*, expellere, depellere: tractum a gladiatoribus, vel luctatoribus, in quibus qui adversarium loco movit, in quo consistebat, facile et cito propellit ac superat. *Ter. Phorm. prol. 33.* Cum per tumultum noster grex motus loco est. *Horat. 2. Ep. 2. 111.* Audebit, quaecumque parum splendoris habebunt, Verba movere loco, quamvis invita recedant. Adde *Cic. 2. Q. Fr. 3.* et *2. Catil. 1.* Sic *loco deiicere* apud *Horat. loc. cit. 30.* Praesidium regale loco deiecit. — **28)** *Locum dare* est cedere; *cedere*, *dar luogo*. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 1.* Dandus est locus fortunae, cedendum ex Italia. *Cic. Quint. 16. a med.* Avaritia paululum aliquid loci rationi et consilio dedisset. — Sic *loco cedere*, eodem sensu. *Sall. Cat. 9.* Qui signa relinquere, aut, pulsi, loco cedere, anni erant. — **29)** *Loco excidere* metaphorice est a vero discedere, errare, falli. Usurpatur ab *Hieronym. Vir. illustr. c. 7. de S. Luca*, quo sensu *Tertull. Baptism. 17.* dixit, *loco decedere*. — **30)** Praeterea *locum dare* est dare causam, aosam, opportunitatem, facultatem. *Cic. 5. Fam. 6. ad fin.* De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil dedisse loci. *Id. 3. Nat. D. 3.* Repente avertis orationem, nec das respondendi locum. *Id. Cael. 4.* Dare suspicioni locum. *Id. Balb. 6. extr.* dubitationi. *Val. Flacc. 4. 451. de Harpyiis.* Fallere quas numquam misero locus; h. e. numquam misero facultas et opportunitas datur. — **31)** Item admittere, recipere; *ammettere*. *Cic. 1. Orat. 26.* Haec turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. — **32)** *Locum habere* res dicitur, cuius vis et usus est aliquis. *Id. 2. ibid. 54.* In hoc altero genere dicacitatis quid habet ars loci, cum ante illud facetum dictum emissum haerere debeat, quam cogitari potuisse videatur? *Id. 3. Offic. 34.* Qui dolorem summum malum dicit, apud eum quem habet locum fortitudo, quae est dolorum laborumque contemptio? *Ulp. Dig. 36. 4. 5. circa med.* Si remissa sit satisdatio, rescriptum locum habebit. — **33)** *Locum habere* dicitur de iis, qui clari sunt sive genere sive muneribus, ac proinde auctoritate aliis praestant. *Suet. Aug. 54.* Contradicerem tibi, si locum haberem. Cf. *Liv. 4. 57.* — **34)** Similiter *locus esse alicui rei*, est eam rem usum ac vim habere. *Paul. Dig. 37. 10. 6.* Huic edicto locus est, etiam si ab intestato ad bonorum possessionem liberi veniant. *Ulp. ibid. 9. 2. 27.* Legi Aquiliae locus est adversus te, si tua voluntate fecit. — **35)** Eodem modo *locum esse alicui* est admitti vel recipi. *Cic. Planc. 33. extr.* Si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso, aut nocenti. *Id. Mur. 3. extr.* Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. *Id. Orat. 1.* In poëtis non Homero soli locus est, aut Archilocho, aut Pindaro, sed etc. — Absolute. *Plaut. True. 4. 4. 24.* Factum cupio, nam re facere, si velim, non est locus; h. e. fieri nequit. — **36)** *Locum non relinquere*, non admittere, excludere. *Cic. 1. Fam. 1.* Nec precibus nostris, nec admonitionibus relinquit locum; h. e. adeo est bene animatus, ut non sit opus preces adhibere (Alio sensu *Ter. Andr. 3. 4. 21.* Nihil est preci loci relictum: iam perturbavi omnia; h. e. prece nihil possum proficere). *Id. Quint. 15.* Vita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit. — **37)** *Si isto loco essem*, si meum esset negotium, si mea res ageretur. *Plaut. Bacch. 4. 9. 116.* si ego in istoc siem loco. Dem potius aurum, quam etc.; *s'io fussi ne'tuoi piedi*. Et *Cic. 4. Fam. 4.* Is enim, si eo loco esset, negavit se facturum. — **38)** Denique

VI. *Locus* et *loci* apud Rhetores sunt sedes argumentorum; *i luoghi topici*: de quibus fuse *Cic.* in *Topicis* (nam Graece quoque τόποι), ex quibus ea, tanquam ex promptuario, petuntur. *Cic. Top. 2.* Cum pervestigare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus. Et *mox.* Itaque licet definire, locum esse argumenti sedem. *Id. Orat. 55.* Traditi sunt, ex quibus argumenta ducantur, duplices loci, unus e rebus ipsis, alteri assumpti. — **39)** Iidem et *loci communes* dicti. *Id. Brut. 12.* Scriptas fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium

Digitized by Google

disputationes, quae nunc communes appellantur loci. *Id. 3. Orat. 27.* Loci, qui quamquam proprii causarum et inhaerentes in earum nervis esse debent, tamen quia de universa re tractari solent, communes a Veteribus nominati sunt. *Id. procem. Parad.* Illa ipsa, quae vix in gymnasiis Stoici probant, ludens conieci in communes locos. — De his locis communibus multa collecta habes in antiquis Rhetoribus editis ab *Halm*, cuius Indicem consule. — **10)** Item quaestio, pars alicuius doctrinae, vel operis; *quistione, materia, trattato, punto, passo. Cic. 2. Divin. 1.* Cum fundamentum esset philosophiae positum in finibus bonorum et malorum, perpurgatus est is locus a nobis quinque libris. Et *mox.* Magnus locus, philosophiaeque proprius, a Peripateticorum familia tractatus uberrime. *Id. Orat. 48. extr.* Est enim hic locus late patens, de natura usuque verborum. Et *ibid. 33.* Habeat omnes philosophiae notos et tractatos locos: de religione, de morte, de pietate, de caritate patriae, de virtutibus, etc. *Plin. 1. ep. 8. ante med.* Cogimur cum de munificentia parentum nostrorum, tum de nostra disputare. Anceps hic et lubricus locus est, etiam cum illi necessitas lenocinatur. *Gell. 1. 21. in fin.* Non verba autem sola, sed versus prope totos et locos quoque Lucretii plurimos sectatum esse Virgilium videmus. *Horat. 2. Ep. 1. 225.* Cum loca iam recitata revolvimus irrevocati.

LŌCUSTA, ae, f. Nomen animalis cuiusdam, ita dicti, ut sit *Isid. 12. Orig. 8. 9.*, a quod pedibus sit *longis*, veluti *hasta;* unde et eam Graeci, tam maritimam, quam terrestrem, *astacon* appellant. a — **b)** Prima longa est; sed corripiunt *Iuvenc. 1. in 3. Matth. 329.* Arvis qui solitus ruralibus esse locustas. *Alcim. 3. 193.* Exin restantem surgit consumere fructum Bruchus, et excusso confidens cruce locusta. — **c)** *Lucusta* pro *locusta* scribitur in antiquis *Glossis*.

LOCUSTA genus est insecti pennis instructum, extremis pedibus longioribus; *cavalletta, locusta*. In India ternûm pedum longitudinis esse traduntur, cruribus et feminibus serrarum usum praebere, cum inaruerint. Gregatim volant infestae messibus, multa contactu adurentes, omnia vero morsu erodentes. Parthis et ipsae in cibo gratae. Haec et alia *Plin. 11. 35. 1.* et *seqq.* Indos quoque, et Aethiopum partem quandam locustis ali *Id.* tradit *7. 2. 25.* et *6. 35. 17.* — Earum multitudine immensa agris involante integram civitatem in Africa sedibus suis pulsam narrat *Id. 8. 45. 1.* ex M. Varrone. Adde *Vulg. Interpr. Exod. 10. 4.* et *seqq.* Cf. ATTELABUS. — Usus earum in cibum pauperum testatur quoque *Id. Matth. 3. 4.* et *Marc. 1. 6.* — **2)** Dicuntur carere palpebris, ideoque praeduros habere oculos, eminentesque, ut est apud *Plin. 11. 35. 4.* Hinc *Plaut. Men. 3. 3. 24.* Dic mihi hoc etiam: solent tibi unquam oculi duri fieri? *Men.* Quid? tu me locustam censes esse? — **3)** *Prius locusta pariet lucam bovem*, proverb. *Ennii* apud *Varron. 7. LL. 3.* de re, quae nunquam fiet. — **4)** Deinde II. *Locusta* est etiam piscis marinus *(Cancer elephas, Linn.)*, ex genere eorum, qui carent sanguine, crusta fragili obtectus, reptantis modo fluitans, cornibus, quae sunt propria rotunditate praepilata, porrectis. Vivit petrosis locis. Haec et alia *Plin. 9. 30. 1.* et *ibid. 74. 3.* et *88. 1.*, coll. *32. 53. 3.* Adde loc. *Isid.* cit. supra §. a. et *Cels. 2. 24.* — **5)** De usu eius in culina Apiciana multa habet *Apic. 9. n. 409.* et *seqq.* — **6)** Apud *Vulg. Interpr.* pro cicada exponitur in illo *Eccle. 12. 5.* Impinguabitur locusta et dissipabitur capparis. V. *Interpr.* ad *h. l.*

LŌCŪTĬLIS et Loquutilis, le. Adiect. verbale a *loquere;* ad loquendum pertinens. *Apul. 11. Met. 3.* Si tamen mihi . . . vel ipsum numen eius dapsilem copiam locutilis facundiae subministraverit. Vulgo olim *eloquutilis* legebatur, invitis optimis Codd., ut probat *Hildebr.* ad *h. l.*

LŌCŪTĬO et Loquutio, ōnis, f. Verbale a *loquor;* sermo, vel ipse loquendi actus; *parlare, ragionamento. Auct. ad Herenn. 3. 15.* Sermo est oratio remissa, et finitima quotidianae locutioni. *Cic. 3. Orat. 19.* Quamquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. *Id. Brut. 74.* Locutio emendata et Latina. — **2)** Idem quod Ethopoeia, figura rethorica apud *Auct. de Schem. Dian. n. 3.* Ἠθοποιία, data locutio certae personae, ut illud est Ciceronis: etc. — **3)** Item pronuntiatio. *Quintil. 1. 6. 20.* Quid tam necessarium, quam recta loquutio. Cf. *Cic. Brut. 74.* ut in §. praeced. — **4)** Item loquendi modus, pronuntiatio; *modo di dire, frase. Gell. 1. 7. ad fin.* Multam apud veteres scriptores locutionum talium copiam offendimus. — **5)** Quidam *locutiones* dixere voces, dictiones; *parole:* ut est apud *Quintil. 1. 5. 2.* — Alii huc trahunt etiam loc. *Gellii* allatum §. praeced.

LŌCŪTĬUS, a, um. Adiect. verbale a *loquor;* qui loquitur. Hinc *Aius locutius* cognominatus, de quo V. AIUS in ONOM.

LŌCŪTOR et Loquutor, ōris, m. Verbale a *loquor;* qui loquitur; *parlatore. Apul. 1. Met. sub init.* Si quid exotici sermonis rudis locutor offendero. — **2)** Sumitur et in malam partem de eo, qui nimium loquitur. *Gell. 1. 15.* Qui sunt leves, et futiles, et importuni locutores.

LŌCŪTŬLĒĬUS, a, um. Adiect. verbale a *loquor;* qui est in verba proiectus, quem et blateronem, et linguacem dicimus. *Gell. 1. 15. extr. Non. 1. 249.* Lingulacae, locutuleiae a procacitate linguae et loquendi proprietatem trahunt. V. *Plaut.* loc. cit. in LINGULACA §. 1.

LŌCŪTŬLĒUS, a, um. Adiect. verbale a *loquor;* loquax; *loquace. Alcim. 3. 160.* Atque locutuleis frendet succumbere ramis. *Alii leg.* Atque premens homines.

LŌCŪTUS et Loquutus, us, m. Verbale a *loquor;* loquela, locutio, sermo. *Apul. Florid. n. 15.* Passis versibus, soluto locutu, libera oratione.

LŌCŪTUS, a, um. Particip. V. in LOQUOR suo loco.

LŌDĬCŪLĂ, ae, f. Deminut. a *lodix;* parva lodix; *coltretta. Suet. Aug. 83.* Ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret, segestri vel lodicula involutus. *Petron. Satyr. 20.* Lodiculam in pavimento diligenter extendit.

LŌDIX (et Ludix), īcis, f. *(et* m.) Nomen parum certae originis, quod tamen quidam a *ludis* ducunt, teste *Isid. 19. Orig. 26. 2.* a *Ludices (sic)* a *ludis;* id est theatris, vocatas quidam existimant. Cum enim egrederentur de ludi prostibulo iuvenes, horum velamento tegebant caput et faciem, quia solet erubescere qui lupanar intraverit. a — **b)** Masculino genere *hos lodices* dixit Pollio, sed non est imitandus, ut est apud *Quintil. 1. 6. ad fin.* Cf. *Priscian. 5. p. 655. Putsch.* — **c)** Derivatum, *lodicula*.

LODIX proprie videtur fuisse lecti operimentum, et quidem duplex, simile illis, quas Itali *lenzuola* vocant (V. LINTEAMEN); *coltre. Martial. 14. 148.*, ubi *Lodices* legitur in *lemmate*. Nudo stragula ne toro paterent, iunctae nos tibi venimus sorores. *Iuvenal. 6. 194.* Ζωὴ καὶ ψυχὴ modo sub lodice relictis Uteris in turba. *Inscr.* edita a cl. *De-Rossi* in *Bullett. Cristian. a. 1863. p. 95.* Stratui ibi sit quod sternatur per eos dies, quibus cella memoriae operietur, et II. lodices et cervicalia duo paria cenatoria et abollae II. et II. tunicae. — **2)** Videtur insuper vestis peregrina et apud Afros in usu fuisse. Haec enim legimus in *Inscr.* apud *Rénier, n. 4111.* Lex vestis peregrinae: Abollam cenatoriam, denario uno semisse . . . lodicem, semisse . . . cetera vestis Afra, in singulas lacinias . . . Adde *Isid.* loc. cit. supra §. a. — **3)** In *Gloss. Isid.* Lodices sunt meretrices. Cf. loc. *Isid.* supra §. a. et *Thesaur. Nov. Latinit. p. 524. ed. Mai.*

LOEBASĬUS
LOEBER
LOEBERTAS
LOEBESUS
} V. LIBER §. c.

LOEDŎRĬĂ, ae, f. Vox Graeca, λοιδορία, qua significatur mordax convicium. Differt a scommate, quod hoc sit mordacitas quadam urbanitate et loco adumbrata; loedoria vero apertum amarulentumque est convicium, nulla urbanitatis specie velatum. Ita *Macrob. 7. Saturn. 3.* Sed haec Graeca sunt, et vix Latine adhibenda.

LOEDUS. V. LUDUS.

LOEMŌDES, is, m. Vox Graeca, λοιμώδης, qua significatur species luis pestilens. *Ammian. 19. 4.* V. loc. in EPIDEMUS.

LŎGAOEDĬCUS, a, um. Adiect. Graecum, λογαοιδικός, qua species quaedam versuum sive metrorum significatur, quod initio dactylos pedes, in fine trochaicam syzygiam habet: ita autem est appellatum, quod illud medium inter poëticam et prosam orationem videtur esse: a λόγος; prosa oratio, et ἀοιδή; carmen. *Mar. Victorin. p. 2560. Putsch.* His logaoedici metri speciem, quae et enoplius, et Archebulius dicitur, non absurde coniunxerim, adaeque dactylici metri sobolem; scilicet cum trochaica basi versus clauditur duobus, vel tribus, vel quattuor dactylis, et duobus connectitur trochaeis, et appellatur Alcaicum decasyllabum, ut est: Laures Nyctelio corona. Adde *Atil. Fortunat. p. 2697.* et *Plot. p. 2662.* et *Incert. Grammat. n. 6. p. 515. Endl.* Versus Logaoedicus. — His omnibus locis quidam legunt *logoaoedicus* pro *logaoedicus;* sed haec altera unice a Graecis agnoscitur. V. *H. Steph.* in *Thes. Ling. Gr.* ad *h. v.* ed. *Didot*.

LŎGĂRĬON, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, λογάριον, qua significantur leviores minutioresque rationes, quales iis de rebus, quae quotidie in usum familiae eroganter, in adversariis solent conscribi. *Ulp. Dig. 33. 9. 3. ad fin.* Sed et chartas ad ratiunculam, vel ad logarion paratas contineri appellatione penoris. Ita *Torrentin.*, at *Haloand.* Graecis litteris edidit.

LŎGĒUM, V. LOGION §. 1.

LŎGĬCĒ. Adverb. a *logicus;* dialectice; *logicamente. Boëth. Posterior. Analytic. 1. 18.* Quid in illis, qui logice speculantur, sic manifestum est?

LŎGĬCĒ, *Graeca positione*, es, f. V. voc. seq. §. 2.

LŎGĬCUS, a, um. Adiect. a *logus;* ad logum sive rationem pertinens; *logico. Boëth. Comment.* in *Porphyr. 1. p. 73. Migne.* Et quoniam qui sit ortus logicae disciplinae praedix mus, etc. *Augustin. Rhet. 9.* Rationales quaestiones sunt, quas Hermagoras logicas vocat. — *Poëta* in *Anthol. Lat. n. 513. Meyer.* Credebam medicum velut peritum . . . De factis logicae parare sectae, Aut de methodicis probare

Digitized by Google

libris.- *Logica secta* genus erat medicinae oppositum *methodicae* vel *empiricae*. V. Logos §. 4. — 2) Absolute, substantivorum more,

Logica, ae, vel, *Graeca positione*, Logicē, es, f. Disciplina rationalis, ars disserendi, quae et dialectica dicitur; *la logica*. *Cic. 1. Fin. 7.* Iam in altera philosophiae parte, quae est quaerendi ac disserendi, quae *λογική* dicitur, iste vester, ut mihi quidem videtur, plane inermis ac nudus est. *Id. Fat. 1.* Totaque est logica, quam rationem disserendi voco. *Boëth. Comment.* in *Porphyr. 1. p. 74. Migne.* Etenim logicae tractatus est de propositionibus atque syllogismis et ceteris huiusmodi. Adde *Cassiod. de art. praef.* — 3) Item

Logica, orum, n. Ad logicam pertinentia. *Cic. 4. Tusc. 14.* Habes ea, quae de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quae logica appellant, quia disseruntur subtilius. — *Sidon. Carm. 15. 100.* dum primus et unus Physica vel logico, logicum vel iungit ad ethos. — 4) Item

Logici, orum, m. Dicti sunt Philosophi quidam distincti ab *Ethicis* et *Physicis*, secundum triplicem eorum divisionem. *Isid. 8. Orig. 6. 6.* Logici autem *(appellantur)*, quia in naturis *(de quibus tractant Physici)* et moribus *(de quibus Ethici)* rationem adiungunt. Ratio enim Graece *λόγος* dicitur. Divisi sunt autem et hi in haeresibus suis, habentes quidam nomina ex auctoribus, ut *Platonici*, *Epicurei*, *Pythagorici*, alii a locis conventiculorum et stationum suarum, ut *Peripatetici*, *Stoici*, *Academici*.

LŎGĬON, *Graeca positione* et *Latina*, Logĭum vel Logēum, ii, n. Vox Graeca, *λογίον* (unde Latine quidam *logeum* scribunt, quidam *logium*, alterutra diphthongi vocali extrita), qua significatur pulpitum in scena, in quo chorus tragoediarum et comoediarum (quoad comoediae chorum habuerunt), ceterique personam non habentes, fabulae subserviebant. *Vitruv. 5. 8.* semel Graece scribit, semel Latine: sed ubi Latine, dubia est lectio. — 2) In Sacris Litteris *Logion* est oraculum, quod Sacerdos in pectore gestabat, duodecim in primis gemmis, pro numero tribuum Israëlitarum, constans; quodque *Vulgatus Interpres* vertit *rationale*. *Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 18. 4.* Et logion varium duodecim habens lapides et duodecim tintinnabula. *Rufin.* vertens *Orig. homil. in Exod. 13. 5.* Offerre gemmas ad ornamentum pontificis humeralis et Logii. *Id. Homil. in Levit. 6. 4.* Imposuit super eum logium, quod est rationale, et imposuit super logium manifestationem et veritatem, etc. Adde *Isid. 19. Orig. 31. 6.*

LŎGISTĂ, ae, m. Vox Graeca, *λογιστής*, qua proprie significatur qui rationes conficit; *ragioniere*, *computista*: quo sensu tamen non reperitur in usu; specialim vero dicitur de curatore publico alicuius civitatis, qui eius vectigalia et publicos reditus colligendo, impendendoque, et rationes conficiendo, curat. *Inscr.* apud *Grut. 589. 2.* Logista civitatis splendidissimae Nicomedensium. *Imp. Gordian. Cod. 1. 54. 3.* Curator rei publicae, qui Graeco vocabulo logista nuncupatur, multandi ius non habet. — 2) Nec solum alicui civitati, sed etiam integrae provinciae datus fuit ab Imperatoribus extra ordinem ad rationes civitatium illius provinciae putandas. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 6484.* L. Burbuleio L. f. Quir. Optato Ligariano . . . Logiste *(sic)* Syriae, leg. leg. etc. — Huic lucem affert *alia, ibid. n. 6483.* P. Pactumeio P. *f.* Quir. Clementi . . . Legato divi Hadriani ad rationes civitatium Syriae putandas. V. *Borghesi* in *Bullett. dell'Istit. Archeol. a. 1843. p. 194.* et *seq.* et *Henzen* in *Annali eiusdem Instituti a. 1851. p. 29.* et *seqq.*

LŎGISTĬCUS, a, um. Adiect. a *logista*; ad logistam pertinens, rationalis. *Cassiod. 3. Var. 52.* Rationem ipsius disciplinae *(geometriae)* et in medicinam, et ad artem logisticam aptam esse *(Chaldaei)* docuerunt.

LŎGISTŎRĬCUM, i, n. (Graece *λογιστορικὸν*), vel

LŎGISTŎRĬCUS, i, m. Titulus est cuiusdam libri M. Varronis, in quo perscripta fuisse videntur dicta et doctrinae scitu dignae, historiaeque memorabiles: per varia capita, suis lemmatis distinctae: a *λόγος*, sermo, et *ἱστορία*; historia, vel cognitio, peritia. *Gell. 20. 11.* Scalpnam scriptum esse in Logistorico M. Varronis, qui inscribitur *Cato*, idem P. Lavinius admonet. *Id. 4. 19. extr.* M. Varro in Logistorico scripsit, quae inscripta est *Cato, aut de liberis educandis*; h. e. historia, vel sectio, vel doctrina eius libri inscripta est de liberis educandis.

LŎGĬUM. V. Logion.

LŎGŎĂOEDĬCUS. V. Logaoedicus.

LŎGŎDAEDĂLĬĂ, ae, f. Vox Graeca, *λογοδαιδαλία*, qua significatur ingeniosa nimis et curiosa sermonis elaboratio: a *λόγος*, sermo, et *δαίδαλος*, ingeniosus. *Auson. Edyll. 12. 1.* E logodaedalia strides modo qui nimium trux.

LŎGŎGRĂPHUS, i, m. Vox Graeca, *λογογράφος*, qua significatur qui in municipiis libros rationum scribit, quique in acta refert, quae ad rempubl. pertinet: a *λόγος*, ratio, et *γράφω*, scribo; rationarius; *computista, ragioniere*. *Arcad. Dig. 50. 4. 18. ante med.* Qui custodes aedium, vel logographi, vel tabularii, . . . muneribus personalibus adstringuntur. Adde *Imp. Alex. Cod. 10. tit. 69.*, qui *De tabularis, scribis, logographis* inscribitur, *1.*

LŎGOS, *Graeca positione* et *Latina*, Logus, i, m. Vox Graeca, *λόγος*, qua significatur verbum, vox, ratio, dictum, sermo, Romana civitate donata, et ex qua plurima vocabula derivata vel composita sunt, quorum plura item a Latinis quoque Scriptoribus usurpata sunt. — b) Derivata, *logarium, logice, logicus, logion, logista, logisticus*. — c) Composita, *asschrologia, alogia, analogia, antilogium, anthologica, anthologumena, aperantologia, apologatio, apologeticus, apologia, apologismus, apologo, apologus, aristologia, aretalogus, astrologia, astrologicus, astrologus, battologia, brachylogia, carphologia, catalogus, chrestologus, cinaedologus, cinnamologus, crithologia, decalogus, dialogismus, dialogista, dialogus, dilogia, dilogus, epilogicus, epilogium, epilogonicus, epilogus, ethologia, ethologus, etymologia, etymologice, etymologicus, genealogia, genealogus, horologiaris, horologicus, horologium, hymnologus, hysterologia, idiologus, logaoedicus, logistoricus, macrologia, mimologus, morologus, mythologia, mythologicus, palilogia, paralogismus, paramologia, philologia, philologus, physiologia, physiologice, physiologicus, physiologus, physiologumenus, prologium, prologus, syllogismus, syllogisticus, tautologia, theologia, theologumenus, theologicus, theologus, tropelogia, tropologice, tropologicus*.

LOGOS vel Logus, proprie est, ut diximus, verbum, vox, dictum, sermo; *discorso, ragionamento, parola*. Fere adhibetur in plur. numero. *Plaut. Men. 5. 2. 29.* Loquere, uter meruistis culpam, paucis: non longos logos; *non molte parole*. Et *Petron. Satyr. 126.* Procedentibus longius logis. *Al. leg.* locis, *et quidem rectius*. — 2) Accipitur et pro dicto ridiculo, futili, vano, contemnendo; *parole vane, chiacchiere*. *Plaut. Stich. 1. 3. 68.* Logos ridiculos vendo: agite, licemini. *Id. Pers. 5. 1. 66.* Dabuntur dotis tibi sexcenti logi. *Ter. Phorm. 5. 2. 7. Phoe.* Non mihi credis? *Do.* hariolare. *Phoe.* Sin ibidem do. *Do.* fabulae. *Phoe.* Veneratum istuc beneficium tibi pulcre dices. *Do.* logi. *Cic. fragm.* apud *Non. 1. 318.* Ego certe scio, omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse. — 3) Item pro fabula, *favola*. *Senec. Consol. ad Polyb. 27.* Fabellae et Aesopei logi, intextatum Romanis ingeniis opus. — 4) *Logos* Graece est etiam ratio. Hinc *Auson. Edyll. 11. 67.* triplex quoque forma medendi, Cui logos, aut methodos, cuique experientia nomen; h. e. medicina rationalis. V. *Cels. praef.* Sic *Marcell. carm. de Medicina, 6.* Quod logos, aut methodus, simplexque empirica pangit. Cf. Logicus §. 4. — 5) Demum

II. *Logos* apud Scriptores Ecclesiasticos absolute et *κατ' ἐξοχήν* dicitur Verbum divinum, sive Filius Dei coaeternus Patri, et rerum omnium suprema ratio, per quem nempe facta sunt omnia et sine quo factum est nihil, ut *Vulg. Interpr. Ioh. 1.* traditur et hinc *Tertull. Apolog. 21.* Ostendens se esse ΛΟΓΟΝ Dei; id est verbum illud primordiale primogenitum, etc. V. integr. cap. et *adv. Prax. 4.*, quibus locis Graece, Latine autem *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 17. 7.* et *alibi*. — 6) Hinc apud Gnosticos, aliosque haereticos *Logos* fuit unus ex aeonibus, ut diserte docet *Id. 1. ibid. 2.*, et *alibi*.

LŎGUS, i, m. V. voc. praeced.

LOIDUS. V. Lurus.

LŎLĬĀCĔUS, a, um. Adiect. a *lolium*; qui ex lolio est; *di loglio*. *Varr. 3. RR. 9. sub fin.* Turundae admixtae ex farina loliacea.

LŎLĬĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lolium*; ad lolium pertinens; *da loglio*. *Colum. 8. 3. a med.* Cribro vicario, vel loliario pulli superponantur.

LŎLĬGĬUNCŬLĂ. V. Loliguncula.

LOLĪGO et Lolligo (et Lulligo), ĭnis, f. Nomen piscis cuiusdam, ita dicti fortasse ab atro succo, quem habet. Sane ater iste succus in sepia vocatur *ἰλύς* pro *ὀλός*. Contra *Varr. 3. LL. 15.* dictam putat a volando, quasi *voligo*. Volitat enim interdum, extra mare elferens se, ut *Plin. 9. 48. 1.* tradit. Cf. *Isid.* loc. mox cit., ubi *lulligo* pro *lolligo* scribitur. — b) Alia forma est *lolium*, quod V. suo loco §. b. — c) Derivatum, *loliguncula*.

LOLIGO est piscis genus, Graece *τευθίς (Insert. Grammat. n. 100. p. 90. Endl.)*, quod Itali hodie a thecae calamariae similitudine *calamarium* appellant. Habet enim cruorem nigrum atramenti similitudine: *pesce calamaro, lolligine, totano*. Instructa est autem octonis quasi pediculis, quibus natat ac venatur: ac praeterea duobus pedibus longioribus et asperis, quibus ad os cibum admovet: caret ossibus, sed corpus habet circulis carnis vinctum, ut *Plin.* docet *9. 44. 1.* et *11. 37. 1.*; additque *9. 48. 5.* in nostro mari loliginem quinûm cubitorum capi, sepias binûm. *Isid. 12. Orig. 6. 47.* Tradunt in Oceano Mauritaniae non procul a Lixo flumine tantam multitudinem lolliginum evolare ex aqua, ut etiam naves demergere possint. Adde *Cic. 2. Divin. 70.* et *Suet.* apud *Isid. Rer. Nat. 38. 1.* — 2) *Icicia de lolligine*, quomodo fiant, docet *Apic. 2. n. 38.* — Item de lolligine in

Digitized by Google

patina et de lolligine farsile, V. *Eund. 9. n. 417.* — **3)** A similitudine succus loliginis pro livore hominis atri; idest malevoli, ponitur. *Horat. 1. Sat. 4. 100.* hic nigrae succus loliginis, haec est Aerugo mera.

LŌLĪGUNCŬLA, Lolliguncula et Loligiuncula, ae, f. Deminut. a *loligo;* parva loligo. *Plaut. Cas. 2. 8. 58.* volo molliculas escas: Emito sepiolas, lepadas, loliguncolas, Hordeias.

LŌLĬUM, ii, n. Nomen herbae cuiusdam, hordeo similis, cuius etiam vitium esse putatur, quasi ὄλιον; hoc est adulterinum; fit enim e corruptis tritici et hordei seminibus. — **b)** Distinguendum est autem a *lolium* vel *lollium*, quod genus est piscis, ut infra dicemus, quamquam crediderim hoc potius ab illo per similitudinem nomen accepisse, ut ut obstet syllabae prioris quantitas, quae in herba brevis est, in pisce longa. — **c)** Derivata, *loliaceus, lolliarius.*

LOLIUM proprie est herba in segetibus nascens, iisque inimica, Italice quoque *loglio*. *Plin. 18. 44. 4.* Nam lolium, et tribulos, et carduos, lappasque, non minus, quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terrae pestes numeraverim. *Virg. 1. G. 153.* interque nitentia culta infelix lolium et steriles dominantur avenae. *Plin. 22. 77. 1.* Infelix dictum est a Virgilio lolium. Hoc tamen molitum ex aceto coctum impositumque sanat impetigines, etc. — **2)** *Lolio victitare* dicitur, qui visu est imbecillo. Nocet enim oculis lolium propter vapores acres, quos in cerebrum attollit. *Ovid. 1. Fast. 691.* Et careant loliis oculos vitiantibus agri. *Plaut. Mil. 2. 3. 50.* Mirum est, lolio victitare te, tam vili tritico. *Pa.* Quid iam? *Sce.* quia lusciosus. — **3)** Deinde, ut puto, a similitudine,

II. *Lolium* vel *Lollium*, est piscis genus, idem quod loligo vel lolligo. *Theod. Priscian. 4. 2. ante med.* Omitto plurima animalia sive sanguine, ut puta pulpas, sepias, lollia, ostrea, spondylos, etc.

LOLLĪGO.
LOLLĪGUNCŬLA. } V. LOLIGO, LOLIGUNCULA et LOLIUM §. b.
LOLLĬUM.

LOMBRĪCUS. V. LUMBRICUS §. b.

LŌMENTĀRĬUS, ii, m. Nomen a *lomentum* proprie adiect., absolute positum de eo, qui lomentum vendit. *Gloss. Philox.* Lomentarius; σμηγματοπώλης.

LŌMENTO, as, āre. Verbum transitiv. a *lomentum;* lomento abluo. Legitur in *Gloss. Gr. Lat.* Σμήχω; lomento.

LŌMENTUM, i, n. Verbale a *lotum*, quod est supinum verbi *lavo*, ut *fomentum* a *fotum*, quod eo ad lavandum uterentur. — Proprie est farina fabacea, qua ad rugas e cute tollendas usa est antiquitas; *farina di fava*. *Martial. 3. 42.* Lomento rugas uteri quod condere tentas. *Pallad. 11. 14. circa med.* Ex faba lomentum factum vino adiicere. — **2)** Item coloris genus, quod in usum pictorum ex caeruleo confici solet; λείμμα. *Plin. 33. 57. 1.* Ex caeruleo fit, quod vocatur lomentum: perficitur id lavando, terendove, et hoc est caeruleo candidius. — **3)** Translate. *Coel.* ad *Cic. 8. Fam. 14. ad fin.* Persuasum est ei, censuram lomentum, aut nitrum esse, nam sordes eluere vult, etc. — Hinc in *Gloss. Isid.* a Lumentum *(sic)*, nitrum, v exponitur.

LONCHĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, λόγχη, qua significatur hasta, lancea: Romana civitate donata a *Tertull. Cor. Mil. 11.* Requiescens super lonche, qua perfossum est latus Christi. Vulgo legitur *super lonchen, quo*, sed perperam: λόγχος enim Graece non habetur, sed λόγχη.

LONCHĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λογχῖτις, qua significatur herba in locis sitientibus nascens, foliis porri ad radicem rubentibus, flores habens, ceu galericulos, personis comicis similes, parvam exserentes linguam, semen vero involucris clausum, triangulum et lanceae simile, unde sibi nomen vindicavit: λόγχη enim *lancea* est. *Plin. 25. 88. 1.* et *26. 48. 2.* — Eius semen hydropicos sanare, tradit *Id. 26. 75. 1.*

LONCHŌTOS, *Graeca positione*, e, on. Adiect. Graecum, λογχωτός; macronatus. Ita dictum est chalcanthi genus, quod mucroni aut cuspidi vel lanceae simile sit. *Plin. 34. 52. 2.* Sed ex eo candidum colorem sentiente viola lonchoton appellant.

* LONCHUS. V. LONCHE.

LONGAEVĬTAS, ātis, f. Abstractum a *longaevus;* longum aevum, senectus; *vecchiaia*. *Macrob. 7. Saturn. 5.* De longaevitate eorum *(cervorum)* opinio fabulatur. Adde *Fulgent. ep. 7. n. 3.* et *9.*

LONGAEVĬTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *longaevo;* sed eiusdem significationis. *Alcim. ep. 56.* Praesentiam vestram succedentium annorum numerositate divinitas propitiata longaevitet.

* LONGAEVO, as, āre. Verbum transitiv. a *longaevus;* longaevum facio. — Translate. *Venant. Vit. S. Medard. 15.* Deus clementissimi Theodeberti regis nostri felicitatem pro sua pietate longaevet.

LONGAEVUS, a, um. Adiect. a *longus* et *aevum*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit. — Proprie est annosus, senex, longi aevi; *di lunga età, vecchio:* vox poëtica. *Virg. 3. Aen. 169.* haec laetus longaevo dicta parenti Haud dubitanda refer. *Id. 2. ibid. 325.* sacra longaevum in sede locavit. *Propert. 4. 1. 32.* Longaevum caput. *Martial. 14. 27.* Longaevi capilli. *Id. Spectac. 8.* Longaeva vetustas. *Propert. 2. 10. 47.* senectus. *Stat. 10. Theb. 864.* Amnis ut incumbens longaevi robora pontis Assiduis oppugnat aquis. — **2)** In illo *Virg. 6. Aen. 764.* Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles, Quem tibi longaevo serum Lavinia coniux Educet silvis regem: tum *Servius*, tum *Apollinaris Sulpicius* apud *Gell. 2. 16. longaevo* interpretantur non seni, sed in longum iam aevum perpetuum recepto, immortalique ac Deo facto. Sed hoc nimis subtile est, et vel ipsi *Gellio* merito displicet. — **3)** Absolute *longaeva* dicitur anus. *Ovid. 10. Met. 462.* Cunctantem longaeva manu deducit; h. e. nutrix longaeva.

LONGĂNĬMIS, me. Adiect. a *longus* et *animus*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; qui longi seu magni animi est, cui *pusillanimis* opponitur; *longanimo, coraggioso. Not. Tir. p. 45.* Longanimis, pusillanimis. — **2)** Apud *Vulg. Interpr.* epitheton est Dei, qui misericordia motus erga hominem, differt poenam tempus poenitentiae tribuens; *longanimo, paziente*. Sic *2. Esdr. 9. 17.* Tu autem Deus propitius, clemens et misericors, longanimis et multae miserationis, non dereliquisti eos. Adde *Psalm. 102. 8.* et Cf. vocc. seqq.

LONGĂNĬMĬTAS, ātis, f. Abstractum a *longanimis;* magnanimitas; *longanimità. Vulg. Interpr. Rom. 2. 4.* An divitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit. *Cassiod. 8. Hist. Eccl. 42. a med.* Verumtamen nos longanimitate detenti, multo tempore sustinuimus eos. Adde *6. ibid. 32.*

LONGĂNĬMĬTER. Adverb. a *longanimis;* animo constanti. *Vulg. Interpr. Hebr. 6. 15.* Et sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. *Cassiod. 10. Hist. Eccl. 53.* Illorum ferocitatem et impietatem longanimiter Deus omnium patitur. Adde *Interpr. ep. Ignatii ad Polycarp. 6.* et *Fulgent. ep. 7. n. 21.*

LONGĂBO, ōnis, m. V. voc. seq.

LONGĂNO, Longăbo, Longavo, Longao, ōnis, m. (tot enim modis scribitur) et

LONGĂNON, *Graeca positione*, i, n. Est nomen a *longus*, qua proprie significatur intestinum rectum, a crasso intestino, quod κῶλον appellant, ad sedem usque porrectum, spinae e directo incumbens: quod in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, ut cetera intestina. *Veget. 1. Veterin. 42.*, ubi *longanon* est in recto singulari, et *Cael. Aurel. 3. Acut. 22.* Et *2. Chron. 1.*, itemque *4. ibid. 3.* et *8. ibid. 10.*, ubi *longao*. — **2)** Ex huiusmodi intestino farto varia fiebant farcimina, ut est apud *Apic. 4. 2. ante med.* Unde et ipsum pro farcimine accipitur a *Varr. 5. LL. 22. sub fin.*, ubi *longabo* vel *longavo* scribitur, et *Arnob. 7. p. 229.* (in *q. l.* V. *Orelli*), et *Isid. 11. Orig. 1. 101.* V. loc. in CLUNIS §. a. et *Lindem.* ad *h. l.*

LONGAO et
LONGAVO. } V. voc. praeced.

LONGĒ. Adverb. a *longus*. — Comparat. *longius* §. *1.* et seqq., superlat. *longissime* §. *10.* et seqq. — Proprie usurpatur de spatio sive distantia, et triplici ratione exponi potest, nempe in longinquo, in longinquum et e longinquo, longo intervallo, procul; *lungi, lontano, da lontano, in lontananza*. *Plaut. Rud. 4. 3. 95.* Ubi tu hic habitas? *Gri.* Porro illic longe usque in campis ultimis. *Cic. 2. Fam. 7.* Longe absum, audio sero. Et *14. ibid. 2. sub fin.* Longius, cum ita vobis placet, non discedam. *Plin. 7. ep. 27.* Strepitus vinculorum longius primo, deinde e proximo reddebatur. *Nep. Themist. 5.* Progredi longius. *Quintil. 1. 1. 14.* Longe subsequi. *Colum. 9. 8. a med.* Apes, quae longius meare videbuntur. *Ter. Eun. 2. 3. 45.* Continuo accurrit ad me, quam longe quidem; *quanto da lungi ei può. Cic. Quint. 25.* Quam longe est hinc in saltum Gallicanum? *quanto v'è?* Et *4. Verr. 27.* Longe mihi obviam cum suis omnibus processerunt. Et *ibid. 22.* Bidis oppidum est non longe a Syracusis. *Id. Flacc. 29. sub fin.* Longe omnino a Tiberi ad Caicum. *Virg. 1. G. 358.* resonantia longe Litora. *Id. 1. Aen. 252.* longe disiungi. *Id. 12. ibid. 44.* quem nunc moestum patria Ardea longe Dividit. — **2)** Additur interdum genitivus *gentium*, leporis et significantiae causa. *Cic. 6. Att. 13.* Tu autem abes longe gentium. — **3)** Item cum alio genitivo. *Apul. 5. Met.* Longe parentum velut exsulantes; h. e. longe a parentibus. — **4)** Cum dativo pro ablativo. *Martial. 1. 87.* Hic longe est mihi; *è da me lontano*. — **5)** Translate. *Cic. 13. Fam. 29.* Exspectare te arbitror, haec tam longe repetita principia quo spectent. *Id. Amic. 12.* Longe prospicere futuros casus. *Id. 5. Tusc. 31.* Honestatem sic complectitur, ut omnia, quae sine ea sint, longe et retro ponenda censeat. — **6)** *Longe lateque* est in omnes partes, multis et longinquis in locis; *da per tutto, per ogni parte, d'ogn' intorno. Id. 2. Nat. D. 15.* Sol, qui immenso mundo tam longe lateque collucet. Et *1. ibid. 20.* Animus late longeque peregrinatur. *Id. 1. Divin. 36.* Dii vim suam longe lateque diffundunt. — **7)** *Longe esse* eleganter dicuntur, quae nihil iuvant. *Caes. 1. B. G. 36.* Si id non fecissent, longe ab his fraternum nomen populi R. abfuturum. *Virg. 12. Aen. 32.* Longe illi Dea mater

Digitized by Google

erit, quae nube fugacem Feminea tegat. *Ovid. 12. Heroid. 53.* Quam tibi nunc longe regnum dotale Creusae, Et socer, et magni nata Creontis erant! *Sil. 17. 80.* Longe coniugia, ac longe Tyrios hymenaeos inter Dardanias acies fore. — Huc spectat *Vulg. Interpr. Psalm. 21. 2.* Longe a salute mea verba delictorum meorum; *h. e.* clamor meus nihil prodest mihi, aut me valet morti subtrahere. — **8)** Hinc *longe facere ab aliquo* est removere. *Id. ibid. 39. 12.* Ne longe facias miserationes tuas a me. *Id. ibid. 102. 12.* Longe fecit a nobis iniquitates nostras. Et *118. 150.* A lege autem tua longe facti sunt. — Absolute. *Id. Mich. 7. 11.* In illa die longe fiet lex; *h. e.* Babyloniorum, qui populum captivum tenebat, a qua lege solutus in patriam redibit. — **9)** *Longe sequi* dicitur is, qui remotus sequitur vel extremus, tum proprie, tum translate. *Quintil. 5. 12. 9.* Ita longe quidem, sed sequitur tamen. *Id. 10. 1. 87.* Ceteri omnes longe sequentur. *Val. Flac. 1. 652.* quos *(Notos)* caerulus horror Et madido gravis unda sinu longeque sequutus Imber, ad Aeoliae tendunt simul aequora portae. — **10)** Absolute. *Stat. 1. Achill. 176.* Par studiis aevique modis, sed robore longe; *h. e.* longe dispar, inferior. Loquitur de Patroclo Achillis sodali. — *Quintil. 12. 10. 9.* Phidias tamen diis quam hominibus efficiendis melior artifex creditur, in ebore vero longe citra aemulum. — **11)** *Longe fugit, qui suos fugit*, titulus est Saturae Menippeae *Varronis*, cuius pauca admodum exstant fragmenta apud *Riese, p. 155.* et *seq.* — **12)** Deinde

II. *Longe* refertur ad tempus, et significat proprie tempus procedens et res per tempus productas; aliquando tamen reddi potest etiam pro diu; *lungamente, da lungo tempo. Cic. Brut. 15. ad fin.* Varro, diligentissimus investigator antiquitatis, vitam Naevii producit longius; *più avanti*. Et *ibid. 54.* Longius aetate provectus. *Nep. Attic. 2.* Neque longius, quam dictum esset, eos debere passus est; *più a lungo*. *Albinov. 2. 4.* Longius annoso vivere dignus avo; *h. e.* diutius. *Plaut. Rud. 4. 1. 24.* Quid tu? quam dudum in portum venis huc? *Ep.* longissime; *è un grandissimo pezzo*. Et *Men. 5. 9. 52.* Quid longissime meministi in patria tua? *di qual cosa conservi tu più lunga memoria? Caes. 7. B. G. 71.* Sed paullo etiam longius tolerare possum parcendo. *Id. 4. ibid. 1.* Neque longius anno remanere uno in loco colendi causa licet. *Sall. Cat. 29.* Quod neque urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat. *Ovid. 11. Met. 702.* Si vitam ducere nitar Longius. *Virg. 8. Aen. 406.* ante omnes stupet ipse Dares longeque recusat. *Val. Flacc. 3. 37.* Ipse diem longe solisque cubilia Typhys Consulit. — **13)** Praeterea

III. *Longe* refertur etiam ad multitudinem verborum: cui contrarium est *breviter*. *Cic. Orat. 48. extr.* Haec dixi brevius, quam si hac de re una disputarem: longius autem, quam instituta ratio postulabat; *più a lungo*. *Quintil. 10. 2. a med.* Otiosi et supini, si quid modo longius circumduxerunt, iurant, ita Ciceronem locuturum fuisse. — **14)** Hinc saepe significat valde, multum; *di molto, assai, di gran lunga*. *Cic. 5. Tusc. 14.* Lenit eorum adventum, quae venientia longe ante videris. *Ter. Adelph. 1. 1. 40.* Errat longe, mea quidem sententia. *Gell. 17. 21. a med.* Neque ita longe post Aristoteles vita functus est. — *Stat. 10. Theb. 140.* Aoniis longe gravis imminet arvis. *Id. 4. Silv. 6. 29.* Linea quae veterem longe fatetur Apellem. *Apul. 1. Met.* Ampliter nummatus et longe opulentus. *Id. de Deo Socrat. p. 52.* Longe praestabilis. *Id. 6. Met.* Unum *(Savium)* blandientis appulsu linguae longe mollitum. — **15)** Iungitur superlativis, aut eorum vim habentibus. *Caes. 1. B. G. 2.* Longe nobilissimus et ditissimus apud Helvetios. *Cic. 7. Verr. 72.* Caeremoniae longe maximae atque occultissimae. *Id. Brut. 14.* Longe plurimum ingenio valuisse videtur. *Id. 13. Fam. 13.* Longe princeps municipii Lucensis. *Id. 4. Verr. 22.* Longe primus civitatis. — **16)** Item comparativis. *Petron. Satyr. 9.* Longe maior. Et *ibid. 98.* blandior. *Phaedr. 5. 7.* fortior. *Virg. 9. Aen. 556.* melior. *Vellei. 2. 74.* tumultuosior. Et *ibid. 51. extr.* Proelium longe magis prosperum. — **17)** Item cum verbis, adverbiis, et nominibus, quae praestantiam, vel diversitatem ac dissimilitudinem adsignificant. *Cic. Brut. 64.* Inter aequales longe praestitit. *Id. 6. Verr. 33.* Aedes duae, quae longe ceteris antecellunt. Et *1. Orat. 21. in fin.* Longe Academiae illi tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam. Et *4. Verr. 4.* A quo mea longissime ratio voluntasque abhorrebat. *Id. Amic. 9.* Longe dissentire. *Id. ibid.* Quod longe secus est. *Id. 4. Acad. 31. extr.* Longe aliter se habet, ac etc. *Liv. 39. 28.* Id ego aliter longe iudico esse. *Vatin. ad Cic. 5. Fam. 10.* Longe alia conditione sum, ac ceteri. *Cic. 5. Phil. 18.* Longissime diversa ratio est. *Id. Sull. 17.* Erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio. *Liv. 1. 9.* Longe ante alias specie et pulcritudine insignis. — **18)** Item cum *multum*. *Cic. 1. Orat. 49. in fin.* Multum inter se distant istae facultates, longeque sunt diversae atque seiunctae. *Id. 7. Verr. 44.* Longe omnes multumque superare. *Id. 5. Fin. 14. sub fin.* Cum longe multumque ratio praestet. *Id. Mur. 13.* Longe et multum antecellere. — **19)** Interdum repetitur. *Id. 2. Fin. 21.* Plurimum, et longe longeque plurimum tribuere honestati. *Ovid. 4. Met. 323.* Sed longe cunctis, longeque potentior illis. *Gell. 14. 1. circa med.* Et supra longe atque longe per infinitum. Adde *Horat. 1. Sat. 6. 18.* et lectione *Bentleii*. — **20)** Denique

IV. *Longe*, absolute, substantivorum more, apud *Vulgatum Interpretem* praemissas habet praepositiones *a* vel *de*, ita ut *a longe* vel *de longe* idem sit ac a longinquo vel de longinquo. Sic *Deuter. 29. 22.* De longe venire. *Iudith, 13. 15.* Dixit Iudith a longe custodibus murorum. *Tob. 11. 6.* Videre a longe. *Psalm. 137. 7.* Alta a longe cognoscit. Et *138. 3.* Intellexisti cogitationes meas de longe. *Id. Luc. 18. 3.* Stare a longe. Et *22. 54.* Sequi a longe.

Nota I. Copulatur haec particula aliquando cum dativo; aliquando etiam cum ablat. et praepos. *ab;* aliquando substantivorum more cum genitivo: saepius vero absolute, aut cum aliis particulis, cum nominibus adiectivis cuiuscumque gradus, et cum verbis. — **Nota II.** Qui plura de hac particula desiderat, adeat *Hand, Turtell. T. 3. p. 546–553.*

LONGĀTUS. V. LONGO §. 2.

LONGĬCĬĀ. V. LONGITIA.

LONGĬLĂTĔRUS, a, um. Adiect. a *longus* et *latus*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; qui in lateris longitudine positus est. *Boëth. 1. Arithm. 27.* Circum ipsos numeros qui sunt; ideat circum angulares, longilateri numeri sunt. Longilateros autem voco, quos uno se supergredientes numeri multiplicant (ex. gr. $2 \times 3 = 6$., $3 \times 4 = 12$).

LONGĬLŎQUĬUM, ii, n. Nomen a *longus* et *loquor;* longus sermo, et taedii plenus. Est *Donati* ad *Ter. Eun. 2. 2. 34.* et *Interpr. Irenaei, 3. Haeres. 12. 9.* — **2)** Inter vitia sermonis recenset *Isid. 1. Orig. 34. 8.* V. MACROLOGIA.

LONGĬMĂNUS, a, um. Adiect. a *longus* et *manus*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; qui alteram manum longiorem habet. Cognomen fuit Artaxersis Persarum regis. Alteram enim manum habuit huiusmodi. *Hieronym. in Chronic. Euseb. ad Olymp. LXXIX.* — Apud *Nep. Reg. 1.* Graeca voce *macrochir* (*μακρόχειρ*) dicitur: a *μακρὸς*; longus, et *χεὶρ*; manus.

LONGINQUĔ. Adverb. a *longinquus*. — Comparat. *longinquius* §. 1. — Proprie est longe. *Accius* apud *Non. 4. 440.* et *11. 49.* Annos multos longinque a domo bellum gerentes; *lungi dalla patria*. *Gell. 1. 22. a med.* Longinquius diutiusque adesse; *per più lungo tempo*. — **2)** Est etiam idem ac inusitate. *Front. ad Verum* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 1.* Historiam quoque scripsere Sallustius structe, Pictor incondite, Claudius lepide, Antias invenuste, Sisenna longinque. De eod. *Cic. Brut. 75.* Sisenna recte loqui putabat esse, inusitate loqui.

LONGINQUĬTAS, ātis, f. Abstractum a *longinquus;* locorum distantia; *lontananza, distanza*. *Cic. 2. Fam. 9.* In his enim sum locis, quo propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur. — **2)** Item distantia temporum, diuturnitas; *lunghezza di tempo*. *Id. 1. Divin. 7.* Nihil est, quod non longinquitas temporum efficere possit. *Id. 5. Tusc. 40.* Si dolores longinquitate producti vehementius torquent. *Id. 10. Phil. 8.* Nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatus. *Ter. Hecyr. 4. 2. 20.* Longinquitas aetatis; *lunga vita*. *Plin. 7. 49. 1.* Longinquitas vitae hominum. — **3)** Item longitudo; *lunghezza*. *Flor. 4. 12. extr.* Nihil magis quam longinquitatem viae imputabant, quam quadriennio impleverant. *Plin. 31. 33. 1.* Longinquitas navigandi.

LONGINQUO. V. LONGINQUUS §. 13.

LŌNGINQUO, as, āre. Verbum transitiv. a *longinquus;* distare facio, removeo; *allontanare*. *Tertull. de Pudic. 3.* Nihil secundum longinquat a primo: nihil tam proximum primo, quam secundum. *Claud. Mamert. 1. Stat. anim. 1.* Deum a se longinquare. Adde *Augustin. in Psalm. 34. serm. 2. n. 6.*

LONGINQUUS, a, um. Adiect. a *longus* et *incolo*, ut mihi quidem videtur, effictum, eadem ratione, qua *inquilinus* ab *incolo*. — Alii simpliciter a *longus* ducunt, syllabica adiectione productum. — **b)** Comparat. *longinquior* §. 1. et 3., superlat. *longinquissimus* §. 4. — **c)** Derivata, *longinque, longinquitas, longinquo*. — **d)** Compositum, *perlonginquus*.

LONGINQUUS proprie est longo intervallo distans, remotus, dissitus; *lontano, rimoto, distante*. *Cic. 13. Fam. 9.* Non dubito, quid praesentes sentiant: nos quidem longinqui, et a te ipso missi in ultimas gentes, etc. *Id. Manil. 16.* Ex locis tam longinquis, tamque diversis. *Id. 2. Catil. 13.* Ab extero hoste atque longinquo. *Id. 15. Att. 9.* Longinqua Lacedaemon. *Tacit. 11. Ann. 10.* militia. *Caes. 7. B. G. 77. in fin.* Longinquae nationes. Et *4. ibid. 27.* Longinquiores loci. — **2)** Item ratione habita aliarum regionum, peregrinus, externus. *Ovid. Ib. 150.* Nostraque longinquus viscera piscis edet. *Cic. Deiot. 5. extr.* Homo longinquus et alienigena. — **3)** Item longo loci spatio extensus. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 363.* Sic qui vecturam longinqua per aequora merces Molitur tellure ratem, etc. *Plin. 9. 26. 1.* Longinqua linea. — **4)** Translate. *Boëth. 1. Poster. Analyt. 2.* Simpliciter autem priora et notiora, quae longius sunt. Sunt autem longin-

Digitized by Google

quissima quidem, universalia maxime; h. e. remotissima. — **5)** Praeterea

II. *Longinquus* refertur ad tempus, et ponitur pro diuturno; *longo*. *Caes. 3. B. C. 8.* Se confidere munitionibus oppidi, si celeriter succurratur: longinquam oppugnationem sustinere non posse. Et *1. ibid. 47.* Longinqua consuetudo. *Liv. 8. 8. extr.* Longinquus morbus. *Nep. Themist. 4.* Longinquiore tempore bellum conficere. *Cic. 1. Divin. 49.* Longinqua observatio. *Id. 2. Fin. 29.* Bene longinqui dolores. *Id. Partit. 32.* In longinquum tempus differre. *Plaut. Mil. 3. 1. 156.* Vitam longinquam dare alicui. *Propert. 1. 6. 27.* Longinquus amor. — **6)** Hinc est etiam antiquus, qui longe ante fuit. *Plin. 15. 26. 1.* Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Caiique Gracchorum manus, quae apud Pomponium Secundum vidi annos fere post ducentos. — **7)** Translate est tardus, lentus, serus. *Plaut. Merc. 3. 2. 55.* Longinquum istuc amanti est. *Tacit. 13. Ann. 37. extr.* Si omissa spe longinqua et sera, praesentem potioremque sequeretur. — **8)** Absolute, substantivorum more,

LONGINQUUM, i, n. Est res longinqua. *Tacit. 3. Ann. 54.* Adire longinqua imperii. — **9)** Hinc *e* vel *ex longinquo*, e loco remoto; *di lontano*. *Senec. ep. 22.* Ex longinquo suadere aliquid. *Tacit. 1. Ann. 47.* Maiestate salva, cui maior e longinquo reverentia. *Plin. 33. 36. 34.* E longinquo intueri. *Id. 10. 51. 1.* venire. Et *ibid. 39. 1.* Nobilitas e longinquo. — **10)** Item *de longinquo* et *a longinquis* apud *Vulg. Interpr. Deut. 28. 49.* Adducet Dominus super te partem de longinquo. Adde *Ierem. 5. 15. Id. Isai. 41. 9.* Apprehendi te ab extremis terrae et a longinquis eius vocavi te. — *Id. ibid. 30. 27.* Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, etc. — **11)** *In longinquum* est per longum tempus. *Id. Mich. 4. 3.* Corripiet gentes fortes usque in longinquum. — *Id. 2. Reg. 7. 19.* Sed et hoc parum visum est in conspectu tuo, Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo servi tui in longinquum; h. e. in futurum. — **12)** Item absolute

LONGINQUUM, adverbiorum more. *Plaut. Merc. 3. 4. 23.* Odiosa est oratio, cum rem agas, longinquum loqui; *a lungo*. — **13)** Item

LONGINQUO, eodem modo, per longum tempus vel spatium. *Paul. Dig. 30. 39.* Servus longinquo absens. *Ulp. ibid. 3. 3. 44.* Si longinquo sit abfuturus.

LONGĬO, as, V. LONGO.

LONGĬPES, ĕdis, omn. gen. Adiect. a *longus* et *pes*, quod alterum vi compositionis in adiectivum migravit; longus pedes, sive longa crura habens; *lungo di piedi*. *Plin. 30. 10. 2.* Simillimum scarabaeo longipedi. Adde *11. 107. 1.*

LONGISCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *longo*; longus fio, in longum cresco; *allungarsi*. *Enn.* apud *Non. 2. 506.* neque corpora firma Longiscunt quicquam. *Onom. Lat. Gr.* Longisco; ἐκτείνομαι.

LONGĬSĔCUS. Adverb. a *longe* et *secus*; e longinquo, procul. Legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Longisecus; ἔκπωθεν.

LONGĬTER. Adverb. a *longus*, forma insolentiore, sed significatione idem ac longe. *Lucret. 3. 677.* Non, ut opinor, ea ab leto iam longiter errat. Adde *3. 434.*

LONGĬTĬX, ae, f. Abstractum a *longus*; longitudo. *Auct. de limit. p. 563. Lachm.* Grandes longitias limitum ostendit. *Iunnior, Cas. litter. p. 316. ibid.* Sub se autem fines *(habens)* latiores, in longitia breviores. Adde *Vegat. 4. Veterin. 2.*, ubi et *longicia* scribitur. V. LATITIA.

LONGĬTRORSUS. Adverb. in longum, in longitudinem; *per lungo*. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 120. Müll.* Longitrorsus sic dicitur, sicut dextrorsus, sinistrorsus. *Müller.* adnotat ad *h. l.* « Hoc si recte dictum est, erat etiam adverbium *longitro* et antiquum aliquod adiectivum *longitorus*. »

LONGĬTŪDO, ĭnis, f. Abstractum a *longus*; magnitudo in longum extensa; *lunghezza*: et de loco dicitur. *Cic. 1. Nat. D. 54.* In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. *Id. 9. Phil. 1.* Longitudo itineris. *Caes. 5. B. G. 35.* agminis. *Plin. 3. 6. 5.* Italia patet longitudine ab Alpino fine usque Rhegium oppidum, etc. *Hirt. B. Alex. 29.* Magnis arboribus excisis, quae longitudine utramque ripam contingerent. — **2)** Item de spatio. *Plin. 16. 62. 8.* Helix adolescit in longitudinem. *Caes. 6. B. G. 28.* Arduenna silva millibus amplius quingentis in longitudinem patet. *Caes. 7. B. G. 46.* A medio fere colle in longitudine murum praeduxerant. *Plin. 3. 2. 1.* Hispania ulterior in duas per longitudinem provincias dividitur. *Cic. Univ. 7.* Diffundere aliquid in longitudinem; *per lungo*. — Huc spectare videtur *Cael. Aurel. 3. Chron. 1. 3.* Longitudo passionis; h. e. extensio; *dilatamento*. — **3)** Item de tempore. *Cic. 7. Verr. 10.* Diei brevitas conviviis, noctis longitudo flagitiis conterebatur. *Id. Partit. 17.* Longitudo orationis. *Ter. Heaut. 3. 2. 40.* Consulere in longitudinem; h. e. in futurum prospicere, providere quod diu prosit. — **4)** Specialim

II. *Longitudo* apud Geometras est una ex proprietatibus corporum, quae in longum protenduntur. *Boëth. 2. Arithm. 4.* Tria intervalla sunt, longitudo, latitudo, altitudo; id est linea, superficies atque soliditas. Cf. §. seq. V. LATITUDO §. 3. — **5)** Item apud Grammaticos refertur ad tempora syllabarum. *Incert. fragm. Gramm. n. 8. p. 526. Endl.* Scire autem oportet vocem, sicut omne corpus, tres habere distantias: altitudinem, crassitudinem, longitudinem. Longitudinem tempore ac syllabis metimur. Et *ibid. n. 50.* Longitudo verborum duabus in rebus est: Tempore et syllabis. *Mar. Victorin. 1. 3. 25.* Nam illo versu Virgilius o productae longitudinem servat. — **6)** Refertur etiam ad sonos in musicis. *Cic. Orat. 51. extr.* Longitudines et brevitates in sonis.

LONGĪTURNĪTAS, ātis, f. Abstractum a *longiturnus*; longaevitas. *Vulg. Interpr. Baruch, 3. 14.* Disce ubi sit prudentia, ut scias simul, ubi sit longiturnitas vitae. Adde *Pseudo-Cassiod. Amicit. 59.*

LONGĪTURNUS, a, um. Adiect. a *longus*, syllabica adiectione productum, sed significatione idem. *Vulg. Interpr. Baruch, 4. 35.* Ignis enim superveniet ei ab aeterno in longiturnis diebus. *Interpr. Ital. Deut. 17. 20.* apud *Lucifer. Caral. pro S. Athan. 1. p. 827. Migne.* Ut longiturni temporis sit in principatu suo ipse et filii eius cum ipso.

LONGĪVIVAX, ācis, omn. gen. Adiect. a *longe* et *vivax*; longo tempore vivax. *Vat. Scholiast.* ad illud *Iuvenal. 14. 251.* Cervina senectus: *haec habet*: quos *(cervos)* usque ad nongentos annos vivere dicunt: longivivax.

LONGĪUSCŪLĒ. Adverb. a *longiusculus*; longule. *Sidon. 8. ep. 11. sub fin.* Longiuscule me progredi amor impulit. Adde *Donat. edit. 2. p. 1760. Putsch.* et *Claud. Mamert. 1.* de *Stat. anim. 1. ad fin.*

LONGĪUSCŪLUS, a, um. Adiect. deminut. a *longus*; paulo longior; *lunghetto*. *Cic. Arch. 10.* Quod epigramma in eum fecisset tantummodo aliernis versibus longiusculis.

LONGO et Longio, ās, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *longus*; longum facio, prolongo; *allungare*. *Diomed. 3. p. 505. Putsch. de metro antispasto.* Longatur autem a dimetro usque ad pentametrum. Adde *ibid. 506.* — His aliisque locis *ibid.* alii leg. *longiatum*, ut sit a *longio, as*; prior tamen lectio confirmatur *Onom. Lat. Gr.* Longo, as; μακρύνω. *Venant. 7. 12. 70.* Tempora longantur, sed breviatur amor. — **2)** Est etiam removeo. *Arnob. Iun. in Psalm. 87.* In sepulchro conditum, a quo longatus est omnis amicus.

LONGŬLĒ. Adverb. a *longulus*; aliquantum longe. *Plaut. Rud. 1. 3. 8.* Haud longule ex hoc loco. *Ter. Heaut. 3. 2. 10.* Non cogitas hinc longule esse. *Apul. 9. Met.* Auribus grandissimis praeditus cuncta longule etiam dissita facillime sentiebam.

LONGŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *longus*; aliquantum longus; *lunghetto*. *Cic. 16. Att. 13.* Longulum sane iter, et via inepta.

LONGŬRĬO, ōnis, m. Est longus homo et procerus; a pertica, quam *longurium* vocant, similitudine. Usurpatur convicii loco, haud aliter ac *vacerram*, ac *stipitem* dicimus. Varro apud *Non. 2. 484.* Hic qui ante me est, nescio quis longurio; *alto come una pertica*. V. LONGUS §. 13.

LONGŬRĬUS, ii, m. Nomen a *longus*, quo significatur pertica longior, variis usibus inserviens; *perticone, pertica, stanga*. *Varr. 1. RR. 14.* Secunda sepes est ex agresti ligno, sed non vivit. Fit aut e palis statutis crebris, et virgultis implicatis, aut latis perforatis, et per ea foramina traiectis longuriis fere binis aut ternis. Et *2. ibid. 7. a med.* Inter singulas equas a praesepibus interiicere longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. *Caes. 5. B. G. 14.* Falces praeacutae, insertae affixaeque longuriis. Et *4. ibid. 17.* Trabes directa materia iniecta contexebantur, ac longuriis cratibusque contexebantur.

LONGUS, a, um. Adiect. parum certi etymi. *Isid.* tradit *10. Orig. 157.* « *Longus* a *linea* dictus, propter quod sit porrectus. » Alii ductum autumant a Graeca voce λόγχη; hasta. — **b)** Comparat. *longior* §. *1.* et seqq., superlat. *longissimus* §. *1.* — **c)** Derivata, *longano, longe, longinquus* (quod V. et pro suis) *longisco, longiter, longitia, longitudo, longiturnitas, longiturnus, longiuscule, longiusculus, longo, longulo, longulus, longurio, longurius.* — **d)** Composita, *bilongus, elongo, longaevitas, longaevito, longaevo, longaevus, longanimis, longanimitas, longanimiter, longilaterus, longiloquium, longimanus, longipes, longisecus, longitrorsus, longivivax, oblongulus, oblongus, perlongus, praelongo, praelongus, prolongo, prolongus, trilongus.*

LONGUS proprie est porrectus, extensus, sive per planum extendatur, sive in altum erigatur; *lungo*. Dicitur de spatio tum loci, tum temporis. *Caes. 4. B. G. 9.* Rhenus longo spatio citatus fertur. Et *5. ibid. 54.* Ex castris proficiscuntur longissimo agmine, magnisque impedimentis. *Virg. 3. Aen. 381.* Italiam, quam tu iam rere propinquam, Longa procul longis via dividit invia terris. Et *9. ibid. 229.* Stant longis adnixi hastis. *Cels. 3. 1.* Longus morbus. V. ACUTUS §. 11. *Cic. 16. Att. 11.* Longissima epistola. Et *12. ibid. 3. in fin.* Horae, quibus exspectabam, longae videbantur. *Id. 1. Offic. 9. sub fin.* Quae quasi longo interiecto intervallo videmus. *Horat. 1. Od. 11.*

Digitized by Google

7. Spem longam resecare. *Caes. B. C. 69.* Longa interiecta mora. *Cic. 4. Verr. 32.* Nonnunquam uno die longiorem mensem faciunt, aut biduo. *Colum. 5. 6. circa med.* Scrobis latus pedum duorum, longus pedum sex. Et *2. 11.* Areas longas pedum quinquagenûm facito. *Id. Arbor. 16.* Sulcum in quattuor pedes longum, in tres altum cum feceris. *Plaut. Trin. 4. 2. 38.* Qua facie est homo? *Sy.* aesquipede quidem est, quam tu, longior. *Plin. 6. 39. 2.* Umbilicus septem pedes longus, umbram non amplius quattuor pedes longam reddit. *Pallad. 2. 10.* Scrobes faciemus tribus pedibus longas. — **2)** Est etiam longinquus; *distante, lontano. Justin. 18. 1.* Alexander, qui tam longa a domo militia orientem subegit. *Sil. 4. 574.* Squalentes campos et longa mapalia complent; *h. e.* longo spatio dissita. Et *6. 627.* remeans longis Tyrinthius oris. *Sall. fragm.* apud *Serv.* ad *11. Aen. 344.* Et, Metello procul agente, longa spes auxiliorum; *h. e.* longe posita, ut et *Serv.* exponit. — **3)** Item *longus* dicitur qui multa verba facit. *Cic. 1. Nat. D. 36.* Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longus. *Quintil. 10. 1. ad fin.* In cura verborum nimius, et compositione nonnunquam longior, et translationibus parum modicus. — **4)** Hinc de rebus est multus. *Virg. 10. Aen. 549.* Canitiemque sibi et longos promiserat annos; *h. e.* multos, et diuturnam vitam. *Id. 11. ibid. 907.* nec longis inter se passibus absunt. *Apul. Apol. 92.* Longa dote et molli conditione invitare iuvenem. — **5)** Hinc *longum est*, res est longi temporis, laboris, multorum verborum, etc. *Cic. 3. Verr. 60.* Iam vero quas iste praedas, quam aperte, quam improbe fecerit, longum est dicere. *Id. Sext. 3.* Longum est ea dicere, sed hoc breve dicam. *Ter. Heaut. 2. 3. 94.* Longum est, si tibi narrem, etc. *Id. Andr. 3. 6. 13.* Longum est, nos illum exspectare dum exeat. *Id. Phorm. 3. 2. 10.* Experire: non est longum. — **6)** *Ne longum sit, ne longum faciam*, ut breviter dicam. *Cic. 3. Catil. 8.* Ac, ne longum sit, Quirites, tabellas proferri iussimus. *Horat. 1. Sat. 3. 137.* Ne longum faciam, dum tu quadrante lavatum Rex ibis, etc. *Cic. 2. Leg. 10.* At ne longum fiat, videte; *h. e.* ne diu differatur. — **7)** *Longius facere*, trahere in longius plura dicendo. *Cic. 5. Fin. 6.* Nihil opus est exemplis id facere longius. *Id. 1. Leg. 7.* Non faciam longius. — **8)** *Nihil mihi est longius*, nihil magis cupio, nullius rei tanta exspectatione teneor; *non vedo l' ora. Id. 11. Fam. 27.* Respondit, nihil sibi longius fuisse, quam ut me videret. *Id. 6. Verr. 59.* Nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. Adde *Rabir. Post. 12.* et *Lucil.* apud *Eund. 4. Tusc. 21.* — **9)** Specialim cum addito,

II. *Longa freta* dicuntur a Poëtis vasta, ampla, longinqua, et diuturna navigatione peragenda. *Horat. 3. Od. 3. 37.* et *ibid. 27. 43., Propert. 2. 20. 29., Ovid. 7. Heroid. 46.* et *alibi saepe.* — **10)** *Longa navis* a figura dicta, tum velis, tum remis agitur; *galea;* differtque ab oneraria, quae velis dumtaxat. *Lentul.* ad *Coss. etc. 12. Fam. 13. a med.* Navi longa profugerunt, onerariis relictis. — **11)** *Longos versus* appellabat *Ennius* heroicos, teste *Cic. 2. Leg. 27.* Confirmat *Diomed. 3. p. 493. Putsch.* — Aliter tam *longior versus* apud *Cic. Parad. 3. ad fin.* Histrio, si paulum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior aut longior, exsibilatur et exploditur; *h. e.* addita vel detracta syllaba vitio histrionis. — **12)** *Longa syllaba*, quae longiore spatio temporis effertur. *Cic. 3. Orat. 47.* Paeon oritur a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa. V. BREVIS §. 13. — **13)** *Longus homo* interdum per contemptum dicitur, ut *vacerra, longurio;* scil. pro hardo ac stupido: sic *magnus* et *μέγας*, aliquando apud Graecos et apud Latinos. V. MAGNUS. *Catull. 67. 47.* Longus homo est, magnas cui lites intulit olim Falsum mendaci ventre puerperium. — **14)** *Longus spe* dicitur senex, quia tardus est, et difficilis ad sperandum, propter experientiam fallacis fortunae. *Horat. Art. P. 173.* Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri; *ἀνέλπιστος*. Legit ex coniectura *Bentleii*. spe longus, iners, pavidusque futuri. — **15)** *Longa spes* est sera, longinqua, et longo post tempore implenda. *Horat. 1. Od. 4. 15.* Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam. Sic *Stat. 1. Theb. 522.* spes auxia mentem Extrahit, et longo consumit gaudia voto. — **16)** *Longa manus* variis modis explicatur apud *Propert. 3. 5. 14.* Attulimus longas in freta vestra manus. *Vulpius* interpretatur *extensas* et *porrectas*, et hanc esse ait huius loci sententiam: Parcite Dii maris, nam pelagus intravi supplicibus palmis et ad vos protentis. *Douza* vero, *Barthius* et *Huinoel* id nimis longe petitum esse existimant, et interpretantur *longas manus* esse integras, non mutilatas, nam *Id.* ait *ibid. 65.* Huic fluctus vivos radicitus abstulit ungues. Putabant autem Veteres, periuros membro aliquo mutilari solitos, et perfidis mare esse valde periculosum. Hinc Poetus inducitur his verbis sortem suam deplorans, suamque innocentiam declarans. — **17)** Alio sensu *longa manus* dicitur, quae multum potest, etiamsi a longe sit. *Ovid. 17. Heroid. 166.* An nescis, longas regibus esse manus? Hinc proverbium apud Graecos: *Μακραὶ τυράννων χεῖρες*. — **18)** Absolute, substantivorum more,

LONGUM, i, n. Est res longa. — Hinc *in longum* est in futurum et longum tempus; *in lungo. Vellei. 2. 88.* Illis, etiam detracto capite, in longum fortissime pugnandi duravit constantia. *Virg. 9. Ecl. 56.* Causando nostros in longum ducis amores. *Tacit. 3. Ann. 27.* Otium eius rei haud in longum paravit; *per non molto tempo.* Et *11. ibid. 20.* Unde tenuis fructus, nec in longum fuit; *nè durò molto.* Et *4. Hist. 22.* Paucis diebus absumpta sunt, quae in longum sufficissent. — **19)** *Per longum*, per longum tempus; *a lungo, per lungo tempo. Sil. 2. 464.* exurit siccatas sanguine venas Per longum celata fames. Adde *12. 293.* et *13. 788.* — **20)** *Ex longo*, ex longo tempore. *Virg. 9. Aen. 64.* collecta fatigat edendi Ex longo rabies. — **21)** *In longum*, in longitudinem; *per lungo. Plin. 2. 83. 2.* Nubes in longum porrecta. — **22)** *In longo*, eodem sensu. *Id. 17. 58. 41.* Vitis in arbusto quattuor pedes in longo constat. — **23)** Item absolute, adverbiorum more.

LONGUM est longe, diu; *alla lunga, per lungo tempo. Virg. 10. Aen. 740.* non me, quicumque es, inulto, Victor, nec longum laetabere. Et *3. Ecl. 79.* Et, longum formose vale, vale, inquit, Iola. *Horat. Art. P. 459.* longum clamare. *Stat. 7. Theb. 500.* nec longum, et pulcher Alathreus Editus; *e non molto dopo.* — **24)** Eodem sensu *longa* in plur. num. longum, diu, ut *acerba, torva, transversa*, etc. *Stat. 2. Theb. 240.* non unquam longa tuendo Expedias, cui maior honos.

LŌOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, *λῶος*, qua significatur mensis quidam apud Graecos, quem alii Romanorum Sextilem seu Augustum interpretantur, alii Iunium, alii Septembrem vel etiam Octobrem. *Polem. Silv.* in *Kalend.* ita apud Graecos appellari dicitur Augustus. V. *Henr. Steph.* in *Thesaur. Ling. Gr.* sub v. *Λῶος*, ed. *Didot*.

LŎPAS. V. LEPAS §. 2.

LŎQUĀCĬTAS, ātis, f. Abstractum a *loquax;* multiloquium, inanis et immodica garrulitas; *loquacità. Cic. 6. Fam. 4. sub fin.* Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas. *Id. 1. Reg. 2.* Macri loquacitas habet aliquid argutiarum. *Quintil. 10. 3. 1.* et *ibid. 3. 22.* inanis loquacitas. Adde *Cic. 1. Orat. 23.* et *Quintil. 3. 10. 91.* — **2)** De animalibus. *Plin. 10. 42. 59.* Expressior loquacitas picarum generi; *h. e.* facilitas loquendi. — **3)** In bonam partem pro facundia. *Sidon. Carm. 14. 6.* Eia, Calliope, nitente palma Da sacri laticis loquacitatem.

LŎQUĀCĬTER. Adverb. a *loquax*. — Comparat. *loquacius*, infra. — Est multis et inanibus verbis; *loquacemente. Cic. Mur. 12.* Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille? *Horat. 1. Ep. 10. 4.* Scribetur tibi forma loquaciter et situs agri; *h. e.* satis verbose. *Paulin. Nolan. ep. 39. 8.* Dum loquacius vos fatigo.

LŎQUĀCĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. a *loquax;* loquax sum, garrio. Legitur in *Onom. Lat. Gr.* Loquacito; *σκιρρολογῶ*.

LŎQUĀCŬLUS, a, um. Adiect. deminut. a *loquax;* aliquantum loquax. *Lucret. 4. 1158.* At flagrans, odiosa, loquacula, Lampadium fit.

LŎQUAX, ācis, omn. gen. Adiect. verbale a *loquor*. — Comparat. *loquacior* §. 1. et 2., superlat. *loquacissimus* §. 1. — Proprie est verbosus, garrulus, multus vel nimius in loquendo; *loquace, ciancioloro. Varr. 6. LL. 7.* Hinc dictus loquax, qui nimium loquitur; hinc eloquens, qui copiose loquitur. *Cic. 2. Orat. 38.* Quare istam artem totam dimittamus, quae in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. *Id. Senect. 16.* Et senectus est natura loquacior. *Id. Flacc. 20. in fin.* Repente homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. *Id. 4. Att. 14.* Nunquam mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax visa est. *Ovid. 2. Pont. 9. 3.* Fama loquax. *Propert. 3. 25. 22.* Loquacem esse de aliquo; *h. e.* multa dicere. *Sall. fragm.* apud *Quintil. 4. 2. 45.* et *Gell. 1. 15. sub fin.* M.' Acilius loquax magis, quam facundus; *λαλὸν ἄριστος, ἀδύνατος λέγειν*. — **2)** Translate. *Virg. 3. G. 451.* Ranae loquaces. *Id. 12. Aen. 473.* nidi; *h. e.* in quibus sunt pulli avium. Sic *11. ibid. 458.* stagna loquacia; *h. e.* ubi cycni, ranae, et huiusmodi incolunt. *Tibull. 1. 2. 21.* loquaces nutus. Et *2. 7. 25.* oculi *(Cic. 1. Leg. 9.* Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur). *Ovid. 1. Amor. 4. 17.* loquax vultus. *Petron. fragm. 669. Burm.* Manu puer loquaci; *h. e.* gesticulandi perita. *Horat. 3. Od. 15. 13.* Loquaces lymphae; *mormoreggianti. Plin. 11. 112. 3.* Avium loquaciores, quae minores; *h. e.* magis canorae et garrulae. — *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 38.* Arbusta loquacia.

Nota. Discrimen inter *loquacem* et *eloquentem* habes supra in §. 1. ex loc. *Varr.* et sub v. ELOQUENS in *Nota*.

LŎQUĒLA (et Loquella, quod tamen improbat *Mar. Victorin. 1. 4. 57.*), ae, f. Verbale a *loquor;* loquendi facultas; *loquela, parlare. Plaut. Cist. 4. 2. 76.* Commodo loquelam tuam. *Lucret. 5. 231.* Almae nutricis blanda atque infracta loquela. *Virg. 8. Aen. 542.* fuditque has ore loquelas. — **2)** Item lingua, sermo. *Ovid. 5. Trist. 7. 53.* Graiaque quod Getico victa loquela sono est. — **3)** Specialim apud Grammaticos dicitur quodcumque verbum, quod locutioni inservit, etiamsi nihil per se significet, ut sunt particulae loquelares. *Varr. 6*

Digitized by Google

LL. 7. Hinc quidam loquelam dixerunt verbum, quod in loquendo efferimus. *Prob. art. min. 32. Endl.* Di praepositio, quae loquellis *(sic in Codd.)* deservit.

LŎQUĔLĀRIS (et Loquellaris. V. voc. praeced. *init.*), re. Adiect. a *loquela;* locutioni inserviens. Hinc *praepositiones loquelares* dicuntur a Grammaticis, quae orandi sensus, aut augendi, vel minuendi gratia ceteris partibus praeponuntur, ut *am, eo, con, di, dis, re, se*. Ita *Val. Prob. 1. p. 1427. Putsch.* Hae autem semper cohaerent, nec interpositionem patiuntur; nemo enim dicit *con tibi duco*, aut *re illum cipio*, inquit *Serv.* in *art. 2. Donati, p. 1798.* Ideo autem *loquelares* appellantur, quia cum loquelis; hoc est verbis compositae aliquid significant, separatae nihil valent. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 4. Müll.* Am, praepositio loquelaris, significat circum. *Maxim. Victorin. de Finalib. 22.* de loquellaribus *(sic)* autem praepositionibus ideo taceo, quia nec solae unquam ponuntur, nec coniunctae finem retinent.

* LŎQUĔLĀRĬTER (et Loquellariter. V. LOQUELA *init.*). Adverb. a *loquelaris;* loquelari ratione. Volunt quidam (inter quos *Scalig.* ad *Fest.* in voce *Am.* V. voc. praeced. *in fin.*) legi apud *Cic. Somn. Scip. 7.* Homines enim loquelariter annum tantummodo solis; idest unius astri reditu metiuntur; *h. e.* inquit *Scalig.*, contemplatione ipsius solis, non quod revera is annus dicendus sit: quemadmodum loquelares praepositiones revera non sunt, nisi contemplatione earum vocum, quibus coniunguntur. Est qui mallet *locutariter.* Vulgo habetur *popullariter*, quod rectius, approbantibus quoque recentioribus Ciceronis editoribus.

LŎQUELLĂ, etc. V. LOQUELA, etc.

LŎQUENS, entis. Particip. verbi *loquor*, substantivorum more aliquando etiam adhibitum; qui loquitur, locutor. *Auson. Grat. act. post init.* Inopia loquentis. *Apul. Trismeg. 19.* Si non attentiore aurium obsequio verba loquentium acceperit. *Hildebr.* adnotat miro Codicum consensu hoc loco legi *verba loquentia* pro loquentium. Cf. LOQUOR §. 5. — **B)** Absolute *loquentes* sunt vates, prophetae, in illo *Vulg. Interpr. Mich. 2. 6.* Ne loquamini, loquentes: Non sibillabit super istos, etc. Sed V. etiam *Interpr.* ad *h. l.*

LŎQUENTĬĂ, ae, f. Abstractum a *loquens;* loquendi facilitas, loquacitas, verbositas; *verbositè. Gell. 1. 15. ad fin.* Valerium Probum, grammaticum illustrem, ex familiari eius docto viro comperi, Sallustianum illud *(Catil. 5.): Satis eloquentiae, sapientiae parum*, brevi antequam vita decederet, sic legere coepisse, et sic a Sallustio relictum affirmasse: *satis loquentias, sapientiae parum:* quod *loquentia* novatori verborum Sallustio maxime congrueret; *eloquentia* cum insipientia minime conveniret. *Plin. 3. ep. 20.* Iulius Candidus non invenuste solet dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia vix uni, aut alteri: haec vero, quam Candidus loquentiam appellat, multis, etiam impudentissimo cuique, maxime contingit.

LŎQUESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. forma inchoativ. a *loquo* vel *loquor*, eiusdem significationis. *Hilar. Arelat. Machab. 506.* Cui lingua loquescit Dissona per gentes.

LŎQUĬTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *loquor;* multum loquor, verba multa inaniter profundo, garrio; *cianciare, parlare molto. Plaut. Bacch. 4. 7. 5.* Ebo tu loquitatusne es gnato meo male Per sermonem? *Apul. Florid. 15. de Pythagora.* Prorsus hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere. — *Onom. Lat. Gr.* Loquitor; πολυγογία.

LŎQUO, is, V. voc. seq. §. b.

LOQUOR, quĕris, quĭmus vel cūtus sum, qui. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more etiam adhibitum, forma deponens, originis autem minus certae. *Varr. 6. LL. 7.* ducit a *locus*, quod is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit: pueros enim, corvos, cornices, quae id facere nesciunt, non loqui, sed fari. Alii a λόγος; sermo. — **b)** Activa forma, *loquo, is*, etiam vulgo adhibitum fuisse, patet ex *Petron. fragm. Tragur. 46. Burm.* Tu, qui potes loquere, non loquis. *Cave imiteris*, inquit *Forcellinus* noster. *Bücheler* tamen leg. *qui potes loqui, non loquere.* Cf. ELOQUOR §. b. — **c)** Ad scribendi rationem quod attinet, haec monet idem *Forcell.:* « Si secunda syllaba sit *u*, duplicem habet scribendi rationem; vel per *e*, vel per *qu:* utraque autem proba est, quamquam *locuturus* est fortasse frequentius, quam *loquuturus; loquuntur* vero, quam *locuntur*. » — *Mar. Victorin. 1. 4. 37.* « Quia est *locutus* a *loquendo*, *secutus* a *sequendo*, per *q* potius quam per *c* haec scribenda. » Nihilominus *Zumpt.* ad *Curt. 8. 6. 12.* testatur, se *loquutus* nusquam in libris MSS. vidisse. — In *Inscr.* apud *Doni, cl. 2. n. 136. locuntur* pro *loquuntur*, quasi sit a *locuor* pro *loquor*, scriptum reperitur. — **d)** In antiquis MSS. et editis libris *loqui* cum *eloqui* saepe confusum fuisse, notat *Hildebr.* ad *Apul. Florid. n. 2.* — **e)** *Loquiter*, paragoge pro *loqui*, est in *epigr. Naevii* apud *Gell. 1. 24.* et *Plaut. Bacch. 3. 1. 18.* — **f)** *Lŏquĕrĕ* prima producta usurpat *Id. Cas. 3. 5. 29.* — **g)** Particip. *loquens* §. 5. et suo loco, *loquendus* §. 7., *locutus* §. 1. et seqq. *locuturus* §. 6. — **h)** Derivata, *locutilis, locutio, locutius, locutor, locutuleius, locuteus, locutus, us, loquacitas, loquaciter, loquacito, loquaculus, loquax, loquela, loquelaris, loquelariter, loquentia, loquesco, loquitor.* V. LOCULENTUS. — **i)** Composita, *alieniloquium, alioquor, altiloquium, anteloquium, astriloquus, blandiloquens, blandiloquentia, blandiloquentulus, blandiloquium, blandiloquus, boniloquium, breviloquens, breviloquentia, breviloquium, breviloquus, caeciloquus, circumloquutio, circumloquor, colloquor, deiloquus, dentiloquus, doctiloquax, doctiloquus, duciloquus, dulciloquus, eloquor, fallaciloquentia, falsiloquax, falsiloquium, fatiloquum, fatiloquus, flexiloquus, grandiloquus, illoquibilis, interloquor, largiloquus, latiloquens, longiloquium, magniloquentia, magniloquium, magniloquus, malediloquacitas, maliloquax, maliloquium, maliloquus, mendaciloquium, mendaciloquus, minutiloquium, multiloquax, multiloquentia, multiloquium, multiloquus, obliquoloquus, obloquium, obloquor, obloquutor, pareiloquium, pariloquium, paniloquus, praeloquor, proloquor, reloquor, risiloquium, sensiloquus, soliloquium, stultiloquentia, stultiloquium, stultiloquus, suaviloquens, suaviloquentia, suaviloquus, subtililoquentia, subtililoquus, superbiloquentia, tardiloquus, terriloquus, traloquor, turpiloquium, vaniloquentia, vaniloquidorus, vaniloquium, vaniloquus, ventriloquus, veriloquium, veriloquus, versiloquus, versutiloquus.*

LOQUOR proprie est verba facio, sermonem habeo, dico; *parlare, dire, ragionare. Cic. 5. Leg. 1.* Magistratum legem esse loquentem; legem autem mutum magistratum. *Id. 1. Orat. 32.* Praecipitur primum, ut pure et Latine loquamur, deinde ut plane et dilucide; tum ut ornate; post ad rerum dignitatem apte et quasi decore. *Id. Rosc. Am. 48.* Desinant aliquando dicere, male aliquem locutum esse, si quis vere ac libere locutus sit. *Id. 9. Fam. 22. a med.* Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus; *quando diciamo* terni, etc. *Id. 4. Acad. 39. a med.* Quid tu, Epicure? loquere: putas solem esse tantulum? *dì, parla*. Et *5. Att. 1.* Veni ad ea, quae fueramus ego et tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. *Id. 1. Fam. 8. sub fin.* Litterae tuae, de quibus eramus iam cum Pompeio locuti. *Ter. Andr. 1. 5. 30.* Opus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa adversum hunc loqui; *h. e.* coram hoc. *Cic. 5. Att. 1.* Loqui pro aliquo; *in difesa, in favore*. Et *Marcell. 10.* pro aliis; *a nome, per parte*. Et *2. Fin. 22. extr.* apud aliquem. *Id. 1. Orat. 11.* In iure, aut in iudiciis, aut apud populum, aut in senatu copiose loqui. Et *2. ibid. 14. sub fin.* Poëtae sunt quasi alia quadam lingua locuti. *Ovid. 4. Pont. 6. 10.* Numen ad Augustum supplice voce loqui. *Virg. 9. Aen. 5.* ad quem sic ore locuta est. — Cum dativo. *Plaut. True. 2. 2. 10.* Male loqui alicui. — *Lucan. 4. 491.* Vento et fluctibus loqui. *Ter. Phorm. 2. 3. 35.* Pergin' hero absenti male loqui, impurissime? *dir male del padrone*. Et *Stat. 12. Theb. 26.* pars currus deflent, viduisque loquuntur, Hoc solum quia restat, equis; *co' cavalli*. Eodem modo locutus est *Sil. 16. 323.* — *Vulg. Interpr. Zachar. 1. 9.* Angelus, qui loquebatur in me; *h. e.* mihi. — Passive impersonaliter. *Caes.* ad *Cic. 8. Fam. 8.* De damnatione ferventer loqui est coeptum. *Varr. 5. LL. init.* Ut sedetur, ambulatur, loquitur. — **B)** *Loqui* absolute in infinito pro loquela. *Horat. 1. Ep. 7. 27.* Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum. — **C)** *Loqui ad cor alicuius* est solari, recreare apud *Vulg. Interpr. Ruth, 2. 13.* Locutus es ad cor ancillae tuae. *Id. Isai. 40. 2.* Loquimini ad cor Ierusalem. *Id. Os. 2. 14.* Loquar ad cor eius. — **D)** Improprie de animalibus et plantis. *Phaedr. Prol. 5.* Calumniari si quis autem voluerit, Quod arbores loquantur, non tantum ferae, Pictis iocari nos meminerit fabulis. *Id. 1. 5.* Sic est loquutus, partibus factis, leo. — **E)** Poëtice *loquentes arbores*, sibilum edentes, aëre in ramos incurrente. *Catull. 4. 11.* Cytorio in iugo Loquente saepe sibilum edidit coma. *Virg. 8. Ecl. 22.* Maenalus argutumque nemus pinosque loquentes Semper habet. *Servius* vult hoc dici, quia *Virgil.* statim subdit: semper pastorum ille audit amores. Et recte sane. — **F)** Deinde, transitivorum more,

II. *Loquor* est aliquid ore profero, dico. *Cic. 14. Att. 4.* Horribile est, quae loquantur, quae minitentur. *Plaut. Aul. 2. 1. 15.* Ut tuam rem tecum hic loquerer familiarem. *Ovid. 1. Met. 525.* Plura locuturum timido Penelа cursu Fugit. *Ter. Heaut. 4. 6. extr.* Loquitur paucula; *fa poche parole*. Et *Andr. 1. 2. 31.* Aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione usus es. *Plaut. Amph. 2. 2. 64.* Loqui deliramenta. *Cic. 9. Att. 12. extr.* mera scelera. *Id. 1. Tusc. 7.* pugnantia. *Stat. 5. Theb. 480.* facta, infecta. *Ovid. 5. Trist. 5. 17.* aliquem absentem. *Id. 14. Heroid. 43.* falsa. Et *17. ibid. 251.* fortia facta. *Alii aliter leg. Plaut. Men. 5. 9. 7.* Loquere tuum mihi nomen. Et *2. 2. 47.* Quas tu mulieres, quos tu parasitos loquere? *h. e.* narras, nominas. Sic *Ovid. 1. Met. 648.* Nomen suum et casus loqui. *Senec. ep. 90. circa med.* Quid loquar marmora, quibus templa fulgent? quid lapideas moles? quid verborum notas? *che dirò de' marmi?* — **G)** Hoc sensu sumitur saepe pro narrare, praedicare, efferre. *Lucan. 4. 575.* nullam maiore locuta est Ore ratem, totum discurrens fama per or-

Digitized by Google

bem. *Cic. 9. Att. 2. ad fin.* Nil nisi classes loquens et exitus. — Passive. *Martial. 5. 25.* Quem chartis, famaeque damus, populisque loquendum. — Cum infinito. *Cic. 7. Verr. 50. a med.* Cum vulgo loquerentur suppositum in eius locum, quem pro illo probare velles; *conciosstiachè si dicesse comunemente.* Et *16. Att. 10.* Eodem die vulgo loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini. — Absolute. *Virg. 1. Aen. 735.* Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur; *si dica.* — **8)** Pro canere. *Horat. 4. Od. 15. 1.* Phoebus volentem praelia me loqui Victas et urbes increpuit lyra. — **9)** Dicitur etiam de vaticiniis. *Stat. 8. Theb. 180.* quis iam omne futurum Proferet, aut cum quo volucres mea fata loquentur! — Hinc in *Gloss. Lat. p. 198. n. 165.* Loquutus est; cecinit, praedixit. — **10)** Translate est aperte indicare, ostendere. *Cic. 1. Leg. 9.* Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affectissimus, loquuntur. *Virg. 8. Ecl. 28.* Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones Interitum, montesque feri, silvaeque loquuntur. *Cic. Dom. 32.* Ut annales populi R. et monumenta vetustatis loquuntur. *Id. Mil. 20., 15. Fam. 11.* et *3. Att. 1.* Res ipsa loquitur; *il fatto parla da sè. Ulp. Dig. 24. 3. 64. ad fin.* De viro, heredeque eius lex tantum loquitur. *Id. ibid. 2. 14. 10.* Rescriptum divi Marci sic loquitur, quasi etc. *Callistrat. ibid. 4. 6. 14.* Edictum loquitur de his, qui in servitute fuerint. — *Inscr. in Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1866. p. 250.* D. Fl. Severo V. P. statuam marmoream, quae meritorum eius perenne testimonium loqueretur, ponendam . . . censuit.

Nota I. Constructio verbi, intransitivorum more, est absoluta vel cum casu relationis, nempe dativo, pro quo aliquando adhibetur etiam accusat. cum praepos. *ad, adversus, apud, in, inter* vel cum ablat. et praepos. *cum, pro,* aut cum ablat. instrumenti vel modi: transitivorum autem more cum accusativo, vel absolute, aut sequente infinito. — **Nota II.** Differunt *loqui* et *dicere*, quod *dicere* ad rhetoricam plerumque pertinet et ornatam arte orationem: *loqui* ad grammaticam et dialecticam, ad disputationes et familiarem sermonem. *Cic. Brut. 58.* Scipio mihi sane bene et loqui videtur et dicere. *Id. Orat. 32. de rhetor. et dialect.* Haec ratio dicendi latior est: illa loquendi contractior. — Interdum tamen promiscue adhibentur. *Ovid. 15. Met. 12.* Quantum acie valeo, tantum valet iste loquendo. V. DICO §. 12., ubi alia ad rem. — **2)** Huc spectat alio discrimine et illud *Front. differ. p. 2198. Putsch.* « *Dicimus* quod volumus, *loquimur* invicem, *narramus* quod ignoratur. » — **3)** Item discrimen inter *fari, loqui, sermocinari* et *narrare* tradit *Isid. differ. Append. n. 27.* « *Famur* cum aliquid dicimus facunde; *loquimur* natura; *sermocinamur* quando contra aliquem sermone contendimus; *narramus* docte. » — **4)** Discrimen inter *loqui, obloqui, alloqui* et *eloqui*, V. sub v. ALLOQUOR in *Nota* II. — **5)** Denique aliud inter *garrio* et *loquor*, V. sub v. GARRIO in *Nota* §. 1.

LŎQUS. V. LOCUS §. c.

LŎQUŪTUS, a, um. V. LOQUOR §. 1. et seqq

LORA, ae, f. Nomen, cuius etymon, si quis accipere vult, tradit *Varr. 1. RR. 54.* loc. mox cit. Is enim videtur ducere a λούω; lavo, et ἀχή; acinus. — **b)** Monet *Charis. 1. p. 77. Putsch.* primam syllabam esse corripiendam, quemadmodum in *lora* neutr. plur. a *lorum* producenda est. — **c)** Derivata, *lorea, loriola.*

LORA proprie est potio ex maceratis aqua vinaceis, postquam totum mustum expressum est; *acquarello, vinello. Varr. 1. RR. 54.* Expressi acinorum folliculi in dolia coniiciuntur, eoque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota acina ac pro vino operariis datur hieme. *Plin. 14. 12. 1.* Non possunt iure dici vina, quae Graeci deuteria appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis: sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera, etc. *Cato, RR. 57.* Vinum familiae. Ubi vindemia facta erit, loram bibant menses tres. *Colum.* quoque *12. 40.* lorae faciendae rationem tradit. *Varr.* apud *Non. 17. 15.* Mulieres maiores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum. Cf. LOREA. — **2)** De *lora* pro utre, V. LURA.

LŌRĀMENTUM, i, n. Nomen a *lorum*, verbalium more effictum, et eiusdem significationis. *Iustin. 11. 7.* Cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset. *Edict. Diocles. p. 17. Haubold.* Curium (*h. e.* corium) bubulum . . . ad loramenta X. secentis. — **2)** Apud *Vulg. Interpr.* dicitur paries, qui costis ligneis veluti loris transversis continetur et stringitur. *Eccli. 22. 19.* Loramentum ligneum colligatum in fundamento aedificii non dissolvetur; sic et cor confirmatum in cogitatione consilii.

LORANDEUM vel LORANDRUM. } V. RHODODENDRON.

LŌRĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lorum;* ad lorum pertinens. Hinc *vicus lorarius* Romae dictus, quod ibi essent, qui loris negotiarentur, aut lora conficerent. *Inscr.* mutila in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1863. p. 52.* C. Lucretius C. *f.* Pamphilus Fratres pigmentarii Vici lorari, etc. Cf. LOTARIA in *Nota.* — **2)** A quibusdam tanquam epitheton tribuitur Iovi ex *Inscr. ibid.* edita a. *1855. p. 6.*, coll. a. *1854. p. 57.* Sed *alii aliter leg.* V. IUBARIUS. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LORARIUS, ii, m. Est qui loris negotiatur aut qui lora conficit. *Inscr.* apud *Maffei, Mus. Ver. 295. 3.* C. Livius C. l. Felix lorarius fecit sibi et Liviae Hilarae coniugi, libertis, libertabus, posterisque eorum. — **4)** Saepe etiam *lorarius* est qui alios loris caedit, quorum hominum generis praecipue usus erat in scenis. Hinc inter personas dramatum plurium *Plauti* locum habet, ut in *Capt., Mensch., Mercat., Pseud., Rud.* Quare et in *Gloss. Placidi* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 478.* expouitur tortor. — De his universim. *Gell. 10. 3. in fin. de Bruttianis.* Hi sequebantur magistratus, tanquam in scenicis fabulis qui dicebantur lorarii, et quos erant iussi, vinciebant aut verberabant.

LŌRĀTUS, a, um. Adiect. a *lorum*, participiorum more effictum, loris vinctus. *Virg. Mor. 122.* Sub iuga parentes cogit lorata iuvencos.

LŌRĔA, ae, f. Idem origine et significatione ac lora. *Cato, RR. 35.* Paulatim erit lorea familiae, quod bibat. *Gell. 10. 25.* Mulieres bibere solitas ferunt loream, passam, murinam. V. LORIOLA. Adde *Isid. 20. Orig. 3. 12.*, ubi quidam *lurea* vel *luria* legunt.

LŌRĒTUM. V. LAURETUM §. 1.

LŌRĔUS, a, um. Adiect. a *lorum;* qui est ex loro; *di coreggia, di cuoio. Cato, RR. 3. 12.* et *65.* Lorei funes. *Plaut. Mil. 2. 2. 2.* Ego vestra faciam latera lorea; *h. e.* loreis verberibus lacera: vel laterum vestrorum corium ita scindam verberibus, ut lora inde fieri possint. inquit *Turneb. 7. Adversar. c. 5.*

LORĪCA, ae, f. Nomen munimenti cuiusdam, quod ducunt a θώρηξ pro θώραξ, accusativo Ionico Graecae vocis θώραξ, unde et Italicorum *corazza:* vel a *loris*, quod initio e corio crudo fieret (V. *Varr.* loc. mox cit. §. 1.), quod confirmat *Serv.* ad *11. Aen. 679.* « Proprie *lorica* est tegimen de *loro* factum, quo maiores in bello uti consueverant. » Hinc male, fortasse ad tempora sua, sive posteriora, respiciens *Isid. 18. Orig. 13. 1.* dixit: « *Lorica* vocatur eo quod *loris* cereat, solis enim circulis ferreis contexta est. » — **b)** Derivata, *loricarius, loricatio, lorico, loricula.* — **c)** Composita, *dilorico, loricifer.*

LORICA proprie est munimentum pectoris, ventris, dorsi et laterum; *corazza, panciera, corsaletto, giaco.* Eius inventor Midas Mesenius fuisse dicitur *Plin. 7. 57. 9. Varr. 5. LL. 24. §. 116.* Lorica, quod e loris de corio crudo pectoralia faciebant: postea subcidit Gallica e ferro sub id vocabulum, ex anulis ferreis tunica. Praeterea loricae fiebant etiam e lino multiplici, teste *Suet. Galb. 19.* V. LINTEUS §. 3. Item e cornibus rasis, et levigatis, plumarum in speciem linteis indumentis innexae. *Ammian. 17. 12.* Idem memorat etiam *Veget. 4. Milit. 9.* — *Cic. Mur. 26.* Descendi in campum cum illa lata insigniaque lorica, non quae me tegeret (etenim sciebam, Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput et collum solere petere), verum etc. *Id. Flacc. 17.* Ambulat cum lorica: metuit enim etc. *Liv. 5. 38.* sub *fin.* Multos imperitos nandi, graves loricis aliisque tegminibus, hausere gurgites. *Virg. 3. Aen. 467.* Loricam consertam hamis auroque trilicem. Et *9. ibid. 707.* duplici squama lorica fidelis et auro. Et *12. ibid. 87.* auro squalentem alboque orichalco Circumdat loricam humeris. Et *8. ibid. 621.* loricam ex aere rigentem. *Val. Flacc. 6. 255.* riget his molli lorica catena. *Sil. 5. 140.* Loricam induitur: tortos huic textilis hamos Ferro squama rudi, permixtoque asperat auro. — *Vulg. Interpr. 1. Reg. 17. 5.* Lorica squamata. *Id. 1. Mach. 6. 35.* Et astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis concatenatis. *Id. Apoc. 9. 9.* Loricae ferreae. Et *ibid. 17.* Loricae igneae et hyacinthinae. — **2)** Metonymice. *Horat. 1. Od. 29. 15.* libros Mutare loricis Iberis; *h. e.* studia cum militia Hispaniensi. — **3)** Translate. *Vulg. Interpr. Ephes. 6. 14.* Induti loricam iustitiae. *Id. 1. Thess. 5. 8.* Induti loricam fidei et charitatis. Cf. *Isai. 59. 17.* — **4)** Deinde

II. *Lorica* habet locum etiam in munimentis bellicis; *trinciera. Caes. 5. B. G. 52.* Turres contabulantur, pinnae loricaeque ex cratibus attexuntur. *Tacit. 4. Ann. 49.* Obsidium coepit: dein fossam, loricamque contexens, quattuor millia passuum ambitu amplexus est. *Id. 4. Hist. 37.* Loricam vallumque per fines suos Treveri struxere. *Flor. 2. 18.* et *3. 10. ad fin.* Obsessam urbem fossa atque lorica circumdare. *Curt. 9. 4. ad fin.* Angusta muri corona erat: non pinnae, sicut alibi, fastigium eius distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum sepserat; *parapetto.* — Sunt, qui hic *loricam* structuram fastigiatam intelligunt, et pluviam propellentem extra perpendiculum muri: confirmantque *Vitruvii* loco modo allato *2. 8.* Sed attente inspicienti res aliter videbitur. Locis ex *Caesare, Tacito* et *Floro* allatis lucem addit *Veget. 4. 28.* ubi ait: Obsidentes ultra iactum telorum fossam faciunt, eamque non solum vallo et subibus, sed etiam turriculis instruunt, ut erumpentibus ex civitate possint obsistere: quod opus loriculam vocant, et saepe cum obsidio describitur, invenitur in historiis, lorica urbem esse circumdatam. — **5)** Demum

III. *Lorica*, extra rem militarem, dicitur quodcumque sepimentum, quo aliquid circumdatur; *chiudenda, siepe, riparo. Ammian. 24. 5.* Erat in hac eadem regione extentum spatium et rotundum, loricae ambitu circumclausum, destinatas regiis voluptatibus continens fe-

Digitized by Google

ras. *Apul. 6. Met. 30.* Iam domus eorum extremam loricam pervenerramus. *Inscr.* apud *Orelli, n. 3303.* Podium cum lorica. — **6)** *Lorica* in aedificiis est crusta, seu corium ex calce et arena, aliave materia parieti vel pavimentis inductum; *intonaco, incrostatura. Vitruv. 2. 8. ad fin.* Non patietur lorica testacea laedi parietem. Et *7. 4.* Supra fricaturam incernatur marmor, et supra loricae ex calce et arena inducantur. Et *ibid. 9.* Ita obstans cerae Punicae lorica non patitur, solis radios eripere ex his politionibus colorem. *Plin. 30. 27. 3.* Stellionis cubile est in loricis ostiorum fenestrarumque; h. e. testaceis crustis et coronis.

LŌRĪCĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lorica;* ad loricam pertinens, ut Loricaria fabrica apud *Veget. 2. Milit. 11.* Habebant etiam fabricas scutarias, loricarias, arcuarias, in quibus sagittae, missilia, cassides, omniaque armorum genera formabantur. *Notit. Imp. Occid. 32.* Fabrica Mantuana loricaria. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LORICARIUS, ii, m. Est qui loricas facit. *Gloss. Philox.* Loricarius; θωρακοποιός. *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 2. n. 3339.* Cornelius Aprilis loricarius.

LŌRĪCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *loricо;* actus inducendi loricam seu tectorium in pavimentis aut parietibus; *intonacatura, incrostamento. Vitruv. 7. 4.* Coassatio clavis fixa duplicem praebeat contignationi loricationem. Adde *Paul. Dig. 50. 16. 79.*

LŌRĪCĀTUS, a, um. Particip. verbi *loricо,* adiectivorum more etiam adhibitum; lorica indutus. *Liv. 23. 19. sub fin.* Statua eius indicio fuit Praeneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite. *Hirt. B. Afr. 72.* Elephantus ornatus et loricatus; h. e. cataphractus. Sic *Liv. 37. 40.* His tria millia equitum loricatorum (cataphractos ipsi appellant) adiunxit; *armati di tutte arme. Vulg. Interpr. 1. Mach. 6. 43.* Vidit . . . unam de bestiis loricatam loricis regis (Cf. *Cavedoni in Opusc. di Modena, T. 1. p. 184.* et *seq.*). Adde *Ierem. 51. 3.* et *1. Mach. 4. 7.* — **2)** Translate. *Passio SS. Martyr. apud Carthag. sub Hunerico, n. 1.* Bis acutum frumenti genus, manente cortice furfuria loricatum. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LORICATA, ae, f. et

LORICATA, ōrum, n. Res loricis munita. Hinc *ad loricata* et *a loricata* is fortasse dicebatur, qui Caesaris statuam loricatam in foro divi Iulii, cuius meminit *Plin. 34. 10. 1.* et *Plin. alter, 8. ep. 6.*, procurabat, seu custodiebat. *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 318.* C. Iulio Basso Aemiliano actori Caesaris ad Castoris et ad loricata. Et *p. 322.* Orthri Aug. L. Proc. a loricata. Et Hechi Aug. L. Pro. a loricata ex ratione peculiari. — Haec *Furlanetto;* sed *Borghesi* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1849. p. 39.* improbat hanc explicationem et mallet accipere de loco, qui muro tanquam lorica est cinctus, qualis esset, quem nos *parco* dicimus. Cf. loc. *Ammian.* cit. sub v. LORICA §. 5. *Inscr.* in *Bullett. cit. p. 34.* Gami Aug. l. proc. a loricata.

LŌRĪCĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lorica* et *fero;* qui loricam portat. *Gloss. Philox.* Loricifer; θωρακηφόρος.

LŌRĪCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lorica.* — Particip. *loricandus* §. 2. et *3., loricatus,* v. suo loco. — Proprie est loricam induo. V. LORICATUS §. 1. — Deinde, latiore significatione, ponitur pro munire. *Plin. 8. 36. 1.* Ichneumon mergit se limo saepius, siccatque sole: mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimicationem pergit. — **2)** Speciatim in re aedificatoria est loricam, seu tectorium induco; *incrostare, intonacare. Varr. 1. RR. 57.* Granarii parietes et solum opere tectorio marmorato loricandi. — **3)** Translate. *Tertull. Anim. 58. ad fin. de anima in fetu hominis latente.* Desiderabit toto inquilinatus sui tempore profutura domui, non ut ipse substruendus, nec ut ipse loricandus, nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodo contiendus.

LŌRĪCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lorica;* parva lorica. Pro munimento, quod obsessores urbium construunt, cum ultra iactum teli fossam faciunt, eamque vallo et sudibus atque turriculis instruunt, ut erumpentibus ex urbe possint obsistere; *trinciera.* V. LORICA §. 4. *Hirt. 8. B. G. 9.* Quorum frontes viminea loricula munirentur, ut hostis a duplici propugnatorum ordine depelleretur. Adde *Veget. 4. Milit. 28.* et *Hieronym. 8.* in *Isai. c. 26. v. 1.*

LŌRĪFĪCĬUM, ii, n. Nomen a *lorum* et *facio.* Legit hoc vocabulum *Hildebr.* ad *Apul. 9. Met. 40.*, ubi alii vulgo habebant *orificium*, exponitque de cistula, quae superiniectis loris aliisque id genus utensilibus abdita erat.

LŌRĬŎLĂ, ae, f. Deminut. a *lora*, sed significatione idem fere quod lora. *Varr.* apud *Non. 17. 17.* Loriolam nominabant, cum ex uvis expressum erat, et ad folliculos reliquos et vinacea adiiciebant aquam. Apud *Non.* legitur *moriola*, sed male.

LŌRĪPES, ĕdis, omn. gen. Adiect. a *lorum* et *pes;* qui pedes flaccidos, lentos, languidos, et in ambulando tanquam lorum se torquentes habet, non firmos, et calcatu constantes. Alii rectius intelligunt de eo, qui pedes habet et crura distorta in modum lori. *Plin. 7. 2. 18.* Gentem inter Nomadas Indos, anguium modo loripedem. Et *5. 8. 5.* Hi-mantopodes loripedes, quibus serpendo ingredi natura est. *Iuvenal. 2. 25.* Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. *Plaut. Poen. 5. 1. 7.* Nequicquam hos procos mihi elegi loripedes, tardissimos; h. e. qui tarde incedunt, ut ii solent, qui distortis sunt cruribus. *Gloss. Philox.* Loripes; κυλλοκνήμων. — **2)** Apud *Petron. Sat. 45.* dicitur per convicium de gladiatore. V. loc. in BUTTUBATA §. 2.

LŌRUM, i, n. Nomen latentis originis, quod a sequioris aevi Scriptoribus etiam masc. gen. *lorus, i,* aliquando est usurpatum. *Apul. 3. Met. 15.* Lorum quempiam sinu suo deprimit. Et *ibid. 14.* Nequissimus, audacissimusque lorus iste. *Petron. fragm. Tragur. 37. Burm.* Lorus in aqua, lentior cantherio. Adde *Schol.* ad *Iuvenal. 6. 480.* — **b)** Derivata, *loramentum, lorarius, loratus, loreus, lorica* (quod V. pro suis). — **c)** Composita, *diloris, lorificium, loripes, triloris.*

LORUM proprie est corrigia ex corio in usum colligandi aliquid et continendi; *striscia di cuoio, soga, stringa, coreggia. Cic. Har. resp. 11.* Si ludius constitit, aut puer ille tensam aut lorum omisit. *Martial. 2. 57.* Recensque sella linteisque lorisque. *Curt. 4. 6. sub fin.* Per talos spirantis lora traiecta sunt, religatumque ad currum traxere circa urbem equi. *Propert. 3. 12. 9.* Nunc ligat ad caestum gaudentia brachia loris. *Plaut. Epid. 5. 2. 18.* Vincire vis? en, ostendo manus: Tu habes lora. *Liv. 9. 10. ad fin.* Cum apparitor . . . Postumium laxe vinciret, Quin tu, inquit, adducis lorum? *Ovid. 10. Met. 114.* Bulla super frontem parvis argentea loris Vincta movebatur. *Grat. Cyneg. 213. de cane.* celsa lorum cervice ferentem; *la lassa, il guinsaglio.* Adde *Plin. 8. 61. 5.* — **2)** Saepe dicitur de habenis; *briglie, redini. Liv. 35. 34. ad fin.* Desilire omnes ex equis iussit, et loris ducere equos. *Phaedr. 3. 6.* Et lora fraenis continet spumantibus. *Virg. 1. G. 106.* illi instant verbere torto, Et proni dant lora: volat vi fervidus axis; *rallentano.* Sic *1. Aen. 160.* Flectit equos, curruque volans dat lora secundo. Et *5. ibid. 136.* immissis aurigae undantia lora Concussere iugis. *Ovid. 1. Amor. 13. 10. ad Auroram.* Roscida purpurea supprime lora manu. Et *5. 2. 73. ad aurigam circens.* Tende, precor, valida lora sinistra manu. *Id. 2. Met. 127. ad Phaethont.* Parce, puer, stimulis, et fortius utere loris. Et *ibid. 200.* mentis formidine lora remisit. — **3)** Item de scutica e corio, qua servi caedebantur, et in scholis pueri; *staffile. Ter. Adelph. 2. 1. 28.* Usque ad necem operiere loris. *Plaut. Pseud. 1. 2. 12.* Ita ego vostra latera loris faciam, ut valide varia sint. *Horat. 1. Ep. 16. 46.* Loris uri. *Ulp. Dig. 47. 10. 13. a med.* Servum loris rumpere. *Cic. 8. Phil. 8.* Cum eum in convivio servi publici loris ceciderunt. *Martial. 10. 62.* Scuticaque loris horridis Scythae pellis, Ferulaeque tristes, sceptra paedagogorum. — **4)** Speciatim

II. *Lorum* usurpatur de cesto, seu zona Veneris. *Martial. 6. 21.* Dixit, et arcano percussit pectora loro. — **5)** Item de bulla scortea, quae loro suspensa gestabatur in collo a pueris libertinis, ut *Ascon.* docet. *Iuvenal. 5. 165.* Vel nodus tantum et signum de paupere loro. V. BULLA §. 9. et seqq. — **6)** Lorum vomitorium apud *Scribon. Compos. 180.* est corrigia medicamento illita ad movendum vomitum. — **7)** Per catachresin dicitur de flagellis vitium. *Plin. 14. 5. 4.* Villas et domos ambiri singularum palmitibus, ac sequacibus loris, etc. — **8)** Item de pene languido. *Petron. Satyr. 13.* Lorum in aqua, non inguine habet. Adde *Martial. 7. 58.* et *10. 55.*

LŌRUS, i, m. V. voc. praeced. §. 2.

LŌTĂ, ae, f. Est genus piscis, quod hodie quoque Galli vocant *lotte. Gloss. vet. ex Cod. reg. n. 7613.* apud *Cang.* Squilla, genus piscis delicati: haec vulgo Lota dicitur. — Haec *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 161.*

LOTĀRĬĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. verbale a *lavo,* unde *lotum,* absolute adhibitum de muliere, quae pannos lavat; *lavandaia. Inscr.* apud *Murat. 908. 6.* Iunia Favorina Aug. N. serva lotaria.

Nota. *Vicus lotarius,* qui in septima urbis Regione recensetur a *Rufo,* a Recentioribus non admittitur; nulla quippe auctoritate hic scriptor gaudet apud eos. Fortasse intelligendus est *lorarius vicus.* V. LORARIUS §. 1.

* LŌTĀRĬUS. V. voc. praeced. in *Nota.*

LŌTASTER, stri, m. Est lotos silvestris, ex qua hastilia fiebant: ita vero declinatur etiam oleaster et pinaster. *Grat. Cyneg. 131.* Et magis in comptus operae lotaster agrestis Termes. Sic legit *Wernsdorfius* pro *Iutoser,* ut est in quibusd. MSS., is vero nititur auctoritate *Plinii, 16. 30. 33.*, qui lotos arborem similem illi, quae Africae propria est, sed degenerem memorat.

LŌTER. V. LUTRON.

* LOTHONIETRA. Falsa lectio pro *lotometra.* V. LOTOMETRA.

LŌTĬLENTĒ. V. LOTIOLENTE.

LŌTĬO, ōnis, f. Verbale a *lotus,* quod est a *lavo;* actus lavandi, lotura, lavatio; *lavatura, lavamento. Vitruv. 7. 9.* Glebae minii cum sunt aridae, pilis ferreis contunduntur: et lotionibus et cocturis efficitur, ut adveniant colores. — **2)** Speciatim ita dicitur clyster, quo alvus abluitur et ducitur; *lavativo:* id ipsum enim et Graeca vox si-

Digitized by Google

gnificat: a λούω; lavo. *Cels.* 2. 12. n. 2. Plerumque vero alvus lotionibus ducenda est. At hic *Targa* ex MSS. legit *alvus potius ducenda est*, et illud *lotionibus* a *Lindenio* intrusum respuit omnino.

LŌTĬŌLENTĒ. Adverb. a *lotium;* lutulente, impure, foede. *Titin.* apud *Non.* 2. *483.* Lotiolente flocci fiet eius cuius ultro. Ita legend. *Bothe*, et moechorum poenam hic significari recte putat, de qua *Horat. 1. Sat. 2. 44. Ribbeck* tamen in *Comic. Lat. reliq. p. 131. legit* lotilente.

* LOTIOS, falsa lectio. V. TARBELODATHION.

LŌTIS, ĭdis, et Lotos, i, f. Vox Graeca, λωτός, qua significatur herba quaedam, quae vulgo *faba Syriaca* dicitur. Fabulantur autem Pōētae fuisse hoc nomine Nympham quamdam, Neptuni filiam, quae quod Priapus eam persequeretur, Deorum miseratione in arborem sui nominis conversa est; testibus *Serv.* ad *2. G. 84.* et *Ovid. 9. Met. 347.* et *1. Fast. 415.* et *seqq.* V. LOTOS §. 1.

LŌTĬUM, ii, n. Verbale a *lotus* (quod est a *lavo*), quo significatur urina, sic dicta, quia intus humore eo corporis partes abluuntur, per quas meat. *Suet. Vesp. 23.* Reprehendenti filio Tito, quod et urinae vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans, num odore offenderetur: at illo negante, Atqui, inquit, e lotio est. *Cato, RR. 156.* Brassica alvum bonam facit lotiumque. Et *ibid. 127.* Ubi voles cibum concoquere et lotium facere. Et *ibid. 156. ad fin.* Quibus aegre lotium it, quibusque subsilium est. Et *ibid. 122.* Si lotium difficilius transibit. — **B)** *Non valet lotium suum*, proverb. de homine nihili apud *Petron. fragm. Tragur. 57. Burm.* — **B)** Consuevisse Hispanos lotio fricare dentes, quo candidiores essent, indicat *Catull. 39.* et *Apul. Apol.* — Ad hanc Hispanorum consuetudinem fortasse spectat et illud *Isid. 11. Orig. 1. 158.* Qui humor vulgo lotium dicitur, quod eo lota, id est munda vestimenta efficiantur.

LŌTŎMĒTRĂ, ae, f. Vox Graeca, λωτόμητρα, qua significatur genus loti, ex cuius semine, millo simili, fiunt panes in Aegypto a pastoribus, maxime aqua et lacte subacto. *Plin.* 22. 28. 1. Adde *Apul. Herb. 68.*, ubi alii corrupte leg. *lothonietra*. — Recentioribus est *Nymphaea lotus*, *Linn.*

LŌTOR et Lutor, ōris, m. Verbale a *lotum*, quod est a *lavo;* qui lavat, idem ac lutor, seu fullo. *Inscr.* apud *Spon. Miscell. antiq. p. 64.* Dianae Augustae collegii lotorum sacrum. *Alia ibid.* Sacerdos collegii lotorum. *Gloss. Philox.* Lutor; πλύτης, πλυντής; h. e. qui lavat, qui insolat: utrumque autem pertinet ad artem fulloniam. *Inscr.* apud *Vulp. de vet. Latio, T. 7. p. 97.* M. Coilius M. f. Fab. Firmus patronus corp. lutorum. *Alia* apud *Gud. 17. 12.* Sacerdos corporis lutorum. — **B)** Translate, alludens ad baptismum. *Optat. 3. Schism. Donatist. 9.* Nonne pares crevimus? . . . apud lotorem pariter mundati sumus? Cf. LOTUS, a, um, §. 2.

LŌTOS, *Graeca positione*, et *Latina* Lotus, i, f. (m. apud *Martial. 8. 51.*) Vox Graeca, λωτός, qua significatur arbor quaedam Africae in ea parte, quae vergit ad nos, praecipue vero circa Syrtes, atque Nasamonas, magnitudine piri, incisuris tamen foliorum crebrioribus, ita ut ilicis esse videantur: fructu magnitudine fabae, colore croci, cum maturuerit: qui nascitur densus in ramis, myrti modo, tam dulcis in cibo, ut nomen etiam genti terraeque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriae (V. LOTOPHAGI in ONOM.). Ligno color niger, ad tibias faciendas aptissimo. Radix cultellis capulos, brevesque alios usus praebet. Nascitur et in Italia, sed mutata in multis. *Plin. 13. 32. 2.* et *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 119. Müll.* — *Isid. 17. Orig. 7. 9.* Malla, quam Graeci loton appellant, quae vulgo propter formam et colorem *faba Syriaca* dicitur. Arbor est enim magna, fructum ferens comestibilem, maiorem pipere, gustu suavem, unde et *mella* vocata est. — Hinc Recentioribus videtur *Trifolium melilotos*, *Linn.* Cf. MELILOTOS. — In fabulis Nympha fuit in arborem sui nominis conversa. V. LOTIS. — **B)** Ab hac distinguenda est *lotos*, quae nascitur in Aegypto circa Nilum, et sacra erat Aegyptiis, qui eam tanquam symbolum fecunditatis in monumentis repraesentabant. Memorat *Plin. 13. 32. 3.* — **B)** Item arbor quaedam, quae in Italia provenit, alio nomine faba Graeca, cerasorum paene natura. *Id. 16. 33. 2.* et *24. 2. 1.*, qui tamen videtur confudisse cum priore. Adde *Colum. 7. 9.* et *Voss.* ad *Virg. 2. G. 84.* — Recentioribus est *Diospyros Lotos*, *Linn.* — **4)** Per synecdochen est tibia ex loto. *Ovid. 4. Fast. 190.* et horrendo lotos adunca sono. *Sil. 11. 432.* Ut strepit assidue Phrygiam ad Nilotica lotos Memphis. Adde *8. 506.* — Et masc. gen. *Martial. 8. 51.* Palladius tenero lotos ab ore sonat. — *Plin. 16. 66. 6.* tradit sacrificas tibias e buxo fieri consuevisse, ludicras vero e loto, ossibusque eburnis et argento. — **5)** Deinde

II. *Lotos* est etiam herba, et in Aegypto caulis e palustrium genere, similis fabae, foliis densa congerie stipatis, brevioribus tantum et gracilioribus, fructu in capite papaveri simili incisuris, omnique alio modo intus grauis ceu milii. Incolae capita in acervis putrefaciunt, mox separant lavando, et siccata tundunt, eoque pane utuntur. Nascitur in riguis post recessum Nili. *Plin. 13. 32. 3.* et *21. 59. 1. Virg. 3. G. 344.*

LŌTŪRĂ, ae, f. Verbale a *lavo* (V. *Prob. Art. min. n. 811.*); lotio, lavatio; *lavamento. Plin. 34. 33. 1.* Pompholyx lotura paratur. spodos illota est. *Martial. 2. 32.* Novit loturas Dasius numerare. Cf. LAVATIO §. 1. — **B)** Translate, *Iunior*, *Descr. Orb. n. 3.* Vestimenta eorum *(Camarinorum)* sordidare nesciunt; quod si contigerit, per iguem solis loturam exspectant: ardens enim melior fit.

LŌTUS, i, f. V. LOTOS.

LŌTUS et Lutus, a, um. Particip. verbi *lavo* (a quo *lautus*, unde *lotus* vel *lutus*. V. LAUTUS), adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est idem ac lautus, mundatus; *lavato*, *mundato*. *Petron. Satyr. 30. extr.* Vestimenta Tyria sine dubio, sed iam semel lota. *Plin. 24. 62. 1.* Pure lotis pedibus herbam legere. *Id. 28. 37. 7.* Auxungia vino lota. *Martial. 10. 11.* toga. *Iuvenal. 6. 465.* cutis. *Stat. 1. Silv. 5. 62.* Neronea nec qui modo lotus in unda. — **B)** Translate. *Prudent. Apoth. 555.* lotus procul absit et unctus; h. e. Christianus baptismo et chrismate tinctus.

* LŌTUS, us, m. Verbale a *lavo*, ut praecedens; lotio; *lavamento*. *Cels. 1. 3. de his, quae calef. et refrig.* Refrigerant omnia acida, aqua, oleum et lotus. At *Targa* vocem *lotus* omisit; eam enim invitis Codd. induxerat *Lindenius*.

LOUMEN. V. LUMEN.

L.U

LŬĀLIS, le. Adiect. verbale a *luo;* qui poenam luere debet. *Iul. Valer. Res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *1. 34. in carm.* Tractus luales atque bella percita.

LŬBENS et LŬBENTĬĂ. } V. LIBET, ebat, etc. §. e.
LŬBET, ebat, LUBITINA. }

LŪBRĬCĀTUS, a, um. Particip. verbi *lubrico;* lubricus, seu laevis factus; *polito*, *liscato*. *Arnob. 1. 22.* Lubricatum lapidem, et ex ubivis unguine sordidatum, tanquam inesset vis praesens, adulabar.

LŪBRĬCĬTAS, ātis, f. Abstractum a *lubricus;* proprietas eius, qui est lubricus; mobilitas; *lubricitā*. *Zenon*, *1. Tract. 6. 3.* Adam et lubricitate Serpentis est impatientiam mutuatus.

LŪBRĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., intransitivorum more aliquando etiam adhibitum, a *lubricus*. — Particip. *lubricans* §. *1.*, *lubricatus*, V. suo loco. — Proprie est lubricum facio. *Iuvenal. 11. 173.* Qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem. *Prudent. 11. περὶ στεφ. 35.* Nunc pretiosa ruit *(oleum)* per marmora, lubricatque clivum. *Apul. 7. Met. 18.* Limo coenoso ripae supercilium lubricante. *Hildebr.* ex Codd. legit *supercilio* et illud *lubricante* intransitive accipit. Cf. §. 3. infra. — **B)** Translate. *Id. Physicom. 571.* letum versatile et anceps Lubricat incertos dubia sub imagine visus. — **B)** Deinde, intransitivorum more,

II. *Lubrico* est lubricus fio. — Translate. *Vulg. Interpr. Thren. 4. 18.* Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. — Sunt tamen qui transitive explicant subaudientes *hostes*, quasi dicas: hostes venati sunt gressus nostros; h. e. insidias posuerunt, ut nos laberemur. Sed cf. etiam *Hildebr.* ad *Apul.* loc. cit. in §. 1. *in fin.*

LŪBRĬCUM, i, n. V. voc. seq. §. 7. et 8.

LŪBRĬCUS, a, um. Adiect., quod *Isid. 10. Orig. 139.* a *labor, ĕris*, ducit, mutata vocali: a *Lubricus*, inquit, ab eo quod labitur. a — Cf. *Rund. 14. ibid. 8. 56.* V. loc. infra §. 7. et *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 198. n. 174.* — b) Derivata, *lubricitas*, *lubrico*. — c) Compositum, *illubricans*.

LUBRICUS proprie dicitur de re; in qua quis nequit pede consistere, ut est terra argillosa humecta, marmor levigatum, glacies, et huiusmodi; *sdrucciolevole*, *sdrucciolose*, *liscio*, *sfuggevole*, *lubrico*. *Cic. Flacc. 42.* Viam praecipitem et lubricam planae et stabili praeponere. *Plaut. Mil. 3. 2. 58.* In cella est paulum loculi lubrici. *Martial. 4. 18.* assiduo lubricus imbre lapis. *Cels. 8. 3.* Instillare paululum lactis, quo magis labrico scalprum circumagatur. *Tacit. 1. Ann. 68.* Equi sanguine suo et lubrico paludum lapsantes. *Plin. 36. 21. 1.* In lubrico atque instabili fundamenta locare. — **B)** Pro attrito et laevi. *Martial. 9. 58.* Nec crus compede lubricum decenni. *Plin. 36. 17. 1.* Sphinx saxo naturali elaborata et lubrica; *liscia*, *fregata*. — **B)** Translate est periculosus, anceps, in quo facile labi atque errare contingit. *Cic. Cael. 17.* Viae adolescentiae lubricae, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. *Id. 7. Verr. 33.* Aetas puerilis maxime lubrica atque incerta. *Id. 5. Phil. 18.* Cupiditas dominandi praeceps et lubrica. *Id. Plane. 2.* Perdifficilis et lubrica defensionis ratio. *Plin. 1. ep. 28.* Anceps et lubricus locus; *sett.* de munificentia sua verba facere. *Gell. 14. 1. ad fin.* Lubrica atque ambagiosa coniectatio. *Quintil. 1. 5. 5.* Ne quem tam lubrica observatio

Digitized by Google

fallat. *Horat. 1. Od. 19. 8.* Et vultus nimium lubricus aspici; *h. e.* in quo aspiciendo periculum est, ne amoris igne flagres (Sic *Martial. 9. 57.* Dum puer es, redeas, dum vultu lubricus). — Huc spectat illud *Vulg. Interpr. Prov. 26. 28.* Os lubricum operatur ruinas. — **A)** Deinde

II. *Lubricus* est etiam qui facile movetur et elabitur. *Cic. 2. Nat. D. 57.* Natura lubricos oculos fecit et mobiles. *Virg. 5. Aen. 84.* lubricus anguis. *Tibull. 2. 5. 14.* Lubrica exta. *Plin. 9. 37. 1.* Lubrici pisces. *Id. 2. 5. 2.* Lubricum corpus laevitate continua. *Id. 22. 66. 1.* Hippocrates ptisanam sorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur. *Horat. Epod. 13. 14.* et *Ovid. 3. Amor. 6. 81.* Lubricus amnis. *Id. 5. Fast. 476.* Lubrica prensantes effugit umbra manus. — **B)** Item fugax, velox, fallax. *Ovid. 3. Art. am. 564.* quot menses lubricus annus habet. *Virg. 11. Aen. 716.* Nequicquam patrias tentasti lubricus artes. V. *Serv.* ad *h. l. Val. Flacc. 2. 555.* aeri lubricus astu. *Cornel. Sever.* in *fragm. de morte Cicer.* apud *Senec. 7. Suasor. 19.* Lubrica fata. — **C)** Translate. *Quintil. 9. 4. a med.* Historia non tam finitos numeros, quam orbem quendam contextumque desiderat, namque omnia eius membra connexa sunt: quoniam lubrica est ac fluit. — Cum infinito. *Sil. 5. 18.* Flore capi iuvenum primaevo lubrica mentem Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta; *h. e.* facilis capi, et amores saepe mutans. — **D)** Absolute, substantivorum more,

LUBRICUM, i, n. Est id, in quo quis labitur, non id, quod labitur, ut exponit *Isid. 14. Orig. 8. 36.*, Italice *lo sdrucciolo. Apul. 1. Met. init.* Post ardua montium, et lubrica vallium. — **B)** Translate. *Cic. Orat. 28.* In lubrico versari. *Macrob. 7. Saturn. 3.* Obiiciens tanto viro lubricum fidei; *h. e.* fluxam fidem. *Plin. 3. ep. 3.* et *Ulp. Dig. 4. 11. a med.* Lubricum aetatis; *h. e.* levitas iuvenilis, et inexperientia rerum. *Papinian. ibid. 22. 1. 3.* tutelae. *Callistrat. ibid. 5. 3. ad fin.* consilii. *Modestin. Dig. 48. 4. 7.* Lubricum linguae non est ad poenam facile trahendum. — *Vulg. Interpr. Ierem. 23. 12.* Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris. Et *38. 22.* Demerserunt in caeno et in lubrico pedes tuos. Adde *Psalm. 34. 6.*

LUBS *pro* Lubens. V. LIBENS §. b.

LŪCĂ, V. LUCAS §. a.

LŪCĀNĂ, ae, V. LUCANUS.

LŪCĀNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lux* invectum ab *Isid.* ad explicandum etymon vocis *lacunar*, ait enim *20. Orig. 10. 4.* « *Lacunaria* pendentia sunt lumina, quasi *lucanaria;* id est in aëre lucentia. »

LŪCĀNĬĂ, ae, et
LŪCĀNĬCĂ, ae. } V. voc. seq. §. 1-3. et LUCANUS §. 1.

LŪCĀNĬCUS, a, um. Adiect. a *Lucania;* ad Lucaniam, quae nomen est regionis in Italia (de qua V. in ONOM.), pertinens. — Hinc absolute, substantivorum more, omni genere,

LUCANICA, ae, f. et

LUCANICUM, i, n., et

LUCANICUS, i, m. Sunt farcimina ex porcinis carnibus concisis, ita dicta a Lucanis populis, a quibus Romani milites primum didicerunt, ut *Varro, 5. LL. 22.* (V. LUCANUS, a, um, §. 1.) docet; *lucanica, salsicia.* Hinc *Charis. 1. p. 73. Putsch.* Lucanicum, intelligitur pulmentum et intestinum: hic Lucanicus, subauditur botulus, vel apparatus: et haec Lucanica, intelligitur hira; *h. e.* intestinum, aut aliud, quod unusquisque intelligere voluerit. Sumptum est enim nomen ab inventoribus Lucanis. — **B)** Saepius vero in genere feminino adhibetur, *Lucanica*, ut patet ex seqq. *Martial. 13. 35.* Filia Picenae venio lucanica porcae. *Id. 4. 46.* Et lucanica ventre cum Falisco. *Stat. 4. Silv. 9. 35.* Non lucanica, non graves Falisci. *Cic. 9. Fam. 16. sub fin.* Solebam antea delectari oleis et lucanicis tuis. *Edict. Diocl. p. 9. Haubold.* Lucanicarum Ital. po. unum ℋ. sedecim; *h. e.* Italicum pondo unum denarii sedecim. — **C)** Confectio lucanicae sic habetur apud *Apic. 2. 4.;* nempe intestinum factum ex pulpa porcina bene tunsa, admixtis pipere trito, cumino, satureia, ruta, petroselino, baccis lauri, liquamine, etc. ipsum intestinum tenuiter producitur, et ad fumum suspenditur. Cf. *Schuch* ad *Apic. n. 56.* — Porro *Lucanicae* absolute memorantur ab eodem *Apic. n. 181., 194.* et *207.* — Sed *n. 155.* legitur etiam *lucania* pro *lucanica*, eadem significatione. — **D)** In masc. genere *Lucanicus*, i, nomen est proprium suis, qui unus fuit ex septem testibus, qui subscripserunt *testamento Grunti Corocottae Porcelli* in *Inscr.* apud *Grut. Suppos. 18.*

LŪCĀNĬUS, a, um. V. voc. praeced. §. 3. *in fin.*

LŪCĀNUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedens. — Hinc absolute *Lucana, ae,* f. genus est farciminis, quod communius *Lucanica* dicitur. *Varr. 5. LL. 22. §. 111.* Quod fartum intestinum e crassandiis, Lucanam dicunt, quod milites a Lucanis didicerunt. V. voc. praeced. §. 1. — **B)** Item, absolute,

LUCANUS, i, m. dicitur genus quoddam scarabeorum grande, praelongis cornibus, quae bisulcis sunt dentata forcipibus in cacumine, et cum libuit, ad morsum coëunt, infantium etiam remediis e cervice suspendi solitum, teste *Nigid.* apud *Plin. 11. 34. 1.* — **B)** Deinde

II. *Lucanus, a, um.* Est etiam adiect. a *lux;* ad lucem pertinens. Hinc absolute *Lucanum, i,* n. (subaudi *tempus*) Est tempus matutinum cum lux prima exoritur. *Vulg. Interpr. Ital. Luc. 24. 22.* Mulieres cum fuissent ante lucanum ad monumentum. Ita in *Ms. Colbert.*, *Vulg.* noster habet *ante lucem.*

LŪCAR, āris, n. Nomen a *lucus*, cuius paenultimam genitivi brevem esse, docet *Charis. 1. p. 65. Putsch.* — Porro *Lucar*, inquit *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 119. Müll.*, appellatur aes, quod ex lucis captatur. *Idem* in voce *Pecunia, p. 253. ibid.:* Pecunia, quae erogatur in ludos et spectacula, appellatur lucar (*al. leg.* lucaris), quod e lucis capteturr. *Idem* in *Lucaris, p. 119. ibid.:* Lucaris pecunia, quae in luco erat data. — Huiusmodi pecunia erogabatur ab iis, qui lucos possiderent, ut habet *Gloss. Isid.* Unde in *Inscr.* apud *Grut. 456. 5.* laudatur liberalitas P. Marii Luperciani, qui lucar redemptum a republica sua universis civibus suis in perpetuum remiserat. Videtur autem assignata fuisse meretricibus histrionum et ludionum. Unde *Tacit. 1. Ann. 77.* De modo lucaris, et adversus lasciviam fautorum multa decernuntur. — *Tertull. advers. Gnost. 8. de Io. Bapt.* Contumeliosa caede truncatur in puellae salticae lucar. Cf. LUCARIS §. 1. — **B)** Alio sensu,

II. *Lucar* a *lux* exponitur in *Gloss. Lat. p. 199. n. 180.* Lucifer, Lucar. *Gloss. Philox.* Lucar; λυκίφως.

Nota. Apud *Liv.* quoque nonnulli hanc vocem legunt, ubi refert responsum oraculi Delphici, *25. 11.* Pythio Apollini, republica vestra bene gesta servataque, lucaris meriti donum mittitote; *h. e.* praemii. *Sed al.* lucris meritis: *al.* lubentes merito, etc. — Exempla huius vocis e *Glossis* collegit *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 198. n. 176.*

LŪCĀRĬĂ, V. voc. seq. §. 2.

LŪCĀRIS, re. Adiect. a *lucus;* ad lucum pertinens. Hinc *lucaris pecunia*, dicta, quod in luco esset data, teste *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 119. Müll.*, quem videsis ad *h. l.* — **B)** Hinc absolute, substantivorum more,

LUCARIA, iorum *et* ium, n. Sunt festa, quae in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam et Tiberim fuit: pro eo quod victi a Gallis, fugientes e proelio, ibi se occultaverunt. Ita *Festus* apud *Paul. Diac. p. 119. Müll.* At *Varr. 6. LL. 3.* ex lectione *Scalig.* Lucaria a luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus. Sed cuiusnam numinis feriae fuerint, veraque festi natura ignoratur. — **B)** Celebrabantur mense Iulio, in quo XIV. cal. Aug. legitur in *Vet. Calendar.* (apud *Grut. 135.*) Lucar. N. P.; *h. e.* Lucaris, Nefastus Primo, et XII. cal. Lucar. Lud.; *h. e.* Lucaria, Ludi. *Macrobius* apud *Macrob. 1. Saturn. 4. 15.* Eam noctem, deincepsque insequentem diem, qui est Lucarium, *pro* Lucariorum.

LUCAS et Luca, indecl. Nomen proprie adiect. per syncopen a *Lucanus* factum, quasi *Lucans*, eadem ratione, qua *Picens* pro *Picenus*. — **b)** In recto casu duplice gaudet positione. Altera est *Varr.* loc. mox cit. — Porro

LUCAS Bos et Luca Bos, veteribus Romanis et rudibus primo dictus est elephantus. Cum enim hanc feram primum vidissent in Lucania, Pyrrhi bello, ut est apud *Plin. 8. 6. 1.* maximam autem quadrupedem, bovem nossent, et praecipuae magnitudinis essent Lucani boves, ut colligitur ex illo *Lucil.* apud *Non. 4. 349. Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri Ducere prolem validis cervicibu' possent;* factum est, ut nullum aptius nomen significando elephanti esse ipsis videretur, quam si bovem Lucam nominarent. Haec nominis ratio (quam scriptam reliquit, teste *Varr. 7. LL. 3. ante med.*, Verginius) multo est verisimilior, quam ea, quam tradit ipse *Varr. ibid.*, quod dictus sit a luce, quia Pyrrhi elephanti procul lucebant propter inauratos regios clypeos, quibus eorum turres ornatae erant: item quam ea, qua *C. Aelius ibid.* a *Libycis* dictos *lucas* arbitratur. *Lucret. 5. 1301.* Inde boves Lucas turrito corpore tetros. *Sil. 9. 575.* moderantem cuspide Lucas Maurum in bella boves. Adde *Senec. Hippol. 332. Auson. epist. 15. 12.* et *Enn.* apud *Varron. loc. cit.*, cuius verba V. in LOCUSTA §. 3. et *Isid. 12. Orig. 2. 13.*

LŪCELLUM, i, n. Deminut. a *lucrum;* parvum lucrum, quaesticulus; *guadagnuccio. Cic. 5. Verr. 50.* Si Apronio, deliciis praetoris, lucelli aliquid iussi sunt dare. *Id. ibid. 44.* Facere aliquid lucelli. *Senec. ep. 5.* Huius diei lucellum tecum communico. *Catull. 28. 6.* Ecquidnam in tabulis patet lucelli? *h. e.* pecuniae seu lucri vobis a praetore expensi et dati. *Horat. 2. Sat. 3. 102.* tecum partita lucellum.

LŪCENS, entis. Particip. verbi *luceo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc comparat. *lucentior* §. 2. — Proprie est splendens, lucidus; *lucente, splendente. Lucret. 5. 609.* rosea sol alte lampade lucens. *Virg. 6. Aen. 725.* Lucens lunae globus. *Ovid. 3. Fast. 270.* Lucentes faces; *accese.* Et *2. Met. 24.* sedebat in solio Phoebus claris lucente smaragdis. *Manil. 1. 866.* Sidera per tenues caelo lucentia flammas. *Ovid. 4. Met. 297.* videt stagnum lucentis ad imum Usque solum lymphae; *limpida e trasparente. Stat. 1. Silv. 3. 56.* An picturata lucentia marmora vena Mirer? *Id. 9. Theb. 691.* Lucentes auro tunicae. *Martial. 11. 98.* Non ulcus acre, pustulaeque lucentes; *h. e.*

Digitized by Google

ignese et rubentes. — **β)** Translate. *Mall. Theod. de metr. 9. 7.* His *(pedibus)* metri huiusce lucentior et latior usus esset.

Nota. Discrimen inter *lucens, lucibile* et *lucidum*, v. infra sub v. LUCIBILIS.

LŪCĔO, ces, xi, cēre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more aliquando etiam adhibitum (v. infra §. 6.), a *lux*. — **b)** Praeteritum *luxi* commune habet cum *lugeo*, quod v. — **c)** Particip. *lucens*, v. suo loco. — **d)** Derivata. *lucanarius, lucanus* (secundo loco), *lucerna* (quod v. pro suis), *lucesco, lucibilis, lucido, lucidus, lucinia, lucinius, lucinus, lucubro* (quod v. pro suis), *luculentus* (item v.), *luculus, lucus, lumen* (v. pro suis), *luna* (item v.), *luscus* (v. pro suis), *lux*. — **e)** Composita, *alluceo, anteluceanus, antelucio, anteluculo, astriluens, circumluceo, colluceo, colluco, diluceo, elucco, elucesco, elucido, elucifico, elucus, illuceo, illucesco, illucidus, illuculesco, inlucidus, interluceo, interlucesco, interlucatio, interluco, lucifer, luciferax, lucifico, lucificus, lucifluus, lucifuga, lucifugax, lucifugus, lucigena, luciparens, lucipeta, lucisator, noctiluca, oblucinasse, polluceo, plaustriluens, praeluceo, praelucidus, proluceo, reluceo, reluccsco, subluceo, subluco, superluceo, transluceo*.

LUCEO proprie est lucem emitto, splendeo, fulgeo; *lucere, resplendere*. *Cic. Somn. Scip. 3. extr.* Stella illa, quae ultima a caelo, citima terris, luce lucebat aliena. *Virg. 11. Aen. 143.* lucet via longo Ordine flammarum. *Ovid. 11. Heroid. 104.* Ut mens ex isto luceat igne rogus. *Virg. 6. Aen. 603.* lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Et *8. ibid. 660.* Virgatis lucent sagulis. *Ovid. 3. Amor. 3. 6.* niveo lucet in ore rubor. *Id. 1. Met. 239.* lucent oculi. *Val. Flacc. 6. 492.* Lilia per vernos lucent velut alba colores. — **β)** Pro translucere, apparere. *Propert. 2. 2. 25.* si qua Arabio lucet bombyce puella. *Martial. 8. 68.* Femineum lucet sic per bombycina corpus. *Stat. 8. Theb. 325.* summae qua margine parmae Ima sedet galea, ut inguli vitalia lucent; *h. e.* nuda patent. — **γ)** Translate est apparere, clare videri, conspicuum, pulcrum esse. *Cic. Manil. 14.* Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet. *Id. 3. Att. 15. ante med.* Mea officia et studia, quae parum ante luserunt (fatendum est enim), sic exsequar, ut etc. *Id. Mil. 23.* Cum res ipsa tot, tam claris argumentis signisque luceat. *Id. Sext. 28.* Virtus lucet in tenebris, splendetque per se semper. *Stat. 2. Achill. 149.* qualis Siculae sub rupibus Aetnae Naides Eoaeas inter Diana, feroxque Pallas et Elysii lucebat sponsa tyranni. — **δ)** Impersonaliter

LUCET, cebat, xit, ēre. Absolute adhibetur *(subaudito* dies) ita ut *lucet* sit, dies est; *vien dì, si fa giorno. Plaut. Mil. 3. 1. 115.* Prius quam lucet, adsunt: rogitant, noctu ut somnum ceperim. *Catull. 14. 17.* Nam si luxerit, ad librariorum Curram scrinia, etc. *Cic. Rosc. Am. 54.* Nondum lucebat, cum Amerine scitum est. *Id. 4. Acad. 30.* Si lucet, lucet: lucet autem, lucet igitur. *Id. 16. Att. 15. a.* Nondum legere poteramus; nam et lumina dimiseramus; nec satis lucebat. Quum autem luceret, etc. *Id. 1. Divin. 23. in fin.* Ubi lucere coepisset. — **ε)** *Lucet hoc*, et *luciscit hoc* dicebant διαπυρῶς; *h. e.* digito caelum indicando; et dici lucem adesse significabant. v. *Plaut. Mil. 2. 2. 63.* Expergisceret; lucet hoc. v. hic §. 24. — **ζ)** Transitivorum more,

II. *Lucere facem alicui*, modus loquendi rarior; *h. e.* facem praeferre, et praebere lumen. *Plaut. Cas. a. 1. v. 30.* huic lucebis novae nuptae facem. *Enn.* apud *Fest.* in *Prodinunt*. Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

LUCERNA, ae, f. Verbale a *luceo*, quod primam habet brevem, licet longa sit in *luceo* et *lux*. v. loc. *Varr.* infra §. 1. — Contra *Isid. 20. Orig. 10. 2.* « *Lucerna* a *lychno* dicta est, unde et brevis est *lu*, ut *Persius (3. 181.* v. loc. infra §. 1.). Si enim a *luce* diceretur, non staret versus. » — Haec autem sumpsit e *Servio* ad *1. Aen. 726.* Cf. LYCHNUS. — **b)** Derivata, *lucernalis, lucernaris, lucernarius, lucernatus, lucerninus, lucernula*.

LUCERNA proprie est instrumentum, quod uno, vel pluribus ellychniis accensis instructum, et oleo nutritis, lucem praebet domesticis usibus; *lucerna. Varr. 5. LL. 25.* Candelabrum a candela, ex his enim funiculi ardentes figebantur. Lucerna post inventa, quae dicta a luce, aut quod id vocant Graeci λύχνον. *Cic. 2. Divin. 58.* Quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernae lumina videntur. *Id. 7. Att. 7.* Ἐμπολιτεύομαί σοι iamdudum: et facerem diutius, nisi me lucerna desereret. *Id. 4. Fin. 12.* In sole lucernam adhibere nihil interest. *Horat. 1. Od. 27. 5.* Vino et lucernis Medus acinaces immane quantum discrepat; *h. e.* conviviis in noctem productis. *Id. 2. Sat. 1. 25.* saltat Milonius, ut semel icto Accessit fervor capiti, numerusque lucernis; *h. e.* ut ebrius est factus *(Iuvenal. 6. 304.* similem locum habet). *Martial. 14. 41.* cuius lemma *Lucerna polymyxos*. Illustrem cum tota meis convivia flammis, Totque geram myxos, una lucerna vocor. *Id. ibid. 40.* candelam vocat *lucernae ancillam*, quia haec ditiorum erat, *candela* pauperum. *Iuvenal. 10. 339.* pereundum est ante lucernas; *h. e.* ante noctem. Sic *Vopisc. Tacit. 10.* Thermas ante lucernam claudi iussit. *Phaedr. 3. 19.* Lucernam accendere. *Plin. 31. 28. 2.* exstinguere ardentem. *Id. ibid. 27. 2.* Lucerna ardens. Et *ibid.* defectu olei restincta. *Id. 28. 46. 1.* Fungi lucernarum ac fuligo, quae est in rostris earum. *Pers. 5. 181.* pinguem nebulam vomuere lucernae. *Plin. 36. 4. 4.* Lapidem appellavere lychnitem, quoniam ad lucernas in cuniculis caedebatur. *Inscr.* apud *Momms. n. 79.* Lucernae bilychnes. — **β)** Translate *Iuvenal. 1. 51.* Haec ego non credam Venusina digna lucerna? *h. e.* lucubrationibus, quibus *Horatius* satyras conscribebat in pravos hominum mores. v. VIGILATUS. — **γ)** Speciatim apud *Vulg. Interpretem*,

II. *Lucerna* varie adhibetur, sensu modo proprio, modo translato, ut ex locis seqq. patebit. Sic *1. Reg. 3. 3.* Lucerna Dei antequam exstingueretur; *h. e.* Lucerna, quae ante arcam Dei ardebat. Et *2. ibid. 21. 17.* Ne extinguas lucernam Israël; *h. e.* David, qui gloria et splendor Israël erat. Et *3. ibid. 22. 29.* Quin tu lucerna mea, Domine, et tu, Domine, illuminabis tenebras meas. Et *3. ibid. 11. 36.* Filio autem eius *(Roboam filio Salomonis)* dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo, etc. Cf. *ibid. 15. 14. Prov. 13. 9.* Lucerna impiorum exstinguetur. *Psalm. 118. 105.* Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et *131. 17.* Paravi lucernam Christo meo (Cf. *Inscr.* in candelabro aureo Gallae Placidiae apud *De-Rossi, Bullett. Crist. a. 1867. p. 78.* Parabo lucernam Christo meo). *Prov. 31. 18.* Non exstinguetur in nocte lucerna eius. *Id. 20. 27.* Lucerna Domini spiraculum hominis. *Ierem. 25. 10.* Perdam . . . vocem molae et lumen lucernae. *Sophon. 1. 12.* Scrutabor Ierusalem in lucernis. *Matth. 5. 15.* Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt (Graece λύχνος ὑπὸ τὸν μόδιον. v. *Visconti* in *Monum. Borghesi, p. 97.*). Et *6. 22.* Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. *Luc. 11. 36.* Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, et lucerna fulgoris illuminabit te; *h. e.* fulgens. — *Apoc. 18. 23.* Et lux lucernae non lucebit in te amplius. — *2. Paral. 21. 7.* Promiserat *(Deus)* ut daret ei *(Davidi)* lucernam et filiis eius omni tempore; *h. e.* sobolem, ne stirps eius exstinguatur. — **δ)** *Ad incensum lucernae*, v. INCENSUM §. 1. — **ε)** Impropriae et a similitudine,

III. *Lucerna* est etiam piscis marinus, qui lingua ignea per os exserta, tranquillis noctibus lucet. *Plin. 9. 43. 1.* et *32. 53. 6.*

LŪCERNĀLIS, le. Adiect. a *lucerna;* ad lucernam pertinens. — Hinc *herba lucernalis* apud *Isid. 17. Orig. 9. 73. Phlomos*, quam Latini *herbam lucernalem* vocant, ab eo, quod ad lychnia proficiat. Eadem et *lucubros*, quod lucem praebeat umbris. *Lindem.* leg. *lucernaris*. v. voc. seq. et LUCERNARIUS §. 1.

LŪCERNĀRIS, re. Adiect. a *lucerna;* ad lucernam pertinens. *Cassian. 3. Instit. 3. fin.* Post haec nona *(hora)*, ad extremum undecima, in qua lucernaris hora signatur; *h. e.* tempus, quo accenduntur lucernae. *Alii leg.* lucernalis. v. LUCERNALIS.

LŪCERNĀRĬUM. v. voc. seq. §. 2.

LŪCERNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lucerna;* ad lucernam pertinens, ut *Herba lucernaria* apud *Marcell. Empir. 20.*, quae eadem est ac Phlomos. v. LUCERNALIS. — **β)** Absolute, substantivorum more.

LUCERNARIUM, ii, n. Idem ac lucerna. *Cassiod. 9. Hist. Eccl. 38. ad fin.* In Caesarea Cappadociae, et Cypro die Sabbati et Dominico circa vesperam cum lucernariis episcopi atque presbyteri Scripturas interpretantur. — **β)** Item

LUCERNARIUS, ii, m. Est qui ad lucernam vivit, lychnobius. *Gloss. Philox.* Lucernarius; λυχνοῦχος.

LŪCERNĀTUS, a, um. Adiect. a *lucerna*, participiorum more effictum; lucernis illustratus; *illuminato. Tertull. 2. ad Uxor. 6.* lanus laureata et lucernata.

LŪCERNĪNUS, a, um. Adiect. a *lucerna;* ad lucernam pertinens, ut *Lucerninae calendae* in testamento M. Grunnii Corocottae, de quo vide in BUBULARIUS. Videntur autem *lucerninae* appellatae fuisse calendae Decembris, vel Ianuarii, quod nempe iis mensibus, quibus noctes longiores sunt, porcinae carnes ad lucernae lumen in frusta caedebantur ad lucanicam conficiendam.

LŪCERNŬLA, ae, f. Deminut. a *lucerna;* parva lucerna; *lucernetta*. *Hieronym. ep. 117. n. 12.* Dictatio ad lumen lucernulae profusa. Et *ep. 107. n. 9.* Accensa lucernula.

LŪCESCO et Lucisco, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *luceo*. — Particip. *lucescens* §. 5. — Proprie est lucere incipio, fit dies, dilucescit; *fursi giorno:* cui contrarium est *advesperascit:* et fere impersonaliter adhibetur. *Cic. 15. Fam. 4. ante med.* Ut a. d. III. Id. Octobr. cum lucesceret, in Amanum ascenderem. *Liv. 4. 28.* Et iam lucescebat, omniaque sub oculis erant. *Plaut. Amph. 1. 3. 43.* Exmus, Amphitruo: luciscit hoc iam (v. LUCEO §. 5.). *Virg. 6. Ecl. 37.* Iamque novum terrae stupeant lucescere solem. *Ovid. 3. Fast. 417.* cum cras lucescere nonas Dicimus. — **β)** Item splendere. *Firmic. 4. Mathes. 13.* Quorum caput flavo capillorum crine lucescat. — **γ)** Translate. *Front. 1. ad Antonin. Aug.* (edente iterum *A. Mai*)

Digitized by Google

sp. 5. Tu me ad pistrinum illam mensuram luciscentis amoris tui revocas.

LUCI. Adverbiorum more. V. LUX §. 6.

LŬCĬBĬLIS, le. Adiect. verbale a *luceo*, idem ac lucidus. *Gloss. Philox.* Lucibilia; φωτειναί. *Serv.* ad *6. Aen. 715. Lucens* est quod aliunde illuminatur, *lucibile* quod per se patet. — Eadem tradit *Isid. 1. Differ. n. 434.* distinguens inter *lucidum* et *lucibile*.

LŪCĬDĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lucido;* actus lucidandi, explanatio; *dilucidazione*. *Cassiod. Instit. Div. litt. 28.* Aemilianus facundissimus explanator duodecim libris de hortis, vel pecoribus, aliisque rebus plenissima lucidatione disseruit.

LŪCĬDĒ. Adverb a *lucidus*. — Comparat. *lucidius* et superlat. *lucidissime*, infra. — Est clare; *chiaramente*. *Cic. 2. Orat. 25.* Ut verbum illud, quod causam facit, lucide et breviter uterque definiat. *Senec. ep. 71. circa med.* Animus lucidius et tranquillius inter divina mansurus. *Paul. Dig. 44. 4. 1.* Quo lucidius intelligi possit haec exceptio. *Quintil. 6. 5. ante med.* Causam lucidissime ostendere.

LŪCĬDO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lucidus*. — Participp. *lucidandus* §. 2. — Proprie est lucidum facio; *render lucido*. *Onom. Lat. Gr.* Lucido; λαμπρύνω. — 2) Translate est explano, dilucido; *dilucidare, chiarire*. *Aleim. ep. 1.* Sed his collationis magis quam lucidandae fidei exercitio lucidatis, etc. *Cassiod. 3. Var. 51.* Ut cuncta suo ordine discussa nobis relationis obsequio lucidentur. *Id. Divin. litter. init.* Huius principia Sanctus Basilius Attico sermone lucidavit.

LŪCĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *luceo*. — Comparat. *lucidior* §. *1.* et *2.*, superlat. *lucidissimus* §. *1.* — Proprie est qui lucet, lucem habens, splendidus, fulgens, perspicuus, clarus; *lucido, risplendente, chiaro*. *Lucret. 4. 340.* Lucidus aër. *Ovid. 2. Met. 363.* et *Quintil. 12. 10. 60.* omnis; *limpido*. *Horat. 1. Od. 3. 2.* Lucida sidera. Et *3. ibid. 26. 6.* funalia. *Propert. 5. 11. 50.* lilia. *Tibull. 2. 4. 30.* concha. *Ovid. 15. Heroid. 74.* gemma. *Id. 1. Fast. 94.* lucidior domus. *Vitruv. 9. 6.* lucidissima stella. — 2) Translate. *Tibull. 2. 1. 62.* Molle gerit tergo lucida vellus ovis; *h. e.* candida. *Stat. 5. Silv. 5. 22.* lucida saxa; *h. e.* nitida marmora. *Ovid. 19. Heroid. 133.* puella; *h. e.* candida et formosa. *Plin. 35. 35. 1.* vestis; *trasparente*. *Acta SS. Perpetuae et Felicit. n. 18.* Sequebatur Perpetua vultu decoro, lucido incessu. *Holsten.* comparat cum Graeco φαιδρός. — 3) Transfertur etiam ad sermonem. *Quintil. 7. 3. med.* Ut a notissimo exemplo, quo si res lucidior, non recedamus; *più chiara*. *Id. 4. 3. 3.* Manifesta et lucida ratio. *Horat. Art. P. 41.* Lucidus ordo. Adde *Quintil. 7. 3. 21.* et *alibi saepe*. — 4) Item ad ipsum oratorem. *Id. 10. 1. a med.* Philistus imitator Thucydidis: et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. *Id. 12. 10. ante med.* Oratores tenues: lucidi et significantes. — 5) Absolute, adverbiorum more,

LUCIDUM est idem ac lucide. *Horat. 2. Od. 12. 14.* lucidum fulgentes oculi.

LŪCĬFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lux* et *fero;* lucem ferens; *che mena la luce*. *Cic. 2. Nat. D. 27.* Itaque ut apud Graecos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo invocant. *Ovid. 11. Heroid. 46.* Denique luciferos Luna premebat equos. Et *20. ibid. 192. de Lucina*. Ut tibi luciferas afferat illa manus. *Lucret. 5. 723.* Lucifera pars Lunae. *Novatian. de Trinit. 1.* In solidamento caeli luciferos solis ortus excitavit. *Chalcid. Tim. Plat. p. 4. de Phaetonte*. Patris currus ascendisse luciferos. *Inscr.* apud *Murat. 57. 6.* Dianae Luciferae L. Licinius Vituli lib. Gratus V. S. — 2) Translate. *Tertull. Carm. de Iudic. 9.* Iam mihi luciferas liceat contingere Musas. — 3) Absolute, substantivorum more,

LUCIFERA, ae, f. Est Hecate sive Diana vel Luna. *Gloss. Lat. Gr.* Lucifera; Ἑκάτη. — 4) Item

LUCIFER, ĕri, m. Est stella Veneris, Italice quoque *Lucifero*, Graece Φωσφόρος. Hic in fabulis est filius Cephali, et Aurorae Solis filiae; dicturque certasse cum Venere de praestantia formae. Ita *Hygin. 2. Astron. 42.* Alii Iovis filium faciunt. Immo pro stella Iovis interdum sumitur, teste *Serv.* ad *4. Aen. 130.* Poëtae equo vehi fingunt, ut bigis Lunam, Solem quadrigis. *Stat. 6. Theb. 259. Claudian. 2. Rapt. Pros. 121.* — *Cic. 2. Nat. D. 20.* Infima est quinque errantium, terraeque proxima stella Veneris, quae Φωσφόρος Graece, *Lucifer* Latine dicitur, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem, Hesperos. Ea sursum anno conficit, et latitudinem lustrans significri orbis et longitudinem. Multa de eo *Plin. 2. 6. 7.*, *Tibull. 1. 10. 62.* Dum rota Luciferi provocet orta diem. *Ovid. 1. Trist. 3. 71.* caelo nitidissimus alto Lucifer ortus erat. Adde *Vulg. Interpr. Iob, 11. 17.* et *38. 32.* et *Psalm. 109. 3.* — 5) Metonymice est dies. *Ovid. 3. Fast. 877.* Tres ubi Luciferos veniens praemiserit Eos. *Propert. 2. 13. 28.* memento Venturum paucis me tibi Luciferis. *Ovid. 1. Fast. 46.* Ne tamen ignores variorum iura dierum, Non habet officii Lucifer omnis idem. — 6) Translate. *Vulg. Interpr. 2. Petr. 1. 19.* Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris. — 7) Item de homine superbo. *Id. Isai. 14. 12.* Quomodo cecidisti de caelo, lucifer, qui mane oriebaris? *h. e.* Baltassar, qui a Persis et Medis occisus est. Vulgo solet hic locus de Satana accipi, cui facile est singula aptare. V. *Interpr.* ad *h. l.*

* LŪCĬFĔRAX, ācis, omn. gen. Adiect. a *lux* et *ferax;* qui lucem abunde affert. *Venant. 2. 4. 5.* Luciferas auras animantes afflui illic.

LŪCĬFĬCO, as, āre. Verbum transitiv. a *lux* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; lucidum facio. *Onom. Lat. Gr.* Lucifico; φωτίζω. — 2) Translate. *Laber.* apud *Gell. 10. 17. in fin.* Sic ego fulgentis splendorem pecuniae Volo luciferare exitum aetati meae. Alii leg. *elucificare*, quod V. — *Hilar.* in *Psalm. 118. litt. XIV. n. 1. de Verbo Dei*. Qui omnem hominem lucificat; *h. e.* illuminat. Adde *Eund.* in *Psalm. 138. n. 37.*

LŪCĬFĬCUS, a, um. Adiect. verbale a *lucifico;* lucem emittens, illustrans, lucidus. *Cael. Aurel. 2. Acut. 9.* Vapor lucifici solis.

LŪCĬFLŬUS, a, um. Adiect. a *lux* et *fluo;* luce fluens, lucidus. *Iuvenc. 3. 294.* Ast ubi lucifluum reddet sol tertius ortum. Adde *Schol.* ad *Germanic. Prognost. post init.* — 2) Translate est divinus. *Id. 4. 120.* gens omnis habebit Testem lucifluo sanctae sermone salutis. Adde *Prudent. Psychom. 625.*, ubi tamen rectius legitur *lucifer*. Adde *Zenon. 1. Tract. 16. 8.*

LŪCĬFŪGĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *lux* et *fugio;* lucifugus. *Senec. ep. 122. ad fin.* appellat *lucifugas homines*, qui contra naturam nocte utuntur pro die, qui et λυχνόβιοι dicuntur, quasi lucernarii. *Id. ibid.* Vos, inquit, illum et lychnobium dicetis. — 2) Item qui lucem diei evitat, ne ab aliis noscatur. *Apul. Apol. 16.* Ipse humilitate abditus et lucifuga. Et *5. Met. 19.* Lucifuga maritus; *h. e.* Amor, qui nocturnus tantum Psychen adibat.

LŪCĬFŪGAX, ācis, omn. gen. Adiect. eiusdem originis et significationis ac praecedens; lucifugus. *Minuc. Fel. Octav. 8.* Latebrosa et lucifugax natio. *Al. leg.* lucifuga. *Auct. carm. Philomel. 40.* Noctua lucifugax tutubat in tenebris.

LŪCĬFŪGUS, a, um. Adiect. eiusdem originis et significationis ac lucifuga; qui fugit lucem et gaudet tenebris; *chi fugge la luce*. *Virg. 4. G. 243.* lucifugis congesta cubilia blattis. V. LUCIPETA. — 2) Translate. *Cic. 1. Fin. 18. ad fin.* Lucifugi, maledici, monstrosi, etiam aliis amatoriis levitatibus dediti. *Lucil.* apud *Non. 1. 67.* Lucifugus nebulo. — *Novatian. de cib. Iudaic. 3.* Quando noctuam *(interdicit)*, odit lucifugas veritatis.

LŪCĬGĔNĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *lux* et obsoleto *geno* pro *gigno;* Lucis filius. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 567.* Lucigena, luce genita.

LŪCĪNĂ, ae, f. Nomen est proprium sive potius epitheton Deae, quae eadem putatur ac Luna seu Diana, unde et *Iuno Lucina* et *Diana Lucina* cognominatur, de qua V. in ONOM. — Porro cum haec Dea partuum praeses haberetur, factum est ut eius nomen θετικῶν factum metonymice acciperetur pro ipso partu. *Virg. 4. G. 339.* altera virgo, Altera tum primos Lucinae experta labores. Et *3. ibid. 60. de vitula*. Aetas Lucinam, iustosque pati hymenaeos, etc. Adde *Ovid. 3. Art. am. 785.*

LŪCĪNANS, antis. Adiect. participiorum more effictum, quod legitur ac exponitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 7. p. 567.* Lucinantes, suadentes.

LŪCĪNĬUS, vox inducta etymi *lychni* explicandi gratia. V. LYCHNUS. — 2) Absolute *Lucinium, ii*, n. Est cicindela, ut exponitur in *Gloss. vet. S. Germ.* — Item in *Gloss. S. Genov.* apud *Quicherat, Addend. Lex. Lat.* Lucerna a lucinio.

LŪCĪNUS, a, um. Adiect. a *lux;* ad lucem pertinens; ut *lucinas horas*, quibus scil. in lucem edimur, apud *Prudent. 2. advers. Symmach. 222.* Et qui lucinas tribuo nascentibus horas.

LŪCĬPĂRENS, entis, omn. gen. Adiect. a *lux* et *parens;* lucis parens, ut *luciparens nox* apud *Avien. Phaenom. 853.*, quia noctem dies et lux proxime sequitur. Unde in fabulis Aether et Dies ex Nocte nasci dicuntur: ut est apud *Hesiod.* Θεογον. *v. 124.*

LŪCĬPĔTĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *lux* et *peto;* qui luce gaudet. *Isid. 12. Orig. 8. 7.* Musca lucipeta, et blatta lucifuga est, per noctem enim tantum ambulat.

LŪCĬSĂTOR, ōris, m. Nomen verbalium more effictum a *lux* et *sator;* sator lucis et auctor. *Prudent. 3. Cathemer. 1.* O Crucifer bone, lucisator, Omnipotens pie, Verbigena.

LŪCISCO. V. LUCESCO.

LŪCĬUS, ii, m. Nomen piscis, qui Italice quoque *luccio* appellatur. Alludens ad praenomen *Lucius*, in usu apud Romanos (de quo V. in ONOM.), memorat *Auson. Edyll. 10. 120.* Hic etiam Latio risus praenomine cultor, Stagnorum, querulis vis infestissima ranis, Lucius obscuras ulva coenoque lacunas Obsidet, hic nullos mensarum lectus ad usus, Fervet fumosis olido nidore popinis.

Digitized by Google

LUCMO, ōnis, et LŪCŌMŌNES. LŪCŌMUS, i. } v. LUCUMO §. 1. *init.*

LŪCRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lucror;* actus lucrandi, lucrum; *guadagno*. *Tertull. 2. ad Uxor. 7.* Spem lucrationis accipere.

LŪCRĀTĪVUS, a, um. Adiect. verbale a *lucror;* ad lucrum pertinens. *Quintil. 10. 7. a med.* Neque enim fere tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucrativae operae ad scribendum, aut legendum, aut dicendum rapi aliquo momento temporis possit. Alii aliter hic lectionem frustra sollicitant, quasi vero vox haec indigna sit huius aevi Scriptoribus: at certo certius eadem utitur *Front. 2. ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 2.* Nae ego post homines natos et loculos omnium facundissimus habear, cum tu, M. Aureli, mea scripta lectitas et probas, et lucrativa tua in tantis negotiis tempora meis quoque orationibus legendis occupare non inutile tibi arbitraris, nec infructuosum. — **B)** Specialim apud ICtos *res lucrativae* sunt, quae ex haereditate, aut legato, aut fideicommissi iure, aut donatione mortis causa, vel cuiuslibet postremae voluntatis arbitrio: item ex donatione inter vivos simplici libertate facta cuipiam acquirantur, ut est apud *Impp. Theodos. et Valent. Cod. 10. 35. 1.*, quia in his de mero lucro est quidquid acquiritur, neque impensa ulla, aut iactura fit ab eo, cui deferuntur. Hinc *ex causa lucrativa acquirere aliquid* dicitur is, qui aliquo titulo ex enumeratis quippiam acquirit, quia nullum rerum suarum damnum patitur sic acquirendo, neque ullum propterea onus subire cogitur. *Paul. Dig. 31. 89.* Cum Seius, viva testatrice, tesseram frumenti ex causa lucrativa habere coeperit; h. e. ex legato. *Ulp. ibid. 40. 1. 4. extr.* Si partem quis redimit, pars altera ex causa lucrativa accesserit. Adde *Tryphonin. ibid. 49. 15. 12. sub fin.* — Sic *lucrativa possessio*, quam quis ex lucrativa causa habet, *Ulp. ibid. 29. 4.* et *lucrativa acquisitio* apud *Eund. 44. 4. 4. ad fin.* — **B)** Translate. *Maxim. Taurin. Serm. 100.* Lucrativa plane commutatio est nolle habere quod possides, ut possis obtinere quod non habes, etc. Adde *Homil. 105.* — Absolute. *Ennod. Paneg. Theoder. 15.* Ut lucrativa populatus est, sed dispensationibus servavit, ut propria.

LŪCRĀTOR, ōris, m. Verbale a *lucror;* qui lucratur. — Translate. *Arnob. Iun.* in *Psalm. 88.* Apostoli . . . lucratores multarum gentium.

LŪCRĀTUS, a, um. Particip. verbi *lucror;* qui aliquid lucrifecit. Active. *Horat. Art. P. 234.* Pythias emuncto lucrata Simone talentum. — **B)** Translate. *Id. 4. Od. 8. 19.* Eius, qui domita nomen ab Africa Lucratus rediit, etc.

LŪCRĬCĬUS, a, um. Adiect. a *lucrum;* ad lucrum pertinens, lucrativus. *Not. Tir. p. 68.* Lucrum, lucricius.

LŪCRĬFĂCĬO, ăcis, ēci, actum, ăcĕre. Verbum transitiv. a *lucrum* et *facio*. — **b)** Scribitur etiam divisim *lucri facio* (v. infra §. 1.) et aliquando etiam interposito verbo. *Catus, Dig. 11. 7. 29.* Licet lucri dotem faciat. Ita *Torrent.* Sic et *Vulg. Interpr. Act. 27. 21.* Lucrique facere. — **c)** Item etiam inverso ordine. *Plaut. Poen. 5. 5. 26.* Me esse hos trecentos Philippos factorum lucri. *Id. Most. 2. 1. 7.* Qui facere argenti cupiat aliquantum lucri. Adde *Pers. 4. 4. 117.* et *True. 5. 2. 22.* v. LUCRUM §. 6. — **d)** Particip. *lucrifactus*, v. suo loco.

LUCRIFACIO proprie est lucrum facio, lucror; *acquistare, guadagnare*. Dicitur fere de iis, quae nulla impensa, aut damno, aut labore acquirimus. *Petron. Satyr. 15.* Advocati, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant, etc. *Martial. 8. 10* Emit lacernas millibus decem Bassus, Tyrias coloris optimi: lucrifecit. Adeo bene emit? inquis: imo non solvit. Addunt et *Cic. Flacc. 37.* et *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 20.*, sed iis locis *lucri* et *facio* divisim legendum est, ut etiam alii legunt apud *Martial. loc. cit.* — **B)** Translate. *Varro, 3. RR. 4.* De ornithone primum, quod lucrifecerunt hoc nomen turdi; h. e. tanquam proprium sibi vindicarunt, tametsi commune omnium avium est. *Auct. B. Hisp. 36.* Illo beneficio suum maleficium existimabant se lucrifacere; h. e. poenam effugere, quam pro suo maleficio meruerant. Sic *Plin. 7. 40. 2.* Quam quidem iniuriam lucrifecit ille; h. e. impune tulit (*Cf. Vulg. Interpr. Act. 27. 21.*). *Val. Max. 4. 1. n. 10.* Traduc equum, inquit, ac lucrifac censoriam notam; h. e. lucro appone, de lucro esse puta, quod a censore notatus non fueris. — **B)** Huc spectat *Vulg. Interpr. 1. Cor. 9. 19.* Omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. *Id. Philipp. 3. 8.* Omnia . . . arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Adde *1. Cor. 9. 21.* et *22. Augustin. de Serm. Dom. 2. 7.* Bona sua conversatione lucrifaciat uxorem maritus fidelis. — **d)** Passive

LUCRIFIO, fis, fieri. Eodem sensu proprie vel translato. *Cic. 5. Verr. 46.* Quid, si ostendo, in hac una optione lucrifieri tritici modios centum? *Ulp. Dig. 43. 19. 3.* Aqua, quae in rivo nascitur, lucrifit ab eo, qui ducit. — *Martial. 11. 30.* Nunc furtiva lucri fieri bombycina possunt. — *Vulg. Interpr. 1. Petr. 3. 1.* Per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant.

LŪCRĬFACTUS, a, um. Particip. verbi *lucrifacio;* acquisitus; *guadagnato*. *Cic. 5. Verr. 75.* Iam vero ab isto omnem illam ex aerario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis.

LŪCRĬFĬCĂBĬLIS, le. Adiect. verbale a *lucrifico;* lucrum afferens; *che porta guadagno*. *Plaut. Pers. 4. 7. 2.* Nae hic tibi dies illusit lucrificabilis.

LŪCRĬFĬCO, as, āre. Verbum transitiv. idem origine et significatione ac *lucrifacio*, nisi quod *facio* in hoc, ut alibi saepe, est corruptum. — Est lucror, acquiro; *guadagnare*. — Translate. *Tertull. Praescript. 34.* Paulum factum omnibus esse omnia, ut omnes lucrificaret.

LŪCRĬFĬCUS, a, um. Adiect. verbale a *lucrifico;* lucrum faciens, *lucroso*. *Plaut. Pers. 4. 3. 46.* Lucrificam faciam tibi Fortuna allocere vult.

LŪCRĬFĬO. v. LUCRIFACIO §. 4.

LŪCRĬFŪGĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *lucrum* et *fugio;* qui lucrum fugit; *che fugge il guadagno*. *Plaut. Pseud. 4. 7. 55.* Cum hos huc adigit lucrifugas.

LŪCRĪNUS, a, um. Adiect. a *Lucrinus*, quo, absolute posito, *lacus* significatur, de quo v. in ONOM. — Hic lacus ostreis optimi saporis abundabat, quae hinc *ostrea Lucrina* et absolute *Lucrina, orum*, n. vocabantur, ut *Martial.* quoque *6. 11.* et *12. 58.* appellat, quaeque *Lucrina conchylia* dixit *Horat. Epod. 2. 49.* — Hinc explicari potest *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 7411.* Vixi lucrinis, potabi *(sic)* falernum, etc.

LŪCRĬO, ōnis, m. Verbale a *lucror;* qui undique lucrum aucupatur; *amico del guadagno*. *Festus* apud *Paul. Diac.* in voce *Cercops, p. 56. Mull.* Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 8. Met. 25.*

LŪCRĬPĔTĂ, ae, comm. gen. Adiect. a *lucrum* et *peto;* qui lucri est avidus, ut *Lucripeta feneratur*, in *argum. Most. Plauti, 6.*, cuius auctorem quidam *Sidonium* faciunt. Adde *Apul. Herb. praef.* Cf. VINDICATIO. — *Lucripetes* alia forma in plur. num. habetur apud *Cassiod. 12. Variar. 11.* Quibus *(Romanis)* sola contentio est, paupertatem fugere, divitias non amare; desciunt enim esse lucripetes.

LŪCRĬPĔTES. v. voc. praeced. *in fin.*

LŪCRĬUS, a, um. Adiect. a *lucrum;* ad lucrum pertinens. Hinc *Lucrii dii* dicti sunt, qui lucris praeesse putabantur. *Arnob. 4. p. 132.* Quis est enim, qui credat esse Deos Lucrios, et lucrorum consecutionibus praesidere? h. e. Mercurium.

LŪCRO, as, āre. v. voc. seq. §. a.

LUCROR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. a *lucrum*, forma deponens, pro qua et activa vulgo adhibitum fuisse videtur. Ita enim legitur in *Actis SS. Luciani et Marciani, n. 8.* Lucrare animam suam. — **b)** Particip. *lucrans* et *lucrandus* §. *1.*, *lucratus*, v. suo loco, *lucraturus* §. *1.* — **c)** Derivata et Composita, v. suo loco in LUCRUM.

LUCROR proprie est lucrum facio, acquiro, consequor; *avansare, acquistare, guadagnare;* et plerumque de iis dicitur, quae nulla nostra impensa, aut labore acquirimus. *Cic. 3. Parad. 1.* An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, cum lucrari impune posset aurі pondo decem, reddiderit? *Id. 2. Offic. 24.* Ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum. *Id. 7. Verr. 24.* Pretio certo misses facere nautas, missorum omne stipendium lucrari. *Suet. Cal. 41.* Ne ex lusu quidem aleae compendium spernens, plus mendacio, atque etiam periurio lucrabatur. *Plin. 18. 12. 4. de pane faciendo.* Marina aqua subigi, occasione lucrandi salis, inutilissimum; *per risparmiare. Ulp. Dig. 27. 6. 11. extr.* In casibus, in quibus dotem maritus vel in totum, vel in partem fuerat lucraturus. *Catus, ibid. 41. 1. 9.* Si quis eas res, quae in tempestate, navis levandae causa, eiiciuntur, fluctibus expulsas, lucrandi animo abstulerit; *per tenersele, per farle sue. Tacit. Germ. 24.* Aleam sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi, perdendive temeritate, ut etc. *Suet. Ner. 45.* Ex annonae quoque caritate lucrantium accrevit invidia.
— **B)** Translate. *Cic. 3. Verr. 12.* Omne illud tempus, quod fuit, antequam iste ad magistratus accessit, habeat per me solutum ac liberum: sileatur de nocturnis eius bacchationibus: damna, dedecora praetereantur: lucretur indicis veteris infamiae; h. e. obtineat, ut taceantur. *Stat. 9. Theb. 779.* quonam usque moram lucrabere fati, O multum meritos puer orbature parentes? *andrai guadagnando tempo*. — **B)** Huc spectat *Vulg. Interpr. Eccli. 20. 25.* Et lucratus est eum inimicum gratis. *Id. Matth. 18. 15.* Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Adde *1. Cor. 9. 20.*

LŪCRŌSĒ. Adverb. a *lucrosus*. — Comparat. *lucrosius*, infra. — Est cum lucro; *lucrosamente*. *Hieronym. ep. 22. n. 15.* Ut sub virginali nomine lucrosius pereant. *Cassiod. 12. Var. 20.* Vasa lucrose reddita. v. VENDIBILITER.

LŪCRŌSUS, a, um. Adiect. a *lucrum*. — Comparat. *lucrosior* et superlat. *lucrosissimus*, §. *1.* — Est lucrum afferens; *lucroso*. *Tacit. Agric. 19. extr.* Donec quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret. *Plin. 37. 75. 2.* Tinguntur ex crystallo smaragdi

nec est ulla fraus vitae lucrosior. *Id. 18. 30.* 2. Et auctionibus adhibere eam *(fabam)* lucrosam putant. *Id. ibid. 74. 9.* Id peraeque etiam lucrosissimum. — **2)** Translate. *Ovid. 1. Amor. 10. 35.* Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas?

LŪCRUM, i, n. Nomen parum certae originis, quod tamen *Varr. 5. LL. 36.* ducit a *luo;* solvo, ut *lavacrum* est a *lavo*. Alii minus fortasse recte a *luco* derivant, et proprie sic dici putant lucrorum proventum. — **b)** Mascul. genere. *Plaut. Pers. 4. 3. 25.* Unde pergrandem lucrum facias. Ita et *Non.* legit *3. 119. Al. rectius* pergrande. — **c)** *Lucru* pro *lucrum* legitur in *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1862. p. 93* SALVE LVCRV. *Alia, ibid.* in *nota* I. LVCRV ACIPE *(sic)*. — **d)** Derivata, *lucratio, lucrativus, lucrator, lucricius, lucrio, lucrius, lucro* et *lucror, lucrose, lucrosus*. — **e)** Composita, *Christilucrium, lucrifacio, lucrificabilis, lucrifico, lucrificus, lucrifuga, lucripeta, turpilucrius*.

LUCRUM proprie est quaestus, compendium, utilitas, fructus; *avanzo, acquisto, guadagno, utile, lucro. Cic. 3. Phil. 12.* Reliquas res ad lucrum praedamque revocavit. *Id. 3. Verr. 38.* Qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit. Et *ibid. 57.* Ipsi accipere decumas, et numerare cogunter lucri H-S XXX. millia. Et *ibid.* Frumentaria lucra exigere. *Phaedr. 1. 23.* Ista subita me iubet benignitas Vigilare, faciasne mea culpa lucrum; *h. e.* ne quid fureris. *Plaut. Pers. 4. 3. 34.* Ego recte valeo, et rem gero, et facio lucrum; *e fo del guadagno:* mercatoris verba sunt. *Cic. Flacc. 37.* Emit igitur aliquid, quod certe multo pluris esset: dat de lucro, nihil detrahit de vivo, minus igitur lucri facit. *Brut.* ad *Cic. 11. Fam. 20.* Istam cantilenam ex eo pendere, ut quamplurimum lucri faciant. *Plin. 16. 5. 5.* Ne servari quidem hominem fas esse lucri causa. *Id. 2. 48. 3.* Navigare lucri, non scientiae gratia. *Ter. Phorm. 1. 2. 11.* Quid mihi lucri est te fallere? *che guadagno ne ho io? — Cic. 3. Tusc. 5.* Alii emendi, aut vendendi quaestu et lucro ducerentur. Cf. *Nota* §. 1. *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 4. n. 1949.* Lucilla ex corpore lucrum faciebat. — *Vulg. Interpr. 1. Tim. 3. 8.* Turpe lucrum sectari. *Id. Tit. 1. 7.* Turpis lucri cupidus. Et *ibid. 11.* Turpis lucri gratia. — **2)** Translate. *Id. Philipp. 1. 21.* Mihi vivere Christus est et mori lucrum. — **3)** Specialim

II. *Lucri, et saepius lucro est*, utile est, lucrosum est. In *Suppositi. Amph. Plauti, scena, quae incipit* Tuu' me mactes, *26.* Lucri est, quod miseriam deputat. *Anton.* in *epist.* apud *Cicer. 13. Phil. 19.* Quibus, utri nostrum ceciderint, lucro futurum est. *Plaut. Asin. 1. 3. 40.* Quia nobis lucro fuisti potius, quam decori tibi. *Id. Cist. 1. 1. 52.* Multis damno, et mihi lucro sine meo saepe eris sumptu. *Id. Men. 2. 3. 5.* Amanti amoenitas malo est, nobis lucro est. — **4)** *Ponere*, vel *deputare in lucro*, et *de lucro*, aestimare tanquam lucrum; *mettar in conto di guadagno:* et dicitur de bonis, quae insperato eveniunt. *Ter. Phorm. 2. 1. 16.* et *21.* Quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. *Id. Adelph. 5. 3. 30.* Quod hinc accesserit, id de lucro putato esse omne. *Cic. 7. Fam. 25.* Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua. Adde *Flacc. 17.* Sic *Horat. 1. Od. 9. 14.* Quem sors dierum cumque dabit, lucro Appone. Et *Ovid. 1. Trist. 5. 67.* Dum licet, amplectar: nunquam fortasse licebit Amplius: in lucro, quae datur hora, mihi est. — **5)** *De lucro vivere* dicitur, qui cum vivendi spem vix haberet, evasit tamen. *Cic. 9. Fam. 17.* De lucro prope iam quadriennium vivimus; *per miracolo*. Et *Liv. 40. 8.* De lucro tibi vivere me scito. Sic *Plaut. Mere. 3. 2. 9.* Cum senex sis: . . id iam lucro est, Quod vivis. — **6)** *Facere lucri* est adipisci, consequi; *acquistare, ottenere:* diciturque eo modo, quo *facere compendii*. *Nep. Thrasyb. 1.* Multa hic sine Alcibiade gessit: ille nullam rem sine hoc: quae ille universa naturali quodam bono fecit lucri; *h. e.* obtinuit, ut sibi adscriberentur, ut a se solo gesta agnoscerentur. V. alia huc pertinentia in LUCRIFACIO §. 4. — **7)** Ad hanc rationem *lucri habere* dixit *Tertull. Cor. Mil. 11. a med.* et *lucri ducere, 5. advers. Marcion. 20.* — **8)** *Necesse est facere sumptum, qui quaerit lucrum*, proverb. est apud *Plaut. Asin. 1. 3. 65.* — **9)** Praeterea

III. *Lucrum* ponitur pro avaritia. *Lucan. 4. 96.* Pro lucri pallida labes! Non deest prolato ieiunus venditor auro. *Senec. Hippol. 540.* impius lucri furor. — **10)** Demum videtur metonymice pro divitiis poni in illo *Phaedri, 3. 4.* Periculosum semper putavi lucrum. Et *Ovid. 3. Amor. 8. 35.* cum regna senex caeli Saturnus haberet, Omne lucrum tenebris alta premebat humus.

Nota. *Quaestus* et *lucrum* differunt in eo, quod ille comparatur impensa, industria et labore: est enim a *quaerendo:* hoc sine his, ut si quis hereditate, legato, donatione, aut etiam furto, vel fraude acquirat aliquid: quod et in LUCRATIVUS §. 2. et LUCRUM §. 1. adnotavimus. Hoc tamen discrimen non est perpetuum. — **2)** Aliud discrimen inter *praedam, lucrum* et *compendium* tradit *Isid. 1. Differ. n. 470.* « Praeda ex hoste, *lucrum* ex negotio, *compendium* proprie ex ponderc. »

LUCTĂ, ae, f. Verbale a *luctor;* quamquam alii ducunt a λέλυκται, 3. p. praet. pass. verbi λύω pro λυγέω; vincio, quod a λύγος; vitex, vimen. — Proprie est unum ex quinque Graecorum certaminibus, quo alter alterum prosternere nititur, palaestra; *il fare alle braccia, lotta. Capitolin. Maximin. 6.* Exercebat cum militibus ipse luctam, quinos, senos et septenos iam grandaevus ad terram prosternens. *Al. leg.* luctamina. *Auson. epigr. 93.* ne quis certamine luctae Phegea, nec cursu te, Lyce, praetereat. *Sidon. 2. ep. 2. ante med.* Palaestritarum luctas casta gymnasiarchorum virga dissolvit. — *Lucan. 4. 612.* Herculis cum Antaeo luctam describit: et *Stat. 6. Theb. 847.* Agyllei cum Tydeo. — **2)** Translate. *Augustin.* referens verba Pelagianorum, *ep. 106. ante med.* Perseverans quodammodo lucta convincitur.

LUCTĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *luctor;* luctatio, nisus; *sforzo, contrasto. Virg. 8. Aen. 87.* Tibris tacita refluens ita substitit unda, . . . remo ut luctamen abesset; *h. e.* ut non esset opus luctari remis adverso flumine navigantibus. *Val. Flacc. 2. 234.* seque toris misero luctamine trunci Devolvunt. *Claud. B. Get. 158.* Primus fulmineum lento luctamine Poenum Compressit Fabius; *h. e.* lente resistendo. *Mamertin. Grat. act. ad Iulian. 4.* Sed emendatio morum, iudiciorumque correctio et difficile luctamen, et periculi plenum negotium fuit. *Lamprid. Alex. Sev. 30.* Post lectionem, operam palaestrae, aut sphaeristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat; *esercizii di minor fatica*. — **2)** Translate. *Pallad. 3. 9. ad fin.* Melius puros sapores sine luctamine alterius generis unaquaeque vina servant; *h. e.* sine admixtione alterius generis vini, quocum quia sapore et maturitate non conveniunt, veluti luctantur. *Auct. epithal.* in *Anthol. Lat. T. 2. p. 636. Burm.* Exercentque toris Veneris luctamen anhelum. V. LUCTOR §. 4.

LUCTĀMENTUM, i, n. Verbale a *luctor*, syllabica adiectione productum; luctatio. — Translate. *Arnob. Iun. 1. Confl. de Deo, 8.* Luctamenta verborum; *contese di parole*.

LUCTANS, antis. Particip. verbi *luctor*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui luctatur; *che lotta, resiste, o contrasta. Propert. 3. 12. 4.* Luctantes viri; *h. e.* luctatores. *Virg. 4. Aen. 694.* Irim demisit Olympo, Quae luctantem animam, nexosque resolveret artus; *h. e.* nitentem egredi. Et *1. ibid. 57.* vasto rex Aeolus antro Luctantes ventos . . . Imperio premit; *h. e.* magno conatu evolare tentantes. — **2)** Translate. *Ovid. 4. Met. 358.* et *Martial. 4. 22.* et *5. 47.* Luctantia oscula carpere; *h. e.* ab invito et reluctante. *Sil. 3. 320.* Luctans glacies ferro; *h. e.* resistens. *Id. 7. 204.* composuit luctantia lumina Somnus; *h. e.* quae claudi recusabant. — *Cael. Aurel. 2. Acut. 14. 93.* Tumoris etiam vehementia luctante; *h. e.* augescente. — **3)** In contignatione, inquit *Isid. 19. Orig. 19. luctantes* dicuntur, quod erecti invicem se teneant more luctantium. Loquitur autem de canteriis, vel capreolis.

LUCTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *luctor;* actus luctandi; *lotta. Cic. Fat. 15.* Est enim copulatum, luctabitur; quia sine adversario nulla luctatio est. — **2)** Item universim conatus, nisus; *sforzo. Liv. 21. 36.* Tetra ibi luctatio erat, ut e lubrica glacie non recipiente vestigium, etc. Cf. *Cic. 2. Leg. 15.* — **3)** Per translationem accipitur pro pugna, sive contentione, seu concertatione; *contesa. Id. 2. Fin. 14.* Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant. Adde *Fat. 6.* — *Senec. 5. Quaest. nat. 13.* Spiritus inclusi, et in exitum nitentis luctatio. *Vellei. 2. 124.* Una tamen veluti luctatio civitatis fuit, pugnantis cum Caesare, ut stationi paternae succederet. — *Cael. Aurel. 1. Chron. 4. 115.* Neque longioribus accessionibus opprimatur *(aegrotans)*, neque . . . etiam post passionis impetum animi luctatione vexetur; *h. e.* molestia, dolore.

LUCTĀTOR, ōris, m. Verbale a *luctor;* qui cum altero luctatur, eumque prosternere nititur; *lottatore. Ovid. lb. 595.* Ut lacet Aonio luctator ab hospite fusus; *h. e.* Antaeus ab Hercule luctando victus et occisus. *Id. 4. Trist. 6. 31.* Fortior in fulva novus est luctator arena, Quam cui sunt tarda brachia fessa mora. *Senec. 5. Benef. 3.* Luctator ter abiectus perdidit palmam. Et *7. ibid. 1.* Magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum usus sub adversario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene et diligenter exercuit. *Id. ep. 88. ante med.* Aeque luctatores, et totam oleo ac lute constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus. *Gell. 3. 15.* Tres filios habuit, unum pugilem, alterum pancratiastem, tertium luctatorem. — **2)** Pro signo. *Plin. 35. 40. 6.* Antidoti est clypeo dimicans Athenis et luctator. — Luctatorum effigiem in Anaglypto illustrat *Visconti* in *Mus. Pio Clem. T. 3. p. 215.* et *seqq.* — **3)** Urbane *Plaut. Pseud. 5. 1. 5.* magnum hoc vitium vino est: Pedes captat primum: luctator dolosus est.

LUCTĀTŌRĬUM, ii, n. Nomen proprie adiect. a *luctor*, quo absolute posito significatur locus, in quo luctatores se exercent, palaestra. Legitur in *Gloss. Arab. Lat.* Luctatorium est ubi luctatores meditant *(sic)*. *Gloss. Lat. p. 230. n. 12. Hild.* Palaestra, luctatorium.

Digitized by Google

LUCTĀTUS, a, um. V. LUCTOR §. 2. et 3., coll. §. c.

LUCTĀTUS, us, m. Verbale a *luctor*, idem quod luctatio. *Plin. 8. 42. 1.* Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus. *Id. 29. 8. 9.* Luctatus ceromata, valetudinis causa instituta. Adde *Apul. Dogm. Plat. 1. 2.* et V. *Hildebr.* ad h. l.

LUCTĪFER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *luctus* et *fero;* ferens, vel nuncians luctum; *che apporta pianto. Val. Flacc. 3. 454.* Luctifer annus. *Senec. Here. Fur. 687.* Hic vultur, illic luctifer bubo gemit.

LUCTĪFĪCĀBĪLIS, le. Adiect. verbalium more effictum, a *luctificus;* luctu affectus. *Pers. 1. 78. ex Pacuvio.* Antiopa aerumnis cor luctificabile fulta. Cf. voc. seq.

LUCTĪFĪCUS, a, um. Adiect. a *luctus* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum; luctum inducens; *che induce pianto. Cic.* vertens carmina *Aeschyli*, *2. Tusc. 10.* Luctifica clades nostro infixa corpori. *Val. Flacc. 3. 293.* At mihi luctificum venit inbar. *Stat. 10. Theb. 552.* At tuba luctificis pulsat clangoribus urbem. *Sil. 6. 557.* Luctificus pavor. *Virg. 7. Aen. 324.* Luctifica Alecto. *Senec. Phoeniss. 152.* verba. Et *Hippol. 995.* vox. *Poëta in Anthol. Lat. n. 1372. Meyer.* Luctifica manus. — **B)** Absolute, in accusat. neutr.

LUCTIFICUM, adverbiorum more. *Val. Flacc. 3. 348.* Luctificum clangente tuba, ter inhorruit aether.

LUCTĪSŌNUS, a, um. Adiect. a *luctus* et *sono;* luctum sonitu praeferens. *Ovid. 1. Met. 733.* Et gemitu, et lacrimis, et luctisono mugitu.

LUCTĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *luctо* pro *luctor;* in usu apud Veteres, teste *Priscian. 8. p. 797. Putsch.* « Plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem vel activam pro passiva, vel passivam pro activa habent terminationem, ut . . . *luctо* pro *luctor*, et *luctito* pro *luctitor*. » Exinde tamen argui potest etiam *luctitor* in usu fuisse: et reapse legitur in *Onom. Lat. Gr.* Luctitor; παλαίω. Cf. LUCTOR §. b.

LUCTĬTOR. V. voc. praeced.

LUCTĬVĂGUS, a, um. Adiect. a *luctus* et *vagor;* qui ob dolorem hac illac vagatur. *Augustin. Serm. 95. n. 1. ed. Mai.* Ut sicut omnis creatura luctivaga doluit ploratu in morte creatoris sui, sic gaudeat in resurrectionem Domini sui.

LUCTO, as, āvi, ātum, are. V. voc. seq. §. b.

LUCTOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. parum certae originis (sunt tamen qui a *luctа* deducunt. V. LUCTA §. 1. *init.*), forma deponens. — **b)** Veteres tamen etiam forma activa. *luctо, as*, usurpasse, testatur *Priscian.* loc. cit. in LUCTITO; et exempla probant *Ter. Heeyr. 3. 3. 31.* Dicitque se illi anulum, dum luctat, detraxisse *(Claud. Sacerd. 1. Gramm. 97. luctat* pro *luctatur* per apocopen explicat). *Enn.* apud *Non. 7. 31.* viri validis viribus luctant. *Plaut. fragm.* apud *Eund. ibid. 6.* Quid multa verba? plurimum luctavimus. — **c)** De participiis huius verbi haec disputat *Claud. Sacerd. 1. Gramm. 98.* « Quidam putant ideo dici deponens, quod de quatuor participiis, unum deponat; sed errant, nam quatuor habet, *luctans, luctaturus, luctatus, luctandus*. » Sed *Cominianus* apud *Charis. 2. p. 160. Putsch.* Tria tantum admittit, *luctans, luctatus, luctaturus*, et *Rhemn. Palaemon.* expresse tradit *p. 1384. ibid.* « *Luctandus* non dicimus. » — **d)** Ceterum particip. *luctans*, V. suo loco, *luctatus* §. 2. et 3., *luctaturus* §. 1. — **e)** Derivata, *lucta, luctamen, luctamentum, luctatio, luctator, luctatorium, luctatus, us, luctitor.* — **f)** Composita, *alluctor, colluctor, deluctatio, deluctor, eluctor, illuctans, obluctatio, obluctor, reluctor.*

LUCTOR proprie est lucta contendo, quod fit, cum duo invicem complexi, alter alterum in terram deiicere conantur; *fare o giocare alle braccia, lottare. Virg. 6. Aen. 645.* Pars in gramineis exercent membra palaestris, Contenduntque ludo et fulva luctantur arena. *Nep. Epam. 2.* Exercebatur plurimum curriculo et luctando. *Cic. Fat. 13.* Luctabitur Olympiis Milo. *Plin. 9. 48. 3.* Polypus luctatur *(cum homine)* complexu, et sorbet acetabulis. *Virg. 2. G. 525.* Inter se adversis luctantur cornibus haedi. *Cassiod. 4. Var. 25.* Quis palaestricae artis ignarus in stadium luctaturus introëat? — **B)** Translate est certare, contendere, resistere; *contrastare, contendere, resistere. Cic. Sull. 16.* Nondum statuo, te virium satis habere, ut ego tecum luctari et congredi debeam. *Plin. 18. 6. 3.* Malus est ager, cum quo dominus luctatur; h. e. imbecillior debet esse ager (ut ait *Colum. 1. 3.*), quam agricola, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus praevaleat, alliditur dominus. Malus igitur ager, qui maiorem culturae impensam postulat, quam dominus praestare possit. — Cum ablat. sine praepos. *Lucan. 3. 503.* Nec quamvis viridi luctetur robore, lentas Ignis agit vires, sed etc. — Cum dativo, poëtice. *Stat. 11. Theb. 522.* Luctataeque diu tenebris, hiemique, sibique, etc. *Sil. 14. 433* bonus ille per artem Crudo luctari pelago, atque exire procellas. *Id. 10. 296.* Luctari morti. — **B)** Deinde, latiore significatione,

II. *Luctor* universim est niti, obniti, contra resistentem intentis viribus conari, laborare; *affaticarsi, fare sforzo. Liv. 7. 38. a med.* An aequum esse, deditícios suos illa fertilitate perfrui, se militando fessos, in pestilenti atque arido solo luctari? *Plin. 18. 49. 3.* Securicula intercidantur radices, hoc melius, quam convelli aratro, bovesque luctari. *Sil. 4. 384.* Dum sibi quisque viam per inextricabile litus Praeripit, et putri luctatur caespite. *Horat. 2. Sat. 6. 28.* Luctandum in turba, et facienda iniuria tardis. *Quintil. 5. 13. a med.* Est et illud vitium nimium solliciti, et circa omnia momenta luctantis. *Ovid. 6. Fast. 69.* non luctor de nomine temporis huius. *Id. 4. Trist. 5. 19.* remis ad opem luctare ferendam. — Cum influito, poëtice. *Virg. 12. Aen. 387.* et infracta luctatur arundine telum Eripere. *Ovid. 1. Pont. 8. 13.* luctor deducere versum. *Id. 17. Heroid. 161.* luctor compescere risum. *Senec. Hippol. 1083.* Equi se luctantur iugo eripere. *Sil. 6. 358.* obsessis naribus igni Luctantur frustra rabidi mugire iuvenci. *Ovid. 15. Met. 500.* luctataque frustra Liberiore frui caelo. — **A)** Usurpatur etiam de lucta veneria. *Propert. 2. 1. 13.* Seu nuda erepto mecum luctatur amictu. *Id. ibid. 12. 3.* Nam modo nudatis mecum est luctata papillis. — **5)** Tribuitur et rebus inanimis. *Virg. 7. Aen. 28.* et in lento luctantur marmore tonsae. *Horat. 2. Ep. 2. 74.* Tristia robustis luctantur funera plaustris. Adde *Lucan.* loc. supra cit. §. 2.

LUCTŬOSE. Adverb. a *luctuosus*. — Comparat. *luctuosius*, infra. — Est cum luctu; *luttuosamente. Varr. 5. LL. 11.* Luscinia, quod luctuose canere existimatur. *Liv. 28. 39.* Imperatores vestri luctuosius nobis prope, quam vobis perierunt.

LUCTŬOSUS, a, um. Adiect. a *luctus*. — Comparat. *luctuosior* et superlat. *luctuosissimus* §. 1. — Proprie est luctum afferens, funestus, tristis, calamitosus; *luttuoso, lacrimevole. Cic. Sext. 12.* O diem illum funestum senatui, reipubl. luctuosum! *Id. 3. Orat. 2.* Fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriae, grave bonis omnibus. *Id. 5. Fam. 14.* Misera tempora et luctuosa. *Id. Quint. 31.* Luctuosum est, tradi alteri cum bonis; luctuosius, inimico. *Id. 3. Att. 19.* Miserae et luctuosae preces. *Sall. Cat. 61. extr.* Cruentam et luctuosam victoriam hostibus relinquere. *Cic. Sull. 11.* Crudelissimum et luctuosissimum exitium patriae comparare. — **B)** Passive est luctu plenus, luctu et squalore obrutus. *Horat. 3. Od. 6. 7.* Dii multa neglecti dederunt Hesperiae mala luctuosae.

LUCTUS, us, m. Verbale a *lugeo*. — **b)** Olim fuit etiam *luctus, i. Accius* apud *Non. 8. 17.* Rapere lucti vestem. *Id. ibid.* Lucti penitet. — Porro

LUCTUS proprie est aegritudo ex eius, qui carus fuerit, interitu acerbo, ut *Cic. 4. Tusc. 8.* defunt; *lutto, pianto:* quo sensu, inter alios, saepissime a *Virgil.* et *Cicer.* ipso usurpatur. — **B)** Latius tamen accipitur pro dolore externo ex quacumque graviore calamitate, qui apparet ex aspectu, lacrymis, gestibus, clamore, et huiusmodi. *Caes. 2. B. C. 7.* Re cognita, tantus luctus excepit, ut urba ab hostibus capta eodem vestigio videretur. *Sall. Iug. 16.* Cum moerore et luctu morte graviorem vitam exigunt. Et *ibid. 97.* Luctu atque caede omnia complentur. *Ovid. 1. Trist. 3. 21.* Quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant. *Cic. Rosc. Am. 8.* Hunc miserum, luctu perditum, nudum eiicit domo. *Id. Flacc. 42.* Orat, ne suum luctum patris lacrymis, patris moerorem suo fletu augeatis. *Id. Pis. 36.* Desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque iacuisti. Et *ibid. 8.* Ut eos, quos luctu affecerat, lugere non sineret. *Id. 5. Verr. 89.* Sustinere iam populus R. omnium nationum luctum, lacrymas, querimonias non potest. *Id. 3. Att. 8.* Afflictus et confectus luctu. Et *ibid. 22.* Luctu premi. *Matell.* ad *Cic. 5. Fam. 1.* In luctu et squalore esse. *Cic. 3. Tusc. 31.* In luctu vivere. *Id. 14. Fam. 1.* Luctum ex aliqua re percipere. *Id. Sext. 29. extr.* haurire. *Id. 12. Phil. 13.* et moerorem deponere. *Id. 5. Fam. 16. sub fin.* tollit vetustate diuturnitas. *Id. 3. Tusc. 18. extr.* omnem abstergere. *Ovid. 15. Met. 515.* levare. Et *15. ibid. 639.* minuere. *Val. Flacc. 3. 319.* solamine fallere. Et *4. 169.* lacrymis et luctu absumi. Et *3. 740.* manare. *Cic. 2. Orat. 46.* Telamon iratus furere luctu filii videbatur. *Virg. 12. Aen. 277.* Accessus luctu; h. e. dolore et desiderio. *Cic. 1. Offic. 10.* In maximos luctus incidere. *Phaedr. 1. 28.* Luctum alicui importare. *Ovid. 2. Met. 384.* Datque animum in luctus, et luctibus adiicit iram. Et *8. ibid. 485.* Per coacervatos pereat domus impia luctus; *per replicate perdite de' suoi.* — **B)** Etiam ipse habitus cultusque luctum indicans, *luctus* dicitur; *lutto, duolo.* V. LUGEO. *Cic. Sext. 14.* Erat in luctu senatus, squalebat civitas, publico consilio mutata veste. *Liv. 22. 56. ad fin.* Senatus consulto diebus triginta luctus est finitus. *Tacit. 2. Ann. 75.* Magis insolescente Plancina, quae luctum amissae sororis tum primum laeto cultu mutavit. — **A)** Huc pertinent illa *Festi* ex *Minuitur, p. 154. Mull.* Minuitur populo luctus aedis dedicatione, cum censores lustrum condiderunt; cum votum publice susceptum solvitur. Privatus autem, cum liberi nati sunt; cum honos in familia venit; cum parens, aut vir, aut liberi, aut frater ab hoste captus domum redit; cum desponsa est; cum propiore quis cognatione, quam is, qui lugetur, natus est; cum in casto Cereris; omnique gratulatio-

Digitized by Google

ne. In his *minuere luctum* est ei finem imponere. — **β**) Metonymice de eo ipso, ob quem fit luctus. *Ovid. 1. Met. 654.* Tu non inventa reperta Luctus eras levior. — **C**) Speciatim

II. *Luctus* apud Mythologos, tanquam persona, filius Aetheris ac Terrae traditur. *Hygin. praef. fabular.* — Hinc in faucibus Orci, et aditu locorum inferorum sedem habere suam Luctum, veluti Deum quendam, fabulantur *Virg. 6. Aen. 274.*, *Stat. 3. Theb. 126.* et *Sil. 13. 581.*

LŪCU. V. LUX §. d.

LŪCŬBRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lucubro;* vigilia, quae nocte fit ad lucernam, hiemis tempore, ut opus aliquod fieri possit; *veglia:* cuiusmodi sunt litteratorum in studiis, rusticorum in rebus agrestibus conficiendis, etc., quarum aliae sunt vespertinae, aliae antelucanae, ut *Plin. 18. 63. 1.* distinguit. *Cic. 2. Divin. 68.* Nunc propter intermissionem forensis operae, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi. *Id. 1. Nat. D. 34.* Ista sunt tota commenticia, vix digna lucubratione anicularum. *Cato, RR. 57.* Per hiemem lucubratione haec facito: ridicas et palos dolato, faculas facito, stercus egerito. *Colum. 11. 2. a med.* Longis noctibus ad diurnum tempus aliquid adiiciendum est, nam multa sunt, quae in lucubratione recte aguntur. Et *mox.* Nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici possit. *Id. ibid. ante med.* Ad lucubrationem vespertinam palos decem conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem. *Plin. 19. 36. 1.* Cannabis vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. *Auson. epist. praefixa centoni nupt.* Opus uno die, et addita lucubratione properatum. — **β**) Metonymice est ipsum opus, quod per lucubrationem fit. *Cic. 9. Fam. 2.* Perire lucubrationem meam nolui, et eam ipsam Caninio dedi. — Sic *Bibaculus* apud *Plin. praef. Hist. Nat. a med.* librum suum *Lucubrationem* inscripsit.

LŪCŬBRĀTĬUNCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lucubratio;* brevis lucubratio; *breve veglia. M. Aurel.* inter opera *Front. 1. ad M. Caes.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 3.* Sed cupio, paulisper somnus a me abscedat, et lucubratiunculae aliquam tandem facultatem tribuat. *Hieronym. ep. 117. n. 12.* Haec ad brevem lucubratiunculam celeri sermone dictavi. — **β**) Item ipsum opus lucubratum. *Gell. praef. a med.* Si cui forte voluptas erit lucubratiunculas istas cognoscere.

LŪCŬBRĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *lucubro;* ad lucubrandum aptus, ut *Lucubratoria lectiuncula*, in qua a coena lucubrare solebat Augustus, scribente *Suet. Aug. 78.*

LŪCŬBRĀTUS, a, um. Particip. verbi *lucubro*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc superlat. *lucubratissimus* §. 2. — Est lucubrando elaboratus; *fatto in veglia. Cic. Parad. procem.* Accipies igitur hoc parvum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus. *Martial. 4. 90.* Haec dat nocturnis nox lucubrata Camenis; h. e. lucubrando transacta: vel haec carmina lucubrata. — **β**) Item summo studio confectus. *Optat. de arbitr. lib. 29.* Nam etiam in epistola ina illa lucubratissima haec ipsa intelligere vix potuimus.

LŪCŬBRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, a *lux*. Cf. LUCUBRATIO *init.* — **b**) In quibusdam MSS. etiam *lugubro* scriptum reperitur. — **c**) Particip. *lucubrans* §. 1., *lucubratus*, v. suo loco. — **d**) Derivata, *lucubratio, lucubratiuncula, lucubratorius*. Cf. LUCUBROS et LUCUBRUM. — **e**) Composita, *elucubro, illucubratus*.

LUCUBRO proprie est vigilo, et nocte ad lucernam aliquid compono; *vegliare, comporre qualche cosa vegliando. Liv. 1. 57.* Inter lucubrantes ancillas sedentem invenit. *Cels. 1. 2.* Sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem. *Plin. 3. ep. 3.* Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat statim a nocte multa: hieme vero ab hora septima. — **β**) Transitivorum more,

II. *Lucubro* refertur ad alia. *Apul. 6. Met.* Lucubrare viam; h. e. nocte iter facere. Et *9. ibid.* Multivii; circuitus iumentorum lucubrabant pervigilem farinam instabili machinarum vertigine.

LŪCŬBROS, *Graeca positione*, i, m. *vel* f. Est herba lucernalis sic vocata, quod lucem praebeat umbris, teste *Isid. 17. Orig. 9. 75.* V. LUCERNALIS.

LŪCŬBRUM, i, n. Verbale, ut videtur, a *lucubro*, quod exponitur ab *Isid. 20. Orig. 10. 8.* Lucubrum vocatur, quod luceat in umbra. Est enim modicus ignis, qui solet ex tenui stuppa ceraque formari. V. LUCUBRUM in *Verb. Barb.* et Cf. *Salmas. Exercit. Plin. p. 17.* et *Scalig.* in *Morst.*

LŪCŬLĀRIS, re. Adiect. a *lucus;* ad lucum seu luculum pertinens. *Inscr.* quam ipse Fulginiae quattuor abhinc annis vidi (inquit *Furlanetto* in *Additis* ad *h. l.*), quamque refert *Grut. 347. 1.* Flamini lucunari Laurentium Lavinatium; h. e. Flamini in luculo Laurentium, a quibus et Apollo, et Venus, et Dii Penates praecipue colebantur. (Hinc *sacerdos trium lucorum* habetur in *Inscr.* apud *Rund. 378. 4.*, et *pontifex luci publici* in *alia* apud *Murat. 147. 3.* Hinc etiam *Diana nemoralis* seu *nemorensis* culta olim fuit. V. has voces). — *Inscr.* mendosa apud *Fabretti, p. 332. n. 640.*, emendatior apud *De-Vita, Antiq. Benev. p. 167.* et *p. XXVIII. n. 10.* Pagani communes pagi Lucul. *De-Vita* ignota de causa putat, interpretandum *Luculli*, cum potius *Lucularis* sit amplectendum, ita ut significet, pagum illum sic appellatum fuisse a vicino aliquo luco.

LŪCŬLENTAS, ātis, f. V. LUCULENTITAS.

LŪCŬLENTASTER, tra, trum. Adiect. a *luculentus*, syllabica adiectione productum; aliquantum luculentus. Legitur apud *Fest.* V. loc. in FORMASTER.

LŪCŬLENTĒ. Adverb. a *luculentus*. — Comparat. *luculentius* §. 1. — Proprie est clare, splendide, aperte (quasi cum multa luce) aptis, et copiosis verbis rem in bono lumine collocando; *chiaramente, splendidamente. Cic. Brut. 19.* Et luculente scripserunt, etiam si minus, quam tu, polite. *Id. 3. Offic. 25.* Quamquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. *Id. 14. Att. 21.* Rescripsit ad eas litteras satis luculente. *Gell. 13. 30.* Librum veterem spectatae fidei, luculente scriptum; *con caratteri assai chiari e intelligibili. Boëth.* in *Aristot. de Interpr. 2. p. 343.* Graeca vero oratione luculentius dictum est. Adde *Ennod. Dict. 2. p. 471.* — **β**) Refertur ad alia. *Plaut. Epid. 1. 2. 54.* eamus huc ad te, ut hunc diem Luculente habeamus; h. e. copiose, et splendide, et sumptu non parcendo, ut bene nobis sit. Hoc, opinor, illustrat luculentus caminus *Cic. 7. Fam. 10.*, et cum ligna super foco large reponuntur, ut ait *Horat. 1. Od. 9. 5.*, aut illud eiusd. *Plaut. Men. 1. 2. 43.* comburere diem. *Cic. 3. Q. Fr. 2.* Eodem die Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius, sic ut Calidio copioso verbum facere pro eo non licuerit; h. e. vehementer agitaverat, magnoque cum ardore dicendi. *Plaut. Merc. 2. 3. 88.* Me tibi illam posse opinor luculente vendere; *con vantaggio e riputazione:* cum lucro, et quod aperte sumptum emptionis vincat.

LŪCŬLENTER. Adverb. eiusdem originis et significationis ac praecedens, a quo forma tantum discrepat et usu rariore. *Cic. 3. Offic. 14. in fin.* Cum ex eo quaereretur, quid esset dolus malus, respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum, hoc quidem sane luculenter; h. e. clare, aperte, lucide. *Id. 2. Fin. 3.* Cum Graece, ut videor, luculenter sciam; h. e. bene: ita ut clare a me Graeca intelligantur. *Id. 3. Q. Fr. 8.* Sane texebatur opus luculenter: hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat; h. e. copiose ac splendide, illustribus verbis et sententiis. Loquitur de suis de Republ. libris.

LŪCŬLENTĬĂ, ae, f. Abstractum a *luculentus;* splendor, nitor. *Arnob. 3. p. 103.* Verborum luculentias a Cicerone sumere. *Oros. 5. 15.* Propter opimam scriptorum luculentiam.

LŪCŬLENTĬTAS, ātis, f. Abstractum a *luculentus;* splendor, magnificentia. *Laberius* apud *Non. 2. 310.* Dominus noster luculentitate captus. *Cassii. ibid.* Vide luculentitatem eius et magnificentiam. *Capell. 1. p. 3.* Non dispar illum *(Mercurium)* formae desiderabilis, grataque luculentitas in Manticem quoque succenderat. *Grotius* et *Goszius* legunt *luculentas*, tamquam esset *luculentas, atis;* sed minus probabilis videtur haec inclinatio, licet hanc eandem nominis formam probet *Boissonade* in *Holstenii epist. p. 425.* et reapse illam *Kopp.* retinuit in textu. V. quae adnotat ad *h. l. §. 6.*

LŪCŬLENTO, as, āvi, āre. Verbum transitiv. a *luculentus*. Legitur in *Gloss. Placid.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 478.* Luculentasset, luculentum fecisset.

LŪCŬLENTUS, a, um. Adiect. a *lux*, ut docet *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 120. Müll.* « Luculentus a luce appellatus. » Hinc *Isid. 10. Orig. 155.* « *Luculentus* ab eo quod sit lingua clarus, et sermone splendidus. » — **b**) Fortasse scribitur etiam *loculentus*. V. hanc voc. — *Luc'lentus*. V. infra §. 3. *in fin.* — **c**) Comparat. *luculentior* §. 4., superlat. *luculentissimus* §. 5. — **d**) Derivata, *luculentaster, luculente, luculenter, luculentia, luculentitas, luculento*.

LUCULENTUS proprie est luce abundans, illustris, clarus; *lucido, illustre, splendido, chiaro. Plaut. Most. 3. 2. 132.* Viden' vestibulum ante aedes hoc? et ambulacrum cuiusmodi? *Tra.* Luculentum edepol profecto. *Cic. 7. Fam. 10.* Valde metuo, ne frigeas in hibernis: quamobrem camino luculento utendum censeo; h. e. multo igne abundanti. — **β**) Transfertur ad pulcritudinem; *bello, vistoso. Martial. 2. 86.* Nec dictat mihi luculentus Atys Mollem debilitate Galliambum. *Ter. Heaut. 3. 2. 12.* Mulier luculenta forma. *Plaut. Mil. 4. 4. 12.* Luculenta et festiva femina. Adde *Apul. 3. Met. 22.* — **γ**) Item ad divitias, quoniam hae splendorem et dignitatem afferunt; *ricco, abbondante. Plaut. Rud. 3. 2. 38.* Luculentae divitiae. *Id. Cist. 2. 3. 17.* Ego te reduco et voco ad divitias, ubi Tute locere in luculentam familiam. *Cic. 12. Phil. 8.* Luculentum patrimonium. *Plaut. True. 2. 3. 24.* Magna et luculenta hereditas. *Id. ibid. 3. 3. 31.* et *Mil. 4. 1. 6.* Luculentam conditionem ferre alicui; *vantaggiosa.* Et *Capt. 3. 7. 76.* Multos lucrum luculentos homines reddidit. *Weise* monet ad *h. l.* aut *lucrum* quasi monosyllabum, aut *luculentos* legendum *luc' lentos*. — **δ**) Item ad dicendi facultatem. *Luculentus scriptor* est copiosus, eloquens,

Digitized by Google

quique ea, quae dicit, in bono lumine collocat, atque adeo clarus, illustris, facilis: *luculenta oratio*, luminibus verborum et sententiarum ornata, clara, aperta, perspicua, dilucida. *Sall. Cat. 52.* Tullius orationem habuit luculentam, atque utilem reipublicae. *Cic. 12. Att. 21.* Cato verbis luculentioribus, et pluribus rem eandem comprehenderat. Et *7. ibid. 17.* In quo accusavi mecum ipse Pompeium, qui cum scriptor luculentus esset, tantas res atque eas, quae in omnium manus venturae essent, Sextio nostro scribendas dederit *(Id. Brut. 68. oratione satis amplum* vocat). *Id. Brut. 54.* Pimbria habitus est sane, ut ita dicam, luculentus patronus. *Id. 4. Phil. 2.* Praeclara et luculenta, Quirites, reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobastis; *h. e.* aperta, manifesta, et nihil dissimulante. *Al. rectius leg.* praeclare, et loco, Quirites. — **5)** Deinde

II. *Luculentus* ponitur etiam pro insigni, illustri. *Plaut. Men. 1. 2. 53.* Vin' tu facinus luculentum inspicere? *Id. fragm.* apud *Non. 1. 317.* Pulcrum et luculentum hodie evenit proelium. *Plane.* ad *Cic. 10. Fam. 24. ante med.* In castris meis legiones sunt veteranae tres, tironum vel luculentissima ex omnibus una; *ben piantata, e di buoni e begli uomini.* — **6)** Et pro fausto, prospero, fortunato. *Plaut. Epid. 5. 2. 8.* Pro Dii immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum! *Licin. Macer* apud *Non. 1. 317.* Auspicia pulcra et luculenta commemorat. — **7)** Item pro magno, et qui facile videtur. *Cic. 7. Phil. 6.* Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix. — **8)** *Luculentum navigium* est grande simul, et bene instructum, ac decens. *Id. 16. Att. 4. ad fin.* Domitius bona plane habet dicrota, suntque navigia praeterea luculenta Sextii, Buciliani, ceterorum.

LŪCULLĔUS, a, um. Adiect. a *Lucullus* (quod cognomen est Romanum in gente Licinia, de quo V. in ONOM.); ad Lucullum pertinens. Hinc *Luculleum marmor.*, ita dictum a L. Lucullo, teste *Plin. 36. 8. 1.* Post hunc Lepidum quadriennio L. Lucullus consul fuit, qui nomen, ut ex re apparet, Luculleo marmori dedit, admodum delectatus illo primusque Romam advexit atrum alioqui cum cetera maculis aut coloribus commendetur. Nascitur autem in Melo insula solumque poene hoc marmor ab amatore nomen accepit. Adde *ibid. 2. 1.* et *Isid. 16. Orig. 5. 17.* — Recentioribus Italis est *bigio morato*.

LŪCŬLUS, i, m. Deminut. a *lucus*; parvus lucus; *boschetto*. *Suet. Vit. Horatii ad fin.* Domus eius ostenditur circa Tiburni luculum. Cf. *Horat. 1. Od. 7. 13.*

LŬCŬMO et Lŭcŏmo et *per syncopen* Lucmo, ōnis, m. Vox Tusca, quam eruditi Viri conferunt cum λυκάων, quod apud Graecos et melancholicum et insanum significat, a λύκος; lupus; qui enim morbo melancholico laborant, noctu luporum more egrediuntur, et in primis circa mortuorum corpora, donec illucescat, versantur (V. *Nota* infra). Hinc *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 120. Müll.* Lucomones quidam homines ob insaniam dicti, quod loca, ad quae venissent, infesta facerent. Cf. *Müller, Etrusc. T. 1. p. 364.* et *segg.* — **2)** Speciatim

II. *Lucumo* apud Etruscos titulus fuit supremi magistratus et sacerdotii in aliqua tribu, eodem fere sensu, quo rex sive praefectus apud alios. *Serv.* in *8. Aen. 475.* Tuscia duodecim Lucumones habuit; idest reges, quibus unus praeerat. Et in illud *5. ibid. 560.* Tres equitum numero turmae, *Lucumones* exponit Tuscos. — **3)** Sumitur latiore significatione pro Etrusco quocumque. Hinc ille, qui cum exercitu Etruscorum Romulo cum T. Tatio et Sabinis bellum gerenti auxilium tulit, Lucumo ab *Dionys. Halic. l. 2.* quasi nomine proprio, appellatur. *Propert. 4. 1. 29.* Prima galeritus posuit praetoria Lucmo. — Et absolute, adiectivo posito pro nomine, *ibid. 2. 31.* Tempore quo sociis venit Lucumonius armis, Atque Sabina feri contudit arma Tati; *h. e.* Caelius Vibennus, Tuscus dux. — **4)** Translate. *Samius Lucumo* absolute videtur appellari princeps scholae Samiae, arcanae scientiae peritus, qualis Pythagoras, qui Samius fuit. *Auson. Epist. 4. 65.* Scillite decies si cor purgeris aceto, Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen.

Nota. *Forcellinus* noster aliud etymon vocis statuerat: « Lucomo, inquit, vox Tusca est, ex Λυκάων; Lycaon, quod fuit nomen regis Arcadiae, a quo Arcadia aliquando Lycaoniae nomen habuit, qui in lupum a Iove commutatus dicitur, ut praeter Poëtas tradit *Pausan.* Tusci enim ex Arcadia venere. Sed alii putant Lucumonem dici a Syriacis vocibus; altera, significante senem, altera significante rationem, sapientiam. » Quibus *Furlanetto* haec subdidit. « Lepidum affert vocis etymon *Marcus Mundus* in *Additam.* ad *Lex. Facciol. p. 25.*; derivat enim a λύκος; lupus, et *homo, onis*, ut habet *Ennius* apud *Priscian. 6. p. 685. Putsch.*, quasi vero Tuscorum magistratus hoc nomine sint appellati, quia paulo severiores, ac veluti tyranni haberentur. »

LŪCŬMŌNĬUS, a, um. V. voc. praeced. § 3.

LŪCŪNAR, videtur scribi pro *Lacunar* apud *Charis. 1. p. 25. Putsch.* V. LACUNAR, coll. LUCANARICS.

LŪCUNCŬLUS, i, m. Deminut. a *lucuns*; parva lucuna. *Afran.* apud *Non. 2. 483.* Pistori nubat: cur non scribillario, ut mittat fratris filio lucunculos? *Stat. 1. Silv. 6. 17.* Molles caseoli, lucunculique *Apul. 10. Met. 13.* Panes, crustula, lucunculos, et plura scitamenta *Alii leg.* lunculos. V. *Hildebr.* ad *h. l. Gloss. Philox.* Lucunculus τυγωνίτης. Adde *Tertull. Spectac. 27. extr.*, ubi alii leg. runcinculo alii *libacunculo*, et *Petron. fragm. Tragur. 66. Burm.*, ubi alii leg. *savunculum*, alii etiam aliter.

LŪCUNS, untis, f. Est genus edulii ita dictum, quasi λευκούς, ut λευκουντήρ, quia farina, quae alba est, aspergebatur. Alii ducunt a farina milii, quod λευκὸν Graece dicitur. *Varr.* apud *Non. 2. 483.* Ac nulle ambrosia, ac nectar, non allia, sardae, Panis, pemma, lucuns cibu' qui purissimu' multo est. — De hoc loquitur *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 119. Müll.* Lucuntere, genus operis pistorii. Ubi alii leg. *lucuntes*: ducuntque a γλυκαντήρ, quod a γλυκύς; dulcis, vel a γλαξ; *h. e.* γχλα; lac. Cf. *Müller.* ad *h. l.*

LŪCUNTĔR et LŪCUNTĔRĔ. } V. voc. praeced. *in fin.*

LŪCUS, i, m. Nomen parum certae originis. *Charis. 4. p. 25. Putsch., Diomed. 2. p. 488.* et *Serv.* ad *1. Aen. 448.* dictum putant per ἀντίφρασιν, quia minime lucent: quod non probat *Quintil. 1. 6. 2. med.*, et cum eo saniores Critici, quibus placet id ipsum, quod *Serv.* reiicit, nempe dici a luce luminum, quae religionis causa ex arboribus suspendebantur. Sunt qui ad Graecam originem recurrunt, et vana comminiscuntur. Est, qui usque ad Syram, et inde repetit. Cf. ad rem *Isid. 14. Orig. 8. 30.* et *17. ibid. 6. 7.* — **b)** Derivata et Composita, V. in LUCRO suo loco.

LUCUS proprie est locus arboribus consitus, et religione sacer: itaque dicitur de manu consitis et non caeduis: in quo a silva et nemore differt; *bosco. Serv.* ad illud *Virg. 1. Aen. 443.* Lucus in urbe fuit media, etc. Ubicumque, inquit, Virgilius lucum ponit, sequitur etiam consecratio, ut *(9. ibid. 3.)* luco tum forte parentis Pilumni Turnus, sacrata valle, sedebat. Unde in sexto *(ibid. 673.)*: Nulli certa domus lucis habitamus opacis. Dicuntur enim Heroum animae lucos tenere. Haec *Serv. Cic. Mil. 31.* Vos enim iam, Albani tumuli atque luci, imploro, etc. Fere igitur luci aut circa Deorum templa, aut circa sepulcra ponebantur. Idem *Serv. ibid. 514.* Lucus est arborum multitudo cum religione: nemus composita multitudo arborum: silva, diffusa et inculta. *Horat. 1. Ep. 6. 31.* virtutem verba putes, et Lucum ligna? *h. e.* lucum esse meram silvam lignorum, nulla religione sacram. — *Auson. ep. 25. 67.* Luci nemorales. — **2)** Ad discrimen inter *lucum*, nemus et *silvam* pertinet illud *Propert. 4. 9. 24.* Lucus ab umbroso fecerat orbe nemus. Et *Tibull. 3. 3. 15.* Et nemora in domibus sacros imitantia lucos. Et *Senec. Here. Oet. 956.* Claudite Elysium mihi, Quaecumque Gdae coniuges nemoris sacri Lucos tenetis. Ubi *lucos nemoris* recessus nemoris horrore et religione sacros dixisse videtur. *Liv. 34. 5.* Lucus ibi frequenti silva et proceris abietis arboribus septus, lato in medio pascua habuit. Ubi *lucus* est sacrum nemus Iunonis Luciniae, *silva* ipsae arbores. Vel potius *lucus* est illud spatium in media silva, abietibus circumdatum, in quo templum et religionis sedes erat. *Ovid. 3. Art. am. 689.* Silva nemus non alta facit. Et *1. Met. 568.* Est nemus Haemoniae, praerupta quod undique claudit Silva: vocant Tempe. *Tacit. Germ. 9.* Lucos ac nemora Deorum nominibus appellant. — **3)** Ceterum discrimen hoc non est perpetuum. Et *nemus* pro *luco* apud *Tacit. 4. Hist. 14.* Primores gentis, specie epularum, in sacrum nemus vocatos, etc. *Virg.* non semel lucum adhibuit sine ulla religionis ratione pro silva, ut *2. G. 122.* Aut quos Oceano propior gerit India lucos. Et *11. Aen. 456.* alto in luco cum forte catervae Consedere avium. Adde *7. ibid. 29.* et *697.* et *8. Ecl. 86.* Cf. *Hildebr.* ad *Apul. 6. Met. 5.* — Contra *silva* pro *nemore* usurpatur a *Cic. 5. Verr. 19.* et *med., Nep. Attic. 13.* et *Horat. 1. Ep. 10. 22.*, quibus locis *silva* non de incomposita et inculta arborum congerie, sed de composita et deliciarum causa comparata dicitur. — *Nemus* pro *silva* est apud *Ovid. 2. Met. 413.* Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas. — **4)** *Lucus* non solum Diis, sed etiam memoriae defuncti alicuius sacrabatur. *Inscr.* apud *Orelli, n. 4888.* Deae Dominae Rufiae Maternae aram et lucum consecravit Mucronis Marcia *et* ei omnibus annis sacr. . . . instituit. — **5)** Per synecdochen poni videtur pro ligno, seu materia, in illo *Plauti fragm.* apud *Charis. 2. p. 179. Putsch.* Nihil quicquam factum nisi fabre, nec quicquam positum sine luco, auro, ebore, argento, etc. At *Bothius* pro *sine luco* rectius edidit *sine luxu*.

Nota. Discrimen inter *lucum*, *nemus* et *silva* dedimus supra § 1. *fin.* et §. 2. et 3.

LUCUSTA. V. LOCUSTA §. c.

LUCXŪRĬŌSUS. V. LUXURIOSUS *fin.*

LŪDENS, entis. Particip. verbi *ludo*, adiectivorum more etiam adhibitum, atque hinc absolute pro lusore; *giocatore*. *Auson. praef. Edyll. 12.* Libello Technopaegnii nomen dedi, ne aut ludum laboranti, aut artem crederes defuisse ludenti. — **2)** Translate pro irriso re. *Vulg. Interpr. Iorem. 15. 17.* Non sedi in concilio ludentium.

LŪDĬĂ, ae, f. Verbale a *ludo*, proprie adiectivum, absolute adhibitum

de muliere, quae ludicras artes exercet; *dansatrices*. *Martial. 3. 24.* Hermes, cura laborque ludiarum. — **2)** Translate de muliere, quae ludiarum mores imitatur. *Juvenal. 6. 265.* quae ludia sumpserit unquam Hos habitus? Et *ibid. 105.* qua capta iuventa est Hippia? quid vidit, propter quod ludia dici Sustinuit?

LŪDĬĀRĬUS, a, um. Adiect. a *ludius;* ad ludios et ludos pertinens, ut *Ludiaria pecunia* in *Inscr.* apud *Doni, cl. 2. n. 76.* et *77.* est quae ludis faciendis, et ludis sustinendis publice destinata est.

LŪDĬBRĬŌSĒ. Adverb. a *ludibriosus;* cum ludibrio. *Ammian. 26. 6. a med.* Ludibriose sublatus. Adde *Tertull. Resurr. carn. 61.*

LŪDĬBRĬŌSUS, a, um. Adiect. a *ludibrium;* ludibrio plenus. *Gell. 7. 11.* Cum in Antonium probra quaedam ludibriosa et turpia ingessisset. *Ammian. 15. 5.* Ludibriosa auspicia. Adde *29. 2. Firmic. 1. Mathes. 5.* Ludibriosae potestates.

LŪDĬBRĬUM, ii, n. Nomen a *ludus*, ut *manubrium* a *manus*, syllabica adiectione productum. — Proprie est id quod ludimus, deridemusque, res vana et deridenda; *scherno, ludibrio, beffa, dileggiamento*. *Lucret. 2. 40.* Quod si ridicula haec ludibriaque esse videmus. *Metell.* ad *Cic. 5. Fam. 1.* Ludibrio aliquem laedere. *Cic. 1. Parad. 2.* Ille haec ludibria fortunae ne sua quidem putavit. *Id. Dom. 51.* Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium impudentiae, quam ad simulationem religionis; *h. e.* ut impudenter ludibrio haberes alios. *Al. leg.* pudicitiae *pro* impudentiae. *Liv. 30. 30.* Hoc quoque ludibrium casus ediderat. *Id. 25. 36.* Ludibrium illud vix feminis puerisve morandis satis validum. *Curt. 5. 12.* Nova ludibria subinde cogitante fortuna. *Suet. Aug. 83.* Ludibria naturae. *Id. Vit. 17.* Magna rerum verborumque ludibria. *Justin. 36. 1.* Pacis simulatione deceptus capitur: traductusque per ora civitatium, populis, qui desciverant, in ludibrium favoris ostenditur; *h. e.* in contemptum et irrisionem favoris, quem ei praebuerant. *Gell. 15. 2.* Vini libidine ad usque ludibria ebriosus; *h. e.* ut ludibrio esset apud omnes. — **3)** Est etiam idem ac praestigiae; *illusione*. *Curt. 4. 15. a med.* Ceterum sive ludibrium oculorum, sive vera species fuit, qui circa Alexandrum erant, vidisse se crediderunt paululum supra caput regis placide volantem aquilam. *Liv. 22. 16.* Ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostem commentus. Adde *24. 44.* — **3)** *Habere ludibrio* est deridere, illudere. *Plaut. Cas. 3. 3. 19.* Ludibrio pessima adhuc me Habuisti. *Ter. Hecyr. 4. 1. 11.* Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. — **4)** De muliere, est violare. *Id. ibid. 1. 2. 74.* Sed quam decrerim, me non posse diutius Habere, eam ludibrio haberi, Quin integram itidem reddam, ut accepi ab suis, Neque honestum est mihi, etc. *h. e.* eam vitiari. — **5)** Hinc pro defloratione, corruptione. *Curt. 10. 1.* Virgines et principes feminarum stupra perpessae corporum ludibria deflebant. Adde *4. 10.* — **6)** *Esse alicui ludibrio* idem est ac ludibrio haberi. *Cic. 1. ad Brut. 2.* Nec pati, sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Romani. — **7)** *Debere ludibrium;* v. DEBEO §. 3. — **8)** *Ludibrium* interdum dicitur de ipso homine, qui ludibrio habetur. *Liv. 1. 56. ad fin.* Is ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius, quam comes. *Lucan. 7. 579.* ludibrium soceri. — *Liv. 2. 56.* Ne in ora hominum pro ludibrio abiret. *Justin. 9. 6.* Reddere aliquem ludibrium omnium inter aequales. — **9)** Translate. *Virg. 6. Aen. 74.* foliis tantum ne carmina manda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. *Lucan. 8. 710.* Ludibrium pelagi. — **10)** Pro dedecore. *Sall. Cat. 13.* Quibus mihi ludibrio videntur fuisse divitiae, quippe quas honeste habere licebat, per turpitudinem abuti properabant.

Nota. « Inter *ludibrium* et *ludierum* hoc interest inquit *Isid. Differ. Append. n. 237.*, quod *ludibrium*, in alterius iniurium; *ludierum* autem, quod ipso delectamur sine cuiusquam iniuria. »

LŪDĬBUNDUS, a, um. Adiect. verbale a *ludo;* valde ludens et iocans, ludi iocique plenus, per ludum et risum aliquid faciens, alacer, laetus. *Plaut. Pseud. 5. 1. 29.* Palliolatim amictus Sic hac incessi ludibundus. *Liv. 24. 16. a med.* Milites praedam portantes agentesque, per lasciviam ac iocum ita ludibundi Beneventum rediere, ut ab epulis reverti viderentur. — **2)** Translate. *Cic. 16. Fam. 9.* Austro lenissimo, caelo sereno, in Italiam ludibundi pervenimus; *scherzando allegramente*. Et *3. Verr. 67.* Si Vulteium habebis, omnia ludibundus conficies; *h. e.* sine labore, et veluti ludens. *Gell. 3. 3.* Cum vocem eius infractam, capillumque arte compositum, et oculos ludibundos, atque illecebrae plenos videret.

LŪDĬCER vel Ludicrus, a, um. Adiect. a *ludus;* cuius rectus singularis masculinus incertus est. In *Gloss. Philox.* habetur *ludicrus*. Placet *Vossio* esse *ludicer*. Docet *Priscian. 7. p. 769. Putsch.* ab ablativo *ludieri* non fieri plurale neutrum *ludieria*, sed *ludiera*. Sed illud *ludieri* nullo probat exemplo: nos *ludiero* certum habemus.

LUDICER proprie est ad ludos publicos pertinens et ad artem ludionum, quae et *ludiera* dicitur; *h. e.* scenica et histrionica; *da istrione, ludiero, giocolare*. *Cic. 2. Orat. 20.* Ars ipsa ludicra armorum et gladiatori et militi prodest aliquid. *Senec. ep. 88. circa med.* Ludicrae artes sunt, quae ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. *Lex Iulia* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 206. lin. 123.* Queive lanistaturam artemve ludicram fecit, fecerit, etc. — **2)** Saepius vero latiore significatione ad ludos quoscumque refertur, et est ludi causa susceptus, iocularis, luserius; *da giuoco, da scherzo, giocolare*. *Cic. 1. Nat. D. 37.* Pueri etiam cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. *Id. 4. Acad. 2.* Quasi vero clarorum virorum esse oporteat aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leviorum. *Plaut. Aul. 4. 3. 3.* Continuo cor meum coepit artem facere ludicram, Atque in pectus emicare; *h. e.* ludionum more moveri, et quasi gesticulari. *Virg. 12. Aen. 764.* neque enim levia aut ludicra petuntur Praemia, sed Turni de vita et sanguine certant. *Horat. 1. Ep. 1. 10.* Nunc itaque et versus, et cetera ludicra pono. *Plin. 16. 66. 6.* Ludicrae tibiae; *h. e.* quibus in ludis et scena utebantur ad modos faciendos. *Tacit. 14. Ann. 14.* Citharae ludicrum in modum canere. Et *1. ibid. 50.* Festa nox, ac solemnibus epulis ludicra; *h. e.* per ludum et hilaritatem acta. *Gell. 9. 7.* historia; *piacevole, giocosa*. — **3)** De usu venereo usurpat *Apul. 2. Met. 6. de Fotide*. Nam et forma scitula et moribus ludicra et prorsus argutula est; *h. e.* ludis amatoriis dedita. Cf. LUDICRE §. 2. — **4)** Absolute, substantivorum more.

LUDICRUM, i, n. Est res ludicra, ludus. *Liv. 28. 7. a med.* Olympiorum solemne ludicrum parantes Eleos aggredi statuit. *Tacit. 1. Ann. 54.* Induserat ei ludicro Augustus; *h. e.* ludis Augustalibus. *Justin. 7. 2. extr.* Ut etiam Olympiorum certamine, vario ludicrorum genere contenderit. *Plin. 21. 3. 1.* Coronae ludicro quaesitae; *h. e.* publico ludorum certamine partae, quas *ibid.* paulo post *coronas ludicras* vocat. *Catull. 61. 21.* Floridis velut enitens Myrtus Asia ramulis, Quos Hamadryades Deae Ludicrum sibi roscido Nutriunt humore; *divertimento, diletto*. *Plin. 5. 16. 3.* Urbes duae, quae in proverbii ludicrum vertere, Apina et Trica. — **5)** Item absolute

LUDICRO, adverbiorum more, ludicre. *Inscr.* apud *Grut. 660. 1.* Nomen Xanthippe, laia eaedem ludicro.

LŪDĬCRĒ. Adverb. a *ludicrus;* per ludum; *da giuoco, scherzando*. *Enn.* apud *Non. 2. 505.* pars ludicre iactant saxa: inter se licitantur. — **2)** Habet obscenum sensum in illo *Apul. 9. Met. 7.* Astu meretricio tractabat ludicre.

LŪDĬCRO. Adverb. V. LUDICRE §. 3.

LŪDĬCROR, āris, āri. Verbum intransitiv. a *ludicer;* iocor, ludo. *Front. 1. ad amic.* (edente iterum *A. Mai*) *ep. 13. de puello*. Uvarum avidissimus est: primum denique hunc cibum deglutivit, nec cessavit per totos paene dies aut lingua lambere uvam, aut labris saviari, aut gingivis lacessere ac ludicrari.

LŪDĬCRUS. V. LUDICER §. 2.

LŪDĬFĂCĬO, făcis, fēci, factum, facĕre. Verbum transitiv. a *ludus* et *facio*, idem quod ludifico. *Plaut. Epid. 5. 2. 41.* Quomodo me ludifecisti de illa conducticia Fidicina! *Augustin. Serm. 42. n. 1. ed. Mai.* Non est meum meos ludificare phantasmate.

LŪDĬFĬCĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *ludifico;* plenus ludo, iucunditate. *Plaut. Cas. 4. 1. 2.* Neque usquam ludos tam festivos fieri, Quam hic intus fiunt ludi ludificabiles Seni nostro.

LŪDĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *ludifico;* deceptio, illusio; *burla, inganno*. *Cic. Sext. 33.* Cum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impediretur. *Liv. 22. 18. sub fin.* Ne nihil actum censeret, exacta prope aestate per ludificationem hostis. *Id. 6. 27.* et *38. 14. a med.* Enimvero ferri iam ludificatio ista non potest. *Id. 26. 6. sub fin.* Ea ludificatio veri et ipsa in verum vertit; *qual prender in burla*.

LŪDĬFĬCĀTOR, ōris, m. Verbale a *ludifico;* illusor, deceptor; *burlatore, ingannatore*. *Plaut. Most. 5. 1. 18.* Ego illum ante aedes praestolabor ludificatorem meum.

LŪDĬFĬCĀTŌRĬUS, a, um. Adiect. verbale a *ludifico;* qui ludificatur; *ingannevole*. *Augustin. 11. Civ. D. 26.* Phantasmatum imaginatio ludificatoria.

LŪDĬFĬCĀTUS, a, um. Particip. verbi *ludifico;* illusus, deceptus; *burlato, ingannato*. *Sall. Iug. 54.* Numidae alii postremos caedere, pars a sinistra ac dextra tentare, omnibus locis Romanorum ordines conturbare: quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, ludificati incerto proelio, etc. *Plaut. Bacch. 4. 4. 3.* Verum maiorem meum ut ego hodie lusi lepide! ut ludificatus est! — *Id. Mil. 2. 6. 10.* meamne hic in via hospitam Tractatam et ludificatam? etc.; *h. e.* stupratam. — **2)** Activa significatione a *ludificor*. *Id. Most. 5. 2. 23.* Iam minoris omnia facio, prae quam quibus modis Me ludificatus est.

LŪDĬFĬCĀTUS, us, m. Verbale a *ludifico;* ludificatio. *Plaut. Poen. 3. 5. 1.* Si ego minam non ultus fuero probe, quam lenoni dedi, Tum profecto me sibi habento scurrae ludificatui. Al. leg. *ludificis cavis*, quod commode explicari non potest.

LŪDĬFĬCO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *ludus* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum, pro *ludifacio*, quod v. suo loco. — **b)** *Ludificarier* pro *ludificari* paragoge apud

Digitized by Google

Plaut. loc. mox cit. — **c)** Alia forma, deponentium more, *ludificor*, V. suo loco. — **d)** Particip. *ludificatus*, V. suo loco. — **e)** Derivata, V. in LUDUS, suo loco.

LUDIFICO proprie est per ludum fallo, illudo, decipio; *burlare, ingannare, beffare, uccellare*. *Plaut. Amph. 2. 1. 38.* Qui herum ludificas dictis delirantibus. *Id. Mil. 2. 6. 9.* Meam ludificasti hospitam. *Sall. Iug. 40. extr.* Pacis mora consulem ludificare. *Inscr.* quae exstat Romae in *Museo Lateran.* L. Annius Octavius Valerianus: Evasi, effugi: Spes et Fortuna valete, Nil mihi voviscum *(sic)* est; ludificate alios. — Absolute. *Cic. Quint. 17.* Si latitare, ac diutius ludificare videatur. — Passive. *Plaut. Capt. 3. 1. 27.* Abeo ab illis postquam video me sic ludificarier. Et *Truc. 1. 1. 3.* Quot amans exemplis ludificetur, quot pereat modis. Et *2. 8. 6.* Quam exclusus sum! pulcre ludificor. *Lucret. 1. 958.* Ut puerorum aetas improvida ludificetur. — **2)** Translate. *Plaut. Most. 3. 1. 18.* ante aedes praestolabor ludificatorem meum: Cuius ego hic ludificabo corium, si vivo, probe; *h. e.* virgis sciudam; *farò una certa burla alla sua schiena*.

LŪDĬFĬCOR, āris, ātus sum, āri. Verbum transitiv. eiusdem originis ac praecedens, sed forma deponens et aliquanto frequentius. — Particip. *ludificans* §. 2., *ludificatus*, V. suo loco. — Proprie est illudo, ludibrio habeo, derideo, decipio.; *ingannare, burlare, uccellare, prendersi giuoco*. *Plaut. Mil. 3. 3. 55.* Lepide ludificari aliquem. *Ter. Eun. 4. 4. 49.* Tu me hic etiam nebulo ludificabere? Et *4. 5. 5.* Postquam ludificatus est virginem; *h. e.* virgini iniuriam fecit. *Tacit. 4. Ann. 46.* Patres et plebem cunctatione ficta ludificari. *Plin. 6. ep. 20. sub fin.* Plerique lymphati terrificis vaticinationibus et sua et aliena mala ludificabantur; *h. e.* pectora vaticinando veluti illudebant, fallebantque. Adde *Plaut. Most. 5. 2. 25.* et *Captiv. 3. 4. 80.* — Absolute. *Cic Rosc. Am. 20.* Aperte ludificari et calumniari. — **2)** Sumitur etiam pro eludere, evadere. *Liv. 39. 44. a med.* Edicto summotis ab hasta, qui ludificati priorem locationem erant. *Id. 24. 34.* Archimedes inventor ac machinator bellicorum tormentorum, quibus ea, quae hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. *Flor. 2. 2.* Longe illis nauticae artes, detorquere remos, et ludificari fuga rostra. *Tacit. 3. Ann. 21.* Hostis irritum fessumque Romanum impune ludificabatur. *Val. Max. 7. 3. n. 3. extern.* Fabius Annibalis vim saluberrimis cunctationibus pugnae ludificans.

* LŪDĬFĬCUS, a, um. V. LUDIFICATUS, us.

LŪDĬMĂGISTER, tri, m. Nomen a *ludus* et *magister*, quod et divisim scribitur et inverso aliquando etiam ordine. — Est qui ludo litterario praeest, primus magister, ut eum vocat *Augustin. 1. Confess. 13.*, paedagogus litterarius, ut *Vopisc. Bonos. 14.*, magister litterarum, ut *Id. Tacit. 6.*; *maestro di scuola*. *Cic. 1. Nat. D. 26. de Epicuro*. Sami adolescens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam pater eius Neocles agripeta venerat, sed cum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. Eadem narrat *Strabo, l. 14. Martial. 10. 62.* Ludimagister, parce simplici turbae. *Iustin. 24. 5.* Dionysius ludimagistrum professus, pueros in trivio docebat. — *Cic. Divin. Verr. 14.* Magister ludi nescio qui. Ubi *Ascon.* magistri ludi dicuntur, qui primas litteras docent.

LŪDĬMENTUM, i, n. Verbale a *ludo*, syllabica adiectione productum, idem ac ludicrum. *Gloss. Philox.* Ludimentum; παίγνιον. Adde *Gloss. Cyrill.*

LŪDĬO, ōnis, m. Verbale a *ludus*, idem ac ludius. *Liv. 7. 2.* Ludiones ex Etruria accīti, ad tibicinis modos saltantes. *Id. 39. 6.* Convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. Adde *Apul. Florid. n. 18.* et V. *Hildebr.* ad *h. l.* Cf. LUDIUS §. 1. *init.*

LŪDĬTOR, ōris, ōri. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *ludo*, forma deponens, idem ac ludificor. *Gloss. Philox.* Luditor; διαπαίζω.

LUDĬUS, ii, m. Verbale a *ludo*; qui ludit. — Sunt tamen qui a Graeca voce *Ludius* derivant, qua utitur *Dionys. Halicarn. l. 2. c. 97.*, ubi docet, primo *ludios* et *ludiones* dictos pueros puberes, decoris tunicis indutos, galea, ense et parma armatos, qui ordine incedebant, et tanquam pompae ductores erant, referentes quandam Saliorum imaginem: a Lydis nomine accepto, a quibus Tusci sumpserant, et ab his Romani, *Liv. 7. 2.* teste, quod et *Tertull. de Spectac. 5.* confirmat. Cf. LUDUS §. 2. — **b)** *Ludium* disyllabon facit per synaeresin *Iuvenal.* loc. cit. infra §. 1. *in fin.*

LUDIUS universim dictus est quicumque aliqua ratione faciebat ludos vel in circo, vel in theatris, vel per compita, oblectandi populi causa; *giocolatore, commediante, ballerino*. *Cic. Sext. 54.* Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama. *Id. Har. resp. 11.* Servorum, et ludiorum multitudo. *Ovid. 1. Art. am. 112.* Dumque, rudem praebente modum tibicine Tusco, Ludius aequatum ter pede pulsat humum. *Suet. Aug. 74.* Acroamata, et histriones, aut etiam triviales ex circo ludios interponebat. — *Iuvenal. 6. 82.* Nupta senatori comitata est Hippia ludium Ad Pharon et Nilum. V. supra §. b. Sunt qui hic *ludium* gladiatorem vel luctatorem interpretantur. — **2)** Solebant ludii, ut teneri delicatique apparerent, glabros se, quam maxime possent, reddere. Hinc *Plaut. Aul. 2. 9. 6.* tu istum gallum, si sapis, Glabriorem reddes mihi, quam volsus ludius est.

II. LŪDĬUS pro Lydius. V. LYDIUS, a, um.

LŪDO, dis, si, sum, dĕre. Verbum intransitiv., transitivorum tamen more saepe etiam adhibitum (V. *Diomed.* loc. cit. in AMBIGUUS §. 3.), quod nonnulli a *Lydus*, ut in voc. praeced. §. 2. dictum est, alii autem a *lydus* tradunt vocatum *ludum*, quo admisso, *ludo* esset potius a *ludus*. Cf. *Isid. 18. Orig. 46. 2.*, qui *Varronem* laudat. V. LUDUS §. 2. — **b)** Particip. *ludens* §. 6., *13.* et suo loco, *ludendus* §. 2., *lusus*, V. suo loco, *lusurus* §. 8. — **c)** Derivata et Composita V. in LUDUS.

LUDO proprie est ludo se delectationis causa exercere; *giocare*. *Cic. 2. Phil. 23.* Qui non dubitaret vel in foro alea ludere. *Id. 1. Orat. 50.* Pila bene, et duodecim scriptis ludere. *Martial. 14. 1.* nucibus. Et *ibid. 47.* folle. *Horat. 3. Od. 24. 56.* trocho. *Ter. Adelph. 4. 7. 21* tesseris. *Vopisc. Proc. 13.* et *Spartian. Sever. 1.* ad latrunculos, ad iudices. V. IUDEX §. 13. *Paul. Dig. 11. 5. 2.* Senatusconsultum vetuit in pecuniam ludere. — **2)** Transitivorum more cum accusativo. *Suet. Claud. 33.* et *Ner. 30.* Quadringenis in punctum H-S aleam lusit. *Id. Ner. 35.* Ludere ducatus et imperia. *Id. Aug. 71. extr.* et *Horat. 2. Sat. 5. 248.* par impar. *Ovid. 3. Art. am. 357.* proelia latronum; *agli scacchi*. — Hinc passive. *Id. 2. Trist. 471.* Sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes. *Ulp. Dig. 11. 5. 1.* Qui aleae ludendae causa vim intulerit. — **3)** Latiore significatione,

II. *Ludo* est etiam exercitatione ludicra quacumque se oblectare. *Cic. 1. Offic. 20. extr.* Suppeditant et campus noster et studia venandi honesta exempla ludendi. *Horat. Art. P. 379.* Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis. *Ovid. 4. Trist. 1. 71.* Aspera militiae luvenis certamina fugi, Nec nisi lusura movimus arma manu. *Virg. 6. Ecl. 27.* in numerum Faunosque ferasque videres Ludere; *danzare*. *Lucret. 2. 630.* Ludere catenas. V. CATENA §. 5. *Ovid. 16. Heroid. 149.* nitida palaestra. *Virg. 8. Aen. 631.* geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. *Ter. Adelph. 3. 4. 13.* Congrum istum in aqua sunto ludere; *guizzare*. *Virg. 1. G. 363.* cumque marinae In sicco ludunt fulicae. — *Ovid. 2. Trist. 329.* Non ideo debet pelago se credere, si qui Audet in exiguo ludere cymba lacu; *scorrere per diporto*. — *Claudian. 2. Rapt. Pros. 3.* errantes ludunt per caerula flammae. — **4)** locari: *schersare*. *Cic. 3. Nat. D. 1.* Cum vero, deos nihil agere, nihil curare, confirmat, ludere videtur. *Plin. 1. ep. 11.* Ludere me putas? Serio peto. *Cic. 3. Orat. 43. ad fin.* In me quidem lusit ille, ut solet. V. LUDUS §. 5. — **5)** Pro gaudere videtur accipi in illo *Vulg. Interpr. Prov. 8. 30. de Sapientia*. Cum eo eram . . . ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, etc. — **6)** Saepe refertur ad studia, praesertim poëtica: sed de levioribus dicitur, et quae animi causa, iocique inceuntur. *Cic. Prooem. Parad.* Illa ipsa ludens conieci in communes locos. *Catull. 50. 6.* Scribens versiculos uterque nostrum, Ludebat numero modo hoc, modo illo, Reddens mutua per iocum atque vinum. *Virg. 1. Ecl. 10.* Ludere quae vellem, calamo permisit agresti. *Id. 4. G. 565.* Carmina qui lusi pastorum. Et *2. ibid. 386.* coloni Versibus incomptis ludunt. *Ovid. 2. Trist. 491.* Talia famosi lusuntur mense decembri; *h. e.* canuntur per ludum. *Martial. 7. 8.* Festa coronatus ludet convicia miles; *h. e.* per ludum iactabit in ducem suum die triumphi. *Hieronym. Praef.* in *Euseb. Chron.* Tullius in Xenophontis Oeconomico lusit; *h. e.* se exercuit in interpretatione. — **7)** Interdum ad turpia. *Petron. Satyr. 11.*, *Propert. 2. 5. 4.*, *Catull. 61. 211.*, *Ovid. 2. Art. am. 389.* et *Martial. 11. 104.* etc. — Quo pertinere videtur illud *Livii Andron.* apud *Fest.* in *Adfatim*. Adfatim edi, bibi, lusi. — Quod imitatus videtur *Horat. 2. Ep. 2. 214.* Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti. Adde *Tertull. Ieiun. 6.* — *Vulg. Interpr. Exod. 32. 6.*, ubi *ludere* refertur ad crimen idololatriae. Cf. *1. Cor. 10. 7.* Cf. LOCUS §. 11. — **8)** Specialim cum addito varia dicendi genera componuntur, qualia sunt:

III. *Ludere ludum* et *ludo*, translate. *Ter. Eun. 3. 5. 39.* Et quis consimilem luserat iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi; *avea fatto una simile burla*. De Iove loquitur aureo imbre Danaën fallente. *Plaut. Most. 5. 2. 36.* Scis, solere illanc aetatem tali ludo ludere. *Horat. 3. Od. 29. 50. de Fortuna*. Ludum insolentem ludere pertinax, Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna. — **9)** *Ludere otium*, per otium ludere, quasi ludum otium facere. *Martial. 3. 67.* At vos tam placidas vagi per undas Tuta ludite otium carina. — **10)** *Ludere periculum*, in periculo ludere, periculose per ludum experiri. *Id. 9. 59.* Summa licet velox, Agathine, pericula ludas. — **11)** *Ludere operam*, quasi per ludum, atque adeo frustra insumere; *affaticarsi indarno, gettar l'opera, perdere il tempo*. *Plaut. Pseud. 1. 5. 135.* In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. *Ter. Phorm. 3. 2. 18.* In illis opera luditur. — **12)** *In avibus ludere* apud *Vulg. Interpr. Baruch, 3. 17.* est venationi indulgere, aucupio se delectare, in deliciis vivere. — **13)** *Ludere de corio*

Digitized by Google

suo, vel *alieno*. V. CONIUM §. 6. — **14)** Denique in malam partem, transitivo plerumque sensu,

IV. *Ludo* saepissime est irridere, illudere, deludere; *prendersi giuoco*, *burlare*, *schernire*, *beffare*. *Cic.* 2. *Q. Fr.* 15. *ante med.* Domitius in senatu lusit, Appium collegam, propterea isse ad Caesarem, ut aliquem tribunatum auferret. Et *ibid.* 12. Eum lusi iocose satis. *Id.* 1. *Orat.* 12. Haec oratio aut nulla sit, necesse est, aut omnium irrisione ludatur. *Id.* 3. *Fin.* 11. *circa med.* Si quando pueris ludentes minamur, praecipitaturos alicunde; *scherzando*. *Ter. Adelph.* 4. 5. 5. Cur non ludo hunc aliquantisper? *perchè non mi prend' io giuoco di costui?* Et *ibid.* 65. Num ludis tu nunc me? *mi burli tu?* — **15)** Item fallere, decipere; *ingannare*, *burlare*. *Virg.* 7. *Aen.* 442. senectus falsa vatem formidine ludit. *Horat.* 3. *Od.* 4. 5. Auditis? an me ludit amabilis insania? *Ovid.* 1. *Amor.* 5. 22. Et quam fluminea lusit adulter ave. Et *ibid.* 10. 4. quam plumis abditus albis Callidus in falsa lusit adulter ave. Et 3. *Art. am.* 552. Cuive pater vafri luditur arte Getae. *Ter. Eun.* 2. 3. 94. Ludere aliquem dolis. — **16)** Item persequi. *Vulg. Interpr. Gen.* 21. 9. Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptiae ludentem cum Isaac filio suo dixit, etc. Ita interpretatur *Weitzmauer* in *Lex. Bibl.* ad h. v., ubi conferre iubet *Paul. ad Galat.* 4. 29. Quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita et nunc.

LŪDOR, ōris, m. Verbale a *ludo;* qui ludit, lusor. *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal.* 6. 105. Hippia ludia Sergiolum amavit, qui et ludor dictus est ex gladiatoris nomine, quia sit diu demoratus in ludo. *Fortasse legendum est* lusor.

LŪDUS, i, m. Nomen, quod quidam tanquam verbale a *ludo* ducunt, alii autem distinguentes inter ludos privatos et ludos publicos, hos postremos a Λύδος; h. e. Lydus, quod a Lydis Tusci orinndi tradidere Romanis morem ludorum publicorum, derivant (Cf. LUDIUS §. a. et LUDO §. a.). Hinc *Isid.* 18. *Orig.* 16. 2. « Ludorum origo sic traditur. Lydii ex Asia transvenae in Etruria consederunt, duce Tyrrheno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Etruria inter ceteros ritus superstitionum suarum, spectacula quoque religionis nomine instituerunt. Inde Romani accersitos artifices mutuati sunt, et inde *ludi* a *Lydis* vocati sunt. *Varro* autem dicit *ludos* a *lusu* vocatos, quod iuvenes per dies festos solebant ludi exsultatione delectare populum. » Cf. §. seq. — **b)** Etiam *loidus* pro *ludus* dixerunt veteres Latini, ut patet ex *Inscr.* apud *Fabretti*, p. 633. n. 298. et *alia* apud *Daniel. Numism. Capuan.* p. 78.; quae quidem scriptio etymon vocis aliud ab illo, quod supra §. 1. allatum est, indicare videtur. Adde *aliam* in *Bullett. Archeol.* a. 1857. p. 20., ubi scribitur etiam *loedus* pro *ludus*, coll. *Corp. Inscr. Lat. T.* 1. n. 567. p. 160. et 558. — **c)** Olim dixerunt *haec ludus*, teste *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Corius* p. 60. *Müll.*, ubi tamen alii leg. *lupus*. V. *Müller* ad h. l., qui insuper notat, *Nonium*, p. 211. 15. *Merc.* negare usum huius vocis in genere feminino. — **d)** Derivata, *ludia*, *ludiarius*, *ludibriosa*, *ludibriosus*, *ludibrium*, *ludibundus*, *ludicer*, *ludiere*, *ludicror*, *ludimentum*, *ludio*, *luditor*, *ludius*, *ludo*; *ludor*, *lusio*, *lusitatio*, *lusito*, *lusor*, *lusoris*, *lusorius*, *lusus*, *us*. — **e)** Composita, *abludo*, *alludo*, *anteludium*, *colludo*, *deludo*, *diludium*, *eludo*, *iniudus*, *illudo*, *interludo*, *ludifacio*, *ludificabilis*, *ludificatio*, *ludificator*, *ludificatorius*, *ludificatus*, *us*, *ludifico*, *ludificor*, *ludificus*, *ludimagister*, *obludo*, *perludo*, *pililudius*, *praeludium*, *praeludo*, *proludo*, *reludo*, *suaviludius*.

LUDUS proprie exercitatio quaevis animi vel corporis recreandi causa suscepta: quales sunt, quae a pueris fiunt, et quae lucri causa incuntur; *giuoco*. *Cic.* 3. *Orat.* 13. Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, aut etiam novum sibi aliquem excogitant in otio ludum. *Id. Cael.* 12. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus aetati; *qualche divertimento*. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 36. Nec lusisse piget, sed non incidere ludum. *Cic. Coel.* 5. Ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur. *Virg.* 7. *Ecl.* 17. Posthabui tamen illorum mea seria ludo; h. e. canendi certamini. — Cum infinito. *Virg.* 9. *Aen.* 606. Flectere ludus equos et spicula tendere cornu. — **2)** De ludo ad iudices. V. IUDEX §. 15. — **3)** Speciatim in plur. num.,

II. *Ludi* dicuntur qui a ludiis publice ad populi oblectamentum fiunt. Hinc *ludi publici* sunt spectacula, quae publice edebantur in circo, in theatro, per compita, etc. in honorem Deorum, et ad populum oblectandum; *giuochi*, *spettacoli*, *feste*. Alii appellabantur a loco, ubi fiebant, ut *circenses*, *scenici*, *theatrales*, *compitalicii*, etc.: alii a Deo, in cuius honorem fiebant, ut *Capitolini*, *Cereales*, *Apollinares*, *Florales:* alii a causa, propter quam fiebant, ut *iuvenales*, *funebres*, *votivi:* alii a tempore, ut *saeculares:* alii a celebritate, et apparatu, et causa, ut *magni*, *maximi:* de quibus omnibus V. suis locis partim in *Lexico*, partim in ONOM. *Nep. Reg.* 2. Cum spectatum ludos iret, iuxta theatrum occisus est. *Cic. Brut.* 20. Hoc praetore ludos Apollini faciente, cum Thyesten fabulam docuisset, mortem obiit. *Id. Har. resp.* 12. Hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt. *Id. Arch.* 6. Ad festos dies ludorum celebrandos. *Virg.* 5. *Aen.* 113. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. *Cic.* 3. *Q. Fr.* 4. *ad fin.* Haec scripsi a. d. IX. cal. Novembr., quo die ludi committebantur. Et *ibid.* 8. *sub fin.* Ludos magnificentissimos apparare. *Id. Sext.* 54. apparatissimos, magnificentissimosque facere. *Ascon. in* 2. *Verr.* 10. Ludos dare; h. e. edere, facere. *Ovid.* 6. *Fast.* 238. aspicere. Et 5. *ibid.* 550. persolvere alicui Deo; *scil.* voto promissos. *Inscr.* apud *Visconti*, *Iconogr. Gr. T.* 1. p. 413. Quae *(Bucharis)* modo nobilium ludos decoravi choro, et Graeca in scena prima populo apparui. — De ludis Apollinaribus lex Licinia lata est, de qua V. in LICINIA *lex* in ONOM. — De die ludorum Romanorum Caesari tribuendo lex Antonia, V. ANTONIUS, a, um, §. 7. *ibid.* — *Ludi Alamannici*, V. ALAMANNICUS §. 3. *ibid.* — *Ludi Sacerdotales*, V. in SACERDOTALIS, et lege *Nota* 1. infra. — **4)** *Ludis* est ludorum tempore. *Plaut. Cas. prol.* 27. ludis poscunt nominem: Secundum ludos reddunt autem nemini. *Cic. fragm.* apud *Non.* 1. 518. Omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertit. — **5)** Deinde, latiore significatione,

III. *Ludus* interdum pro ioco accipitur; *giuoco*, *scherzo*. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 27. Sed tamen amoto quaeramus seria ludo. — *Inscr.* apud *Guarini*, *Fasti duumv. di Pomp.* p. 164. « Genio ludorum, » spuria est. V. *Momms. Inscr. R. Neapol.* n. 960. * — **6)** Interdum dicitur de re, quae facile et nullo labore fit. *Cic.* 2. *Orat.* 17. Omnium ceterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium litterarum et politioris humanitatis experti: in causarum contentionibus magnum est quoddam opus, atque haud sciam, an de humanis operibus longe maximum. *Id.* 1. *Fin.* 8. Cum praesertim illa perdiscere, ludus esset. *Sil.* 16. 575. Cui ludus, nullam cursu non tollere damam. — **7)** *Ludos* et *ludum facere* est ludificari, illudere; *beffare*, *burlare*, *prendersi giuoco:* addito interdum accusativo, aut dativo personae. *Ter. Phorm.* 5. 7 32. Ut ludos facit! *Plaut. Capt.* 3. 4. 47. Ut scelestus, Hegio, nunc is te ludos facit! *Id. Aul.* 2. 2. 74. Video hercle ego te me arbitrari, Euclio, hominem idoneum. Quem senecta aetate ludos facias, haud merito meo. *Id. Most.* 2. 1. 80. Ludos ego hodie vivo praesenti hic seni Faciam. *Id. Merc.* 2. 1. 1. et *Rud.* 3. 1. 1. Miris modis Dii ludos faciunt hominibus. *Id. Pseud.* 4. 7. 72. Donicum ipsus sese ludos fieri senserit. *Id. Bacch.* 5. 1. 4. hoccine me aetatis ludum bis factum esse indigne? (Adde *argum.* 2. *Most.* 7.) *Id. True.* 4. 2. 46. Iam hercle ego tibi, illecebra, ludos faciam clamore in via; h. e. populo te differam. — **8)** *Ludos aliquem dimittere* est illudendo et conviciando dimittere. *Id. Rud.* 5. 5. 11. Nunquam quisquam me lenonem dixerit, Si non te ludos pessimos dimisero. — **9)** Dicitur etiam *facere ludo aliquem*. *Id. Pseud.* 4. 7. 71. Exploratorem hunc faciamus ludo suppositicium. *Sed fortasse* ludos *legendum est*. — **10)** *Facere ludos* refertur etiam ad turpia, ut *ludificari*, *ludibrio habere*, *illudere*, etc. *Plaut. Pers.* 5. 2. 25. — Huc spectat *Liv.* 26. 50. Frui ludo aetatis. V. integr. loc. — **11)** Significat etiam operam perdere, frustra laborare. *Id. Rud.* 4. 1. 9. nunc et operam ludos facit et retia, Ut tempestas est nunc, atque ut noctu fuit. — **12)** *Sibi ludos facere* est se per ludum recreare. *Varr.* apud *Non.* 1. 76. et *Petron. fragm. Tragur.* 78. *Burm.* — **13)** *Ludos dare*, *praebere*, est eius, qui causam praebet, quamobrem illudatur. *Ter. Eun.* 5. 7. 9. Non potest satis narrari, quos ludos praebueris iratus. — **14)** *Ludos alicui reddere* est ludos alicui facere. *Id. Andr.* 3. 1. *in fin.* si me imparatum in veris nuptiis Adortus esset, quos mihi ludos redderet! — **15)** *Dare ludum alicui* est dare ludendi potestatem. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 7. Ego dare me ludum meo gnato institui, ut animo obsequium Sumere possit; *concedere divertimento*. Et *Cic. Coel.* 12. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus aetati. *Plaut. Cas. prol.* 28. Ludi sunt: ludus datus est argentariis: Tranquillum est: alcedonia sunt circum forum; *cacanza*. Et *Bacch.* 4. 10. 9. Dare ludum desidiae; *sfogo*. Sic *Horat.* 3. *Od.* 12. 1. amori. — **16)** *Per ludum* est ludendo, ludi causa, nullo labore, facile. *Cic.* 7. *Verr.* 70. Vidimus Fimbriam, Marium, Coelium non mediocribus laboribus contendere, ut ad istos honores pervenirent, ad quos vos per ludum et per negligentiam pervenistis. Et 3. *ibid.* 80. Aliquem per ludum et iocum fortunis omnibus evertere. *Iuvenal.* 6. 325. Nil ibi per ludum simulabitur: omnia fient Ad verum; *da scherzo*, *finta mente*. — **17)** Metonymice,

IV. *Ludus* dicitur locus, in quo corporis aut ingenii vires exercentur, ut palaestra et schola: quae, ut ait *Festus* in *Schola*, p. 347. *Müll.*, ideo *litterarius ludus* dicitur, ne tristi aliquo nomine fugiant pueri suo fungi munere: vel, ut alii volunt, quia studium litterarum liberalis ingenii ludus sit. *Cic.* 3. *Q. Fr.* 4. *ad fin.* Ducens mecum Ciceronem meum in ludum discendi. *Plaut. Pers.* 2. 1. 6. Cuculus si in ludum iret, potuisset iam fieri, ut probe litteras sciret. *Id. Rud. prol.* 43. Eam vidit ire e ludo fidicino domum. *Caes.* 1. *B. C.* 14. Gladiatores, quos ibi Caesar in ludo habebat, libertati confirmat. *Suet. Caes.* 31. Ludum gladiatorium aedificare. *Cic.* 9. *Fam.* 18. Dionysius Corinthi dicitur ludum aperuisse. *Id.* 2. *Orat.* 22. *extr.* Isocrates magister istorum

Digitized by Google

omnium, cuius e ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes exierunt. *Nep. Attic. 10.* Cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo coniuncte vixit, ut etc.; *in iscuola, da giovanetto.* — *Gloss. Lat. Gr.* Ludus litterarius; Γραμματοδιδασκαλεῖον. — **18)** Item tempus ipsum, quo pueri in ludo docentur. *Petron. Sat. 85.* Forte cum in triclinio iaceremus, quia dies solemnis ludum arctaverat; *h. e. perchè essendo giorno festivo, non ci era scuola.* — **19)** De loco, in quem conveniunt infames feminae meretricias artes discendi causa, usurpat *Cic. fragm.* apud *Quintil. 6. 3. circa med.* — **20)** *Ludus* etiam dicitur liber, in quo de re ludicra agitur. Itaque sic inscribitur a nonnullis apocolocyntosis *Senecae* de morte Claudii Caesaris. *Cicero* quoque *Senect. 6. in fin.* et *Fest.* in *Redhostire, p. 270. Müll.* ex lectione *Scalig.* afferunt fragmentum *Nasvii in ludo*, quo significari videtur erotopaegnion: quod tamen opus plerique alii non *Nasvio*, sed *Lasvio* tribuunt. — **21)** *Ludus matutinus* videtur locus fuisse, in quo se mane exercebant gladiatores. Collocatur in secunda urbis regione a *Curios.* et in *Notit. Urb.*, simulque coniungitur cum *Ludo Dacico* vel *Gallico*, quemadmodum et *Ludus Magnus* in tertia Urbis regione. Cf. DACICUS et GALLICUS in ONOM.

Nota I. ad §. 3. *Ludi* aetate liberae reipublicae *antiqui* fuerunt septem, nempe *Romani* dierum quindecim, quibus post Caesaris mortem sextus decimus accessit (Septembr. 4-19.), quorum quinque destinati erant circensibus; *Ludi plebei* dierum quatuordecim (Nov. 1-17.), quorum tres circensibus destinati: *Ludi Ceriales* dierum octo (Apr. 12-19.), quorum unus (quod et de reliquis dicendum est, destinatus erat circensibus: *Apollinares* item dierum octo (Iul. 6-18.), *Megalenses* septem dierum (Apr. 4-10.), *Florales* sex (Apr. 28-3. Mai.): *ludi victoriae Sullanae* septem dierum (Oct. 26.-1. Nov.). His ludis celebrandis impensae ex aerario solvebantur, ut colligitur ex *Dione, 7. 71., Pseudo-Ascon. p. 142. Orell., Liv. 25. 12. aliisque.* De his egit speciatim *Marquardt* et *Friedlaender* in *Enchir. 3. 2. 68.* et *4. 484.* — **2)** His autem ludis alii aetate imperatoria additi sunt, qui processu temporum aboliti vel imminuti fuerunt, aut quomodolibet variati. Antiqui tamen, iis exceptis Victoriae Sullanae, usque ad extremo imperii Romani Occidentalis tempora perdurarunt, ut patet ex Fastis Philocali et Polemii Silvi, partim eodem dierum numero, partim breviati. De ludis aetate imperatoria constitutis deque aliis ad eos pertinentibus omnino consulendus est cl. *Mommsen* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. p. 327.* et *segq.*, praeter ea, quae de singulis suo loco dicentur. — **3)** Insuper, praeter ludos publicos; idest impensis publicis celebratos, etiam *ludi privati* habebantur; idest sponte ab imperatore aliquo sua impensa parati, quos memorat *Sidon. Carm. 23. 305.* et *segq.* Mos est Caesaris hic die bis uno (*h. e.* secundo) — Privatos vocitant — parare ludos. Tunc coetus iuvenum, sed aulicorum, Elaei simulacra torva campi Exercet spatiantibus quadrigis. — Hinc in *Kalend. Polem. Silv.* die secunda Ianuarii, nempe IV. Non., notatur *circus privatus.* — **Nota II.** Discrimen inter *ludum* et *iocum*, quamquam non semper servatum, dedimus supra sub v. IOCUS §. 3. — inter *ludum* et *lusum*, v. sub v. LUSUS §. 1. *init.*

LŬĔCCŬLĂ, ae, f. Deminut. a *lues;* parva lues. Legitur in *Gloss. Isid.* et in *Thesaur. nov. Latin. p. 301.* ed. *Mai.*

LŬĔLĂ, ae, f. Verbale a *luo;* luitio, poena. *Lucret. 3. 1028.* scelerisque luela Carer.

LUERVE. V. voc. seq. §. d.

LŬES, is, f. Verbale a *luo*, quod eo morbo corpora solvantur, ut *Priscian. 4. p. 650. Putsch., Fest.* apud *Paul. Diac. p. 120. Müll.* et *Non. 1. 259.* docent. *Isid.* contra *4. Orig. 6. 19.* « *Lues* a *labe* et *luctu* vocata, quae tanto aucta est, ut non habeat spatium temporis, quo aut vita speretur, aut mors, sed repentinus languor simul cum morte venit. » — Sed Recentiorum aliqui eiusdem originis cum λοιμός; *h. e.* exitium statuunt. V. *Galvani* loc. mox cit. §. d. — **b)** Ceteri casus praeter primum, quartum, et sextum, et pluralis numerus non sunt in usu, quod viderim. — **c)** *Luis* in recto dixit *Prudent. Hamartig. 250.* si terras luis incentiva fatigat. Et *Phsychom. 508.* stupuit luis improba. Al. tamen *lues* utroque loco retinent, ut secundam *Prudent.* corripuerit, licentia quadam sibi familiari et frequenti. *Luis* vero pro *lues* improbat *Auct. Append.* ad *Prob. p. 198. 15. Keil.* — **d)** In *Carm. Fratr. Arv.* Neve luervem armar Sins incurrere in pleores; *luervem* est accusat. sing. pro *luerem* sive *luem*, ἀρχαϊκῶς; *h. e.* neve luem amaram Sinas incurrere in flores. Ita exponit *Galvani, delle Genti e Favelle, ecc. p. 418.* et *seq.*, sed *alii aliter.* V. *Momms.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1.* — **e)** Derivata et Composita, v. in LUO.

LUES proprie dicitur, cum in urbe, aut agro febris, aliudve morbi genus homines, vel pecora, arboresve, aut sata corripit; *malattia, influenza, pestilenza, epidemia.* Differt a *peste*, quod haec aut cito perimit, quae corripuit, aut cito abit ab eo, quem invasit: *lues* vero generalius accipitur etiam pro iis malis, quae lente ea, quae corripiunt, conficiunt. *Virg. 3. Aen. 138.* subito cum tabida membris Corrupto caeli tractu, miserandaque venit Arboribusque satisque lues, et letifer annus. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli, n. 5489.* Qui per luem vita functi sunt. — **2)** Promiscue tamen saepe usurpantur. *Ovid. 11. Met. 626.* Dira lues quondam Latias vitiaverat auras, Pallidaque exsangui squalebant corpora tabo. *Martial. 1. 79.* Indignus premeret pestis cum tabida fauces, Inque ipsos vultus serperet atra lues. *Lucan. 1. 199.* Saepe fames, pelagique furor, subitaeque ruinae, Aut terrae caelique lues, aut bellica clades. *Senec. Thyest. 88.* gravem populis luem Sparsura pestis. *Id. Troad. 585.* Propone flammas, . . . famem et navem sitim, . . . carceris saevi luem, etc.; *h. e.* tabem, quae carcere detentis contrahitur; *il marcire in una prigione. Apul. 1. Met. 7.* Pestilens lues. — **3)** Speciatim *Plin. 26. 3. 1. luem* vocat morbum lichenum. — **4)** Translate dicitur de quavis graviore calamitate, ut de bello apud *Tacit. 3. Hist. 15.* et *Petron. Satyr. 124.*; de terrae motu, *Tacit. 2. Ann. 47.*; de tempestate maris, *Senec. Hippol. 1117.*; de incendio *Sil. 17. 97.*; de excidio et ruina, *Senec. Troad. 855.* — **5)** Deinde

II. *Lues* dicitur etiam de iis, qui luem et pestem afferunt. *Cic. Har. resp. 12.* Ut eos ludos haec lues impura pollueret. *Val. Flacc. 4. 451.* pellere saevam Quondam fata luem dederunt Aquilone creatis; *h. e.* harpyias. *Senec. Phoeniss. 131.* Saeva Thebarum lues; *h. e.* Sphinx. *Id. Here. Fur. 358.* Quidnam iste, nostri generis exitium ac lues, Nova parat? *Plin. 29. 8. 10.* Lues morum; *corruttela.* — **6)** Est etiam *lues* nix aut glacies soluta et liquata, tabes, labes. *Petron. Satyr. 123.* fluctus stupuere pruina, Et paulo ante lues, nunc concidenda iacebat. — **7)** Item aqua, humor. *Licin. Macer* apud *Non. 1. 259.* Nequaquam sui lavandi reluant arma lue.

Nota. Discrimen inter *luem* et *pestem* dedimus supra §. 1. et 2.

LŪGENS, entis, Particip. verbi *lugeo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Hinc translate *lugentes campi*, quinam dicti sint, in inferis, docet *Virg. 6. Aen. 441.* Lugentes campi: sic illos nomine dicunt, Hic quos durus amor crudeli tabe peredit, Secreti celant calles, et myrtea circum Silva tegit; curae non ipsa in morte relinquunt. Adde *Auson. Eidyll. 6. praef.* — *Lugentes lanae*, V. in LUGEO §. 4. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LUGENS, entis, m. Est qui plorat; *piagnente. Vulg. Interpr. Deut. 34. 8.* Planctus lugentium. *Id. Eccli. 48. 27.* Consolari lugentes. Adde *Apoc. 18. 15.* et *19.* et *alibi.*

LUGĔO, ges, xi, ctum, gēre. Verbum intransitiv., transitivorum more etiam adhibitum, quod Etymologi ducunt per metathesin litterarum ab ἀλγέω; doleo. — **b)** *Lugo, is,* pro *lugeo, es,* vulgo adhibitum fuisse, colligi potest ex loco *Augustin. Specul. 23.* ed. *Mai.* Iam eis, qui lugunt Sion, gloriam. — **c)** *Lugeor* pro *lugeo*, deponentium more, inveniri tradit *Priscian. p. 1251. Putsch.* — **d)** *Luxti* syncope pro *luxisti* apud *Catull. 66. 21.* V. loc. infra §. 2. — **e)** Particip. *lugens* §. 2. et *4.*, et suo loco, *lugendus* §. 2., *luxurus* (pro *luctaturus*, ut de more esset faciendum), §. 1. — **f)** Derivata, *luctuose, luctuosus, luctus, us, lugies, lugium, lugubris, lugubriter.* — **g)** Composita, *collugeo, elugeo, luctifer, luctificabilis, luctifious, luctisonus, luctivagus, perluctuosus, prolugeo, sublugeo.*

LUGEO proprie est fleo, ploro; *piangere:* fere dicitur de fletu et dolore in morte carorum. *Cic. 3. Tusc. 26.* Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, paedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. *Id. Phil. 13.* Hos pro me lugere, hos gemere videbam. *Id. Mil. 8.* Luget senatus, moeret equester ordo, tota civitas confecta senio est. *Senec. ep. 63. a med.* Annum feminis ad lugendum constituere maiores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutius. — *Inscr.* apud *Murat. 853. 2.* T. Felicio omnium artificiorum studiosissimi qui *vixit* ann. XVII. M. XI. D. VIII. parentes perquam infelicissimi luxuri. Fortasse in lapide est *luxuri.* — Impersonaliter. *Catull. 39. 4.* seu pii ad rogum filii Lugeter, orba cum flet unicum mater. — **2)** Deinde, transitivorum more,

II. *Lugeo* est deflo, deploro. *Cic. 12. Phil. 23.* Lugere mortem alicuius. *Id. 1. Tusc. 54.* vitam hominum. *Id. Pis. 8. extr.* occasum atque interitum reipublicae. *Catull. 66. 21.* At tu non orbum luxti deserta cubile. *Fragm. iur. civ. anteiust.* (edente *A. Mai*) *p. 83.* Lugendi sunt parentes anno, item liberi maiores decem annorum aequo anno; minores liberi tot mensibus elugeantur, quot annorum decesserint usque ad trimatum: minor trimo non lugetur, sed sublugetur: minor anniculo neque lugetur, neque sublugetur. *Senec. Consol. ad Helv. 16.* Ideo maiores decem mensium spatium lugentibus viros dederunt. Hinc patet, olim apud Romanos longissimum lugendi tempus fuisse decem mensium, seu anni lunaris, qui quondam decimestris fuerat, quod etiam ex *Ovid. 1. Fast. 35.* et *Cic. Cluent. 12. ad fin.* constat. — Cum infinito. *Claudian. procem. 2. in Eutrop. 1.* In domines vanas luget abisse minas. — Passive. *Ovid. 10. Met. 141. de Cyparisso.* Lugebere nobis, Lugebisque alios, inquit. — Cum genitivo. *Sil. 3. 424.* Lugendam formae sine virginitate reliquit Pyrenem. — **3)** Translate. *Cic. 5. Verr. 18. a med.* Ut ager ipse cultorem desiderare et lugere dominum videretur. — **4)** Est etiam luctus et doloris insignia praeferre, *portar il duolo. Liv. 2. 7.* Matronae annum, ut parentem, cum hac-

Digitized by Google

runt. *Id. 22. 56. a med.* et *34. 6.* Sacrum anniversarium Cereris intermissum est, quia nec lugentibus id facere fas est, etc. *Id. 34. 7.* Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? *Martial. 14. 157.* pullo lugentes vellere lanae; *h. e.* nigrae et lugendis funeribus aptae. Has *Martial.* circa Pollentiam urbem provenire dicit: unde *Sil. 8. 598.* fuscique ferax Pollentia villi. Ex his intelligimus, nigrum in vestibus colorem lugentibus in usu fuisse. *Paul. 1. recept. sentent. tit. ult. extr.* Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis et alba veste. Verum sub imperatoribus album etiam fuisse usurpatum, non uno testimonio probatur: qua de re; v. *Lips. in Excursu ad Tacit. 2. Ann. 75.* — Quae in publico luctu servari mos esset, habes in *Cenotaph. Pisano* C. Caesaris, et in *Dissertatione 3. Noris. c. 3.*

Nota I. Constructio verbi est vel absoluta, intransitivorum more, aliquando etiam impersonaliter, vel cum accusat. rei vel personae, transitivorum more, aut sequente infinito; rarissime cum genitivo, Graecorum more. — **Nota II.** Discrimen inter *moerere, flere, plorare, plangere, lugere* tradit *Serv. ad 11. Aen. 211. Moerere* est cum silentio dolere: *flere*, ubertim lacrimas demittere: *plorare*, cum voce flere: *plangere*, cum aliquibus dictis miserabilibus pectus aut faciem tundere: *lugere*, etiam cum habitus mutatione. V. etiam PLEO in *Nota*.

LŪGĔOR, v. LUGEO §. c.

LŪGĪRIS, ĕi, f. idem quod lugium. Tribuitur *Isidoro*.

LUGIO, v. LUPIO.

LŪGĬUM, ii, n. Verbale a *lugeo*, idem ac luctus. *Commodian. 29. 18.* Lugia sunt semper, nec permoveris in illa.

LŪGŪBRIS, bre. Adiect. verbale a *lugeo*, syllabica adiectione productum. Prima correpta, usurpat *Prudent. 9. Lathem. 79.* Sol refugit et lugubri sordidus ferrugine. — Comparat. *lugubrior* §. 2. — Proprie est ad luctum pertinens, luctum inducens, funebris; *lugubre, da duolo. Cic. ad Quirit. 3.* Fratris mei quotidianae lacrimae, sordesque lugubres. *Id. 1. Tusc. 13.* Lugubris lamentatio, fletusque moerens. *Horat. 1. Od. 24. 2.* cantus. Et *2. ibid. 1. 33.* Lugubre bellum. Et *3. ibid. 3. 61.* Troia renascens alite lugubri. *Ovid. Ib. 99.* lugubria dicite verba. *Val. Flacc. 8. 58.* Lugubre sidus. *Senec. Hippol. 1262.* officium. *Id. Oedip. 553.* Lugubris palla. *Lucret. 4. 547. de ocyenis.* Cum liquidam tollunt lugubri voce querelam. *Tacit. 13. Ann. 32.* Per quadraginta annos non cultu, nisi lugubri, egit; *non vesti se non da duolo. Sallust. fragm.* apud *Charis. 2. p. 176. Putsch.* Nunciis confestim lugubribus. — **2)** Est etiam luctu plenus, flens, plorabundus; *pieno di pianto, piangente. Ovid. 2. Met. 334.* Clymene lugubris et amens, Et laniata sinus. *Id. 10. Heroid. 143.* Lugubria pectora. *Id. 1. Trist. 8. 25.* et *Senec. Hippol. 990.* Lugubres vultus. *Cassian. 12. Instit. 26.* Quod miserabilem animam ruina lugubriore prosternat. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LUGUBRIA, ium, n. Sunt vestes, et insignia luctus; *duolo. Ovid. 11. Met. 669.* da lacrymas, lugubriaque indue. *Id. 4. Trist. 2. 73.* Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam. *Senec. Consol. ad Helv. 16.* Quae, amissis filiis, imposita lugubria nunquam exuerunt. *Senec. Here. Fur. 626.* lugubribus amicta coniux. *Propert. 4. 11. 67.* nunquam mater lugubria sumpsi; *h. e.* nullum filium amisi: metonymia. — **4)** Item absolute, adverbiorum more,

LUGUBRE est idem ac lugubriter. *Virg. 10. Aen. 273.* si quando nocte cometae Sanguinei lugubre rubent. *Sil. 12. 140.* sonitu lugubre minaci Mulciber immugit.

LŪGŪBRĬTER. Adverb. a *lugubris;* cum luctu, luctuose; *luttuosamente. Apul. 3. Met.* Lugubriter eiulare. Et *8. ibid.* fratrem ciere.

LŪGŪBRO, v. LUCUBRO §. b.

LŪIS, v. LUES §. c.

LŪĬTĬO, ōnis, f. Verbale a *luo;* solutio. *Ulp. Dig. 49. 15. 15.* Si patre redempto, et ante luitionem defuncto, filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum est, suum ei posse heredem existere; *riscatto effettivo. Paul. 5. sentent. 7. init.* Luitio ad heredis sollicitudinem spectat; *il pagamento.* — **2)** Titulus *31. libri 8. Cod. Iustin.* inscribitur *De luitione pignoris; h. e.* liberatione, cum soluta pecunia, quae debebatur, pignus liberatur et recipitur.

LŪLĪGO et LULLĪGO, v. LOLIGO.

LŪMĂ, ae, f. Est genus herbae, vel potius spinae. Ita *Festus* apud *Paul. Diac. p. 120. Mull.* Videtur esse a λῦμα, seu λύμη; sordes, purgamentum. Cf. voc. seq. et LUMECTUM. — Huc spectat *Gloss. Lat. Gr.* Luma; *βοτάνη, ὁμοία ἡδύοσμῳ· ἣν τινες ποταμογείτονα καλοῦσιν, ἄλλοι καλαμίνθην.* Haec tamen falsa esse adnotavit *Scalig.* ad *Fest. loc. cit.* monente *Vulcanio.* — **2)** Deinde

II. *Luma* est etiam sagum ex λῦμα, quod idem significat. *Gloss. Isid.* Luma, sagum quadrum. Cf. LAENA §. 3. *ad fin.* — Hinc *Salmasius* apud *Trebell. XXX. Tyrann. 30.* pro *limbo purpureo* legendum putat *luma purpurea*. Sed nihil mutandum.

LŪMĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lumo;* ad lumam pertinens, ut Lumariae falces, apud *Varron. 5. LL. 51.*, quibus lumae secantur. V. LUMECTUM, coll. voc. praeced. §. 1.

LUMBĀGO, ĭnis, f. Nomen a *lumbus;* vitium, et debilitas lumborum. *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 120. Mull.* — In *Gloss. Lat. Gr.* Lumbaga; *ἰσχία σώματα (lege ἰσχύος ἄμματα). Lumbaga* quoque emendandum videtur *lumbago*.

LUMBĀRĔ, is, n. Nomen proprie adiectivum, *lumbaris, re*, quod absolute adhibitum est de cinctorio, quo lumbi constringuntur, Graece *περίζωμα. Isid. 19. Orig. 22.* Lumbare vocatur, quod lumbis religetur, vel quod lumbis haereat. Hoc in Aegypto et in Syria non tantum feminae, sed et viri utuntur. Unde et Ieremias trans Euphratem tulit lumbare suum. Hoc a quibusdam et renale dicitur, quia renibus alligatur. Adde *Vulg. Interpr. Ierem. 13. 1-11.* et *Hieronym.* in *Ierem. 13. 1.* V. loc. in CINCTORIUM §. 3. — Eodem sensu dicuntur in *Gloss. Isid.* Lumbones, cingula circa lumbos.

LUMBĀTŌRĬUM, ii, n. Nomen proprie adiect. a *lumbus*, absolute adhibitum pro cinctorio. Legitur in *Gloss. Isid.* (v. loc. in COXALE) et in *Gloss. Lat. p. 200. n. 193.* Cf. *Hildebr.* ad *h. l.*

LUMBELLUS, i, m. Deminut. a *lumbulus;* parvus lumbulus. Legitur apud *Apic. 7. n. 239.*, ubi Codd. MSS. habent *libelli* pro *lumbelli*, teste *Schuch.*, quem videsis ad *h. l.* Cf. LUMBULUS.

* LUMBICUS. V. LUMBRICUS §. b.

LUMBĬFRĂGĬUM, ii, n. Nomen a *lumbus* et *frango;* lumborum fractura. *Plaut. Amph. 1. 1. 298.* Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

LUMBO, ōnis, m. V. LUMBARE *in fin.*

LUMBRĪCUS, i, m. Vox parum certae originis, de cuius etymo haec habet *Isid. 12. Orig. 3. 13.* « *Lumbricus*, vermis intestinorum, dictus, quasi *lubricus*, quia labitur: vel quod in lumbis sit. » — **b)** *Lumbicos* pro *lumbricos* scribitur in Cod. MS. *Gargil. Cur. boum post med.* « Lumbicos oculos habet nec mula parit. » Cf. *Plin. 11. 53. 1.*, ubi contrarium tradit, nempe lumbricos carere oculis. — Item *lombricus* pro *lumbricus* v. infra §. 3. — **c)** Alia forma, si sana est lectio, *lumbrus, i*, habet *Gloss. Lat. Gr.* Lumbrus; *ἕλμινς, κίστρος.*

LUMBRICUS est, ut diximus, vermis intestinorum; *verme, lombrico*. Aliqui volunt, lumbricum primo dici de iis vermibus, qui sub terra nascuntur, deinde de iis, qui in ventre animalium. *Colum. 6. 25.* Solent autem vitulis nocere lumbrici, qui fere nascuntur e cruditatibus. Et *ibid. 30. sub fin.* Solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis. Adde *Caton. RR. 127.* — **2)** De vermibus terrenis. *Colum. 7. 9.* Ut paludem rimentur, effodiantque lumbricos. *Seren. Sammon. 12.* Lumbricos terrae, sevumque ex ansere rauco. *Id. 4.* Lumbrici quoque terrestres miscentur olivo. Adde *Plaut. Aul. 4. 4. 1.* — **3)** Est etiam piscis muraena, si fides sit *Onom. Lat. Gr.* Lombricus *(sic); μύραινα.*

LUMBRUS, i, m. V. voc. praeced. §. c.

LUMBŬLUS, i, m. Deminut. a *lumbus;* lumbellus, pars carnosa, duplex, quae hinc inde lumbos vestit; *lombatello:* Nostrates vulgo *nombolo* vocant. *Plin. 28. 47. 3.* Sicca lippitudo lumbulis suum tostis atque contritis, et impositis tollitur. *Apic. 7. 8. n. 292.* Lumboli assi sic fiunt. Cf. *Schuch.* ad *h. l.* et v. voc. seq.

LUMBUS, i, m. Nomen parum certae originis. *Isid.* videtur a *libidine* ducere. Sic enim tradit *11. Orig. 1. 98.* « *Lumbi* ob *libidinis* lasciviam dicti, quia in viris causa corporeae voluptatis in ipsis est, sicut in umbilico feminis. — **b)** Derivata, *lumbago, lumbare, lumbatorium, lumbellus, lumbulus.* Cf. LUMBRICUS. — **c)** Composita, *delumbis, elumbis, lumbifragium, praelumbo*.

LUMBUS proprie est pars corporis quinque inferiores spinae vertebras complectens, a cinctura ad nates; *lombo, lombi, reni. Martial. 13. 5.* Cerea quae patulo lucet ficedula lumbo. *Cic. Arat. 33.* Cepheus conditur ante Lumborum tenus. *Horat. 1. Sat. 5. 22.* nauseaque caput lumbosque saligno Puste dolat. *Plin. 20. 3. 2.* Lumborum dolor; *dolor di reni. Plaut. Epid. in fin.* Lumbos surgite, atque extollite; *alzatevi. Juvenal. 8. 16.* Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum, Squalentes traducit avos; *h. e.* depilatus pumice circa lumbos. *Quintil. 11. 3. 131.* Sinum usque ad lumbos reduxerunt. — **2)** Dicuntur *lumbi* turpis libidinis sedes: *Pers. 1. 20.* et *4. 35.* et *Iuvenal. 9. 39.* — Huc spectat *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 4. n. 1824.* Quisquis amat, veniat, Veneri nolo frangere costas Fustibus et lumbos debilitare deae. — **3)** Hinc explicantur loca *Vulg. Interpr. Act. 2. 30.* De fructu lumbi eius sedere super sedem eius *(David). Id. Hebr. 7. 5.* Quamquam et ipsi exierint de lumbis Abrahae. Et *2. Par. 6. 9.* Qui egredietur de lumbis tuis, ipse aedificabit, etc. — *Id. Psalm. 37. 8.* Lumbi mei impleti sunt illusionibus. Cf. ILLUSIO §. 2. — **4)** *Lumbis patris habere se putat digitos grossiores*, proverb. apud *Hieronym. ep. 83. n. 3.* de iis dictum, qui se praestare putant maioribus suis, et facta sua eorum factis praeferunt. — **5)** Hinc translate, ratione habita consuetudinis cingendi lumbos. *Vulg. Interpr. Prov. 31. 17.* Accinxit fortitudine lumbos suos. *Id. Isai. 11. 5.* Erit iustitia cingulum lumborum

Digitized by Google

eius. — *Id. 1. Petr. 1. 13.* Propter quod succincti lumbos mentis vestrae, sobrii perfecte sperate in eam, quae offertur vobis, gratiam. — **6)** Praeterea,

II. *Lumbus* dicitur etiam de parte consimili in corpore quorumdam animalium; quae etiam in deliciis coenarum habebatur. *Plin. 8. 78. 1.* Lumbus aprugnus. *Capitolin. Pertin. 12.* Misit offulas binas aut omasi partem, aliquando lumbos gallinaceos. Cf. LUMBULUS et LUMBELLUS. — **7)** Translate. *Vulg. Interpr. Prov. 30. 31.* Gallus succinctus lumbos: et aries: nec est rex, qui resistat ei. — **8)** Denique, improprie et a similitudine,

III. *Lumbus* ad vites refertur, et videtur significare superiorem trunci partem, ubi rami exire incipiunt. V. LUMBOSUS, et *Colum. 3. 10. circa med.*, ubi vitis partes humanis membris comparat, et quae ibi *membra genitalia*, eadem *Arbor. 3.* lumbos vocat. *Plin.* quoque idem facit *17. 35. 46.*

LŪMECTUM, i, n. Nomen a *luma*, quo significatur locus lumis plenus. V. LUMA §. 1. *Varr. 5. LL. 31.* Lumariae falces, quibus secant lumecta, cum in agris serpunt spinae.

LUMEN, ĭnis, n. Nomen per syncopen factum a *lucimen*, quod est a *lucco*. Cf. *Isid. 13. Orig. 10. 14.* — **b)** *Loumen* pro *lumen* Veteres scripsisse, refert *Mar. Victorin. 1. 4. 4. 27.* — **c)** Derivata, *luminalis*, *luminare*, *luminatio*, *lumino*, *luminosus*. — **d)** Composita, *collumino*, *eluminatio*, *eluminatus*, *illumino*, *illuminus*, *praeluminatus*, *relumino*.

LUMEN proprie est quidquid lucet, lux, splendor; *lume*, *luce*. *Cic. 2. Divin. 43.* Luna distat a sole, cuius lumine collustrari putatur. *Enn.* apud *Eund. 1. Offic. 16.* Lumen de suo lumine accendere. *Cic. Brut. 75.* Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. *Ovid. 5. Trist. 9. 37.* lumen solare. *Id. 4. Fast. 450.* diurnum; *la luce del dì*. *Id. 2. Pont. 1. 27.* Lumine caelesti solem fulsisse serenum. *Virg. 4. Aen. 584.* Aurora novo spargebat lumine terras. *Sallust. fragm.* apud *Non. 8. 76.* Lumine etiam tum incerto; *non essendo ancora ben chiaro il dì*. *Lucret. 2. 161.* lumina solis; h. e. radii, lux; φῶς ἡλίου. — *Vulg. Interpr. Psalm. 148. 3.* Laudate eum *(Deum)*, sol et luna, laudate eum, omnes stellae et lumen; h. e. omnes stellae lucidae. — **2)** Metonymice est lucerna et fax. *Cic. 1. Divin. 36.* Noctu, lumine apposito, nutrix animadvertit puerum, etc. *Id. Senect. 11.* Lumini oleum instillare. *Propert. 2. 23. 39.* Cum videt accensis devotam currere taedis lo nemus, et Triviae lumina ferre Deae. *Plin. 11. 21. 1.* Papilio luminibus accensis advolitans. *Suet. Caes. 57.* Ascendit Capitolium ad lumina, elephantis lychnuchos gestantibus. *Liv. 29. 25.* Lumina in navibus singula rostratae, bina onerariae haberent: in praetoria nave insigne nocturnum trium luminum fore; *fanali*. *Tibull. 1. 10. 42.* Ipse comes multa lumina nocte tuli. V. *Inscr.* apud *Fabretti*, allatam sub v. LUMINATIO *in fin.* — **3)** Item splendor, qui ex re nitida tersaque emicat; *splendore*. *Id. 3. 100.* et *Stat. 9. Theb. 802.* Lumen ferri. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 94.* Et formidato clypeus Titana lacessit Lumine. — **4)** Item color nitidus. *Colum. 10. 97.* Candida leucoïa, et flaventia lumina calthae. *Id. 9. 4.* Luteolae, et Sarranae violae, nec minus caelestis luminis hyacinthus. *Alii minus recte leg.* numinis *vel* nominis. Cf. *Du-Molin, Flor. Poëtic. p. 116.*, ubi tamen *luminis* lectionem improbat. — **5)** Item dies; *dì*, *giorno*. *Cic. Rabir. Post. 11.* ex *Ennio.* Regum sunt illae minae; Si te secundo lumine hic offendero, Moriere. *Virg. 8. Aen. 556.* vix lumine quarto Prospexi Italiam. — **6)** Item visus; *la vista*: et ipsi oculi; *gli occhi*. *Nep. Timol. 4.* Sine ullo morbo lumen oculorum amisit. *Ovid. 2. Pont. 8. 66.* Et patiar fossis lumen abire genis. *Id. Rem. am. 801.* Utilius sumas acuentes lumina rutas. *Anet. Priap. 37.* Minerva flavo lumine est, Venus paeto. *Ovid. 5. Trist. 2. 19.* Nil nisi flere libet: nec nostro parcior imber Lumine, de verna quam nive manat aqua. *Virg. 5. Aen. 677.* adstantes lumine torvo Aetnaeos fratres. *Cic. 5. Tusc. 39.* Democritus, luminibus amissis, alba scilicet et atra discernere non poterat. *Val. Flacc. 1. 500.* victa gravi ceciderunt lumina somno. Et *5. 541.* lumina rumpere fletu. Et *4. 739.* volvere. Et *7. 292.* torquere vultu gravi. *Ovid. 5. Met. 252.* flectere. *Id. 21. Heroid. 115.* defixa tenere in aliqua re. *Tibull. 1. 2. 53.* et *Ovid. 5. Met. 248.* parcere luminibus; h. e. abstinere ab aspectu, claudere, aut avertere oculos. *Propert. cod. sensu dixit 4. 9. 53.* parcere oculis. *Val. Flacc. 5. 279.* sera dextra componere; h. e. manu claudere alicui in morte: quod *Id. 1. 334.* premere, dixit. — **7)** Apud *Veget. 2. Veterin. 16.* ponitur pro pupilla oculi. — **8)** Item vita, quae in lumine se manifestat. *Plaut. Cist. a. 3. v. 12.* Ecquid agis? remorare? lumen linque. *Si.* amabo, accurrite, Ne se interimat. *Lucret. 3. 1047.* Lumine adempto animam moribundo corpore fudit. *Ovid. 4. Trist. 4. 43.* nec lumen ademptum. Nec mihi detractas possidet alter opes. — **9)** Metaphorice, *lumen* est ornamentum, claritas, insignis nota. *Cic. 5. Catil. 10.* Clarissimis viris interfectis, lumina civitatis exstincta sunt. *Id. 2. Orat. 27.* Certis dicendi luminibus ornare orationem. *Quintil. 9. 2. ad fin.* Sententiarum lumina. *Cic. 2. Orat. 86.* Ordo est maxime, qui memoriae lumen affert. Et *3. ibid. 13.* Oratio adhibere lumen rebus debet. *Id. 12. Fam. 3. in fin.* Opto, ut ab istis orientis partibus virtutis tuae lumen eluceat. *Id. Brut. 17.* Origines Catonis quem florem, aut quod lumen eloquentiae non habent? *Id. Sull. 14.* Vos in tantis tenebris erroris et inscientiae clarissimum lumen praetulistis menti meae. *Id. Somn. Scip. 2.* Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae lumen animi, ingenii, consiliique tui. *Id. Amic. 8.* In eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videmur. — *Martial. 1. 96.* Naevia lux, inquit, Naevia lumen, have. *Inscr. in Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1867. p. 92.* Noete, lumen, vale, vale, usque vale. — **10)** Speciatim a similitudine,

II. *Lumen* dicitur foraminis cuiuspiam latitudo et capacitas. *Vitruv. 4. 6.* Lumen hypothyri constituatur sic, ut altitudo dividatur in partes tres semis, et ex iis duae partes lumini, etc. *Frontin. Aquaed. 36.* Longitudo calicis habere debet digitos non minus duodecim: lumen, idest capacitatem, quanta imperata fuerit. Adde *ibid. 105. Inscr.* optimae notae apud *Grut. 207. col. 1.* In eo pariete medio ostii lumen aperto latum P. VI. altum P. VII. — **11)** Item ipsum foramen, seu spiramentum. *Plin. 31. 31. 1.* Si aqua cuniculo veniet, in binos actus lumina esse debebunt; *spiragli*. — Hos *puteos* appellat *Vitruv. 8. 6. 2.* Putei ita sint facti, ut inter duos sit actus. — **12)** Item rima; *fessura*. *Val. Flacc. 1. 128.* tenues subiere latentia cerae Lumina; h. e. rimas natis. Male aliquis *lumina* reponit. — **13)** In pictura *lumen* est clarus color, quo res conspicuae fiunt: cui opponitur *umbra*; h. e. color obscurus. *Plin. 35. 11. 1.* Tandem se ars ipsa distinxit, et invenit lumen atque umbras: differentia colorum alterna vice sese excitante. Et *ibid. 40. 7.* Nicias lumen et umbras custodivit, atque ut eminerent e tabulis picturae, maxime curavit. *Plin. alter, 3. ep. 13.* In pictura lumen non alia res, magis quam umbra commendat. — Huc spectat *Tertull. de Pall. 1.* Tunicae fuere et quidem in fama de subtemnis studio, et luminis concilio; et mensurae temperamento; h. e. ob bene commissa et comparata colorum temperamenta. Sic *Trebell. Claud. 17.* Chlamydes veri luminis limbatae. — **14)** In aedificiis *lumen* est (inquit *Paul. Dig. 8. 2. 13.*) ut caelum videatur. Differt autem a prospectu: quia hic etiam ex inferioribus locis est: lumen ex inferiore loco esse non potest, ut *Id. ibid.* ait. Inter servitutes est, *ne luminibus officiatur*, et *ne prospectus offendatur*, ut est apud *Ulp. ibid. 14.* In prospectu autem plus quis habet, ne quid scilicet obiciatur ad gratiorem prospectum et liberum: in lumine hoc tantum, ne quid altius extruendo, aut arborem ponendo, lumina cuiusquam obscuriora fiant. *Cic. 1. Orat. 39.* Cum M. Bucculeius aedes L. Fufio venderet, in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit. Fufius autem, simul atque aedificari coeptum est in quadam parte urbis, quae modo ex illis aedibus conspici posset, egit statim cum Bucculeio, quod, cuicunque particulae caeli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina putabat. Haec *Cic.* Quo loco Bucculeius de lumine caverat: Fufius prospectum non mutari postulabat. — **15)** Ipsae quoque aedium fenestrae, *lumina* dicuntur. *Catus, Dig. 19. 2. 25.* Si, vicino aedificante, obscurentur lumina coenaculi. *Pallad. 1. 21.* Stabula non egeant septentrionis luminibus, quae per hiemem clausa nihil nocerant, per aestatem patefacta refrigerent. *Apul. 2. Met.* Conclave quoddam obseratis luminibus umbrosum demonstrat. — **16)** *Immittere lumina* est aperto pariete fenestram facere. *Ulp. Dig. 7. 1. 13. a med.* et *Paul. ibid. 8. 2. 40.* — **17)** *Luminibus obstruere et officere* est obiecta re aliqua aedibus lumen adimere, ut dictum est §. 14. v. OBSTRUO. *Cic. Dom. 44.* Se luminibus eius esse obstructurum, minabatur. — **18)** Huc iterum translate. *Id. Brut. 17.* Catonis luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio; h. e. gloriam eloquentiae obscuravit. Et *Rabir. Post. 16.* Nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunae et gloriae. — **19)** Denique apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulgato Interprete*,

III. *Lumen* saepissime, sensu quidem translato, refertur ad intellectum, et quatenus illuminat, ad Christi sive Dei gratiam, itemque ad ipsum Christum, quod lumen κατ' ἐξοχήν dicitur, et ad ea omnia, quae ad ipsum hac ratione spectant, ut sequentia evincunt. *Vulg. Interpr. Psalm. 111. 4.* Exortum est in tenebris lumen rectis. *Id. ibid. 36. 6.* Educet quasi lumen iustitiam tuam, et iudicium tuum tanquam meridiem. *Id. Luc. 2. 32. de Christo.* Lumen ad revelationem gentium. *Id. ibid. 11. 35.* Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebrae sint. *Id. Ioh. 8. 12.* Qui sequitur me . . . habebit lumen vitae. *Id. Iacob. 1. 17.* Omne donum . . . descendens a Patre luminum. *Id. 1. Ioh. 2. 10.* Qui diligit fratrem suum in lumine manet. *Id. Psalm. 35. 10.* In lumine tuo videbimus lumen. *Id. ibid. 35. 13.* Lumen viventium. *Id. Sap. 6. 25.* Lumen Sapientiae. Et *18. 4.* Lumen legis. Adde *Isid. 7. Orig. 2. 26.*, *Augustin. Ambros. Hieronym.* etc. passim.

Nota. Discrimen inter *lucem* et *lumen* tradit *Isid. 13. Orig. 10. 14.* « *Lux*, ipsa substantia; *lumen*, quod a luce manat, id est candor lucis. Sed hoc confundunt Auctores. » Cf. ad rem *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 24.*, et quem laudat, *Döderl. Synon. T. 2. p. 66.*

LŪMĔNARIS. V. LUMINARE.

Digitized by Google

* LŪMENTUM. V. LOMENTUM §. 3. *in fin.*

LŪMĬNĀLIS, le. Adiect. verbale a *lumino;* quae luminat. *Candid. Arian. de generat. div. 4.* A substantia enim luminali, quasi fugiens et eructatus splendor.

LŪMĬNĀRĔ, is, n. Nomen proprie adiect. verbale a *lumino,* absolute adhibitum ad significandum omne id, quod luminat sive lumen de se diffundit. *Vulg. Interpr. Gen. 1. 14.* et *sqq. de sole et luna.* Fiant luminaria in firmamento caeli . . . fecitque Deus duo luminaria magna . . . luminare maius, ut praeesset diei . . . et luminare minus, ut praeesset nocti. — **2)** Metonymice, lucernae, faces. *Id. Exod. 25. 6.* Oleum ad luminaria concinnanda. *Id. Iudith, 13. 16.* Accendere luminaria. — **3)** Speciatim dicitur de cereis, seu lucernis, quae in Ecclesiis in festorum solemnitate, vel in martyrum honorem perpetuo accendebantur. *Hieronym. advers. Vigilant. 8.* Quando legendum est Euangelium, accenduntur luminaria iam sole rutilante. *Cassiod. 5. Variar. 7.* Ioannes flebili nos allegatione pulsavit, sanctitatem vestram a se sexaginta orcas olei ad implenda luminaria suscepisse, quarum pretium sibi postulat oportere restitui. *Epist. Gregorii I. P. M.* apud *Margarin. Inscript. Basil. S. Pauli, n. 243.* Ne minus illic habere luminaria iisdem praeco fidei cerneretur, qui totum mundum lumine praedicationis implevit, utile iudicavimus, eandem massam, quae . . . luminaribus deputare, etc. Haec epistola data est VII. Kal. Febr. anno a Chr. n. 604. *Gloss. Philox.* Luminaria; φωτιστῆρια λυχνικά. — **4)** Item fenestrae ad lumen accipiendum. *Cato, RR. 14.* Luminaria paululum lata. *Cic. 13. Att. 26.* Octavam partem tolli luminarium in aedibus ad Streniae memineris; h. e. octavam partem fenestrarum obstrui. Ita enim locum, antea corruptum, edendum curavit, et interpretatus est *Schützius.* — **5)** Metaphorice ponitur pro ornamento. Hinc luminaria appellamus viros eximios, in quibus singularis quidam virtutis splendor elucet, quique sui ordinis hominibus decori sint et ornamento. *Cic. 2. Phil. 21.* In te autem, M. Antoni, id decrevit senatus, et quidem incolumis, nondum tot luminaribus exstinctis. *Al. leg.* luminibus. *Vulg. Interpr. Phil. 2. 15.* Ut sitis . . . sine reprehensione in medio nationis pravae et perversae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. *Faeund. 7. Defens. trium Capit. 5. circa med.* Habeatur itaque velut eclipsis quaedam luminarium Theophili et Cyrilli, quod tam horribilia de magno luminari Ioanne Constantinopolitano locuti sunt, etc. V. integr. loc.

Nota. Cl. *Freund* in suo *Lexico* extulit in recto casu *Luminar* pro *luminare,* sed minus recte; nam praeter exempla *Vulg. Interpr.* allata §. 1., illud ipsum evincit ipsa vocis indoles, quae origine adiectiva est, ut monstrat etiam cognomen *Luminaris* in *Inscr.* apud *Murat. 935. 5.* « M. Abudius Luminaris; » et confirmat alia eiusdem adiectivi forma *luminalis,* quam V. suo loco; immo et *Inscr.* apud *Perret, Catac. de Rome, vol. 1. Pl. XXXIII, n. 7.* IN CATACVMBAS AD LVMENAREM, sive *Lumenarem* pro *luminare,* sive pro *luminarem,* a *luminaris, is* (subaudi *locus*), absolute positum, accipias.

LŪMĬNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lumino;* actus luminandi; *illuminazione. Interpr. Irenaei, 1. Haeres. 29. 1.* Hanc *(Vitam aeternam)* initium et luminationis et generationis omnium dicunt. — **2)** Item luminum accensio, vel dies festus, quo in aliqua urbe lumina per vicos accenduntur; *illuminazione:* ut patet ex *Inscr.* apud *Murat. 762. 6.* Sportulas populo fieri, et pueris nuces spargi die *supra scripto* et luminatione. — Huic lucem affert *alia* apud *Fabretti, p. 242. n. 656.* Populo viscerationem, gladiatores dedit, lumina, ludos I. S. M. R. *(h. e.* Iunoni Sospitae Magnae Reginae) solus fecit.

LŪMĬNĀTUS, a, um. Particip. verbi *lumino;* illustratus; *illuminato. Cael. Aurel. 1. Acut. 9.* Locus fenestris altioribus luminatus. — **2)** *Male luminati* dicuntur *Apuleio,* qui debili visu sunt, *9. Met.* — **3)** Translate, sensu spirituali. *Cyprian. Orat. Dom. 1.* Ut . . . Luce gratiae luminati iter vitae, duce et rectore Domino, teneremus.

LŪMĬNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lumen.* — Particip. *luminatus,* V. suo loco. — Proprie est illustro; *illuminare. Capell. 1. p. 17.* Stellantibus oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant. *Apul. 11. Met. 25. ad Isidem.* Tu rotas orbem, luminas solem, regis mundum. *Avien. Arat. 1450.* (al. *127.*) aërias quarta face luminat oras. — Absolute. *Cyprian. ep. 1. versus fin.* Ut sponte Sol radiat, Dies luminat, fons rigat, imber irrorat; ita etc. — **2)** Translate. *Interpr. Irenaei, 2. Haeres. 5. 1.* Aut paternum lumen accusare, quasi qui non possit omnia luminare. *Prudent. 5. περὶ στεφ. 192.* Hic ubi marmore perspicuo Atria luminat alma nitor. — **3)** Sensu spirituali. *Cyprian. ep. 1. circa fin.* Pingamus hanc domum pigmentis innocentiae, luminemus luce iustitiae. Adde *Prudent. 5. περὶ στεφ. 127.*

LŪMĬNŌSUS, a, um. Adiect. a *lumen.* — Comparat. *luminosior* §. 1., superlat. *luminosissimus* §. 2. — Proprie est clarus, illustris; *luminoso, chiaro. Vitruv. 6. 9. ad fin.* Omnia aedificia luminosa ut sint, curare oportet. *Augustin. ep. 137. in fin.* Oleum luminosius. *Macrob. 1. Somn. Scip. 12. 15.* Luminosum corpus. — **2)** Translate. *Cic. Orat. 56.* Cum omnis pars orationis debet esse laudabilis, sunt maxime luminosae, et quasi actuosae partes duae. *Augustin. ep. 144. ad fin.* Luminosissima caritas.

LUMPHĂ. V. LYMPHA §. b.

LUNĂ, ae, f. Nomen per syncopen a *Lucina,* quod est a *luceo,* teste *Cic. 2. Nat. D. 27.* et *Varr. 5. LL. 10.* a *med.*, coll. *Isid. 8. Orig. 71. 2.* — **b)** *Lunai* pro *lunae* in secundo casu, more suo dixit *Lucret. 5. 70.* et *419.* — **c)** Pro genitivo *lunis* loco *lunae* affertur *Inscr.* apud *De-Rossi, Inscr. Christ. T. 1. n. 1340.* « Die lunis post, *cons* . . . » V. quae ex *Iuvenatio* aliisque refert idem *De-Rossi, ibid.* — **d)** Ἀρχαϊκῶς *Losna* pro *luna* legitur in *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 1. n. 55.* coll. *Addit. ibid.* — **e)** Derivata, *lunaris, lunaticus, lunatio, luno, lunula.* — **f)** Composita, *illunis, illunius, interlunium, plenilunium, semilunaticus.*

LUNA proprie est una ex septem planetis, quae, ut ait *Cic. Somn. Scip. 3. extr.*, ultima a caelo, citima terris, luce lucet aliena; *luna.* De ea *Plin. 2. 6. 12.* Novissimum sidus, terrisque familiarissimum, et in tenebrarum remedium a natura repertum. Et *mox.* Crescens semper, aut senescens: et modo curvata in cornua facie, modo aequa portione divisa, modo sinuata in orbem: maculosa, eademque subito praenitens: immensa orbe pleno, ac repente nulla: alias pernox, alias sera, et parte diei, solis lucem adiuvans: deficiens, et in defectu tamen conspicua, etc. Et *paulo post.* Proxima ergo cardini, ideoque minimo ambitu, vicenis septenisque, et tertia diei parte peragit spatia eadem, quae Saturni sidus altissimum triginta annis. Deinde morata in coitu solis biduo, etc. (Etiam *Ammian. 20. 3.* Lunaris cursus rationes diligenter persequitur, item *Vitruv. 9. 4.* et rursus *Plin. 18. 75. 2.*). Et *ibid. 7. 1.* Solem interventu lunae occultari, lunamque terrae obiectu. *Cic. 2. Nat. D. 19.* Solis annuus cursus spatiis menstruis luna consequitur. Et *ibid. 40.* Luna est maior, quam dimidia pars terrae. *Id. 4. Acad. 39.* Habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium. V. ARTHERIUS §. 4. *Id. fragm.* apud *Non. 2. 408.* Lunae alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua. *Horat. Carm. saecul. 35.* Luna bicornis, regina siderum. *Ovid. 18. Heroid. 71.* fulgens radiis argentea puris. *Id. 10. Met. 448.* aurea. Et *14. ibid. 367.* nivea. *Plin. 18. 79. 3.* et *Colum. 2. 10.* Luna tertia, quarta, quinta, vigesima tertia, etc.; *h. e.* tertio, quarto, etc. die, postquam e sole emersit. *Plin. 2. 15. 2.* novissima et prima. *Varr. 1. RR. 37.* extrema et prima. *Cato, RR. 157.* dimidiata. *Plin. 18. 75. 2.* dimidia. *Id. 11. 36. 2.* plena. *Apul. de Deo Socrat. sub init.* corniculata, dividua, protumida, plena. *Plin. 37. 68. 1.* nova. Et *8. 80. 1.* cava. V. CAVUS §. 1. *Cato, RR. 29.* et *Colum. 2. 10.* silens. V. SILENS §. 6. *Virg. 2. Aen. 255.* tacitae per amica silentia lunae. *Plin. 18. 75. 2.* intermenstrua; *novilunio.* Et *17. 8. 1.* sicca. V. SICCUS. Et *ibid. 24. 8.* sitiens. V. SITIENS. *Colum. 2. 15. extr.* crescens. Et *ibid. 5.* decrescens. Et *Horat. 2. Sat. 8. 51.* minor. *Varr. RR. 57.* senescens. *Plin. 57. 59. 2.* deficiens; *ecclissata.* Et eod. sensu *Iuvenal. 6. 442.* Una laboranti poterit succurrere lunae. *Schol.* ad *h. l.* sonitu, fieri ut assolet, Luna deficit (Solebant enim Veteres, cum luna obscuratur, clamores emittere). *Liv. 26. 5.* Lunae defectus; *ecclisse. Virg. 2. G. 477.* labores; *h. e.* cum demittit lumen, ut explorant *Philarg.* ad *h. l. Plin. 7. 49. 2.* senium; *il finir della luna.* Et *16. 74. 2.* coitus; *il novilunio. Horat. 2. Od. 18. 16.* Novaeque pergunt interire lunae. Et *4. ibid. 7. 15.* Damna tamen celeres reparant caelestia lunae. *Virg. 1. G. 427.* Luna revertentes cum primum colligit ignes. — *Plin. 2. 32. 1.* Lunae quoque trinae . . . apparuere, quod plerique appellaverunt soles nocturnos. *Vulg. Interpr. Prov. 7. 20.* In die plenae lunae. — **2)** Per synecdochen sumitur pro mense. *Plin. 18. 57. 8.* Centesima revolvente se luna. *Ovid. 7. Met. 351.* quater iunctis implevit cornibus orbem Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem. Adde *2. Heroid. 5.* et *5.* — **3)** Item pro nocte, ut soles pro diebus. *Stat. 5. Silv. 4. 7.* Septima iam redeus Phoebe mihi respicit aegras Stare genas. *Servius* similiter intelligit illud *Virg. 3. G. 336.* cum frigidus aëra vesper Temperat, et saltus reficit iam roscida luna. Adde *Propert. 4. 4. 21.* et *Stat. 6. Theb. 289.* — **4)** Item universim pro die. *Plin. 2. 100. 1.* Aestus idem triduo in mense consistit, septima, octava nonaque luna. *Id. 35. 2. 2.* Natali eius vicesima Luna sacrificant, feriasque omni mense custodiunt. *Ambros. ep. ad Episcop. per Aemil.* Naturalis usus nationum exterarum lunam pro diebus appellat. — **5)** In fabulis

II. *Luna* tanquam dea a Veteribus est culta variisque nominibus insignita, *Lucina, Diana, Hecate,* etc., de quibus V. in ONOM. — Eadem et *Lunus* genere masculino dicta. V. LUNUS pariter in ONOM. — **6)** Hinc ei apud Romanos sacer fuit dies, qui proinde *dies lunae* est appellatus, Italice quoque; *lunedì. Inscr.* apud *Murat. 585. 4.* Depositus XV. Kal. Apr. D. Lun. Adde *aliam* allatam supra §. c. et V. DIES §. 9 — **7)** Item tanquam symbolum aeternitatis saepe luna cum sole et stellis repraesentatur in antiquis monumentis. V. *Cavedoni,* et quos laudat, in *Museo del Cataio, p. 89.* — **8)** Improprie et a similitudine,

Digitized by Google

III. *Luna* adsuta calceis erat apud Romanos patriciorum insigne. Ut enim ostenderent, se ex iis centum progenitos, qui primi in senatum a Romulo allecti sunt (de quibus *Liv. 1. 8.*), parvam lunam in modum C litterae in calceis, teste *Isid. 19. Orig. 34.*, gestabant. *Iuvenal. 7. 191.* nobilis et generosus Appositam nigrae lunam subtexit alutae. *Stat. 5. Silv. 2. 27.* Si te, clare puer, genitum sibi curia sensit, Primaque patricia clausit vestigia luna. Adde *Martial. 3. 29.* Consule *Lydum de magistrat. R. l. 2. c. 13.* et *de mensib. P. 4. c. 7.*, tum etiam *Visconti, Iscriz. Triop. p. 83.* et *seqq.* — **B)** Ab eadem similitudine litterae C *lunae* dici possunt semicirculi cartilaginei, quibus constat guttur, sive aspera arteria. *Sidon. Carm. 7. 191.* Iam si forte suem latratibus improbus Umber Terruit, albentes nigro sub gutture lunas Frangere ludus erat. — **10)** Denique apud Scriptores Ecclesiasticos, praeeunte *Vulg. Interprete*,

IV. *Luna* varie adhibetur, sensu, ut plurimum, translato, ut ex sequentibus patebit. *Vulg. Interpr. Eccli. 50. 6.* Qui adeptus est gloriam . . . quasi luna plena in diebus suis lucet. *Id. Psalm. 71. 5.* et *seq. de Christo.* Permanebit cum sole et ante lunam . . . donec auferatur luna; *h. e.* usque ad finem temporum; ἀλληγορικῶς. *Id. Eccli. 27. 12.* Stultus sicut luna mutatur. *Id. Cantic. 6. 9.* Quae est ista . . . pulchra ut luna, electa ut sol, etc. *Id. Apoc. 12. 1.* Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius. *Id. Isai. 60. 20.* Non occidet ultra sol tuus, et luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam. — *Id. 1. Cor. 15. 41.* Alia claritas solis, alia claritas lunae, etc. — *Eucher. Formul. 3. ante med.* Luna *(est)* Ecclesia, eo quod in hac mundi nocte resplendeat . . . Pro defectu etiam nostrae carnis ponitur *(Luna)*, quia dum menstruis momentis decrescit, defectum nostrae mortalitatis designat.

LŪNĀRIS, re. Adiect. a *luna;* ad lunam pertinens; *lunare. Cic. Somn. Scip. 5.* Lunaris cursus. *Varr. 1. RR. 37.* Lunares dies. *Ovid. 5. Fast. 16.* equi. *Plin. 16. 74. 2.* Infinitum refert lunaris ratio: nec nisi a vicesima in tricesimam, robur caedi volunt. *Varr. 9. LL. 19.* Lunares horae; *h. e.* aequinoctiales. — **B)** Item lunae similis. *Ovid. 10. Met. 296.* Lunaria cornua. — **C)** *Litteras lunares*, quaenam fuerint, v. in LITTERA §. 13. — De anni lunaris usu sub Imperatoribus egit *Momms.* in *Chronolog. Rom. p. 509.* et *seq.*

LŪNĀTĬCUS, a, um. Adiect. a *luna*, quo significatur qui furore laborat, non illo quidem perpetuo, sed intervallis quibusdam recurrente: quia melancholia, qua laborat, accrescit et decrescit pro ratione lunae; *lunatico. Paul. Dig. 21. 1. 43.* Mancipium lunaticum. *Veget. 2. Veterin. 18.* Lunaticus oculus; *h. e.* qui certis temporibus caligat et caecutit. Adde *Vulg. Interpr. Matth. 17. 14.* et *Isid. 4. Orig. 7. 6.* — **B)** Absolute. *Vulg. Interp. Matth. 4. 24.* Obtulerunt ei . . . et lunaticos et paralyticos. Adde *Firmic. 3. Mathes. 6. versus fin.*

LŪNĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *luno;* lunae renovatio. *Isid. 6. Orig. 17. 21.* Communis annus dicitur, qui duodecim tantum lunationes; hoc est dies CCCLIV. habet. *Alii leg.* lunas.

LŪNĀTUS, a, um. Particip. verbi *luno*, adiectivorum more adhibitum, factus ad instar lunae diductae in cornua; *fatto a guisa di luna, lunato. Virg. 1. Aen. 494.* et *11. ibid. 663.* Lunatae peltae Amazonidum. Et *Stat. 5. Theb. 145.* lunatum agmen; *h. e.* exercitus Amazonum peltis armatum. *Colum. 12. 54.* Ferramento lunato incidere. *Plin. 9. 53. 1.* Lunatae conchae. *Sense. Oedip. 465. de delphinis.* Lunata scindit cauda mare; *h. e.* falcata (ut sit *Ovid. 3. Met. 681.* de eadem re loquens, Qualia dividuae sinuantur cornua lunae). *Plin. 6. 18. 3.* et *Pallad. 4. 11.* Lunata cornua. *Stat. 6. Theb. 265.* nondum lunata fronte iuvenci. *Claudian. 1. Rapt. Pros. 129.* lunata frons; *h. e.* cornibus instructa. *Martial. 1. 50.* pellis; *h. e.* calceus lunula ornatus. Sic *2. 29.* Non extrema sedet lunata ligula planta. V. LUNA §. 8. — *Bulb. Expos. et rat. mensurar. p. 102. Lachm.* Acuti anguli sunt lunati, qui inter rectos et hebetes includuntur. Adde *ibid. p. 103.*

LŪNENSIS, se. Adiect. a *luna*, qua nomen est urbis Italiae, de qua v. in ONOM. — Hinc *Lunensis caseus* est genus casei sola magnitudine laudatum, quod librarum mille pondus nonnunquam aequabat, ut *Plin. 11. 97. 1.* tradit. Unde inter servorum obsonia refertur. Dictus est a Luna urbe, in cuius agro fiebat, et a Luna sidere, quod ab Etruscis figura lunari formabatur, vel signabatur. *Martial. 13. 30.* cuius lemma *Lunensis caseus*. Caseus Etruscae signatus imagine Lunae Praestabit pueris prandia mille tuis. — **B)** *Lunense marmor*, genus marmoris, quod in agro Lunae urbis effoditur, miro candore et Parium vincente conspicuum, nunc *marmo di Carrara*. *Plin. 36. 7. 1.* et *ibid. 29. 1.* — **C)** Hinc *Lunensis ara* apud *Suet. Ner. 50.* est e Lunensi marmore facta. — **D)** Denique *Lunense vinum* alicuius pretii fuisse videtur ex *Inscr.* in amphora vinaria apud *Fiorelli, Scavi di Pompei, a. 1861. p. 26.* LVN. VET. A. IIII. R.; *h. e.* Lunense Vetus Annorum IIII. Rubrum.

LŪNO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *luna*. — Particip. *lunatus*, v. suo loco. — Proprie est in modum lunae, quando in cornua curvatur, flectere; *torcere a guisa di luna. Ovid. 1. Amor. 1. 25.* Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum. *Propert. 4. 6. 25.* Iamque acies geminos Nereus lunarat in arcus; *h. e.* instruxerat in modum cornuum lunae.

LUNTER. V. LINTER *init.*

LŪNŬLĂ, ae, f. Deminut. a *luna;* parva luna; *lunetta.* Lunulae, inquit *Isid. 19. Orig. 31.*, sunt ornamenta mulierum, in similitudinem lunae bullae dependentes. *Tertull. Cult. fem. 10.* Nullam de conchylio vestem increpet, nullas lunulas reprobet. *Plaut. Epid. 5. 1. 55.* Non meministi, me auream ad te afferre natali die lunulam, atque anellum aureolum in digitum? Adde *Vulg. Interpr. Isai. 3. 18.* et *Cyprian. de hab. virg. 7.*

LŬO, lŭis, lŭi, lŭtum, luĕre. Verbum transitiv., quod a Graeco λύω; solvo, ducitur. — **b)** In praeteritis u dicimus longum, *luit, pluit:* in praesenti breve, *luit, pluit*. Ita *Varr. 9. LL. 60.* quod confirmatur illo *Ennii* apud *Cic. 3. Orat. 42.* Nos sumu' Romani, qui fumus ante Rudini. Ubi prima in *fuimus* producitur. Et *Plauti Men. prol. 63.* Nam rus ut ibat forte, ut multum pluerat. Ubi prima in *pluerat* longa est. *Lucil.* apud *Non. 8. 47.* Tantalu', qui poenas ob facta nefantia luit. Sed tunc et duplici uu scribere solebant, *fuvit, pluvit, luvit.* — **c)** Supinum *luitum* (quod a *luco* forma antiquiore et obsoleta aliqui derivant. V. ABLUO §. a.) non reperitur in usu; exinde tamen particip. *luiturus*. In Compositis vero (in quibus forma *luo* pro *lavo* saepius adhibetur) est *lutum*, quod a *lavo* recta ducitur. V. LAVO §. c. et d. — **d)** Particip. *luens* §. 8. *luendus* §. 4. et 5. *luiturus* §. 8. — **e)** Derivata, *lucula, luela, lues, luitio, lustrum*, quod V. pro suis.

LUO proprie est, ut innuimus, idem quod *lavo*, minus tamen frequens hoc sensu, purgo, abstergo; *lavare. Sil. 11. 22.* Argivos maior qua Graecia muros Servat, et Ionio luitur curvata profundo. *Prudent. 3. περὶ στεφ. 190.* amnis pulcro gurgite moenia luit. — **B)** Hinc sumitur pro expiare. — Translate. *Cic. 3. Verr. 30. a med.* Ut eius libidinem hominum innocentium sanguine lui velles. *Virg. 1. G. 502.* sanguine luere periuria (Adde *Ovid. Ib. 367.* et *Vellei. 2. 1.*). *Cic. 5. Fin. 22. sub fin.* Quae per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret. — **C)** Item luendo sive expiando avertere. *Liv. 10. 28. a med.* Datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus. *Val. Flacc. 2. 569.* clausum ut thalamis, somnoque gravatum Immolet, ereptaque luat responsa pharetra; *h. e.* diluat, solvat, evacuet, vana reddat. *Alii leg.* levet. — **D)** Deinde

II. *Luo* est etiam, ut vox quoque Graeca λύω sonat, solvo, persolvo; *pagare. Vere* autem dicitur de solutione, quae multae et poenae causa fit. *Plin. 17. 1. 3.* Cautum est duodecim Tabulis, ut qui iniuria cecidisset alienas arbores, luceret in singulas aeris XXV. *Curt. 10. 2.* Pluribus vestrùm defuturum viaticum fuit, ni ace alienum luissem. *Imppp. Valentinian., Theodos. et Arcad. Cod. Theod. 2. 4. 3.* Cum quis ad luendum debitum chirographo convenitur. — **E)** Hinc ponitur pro solvere; *h. e.* liberare, pecuniam debitam solvendo. *Scaevola, Dig. 35. 1. 78. ante med.* Luere fundum a testatore obligatum; *h. e.* liberare. *Iulian. ibid. 50. 83. 1.* Luere pignus. — **F)** Translate. *Val. Flacc. 3. 407.* Insontes errore luit, culpamque remittens, etc.; *h. e.* solvit, pargat. — **G)** Specialim

III. *Luere poenas* est poenas dare, ferre supplicium pro noxa; *pagar il fio o la pena*. *Cic. 3. Att. 9.* Itaque mei peccati luo poenas. *Id. Sull. 27. extr.* Eos ad luendas reipublicae poenas Furiae quaedam incitaverunt. *Iustin. 2. 3.* Quicunque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. *Id. 8. 1.* Quasi parva supplicia caedibus et rapinis luissent. *Iustin. 17. 1.* Parricidium principum secutae caedes sunt lucentium supplicia. *Id. 18. 2.* et *Vellei. 2. 54.* Universa Cassandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis exstinctae poenas, partim caede, partim supplicio, partim parricidio luit. *Ovid. 3. Met. 624.* qui Tusca pulsus ab urbe Exilium, dira poenam pro caede luebat. *Senec. Agam. 1008.* ut paria fata Troicis lueret malis. *Plin. 7. 8. 6.* Luere augurium malis; *h. e.* pati ea mala, quae augurio portendebantur. *Claudian. VI. cons. Honor. 139.* piratica puppis, Vastato tandem poenas luitura profundo. — **H)** *Luere peccata* est delictorum supplicium ferre. *Liv. 38. 48.* Pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua. *Cic. 1. ad. Brut. 12.* Acerbum est, parentum scelera filiorum poenis lui. *Liv. 38. 37.* Luere noxam pecunia. *Ovid. 10. Heroid. 100.* nec facta luisses Impia funeribus, Cecropi terra, tuis. *Quintil. 12. 9. ante med.* Certe patroni petulantiam litigator luit. *Virg. 4. G. 454.* Luere commissa. *Liv. 9. 5.* Obsides sexcenti imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur. — **I)** *Luere sacramentum* apud *Solin. 23.* est *dare il giuramento*.

LŪPĂ, ae, f. Nomen a *lupus*, quo significatur femina in genere luporum; *lupa. Ovid. 3. Art. am. 8.* rapidae tradis ovile lupae. *Horat. 3. Od. 27. 2.* ab agro Rava decurrens lupa Lanuvino. *Propert. 4. 4. 31.* quem Nutrit inhumanae dura papilla lupae. — **B)** Translate *lupae* dicuntur malae mulieres, imprimis meretrices quia ad luparum instar sunt rapaces. *Cic. Mil. 21.* Ille, qui semper secum scorta, semper

Digitized by Google

proletos, semper lupas ducebat. *Aurel. Vict. De orig. gent. Rom. 21.* Mulier corpus pretio vulgare solita, lupa dicitur, unde et eiusmodi loci, in quibus hae consistunt, lupanaria dicta. *Plaut. Epid. 3. 3. 22.* Divortunt mores virgini longe ac lupae. Adde *Lactant. 1. 20.* et *Auson. epigr. 26. in fin.* — **3)** Ea vocis *lupae* homonymia, ut *Livius* quoque testatur *l. 4.* occasionem praebuit fabulae de Romulo et Remo, quibus, cum in litore essent expositi, lupa admovisse ubera dicitur. Nam lupa ea, non quadrupes, sed meretrix fuit, quae infantes expositos sustulit, atque aluit. V. LUPERCA. *Liv. 10. 24.* Ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupae posuerunt. *Virg. 8. Aen. 630.* Fecerat et viridi fetam Mavortis in antro Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros et lambere matrem Impavidos: illam tereti cervice reflexam Mulcere alternos et corpore fingere linguā. — De *Lupa Romana* in monumentis sepulcralibus tempore Imperii, docte disseruit *Bachofen* in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1867. p. 185.* et *seqq.* — **4)** Improprie

II. *Lupa* nomen est canis apud *Colum. 7. 12. sub fin.*

* LŬPAL, V. LUPANAR *init.*

* LŬPĀNĀ, ae, f. Nomen proprie adiect. a *lupa*, absolute adhibitum pro lupa seu meretrice. *Commodian. 59. 22.* In feminas congruit cultura lupanas. *Gloss. Lat. p. 200. n. 196.* Lupana, meretrix.

LŬPĀNAR, āris, n. Nomen a *lupa* (per syncopen *lupal*, ut *minerval* in *Gloss. Isid.* et *Gloss. Lat. p. 200. n. 193.*), quo significatur locus, in quo lupae; hoc est meretrices prostant; *bordello, lupanare. Quintil. 7. 3. 6.* An deprehensus in lupanari cum aliena uxore adulter sit, quaeritur. *Iuvenal. 6. 121.* Intravit calidum veteri centone lupanar. Adde *Plaut. Bacch. 3. 3. 80.* — **2)** Adhibetur et in conviciis. *Catull. 42. 13.* o lutum, lupanar, Aut si perditius potest quid esse.

LŬPĀNĀRĬĀ, ae, f. V. LUPANARIUS §. 2.

LŬPĀNĀRIS, re. Adiect. a *lupanar;* ad lupanar spectans. *Apul. 9. Met.* Larem mariti lupanari maculare infamia. — *Onom. Lat. Gr.* Lupanaris; χαμαιτυπικός.

LŬPĀNĀRĬUM, V. voc. seq. §. 3.

LŬPĀNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lupanar;* ad lupanar pertinens. *Auct. Incert. Vit. S. Eugeniae, 14.* Dic nunc, furcifer, quae te temeritas coëgit, ut . . . ingressus sub specie medici castitatem generosissimam ad lupanariam ignominiam provocares? — **2)** Absolute, substantivorum more,

LUPANARIA, ae, f. Est eadem ac lupa, sive meretrix. *Acta S. Afrae, n. 1.* Contigit Afram, quam notam habebat fama publica, quod esset lupanaria, a persecutoribus comprehendi. — **3)** Item absolute

LUPANARIUM, ii, n. Est idem ac lupanar; *bordello. Ulp. Dig. 3. 3. 27.* Pensiones a lupanario perceptae. *Id. ibid. 4. 8. 21. ad fin.* Si in popinam, vel lupanarium adesse iusserit. Adde *ibid. 23. 2. 43.* — **4)** Item

LUPANARIUS, ii, m. Est lupanariorum exercitor. V. LUPINARIUS §. 2. et voc. seq. §. 1.

LŬPĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lupa;* ad lupas seu meretrices pertinens. Hinc *luparias*, scilicet aedes meretriciae, seu lupanaria, in secunda Urbis regione, Subura appellata. V. SUBURANUS. Harum meminere *Inscr.* apud *Gud. 33. 1.* Curator Macelli magni, proc. Luparias in Subura. *Notit. Imp.* Macellum magnum, Luparii. At in *Cod. Vatic. n. 5227.*, teste *A. Nibby, Mura di Roma p. 171.*, legitur *Lupanarii.* Et ita habent etiam *Curios.* et *Notit. Urb. p. 4.* et *5. Prell.* Regio secunda continet templum Claudii, Macellum Magnum, Lupanarios. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LUPARII, ōrum, m. Sunt luporum venatores apud *Serv.* ad *Virg. 1. G. 139.* Constat, Luparios carnibus tinctis veneno lupos necare. *Gloss. Philox.* Luparius; λυκοθήρας.

LŬPATRĬĀ, ae, f. Est mulier, quae lupatur. Ita legitur in *Cod.* apud *Petron. fragm. Tragur. 57. Burm.*, alii ex coniectura leg. *supatria*, sed prior lectio praestat, vel legendum *luparia*. V. LUPARIUS §. 1. — Alias virorum doctorum coniecturas de hac voce videsis apud *Bücheler* ad *h. l.*

LŬPĀTUM, i. n. V. voc. seq. §. 2.

LŬPĀTUS, a, um. Adiect. a *lupus*, qua frenum significat; instructus dentibus lupinis. *Horat. 1. Od. 8. 6.* Gallica nec lupatis Temperat ora frenis. — **2)** Absolute, substantivorum more,

LUPATUM, i, n. Est genus freni asperioris; *freno, morso. Virg. 3. G. 208.* Verbera lenta pati, et duris parere lupatis: Ubi *Servius:* frenis asperrimis: dicta autem lupata a lupinis dentibus, qui inaequales sunt: unde etiam eorum morsus vehementer obest. V. LUPUS §. 17. *Ovid. 1. Amor. 2. 15.* Asper equus duris contenditur ora lupatis. *Martial. 1. 105.* Mordent aurea quod lupata cervi. — **2)** Item

LUPATUS, i, m. Eodem sensu, *Solin. 45. a med.* Equus adeo asperit lupatos, ut de industria cernuatus, etc.

LŪPERCĀ, ae, f. Nomen a *lupa*, quo significata est meretrix illa, quae Romulum et Remum infantes nutrivit, ac deinde honoribus divinis est affecta, sub nomine *Lupercae*, teste *Arnob. 4. p. 128.* Quod abiectis infantibus pepercit lupa non mitis, Luperca Dea est auctore appellata Varrone. De hac *Lactant. 1. 20.* Romuli nutrix Lupa honoribus est affecta divinis. V. LUPA §. 2. et 3.

LŪPERCAL, alis, n. Nomen a *Lupercus*, quo significatur antrum sub Palatino monte sacratum ab Euandro Pani Deo Arcadiae; qui *Lupercus* est cognominatus (teste *Iustin. 43. 1.*), quod non sineret *lupos* in oves saevire. Nam ob eandem causam multis ante saeculis etiam in Arcadia mons Lycaeus Pani fuerat consecratus, et ipse quoque Lycaeus appellabatur: nempe a λύκος; lupus. Ergo ideo et Euander in Latio, Deo gentis suae sacravit locum, et nominavit Lupercal, quod praesidio ipsius numinis lupi a pecudibus arcerentur. *Serv. ad 8. Aen. 343.* Aliqui Lupercal litterarum traiectione factum putant a *luo* et *caper*, quod sub monte Palatino fuerit quaedam spelunca, in qua caprum luebant; hoc est sacrificabant, cuius deinde pelle urbem purgabant. *Quintil. 1. 5. ad fin.* Inveniuntur qui lupercalia aeque tres partes orationis esse contendant, quasi luere per caprum. *Ovid. 2. Fast. 381.* et *seqq.* dictum esse scripsit vel a Lycaeo monte Arcadiae, vel ab illa lupa, quae illic Romulum et Remum aluit. *Virg. 8. Aen. 343.* Hinc lucum ingentem, quem Romulus *acer* Asylum Rettulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal, Parrhasio dictum Panos de more Lycaei. V. alia sub v. LUPERCAL in ONOM.

LŪPERCĀLĬĀ, ium et ōrum, n. Sunt solemnia quaedam sacra, quae Romae a Lupercis fiebant in honorem Panis pastorum Dei. Haec sacra ab Euandro ex Arcadia in Latium advecta fuere: et celebrabantur XV. Cal. Martii. Fiebant lustrationis causa, in spelunca sub monte Palatino, quae Lupercal dicta est. Ritus hic fuit. Capram pastores, quorum Pan tunc praecipuum numen erat, immolabant, deinde variis ludis, reiectis vestibus, sese exercebant. Romulus item instituisse creditur, ut canis immolaretur. Hac re lupae nutrici suae gratias referre videbatur. Nam canis natura adversatur lupis. Temporis denique progressu pro capra hircus immolari coeptus est. Regnante Romulo et deinceps, sacerdotes, qui Luperci appellabantur, peracto sacrificio, faciem sibi larva tegebant, vel potius sanguine foedabant, et nudi (verenda tamen tecti erant pellibus victimarum caesarum, ideoque ab *Ovid. 3. Fast. 101. cinctuti* appellantur; eorum vero pellium formam vide apud *Visconti, Mus. Pio-Clem. T. 4. tab. 21. p. 159. edit. Mediol.* Hinc etiam Salii Martis apud *Virg. 8. Aen. 282. pellibus in morem cincti* dicuntur) discurrebant per urbem veterem; id est Palatium. Adolescentes accurrebant cum lana lacte madida, qui tabum abstergerent. Institutum etiam aliquando fuit, ut hirci pellem in lora secarent, et haec in cursu illo manibus gestarent, et obvias quasque feminas iisdem caederent (*Ovid. 2. Fast. 585.* narrat, mulieres terga dedisse Lupercis percutienda, *Iuvenal.* vero *2. 142.* et *Plutarch.* in *Caes. c. 61.* manus seu palmas, ut in ludo litterario solebant pueri, praebuisse): crediti nimirum hac re illis fecunditatem afferre. V. *Ovid. 2. Fast. 267.* et *seqq.* et *Serv.* ad *8. Aen. 343.* et *663.*, quibus locis et causam habes, cur nudi discurrerent. *Cic. 2. Phil. 34.* Adscribi iussit in Fastis, ad Lupercalia. *Id. 2. Q. Fr. 13. in fin.* Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. — **2)** Videntur etiam in provinciis aliquando celebrata fuisse Lupercalia. *Inscr.* apud *Rénier, n. 3908.* L. Licinio L. f. Quir. Secundino Decurioni Caesariensium equo publico exornato sacrisque lupercalibus functo. Cf. LUPERCUS §. 6. Sunt tamen qui dubitant. V. *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1866. p. 67.*

LŪPERCĀLIS, le. Adiect. a *Lupercalia;* ad Lupercalia pertinens. *Suet. Aug. 31.* Lupercale sacrum. *Ennod. Paneg. Theoder. 14.* Lupercalis Genius.

LŪPERCUS, i, m. Nomen a *lupus*, quo inprimis significatur *Pan*, ita appellatus ab arcendis lupis. V. LUPERCAL. — **2)** Deinde sacerdos Panis, qui Lupercalibus sine veste discurrebat, ut in LUPERCALIA §. 1. dictum est. *Virg. 8. Aen. 663.* Hinc exsultantes Salios, nudosque Lupercos. *Iuvenal. 2. 142.* agili palmas praebere Luperco. — **3)** Primum *Luperci* fuere pastores; paulatim vero nobilissimi civitatis, adolescentes praesertim iis sacris initiari soliti sunt. Hinc M. Antonium, Lupercum fuisse scimus ex *Cic. 2. Phil. 34.* Sed imberbes discurrere vetuit Augustus, ut narrat *Suet. Aug. 31.* — **4)** Duo fuerunt Lupercorum ordines, Fabianorum et Quintilianorum. V. FABIANUS in ONOM. Additus est tertius Iulianorum, institutus in honorem C. Iulii Caesaris, ut est apud *Suet. Caes. 76.* — **5)** Hoc sacerdotium fuisse annuum colligitur ex *Inscr.* apud *Fabretti, p. 457. n. 76.*, ubi *iterum*, et ex *alia* in *Opuse. Istter. Bologn. T. 2. p. 6.*, ubi *ter* legitur. — **6)** Non modo Romae, sed etiam alibi fuisse Lupercos, docent *Inscr.* apud *Murat. 1. 3.*, quae Veliternа, *alia* apud *Grut. 347. 6.*, quae Praenestina, et *alia* apud *Rund. 470. 6.*, quae Nemausensis est.

LŬPILLUS, i, m. Deminut. a *lupinus;* parvus lupinus; *piccolo lupino. Plaut. Stich. 5. 4. 9.* Lupilli commiuuto crustulo.

LŪPĪNĀCĔUS, a, um. Adiect. a *lupinus;* ad lupinum legumen pertinens, ut Lomentum lupinaceum apud *Apul. Herb. 21.*, ubi *alii leg.* lupinacius.

Digitized by Google

LŬPĪNĀCĬUS, v. voc. praeced.

LŬPĪNĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lupinus;* ad lupinum legumen pertinens, ut Lupinarium labrum, apud *Caton. RR. 10.* et *11.; h. e.* lupinis lavandis, aut coquendis. — **2)** Absolute, substantivorum more, LUPINARII, ōrum, m. Sunt lupinorum, seu legumínum negotiatores, apud *Lamprid. Alex. Sev. 33.*, ubi *Casaubonus* mallet legi *popinarii*, alii *lupanarii; h. e.* lupanariorum exercitores.

LŬPĪNUM, i, n. v. voc. seq. §. b.

LŬPĪNUS, i, m. et Lupinum, i, n. Nomen leguminis cuiusdam, quod a Graeca voce λύπη; dolor, aegritudo, deducunt. Hinc *Isid. 17. Orig. 4. 7.* « *Lupinus* Graecum et ipsum nomen est, de quo Virgilius: *Tristiique lupini;* quia vultum gustantis amaritudine contristat; unde eos prae amaritudine nec vermis, nec ullum animal comedit. » — Sunt tamen qui a *lupus* ducunt. — **b)** Neutro genere usurpat *Cato, RR. 54.* Ibi lupinum bonum fiet. — **c)** Derivata, *lupillus, lupinaceus, lupinarius.*

LUPINUS proprie est leguminis genus, omnium amarissimum, quod sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostendit, teste *Plin. 18. 36. 1.; lupino. Virg. 1. G. 75.* tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos. *Colum. 2. 10.* Lupini prima ratio est, quod minimum operarum absumit. *Plin. loc. cit.* Lupino est usus proximus, cum sit et homini, et quadrupedum generi communis. *Martial. 5. 78.* tepens lupinus. *Ovid. Medic. fac. 69.* pallentes torrere lupinos. Adde *Pallad. 1. 16.* et *6. 3.* — *Apul. Herb. 111.* Lupinus a Graecis vocatur thermos orinos, a Romanis lupinus montanus. Nascitur secus sepes aut locis situlosis. — Eius usus ad lumbricos et tineas, *ibid.* indicatur. — **2)** Lupinorum usus erat in comoediis, in quibus si pecunia opus essel, lupinos pro nummis numerabant. *Plaut. Poen. 5. 2. 20.* — Hinc *Horat. 1. Ep. 7. 23.* Nec tamen ignorat, quid distant aera lupinis; *h. e.* quid intersit inter veros nummos, et ex lupinis factos, v. COMICUS §. 3.

LŬPĪNUS, a, um. Adiect. a *lupus;* ad lupum pertinens; *lupino, di lupo. Cic. 3. Catil. 8.* Quem insuratum in Capitolio parvum, atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. *Plin. 28. 78. 4.* Lupina pellis. *Propert. 4. 10. 20.* Et galea hirsuta compta lupina iuba; *h. e.* ex pelle lupi facta *(Virg. 1. Aen. 1. 279.* lupae fulvo nutricis tegmine laetus Romulus). *Enn.* apud *Donat.* ad *Ter. Phorm. 2. 2. 25.* Lupinus impetus. *Iul. Valer. 3. Gest. Alex. M. 57.* Capitibus lupinis. — **2)** *Faba lupina* est herba, de qua v. in FABA §. 9.

LŬPĬO, is. v. LUPIO, is.

LŬPOR, āris, ri. Verbum intransitiv. a *lupa*, qua meretricem significat. — Est scortari, vel prostitui, ut *Non. 2. 497.* interpretatur. *Turpil. ibid.* Cum meretrice per vias lupantur. *Lucil. ibid.* ex lectione *Scalig.* et Divos iure precemur, Consilium faxint placeat, tu impune luperis. *Gloss. Philox.* Lupari; πορνεύειν.

LŬPŬLA, ae, f. Deminut. a *lupa*, qua meretricem significat; parva lupa. — Translate de Psyches sororibus usurpatur, quae et lamiae subinde vocantur. *Apul. 5. Met. 11.* Perfidae lupulae magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant. Cf. *Hildebr.* ad *h. l.*

LŬPUS, i, m. Nomen eiusdem originis ac Graeci λύκος, eiusdem significationis. Hinc *Isid. 12. Orig. 2. 23.* « *Lupus* Graeca derivatione in linguam nostram transfertur. Lupos enim dicunt illi λύκους; λύκος autem Graece a morsibus appellatur, quod rabie rapacitatis quaeque invenerit, trucidet. Alii *lupos* vocatos aiunt, quasi *leopos*, quod quasi leoni, ita sit illi virtus in pedibus, unde et quidquid pede presserit, non vivit. » — **b)** Ad designandum femininum genus, pro *lupa, lupum feminam* dixere Veteres. *Ennius* apud *Serv.* ad *2. Aen. 333.* lupu' femina feta repente. *Id.* apud *Non. 4. 385.* Eudo tuetur, ubi lupu' femina conspicit amnes. *Quintil. 1. 6. 12.* Varro in eo libro, quo initia urbis Romae enarrat, lupum feminam dicit, Ennium Pictoremque Fabium secutus. *Festus* in *Masculino, p. 151.* et *152. Müll.*, et in *Corius p. 60. ibid.* Hunc stirpem Antiqui dixerunt, et rursus hanc lupum, et hanc metum. *Id.* in *Resto p. 286. ibid.* Cum ait Ennius, a stirpe supremo, et Ilia dia nepos et lupus feta. — **c)** Derivata, *lupa, lupana, lupanar, lupanaris, lupanarius, luparius, lupatria, lupatus, luperca, lupercal, lupercalia, lupercalis, lupercus, lupinus, a, um, lupor, lupula.* Cf. LUPINUS, i, §. a. *in fin.*

LUPUS proprie est animal rapax et velocissimum, ovibus maxime, atque capellis infestum; *lupo. Virg. 3. G. 264.* genus acre luporum. *Id. 7. Aen. 18.* et formae magnorum ululare luporum. *Id. 2. Ecl. 63.* Torva leaena lupum sequitur: lupus ipse capellam. *Id. 3. G. 537.* Non lupus insidias explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat (Luculentam lupi ovile populati descriptionem habes apud *Stat. 4. Theb. 365.*). *Plin. 10. 83. 6.* Carcos catulos gignunt canes, lupi, pantherae. *Id. 8. 54. 1.* et *sqq.* et *10. 95. 3.* Lupi in fame terra vescuntur. *Id. 8. 84. 3.* In Olympo Macedoniae monte non sunt lupi, nec in Creta insula. *Id. 28. 44. 1.* Lupi vestigia calcata equis afferunt torporem. *Propert. 4. 3. 13.* Audax caetatae leges imponere lunae, Et sua nocturno fallere terga lupo; *h. e.* induere lupi formam. Et *Virg. 8. Ecl. 97.* His ego saepe lupum fieri, et se condere silvis. Quibus verbis is morbus describitur a Graecis λυκανθρωπία appellatus, quo qui laborant, nocte luporum more egrediuntur, seque lupos factos esse putant. — **2)** *Horat.* lupum *Martialem* cognominat, *1. Od. 17. 9.*, vel quia cruentus est, vel quia in tutela Martis. *Virg.* quoque *Martium* appellat *9. Aen. 566.* — **3)** In Italia creditur luporum visus esse noxius, vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad praesens, ut *Plin.* tradit *8. 34. 1.* Hinc illud *Virg. 9. Ecl. 53.* vox quoque Moerim iam fugit ipsa: lupi Moerin videre priores. — **4)** Translate de homine rapaci et crudeli. *Vulg. Interpr. Gen. 49. 27.* Beniamin lupus rapax. *Id. Matth. 10. 16.* Mitto vos sicut oves in medio luporum. *Id. ibid. 7. 15.* Qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Cf. *Virg. 2. Aen. 355.* et *Eucher. Formul. 3. a med.* — **5)** *Lupus* titulus est Comoediae *Naevii*, cuius fragmentum exstat apud *Fest. p. 270. Müll.* — **6)** A *lupo* varia dicendi genera et proverbia conficta sunt. Sic

II. *Lupus in fabula*, quod est proverbii genus ortum ex eo, quod luporum visus esset noxius, ut supra diximus in §. 3., teste *Serv.* ad *Virg.* loc. ibi cit. Hoc autem proverbio utimur, cum supervenit subito is, de quo loquimur, et nobis sua praesentia facultatem loquendi amputat; *il lupo è nella favola. Cic. 13. Att. 33.* De Varrone loquebamur: lupus in fabula, venit enim ad me. Adde *Ter. Adelph. 4. 1. 31.* Sic *Plaut. Stich. 4. 1. 71.* Atque eccum tibi lupum in sermone. Cf. *Isid. 1. Orig. 37. 28.* — **2)** *Lupum auribus tenere*, aliud proverbium; *tener il lupo per gli orecchi, o il lione pel ciuffetto* in re ancipiti, periculosaque dici solet, nam qui lupum auribus tenet, nec dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. *Ter. Phorm. 5. 2. 21.* immo, quod aiunt, auribus teneo lupum. Nam neque quo amittam a me, invenio, neque uti retineam, scio. Adde *Suet. Tib. 25.* — **3)** *Hac urget lupus, hac canis*, aliud proverb. apud *Horat. 2. Sat. 2. 64.*, ubi utrinque periculum est, et discrimen anceps; *essere fra l'uscio e'l muro.* — **9)** *Ovem lupo committere*, rem aliquam ei committere, qui ipse maxime custodia egeat, ne perdat; *dar la lattuga in guardia a'paperi. Ter. Eun. 5. 1. 15.* Scelesta, ovem lupo commisisti. *Cic. 5. Phil. 11.* O praeclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! Adde *Ovid. 2. Art. am. 363.* — **10)** *Lupo agnum eripere*, de re difficili ac desperata. Stultum enim videtur sperare, futurum, ut lupus arreptum agnum salvum dimittat. Simile est apud nos: *andar alla gatta pel lardo. Plaut. Poen. 5. 5. 31.* Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt. — **11)** *Oves fugit lupus*, de re impossibili, et contra naturam. *Virg. 8. Ecl. 53.* — **12)** *Lupus ovium non curat numerum; h. e.* quamvis numerati gregis, oves mactat. Dicitur de iis, qui nihil curant. *Id. 7. Ecl. 51.* Hic tantum Boreae curamus frigora; quantum Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. — **13)** Huc spectat et illud *Vulg. Interpr. Isai. 11. 6.* Habitabit lupus cum agno: *h. e.* ferox cum mansueto, dictum de summa pace et concordia rerum. Simile est et aliud *ibid. 65. 25.* Lupus et agnus pascentur simul. — **14)** Deinde, impropriе et a similitudine,

III. *Lupus* dicitur effigies lupi, quae olim in signis legionum erat. *Plin. 10. 3. 1.* Erat et antea prima *(aquila)* cum quatuor aliis: lupi, minotauri, equi, aprique singulos ordines anteibant. Paucis ante annis sola in aciem portari coepta erat: reliqua in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicavit. — **15)** Est etiam piscis, ita dictus a voracitate; *spigola*. Laudatissimus, qui *lanatus* dicitur, a candore, mollitiaque carnis, praecipue in fluviis captus, et Romae in Tiberi inter duos pontes (fortasse Sublicium et Fabricium vel Cestium), ut est apud *Macrob. 2. Saturn. 12. Horat. 2. Sat. 2. 32.* et *Plin. 9. 74. 7.* Adde *ibid. 28. 1. Colum. 8. 16., Martial. 13. 89.* et *Isid. 12. Orig. 6. 24.* v. PISCIS. — **16)** Item genus aranei, quod Graecis phalangion est. Est autem duplex, aliud maius, aliud minus: minus non texit. *Plin. 29. 27. 2.* et *11. 28. 2.* — **17)** Item

IV. *Lupus* est frenum asperius, quod et *lupatum* dicitur: ita dictum a luporum dentibus, quos forma imitatur. Sumitur autem et pro freno universim. *Ovid. 4. Trist. 6. 3.* Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos. Adde *Stat. 1 Achill 284.* — **18)** Denique instrumentum ferreum aduncum, quo aliquid extrahitur, vel attollitur; *rampicone, rampino. Liv. 28. 3.* Qui erexerant ad murum scalas, alii furcis detrudebantur, in alios lupi superne ferrei iniecti, ut in periculo essent, ne suspensi in muro extraherentur. Adde *Isid. 20. Orig. 15. 4.* — **19)** *Lupos* exponit *Pallad. 1. 43.* serrulas manubriatas maiores minoresque ad mensuram cubiti, quibus facile est, quod per serram fieri non potest, resecando trunco vitis interseri. — **20)** *Lupus salicturius* herba est sponte nascens, et cibis apta. *Plin. 21. 50. 1.*

LŪRA, ae, f. Nomen eiusdem fortasse originis ac lora, quo secundum *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 120. Müll.* significatur os cullei vel utris. v. UTRICO, onis. — **2)** Aliis autem ipse uter, culleus: ut *Auson. perioch. 10. Odyss.* Opes aliquas in lura inesse existimantes. — **3)** Item translate intestinum, venter. *Lucil.* apud *Cic. 4. Tusc. 31.*

Digitized by Google

in os prius accipiam ipse, Quam gladium in stomacho. lura, ac pulmonibu' sisto. Sunt qui ubique pro *lura* reponunt *lora* eodem sensu. Alii ubique aliter legunt, praeterquam apud *Festum l. c.*, ubi eodem fere sensu usurpatur, quo nunc Nostrates vulgo *lora*, Itali vero *pévera* vocant vas illud ligneum, quo vinum ex lacu in dolium transfunditur. — Hinc *Plin. 14. 5. 2.* In lora recte conduntur *(vina)*. Cf. §. seq.

* LŪRĀRĬUS. V. IURARIUS.

LURCĀBUNDUS vel Lurcinabundus, Lurchabundus et Lurchinabundus, a, um. Adiect. a *lurco;* valde lurcans vel lurcinans, helluo, lurco; *trangugiatore, goloso*. Vox est *Catonis*, quam, ut nimis antiquam, damnat *Quintil. 1. 6. a med.* V. COLLURCINATIO etiam in *Nota*.

LURCHABUNDUS.
LURCHINABUNDUS.
LURCHO.
LURCHOR, āris.
LURCINABUNDUS.
} V. LURCO §. b. et voc. praeced.

LURCO, as. V. LURCOR.

LURCO, ōnis, m. Nomen parum certae originis, quod aliqui ducunt a λαῦρος; avidus, vorax, *Festus* autem a *lura*. V. loc. infra §. 1. — **b)** Ad scriptionem quod attinet, Veteres cum aspiratione usurpasse *lurcho*, monet *Serv.* ad *6. Aen. 4.* et *Prob.* in *Cathol. p. 1455. Putsch.*, coll. *Claud. Sacerd. 2. Gramm. 18.* et *168.* — **c)** Derivata, *lurcabundus* et *lurcor, aris*.

LURCO proprie est capacis gulae homo, gulosus, bonorum suorum consumptor, ut *Fest.* apud *Paul. Diac.* in *Lura, p. 120. Müll.* exponit; *goloso, trangugiatore. Sust. Gramm. 15.* Lastaurum, et lurconem, et nebulonem, popinonemque appellans. *Plaut. Pers. 3. 3. 16.* Lurco, edax, furax, fugax. *Lucil.* apud *Non. 1. 54.* Vivite, lurcones, comedones vivite ventres. Cf. voc. seq. — **b)** Est etiam homo impudicus, cinaedus; *ὄμματα λίχνα* habens. *Apul. 8. Met. de Isiaco*. Sic praeco lurconem tractabat dicacule.

LURCOR et Lurchor, āris, āri, et Lurco, as, are. Verbum intransitiv. a *lurco*, ōnis, utraque forma activa et deponenti usurpatum. — Est cibum cum aviditate nimia sumo: *trangugiare. Lucil.* apud *Non. 1. 54.* Ut lurcaretur lardum et carnaria furtim. *Pompon. ibid.* Lardum lurcabat lubens. *Varr. ibid.* Contra cum psalte Pisia et cum Flora lurcare ac strepis. Ita leg. *Riese* in *Varr. Sat. reliq. p. 125.* Cf. COLLURCINATIO.

LŪRĬA, ae, f. V. LOREA.

LŪRĬDĀTUS, a, um. Adiect. a *luridus*, participiorum more effictum; qui est luridi coloris, squalidus. — Translate. *Tertull. 4. advers. Marcion. 8.* Qui retro luridati delinquentiae maculis, et nigrati ignorantiae tenebris.

LŪRĬDUS, a, um. Adiect. (fortasse eiusdem originis cum *lora*, vel *lura*. Cf. voc. seq.), quod exponitur a *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 120. Müll.*, supra modum pallidus; *h. e.* lividus, ad nigrorem accedens; *lurido, nericcio, rugginoso, livido, pallido assai. Colum. 10. 325.* valido turgescit lurida caule Brassica. *Horat. 4. Od. 13. 10.* refugit te, quia luridi Dentes, te quia rugae Turbant et capitis nives. *Id. Epod. 17. 21.* verecundus color Reliquit ora pelle amicta lurida. *Id. 3. Od. 4. 74.* luridus Orcus. *Ovid. 4. Met. 267.* pallor. Et *14. ibid. 747.* lurida membra; *scil.* eius, qui sibi laqueo fauces elisit. Sic *Calpurn. 5. Ecl. 89.* galbana. *Petron. Satyr. 124.* mortis imago. *Senec. Med. 790.* luna. *Senec. alter, ep. 95.* luridae bilis suffusio; *itterizia. Plin. 6. ep. 20. sub fin.* Sol etiam effulsit, luridus tamen, qualis esse, cum deficit, solet. *Varr. 1. RR. 2.* Rana lurida; *h. e.* buto vel calamites. Cf. OBLURIDUS et SUBLURIDUS. — **b)** Item qui luridum reddit. *Sil. 13. 560.* nigrum pendens mors lurida rictum. *Ovid. 14. Met. 198.* me luridus occupat horror. Et *1. ibid. 147.* aconita; *h. e.* quae luridos faciunt (unde *nigros* dixit *Iuvenal. 1. 72.* veneno sublatos) et *14. ibid. 791.* sulphura; *scil.* quia usta luridum ignem reddunt.

LŪROR, ōris, m. Abstractum a *luridus* (aliqui tamen volunt esse a *lura*, qua utrem significat: ut proprie corii colorem notet); pallor fuscus et ad nigrorem accedens; *pallidezza carica, lividezza, nerezza. Lucret. 4. 332.* Lurida praeterea fluunt, quaecumque tuentur Arquati, quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt. *Claudian. 3. Rapt. Pros. 238.* luror permanat in herbas, Deficiunt rivi, squalent rubigine prata. *Apul. 9. Met. 30.* Lurore buxeo, macieque foedatus. Adde *ibid. 12.*

LŪRŬLENTUS, a, um. Adiect. a *luror*, syllabica adiectione productum, verbalium ratione; valde luridus. *Apul. 7. Met.* Conceptaculum aquae lurulentae. *Al. leg.* lutulentae.

LUSCĪNĬA, ae, f. Nomen parum certae originis, quo significatur avis cantus suavitate praecellens, quae et philomela, Graeca appellatione, dicitur; *usignuolo*. Alii dictam volunt, quod quasi *lugens canat*, respicientes ad fabulam, de qua V. in PHILOMELA: alii quod *sub lucem canat; h. e.* exortu diei: alii quod *in luctu canat;* rectius autem deducendam videtur a *lusus* et *cano*. Insignis est *Plinii* locus *10. 43. 3.* Tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta musicae scientia modulatus editur sonus: et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur concise, copulatur intorte: promittitur revocato, infuscatur ex inopinato: interdum et secum ipse murmurat: plenus, gravis, acutus, creber, extentus: ubi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quae exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit, etc. *Horat. 2. Sat. 3. 245.* Luscinias soliti impenso prandere coëmptas. *Plin. loc. cit.* Sestertiis sex candidam lusciniam venisse, quae Agrippinae dono daretur. — **b)** *Luscinias deest cantio*, proverb. V. voc. seq. §. 2.

LUSCĪNĬŎLA, ae, f. Deminut. a *luscinia;* parva luscinia. *Varr. 3. RR. 5.* Intra retem aves sunt omne genus, maxime cantrices, ut lusciniolae ac merulae. — **b)** *Lusciniolae deest cantio*, proverb. de eo ironice dictum, qui re aliqua abundat, neque ea deﬁci unquam potest, v. gr. mulieri verba. Legitur apud *Plaut. Bacch. 1. 1. 5.* Pol ego quoque metuo, lusciniolae ne desint cantio.

LUSCĪNĬUS, ii, m. Idem ac luscinia; *usignuolo. Phaedr. 5. 18.* Favo ad lunonem venit, indigne ferens, Cantus luscinii quod sibi non tribuerit. *Senec. ep. 76. ante med.* Habet vocem? sed quanto dulciorem, mobilioremque lusciniil! *Al. leg.* luscinise.

LUSCĪNĬUS, a, um. Adiect. a *luscus*. — *Luscinios* Commodus Aug. apud *Lamprid. Commod. 10.* appellabat eos, quibus alterum oculum eruisset: a *luscus*.

LUSCĪNUS, i, m. Idem quod luscinius sive luscinia. *Gloss. Lat. Gr.* Luscinus; *ἀηδών*.

LUSCĪNUS, a, um. Adiect. deminut. a *luscus*, idem ac lusciosus vel luscitiosus. *Plin. 11. 55. 3.* Qui altero lumine orbi nascerentur, Goclites vocabantur: qui parvis utrisque, Ocellae: Luscini, iniuriae cognomen habuere. V. LUSCINUS in ONOM.

* LUSCĬŎLA, ae, f. Deminut. a *luscinia*, pro lusciniola. *Varr. 5. LL. 11.* Lusciola, quod luctuose canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. *Al. rectius leg.* luscinia.

LUSCĬŌSUS. V. LUSCITIOSUS.

LUSCĬTĬO, ōnis, f. Est vitium oculorum, de quo *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 10. Müll.* Luscitio, vitium oculorum, quod clarius vesperi, quam meridie cernit. *Ulp. Dig. 21. 1. 10. §. 4.* Luscitionem eam esse quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt.

LUSCĬTĬŌSUS et Lusciosus, a, um. Adiect. a *luscitio;* qui luscitione laborat, sive qui parum aut nihil videt. *Non. 135. 10. Mere.* Lusciosi, qui ad lucernam non vident et mocopes vocantur a Graecis. *Varro* disciplinarum libro VIII: Vesperi non videre, quos appellant lusciosos. *Idem* Andabatis. Edepol idem coecus, non lusciosus est. *Plaut. Mil. 2. 3. 50. Sce.* Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico. *Pa.* Quid iam? *Sce.* quia luscitiosus. *Pa.* verbero! edepol tu quidem Caecus, non luscitiosus. V. LUSCIOSUS. *Plin. 28. 47. 3.* Quoniam, inquit, dorcades noctu aeque quoque cernunt, sanguine hircino sanari lusciosos putant, nyctalopas a Graecis dictos. *Senec. 3. Benef. 1. ad fin.* Luscitiosi oculi sunt, qui lucem reformidant: caeci, qui non vident. *Al. leg.* vitiosi. *Fulgent. de prisco serm.* Luscitiosos dici voluerunt, interdiu parum videntes, quos Graeci *μύωπας* vocant. Adde *Isid. 10. Orig. 164.* V. loc. in voc. seq. §. a.

LUSCUS, a, um. Adiect., de cuius etymo haec habet *Isid. 10. Orig. 164.* « *Luscus*, quod *lucem* ex parte *scial:* sicut *luscitiosus*, qui vesperi nihil videt. Luscos *coclites* dixerunt Antiqui; unde et Cyclopas *coclites* legimus dictos, qui unum oculum habuisse perhibentur. » — **b)** Non dicitur *luscior, luscissimus*, quia natura nemo lusco magis est luscus. *Varr. 9. LL. 43.* — **c)** Derivata, *luscinius, a, um, luscinus, a, um, lusciosus, luscitio, luscitiosus.* — **d)** Composita, *eluscatio, elusco, luscinia, luscinius, lusciniola, luscinus, i*.

LUSCUS proprie est altero oculo captus; *eleco da un occhio, loscо. Cic. 2. Orat. 60. Coenabo*, inquit, *apud te*, huic lusco, familiari meo C. Sextio: *uni enim locum esse video. Martial. 4. 65.* Oculo Philaenis semper altero plorat. Quo fiat istud quaeritis modo? lusca est. *Iuvenal. 10. 228.* ambos Perdidit ille oculos et luscis invidet. *Id. de Annibale*, qui in Apennino alterum frigore amiserat, *ibid. 157.* O qualis facies et quali digna tabella, Cum Gaetula ducem portaret bellua luscum! Quae *Petrarca* vertit. *Si ch'egli era, a vederlo, strano arnese, Sopra un grande elefante un duce losco. Varr. 2. RR. 2.* Lusca ovis. — **b)** Translate. *Iuvenal. 7. 125.* Statua lusca (cuius oculus introrsus cedit, inquit *Schol.* ad *h. l.*). — *Vulg. Interpr. Marc. 9. 46.* Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

LŪSĬO, ōnis, f. Verbale a *ludo;* actus ludendi, ludus, lusus; *il giuocare, giuoco. Cic. 3. Q. Fr. 4. sub fin.* Ducens mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. *Id. 3. Fin. 20.* Pueri lusionibus vel laboriosis delectantur, ut ne verberibus quidem deterreri possint. *Id. Senect. 16. sub fin.* Sibi habeant arma, equos, hastas, pilam, . . . nobis senibus ex lusionibus multis talos reliquant et tesseras. *Id. 1. Orat. 18.* Pilae lusio. *Stat. praef.* ad *4. Silv.* Pilaris

Digitized by Google

lusio. — *Tertull. adv. Valentin. 6.* Congressionis *(forte leg.* congressioni) lusionem deputa, lector, ante pugnam; *h. e.* lusionem ante pugnam, lector, deputa congressioni et vero certamini, ut explicat *Rigalt.* — **2)** Est etiam titulus poëmatis Neroniani apud *Suet. Dom. 1.* In Clodium Pollionem praetorium virum est poëma Neronis, quod inscribitur *Lusio*. Alii leg. *Luscio*, alii *Lusco*.

LŪSĬTĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lusito;* actus lusitandi, lusio. *Iul. Valer. Res gest. Alex. M.* (edente *A. Mai*) *1. 42.* Pila vero admonet, quod eius congruat cum tua aetatula lusitatio. *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 532.* Lusitatio, ludus brevis.

LŪSĬTO, as, āre. Verbum intransitiv. specie frequentativ. a *ludo;* saepius ludo; *giuocare*. *Plaut. Capt. 6. 4. 6.* Aut coturnices dantur, quibuscum lusitent. *Gell. 18. 13.* Alea festiva et honesta lusitabamus.

LŪSOR, ōris, m. Verbale a *ludo;* qui ludit; *giuocatore*. *Senec. 2. Benef. 17.* Necesse est, lusor bonus aliter pilam collusori longo, aliter brevi mittat. *Ovid. 1. Art. am. 451.* Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor: Et revocat cupidas alea blanda manus. *Iuvenal. 9. 61.* cum lusore catello. Alii rectius leg. *conlusore catello;* nam etiam *Plin. 9. ep. 33.* delphinum *collusorem puerorum* vocat. *Inscr.* Patavina apud *Maffei, Mus. Ver. 127. 4.* Q. Magurius Q. f. Fab. Ferox lusor epidixibus. V. EPIDIXIS. — **2)** Est item gladiator. V. LUDUS. — **3)** Item scriptor ludicrus. *Ovid. 4. Trist. 10. 1.* Ille ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum, Quem legis, ut noris, accipe, Posteritas. — **4)** Item qui illudit ac deridet; *schernitore*. *Plaut. Amph. 2. 2. 62.* Te ut deludam contra lusorem meum.

LŪSŌRĬĒ. Adverb. a *lusorius;* per ludum; *per giuoco. Ulp. Dig. 50. 50.* Si iudex contra heredem pronunciaverit, non agentem causam, sed lusorie agentem; *h. e.* colludentem cum adversario.

LŪSŌRĬUS, a, um. Adiect. a *lusor;* ad lusum pertinens; *da giuoco. Plin. 37. 6. 2.* Lusorius alveus cum tesseris. *Id. 7. 57. 14.* Lusoria pila. *Inscr.* apud *Murat. 958. 4.* Hic artifex artis tessellariae lusoriae. V. TESSERA. — **2)** Item ludicer, iocularis. *Plin. 7. 54. 1.* Lusoria quaestio. *Senec. ep. 117. a med.* Remove ista lusoria arma: decretoriis opus est. *Id. ep. 80.* Lusorium spectaculum. *Id. 7. Benef. 20.* Lusoriae triremes; *navi da diporto*. — **3)** Sunt etiam *lusoriae naves*, quas ad coërcendas Barbarorum incursiones in fluviis limitaneis armatas habebant Romani: ita dictae, quod ultro citroque luderent, seu discurrerent, speculandi causa. *Ammian. 17. 2.* Lusoriis navibus discurrere flumen ultro citroque milites ordinavit. *Vopisc. Bonos. 15.* Cum in Rheno Romanas lusorias Germani incendissent. Adde *Cod. Theod. 7. tit. 17.* qui de *lusoriis Danubii* inscribitur. — **4)** Item ludicer, irritus, sine effectu. *Paul. Dig. 35. 3. 4.* Lusorias minas alicui facere. *Id. ibid. 45. 8. 1. in fin.* Alioquin inane et lusorium praetoris imperium fuerit. — **5)** *Lusorium nomen*, fictum et inane. *Senec. 3. Benef. 8.* Domi versura fit, et velut lusorium nomen, statim transit. — **6)** Absolute, substantivorum more,

LUSORIUM, ii, n. Est locus, ubi ludus gladiatorius, aut venatorius exhibetur. *Lamprid. Elagab. 25.* Stravit sibi triclinium in summo lusorio; *h. e.* in amphitheatro, ubi ludiera eduntur. Sic *Lactant. Mort. persecut. 21. de Maximiano.* Quid lusorium, vel delicias eius referam? Habebat ursos ferociae seu magnitudinis suae simillimos; his homines non plane comedendi, sed obsorbendi obiectabantur. Ex his itaque patet, tam apud *Lamprid.*, quam apud *Lactant.* sermonem esse de privato amphitheatro, ubi gladiatores et venatores exhibebantur; etenim de Albano Domitiani amphitheatro mentio est *Iuvenal. 4. 99.* et *Suet. Dom. 4.* et *19.* V. etiam *Salviani* locum in PETAMINARIUS.

LUSTRĀBĬLIS, le. Adiect. verbale a *lustro;* qui perlustrari dignus est, spectabilis. *Gloss. Philox.* Lustrabilis; περιβλεπτος.

LUSTRĀGO, ĭnis, f. Est herba eadem ac hierabotane, verbenaca, columbina. *Apul. Herb. 3.*

LUSTRĀLIS, le. Adiect. a *lustrum;* ad lustrationem et expiationem pertinens. *Ovid. 3. Pont. 2. 75.* Spargit aqua captos lustrali Graia sacerdos. *Liv. 1. 28.* Lustrale sacrificium. *Pers. 2. 35.* salivis lustralibus expiare. *Val. Flacc. 3. 414.* lustralia vota. *Apul. Apol.* Lustrales hostiae. *Senec. Agam. 163.* Lustrale classi Doricae peperi caput; *h. e.* quod expiaret classem Doricam. — **2)** Deinde

II. *Lustralis* est etiam ad lustrum, seu quinquennale spatium pertinens. *Ulp. regular. tit. 2. de libertis.* Censu manumittebantur olim, qui lustrali censu, Romae, iussu dominorum inter cives R. censum profitebantur. *Tacit. 6. Ann. 4.* Propinquo iam lustrali certamine. *Virg. 8. Aen. 182.* Vescitur Aeneas, simul et Troiana iuventus Perpetui tergo bovis, et lustralibus extis. Ubi *Servius:* aut pinguibus: moris enim fuerat, completo lustro, pingues victimas offerre censores: aut certe de quinquennali bove; id est perfectae aetatis: aut quia per quinquennium ipsis victimis Urbs lustrari solebat. Alii proprie *lustralia* dicunt, quae duabus manibus accepta in aram pontifex, vel censor imponit, quae non prosecantur. Haec *Serv.* Ceterum simplicius et verius *lustralia exta* intelliges, quae sunt e victima lustrationis gratia mactata. — **3)** Hinc *lustrale aurum* est pecunia, quae quinto quoque anno incipiente pendebatur a mercatoribus rerum minutarum, lenonibus, meretricibus, feneratoribus et huiusmodi. *Inscr.* apud *Grut. 347. 4.* P. Aelio T. f. auri lustralis coactori. — Huc pertinet *lustralis collatio*, quae est inscriptio *tituli primi l. 13. Cod. Theod.* — **4)** *Lustrale incrementum*, V. in DECURIATUS, a, um, §. 2. — **5)** Absolute, substantivorum more,

LUSTRALIS, is, m. Dicitur is, qui lustralis collationis curam gerebat. *Inscr.* apud *Fabretti, p. 538. n. 458.* Primigenio lustrali Augg. NN. Alba Verecundina patri pientissimo.

LUSTRĀMEN, ĭnis, n. Verbale a *lustro*, idem quod lustramentum. *Val. Flacc. 3. 442.* Arma simul, vestesque virûm, lustramina ponto Pone iacit. Adde *3. 409.*

LUSTRĀMENTUM, i, n. Verbale a *lustro*, syllabica adiectione productum; purgatio, praesertim facta per sacrificium, aut veneficium, seu incantationem. *Martian. Dig. 48. 8. 3. §. 3.* Si cui temere circulum, salamandram, aconitum . . . et id, quod lustramenti causa dederint cantharidas, poena teneantur huius legis. — Sed alii melius interpretantur ἀσέλγειαν, ἀφροδισιασμὸν, idest lasciviam, libidinem, incitamentum ad Venerem, a *lustrum*, qua metaphorice dicitur de popinis, et lupanaribus. Hanc alteram tamen explicationem respuit *L. Quicherat* in *Addend. Lex. Lat. p. 162.* — **2)** Item purgamenta, sordes. *Vulg. Interpr. Ital.* apud *Ambros.* in *Psalm. 118. Serm. 8.* Tanquam lustramenta huius mundi facti sumus. — *Gloss. Isid.* Lustramentum, foetor, putor, oletum, foetulentia.

LUSTRĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lustro;* expiatio, purgatio per sacrificium; *espiazione*. *Colum. 2. 22.* Quosdam desideraturos lustrationum, ceterorumque sacrificiorum, quae pro frugibus fiunt, morem priscis usurpatum, etc. *Liv. 40. 6.* Lustrationis sacro peracto. — **2)** Metaleptice sumitur pro circuitione, seu peragratione. *Cic. 2. Phil. 25.* Quae fuit eius peragratio itinerum? lustratio municipiorum? *giro per le città*. — Et *3. Tusc. 27.* Cursus et lustrationes ferarum.

LUSTRĀTOR, ōris, m. Verbale a *lustro;* qui purgat lustratione. *Schol. ad Iuvenal. 6. 512.* Cum Gallus sacerdos ac lustrator abscesserit, iudaea venit mulier, etc. — **2)** Item qui obambulat, qui circuit; περιοδευτὴς. *Apul. Apol.* Hercules lustrator orbis, purgator ferarum.

LUSTRĀTUS, a, um. Particip. verbi *lustro*, adiectivorum more etiam adhibitum; purgatus, expiatus; *purgato*. *Cic. 1. Divin. 55.* Exercitus lustratus. *Ovid. 14. Met. 605.* Lustratum corpus ungere. *Liv. 3. 18. in fin.* Capitolium purgatum atque lustratum. *Flor. 1. 13. a med.* Civitas incendio expiata et lustrata. — **2)** Item peragratus; *scorso*. *Horat. 3. Od. 25. 11.* pede barbaro Lustratam Rhodopen. *Plin. 6. 31. 8.* Tigris, lustratis montibus Gordyaeorum, divisus in alveos duos, altero meridiem petit, altero etc.; *oltrepassati*.

LUSTRĬCUS, a, um. Adiect. a *lustrum*, idem fere est, quod lustralis. Unde diem illum, quo infanti nomen imponebatur *(Nominalis* appellat *Tertull.)*, lustricum diem vocarunt, quia eo infans lustraretur; hoc est religione purificaretur. Erat is dies octavus puellarum, nonus puerorum, ut scribunt *Festus* apud *Paul. Diac. p. 120. Mull., Arnob. 3. p. 102.* et *Macrob. 1. Saturn. 16. a med. Suet. Ner. 6.* Eiusdem futurae infelicitatis signum evidens die lustrico exstitit.

LUSTRĬFĬCUS, a, um. Adiect. a *lustrum* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum, idem quod lustralis. *Val. Flacc. 3. 443.* Cantus lustrificus.

LUSTRO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lustrum*. — Particip. *lustrans* §. 3., *lustrandus* §. 1. et 4., *lustratus*, V. suo loco. Proprie est a scelere, caede, funere, aliove quo piaculo, sacris faciendis, precibus, aliisque religiosis ritibus purgo, expio; *espiare, purgare*. Ritum lustrandi agros habes apud *Caton. RR. 141. Virg. 1. 6. 338.* et *seqq.* et *Tibull. 2. 1.*; quo pertinent ea, quae in AMBARVALIS dicta sunt. — Quo pacto lustrarentur oves Palilibus, docet *Ovid. 4. Fast. 735.* et *seqq.* — Quo more Macedones exercitum lustrarent, *Liv. 40. 6.* et *Curt. 10. 9.* narrant. *Cic. 1. Divin. 45. ad fin.* In lustrandi colonia ab eo, qui eam deduceret; et cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. *Liv. 1. 44.* Ibi instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit. *Virg. 6. Aen. 229.* Idem ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore levi, et ramo felicis olivae, Lustravitque viros. *Tibull. 1. 1. 25.* Tunc vitula innumeros lustrabat caesa iuvencos. Et *ibid. 2. 61.* lustrare aliquem taedis. Et *ibid. 3. 11.* sulphure puro. *Ovid. 7. Met. 261.* Terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat. *Petron. Satyr. 137.* Cum digitos pariter extensos porris apioque lustrasset. *Virg. 3. Aen. 279.* Lustramurque Iovi; votisque incendimus aras. *Ovid. 10. Met. 398.* Sive aliquis nocuit, magico lustrabere ritu. *Inscr.* apud *Marini, Frat. Arv. p. 157.* Ut Non. Iun. pagum lustrent, et sequentibus diebus ex consuetudine sua cenent, item VI. Id. Iun. epulentur. — **2)** Speciatim in re militari,

II. *Lustrare exercitum* (quod fere fiebat initio expeditionis, ante-

Digitized by Google

quam iretur in hostes) interdum exponitur recensere, recognoscere; *far la revista, dar la mostra:* quia ante lustrationem inibat imperator numerum militum, ut sciret, quantis viribus rem esset gesturus. *Cic. 8. Att. 20.* In castra veni a. d. VII. cal. Septemb., a. d. III. exercitum lustravi apud Iconium. Adde *Hirt. 8. B. G. 52.* — Hoc sensu *Virg. 6. Aen. 679.* At pater Anchises penitus convalle virenti Inclusas animas, superumque ad lumen ituras, Lustrabat, studio recolens. — **β)** Hinc translate ponitur pro observare, circumquaque aspicere; *mirare attorno, o da per tutto, squadrare. Virg. 8. Aen. 132.* ille os oculosque loquentis Iamdudum, et totum lustrabat lumine corpus. *Petron. Satyr. 11.* Postquam lustravi oculis totam urbem. *Virg. 2. Aen. 564.* Respicio, et quae sit me circum copia, lustro. *Id. 11. ibid. 765.* Lustrare alicuius vestigia; h. e. observare et sequi. *Sil. 15. 787.* lustrans nantem sub gurgite praedam. — Huc illa pertinent *Virg. 4. Aen. 6.* et *7. ibid. 148.* Postera Phoebea lustrabat lampade terras Aurora. *Id. 4. ibid. 607.* Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras; *vedi e scuopri.* — **γ)** Refertur etiam ad intellectum. *Cic. 1. Offic. 17. a med.* Cum omnia ratione animoque lustraris; h. e. consideraveris, perpenderis. — **δ)** Exinde, latiore significatione,

III. *Lustro* est etiam obire, circuire, peragrare, pererrare videndi causa; *girare, circondare, scorrere:* quia in lustrandis hominibus et locis, circuire mos erat, et hostias circumferre. *Cic. 5. Fin. 29.* Pythagoras et Aegyptum lustravit, et Persarum magos adiit. *Propert. 2. 18. 5.* Nulla meis frustra lustrantur compita plantis. *Virg. 5. Aen. 585.* Et salis Ausonii lustrandum navibus aequor. *Id. 9. ibid. 57.* huc turbidus, atque huc Lustrat equo muros, aditumque per avia quaerit. Et *10. ibid. 224.* Agnoscunt longe regem, lustrantque choreis; *gli vanno attorno danzando.* Rursus *9. ibid. 96.* lustrare pericula; *scorrere, passare.* — **ε)** De sideribus orbem suum conficientibus. *Cic. 2. Nat. D. 20. ad fin.* Mercurii stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. Adde *Univ. 9.*

LUSTRO, ōnis, m. Verbale a *lustror;* qui in lustris bona absumit. *Catull. 105. 7.* tamen ipse est maximu' lustro. *Alii leg.* maximus ultor. *Naevius* apud *Fest.* apud *Paul. Diac.* in voce *Aleo, p. 29. Müll.* Pessimorum pessime, audax, ganeo, lustro. *Al. leg.* lurco. *Müller* tamen nihil mutandum esse censet. Cf. et *Döderl. Synon. T. 2. p. 26.*, qui *lustronem* potissimum ad lasciviam refert. — Sed et vagator exponitur in *Gloss. Isid.* Cf. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 200. n. 201.*

LUSTROR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. a *lustrum*, forma deponens. — Particip. *lustrans* et *lustratus*, infra. — Est in lustris versor, scortor; *puttaneggiare. Plaut. Pseud. 4. 7. 6.* Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod habent. *Id. Cas. 2. 5. 29.* Ubi fuisti? ubi lustratus? ubi bibisti? *Lucil.* apud *Non. 4. 277.* Quem sumptum facis in lustris circum oppida lustrans.

LUSTRUM, i, n. Nomen a *luo, lavo*, ut videtur, factum; quamquam *Isid.*, habita ratione lustri quinquennalis, *5. Orig. 37. 2.* ita dictum tradit, quod, censu per quinquennium in republica peracto, urbs Roma *lustrabatur. Idem* insuper, habita ratione prioris significationis, *14. ibid. 8. 29. lustra*, obscura latibula ferarum, ita dicta per contrarium affirmat, quia nempe parum *illustrantur.* — **b)** Atque hinc etiam patet, quare inter *lustra* et *lustra* distinctionem faciant in *Append. differ. n. 4.* « Inter *lustra*, producte, et *lustra*, correpte, hoc interest, quod *lustra* sunt certa tempora; *lustra*, latibula ferarum vel turpium hominum receptacula. » — Quibus lucem affert *Fest.* apud *Paul. Diac. p. 120. Müll.* « *Lustra* significant lacunas lutosas . . . et quum eiusdem vocabuli prima syllaba producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem. » V. infra §. 5. *init.* — **c)** Derivata, *lustrabilis, lustralis, lustramen, lustramentum, lustratio, lustrator, lustricus, lustro, lustro, onis, lustror.* — **d)** Composita, *ambilustrium, armilustrium, bilustris, bilustrum, circumlustro, collustrium, collustro, illustris, lustrificus, perillustris, perlustro, praelustris, sublustris, tubilustrium.*

LUSTRUM proprie est cubile ferarum in silvis, et praesertim aprorum et suum, qui in lutosis locis degere solent, ut *Festus* docet apud *Paul. Diac. p. 120. Müll.*; *covile, tana, covacciolo. Varr. 2. RR. 4. ante med. de suibus.* Admissuras cum faciunt, prodigunt in lutosos limites ac lustra, ut volutentur in luto, quae est illorum requies, ut lavatio hominis. *Virg. 2. G. 471.* saltus ac lustra ferarum. Et *5. Aen. 846.* vitam in silvis, inter deserta ferarum Lustra domosque traho. *Val. Flacc. 4. 370.* lustra horrida monstris. Et *1. 105.* Per lustra viasque visi Fauni. — *Macrob. 7. Sat. 2. 18.* Qui venatibus gaudet, interrogatur de silvae ambitu, de ambage lustrorum, etc. — Lustrum de cubile asini usurpavit *Apul.* apud *Hildebr.* in *Comment. Met. p. 933. n. 11.* — **β)** Translate dicitur de sordidis locis, in quibus ventri, aut libidini datur opera; *taverna, bettola, bordello.* Ab horum similitudine, inquit *Festus*, loc. cit. in §. praeced., ii qui in locis abditis et sordidis, ventri et desidiae operam dant, dicuntur in lustris vitam agere. *Cic. 13. Phil. 11.* in lustris, popinis, alea, vino tempus aetatis omne consumere. Et *Sext. 9.* Homo emersus subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum: vino, ganeis, lenociniis, adulteriisque confectus. *Id. in Senat. 6.* In lustris et heluationibus. *Plaut. Asin. 3. 2. 17.* Studere lustris. *Id. Cas. 2. 5. 26.* lacere in lustra (*pro* in lustris). *Id. Curc. 4. 2. 22.* Lenones male suadendo, et lustris lacerant homines. *Horat. 1. Sat. 6. 68.* Avaritiam et sordes, aut mala lustra alicui obiicere. *Lucret. 4. 1129.* Desidiose aetatem agere, lustrisque perire. — **γ)** Pro ipsis turpibus exercitationibus, quae in lustris habentur. *Cic. Coel. 23.* Domus, in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia, atque flagitia versantur. *Id. 2. Phil. 5. sub fin.* Vino lustrisque confectus. Adde *Isid. 4. Orig. 8. 29.* — **δ)** Interdum *lustra* sunt nemora, saltus, aliave loca sola. *Ovid. 5. Met. 570.* Ergo ubi Narcissum per devia lustra vagantem Vidit, etc. Adde *ibid. 146.* Utrobique autem est qui legit *vura.* — **ε)** Praeterea

II. *Lustrum* est expiatio et lustratio publica populi, quae, censu peracto, suovetaurilibus fiebat ab altero censorum, ipse victimas feriente, praetexta induto, et coronato; καθαρμός. Hoc sensu primam huius vocabuli produci, ait *Festus;* h. e. quasi per ou, *loustrum* scribatur, proferri: oritur autem a λούω; lavo, eluo, Graece λουτρόν; expiatio. Hinc est *lustrum condere;* h. e. fine census sacrificium lustrationis peragere, populumque lustratum dimittere. Itaque nihili habenda notatio nominis, quam *Varronis* locus habet infra §. 9. afferendus. Minime enim verum est, lustri tempore vectigalia et ultro tributa solvi solere, sed potius a censoribus eadem tunc locabantur publicanis, et operum redemptoribus. *Liv. 1. 44.* Censu perfecto, edixit, ut omnes cives R. in campo Martio prima luce adessent. Ibi exercitum omnem suovetaurilibus lustravit: idque conditum lustrum appellatum, quia is censendo finis factus est. Millia LXXX. eo lustro civium censa dicuntur. *Id. 3. 24. sub fin.* Census, res priore anno inchoata, perficitur: idque lustrum ab origine urbis decimum conditum. *Cic. 2. Orat. 66.* Qui te ex aerariis exemit, lustrum condidit, et taurum immolavit. *Liv. 35. 9.* Censores erant priore anno creati Sex. Aelius Paetus, et C. Cornelius Cethegus. Cornelius lustrum condidit, censa sunt civium capita CXLIII. millia DCCIV. *Id. 38. 36. in fin.* M. Claudius Marcellus, forte superato T. Quintio, lustrum condidit. *Id. 42. 10.* Eo anno lustrum conditum est. Censores erant Q. Fulvius Flaccus, L. Postumius Albinus. Postumius condidit. — *Rumen. Gratiar. act. Constantin. 15.* Praeterea fertur Catonis oratio de lustri sui felicitate. V. integr. loc. — **β)** Aliud est *censum agere*, aliud *lustrum condere:* illud enim censuram populi facere significat: hoc, ea perfecta, populum lustrare. Itaque aliquando factum est, ut census quidem fieret, lustrum vero, religione aliqua obiecta, omitteretur, qua de re V. CENSUS §. 4. *Liv. 3. 22.* Census actus eo anno: lustrum propter Capitolium captum, consulem occisum, condi, religiosum erat. *Id. 24. 43.* Ne censores lustrum perficerent, mora prohibuit P. Furii. — **γ)** *Sub lustrum censeri* est in fine censurae, quando prope adest, ut lustrum fiat. *Cic. 1. Att. 18. in fin.* Ne absens censeare, curabo edicendum. Sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. Quare cura, ut te quamprimum videamus. Hoc dicit *Cicero*, quia negotiatores, cum plerumque Roma abessent, tardissimi omnium ad censendum adesse solebant. — **δ)** *Lustrum* aliquando est sacrificium, quod expiandi causa fit, etiam extra censuram. *Liv. 45. 41.* Quinto die Delphis Apollini pro me exercitibusque et classibus lustra sacrificavi. *Al. rectius leg.* vestris sacrificavi. — **ε)** Quia vero censura et lustrum quinto quoque anno fieri solebat, saepe

III. *Lustrum* quinquennii spatium significat, ut *Festus* loc. supra cit. §. b. docet; *spazio di cinque anni, lustro. Varr. 6. LL. 2. ad fin.* Lustrum nominatum tempus quinquennale, a luendo; hoc est, solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores persolvebantur (V. etymon vocis supra in §. 5.). *Ovid. 3. Amor. 6. 27.* Troia fuit lustris obsessa duobus. V. BILUSTRIS. *Id. 3. Art. am. 18.* Est pia Penelope, lustris errante duobus, Et totidem lustris bella gerente viro. *Rumen. Grat. act. ad Constantin. 13.* Quinque annorum nobis reliqua remisisti: o lustrum omnibus lustris felicius! *Cic. 6. Att. 2. ante med.* Populi, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustri reddiderunt; h. e. pecuniam pro locatione vectigalium, quae in quinquennium locari solebant: qua de re *Ovid. 4. Pont. 9. 45.* Nunc longi reditus hastae supponere lustri Cernet, et exacta cuncta locare fide. *Ascon. in 5. Verr. 41.* Neque census eius in quinquennium illud esset factus, quorum annorum spatio instaurari census solet apud censores, quorum administratio per lustrum; hoc est quinquennium extenditur. — **ζ)** Ex *Plin. 9. ep. 37.* colligimus, etiam privatas locationes in singula lustra, seu quinquennia fieri consuevisse. — **η)** Item collegia tum Romae, tum extra in colonis et municipiis sua lustra habuisse quinto quoque anno ad similitudinem illorum, quae a censoribus perficiebantur, patet ex pluribus inscriptis Lapidibus, qui Magistros collegiorum vel II. Viros aut IIII. Viros quinquennales, aut simpliciter quinquennales commemorant. *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1849. p. 101. C.*

Digitized by Google

lunius Pal. Evhodus, magister QQ. (*h. e.* Quinquennalis) collegii Fabrûm tignuariorum Ostiis, lustro XXI. fecit. — Sic *alia* apud *Grut. 358. 1.* collegii eiusdem lustrum XXV. praebet; *alia* apud *Kellerm. Vigil. n. 274.* lustrum XXXIII.; *alia* apud *Marini, Iscris. Alb. p. 232.* lustrum XXXVI. — Eadem ratione *alia* apud *Orelli, n. 4064.* Mag. Quinquenn. coll. Aromatar. lustri XXIIX. Et *n. 5340.* Numerus militum caligatorum cura agentibus . . . magistris Q. Q. lustri XXIX. Cf. *Henzen* in *Bullett.* cit. — **12)** Hactenus quinque annorum tempus *lustri* appellatione comprehenditur, et quidem completorum: alioquin male aetatis annos explicarent, qui eos per lustra designant, ut *Martial. 10. 38.* Vixisti tribus, o Calene, lustris; *supra dixerat* quindecim annis. Et *1. 102.* Quarta tribus lustris addita messis erat. *Ovid. Ib. 1.* lustris iam bis mihi quinque peractis. Adde *Eiusd.* loca de Troia et Ulysse §. 9. allata. *Horat. 2. Od. 4. 24.* et *4. ibid. 1. 6., Ovid. 4. Trist. 10. 78.* et *4. Pont. 6. 6.* et *Auson. Epit. Her. 52.* — **13)** Nihilominus etiam de quadriennio completo, et quinquennio incepto *lustrum* dicitur, quae nempe fuit germana lustri notio: illud enim Romanis fuit usitatum ex Graecorum Olympiade, quae quattuor tantum annis constabat; etenim *Cic. 3. Orat. 52.* Olympiadem *quinquennalem celebritatem ludorum* appellat. V. plura huc pertinentia apud *Marcelli, De stil. Inscr. Lat. T. 1. p. 116. edit. Patav. Ovid. 3. Fast. 163.* Is *(C. Caesar)* decies senos tercentum et quinque diebus iunxit, et e pleno tempora quarta die. Hic anni modus est, in lustrum accedere debet. Quae consummatur partibus, una dies. *Plin. 2. 47. 1.* Per singulas intercalationes uno die anticipantibus, rursumque lustro sequenti ordinem servantibus. Et *ibid.* Et est principium lustri eius, semper intercalari anno, Caniculae ortu. — **14)** Demum

IV. *Lustrum* a Domitiani tempore, cum iampridem lustra censoria fieri desierant, dici coeptum est certamen solemne, quod in honorem Iovis Capitolini, quinto quoque anno incipiente faciendum, ipse Domitianus duodecimo suo consulatu instituit, ut *Suet. Domit. 4.* et *Censorin. de die nat. 18. sub fin.* narrant. *Inscr.* apud *Grut. 352. 5.* L. Valerio L. f. Pudenti. Hic cum esset annorum tredecim, Romae, certamine Iovis Capitolini, lustro sexto, claritate ingenii coronatus est, etc. *Stat. 4. Silv. 2. 60. ad Domitian.* saepe annua pandas Limina, saepe novo lanum lictore salutes, Saepe coronatis iteres quinquennia lustris. V. AGON in *Nota* §. 4. — **15)** *Ingens lustrum* apud *Martial.* est centum annorum spatium, quo peracto, ludi fiebant saeculares, sicut, peracto quadriennio et incipiente quinquennio, fiebat certamen Capitolinum: *4. 1. de Domitiano.* Hic colat ingenti redeuntia saecula lustro. *Suet.* enim *Domit. 14.* narrat, fecisse eum et ludos saeculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat.

LUSTRUS, i, m. Frater mariti, ut exponitur in *Gloss. Arab. Lat.*, qui tamen in aliis *Glossis* dicitur *Lusus*.

LŪSUS, a, um. Particip. verbi *ludo;* illusus, deceptus; *ingannato. Cic. 2. fin. 1.* Ilium et ceteros sophistas lusos videmus a Socrate. *Ovid. 2. Fast. 557.* Veste Deus lusus, fallentes lumina vestes Non amat. *Id. 17. Heroid. 45.* mater falsa sub imagine lusa. *Id. Ib. 579.* Ut quos obscuri lusos ambagibus oris Legimus infandae Sphinga dedisse neci. — **2)** Item ludendo, et animi causa factus. *Id. 1. Trist. 9. 61.* Scis, vetus hoc iuveni lusum mihi carmen. Et *3. Art. am. 348.* Niliacis carmina lusa modis. — *Nemesian. Cyneg. 91.* Sit chlamys aurato multum subtemine lusa; *h. e.* in qua artifex ludens auro multa depinxerit, ut ait *Servius* ad illud *Virg. 3. G. 464.* illusaque auro vestes. *Est qui mallet* fusa. — *Front. Laud. fumi* (edente iterum *A. Mai*) *p. 324.* Tu pro tuo excellenti ingenio profecto existimabis, lusa sit opera, an locata; *h. e.* lusoria et vana, an utilis et bene locata.

LŪSUS, us, m. Verbale a *ludo* (aliquando cum *luxus* confusum. V. LUXUS §. c.), idem omnino quod *ludus; giuoco, divertimento, spasso:* solumque usu differt, quia de ludis publicis fere non usurpatur, neque *lusus facere*, sed *ludos* dicimus. *Ovid 14. Met. 536.* Illas virgineis exercent lusibus undas Naides aequoreae. *Ovid. 2. Trist. 483.* Quique alii lusus (neque enim nunc persequar omnes) Perdere rem caram, tempora nostra, solent. *Augustus* apud *Suet. Aug. 71.* Ego perdidi viginti millia nummûm, cum effuse in lusu liberalis fuissem. *Suet. Cal. 41.* Ne ex lusu quidem aleae compendium spernens. *Plin. 7. ep. 24.* Laxare animum lusu calculorum. Et *ep. 9.* Fas est et carmine remitti, non dico continuo et longo, sed hoc arguto et brevi. Lusus vocantur: sed hi lusus non minorem interdum gloriam, quam seria, consequuntur. *Suet. Claud. 21.* Super quadrigarum certamina, Troiae lusum exhibuit. *Senec. Troad. 778.* Solemne referens Troici lusus sacrum. *Tacit. 13. Ann. 15.* Regnum lusit sortiri; *h. e.* talis. *Quintil. 5. 13. a med.* Incidunt plerique in hoc vitium, dantque de se respondentibus venustissimos lusus; *h. e.* praebent occasionem, ut illudantur. *Gell. 18. 13.* Qui eum lusum luseramus. — **3)** Specialim dicitur de re veneres. *Ovid. 2. Amor. 3. 13.* Sunt apti lusibus anni. *Apul. 3. Met. 31.* Filii tui lusus semper explorabis curiose, etc. V. LUDO §. a. — De animalibus. *Colum. 7. 12. ad fin.* Catulos sex mensibus primis emitti non oportet, nisi ad matrem, lusus ac lasciviae causa. — **3)** Refertur etiam ad carminum compositionem. *Martial. 4. 49.* Nescis, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce, Qui tantum lusus ilis iocosque putas. V. LUDUS §. 6. — **4)** Ponitur etiam pro ludo litterario. *Varr.* apud *Non. 2. 490.* Pueri, qui spectant nundinum, ut magister dimittat lusum.

Nota. Discrimen inter *ludum* et *lusum* dedimus supra §. 1. fin.

LŪTĀMENTUM, i, n. Verbale a *luto;* opus ex luto confectum, lutum, oblitum. *Cato, RR. 128.* Neque lutamenta scindent se. *Alii perperam legunt* delutamenta.

LŪTĀRĬUS, a, um. Adiect. a *lutum;* qui in luto degit, ut Testudines lutariae, apud *Plin. 32. 14. 1.* — **2)** *Lutarius mullus*, qui ex luto sibi pabulum petit, vilissimum ex omni mullorum genere. *Plin. 9. 30. 2.*

LŪTĀTUS, a, um. Particip. verbi *luto;* luto aspersus; *coperto di fango. Lamprid. Elagab. 14.* Lutati tituli statuarum. *Pers. 2. 61.* alto Compositus lecto crassisque lutatus amomis; *h. e.* delibutus.

LŪTĂX, ăcis, f. V. LUTRUS §. 4. et LUTUM §. 2.

LŪTENSIS, se. Adiect. a *lutum;* ad lutum pertinens, lutarius. *Plin. 9. 61. 3.* Purpurae, nomine alio pelagiae vocantur. Earum genera plura pabulo et solo discreta. Lutense putri limo, et algense contritum alga vilissimum utrumque.

LŪTĔŎLUS, a, um. Adiect. deminut. a *luteus;* aliquantum luteus, *gialletto. Virg. 2. Ecl. 50.* Mollia luteola pingit vaccinia calthis. *Colum. 9. 4.* Luteolae violae. *Id. 12. 47.* Oliva cum primum ex albo decoloratur, fitque luteola; *gialliccia, giallognola.*

LŪTER, ĕris, m. Vox Graeca, λουτήρ, qua significatur labrum, in quo lavamur, pelvis, cuius forma, magnitudo, materia distincte exhibentur apud *Vulg. Interpr. 3. Reg. 7. 26.* et *seqq. Hieronym. 1. in Iovinian. n. 20.* Et de speculis mulierum ieiunantium later in tabernaculo funditur. *Vulg. Interpr. 3. Reg. 7. 38.* Quadraginta bates capiebat later unus . . . Singulos quoque luteres per singulas. Adde *ibid. 16. 17. Eucher. 2. Instruct. 3.* Luteres, in Regum *(subaudi libris)*, conchae vel cantheri aquarii *(sunt)*.

LŪTESCO, is, ĕre. Verbum intransitiv. specie inchoativ. a *lutum*; luteus fio, et in luti morem mollesco; *divenir fango*. *Furius Antias* apud *Gell. 18. 11.* et *Non. 2. 498.* Sanguine diluitur tellus: cava terra lutescit. *Caesell. Vindex, ibid.* hanc vocem reprehendit, ut minus Latinam: sed defendit probatque ipse *Gell.*, multoque magis loca *Colum. 8. 17.* Litora, quae limo coenoque lutescunt, Conchyliis magis, et incentibus apta sunt animalibus.

LŪTĔUM, i, n. v. voc. seq. §. 5. et 6.

LŪTĔUS, a, um. Adiect. a *lūtum*, quod genus est herbae flavi coloris, colorem habens rufo dilutiorem, qualis in ovi vitello, in malo Cydonio, in auro, in aurora, in igne: flavus, croceus; *giallo, di color d'oro. Gell. 2. 26.* Rubidus est rufus, atrore et nigrore multo mistus: luteus contra rufus color est dilucidior *(Al.* dilutior). Unde eius quoque nomen factum esse videtur. *Pers. 3. 95.* Lutea pellis; *h. e.* pallida. *Varr.* apud *Non. 18. 10.* Arquatis lutea quae non sunt, aeque ea lutea videntur. *Horat. Epod. 10. 10.* Pallor luteus. *Tibull. 1. 8. 46.* Lutea palla. *Ovid. 14. Met. 351.* sulphura. — **2)** Item color rubicundus. *Plin. 21. 10. 1.* Rosa in calycis medio complexa luteos apices. *Id. 10. 77. 1.* Gallinae luteo rostro pedibusque. *Virg. 7. Aen. 26.* Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. — **3)** Lutei coloris, inquit *Plin. 21. 22. 3.*, video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeris totam feminis concessum: *Lucan. 2. 361.* Lutea demissos velarunt flammea vultus. *Catull. 61. 10.* Hymenaeo luteum soccum tribuit. — **4)** Lutea est etiam chrysocolla nativa, luto herba tincta, et in lumentum servata. *Plin. 33. 26. 1.* Ut plane intelligitur, nihil aliud chrysocolla quam vena putris. Nativa duritia maxime distat: luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam lutum appellant, tinguitur. — **5)** Absolute, substantivorum more,

LUTEUM, i, n. Est color luteus. *Plin. 24. 86. 2.* Color in luteum inclinatus. *Id. 27. 109. 1.* Color in luteum languescens. — **6)** Item *luteum* est etiam ovi vitellus. *Id. 30. 49. 1.* Lutea ex ovis quoque columbarum ex melle sorbere. *Plin. Valerian. 1. 5.* Adiiciuntur quattuor ovorum lutea et cruda.

II. LŪTĔUS, a, um. Adiect. a *lūtum*, qua coenum significatur; ex luto factus; *di fango. Horat. 1. Sat. 10. 37.* Defingit Rheni luteum caput. *Ovid. 1. Fast. 157.* prodit hirundo, Et luteum celsa sub trabe fingit opus. *Plin. 7. 37. 4.* Luteum aedificium. — **2)** Item luto aspersus; *infangato. Id. 30. 28. 1.* Gallina si sit luteis pedibus. — **3)** Et universim illitus, obsitus. *Martial. 11. 48.* luteum ceromate corpus (Sic lutatus amomis, apud *Pers.*) *Iuvenal. 10. 132.* Vulcanus luteus *h. e.* illuvie et fuligine, seu luto, oblitus. — **4)** Translate vilis, nullius pretii. *Plaut. True. 4. 4. 1.* Blitea et lutea est meretrix, nisi quae in vino sapit ad rem suam. *Cic. 6. Verr. 14.* Luteum negotium; *h. e.* duo scyphi argentei nullius pretii. — **5)** Est etiam e creta, seu argilla factus. *Martial. 4. 46.* Et crasso figuli polita caelo Septenaria symbo-

sis Saguntī, Hispanae luteum rotae toreuma. V. SYNTHESIS. *Prudent. 3. Cathemer. 41.* homo luteus; *h. e.* Adam.

LŪTĬNĂ, ae, f. Nomen proprie adiect. a *lūtum*, absolute adhibitum de loco lutoso. In sing. num. legitur apud *Auct. de Idiomat. p. 581. Keil.* Lutina; πήλωμα. — Saepius vero in plur. num., imo, secundum alios Grammaticos, hoc numero tantum adhibetur. *Charis. 1. p. 20. Putsch.* Lutinae; πηλώματα. *Charis. Excerpta, p. 549. Keil.* Hae lutinae; πηλώματα. Adde *Auct. Append. Probi, p. 195. Keil.* — Ceterum monendum videtur, vocabulum Graecum πήλωμα in Lexicis Graecis adhuc desiderari.

LŪTĬTO, as, āre. Verbum transitiv. specie frequentativ. a *luto;* saepius luto conspurco. — Translate. *Plaut. Trin. 2. 2. 13.* Nam hi mores maiorum laudant, Eosdem lutitant, quos conlaudant. Ita *Ritschell* e Codd., ubi vulgo *lutulant*. Cf. COLLUTITO § 2.

LŪTO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *lūtum*. — Particip. *lutatus*, v. suo loco. — Proprie est luto aspergo, oblino; *coprir di fango. Cato, RR. 93.* Granarium oblinito crasso luto: postea conspergito amurca omne, quod lutaveris. *Calpurn. Ecl. 5. 17.* nidosque reversa lutabit hirundo. — **2)** Item universim oblino, aspergo, commaculo. *Martial. 14. 50.* Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos. — **3)** Deinde

II. *Lūto, as, āvi, āre.* Est etiam frequentativ. a *luo;* solvo, apud *Varron.* apud *Non. 2. 482.*

LŪTOR, ōris, m. V. LOTOR § 1.

LUTOSER. V. LOTASTER.

LŪTŌSUS, a, um. Adiect. a *lūtum;* luto abundans, luto aspersus, coenosus, lutulentus; *fangoso. Plin. 18. 49. 3.* Terram lutosam ne tangito. *Colum. 2. 4.* Nimius humor agros limosos lutososque reddit. *Id. 12. 54.* Rapa si sunt lutosa, detergito. *Virg. Catal.* in *Anthol. Lat. n. 402. Meyer.* Cremona frigida et lutosa Gallia.

LŪTRA et Lytra, ae, f. Nomen animalis cuiusdam amphibii, quod *Varr. 5. LL. 13.* a λύω; solvo, ducit. Sic enim scribit: « Ut Aegypti in flumine quadrupes, sic in Latio nominati *lytra* et *fiber: Lytra*, quod succidere dicitur arborum radices in ripa, atque eas dissolvere, ab λύω. » — Porro

LUTRA est animal quadrupes, amphibium, e fibrorum genere, solaque cauda differens, quae in fibris piscium est, in lutra similis animalium terrestrium; Italice quoque levi mutatione *lontra*. A quibusdam canis fluviatilis dicitur. *Plin. 8. 47. 1.* et *32. 53. 5.* Adde *Solin. 13. 2.* — Eius figura cernitur in lithostrato Praenestino illustrato a cl. Viro *Pierallisi, Tab. 1.*

LŪTRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λούτρον, pro qua Dorice λώτρον; lavacrum. Hinc *Aphrodites lutron* (alii leg. *lotron*) *(h. e.* Veneris lavacrum) est herba communius dicta *chamaeleon*, teste *Apul. Herb. 25.*, ubi sunt etiam qui leg. *lotor*.

LŪTŪLENTĒ. Adverb. a *lutulentus;* impure; *impuramente. Non. 2. 485.* Lotiolente dictum velut lutulente. Cf. LOTIOLENTE.

LŪTŪLENTĬĂ, ae, f. Abstractum a *lutulentus*. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 3. p. 525.* Faeculentia, lutulentia.

LŪTŪLENTUS, a, um. Adiect. a *lutum*, syllabica adiectione productum. — Comparat. *lutulentior* § 2. — Proprie est lutosus, luto aspersus; *fangoso, imbrattato di fango. Horat. 2. Ep. 2. 75.* Lutulenta sus. *Ovid. 1. Met. 434.* diluvio tellus lutulenta recenti. *Id. 3. Amor. 6. 93.* lutulentus amnis. *Martial. 9. 25.* lutulenta mula. — **2)** Idem *Martial.* lutulentum dicit, qui in palaestra ceromate se oblinit, *7. 66.* Et putri lutulenta de palaestra. — **3)** Translate est spurcus, immundus, impurus. *Plaut. Poen. 1. 1. 29.* Lenone istoc non lutum est lutulentius. *Cic. Pis. 12.* Ne tum quidem emersisti, lutulente Caesonine, ex miserrimis naturae tuae sordibus. *Id. Rosc. Com. 7.* Persona illa *(lenonis)* lutulenta, impura, invisa in huius moribus, natura, vitaque est expressa. *Id. Pis. 1.* Pauci ista tua lutulenta vitia noveramus. — **4)** Refertur ad genus dicendi. Unde *Horat. 1. Sat. 4. 11.* et *ibid. 10. 50.* Lucilium ait fluere lutulentum; *h. e.* sordidis, et nimis vulgaribus verbis ac sententiis refertum: in quo tamen ab eo dissentit *Quintil. 10. 1. a med.* V. LUCILIUS in ONOM.

* LŪTŪLO, as. V. LUTITO.

LŪTUM, i, n. Nomen latentis originis, quo genus quoddam herbae significatur, de quo mox, omnino distinguendum a *lūtum*, quod prima correpta, *coenum* significat. — **b)** Derivata, *lutsolus, luteus*. — **c)** Compositum, *sublutens*.

LUTUM proprie est herba in palustribus et aquosis locis nascens, flore rufo vel aureo, caulículos spargens cubitales et cubito maiores, quorum e geniculis folia exeunt gracilia, salicis foliis non dissimilia. Pannorum infectoribus in maximo usu est, qui caerulei coloris pannos ei incoquentes colorem viridem efficiunt. Nam ex flavi caerulei que commixtione viridis color emergit. Olim etiam hac herba caeruleo subtrita chrysocollam adulterinam conficiebant. *Virg. 4. Ecl. 44.* Iam croceo *(aries)* mutabit vellera luto. *Tibull. 1. 9. 52.* non illi sontica causa est, Sed nimius luto corpora tingit amor; *h. e.* pallore, qui ad luteum colorem accedit. *Al.* luteo *leg.*, ut sit synaeresis. *Vitruv. 7. 14.* Herba, quae lutum appellatur, caeruleum inficiunt. *Alii leg.* luteum. — **2)** Apud *Plin. 33. 26. 2. de chrysocolla.* Luteam putant a luto herba dictam, quam ipsam caeruleo subtritam pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atque fallacissimo. V. LŪTEUS § 4. — **3)** Nuptarum flammea lutei coloris (Italice *giallo*) esse solebant, ut in LŪTEUS § 3. dictum est. Quo pertinet illud *Virg. Cir. 316.* mori me velle negavi, Ut tibi Corycio glomerarem flammea luto; *h. e.* lutei coloris flammea parārem.

II. **LŬTUM**, i, n. Nomen parum certae originis, quod quibusdam videtur esse a *lūtum*, supino verbi *luo;* sed prima correpta, quae in *lūto* est longa. *Isid.* autem *16. Orig. 1. 4.* « Lutum, ait, vocatum quidam per antiphrasim putant, quod sit mundum, nam omne *lotum* mundum est. » Eadem habet etiam *19. ibid. 10. 18.* — **b)** *Lutus* masculin. *Claud. Quadrigar.* apud *Non. 3. 132.* Imbri lutus erat multus. *Inscr.* mendosa apud *Grut. 903. 1.*, emendata vero apud *Maffei, Ver. illustr. P. 1. p. 359. n. 55.* P. Atinius L. f. Fab. hic situs est. Si lutus aut pulvis tardat te forte, viator, etc. Adde *altiam* infra §. 4. — **c)** Derivata, *lutamentum, lutarius, lutensis, lutesco, luteus, lutina, lutito, lutosus, lutulente, lutulentia, lutulentus.* — **d)** Composita, *collutito, delutatio, deluto*.

LUTUM proprie est terra humore soluta, quae et *coenum* dicitur. *fango, loto*. V. COENUM §. 1. *Cic.* apud *Plin. 31. 28. 5.* In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre pulverem. *Horat. 1. Ep. 11. 11.* Sed neque qui Capua Romam petit, imbre lutoque Aspersus etc. *Id. ibid. 2. 26.* amica luto sus. *Iuvenal. 14. 60.* luto perfusa porticus. *Ter. Andr. 4. 4. 58.* Pervolvere quempiam in luto. *Cic. 6. Verr. 24.* volutari. *Suet. Vesp. 5.* Luto oppiere aliquem. *Caes. 2. B. C. 9.* Eam contabulationem lateribus lutoque constraverunt. Et *ibid. 15.* Crates luto integere. *Colum. 12. 21.* Urceus diligenter oblinitur luto paleato. — *Vulg. Interpr. Zach. 10. 5.* Quasi fortes conculcantes lutum viarum in praelio. *Chaldaic. Interpr.* exponit: hostes ceu lutum. — In plur. numero. *Cic. fragm. epist.* apud *Non. 5. 132.* Luta et limum aggerebant. — **2)** *Pro luto esse* dicuntur, quae vili pretio sunt; *a prezzo di fango. Petron. fragm. Tragur. 44. Burm.* Illo tempore annona pro luto erat. Et *ibid. 67.* Mulieres si non essent, omnia pro luto haberemus. — **3)** *Haerere* aut *esse in luto* dicitur, qui aliqua est difficultate implicitus, unde se expedire non potest. *Plaut. Pseud. 4. 2. 27.* nunc homo in medio luto est: Nomen nescit. *Id. Pers. 4. 3. 66.* Neque mihi haud imperito evenit, tali ut in luto haeream. *Ter. Phorm. 5. 2. 15.* In eodem luto haesitas. — **4)** Est *lutum* vilis impurive hominis convicium. *Cic. Pis. 36.* O tenebrae, o lutum, o sordes! *Plaut. Most. 3. 2. 45.* Verberibus caedere, lutum, pendens. Adde *Pers. 5. 3. 2.* et *Catull. 42. 13.* o lutum, lupanar, Aut si perditius potest quid esse. — Huc spectat *Inscr.* in *Corp. Inscr. Lat. T. 4. n. 1316.* Laudata *(puella)* a multis, set *(sic)* lutus intus erat. Cf. *Catull. 42. 13.* — **5)** Deinde

II. *Lutum* dicitur etiam de creta seu argilla figulari. *Tibull. 1. 1. 51.* Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis Pocula, de facili composuitque luto. *Martial. 8. 6.* Picta Saguntino cymbia malo luto. — **6)** Hinc translate. *Iuvenal. 14. 34.* quibus arte benigna, Et meliore luto finxit praecordia Titan; *di miglior pasta*. Et *Pers. 5. 23.* Udum et molle lutum es: nunc nunc properandus, et acri Fingendus sine fine rota; *pasta tenera*. Haec autem referuntur ad Prometheum, a quo primum hominem e luto fictum fuisse fabulantur: vel universim ad quemcumque figulum. — Huc spectare potest illud *Vulg. Interpr. Nah. 3. 14. de Ninive.* Aquam propter obsidionem hauri tibi: exstrue munitiones tuas: intra in lutum et calca, subigens tene laterem; *h. e.* concoque in fornace lateres ad instaurandos muros tuos ab hostibus diruptos, et praepara te ad defensionem. — **7)** Item de haphe athletarum. *Senec. ep. 88. ante med.* Luctatores, et totam oleo ac luto constantem scientiam expello.

LŬTUS, i, m. V. voc. praeced. §. b.

LŬUX, laucis. V. voc. seq. §. b.

LUX, lūcis, f. Verbale a *luceo;* quamquam scribit *Macrob. 1. Saturn. 17. a med.* veteres Graecos λύχνα vocasse primam lucem diei, quae solis exortum praecedit: tum ipsum solem λύχνον appellasse: itaque inde *lucem* dictam putari. V. LYCE. — **b)** *Luuci* pro *luci* quasi a *luux*, scribitur in *fragm. legis* edito in *Cor. Inscr. Lat. T. 1. n. 197. lin. 3.* — **c)** Cum ad diem refertur, nonnunquam in ablat. *luci* habet pro *luce;* idque et mascul. genere reperitur. *Cic. 13. Phil. 10.* Quis audeat luci? quis in militari via? *Plaut. Cas. 4. 2. 7.* Properate, ut veniamus luci. *Id. Merc. 2. 1. 31.* Ad portum hinc abii mane cum luci simul. *Id. Amph. 1. 1. 10.* me qui hoc Noctis a portu ingratis excitavit, Nonne idem hoc luci me mittere potuit? *Id. Cist. 2. 1. 48.* Cum primo luci cras ambo occidero. *Id. Aul. 4. 10. 18.* Luci claro deripiamus aurum matronis palam. *Non. 3. 118.* cum plerisque aliis legit *luce claro*, quod non solum alio *Varronis* loco confirmat, sed etiam *Ciceronis, 3. Offic.* (quae verba eo toto libro non invenio). Et cum

Digitized by Google

prior ire luce claro non queo. Sed et *in luci* pro *in luce*, h. e. cum lucet, dixit *Lucret. 4. 235.* Si quadratum tentamus, et id nos Commovet in tenebris; in luci quae poterit res Accidere ad speciem, etc. — **d)** Etiam *lucu* pro *luci* dixere. *Ter. Adelph. 5. 3. 55.* Cum primo lucu ibo hinc. Ubi *Donat.* Veteres dicebant *lucu* pro *luce*, pro sole ponentes. — **e)** In genitivo plurali *lucum* ne, an *lucium* dicendum sit, dubitari etiam nunc ait *Plinius* apud *Charis. 1. p. 13. Putsch.* — **f)** Derivata et Composita, v. in LUCEO suo loco.

LUX proprie est lumen ac splendor cuiuscumque corporis luminosi; *luce. Cic. 1. Divin. 3. in fin.* Cum id solis luce videatur clarius. *Virg. 3. Aen. 634.* Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. — **2)** *Luces* in plur. num. absolute dicuntur stellae; *le stelle. Cic. Arat. 96.* Illae, quae fulgent luces ex ore coruscо. — *Apul. de Mund. 16. de cometis.* Sed plerumque luces istae repentino ortae, visae statim occidunt. — **3)** Item splendor, qui e nitidis rebus effluit; *splendore, lucidezza. Lucret. 4. 1119.* grandes viridi cum luce smaragdi. *Plin. 37. 25. 2.* Lucem non emittentes gemmae. *Id. 11. 53. 4.* Lucem iaculantur oculi lupi. *Val. Flacc. 1. 486.* parmae luce coruscus. *Virg. 2. Aen. 479.* luce coruscus aena. *Stat. 8. Theb. 124.* Lux ferri. *Id. 1. Achill. 505.* genarum. — *Manil. 5. 238.* Tyrias imitata papavera luces; h. e. colores. — **4)** Speciatim *lucem facere* dicuntur Saturno sacrificantes; id est capita detegere. Ita *Festus* apud *Paul. Diac. p. 119. Mull.*, qui alibi (sub v. *Saturno p. 345. ibid.*) docet, ei Deo morem fuisse apertis capitibus supplicare. — **5)** Deinde

II. *Lux* saepe refertur ad diem. *Cic. 2. Orat. 64.* Si ad te bene ante lucem venisset; *avanti giorno.* Et *3. Offic. 31.* et *4. Att. 3. a med.* Metellus cum prima luce in campum currebat; *sul far del dì.* Et *Suet. Caes. 31.* Tandem ad lucem duce reperto; *circa l' alba.* Et *Liv. 1. 44.* et *Caes. 1. B. G. 22.* Prima luce adesse. *Virg. 9. Aen. 153.* et *Cic. 3. Offic. 24.* Luce, palam in foro saltare; *di bel giorno.* Et *Plt. 10.* Arma in templum Castoris luce et palam comportare. *Tacit. 5. Hist. 22. in fin.* Multa luce revecti hostes; *essendo il giorno molto avanzato. Curt. 7. 11. a med.* Stratis passim corporibus in lucem quieverunt; *sino a giorno. Virg. 4. G. 490.* luce sub ipsa; h. e. cum prope esset, ut ex Inferis, ubi perpetua est nox, caelum diemque videret. — Huc spectant aliquot loca allata supra §. c. — **6)** Hinc ponitur aliquando pro ipso die; *giorno, dì. Auct. ad Herenn. 4. 56.* Luce noctem, nocte lucem exspectatis. *Ovid. 15. Heroid. 104.* Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis. *Id. 2. Met. 802.* anxia nocte, Anxia luce gemit. *Cic. Mil. 35.* Centesima lux est haec ab interitu P. Clodii. *Virg. 10. Aen. 244.* Crastina lux. *Gell. 19. 9.* Lux annua; h. e. natalis, quemadmodum ea ab *Ovid. Ib. 219.* dicitur. *Id. 3. Fast. 397.* His etiam coniux apicati cincta Dialis Lucibus impexas debet habere comas. *Tertull. Apolog. 48.* Lux quotidie interfecta resplendet. — **7)** Hinc *lux propinquorum* apud *Martial. 9. 56.* v. loc. in COGNATIO §. 2. — **8)** *Lux aestiva* apud *Virg. 4. G. 53.* tempus aestatis designat: *brumalis* apud *Ovid. 1. Trist. 11. 39.* hiemis. — **9)** *Luce clarius* esse dicitur, quod manifestissimum est. *Cic. 1. Catil. 3.* Luce sunt clariora nobis tua consilia omnia. Et *Cael. 9. extr.* Signis omni luce clarioribus crimina refellere. Et *1. Divin. 3. extr.* Id solis luce videtur clarius. — **10)** Hinc iterum translate dicitur de publico civium convictu. *Id. Senect. 4.* Nec vero ille in luce modo, atque in oculis civium magnus, sed intus domique praestantior. *Id. Brut. 8.* Isocrates forensi luce caruit, intraque parietes aluit gloriam. *Id. 1. Q. Fr. 1. 2.* Istam virtutem non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiae, in oculis clarissimae provinciae, atque in auribus omnium gentium esse positam. *Id. Har. resp. 23.* Lucem non aspicere, carere publico; *star rittrato. Id. 4. Acad. 19.* Res occultas aperire, in lucemque proferre. Et *Deiot. 11.* Deiotarus vestram familiam abiectam et obscuram e tenebris in lucem vocavit; *l' ha fatta conoscere e risplendere.* — **11)** Praeterea

III. *Lux* saepe etiam refertur ad vitam. *Cic. Mil. 3.* Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur; *non esser giusto, che viva colui, che* etc. *Id. Quint. 23.* Aliquem communi luce privare. *Id. 7. Verr. 29. a med.* Lucis usuram dare alicui. *Id. Rosc. Am. 22.* Ut propter quos hanc suavissimam lucem asperxerit, eos indignissime luce privarit. *Id. Har. resp. 27.* Suscipi in lucem; *nascere.* — **12)** Hinc quoque ponitur saepe pro ipsa vita. *Virg. 4. G. 253.* corpora luce carentum. *Id. 4. Aen. 31.* o luce magis dilecta sorori. *Stat. 17. 475.* Regia cum lucem posuerunt membra; h. e. cum rex moritur. *Id. 16. 338.* patriumque petebant Orbati solium lucis discrimine fratres; *cimentando la vita.* — **13)** Hinc etiam *lucem afferre* est opem, auxilium, et quasi vitam afferre. *Cic. Manil. 12.* Pro Dii immortales! tanta ne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipubl. potuit? *Id. 1. Phil. 2.* Lux quaedam videbatur oblata, non modo regno, sed etiam regni timore sublato. *Id. 1. Orat. 4. extr.* Civibus lucem ingenii et consilii porrigere. — **14)** Speciatim dicitur et de oculis, aut visu; *occhi, vista. Stat. 11. Theb. 585.* effossae squalent vestigia lucis. *Ovid. 14. Met. 197.* damnum lucis ademptae. — *Rutil. 1. Itiner. 166.* Non possum sicca dicere luce, vale; *senza lagrime.* — **15)** Habet locum in blandis appellationibus. *Cic. 14. Fam. 21.* Mea lux, meum desiderium. *Ovid. 3. Trist. 3. 32.* Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero. *Plaut. Mil. 4. 8. 34.* Lux, salve. Adde *Catull. 68. 132.* et *160.*, *Tibull. 4. 3. 15.*, *Propert. 2. 14. 29.* et *ibid. 28. 59.* et *Martial. 8. 30.* et *7. 13.* — **16)** *Lux* tamen, quoties de homine dicitur, ponitur etiam saepe pro splendore, decore, gloria. Sic *Virg. 2. Aen. 279. de Hectore.* O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum. *Plin. 17. 3.* Cicero, lux doctrinarum altera; *scil.* post *Homerum*, quem paulo ante laudarat. *Inscr.* in *Bullett. dell' Istit. Archeol. a. 1867. p. 91.* M. Pulei Pierii, lux Pompeianorum. — **17)** Item universim de omni eo, quod exornat, illustrat et decorat. *Cic. 4. Catil. 6.* Videor mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, subito incendio concidentem. *Id. 2. Orat. 9.* Historia testis temporum, lux veritatis. *Id. 1. ibid. 34.* Illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. *Id. 4. Acad. 8. a med.* Ratio, quasi quaedam lux lumenque vitae. *Sil. 8. 248.* Atque illi sine luce genus, surdumque parentum Nomen; *senza splendore di casato.* — **18)** Denique

IV. *Lux* apud *Vulgatum Interpretem*, atque hinc etiam apud Scriptores Ecclesiasticos, saepissime refertur ad intellectum et opponitur *tenebris*; ac subinde etiam ad gratiam Christi, et ad omnia quae ad eum pertinet, qui κατ' ἐξοχήν hoc sensu *lux* dicitur. Sic *Vulg. Interpr. Matth. 4. 16.* Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: et sedentibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. *Id. ibid. 5. 14.* Vos estis lux mundi. Et *mox.* Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. *Id. Luc. 16. 8.* Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. *Id. Ioh. 1. 4. de Christo.* In ipso vita erat et vita erat lux hominum. Et *mox.* Et lux in tenebris lucet. Et *ibid. 9.* Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Id. ibid. 3. 20.* Qui male agit, vidit lucem. Et *mox.* Qui autem facit veritatem, venit ad lucem. *Id. ibid. 8. 12.* Ego sum lux mundi, etc. — *Id. Rom. 13. 12.* Induamur arma lucis. *Id. 2. Cor. 6. 14.* Quae societas luci ad tenebras? Et *11. 14.* Satanas transfigurat se in Angelum lucis. *Id. Ephes. 5. 8.* Ut filii lucis ambulate. Adde *Isid. 7. Orig. 2. 26.* et *Augustin. Hieronym., Ambros.* etc. passim, et Cf. LUMEN §. 19. — **19)** Absolute *luci* ablativo adverbiorum more posito, v. supra §. c.

Nota. Discrimen inter *lumen* et *lucem* dedimus supra sub v. LUMEN in *Nota*.

LUXĂBUNDUS. V. LIXABUNDUS.

LUXĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *luxo;* luxatura; *lussazione. Gloss. Philox.* Luxatio; ἐκβρασμα. Adde *Gloss. Lat. p. 201. n. 203.* et v. *Hildebr.* ad h. l.

LUXĀTŪRĂ, ae, f. Verbale a *luxo;* ossis e loco motio; *slogamento. Marcell. Empir. 36. in fine.* Nervis quoque placandis, et luxaturis, et fracturis solidandis utilissimum est.

LUXĀTUS, a, um. Particip. verbi *luxo*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est loco suo emotus: et dicitur fere de ossibus; *slogato, svolto, disovolato. Cato, RR. 157. ante med.* Luxatum si quod est, sanum faciet. *Plin. 30. 23. 3.* Articulis luxatis praesentaneum est sevum. *Id. 31. 37. 1.* Luxata corpora natando facillime in artus redeunt. *Id. 8. 70. 4.* Luxata cornua. — **2)** *Luxata machina;* soluta, disiecta; *scompaginata. Plin. 36. 24. 16.* Populus fl. periturus momento aliquo luxatus machinis; h. e. in versatili theatro sedens: *alii leg.* laxatis. — **3)** Absolute, substantivorum more,

LUXATA, orum, n. Sunt membra luxata. *Sensc. ep. 104. circa med.* Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum? advocat medicum, ut fracta pars iungatur, ut luxata in locum reponantur. *Plin. 10. 33. 3.* Sic etiam fistulas et luxata et humores evocari. *Alii perperam leg.* cluxata.

LUXO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv. a *luxus*. — Particip. *luxans* §. 1., *luxatus*, v. suo loco. — Proprie est loco moveo; *slogare, svoltare, smuovere:* et dicitur de ossibus, quorum capita sua sede moventur; item de rebus aliis, quae a naturali statu seu rigore solvuntur, aut flectuntur. *Prudent. 2. Cathemer. 78.* Luxante claudus poplite, Femurque victus debile. *Alii melius leg.* lapsante. Cf. LUXATUS §. 1. — **2)** Translate. *Plin. 17. 37. 9.* Cum subarator imprudens luxavit vitium radices, corpusve desquamavit. Et *ibid. 24. 6. de insitione.* Calamus ad corticem usque suum deprimatur: ne luxetur, dum deprimitur.

LUXOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv. a *luxus;* luxerior, in luxu ago. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 120. Mull.* Luxantur a luxu dictum; id est luxuriantur. *Plaut. Pseud. 4. 7. 6.* Luxantur, lustrantur, comedunt quod habent. *Alii leg.* luxuriantur. Cf. *Non. 55. 13. Merc.*

LUXTI *pro* Luxisti. V. LUCEO §. d.

LUXŬRĬA, ae, et Luxuries, ēi, f. Abstractum a *luxus*. — **b)** *Luxurii* in genit. pro *luxuriei* dixit *C. Gracchus* apud *Gell. 9. 14.* — **c)** *Luxurīē*, ultima producta, adhibendum esse in ablat. sing. docet

Digitized by Google

Auct. Append. ad Prob. p. 439. Endl. — **d)** De genitivo plur. V. in SPECIES. — Porro

LUXURIA proprie dicitur de nimia germinum ubertate et redundantia; *vigoglio. Virg. 1. G. 112.* Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Et *ibid. 191.* si luxuria foliorum exuberat umbra. *Cic. 2. Orat. 23.* In oratione interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est. *Plin. 17. 35. 23.* Novellus palmes proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. — **2)** Apud *Eund. 9. 1. 1.* Luxuria humoris est abundantia et fecunditas aquarum, ex qua fit, ut maior sit aquatilium animalium, quam terrestrium copia. — **3)** In pecudibus est nimius ardor et exsultantia ex otio et copia cibi. *Val. Flacc. 7. 65. de tauris.* his rabiem nunc nostra senectus, Luxuriemque dedit. — **4)** Saepius vero, sensu quidem translato, sed proprio fere verbi facto ex usu loquendi,

II. *Luxuria* dicitur nimia rerum, quae ad victum cultumque pertinent, abundantia, profusio sumptuum in deliciis et superfluis rebus comparandis, mollis et delicata vita, unde mores corrumpuntur; *lusso, morbidezza, pompa.* A *Plin. Paneg. 44. in fin.* frugalitati opponitur. *Ter. Heaut. 3. 1. 72.* Animus, qui nunc luxuria et lascivia diffluit. Ubi *Donat.* Luxuria a luxu; idest superfluitate derivatur: lascivia autem designat quandam petulantiam et importunitatem, exsultando et delectando in sua turpitudine. Luxuriae peregrinae origo ab exercitu Asiatico, domitis Antiocho et Gallis, in urbem invecta est, *Livio* teste *39. 6.*, quem consule, satis eo loco, quid *luxuriae* nomine veniat, edocentem. Narrant *Gell. 4. 8.* et *Val. Max. 2. 9. n. 4.* P. Cornelium Rufinum a C. Fabricio censore senatu motum ob luxuriae notam, quod decem pondo libras argenti facti haberet. *Plaut. prol. Trinum.* Inopiam Luxuriae filiam facit. *Vellei. 2. 33.* Lucullus profusae huius in aedificiis, convictibusque et apparatibus luxuriae primus auctor fuit. *Lucan. 4. 375.* e prodiga rerum Luxuries, numquam parvo contenta paratu. *Cic. Rosc. Am. 27. sub fin.* In urbe luxuries creatur: ex luxuria exsistat avaritia, necesse est; ex avaritia erumpat audacia. *Id. 1. Agr. 7.* Luxuries Annibalem ipsum Capuae corrupit. *Id. Mur. 36.* Odit populus R. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas, etc. *Id. Rosc. Am. 14.* De luxuria purgavit Erucius, cum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. *Caes. 2. B. G. 15.* Nullum aditum esse ad eos mercatoribus: nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri. *Cic. 1. Offic. 30.* Diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere. Et *ibid. 34.* Luxuria cum omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est: sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit, duplex malum est. *Id. Coel. 23.* Domus, in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia versantur. *Nep. Cat. 2.* Luxuriam, quae incipit pullulare, reprimendam. *Id. Phoc. 1. extr.* Nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam. *Id. Dion. 6.* Aliquem a perdita luxuria ad virtutem revocare.

LUXŬRĬANS, antis. Particip. verbi *luxurior*, adiectivorum more etiam adhibitum; qui luxuriatur. — Translate. *Plin. 17. 3. 4.* Luxuriantis ingenii fertilitas; *h. e.* exuberantis. — **2)** Hinc absolute. *Horat. 2. Ep. 2. 122.* Luxuriantia compescet, nimis aspera sano Levabit cultu. *Quintil. 10. 4. 1.* Luxuriantia astringere *(stilo).*

LUXŬRĬANTER. Adverb. a *luxurians;* luxuriantium more. *Eugypp. Thesaur. 118. post med.* Noli dicere tibi, quando forte luxurianter aliquid vis agere: Adhuc uxorem non habeo, etc.

LUXŬRĬĀTUS, a, um. V. LUXURIO §. 2. et 4.

LUXŬRĬES, ēi. V. LUXURIA.

LUXŬRĬO, as, avi, ātum, āre, et

LUXŬRĬOR, āris, ātus sum, āri. Verbum intransitiv., transitivorum more aliquando etiam adhibitum, a *luxuria*, utraque forma activa et deponenti usurpatum. Cf. *Quintil. 9. 3. 7.* et *Claud. Sacerd. 1. Art. Gramm. 97.*, ubi active per apocopen tantum usurpari tradit. — **b)** Sunt tamen qui discrimen statuunt inter *luxurio* et *luxurior*. V. FLUCTUO in *Nota*. — **c)** Particip. *luxurians* §. 1. et suo loco, *luxuriatus* §. 2. et 4. — **d)** Derivata et Composita, V. in LUXUS suo loco.

LUXURIOR vel Luxurio proprie dicitur de terra pingui ac nimis fecunda; itemque de arboribus plantisque, quae floribus ac foliis exuberant; *lussureggiare. Ovid. 1. Heroid. 53.* Iam seges est, ubi Troia fuit, resecandaque falce, Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. Et *4. Fast. 644.* ager assidua luxuriabat aqua. *Id. 1. Art. am. 339.* Mens erit apta capi tunc, cum laetissima rerum, Ut seges in pingui luxuriabit humo. *Id. de nuce, 20.* Coepimus in longas luxuriare comas. *Colum. Arbor. 11.* Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato; *affinchè non mettano con rigoglio. Plin. 19. 34. 5.* Caules depressi in terram obruuntur: ita cavetur, ne in frondem luxurient. *Id. 16. 40. 1.* Arbores vere variis colorum picturis in certamen usque luxuriant. — **2)** Hinc translate *Liv. 23. 12. a med.* Vereor, ne haec quoque laetitia luxuriet nobis, et vana evadat; *h. e.* in vanum gaudium, tanquam in folia, sine ullo fructu utilitatis publicae, desinat. *Ovid. 3. Trist. 1. 43.* Nec tamen, ut lusit, rursus mea littera ludet: Sit semel illa meo luxuriata malo; *h. e.* nimis fecunda fuerit in conscribendis amatoriis versibus. — **3)** Saepius vero, sensu quidem translato, sed ex consuetudine loquendi recepta etiam proprio verbi facto,

II. *Luxurior* est luxuria diffluo, luxuriose ago, nimios in victum et cultum sumptus facio, unde exsistit audacia et insolentia; *darsi al lusso, al bel tempo, spandere smoderatamente, vivere in morbidezza, insolentire. Ovid. 16. Heroid. 191.* Hanc faciem largis sine fine paratibus uti, Deliciisque decet luxuriare novis. *Liv. 1. 19.* Ne luxuriarentur otio animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris continuerat, Deorum metum iniiciendum ratus est. *Flor. 2. 15.* No, metu ablato aemulae urbis, luxuriari felicitas Urbis inciperet. *Curt. 10. 7. a med.* Si multitudo nova libertate luxuriat. *Ovid. 2. Art. am. 437.* Luxuriant animi rebus plerumque secundis: Nec facile est aequa commoda mente pati. — *Vulg. Interpr. 1. Tim. 5. 11.* Adolescentiores autem viduas devita; cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt; *h. e.* contra datam Christo fidem libidini paruerint, demum ad nuptias respiciunt. — **4)** Hinc iterum translate. *Ovid. 7. Met. de Aesone sene in iuvenem recocto, 290.* abeunt pallorque situsque, Adiectoque cavae supplentur sanguine venae; Membraque luxuriant; *rinvigorisconо:* succo et viribus redundant. *Gell. de homine praepingui et corpulento, 7. 22.* Non omnino inculpatum neque indesidem fuisse, cuius corpus in tam immodicum modum luxuriasset exuberassetque. *Virg. 3. G. 81. de equo.* Luxuriatque toris animosum pectus; *h. e.* abundat. *Id. 11. Aen. 496. item de equo.* Emicat arrectisque fremit cervicibus alte Luxurians; *h. e.* lasciviens et exsultans. Sic *Val. Flacc. 6. 645.* stabulis qualis leo saevit opimis Luxurians, spargitque famem. Et *Ovid. 1. Fast. 156.* Ludit et in pratis, luxuriatque pecus. *Stat. 2. Theb. 676.* sanguine multo Luxuriata fames; *h. e.* per luxum satiata. — **5)** Transitivorum more,

III. *Luxurior* cum accusativo usurpatum reperitur in *Petron. fragm. p. 676. Burm.* famuli in testa mersas luxuriantur opes; *h. e.* in compotationibus absumunt. *Alii aliter leg.;* retinuit tamen in textu etiam *Bücheler*, quem V. *p. 219.*

LUXŬRĬŌSĒ. Adverb. a *luxuriosus*. — Comparat. *luxuriosius*, et superlat. *luxuriosissime*, infra. — Est cum luxu, profuse, molliter; *con lusso. Cic. Coel. 6.* Cum tristibus severe, cum remissis iucunde, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose vivere. *Cato* apud *Gell. 7. 3.* Ne haec laetitia nimis luxuriose eveniat; *h. e.* luxum atque insolentiam pariat. *Sall. Cat. 11.* Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum, luxuriose nimisque liberaliter habuerat. *Nep. Pausan. 3.* Epulabatur more Persarum luxuriosius, quam qui aderant perpeti possent. *Colum. procem.* Luxuriosius fercula struere. *Augustin. Mor. Eccl. Cathol. 34.* Luxuriosissime bibere.

LUXŬRĬŌSUS (et Luxuriosus in *Inscr.* in *Annali dell' Istit. Archeol. a. 1863. p. 170.*, ubi nomen est equi), a, um. Adiect. a *luxuria*. — Comparat. *luxuriosior* et superlat. *luxuriosissimus* §. 2. — Proprie dicitur de herbis et plantis, cum nimia foliorum et frondium ubertate exsuperant; *vigoglioso. Cic. Orat. 24.* Laetas esse segetes, luxuriosa frumenta. *Colum. 3. 6. ad fin.* Vitis valida et luxuriosa. *Ovid. 1. Fast. 689. de segete.* Et neque deficiat macie, neque pinguior aequo Divitiis pereat luxuriosa suis. — **2)** Saepius vero, sensu quidem translato, sed proprio verbi ex usu loquendi facto,

II. *Luxuriosus* est luxui deditus, immodicus in sumptibus, deliciis nimis indulgens, excedens modum in epularum apparatu, in vestibus, in aedibus, etc. atque adeo mollis, delicatus, intemperans; *dato al lusso, pieno di lusso, eccessivo nello spendere, in ben trattarsi. Cic. 2. Fin. 7. ad fin.* Reprehendere luxuriosos ob eam ipsam causam, quod ita vivant, ut persequantur cuiusquemodi voluptates. *Id. 2. Phil. 27.* Multa et lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. *Nep. Alcib. 1.* Idem, simul ac se remiserat, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur. *Cic. Pis. 27.* Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius. *Colum. 8. 16.* Circumfertur Philippi, velut urbanissimum, quod erat luxuriosissimum dictum atque factum. *Iustin. 11. 10.* Luxuriosa convivia et magnificentiam epularum sectari. *Ovid. Rem. am. 746.* Divitiis alitur luxuriosus amor; *h. e.* magnis sumptibus gaudens (Adde *6. Fast. 172.*). *Varr.* apud *Non. 14. 33.* Vestitus delicatior ac luxuriosus; *h. e.* magno sumptu paratus. *C. Memmius* apud *Serv.* ad *1. Aen. 168.* Inque luxuriosissimis Asiae oppidis consedisse; *h. e.* omni copia, atque adeo luxu affluentibus. — **3)** Hinc iterum translate est immodicus, insolens, ut *luxuriosa laetitia*, apud *Liv. 2. 21.*; *h. e.* insolens, superba, plena audaciae; *insolente:* nam ex luxu et delicata vita insolentia nascitur et superbia. — Huc spectat et illud *Sall. Iug. 100.* Luxurioso otio esse.

Nota. Discrimen inter *luxuriosum* et *prodigum* tradit *Isid. 1. Differ. n. 526.* e *Luxuriosus*, quasi solutus in voluptates, unde mem-

Digitized by Google

bra loco mota luxa dicuntur; *prodigus* autem sumptuosus, qui omnia porro agit, et quasi proicit. »

LUXUS, a, um. Adiect. a voce Graeca λοξός; obliquus, ut Recentiores aliqui autumant, sive a *luo*, vel Graeco λύω; *solvo*, ut tenere videtur *Isid. 20. Orig. 2. 22.* « *Luxa* aqua dicitur, ab eo quod sit soluta, unde et solutio libidinis *luxus*, et membra loco mota *luxa* dicuntur. » Cf. voc. praeced. in *Nota*. Ex his fortasse argui potest voces *lĭxus*, *luxus* et *laxus* eiusdem originis habitas fuisse. Cf. LASCIVUS §. 2. LAXUS §. a. et LIXULAE *init.* — **b**) Derivata, *luxabundus*, *luxatio*, *luxatura*, *luxo*, *luxor*, *luxuria*, *luxurianter*, *luxurio*, *luxuriose*, *luxuriosus*, *luxus*, *us*. — **c**) Compositum, *eluxurior*.

LUXUS proprie est suo loco motus, luxatus; *slogato*, *svolto*. *Festus* apud *Paul. Diac. p. 119. Müll.* Luxa membra, e suis locis mota et soluta. *Sallust. fragm.* apud *Probum* in *Catholic. p. 1376. Putsch.* Luxo pede. — **2**) Absolute, substantivorum more,

LUXUM, i, n. Est membrum luxatum. *Marcell. Empir. 36. ad fin.* Emplastrum utile ad luxa, vel fracta. — *Cato, RR. 160.* Luxum si quod est, hac cantione sanum fiet. Alii putant, hic *luxum* esse adiectivum. V. vocem sequent. §. 1.

LUXUS, us, m. Verbale a *luxo*. — **b**) *Luxu* pro *luxui* apud *Sall. Iug. 6.* et *Tacit. 3. Ann. 34.* V. loca in §. 2. — **c**) *Luxus* et *luxus* saepius in MSS. et editis libris inter se confusa fuisse, monet *Hildebr.* ad *Apul. 2. Met. 2.* V. infra §. 3.

LUXUS proprie est idem ac luxatio, luxatura; *slogamento*. *Cato, RR. 160.* Ad luxum, aut ad fracturam alliga, sanum fiet. *Apul. Florid. n. 16.* Articulus loco concessit, exque eo luxu adhuc fluxus est. — **2**) Deinde, sensu quidem translato, sed proprio verbi facto ex usu loquendi recepto,

LUXUS est idem quod luxuria, vitium animi soluti et immodici in comparandis quacumque impensa rebus ad victum et cultum pertinentibus, mollitiei ac deliciarum causa: item ipsa copia rerum immodico pretio coëmptarum; *lusso*. *Ter. Adelph. 4. 7. 43.* Domus sumptuosa, adolescens luxu perditus. *Cic. 5. Verr. 25. a med.* Nisi forte existimatis, eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo atque exitio suo risum tenere non possit. *Sall. Cat. 37.* Luxu atque desidia corrupta civitas. *Id. Iug. 9.* Non se luxu, neque inertiae corrumpendum dedit (*pro* luxui. Sic *Tacit. 3. Ann. 34. a med.* Sexum natura invalidum deseri, et exponi suo luxu cupidinibus alienis. Et *2. Hist. 71.* Luxu et saginae mancipatus). *Sall. Iug. 2.* Per luxum et ignaviam aetatem agere. *Virg. 4. Aen. 193.* hiemem luxu fovere; *con tripudii*. *Quintil. 3. 8. ante med.* Neminem adeo solutum luxu puto, ut nihil in causa suadendi sequatur praeter voluptatem. *Claudian. 1. in Rufin. 35.* luxus populator opum. — **3**) Apud *Suet. Ner. 29.* de turpi voluptate dicitur; *luxuria*. Ubi tamen plerique *luxus* legunt. *Virg. 4. Aen. 193. de Aenea et Didone*. Nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere. Adde *Tacit. 4. Hist. 14.* — In plur. numero. *Lucan. 10. 109.* Explicuitque suos magno Cleopatra tumultu, Nondum translatos Romana in saecula luxus; h. e. suas copias et apparatus. *Sil. 11. 402.* Combibat illapsos ductor per viscera luxus; h. e. delicias Campaniae. — **4**) Aliquando in bonam partem accipitur, pro generosis sumptibus, magnificentia et copia, quae ingenuum hominem et praedivitem decet. *Virg. 1. Aen. 641.* At domus interior regali splendida luxu instruitur. Et *6. ibid. 604.* epulaeque ante ora paratae Regifico luxu. *Tacit. 16. Ann. 18.* Habebaturque non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu.

LY

LYAEUS, i, m. Est unum ex Bacchi cognominibus, quo, habita ratione vini, quod invenisse traditur, proprietas eius significatur solvendi et dissipandi curas, vel solvendi et enervandi corpus; vel concordiam dissolvendi, rixas excitando; a Graeca voce λύω; solvo, quo sensu V. BACCHUS et LYAEUS in ONOM. — Translate sumitur pro ipso vino. *Sil. 5. 570.* Tarraco Vitifera et Latio tantum cessura Lyaeo. *Horat. 1. Od. 7. 22.* uda Lyaeo Tempora. *Id. Epod. 9. 37.* Dulci Lyaeo solvere curam. *Ovid. 2. Amor. 11. 49.* apposito narrabis multa Lyaeo. *Propert. 3. 5. 43.* multo mentem vincire Lyaeo.

LYAEUS, a, um. Adiect. a *Lyaeus*, i, quo Bacchus et inde etiam vinum significatur; ad Lyaeum seu vinum pertinens. *Virg. 1. Aen. 690.* Regales inter mensas, laticemque Lyaeum.

LYĀTUS, a, um. Particip. verbi *lyo*; solutus; *sciolto*, *liquefatto*. *Apic. 5. 1.* Adiicies cerebella duo cocta, et sebibram pulpae, quasi isicia, lyatae.

LYBANS. V. LIBENS §. b.

LYBERTUS. V. LIBERTUS §. b.

LYCANCHĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca λυκάγχη, qua genus quoddam anginae significatur, quae lupos afficit, a λύκος; lupus, et ἄγχω; ango. *Cael. Aurel. 3. Acut. 1. de Synanche*. Alii vero etiam *cynanchen* vel *lycanchen* hanc passionem vocaverunt. V. CYNANCHE §. 1.

LYCĀON, ŏnis, m. Vox Graeca, λυκάων, ονος, qua significatur genus quoddam ferae apud Aethiopas e luporum genere (λύκος enim est lupus) cervice iubata, et tot modis variae, ut nullum illi colorem dicant abesse. *Solin. 30. 24.* Eadem Aethiopia mittit lycaonem: lupus est cervice iubatus et tot modis varius, ut nullum colorem illi dicant abesse. Adde *Mel. 3. 9.* et *Plin. 8. 32. 1.* — Easdem *Id. 8. 30. 1. Lycaas* appellat.

LYCĀŌNĬUS, a, um. Adiect. a *Lycaon*, quod nomen est regis Arcadiae (de quo V. in ONOM.), cuius filia Callisto, quum, secundum fabulas, in caelum translata fuerit, et in sidus conversa, dicta est *Lycaonia Arctos* apud *Ovid. 3. Fast. 793.* et *Lycaonia astra* apud *Claudian. cons. Mall. Theod. 299.* — Unde et *Lycaonius axis* apud *Ovid. 5. Trist. 2. 2.*; hoc est septentrionalis, ubi Arctos est. — De his omnibus V. ARCTOS in *Lexico*, coll. LYCAON et CALLISTO in ONOM.

LYCAPSOS. V. LYCOPSIS.

LYCĒ, *Graeca positione*, es, f. Vox Graeca, λύκη, qua significatur prima lux solis. *Macrob. 1. Saturn. 17. a med.* Radiorum splendor propinquantem solem longe lateque praecedens, atque caliginem paulatim extenuans tenebrarum, parit lucem; neque minus Romani, ut pleraque alia ex Graeco, ita lucem videntur a lyce figurasse. Et *mox*. Ipsos quoque λύκους ἀπὸ τῆς λύκης; id est a prima luce appellatos quidam putant, quia hae ferae maxime id tempus aptum rapiendo pecori observant.

LYCĒUM et Lycīum, ii, n. Vox Graeca, λύκειον, qua significatur celebre illud gymnasium Athenarum, extra urbem situm, templo Apollinis, aquaeductu, platanis, ambulacris, aliisque ornamentis instructum; *Liceo*: dictumque a quodam Lyco Pandionis filio: exstructum autem a Pisistrato, vel a Pericle. Sunt tamen qui putant probabilius appellatum fuisse a *Lyceo*, cognomine Apollinis. — Ibi Aristoteles philosophiam publice docuit, teste *Gell. 20. 5.*, ubi *Lycīum* scriptum reperitur, altera diphthongi littera vocali extrita. De Lyceo plura *Meurs. de Athen. Attic. 1. 2. c. 3.* — **2**) Ad eius similitudinem locum gymnasii in Tusculano suo *Cicero* Lyceum appellavit, ut est *1. Divin. 5.*, et Hadrianus Imp. locum in villa sua Tiburtina, ut *Spartian.* tradit *Hadrian. 26.*

LYCHNAPSĬA, ae, f. Vox Graeca, λυχναψία, qua significatur lucernarum accensio, a λύχνος; lucerna et ἅπτω; accendo. — *Lychnapsia* in *Kalend. Philocali* dicitur dies, quae est pridie Idus Augustas; nempe duodecima Augusti mensis, quo significatu et qua de causa, nescio.

LYCHNĪCUS, a, um. Adiect. a *lychnis*, qua genus lapidis significat. Hinc *lychnicus lapis* apud *Hygin. fab. 223.* idem est ac lychnites, atque ex eo scribit fuisse monimentum regis Mausoli. Cf. LYCHNITES.

LYCHNIS, ĭdis (*et* is, apud *Prob.* in *Excerpt. p. 209. fin. Keil*), f. Vox Graeca, λυχνίς, qua gemma quaedam significatur colore ardenti, lucernam specie praeferens, vel ad lucernam maxime fulgens. *Plin. 37. 29. 1.* — **2**) Qua vero similitudinem *lychni* praefert, ab eo dictae *Lychnides puellae* apud *Fulgent. 1. Mythol. procem. a med.*, nempe Hero atque Psyche, quarum prior lychnum quaerit, altera eundem deflet. Nam Hero, extincto lumine, Leandrum; Psyche, quia lumine admoto Amorem vidit, eundem amisit. — **3**) Deinde

II. *Lychnis* est etiam genus rosae nec odore, nec specie probabilis, Latine *rosa Graeca* dictae, numquam excedentis quinque folia, vrobe magnitudine, odore nullo. *Plin. 21. 10. 4.* — **4**) Speciatim *lychnis agria* herba est lino similis, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium: alio nomine antirrhinon. *Id. 25. 80. 1.*, et *21. 98. 1.*, ubi medicinae ex ea, et *ibid. 59. 1.*

LYCHNĪTES, ae, m. Vox Graeca, λυχνίτης, qua lapis quidam significatur ad lychnos effossus. *Plin. 36. 4. 4.* Omnes autem *(scalptores)* tantum candido marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem coepere lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor est Varro. V. LYCOPINUS. *Isid. 16. Orig. 5. 8.* Parius *(lapis)* candoris eximii, lychnites cognomento: hic apud Paron insolam nascitur, unde et Parius nuncupatus. *Solin. 52. 58.* Lychnites proinde fert India, cuius lucis vigorem flagrantia excitat lucernarum, qua ex causa lychniten Graeci vocaverunt: duplex ei facies, etc. — A recentioribus Italis dicitur *marmo greco duro*. V. *Corsi, Pietre antiche*. — **2**) Ita etiam dicitur gemma splendens, quae alias carbunculus, Italice *rubino*. *Auct. incert. fragm.* (quod *Cassiodoro* tribuitur a *Car. de Versus*) inter opera *Symmachi* (edente iterum *A. Mai*) *p. 73.* Vos autem nubescite prasini, pallescite lychnitae, albescite hyacinthi, fuscamini margaritae. Et *mox*. Prasini tremula viriditate concludunt, lychnitae vomunt frigidas flammas, hyacinthi quoque taetra luce vibrantes cum luminibus claris mixtas cernuntur emicare nigredines.

LYCHNĪTĬCUS, a, um. Adiect. a *lychnitis*; qui ex lychnitide est. *Not. Tir. p. 165.* Lucerna, lychnitis, lychniticus. Mendose ibidem legitur *lignithis*, *lignithicus*. V. vocem sequent.

Digitized by Google

LYCHNĪTIS, ĭdis, f. Vox Graeca, λυχνῖτις, qua significatur herba quaedam ex phlomidum genere, quae et thryallis appellatur, foliis ternis, aut, cum plurimum, quaternis, crassis, pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis. Haec *Plin.* 25. 74. 1. Nimirum eius foliis pro ellychniis veteres utebantur. Adde *Apul. Herb.* 72. V. PHLOMIS, THRYALLIS et vocem praeced.

LYCHNOS. V. LYCHNUS §. a.

LYCHNŪCHUS, i, m. Vox Graeca, λυχνοῦχος, qua significatur instrumentum ad lychnos, seu lucernas sustinendas: a λύχνος; lucerna, et ἔχω; habeo; *lucernifer, candelifer*. *Cic. S. Q. Fr.* 7. Haec scripsi ante lucem ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat perjucundus. *Suet. Dom.* 4. Edidit venationes gladiatoresque et noctibus ad lychnuchos. Et *Caes.* 37. Elephantis lychnuchos gestantibus. *Plin.* 34. 8. 1. Placuere et lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium, lucentes; *lampades*. — **β)** Inter donaria recensendum est ex *Inscr.* apud *Orelli, n.* 2511. Magistri fano contermini dono lychnucum dant. — **γ)** *Servus ad lychnucum* is erat, cui cura lucernarum, ut videtur, commissa erat. *Inscr.* apud *Murat.* 934. 7. Virgilius P. Virg. ser. ad lychn. H. S. E.; h. e. ad lychnuchum, ut exponit *Furlanetto* cum *Forcellino* nostro. Sed *Murat.* ipse explicat *ad lychnum* vel *lychnos*. Vide *Sidon.* 2. *ep.* 10. post carmen.

LYCHNUS et *Graeca positione*, Lychnos, i, m. Vox Graeca, λύχνος, eiusdem significationis, et Romana civitate maturius donata, quippe quae usurpata est ab *Enn.* et *Lucil.* apud *Macrob.* 16. *Sat.* 4., quam ducunt ab inusit. λύκω; luceo, unde λύχος, λύκνος et per syncopen λύχνος. Contra *Isid.* 20. *Orig.* 10. 2. « *Lychnus* autem, quasi *lucinius* (subaudi *dictus*). Est enim cicindela lucernae. » Cf. LUX §. a. — **b)** Vulgo etiam *lichnus* vel *lienus*, omissa utraque aspiratione scribitur, quod ab imperitis in *licinus* mutatum est. Hinc *Gloss. Isid.* Licini, candelae, lucernae, ubi cum *Gloss. S. Genov.* emendandum est *lieni* pro *lychni*. — Alia dabit ad rem *Hildebr.* ad *Gloss. Lat.* p. 199. n. 177. — **c)** Derivata, *lychneus, lychnis, lychnites, lychniticus, lychnitis, lychnulus*. — **d)** Composita, *bilychnis, heptalychnus, lychnapsia, lychnobius, lychnuchus, xerolychnuchus, xylolychnuchus*.

LYCHNUS proprie est lucerna; *lampanino, lucerna*. *Virg.* 1. *Aen.* 730. dependent lychni laquearibus aureis incensi. *Stat.* 1. *Theb.* 320. Ast alii tenebras et opacam vincere noctem Aggressi, tendunt auratis vincula lychnis. *Cic. Coel.* 28. *ad fin.* Alia fori vis est, alia triclinii: alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum, comissatorumque conspectus: lux denique alia est solis, et lychnorum. *Lucret.* 5. 296. Pendentes lychni. — **β)** *Servus ad lychnum*, V. in voc. praeced. §. 3. — **γ)** Translate. *Lactius Arianus* in *Anthol. Lat.* n. 535. *Meyer*. Ille brevi ductu scandet sublime cathedram, Qui lichnos (*sic*) discet, docte Capella, tuos; h. e. ea, quae in libris ad lychnos lucubratis scripsit Capella.

LYCHNŬLUS, i, m. Deminut. a *lychnus*; parvus lychnus; *piccola lucerna*. *Rufin.* in *Selectis ex Orig. in Psalm.* 4. *v.* 6. Elisaeus apud Sunamitidem angustissimum accepit domicilium et scamnum et vilem lychnulum.

LYCISCĂ, ae, f. Nomen a *lyciscus*, quo canis femina significatur, ita dicta a λύκος; lupus, vel quia lupi similis, vel quia ex lupo et cane genita, ut est apud *Serv.* ad *Virg.* 3. *Ecl.* 18. Hinc *Vet. Poëta* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 454. *Burm.* At lupus ex catula format coëundo lyciscam. — **β)** Hinc absolute, tanquam proprium, nomen peculiare est canis apud *Virg.* 3. *Ecl.* 18. et *Ovid.* 3. *Met.* 220.

LYCISCUS, i, m. Vox Graeca, λύκισκος, eiusdem originis et significationis ac praecedens. *Isid.* 12. *Orig.* 2. Lycisci autem dicuntur canes nati ex lupis et canibus, cum inter se forte miscentur.

LYCĪUM, ii, n. V. LYCEUM.

LYCĭUM, ii, n. Nomen proprie adiect. a *Lycia* (quae est regio Asiae, de qua V. in ONOM.), quo absolute adhibito significatur genus quoddam spinae, folio buxi, virgis tricubitalibus, quae una cum radicibus tusae, succoque expresso, varios habent in medicina usus. Hoc autem medicamentum *Lycium* dicitur tum a *Plin.* 24. 76. 1. et 77. 1., ubi plura de eo; tum a *Cels.* 5. 26. n. 30. *extr.* et 6. 7. n. 2., 8. 6. et 9., quia ex Lycia optimum advehebatur. V. *Visconti, Op. var. T.* 3. *p.* 323. edit. *Mediol.*

LYCŎPHON, *Graeca positione*, i, n. Nomen herbae sceleratae apud Graecos, teste *Apul. Herb.* 8., ubi alii leg. *lycopnon* pro *lycophon*. Neutrum tamen in Lexicis Graecis habetur.

LYCŎPHŎRUS, i, m. Vox Graeca, λυκοφόρος, qua significatur idem ac daduchus; a λύκη; lux, et φέρω; fero: qui nempe facem in sacris ferebat et quassabat. *Inscr.* apud *Grut.* 323. 1. Ex iussu I. O. M. Heliopolitani Aur. Theodoro sacerdote Lycophori de suo posuerunt. De iis ita *Stat.* 4. *Silv.* 8. 30. Tuque Actaea Ceres, cursu cui semper anhelo Votivam taciti quassamus lampada mystae. V. DADUCHUS.

LYCŎPHŌS, ōtis, n. Vox Graeca, λυκόφως, qua significatur apud Graecos illud, quod nos primum tempus lucis vocamus; dictum quasi λευκὸν φῶς; ideat lumen candidum, ut ait *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 121. *Müll.*, et *Macrob.* 1. *Saturn.* 17. Alii ducunt a λύκη, de qua in LUX §. a. dictum est.

LYCŎPHRYX, ўgis, f. Vox Graeca, λυκόφρυς, qua significatur herba eadem, quae communius artemisia appellatur, teste *Apul. Herb.* 10., *ubi tamen alii aliter legunt* (V. LEUCOPSIS), quamquam e *Dioscor. Noth.* 3. 147. λυκόφρυς quoque nota.

LYCOPHTHALMOS, *Graeca positione*, et *Latina* Lycophthalmus, i, m. Vox Graeca, λυκόφθαλμος, qua significatur gemma quaedam quattuor colorum, ex rutilo, sanguineo; in medio nigrum candido cingente, ut luporum oculi, illis per omnia similis: a λύκος; lupus, et ὀφθαλμός; oculus. *Plin.* 37. 73. 1. Adde *Isid.* 16. *Orig.* 15. 20., ubi Latina positione *lycophthalmus*.

LYCOPHTHALMUS. V. voc. praeced.

LYCOPNON. V. LYCOPHON.

LYCOPSIS, is, f. Vox Graeca, λύκοψις, qua significatur herba quaedam longioribus, quam lactuca, foliis, crassioribusque, caule longo, hirsuto, adnatis multis cubitalibus, flore parvo, purpureo. *Plin.* 27. 73. 1., ubi *Harduin.* legit *lycapsos*.

LYCOS, *Graeca positione*, i, m. Vox Graeca, λύκος, qua significatur apud Graecos idem animal quod Latinis *lupus* dicitur. Hoc tamen sensu vox non occurrit apud nos nisi in compositis, quae supra recensuimus, et alibi. — Speciatim vero *lycos* dicitur minimum aranei genus a rapacitate. *Plin.* 30. 17. 2. Araneus, et maxime qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni. Adde *ibid.* 30. 6. — **β)** Item muraena, ut etiam exponit *Thesaur. nov. Latinit. p.* 362. ed. *Mai*.

LYCURGĒUS, a, um. Adiect. a *Lycurgus*, quod nomen est nobilis legum latoris Spartanorum, cuius nomen quum ad posteros forma nimiae severitatis transiisset; factum est, ut *Lycurgus* per antonomasiam pro severissimo iudice poneretur, et *Lycurgeus* is diceretur, qui eius exemplum imitabatur. *Cic.* 1. *Att.* 13. *a med.* Nosmetipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, quotidie demitigamur; h. e. qui acer reprehensor, et malorum hominum vindex fui, ad instar Lycurgi, Spartanorum regis. — Alii tamen referunt ad Lycurgum, oratorem Atheniensem notum sua severitate, qui ab *Eod. Brut.* 34. accusator vehemens dicitur. Cf. LYCURGUS in ONOM.

LĪDĭASTĂ, ae, m. Nomen a *Lydius*, quod universim eum, qui Lydiorum mores imitatur, significat; speciatim vero cantor, bucolicus ex Lydia, de quo V. in BUCOLISTA.

LĪDĭUS (et Ludius), a, um. Adiect. a *Lydi* vel *Lydia*; ad Lydios pertinens, Asiae populos, de quibus V. in ONOM. — Hinc speciatim *Lydius tonus* vel *modus*, unus ex septem dictus, qui ab iisdem repertus est. *Plin.* 7. 57. 13. Lydios modulos invenit Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx. *Lydii moduli* genus est musices querulae, Dorii bellicosae, Phrygii religiosae, ut *Apul. Florid.* n. 4. docet (Unde *Horat.* 4. *Od.* 15. 30. Lydas tibias adhibet canendis laudibus ducum virtute functorum). Adde *Boëth.* 4. *Music.* 14. et *seqq.* et Cf. HYPERLYDIUS, HYPERMIXOLYDIUS, MIXOLYDIUS et HYPOLYDIUS. — **β)** Item *Lydius lapis* apud *Plin.* 33. 43. 1. est Italice *pietra del tosco*, seu *di paragone*: Latine *cotticula*, quo bonitas auri, argenti, vel aeris attritu deprehenditur. Dictus Lydius, quia olim non nisi in Tmolo Lydiae monte inveniebatur, ut *Plin. ibid.* dicit. — **γ)** Item *Lydia ficus* genus est ficorum ab Antiquis in pretio habitum, teste *Plin.* 15. 19. 1., *Varr.* 1. *RR.* 41., *Colum.* 5. 10. et 10. 418. et *Cloatius* apud *Macrob.* 3. *Sat.* 20. 1. — **δ)** Quod *Lydium cothurnum* dicit *Ovid.* 3. *Amor.* 1. 14., vel a Lydis est, a quibus res multae ludicrae inventae sunt, vel a Tuscis, a quibus *ludii*, qui et *lydii* dicuntur. V. LUDIUS §. a. — **ε)** Hinc et *Plaut. Cure.* 1. 2. 63. Lydi barbari; h. e. ludii e Lydia; h. e. Tuscia, in ludis Romanorum adhibiti.

LĪDUS, a, um. V. voc. praeced. §. 1.

LYGDĪNUS, a, um. Adiect. Graecum, λυγδῖνος; candidus, ut Lygdinus lapis apud *Plin.* 36. 15. 1. Paulum distare ab eo (*alabastrite*) in unguentorum fide multi existimant lygdinos in Paro repertos, amplitudine, qua lauces, craterasque non excedant, antea ex Arabia tantum advehi solitos, candoris eximii. Adde *Isid.* 16. *Orig.* 5. 8. V. LYCHNITES §. 1. Cf. voc. seq.

LYGDOS, *Graeca positione*, i, f. Vox Graeca, λύγδος, proprie adiect., qua absolute posita significatur genus quoddam marmoris seu lapidis candidi, qui idem videtur ac lygdinus. *Martial.* 6. 13. Candida non tacita respondet imagine lygdos. *Id. ibid.* 42. Et credas vacuam nitere lygdon. V. vocem praeced.

LYGOS, *Graeca positione*, i, m. et f. Vox Graeca λύγος ὁ, usitatius ἡ, qua significatur herba quaedam, de qua *Plin.* 24. 38. 1. Non multum a salice vitilium usu distat vitex, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. Graeci lygon vocant, alii agnon. V. AGNOS.

LYGŪRĬUS. V. LYNCURIUS.

LYMPA, Lymfaticus, etc. V. LYMPHA §. c.

LYMNESĬON, *Graeca positione*, ii, n. Herba eadem ac centaurea maior, ita Graece a quibusdam appellata, teste *Apul. Herb.* 34., ubi

Digitized by Google

traditur ab aliis *limnester* etiam dicta. Sic enim scribit: *Centaurea maior* a Graecis dicitur marone, aliis nession, aliis plectronia, quibusdam limnester, prophetae Haema Heracleos, alii chironiam, alii limnesion. — In Codd. MSS. autem variat lectio inter *lymnestis, lymnester, lymnestor, lymnitis* et *lymnesion*. Nullum autem horum vocabulorum in Lexicis Graecis reperitur.

LYMNESTER, LYMNESTIS, LYMNĪTES } V. voc. praeced.

LYMPHA, ae, f. Vox poëtica, qua idem significatur ac Nympha; h. e. fons, a Graeca voce, νύμφη, n in *l* converso (v. NYMPHA), quamquam *Varr. S. LL. 10. lymphōm* a lapsu lubrico dictam putat. — **b)** Eadem ratione *lympheum* pro *Nympheum* scribitur et usurpatur. — Praeterea et *lumpha*, omissa aspiratione, pro *lympha* scribitur in *Inscr.* apud *Momms. n. 5728.*, coll. n. *5825.*, ubi *lumphiis* pro *lymphis*. — **c)** Latina consuetudine *lymfa* et omissa aspiratione *limfa* in Codd. MSS. scriptum reperitur, quod et de derivatis dicendum est. — **d)** In genitivo plur. *lymphōn* pro *lympharum* habet *Varr.* apud *Non. 180. 10. Mere.* — **e)** Derivata, *lymphaeus, lymphaticus, lymphatilis, lymphatio, lymphator, lymphatus, us, lympheum, lymphicus, lympho, lymphor*. Cf. LIMPIDUS §. a. — **f)** Compositum, *lymphiger*.

LYMPHA proprie est idem, ut diximus, ac Nympha, qua universim dicitur aqua; *acqua*. *Virg. 4. Aen. 635.* Die, corpus properet fluviali spargere lympha. *Catull. 27. 5.* At vos, quo lubet, hinc abite lymphae, Vini pernicies. *Horat. 3. Od. 13. 16.* loquaces Lymphae desiliunt. *Lucret. 6. 1172.* Lymphae puteales. *Ovid. 2. Met. 439.* Nuda superfusis tingamus corpora lymphis. Et *13. ibid. 531.* vulnera lymphis abluere. *Val. Flacc. 3. 422.* vivaque nitentia lympha Membra novat. *Senec. Oedip. 229.* Sancta fontis lympha Castalii stetit. — **2)** Apud *Seren. Sammon. 27. 501.* Lympha intercus; *idropisia*. V. LYMPHATICUS §. 2. — **3)** Per antonomasiam

II. *Lympha* tanquam Dea habita est; etenim *Varr. 1. RR. 1.* invocans Deos agricolarum reique rusticae praesides, Lympham in his precatur et Bonum Eventum, quoniam, inquit, sine aqua omnis arida ac misera agricultura est. *Lympham* igitur pro *Nympha* posuit, quia Nymphae aquarum praesides habitae sunt. — **4)** Nihilominus *Lymphas* a *Nymphis* distinctas fuisse ab Antiquis patet ex *Inscr.* apud *Murat. 87. 3.* Nymphis, Lymphisq. Augustis ob reditum aquarum P. Pomponius Cornelianus. Adde *aliam* apud *Grut. 93. 1.*

LYMPHAEUM. V. LYNPHEUM.

LYMPHĂSĔUS, a, um. Adiect. a *lympha;* crystallinum colorem habens, qui aquam refert. *Capell. 6. §. 569.* Lymphaseum magis est et sentum circulus ambit. Cf. *Kopp* ad *h. l.*, qui de corruptione suspicatur in textu.

LYMPHĀTĬCUS, a, um. Adiect. a *lympha;* ad lympham pertinens, aquosus. *Prudent. 9. Cathem. 37.* Seque nigris mergit undis, Ut pecus lymphaticum; h. e. pisces. — **2)** Item qui vitium a lympha seu aqua contraxit. *Isid. 10. Orig. 162. Lymphaticus* (subaudi *dictus*), quod aquam timet, quem Graeci ὑδροφόβον vocant. Lymphaticus proprie dicitur qui vitium ex aqua contrahit, cuius vitium est huc atque illuc currere, a fluore aquae sumpto vitio. Sed Poëtae iam hoc genus nominis pro furiosis usurpant. *Seren. Sammonic. 27.*, quod inscribitur *Hydropisi depellendae*. Helleboro quoque purgatur lymphaticus error; h. e. morbus. *Alii leg.* humor, *eodem sensu*. — Huc fortasse spectat et *Plin. 25. 24. 2.* Helleborum medetur melancholicis, insanientibus, lymphaticis. — **3)** Saepius vero est lymphatus, larvatus, cerritus, attonitus, mente excussus, externatus, furens; *forsennato, fanatico, furioso*. *Senec. ep. 13.* Nulli tam perniciosi, tam irrevocabiles, quam lymphatici metus sunt: ceteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. *Liv. 10. 28.* Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat; πανικὸς φόβος. *Apul. 8. Met. 23.* Cogitabam subito, velut lymphaticus, exsilire. Et *4. ibid. 25.* Repente lymphatico ritu somno recussa, longe vehementius afflictare se, et pectus palmis tundere incepit. *Plin. 26. 33. 1.* Lymphatica somnia. — **4)** Ioculariter *Plaut. Poen. 1. 2. 152. lymphaticos nummos* dicit, qui in crumena consistere nequeunt, et exsilire gestiunt. — **5)** Absolute, substantivorum more,

LYMPHATICUM, i, n. Est morbus lymphatici, insania. *Plaut. Poen. 1. 2. 135.* — **6)** Item

LYMPHATICUS, i, m. Qui eo morbo laborat. V. supra §. 2.

* LYMPHĀTĬLIS, le. Adiect. a *lympha*, idem ac lymphaticus. *Venant. 3. Vit. S. Martin. 134.* Dum satiat vindicta tamen lymphatilis irae.

LYMPHĀTĬO, ōnis, f. Verbale a *lympho;* terror tremorque, turbatio animi et consternatio; *costernazione di mente, spavento*. *Plin. 34. 44. 1.* Praefigere in limine e sepulcro evulsos clavos, adversus nocturnas lymphationes. *Id. 37. 18. 6.* Adamas lymphationes abigit, metusque vanos expellit a mente. Adde *ibid. 13. 5.*

LYMPHĀTOR, ōris, m. Verbale a *lympho*. Legitur in *Gloss.* apud *Mai, Class. Auct. T. 6. p. 532.* Lymphator, bacchator. V. *Hildebr.* ad *Gloss. Lat. p. 201. n. 212.*

LYMPHĀTUS, a, um. Particip. verbi *lympho*, adiectivorum more etiam adhibitum. — Proprie est, qui lympha; hoc est aqua, mixtus est. *Cael. Aurel. 4. Chron. 3. a med.* Admixto vino lymphato; hoc est aqua temperato coquetur. — **2)** Item qui aquam timet, qualis hydrophobus; et translate, qui animo est attonito atque externato, larvatus, cerritus, atque huc illuc discurrens commota mente; *forsennato, furioso, fanatico*. *Varr. 7. LL. 5.* In Graecia, commota mente, quos λυμφολήπτους appellant, ab eo lymphatos dixerunt nostri. Haec *Varr. Virg. 7. Aen. 376.* Tum vero infelix, ingentibus excita monstris, immensam sine more furit lymphata per urbem. *Ovid. 11. Met. 3.* Lymphata pectora. *Stat. 10. Theb. 887.* lymphatam incertis horroribus urbem Scindunt dissensu vario luctusque furorque. Et pavor. *Horat. 1. Od. 37. 14.* Mentemque lymphatam Marcotico Redegit in veros timores Caesar. *Liv. 7. 17.* Lymphati et attoniti. *Sil. 1. 459.* ruit ocius ameno Lymphato cursu. *Id. 7. 336.* per altos Saxosi scopulos montis lymphata feruntur Corpora anhela boum. *Lucan. 7. 186.* Lymphato trepidare metu. *Plin. 31. 3. 4.* Lymphatum aliquem agere; h. e. lymphatum reddere. — **3)** Speciatim *Festus* apud *Paul. Diac. p. 129. Müll.* Lymphae dictae sunt a Nymphis. Vulgo autem memoriae proditum est, quicumque speciem quandam e fonte; idest effigiem Nymphae viderint, furendi non fecisse finem: quos Graeci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphatos appellant. *Alii leg.* lymphaticos.

LYMPHĀTUS, us, m. Verbale a *lympho;* lymphatio. *Plin. 37. 54. 7.* Gemma radians, contra lymphatum habenda.

LYMPHĒUM et Lymphaeum, i, n. Nomen a *lympha*, quo significatur idem ac Nympheum (v. LYMPHA §. a. et b.), sive aedificium, in quo salientes aquae vario lusu fluunt, ornatus et deliciarum causa. *Inscr.* apud *Murat. 60. 8.* M. Aurelius Priscillianus curator lymphaei *(sic)*. — **2)** Hinc *Servus a lympheo*, inter officia domus Augustae. *Alia* apud *Murat. 924. 3.* Ti. Claudi Syri Ser. a lympheum *(sic)*. Cf. NYMPHEUM.

LYMPHĬDUS, a, um. Adiect. verbale a *lympho;* idem ac lymphatus. *Not. Tir. p. 185.* Lympho, lymphaticus, lymphidus.

LYMPHĬGER, ĕra, ĕrum. Adiect. a *lympha* et *gero;* qui lympham gerit. *Coripp. 3. Iohann. 145.* Sicubi lymphigeros deducit fistula tractus Aere cavo. *Id. 7. ibid. 246.* Lymphiger amnis.

LYMPHO, as, āvi, ātum, āre. Verbum transitiv., et forma deponenti, *lymphor, aris, āri*, quam agnoscit et *Priscian. 8. p. 833. Putsch.*, etiam intransitivorum more adhibitum. — Particip. *lymphans* §. *1.* et *seq.*, *lymphatus*, v. suo loco. — Proprie est perturbo, exterreo, consterno, lymphatum reddo, in furorem ago; *costernare, far impazzire, o dare nelle furie*. *Val. Flacc. 3. 47.* Deus ancipitem lymphaverat urbem. *Stat. 7. Theb. 113.* horrificis lymphare in cursibus urbes. Et *ibid. 662.* Et lymphante Deo media inter millia, longum Vociferans (Adde *10. ibid. 160.*). — **2)** Intransitivorum more, forma deponenti,

II. *Lymphor* est huc illuc excurro furens, lymphatione laboro. *Plin. 24. 102. 4.* Hac herba pota, lymphari homines. *Apul. de Mund. 17.* Religione lymphantes sine cibo potuque sunt, etc. — **3)** Translate. *Id. 27. 83.* Lymphantes animi. — *Boëth. 1. Cons. Phil. pr. 3.* Errore passim lymphante.

LYMPHOR, aris, V. voc. praeced. §. 1. *init.* et §. 2.

LYMPHOR, ōris, m. Verbale a *lympho*, idem quod lympha, humor, aqua. *Lucil.* apud *Non. 3. 129.* Impermixtum lymphorem.

LYMPĬDUS. V. LIMPIDUS §. a.

LYNCĒUS, a, um. Adiect. a *Lynceus*, quod est nomen proprium viri, qui ita a *lynce* appellatus est, quod est animal perspicacissimi visus. V. LYNCEUS in ONOM. — Hinc translate *Lynceus* dictus, qui est maxime perspicax, et acutissime videns, et quem haud facile quis fefellerit. *Cic. 9. Fam. 2.* Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? *Horat. 1. Sat. 2. 90.* tu corporis optima Lynceis Contemplare oculis. *Bentlei.* vult legi *Lynceï*, ut sit genitivus substantivi, disyllabon per synaeresin; nam adiectiva paenultimam esse diphthongum *ei*, nec posse per crasin in disyllabon coalescere. Quod tamen non videtur necessarium, cum ab adiectivo *Lynceus* abiici possit *i* subiunctiva diphthongi, deinde synaeresis fieri.

LYNCŪRĬON, *Graeca positione*, et *Latina*

LYNCURIUM, ii, n. V. voc. seq.

LYNCŪRĬUS et Lyngurius vel Ligurius, Ligyrius aut Ligurius (tot enim modis scriptum reperitur), ii, m. et Lyncurium vel Lyncurium, ii, n. Est genus marmoris seu lapidis, Graece λυγκούριον dicti a λύγξ; lynx, et οὖρον; urina, teste *Isid. 12. Orig. 2. 20.* « Huius *(lynceis)* urinam converti in duritiam pretiosi lapidis dicunt, qui *lyncurius* appellatur, etc. » Eadem ex parte repetit *16. ibid. 8. fin.* Lyncurius vocatus, quod fiat in urina lyncis bestiae tempore durata (!) Est autem, sicut et succinum, fulva *(subaudi* gemma), attrahens spiritu

Digitized by Google

folia propinquantia. — Sunt qui putant eundem esse ac hyacinthum, sive potius hyacinthi speciem: illumque esse, qui nunc *giacinto ombrato* dicitur, multis probat argumentis *Faustin. Corsi, Delle pietre antiche, p. 288.* — *Plin. 8. 57.* 3. Lyncum humor glaciatur, arescitve in gemmas carbunculis similes, et igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas. Adde *37. 12. 4.* ubi inter succina recenset, et ab aliis languriam dici ait, et esse in Italia bestias *langurias*. Plura etiam de eo *ibid. 15. 1.* Confirmat *Ovid. 15. Met. 413., Solin. 2. a med.* V. LANGURIA et LANGURIUM. — *Hieronym. ep. 64. n. 16.* Satisque miror, cur hyacinthus pretiosissimus lapis, horum numero non ponatur, nisi forte ipse est alio nomine ligurius. *Vulg. Interpr. Exod. 28. 19.* In tertio ligurius, achates et amethystus. *Iuvenc.* in *Exod. 1159.* Tertio ligurius iunctus achati.

LYNGŪRĬUS, V. voc. praeced.

LYNTER, V. LINTER §. a.

LYNX, lyncis, comm. gen. Vox Graeca, λύγξ, qua significatur animal quadrupes, ferum, ex genere pantherarum, vario colore, et maculoso tergore, acutissimoque visu praeditum: frequentissimum in Aethiopia et India. Fabulantur, ab his Bacchi currum trahi, postquam Indos domuit: cuius ratio videtur esse, quia Bacchus vino addit animos etiam timidis et fugacibus. *Plin. 28. 32. 1.* Peregrinae sunt et lynces, quae clarissime omnium cernunt. *Virg. 3. G. 264.* Lynces Bacchi variae. Et *1. Aen. 327.* maculosae tegmine lyncis. Et *8. Ecl. 5.* stupefactae carmine lynces. *Horat. 4. Od. 6. 33.* Deliae tutela Deae, fugaces Lyncas et cervos cohibentis arcu. *Id. 2. ibid. 13. 40.* Aut timidos agitare lyncas. *Stat. 2. Achill. 106.* imbelles lynces sectari. *Propert. 3. 15. 8. ad Bacch.* Lyncibus in caelum vecta Ariadna tuis. *Ovid. 4. Met. 25.* tu biiugum insignia frenis Colla premis lyncum. Et *3. ibid. 668.* Quem circa tigres, simulacraque inania lyncum, etc. Cf. LYNCURIUS *fin.* — 2) Metonymice est pellis e lynce. *Stat. 4. Theb. 272.* Velatum geminae delectu lyncis.

LŸO, as, ātum, āre. Verbum transitiv. purum putum Graecum, λύω; solvo, Romana civitate donatum ab *Apicio*, locis mox citandis. — Particip. *lyatus*, V. suo loco. — Est liquo, in humorem resolvo, liquidum reddo. *Apic. 4. 4. n. 179.* Ptisanam lyas et colas in cacabo. Adde *n. 183., 186. 196.* etc., quibus aliisque locis Codd. MSS. praebent *lio, as*, omissa aspiratione. Cf. LYSAS et LYSIS.

LŸRĂ, ae, f. Vox Graeca, λύρα, eiusdem significationis, quam ἀπὸ τοῦ λυρίν; h. e. a varietate sonorum, quod diversos sonos efficiat, dictam tradit *Isid. 3. Orig. 22. 8.* Alii autem volunt esse a λύτρα, pretium solutionis: quia a Mercurio, eius inventore, data sit Apollini in compensationem pro bobus furto ablatis. Haec fere narrat *Hygin. 2. Astron. 7.* — b) Derivata, *lyricus, lyristes, lyristria*. — c) Compositum, *lyricen*.

LYRA proprie est instrumentum musicum, in quo fides extentae, et digitis percussae sonos edunt; *lira, arpa*. Constat duobus veluti cornibus, seu brachiis, hinc inde in modum S contortis, et supra infraque connexis transverso iugo, cui chordae ita adnectuntur, ut ex utraque parte convelli digitis, et pulsari possint. *Horat. 1. Od. 10. 5. ad Mercur.* Te canam magni Iovis et Deorum Nuncium, curvaeque lyrae parentem. *Ovid. 5. Fast. 103. ad Eund.* septena putaris, Pleïadum numerum, fila dedisse lyrae. *Id. 3. Amor. 12. 40.* Duraque percussam saxa secuta lyram. *Id. 3. Heroid. 118.* Threiciam digitis increpuisse lyram. *Id. Rem. am. 705.* Phoebus adest: sonuere lyrae. *Id. 3. Art. am. 50.* Lyra canere laudes alicuius. *Val. Flacc. 5. 100.* mixtoque sonantem Percutit ore lyram. — 2) Saepe refertur ad genus levioris carminis, quod inde *lyricum* dicitur, et qui eo utuntur Poëtae, *lyrici:* quorum princeps Graecis *Pindarus*, Latinis *Horatius* habetur. Solebant enim amores, Deorum et heroum laudes, et huiusmodi poëmatia brevioribus versibus facta, ad lyrae sonum canere. *Ovid. 4. Pont. 16. 28.* Pindaricae fidicen tu quoque, Rufe, lyrae. *Id. 2. Amor. 18. 26.* Aeoliae Lesbis amica lyrae. *Id. 3. Pont. 4. 45.* assiduam domini meditata querelam, Ad laetum carmen vix mea versa lyra est. *Horat. 1. Od. 6. 10.* Imbellisque lyrae Musa potens. Et *3. ibid. 3. 69.* Non haec iocosae conveniunt lyrae. — 3) Interdum et ad quamcumque facultatem pangendi carminis. *Stat. 10. Theb. 445.* Quamvis mea carmina surgant Inferiore lyra. — 4) Improprie

II. *Lyra* est etiam sidus, decem stellis constans, quod et *Fidis* appellatur, teste *Varr. 2. RR. 5. a med.* Fabulantur enim, acceptam a Mercurio lyram donasse Apollinem Orpheo, qua ille Inferos adiit, Plutonem flexit, reduxit coniugem, silvas et feras traxit. Eo tandem a Bacchis discerpto, lyram ab Apolline in caelum fuisse translatam, in regione septentrionali inter genu et sinistram manum Engonasin, ut *Hygin. 3. Astron. 6.* docet. *Ovid. 1. Fast. 313.* Institerint nonae: missi tibi nubibus atris Signa dabunt imbres, exoriente Lyra. Adde *Isid. 3. Orig. 22. 9.* et *ibid. 71. 36.* et V. FIDES §. 4.

Nota. Quomodo *lyra* differat a *cithara* et *chely*, diximus sub v. CITHARA §. 1. et 2. Cf. etiam BARBITON et FIDES §. 3.

LŸRĬCEN, ĭnis, m. Nomen a *lyra* et *cano;* qui lyra canit, idem ac lyristes; *sonator di lira*. *Augustin. de gramm. p. 1977. Putsch.* Fidicen, lyricen, cornicen, liticen. *Gloss. Philox.* Lyricen; λυρῳδός.

LŸRĬCUS, a, um. Adiect. a *lyra;* ad lyram pertinens; *lirico*. *Ovid. 15. Heroid. 26.* Lyrici modi. *Id. 2. Fast. 94.* soni. *Horat. 1. Od. 1. 35.* vates. *Ovid. 2. Trist. 364.* Lyrici Teïa musa senis; h. e. Anacreontis. *Stat. 4. Silv. 7. 5.* regnator Lyricae cohortis; h. e. Pindarus. — 2) Absolute, substantivorum more,

LYRICA, ōrum, n. Sunt Lyrici versus, poëmatia ad lyram canenda. *Plin. 7. ep. 17.* Lyrica non lectorem, sed chorum et lyram poscunt. *Id. 3. ep. 1.* Scribit utraque lingua lyrica doctissime. — 3) Item

LYRICI, orum, m. Dicuntur poëtae ipsi lyrica scribentes. *Quintil. 9. 4. ante med.* Lyricorum carmina in varias mensuras cogere. *Cic. Orat. 55.* A modis quibusdam cantu remoto, soluta esse videtur oratio: maximeque id in optimo quoque poëtarum, qui λυρικοί a Graecis nominantur: quos cum cantu spoliaveris, nuda paene remanet oratio.

LYRISTES, ae f. Vox Graeca, λυριστής, qua significatur idem quod lyricen. — Apud *Sidon* loc. mox cit. ultima syllaba *es* licenter corripitur ex more sequiorum temporum: nam ita praecipit *Capell. 3. p. 63. Es* terminatus in Graecis nominibus brevis est, ut *Anchises*.

LYRISTES est lyrae peritus, lyricen; *sonator di lira*. *Plin. 1. ep. 15.* Audisses comoedum, vel lectorem, vel lyristen. *Id. 9. ibid. 36.* Coenanti mihi, si cum uxore vel paucis, liber legitur: post coenam, comoedi aut lyristes: mox cum meis ambulo, quorum in numero sunt eruditi. Adde *ibid. ep. 17.* — *Sidon. 8. ep. 11.* in *carm.* Alcaeo potior lyristes ipso.

LŸRISTRĂ, V. voc. seq.

LŸRISTRĬĂ, ae, f. Vox Graeca, λυρίστρια, eiusdem originis et significationis ac praecedens; quae lyram pulsat, ut citharistria, quae citharam. *Vet. Scholiast.* ad *Iuvenal. 11. 162.* Nunc exspectas apud me pantomimas, aut lyristrias de Gadibus. — In *Inscr.* apud *DeRossi, Inscr. Christ. T. 1. n. 539. lyristra* pro *lyristria* legitur ex vulgari fortasse pronunciatione. Ibi autem videtur nomen potius mulieris quam artis.

LYRON, *Graeca positione*, i, n. Vox Graeca, λῦρον, qua significatur herba, eadem ac alisma, apud *Plin. 25. 77. 1.* V. ALISMA.

LŸSAS, antis, f. Vox Graeca, λύσας, αντος; solvens, qua significatur herba eadem ac artemisia. *Apul. Herb. 10.*, ubi tamen *Ackerm.* leg. *lia*.

LŸSĬMĂCHĬĂ, ae, f. Vox Graeca, λυσιμαχία (seu potius λυσιμαχείαι, unde et Latine Lysimachīa), qua significatur herba folio salicis, flore purpureo, fruticosa, ramulis erectis, odore acri: gignitur in aquosis. Nomen habet ab inventore Lysimacho Thraciae rege. Vis eius tanta est, ut iumentis discordantibus, iugo imposita, asperitatem cohibeat, ut est apud *Plin. 25. 55. 1.* a quo haec sumpta sunt. Unde alii dictam putant ἀπὸ τοῦ λύειν μάχην; a dirimendis pugnis. Habet etiam vim sistendi sanguinem. *Id. 26. 83. 1.* sanandi ulcera calceamento facta, *ibid. 87. 2.* tingendi capillum flavo colore, *ibid. 93. 1.* Cf. voc. seq.

LŸSĬMĂCHĬŎN, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, λυσιμάχιον (apud *Dioscorid. 4. 5.*), qua significatur herba eadem ac perdicalis, teste *Apul. Herb. 82.* Herbam perdicalem Graeci lysimachion, sideritin, alsinen, helxinen, parthenion dicunt. — Nonnulli habent eandem ac *lysimachiam*, de qua in voc. praeced., et reapse λυσιμάχειος βοτάνη propter Lysimachum inventorem dicitur *Hesychio*. Cf. *H. Steph.* in *Thesaur. Ling. Gr.* ad h. v. ed. *Didot*.

LŸSĬMĂCHOS, *Graeca positione*, *Latina* autem

LŸSĬMĂCHUS, i, m. Vox Graeca, λυσίμαχος, qua gemma quaedam significatur Rhodio marmori similis, aureis venis. *Plin. 37. 62. 1.* — Hunc lapidem hodie *diaspro nero e giallo* appellari dicit P. *Corsi* in *Pietre antiche*.

LŸSĬPŎNĬUM, ii, n. Vox Graeca, λυσιπόνιον, qua significatur genus quoddam unguenti (V. *Galen. Vol. 13. p. 446.*), sive collyrium, ita appellatum, quia oculos dolore liberat, a λυείς; solutio, et πόνος; labor. *Inscr.* apud *Tochôn, Cachets des ocul. p. 63.* Hypni lysiponium ad suppurationem. — 2) Hoc eodem sensu *lysiponum* absolute positum legitur in *alia* apud *Orelli*, n. *4234.* Lisiponum *(sic)* ad suppurationem.

LŸSĬPŎNUM, V. voc. praeced. §. 2.

LŸSIS, is, f. Vox Graeca, λύσις, solutionem significans: a λύω; solvo. *Vitruv. 6. 11.* Limina et trabes structuris cum sint oneratae, medio spatio pandantes, frangunt sua lysi structuras; h. e. solutione et hiatu. — 2) In architectura est membrum, quod et sima et gula inversa appellatur. Ita *Bald.* in *Lex. ad Vitruv. 3. 3.* et *5. 7.* Fortasse ita dicta est, quia solvit; hoc est separat unum ornamentorum genus ab altero, cum in summa fere corona locum habeat.

LŸTAE, ārum, m. Vox Graeca, λύται, qua apud *Iustinian. praef. Dig. ad antecessor.* §. *3.* dicuntur, qui post quartum studiorum annum in iuris scientia adeo profecerunt, ut de eo interrogati respondere apte possint, et quaestiones solvere: a λύω; solvo. *Prolytae* autem *ibid. paulo post* sunt, qui lytis paulo doctiores evaserunt, et a ma-

Digitized by Google

gistrorum scholis post quintum studiorum annum honestam missionem impetrarunt; *licenziati*. Utraque autem vox ibi etiam Graece scribitur.

LŸTRĂ. V. LUTRA.

LŸTRUM, i, n. Vox Graeca, λύτρον, qua significatur pretium redemptionis; hoc est pecunia, quae pro redemptione et liberatione solvitur: a λύω, solvo; *prezzo del riscatto*. Apud *Fest.* et *Non.* saepe citatur *Ennius* in *Hectoris lytris*, ubi agitur de redemptione cadaveris Hectoris a Priamo factae: quod argumentum *Lucan.* quoque tractavit, teste *Stat. 2. Silv. 7. 55. Hygin. fab. 106. lemma est:* Herculis lytra

LYTTĂ, ae, f. Vox Graeca λύσσα seu λυσσα, qua significatur rabies canum. Hinc nomen sumpsit vermiculus quidam, de quo *Plin. 29. 32 5.* Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Graecis lytta, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt.

FINIS TOMI TERTII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MAY 3 1 1938



Digitized by Google

Digitized by Google